TRACTATVS
ILLVSTRIVM
IN VTRAQVE
TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI
uris facultate Iuriſconſultorum,
De Beneficijs.

332

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI,
additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis;
& miltò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summrijs ſingulorum Tractatuum locupletiſſimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES,
vt omnes materiæ quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMI XV. Pars II.



VENETIIS, M D LXXXIIII.

Cornelius
Canalis I. V. D.
Bibliotheque de l'Ecole de Droit
alg dis gparis

INDEX AVTHORVM
huius Voluminis.

* De beneficijs, & ad ea pertinentibus, Franciſci Duarni. 2
* De Simonia mentali, Gulielmi Redoani. 28
* De Simonia, Ioannis Carrafæ. 116
* De decimis, Tyndari. 123
* De decimis, Petri Rebuffi. 125
De decimis, Andreę Hiſpani. 142
De caritatiuo ſubſidio, Bartholomęi Bellencini. 147
* De caritatiuo ſubſidio, Remigij de Gonny. 169
De canonica portione, & de quarta, Lapide Caſtellione. 193
De canonica epiſcopali, & parochiali, Petri de Vbaldis. 198
* De beneficiorum congrua portione, Petri Rebuffi. 240
* De beneficijs, eorumq; acquiſitione, & amiſſione, Chriſtophori Roffiniaci. 246
* De beneficijs, Ioannis Coraſij. 287
* De nominationibus, Petri Rebuffi. 301
* De eccleſiaſticis reditibus, Marci Antonij Marſilij Columnæ. 340
* De eccleſiaſticis reditibus, Franciſci Sarmenti. 369
* De rebus eccleſiæ non alienandis, Gulielmi Redoani. 393
* Papa an poſſit incurrere labem ſimoniæ, Thomæ Campegij. 531
* De beneficiorum pluralitate, eiuſdem. 533
* De penſionibus, eiuſdem. eod.
* De omnium fructuum reſeruatione, eiuſdem. eod.
* De reſeruatione regreſſum, eiuſdem. eod.
* De penſionibus epiſcopalibus, Camilli Cautij. 534
* De beneficiorum reſeruationibus, Thomæ Campegij. 535
* De beneficiorum commendis, eiuſdem. 536
* De vnionibus eccleſiarum, eiuſdem. eod.
* De annatarum inſtitutione, & earum defenſione, eiuſdem. 537.
* De reſidentia epiſcoporum, eiuſdem. eod.
* De coadiutore epiſcoporum, eiuſdem. 539
* De pacificis poſſeſſoribus, Petri Rebuffi. 540
De horis canonicis, Ioannis de Lignano. 558
De horis canonicis, Alberti de Ferrarijs. 559
De horis canonicis, Nicolai Plouij. 664
* De donatione Conſtantini, Hieronymi Albani. 666

Source : BIU Cujas

TRACTATVVM CELEBERRIMORVM IN VTRAQVE, TVM PONTIFICII, TVM CAESAREI IVRIS facultate, Iuriſconſultorum

Pars Secunda, Tomus Decimusquintus.

FRANCISCI DVARENI BITVRIG.

De Beneficijs & ad ea pertinentibus, Libri octo.

In quo de eccleſia in genere, & eccleſiæ miniſtris. Caput primum.

CIVITAS vna eſt inter Chriſtianos, vnaque Reſp. latè per orbem diffuſa, nec vllo circumſcripta loco: quã vſitata iam receptaque appellatione Eccleſiam dicimus. Huius ſacroſanctæ & auguſtæ ciuitatis ſtatus in ſacris, & ſacerdotibus, & magiſtratibus cõſiſtit, vt de publico Romanorum iure ſcribit Vlpianus.l. 1. de iuſt. & iur. Nã etſi religionis & ſacrorum procuratio omnibus alijs rebus antiquior nobis eſſe debeat: tamen imperio magiſtratus ad tranquillitatem inter homines tuendam eſt opus, ſine qua ne religio quidem conſiſtere poteſt. Itaque Iuſtinianus noſter maxima Dei inter homines dona eſſe ait, Nouel. 6. ſacerdotium & imperium, quòd vnum diuinarum rerum adminiſtratio, alterum humanorum gubernatio moderatioque ſit. Non. n. vt apud Hebræos quondam atque Romanos ijdem & Reges erant & Pontifices. Euſebius libro 1. hiſt. eccl. c. 5. ca. cleros. 21. diſt. Ita in Chriſtiana Rep. idem homo vtranque perſonam ſuſtinere, & vtrũque munus exequitur, ſed duæ ſunt functiones diuerſæ, quarum vnaquæque plurimum operis habet ac difficultatis. c. duo ſunt. 96. diſtin. Communis tamen eſt vtriuſque finis & ſcopus, nempe religionis & mandatorum diuinorum in otio & pace conſeruatio. Hinc Iuſtinianus noſter de cõſenſu & concordia rerum diuinarum & humanarum, ſacerdotij & imperij loquens, ſymphoniæ verbo vtitur. Eius verba hæc ſunt. Nou. 42. Ὥστε τὰ θειότερα τε, καὶ ἀνθρώπινα ὡδυμένητα μίαν συμφωνίαν ταῖς ὀρθαῖς ποιήσασθαι ψήφοις. Nec minus imperiũ magiſtratus, quã ſacerdotium à Deo conſtitutum eſt, vt docet Paulus ad Rom. cap. 15. Sunt enim magiſtratus & ſacerdotium uelut vnius corporis, id eſt, Eccleſiæ duo membra præcipua, quorum alterius auxilio eget. Sed eo ſacerdotium magiſtratu dignius hĩ, quòd hic corpori & rebus externis, illud animæ ac ſpiritui potiſſimũ ſeruiat d. c. duo ſunt. Itaque harum gubernationum altera ſpiritalis vulgo dicitur, quia ſpiritus & animæ tantum eſt curatio, altera temporalis, quia non æternarum rerum ac ſpiritalium adminiſtratio eſt, ſed externarum potius & corporalium. quæ ad temporariam hanc vitam pertinent, & pro tempore mutationem recipiunt. Id ſatis oſtendit Valentiniani imperatoris oratio de Ambroſij ad epiſcopale munus promotione apud Theodoritum lib 4. cap. 7. Nam cùm Ambroſius, qui tum Prætura fungebatur, omnium ſuffragijs lectus eſſet epiſcopus Mediolanenſis eccleſiæ, exultans gaudio Valẽtinianus, dixit ſe gratias agere Deo, quòd is animarum curationem ei viro tradidiſſet, cui ipſe antea corpora commiſerat. cap. Valentinianus. 63. diſt. Tametſi autem Eccleſia, cœtus ac multitudo Chriſtianorum omnium, fideliumque ſit, tamen aliter nonnunquam accipitur in iure pontificio, nempe pro collegio & conuentu ſacerdotum, ac miniſtrorum doctrinæ diuinæ, qui clerici appellantur. not. in c. relatum. de teſta. c. cũ clerici de verb. ſigni. c. vlt. Ne prel. vices ſuas. hinc ptãs eccleſiaſtica, à ciuili ſeu politica diſtinguitur. Sed de vtriuſque poteſtatis diſcrimine & officijs videndum eſt, & ab eccleſiaſtica tanquam ſublimiore dignioreque incipiendum.

De poteſtate & iuriſdictione eccleſiaſtica. Cap. 2.

Sacerdotum functio & officium latiſſimè patet. Nam prẽter docendi munus, adminiſtrandi, ſacramenta, ordinandi miniſtros Eccleſiæ, & quædam alia, quæ non ſunt inſtituti noſtri, poteſtatem habent aliquam ueluti leges condendi de ceremonijs, & alijs id genus, ut omnia decenter & ordine fiant. Item de rebus in religione obſcurionibus iudicium faciunt, ac ſi quæ dubitatio emerſerit, eorũ cognitio eſt, nõ magiſtratuum ciuilium. l. omni innouatione. C. de ſac. eccl. Cauſam enim fidei in eccleſia agendam quis abnuat? inquit Ambroſius. c. conuenior. 23. q. 8. Præterea iuriſdictionem aliquam, & coercionem habẽt in Eccleſia, qĩ abſq; diſciplina aliqua munus ſuum tueri non poſſunt. Ea autem diſciplina duplex eſt: Vna populi, altera cleri. Nam populum ſibi commiſſum, corripiendi caſtigandique, & à ſacra communione arcendi ius habent, ob graue ſcilicet delictum & contumaciam, quæ noceat Eccleſiæ. c. Nouit. de iudic. Quæ ptãs nihil detrahit imperio magiſtratus, quia nihilominus coercere, & legitimis ſupplicijs delinquentes afficere ei licet. l. 1. C. de ſum. trin. l. placet. C. de ſacr. eccl. Poteſt & ſacerdotibus obſiſtere, ſi temerè & ob alias cauſas, quàm quæ canonibus expreſſæ ſint, quẽpiam à communione ſummouerint. No. 123. vt paulò poſt docebimus. Ad hæc delicta quædam ſunt, quæ legibus nõ puniũtur: vt vſura, concubinatus, periurium, &c. correctioni tamen eccleſiæ ſunt obnoxia, & ideo crimina eccleſiaſtica appellantur. Hæc de cauſis criminalibus. Cauſæ verò ciuiles laicorũ in eccleſia non iudicantur, niſi quæſtio aliqua de fide, aut re alia ſpiritali occurrat. d. cap. conuenior. d. l. omni innouatione. aut niſi conſentiant litigatores. l. ſi qui ex conſenſu. C. de ep. aud. Non ignoro Theodoſium imperatorem Romanum legẽ promulgaſſe, qua cautum erat, vt lites omnes & controuerſiæ forenſes ad iudicium Eccleſiæ remitterentur, ſi alteruter litigatorum id poſtularet. Quæ lex à Carolo Magno poſteà renouata, confirmataque fuit. ca. quæcunque. 11. q. 1. c. nouit. de iudi. Sed mutatis epiſcoporum moribus, in deſuetudinem abijt, vt credibile eſt, vtraque conſtitutio. Nec uerò dubium eſt, quin ſacerdotibus reges omnes ac principes in huiuſmodi rebus cedere, ſeque eis ſubiectos agnoſcere debeant. c. quoniam. 18. di. c. quis dubitet. c. duo ſunt. 96. diſt. Quamobrem Valentinianus imperator, cum de epiſcopi cuiuſdam electione ageretur, ita
„ locutus eſt ſacerdotibus Talem in pontificali conſtituite ſede,
„ cui & nos, qui gubernamus imperium, ſyncerè capita nra ſummittamus, & cuius monita, dum tanquam homines deliqueri
„ mus, neceſſariò ueluti curantis medicamenta ſuſcipiamus. &
„ Conſtantinus ad epiſcopos conuentus Niceni, Deus, inquit,
„ vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem uobis dedit de nobis quoque iudicandi. hiſto. eccle. lib. 10. Proinde Innocent. Pontifi. Rom. Arcadium imperatorem à ſacra cõmunione ſum mouit, quia conſenſerat, vt Ioannes Chryſoſto. à ſua ſede pelleretur. d. cap. duo ſunt. Et Ambroſius Valentiniano Imperatori fortiter obſtitit iubenti, ut templum ſedemque ſuam Arrianis cederet. Sed nihil eſt ea hiſtoria memorabilius, quam Theodoritus libro 5. deſcribit de Theodoſio Impe. quem idẽ Ambroſius cum Mediolanenſis epiſcopus eſſet, non ſolum excluſit à communioue & ingreſſu templi, ſed etiam ad publicam pœnitentiam, depoſita purpura, omnique regio ornatu, adegit, quod apud Theſſalonicam aliquot millia hominũ indicta cauſa, ipſius iuſſu trucidata eſſent, ut neſcias, maioremne epiſcopi libertas, an Imperatoris obedientia animique demiſſio admirationem mereatur. cap. cum apud. 11. q. 3. Ac ut eius rei ppetuũ ſupereſſet monumẽtũ, pleniorque eſſet ſatisfactio, ſuis monitis & exhortationib. pfecit quoque Ambroſius vt legẽ ꝓmulgaret Imperator, quæ ẽt nũ in Codice Iuſtiniani inter Conſtitutiões Impera. extat. ti. de pœnis. l. ſi vindicari. Eadẽ humi-

Source : BIU Cujas

lisate ac deiectione vsus est Federicus primus, qui Aenobarbarus est appellatus, in Alexandrum 3. Pontif. Ro. qui Imperatorem pro templi foribus humi prostratum pedibus calcasse fertur, ac illud ex sacris literis pronuntiari iussisse: Super aspidem & basiliscum ambulabis, conculcabis leonem & draconem. Nec verò aliorum principum necessaria est commemoratio, qui à pontificibus Rom. excommunicati sunt & anathemate notati: cùm in manibus omnium sint historiæ, & quæ adduximus exempla, ad id quod instituimus demonstrandũ sufficiãt. Quod ad disciplinam clericorũ attinet, notandum est, ob quascunque causas laici castigantur ab ecclesia, multo magis eos puniendos esse. Sed magistratus nihilo secius in eos animaduertunt, postquam à suis antistitibus depositi, ac de gradu suo deiecti fuerint, nisi crimina sint ecclesiastica. Nouel. 83. & 123. Ecclesiastica voco non eo tantum, de quibus locuti sumus, cõ cubinatum, periurium &c. sed ẽt venationem, bellum, aut negotiorum sæcularium tractationem, aliaue id genus, quæ clericis interdicta sunt cæteris nõ item. Nam de ijs non cognoscũt magistratus. d. nou. 83. & 123. De causis verò ciuilibus clericorum, non sacerdotes olim, sed præsides & magistratus cognoscebant. l. cum clericis. l. omnes. l. iubemus. C. de ep. & cleri. Sed ne a uocarentur à ministerio suo, & vt promptius lites finirentur, Iustinianus ciuilium quarundam causarum cognitionem eis permisit: sed ita vt liberum esset victo, sententiæ contradicere, & ad ciuilem magistratum prouocare. d. No. 83 & 123. c. si quis. 11. q. 1. Verùm constitutiones Romanorum pontificũ huic iuri non parum derogauerunt: quibus cautum est, nõ solum vt clerici ad magistratus tribunal inuiti non trahãtur, sed vt ne uolẽtes quidẽ iurisdictioni magistratus se subijcere possint, siue ciuilis sit, siue criminalis causa. cap. significasti. c. si diligenti. de foro. comp. Qua de re videnda sunt, quæ Gratianus ex varijs authoribus collegit quæstione prima causæ siue hypotheseos vndecimæ.

De pœnis & coerctionibus ecclesiasticis. Cap. 3.

Quod autem diximus de coerctione, quam habent sacerdotes tum in clerum, tum in populum, id paulo longiorem explicationem desiderat: quia nondum satis demonstratum est, quo genere coerctionis possint vti, & uaria commemorantur pœnarum genera in antiquis, recentioribusque canonib. quarum vt grauissima, ita ẽt vsitatissima fuit olim exterminatio illa, quã canones ἀποσυναγωγὰς, & ἀναθήματα, nos excommunicationem vulgò appellamus. Eaque vti aduersus quenquam non licebat, nisi ex graui aliqua cã, pp quam canones id fieri iuberent, vt ait Iustinianus. Nou. 123. Nam is qui excommunicatus & anathema factus est, non solũ à sacris summouetur, verùm etiam ab hominum consortio, quasi aqua & igni quodammodo interdictũ ei sit. Estque hoc pœnæ genus illi nõ dissimile quo Druydes sacerdotes Gallorum olim vsos fuisse testatur Cæsar. lib. 6. de bel. Gal. his uerbis; Si quis aut priuatus, aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicunt. Hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus est interdictum, ij numero impiorum ac sceleratorum habentur, iis oẽs decedunt, aditum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus ius redditur neque locus vllus communicabitur. Solebãt quoque Græci ἐπιτρέπειν τῆς ἀγορᾶς καὶ τῶν ἱερῶν, id est, foro & sacris arcere. Cuius pœnæ pleraque in Græcis authoribus exempla reperiuntur. Sed & Plinius lib. 6. c. 22. testatur regem Arabum morte multari, nullo interimente auersantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus. Magnus aũt est huius excommunicationis vsus pp disciplinam ecclesiæ & excommunicati emẽdationdm. Est. n. neruus ecclesiasticę disciplinæ, vt verè Innocentius quartus ait. c. cum inter. de consue. Nec vt pereat, quis, ideo excommunicatur, sed vt pudore suffusus resipiscat tandem, & ad frugem bonam redeat. Quod cum acciderit, absoluitur & ad sacram communionem admittitur. cap. inter hæc. 33. q. 2. & hæ sunt claues regni cœlorum, potestasque ligandi & soluẽdi, quã Christus Apostolis suis eorumque successoribus concessit. c. audiuimus. c. quodcunque. 24. q. 1. Quod est accipiendũ, si quis simpliciter excõicatus fuerit. Si. n. inter sacros hoïes, & vt Græci dicunt ἀνάθημα habitus sit authoritate ecclesię propter atrocissimum fortè scelus aliquod, omnis ei spes veniæ vt plurimum adimitur. c. Engeltrudam. 3. q. 6. c nemo. 11. quæstio. 3. cap. si quis suadente. 17. quæst. quarta. Sed quo grauior est pœna, eo apud Deũ futurus est acceptior, si ecclesiæ iudiciũ æquo animo ferat, hocque commodo seueritas condemnationis cõpensatur & mitigatur. Verùm animaduertendum est non temerè quenquam olim absolui consueuisse absque castigatione aliqua pp exemplum, vt dixi, & vt exploratum esset, cũ serio ad ecclesiam redire. Itaque vt satisfaceret ecclesiæ quam læserat, & simul pœnitentiæ suæ, ac mutatæ voluntatis clarũ documentũ pberet, plorãs & sordidatus publicè absolutionẽ petere cogebatur. c. cũ aliquis. 11. q. 3. Sed hęc satisfactio ex cã aliqua honesta aliquando remittebatur, sicut & pleręque alię pœnæ ecclesiastica authoritate alicui inflictæ. Eaque remissio q indulgentia vulgò appellatur, res est apud nos hodie frequentissima, not. in cap. quod autem. de pœ. & remis. Præter hanc excommunicationem, quæ tam clericis quàm laicis uarias ob causas irrogatur, aliæ sunt pœnæ ecclesiasticæ, quibus clerici pcipuè affici solent. Nam ministerio, officioque suo vel ad tempus, c. p præsbyter. 2. q. 5. uel in ppetuũ ijs interdicit. c. si q viduũ. 50. di. c. si qs a modo. 81. dist. Estq; interdũ hæc interdictio simpliciter & sine adiunctione, interdum adiicitur, vt nudum honoris graduſque sui nomẽ retineat absque administratione. Qua pœna Melitium episcopum aliquando multatum fuisse scribit Theodoritus. lib. 1. c. 9. tripar. lib. 2. c. 12. c. præsbyter. 28. dist. c. præsbyteros. 50. dist. Aliquando etiam augendæ pœnæ causa exprimitur, vt in monasterium conijciatur & includatur. c. si episcopus. 50. dist. Est & pœna carceris iure pontificio recepta. c. quamuis. de pœ. in 6. Quamuis à iuris ciuilis authoribus non probetur. l. Aut damnum. de pœnis. Sed & curiis olim tradi solebant, eisdem seruituri, ac ex clericis fiebant curiales, quorum in iure ciuili crebra est mentio. c. clericus. 3. q. 4. ca. si quis sacerdotium. c. statuimus. 11. q. 1. Verùm curiam interpretati sunt quidam pontifices potestatem ciuilem, & magistratũ, cui traduntur solenni exauthoratione præcedẽte, quam degradationẽ uocant, ut magistratus in eos animaduertat, ca. ad falsariorum. de cri. fal. c. nouimus. de verb. sig. c. degradatio. de pœ. in 6. Quod nõ eò dico, vt huiusmodi exauthorationem improbem, aut magistratus animaduersionem in criminibus, quæ ecclesiastica non sunt. Cuius ẽt meminit Iustinianus in locis suprà adductis, sed morem in ecclesia receptum nocentes clericos tradendi suppliciis afficiendus, veteribus cognitum fuisse vix mihi persuadeo. Huius autem pœnæ exemplũ est apud Iustinianum, No. 123. cum iubet præsbyteros aut diaconos, q post ordinationem vxorem ducunt, curiæ cum bonis suis tradi. Meminit & Theodoritus. lib. 4. c. 22. trip. hist. lib. 7. ca. vlt. Sed notandum est eos, qui ita condemnati essent, honore & priuilegiis curialinm siue decurionũ frui solitos non fuisse, quamuis onera oĩa curialia subirent, vt ex nouella Iustiniani 45. de Iudæis, Samaritanis & hæreticis facile colligitur. Ac de iis curialibus, quos Maiorianus in quadam cõstitutione seruos Rei pu. vocat, multa apud Gratianum leguntur, 35. 53. dist. quæ à p. posito nostro alieniora sunt & aliàs fortè à nobis explicabuntur. Reperitur & inedię siue ieiunii pœna in iure pontificio. c. præsbyter. 82 dist. Item infamiæ atque adeò supplicii corporis. c. ante oĩa 35. dist c. conspiratinũ. 11. q. 1. c. 1, 23. q. 5. De exilio, & deportatione loquitur Gregorius in quadam epistola decretali. c. 1. de calum, Ex quo apparet iudicia ecclesiastica à magistratuũ animaduersione non multum differre, si recentiorũ canonũ sine delectu ratio habeatur. not. in c. qualiter. de accusa. Sed magistratus nostri usquequaque non permittunt, vt à ueterũ canonum præscripto hic recedatur. Ac memoria repeto damnatũ fuisse non ita pridem iudicio curiæ centumviralis archiepiscopum Biturigum, qp sacerdotes aliquot liburnicarum siue triremiũ præfecto uinciendos & remigio mancipandos tradidisset. De multa seu pœna pecuniaria, quæ hodie quorundã antistitũ ærariũ non mediocriter augere solet, quæstio agitata est, & sane propter auaritiæ suspicionem ab eo sacerdotes abstinere decet. c. licet. de pœnis. Idque exemplo Theodosii Imperatoris, qui se hoc cauere ait, ne in iis quæ ad morum correctionem spectant, fisci rõnem habere videatur. l. 1. C. de secũ, nupt. Quatenus autem eam pœnam irrogare liceat, copiosè docet Fel. c. irrefragab. de off. ord. Sed instituti nostri est in hoc exordio capita rerum attingere, non ea sigillatim pertractare, quæ propriam disputationem requirunt.

An ius gladii habeat Ecclesia. Cap. 4.

Ex his constat sacerdotes iurisdictionem aliquam tam in populum, quàm in clerũ semper habuisse, sed olim moderatius aliquanto exercebatur, nulla vi corporali adhibita. Cuius rei uel illud argumentum est, quòd Eugenius secundus instituisse carceres & uincula ad clericos coercendos primus omnium fertur. Sed incorruptius ac syncerius & magis ex vsu vt arbitror, Ecclesiæ. Nunc ea pœnarum genera excogitata & vsitata sunt, vt iurisdictio ecclesiastica à gladii potestate non multum discrepet: cùm tamen nullo vnquam tempore tanta fuerit morum corruptio in ecclesia. Sed nec ea iurisdictio ab episcopis ipsis nunc exercetur, quod olim non solum magna cum grauitate & decore, sed etiam lenitate ac simplicitate fiebat, sed à uicariis quibusdam iuridicis, qui officiales vulgò dicuntur. Gladii igitur ius & imperium non habent sacerdotes, sed magistratus ciuilis, ut clare testatur Christus, cùm ait: „ Regnum meum non est de hoc mundo, & Reges gẽtium dominantur eis. Vos autẽ non sic. Nam & Petrus præcipit eis, ut pascãt gregẽ non dominãtes. Inde Hieron. ad Nepot. Epi, inquit, sciant se sacerdotes esse, non dominos. c. esto. 95. dist. Itaq; dicũtur non habere territoriũ, nec prehendendi, summouendique

Source : BIU Cujas

dique facultatem,l.pupillus.§.territorium.de verb.signi. magistratibus quibusdam Romanis non dissimiles, qui vt Gellius ait,lib.12.vocationem habebant, non prehensionem. Nam & Iustinianus noster episcopos non dominos, vt hodie vulgò appellari solent,sed spirituales patres uocat.Nec nos mouere debet, q̄ plerosque sacerdotes,atque ecclesias imperium illud, quod à iure consultis dicitur merum, omnemque iurisdictionem exercere uideamus. Ea siquidem potestate non vt sacerdotes,sed vt Duces,Comites,ac domini vtuntur.Quod non videtur vsquequaque improbandum esse,modò ea gubernatio à spiritali procuratione eos non auertat.Nam sicut prędia sibi donata à principibus aut alijs propria habere ac retinere possunt.ita & iurisdictionem, quæ cū prædiorum donatione trāsfertur. Præterea quid uetat dominum ac principem ciuitatis alicuius,aut prouinciæ,si idonens reperiatur, episcopum creari.Quod si vsu venerit, nemo dixerit,opinior, eum facultates ac patrimonium suum deserere oportere:quasi id retinendo, episcopali munere fungi nō possit.Certè apud Theodoritum lib.2.c.30.cuiusdam Iacobi mentio est,qui eisdem ciuitatis q̄ princeps & episcopus fuit.Sed ea iurisdictio nihil cōe cū sacerdotis officio habet.Ideoq; cum eam exercet sacerdos,aut eius noīe alius,duplicem gerere personam intelligitur.Itaq; ab eorum iudicijs non synodi,non episcopi,non archiepiscopi, non denique Romani pontifices; sed rex tm̄,ac iudices regij appellantur.Hinc ēt vulgò traditum est,fm leges ciuiles & regias eā iurisdictionem exerceri debere.gl.in c.vlt.de præscri.c.quo iure.8.dist.Nolim tm̄ episcopos,neglecta propria functione, prophana tractare negotia,nisi fortè necessitas aliqua vrgeat. Idque Eusebij illius exemplo,quem Theodoritus lib.4.c.13.scribit militari ornatu & thyara capiti imposita Syriam circumeūtem præsbyteros & diaconos creasse Sed plerique sunt nostro tpe à religione & sacris,quàm quiuis Satrapæ & principes p̄phani longè alieniores.Nec aliud eis curæ est,quàm vt ditionē & possessiones suas quo iure quaque iniuria tueantur & augeant.Similes.n.planè sunt Demadi illi Athenienses,qui nolentibus Athenienſibus diuinos honores Alexandro decernere, Videte,inquit,ne dum cęlum custoditis,terram amittatis. Excipitur tamen pontifex Romanus constitutione Bonifaciana, quasi ius gladij habeat in oēs Christianos,sed vsum & executionem sponte regibus concedat,negotijs spiritalibus nimis scilicet districtus & occupatus.extrau.Vnam sanctam.de maio.& obed.Itaque conferendi regna totius orbis Christiani,& eadē auferēdi ptātem sibi vindicat.c.venerabilem.de elect.c.ad Apostolicæ.de re iud.in 6.cle.Romani.de iureiu. Et certū est Chilpericum regem Frācorum hominem minimè malum ac simplicem à Zacharia pōtifice deiectum regno.& Pipinum in locum eius suffectum fuisse.c.alius.16.q.6. Alius quoque pontifex nomine Leo Carolum magnum creauit Imperatorem, & imperium ex Græcia Romam transtulit. & Innocentius quartus habito conuentu Lugduni Federicum secundum, Imperatorem Romanum abdicauit imperio.d.c.ad Apostolicæ.Quibus exemplis admonemur pontificem Romanum tanquam monarcha sit,in oēs imperatores ac reges imperium exercere, & quicquid habent imperij ac maiestatis reges ac imperatores,id ab ecclesia Romana omnino pendere.Quod & Clemēs quintus in Concilio Viennensi constituit.clem. pastoralis. de re iudic. Sed ea constitutio sic displicuit nobili iurisconsulto Cyno Pistorensi, vt eam quasi ex pontificiorum errore profectam,notare ac eleuare non dubitauerit. Atque ita senserunt plerique alij non contemnendæ authoritatis iureconsulti.Bartolus verò eam perfunctoriè & dicis cā, vt ita loquar, tueri vī magis, quàm vere & ex animo. Idque apparet primùm ex eo q̄ fluctuat ille contra morem suum,nec certam profert sentētiam. Deinde,quia non obscure significat ideo se eam cōstitutionem defendere, quòd in loco Ecclesiæ Romanæ subiecto maneat.Bar.in l.1.de req.reis. Extat sane constitutio Clementis V.qua Bonifacianam sic interpretatur vt Francorum regē nō aliter pontifici Romano subiectum esse dicat,quàm ante eam constitutionem fuerat. Idque in Philippi Pulchri Francorum regis gratiam se facere testatur qui grauem ea de re cōtentionem cum Bonifacio habuerat.extrau. meruit.titul. de priuile. Quale verò hoc beneficium pontificis in regem fuerit,alij viderint.Ego certe neminē paulo saniorem, eruditioremque hoc tempore esse arbitror, cui incœptum illud Bonifacij probari possit. Ac maxime uerendum est, si tales esse pergant reliqui, ne D.Bernardi vaticinium tandem uerum esse comperiamus, qui ad Eugenium pontificem Rom. scribens de vtroque gladio:Vtrunque,inquit,habere si voles,vtrunque perdes. libr.2. de consid.ad Eug.Traditū est in Meroë,Iouis sacerdotes adeò superstitioſe impleſſe animos, vt nonnunquam misso nuntio necem regi Aethiopiæ demandarent nullo detrectante, aut mandatum iussionemve abnegante,ad Erganem regem peruentum est,qui omnes occidit & sacerdotium sustulit.Alexan. libro secundo.

De ciuili & gubernatione. Cap. 5.

Politica gubernatio magistratus à Deo perinde constituta est ac sacerdotiū ipsum, vt ante diximus. c.quæsitum.23.quæst.4. Quod adeò uerum est, vt ita senserint ethinici.Inter quos Homerus diserte ait regis imperium à Ioue proficiscī.Versus eius hi sunt,lib.1.Iliad. ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ὁ γὰρ σέβας ἐμμορέτιμῶ Σκηπτοῦχος βασιλεὺς ᾧτε ζαῖς κῦδος ἔδωκεν. Et libr.secundo, θυμὸς δὲ μεγὰς ἐστὶ διοξεφέος βασιλῆος. Τιμὴ δ'ἐκ Διός ἐστι φιλεῖ δὲ μητιετα ζεύς. Id enim natura est insitum hominibus, authore Aristotele. Quare cùm id ius naturale sit, id est, à Deo naturaliter mentibus nostris inditum,necesse est,vt & diuinum quoque dicatur. Id docet Paulus,Roma.13.cùm ait,Omnem hominē potestatibus excellentibus subditum esse debere, nec magistratū sine cā gladium gestare, cùm ad vindicāda scelera Dei minister sit. Quos enim doctrina & exhortatio sacerdotis compescere ac meliores efficere nequit,hi metu suppliciorū abstinere à flagitijs per magistratum coguntur.c.non frustra.23.q.5.l.1.de iust. & iur. Petrus quoque nos admonet, vt regem honore prosequamur,vtque non tm̄ ei,sed ēt præsidibus ab eo missis ad nocentium uindictā & laudem recte agentium pareamus. Magnum igitur Dei donum est, & non mediocris usus inter homines hęc potestas, quæ rerū oīum ad incolumitatem status publici spectantium gubernationem complectitur.Sola enim sacerdotibus relinquitur ecclesiæ rerumque ecclesiasticarum ac spiritalium curatio.c.te quidem.11.q.1. Sed potestas hæc ciuilis vtcūque delibata,primùm à sacerdotibus, deinde sensim ac pedetentim adeò imminuta est,vt ad extremum pene in ordinem redacta sit.quod iam à nobis demonstratum est. Illud præcipue hic tractandum occurrit, an principes seu magistratus in ecclesiam, resque aut personas ecclesiasticas imperium aliquod & potestatem habeantj& sciendum est uerbis tam Petri,quàm Pauli suprà recitatis, quia generalia sunt,ēt clericos & personas ecclesiasticas contineri.c.magnum.11.q.1.De Romanis pontificibus aliquid suprà attigimus,quorum aliqui Imperatorem dominum suum nominare haudquaquam ueriti sunt.c.sacerdotib.11.q.1.c.Salonitana.63.dist.c.quoties. 1.q.7. Alij ēt ipsius iudicium libenter, aut æquo certè animo subierunt.c.vos si in cōpetenter.2.q.7. Notandum est præterea magistratum siue principem non modo corporis substantiæque nostræ custodem esse, quasi ad vim atque iniuriam prohibendam taūtum constitutus sit:sed etiam religionis & cultus diuini,quod ad externam disciplinam attinet. Quamuis enim legibus ciuilibus,ea præcipue contineantur, quæ ad arcendā iniuriam tuendamque pacem pertinent, tamē & de plerisque aliis rebus ad honestatem aliquam, & maxime ad religionem spectantibus leges fiunt. Quarum omnium custodem esse magistratum Aristoteles ait.Tria siquidem iuris prę̄cepta sunt,quorum primum est,honeste viuere:eiusque præcepti multa exempla sunt in iure ciuili,de quibus alibi diximus. Nec me latet de rebus sacris ac spiritalibus iudicium esse ipsius ecclesiæ. Nam synodi episcoporum ac prę̄sbyterorum de reb. sacris rectius, quàm prophani homines iudicare possunt. d.l.omni innouatione.C.de sacrosan.eccles.d.cap.conuenior. Quod satis animaduertit Alexander Roma. imperator, quamuis Christianæ religioni addictus non esset. Sic enim de eo scribit Lampridius:Pontificibus tantum detulit & quindecim viris,atque auguribus,vt quasdam causas sacrorum à se finitas iterari &aliter distingui pateretur.Nec alienū est à proposito, quod de Leontio Tripolitano epō à scriptoribus ecclesiasticis memoriæ proditum est.Cùm n.Constantius Imperator in conuentu epōrū de ecclesiasticis multa verba faceret,& promulgaret constitutiones,omnib.aliis approbantib.hic solus obstinate tacuit.Ac sciscitāte imperatore cur ipse loquentib.cæteris solus taceret, respondit se cogitabundū mirari apud se,à propriis negotiis tā tum ei superesse otii,aliena vt curaret.Quamuis autem de rebus sacris iudicium sit ecclesiæ vt diximus,tamen ubi semel cōstituta sunt ac iudicata,magistratus officium est ecclesiæ iudicia & decreta tueri & conseruare si id necessarium esse perspexerit. Itaque blasphemiàs,hæreses,& omnem impietatem externam punit & vindicat.cap.quando.23.quæst.4.cap.de Ligu ribus.cap.quali.23.quęst.5.Sacerdotes item in officio continet magistratus, disciplinam ecclesiasticam cōstituit ac reformat. cap.filiis.26.quæstio.7. Quorsum enim tot constitutiones principum editæ sunt de officio sacerdotum & disciplina ecclesiastica, nisi eas executioni mandare possint? Quales permultæ sunt Romanorum impetratorum lib.1.C.Iustinia & lib. τῶν νεαρῶν. Sed multo plures extant principū Galliæ antiquorum, & Caroli Magni præsertim, breui, vt spero, in lucem exituræ, ut de recentioribus taceam, quæ nemini non hodie in Gallia cognitæ sunt. Ex quibus facile perspici potest, principem leges condere posse, quibus episcopi cæterique omnes Ecclesię ministri ad canonum ecclesiasticorum,ueterisque disciplinæ obseruationem in regno ac ditione sua compellantur. Eoque iure atque authoritate post hominum memoriam vsi fe-

Source : BIU Cujas

rè ſunt reges noſtri, non tm̃ in Galliæ ſuæ epiſcopos, ſed in ipſos ēt pontifices Rom. ſi quid in finibus Galliæ aduerſus canones & diſciplinam eccleſiaſticam moliri viderentur. Huiuſque libertatis expreſſiſſima quotidie veſtigia conſpiciuntur in ſummis tribunalibus, cùm à reſcriptis Romani pontificis appellationes interponuntur. Nam etſi ab executione eiuſmodi reſcriptorũ appellari ſoleat magis, quàm à reſcriptis: tm̃ effectu hæc appellandj genera non differunt. & vr̃ hic mos ex. c. 1. de appe. errore interpretis ortum hr̃e, qui reſcriptum D. Pij apud Vlpianum è Græco in Latinum malè conuertit, & quoties pr̃ſens rerum ſtatus mutationem aliquam in ſpiritalibus poſcere credebaṫ, habito conuentu eporum Eccleſiæ Gallicæ, quod tẽpori viſum erat cõuenire conſtituebatur. Ac tm̃ abeſt, vt Romani pontificis vllum interueniret decretũ, vt is ēt interdum in ordinẽ cogi ſoleret. c. de capitulis. 10. diſt. Exemplorum pleni ſunt annales noſtri & acta monumentaq; curiæ Pariſienſis de Clodoueo, Carolo Magno, Ludouico Pio, Philippo Auguſto ſancto Ludouico, Philippo Pulchro, Carolo quinto, Carolo ſexto, Carolo ſeptimo, & alijs regibus perpetuæ memoriæ cã diligentiſſimè perſcripta. Suffragatur nobis Iſidorus apud Gratianum. Cuius hæc verba ſunt: Principes ſæculi nonnũquã intra Eccleſiã ptãtis adeptæ culmina tenent, vt per eandẽ potestatẽ diſciplinam eccleſiaſticã muniant. & paulò poſt: Cognoſcunt, inquit, ſe deo reddituros eſſe rõnem p̃p Eccleſiam, quã à Chriſto tuendã ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rõnẽ exigit, qui eorũ poteſtati ſuam eccleſiam tradidit. ca. principes. 23. q. 5. Principes. n. ſunt religionis & eccleſiæ defenſores, ac vt Eſaias loquitur, nutritij. c. 49. Id quod Iuſtinianus noſter expẽdiſſe vr̃ cum ait ſe nihilo minorẽ eccleſiæ, quàm vitæ ſuæ curã hr̃e. Nou. 3. Eodem pertinet Ioadis regis exemplum memoria dignũ, quod imitari coguntur aliquando reges magiſtratuſq; noſtri. Nam cùm ſuſpectos haberet ſacerdotes, ne pecuniã interuerterent, quæ offerebatur à populo ad tutelam templi, eã primũ in arcam clauſam inferri, deinde ſcriba ſuo præſente fabris ac cementarijs errogari iuſſit. 4. Reg. c. 12. Porrò ex iã dictis ſatis colligi põt, non omnino alienum à verò eſſe, qđ pleriq; aſſerunt, concilium, ſiue conuentũ eccleſiæ principis iuſſu & imperio conuocari poſſe. Nam etſi de pontificis Ro. authoritate contendere non liceat, tm̃ ſi officio in hac re ſuo non fungatur, nec cæteri fortè eius cõſiliarij & collegæ, Cardinales vulgò appellati, ſed canones oẽs, quod abominor, & diſciplinam eccleſiaſticam cõtemnant, ac pro nihilo ducant, boni certè principis eſt eius negotij curã ſuſcipere, niſi malit Eccleſiæ deſertor ac proditor verius, quam tutor haberi. Quod nõ modo Conſtantinum, ſed pleroſque etiam alios imperatores Ro. feciſſe veteres teſtantur hiſtoriæ. c. ſexta. 16. diſt. cap. Adrianus 63. diſtin.

Quam poteſtatem habeat princeps circa miniſteria eccleſiæ. Cap. 6.

De clericorum ac miniſtrorum Eccleſiæ ordinatione loco magis idoneo diſputaturi ſumus. Sed interim animaduertendum eſt, quãuis ſacra res & maximè ſpiritalis habeatur, nihilominus regem noſtrum in eam plurimum iuris atque authoritatis meritò ſibi vendiçare. Nam epiſcoporum & archimandritarum creatio ferè ex eius nutu pendet, ſublata canonicorum atque monachorum electione. Quod ægrè admoeũ fert hodie vniuerſa eccleſiaſticorum hominum natio, quærũturqùe vulgò ex aulicorum fece prophanos abiectiſſimosq́ hoẽs ſibi antiſtites dari ſolere. Verùm eos cogitare & expendere imprimis decet ſe in cã eſſe, vt qui nulla veterum canonum habita rõne indigniſſimos pleroſque promouerent, ita vt in re prorſus alioqui deſperata, hoc ueluti cauterium quoddam neceſſariũ viſum fuiſſet. Tamen non ita de his rebus princeps decernit, vt incõmodis, ſi q̃ ſunt, vitijſque medendi facultas eccleſiæ aut eis qui ſunt eius capita, omnino erepta ſit. In conſecrationibus enim & ſolennibus ordinationibus liberũ eſt eis, ſine graui morũ, ætatis, doctrinæ examinatione neminẽ in clerum recipere, & tales conſecrare ſacerdotes, qui idonei ſint ad quãcunque functionẽ eccleſiæ, quam princeps ipſis cõmittere voluerit. Nã princeps impoſitione manuũ, conſecrationẽ, inquiſitionẽ eccleſiaſticis viris nunquã ademit, ſine qua nemo eccleſijs præficitur. Huc accedit, q̃ cùm princeps patronus ſit eccleſiarum, ac monaſteriorum, non permittunt canones eum hoc iure fraudari, quod nihil planè aliud eſt, quàm pr̃ſentatio quędam ſeu nominatio, adeò vt põtificibus oblatum nominatũ, que, ſi idoneus non uideatur, reijcere & aliter eccleſijs conſulere liceat. Ac certo certius eſt, nullo vnquam tempore ſiue canonicos ſiue monachos tantum potuiſſe, vt ſine permiſſu Regis electionem aliquam celebrare ipſis liceret. Eodemque iure imperatores ac reges alios pleroſque uſos fuiſſe conſtat ēt in electione Rom. Pontificis. Qua de re multa Gratianus collegit, ad quem lectores remittto. cap. Adrianus. cap. in ſynodo. cap. cum longè. cap. Reatina. 63. diſtin. cap. hinc etiam. 16. q. 1. Optarem ſanè à principibus maiorem haberi delectum perſonarum. Attamẽ res eiuſmodi eſt, vt eccleſiaſtici viri de ſe magis, quàm de principe, qui patroni tantum, non ēt ordinatoris officio fungitur, conquæri debeant. Quòd ſi culpam conferãt in pontificem Rom. vt pleroſque eorum crebrò facere audio, quòd probationem ac examinationem ſibi retinere, & legib. omnibus ac canonibus, quoſcunque paſſim ſoluere conſueuerit, ipſe me nihil interpono. Penes alios eſto hac de re iudiciũ. Illud vnum uerè ingenueque dico, nihil Reipub. eccleſiæque Gallicæ mihi uideri utilius, quàm authoritate regis paſtores præfici eccleſijs, ſi à pontifice Rom. obtinere poſſint epiſcopi, vt ordinatio, inquiſitio, ac confirmatio ſecundum veteres canones libera ipſis relinquatur, modo ipſi officij ſui meminiſſe. Nec cauſari poſſunt epiſcopi huius regni liberam non fore ordinationem, ſi regis authoritas neceſſariò accedat. Eſt enim ad frenandam non paucorum cupiditatem ſummè vtilis ac neceſſaria, qualis fuit olim populi conſenſus, ſine quo non poterant miniſtri eccleſiæ ab epiſcopis ordinari. Idque poteſt ijs obijci, quibus abſurdum videtur ius, quod regaliorum à noſtratibus vulgò appellatur, regẽ noſtrũ in quaſdã ſui regni eccleſias habere. Quid enim aliud hic agit Rex, ſi pauca quædam excipias, quàm quòd à ciuib. cuiuſque ciuitatis & plebe quondam fieri ſolebat cuius conſenſu, vt dixi, paſtores eccleſiarum ordinabantur. Nam ipſam ordinationem, & inquiſitionem, quæ cum beneficij collatione coniuncta antiquitus erat, nunquam ſibi attribuit. Populo autem propter tumultus & diſſidia ueriſimile eſt hoc ius ademptum, ac in principem translatum eſſe. Nam ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Quo tamen iure nec ſemper, nec in omnibus eccleſijs princeps vtitur. Sed de his omnibus infra copioſius differemus. lib 3. cap. vlt.

De Hierarchia, & varijs adminiſtrationibus Eccleſiæ. Ca. 7.

Quæ ſit pt̃as eccleſiaſtica, & quemadmodũ à politica differat, ſatis pro inſtituto diſſeruimus. Nunc de iis videndu eſt, p̃ quos eccleſiaſticæ res p̃curẽtur & adminiſtrãtur. Quorũ varij ſunt gradus. Nã, vt Petrus Apoſtolus in epiſtola Clementis ait, Eccleſia magnę cuipiã naui ſimiliſeſſe vr̃, in qua p̃ter vectores ſeu epibatas, gubernatore, preta, nauta, & miniſtris, quibuſdã aliis opus eſt. Populus. n. in eccleſia uectoribus, ep̃us proretæ, præsbyteri nauris, diaconi & alii qui clerici dicũtur reliquo nauis miniſterio cõparantur. Horũ igitur alij parẽt nulloque munere eccleſiaſtico funguntur, & hi verbo Græco laici, quaſi populares vulgò dici ſolent. Alij imperãt, & principatũ quẽdã in cæteros habẽt, q̃ hierarchię à Græcis appellanṫ. Quãquã eo uerbo rariſſimè uſos fuiſſe veteres exiſtimo. Hi. n. miniſtri aliorũ, q̃ dñi aut principes uocari maluerũt. Quod eorũ ſingulari modeſtiæ & ſanctitati aſcribendũ eſſe putamus. Sed de noĩe, modò vt rẽ teneamus, minus eſt laborandũ. Vt igitur tota res cõmodius explicẽṫ, miniſteriũ doctrinæ diuinę, q̃đ Lucas uocat διακονίαν τοῦ λόγου à cęteris miniſteriis diſtinguemus. Circa miniſteriũ doctrinæ animaduertendũ eſt, Chriſti legatos, ſiue Apoſtolos initio exoriẽtis eccleſiæ per ſingulas ciuitates, in quib. Chriſtus colebaṫ, adminiſtratores quoſdã inſtituiſſe, qui gubernarent eccleſias, ipſisq; præeſſent. Hos uocarũt ſacerdotes, q̃ ſacrorũ curationẽ haberent, & præsbyteros, id eſt, ſeniores, q̃ prudẽtia & grauitate venerabiliores eſſent cæteris. Nã hoc Greçũ uerbũ non ad ætatẽ, ſed ad dignitatẽ quandã potius referṫ. c. clericos. diſt. 21. Idq; multis exẽplis demõſtrat Budæiſus nr̃. Quã loquẽdi formã noſtrates imitãtur, ſeignores vulgò appellãtes eos, quos honore aliquo dignos iudicãt. ca. 1. de cenſ. Dicuntur p̃terea miniſtri, vt ait Chryſoſtomus, hom. 2. in epiſt. ad Philip. & paſtores q̃ miniſtrẽt magis, q̃ dominẽtur cæteris, & gregẽ ſibi cõmiſſum paſcat. Qđ verbũ iis cõuenire, qui alios gubernandos ſuſceperunt, indicat Homerus, cũ Agamemnomẽ ſubinde vocat ποιμένα λαῶν. Sed & ep̃i quoq; quaſi ſpeculatores atque inſpectores ſunt appellati. Quo ferè ſenſu ep̃i ab Arcadio iurecõſulto uocãtur, q̃ pani cæteriſque reb. vænalibus p̃ſunt. vlt. de mune. & hone. Nã Paulus in epiſtolis vtraque appellatione, p̃ſbyteri nẽpe & ep̃i, p̃miſcuè utitur. Idq; Chryſo. Augu. Hierony. & pleriq; alii annotauerũt. d. c. cleros. ca. olim. 95. di. Verũ cõis illa adminiſtratio p̃sbyterorũ uiſa eſt incõmoda p̃p diſſidia & cõtẽtiones, quas pariebat. Quare ne unuſquiſque ad ſe trahẽs Chriſti eccleſiã rũperet, ut inquit Hiero. opere p̃tiũ duxerũt in ſingulis ciuitatib. vnũ ex præsbyterorũ ordine cæteris præficere, ita vt cũ eorũ conſilio oĩa gereret, atq; ad miniſtraret. Huic vni nomẽ epiſcopi q̃đ ante oĩbus erat cõe, attributũ, vt inſigni aliqua p̃priaq; appellatione à cæteris facilius diſcerni poſſet. c. legimus. 93. di. Proinde ex eo t̃pe reliqui pr̃ſbyteri, nunquã epiſcopi ſunt appellati. Euſeb. li. 6. c. 33. hi. eccle. & trip. hiſt. lib. 4. c. 24. Quamuis epiſcopi præsbyterorum nomẽ non reſpuerint Euſeb. lib. 5. c. 24. & notandũ eſt in ſingulis ciuitatib. horũ pr̃sbyterorũ collegiũ quoddã fuiſſe, cui præerat epi-

Source : BIU Cujas

episcopus. Cuiusmodi est hodie canonicorū collegium, qui in eorum locum successisse videntur: & hunc cœtum præsbyterorum vocat senatum Ecclesiæ Hieronymus. ca. ecclesia. 16. q. 1. Nondum enim præsbyteri separatas habebant ecclesias in quibus docerent, & sacramenta administrarent. Quod vel Sozomenus demonstrat, cùm ait, consuetudinem fuisse in Alexãdria tpe suo, vt vno exister̃te super oēs episcopo, præsbyteri seorsum ecclesias obtinerēt, & populus ī eis collectas solēniter celebrarēt. trip. hist. li. c. 19. Sed crescēte numero Christianorū, passim constructæ essent basilicæ seu Ecclesiæ non in ciuitatibus modo, sed ēt in vicis atque pagis, tandē inter præsbyteros confusionis discordiæq; vitandęcā, vbiq; terrarum diuisę sunt regionibus, ita vt vnusquisque sua ecclesia regioneq; contentus ab aliena omnino abstineret. Cuius rei author fuisse dicit Dionysius vrbis Romæ episcopus, vt ex ipsius epistola ad Seuerinum episcopum Cordubensem scripta colligitur, q̃ integra apud Gratianum non extat. cap. 1. 15. q. 1. De ecclesijs, inquit, parochianis vnde apostolicam sedem consulere uoluisti, qualiter sint custodiendæ per Cordubensem prouinciam, ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis vr̃ intimare, quã vt sequaris, quod nos in Rom. Ecclesia nuper egisse cognoscitur. Ecclesias verò singulas singulis præsbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis diuisimus. Sed vnicuique ius proprium hr̃e statuimus, ita videlicet vt nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat: sed vnusquisque suis terminis sit contentus, & taliter Ecclesiam & plebem sibi commissē custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rōnem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam charissime, te & omnes episcopos sequi conuenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscunque potueris, notum facias, vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. Anacletum aūt idem decreuisse apud Gratianum legimus, quod Dionysius Romæ factum fuisse refert. Præsbyteri, inquit, per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab episcopis ordinari & poni: singuli tamen per singulos titulos suos. c. episcopi. 80. dist. &c. Historiographi, vt Platina, diuisionem quandam titulorum & dioecesium in vrbe Euaristo atque Marcello ascribunt. Sed cuius inuentū hoc fuerit, non multum arbitror ad rem pertinere. Paroecias autē appellarunt veteres fana illa & ecclesias, quæ singulis assignãtur præsbyteris in cuiusque ep̃i dioecesi. Sed paulatim corrupto vocabulo parochiæ appellari cœperūt. ti. de ꝓcu. Quãquã pro tota illa dioecesi ipsius episcopi, quæ in uarias regiones distributa est, frequēter hoc verbū accipitur, vt postea dicemus. Sciendum est p̃terea post hanc ecclesiarum partitionem & distributionem, episcopi in magna illa dioecesi sua & præsbyterorum in suis ecclesijs parem non fuisse potestatem atque authoritatem: cùm ordinatio præsbyterorum, cœterorumq; ministrorum Ecclesiæ, basilicarum consecratio, & quædam alia episcopo tm̃ permissa sint, non etiam præsbyteris inferioribus.

De varijs præsbyterorum generibus. Cap. 8.

Præsbyteri, quos episcopo subesse diximus, nō omnes eiusdem gradus, dignitatis, atque authoritatis sunt. Nam archipræsbyteri inter eos reperiuntur: sicut & inter episcopos archiepiscopi. Grat. in dec. 60. dist. c. 1. de æta. & qual. Sunt aūt archipræsbyterorum duo genera: quorū vrbani quidā dicuntur alij vicani. Vrbani dicuntur, qui in vrbe & in maiore Ecclesia officio suo funguntur. Cū. n. ep̃us ꝓp absentiā fortè vel occupationes suas, non possit omnia ep̃i munia vel solus, vel vnà cū præsbyteris obire, sed curas suas cum eis partiri, necesse habeat, utilius usum est ex præsbyteris unū cæteris præponere, qui ea quæ ad præsbyterorum officiū ptinent, partim ipse exequatur, partim alijs faciēda p̃scribat, quã omnibus simul p̃sbyteris id cōmittere, ne contentio aliqua inter ipsos ex communione administrationis oriretur. c. officiū de off. archipræs. d. c. perlectis. 25. dist. Itaque archipræsbyter vrbanus eam potestatem habet in maiore Ecclesia, quam quiuis p̃sbyter in paroecia sibi assignata hr̃e dr̃. Sed & cæteris quoque eiusdē ecclesiæ p̃sbyteris, qui cardinales, id est, primarij & prę cipui dicūtur, ad differētiā eorū qui in inferiorib. ecclesijs sunt constituti, haud dubie p̃est. c. 2. de off. archip. Archipræsbyteri vicani nullā in vrbe ptātem, nullum ministeriū, sed in maiorib. celebrioribusque pagis cōstituuntur. Ac singulis p̃ter ecclesiæ ꝓpriæ curationē, certarū ecclesiarum, certorumq; præsbyterorū, qui vc3 ꝓ minores titulos habitabāt, inspectio, obseruatioque cōmittitur. c. vlt. de off. archip. Hactenus de p̃sbyteris episcopo inferioribus. Nunc de episcopis est uidendum, quorum uarij quoque gradus reperiuntur.

De episcopis, qui gradus sint episcoporum, & quæ potestas olim fuerit eorum, qui chorepiscopi dicebantur. Ca. 9.

Episcoporum varii sunt gradus. Quidam enim præsunt vni alicui ciuitati, & vicis quibus illi ciuitati subsunt. Et hi simpliciter episcopi appellantur. Alii non tm̃ ciuitati, sed ēt ꝓuinciæ quæ multas ciuitates complectitur, p̃sidēt, & dicuntur archiepiscopi, q̃ episcopis superiores sint. Metropolitani aūt ideò vocantur, quia in metropoli aliqua, id est, matrice ciuitate iā olim constituti sunt. Alij non vni prouinciæ, sed multis præfecti sunt, & in oēs non solū episcopos, sed ēt archiepiscopos ptātem habent. Ideoque primates, seu patriarchæ dicti sunt. c. cleros. 21. dist. c. urbes. 80. dist. c. prouinciæ. 99. dist. Hi sunt numero quatuor (præter Romanū episcopum, q̃ uertex omnium, & princeps esse dicitur, de quo mox uidebimus) Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. c. antiqua ꝺ priui. c. sacrosanctę. c. Cōstantinop. c. renouantes. c. diffinimus. 22. distin. Quibus & alij quidam ueluti minorum gentium patriarchæ adiecti sunt, Aquileiensis, Cantuariensis, Biturigensis & Gradensis. Ideò autem instituta est potissimum hæc hierarchia, ut augustæ illius ac diuinæ ciuitatis, quam nos Ecclesiam uocamus, unitas ac tranquillitas melius conseruetur. Nam Ecclesia una est, inquit Cyprianus, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur. Quomodo solis multi radij, sed lumē unū, & rami arboris multi, sed robur unum tenaci radice fundatum. c. loquitur. 24. q. 1. Deinde huius ordinis hierarchici ingens in eo conspicitur utilitas, ꝓ sicut episcopus conuocat præsbyteros suæ ciuitatis & uicorum ciuitati subiectorum, ut eorū cōsilio res ecclesiasticas administret, & controuersias dirimat, sic archiepiscopus, aut patriarcha suæ prouinciæ aut nationis antistites cogit & congregat, quo grauiora negotia in ampliori maiorique conuentu tractari ac definiri possint, & quæ perperā ac iniustè decreta, vel iudicata sunt, ad maius iudicium gradatim referantur. 6. q. 3. & 4. Nam huius rei gr̃a synodi tam ciuitatum, quàm prouinciarum, atque nationum nngulis annis indici solebant. 18. dist. c. sicut olim. de accus. Quod & constitutione quadam præcipit Iustinianus. Nou. de sanct. epis. Illud prætermittendum non est, antiquitus cum episcopi otio, ut uerisimile est, suo consulere uellent, uicarios quosdam episcopos ordinare solitos fuisse, qui vulgò chorepiscopi dicebantur, authore Damaso in quadam epistola, quasi χωρεπίσκοποι, id est, rustici episcopi, quia non in ciuitate, sed ꝑ vicos & pagos munus episcopi quadam tenus gerebant. Nã lectores, exorcistas, cęterosque inferioris ordinis clericos ordinare ipsis licebat, quamuis presbyteros, aut diaconos ordinare non possent. conc. Ancyr. c. 13. Neocæs. c 13. con. Antioch. c. 8. & 10. c. ecclesiis. 68. dist. Verùm hoc prætextu, ꝓ episcopalem honorem sibi insoleniter arrogarent tandem, nec vlla satis bona ratio eorū institutionis apparet, id munus omnino sublatum atque antiquatum est, cap. quamuis. c. chorepiscopi. 68. dist. & facilè mihi persuadeo, archipræsbyteros, de quibus ante locuti sumus, in eorum locū successisse, quibus neque episcopi nomen attributum est, neque aliud quicquam eorū, quæ episcoporum propria sunt, ne fortasse ipsis audaciæ atque insolētiæ illius, propter quam deiecti fuerant minuti isti episcopi, occasio præberetur.

De episcopo Romano, ac de eius amplitudine & authoritate, tum de nominib. variis, quib. appellari solet. Ca. 10.

Episcopus Romanę urbis, quin primus patriarcharum olim habitus sit, dubiū non est. Id enim uariis conciliis & principum sanctionibus est constitutū. Nou. Iust. 131. Vnde in historia ecclesiastica nō semel legimus ius conuocandi uniuersalis concilii ad ipsum pertinere. Quam ptātem à Christo acceperit, necne, meum diffinire non est, sed theologiæ professorum. Ego etenim, qui me iurisconsultum profiteor, de his rebus tanquam politici cuiusdam ordinis cã hominū consensu institutis, ita differo: ueritus scilicet, ne theologi nostri temporis aut interdicto mecum contendāt, aut me ex iure manu consertum uocent, quod temerè in proprias ipsorum possessiones irruerim. Siue igitur hoc datum est urbi, q̃ caput imperii erat, siue apostoli memoriæ, qui primus in ea sedisse dr̃ aut deniq; ipsius Christi institutioni, vt vulgò receptū est, constat uetustis temporibus, primam, præcipuamque sedē ep̃orum in ecclesia Rom. fuisse. Quo honore atq; dignitate initio moderatè admodū vsi sunt, adeò vt cæteros ep̃os fratrum, collegarumq; loco semper habuerint, nec imperium exercere in eos regū ac principū more vnquã in aīum induxerint. Id qđ ex epistolis Hieronymi ad Nepotianū & Enagriū facilè perspici pōt. Nã & cōcilio Chartaginēsi. 3. capite 26. uetitū fuerat, ne quis princeps sacerdotū, aut sūmus sacerdos: sed tm̃ primæ sedis ep̃us appellaretur. c primę sedis. 99. di. Itaque qđ de summo Romanæ urbis pōtificatu legitur in nouel. Iustiniani, qua de p̃scriptione centū annorū loquitur, qbusdā ualde suspectū est nec in Græco Iustiniani codice τῶν πατριαρχῶν reperīt ea cōstitutio. Hinc Gregorius pōtifex Rom. Ioanni ep̃o Cōstantinopolitanæ vrbis, q̃ noua tunc Roma ꝓp translationē imperii dicebatur, uehemēter obstitit, cū imperatoris Mauritii authoritate fretus ep̃um se uniuersalē Ecclesiæ esse cōtēderet. & extat eius-

Source : BIU Cujas

dem Gregorii in Gratiani collectaneis epistola ad Eulogium patriarcham Alexandrinum scripta, qua episcopi uniuersalis titulum, quasi superbam insolẽtemque appellationem respuit. c ecce.99. dist. Verùm non ita multò post Bonifacius tertius magna contentione à Phoca imperatore obtinuit, vt episcopus œcumenicus & uniuersalis fieret: eamque authoritatem cæteri eius successores non solùm mordicus retinuerunt, sed mirab literauerunt etiã, præsertim à Pipini & Caroli Magni Franciæ regum tẽporibus, qui studio incredibili Ecclesiã Romanam sunt prosecuti, adeò vt regium excedat fastigium põtificatus & magnitudine sua nunc laborare videatur. Admirati sunt ueteres sacerdotem Commanorum in Ponto, cui vt à Strabone literis proditum est, regum Põticorum tempore maximus secundum regem honos habebatur, & regium diadema gestare licebat. Commana etiam imperio eius suberat, cũ sacris seruis, qui hieroduli dicebantur, non pauciores sex millibus, in quos omnem potestatem habebat, dempta solùm uẽdendi facultate. Nec eo inferior perhibetur Commanorum sacerdos in Cappadocia, de quo multa idem author scribit. Fuerunt & alii, quorum splendor & magnitudo multum celebratur. Verùm ea est Pontificis Romani amplitudo & maiestas, vt oẽs, quotquot vsquam fuerunt pontifices ac sacerdotes longo post se interuallo reliquerit. & hæc vt ita dixerim, monarchia magno consensu Christianorum ideo recepta est, opinor, quia tot tantaque inter eos erant dissidia, tam discrepantes sententiæ & uoluntates, vt in illa iam propemodum ferrea ætate nullum aliud præsentius remedium ad conseruandam Ecclesiæ unitatem superesse uideretur. Scitum etenim est illud Homeri: Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. Quid qđ naturales dicuntur esse conuersiones Rerump. vt mirum non sit Aristocratiam aliquando in Monarchiam commutari, & rursus Monarchiam in aliud gubernandi genus, cùm vel hæc in Tyrãnidem, vel illa in Obligarchiam degenerat. Etenim Hierarchia hæc de qua loquimur, ecclesiastica eo euasit, vt non absre quis ciuili cuipiam gubernationi eam comparauerit, tametsi longè dignior augustiorque habeatur. Nec sanè me fugit quid Christus ipse de muneris ecclesiastici, & principatus atque imperii discrimine Apostolos suos docuerit, quidque Petrus ea de re scripserit in graui illa epistola, qua episcopi officiũ ab eo describitur. Sed hæc theologis libenter discutienda relinquimus. Quæsitum est à plerisque cur episcopus Rom. Ecclesiæ Papa appelletur, quasi hoc uocabulum cæteris epis cõmune non sit. Verùm illi magnopere falluntur, cùm ex antiquis scriptoribus constet, oẽs episcopos ac p̃sbyterus, qui sanctitate uitæ & doctrina commendarentur, honoris cã sic nũcupari olim consueuisse. not. in ca. si Papa. 40. dist. Pauca ex infinitis exempla hic proferam. Hieronymus in epistolis, Augustinum episcopum Hipponensem subinde Papam uocat. Apud eundem Athanasius, Epiphanius, Euagrius, Alypius, Chromatius, Theophilus Papæ dicuntur, Martinus episcopus Bracarẽsis passim apud Gratianum Papa vocatur, & sæpe concilium Martini Papæ commemoratur ab eodem. c. episcopo. 8. q. 1. cũ simi. Sic enim ferè librum vocant, quem is ex varijs Græcorũ synodis excerpsit atque collegit. Cyprianus quoque Papa crebrò appellatur in iure pontificio c. absit. 50. dist. in c. omnis. de const. dist. 1. c. 1. de conse. di. 2. Nam παπᾶς Græcum nomen à veterib: vsurpatum patrem significat, uel Suida authore, Hinc Arrianus in Bithyniacis scribit, Iouem à Bithynijs πάππαν appellari solitum fuisse. Sed vulgò receptum est, vt vni Romano pontifici hoc vocabulũ attribuatur. Illud quoque proprium esse Romani põtificis nonnulli tradunt, vt seruus seruorũ Dei nũcupetur. not. in pro. Decret. Quò pertinẽt vulgares nec omnino insulsi versus, quos Decretorum Gratiani interpres refert. glo. in c. quoties. 1. q. 7.

Roma tibi quondam suberant domini dominorum:
Seruorum serui nunc tibi sunt domini.

Verùm hæc vt otiosa omnino, aut certè non admodũ vsui futura iam omittimus.

De conuentib. ecclesiasticis, quas Synodos vocãt. Ca. 11.

De Synodis iam aliquid attigimus superiori capite. Sed ea res pleniorem discessionẽ requirit. Sunt aũt Synodorũ tria genera: Vnũ est earũ q̃ a cuiusque ciuitatis ep̃o celebrantur. Nam ep̃us sacerdotes ac p̃sbyteros paroeciæ suæ quotãnis conuocare solet. c. annis. 15. di. c. Sicut olim. de accu. Sed quoties, aut quo tpe anni iure pontificio non satis expressum est. Itaq; hic spectanda erit cõsuetudo. Nicensis. n. concilij canon quo certũ tp̃s definitũ est, de prouincialibus cõcilijs loquit̃, de quib. mox dicturi sumus. c. habeat. 18. dist. Qđ à plerisque animaduersum non est. gl. prag. Ac tametsi solẽne ordinariumq; sit, sacerdotes q̃ ecclesias regũt ad Synodũ cõuocare, nõ ẽt cæteros clericos & archimãdritas seu monasteriorũ p̃sules, tñ si iusta aliqua cã ep̃um moueat. his ẽt mãdare põt vt ad synodũ accedãt. c. qđ super his. de maio. & obe. c. ep̃s. c. vlt. 18. di. c. vlt. 28. q. 2. no. in c. dilectus. de off. ordi. c. ex ore. de priuil. De sodalib. mẽdicã tib. aliqñ dubitatũ fuit. Verũ Gregorius Pontifex cõstituit eos ab ep̃is cogendos non esse vt solẽnib. synodis adsint. c. nimis. de excess. p̃la. Illud animaduersione dignũ est, eos qui ad synodũ ire non cõpelluntur, canonib. in synodo editis obtẽperare nihilominus debere. Olim hi cõuentus indicebãtur, vt episcopus simul cũ p̃sbyteris de disciplina cleri, de eaussis ecclesiasticis, de doctrina diuina deliberaret. Nihil. n. quod paulò grauius esset ep̃i absque eo cœtu, ac ueluti senatu quodã facile decernebant. 15. q. 7. in decre. Sed huius honestissimi instituti vix umbram hodie retinemus. Synodus prouincialis est cõuẽtus ep̃orum cuiusque prouinciæ, q̃ à metropolitano aut patriarcha cõuocat̃. c. regula. 3 dist. & tota 18. dist. Addit Gratianus' authoritate ẽt Rom. Pontif. p̃sente ipsius legato cõcilia prouincialia celebrari. d. c. regula. Quãuis aũt hic cõuẽtus p̃cipuè ep̃orum sit, tñ ab Innocẽtio tertio cõstitutũ est, collegia ecclesiastica, q̃ vulgò Capitula uocamus, ẽt cõuocari debere. c. vlt. de his q̃ fiunt a præl. Qđ tñ plerisque iuris pontificij doctoribus parũ p̃bat̃. not in c. graue. de p̃b. Archimãdritas inuitos adesse non cogi, vulgò receptũ est, qđ singuli ep̃i posteà i ipsis exponãt, quę in cõcilio gesta, cõstitutaq; sunt. c. decernimus. 18. dist. Sed uerius est, non hos tm̃, sed interdũ ẽt laicos hoĩes adesse debere: q̃ vel eorũ interest fortassis, vel necessariũ sit eorũ consilium. not. in d. c. graue. c. ad sedẽ. 35 dist. Nec aliter hoc definiri posse vr̃, cũ ex uarietate causarũ pẽdeat. Et animaduertendũ est huiusmodi synodos fm veteres canones bis in anno aut saltẽ semel celebrari. c. habeatur. & seq. c. qm̃. 18. dist. Ac in eo cõuẽtu tractãtur & iudicãtur cãe ecclesiasticæ, totiusque cleri mores reformãtur, & corrigũtur, vt scribit Iustinianus, nouel. 123. de sanct. episc. & synodus Antiochena cõstituit. c. p̃p. 18. dist. Cuius rei gr̃a testes, q̃ dicũtur synodales, cõstitui moris est, sicut & in cuiusque ep̃i synodo. c. ep̃us in synodo. 35. q. 6. præterea, de testib. cog. Nã siquid grauius occurrat in cõuentu ep̃i, & p̃sbyterorũ quod maioris & amplioris cõuẽtus iudiciũ postulet, aut si quis ab eo iniuria se affectũ conquæratur, ad cõciliũ prouinciale id deferendũ est. ca. si quis à proprio. 21. q. 5. Illud quæritũ est, an ep̃us in eo cõuentu deponi ac de gradu suo deijci possit. Et certũ est priscis tẽporibus id vsitatum fuisse. concilio Antiocheno. c. 12. ca. si quis à proprio. 21. q. 5. Sed Pontificijs quibusdam decretis talis cõdemnatio prohibita est, incõsulto Romano põtifice. c. accusatus. & seq. 3. q. 6. not. in c. extuæ. de cler. non resid. Sed & Gratianus ait huiusmodi cõcilia ad corrigendum, non ẽt ad constituendum, uel diffiniẽdũ efficacia esse. 18. dist. in princ. Verũ hanc Gratiani sn̄iam improbant multi existimantes synodũ prouincialẽ canones cõstituere posse, qui intra prouinciæ fines vim habeant. gl. ibid. Cuius rei pleraq; exẽpla ex ueterum monumentis proferre licet. Sanè in iudicandis causis ecclesiasticis antiquitus multũ Romanæ sedi tributũ est, adeò vt plerunque eius sedis arbitrio iudicia episcoporum atque adeò conciliorum prouincialium uel infirmarentur, vel rata manerent. Quod uel ex canonibus Sardicensis concilij perspici potest. cap. si quis episcopus. 2. quæstio. 6. Ac tametsi magna sæpe fuerit hac de re contentio, & canonibus concilij Mileuitani ab episcopis prohibitæ fuerint huiusmodi prouocationes, cap. placuit. 2. quæst. 6. quas etiam magnopere detestatur Bernardus libro 3. de consid. Romani pontifices ad extremum obtinuerunt, ut eorum iudicio cæteri omnes episcopi subessent, vtque ipsi nullius censuræ essent obnoxij. cap. cuncta per mundum. 9. quęst 3. cap. nemini. 7. quæst. 4 Quod ad causas tamen attinet in quibus ad Romanam sedem hodie interponitur appellatio, decreta Basilienſis concilij in Gallia ferè obseruantur, nec discutitur aut iudicatur Romæ negotium, sed in qua diœcesi lis cœpta est, in ea iudices dantur. tit. de causis. in prag. & in concord. Superest ut de synodo uniuersali & œcumenica aliquid dicamus. Ac imprimis quæritur, qui interesse huic synodo debeant: qđ Panor. fatetur nullo iure æxpressum esse in c. graue. de p̃b. Et sanè magna canonũ decretorum que pontificiorum uarietas hic reperitur. De episcopis orbis Christiani minus dubitatur, & extat in decretalibus formula & conceptio iurisiuraudi, qua obstringuntur omnes episcopi, vt ad synodum veniant. cap. ego. de iureiur. De monasteriorũ antistibus præsbyteris, & quibusdam alijs clericis aliquot exẽpla leguntur in iure pontificio. cap. in nomine domini. 23. distin. ca. Adrianus. 63. distin. Reges pręterea ac Imperatores nõ adfuisse tantum synodo, sed & pręfuisse legimus. cap. futuram. 12. quæst 1. cap. nos ad finem. 96. dist. cap. si quis ingenuus. 29. q. 2. cap. Adrianus. 2. 63. distinct. Sed & alios quoque laicos homines interdum concilio adhibitos fuisse constat. c. ad sedem. 35. dist. Verùm illud scrupulum plerisque inijcit, quòd immensa illa quorumlibet clericorum turba nõ uidetur absque magno incõmodo & confusione ad hunc cõuentũ admitti posse. Deinde alienum uidetur ab ecclesiastica disciplina, ut laici de ecclesiasticis negotijs iudicium faciant. capitul. bene quidem. 96 distin. capitu. non placuit. 16. quæstione septima. Confusio autem uitari potest, si ex singulis prouincijs moderatus aliquis

quis numerus eruditiorum ac probatiorum eligatur,& ad synodum mittatur. Nam & alioqui pastoribus destitutæ manerent Ecclesiæ. De laicis uerò nihil aliud respondendum nunc occurrit,quàm quod Nicolaus Pont.scribit ad Micha. imperatorem.96.dist. Vbinam legistis, inquit, imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse, nisi fortè in quibusdam ubi de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis,quæ nō solum ad clericos, verùm etiam ad laicos, & omnes omnino pertinet Christianos? Quamuis enim iudicia ecclesiastica soli exerceant sacerdotes & clerici, d.c.bene quidem,tamen vbi de eo negotio agitur quod ad Ecclesiam vniuersalem pertinet, quæ non solum ex clericis, sed etiam ex laicis constat: c.Ecclesia.de conse.dist.3.æquum uon est laicos ab huiusmodi deliberationibus summoueri, sed cōmuni potius decreto omnia diffiniri, quod & ab ipsis Christi apostolis obseruatum fuisse satis Lucæ testatur historia. Acto. 15. Atque ita celeberrimi iuris pontificij doctores senserunt, gl.c.Adrianus.1.63.dist.gl.c.ult.de his quæ fiunt a præl. tametsi Panormitanus in libro quæstionum,laicis deliberationem & consilium permittens, iudicium ac diffiniendi facultatem adimat. Nolim tamen in hunc conuentum quoslibet laicos passim recipi, sed cum regibus & principibus,eos qui in quaque prouincia insignis alicuius doctrinæ,& sanctitatis nomine celebrantur. Idque si vnquam aliàs,maximè hoc seculo necessarium est,quo episcopatus & sacerdotia indoctissimis hominibus & à religione alienis deferri solent. Priscis temporibus rarum ac prodigio simile habebatur aliquem Ecclesiæ præfici,qui diuinarum literarum doctor non esset,nec ideò laicorū contemnebatur iudicium. Cùm igitur hodie episcopi nostri paucis exceptis,sacrarum literarum scientia cęteris ex populo longè inferiores sint, quonam ore soli de rebus diuinis iudicium sibi arrogabunt?

De Diaconis, Hypodiaconis, & alijs inferioris ordinis & gradus clericis. Cap. 12.

HVcusque de ijs ecclesiarum administratoribus tractauimus, qui ministri doctrinæ diuinæ dñr, iam de cæteris est uidendum,id est,Diaconis,Hypodiaconis, &c. Dñr aūt Diaconi verbo Græco eōrū ministri,nec eōrum modò, sed ēt presbyterorū, vt concilio Carthaginiensi quarto.c.37.c.diaconi.93.dist.sancitum est. Et quamuis Diaconi seu ministri vocabulum episcopis quoque ac presbyteris conueniat, magis quàm principis aut domini, atque ita olim vsurpatum sit, tamen ijs de quibus loquimur propriè id tributum est,vt facilior esset eorum a cæteris distinctio.Appellantur & læuitæ aliquando, propter similitudinem ministerij,lege si quidem Mosaica instituti sunt læuitę,vt Aaroni sacerdoti inseruirēt,ac ministrarent.21.dist.c. 1. Quamobrē in cætu sacerdotum,aut coram sacerdote aliquo diaconis sedere vetitum est.c.peruenit.c.non oportet.93.distin.Institutio autem eorum orta est ab apostolis, quāuis pręsbyteri seu epi a Christo *ipso* instituti sint,vt ait Cyprianus.c.dominus.93.dist. Cùm enim apostoli in diuina doctrina occupati ministrare nō possent mensis,quæ pauperibus tum parari solebant, septem Diaconos,siue ministros eius operis gratia constituerunt.Act. 6.c.Eorum igitur officium olim in cura pauperum præcipuè, & rerum earum quæ Ecclesiæ offerebantur, pauperum cleri-corumque alendorum graria versabatur. c. præcipimus.12.q. 1.c.in sancta.92.dist.Hinc fit vt hodie in Ecclesia oblationes ad altrare factas recipiant,cum hypodiaconis suis.c.cleros.21.dist. c.perlectis.25. dist. Proinde quidam iuris pontificij consultus non leuis apud nostrates authoritatis,Diaconus,inquit,hospitalitatis nomen est,presbyter ætatis.gl.prag.tit.de æta. & qual. card.uerb.cardinales.Sed posteà id munus auctum est,ut Clementis & Euaristi rescripta indicant. Ait enim Clemens, Diaconi Ecclesiæ sint tanquam oculi epi oberrantes, & circunlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, perscrutantes diligentins si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato,vt referat hoc ad epm,& ita epo suggerere, quæ ad cultum Ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, diaconis cura sit.c.diaconi-93 dist.Et Euaristus, Diaconi, inquit,qui quasi oculi videntur esse epi,in vnaquaque ciuitate septem debent esse,qui custodiant epm prædicantem, ne ipse eps ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur a suis, aut uerba diuina detrahendo,aut insidiando polluantur, uel despiciantur,sed veritas spirituali redoleat feruore,& pax prædicata labijs cum voluntate animi concordet.c diaconi 2. 93. dist. Hieronymus quoque ad Rusticum de Diaconis ita loquitur, vt magnum fuisse eorum munus in Ecclesia facilè appareat. Diaconi,inquit,sunt quos in Apocalypti legimus, septem angeli ecclesiarum,hi sunt septem cādelabra aurea, hi sunt uoces tornitruorum,virtutum operatione præclari, humilitate præditi,quieti,humiles, euangelizantes pacem, annuntiantes bona,dissensiones & rixas & scandala resecantes: docentes, soli deo colloquentes in templo,nihil penitus de mundo cogitantes,dicentes patri & matri, Non noui uos, & filios suos non agnoscentes.Sine his sacerdos nomen non habet, ortum non habet,officium non habet.hic minister Dei dicitur, quia scriptum est.Maior est qui ministrat, quàm cui ministratur. & sicut est in sacerdote ministratio, ita in ministro sacramenti dispensatio.Sacerdotibus etiam propter præsumptionem non licet de mensa domini calicem tollere, nisi eis traditus fuerit a diaconis,ita enim dominus noster omnipotens vniuersa dispo suit,vt qui maiorem se esse crediderit, minor esset,& qui minor uideretur,maior existeret. Denique quàm hoc verum sit, ipse perpende.Læuitæ componunt mensam domini,læuitæ sacerdotibus cùm sacramenta benedicunt assistunt, læuitæ ante sacerdotes orant,vt si distinctio locorum creditur in mundo, etiam in altari Dei videant sibi epi qui superbi sunt, diaconos anteponi.si humilitatem diligunt, & diaconi maiores se esse in eo quod sunt humiles,recognoscant.tunc demum vt aures habeamus ad Deum,diaconus acclamat,ipse prædicat,ipse hortatur,ipse etiam commouet astantibus sacerdotibus, ne leuiter hanc vocem qua loquitur hæc, & pacem annuntiat, audiant, aut negligenter aspiciant.Sufficit huic ordini, tantum fuisse p Deum concessum,vt non solus sacerdos in templo Dei solum agere & implere uideatur.c.diaconi.5.93. dist. Ex quibus locis planum vt arbitror factum est, tum doctrinam diuinam & sacrorum procurationem, tum disciplinam ecclesiasticam ad diaconorum munus & functionem aliquatenus pertinere, quamuis non solum epis,sed etiam præsbyteris inferiores sint. Extiternnt sane nonnulli quondam adeò uecordes,vt eos præsbyteris anteponendos,nedum exæquandos esse contenderēt, aduersus quos acriter inuehuntur Hieronymus, in epist.ad Euag.c.legimus.93.dist.& Augustinus in quæstio. uet. & noui testa. 9. 101. Et hanc scribit Hieronymus causam fuisse tantæ insolentiæ & supercilij, quia diaconos paucitas honorabiles, præsbyteros turba contemptibiles faciebat. De Diaconis Romanæ Ecclesiæ,Cardinalibus vulgò appellatis,qui moribus nostris episcopos omnes, non modo præsbyteros antecedunt, paulò post differemus.Hypodiaconi longo post Diaconos tpe instituti sunt, ꝙ diaconi omnia quæcunque ad ministerium suum pertinent obire & exequi præ multitudine negotiorum non possent,nondum uidelicet institutis ordinibus,qui inferiores dicuntur.Subest ergo Hypodiaconus diacono, vt præsbytero diaconus iuxta vetus prouerbium δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου, idque vox ipsa satis indicat.c.cleros.21. dist. Archidiaconi ex corpore diaconorum creari primùm soliti sunt eadem ratione,qua & Archipræsbyteri ex præsbyterorum ordine,de quibus suprà locuti sumus,dic.c.legimus. nempe vt quæ ad diaconorum officium spectant,tā ipsi exequerentur, quàm a diaconis exequenda perficiendaque curarent ac iuberent. c. perlectis.25.dist c.volumus.89.dist.& 94.dist.c.si quis.c.ult.Horumque institutionem nouam non esse,ex eo constat, ꝙ Hieronymus eorum meminerit ad Nepo.& veterum alij plerique histo.trip.lib.5.c.48.Theod.lib.2.c.31. Tradūt & historicorum nonnulli Laurentium martyrem sub Sixto Pont. Rom. hoc munere functum, & pecuniæ ecclesiasticæ custodiā habuisse. Porrò huic diaconorum cœtui qui sub epo oblationum omnium obuentionumque ecclesiasticarum curam habebant, cùm ualde excreuissent ecclesiasticæ possessiones ac reditus, adiuncti sunt œconomi, uel potius in œconomos hoc onus reiectum est.ca.quoniam.ca.in noua.16.q.7.vt liberius possent diaconi præsbyteris sacramenta dispensantibus in Ecclesia assistere & ministrare,& ne prædiorum possessionumque procuratio,variæque lites,quæ earum rerum nomine moueri solēt, a sacro spiritalique munere eos auocarent.conc. Chalce.c.26. & hist.2.c.9.Horum crebra mentio est in constitutionibus Iustiniani.Tametsi autem præsbyterorum gradus, quàm diaconorum longè sublimior nunquam non habitus sit, & contradicentium ambitiosa temeritas grauissimorum virorum authoritate repressa semper ac damnata, illud tamen obtineri ad extremum non potuit,vt archidiaconi in præsbyteros, atque adeò in archipræsbyteros ipsos potestatē non haberent. Idq; excusatur hoc prætextu, ꝙ Archidiaconi non modo inspectionem & obseruationem,vt olim, sed coercionem etiam iurisdictionemque habeant,& veluti quodam magistratu fungantur.c.1 de offi.archip,c.perlectis.25.dist.Maxime autem dignationis hoc munus fuisse superioribus seculis in Gallia, uel illud argumento est, ꝙ nostrorum annalium scriptores memorię prodiderint,Ludouici Crassi Francorum regis filium in Ecclesia Parisiensi hoc munere functum fuisse. Quāquam id alia etiam ratione factum dici fortasse potest.

De Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ, cur ita uocentur & unde ortum habuerint. Cap. 13.

Ordo postulare uidebatur vt post Pontificem Romanum de amplissimo purpuratorum collegio

Source : BIU Cujas

gio quī Cardinalium nomine cēſentur, diſſereremus, ſed quia inter eos epiſcopi quidam ſunt, alij præsbyteri, alij diaconi, melius eſſe duximus & ad docendum accommodatius de diaconis aliquid prius attingere. Et videntur Cardinales appellati quaſi præcipui atque primarij, cæteriſque epiſcopis, præsbyteris, & diaconis digniores ac præſtantiores, non aliter ac magiſtri quidam militum dicuntur Cardinales in vetere indice ciuilium, militariumque officiorum qui abſque vllius authoris nomine editus eſt. Nam epiſcopo Romano ad tantæ maieſtatis faſtigium euecto, par erat non ſolùm epiſcopos vrbi vicinos, a quibus conſecrabatur, ſed præsbyteros & diaconos quoque eiuſdem vrbis ſimul cū capite ſuo paulatim creſcere, cùm præſertim horum cōſilio vt quiuis epiſcopus ſiue archiepiſcopus in Eccleſia regenda ab initio vteretur, vt ex iam dictis perſpicuum eſt. Non enim videntur præsbyteri vrbis Romæ aut diaconi multo maioris olim dignationis, quam aliarum eccleſiarum fuiſſe. Idque Hieronymus Eccleſiæ Romanæ præsbyter & ipſe crebrò affirmat. Cuius temporibus Cardinalis appellationem in vſu nondum fuiſſe veriſimile eſt, cum nuſquam ea vox in ſcriptis eius reperiatur. Deducitur autem a Cardinale, niſi fallor, quo ſuſtinentur & voluuntur oſtia ſiue ianuæ. Eorū ſiquidem cōſilio, nutu & authoritate totus orbis Chriſtianus, moueri, volui, ſuſtētarique creditur. Inde apud Latinos authores hæ loquendi formulæ manarunt. In eo rei cardo vertitur, id eſt, ex eo tota res pendet: & Cardinem cauſæ in aliquo ponere, id eſt, ſummam litis conſtituere. Quintil Hìc cauſæ cardi-
„ nem ponit, in quo ſi victus fuerit etiam in ſequentibus ruit.
„ Quamuis igitur vſitatum non fuerit apud veteres Cardinalis uocabulum, tamen ratio probabilis oſtenſa eſt, quamobrem ſumma illa Eccleſiæ columna nunc ita appellentur. Sed omittendum non eſt aliquanto latius olim acceptum fuiſſe uocabulum ab ijs qui illud inuenerunt & conſtituerunt. Nam Gregorius magnus ſepenumero in epiſtolarum volumine de epiſcopis loquens, ſacerdotes cardinales eos appellat, ꝙ præsbyteris, vt ſuprà diximus, maiores & excellentiores ſint. c. relatio. c. illud. 21. q. 5. c. paſtoralis. 7. q. 5. Et Leo c 2. de off. archipreſ. lib. 5 decret. præsbyteros cardinales meo iudicio vocat, non quoſuis præsbyteros, ſed qui in maiore Eccleſia, quam cathedralē dicimus, rem diuinam ſimul cum epō ſuo faciunt: Canonici hodie vulgò appellati. Mitto quòd in quibuſdam ciuitatibus, cuiuſmodi Rauēna eſt & Compoſtella, etiamnum ſacerdotes quidam præcipui hoc nomen retinent. Sed ſplendor amplitudoque Senatus illius Romani, qui ex cardinalibus conſtat, facit vt hodie in cæteris eccleſijs, excepta Romana, ludibrijs obnoxia ſit non minus quàm Iuetotij regis apud nos iſta appellatio. gl. c. pudor. 32. q. 2. Hi enim a regio non longè abſunt faſtigio, eorumque inſigne eſt ruber pileus. Cuius vſum Innocentius IIII. ornandi eius ordinis cauſa ipſis conceſſit. Ex his facile eſt colligere quòd interpres Decret. quodam in loco ſcribit, Epi cuiuſque ciuitatis maiorem quàm diaconi aut præsbyteri Romanæ Eccleſię cardinalis dignitatem eſſe. Quod vel authoritate Auguſtini confirmatur in quadam ad Hieronymum Romanæ Eccleſiæ præsbyterum epiſtola. Quanquam, inquit, ſecundum vocabula quę uſus obtinuit, epiſcopatus ſit p præsbyterio maior Auguſtinus tamē Hieronymo: minor eſt. c. quanquam. 2. q. 7. ubi gl. Nec aliam eſſe cauſam præsbyterorum aut diaconorum vrbis Romæ, quàm cuiuſcunque alterius ciuitatis demonſtrat Hierony. in epiſtola ad Euag. ca. legimus. 93. diſt. ubi glo. Quod quidem ſacroſanctæ poteſtatis eleuandæ gratia nunc a me dictum nolim quiſquam exiſtimet, ſed vt fons & origo eiuſdem magis innoteſcat. Verùm hæc inualuit conſuetudo, quæ ſpecioſis quibuſdam rationibus vulgò defendi ſolet, vt tam præsbyteri quàm diaconi Romanæ Eccleſiæ cardinales longo interuallo omnes alios epos ac præsbyteros antecedant. gloſſ. in prag. ſanct in uerbo. legitime. tit. de nu. & qual. card. Ac tametſi ad dignitatem epiſcopalē promoueri eos quotidie videamus, certum tamen atque exploratum eſt, contra veteres canones & inſtituta maiorum id fieri, cum aſſidui in Eccleſia pareciaque ſibi commiſſa more aliorum cuiuſque diœceſeos præsbyterorum, aut diaconorum eſſe debeant. c. 2. de cleri. non reſiden. Itaque veniam eis & gratiam canonum impetrare neceſſe eſt.

Qui fuerint olim Oſtiarij, Lectores, Exorciſtæ, Acolythi, & cæteri omnes qui clerici appellantur, unde mos tondendi capitis ortus ſit, atque item conſuetudo canendi in ſacris ædibus. Cap. 14.

In veteri Eccleſia non erat hæc munerum diſtinctio, quæ poſteà in uſum venit, vt alij Oſtiarij dicerentur, alij Lectores, Exorciſtæ, aut Acolythi. ſed Diaconorum Hypodiaconorumque muneri coniuncta erant hæc omnia. c. 1. 21. diſt. c. nullus. 60. diſt. Huius rei locuples teſtis eſt Hieronymus, in 19. c. Eſaiæ. qui ordines quinque, ac ueluti claſſes totius eccleſiæ deſcribens, poſt epiſcopos, præsbyteros, & diaconos, nec oſtiariorum, nec lectorum, aut acolythorum mentionem vllam facit, ſed fideles omnes in quarto ordine locat, & catechumenos in poſtremo. Verùm procedente tempore vnum idemque munus in plura diſpertitum eſt, idque a Caio Pontifice Romano primum, vt quidam ſcribunt; eiuſque partitionis faciendæ magna oblata eſt occaſio. Nam vt ſeminariū quoddam eſſet eorum qui epiſcopis, præsbyteris, & diaconis ſuccederent, alebatur ſumptu publico magnus iuuenum numerus Eccleſiæ miniſterio conſecratorum, qui interim non ſolum inſtituebantur in ſtudio literarum, ſed portio aliqua ēt munerum eccleſiaſticorum ipſis committebatur. Eorū nēpe quæ leuiora minoriſque momenti eſſent, quæque antea a diaconis obiri ſolebant, ut hi ueluti rudimentis quibuſdam ad maiora grauioraque obeunda prępararentur. Ac ne qua confuſio perturbatioq; eam functionem impediret, diſtincta ſunt diuiſaq; inter ipſos officia, ita vt vnuſquiſque ſuo muneri bona fide incumbens, de alieno ſolicitus non eſſet. In qua diſtributione gradus quidam ideò conſtituti ſunt, ꝙ eorum munerum alia alijs digniora videbantur. Nec poterat quiſquam ad maius promoueri, qui in minore anteà verſatus non fuiſſet. Sed de his gradibus conſtituendis, ac diſcernendis, quia non conuenit inter iuris Pontificij Theologięq; doctores, & ſubdifficilis eſt explicatio propter varietatem locorum ac temporū, quæ authorum locis, qui de ea reſcripſerunt, nonnihil tenebrarum obduxit, ſequar diſtinctionem ordinemque traditum a Gelaſio Sylueſtroque pontificibus Romanis apud Gratianū, c. illud 77. diſt. c. a ſubdiacono. 93. diſtin. qui quatuor claſſes ponunt, oſtiariorum, lectorum, exorciſtarum, acolythorum, nec diſſimilis eſt enumeratio Leonis Pontificis, c. ſeriatim. 32. diſt. niſi ꝙ ijs omnibus præponit clericos, ſicut & ſynodus Cartha. pſaltas, c. pſalmiſta. 23. diſt. quaſi pſaltarum aut clericorum diſtinctus ſit a cæteris ordo, iſque infimus omnium. Nam Iſidori deſcriptiones non moror, in quibus mihi non uidē uſquequaque ordinis rationem habuiſſe. c. cleros. 25. diſt. c. perlectis. 25. diſt. Primus igitur gradus, ut ab infimis incipiamus, eorum eſt, qui Græci πυλωροι, Latinè oſtiarij dicuntur, quibus aperiendi & claudendi templi cura mandatur, eoſque repellendi & excludendi, quibus ſacra communione interdictum eſt. d. c. perlectis. Hi numero centum fuerunt in Eccleſia Conſtantinopolitana authore Iuſtiniano. Nouel. 3. Secundus gradus eſt eorū, qui ſacras ſcripturas ex ſuggeſto in Eccleſia recitant, & hi ἀναγνῶσται, id eſt, lectores dicuntur. d. c. perlectis. Quo munere aliqñ functum fuiſſe in Eccleſia Iulianum imperatorem teſtis eſt Theodoritus. lib. 3. Author eſt etiam Socrates in Alexandrina Eccleſia non ſolum fideles, ſed etiam catechumenos huic miniſterio adhiberi ſolitos fuiſſe, cùm in cæteris eccleſijs id minimè obſeruaretur. Tripar. lib. 9. c. 38. Tertius gradus eſt Exorciſtarum, quorum officium erat cathecumenis & energumenis, qui a cacodæmone vexabantur, manus imponere, & ſolennibus quibuſdam imprecationibus, & obiecrationibus demones fugare. d. c. perlectis. Vlpianus noſter exorcizare verbum impoſtorum eſſe ſcribit. l 1. ff. de extra. cognit. Nec mirum eſt ab Vlpiano Chriſtianæ religionis hoſte acerrimo impoſtores fuiſſe miniſtros Eccleſiæ appellatos, cùm & Chriſto ipſi idem aliquando obiectum fuerit. Matth. 37. Nam Vlpianus (ut obiter id referam quod de eo Lactantius ſcribit) reſcripta principum contra Chriſtianos lib. 5. de Offic. proconſ. collegit, ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe cultores Dei confiterentur. Horum exorciſtarum non meminit Iuſtinianus in lib. τῶν νεαρῶν, quòd in Eccleſia Conſtantinopolitana, vt exiſtimo, vſitatum non eſſet hoc miniſterij genus, ſed meminit Valentianus. l. presbyteros. C. de epiſco. & cler. Quartus gradus eſt eorum qui Acolynthi Græcè dicebantur, id eſt, comites ſeu miniſtri, ideò fortaſſis, quia epiſcopum comitabantur quocunque proficiſci vellet. Nam epiſcopus magno famulitio ſtipatus iam olim incedebat, vt author eſt Iuſtinianus. Nouel. 6. Et extat reſcriptum cuiuſdam Pontificis apud Gratiannm, quo præcipitur epiſcopis vt comites ſemper aliquos ſecum ducant famæ ſuſpicioniſque vitandæ cauſa. c. illud. de conſec. diſt. 1. Vel ideò Acolythi appellati ſint, ꝙ funus vnà cum canonicarum & aſcetriarum cœtu comitarentur. Nam eos id munus obire ſolitos fuiſſe ſatis perſpicuum eſt ex conſtitutione Iuſtiniani. nouel. 59. Sed neſcio quo modo tandem factum eſt vt hoc munus in luminariorum curam poſteà conuerſum ſit, & doctores noſtri paſſim acolythos ceroferarios interpretentur. d. c. perlectis. An autem cantores propriam claſſem ordinemque diſtinctum a cæteris habuerint, necne, quæri ſolet, & hoc ſenſiſſe videtur Iſidorus, d. c. perlectis, cuius ſententia authoritate Iuſtiniani vtcunque iuuatur. nouel. 3. Et fortaſſe aliquo tempore, & aliquibus in eccleſijs ita obſeruatum eſt. Ego autem puto omnium ordinum, ac præſertim inferiorum, de quibus antè diximus, commune fuiſſe pſallendi officium. c. in ſancta. 92. diſt. Mouet me quòd Pontifices, quorum ſuprà meminimus, in ordinum catalogo hunc non recenſeant. c. illud. 77. diſt. c. a ſubdiacono. 93. diſt. Ideò autem Leo Pont. in primo

ordine

ordine clericos, eosque ostiarijs præposuit, & synodus Carthaginiensis psaltas, siue cantores: quia recens cooptatis in clerũ non statim proprium concedebatur officium, quãuis permitteretur eis unà cum cæteris in choro psallere, idque sine vlla episcopi ordinatione. d. c. psalmista. Verùm quia nihil habebãt quod cæterorum commune non esset, quamuis & psaltæ, & clerici verè dicerentur, in certam classem eos non retulit Gelasius. Vtcunque se res habeat, certum est eos non minus inter clericos, quàm cæteros de quibus suprà diximus numerandos esse cum diuino cultui addicti mancipatique sint. c. duo sunt. 12. q. 1. Nam quamuis appellatione τῶν κλήρων in sacris libris fidelium grex contineatur, qui cuique episcopo siue præsbyterò fortè obtigit gubernãdus: Petri. c. 51. tamen peculiariter his hoc nomen tribuitur consuetudine loquendi vulgò recepta, qui sacro ministerio Ecclesiæ dediti deuotique sunt, ideò fortassis, quia olim sorte eligi solebant, vel quod eos Deus velut sorte quadam in suos elegisse videatur. c. duo sunt. 12. q. 1. Specialiter autem hoc nomine designari solent ij qui raso tonsoq; capite in clerum recepti nullo adhuc proprio ministerio funguntur, nec aliud nomen proprium habent. vnde autem hic mos tondendi radendique ortum habuerit, vix certò cognosci potest. Quidam exemplo Nazaræorum Mosaicę legis inductũ id putant, de quorum instituto mẽtio est in libro Numerorũ. c. 6. Nazaræi verò dicebantur, ut quidam eruditi interpretantur, qui vt liberius vacarent legi discendæ & expendendæ benignitati Dei, aliorum commercio se abdicabant ad tempus, & Domino se totos debebant, Vel qui cùm profusius vino, & reliquis corporis delicijs vsi fuissent, posteà seueriori vitæ generi se mancipabant, vt corpus affligerent. Alij a sacerdotibus AEgyptijs id ortum asserunt, quorum meminit Herodotus. in Euterpe. Alij hunc fuisse morem antiquum testantur, vt ij demum comam nutrirent, qui elegantiæ, ornatus & lauticiæ studiosiores essent. Ideoque vt clerici inanis cuiuscunque apparatus, & splendoris se contemptores profiterentur, statutum fuisse, ne quis in clerum nisi vertice raso admitteretnr. Ang. de op. monac. ad finem. & in retract. Et huic sententiæ maximè suffragatur quod AEmilius, & alij quidam non leues authores scribunt, olim in Longobardia capillum barbamque ponere, sanctioris cuiusdam deditionis argumentum fuisse, AEmil. in Caro. Magno. Nam & apud Francos, vt idem ait, Aemil. in Clodo. & Cloto. 2. promissa barba intonsusque capillus Regiæ nobilitatis insigne habebatur. Adde quod apud Lacædemonios quondam ingenui tantùm comam alebant. Inde illud Aristophanis, in Auib. cuius meminerunt Paroemiographi. Δοῦλος ὢν κὠμᾶν ἔχεις, Seruus cum sis, comam habes. Curiositatem verò & delicias veterum Romanorum in coma & capillis insectatur Seneca. lib. de breuit. vitę. c. 12. Quid illos ocioſos vocas,
„ quibus apud tonsorem multæ horæ transmittuntur, dum decerpitur si quid proxima nocte succreuit, dum de singulis capillis in consilium itur, dum aut disiecta coma restituitur, aut
„ deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur? Quomodo
„ irascuntur si tonsor paulò negligentior fuit, tanquam viuum
„ tonderet? Quomodo excãdescunt, si quid ex iuba sua decisum
„ est? si quid extra ordinem iacuit, nisi omnia sua in annulos suos
„ reciderunt? Quis est istorum qui non malit Rempub. suam turbari, quàm comam? qui non solicitior sit de capitis sui decore,
„ quàm de salute? qui nõ comptior esse malit, quàm honestior?
„ Hos tu ocioſos vocas, interpectinem speculumque occupatos, &c. Ego in plerisque constitutionibus obseruaui tonsuram pœnæ genus, idque graue & ignominiosum fuisse, quarũ nonnullæ quæ Principum Romanorum sunt, apud Harmenopulum extant, aliæ inter constitutiones Caroli Magni, & quorundam aliorum Franciæ regum referuntur. Tantus erat hominum eius temporis in comam suam affectus. Sed & Paulus in epistola ad Corinth. indecorum ait viros comatos esse, idque naturam ipsam satis nos docere scribit. 1. Corin. 11. c. Quæ Pauli admonitio huius clericorum instituti fortè causa fuit. c. prohibete. 24. dist. Verùm vt ad cantiones reuertamur, sciendum est hunc canendi morem longè antiquissimum, & iam inde ab apostolorum temporibus in Ecclesia vsitatum fuisse. Quod vel ex Epistolis Pauli facilè animaduerti potest. Testatur idipsum & Plinius Cæcilius in quadam ad Traianum epi-
„ stola, in qua de Christianis ita loquitur: Affirmabant hanc fuis-
„ se summam vel culpæ suæ, uel erroris, ꝙ essent soliti stato die
„ ante lucem conuenire, carmenque Christo quasi Deo, secum
„ dicere inuicem, &c. Sobria enim illa musica & pronuntiationi vicinior quàm cantui, quam in Alexandrina Ecclesia fert instituisse Athanasius, Auguſt. lib. 10. cõfes. facit ut uerborum sensus efficacius influant in animos auditorum, non illa operosa & theatrica quæ hoc tempore in Ecclesia frequentatur. In plerisque sane ecclesijs serò admodum ritus canendi receptus est, cùm Augustinus in lib. 9. confes. c. 7. scribat tempore Ambrosij primùm in Ecclesia Mediolanensi institutum, ac inde in alias occidentales ecclesias perductum fuisse. Et Theodoritus author est lib. 2. c. 24. Flauianum, & Diodorum in Ecclesia Antiochena morem Dauidicos psalmos decantandi in duas partes, diuisis canentium cœtibus, induxisse. Hodie sic ista modulatio ubique probatur, ut inter omnia Ecclesiæ ministeria, tanquam præcipuum maximeque necessarium habeatur, celebreturque. Nulliusque rai tutela maior est ac sumptuosior in sacris ædibus. Nec tantum ijs cantionibus vacant inferiorum ordinum clerici, quibus hæc cura olim mandabatur, sed sacerdotes etiam & diaconi, quibus officio cantandi aliquando interdixit Gregorius, ne vel hi a pauperum cura, vel illi a doctrina diuina propter hoc psallendi onus auerterent. c. in sancta. 92. dist. Adde quod sicut ex ordine præsbyterorum & diaconorum antiquitus creati sunt archipræsbyteri & archidiaconi, sic cantorum choro hodie præsidet unus, præcentor vulgò appellatus: penes quem est auspicatus melodiæ, quod Græci ἐνδόσιμον vocant. c. cleros. 21. dist. Quo in munere plurimum inesse dignitatis creditur, adeò vt uel archipræsbyteris ipsis, nisi fallor, præponi soleant.

De scholæ ecclesiasticæ magistris & doctoribus. Cap. 15.

Quamuis episcopi officium sit populum in Ecclesia docere, tamẽ apud Paulum doctores a cæteris Ecclesiæ ministris & pastoribus distinguuntur. Ephe. 41. Fuerunt enim antiquitus ecclesiasticæ scholæ, ad clericorum & aliorum egentium eruditionem institutæ, quibus scholis præficiebantur magistri, qui non literas modò sacras, sed grãmaticam etiam & liberales disciplinas docerent. Erat igitur hoc munus a pastoris officio distinctum & separatum. Qua ratione Gregorius episcopum quendam obiurgat, ꝙ grammaticam profiteatur. c. turbat. 37. dist. c. cum multa. 86. dist. Et veteris huius consuetudinis in Alexandrina ecclesia meminit Eusebius, lib. 5. eccle. histo. c. 10. in qua ecclesia functos eo munere fuisse Pantenum, Origenem, & Achillam uiros doctissimos refert. lib. 6 c. 3 lib. 7. c. 29. Idemque de Didymo Alexandrino scribit Ruffinus. lib. 11. eccle. hist. c. 7. Recentioribus verò canonibus statutum est, ut non solum in maioribus seu cathedralibus ecclesijs, sed in cæteris etiam inferioribus magistri doctoresque liberalium artium iuuentutis erudiendæ gratia ab episcopo & collegio ecclesiastico constituantur. c. de quibusdã. 37. dist. c. 1. c. quia nonnullis. de magist. Sed inualuit consuetudo, ut ab episcopo, scholarchus quidam omnibus his scholis ecclesiasticis præficiatur, qui magistros deligat, & cætera quæ ad scholarum tutelam necessaria sunt, procuret & exequatur.

De sacris ordinationibus, & cur olim absolutè quenquam ordinari vetitum sit. Cap. 16.

Præsbyter, Diaconus, Hypodiaconus, Lector, &c. nomina quondam fuerunt certorum ministeriorum, ac onerum in quaque ecclesia, nec vllus horum erat qui munus illud suum non exequeretur. Nam quia absolutè & sine titulo ordinationes fieri uetabantur, certum erat ministerium cuiusque siue præsbyteri, siue diaconi, siue lectoris, &c. & cuique certus locus assignabatur, cui velut mancipatus districtusque erat. gloss. cap. ult. 66. distin. Verba concilij Calchedonensis hanc prohibentis ordinationem hæc sunt,
„ Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅ-
„ λως τινὰ τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώ-
„ μης, ἢ μαρτυρίῳ ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο, &c. Quæ verba refert Gratianus 70 dist. ubi possessionis legitur, pro, pagi, sed fortassis interpres νόμης legit, non κώμης. Huic consentaneũ est,
„ & quod ibidem ex concilio Placentino recitatur. Sanctorum
„ canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titu
„ lo facto ordinatio irrita habeatur, & in qua ecclesia quis intulatus est, in ea perpetuò perseueret. c. sanctorum. 70. dist. Posteriores verò constitutiones Pontificum huic iuri derogauerunt, quibus constitutum est, vt irrita non sit ordinatio, sed is qui ordinauit, ordinatum, si egens sit, interim alere cogatur, dum certus ei titulus assignatus fuerit. c. 2. c. episcopus. c. cum secundum. de præbend. Quæ constitutiones confusionem incredibilem & dedecus attulerunt ecclesiæ. Idque satis prospexerat futurum Iustinianus, vt ex nouel. 3. facile colligitur. Sed ad rem. Quia igitur reditus ferè aliquis, siue, vt loquimur, beneficium cum ministerio coniunctum erat, simul cum ministerio & beneficium ipsum conferebatur. Non aliter ac hodie cum Princeps magistratum creat, annonas & stipendia illi magistratui attributas concedere eadem opera intelligitur. Hinc factum est, ut omnes clerici tutelæ, cæterorumque munerum personalium vacationem habeant, ne videlicet ob munera publica a functione ministerioque suo auocentur. d. l. præsbyteros. C. de episco. & cleric. Argumento illud est, ꝙ ijs demum hæc vacatio tribuitur qui in ministerio suo occupati sunt. l. generaliter. C. de episc. & cler. c. generaliter. 16. q. 1. Hodie nec diaconis, nec alijs inferioribus clericis vllus locus est

in

Source : BIU Cujas

in ecclesia, vllumve ministerium, aut munus quod exequantur. Sed quia priscis canonibus sta utum est, vt nemo præsbyter ordinetur nisi per omnes gradus inferiores ascenderit, iō dicis causa, vt ita dicam, gradatim ordinati solent, idque certo quodam solennique ritu, vt ad honorem pręsbyterij, aut quēuis alium sublimiorem capessendum idonei reddantur. Potestque dici imaginaria hæc ordinatio, quomodo olim imaginaria militia dicebatur sine vllo labore & exercitione. Præsbyteri autem ordinantur certo etiam ritu ac ceremonia, non vt ecclesiam certam regant, certumve populum, vt olim fiebat, sed vt si fortè contingat eos ad curationem alicuius ecclesiæ promoueri, ij quasi iam consecrati arq; initiati eam suscipere, beneficioque illi coniuncto frui possint. Ac interim missas passim celebrare eis permittitur, vel gratis, quod perrarò fit, uel accepta ab aliquo leui tenuique mercede. Itaque Vtopienses præsbyteri non insulse fortassis nec ineptè dici poterunt, vt a germanis illis præsbyteris qui certas ecclesias regunt, discernātur. Septem verò huiusmodi ordinationum gradus vulgò esse dicuntur, totidemque sacramenta quanquam de numero cōtrouersia est inter iuris pontificij theologiæque doctores. Primus est Præsbyterorum: secundus Diaconorum, tertius Hypodiaconorum & sic deinceps. Proinde tam onus procurationis ecclesiæ, rerumque ecclesiasticarum, quàm emolumentū beneficiumque illi cohærens ab ordinatione moribus nostris ita separatur, vt ordinatio absque iuncto onere beneficio q; collato fiat. c. cum secundum, de præbenda. Et hæc quidem verbi significatio hodie vulgò probatur, nec eam improbare uolo. Ego autem latius hoc uocabulum in tota hac disputatione ferè accipio, nempe pro quacunque ad ministerium ecclesiasticum promotione. Et hoc sensu Archiepiscopi, episcopi, archipræsbyteri, archidiaconi, præpositi, decani, œconomi, archimandritæ rectè dicuntur ordinari, cum eliguntur, creantur, instituuntur. Estque hæc significatio apud iuris pontificij quoq; authores vsitata. 60. dist. c. 1. 2. 3. ca abbatem. c. nullum. 18. q. 2. Nam & apud veteres Latinos ordinari dicebatur is, qui ad honorem magistratumve aliquem prouehebatur. Tranquillus in Vespas. Quendam è charis ministris dispēsationem cuidam quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se uocauit, exactaque pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Idem in Domiti. Auditus est certè dum ex eo quærit ecquid sciret, & quid sibi visum esset ordinatione proxima, Aegypto præficere Metium Rufum. Hinc consequitur præsbyteri duplicem ordinationē esse. Vna est cum solenni ritu consecratur, & idoneus redditur ad ecclesiæ gubernationem, quamuis nulla ei ecclesia tum assignetur quam regere possit. Altera est cùm ei certa ecclesia committitur regenda, certumque beneficium confertur sine vllo ritu, ac ceremonia, etenim verbo ordinationis vtitur Gratianus in vtraque significatione. c. adijcimus. 16. q. 1. uide. c. pastoralis. 7. quæstion. prima.

De pseudoclericis. Cap. 17.

Diximus in superiori capite veteres canones hodie frigere & negligi, quibus cautum erat, vt nemo absolutè clericus ordinaretur. Qua ex re plurimum incōmodi natum est in Ecclesia Christiana. Nam quia nulli certo muneri destinantur, qui vulgò ordinari solent, & rasum habere verticem satis est, vix vllus reperitur, qui ad sacrum illum ornem non aspiret, vt eius ordinis priuilegijs atque immunitatibus fruatur. Cùm autem nemini ferè hæc initiatio negetur ab antistitibus, qui fortassis è re sua credunt, esse quamplurimos sibi obstrictos, subiectosque homines habere, nunc perditissimus quisque ac profligatissimæ vitæ in eum ordinem cooptatur, & ad illud veluti impunitatis asylum confugit. Quondam ij demum clerici habebantur, qui munere suo fungebantur in ecclesia nec alius quisquam priuilegia istius ordinis sibi vindicare audebat not. in c. ult. de vita & honest. cler. l. generaliter. C. de episc. & cleric Sed hodie inualuit ea consuetudo aut corruptio maxima potius, vt ad seruitutem iudiciorum publicorum publicorum eludendam, detonsum caput cum antistitis nescio cuius elogio, id est grauissimorum scelerum impunitatis symbolo quodam, iudicibus ostendere sufficiat. Atque hinc fit ut principum atque magistratuum in tanta tamque manifesta indignitate conniuentiam satis admirari non possim. Sed de hoc genere clericorum, aut pseudoclericorum potius, alijs in locis infra differemus.

De canonicorum collegio. Cap. 18.

De canonicis satis ante dictum videtur ea parte qua de præsbyteris & alijs quibusdā Ecclesię ministris disseruimus. Nam canonicorum collegium quod veluti senatus quidā est Ecclesiæ, vt uerbis vtar Hieronymi. c. Ecclesiæ. 16. q. 1. ex his cō flatum est. Dicti autem videntur canonici a canone siue regula, quia communem quandam vitæ regulam, institutumque obseruant, ideoque canonicè viuere dicuntur a Gregorio. c. quoniā. 12. q. 1. Quo sensu canonicas quasdam mulieres. a Iustiniano dictas arbitro. Nouel. 59. Nam ecclesiarum ministri antiquitus certis se uotis obstringebant, ferè non aliter ac monachi, de quibus mox dicturi sumus. Nec eorum uitæ ratio a monachorum instituto multum discrepabat. Sed posteaquā horum sodalitiorum nonnulla ijs vinculis solura liberataque sunt: factum est vt cæteri ab imperitis, qui vim Græci verbi parum assequebantur, non simpliciter canonici, sed canonici regulares vulgò dicerentur, quasi diuersa esset vtriusque vocis significatio. Quod si quis a canone dictos potius esse contendat, id est, pensione, siue annona quæ ipsis distribuebatur velut pro stipendio & mercede, equidem non repugno. Canonicā enim ordinariamque ac certam pensionem ij tantum accipiebant fortè qui in id collegium cooptabantur, cæteris ecclesiæ ministris siue clericis pro cuiusque merito aliquid erogari solebat, ex oblationibus incertis, quæ fiebant in ecclesia. Nam ea est ferè eius verbi significatio apud veteres. l. placet. C. de sacrosanct. eccl. l. 1. C. de indict. tit. c. de cano. fruen. vrb. Romæ. & lib. τῶν νεαρῶν const. 128. Vnde videtur & canonica illa portio nomen accepisse, cuius metio crebra est in iure pontificio. c. ult. de testa. Quamuis Innocentius IIII. satis probabiliter canonicam legitimam interpretetur. c. officij. de testa. Habent hæc canonicorum collegia suos quosdam præfectos, qui vel præpositi vel decani secundum cuiusque ecclesiæ consuetudinem dicūtur.

De ministris Ecclesiæ qui clerici non sunt. Cap. 19.

Quidam sunt ministri in ecclesijs, qui laici atque adeò plebeij nonnunquam magis quàm clerici cēsentur. Huiusmodi sunt œconomi qui dispensationem facultatum ecclesiasticarum sub episcopo habent, quorum meminit sæpe Iustinianus. sub tit. de sacrosanct. eccles. & ti. de epis. & cler. Itē syndici siue defensores & apocrisiarij siue responsales, qui causis forensibus nomine ecclesiæ, & legationibus dant operam. tit. de Synd. Hi quoque qui nolarum ænearum pulsatione & cāpanorū sonitu conuocant populum, ecclesiæ ministrant atque inseruiunt. Sed nemo horum ideo clericus esse intelligitur. Eadem est causa eorum qui ad ægrotantium curam adhiberi olim consueuerant, & Parabolani ideò fortassis dicebantur, quia παραβολανέρχου, id est, rem periculi ac discriminis plenā tractabant. l. placet. C. de episc. & cle. & l. parabolani. His annumerandi sunt & decani de quibus loquitur Theodosius l. non plures. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccl. Nam hos in numerum clericorum non referri satis apertè ostendunt Iustiniani constitutiones, quibus eorum officium describitur. Nouel. 43. & 59. Quamuis nonnulli decanos pro clericis & canonicis accipiant. Alc. in d. ll. Sed cur inter clericos non numerantur, dixerit aliquis: sicut ostiarij & acolythi, quorum munus non magis spiritale quàm istorum esse videtur. glo. in c. 1. q. 3. Respondeo ostiarios, acolythos, & alios huiusmodi de quibus suprà dictum est, ideò clericos censeri, quia in clerum recipiantur, vt aliquando spiritalia tractent, & præsbyterorum atque episcoporum officio fungantur: Sed onus claudendi templi vel aliud simile, ut interim se exerceant, & ad sacram functionem se prę parent, ipsis iniungitur. Alij uerò qui spiritali administrationi dicati consecratique non sunt, quamuis ecclesiæ inseruiant ac ministrent, inter clericos non sunt habendi. Constitutionibus tamen plerisque cautum est, vt non nisi ex clericorum cœtu ad tractanda Ecclesiæ negotia quisquam assumatur. c. indicatum. 89. dist. c. in nota. 16. q. 7. c. decernimus, de Iudic. Quod ius aliquam vtilitatem habet, si opera quædam sordida seruiliaq; demas, & earum rerum procurationem, quæ ab instituto clericorum abhorrent, cuiusmodi sunt forenses controuersiæ. l. repetita. C. de episco. & cler. Nam laicorum opera & labore in talibus negotijs uti magis decet.

De monasterijs & monachis, eorumque statu, conuersatione, & instituto. Cap. 20.

Absoluto tractatu de clericis ac ministris ecclesiæ, optimum iudicauimus & de monachis eorumque officio & instituto aliquid attingere, quando quidē eius rei cognitio ualde vtilis & necessaria est in re beneficiaria. Dicebantur autem olim monachi verbo Græco homines a cæterorum consortio segregati, & quietam tacitamque vitam durissimè & laboriosissimè in montibus, saltibus, ac speluncis degentes, idque certis legibus ac institutis, de quibus mox uidebimus. Ijdem & Eremitæ & Anachoretæ, & heycastæ uocari solebant authore Iustiniano. Nouel. 5. Hinc Hieronymus ad Paulinum: Si cupis, inquit, esse quod diceris, monachus, id est, solus, quid facis in vrbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum. c. si cupis. 16, q. 1. Et Pelagius Pontifex Romanus de eorum officio differens, hæc tria ipsis attribuit, quietem,

Source : BIU Cujas

quietem,orationem,& laborem manuum.c. de præsentiũ.16. q.1.Labore enim suo monachi olim victum sibi aliisque egenis parabant, vt Chrysosto. Augusti.alijque veteres tradunt, adeò vt celebretur in ecclesiastica historia cuiusdam monachi
„ apophthegma,Monachus qui non operatur,latroni pariudi
„ candus est.tripar.histo.lib.8.c.1.Quapropter Iustinianus, No-
„ uel.133.Duabus,inquit,potissimum in rebus operam & diligẽ
„ tiam reponere oportet Monachos,vt aut sacris vacẽt scriptu-
„ ris,aut quas manuarias vocare solent, artes monachos decen
„ tes meditentur exerceantque:si quidem mens inerti otio dedi
„ ta haud quaquam sanè quicquam bonorũ pepererit.Ac illud quidem ex Hieronymi aliorumque scriptis liquet, literis præsertim sacris operam eos dare solitos fuisse, vt non morũ probitate vitæque sanctimonia tantum excellerent cæteris, sed ẽt doctrina.c.sic viue.c.si clericatus.16.q.1. Itaque mirum videri non debet q̃ vitam monasticam Iustinianus vt rem sacram ac diuinam tantopere commendet:Nouel.133.cùm ij non tantũ sibi, sed etiam vniuerso generi humano, precibus suis apud Deum,exemplo,doctrina,labore & industria multum prodessent Non enim natura abhorrebant ab hominum congressu, quod Aristoteles non immeritò damnat, tales improbos esse dicens,aut homine præstantiores.Necita ocio dediti erãt, more pseudomonachorum nostri temporis,vt nihil in commune conferrent,& se homines esse, id est,ad societatem hominum iuuandam natos non recordarentur. Non ignoro quosdam in eo grege repertos fuisse, quorum superstitio nemini sano probari queat.Nam Theodoritus lib.4.ca.28.scribit monachũ quendam sexaginta annos neque locutum cum vllo, neque à quoquam conspectum fuisse. Sed rara admodum fuisse hæc prodigia compertum est Proinde ex monasterijs velut ex quodam seminario legi,& assumi consueuerant ad munera ecclesiastica,qui probatissimæ inter ipsos vitæ & eruditionis habebantur.Vt Augustinus cum alibi sæpe,tum maximè ad Aurelianum scribens testatur.c.nos autem.c.legi.16.q.1.In qua quidem promotione & graduum ratio habebatur, de quibus antè disseruimus.c.monachos.16.q. 1. & eorum antistitis seu archimandritæ consensus erat necessarius.capit.monachi. capit. cum pro vtilitate. 16. quæstio. 1. Et quoties ad ministeria ecclesiæ eos uocari contingebat, monasticum institutum officiumque deserere cogebantur,vt maiore præstãtiorique fungerentur munere,quia simul vtrunque obire & exequi nõ poterant.Sicut & clerici cùm vitam monasticam amplectebãtur, militiam suam,vt ait Gregorius,munusque clerici amittebant. c.nemo.c.præsbyteros.c.ne pro cuiuslibet.16.q.1.Officium.n. clerici est docere & pascere populum, monachus verò, vt ait Hieronymus,non doctoris,sed plangentis habet officium. ca. monachus.c.alia.c.hinc est.16.q. 1. Quam ob causam nulli in monasterijs reperiebantur sacerdotes,aut clerici,not.c.nõ est. de regula,sed tanquam cæteri ex populo qui laici Græcè dicuntur,ad communem omnium ædem sacram, percipiendorum sacramentorum causa se conferebant.Panor. in c.dilectus.de capel.mona.Quod & Iustinianus satis apertè osteudit.Nouel. 133.Sed & sacerdotem accersebãt interdum qui ipsis liturgiæ, quam missam vocamus,solẽnia celebraret,vt a monachis Scythiæ factum aliquando fuisse refert Hieronymus.c.hinc etiam. 16.q.1.Ac idcirco suberant tam monachi, quàm eorum antistites,ecclesiæ præsbyteris & clericis,not.in d. c. cum dilectus. ipsisque longe inferiores habebantur.c.à subdiacono. 93.dist. c.generaliter.16.q.1.Verùm vt hac molestia liberarentur monachi, posteà cœperunt ex his aliqui in suis monasterijs præsbyteri ordinari,sed ita vt in cœtu tantum suo sacramenta administrarent, & veluti quandam ecclesiam inter se constituerent,nec ad alias ecclesias amplius accedere,aut alienos præsbyteros aduocare cogerentur.c.1.c.peruenit.c.interdicimus. 16.q.1.Atque ita ratio excogitata est, qua idem & præsbyteri, id est,pastoris atque doctoris, & monachi officio fungerẽtur sine vllo vt videbatur incommodo. Cuius instituti mentio est in historia tripertita.lib.8.Quare cùm quidam episcopus prohiberet in certo monasterio liturgiam celebrari,acriter eo nomine increpauit eum Gregorius.c.Agrapitus.16.q. 1. Idemq; Bonifacius feciisse legitur,c.sunt nonnulli.16.q.1.Hac via patefacta omnes monachi passim sine vllius Ecclesiæ gubernatione sacerdotes creari cœperunt, quamuis ea turba monasterio fortassis non adeò necessaria esset, credo vt ea re maiorem sibi dignitatem conciliarent.Nam vt suprà diximus, monachorum ordo gradu clericorum erat inferior.Præterea varijs constitutionibus posteà sancitum est, non ideò monachum ab instituto, vitaque monastica recedere posse, q̃ in aliena ecclesia clericus ordinatus sit,non q̃ simul cum ecclesiastica procuratione monastica obire munia vsquequaque compellatur, q̃ vtique fieri nequit,sed vt habitum monasticum retineat cæteraque huiusmodi obseruet,quorum executionem ecclesię ministerium non impedit.c.de monachis.cap.hinc etiam.16. q.1. Quamuis autem suprà dictum sit,monachos in cœtu suo tantum sacramenta administrare,nec populum eos regere posse, tamen si intra monasterium ecclesia aliqua sit,in eoque populus regi soleat,constitutum est absque eorum consilio præsbyterum illi Ecclesiæ ab episcopo præficiendum non esse.c. 1.de capell.mona.Nã verisimile est ibi Ecclesiã initio institutã esse, vt populus fidelis à viris sanctis & eruditis, quales fere tũ monachi erant,priuatim doceri & admoneri commodius posset, tametsi palàm docendi & concionandi ad populum facultatẽ non haberent,vt ante docuimus. Potest & alia huius constitutionis ratio adduci,sed ea ex his quæ mox dicentur satis elucescet.Fuerunt postea & aliquæ extra monasteria ecclesiæ, hodieque sunt ita subiectæ & obnoxiæ monasterijs, vt ab ipsis aut certe ipsorum arbitrio & voluntate præsbyteri in eis ordinentur atque instituantur.Idque accidit,vel quia in monasterij prędijs constructæ sunt fortassis ædes sacræ, in quas populus sacramentorum causa conuenit, uel quia a dominis prædiorum monasterio id ius posteà concessum est, & alijs quibusdã modis,de quibus suo loco disseremus.c.illud.c. cum pastoralis.c. cum seculum de iure patro.not.in c.de monachis. de præben. c.pastoralis.de donat.Et harum quidem ecclesiarum duo sunt genera : Quædam enim a monachis tantum reguntur, aliæ a quibuscunque alijs sacerdotibus, quia sic ab initio institutum est,vel consuetudine longa introductum.c.possessiones. de rebus eccl.non alie.c.cum de benefi.de præb.in 6. cle.quia regulares.de sup neg. prælat. Ex his perspicuum est quantum iuris & authoritatis monachorum natio in populum & Ecclesias paulatim sibi vindicarit & acquisierit.

De monachorum sectis. Cap. 21.

Monachorum variæ sectæ & professiones sunt, sed eos tàtum persequi in animo est,qui ad institutum nostrum conferunt,& ad rem beneficiariam maxime pertinent, cuiusmodi sunt Benedictini omniũ, vt fertur, antiquissimi, & qui Canonici regulares vulgò appellantur. Cùm primum igitur exoriri cœperunt monachi, idque in Aegypto,congruentem nomini suo vitam, id est,solitariam agebant, & quanquam statis horis fere in vnum locũ eos conuenire moris esset, tamen simul non commorabant, sed domunculas sparsim per montes & saltus extructas habebant,vnde non solum monachi,sed etiam Eremitæ & Anachoretæ meritò dicebantur.Sed posteà visum est conducibilius ac decentius in eisdem ædibus eos habitare & viuere, omnia habentes inter se communia,& paupertatis,castitatis, obedientiæque uotis obstrictos, quàm Timoniano quodam more in speluncis delitescere.c.si clericatus.16.q.1.Quod & Iustinianus constituit.Nouel.133.& concilio Agathen.c.38. & Aurelian. c.18.confirmatum est.c,monachum.20.q.4.Cœnobia tunc ea loca a communione vitæ,verius quàm monasteria a solitudine appellata sunt.d.nou.133.Sed monachi appellationem nihilo seciushi retinuerunt q̃ ea conuersatio non multum adhuc abesset a solitudine. Et Benedictini sunt appellati q̃ vir sanctimonia clarus Benedictus honestorum inter eos quorundam institutorum author fuisset.Deinde cùm in vrbibus & cælebribus locis manentes viri ecclesiastici horum monachorum vitam & institutum sequi in animum inducerent,excepta solitudine,quia conuersari cum populo & multitudine propter ecclesiasticum ministerium cogebantur, canonicorum regularium nomen aptius eisdem & accommodatius uisum est, quã monachorum. Quod institutum æmulati sunt & alij ministerio nulli ecclesiastico addicti.not.in ca.causam quæ, de iudic. Nam & nostra patrumque memoria in plerisque cathedralibus ecclesijs sacerdotes & clerici qui nunc canonici simpliciter & sine adiunctione dicuntur,simul cum episcopo suo huic monasticæ vitæ generi erant addicti.Et aliquas huiũsmodi ecclesias adhuc superesse existimo.c.si quis.58.dist.c. quorundã. 78.dist.not.in d.c.causam quæ.& c.quod Dei timorem. de sta. monacho.Itaque dicebantur non simpliciter vt nunc canonici,sed regulares ab illo peculiari instituto,ac regula,quam amplectebantur, & hoc modo discimen inter eos designabatur, & aliarum ecclesiarum canonicos, qui huiusmodi se votis nõ alligauerant,idque supra a nobis ostensum est.Hæc secta cuius author Augustinus perhibetur eum Hipponensis episcopus esset, late Christianum orbem peruagata est, adeò vt eorum cœnobia hodie in quibus locis monachorum nomen deletũ non est,nusquam non reperiantur.Sed effectu a cæteris monachis differre non videntur.c.2.de postul. quamuis plerique asserant in odiosis monachos eos habendos non esse. not. in d. c.quod Dei timorem.de sta mona.

De monachorum gradibus & officijs. Cap. 22.

Inter monachos atque eos qui regulares dicuntur,non minus quàm inter clericos,gradus officiorum & administrationum hodie reperiuntur, quorum insigniores & præcipuos,cæteris omissis,breuiter hìc perstringemus. Nam sicut

Source : BIU Cujas

ſicut clericis cuiuſque Eccleſiæ præeſt epiſcopus, ita ſingulis monaſterijs præſidet vnus qui a Iuſtiniano & pleriſque veterũ archimandrita,& cœnobiarcha,a cæteris vulgò Abbas appellatur.Hic intra monaſterij ſui ſepta præfectum quendam, ſiue vt loquuntur,Priorem clauſtralem conſtituit,cuius vicaria vtatur opera vigilantiaque in his, quæ ad ſodalitatis gubernationem ſpectant.Et quia plerunque extra monaſterium minores aliqui conuentus,& ſodalitia monachorum ſunt eidem archimandritæ ſubdita,alij quidam præfecti eò cum libera poteſtate & authoritate dimittuntur,quos Priores conuentuales appellant In quibus autem locis conuentus ille deſyderatur, quẽ veriſimile eſt olim nuſquam defuiſſe,hi præfecti alia atque alia nomina ſortiuntur,de quibus hic non eſt magnopere laborãdum.Omnibus autem non ſolum pręfectis,ſed etiam archimãdritis præſidet vnus,qui a Iuſtiniano Exarchus vocatur. Nouel.133.Ac haud ſcio an is ſit quem ἀρχιστράτηγον vocat Hieronymus ad Pammach. Sed certæ tantum ſectæ monachorum hos ſummos antiſtites nouerunt.not.in c. ne religioſi. de reg. Et notandum eſt quamuis in pleriſque cœnobijs & monaſterijs hodie votis illis ſolennibus & religioſis alligari non ſoleãt, de quibus paulò ante diximus, ſed more clericorum viuant, qui ſeculares dicuntur,priſtinam tamen appellationem adhuc retinent. Quod ideò adieci, ne quem fortè admiratio teneat, cùm in abbatiarum aut prioratuum ſecularium mentionem inciderit.

De mendicantium ſodalitate. Cap. 23.

Sodales mendicantes ideò a monachis ſeparauimus, quoniam ab eis differre videntur.Monachorũ enim propria eſt ſolitudo,& ſeceſſus quidam a cæterorum hominum conſortio. a quo hi multum abhorrent, cùm palàm docere euangelium,& ad populum concionari ſoleant. Itaq; fratres ſodaleſque dictitantur magis quàm monachi.Panor.in c.cauſam quæ.de iudici. Eiſdem tamen votis & aliquanto grauioribus obſtringuntur quàm monachi,cùm nec ſinguli,nec vniuerſi quicquam proprium habere queant,& votiuam mẽdicitatem,nedum paupertatem,quæ illis germana eſt, vt apud Ariſtopha Chremylus ait,ſi minus re,at certè uerbis profitean tur.c.exijt.de uerb ſignifi. Diſcimen autem πενίας καὶ πτωχείας, id eſt,paupertatis & mendicitatis docet Ariſtopha. cuius hi ſunt verſus in Pluto.

„ Πτωχὸς μὲν γὰρ βίος, ὅτ' ἂν σὺ λέγῃς, ζῆν ἐστὶ μηδὲν ἔχοντα,
„ Τὸν δὲ πένητος ζῆν φειδομένου καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.
„ Περιγίνεσθ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' αὐξάνειν.

„ Porrò hi mendicorum cœtus ſuos habẽt præfectos, cuſtodes ſiue obſeruatores,& adminiſtros, tam vniuerſales quàm prouinciales,per quos velut quædam Reſpublica inter eos regit, & adminiſtratur exemplo monachorum de quibus iam diximus.

De Monialibus. Cap. 24.

Non ſolùm viri,ſed mulieres etiam,apoſtolorum Chriſti tempore miniſterio eccleſiæ addicebantur,vt cõſtat ex epiſtola Pauli ad Timotheum.Et harum mulierum quę diaconiſſæ dicebantur,crebra in iure tum pontificio, tum ciuili eſt mentio. Eumque morem quaſdam eccleſias retinere ẽt nunc accepimus. Verùm procedente tempore inſtituta ſunt collegia,ſiue monaſteria virginum Deo conſecratarum, & ſolennibus votis obſtrictarum, vt de monachis ante dictum eſt. Quod genus monialium vetus (vt exiſtimo)nõ nouit eccleſia, ac ne canonicarum quidem, quarum meminit Iuſtinianus. Nouel.59.Hæ in ſingulis parthenonibus ſuis, ſuas habent antiſtas exemplo monachorum, quibus nihilominus parent quã monachi archimandritis ſuis.De his autem aliquot extant cõſtitutiones Iuſtiniani,quibus vetat ne duplicia monaſteria, id eſt,virorum ſimul & mulierum vſquam ſint,& vt eunuchi in ſingulis monaſterijs conſtituantur, qui ipſarum negotia gerant.Nouel.123.& 133.Sed quicquid ad harum monialium inſtitutum & vitæ regulam pertinet Bonifaciana conſtitutione, & Clementina plenius continetur.c.periculoſo.de ſta. reg.in 6.cle.attendentes.de ſta. mona.

De ſacerdotijs veterum Romanorum ante Chriſtianiſmum. Cap. 25.

In iuris pontificij libris mentio reperitur Pontificum, Flaminum,Augurum,aliorumque huiuſmodi ſacerdotũ, qui apud priſcos Romanos ante Chriſtianiſmum in vſu fuere. c.cleros.20.diſt.c.in illis.80.diſt.& 26.q.3.q.5.Nec veteris illius ſacerdotij cum noſtro inutilis videtur eſſe collatio, cùm præſertim Latinè ſcribenda pleraque vocabula inde mutuemur. Itaque de eo pauca quædam ex multis hic dicturus ſum, quæ ad noſtrum inſtitutum magis ſpectare exiſtimaui.Fuerunt aũt hęc ferè ſacerdotum genera. Pontifices, Augures, Flamines, Curiones,Feciales,Veſtales,Salij,Duces celerum,&c.Pontifices omnibus ſacris ac ceremonijs præerant, & ſacerdotũ omnium erant maximi ac ſupremi, id quod oſtendit Cicero in Orat.pro domo ſua,& lib.II.de Legib.Hinc Pontificum collegio qui præerat Pontifex Maximus dicebatur, cuius officium & authoritatem deſcribit Liuius lib.1. de Numa Pompilio loquens his verbis: Omnia publica priuataque ſacra Pontificis
„ ſcitis ſubiecit,vt eſſet quo conſultum plebs veniret, ne quid di
„ uini iuris(negligendo patrios ritus,peregrinoſque aſciſcẽdo,) turbaretur.Nec cæleſtes modo ceremonias,ſed iuſta quoque funebria placandosque manes,vt idem Põtifex edoceret,&c. De eorum etiam munere,authoritate,dignitateque plura ſcribit Halicarnaſſeus.lib.2.& nos ex Pandectis iuris ciuilis quædam loca obſeruauimus,vt cum dicitur, Pontificem, dum ſacra facit,in ius vocari non poſſe.l.2 de in ius uocan. Pontificali authoritate compelli hæredes ad monumentum ædificãdum.l.hæreditas.de peti. hæredit. Pontificem de religioſis locis conſulendum eſſe.l.ult.de mortuo infer.Pontificem a quibuſdam muneribus non excuſari.l ult.de mune & hono. Sed longe eorum maxima authoritas in legum actionibus conſpicitur,quas ſcribit Pomponius apud collegium pontificũ fuiſ-
„ ſe.l.2.de orig.iur.Nam vt Valerius ait,ius ciuile per multa ſecu
„ la inter ſacra ceremoniaſque deorum immortalium abditũ,
„ ſoliſque pontificibus notum fuit. Quanta autem huius pontificatus dignatio fuerit,vel hinc æſtimare licet, ꝙ Imperatores Romani,vt auguſtiorẽs eſſent, ferè eo ſacerdotio fungebantur. Sed cur hi ſummi ſacerdotes ita appellati ſint inter veteres tũ Græcos,tum Latinos authores non conuenit.Scæuola,ut refert Varro,lib.10 de ling.Latina.dicebat pontifices dici a poſſe & facere.Nam verbum facere,apud Plautum,Ciceronem, Virgilium,& alios ſcriptores probatos, pro ſacrificare accipiũ ſicut δύειν ἀντὶ τοῦ θύειν apud antiquos,vt docet Athenæus.lib.14. Sed idem Varro a ponte eos dici mauult, ꝙ ab eis ſublicius pons factus primum,ac ſæpè reſtitutus ſit. Plutarchus in Numa aliam etymologiam adfert. Verùm hanc inueſtigationẽ, quæ non eſt magni vſus, libenter miſſam facimus. Augures qui a Græcis οἰωνοσκόποι dicuntur,auſpicijs præerant,vt ſacris Pontifices.Cic.lib.1.de natura deorum. Erant enim artis diuinandi periti,& ſigna a dijs miſſa interpretabantur, vt Halicarnaſeus ait,quamuis ab una ſpecie,id eſt,ab auium garritu nomẽ acceperint.Tantum autem venerationis,& autoritatis eorum collegio acceſſit,vt nihil publicè ſine auſpicijs, nec domi, nec militiæ gereretur.Cic.lib.1. de Diuina. Vt non immeritò ſcribat Cicero in Orat.de Aruſp.authoritatem rerum bene gerendarum augurio contineri. Itaque nobiliſſimis quibuſque & lectiſſimis ciuitatis Romanæ viris hoc ſacerdotium deferebatur,eratque perpetuum, adeò vt nemo quamlibet flagitioſus eo ſeſe abdicare cogeretur. Plutarchus in problem.lib. 2. de Leg.Quanta verò horum Augurum authoritas fuerit in Re
„ publica,docet Cicero.lib 2.de Leg.Cuius hæc uerba ſunt: Ma
„ ximum & præſtantiſſimum in Republica ius eſt Augurum,&
„ cum authoritate coniunctum.Neque verò hoc, quia ſum ip-
„ ſe augur, ita ſentio, ſed quia ſic exiſtimare nos eſt neceſſe.
„ Quid enim maius eſt,ſi de iure quærimus, quàm poſſe a ſummis imperijs,& ſummis poteſtatibus, comitatus & conſilia,
„ uel inſtituta dimittere, uel habita reſcindere? Quid grauius,
„ quàm rem ſuſceptam dirimi, ſi unus Augur alium dixerit?
„ Quid magnificentius,quàm poſſe decernere vt magiſtratu ſe
„ abdicent conſules? Quid religioſius,quàm cum populo, cum
„ plebe agendi ius aut dare, aut non dare? quid leges non iure
„ rogatas tollere?nihil domi,nihil militiæ per magiſtratus geſtũ
„ ſine eorum autoritate poſſe cuiquam probari? Ac huius au
„ thoritatis memorabile exemplum refert Plutarchus, in Mar
„ cel.in hanc ſententiam.Cùm Augures comitijs conſularibus
„ vitio creatos conſules renunciaſſent,confeſtim ſenatus literis
„ ab exercitu eos reuocauit, quatenus depoſito conſulatu hoſti
„ bus vt conſules bellum non inferrent.Flaminius acceptas lite
„ ras non ante aperuit,quam collata pugna verſisque in fugam
„ Barbaris,in agrum eorum excurſionem feciſſet.Redeunti igi
„ tur & multa referenti ſpolia,non proceſſit obuiam populus,
„ quia reuocatus non continuo mandatis paruerat,ſed tam is,
„ quàm ipſius collega conſulatu ſe abdicare coacti ſunt. Flamines quos Dionyſius Græce ἱερονίκας vocat, dijs ſingulis erant attributi Cic.lib.2. de Legib.a quibus cognomina habebant, authore Varrone.lib.4.de ling.latina,ut flamen Dialis, Martialis, Quirinalis, Carmentalis, Pomonalis, &c.& quia inter Deos qui colebantur aliquod diſcrimen erat, non omnium flaminum par erat dignitas,ut Feſtus ait. Proinde is qui ſacra Ioui faciebat,id eſt,Dialis,maximæ dignationis habebatur,de quo multa annotauit Gell. Maiorum minorumque flaminũ meminit Feſtus, & Archiflaminum Gratianus rhapſodia ſua. Sed & flaminicarum,id eſt,mulierum, quæ hoc ſacerdotio ſicut viri fungebantur,mentionem apud veteres quoque comperimus. Verùm omnia ſigillatim hìc perſequi ab inſtituto noſtro eſt alienum, qui hæc veluti παίγνια quædam breuiter perſtringere

Source : BIU Cujas

perſtringere voluimus. Curiones ſingulis erant aſcripti curijs, quæ numero xxx. erant Romæ, vt Dionyſius ſcribit, & pro curialibus ſacra faciebant. Horum verò nec genus ſacrificandi, nec inſignia deſcribuntur ab eodem, quibus rebus maximè a Flaminibus differebant. Illud ex Feſto didicimus, quod minimè prætereundum hic eſt, Curionem maximum a veteribus eum dici, cuius authoritate curiæ, & curiones omnes regebãtur. Huiuſq; meminit prçter Liuiũ & alios veteres Arnobius: lib. 4. aduer. gent. Sedet, inquit, in ſpectaculis publicis ſacerdotum omnium magiſtratuumq; collegia, Pontifices maximi, & maximi Curiones, ſedent quindecim viri laureati, & Diales cum apicibus Flamines, ſedent augures interpretes diuinæ mẽtis & voluntatis, necnon & caſtæ virgines perpetui nutrices & conſeruatrices ignis. Quem locum ideo hic referre volui, quia ſacerdotiorum Romanorum breuem deſcriptionem continet. Fœcialem, quos ἱερωσύνας appellat Dionyſius, collegiũ belli cauſa inſtitutum fuit. Cùm. n. religioſus vir, ac quietis publicæ ſtudioſus Numa aĩaduerteret bellũ, qđ abſq; iuſta cã infertur, nihil aliud, q̃ latrocinium eſſe, totam eam rem ex arbitrio ſacerdotum ac religioſorum hominum pendere voluit. Non enim licebat Romæ bellum mouere, niſi cognita cauſa fęciales id iuſtum eſſe pronuntiaſſent. Itaq; fœlicitatem & ſucceſſum Romanorum in bello, huic inſtituto & religioni quidam aſcribere non dubitauerunt. Quænam autem fuerit horum fę cialium authoritas, & qui ritus præter eundem Dionyſiũ, Plutarchus docet in Numa. Veſtales erant virgines, quæ Veſtæ deæ ſacra faciebant, & ſacrum ac ſempiternum cuſtodiebant ignem. De quarum inſtitutione, ritu, coaptatione, caſtitate vidẽda ſunt quæ Dionyſius, Plutarchus, Gellius, & quidam alij memoriæ prodiderũt. Hæc. n. quæ vulgaria ſunt & protrita accuratius hic deſcribere inſtitui noſtri ratio non ſinit. Præter hos ſacerdotes commemorantur & Salij, qui Marti ſacra facientes choreis & ſaltationib. dabant operam. χορευταὶ τῆς ἐνοπλίου διὰς, vt Dionyſius ait. Erant & duces Celerum, qui tametſi milites eſſent & regum cuſtodes: tñ ſtata quædam ſolenniaq; ſacrificia celebrabãt. nec vllos alios commemorat Dionyſius, diligentiſſimè omnia perſecutus ſacerdotia, quæ a Numa inſtituta fuerunt. Ait enim leges ſacrorum Numam ita libro vno cõplexum fuiſſe, vt tota ea deſcriptione in octo partes diſtributa, de ſingulis ſacerdotijs, quorum erant totidem genera, ſeparatim differeret. Reperitur tamen aliorum apud authores ſacerdotum mentio, cuiuſmodi ſunt Fratres aruales, Rex ſacrificulus, duumuiri & decemuiri ſacrorum Galli, Epulones, & qui Titij ſodales dicuntur. Quorum ſacerdotiorum explicatio, & cognitio ex Tito Liuio & alijs veteribus petenda eſt. Extat & Pomp. Læti non inutilis ea de re libellus. Quod verò titulo Feneſtellæ circunfertur eiuſdem argumenti opuſculum, recẽtiſſimi ſcriptoris eſſe nemo dubitat, qui alicuius ſit in re literaria iudicij. Vnum ſupradictis adijciendum eſt, quod à cęteris prætermiſſum eſſe miror, priſcos Romanos nõ modo ſacerdotes habuiſſe, qui Dijs ſacra facerent: ſed etiam miniſtros quoſdam ſacrorum ac ſacerdotum ijs non abſimiles, quos in ſacris noſtris Diaconos appellamus. Eosq; Camillos tum dictos fuiſſe teſtes ſunt Dionyſius, lib. 2. Plutarchus, in Numa. Feſtus & Seruius cum plerisq; alijs. Et hactenus de ſacerdotijs vrbis Romę, quib. ſimilia quędam in prouincijs atq; municipijs fuiſſe dubium non eſt, quorum in iure ciuili crebra eſt mentio. l. 1. ad l. Iul. de am. l. in honorib. de vac. mun. Nam Phœniciarchia, & Syriarchia in conſtitutione quadam Imp. Conſtantini, nomina ſunt prouincialium ſacerdotiorum. l. 1. C. de nat. lib. & Martianus, tit. de mat. Senat. vetat Flamini municipali & ſacerdoti prouinciæ ne vxorem ducat ancillam, ſcenicã, tabernariã, &c.

LIBER SECVNDVS

DE ORIGINE, DIFFINITIONE, AC DIVISIONE BENEFICIORVM.

ARGVMENTVM.

Superiore libro de miniſterijs officijsq́, eccleſiaſticis, propter quæ beneficia conferuntur, ſatis copioſè diſputatum fuit. Iam de beneficijs ipſis tractandum eſt, & ab origine eorundem, diffinitionibusq́, ac diuiſionibus incipiendum.

De facultatibus Eccleſiæ, earumq́; origine & proceſſu. Cap. I.

VT Bonorum, quæ Eccleſia poſſidet, origo, finis & vſus rectius intelligatur, a Chriſti vſq; ac legatorum eius ſiue apoſtolorum temporib. repetenda eſt noſtra oĩo. Ac imprimis conſtat ex ſacra hiſtoria Chr̃m facultates aliquas, quãuis pertenues habuiſſe: nec ita vixiſſe eum, vt nihil proprium obtinens mendicare cogeret, quod nonnulli aſſerere non dubitarunt aliqñ, ſed merito eorum opinio damnata eſt. c. 4. 5. de verb. ſig. in extra. Io. 22. Mendicitas. n. in valentib. & otioſis res eſt minimè toleranda, & furti ſpeciem habet. C. de mend. val. & in auth. de quæſto. Oblatam. n. ſibi pecuniã, aut quocunq; mõ quæſitam Chr̃s diligenter cuſtodire ſolitus fuit, ex qua victum veſtitumq́; tam ſibi q̃ ſectatorib. & comitibus ſuis compareret. Io. 13. Hinc Auguſt. Habebat dñs loculos a fidelib. oblata cõſeruans & ſuorum neceſſitatib. & alijs indigentib. tribuebat. Tunc primùm eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta, & vt intelligeremus quod præcipit non eſſe cogitandũ de craſtino, nõ ad hoc fuiſſe præceptũ, vt nihil pecuniæ ſeruet a ſanctis, ſed ne Deo ꝓp iſta ſeruiatur, & ꝓp inopię timorem iuſtitia deſeratur. c. hẽbat. 12. q. 1. Mortuo atq; ſublato in cœlum Chr̃o, Apoſtoli diſcipuliq; & cultores eiuſdẽ non mediocrem pecuniæ vim poſſediſſe leguntur, adeò vt quãuis ingens eſſet eorũ numerus, tñ nemo inter eos egens reperiret. Nã ut ſcribit Lucas de fidelib. Chriſtianis, qui tũc Hieroſolymis erãt: Multitudinis credentiũ erat cor vnũ & aĩa vna, nec q̃ſquã eorum q̃ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis oĩa cõia. Et quotquot erunt poſſeſſores agrorũ, aut domorũ, vendentes afferebant pretia, & ponebãt ante pedes apoſtolorum, diuidebãturq́; ſingulis, ꝓut cuiq́; opus erat. Eadem referunt a Clemente, qui illis tꝑib. fuiſſe creditur, in epiſtola, qua fratres & cõdiſcipulos ſuos ad bonorum cõicationẽ hortat & incitat. c. dilectis. 12. q. 1. Quòd aũt ex prædiorum vẽditione pecuniã cõficere maluerint, q̃ ea retinere, & ex eorum fructib. ſeipſos alere, Melchiades id factum ideo ſcribit, q̃ cùm futuram Eccleſiã in gentib. viderent, prædia poſſeſſionesq; adipiſci in Iudæa vtile non putauerunt. c. futuram. 12. q. 1. Sed notandum eſt eos ad cõicationem bonorum neminem inuitum cõpuliſſe, ꝙ ſatis intelligerẽt eam a Chr̃o non fuiſſe præceptam, & ꝓprietatẽ diſtinctionemq; dñiorum, q̃ ꝙſenſu hoĩum naturalem rõnem ſequẽtium recepta eſt, iuri diuino, Chriſtianæq; religioni repugnãtem non eſſe: ea ſiquidem eſt hoĩum corruptio & improbitas, vt ſocietas humana cõmodè retineri & ꝙſeruari nequeat, ſi qs Platonicam cõionem inter hoĩes indiſcriminatim ꝙſtituere velit. Si q tñ mutuo illo affectu & charitate, quã nobis vnicè cõmẽdauit p̃cepitq́; Chr̃s, cõſtantiſſimè ita ducanť, vt vltrò nõ mõ facultates, ſed operam quoq; ſuam laborem, induſtriã bona fide & citra fraudem vllam in cõe conferant, nõ dubito qn vita eorum in hac æquabilitate & cõicatione rerum omnium, & iucundiſſima, & fœliciſſima futura ſit. Scitè. n. a veterib. illud dictũ eſt, ſi qs id ciuiliter interpretari magis quam calũniari velit: Quietiſſimè victuros hoĩes ſi hęc duo verba Meũ & Tuũ de medio tollerent. Quod & ſenſit haud dubiè Clemẽs in epiſtola, cuius paulò antè meminimus. gl. in d. c. dilectiſſimis. Ideo aũt proprietas & diſtinctio dñiorum ꝓbatur iure gentium, cui religio noſtra minimè refragatur, quia obtineri ab hoĩb. non poſſe creditur in tãtis eorum vitijs, vt ſine fraude & diſcordia in ea cõione perſeuerent. Proinde cùm Ananias agri venditi pretium retinuiſſet, parte tñ ad Apoſtolos delata, Petrus eo noĩe illum non dãnauit, ſed quod dolo, ſimulatione ac mendacio vſus eẽt. Anania, inquit, cur impleuit Sathanas cor tuũ, ut mẽtireris ſpiritui ſancto, & fraudares de pretio agri? Nonne ꝓrſus tibi manebat, & venundatus erat in tua poteſtate? Hæc oĩa ſatis demõſtrant, qualis fuerit ſtatus atq; uſus bonorum Eccleſię tpe Apoſtolorum. Poſt eorũ verò tpa, cum viderent ſacerdotes & læuitæ, & reliqui fideles p vniuerſum orbem diſperſi, vtilius fore ſi hæreditates & agros, quos vendebant, eccleſijs quib. præſidebant epiſcopi, traderent, eò ꝙ ex ſumptib. eorũ tam p̃ſentib. q̃ futuris tꝑib. plura & elegantiora miniſtrare poſſent fidelib. cõem vitam ducentib. q̃ ex pretio ipſorum, cęperũt prędia & agros quos vendere ſolebant, matricib. eccleſijs tradere, & ex ſumptib. eorum viuere. Hæc totidem ferè verbis ex Vrbano tranſcripſimus. c. vidẽtes. 12. q. 1. a quo id quoq; decretũ fuiſſe ſcribunt Platina & quidam alij eũ ſecuti, vt ſacerdotib. liceret prædia ac fundos a cultorib. religionis oblatos recipere. Sed falluntur illi meo quidem iudicio, cùm inter Vrbani decreta, q̃ extãt, excepto eo quod recitauimus, nihil reperiat qđ ad hanc rem pertineat. Ex eo igit̃ tpe creatim vnuſquiſq; pius & fidelis prædia poſſeſſionesq́; dabat Eccleſiæ: ex quorum fructib. non miniſtri tñ, ſed quicunq; ẽt alij egentes alerent. Et hinc perſpicuum eſt, quod & ſupra admonuimus, veteres Chriſtianæ religionis cultores non ita paupertatem affectaſſe, ut opes nullas ſibi parare atq; aſſeruare vellent, quamuis Imperator Iulianus inde anſam arripuerit eccleſias fortunis ſuis ſpoliandi. Eccleſiarum enim bona auferens dicebat maximo ſe beneficio Chriſtianos afficere, nimirum ut pauperes facti citius regnum cœlorum intrarent. Qua arte in Philoſophos quoque noſtri iuris authores vſos fuiſſe aliquando animaduerti. l. in honorib. de vac. mun. Ac præ cęteris Conſtantini celebratur liberalitas in eccteſiam. cap. Conſtantinus. 96. diſtin. c. futuram. 12. q. 1. Tripart. lib. 1. c. 9. Et extat eiuſdem conſtitutio in codice Iuſtiniani, qua permittit vnicuiq; bona ſua Eccleſię relinquere. Licinia quoque diues & potẽs matrona, bona ſua Eccleſiæ Romanæ teſtamento reliquit, Marcello ſedente, vt

ſcriptores

Source : BIU Cujas

scriptores ecclesiastici literis prodiderunt. Sed nulli plus contulerunt Ecclesię Romanæ, nec magis potētiam eius auxerūt, quàm Pipinus, Carolus, & Ludouicus Frācorum Reges. Quid ingentia hic commemorem beneficia in cęteras totius orbis ecclesias vndiq; a pijs hominibus collata, cùm iustum volumē descriptio eius rei desideret? Quale illud est quod de Hilario Arelatensi episcopo Prosper memoriæ mandauit, nempe eū acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ecclesiam mirum in modum locupletasse, c. expedit. 12. q. 1. ex quo de cęteris coniectura fieri potest. Ac præter eos reditus, præterq; decimam partem, non modo fructuum, sed etiam negociationis, quæstus & lucri, de qua mox differemus, & alias quasdam largitiones, quotidie in sacro ipso conuentu fiebant oblationes ad altare. Theodor. lib. 5. c. 18. c. omnis. de consec. distin. 1. Vt mirum non sit, quod nunc omnibus testatum & manifestum est, opes Ecclesiæ in immensum excreuisse. De oblationibus Ecclesiæ Romanæ loquitur Marcellinus lib. 27. cuius verba, quia huius tractatus nostri loca etiam alia quædam illustrant, hic subij cere volui: Damasus, inquit, & Vrsicinus supra modum humanum ad rapiendam episcopalem sedem ardentes, sciſſis studijs asperrimè conflictabantur, adusque mortis vulnerumque discrimina adiumentis vtriusque progressis, quæ nec corrigere sufficiens Viuentius, nec mollire, vi magna coactus secessit in suburbanum & in concertatione superauerat Damasus, parte, quæ ei fauebat, instante. Constatque in basilica Sicenini, vbi ritus Christiani est conuenticulum vno die centum triginta septem cadauera reperta, peremptorum, efferataq; diu plebē, ægrè posteà delinitam. Neq; ego abnuo, ostentationem rerū considerans vrbanarum, huius rei cupidos ob impetrandum, quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere, cū id adepti futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantq; vehiculis insidentes, circunspecte vestiti, epulas curantes profusas, adeò vt eorum conuiuia regales superent mensas, qui esse poterant beati reuera, si magnitudine vrbis despecta, quam vitijs opponunt, ad imitationem antistitum quorundam prouincialium viuerent, quos tenuitas edēdi potandique parcissimè, vtilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia perpetuò, numini verisque eius cultoribus vt puros commendant & verecundos. Omnes autem huiusmodi obuentiones, reditus ac oblationes in sua pote state habebat episcopus, vt præcipiunt canones apostolorum. c. præcipimus. 12. q. 1. c. peruenit. 16. q. 7. Sed ita tamen vt eas res non dispensaret ipse ac administraret, sed diaconis, hypodiaconis, œconomis ac defensoribus earum dispensationem distributionemque committeret, qui rationem posteà totius administrationis suæ ipsi redderent. c. episcopus. 12. q. 1. c. nobis. 12. q. 2. Fiebatq; hæc distributio clericis & ministris ecclesiarum, d. c. peruenit. quorum erat plurimum communis vita & conuersatio. c. quia tua. c. scimus. c. nolo. c. non dicatis. 12. q. 1. quamuis ad eam communionem inuiti nequaquam cogerentur. c. certe. 12. q. 1. Sed præcipuum locum in hac largitione merito tenebant pauperes, quorum ingentem numerum alere solebat Ecclesia. Nec enim vlla res vnquam maiori curæ priscis Christianis fuit, quàm pauperum sustentatio, vt plerisque in locis testatur Eusebius. Ac tot tantæque opes eo potissimum consilio in ecclesiam conferebantur, vt inde nutrirentur pauperes, eaque cura mandabatur episcopis, quòd eorum erga pauperes studium omnibus perspectum esset. l. 1. C. de epis. aud. Quare bona Ecclesiæ passim in veteribus canonibus dicuntur patrimonia pauperum. c. quia iuxta. 16. q. 1. Qua ratione Augustinus eos qui decimas Ecclesiæ non persoluunt, tot homicidiorum reos futuros ait, quot pauperes fame mortui fuerint, quia rem a Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruent. c. decimæ. 16. q. 1. Proferre hic possem & alia præclara veterum dicta in hanc sententiam, sed aliquot præcipua tantum referam. nā omnia persequi infinitum esset. Ambrosius, Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatib. Quid est opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atq; argenti de templo domini Assyrij sustulerunt? Nonne melius conflat sacerdos pro alimonia pauperū, si aliqua subsidia desunt, quàm si sacrilegus cōtaminat & aspor tat hostis? Nonne dicturus est dominus, cur passus es tot inopes fame mori? certè habebas aurum vnde ministrasses alimoniam, &c. c. aurum. 12. q. 1. Hieronymus ad Nepot. Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere. Ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitis. Idem, Amico rapere quidpiam furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est: accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis illud reseruare, vel cautum, uel timidum est, aut quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. c. gloria. 12. q. 2. Idem, Clericos autem illos conuenit Ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autem bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò incurrunt & committunt. 16. q. 1. cap. vlti.

Ex his apparet dispensationem facultatum ecclesiasticarum episcoporum arbitrio commissam fuisse. Verùm ob cupiditatem quorundam parum rectè ac sincerè administrantium, canones ueteres modum rationemque dispensandi ipsis præscripserunt, nempe ut quatuor partes tam oblationum, quàm aliarum quarumcunque obuentionum fiant: quarum vna pauperibus distribuatur: altera clericis: tertia in ædificationem templi impendatur: quartam episcopus retineat hospitalitatis exercendæ causa. c. vobis. c. vulteranæ. c. concesso. c. quatuor, & sequentibus. 12. q. 2. c. præsulum. 16. q. 3. Sed vt est rerum humanarum conditio in eodem statu nunquam permanentium, hæc communium rerum distributio ad extremum antiquata prorsus & sublata est, ac singulis ministerijs certi reditus adiuncti & assignati, quibus ministri tanquam re propria fruantur: eosque ipsi arbitrio suo dispensent atque administrent sine vllius aut diaconi opera, aut episcopi authoritate: & hos reditus ministeriis attributos hodie vulgò Beneficia appellamus. cuius verbi significatio & origo plenius infra discutietur. Quam partem abstulerunt pauperes in hoc, vt ita dicam, familiæ erciscundę iudicio, mihi nondum planè compertum est, tametsi quid ipsis hic acciderit, & quàm humaniter accepti sint, satis suspicor. Sed hac de re aliàs erit opportunior dicendi locus.

De vulgari diuisione bonorum ecclesiasticorum in temporalia & spiritalia. Cap. II.

Bonorum ecclesiasticorum quædam temporalia dicuntur: alia verò spiritalia. Temporalia vocant prædia illa & possessiones, quæ ex principium aliorumque liberalitate obuenerunt. Spiritalia, decimas & alia id genus, quæ a fidelibus Ecclesię offeruntur. Nam decimas primitiasque, aut quæ loco primitiarum offerri solent, arbitrantur iuris Pontificij Doctores diuino iure sacerdotum, & Ecclesia ministrorum esse, quòd lex Mosaica eas exolui præcipiat. Itaque res diuinæ dicuntur, quòd eas vnius Dei benignitati, non cuiusquam hominis munificentiæ acceptas referamus. Sacræ verò & spiritales, quòd huiusmodi oblationes Deo præcipuè consecrentur, & animæ spirituique nostro maximè existimentur conferre. Reliquæ autem possessiones, quas non à Deo, sed ab hominibus accepit Ecclesia, prophanæ omniq; religione purę hūr: ideoq; tpales vulgò appellatę sunt. Nā q̄ diuina sunt ac spiritalia, eadē perpetua esse & nūquā interitura creduntur: cætera omnia caduca, fluxa & temporaria. Hinc ea videtur fluxisse appellatio. Sed vt ingenuè dicam quod sentio, diuina & sacra aliquanto rectius & significantius appellari posse mihi videntur, quæ spiritalia vocant, ut non incommodè sic efferatur diuisio. Bonorum ecclesiasticorum quædam diuina sacraque sunt: alia humana ac prophana. Huius ergo diuisionis, quam iuris pontificij consulti probant, fundamentum est lex Mosaica: de quo quid sentiendū sit, viderint alij. Certè si Thomæ aliorumque Theologorum opinionem sequamur, vereor ut consistere possit. not. in c. in aliquibus. de decim. Existimant enim illi decimas non idcirco deberi sacerdotibus, quòd lege Mosaica id præcipiatur, cùm ea lege non astringamur, nisi quatenus præceptum aliquod morale iurisque naturalis continet. c. translato. de constit. Naturalis enim lex, quam, ut Paulus ait, gentes habent scriptam in cordibus suis, nunquam abrogatur. Itaque quamuis honestum piumque sit, ac iuri naturæ consentaneum, quo beneme rentes de nobis remunerari iubemur, ministros Ecclesiæ & pastores alere ac fouere. Determinatio tamen certæ quantitatis eo nomine præstandæ, puta octauæ vel decimæ partis bonorum, &c. non tam iuris naturalis est, quàm Mosaici, id est, quod Deus per Mosem Iudæis tantum, non etiam alijs gētibus & populis ad tempus constituit. Quæ sentētia si vera est, equidem non video cur potius decimæ q̄ alij reditus Ecclesiæ, siue diuini, siue spiritales dici debeant. Verùm vtcunq; Theologi suā tueantur snīam, inficiari nemo poterit, vetustissimam esse consuetudinem de soluēdis decimis in Ecclesia, quam sanctissimi & doctissimi quiq; veterum maximè comprobarunt atq; commendarunt. c. reuertimini. c. decimę. 16. q. 1.

Vnde dicatur beneficium. Cap. III.

De origine facultatum ecclesiasticarum admirabiliq; earū incremento, & ut possessiones omnes ac reditus, q antè communes erant, diuisi sint, & certis ministerijs assignati, satis demonstrasse videmur superiori capite. Cur aūt Bñficium appellet certa illa redituum portio, q̄ cuiq; ministerio obtigit, uidendum est. Nam plerique hanc vocem ut barbaram omnino & ineptam refugiunt, & sacerdotia malunt quā beneficia hos reditus appellare. Verùm, nisi fallor, sacerdotium pro munere, ac dignitate magis quàm pro reditu, aut obuentione

accipi

Source : BIU Cujas

accipi vr̃ apud Latinos authores. Et constat hæc sacra stipendia non tm̃ sacerdotibus,sed alijs ēt ministris concedi. Animad uertendum igitur est, moris fuisse veteribus prædia quædam ac possessiones militibus tribuere, vt hoc beneficio deuincti animosiores ad Remp.tutandam redderentur. Id factum ab Alexandro Seuero testis est Lampridius,quem & alij imperatores ante Iustinianum secuti sunt, vt ex eorum constitutionibus apparet.C.de fund.limitro.Meminit & prædiorum huiuscemodi militarium Constantinus quidam imperator apud Harmenopulū,lib.1. eaque στρατιωτικὰ κτήματα & στρατιωτικοὺς τόπους vocat.Quibus perquam affinia sunt ea, quæ ob fidem & obsequium fruenda conceduntur, moribus non Longobardorū modo,a quibus hoc prædiorum fruendorum genus manasse ad nos vr̃,sed ēt nostris, & oīum propè totius Europæ populorum ac gentium. Et hæc quidem prędia non ineptè beneficia a quibusdā appellata sunt: & beneficiarij qui ea possident. Nam & beneficiariorum militum mentio est apud Cæsarem in Comment.sensu haud omnino dissimili,& apud plerosque alios authores,quorum pura Latinaq; est oratio. Hunc verò morem qui in rebus prophanis receptus erat, imitati sunt ecclesiastici viri,& prædia possessionesque ob ministerium ecclesiæ singulis ministris adscriptas,beneficia vocauerunt,(quæ vtinam ueneficia plerisque hodie nō sint) quia post eam, de qua iam diximus, diuisionem,hi reditus ecclesiastici magnam cū illis militaribus prophanisque beneficijs affinitatem hr̃e credebantur,id quod alio in loco ostensurus sum. Itaque non tm̃ de ministerijs,sed ēt de beneficijs ecclesiasticis hoc nr̃m σύνταγμα inscribere voluimus, vt veterem simul & nouam loquēdi cō suetudinem in ecclesia titulus indicaret. Nam ita hoc argm̃ apud veteres tractatum offendimus,vt ministerij ferè mentio fiat,non prouentus aut stipēdij alicuius. At postquam honos, non onus affectari cœpit,& quæstus est habita rō magis quàm muneris atq; officij, unà cum moribus hominum mutata est loquendi ratio. Vt exempli gratia, solebant ita disputare antiquiores,vt quærerent, quis Ecclesiæ ministrum ordinare, & quis ordinari deberet. Recentiorum verò qōnes hæ sunt vulgò usitatæ,quis beneficium conferre, cui conferri possit, &c. Quod igitur primarium ac prēcipuum meritò habebatur quō dam,id nunc accessionis cuiusdam locum vix obtinet. qua in re tanta est indignitas,ut eam dissimulare nemo bonus possit. Nam si Plinius iuo tpe conquestus est ex gemmis confici vasa in quibus aurum accessio esset,cùm gemmæ vasis aureis accedere soleant,quanto iustior hac de re futura est bonorum uirorum quærela?Hoc autem ideò hìc adijcere uolui, vt ostenderem veteres canones de ministerijs loquentes,quamuis ætatem,vt ita dixerim,nō ferant, & magna ex parte antiquati sint, tm̃ ad hanc disputationem de beneficijs plerunque trahi posse. Hinc natæ sunt illæ theses. Qui pōt ordinare, pōt beneficium conferre.Qui potest ordinari,pōt beneficium capere,& contra. Qui non pōt ordinare, non potest beneficium conferre. Qui non potest ordinari,non potest beneficium capere.glo.c. si eo tempore.de rescrip.in 6.glo.c.de his.28.dist. Ordinationē verò hic late accipimus,pro quacunque ad sacrum ministeriū aliquod,aut munus ecclesiasticum promotione, ut ante explicatum fuit.

Quid sit beneficium: beneficij ecclesiastici dominium, ususfructusve cuius sit, & an pensiones annuæ atque hospitalia beneficij appellatione contineantur. Cap. 4.

Explicatio verborum qua iam usi sumus, sufficere posse vr̃ ijs qui simplicitatem amant in iuris interpretatione,attamen vt ijs quoque faciamus satis qui hac simplicitate non contenti subtiliorem & accuratiorem interpretationem requirunt, trademus definitionē beneficij, non perfectam quidem illam fortassis,& omnibus Dialecticæ legibus inseruientem,sed quæ quantum rei natura patitur, ab earum legum præscripto non longè recedat.Sit igitur hæc definitio. Beneficium est res ecclesiastica quæ sacerdoti uel clerico ob sacrum ministerium vtenda imperpetuum concedat. Cuius definitionis singula uerba ἀμεταθέτου, vt dr̃ καὶ ταφέτερον hic explicanda sunt. Ac imprimis dr̃ res qm̃ non ministerium ipsum siue officium, sed commodum potius inde proueniens beneficium appellatur. Proinde is qui dignitate ecclesiastica ornatus est sine reditu ac prouentu, cuiusmodi sunt Archidiaconi quidam,quos imaginarios & honorarios vocare soleo,is beneficiarius dicendus non est.Dicitur ecclesiastica, qp ea bona Deo & Ecclesiæ dicata cōsecrataque sint, ex quibus hmōdi reditus cōstant.c.res Ecclesiæ.1.q.3.Dicitur Sacerdoti,& c.qm̃ si quid fruendum concedi soleat laicis hominib. ex bonis ecclesiæ,quales sunt ij de quibus diximus 19.capite primi libri,id beneficium propriè non dicetur. Dicitur ob sacrum ministerium, quia sicut beneficia militaria ac prophana, militibus ac prophanis hominibus ob fidem & obsequium dantur, ita hæc sacra beneficia Deo consecratis ob sacram spiritalemque functionem conceduntur. Itaque hæc beneficia sacra spiritaliaq; quodammodo esse dr̃, quia tametsi prouentus sacri nō sint, sed prophani,tm̃ sacro ita cohærent muneri, vt separationē nō recipiant.c.1.c.si quis obiecerit.1.q.3.c.ad nr̃am,de simo.c.ult. de rescrip.in 6.Nec vlli conceduntur,qui ad munus illud obeūdum idoneus non sit,puta sacerdoti aut clerico, ut iā dixi. Nā licet ostiarij,aut acolythi munus prophanum fortè quibusdā videri possit,quia sacræ ædis ostia claudere,& alia id genus exequi ēt laicus pōt.idque nos quotidie fieri videmus, & experimur,tm̃ considerandum est,quod supra admonuimus,clericos eos dici,qui sacris initiati sunt, & ad sacram functionē delecti ac destinati,sed in leuioribus muneribus institutionis cuiusdā cā adhuc occupantur & exercentur,nec eis assignantur potissimum reditus ecclesiastici,ut ostia claudant,sed vt interim alātur ac instituantur,& sacerdotum eporumque perpetuū extet seminarium.Proinde annonæ siue præbendæ ecclesiasticæ laicis hominib, & in canonicorum collegium minimè cooptatis solitæ cōcedi ob nolarum ænearum pulsationem, aut aliud huic simile ministerium,beneficia ecclesiastica propriè nō dr̃ sed abusiuè,& latissima significatione.no in c.cum M.de Cōst. & in c.dilecto de præb. Spiritalia aūt officia quæ fiat, facilè ex his quæ diximus in superiore librò,perspici pōt, ueluti doctrina euangelij,administratio sacramentorum, ordinatio ministrorum ecclesię,excōicatio absolutio,dedicatio ecclesiarum, & alia id genus quæ eporum,præsbyterorum & diaconorum ppria sunt.Sel.1.par.q.7.Et quoties dubitat an reditus, de quibus hìc loquimur,ad spiritale sacrumq; ministerium constituti destinatiq; sint,necne, quia facti qō est magis q̃ iuris, vulgò traditum est ad signa,notas & coniecturas recurrendum esse. Itaq; si basilica siue ædes sacræ,altare, tintinabula, cœmeteriū, & alia id genus,in eo de quo quæritur loco,reperiantur, sacrū ac spiritale beneficium esse iudicabimus, nisi contrarium appareat.Dicitur,Vtenda:quia dn̄ium & proprietas clericorum non est,sed q̃diu viuunt,& munere suo funguntur, fructibus perceptis ad alendum se familiamque suam, utuntur.Quòd si præter victum uestitumq; necessarium aliquid supersit,id alienare tanquam dn̄i non possunt,sed egentibus erogare debēt, extatque hac de re constitutio cuiusdam sxnodi, quam vir quidam eruditus diram uocat.c.eps.10.q.2. Cui alia similis reperitur concilij Antiocheni.c.eps.cap.ult.12.q.1.Contendit.n.eos usumfructum beneficiorum suorum hr̃e,& fructus tanquam stipēdium aliquod mercedemq; sui laboris capere. Quod nec rōne,nec æquitate caret. Sed puto maiores nr̃os satis animaduertisse,nihil Ecclesiæ periculosius esse,quàm ministrorū eius nimiam opulentiam,id quod euentus,qui non mō stultorum magister est,vt ait Liuius, sed ēt prudentissimi nonnunquam & perspicacissimi cuiusque,satis docuit, ut merito illud e Satyra nunc dici posse uideatur.Nullum crimen abest, facinusque libidinis,ex quo Paupertas Romana perit. Initio ægrè admodum hoc datum est ecclesiæ,ut prædia possessionesque sibi relictas aut donatas retineret. Et satis constat ex epistola Hieronymi ad Nepot.legibus Christianorum principum aliquando prohibitum fuisse clericis,ne hæreditates caperent. Nam vt in omni genere mediocritas illa, quam optimus poeta auream uocat,merito commendatur,ita modus facultatum summopere hìc necessarius est. Bonifacius martyr aliquando interrogatus,an liceret ligneis calicibus in sacris uti,ita respōdisse fertur,Olim aurei sacerdotes ligneis vasis,nunc lignei aureis vtūtur.Haud dubiè sentiens immodicis opib. facilè sacerdotes & gubernatores ecclesiarum corrumpi.c.uasa,de consecr.dist.1. Quæ rō impulit veteres illos,vt clericis præter victum necessarium nihil permitterēt ex facultatib. ecclesiasticis sumere, nec puto quicquam salubrius potuisse constitui ad cohibendā eorum cupiditatem,& πλεονεξίαν, non qp hæc ad viuum,vt dr̃,resecanda,& summo iure cum eis agendum existimem, quod nec canones exigunt opinor,sed quia uerissimum est illud Satyrici poetæ.Nemo satis credit tm̃ delinquere, quantum Permittes, adeo indulgent sibi latius ipsi. Legimus in historia tripartita, epm quendam Constantinop.noīe Chrysanthum,nihil ex reditibus ecclesiasticis capere solitum fuisse, nisi dominico die panes duos.nec desunt alia hmōi exempla in scriptoribus ecclesiasticis,ex quibus apparet quęnam fuerit veterū de bonis ecclesiasticis earumque usu & administratione, sn̄ia. Nec uero dissimile fuit quorundam politicorum hoīum in Rep.iudiciū, idque satis ostendit Anaxander, qui interrogatus cur Spartani pecunias in ærarium publicum non colligerent,Ne,inquit,earum custodes corrumpantur, Itaq; beneficiarios vsuarijs magis quam vsufructuarijs cōparandos esse non vno in loco Panormit.docet.in c.ult.de pecul.cler.& in rep.c.cū esses. de test. c.illud.16.q.6.Nec vllum arbitror canonem esse, cui repugnet hæc sn̄ia,quāu is ea moribus nr̃is recepta non sit. gl.in pragm. tit.de anna. in verbo acquisitos. Dicitur imperpetuum, quia cum ad tps minister ecclesiæ ordinari non possit,necesse est beneficium ipsum,quod ministerio coniunctū est,perpetuū esse.

Source : BIU Cujas

c.1. de cap. mon. in 6. Nam & de beneficijs militaribus ac prophanis idem constitutum est, quibus hæc perquam vicina simi liaque esse iam admonuimus. titu. in quib. caus. feud. amitta. §. ult. in usib. feud. Excipitur tñ Romanus Pont. qui velut legibus canonibusque solitus beneficia ad tps conferre posse dr. no. in c. ueniens, de fil. præsby. c. si gratiosè. de rescrip. in 6. Inde consequitur prefecturas illas monasteriorum, quas vulgò Prioratus claustrales uocant, beneficijs non annumerari. quia perpetuæ non sunt, sed precariæ tm̃ ac tēporariæ administrationes. Host. in c. de multa. de præb. Sel. q. 21. par. 3. Hactenus de diffinitione Beneficij, cuius vt magis eluceſcat vsus, tractanctæ hic sunt duę vulgares qōnes: quarum vna est, de Annuis pensionibus. altera de hospitalibus ædibus, an scilicet appellatione Beneficij contineantur. Nam contingit aliquando, vt ex reditibus beneficij certa portio quotannis alicui pendatur authoritate Romani Pontificis, uel alterius ep̄i ob certas causas, de quibus alibi differemus. c. nisi essent, de præb. Sed hmōi pensio, quæ annuum genere neutro propriè ac Latinè dici posse nobis vr̃, beneficium non est. c quamuis, de rescrip. in 6. not. in c. a d audientiā, 2. de rescrip. Cum enim ob nullum in ecclesia sacrum ministerium constituatur, & non tm̃ clerico, sed ēt laico cōpetere possit, satis perspicuum est definitioni quam tradidimus, non conuenire. c. possessiones. 16. q. 1. not. in c. præterea 1. & 2. de transf. act. glo. prag. tit. de collatio. §. item quod uniuersitates, in uerb. beneficiorum. Sed de his infrà plenius. Quòd ad secundā qōnē attinet, sciendum est, studium ingens Christianorū in oēs egenos, debiles, senes, peregrinos ac pupillos semper extitisse, adeò vt oēs passim ecclesiæ noscomia sua, xenodochia, brephotrophia, orphanotrophia, gerontocomia, ptochotrophia haberēt quorum mentio est apud Iustin. tit. de epis. & cler. Theodor. li. 5. eccl. hist. c. 18. Sozome lib. 6. tripar. c. 29. Et oīa quos hodie hospitalia uocare solemus, quæ uox apud veteres Latinos in usu fuit, pro ea parte domus, quam opulentiores hospitibus aduenientibus instruebant, eaque utitur noster Vlp. l. si uerò, de his qui deiec. uel effud. Vitru. lib. 6.

Sed quæritur an hmōi Hospitalia in numerum beneficiorū referenda sint. Et constat ex diffinitione Beneficij, si ab homine priuato propria authoritate instituta sint, Beneficia non esse, quia res ecclesiasticæ nō sunt. Quòd si in ea institutione ep̄i authoritas interuenerit, ne hoc quidem casu beneficium dici meretur, cle. 2. de præbē. quia eorum redituum procuratio & administratio non clericis, sed quibuscunque iuris probis & idoneis mandari solet, qui administrationis suæ rōnem exemplo tutorum & curatorum reddere coguntur. Et hæc ita accipienda sunt, nisi ex ipsa institutione, aut vt loquimur, fundatione, cōtrarium appareat. Quod in synodo Viennensi Clemēs V. constituit, cle. quia contingit, de religio. do. l. orphanotrophos. C. de epis. & cler. Fel. in c. de quarta, de præscrip. & c. in nostra, de rescr. Nam contingere potest vt beneficium sacerdoti attributum sit, ita ut præter sacerdotalem functionem, onus quoq; pauperes alendi subeat. Certè apud Nicephorum in ecclesiastica historia, Euphemij cuiusdam mentio reperitur, qui simul & ptochotrophus & præsbyter fuit.

Beneficiorum diuisio & qualitas. Cap. 5.

Explicata diffinitione, aliquot diuisiones beneficiorū docendæ sunt, ad nostri tpis mores accommodatę, quarum in forensibus controuersijs hodie magnus est vsus. Ac summa quidem diuisio hæc est. Quædam Beneficia titulum habent dignitatis, ut episcopatus, archidiaconatus, &c. Quædam habent curam animarum sine dignitate, ut paræcia. Alia neque dignitatis titulum habent, neque curam animarum, sed simplicia nudaque beneficia sunt. Inter hæc tñ aliqua differentia reperit. Nam quædam aliquid eminentiæ, ornamenti, & decoris habent, vt canonicorum præbendæ. Quædam infima sunt atque humilia, de quibus omnibus sigillatim hic differemus.

Quæ sint dignitates ecclesiasticæ, & quot modis accipiantur. Cap. 6.

In Rebus publicis honores distinguuntur a muneribus. tit. de muner. & honor. Et diffinitur honor, administratio Reipub. cū dignitatis gradu. Munus verò, administratio Reip. sine titulo dignitatis. l. honor, de mun. & honor. An aūt administratio dignitatem habeat, necne, ex consuetudine & hominum existimatione iudicari solet. l. ult. de mune. & hon. Similiter in rebus ecclesiasticis quædam administrationes titulum dignitatis habent, & dignitates a pontificibus appellantur. tit. de præb & dig. idque ferè accidit quoties administratio cum iurisdictione aliqua & potestate coniuncta est. gloss. in c. 1. de consuet. in 6. Panor. & alij in c. de multa, de præb. Sed hęc exemplis illustriora fient. Episcopus summam in ecclesia dignitatē habet, & quamuis alius alij præponatur, ueluti archiepiscopus epiſcopo archiepiscopo patriarcha, & his omnibus Pontifex, siue episcopus vrbis Romæ, idem nihilominus ordo horū omnium esse dr̃. Vnde oēs ep̄i fratres a Pontifice Rom. uocari solent. c. quam graui. de crimin. fal. Archimandritæ siue cœnobiarchæ, qui & Abbates dicuntur, proximum ep̄is locum hodie obtinent, quamuis olim, vt suprà diximus, omnibus clericis postponerentur. c. si quis deinceps. 16. q. 7. c. 1. de æta. & qual. c. 2. de iud. ubi not. Archidiaconi quoque, Archipræsbyteri, primicerij dignitatem habent in ecclesia, eorumq; munus antea nobis descriptum explanatumque est, de quibus speciales extant tituli lib. 1. Decret. Decani non quorum meminit Iustinianus, sed qui vulgò sic appellantur, hoc tpe, item Præcentores, præpositi & cæteri similes, de quorum officio perscriptū nihil est in pontificio iure, dignitate præditi sunt, si consuetudo ecclesiarum, quæ maximè hic spectatur, in numerum dignitatū officia hmōi referat. Id quod nominatim de Decano scriptum reliquit Bernardus. in c. ex parte, de cler. non resid. Sed notandum est hæc ministeria, de quibus postremò locuti sumus, proprie & usitatè dignitates appellari in pontificio iure. Itaque specialius hic accipitur dignitas, quàm supra diximus, vt videlicet episcopatum non comprehendat. c. dilectus, de conc. præben. Quæri solet an præfectus monastici conuentus, qui prior conuentualis dr̃, aut sodalium mendicantium siue præfectus, siue custos & obseruator dignitatem habeat. Et receptum est eos habere, qm̃ appellatione prælatorum continentur, & iurisdictionem aliquam habent. not. in c. ed oceri, de rescr. cle. 1. eo. tit. gl. in cle. dudum, de sepult. Fel. in c. insuper, de testib. Idem traditum est de vicario generali ep̄i, non de eo qui extra ciuitatem in aliqua diœcesis regione constituitur, quem foraneum vocant. not. in cle. etsi principalis, de rescrip. His exceptis nullus clericus in Ecclesia dignitatem hr̃e dr̃, nisi generaliter hoc uerbum accipias. Nam adeo latè patet aliquando huius uerbi significatio, vt omnes clerici dignitatem habere dicantur. c. denique 4. dist. c. reperiuntur, 1. q. 1. c. si quis post. 51. distin. Atque hinc colligi potest, triplicem huius uocis significationem esse. Nam imprimis generaliter omnem gradū ecclesiasticum significat. Secundò, omnem administrationem, cum qua coniūcta est iurisdictio. Tertio Archidiaconatum, & alia hmōi officia, de quibus iam diximus. Hinc existit quęstio, cùm sit tam uaria huius vocabuli significatio, quo sensu accipi debeat. Sed ex locis communibus de interpretatione definiri potest, ac imprimis subiecta materia, & mens disponentis spectari debet. Itaq; in materia odiosa, quæ interpretatione adiuuari non debet sed potius restringi, appellatione dignitatis, non continetur episcopatus, veluti si degratia legis, siue canonis faciēda agatur. Panor. in c. cum Vinton. de elect. Sel. in 1. par. q. 3.

De curatione animarum. Cap. 7.

Ordo postulat vt de beneficijs, quæ propter curam animarum dantur absque ullo dignitatis titulo, aliquid dicamus. Hæc autem beneficia habere dicuntur præsbyteri, quibus Ecclesia aliqua parochialis curanda regendaque committitur. Nam ea diœceseos pars, cuius curationem habent singuli præsbyteri sub episcopo, parochia, aut fortasse rectius paræcia appellatur. c. omoes basilicæ, c. nullus, 16. q. 7. Budæus noster iamdudum admonuit hæc aliter Latine exprimi posse, ut curia dicatur, quam nos parochiam vocamus. Curiales uero parochiani ipsi, & Curio præsbyter, qui parochianorum curationem ac gubernationem habet. Non me latet parochiam usurpari pro tota diœcesi episcopi, quæ multas complectitur ecclesias. c. bonæ rei, 12. q. 2. c. apostolicæ, de donatio. Sed hic aliter accipitur. Cura autem præsbyteri, siue Curionis in ligatione animarum, vt scriptura loquitur, & earum absolutione præcipue uersatur. Sicut enim noxios a sacra communione arcet, ita ueniam poscētes absoluit, ut suprà docuimus. Itaque iurisdictionem quandam spiritalem exercet, quæ pœnitentialis fori potestas vulgo dicitur. Sunt & alij qui disciplinam & contentiosam exercent iurisdictionem, & causas forenses iudicant, quæ iudicia ad ecclesiam aliquando pertinere supra admonuimus. Et quia spiritalis est ea iurisdictio, eam exercens dicitur etiam curam animarum habere, quamuis forte nulli curiæ seu paroeciæ præfectus sit. Innocent. in c. cum satis, de off. archid. c. dudum, 2. de elect. ext. execrabilis, ad finem de præbend.

Simplicia beneficia quæ sint, & prębendarum nocabulo quid significetur. Cap. 8.

Inter beneficia simplicia, quæ nec titulum dignitatis habent, nec curam animarum, primum gradum tenent canonicorum præbendæ. Nam ea maioris cuiusdam dignationis splendorisque existimantur, quàm cætera, propter

Source : BIU Cujas

pter ius suffragij quod habēt in collegio honoratissimo, adeò vt separatim de his tractare commodius videatur. Panor. in c. ult. de præb. Præbenda autem vulgò dr̄ annona quędam sodalibus siue canonicis alicuius Ecclesiæ in compensationem ministerij sui præstari solita. c. si monachus, 16. q. 1. Vtiurque hoc uerbo Cassiodorus. lib. 5 variarum, in epistola ad Ampelium quendam scripta. Præbenda aliquanto rectius & Latinus προσδυτικῶς quis vocauerit, exemplo veterum linguæ Latinæ scriptorum, à quibus eam vocem vsurpatā esse animaduertimus. l. inuiti. de test. Gel. lib. 5. c. 4. Sed & canon ea quoque præstatio dici poterit, vt antè diximus. Huiusmodi aūt annonæ siue præbendæ iō sacra spiritualiaque existimant. c. dilecto, de præb. q̄ sodalibus tm̄ siue canonicis ecclesiæ dicata sint, quos sacris initiatos esse, necesse est, quorumq; sacra spiritalisque functio hr̄, quamuis aīarum curationem, quam olim habebant, nunc deseruerint. c. 2. de institutio. Nihil tm̄ prohibet ex reditibus eccle siæ communib. partem aliquam, quæ canonicis adscripta nō sit, laicis hominib. ut laboris industriæque suæ mercedem largiri, ut puta æditui, aut ijs quib. campani tinnitus cura mandatur. Quod genus erogationis per me licet vt præbenda siue prębendam quisquis voluerit appellet, sed quia nihil sacri spiritalisque habet, multum differt ab ea, de qua hic disseritur, quam muneri sacro spiritalique dicatam esse dicimus: not. in c. cum M. de constitutio. Et quia Canonicorum corpus & sodalitium ex uarijs ecclesiæ ministris conflatum est, quorum aliqui sacerdotes sunt, alij inferiorum ordinum clerici, item alij doctores Theologiæ, alij magistri & professores literarum, magna hinc præbendarum diuersitas nata est. Nam quædam sacerdotales dr̄, quarum nemo capax est, nisi sacerdos, aliæ inferiorum ordinum clericis conferri possunt, & hæc varietas in quibusdam ecclesijs obseruatur. c. cui de non sacerdotali. c. ei cui de præb. in 6. Præterea quædā Theologales sunt appellatæ, quæ Theologiæ doctoribus tm̄ in cathedralibus ecclesijs assignātur. Sūt & magistrales dictæ, quæ literarum magistris & præceptoribus attribuuntur. c. quia nōnullis, de mag. & in prag. sanct. Sed hæc oīa acuratius infrà disputabunt. Ex iam dictis facilè apparet, q̄ nam sint reliqua beneficia, quæ simplicia appellantur Nam iō simplicia dr̄, quia beneficia tm̄ sunt, nec eis vlla qualitas inest, ex ijs quas supra commemorauimus. Quoties igitur beneficiū tale est, vt beneficiarius curam alterius non habeat, sed aliter diuinæ rei incumbendo munere suo defungatur, simplex beneficium uocari solet. Exempla passim obuia sunt.

Beneficiorum diuisio in regularia & sæcularia. Cap. 9.

Secunda diuisio beneficiorum hęc est, cuius explicatio ex ijs q̄ superiore libro diximus de monachis, omnino pēdet. Beneficiorum quędam Regularia dr̄: alia verò secularia. Regularia sunt, quæ monachis & regularibus tm̄ acquiri possunt. Secularia, quæ clericis ēt secularibus, idest, monastico voto regulaq; non obstrictis. Cuiusmodi censenda sunt oīa beneficia, nisi contrarium ostendatur. Nam si constet ita institutam fuisse ecclesiam, vt a monachis siue regularibus gubernetur, Regulare beneficium dicendum erit. glo. prag. tit. de collatio. §. item quod ad dictas. Verùm spatio tpis, nempe 40. annorum, status beneficij potest mutari, ut ex regulari seculare, aut contra ex seculari regulare fiat. c. cum de beneficio, de præb. in 6. cle. 1. de sup. neg. prælato.

LIBER TERTIVS.

De his qui possunt beneficia conferre.

ARGVMENTVM.

Post diffinitiones diuisionesque beneficiorum ecclesiasticorum, proximus locus est de ijs qui beneficia conferre ac destribuere possunt. Et quia frequentes de ea re incidunt controuersiæ, propterea quod varij non solum sacerdotes, pontifices, episcopi, antistites, sed alij etiam prophani homines hoc ius vt fructuosum valde, ne quæstuosum dicam, certatim sibi vendicent, hic locus separatim hic tractandus fuit.

Quorum beneficiorum distributionem habeat Romanus Pontifex, & quemadmodum is ordinari eligiq; debeat. Cap. 1.

DE his qui beneficia conferre possunt tractaturi a Pont. Roma. incipiemus, qui primus episcoporum, primamque sedem tenere dr̄. Et huius quidem disputationis nr̄æ duæ sunt præcipuæ quæstiones. Vna de potestate Romani ep̄i in beneficia & ministeria Ecclesiæ. Altera de promotione ipsius atque ordinatione. Quod ad primum attinet, sciendum est, cum priscis temporibus nullum ius nullamque potestatem ordinandorum sacerdotum aut clericorum extra propriam diœcesin sibi uindicasse. Nam veteribus canonibus eps a metropolitano & alijs qui sunt in prouincia episcopis iubetur ordinari electione cleri, ac plebis consensu hanc ordinationem antecedente. 62. 63. 64. 66. distin. Cæteri uerò clerici ab epō suo ordinantur, non à Romano epō, sed cum assensu plebis & ciuium, vt de epō iam dictū est. 67. dist. Cùm ergo Pontifex Romanus secundum antiquos canones in alienis ecclesijs neminem ordinare, idest, ad ministerium Ecclesiæ promouere possit, satis perspicuū est ex his, quæ secundi libri c. 3. diximus, Ecclesiastica beneficia totius orbis ab eo conferri non posse. Nec verò dubium est, quin uetustiores sanctioresque vrbis Romæ epi sede Ecclesiaque propria contenti, reliquis episcopis ecclesiarum ipsis commissarum liberam administrationem reliquerint, quasi urbis unius magis quàm orbis epi, ut antè annotauimus. Quæ rō fortè epm nescio quem mouit, cuius meminit Aemylius, lib. 9. de reb. gest. Fran. vt paulò liberius Gregorio vndecimo pontifici Romano responderet. Cum enim Gregorius tum Auenione sedēs, ab eo sciscitaretur, cur sedem suam non inuisēret: Si quis, inquit, te roget cur urbem tuam Romam tamdiu ab episcopis suis desertam non adeas, multo minus habeas quod responsurus sis quàm ego. Posteriores uerò pontifices sese intra hos fines non continuerunt, sed velut domini regesque omnia pro potestate agere, ac vniuersalis Ecclesiæ gubernationem sibi arrogare non dubitarunt. Itaque dr̄ Pontifex Romanus plenā, liberam, nullisque legum vinculis adstrictā dispositionem omnium beneficiorum habere, & cum omnibus epis quoties ei libuerit concurrere, eosque omnes præuenire, vacuum beneficium conferendo, & anteuertere posse, idque constitutionibus aliquot expressum est. c. cuncta per mundum. 11. q. 3 cap. proposuit, de conc. pręb. c. ad honorem. de autho. & usu pal. c. 2. c. dudum, de præb. in 6. cle. 1. ut lite pend. glo. pragm. tit de electio. in uerb. reseruationes. Quæ quidem ipsę satis tolerabiles essent, si nihil grauius inde consecutum fuisset. Non enim facilis erat Romanis pontificibus in tot prouincijs, quot habet Christianus orbis longissimè ab urbe Roma distantes, ea præuentio & occupatio. Ideoque non multum incommodi seu publicè, seu priuatim, poterat afferre. Verùm hac uia patefacta, mox rō excogitata est aliquanto certior & expeditior, qua cæteris episcopis conferendorum beneficiorum facultatem adimerent. Inualuit enim mos, antiquis omnino incognitus, diplomatum expediendorum, quibus beneficia nondum uacantia mandantur certis personis conferri, cum ea uacare cōtigerit. Gratiæ expectatiuæ vulgò dicuntur, & mandata de pro uidendo, de quibus infra. Hæc de priore quæstione. Nunc de Romani episcopi ordinatione tractandum est, quæ quidem olim a cæterorum episcoporum electione non multum differebat. Vicini etenim episcopi, qui Cardinales dicebantur, clericis cardinalibus Romanæ Ecclesiæ conuocatis, de ordinatione cum eis tractabant ac deliberabant. Deinde requisito non solum reliqui cleri, sed etiam populi consensu, Pontifex ab ipsis ordinabatur & consecrabatur, ut sexta Synodus statuit. c. in nomine domini, 25. dist. Quòd si diuersa fortè essent suffragia, vincebat sententia plurimorum. c. si transitus. 79. dist. Eligebatur uerò præsbyter, aut diaconus Ecclesiæ Romanæ, qui per omnes gradus inferiores ascenderat. c. nullus. 79. dist. Aliarum ecclesiarum episcopi, etiam Cardinales ideò non eligebātur, opinor quia uetitum erat canonibus, ne episcopus unius ecclesiæ ad aliam transiret. Quoniam autem multitudinis consensus videbatur necessarius, par eat & principis voluntatem non negligi, & eò magis q̄ ad compescendam furentis plerunque populi temeritatem eius authoritas ac maiestas plurimum ualeret. Itaque sine Imperatoris Romani consensu & authoritate non solebat antiquitus Romæ Pontifex ordinari. ca. Autho. cap. uota. c. quia sancta, 63. distinct. Eademque ferè potestate singuli reges in ecclesias regni sui vtebantur. c. cum longè, 63. distinct. Sed non ideò ius eligendi clero ademptum erat. Verum posteà Carolo Magno & Othoni imperatoribus ultrò ius eligendi pontificis Romani omnino concessum ac permissum est. c. Adrianus. cap. in synodo. 63. distin. Quod cum videretur cleri populique Romani libertatem infringere, tandem instantibus Romanis pontificibus, sese non amplius eo iure vsuros confirmarunt atque iurarunt. capitul. ego Ludouicus, cum cap. seque. 63. distin. Forma autem iurisiurandi, quæ apud Gratianum hodie legitur, authoritatem & consensum imperatoris, qui antè adhibebatur, ipsi fortassis non aufert, sed plenam illam potestatem arbitrio suo eligendi, quæ Carolo concessa fuerat. Qua tamen in re amplius deliberandum est. cap. cum Adrianus, 63. distin. Hęc ferè ex Gratiano decerpsimus, quibus posteriores aliquot constitutiones Romanorum pontificum addendæ sunt. Vna est Alexandri tertij: in qua id præcipuum reperitur, quòd electionem a duabus partibus Cardinalium fieri necesse est, cum antea maioris partis sen-

Source : BIU Cujas

tentia ſufficeret.ca.licet, de elect. Altera eſt Gregorij noni in concilio Lugdunenſi, quæ formam electionis præſcribit, & diſertè ea cautum eſt,Cardinales abſentes decem dierum ſpatio tantummodo expectandos eſſe.c. vbi periculum, de elect. in 6. Tertia eſt Clementis quinti in concilio Viennenſi edita, quæ pauca Gregorianæ addidit conſtitutioni, non multum digna quæ hic referantur.cle.ne Romani, de electio.

An concilium œcumenicum beneficia conferat, & an ei ſubſit Romanus Pontifex. Cap. 2.

Tractatur quæſtio, an ſynodus œcumenica, ſiue vt loquimur, concilium uniuerſale Eccleſiæ, beneficia poſſit conferre. Quæſtionē facit, ꝙ Pontifex Romanus, cui hoc ius competit, ſubeſſe dī cōcilio, & eo inferior eſſe. Quod an verum ſit, ante oīa diſcutiendum eſt. Et vī hoc imprimis iuri diuino conſentaneum eſſe, vt Eccleſia quam repræſentat ſynodus, ptātem omnimodam habeat, utque Pontifex ſe ei ſubiectū agnoſcat. Non.n. uni Petro, cuius dī ſucceſſor Pont. Romanus, data eſt a Chriſto ptās ligādi & ſoluendi, ſed toti Eccleſiæ. Matth. 18. c. quodcūque. 24. q. 1. Quanquam inficias non eo cæteris apoſtolis eum præpoſitū fuiſſe. Hinc temporibus apoſtolorum, quoties ordinādus fuit aliquis, ſiue eps, ſiue diaconus, uel aliquid decernendum, quod ad eccleſiam pertineret, nunquam id ſibi ſumpſit Petrus, ſed toti Eccleſiæ permiſit. Illud fuit in eo præcipuum, ꝙ cæteros conuocare tanquam princeps apoſtolorum, & de his quæ agenda forent, apud eos orationem hī ſolitus fuit. Acto. c. 1. 6. 15. Sicut hodie apud nos curiæ parlamētaris præſes ſenatum cogit, primus in ſenatu, cum opus eſt, verba facit, multaque alia exequitur, quæ præſtantiam quandam perſonæ quam gerit, facilè oſtendant. Non iō tī maior aut ſuperior tota curia eſt, nec poteſtatem in uniuerſos Senatores, aut contra eorū iudicia quicquam decernendi habet. Quinimo ipſius curiæ, cuius caput eſſe præſes dī, de controuerſijs oībus iudicium eſt, nō præſidis. Adde quòd curia in ipſum, ſi res exigat, vt in quemuis aliū ius dicit, & animaduertit. Et hæc quidem olim ita ſe habuerūt. Verum tandem factum eſt, vt ſummum in oēs Chriſtianos imperium uni ſit tributum, vtq; legibus oībus, canonibuſq; ſynodalibus imperatorum exemplo ſolutus ſit. Nam Paſchalis decretali epiſtola diſerte cautum expreſſiumq; eſt, nulla concilia Romanæ eccleſiæ legem præfigere poſſe. c. ſignificaſti, de elect. & in decretis quibuſdam ſynodalibus Romani Pont. excepta reperitur authoritas. c. iō. 25. q. 1. Quæ uarietas diu magnam in Eccleſia perturbationem diſſenſionemque peperit. Sed Conſtantienſis ſynodus hanc dirimere voluit controuerſiam, ſtatuitque in ijs, quæ ad fidem religionemque pertinēt, aut Eccleſiæ tam in capite q̄ in membris conſtitutionem & reformationem, concilio pontificem ſubeſſe, eique obtemperare oportere. Id quod ueteribus quibuſdam canonibus ſatis conuenit. c. Anaſtaſius, 19. diſt. ca. ſi papa. 40 diſt. Vt igitur ad ꝓpoſitā qōnē redeamus, nec ius quo nūc utimur, nec mores, qui ut Plautus ait, optimas leges perducunt aliquando in ptātem ſuam, videtur permittere, vt ſynodus uniuerſalis beneficiorum conferendorum ptātem ſibi vindicet, cum epatus diſtincti ſint, & certis perſonis hæc ptās attributa. Nec veterum exemplo carere vī vſquequaque hæc ſnīa. cum Theodoritus ſcribat, lib. 5. c. 9. Neſtarium in concilio gñali epm Conſtantinop. ordinatum fuiſſe, ſed non ſine clericorum oīum ciuiumq; approbatione. Ac tametſi non inuitus fatear authoritate Romani Pont. ſynodū conuocari, c. multis, 17. diſt. quod ex Euſebio, Socrate, Theodorito, cæteriſque ſcriptoribus eccleſiaſticis diſcere licet, id tī parum ad rem pertinere exiſtimo, multumque ab ijs diſſentio, qui in eo firmamentum ſuæ opinionis conſtituunt. Non enim hic quærimus an pontificis totiuſque ſynodi cōſenſu facta collatio ualeat, necne, quod indubitatum eſt, ſed an quod ſynodus de ea re decreuerit uel maior pars ſynodi, ēt diſſentiente pontifice, ratum ſit, quod tamen alijs diſcutiendum relinquo.

Delegato Romani Pontificis. Cap. 3.

Quamuis Romanus Pontifex, vt iam diximus, concurrat cum oībus ordinarijs in beneficiorum collatione, legatus tī ipſius in prouincia ſibi commiſſa eodem iure non utitur, niſi ſit Cardinalis. Nam ſi pontifex ex collegio cardinalium aliquem ſibi legauerit, qui vulgò legatus a latere dī, hoc præuentionis ſiue occupationis ius ei cōpetit c. 1. de off. leg. in 6. Poteſt & beneficia nondum vacantia reſeruare certæ perſonæ, ita vt ſecuta deinde vacatione, ordinarius ea conferre non poſſit. c præſenti, de offi. leg. in 6. Ad beneficia tī vacatura ius concedere ei non licet. c. dilectus, de præbē. Nā mandata quibus hoc ius tribuitur, odioſiora ſunt reſeruationibus, & maiorem captandæ mortis alienæ occaſionem præbent. Reſeruatio enim non impedit, quo minus vacans poſteà beneficium, ab eo qui reſeruauit, cuiuis pro ipſius arbitrio conferatur. glo. in c. 1. de offi. leg, in 6. Sed notandum eſt, beneficia quædam eſſe, in quæ legatus, quamuis Cardinalis ſit, nullum ius habet. Cuiuſmodi ſunt ampliora beneficia ac dignitates, de quibus in quadam conſtitutione loquitur Bonifacius. c. de liberatione, de off. lega. in 6. Item beneficia ad patroni laici præſentationem ſpectantia. c. cum dilectus, de iur. patro. Nam patroni clerici alia cauſa eſt, c. dilectus, de off. leg. in antiq. vt ſuo loco demonſtrabimus.

De epiſcopis cæteriſque, qui ordinarij collatores dicuntur. Cap. 4.

Beneficiorum collatio non niſi extra ordinē Romano Pontifici competit, vt iam diximus. Nunc videndum de ijs, qui ordinario quodam iure beneficia conferre poſſunt. Qua in re ſic diſtinguendum vī. Quoties uacat epalis ſedes, collegium eius Eccleſiæ futurum epm eligit. c. 1. de elect. quam electionem confirmat Metropolitanus. c. cùm dilectus, de elect. Idem obſeruatur in Metropolitani ipſius electione, quem ab uniuerſis collegis electum cōfirmat Patriarcha, ſicut & patriarchā ipſum confirmat Pont. Rom. c. antiqua, de priuileg. Non diſſimilis eſt cā abbatis. Is. n. a monachis eligi, c. ult. 16. q. 7. c. abbatem, 18. q. 2. & ab epo confirmari ſolet. c. 2. 18. q. 2. Præbendas autem Eccleſię cathedralis, ac dignitates eiuſdem receptius eſt ab epo cōferri, ſed totius collegij eccleſiaſtici conſenſu accedente, niſi conſuetudo contraria oſtendatur. c. ea noſcitur, de his quæ fiunt a præla. not. in c. cum eccleſia Vulterana, de elect. In eccleſijs verò inferioribus, quæ collegij noīe & titulo inſignitæ ſunt, præſentatio quidē ad prælatum collegiumq; ipſius Eccleſiæ pertinet, ſed epi tanquā ſuperioris eſt inſtitutio. c. nullus, 16. q. 7. no. in d. c. cum eccleſię. Cætera beneficia quæ noīe collegij non cenſentur, cōfert eps, ſed in hac collatione cleri collegij que conſenſus ſiue conſiliū requiritur. c nouit. c. quanto, de his quæ finnt a præla. Et notandum eſt ſimul atque quis electus eſt & confirmatus, ius beneficiorum conferendorum ei competere, licet nondum conſecratus ſit. c. noſti. c. tranſmiſſam. c. qualiter, de elect. c. auaritiæ. eod. tit. in 6. Quod adeò verum eſt, vt ne inductio quidem vlla in poſſeſſionem ſit neceſſaria, niſi beneficium ab alio prius occupatum ſit. c. cum qui, de præb. Sed & ſine confirmatione vlla interdum hoc iure uti poteſt, ueluti ſi eps aliquis cis Alpes electus ſit, cuius confirmatio a Rom. Pont. pendeat. Nam interim ei deneganda non eſt adminiſtratio, ſi totius collegij ſuffragia meruerit. c. nihil, de elect. Item Antiſtita monialium poſt electionem ſtatim adminiſtrare incipit. c. indemnitatibus. §. ſi verò, de elect. in 6. De fiduciarijs antiſtibus, ideſt, quibus velut fiducia cōtracta, cōmēdanī Eccleſiæ morib. nīis, li. 5. dicemus.

De curatore dato epiſcopo, quem vulgò coadiutorem appellamus. Cap. 5.

Cum epiſcopus ob morbū animi vel corporis, aliamve hmōi cām fungi munere ſuo nō pōt, durum inhumanumque uiſum eſt, eum epiſcopatu ſuo deijcere, ſed ne eccleſia paſtore deſtituta maneat, datur ei adiutor atque diſpenſator rerum eccleſiaſticarum, quem nos & curatorem poſſumus appellare. qua de re multa leguntur apud Gratianū. 7. q. 1. Huius rei exemplum eſt apud Euſebium lib. 6. eccleſ. hiſt. c. 9. de Alexandro, qui adiutor datus eſt Narciſo Hieroſolymorū epo, ꝙ is iam ſenio fructus pontificis munia obire non poſſit. Et conuenit inter oēs, ſi quaſi non ſanæ mentis homini datus ſit hmōi curator, eum poſſe beneficia conferre, quia plenam adminiſtrationem habet. l. inter bonorum, de admi. tut. & incertum eſt, an & qñ eps ad ſanitatem mētis reuerſurus ſit. l. am biguitatem. C. de uſufr. Si uerò pp ſenium vel morbum corporis, qui vſque ad aīum non penetret, datus fuerit curator, crebrior opinio eſt, collationem beneficiorum nihilominus ad epm ipſum pertinere. glo. pragm. tit. de collat. idque exemplo minoris, qui ſine autoritate ſui curatoris contrahit matrimonium. l. in copulandis. C. de nupt. Sed mihi vī alia cā eſſe matrimonij quàm beneficiorum collationis. Nam curator minoris rerum ipſius tantum adminiſtrationē habet non ēt perſonæ. itaque mirum non eſt, ſi in nuptijs cōtrahendis minimè requiratur eius conſenſus. Cùm autē generaliter datur hic curator, rerum eccleſiaſticarum diſpenſationem ſiue adminiſtrationē habet. c. quamuis. 7. q. 1. Itaque non video cur beneficiorū conferendorum facultas hac gñali conceſſione non contineatur. Fateor tī hoc caſu æquum eſſe ita curatorem dari ab initio, vt epiſcopo libera conferendorum beneficiorum facultas relinquatur: aliaque hniuſmodi ſalua ei maneant, quorum executionem morbus ſenectusve non impedit. Sed de his alibi copioſius. tit. de cler. ægro. in 6. c. grandi, de ſup. neg. prælat. in 6. cap. 15. cui, de elect. in 6. capit. uenerabili, de offic. delegat. in antiq.

De

De collegio ecclesiastico vacante sede episcopali. Cap. 6.

Paulo antè diximus collationem beneficiorū iure quodam ordinario ad eṗm ſpectare, niſi mentis compos non fuerit, &c. Nunc quæritur mortuo eṗo, & vacante ſede epiſcopali, quis poſſit beneficia conferre. Et iure cautū eſt collegium ipſius Eccleſiæ, quod vulgò Capitulum appellatur, interim conferre non poſſe, ſed collationem futuro eṗo integram relinquere debere. c. 2. ne ſede vac. Quod eſt accipiendū, niſi collatio ad collegium ipſum cum eṗo communiter pertineat. Hæc enim communio efficit, vt deficiente vno, poteſtas conferendi ad alterum deuoluatur. eo. tit. in 6. Poteſt ſanè collegium electiones confirmare, & præſentatos a patronis inſtituere, c. cum olim. de maio. & ob. quoniam ea res futuro ſucceſſori non adeò grauis eſt vt beneficiorum collatio. Nam tametſi beneficia principaliter conferantur, vt eccleſijs conſulatur, non perſonis, tamen epiſcopus cui vult gratificatur conferendo, & ita viros probos ſibi conciliat, ac deuinctos reddit, adeò vt collatio beneficiorum in fructibus ipſius epiſcopatus numerari ſoleat. not. in d. c. cum olim.

Receptum quoque eſt interim dum vacat epiſcopatus licere collegio Eccleſiam commendare, & viro idoneo adminiſtrationem concedere, donec eligendus epiſcopus miniſtrum paſtoremque ei præfecerit. not. in d. c. cum olim, & c. bonæ, de appel. Illud animaduertendum eſt, quamuis collegium eccleſiaſticum beneficia non conferat, ea tamen quæ iuriſdictionis ſunt expedire & exeq poſſe. ti. d mai. & ob. in 6. nō. ī d. c. cū olī.

De Propontifice, qui Vicarius appellatur. Cap. 7.

Certi iuris eſt, vicarium generalem epiſcopi beneficiorū conferendorū ius non hīe. c. ult. de off. vica. Pōt tñ ſpecialiter ea facultas ei concedi ab eṗo, nec cuiquam alij qui vicarius generalis non ſit. not. in d. c. ult. c. de liberatione. §. ult. de offi. leg. in 6. c. ſtatutum, de præb. eo. lib. Quo caſu beneficia vacantia quibuſcunque perſonis idoneis rectè confert, præter quam ipſi eṗo, cuius vice fungitur. c. 2. de conſ in 6. Cùm enim vna & eadem perſona eſſe intelligantur, inter dantem ac recipientem beneficium nihil intereſſet, quod abſurdum videtur. Verùm ſi vicarius qui poteſtatem ſubſtituendi ab eṗo accepit, aliquem ſibi ſubſtituerit, non prohibetur ſubſtitutus vicario beneficium conferre, cum ab eṗo magis quàm a vicario ſubſtitutus intelligatur. l. item eorum. ff. quod cu. uni. uo. Quamuis autem beneficia non conferat vicarius generalis, cōfirmare tamē electos & præſentatos a patronis inſtituere poſſe creditur. c. ex frequentib. de conc. præb. c. dilecto, de præb. Tractari ſolet an eṗs vicario ſuo certi tantum beneficij conferendi facultatem concedere poſſit. Quod dubitationem non habet, ſi de beneficio iam uacante loquamur. Sed ſi nondum vacet beneficium, vulgò traditum eſt hanc facultatē ne vicario quidem concedi poſſe, c. conſtitutus, de conc. præb. ne fraus fiat Lateranenſi concilio, quo beneficiorum nondum uacantium collatio tanquam inducens uotum captandæ mortis alienæ prohibetur. c. nulla, de conc. præb.

De conductore. Cap. 8.

Conductor redituum obuentionumque epiſcopalium, an poſſit beneficia conferre quæſitum eſt. Solent enim antiſtites noſtri tpis nouo more ac veteribus incognito, muneris ſui vacationē impetrata eccleſiarū ſibi creditarum reditus omnes fruendos locare, ut lib. 8. dicemus. Et videtur non poſſe, cùm id ne vicario quidē ipſi liceat, vt ſuprà diximus. Ius tamen præſentandi habet, vt ex Alexandri reſcripto colligitur, q̄ nonnulli interpretatione ita reſtringunt, vt conductione ad non modicum tempus facta intelligatur. c. ex literis, de iure patro.

De poſſeſſore. Cap. 9.

Qui ius non habet conferendi beneficia, ſi bonæ fidei poſſeſſor ſit, nihilominus conferre poteſt. Quod adeò verum eſt, ut ea collatio proprietarij ipſius collatione prior habeatur. c. cum olim, de cau. poſſ. c. querelam, de elect. c. conſultationibus, de iure patro. Nam collatio beneficiorū, vt ante admonuimus, fructuum pars eſſe intelligitur: & conſtat bonę fidei poſſeſſorem fructus conſumptos lucrari. §. ſi quis a non domino, inſt. de re. diuiſ. c. grauis, de reſti. ſpol. Proinde ſi malę fidei poſſeſſor contulerit beneficium, irrita eſt ea collatio. Et quorundam ſententia eſt, hoc caſu collationem a proprietario qui non poſſidet, factam ualere. Sed opinio contraria verior eſt, cùm propria authoritate inuaſorem ſpoliare non debuerit. c. in literis, de reſt. ſpo. Pan. in d. c. conſultationibus.

Sequeſtrum beneficia conferre poſſe: & obiter explicata duo loca, quæ innicem pugnare uidebantur, Iuliani ſcilicet & Florentini iureconſultorum, aduerſus aliorum ſententiam. Cap. 10.

Quæſtio eſt controuerſi iuris, an ſequeſter beneficia cōferre poſſit. Sequeſtrē uocamus eū, apud quem res controuerſa deponit, vt finita lite & cōtrouerſia, reſtituat uictori. l. ſequeſter, de uerb. ſig. l. ei apud quē. l. propriè. l. licet, depoſ. Et probabilior vr eorum opinio, qui exiſtimāt eū conterendi ius hīe, Inn. in c. examinata, de iud. Fel. in c. cū Bertoldus, de re iud. non q̄ poſſideat, nā & poſſeſſor eſſe, & non eſſe pōt. Qua de re magna eſt inter iuris Doctores contentio, nec ſatis conuenit qū poſſidere dicendus ſit. Ego aūt ita ſentio, ſi ea mente ſequeſtratio fiat, ut ipſa poſſeſſio, de qua exiſtit cōtrouerſia, dimittat, ſequeſtrē poſſidere, aliàs cuſtodiam rei tm̄ ei commiſſam uideri Sed ſi incertum ſit, qua mente id factum fuerit, poſſeſſionem in eum translatam minimè interpretabimur, id q̄ ex Iuliani uerbis apertiſſimè colligit. l. intereſſe, de acq. poſſ. Nec me mouet q̄ Florent. ſcribit. l. licet. depoſ. Rei de poſitæ proprietas apud deponentem manet, ſed & poſſeſſio, niſi apud ſequeſtrū depoſita. Nam tunc demū ſequeſter poſſidet, &c. Quib. uerbis ſignificare vr ſequeſtrum ſemper poſſidere, quāuis depoſitarius non poſſideat. Hæc. n. uerba non rectè meo iudicio ab interpretib. vulgò accipiunt, ſed mihi vr is ſenſus eſſe, rei depoſitæ poſſeſſionē apud deponentē manere, niſi ipſa poſſeſſio depoſita eſt, id eſt, niſi res aīo dimittendæ poſſeſſionis tradita eſt, vt Iulianus ait d. l. intereſſe. Nā deponere verbum dimittere ſignificat, unde imperiū deponere, magiſtratū deponere. & ſimiles locutiones. Cui interpretationi mirum in modum congruunt & ſequentia eiuſdē Florentini uerba: Nā tunc demū ſequeſter poſſidet, ideſt, eo tm̄ caſu poſſidet ſequeſter, cū poſſeſſio apud ipſum dimiſſa depoſitaq; eſt. Et ſubijcit rō. Id enim agit ea depoſitione, ut neutriusinterim poſſeſſionis tps ꝓcedat. Dixerit aliquis. Nihil ergo opus erat ſequeſtri mentionē facere, ſed gñaliter excipere ſufficiebat, niſi depoſita eſt poſſeſſio, ideſt, dimiſſa. Reſpōdeo ſequeſtri mētionem iō factā eſſe a Florent. q̄ penes depoſitarium nō ſoleat poſſeſſio dimitti, niſi ſequeſter ſit. Vt igit ad propoſitā qōnē reuertamur, quāuis ſequeſter fortaſſis non poſſideat, eū nihilominus beneficia cōferre poſſe arbitror. Nemo ſiquidē inficiari pōt, quin adminiſtrationē habeat non temporalium mō, ſed ēt ſpūalium. clc. de ſeq. poſ. Itaque fructuum collectio ad eum pertinet, in quibus & beneficiorū collatio numerat. Adde qđ utilitas exigit, vt primo quoq; tpe eccleſijs uacantib. prouideat. c. ne pro defectu, de elect. Non obſtat huic ſnīæ q̄ fructus rei ſequeſtratæ debent reſtitui uictori, quos ſequeſter cōſumere hic vr. clc. de ſeq. poſ. Nam id accipiendū eſt de fructib. qui conſeruari poſſunt. at collationem beneficiorum differre, donec finē accepe rit controuerſia, fauor Eccleſiæ non permittit. nec vlla eſt alia horum fructuum reſtituendorum rō. Taceo q̄ tametſi uiros bonos conferendis beneficijs demereri fructus non exiguus merito habeat, quo non temerè quenquam priuari oportet. gl. c. cum. de ma. & obe. nimis tm̄ præfractè hoc ius defendere haud ſcio an ſacerdotē deceat, ſuſpicionē certè πλεονεξίας cuiuſdam, atque adeò turpis quæſtus effugere uix pōt, qui tanti hoc ius facit, ut pro eo ſibi aſſerendo tanquā pro reditu quouis cōmodoq; pecuniario dimicandum putet. Nihilomagis obſtat q̄ ſequeſter noīe tm̄ alieno adminiſtrat, & creditori ſimilis vr, quem conſtat ob ius patronatus, quod cū uniuerſitate ei obligatum eſt, præſentare ad beneficium obtinendum neminē poſſe. c. cum Berthol. de re iud. Ceſſat enim hìc ratio, cuius antè meminimus, cum; patronus, idemque debitor interim præſentare queat. nullus autem litigatorum, quamdiu res ſequeſtrata eſt, eins rei nomine quicquam exequi poteſt.

Ius conferendorum beneficiorum in Gallia regē habere, & vnde ius quod Regalia dicimus, ortum habuerit. Cap. 11.

Quædam ſunt in Gallia cathedrales ſeu eṗales Eccleſiæ, quibus rectore paſtoreque deſtitutis, ſi quæ beneficia interim uacauerint, dū aliquis in demortui pōtificis locum ſuffectus fuerit, rex noſter iure ſuo, ſed certo quodam modo ea confert ac diſtribuit. Nam quæ beneficia pontifex ipſe viuus ac ſuperſtes cōferret (exceptis, quæ paroahiales dīr, eccleſijs) eorum collatio interim principis eſt. Idque ius Regalia vulgò appellatū, ſingularia quædam p̄cepta habet, de quib. uarijs in locis huius tractatus nr̄i differemus. ca. gñali, de elect. in gl. ptag. tit. de annat. Nec dubitandum eſt, quin hoc ius regi competat, ſaltem ob temporis uetuſtatem, quę hominum memoriam excedit. c. 1. de præſcr. in 6. Sed quia collatio beneficiorum res ſacra ſpiritalisque eſſe dicitur, ideoq; a laicis prophaniſque hominibus aliena. c. decernimus. de iud. Sunt qui hanc conſuetudinem ex errore magis, quàm ratione profectam eſſe contendant. Arch. in c. imperium, 10. diſt. Quæ temporis uetuſtas fortè quondam ex regibus noſtris nonnullos impulit, ut proceres ac milites prophanos monaſteriis pręficerent, eiſq; monaſteriorum opes fruendas largirēt. De quib. ita ſcribit Aemylius, libro 3. in Carolo Simplice. Summi

Source : BIU Cujas

proceres prophani locupletiſſimorum cœnobiorum opes beneficio regum acceperant, ac monachis tantum in ſumptum ſuppeditabant, quantum neceſſarius vſus poſtulabat, ex eiſq; ipſi deligebant, qui non Abba (nam id ſibi nomen velut ampliſſimum arrogabant) ſed decurio vocitaretur. Per multas ætates is mos tenuerat, iam epiſcoporum iura inuadebãt. Simplex, coacto concilio, diuitias pontificum ſanctas eſſe conſtituit. Cœnobiorum libertas ſanciri nondum poterat, ꝙ eorũ facultatibus Robertus magiſter equitum ac Vgo fratres militem alebant, ac iam cum factionis ſuæ hominibus ad occupãdum regni ius enitebantur. Idem li. 5. Cœnobiorum opes prophanis proceribus attributas in Francia, oſtendimus. Robertus Francus rex eum morem ſoluit. Henricus rex paternæ ſanctitatis ea re fuit æmulus. Quamuis igitur beneficia eccleſiaſtica reges Franciæ prophanis hominibus erogare non dubitauerunt, tamen nec ratione, nec exẽplis huiuſmodi ius Regaliorum tueri velim. Illud dicam quod lib. 1. iam attigi, & cuiuis mediocriter docto homini, facilè me probaturum ſpero, in his Regalibus nihil eſſe, quod a Chriſti apoſtolorumque doctrina, & veterum Eccleſiæ patrum canonibus & inſtitutis magis diſcreper, quàm in pontificia beneficiorum collatione. Nã ſi ad priſcorum inſtitutorum normã omnia exigere velimus, nullum eſt in Gallia beneficium, nullum. Eccleſiæ miniſteriũ, quod abſque regis conſenſu cuiquam deferri poſſit. Conſtat enim ſecũdum veteres canones in eligendis Eccleſiæ miniſtris non ſolum cleri, ſed etiam populi conſenſum maximè requiri. Idque ab apoſtolis etiam ipſis obſeruatum fuiſſe poſteà docebimus lib. 5. Cùm igitur princeps nõ modo vnus è populo, ſed totius populi κορυφαῖος ſit, in quem omne ius quod populus habet, aut poteſt habere, transfuſum eſt, ſatis liquet veteribus canonibus hoc ius ei ablatum non eſſe. Adempta ſi quidem populo ob tumultus fortè ac ſeditiones eligẽdi facultate, magna ratio ſuadet vt in principes populi ac magiſtratus, magis quã in ſacerdotes translata ea poteſtas intelligatur. Dixerit aliquis, principem ius omne quod clerus olim habebat hìc ſibi vindicare, adeo vt nullum clero, antiſtitibuſq; ſuffragium relinquat. Quod vtique perquam abſurdum eſſe videtur. Nam etſi nominationem illam, qua principes velut eccleſiarum ac monaſteriorum patroni, vtuntur, de qua ſuo loco dicemus, tolerabilem eſſe fateantur plerique, ꝙ clero ſuum ius hic ſaluum maneat, nulla tamen ratione fieri aiunt, vt plenum ius miniſteria beneficiaque eccleſiaſtica deferendi principes habeãt. Verùm admonuimus lib. 1. ordinationem, conſecrationem ac probationem miniſtrorum Eccleſiæ, quæ olim cum beneficij collatione coniuncta erat, regem ſibi non arrogare, ſed antiſtitibus liberam omnino atque integram dimittere. Videant igitur antiſtites ne vllos ordinent clericos abſolutè & ſine certa functione in Eccleſia, vt concilio Chalcedonenſi præcipitur, cuius li. 1. meminimus, vel ne quenquam ordinent, qui miniſterio Eccleſiæ dignus non ſit, cui rex eum præficere voluerit. Hoc ſi facere animum induxerint, nec paſſim quoslibet canonibus eccleſiaſticis ſoiuere, vt fieri hoc tpe ſolet, cõfirmare auſim hoc ius Regaliorum a nominatione illa, quæ fundatoribus patroniſq; eccleſiarum recepto iure competit, non multum differre. Itaque meritò antiſtitibus, qui grauiter eo nomine de regibus cõquæruntur, obijci poteſt vetus prouerbiũ, Δασὺ πεσκρεῶν υδατυμεῖ. Ext iam dictis perſpicuum eſt, ſi vetuſtiſſimorum canonum atque inſtitutorum ratio habeatur, principem in omnia Eccleſiæ miniſteria atque beneficia plurimum iuris & authoritatis habere, tantum abeſt vtius Regaliorum, quo nũc vtitur in quibuſdam tantum eccleſijs, nulla autoritate aut ratione in mores perductum dici debeat. Poſteriora uerò decreta Romanorum pontificum, item ſynodi eccleſiaſticæ, quantum regibus ac imperatoribus hac in re tribuãt, uel ex Gratiani rhapſodia ſatis notum eſt, ex qua nos quæ ſequũtur excerpſimus. 63. diſt. Adrianus Pontifex Romanus cum uniuerſa ſynodo Romæ congregata, Carolo Magno ius conceſſit Romanum Pontificem creandi. Præterea ſtatuit, ut archiepiſcopi & epiſcopi per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram acciperent, utque aliter conſecrari non poſſent. c. Adrianus ead. diſt. Leo Pontifex Romanus cum toto clero ac Romano populo Othoni Imperatori idem ius conceſſit. c. in ſynodo, ead. diſt. Concilium Toletanum 12. aperte decreuit epiſcoporum creationem regij iuris eſſe. c. cum longè, ead. diſt. Leo pontifex Romanus quadã epiſtola Lotharium & Ludouicum imperatores rogat, ut Reatinæ Eccleſiæ gubernationem cuidã diacono concedat. c. Reatina. ead. diſt. Apud Gregorium mentio cuiuſdam monaſterij, quod in finibus erat Franciæ, præcipiturque ne Abbas in eo abſque Regali prouiſione conſtituatur. c. hinc etiã, 16. q. 1. Poſſem & alia quædam non leuiora his teſtimonia proferre. ſed quia uolumen illud Gratiani ita vulgò probatum eſt, vt pars iuris pontificij hodie habeatur, libenter feci vt autoritatibus ex eo ſumptis vterer. Non ſum autem neſcius quanta fuerit poſteà inter pontifices & imperatores quoſdam de huiuſmodi inueſtituris contentio. Quod vel ex Aemylio rerum Gallicarũ ſcriptore luculentiſſimo cognoſci poteſt. Sic enim ſcribit lib. 5. Dum bellum ſacrum in Aſia geritur, & in Europa ſummus pontificatus cum imperio Cæſaribuſque decertabat, quòd uetuſta iam conſuetudine Auguſti ſcipionem ſacrũ annulumq; paſtoralem epis cæteriſque patribus dabant, eamq; ſacrarum dignitatum veſtituram iuraque regia appellabant, contendebantque illa Carolo Magno a pontifice maximo Adriano cũ patritiatu, & a Leone cum imperio data penes ſe eſſe. Idẽ eo. lib. de Henrico imperatore loquens: Paſchali neceſſe fuit caput hoſtis ſui corona exornare, ac ius ſacrarum veſtiturarum fando illi permittere. Diſceſſu Cæſaris pontifex habita ſynodo decretum vi factum induxit. Eod. lib. Veſtituræ eccleſiaſticæ baculique ſacri ac annuli dandi iuri ceſſit Auguſtus. Et legatus Romanus in gratiam cõſortionemque piorum recepit, & ius litui dãdi ea ratione reſtituit, ut id priuilegium foret, ac homini datum ad poſteros non ualeret, nec exemplo haberetur. Eod. lib. Philippo primùm ac deinde Craſſo regibus mirũ eſt, quantum incrementi res ſacræ ceperint. Imprimis abrogatum eſt ius Cæſaribus locupletiſſima ſacerdotia, quibus videretur, dandi, quæ res multum vitium illorum maieſtati detraxit in animis popularium. Cauſa imperatorum victa, indignatio tamen manebat & quærela. Fuit ẽt de ea re cõtrouerſia nõ mediocris inter Philippum Pulchrum Francorum regem & Bonifacium VIII. cuius meminit idem Aemilius li. 8. Poſt tantas igitur, tamq; diutinas concertationes, hoc ius, quod Regaliorum appellatur, in ſacra beneficia ſolum retinuerunt reges noſtri, & credibile eſt eos ita decidiſſe ac veluti tranſegiſſe cum Romanis pontificibus, cùm totum obtinere quod petebant, ipſis non liceret. Certe illud ius concilio Lugdunenſi primùm, cui Bonifacius VIII. præfuit, c. generali, de cleric. in 6. deinde Baſilienſi probatum atque cõfirmatum eſt. §. itẽ quod dicto, de annat. in prag. De hoc aũt iure melius erit fortaſſis pauca quædam obiter ſubijcere ad forenſem vſum neceſſaria, quãuis ea diſputatio ab huius libri argumento paulo alienior eſſe uideatur. Ac imprimis ſciendum eſt, hoc ius non ſolũ in diſtributione beneficiorum, ſed ẽt in perceptione fructuum conſiſtere. Nam princeps quandiu uacat epiſcopalis ſedes prędiorum oĩum adminiſtrationem ſuſcipit, ipſiſque arbitrio ſuo utitur ac fruitur, idque exiſtimant nonnulli ex client elarũ, ſeu vt nunc loquimur, feudorũ lege ortũ eſſe, ꝙ a uero non abhorret. Nec ſanè multum refert, qũo uacet eccleſia epalis, an morte, an promotione ad aliud munus eccleſiaſticum alijsve modis, de quib. li. 8. tractabimus. De eo qui in cardinalium Romanæ eccleſiæ ordinẽ & collegium cooptatur, qõ agitari ſolita eſt. Verùm ex ijs quæ ſcripſimus lib. 1. ſatis apparet Cardinalis Romani officium hmõi eſſe, ut alterius ciuitatis epo id exequi non liceat. Pan. in c. bonę, de poſt. prẽlato. Proinde is qui ad eũ dignitatis gradum prouehitur, nõ immeritò dr epalem honorem amittere. Atque ita ſæpe iudicatum eſt in curia centumuirali, cuius propria ac pecularis eſt ce Regalibus. 1361. 20. Nouembr. 1384. 2. Iul. 1363. 20. Ianua. Vt aũt uacare deſinat epalis ſedes, quædam requirunt, quæ vulgari illa cõſtitutione, cuius initium eſt, Dum eps, diſerte expreſſa ſunt. Primum enim nouum antiſtitem rite ac legitime creatũ lectumve eſſe oportet. Deinde eum vt regis clientẽ iureiurandò in ipſius uerba adactum eſſe, & literas regias iuriſiurandi huius ſolennis noĩe apud pfecturam ratiociniorũ receptas perſcriptaſq; eſſe neceſſe eſt. Hoc amplius alijs literis opus eſt, qu ib. præfecti ratiociniorum regio fundorũ epalium diſpenſatori mãdent, vt nouũ antiſtitem eiſdem frui ſinat. Nec ante deſinit rex iure ſuo uti, q̃ adminiſtrator ille, ſeu diſpenſator hmõi literas acceperit. Et qa ſæpenumero quæri ſolet, in quas epales eccleſias hoc ius Regaliorum rex ſibi uendicet, apponam hìc catalogũ, qui apud præfecturam ratiociniorũ. perſcriptus reperiẽ, in hunc ferè modũ. In tota prouincia Senonẽſi, excepta dioeceſi Antiſſiodorenſi Regalia locũ habent. In prouincia Rhemenſi, excepta dioeceſi Cameracẽſi. In prouincia Bituricẽſi, excepta Lemouicẽſi, Caturcenſi, Ruthenẽſi, Albiẽſi, Mimatẽſi. In prouincia Turonẽſi, excepta Maclouienſi, Venetenſi, & alijs Britanniæ eccleſijs. In archiepiſcopatu Burdegalenſi ſolum, non ẽt in alijs eiuſdẽ ꝓuincie. De Pictauẽſi, qa dubitabaẽ, pcepit rex ut inquireret, &c. In tota Normania Regalia locũ hñt. Supereſt vt ex pceptis Regalioriũ ſingularib. quæ dã hic perſtringamus. Nã oĩa perſequi non eſt huius loci neq; inſtituti. Ac pcipua quidẽ eorũ pcepto rũ ad vacãtia beneficia pertinẽt, q̃ Regaliorum iure rex diſtribuit, tanti ſper dum ſedes epalis vacat. Quæriẽ. n. quandiu vacantia iudicari debeant, vt rex ea conferre poſſit. & an ea quæ vacare cœperunt ob mortẽ, delictũ aut aliã hmõi cãm ante Regaliorũ incœptorũ tps, collato alicui beneficio, uacare deſinãt. Et receptũ eſt, quamuis beneficium ante id tps collatum ſit a pontifice, ſi tñ poſſeſſio nondũ fuerit eo tpe apprehẽſa, liberũ ſit regi beneficiũ vt uacans, arbitrio ſuo conferre. Dupliciter enim hic dr vacare beneficium. I. Cùm nemini ante tps Regalioruu ita collatum eſt, ut ius aliquod adhuc ei quæſitum ſit. II. Cùm is cui fortè collatum eſt, non poſſidet,

iure

tametsi iure cõi possessionis rõ haberi non soleat. Siue igitur vtroque mõ beneficium, siue altero tm̃ vacet, collatio regis est iure singulari: idq; Philippina constitutione nominatim cautũ est. Sed & quorundam opinio est, durante lite, quę possessionis noïe mota est sine fraude, adhuc vacare beneficiũ, donec vindiciæ alterutri adiudicatæ fuerint, quamuis fortè quis corpore incumbat possessioni. Secundum quam opinionem iudicatũ est, anno 1387. die 18. Ianua. Idemq; dicendum putant aliqui, & si quis per procuratorẽ tm̃ possessionem beneficij adeptus fuerit. Quia cõstitutio Philippina veram requirit possessionẽ, nec vllam iuris fictionem admittit. Sed hæc sntã scrupulo non caret, vt aliàs demonstraturi sumus. Adde quòd si quis in canonicorum collegium lectus & cooptatus sit, receptio & in possessionem inductio, quæ ab eodem collegio peti solet, adeò necessaria est, vt de ea re collegiũ appellasse, & oẽm diligentiam adhibuisse non sufficiat, vt iudicatum est anno 1380. die 27. Nouemb. Aliud ius singulare in Regalibus reperitur, quia pendente lite possessio quam statum vocant, interim regia liberalitate subnixo adiudicari, nec aduersarius rem controuersam sequestrari postulans audiri consueuit. Quinimmo si triennij continui possessionem alleget, ne hac quidẽ præscriptione regis beneficiarius summouebitur, cui sola 30. annorum exceptio obstare poterit, vt Ludouici 12. constitutione sancitum est. Sed vereor ne cancellos, quos mihi ipse circundedi, iam nimium egredi videar. Itaque finem hìc facio, reliqua paulo commodius suis quæque locis explicaturus.

LIBER QVARTVS.

Quibus Possint Beneficia conferri.

ARGVMENTVM.

Sequens locus est de personis quibus beneficia possint distribui, quo nullus est in tota hac disputatione tractatus dignior. Non enim Isocrati assentimur, qui ad Nicoclem scribens ait: Non sicut sacerdotium, ita & regnum cuiusuis hominis esse, cum in his beneficijs conferendis, morum, eruditionis, ætatis, natalium, coniugij, aliarumque huiusmodi rerum maximè sit habenda ratio, ne parum idonei ad honores ecclesiasticos promoueantur. De quibus sigillatim in hoc libro disserere, & a moribus promouendorum exordiri instituimus.

Quibus præditum moribus, & à quibus vitijs alienum esse eum oporteat, cui beneficium confertur. Cap. 1.

IN eum qui ordinandus est, & ad sacrũ ministerium promouendus, sic inquirendum esse canones præcipiunt, vt morum & vitę anteactę potissimum habeatur rõ. c. cum in cunctis, de elect. c. si quis uiduam, 50. dist. c. qui in aliquo, 51. dist. c. priscis, 55. dist. Nã sicut cõstitutio imperatoria magistros & professores artium primùm vult excellere moribus, deinde facundia. l. magistros. C. de profes. & med. ita à sacerdote morum grauitatem & honestatem præcipuè efflagitamus. Scitum etenim illud est: Quales in rebuspublicis principes sũt tales & reliquos solere esse ciues. Quod & ad Ecclesiæ præfectos ac ministros pertinere dubium non est. Quomodo enim potest, inquit D. Hieronymus, præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? aut qua libertate peccantẽ corripere potest, cum tacitus ipse sibi respondeat, eadem se admisisse quæ corripit? cap. ult. 25. dist. Sed & aliam rationem affert Iustinianus noster. nouel. 123. Si hi, inquit, quorum munus est orare pro populo, indigni ministerio Dei inuenti fecerint, quomodo pro populi delictis placare Deum poterunt. 49. dist. in prin. Et constat hunc morem iam inde ab initio fuisse in Ecclesia obseruatum, vt nemo ad sacerdotium seu ministerium Ecclesiæ reciperetur, nisi publicè in eius mores inquisitione facta. Quod vel Lamprid. testatur. in Alexãd. Seuero his verbis:
„ Vbi aliquis voluisset uel rectores prouincijs dare, uel præpositos facere, vel procuratores, id est rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt si quis quid haberet criminis probaret manifestis rebus, si non probasset, subiret pœnam capitis. Dicebatque graue esse cum id Christiani & Iudæi facerent in ordinandis sacerdotibus, non fieri in prouiuciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. Ob quæ autem vitia arceatur quis a sacro illo ministerio, Paulus ipse non in uno loco docet ac demonstrat. 1. ad Timoth. c. 3. ad Titum c. 1. Ex quo ferè sumpta sunt ea quæ difusissimè tractantur a Gratiano, a 25. di. ad 50. Suorũ collectaneorum. Ait enim Paulus eum eligi eṗm seu præsbyterum debere, qui sit νηφάλιος, id est vigilans, σώφρων, id est sobrius, κόσμιος, id est modestus, φιλόξενος, id est hospitalis, μὴ πάροινος, id est non vino deditus, μὴ πλήκτης id est non percussor, μὴ αἰσχροκερδής, id est non turpis lucri cupidus, ἄμαχος, id est, à pugna & contentione alienus, ἀφιλάργυρος, id est, pecuniæ non auidus, μὴ αὐθάδης, id est, non superbus nec præfractus, μὴ ὀργίλος, id est non iracundus. φιλάγαθος, id est bonarum rerũ studiosus δίκαιος, id est iustus, ὅσιος, id est pius siue sanctus, ἐγκρατής, id est, temperans, Hoc autem ita accipi debet, non vt episcopus is demum eligatur, in quo nihil horum vitiorum penitus insit, res enim contra naturam penè est, (inquit Hieronymus) sine peccato aliquem esse, sed egregium & animi dotibus uirtutibusque præcellentem multitudini esse oportet, vt eius comparatione (quod idem ait) cæteri grex dicantur. c. unũ 25. dist. Maximè uerò illud cauendum est, ne quid accusatione iudiciali criminationeque dignum ab eo perpetratũ sit. Quod satis ostendit Paulus cum ait eum ἀνεπίλημπτον, aut quod idẽ est, ἀνεπίλητον esse debere. Et quanquam Paulus in eo loco de episcopis loquitur, tamen de cæteris omnibus præsbyteris dubiũ non est, quin ea uerba accipi debeant, cum eo tpe ijdem & presbyteri & episcopi appellarentur, ut Chrysostomus & Hieronymus aiunt De diaconis uerò seu ministris ecclesiarum, qui præsbyteri nondum creati sunt, paulò post ita loquitur Paulus, vt facile appareat eum non minorem uitæ integritatẽ puritatemque ab illis, quàm a præsbyteris exigere. Hinc a nostris traditum est ob crimen hæreseos, c. odit, 1. q. 1. schismatis, c. inter hæresim, 24. q. 3. ambitus, l. si quenquam. C. de epis. c. nobis, de simo. c. cum clerici, de pact. maiestatis, c. fœlicis, de pœn. in 6. sacrilegij, c. uenerabilem, de elect. falsi, c. ad falsariorum, de cri. fal. periurij, c. querelam, de iureiur. homicidij, ca. accedens de accusat. c. ad aures, de æta. & qual. c. ult. de temp. ord. & alia huiusmodi crimina hominem beneficij incapacem reddi. Et obseruandi hìc sunt canones atque constitutiones, quæ causas continent, pp quas amittitur beneficium, de quibus postea aliquanto plenius disseremus. Nam ob easdem causas multo magis beneficium adipisci quis prohibebitur c. ult. 15. q. 1. c. super his, de accus. Adde supradictis eum, cui nota aliqua infamiæ inusta est, & cuius apud bonos & graues uiros grauata est existimatio, beneficium consequi non posse. c. laici. 33. dist. ca. ult. de furt. Quod & in eo locum habet qui reus alicuius delicti postulatus est, quamuis forte damnatus nondum sit. c. ult. de testi. c. omnipotens, de accusa. Idem de eo est, dicendum, cui vel sacra communione, uel officio ministerioque suo interdictum est. c. postulatis, de cler. excom. c. cũ bonæ, de æta. & qual. c. cum dilectus, de consue. Hæc aũt oĩa sic accipienda sunt, nisi ueniam restitutionemq; impetrauerit beneficiarius uel a summo Pont. cuius plenissima est in hac re ptãs ac libertas, uel ab alio inferiore eṗo, cui interdũ & gratiã canonis facere permittit. c. 2. de cler. nõ ord. minist. c. 2. de cler. pug. in duel. vbi not.

Quarum literarum atque linguarum cognitione instructus debeat esse beneficiarius. Cap. 2.

Imperitis literarum beneficia conferenda nõ esse certi iuris est, c. illiteratos, 37. dist. c. pœnitentes, 55. dist. c. cum in cunctis, de elect. c. ult. de tempo. ord. in 6. adeò vt irrita censeatur hmõi collatio autore Innocentio, quem & Felinus sequitur. Innoc. in c. cum nostris. de con. præb. Fel. in c. per tuas, de simo. Proinde si quis forte literarum ignarus ad sacrum ministerium obrepsisse deprehendatur, is cõfestim ab eo remouendus est. c. ult. de æta. & qual. Nam si laicis prophanisque hominibus doctrina necessaria est, in is profectò qui cęteris præsunt & se doctores aliorum profitentur, intolerabilis est, nec ullam ueniam meretur inscitia. c. si in laicis, 38. dist. Hinc
„ legitur Osee 4. Quia tu scientiam repulisti, ego te repellam ne
„ sacerdotio fungaris mihi. c. omnes, 38. dist. c. nisi cum pridem,
„ de renunc. Et Mal. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius. c. sit rector. 43. dist. Quibus locis admonentur sacerdotes, vt ignorantiam veluti pestem quandam, vt ait Isidorus, & vt legitur in concilio Toletano, matrẽ cunctorum errorum a se abijciant. c. ideo, 37. dist. c. 1. 38. distin. Sacerdotis enim partes sunt, non solum docere verbum Dei, sed etiam contradicentes refellere, ac vt Paulus ad Titum scribit, c. 1. ἐπισθιστομίζειν. Et rationem omni poscenti de fide sua eos reddere iubet Petrus. 1. Pet cap. 3. Quæ omnia absque doctrina & eruditione præstari non possunt, c. qui ecclesiasticis, 36. dist. periculum si quidem est, ne si cæcus cæco dux fuerit ambo in foueam cadant. c. ideo, 37. dist. c. quæ ipsius, 38. dist. c. cum sit. de æta. & qual. Verùm ad hanc eruditionem sibi parandam, studio, labore, vigilijs, meditatione opus est. Cuius rei quod nam locupletius testimonium esse potest, quàm quod Paulus ad pedes Gamalielis legem & prophetas se didicisse testatur? Acto. 22. quodque Timotheum ac Titum ad studium & lectionem tantopere hortatur & stimulat? 1. ad Timot. quarto ad Titum. capit. primo 38. distin. capit. primo. Qua ratione constitutum est, ut beneficiarius studiorum causa absens

Source : BIU Cujas

integros ſui beneficij fructus percipiat.c.2. de priuil.in 6. Nec nos mouere debet ꝙ noſtræ religionis Coryphæi literas non didicerint,cum omnia ſpiritus ſanctus ipſis ſuggereret, vt ait Hieronymus,eſſentq; vt loquit Eſeias c. 54. Theodidacti.Nec verò ſacras tantum literas,id eſt,vetus & nouum Teſtamentũ intelligere ſacerdotem oportet,ſed canones quoque,qui dogmata & diſciplinam eccleſiaſticam continent,noſſe debet. ca. nulli,38.diſt.ac præſertim epiſcopus,cui ad dirimendas de matrimonijs alijſque huiuſmodi negotijs controuerſias cauonici iuris ſcientia perquam neceſſaria eſt.ca 1.de conſang.ubi not. Alia cã vr eſſe iuris ciuilis,cuius ſtudium beneficiarijs quibuſdam Honorius tertius Pontifex interdixit. c. ſuper ſpecula.ne cler.vel mon.His etenim opprobrium eſt,inquit Iuſtinia. ſi peritos ſe velint oſtendere forenſium diſceptationum.l.repetita. C.de epiſc.Si tñ ius ciuile ſacerdos uelit legere, non vt in foro verſetur,& cauſas agat,ſed vt ex illo æquitatis iuſtitiꝙue vberrimo fonte aliquid hauriat ac deguſtet, ꝙ ad profeſſionem ſuã conferat,minimè id improbãdum reor. Nam vt de illo doctrinarum orbe taceam,qui a Græci ἐγκυκλοπαιδεία dr,ius canonicũ ſiue pontificium ſaltem id , quo nunc vtimur,magna ex parte cum iure ciuili coniunctum eſt,vt abſque eo commodè tractari nequeat.Quæ rõ fortaſſis mouit Alexandrum cum tota ſynodo Lugdunẽſi,vt non modo iuris ciuilis ſtudium permitteret beneficiarijs, ſed vacationes quoq; & immunitates ſtudioſis largiretur.c.2.de priuileg.in 6.De Honorio ſanè nobis affirmare religio eſt,quod iuris pontificij interpres Goffredus Beneuentanus in literas retulit,ignorantiam iuris in põtifice notans,nempe Honorium non aliter ac vulpem feciſſe,quę cum vuas proceræ cuiuſdam uitis decerpere fruſtrà diu conata eſſet,tandem eas contempſit ac damnauit, ꝙ ſibi acerbiores viderent. Alluſit opinor ad illud Gabriæ poetæ Græci tetraſticũ.

„ Κερδὼ βόζω ζλέπτα μακρὰς ἀμπέλε
„ Πιὸς ὕψος ἦρτο,καὶ καμῦτα πολλάκις
„ Ἐλεῖν, ἀπεῖπε πρὸς δ'ἑαυτὸν ταῦτ' ἔφη:
„ Μὴ κάμνε, ῥᾳγὲς ὁμφακίζουσιν μᾶλα.

„ Verùm de his iam plus ſatis. Studium medicinæ, ſeu vt loquũtur,phyſicæ eadem Honorij conſtitutione non aliter ac ius ciuile prohibitũ eſt. Nam medicos rudi illo ſeculo phyſicos fuiſſe appellatos multis teſtimonijs argumentiſque compertum habemus.c.ad aures,de æta.& qual.Videndum tamen eſt meo iudicio quorſum hoc medicinæ ſtudium amplectantur, vt de iure ciuili diximus. Quod enim præfatur Honorius de amplificando theologiæ ſtudio, ſatis oſtendit conſtitutionem de his accipiendam non eſſe,qui eo cõſilio ſtudent medicinæ,vt theologiam commodius ac fœlicius tum diſcere, tũ docere queãt. Conſtat enim plurimum commodi atque ornamenti ex medicina,ſicut & ex reliqua philoſophia, theologiæ ſtudio accedere poſſe. Vt mittam quod Galenus doctrinam anatomicã theologiæ initium eſſe ſcribit, & aditum ad agnitionem Dei. Id quod ſatis probaſſe videtur ſynodus Baſilienſis,quæ profeſſores medicinæ a ſacris beneficijs minimè arcẽdos eſſe voluit. tit.de colla.§.inſuper,in prag. Ac vt ſummatim omnia cõplectar,nulla eſt liberalium diſciplinarum,quamuis fortè ethnicorum libris contineatur , quæ ſacerdoti admodum vtilis ac neceſſaria non ſit,ſi modum in ea re adhibeat,&ad eum,de quo iam dixi,ſcopum ſtudia ſua conferat.c.turbat.37.diſt. Quã de re Baſilius magnus in homilia,cui titulus eſt,De vtilitatẽ capiẽda ex Gentilium authorum libris, copioſiſſimè diſſerit. Nec aliter veteres illos patres ſenſiſſe veriſimile eſt in ſynodo Carthag.cum epõ præcipiũt ne gentilium libros legat. c.1.37.diſt. niſi quis eorum nimiæ ſimplicitati ne dicam ſuperſtitioni id adſcribere malit Paulus epm διδακτικὸν eſſe vult, id eſt aptum idoneumque ad docendum. id enim eſt epi munus præcipuũ. c.inter cætera,de off ord. At docere & explicare cõmodè non poteſt,qui in ueterum authorum lectione diu verſatus magnã ac variam doctrinam ſibi non comparauerit. Quamobrem Iulianus imperator,qui dictus eſt Apoſtata,ꝙ a religione Chriſtiana defeciſſet ad Helleniſmum , ſcholas Grammaticorum, Rhetorum,ac Philoſophorum Chriſtianis, quos Galilæos vocabat,interdixit,futurum ſperans vt abſque liberali eruditione religionem tueri ſuam non poſſent.Author eſt Amianus Marcellinus lib.22.& 25.Et Theodoritus eccleſiaſticæ hiſto.lib.3. his eum verbis vſum fuiſſe refert. Proprijs pennis cõfigimur, ex noſtris enim libris arma capiunt, quibus in bello aduerſus nos vtantur.Vide eundem lib.4.c.29.& Tripar.hiſt.lib. 6.c.17. De peregrinis linguis , quibus theologiæ fontes continentur, extat Clementis V. conſtitutio in concilio Vien.edita,quæ nemini non iuris pontificij ſtudioſo hodie nota eſt.cle.2.de mag. Et Auguſtinus in quadam epiſtola: Vt veterum,inquit,librorum fides examinanda eſt,ita nouorum veritas Græci ſermonis normam deſyderat.c.ut ueterum,9.diſt.De libris ethnicorũ pulchrè loquitur Beda,cuius verba hic ſubiecimus:Turbat acumen legentiũ,& deficere cogit,qui eos a legendis ſeculari bus libris omnibus modis exiſtimat prohibendos,in quibus ſi qua inuenta ſunt utilia,quaſi ſua ſumere licet, alioqui Moſes & Daniel ſapientia & literis Aegyptiorumq; Chaldæorumq; non paterentur erudiri,quorum tñ ſuperſtitiones ſimul & delicias horrebant. Nec ẽt ipſe magiſter gentium aliquot verſus poetarũ ſuis vel ſcripturis uel dictis indidiſſet.c.turbat, 37.diſt.

„ Sed,vt iam admonui,ẽt videndum eſt,ne hmõi Sirenes ab inſti
„ tuto itinere nos auertant, & τὸ παρεμγον, vt eſt in prouerbio,
„ ἔργον fiat. Si quis(inquit Hieronymus, enarrans epiſtolam ad
„ Titum) artem nouerit Grammaticam vel Dialecticã , vt rectè
„ loquendi rationem habeat,& inter falſa & vera diiudicet,non
„ improbamus.c.ſi quis artem,37.diſt.Idem alibi, Nonne uobis
videtur in uanitate ſenſus & obſcuritate mẽtis ingredi,qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? &c.c.nonne, 37. diſt.Et Gratianus refert a Gregorio quondam epm reprehenſum fuiſſe,non quia ſeculares,vt uocant, literas didicerat,ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione euangelica grãmaticam populo exponebat.c.turbat,37.diſt.Quæ hactenus a nobis dicta ſunt de beneficiariorum eruditione, ea de epiſcopis accipi uolumus,& cæteris animarum curatoribus , quorũ munus in docendo conſiſtit. Nam cæteri clerici ordinum inferiorum,puta,lectores aut cantores, quamuis literarum expertes eſſe non debeant,vt ſcribit Iuſtinia.Nouel.6.& 123.eorum tñ inſcitia nõ adeò Eccleſiæ pernicioſa eſt, toleraturque in eis qualiſcunque literatura, modò vt pſallendi ac legendi periti ſint,aut aliàs ad munus ſuum obeundum inſtructi. not.in d.c. cum in cunctis.& in d.c.illiteratos. At enim nimium ſeueri cẽſores ac rigidi pleriſque fortaſſis videbimur, qui rerum oĩum tam humanarum,quàm diuinarum ſcientiam a ſacerdote exigamus,cùm vel in vna aliqua arte ac diſciplina excellere difficillimum ſit.Sed quid mirum nos in Theologo ac ſacerdote idẽ requirere,quod in Oratore Cicero , in atchitecto Vitruuius. Eſt enim artium omnium vt præſtantiſſima, ita longè operoſiſſima ac periculoſiſſima , quæ ad curam animarum pertinet. c.ante,40.diſt.c.cum ſit,de æta.& qual.Nec verò perfectã illam omnibuſque numeris abſolutam rerum cognitionem, quæ nuſquam fortaſſis reperitur,ita deſydero,ut non hìc mediocritatem amplectendam eſſe cenſeam,& nos homines eſſe, id eſt in magna caligine & rerum ignoratione verſari,obliuiſcar.In his enim tenebris beneficio ſacroq; miniſterio dignus is iudicari poteſt,qui mediocrem earum rerum,de quibus diximus, ſcientiam eſt aſſecutus, quique talis eſt quales vulgò homines eruditos appellare ſolemus.c. cum nobis olim , de elect.c.niſi cum pridem.§.pro defectu , de renunc.l. ſciendum.ff.de ædil. edict.Nec diſcrepat ab hac ſententia , quod de ſuo architecto

„ ſcribit Vitruuius in hunc modum: Non debet, nec poteſt ar-
„ chitectus grammaticus vt Ariſtarchus,ſed non agrammatos,
„ ne muſicus vt Ariſtoxenus , ſed nec amuſos , nec pictor vt
„ Apelles,ſed graphidos non imperitus,nec plaſtes quemadmodum Myron ſeu Polycletus,ſed rationis plaſticæ non ignarus,
„ nec medicus vt Hippocrates , ſed non aniatrologetos,nec in
„ cæteris doctrinis ſingulariter excellens,ſed in his non imperi-
„ tus,&c.Verùm ad hanc perfectæ eruditionis ideam reſpicere debet is qui alium ordinat,& beneficium ei confert,ac eo digniorem exiſtimare,quo propius ad eam perfectionem acceſſerit. Nec enim ulla certa regula aut conſtitutione id definiri poteſt, ſed eius arbitrio tanquam viri boni ac prudentis id committitur, vt magnitudine muneris ſeu miniſterij perpẽſa, cæteriſque circunſtantijs omnibus diligenter conſideratis , de doctrina & eruditione iudicium faciat.Et ſi qui ſint a ſtudio literarum penitus alieni,& patinis magis quàm paginis incumbentes,cuiuſmodi noſtra fert ætas quamplurimos,quod utinã uerè ne dicerem,eos ceu peſtem quandam auerſetur , nec ad vllum beneficium miniſteriumve admittat.gloſſ.prag.titu.de elec.§ deinde.Hæc autem eo libentius hic explanare uolui populariter quidem, & craſſa,ut aiunt, Minerua , ſed niſi fallor vtiliter,ꝙ vulgaris illa ſcientiæ diuiſio, in eminentem , mediocrem,& ſufficientem,parum commodè ac eruditè ab interpretibus tradita tractataque nobis uideatur. not in d.cap cum in cunctis,de elect.

An ob vitium corporis à ſacro miniſterio beneficioq; repelli debeat. Cap. 3.

Cum quæritur an ob vitium aliquod corporis debeat quis repelli a ſacerdotio, multũ refert an quis hoc malo ſe affecerit, afficiendumve curauerit, an violentia,aut natura id ipſi contigerit,& hi caſus diſtinguendi atque ſeparandi ſunt.Quod ad primum attinet,præcipiunt canones apoſtolorum,c.21.vt ἀκροτομιάζων, id eſt,vt vulgò interpretantur, qui ſibi ipſi virilia amputauit,clericus minimè efficiatur, ꝙ ſui ipſius homicida ſit,& inimicus creationi Dei.c.ſi quis abſciderit. c.hi qui.c.ſi quis pro ægritudine,55.diſt.c.ſignificante, de corpo.uit.Nam is neque virorum,neque mulierum numero habendus eſſe videtur,vt olim Romæ in cauſa Genutij cuiuſdam decretum fuit,cuius meminit Valerius.lib.7.c 7.Eademquecã eius eſt, qui ſponte digitum aliudve membrum huiuſmodi

ſibi

Source : BIU Cujas

sibi asciderit,tanquam inimicus creaturæ Dei, vt diximus.cap. qui partem.55.dist quod Ammonio monacho quondam accidisse ferunt,hisso.tripar.lib.8.qui aurem dexteram sibi amputauit,ne episcopus ordinaretur.Nam verbi ἀποτομία ζων, quo ca non vtitur, latior videtur esse significatio, quàm vt de virilium amputatione tantum intelligatur. Excusatur sanè is qui valetudinis causa secari se à medicis passus est. Nam quamuis id consultò factum fuerit, nec absoluta fuerit hæc necessitas, tamen valetudinis ratio & instans periculum, quod vitare voluit, veniam meretur. capitul.si quis à medicis. 55.dist.c.ex parte,de corp.vit. Si quis autem superstitione, vel impatientia libidinis ductus,aut malæ alicuius suspicionis vitādæ causa seipsum castrauerit,vt quondam Origenes fecisse traditur ab Eusebio.li.6.eccle.histo.& alius quidam nomine Leōtinus, cuius apud Theod. mentio est.lib.2.si quis inquam sibi ob huiusmodi causam genitalia exciderit,sacro ministerio indignus iudicatur.ca.hi qui.55.dist. Grati sunt enim Deo eunuchi,quos castrauit voluntas,non necessitas,vt inquit Hieronymus.c.qui sitit,33.q.5.Sed de his iam satis. Ad eos qui non spōte & consultò mutilati sunt veniamus. *Si quis igitur per uim à barbaris ac latronibus,puta eunuchus factus est,aut ita natus,* is ordinari non prohibetur, vt habet vicesimus canō Apostolorum,& canon primus Nicenæ synodi.c.eunuchus,55.dist.c. ex parte.de corp.vit.Proinde Dorotheum Antiochiæ episcopum fuisse scribit Euseb.lib.7.eccles.histo.c.28.quamuis natus eunuchus esset. Idem dicendum est, & si casu aliquo fortuito id acciderit.c.præcepta.55.dist. Si quis tñ aliquod membrum, aut partem corporis amiserit,quæ ad ministerium functionēque ecclesiasticam necessaria sit,tametsi casu & sine culpa sua, is ordinari prohibetur,non quia læso corpore est, inquit canō Aposto.77.sed ne ministerium ecclesiasticum impediatur.Qđ si fortè claudicet tantum,uel oculo defectus sit,sed ita vt munus suum exequi nihilominus valeat,canones eum non arcēt à ministerio.Non enim vt inquit canon. 76.Apost. mutilatio corporis ipsum polluit,sed inquinatio animæ.Posteriorib. tamen decretis pontificum ministerio excluditur altero carens oculo,aut aliter læsus, si ea res magnam ei deformitatem afferat.c.si euangelica,55.di.c.præsbyterum.de cler. ægrot. Quod ex cacozelia quadam legis Mosaicæ profectum videri potest, Leuit.21.c.vsque adeò.33.dist.vtcunque eam legem Theologi allegoricè interpretentur canone,hinc etenim.49.dist.

De morbis corporis, qui hominem ministerij beneficijque ecclesiastici incapacem reddunt. item qui dicantur energumeni & engastrimythi in iure pontificio. Cap. 4.

Quisquis graui morbo laborat, vt ad sacrum munus obeundum non sit idoneus,is beneficij capax non censetur,quamuis nec eruditio,nec morum probitas, nec aliæ dotes animi in eo desiderentur. ca. cum inter canonicos,de elect.Quid enim si mosbo comitiali corripiatur, quem Græci ἐπιληψίαν vocant? Nam qui subitò concidit, cuius ex ore spumæ mouenur,vt inquit Celsus, cum membrorum ac neruorum distentione,is ad rem diuinam in ecclesia faciendā utilis iudicandus non est.cap.communiter.33,distin.Idemque de alijs huiusmodi morbis est statuendum, tametsi eum qui iam ordinatus promotusque est,non deijciant.titu. de cler.ægrot. Maniaci autem ac fanatici, qui à cacodæmone vexari existimantur,quin ad hunc locum pertineant,minimè dubito,quāuis Vlpiano is morbus animi,magis quàm corporis esse videatur.l.2.de ædil.edi. Nam & hi à sacerdotio repelluntur ueteribus canonibus.78.c.Apost.cap.maritum. c.communiter. cap. clerici.c.vsque adeò,33.di. Et animaduertendum est varijs nominibus eos appellari solere:dicuntur enim energumeni,quasi lunatici,vt quidam interpretantur:de quibus sic statuit synodus Carthag. 4. Vt exorcistæ energumenis. manus imponāt, vt energumeni pauimenta domorum Dei verrant, vt energumenis assidentibus in domo Dei victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.cap. exorcista.23. dist. c.omni die,de consec.dist.5.Vocantur & ἐγγαστρίμυθοι, cuius vocis mentio est apud Aristophanem,quasi dicas ventriloqui.Sic enim eos Latinè uocat Augustinus.c.illud.26.quæst.2.qui spiritum pythonem habere dicuntur. Acto.16.capitu.quòd malus quispiam genius(immotis nempe labijs) ipsorum in ventre inclusus loqui credatur.

Eos qui ex iustis nuptijs procreati non sunt, ad ministerium ac beneficium ecclesiasticum admitti non debere, & qua ratione id constitutum sit. Cap. 5.

Qui ex iustis legitimisq; nuptijs procreati non sunt,cuiusmodi sunt spurij seu nothi,& quos naturales appellamus,ij ad ministerium ecclesiasticum admitti prohibētur. 56. dist.& c.1.de fil.præsbyte. Sunt qui authoritate legis Mosaicæ id confirmare nitātur,propterea quòd in Deuteronomio scriptum sit.c.23.Non ingredietur Manser,id est ex scorto natus, in ecclesiam domini.Sed viri eruditi ingredi ecclesiam domini interpretantur,habere commercium cum populo Dei, & habere ius ducendi Israelitidem. Quare ad rem ille locus non multum pertinet. Ratio autem huius prohibitionis triplex affertur:vna,est metus incontinentiæ paternæ.quoniam sæpe accidii vt mores patris sectetur filius,sitque non corporis tātum paterni, sed ēt animi quædam imago. Hinc illud tritum apud Græcos prouerbium, κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. ca.si gens Anglorū. 56.dist.Fortes enim creantur fortibus &c. Huc pertinet quod Honorius in quadam constitutione de filijs eorum,qui pduellionis rei sunt,loquens,scriptum reliquit: Paterno deberent perire supplicio, in quibus paterni hoc est hæreditarii criminis exempla metuuntur.l quisquis.C.ad l.Iul.maie.Quod si qs mihi ant Herculem ex adulterio natum obiiciat, cuius maximè virtus enituit, aut eos pontifices, quos Damasus apud Gratianum recenset,cap.Osius.56.dist.aut si qui sint alij similes,quib. arte benigna,& meliore luto finxit præcordia Titan, huic respondeo ex Theophrasti sententia,quæ rarò accidunt,ea contemni à legislatoribus.l. iura. ff. de legib. Altera prohibitionis ratio est,vt hoc etiam pœnæ genere plectatur ac vindicetur crimen paternum,quamuis nihil admiserint filij,& reuera alieno laborent vitio.l.spurii.ff.de decurio.l.legem.C.de natur.lib.ca. nasci.56.dist.Nam nerum est quod scribit Paulus Iureconsultus,l.isti quidem.ff.de eo quod met. cau.tantum esse affectum patris in filium,vt pœna molestiaque filii magis quàm sua terreatur & excrucietur. Qua ratione inductum est, vt libera nō sit eum filiis naturalibus testamenti factio, nec possit eis pater quantum voluerit,relinquere.l.vlt.C.de natu.lib.Vnde ob crimen perduellionis,filii quanquam insontes & nulli affines cupæ, puniuntur. d.l. quisquis. Qua de re sic loquitur Cicero in quadam ad Brutū epistola.Nec verò me fugit, quàm sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui,sed hoc præclarè legibus comparatum est,vt charitas liberorum amiciores parētes reipublicæ redderet.Et alibi.Illud videtur esse crudele,qđ ad liberos,qui nihil meruerunt, pœna peruenit, sed id & antiquū est,& omnium ciuitatum.Huic non dissimile est, quod statuit Constantinus,de muliere,quæ se proprio seruo iunxit,nēpe ut filij,quos ex ea coniunctione habuerit,exutij omnibus dignitatis insignibus,in nuda maneant libertate. C.de mul. quæ se proser.Tertia ratio est, eorum qui ita nati sunt probrum quoddā & ignominia ob quam indigni tanto munere iudicantur. Nā etsi prætoris edicto notati non sint, nec inter infames habiti, tamen ea est ferè hominum de ipsis opinio, is contemptus, vt non immeritò macula quapiam aspersi quibusdam uideātur. Azo in sum.Cod.titu.ex quib.cau.infa.arg.d.ca.si gens Anglorum.Cuius rei argumentum illud est,quod nemo est quin tali appellatione vt turpi ac contumeliosa offendatur, receptumque sit eo nomine actionem iniuriarum competere. l. 3. ubi not.ff.de lib.& postu.Itaque quamuis spuriis iure ciuili Rēpu. capescere liceat,præsertim si necessitas, & hominum penuria id flagiter.l.generaliter.l.spurii. ff.de decurio.tamen alia causa est sacri huius ministerii,quod publicis omnibus,ciuilibusq; muneribus longè præstat.Nam & Aristoles.lib.7. polit.censet uiliores humiliores(que personas ad sacerdotium admitti non debere propter honorem,qui Deo & religioni à ciuibus est impēdendus. Id enim maiestati Dei indulgetur(vt verbis Pauli Iureconsulti vtar) cuius sacris vacare sacerdotes oportet.l.nō distinguemus.§.sacerdotio.ff.de recept. arch. Non me mouet quod à quibusdam dicitur spurij nomen apud veteres ignominiosum non fuisse, cùm Homerus.lib.Iliad. 8. Teucrum alloquens, eumque laudibus extollens, νόθον nihilominus appellet.

Καί σε νόθον περ ἐόντα κου ίτατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.

Sed nec Euripidis versus ab hac sentētia nos dimouere possunt,quibus ostendere nititur legitimus liberis nothos inferiores non esse.ita namque scribit in Antigone.

Ο'ιόμαι μεμαθόν, τὸ νόθον, ἢ φύσει δ'ἴσον.

Et in Euristheo:

Μάτην ὄ θνητοὶ μεννόθους φιλοῦσ' ἀεί.
Παῖδας φυτεύειν, ὁς γὰρ ἂν χρηστὸς φύῃ,
Οὐ τοὔνομ' αὐτὸ τλῶ φύσιν διαφθ'ίρει.

Et in Andromeda:

Ἐγὼ δὲ παῖδας κ'κ ἐῶ νόθους λαβεῖν,
Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς.
Νόμῳ ποτοῦσιν,

Nō enim veterum hic Græcorum mores respicimus, apud quos non ita magno in pretio pudicitia fuit, sed nostros Romanorumque tantum,qui nihil antiquius castitate & pudicitia vnquam habuerunt. Cùm igitur hæc ita se habeant,ponendum est,& pro certa firmaque regula constituendum, eum q ex iusto matrimonio editus non est, nullum beneficium consequi posse.c.cum in cunctis.c.innotuit.de elect.c.1.de fil.pbȳ.

Idque

Source : BIU Cujas

Idque potissimum in sacerdotum filijs locum habet, cùm ne filij quidem eorum iusti ac legitimi beneficium paternum capere possint. Paternum uocamus, quod pater ἀμέσως, & nulla media intercedente persona possedit. c. ad extirpandas. cap. ex transmissa, de fil. præsby. Regula suprascripta sic accipiēda est, nisi quis natalibus restitutus, aut vt vulgo loquimur, legitimatus sit. c. per uenerabilem, qui fil. sint legiti. Namhæc restitutio naturales filios iustis & legitimis omnino exęquat, ſvt ait Iusti. Nouel. 74. tit. quib. mod. nat. eff. su. Præterea professio monastica hanc maculam ex natalibus contractam quadamtenus abstergere dicitur. Nouel. Iustinia. 5. tit. de mona. c. non liceat. 19. q 3. Nam ordinari potest monachus, quamuis nothus sit, sed nullam dignitatem, seu præfecturam ecclesiasticam consequi potest. c. 2. 56. dist. c. 1. de fil. præsby. gl. c. vlt. eo. tit. Sed etsi gratiã canonis spurio facere visum fuerit summo pontifici (quod interdum expedit & necessarium est, ne summum ius, quod dicitur, summa fiat iniuria) is quodcunque beneficium adipisci poterit. c. in notuit. de elect. c. vlti. de fil. præsby. Plenam siquidem & liberam quidlibet statuendi, permittendi, decernendi facultatem habet Ro. Pontifex in re beneficiaria, quasi legib. omnib. canonibusque omnino solutus sit, vt suprà admonuimus. Eadem cã uidetur eius esse, cui pontifex ipse sciens & prudẽs beneficium contulit, cùm eo casu voluntas eius obscura non sit, eaque tanquam principis ꝓ ratione habeatur. argu. l. quidam. ff. de re iud. Sed an hæc iuris scripti mitigatio ac moderatio cæteris quoque pontificibus & episcopis in sua cuique diœcesi permissa sit, quæritur. Et vulgò recepta est hæc distinctio. Si de eo quæratur, qui ad beneficium paternum aspirat, gratia summi pontificis necessaria est, non modo si spurius, sed etiam si verus legitimusque filius sit. cap. dilectus. de fil. præsby. Sin autem de alio quopiam beneficio, non de paterno agatur, quod spurius nancisci velit, ad constitutionem Bonifacianam recurrẽdum est, quam ex recentioribus scriptoribus quidam legisse non videtur. Ea autem constitutio omnem faciendæ gratiæ facultatem, uisi circa minores ordines beneficiaque simpticia, quibus animarum cura non cohæret episcopis ademit, & summo pontifici attribuit. c. 1. de fil præsby. in 6.

Quibus sacris initiatum esse eum oporteat, qui ad sacrum beneficium promouetur. Cap. 6.

Nemini potest sacrum beneficium conferri, nisi sacris initiatus sit. c. cum adeò, de rescrip. c. ex literis, de transac. c. 2. de instit. Proinde si cui nondum manus imposita est, quamuis fortè clericus fieri, & in numeros, vt ita dicã, sacræ militiæ referri mox cupiat, rata non est beneficij collatio. arg. l. ex eo. de milit. test. not. in d. cap. 2. de institu. Idem dicendum est & de eo qui clericorum more & ritu viuit, nec tõsura, nec veste, nec cæteris rebus quibuscunque ab eisdem differens. not. in d. c. 2. Sel. 3. part. q. 6. Hinc consequens est, si quis obtento iam beneficio clericus effectus fuerit, irritam nihilominus beneficij collationem esse: quia quod initio nõ ualuit, tractatu temporis conualescere non potest. l quod in initio, de reg. iur. not. in d. ca. 2. Verùm imprimis uidendum est, vt ea ordinatio manuumq; impositio rectè atque ordine fiat. Aliàs beneficij collatio tanquam laico prophanoque homini facta nullius momenti plerunque iudicabitur. glo. prag. tit. de elect. §. deinde. verb. ordinibus. Exemplis, vt res dilucidior sit, hoc demonstrabimus. Beneficij quod cum animarum curatione cõiunctum est, quisquam capax uon est, nisi ad præsbyterij vsque gradum promotus fuerit, nec enim clericum esse hic sufficit, c. licet canon. de electio. in 6. Sed gradatim ad hunc præsbyterij honorem ascendisse oportet. Nam is, cuius virtus in minoribus, leuioribusque officiis probata non est, vt ad maiores amplioresque honores non tam ascendat, quàm prosiliat, nec ratio, nec uetus disciplina ecclesiastica patitur. 52. 59. dist. & 61. tit. de cler. per sal. pro. l. vt gradatim, de mun. & hono. Nam & Paulus neophytos episcopus ordinetur, id est qui recens Christianæ militiæ nomen dedit. 1. ad Timoth. c. 3 & in decret. 48. dist. Quid enim absurdius quàm ei gubernacula tradere, q remum tenere non nouit? vt verbis vtar Augustini ad Valerium. ca. ante. 40. dist. Itaque is qui beneficium huiusmodi petit, non tantum se sacerdotem seu præsbyterum esse, sed gradatim & ꝓgrediẽdo per omnes inferiores ordines eò prouectum docere debet. Et quanquam hic rigor interdum laxatus legitur, vt cùm Nicolaus etiamnum laicus ad episcopatum promotus est: Seuerus ex lanificio vocatus est ad archiepiscopatum: Ambrosius nondum sacratinctus aqua archiepiscopus est electus. cap. statuimus. 61. dist. Theodor. lib. 4. eccle. histo. c. 6. tamen nouorũ, vt ait poeta, factorum exempla contra veteres canones ecclesiasticamque disciplinam non temerè ad consequentiam trahi debent. l. 1. de const. prin. cap. non exemplo. 26. q. 2. Vide cano. Apost. 79. Hinc tractatur quæstio, si quis non à suo, sed alterius ciuitatis antistite ordinatus sit, an ea ordinatio ualeat. Et imprimis constat, simulatque inter alicuius Ecclesiæ clericos quis receptus est, non posse eum ab alterius ecclesiæ episcopo ordinari. Id enim concilio Sardicensi ideò veritum est, ꝓ discordia inter episcopos inde nasci soleret: cautumque est nominatim ac diserte, vt irrita sit ordinatio Graue siquidem erat. Episcopo qui iuuenem instituere & erudire in sua ecclesia cœperat, sperrans sibi & toti ecclesiæ imposterum vsui fore, ob alterius episcopi solicitationem fortasis eo commodo priuari. c. 1. 71. di. Itaque quo casu ea ordinatio ad consequendum beneficiũ iure põtificio necessaria est, ita ordinatum beneficii incapacem esse arbitror. Verùm is qui nondum in ecclesia aliqua facto, vt ita dicam, tyrocinio, ad alienam ecclesiam se contulit, & ibidem ordinatus est, videtur tanquam sacris rectè initiatus beneficium capere posse, cùm ratio suprascripta hic cesset. Nec me latet constitutionibus pontificum posterioribus, atque adeò conciliis generaliter prohibitum esse, ne quis ab alienæ ciuitatis episcopo ordinetur, ꝓ perditissimi quique, quorum in patrio solo mores cogniti essent, ad alienam ciuitatem confugere, & ad sacrum munus obrepere solerent. c. 1. c. eos, de temp. ord. in 6. Sed nusquam statutum reperio, vt irrita nulliusq; momenti sit talis ordinatio. Guid. Pap. q. 449. Etenim pleraque in iure tum ciuili, tum pontificio facta tenent, quamuis ea fieri prohibeantur. l. 1. § biduum. quan. ap. l. relegatorum. §. ad tempus, de interd. & releg. Quæri potest, quomodo probet quis se ordinatum & sacris initiatum esse, si fortassis ea de re controuersia oriatur. Et videtur Theodosii imperatoris constitutio nullam probationem nisi quæ literis episcopi fiat, admittere. l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. At iure pontificio à clericis peregrinantibus literæ probationis huius gratia minimè exiguntur sed testes aut etiam argumenta sufficiunt. cap. 2. 3. de cler. pereg.

An cœlibatus beneficiariis necessarius sit. Cap. 7.

Vt intelligamus an coniugati beneficiorum capaces sint, altius repetenda est disputatio nostra, uidendumque non modo quid recentioribus constitutionibus pontificum, sed ẽt quid priscis canonibus de ea re statutum fuerit. Igitur uetus ecclesia coniugatos à sacerdotio si summouebat, modo vnius
„ uxoris mariti essent. Sic enim habet canon Aposto. 5. Episco-
„ pus aut præsbyter aut diaconus vxorem suam põtextu religio-
„ nis non abiicito: si abiicit segregator à communione: si perse-
„ uerat, deponitor. Nõ enim idonea hæc causa visa est matrimonii dissoluendi, tametsi ea lureconsultis ueteribus probetur. l. uitricius. de donat. inter vir Idem & synodo Gangrensi, & sexta synodo sancitum est. c. si quis docuerit. c. si quis discernit. 28. dist. c. quoniam. 31. dist. Sed & Nicena synodo id quoque comprobatum est. Nam vt scribit Zozomenus, cum in Nicena synodo uellent aliqui episcopis, præsbyteris & diaconis uxorũ suarum usum interdicere, exurgens quidam nomine Paphnutius contradixerit, honestam rem coniugium esse contendẽs, & castitatem cum propria vxore concubitum. Cuius sententiã synodus laudãuit & amplexa est. c. Nicenna, 31. dist. Sed & ipsi Apostoli Christi, Petrus, Philippus, Paulus, leguntur vxores habuisse. lib. 3. eccles. histo. cap. 30. Hinc Iustinianus. Nouel. 3. Epiphanium patriarcham œcumenicum laudat, ꝓ ex sacerdotib. genus & originem ducat. Et Harmenopulus. lib. 4. proc. de lege clericis matrimonium interdicente differens verbo ἀκριβείας vtitur, ὡς ἀκριβειαστικῶν, inquit, ὡς κληρικῶν, id est, de rigore legis, quæ de clericis lata est, quandoquidem legislator ϑεομαχεῖν, vt puto, & cum natura pugnare ipsi uidebatur. Nec aliter sensisse Chrysippum opinor, qui ducendam vxorem sapienti præcipit ne Iouem Gamelium & Genethlium uiolet. quanquam id ridiculum notat Hiero. in Ionin. Ex his autem qui cælibes in clerũ peruenerant, id est qui ante ordinationem matrimonium nõ contraxerant, Canon Apostolorum 25. iubet vt lectores tãtũ & cantores, si velint vxorem ducant, cæteris puta diaconis & præsbyteris, id non permittit. Constitutum tamen fuit synodo Ancyrana, vt diaconi tantum, nam de præsbyteris uulla mentio est, si in ipsa ordinatione protestati fuissent, se velle matrimonium contrahere, nec posse se continere, postea uxorem ducere possent, & nihilominus in ministerio manere. c. diaconi. 28. dist. Adde quòd præsbyteri, quamuis aduersus uotũ in ordinatione factum, & expressam professionem vxorem duxissent, excommunicabantur tãtum, nisi gratiam eis episcopus facere voluisset, vt habetur. c. 16 con. Chalcedo. aut à ministerio sacerdotioque summouebantur, vt scribit Iustinianus. Nouel. 22. de his qui nuptias iterant. & habetur in cano. 1. Neocæsar. conc. nec ideo dirimebatur matrimonium. ca. nuptiarũ. 27. q. 1. c. quidam. 27. dist. Hodie autem ita ius constitutum est, vt coniugati nullo modo ordinentur, neq ad beneficia aut dignitates ecclesiasticas aspirent, id quod de præsbyteris sanxit Iustinianus, nouel. 123. c. 2. cum decorem, de cler. coniug. Veriti sunt fortè istius iuris authores negrauissima matrimonii onera functionem muneris ecclesiastici impediant, nec immeritò. Negotium habere qui volet, inquit Plautus, Nauem & mulie-

Source : BIU Cujas

mulierem, hæc duo sibi comparato. Hinc Cicero rogatus ab Hircio, vt post repudium Terentiæ sororem eius duceret, omnino facere supersedit, dicēs non posse se yxori & philosophię pariter operam dare, author Hiero in Iouin. Coniugatos accipimus, qui verbis in præsens tempus conceptis nuptias contraxerunt, quamuis fortasse secutus non fuerit concubitus. extra. antiquæ, de vo. not. in c. 1. de cler. coniug. Orientalis tamen ecclesia hanc constitutionem tanquam moribus populi parum congruentem nō receperit, sed veteres adhuc canones seruat c. cum olim, de cler. coniug. Quod ad eos attinet qui cælibes in clerum admittuntur, hoc iure vtimur, vt lectores, cantores & qui in inferioribus ordinibus sunt constituti, nec ad subdiaconatum vsque conscēderunt, vxorem ducere possint, tenetque matrimonium quod ita contractum est, nisi alia cā obsistat, beneficia verò sua minimè retinent, sed statim vacare dicuntur. c. 1. vbi gl. c. diuersis, de cler. coniug. id quod nonnulli accipiūt etiamsi matrimonium ob aliquod impedimentum efficax nō sit sed hoc inferius disputabitur. Cæteris omnibus, puta hypodiaconis, diaconis, præsbyteris, episcopis uxorem ducere fas non est, nullumque est matrimonium, quod ab ipsis contrahitur: præterea beneficiorum suorum amissione mulctantur. ca. vt lex, 27. q. 1. c. 1. c. 4. de cler. coniug. c. pen. 27. dist. nec protestatio diaconorum recepitur, cuius paulò antè meminimus, quoniam episcopi nullos ordinare iubentur, nisi se perpetuò cœlibes victuros promiserint. c. 1. 28. dist. nouel. Iustinian. 123. Sed an statim ac nuptiæ contractæ sunt, beneficia vacent, an verò priuatio condemnatioque sit necessaria, controuersi iuris est quæstio, de qua suo loco differemus. not. in capitn. primo. de cler. coniug.

Digamum à sacerdotio & beneficio ecclesiastico summoueri, & qua ratione id canonibus sancitum sit. Capitu. 8.

Quamuis coniugatus ad sacerdotium veteribus canonibus admittatur, vti diximus, bigamus tamen omnino repellitur. Digamum vocamus non qui eodē tempore duas habet, habuitve vxores, quod nunquam in ecclesia orthodoxa permissum, Romano autem iure semper vetitum fuit. l. 2. C. de incest. nup. sed qui diuersis temporib. Sic. n. habet canon qui dicitur Apostolorum. 16. Qui post baptismū duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is episcopus, aut præsbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest. Cui consentaneæ sunt constitutiones Iustiniani. Nouel. 6. nouel. 22. nouel. 123. Idque sumptum ex Paulo videtur, qui ad Timotheum & Titum scribens, episcopos & diaconos vnius vxoris viros esse vult. 1. ad Timoth. c. 3. & ad Titum. c. 1. Idem ad Timoth. Vidua, inquit, deligatur quæ vnius viri vxor fuerit. 1. ad Timot. c. 5. Quorum verborū interpretatio apud Gratianum extat. 25. dist. Sic apud veteres Romanos ante Christianismum, & alias item gentes, digami à sacerdotio repellebantur. Hiero. ad Gerontiam: Hierophanta apud Athenas euiratur, & æterna debilitate fit castus. Flamē vnius vxoris ad sacerdotium admittitur. Flaminea quoq; vnius mariti eligitur uxor. Ad tauri Aegiptij sacra semel maritus assumitur. Nam etsi polygamia humano diuinoque iure permissa sit, uitandæ incontinentiæ cā, tamen à ueteribus patrib. non satis honesta iudicata est, q̄ immodicæ cuiusdam incontinentiæ argumentum esse uideretur, adeò ut nō dubitauerit Chrysostomus coniunctionem huiusmodi scortationem appellare. Et sanè Paulus, ut ab eo, cuius summa sacrosanctaque est apud nos authoritas, incipiam, hortator est uirginitatis accœlibatus. 1 ad Corinth. c. 7. Præterea satis constat, his omnibus qui plures nuptias contraherent, quanquam laicis pœnā olim impositam fuisse. Sic enim legitur in canone. 3. Neocæsar. cōc. De his, qui frequenter uxores ducunt, & de his quæ sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentię ijs constitutum, manifestū est, sed conuersatio & fides eorum tempus abbreuiat, &c. c. de his. 31. q. 1. Item Chrysostomus apud Gratianum. Hac rōne, inquit, & Apostoli præceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli licitum est, secundum autem ueritatis rationem uerè scortatio est, &c. capit. hac ratione. 31. q. 1. Et Augustin. Nec contra humanæ uerecundiæ seusum audeo dicere, ut quoties voluerint, nubāt, nec ex corde meo quotaslibet nuptias condamnare. c. ul. 31. q. 1. Hęc ratio mouit antiquos iuris pontificii conditores, ut Digamos ad sacerdotiū non admitterent. Quomodo enim potest hortator esse uiduitatis apud populum, qui & ipse coniugia frequentauerit? ut inquit Ambrosius. in lib. de off. c. una. 26. dist. Nec uerò tantum à sacerdotio, sed ab aliis etiam inferiorib. ordinibus eos summouendos esse putauerunt. c. si quis uiduā. c. cognoscamus. 34. dist. c. maritū. 33. dist. Quòd si fortè ordinationē eorū sequuta fuerit digamia, ut si fortè in inferiorib. ordinib. constitutus, alterā uxorem duxerit, statim irrita fit ordinatio, digamique omni priuilegio nudati esse intelliguntur, adeò ut à laicis hominibus & qui nunquam ordinati fuere, non differant, idque nouo in re pontificio expressum est. tit. de biga. in 6. Veteri siquidem iure hac pœna tantum afficiebātur clerici, ut ad sublimiores ordines non pateret eis ascensus. Diaconi uerò præsbyterique à ministerio summouebantur, vt ex Iustiniano colligere licet. Nouel. 22. de his qui nupt. iterant. c. feriatim, 32. dist. Quod autem nouo iure matrimonium huiusmodi cum sacerdotibus, diaconisue contractum non teneat, nemini dubium esse pōt, c. à nobis, de biga. non ord. cùm nemonogamia quidem ipsis ullo modo concessa sit post ordinationem, ut ex iam dictis apparet. Quod autem diximus humano ciuiliq; iure polygamiā ijs qui initiati non sunt, permissam esse de iure ciuili, quod in libros Iustiniani relatum est, aecipi uolo. Nam apud Hermanopulum Græcum authorem. lib. 4. tit. 7. constitutio cuiusdā Imperatoris legitur, quæ quartas nuptias interdicit omnino, & irritas esse iubet. Quod de digamis hactenus dictū est, in ijs quoque qui uiduam duxerunt, locum habet. c. 3. c. debitum. de biga. c. si quis uiduam, 34. distin. Nam hos canon Adostolorum, 17. digamis omnino comparat, hac ut arbitror ratione, quia digamiam uxoris, quam ducunt, probare uidentur, eiusque digamiæ, occasionem eis præbere. Nam digamia mulierem nō minus, imò magis quam uirum dedecere uidetur. Quare Portia cum laudaretur apud eam (inquit Hiero. in Iouin.) quædā bene morata, quæ secundum habebat maritum, respondit, Felix & pudica nunquam præterquam semel nubit. Itaque lege Mosaica præceptum fuit, ut Pontifex uirginem tantum uxorē ducere posset. Leui. 21. Adde si lubet, quòd ridicula vulgò res est, & cauillis hominum obnoxia, vxorem viduam ducere, qđ uel tritum apud iuris ciuilis doctores dicterium, Buigari iureconsulti discipuiorum in præceptorem satis ostendit gl. l. rem non nouam. C. de iud. Sed & Verrius Flaccus, vt refert Varro iuris pontificij peritissimus, eos qui uiduas ducerent, ueteres fossas tergentibus comparare, perquam facetè solitus fuit. Hęc enim fuisse eius sentētia fertur, quia ferijs tergere ueteres fossas liceret, nouas facere ius non esset: ideò magis uiduis, quàm uirginibus idoneas esse ferias ad nubendum. Macrob. libro 1. Satur. ca. 15. Quamobrem non immerito præcipit Hesiodus uirginem ducendam esse, ut gratis moribus imbui possit. libr. 2. ἔργον καὶ ἤμορ.

Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὡς κ' ἤθεα κεδνὰ δι-δάξῃς.

Eiusdemque sententiæ est Arist. lib. 1. œcono. Porrò idē ius esse in meretrice, quod in uidua satis perspicuum est, ex canone Apostolorū cuius supra mentionē habuimus. c. 17. Qui uiduam, inquit, duxit, aut diuortio separatā à uiro, aut meretricē, aut ancillam, &c. c. si quis uiduam. 34. dist. Meretrix autem quā canon Græcè ἑταίραν uocat, accipiēda est authore Hieronymo, quæ multorū libidini patet, c. uidua. 33. dist. uel ut Augustinus ait, cuius publice vænalis turpitudo est. cap. meretrices. 32. q. 4. Quæ igitur cū vno aut altero se miscuit, meretricia appellatione non continentur. l. palam, de rit. nup. Veruntamen ad hanc quoque canō productus est, vt quisquis talem duxerit, à sacro ministerio arceatur. c. curandum. c, præcipimus. 34. dist. c. qualis. 30. q. 5. Idque Toletano cō cilio disertè cautū; atque expressum est. c. qui in aliquo. 51. dist. De eo autem q vxorem adulteram retinuit, quid iudicandū sit? malo synodi ipsius verbis quā meis referre. Verba synodi Neocæsar. cap. 8. hæc sunt: Si cuius vxorē adulteriū cōmisisse, cùm esset laicus, euidenter fuerit probatū, hic ad ministeriū ecclesiasticū admitti non pōt. Quòd si in clericatu eo iam constituto adulteranit, dato repudio dimittere eam debet. Si verò retinere eius consortiū velit, non potest suscepto ministerio perfrui. c. si cuius. 34. di.

De beneficiariorum ætate, & legibus annalibus: Item de ijs, qui plura aduersus canones beneficia impetrauerunt. Capit. 9.

Aetatis quoq; habenda est ratio in beneficiis conferendis. Idq; nos docet Paulus cū Timotheo præcipit, vt nemini citò manū imponat. 1. ad Timot. c. 5. ca. quid est. 79. di. Sed & Christus Ioanni, quem maximè charū habebat, ideò prætulisse Petrū fertur, quod hic senex, ille iuuenis admodum esset. Paulus tamen Timotheum adhuc adolescentem ecclesiæ præfecit, cum nulla adhuc regnaret ambitio in ecclesia, & eum prudentia senili, eximiaque pietate & doctrina esse intelligeret. Nam sicut veteres Romani, authore Cicerone leges annales nō habuerunt, quas attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter æquales: sic videntur canones ecclesiastici ministrorum ætatem definientes ex hominum vitiis profecti esse. Leges egregiæ, inquit Tacitus, honesta exempla apud bonos ex delictis aliorum gignuntur. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorū ambitus Iulias leges, magistratuum auaritia Calphurnia scita pepererunt. Horum igitur canonum constitutio & obseruatio perutilis ecclesiæ ac necessaria non immeritò visa est, in iis præsertim muneribus, quæ gra-

Source : BIU Cujas

grauiora maioriſque momenti ſunt.Ratio enim vtilitaſq; ſuadet,vt ſenex aliquis iam maturus,ac vt Homerus ait, παλαιά τε πολλά τε εἰδώς potius quàm iuuenis rerum imperitus,clauum eccleſiæ teneat.Idque in omni parte Reipublicæ præceptum maximè tenendum, nec vnquam ſine graui neceſſitate uiolandũ eſt.Quare Sylla de Mario iuniore dicebat,debere iuuenẽ prius remo,quàm gubernaculo admoueri. Ac tametſi tribunatum militum puero delatum aliquando atque adeò conſulatum apud iuris ciuilis authores legamus.l.nemo.C.de religioſ. l.vltim.C.de milit.teſta tamen arbitror nullam id ætatis hominib. adminiſtrationem legibus conceſſam fuiſſe, & iuris authores de tribunatu conſulatuve honorario ſiue imaginario tantum loqui, quo titulo tenus & abſque vlla adminiſtratione fungebantur. Nam & militiæ huius imaginariæ apud Ciceronem & Tranquillum mentio eſt.Videamus igitur quæ ætas legib. & canonib.definita ſit. Et imprimis epiſcopus prohibetur eligi,niſi qui 30.annum exceſſerit.Idq; concilio primũ Agathẽſi,deinde Lateranenſi conſtitutum eſt, c.epiſcopus.77.di. c.cũ in cũctis,de elect.quamuis Iuſtinia.in nouel. 35. annorum tẽpus ſtatuat.Nouel.123.Archimandrita ſiue abbas cuius ætatis eſſe debeat,nuſquam certo iure definitum expreſſumque reperitur.Quare ad canonem de dignitatibus epiſcopali inferioribus generaliter editum,cuius mox à nobis mentio fiet,meritò hunc referemus.d.c.cum in cunctis.§. inferiora. Mulieri ſanè monialium curam gerenti, quæ abbatiſſa dicitur, præſtituti ſunt anni 30.capitu.indemnitatibus, de electio. in ſexta. Sed eam conſtitutionem interpretatione ad viros porrigere & extendere diſſimilitudo rationis non patitur:cùm præſertim exẽplo turpe eſſe dicant Iureconſulti fœmineo vocabulo maſculos contineri.l.ſi ita ſcriptum, de legat.ſecundo. In dignitatib. conferendis cuiuſmodi ſunt,decanatus,archidiaconatus, &c. tempus 25. annorum ſpectatur. Quod non ſolum in archimãdrita locum habet,vti diximus, ſed in præfectis etiam illis monaſticorum cõuentuum, qui priores conuentuales appellantur.clemen.ne in agro.§.cæterum, de ſtatu monacho. In preſbytero ætas.35. annorum,aut ſaltem 30. annorum requirebatur priſcis canonibus.cap.preſbyter.78.diſtinctio.Quod etiam Iuſtinianus conſtituit.Nouel.123.cap.nemo.78.diſtin.Præsbyterumque intelligebant veteres, qui curationem animarum habebat,cuique certa alicuius eccleſiæ committebatur gubernatio.Sed hodie breuius aliquanto temporis ſpatium,nempe 25. annorum definitum eſt.d.capitu.cum in cunctis.§.inferiora. Quo tempore diaconi, ſubdiaconi,acolythi,& cæteri inferiores clerici ordinari debeant in re beneficiaria,quam hic tractamus,parum refert.Nam ceremonialis eſt & imaginaria tãtum hæc ordinatio ſine vllo onere ac beneficio,quamuis olim promotio eſſet ad certum miniſterium, & cum beneficij collationeconiuncta. Quum igitur ordinationes fiebant ad certũ miniſterium beneficiumque,non vt nunc abſolutè cõtra Calchedonenſe concilium, alia ætas ordinationi ſeu miniſterio, alia beneficijs,quod illi miniſterio coniunctum erat, collationi præſcripta non erat. De præbendis canonicorum nihil ſatis expreſſum offendimus in iure pontificio, ſed vulgò receptum eſt 14.annorum tempus,vt minimum requiri.Panormi.in ca. ſuper inordinata, de præbend. Aliqui ſeptem annos ſufficere putant.cap.ſi eo tempore,de reſcrip.in 6.capitu.ex eo, de electio,eod. libro.quorum opinio in ſimplicibus leuioribuſque beneficijs ſine curatione animarum, & dignitate vlla, defendi poteſt, cùm ſit veriſimile non alio conſilio clericis inferioribus hæc aſſignata eſſe,quàm vt eis ali,& ad miniſterium eccleſiæ inſtitui poſſint.not.in d.cap.ſuper inordinata.d.cap. ſi eo tẽpore.Tempus ergo quo poteſt clericus ordinari,id eſt ſeptem annorum,hic inſpicitur.cap.de his,28.diſtin.cap.in ſingulis. 77. diſtin.cap.vlt.de temp.ordi.in 6.not in cap.ei cui, de præben.in 6.clem.vlti.de æta.& qualita. Hæc de legibus eccleſiæ annalib. breuiter dicenda putaui,quibus illud præterea adijciẽdum eſt, ſolere pontifices Romanos pro poteſtate paſſim harum legum gratiam facere.Cæteris verò epiſcopis ita demum ꝓmittitur hæc relaxatio,ſi animarum curationem beneficium non habeat,cap.1.de æta.& qualita.in 6.De huiuſcemodi gratia,qđ ſcribit alicubi Budæus noſter, continere me non potui, quin hic adſcriberem: Translatitium,inquit,eſſe iamdiu cœpit, interpretatione iuris Mercurialis eos, qui nondũ tutotes ſuorũ bonorum facti ſunt,imò verò qui necdum in ſuam tutelam venerunt, ad annos veniſſe fingi tutelæ animarum annalium legum ſolutione. De ijs qui ob multitudinem beneficiorum canonibus prohibitam, beneficiorum minimè capaces eſſe dicuntur, libro octauo differemus.

LIBER QVINTVS.

Quibus modis acquiruntur beneficia, & eccleſiæ miniſtri ordinentur.

ARGVMENTVM.

Ne homines non idonei ad miniſteria honoresue eccleſiaſticos aut irrepere aut irrumpere poſſint, editi ſunt uarij canones, quibus ratio munerum huiuſmodi diſtribuendorum continetur, quam hoc libro accuratè ac diffuſe exequemur & explicabimus. Nam mores hominum uarijs ætatibus acſeculis ſubinde mutati effecerunt, ut ex uno genere honores eccleſiaſticos deferendi tandem multa exorirentur, Electio uidelicet, Poſtulatio, Translatio, Coniunctio, Fiducia, Mandatum apoſtolicum, Reſeruatio, Nominatio, & cætera quæ ſingulis capitibus hic deſcribuntur.

Quæ ſit forma & ratio eligendi miniſtros Eccleſiæ, tam vetus quàm noua: quidq; inter ea beneficia interſit, quæ vulgõ collatiua & electiua dicuntur. Cap. I.

DE ratione & forma ordinandi miniſtros Eceleſiæ,nullum in ſacra ſcriptura præceptum extare arbitror, ſed ritus ab apoſtolis obſeruatus, quorum exemplum vice cuiuſdam præcepti nobis eſſe debet, ex aliquot ſcriptorũ ſacrorum locis cognoſci poteſt, quæ nos hic adſcripſimus. Ac primum omnium Lucas ſcribit,Acto.cap.1.apoſtolos hortante Petro, in locum Iudæ proditoris Matthiam ſuffeciſſe, ſed conuocatis prius omnibus diſcipulis, quorum communi conſenſu id factum eſt. Cũ enim duo ipſis ſacro munere digni viderentur, Ioſephus & Matthias, quos in conſpectu omnium ſtatuerant, tandem precibus apud Deum fuſis, & facta ſortitione, in eorum cœtus Matthias cooptatus eſt.In hac igitur creatione quamuis interuenerit ſors,tamen electio aliqua iudiciumque anteceſſit. Idẽ in creandis diaconis ſorte vſos fuiſſe Apoſtolos nequaquam ait,ſed vnà cum diſcipulis,communi conſenſu elegiſſe ſeptem, quibus coram tota multitudine poſt precationem manus impoſuerunt.Acto. capit. 6. Idem in cooptatione Barnabæ & Sauli,quæ facta eſt Antiochiæ,poſt preces & ieiunium adhibitam fuiſſe manuum impoſitionem refert.Acto.c.13.Idẽ preſbyteros per ſingulas ciuitates à Paulo & Barnaba conſtitutos fuiſſe ait facta precatione cum ieiunio.Acto.capit.14. Ex quo loco ſunt qui colligant, ſuffragio populi creatos fuiſſe, quod verbum Græcum χειροτονῆν, quo vſus eſt Lucas, non ſimpliciter creare ſignificat,ſed ſuffragio & conſenſu populi tantum, quę manuum eleuatione ſignificetur. Sed hæc ſententia apud me dubia adhuc eſt, cùm id uerbum ad alia transferri plerunque ſoleat.Ex authoribus alijs qui ſacri non habentur. Clemens apud Euſebium ſcribit,eccleſ.hiſto.lib.2.c.1.Iacobum fratrem domini à Petro, Ioanne & Iacobo Apoſtolis creatum fuiſſe epiſcopum,ſed is nullius certi ritus meminit.c.porro.66.diſtin. Teſtatur & Euſebius, lib. 3. eiuſdem hiſtoriæ,cap. 11. vita functo Iacobo,omnes Apoſtolos ac diſcipulos domini, qui tunc ſuperſtites erant,ex uarijs locis in unũ conueniſſe,& communicato conſilio Symeonem epiſcopum elegiſſe. Nec aliud preterea adijcit. De epiſtola Clementis, qua ſe Petri ſucceſſorem in eccleſia Romana delectum ab eodem fuiſſe aſſerit, poſtea videbimus.Poſt Apoſtolorum tempora editi ſunt varij canones de epiſcoporum & aliorum eccleſiæ miniſtrorum ordinatione.Nam canones qui dicuntur Apoſtolorum,à Clemente, vt fertur,conſcripti,ſtatuunt,vt epiſcopus à duobus aut tribus epiſcopis,præsbyter,diaconus, & cæteri clerici ab vno epiſcopo ordinentur. Nam eo tempore cœperat in ſingulis ciuitatibus vnus epiſcopus,qui præsbyteris omnibus præeſſet, conſtituti,eiuſque erat ordinatio & manuum impoſitio,non præsbyterorum.Creatis archiepiſcopis & Metropolitanis cõſtitutum eſt,vt epiſcopus ab omnibus ſuæ prouinciæ epiſcopis,ſi commodè congregari poſſint,ordinetur,in eoque negotio primas partes obtineat Metropolitanus,eiuſque præcipua ſit authoritas.Sic enim Synodi Nicenæ Græcum canonem interpretor, qui de confirmatione apud nos vſitata non loquitur. cap. epiſcopi.64.diſt.Nam præſentibus tam Metropolitano, quàm cæteris epiſcopis,fiebat epiſcopi electio,quamuis hodie poſt electionem adiri ſoleant.cuius rei teſtis eſt Cyprianus.lib.5 epiſt. 4.Cæteri verò miniſtri,præſente epiſcopo, qui eos ordinabat, eligebantur. Ac ſuffragia non tantum cleri, ſed etiam populi erant in huiuſmodi electionibus.c.epiſcopus,24.diſt.& 63. 67. diſt.Quod ueriſimile eſt & Apoſtolorum temporibus obſeruatum fuiſſe,licet non ſatis exploratum id ſit.Vnde Leo pontifex,Nulla,inquit,ratio ſinit vt inter epiſcopos habeãtur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus ſunt expetiti, nec à cõ-

prouin-

prouincialibus episcopis cum Metropolitani iudicio cõsecrati.cap.nulla.62.dist.Idem,Vota ciuium,testimonnia populorũ honoratorum arbitrium,electio clericorum in ordinationib. sacerdotum constituantur,&c.c.nota.63.dist. Ipsi ẽt principes cum opus erat, authoritatem suam interponebant. Nec sanè æquum erat eos deterioris conditionis, quàm cæteros ciues haberi.Ac similis propemodum fuit ratio creandorum sacerdotum apud ueteres Romanos ante Christianismum, vt testatur Cicero,in 2.oratio. de lege agria. contra Rullum. his uerbis:Ne hoc quidem uidit maiores nostros tam fuisse populares, vt quod per popnlum crearifas non erat propter religionem sacrorum,in eo tamen pp amplitudinem sacerdotij noluerunt populo supplicari. Atque hoc idem de cæteris sacerdotiis Cn.Domitius tribunus plebis vir clarissimus tulit, ꝙ populis per religionem sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi uocaretur. ab ea parte q esset factus, is à collegio cooptaretur.Rectè tum constitutum fuit in concilio Laodiceno.c.13.vt multitudini & plebi non permittatur electio. c.non est.63.di.quæ vt ait Hieronymus, sæpe clamoribus aut gratia, aut pretio excitata moueri solet.ea.si ergo.8.q. 1. Quanquam enim populo inuito non dabatur episcopus, tamen immoderatam eius cupiditatem clerus non cogebatur sequi, quasi ex populi arbitrio pẽderet electio, sed eos docere ac admonere debebant, & grauitate prudentiaque sua ab incœpto reuocarr. capitul. docendus. 62. distinctio. Electio igitur tam à clero, quàm populo celebrabatur, episcopo vno præsente, uel pluribus episcopis, vt iam diximus, inquirebaturque in mores,doctrinam,ætatem,natales,&cætera,de quibus integro libro differuimus supra.Ac si nulla nota aspersus teperiebatur, propter quam reijci deberet, statim ab episcopo vel episcopis manus ei imponebantur. Nec absque ea inquisitione cõsecrari ordinarive poterat,con.Nice.capitu.9.Et plerique authores sunt,palam proponi solita fuisse nomina ordinandorum, facta omnibus potestate quicquid vellent eis obijciendi.Lãprid. in Selle. Hæc fuit vetus forma ordinandorum ecclesiæ ministrorum. Nec fuit vllum discrimen inter episcopos & alios ministros inferiores, nisi quod hi ab vno,illi à pluribus episcopis ordinabantur. Verùm hæc forma eligendi non solum immutata, sed etiam in quorundam ministrorum ordinatione omnino sublata est, adeò vt pleriqne citra electionem in ecclesia constituantur, iure quo nunc vtimur, pontificio. Hinc beneficia quædam electione dicimur acquirere:alia collatione quadam & concessione, quæ nullam electionem requirat. Nam maiora quædam amplioraque ministeria ac beneficia, cuiusmodi episcopia sunt,solenni electione deferuntur. Cætera ab episcopis, & interdum à collegijs prætermisso illo solenni electionis ritu,tribui & conferri solent. Fit autem episcoporũ electio à collegio canonicorũ cathedralis ecclesiæ,eo ritu & ordine,qnem Innocentius in quadam synodo præscripsit.c.quia propter,de elect. Cæteri verò clerici præter canonicos suffragia non ferunt,ac multò minus laici,qui priscis temporib. interesse electioni,& vero eligere consueuerant.capit. Massana. de electio.Is igitur in quem omnes canonici, aut certè πο'ϛλοι καγαθοὶ,id est,maior meliorque pars consenserit,post communicationem deliberationemque mutuam, quæ solennem suffragiorum perscrutationem continuò in ipsis, vt ita dixerim, comitijs sequitur, à collegio eligi debet.id à ueteribus dirimere sententias uel suffragia,nisi fallor,dicebatur. Non enim suffragia & sententiæ singulorum hic numerantur solùm, sed ẽt ponderantur.& is potior habetur nonnunquam, quem pars grauior atque melior comprobauerit.c.in genesi.c.ecclesia vestra,de elect.Vincitque in dubio numerus si nulla in meritis cãdidatorum,aut eligentium affectu,cæterisque huiusmodi,inæqualitas appareat.Ad quam demonstrandam admittitur is, q contra numerum pugnat,nisi adnersarius duarum partiũ collegij puncta tulerit, vt concilio Lugdunensi statutum est. cap. si quando.de elect.in 6.Cùm autem nulla, præterquam in calculis atque suffragijs,inæqualitas reperitur,non satis est aliquẽ maiore numero,quàm aduersarium niti vt eligatur,sed maiorem partem eorũ canonicorum,qui adsunt, ab eo stare oportet.cap.ecclesia. cap. Cumana. de elect. tametsi iuris ciuilis authores maiorem partem anni in interdicto,vtrubi, aliter interpretati sint.l.maiore, de verb.signi.Et notandum est omnes canonicos, qui in prouincia degunt, ad hæc comitia uocandos esse.c.coram.de electio.Alioqui vulgò dici solet, magis obesse electioni contemptum vnius absentis, quàm multorum præsentium intercessionem,& contradictionem.cap.bonæ,de ele. Infirmatur enim ob eam causam electio, quanquam aliàs ritè & plurimorum consensu celebrata,nisi forte is, qui spretus esse dicitur,quod ita gestum est,posteà ratum habuerit.ca.quod sicut,de elect. Post electionem hoc modo factam, confirmatio Metropolitani requiritur.c.nihil.cap. cum dilectus, de electio.necante electus quicquam administrandi facultatem habet.c.nostis.cap. qualiter. eaque confirmatio maturè fieri debet,& inquisitione examinationeque accurata præcedente, vt suprà diximus.cap.3.c.nihil,de elect.ita vt omnes audiantur, q ordinationis impediendæ causa quidpiam obijcere uoluerint, quamuis fortè competitores non sint. Quamobrem Bonifacius ueterem illam consuetudinem nomina ordinandorum publicè proponendi,cuius antè meminimus,non immerito repetijt ac renouauit.c.vlt.de elec.in 6. Quòd si facta diligenti inquisitione electus non reperiatur idoneus, non modo nõ cõfirmatur,sed ẽt in futuris comitijs,in quibus iteratur electio iure suffragij carent,qui scientes prudentesque talem elegerunt. cap.cum in cunctis.ca.cũ Vintoni.Confirmationem sequitur consecratio, quæ olim à confirmatione non distinguebatur. Nam canonem illum Synodi Nicenæ,quẽ supra recitauimus, malè conuersum è Græco in Latinum huic distinctioni occasionem dedisse suspicor.cap.episcopi.64.dist. Fit autem hæc cõsecratio ab episcopis prouincialibus cum authoritate Metropolitani, ut ex canonibus à Gratiano congestis perspicuũ est. 64.dist.& seq.Ac tametsi post confirmationem res ecclesiasticas administrandi ius habeat electus,tamen consecrare,& alia quædam id genus exequi ei demum licet qui consecratus est. c.transmissam. c. quod sicut, de elec. Hæc cùm ita se habeant, dubium nõ est,quin episcopum inter ministeria seu beneficia, quæ dicuntur electiua,rectè cõnumeretur. De cæteris autem quæri solet.Et quorundam veterum opinio est,cõstitutionem Innocentianam,quę ritum ordinemque electionis præscribit, ad omnla ecclesiarum quarumcũque collegia pertinere.Quæ opinio ad ueteris ecclesiæ ritum propius cæteris accedit. Sed moribus cõparatum est, vt in episcoporum tantum & archimandritarum ꝓmotione hæc forma seruetur.Et sane plurimũ in hac re cõsuetudini videtur tribuendum esse.Nõ enim institutum Innocentij fuit, quæ ministeria beneficiaque electiua essent,aut cõtrà definire,quod eo tempore fortassis erat indubitatum,sed in omnibus electiuis formam atque rõnem eligẽdi ideò cõstituere voluit, ꝙ vnusquisq; propriã quandã eligẽdi viam,aut inutilem plerũque,aut pernicioſam ecclesijs pro suo ingenio cõmisceretur& excogitaret d.c.quia pp. Itaque in canonicorum ꝓmotione, aut aliorum qui inferiores sunt, eam formam seruari necesse nõ est.Sed cur ea beneficia, atque alia huiusmodi electiua nõ dicuntur, cum suffragijs omniũ canonicorum ꝓmotio fiat. Respondeo duplicem huius rei causam esse.Vna est, quia cum suffragiis suis protinus beneficium cõferant collegæ,nec ullam episcopi confirmationem expectẽt, simplex meraque electio nequaquam esse intelligitur,quocunque modo sentẽtiam in cõuentu suo dixerint. Vt enim beneficium collatione acquiri dicatur, an ab vna aliqua singulari persona,an ab uniuersitate aut collegio cõferatur, nihil interest. Sunt qui hæc beneficia mixta appellent:nec id quidem male,presertim si solennis ille constitutionis ritus in dicendis sentẽtiis obseruetur. Eadem enim opera & eligere & cõferre dicũtur, quia nulla ipsis cõfirmatione post eam electionem opus est.Altera cã est, quia quoties Innocentianæ cõstitutionis forma seruari nõ solet,sed consensum quoquo modo in cœtu atque cõuentu declarari sufficit, vt fit plerunque, non videtur proprie electio dicenda esse,quamuis forte consensus,authoritas aut confirmatio antistitis superioris requiratur.gl.ca.sicut. de elect.in 5.Proinde collatiua dicuntur etiam ea beneficia, q̃ episcopus cum cõsensu & consilio collegii confert, quoniam absque solenni ritu constitutionis Innocentianæ,is consensus uoluntasque declaratur.Cum autem eximia habeantur ea ministeria beneficiaque, in quibus præter ritum solennitatẽque electionis, confirmationem quoque antistitis necessariã esse maiores nostri voluerunt,coustitutum est à Bonifacio octauo,vt generalibus diplomatum pontificorum uerbis contineri minime intelligantur.c.cum in illis.de præb.in 6.

De eo genere ad sacra ministeria beneficiaque promouendi, quod vulgò postulationem vocamus. Capitu. 2.

Antiquis recentioribusque canonibus multifariam prospectum est, vt hominum ambitiosorũ temeritas retundatur,& vt ne quis indignus promoueatur ad ministerium ecclesiæ. Volunt enim canones in ministrorum electione, morum,doctrinæ,ætatis rõnem haberi, & cæterarũ rerum,de quibus lib.4.abundè tractatum fuit.Illud ẽt nominatim cautum est,ne quis episcopus ad aliam ciuitatem transferri possit,de quo plenius infrà differemus. Quòd si qui contra hanc disciplinam aliquem elegerint, non solum intercidit electio,sed electores etiam,qui ius suffragij habẽt, eius amissione mulctantur,vt ante diximus. Verùm hæc seueritas absque humaniori interpretatione & αὐθαιρεσια cõsistere nõ potuit. Quid enim si uir spectatæ integritatis & eruditionis,reperiatur, qui sacris initiatus nondum sit,aut iustæ ętatis non sit,nec alius idoneus forte existat,qui ecclesiæ præficiatur.Quid si ecclesiæ magna aliqua utilitas ac necessitas suadeat,episcopum unius ciuitatis in aliam transferri. Itaque uisum est iuris põtificij authoribus

Source : BIU Cujas

ribus ita rem temperare, vt ſummum ius æquitati cedat, & nihilominus ſalua ſit priſcarum legum canonumque reuerẽtia. Non enim temerè electoribus permittitur alienæ ciuitatis epiſcopum aut nothum hominem vel prophanum, vel non legitimæ ætatis quaſi ſacro munere dignum, contra leges inſtituta que maiorum eligere, ſed ſuperiorem antiſtitem adire, ab eoque veniam gratiamq; canonum poſtulare ipſis licet. Qua impetrata eligere ita demum poterunt, ſi vitium propter quod canones electionem prohibent, libello poſtulationeque ſua complexi fuerint & nominatim expreſſerint. not. in ca. innotuit, de elec. & in c. vlt. de poſtu. præla. Idque iure pontificio ſic eſt conſtitutum. Sed moribus receptum eſt uitandi circuitus inanis cã, vt ſi viſa fuerit æqua poſtulatio, ſtatim ordinetur miniſter eccleſiæ adeo vt poſtulationis admiſſio iuſtæ electionis confirmationiſque vim ac poteſtatem habere dicatur. not. in c. vlt de poſtu. prælato. Huius autem poſtulationis nullũ apud veteres exemplum reperio, niſi forte in promotione Ioannis Chryſoſtomi, cuius mentio eſt lib. 10. Tripar. hiſto. ca. 3. Sed ne ea quidem promotio huic noſtræ omnino ſimilis eſt. Nam tametſi utilitatis ac neceſſitatis cauſa à canonum præſcripto nõ nunquam recederent vt docet canon Apoſtolorum. 79. tamẽ quia epiſcopi præeſſe electioni, nedum intereſſe conſueuerant, eorumque ductu & authoritate omnia gerebantur, hæc ſolẽnis poſtulatio, quæ hodie vſitata eſt, omnino fuiſſet ſuperuacanea. Itaque Theodoritus. lib. 4. eccleſ. hiſto. de Ambroſio loquens qui ſacro ablutus lauacro nondum erat, eum à populo & epiſcopis, qui iuſſu Imperatoris Valentiniani conuenerant, epiſcopum Mediolani electum fuiſſe ſcribit. ca. ſtatuimus. 61. diſt. Quamuis Gratianus ad priſci ſeculi mores non reſpiciẽs, poſtulatum fuiſſe potius aſſerat. cap. Valentinianus. 63. diſtin. Cum autem dictum ſit poſtulationis comprobationem electionis confirmationi parem eſſe, quibuſdam fortaſſis videbitur inter electionem ac poſtulationem hodie nihil intereſſe. Verũ aliquod diſcrimen, nec id quidem leue adhuc animaduerti poteſt. c. epiſcopus. 61. diſt. Non enim ut electo, ita etiã ei cuius promotio ordinatioque poſtulatur vllum ius ex poſtulatione intelligitur acquiſitum eſſe. Atque ideo interim canonicis variare, & ſententiam mutare permiſſum eſt, donec antiſtites aditus, ipſique oblata poſtulatio fuerit. cap. bonæ. de poſtu. prælat. Nam canonici cum communi conſenſu & cõſilio poſtulandum eſſe aliquem decernunt, nequaquam ſe eum eligere teſtantur, ſed libenter electuros oſtendunt, ſi per leges & canones liceret. Quorum canonum rigorem laxari ac remitti, & eligendi poteſtatem ſibi fieri ſuppliciter petunt, aut certè voluntatem ſuam à ſuperiore antiſtite comprobari, perinde ac ſi uera legitimaque eſſet electio, quod hodie receptum eſt, vt diximus. Ea ſiquidem petitio ſi iuſta utiliſque eccleſiæ uideatur, pro ſolenni legitimaque electione haberi ſolet, ut nullam aliam electionem poſteà celebrari neceſſe ſit. Qua ratione vulgò traditum eſt, in huiuſmodi poſtulationibus ritum ordinemque conſtitutionis Innocentianæ, cuius paulò antè meminimus, omnino ſeruandum eſſe. Nam licet ex duabus vijs altera extraordinaria ſit, nihilominus eòdem ferre ambas, & par in vtraque periculum eſſe uidemus. Præterea qui hominẽ ſacro munere indignum poſtulant, non cõtinuò ius ſuffragij, vt electores amittunt, cũ poſcentes ueniam, & vitium agnoſcentes confitenteſque eius quem ordinari deſiderant, canones uiolare non uideantur. c. innotuit, de elect. Quod tamen eſt ita accipiendum. niſi tale uitium ſit, vt gratiam canonum remiſſionẽque ſperare non debeant, vt puta, ſi noxius aliquis ſceleratuſque vir poſtuletur, in quo nulla vitæ emendatio eluceat. Hũc enim quem nefarium eſt promouere, poſtulãtes, exemplo eligentium plecti mulctarique debere conſtitutum eſt. c. 2. de poſtu. prælato. Quamuis autem electio ac poſtulatio res diuerſæ ſint. c. epiſcopus. 61. diſt. tamen quibus uerbis utantur poſtulare volentes, non multum referre arbitror, modo uoluntas eorum obſcura non ſit. Nam ſiue poſtulandum ſe eligere, ſiue eligendum poſtulare dixerint, nihil contra canones facere uidẽtur, ſi cõſtet eos gratiam ab antiſtite ſuo expoſcere uelle, quia fortè uitium aliquod exponunt propter quod iure ſuo eligere ſe non poſſe vbi ro fatentur. c. poſt translationem, de renũciat. Nam & ueteres promiſcuè his uerbis uſos fuiſſe animaduertimus. c. literas. 63. di. Nec me mouet quòd Bonifacius conſtitutione quadam ſua hoc pronunciandi genus vt captioſum ſub dolumque improbauit. tit. de poſt. prælato. in 6. Nam aduerſus eos edita eſt ea conſtitutio, qui ſacro munere indignum quempiam eligere cupiunt, ſed quia uerenter ne, patefacta tandem eius indignitate, pœnæ ſint obnoxii, his uerborum inuolucris improbitatem ſuam tegere conantur. Quæri ſolet à quo gratia remiſſioque, de qua hic loquimur, poſtulanda ſit. Et quidẽ Romanus pontifex, cum de promotione epiſcoporum agit, q̃ res magni ponderis ſit, & ad exemplum maximè pertineat, eo nomine adiri conſueuit. not. in cap. vltim. de poſtu. præla. Pro cæteris verò maioribus miniſteriis ita demum, ſi uitium, propter quod inhibetur electio, tale ſit, vt aliis antiſtibus gratiam canonum facere non liceat. Proinde ſi candidatus 20. annos natus ſit, nec animarum curatio petatur, ſed aliud quidvis miniſterium eccleſię, apud proprium epiſcopum hæc venia recte poſtulabitur: cùm hoc genus gratiæ inter ea quæ recepit ac ſibi reſeruauit Romanus pontifex non recenſeatur. titu. de æta. & qualita. in 6.

Translatio epiſcoporum quamobrem ſit prohibita, aliter explicatum, quàm à iuris Pontificij enarratoribus factum adhuc ſit. Capitu. 3.

Diximus in ſuperiori capite, epiſcopum vnius ciuitatis ad aliam tranſire non poſſe, ſed quia obiter id tantum attigimus, & res eſt animaduerſione digna, nunc de ea breuiter hic differendum eſt. Dubium autem non eſt, quin hæc ſedium mutatio, ut eccleſijs valde perniciosa, iam olim canonibus prohibita ſit, idque ex concilii Niceni c. 15. Sard. ca. 1. Antioch. 16. c. 21. Chalced. c. 5. Chartag 3. c. 38. perſpicuum eſt. d. c. epiſcopum. c. propter. 7. q. 1. Fit & huius prohibitionis mentio, in confeſſione fidei, quam miſit Papa Damaſus Paulino epiſcopo Theſſalonicæ apud Theodor. lib. 5. eccle. hiſto. ca. 11. Ac idem Theodoritus. lib. 1. c. 19. Euſebium quendam inſectatur, qui Nicomedia deſerta, cuius erat epiſcopus, contra canones, ad Conſtantinop. eccleſiam tranſierat. Cuius prohibitionis rationem hanc eſſe dicunt iuris põtificii conſulti, quia matrimonium quoddam inter epiſcopum & eccleſiam intelligitur contractum eſſe, quod hominum arbitrio diſſolui non poteſt, iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Itaque aiunt eum qui epiſcopio ſe abdicauit, in alia ciuitate eligi & ordiuari poſſe, q̃ priori uinculo matrimonij obſtrictus eſſe deſierit. not. in c. vlt. de poſt. prælato. Sed profectò longe alia ratio ueteres ad id conſtituendum impulit, quæ concilio Sardicẽ ſi apertiſſime expreſſa eſt. cuius concilij hæc uerba ſunt, è Græco in Latinum ſermonem conuerſa, cano. 1. Oſius epiſcopus
„ dixit, nõ minus mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela
„ funditus eradicanda eſt, ne cui liceat epiſcopo de ciuitate ſua
„ ad aliam ciuitatem tranſire. Manifeſta eſt enim cauſa qua hoc
„ facere tentant, cùm nullus in hac re inuentus ſit epiſcopus, qui
„ de maiore ciuitate ad minorem tranſiret unde apparet auaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni ſeruire, & ut dominationem exerceant Si ergo omnibus placet, vt huiuſmodi pniciesauſterius uindicetur, nec laicam communionem habeat
„ qui talis eſt? Vniuerſi dixerunt, placet, ẽt ſi talis aliquis extiterit
„ temerarius, vt forſitan excuſationem afferat, quòd populi litteras acceperit, cum manifeſtũ ſit præmio & mercede paucos,
„ qui ſynceram fidem non habent, potuiſſe corrumpi, ut clamarent in eccleſia, & ipſum petere uiderentur epiſcopum, omnino has fraudes remouendas eſſe damnamus, ita vt nec laicam
„ communionem in finem accipiat talis, quod ſi vobis omnib. placet, ſtatuite. Huius aũt canonis pars tãtũ poſteriore extat, in
„ c. 2. tit. de elect. lib. 1. Decreta. ſed à iuris põtificij doctorib. qui ex fonte non hauſernnt, parum recte explicata. Eandem quoque rationem confirmat Leo põtifex in quadam epiſtola his
„ verbis, Si quis epiſcopum ſuæ ciuitatis mediocritate deſpecta,
„ adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorẽ plebem ſe quacunque rõne tranſtulerit, à cathedra quidem pellatur aliena: carebit etiam propria, ut nec illis præſideat, quos p
„ auaritiam concupiuit, nec illis quos per ſuperbiam ſpreuit, ca. ſi quis epiſcopus. 7. q. 1. Et Theodorit. lib. 5. eccleſ. 8. clare teſtatur authores canonum huiuſmodi translationes prohibuiſſe, vt ambitionem præciderent. Illud non poſſum non admirari, quod Socrates, in eccleſ. hiſtoria priſcis canonibus hanc tranſlationem epiſcoporum uetitam fuiſſe negat, ideoque Proclũ quendam qui Cyzicenus erat epiſcopus, Conſtantinop. epiſcopum ordinari potuiſſe contendit. lib. 2. Tripar. ca. 8. canones. n. ante id tempus de ea re editi hodie reperiuntur, quos ſupra indicauimus. Verumenimuero mutatio hæc tantam poteſt utilitatem aliquando afferre eccleſiis, ut non immeritò tolerari debeat. Canones ſiquidem mutationem ſedis interdicentes, de ea non intelliguntur, quam neceſſitas vtilitaſque eccleſiarum flagitat, ſed quæ ex cupiditate & ambitione epiſcoporum proficiſcitur. c. mutationes. c. ſcias. c. epiſcopus, 7. q. 1. Cuius rei exẽpla apud Socratem uaria leguntur in hiſtoria eccleſiaſtica, cuius modo mentionem fecimus. lib. 2. Tripar. c. 8. Theodor. lib. 5. c. 8 Et quędam alia pontifex Antherius refert, vulgoque receptum ac probatũ eſt, quod is de Petro ex Antiochia Romam translato ſcribit, tametſi de ea re nõnulli dubitent. d. c. mutationes. Sed ne prætextu vtilitatis ac neceſſitatis leges eccleſiaſticæ eludantur & infringantur, hodie unius Romani pontificis arbitrio hæc tranrferendi facultas omnino commiſſa eſt. toto tit. de transla. epiſco. Qui alia uia ad epiſcopalem ſedem aſpirauerit, pœna aduerſus eum iure pontificio ſtatuta eſt, vt munere vtroque careat. c. ſi quis epiſcopus. & c. ſeq. 7. q. 1. cap. quanto, de transla. epiſc.

Quale

Quale sit nominationis ac præsentationis ius iis competens, qui patroni ecclesiarum dicuntur. Cap. 4.

Præter episcopos canonicosque, quorum antè mẽtio facta est, sunt aliæ quædam personæ, quarum volũtas & consensus interdum in ordinandis ministris ecclesiarum requiritur. Nam si quis sacram ædem condiderit, atque constituerit clericum, qui sacri ministerij curationem habeat, nominare ei licet, & episcopo offerre, ut ab eo si idoneus iudicatus fuerit, ordinetur, nec potest episcopus absque ea nominatiõe quenquam in huiusmodi ecclesia ordinare. Id enim non solũ canonibus pontificiis, sed etiam iure ciuili constitutum est. ca. decernimus. 16. q. 7. nouel. 67. 123. Sicut enim institutum eius meritò commendatur, qui pio affectu religioseque ductus de sententia consilioque antistitis sui rem suam consecrat Deo, eiusdem proprietate amissa, ita æquum visum est eum aliquid iuris retinere, quod pietatis ipsius singularisque in ecclesiam voluntatis perpetuum monumentum esse possit. Idque adeò probatur, vt vulgò proditum sit, tale ius ei competere, quãuis nominatim non receperit in constituenda ecclesia. c. significauit, de testi. Nec multum refert, vt hoc ius retineat, an basilicã fundauerit, in suoque solo aut extruxerit ab initio, aut dirutã collapsamque restituerit, an verò ad ædificii ministrorumque tutelam reditum ei uectigalque certum largitus fuerit. c. filiis, 16. q. 7. Nam sine reditibus, qui dotes ecclesiarum in quibusdã canonibus non malè dicuntur, c. decretum. 10. q. 1. vt dotes põdiorum apud Papinia num, l. 3. de instru. legat. nec quicquam ædificaretur ecclesia. Quamuis ergo dominus sit eius soli, in quo basilicam ædificat, aut earum rerum quas ecclesiæ constitutæ donat: tamen ratio iuris non patitur, vt post consecrationem dedicationemque is locus, aut aliæ res Deo consecratæ, in eius dominio manere dicantur, quamuis eo uerbo quidam abusi fuerint. c. monasterium. 16. q. 7. Itaque patroni appellatio magis quàm domini ei conuenire credita est, quasi ecclesię defensor propugnatorque tãtum sit. Potest & idcirco patronus appellatus uideri, q̃ cum eo qui seruum suum manumisit, aliquam similitudinem habeat. Is enim etsi dominus serui manumissi esse desinat, tamen ius quod dicitur patronatus in iure ciuili, in eum p̃petuò obtinet. Horum verò patronorum duo sunt genera, Vnum est laicorum, ad quos nomine suo ex iis causis, de quibus loquuti sumus, id ius pertinet. Alterum est ecclesiasticorum, quibus non suo nomine hoc competit, sed ecclesiæ potius, cuius gubernationem administrationemque habent. Operæpretium igitur est ea iura, quæ patrono post ecclesiæ constitutionem supersunt, breuiter & summatim perstringere. Quorum illud primum præcipuumque habetur, q̃d iam attigimus, nempe eorum qui ecclesiis præficiẽdi sunt, nominatio. Sic enim à ueteribus linguæ Latinæ authoribus dicitur. Brut. ad Cic. epist. 7. Plin. li 2. & 4. epist. cui uocabulo & Græcum, quo Iustinianus vtitur, respondet, vulgus præsentationẽ uocat. Verùm hominem idoneum & sacro munere dignũ, idque intra certum tempus nominare patronus debet. Nam patrono laico tempus quatuor mensium, ecclesiastico sex ad nominandum iure pontificio præscriptum est. Quo tempore prę terito absque patroni consensu liberum est episcopo ecclesiæ ministrum ordinare. tit. de iur. patro. in 6. Quamuis autem nominandi ius habet patronus, in eum tamẽ qui ab episcopo ordinatus est, nullam sibi potestatem uindicat. Quare ne ob culpam quidem gradu suo deiicere eum potest, sed hoc ad antistitis officium spectat. Nec verò rerum ecclesiæ administrandarum vllã habet facultatem, sed quia patronus est atque defensor ecclesiæ, si malè uersari ministros deprehenderit, non solũ admonere eos & increpare, uerumetiã deferre, tã apud magistratum ac principẽ, q̃ apud ep̃m poterit. c. filiis. 16. q. 7. Sed & si ad inopiam fuerit redactus patronus, ex prouentibus ecclesiæ ali sustentarique debet. c. quicunque. 16. q. 7. c. nobis, de iur. patro. licet eorum dispensationẽ aliàs non habeat. Nam & is q̃ seruum manumisit, cui hunc quadamtenus similem esse diximus, à liberto suo alimenta quoque exigit iure ciuili. l. si quis à liberis. de lib. agnos. Ius igitur patronorum in ecclesias in iis ferè consistit. Et notandum est mortuo patrono id ius ad hæredem ipsius transire. c. considerandum. 16. q. 7. Ac si plures existant hæredes in solidum quidem patroni sunt, non pro partibus hæreditarijs. c. 1. de iure patro. Verùm quod ad nominationem, de qua hic disserimus attinet, non singuli hæredes in solidum ius nominationis habent, vt melior sit occupantis cõditio, sed oẽs simul nominant ac eligunt, in qua electione stirpium magis, quàm capitum rõnem habendam esse constitutum est, ita vt plures unius patroni hæredes, vnius tm̃ personæ vicem sustineant. cle. 2. de iure patro. Huius quoque iuris donatio permutatioque permittitur. c. ex insinuatione. de iure patro. c. nemini. 36. q. 7. Sed quia iuris diuini aliquid immixtum habet, honestum visum non est iuris pontificii authoribus, vt pretio cuiquam acquiratur. Ideoque uenditio eius prohibita est, nisi uniuersitas quædam prædiorum, cui hoc ius accedat, distrahatur. cap. ex literis, cap. de iure. c. eum seculum, de iure pa.

De iure ordinandi ministros ecclesiæ, beneficiaque conferendi, quod tanquam caducum ad superiorem antistitem deuoluitur. Capitul. 5.

Quia sæpenumero contingit, vt qui ius habent ꝓmouendi ministros ecclesiæ, siue beneficia ministeriis assignata conferendi, negligentiores sint in eo negotio: æquum sane fuit, huic malo atque incommodo idoneum aliquod remedium quærere. Itaque canonibus pontificiis certum tẽpus definitũ est, intra quod si ecclesiæ uacanti prospectum nõ fuerit, statim id ius tanquam caducum, ad superiores antistites deuoluitur, idque gradatim, vt qui ꝓpioris gradus est, primum adeatur, & eo cessante reliqui sursum uersus progrediẽdo, donec ad summum pontificem peruentũ fuerit. ca. licet, de sup. neg. præla. c. nulla, de conce. præben. Caducum aũt satis cõmode ac Latine dici posse uidetur, non aliter ac Iureconsulti uetares, caducam hæreditatem, caducum legatum, caducam dotẽ caduca bona uocant. l. item ueniunt. de pet. hæred. l. si quis officium l. dote, de ritu nup. l. 3, de iis quæ in test. delẽ. l. 9. de S. C. Syllan. l. 2. si qu. aliq. test. prohib. tit. C. de cad. toll. Qui uersantur in foro, & qui ius pontificium interpretantur, ius ẽt deolutum, nec id quidem inepte meo iudicio appellare solent. Sic. n. à ueteribus iuris authoribus hæreditas, tutela, dominium, bona deuolui dicuntur, l. pupilli, de solutio. l. ad fiscũ, re. annot. l. in fraudem, de iur. fisc. l. denique. quod vi aut clam l. si quis sub conditione de testa. tut. Sed vt cognoscamus, quod spatiũ tẽporis singulis antistibus, vel sodalitiis canones præscripserint, sciendũ est si de prælatu aut cœnobiarchia agatur, trium dũtaxat mensium illud tps esse, c. ne pro defectu, de elect. c. obeũtibus. 63. dist. c. postquam. 50. dist. Sin de aliis præfecturis atque ministeriis inferioribus, sex mensiũ. c. nulla. ca. dilectus, de conces. præb. Quod tps non ex quo vacare cœpit ecclesia computandũ est, sed ex quo antistes vel collegium uacare eam scruit, nec impedimẽto aliquid ei fuit, quo minus ecclesiæ vacãti cõsuleret. c. quia diuersitatẽ, de conces. præb. De tẽpore patronis ecclesiarum dato ad nominandum, siue, vt loquimur, præsentandum, quod quatuor aut sex mensium est, posteà dicemus. Vnum hic notandum est, quod vulgò receptum video, ei qui nominatum à patrono instituendi ius habet, id temporis spatium, de quo hic disserimus, tribuendum non esse, quod canones de temporis præfinitione editi, de eo qui nominatum instituit minimè intelligantur. Non enim videtur rationi consentaneum, vt post semestre tempus, quod patrono indulgetur ad nominandum, tantundem antistiti ad eum qui nominatus est instituendum concedatur, ne ecclesiæ nimis diu pastorib. ministrisque suis carentes ac destitutæ iaceant. Itaque vtilius esse putant iuris pontificij consulti, si moderatum aliquod tempus à superiore antistite statuatur, intra quod institutio promotioque huiusmodi fieri debeat. Eademque cã eius est, ad quẽ electionis confirmatio pertinet. not. in c. nulla, de concess. præbẽ. Et hæc quidem omnia de cessatione & negligentia eorum accipienda sunt, qui ius promouendi vel beneficia conferẽdi habent. Nam si promotns sit indignus, vel aliter contra canones peccatum sit, &c. caduci iure ordinatio promotioque protinus, & ἀ'με'σως ad summum pontificem deuoluitur, præterquã in inferioribus ecclesijs, vt Bonifacius constituit. c. quanquam de elect. in 6.

Coniunctio beneficiorum, quam Vnionem vocant, quæ sit, & quib. ex causis permittatur. Cap. 6.

Genus quoddã acquirendi beneficia hodie vsitatũ est, cum beneficio, quod quis possidet, aliud adijcitur & coniungitur. Nam etsi legibus canonibusque põtificijs solutus nõ fuerit: tamen vtrunque obtinere põt. Cuius cõiunctionis cã est vtilitas aliqua, vel necessitas ecclesię, vt exẽpli gratia, Si duæ uicinæ ciuitates, pagi vel comopoleis sint, in quibus multitudo populi non mediocriter decreuerit, si fana diruta sint, quæ reparari ac in pristinũ statum restitui facilè nequeãt: si duo pastores ex oblationibus commodè non possint ali, & unus ꝓ tempore sufficere uideatur. c. & temporis, ca. postquã, 16. q. 1. c. 2. de religio. do. c. eam te, de æta. & qua. Ac tales magistratuum coniunctiones multæ apud Iustinianum descriptæ reperiuntur, quales beneficiorũ, munerumque ecclesiasticorum sunt, de quib. hic disserimus. Nouel. 8. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Ciuitatũ quoque ac populorũ, qui in vnũ coierunt, quædam exempla reperiuntur in antiquis monumentis, veluti Albę atque Romæ apud Liuium. Extat & elegans descriptio Ouidiana. lib. 6. Fasto. in his versibus:

Hæc vbi narrauit, Tatium fortemque Quirinum,
Binaque cum populis regna coisse suis;

Et

Source : BIU Cujas

Et lare communi socios, generosque receptos,
His nomen cunctis Iunius, inquit, habet.

Hæc autem coniunctio tribus modis fieri posse dicitur. glo. in d c. & temporis, & in c. 1. ne sede vacante. Primus est cū duę ecclesiæ in vnum ueluti corpus confunduntur & coalescunt. adeo vt vna ecclesia, vnum ministerium, vnumque beneficiū, non duo verè dici possint. Et hanc confusionem Iustinianus verbo Græco ἕνωσι. N ouel. 28. alij vulgò vnionē, quasi uerbū verbo reddentes, sed non satis Latinè vocant. Itaque beneficium, quod huiusmodi accessione auctum & amplificatū est, non modo, σωρευμένον, vt noster Pomponius loquitur, sed etiam ἡνωμένον rectè appellabitur. l. rerū mixtura. de vsucap. Secundus modus est, cùm ita connectuntur ecclesiæ, vt in unum quasi corpus minimè conflentur, sed vt vna superior sit ac principalis, altera inferior & accessoria. Quo casu in inferiore vicarius, qui sacrum ministerium obeat, constitui solet. c. extirpandæ. §. qui verò, de præben. Tertius modus est, cum neutra subijcitur alteri, sed ambabus suum titulum gradumque retinētibus, idem minister præficitur. c. 1. ne sed. vac. Sic enim à Gregorio Cumanā Musitanamque ecclesiam copulatas legimus, vt quamuis vtraque maneret episcopalis, unum tamen atque eundem episcopum haberet. c. & temporis. 16. q. 1. Sed quæritur, cuinam hoc ius coniungendi beneficia competat. Et certi iuris est, Romanum tantummodo pontificem duos episcopatus coniungere posse, adeo vt ne legato quidem eius id liceat. c. quod translationem, de off. leg. Aliarum verò ecclesiarū ἕνωσις, & colligatio episcopis cuiusque ciuitatis ac diœceses permittitur. c. sicut vnire, de excess. prælato. modò vt collegij ecclesiastici consensum adhibeant. c. sicut vnire, de excess. præla. Beneficium tamen episcopio suo adiungere, vel collegio consentiente, eos non posse constitutum est. cle. si vna, de reb. eccl. non alie. Archimandritæ autem hanc coniungendi potestatē non habent. sed ipsis consentientibus episcopi cùm opus est, id exequuntur. cle. ne in agro. §. adhæc. de statu monacho. Verū animaduertendum est, ita demum hanc beneficiorum coniūctionem valere, efficacemque esse, si ob manifestam ecclesiæ vtilitatem necessitatemve fiat, idque causa cognita, & ijs omnibus vocatis, quorum interest. c. 1. ne sed. vac. c. exposuisti, de pb. c. dudum, de reb. eccl. in 6. Qua de re celebria Oldradi atq; Decij responsa in manibus sunt. Old. cons. 261. Dec. cons. 275. Est enim ualde alienum à ratione, & canonibus pontificijs cōtrarium, vt absque graui causa & necessitate, duabus ecclesijs præficiatur vnus, aut duobus in ecclesia muneribus fungatur. capitu. cum non ignoro, de præbend. ac multo magis vt duas ecclesias ad vnam redigēdo, cultus diuinus aliquod decremētum recipiat. Proinde quisquis contendit ἕνωσιν acquisitum sibi esse beneficium, ritè ac solenniter eam factam docere debet, siue à Romano episcopo, siue ab alio quocunq; antistite facta proponatur. l. actor. C. de proc. Old. & Dec. vbi sup.

De fiducijs ecclesiarum tam perpetuis quàm temporarijs, quæ commendationes dicuntur. Capitul. 7.

Priscis temporibus cùm ecclesiæ vacanti pastor idoneus statim præfici non poterat, interim vt ea euitaren tur mala atque incōmoda, quæ vt plurimum ἀναρχία parit, solebat ecclesia vacans probo alicui viro commendari & cōmitti qui tanquam tutor quispiam aut procurator bona fide actus sui rōnem redderet. Hic n. pastor ecclesiæ non erat, & ad tempus solum constituebatur. c. constitutum. 7. q. 1. Itaque poterat & alterius ecclesiæ ministro hæc curatio administratioque mā dari. Non. n. cōtra canones pōtificios duabus ecclesijs præfici videbatur, aut ab vna ad aliam transferri, cum vnius ecclesiæ pastor perpetuus, alterius vero custos temporarius esset. cap. clericum. c. qui plures. 21. q. 1. c. obitum. c. Gatinensis 61. dist. c. dudum, 2. de elect. Sed nec illa inquisitio vsquequaque adhibebatur, quam in promotione pastorum ministrorumve necessariam esse diximus. Proinde ei qui monachus non erat, siue regularis, vt vulgò loquuntur, monasterium poterat commēdari, donec aliquis ex sodalibus hetæriarcha electus creatusq; esset. Verū res longè vtilissima, & ad consulendum ecclesijs vacā tibus inuenta & excogitata, tādem in ipsarum perniciem quodammodo conuersa est. Nā quibus per canones non licet præfici ecclesijs aut monasterijs, moribus comparatum est, vt eisdem ecclesiæ uel monasteria imperpetuū, & quādiu viuūt cō mendentur. Atque ita concipitur formula huius cōmendationis in diplomatibus pontificijs, vt libera dispensatio rerum, ne dicam consumptio atque dissipatio, ipsis permissa intelligatur. Et sanè mirum est homines ingeniosos, qui fucum hunc commenti sunt, tantæ corruptelæ non alium colorem quæsijsse, ne tam apertè despici canones & palam ludibrio haberi viderentur. Quasi verò consilium eorum non cuiuis notū perspectūque sit, qui hac arte & impostura corruptelā oīum, quæ vnquā in ecclesiā irrepserunt, maximā tueri & adumbrare conā tur, q verbis decoris obuoluunt vitium, & vt Aristophanes ait, ὀνόματι περιπετάσαι τὴν μοχθηρίαν. Itaque etsi vetus nomen adhuc remanserit, & Commendatio dicatur hoc beneficii acquirendi genus, quod Latinè & propriè fiduciam appellari posse crediderim, tñ res sic immutata ac deleta est, vt priscæ illius fiduciæ, de qua iam diximus, vix imago quædam vmbraue supersit. Vnde vulgò dicitur, titulum hunc fiduciarium hodie à legitimo titulo nihil differre. not in ca. nemo. de elect. in 6. & fiduciarium administratorem perinde ac iustum verumque gubernatorem ecclesiæ fructus sibi acquirere. quanquam si ad veritatis amussim, & veterum institutorum normam hæc exigere velimus, neuter rebus ecclesiæ aliter q̄ vt commendatis vti debet. Idque Leo pontifex ait, & nos suprà annotauimus. c. sine exceptione. 12. q. 2. Nec aduersatur huic sentētiæ, quòd Commendare apud iuris authores nihil aliud est quàm deponere. ac idcirco custos & procurator tñ vī dici debere, q hac rōne promouetur. l. commendare, de verb. signi. l. Lucius. de pos. c. 1. depos. qñ, vt diximus, plenior illa conceptio diplomatis pontificij, & mores vbique recepti faciunt, vt non simplex custos, depositarius procuratorue, sed dominus quodammodo habebitur. Nam & procuratores in rem suam appellantur à iureconsultis, qui nihil minus quàm procuratores sunt, & suū non alienū negotiū gerunt. l. qui stipendia. C. de procur. Et certum est huiusmodi procuratoribus fiduciarios istos dispensatores de quibus loquimur, perquam similes esse, cùm ipsis nō ecclesiæ gratia, sed sua potius (vt rectè quidam aiunt) administratio concedatur. Alc. in l. pactum curato. C. de pacto. Atque hinc fit, vt fiduciæ huiusmodi perpetuæ nunquam reuocētur, quamuis depositum mandatumue simplex reuocari possit. l. 1. §. si sic deposuero, depos. Illud postremo annotādū est, quòd Ro. pontifex episcopia monasteriaque imperpetuum cōmendandi potestatem sibi unus uindicat, eodemque iure utuntur cæteri epī in fana ministeriaque paroeciæ suæ, exceptis curationibus animarum, quas ad semestre solū tempus commēdare possunt. c. nemo, de elect. in 6. nor. in c. si constiterit, de accusa.

De pontificiis diplomatis quæ vulgus gratias expectatiuas, & mandata de prouidendo appellat, copiosa disputatio. Cap. 8.

Inter genera distribuendorū ecclesiæ beneficiorum q̄ hodie vsitata sunt, vnū longè celeberrimum est, de quo iam dicturi sumus, per diplomata scilicet pōtificia, quæ vulgo mandata de prouidendo & gratiæ expectatiuæ appellantur. Ex aula siquidem pontificis Romani proficiscūtur diplomata, q̄bus mandat ac præcipit beneficia quibuslibet conferri in diē mortis eorū sacerdotū ac ministrorum, qui ipsis fruūtur. Cōuenit tñ inter oēs quotquot sunt iuris pontificii enarratores, hanc beneficiorū distribuendorū rōnem apud veteres in vsu non fuisse. Cuius rei argm̄ afferūt sane q̄ probabile, q̄ ne in volumine q̄dē decretorū, q̄d Gratianus edidit, vllū exēplū vllave mētio horū diplomatū reperiī. Auaritia etenim, Ro. curię post aliquot secula, hoc nouū beneficia distribuēdi genus adinuenit, q̄d nūquam veteribus in mentē uenerat. Ac tametsi specio sæ rōnes adduci soleāt, quibus hæc inuētio tegatur & excusetē, tñ res ipsa loquitur, & nos quotidie satis docet experiētia, quātū id potius noceat ecclesiæ. Nā imprimis occasio datur captā dæ mortis alienæ, præsertim sceleratissimis & profligatissimis hominib. q talia diplomata fere impetrant. Iureconsulti ueteres, quib. hæc Euangelii lux nōdum affulserat, pacta cōuentioneſque detestantur, quib. hæreditatē suā quis promittit alteri, ne eius hæreditatis spe ad optandam promissoris mortem inuitetur, cū tñ uerisimile sit, inter notos hoīes & amicos hmōi pacta iniri, & eū qui ita paciscitur ac ꝓmittit, probabili aliqua cā adduci ut alteri fidat. Hoc aūt diplomatū genere beneficiū non ei quē eligit charumq; habet beneficii possessor, cuiq; iusta aliqua cā est confidendi, sed homini plerūque ipsi ignoto, quē libuerit Ro. pontifici noīare, cōfertur aut conferri mandatur. Deinde lites & controuersias innumerabiles pariūt hęc diplomata, quib. nec Reip. quicquam est exitialius, nec Christiano hoīe indignius. Verissimū. n. est q̄d Isocrates homo à nr̄a religione alienus scribit, officiū esse boni principis eas leges cōdere, q̄ inter ciues q̄ pauciſſimas lites gignant. Nec dubium est cordatis hominib. nedū Christianę religionis cultorib. hanc partē iuris pōtificii probari uix posse. Hæc. n. diplomata tm̄ offundūt ubiq; tenebrarū, tantamq; fraudib. & strophis forēsib. feneſtrā aperiunt, vt alię super alias contentiones & lites hinc quotidie exoriātur, ac velut Antabatarū more pugnēt litigatores & causidici, nec iudices quālibet pspicaces facile ius & ęquū in tāta caligine pspicere possint. Quæ res efficit vt astutissimus quisque callidissimus & improbissimus, quāuis nullo iure aut titulo nitat, sæpius in hoc certamine victor euadat, & simplicio res hoīes liberalioriſque ingenii iustissimā cām amittant. Non enim libēter tā odiosis litib. sese implicari sinūt, & ancipitē iudiciorū aleā reformidant, cum pſertim ad strophas eludendas,

quas

Source : BIU Cujas

quas fraudulenti captiosiq; homines facilè hic cõminiscunt, nati assuefactiq; non sint. Quid? q̃ in his litium anfractibus ingenti sumptu opus est, cui sufficere nequeant inopes clerici, ideoque opulentioribus cedere coguntur? Prætereà hæc πολυπραγμοσύνη Pontificum ἀλλοτριοεπισκόπων & ipsos auertit a proprio munere functioneq; sua, & quos antistites non sine aliqua fortassis iniuria interturbat, ut neutri in tanta cõfusione munus sunm obire possint. Ac ut summatim omnia complectar, nec necesse habeam speciatim enumerare, quæ in canonibus perscripta sunt, illud dicam, quod aulæ Romanæ quidam alumnus Gomesius, ab alio nescio quo acceptũ in commentaria sua referre non dubitauit. Nempe huiusmodi Pontificum diplomatis ius canonicum funditus euersum destructumq; esse. Sunt tamen nonnulli, qui studio, ut credibile est, pontificibus blandiendi, asserunt, quicquid habent iuris reliqui episcopi in re beneficiaria, id Rom. Pontifici acceptum ferendũ esse, quasi omnia ab ipso tanquam fonte aliquo prodierint. Et cùm possit iure suo totius orbis beneficia arbitratu suo dispensare ac distribuere, præclarè cũ cæteris agi censent, si partem aliquã benignè scilicet eis largiatur & indulgeat. gl. c. quamquam, de elect. in 6. Sed quę fuerit olim episcoporum in hac re potestas atque authoritas satis antè demonstrauimus lib. iii. Vt autem concedamus Ro. Pontifici quidquis impunè hic licere, tñ omnes boni, ut spero, mihi assentientur, non modo quid liceat, sed ẽt quid honestum sit ab eo spectandum esse. Quid aũt indecentius ac fœdius in ecclesia potest esse, quàm hæc ministeriorum functionumq; ecclesiasticarum perturbatio. c. peruenit. 11. q. 1. Mitto quod pessimè uidentur Pontifices Romani sibi suæq; maiestati consulere, cũ eo nomine, ut cætera missa faciam, quæ non sunt huius instituti, tantam apud Christianum populum sibi conflent inuidiam, ut nisi Deus huic rei prospiciat, magnum ab uniuersa ruina excidioq; periculum sit. Quanto circũspectius Lacedæmoniorum ille rex, qui uxori obiurganti, qđ minus ac humilius regnum filiis esset traditurus, quàm accepisset, Ego, inquit, eo maius relinquam, quo diuturnius. Verũ ut ex diuerticulo in uiam redeamus, certum exploratumq; est ius quo vtimur, quacunque ratione id constitutũ fuerit. Quod ut intelligamus, animaduertendum est, cum primũ Romani Pontifices cęperunt ubiq; terrarum beneficia dispensandi facultatem sibi uindicare, parcè admodum ac moderatè ipsos ea potestate vsos fuisse. Non enim istis diplomatis terrebant statim episcopos, & ad sibi parendum cogebant, sed ut leuiter primùm tentarent eorum patientiam, literis monere eos ac rogare solebãt. Sed cùm preces & monita grauatè ab episcopis reciperentur, ac plerũque ea contemnerent, mox in præcepta conuersa sunt Verùm ne ea quidem satis neruorũ habuere, cum beneficium interim collatum alii adimendum non uideretur, sed contumacia tantũ non obtemperantis plectenda. Itaq; ratio tandem excogitata est, qua beneficiorũ dispensatio ad Pontificis Romani potestatem & arbitriũ omnino reuocaretur, datis nempe per diplomata executoribus, qui aut eos ad parendum cogerent, aut eis imperium detrectantibus ipsi conferrent. Sed precibus primum usi Pontifices Romani, deinde iussu ac minis, postremo vi aperta, hanc sibi potestatem cõparauerunt. Prospiciebant enim episcopos æquo ẽ animo iugũ accepturos, cui paulatim assueuissent, quàm si id ab initio per uim ceruicibus eorum esset impositũ, sicut Milonem ferunt eò facilius taurum gestasse, q̃ eundẽ adhuc vitulum crebrius ferre solitus fuisset. Ac fuit tempus, cũ hic ritus obseruabatur, ut trinas literas eiusdem beneficii nomine ad episcopos mitteret Pontifex, quarum unæ monita tantum, alteræ præcepta, postremæ legis actionem atque executionem complecterentur. Verùm hoc ritu antiquato, in quo ueteris moris quędam velut reliquię cõspiciebantur, ultimas solùm, id est, executorias, usus Romanæ aulæ ad hunc vsque diem retinuit, quæ effectum habent in octo mẽsibus tantùm, ut canon pontificius docet. Nam quatuor menses liberos habent reliqui episcopi, nec beneficia eo tempore uacantia coguntur iis conferre, qui talia diplomata impetrant, quamuis nullo non tempore Pontifex Romanus beneficiuum vacuũ iure occupationis conferat. Sed etsi nullum a Pontifice diploma impetratum fuerit, dubium non est, quin cæteri antistites in sua quisque parœcia, ecclesiis quocunque tempore anni vacantibus prouidere possint. Sunt autem huiusmodi executorum Põtificis Romani duo genera. Quibusdã enim ita mandatur executio rescripti pontificii, ut antistites & collegia compellant ad beneficium conferendum, sacra cõmunione eis interdicta, non etiam ut ipsi beneficium conferant, aut in possessionem mittant. not. in cap. abbatem, de rescript. Itaque hoc mandato ita demum potestas conferendi adimitur antistitibus, si irritum & inane decreuerit Pontifex quicquid aduersus ea factum fuerit. ca. si soli, de conc. prebẽ. in 6. Alij sunt executores ad prouidendum vulgò appellati, quib. a Romano Pontifice mandatur, ut negligentibus episcopis ipsi prouideant ecclesiæ, qua de agitur, & beneficium conferant. Estq; magna uis & potestas huius mandati, quia simulatq; oblatum est episcopo uel collegio, omnem prouidendi ecclesiæ facultatem continuo amittit, & quasi uinculo quodam iniecto constrictas manus habens, beneficium amplius dare non potest. c. si capitulo, de conc. præbẽ. in 6. Sed hoc ius Leonina cõstitutione, cuius sępe meminimus supra, magnopere in Francia immutatum est. Nam ea constitutione modus diplomatum quasi vectigalis cuiusdã ab antistitibus exigẽdi, definitus est, ita ut nulli Põtifici Romano toto sui Pontificatus tempore plura concedere liceat. Est enim constitutum ut in eos antistites, qui decem beneficiorum distributionem habent, uno diplomate contentus sit, in eos uerò quib. quinquaginta, aut eo amplius beneficiorum dispẽsatio competit, duobus diplomatis possit uti. Deinde ea cõstitutio nulla diplomata probat, quibus beneficiorum nõdum uacantiũ spes offeratur, nisi verbis, ita ut cõstitutum est, cõceptis perscripta fuerint. Est enim præscripta forma & conceptio diplomatis pontificij, qua prætermissa uel mutata, mandatũ Pontificis irritum nullumq; habetur. Quod tamen est ita accipiendum, si quid contra uoluntatem ac sententiam eorum, qui formulæ exemplum proposuerunt, uel adiectum, uel detractum fuerit. Nam qui existimant id exemplum omnibus negotijs conuenire, ut ne tantillum quidem ex eo immutare fas sit, persimiles ijs sunt, qui ex uulgaribus exomologeseos formulis peccata enuntiant sacerdoti, etiam ea quæ non admisere confitentes. Extat autem formula rescripti siue diplomatis in ea constitutione Leonis plenè descripta, quam nos hic integram non referemus, præcipuas tantum eius clausulas discussuri & explanaturi.

Prima igitur clausula diplomatis est, qua Pontifex Rom. excommunicatum absoluit, hactenus ut diploma ei cõcessũ ualeat. Nã aliàs rescriptum ab eo, qui summotus est a sacra communione impetratum nullas vires habet. cap. 1. de rescri. in 6. c. postulastis, de cleri. excom. Effectus aũt huius clausulæ ad nullã aliam rem porrigitur, adeò vt plerique tradiderint, nisi excõicatus postea absolutus fuerit, beneficium ei prætextu diplomatis conferri non posse. quæ sniã non solum Leonis formulæ, sed æquitati ẽt ac rationi cõgruit. Interdum quoq; hęc clausula ne ad diploma quidem, de quo hìc loquimur, cõfirmandum prodest, sed eas exceptiones, quæ ab alijs collectæ sunt, omitto. Facile autem hinc perspici potest, quod ante diximus, singulas huius formulæ clausulas non in omnibus diplomatis necessarias esse. Quid enim si is cui conceditur diploma, piorum ac fidelium communione summotus non sit?

Secũda clausula est, qua pontifex omnia bñficia eius, cui diploma conceditur, cum uera eorundem æstimatione ac precio, pro expressis habet, quamuis expressa fortè non sint. Nam rescriptum tanquam obreptitium careret virib. nisi Pontifex huius expressionis gratiam faceret. c. si proponente, de rescri. c. si motu proprio, de prębend. in 6. Cætera verò si quæ insint personæ uitia obtentu huius clausulæ, pro expressis habenda non sunt: quia hanc extensionem formula non dmittit. Sed ne hæc quidem clausula vbique necessaria est, cum beneficia nõ habentibus constet eam omnino idperuacaneam esse. Eadem que est sequentium ferè clausularum ratio.

Tertia clausula est, qua pontifex exprimit, se nemine postulante, diploma vltrò concessisse, quæ clausula omnem obreptionis suspicionem tollit, efficitq; vt ea tacuisse nihil noceat, quib. alioquin nõ exp̃ssis põtifici obreptũ videret. ca. si motu ꝓprio, de præb. in 6. reg cancel. Nõ. n. ob cõceptionẽ diplomatis. arguẽdus est is, q̃ ipsum nõ ipetrauit, sed ultrò sibi delatum accepit tamet si forte cõtra leges, aut canones concessum fuerit. l. 1. C. de pet. bo. sub. Hæc clausula tñ non ipedit, quominus uitia personæ, quæ diplomate iuuari vult, ipsi obijciãtur, quasi legibus canonibusque solutus sit à principe, idque receptum est, gloss. clemen. si Romanus, de præbend. Alij sunt prætereà varij effectus huius clausulæ, de quibus cæteri diligẽter scripsere. Fel. in c. ad aures, de rescrip, cap. causam. 1. ca. vlt. de testa. Staphil. de lit. grat.

Quarta clausula est, qua pontifex ostendit non purè ac simpliciter se mandare, sed ita demũ si pro alio nõ scripserit. nõ. n. velle intelligitur pontifex pluriũ beneficioũ dispensationẽ ab ordinario antistite exigere. c. mãdatũ. de rescr. Et hæc quoque clausula satis demõstrat hanc formulã pro varietate negotiorũ mutari posse. Quid. n. si antistes quinquaginta beneficiorũ conferendorũ ius hẽat? Nõne ex iã dictis cõstat pontificẽ Ro. duorum beneficiorum donationẽ sibi uindicare posse. Itaque cõditio ita concipi poterit, si pro duob. alijs non scripserimus.

Quinta clausula est, qua Romanus pontifex canonicũ creat eũ, cui diploma cõcedit, huic fini, vt ad honores ecclesiasticos aspiret. Idque propter morem ecclesiarum fit, quo honorem ecclesiasticum consequi nemo potest, nisi in canonicorum collegium ascitus fuerit. Et quia hi canonici honorarij suffragia ferre dicuntur, & quædam alia huiusmodi iura hñe,

Source : BIU Cujas

quamuis nulla sit eis annona adhuc attributa. c. pro illorum. de præben. ideo Romanus Pontifex ne canonicorum mune rum augendo eos oneret, non simpliciter hic canonicum creat, sed cum hac adiectione, ut dignitatem siue adminiſtra tionem obtinere possit.

Sexta clausula est, qua pontifex exprimit se beneficiū dun taxat cōferri uelle, qđ post mensem q̄ oblatum fuerit antistiti diploma uacauerit. Nam alioqui periculū erat, ne tantisper mandati pontificij denuntiatio sustineretur ac differretur, dū alicui opimum beneficium hūti mortem instare exploratū esset. Sic enim futurū erat, ut muneribus expectationū dona ti a Pontifice opulentissima queq; beneficia auferrent. Verū hæc clausula facit, ut appetente hora mortis facta denuntia tio non ualdè prosit denuntianti, cùm ante finem mensis li berum sit antistiti beneficium alij dare. clausula autem sum mota Pontificis, candidatus non nisi certior factus de immi nente beneficiarij morte, & certa iam spe habito beneficio mandatum denuntiaret antistiti.

Septima clausula est, qua Ro. Pōtifex ut legibus oībus ca nonibusq, superior, cuicūque legi, cōstitutioni, priuilegio, cō suetudini derogat, per quā effectus diplomatis impediri pos set. Hactenus de eo diplomate, qđ antistitibus, & cęteris mit titur, quorū partes sunt, vacantib. prospicere ecclesijs, & eis dē ministros p̄ficere. Cui diplomati aliud ceu appendix quę dā accedere solet, qđ ab executione uulgò uomē accepit. Nā eo diplomate mandat cuipiā alij Ro. Pōtifex, ut non obtēpe rante antistite, mandatū ipse exequatur. Nec difficilis est hęc posterior formula, modo ut prior rectè intelligatur.

De exhibitione ac denuntiatione diplomatis pontificij.

Mandatum Ro. Pontificis denuntiari ac exhiberi debet, ut de nominatione supra dixi mus, fitque ea exhibitio antistiti aut uicario, ad quem dispen satio beneficiorum spectat, non ei cui executio mandati pon tificij committitur. c. duobus, de rescr. in 6. Hęc enim denun tiatio est necessaria, ne alioqui possit antistes mandati igno rationem causari. c. si capitulo, de conc. præben. cle. causam, de elec. Qua rōne mortuo interim antistite successori eiusdē denuntiabitur. l. qui in alterius, de reg. iur. Cum aūt hęc reseri pta Pontificis perpetua sint, nullum ad ea offerenda tēpus præ scriptum esse vī. l. falso. C. de diuer. rescr. quāuis de rescriptis, quæ litium causa impetrantur aliud constitutum sit. c. si aūt, c. plerūque, de rescr. Tractatum est an ea quoq; appendix edi debeat, quæ nō ad antistitē, sed executorem potius dirigitur, quod non vī magnopere necessariū esse, nec formula id Leo nina apertè requirit, tamen quia controuersum est ius, tu tius & consultius erit utrasque literas edere.

De effectu diplomatis pontificij.

Oblatio exhibitioq; mandati siue diplomatis Pontifi cis obnoxium quodāmodo obstructūq; be neficiū reddit, ut alij conferri nequeat. c. si capitulo, de p̄bē. Qđ adeo uerū est, ut is qui mādatū denuntiauit ac exhibuit, cæteris oībus anteponatur; quāuis scholarū candidati sint. tit. de mandat. apost. Sed hoc est ita accipiendū, si beneficiū qđ petit tale sit, ut ad diplomaticā hanc Pontificis dispēsatio nem pertineat. Quædā enim beneficia his mandatis nō inclu duntur, ut exēpli causa, beneficia electiua, in quibus regiæ no minationi locus est. tit. de reg. ad præla no. Itē beneficia in co mitatu Romani Pontificis uacantia, quæ Pontifices, quibus noluerint, dare solent, atque ita constitutū est. c. 2. de pręben. in 6. Beneficia quoq; secularia iis qui mandatū hūt ad regula ria obtinenda non obstringantur, aut cōtra. §. uoluimus, tit. de colla. in concord. Nec alia, vī, earum ecclesiarū causa est, quarum præfectos nominant patroni, qui laici dīnt, aut earū quæ in ciuitatibus sunt, uel oppidis muro cinctis, aliarum ve id genus, de quib. suprà in tractatu nominationum diximus. Cum aūt plures simul ambiunt, petuntq; idem beneficiū ab antistite sibi dari, is præfertur cęteris, in cuius gratiam prius rescripsit Pōtifex, quāuis fortè alius antè suas literas ediderit. c. eum, cui, de præb. in 6. c. tibi qui, de rescr. in 6. Qnod si eodē tpe pro omnibus rescriptū fuerit, tunc lr̄arum editionis de nuntiationisq; tempus spectatur, in qua editione si concurrāt, poterit antistes aditus, cui uisum fuerit gratificari. c. duobus, de rescr. in 6. Canon tamen pontificius in hac gratificatione impetrationis, gradus, temporis, possessionis, patrię, & quarū dam aliarum rerum hūdam esse rationem ait. reg. cancel. 15. Fit etiam interdum vt posterioris melior sit, quàm prioris cō ditio, ueluti si Pontifex in posteriore mandato disertè ex presserit, ut is anteriori præferatur. c. pen. de cōcess. pręb. in 6. Sed hæc clausula apud nos minimè recipitur, quòd contra Leoninam formulam adijciatur rescripto. Idem accidit & cum prior mandati executionem non prosequitur. §. declarantes, titu. de manda. Apost. Quid enim si iuri suo expressim renuntiauerit. cap. solicitè. cap. audita. de resti. spolia. Quid si eo negligente & alias res agente, beneficium fortè alteri non collatum sit. cap. si tibi absenti cap. si clericus, de præben. in 6. cap. tibi qui, de reseri. in 6. Panorm. & Fel. in c. capitulum, de rescrip. Idem & in omnibus casibus dicendum, in quib. man datum extinguitur, ueluti si is qui obtinuit diploma, postea uxorem duxerit, cap. 1. de cler. coniug. si aliud beneficiū con secutus sit, quod simul cū eo quod petitur retineri nequeat. clem. gratia, de rescrip. Mortuo sanè Pontifice mandata hu iusmodi expirare uulgò receptum est. cap. si cui, de præben. in 6. §. recte, instit. mand. Panor. in c. dilectus, 2. de præb. Quod quidem est ita accipiendum, nisi res integra esse desierit. c. si super gratia, de off. deleg. in 6.

De reseruationibus beneficiorum tam vniuersè quam sigillatim factis. Cap. 9.

Affines sunt beneficiorū reseruationes mandatis pon tificiis, de quibus iam diſeruimus. Nam Ro. Pontifex beneficia quædam sibi reseruare ac recipere solet, ut cum postea uacauerint, ea solus cōferat, idq; uel uniuersè, uel sigillatim. Vniuersè, cum maiores (loco exempli) digni tates ecclesiæ: sigillatim, cum certi alicuius fani beneficium reseruat. Hoc inter mandata, de quibus diximus, & reseruationes istas interest, quòd illa ius tribuunt impetrantibus, his uerò nihil iuris cuiquam acquiritur, quamuis forte persona expressa sit, cuius gratia reseruatum est beneficium. ideoque uacante postea beneficio, liberum est Pontifici cuiuis alii ar bitrio suo id dare. not. in cap. cum dilectus, de iure patr. & in cap. 1. de off. leg. in 6. Verùm hæ reseruationes Leonina cōsti tutione, qua nunc utimur in Gallia, optima ratione sublata sunt, sicut & cætera diplomata, quibus beneficiorum nondū uacantium spes ostenditur. Quod quemadmodum accipien dum sit, ante docuimus. Sed animaduertendum est eas tan tum reseruationes prohiberi, quæ a Pontifice Romano fiūt. Nam beneficia, quæ in aula Romana uacant, quæque non tam a Pontifice, quàm a iure ipso pontificio excipiuntur ac reseruantur, a dispensatione Pontificis non eximit constitu tio. c. 2. de præben. in 6.

De pontificum diplomatis, quæ uacantium beneficiorum nomine impetrantur. Cap. 10.

De potestate Rom. Pontificis in beneficiorum ua cantium distributione breuiter dis seruimus lib. iii. Verùm ut iam orsis quædam attexamus, su periorum capitum disputatio nos admonet. Nec uidetur do cendi ratio, quam instituimus, permittere, ut Pontificum di plomata, quæ uacantium beneficiorum nomine impetrant, ab iis de quibus proxime tractatum fuit, seperemus. Roma nus igitur Pontifex fani cuiuscūque beneficia quocūq; tem pore anni uacent, iure Pontificio largitur, & cum omnibus Christiani orbis antistitibus ita concurrit, ut eos, beneficiū dando, anteuertere possit, idque lib. iii. docuimus. Donat & suo magis, quàm ullius occupationis iure, fanorum omniū beneficia, quorum præfecti in comitatu pontificio mortem obierint. c. 2. de præben. in 6. Sed quæstio hinc existit, quam in iudicio agitatā memini, An si quæ beneficia uacent eo tem pore anni, quod Leonina constitutio scholasticis uiris attri buit, Pontifex Romanus aliis personis ea beneficia arbitratu suo donare possit? Et constitutionis uerbis expressum est, libe re Pontificem ea beneficia conferre posse. Sed ea uerba absq; ullo incommodo uidentur posse intelligi, modò ut scholarū candidatis, & cæteris quibus alia parte constitutionis hi men ses attributi sunt, conferat. Quam interpretationem vtilitas ipsa, quę, ut Horatius ait, iusti & æqui mater est, hoc pręsertim tempore admittendum esse suadet.

De nominatione regia in ordinandis antistitibus, & qua les regis candidatos esse oporteat. Cap. 12.

Conuentis regijs ac pontificiis, aut, si mauis, consti tutione Leonina, cuius supra meminimus, honores ecclesiastici lōge alter q̄ canonib. statutū sit, in Frācia deferunt, ita ut nec electioni, nec postulationi ullus ho die sit locus relictus. Itaq; duplex hosce honores conferēdi genus apud nos usitatū est, per noīationē. s. regiā, & scholasti cā, de quib. sigillatim hic tractabimus. Noīatio aūt verbū est maxime huic rei accōmodatū & appositū, quo & veteres La tinos authores in re nō adeò dissimili usos fuisse cōperimus.
„ Pl. li. 2. ep. Sic illa die, qua sacerdotes solēt noīare, quos digniſ
„ simos sacerdotio iudicāt, me sp noīabāt. Idē li. 2. Mihi uerò
„ ēt illud gratulatiōe dignū vī, quo succesſi Iulio Frōtino prin-
cipi

Source : BIU Cujas

„ clpi uiro,qui me nominationis die per hos cõtinuos annos
„ inter ſacerdotes nominabat,tanquam in locũ ſuum coopta-
„ ret,quod nunc euentus ita comprobant, ut non fortuitum
„ videretur.Brut.ad Cic. Is Panſæ locum petere conſtituit, eã
„ nominationem ate petimus,neque coniunctiori dare bene-
„ ficium,quàm nos tibi ſumus,neque digniorẽ nominare põt,
quàm Bibulum. Græci nominationem hmõi προβολὴν appellant.Quo verbo uſus eſt aliquãdo Gregorius.Vt igitur a Regia nominatione incipiamus,Caput vnum eſt conſtitutionis Leoninæ,ad eam nominationẽ pertinens, quo hęc ferè continentur.Vacante eccleſia cathedrali uel Metropolitana,epiſcopus a collegio canonicorum nõ eligatur,ſed rex intra ſex menſes uirum grauem atque idoneum Romano Pontifici offerat ac nominet. Vt aũt idoneus habeatur,præter ea de quibus lib.1111.diſſeruimus,annos ut minimum ſeptem & viginti natum eum eſſe oportet,quamuis ueterẽs canones maiorẽ ætatem requirant.Præterea neceſſe eſt eum in ſchola aliqua celebri ſolennibus gradibus ac titulis præditum eſſe,nẽpe Theologiæ aut iuris ciuilis, uel pontificii magiſterio ſiue doctura,qui apex eſt honorũ ſcholaſticorum,aut certè huic proximo gradu,quem uulgò Licẽtiam uocant.Nos aliquanto eruditius uel prodocturam, uel μελλοδιδασκαλίαν poſſumus appellare. Romanus uerò Pontifex principis candidato, in quo nihil horum deſyderetur,uacantis eccleſiæ gubernationem committere debet. Quòd ſi idoneus non fuerit is qui proditus ac nominatus eſt,principis partes ſunt, alium quẽuis intra ſpatiũ trium menſium digniorem & cõmodiorem nominare. Et hoc quidem trimeſtre ſpatium labitur, ſimul atque repulſam accepit candidatus,& is qui in comitatu Põtificis hoc negotium ipſius nomine procurabat, de ea repulſa certior factus eſt.Sunt tamen ex candidatis principis nonnulli,quos pontifex creare antiſtites cogitur, tametſi hæc eis non inſint,quæ ſcilicet conſtitutione Leonina ueteribus canonibus addita ſunt,id eſt,tametſi honores illos ſcholaſticos conſecuti non ſint.Sic enim ea cõſtitutio uidetur accipienda eſſe. Nam eos qui ſecũdum canones nullo modo idonei ſunt ad regendam eccleſiam, a Pontifice ordinari ratio nõ patitur.In hunc numerum regis gentiles ac conſanguinei & alij illuſtres ſplendidiq; homines referuntur.Sæpe enim utilitas aliqua & ratio temporis exigit, ut huiuſmodi perſonæ, ſi mediocritas aliqua eis adſit,poſthabitis humilioribus, ad ſacra antiſtitia promoueantur. nec aliter id fieri debere conſtitutione ipſa diſertè expreſſum eſt.His adſcribendi ſunt & ſodales mendicantes,quibus lege ſodalitij ſolennibus cõuẽtuum ſcholaſticorum gradationibus interdictum eſt, ſi modò tam excellens ſit eorum uirtus & doctrina, ut eos præfici eccleſijs publicè interſit. Q d dictũ eſt de epis, id in cœnobiarchiis,quas uulgò abbatias vocamus,locum habet,& aliis præfecturis inferioribus,ſi tales ſint,ut electiuæ dici mereantur.Quod quemadmodum accipiendum ſit, ſupra diſſeruimus.cap.1.Sed animaduertendum eſt inter epiſcopia & cœnobiarchias aliquid diſcriminis reperiri.Nam ætas triũ & uiginti annorũ hic ſufficit, nec ſcholaſticis gradibus ornatum eſſe principis candidatũ neceſſe eſt.Monaſticę aũt uitę ac inſtituto,idq; eiuſdẽ ſectæ & ordinis (nam ſectarum inter hos diuerſitas magna eſt.ut libr.1.diximus) addictum ſolenniter eũ deuotumq; eſſe oportet,alioqui nec regis nominatio,nec Pontificis ordinatio proderit.Poſtremò notandum eſt hoc nominandi ius interdum principi non cõpetere,ut puta,ſi in aula & comitatu Pontificis Romani mortuo antiſtite uacauerit eccleſia,quia tunc ſolius Pontificis nutu & arbitrio eccleſiæ prouidebitur. Eiurato tamen præſulatu principis nominatio adhuc neceſſaria eſt,cùm lex de morte tantum loquatur. Sed & ſi collegio alicui eccleſiaſtico, aut monaſterio conceſſæ fuerit ſpeciali quodam priuilegio facultas paſtorem antiſtitemq; eligendi, conuenta regia pontificiaque eiſdem non præiudicant.

De ſcholaſtica nominatione, qua nunc in Gallia ferè vtimur, compendioſa, ſed accurata commentatio. Cap. 13.

Conuentu Baſilienſi, & Caroli conſtitutione, literatis uiris tertia honorum eccleſiaſticorum pars certa forma cõtributa fuerat,exceptis antiſtitijs ac præfecturis,de quib. ſuperiori capite tractatũ fuit.Eamq; partem eis ſaluam reliquit Pontifex Leo,etſi forma nonnihil ab eo immutata ſit. Nã beneficia quæ quatuor menſibus uacant,id eſt,tertia parte anni,literarũ cultoribus, qui ſcholaſticis gradibus præditi fuerint, conferuntur,ſed ita ut inter eos aliqua ſit diſtinctio.Quidam enim a ſcholaſtico ipſo conuentu ſolenniter nominãtur atq; cõmendantur,honores eccleſiaſticos ac beneficia collaturis antiſtitibus. Alii abſq; ulla ſcholæ cõmendatione ambiunt, & utriſq; ſui menſes ad petitionẽ ſunt attributi. Sed de his qui ſcholarũ cãdidati,ſeu,ut loquimur, a ſcholis noĩati ſunt, potiſſimum hic loquimur,de quibus librum utilem & copioſum Rebuffus noſter cõſcripſit. Et quia diffuſum eſt hoc argumẽtũ,ſummatim id tractaturi ſumus,ſed adhibita methodo,quę res implicatas euoluat ac explicet, & paulò obſcurioribus lucẽ aliquã adferat.Sunt aũt præcipui quidã loci totius tractatus,quos hic attingere ſingulos decreuimus.

1. Quis nominare poſſit.

Certo certius eſt ſcholis publicis ac celebriorib. Franciæ hoc ius nominandi, prodendiq; beneficiarij cõpetere. Id enim ita cõſtitutũ eſt,tum ut honoratiores eſſent ſcholæ,quas nullo nõ honoris, beneficentięq; gñe proſecuti ſunt maiores noſtri,l.quicquid.C.de aduo. diuer.iud. tum ẽt quia certius ac fide dignius uidebatur magiſtrorum pręceptorumve de diſcipulorum ſtudiis,q̃ aliorum teſtimonium.l.nemini C.de aduo.diu.iud. Scholas publicas hic uocamus,publicè,ſeu,quod idẽ eſt, publica authoritate inſtitutas,quas Leo,more uulgari,uniuerſitates uocat, non q̃ omnium diſciplinarũ in eis uigeat profeſſio, ut quidã ait, ſed q̃ profeſſoribus ac ſtudioſis ſr̃arum, corpus, collegium ac ueluti Rempublicam habere liceat,quãuis aliàs id iure prohibitum ſit.Id enim ſignificat uniuerſitas apud Iurecõſultos. tit. quod cu.uniuer.& tit.de coll.illi.l,actor,rem rat.hab. Itaque tametſi ſchola aliqua publica ad certarũ tantũmodo diſciplinarũ profeſſionẽ inſtituta ſit, quales ſunt in Gallia pleręq; ea nihilominus hoc iure utetur. Cũ aũt Leo de ſcholis publicis regni Franciæ paſſim loquatur in conſtõne ſua,ſatis ꝑſpicuũ eſt,in finibus tantũ Franciæ huic ſcholaſticę nominationi locum eſſe. Verùm prouincia aut ciuitas Franciæ accedens & coniuncta, quaſi pars quædã ipſius ad conſtitutionẽ nihilominus pertinere uidetur.l.ſi conuenerit. §.ſi nuda, de pig.act.l.Inter ſocerum,§ cum inter,de pac.dot. Nec multũ referre arbitror,an poſt c õſtõnem cõiunctio huiuſmodi, & ἔνωσις facta, aut ſchola fortaſſis noua publicè inſtituta ſit necne, cum ſermo generalis atq; indefinitus futura quoq; complectatur.Nã ſi in conſtituenda ſeruitute ita ſit cautum, ne luminibus officiatur, omne lumen tam præſens quàm futurum contineri ueteres reſponderunt.l.ſi ſeruitus, de ſer.urb. ptæd.Atq; ita in ſpecie non diſſimili cenſuit Liu.lib.1.Dec.3.

„ In fœdere Romanorũ Carthaginienſiumq; cautum fuerat,
„ ut neutri alteris eorũve ſociis bellum inferrent. Saguntinis
„ poſtea in populi Ro.ſocietatem adſcitis bellum intulere Carthaginenſes.quærebatur an id contra fœdus ab eis factum eſ-
„ ſet. De qua re is ita pronuntiat, Satis cautum erat Saguntinis
„ ſocijs utrorumque receptis.Nam neque additum erat,ijs,qui
„ tunc eſſent, necne qui poſtea aſſumerentur,& cum aſſumere
„ nouos liceret ſocios,quis æquum cenſeret,aut ob nulla quen
„ quam merita in amicitiam recipi,aut receptos in fidem non
„ defendi,&c.

11. Quis poſſit nominari.

Vt quis noĩari poſſit a ſcholaſtico cõuẽtu,nõ ſufficiũt uulgaria illa,de quib.lib.4.diximus,ſed quędã alia neceſſaria ſunt,ex Leonina cõſtõne.Nã gradibus titulisq; ſcholaſticis p̃ditũ eſſe eũ,qui noĩatur,oportet.quorũ primus eſt eorũ qui tyrocinij depoſiti inſignia accipiũt,& uulgo Bacalarij dicunt.ex quo gradu Theologię profeſſores duos faciũt. alter eſt eorũ qui mellodidaſcali deſignant.tertius ac ſupremus doctorũ ſiue magiſtrorũ eſt,quorũ ſupra mentionẽ habuimus. Scholaſticos titulos cũ dico,eos tãtũ intelligi uolo, q̃ a ſcholaſticis cõuentibus ſolẽnni & accurata inquiſitioue prius facta,deferunt.Quare doctores codicillares (ſic enim more ueterum appellari poſſe vñr, qui diplomate principis ſeu põtificis,honorarios illos titulos cõſecuti ſunt)vulgò receptũ eſt, eius noĩationis, de qua loq̃mur capaces nõ eſſe. Et notãdũ eſt horũ graduũ,uel infimũ ac minimũ ſufficere,ut ualeat noĩatio,p̃terq̃ in medicinę dialecticeſq; ſtudio,cũ ĩ hoc magr̃um, in illo mellodidaſcalũ eſſe oporteat.Pręterea tps certũ cõſtitutione definitũ eſt, qđ in ſtudiis ante ſolennẽ illã gradationẽ cõſumptum eſſe neceſſe eſt,ut puta in Theologiæ ſtudio, in quo gradus quatuor reperiunt, trib. ſuperiorib. gradibus decẽ ann.ſpatium, ſex uerò annorum infimo p̃ſcriptum eſt. In ſtudio iuris ciuilis aut põtificij, ſummo ac medio ſeptenniũ,infimo quinquẽniũ eſt ſtatutũ.Eademq; eſt rõ medicinę, niſi qđ infimi gradus in ea rõ nõ hr̃,vt diximus. In dialecticæ philoſophiæq; ſtudio quinquennũ magiſtris p̃ſtituit, & ijs q̃ μελλοδιδασκαλία, titulo ornari ſolẽt §.pterea, tit.de colla.in con cor.Excipiũtur generoſi hoĩes, & claris natalibus orti, quos nobiles ac gẽtiles appellamus. In qua nobilitate indicanda vtriuſq; parẽtis genus ſpectat. Nã ij ad primum gradum in ſtudio iuris ciuilis aut pontificij poſt triennium aſpirant.idq; arbitror conſtitutum eſſe, ut id genus homines ad ſtudium iuris alliciantur, quibus publicè intereſt Reipublicæ gubernacula potius,quàm tenuis fortunę hominibus cõmitti, ea-

Source : BIU Cujas

dem prorſus ratione, qua M.Cicero quondam Romæ ſenatū decreuiſſe ſcribit, ut de principum filijs ſex ſingulis Etruriæ populis in diuinandi arte inſtituendi traderentur,Ne ars, ut ipſe inquit, tāta ꝑꝑ tenuitatē hominum a religionis authoritate ad mercedem & quæſtum abduceretur. Splendor enim ille natalium non mediocre calcar eſt ad uirtutem. Vnde Saluſt.in Iugurth.Sæpe,inquit,audiui Quintum Maximū, P.Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros uiros ſolitos ita dicere,cum maiorum imagines intuerentur, uehemētiſsimè animum ſibi ad uirtutem accendi, ſcilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſeſe habere, ſed memoria rerū geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neq, prius ſedari,quàm uirtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Qđ ſi quis indignetur nobilibus tantum deferri in eccleſiaſticis honoribus aſſequēdis,quorum pleriq; fortaſſis a maiorum uirtute & gloria q̄ longiſsimè abſunt,is queſo Senecam audiat,ita loquentē.lib.4.de benefi.c.30. Aliqñ daturum me ēt indignis,quædam non negauerim in honorem aliorum,ſicut in petēdis honoribus quoſdā turpiſsimos nobilitas induſtrijs,ſed nouis,prætulit. Non ſine rōne ſacra eſt magnarum uirtutū memoria,& ēt plures bonos iuuat, ſi gr̄a bonorum non cum ipſis cadat.Ciceronem filium quę res cōſulem fecit,niſi pater? Cinnam nuper quæ res ad cōſulatum recepit ex hoſtium caſtris? Quæ Sextum Põpeium, alioſque Pompeios,niſi vnius uiri magnitudo? Tanta quidē ut ſatis alte omnes ſuos etiam ruina eius attolleret.Quid nuper Fabiū Perſicum, cuius oſculum ēt impediret viri nota boni, ſacerdotem non in uno coilegio fecit, niſi Verrucoſi & Allobrogici,& illi trecenti qui hoſtium in curſioni pro Rep.unam domum obiecerant? Hæc debemus uirtutibus, ut non præſentes ſolum illas,ſed ēt ablatas è cōſpectu colamus. Quomodo illę id egerunt, ut non in unam ętatem prodeſſent,ſed beneficia ſua etiam poſt ipſas relinquerent, ita & nos nō una ætate grati ſumus.Hic magnos uiros genuit, dignus eſt beneficijs, qualiſcunque eſt,dignos dedit.Hic egregijs maioribus ortus eſt,qualiſcunq; eſt ſub umbra ſuorum lateat, ut loca ſordida repercuſſu ſolis illuſtrantur, ita inertes maiorum ſuorum luce reſplendeant.Sed de hac nobilitate uberem ac eruditum nuper tractatum edidit And.Tiraquellus noſter, ad quem lectores nunc libenter remittimus.

III. Quomodo ſit concipienda nominatio.

Nominatio in ſcripturā debet redigi, ut ex Leonina conſtitutione ſatis apparet, quæ literarum identidem meminit.§.præfati.§.volumus.Quamuis alioqui ſcriptura ad conficiēdum negotiū minimè ſit neceſſaria.l.contrahit. de pig. A ſcriba aūt ſcholaſtici cōuentus deſcribi, & eiuſdem conuentus annulo ſignove obſignari eam oportet.§.præfati.§.volumus.Cuius ſigni quęnam ſit ſculptura ſiue apoſphragiſma parum refert, modo a conſuetudine hic non recedatur.not.in §.poſſunt.Inſtit.de teſta.Idemq; dicendum eſt de ea teſtatione,quæ ad legitimi ſtudiorum temporis fidem faciendam conficitur. Præterea nominationis formula ſacerdotia omnia ac beneficia quæcunq; is qui nominatur,obtinet,poſſidetve vnà cū vera iuſtaq; uectigalis obuentionumq; æſtimatione,& quantitate cōplecti debet.§.volumus.Cùm enim eos nominare non liceat,qui beneficijs aucti ſunt ad quantitatem ducentorum aureorum, utile uiſum fuit in nominationis formula huius quantitatis mentionem fieri. Qua ratione percepta quæſtiones aliquot, quę ab alijs copioſè hic tractatæ ſunt, facilè definiri poterunt. Quid autem appellatione beneficiorum contineatur, docuimus libro ſecundo.

IIII. Apud quos nominare oporteat.

Quia nominationis,de qua loq̄mur, finis & ſcopus hic eſt,vt nominato beneficium qđ poſteà uacauerit, conferatur,ſatis conſtat ita cōcipiendam eſſe nominationē, quaſi apud eos fiat,qui beneficiorum conferendorum ius habent, cuiuſmodi ſunt epiſcopi, collegia,& cæteri,quos libro ſecundo commemorauimus. Eadem eſt patronorum ratio, ſed eccleſiaſticorum tātùm,quos nominatim exprimit Leonina conſtitutio, non etiam laicorum, in quos non ſimili poteſtate & imperio, ac in eccleſiaſticos vti ſolent Romani Põtifices. Durum ſiquidem eſt,nec ſacerdotali modeſtiæ congruum, prægrandes ubereſque poſſeſſiones a laicis hominibus non modò gentilitiis hæreditatibus detractas,ſed etiam iuri humano & commercio exemptas,ita ſacerdotes tenere, ut liberum etiam illud eccleſiarum patrocinium,quod beneficij homines receptum voluerunt,ipſis auferatur. not.in c.2. de præben.in 6.Sed de his patronis aliquanto fuſius ſupra diſputatum fuit.

V. De profeſſione ac denuntiatione, quam inſinuationem vocant,

In ſcholaſtico conuentu nominari ſolent literari viri abſentibus antiſtitibus,aliiſve, qui promouendi ad ſacra miniſteria ptātem hñt.Quamobrem ne eius rei ignorationē cauſari poſſint, profeſſio qđēdā denuntiatioq; apud eos eſt neceſſaria.Et eſt conſtitutū, ut quadrageſimę tp̄e ea denuntiatio fiat. Triplex aūt ac interdum quadruplex teſtatio ipſis edenda eſt.Vna de gradu,quo quis prædituſ eſt,altera de legitimo ſtudiorum tp̄e, tertia de nominatione ſcholaſtici conuentus,quarta de nobilitate & genere.Harumq; omnium deſcripta exempla penes antiſtitem,uel patronum aliumve,cui editio faciēda eſt,demitti debent.Ac poſtquam edita ſemel fuerint hæc omnia,editionem repetere candidatus non cogitur,ſed quotannis nomen ſuum profiteri debet,ne fortaſſis mutaſſe uoluntatem, & nullum amplius beneficium affectare credatur.§.præfati.§.teneantur.

VI. De effectu nominationis.

Ea vis eſt ac poteſtas noīationis ſcholaſticæ, ut petitio legiſque actio ſit prodita,qua nominatus beneficiū ſuo tp̄e uacans peterepoſſit,ſi modo ritè & ex formula profeſſus fuerit. Tempus aūt qđ Leonina cōſtitutio noīatis attribuit, menſis eſt Iulius cum Ianuario.Nā cæteri qui gradibus ſcholaſticis inſigniti ſunt,non tñ proditi ſeu nominati a ſcholaſtico conuentu,Aprilem & Octobrē,alij alios menſes hñt.Quibus omnibus in orbem beneficia cōferuntur,nec ulla potuit commodior rō excogitari,qua uiri literati tertiā partē beneficiorū conſequi poſſint,quàm hac circulari collatione. Quę igitur menſe Iulio Ianuarioq; vacant, ob mortem inquam, beneficiarij,non ob beneficij eiurationem, adeo nominatis obſtricta,ut ita loquar,obnoxiaq; ſunt, ut tuo iure ipſis ea petere liceat,& alij facta collatio irrita ſit. §.ſi quis uerò. §.ult. Hinc plerique aiunt eum qui alii contulit beneficium, poſſe mutata uoluntate,nihilominus nominato conferre,quæ ſententia probabilis eſt.cap.non præſtat,de reg.iur.in 6. Sed animaduertendum eſt,quoties ſcholæ candidatus petit, curare eum oportere,ut non ſimpliciter,ſed tanquam nominato ex preſſum beneficium ſibi conferatur,alioqui inutilis eſt collatio,atque ita confuſionis fraudumq; uitandarum cauſa ſępe iudicatum eſt. Tempus autem intra quod petere debeat nominatus,conſtitutione expreſſum non eſt, itaque videtur id boni uiri arbitrio relictum eſſe.Sed æquum eſt ac rationi conſentaneum,Lateranenſis concilij tempus ſpectari, quod ſex menſium eſt. c.2.de concef.præb. Quod ſi requiſitus antiſtes petentem ambient emq; repulerit,ius conferendi,ut caducū ad ſuperiores antiſtites gradatim deuoluitur, §. ſi quis verò. vt ſuprà diximus.cap.5. Et pœna conſtitutione expreſſa eidē irrogatur,niſi iuſtā huius repulſæ cauſam allegauerit.§.ult.Iuſta uerò cauſa poteſt eſſe,exēpli loco, ſi is qui monaſticis uotis minimè obſtrictus eſt,beneficium petat, quod eius tātum inſtituti homines capere poſſint,aut contrà. Sic enim habet conſtitutio,ut ſecularia ſecularibus,& regularia regularibus cōferantur.§.& inſuper.Quę verba a nobis explicata ſunt li.2. Sed etſi alius cum ambiente concurrat,qui uideatur ei prę-
fere ndum eſſe, iuſta negandi cauſa eſt.Nam inter nominatos is potior cæteris habetur,qui prior nominatus eſt. Ac ſi plures eodem anno ſint nominati,qui ſummo gradu, id eſt doctura,prædiți ſunt,medijs,& medii infimis anteponūtur,quibuſdam exceptis,quos exprimit conſtitutio.§.ſtatuimus.Inter eos qui a ſcholaſtico conuentu proditi nō ſunt,ſed in candida pura petunt,ut ita dicam,locus eſt gratificationi, ſicut & inter eos qui proditi nominatiq; ſunt, cum nulla inter ipſos diſparitas inæqualitaſq; reperitur. Hæc aūt circularis promotio collatioq; beneficiorum nō perpetuò locum habet. Nā in metropolitanis cathedralibuſq; eccleſiis annonę quædam ſunt theologis attributæ, quas præbendas theologales uulgò appellamus,quòd nemini,præterquam theologo,poſſint conferri, quocunque tempore anni vacēt. §.ſtatuimus. Curatio quoque animarū in ciuitate ſemper ei defertur, qui gradibus ſcholaſticis præditus eſt,aut ſaltem legitimo tēporis ſpatio,id eſt,triēnio,uel theologiæ, uel iuri ciuili aut pontificio operam dedit, &c. Nec id modo de ciuitate conſtitutum eſt, quod uerbum peculiarem habet ſignificationem in iure pontificio, ſed etiam de quacunque comopoli mœnibus cincta. §.ſtatuimus.quæ authore Pomponio oppidum dici poſſe uidetur.l. pupillus.§.oppidum,de uerb.ſign. Adde ꝙ Romanus Pont.occupationis cuiuſdam iure,a nonnullis exiſtimatur beneficia quocunque menſe uacantia cuiuis conferendi liberam poteſtatem habere. Sed hæc quæſtio,quæ iuris controuerſieſt,paulò pòſt a nobis diſcutietur.

LIBER

LIBER SEXTVS.

De ijs quæ in beneficijs distribuendis præcipue obseruanda sit.

ARGVMENTVM.

Genera omnia acquirendorum beneficiorum recensuimus in superiore libro, & explicauimus. Sed quia in huiusmodi acquisitione multa necessariò obseruanda sunt, visum est nobis ea statim hic subiungere, & idcirco separatim hoc libro tractare, quòd superior ad iustam magnitudinem excreuerit.

Beneficium antequam vacet, nec dandum nec promittendum esse, & quàm grauiter in hac re aduersus sacros canones peccari soleat. Cap. 1.

BEneficia ecclesiastica, vt admonuimus li. 2. tēporaria non sunt, vt publica ciuiliaq; munera quondā in Rep. Romanorū, sed perpetua potius, ut in Gallia sunt magistratus regij. Ac talis ferè olim fuit Romæ Auguratus, quem Pli. li. 4. epist. existimat insigne sacerdotiū esse, quod non adimatur viuēti. hoc tñ interest, ꝙ sacra ministeria ac beneficia nostri tēporis ob maleficiū & aliam legitimam cām amittantur. Auguratus verò ita perpetuus est, vt quamlibet nocens ac sceleratus homo nūquam eo priuari queat, authore Plutarcho. in Proble. Proinde si quis administrationē ecclesiasticā habeat, nō aliter ei successorem mittere licet, q̄ si mortē obierit, aut aliàs vacauerit ecclesia, quam administrat. tot. tit. de cōces. prębē. c. non furem. 7. q. 1. Ac fuit quorundā opinio, ne mortuo quidem beneficiario posse beneficiū dari, antequā de mortui cadauer sepulturæ traditū fuerit, c. bonæ. 2. de elec. qđ tñ usquequaque receptū non est. Vacantē vero ecclesiā aut beneficiū dicimus, cū præfecto, gubernatore seu administratore caret, non dissimiliter ac iureconsulti vacantem mulierē uocant, l. qui cœtu. ad l. Iul. de vi pub. σχολάζουσαν ἐκκλησίαν dicunt Græci. conci. Antioch. & hac voce vtitur Plin. lib. 10. epist. vt lib. 8. dicemus. Nec multum refert an possideatur ab alio beneficium, an verò sit vacua eius possessio, vt conferri possit. Sufficit enim in ea causa id esse, vt iure vacans dici queat. c. licet, 2. de prębē. in 6. c. 1. §. sacri, de homici. in 6. Ac sicut uiui superstitisq; hominis beneficiū cōferri prohibet, ita ēt ꝓmissio eius interdicta est, quāuis in tēpus, quo mortuus fuerit beneficiarius, cōferatur. Nec ex tali ꝓmissione vlla nascit obligatio, quod & locum ēt habet, si quis sermone usus gñali, tunc beneficiū se daturū promittat, cū eius dandi facultas se obtulerit. c. 2. de cōces. pręb. in 6. Nam hmōi promissiones asam præbent affectandę captandęq; mortis alienæ, c. 2. de p̄b. quo nihil est a uiri boni officio alienius. Idq; uel Demadis illius exēplo edocemur, qui Athenis necessaria funeribus uenditantē dānauit, cum probasset magnū lucrū optasse, quod contingere illi sine multorū morte non poterat. Sene. lib. 6. de benef. c. 38. Receptū tñ est, ut ascito in collegiū canonicorū annona seu præbenda quę postea uacauerit utiliter promittat, quia indecorum visum est, quēquam sine stipendio canonici munere fungi in ecclesia. c. relatum. de p̄bē. gl. c. 2. de cōces. prębē. in 6. Pontifex sanè Romanus ab hac regula excipi solet, qui beneficia oīa, licet nondū uacantia, donandi, cōferendi, promittendi, & arbitrio suo distribuendi ac dispensandi ptātem sibi unus uindicat. c. proposuit, de cōces. pręben. Sed æquius erat ac lōgè decētius, eū nō imperio tñ, sed ēt exēplo cęteros ep̄os in officio cōtinere. Nā in tanto fastigio collocatus, si leges, canones ac maiorū instituta contēnat, exēplo magis quàm peccato nocet Reipub. Christianæ. Atque hīnc fit plerunque, ut non adeò grauis cùm in reliquos antistites, tū in gregem ipsum vniuersum eius sit authoritas.

» In commune iubes (inquit Claudianus) si quid, censesq;
» tenendum.
» Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui
» Fit populus, nec ferre negat, quum viderit ipsum
» Authorem parere sibi, componitur orbis
» Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
» Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
» Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Qua pęna aūt afficiat̄ is q̄ supstitis hoīs nōdū uacās būficium imperrat, tractatū est. Et īprimis cōstat eū ecclesiastica cōione sūmoueri. c. 1. de cōc. p̄bē. Deinde si quo honore graduq; ecclesiastico p̄ditus sit, eo priuat. c. imprimis, 2. q. 1. Est & pœna infamię aduersus eū statuta. 3. q. 2. c. audiuimus. Sed si quis ꝓbabili errore ductus mortuū aliquē esse crediderit, iustā habere vī excusationem. c. præsentium. 7. q. 1. Qua de re Philip. Decius in quodam responso disseruit, consil. 398.

Omnem ambitum à collatione beneficiorum procul abesse debere. Cap. 2.

In assequendis beneficijs nihil magis fugiendum est, q̄ ambitus & largitio. Quā de re extat canon concilij Chalcedonens. cap. si quis eps. 1. q. 1. in hæc verba. Si quis episcopus
» per pecuniam ordinationem fecerit, & pretio redegerit spiritus sancti gratiam, quæuendi non potest, ordinaueritque
» per pecuniam presbyterum aut diaconum, uel quemlibet de
» his qui cognominantur in clero, promouerit, & dispensatorem aut defensorem, uel quemlibet qui subiectus est regulę,
» pro sui turpissimi lucri commodo, is qui hoc attentare pro-
» batus fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, & qui ordi-
» natus est, nihil ex hac ordinatione uel ꝓmotione, q̄ est ꝓ ne-
» gotiatiōe facta ꝓficiat, sed fit alienus a dignitate uel solicitu
» dine, quā pecunijs acq̄siuit. Si qs uerò mediator tā turpib. &
» datis uel acceptis extiterit, si qdē clericus fuerit, a ꝓprio gra
» du decidat, si uerò laicus, anathematizetur. Græcè sic habet.
» Εἴ τις ἐπισκοπος ἐπι χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πράσιν καταγάγοι
» τὸ ἄπρατον χάρισμα, καὶ χειροτονήσοι ἐπι χρήμασιν ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ
» πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καθηριθμημένων, ἢ προ-
» βάλλοιτο ἐπι χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμοναρίον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ
» κανόνος, δι' αἰσχροκερδίαν οἰκείαν, ὁ ἑαυτὸν ἐπιχειρήτας ἐλεγχθεὶς, κινδυνευέ-
» τω καὶ περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφε-
» λείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς, ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆν ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος,
» ἕπερ αὐθι χρήμασιν ἔτυχεν· εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ
» ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ ἄλλος, εἰμὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιττέτω βαθμοῦ· εἰ
» δὲ λαϊκὸς ἢ μοναζων, ἀναθεματιζέσθω. Extat & constitutio Anthemij
» Imperatoris cuius hæc uerba sunt, tit. de episc. & cle. in Cod.
» Iustin. &c. Si quenquam uel in hac urbe regia, uel in cæteris
» prouincijs quæ toto orbe diffusæ sunt, ad episcopatus gradū
» prouehi Deo authore contigerit: puris hominum mētibus
» nuda electionis conscientia, syncero omnium iudicio profe
» ratur. Nemo gradum sacerdotij venalitate pretii mercetur.
» quantum quisque meretur, non quātum dare sufficit, æstimetur. profecto enim quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si ueneranda Dei templa pecunijs expugnentur?
» quem murum integritatis, aut uallum fidei prouidebimus,
» si auri sacra fames penetralia ueneranda proserpat? denique
» quid cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta
» corrumpatur? cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & a sacris adytis repellatur piaculare flagitium. ita ca-
» stus & humilis nostris temporibus eligatur episcopus, ut quo
» cunque locorum peruenerit, omnia uitæ propriæ integrita-
» te purificet: non pretio, sed precibus ordinetur antistes: tan
» tum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur, cogendus,
» rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur neces-
» sitas excusādi. profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fue
» rit ordinatus inuitus. Cùm sanè si quis hanc sanctam & ue-
» nerandā antistitis sedē pecuniæ interuentu subijsse, aut si qs
» ut alterū ordinaret, uel eligeret, aliqd accepisse detegit: instar
» publici criminis & lęsę maiestatis accusatione ꝓposita, a gra
» du sacerdotii retrahat, nec hoc solū deinceps honore priua-
» ri, sed ꝑpetuę quoq; īfamiæ dānari decernimus, ut eos quos
» par facinus coinqnat & ęquat, utroq; similis pęna comitet.
Qđ aūt de ordinatione dī, ad beneficiorū cōcessionē pertinet, q̄ olim cū ordinatione ipsa seu ꝓmotione erat cōiūcta, ut lib. 1. diximus. c. ex multis. 1. q. 3. Si qs igit̄ largitione ad sacrū ministeriū ꝓmotus, aut beneficiū assecutus fuerit, ab eo repelli & sūmoueri dēt, cùm irrita sit ac nulla talis ꝓmotio. c. sāctorū. 1. q. 1. c. cū clerici, de pac. Nec refert an qs pecuniā, an aliquid ꝓ pecunia pacisc̄atur: qa oēs hmōi pactiones iure pōtificio improbant̄, quib. interuenientibus, gratuita dici nō pōt collatio. c. quā pio, 1 qō. 2. c. ult. de pac. Hic aūt ambitus uulgò Simoniacus dī a Simone quodā apostolorū contēporaneo, q̄ mirificā illā diuināq; uim ac ptātem spūs sancti gratiā infundendi ꝓ manuū impositionē, quā hēbāt apostoli, ab ipsis emere & mercari uoluit. Act. c. 8. Quisq̄s. n. rē sacrā spiritalemq; pretio sibi parat, aut alia re q̄ p̄tij uice fungatur, hunc Simoniacū, quasi Simonis illius æmulū & imitatorē, appellamus. Nec quicquā interest an ordinatori, an alij, qui fortè cōpetitor nī sit, largiamur aut ꝓmittamus. Quòd si qs litē hēat beneficij noīe, & aduersario aliàs liti cedere nolēti pecuniā det uel ꝓmittat ob sumptus, hęc decisio transactioq; non vī ad Simoniacū ambitū ꝓtinere, spēm tñ quandā ambitus habere dī. & ut fraudibus uia præcludatur, meritò improbata est, nisi authoritate antistitis iusta aliqua probabilique de causa fiat. c. cum pridem. de pact. c. constitutus, de transactio. Cum igitur ambitus uerè non sit, sed commentitio iure prò ambitu habeatur, pęna transigentē non teneri uulgò receptū est, quāuis transactio irrita sit. not. in d. c. constitutus. Sed quęritur an librarijs, qui tabulas ad fidē ordinationis faciendam conscribunt, rectè aliquid detur. Et generaliter constitutum est a Gregorio, ne quid eo nomine accipiatur. Quod pleriq; sic intelligendum censent, si huiusmodi librarijs publicè sa-

Source : BIU Cujas

larium præbeatur. Nã alioqui opera eorũ vr̃ aliqua remuneratione digna. Et ſanè Baſilienſis ſynodus pro labore ſcribentis moderatam dari mercedem ſtatuit. Seſs. 21. Idq; Iuſtinianiconſtitutionibus conſentaneum eſt, quib. quantitas deſcribitur, quæ miniſtris epiſcopi ordinantis, ab eo qui ordinatur danda eſt. Nouel. 123. Sed et ſi qs ex ſubſtantia facultatibuſq; ſuis aliquid eccleſię offerre velit, non priuatim aliquib. perſonis eccleſiaſticis id ab eodem Iuſtiniano non ſolum pmittitur, ſed etiam maximopere commendatur. Verùm ab inuitis nihil exigitur, modica illa quantitate excepta, quam pro enthroniaſtico idem definijt.

De annuo vectigali, quod vulgò Annatam vocant, à nouis antiſtitibus exigi ſolito, & explicata lex Iulia de ambitu. Cap. 3.

Vſitatum eſt apud nos, & Leonina conſtitutione, cuius ſæpe meminimus, cõfirmatum genus vectigalis, quod uulgus Annatam uocat. Nam cùm primum recens lectus eſt, & à rege noĩatus, aut eps aut cœnobiarcha, Romanus Pont. anni integri fructus eius beneficij percipit, eoſque ſibi ſtatim ſolui ac repręſentari curat. Hoc vectigal, quod annuum appellamus, non quod anniuerſarium, ſed qđ vnius anni ſit, quidam a Bonifacio nono inuentũ, alij a Ioanne xxii. ſcribunt. Platin. Sæpe aũt quæſitũ eſt, an iure poſſit exigi. Et hæc ferè Theologorũ eſt opinio, iuriſq; pontificii conſultorum, Romanũ pontificẽ lege ſimoniaci ambitus, ut cęteros ẽpos teneri, ſi pro ſacris miniſterijs pecuniã accipiat. not. in c. 1. de ſimo Nã preter canones, quos ſupra citauimus, qui pecuniã omnino exigi uetant, hoc genus uectigalis a ſynodo Baſilienſi damnatum eſt, & pęna ambitus aduerſus eos qui hac uia ad ſacra miniſteria eccleſiæ promouentur, ſtatuta. Seſs. 21. Nec ſatis perſpicio vt ſe excuſare poſſint hoc modo promoti a Pontifice, quominus in canonum pœnã incurrant, & tanquã vitio creati, ut veteres loquebantur, dignitatẽ honoremq; eccleſiaſticũ amittãt, ſi quis ad priſcæ inſtitutionis normam potius quàm receptæ conſuetudinis, hęc exigere uelit. Nã quoquo ſe uertant põtifices, quibuſcũque decretis, conſtõnibus pactiſq; hanc exactionẽ tueantur, diuinũ oraculum ſemper eis opponemus: Gratis accepiſtis, gratis date. gl. prag. tit. de annat. Quod cum ita ſit, conuentio inter regem noſtrũ, pontificemq; Leonẽ inita, turpis oĩno ac inhoneſta quibuſdam vr̃, ideoq; pro nõ ſcripta haberi ac reiici debere: ita tñ vt cætera capita eiuſdem conuentionis, quæ a rõne honeſtateq; non abhorrent, nihilominus obſeruentur. Non me latet a iuris ciuilis authoribus pollicitationes probari, quib. ob ſacerdotiũ pecuniam Reip. quis promittit. ti. de pollicita. Sed alia cauſa eſt ſacerdotiorũ Chriſtianæ religionis, ut ex iã dictis conſtat. Deinde vltrò offertur Reipub. ea pecunia, nec eã promittere, aut nõ promiſſam dare quiſquã cogitur. Nec uero inficias eo ex fructibus beneficiorum partem aliquam decerpi poſſe, ſi neceſſitas aliqua magnaq; utilitas eccleſiæ id flagitet. Verum id coacto concilio fieri debet, ut appareat in eccleſiæ gratiã & uſum reuera, non in priuatum paucorũ hominũ commodũ eas facultates erogari & impẽdi. Quod & in ſynodo Conſtant. decretum eſt. Seſ. 43. Sed obijciunt aliqui quod Modeſt. ait, legem Iuliã de ambitu Romę ceſſare, q magiſtratuum creatio ad principis curam pertineat, nõ ad populi fauorem. l. 1. ad leg. Iul. de amb. Idemq; dicendum putant de pontifice Romano, cuius in eccleſia ſummus eſt principatus, ut ambitus argui non poſſit. Quibus ego breuiter reſpondeo, legem Iuliam aduerſus eos latam eſſe, non qui Reipublicæ palam aliquid dabant, qđ nulla lege vetitum erat, tit. de pollicit. ſed qui populum uiritim diſtribuendo pecuniã clandeſtinis largitionibus corrũpebant. Proinde ea lex in iis magiſtratibus locum habere non poterat, quos princeps, nõ populus, creare ſolebat. Verum ut gratis dentur hæc ſpiritalia ſacraq; munera, nec eo nomine quicquã accipiatur, ẽpis omnibus ac pontificibus & voce diuina, & ſacrorum cõuentuum canonibus præceptum eſt, qñquidem eorum cupiditati & auaritiæ aliter occurri nõ poterat. Ac ut obiter de principe dicam, quod diſſimulari non poteſt, quamuis nulla lex principẽ coerceat, nihil tñ vr̃ magis a regia liberalitate, ſplendore & maieſtate alienum, quàm ob munera publica a ſubditis pecuniam exigere, id quod Iuſtinianus noſter in quadam conſtitutione grauiter & copioſè demonſtrat, ac dedignari ſe ait imitari eos qui ante ſe imperio præfuerant, qui pro pecuniis conferentes munera publica caſtigandi eos qui malè & iniuſtè uerſabantur in munere ſuo, poteſtatem ſibi ademerat. Sed memoratu dignum eſt, quod idem ait, atque vtinam principes noſtri hoc corruptiſſimo tpe ſæpius id expẽderẽt: Ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς πάσης ἐστὶ πονηρίας ποιητικὸν τε καὶ πέρας. Pecunias ex magiſtratib. colligere, omnis iniquitatis & iniuſtitię principium eſt & finis. Nouel. 8. vt iud. ſine quo. ſuffra. Huic conſentaneum eſt & quod Lampridius de Alexãdro Seuero ſcribit, Honores iuris gladij nunquam uendi paſſus eſt, dicens, Neceſſe eſt, ut qui emit, uendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſum. Erubeſco enim punire illum hominem qui emit & uendit. At hodie ò turpem notam horum temporum? quotuſquiſque abſque precio, eoque ingenti, ad ullum magiſtratum in Republica noſtra prouehitur. Nam etſi princeps eam nundinationem minimè probare ſoleant, in ijs quidem certè magiſtratibus, qui iuri dicendo præficiuntur, nemo tamen eſt qui neſciat ea munera ſuffragatores aulicos, uelut in auctione licitationeq; publica, grandius prætium numerantibus addicere ſolitos eſſe. Itaque uix ullus hodie reperitur commendatione virtutis & doctrinę vllo honore auctus in Republica, & cui idem uerè dici non poſſit, quod Caium Cæſarem Syllæ quondam obieciſſe ferunt. Cum enim Sylla indignabundus Cæſari ſua ſe in illum poteſtate uſurum eſſe diceret, ridens Cæſar: Rectè, inquit, tuum putas eſſe magiſtratum, quem tuis pecunijs comparaſti.

De annuis ſiue penſionibus, quæ beneficiis uelut ſeruitutes quędam imponunrur. Cap. 4.

Beneficia cum uacant, integra & ſine ulla diminutione debent conferri. Quare ſi partem redituum antiſtes beneficium conferendo retineat, in legem ambitus committit. tit. ut eccleſ. benefi. ſine dimi. Sed nec duobus idem beneficium conferre, aut inter duos idem beneficium diuidere poteſt, niſi ex iuſta aliqua cauſa ritè legitimeq; talis diuiſio fiat. cap. maioribus. ca. uacante. cap. cum cauſam, de præben. Receptum tamen eſt, ut quamuis uni tantum detur beneficium, nihilominus ei onus imponatur certam portionem ex beneficij reditib. alteri ſingulis annis pendendi. Quod genus penſitationis annuum neutro genere appellari poſſe arbitror. idque exemplo ueterum, quos ita locutos eſſe crebrò animaduerti. l. ſeio. §. uxori. l. ſicut annuum. l. Titia. §. qui Marco, de an. leg. l. ex annuo. l. ſi ſtipulata, de donat. inter uir. Eſt igitur hoc annuum delibatio quædam beneficij, qua ex eo qđ uniuerſum beneficiarij foret, pars quædam alicui confertur. Sic enim id nobis utcunque deſcribere ac delineare uiſum eſt, exemplo Florentini Iureconſulti in legati definitione. l. legatum, de leg. 2. Sunt autem huiuſmodi annuorum tria genera. Quædam enim ob ſacrum ſpiritaleq; munus pendũtur, vt cũ in eccleſia aliqua cõſtituitur a monachis vicarius, qui eccleſiã ac populũ regat: nam huic ex reditib. ſuis partẽ aliquã idoneã erogare cogũtur. c. de monachis. c. extirpãdę, de pbẽ. c. 1. de pręb. in 6. Item cũ pręter eccleſiæ rectorẽ ſiue paſtorẽ clericus quiſpiã ad eccleſiæ miniſteriũ neceſſarius inſtituit: cui ẽt portio redituũ beneficii dẽt a rectore ipſo ſuppeditari. c. cõquerẽte. de cle. non reſ. Ac tametſi bñficij, vt ita dicã, hi dñi nõ ſint, ſed hãc portionẽ veluti vſufructuarij, & a dñis quodãmodo accipiant, tñ hoc ſtipendiũ a uero iuſtoq; beneficio nõ differt, cũ ob ſacrũ ſpiritaleq; miniſteriũ detur. Alia ſunt annua, que ob munus aliqđ profanũ, ac, ut loquimur, tpale, pberi ſolẽt, utputa, aduocatis eccleſię, & iis qui ſonitus tinnituſq; cãpani curã gerunt. Et hæc annua profana oĩno ſunt, quę ob profanũ officiũ profaniſq; hominibus tribuunt. c. quicunque. 12. q. 2. c. poſſeſſiones, 16. q. 1. not. in cle. 1. de reb. eccl. nõ alie. Alia ſunt quę abſq; ullo onere ac miniſterio conceduntur, & ἱ ἀπαρτα καὶ ἀνήρατα proueniũt, de quib. hic potiſſimũ tractaturi ſumus. Ac in primis ſciendum eſt, certis ex cauſis hęc onera ſeruituteſq; beneficiis imponi poſſe, nõ ſolùm a Pont. Roma. ſed ẽt ab alijs antiſtitibus, qui inferiores dũr. Itaq; ſi in fraudẽ, aut abſq; cauſa legitima annuũ alicui attribuerint, nihil actũ eſſe intelligit. c. extirpandę, de præb. c. audiuimus, de colluſ. dete. Sed uoluntas Romani Põtificis p iuſta legitimaq; cauſa hr̃ in re beneficiaria. cle. 1. vt li. pen. Prima igit cauſa eſt, cũ quis beneficiũ eiurat, ac dimittit in gratiam alterius, hoc cõſilio, ut pars aliqua fructuũ, unde ſe tueatur, ei ſalua maneat. Nam etſi huinſmodi conditio a Simoniaco ambitu propè videatur abeſſe. not. in ca. ex parte, de off. deleg. tamen quia totum negotium in uoluntatem arbitriumq; Pontificis confertur, conuenit inter omnes iuris potificij doctores impunè, id licere. Et ſanè iuſtiſſima plerũque huius rei cauſa poteſt eſſe, ut ſi ponamus paſtorem alicuius eccleſiæ ſenio confectum, uelle miniſterium ſuum cũ bona pontificis uenia alii cedere, nec tñ eas facultates habere, ut ad victum ei ſufficiant, idq; ſupra alibi annotatũ eſt. Secunda cauſa eſt, cum duo permutare cupiũt beneficia ſua, ſed unum longè opimius eſt ac uberius altero, tunc enim ipſis conſentientibus pontifex minus ac magis tenue beneficiũ certæ præſtationi annuæ obnoxium reddit. Tertia cauſa eſt, cum lis inter duos beneficii alicuius nomine orta eſt. Quo caſu ſolet pacis cõcordięq; cã ita res decidi, ut unus beneficiũ obtineat, alteri annuũ ex eius beneficij fructib. præbeatur. c. niſi eſſent. de pbẽ. Sunt & aliæ cauſæ, quas cõmemorant

rant passim iuris pontificii doctores, sed has tantum usus forensis probat in Gallia. Nam etsi quis bene meritus sit de ecclesia, aut inops, uel infirma ualetudine sit, iusta hæc causa annui dandi ex bonis ecclesiasticis habetur. ca. possessiones, 16. q. ca. quicũque, 12. q. 2. Oldra. consil. 226. Et hoc prætextu Romanus Pontifex Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ annua attribuere consueuit, quod absque eo reditu splendorẽ suũ tueri nequeant. Verùm ut supra diximus, quę causa eum mouerit, inquirendum non est.

Annuum de quo hic loquimur, beneficium ecclesiasticum non esse.

Annua huiusmodi inter sacra beneficia non recẽsentur, ut iã admonuimus. c. præterea. il. 2. de trãs. Proinde quæ de beneficiis constituta sunt iure põtificio, ad ea minimè pertinent. c. quamuis, de præben. in 6. not. in ca. ad audientiam, de reser. Exempli gratia. Laicis hominibus non minus quàm initiatis attribuuntur quia nullum sacrum munus ministeriumve desiderant; ideoque cõtracto postea matrimonio nõ amittuntur. Quod tamen plerique accipiendũ esse aiunt, nisi cum cedenti beneficio suo annuũ constituitur. Quo casu, quia loco beneficij datur, naturam quoque beneficij retinet. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Prẽterea mortuo creditore non dicitur vacare, ut impetrari sicut beneficiũ aliquod possit, sed velut ususfructus extinguitur. Remittitur etiam absque ullius pontificis venia, licet beneficio se abdicare nemo possit, sine pontificis authoritate. titu. de renun. Cùm enim priuatum alicuius hominis cõmodũ tantum respiciat, cur ipsi de eo pacisci arbitrio suo non permittetur? l. si quis inconscribendo. C. de pact. l. in re manda to. C. mand. Excipitur annuum quod authoritate pontificis pro alimentis alicui attributum est. Nam ius ciuile non patitur, ut transactio de alimentis sine decreto interponatur. l. cum hi, de transa. Item potest hæc pensitatio, ut alius quiuis reditus, pecunia redimi. Verùm ob eam, de qua iã diximus, causam pontificis authoritas accedere consueuit. Atque ita uulgò solent concipi tabulæ, quasi aliquot annorum pensionibus repræsentatis, ac vt loquitur Seneca, in antecessum datis, liberatum sit ea seruitute beneficium. Adhæc, si annuum ita sit alicui attributum a pontifice, ut illud in alium transcribere possit, nihil prohibet eo nomine pecuniam velut ab emptore accipi. Sed rarò hanc transcribendi emancipandiq; facultatem pontifices concedunt, uti accepimus. Deniq; non sicut beneficium, ita etiam hoc ius, quod profanum est, cum beneficio permutare licet, quia sacrarum spiritaliumque rerum cum profanis permutatio non admittitur. ca. ult. de rer. permut. glos. prag. tit. de coll. § item quod ad uniuersitates, in uerb. beneficiorum.

Annui potestas & effectus quis sit?

Quæ sit potestas & effectus annui, nonnihil ante demonstratum est. Sed hic locus aliquanto pleniorẽ disputationem exigit. Itaq; animaduertendum est hoc ius simile quadantenus esse usufructui, quia cum persona extinguit. §. finitur. Instit. de usufr. Præterea beneficio sic inhæret, ut ipsum sequatur ad quancunque personam transeat. cap. si quis laicus, 16. q. 1. Nam mortuo beneficiario hoc annuum a successore, qui in vacantem locum suffectus est, posse exigi dubium non est, nisi ex conceptione diplomatis aliud actũ esse appareat. d. c. nisi essent, ubi gl. de præben. Cum enim ferè nõ concedatur alicui a Pontifice, nisi in perpetuum, & quãdiu uixerit, ratio, non patitur, ut finiri morte beneficiarii dicatur. Quod & de prẽteriti temporis pensionibus, quas uetus possessor beneficii debuit, accipiẽdum esse uidetur, ad quas ecclesia siue beneficium obligatum est. l. imperatores. ff. de pub. & uectig. Nec ideo aduersus ueterem possessorem, si fructus in vsum ecclesiæ non impenderit, aut eiusdem fato functi hæredem agetur. Atq; ita creditoris erit electio, utrũ conuenire malit. not. in c. 1. de solut. Cum autem usufructuario comparetur is, cui annuum attributum est, tractari solet, an onera quæ dicuntur patrimonialia subire cogatur. Et certũ est hospitalitatis onus, & alia huiusmodi quę ordinaria sunt, beneficiario incumbere, cum eo nomine maiorem partem fructuum ei dimittẽdam esse receptum sit. Cætera uerò quæ extra ordinem indicuntur, pro portione sustinet is qui annui nomine partem fructuum capit. l. hactenus, de usufr. l. neque de impen. in reb. dot. fact.

Beneficium purè ac simpliciter conferendum esse. Cap. 5.

Quia beneficia gratis cõferenda sunt, ut ante diximus, receptum est, collationem sub conditione fieri non posse. c. ult. de pact. not. in c. significasti, de elec. Excipitur conditio quæ inest collationi, quãuis forte non exprimatur, utputa, si uacat beneficium, &c. gl. in ca. 2. de elec. in 6. Nam ea adiectio abusiue tantum conditio appellatur: nec ullã uim suspendendi negotium, quod geritur, habet. l. muto, de tute. glo. c. significarum, de præb not. in l. actus legitimi, de reg. iu. Quod autem dr sub conditione beneficium inutiliter cõferri, de inferioribus antistitibus uulgo accipi solet, non de Romano Pontifice. Huic enim liberum est quancũque libuerit conditionẽm adijcere collationi, modò ea in crimen ambitus iure diuino prohibiti non cadat. cle. 1. ut lit. pend. not. in d. c. significasti. Eadem est alternationis ratio quę cõdirionis, idque a pontificii iuris doctoribus plerisque in locis memoriæ proditum est not. in c. pastoralis, 7. q. 1. in c. 2. de elect. in 6. Fel. in ca. 2. de appel.

An absque scriptura beneficii collatio ualeat. Cap. 6.

Simulatque Pontifex beneficium se alicui conferre pronuntiauit, ius ei acquisitum esse intelligitur, tametsi nulla scriptura, nullumve dipioma, ea de re confectum fuerit. c. institutionis, 35. q. 2. Itaque mortuo statim Pontifice a quo beneficium nudo sermone collatũ est, irrita minime est collatio, sed debent a successore diplomata & literæ expediri, in quibus eius concessionis mentio fiat. Bal. in l. humanũ C. de legib. & in l ult. C. de com. ser. ma. c. lris. de reseri. Quæ literę ad probationẽ necessarię esse dnr, cõtra cões regulas: nec licet beneficiario antequã eas literas acceperit, quicquam attingere, quod ad beneficium pertineat. extra. iniuncta, de elec. auth. de mand. prin. Proinde ad fidẽ collationis faciendã testes non sufficerẽt, Pan. in ca. in nostra. de reser. no. in l. pactum quod. C. de pact. prẽterquam in exceptis casibus, de quibus non indiligenter ab alijs tractatũ est. Fel. in rub. de consti. Tametsi Iason ex facto cõsultus simpliciter rñderit, scripturã necessariam non esse. in l. cum proponas filios. C. de pact. Quę autem sit authoritas ac fides literarum siue tabularum, quę ab antistitibus conficiuntur, quandoquidem diffuse ab alijs agitata est quæstio, eam impręsentiarum omittemus. not. in c. post cessionem. de probat.

LIBER SEPTIMVS.

Quod ius habeat beneficiarius in beneficio suo, & quemadmodum beneficia retineantur & conseruentur.

ARGVMENTVM.

Omne ius nostrum, iuquit Vlpianus. l. vlt. de legib. aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in amittendo consistit, caq; diuisione sæpe vsi sunt nostri iuris authores. lib. 8. Digest. quorum exemplum hic nos secuti, post acquisitionem beneficiorum, operæpretium duximus, et de eorum conseruatione aliquid scribere, tametsi is locus à cæteris vulgò prætermissus sit.

De decima tam ordinaria & legitima, quàm extraordinaria atque indicta. Cap. 1.

Beneficium ecclesiasticum, vniuersitas quędam est uariis ex rebus constans quibus loco stipendij cuiusdã beneficiarius fruitur. Ac ut de singulis br dicamus, prędia imprimis ac possessiones, quæ vulgò bona tpalia dñr, beneficio insunt, ut docuimus lib. 2. prætereà decimã omnium fructuũ partẽ a populo accipit beneficiarius, de qua ẽt disseruimus lib. 2. Et qa lex Mosaica eam dari iubet leuitis & sacerdotibus, quib. nulla terræ portio data fuit, cum Moses Hebręis possessiones distribueret, c. 1. de deci. iuris pontificij doctores contendunt, iure diuino eam sacerdoribus nostri tpis deberi, qđ & pontificum aliquot constõnibus expressum est. c. parochianos. c. in aliquib. de deci. Sed existimant ferè theologi non ideo quẽquam iure diuino ad eã præstationẽ astringi dicendũ esse, cũ ea lex abrogata sit, nec hodie nos liger, vt ante diximus. gl. c. 1. de deci. in 6. Sunt qui asserant, nos ita demum obligari ad decimã dandã, si uoto ad id nos obstrinximus. l. 2. de pollici Quasi hęc decima similis sit ei, quam ueteres ethnici vouere Herculi & cõsecrare solebãt, autho. Plutar. in Problem. Verùm inueterata consuetndo ecclesiæ, & uariæ constitutiones ea de re promulgatę, merã liberalitatem fortassis in necessitatem conuerterunt. Itaque in hac disputatione de decima, ut ministris ecclesiarum iure debita, & quã ab inuitis exigere possint, loquimur. Nec solum de fructibus põdiorum pcipitur, sed ẽt de omni artificio, negotiatione, quęstu, &c.

Source : BIU Cujas

ca.ex tranſmiſſa,de deci. Et hinc vulgaris diuiſio decimæ in prædialem & perſonalem orta eſt.cap.ad apoſtolica,de deci. Debetur autem Curionibus potiſſimum, id eſt præsbyteris qui parœcias regunt,& animarum curationem hñt. Id enim ab initio ſic conſtitutum fuiſſe dicitur.c.eccleſias,13.q.1.cap. decimę.c de decimis,16.q.1.Debetur interdum & alijs eccleſijs ſiue monaſterijs,uel ob donationem ritè factam, uel ob longi temporis poſſeſſionem.c.cum cõtingat. c.cum in tua, de deci. Laici uerò huius iuris capaces non eſſe dicuntur: quia ob ſacrum ſpiritaleque munus clericis conceſſum eſt. Eſt enim Lateranenſi concilio prohibitum, quod tempore Alex.111.ante quadringentos annos habitum eſt Romæ,& quibuſdam pontificum decretis, ne in homines laicos hoc ius transferatur,c.prohibemus,de deci.c.cum apoſtolica,de his quæ fi. a prælat. Ante illud concilium ſacræ decimæ ius, clientelę titulo militibus attributũ fuerat a principibus quibuſdam,idque totius cleri conſenſu, quòd eccleſiam populumque Chriſtianum aduerſus religionis hoſtes propugnarent.Et huius rei authorem fuiſſe in Gallia Carolum Martellum annalibus noſtris proditũ eſt. Sed quia id pernicioſum eccleſijs videbatur,ſynodus decreuit, ut ex eo tempore decima in laicum transferri non poſſet.Quamobrẽ qui iure clientelæ ſacram decimam ſibi vindicant hoc tempore, eam ante ſynodum illam Lateranenſem ſibi,vt clientibus eccleſię conceſſam fuiſſe contendunt.Cuius rei quia difficilis eſt probatio, vtilitatis cauſa receptum eſt, vt vetuſtam poſſeſſionem iſtius iuris clientelaris,id eſt,quæ hominum excedat memoriam,probare ſufficiat.not.in c.cum apoſtolica, de his quę fi. a præla.Ad decimã autem beneficiarijs curionibus pręſtandam,adeo obligatur populus:ut nemo excuſetur, niſi huius muneris vacationem impetrauerit,quæ a Pontifice Ro.impetrari ſolet.c.dilecti.c.ſuggeſtum,c ex parte c.licet. cap.ad audientiam.cap.a nobis.de deci.Nam conſuetudine ſeu longa poſſeſſione hoc ius omnino nõ tollitur, quãuis minui poſſit, & decima in duodecimam aut aliam partem, quæ minor ſit conuerti.not.in c.in aliquibus,de deci.c.commiſſum,eo.tit. Ex his quæ iam dicta ſunt exiſtit quæſtio, de noualium decima cui ſcilicet debeatur,an curioni beneficiario,an verò alij cui ius ſacræ decimæ acquiſitum ſit. Nouale autem hic intelligitur proſciſſus nunc primũ ager,qui antè deſertus, nec poſt hominum memoriam cultus fuit,c.1. c.quid per nouale.de verb.ſign.in decret.l.vlt.de ter.mo.quãuis nonnunquam aliter accipiatur.l.ſylua.§.noualis,de verb.ſig. Ad quæſtionẽ igitur propoſitam vt breuiter reſpondeamus, ſciendum eſt imprimis laicos qui ius ſacræ decimæ ſibi vindicant, ex noualibus nihil percipere poſſe, ſed curiones ipſos potius, quibus ſolis hoc ius olim competebat. De monachis aurẽ, qui olim laici erant,nunc ferè ſunt clerici, & alijs huiuſmodi beneficiarijs paulò difficilius eſt iudicium propter conſtitutionum pontificiarũ obſcuritatem. Sed vulgò receptum eſt, ſi ius ſacræ decimæ in certa parœcia diſertè conceſſum eis fuerit,decimam quoque noualium ipſis deberi, cap.ex parte,de deci. quia verba indefinita ad futurum quoque tempus referuntur.l.ſi ſeruitus, de ſeruit.vrb præd. Quòd ſi longa poſſeſſione id ius acquiſierint clerici, decima noualium, non ipſis, ſed curioni debetur, quoniam in loco recens proſciſſo nullã vnquam decimam perceperunt. Ideoq; vſucaptũ ab eis hoc ius verè dici non poteſt.c.cum contingat,c.cũ in tua,de dec. Addendum & illud eſt, quamuis ei qui longa fortaſſis poſſeſſione decimam ſibi acquiſiuit, nominatim decimæ noualiũ ius ita tributum fuerit,vt non aliter ac decima uetere ea fruatur:conceſſionem tamen huiuſmodi dimidiam partem non excedere,ne curiones & paſtores eccleſiarum parœciarumq; nimis grauentur,id quod Alexandrina conſtitutione plenius continetur.c.ſtatuto,de deci.in 6.Hactenus de legitima ordinariaque decima ſatis pro inſtituto dictum eſt.Eſt autẽ aliud genus decimæ, quam ideo extraordinariam & indictam vocare poſſumus, ꝙ à Pontifice Romano prætextu belli hoſtibus noſtræ religionis inferendi, alteriuſve neceſſitatis extra ordinem beneficiariis indicatur. cle.vlt.de deci. & eo.tit.in extrau. Hodie hanc decimam rex in Gallia beneficiariis indicere ac imperare pro poteſtate ſolet, nec vllum ferè certius atque expeditius,quàm ex decumana iſta pecunia vectigal habetur.

De primitijs. Cap. 2.

Affines decimæ ſunt primitiæ,id eſt, primi fructus ex agro ſuſcepti. Nam & hi lege Moſaica offerri iubebantur Deo, quanuis certa non eſſet definita quantitas, ſed offerentium arbitrio derelicta,vt Hieronymus ait. cap.1. de deci. Itaque prætextu legis diuinæ ad certam eo nomine præſtationem populum hodie cogi non poſſe inter omnes conuenit. Nec dubium eſt, quin ea conſuetudo, cujus meminit Hieronymus,quę modum definierat contraria cõſuetudine abrogari & antiquari potuerit. d.c.1.de deci.Et hunc ſanè morem primitiarum offerendarum videtur ab Hebręis ipſis accepiſſe Romani,quos ſcribit Plin.lib.18.deguſtare vina aut nouas fruges ſolitos non fuiſſe, priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent.

De oblationibus. Cap. 3.

Oblationes dicuntur quæcunq; a pijs fidelibuſque Chriſtianis offerũtur Deo & eccleſiæ, ſiue res ſoli,ſiue mobiles ſint. Nec refert,an legẽtur teſtamento,an aliter donentur.c.qui oblationes.c.clerici.13.q.2. no.in c.cauſa.c.cum inter,de verb.ſign. Et hoc vocabulo uſus eſt Vlpian.c.5.tit.de donat.inter vir.& vxo.Veteres offerumenta vocabant,authore Feſto.Verùm hæc inualuit conſuetudo loquendi, ut oblationes ſpecialiter dicantur, quæ altari offeruntur in ſacra liturgia,quam vulgus miſſam,Iuſtinianus noſter ἀναφορὰν προσκομιδῶν appellat,Nouel 123.c.de his, 10.q.1.ca.oĩs, de conſec.diſt.1. Huiuſq; oblationis, quæ apud veteres vſitata fuit,Theodor.meminit.lib.5. eccleſ.hiſt.c.18.& nos ſuprà aliquid attigimus lib.2.Et hæ omnes oblationes, ſicut, & decima,de qua iam diximus, inter res ſacras ſpiritaleſq; numerantur:adeò ut clerici tantum,non etiam laici,eas capiant.c. quia ſacerdotes.c.ſanctorum.c.vlt.10.q.1.Cùm autem in bonis ac reditibus recenſeantur eius eccleſiæ cui offeruntur, meritò dicendum eſt eas ad eius eccleſiæ rectorem gubernatoremq; pertinere.Panor.in c.paſtoralis,de his quæ fi. a præla.ſine conſen.

De diarijs, quæ diſtributiones quotidianæ appellantur, & cur hoc genus erogationis adinuentum ſit. Cap. 4.

Canonicorum beneficia ac præbendæ duabus ex rebus ferè conſtant. Nam in quibus eccleſijs eſt præbendarum diſtinctio, certa prædia ac poſſeſſiones obtinent ſinguli,quas ſic in poteſtate ſua habẽt, vt reditum ab alio quopiam accipere neceſſe eis non ſit.Fructus autem huiuſmodi ſibi acquirunt,ſi præſentes ſint in ciuitate,quamuis in templo quotidie non pſallant, aut pſallentibus non aſſiſtant.Nam quia canonicorum collegium velut quidam ſenatus eſt eccleſiæ,ut diximus lib.1. permulta ſunt ad eorum munus pertinentia, quibus exequẽdis eccleſię nõ minus,imo verò magis prodeſſe poſſunt. Hoc enim pſallendi munus quãuis negligendum non ſit, tamen olim inferiorum tantummodo clericorum fuit,nec inter pręcipua,ac magis eccleſiæ neceſſaria habitum eſt.Quod & ſupra admonuimus lib.1.Præter eas poſſeſſiones qui pſallunt in templo, aut ſacris cantionibus interſunt,quamuis plerũque in collegium canonicorum cooptari nõ ſint,hi in ſingulos dies, atq; adeò horas ſtipem recipere ſolent,ac veluti quaſdã ſportulas, quibus a manu vulgo nomen inditum eſt, ꝙ tantùm pręſenti in manum tradantur.c.olim de verb.ſign. Sunt qui diſtributiones quotidianas appellent non ineptè. Ego a Latinis Diaria propriè uocari ſcio. Qua uoce Iuſtinianum noſtrũ, quanuis Gręcè ſcribentem, Nouel.123.uſum fuiſſe comperimus.Verba eius hæc ſunt de diaconiſſa loquentis, quæ cum ſuſpecto aliquo uiro habitat: εἰδὲ ἐναύτο ὑπέρθηται πράξαι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑπηρεσίας καὶ τ ἰδίων διαρίων ἀλλοτριωθήνη, ἐν μοναστηρίῳ παραδιδόσθω, & cęt. Videtur aũt hoc erogationis genus ideo excogitatum eſſe, vt cum a beneficiarijs vulgò contemneretur pſallendi aut ſacris aſſiſtendi munus,quaſi proprium ipſorum non eſſet, ſpe huius dianomes & mercedis illecti, id munus amplecterentur, Nam ijs tantùm qui ſacris interſunt hæ ſportulæ diſtribuuntur:non alijs,niſi fortè eos excuſet ualetudo,&c.c.decę tero,de cler.non reſi.& tit.de cler.non reſi.in 6.Et hoc quidẽ adeò uerum eſt, ut de eo qui ob Theologiæ ſtudium abeſt, conſtitutum ſit,huiuſmodi ſportulas eũ non conſequi,quanuis cæteros fructus lucretur.c.licet,de præben.c.ſuper ſpecula.de magiſt. Fauor enim ſtudij hoc tantum efficit, ut abſens pro præſente habeatur:conſtatq; ad conſequẽda hæc diaria præſentiam non ſufficere, niſi ſacris cantionibus precationibuſque quis aſſiſtat. Nam & aliàs quæ de fructibus & obuentionibus beneficij conſtituuntur, ueluti de ſoluenda beneficiorum decima,de hac dianome intelligi non ſolent.Quanuis enim fructus aut reditus non malè dici poſſit,extra Bonifa.de deci.munus tamen illud pſallendi, adempto præmio facilè deſereretur a canonicis, cęteriſque eccleſiæ beneficiarijs, quibus ea minutatim diſtribuuntur, ut ſpe quæſtus id faciãt, ad quod efficiendum ideo cogi poſſe non uidentur, quia ſecundum ueterem inſtitutionem ſortaſſis alia fuit eorum in eccleſia functio.Cuius tamen rei non magnam habuit rationem Bonifacius octauus,ut ex eius conſtitutione apparet.d. extra.de deci.Vnde fit,ut quod in compenſationem miniſterij illius antiquioris ac pcipui datur canonico, tametſi forte

in ſin-

Source : BIU Cujas

in singulas hebdomadas, menses, aut dies distribui soleat, tamen appellatione Diariorum minimè hic contineatur. Nam interdum canonici nullam certam possessionem pro ministerio suo assignatam habent, sed a diuisore aliquo frumentum aut uinum stato tempore ipsis distribuitur. Sed & panes quoque dantur eisdem illis non omnino dissimiles, qui a iuris ciuilis authoribus panes ciuiles dicũtur. Eaq; cibaria licet cantionibus sacris non assistentes capiunt. extra. postulasti, extra postulasti. & extra cum nonnullæ, de præben. glo. prag. tit. de ann. §. uoluit, in ver. fructib. & tit. quo temp. quisq. deb. §. iubet, in uerb. distributiones, Oldr. cons. 18. Ijs autem qui munus suum omnino uegligunt, & sine iusta causa absunt, nulli omnino fructus debentur, c. cum dilectus, de cler. non resi. nisi contraria sit consuetudo. c. cum omnes. de constit.

De reditibus & obuentionibus quibusdam episcoporum. Cap. 5.

Iura episcopalia quidam ita describunt, ut partim ad legem iurisdictionis, partim ad legem diœcesanã pertinere ea dicant. gl. c. dilectus, de off. ord. Quam distinctionẽ Panor. ut ineptam, & nulla ratione authoritateve nixam improbat. d. c. dilectus. Nobis autem propositum non est, quicquid ad episcopi munus spectat hic exequi, quod cæteri fusè explicant, sub tit. de offi. ordi. & a nobis non indiligenter tractatum est lib. 1. De reditu & prouentu illo tantùm hic disserimus, qui ex episcopio percipitur, præter ingentes possessiones & latifundia, quæ uulgò bona temporalia uocant. Postquam enim reditus ecclesiæ, qui antiquitus erant communes, & ab episcopo distribuebantur, diuisi sunt, & singulis ministeriis attributi, quemadmodum a nobis dictum est lib. 2. episcopis singulis vectigal quoddam ab inferiorib. ecclesiis pendi cœptum est. Huiusmodi imprimis illud est, quod in synodo a singulis curionibus, & inferiorũ ecclesiarum gubernatoribus exigunt. Nam duos solidos singuli episcopo dare iubentur. c. 1. c. illud, 10. q. 3. c. conquerente, de offi. ord. Cuius muneris vacationem habent monasteria, vt concilio Toletano constitutum est. c. inter. 10. q. 3. Dicitur; hoc ius uulgò cathedraticum, ꝙ cathedræ, id est honori episcopali debeatur. Cathedra enim in iure pontificio pro honore ac munere episcopali sæpe accipitur, c. non autem. c. placuit. c. si quis episcopus 7. q. 1. propterea ꝙ olim episcopi, quorum munus proprium ac præcipuũ est docere, c. inter cœte. de off. ord. sedentes in solio & cathedra docebant. Euseb. lib. 7. eccles. c. 15. ca. 26. Tripar. li. 5. ca. 29. Ac quoties episcopus aliquis creabatur, collocari in eo solio atque throno solebat, veluti possessionis cuiusdam apprehendendæ gratia. Hinc enthroniasticum a Iustiniano dictum est, Nouel. 123. honorarium illud, quod episcopi munus suum auspicantes ecclesiæ largiebãtur. Hinc etiam dictæ sunt cathedrales ecclesiæ, ut a cæteris inferiorib. discernantur. c. venerabili, de verb. sig.

II. Cùm episcopus aut archiepiscopus prouincię vel diœceseos suæ ecclesias & monasteria solenni more inspicit, earum ecclesiarum vel monasteriorum præfecti hospitio eum recipere, victumq; ei præbere coguntur. cap. conquerente, de off. ord. tot. tit. de censib. ca. cum ex officii, de præscri. Et hæc est illa hospitalitas, quam nostræ religionis anteſignani tãto pere nobis commendarunt. 42. dist. c. 1. Cuius forma & ratio quibusdam canonibus atque constitutionibus præscripta est. c. placuit. 10. q. 1. c. 1. & seq. de censib. in 6. Hoc autem munus ideo procuratio uocatur, quia ecclesiæ ẽpm procurant, id est curant, alunt ac tuentur, sicut pueri dicuntur procurari a nutricibus, & equus a domino apud Plautum, & alios authores Latinos, qui propriè ac emendatè locuti sunt.

III. Quadrans illius decimæ, de qua paulò antè diximus, debetur episcopo, & eorum præterea quæ a mortuis testamento relicta sunt ecclesiis inferioribus. dicto cap. conquerente. cap. de quarta, de præscr. c. officij. c. requisisti. de testa.

IIII. Indicitur ab episcopis nonnunquam extraordinaria collatio, si necessitas vrgeat, utputa si ære alieno grauata sit ecclesia, si ad synodum generalem proficiscendum sit, &c. d. c. conquerente. c. cum apostolus, de censib. Aliàs omnis indictio prohibetur. c. quia cognouimus. 10. q. 3. d. ca. cum apostolus. Sed hęc collatio, de qua loquimur, non uidetur olim pro potestate & imperio indici consueuisse, ut nunc assolet, precibus enim ac suasionibus eam impetrabant episcopi, nõ tanquam dominantes, &c. vt Petrus ait. Proinde hoc munus ἀπὸ τοῦ χάριτος. nomen habet, quasi charisterium quoddã sponte oblatum potius, quàm vectigal vi extortum ac expressum sit.

De his quæ sacramentorum, & aliarum huiusmodi rerum nomine contra veteres canones exiguntur. Cap. 6.

Vetant canones non solùm antiqui, sed & recẽtiores quoque, ne pro ministrandis sacramentis pretium exigatur. ca. cũ in ecclesiæ, de simo. Sanctissima etenim res (ut de iurisprudentia Vlpia. scribit) pretio nummario æstimanda dehonestandaq; non est. l. 1. de extra. cogn. Ac ualde improbatur eorum mos qui pro consecratione basilicarum, aut pro monastica professione pecuniã ab inuitis extorquẽt. c. placuit. c. quam pio. 1. q. 1. Nec eos minus detestantur canones, qui prosepeliendis in tẽplo uel cœmeterio cadaueribus, aut exequiis pecuniam efflagitant. c. quæsta, & seq. 13. q. 2. ca. abolendę, de sepul. Earum tamen rerum nomine a sponte liberaliterq; offerentibus pecuniam, aut rem aliam accipi canones non prohibent. d. c. quęsta. Quædam enim honestè accipiuntur, uel authore Vlpia. quę inhonestè petuntur. d. l. 1. de extra. cog. c. non sanè. 14. q. 5. Quãuis autem pro huiusmodi rebus nihil exigere liceat, sed absque pretio, atque adeo cautione ulla prœstari debeant, tamẽ uulgo receptum est, si quid eo nomine ultro offerri consueuerit, ut talis consuetudo ueluti pia & honesta obseruetur, ad eamq; obseruandam authoritate superioris antistitis etiam inuiti adigãtur, sed suscepto iam sacramẽto, aut sepulto cadauere, &c. ne alioquin eas res quisquam mercari uideatur. Proinde sacrifici nostri tẽporis, qui certam ecclesiam nullam regunt, postquam sacrum peregerint, si consueta merces ipsis non præbeatur, episcopũ adire solent, postulantes non quidem apertè, ut sibi pretium numeretur, sed ut laudabilis consuetudo obseruetur, &c. Quo casu episcopus in laicos etiam homines iurisdictionem exercet. Hoc autem genus exigendæ pecuniæ, quod a ueteribus canonibus, & maiorum institutis ualde alienum est, ex Innocentij III. cõstitutione manauit. c. ad apostolicam, de simo. Cuius tamen longè alius uidetur sensus esse, ut plerique iuris pontificii doctores annotauerunt. Sed τὰ ἀκίνητα hic mouere nobis consilium non est.

An mortuo beneficiario hæres legitimus ei succedat. Cap. 7.

Certi iuris est beneficia ecclesiastica cognationis aut propinquitatis iure cuiquam non deferri. c. apostolica. 8. q. 1. c. 10. de præb. c. ad hæc. de deci. Nam siue usum habere eos dixerimus, siue usumfructum, dubium non est, quin illud ius morte ipsorum extinguatur. §. finitur. Instit. de usufruc. De fructibus ante mortem perceptis quæstio tractata est, & constat ex ijs quæ lib. 2. disseruimus, ad hæredes legitimos non transire, cùm usuario magis quàm usufructuario beneficiarius comparandus sit. Itaque is qui in demortuilo cum suffectus fuerit, quasi dispensator administratorq; eos capiet. c. ad hęc. c. relatum de testa. c. ult. de off. ordi. in 6. Sed moribus comparatum est, ut beneficiarij perceptos iam fructus, tanquam usufructuarij, ad hæredes suos transferant. §. si uerò. Insti. de rer. diui. l. si fur. l. defuncta. de usufr. l. qui scit, de usur. gl. prag. tit. de annat. §. item quod. in uerb. acquisitus.

An beneficiarius successorem eligere, & fructus beneficij testamento legare possit. Cap. 8.

Antiocheno cõcilio. c. 23. statutum est, ut episcopo successorem sibi constituere nõ liceat. c. episcopo. 8. q. 1. Quo tamen Concilio nõ prohibetur aliquem nominare, quem sibi successorem optet. c. apostolica, 8. q. 1. Id enim a plerisque sanctissimis uiris factum est, cuiusmodi sunt Petrus, Athanasius, Augustinus, de quibus postea dicemus, lib. 8. Sed talem nominationem synodus uult irritam esse, nisi episcoporum & clericorum suffragium postea accesserit. ca. plerisque. 8. qõ. 1. Ac huius prohibitionis rationem docet Hieronymus in epis. Pauli ad Titum, cuius uerba Gratianus in Rhapsodia sua refert. cap. Moses, 8. q. 1. Quod ad fructus attinet, animaduertendum est, iure pontificio nõ permitti beneficiariis eos testamento cuiquam legare, ac ne res quidem alias ex facultatibus ecclesię, aut contemplatione eiusdem acquisitas. c. fixum, 12. q. 1. c. cum in officiis. c. adhæc, de testa. Quod est accipiẽdum, nisi forte in pauperes eleemosynam cõferre uelint, qua tamen in re modus seruari debet. d. c. adhæc. Quãuis enim administrator rerum ecclesiasticarum possit arbitrio suo pauperibus largiri, quæ uere pauperũ sunt, ut diximus lib. 2. tamen fraudis uitandæ causa, liberalegandi facultas non est ei concessa. arg. l. uiuus si quid in fraud. patron. Quæ uerò ad beneficiarium perueniunt ex amicorũ liberalitate, puta, aut artificio aliquo &c. nec propter ecclesiã acquiruntur, de his testari potest cap. quia nos. ca. relatum, de testa. Verùm hæc moribus nostris fere antiquata sunt, permittiturq; beneficiariis de fructibus beneficii aliisque huiusmodi rebus arbitratu suo testari. glos. pragm. titu. de annat. uerb. acquisitos.

Quibus

Source : BIU Cujas

Quibus ex cauſis rerum eccleſiaſticarum alienatio permittatur: Quæ forma in huiuſmodi alienatione debeat obſeruari,& elucidatur canon Agathenſis concilij ad eandem rem pertinens, qui vulgò malè intellectus magnam iudiciorum uarietatem peperit. Cap. 9.

Rerum eccleſiaſticarum alienatio canonibus prohibita eſt,nec earum modò quæ ſacrę habētur, & hominum commercio exemptæ, cuiuſmodi ſunt ędes ipſa,ius decimæ,vaſa conſecrata,&c.ſed prædiorū etiam ac poſſeſſionum,quæ bona temporalia uulgò appellantur. authen. de non alie.& auth.de alie.& emp.c.nulli, de reb.eccle. non alien.Non enim beneficiarius harum rerum dominus eſt,& ius utendi ſolummodo habet.eaque prohibitio alienationis ad monaſteria,xenodochia, noſocomia , & alia huiuſmodi pia loca pertinet.authen.de non alie. & auth.de alie. & emphy.Sodalitia tamen & θιασους , quas uulgò confraternitates appellamus, hic non comprehendi rectè Baldus cenſuit, ꝙ profanæ ſocietates ſint.Bald.in d.auth. hoc ius.Nam & regiis conſtitutionibus ea Comi Bacchique conuenticula ut perniciosa Reipub.omnino interdicta ſunt. Alienationis autem appellatione continetur venditio,donatio, permutatio,emphyteuſis,hypotheca,& cętera id genus negotia , quibus aut dominium,aut aliquod ius proximū & affine dominio trāſfertur.l.1.C.de fund.dot.l.ult.C.de reb.alie.§.alienationis,in auth.de non alienan.d c.nulli. Sed etſi quis ad longum tēpus locauerit,id eſt,ut uulgò interpretamur,decem annorū, alienare is dicitur,quia hoc genere locationis quaſi dominium quoddam transfertur in conductorem, adeò ut ei in rē actio competat.Cle.1.de reb.eccl.non alie.ubi not.l.1. de ſuperfic. Quibuſdam tamen ex cauſis rerum eccleſiaſticarum alienatio permittitur,glo.ſum.12.quæſt.2.Panorm.d.cap.nulli.ſi æs alienum urgeat,nec poſſit ex fructib. ſatisfieri. auth.hoc ius. Nam & eandem ob cauſam prædia minorum , qui ſub tutela uel cura ſunt,diſtrahere licet l.1.de reb.eo.qui ſub tute.

II. Permittitur alienatio rei minus utilis, ut rem aliā utiliorem ac fructuoſiorem acquirat eccleſia.d.auth.hoc ius,c. ut ſuper.de reb.eccle.non alie.

III. Si pecunia ad alendos pauperes in magna aliqua fortaſſis charitate annonæ,ut ad redimendos captiuos opus ſit, nec ea aliunde ſuppetat.c.aurum.c.ſacrorum.12.queſt.2.Hic enim eſt præcipuus rerum eccleſiaſticarū uſus, ut admonuimus lib.2.Ac ut ſummatim dicamus, quotieſcūque uel neceſſitas aliqua,uel manifeſta utilitas eccleſiæ exigit, receptū eſt harum rerum alienationem permitti.cap. ſine exceptione,12.q.2.c.dudum,de reb.eccle.non alien.in 6.Et hæc in rebus eccleſiæ profanis maximè locum habēt.Sed & ſacra quoque uaſa,& aliæ res huiuſmodi nonnūquam alienantur. l.ſancimus,& auth.ſeq.C.de ſacro.eccle. Item decima quæ inter res ſacras ac ſpiritales uulgo habetur.d.cap.dudum. Hoc amplius,eccleſia aliqua tota interdum alienari poteſt. c.paſtoralis,de donat.tot.tit.de his quę fi,a præla. cle.ſi una,de reb.eccle.non alien. Quamuis autem ex iis cauſis alienatio cōceſſa ſit,tamen ne utiliratis alicuius prætextu temerè & in perniciē eccleſiæ alienatio fiat,conſtitutus eſt certus ordo certaq; forma iure ciuili & pontificio, quam in huiuſmodi alienatione ſeruari oporteat,auth.de alie,& emph. Sed legibus ciuilibus alligari ſe non patiuntur uiri eccleſiaſtici, & pontificios canones de ea re editos tantùm recipit conſuetudo, per quam dubium non eſt,quin ſolennitas mutari poſſit.not.in ca.cum cauſa,de re iud.Quare formam canonibus præſcriptam,quę vſu recepta eſt,hic explicari ſufficiet. Forma igitur iuris pontificij hæc eſt, ut alienationem antecedat diligens tractatus, & communis deliberatio cleri,id eſt collegarum, qui canonici dicuntur,ſi eccleſia tale collegium habeat , deinde omnium conſenſus,aut certe maioris partis,ac præterea ſubſcriptio adhibeatur,quib.omnibus ſuperioris antiſtitis authoritas accedat.d.cap.ſine exceptione.d.c.dudum.c.2.de his quę fiunt a prælat. Ac cum de antiſtite quæritur,locus in quo eſt alienans eccleſia,non in quo res quæ alienatur ſita eſt, ſpectandus eſſe uidetur, quamuis aliqui contra ſentiant.d.auth.hoc ius.Et tametſi licitationem, ſubhaſtationemq; ſolennem ius ciuile requirat, tamen id canonibus eccleſiaſticis nuſquam expreſſum reperitur.d.auth.hoc ius. Sed quæritur , an,vt ualeat alienatio, pretium in rem eccleſię uerſum eſſe oporteat? Qua de re uidenda eſt Panormitani diſtinctio.cap quod quibuſdam.de fideiuſſ.not.in d.auth.hoc ius.Ex iam dictis conſequitur alienationem rerum eccleſiaſticarum ita demum ualere,ſi duo concurrant. Vnum eſt, ut ob iuſtam legitimamq; cauſam fiat,alterum, ut ordo pręſcriptus iure pōtificio accurate obſeruetur.Quod ſi aliter fuerit alienata res, ea cum fructibus uendicari ac repeti poterit.c.non liceat.12 q.2.Sed longi temporis pręſcriptione recte ſe tuebitur poſſeſſor, ſi bonā fidem habeat.Panorm.in cap.de quarta.ca.non liceat,de præſcri.Gui.Pa.q.150.Quod tempus a morte tātum beneficiarii qui alienauit currere incipit , ut concilio Toletano cautum eſt.c.ſi ſacerdotes.16.q.3.Excipiuntur ſane aliquot caſus , in quibus ille ſolennis ordo non requiritur.

Primus eſt , cum res eccleſiaſtica titulo clientelæ , uel emphyteuſeos concedi ſolita eſt. Poteſt enim more conſueto ab antiſtite dari, quāuis formam canonibus pręſcriptam minime obſeruet.capit.2.de feud.cap.ut ſuper, de rebus eccleſ. non alien.Bart.in authen.qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ. Guid. Pap.q.154.

II. Excipiuntur res mobiles quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt.Nam earum rerum minime prohibetur alienatio.c.fugitiui,12.q.2.l.lex quę.C.de admi.

III. Sunt qui putant factam,omiſſa,alienationem efficacē eſſe,ſi ea non noceat eccleſiæ.Innocen.in ca.1. de in integrū reſt.Fab.inſtit.de eo cui lib.cau.bo.Idque colligi uidetur ex concilio Agathenſi, cuius hæc verba ſunt, Terrulas aut uineolas exiguas & eccleſiæ minus utiles, aut lōgè poſitas paruas epiſcopus ſine conſilio fratrum,ſi neceſſitas fuerit,diſtrahendi habeat poteſtatem . Verum ille canon meo iudicio formam illam cuius ſupra meminimus non remittit . Nam quod ibi dicitur,ſine conſilio fratrum,de alijs epiſcopis accipi debet,quorum conſenſus eo tempore neceſſarius erat , ut ex canone ſeptimo eiuſdem concilij, & ex concilio Carthaginenſi Toletanoq; conſtat.§.quod ſi neceſſitas, 10.q.2.c.quicunque.12.q.2.ca.nullus,17.q.4.Itaque cum neceſſitas ita urget , ut epiſcoporum conuentus commodè non poſſit expectari,permittit ſynodus Agathenſis ſine ipſorum conſilio nō quaſlibet terras ac poſſeſſiones diſtrahere,ſed exiguas tantū, & quæ non magnum eccleſiæ fructum afferunt.Qua in re clericorum ſiue canonicorum qui præſentes ſunt, tractatus atque conſilium minimè negligendum eſſe videtur,& qui nobis aduerſantur nulla ſatis firma ratione ſuam comprobant opinionem.Quod enim dicitur negotium cum pupillo contractum ſine tutoris authoritate ualere , ſi id expediat pupillo,ſic accipiendum eſt, cum pupillus aliquid ſibi ſtipulatur , id enim ipſi damnoſum eſſe non poteſt.l.neque. C.de contr. ſtipu.Et quod Iuſtinian.ait, pupillum poſſe conditionē ſuam meliorem facere,§.1.Inſti.de autho.tut.hunc habet ſenſum, pupillum utiliter id negotium contrahere, ex quo nullum ei damnum contingere poteſt , quodque ſeruari deſiderat , cuiuſmodi eſt ſtipulatio qua ſibi acquirit . Itaque hæreditatem inutiliter adit,quamuis lucroſa ſit.l.obligari , de autho.tut.§. neque.inſtit.eo.titu. quia hæreditatis aditio non ſemper utilis eſt. Similiter alienatio prædiorum pupillarium,quę inutilis plerunque ac pernicioſa eſt pupillis, abſqne decreto prætoris & cauſæ cognitione omnino prohibetur. Nam tametſi in rem minoris aliquando prædia alienentur ſine decreto, tamen id perquam neceſſarium eſt , ne aliàs exemplum pupillis noceat,cuius hic maxime habetur ratio. Idem enim hic ueremur,quòd Auguſtus quondam in militari diſciplina, cu
» ius uerba apud Macrum hæc ſunt,tit.de re milit. Et ſcio fa-
» brilibus operis exerceri milites non eſſe alienum, uereor ta
» men ſi quicquam permiſero,quod in uſum meum aut tuum
» fiat,ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi ſit tolerandus.l.officium , de re milit. Sic enim multa iure tum ciuili , tum pontificio paſſim conſtituta reperiuntur , quæ in ſpeciē iniqua ſunt,ſi quis ad priuati cuiuſq; utilitatem reſpiciat , ſed in uniuerſum ea proſunt , & publicè utilia eſſe creduntur. Habet aliquid exiniquo omne magnum exemplum(ut Caſſius apud Tacitum ait) quod contra ſingulos utilitate publica rependitur.Illud ſanè inficiari nolo , ſi eccleſia non cōqueratur,quia ſe læſam fortaſſis non exiſtimat,valere contractū, in quo ſolennia defuerunt , idque minorum exemplo. l.non eo minus.C.de procurat.Verum aduerſarius prætextu omiſſæ ſolennitatis, ab eo contractu recedere inuita eccleſia non poterit,aut eam nolentem ad contractum obſeruandum cogere.l.quod fauore.C.de legib. Atq; ita etiam accipi poteſt, quod ſuprà diximus,minorem poſſe conditionem ſuam meliorem facere.§.1.Inſtit.de autho.tut. Quod autem obiiciūt nonnulli ex Vlpiani ad D.Marci orationem interpretatione, quāquam ſubdifficile a pleriſque exiſtimatur , tamen facilè, niſi fallor,dilui poteſt,ſi quis uerba & mentem authoris,ideſt D.Marci,expendat, & quid inter eius orationem de alimentis, & orationem D.Seueri de rebus pupillaribus interſit,paulo diligentius conſideret . Non enim D. Marcus tranſactionem de alimentis ſine decreto factam ſimpliciter irritā eſſe uult,ſed ſi ita tranſactum fuerit, ut repræſentatam pecuniam alimentarius cōſumat,unde Vlpianus uerba orationis interpretans ita diſſerit, Si tranſactio ſic fuerit facta, ut ſemel numeretur ac repræſentetur quod teſtator particulatim alimētorum nomine præſtari uoluit , decreto prætoris tunc opus eſt, quod cauſa tantùm cognita interponitur.Sin autem aliter tranſactum fuerit , ut puta, ut id quod in ſingulos annos

erat

„ erat alicui relictum, consequeretur per singulos menses, &c.
„ huiusmodi transactionem D. Marcus non improbat, quasi
„ decretum in ea sit necessarium. Alia causa est alienationis prædiorum pupillarium a D. Seuero prohibitæ, l. 1. de rebus eo. quia simpliciter prohibita est quocunque modo fiat, sicut & rerum ecclesiasticarum alienatio, de qua hic differimus. Et hæc nostra sententia est de quæstione uulgò agitata, quæ adeò controuersa est in foro, ut iudicia curiæ centenariæ contraria extent, nec inter classes seu decurias iudicum adhuc conuenire potuerit. Qui contra sentiunt, æquitatem fortassis aliquam nobis opponent, & simui ecclesiasticorum hominum auaritiam, quorum opes minui magis quàm augeri publicè expediat, ut lib secundo admonuimus. An huiusmodi rationes iudicem mouere debeant, uiderint alij. Ego certe meam sententiam ita scripto iure tueor, ut cum ijs qui euidenti æquitate uel utilitate nitentur, pertinacius contendere nolim. Cum igitur hæc ita se habeant, quæri potest, si in tabulis nulla solennitatis in alienando seruatæ mentio fiat, an ob diuturnitatem temporis interuenisse præsumatur? Et uarię iuris doctorum opiniones reperiuntur, quas ex eorum commentarijs edisscere licet. not. in l. sciendū, de verbo. obliga.

Quorum munerum vacationem beneficiarij & ecclesiarum ministri habeant. Cap. 10.

Inter iura atque commoda beneficiariorum illud nō minimum est, quòd tametsi bonis fruantur ecclesię, tamen ad munera subeunda non compelluntur. Quorum autem munerum vacationem habeant, nunc tractandum est. Et imprimis munera personalia non subeunt, ne auocentur a functione monasterioque suo. l. generaliter. C. de epis. & cle. Personalia hic vocamus quæ opera ac industria exercentur absque sumptu & diminutione patrimonij. l. 1. & ult. de munerib. De patrimonialibus paulo difficilior est quęstio. 1. quę sumptum postulant, & damno administrantis expediuntur absque ulla opera aut labore. dicta l. 1. & vlt. Et animaduertendum est hæc munera duplicia esse. Quædam enim imponuntur possessionibus ipsis ac prædiis, nulla personarum a quibus possidentur, habita ratione. Alia imponuntur personis, non rebus, quamuis aliquādo in huiusmodi impositione modus facultatum spectetur. Ideoque mixta munera a quibusdam, sed contra morem loquendi veterum, dicuntur. l. rescripto, & l. ult. de mun. & hono. Rursus horum munerum, quędam ordinaria legitimaque sunt, vt portoria, quædam isagogica, exagogica, & alia id genus in Gallia nostra, quæ canonis appellatione significantur. Alia extra ordinē indicuntur principum aut magistratuum arbitrio, cum nulla sint lege constituta, nec certam præstationem habeant. l. in honorib. de vac. mun. l. 1. C. de vac. pub. mu. Sed vt ad rem veniamus, illud inter omnes conuenit, extraordinarijs muneribus iure ciuili ecclesias non subijci, l. placet. C. de sacrosan. eccle. sed ordinarijs tantum, quæ & canonica dicuntur. Stata enim illa tributa atque vectigalia, quæ nerui Reipub. dicuntur ab Vlpiano, l. 1. de quæst. quod sine illis publicum statum tueri non liceat, nemo detrectare potest. l. nullus. C de decurio. Quæ uero extra ordinem inducuntur arbitrio principum, ea subire nō coguntur ecclesiæ, nisi ob causam ualde necessariam Reipublicæ indicantur, ut mox dicemus l. iubemus. l. neminem. C. de sacrosan. eccle. Nec ulla distinctio est in iure ciuili inter ea munera quæ prædiis, & ea quæ personis indicta sunt. Omnibus siquidem muneribus legitimis atq; ordinariis obnoxia sunt ecclesiæ. Itaque eius collationis, quam taleam hodie appellamus, si ius ciuile respicias, vacationem vix habent. Nam etsi olim extraordinarium munus esset, ac prout belli necessitas flagitabat, ad tempus indici solitum, tamen edictis regiis ad ordinariam præstationem redactum est. Id quod a priscis etiam imperatoribus Romanis factum fuisse in legibus ipsorum comperimus. l. 1. C. de indict. Nec satis perspicio quemadmodum iuri ciuili diuinum ius hic aduersetur. Nam Christus Cæsari tributum pendi non solum præcepit, dicens, Reddite Cæsari, &c. sed ipse etiam cum suis apostolis illud exoluit, tametsi ex regia stirpe ortus esset, ideoque tributis obnoxius non esse uideretur. Matth. 27. Idque veteres ecclesiastici scriptores ad unum fatentur, ex quibus non pauca in suam Rhapsodiam Gratianus retulit. cap. si tribntum, c. magnum, 11. q. 1. c. tributum, 23. quæst. 8. At hodie uiri ecclesiastici contendunt, primum se illis muneribus non subijci, quæ personis indicuntur magis quàm possessionibus. l. rescripto, de muner. & hono. quia iure pontificio, quo nunc utimur, princeps in personas ecclesiasticas nullum imperium, nullamque potestatem habet. Deinde si quæ prædia antiquitus libera atq; immunia possideant, in ea tanquam Deo consecrata & dicata nihil iuris principem habere aiunt. ca. nulli liceat, 12. quæstio. 2. Ex quo consequens est, ad eam solum tributionem eos teneri, ad quam obligata erant prædia antequam ad ipsos peuenirent. cap. 2. de censib. l. imperatores, de publica. not. Pan. in cap. non minus, de immu. eccle. Et extant Bonifacij octaui constitutiones, cap. clericis, de immu. eccle. in 6. c. quamquam, de censib. quibus non ab extraordinarijs tantum muneribus, quod iam ante sancitum fuerat, cap. non minus, ca. aduersus, de immu. eccles. uerum a quibuscunque etiam tributionibus personas ecclesiasticas eximit, sed ita ut causam nullam, quamlibet iustam ac necessariam, excipiat. Sed & illud quoque adijcit, ut ne uolentibus quidem clericis Ro. Pontifice inconsulto pecuniam conferre liceat. Nec mirum est ab insolenti homine, impotentisq; animi, qualem describunt Bonifacium historici „ constitutionem adeò iniustam, & ab omni æquitate abhorrentem emanasse. Nec eo hæc dico quòd ecclesiæ ecclesiasticarumque personarum priuilegiis & vacationibus impense non faueam, quas sapientissimi quique ueterū magno semper fauore ac liberalitate prosecuti sunt. Ac ut a nostris incipiam, Druides qui sacerdotes quondam fuerunt in Gallia, authore Cæsare in Cōment, tributa unà cum reliquis non pendebant, militiæ uacationē, & omnium rerum habebant immunitatem. Reges Aegyptiorum quintam partem annui prouētus capere soliti sunt, præterquam ex prædiis sacerdotum. Gen. 47. Artaxerses Persarum rex in sacris biblijs scribit Esdræ, ne vllum imperet tributum sacerdotibus. Esdr. 7. Sed si perfractè ac sine exceptione ulla uelint clerici uacatione ista quam obtinuerūt a principibus uti, aut abuti potius, nihil profectò erit inhumanius, nihil ab instituto sacerdotis Christiani alienius. Ac poterit eis meritò obijci, quod Diocletianus imperator nescio cui philosopho vacationem munerum poscenti respondit: Professio & desyderium tuum inter se discrepant. Nam cū philosophum te esse proponas, vinceris auaritia & rapacitate. l. professio. C. de mu. patr. Imprimis enim æquum est, vt statū legitimumque vectigal, quod canonem vocamus sine recusatione ciues omnes Reipublicæ, sine principe pendant, cùm legibus institutus sit, tanquam ad status publici tutelam necessarius. Deinde si quid extra ordinem indicatur ob graue imminens periculum Reipub. cui aliter obsisti non possit, aut ob aliam huic non dissimilem causam, ratio postulat, ut eius oneris partem ferant ecclesiastici uiri, quamuis extraordinarium munus sit. Nam ideo eximuntur ab extraordinarijs muneribus, quod absque magna necessitate sæpenumero pro arbitrio principum potius indicantur, quibus ad Reipublicæ procurationem & conseruationem maiestatis suæ canon, & ordinaria pensitatio creditur sufficere. Tolerabilius enim uisum est eam exactionem quæ vitari omniuo non potest, in profanos homines, quàm in ecclesiā, ecclesiasticasq; personas deriuari. Fit tamen nonnunquam, ut ecclesiasticos uiros horum munerū participes esse omnino oporteat. Idque exemplis ex iure ciuili petitis facilè ostendi potest, ut puta, si expeditionis tempore plaustris, mancipijs, aut aliis huiusmodi angarijs uel parangarijs opus sit, l. neminem. C. de sacrosan. eccles. l. nullus. C. de cur. publ. cap. ecclesiarū, 12. quæstio. 2. si ob annuam embolam, ut ait Theodosius, nauis sit necessaria, l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. cuius verbi interpretatio ex nouella Iustiniani, 183. περὶ κτητμάτων δημοσίων petenda est. Huius enim significationem & proprietatem constitutionis Theodosianæ interpretes non perceperunt. Item si in refectionem itinerum aut pontium sumptus faciendus sit, non excusari ecclesias constitutum est. l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. Sed hoc munus videtur inter ordinaria & canonica referendum esse, & de portoriis, quæ eo nomine exigi solent, accipienda constitutio. Ac ut summatim omnia complectar (nam omnia sigillatim enumerari nō possunt) quoties flagitat necessitas, principi licet ecclesiasticas facultates impendere. Quod & Ezechias rex pius fecisse legitur. 4. Regum 18. Si enim pauperibus captiuis & calamitosis hominibus erogantur ecclesiæ opes, cur ad eas calamitates uitandas depellendasque non insumentur. capit. aurum. 12. quæstio. 2. Et satis perspicuum est ex his quæ tractauimus libro primo, distributionē earum facultatum ad principis curam aliquando pertinere. capit. filijs, 16. quæst. 7. Quid plura? circūfertur Bonifacij, cuius paulo ante meminimus, diploma, quo testatur ac declarat constitutionibus a se prius editis ademptam non esse facultatem regi Francorum pecunię collationem ecclesiasticis personis imperandi, uel inscio Romano Pontifice, quoties pro aris & focis pugnandū erit, idque ad patriæ defensionem necessarium videbitur. Vide Feral. Eodem pertinet quòd Gregorius nonus ab excubiis & murorum ciuitatisque custodia neminem prætextu ecclesiastici ministerii excusari præcepit, capit. 2. de immunita. eccles. cum tamen id munus personale sit, & a propria functione clericos auocet, quod multo magis admittendum est in patrimonialibus muneribus quæ operam nullam requirunt, sed facultatum, quibus ecclesia supra modum abundant, erogationem.

Source : BIU Cujas

gationem. Nam & eccleſiæ eccleſiaſticorumq; hominum utilitas id maximè poſtulat,ne alioqui perforari ſinant nauē, in qua ipſi nauigant. Nec obſtat noſtræ ſentētiæ Federici II. conſtitutio,quæ cum hac exceptione intelligenda eſt. auth. item nulla. C.de epiſco. & cleric. Et certo certius eſt Honorium III. eam conſtitutionem a Federico obtinniſſe, quo die eum diademate imperatorio inſigniuit. Idque accidit ſexto pòſt anno quàm imperator lectus fuit Federicus. Tanto enim tempore dilata eſt coronatio, quam Innocentius ei iam inde ab initio negauerat. Nolim autem exiſtimet quiſquam, me iis libenter patrocinari qui iure ſuo ac poteſtate hic abutuntur, & publicæ neceſſitatis obtentu eccleſias leuiplerunque de cauſa grauiſſimis tributis onerant. Quod fortaſſis non contingeret,ſi bonorum eccleſię cuſtodes & adminiſtratores,non dicam uictu ueſtituque contenti,ut canones præcipiunt,ea egenis diſtribuerent (ſeueritatem enim illam antiquā corruptiſſimi huius ſeculi mores uix ferre poſſunt) ſed luxum,profuſionem ἀσωτίαν cohiberent ac moderarentur. Poſtremò notandum eſt, ſicut clerici pro rebus eccleſiaſticis quas poſſident immunes ſunt,ita etiam p rebus propriis uacationem habere.cap.eccleſiarum.12.quæſt.2. ca ult. de uit.& honeſta.cleri. tametſi aliàs patrimonium clerici rebus eccleſiaſticis uſquequaque comparari non ſoleat.not.in cap.eccleſia. de conſtitu.cap.quamquam,de cenſib.in 6. Nec refert cuius gradus atque ordinis clerici ſint,& ante eccleſiaſtico beneficio aucti ſint,necne, cum hominibus generaliter priuilegium indulgeatur.l.2.C.de epiſc.& cle.Guid.Pa. q.83. Quod utique eſt accipiendum,niſi uxorem duxerint.cap.ex parte.de cler.coniug.Nam hi uacationem munerum non habent ex conſtitutione Bonifaciana.de cleri.coniug.in 6. Sed duobus tantùm priuilegiis fruuntur,modò uertice raſo ſint, & more clericorum ueſtiti. Verùm illud addere oportuit quod longè maximum omnium ac præcipuum eſt, modò in eccleſia ſuo ſungantur officio.cap.ult. de ui.& honeſt.cleric. Nam ut admonuimus lib. primo Clericus nomen eſt officii ac oneris in eccleſia,nec æquum eſt eos ullis priuilegiis frui, qui munus ſuum negligunt.l.generaliter. C.de epiſco.& cle. Quod & ad Alexandri reſponſa per quàm ſcite grauiterque annotatur.lib.1.con.8.Alexan.Imol. Quæſitum eſt de eo qui negotiationem exercet. Et non uidetur negotiatio, artificiumve honeſtum vnde ſibi & pauperibus victum parēt,clericis interdictum eſſe, ſi non ideo officium ſuum deſerant.l. 2.C.de epiſc.& cler.& 91.diſt.in decret.Et quod Hieronymus & Auguſtinus aiunt,negotiari clerico non licere, cap.negotiatorē,&c.ſeq.88.diſt.de quæſtuaria negotiatione accipiendum arbitror inter noſtri temporis clericos vſitata, quæ functionem eccleſiaſticam impedit. Receptum ſanè apud nos eſt quācūque negotiationem exerceat clericus, quod ad bona de quibus negotiatur attinet,nullo eum priuilegio uti debere.clemen.vlt.de conſ.Fel.in cap.eccleſia,de conſtit.Idque concilio quodam Rhotomagenſi apud ratiociniorum præfecturam perſcripto, & in acta relato cautum accepimus anno 1267.

De iudicijs & actionibus,quæ beneficijs comparatæ ſunt. Cap. 11.

Iudicia beneficiorum eccleſiaſticorū nomine uaria,iure p̄dita ſunt. Sed de his tantùm hic loquimur, quæ competunt cùm de uniuerſo beneficio ac titulo controuerſia eſt.An imprimis beneficiario datur Rei uindicatio aduerſus eum qui beneficium ipſum poſſidet, ſeu detinet.l.ſancimus. C.de ſacroſan.eccle.cap.cum uenerabilis,de excep.Nam etſi beneficium res ſacra ſpiritaliſque ſit, cuius dominum ſe dicere nō poteſt beneficiarius.l.in rem.de rei uind. tamen quaſi dominus quidam habetur, & expreſſa cauſa non aliter ac filiū ſuū pater uindicat.l.1.de rei uend Specul.titu.de appel.§.nouiſſimo. Et hoc petitorium iudicium, in quo de iure quod quiſque litigatorum habet,præcipuè quæritur,in foro eccleſiaſtico inſtitui debet,ab eaque cognitione ideo abſtinent magiſtratus,quia ordinatio miniſtrorum eccleſiæ, ut res ſacra ac ſpiritalis iudicium eccleſiæ, non profanorū iudicum requirit.Et conſtat priſcis illis fœlicioribuſq; temporibus has controuerſias in ſynodis epiſcoporum ac p̄sbyterorū magna cum grauitate ac ſimplicitate dirimi ſolitas fuiſſe. Præter iudicium petitorium,& rei uindicationem,interdictis quoque poſſeſſorijs beneficiorum nomine utimur,in quibus de poſſeſſione tantùm contenditur,ſiue adipiſcenda, ſiue retinenda,ſiue recuperanda. Sed moribus noſtris retinendæ poſſeſſionis interdicta magis frequentantur. Nec dubitat quiſquā hodie rerum forenſium peritus,quin hæc cognitio magiſtratuum ſit,non eccleſiæ, præterquam ſi de adipiſcenda poſſeſſione agatur.Quod & Guido teſtatur in prima quęſtione.Sed rationem huius conſtitutionis forenſis nuſquam ſatis explicatam offendimus,& pleriſque poſſeſſionis cauſa non minus, quàm proprietatis ſacra ſpiritaliſque uidetur. Nam Pontificis Martini diploma,cuius eſt apud Guidonem mentio,nullum ius nouum regi aut magiſtratibus eiuſdem tribuit, ſed permittit eis, ut ſi quem ea de re a maioribus morem acceperint,eundem ſartum,quod dicitur, & rectum conſeruent. Verùm ex iis quæ lib.1. diſputata ſunt de eccleſiaſtica ciuilique poteſtate, ſatis perſpicuum eſt quietis publicæ curam ad principes magiſtratuſque pertinere. Itaque quamuis eas cauſas iudicet eccleſia,in quibus de miniſterio ipſo & ordinatione agitur, & ſecundum canones eccleſiaſticos iudicari debeant,tamen ſi quis uim inferat alteri,& ius ſibi dicat,nec uſitatis ac legitimis iudiciis experiatur,principis eſt ac magiſtratus eam uim,cohibere interim dum apud iudicem competentem de iure ſuo docuerit. Vnde mirum uideri non debet,quòd Guido ſcripſit de interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis magiſtratus non cognoſcere, cum ob uim illatam minimè competat. Cognoſcit igitur magiſtratus de retinenda aut recuperanda poſſeſſione. Ac poſtquam de ui & poſſeſſione pronuntiauit, poſteà litigatoribus eccleſiæ iudiciū ſubire,ac petitorium iudicium intendere licet. Nec antè id fieri poteſt, quàm iudicium de poſſeſſione finitum, & ſententia omni modo executioni mandata fuerit, ut & iudiciaria lege Franciſci regis cautum eſt. cap.49. Tametſi autem uere dictum ſit a nobis de iure, quod litigatores ſe habere cōtendunt, in miniſterio ac beneficio, magiſtratum non pronuntiare, ſed de poſſeſſione tantum ac ui illata, tamen in huiuſmodi iudicijs poſſeſſorijs ea demum poſſeſſio, quæ iuſta eſſe docetur,ad uictoriam prodeſt. Idque ideo receptum eſt,ne alioqui contra canones abſque inſtitutione poſſideatur beneficium,& homines inexplorati ad munera eccleſiaſtica cum graui eccleſiæ incommodò ac dedecore proſiliant. cap.1.de regu.iur.in 6.not.in cap.in literis,de reſtitu.ſpolia. Quamobrem lex Regia præcipit litigatoribus, ut iam inde ab initio litis inſtitutæ tabulas inuicem ſibi communicent, quibus de iure ſuo ac titulo docere ſe poſſe cōfidunt. Sed animaduertendum eſt plenam tituli iuriſque probationem hic non requiri,ſicut in petitorio iudicio, ſed qualemqualē ſufficere, ut colorem aliquem poſſeſſio habeat. Idque in pleriſque interdictis locum habet,quæ cauſam proprietatis continere dicuntur.gl.cle.de cau.poſ.d.c.in literis.

De his qui liberè & quiete beneficium triennio poſſederunt. Cap. 12.

Quod diximus in ſuperiori capite ſola poſſeſſione ius non acquiri in beneficio,niſi adſit titulus ac inſtitutio,id perpetuum non eſt. Si quis enim beneficium triennio poſſederit, ne de proprietate quidem ac titulo ulla poteſt ei amplius controuerſia moueri.Idque ſynodus Baſilienſis primum cōſtituit,litium finiendarum cauſa, & ne beneficiariorum ius perpetuo incertum eſſet.arg.l.1.de uſucap.Cuius ſynodi decretum æmulati ſunt Romani Pontifices in canonibus illis ſuis,qui regulæ cancellariæ appellantur.Hinc etiam manauit Leonina cōſtitutio, quæ in Gallia noſtra conuentorum appellationem hēt. titu. de pacif.poſſ.in concord. Ea autem conſtitutio quatuor requirit,quæ ſi non concurrant, huic triennij præſcriptioni locus non eſt. Primùm eſt triennii poſſeſſio eaque continua, non interrupta,ut conſtitutionis uerba ſatis indicant. Inde quæritur, ſi quis triennio integro non poſſederit, ſed anno forte uel biennio,an coniungi poſſit tempus, quo poſſedit is in cuius locum ſucceſſit. Et certiſsimum eſt,ſucceſſorem authoris acceſsione uti poſſe.l.Pomponius,de acquiren.poſſeſſ. l.id tempus,de uſucap. Verum in his miniſteriis beneficiiſq; eccleſiaſticis uere nulla ſucceſsio eſt, cum is cui mortuo uel ciurante altero beneficium confertur,nullum ab eo ius acciat,ſed ab antiſtite potius qui conferēdi poteſtatem habet, ut lib.8.docebimus.gl.prag.tit.de pacifi.poſſeſſ.

11. Quamuis de titulo ac iure poſſeſſoris ſcrupuloſa & exacta inquiſitio non fiat, tamen ſpeciem aliquam & colorē tituli legitimæq; ordinationis eum habere oportet. Nam ſi prædo aliquis per uim beneficium occuparit, nec probabilē cauſam ſuæ poſſeſsionis ullam poſsit afferre, præſcriptione triennii ſe tueri non poterit.d.tit.de paciſ.poſſ.

111. Quieta poſſeſsio hic requiritur, quam pacificam uocant,nec ſufficit poſſediſſe,ſed ſine controuerſia ac interpellatione poſſediſſe neceſſe eſt.

1111. Videndum eſt ne aduerſarius qui ſeſe ius in beneficio habere contendit, bellica ui,aut aliàs impeditus fuerit, quo minus beneficii ſui poſſeſsioni incumberet. Quo caſu ſi teſtatione legitima fuerit uſus, triennii præſcriptio ei non oberit.

v. Præter exceptiones conſtitutione expreſſas quędā aliæ addi ſolent non indignæ quæ hic breuiter referātur,ut puta;

ſi beneficium

Source : BIU Cujas

si beneficium de quo est controuersia, perpetuũ non sit, sed precarium ac temporarium, cuiusmodi sunt pleræq; monachorum prefecturæ, quas alibi admonuimus proprie beneficia non appellari. Nam si antistes superior precariam illam administrationem reuocare & adimere velit, à monastica sane disciplina alienum est, ut is præscriptione temporis summoueatur. Rot. dec. 1. in antiq.

VI. Hæc triennij prescriptio ei non nocere creditur, qui Regaliorum iure beneficiũ petit ab eo, qui alio iure nititur. Receptum est enim in Gallia, ut xxx. annorũ prescriptio tantum ipsi obijciantur. gl. prag. titu. de pacif. in verbo, coloratũ.

VII. Si euictum fuerit beneficium, quod quis ex causa permutationis acceperat, nec ratio, nec equitas patitur, ut suum reposcẽti exceptio triennij obstet. c. si beneficia, de pbẽ. in 6. His exceptionibus aliæ fortasis accedere possunt, de quib. difficile non erit opinor iudicium, si quæ hic a nobis summatim tradita sunt recte percepta fuerint. Verum cessante omni exceptione triennij, possessio uim tituli ac legitimæ institutionis habere intelligitur. Ac eo nomine impetrari solet a rege diploma, quo præcipitur magistratui ut possessorẽ tueatur. Estq; eius cognitionis tanta uis, ut iudicium ecclesiasticum & petitorium, cui aliàs possessorium non præiudicat, omnino perimere dicatur. Proinde possessori non solũ acquiritur præscriptio siue exceptio, sed actio etiam, qua aduersus quemuis possessorem experiatur. Nam alioqui aduersus Leoninam constitutionem facilè posset ei molestia exhiberi. Adeò autem uerũ est hunc possessorem post lapsum triennii tutum esse, ut ne superiorem quidem antistitem reformidet, cuius est inquirere in eos qui sine titulo beneficia possident. tit. de pacif. poss. in concord. Hic enim titulo penitus non caret, ut ex iam dictis constat.

De subrogationibus iudiciarijs. Cap. 13.

VSitatum est in foro nostro subrogationis iudiciariæ genus, quod cõstitutione quadam Bonifaciana olim prohibitum fuit. cap. secundo, ut lit. pend. in sexto. Nam si ex duobus litigatoribus, exempli gratia, unus decesserit, uel beneficium eiurauerit, vetuit Bonifacius, ne beneficium tertio conferatur, donec lis finita fuerit, idque multiplicationis litium vitandæ causa factum dicitur, ne scilicet noui subinde litigatores, qui lites protelent exoriantur. Sed inualuit hæc consuetudo in Gallia, ut non expectato litis euentu, cuiuis tertio. etiamsi ex numero litigatorum non sit, conferatur beneficium, postquam collationem in locum demortui, uel eiurantis cum quo lis cœpta fuerat, subrogatur hic recens beneficiarius iudicis de ea re cognoscentis authoritate. Ac si fortè coram magistratu regio lis de possessione mota sit, ut hæc subrogatio fiat, diploma a principe impetrari consueuit. Et animaduertendum est, hanc subrogationem intra annum petendam esse, cum interdicta ipsa, quibus de possessione contenditur, annalia sint. l. 1. de interd. Quamobrem lapso anno interdicere uolens, amplius non auditur, quamuis ad petitorium iudicium uia ei præclusa non sit. Quod est accipiendum, si aduersarius qui præscriptionem annalem opponit, interim possessor fuerit. Nam possidente nouo litigatore, uel eo qui beneficium eiurauit, tempus currere non dicitur. Et notandum est, tametsi beneficium simpliciter collatum sit, tamen ius tantummodo in impetrantem translatum uideri, quod mortuus habebat, uel is qui beneficium eiurauit. Itaque ius non modò suum, sed etiam demortui uel eiurantis demonstrare probareque cogitur, id est, legitimam ordinationem siue titulum, ætatem, natales eiusdem, & cetera de quibus integro libro disseruimus supra. Quod in eo locum non habet qui beneficium minimè litigiosum, eo, qui beneficiarius uulgò credebatur, mortuo, uel eiurante adeptus est. Pan. ca. cum uenerabilis, de excep.

LIBER OCTAVVS.

Quibus modis beneficia amittantur, & vacent.

ARGVMENTVM.

Superest locus nostræ disputationis postremus, de amittendis beneficijs. Nos enim antè de acquirendis retinendisque beneficijs quàm de eisdem amittendis, scribere voluimus, diuidendi rationem ab Vlpiano traditam, & a veteribus Iureconsultis obseruatam secuti, cuius initio libri superioris meminimus. Sunt autem amittendorum beneficiorum modi præcipui, Mors, Eiuratio, Delictum, & cæteri, qui sigillatim in hoc libro a nobis tractati explicatique sunt.

De beneficijs morte beneficiariorum vacantibus. Cap. 1.

CVm beneficiarij proprietatem ac dominium rerum ecclesiasticarũ non habeant, sed usum aut vsumfructum, ut antè diximus, cõsequẽs est, beneficia ad hæredes non transire. §. finit. Instit. de vsufr. Itaque dicuntur mortuis beneficiarijs uacare vt alijs conferri possit. c. susceptũ. de rescri. in sexto. Quo verbo usus est Plin. lib. 10. epist. ad Traianum, in
„ eadem significatione, Cum sciam, inquit, domine ad testimo-
„ nium laudemq; morum meorum pertinere tam boni princi-
„ pis iudicio exornari, rogo, dignitati, ad quam me prouexit
„ indulgentia tua, uel auguratum, uel septemuiratum, quia ua-
„ cat, adiicere digneris, vt iure sacerdotij precari deos pro te
„ publicè possim, quos nunc precor pietate priuata. Sed notandum est vt efficax sit collatio hmõi, duo imprimis necessaria esse. Vnum est, ꝙtempore collationis, fato functus sit beneficiarius, nam si quis beneficium uiui adhuc & superstitis hominis impetrauerit, ne secunda quidem collatio postea eo mortuo facta ualebit. Alterum est, ꝙ tantum effluxerit temporis a morte beneficiarij, ut pontifex de ea certior fieri ueri similiter potuerit. Qua de re duo canones pontificij uulgares & omnibus noti leguntur. Quod autem dicitur mortuo beneficiario uacare beneficium, id perpetuum non est, sed quasdam exceptiones habet.

I. Cum in ecclesia aliqua canonicorum ac annonarum siue prebendorum certus definitusque numerus non est. Tũc enim uno ex canonicis mortuo, non continuò uacare dicitur beneficium, ut in eius locum alius sufficiatur. c. ex parte, de concess. præben.

II. Cum beneficiũ aliquod episcopio, uel cœnobiarchiæ adiunctum est, ita ut episcopus uel cœnobiarcha ad ecclesiã regendam vicarium, idque ad tempus, non in perpetuũ cõstituat. Nam ea adiunctio facit, ut beneficium, cui proprius alio qui gubernator præficiebatur, uelut pars quædam episcopij aut cœnobiarchiæ esse intelligatur. clemen. frequens, de concess. prælato.

III. Cum beneficium authoritate Pontificis ob iustã aliquam causam deletum extinctumque est. Iusta autem causa potest esse, si ministeria, quibus ecclesiasticæ facultates attributæ sunt, ecclesiæ necessaria non uideantur, aut inopia tanta sit, ut ministeriorum numerum minui oporteat. c. cum accessissent, de constit. c. ult. de verb. sig.

De beneficiorum eiuratione, quæ & resignatio appellatur. Cap. 2.

Eiuratione amittitur beneficium, ut puta, si quis iã senio fractus, onus, cui ferẽdo se impar sentit, in alium reiici uelit, ideoq; beneficio suo renũtiet. Nam tametsi huiusmodi hominibus non soleat beneficium adimi, sed potius curator adiungi, quem uulgò coadiutorem dicimus, tamen hæc spontanea eiuratio, quæ & resignatio non malè appellatur, ob iustã causam recipitur. tit. de renun. Sed antistitis superioris consensus atq; authoritas accedere debet, nec licet uenia non impetrata ecclesiam sibi cõmissam deserere. c. admonet, de renunc. l. legatus, de off. præsid. c. sug gestum, &c. seq. 7. q. 2. Id quod Melitium aliquãdo feciſſe, subditorum inobedientia offensum testis est Theodoritus. li. 2. c. 31. Quod est accipiendum, nisi summus eiuretur Pontificatus Celestini exemplo. Nam & Pontificem Romanum eo se abdicare posse cõstitutum est c. 1. de renun. in 6. Sed & patroni quoque uoluntas hic necessaria est, si talis sit ecclesia, quæ patronum agnoscat. Pan. in c. significatum, de præben. Quòd si quis diploma obtinuerit a Pontifice pro consequendo beneficio, quia nullam adhuc ecclesiam regit, cuius desertio damnum ullum possit afferre, is cedere ac renũtiare iuri suo absque antistitis uenia potest. c. ad audientiam. 2. de rescr. l. penult. C. de rescr.

Quis possit eiurare.

Quisquis beneficium ecclesiasticum habet, si iusta probabiliq; causa ducatur, id eiurare põt. Nec refert corpore sano an infirmo sit, cum uel instante morte beneficium eiurare liceat. idque ab ijs fieri solet, qui in gratiam amicorum beneficijs renuntiant. c. pe. not. de renun. Potest & reus criminis postulatus eiurare, nec postulatus modò, sed etiam damnatus, si a sentẽtia aduersus se lata appellauerit. l. qui a latronibus, de testa. Impubes tamen si beneficio aliquo auctus sit, id eiurare posse non uidetur, propter infirmitatem consilij, quamuis adultus sine curatore id possit. c. si annum. de iud. in 6.

Quomodo

Source : BIU Cujas

Quomodo beneficium eiurandum sit.

Eiurari debet ad superiorem antistitem, vt diximus, vel ab ipso beneficiario præsente, uel ab alio, quem eius rei gratia procuratorem dederit. Nec dubiũ est, quin alieno nomine facta eiuratio valeat, nisi mandatum re integra reuocarum fuerit. Quo casu procurator de ea reuocatione certior fieri debet, aut is apud quem eiuratur beneficium. cle. de renun. Sed videndum est, ne quis ad beneficiũ eiurandum metu adigatur, alioquin, vt plerisque placet, irrita est eiuratio. c. super hoc, de renunc. Prætereà purè ac simpliciter eiurandum est beneficiũ absque ulla conditione, pactioneve, ne in crimen simoniaci ambitus incurratur. c. cum pridem. c. vlt. de pact. gl. in c. ex parte. de off. deleg. Itaque vulgò receptum est, eiurationem ita factam non recipi, ut certæ personæ, quam nominat & exprimit eiurans beneficium conferatur, not. in d. c. ex parte. nisi apud Romanũ Põtificẽ fiat. Verùm id nec certo iure definitum est, nec magna ratione nititur, meo quidem iudicio. Huiusmodi enim conditio ad simoniacum ambitum minimè pertinet. Veteres pleriq; non solùm doctrina, sed etiam sanctitate clari homines solebant ministerij sui successores eligere ac nominare. Nam ut illud mittam, quod de Petro apostolo & Clemẽte scriptum est, Athanasius Petrum quendam nominasse legitur in historia ecclesiastica. Theodor. lib. 4. c. 20. tripar. lib. 7. c. 37. Augustinus Erradium, & alij alios complures, quos hic omnes cõmemorare non est necesse. Grat. 8. q. 1. Nec satis perspicio qd inter eam nominationem intersit & eiurationem hanc, qua hodie utimur, conditionalem, si ad rationem & æquitatem magis quàm ad subtilitatem quandam uerborum respiciamus. Quid enim refert, an quis ita pontifici dicat, Ego beneficium meum cum bona tua venia eiuro, & mihi successorẽ dari opto Hieronymum, an uerò ita, Eiuro beneficiũ in gratiam Hieronymi, qui si tibi dignus eo non videatur, id retinere malo, quàm vt cuiquam alij detur. Non enim omnem conditionem hic improbant canones, sed eam demum per quã nundinatio quędam beneficiorum ecclesiasticorum inducetur. d. c. ult. de pact. Quamquam autem rerum non adeo imperitus sim, ut non satis intelligam quid spectare soleant nostro tempore qui talibus eiurationibus utũtur, tũ affirmare ausim cessante fraude, nec turpem, nec inutilem eiurationem esse. Finge beneficiarium eo esse in ecclesiam suam animo & affectu, vt eam ab alio quodãregi cupiat, cuius & sanctitatem & eruditionẽ admiratur. nec alijs sui similibus fortassis, id est, in quibus mediocritas aliqua insit, libenter velit cedere, piaculumne est hanc noluntatem & desiderium suũ Pontifici enuntiare ac declarare? equidẽ non arbitror. Hoc tamen iure utimur, ut Pontifices siue antistites cõditionem eiurationi seu resignationi adiectam, velut turpem ac bonis moribus contrariam reijciant, & beneficium quasi purè ac simpliciter eiuratum arbitrio suo alij concedant, nõ sine magna eiurantium captione, præterquàm si ex causa permutationis eiuratio facta fuerit, vt posteà dicemus.

Effectus eiurationis.

Eiurato beneficio & alij collato omne ius in nouũ beneficiarium trãsit, nec priore uita functo, qui in eius gratiam eiurauit, vacare beneficium dicitur. Sed hoc ita intelligendum est, si huic nouæ collationi posterior consenserit. c. si tibi absenti, de præben. in 6. Nam eo non acceptante, sed repudiante, potius pristinum ius retinet is qui eiurauit, quasi non existente cõditione. Ac tametsi iuris controuersi sit quæstio, an ei opus sit noua collatione, tamen curia centumuiralis minimè necessariam esse iudicauit. 23. Ianuarij. 1549. Vacat sanè beneficium aliquando morte eiurantis, quamuis alij interim collatum acceptumq; fuerit, idque canonibus aliquot pontificiis constitutum est.

Primus canon ad eos pertinet, qui cum sint infirma valetudine, bñficia sua mortis instantis cogitatione resignant, estq; expressum eo canone, ut decedente eo qui resignauit intra viginti dies beneficium, licet prius alii collatum, uacare intelligatur. An autem hic canon in beneficiis tãtum a Romano Pontifice collatis locum habeat, quæri solet. Et Decius ex facto consultus respondit, de Pontifice tantùm Romano canonem accipiendum esse, non etiam de cæteris antistitibus inferioribus, a quo dissentiunt eius canonis enarratores. Sed horum omnium scripta & commentationes a curiosis istarum rerum hominibus inspici poterunt.

Secundus canon uult, si is qui eiurauit beneficium eiusdẽ possessor decesserit, ut non aliter ualeat interim facta collatio, quàm si eiuratio intra certum tempus publicata & possessio petita fuerit. Quæ publicatio similis est donationum insinuationi, & eandem ob causam, nempè vt uitentur fraudes, inuenta.

De beneficiorum permutatione. Cap. 3.

Magna ratio suadet, ut beneficiarii non permittatur beneficia sua inuicem permutare, & de eisdẽ, ut de alijs rebus profanis, quarum domini sunt, inter se pacisci. Quò pertinent ea quæ de trãslatione episcoporum supra annotauimus lib. 5. Nam & concilio Turonensi huiusmodi permutatio prohibita est. cap. maioribus, de præben. ca. quęsitum, de rer. permut. Estq; pœna iure pontificio in permutantes statuta, ut beneficia sua amittant. ca. cũ olim, de rer. pmu. Proinde si quibus fortè beneficiorum suorum commutatio expedire uideatur, a deũdus est superior antistes, coram quo uterque beneficium suum eiuret, non simpliciter, sed ut alterum cõsequatur. Ac si iustam istius commutationis causam esse animaduerterit episcopus, beneficia de quib. agit quasi uacantia eiurantibus ipsis conferre poterit, non aliis ut constitutum est. cle. de rer. perm. u. Nam nec iis qui expectationũ muneribus a Ro. Pontifice donati sunt, obnoxia esse hæc beneficia intelliguntur, quamuis ea uacare dicantur. tit. de reb. perm. in 6. Huius autem permutationis rara est in ueteribus mentio, quia ex cupiditate sacerdotum proficisci credebatur. Concil. Chalced. nec prisca seueritas hoc commercij genus recipiebat, quod hodie utilitatis velamento, ut pleraque alia adumbrari solet. In recentioribus Pontificum constitutionibus quamplurima leguntur. tit. de re. permu. sed bonam partem in superiori capite attigimus, de beneficij eiuratione simplici differentes, quæ cum hac mutua ac reciproca magnam affinitatem habet. Vnum hic notandum est. si ex altera parte satisfactum non fuerit, quia fortè beneficium traditũ non est, aut post traditionẽ euictum, licere alteri beneficiũ, quo se abdicauit, repetere. c. cum uniuersorum. de re. pmut. c. si beneficia. de præben. in 6. Quo casu nouã collationẽ non requiri uerius est, modo beneficiarius vim nõ inferat alij, sed authoritate publica possessionem apprehendat. c. eum qui, de præb. in 6. d. c. si beneficia.

De beneficiorum multitudine canonibus prohibita. Cap. 4.

Cum beneficiarius ad episcopalem honorẽ prouehit, vacat eius beneficium, & alii conferri põt. ca. cũ in cunctis. §. cum verò, de elec. c. post electionẽ. de cõc. præb. Idem de eo dicendum est, qui beneficium unum obtinens, quod animarum curationem habet, aliud simile beneficiũ consequitur. prius namque beneficium haud dubiè uacat. c. de multa, de præb. c. quia nonnulli, de cler. non resid. clem. si plures, de præben. Posterius uero ita demum retinet, si priore apud ordinarium antistitem sese abdicauerit, &c. idque Innocen. 111. & Ioan. xxii. constitutionibus expressum est, d. c. de multa, extra. execrabilis, de præb. & antiquo iuri nonnihil derogatum. c. præterea, de præb. Si enim prius beneficiũ non dimiserit, non solum eo priuatur, sed quorũcumque etiam beneficiorum in posterum obtinendorũ incapax redditur. d. cap. execrabilis. Nam ualde absurdum est uni duo munera committi in ecclesia, nisi grauis aliqua causa, & necessitas id fieri cogat. cap. singula, 89. distin. Itaque concilio Chalcedonensi, & quibusdam aliis uetitum est, ne quis in duabus ecclesiis ordinetur, quod & in muneribus ciuilibus ac profanis imperatorum leges prohibent. l. libertus, ad municip. l. ul. C. de assesso. l. 5. C. qui milit. pos. not. in l. lecta. de rebus credi. Postulat tamen aliquando necessitas, aut utilitas euidens ecclesiæ, ut duo plurave munera ecclesiastica unus idemque obeat, ut puta, si ea sit hominum idoneorum penuria, ut præstet unum multis ecclesiis, quàm singulos singulis præfici. Quæ res ad episcoporum cuiusque ciuitatis curam pertinet. c. sanctorum, 70. distinc. In gratiam uerò personarum magis quàm ecclesiæ beneficia coaceruare, quamuis & genere & doctrina aliis antecellant, pessimi res exempli, & antiquis canonibus omnino contraria est. Itaque gratiam horum canonum a solo Pontifice Romano, cuius uoluntas pro ratione habetur, fieri posse constitutum est. d. cap. de multa. Atq; ita canones prima specie inuicem pugnantes conciliari posse videntur, quamuis alii aliter nodum dissoluant, ac inter cęteros Io. Quintinus, cuius de ea re elegans commentarius nuper in manus nostras incidit. Hinc fit, ut captatores beneficiorum Romam certatim cursitent, prætextu literaturę, aut nobilitatis, ueniam a Pontifice impetraturi, quæ nemini denegari consueuit: in quo negotio circumspectius tamẽ esset agendum, nã in Ecclesia hæc beneficiorum cumulatio, quæ sine delectu passim recipitur periculosa est. nec minus mihi monstrosi uidentur, qui tot personas in ecclesia sustinent, quàm Briareus ille, qui manus centum habuit, ut est in fabulis, aut Geryon quem trium fuisse corporum perhibent.

De

De assiduitate beneficiariorum, quam residentiam appellamus. Cap. 5.

Nihil est ab omni rõne alienius, quàm eos præfici ecclesijs, qui munus suum negligãt. Itaq; aduersus eos q assidui nõ sunt in ecclesijs sibi cõmissis, varij canones editi sunt. concil. Antioch. conc. Laod. cõc. Sardi. & in decr. 7. q. 1. c. ult. de cler. non resid. Variæ itẽ leges imperatorũ, quibus noĩatim cautũ est, ut absentes clerici si ad ecclesias suas moniti nõ redierint, bñficia ipsis adimãtur. Nouel. 6. 58. 123. Nec iusta est eorũ excusatio qui uicaria quorũdam sacerdotũ opera in obeundo munere suo utuntur, cùm ipsi eo fungi debeant, c. quia nõnulli, de cle. non resi. Ac indignum est, vt Innoc. ait, cõductitijs presbyteris ecclesiã cõmitti. 21. q. 2. c. ult. Hoc amplius, si exiguus tenuisq; sit reditus beneficii, ut ex eo se tueri nequeat clericus, ne hoc quidẽ casu assiduitatis uacationẽ hẽt, cùm ipsi eo beneficio se abdicare liceat. c. conquerente, de cle. nõ resi. Oẽ siquidem beneficium propter officiũ, laborem, & industriam cõceditur. c, ult. de resc. in 6. Cessante igitur causa propter quã datur beneficium, rõ postulat, ut a beneficiario id auferatur. Nec dissimilis est clericus ab ecclesia sua absens militiæ desertori. Quare & cingulum honoris sui eũ amittere, & pro ea desertione castigari debere constitutum est. c. placuit, 21. q. 2. c. peruenit. 7. q. 1. Incidunt tñ causæ interdũ pp quas excusatione dignus sit clericus, & ab episcopo suo ueniam impetrare debeat. c. cum ad hoc. de cler. non resid. c. licet. canon. de elec. in 6. Citra causã uerò legitimam non licet epõ ueniã assiduitatis concedere, quamuis Rom. Pontifex, quem nullæ leges tenent, id faciat. Et hac rõne antistites imaginarij tantũ (quod ad curã onusq; attinet) & codicillares fiunt, cuiusmodi põtifices ac sacerdotes Alexandrum imperatorem creasse Lampridius scribit. Ex quo ueluti fonte mala innumerabilia, ut quæ incõmoda in ecclesiam uniuersam quotidie manant, quæ sine horrore maximo referre non possumus. Quid enim indignius est, q̃ sacris eos stipendiis frui, qui venalibus diplomatibus, ne dicam uenalibus, subnixi, de regendis ecclesiis ne cogitant quidem unquã, ut apertè canones oẽs illudere, & cõtemptui habere uideantur. Nemo etenim est qui nesciat eos beneficia redituq; ecclesiasticos locare, & maius pretiũ offerentibus addicere cõsueuisse, non aliter ac quosuis patresfamilias prędia sua, nihil pensi hñtes quàm idoneus ad functionẽ sacram spiritalemq; hic redẽptor sit, in quem omne onus, qđ subire eos oportebat, reiiciunt. Atq; ita hæc geruntur, ut quãuis publicè nota sint hoc seculo, ficta tñ magis q̃ facta olim posteritas fortassis existimatura sit. Nihil de fructuum dilapidatione hic dicam, quos pauperibus distribui ueteres canones iubent. Non enim in tantis uitiis hæc scrupulosius excutere animus est, ac per me licet, ut oẽm prouentum iactent, profundãt, dissipent. De doctrina sanè diuina, cuius misera plebs mirũ in modũ famelica est, ab ipsis oĩno deserta conquerimur.

„ Illud. n. accidit hoc tpe, qđ uates futurũ prędixerat, Amos 8.
„ Emittã famẽ in terram non famem panis, neq, sitim aquę, sed
„ audiendi uerbũ dñi, & cõmouebuntur a mari vsq; ad mare,
„ & ab Aquilone ad Orientẽ, circuibunt quærentes verbũ do
„ mini, & non inuenient. Et sanè dubium non est, quin hęc pastorũ ignauia errorum oĩum & hæreseon, quib. hodie concutitur orbis, magna ex parte fons & origo sit. Nec mirum est gregem perire, qui pastore destitutus, luporũ insidiis quotidie expositus est. Vagos enim quosdã circũforaneos ac mercenarios concionatores in numero pastorũ non pono, quos longe lateq; a pastoribus differre sacris literis edocemur. De his pastoribus uaticinatur Ezechiel, c. 34. & ita eos depingit, ut in eo uaticinio nostri seculi mores uelut in speculo quo-
„ dam intueamur. verba eius hæc sunt, Væ pastoribus Israel, q
„ pascebant semetipsos. Nõne greges a pastoribus pascuntur?
„ Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & qđ crassum erat
„ occidebatis, gregẽ autem meum non pascebatis. Qđ infirmũ
„ fuit non consolidastis, qđ ægrotũ, non sanastis, & quod cõfractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis,
„ & quod perierat nõ quæsistis, & cum austeritate imperabatis
„ eis & cũ potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo q̃ non esset
„ pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarũ agri.
„ Errauerunt greges mei in cunctis mõtibus, & in uniuerso colle excelso, & non erat qui requireret, non erat, inquã, qui re-
„ quireret. Propterea pastores audite uerbum dñi. Viuo ego, di
„ cit dñs Deus, quia pro eo q̃ facti sunt greges mei in rapinã,
„ & oues meæ in deuorationẽ omnium bestiarum agri, eo q̃
„ non esset pastor, ecce ego ipse super pastores requiram gregẽ meum de manu eorum, & cessare eos faciã, ut ultra non
„ pascant gregẽ, nec pascãt amplius pastores semetipsos, & li-
„ berabo gregẽ meũ de ore eorũ, & nõ erit ultrà eis ĩ escã, &c.

Proinde hac radice non excisa, aut ego uehementer fallor, aut uix ullæ flammæ his malis finem allaturæ sunt. Celebratur ueteris cuiusdam philosophi dictum, homines non pallio, sed auribus trahendos esse. Quod uel maxime hic locum habere semper arbitratus sum. Sed iam satis aut forte nimiũ querelis datum est.

De criminibus, propter quæ beneficia amittuntur. Cap. 6.

Ob crimen aliquando beneficium amittitur: idq; cõtingit uel q̃ ipso iure uacat, uel q̃ deponitur beneficiarius causa cognita, & beneficio suo priuatur. Exemplis hoc dilucidius fiet, quæ sequuntur.

I. Ambitus simoniaci reus quibusdã Pontificiis constitutionibus deponi iubetur. c. de hoc. c. insinuatũ, de simo. Quæ cõstõnes iudicium ac sniam requirunt, qua beneficiario adimatur beneficiũ, nec ante eam sniam uacare dr. Sed Paulus secũdus atrocitate criminis qđ in dies magisq; mualescebat, cõmotus, decreuit, ut pœnas oẽs legitimas statim incurrat is qui hoc flagitium admiserit, non expectata iudicis snĩa. ext. cum detestabile, de simo. Ac mihi quidem vr̃ gñaliter accipienda constitutio, siue datum aliquid pro ordinatione, siue promissum fuerit, cum hæc paria sint. Nec aliter sensit Paulus, si quis cõmodè & absq; cauillatione uerba constõnis interpretetur. Sunt tñ qui cõtendant de datione tantùm, nõ ẽt de promissione intelligendã esse constitutionem. Castad. decis. 5. Gomes. in reg. cãc. de trien. poss. quorum leuissimas, nisi fallor, rõnes hic referre operæpretium non duxi. Vnum hic notandum est, de beneficio nos hic non loqui, quod quis p ambitum adeptus est, cum satis constet collationem hmõi nullam esse, idque supra annotauimus. Nostra etenim disputatio ad alia beneficia pertinet, legitime acquisita, quæ nihilominus propter ambitum amittũtur. Sed quæstio est, an istius pœnę episcopus gratiam facere possit, de qua quid alii scripserint, si lubet uidero. Pan. in c. de simoniacis, de simo.

II. Ob incontinentiam adimitur clerico beneficium, ut puta si focariam, siue concubinam habeat, nec eam rite monitus a se dimittere uelit. c. sicut. c. si autem, de cohab. cle. Nã etsi legibus Romanis permissus sit concubinatus: tñ iure pontificio clericis interdictus est. tit. de concub. Ac ut omnis uitetur suspicio, nullam eis mulierem, exceptis quibusdam, domi suæ habere licet. l. eum qui. C. de epis. & cle. Olim monachi ac sacerdotes fœminas apud se retinebãt, quæ nec corũ uxores erant, nec cõcubinæ, sed comites & sociæ cœlibatus, easq; Græci συνεισάκτους inrerpretes uulgo subintroductas uocant. Sed & fœminę quoque uiros sibi cõtubernales hoc modo adsciscebant. Verum Nicęna synodus propter stupri suspicionem hoc contubernij genus improbauit. canon. 3. c. interdixit, 32. dist. Cuius meminit Iustin. & Eusseb. li. 7. hist. eccle. De his loquitur Chrysostomus in sermone quodam, περὶ τοῦ μὴ ἔχοντας συνεισάκτους & Gregorius ĩ quibusdam locis, quę a Bud. in commentarijs Græcæ linguæ referuntur. Quod dictum est de concubinatu, id multo magis in masculæ venere locum habet. cap. ut clericorum, de uit. & honest. cler. cap. clerici, de excess. præl.

III. Periurium iusta causa est propter quam beneficium clerico auferatur. Ac tametsi quidam existiment eum qui peierat continuò beneficium suũ amittere, tamen receptius est depositionem priuationemq; hic necessariam esse. c. querelam, de iureiur. c. peruenit, de fide instr.

IIII. Cædis siue homicidij conuictus beneficio suo priuatur per sententiam iudicis, nec illud ipso iure amittit. cap. 1. de cle. pug. in duel. c. ult. de homicid. in 6. cap. ex literis, de excess. prælat.

V. Ob crimen perduellionis uacant ipso iure beneficia absq; ulla priuatione siue depositione. ca. fœlicis, de pœn. in 6. Ademq; uidetur causa hæreticæ impietatis. c. ad abolendã, de hæret. c. cum secundum, de hæret. in 6. Nec ulla declaratio necessaria est ante collationem beneficij, ut Ioan. And. scribit, glo. c. cõmissa, de cler. in 6. quamquam ab eo dissentiunt nonnulli. Fel. in c. cum non ab homine. de iud.

VI. Præter ea crimina quæ iam recensuimus, generaliter dicendum est, si quid grauius admiserit beneficiarius, aut si quæ nota infamiæ eidem inusta sit, eum beneficio priuandũ esse: non enim omnia crimina comprehenduntur certa definitione, sed prudentis iudicis est, in iis quæ similia expressis videntur eandem regulam sequi. Pan. in c. at si clerici, de iud. Qua in re Panor. admonet, priscorum canonum seueritatem vsquequaque hic spectandam non esse, propterea q̃ huius seculi homines cum priscis illis conferri non possint, siue staturam & uires corporis, siue mores & ingenium respicias, cap. fraternitates. 34. dist. Iuxta illud Satyrici poetæ,

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Quo noĩe ẽt Homerus crebrò admodum conqueritur, uel Plinio authore. Quod autem de infamia diximus, de ea accipiendum est, quæ iure ac legibus irrogatur, non de ea quę ex hominum opinione proficiscitur. Pan. in c. per inquisitionẽ, de elec.

Source : BIU Cujas

de elec.Prẽterea ob iuris infamiã ipſo iure nõ uacat beneficiũ, ſed priuatione ac depoſitone opus eſt,not.in c.querela, de iureiur.quamuis in muneribus dignitatibuſq; profanis & ciuilibus aliud conſtitutũ ſit.l.2.§.miles, de his qui not.infa. l.diuus,de iureiur.l.infamia.C.de decurio.Eademq; rõ munerum publicorũ in Gallia (cũ perpetua ſint non minus quàm beneficia eccleſiaſtica) eſſe vr.Sunt & alij modi,quibus uacãt & amittuntur beneficia,cuiuſmodi eſt profeſſio monaſtica, c.beneficium,de regula. in 6. matrimoniũ uerbis in præſens tempus cõceptis contractũ,c.1.de cler.coniug. & ordinatio ſiue initiatio neglecta ab eo qui beneficium curationi animorum coniunctum adeptus eſt,&c.c.licet canon.ca.cõmiſſa,de elec. in 6. Sed hæc partim ex ſuperioribus libris huius tractatus,partim ex aliorum ſcriptis cognoſci poſſunt.ut Staphil.tract.de lite.grar.

TRACTATVS
IOANNIS BAPT. CACCIALVPI
IVRECONSVLTI CELEBERRRIMI,
De vnionibus.

SVMMARIVM.

1 *Vnio quid ſit.*
2 *Vnio quotuplex ſit.*
3 *Vnio quot modis fiat.*
4 *Actio unita actioni retinet quod fauorabilius erat in utraque.*
5 *Papa omnes eccleſias,beneficia,& epiſcopatus poteſt per omnes vnionum ſpecies vnire.*
6 *Legatus de latere vtrum poſſit unire eccleſias exiſtentes in legatione ſua. & nume.7.*
8 *Papa ſolus poteſt priuare aliquem iure ſuo.*
9 *Legatus quomodo poſſit eccleſiam epiſcopo ſubiectam vnire cathedrali.*
10 *Legatus in prouincia ſibi commiſſa illa poteſt exercere quæ poteſt quilibet ordinarius.*
11 *Legatus de latere quo caſu non poſſit uuam eccleſiam alteri unire.*
12 *Legatus de latere non poteſt dare authoritatem plebanis, inuitis canonicis,ut permutent ſuas præbendas.*
13 *Legatus non poteſt ſupprimere, nec dignitates,nec fructus beneficij concedere epiſcopo ad tempus.*
14 *Legatus poteſt ea quæ poteſt epiſcopus ad præindicim ſui ipſius,non ad præiudicium alterius.*
15 *Legatus non poteſt alienare rem ad Rom.Pont.ſpectantem.*
16 *Legatus non poteſt ſe intromittere de eccleſiis collegiatis.*
17 *Gloſa in c.nobis.De iurepatro.declaratur.*
18 *Legatus Cardinalis quod habeat collationem beneficiorum,unde ſit.*
19 *Legatus in quibus teneatur requirere conſilium capituli.*
20 *Patriarchæ & Primates quid poſſint in ſuis diœceſibus circa vniones eccleſiarum.*
21 *Archiepiſcopus quid poſſit circa uniones beneficiorum.*
22 *Epiſcopi quid poſſint circa uniones beneficiorum ſeu eccleſiarum.*
23 *Capitulum an ſede uacante poßit eccleſias unire.*
24 *Prælati inferiores ab epiſcopo utrum poſſint eccleſias unire.*
25 *Vicarij epiſcoporum an eccleſias vnire poßint.*
26 *Vniendi poteſtas an per inferiores præſcribi poßit.*
27 *Eccleſia quælibet de iure communi debet habere proprium ſacerdotem.*
28 *Eccleſia quælibet quod debeat habere ſuum rectorem, quomodo intelligatur.*
29 *Epiſcopus electus,& confirmatus, nondum conſecratus an poſſit unire.*
30 *Eccleſiæ ſeu beneficia quæ poßint uniri.*
31 *Epiſcopus an poſſit unire eccleſias diuerſæ religionis, profeſſionis, & habitus.*
32 *Conſuetudo an & quando poſſit de nouo induci, etiam ſi ſit ſemel ſublata.*
33 *Epiſcopus, Archiepiſcopus & Patriarcha an poßint unire eccleſias exemptas.*
34 *Epiſcopus poteſt eccleſiam ſibi ſubiectam,in qua exemptus habet inſtitutionem & deſtitutionem rectoris,vnire monaſterio exempto.*
35 *Epiſcopus an poſſit unire eccleſiam non exemptam loco exempto.*
36 *Eccleſiam ſubiectam Abbati an Epiſcopus unire poſſit eccleſiæ ſibi ſubiectæ.*
37 *Epiſcopus an poſrit unire beneficium reſeruatum ſedi Apoſtolicæ.*
38 *Epiſcopus an eccleſiam uacantem unire poßit.*
39 *Eccleſia uel beneficium an poſſit uniri præbendæ cathedralis eccleſiæ.*
40 *Epiſcopus an poſſit unire eccleſias,quarum collatio propter negligentiam uel ſimilem cauſam eſt ad ſedem Apoſtolicam deuoluta.*
41 *Eps an dignitatem ſuæ eccleſiæ poſſit unire capitulo ipſius eccleſiæ.*
42 *Vnio de vacante eccleſia an poſſit per epiſcopum fieri.*
43 *Epiſcopus an poſſit eccleſiam unire ſuæ menſæ pariter & capitulo.*
44 *Eccleſia unius diœceſis an poſſit uniri eccleſiæ alterius diœceſis.*
45 *Eccleſiæ plures an poſſint uniri uni eccleſiæ.*
46 *Eccleſia patronata,an poſſit uniri alteri eccleſiæ.*
47 *Eccleſia patris an poſſit uniri eccleſiæ filij,& econtra.*
48 *Eccleſiaſtica iura an poſſint uniri in caſibus quibus eccleſiæ & eccleſiaſtica beneficia uniri poſſunt.*
49 *Vnio quibus de cauſis fieri poſſit.*
50 *Vnio ſine cauſa fieri non debet.*
51 *Vnio qualiter fieri debeat.*
52 *Vnio quando fit ab Archiepiſcopo de beneficio ſubiecto ſuffraganeo,requiritur conſenſus ſuffraganei.*
53 *Prælatus inferior ab epiſcopo non poteſt unionem facere ſine conſenſu ſui capituli.*
54 *Epiſcopus si vult vnire eccleſiam ſubiectam prælato inferiori, ipſius prælati conſenſus requiritur.*
55 *Vnio eccleſiæ exemptæ requirit conſenſum eius cui ſubeſt.*
56 *Capituli conſenſus requiritur in uniendo omni iure eccleſiaſtico.*
57 *Collegij conſenſus requiritur in unione eccleſiæ collegiatæ.*
58 *Patroni conſenſus requiritur in unione eccleſiæ patronatæ.*
59 *Rectoris citatio non eſt neceſſaria, ſi fiat unio de beneficio non uacante.*
60 *Vnio ſi fiat de beneficio vacante, non eſt neceſſe citare defenſorem beneficij.*
61 *Eccleſiarum duarum diuerſarum diœceſium quando fit unio,quid requiratur.& nu.62.& ſeq.*
64 *Capituli conſenſus non requiritur in unione fienda per legatum, etiam si vnio fiat Epiſcopali dignitati.*
65 *Conſuetudine an poſſit induci quod Epiſcopus poſſit uniri ſine conſenſu ſui capituli.*
66 *Conſuetudo præſcripta ſpatio quadraginta annorum ſufficit in his in quibus non reſiſtit.*
67 *Alienare verbum ſignificat dominij translationem.*
68 *Vnio qualiter probetur.*
69 *Vnitatis effectus quis ſit,quando communicantur tantum ſpiritualia.*
70 *Vnionis effectus, quando una eccleſia alteri ſubijcitur in ſpiritualibus & temporalibus.*
71 *Vnionis effectus,quando fit ſecundum tertiam ſpeciem unionis.*
72 *Vnionis effectus,quę fit per quartam ſpeciem.*
73 *Vnionis effectus,quando fit per uiam erectionis in cathedralem.*
74 *Vnio an cenſeatur realis,uel perſonalis.*
75 *Priuilegium quod competit eccleſiæ principali an cõpetat eccleſiæ unitę*
76 *Conuentus & Abbatiſſa qualiter conuenient in adminiſtratione monaſteriorum vnitorum.*
77 *Beneficium ſi uniatur capitulo eccleſię,quis dicatur habere curam.*
78 *Eccleſia habens ſub ſe capellas ſi unitur alteri eccleſiæ,an illæ capellæ tranſeunt in unione in aliam ectleſiam.*
79 *Supplicatio de beneficio principali cui ſit aliud annexum, an de annexo mentionem facere debeat.*
80 *Beneficium unitum alteri an perdat nomen beneficij.*
81 *Beneficiarius, cuius beneficium eſt unitum alteri,ita quòd unio poſt ceſſum uel deceſſum illius ſortiatur effectum, an poſſit tale beneficium cum alio permutare.*
82 *Eccleſia patronata unita mouaſterio deſolato an faciat acquirere iuſpatronatus in illo monaſterio.*
83 *Eccleſiæ unitæ ſi ſint diuerſarum diœceſium, quis habebit confirmare prælatum.*
84 *Vnio eccleſiarum diuerſarum diœceſium an prẽiudicet iuribus diœceſani.*
85 *Eccleſia patronata si vniatur alteri,an præiudicetur iuri patroni.*
86 *Eccleſia vnita ſi ſit debilis,an rector eccleſiæ cui facta eſt unio debeat tenere vicarium in ea.*
87 *Gratiam,anteferri,habens,an præferatur habenti ius ex unione.*
88 *Agens pro eccleſia vnita quem iudicem debeat impetrare.*
89 *Vnio utrum præiudicet beneficiato.*
90 *Vnionem quis,qualiter,& quando poſſit ſoluere.*
91 *Vnio utrum ex falſitate cauſæ reddatur nulla ipſo iure.*
92 *Vnio facta de eccleſia debili an diſſoluatur ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam.*
93 *Epiſcopus ſi unit dignitatem eccleſiæ capitulo ipſius eccleſiæ,an ſucceſſor poſſit reuocare.*
94 *Vnionis iam factæ effectus an tollatur per ſequentem prouiſionem.*
95 *Subreptio non debet allegari,quando reſeruatio fit motu proprio Papæ.*
96 *Vnionis factę diſſolutio quem effectum faciat.*
97 *Res de facili redit ad naturam ſuam.*

VT materia Vnionum pleniſſime & ordinate habeatur illa diſtinguitur in decem membra, ſiue decem articulos principales.
In primo tractabitur,quid ſit vnio.
In ſecundo,quotuplex ſit vnio.
In tertio,quis poſſit unire.
In quarto,quæ beneficia poſſint uniri.
In quinto,ex quibus cauſis poſſit fieri unio.
In ſexto,qualiter debeat fieri vnio.
In ſeptimo,qualiter probetur vnio.
In octauo,quis ſit effectus unionis.
In nono,quis poſſit ſoluere vnionẽ,& qualiter ſoluatur unio.
In decimo,quis ſit effectus ſolutionis vnionis.

Primus

Source : BIU Cujas

Primus Articulus.

1 Circa primum, dum quæritur quid sit vnio: † Doctores nullibi tangunt, quod legerim. Sed potest iudicio meo ita describi. Vnio est coniunctio siue congregatio duarū aut plurium Ecclesiarum, vel per viam subiectionis, vel p viā æqualitatis, aut accessionis, seu erectiōis, quo ad spiritualia vel temporalia, vel quo ad vtrunque, quandoque quo ad vtrosq; Quare aūt prædicta verba singulariter ponātur in dicta descriptione: satis clare colligitur ex his, quæ dicam infra, maxime in 2. arti. principali. Debes ēt scire, quod vnio vnis & vno vnas idem important quod congregare, communicare, seu coniūgere, & ex duobus seu pluribus congregatis, siue coniunctis vnum efficere secundum Grammaticos, & descendunt a verbo vnus, & inde uenit vnitas, & vnio, quod est nomen.

Articulus Secundus.

2 Circa secundum principalem articulum, videlicet quotuplex sit vnio. † gl. in c. 1. ext. Ne sed. vacan. & glo. 16 q. 1. c. Et temporis qualitas. ponunt tres species vnionis. Sed Host. in d. c. 1. & in summa in tit. Ne sed. vacan. §. fi. quem communiter sequuntur doct. maxime moderniores, dicit qđ quin
3 que modis sit vnio † vno modo vt spiritualia tantum communicentur. & hoc modo multæ ecclesiæ Cathedrales, & multa monasteria sunt unita.

Secundo modo per viam subiectionis, cum vna ecclesia subijcitur alteri in temporalibus & spiritualibus, adeo quod vna sit mater, & altera filia. ext. Quod met. cau. c. Cum dilectus.

Tertio modo vt neutra alteri subijciatur, sed quælibet in suo statu & honore remaneat. Et ideo si ante vnionem erat Cathedralis, vel Episcopalis: etiam post unionem remanebit Cathedralis vel Episcopalis, nec canonici unius ecclesiæ sunt canonici alterius. Nec etiam canonici vnius ecclesiæ uocabuntur ad dispositionem canonicorum alterius eccl. nec res alterutrius aliquo modo confundentur.

Vnus tamen erit Episcopus duarum ecclesiarum & ab omnibus communiter eligitur in loco, de quo in vnione cōuentū est, uel deferent sibi honorem. ar. c. pastoralis. ext. de rescrip. de quo tamen latius dicam in nono articulo principali. & sic hæc vnio fit solum quo ad Prælatos, vt idē sit prælatus vtriusq; ecclesiæ.

Quarto modo fit vnio, vt unum sit collegium utriusque ecclesiæ, quo ad spūalia & temporalia, ita quod ille qui est canonicus in vna ecclesia, ēt sit canonicus ī alia, & quilibet retineat suum honorē, & sic cū diuersis subsunt Metropolitanis, Papa gratificauerit cui uoluerit, & regitur talis ecclesia consuetudinib. & priuilegijs, q̄ in alterutra meliora potuerint reperiri. argu. 12. dist. c. Nouit. & de pœnit dist. 1. c. Medicina. §. mendicamentū. & 32. q. 1. non est culpandus. Simile uidemus in duab.
4 actionibus † simul iūctis seu vnitis, qī vnita retinet, quod fauorabilius erat in alterutra. C. de rei vxo. acti. l. 1. primo respon so. & in §. Sed si non ignoramus. sic ēt legata & fideicōmissa vnita fuerunt, ut quid melius & humanius, seu fauorabilius erat in alterutris illud etiam vnitum retineret. C. eo. deleg. l. 2. ante finem secūdum Host. & adde quæ dicā latius in 8. arti. princip.

Quinto modo fit vnio cum vna ecclesia erigitur in cathedralem, ita quod idem sit episcopus utriusque secundum formam. c. 1. Ne sed. vacan. & de hac infra.

Articulus Tertius.

Circa tertium articulum de cā efficiente, videlicet quis possit vnire. primo quæritur, an Papa possit vnire
5 sed breuiter dic, quod indubitatum est † quod Papa oēs ecclesias, & oīa beneficia minora & maiora, & episcopatus potest vnire per omnes vnionis species, vt in c. sicut unire. in princip. extr. de excess. prælа. 16. q. 1. cap. Et temporis qualitas. & §. Sicut duo. & c. quod translationem. de off. deleg. Et hoc est clarum, quia quo ad beneficia, ipse habet plenam & absolutam potestatem, vt in cap. proposuit. extr. de concess. præb. & in c. detestā da. eod. tit. lib. 6. cum similibus.

6 Secundo quæro † utrum legatus de latere possit vnire ecclesias existen. in legatione sua. circa istam. q. variæ sunt opiniōes doctorum. Inn. in c. fin. ext. de confir. util. uel inutil. ponit duas opiniones.

Prima est, quod non possit in præiudiciū dioceſani, sed si facit unionē, illa ualebit in p̄iudicium ecclesiæ unitæ. Poterit. n. ecclesia cui facta est unio, seu concessio, exigere rōnem de tēporalibus ab ecclesia unita. & illam etiam quandoque uisitare & in illa iurisdictionem exercere, non tamen præiudicando iuribus dioceſani, quoniam unione non obstante utitur dioceſanus iure suo. & sic intelligas. d. cap. fin.

Secūda opinio est Inn. quā dicit sibi plus placere, ut legatus nullo modo possit concedere seu unire. Host. ēt in d. c. fi. de cō-
7 fir. util. uel inutil. qui tenet qđ non possit † per illum text. & tenuit ēt Abb. dicens quod non potest unam ecclesiam alteri subijcere uel perpetuam donationem facere, licet possit cōferre beneficium uacans, si est legatus de latere, ut est in cap. 1. de off. leg. lib. 6. facit ēt quod tradit glo. in c. fi. de hæret. eo. lib. ubi dicit, qđ legatus ēt de latere non pōt committere causam inuiris partibus, ut cognoscatur sine strepitu & figura iudicij, qa contra ius. ut not. c. 1. ext. de lit. contesta. facit quod habetur in c. fi. extr. de off. Archip. Idem ēt in effectu uidetur uelle Spe. in tit. de leg. §. Nunc ostendendum. uers. 11. & 57. ubi concludit p regula, quod legatus etiam de latere non possit facere in præiudicium alterius, & sic non potest dare de iure unius alteri, qa
8 solus Papa † hoc pōt, scilicet priuare aliquem iure suo, allegat quod habetur. 23. q. 8. c. Communior. & c. sequen. Sed Io. And. in addit. ad. d. uers. 57. tenet quod possit dare de iure unius alteri, eo casu, quo posset Episcopus, uidelicet legitima causa subsistente, iuxta ea, quæ not. in c. Constitutus. extr. de relig. domib. cum suis remissionibus. Aduerte tamen quod idem Specul. in §. nunc ostendendum. uers. 5. dicit quòd legatus de latere pōt vnire eccl. inferiores sicut Episcopus, dummodo talis unio nō extendatur in præiudicium dioceſani. per ca. Ne sed. uacan. Et uidetur concordare cum prima opinione Innoc. quinimmo
9 plus dicit Io. And. in additione ad. d. uers. 5. † quod legatus pōt etiam eccl. subiectam Episcopo iusta causa subsisten. unire ecclesiæ cathedrali, non tamen erigendo illam in cathedralem, sed applicando ipsam mensæ cathedrali, de qua unione loquitur clemen. fi. de re. ecc. non alien. & unio dicta fiet sine præiuditio rectoris, & ideo non est necesse illum uocare. ut d. clem. fi. Illo uero mortuo, reget Episcopus illam per uicarium perpetuum, cui assignabit de redditibus congruam portionem. iuxta not. in cl. 1. de iurepatro. Et sic uidetur uelle quod Legatus possit unire. & idem uidetur uoluisse idem Specu. in d. §. Nunc ostendendum. uers. præmissa autem omnia: ibi, unde circa, ubi
10 concludit † quod Legatus in prouincia sibi commissa illa potest exercere, quæ potest quilibet ordinarius, siue sit Abbas siue Episcopus, siue Archiepiscopus, uel Patriarcha, nisi in casib. in quibus reperiretur expressum quod Patriarcha, uel alius q haberet maiorem potestatem, secūdum quod reperitur in aliquibus casibus. Facit quod habetur in c. 1. & c. ult. de off. leg. Et istam partem tenent etiam domini de Rota in deci. 55. secundum aliquos. alij habent decisionem. 111. & respondent ad tex. in d. cap. fi. de confir. util. uel inutil. quod ideo ibi nō ualet, quia ibi fiebat concedendo plenariam exemptionem, cum fieret ecclesiæ exemptę per qnam nimium præiudicaretur ordinarijs, quod non contingit in alljs, licet per illam auferatur collatio ordinario, & sic uidetur restare conclusio, quod pōt etiā collegiatam unire & subijcere alteri, dummodo non uelletip sam plenarie a iurisdictione & ptāte ordinarii subtrahere.

Sed Fede de Senis in cons. 190. tennit contrarium, uidelicet
11 † quòd Legatus ēt de latere non possit ecclesiam nec collegiatam, nec simplicē, alteri unire, dummodo in illa episcopus uel alius habeat ius conferendi. Et simi liter tenuit quod non posset alterare statū ecclesiæ, utputa si uellet ecclesiam, in qua est collegium clericorum seculariū, constituere religioſum, & cō uentū religioſorum secundum formā. c. Ad audientiā. extr. de
12 eccl. ædiri. Et quod non pōt dare † auctoritatē plebanis inuitis canonicis ut permutent suas prębendas, quia qui non pōt cōferre, non potest præstare auctoritatem permutationi ueræ. not. in c. unicò. de rer. permut. lib. 6. Allegat. ēt no. per Io. And. & Archid in c. fi. de off. leg. lib. 6. & quod no. Spec. in ti. de lega. §. Nunc autem tractemus. uers. ic pen. ubi dicit, quod Legatus
13 non potest supprimere, nec dignitates, nec fructus beneficij concedere Episcopo ad tempus. de quo per Io. And. in c. si pp tua de resc. lib. 6. & per prędicta concludit quod ēt simplicem ecclesiam nō pōt unire alteri ecclesiæ, si p unionē aufertur ius conferendi ordinario, uel alteri inferiori, quia non est cōcessū legato aliena iura in perpetuum præiudicium turbare seu tollere. Facit quod not. in c. nobis. ext. de iure patr. licet ad tempus possit conferendo beneficium in titulum. iuxta not. in c. 1. de off. leg. lib. 6.

14 Et sic cōcludit qđ legatus † pōt illa quæ pōt Eps quo ad præiudiciū sui ipsius, sed non quo ad p̄iudiciū alterius. Nec est absurdum secundum eum, quod Episcopus aliquid possit quod non possit legatus. quia fauorabilior est potestas ordinarii quā legati clemen. 2. cum ibi not de offic. ordinarii. facit, quia Episcopus non potest alienare sine consensu capituli, cum consensu legati, ut in cap. pen. extr. de his quæ fiunt a prælat. Item quia Episcopus potest alienare cum consensu capituli. 12. q. 2. in fi. & in cap. sine exceptione. unde hoc non potest legatus. & ad prædicta uide quod tradit Bartol. in l. prohibere. §. Plane. ff.
15 Quod uide tiam. ubi concludit † legatum non posse alienare rem spectantem ad Ro. Ponti. & idem uidetur uelle de aliis bonis temporalibus eccl. pro qua opinione facit aliud pulchrū dictum Specul. in titu de leg. §. Nunc tractemus. uers. pen. ubi dicit quod legatus nō potest supprimere aliquam dignitatem

Source : BIU Cujas

in eccleſia,qa illud eſt ſolius Papæ.vt in d.c.cū acceſſiſſent.ext. de conſtitut.Lap.Abbas in cle.1.§.Si quis.de ſtatu regu.tenet quod legatus de latere poſſit vnire eccleſias ſubiectas religioſis,uolens quod in hac unione legatus habeat maiorem potestatem quàm Epi,quia Epi tenentur requirere cōſenſum Abbatis,quem nō tenetur requirere legatus de latere. facit extra, de off.leg.c.dilectus.& in c.1.& 2.eod.ti.lib.6.de verb.ſign.c.1. eo d.lib.D.Zabarella tenet primam opinionem Inno.quod legatus pōt vnire ſine ꝓiudicio iuris ordinarij, & dicit collegiū Papienſe ita conſuluiſſe,& ſe vidiſſe illud conſilium D.Antonij in c.ſicut vnire.ext.de exceſ.prælat.& in c. fi. ext. de confir. vtil.vel inutil.ſequitur in effectu ſecundam opinionem Inno. ꝙ legatus non poſſit, licet aliqualiter variauerit, tamen videt reſidere cum opinione Fed. qui in effectu tenet opinionē Innoc.Io.de Imol.in d.c.fi. dicit quod poſſet defendi prima opinio Inno.per illum tex.a contrario ſenſu:& per ea quæ notantur per Spec.in d.verſ.præmiſſa.Nec obſtat.c.pen. de offi.lega. lib.6.per quod mouetur Fed.vbi vī probari:quod de eccleſijs
16 collegiatis non pōt legatus † ſe intromittere:quia illud procedit qñ vult prouidere perſonæ,quo caſu,non pōt,ēt ſi collatio pertineat ad epiſcopum.vt ibi not.glo.Sed in vnione non cōſideratur vtilitas uel fauor perſonæ,ſed eccleſiæ, ideo illa facilius fieri pōt.pro qua opinione facit quod not.in ca. ne aliqua. de priuil.lib.6.& in c.fi.de reſcrip.eod.lib.Et ſic eadem rōne & multo fortius poterit vnire eccl. non collegiatam ſuadente vtilitate eccleſiæ: quo caſu vī quod poſſit derogari iuri alterius reſpectu poteſtatis coferendi,ſicut poſſet eps,per id quod no. in c.conſtitutus.ext.de relig.do.& quod no.Io.And.in d.verſ. 57.in ad.Spec.in §.Nunc tractemus.nec obſtat ꝙ no. glo.in d.
17 cap.nobis.de iurepatr. quia ibi loquitur quando † erat patronus laicus,quo caſu non pōt derogari iuri ipſius eo inuito ēt per legatum de latere,nec ēt per Epm.vt in c. Cum dilectus.de iurepatr.16.q.7.c.decernimus.ſecus ſi eſt perſona eccle. & cōpeteret ſibi ius rōne eccleſiæ,non rōne patrimonij: per id qđ not.in c.cum dilectus.de off.leg.& ſic reſidet Ioā. de Imo. dñs Abb.Inno.in d.c.fi.dicit, quòd quæſtio eſt ſatis dubia:dicit tamen finaliter,quod aut loquimur in legato non de latere:& tenet quod non poſſet vnire,cum non poſsit beneficia conferre vt.c.1.de off.leg.lib.6.quia maius præiudicium eſt in unione q̄ iu collatione. Si vero legatus eſt Cardinalis, dicit quod eccle. collegiatas non pōt vnire aut ſubijcere per.d.c.pe.de offi.lega. lib.6.Si vero ſint eccleſiæ non collegiatæ,videtur quod prima frōte non poſsit vnire:non obſtante quod pōt cōferre: ꝙ minus præiuditium infertur. Item † qđ legatus Card.habeat col-
18 lationem beneficiorum non eſt ex iure legationis,ſed ex quodam ſpeciali priuilegio,& ex quadam prærogatiua.d.cap.1. de offi.leg.lib.6.ergo talis poteſtas tanquam extraordinaria & ſpecialis debet reſtringi.vt arguit glo.ſingularis.in cl.2.de off. ordi.licet ergo poſsit conferre iure ſpeciali:non tamē debet poſſe vnire propter graue præiudicium dioceſanorum.

Sed pro prima opinione facit tex.in d.c.fi. quia Papa ibi dānat collationem ex eo quod non debet minui vel lædi ius dioceſanorum.Videtur ergo loqui iuxta terminos.c.2.de reli.do. Nam ibi patet:quod ſi Papa eccleſiam vnius dioc.vnit eccl.alterius dioceſis:pp hoc non præiudicatur iuri dioceſani eccleſiæ vnitæ.Ita poſſumus dicere in.d.c.fi.videlicet qđ licet collatio vel vnio fiat eccle. exemptæ, non debet pp hoc minui ius primi dioceſani,reſpectu reuerentiæ uel ſimiliū iuriū, & ideo non ualuit ibi quo ad præiudicium iurium dioceſani.Et quod poſſet eam facere,probatur, quia vnio fit ex neceſſaria cauſa. 10.q.3.Vnio.& dicam infra in 6.art.principali.Cum ergo legatus habeat ordinariam iuriſdictionem in loco, vt in c.2.de off. leg.lib.6.videtur quod poſsit prouidere neceſsitatibus & utilitatibus eccleſiarum, per hoc arg. vī idem dicendum in legato non Cardinali,cuius contrarium tenuit.d.M.in princ.Sed magis eſt dubitandum de illo,finaliter concludit. d. M. quod prima opinio,quod non poſsit,videtur æquior, ſed ſecūda uerior de ſubtilitate iuris.Aduerte tamen quia in contrarium fortiter
19 obſtat† quia in ſpectantib. ad commodum uel incōmodū p̄latorū prouinciæ ꝑpetuum tenetur p̄latus requirere cōſilium capituli.ut ext.de his quæ fi.a præla.c.uouit.& c.quanto. Et dicā infra in 6.artic.principali.Idē in cōtrariū facit. c.fi.de maio. & obed.& quod dixi poſt Inn.in c.fi.de off.leg.Vnde qō ꝑ præ
20 dicta remanet ſatis dubia.Tertio quæro † quid de Patriarchis & Primatibus. Sol.dic quod in proprijs dioceſibus & in eccleſijs ſibi ſubiectis de iure communi poſſunt ipſi unire ea beneficia ex his cauſis,ſicut pōt,& quæ poteſt Archiepiſcopus in ꝓpria dioceſi,& epiſcopus in ſua,ſecundnm quod ſtatim dicam in 5.quæſt.huius tertij arti. princ. Sed in dioceſibus Archiepiſcoporum ſibi ſubiectorum nō poteſt unire ſicut nec Archiepiſcopus in dioceſibus ſuffraganeorum,ut dicam in qōne ſeq.
21 Quarto quæro,quid de † Archiepiſcopis.Sol.dic, quòd aut Archiepiſcopus uult unire beneficia in ſua propria dioceſi exiſtētia,& tunc etiam poteſt ut epiſcopus, de quo ſtatim dicam in q.ſeq. Quoniam Archiepiſcopus tantam habet poteſtatem in dioceſi ſua quantam habet epiſcopus in propria,ut tradit Spec. in ti.de leg.§.Sunt quoque uer.Archiepiſcopus.ubi dicit,quòd illud poteſt Primas in ſua dioceſi, quod poteſt Archiepiſcopus in propria.& illud poteſt Archiepiſcopus in propria,quod poteſt Epiſcopus in ſua. ſed ſicut non poteſt Archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, ita nō poteſt patriarcha in ſubditos ſuffraganeorum.Licēt enim primas poſsit exercere iuriſdictionem contra Archiepiſcopos ſibi ſubditos, & Archiepiſcopus in ſuffraganeos ſibi ſubiectos,non poteſt primas in ſubditos Archiepiſcoporum, ſicut nec Archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorum. Vnde in hoc caſu ſecundum Spec. fallit illa regula.Si uinco uincentem, te &c. Aut vult unire beneficia exiſtentia in dioceſi ſuffraganeorum ſuorum, & nō poteſt ſine conſenſu & uoluntate eorum,per ea quæ ſtatim dicā, & eſt tex.hic,qui aſsignat rōnem in uerſ.Cum in dioceſi. Quin
22 to quæro, quid de † Epiſcopis.Sol. dic ꝙ regulariter Epiſcopi poſſunt vnire inferiores eccleſias dioceſis ſuæ:vt in tex.noſtro in c.ſicut vnire.& 16.q.1.§.Sicut duo.& c. Temporis qualitas. 21.q.1.c.Relatio.Nam in poteſtate Epiſcopi eſt,qualiter eccleſiæ conſiſtere debeant.70.diſt.c.ſanctorum.10.q.1.ca.decretū. & c.regenda.Habet enim Epiſcopus magnam poteſtatem ſuper ſtatu eccleſiarum:& eas pōt facere modo pauciores ſi plures ſunt,& nequeant de proprijs redditibus ſuſtentari. de conſecr.diſt.1.c.omnes baſilicæ.& etiam augmentare & diminuere numerum clericorum.de conſti.c.ex parte.a contrario ſenſu.de quo ibi dixi.de verbor.ſigni.c.1.de inſtit.c.1.& 2. de conceſ.præben.Ex parte. item nouum perſonatum in eccl. facere qui nunquam ibi fuit.c.Olim.ext.de cōſuet.Arbitror tī, ꝙ nō poteſt vnire per omnem ſpeciem vnionis,ſed duntaxat p̄ quatuor primas ſpecies,quas dixi in præcedenti artic. Sed p̄ quintam ſpeciem vnionis non poterit,quia ipſe non pōt erigere inferiorem eccleſiam in cathedrali.arg.no.in c. qđ translationē. ext.de off.leg. & adde & declara ſecundum ea, quæ dicam in
23 quarto ſeq.artic.Sexto quæro, vtrum capitulum † ſede uacāte poſſit hanc unionem facere.Sol.Lap.& poſt eum Zabarella & Io.de Imo.in cl.1.§.Ad hæc.alias.§.Si quis autem.de ſtatu mona.tenet ꝙ ſic,dummodo nil depereat de iure Epiſcopali.Facit quod no.de maio.& obed.c.Vnico.lib.6. & idem ēt notat Zaba.in ſimil.in cle.Vnica.de rer.permut. Septimo quæro, vtrū
24 inferiores † prælati ab Epiſcopo poſſint vnire.Sol.dic qđ eccleſias non pleno iure ſubiectas ipſis inferioribus:& Abbas tenet quod nō poſsint vnire,nec alteram alteri ſubijcere,cū hoc ſpecialiter concedatur Epiſcopis.& idē tenet Inn. & cōiter doct. antiqui.& d.An.in c.inter.in gl.Sed qualiter.ext.de dona.Et tenet Inn.& Io.And.in uerbo arduam.in c.Ad hæc.ext. de offic. Archi.Idem tenet Io.Andr.in clem.1.§.Ad hæc. in gl.in uerſi. ordinarios.de ſtatu mona.per ea,quæ not.in cle. ſi una.de reb. eccl.non alien.& in cle.Vnica.de rer. permut. & ſequuntur ēt Zenzel.& Guliel.in d.§. ad hæc. quod Abbas etiam exemptus nō poteſt bona ſua diuidere & unire quamuis ad eum ſpectēt pleno iure.ſed.d.M.diſtinguit,quod aut inferior vult ex ſua poteſtate ordinaria hanc unionem facere & non poteſt,vt hic in iſto.c.Sicut vnire.Fallit niſi prælatus inferior præſcripſerit hāc poteſtatem uniēdi.Eſt enim præſcriptibilie, cum ſit iuriſdictionis,vt ſtatim dicam in 9.q.præſentis tertij articuli. Aut iſte prælatus vult hoc facere auctoritate ſpeciali, aut quia præſcripſit iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in illis eccleſijs, uel ex priuilegio competit ſibi hæc poteſtas pleno iure,& poteſt.Nam ex quo habet quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem,vnire eſt iuriſdictionis Epiſcopalis,ergo poterit. Circa quod. d. M.dat regulā ꝙ omnia pertinentia ad iuriſdictionem epiſcopalem poſſunt explicari per prælatum inferiorem hābentem quaſi iuriſdictionem epiſcopalem in loco.Ad hoc glo.no.in clemen.1. de reb. eccl.non alien.& not.Innoc.in cap.2.de translatio.& Federic. de Senis in conſil. 106. Et ſic videtur quod communis opinio doctorum in hoc non ſit uera. Nam ſi pleno iure ſunt ſubiecte inferiori, videtur ibi inferior habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.Facit.cap. Quoniam.& cap. ſequen.cum ibi not. de priuilegijs.& clemen.Vnica.de cap.mon.& capitul. cum ex iniuncto.in fin.de heretic.Hanc opinionem reperio conſulēdo tenuiſſe.dom.Diony.de Peruſio in conſilio 51.quod incipit. Viſo quodam.ubi dicit quòd ſicut Epiſcopo cum capitulo eſt permiſſum prębendas minuere, ac etiam dignitates diuidere, vnire, & mutare. vt in ca.cum acceſsiſſent.extr.de conſtitu.& hic in cap.ſicut vnire.& dixi ſupra in 5.queſtio. Eodem modo Abbati aut alteri inferiori, qui ſit exemptus, et habeat eccleſias ſibi ſubiectas pleno iure,uel dignoſcat iura epiſcopalia obtinere ſecundum Innoc.in cap. Cum inter uos. de re iudic.& in cap.Abbatis.de priuileg.lib.6.Poteſt enim Abbas prę ſcribere iura epiſcopalia,vt dicam ſtatim in 9.q. Octauo quæro,quid de vicarijs Epiſcoporum.Sol.Inn.in cap.Ad hęc.de offi.Archi.in uerſ.ardua.& ibi Io.Andr.ſuper dicto uerbo tenēt quòd non poſsint,quia regulariter id quod non poteſt Archidiaconus, non poteſt etiam uicarius epiſcopi, ut ibi not. per eos.Sed Archidiaconus non pōt hanc vnionem eccleſiarum

facere

facere de iure communi, etiam si causa subesset: vt probatur in text. nostro: & supra dixi in præcedenti. q. Tradunt Inno. & Io. And. in d.c. Ad hæc. Quod placet mihi propter negotij arduitatem seu magnitudinem: vt non possit nisi ex speciali commissione: quia etiam regulariter non possunt conferre beneficia.

26 Nono quæro: vtrum hæc potestas † vniendi possit præscribi per inferiores. Sol. Arch. in. c. Cū singula de prēb. lib. 6. quē refert gl. in cle. 1. §. Ad hoc. de statu mona. allegat pro & cōtra & finaliter videtur concludere quòd possit Abbas præscribere dictam potestatem: & vide iura ibi allegata per gl. quia hoc videtur esse iurisdictionis episcopalis & non ordinis, & p̄ consequens præsciptibilis: vt in c. attendentibes. ext. de priuileg. cum iusto tamen titulo vel possessione tanti temporis, in cuius contrarium memoria non existat: secundum not. in in c, 1. de præscrip. lib. 6. & sic residet illa gl. quæ est sub verbo ordinarios. Idem tenet ibi Guliel. q allegat. c. Auditis. supra de præscrip. & remittit ad not. per Host in d.c. Accedentibus. Vbi habetur quòd ea, quæ sunt iurisdictionis & dignitatis Episcopalis: possunt p̄scribi per inferiorē, per allegata & not. in d.c. cum singula. & idem tenet Zēzel. Sed Stephanus in Cle. fi. de rebus eccl. non alien. refert primo opiniones, dicens: ꝙ quidam tenuerunt ꝙ possit præscribi. per d.c. Accedentibus. Alij contra p̄ c. contra morem centesima distin. & 23. dist. in c. Illud. Refert opinionem Arch. in d.c. cum singula qui concordat primas opiniones: vt prima locum habeat in prioratibus simplicibus curam animarum non habentibus: cū illi removeantur ad libitū per. l. Caius. §. 1. ff. de leg. 2. & l. ꝙ in rerū. §. fi. de leg. 2. Sed dicit Stephanus ꝙ p̄dicta iura parum faciūt: quia loquuntur in prophanis, in quibus circunscripta qualibet consuetudine hoc possent: breuiter concludit ꝙ nullus prælatus inferior Episcopo possit acquirere consuetudine, aut præscriptione ꝙ possit vnire: cum hoc sit Episcopale. Nā
27 de iure communi quælibet ecclesia debet habere proprium sacerdotem: vt supra de præb. c. cum non ignores. nisi in casibus spiritualibus, & tunc illud fit dispensatiue. Dispensatio autem prædicta videtur esse tantum permissa Episcopis. 16 q. 1. c. sicut. Item quælibet parochia est regenda ex prouisione episcopi. 16. q. 1. c. Regē. 9. q. 3. c. 2. & c. Vnaquæq;. Inferioribus autem non videtur esse concessum: & per consequens videtur prohibitum: ext. de tēp. ordi. c. Cum dilectus, & per consequēs inferior ab Episcopo vsurpare non debet. 2. q. 2. c decet. facit. Cle. 1. §. 1. Ad hæc. de stat mon. & ꝙ in simili not. de institutione auctorizabili in c. cū satis. de off. arch. Sed dicit Io. de Imo. in d. Cle. fi. de reb. eccle. nō alien. ꝙ tutius est tenere opinionē gl. prędictę in ver. ordinarios. vbi ēt tenet idē Io. de Imo. p̄ no. in d.c. Accedentibus. quā etiā tenet ibi Guliel. vt dixi. & Zaba.
28 qui respōdet ad rōnē Stephani, dū dicit, ꝙ q̄libet † Ecclesia debet habere suum rectorē, quia illud est verū qñ ecclesia haberet titulum, vt in titulū cōcederetur. Sed p̄ vnionē titulus sup primetur, & nō potest quis habere plura talia beneficia vnita: vt in c. eam te. de æta. qualita. hanc opinionem tenet etiā hic. d.m. & consulendo tenuit d. Diony. in d. cō. p̄ no. c. Cum inter nos. de re iudic. & in c. Auditis. & in c. olim. de præscript. & mihi placet dicta opinio in terminis suis. Arbitror tamen ꝙ episcopus & alij inferiores nullo modo possint p̄scribere vniones Episcopatuum: nec etiam ꝙ possint vnire per vltimam speciem vnionis, videlicet erigendo inferiorem ecclesiam in cathedralem: quia hæc sunt specialiter reseruata sedi apostolicæ in signum specialis p̄minentiæ & priuilegij vt in. c. Quod translationem. supra de. offi. lega. & ideo videtur ꝙ per inferiorem
29 non possit p̄scribi secundum ea quę dixi in c. 1. de fide instr. dic vt ibi. Decimo quęro: Vtrum episcopus electus & confirmatus nondū consecratus possit vnire. Sol. Ex his quæ dixi in prę ceden. q. potest decidi ꝙ sic. Quia ista vnio est iurisdictionis; ꝙ patet, quia etiam capitulum sede vacante potest vnire vt dixi supra in 6. q. Sed electus & confirmatus, licet nondū consecratus, potest exercere ea quæ sunt iurisdictionis, vt in c. Trāmissam, supra de elec. ergo &c. & ex hoc est expeditus tertius principalis articulus.

Articulus Quartus.

30 Circa quartum articulum principalem, in quo tractandū est, quæ ecclesiæ, seu quæ † beneficia possunt vniri examinabo quæstiones occurrentes. Primo igitur quæro, quæ Ecclesiæ possunt vniri p̄ Papā? Sol. dic omnes tam episcopales quàm inferiores, vt hic in text. quoniam ipsemet potest duos episcopatus vnire in vnum, vt hic & 16. q. 1. c. & temporis qualitas, & unum diuidere in duos 16. q. 1. præcipimus & §. Sicut duo, & eximere episcopos & abbates. 16. q. 1 frater noster. vt hic tanguntur in glo. 1. Nec mirum quia ipse supremū & omnimodam potestatem habet circa beneficia ecclesiastica, ut in Clem. 1. in fine. Vt lite penden. & in c. proposuit de concessi. præben. & c. 2. de concessi. præb. in 6. & ideo dico ꝙ & vacantes & non vacātes ecclesias potest vnire, & per omnes species vnionis & diuersārum religionum, & diuersarum diocesium, & etiam in præiudicium expectantium, argumento prædictorum iurium. & intelligo quod hic dicitur de episcopatibus, idem de archiepiscopatibus, vnde & tempore nostro Eug 4. Episcopalem sedem vniuit cum patriarchali sede.
31 Secundo quæro † quæ ecclesiæ possunt vniri per inferiores: & vtrum episcopus possit vnire ecclesias diuersæ religionis, & professionis, & habitus. Sol. Hanc q. reperio fuisse tactam p̄ Pau. de elec. in Clem. 1. de electi. in verbo eligatur. vbi concludit ꝙ per primam speciem vnionis possit, & satis mihi placet, non per secundam speciem, sed per alias tertiam & quartā. Si aliquo modo daretur per vnam, efficiretur collegiū & vnus habitus. & vna regula, tunc posset episcopus hāc facere causa cessante, nō per. d. Cle. 1. de elect. Sed si in vna ecclesia remaneret regula sua, & professio, & habitus, & in alia, alia diuersa regula, & habitus & vnus deberet effici prælatus, non potest fieri talis vnio, quia sequeretur absurdum: quia prælatus vnius ordinis, qui congrueret vni ordini, non congrueret alteri, & per consequens non debet posse fieri per inferiorem obstante dispositione d. Cle. 1. De quinta verò vnione non est quērēdum. quia vt dixi supra in præceden. articulo. in 5. q. Inferior non potest illam facere. subdit tamen Pau. quòd quia vnionū non potest dari certa doctrina, quòd tenor priuilegij inspiciendus est, vt etiam dicit Imola, & ideo dicit quòd si ex priuilegio potest apparere ꝙ illa duo loca remaneant diuersę professionis vel habitus sub eodem prelato, nunquam Episcopus potest facere talem vnionem, per rationem dictæ Clem. Nisi forte consuetudo foret ꝙ vna ecclesia eligeret sibi prælatum ex alia alterius professionis vel habitus secundum Pau. quod tamen hodie non procederet, quia non potest induci consuetudo contra dispositionem dictæ Clem. secundum eum, ex eo quia irrationabilis esset. Sed tunc dic vt ibi dixi post glo. in 6. q. quia totum hoc pendet ex cōsideratione, Vtrum ratio prohibita in d. Clemen. sit ex iure positiuo vel ex iure naturali. vt primo casu possit per consuetudinem hoc duci, secundo casu non possit, sed potius videtur ex iure positiuo ptincipaliter licet admixta sit naturalis ratio & consideratio, ne videatur notari diuisio quædā & varietas, de quo dic vt ibi latius dixi, & vide quæ dixi in Clem. Statutum. in gl. in versi. Consuetudi-
32 nem, de electi. vbi latissime tractaui, An † & quando consuetudo possit de nouo induci, etiam si sit semel sublata. Arbitror etiam, quòd etiamsi sint duæ regulæ seu religiones a diuersis auctoribus inuentæ, quòd si habeant per omnia eandem obseruantiam, & habitum, ꝙ Episcopus posset vnire per omnem vnionis speciem præter vltimam, arg. dictæ Cle. 1. a cessante ratione. Circa quod uide quod dixi post gl. in versi. religionis,
33 Tertio † quæro, vtrū Episcopus possit unire ecclesias exēptas. & intellige semp̄, ꝙ ea quæ dico de Epō, habeāt locū in archiepiscopo & patriarcha. Sol Lap. in Cle. 1. §. Ad hęc. de sta. mon. dicit ꝙ Io. And. sibi cōsultanti rescripsit. ꝙ sup̄ hac vnione recurrendum erat ad Papā p̄ no. in c. Auctoritate. de priuileg. li. 6. & in c. vehemēs. de ver. signifi. li. 6. & in c. cū nullus, in fi. de tē po. ord. li. 6 Ipse tñ Lapus dicit hoc procedere in vnione locorum exemptorū adinuicē facienda, & quę sub sunt immediate Papæ secus si alij, qa tūc sufficit cōsensus illius, cui subsunt, nec requiritur licentia Papæ, quod intelligit Zaba. uerū quādo sub sunt ipsi pleno iure, tunc enim intelligitur habere iurisdictionem quasi episcopalē, p̄ ea quæ supra dixi in prędecdñ. articnlo
34 in 6. q. Itē secus secūdū Lap. si vtrūq; nō est exēptū. Vnde dicit ꝙ Episcopus pōt ecclesiā sibi subiectam, in qua exēptus habet institutionem & destitutionē Rectoris, vnire monasterio exēpto. Allegat nō. in c. cum dilectus. in fi. ꝙ me. causa. ꝙ tamen parum facit, & c. Tuarū. in prin. de priuile. & resti. spoliat. c. cū olim. & Inno. & Host. & doct. in c. inter dilectos. ext. de dona. Sequitur Zabarella in cle. 1. §. Ad hæc. de statu mona. vbi satis
35 bene p̄batur hæc conclusio. Quarto q̄rit, an † episcopus possit vnire ecclesiā non exceptā loco exēpto. Et videt dicēdū ꝙ nō propter iuramentum ꝙ præstat de nō alienādo, incōsulto Papa. de quo in c. Vltimo. scilicet de re. eccl. nō alien. videt enim ecclesia alienari, ex quo desinit esse de iurisdictione Episcopi, In cōtrariū verò facit Cle. fi de re. eccl. nō alie. quæ indistincte permittit enionē. Itē iuramētum de non alienando concernit bona cathedralis eccle. tantū vt ibi traditur. & p̄ Zaba. in c. Cū venerabilis, supra de censib. & in c. pastoralis, supra de his quæ fiūt a p̄latis &c. Vbi dicit ꝙ valet vnio facta de consensu capituli, nec dicitur ecclesia eximi a iurisdictione Ep̄i: ex toto. n. remanet subiecta, saltem quo ad ea de quib. in d.c. Cū venerabilis, nisi aliud operaretur priuilegium exēptionis cōcessum ecclesiæ, cui fit vnio: vt qa intelligit plene exēpta cū ecc. acq̄sitis & acquirendis, quia tunc desineret vnita ex toto de iure Ep̄i, non tam ex vi donationis seu vnionis, q̄ ex vi priuil. Apostoli-

Source : BIU Cujas

ci ſecundum Zaba in d.cle.fi.in princ.& in 7.q. & ſatis placet.

36 Quinto quæro, utrum† Eps poſſit vnire eccleſiam ſubiectam Abbati vel alteri inferiori eccleſiæ ſubiectæ ſibi. Sol. Arbitror dicendum ꝙ ſic.per tex.in d.cle. 1.§. Ad hęc.de ſtat.mon.& per ea,quæ dixi in tertia proxima.q.dummodo accedat conſenſus Abbatis & ſimilis inferioris,ut dicam in 6. articulo principali.

37 Sexto quæroan poſſit vnire† beneficium reſeruatum ſedi Apoſtolicæ.Sol.dicit Zabarella in d.lce.fi.in prin.in 9.q. ꝙ hæc qō olim fuit de facto.& Io.22.determinauit vnionem non tenere ēt ſi facta eſſet per legatum delatere ,quia eo ipſo, quòd Papa reſeruat vr̄ prohibere cuilibet inferiori, nediſponat de illo,& ſic non pōt vnire.Facit quod not.gl.in ca.Si tibi abſenti. de præb.in 6.& ita dicit decidiſſe Rotam,nō tamen allegat quo tam.ſed tn̄ dicit ꝙ ibi continetur,ꝙ talis vnio carer effectu donec Papa contulerit,ſed ex quo Papa contulit,illo demum dimittēte beneficium,unio ſortitur robur & effectum, unde poteſt dici,ꝙ vnio ſimplieiter tenet, niſi Papa vtatur reſeruatiō e conferendo beneficium,quia ſi utitur tenet collatio, & unio ſuſpenditur,& ſi recte memini:ita conſuluit Cald. & poſuit in ordine conſiliorum ſuorum ſub tit. de conſuet.conſ. 3.ſed ad præſens non potui uidere,& ꝙ valeat vnio tenet hic. d. M. Qd̄ tamen intelligit quando reſeruatio concernebat collationem reſpectu tituli, ſecus ſi Papa reſeruaſſet certam eccleſiam ſuæ diſpoſitioni,quia cum illud uerbum ſit generale,non poſſet inferior aliquam diſpoſitionem de illo facere.vt in c. Vt noſtrū ſupra.vt eccl.benef.vel de appella.& adde quæ dicam in 9.q.

38 Septimo quæro,utrum Eps† poſſit vnire eccleſiam uacantem.Sol.tex.eſt ꝙ ſic.cle.fi.in prin.de reb.eccl.nō alien. Et olim tenebant Inn.& Hoſt.in d.c.Vt noſtrum.in fi. ubi dicunt ꝙ eccleſia uacans poteſt uniri & donari,ſicut ēt dignitas uacās ſup primi poteſt,vt ſupra de conſti.c.cum acceſſiſſent. & dicam in 6.artic.

39 Octauo quæro,utrum præbedæ† cathedralis eccleſiæ poſſit uniri alia eccleſia,uel benefficium.glo. in d.clem.fi.de rebus eccleſię non alienan.tenet ꝙ ſic.In contrarium facit ille tex.in §.fi.quia cum non poſſit fieri ſine conſenſu capituli:non videtur poſſe fieri,quia capitulum auctoraret & conſentiret in ſuā propriam utilitatem:quod eſſe non debet,vt ibi.Hoc argu.ſoluit & bene alia glo.ibi in uerbo,capitulo.per.§.Qui manumittitur.12.quæſt.2.

40 Nono quæro,vtrum Epiſcopus† poſſit vnire eccleſias, quarum collatio,ꝑꝑ negligentiam uel ſimilem cauſam,eſt ad ſedē Apoſtolicam deuoluta.Sol.& vr̄ dicendum ꝙ non.per no.per glo.in uer.perſonam.in c.ſi tibi.de præb.lib.6. Item quia quod non licet directe, non debet licere per obliquum. vt in regula. cum quid vna via.de reg.iur.lib 6. Si ergo Eps non pōt impedire Papam directe in collatione facienda, ergo nec indirecte uniendo.In cōtrariū facit,quia Eps pōt quod eſt plus, ſcilicet unire eccleſiam non uacantē inuito rectore,vt in d.cle.fin.de rebus eccl.non alien.ergo fortius uacantem. Item Eps poteſt commendare talem eccleſiā,donec per ipſum fuerit de ea prouiſum.vt no.Io.And.& Archi.in c.Nemo.de elec.lib.6. Itē Eps pōt ex iure diſpoſitionis vniones facere ut hic, quę unio reſpicit ,pprietatē, collatio uero titulum. Licet ergo perdiderit ius conferendi,& deuolutum ſit ad Papam:non tamen perdit ius uniendi,quia exſeparatis non fit illatio.

Breuiter cōcludendū eſt,ꝙ Eps poſſit, dummodo nō faciat in fraudē,ſed cā ſubſiſtente.Nemo debet.n.Epm accuſare, ſi tē plum Dei ædificat,& maxime ſi talē vnionē omitteret ſubſiſtē te cā,poſſet reprehendi de negligentia.Non obſtat qđ no.in d.c.Si tibi.quia ibi ius nō erat quæſitum alteri. Et propterea vbi poſſet fieri in p̄iudiciū illius cui ius eſt q̄ſitū. Ita conſuluit Fed. in conſ.106.Et hanc opinionem tenet.d. M. Facit quod dixi ſupra in 6.q.huius articuli.quam iunge cum iſta.

41 Decimo quæro, utrum Eps† dignitatē eceleſiæ ſuæ poſſit vnire capitulo ipſius eccleſiæ.& vr̄ dicendū ꝙ non per cle.fi.§. 1.de reb.eccl.non alien.Sol.Old.conſ.182.concludit ꝙ pōt.ſuper qua deciſione dicit uideri caſum in c.expoſuiſti. extr.de p̄ben.& in c.cum in noſtris ſupra de concеſ.p̄b.& in c. vnitæ.in fi.ſup.vt eccleſiæ benef.& quod ibi tradunt ꝑ Inno.& Hoſt.Nā ſicut Eps & capitulum poſſunt unā totā dignitatē tollere de eccleſia fructus eius diuidēdo inter canonicos,vt in ca. Cum acceſſiſſent.ſupra de conſti.ſic ēt& vnire,& ſic poteſt temperate donare de mēſa propria loco religioſo , vt ſupra de don.capit. Conſultationibus.& cap. Paſtoralis. etiam ſine conſenſu Epiſcopi.vt in cap.Ea noſcitur.de his quæ fiunt a maiori parte capituli ita & fortius capitulo ſuo cui magis obligatur. ſupra de teſta.cap.requiſiti.allegat.ff.de admit.tut.l.tutor eorū.& l. quotiens.§.non tantum.& l.non exiſtimò. & ff.de contrah.empt.l. fiſtulas. Et ad contraria,quòd inter præſentatum & præſentantem,inſtitutum & inſtituentem debet eſſe differentia, & quòd nemo poteſt auctorare in facto proprio. Reſpondet ibi Oldr. & mihi placent reſponſiones.Dom. Petrus de Anchara.refert iſtam opinionem Oldr.in cap.1.ſupra. ut eccleſiæ benef. ſuper glo.fi.& ibi dicit quòd dec.Oldr.eſt contra.d.clem.fi.& quòd forte Oldr illam non vidit. Sed non eſt uerum quòd non uiderit,quia illam allegat pro contrario in prin. cō. plus tn̄ mihi placet opinio Petri.& ſi beneponderentur uerba Ioā.Andr. in d.c.in fi.ipſe expreſſe decidit contra opinionem Oldra.in eo ꝙ dicit ꝙ non poteſt retinere fructus beneficij uacantis in perpetuum,vel ad certum tp̄s,uel pro ſe,uel pro capitulo, quia hoc modo auctoraret in facto proprio.Et ad iura in contrariū allegata pōt reſponderi,primo ad.c.expoſuiſti. ꝙ ibi non applicabat menſæ ſuæ uel capituli ſui , ſed præbendæ unius canonici vniebat,vnde non vr̄ auctorare in facto proprio,ut dixi in 8.q. & ſtatim dicam.Non obſtat ca.cum noſtris. quia quod ibi dicitur,auctoritate ſuperioris,intelligitur,ideſt ſummi Pōtificis. Ad.c.Cum acceſſiſſent.pōt reſpōderi.ꝙ in ſuppreſſione dignitatis nihil applicabatur Epō uel capitulo , ſed ſingularibus canonicis,& ſic nō vr̄ auctorare in facto proprio.per.§. Qui manumittitur.12.q.2.& per not.in l.in tn̄ ff.ꝙ cuiuſq; uniuer.nomi.Ad.c.Vnitis.ſupra vt eccleſia.benefi.Reſpondet Ioā.Andr. ꝙ loquitur quando pro vtilitate eccleſiæ uacantis vult retinere qn̄ beneficium recipiebat fructus de menſa Epi. & in hanc ſn̄iam in ſimilibus terminis vr̄ inclinare.Io. Andr.licet aliqualiter uideatur plus dubitaſſe,ſed clarius tenet in c. Si pp. de reſcrip.lib.6.ſequitur.d.Ant.in d.c.Vnico.& Ioā. de Imo. licet ſe non multum firmet,cum dicit ꝙ reſponſio ad. c. cum noſtris. non uidetur de mente literę ſecundum Petr.qui ēt dicebat, & poſt eum Io.Andr.ꝙ non uidebat bonam reſponſionem datā ad.c.unicum.in fi.Et etiam dicit.d.M.,ꝙ diffic le eſt reſpondere,ipſe tn̄ aliter reſpondet, uidelicet ꝙ pōt intelligi quādo Eps uniret,uel illos fructus conſtitueret non pro utilitate capituli, uel menſę ſuę,ſed pro vtilitate eccleſię cathedralis non ſufficit nec canonici cum Epo ſunt potentes ad reſtaurationem fabri cę.& hoc in ſimili ſentit Io.Andr.in d.c.Si pp.facit.c.1.de reb. eccl.non alien.in 6.

42 Vndecimo quæro , utrum de† eccleſia uacante poſſit fieri unio per Epiſcopnm.Sol.dic ꝙ ſic.ut eſt tex.in d.cle. fi.de reb. eccl.non alien.& not.16.q.1.c.Et temporis qualitas.& no.in c. 1.ſupra,ne ſed.vacan.Et quia dicit Oldr.in conſil.222. & ſupra tetigi.& dicam in 8.arti.Vnio fit de eccleſia ut de proprietate nō ut de beneficio.Facit quod dicam in 6.art.in 9.conclu.

43 Duodecimo quęro, utrum Epiſcopus† poſſit unionem facere de eccleſia ,illam ſuę menſę uniendo pariter & capitulo. Sol.dic quod non.per text.iuncta glo. in uer. menſę.in d. cle. men.fin.

44 Tertiodecimo quęro,utrum eccleſia† unius dioceſis poſſit uniri eccleſię alterius dioc. Sol. dic ꝙ ſic. ita tenent doct. in d. cle.fi.Facit quod no.in c.ſupra.de relig.dom.& in c.Ad qōnes. de rer.permut.& quod no. Archi.10.q.3.in c.unio & cuius tuc requiratur conſenſus,dicetur in 6.art.& in 9.

45 Quartodecimo quæro , utrum plures eccleſię poſſint uniri uni eccl.Sol. Pau.in d.cle.fi.tenet ꝙ ſic.arg.clem.1.§.Ad hęc.de ſta.reg.& melius probatur iudicio meo.16. q.1. Poſtquam facit.c.eam te.ſupra de ęta.& qualita.

46 Quintodecimo quęro, utrum eccleſia patronata poſſit uniri alteri eccle.Sol.dic quòd ſic,ut patebit ex his,quę dicam in 6. artic.& 8.

47 Sextodecimo quęro , utrum eccleſia in qua pàter adminiſtrauit proxime uel adminiſtrat , poſſit uniri eccleſię filij , & quid econtra.Sol.Io.Andr.in c.Ex tranſmiſſa.ſupra de fil.p̄sb. in uer.ſucceſſionem.tenet ꝙ ſic,adeo ꝙ ille cuius alia eſt unita poterit in utraque adminiſtrare , ſiue unio ſit facta duobus uiuentibus,& intitulata altero uiuente cedēte,uel deecdente,qđ idē eſt,quia iſte dicitur eccleſiā vnitam retinere ex vi unionis , non ex vi ſucceſſionis,& hoc dicit uerū niſi vnio eſſet facta in fraudem canonis,& idem tenet Vin. ſupra de ætate & qualita. cap.pen.Dicit tamen Ioan. Andr. quòd æquum eſſet , quòd filius vel pater,qui vtranque retinet:in ſua adminiſtraret per ſe, & in vnita per vicarium.

48 Septimodecimo quæro † utrum in caſibus,in quibus eccleſiæ & eccleſiaſtica beneficia poſſunt uniri, poſſint etiam vniri alia iura eccleſiaſtica.Sol.Zaba.tenet quòd ſic.in d.clemen.fin. in princ.in 2.q.& ſatis placet. Quid autem de fructibus beneficiorum & alijs eccl.& pro quo tempore,& qualiter,late traditur per doct.maxime Io de Imo.in c.unico.in fi.ſup.vt eccl. benef.& ibi omnino vide.

Articulus Quintus.

Circa 5.artic.prin. videlicet quibus de cauſis poſſit unio
49 fieri† dic ſecundum Hoſt.in ſumma in ti.de reli.do. §. cui ſubeſt.ver. ſunt autem.ꝙ ex quatuor cauſis fieri poteſt.

Prima eſt temporis perturbatio ſeu qualitas. ſupra de relig. dom.c Ad monaſterium.& 16.q.1.Et temporis.

Secunda eccleſiarum vicinitas.ut in d.ca. & temporis.ſicut in ſimili fecit olim Imperator de Mantua unita Cremonæ ꝑpter vicinitatem.Vnde poeta dicit.Mantuave miſeræ &c.

Tertia cā eſt paupertas.10.q.3.c.vnio.16.q.1. c poſtquam.

Quarta religionis deformitas argu.ſupra ne cle. uel monac, Relatū.et de ſtatu mona.cap.in ſingulis,primo.et hanc cauſam ſecun-

Source : BIU Cujas

ſecundum Hoſt. non notauerunt doct. ſed loco iſtius dixerunt ꝙ quarta cā erat deſolatio, & deſtitutio clericorum ſeu monachorum. vt d. c. Qui ad monaſterium. ſed ibi, potius eſt qualitas
50 ſeu paupertas, ſicut litera dicit: † ſine cā fieri non debet vnio · vt hic dicit. d. M. allegat Rotam deci. 55. quæ dicit, quod ſi vnio fieret non ſubſiſtente cā eſſet nulla. Sed quæro circa prædicta, quid ſi cā ſubeſſet ꝓp quam vnio inſtaret facienda, & ab Eꝑo, vel alio prælato habente poteſtatem vniendi exigeretur, quòd faceret unionem. An ſi Epiſcopus nollet facere, ſi nihil ſibi detraheretur, per quem compelli poſſet? Sol. Goffred. quem referēdo ſequitur Archi. in d. c. & temporis qualitas. tenet quòd poſſit compelli per ſuperiorem, arg. ſupra de iure patr. ca. Nullus. & 8. q. 3. c. Artaldus. 9. q. 4. §. Nunc uero. Facit quod not. in c. fi. ſupra. de ecc. ædifi. vbi colligitur, quòd prælatus poteſt reprehendi de negligentia, ſi omittit facere unionem ex cauſa faciendam. facit quod dicam in ſequ. artic.

Articulus Sextus.

51 Circa 6. prin. artic. qualiter unio fieri debeat † procedā per concluſiones. Primam concluſio eſt, quod ſi per Eꝑm aut alium habentem uniendi poteſtatem fiat unio, requiritur conſenſus capituli ſui ſecundum doct. hic & tenet Archid. in d. c. & temporis. per not. in c. Cum dilectus. ſupra qđ met. cau. Vnde dicit hic Hoſt. ꝙ Eꝑs non pōt facere hāc vnionem abſque laudatione ſuorum clericorum & ambarum eccleſiarum, ſupra de his quæ fiunt a præla. c. 1. & de reb. eccle. nō alien. c. 1. lib. 6. tenet ēt gl. in cle. 1. §. Ad hæc. de ſta. mon. & idem no. in cle. fi. de reb. eccl. non alien. not. in c. Expoſuiſti. ſupra de præben. & ſecundum Hoſt. quem ſequitur, ēt Archiepiſcopus non pōt vnionem facere ſine iudicio capituli argu. ſupra de his quæ fiunt à Prælato. c. paſtoralis. & arbitror ꝙ ſi canonici nollent conſentire, poſſent compelli, ſi iuſta cā ſubeſſet. arg. not. ꝑ Archi. 16. q. 1. §. Sicut etiam extr. de his quæ fiunt à maior. part. cap. ex parte. ſecundum Ala. Vin. Hoſt. & Inno. qui ita no. in ſolutione in c. Auctoritate. ſupra de præben. ſequitur Archi. in d. §. ſicut. & dicit Zaba. in d. Clem. fi. de re. eccl. non alien. in 5. no. ꝙ ſi non ſubeſſet cā iuſta contradicendi, poſſet fieri omnib. in uitis. per not. in d. c. Cum dilectus. & ꝙ notat Inno. in c. in lateranenſi. ſupra de præbe. Sed ſi iuſta cā ſubeſſet, vnius ſolius cōtradictio uiciaret ſecundum Zab. & mihi placet, Faciunt q̄ dixi in præcedenti artic.

52 Secunda concluſio eſt, ꝙ ſi † vnio fiat ab Archiep. de beneficio ſubiecto ſuffraganeo, requiritur conſenſus ſuffraganei, tex. eſt hic. & intellige ēt ꝙ requiratur conſenſus canonicorū ſuffraganei per ea quæ ſtatim dixi. Et ex prædictis infero, ꝙ ſi fieret a primate, ſiue a Patriarcha de bñficio ſubiecto Archiepiſcopo ſibi ſubiecto, quòd requireretur conſenſus Archiepiſcopi & canonicorum ſuorum. arg. prædictorum.

53 Tertia cōcluſio, ꝙ inferior † ab Eꝑo puta abbas vel ſimilis habens ptātem vniendi, nō pōt vnionē facere, niſi cū cōſenſu monachorū ſuorū & aliorum clericorū cōſtituentiū collegiū vel capitulum. arg. eorū, quæ ſtatim dixi. & quæ dicam, & hoc reperio conſulendo tenuiſſe. do. Dionyſium de Peruſio. Cō. li.

54 Quinta † cōcluſio eſt, ꝙ ſi Eꝑs uel Synodus vult vnire eccleſiam quæ ſubeſt prælato inferiori, requiritur conſenſus ipſius prela ti inferioris. Faciunt not. in 2. conclu. & hoc tenet glo. in uerſi. Rector. in c. fi. de re. eccle. non alie. per tex. in Clem. 1. §. Ad hęc de ſta. mona. Intellige ēt quod interueniat conſenſus clericorum conſtituentium capitulum, vel collegiū ꝑlato inferiori.

55 Quinta concluſio † infertur ēt ex prædictis, vc3 ꝙ ſi Eꝑs uel alius vult vnire eccleſiā exemptā, requiratur conſenſus illius, cui ſubeſt. Ita tenet Lap. in d. §. Ad hæc. Facit ēt ꝙ dixi in 2. cō. cluſione. & ꝙ dixi in tertia qōne. 4. art principalis. Arbitror tñ ēt ꝙ requiratur cōſenſus clericorū illi exēpto conſtituentium capitulum, vel collegium, & ēt cōſenſus canonicorū eccl. cathedralis. ut no. gl. in uerſ aſſenſu in d §. Ad hæc. & ita intellige præceden. concluſionem.

56 Sexta cōcluſio, ꝙ † in omni iure eccleſia ſt. conferendo ſiue uniendo ſecundum ꝙ dixi in 17. q. quarti artic. prin. in tali vnione requiritur cōſenſus capituli: hoc ſentit Inno. in c. paſtoralis in fi. & ibi tenēt Moderniores ſupra de dona. & tenet Zaba. in d. Clem. fi. de reb. eccl. non alie. Pro qua optime facit ratio illius Clemen.

57 Septima concluſio, quòd ſi vnitur eccl. collegiata, requiri debet conſenſus collegij, cuius lædit ius, ꝙ habet in eligēdo ꝑlatū, ꝙ ius ab eis inuitis auferri non pōt. 16. q. fi. Monaſterium. & c rōnis. & ēt cōſenſus capituli eccl. cathedralis, vt dixi in ꝑcedenibus. Et ex prædictis cōcluſionibus infertur nunc rō deciſionis cōſtitutionis. Clem. fi. in fin. de reb. eccl. non alien. Nam cū ex prædictis clare pateat, ꝙ requiritur cōſenſus habētis poteſtatē vniēdi, & capituli ſui, ꝙ non pōt vnire ſibi, aut capitulo ſuo, & multominus utique eccleſiam ſibi ſubiectam: & rō eſt, quia vt ſæpius dictum eſt, ad propriam utilitatem uel cōmodū non pōt quis auctoritatem præſtare. de quo latius in d. Clem.

58 Octaua concluſio, ꝙ ſi unitur † eccleſia patronata, requiritur conſenſus patroni. hoc tenet Panl. in d. cle. fi. & ibi Zaba. in 14. q. & tenet Hoſt in ſumma. ti. de his, quæ fiunt a prælato. §. 1. uer. Sed nec aliquid. facit. 16. q. 7. c. filijs. & ca. monaſteriorum. & ſeq. & ſupra de off. Archi. c. Ad hæc. & de his quæ fiunt prela to. c. Tua. & c. paſtoralis. quia per talem unionem patitur eccleſia, quaſi quandam capitis diminutionem. 2. q. 7. §. 3. ergo intereſt eiusne vergat in peiorē exitum. Præterea ſi eſſet eccleſia non collegiata, patronus amitteret ius præſentandi, & ēt ſpem alimentorum, quia prius facilius habuiſſet q̄ nunc, poſtquam tranſiuit ad aliam, & proceſſionē noīe eccleſiæ unitę, vt dicam in 8. arti. quam tñ ſic de facili poſſet obtinere. Itē collegiata amittit honorem cōſenſus petēdi in electione facta. ut in capi. Nobis. de iure patro. Idem tenet Pau. in d. §. Ad hæc. & ꝑbatur in tex. & ibi traditur per Doct. in c. ſuggeſtum, ſupra de iure patro. Et aduerte ꝙ dictæ concluſiones procedunt quando eſſemus in tali ſpecie unionis, per quam præiudicaretur capitulo inferiori exempto, aut patrono. ſecus ſi non præiudicaretur, ut ſi fieret per primam ſpeciem unionis, de qua dixi in 2. artic. & per ſimilem ſpeciem,

59 Nona concluſio, ꝙ ſi fiat † vnio de beneficio non uacante, non eſt neceſſaria ipſius Rectoris citatio. tex. eſt in d. Clem. fi. in prin. & ratio eſt, quia per ipſam non præiudicatur Rectori ante ceſſum, uel deceſſum, ut dicam in octauo art. quanquam Hoſtien. tenuerit, hic, quòd requiratur conſenſus Rectoris & per conſequens citatio.

60 Decima concluſio, quòd ſi unio fiat † de beneficio uacāte, non eſt neceſſariū citare defenſorem ipſius beneficii. tex. eſt in d. Clem. fi. in prin. licet Hoſt. hic tenuerit cōtrarium, motus ea rōne, quia res eccle. uacantis nō pōt dari alteri eccleſiæ uel dignitati, niſi dato defenſore. ut in c. 1. de rebus eccl. non ali. libr. 6. multominus uidebatur poſſe concedi propria eccl. uacans. arg. Auctēn. multomagis. C. de ſacroſan. eccl. Sed ſolue hoc argu. ut tradit glo. in uerſ. defenſor. & doct. ibid. Nec obſtaret ꝙ ſede vacante, non dato defenſore non poſſit fieri ſolutio vnionis vt in c. 1. ſup. ne ſe. vac. quare ſolue hoc arg. ut tradit glo. in uerb. uacabat. & in Cle. fi. & uide quæ dicam in 9. artic.

61 Vndecima concluſio, ꝙ † ſi duarum vel plurium eccl. diuerſarum dioceſum fiat vnio per primam ſpeciem vnionis, de qua ſupra in 2. artic. prin. arbitror ꝙ requiratur conſenſus ambarū eccleſiarum, quia tractatur de obligatione, commodo, & præiudicio vtriuſque, & vī fieri æque principaliter. Nec tñ requiritur conſenſus ſuperioris aut Papæ, vt colligitur ex no. ꝑ Hoſt. in ſumma. ne ſe. vac. §. fi. in prin.

Duodecima concluſio, ꝙ eccleſiarum diuerſarum dioceſū
62 unio fiat † per ſecundā ſpeciē vnionis, aut per alias ꝑſonas uel alias ſpecies, per quas vna ſubiiceretur alteri, & unū corpus efficeretur. ita ꝙ una eſſet cui fieret unio, in qua prelatus, ſeu rector deberet eſſe, alia unita. Arbitror ꝙ requiratur ſolum cōſenſus eccl. unitæ, hoc eſt conſenſus canonicorū Eꝑi unientis, alteri. Sed de cōſenſu Eꝑi alterius eccl. cui fit vnio, maius vī eſſe dubiū. Et rō diuerſitatis ſit, quia ſolum vī tractari de ꝑiudicio eccleſiæ cui fit vnio. Vnde ſicut ſine cōſenſu dioceſani inferior eccleſia pōt acquirere, & meliorē condōnē facere, licet nō alienare, nec deteriorē facere, ita & in caſu nr̄o: cogitabis.

63 Tertiadecima cōcluſio, ꝙ ſi † vnirētur eccl. diuerſarū dioceſum ꝑ aliquā ſpeciē vnionis, ꝑ quā vna alteri obligaret, aut vna remanere d3 principalis. Arbitror ꝙ requirat cōſenſus ambarū eccleſiarū, hoc eſt amborū dioceſanorū, & capitulorū ſuorum, & idem deſcendit ex his quæ dixi in præcedenti.

64 Quartadecima eōcluſio, ꝙ in vnione † fiēda ꝑ legatū nō requirit cōſenſus capituli, ēt ſi unio fiat eꝑali dignitati, licet ꝓp connexitatē, q̄ eſt inter Eꝑm & capitulū eccleſiæ ſuæ, ptās Eꝑi ſit coacta ad requirendum conſenſum capituli, ut in c. nouit. ſupra de his q̄ fiunt a ꝑla. & in d. cle. fi. de re. eccl. non alien. Tamē in legato qui cū capitulo nō habet, iſta cōionē hoc non requiritur expreſſum. Ita cōcludit Egid. in conclu. Rotę, deci. 183. Sed tu aduerte ꝙ deciſio huius. q. dependet ab his quæ dixi ſupra in v. q. in prin. arti. Et data ēt ptāte uniēdi in Legato, vī obſtare deciſ. ꝑdictæ tex. noſter, q vult qđ Archieꝑs non pōt ſine cōſenſu ēt capituli ut ſupra dixi in 2. concl. & tñ non eſt cōe inter Archiep. & capitulū ſuffraganei ſui, niſi diceres ꝙ iſtud eſt ꝓp deficientē ptātem in Archieꝑo, q̄ non deficit in legato. & dato ꝙ poſſet, vī poſſe auctoritate ſed. Ap. Vnde ſicut ſed. Apoſto. pōt nō requiſito cōſenſu alicuius inferiori, ita & ipſe legatus, arbitror dicēdū ꝙ ſi ex ſpāli cōmiſſione hoc pōt, procedit opinio Egid. Sed ſi diceremus eū poſſe uigore legationis, cū legatus ſit inter ordinarios inferiores, non procederet ſine magna dubitatione, ēt data potentia. Sed quæro pro complemento huius
65 ſexti articuli. Vtrū cōſuetudine poſſet induci ꝙ Eꝑs † poſſet uni re ſine cōſenſu capituli ſui. gl. in uerbo conſentiente. in d. clem. fi. recitat opiniones: & tandē cōcludit, ꝙ hoc non eſt ꝑſcriptibile, quod ēt in caſu licito ꝑlatus alienet ſine cōſenſu napituli, & allegatur illa gl. pro ſingulari. Sed Lan. ibi tenet cōtrariū, ꝙa talia ſunt ꝑſcriptibilia, ut in cap. non eſt. de conſue. li. 6. ut ſupra

Source : BIU Cujas

de præſcrip. c. de quarta. & in cap. Auditis. Zaba. dicit ibi, quòd cum talis conſuetudo repugnet iuri: non valet niſi ſit inducta a tacito conſenſu Papæ, ſecundum not. per eum in cap. fin. ſupra de conſue. Et ideo ſi fuit tanti temporis, cuius in cõtrariũ memoria non extet, videtur valere per c. 1. de præſcrip. libr. 6. quia tunc tollit iuris reſiſtentiã, & ita in caſu noſtro, nam præſumendum eſt, ꝙ in tam longo tempore, Papa de hoc ſciuit, ꝙ non præſumitur eſſe uegligens. Item ex varijs cauſis ueriſimile eſt, ꝙ ad ipſum Papam deuenerit notitia, vel per appellationẽ hoc tangentẽ ſuper aliqua cã, vel ex alia ſimili notitia hoc ꝓuenerit. Quod tñ dicit procedere, niſi ius expreſſe reprobet conſuetudinẽ. vt in d. Cle. fi. in fi. tunc non valet conſuetudo ẽt tanti temporis, de cuius initio non ſit memoria. Dictum an
66 tem Lau. procedit in his † in quibus ius non reſiſtit, quia tunc ſufficit conſuetudo præſcripta ſpatio. 40. annorum. per iura per eum alleg. Doct. in c. paſtoralis ſupra. de donat. & ibi Anto tenent ꝙ non valet conſuetudo, ut res eccl. poſſit alienari ſine conſenſu capituli. Sed. d. M. ibi dicit ꝙ licet hoc ꝓcedat in donatione ſeu alienatione rerum, tamen in collatione tituli, ſeu vnione eccleſiæ non uidetur procedere. Et ratio diuerſitatis ſit, quia in hoc ſecundo caſu non vr̃ fieri alienatio rerum eccle. ſed coneeſſio temporalis & neceſſaria. Ego vero ita arbitror diſtinguendum. Quod aut quæritur utrum poſſit præſcribi ꝙ Epiſcopus poſſit unire menſæ ſuæ aut capituli ſui, accedente conſenſu capituli ſui. & dico ꝙ nullo tempore põt hoc induci. quia tex. in d. Clem. fi. in fine. tollit omnem contrariam conſuetud. & ratio eſt in promptu, quia eſt contra ſubſtantiã actus, ut quis auctorizet in facto proprio, & ideo merito non tenet. ut in c. 2. de conſue. lib. 6. Aut quæritur utrum res eccle. poſſit alienari per Epiſcopum ſine conſenſu capituli, & hoc ꝑ ſcribi poſſit, & de rigore iuris vr̃ hoc eſſe præſcriptibile, tamen ꝓp magnum præiudicium, non videtur admittendum. & quia ius omnino reſiſtit. Quinimo forte videtur dicendum ꝙ etiã de iure non ſit præſcriptibile, quia cum Epiſcopus & capitulũ faciunt unum corpus, & res eccl. pariter videantur eſſe vtriuſque, ſicut impoſſibile eſſet conſuetudine induci, vt vnus rem alterius, tanquam ipſe, poſſet alienare, intelligendo de propria alienatione, quia cum non ſit dominus, non vr̃ poſſe competere ſignificatum uerbi alienare, ꝙ †
67 ſignificat dominij translationem. l. Alienationis verbum. ff. de verb. ſigni. & nemo dat, ꝙ non habet, & ideo bene dixerunt doct. in d. c. paſtoralis. Aut quærimus, vtrum poſſit Eps vnire ſine conſenſu capituli, & ga unire eſt meræ iuriſdictionis, nec vr̃ aliquid præſcribi cõtra ſubſtantiam actus, non uideo quare præſcriptio non habeat ualere. Vnde meritò. clem. fi. in prin. non damnat hanc conſuetudinem. Item facit, quia vniò non eſt ita præiudicialis ſicut alienatio, cum de facili reuocetur ſi non ſubeſt cã, vel ſi cã deuenit ad non cauſam. vt dicam in 9. artic. & quia ſi ſubeſt cã, capitulum tenetur conſentire, vt dixi ſupra in 5. principali articulo. Hoc tamen de facili non procederet, ſi dicta unio fieret eccleſiæ alterius dioceſis propter magnum præiudicium. Cogitabis, quia hæc nouiſſima ſunt. Et pro prædictis facit, quia longa eſt differentia inter alienationem & vnionem, vt patet in decima concluſione.

Articulus Septimus.

68 Circa Septimum articulum principalem, quo quæritur qualiter † vnio probetur, breuiter dico ꝙ põt ꝓbari per priuilegia Apoſt per inſtrumenta auctentica, vel publica per teſtes, & alias ſpecies probationũ, de quibus vide in locis ſuis. Dubitatur autẽ ſpecifice in materia noſtra, quid ſi eccleſia, quæ habet alteram eccleſiam annexam, dicit illam fuiſſe vnitam, & ad probandum inducit patientiam, nedũ longi tpis ſed ẽt tanti tpis cuius in c̃riũ memoria non exiſtat, an dicatur ſufficienter probare vnionem. Hanc quæſtionem tangit Hoſt. in ſumma de ſup. negl. præl. §. Quot modis. in fi. Et ibi remittit ad not. per eum in ſumma de exceſſ. præl. uerſ. excedunt etiam detrahendo. & ad ti. de cenſi. §. Quis cenſus. Et fuit qõ olim diſputata Bononiæ, quã ẽi tangit Guliel. in extrauagã. Io. 22. quæ incipit. Execrabilis. tangit & Hoſt. & poſt eum Io. Andr. extr. de cleri. non reſid. in c. Quia nonnulli. in uerſ. parochialis. ibid. ꝙ ſi ſemper. de conſuetudine. ibi Ioan. Andr. remittit ad not. per ſe in regula. Qui contra. lib. 6. in mercu. quem uide in prædictis locis, quia materia eſt nimis longa, & uide etiam quod traditur in ſimili materia in capitul. peruenit. ſupra de cenſi. & in l. cum de in rem uerſo. ff. de vſuris. & in l. Si certis annis. C. de pactis.

Articul us Octauus.

Circa 8. princip. artic. vc3 de effectibus unionis ꝓcedam in eo per qõnes. Primo quæro, qs ſit effectus † v-
69 nionis ſecundũ. n. 10. ſpeciem, de qua in 2. prin. arti. per quam communicatur tm̃ ſpiritualia. Sol. dic quod mortuo vno de fratribus uel clericis alterius eccleſiæ, in vtraque eccleſia pro anima illius celebrantur officia mortuorum, & fit. 7. 23. & 33. & reficitur quotidie unus pauper, & alia ſimilia. de quibus in
70 c. fi. ſupra de teſtamen. Secundo quæro, quis ſit † unionis effectus, quæ fit per ſecundam ſpeciem de qua in 2. artic. uidelicet cum vna eccleſia alteri ſubiicitur in ſpiritualibus & temporalibus, ita quod vna ſit mater, & altera filia. Sol. dic ſecũdũ Hoſt. in ſumma. Ne ſed. uac. §. fi. uerſ. 2. ꝙ filia ſortitur tunc priuilegia matris, ſupra de ſta. mon. c. Recolentes. §. fi. & talis unio nõ præiudicat Epiſcopo nec Archiepiſcopo, ſi fiat ſine ipſorũ cõſenſu. vt ſupra de donat. in c. inter dilectos. §. fi ẽt ſi a Papa confirmetur, niſi in eo habeatur mentio de iure dioceſani. arg. ſupra. de deci. Sane. & c. Dudum. §. fi. ſupra de confir uti. nel inutil. c. ſua nobis, & hoc idem ſentit Archi. poſt Goffr. in c. & tem
71 poris qualitas. 16. quæſt. 1. Tertio quæro, quis ſit effectus † ſi vnio fiat ſecundũ tertiam ſpeciẽ unionis, de qua in 2. art. Sol. dic ut ibi aliqualiter fuit dictum, ꝙ canonici alterius eccleſiæ non uocabuntur ad diſpoſitionẽ illorum uel econtra. Et ſi ante hu iuſmodi unionem habebant diuerſos Metropolitanos, habebunt ẽt poſt unionem. ita ꝙ Epiſcopus rõne alterius ſuberit alteri. arg. c. 2. ſupra de relig. do. Si vero ea eſt cathedralis, alia conuentualis in cathedrali fiet electio & prælatus erit Epiſcopus cathedralis, & erit Abbas ſiue præpoſitus alterius. prout eſt inter Lugdunen. & ſancti. Iuſticiu ſdem ciuitatis, & inter Ciſtercien. & Sortal Palmenen. nec per hoc conuentualis efficiẽ cathedralis, ut traditur. 16. q. 1. c. felix. Facit de conſecr. diſt. 1. in c. de quorum. & ſupra, de maio. & obed. c. cum inferior. ſecun
72 dum Hoſt. in d. §. fi. Quarto quęro, quis ſit effectus † vnionis, q̃ fit per 4. ſpeciem de qua in d. 2 artic. Sed collige ex ibi, dictis, q̃ tradit Arch. in d. ca. & tpis. Quinto quæro de effectu unionis
73 † quæ fit per vltimam ſpeciem per uiam erectionis in cathedralem. Sol. dic vt traditur plene in c. 1. ſupra. ne ſede vacan. Sexto
74 quæro, utrum vnio † cenſeatur realis, vel perſonalis. Sol. dic ꝙ inſpicienda ſunt verba unionis, & illa ſeruanda ſunt. Si uero ꝓ uerba non appareat, an ſit realis uel perſonalis, arbitror põderandam cãm, ꝓp quam facta eſt, ſecundũ quam regulabitur cauſatum, & ſic unio ut in c. Cum ceſſante. ſupra de appell. cũ ſimil. ſed ſi cã nulla eſt expreſſa, credo ꝙ in dubio cenſebitur realis & nõ perſonalis. Facit ſupra de inſtit. ca. Cum ueniſſent, quia potius vr̃ fieri rei, cui fit, q̃ perſonæ, & ꝓ eam vr̃ ius quæſitũ. arg. ff. de rebus eorum. l. Si pecuniã. §. ſi quis. adeo ꝙ iniuria quæ fieret, diceretur fieri rei ſeu eccleſiæ, cui eſt facta vnio. facit. ff. de neg. geſtis. l. qui in alien. §. fi. Vide latius per Oldr. in
75 conſ. 223. Septimo quæro, utrum priuilegiũ † qđ competit eccleſiæ principali competat eccleſiæ vnitę, dic ꝙ ſic. vt not. per doct. in c. 1. ſupra ne ſed. vac. & per Bal. in l. 1. ff. de legat. 1. facit bene tex. in l. 2. C. commu. de legat. & Inſti. de leg. § ſed nõ vſque. Aucten. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. & in Aucten. de ſucceſſ. ab inteſta. §. Si vero. tangit ẽt Io. Andr. in c. 1. de iur. patro. & not. de pœni. di. 1. §. Medicamẽta. Et hoc ſi modo nõ ſit facta unio æque principaliter, quo caſu q̃libet tenet naturã ſuã vt tradit gl. magna in cle. per lr̃as de præb. & gl. in c. 1. ne ſed. vacan. notat Arch. 16. q. j. d. c. Et tpis. de quo late dixi in con. qđ in
76 cipit. Monaſterium. de ſarchig. Octauo quæro. Pone † monaſteriũ de uouo conſtructũ fuit vnitũ alteri monaſterio, cũ hoc ꝙ ambo intelligerentur vnũ, & bona vtriuſque ſint hinc inde cõia, qualiter conueniẽt cõuentus & Abbatiſſa in adminiſtratione ẽt ſpiritualiũ, & de effectu iſtius nnionis, uide notabile cõ
77 ſiliũ Federici de Senis. 28. Nono quæro, quid ſi † curatũ beneficium uniatur. capit. eccleſiæ, quis dicatur habere curam. Sol. gl. in verſ. cap. in cle. fin. in fi. de reb. eccl. non alien. remittit ad no. per ſe poſt Hoſt. in c. Expoſuiſti. ſupra de præbẽ. & ibi tenet Hoſt. ꝙ totũ capitulũ per. l. ſed ſi hoc. §. Qui manumitti. ff. de in ius uocan. & quod not. ſupra de præben. cum non ignores, ſecus ſi eſſet facta vnio præbẽdæ, quia tunc canonia illius habebit curam. argum prædictorum. vide per doct. in d. locis. Deci
78 mo quæro, quid ſi eccleſia † habens ſub ſe capellas, unitur alteri eccl. an illæ capellæ tranſeant in unione in aliam eccl. Sol. Ioan. And. poſt Vin. in uerſic. Viuendum. in capitu. 2. de religio. dom. tenet quòd ſic, allegat ſimile de patrefamilias arrogato, qui, & qui ſub eo ſunt, tranſeunt in poteſtatem arrogatoris. Inſtit. de adop. §. illud. & omnes capite minuuntur. ff. de capit. dim. l. liberos. & ſi eccleſia unita pareret, cum haberet capellas, ſicut ſi legantur ancillæ cum natis, ſeu ſerui ordinarij cum uicariis, licet parent ancillæ uel ordinarii, tamen debentur filij uel ſerui vicarij, vt inſtitu. de lega. §. Si quis ancillas, & tenet Archidiaco. 16. quæſtio. prima, capitul. & temporis. & Paul. & Zabar. in d. clementi. fin. de rebus eccle. non ali. Vnde-
79 cimo quæro, quid † ſi beneficium ſit tanquam principale, & illud beneficium habeat aliud annexum, ſeu unitum, utrum de beneficio unito ſit facienda mentio in ſupplicatione. Sol. Domini de Rota deciſio. 33. in antiquis tenent quòd non. per not. per Io. And. in cap. ſuper eo. de præbend. libro 6. in nouel. quia ex quo principale nominatur, videtur nominari etiam

acceſ-

Source : BIU Cujas

acceſſorium.arg.l. ſi vt certo.§. Vſque autem. ff. commodati. & in l.Sed & ades.§.Si quis mulierem.cum ſimil. ff. locati. licet aliqualiter facit.l.fin.ff.de fun. inſtruc. Et eſt ſingularis deciſio: quam notabis. Quam tñ ego intelligerem ſecundum ſecũdam ſpeciem vnionis: per quam vnum omnino trãsfertur in aliud beneficium. Secus aũt, ſi p alias ſpecies, per quas ambo eſſent æque principalia: & pro deciſione & limitatione facit ꝙ ſtatim
80 dicam. Duodecimo quæro: vtrum beneficium † vnitum alteri, perdat nomen beneficij. Sol.dic. ꝙ ſic: & non debet dici beneficium ſicut dicebatur ante vnionem arg.§.illud.in Auctẽ. vt iudices. ſine quoque ſuffragio, iuncta l.ſi eadem. ff.de offic. aſſeſſ. & ideo de beneficio vnito non eſt faciendus articulus, ſicut antea ſecundum dominos de Rota deciſ. 19. in antiquis. Quod ego intelligo ſecundum ſecundam ſpeciem vnionis, vel in ſimili ſpecie, aliàs ſecus vt dixi in q. præced. Tertiodecimo
81 quæro: Nunquid ille † cuius beneficium eſt vnitum alteri, ita quòd vnio poſt ceſſum vel deceſſum illius, ſortiatur effectum, poſſit tale beneficium cum alio permutare. domini de Rota deciſ. 373. decidunt quòd non: nihil tamen allegant. Sed pro deciſione facit, quia non debet per hanc viam indirectam inferior poſſe præiudicare unioni ſuperioris. per quam præiudicaretur: ſi poſſet permutari: vt de ſe patet. In contrarium tñ facit ꝙ ceſſante omni fraude, Beneficiari poſſũt permutare beneficia adinuicem: quanquam ſint ibidem & expectãtes: & debentur beneficia renuntiata permutantibus: & non expectantibus. vt in Clem. vnica. de rer. permut. Cogitabis Sed pro deci. d. de Rota, ſi recte memini: facit quod tradit Ioan. Andr. in addit. Spec in ti. de præ. & vide ẽt per dominos de Rota deci.
82 170. xiiij. quæro, vtrũ eccl. patronata † vnita monaſterio deſolato, faciat acquirere ius patronatus in illo monaſterio. Sol. Spec. poſt Vin. in ti. de iure patr. in fi. dicit, ꝙ ſi in primo monaſterio fuit patronus ex fundatione vel pręſtatione loci non ꝓp hoc erit patronus in ſecundo: ſi vero ex donatione, aliàs dotatione, res tunc vr̃ tranſire cum onere ſuo. Subdit tñ ꝙ nuſquã erit patronus in ſecundo ſed ſemper in primo in quo p̃sbyter ſemper tenetur celebrare. d. ca. & temporis. 16. q. 1. & ſequitur Io. And. in addi dicens quòd hoc fuit dictum Vin. in c. 2. ſupra de relig. domi. vbi ẽt vide per doct. aliquid per Io. Andr. in cap. 3. ſupra, de iure patro. dic, vt in dictis locis. Decimoquinto quę
83 ro: ſi eccl. ſint † diuerſarum dioceſium, quis habebit confirmare prælatum. Sol. Ioã. Andr. in duobus monaſterijs vnitis in d. c. de iure patro. dicit ꝙ abbatem confirmabit Epiſcopus maioris monaſterij, quod mihi placet, quãdo æque principaliter fieret vnio. vel qñ ꝓ vnionem, minus ſubijceretur maiori, prout communiter fit. Sed ſi maius monaſteriũ, vel maior eccleſia ſubijceretur minori, tunc arbitrarer ꝙ Eps minoris deberet confirmare. Et aduerte quia dicit Arch. in d. c. & temporis, ꝙ ſi eccl. vnita eſt multum remota, debet deſtrui. Decimoſexto, q̃ro vtrum † per vnionem eccl. diuerſarum dioceſum præiudicetur iuribus dioceſani. Sol. Io. Andr. & doct. in c. 2. ſupra de reli. dom. tenent ꝙ non. Idem tenet glo. 2. in cle. fi. de re. eccl. non ali. dicens ꝙ intelligitur facta ſaluo iure dioceſani. allegat not. in d. c. 2. & infra de priuile. c. Paſtoralis. Quod dicit Zabar. in d. cle. fi. procedere in vnione facta per Papam, vel legatum. Qđ tñ ego limito, niſi in illo iure, ꝙ ſaluum eſſe nõ põt vnione vadida exiſtente. Vnde abbatem confirmat Eps monaſterii uel eccl. cui facta eſt unio, vt dixi in præce. q. & tenet Io. Andr. poſt Egid. in d. c. 2. & idem dicerem in ſimili. Facit quod dicã in ſeq. q. ſecus aũt eſt ſm Zaba. ſi unio eſſet facta per Epm, quare ipſe põt ſibi ipſi p̃iudicare. Quòd aũt videatur tunc transferre per vnionem, traditur in d. ca. Paſtoralis. Decimoſeptimo quæro,
85 quid ſi eccleſia † patronata vniatur alteri, vtrum præiudicet iuri patroni. Sol. doct. tenent ꝙ non, quo ad alimenta, & ius p̃ceſſionis, ſecus quo ad ius præſentandi & conſulendi in eccle. collegiata ſecundum Pau. in verſ. defenſor. in cle. fi. de re. eccl. non ali. & vide quæ dixi ſupra in 6. artic. prin. in octaua concluſione. Decimooctauo quæro, utrum ſi eccl. † vnita ſit debilis, an rector eccl. cui facta eſt vnio, debeat tenere vicariũ in eccl. vnita. vide Io. Andr. in reg. Qui contra. de re. iur. lib. 6, in mercu. in fi. q. quem ad præſens videre non potui. Decimonono quę
87 ro † vtrum habens gratiam anteferri, præferretur habẽti ius ex vnione. Sol. pro deci. uide late Old. conſ. 223. Vigeſimo q̃ro,
88 quid ſi ſuperior † vult agere pro eccl. ſibi vnita. an debeat impetrare ſibi iudicem delegatum habito reſpectu ad eccl. vnitã, an ad eccl. cui facta eſt vnio. Sol. uide diſt. quam feci in clemẽ. 1. de reſcript. ubi Ioã. de Imo. & doct. Vigeſimoprimo quæro,
89 † vtrum vnio præiudicet beneficiato. Sol, dic ꝙ non. Clemẽ. 1. de re. eccl. non ali. & uide quæ dixi in vi. arti. prin. in 9. cõcluſio.

Articulus Nonus.

90 Circa nonum articulum principalem, videlicet quis, qualiter † & qñ poſſit ſoluere unionem. in primis arbitror ponendam hanc regulam generalem, quòd ille, & ex illa cã ceſſante, poteſt ſoluere unionem, qui potuit ipſam facere. ꝓ regulam. Is põt. ff. de acquir. hæred. & l. 3. ff. de re iudi. cõiuncto. c. 1. infra de reg. iur. & in l. Nil tam naturale. ff. eod. tit. Sed quæro iuxta prædicta, utrum capitulum ſed. uacant. poſſit ſoluere unionem, & dicendũ eſt ꝙ ſic, quia põt unire, ut dixi ſupra in 3. arti. prin in 6. q. per regulam præcedentem. Sed utrum hoc caſu neceſſarium ſit, uocare defenſorem? uidetur dicendum ꝙ non, quia in unione, non eſt hoc neceſſarium ut dixi ſupra in 6. art. prin. in 10. conclu. Contrarium tenet glo. in uerſ. uacabat in d. cle. fi. & ratio diuerſitatis eſt, quia ex quo unio uidetur eſſe facta, ideo eccleſia, cui facta eſt, non põt priuari dicto iure, non dato defenſore, & reuocato per not. in c. 1. de reb. eccl. nõ ali. li. 6. Sed unio ideo põt fieri non dato defenſore, quare ut dixi in 5. arti. prin. debet fieri ex cã. & ideo ſubſiſten. legitima cauſa, non curatur, an uacet eccl. uel non, quia non præiudicatur eccl. ſed ſubuenitur neceſſitati uel utilati. Zenzellino nõ placet hæc rõ diuerſitatis: Nam ſecundum eum dici poſſet, ꝙ ſi unio ſit facta ex cã, tamen illa deficiente, uel contraria exiſtente, poteſt diſſolui, quia ceſſante cã, diſſoluuntur ẽt iura cõia. ca. non debet. ſupra de conſan. & aff. Sed põt reſponderi ſecundũ Zab. quia dato ꝙ ſubſit cã diſſolutionis faciendæ, quia ut dictũ eſt, agitur de diminuendo iure eccl. & ideo requiritur defenſor. ſicut ẽt requiritur ſi ſubeſt cã uel neceſſitas alienationis fiendæ, ut in d. c. 1. ſecus ſi agitur de uniendo, quia tunc non agitur de præiudicio alicuius eccl. Et quatenus uideretur agi, ſuccedit
91 Eps, qui hoc caſu defendit eccl. ſuam. Secundo quæro † utrum falſitas cauſæ reddat unionem factam nullam ipſo iure, adeo ꝙ impetrans tale beneficium unitum, nõ poſſet illud acceptare, donec unio fuerit anullata. Sol. domini de Rota in antiqui. deci. 183. tenent quòd non, & quia multum prolixe tractant, uide ibi per eos. Pro quo allegant glo. 12. q. 2. ca. Sine exceptione. Licet Archi. teneat contrarium. & uide quod dicunt ipſi, quod unio ualet, licet poſſit annullari probata falſitate cauſæ, allegant tamen multa in contrarium, & eandem. q. latius proſequũtur deci. 44. in antiquis, ubi uide. Tertio quæro, an † unio
92 facta de eccl. debili diſſoluatur ſi peruenerit ad pinguiorẽ fortunam. Archi. tenet quod ſic. 10. q. 3. ca. unio. Zeuzelli. in d. cle. fi. tenet contrarium. in uerſ. defenſor. & hoc uerius uidetur. argu. eorũ quæ dicta ſunt ſupra in c. 1. in prin. ne ſede uaca. tribuit tamen talis reſtauratio iuſtam cauſam diſſolutionis. Quarto
93 quæro, ſi Epiſcopus † unit dignitatem eccleſiæ capitulo ipſius eccleſiæ, utrũ ſucceſſor poſſit reuocare. Sol. Vide late per Old.
94 conſ. 172. Quinto quæro: utrum tollatur effectus † unionis iam factæ per ſubſequentem prouiſionem? Sol. dic ꝙ non, ſiue fiat à Papa ſiue ab ordinario, niſi fiat mentio de unione, quia aliàs ſequeretur ꝙ unio poſſet eſſe inutilis per ſequentem prouiſionem, & eſſet præiudicatiua, cum fieret ex cauſa Ita tenent Domini de Rota deci. 160. in antiq. Aduerte tamen quòd domini prædicti poſt unam concluſionem quam faciunt, dicũt quòd beneficium reſeruatum per Papam, poſſit uniri per ordinariũ de quo dixi ſupra in 4. artic. prin. in 6. q. tandem referunt ꝙ reſeruatio ſubſequens unionem, ab ordinario factam, impedit effectum unionis poſito quòd in collatione facta de tali beneficio reſeruato per Papam non fuerit facta mentio de unione quæ præcedit, quando uuio perpetuo non tollitur, ſed eius effectus differtur. ut in cap. ſciant cuncti. de elect, lib. 6. & in l. cum ita. ff. de condi. & demõ. & poſito ꝙ unio ſit facta propter cauſam neceſſariam, tamẽ ipſa cauſa ſeu ipſius effectus poteſt differri, ſuperueniente facto principis. ut in l. fin. ff. ad municipales. Item differtur talis neceſſitas ad tempus & non perpetuo, quod non uidetur abſurdum, licet contra hoc uideatur facere
95 quod notat Arch. in cap. Nemo. de elect. libro 6. Vbi vult, † ꝙ de commenda debeat fieri mentio in impetratione. Sed hoc non obſtat, quia reſeruatio fit proprio motu Papæ, & ſic non debeat allegari ſubreptio. cap. Si motu proprio. de præbend. lib. 6, Dicunt tamen ſe credere Domini de Rota, quòd ſi ordinarius ad uitandum periculum animarum, talem unionem fecerit, & Papa hoc ignorans reſeruauerit, propter hoc reſeruatio non ſortitur effectum, ut uitetur ſcandalum, & quòd Papa eſt de talibus certificandus.

Articulus Decimus.

Circa decimum & ultimum articulum, uidelicet quis ſit effectus † diſſolutionis unionis factæ, dicerẽ quòd per talem diſſolutionem, unita redeunt ad primæuam naturã ſuam. facit. ff. de operis libertorum. l. plane. & ff. de adul. l. In lege adulter. §. final. ff. de rei uendica. l. in rem. §. final Inſtitut. de
97 rerum diuiſio. §. Si quis ex aliena. Res † enim de facili redit ad naturam ſuam. 35. diſt. cãp. ab exordio. ff. de pact. l. ſi onus. §. Pactus ne peteret. Et ex his Deo duce, habes expeditam hanc per utilem materiam unionis.

Source : BIU Cujas

De ſimonia Mentali Gulielmi Redoani.

TRACTATVS ACVTISSIMI. V. I. D. Domini Gulielmi Redoani, Epiſcopi Nebbienſis.

Vberrimus, circa omnes Simoniæ ſpecies, in quo vltra omnes ſcribentes, quicquid circa hanc materiam deſiderari poteſt, collegit, diſputauitque.

PRIMA PARS.

DE SIMONIA MENTALI.

SVMMARIVM.

1 *In etymologia uocabuli conſiſtit tota ſubſtantia.*
2 *Simon propter excellentiam in arte magica Magus appellatus.*
3 *Simon fictè ad fidem acceſſit, & fictè baptizatus, & tentauit habere gratiã ſancti Spiritus pro parandis diuitijs.*
4 *Simon non credebat Spiritum ſanctum Deum, nec creaturam à Deo creatam, ſed à ſuperna quadam virtute productam.*
5 *A Simone hæreſis ſimoniaca. & fuit Simon poſitus in inferno pro crimine ſimoniæ.*
6 *Simon primus hæreticus, & Neophitus appellatus. & dicitur Neophitus de nouo baptizatus.*
7 *Simon ſe pro Deo mentitus à populo diuinos recepit honores.*
8 *In emptione & venditione ſeruanda eſt in pretio æqualitas. & credere quòd ſpiritualia pretio acquirantur, eſt hæreſis.*
9 *Simon fuit, qui dedit nomen ſimoniæ.*
10 *Denominatio debet fieri à digniori.*
11 *Gradus altior grauius delinquit, & perſona in dignitate conſtituta minimum delictum committens, grauiter peccat.*
12 *Religioſi peruersè agendo, plus nocent in eccleſia, quàm alij. Idem delictũ eſt magis atrox in vno, quàm in alio, & magis vno tempore & uno loco peccatur, quàm in alio.*
13 *Iudas vendendo Chriſtum plurifariam deliquit.*
14 *Magiſter & Doctor habet iuriſdictionem in ſcholares.*
15 *Seruus domino in periculo uitæ agenti, ſi auxilium non ferat, punitur, & ancillula etiam uociferatione, quando aliàs non poteſt, opem ferre, tenetur & qui non liberat à morte, quem poteſt, occidere videtur: & qui manifeſto facinori deſinit obuiare, non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ.*
16 *Chriſtus mundi & hominum habet dominium. & vaſallus tenetur notificare graues iniurias, mortem, captionem, & grandem iactnram domino machinatam.*
17 *Peccata latentia nullam ſecum debent habere uindictam.*
18 *Simoniacus ex ſola uoluntate non eſt excommunicandus, & ex uoluntate non ſcandalizatur eccleſia.*
19 *Simon fuit à Petro excommunicatus.*
20 *Vbi Iudex eſt maior, minor iuriſdictionem non exercet.*
21 *Simon non quærebat gratiam ſancti Spiritus vt haberet, ſed vt uenderet.*
22 *Quod præſentialiter agitur attendi debet.*
23 *Mandatum fuit à Chriſto Apoſtolis, ut abſtinerent à ſimonia.*
24 *Domus Hieroboam pro peccatis ſimoniæ euerſa.*
25 *Simonia punitur ſecundum qualitates eorum, qui committunt.*
26 *Reſpectu ſimoniæ cætera crimina pro nihilo reputantur,*
27 *Ob delictum ſimoniæ puniuntur Giezi, & ſucceſſores eius, ſed de punitione Giezi eſt clarum, de ſucceſſoribus non legitur.*
28 *Venditores ſpiritualium poſſunt dici Gieziatici, emptores ſimoniaci.*
29 *Recurrimus tunc ad nomen generale quando nomen proprium deficit.*
30 *Iaſon Antiochenus magnus ſimoniacus, per cuius ſimoniam, ignis ſacrificij qui per 70. annos ſub aqua uixit, fuit extinctus.*
31 *Simonia fuit completior in Simone, quàm in giezi.*

Vnde ſit denominata Simonia. Cap. 1.

TRACTATVRI de ſimonia, eſt neceſſe, quòd dicamus, Dei optimi maximi, & beatæ virginis implorato auxilio, vnde & à quo ſit denominata, iuxta illud in princip. ff. de iuſt. & iur. vbi Bar.
1 quia in etymologia vocabuli ait Paul. de Caſt. ibi conſiſtit ſubſtantia, per tex. quem allegat in l. tugurij. ff. de verbor. ſignificatio.

Altius ſumendo principium, dicimus quòd poſt mortem Chriſti noſtri Saluatoris, prædicante Philippo Apoſtolo fidẽ & euangelium in ciuitate Samariæ, Iudeæ prouinciæ, ibi fuit
2 quidam Simon ex Iudæa oriundus, Magus nuncupatus propter excellentiã, qua in arte magica valebat, qua mediante ibi, & in illis partibus multa ſigna illius ſcientiæ faciendo, ſe multis mirum præbendo, famam & nomen magnũ ſibi parauerat. 32. q. 4. c. recurrat. Qui cũ uideret ſigna & miracula q̃ ab Apoſtolis ſanctis fiebant, qui maximè per impoſitionẽ manuũ Spiritũ ſanctum conferebant, languores & infirmitates ſanabãt quaſcunque, admiratus valde de tali & tanta virtute; ac ſimul cupiditate, & deſiderio adductus huiuſmodi grã aſſequendi, fingendo ſe ad fidem conuerſum, Baptiſmatis caracterem aſſũ
3 ſit. 27. diſt. c. quod interrogaſti. verſ. nam ſi conſenſerimus. ca. Saluator. 1. q. 3. ibi, Simon Magus, qui ad fidem fictè acceſſit animo mammonæ & auaritæ pleno, vt ex venditione ſignorum, & ſanatione infirmitatum, quæ aſſecuta gratia ſancti Spiritus, ſperabat ſe facturum: multiplicatas cumularet diuitias. d. c. Saluator. Act. Apoſt. c. 8. id qđ cum pretio, & pecunia oblatione tentaſſet à Petro Apoſtolo, his vel ſimilibus verbis fuit ab eo repulſus. Pecunia tua tecum ſit in perditionem, qui exiſtimaſti donum Spiritus sãcti pecunia acquiri, & poſſideri poſſe. d. c. Saluator, & c. quod interrogaſti. Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò. ol. pen. de præb. & dig. Id quod non debet videri mirum de eo, qui & illius ſequaces non credebant Spiritum ſanctum Deum. Archid. c. eos. 1. q. 1. num. 2. qui ẽt non credebat
4 creaturam à Deo creatam, ſed à quadam ſuperna vietute fuiſſe productam. Archid. c. ſtudet. 1. q. 1. num. 1. qui ẽt habuit Menandrum, qui fuit appellatus diſcipulus magnus Simonis, qui mundum non à Deo, ſed ab Angelis creatum aſſerebat. capit. quidam. 24. q. 3. in princip. A quo propterea ſecta & hæreſis ſi-
5 moniaca talem opinionem ſequentium, originem & nomen habuit, quæ numeratur inter hæreſes & ſectas contra noſtram catholicam fidem. c. quidam. 24. q. 3. verſ. ſimoniaci. Archid. c. ſtudet. 1. q. 1. & pro tali hæreſi peccato ac crimine ſimoniæ ab eo commiſſis eſt damnatus, poſitus in inferno. per tex. c. ſicut pro certo. de ſimon. ibi, alioqnin & qui receperit, & qui dederit huiuſmodi pretium omnino damnatum ſe cum Giezi, & Simone. nam & hunc primum hæretieum tradit fuiſſe Euſe-
6 bius Cæſarien. lib. 2. c. 1. & c. 13. Hiſtor. eccleſiaſticæ, à quo hæreſis neophitorum ſm aliquorum opinionem, vt per gl. c. quiſquis. 1. q. 1. ibi, & Neophitorũ, quia à Neophito, ideſt à ſimone Mago, id quod ego puto dictũ ab eo tãquã à perſona de nouo baptizata, vt re vera fnit, quia inter ſuſceptionem ſui Baptiſmatis, & ſimoniam ſuam parum interfuit, quia etymologia Neophitorum, de nouo & nouiter baptizatos ſignificat glo. in ca. Neophiti. Diſt. 5. de conſecrat. Vide Io. Andr. in c. ſicut pro cer-
7 to. de ſimon. qui ẽt ſe pro Deo mentitus fuit, & à populo decepto honores recepit diuinos, vt benè refert beatus Iuſtinus Martyrum Apologetico ſuo, quem ad Antonium Imperatorẽ pro fide ſcribit, & Baptiſmus ab eo ſuſceptus, ac eius ficta conuerſio ad fidem Chriſti nihil ei profuit, ac ſua incredulitas & iniquitas fecit, ꝙ non habuit, id, quod ẽt theſauro acquirere deſiderabat, ꝙ ſola fide ſine labore ac difficultate gratis erat acceпturus, ipxta illud. Quod gratis accepiſtis, gratis dare, Matth. c. 10. Immo ei perditionem animæ generauit, nõ ſine rõne, quia putauit talem & tantam gratiam, tale & tantum domum cæleſte vili terreſtri pretio acquiri & poſſideri poſſe, quod hominibus tantùm rectæ & ſynceræ fidei concedebatur. per text. in d. c. Saluator. 1. q. 3. ibi, ſpiritus diſciplina effugiet fictũ. Si. n. in contractu emptionis & uenditionis ſeruanda eſt in p̃tio rerũ
8 æqualitas. Alfonſ. de Caſt. li. 13. aduerſus hæreſes. c. de ſimonia, offerens Simon magus pecuniam pro habendis ſpiritualibus, eſt dicendũ quòd putet æquè bonam, prout ſunt ſpiritualia, & ſpiritualia non talia, q̃ p̃tio aut pecunia non acquirũtur, quod credere eſt hæreſis, qa ſpiritualia dona Dei ſemper debẽt auro & pecunijs præferri. Sapiens lib. prouerbiorũ. Accipite diſcipli nam & non pecuniã, doctrinã magis q̃ aurum eligite: melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pr̃tioſiſſimis.

9 Simon igitur iſte Magus fuit ille, qui nomen & denominationem iſti ſceleri ac labi ſimoniacæ primus in nouo Teſtamẽto dedit, qui primus tentauit emere gratiam ſancti Spiritns à beato Petro, dicit optimè tex. in c. Saluator, ut ſuprà allegato. gloſſ. 1. q. 1. in ſumma. Hoſt. in rub. eiuſdem tit. ſed melius Abb. in re pe. §. qui verò. c. extirpandę. de pr̃b. extra. mihi col. 22. num. 53.

Verũ poſſet dici, ꝙ Iudas Scariotis fuit, non Simon Magus, q primus in nouo teſtõ ſimoniã commiſit. ca. qui ſtudet. 1. q. 1. vbi omnes qui ſimoniã cõmiſerũt, numerantur. Cardi. Zabar. c. inquirendũ. de pecul. cleri. & gl. pe. ibi. & Arch. in c. cũ omne. Diſt. 2. de conſecr. Domi. de S. Gemi. d. c. qui ſtudet. in fi. qui Iudas uendidit Chriſtũ p̃tio multo, antequã Simon Magus baptizaretur à Philippo Apoſtolo, & à beato Petro gratiam ſancti Spiritus pretio tentaret, pr̃allegato. ca. 8. actuum Apoſt. nam commiſſum Iudę fuit ante mortem, peccatum verò Simonis Magi poſt mortem Chriſti tempore quo Apoſtoli pr̃dicabãt Euangelium, & baptizabant, vt ex lectura ſacrę ſcripturę liquidò conſtat. Vnde ex eo quia primus tempore commiſit ſimonię delictum, & quia eius commiſſa ſimonia fuit grauior, &
10 atrocior, ſtante regula, & communi Doct. opinione, quòd denominatio ſemper debeat fieri à digniori, per Doct. & maximè Iaſ. in l. prima. ff. de verbor. obligatio. videtur quòd à Iuda tale delictum nomen ſeu denominationem ſumere debuit. Nam Iudas ex quo erat diſcipulus Chriſti, & ab eo uocatus, qui vt cæteri Apoſtoli homines ad fidem conuertere haberet, conuerſos baptizaret, peccantes corrigeret, cadentes reprehẽderet & ſubleuaret, debuit magis ab errorib. & delictis cauere,

quemad-

Source : BIU Cujas

quemadmodum facere debent personæ similes, quæ cæteris
21 habent exemplum præbere,& lumen, quia gradus altior grauius delictum committit,gloss.in c.nullus. 1. q.1.per iura,quæ ibi allegat,iuxta illud euangelicum.Vos estis sal terræ,si sal euanuerit,in quo salietur &c.& personæ in ecclesiastica, seu alia dignitate constitutæ etiam minimum delictum committētes, grauiter peccant.Lodou.Montalt.in suo trac.de reproba.sen. Pilat.tract.tomo.3.car.13.nu. 8. ubi dicit ꝙ delictum minimū in homine in dignitate constituto graue censetur, quia homines in dignitate debent non solùm crimine, sed suspitione criminis carere.& religiosi quia nomen sanctitatis habent, per-
22 uersè agendo plus nocent in ecclesia quàm alij.83.dist.nemo: Et clerici deprehensi in aliquo crimine, plus peccant quàm laici,per Arch.c.Arrianos.1.q.1.num.33.Qualitas enim personæ auget atrocitatem delicti,prout dicitur ꝙ locus & tempus idē faciunt,tex.est in §.atrox,instit.de iniur.ex quo idemmet delictum est in uno magis atrox,&graue magis quàm in alio,quia persona dupliciter spectatur eius qui facit, & qui est passus. Aliter enim ex eisdem facinoribus puniuntur serui, aliter puniuntur liberi.§.persona.l aut facta. ff.de pœn. & dignitas personæ aggrauat delictum, & sublimitas peccantium grauiora facit peccatorum uitia,per tex.in c.nulli fas.25.q.1. multa notabiliter adducit Ludo.Montalt.in tract.de reprobat. sent. Pilat. artic.2.uersi.6.ad idem arguo. Vno etiam tempore & uno ēt loco magis quam alio peccatur. c.sicut dignū extra de homic. & melius per Gondisal.guiladiego in suo tract.de legato,mihi nu.19.& 20.ubi dicit ꝙ delicta loco, tempore,& persona grauantur:& ꝙ commissum in ciuitate est grauius, quàm commissum in rure,& delictum commissum in ecclesia est grauius quam commissum in alio loco.Abb.in c.fi.de immun.eccl.2. not.est tex.§.persona.§.locus. §. tempus. l. aut facta.ff.de pœn. sed melior tex.quàm in toto corpore iuris in l. sacrilegij.ff ad leg.Iul.pecul.uide Iaſ.in l.nominatim de liber.& posthum.ubi dicit ꝙ commissum in aula maiori, est maius delictum quàm commissum in aula inferiori.

23 Et Iudas uendendo Christum nostrum Saluatorem plurifariam deliquit, commisit primò plagium, quia uendidit hominem liberum.glo.cap.qui studet.1. q.1. commisit in Creatorē, a quo formam,essentiam vitam & creationem habuit, quem amare, admirari & adorare debuit. commisit uti homo contra Deum,& subditus in Principem, quia Christus est dominus,& Princeps vniuersalis mundi.glo.in verbo,Regum.ca.1. in clem.de Baptismo.vnde commisit crimen læsæ Maiestatis.l. quisquis.C.ad legem Iul.maiest.vbi Bal.§.publica.instit.de public. iudic. Commisit uti discipulus in magistrum & doctorē. Christus enim fuit magister appellatus in lectura euangelica, cui honorem & reuerentiam præstare debuit, & quē aliàs lex appellat Dominum,aut.habita,in fi. C. ne filius pro patre,quia magister & doctor habet iurisdictionem in scholares & disci-
24 pulos suos.d.auth.cum ibi glo.in prin & in fin.quia discipulus doctorem, & magistrum accusatum & reum in aliquo factū defendere & excusare tenetur.l.dicere.ff.de arbit.ubi Bar.Commisit vti seruus in Dominū, ex quo Christus erat ei dominus, prout in euangelio.Ego dominus & Magister, quem defendere,non offendere tenebatur, nam si seruus dominum in vitæ periculo agentem non defendat, cui semper quando potest
25 auxilium & opem ferre tenetur,ultimi supplicij pœna uenit afficiendus, adeò ut etiam ancillula quando domino laboranti aliter opem & auxilium ferre non potest,uociferatione & clamore domino suo auxilium quærere est obligata.l.1.§.occisore.uersi.iusta hoc tamen.ff.ad Syllanian.facit, quia qui potest quem a morte liberare,& non liberat, eum occidere videtur, & noceret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.c.sicut dignum,de homici.86.dist. facien. & de hæret.c.2.Io.Franc.Pauinus in tract.de uisita.q. 10.primæ partis num.2.Immo quia cum serui non sint sui iuris, sed eorum salus & uita dependeat a domino,per glo.ibi,saluti propriæ salutem dominorum suorum præponere debent.Vnde pro salute dominorum suorum non debent dubitare obiectare se, & eorum vitam exponere cuiuis periculo mortis. per dictum text.

26 Commisit uti Vasalus erga dominum suum, quia Christus Deus mundi & hominum habet dominium, per Ant.Corset. in tract.de potestate Reg.parte 5.num.32.tract.tomo 5.ubi dicit ꝙ mundus totus fuit sub Chtisto domino fol. 234.cui non insidiari habet Vassallus, nec impias manus in eum inijcere, aut inhonestas aut graues iniurias ei inferre gladio, ueneno, aut aliàs ei mortem machinari,immo si quem ei insidiari præsciuerit,mortem captionem,aut grandem patrimonij iacturā moliri,dominum certiorare,& ei notificare tenetur,alioquin in pœnam cadit.§.Item.in usib.feu.quæ sit prima causa benefi. amitten. Immo Vasallus nisi cum venia dominum in iudiciū iudicium uocare & contra eum agere potest, ad similitudinē liberti cui æquiparatur per Iaſ.in l.generaliter.ff.de in ius uoc. nu. .per tex.in c.1.de milite uassallo.

Commisit uti frater in fratrem, ex quo Christus benignitate sua faciendo nos sibi pares,& æquiparando nos sibi, fecit se nobis fratrem,quia omnes fideles sunt inter se fratres.c.ad mē sam.11.q.4 & frater dicitur omais professor.c.Christus.10.q.2. quem diligere & non odio prosequi debemus,iuxta illud, Dilige fratrem tuum sicut teipsum:quia cum inter nos cognationem quandam natura constituerit,consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.l.ut uim.ff.de iustit.& iur.

Commisit Christianus in Christum caput nostræ sacrosanctæ fidei,& Christianæ religionis principem,& authorem,quē obseruare,& cum omnis synceritatis affectu reuereri & adorare debemus. fuit etiam ea maior & atrocior simonia commissa per Iudam peccato Simonis, quanto est maior & atrocior effectus quàm affectus ad finem suum finitum non perductus,& quāto est maius perficere rem & effectuare, quàm animum effectuandi habere, ꝙ nisi secuto effectu non est punibile.c.sicut.§ illi autem.extra de homicid.ubi Abb.& alij,Petrus de Baisio.in tract.quem scripsit de elect.c.30.tertiæ partis,quia peccata latentia nullam secum debent habere uindictam.ca.
17 Christianum.32.q.5.Quia cum finem suum sortitum non fuerit,ex quo locus est pœnitentiæ, potest habens mentem malā, & animum pœnitere,& consilium & animum de malo in bonum mutare,quia mala voluntas non habetur pro facto, sed pro minori peccato,unde minori pœna astringitur. Abbat.in præallegato.c.nume.3.facit in terminis nostris, quia simoniacus ex sola voluntate non est excommunicandus, quia ex voluntate quæ non processit ad actum, aut effectum non scanda-
18 lizatur ecclesia,gl.est in c.qui studet,in verbo a communione. 1.q. 1.& effectum siue animum malum statuta non puniunt, nisi sequatur effectus.Bar.in l.1.§.diuus.ff.de sicar.num.1. melius per eundem Bart.in l.1.§.fi.ff.quod quisque iur. ubi distinctionem ponit disputando quando affectus nō secuto effectu puniatur & in quibus casibus.Pau.de Cast in l.si quis non dicā, C.de episcop.& cleric & l.si quis seruo.C.de furt. text.in l.quid ergo.ff.de his qui notan.infam.§.2.Domin.de S.Gemin.c.qui studet.1.q.1.uersi.sed quid si patronus. Et licet possit dici ꝙ Simon pro parte sua affectum effectuauerit, & animo suo peccatum commiserit iam & consummauerit, quia quantū in eo fuit,expleuit, tamen considerato ꝙ peccatum & delictum nō est ad illum finem & consummationē productum ad quā perduci poterat,licet non pro parte Simonis, quia fecit quod potuit,& quod caret illo scandalo, quod in se habet peccatum ad suū finem,& consummationem deductum, quia de voluntate non scandalizatur ecclesia, & peccata latentia non habent uindictam.35.q.5 c.Christianum.Dom.de S.Gemin.1.q 1.c.studet,propter quod magnitudo delicti auget peccatum, fuit minus respectu ꝙ esse potuisset delicto consumato, vnde leuiori pœna etiam corrigi,& castigari debet,præallegato.c.sicut, cū alijs similibus,quamuis etiam peccatum Simonis,& eius simonia non possit dici ꝙ fuerit voluntas contenta suis finibus, & ꝙ intra suos terminos steterit, quia ad actum etiam quodammodo processit,ex quo pretio tentauit Petrum Apostolum,à
19 quo fuit propterea excommunicatus, quam excommunicationis sententiam non incurrisset pro sola volnntate, sed pro voluntate & actu sequente,ut bene per Dom. de S.Gem.c.studet.1.q.1.quia peccata voluntatis & latentia, vindictam nō habent.præallegata 32.q.5.c. Christianum.

Isthæc erant meo iudicio, quæ præponderabant simoniam Iudæ,simoniæ commissæ per Simonem Magum, & propter quæ eam iudicabam atrociorem, vnde ab eo potius denominari quam a Simone. Verum ex quo delictum & peccatū Iudæ fuit multiplex,& in eo fuerunt proditio,Matth.c.20.c.cum omne.dist.2.& alia maiora,puta plagium, & de quibus latè suprà quorum respectu,commissum simoniæ non fuit quodammodo in consideratione,iuxta illud.vbi Sol,stellæ non lucent, & vbi maior adest,minor quiescit,& ubi maior adest,iudex mi-
20 nor iurisdictionem non exercet.c.ecce.95.dist.l.vlt. ff.de offic. proconſ.& Patriarcha nō potest portare crucem erectam vbi sit summus Pontifex, aut illius Legatus Apostolicæ dignitatis insignibus vtens.c.antiqua,de priuileg.extra,glo.ibi.tit.5.Nihil ideo mirum si ipse non dedit huic vitio & peccato nomen,qui maiora committendo,simoniam quodammodo,vt delictum minus & leuius suppressit,& præsentialiter animo,intentione, & effectu simoniam non commisit,ad aliud animum & mentem intentam habendo, quod non fuit in Simone, qui nihil
21 aliud cogitabat quàm simoniam,& non solùm quærebat emere gratiam S.Spiritus vt pro se haberet,sed vt alijs quoque venderet pretio 1.q.2.aliàs.2.c.Saluator.Thom.2.2.q. c. & in summa confes.eo.tit.q.5.Alb. de ros. in diction.in verbo simonia. Vnde nihil aliud principaliter intendit tunc Simon,meritò ab illo denominata fuit, & ꝙ principaliter agitur attendi debet non quod secundariò & incidenter.Fel.c.cum essent. de simomihi num 1.

22 Et hæc fuit prima hæresis,quæ post Christi ad cœlos ascensionem in ecclesia est orta, cui Petrus Apostolus vti morbo nascenti,

Source : BIU Cujas

De simonia mentali Guiliel. Redoani. j. par.

nascenti, cui, ante quam vires assumat, & se extendat, obuiatorium remedium obijci debet, increpatione, excommunicatione, & comminatione eam maledictionis iaculo percutiendo, vt vtar verbis vtitur tex. ca. Saluator. ubi de hac materia. 1. q. 3. obuiari curauit uerbis, quæ Act. Apostolorum. 8. leguntur, ca. fertur simoniaca, in prin. 1. q. 1.

In hunc errorem etiam labuntur Græci, qui teste Guidone Carmelitano dicunt prælationes ecclesiasticas uendi licere, & ita ab eorum Patriarcha fieri asserit: Item & Armenij.

Nil mirum igitur, si cum sit peccatum & delictum simoniæ adeo graue, & adeò detestabile, per quam tã peruersa de Deo, & de rebus spiritualibus, vtpotè quæ prætio comparari posse existimantur, habetur opinio: Christus Deus primò Apostolis pracisè præceptum fecit, vt omnino ab illo abstinerent. Matt. 10. vbi postquam dedit illis potestatem curandi infirmos, eijciẽdi demonia, statim subiunxit tanquam mẽte diuini, & Deus futura, & ventura præoculos habens, Quod gratis accepistis 23
gratis date, intelligendo quòd huiusmodi facultates & gratia Sancti Spiritus pretio, & pecunia vendi vel contractari non deberent, & prout illam Apostoli gratis acceperãt, gratis & sine prerio vel mercede darent alijs, super quo fundatur ꝙ habetur in c. eos. 1. q. 1. nam eos qui per pecuniam manus imponunt tanquam Simonem Magum Petrus Apostolus depo-
ponit, & domus Ieroboam, qui manus suas implentibus princi 24
patum sacerdotij excelsorum conferebat euersa, & de superficie terræ, deleta fuit, prout gl. c. eos. d. 1. q. 1.

Et multorum etiam conciliorum constitutionibus sanctissimè prohibetur & punitur, nam concilio Elibertano. ca. 48. habetur, emendare placuit, ut hij qui baptizantur ut fieri solet, nummos in concham nõ mittant, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. ca. emendari. 1. q. 1. Concilio Toletano, cauetur. quicquid inuisibilis gratiæ collatione tribuitur, nunquam quæstu, vel quibuslibet præmijs vẽdi debet, dicente Domino. Quod gratis accepistis gratis date. c. 8. suorũ decretorum, vbi & ideo quicunque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet uel præmia, nisi voluntariè oblata pro huiusmodi ambitione susceperit, equidem si scienter loci eꝑ tale quidquam à subditis perpetratur, idem eꝑs duobus mensibus excommunicationi subiaceat, pro eo ꝙ scienter mala contexit. & correctionem necessariam non adhibuit c. quicquid in- 25
uisibilis. 1. q. 1. Si autem quorum quispiam eodem nesciente de supradictis quodcunq; capitulis accipiendum esse sibi credide rit, si præsbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur, si diaconus quatuor, subdiaconus uerò uel clericus his cupiditatibus seruiens, & competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus est. Ista habentur sancita in concilio Toletano loco præallegato, quæ & sunt confirmata concilio Bracarensi. c. 3. eo. c. quicquid inuisibilis, ea. causa, & q. Sed cùm tale uitium & delictum fuerit etiam antiquis temporibus multo antequam uenisset in mundum Simon Magus, fueritque, vt ꝑ plura exempla legitur, Deo peccatum detestabile, abhorrendum, & abominabile, & ab eo etiam non impunitum relictũ. c. qui studet. 1. q. 1. utpotè ꝙ inter cætera crimina simonia obti-
net locum prioum. nam cætera respectu huius pro nihilo re- 26
putantur. c. fi. 1. q. ult. Abb. in rubr. huius tit. & non est credibile ꝙ fuerit aut steterit sine noïe, ac a nemine denominata, prout de Giezi legitur scriptum. 4. lib. Reg. famulo Elisei prophetæ, ubi cum Naamam princeps militiæ Siriæ leprosus septies in Iordanis flumine de ordine & præcepto prophetæ sui domini lotus a lepra mundatus esset, uidens Giezi, ꝙ propheta dominus suus ob talem sanitatem collatam ab eo nihil cõsequutus erat, ducens illam optimam occasionem lucrandi, ad Naamã, qui à propheta iam discesserat liber & sanus, properanter profectus pretium gratiæ gratis collatæ sub mendacio & colore, ꝙ Dominus suus nõ haberet quod apponeret duobus adolescentibus filijs prophetarum qui ad eundem de mõte Aram uenerant. d. libr 4. nomine & pro parte Domini sui prophetæ intcij. & id penitus ignorantis, pretium & præmium ab eodem Naaman petijt & habuit, vt per Abb. in repet. §. qui vero. cap.
extirpandæ. de præb. mihi col. 22. nu. 53 glo. in summa. 1. q. 1. Vn- 27
de sententiam ob tale perpetratum Giezi incurrit Eliseo proferente, & lepra qua mundatur Naaman, obruuntur ipse & sui successores in hæc uerba, sed lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo in eternũ, quæ sñia statim suã sortita fuit exequutionẽ, quoad Giezi, quoad uerò illius posteros nõ legit, ut per Do. de S Gem c. fi. 1. q. 1. circa principium. Archid. uerò in c. ecclesia. 1. q. 4. col. 2. uersi. his ita. in illis septẽ casibus, quos enumerat de illis, qui puniuntur ꝓꝓ aliorũ peccata dicit de filijs Giezi, & Cain, qui puniuntur exempli cã & correctionis, & text. ibi in §. ita Cain. auctor in uendendo. Vnde statim leprosus factus est, & candidus, vt uix. Vnde Giezei fuit autor in vendẽdo, un-
de uenditores dici possunt gieziatici, emptores verò simonia- 28
ci a Simone, per Abb, d. c. extirpandæ. §. qui verò. colum. pe. de præb. & dig. & legitur de Hieroboan. 3. lib. Reg. & c. eos. cum ibi glo. 1. q. 1. qui pretio & pecunia sibi manum implentibus, sacerdotium conferebat excelsorum, unde eius domus euersa, & de superficie terræ deleta fuit. d. gl. Vnde si committi & puniri tale scelus etiam per acta tempora videmus, meritò potest dici ꝙ non steterit sine nomine per tempora vsque ad Simonem Magum, si non particulari & proprio nomine nuncupa-
tum, saltem generali & vniuersali, ad quod proprijs deficienti- 29
bus semper recursum habemus, & quando particulariter appellationes & nomina rebus & negotijs prodita non sunt. l. 2. 3. & 4. ff. de præscrip. uerb. l. 3. ff. de crim stellion. ubi habetur ꝙ deficiente particulari & proprio nomine vel titul. criminis de quo agitur, cõfugitur ad generalitatem nominis stellionatus, quia delictum aliàs nullo particulari nomine nuncupatum cõplectitur, ut d. l. 3. uersi. ibi, vbicunque, & versi. generaliter dixerim, quod tanto magis est dicendum in casu nostro, quanto videmus delictum huiusmodi semper fuisse detestabilissimum & crimen capitale. c. qui studet. 1. q. 1. Verùm posset dici, ꝙ cũ solus Giezi usque ad tempora Simonis fuerit, qui magis notabiliter in hac hæresi, & crimine peccauerit, fueritq; in tali scelere magis notus, quamuis Iason quoq; Antiochius aliàs multorum facinorum perpetrator, qui multum Iudæos oppressit, qui sacerdotium templi & sacrificium uendidit, per cuius
simoniacam venditionem ignis sacrificii, qui per 70. annos 30
sub aqua vixerat extinctus est, fuerit & is quoque multum notabilis simoniacus, per tex. c. sicut eunuchus. cum ibi glo. 1. q. 1. ꝙ per illa tempora ab illo ueluti hodie a Simone simonia, ab illo Giezi appellari debuerit, uel cupiditas Giezitica, ut per Host. in summa. versi. & vnde dicatur, eo. tit. Quãuis sint simoniaci a Simone & non Giezitæ a Giezi, quod ideo esse potuit propter maiorem Simonis in crimine excellentiam, quia si-
monia proculdubio in actu Simonis completior & plenior 31
quàm in facto Giezi, ex quo Simon non solum emebat donũ Spiritus sancti vt haberet, sed vt venderet etiam, proposito, voluntate, animo enim tali emebat, unde in eo fuit emptio & venditio. In facto vero Giezi fuit tantùm venditio, vnde venditores ab illo Giezitæ appellari possunt. Abb. d. §. qui vero. c. extirpandæ. Vnde nimirum si Simon magis meruit posse facere simoniacos, & illos a se denominare, quàm Giezi Giezitas. c. quia. & ibi Arch. 1. q. 1. gl. c. sicut pro certo, extra de simon. vnde attentis præmissis non sine ratione magis simonia a Simone, quam Giezia a Giezi, ad quod videre est, quod dicit Ricar. Mediauilla in 4. dist. 25. art. 2. q. 2. uersi. quærit utrum, ubi ẽt dicit, ꝙ si distinctè, & per approbationem loqui volumus, uentes appellanimus Giezitas, ementes simoniacos. Idẽ Alex. de Ales. 2. p. 5. q. 187. uersi. membrum primum, gl. fi. c. sicut pro certo. de simon. & Host. in rubr. vbi subiungit ꝙ vsus obtinuit, ꝙ uterque simoniacus appelletur.

SVMMARIVM.

1 *A diffinitione est sumendum principium. & diffinitio demonstrat esse rei.*
2 *Quid sit diffinitio.*
3 *Diffinitio Simoniæ. & ibi, quod Deum sola animi intentio, & affectus offendit. nam Quòd ad Deum sola mente simonia committitur. & Deo per solam pœnitentiam simoniaci satisfaciunt.*
4 *Ecclesia non scandalizatur de sola voluntate.*
5 *In illis, quæ sunt simoniaca de iure diui. solo animo committitur simoniæ mentalis. & nomen simoniæ æquiuocum, & multiplex est.*
6 *Res æquiuoca, est ad diuisionem deueniendum. Nam quæ diuisim sunt tradita melius percipiuntur.*
7 *Duo genera spiritualium. & Quæ nam sint simoniaca de iure diuino.*
8 *Simoniaca de iure diuino appellantur prohibita, quia simoniaca. Et quare ita sint appellata. & quòd in simoniacis de iure diuino Papa inuoluitur.*
9 *Simoniaca de iure Ecclesiæ. & Simoniaca de iure ecclesiæ appellantur simoniaca, quia prohibita. & Quænam sint simouiaca quia prohibita.*
10 *Quare ita appellata.*
11 *Simonia committitur tripliciter, manu, lingua, & obsequio. & quot modis describitur simonia.*
12 *Tres species simoniæ. & Nuda voluntas sine opere sequuto, non facit simoniam.*
13 *Mentalis simoniæ descriptio. & subnectitur descriptio simoniæ conuentionalis.*
14 *Descriptio simoniæ realis.*
15 *Sola animi cogitatio non facit peccatum, & ibi, quod vitium simoniæ, est vitium punibile.*
16 *Cogitationes & animi consilia non puniuntur.*
17 *Qui iuit animo furandi non dicitur furatus. & ibi, quod non solum punitur, qui simoniam committit, sed & mediator. & quod in atrocioribus solus tractatus, & sola ordinatio non punitur.*
18 *Affectus animi non punitur non sequuto effectu. nam statuta non puniunt affectum nisi cum effectu. vnde Simoniacus sola voluntate non est in aliquo puniendus. & ibi, quod peccatum committitur animo, vbi traditur, quod appensatè commissa grauius puniuntur. & admissio unius contrarij est alterius exclusio.*
19 *Argumentum a contrario sensu valet & est lex. & ibi, quod in criminalibus*

Source : BIU Cujas

bus animus principaliter attenditur. vbi quod assassini licet assassinium non deduxerint ad effectum, nihilominus puniuntur. nam Deus considerat cor, non manum vel actum.

20 *Ecclesia non iudicat de occultis. Soli enim Deo cuncta sunt manifesta.*

21 *Casus, in quibus voluntas, & consensus habetur pro facto.*

22 *Sola mens inducit simoniam mentalem. & ibi, quod Simoniæ conuentionalis non inuenitur tradita diffinitio. & per solam pœnitentiam absque luitione pœnæ satisfit simoniæ mentali.*

23 *Qui vadit ad celebrationem diuinorum pro habendis distributionibus committit simoniam mentalem. ubi quod exterior pœna non infligitur pro interiori motu cordis. & ibi traditur, cuius qualitatis fuerit simonia simonis.*

24 *Circunstantiæ ad coniecturandam simoniam. ubi quod Simonia mentalis non est tam execrabilis, quam conuentionalis, nam ad expunctionē simoniæ conuentionalis, non sufficit pœnitentia sine restitutione.*

25 *Delectatio inducit peccatum. ubi traditur, quod Simonia realis & conuentionalis, non mentalis, est punibilis.*

26 *In illis, quæ sunt prohibita, quia simoniaca, sola mens, simoniam facit, secus in simoniacis, quia prohibita.*

27 *Non est vera simonia nisi vbi concurrit exactio. & ibi habes, quod conatus non puniuntur nisi iniuria habuerit effectum. nam voluntas tunc punitur, quādo non stat in terminis animi, sed procedit ad actus exteriores tertio Lesiuos. & De iure ciuili uti difficilius committitur peccatum, ita & difficilius tollitur. Sed de iure diuino, & poli uti facile committitur, ita de facili tollitur.*

De diffinitione Simoniæ. Cap. 2.

DIcto à quo, & vnde sit denominata simonia, credo ꝙ non erit incongruum dicere quid sit, & sic veniemus ad illius diffinitionem, ad quam pro intelligentia illius, de quo tractatur, regulariter deueniri solet, a qua est

1 semper sumendum principium, vt inquit Cicero in prin. officiorum suorum, vt quid sit illud de quo disputatur, intelligamus. Quia diffinitio est, quæ ipsius rei, quæ diffinitur quid ditatem & essentiam demonstrat. Ias. in l. nemo potest. de lega. 1. 2. lect. nu. 17. Idem in l. si is qui pro emptore, mihi nu. 88. ff. de usu cap. ubi dicit, ꝙ bona diffinitio habet ponere substantiam diffiniti, ubi dicit ēt quæ sit substantia diffiniti. Et diffinitio secundū Boet. est cuiusque rei substantiam demonstrans, refert gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & quidditatem rei ostendit. Aret. in l. moribus. uersi. not. arg. col. 2. ff. de vulg. & pup. allegat tex, in l. 1. §. dolum. ff. de dolo, & Bal. in prœm. decret. diffinitionē esse dixit propositionem substantiæ, propriam qualitatem cōprehendens. imò, dicebat Aristotele, nos essentialia cognoscere non possumus alicuius rei, nisi nominis diffinitionem accipiamus. idem 7 Metaph. in primo Topicorum, & in primo de

2 Anima, diffinitio indicat quid esse rei. Quæ diffinitio nihil aliud est, quam breuis & circunscripta rei explicatio omnia accidentia nihilominus manifestans. Marcus Mātua in suo trac. de conci. mihi colu. 18. num. 136. & diffinitio dicitur breuis rei demonstratio per oppositionem facta, quæ rei amplectitur ꝓprietatem, per Bal. in l. 1. in prin. & in prin. apparatus. ff. de iust. & iure, relat. per Steph. de Fed. in suo tract. de interpret. iur. col. 2. mihi nu. 15. & per gl. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. ubi etiam aliter diffinitur.

Et a diffinitioue semper est inchoandum. l. 1. ff. de testa. & per Baptistam de S. Blasio in suo tract. de correlat. in prin. & omnis de aliqua re institutio debet a diffinitione proficisci, vt id intelligatur de quo disputatur, secundum Tullium in præallegato volumine suorum officiorum. Bal. in prælud. feud. col. 3. tex. in l. 1. in prin. ff. de iust. & iur. ibi noscere oportet, unde nomen iuris descendat. & in l. 1. cum ibi not. ff. si cert. pet. & in rubr. ff. solut. matr. & in l. 1. ff. de tutel. in prin.

3 Diffinitur igitur, siue describitur simonia, ꝙ sit studiosa voluntas vel cupiditas emendi vel vendēdi aliquid spirituale, vel spiritualitati annexum, per glo. in summa. 1. q. 1. pro quo vide Abb. in rub. & in c. nemo, eo. tit. & Host. uersi. 1. & Host. in ti. de simonia dicit, ꝙ simonia est receptio siue donatio præcedente pacto. &c. prout ibi, sed illa est diffinitio siue descriptio simoniæ conuentionalis, non mentalis, quæ sola mente deprauata absque conuentione contrahitur, vt per Abb. ca. consulere. in fi. extra eo. tit. Verùm quia per istam diffinitionem infertur, ꝙ simonia inducatur per solam uoluntatem, & animum, quod non sufficit, ex quo non est sola intentio, quæ faciat simoniacum esse quò ad ecclesiam, licet quò ad Deum fit secus, quem sola animi intentio, & affectus peccandi offendit in c. tua nos, in fi. ibi, culpabiles inducantur. de simon. Vnde simoniacus, sola intentione, & simoniacus solo animo, quò ad illum est simoniacus, & illius iudiciū & punitio ad districtū iudicē spectat, qui est scrutator cordium, & cognitor secretorum, cui per pœnitentiam peccātes, & animo uel mentis affectu solo simoniam animo cōmittentes tenentur satisfacere. c. fi. eod. tit. de simon. ibi, delinquentibus sufficit suo satisfacere creatori, non autem ad ecclesiam spectat, quæ de sola voluntate non scandalizatur.

4 gl. cap. qui studet. 1. q. 1. uersic. a communione, quæ nisi de sibi manifestis iudicare potest. c. tua, uersi. licet. & c. sicut tuis. in fi. de simon. ubi dicitur, ꝙ si eorum excessus essent ecclesiæ manifesti, quæ non iudicat de occultis, pœna essent canonica feriendi, cum similibus ibi in glo allegatis, de simon. Quod procedit & habet locum siue in illis, quæ sunt spiritualia per constitutionem canonicam & ecclesiæ, & sic simoniaca, quia prohibita, siue sint spiritualia de iure diuino, quæ sunt prohibita quia si-

5 moniaca, in quibus sola mens, solus animus, uel sola intentio non facit quem simoniacum, nisi mentalem, ut per Abb. d. c. tua, & ibi oēs communiter: propter quod cùm nō appareat ꝙ aliquis sit etiam simoniacus non mentalis, & sic ꝙ vocabuli seu nomen simoniæ sit, uel esse possit dubium, ęquiuocum, seu multiplex, ad illius diuisionem deueniemus, ne inculcetur aut inuoluatur materia legenti, & pro eo ꝙ ei illam claram & apertā dare & facere studemus, prout a principio semper fuit mentis & propositi nostri, vt amplius in ista materia non elaboremus, & ne præpostero ordine & confuso procedendo, illius cā didam mentem & animum in tenebris inuoluamus & confundamus.

6 Ad quam diuisionem semper est deueniendum re æquiuoca, & dubia existēte, eo quia non intelligitur aut nescitur id de quo tractatur, quod æquiuocatio facit dubium & incertum, iuxta etiam illud, ꝙ in æquiuocis est prius diuidendum, quam diffiniendum, quia quæ diuisim sunt tradita facilius & melius intelliguntur, & percipiuntur. §. sed ne in primis, inst. dele. gl. in l. 1. ff. de excep. dol. Diuisio enim animum legentis incitat, mētem audientis præparat, memoriam artificiosè corroborat. gl. in §. igitur. uersi. partiri, in proœmio inst. & diuisio fit gratia commodioris intelligentiæ. d. §. sed ne, & l. cuius. §. Titius. ff. de le. 2. & diuisio tex. memoriæ conducit. Cacial. in tract. de feud. art. 2. nu. 1. tractatuum tomo 3.

Et pro meliori, & clariori dilucidatione, & materiæ intelligētia, antequam ad diuisionem simoniæ deueniatur, vnum illud præmittimus, quod oculos intellectus, materiam huiusmodi hic per nos coaceruatam & recollectam legenti, & degustanti aperiet.

7 Quia duo sunt genera spiritualium, circa quæ aut in quibus principaliter committitur simonia, nam alia sunt spiritualia de iure diuino, alia per constitutionem ecclesię. Abb. in d. c. tua, in spiritualibus iure diuino commissa sunt simoniaca a sui natura, & simoniaca reputata a iure diuino, in ueteri & nouo testamēto, prout est vendere gratiam sancti Spiritus, & sacramenta, cuiusmodi sunt illa, de quibus in d. c. qui studet, & in c. sicut eunuchus. 1. q. 1. quale est etiam vendere ordinationem, & ecclesiā seu altare, & altaris exequutionem & alia, ut in c. præsbyter. 1. q. 1. c. altare. 1 q. 3. melius glo. in c. ex parte, el. 1. de off. & potesta te iudic. deleg. Quæ ideo sunt, & appellantur prohibita, quia si-

8 moniaca, quæ ideo fuerunt prohibita ex quo erant simoniaca, & propter simoniam, vt per Abb in e. cum tua, eo. tit. ubi dicit, & declarat illa esse prohibita, quia simoniaca, quę sunt spécialia de iure diuino, vti vendere sacramenta & similia, ubi etiam dicit de simoniacis quia prohibita, pro quo etiam uide Io. Baptistam Cacialup. in suo tract. de pension. uersi. 19. quæro, ubi de hoc multa in proposito adducit declarando dictum diui Thomæ tenentis, ꝙ Papa etiam inuoluatur uitio simoniæ in illis, q̄ sunt simoniaca lege diuina, secus quæ sūt lege ecclesiastica, cui Papa non subijcitur, vt ibi late per eum.

9 Vel committitur simonia circa illa, quæ sunt spiritualia per constitutionem ecclesiæ, vel Canonum, in quibus commissa non sunt simoniaca a natura, uel a iure diuino, sed quia iure positiuo, ciuili, Pontificio, Canonum, & per constitutionem ecclesiæ visum fuit facere illa prohibita, quale esset renuntiando beneficio, sperare & pacisci de futuro successore, aliàs renuntians non renuntiaret, aut renuntiare liberè, conuenire tamen de reseruatione pensionis & alijs beneficialibus, quod est prohibitum de iure positiuo, vt plene per Cacialup. in d. tracta de pension. uersi. circa decimam nonā, prima & secunda col. quæ sunt & appellantur simoniaca, quia sunt prohibita. Quale est ēt dare pastum post receptionem in canonicum, aut aliam dignitatem, aut ingressum monasterij, quod est prohibitum, vt per glo. in c. ex parte. el primo, de off. & potest iudic. deleg. per tex. in c. veniens eo. tit. de simon si quidem fiat cum pacto, aut conuentione, secus si liberaliter cessante pacto, & conuentione, quia tunc est bene licitum dare aliquid pro ingressu. per glo. c. tua, versi. pure, de simon. cuiusmodi etiam sunt illa, quæ habentur c. 1. & quæ ponuntur per Abb. c. tua nos, eo. tit. quale est ēt aliquid temporale dare pro beneficio spirituali obtinendo, aut aliqua rerum ecclesiasticarum administratione, per Abb. c. cō sulere. 2. not. eo. tit. & quæ censura iuris positiui, quia alias forsan vti mala reputata, sunt prohibita, de quibus ante nihil expresse, & particulariter erat aliquo iure cautum, puta, quia ante conditum ius pontificiū, non erat ingressus ad monasteria, quæ non extabant, non erat titulus ad beneficia, vel administratio

Source : BIU Cujas

ſtratio rerum eccleſiaſticarum, quibus eccleſia carebat, & ſimilium, quæ longum eſſet recenſere: quibus aduenientib. vel acquiſitis putauit ius poſitiuum notari, corrigi, & prohiberi debere actus, qui in illis ſpiritualibus, & circa illa committerẽtur, vel committi poſſent, qui ſimoniacum fœtorem, aut pra-
10 nitatem ſaperent ſimoniacam. Verum de iſtis, & alijs ſpiritualibus infra ſuo loco materiam & qq. tractabimus. quia in iſtis cõmittitur ſimonia pluribus modis per tex. in c. ordinationes. in fi. vbi dicitur q̃ ſimonia tripliciter committitur. 1. q. 1. lingua,
11 manu, & obſequio, vt ibi etiam c. ſeq. Eſt videndum quot modis, & quotuplex ſit ſimonia, in quo uariè Doctores ſcripſiſſe reperio, nam per Archid. in c. quicunque. 1. q. 1. tripliciter ſimonia deſcribitur, largè, videlicet mentaliter tantùm, ſtrictius, mẽtaliter cùm effectu, ideſt, q̃ dicunt alij opere ſequuto, & ſtrictiſſime, quæ eſt pactio ſpiritualium propter tẽporalia. Idem videtur dici per Dom. de S. Gemin. qui videtur affirmare mẽtalem eſſe duplicem, in ſumma. 1. q. 1. in glo. 1. ibi ſtudioſa. ad excludẽdum nudam uoluntatem, & paulo poſt de mentali ſecunda habes in c. fi. de ſimonia. Arch. in c. 1. 1. q. 1. in fi. uidetur duas tantum ſpecies ſimoniæ nominare, mentalem videlicet, & conuẽtionalem. idem dicit Fel. in c. per tuas. eod. tit. vbi dicit ſimoniæ duas ſpecies, mentalem videlicet & verbalem. idem videtur dicere Abb. in c. nemo extra eod. vbi licèt dicat q̃ ſimonia tripliciter ſumatur, tamen tantùm duas ponit ſpecies, mentalem videlicet opere ſequuto, & realem. idem affirmare videtur Caiſad. deciſ. 5. de conſt. per totum, ſed ponit de conuentionali tantùm, & de reali, vbi dicit q̃ realis ſimonia priuat committentem ipſo iure & ipſo facto, conuentionalis verò non ipſo iure, ſed per ſententiam.

12 Sed pro concordatione iſtarum varietatum, & pro veritate eſt intelligendum, q̃ tres ſint ſpecies ſimoniæ, omiſſa illa ſpecie mẽtalis, quæ largè dicitur ſimonia ſine aliquo opere ſequutu, quæ eſt quando quis habet nudam voluntatem emẽdi, aut vendendi ſpiritualia, abſque eo, q̃ progrediatur ad actum exteriorem, ſine ſequuto opere, veluti exẽplum datur de mechia. quia talis largè ſumpta, non eſt neque appellatur ſimonia, vt p̃ Doct. d. c. quicunque. 1. q. 1. & per Ang. in ſumma. in ver. ſimonia. primo nu. 6. verſi. vtrum ſola. vbi dicit q̃ ſi non ſequatur effectus dationis, nuda voluntas facit peccatum, non autẽ ſimoniam, de qua per 1o. de Ana. in rub. eo. tit. Vnde iſta de medio dempta, quæ in effectu non eſt ſimonia, reſtant tres ſpecies ſi-
13 moniæ, Mentalis videlicet, quæ eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi ſpiritualia, & ſpiritualibus annexa, opere ſequuto, & quando tacitè agitur nullo præcedente pacto expreſsè, vt datur temporale pro ſpirituali, & datur, vt per Abb. c. conſulere, & c. nemo, extra eo. gl. in ſumma. 1. q. 1. gl. in c. fina. de ſimon. Arch. in ſumma. 1. q. 1. alia eſt ſimonia conuentionalis, de qua non eſt per aliquem Magiſtrorum tradita diffinitio, vel deſcriptio, vt per Hoſt. quem ibi alle. & poteſt deſcribi, quando videlicet fuit inter aliquos facta conuentio ſimoniaca ſuper ſpiritualibus, nulla ſequuta, aut interueniente rei traditione, & temporali datione, de qua in c. cum pridem. c. pactiones. de pactis extra. c. ſuper eo. ibi, dato, retento, ſeu promiſſo, extra de tranſact. c. cum eſſent, de ſimonia. in quibus iuribus nuda tantum apparet promiſſio & conuentio, nulla rei datione & traditione veſtita. quæ diffinitur per Arch. d. ca. quicunque. 1. q. 1. vt ſit pactio temporalium propter ſpiritualia danda, aut accipienda, de qua per Caſſad. d. deciſ. 5. Abb. c. nemo circa fi. eo.

14 Realis verò, quæ appellatur conuentionalis ſimonia, & diffinitur per Arch. ſecundum quoſdam, vt ſit ſpiritualium acceptio, vel collatio non gratuita, ſecundum verò Gemin. in ſumma. 1. q. 1. vt ſit ſpiritualium præcedente pacto promiſſionis, cõditionis, modi præmij, pretij, vel cuiuslibet temporalitatis receptio, ſeu donatio Abb locis prælegatis. hãc diffinitionẽ, & diuiſionem approbare videtur Lud. Gomes. modernus Rotæ aud. in reg. de trien. q. 12. verſi. cum igitur, & per totum, vbi late materiam de ſimon. ponit & in has tres partes labores noſtros diſtinguemus, ſub quibus ſingulis quæſtiones & diſputationes congruentes pro materiæ intelligentia facere, & adnectere conabimur pro viribus, & deinde dicto aliquo quomodo ſimonia probetur, poſtea quomodo ſingula quæq; ſimonia puniatur, poſtremò quomodo diſpenſetur, ex his erunt labores abſoluti & opuſculum finitum Deo dante.

Et incipiendo a mentali, quæ ex quo ab actu animi procedit alijs grauior eſſe debet, ac magis præpõderare, quia uti valor, & præſtantia animi cæteris omnibus antecellit, ita vitium & peccatum illius pari ratione habet alijs præponderare, & eaẽt ratione, quia etiam ſimonia cõuentionalis & realis de animo participiant, quia in illis animus ſuum exercet officium, & miniſterium. & antequam deueniatur ad actum conuentionalem, & ad realem ſimoniam, cum primò in mente & animo videtur ſimoniacus deliquiſſe, de ea primo loco eſt dicendũ, ordinem illum naturæ inſequendo, vt de quo primo actum, de illo primo dicatur. Poſſet dubitari, an animo ſolo committat̃ ſimonia mentalis, & ſi cõmittat̃ an cõmiſſum ſit punibile?

Et videtur q̃ ſolo animo per infra dicenda, non committatur, primò, quia ſola mentali ſuggeſtione, & ſola animi cogita-
15 tione peccatum non dicitur perpetratum. per tex. in c. ſed pen ſandum. 7, diſt-ubi. ad illius implementum, & perpetrationem alia quàm mentalis, & in mente ſuggeſtio requiruntur, vt latè ibi.

Et vitium ſimoniæ eſt delictũ punibile, per tex. in c. de hoc, & ibi glo. in c. inſinuatum. eo tit. Abb. c. cum clerici. nu. 3. foi. 118. de pact. Idem Abb. c. 2. de confeſſ. ubi ponit pœnam ſimoniacorum, qui ab officio & beneficio deponuntur, & melius per eundem. c. per tuas, el 1. qui ponit q̃ tam ſimoniacus in ordine recipiendo quàm in ordine conferendo, & ſic tam conferens, quàm recipiens eſt ſuſpenſus, vt ibi in c. pen. & ibi gl. de ſimon & per Arch. c. ſancimus. 1. q. 7. fo. 127. num. 1. ubi ponit, quas pœnas pati debeant ſimoniaci, facit interim gl. in c. reperiuntur, in gl. 1. q. 1. quæ non intelligit ſimoniacum ſola voluntate, ſed quando voluntas fuit ad actũ exteriorem producta,
16 & delictum, & commiſſum ſolo animo & intentione non punitur, quia cogitationes & conſilia animi non puniuntur. per tex. in l. cogitationes. ff. de pœn. cum ibi adductis per gloſſ. ubi cogitationis nemo pœnam patitur, & conſilia animi non puniuntur. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſ. & cler. vbi etiam plus dicit. quando & forſan non eſſet factum in terminis animi & cogitationis, imò eſſet proceſſum ad aliquẽ actũ, dummodo non eſſet delictum conſumatum, per tex. in l. 1. in fi. ff quod quiſque iur. ubi, quid enim profuit conatus ſi iniuria non habuit effectum? Bar. in l. 1. ff. de extraord. crimin. Philippus Franc. c. 1. extra de homicid. Pau de Caſtr. conſil. 130. 1. parte, & conſi. 277. 2. uol. & Bar. in l. fi. ff. de extraord. crimi. vbi
17 dicit, q̃ qui iuit animo furandi, non eſt, neque dici poteſt furatus. nu. 2. & q̃ delictum ſimonię ſit punibile, ultra tex. dicit optimè idem Bal. c. cum ſuper, extra de confeſſ. vbi ponit etiam q̃ non ſolum ſimoniacus punitur, ſed ille etiam, qui fuit mediator patitur eaſdem pœnas. Et animus deliberatus delinquendi in foro fori uon attenditur, vel conſideratur; ita tenent omnes, immo etiam quando de delicto perpetrando præceſſiſſet tractatus, per Bald. in d. l non ideo minus. C. de accuſat. col. 7. nu. 16. vbi dicit, q̃ ſolus tractatus, & ſola ordinatio non punitur de iure, etiam in atrocioribus, niſi eſſet proceſſum ad aliũ actum ordinarium de per ſe ad factum, vt ibi per eum, & habetur in tex cum ibi glo. in l. ſi conſtiterit. C. fi. regun. uerſi. uoluiſſe. per illud, quod ibi dicit glo. in oppoſitione ad tex. q̃ non eſt voluntas & animus vſu pantis rem communem, ſuper qua intentata eſt actio finium regundorum, ſed animus, qui non permanens in ſolo cogitatu, & non continens ſe intra limites, & terminos animi vel cogitationis ad actus proceſſit vlteriores vſurpandi, & ſic actus & factum, non animus eſt ſolus, qui committit & qui venit puniendus, vt late ibi.

18 Nec affectus animi punitur, niſi effectu intentionis ſequuto, vt per Bar. & aliõs in l. 1. ff. q̃ quiſque iur. & affectum animi niſi cum effectu ſtatuta non puniunt, ſecundum eundem Bar. in l. j. §. diuus. ff. de ſicar. & ſimon. ſola voluntate interminis materiæ noſtræ, non eſt aliqua pœna puniendus, quia de ſola voluntate non ſcandalizatur eccleſia, per gloſſ. in c. qui ſtudet. j. q. j. uerſi. a communione.

Iſtis cum alijs, quæ breuitatis cauſa omitto mouebar, & q̃ ſolo animo & intentione non committatur ſimonia, & ſi cõmitteretur, q̃ non veniret aliqua pœna punienda.

Verùm multa vrgent in contrarium, & q̃ ſolo animo, & ſola mentis intentione committatur ſimonia. Nam peccatum animo & mente non corpore committitur. 30 q. 2. per totum & animo commiſſa puniuntur, nam iura & canones multum in delictis ponderant animi affectum, & multam faciunt differentiam in commiſſis cauſaliter, & ſine animi inſtinctu & affectu, & in commiſſis cum animo & mente, quia commiſſa per induſtriam & animo penſato atrocius puniuntur, & caſtigantur, tex. eſt in c. j. de homicid. ubi, qui de induſtria proximum ſuum occiderit, eum ab altari meo euellas, vt moriatur, inquit tex. ibi, commiſſa uerò ſine affectu animi & caſualiter, non puniuntur. per tex. in c. lator præſentium, eod. tit. vbi clarius, qui caſualiter, non animo uel intentione alterum occidit, non ſolum non punitur, verum etiam ad ſacros ordines promoueri non impeditur, per tex. in d. c. j. de homicid. a contrario ſenſu, quòd ſi ille, qui ſit homicida de induſtria punitur, ergo caſualis non videtur puniendus, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, & admiſſio unius contrarij, eſt alterius excluſio. c. hoſpitalium. 32. diſt. l. j. ff. de his, qui ſunt ſui, & argumentum a contrario ſenſu in iure eſt ualidum, & habetur pro. l. per Dynum in regula, peccatum. dq reg. iur. in 6.

19 Vnde ſi commiſſa cum animo, & mala intentione puniuntur, & in illis, quæ committũtur, videtur q̃ ſit animus, qui peccet, aut qui delinquat, & q̃ animus pro facto habeatur, facit, q̃ dicunt Bar. & alij, in l. 1. §. diuus, & in l. diuus. ad l. Cornel. de ſic. relati per Paulum Grillandum in ſuo tract. de ſortileg. uerſ. 17. quæro.

Et

Source : BIU Cujas

Et ꝙ in criminalibus attendatur principaliter animus & animi intentio,an simplicitate, dolo, aut ignorantia sit inductus, & his attentis fiat pœnæ variatio, habetur per text.in l. qui ea mente.ff.de furt.quem dictus Paulus allegat.& est de hoc tex. & ibi communis Doct.opinio in l.is qui cū telo.C. ad l.Corn. de sicar.ꝙ ambulans cum telo animo hominem occidēdi punitur,vbi est videre,ꝙ est animus,non effectus vel factum, qui delinquit,& pœnam mœretur & castigationem. & assassini licèt non deduxerint ad effectum assassinium, nihilominus puniuntur pro affectu.gl.in l 2.ff. quod quisque iuris, & ibi Lud. Rom.& Ang.Hippol.de Marsil.in sua pract.§.examinãda,col. 7.nu.26.facit quia Deus considerat cor,non manum, aut aliū actum.14.q.3.si quid meruisti. & furtum sine animo vel affectu furandi non committitur.glos.in c.ex tuæ.extra de simon. Quia animus & propositum agentis attendi debet.Paris de Puteo in suo tra.de re militari.§.duello,mihi trac.vol.v.ubi ēt ponit & disputat,an animus sine facto veniat puniendus, vt ibi p eum:facit,ꝙ habetur.c.excommunicamus,uersi.credentes de hæreticis,vbi solùm credentes erroribus hęreticorum cōmittunt peccatum,vnde sola mentis deliberatio, & affectio vī sufficere ad perpetrationem delicti,eo quia delictum tale non requirit aliquid ab extra,sed sola mentis cogitatione,& deliberatione perficitur,per Bald.in d.l.si quis non dicam rapere. C. de epis.& cler.uersi.uenio ad oppositiones. & quãuis isti tales sint hæretici,tamen ex quo non constat de eorum hæresi, non habet illos ecclesia militans pro talibus, quæ non iudicat nisi de
20 sibi manifestis.c.tua.uersi.licèt,de simo. sunt tamen excōmunicati,quò ad Deum quamuis occulti,vti habetur in glo. 2.c. 1. 24.q.1.quia Deo cuncta sunt manifesta,& est perscrutator,cognitor,& iudex cordium & animarū.c.tua nos,extra de simo.
21 faciunt notabiles casus positi per Car.in clem.1.de eo qui mit. in possef.in quibus uoluntas & consensus habetur pro facto effectuato.Quorum primus est in casu matrimonij, ubi si quis dicit,Berta uolo te in uxorem., voluntas in illo casu est factū, & pro facto effectuato habetur, si tamen sequatur mutuò,& uicissim voluntas eadem,& idem cōsensus ex parte altera. per tex.in §.nuptias,in auth.de nup.ibi,nuptias itaque affectus alternus & c.& ibi gl.Spec.toto tit.de sponsa.quia sola voluntas vnius,nisi sit adminiculata consensu & uoluntate altarius partis,non facit neque nuptias neque matrimonium,aut quicquā operatur.ita etiam non habetur voluntas pro facto, aut vices facti suplet.

Et accedendo proprius ad terminos materiæ nostræ,& nō eundo per argumenta,aut similia,non vī in iure dubium.ꝙ sola intentio & sola mens inducat simoniam mentalem, videli-
22 cet non aliam, quia diffinitio simoniæ hoc innuit.est enim cupiditas emendi vel vendendi,&c.per gl.in summa.1.q.1.gl.in c. fi.de simon.Abb.in c.nemo,eo.tit.& hæc est propria diffinitio mentalis,& non alterius simoniæ, vti per Arch.in summa.1.q. 1.ubi dicit, ꝙ simoniæ conuentionalis non inuenitur tradita descriptio,aut diffinitio ab aliquo magistrorum, ut per Host. quem ibi allegat.Vnde tradit ibi diffinitionem conuentionalis simoniæ diuersam ab ista,quia si cupiditas,ergo solo animo,& solo mentis affectu, est de hoc tex.expressus ad literam in c.fi. de simo.vbi solo affectu animi,nullo præcedente aut sequente pacto aut conuentione committitur simonia: pro qua sufficit satisfacere Deo creatori per solam pœnitētiam absque aliqua luitione alicuius pœnæ.Abb.ibi & gl. & gl.c. nisi cum pridem de pact.& 1.q.3.c.Saluator.Abb.c.ex parte.el 1.fol. 69. de off. dele.Fel.in suo quem composuit tract.qñ conatus & c.in prin. 3.col.Marsil.in l.qui falsam ff.ad l.Cornel.de fals.Abb c.ex tuę. eo.tit.de simo.& ibi gl.& absque aliqua ablatorum restitutione.Laurentius de Rodulphis in tract.de usur.1.2.nu.20.car.18. Idem Abb.in c.suam nobis.uersic.2.collige,vbi sacerdos, qui spiritualia gratis impendere & ministrare habet, si aliquid ex pacto recipit pro spiritualibus,committit conuentionalē simo
23 niam;si nullo præcedente pacto aliquid recipiat,cōmittit mētalem.ubi allegat etiam glo.quæ ponit de canonico, qui vadit ad diuinorum celebrationem pro habendis distributionibus quotidianis,nam est certum ꝙ mentalem incurrit & commit tit simoniam,quæ cum stet in terminis animi,ac in sola mente, & cogitatu,nec processerit ad aliquod pactum aut licèt processerit ad actum aliquem vlteriorem,puta ad dationem, aut receptionem,prout in tex.in c.fi. quemadmodum solo animi desiderio & affectu,sine conuentione est nata & contracta,ita solo animi contrarij affectu,& eiusdem mentis & animi contritione & pœnitentia deletur & extinguitur,& purgatur:quia sola pęnitentia aboletur,per tex.d.c.fi.& Abbas.dictis locis, & per glo.in c.quicunque.1.q.1.nec aliqua alia pœna punit.quia dicit.S.Thom.deterior pœna in hoc mundo non infligitur p interiori motu cordis,de quo solius Dei est iudicare,quia quò ad Deum sola voluntas fuit simoniacum, sed quò ad pœnam ecclesiasticam interiorem non punitur,vti simoniacus,sed debet de mala intentione pœnitere,per eundem.S.Doctorem.d. c.§.ad sextum.facit, quia Simon magus author huius labis simoniacæ solo animo,licet ad actum non perduxerit, cōmisit simoniam, & peccauit in Deum, quem peccantem tentauit beatus Petrus medio pœnitentiæ ad Deum reducere per illa verba.Vade & ora Deum si fortè dimittat tibi, &c. per quod intelligitur,ꝙ eius tale commissum sola pęnitentia purgari & deleri poterat,per quæ cōstare videtur ꝙ committitur animo & solo affectu animi,& ꝙ sola mens deprauata a principio de aliquo assequendo temporali pro spiritualibus faciat mentalem.per Abb.c ex tua,de simoniaï, secus est si quid sit datum, non præcedente mente deprauata, quia non est simonia illud recipere,uti per Abb.in c.& si quæstiones, de simonia, vbi ponit circunstantias,per quas de hoc coniecturari possit, vbi da-
24 tum,dans persona,cui datur,tempus dationis, & alia considerari debent.& tenet ꝙ si quid detur sponte, liberaliter, mente deprauata non præcedente tam ex parte dantis quàm accipiētis,ꝙ tunc non contrahitur simonia.Vide etiam Abb.in c.consulere,de simonia,& cap.suam.& ꝙ uti proueniens ab animo non est alijs grauior & atrocior,quia non punitur,& sola pęnitentia & animi contritioue erga Deum creatorem abolef, immo non est tam grauis,tam execrabilis seu detestabilis, veluti conuentionalis,sed leuior,ex quo per pœnitentiam uel renuntiationem absque pœna aut restitutione ablatorum expū gitur. Quod non est ita in alia simonia, uidelicet conuentionali,ad cuius ablationem & cancellationem non sufficit sola pęnitentia,nisi cum restitutione ablatorum, ac pœnæ etiam luitione,per Abb.d.c.consulere.in fine,& per iura ac Doct.suprà inprincipio quæstionis præsentis adducta,& melius per glo.in c fi.de simon.ubi dicit,ꝙ huiusmodi leuis simonia pōt leuiter indulgeri,& iste talis animi affectus non dicitur propriè simonia,vt ibi latè in gl.fi.in fi.

Et ad contraria primo loco adducta, & primò ad tex. c.sed pensandum,responderi potest,ꝙ illa sola peccati in mente suggestio,& diabolica prima peccati instigatio,ad animum,& mētem hominis repræsentata, non est peccatum, aut peccatum per illam solam committitur, in qua nullo modo potest considerari mens corrupta,quæ requiritur de necessitate ad inducendum peccatum.c.3.32.q.5.per totum,quia est quodammo
25 do primus motus animi,qui non est in potestate hominis,secus si sequatur delectatio animi in illa, uel animus illam appetere incipiat,quia tunc negari non potest,quin peccatum esse, & nasci incipiat animo commissum,ut bene in illo tex.dicitur. Vnde uti instigatio prima considerata prout dicit tex. considerari debet, peccatum non potest dici, secus si in illa sequatur animi delectatio,ueluti dici potest de illo, qui habet mentem simoniacam,qui desiderat temporalia & spiritualia, in quo prima instigatio peccati, non resedit in illis primis terminis, sed processit ad ulteriora,puta ad delectationem, quæ peperit illi desiderium & cupiditatem.

Ad illud uerò ꝙ simonia est punibilis per tex.in c.de hoc, cū alijs superius adductis,dicitur,ꝙ habent locum, & intelliguntur in alijs simonijs,puta conuentionali,& reali,in qua illa pœna statuta fuit,non in mentali,in qua propter leuitatem peccati nullam putarunt canones pœnam constituendam, & quam etiam canones non habent pro simonia,uti per glo. c. fina.de simon.ubi talis affectus inquit animi non est simonia in illis, quæ sunt simoniaca,quia prohibita,& in simoniacis de iure canonum,iure positiuo, & constitutionum ecclesiæ, in quibus non habemus ꝙ committatur mente sola simonia, nisi sequatur aliquid aliud,puta,pactum vel conuentio.glo.uersi.dimittere.c.ex parte.el 1.de off.deleg secus uerò in illis,quæ sunt pro hibita quia simoniaca,& in simoniacis de iure diuino, in quib.
26 sola mente,& solo animo committitur, etiam opere non sequuto, in quibus commissa simonia opere sequuto ideſt re quæ desideratur,& habetur in animo obtenta, non est delebilis sola pęnitentia, & animi contritione, sed requiritur etiam habitorum,& ablatorum restitutio,uti per Ang.in summa, in uer.simonia.7.quod erit secus,si erit commissa in illis,quæ sunt simoniaca de iure positiuo,ut per Ange.ibi,in quibus terminis loquitur tex.in d.c.fi.& glos. loco præallegato.Quamuis Abb. in c.tua,circa finem,de simon. videatur non probare istam distinctionem,in eo ꝙ committatur mentalis,tam in prohibitis, quia simoniaca,quàm in simoniacis,quia prohibita, per generalitatem tex.d.c.fin.quod cum generaliter in spiritualibus loquatur, intelligitur de omnibus spiritualibus indistinctè, tam de iure Diuino,quam de iure Canonum, & Pontificio,per iura,quæ ibi allegat,quæ ibi uide circa finem.

Ego tamen pro nunc quousque aliud non uideo, ex quo non uidetur ꝙ de iure ecclesiæ simonia mentalis aliqua pœna puniatur,immo ꝙ sola pęnitentia aboleatur, & ꝙ illa non cōmittatur,nisi quò ad Deum,qui corde solo & animi sola mala intentione offenditur, & ꝙ peccans teneatur tantummodo de hoc peccato suo satisfacere creatori.c.fi.tit.nostri,& ꝙ talis animi affectus non habetur per constitutionem ecclesiæ, & p ius positiuum, vti simonia, nec uti simonia consideratur, per glo.fi.d.c.fi.melior gl.quàm in toto corpore inris.c.unico, de cleric.

Source : BIU Cujas

cleric. non reſid. in fi. in gl. pen. in 6. quæ dicit, ꝙ mentalis ſimonia non eſt propriè ſimonia.

Sum opinionis per ea, quæ infrà adducam, ꝙ committatur tantùm erga Deum, & ſic in prohibitis iure diuino, quia ſimoniaca, non autem in illis, quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita de iure poſitiuo canonum uel aliàs. Pro quo facit ꝙ ſimonia nō inducitur ſola voluntate & animi intentione in his, quæ eccleſiaſtica conſtitutione ſunt prohibita. Cacialup. in tract. de penſion. q. 19. num. 13. tract vol. 4. quam quæſtionem videas, quia materiam iſtam tractat & bene examinat, pro quo tamen cogita. & uide quod dicit Fel. c. tua nos, de ſimo. qui dicit ſecundum Doct. contra Inn. ꝙ non eſt vera ſimonia, niſi ubi concurrit exactio, & extorſio per pactum, modum, vel conditionem, aliàs eſt peccatum mortale, per quod habes, ꝙ mentalis non habetur pro ſimonia, vt ibi per eum, quando ſimoniam, quæ non ſit conuentionalis, aut realis non appellat ſimoniam, ſed peccatum mortale, & largo mō dicit appellari poſſe mentalē. 27

Idem dici poteſt ad legem, cogitationis, vbi peccatum, ſiue delictum in mente aut cogitatione perpetratum, quod non proceſſit ad actum tertio læſiuum aut præiudicialem cogitationis terminos non egrediens, ſed in ſolo cogitatu permanēs, non punitur. & de conatu, qui ad actum non procedens, peccatum non conſumauit, aut quando iniuria non habuit effectū, per tex. in l. 1. ff. quod quiſque iur. ibi, quid enim profuit conatus, ſi iniuria non habuit effectum? qui itidem non punitur ſi quidem ſit perpetratus in delictis, in quibus nullus offenditur; ſecus verò ubi ſit læſio tertii: ut in eo, qui fregit oſtia, cauſa cōmittendi adulterij, vt per Bald. d. l. ſi quis mihi. col. pen. Idque ēt dicetur pro reſponſione ad tex. in l. conſtiterit. C. fi. regund ubi voluntas & animi affectus non ſtetit in terminis & finibus cogitationis, ſed proceſſit ad actus tertio læſiuos, & præiudiciales: ut bene ibi declarat glo. in uerſi. uoluiſſe uſurpare, ideſt, inquit glo. voluntariè vſurpaſſe, quia in effectu vſurpauit, ut ibi per eam, prout & non obſtat, quod de animo deliberato delinquendi dicebamus, qui in foro fori non attenditur, etiam quando de perpetrando delicto præceſſiſſet tractatus, aut ordinatio, ſine tamen proceſſu ad actus tertio læſiuos, & nociuos, in quibus eadem eſt ratio læſionis, præiudicij & nocumenti circa tertium, qua conſiderata ius ciuile accipit, & dimittit gladiū ad puniendum, & punit, & impunitum relinquit, vt per Bal. d. l. ſi quis. C. de epiſcop. & cler. quamuis ſit ſecus de iure diuino, vbi talis læſionis non habetur ratio, ſed ſolius cordis & animi, quo committitur peccatum ſiue delictum, prout eſt in caſu noſtro de Simone Mago, cuius ſola ambitio & animi affectus apud Deum abhorrebatur, & damnatur. Saluator. 1. q. 3. uerſ. ſed ambitionem. & ibi gl. ꝙ ſolum Deum ſecretorum animi perſcrutatorem habet ultorem. c. tua. in fi. de ſimon. qui ſola pœnitentia pro tali commiſſo placatur, præallegato. c. fin. de ſimo. Quod eſt ſecus de iure eccleſiæ, quæ de ſola animi voluntate, & cordis affectu non ſcandalizatur gl. c. qui ſtudet. 1. q. 1. uerſi. a communione. & quæ niſi de ſibi manifeſtis iudicare aut cognoſcere habet, præallegato c. tua, uerſi. licet c. ſicut in tuis, de ſimon. tradit Bar. rationem diuerſitatis, quia de iure ciuili ſicut non ita facilè diluitur peccatum, ita nec committitur, ſecus de iure poli, quia facilè tollitur, ut facile committitur.

SVMMARIVM.

1 *Tam dans quàm accipiens inuoluitur ſimoniæ vitio; ubi, quòd non ſola uoluntas facit quem ſimoniacum, ſed uoluntas ad actum exteriorem producta. quia non eſt vera ſimonia, niſi vbi concurrit exactio.*

2 *Simonia eſt delictum capitale, & reſpectu illius cætera pro nihilo reputantur. & ibi quod Moabitæ & Amonitæ populi cōdemnati & maledicti ad tempus propter idolatriam. & Giezi propter ſimoniam dānatus cum ſua poſteritate.*

3 *Simoniaci ab omnibus reſpuendi, & ab exteris poteſtatibus opprimendi. nam Simonicus eſt infamis & infidelis. & delictum ſimoniæ ſemper ueteri & nouo teſtamento punitum, & huic vulneri cancroſo ignitum injicitur ferrum.*

4 *Caſtigatio eſt commenſuranda delicto, nec delictum excedit.*

5 *Verbum, ſtudet, importat affectum animi. nam ſtudium eſt vehemens animi applicatio ad aliquid agendum.*

6 *Simonia mentalis committitur opere ſequuto, ideſt habita re, quæ ſperatur, quia ſola intentio, opere non ſequuto, non facit ſimoniam.*

7 *Diffinitio ſimoniæ mentalis.*

8 *Mentalis ſimonia eſt, ubi intentio deprauata interuenit, & ſola pœnitentia deletur, etiam ſine habiti reſtitutione.*

9 *Tres uiæ, quibus deuenitur ad peccatum. ubi, quod ex diuerſis non bene infertur.*

10 *Realis & conuentionalis ſimonia tantum punitur, non mentalis. & in iure nulla reperitur contrarietas.*

11 *Valet argumentum a contrario ſenſu, & eſt lex.*

12 *Vbi interuenit culpa & receptio, ibi eſt neceſſaria pœnitentia & reſtitutio. & ibi, quod uerbis contracta obligatio, verbis diſſoluitur, conſenſu cō tracta, diſſenſu diſſoluitur.*

13 *Peccatum non dimittitur ſine ablati reſtitutione. & ibi traditur limitatio ad regulam. c. primi. de reg. iur. & quod nemo poteſt arctari ad reſtitutionem impoſſibilem. ubi etiam habes, quod recepta ſuut ex cauſa peccati, quæ ex cauſa ſimoniæ ſunt recepta.*

14 *Homo, qui rem detinet alienam, nec Deo ſatisfacere, nec reconciliari poteſt. ubi quod omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. & offenditur, quòd eſt Simonia unius peccatum, quàm ſit vſura.*

15 *Ad ſatisfactionem ſimoniæ mentalis non eſt neceſſaria reſtitutio, & ratio, quare non ſit neceſſaria reſtitutio.*

16 *Eſt cauendum a ſcandalis, & pro illis vitandis, licet recedere a regulis iuris.*

17 *Spiritualia difficilius deſtruuntur, quam conſtruuntur. ubi etiam, quòd per acceptilationem ſoluitur obligatio uerbis contracta. & ſolutione illius, quòd debetur, tollitur omnis actio. & ibi quod non errat, qui auctore lege, & prætore facit.*

18 *Simonia tam ex parte dantis, quàm accipientis committitur. & ad turpiter datum recuperandum nulla competit actio. & uolenti non fit iniuria.*

19 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem.*

20 *Quare in vſura mentali fit reſtitutio?*

Quomodo contrahatur Simonia mentalis. Cap. 3.

HIc vltra prædicta non erit meo iudicio abſurdum, vel extra propoſitum aliquid dicere, quomodo mentalis ſimonia committatur, aliquo ne tractatu, colloquio, pollicitatione, aut alio præcedente, aut interueniente ab extra requiſito, uel ſolius mentis & animi cogitatu nullo, uel aliquo opere ſubſequuto, & an recepta & habita ex cauſa talis ſimoniæ quis reſtituere habeat, prout ex ſimonia conuentionali, quæ non deletur ſine habitorum reſtitutione.

De quibus omnibus quò magis materia dilucidetur per ſua contraria ſigillatim dicemus. & primò circa primum uidelicet, an ſolius mentis cogitatu, &c. Videtur ad commiſſum ſimoniæ mentalis, ꝙ non ſufficiat habere in mente & animo aliquid temporale uelle conſequi pro datione aut collatione rei ſpiritualis; quia ſi habens talem mentem nemini reuelat, nemini communicat, & cum nemine tractat, immo intra ſe illud contineat deſiderium, & affectum intra limites animi, nō egrediendo, ſine prauo affectu aliquo perijt, vnde non peccanit, ex quo illa prima diabolica inſtigatio, & in mente peccati ſuggeſtio non eſt neque facit peccatum. c ſed penſandum. 7. diſt. unde non peccat, unde non committit ſimoniam, & uti non peccans, & nullam committens ſimoniam ad ſatisfactionem etiā creatori Deo, aut pœnitentiam non tenetur: ergo eſt dicendū, ꝙ in committenda mentali ſimonia ſit de neceſſitate, ꝙ colloquium, communicatio, tractatus, irrequiſita pollicitatio, data, intentio, uel quid ſimile ab extra requiſitum interueniat, & ſolius mentis cogitatio non ſufficiat, ex quo nullo ex iſtis præcedentibus aut interuenientibus non committit quis dans vel recipiens aliquid uolenti aut liberali animo ſimoniam, & datū & acceptum tali modo & animo, non facit dantem, aut accipientem, quia tam dans quàm accipiens inuoluitur in uitio ſi- 1
moniæ, per Abb. in c per inquiſitionem. num. 3. fol. 98. de elec. c. 2. de confeſſ. ſimoniacum. facit in terminis, quod habetur in glo. c. reperiuntur. 1. q. 1. quæ vult ꝙ non ſit ſola, & nuda uoluntas, quæ faciat quem ſimoniacum, ſed uoluntas ad aliquem actum exteriorem perducta, ut ibi per illum, & per Hoſt. melius, quem refert Abb. in c. nemo. de ſimon. mihi num. 6. Fel. c. tua nos eo. tit. ſecundum opinionem Doct. ibi per eum adductorum contra Inn. ꝙ non eſt uera ſimonia, niſi ubi concurrit exactio per pactum, modum, conditionem. ut ibi. facit, quod habetur per Cacialup. in ſuo, quem compoſuit tract. de penſion. q. 19. per totum. quem pro talis materiæ, & pro præſentis quæſtionis intelligentia uide, ubi multa pulchrè & magiſtraliter dicit, pro quo etiam uide Arch. 1. q. 1. c. quidam, fol. 109. & c. eos, ca. cauſa, & q. fol. 3. num. 8.

Secundò, certum eſt, ꝙ ſimonia eſt delictum, & peccatum, 2
& delictum capitale. c. qui ſtudet. 1. q. 1. immo crimini læſæ maieſtatis æquiparandum, per glo. c. reperiuntur. 1. q. 1. in uerſi. ex quo, & ſimoniaca peſtis magnitudine alios morbos uincit, qa illius reſpectu cætera uitia pro nihilo reputantur. c. ſicut, & ibi glo. quæ multa adducit, extra de ſimon. & crimen ſimoniæ eſt, & reputatur maius crimine idolatriæ, per Domin. de S. Gem. c. fi. 1. q. 1. ubi dicit, ꝙ duo populi Moabitarū uidelicet, & Amonitarum fuerunt ad tempus condemnati & maledicti propter commiſſum idolatriæ. Giezi uerò in perpetuum cum ſua poſteritate. Immo eſt diſputabile, an plus peccet ſimoniacus quàm peccauerit Iudas, qui Dominum Chriſtum noſtrum & mundi redemptorem tradidit, per eundem Arch. 1. q. 1. c. eos. nu. 4. & latè diximus ſupràin denominatione ſimoniæ, vbi de commiſſo per Iudam aliqua diximus. Immo ponit idem Archid. ꝙ ſimoniaci ſunt ab omnibus reſpuendi, & ab extraneis poteſta- 3
tibus etiam opprimendi, ſi non reſipuerint. cap. 1. 1. q. 7. fol. 128. num. 1. & ſimonia eſt grauius quam ſit peccatum homicidij,

per

Source : BIU Cujas

per Abb.c.ſicut. de ſimon. & ſimoniacus eſt infamis infamia iuris.gl.2.c.1.de teſtib.in 6.pro quo vide Abb.c. ex diligenti.2. col.uerſi.puto,qui quærit,& diſputat, an ſit infamis per ſentẽtiam,an verò ſit infamis ipſo iure:ubi tenet ꝙ per ſententiam, vbi Fel.tenet contrarium:& ſimoniacus infidelis reputatur.c. cum omnis.1.q.1.& ultra ꝙ ad illud abolendum requiritᷣ ablatorum reſtitutio,c tua nos,de ſimon. & ibi Abb.qui dicit ꝙ aliter pœnitere non poteſt,& ſatisfacere Deo creatori.c. fi.eo.ti. ubi nunquam aliquo tempore remanſit delictum impunitũ, quia veteri & nouo teſtamento ſemper fuit hoc dellctum mucrone ſucciſum,caſtigatum,& vindicatum.c.reperiuntur.& c. qui ſtudet.1.q.1.ita etiam hodie per Canon.& eccleſiæ conſtit. ſine uindicta,& ſine punitione non reſtat,quia huic vulneri cãceroſo ignitum quoque nijcitur ferrum.1.q.1.c.de hoc, & ibi glo.cap.inſinuatum,eod.tit. Abb.ca.cum clerici.nu.3.fol.118. de pactis.Abb.c.2.de confeſſ.vbi ponit pœnas ſimoniacorum, & pœnæ,quæ ſunt iniectæ ſimoniæ, & quibus ſimonia afficit, præſupponunt ꝙ delictum aliter quàm in mente & animo pariatur,aut committatur:quia extrinſeca actio, & aperta caſtigatio,& punitio,qua afficitur, præſupponit delictum extrinſecũ, & extrinſecis & alijs quàm ſolius animi & mentis circunſtantijs vallatum, & tale, & ſi æqualis ſit,prout eſſe debet caſtigatio delicto,neque enim eſt caſtigatio atrox, niſi atrox & graue ſit delictum,quia ad grauitatem,atrocitatem, & qualitatem delicti regulari debet caſtigatio & punitio, vt non puniatur quis in pluſquam delibuit,vt non luat pluſquam commiſit. per tex. & ibi glo.auth.omnes peregrini. C. communia de ſucceſ. ubi Bal.ult.not.cum ſimilibus.l.ſancimus. C. de pẽn.l.reſpiciendũ. ff.de pœnis,ubi pœna debet commẽſurari delicto,& per Abb. in c.ſi quis,de ſimon.Deuteron.c.25.ubi iuxta menſuram delicti venit plagarum modus.

Nec dicas ꝙ pœna & caſtigatio non eſt adinuenta & conſtituta a legibus aut cõſtitutionibus pro commiſſo ſimoniæ mẽtalis,ſed pro alijs potius ſimonijs,in quibus propter delicti vel peccati grauitatem fuerunt expreſsè particulariter appoſitæ pœnæ,de quibus in præallegatis locis, & ꝙ iſtud non procedit in mentali ſimonia,in qua quis nõ punitur,nec habita reſtituere tenetur,ſed Deo tantum creatori ſatisfacere per pẽnitentiã. c.fi.de ſimon.gl.c.niſi cum pridem.de renuntiat.1.q.4.c. Saluator.Abb.c.ex parte.el,1.de offi.& poteſt. iud. deleg. Quia imò
5 de mentali ſola innuit tex.in c.qui ſtudet, inquit,pretio donũ Dei merceri &c.quia verbum ſtudet,nihil aliud importat, quã affectum animi,ex quo ſtudium nihil aliud eſt,niſi quædam vehemens animi ad aliquid agendum applicatio cum animi voluptate,ut per Ial.in l.1.§. huius ſtudij.ff.de iuſt.& iur.in princ. attenta ſignificatione & proprietate,illa uerba,qui ſtudet, non debent intelligi, niſi videlicet qui quærit, aut in animo habet aut deſiderat.per quod merus animi affectus,& ſic mera ſimonia innuitur per illum tex.

Iſtis tamen non obſtantibus, credo poſſe dici indubitanter, ꝙ ſolo mentis cogitatu,ſola praui animi intẽtione,ſine aliquo exteriori actu,& nihil ab extra requiſito aut adhibito, committatur mentalis ſimonia,opere tamen ſubſequuto, ideſt adepta re,quæ ſperatur,& ſequuto effectu, ita declaratur per Ange.in ſumma in uerbo ſimonia,primo,uerſi.pen.ibi,niſi ſequatur effectus,ſcilicet datio ſpiritualis,cauſa,aſſequutione illius, quod
6 dari aut reddi ſperatur.per Abb.c.nemo, ubi dicit ad diffinitionem ſimoniæ mentalis addi debere,opere ſubſequuto, quia ſola animi intentio ſine effectu non ſubſequuto non facit ſimoniam,vt ibi.uide Angel.in ſumma præallegato loco, vt puta,ſi quis det aut conferat aliquid ſpirituale eo animo,ſpe, vel intentione,vt ſibi aliquid reddat, aliter non daturus,aut conceſſurus,vt per glo.in c.ea parte.el 1.de offi. & poteſt. iud.deleg.per Cacialup in tract.de penſion.quæſt.19.circa principium.& per totum.

Et primò id manifeſtè conſtat per diffinitionem ſimoniæ, quæ eſt,ſtudioſa voluntas emendi & vendendi ſpiritualia ope-
7 re ſubſequuto,ut addit Abb.præallegato loco ad diffinitionem ſimoniæ,& per glo.d.c.qui ſtudet,& glo.in ſumma.1.q.1.& gl. in c.pen.de ſimo.& Abb.in c.nemo,eo.tit. ubi dicit ſecundum Hoſt.ꝙ iſta eſt diffinitio ſimoniæ mentalis, quia per iſtam diffinitionem cum appareat tantùm effectus animi, & cupiditas ſola ſine aliquo pacto vel conuentione præmiſſa,& aliàs prout ibi per eum,non videtur ꝙ ſit per talem diffinitionem comprehenſa ſimonia conuentionalis; unde ad compræhendendum illam,addi uolunt ea,quæ ponit Abb.ibi.unde ſi ſimonia eſt cupiditas,& iſta eſt mentalis ſimoniæ diffinitio,& nõ uidetur dubitari poſſe, ꝙ ſolo mentis cogitatu & animo, nullo tractatu, & nihil ab extra requiſito & adhibito committitur ſimonia. talis eſt doctrina Abb.in c.tua nos.eod.tit.ubi dicit,ꝙ ſola intentio nunquam inducit ſimoniam, niſi mentalem opere ſemper ſubſequuto,intelligendo vt per Abb.d.loco ſuperius adducto ſecundum opinionem Ioã. And.quem ibi ſequitur Abb. mihi num.5.melius idem Abb. in c.nemo, ubi ponit quotuplex ſit ſimonia,& dicit aliam mentalem,aliam conuentionalem.Mõ-

talem,quæ quando nullo præcedente pacto exprelsè,ſed tacitè agitur,vt detur temporale pro ſpirituali,opere ſubſequuto, vt ibi,mihi nu.6 eſt tex.& ibi glo.in c.quicunque 1.q.1.in quo habetur,ꝙ qui ſtudet pretio mercari ſacrum ordinem,ille inaniter concupiſcit uocari ſacerdos,& gl.ibi in term.Abb. c.ſuam, mihi.num.3.uerſi.2.collige.de ſimon.ubi dicit ꝙ mẽtalis ſimonia eſt, ubi intentio tantùm deprauata interuenit, & non pa-
8 ctum,& ſola pœnitentia aboletur abſque reſtitutione, Abba. melius in c.conſulere,in fi.eo.tit.ubi dicit, ꝙ ſi non interuenit pactum,ſed praua tantùm intentio cum opere ſubſequuto,tũc eſt ſimonia mentalis.ibi in fine,& Fel.ibi.melius idem Abb.in c.ex tuæ,de ſimo.per quæ loca optimè conſtare vides ꝙ mentalis ſimonia eſt,quando ſolo animo,nullo aliunde adminiculo adhibito deſideratur, & optatur aliquid recipi temporale pro ſpirituali,& illud conſequitur,quod eſt de neceſſitate,quia ſi non ſequatur effectus,licet ſit peccatum mortale habere talem animum & mentem deprauatam,non eſt tamen ſimonia. per Angel.in ſumma in uerſi.ſimonia,primo,circa finem. Nec profectò ideſt ſine ratione.quia ſi adminiculũ ab extra aliquid requireretur, & ſola animi mente & cogitatu non perficereᷣ, non vocaretur mentalis, & a mente abſolute nomen habere non poſſet,ſi ad illius exiſtentiam & effectum aliunde adminila quàm a mente habere deberet, a qua cum ſit denominata, eſt diceudum,ꝙ ab illa naſcatur & proueniat, & uti totale habet nomen & nominationem, ita etiam integraliter habeat illius naturam,qualitatem,& eſſentiam,prout in ſimili uidemus de conuentionali, quæ a conuentione fuit producta & denominata,& ad propoſitum præſentis quæſtionis vide quæſtionẽ præcedentem in princ. Et ſola animi deprauata intentio ſine opere ſubſequuto,ideſt,ſola mens conſequendi quid temporale pro ſpirituali ſine opere ſubſequuto non videtur ſimonia,ex quo non eſt ſortita effectum deſideratum, immo in ſe ipſa interijt.& ex quo ſimonia mentalis diffinitur per Abba. & alios communiter ꝙ ſit opere ſubſequuto,ut per Abb.d.c. nemo.de ſimonia ut diximus ſuprà in præſenti quæſtione,ideſt uoluntate ad aliquem actum exteriorem producta.gl.in c.reperiuntur in uerſi.uelle.1.q.1.ſed eſt bene peccatum, pro quo uti de alijs mentis peccatis a Deo ueniam poſcere debemus. Sed ad illa, quæ in contrarium adducta ſunt ſuperius de cap. ſed penſandum.7.diſt.reſpondere poſſe dicimus,quia verùm eſt, ꝙ ſuggeſtio prima peccati in mente hominis, & ille primus ingreſſus diabolicus non eſt, neque conſideratur vti peccatum,vt ibi dicit tex.ſed ſi ſequatur delectatio mentis in illo, prout eſt in caſu noſtro,quando deſideratur animo illud temporale pro ſpirituali, per quod committitur ſimonia, non poteſt non eſſe, neque non dici peccatum,quia per illam animi delectationem incipit naſci,& tantò magis quando illa delectatio,deſiderium & affectus fuit ad actum perductus per aſſequutionẽ rei, quã affectabat,per quam affectata eſt ſimonia mentalis, quia per illum conſenſum,completum eſt peccatum, ut benè per text. ibi,vbi ponitur ꝙ iſtis tribus vijs & medijs deuenitur ad peccatum,ortum videlicet,educationem & conſummationem:un-
9 de cum non ſimus in terminis primæ ſuggeſtionis peccati in mente hominis,ſed caſus noſter ad ulteriorem actum proceſſit,puta ad delectationẽ,ac etiam conſenſum,& conſummationem deſiderij & uoluntatis,prout eſt, ubi ſimoniacus deſiderat,& deſiderij finem aſſequendo pro ſpirituali temporale aſſequitur,non bene infertur a ſuggeſtione peccati in mente ad cupiditatem ſimoniacam,per quam iam prima ſuggeſtio incipit delectare, quia ſunt inter ſe diuerſa, in quibus regulariter non fit illatio.l.Papinianus exuli.ff.de minor cum ſimilibus.

Prout nec minus obſtat glo.c.reperiuntur.1. q.1. Hoſt.relatus per Abb.& Fel.in c.tua nos,eo.tit.de ſimon. quia intelligũt & loquuntur de ſimonia pœna punibili,& de alia ſimonia quã mentali,ut ibi,quæ non requirit de ſui natura actum exteriorẽ aliquem,ſed nudo animi cogitatu, opere ſubſequuto perficif, vt latè ſuperius fuit dictum.Nec minus facit contrà,ꝙ ſimonia ſit delictum, quod atrociter caſtigetur, & ꝙ caſtigatio atrox præſupponat delictum non leue,& ꝙ aperta,grauis,extrinſeca punitio præſupponat ẽt delictum tale, & ꝙ tex.in c.qui ſtudet. 1.q.1.habeat uerbum,ſtudet,quod denotat & importat animi deſiderium & affectum, per quem ſimoniam potius mentalẽ, quàm aliam innuat,quia cum iure reperiatur, ꝙ ſimonia conuentionalis & realis puniatur,non autem mentalis, & in men-
10 tali ſit prout eſt expreſsè diſpoſitum, ꝙ per pœnitentiam ac ſatisfactionem Deo creatori offerendam aboleatur. d. c.fi.abſq; aliqua etiam habitorum & receptorum reſtitutione, & ſine aliqua caſtigatione & pœna, intelligendum eſt, ꝙ pœnæ ſunt adiectæ non mentali,prout & intelligit gloſſ.ibi, timens de tali obiectione in uerſi.ſtudet.Inquit enim,ſtudet,intellige cum effectu,ideſt opere ſubſequuto,& adepta ac acquiſita re,quæ deſiderabatur.ut per Abb.in ca.nemo, de ſimonia, & ita intelligi debet ſemper ne iura iuribus, & leges legibus contrariari, ac repugnare uideantur,in quibus nulla eſt neque reperitur contrarietas aut repugnantia, vt latè per domin. Ioan. Gopum in

ſuo

Source : BIU Cujas

ſuo quem compoſuit tractatu de fructibus. cap. 3. tractatuum, mihi uol. 16.

Deuenio ad ſecundum caput, & ſecundum membrum qõnis propoſitæ. An videlicet recepta ex cauſa ſimoniæ mentalis, reſtitui debeant, prout ex cauſa alterius ſimoniæ? quamuis de hoc latius dicetur infra in tit. de pœna ſimoniæ mentalis. Non uidetur probabiliter dubitari ſuper hoc poſſe, ꝙ recepta quoque ex hac ſimonia reſtitui non debeant. & eo maximè cum per conſequutionem illius, quod ſimoniacè recipitur, mens effectuauit intentum ſuum, & peccatum ad ſuum ſit finem perductum, & delictum conſummatũ, quod infringi, & infectum reddi non poteſt; niſi eiſdem met cauſis, quibus mediantibus ad eſſe fuit perductum ad non cauſas, & non eſſe reductis, & actibus ad non actus, per Dyn. in regula peccatum. 2. col. c. omnis, aliàs c. 1. de reg. iur. extrà, facit gloſſ. quæ hoc dicit in terminis in c. quicunque. 1. q. 1. vbi dicit ꝙ ſi peccatum non proceſſit ad actum aliquem, ſola contraria voluntate deletur, ergo ſequuto actu & recepto eo, quod appetebatur, & deſiderabatur
11 ſumpto argumento a contrario ſenſũ, quod valet in iure, & eſt lex, per Dyn. in regula peccatum, col. 2. uerſi. reſtituitur. ſola voluntate, ſine reſtitutione, vel ſine reſignatione acquiſitorũ nõ deletur, quæ cum duo in perpetrando peccato aut delicto cõcurrunt, voluntas videlicet & actus, non deletur peccatum ſola pœnitentia nec ſola voluntate contraria, niſi ſequatur etiã actus deletio & ſublatio puta actus actui cõtrarius, vt ad ablationem reſtitutio, ad voluntatem pœnitentia. Petrus de Anch.
12 in c. mediatores, de teſt. in 6. vbi dicit, ꝙ vbi interuenit culpa & receptio, ibi eſt neceſſaria pœnitentia & reſtitutio, & cum duo fuerint vincula ad ligandum, non vnius tantùm habet fieri ſolutio, ſed duorum, vt delinquens vel peccator in totum & nõ pro parte ſoluatur & liberetur, quibus duobus exiſtentibus, vno ſublato alterum remanet. ergo de neceſſitate eſt ablatorum & receptorum facienda reſtitutio, vt in totum euacuef, aut axpurgetur peccatum, quia non fuit ſtatum vel permanſum in terminis ſolius nudæ voluntatis, ſed ad actus vlteriores proceſſum, facit tex in §. fi. & ibi gl. in verſi. neque pretio. §. itẽ per acceptilationem. uerſi. quo genere, inſtit. quibus mod. tol. oblig. ubi verbis contracta obligatio, contrarijs verbis diſſolui tur, conſenſu contracta diſſenſu diſtrahitur & reſoluitur, ꝙ nil tam naturale quàm eodem genere ſolui quo ad colligatũ eſt. l. nil tam naturale quàm eodem genere ſolui. quo colligatum eſt. l. nil tam naturale. ff. de reg. iur. & omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. cap. omnis res, aliàs. c 1. de regul. iur. Et peccatum non remittitur ſine rerum
13 reſtitutione. c. cum tu & ibi Abb. de vſur. eſt tex. in regula peccatum, de regu. iur. ad quam regulam dant limitationem & reſtrictionem, videlicet, ꝙ tunc fiat rerum ablatarum reſtitutio, quando videlicet illæ reſtitui poſſunt, quia ſi ablator non habeat facultatem rei reſtituendæ, tunc quia eſſet impoſſibilis reſtitutio, ad quam nemo neceſſitatur aut obligatur. c. nemo poteſt, de reg. iur. in 6. cum ſimilibus vt per Dyn d. regula peccatum, uerſi. ſed ſi non habent facultatem vbi quærit & diſputat, An ſi non poſſit quis reſtituere poſſit abſolui? vbi vide eum. nõ debet arctari aut cogi ad reſtitutionem impoſſibilẽ, pro quo omnino vide Nicolaum Plou. in tract. ſuo de ſacramen. c. 9. 4. partis, vbi ponit caſus, quando poſſit & debeat fieri reſtitutio. uide etiam Scot. in ſententiarum 4. diſt. 15. q. 2. vbi ponit in quibus ſit facienda reſtitutio.

Facit dubium tertio loco, quia recepta ex cauſa ſimoniæ, nõ eſt dubium ꝙ ſunt recepta ex cauſa peccati, quia ſimonia eſt peccatum & peccatum punibile. toto tit. extra de ſimonia, & tota cauſa. 1. q. 1. ubi habetur & tractatur materia ſimoniæ, id quod ex eo apparet, quia ſiue ſit in prohibitis de iure diuino, ſiue de iure poſitiuo, ſemper corrigitur, quia in illis de iure diuino, pœnitentia & etiam ſecundum nonnullorum opinionẽ, reſtitutione, ſicut vſurarius mentalis per Hoſt. d. c. fi. relat. per Ang. in ſumma, in ver. ſimonia primo, uerſi. pen. num. 6. in illis uerò, quæ ſunt de iure poſitiuo, animi pœnitentia corrigitur, vt per tex. & Doct. ibi. & quæ ex cauſa peccati mala mente, & contra conſcientiam accipimus, non video quomodo licitè, & ſine peccato, & eum bona conſcientia retinere poſſimus, ergo ſi non ſine peccato, ſi non cum bona conſcientia, indubitatè eſt facienda reſtitutio, quia nihil contra conſcientiam facere debemus gl. c. ſi quis. in uer. dicturi. 50. diſt. & a peccatis quãtum fieri poteſt abſtinere.

Facit quarto loco dubium, quia illud, quod ex mentali ſimonia capitur, ab aliquo aufertur, quia propter damnum & detrimentum ſentit, & patitur, vnde damnificatio, ſine emendatione, & reſtitutione, ſola animi uoluntate, per quam ſolo Deo creatori, qui mala animi mente, & ſola voluutate offenditur c, iniquitas. 50. diſt. de pœn. non reſarcitur, quia homo, qui rem detinet alienam, nec Deo ſatisfacere, nec reconciliari poteſt. Nicol. Plou. in tract. de ſacramen. c. 9. 4. parte vnde vt ceſſet dã-
14 num, vt ſatisfiat cui debetur, vt ꝙ contra iuris diſpoſitionem factum fuit, non factum reddatur, & in priſtinum ſtatum repo natur aut reducatur, debent ablata reſtitui, & amota ad ſua loca ubi erant reponi. pro quorum ſimili, vide quod habetur ꝑ Aret. §. fi. inſtit. quib. mod. tol. obliga. in uerſi. quæ conſenſu. & omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur. primo facit tex in §. fi. inſt. quib. mo. tol. oblig. & cuius cõſenſus in contrahendo requiritur, eiuſdem & in diſſoluendo interuenire debet, auth. contra ſi filij. C. de repud. in fi. ubi Bar. Hippol. de Marſi. ſing. 669. adducta latè per Decium in l. nihil tam naturale. de reg. iur.

Quinto loco facit dubium vnum valde ſimile de vſura. cap. conſuluit de uſur. qui ea mente & animi propoſito aliquid dedit vt plus recipiat, licet omni pacto & conuentione ceſſante, eſt iudicandus male agere & ad ea, quæ ſic ſunt accepta, reſtituenda efficaciter compellendus, id quod magis in caſu nro & a fortiori dicendum uidetur, quia ſimonia eſt maius peccatum, & delictum, quàm ſit vſura, quæ eſt maior delicto homicidij, & æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, & aliàs prout late per nos fuit dictum in proxima præcedenti queſtione. uerſi. 2. certum eſt.

Quibus tamen in aliquo non obſtantibus, videtur ꝙ ſit tenẽ dum in contrarium, ꝙ uidelicet non ſit neceſſaria reſtitutio
15 ad ſatisfactionem delicti, ſiue peccati ſimoniæ mentalis, per tex. qui dicit ad literam in c. fi. de ſimonia, cum ibi glo. & gl. in c. niſi cum pridem, de renuntiat. gl. in c. Saluator. 1. q. 3. Abb. c. ex parte. il primo. de off. deleg. fol. 69. ubi vide Barbat. Fel. in c. tua nos, de ſimon. uerſi. in glo. fi. ubi dicit ꝙ ſufficit pœnitentia ſine reſtitutione. Card. c. 1. q. 25. de uſuris, vbi dicit ꝙ ſimonia mentalis non obligat quem ad reſtitutionem. gl. in c. 1. de cler. non reſid. gl. c. conſuluit. 74. diſt. Et ratio poteſt eſſe, quia cum ſimonia mentalis ſit minus peccatum, quàm alia ſimonia, puta conuentionalis, quæ eſt deteſtabilior, & magis execrabilis quã ſit mentalis, per Abb. cap. conſulere. extra tit. de ſimonia, minori & leuiori indiget pœna, & pœnitentia, unde ſufficiente in eo ſola animi pœnitentia, non vr ꝙ reſtitutio ſit neceſſaria.

Secundo loco adduci poteſt & alia ratio, quia peccatum occultum, prout eſt ſimonia mentalis, quod cum nullo fuit communicatum, non debet publicari vel manifeſtari, quia non eſt tutum punire exceſſum ſecretum. Cardinalis Zabarella in ca. ex tuæ, de ſimonia quia, ſi manifeſtetur, de paruo fit magnum, & de magno maius & maximum, propter ſcandalum, vt dicimus, ꝙ oritur ex tali peccati ſiue delicti publicatione. Vnde & ab illis omnibus eſt euitandum, per quæ occultatum detegi, & manifeſtari poſſit delictum, & ſcandalum oriri, prout dici poteſt de actu reſtitutionis, quæ ſi fieret, tacitam aliàs & occultã ſimoniam publicaret, per quod veniret ſcandalum, a quo ca-
16 uere debemus, per illud Euangelij. Væ homini illi per quem ſcandala &c. Et pro uitandis ſcandalis aliquando diſcedimus a reg. iuris communis. 50. diſt. c. vt conſtitueretur, cùm alijs allegatis per gl. c. qui ſcandalizauerit. extra de reg iur.

Nec obſtat illud, quod primo loco fuit adductum in contrarium, ꝙ ex quo per acquiſitionem rei deſideratæ in ſimonia mentali mens effectuauit intentum ſuum, & peccatum fuit conſummatum; unde niſi reductis eis cauſis, per quas fuit ad peccatum ſiue delictum proceſſum, ad non cauſas, & ad non eſſe non reducitur. & ꝙ conſenſu contracta, contraria voluntate & diſſenſu diſſoluuntur & diſtrahuntur, & uti, ſi peccatũ ad actum non proceſſit, ſola voluntate, & animi pœnitentia deletur & expungitur; ita a contrario ſenſu ſi proceſſit ad actum, ſola uoluntas non ſufficit. & ubi duorum uinculorum eſt concurſus ad ligandum, eorundem quoque duorum debet eſſe diſſolutio. Et ꝙ peccatum non remittitur, niſi rerum ablatarum ſequuta reſtitutione. c. cum tu. & ibi Abb. & ꝙ recepta ex cauſa ſimoniæ, ex quo ex cauſa mala ſunt acquiſita, cum bona conſcientia retineri non poſſunt; vnde reſtituenda ueniũt.

Quia reſpondetur, quod iſta procederent, & haberent locũ forſan quando a iure contrarium expreſſum non eſſet, prout eſt in caſu noſtro, vbi iura cantant clarè, ꝙ ſola animi contritio, & ſola animi pœnitentia de mente deprauata ſufficiat ad delendum ſimoniæ mentalis peccatum, etiam abſque aliqua acceptorum reſtitutione, aut acquiſitorum reſignatioue. per tex. in c. fi. de ſimon. & ibi glo. per glo. in c. niſi cum pridem, de renunt. c Saluator. 1. q. 3. cum alijs ſuperius latè adductis.

Nec eſt ſine multis limitationibus & reſtrictionibus illa regula, ꝙ eiſdem met cauſis, quibus contrahitur, eiſdemmet diſſoluitur & diſtrahitur, quia habet primum locum regula in tẽporalibus obligationibus & contractationibus, ſecus in ſpiritualibus, puta in Baptiſmo, in Matrimonio, in Ordinatione, & alijs ſacramentis ſpiritualibus, quæ ſemel habita, nunquam mutantur, in quibus dicta regula non vitiat, vt per gloſſ. cap. 1. extra de reg. iur. & ſpiritualia difficilius deſtruuntur, quàm conſtruũtur. Alb de Roſ. in l. adeò. ff. de acquir. rerum dom. num. 3. col. 2. fol 77.

Secundo loco, quia ſtante in caſu noſtro expreſſa iuris diſpoſitione, per quam datur præciſè modus & forma delendi peccatum ſimoniæ mentali, non eſt neceſſe ſeruare regulam reducendi

ducendi oēs causas, quibus mediantibus fuit factum delictū, siue contractum peccatum ad non causas, & ad non esse: & eo maximè, quia si attendantur verba, & sanus intellectus regulæ.c.omnis, extra de reg.iur.& ēt verba.l.nihil tam naturale. ff.de regu.iur.non inducitur necessitas ꝙ hoc semper ita fieri debeat, & sit necesse, vel ꝙ aliter fieri non possit, vt per glo.ibi, quæ dat ad regulam plures instantias & plures limitationes, puta, de acceptilatione, de solutione, & alijs, per quæ apparet ꝙ obligatio & contractus soluitur ēt alijs modis, & alijs causis & medijs, quàm quibus sit contractus, quia per acceptilationem soluitur verbis contractus, & ēt re, deducta tñ in aquilianam, §.item per acceptilationem, uersi.quo genere, instit.quibus mod.tol.oblig.& solutione illius, quod debetur, soluitur obligatio, quæ sit consensu uel aliàs contracta. Item & nouatione.§.præterea.insti.eo.tit.prout nec minus illud obstare debet, ꝙ quæ ex cā simoniæ accepimus cū bona conscientia retinere non possumus, quia responderi potest, ꝙ authoritate & permissu legis & iuris facimus illud contra conscientiam facere non videmur: unde peccato aut delicto aliquid ascribi non pōt, quia bene facit, qui permittente iure aut lege facit, & benè possidet, qui authore prætore possidet.l. iustè possidet qui authore.ff.de acquir.poss.cum similibus ibi in gl.allegatis, prout est in casu nostro, ubi ex dispositione iuris taliter acquisitorū & receptorum est remissa restitutio; vnde si non restituas, nō uideris facere contra conscientiam, qui legis & iuris dispositione es excusatus & tutus, quæ taliter acquisita licite retinere concedit.d.c.fi.extra de simonia.

Nec etiam facit contra, quod quarto & quinto loco suprà dicebamus de proprietario dānificato, cui ad cessationem dāni, quod patitur & illius emendationem, omninò fieri debet restō illius ablati, & de vsurario in c.consuluit, quia in casu nostro non habet lex, siue canonum dispositio hoc pro damno, aut tale damnum, vt damnum in consideratione aliqua; ex quo non fuit ei tam a recipiente illatū, quàm sibi ab ipsomet, qui sponte dedit, causatum; à quo pariter delictum & peccatū fuit commissum in dando; quia tam ex parte dantis, quàm ex parte accipientis simoniacè committitur peccatum.gl.in uer.
18 ab annis.30.c.quæsitum.1.q.3.& illius, quod turpiter dedit, nō debet aliquo modo sperare restitutionem, aut recuperationem, qñ nulla competit repetitio.per tex.in l.1.& l.2.ac toto tit.ff.de condic.ob turp.cām.& ꝙ nostra sponte & voluntate facimus, si damnosum vel aliàs præiudiciale resultet, nisi nobismet imputare aut ascribere debemus: quia uolenti non fit iniuria.l.1.
19 §.usque adeò.ff.de iniur.l.in diem.ff.de aqua pluu.arcen.l.quāuis.ff.de in ius uocan.& omnia † nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur, per ea, quæ Arch.allegat.c. cum quæstus.9.q.3.uersi.iurisdictione. Ad tex.uero in c.consuluit.de usur.stante expressa in casu nr̄o iuris dispositione, & alijs suprà adductis, quæ esset frustratorium & inane hic repetere, poterit satis sufficienter esse responsum, addito illo, ꝙ usura est in utroque testō prohibita, unde propterea in ea fit restitutio, & alijs latè per Abb.adductis, quē in c.fi.de simon.multas alias rationes diuersitatis allegantem uidere potes.

Sed Ang.in sua summa in verbo simonia, uersi.simonia.7. dicit, hoc non esse perpetuo, & semper verum, sed secundum distinctionem, quam ibi tradit, videlicet, vel simonia de cuius restitutione agitur, est de iure positiuo, idest commissa & perpetrata super illis, quæ sunt prohibita de iure positiuo, de quibus latè supra, & in quibus terminis loquitur tex.in c.fi.secundum eundem Ang.uel de iure diuino, si quidem de iure positiuo nulla uenit omnino facienda restitutio, quandoquidem ita fuit per ius cautum.d.c.fi.de simon.quod intelligitur & habet locum in his, quæ sunt iuris positiui, non in alijs.

Si uero simonia sit in his, quæ sunt prohibita, quia simoniaca, & sic in simoniacis de iure diuino: tunc tenet ꝙ sit necessa-
20 ria restitutio, iuxta distinctionem vsurarij mentalis, quia si mutuans cum intentione & animo vsuram recipiendi, aliquid recipit, receptum restituere tenetnr, per eūdem Ang.in uer.vsura, in principio, & per eūdem in uer.simonia 7.in prin. sed pro hoc uide Abb.in c.fi.eo.tit.in fi.ubi distinguit, uel intentio fuit principaliter uel secundario, si principaliter, ꝙ debeat fieri restitutio, si secundario non est facienda.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualium alia per comparationem ad Spiritum sanctum, alia per comparationem quò ad Spiritum humanum.*
2 *Spiritualium quò ad Spiritum sanctum, alia incorporalia, vt uirtutes & dona Dei, alia corporalia, ut reliquiæ sanctorum.*
3 *Spiritualia corporalia, licet de iure vendi non poßunt, tamen de facto bene alienantur, non tamen absque simonia.ubi, quod reliquiæ sanctorum non sunt uenales. & reliquiæ extra capsam ostendi non debent. ipsæque reliquiæ non uenerantur sine auctoritate Papæ, nec poßunt, de loco ad locum transferri sine auctoritate superioris.*
4 *Duobus modis corpora sepeliuntur. & transferuntur reliquiæ etiam solius præsidis licentia, & ex causa licet reliquias portare ad collum.ubi etiam traditur, quid sit spirituale propriè, & essentialiter sumptum.*
5 *Consuetudo tunc est rationabilis, quando illam non improbant iura, & ibi, spiritualia per statutum quæ sint.ubi etiam habes, quod pro receptione in monasterium nihil dari, uel recipi potest sine simonia.*
6 *Quæ sint spiritualia prouenientia ab auctoritate ecclesiastica. & quod nil dari potest pro absolutione.*
7 *Est licitum pecunia vexationem redimere & est licitum quod suum erat, pecunia redimere sine peccato. & etiam est licitum redimere vexationem super beneficio illatam.*
8 *Ad extraordinaria remedia non currimus quando ordinaria habemus. & ibi, quod insordescens in excommunicatione, & censuris efficitur inhabilis ad actus legitimos.*
9 *Casus, in quibus auditur excommunicatus, excōmunicatione non obstante.*
10 *Annexa spiritualibus quæ sint. & ibi, quod uasa sacra venduntur conflata & confracta personæ secular, ecclesiæ uerò in eadem forma.*
11 *Annexa spiritualibus tripliciter dicuntur. ubi quid sit annexum antecedenter: quid sit iuspatronatus. & quod iuspatronatus transit cum uniuersitate uendita. & casus, in quo non transit cum uniuersitate.*
12 *Quid sit annexum consequenter. ubi quod fructus ecclesia uenduntur. & beneficia ecclesiastica sunt ordinata pro sustētatione ministrorū ecclesiæ.*
13 *Annexa concomitanter. & quę sint spiritualia per comparationem quò ad spiritum humanum. & quæ sint annexa talibus spiritualibus.*
14 *Casus, in quibus pro spiritualibus incorporalibus licitè dari potest aliquid sine uitio simonię, & an spirituale pro spirituali, permutari possit. & quòd pro spiritualibus corporalibus licitè dari possit, nisi inueniatur prohibitum, vt de ibi remißiuè.*

De Spiritualibus. Cap. 4.

NEcerit meo iudicio extra propositum hic aliquid dicere pro istorum oīum veriori & clariori intelligentia, quot modis in iure capiātur spiritualia, quia cognito de spiritualibus, dato ꝙ in spiritualibus simonia committatur, facilius materia intelligetur. Nec omittendo bimembrem distinctionem, quam tradit Ricar.de Mediau.in 4.dist.25.art.3.q.2.3. uidelicet de spiritualibus per comparationem ad Spiritum sanctum, & per comparationem ad spiritum humanum, quamuis dicere de spiritualibus, quo ad spiritum humanum non sit præsentis speculationis, cū partes sint hic nostræ pertractare de spiritualibus quo ad Spiritum sanctum, & de materia propriè spirituali Spiritus sancti, non autem spiritus humani.

2 Reperio spiritualium quo ad Spiritum sanctum, ꝙ quædam sunt spiritualia per essentiam, & secundum essentiam; & istorū aliqua sunt incorporalia, uti uirtutes & dona Dei in animo & mente hominis, dono & uirtute Dei infusæ, prout erat virtus in Apostolis effugandi dęmones, restituendæ sanitatis, conferendi gratiam Spiritus sancti per manuum impositionem, uel aliàs miracula faciendi. & oīa illa, quæ alicui ex aliquo speciali dono uel officio conueniunt, uti est prophetare, & diuinum officium & seruitium celebrare, quæ uocātur spiritualia quasi effectiuè, uti per Ricard.de Mediau.dist.25.art.3.uersi.3. quæritur. uersi.respondeo sicut superius, de quibus idem Ricar.facit unam speciem, sed cum prophetare, miracula facere, & alia huiusmodi sint itidem dono Dei hominibus infusa, uti sunt virtutes & dona Dei: ideo illa primæ speciei spiritualia, cum quibus similitudinem & eandem qualitatem habere videntur, alligauimus, & cum illis unam speciem fecimus, quæ uocantur purè spiritualia proprie & essentialiter per Archid.c.1.1.q.1.& in his non cadit venditio, seu conuentio aliqua ēt de facto, quia cum sint incorporalia non sunt contrectabilia, nec possūnt in conuentionem aliquam cadere.1.q.1.c.1.& ibi gl.& gratis dantur.c.Saluator.ea.cā,& q.sunt tñ ēt incorporalia spiritualia, in quibus pecunia interuenire pōt, prout est in illis quinque casibus, qui ponuntur per gl.1.q.1.in gl.1.de quibus uide latè examinatum per Io.de Sylu.in tract.de beneficio 1.par.q.7.nu.48. Alia sunt corporalia, uti sunt reliquiæ sanctorum, quæ ponuntur per Ang.in summa, non inter spiritualia, sed inter annexa spūalibus, uersi.simonia, primo.nerbo, quod dr̄ annexum, magis tñ arridet opinio Abb.ut uidelicet sint spiritualia corporalia, considerato ꝙ illæ substātiæ ꝓꝓ eorum merita & gr̄am Dei sanctificatę, de per se potius sunt spirituales, quàm spūali alicui annexæ, vt per eum in c consulere, nu.3.de simon.quæ de iure
3 vendi non possūnt, sed de facto bene alienantur, non tñ absq; uitio & peccato simoniæ, per Gofre.1.q.1.qui studet, quia res sacræ uendi non possūnt.c.1.& 2.de reliq. & uener. sanct.& ꝙ reliquiæ sanctorum non sunt uenales, habes text. in l. nemo, la.2.C.de sacrosanct.eccl.quæ ēt extra capsam ostendi non debent ꝓꝓ venerationem, quæ illis adhiberi debet, nec ēt si inuētæ sint de nouo, in publico uenerari debent, nisi prius fuerint authoritate Rom Pont.approbatæ, de cōsecr. dist.1.placuit.& in Summa Con.lib.1.titu.14.de immun.eccles.rub.de reliq.& uenerat.sanct.per totum, & c.2.eod.ti.ubi p̄cipit̄ p̄latis, ne permittant figmentis & falsis documentis hoīes, qui vadunt ad

Source : BIU Cujas

De ſimonia Mentali Guliel. Redoani. j. par.

eorum eccleſias, decipi cã quæſtus atque deludi. ubi ẽt dicit Abb. ꝙ tunc ẽt dicuntur vendi, qñ cã quæſtus & ꝓp quæſtum, non aũt ꝓp uenerationem, aut deuotionem, oſtendunt. Nec poſſunt de loco ad locum transferri corpora & reliquiæ ſanctorum, qñ ſunt perpetuæ traditæ ſepulturæ, niſi cum authoritate p̃p̃, Ep̃i, aut ſanctæ ſynodi diſt. 1. c. corpora. l. nemo. C. de relig. & ſump. funer. ubi inquit tex. ſine affatibus Auguſt. & ibi exponit gl. ꝓp corpus humanum de loco ad locum non tranſferendum. l. ſi nec dum. C. eo. tit. ſecus erit ſi non ſit tradita perpetuo ſepulturæ, ſed ſit depoſita, uel aliàs. nam iſtis duobus modis
4 videntur corpora ſepeliri, quia tunc ſine licentia poſſunt transferri. d. l. ſi nec dum, aut ſi immineat aliqua vrgens cã, puta vis fluuij ſuper excreſcentis propè quem ſint ſepulta corpora, qa tunc tali exiſtente cã, ſola authoritas præſidis loci, ſine p̃p̃ uel Ep̃i licentia ſufficit. l. 1. C. de relig. & ſumpt. fun. Et ſi furto ſubtrahantur reliquiæ, licet id ẽt ex deuotione fiat, committunt fures ſacrilegium. 17. q. 4. quiſquis. Arch. c. corpora, de conſecr. diſt. 1. & ꝙ poſſint reliquiæ ſanctorum ad collum, & ſuprà ſe portari ex deuotione, dicit. S. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. ubi idem ꝙ de verbis, ſicut i de Euangelio S. Ioannis, uel alijs verbis & verſibus, quia ſi portentur ad veram fiduciam Dei & Sãcti, cuius ſint reliquiæ, non eſt illicitum, ſi autem ad aliquid aliud uanũ, & ſuperſtitioſum attenderent, tunc eſt illicitum.

Quædam ſunt non per eſſentiam ſpũalia, ſed per cãm, & inſtrumentaliter, uti ſunt ſacramenta ſtrictè & largè ſumpta, quę ſunt ſpũalia rõne cãæ, quia ſunt inſtr̃a & cãæ, ꝓp quas conſequimur gratiam ſpũalem, & uocantur ſpũalia ẽt eſſentialiter propriè accepta in aliquo corporali. Arch. d. c. 1. 1. q. 1. quod videtur contrarium, ex quo iſta non ſunt eſſentialiter, ſed intellige ꝙ ſpirituale propriè eſſentialiter ſumptum in aliquo corporali, & gratia ſacramentalis, non aũt ſacramenta, prout exemplũ dat Arch. dicto loco, prout eſt, inquit, gratia ſacramẽtalis, ideſt, quam medio ſacramenti conſequimur, quæ debet eſſe quid plus quam ſacramentũ, quod de per ſe, & ſine gratia acceptũ, põt bene dici ſpirituale, non per eſſentiam, ſed quodammodo cã. & inſtrumentum ad obtinendam gratiam ſpũalem, & quia ſunt corporalia cadunt in connentionem, contractum, & pretium de facto, non tñ de iure ſine vitio ſimoniæ. per eundem Ricard. de Mediau. præallegato loco. pro ſepultura enim, chriſmate, oleo, & benedictionibus nubentium, ſeu alijs ſacramentis, nulla cuiuſquam exactio attentetur, nec ẽt ſi aliqua de hoc inualuiſſet forſan conſuetudo, quæ ſi ſit, non præter ius, immo pia & fauorabilis, eam præſcriptam tenentur ep̃i & clerici obſeruare, vtpote illam quæ eſt, ad dandum ſingulis annis candelas de cera alba, ad quam conſuetudinem introducendum ſufficiunt. 10. anni, in quo caſu valet conſuetudo, licèt exactio nõ ſit licita, ut recipiatur ſponte datum. per Doct. in c. ad Apoſtolicam, extra de ſimon. Abb. in c. cum ab omni, col. 4. de uita & honeſt. cler. Arch. in c. ſi quis. 41. diſt. Feder. conſil. 250. incipit, Reuer. Pater. ſed melius per Abb. multa allegãtem in c. ſua nobis. de ſimon. mihi num. 8. ſed conſuetudo cõtra canonum & iuris diſpoſitionem expreſſam, non debet attendi, cum nõ poſſit facere licitum illud, quod nedum non eſt permiſſum, ſed expreſsè prohibitum. c. fi. extra de conſuet. c. nõ ſatis, & c. cum in eccleſia, de ſimon. Abb. in c. ea quæ eo. tit.

Et conſuetudo debet eſſe rationabilis, & legitime p̃ſcripta;
5 & tunc intelligitur rationabilis, qñ illam non improbat iura, per gl. d. c. fi. quæ ibi multa adducit. & an & qñ ſit rõnabilis, quia non datur certa regula, relinquitur arbitrio iudicis, ut p Arch. c. leges, diſt. 4. nu. 8. uerſi. in ea gl. & an poſſit induci cõſuetudo, vt pro talib. aliquid exigatur, vide Abb. in c. ſuã nobis, ext. eo.

Quædam ſunt ſpũalia per ſtatutum, ut eſt religio, puta ꝙ recipiens aliquem in monaſterium, nihil propterea tpale recipere poſſit, aut receptus pro ingreſſu nihil ſoluat, quod eſt ſimoniacum. c. dilectus filius, el 2. de ſimo. & c. ueniẽs. eo. tit. ubi. 30. ſolidi, qui fuerant dati Abbati & fratribus per receptũ in monaſterium, mandantur per eoſdem fratres & Abbatẽ reſtitui, ſuſpenduntur Abbas, & maiores perſonæ monaſterij ab exequutione officij, & receptus in alium ordinem, & in aliud monaſterium, in monaſtico habitu ad deſeruiendum Deo intruditur. unde in iſtis non cadit merito uenditio, aut contractus ſine uitio ſimoniæ, dictis iuribus, & hanc ſpeciem ſpiritualium ponit Abb. in c. conſulere, extra de ſimon.

6 Quædam ſunt ſpũalia, quæ a ſpũali proueniunt ptãte, & eccleſiaſtica authoritate, puta excõicare, pœnitentiã dare, abſoluere. 16. q. 1. interdicimus. c. accedentibus. de exceſſ. p̃lat. Arch. c. auaritiæ, extra de elect. abſoluere excommunicatum a cenſuris, pro qua abſolutione cum ſit miniſterium ſpũale, pecuniã aut quicquam aliud, iudex aut hmõi ptãtem, uel authoritatem eccleſiaſticam obtinens, petere aut exigere non debet, & ſi ſecus faciat, ſimoniam committit. c. non ſolum. 1. q. 3. quia indignum eſt, & eccleſiaſticæ rõni contrarium, uti abſolutionis beneficium a pretio redimatur. c. ad aures. de ſimon. ubi mouet gl. dubium. An videlicet ſi quis pro obtinenda abſolutione derit aliquid, ſit commiſſa ſimonia, & ſi quidem cum iniuſtè ſine iure & quaſi de facto denegatur abſolutio, qñ iuſte petiẽ vr̃ tenere illa gl. ꝙ non, quia vr̃ quis uexationem indebitam
7 pretio redimere poſſit ſine peccato, & a moleſtia de facto ſibi illata mediante pecunia moleſtatus, licitè & ſine turpitudine põt ius ſuum redimere. c. dilectus, & ibi gl. de ſimon. quæ dicit, ꝙ in iſto caſu non ex parte dantis, ſed ex parte accipientis committitur ſimonia: quia qui dat, non dat pro iure acquirẽdo, ſed pro acquiſito retinendo & confirmando, quia qui dat iſto caſu non vr̃ dare in emptionẽ rei ſpiritualis, ſed ad tollendũ impedimentum & obſtaculum rei ſacræ, & rei ſpirituali fictũ & cauſatum, quod vr̃ licitum, per iura ibi per eum adducta, quia licitum eſt, quod ſuum erat, redimere, ſine uitio ſimoniæ, gl. c. quæſitum. uerſi. ab annis. 30. q. 3. & glo. in ſumma. 1. q. 1.

Et qui habet ius in re, uel in beneficio, ſuper quo vexatẽ uel moleſtatur, ſine peccato & ſine uitio ſimoniæ põt ſe a vexatione & moleſtia cum pecunia & pretio redimere. c. quæſitum. 1. q. 3. cum ibi gl. c. cum pridem, extra de pact. Quod tñ intelligũt, non indiſtincte uerum Gofre. & Inn. d. c. ad aures, quia ex quo petens abſolutionem, qñ ſibi iniuſte denegatur, põt ab talis denegationis grauamine appellare, & ad ſuperiores recurrere, quia quoties competunt remedia ordinaria, nunquã ad extra-
8 ordinaria recurrere debemus. l. in cã. l. 2. ff. de minor. cum alijs ibi adductis per gl. non debet eſſe facilis ad procurandum via extraordinaria, & indirecta, & pecunia, quod uia recta & ordinaria conſequi põt; nec debet medio & uia non iuſta, aut ſuſpecta ſcandali, uel peccati quis illud tentare, quod medio & uia licita & ordinaria conſequi poteſt. Vnde gl. põt dicere uerum, ꝙ pro abſolutione quis põt ſoluere pecuniam ſine uitio ſimoniæ, ſi uidelicet graue aliquid periculum petenti abſolutionẽ, aut dãnum ex dilatione abſolutionis immineat, uel oriri poſſet, ut quia ſequenti die debebat in electione interuenire, uel oriri poſſet, ut quia ſequenti die debebat in electione interuenire uel eligi, uel quia niſi ageret, incurreret in præſcriptionẽ, aut ei aliquo mõ ius pereat, quod non poterat ſine abſolutione, quia in cenſuris & excommunicatione inſordeſcens aut permanens, eſt & habetur inhabilis ad actus legitimos, & non poteſt agere uel eligi, vt per Abb. c. ad probandum, extra de ſentent. & re iudic. Fel. c. uenerabilem. de except. nu. 1. ubi apparet, ꝙ excommunicatus in iudicijs communibus, puta finium regundorum, familiæ herciſcundæ, & ſimilium põt eſſe & cõparere, qñ tñ non apparet quis primò prouocauerit, per quod firmatur regula in contrarium, ꝙ in alijs iudicijs prohibeatur comparere, quia illud, quod certis & determinatis caſibus eſt permiſſum, uidetur regulariter prohibitum. l. ait prætor, & ibi Bar. ff. de iudi. Quod tñ vr̃ limitari, ſi res ſit tpe peritura, uel qñ
9 prætendit ſe defendere a grauamine non reparabili de facili, puta, quando haberet debitorem fugitiuum, quia debet tunc audiri excommunicatus circa capturam, per Abba. in c. cum inter, de except, col. 4. uerſi. 2. Fel. d. c. cum inter. uerſi. limita ſecundo. num. 16. Vnde cum propter vrgentiam, & grauitatem imminentem, ei non eſſet bonum, uel tutum ire per ordinaria expectare remedia, ex quo magis prouidere tenemur, ne malum naſcatur & proueniat, quam illi nato remedia & medicamenta poſtea quærere. l. fi. C. quibus ex cauſ. in integ. reſt. eſt neceſſ. & imminenti periculo omni, quæ ſe melior offerat uia, obuiare debemus. c. quantæ. de ſent. excommu. non videtur ꝙ tali caſu prohibitum eſſe deberet, ꝙ pro obtinenda abſolutione quis ſolueret pecuniam.

De Annexis ſpiritualibus.

10 Quædã uerò non ſunt ſpũalia, ſed ſpũalibus annexa, quæ & duob. modis accipiunt, vno mõ uidelicet per cõparationẽ ad ſpiritũ humanũ, & alio mõ p cõparationem ad ſpiritũ S. & hoc duob. modis accipit, quia alia ſunt annexa ſacramẽtis, prout ciboria, eccleſiæ, & ius ſepulturæ. c. eccleſias. 13. q. 1. Itẽ uaſa ſacra, ueſtes ſacerdotales, & ad altaria & ſacrificia deputata, & oẽ illud, in quo. ſpũalia adminiſtrant, q̃ uocant ẽt ſpũalia participatiuè, ex quo de conſecr. quæ fit ſpũali benedictione participãt. Arch. c. 1. q. 1. quæ cũ ſint corporalia, non habita cõſideratione aut reſpectu ad conſecrationẽ videnr̃ uendibilia, uaſa tñ cruces, candelabra, & ſimilia, ſi tñ conflata & confracta, ideſt, in maſſam redacta ſint, & eis forma penitus ablata rerũ eccleſiaſticarũ reſpectiuè uẽdi poſſunt, cùm nõ ſit licitũ eadẽ formam in uſum pfanũ ea ſeruare & retinere, quã in uſu ſpũali habuerunt. 12. q. 2. c. aurũ, ꝙ tñ intellige ſi perſonæ ſæculari fiat uenditio, ſecus uerò ſi alij eccleſiæ vendant, quia cũ eadẽmet forma abſq; eo ꝙ ſint cofracta, uel cõflata ꝓmanere poſſunt. Rich. de Mediau. diſt. 25 art. 5. uerſi. 3. quærit, uerſi. rñdeo ſicut ſuperius.

Alia ſunt annexa, q̃ alicui ex aliquo ſpũali dono, aut officio
11 cõueniunt. Et hoc tripliciter ſumit. Aut. n. intelligitur annexũ antecedẽter, aut conſequẽter, aut cõcomitanter. Antecedẽter uerò annexũ intelligit, vti de iure patronatus, qđ cõpetit alicui in aliqua eccleſia, quod eſt ptãs p̃ſentandi clericum ad beneficia eccleſiaſtica. per Abb. in rubr. de iure patron. quod nõ vẽditur

Source : BIU Cujas

ditur de per ſe,& ſeparatim.c.de iure.c.quia clerici de iur.patr. c.quæſtum de rer permu.& c.quanto.de iudic. Bene verū eſt, ꝙ tranſit cum vniuerſitate vendita,aut aliàs translata in uniuerſali,niſi tñ excipiatur.c.ex literis,extra de iure patron. Abb. c.conſulere de ſimon Quod tñ eſt intelligendum,ſi ille uniuerſalis ſucceſſor in quem tranſit,non habeat vniuerſales fructus reſtituere,quia cum tali vniuerſitate iuſpatronatus non trāſit: quam limitationem ad hanc regulam dat Fel.c. cū Bertoldus. col 12.uer.ult.habes.extra de re iud.quod ius ſi aliter pro pretio,uel pro temporali alienatur,aut transferratur, committit in eo ſimonia,quia ēt in annexis ſpiritualibus committitur.per tex.in c.præterea de tranſac.Abb.c.niſi.de præbē.fol.25.ubi uides ꝙ ſuperioris authoritas ibi purgat vitium.

12 Conſequenter dicitur annexum iuri ſpirituali,quod ꝑ Ang. in ſumma appellatur dependens,illud,quod ex ſpiritual. depēdet.uerſi.ſimonia,primo uerſic.quod dr̄ dependens, prout eſt habere eccleſiam,& beneficium eccleſiaſticum,uel præbendā, ius percipiendi decimas,primitias,vel oblationes, quæ competunt clericis ꝑ diuinum cultum,quod ius nullo mō uendi poteſt.c.veſtri,loca.& conduc licèt fructus locari, & uēdi poſſint ꝑ neceſſitatem eccleſiæ. Item ius percipiendi prouentus ratione canoniæ , vel ratione prælaturæ,per Goffr.relatum per Hoſt.in ſumma tit.de ſimo. & omnia eccleſiaſtica beneficia, quæ dicuntur ēt ſpiritualia ordinatione,eo ꝙ ordinātur ad aliquid ſpirituale,quia ſunt ordinata vt miniſtri eccleſiæ his ſuſtētari ſpiritualibus intendere valeant, vel vt ſint præmium ad aliquid ſpirituale,Arch.d.c.1.1.q.1. & iſta annexa non vendūtur, aut redimuntur,aut reſignantur pretio, uel pecunia ſine patratione ſimoniæ.c.ad aures.c.ad veſtram,extra de ſimon.

13 Concomitanter verò annexa ſpiritualibus ſunt,veluti labor annexuis ſpiritualibus officijs,puta,celebrandi miſſas,dicendi & legendi diuinas horas,& officium.Item, quæ cōpetunt Clericis,Accolitis,Diaconis,Presbyteris,Exorciſtis,&hmōdi,rōne & reſpectu ordinis & dignitatis,ut claudere oſtia eccleſiæ,pulſare campanas,& ſimilia,quæ competunt clerico , & alijs rōne clericalis dignitatis,& officij,quæ annexa videntur, ex quo locari poſſunt,niſi aliter quis teneatur ad illa exequenda,ſicut patet in clerico legente pſalterium pro defunctis, per Richar.de Mediau. dicto loco.

Spiritualia verò ſecundo mō, ideſt, per comparationem ad ſpiritum humanum dicuntur dupliciter , primo mō per eſſentiam,vti ſunt ſcientiæ & diſciplinę omnes,quæ per inueſtigationem & doctrinam humanam acquiruntur.exempla poni poſſunt de philoſophia, & de omnibus ſcientijs & artibus profanis & mundanis,quæ nec de iure,nec de facto vēdi poſſunt,vti prouerbiorum 17.Quid prodeſt ſtulto habere diuitias,cū non poſſit emere ſapientiam?ſed ſi uendantur,uel non vendantur, non vr̄ aliquo pacto in illis conſiderabile crimen uel peccatū ſimoniæ,cum ſint profana & ſemota penitus a ſpiritualib.religionis.& Spiritus ſancti . Et annexa talibus ſpiritualibus ſunt, veluti ſcholæ,libri,& ſimilia,quæ uendi poſſunt,niſi eccleſia talia Doctori pro inſtructione clericorum miniſtraret. per Richard.d.loco,& per Ang in uerſi.ſimonia.§.1.2.3.4.& 5.

Caſus, in quibus pro ſpiritualib. incorporalibus dari poſſit
14 pecunia abſque vltio ſimoniæ & licitè,munus a lingua, quod eſt & intelligitur fundere preces pro perſona digna , & obſequium tpale,ſine tñ pactione aliqua præcedente , & obſequiū ſpirituale ēt cum pactione & cāæ in quibus dari poſſit pecunia ponuntur per gl.late ubi uideri poſſunt. 1.q.1. in ſumma.vbi ēt an ſpirituale pro alio ſpūali poſſit permutari,& ꝙ pro ſpūalibus corporalibus dare pecuniam , niſi inueniatur prohibitū, puta pro calice,pro libro,& ſimilibus,vt ēt eccleſia, cimiterio, & ſimilibus vr̄ permiſſum.Et ꝙ ſit deterius committere ſimoniam pecunia,quàm obſequio & precibus.vide per Arch.8.q. 1.c.Moyſes,nu 2.fol. 188. & caſus in quibus pro ſpiritualibus pecunia dari poſſit, vide poſitos & declaratos, quos dicit eſſe quinque per Io de Sylua.in tract.de beneficio q.7. prima parte,mihi.nu.48.& 49.& ſeq.ultra glo.1.q.1.in ſumma.

SVMMARIVM.

1 *Super quibus committatur ſimonia mentalis.*
2 *Virtutes & dona Dei,nec de iure,nec de facto vendi poſſunt.*
3 *Spiritus ſanctus non ſemper remanet in homine,ſed ab eo propter peccatum recedit.vbi etiam,quod ſacerdotes mali ſunt audiendi, licèt non imitandi.*
4 *Simonia mentalis intelligitur re aſſequuta,re non aſſequuta eſt peccatū,non ſimonia.quæ mentalis ſimonia deletur ſola pœnttentia ſine reſtitutione.*
5 *Reliquiæ ſanctorum non poſſunt eſſe in commertio.vbi etiam habes,quod Saraceni deos & deas colunt , nec vetus,nec nouum recipiunt teſtamentum.*
6 *Differentia inter ius ciuile & canonicum , quò ad commiſſum ſacrilegium. & quomodo intelligunt canones ſacrilegium .*
7 *Quot modis capitur verbum ſacramentum.& quæ requirantur,vt quis gaudeat priuilegijs militum.*
8 *Quæ ſint priuilegia militum.& quatuor modis diffinitur ſacramentum.*
9 *Sacramenta conſiſtunt in duobus,in rebus & verbis. & ſacramenta alia neceſſitatis, alia volantatis.*
10 *Sacramenta alia ſunt data in remedium vnius perſonæ, alia in remedium totius eccleſiæ. alia in remedium adꝫ egreſſum de eccleſia. alia in remedium ad progreſſum.alia data ad puguandum,alia ſunt redeuntium.alia reiterabilia.*
11 *Alia irreiterabilia:& character ſemel impreſſus ſemper retinetur. & ibi habes an ſemel baptizatus,& coniugatus,ſi mortnus reſuſciteē , debeat rebaptizari,& vxor,vel alia ei debeant reſtitui.& quæ ſint ſacramenta in quī bus character imprimatur.*
12 *Reiteratio vitiatur propter reuerentiam ſacramenti,& ibi quod bigamia inducitur ex iteratione matrimono.& per bigamiam quis non poteſt promoueri ad ſacerdotium.& bigamus eſt ipſo iure a diuinorum celebratione ſuſpenſus.*
13 *Bigami clerici ipſo iure cadunt a priuilegio clericali,& foro ſeculari ſunt addicti.*

Super quibus contrahatur Simonia mentalis. Cap. 5.

POſito de ſpiritualibus, nō erit incongruū, ſi dicemus ſuper quibus contrahatur ſimonia mentalis,quibus modis,& ſi mens & ſola voluntas facit quem ſimoniacum,prout eſſe vr̄ tex.in c.fi.de ſimon.gl.& Doct.ibi.glo.in c.conſulere,& ibi Io.And.& idem Io.And.c. nemo,ſuper gl.2. eo.tit.Abb.d.c.conſulere.in fi.&idem Abb.c tua nos.eo.ti.ſiue habeatur conſideratio ad collatorem ſpūalium , ſiue ad receptorem.vr̄ ꝙ in quibuſcunque reb.in quib.poſſit affectus animi deprauatus,& ſimoniaca intentio applicari, & in quib.per ſimoniacam mentem delinquit,aut in quib. aīus bene vel male uerſari poſſit: ꝙ ſuper illis poſſit ſimonia mentalis contrahi & committi gñaliter,nulla habita diſtinctione,aut dria , cuius naturæ aut qualitatis uel conditionis exiſtant. per Abb. c. tua
1 in fi.de ſimon.qui tenet ꝙ in oībus ſpūalibus committatur ſimonia mentalis,per tex.indiſtinctè & gñaliter loquentem.c.fi. de ſimo.qui gñaliter loquendo abſque diſtinctione & ſpecificatione debet intelligi gñalirer.l.de pretio. ff. de publi. in rem act.diſt.19.c.ſi Romanorum.§.dicendo uero,& c. ꝙ ſi dormierit.31.q.1.Id quod liquidè conſtat,quia ſtante,ꝙ mētalis ſimonia ſit,quæ ſola intentione,ſine aliquo exteriori actu in aīo & mente concepta,ſine pactione & conuentione aliqua intra fines animi & mentis ſe continuerit.c.reperiunt̄, & ibi gl.c.quæcunque,& ibi gl.1.q.1.Arch.c eos,uerſi.ſed not.Goffr.1 q.1. & dixi ſup.aliqua in qōne,qūo mentalis contrahat̄. Abb.c.ex tuę de ſimon.Si oēs bene conſiderant̄ rerū ſpūalium ſpecies,a prima ad ultimam,uel pro collatoris uel pro receptoris parte, in vnaquaque vr̄ poſſe cadere mētalis ſimo.c.ordinationes. & c. ſeq.1.q.1.ubi Arch quod clarè innuunt & demonſtrāt uerba tex.d.c.ordinationes,ibi,ea intentione impenſo, cum per intētionem innuitur mentalis ſimonia,non conuentionalis , quæ per pactum & conuentionem .

Item ēt qñ quis confert beneficiū conſanguineo,aīo & intētione aſſequendi,uel conſequendi ex tali collatione magnificentiā,vel nobilitatē,aut aliquā recōpenſationem , aut deniq; ꝙ aliquod bonum,uel cōmodum in ſe redundet, & ſecundū intellectum Alex de Ales.& diuum Tho.2.2.Nam principium ſumendo a prima ſpecie ſpūaliū per eſſentiam & ſecundū eſſentiam incorporalium,quæ fuerūt poſita ſuprà in prima ſpecie, ꝙ ſimonia mentalis , dato ꝙ ſequi poſſit in talibus collatio & receptio,tam per collatorem quàm per receptorē, in illis cōmitti poſſit,nemini dubiū eſſe debet , ex quo tā recipiens pōt habere in aīo & mente aliquid uelle tpale dare pro conſequutione ſpūalium,& illud cum effectu ēt dare , quàm conferens pro collatione gratiæ Spiritus ſancti virtutum & donorū Dei aliquid recipere.c.qui ſtudet.c ſicut.1.q.1.gl.c.ex parte, el 1.de off.& poteſt.iudic.deleg.c.reperiuntur. 1.q.1. prout cecidit in Simone Mago,qui ſimoniæ denominationē dedit, qui habuit in animo pecuniam dare Apoſtolo pro collatione & cōſequutione gratiæ Spiritus ſancti.d.c.qui ſtudet , cum ſimilibus.

2 Verùm,quia virtutes & dona Dei & ſpūalia iſtius ſpeciei nec de iure,nec de facto uendi poſſunt , quantum.ſ.ad efficaciam transferendi , & acquirendi ea;quia non eſt hoīs ea trasferre, uel dare,ſed Dei, nec ſunt cōtractabilia;nec cōferri,aut recipi poſſunt niſi dono & gratia Dei tñ non aūt data pecunia , uel re tpali per receptorē,uel recepta ꝑ collatorem,prout requiritur in ſimonia mentali.Io.de Sylua.in tract.de benefi.uerſi.Itē cætera ſpūalia.mihi nu. 52. Quia cum ex gratia Dei ſint in aliquem collata,per illum gratis & ſine pretio in alium conferri debent,iuxta illud euangelicū.Qđ gratis accepiſtis,gratis date.

Non vr̄ in illis poſſibile ſimoniæ cōmiſſum, aut aliquo mō. conſiderabile ꝙ cōmitti poſſit,ex quo credere debemus,ꝙ talia dona & virtutes hīs,ſi in aīo eius caderet, ꝙ illa pretio uendere uellet,ꝙ diuina uirtute,& diuino myſterio tali cœleſti dono,& diuina gratia illico priuaretur,uti illo indignus, ut potè, quæ conſiſtere non habent in hoīe non puram aut ſyncerā mentem habente,iuxta illud in c. Saluator,Spūs S.diſciplina ef

Source : BIU Cujas

fugiet fictum. & per tex, c. oſtendit, diſt. 4. de conſecr. ubi gl. dē clarat, & interpretatur verbum Spiritus ſanctus diſciplinæ, &c. in uerſi. item ſi ad Baptiſmum fictus &c. & per tex. qui eſt melior quàm in toto corpore iuris, & ibi gl. c. quærendum, de pē nit. diſt. 2. ubi Spiritus ſanctus non ſemper remanet in hoīe, ſed ab eo ꝓp peccatum recedit, & ſi in eis ſemper remaneat quò ad iuſtitiam, non tñ quò ad operandum, ideſt quò ad pro
3 phetandum, dæmonia eijciendum, & c. quamuis uideatur contra, in ca. quid. 1. q. 1. ubi qui recedit ab eccleſia, nec Baptiſma, nec ius dandi amittit, & per tex. in c. Chriſtus, ea. cā. & q. ubi ēt per malum miniſtrum dona Dei ad eos perueniunt, qui cū ea fide accipiunt. Et ſacerdos quantumcunque malus ſit, ex officij ptāte prophetare pōt, prout de Caipha. c. dictum, el. 1. 1. q. 1. c. prophetauit. 1. q. 1. not. Panor. in rubr. de uit. & honeſta. cler. & ſacerdotes mali ſunt audiendi, licet non immitandi. c. ſignifi caſtis, ead. cā & q. & licet ſancta ſacramenta adminiſtrentur ab aliquo ſimoniacè, non deſinunt propterea virtutem retinere, & accipienti effectum benedictionis conferre. c. ſtatuimus, el 1. 1. q. 1. Et cum a Deo gratis accipiuntur, ideo gratis conferri & dari debent. d. c. Saluator, uerſi. quisquis.

Vnde ſi dicetur ꝙ in talibus non committitur ſimonia, dicetur potius illo reſpectu, ꝙ vī impoſſibilis ſaltem humano facto ſine gratia, & ſine dono Dei illorum collatio & receptio, quàm ꝙ ſi eſſet poſſibilis & conferantur & recipiantur talia ſpiritualia non poſſet in illis cōmitti, quia cùm inanimata ſint, nullus ſuper iſtis pōt expediri contractus, imò nec conſiderari, qm̄ per infuſionē tm̄ acquiruntur. Petrus And. Gam. in trac. de permu. benef. §. 1. col. 12. num. 75. uerſi. uel aliter potes, &c. Vnde attenta impoſſibilitate collationis & receptionis, pōt dici, ꝙ in illis non committatur mentalis, ſtante ꝙ mentalis cō-
4 miſſa intelligitur per ſolam ſimoniacam mentem, & intentionem re obtenta, & conſequuta, quæ in intētione habetur ſine aliqua pactione, & non per ſolam voluntatem, per quam peccatum mortale, non ſimoniacam committimus. vt not. c. nemo, de ſimon. Ang. in ſumma in uerbo ſimonia 1. uerſ. utrum ſola. in fine, prout in ſacerdote principaliter miſſam celebrāte ꝓp lucrum, & in canonico, qui vadit ad officia in choro principaliter pro habendis diſtributionibus, per quos in tali caſu mentalis committitur ſimonia habitis lucro & diſtributionib. quæ per ſolam pœnitentiam absque habitorum & conſequutorum reſtōne aliqua deletur. Abb. c. conſuluiſti. de celebrat. miſſ. Idem in c. ſignificatum. col. 2. nu. 8. melior glo. in c. unico, de cler. non reſid. in 6. in fin. & eſt tex. in c. fi. de ſim. licet Pet. de Pal. in 4. ſentētiarum. diſt. 25. allegatus per Io. de Sylua. in trac. de beneficio. q. 7. 1. par. uerſi. item cætera ſpūalia, num. 52. dicat ꝙ quò ad contrahendam ſimoniam de facto emi uel uendi poſſunt, quia Simon Magus uoluit gratiam illam Apoſtolorū emere. & S. Thomas in 4. dicit ꝙ in hmōdi ſpiritualibus ſuprà naturalibus per eſſentiam non cadit emptio, immo nec ſuper eis cadere poteſt deliberata voluntas emptionis.

Idem dici poſſet ꝙ ſimonia mentalis haberet locum in ſecunda ſpecie rerum ſpiritualium, ſi reliquiæ, quæ in aliquo loco authoritate Apoſtolica, aut aliàs canonice, uel de conſenſu
5 & authoritate, ſeu ad id ptātem habente collocatæ, dari, concedi, transferri, aut mō aliquo contractari, aut ſperari poſſent, q̄ nec vendi, aut mō aliquo eſſe in commertio poſſunt. l. martyres. & ibi Bal. in prin. C. de ſacroſan. eccl. nec in dñio alicuius eſſe, ut in c. 2. de reliq. & uen. ſanct. & per Abb. in c. nullus. de iur. patro. & quæ ēt non poſſunt uni dicatæ eccleſiæ, alteri eccleſię ad libitum concedi, vt per eundem Abb. d. c. nullus. Et quæ ēt furto ſubtrahi non poſſunt, ēt ad effectum illas collocandi in honeſtiorem locum, ubi congruentius & condecētius permanerent. item loco in quo minus decenter ſtarent ſine cōmiſſo ſacrilegij, per Arch. c. corpora, diſtin. 1. de conſec. & per Alb. in ſuo dictionario in verbo, reliquiæ ſanctorum. præterquam ſi ſint apud Saracenos, qui colunt deos, & deas, nec nouum, nec vetus recipiunt teſtamentum, quorum templa claudi præcipiuntur ſub pœna mortis & bonorum amiſſionis, l. 1. & 2. C. de Pagan. & Saracen. quo caſu ſi furto ſutrahantur, non dicet committi ſacrilegium, per tex. in l. ſi nondū. C. de furt. & ſeruo. corrupt. prout è conuerſo dī de re priuatæ ꝓſonæ in ſacra æde exiſtente, in qua ſi facta ſit ſubtractio, aut furtum, licet perpetretur in loco ſacro, non eſt neque dī ſacrilegium, ſed bene furti eſſe actionem dandā, per tex. in l. diui Seuerus. ff. ad l. Iul. pecul. quod intellige procedere, & habere locum ſecundū le-
6 ges ciuiles, quia eſt ſecus de iure canonū, & conſtitutione Eccleſiæ, per quas committitur ſacrilegium, ēt ſi non ſacrum de loco ſacro tollatur; quia ſacrilegium intelligunt canones, quoties ſacrum de ſacro, non ſacrum de ſacro, ſacrum de nō ſacro loco tollatur. c. quiſquis. 17. q. 4. gl. in c. ſacrilegium, ea. cā & q. quæ ponit pœnas pro omni genere ſacrilegij: & gl. d. l. diui, quę dicit ſecus eſſe de iure canonum, pro quo uide Bar. in d. l. diui. & in l. ſi nondum, & ibi Bald. in uerſi. quæro quot requirantur adhoc ut ſit ſacrilegium. C. de furt. & ibi Sal. in rubr. C. de crim. ſacrileg. & vide tex. inſt. de public. iudic. §. lex peculatus. & Abb. c. cæterum. de iudic. nam ſi eſſent reliquiæ & huiuſmodi ſpiritualia contractabilia, aut quæ modo aliquo ſperari poſſent, pari modo prout in ſpiritualibus, de quibus in præcedentibus dicebamus, poſſet dici ꝙ & in illis quoque cadere poſſet mentalis ſimonia, ſi quidem collator, aut receptor illarū modo quo mentalis contrahitur ſimonia illa pro pretio, aut pro re temporali conferret, aut reciperet.

De Simonia mentali in Sacramentis.

In tertia verò ſpecie rerum ſpiritualium per cām & inſtrumentaliter, cuiuſmodi ſunt ſacramenta, non videtur dubium, quin in illis cadat & committatur mentalis ſimonia. Verùm quia in iure multipliciter capitur verbum ſacramentum, quod aliquando ſumitur pro iuramento, vti ꝓ Bar. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uendit. & ſunt ētſacramenta militum, quæ appellantur ſacramenta militaria. l. fi. C. de veteran. lib. 12. & puto eſſe in illis ſex, quæ numerantē
7 per gl. in l. pen. ff. ex quib. cau. maio. quæ dicit, ꝙ ſex requirunf, vt quis ſit miles gaudens priuilegijs militum, vt videlicet abſtineat a negotijs, quia negotiari non debet miles. C. negotiat. ne militent. lib. 12. & milites mercatores non gaudent priuilegio militum, uti ſunt milites Florentini, per Bal. in l. in teſtamēto. in fi C. de milit. teſta. qui nec procurator eſſe pōt. l. militem, & ibi Cyn. & Doct. C. de procur. in l. milites. C. locati. Spec. in tit. de procur. §. 1. uerſi. Item ꝙ eſt miles. & Io. And. in addit. Spec. de arbitr. §. 2. in fi. niſi tñ in rem ſuam. l. qui ſtipendia. & ibi Bar. C. de procur. & niſi in cā ſalutis animarum, vt per Arch. c. ſcriptum. 6. q. 3. vbi dicit, ꝙ non eſt curādum de apicibus iuris, vbi agitur de ſalute animarū. 19. q. 2. duæ ſunt leges, & niſi in cām ſui numeri, ubi poteſt comparere & eſſe procurator. l. filiusfa. ex quo. §. veterani ff. eod. & niſi lite conteſtata cum eo, uti per Spec. dicto loco.

Secundò, ꝙ examinetur per magiſtrum militum & per Duces. ut per tex. & gl. ibi. l. 1. C. qui milit. poſſunt, lib. 12. Id quod in militia vī neceſſarium eſſe, ex quo quælibet perſona non videtur militiæ apta, quia alij eſſe poſſunt milites, alij prohibent, vt per Bar. in l. 1. C. de dignitatibus lib. 12.

Tertiò ꝙ præſtet iuramentum per genium ſui Principis, & per Deum omnipotentem, ꝙ cā reipublicæ pro qua militabat, & a qua ſtipendia capit, mortem non euitabit, per text. in d. l. pen. ex quib. cauſ. maior. & per Vegetium, quem ibi gl. allegat, ſed vide Cynum in l. 1. C. de iur. & fact. ignorantia. Abba. in c. noſtra, de procur. & quicquid per eam imperaretur, obtemperabit. 23. q. 1. in ſumma.

Quartò ad hoc vt quis ſit miles aptus ad priuilegia militib. conceſſa, requiritur, ꝙ ei enſis alligetur.

Quintò ꝙ ei in brachio ſtigmata, ſeu nota publica infigatur, vt agnoſci poſſit, quæ hodie eſt tela ſerica rubra inter milites Cæſarianos; alba verò inter milites Gallos Antiquo tempore erat ſtigma, ſiue impreſſio nominis Imperatoris in brachio, vt l. ſtigmata. C. de Fabric. lib. 12. & per Spec. in tit. de procur. uer. Item ꝙ eſt miles.

Sextò erat, ꝙ deſcriberetur in numero ſeu in libro militum, & iſti ita notati erant, quibus priuilegia militibus a iure multipliciter conceſſa competebant.

8 Et quænam ſint, & quot ſint, & in quibus rebus priuilegia militibus conceſſa, vide per Spec. d. loco. & per Bar. in l. neque. §. 1. de teſta. milit. & ad quæ extendantur, in l. 1. §. ad teſtamenta. ff ad l. Corn. de falſis.

Et alia ſunt ſacramenta eccleſiæ, ſed eſt uidendum in quo ſenſu in caſu noſtro ſumi habeant ſacramenta, ſed quia ſimonia committitur ſuper illis, quæ ſunt de iure eccleſiæ, & quæ ſunt ſpiritualia, toto titulo de ſimonia, & tota cauſa. 1. q. 1. de alijs ſacramentis præterquam eccleſiaſticis dicere vel ſcribere inane potius, quàm ad propoſitum eſſe, puto. Vnde meritò quæ ſint ſacramenta eccleſiæ, quot ſint, qualia ſint, in quibus conſiſtant hìc ſubiūgemus, ut melius & lucidius apparere poſſit quomodo in illis & in illorum quolibet cadere poſſit ſimoniæ mentalis vitium.

Sacramentum igitur quattuor modis, vt video, diffinitur, vel deſcribitur. vt ſit primo mō ſecundum Magiſtrum ſnīarū, ſacræ rei ſignum: ſecundum vero Auguſtinum in libro de doctrina Chriſtiana, eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma. Cui diffinitioni additur per magiſtrum ſnīarum, vt eius imaginem gerat, & cā exiſtat, alia ſecundum eūdem Aug. ut ſit illud in quo ſub tegmento rerum uiſibiliū, diuina uirtus ſcire eius ſaltim operatur. Quarto vero modo, deſcriptio eſt Vgonis de S. Victore in libro de ſacramentis. ut ſit materiale elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum ex inſtitutione ſignificās, ex ſimilitudine repræſentans, ex ſanctitate aliquam inuiſibilem gratiā conferens. Alber. in ſuo dictionario in uerſi. ſacramenta. Ang. in ſumm eo. & per Nicol. Plou. in d. tract. de ſacr. Et ſacramenta legis nouæ ſeptem ſunt? videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, Extrema Vnctio, Matrimoniū, & Ordo.

Source : BIU Cujas

Ordo.not.per gl.c.veniens,extra de transact. Ang & alios ꝑallegatos in locis præallegatis.

9 Et consistunt sacramenta in duobus, videlicet in rebus, & uerbis,ita ꝙ sub uerbis comprehendatur intentio proferẽtis, sub rebus facta,vt per magistrum sent.in 4.dist.1.& sacramentorum uirtus pro salutari profectu est nobis multum necessaria,cum ipsa sacramenta sint occasio & auxilium nobis resurgendi a peccato,secundum sanctum Thomam in compendio Theologicæ ueritatis lib.6. c. 1.

Ex quibus aliqua sunt necessitatis, idest, ad salutem aiarum necessaria,puta,illa sine quibus homo saluari non põt,si illa ex contemptu omittat,qñ haberi possunt.& sunt Baptismus, confirmatio,Sacra vnctio,Eucharistia,Pœnitentia. Alia uerò sunt uoluntatis,puta,Matrimonium & Ordo, quæ uoluntatis ideò sunt appellata,quia est in uoluntate hoïs illa uelle & nolle,nec ad illa ex cã salutis animarum est astrictus, quia illa omittere non est peccatum,quæ sacramenta dignitatis dicuntur,&sunt, ꝙ sine illis possumus saluari,per glo.d.c.ueniens.22.q 4. §.ult. ad fi.Nic.Plou.in tract.de sacram.in fi. præludij.

10 Et sacramentorum alia data sunt in remedium unius personæ,alia in remedium totius ecclesiæ. Quæ in unius personæ, alia sunt data in remedium ad intrandum ecclesiam,vt Baptismus,quia Baptismus est sacramentum intrantium, distin.4.de consecr.nulla præter.§.porrò,ante fin. quia Baptismus est ianua omnium sacramentorum,de quo plene dist.4.c. cum itaque,in fi.de consecrat.& per totum & extra de Baptis.

Alia sunt data in remedium ad egressum de ecclesia, vti est extrema unctio, quæ dicitur sacramentum ecclesiæ exeuntiũ. 16.q.6.c. ab infirmis.

Alia sunt data in remedium ad progressum, vti est Eucharistia,quod dicitur sacramentum progredientium.26.q. 6.c.qui recedunt,& c.de his.

Alia sunt data ad pugnandũ,uti Confirmatio, dist.5.Spir.S.

Alia sunt redeuntium,uti Pœnitentia.16.q.7.his qui.de pœnit.dist.4.c.2.§ 2.

Quæ verò in remedium totius Ecclesiæ,duobus modis cõsiderantur & intelliguntur,aut ad remedium multiplicationis spũalis,idest,personarum spũalium,aut ecclesiasticarum,& sic est ordo:aut ad remedium multiplicationis naturalis fideliũ, & sic est sacramentum matrimonij,quorum sacramentorum institutor & author fuit solus Deus. Et istorum duo instituit ante eius aduentum, quæ fuerunt ab eo post eius aduentum confirmata,Matrimonium videlicet,& Pœnitentia, ut per Nicol.Plou.in tract.de sacram.in præludio.ex quibus illa sunt reiterabilia,quæ semel collata,de nouo conferri possunt.

Alia sunt quæ reiterari non possunt.

11 Et reiterabilia sunt illa,in quibus non imprimitur,aut infringitur character sacramentalis,quia character semel impressus semper retinetur & amitti non põt. c. licitè.32.q.7.ubi disputat gl.An semel baptizatus,si moriatur & resuscitet, debeat de nouo baptizari?& an morte Baptismus amittatur?item an semel coniugatus,qui pariter moriatur, morte amittat sacramentũ matrimonij,adeo ꝙ ei postea resuscitanti uxor & alia restitui habeant,uti de uxore Lazari resuscitati?& ca. quicquid.1.q.1. ubi dicitur,ꝙ Baptismus,quem quis semel accepit, non amittitur per eum,qui recedit ab ecclesia, ubi glo.

Quæ uerò sint sacramenta, in quib. character imprimatur? dicit sanctus Bonauent.4.dist.6.q.4.ꝙ de septem sunt tria, Baptismus scilicet,Cõfirmatio,& Ordo.Restaur Castald in trac. de Imperat.q.103.nu.4.5. & vj.ubi uide etiam quid sit character.& per Nicol.Plou.in tract.de sacram. in 2.c.primæ partis nu.3.Vnde præter ista,alia sacramenta,puta,Eucharistia,Extrema unctio Pœnitentia,& Matrimonium, videntur reiterabilia ueniente casu,puta,Extrema unctio in articulo mortis infirmo collata semel,si articulum euadat infirmus, si ex eadem infirmitate de nouo ad articulum mortis deueniat;quia vĩ casus diuersus,exemplum ponit gl in morbo & infirmitate hydropisi,eidem infirmo iteranda est vnctio.S. Thom. in 4. dist. 23.& fit sine iniuria sacramenti,ꝑꝑ cuius reuerentiam euitari
12 debet reiteratio.gl.in rubr.de sacram non iteran. Et pro iteratione sacramenti matrimonij inducitur bigamia, quæ contrahitur qñ quis habuit plures uxores.26.dist.acutius, & c.seq.si ambas tñ cognouerit, argumento.c.debitum, de bigam.per quem defectum siue vitium ad sacerdotium quis promoueri non põt.c.ut bigami.de bigam.nec ex dispensatione ẽt ordinari põt.c.super eo,eodem tit.& ordinatus priuatur officio, nisi ex dispensatione toleretur,ut ibi,& bigamus est ipso iure sine
13 aliqua sñiæ dec.aratione,ministerio,aut officio iudicis a diuinorũ officiorũ celebratione suspẽsus.c.de bigamis.eo.ti.& clerici bigami ipso inre cadũt a priuilegio,tõsura, & habitu cleri cali,& foro sæculari sunt addicti.c.unico.de biga. in 6.ubi sub anathematis pœna tonsurã ferre prohibẽt,& habitũ clericalẽ.

Et in his sacramẽtis,& an ipsorũ singulis cadere possit & cõmitti simonia mẽtalis,nemini esse dubiũ põt,& ꝑ maiori diluci datione materiæ super singulo tacto qõnem examinabimus.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus est ianua & necessarior aliorum sacramentorum.& pro baptismo & alijs sacramentis nil exigitur.*

2 *Triplex est ratio quare sacramenta non vendantur.ubi etiam habes,quod Paganus,hereticus,excommunicatus potest baptizare.& quod non sacerdos baptizans sine necessitate efficitur irregularis. & esse bonum quòd quisque addisceret formam baptismi.*

3 *Quæsit forma baptismi in forma ecclesiæ. & quòd simonia mentalis committatur tam ex parte baptizati vel baptizandi, quàm baptizantis.*

4 *Forma baptismi Mediolanensium.*

5 *Baptismus est de iure diuino institutus,& ibi dicitur quod simonia mentalis propriè cadit in illis,quæ sunt simoniaca de iure diuino, & prohibita quia simoniaca.*

6 *Ratio quare sit sancitum quòd pro baptismo nihil exigatur. & non valet consuetudo quòd pro baptismo aliquid accipiatur.*

7 *Sine baptismo non est salus. & dicitur quod adultus nihil dabit sacerdoti illum baptizare recusanti.Sed pro infante baptizando in casu mortis est aliquid dandum pro baptismo.*

8 *Quòd fit ex causa necessitatis non videtur culpabile, nam necessitas non habet legem.& in casu necessitatis suspenditur iuris dispositio.*

9 *In casu necessitatis alienantur res ecclesiæ sine solemnitate. & in casu necessitatis simoniacus confert sacramenta.*

10 *Pro sacramentis sine quibus non est salus,est licitum dare aliquid.& clerici debent præferri laicis,in ecclesiasticis dignitatibus, ubi, quod spe præmiorum & stipendiorum seruiunt clerici.nam viuat de altari, qui altari seruit.nam nemo suis sumptibus militat.*

11 *Clerici debent viuere de patrimonio Iesu Christi.quia dignus est operarius mercede sua.vnde & clerici diuites licitè ab ecclesia stipendia accipiunt si ei seruiunt.*

12 *Quare sit magis licitum accipere pro conseruatione, & visitatione ecclesiæ quàm pro ordinatione clericorum.& ibi quod clerici possunt recipere in recompensationem laboris impensi in diuinis, & contra non dantem eis competit actio.*

13 *Iudex potest recipere sumptus,licèt gratis iudicare habeat. & ibi quando notarius possit recipere pro suo labore. & notarius potest retinere instrumentũ quousque ei satisfiat. & hodie competit utilis actio notario.*

14 *Quis soluit mercedem notario,emptor ne an uenditor? & ubi habes, quod potest dari ordinanti pro ordine, dummodo datum non transcendat summam alimentorum unius anni secundum ius ciuile. & sponte datum respui non debet.*

15 *Pro remissione peccatorum licitè solui potest pecunia.& ibi,quod remissio peccatorum fit a Deo & Spiritu sancto. & per preces iustorum facilius obtinetur remissio peccatorum.& potest dari sacerdoti promissa & diuino officio ratione sustentationis.*

16 *Vxor Hieroboam obtulit prophetæ panes,& vas mellis, & quartam partẽ sicli nummismatis Saul obtulit Samueli.Achor furatus clamidem coccineam tegulam auri ac centum Siclos.stater est nummisma valens quatuor dragmas.didragma ualet duos denarios.& ibi habes,quod Christus soluit tributum Cæsari.*

17 *Nostri sacerdotes hodie accipiunt pretium villarum, nec contentantur quinque obolis.& ibi,quod licite aliquid datur pauperi pro oratione ad illum inducendum ad orandum.& licitè datur a uexato ius super beneficio quæsitum habenti.& clerici & sacerdotes licitè locant operas suas spirituales.*

18 *Clericus debet tantum tempus sibi relinquere quòd diuinis vacare possit. & traditur in quibus clerici se exercere habent, si sibi sumptus & necessaria desint.ubi ostenditur,quod Paulus tempore prædicationis manu victum quærebat.& ibi,quod sacerdos potest subtrahere sacramenta populo si ei non dentur alimenta.ubi etiam docetur, quæ sint honesta artificia clerico.& an expensæ clericorum minuant fructus beneficij.*

19 *An quod datur clericis deseruientibus detrahatur in expressione veri valoris.& sacerdos qui tenetur ex officio ministrare, non potest exigere, si ei necessaria non deficiunt.*

20 *Tria concurrere debent vt liceat sacerdoti accipere.& ibi habes,quod notarius cui de publico est deputatum salarium nil recipere potest. & simonia est aliquid accipere pro sigillo.*

21 *Stante consuetudine de dando pro exequijs, etiam sacerdos qui tenetur ex officio,& qui habet victum per suis sumptibus, potest consuetum recipere,& ad illud præstandum populus cogi.& non est magnum dare temporalia,spiritualia seminanti.*

22 *Per ordinandum aliquid dari potest ad fabricam uel diuinum cultum. ubi quod consuetudo inducitur spatio. 10. annorum. & ad diœcesanos spectat tollere prauas consuetudines.*

De simonia mentali in baptismo. Cap. 6.

1 ET incipiendo a Baptismo,qui est,vt sup. diximus,fundamentum & ianua oĩum sacramentorũ ecclesiæ,& necessarior,ꝙ gl.in uerbo in Baptismo,& gl.seq.c.ꝑter hoc.32.dist.ibi,in uersi Stephanus, imò est ianua oĩum sacramentorum,ut per gl.c.caue.28.q.1.quę dicit,ꝙ hębreus,qui voluit baptizari sed non potuit ꝑꝑ defectũ aquæ,non põt contrahere mrimonium cum christiana,nisi primò sit baptizatus,qa baptismus est ianua oĩum sacramentorũ ecclesiæ. Dicimus ꝙ in illo mẽtaliter simonia cõmittit. nã aut cõferẽs,aut recipiens habet in aĩo ꝙ baptismo aliqd dare, aut recipere,& nõ dat aut

Source : BIU Cujas

recipit: & tũc licèt ſit vel poſſit eſſe peccatũ, vt dicit in terminis Ang. in ſumma in verbo ſimo. 1. uerſi. utrũ ſola. circa fi. credo tñ ꝙ nõ ſit ſimo. mẽtalis, uti p Abb. c nemo, de ſimo. ubi ad diffinitionem aut deſcriptionem ſimoniæ mentalis addit verba, opere ſubſequuto, ideſt, aſſequuta aut data re temporali, quæ hĩ in animo: vnde ſola mens deprauata ſine aſſequutione non facit ſimoniam. per Ang. d, loco, Anan. & alios in rub. de ſimonia. aut dat & recipit cum tali animo & intentione, & tunc cũ pro collatione, & receptione ſacramentorum aliquid temporale dare vel recipi, eſt prohibitum. c. non ſatis. c. conſulere. cũ ſimilibus, de ſimonia. extra. c. baptizandis, & ibi Arch. c. quicquid. c. placuit. c. emendari, & c. ſeq. 1 q. 1. Vbi pro baptiſmo & alijs ſacramentis pretium vel quid exigi temporale expreſsè prohiberur. & Fel. in c. intantum. de ſimon. uerſi. ult. nota, vbi
2 aſſignat triplicem rationem, quare ſacramenta non debent vẽdi, & ſi quid exigitur pro baptiſmo, ꝙ eſt vnum ex ſacramentis, immo primum. gl. c. ueniens, de tranſact. ſimoniacè exigit. Vnde ſi ſacerdos, vel epͣs, diaconus, laicus, paganus, hæreticus, excommunicatus, facinoroſus, aut ſciſmaticus aut alia perſona, (nam per quamlibet harum perſonarum videtur poſſe cõferri & dari tale ſacramentum) c. ſiue hæreticus, diſt. 4 de conſecrat. Immo a quocunque collatum ſit, tenet & eſt ratum. 1. q. 1. quod quidam, & gl. c. 1. de ſumma trin t. in gl. in verbo quocunque. & per gl. in clem. unica, de baptiſmo. in gl. fi. per Fel. in c. cum in eccleſiæ, de ſimonia, tñ quia regulariter nemo, niſi ſacerdos baptizare habet. c. in neceſſitate. cum multis c. de conſecra. diſt. 4. c. ſuper quibus. 30. q. 3. quia non ſacerdos baptizãs ſine neceſſitate efficitur irregularis. c. 1. de cler. non ord. & ibi glo. utl per Ang. in ſumma in verbo baptiſmo, ubi dicit, ꝙ eſſet bonum ꝙ quilibet addiſceret formã baptiſmi, dum tamen
3 fiat baptizatio in forma eccleſiæ, uti dictis locis & iuribus, ideſt uerbo & elemento, & ter mergendo dicat baptizans, Petre, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. vt p Hoſt. in ſumma de baptiſmo, uerſi. quæ ſit forma, & per Doct. in c. 1. de baptiſmo, & c. a quodam. & c. multi. diſt. 4. de conſecrat. Confert dico tale ſacramentum animo, & intentione aliquid recipiendi temporale pro collatione: aut recipiẽs, vel baptizandus habeat in animo aliquid dare ſi ſibi conferatur, & reſpectiuè detur, aut recipiatur cum tali intentione & animo, prout fit per canonicũ, qui vadit ad horas in choro & ad miſſam principaliter pro habendis diſtributionibus, & per ſacerdotem qui principaliter miſſas celebrat mente & ſpelucri, ſine aliquo pacto ſimonia mentalis committitur, vt per Abb. c. conſuluiſti de celebrat. miſſ. c. ſignificaſti de præb. glo. c. unico de cler. non reſid in fi. in 6. Abb. c. ex parte, de officio & poteſtate iudic. deleg. & ſumma Sylueſtrina in uerbo ſimonia, col. 12.
4 uerſi. ſecundum idem. & uide formam baptiſmi Mediolanenſium in glo. in c. emendati, in uerbo laudandi. 1. q. 1. & qui audit confeſſiones, & exhibet ſacramentum hac intentione principaliter ut recipiat pecuniam, aut aliud tẽporale, peccat mortaliter, & ſimoniacus eſt quò ad Deum, & qui pariter iſta intentione & animo dat. Ang. in ſumma in uerbo ſimonia. primo. nu. 6. In ſimili pro baptiſmi collatione videtur & eſt de baptiſmo dicendum, in quo conferens & recipiens cum tali animo & intentione tradat aut recipiat aliquid.

Confirmatur, quia baptiſmus uel intelligatur inſtitutus per uerba, quæ Ieſus Chriſtus dixit Nicodemo. Niſi quis renatus fuerit, & c. de conſecrat. diſt. 3. ca. fil-us, ſiue quando miſit Iudã cum alijs. c. dedit. 1. q. 1. ſecundum aliorum opinionem, ſiue per illa uerba, quæ dixit diſcipulis. Ite baptizate omnes gẽtes. de conſecra. diſt. 4. impropriè. ſiue cum baptizatus eſt ipſe a Ioanne, de conſecrat. eadem diſt c. per aquam, ſiue ꝙ quia hodie eſt baptiſmus, quod olim erat circunciſio, quæ data fuit Abrahæ; & ſemini eius ad probationem obedientiæ, & in ſignũ magnæ fidei, quia credidit ſe filium habiturum, & ut hoc ſigno diſcerneretur a cæteris nationibus populus ille, quæ ex forma legis fiebat octauo die culto lapideo in carne præputij inſtituta in remedium peccati originalis, quæ in baptiſmũ mutata fuit, vt in ſacramentum magis commune, & magis perfectum. per Richar. de Mediau. in prima diſt. in tex. in §. hoc dicendum, &
5 §§. ſeq. ex quibus locis colligunt Doct. quid ſit inſtitutio baptiſmi, per Hoſt. in ſumma de baptiſmo, omni modo dico, quod baptiſmus eſt inſtitutus de iure diuino, & in illis, quæ ſunt de iure diuino, & quæ ſunt prohibita de iure diuino, & quæ ſunt prohibita quia ſimoniaca, quæ in ueteri nouoque teſtõ erant ſimoniaca ſui natura, prout uendere ſacramẽta, vendere ordinationem, ſeu altare, uel eccleſiam, ideſt, altaris exequutionem, decimas, Spiritum ſanctum. Abb. c. qui lucro. §. extirpandæ. col. pen. uerſi. item vendendo, & per gl. c. ex parte. el 1. de offic. & poteſt. iudic. deleg per Ang. in verbo ſimonia. primo. nerſicu. utrum ſola, propriè in illis cadit ſimonia mẽtalis, ſecus eſt in illis, quæ ſunt iuris poſitiui, & quæ ſinnt ſimoniaca, quia prohibita, in quibus ſimonia mentalis, quæ ſola animi pœnitentia aboletur, non videtur appellari poſſe ſimonia. per tex. ibi, & gl. c. fi. de ſimon.

Et vltra rationes, quas adducit Fel. in c. tñ. de ſimonia. uerſi. ult. not. quas dicit eſſe tres, per quas ſacramenta non debeant uendi, eſt cum bona ratione ſancitum, ꝙ pro baptiſmo nihil poſſit temporale exigi, quia vltra ꝙ ſacramentum in quo inuiſibilis gratia continetur, pretio & præmio uenundari non de-
6 bet, quia quod gratis accepimus, alteri quoque gratis & ſine præmio conferre & dare tenemur. c. quicquid. 1. q. 1. & ibi gl. eſt etiam ideo factum, quia ſi pretium propterea ſolui haberet poſſet quis paupertate cogente deterritus, aut indignatione reuocatus redemptionis ſuæ cauſam deſpicere, per tex. c. baptizandus, eadem cauſa & q. &. per ea, quæ dicit Abb. c. cum ſit. extra de ſimon. in fin. & interim moriendo gratia baptiſmi defraudatus, animam ſuam deperderet. ca. placuit. 1. q. 1. cuius perditionem cauſam præbuerit pp auaritiam ſacerdos, a quo poterit dici ſalus non baptizati deperdita, & ab illo occiſus, cum nihil interſit, an aliquis occidat, an verò cauſam mortis præbeat, per gl. c. placuit. præallegato, & qui cauſam damni dat, damnum utique dediſſe uidetur. per text. c. de occidendis. 23. q. 5. & per alia quæ ibi late allegat glo.

Per quæ ſatis aperte innuitur, ꝙ pro baptiſmo nihil operari poteſt, immo nihil dari, & quando in contrarium eſſet aliqua conſuetudo, quæ uti contra Canonum, & iuris diſpoſitionem non debet attendi, cum nec debet poſſe facere licitum illud, quod non eſt permiſſum, immo expreſse & clare prohibitum. c. fi. extra de conſecrat. c non ſatis. c. cum in eccleſia, de ſimonia. Abb. ca. cauſam quæ de ſimonia quia in iſtis, conſuetudo non excuſat, immo peccatum aggrauat per Abb. c. non ſatis. de ſimonia uerſ. ult. no. Immo nec etiam qñ eſſet periculum, ꝙ quis poſſet decedere ſine baptiſmo, quo caſu periclitaretur eius ſalus, puta, decedentis ſine ſacramento baptiſmi ſine quo decedens dicit tex. non ſaluatur, niſi qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, per illud in euangelio. & ſine baptiſmo
7 non eſt ſalus. c. 1. §. pen. de ſumma trinit. Arch. c. quam pio. 1. q. 2. quia eſt inter ſacramenta numeratus quæ quando haberi poſſunt, ex contemptu omitti non poſſunt ſine periculo ſalutis æternæ, per gl. c. ueniens. 22. q. 4. § ultim ad fi. Nicol. Plou. in tract. de ſacram in fine prælud. de quo ad propoſitum ponit Abb. quæſtionem in c. cum in eccleſia eo. tit. quam concluſionem ſequitur Io. de Sylua. in tract. de beneficio. q. 7. parte prima. uerſi. item pro baptiſmo. mihi. num. 55. ſi presbyter nolit baptizare, niſi ſibi detur pecunia an ſit ei danda, an verò ſit baptiſmatis ſacramentum relinquendum, ubi diſtinctione facta de adulto baptizando, qui nihil debet contribuere in iſto caſu ſacerdoti, ex quo credit & non deficit per eum quò minus baptizetur, hĩ pro baptizato, & habet intentionem bonam, quæ in baptiſmo ſpecialiter exigitur. Arch. in c. dedit. 1. q. 1. ſed ſacramentũ relinquere & omittere, uel ſe a laico potius baptizari facere debet.

Et de infante baptizando, pro quo itidem nihil eſt tribuendum, ſed potius eſt dimittendus ſine baptiſmo, quia non debet quis peccare, vt acquirat infans uitam æternam, quia obtentu boni non ſunt mala facienda. 13 diſt. quod ait Loth. & ibi glo. & 46. diſt. ſicut. Arch. c. baptizandis. 1. q. 1. Fel. d. c. cum in eccleſia, de ſimonia, qui ponit regulam quam colligit ex dictis Abb. ꝙ tunc neceſſitas excuſat dantem temporale pro ſpũali, qñ eſt inuitabilis, exemplum ponerem, vt ibi per Abb. qñ infans baptizandus eſſet in loco vbi nulla alia perſona adeſſet, quæ baptizare ſciret, & infans eſſet in mortis periculo, quo caſu tenet Abb. ꝙ pecunia ſolui potius debet, quã infantem ſine baptiſmo relinquere, quia iſto caſu ex quo, quod datur, non datur in emptionem ſpũalis ſacrameti, ſed ad tollendum impedimẽtum & obſtaculum ſacramento factum & illatum, non vĩ illicite datum, licet videatur illicite & cum ſimonia receptum. p quod not. Abb. d. c. cum in eccleſia, ꝙ ex neceſſitate, licitum eſt dare aliquid pro ſpũalitate. ibi nu. 5. in fine, quia quod neceſſitatis cã fit, non vĩ culpabile. c. ad limina. 30. q. 1. & neceſſitas facit licitum quod aliàs non eſſet, vt in translationibus epiſcoporum. 7. q. 1. c. mutationes. 26. q. 6. ca. ult. & neceſſitas eſt præceptum. 23. q. 6. c. ex his. & neceſſitate urgente quis põt dari curator inuitus bonis. l. de curatore. §. quæritur. ff. de cur. bon. dãd. quia neceſſitas non habet legem. 1. q. 1. c. remiſſionem. l. 1. C. de oper. liber. l. 2. de off conſul. doct. in l. 2. ff. ſi certum petatur, facit ẽt, quia in caſu neceſſitatis ſuſpenditur diſpoſitio iuris communis. l. caſus, & ibi Bal. C. de teſta. per quod datur intelligi ꝙ tunc debent ſeruari leges & iura, qñ neceſſitas in contrarium non urget, quæ facit probabile eſſe illud; quod aliàs eſſet m probabile per Bal. in l. fi. C. de teſtam. & ſi ſit neceſſitas celer & imminens, poteſt alienari res eccleſiaſtica ſine ſolemnitate. Card. in clemen. 1. 29. q. de rebus eccl. non alien. Et neceſſitatis
9 cauſa multa permittuntur, licet ius contrarium dicat. Henric. Bott in tract. de ſynod. epiſc. parte. 2. articulo. 2. num. 94. tract. mihi tomo. 2. Et ob neceſſitatem multa conceduntur, quæ alias non concederentur Io Bapt. Peruſi. in tract. de arbit. c. 15. libr. 9. & neceſſitas legem ceſſare facit. Odofred. in tractat. de ordin. iudic. numero 57. tomo 12. & exiſtente in neceſſitate

& pau-

Source : BIU Cujas

& paupertate eccleſia, taliter ꝙ emere balſamum pro conficiẽdo chriſmate & baptiſmo ex ſe non poſſit, a præsbyteris ruralibus pro tali emptione exigere non prohibetur, quod aliàs nulla exiſtente neceſſitate non erat ei licitum. Arch.c.placuit. 1.q.1.& neceſſitas facit,vt aliqui in eccleſijs recipiãtur,qui aliàs non reciperentur.Arch.c.tali.1.q. 7.

Et in caſu neceſſitatis ſimoniacus & fornicator conferunt duo ſacramenta, Baptiſmi videlicet,& Euchariſtiæ.per text.& ibi glo.§.porrò.in verbo,ſed agentibus.c.præter hoc. 32. diſt.

Sed contra opponi poſſet de eo, quod habetur regulariter
10 traditum per Abb.in c.dilectus filius, el 2.de ſimonia.in uerſi. in gl.1.ꝙ vt quis reciperet ſacramenta neceſſaria ſine quib. nõ eſt ſalus,licitum eſt dare pecuniam; id quod toleratur vt quis alliciatur ad fidem & ad ſalutem,ut ibi per eum,& per illud qđ not.c.quid proderit,61.diſt.ubi clerici in eccleſia Dei,& in caſtris dominicis militantes ſunt, qui dignitates eccleſiæ habere debent,non laici, quibus in eccleſiaſticis dignitatibus & ordinibus habent præferri,per quod vr̃,ſi dignitates ab eis auferri, & laicis dari prohibetur,eos ſpe præmiorum & ſtipendiorum militare & laborare.vbi not.clarè gl.ꝙ ſpe ſtipendiorum licitũ eſt eccleſiæ ſeruire, per quod apparet ꝙ labor ſacerdotum & in eccleſia Dei militantium,non eſt ſine ſpe præmiorum. facit ad hoc tex.per eandem glo.allegatus in c.ſi officia. 59. diſt.vbi diſponitur,ꝙ ad ſimilitudinem & exemplum ſæcularium graduum in eccleſia ſingulis militantibus & meritis,honores & dignitates ſint permiſſæ.melior eſt tex.& in terminis in c. clerici, quod eſt.c.pen.1.q. 2.ubi ſecundum ſeruitij ſui meritum ſanctis laboribus clericorum Dei eccleſiæ deſeruientinm ſtipendia a ſacerdotibus diſtribui,& quod dicit Io. de Sylu.in ſuo quẽ conſcripſit tracta.de beneficio.7.q.1.parte.ubi allegat Gregorium dicentem,Eccleſiaſticis utilitatibus deſeruientem,eccleſiaſtica oportere remuneratione gaudere,mihi.col.8.nu.47.facit text. in c.conſuluit.diſt.79.vbi commoda propenſius & largiori manu habere debent præsbyteri quàm Diaconi, ubi gl.dicit ꝙ de oblationibus,decimis,& obeuntibus eccleſiæ habent plus.participare præsbyteri,quàm diaconi, & ꝙ exhortatione præmiorum accendi debent & trahi.facit illud, quod habetur, ꝙ qui altari ſeruit,de altaris fructibus & reditibus illius, non autem de patrimonio ſuo,aut de quoquo alio, viuere habet,ꝑ tex.in c.charitatem.12.q.2.ubi nemo ſuis ſumptibus militare habet, & glo.in c.illi.12.q.1.Inn.& Doct.in c.eps.de præb.Innoc.in c. qm̃.in fine præla.uices ſuas.Abb.in c.poſtulaſti.de reſcrip. Idẽ in diſput.inci.Titius clericus,& tex in c.cum ſecundum.de pb. vbi ſubiũgit rationẽ,quia videlicet,qui eſt aſſumptus ad onus, emolumentum habere debet,& repelli non debet a mercede, quia clerici debent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius
11 obſequio ſunt deputati.& ad Corint.9.Quis militat ſuis ſtipendijs vnqnam,quis paſcit gregem,& de lacte gregis non manducat?S.Thom.q.c de ſimonia.§.ad 3.uerſi.quis militat, licet contrarium videatur per tex.in c.clericos.1.q 2.quia clerici,qui habent aliunde vnde viuant,nihil debent ab eccleſia accipere,immo ſi accipiunt tanquam de rebus,quæ ſunt pauperum, accipientes committunt ſacrilegium.& per tex.in ca.ſeq.ubi ꝙ illi, quibus ſua ſufficiunt, non debent eccleſiæ alimentis ſuſtineri. ſed intellige ſcilicet,qñ accipiunt, & in malos vſus conuertũt, ac malè diſpenſant,ut per gl.d.c.clericos,quæ varios dat ad tex. intellectus,in.d.c.ſeq.in uerbo ſacrilegium.ſecundum quos intellectus tex.intelligendo ceſſat omnis repugnantia, quia põt intelligi,vt ſit potius dictum ad exhortandum. quàm ad præceptum,quia nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur. & aliàs vt ibi per eandem gl. nec labor aut ſeruitus debet ſtare ſine præmio & recompenſatione ſua condigna,& dignus eſt operarius mercede ſua.12.q.2.charitatem,nec tenetur quis ſuis ſumptibus officiare.c.cum ex officijs.de præſcri.Inn.c.3.ne prælat.uices ſuas quia clerici non ſtipendiati,non coguntur ſeruire.Abb.c.4.de inſt.& clerici diuites,licitè,ſi eccleſiæ ſeruiunt, ſtipendia ab eccleſia accipiunt.Arch.c.clerici.1.q.2.facit, quod habetur in gl. c.decimæ.16.q.1.in uerſi.tributa,ubi dr̃, ꝙ decimæ ſoluuntur clericis,ſiue ſint diuites,ſiue ſint pauperes,quia non ſoluuntur eccleſiæ intuitu perſonarum.facit, quod dicit idem Arch. in c. ſicut,ea.cauſa,& q.ubi habetur, ꝙ diuites non debent ſumere partes de bonis eccleſiæ,intellige de illis,qui corporaliter non inſeruiunt eccleſiæ.Nec labor,aut ſeruitus debet ſtare ſine prę mio,& recompenſatione ſua condigna; quia ad quem ſpectat onus,ad illum & emolumentum quoque ſpectare debet.12.q. 2.charitatem.c.quicunque,cum alijs adductis per gl.d.c. cãſecundum.in glo.in verbo repelli,facit,quia eps pro labore impenſo pro uiſitando & conſeruando põt exigere aliquid, licèt pro actu viſitandi & conſecrandi prohibeatur.Arch.in c.con-
12 ſtituimus.in prin.1.q.1.Idem.c.placuit.1.q.2. ubi aſſignat rationem,quare eps debet habere magis procurationem ſuam pro conſecranda,& uiſitanda eccleſia,quàm pro ordinandis clericis,quia uidelicet clericos ordinat,& ordinare habet in ſua eccleſia,ubi facilè expenſas habere poteſt de domo ſua,quod nõ erit quando ibit ad conſecrandum vel ad viſitandum aliam eccleſiam,quia eſt neceſſe prouideri de victualibus alibi, uide Ang.in ſumma in uerbo ſimonia,uerſi.quintus caſus,& Abb. in c.cum ſit.extra de ſimonia.ubi dicit,ꝙ procuratio iſta eſt annexa viſitationi & conſecrationi, & datur non pro labore ſacramenti,ſed in recognitionem ſuperioritatis,& aliàs vt ibi ꝑ eum,vt facilius inducantur prælati ad viſitandum & conſecrãdum,ut ibi per eum.Immo pro labore,quem ſuſtinent clerici in celebratione diuinorum in exhibendo ibi ſuam præſentiũ, & trahendo ibi moram,poſſunt nedum recipere in recompenſationem damnorum aliquid, ſed etiam poſſunt agere vt eis detur pretium,per illud,quod dicit Inn. c. pen.ne prælat. uices ſuas,& glo.c.ſuam.de ſimonia.ubi Ioan. Andr. qui ſecundum Hoſt.dicit etiam competere actionem de facto, ut per.Abb.in c.abundè,de ſepult.ubi ſuper hoc facit diſtinctionem inter clericos eccleſiæ ubi fiunt exequiæ,& clericos extraneos,ideſt,alterius eccleſiæ.Et exhibitis primò ac impenſis mortuarijs, & collatis ſacramentis,ſi deficiatur in recompenſatione,aut alijs huiuſmodi ſolitis, poteſt fieri compulſio contra deficientem ad obſeruandum laudabilem conſuetudinem.per glo.d.c.ſuã, in c.ad Apoſtolicam.de ſimonia.concordat. l. priuilegia.C.de ſacroſanct.eccl.ubi Bar.

Et ſi ciuitas ſit ſolita dare aliquid eccleſiæ, non poteſt illud per ſtatutum tolli,per ea,quæ latè per Abb.c.abolendæ. de ſepult.Dom.de S.Geminiano cap.1.uerſi.ulterius opponitur,de conſt.lib.6.Ludou.Rom.in auth.ſimiliter.C.ad legem falcidiã, in uerbo nouitij.Idem Lud.in ſing.ſuo.442.incip pone populus.Io.Andr.in addit.ad Spec.in tit. de inſtrum.edit. eod.§.nũc uerò aliqua.

Nec poſſunt reprehendi presbyteri parrochiani recipientes oblationes pro certis ſacramentis,etiam ſi eorum eccleſiæ ſint plenè dotatæ.Petr.de Anch.conſi.48.incip,quia talia aſſerunt. & ſemper eſt licitum ſacerdoti aliquid recipere pro exequijs mortuorum,quando ei ſumptus deficiunt.1.q.1.ca iudices, & ibi gl.cum Doct.& pro teſtimonio perhibendo teſtes poſſunt recipere ſumptus,& iudex,qui gratis iudicare debet, recipere tamen ſumptus licitè poteſt,per iura,quæ adducit glo.c.ſuo.de
13 ſimonia, facit, quia notarius, cui certum non ſit ſalarium,& merces de publico deputata ab epiſcopo pro ſuo labore in notanda ordinum collatione,aut rogitu illarum, poteſt licitè & ſine uitio ſimoniæ pecuniam recipere.per Abb.c.1.de ſimon. Dec.c.1.uerſi.reſtringitur hæc prima limitatio. de probat. ubi late ponit qñ Notarius poſſit recipere ſalarium pro ſuo labore,licet glo.in c.ſicut epiſcopum.1.q.2.indiſtinctè dicat,ꝙ ſiue habeat de publico notarius ſalarium,ſiue non habeat,nihil debet recipere notarius pro nota & rogitu collationis ordinis; ſed epiſcopus habet procurare, ꝙ ſine acceptatione muneris alicuius ſcribatur,vt ibi per eum,quam opinionem Abb. non obſtante tali glo.quam ibi etiam allegat, ſequitur & tenet Bertachin.in tract.de epiſcop.uerſi.Item deponendus,mihi.num. 41.ubi multa ad materiam propoſitam allegat,pro quo etiam vide Abb.in c.& ſi quæſtiones.circa finem.de ſimonia, & quæ dicit Barto.in l.argentarius.in prin.ff.de eden.ubi dicit, ꝙ licet non competat actio notario pro mercede,tamen poterit tenere inſtrumentum donec ſibi ſatisfiat pro mercede confectionis,& pro labore,ubi ſubiungit, ꝙ propter communem conſuetudinem notariorum hodie competit utilis actio ex locato.pro quo etiam uide eundem in l.1.§. iudex.ff.de var.& extraord.crimin.Bar.in l.in metus.ff.de re iudic.late Fel.in c.1.de ſimonia.not.in l.fi.C.de prim.agen.& in l.in ſacris,in fine.C.de proxi.ſa ſcrin.lib,12.uide Angel.in ſumma, in uerbo ſimonia. 3.uerſic.utrum notarius.& uide Ioan. Fran. Pauin. in tract.de uiſitat quæſt.4.ſecundæ partis nume.4. 5.6. ubi dicit, ꝙ ſi notarius peteret pro opere ſuo iuſtum ſalarium, uel aliquantulum plus iuſto propter facti magnitudinem, non videtur hoc prohiberi,ſed in talibus locis aliquis ſponte offerens non committit ſimoniam.per tex.in c.dilectus.el 2.eo.tit.ad finem,maxime ſi ſit conſuetudo de aliquo offerendo, ꝙ pietatem & deuotionem moueat,ut ibi per eum,& ꝙ uenditor ſit,qui ſoluat mer-
14 cedem notario(ſi tamen non ſit eccleſia,quæ uendat)non emptor.uide Ang.in anth.de alie.& emph.§.hoc etiam, col.9.Cy. & Bal.in l.eos.C.de uſur.l.debet.ff. de ædilit. edit. facit text in anth.de ſanct.epiſcopis.§.ſed neque curiale,uerſi. ſed neq; clericum.ubi licet prohibeatur per ordinatum,ſeu ordinandum aliquid dari ei,qui ordinat;ſi quid tamen ſit de ſtilo ſolitum dari & conſuetum,iubetur dari,& conſuetudines obſeruari, dũmodo datum & oblatum non tranſeat ſummam & valorem alimentorum unius anni,pro quo facit.c.quemadmodum.12. q.1.& ibi Gemin. & Arch.

Nec eſt extra propoſitum illud,quod habetur in capit. ſicut epiſcopum prima quæſt.1.ubi licet ab ordinario nil poſſit exigi uoluntarie tamen ſponte datum reſpui non debet, & ponit Abb.quæſtionem,& concludit in c.primo. de ſimonia, ꝙ licet pro conferendis ſpiritualibus,quæ gratis conferri & miniſtrari debent, nihil poſſit dari, tamen quando non pro ipſis ſpiritualibus principaliter, ſed ex charitate quadam ac deuotio-

Source : BIU Cujas

ne aliquid confertur, iicitè & ſecurè poteſt oblatum recipi. per tex. in c. & ſi quæſtiones. de ſimonia, quia Cardinalis, qui palafrenum recipit a fratre Archiepiſcopo ſibi dono datum, anteaquam Archiepiſcopo pallium commiſſum daret, de quo in tex. in præallegato. c. & ſi quæſtiones, non vilus fuit propterea committere ſimoniam, & tpe receptionis alicuius ſpiritualitatis põt etiam fieri ei donatio temporalitatis, quæ põt recipi licitè, & ſine vitio ſimoniæ, prout legitur in tex. ubi Abb. & alij in c. tua nos, de ſimonia. vbi clericus petens admitti in canonicũ põt offerre ſua bona licitè eccleſiæ, in qua petit canonicari, & illum poſſunt admittere clerici ſine vitio ſimoniæ, dummodo ſine pacto & conditione aliqua interueniente, vt ibi, & pro hoc vide, quæ ponit Ang. in ſumma, in verbo ſimonia, verſi. vtrum offerrens, nu. 3.

15 Et pro remiſſione peccatorum ſoluitur licitè pecunia in eleemoſynis iuxta illud Danielis. 4. Pecunia tua & eleemoſynis te redime. Idem Ang. præallegato loco, uerſi. tertius eſt, & Ambroſius ait. Peccatis tuis venundatus es, a diabolo redimet te pecunia tua. per tex. in c. medicina, & c. ſeq. de pœni. diſt. 1. qui dicit ad litteram. & remiſſio peccatorum eſt de ſpiritualib. quæ a Deo fit & Spiritu ſancto. c. ita fit. 1. q. 1. & fit per verbum Dei, & per officium ſacerdotis ſacrumque miniſterium. c. remittũtur. 23. q. 5. in prin. imò ſolius eſt Dei, & eſt a Deo, non ab hominibus. Arch. c. Arrianos. 1. q. 1. & fit, & per miniſtri meritum obtinetur. c. remiſſionem. 1. q. 1. & per gl. in uerbo, qui per orationem, quæ dicit, ꝙ per orationem & preces iuſtorũ, qui ſunt in eccleſia Domini facilius peccatorum obtinetur remiſſio. ꝑ tex. quem allegat in c. 23. q. 3. uel per vinculum charitatis eccleſiæ, per quod dimittuntur peccata. c. eccleſiæ charitas. diſt. 4. de conſecr. facit etiam, quia põt dari pecunia ſacerdoti pro miſſa & diuino officio, quod dicit ratione ſubſtentationis ſuæ, qui poteſt accipere pecuniam vel præbendã, non vt accipiat pro conſecratione, ſeu pro confectione euchariſtiæ, vel pro orationibus, & huiuſmodi, qua ſi pretium eorum; ſed vti ſtipendiũ eius ſubſtentationis, vt ait Auguſtinus. Accipiant ſubſtentationem ſuæ neceſſitatis a populo, mercedem miniſtrationis ſuæ a Deo, & per gl. in c. ſignificatum. extra de præb. uide Summam Sylueſtrinam in uerbo ſimonia. mihi col. 11. uerſi. 3. pro celebratione. ſic & Prophetæ antiqui teſtamenti, ſi aliquando accipiebãt aliquid in prophetando, accipiebant illa, quæ dabantur per modum eleemoſynæ ad ſubſtentationem ſuæ vitæ, non ad pretiũ prophetiæ, nec pro actu prophetandi. Io. de Sylua. in tract. de beneficio. q. 7. 1. par. uerſi. & primo circa. nu. 57. per tex. in c. iudices. 1. q. 1. vbi vxor Hieroboam miſſa a viro ſuo ad Achiã Prophetam, vt audiret, quod futurũ eſſet ſuper infirmitate filij ſui
16 primogeniti infirmi, obtulit prophetæ decem panes, cruſtulã, & vas mellis, magis in ſumptus & ſubſtentationem Prophetæ, quàm pro munere prophetiæ. Et quartam partem ſicli nummiſmatis, quæ conficit quatuor obolos, Saul obtulit Samueli prophetæ, vt per tex. & gl. & Arch. ibi præallegato c. iudices, hĩ & glo. in c. denique. 36. q. 2. Et in libro Ioſuæ legitur, ꝙ Achar filius Carmi capta ciuitate Hierici furatus eſt clamidem coccineam, & centum Siclos argenti, & tegulam auream quinquaginta Siclorum. gloſſ. in c. eccleſia. 1. q. 4. uerbo, Hierico, quod paruum pretium, & paruum munus ſeruiebat pro ſubſtentatione prophetæ. Id, quod declaratur per hiſtoriam, quæ recitat per gl. ibi in verbo, Saulem, cum Saul dixiſſet ſeruo. Quid feremus viro Dei, cum iam panis deficiat nobis in ciſtulis, & ſportulam non habeamus? cui ſubiungit ſeruus. Habeo in manu quartam partem ſtateris argenti, per quod deſignatur parua quantitas pecuniæ nã ſtater eſt genus nummiſmatis, quatuor valens dragmas, ſiue ſolidos, turnonienſes quatuordecim, cuius quarta pars tres ſolidos conficiebat cum duobus quartis aliorum duorum ſolidorum turnonenſium, in totum ad quatuor ſolidos non aſcendens. Aliàs ſtater ualet duo didragmata, didragma verò duos valet denarios vſuales. Vnde verſus, Dat nummos didragma duos, ſtater id duplicabit. vti per Arch. c. magnum. 11. q. 1. & vide ꝙ ſtatere Chriſtus noſter Saluator ſoluit tributum Cæſari, quando miſit Petrum piſcari, & primo piſce extracto, ore aperto, inuento ſtatere mandauit ſolui uenientibus pro tributo. Matth. c. 18. Ioã. Vgo in tract. de officio quar. prælat. §. conſequenter. per ꝙ innuebatur, ꝙ parum erat illud, quod ſacerdoti, & prophetæ dari conſueuerat, & pro ſuſtentatione vitæ eorum dabatur, ꝙ licitè ſine vitio & peccato accipere poterant, id quod ẽt innuit tex. ibi, noſtri ergo ſacerdotes ſi nolunt vendere prophetiam & columbam quinque obolorum tm̃ ſint contenti mercede, qui vtinam non pretium villarum, ſed quinque obolos acciperent. Facit illud, quod ha
17 betur per beatum Thomam in quarto ſententiarum diſtin. 25. vbi vr̃ ꝙ poſſit dari licitè eleemoſyna pauperi pro oratione ad inducendum illum ad orandum pro te, vnde Sapiens, Abſconde eleemoſynã in ſinu pauperis, & orabit pro te. Facit & illud, ꝙ vr̃ licitum dari pecunia ab illo, qui ius quæſitũ habet ſuper beneficio pro redẽptione vexationis & moleſtiæ, quæ ſibi de ſuper infertur contra iuſtitiam, & pro ſuo iure quæſito conſeruando, non tm̃ pro iure quærendo. Ang. in ſumma, in verbo ſimonia. 2. uerſ. quartus eſt, & intellige ſi renuntians non habeat ius. Abb. c. cum pridem. de pact. & uide quæ diximus ſuprà in diſt. ſpiritualium in §. quædam ſunt ſpiritualia, quæ ſpũalia prouenium ptãre. S. Thomas in 4. diſt. 15. per Doct. in c. dilectus, el primo, de ſimonia. per Abb. in c. Matthæus, & c. ſeq. & in c. dilectus filius, de ſimonia, el 1. glo. & Doct. & ibi Abb. in c. cum pridem. de pact. Abb. c. ad aures, de ſimonia.

Et clerici & ſacerdotes operas ſuas ẽt licitè locare poſſunt. gl. eſt in c præcipimus. 21. q. 2. Abb. c. ad noſtram, de ſimonia, & in c. qm̃. ne præl. uic. ſuas. & in c. ſuam. in fin. de ſimonia. qui hoc extendit ẽt ad ſacerdotem non extraneum, & ẽt ad non paupe rem, imo ad abundantem, vt ibi per eum in fine. facit tex. in c. fi. ne præl. vic. ſuas, imò & literas. & agriculturam, & artificiolæ manualia, quò victum ſibi parare poſſint clericis exercere prę cipitur, quod vr̃ clerico indignum, indecorum & inconueniẽs, cum ſint magis laicis perſonis conuenientia. c. clericus, & cap. ſeq. 91. diſt. vbi no. gl. ꝙ non per totum diem põt locare operas ſuas ſacerdos ꝓ illa verba in text. ſine officij ſui detrimento,
18 quia debet ſibi tm̃ tpis relinquere, & tm̃ diei & tpis reſeruare, quo commode diuinis uacaret, & ex quali artificiolo poſſit ſe licitè ſuſtentari. vide no. per gl. 14. q. 3. in ſumma, in gl. circa fi. & quæ ſint artificia licita ſacerdoti, dicit Fel. in c. ſuam. de ſimonia qui ibi allegat Spec. dicit & Abb. in c. ſuam de ſimonia, vbi ſcribendo, pueros docendo, & quid tale manibus faciẽdo, clerici quibus ſumptus deficiunt, ſibi ſumptui neceſſaria parare poſſunt, prout ibi dicit ꝙ Paulas quoque tpe prædicationis ſibi victum manu quærebat, per iura quæ ibi allegat. vide Ang. in ſumma in uer. clericus. uerſi. vtrũ clericus. ubi dicit, ꝙ clericus per honeſtum artificium poteſt ſibi quærere neceſſaria ad victum, ſecundum Abb. in c. clericum. de uit. & honeſt. cler. facit c. 1. de celeb. miſſar. & 91. diſt. per totum, dummodo ꝓ hoc nõ ſe ſubtrahat a diuinis officijs, ubi dicit ẽt de negotiatione licita & prohibita clericis, vbi hr̃ quid ſit negotiatio, & quid ſit artificium. & ibi in additione declaratur ꝙ inter negotiationem & artificium hoc differt, ꝙ negotiari eſt aliquid emere & illud vẽdere ſine mutatione, carius, ideſt emere vt venda tur poſtea carius, & artificiari eſt emere & mutatum vẽdere: vt ſi quis emat vimina vt faciat caniſtra, vt ibidẽ, vbi dicit, ꝙ licèt clericus poſſit uti artificio, non tm̃ debet hoc facere principaliter ꝓ lucrũ clem. præſente. de cenſi. c. quanquam, eo. ti. lib. 6. quia clerici debent verſari circa vitam contemplatiuam, non de mundanis habere curam, niſi quatenus ſunt neceſſaria ad corporalem vitam. 1. q. 3. ſi quis obiecerit, ut ibidem. Sed de hoc habebis in materia ſpoliorum in q. quæ negotia ſint permiſſa & interdicta clericis, quem tractatulum Deo dãte propediem edemus. immo ſi pauper ſit ſacerdos, qui non habeat vnde viuat, põt po
11 pulo ſubtrahere diuina officia & exhibitiones diuinorum ac ſpũalium, niſi ei dentur pro ſua ſuſtentatione oblationes, quæ videntur debitæ, & vt debitæ exigendæ, & ad illas dandas parrochiani ſunt cogendi. per gl. in c. omnis, de conſecr. diſt. 1. Ang. in ſumma. in uerbo ſimonia. 2. verſi. & ſi ſacerdos.

Verùm pro conciliatione iſtorum eſt dicendum, ꝙ licet dicatur, pro ſacramento baptiſmi nihil exigi debeat temporale per ſacerdotem tale ſacramentum conferentem, intelligi debet, ꝙ pro ſacramento & illius collatione nihil poteſt licitè exigi, quia eſſet vendere, & permutare ſpiritualia temporalibus, quod fieri non poteſt ſine ſimoniæ vitio; ſed bene aliquid ſpõte oblatum pro ſuſtentatione vitæ ſuæ ſine præuia mente deprauata & ſimoniaca ex parte dantis aut recipientis licite & dari & accipi poteſt, vt ſuprà latè diximus, & maximè per dictum Aug. Accipiant ſuſtentationem ſuam a populo, mercedẽ ſuæ adminiſtrationis a Deo.

Nec propterea infertur, quin ſacerdotes & clerici in caſtris dominicis militantes, & pro eccleſiaſticis vtilitatibus laborantes, & in eccleſia Dei deſeruiẽtes pro illorum ſeruitio præmia & dignitates iuxta menſuram ſeruitij & laboris habere & conſequi debeant. Et quia de fructibus altaris, cui ſeruiunt, ac de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius ſeruitio ſunt deputati alimentari habeant, quia ſuæ militiæ ſtipendia habere & conſequi debẽt. per Abb. in c. epiſcopus, de præb. facit Caſſad. deciſi. 19. de præbend. vbi quærit & diſputat, An expenſæ clericorum minuant fructus beneficij, & an ſalarium, quod datur deſeruientibus in
19 eccleſia detrahatur in expreſſione veri valoris? Quia labores non debent eſſe ſine recompenſatione condigna, quia ad quẽ ſpectat onus, ad illum & emolumentum peruenire debet; vti epiſcopo, qui pro labore ſuo, & pro mora, quam trahit in viſitando, aliquid poteſt exigere, & pro conſecratione accipere poteſt ſuam procurationem, & clerici & ſacerdotes pariter in recompenſam damnorum pro mora, quam trahunt in diuinorum celebratione, & in exequijs mortuorum, poſt tamen quã impenderunt ſeruitia circa diuina, non ante poſſunt recipere, maximè ſi ſit conſuetudo, qua ſtante poſſunt cogere deficientem in recompenſatione ad ſeruandum laudabilem conſuetudinem, prout cnã de notario dr̃, cui non ſit ex publico deputa-

tum

Source : BIU Cujas

tum salarium, cui est licitum siue vitio simoniæ recipere aliquid pro mercede sui laboris impensi.

Vnde distinguitur, q̃ aut sacerdos tenetur ad diuina sacramenta ministranda, puta, quia habet beneficium & officiare tenetur, & ei sumptus non deficiunt ad sui sustẽtationem, & tũc exigere pro sacramentorum collatione & alijs diuinis nõ potest aliquid sacerdos sine vitio simoniæ.ca.vendentes.1.q.3.& c.seq.cum glo.quæ in verbo ministrat.exponit, qui ministrare debet, per quod notatur, q̃ pro exequutione debiti officij nihil exigi potest sine simonia, per Angel. in summa in uerbo simonia.2.vers.secundus est, vbi ponit, q̃ tria concurrere debẽt, vt liceat sacerdoti accipere, vbi vide, prout in simili de notario qui nihil pro mercede laboris sui recipere põt, quando est ei de publico deputatum salarium, si verò non tenetur, nec habet vnde sibi suppetat sumptus ad suæ vitæ sustentationem, & tunc poterit exigere pecuniam licitè absque vitio simoniæ.ca. judices.1.q.1.considerata qualitate negotij, non ordinis, sicuti faciunt, qui pro clericatu tantum, pro Diaconatu plus & huiusmodi, quia sic est simonia.argu.10.q.2.precarie, vt est etiam simonia aliquid exigere pro sigillo, nisi expensas ceræ, per Angel.in summa, in uerbo simonia.3.vers.uerum notarius, cum non sit inconueniens etiam clerico & sacerdoti in casu isto ẽt operas suas locare, id quod facere possunt ad diem aut sub cõditione.c.fi.ne præl.vic.suas, hanc distinctionem ponit glosl in c.suam, vbi Abb.de simonia, quam sequitur & declarat Io.de sylua.in suo tract.de beneficio.7.q.1.parte.vers. Item pro celebratione.num.56.& melius per eundem.vers. Item pro vsu spiritualis potestatis.num.60.

Et sacerdos, qui ex officio suo tenetur, qui habet uictũ pro suis sumptibus, qui tenetur spiritualia ministrare.c.sufficit.dist. prima, de consecr. si tamen sit consuetudo, q̃ aliquid detur p̃ exequijs, pro mortuarijs, & alijs huiusmodi, licitè potest ab eo
21 datum recipi, & si deficiat, licèt non competat actio ad id petẽdum. Tamen ibi dicit glo q̃ põt cogi populus ad honestã consuetudinẽ seruandam, per iura vide Du.quæ ibi adducit, qd̃ tñ intellige prout ibi dicit Panor. vt sit siquidem consuetudo de exigendo aliquid postquam sunt exhibita sacramẽta & exequiæ & similia, quia tunc talis consuetudo vti non contra ius, & fauorabilis ecclesiæ in bono & æquo fundata.vti honesta & laudabilis est seruanda; & ad illam potest cogi populus, quia vr̃ ex mera liberalitate, & deuotione populi introducta, nec vitium, aut fundamentum uitiosum aliquod habet, sed honestum, & laudabile; quia non est magnum nec mirum: si ab eo metantur temporalia, qui spiritualia seminat c.si episcopus.de off.ordin.c.quoniam.de off.ordin.lib.6. & ad illam videtur populus uoluisse se obligare, & constituere illam spontaneã obligationem in recompensatione spiritualium, recognoscendo Deum in muneribus suis, & redimendo peccatum eleemosynis, & gratis spiritualibus prius exhibitis licitè possunt statutæ & consuetæ oblationes & quicũque alij prouentus exigi à nolentibus & volentibus soluere authoritate superioris interueniente.S.Thom.q.c.de simonia.§.ad 4.versic.quis militat. Nec obstat illud, quod hr̃ in tex.in c.sicut pro certo.eod.titu.& per Abb.ibi, qui vr̃ contrarius, q̃ ẽt pro ordine collato non potest induci consuetudo q̃ aliquid detur, quod videretur contra, qa respondetur q̃ tex.ibi dicit q̃ erat taxatum quantum isti, quãtum illi, aut alteri pro hoc vel pro illo ordine ueniret persoluendum: quo casu ex quo sciebat quãtum quis haberet soluere, & quantũ quis haberet recipere, & quantũ quis haberet exigere, videbatur quodammodo vti pactum factum & conuentum pro ordine conferendo, quod fieri non potest sine simonia.& sic videbatur præcedere cõuentio pretij pro ordine, qñ ordinandus certificatus de taxa & quantitate taxata, quã habebat soluere pro ordine quem requirebat, non respuebat ordinationem cum solutione talis taxæ, prout si statuto caueatur, q̃ nouiter receptus in canonicum vel monachum soluat certum quid, simonia est illud soluere per receptionem, secũdum Abb.in c.dilectus.el.2.eo.tit. quia solutio vr̃ facta virtute illius taxationis, & nõ p̃ labore, per iura adducta per summã Sylue strinam in verbo simonia.vers. quintum si statuto cauetur, & per Host.in d.c.sicut, not. Abb. q̃ per ordinãdũ potest aliquid dari ad fabricam ecclesię, aut ad diuinum cultum, & super hoc
22 posse cõsuetudinem introduci, & satis ad diuinum cultum datum intelligitur, quando sit datũ in sumptus & in sustentationem sacerdotis, & ecclesiasticarum personarum, quæ ad seruitia Dei, & ad diuinum cultũ sunt deputatæ, per tex.c.cum secũdũ.de præben. vnde sic intelligendo nõ obstat text. nec qd̃ ibi notatur, nec erit sibi isto modo cõtrarius Abb.& consuetudo huiusmodi introducitur spatio 10.annorũ, & tribuit actionẽ agere volenti.vt per Abb.in c.suam.de simonia, secus erit si sit cõsuetudo q̃ prius fiat exactio temporalis, quàm subministrẽtur res spirituales, quia eo casu malo & vitioso initio & fundamento introducta cõsuetudo non laudabilis, neque honesta, immo cõtra ius, & sanctorum Canonũ dispositionem non est seruãda, immo vti corruptela reijcienda & abolenda: per text. in c.cum in ecclesiæ.de simonia.in quib.terminis loquitur, vt per Abb.d.ca.suam. de simonia. vbi ponit & approbat istã distinctionem, & per eundem in cap.ad Apostolicam.vers.sedsi conuenit.eod.tit.& per eundem Abb.in c.abolendæ.3.not. de sepulturis.vbi per illum tex.dicit, q̃ ad diœcesanos spectat tollere prauas consuetudines.vt ibi Papa præcipit tolli prauã clericorum consuetudinem apud montem Pessulanum, qui nõ permittebant effodi sepulturam, nisi prius eis aliquo soluto. Nec obstãt illa quæ suprà adduximus de remissione peccatorum, & pro excitando paupere ad orandum pro te, & pro redimenda iniusta vexatione super beneficio ius quæsitũ habenti illata, qa sunt de illis quinque in quibus licitè sine simonia pro spiritualibus põt pecunia solui, quæ ponuntur per glo.in summa.1.q.1.& declarantur per Io.de Sylu.in suo tract.de benefic. 7.q.1.parte.col.8.num.47.48. & seq. vers. quantũ ad manus. Nec minus obst.illud, quod pro sacramentis necessarijs, sine quibus homo saluari non potest, sit licitum aliquid dari, vt per Abb.dicitur, quia respondetur, q̃ Abb. ibi se remittit ad ea, q̃ dixit in c.cũ in ecclesiæ.eod.tit.vbi dicit, q̃ si sacerdos nolit baptizare sine pecunia, licitè potest dari, licèt illicitè recipiatur, quia non datur in emptionem spiritualitati, sed vt tollat impedimentum illicitè sacramento præstitũ ex necessitate, qui non committit neque peccat, vti in simili dicimus de eo, qui recepit pecuniam ad vsuram ex necessitate, qui nõ peccat, nec vsuram committit; quia non facit voluntariè, neque animo inducendi alium ad vsuram committendam, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Simonia mentalis committitur in sacramentis confirmationis, confessionis & alijs. & ibi de uerbo consignandis. & per quæ uerba fit sacramentum consignationis.*

2 *Sacerdos qui uadit ad audiendum confessionem intendens principaliter ad lucrum, simoniam committit. & vide ibi, quod dando, honorando, loquendo, possumus blandiri infidelibus vt conuertantur. hinc habes, quod Sylue ster promisit munera omnibus, qui baptizari vellent. tamen non debet pecunia dari ex pacto vt quis conuertatur ad fidem. & Sacerdos permittẽs ob pecuniam parrochianis facultatem alteri sua peccata confitendi, simoniam committit: & pro eucharistia nihil datur sacerdoti, uerùm celebranti potest dari aliquid, non in pretium sacramenti, sed in sui sustentationem.*

3 *Super spiritualibus in quibus principale quæsitum est spirituale, non potest conueniri, secus vbi principale quæsitum est temporale. & quæ sint in quibus principale quæsitum est spirituale.*

De simonia mentali in sacramento confirmationis, confessionis, extremæ vnctionis, & eucharistiæ. Cap. 7.

IDem quoque puto benè posse dici de sacramẽto confirmationis, confessionis pœnitentiæ, extremæ vnctionis, & eucharistiæ, pro quib. nihil recipi, aut dari potest: & in illis prout in baptismo mentalis committitur simonia, quando cum mente deprauata aliqua pro illis dandis aut recipiendis, conferuntur, aut recipiuntur, vti suprà fuit dictum de baptismo, vt per glo.in cap. baptizandis.1.q.1.in verbo consignandis, quæ dicit per tex.quẽ allegat, q̃ generale est, vt pro omnibus sacramentis nihil exigatur. Vnde si animo & mente aliquid exigendi, recipiendi, aut
1 dandi conferuntur, aut recipiuntur respectiuè, opere sequuto in illis mentalis committitur simonia, vt latè superius diximus de baptismo.est tex.in c.non satis.extra de simonia, vbi ad literam dicitur, q̃ pro chrismate & olei receptione, nulla cuiusquam pretij exactio attentetur. Et pro chrismatis receptione intellige confirmationis & consignationis sacramentũ. ut per glo.d.c.baptizandis.1.q.1.in verbo consignandis, id est, inquit hl, chrismandis, id est chrismate quod est oleũ cum balsamo ab episcopo sanctificatum vngendis, qui & consignãdi appellantur, per tex.d.c.baptizandis.nam fit per ista verba. Cõsigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti amen. per Archid.c.uouissimè. de consecr.dist. 5. nec & pro chrismate ipso pecuniæ aliquo modo exigi possunt.c.in tantum.& ibi Abb. de simonia, & Paris de Puteo in tract de uisitat.q.5.1.parte.num.17.tract tomo 3. Et si exiguntur, incurritur periculum depositionis. c.ea quæ, de simonia.& ibi gl.c.non satis.eo.tit.& c.baptizandis.ca quicquid.c dictum.c.statuimus. 1.q.1. nisi tamen in casu necessitatis & paupertatis, quo casu pecunia pro chrismate dari potest. Archidia.cap.placuit, el primo.1.q.1. secundum aliquorũ opiniones, sed tex.in d.cap.placuit, & ibi Archid.hoc non dicunt, sed bene quòd potest emi balsamum pro conficiendo chrismate, quod non est prohibitum ante consecrationem, vt per glo.ibidem.

Et pro pœnitentia & confessione tanquam sacramento & re spiritnali, nihil exigi debet.c.quicquid.1.q.1.& sacerdos, qui

audit

Source : BIU Cujas

audit confeſſionem principaliter ad lucrum intendens,& ani
2 mo principaliter lucrum percipiendi committit ſimoniã mẽ
talem. Angel. in ſumma. in verbo ſimonia, primo verſ. vtrũ vo
luntas mihi num. 6. & ca. quam pio. 1. q. 2. vbi dicitur, quòd ad
Dei cultũ nemo muneris aut pretij interuentu prouocari de-
bet,& licèt ibi per gl. dicatur, ꝙ dando, honorando, & loquẽ-
do poſſumus blandiri infidelibus vt conuertantur, & ꝙ eſt ſi-
moniacum ſi quid detur hæretico aut pagano, vt chriſtianus
fiat: & ꝙ vr̃ permiſſum, ſi poſſum me eleemoſynis à peccatis
redimere. Itidem & aliam perſonam poſſe & ꝙ Sylueſter pro-
miſit omnibus munera, qui vellẽt baptizari, intellige ſano mo-
do, vt videlicet ſit prohibita tantùm pactio, & conuentio, non
aliàs, quia datum ſpõte liberaliter, deuotè & cã charitatis ſine
pactione, non in pretium rei ſpiritualis, non eſt prohibitũ: pro
ut late ſuprà diximus, & ibi optime declarat Archi. quia quod
dicitur, ꝙ pecunia & eleemoſynis te potes à peccatis redi-
mere, ergo & alium. Et ꝙ Sylueſter promiſit munera illis qui
baptizari uellent, intelligi itidem debet non per pactionem, cõ
uentionem, aut modum, per quem inducatur ſimonia, ſed per
modum licitum, & à canonibus permiſſum. vt per Abb. cap.
cum in eccleſia. de ſimonia, qui ponit & diſputat quæſtionem,
verſ. ſecundo quærit. In ſimili vide, quæ dicit Arch. in ca. ordi-
nationes. 1. q. 1. de illo canonico malę conditionis, qui authori
tate Papæ fuit expulſus de eccleſia ab Epiſcopo mediante cer-
ta pecunia conuenta, quod facit ad propoſitum quæſtionis
ibi poſitæ. per Arch. An videlicet poſſit dari pecunia alicui, ut
de cętero ſimoniam non committat, vide ẽt Abb. in c. dilectus
filius, el 2. de ſimonia. in ver. in gl. 1. vbi dicit, ꝙ nõ debet dari pe
cunia ex pacto alicui vt cõuertatur ad fidẽ ſed bene vt ad fidẽ
alliciatur, aliquid dari debet, gratia liberalitatis, gl. tamen ibi di
cit ꝙ bene poteſt dari pecunia, vt aliquis couuertatur ad fidẽ,
& ſub tali conditione poſſums vxorem ducere, & duriori pen
ſione poſſum aliquem onerare, vt conuertatur ad fidẽ, ſed in
tellige vt declarat ibi Fel. & Abb. & ſecundum Abb. & ad illius
declarationem & intellectum intellige tex. & ibi glo. Io. in ca.
debet, quod eſt pen. 23. quæſt. 4. Angel. in ſumma in verbo ſi-
monia, 2. uerſ. vtrum licite. Ioan. de Sylu. in tracta. ſuo de bene-
ficio. q. 7. 1. parte, ubi etiam dicit ꝙ ſacerdos, qui non vult dare
licentiam ſuo parrochiano alteri ſacerdoti ſua peccata confitẽ
di, niſi per pecuniam, ſimoniam committit, per no. per Archie
piſcopum Flor. & per ſummiſtas ibi per eum adduct.

Pari modo dicetur de Communionis & Euchariſtiæ ſacra-
mẽto, pro quo conferendo & recipiendo nihil dari aut recipi
poteſt ſine vitio ſimoniæ, per tex. in c. dictum. c. nullus, el pri-
mo. 1. q. 1. Io. de Sylua. in tract. de beneficio. 7. q. 1. parte. vbi al-
legat, credo deprauatè, Doctores in c. non ſatis. de ſimonia, q
id dicunt, & non ſolùm datio cum effectu aut receptio eſt pro
hibita, ſed mens & conatus. vt per glo. d. c. nullus. per iura quę
ibi adducit. Et licèt pro miſſis decantandis in quibus euchari-
ſtia conſecratur, aliqui ſacerdotes præbendam aut pecuniam
accipiant, licitè tñ ſacerdos non accipit quaſi in pretium con-
ſecrationis euchariſtiæ aut miſſæ decantandæ: hoc enim eſſet
ſimoniacum, ſed quaſi in ſtipendium ſuæ ſuſtentationis. ꝑ ſan-
ctum Thom. q. c. de ſimonia. §. ad ſecundum. uerſ. ad ſecũdum.
Quæ etiam habent locum, & dici poſſunt de ſacramẽto extre-
mæ vnctionis, pro cuius collatione, vti nihil exigi ſine ſimonia
poteſt. c. non ſatis. & ibi Abb. & alij. extra de ſimonia, ita nihil
dari aut recipi poteſt ſine vitio ſimoniæ. cap. ad Apoſtolicam,
3 & ibi glo. c. cum in eccleſiæ. cum ibi gl. de ſimonia. Et iſta om-
nia, quæ ſuprà diximus de ſimonia in quolibet ſacramento,
ſunt intelligenda iuxta declarationem & diſtinctionem quam
facit pulchrè Cardinalis Caetan. in ſuis commentarijs ad ſan-
ctum Thom. d. q. c. §. ad tertium. vbi dicit, ꝙ quædam ſunt mix
ta ex ſpirituali & temporali in quibus principale quæſitum eſt
id ꝙ eſt temporale. Quædam verò in quibus principale quæ-
ſitum eſt, ꝙ eſt ſpirituale, & iuxta hanc diſtinctionem dr̃, quòd
illa in quibus principale quæſitum eſt temporale poſſunt ſub
pacto poni, veluti ſunt Cantoris, Organiſtæ, quæritur enim in
eis vox artis opus, quæ ſenſibilia ac temporalia ſunt. item ad-
uocati & doctores cuiuſcunque facultatis, qui licitè vendunt
& locant operas ſuas, quoniam principale quæſitum eſt in eis
humanum auxilium vel ad iuſtitiam vel ad ſcientiam. Quædã
ſunt in quibus principale eſt id quòd eſt ſpirituali annexum. ve
luti ſunt, celebratio, oratio, ſacramentorum adminiſtratio, ꝑ
officio diuino ſeu mortdorum, prædicatio, oleum ſanctum,
chriſma, benedictio nubentium, & eiuſmodi, in quibus quia
principale quæſitum eſt ſpirituale, & quicquid tẽporale in iſtis
interuenit nõ æſtimatur, niſi ratione ſpiritualis. in quib. non eſt
licitum paciſci, pactionem aut conuentionem facere, & aliàs,
vt ibi per eum, vbi pro intelligentia iſtorum videas.

SVMMARIVM.

1 *Ordo & matrimonium ſunt ſacramenta uoluntaria, ſine quibus homo ſal-
uari poteſt & ordo multifariam accipitur.*

2 *Quid ſit ordo ſacer. Quare quatuor ordines ſacri appellentur. ordinatio-
nes eccleſiaſtica ſunt ſeptem et quæ. tonſura eſt ordo ſecundum Canoniſ-
tas, ſecundum Teologos non eſt. et ibi, quod epiſcopus confert ordines
etiam epiſcopatu reſignato. et ſunt ordines ſecundum canoniſtas nouem.*

3 *Ad epiſcopum ordinariè ſpectat munus ordinandi. & ibi dantur caſus in
quibus ſacerdos & abbas dant primam tonſuram. et quod Sacerdotium
habuit originem à Deo, & eſt de iure diuino. & Sacerdotium fuit tranſ-
fuſum de Aaron in Chriſtum. vbi, quod Moyſes Aaron in magnum, eius
filios vnxit in ſacerdotes minores & an hodie Moyſes, & Aaron ſi uiue-
rent, poſſint quem ordinare: & quod Aaron fuit primus, qui in lege no
men ſacerdotale accepit. & quod primus ſacerdos fuit Abraham. & Mel
chiſedech fuit contemporaneus Abrahæ. & Melchiſedech fuit Sem uoca
tus, filius Noe, cui cooperuit pudenda.*

4 *Sem fuit à patre benedictus, ſacerdos altiſſimi uocatus, ciuitatem Hieruſa
lem condidit. Heli fuit ſummus ſacerdos. & ibi habes, quod ordinatio et
conſecratio Apoſtolorum fuit facta à Domino, & ibi uide, quo tempore
vna, & quo alia facta fuit. Iacobus ordinatus archiepiſcopus Hieroſolẽ
mitanus.*

5 *Præsbyteri & rectores ſuccedunt hodie in loco. 72. diſcipulorum. & ordo
ſacerdotalis poſt Chriſtum incepit à Petro. nam fuit Petrus primus ſacer
dos poſt Chriſtum, qui fuit primò Antiochiæ epiſcopus, deinde Romæ. et
Matthæus primus fuit ordinatus præsbyter. & ſic ordo ſacerdotalis eſt de
iure diuino.*

6 *Simonia mentalis committitur in ordine. vbi recenſentur perſonæ quæ in-
terueniunt in ordinum collatione.*

7 *Differentia inter ius canonicum & ciuile. ubi habes, quod ſimonia menta
lis committitur in ordinis collatione. & tribus rationibus non uenduntur
ſpiritualia.*

8 *Pena mediatoris ſimoniæ: & epiſcopus, qui pecunia ordinem dat, lepram
dat. ubi, quòd ſimoniæ delictum tranſit in ſucceſſores, & quod actiones pe-
nales non tranſeunt ad hæredes, niſi in quinq ue caſibus.*

9 *In eo quis luit pœnam in quo delinquit. & epiſcopus committit ſimoniam,
ſi pecuniam accepit, ne ordinet per ſimoniam: item ſi ei detur de ſimonia
eo conferat ſpiritualia & conferens ordinem per ſimoniam eſt ipſo
facto ſuſpenſus ab omnibus ordinibus & ab epiſcopo ſuſpenſo non debent
accipi ſacramenta, niſi in caſu neceſſitatis, nam epiſcopus debet eſſe ir-
reprehenſibilis. & ibi quod dona Dei etiam per malos miniſtros, ad eos
perueniunt, qui ea bona fide accipiunt. ubi, quod gratia ſancti Spiritus in
malo ſacerdote quò ad quædam manet, quò ad quædam recedit. un-
de miſſæ malorum ſacerdotum ſunt audiendæ, & qui recedit ab eccle-
ſia, non amittit baptiſma, & epiſcopus etiam poſt reſignationem epiſco-
patus confert ordines. nam nulla legis uel hominis prohibitio impedi-
re poteſt characteris impreſſionem, & non uitantur ſacramenta con-
cubinariorum. & licet ſit ſuſpenſus ſacerdos, nihilominus conficit ſa-
cramentum. ita et excommunicatus etiam conficit ſacramentum ſanctæ
euchariſtiæ.*

10 *Etiam per malos fiunt miracula, nam quæ ſancta ſunt, coinquinari nõ poſ-
ſunt, & ibi, quod ſacramenta, purgatoria ſunt cunctarum contagionum
vnde per ſacerdotem quantumcunque pollutum pollui non poſſunt, nec
læditur ſacramentum per malitiam tradentis uel recipientis et effectus
gratiæ tam per bonum, quàm per malum miniſtrum confertur, quia non
ſacerdotum merita, ſed quæ docent et miniſtrant inſpicere debemus. unde
Sacerdos malus verum corpus Chriſti conficit, quia non ipſe ſed Deus
principaliter operatur.*

11 *Facilius exaudiuntur boni, quàm mali et orationes malorum nocent illis
pro quibus fiunt. et ibi, quod conferens ordinem per ſimoniam eſt ſuſpẽſus
ipſo facto ab omnibus ordinibus, et non poſſunt recipi ſacramenta ab
eo, niſi baptiſma et euchariſtia in actu neceſſitatis, et ordines quis habere
debet, quos conferre uelit. et epiſcopus ſimoniacus ſuſpenſus non dicitur
habere ordines et ſuſpenſio eſt priuatio et character eſt indelebilis.*

12 *Quod non habes, dare non potes. vbi, quod idem eſt excommunicatus et de
poſitus, quòd ſuſpenſus.*

13 *Vendens ordinis exequutionem, nendit donum Dei et ibi habes, quod clau
ſula, ipſo iure et ipſo facto, idem important, clauſula ipſo iure, nõ requirit
ſententiam. et ibi an epiſcopus quem ordinat ſine titulo, ei teneatur pro-
uidere de neceſſarijs, quouſque ei de eccleſiaſtico beneficio erit prouiſum,
et datur diſtinctio inter ſimoniam in ordine, et beneficio, et notorium et
occultum, vbi, quod ſimoniacus in ordine conferendo ſiue occultus, ſiue
manifeſtus, eſt ſuſpenſus perpetuò ab omnibus ordinibus, et ſimoniacus in
ordine eſt ſuſpenſus ipſo iure, nec poteſt miſſam cantare, quia characterẽ
habet uitioſum.*

14 *Simoniacus in beneficio occultus, non eſt ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus, no
torius verò eſt ipſo iure ſuſpenſus, et quomodo intelligatur notoriũ, vbi,
quod res iudicata, non ſententia, habet effectum ſententiæ, et ſententia,
quæ tranſiuit in iudicatum, idem operatur quòd ſtatutum. et ſententiæ
et vltima voluntas eſt ſicut legis diſpoſitio. vbi, quid ſit occultum, quid ma
nifeſtum quid fama, quid notorium et quotuplex, et ibi, quod ſimoniacus
in beneficio curato eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſiue occultus, ſiue notorius, ſe-
cus in ſimplici.*

15 *Pena ſimoniacorum quadruplex, et ibi traditur, quod qui aliquem ordinat
ſine titulo ei tenetur prouidere de neceſſarijs quouſque prouideat de be-
neficio. vbi, quod ſola promiſſio nõ pactio ſimoniam inducit, et quæ ſit ſimo
nia conuentionalis. ibique enumerantur tres ſpecies ſimoniæ, et dicitur,
quòd in tex. in c. pen. extra de ſimonia, non ſit commiſſa vera ſimonia, et
quòd pena debet eſſe comenſurabilis delicto, non maior, et ſimoniæ menta-
li de iure nulla eſt inflicta pena, et ex diuerſis non fit illatio.*

De

De simonia mentali in ordine. Cap. 8.

RESTAT modò videre de sacramentis Ordinis, & Matrimonij, quæ sunt sacramenta ecclesiastica alijs sacramentis ecclesiæ annumerata, non tamen de necessarijs, sed de voluntarijs: quia sine ip
1 sis homo saluari potest. Et deueniendo ad vnumquodque eorum, dicimus, quod & in ordine quoque prout in alijs sacramẽtis mentalis potest simonia committi.

Et vt sciatur illud de quo loquimur, est sciẽdum, cùm ordo multifariam sumi possit in iure, vt per Arch. in c. cleros. 21. di. 2. col. in vers. in ead. gl. non sit ordo, ꝑ multiplicem illius significatum, quod semper facere debemus ad euitandum vocabuli æquinocationem, & ambiguitatem, in quo sensu in præsenti materia capiatur ordo.

Est igitur ordo, de quo hic intelligimus, ordo ecclesiæ & sacer, ordinem sacrum hic intelligendo omnem ordinem largo sumpto vocabulo, non stricto, prout intelligunt quidam de il-
2 lis quatuor ordinibus, qui ꝑ sanctitatem, castitatem & continentiam quam inducunt & secum ferunt ideo sacri appellantur. gl. in summa. 32. dist. Abb. in c. coniugatus, de conuers. cõiuga. Qui diffinitur siue describitur, vt sit signaculum quoddã, in quo spiritualis potestas & officium traditur ordinato, secundum opinionem Vgo. de Sancto Vict. & Magistrum sententiarum. 4. dist. 24.

Et ordinationes ecclesiasticæ secundum Theologos sunt septem, Magister sententiarum in 4. dist. 24 c. 1. videlicet Hostiariatus, Lectoriatus, Exorcistatus, Acolitus, Subdiaconatus, Præsbyteratus, quibus Canonistæ per text in c. cum contingat. de æta. & qual. addunt primam tonsuram, quia per illum text. tenent quod probetur, ꝙ tonsura sit ordo. Arch. in cap. cleros. 21. dist. in vers. in eadem glo. ibi. 9. ordinationes, & uide eũdem paulò inferius in d. loco, licet Theologi teneant quòd tonsura non sit ordo, sed dispositio ad ordines, similiter & episcopatũ addunt. Arch. d. loco. & per tex. in c. 1. de ordinat. ab episcopo qui episcopa. resig. per quem tex. patet ꝙ episcopus licet episcopatum resignauerit, tamen ordines confert, quod nõ posset, si ei characterem indelebilem nõ impressisset ordo episcopalis, & sic canonistæ faciunt illos nouem. Idem tenet Host. in
3 summa de ordin ab episcopo, qui episcopa. resig. Vnde siue sit episcopus qui ordines confert, ad quem ordinarie officiũ & munus ordinandi spectat, omnes in sua Diœcesi oriundos, aut in ea beneficium aut domicilium habentes. c. nullus. de tẽpo. ordinat. lib. 6. siue sit sacerdos qui habeat sũper laicos sibi subiectos occasione suæ parochialis quasi episcopalem iurisdictionem, qui põt suis subiectis primam dare tonsuram. ca. Abbas. de priuileg. lib. 6. Io. Andr. in c. cum contingat. de æta. & quali. siue sit Abbas præsbyter, & ab episcopo benedictus vel benedicti recusatus, qui sũper suis subiectis habeat iurisdictionem episcopalem, qui possunt primam tonsuram, hostiariatum, & lectoratum conferre. 71. dist. c. 1. & 2. siue sit persona, cui à Papa sit data licentia ordines conferendi. vt per Innoc. in c. quanto. de consuet. Nam hæ omnes personæ videntur posse ordinare, & ordines conferre: potest vtique quilibet mente deprauata & animo simoniaco aliquid recipiendi ordinem conferre, & sic mentaliter simoniam committere. per tex. in ca. fi. de simonia. & gl. in c. ex parte, el primo. de officio & potestate iud. dele. facit id clarum & sine aliqua dubitatione, quia ordo sacerdotalis & Pontificius est de iure veteris testamenti introductus, & sacerdotium habuit immediate originẽ a Deo & fuit transfusum de Aaron in Christum per Petr. de Monte in tract. de Monarch concil. in princ. quia in veteri quoque testamẽto ordinabantur sacerdotes & vngebantur præcepto Domini, ꝓut fecit Moyses, qui ex præcepto Dei vnxit Aaron in summũ Pontificem, & eius filios in sacerdotes iuniores, libr. Exod. 37. Leui 7. 21. dist. in prin. & Aaron primus fuit principium sacerdotij, qui in lege primus nomen sacerdotale accepit, qui victimas iubente domino obtulit. per Arch. c. in nouo. 21. dist. pro quo vide Spec. in titu. de æta. & quali. qui ponit & quærit, An si hodie viuerent Moyses & Aaron, possent quem ordinare, & in ordinibus constituere, vt legitur. 3. li. Regum, ꝙ domus Hieroboam, qui per pecuniam sacerdotium conferebat, propter hanc causam fuit euersa, & de superficie terrę deleta. gl. in cap. eos. 1. q. 1. & primus sacerdos fuit Abraham cui contemporaneus fuit sacerdos Melchisedech. c. fi. cum ibi gl. 83. distin. qui Melchisedech aliàs Sem vocatus fuit filius Noe, qui vnà cum Iapher fratre cooperuit pudenda patris illa deridente. Nã fratre, qui Sem fuit à patre benedictus & sacerdos altissimi uocatus ciuitatem Salem condidit, quæ aliàs Hierusalem fuit vocata, per Ioan. Vgo in tract. de officio. 4. prælat. in prin. vers. traxit aũt. Et Hely fuit summus sacerdos. c. licet Hely. extrà de simonia. & ordinatio Apostolorum & consecratio fuit facta à Domino in cœna, quando illis dixit Hoc facite in meam commemorationem. per gl in c. in nouo. 21. dist. & per Card. in clem. prima. §. 2. & 3. de reli. & venerat. sanctorum, vbi dicit tũc Apostolos fuisse ordinatos ad primum effectum conficiendo corpus Domini; ad secundum verò effectum videlicet ad absoluẽdum in foro pœnitentiæ, ordinauit eos post resurrectionem, cum eis dixit. Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata &c. & eis ordinem episcopalem contulit in die Pentecostes per missionem Spiritus sancti, vt ibi per eum, & per glo. in c. porrò. 66. dist. quæ dicit, ꝙ omnes Apostoli fuerunt episcopi, & inter eos fuit datus Pontificatus Petro, & in locũ Apostolorum postea ipsis decedentibus successerunt episcopi, vt i probatur per tex. in cap. legimus. 93. dist. quæ gl. est magistralis ad multa, quam no. & Iacobus fuit ordinatus Archiepiscopus Hierosolimitanus à Petro Iacobo, & Ioanne ad ostendẽdum formam ordinandi. c. porrò. præallegato, & in locum discipulorum. 72. qui fuerunt deputati, post numerum Apostolorum succedunt hodie præsbyteri & Rectores ecclesiæ. ca. in nouo.
5 21. dist. quod factum fuit in figura sicut Iacob intrauit in Aegyptum cum 70. animabus. Genes. 46. & sicut filij Israel post exitum de Aegypto uenientes in Helim inuenerunt 12. fontes aquarum & 70. palmas. Exod. 16. & aliàs vt per Io. Vgo. in tra. de off. 4 prælat. 2. parte. §. sed est aduertendum. Et sacerdotes erant ante aduentum Christi, prout in pagina veteris testamẽti vbique legitur, & tempore Domini nostri Iesu Christi, ꝙ cum ipse sanasset illos leprosos misit eos & dixit. Ite & ostendite vos sacerdotibus.

Et consilium inierunt principes sacerdotum ut caperent Iesum. & Caiphas erat princeps sacerdotum anni illius. c. dictũ, el primo. 1. q. 1. & puer Iesus iuxta morem & ritum legis oblatus fuit in templo Simeoni sacerdoti, Lucæ. c. 1. & Zacharias pater Ioan. Baptistæ erat sacerdos. d. c. 1 Lucæ. & Christus ipse fuit sacerdos & sacrificium. c. sacerdos. de consecrat. dist. 2. Archi. c. in nouo. 21. dist. Et ordo sacerdotalis post Christum incœpit à Petro. 21. dist. d. c. in nouo, in princ. & primus sacerdos post Christum fuit Petrus. Archid. d. c. in nouo, qui fuit episcopus, primò Antiochiæ, inde sedem Romam transtulit. 24. q. 1. rogauimus. c. basilicas. 1. dist. de consecr. Petr. de Monte in tracta. de Monarch. colum. 4. vers. ex præmissis, & Matthæus Apostolus primus. fuit ordinatus in præsbyterum & fuit primus præsbxter. c. cleros. 21. dist. in prin. Marcus Mantua. in tract. de concil. col. 3. num. 23. Io. Bertach. in trac. de episcopis. in princi. vbi latè, & facit. c. Petrus. 2 q. 7.

Per quæ constat quòd siue ad uetus, siue ad nouum testamentum inspiciamus, ordo sacerdotalis est de iure diuino, capiendo ordinem sacerdotalem in genere pro quolibet ordine sacro, prout de sui natura omnem ordinem complectitur. gl. c. qui per pecuniam. 1. q. 1. & in illis quæ sunt iuris diuini, & q̃ sunt prohibita de iure diuino, & quæ sunt prohibita quia simoniaca quæ in ueteri nouoque testamento erant simoniaca a sui natura, in illis proprie cadit simonia mentalis, in gl. capit. ex parte. de officio & potestate iudic. deleg. in quibus per solam uoluntatem, quæ tamen non steterit in suis terminis, sed a dicto uoluntatis terminos egredientes processerit, puta ad receptionem & dationem, simonia committitur mentali-
6 dicto loco, & per Abb. c nemo. de simonia, ubi dat diffinitionem simoniæ mentalis, addendo illi verbum, opere subsequuto, & late diximus supra in quæstione, quomodo mentalis cõtrahitur simonia, quandoquidem pro dandis ordinibus nihil est accipiendum, quia esset uendere sacramenta. capitu. statuimus, el primo. 1. q. 1. & c. quicquid. ea. causa. & q. ubi pro ꝓmotionibus graduum faciendis si præmia, pretia, vel quæstus, nisi sponte oblati, accipiantur sciente episcopo, ipse episcopus excommunicatione duorum mensium pœna plectitur, si nescie te, punitur talia committens, vel præsbyter sit, vel diaconus, aut clericus, diuersimode iuxta personæ gradum & conditionẽ pœna & castigatione condigna, vt ibi.

Verùm quia in ordinum collatione interueniunt, persona conferens, minister siue Archidiaconus, qui promouẽdos examinat, & notarius, qui collationis actum notat & rogat. cap. 1. & ibi glo. de simonia. & ultra istas, persona etiam ordinandi, & ordinem recipientis, ac alia ẽt persona, quę ordinem pro ordinando procurare potest, vti mediatoris persona: per quas omnes diuersimode mentaliter simonia committi potest, stãte ꝙ pariter inuolui possint in simoniæ crimine & dans & accipiens. c. quos constiterit. c. quicunque. 1. q. 1. Arch. c. sane. 15. q. 3. & ꝙ uti punitur simoniace ordinatus, ita etiam non stat sine castigatione & punitione simoniæ ordinans. ca. reperiuntur. c. si quis episcopus. cum. c. seq. 1. q. 1. ubi late ponitur de illis qui ordines simoniace conferunt & simoniace accipiunt, ac qui procurant uel sunt mediatores. d. cap. si quis. in fine. ac de pœna quæ illorum cuilibet iniũgitur propter huiusmodi simoniæ commissum.

Non puto extra propositum fore inter istas personas, omissis pro nunc personis ministri, notarij, & mediatoris, pro lucidiori intelligentia, & declaratione materiæ distinctionem facere, & de persona conferentis, & ordinem recipientis aliquid dicere: quia licet dicat Abb. in c. quæstiones. extra de simonia, mihi.

Source : BIU Cujas

De ſimonia Mentali Guliel. Redoani. j. par.

hi,num.4. ꝙ ſi aliquid pro ordine ſit donatum non tamen ex pacto,ꝙ non propterea ordinatio habetur pro ſimoniaca; & ſimonia non eſt, ſi aſſumpti ad ordines aliquid pro ordinum receptione ad fabricam vel aliàs ad diuinum cultum ſoluunt & exponunt,immo,ſi ceſſant, videntur compelli poſſe, vt per eundem in c.ſicut pro certo.extra de ſimonia,& ꝙ rõne ordinis collati aliquid licitè videtur dari poſſe.per Arch.c.eos circa fi.1.q.1.facit etiam,quia de iure ciuili.C.& Authen.eſt taxata quantitas, quæ poſſit recipi & dari ab ordinato ordinãti vel ſuis officialibus & notarijs,& denuntiatur eccleſiæ,in auth. de ſanctiſs.epiſ.§.pro conſuetudine,& colla.9.4.colu. uſque ad.§. ſed hoc quidem pro epiſcopo.& uide in tract.Prosdoc. de co
7 mit.de differentia iuris ciuilis & canon.num.139.vbi hanc notat eſſe differentiam vnam inter ius canonicum, & ius ciuile, dicẽdo eſſe aliter de iure canonico,quia eſſet ſimonia aliquid ab ordinato per ordinantem accipere, vt ibi per eum. & pro collatione ſacramentorum videtur etiam aliquid taxatũ epiſcopo,vt i habetur in c.placuit.10.q.3.vbi duo ſolidi dãtur epiſcopo,&ſic ab vnaquaque eccleſia præterquam à monaſterijs habet epiſcopus iſtam exactionem à iure.c.inter cætera.c.cauſa,& q.ſed illa exactio non eſt pro collatione alicuius ſacramẽti,ſed pro cathedratico & ſynodatico.Io.Vgo.in tract.de offi. 4.prælat.rubr.de exact.epiſcopi.2.parte. quia nihilominus iſtis non obſtantibus,quæ intelliguntur,quando charitate, pia deuotione,nulla conuentione,vel pacto, non pro ipſis ordinib. ſed ſponte data & oblata, & quæ aliàs nihilominus eſſet dans daturus, ut per eoſdem ibi, non debent conferri ordines, uel recipi,aut procurari animo uel mente aliquid dandi vel aſſequendi temporale;quia cum ſint ſpirituales,ſi conferantur,recipiantur,uel procurentur, non liberè cum animo & mẽte ſimoniaca,re ſequuta ſimonia mentaliter committitur ex parte illius qui talem mentem aut animum habet,vti in ſimili latè ſupra diximus de alijs ſacramentis: quia nullo præmio, nullo pretio,mercede, aut recompenſatione, ſed gratis,liberè, ſine pacto & conditione ſpitritualia vti gratis à Deo data & accepta ſunt,dari concedi gratis accipi & procurari debent ex parte cuiuſvis perſonæ:quia alias eſſet uendere,quod non eſt cõceſſum.c.1.cum ſeq.1.q.1,tribus rationibus,quas allegat Feli. in c.in tantum. de ſimonia: quia videlicet conferens non eſt dominus,ſed diſpenſator,quia in his non concurrit neque põdus neque menſura,quia in ſe continent gratiam, quæ gratis habet conferri,vt ibi per eum.

Nam epiſcopus ad quem tale munus & officium ordinãdi & ordines conficiendi ſpectat ordinarie.c.nullus.de temp.ordi.lib.6.glo.in c.periculoſum.de ſentent. excommunicat.libr. 6.ſanctus Thom. 4.diſt. 24. vbi dicitur ꝙ ad officium epiſcopi ſpectat chriſma conficere,frontem chriſmare,ordinem cõferre,eccleſias & altaria & virgines conſecrare.diſt.48.ca.quãuis, nihil pro ordine conferendo exigere aut accipere licite poteſt & ſi accipit,committit ſimoniam,& punitur.per tex.in c.pen. de ſimonia.c.quam pio.c.ſicut epiſcopum. 1.q.2.& cap. ſi quis epiſcopus. 1.q.1.vbi ordinans,ſi per pecuniam ordinaſſe cõuincatur, de proprio gradu & de propria dignitate deponitur,&
8 ordinatus locum & ordinem propterea adeptum perdit: mediator verò,ſi ſit clericus,deponitur,laicus excommunicatur, & qui pecunia quemquam conſecrauerit, alienus ſit à ſacerdotio; & qui ſacros ordines uendunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. Vnde ſcriptum eſt, Anathema danti, anathema accipienti. quomodo ergo ſi anathema ſunt, & ſancti non ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cum in Chriſti corpore non ſint quomodo Chriſti corpus tradere vel accipere poſſunt? qui maledictus eſt benedicere non poteſt.ca. quicunque ea.cauſa & q.& epiſcopus qui pecuniam accipiendo aliũ ordinat,non ordinem,ſed lepram conferre videtur.quia quod accepit,aurum fuit,quod dedit,lepra fuit. c. cum ordinaretur. 1. q.1.& merita ſacerdotis ſunt, non uerba, quæ Euchariſtiæ ſacramentum cõficiunt.dicit tex.in c.ſacerdotes.1.q. 1. & huiuſcemodi ſimoniæ peccatum propter ſui diram execrabilitatẽ tranſit in ſucceſſores & hæredes ad exemplum Giezi ſerui Heliſei prophetæ, cui per Heliſeum dictum fuit, ſed lepra Naam ad adhærebit tibi & ſemini tuo in æternum.c.cito.ea.1.q. 1.qđ videtur contra formam & naturam aliorum criminum, & delictorum ac aliarum actionum pœnalium, quorum actiones afficiunt tantum perſonam delinquentem,nec ex illis tenẽtur ſucceſſores, niſi in quinque caſibus per glo. §. non autem. inſtit.de perpet.& temp.act.in uerbo ex maleficijs,quãuis ſcriptum non legatur, ꝙ hæredes Giezi exequutionem ſententiæ Heliſei præfati ſuſtinuerint,& ꝙ lepra percuſi fuerint.per Domi.de S.Gemi.c.ſi.1.q.1.circa principium.

Et vti ordine carere debet ille, qui ſit ſimoniace ordinatus, qui in ordine permanere non poteſt.ita & ordinandi poteſtate priuari debet epiſcopus aut alius ordinans, qui p ordine cõferendo, pecuniam aut quid temporale ſimoniam committẽdo recepit.c.tantis.81.diſtin.vt in eo pœnas luat, in quo delin
9 uit.c.qui & humanis.12.q.2.Arch.c.requiſitis.1.q.7.no. in ca. 2.& fin.de cler.non ordin.miniſt.immo,quod plus eſſe uidet, committit ſimoniam epiſcopus aut ꝑſona ordines conferens, ſi detur ei pecunia ne ordinet per ſimoniam, & ne ſimoniam committat,quæ ſimonia eſt ex parte eius, licet non ſit ex parte dantis,ut p Ian.Bar.Briſſien.in c.nullus.1.q.1.& ſimiliter ſi ei detur pecunia, ne ſimoniaco ſpiritualia conferat, per Abb.in c.cum in eccleſiæ.in fi.de ſimonia, & conferens ordinem per ſimoniam eſt ipſo facto ſuſpenſus ab omnibus ordinibus, tex. & ibi gl.c ſi quis à ſimoniacis.1.q.1.gl.in §.uerum.32.diſt.unde ab eo non debent recipi ſacramenta, niſi in articulo neceſſitatis, Baptiſma,& Euchariſtia.d.gl.

Et quia epiſcopus ſine crimine & graui peccato eſſe debet. c.Apoſtolus Paulus.81.diſt.melior tex.in c.unum ærarium. §. nunc autem,in fin.25 diſt.& tex.in c.ſi quis omnem. §. itẽ epiſcopum.1.q 7.ubi dicitur oportere epiſcopum irreprehenſibilem eſſe &c.hic quæri poſſet, an ſi eſſet ẽps ſimoniacus poſſet alicui validè ordinationes cõferre, quod videretur poſſe, & ordinis collatio tenere deberet, quia etiam p malum miniſtrum dona Dei ad eos ꝓueniunt,qui ea cum fide accipiunt.c. Chriſtus.1.q.1.& ſacerdos quantuncumque ſit malus ex officij poteſtate ꝓphetare poteſt,prout legitur de Caipha.c.dictũ, el primo.1.q.1.c.ꝓphetauit,ea.cã & q p Abb. in rub. de vita & honeſt.cleric.quia gratia ſancti Spiritus manet quò ad quædã, &quò ad quædam recedit gl.in ca.connubia.32.q. 2. in verbo ſpernunt & ſacerdotes mali ſunt audiendi,licèt non ſint imitãdi.ca.ſignificationes. 1.q.1. & in terminis materiæ noſtræ licet ſancta ſacramenta non ſanctè miniſtrentur, non deſinunt ꝓpterea virtutem in ſe retinere,& accipienti effectũ benedictionis tribuere & conferre.c.ſtatuimus,el primo.1.q.1.& qui recedit ab eccleſia,nec baptiſma, nec ius dãdi illud amittit. c.quicquid.1.q.1.& ẽpus licet epiſcopatum reſignauerit,tamẽ ſi poſt reſignationem ordines contulerit, quia ei indelebilem characterem ordo epiſcopalis impreſſit tenet collatio ordinũ facta tex.eſt in c.1.de ordinat.ab ẽpo,q epiſcopatum reſign.facit,qa nulla legis aut hominis ꝓhibitio impedire põt characteris impreſſionẽ.gl.in uerbo infirmitatis.in c prouida.de elect.libr. 6. in cle.prima in verbo irritum.de elect.gl.pen.c.poſt translationem.de renun.Imol.Abb.c.quanto de conſue.Fel.qui multos allegat in c.per tuas,el.2.de ſimonia,verſ. quarta concluſio, & ſecundum decretum factum in Concilio Conſtantienſi,quod incipit,inſuper ad vitandum &c.non tenentur fideles uitare ſacramenta concubinariorum, aut diuina eorum:& ſuſpẽſus ſacerdos nihilominus conficit Sacramentum,ſuſpenſione non obſtante,per tex.c.dictum.c.non nocet. c. multi.1.q.1. & p ea quæ adducit Fel.d.ca.per tuas prælegato loco, & per Abb.in c.conſuluiſti.in fi.de conſecrat.eccleſ.vel alta.vbi dicit, ꝙ excõmunicatus conficit ſanctum ſacramentum Euchariſtiæ,& etiã per malos aliquando miracula fiunt.c.teneamus.1.q.1.& hæretici & præciſi ab eccleſia conferunt vera ſacramenta, licet nõ
10 gratiam,propter peccata recipientium ſacramenta ab eis contra prohibitionem eccleſiæ.S.Thomas.in 4.diſt.25.

Et cùm quæſitum eſſet, an eſſet vtendum ordinationibus, & reliquis ſacramentis à criminoſis exhibitis, vti ab adulteris uel ſanctimonialium violatoribus, fuit per Vrbanum Papam reſponſum,ordinationes & reliqua ſacramenta talium,ſi non ſunt ab eccleſia ſciſmate vel hæreſi ſeparati,ſancta & venerãda. c.præter.§.ad hoc.32.diſt.nec immeritò, quia aliquis quantũcunque pollutus ſit,non poteſt ſacramenta diuina polluere, q̃ purgatoria cunctarum contagionum exiſtũt; quia quæ ſancta ſunt coinquinari non poſſunt.c.ſi.15.q.vlt.& paulo poſt in eodem tex.d §.ad hoc,baptizat ſiue bonus,ſiue malus,& poſtea: non abhorret columba myſterium malorum, ſed reſpiciat domini poteſtatem,facit,quia ꝓp malitiã uel tradentis aut recipiẽtis,ſacramentum non læditur. Arch in cap.ſacramenta.1.q.1.& ſiue bonus ſiue malus ſit miniſter,per utrumque effectus gratiæ confertur.c.ſi iuſtus.1.q.1.quia nõ ſacerdotum merita, ſed quæ docent & miniſtrant inſpicere debemus.ca.ſignificaſti.1. q.1.& c.præcedenti,&quilibet ſacerdos ſiue bonus,ſiue malus uerum corpus Chriſti conficit,quia non ipſe,ſed Deus principaliter operatur,ut.c.panis.de conſecr.diſt.2.licet facilius exaudiantur pro his,pro quibus orant.boni,quàm mali.c.ipſi ſacer
11 dotes.1.q.1.immo in gl.in c.in grauibus.3.q.7.dicit, ꝙ oratiões malorum nocent illis,pro quibus fiunt,quod intellige & limita,ut per Abb.in repet.§.qui verò.c.extirpandæ.de præbẽ.& dignit.num 4. quando quis eligit malum ſuis moribus conformẽ ex certa ſcientia.uide pulcherrimum tex.in c. ſecundũ.19. diſt.vbi,baptizati,&ordinati ab Acatio hæretico ſunt bene baptizati,& ordinati,ex pulcherrimis rõnib. quę ibi adducũtur.

Iſtis tamen non obſtantibus in caſu iſto eſt expreſſum,ꝙ cõferens ordinem per ſimoniam, & ſimoniacus in ordine cõferendo eſt ſuſpenſus ipſo facto perpetuò ab omnibus ordinib. per tex.& ibi gl.in c.ſi quis à ſimoniacis.1.q.1.per gl.in §.uerũ. §.præter hoc.32.diſt.Fel.in c.per tuas.uerſ.ſecunda concluſio. de ſimonia Vnde ab eo non poſſunt nec debent recipi ſacramenta:niſi baptiſma & euchariſtia in articulo neceſſitatis ſecũ

dum

Source : BIU Cujas

dum glo.d.§.verum,nec est sine ratione, quia si est ab ordinibus suspensus,prout in initio commissæ simoniæ,qui est in ipsa sui radice vitiatus & intus ordo sacerdotalis ortus occidit. c.quibus damni.in princ. 1.q.1.Abb.c.inquisitionis. de accusa. mihi num.3.qui ex eo tempore quo crimen simoniæ commisit,& ipsa origine sua damnatus.glo.in c.tanta.de simonia. ca. cum liqueat.& ibi glo.1.q.1.non debet in alterum posse ordines conferre,qui ordines non habeat,quia ordines habere debet,quos conferre velit,& nemo dat quod non habet.1. q. 1. c.gratia,per Inno.c.quanto.de consuet. vbi posita quæstione. An possit Papa dare licentiam non episcopo ordines conferē di sacros,tenet ꝙ sic,modò talis,qui habeat conferre,illosmet ordines habeat, quos conferre uelit. Quod dici pōt non esse in simoniaco episcopo suspenso, qui non dicitur habere ordines à quibus est suspensus,& qui ordines exercere non potest, quia per suspensionem intelligitur priuatus ordinibus & officijs, a quibus est suspensus, ex quo suspensio est priuatio officiorum & beneficiorum simpliciter vel ad tempus cum spe dispensationis,vt per summam Sylvestrinam in uerbo degradatio.in princ.per Richard.de Mediauil.super quarto sentent. dist.7.artic.1.vers.secundo queritur,& vers.sic patet.in fi.quod intellige ꝙ sit suspensus quò ad exequutionem ordinum,ꝙ illos non pōt exercere, vel exequi;non quò ad characterem , q̄ est & vr̄ indelebilis,nec ordinum exequutionem,quam nō habet in alium potest conferre , vt latè per diuum Antoninum Floren.in suo tract.de suspensio.c.4.num.12.vers. Item ordinati, & à tali simoniaco non possum nec debeo ordinem suscipere,quia talis perdit exequutionem,gl.c.per tuas.de simonia &ibi tex.vbi Fel.& Abb.& melior text.quàm sit in corpore canonum in c.donatum. 1.q. 7. vbi, quod quis non habet, dare
12 non potest.Vide D.Ant.Florent.præallegato loco , qui dicit, ꝙ quò ad characterem,suspensi hæretici & scismatici ordines conferunt &c.quò ad verò ordinis exequutionem,quæ prouenit à Deo,non,per Abb.cap.extirpandæ. §. qui uerò de præbē. col.pen.vers.Item vendendo,& paulo post.vers.& sic Giezi,ꝙ quo uide summam Sylvestrinam in verbo ordo.4. vers.se primò quæritur,vbi dictum Innoc.impugnat, & distinguit,vt in eisdem terminis est & habetur excommunicatus, & depositus,quia id de eis dici debet,quod de suspenso dicitur , per ea quæ dicit Abb.secundum opinionem Inno.in c.per tuas,el secundo,de simonia.vers.ex prædictis. simoniacus verò iam antea existens,sed ordinem simoniacè conferens , est ipso facto ab ordinum collatione suspensus. vt per textum , & ibi Abb. vers.2.not.de simonia.cap.penul.

Et ad contraria responderi posse puto,ꝙ licet mali sacerdotes vera sacramenta exhibeant,& illa in alios transfundant , & Saulus Rex malus prophetauerit,& sacerdos malus licèt non sit imitandus, est tamen audiendus. & sacramenta,licet simoniacè ministrata,tamen effectum benedictionis conferunt:& qui recedit ab ecclesia , neque Baptisma neque ius dandi Baptisma amittit,imò illud retinet omni tempore, & ꝙ prohibitio hominis vel legis, non impedit characteris impressionem. &episcopus,qui episcopatum resignauit,nihilominus ordines confert,& tenet collatio.& malus sacerdos uel aliàs suspēsus , nihilominus Eucharistiæ sacramentum conficit.& hæretici ēt vere conferunt sacramenta , & ꝙ homo pollutus non potest polluere sacramenta, & ꝙ sacramentum non læditur propter malitiam tradentis aut recipientis : tamen in casibus canonū , & capitulorum suprà adductorum, sacerdotes, licet fuerint mali,& criminosi , tamen non fuerunt condemnati aut ab ecclesia præcisi,adeò ꝙ ab huiusmodi sacramentorum exequutione & administratione uideantur interdicti, quia quousque tolerantur ab ecclesia , non sunt eis sacramenta iaterdicta : & licite illa administrant.per glo.in c.multi.1. q.1. in uerbo spernunt.& tex,in c.fi.& ibi gl.15.q.7.quia ibi inquit tex. mali bona administrando se tantummodo lædunt,& fax accensa sibi detrimentum præstat, quæ alijs lumen in tenebris administrat sumite ergo intrepidi ab omni sacerdote Christi mysteria &c, & non omnia;crimina impediunt ordinis exequutionem,aut beneficij retentionem. Abb.c.inquisitionis.mihi num.3.colu. 1.de accusa.& licite id exercere possunt officij potestate & rōne sacerdotalis dignitatis, cum Spiritus sanctus sequatur in similibus,non personam digni uel non digni , sed ordinem traditionis,vt in Caypha, qui potuit ratione dignitatis , & officij potestate , quia erat princeps & Pontifex sacerdotum anni illius ptophetare.non obstante ꝙ fuisset interfector Saluatoris. c.dictum,el primo.1.q.1.& quod dicitur de sacerdote suspenso,qui nihilominus suspensione non obstante conficit,intelligendum est de suspensione iuris,quò ad se tantùm,non de suspensione hominis,aut iudicis,pro qua suspenditur etiam quò ad alios,ut per Arch.Floren.in suo tract.de suspens.ca.1. in fin. & quod dicitur de Concilio Constantiensi, intellige quousq; non fuerant per Prælatos denuntiati ut euitentur,vt p diuum Antoninum in tract.de suspens.c.3.in fi.Vnde non tangūt aut aliquo modo percutiūt casum simoniace ordinantis, in quo est expresse prouisum,quia æst ab ordinibus & ordinatione suspensus,unde ordines conferre non potest, ex quo vti suspensus ordines non habet, nec tenet collatio quò ad ordinis exequutionem,quæ prouenit ex dono Dei,non ex dono Papæ. p ea quæ dicit Abb.in repet.§.qui verò ectirpandæ.col.pe.vers. & sic Giezi.num.mihi.53.circa fi.& melius vers.Item uendendo ordinis exequutionem , videtur uendere donum Dei &c.
13 ead.col.& num.eo.de præben. & dign.licet quò ad impressionem characteris quæ impediri non potest, ualeat,vt per Fel.ca. per tuas.vers.quarta conclusio.& alias ibi de simonia.

Immo quòd uidetur contra,omnes simoniaci uidentur suspensi ipso iure,nedum prælati simoniace ordinantes. c.reperiuntur.& cap.à quibusdam.1.q.1. & simoniacus non videtur ipso iure suspensus,sed suspendendus. c.sicut simoniaca,& ca. si quis dator.& c.seq.1.q.3.ubi dicitur eliminari debet & repelli de ecclesia Dei simoniacus,& quòd simoniacus debet anathematis iaculo percuti,& in d.cap.sequen.dicitur quòd quicquid gratia turpis lucri acceperit,restituere cogitur.per quod apparet,& clare constat,si habet puniri,& si habet restituere , quod habet in hoc requiri;& interuenire factum,ministeriū, & officium iudicis, quod interuenire non habet , si ipso iure est punitus & suspensus, quia non exigeretur aliquod ministerium,aut officium personæ.ubi lex supplet pro facto & ministerio hominis; quia clausula ipso iure & ipso facto , quæ idem sunt,& idem important,ut per Bart.& Alex.in l.1.ff.de his,qui not.infam.non requirit sententiam ant ministerium iudicis,aut hominis,immo ipso iure & ipso facto expellun tur,id est,sine sententia,glo.& Doct. in l. iubemus. §.Iconomus.C.de sacrosan.eccle.in l.iuris.C.de iurisd.om.iud.Bart. in l.Meuius.§.duobus.de leg.2.Bal.in l. 1.C.de secun.nup.Archi.in c.fœlicis,extra de pœnis.

Immo nec videntur suspensi perpetuò,sed ad tēpus. p tex. in c.pen.de simonia, ubi apparet ꝙ si episcopus ordinauerit aliquem promissione uel iuramento ibi facto per ordinatū seu melius per ordinandum,de illum non inquietando , aut molestando pro prouisione , quam ei tenetur facere episcopus,qui illum ordinauit sine titulo , quod facere non debet & si ordinat ei tenetur prouidere de necessarijs,quousque ei de ecclesiastico beneficio prouideatur.c.cum secundū Apostolum,de præben. & dignit. & suspenditur tantummodo ad trienniū a collatione, & sic in eo plectitur & punitur in quo deliquit,ut per glo.& tex.ibi . Immo videtur ꝙ non suspensione puniatur simoniacus,sed excommunicatione. c.reperiuntur.1.q.1.& spoliatione omnium bonorum. 23.q.5. c.de liguribus,& detrusione in monasterio .

Sed pro solutione istorum contrariorum , & pro illorum reconciliatione & concordatione,puto ꝙ erit necessarium distinguere,ꝙ uel episcopus aut ordinator est simoniacus in ordine conferendo aut in beneficio, & aut est notorius,aut occultus.primo casu siue sit occultus, siue sit notorius,est suspēsus ab omnibus ordinibus,& p petuo.per tex. & Ibi Abb. c.per tuas,uersiculo,secundo membro,& ibi Fel.de simonia. & per tex.c.reperiuntur,& c.quibusdam. 1.q.1. quæ loquunt propriè in terminis episcoporum , aut aliarum personarum ordines conferentium,unde nō obstant,& per tex.iuncta gl. in c.a simoniacis præallegato,& aliàs ut per Abb. d.c.p tuas. Arch.c.de his. 50.dist.nu.8.glo.in c.nullus.32.dist.S.Tho.2.secundæ.q.c.art.ult.Idem S.Thomas in 4.sent.dist.25.q.3.arg.1. in fin. Id quod procedit non solum qñ episcopus accipit pecuniam ut ordinet & pro ordine, sed etiam quando accipit ut ordinandum non ordinet.per Archi.in c.nullus.in fi.1.q.1. Et in hoc casu non dispensatur,nisi per Papam.per Abb. ca.si quis.nu.5.ista simon

Nec obstat illud , quod habetur in c,extuæ.de simonia. vbi videtur apparere de contrario,ꝙ videlicet simoniacus in ordine non sit suspensus,si sit occultus,quod uidetur,quia ibi simoniacus,qui mediante solutione solidorum sex ad ordinem sacerdotij fuit præsentatus,quia erat occultus,& nō manifestus, præcipitur,ꝙ secretò inducatur ad ordinem alicuius religiōis, & secreta iniungatur pœnitentia. Nec etiam uidetur cōueniēs ꝙ notorius & occultus simoniacus sint vna eademque pœna puniendi, & quò ad pœnam inter se differre non debeant, qñ in qualitate criminis sint inter se differentes nnn parum:quia multo plus in eodem crimine peccauit &deliquit, qui palàm & notoriè deliquit & peccauit, quàm qui clam & occultè, & paruum delictum magnam pœnam non requirit, quia pœna habet esse delicto commensurabilis,ne quis in plus luat quàm deliquerit,ne maior sit pœna delicto.22 q.1.c.afferamus.c.quę siuit.de his quæ fiunt à maiore parte capituli.

Sed responderi potest ꝙ considerata infectatione ordinis, causata à simonia in ordine commissa.Idem est in occulto,qđ est in notorio.& tantum est simoniacus occultus,quàm sit notorius.Vnde cum inter se ista consideratione non differunt, pœna etiam & castigatione debent non differre,paribus existē tibus delictis,

Sed

Source : BIU Cujas

14 Sed ad obiectionem reſponde,& ſolue, vt per glo. in c. accuſatum. de ſimonia. vbi dicit, ſimoniacus in ordine quantumcũque ſit occultus eſt ipſo iure ſuſpenſus, nec poteſt miſſam cantare, quoniam ipſum characterẽ habet vitioſum, intelligẽs ibi quòd ſi ſit occultus, eſt ſuſpenſus quò ad ſe, ſi notorius, eſt ſuſpenſus quò ad omnes.

Simoniacus verò in beneficio ſi quidem ſit occultus, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed detecto & verificato vitio & crimine ſimoniæ eſt ſuſpendendus. arg. c. 2. & 3. 1. q. 3. ſi verò eſt notorius, eſt ipſo iure ſuſpenſus, per not. in uerbo verum. c. præter hoc. 32. diſt. Abb. c. per tuas. de ſimonia, verſ. tertio mẽbro. & notorium intellige vel per confeſſionem ſponte factam, ut per Abb. in c. conſuluit. extra de vſuris, verſ. an autem, vel per probationem i. ſententiam, quæ ẽt ſit nulla, appellatione ſuſpenſa & iudicato, hoc facit, quia non ſententia, ſed res iudicata effectum ſententiæ habet. ca. quò ad conſultationem. & ibi Doct. de re iud. Alex. conſ. 136. 2. parte, quia ſententia quæ in iudicatum tranſiuit idem operatur quod ſtatutum. glo. in l. 1. in glo. 1. ad finem. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & ſententia & vltima uoluntas eſt, ſicut & legis diſpoſitio. c. cum ſuper. & ibi Docto. de re iud. Alex. in l. non eſt. de pig. act. & in l. impoſſibilis. de verbor. obligat. Vel per rei euidentiam, ut per gl. in c. manifeſta. 2. q. 1. quæ declarat quid ſit occultum, quid manifeſtum, quid fama, & quid notorium, & quotuplex etiam ſit notorium, ubi Arch. & in capitulis ſeq. vide glo. in c. inſinuatum. in uerbo notorium. de ſimonia, extra. & per Abb. in cap. euidentiam, extra de accuſat. & vide D. Antoninum Archiepiſcopum Floren. in ſuo tract. de ſuſpenſione, qui tenet contrarium. nam qui committit ſimoniam in beneficio, vel occultus ſit ſimoniacus vel notorius, nihil refert, quia eſt ipſo iure ſuſpẽſus. ſed hoc intelligit in beneficio curato, quod eſt ſecus in beneficio ſimplici, quod ideo fortè propter qualitatem beneficii curati, aut dignitatem habentis, in quo idem peccatum reſpectu qualitatis grauius ponderatur, quia gradus altior grauat delictum. glo. in c. nullis. 1. q. 1. ſed melius dic q̃ id eſt propter ordinis exequutionem, quam habet beneficium curatum, vnde in eo commiſſa ſimonia in ordine commiſſa videtur. uide Dom. Antoninum d. loco. 2. cap. verſ. qui recipit beneficium. Ad illud verò, quod dr̃, q̃ ſimoniaci puniuntur alia pœna, quã ſuſpenſionis, puta, quia ſpoliatione bonorum, excommunicatione, detruſione in monaſteria &c. diſtingue, vt per gl. in ſumma, prima. q. 1. quæ dicit q̃ pœna ſimoniacorum eſt quadruplex, quam vide.

15

Nec obſt. illud de cap. pen. de ſimonia. vbi epiſcopus ordinãs pro promiſſione ſibi facta, ſuſpenditur ad triennium, quia ex quo ordinat quis ſine titulo & ſiue beneficio tenetur ei ad prouidendum de neceſſariis, vſque quo ſit ei prouiſum de beneficio eccleſiaſtico. c. cum ſecundum Apoſtolum. extra de pb. vbi Abb. facit. c. ſanctorum. 70. diſt. vbi non tenet ordinatio facta ſine titulo, quia promiſſio per eum de illum ſuper prouiſione ſibi faciẽda de nõ moleſtando, vel inquietãdo facta epiſcopo, ſi illum ordinat, quæ ſimoniaca eſt, nulla eſt, quia nõ debet ei aliquid promitti vel remitti, vt ordinem conferat; quia eſt p̃tio ordinem vendere, quod non licet, vt late ſupra diximus. Et ius non acquiritur ordinato ad prouiſionem huiuſmodi, niſi quatenus modo licito & debito, non per modum ſimoniacũ præſentetur, aut ordinetur. Vnde cum ius ad prouiſionem nõ acquiſierit, nec acquirere potuerit, quia modo non licito fuit præſentatus aut ordinatus, nihil fuit quod promiſit aut remiſit, quia promiſit vel remiſit quod nõ habuit, & quod adhuc non acquiſiuit nec acquirere potuit mediante tali illicita promiſſione, vel illicito iuramento, quæ acquiſitionis actum ſibi impediuit & vitiauit.

Vnde ſtante hoc nihil effectualiter fuit datum uel remiſsũ, quia datum, promiſſum, vel remiſſum, nihil fuit. Vnde quia ſimoniacus verè iſto modo conferens non eſt, non eſt punitus ſuſpenſione prout eſt & eſſe debet, aliàs realiter verè & cum effectu aliquid pro ordinãdo, & pro ordinibus conferẽdis recipiens. Verũ pro prauo & malo affectu, quẽ habuit ad actum exteriorẽ promiſſionis vel iuramẽti, producto ſiue ſubſequuto opere & effectu, non eſt impune relinquendus delinquens, quia ẽt ſola p̃miſſione, & ſola pactione vr̃ committi ſimonia. Arch. c. eos. 1. q. 1. num. 4. cum Apoſtillis ad illũ, Abb. in ca. veniens. extra de ſimonia, licet non ſequatur traditio, vt ibi per eũ. & credo q̃ iſta ſit ſimonia conuentionalis, q̃ non fuit ſe. quuta rei traditio, & realis ſit q̃ ſequuta fuit ad hoc, vt ſint tres ſpecies ſimoniæ. Ideò punitur ſuſpenſione triennali ordinans & præſentans, ordinatus verò ordinis ſuſpenſione, nõ ad triennium, ſed vſque ad diſpenſationẽ à ſede Apoſtolica obtinẽdã, quia cũ non commiſerit uere ſimoniam, non debet more uerè ſimoniacorũ ſuſpendi, uel puniri, quia pœna non debet eſſe maior peccato, immo delicto cõmenſurabilis. 24. q. 1. c. afferamus. c. q̃ſiuit. de his q̃ fiunt à maiori parte capitul. & hæc & quæ latè ſunt ſuperius dicta de collatione ordinũ ſimoniaco ſuſpenſo, quò ad pœnas, intellige q̃ ſint dicta in ſimoniaco non mentali cui de iure communi nulla eſt inflicta pœna. c. fi. de ſimonia, ſed de alio ſimoniaco, puta conuentionali & reali, cui de iure canonum ſunt inflictæ pœnæ & ſuſpenſiones ſuperius narratæ, in term. Ange. in ſumma, in uerbo ſimonia. prima in fin.

Nec in caſu iſto obſtat illud, quod etiã cum ratione poſſet obijci, quod hr̃ in c. fi. eo. tit. ubi pro prauo affectu, & pro mente deprauata & animo ſimoniaco quis non punitur, vbi ſufficit animi ſola pœnitentia ſine aliqua reſtitutione, vel aliqua alia pœna ad delictum abolendum & ſimoniacum exculpandum. Quia reſpondetur q̃ caſus de præſenti eſt diuerſus, qui illationem non habet. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. quia hic non fuit ſtatum aut permanſum in terminis nudæ volũtatis, & animi, ſed ad actus exteriores fuit proceſſum: quia ad cõuentionem, promiſſionem, & iuramentum de non inquietando &c. ibi verò non fuit factus tranſitus, & egreſſio extra limites mentis & animi confinia: ideò nimirum ſi delictum ſolo animi affectu, & in ſolo animo commiſſum, & patratum, ſola pœnitentia, & ſola animi contritione, & contrario affectu deletur & extinguitur: cum nihil tam naturale eſt quam eodem genere quodque diſſolui, quo ligatum eſt, & nudi conſenſus obligatio cõtrario conſenſu diſſoluitur. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cum ſimilibus. Quod eſſe non poteſt in caſu vbi egreſſum fuit extra limites animi, & deuentum ad actum promiſſionis, quod factum non debet eſſe abolebile ſolo animo, q̃ ſolo animo non fuit commiſſum, & in ſolo animo non ſtetit, & cum in eo ad actus exteriores fuerit proceſſum, nimirum ſi ad exteriora medicamenta pro illius expunctione confugit, & adhibeatur quò ad ordinantem & præſentantem ſuſpenſio ad triennium: quò ad vero ordinatum ad diſpenſationem à ſede Apoſtolica obtinẽdam, vt per gl. quæ loquitur in terminis. c. quicunque. 1. q. 1. Sed de hoc late & ſuo loco uidere potes infra in ti. de pœna ſimoniæ conuentionalis & realis, de pœna ſimoniæ in ordine & in beneficio ac de diſpenſatione, vbi materiam ponemus.

SVMMARIVM.

1 *Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris diſpoſitio. vbi, quod dans & recipiens pariter in ſimonia inuoluitur. & quid ſit mentalis ſimonia. & oſtenditur quod verbum ſtudet, affectum animi demonſtrat. & quod per pecuniam ſacros ordines emere non debemus. & quod verbum ſtudioſè in ſtatutis importat malum animum.*

2 *Nuda uoluntas licèt peccatum etiam mortale faciat, non tamen facit ſimoniam. nam ſimonia mentalis non committitur niſi aſſequuta re. ubi quoà pro ordine eccleſiæ aſſequendo committitur ſimonia mentalis. & ordo eſt de iure diuino. & oſtenditur in quo caſu ſimonia mentalis obligat ad reſtitutionem. & quod vſurarius mentalis tenetur reſtituere, & conuẽtionalis ſimonia tantùm tenetur ad pœnas. vbi quod tractatus non includit deliberatum conſenſum.*

4 *Renuntians beneficio animo vt conferatur tertio, non committit ſimoniã, niſi progrediatur ad actum paciſcendo. vbi quod nil tam ſpirituale quam regnum cœlorum. & ualet argumentum à maiori ad minus.*

4 *Beneficialia ſunt introducta de iure poſitiuo, & per conuentionem ſolummodo committitur ſimonia. vbi quod in collatione ordinis datur poteſtas clauium in habitu & in potentia, in inſtitutione datur exequutio illius poteſtatis, & beneficia habentia curam & altaris adminiſtrationem, non ſunt merè de iure poſitiuo, propter annexionem ordis, quæ eſt de iure diuino.*

5 *Regnum Dei non acquiritur pretio, ſed meritis. vbi quod Papa habet omnimodam poteſtatem in beneficijs.*

De Simo. ment. in ordinato, ſiue ordinem recipiente. Cap. 9.

Via ſatis diuagati ſumus in loquendo de ordinãte, & ordines conferente, eſt uidendum de ordinato, & ordinem recipere uolente, quomodo & an mentaliter ſimoniam committere poſſit. & quia ſimonia mentalis eſt una, & eadem, & tam in ordinantis quàm in perſona promoti ad ordines reſpectiuè proueniẽs à mente & ab animo deprauato quẽ quis habet aliquid dandi tẽporale pro obtinendis rebus ſpiritualib. vt latè fuit ſuperius dictum, q̃ committitur ab epiſcopo & ordinante, qui ordines confert animo & intentione aliquid pro ordinum collatione, aut promotione recipiendi, & aſſequendi: ita pari modo dicere debemus, q̃ committatur vel committi poſſit ab ordinando & promouendo, qui in animo habeat aliqnid dare, & det aut ſoluat, ſi ei ordines & ſpiritualia diſtribuantur: in quo pari
1 ter eſt eadem ratio, ubi eadem debet eſſe iuris diſpoſitio. l. Illud. ff ad leg. Aquil. & alijs ſimilibus, cum ſimiliter dans uti recipiens reſpectu ſui & ſuarum perſonarum in crimine & peccato ſimoniæ inuolui poſſint. c. quis conſtituerit. 1. q. 1. Cũ ſimo-

nia

nia fit studiosa uoluntas emendi spiritualia opere subsequuto per gl.in summa.1.q.1.glo.in c.pen.de simonia.Abb.in cap.nemo.eo.tit. & est tex.ad literam in c qui studet.1.q.1. ubi expressè traditur, ꝙ nemo studeat aut quæratmercari sacrum ordinem sub pœna in eo non permanendi,in quo text. est habēda consideratio ad uerbum,studet, per quod affectus animi & intentio demonstratur,cùm nihil aliud sit studium,quàm uehemens animi ad aliquid agendum applicatio cum uoluptate. Ias.in l.1.§.huius studij.ff.de iustit.& iure,in prin. attenta enim significatione & proprietate illorum,illa verba,qui studet non habent intelligi vel exponi,nisi videlicet, qui quærit uel in animo habet aut desiderat,per quod merus animi affectus, & sic mera simonia mentalis innuitur per illum text. & per pecuniā sacros ordines in ecclesia Dei acquirere non debemus. c.Sanctum Petrum.1.q.1.facit tex.in c.non solum.1.q.3.vbi dicitur, ꝙ nemo inquirere debet uendere pretio sacros ordines, ubi potest ponderari uerbum,inquirere, ꝙ studium & animi intētionem significare possit, per quod possit innui affectus simoniacus,declarat hoc in terminis Fel.in cap.ueniens. uers. nota ibi,studuerat qui dicit, ꝙ verbum studuisse, debet exponi cū animi sollicitudine, & animi applicatione, vbi etiam dicit, ꝙ in statutis verbum studiosè importat malum animum, vt ibi per. Nec intelligas per hoc, ꝙ simpliciter animus & affectus simplex inducant simoniam,sed adde opere subsequuto, ut ꝑ gl.in d.cap.qui studet.1.q.1. quæ cum viderat ꝙ modo aliquo posset dubitari ꝙ uerbum studet, posset intelligi de nudo studio,& de nudo uoluntatis desiderio, tacitæ obiectioni respondendo & declarando, dixit & addidit uerba cum effectu. Idē repetit glo.in c.quicunque.1.q.1. uerba enim sunt intelligēda
2 & accipienda cum effectu,vt ibi per eum.& per not.in ca.qualiter.de pact.extra ꝙ nuda voluntas, & nudus animi affectus prauus,licet peccatum etiam mortale faciat,& quò ad Deum, qui cor hominum & mentem non manum uel alium actum considerat.14.q.5.c.si quid ministret. & qui animo & intētiōe mala offendunt grauiter peccant aut delinquunt,non faciunt ob hoc tamen simoniam mentalem,nisi assequnta,& obtenta re,quæ desideratur & sequuto effectu,vt per Angel.in summa, in verbo simonia,primo.vers.vtrum sola. circa fi.& per Inn. c. ex parte.de off.& potestate iudic.deleg.& per Io.Bapt. Caccialup.in tract.de pension.q.19.col.2.circa med. Et pro ordine ecclesiæ assequendo indubitanter committitur simonia mentalis,stante vt suptà fuit dictum in proximè præcedenti quæstione, ꝙ ordo sit introductus de iure diuino, & in illis quæ sunt de iure diuino, & quæ sunt prohibita,quia simoniaca, quæ in nouo veterique testamento erant situoniaca, uti uendere sacramenta,ordinem,ecclesiam,id est altaris exequutionem, decimas,Spiritum sanctum,&c.vt per gl.in ca. ex parte.de officio & potestate iudic.deleg.Abb.ca. qui verò. §.extirpandæ. extra de præben.simonia mentalis sumitur vt d.gl.c. ex parte, & per gl.in c.cum pridem.de pact.in quibus committa simonia obligat simoniacū ad restitutionem, per Ange.d.loco.& per Abb. in cap.fi.de simonia.in casu videlicet ꝙ principalis intentio sit principaliter,secus si secundariò,ad quam faciendam tenetur, quia aliàs non videretur ꝙ posset pœnitere, nisi male & cōtra conscientiam oblato restituto.c.peccatū.vbi gl. de reg. iur. in 6.vti .in simili dicitur de vsurario mentali, qui tenetur ad vsuras restituendas solo animo,sola mente,absque aliqua conuētione acceptas,vt per glo. dicto loco,in verbo dimittere, licet non ad alias pœnas,ad quas non tenetur,nisi simoniacus cōuētionalis,& simoniacus per pactionem,vt per Ange.in summa dicto loco,qui optimè distinguit.

Et contra ista posset opponi de eo,quod hī in tex. in c.cum pridem.de pact.extra.& ꝙ per illum tex.notatur per scribētes, ꝙ nedum voluntas vī aliquem facere simoniacū,sed ne quidē tractatus de resignando beneficiū certæ personæ, certo modo,certa conditione,puta,fructuū regressu,aut pensione tanta reseruatis. Qui si nudus sit citra conclusionem alicuius pactionis,non vī,nec est simoniacus,vt dicit Io. Bapt. Caccialu. in tract.de pension.q.19.num. 16.quia licet conuentio permutationis præbendæ sit prohibita,tamen tractatus de permutādo non prohibetnr,quia tractatus non includit deliberatū cōsensum,per Abb.in c.cum uniuersorum.per iura quę ibi adducit,vers.not.ibi,tractare.de rer.permu.

Opponi pariter posset de eo,quod hī in gl. in ca. ordinationes. 1. q. 1. ꝙ renuntians beneficio cum animo & intentione
3 vt alteri conferatur,& alteri de eo fiat gratia, non est neque dici pōtpropterea simonia ab eo commissa, etiā si progrediatur ille ad actum renuntiandi, nisi progrediatur ad actum paciscēdi & ad pactionem,quod non potest citra commissum simoniæ,vt per Abb. c. cum vniuersorum de rerum permut.extra, quia sola spes,& solus animus non sufficit,vti per glo.in c.quicunque.1.q.1.nec animus solus renuntiantis,qui sperat de certo successore, aliàs non renuntiaturus, licèt etiam ueniat ad actum renuntiationis,non inducit ob hoc simoniam.gl. in ca. ex parte.de off.& potestate.iudic.deleg.Caccialup.in suo trac. de pension.19.q.2.col.vers.quod autem animus. facit ualde & vrget contra istam quæstionem illud quod habetur in c.medicina,& c.seq.de pœnit.dist.prima. vbi apparet, ꝙ misericordia, eleemosynis & erogatione pecuniæ redimitur quis à peccatis,& eleemosynis acquiritur regnum Dei, quo nihil est spiritualius, ꝙ si dicitur de regno Dei vti maiori, videtur etiā dici posse de ordine ecclesiæ,quod videtur esse longe minus,quia debet valere argumentum à maiori ad minus.gl prima. in ca. fi.de simonia.quia concessio vt per illum tex.apparet, ꝙ non sit simonia erogare pecuniam in acquisitione regni cœlorum, quod est maius,videtur etiam concessibile, ꝙ per pecuniā acquiri possit ordo sacerdotalis,quod est minus,quod argumentum in iure valere debet.Abb.in c.cum in cunctis.de elect.Afflict.decis.13.num.22.

Sed responderi pōt, ꝙ non obstat, ꝙ tractatus de resignādo beneficio & reseruando pensionem & regressum sub modis & pactis,quod vī plus qnàm sit voluntas,non facit simoniam. & ꝙ renuntians,qui habet animum habendi certum successo rem in beneficio quod renuntiat, aliàs non renuntiaturus,licèt veniat ad actum renuntiationis, non per hoc incurrit vitium simoniæ:quia stante prout stat, ꝙ in illis, quæ sunt iuris positiui,prout sunt beneficialia,quæ non sunt ordinata ꝑ Deū, nec in se sunt spiritualia essentialiter,sed sunt spiritualia ex ordinatione ecclesiæ,quia accedunt ad spiritualia.Io.Bap. Caccialup.in suo tract.de pensi.col.3.vers.nam eo ipso. ꝙ in illis non committatur simonia mentalis, sed solummodo simonia conuentionalis,prout per tex.& communiter scriben.cum glo.in
4 glo.in c.fi.de simonia.& late supra diximus, & solummodo in istis simonia per conuentionem committatur, nihil mirū esse debet ꝙ mens & tractatus in resignatione beneficiorum,& in huiusmodi non faciunt simoniam, & cum non attingant casum propositum de simonia commissa in ordine & de sacris ecclesiasticis ordinibus,qui sunt diuersi, quia fuerunt sacri ordines de iure diuino introducti, vti late supra fuit deductū. §. restat modo videre,vbi aliqua de ordinibus ecclesiæ fuerūt dicta,& per Abb.qui dicit ad literam in c.1. de simonia.vers. & hæc faciunt,ibi,nam & ordo erat de nouo & veteri testamento,beneficialia verò sunt de iure positiuo:ideò non obstāt,nec in aliquo sunt contraria.

Verùm posset dici, ꝙ hoc procederet in illis beneficijs, quę habent tātùm administrationem temporalem,& quæ sunt mere de iure positiuo, nec vllam habent annexionem seu dependentiam cum iure diuino,vti est in hospitalibus,& similibus, non aūt in illis beneficijs, in quibus exequutio beneficij aut officij concernit diuina,puta,quando beneficium haberet altaris administrationem,& potestatem clauium, per rationes, quas adducit Abb.in repet.§.qui verò.c.extirpandæ.de præbē. ꝙ ex quo talia beneficia habēt sibi annexam ordinis exequutionem,& per illarum collationem confertur etiam ordinis exequutio,quia in ordine datur potestas clauium in habitu & in potentia,non aūt in actu.nam institutione seu collatiōe datur exequutio illius potestatis,& ordinis exequutio est de dono Dei,qui à Deo, non aūt à Papa prouenit, quia ordo est de iure diuino,vt supra late fuit dictum,& per Abb.in ca. 1. de simonia non possunt etiam per Papam, qui est supra ius positiuum sine vitio simoniæ alienari,quia talia beneficia nō sunt merè de iure positiuo,attenta annexione ordinis, qui est,de iure diuino.Sed ad id respondet,&intellige iura pro hoc adducta per Abb.vt intelligit Fel.in c.ad audientiam, el.2. de rescrip. ꝙ non semper confertur ordinis exequutio,vt ibi per eum in 2. col. vnde dic simpliciter in beneficialibus cuiuscunque generis sint,in quibus Papa habet omnimodam potestatem. cap.2. de præb.in 6.cum similibus. Vnde puto esse necessariū distinguere inter qualitatem beneficiorū,vt per Abb.d.loco.col.pe.

Aliud verò quod obijcitur de.c.medicina,& de.c.seq. dic & respondet,vt per gl.in c.ordinationes.1.q.1. ꝙ quia cum uendē te regnum cœlorum non potest esse malitia, ideo toleratur, quod non est idem in ordines vendente & honores sacerdotales.sed falsum est, ꝙ regnum Dei ematur, quia meritis & mi
5 seridordia præcedentibus acquiritur.13.q.2. c.animæ.facit, ꝙ nec etiam Papa,qui est dominus in beneficialibus,& de beneficijs ad sui libitum disponere potest.c.2.de præb.in 6.clem.prima vt lit.pend.Ioan.de Sylu.in tract.de beneficio.q.1. parte. 2. col.4.vers.& si dicatur.num.20.debet vendere illa beneficia, ꝑ quorum collationem confertur exequutio ordinis & clauiū, quarū potestas fuit data in potentia,& non in actu per ordinis collationē.Abb.d.§.qui verò.ca.extirpandæ. Quod concernit diuina,quia alias inuoluitur in vitio simoniæ,& efficitur simoniacus, quia vendendo ipsum beneficium,vī uendere ordinē, qui est de iure diuino,quia vendendo exequutionem potestatis clauium,quæ non prouenit sine ordine,videtur vendere ipsum ordinem;& vendendo ordinis exequutionē & clauiū, videtur vendere dona Dei,hoc enim prouenit ex dono Dei, nō Papæ,quia ordinis exequutio est in se mere spiritualis,& de iure diuino,meritò si Papa vendens inuoluitur in vitio simonię

quia

quia licèt ſit ſuprà ius poſitiuum, & ſupra ius & conſtitutionẽ eccleſiæ, non eſt ſupra ius diuinum, immo eſt ſubiectus iuri diuino, vti cæteri omnes: quia hoc eſt committere ſimoniam in illis, & circa illa, quæ ſunt prohibita quia ſimoniaca, in quibus Papa vti quælibet perſona ſi cadat, inuolnitur & peccat, dicit Abb. §. qui verò. c. extirpandæ. de præben. col. pen. per totum. melius idem Abb. & alij ſcribẽtes in c. 1. de ſimonia, extra, vbi multa Abb. allegat: ſed dic & intellige vt dicitur infrà in rubri ca. An per reſignationem in manibus inferioris, &c. in §. ſed doctrinam Abb.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus eſt vicarius & oculus epiſcopi. & reſpondit in ſcrutinio ordinandi: viſitat & corrigit prouinciam, examinat ordinandos, committit ſimoniam mentalem ipſe vocem, & notarius calamum in ordinatione non uendant. & ibi, quod peccato alterius grauari non debet quis.*

2 *Quiſque ex ſuo commiſſo ſorti ſubijcitur. vbi, quod animi cogitationes nõ puniuntur. nam non iudicamus de occultis.*

3 *Officium Archidiaconi & notarij in ordinando. & ſcriptura notarij in collatione ordinis potius eſt ad probationem, quàm ad ſubſtantiam actus. et literæ non ſunt de ſubſtantia gratiæ, ſed probatoriæ. nam ſtatim quòd quis eſt pronuntiatus prælatus à Papa, eſt prælatus.*

4 *Committens ſimoniam in fauorem alterius eſt deponendus. vbi quod in pœnalibus ſtrictè interpretandum. & agentes & conſentientes pariter puniuntur. & licet quis poſſit ſaluari per alium, non poteſt peccare per alĩ: & crimen alicuius nocet innocenti. & crimen alterius non nocet alij regulariter. vbi, quod quis non poteſt de ſpiritualibus ſpem vel promiſſionẽ habere.*

5 *Mens potius debet attendi, quàm aliud, nam mens eſt ratio, quia mens ſeruatur, & à verbis receditur. vbi dicitur, quod nemo ad epiſcopatum pretio, aut pecunia accedat. quia dignitates fugientibus, non deſiderantibus ſunt conferendæ. & ſpes eſt expectatio futuræ beatitudinis. ubi traditur, quomodo intelligatur, non poſſum ſperare ſpiritualia ſine ſimonia. & nemo debet promoueri ad ordines ſpe beneficium aſſequendi, quia eſt ſimonia mentalis. ubi, quod ſpes nõ dicitur, niſi ſit fundata de præſenti & qui habet ſpem, aliquid habere dicitur.*

6 *Spes pro ueritate habetur, et maledictus homo, qui peccat in ſpe. ubi, quod triplex ſpes retrahit hominem a pœnitentia & omnis ſpes aſſequendi lucrum ex mutuo eſt damnata. & nemo poteſt inſeruire prælato ſpe aſſequendi renuntiationem in beneficio: & ex peccato commodum reportari non debet: & nemo ſpe ueniæ peccare debet. ubi, quod facere uidemur, quæ per alium facimus. & quod contradicere videtur, qui expreſſe non conſentit.*

7 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur. ubi oſtenditur, quod ſimoniacus in ordine recipiendo ſcienter, deponitur ab omnibus ordinib. ſi ignorauter, ab ordine tantùm ſuſcepto. & ordinis collatio per alterius factum uitiatur. ubi, quod qui habuit beneficium alterius ſimonia ignorãter, tenetur illud reſignare poſtquam habuit facti notitiam.*

8 *Simonia committur etiam ſi detur miniſtris & prauitas unius inficit totũ actum. & declaratur, quod committitur ſimonia quandoque à conſentiẽte, quandoque à recipiente, quandoque ab vtroque, & minus tolerabile eſt dare pecuniam pro ordine, qui eſt ſacramentum uoluntatis non neceſſitatis. & licet permittatur aliquando vt detur, vt quis alliciatur ad fidem, non debet tamen permitti dari pro ingreſſu religionis, ſine qua homo ſaluatur. & vide caſus in quibus commiſſa per unum nocent alijs miniſtris.*

9 *Si quid detur in collatione ordinis, uel beneficij eſt ſimonia.*

De Simo. mediante perſona alterius commiſſa. Cap. 10.

ET quia ſuperius diximus, q̃ ex quo in ordinum collatione & receptione vltra perſonas conferentes & recipientes, aliæ perſonæ etiam interueniant, puta, Archidiaconi aut alterius deputati, qui iuxta uium in examinanda perſona promouenda, & ordinanda, notarij qui actus collationum notent, mediatores pro parte ordinandi vel promouendi, puta pater uel conſanguinei, multipliciter etiam per iſtas perſonas poteſt committi ſimonia.

Dictumque fuit aliquid de conferente & ordines recipiente, non erit incongruum facere quæſtionem. An ſiquid ſit datum non per ordinandum, ſed pro illius parte, puta, per patrẽ, conſanguineum, ſeu alium mediatorem, vel perſonam; non tamen præter ſpem vel mentem ordinãdi pro ordinis aſſequutione epiſcopo ordinanti, aut illius miniſtris, aut famil iaribus, an ſit contracta ſimonia mentalis, vel ſit aliquo modo, & in aliqua parte offenſa vel vitiata ordinis collatio? Et quia pariter de epiſcopo, qui aliquid recepit pro diuina collatione, ea mente quòd niſi datum fuiſſet, aut daretur, non erat ordines collaturus, aut contulit mente & animo datum recipiendi, ſupra in præcedentibus diximus: ideo ad miniſtros deueniemus, inter quos quia ille miniſter, qui reſpondet in ſcrutinio ordinandi ſecundum formam. c. 2. de ſcrutinio, eſt Archidiaconus, qui Vicarius eſt epiſcopi, & epiſcopi oculus, qui epiſcopo nõ valente de tertio in tertium annum parochiam & Diœceſim vniuerſam ipſe circumire habet, emendanda emendare, & corrigenda corrigere. c. 1. de officio Archid. ad quem cura ſpectat examinandi ad ordines promouendos & ad beneficia eccleſiaſtica, ſeu beneficijs eccleſiaſticis præficiendos, & eos præſentãdi, & alia exercendi, de quibus late in ca. ad hoc, de offi. Archi. eſt præcipuus & principalis. & qa de officio notarij, & an aliquid pro ſua nota & labore licite poſſit notarius recipere ſine ſimoniæ vitio aliqua diximus ſupra in quæſtiõe de baptiſmo: ideo de eo dicemus, quòd ſi officium ſuum examinandi uel præſentandi promouendos ad ordinem aut beneficium animo & mente deprauata aliquid recipiendi exhibet, quia non præſentaſſet ſeu examinaſſet, niſi ſpe & animo aſſequendi pecuniam, vel quid temporale, accepto temporali eſt commiſſa per eum ſimonia mentalis, per Abb. in c. ex tuæ. uerſ. 2. no. paulò poſt uerſiculum in glo. prima. verſ. aut non interuenit pactum extra de ſimonia,

Nec mirum, quia cum pro collatione ordinum, vel beneficiorum nihil habeat recipere epiſcopus aut ordinator, nec vẽdere poteſt manum, quam imponit: ita etiam nec miniſter, aut notarius pro collatione & collationis auxilio uocem aut calamum vendere. c. 1. de ſimonia, & ibi gl. quia ſimonia ſic committitur quando datur quid temporale miniſtris & familiarib. conferentis, ſicuti ſi conferenti detur. no. Abb. per illum tex. in c. veniens. verſ. 2. collige. de ſimonia.

Quia eſt clarum, quia quòd ad ſe ſi ſimoniace quid recepit, ſimoniam committit: ideo inſiſtemus in quæſtione, & videbimus an quòd ad promotum ſit commiſſa? & videtur q̃ nõ ſine ratione dici poſſit, q̃ non ſit commiſſa ſimonia quòd ad ipſum, qui non dedit, neque dare mandauit; ex quo delictum cõmiſſum fuit per alterum, & odium alterius me prægrauare non debet; quandoquidem eſt ſatis, q̃ quis ſuo prægrauetur admiſſo. l. ſi quid in ſuo. §. legis. C. de inoff teſtam. glo. in ca. nobis, in verbo feciſſe, de ſimonia, quia crimen vel pœna paterna maculam filio infligere non debet, quia quis ex ſuo commiſſo ſorti ſubijcitur c. crimen. 1. q. 4. Et iniquum eſſet quòd peccata ſeu delicta habeant tenere alios quàm ſuos authores. l. ſancimus. C. de pœn. gl. in c. ſicut tuis, de ſimonia. in verbo damnoſum, nec peccatum illorum, qui eruerunt oculos illi, qui eccleſiam eorum conſanguineo abſtulerat obeſſe põt ei, qui nihil in eo commiſit. cap. qui præſulatus. 1. quæſtio. 4. etiam quòd milies id eſſet factum, & ſequutum cum ſpe & mente dicti conſanguinei & ſpoliati, ſi tamen animi limites & confinia egreſſum non fuerit, quia mentis cogitationes & animi conſilia, ex quo peccatum inducere non videntur non puniuntur. l. cogitationes. ff. de pœnis. & ibi gloſſ. & de ſolo cogitatu malo non infligitur pœna aliqua, Bald. in l ſi quis non dicam. C. de epiſ. & cle. & propoſitum in mente retentum nihil operatur, vulgatis iurib. Facit, quia delictum in mente perpetratum, eſt & dici poteſt delictum occultum, & de occultis iudicare non debemus, per text. & ibi Abb. in cap conſuluit. extra de vſur. facit quia patris factum filiæ non nocet, vel præiudicium aliquod non affert, q̃ Iaſ. in l. ſoluto matrimonio. § quod ſi in patris. ff. ſol. matrimo. vti nec etiam factum & delictum familiæ habet nocere domino, vt per eundem Iaſ. in l. age. C. de tranſac. nec officialis factũ ſeu delictum præiudicare vel nocere habet communitati cuius ſit officialis delinquens, vt per eundem Iaſ. in loco præallegato. Facit quod habetur & notatur per eundem in l. prima. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. quod factum vel delictum procuratoris præiudicium principali & domino adducere non poteſt.

Et cum ſimus & quæramus de ſimonia mentali, quæ q̃ mentem deprauatam principaliter & præcipuè committitur, quia principaliter in eius commiſſo requiritur mentis delinquẽtis miniſterium & officium, vt ſuperius late fuit dictum, non videtur quòd huiuſmodi delictum per factum alterius perſonę q̃petrari poſſit: quando nõ perpetratur, niſi per mentem perpetrantis, quia per æquipollens adimpleri non poteſt.

Secundo loco facit contra, quòd non videtur quòd per illud, quod datur miniſtro ſit contracta ſimonia, quia cum miniſterium & officium miniſtrorum in ordinum aut beneficiorum collatione interueniat tantùm in examinando ordinandos, aut beneficijs præficiendos, quod eſt officium Archidiaconi, extra de officio Archid. per totum, aut in notanda ordinum, aut beneficiorum collatione, quod eſt officium notarij, vel ſcribæ, vti per tex. & ibi gl. in c. 1. de ſimonia, quæ non ſunt de ſubſtantia ad eſſentiam collatinis, quia & examinis officiũ, licèt regulariter & de iure communi ſpectet ad Archidiaconum, nihilominus poteſt rite expleri per epiſcopum, ſiue ordinantem, vt per tex. in cap. accepimus, de ætat. & qualit. gl. in ca. adhæc, de officio Archid. vbi dicit quòd Archidiaconus examinat & præſentat de mandato epiſcopi. facit tex. in ca. perlectis. 25 diſt. §. hi ſunt, ibi, ipſe inquirit parrochias cum iuſſione epiſcopi. & officium notarij in notanda ordinis collatione nõ

eſt

Source : BIU Cujas

est ita necessariũ, ꝙ sine illo collatio fieri nõ possit, & collatio, nisi ipse scribat, nõ dicat recte facta, & ꝙ nõ teneat, nisi sit ꝑ eum notata, aut in suo lib. descripta. ut ꝑ Abb. c. 1. de simo. cũ illa notatio & ꝓscriptio sit potius ad faciliorẽ actus ꝓbõnẽ q̃ ad substantiã, ꝑ tex. in c. legũ. 2. q. 1. gl. in c. sicut. 1. q. 2. in ver. calamũ uide q̃ dicit Abb. in rubr. ext. de cõsti. vers. quò ad certũ, & ibi uide Apostillas, q̃ multa adducũt. Io. de Sylu. in trac. de benef. q. 2 prima par. fo. 5 nu. 54. 55. q dicit ꝙ lꝛæ nõ sunt de substãtia gꝛæ, sed sunt ꝓbatorię, qa ad esse solũ factũ principis sufficit, qa statim ꝙ qs est ꝓnuntiatus p̃latus a Papa, est uere p̃latus, ut ibi ꝑ eundem Io. Vñ datũ ministris nõ põt p̃sumi datũ pro ordinũ collatione, in qua ipsi nõ interueniũt, ex quo spectant merè ad offm̃ epi, uel ordinãtis, seu ad id ptãtem hñtẽ, non ad ipsos, quorũ si quod est offm̃ est ante actũ collationis, uti examẽ, & post collationẽ, ut notarij descriptio. Vñ nõ principale est eorũ officiũ & ministeriũ, sed incidẽs & accessoriũ, qđ in actu collationis, & in existẽtia illius non est mõ aliquo cõsiderabile, facit, quia cũ castigetur, &
4 deponat ille, q soluit aliquid ꝑ promoto, & qui ꝑ illius ꝓmotione simoniã cõmisit, ꝑ Abb. ī c. sicut tuus, de simonia, ubi dicit ꝙ cõmittens simoniã in fauorẽ alterius est deponẽdus, non debẽt ultra dictũ soluentẽ aliquę alię ꝓsonę puniri, q̃ nõ fuerũt delicti participes, & pctī cõplices, uel q̃ delicto nõ consenserint, quia in pęnalib. nõ dẽt fieri lata interp̃tatio & extẽsa, sed stricta potius, quia odia sunt restringenda. c. odia. de reg. iur. cum similibus.

Cùm iniquũ sit, ꝙ ultra authorẽ suũ delicta tenere hẽant aliã ꝓsonã l. sancimus. C. de pœ. vñ meritò ꝓmotus, qui nõ cõmittit, nec cõmisso cõsensit, quo casu esset ac si deliquisset, cũ tã cõsentiens, q̃ cõmittẽs pariter puniant, ꝑ tex. in c. uotũ. 2. q. 1. gl. ī c. homini, in ver. filios. 1. q. 4. nõ dẽt pęnã aliq̃ subire, & licèt qs possit saluari ꝑ aliũ, non põt ob hoc tñ peccare ꝑ aliũ. glo. est in c. iam itaq; in ver. reatũ. 1. q. 4 facit tex. & qđ ibi colligit gl. ex illo in c. fert. vers. uerũ ẽt. 1. q. 1. ubi dr̃ & notat ꝙ crimẽ alicuius nocet innocẽti, qđ ꝓ notabili ibi ponit glo. ꝑ qđ dat intelligi, ꝙ si hoc est uti notabile, ꝙ regula sit firmata in cõtrariũ, vc3 ꝙ rꝛ crimẽ alterius alteri nõ nocet; quia ꝙ certis casibus, ꝓsonis, tꝑibus, & certis locis ꝓmittit, gñaliter vr̃ ꝓhibitũ & denegatũ, & cũ non sit ꝑ ipsum cõmissa simonia, nec culpa, uel facto eius, nõ vr̃ dicendũ ꝙ ordo uel ordinis susceptio ꝑ eũ adepta, sit alterius pctõ, & alterius simonia maculata, ītecta, aut uitiata, ex quo nesciuit, ex quo nõ cõsentit, quia malitia alterius nõ nocet alteri, nisi corrũpat, ꝑ tex. & ibi gl. ī c. homini. 1. q. 4. quia hmõi scīa & cõsensus inficit, nõ ignorãtia, q̃ excusat & tolerat, uti dr̃ de illis, qui recipiũt ordines & sacꝛa a personis simoniacis, quos simoniacos esse ignorabant, ꝓp talem ignorantiã (quã oĩno probare hñt) illorũ ordines non sunt maculati, aut vitiati, sed ab ecclesia tolerantur. per tex. & ibi gl. in c. si quia simoniacis. 1. q. 1. ꝑ tex. & ibi gl. in ca. præter hoc. §. ad hoc. 32. dist. uti dicitur etiam, ꝙ baptizatus ab hęreticis scīẽter non ꝓmouet. c. uentũ. 1. q. 1. no. in figuratione casus. in c. hoīs. 1. q. 4. §. fi. quia scīę grauat delictũ, & multũ differt inter peccata scientię & peccata ignorantię, per gl. in c. quæro. 6. q. 1.

Verùm istis nõ obstã. quia ex forma qõnis positę, simonia fuit cõmissa, mẽte & spe ordinãdi & ꝓmouẽdi ꝑ assecutione muneris & officij, qđ desiderabat; aliter vr̃ dicẽdũ. ꝑ tex. in c. quã piè. j. q. ij. in fi. & c. cũ ad nr̃am. de ele. ubi exp̃sse dr̃, quis nõ põt de spũalibus & sup̃ spũalib. spem aut ꝓmissionẽ hẽre, & gl. ibi. & iũcto tex. in c. cũ essent. de simo. ubi Abb. quia cũ qđ eius mẽte fuit factũ ꝑ eundẽ factũ uideat, cũ mẽs sit q̃ dẽt attendi, potius quam
5 aliud. Bar. in l. Cęsar. ff. de publican. mihi nu. 8. & ꝑ Ias. ī l. iurisgentiu. §. p̃tor. ff. de pac. quia mẽs nihil aliud est q̃ rõ, ut ꝑ Dyn. c. ult. de reg. iu. & mẽs seruat & a uerbis receditur, qñ uerbis simpliciter intellectis resultat iniquitas. Bar. ī l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. & effectus rei potius q̃ uerba attendi dẽt. Paris de Put. in trac. de re milit. §. cũ inter. l. 8. nu. 8. & mentẽ inuestigare & ꝓquirere debemus, prout uenatores & canes solent perquirere & inuestigare leporem. l. qui filium. C. de libe. præter.

Nec qs ad epatus gradũ p̃tio vel pecunia ꝓuehi dẽt, sed puris hoīum mẽtibus. nudę electiõis cõscīa, syncero oĩum iudicio ꝓferri, & ꝓmotus ac ꝓuectus alr deponit, & agẽtes & ꝙsentiẽtes pari afficiunt pęna. l. si quen q̃ C. de epi. & cle. ī quo tex. cõsiderãda sũt verba, puris mẽtibus, nuda cõscīa & syncero iudicio, ꝑ q̃ innuit ꝙ ꝓmouẽdus & ꝓmotores aĩum ab oĩ macula, & ab oĩ spe simoniaca purgatũ, nudũ, purũ, & syncerũ hr̃e dẽnt, qa non dẽt qs sperare & appetere dignitates, sed meritis & uirtutib. ꝓcedẽtibus, quasi ĩuitus ad honores vocari & ꝓmoueri, ꝑ illũ text. melius ꝑ illũ tex. ubi no. Abb. vers. nota ibi, ī c. officij, de elect. ꝑ tex. ī c. in scripturis. 8. q. 1. ubi dicit, ꝙ fugiẽtib. & nõ desiderãtib. dignitates sũt cõferẽdę. & spes est, expectatio futurę beatitudinis, ut ꝑ Aug. relatũ ꝑ Inn. ca. si lr̃is, de iur. iurã. quã habuit ꝓmouẽdus, & qua mediãte si fuit ꝓmotus, illũ simoniacũ facit; qa nõ possũ sperare spũália, nec de spũalibus obtinẽdis spem hr̃e sine simonia, ut ꝑ tex. c. cũ ad nr̃am, ext. de elec. ubi qs nõ hẽt monachari spe ꝙndi offm̃ & dignitatẽ Abbatis, & gl. maximè, q̃ dicit, ꝙ nõ possumus hr̃e spem principalr̃ assequẽdi spũalia, secus si secũdariò, qa licitè possumus sperare honores ecclesiasticos, ꝑ iura q̃ ibi adducit. sed uide ibi Abb. in fi. ubi Abb. dicit ꝙ qs non dẽt ꝓmoueri ad ordines spe bñficia assequẽdi, qa ꝙmittit simoniã mẽtalẽ illa spe, vt ibi latè ꝑ eũ, & tex. & ibi Abb. ī ca. seq. melior tex. & ibi gl. ī ca. laicos. 16. q. 7. & spes, quã habuit, debuit esse ī aliquo fundata, & illã debuit ꝓuenisse aliqua ꝓuisio, aut qđ aliud a quo sit cõcepta, ut ꝑ gl. ī c. laicos. 16. q. 7. in gl. 1. qa spes nõ dr̃ nisi sit fundata de pñti. Vñ spes succedẽdi pr̃i, nõ est in cõsideratione, ꝑ Bar. ī l. post emãcipationẽ. §. j. de lib. leg. & ī l. fi. C. de pac. & spes est res aliqua, qa q hẽt spẽ aliq̃d hr̃e dr̃. ꝑ Ias. ī l is põt. ff. de acq, hęr. & spe ẽt hẽmus creditum, & creditores esse possumus ẽt spe. gl. in §. sub condõne. insti. de ver. obli. ī gl. ī ver. differt. & spes praua totã massã corrũpit. Laur. de Rodul. ī trac. de vsur. parte ij. nu. 27. & spes ꝓ ueritate hr̃. Bar. in l. Gallus. §. uidendũ. ff.
6 de lib. & posth. Vñ iste ordinãdus ẽt ꝑ spẽ, quã habuit, vr̃ simoniã cõmisisse & peccasse, qa ẽt ꝑ spem qs ẽt peccare dr̃. Vñ maledictus hõ, q peccat ī spe, ꝑ Abb. ī c. fi. de ĩmu. eccl. & plura sunt, q̃ facere pñt spe pctm̃, ut in sũma cõfes. li. 3. de pœ. & remis. q. 195. q̃ro ergo. vers. q̃rit, ubi ponit ꝙ triplex est spes, q̃ retrahit hoīem a pnĩa, s. spes diu uiuẽdi, diuitias parãdi, & mĩam Dei ꝙndi. facit, qa in usura ẽt dãnat spes usurã assequendi, per tex. in c. cõsuluit. de vsur. & Abb. ibi, vers. an aũt. in fi. & omnis spes cõsequẽdi lucrũ ex mutuo est pari modo dãnata, per eundem. vers. 2. not.

Et p̃lato uel epo qs inseruire nõ põt spe ꝙndi remunerationẽ in bñficio spũali, quin cõmittat simoniã, ꝑ gl. & ibi Abb. in c. cũ essent. de simonia, & usurarius est, q mẽte deprauata, licet nulla pactione, aut cõuentione interueniẽte aliq̃d ultra sortẽ recipit, ꝑ eundẽ ibi. & ꝑ tex. in Euang. Mutuũ dãtes nihil inde sperãtes. facit ẽt, qa ꝓmotus ad ordines uel p̃fectus bñficiis ecclesiasticis cũ tali spe qs esse nõ dẽt, qa rẽ ecclesię uel in ecclesia ꝫ formam cõstõnũ ecclesiæ videret adeptus ex pctõ uel delicto cõtra ecclesiã ꝓpetrato, vñ cõmodũ & honorẽ reportare nõ dẽt; vti dr̃ de illo, q in ecclesia & cęmeterijs ecclesię deliqt, ĩmunitate ecclesiæ gaudere nõ dẽt, neq; qs spe veniæ peccare aut delinquere hẽt. ꝑ Abb. c. fi ī prin. de ĩmu. eccle. Et quẽadmodũ simoniacus mẽtalis est, q mala & deprauata mẽte aliq̃d dat uel recipit tpale pro spũalibus, qñ ꝑ ipsũ q̃d dat uel recipit (mẽtalis iõ appellatus ꝓp mẽtis offm̃ & ministeriũ, qđ principaliter in isto delicto & pctõ interuenit, ut superius in multis locis fuit dcm̃) ita pari mõ dici dẽt, qñ cadẽ mẽte & animi intẽtione interueniẽte quid ex parte ꝓmoti ꝓ ipso & cã sua ꝑ aliũ datũ fuit, q̃d sit, & cũ aliqua rõne dici possit simoniacus mẽtalis, qñ de eius mẽte in cãm sue ꝓmotionis datũ fuit, qa bñ ꝑ nos datũ vr̃, qđ ea mẽte & cã nr̃a est datũ, licet actus dationis sit ꝑ aliũ celebratus, aut explicatus, qa q̃ ꝑ aliũ facimus, ꝑ nos facere videmur. c. mulieres. de sen. exc. gl. ī c. 1. di. 21. in ver. 72. duos discipulos ꝑ q̃ cũ appareat, ꝙ ꝓmotus sciuit, ac scīam habuit de simonia hmõi cõmittenda, qa talis eius spes & mẽs nõ potuit in eo esse sine eius scīa, qa hę non potuerũt in cęlo uel ī aere esse fundata, ex quo tacuit, nõ reclamauit, nõ cõtradixit, nõ ꝓhibuit, vr̃ approbasse, & ratũ habuisse, ac cõsensisse, qđ ei nocet ac nocere dẽt. ꝑ gl. in c. nobis. de simo. ī ver. ignorãte, sicuti dr̃ econuerso, ꝙ cõtradicere vr̃, qui expresse nõ consentit, ꝑ gl. quæ multa allegat in c. sicut tuis, de simo. §. q̃uis aũt, in uerbo p̃bere, & per illũ tex. & ꝑ gl. 29. q. 1. vers. itẽ consensus, & ibi gl. in l. soluto. §. voluntatẽ. ff. sol. mat. in ver. cõtradicai. Abb. in c. dilectus filius, el. 2. num. 9. de simonia. Et idẽ est ac si a
7 principio cõtraxisset simoniã, quia ratihabitio retrotrahit, & mãdati uim hẽt, & mãdato æquiparat. ꝑ gl. primã. cap. sicut tuis de simo. & cõsentire est qñcunq; cõsentire uel ante uel post. ꝑ gl. d. c. sicut. in uerbo cõsenseris. Vñ vr̃ cõmisisse simoniã in ordine recipiendo, quo casu vr̃ esse suspẽsus ab oĩbus ordinibus, & ꝑ ꝙnis ẽt ab administratione oĩum tpaliũ bonorũ, & beneficiorũ suorum. gl. in sum. 1. q. 5. in gl. 1. per doctrinã magr̃alem Abbatis, quã oẽs sequunt ī c. per tuas, de simo. vers. primo mẽbro, ubi distinguit, ꝙ si est cõmissa simonia in ordine recipiẽdo scienter, ꝙ ille simoniacus deponit ab oĩbus ordinibus, ac ẽt ab antea licite & legitime receptis, si uerò ipso ignorãte est cõtracta simonia per aliũ, suspendit tm̃ ab ordine simoniace recepto, nõ ab aliis licite receptis, ut ibi per eũ, & Fel. qui sequit, & melius ꝑ eũdẽ Abb. in c. de simoniac. de simonia. Idẽ quoq; ait Abb. ꝓcedit ẽt in eo, qui ignorãter suscepit ordinẽ a simoniaco, quẽ simoniacũ & suspẽsum ignorabat, ꝑ qđ apparet ꝙ ordinis collatio ꝑ alterius factũ & ꝑ alterius simoniã põt uitiari, & contagiosa effici, ẽt facto meo nõ interueniẽte, ĩmo me ignorãte, ad qđ opponi p̃t de eo, qđ vr̃ contrariũ in c. fi. 1. q. 5. Vbi ꝓmotus ignorãter ad ordinẽ ꝑ simoniã pr̃is, qui pecuniã soluit ꝑ ordine filij non suspendit ab ordine, sed tolerat, ꝑ illũ tex. qđ intellige iõ esse; quia ultra ignorantiã, quã habuit, ipse coactus ẽt suscepit ordinẽ, & habita notitia de simonia cõmissa supplicauit se deponi ab ordine simoniace recepto. ꝙponte & ultroneus, ꝙ facere dẽt oĩno cessante ignorãtia, quia tũc hõ tenet quantũ in se est, malũ corrigere, qđ ignorauerat, & iõ ille pro quo ignorãte data fuit pecunia, ut eligeret ad aliquã dignitatem, aut ordinaretur, uel beneficiũ eccle siasticũ sibi conferret primò quã uenit ad notitiã facti, tenetur beneficiũ, qđ sic est assecutus, resignare, & ab exequutione ordinis sic assecuti desistere, quia si non desistat, uidetur approbare & ratificare, nisi pecunia data fuisset in fraudem & in malum

Source : BIU Cujas

illius. Richar. de Mediauil. 25. diſt. ar. 2. §. tertio, quartū uel ad fm dicendū, & melius p Abb. ī c. de ſimoniace, de ſimo. & ex diſcretione & urbanitate, nō ex rigore iuris toleraf, ut ibi dr̄ ī tex. & p gl. in ſum. 1. q. 5. ubi dr̄, ꝙ ex mīa, nō ex diſpōne iuris ꝓmittif ꝓmanere in ordine, quē pecunia pr̄is fuit adeptus. nec refert ꝙ ſit datū miniſtro uel familiari ep̄i, uel ordinātis, aut ep̄o, uel ordinā
8 ti, ꝙa nihilominus in oēm casū eſt cōtracta ſimonia, & infecta & maculata collatio', facit ꝙa prauitas unius inficit totū actum, ꝓ Abb. ī c. nobis. de ſimonia, ꝓ tex. in c. fi. 1. qō. 5. ubi dr̄, ꝙ pecunia fuit data nō ep̄o, ſed cuidā principū ep̄i. ꝓ Abb. ī c. ueniēs. verſ. 2. collige. de ſimonia. gl. in ſum. 1, q. 1. q̄ dicit, ꝙ ſimonia aliqñ cōmittif a cōficiēte, qñq; a recipiēte, qñq; ab utraq; parte, qñque a neutra parte, uti a miniſtro, ut Giezi ſeruo Heliſei, & c. cito turpē. 1. q. 1. Abb. in c. ex tuę. de ſimo. & ꝓ glo. in ſum. eiſdē cā & q. q̄ vr̄ facere dr̄iam, cū ꝙs eſt ordinatus ignorāter mediāte pecunia pr̄is, qñ ſimonia fuit in ordināte in caſu illius tex. ille ordinatus toleraf in ordine; qđ nō eſſet ſi ſimonia fuiſſet in ordinante, & eo minus eſt tolerabile ꝙ def pecunia ꝓ ordine, ꝙa eſt ſacr̄m uolūtatis, & ſine quo hō ſaluari pōt, nō neceſſitatis, in quo toleraf ali qñ pecuniā dari, ꝙa ſine ſacr̄is neceſſarijs hō ſaluari non pōt. per Abb. & Hoſ. in c. dilectus filius, el. 2. de ſimonia. verſ. in gl. 1. ꝙa licet ꝓmittaf, vt qd def, ut quis alliciaf ad fidē, nō ꝓmittif tñ idē ut ꝙs intret religionē, ꝙa ſine fidenō ſaluaf, ſine religione ſaluaf. qđ tñ intellige ſemꝓ ſine pacto, ut ꝓ Abb. ibi. Nec erit mirū aut nouū ī deteſtationē tāti criminis ꝙ ſimonia ex facto alterius noceat alteri, ꝙa in deteſtationē ſimonię altare & eccleſia, q̄ ſimoniace cōſecrant, nō cōſecrari, ſed execrari vñr. & pecunia Simonis in deteſtationē peccati dānata fuit; & ꝓꝓ crimē ſimoniæ lepra Giezi trāſmittif ad poſteros, ſicut & multi alij caſus notanf ī c. eccleſia. §. his aūt. 1. q. 4. in quib. cōmiſſa ꝓ unū nocēt alijs: ubi uide Archi. uti paruulos Sodomitarū nō excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cęleſti igne conſumerentur. & Chan patre peccante, Canaam filius maledicitur, ut ibi. ſed intellige ꝙ non licet habere ſpem principaliter, ſecus ſi ſecundariò, quia ſecundariò non committitur ſimonia, & eſt licitum. per glo. in c. cum ad literam. de electione. c. qui proderit. 71. diſt.

Nec obſtant, q̄ ex aduerſo ſcđo loco adduximus, ꝙ per illud, qđ daf miniſtro, nō vr̄ cōtrahi poſſe ſimonia, & ꝙ ſi punif ille, ꝙ dat aliqd ſimoniace ꝓ alterius ordinatione, nō dēt ēt puniri ordinatus, cū ſit ſatis ꝙ unus puniaf, ꝙa in odioſis & in pœnalibus nō eſt faciēda extēſio & ampliatio, ꝙa pōt tñderi, ꝙ locū nō habeāt in caſu, in quo exp̄ſe aliqd ſit diſpoſitū, ꝓut eſt in caſu nr̄o, in quo ꝓhibef aliqd dari ꝓ ordine, ēt miniſtris & familiarib. or-
9 dināt̄is. ꝓ tex. in c. 1. cū gl. & Doc. ꝓ Abb. in c. ueniēs. de ſimonia. nu. 3. & ꝓ eundē in c. ex tuę. in 3. not. Et illud ēt nō ſubſiſtit, qđ ꝓ cōtrario ſupra adductū fuit, ꝙ ultra ſoluentē nō dēt pęna & punitio extēdi ad ordinatū, ꝙa illud in caſu nr̄o nō ꝓcedit, in quo fuit datū de mēte ordinātis. Vñ ordinatus attēta eius mēte, & attēta eius ſpe vr̄ fuiſſe, q̄ dedit, ꝓ qđ vr̄ eſſe in cā & delicto particeps, ꝙa nō eſt bona cōſequētia, ſi punīt dās aliqd ſimoniace, & ſimoniā ꝓ meo ordine, de mea mēte cōmittēs, ꝙa in odioſis pœnalibus vr̄ ꝓhibita extēſio, ꝙ non debeā ego pariter puniri, ſi fui ego itidē culpę pariter & delicti particeps, īmo quemadmodū auctor, ꝙa iſto caſu cōtra me nō extendīt pęna illius, q̄ pro me cōmiſit, ſed ego punior ꝓ meo delicto, meo facto, meo cōſenſu cauſato, & ꝓpetrato, & bñ eſt ęquū ꝙ delicta ſuū teneant authorē, & ꝙ ꝓ ſuo cōmiſſo q̄libet pęnas luat. l. ſancimus. C. de pę. gl. in c. nobis, de ſimo, in uer. feciſſe. ſed ad hęc qōnē uide quę j. dicimus in ſimonia cōuentionali, in qōne de ſpe, q̄ inci. & quia.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, non uirtutem, ſed ſignificationem retinet ſacramēti, & habet partem ſpiritualis, & fuit a iure naturali introductum.*

2 *Simonia cōmittitur in matrimonio pro eo quòd deſpūalitate participat. nam ſimonia nedum in ſpūalibus, ſed & in annexis committitur, et in matrimonio ita confertur gratia ſancti Spiritus prout in alijs ſacramentis, & poteſt committi ſimonia mentalis & conuentionalis in matrimonio, quia matrimoniū eſt de iure diuino, & in illis, quæ ſunt de iure diuino cadit ſimonia mētalis. nam Deus matrimoninm inſtituit a principio mundi, & triplici nomine appellatur matrimoniū, coniugium, nuptiæ, & conſortium. ubi, quod Deus ꝓhibuit matrimoniū contrahi inter matrem & filium, patrem & filiam.*

3 *Quando fuit a Deo inſtitutum matrimonium, et coniugij iuſtitutio eſt duplex. & ibi hēs, qđ non exiſtente priore ſpectat ad antiquiorē collegiū cōgregare.*

4 *Fuit quoddam tempus in quo non fuerunt nuptiæ, & dicuntur cauſæ propter quas fuit introductum matrimonium.*

5 *Simoniā cōmitti in matrimonio, & qđ matrimonialia non ſint uenialia, & ad quid licitè interuenit pecuniam in matrimonio, & an ante contractum matrimonium licitè dari poſſit, & in matrimonio contrahendo ſi quid promittitur ab altero coniugum, non valet promiſsio.*

9 *Datū à viro plebeio puellæ nobili in recompenſationem parentelæ uidetur licitè datū. & ibi, quod donatio remuneratoria eſt licita inter coniuges, & vir pōt à ſe vxorē repellere, ſi dos ei non detur. nam dos eſt data pro oneribus matrimonij. & ſine dote non tenetur quis traducere uxorē ad domum, & maritus ducens uxorem ſine dote, eam tenetur alere de ſuo.*

7 *Intereſt reipub. dotatas eſſe mulieres, & dos eſt ita neceſſaria ad mulieres maritandas, ut ad onera ſuſtinenda, & dare pecuniam pro matrimonio, quàm in caſibus expreſſis, eſt ſimonia, & qui pro benedictione nubentium pecuniam exigit ſimoniam committit.*

8 *Pro matrimonio, inquantum eſt naturæ officium, licet pretium dari, & matrimonium non tribuit cœleſtis gratiæ conſolationem, & præſentia ſancti Spiritus non ſemper & continuò eſt in ſacramento matrimonij.*

9 *In actu copulæ homo efficitur totus carneus, & habes, quòd conditiones turpes in matrimonij ſtipulatione ſunt reijciendæ.*

LECTORI.

* *In hoc cap. ubi inuenies aſteriſcum * in ver. poſſimus require in fine huius Primæ Partis, vbi incipiendo. Vnde nona principio. vſque ibi. interuenire poteſt. quæ hic omnia cadebant, ſed errore ſunt prætermiſſa.*

De ſimonia mentali in Sacramento matrimonij. Cap. 11.

REſtat, vt aliquid dicamus de Sacro matrimonij, & quō in illo poſſit cōſiderari cōmiſſum ſimonię mentalis, qđ iō ultimo loco oīum ſacr̄orū eccleſiæ poſuimus, ꝙa cū ſatis adhęrere rebus ꝓfanis, & minus ēt partici pare uideaf de ſpūalitate, q̄ alia ſacr̄a, ꝙa non uirtutē ſacr̄i, prout
1 alia ſacr̄a, ſed ſolū ſignationē retinere vr̄. gl. in c. ꝙcqd. 1. q. 2. & ꝓ dñs minus ī eo ſimoniace delinqui & peccari poſſit, iō de eo, de quo ēt pauca dicemus, ultimo loco poſuimus. Verū licet nō ſit tā ſpūale, q̄ ſunt alia ſacr̄a, vti ꝓ glo. in ſum. 1. q. 1. q̄ dicit, ſpūalia eſſe oīa ſacr̄a, p̄ter ſacr̄m mr̄imonij, ꝙa tñ partē ſuā hēt ſpūalitatis, & ſpūale eſt vſq; a iure naturali introductū. gl. p̄dicto loco, ꝓ eo ꝙ participat de ſpūalitate, in eo pōt cōmitti ſimonia, ꝓut in alijs ſacr̄is, cū ſimonia cōmittif nedū in mere ſpūalibus, ſed in
2 ſpūalibus annexis & depēdētibus. Fel. in c. cōſulere. de ſimonia. verſ. 3. not. ꝓ tres. in c. p̄terea. de trāſa. Abb. ibi. Nā cū in mr̄imonijs ita cōferaf gr̄a ſancti Spūs, ꝓut in alijs ſacr̄is. ꝓ Io. And. quē ſequif Abb. c. cū in eccleſia. de ſimo ꝓ Richar. de Mediauil. in 4. ſent. diſt. 26. art. 2. §. tertio q̄rit. verſ. rñdeo, eſt dicēdū ꝙ in matrimonio quoq; pari mō poſſit interuenire mēs deprauata ꝓ ſimoniā, ſiue aliqua pactio, aut cōuētio ſimoniaca, & ꝙ illo ita poſſit ſimonia mētalis & cōuētionalis cōmitti, ꝓut in aliis ſacr̄is. & matrimoniū eſt de iure diuino. ꝓ Iaſ. in l. captatorię ff. de leg. 1. & in illis maxim̄e, q̄ ſunt de iure diuino cadit & cadere pōt ſimonia mētalis, ut ſuperius fuit dictū, & maxim̄e in qōne de baptiſmo, & in qōnibus aliorū ſacr̄orū. id, qđ ex eo patet, ꝙa Deus, q̄ illud inſtituit vſq; a principio mūdi, in auth. de nup. ī prin. & ibi gl. qđ ēt appellaf triplici noīe, uidelicet cōiugiū, nuptię, & cōſortiū, vt notaf. ff. de ſpōſa. & l. 3. C. de inceſ. nup. ꝓhibuit illud cōtrahi inter mr̄em & filiū, & pr̄em & filiā, & ꝓꝓ hoc relinquet hō pr̄em & matrē, & adhęrebit vxori ſuę quæ verba exponuntur & intelliguntur, uidelicet ꝙ relinquet patrē & matrem, id eſt thorum patris & matris, quia nec cum patre, nec cum matre debet filius contrahere matrimonium. per Innoc. in c. debitum, de Bigam. Abb. in c. literas. de reſti. ſpol. in 6. per tex. quos allegat.

Et cū ſit a Deo inſtitutū, participare vr̄ de diuinitate. Vñ ī eo multo minus p̄tiū, pecunia, uel uenalitas alicuius tpalitatis, aut qđ hmōi interuenire dēt, & tāto grauius in eo mētalis & cōuentionalis uel realis ſimonia cōmittīt attēta iſta rōne, q̄ in alijs ſacramētis, quāto grauius eſt pct̄m & delictū ī illis cōmiſſum, quæ plus de diuinitate participāt, q̄ in illis, quę participant minus. Et
3 fuit a Deo inſtitutū hmōi ſacr̄m in ſtatu innocētiæ, i. in Paradiſo, & qñ adhuc nō vigebat malitia hoīum, & ante pct̄m, licèt etiā dicaf poſt pct̄m ēt inſtitutū, ꝓ Richar. de Mediau. in 4. ſen. diſ. 26. & tex. ibi. Cōiugij aūt inſtitutio duplex eſt, una ante pct̄m, ad officiū, facta in Paradiſo, vbi eſſet thorus immaculatus, ut nuptiæ honorabiles, ex quib. ſine ardore cōciperēt, ſine dolore parerēt. Altera poſt pct̄m, ad remediū, facta extra Paradiſum, ad euitandū illicitū motū, ubi uide Richar. qui ponit & diſputat qōnes. Id qđ nō euenit in alijs ſacr̄is, q̄ inſtituta ſunt poſt pct̄m, & introducta poſt malitiā hoīum, immo ſunt inſtituta ad peccatorū ſanationē, & malitiā reprimēdā. c. 1. de uoto li. 6. ꝓ tex. & ibi Abb. c. fi. de frigid. & malef. & S. Tho. in 4. ſent. diſt. 26. vbi dicit, ꝙ ſacramentū importat remediū cōtra pct̄m ꝓ ſigna ſenſibilia. Vnde ex quo eſt antiquius, & a Deo & in fœliciori ſtatu inſtitutū, cùm antiquiora ſint, & eſſe debeāt p̄ferēda alijs, q̄ nō ſint ita antiqua, nec ſint ita antiquitus inſtituta. §. verū. 17. diſt. ī auth. de monac. ad fi. 93. diſt. c. dñs. l. j. ff. de alb. ſcribē. 18. diſt. c. placuit. c. 1. de ma. & obed. & iō dicit Inn. d. c. 1 ꝙ ſi in collegio nō extat prior collegij, puta, ꝙa abſens, cōgregare collegiū ſpectat ad antiquiorē. ſequtur. Bart. in d. l. j. de alb. ſcribē. Barba. in trac. de p̄ſtātia Card. 1. q. prim. par. col. 13. verſ. quò ad correlariū'. uenit magis tale ſacr̄m attētis iſtis circūſtātijs nobis p̄ſeruandū, cuſtodiēdū, ac obſeruādū. Vñ in eo magis cauere debemus. Quāuis uideaf cōtra, ꝙa īmo nō a princ. mūdi, ſed multo poſt mūdū creatū, ītroductū vr̄ mr̄imonium. Nā per multa tpa poſt mundum creatū vñr hoīes ſtetiſſe ſine matrimonio, ut ꝓ illud Ciceronis circa principium
4 Rhetoricę. ubi dr̄ ꝙ fuit quoddātp̄s, in quo nemo nuptias legitimas, nec certos quiſquā aſpexerat liberos. & ꝓ iura ciuilia matrimoniū & matrimonialia iura introducta vñr, ut. ff. C. inſti. & auth. de nup. per totum, ī quib. cauet a quibus nuptiis cauere & abſtinere debeamus, & cum quibus perſonis nuptias & mr̄imo
* nia contrahere poſſimus. * Vnde qui pro benedictione nubentium

Source : BIU Cujas

tium pecuniam exactam accipit, simoniam committit, sed pro matrimonio inquantum est naturę officium licèt pretiũ dare & accipere, & condõnem interponere de re tpali accipienda uel danda, sicut pro alijs officijs ciuilibus & corporalibus, per Richardum de Mediauilla super 4. sent. dist. 25, artic. 3. q. 1. vers. ad quartum. Id quod vr eo facilius permissũ in matrimonio, potius quàm in alijs sacramentis, quia nõ est de illis sacramentis, quæ cœlestis gratiæ tribuant consolationẽ, & sacrm matrimonij non uidetur semper retinere virtutem sacramentalem, sed solam significationem. gl. in c. quicquid. 1. q. 1. Nec præsentia sancti Spiritus semper & continuò in sacramento matrimonij adest, quia propter horrorem, aliquan
9 do non adest, puta in actu copulæ, & coniunctionis, quo casu homo efficitur totus carneus, quia præsentia sancti Spiritus non dabitur, quando actus coniugales geruntur, per tex. & ibi gl. in c. connubia 32. q. 2. quod intellige. ut ibi per gl. nisi videlicet faciat causa reddendi debitum uxori, quia tunc homo meretur, per Abb. d. c. cum in ecclesiæ. extra de simo.

Adducta uerò primo loco superius non obstant, quia sunt vera, & habent locum, qñ pro matrimonio pecunia uel quid aliud daretur, præter quàm in dotem, donationẽ, & casus supra expressos, quia tunc esset cõmissa & cõmitteretur simonia, prout in alijs sacramentis, prout per Abb. in d. ca. cum in ecclesiæ. nec obst. præcipuè tex. in §. si tibi nupsero, de verbo. obliga. quia tex. ibi non dixit quòd non possit pecunia stipulari pro matrimonio, sed ꝙ debet procedi ad cognitionem causæ, quia cùm causę & conditiones possint esse diuersę, honestæ scilicet, & inhonestæ, si honesta sit causa & cõditio, puta, si in dotem, si in donationem propter nuptias, uel aliàs in casum a iure permissum, ut ibi p glo. ualere debet stipulatio, si uerò turpis & inhonesta & contra substantiam & bona matrimonij, puta, si cõtraho tecum, si generationem cuites, uel donec inuenias alium, uel si quæstum de adulterio feceris, vel similium, quia hoc est contra bonum fidei, tales conditiones nitiant, & non ualent. 22. q. 4. cap. inter cætera. 31. q. 3. cap. aliquando, & cap. fin. extra de condi. appos. de quibus uide per Summistas & Scribentes, & per Specul. eo. titu. Tunc ob turpitudinem & inhonestatem dicendum est, non ualere stipulationem, id quod innuunt verba tex. ibi, dum dicit, causa cognita denegandam actionem, & per illa subsequentia, nec raro probabilis &c. per quæ percipitur quod causa huiusmodi stipulationis non est semper turpis, sed aliquando probabilis & honesta.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia per statutum quæ sint. & ibi dicitur, quod dantes & recipientes pecuniam pro ingressu religionis puniuntur de simonia. vbi, quid sit statutum declaratur, & ibi, quod quicquid nobis ad fidem & catholicè viuendum est præceptum, illud omne continetur nouo & ueteri testamento, canonibus vel constitutionibus ecclesiæ, & quid sit constitutio. vbi etiam, quod Papa aliquid decernendo vtitur verbo statuentes.*

2 *Statuere, constituere, statutum, & constitutio sunt idem.*

3 *Omnes species spiritualium, & quando habuere originem religiones, & monasteria.*

4 *Quòd in spiritualibus per statutum, ex quo sunt de iure positiuo non committitur simonia mentalis. nam non est simonia mentalis sine opere sequuto. vbi, quod potest quis offerre suæ ecclesiæ, in qua recipitur in canonicum, & illa sibi habere pro præbenda. & datur cautela vt aliquid possit accipi ab ingredientibus religionem. & ibi, quod quis non debet loco esse onerosus.*

5 *Vti toleratur datum pro oneribus matrimonij, ita debet posse dari aliquid a puella monasterio, in quo ingreditur, & moniales non tenentur accipere maiorem numerum quàm ex reditibus nutrire possint. & monales uidentur excusabiles ab ignorantia iuris, eoque magis quia clausura non exeunt. ubi, quod in prohibitis de iure diuino cõmittitur simonia mẽtalis.*

6 *Canonicus, qui vadit ad horas diuinas animo principaliter habendi, vel non amittendi distributiones, committit simoniam, & talis non celebrat festiuitatem Dei, sed festiuitatem suam. & ibi, quod scholares non vadunt ad ecclesiã pro missis, uel cultu diuino, sed pro uidendis amasiis, ubi, quod Deo propter Deum seruire debemus, non pro assecutione rei alicuius, & missam dicens principaliter propter lucrum, committit simoniam.*

7 *Qui seruit prælato, priucipaliter animo remunerationem in beneficio recipiendi, & qui retinet famulum animo priucipaliter taliter recompensandi, simoniam committit, secus si secundariò. & ibi, quod idoneus episcopatum, nedum beneficiolum sperare potest. & iura diuina & canonica appellari statuta possunt.*

8 *Ius positiuum non habet simoniam mentalem in consideratione, nec pro simonia, & datum ex deuotione & sponte monasterio pauperi ab ingrediente, respui non debet, & quomodo intelligatur illud, quòd nil possit dari pro ingressu in monasterium.*

De simonia mentali in spiritualibus per statutum. Cap. 12.

EXaminatis, quas potuimus qõnibus simoniæ mentalis super sacramẽtis, quæ spiritualia diximus instrumentaliter, & per causam, est deueniendum ad tertiam speciem rerum spiritualiũ, quæ non sunt spirituales per essentiam aut a natura, & qualitate eorum primæua, neq; per causam, sed sunt spirituales, quia per statutum, legem „uel constitutionem est ordinatũ ꝙ sint spirituales, & ꝙ de spiritualitate participent; quæ vocantur ꝑ Abb. in c. consulere. de simon. spiritualia per statutum, prout
1 est ingredi religionem & monasterium. exemplũ ponit Abb. de casu. in c. dilectus filius, el. 2. de simo. ubi monachi, qui pretio dato in monasterijs & locis religiosis fuerunt recepti, & Abbates, ac officiales, qui pretium receperunt ob receptionem huiusmodi monachorum, & sic dantes uti accipientes pretium pro religione puniuntur, & condignis pœnis afficiuntur. pro eodem allegat pariter tex. in c. veniens. eo. titu. ubi receptus in monachum mediante solutione triginta solidorum ab eodem monasterio remotus, in alio monasterio in habitu monastico, Deo deseruire pcipitur, & Abbas & maiores personæ monachorũ ab executione officij suspendun tur. per quæ iura secundum opinionem Abb. innui videtur, ꝙ ingredi religionem vel monasterium pretio uel premio mediante sit simonia. idem Abb. in c. non satis, primo not. de simon. & in c. quoniam, tex. apertus in d. c. non satis. Et quia nõ est de spiritualibus primæ & secundæ speciei, appellatur spirituale per statutum, puta, ꝙ sit per constitutionem aliquã uel statutum ordinatum, ꝙ hoc sit spirituale. Vnde neque uendi neque emi meritò pretio aliquo non potest, meritò si ementes & uendentes, dantes & accipientes, ut per illa iura puniuntur. Verùm si intelligere debemus ꝙ omne illud, quod sit per statutum spirituale, sit spirituale. hoc spirituale non extenditur tantùm ad religionem uel monachos, sed ad multa alia spiritualia, puta, ad illa omnia, quæ aliqua lege, aliqua sanctione, aut canone sunt constituta spiritualia: quia maior pars rerum spiritualium possunt dici effecta & constituta spiritualia per ordinationem & constitutionem in ueteri, aut nouo testamento, aut per Canones, aut constitutiones ecclesiæ. & quod dicit Abb. per statutum, intelligo in isto casu, ac si diceret per legem, per Canonem, per constitutionem, per quam aut prohibetur, aut præcipitur, vt per gl. in c. 1. de consti. in verbo statuta, quia cum statutum sit lex scripta, non põt esse res spiritualis aliqua, & in rebus spũalibus quæ non sunt in ueteri, aut nouo testamento, in Canonibus aut constitutionibus ecclesiæ per Concilium uel summos Pontifices factis, in quibus continetur quicquid & ad fidem, & ad catholice viuẽdũ est nobis præceptum; prout constitutio appellatur Canõ, qñ constituitur in uniuersali concilio, in gl. 3. dist. §. 1. & constitutio dr, qđ Princeps statuit c. constitutio, dist. 2. & constitutio largè accipitur pro omni iure scripto. c. cum oẽs. de cõst. & constitutio dr simul statuitio, uti per Abb. in rubr. de constit. facit, quia in tex. in c. quoniam. de simo. synodalis constitutio appellatur ibi statutum, ibi, de his aũt, quæ ante hoc synodale statutum &c. & Papa constitutionem aut legẽ faciẽs, vel sanciens, aliquid constituens, aut decernẽs utitur uerbo statuentes, uti in d. c. quoniam, ibi statuentes, ut quæcunque de cætero, &c. & in pluribus & infinitis locis. per quod appa
2 ret, quòd constituere & statuere, & constitutio & statuitio, siue statutum sint idem, & inter se nisi nomine tantum differunt. Vnde quæ sunt spiritualia per statutum, non uidebunt facere tertiam speciem spiritualium, nec speciem a se separatam, quando quidem omnia spiritualia præter spiritualia per essentiam incorporalia, quæ sunt dona Dei & virtutes, & illa de quibus primo loco in materia spiritualiũ diximus, quæ uidentur spiritualia a natiuitate & sua origine, & spiritualia per naturam, possent dici comprehensa ab ista specie; quia siue sint spiritualia per essentiam secundæ speciei spiritualium per essentiam, uti sunt reliquiæ sanctorum, siue sint
3 spiritualia secundæ speciei, uti sunt spiritualia instrumentaliter, & per causam, uti sunt sacramenta, siue sint spiritualia tertiæ speciei, uti excommunicare, absoluere, &c. quæ sunt spiritualia prouenientia ab authoritate ecclesiastica, siue sint spiritualibus annexa antecedenter, uti iura patronatus &c. siue consequenter spiritualia annexa, uel dependenter, prout sunt habere ecclesiam, præbẽdam, beneficium ecclesiasticũ, ius percipiendi decimas & oblationes &c. siue concomitanter sint spiritualibus annexa, prout sunt labor spiritualib. annexus, officium, missas & diuina celebrandi, legendi psalterium, & diuinas horas, & huiusmodi, ista omnia sunt & possunt dici esse spiritualia per statutum, quandoquidem omnia sunt spiritualia ordinata, uel per statutum iuris diuini, uel per statutum iuris positiui,

Verùm attento quòd ingredi religionem, & effici de monasterio aliquo est inductum ex constitutionibus, & legibus ecclesiæ, ex quo religiones nostri tẽporis, cœnobia, monasteria, & fratrũ, monachorũ, & monialiũ, non erant tẽpore iuris diuini, quia orrum & principiũ habuerunt a iure positiuo. c. cũ de beneficio, de prẽb. lib. 6. cũ ad monasteriũ. de stat. mon. vers. nec alicui. & in clemen. ne in agro. §. cæterum, eod. titu.

Source : BIU Cujas

c. inter quatuor. de relig. dom. Petrus Duenas in ſuis regulis reg 72 prima ampliatione.

Vnde quia in illa ingredi, & ab illis recipi poteſt, dicit me rè ſpirituale per ſtatutum, quia per ſtatutum eccleſiæ, & per conſtitutionem eccleſiaſticam talia ſtatuta & ordinata fuere ſpiritualia, quæ aliàs non erant: ideo attenta iſta ratione pōt dici quod illa appellata ſunt ſpiritualia per ſtatutum, pro quibus pecunia recipi, aut quid aliud tēporale dari eſt expreſsè prohibitum. per tex. in c. quoniam. de ſimo. Vbi poſt promulgationem illius conſtitutionis, moniales, quæ ſimoniacè præ textu paupertatis in monaſterium receptæ ſunt, in arctiorem locum ad agendum pęnitentiam retruduntur, & retrudi debere ſtatuitur, & ante ſynodale ſtatutum facta puniuntur; ut ibi. Super quibus videtur quòd modo aliquo non poſſit committi ſimonia mentalis, aut quòd in eis ſit cōſiderabilis, quia
4 in illis ſola mens deprauata, ſola mala uoluntas, aut animi ſimoniaci affectus, non facit aliquem ſimoniacum, per tex. in c. fi. de ſimon. etiam opere ſubſecuto, & ſecuta datione temporali pro ſpirituali, ſine qua non eſt, neque intelligitur ſimonia mentalis, uti notatur in c. nemo. per Abb. ibi & Angel. in ſumma. in verbo, ſimonia, primo, verſiculo vtrum ſola, circa fi. ſi tamen nō fuerit pro ea proceſſum ad aliquem actum, ſed ſteterit contenta in ſuis finibus, & in ſuis terminis. ut per glo. in c. conſulere. eo. tit. gl. in c. ex parte. de off. & poteſt. iud. deleg. glo. in c. ordinationes. 1. q. 1.

Facit, quia videtur cp pro ingreſſu ad religionem & monaſterium poſſit aliquid dari & accipi reſpectiuè, abſque eo, cp committatur per hoc, uel commiſſa intelligatur ſimonia. per tex. in ca. tua nos, eo. tit. ubi per canonicos in canonicum admittitur, & illius bona, quæ obtulit recipiuntur, & illa faciūt monachi inſeruire canonico admiſſo pro præbenda ſine aliqua ſimonia, & ſine aliqua ſpecie mali. Id quod non audet negare glo. quod non ſit licitum, exiſtente maximè paupertate in monaſterio, ut per glo. in cap. non ſatis, de ſimon. quæ ponit & tradit duas theoricas, & duas cautelas pro accipiendo aliquid ab ingredi uolētibus monaſterium, qñ adeſt paupertas in monaſterio. prima eſt, uti detur, non ex pacto, ſed purè pro deuotione per ipſum ingredientem uel perſonā pro eo. ſecunda, ut exiſtente tenuitate redituum monaſterij per viā proteſtationis, aut intimationis notificetur ei, cp aliquid pro ſuo uictu afferat, ut poſſit uiuere.

Facit, quia quemadmodum toleratur cp in ſacramento ma
5 trimonij interueniat pecunia, p ſuſtentatione & faciliori ſupportatione onerum illius, ita pari modo dicendum uidetur ab identitate rationis, cp id eſſe poſſit licitum in caſu puellæ, vel alterius perſonæ ingredientis monaſterium, ad quod aliquid licitè pro ſuſtentatione ſuæ uitæ & onerum ſui, quæ eſt allatura monaſterio, apportare poteſt: ne ſit loco, quē ingreditur onerosa, ut in terminis eſt glo. in ca. honorantur. 32 q. 2. in uerbo honorantur. per tex. quem allegat in c. de lapſis. 16. q. 6. per illum text, maximè in fin. ubi dicit, quòd quis nō debet eſſe onerosus loco, maximè pauperi, quia etiam moniales non tenentur recipere maiorem numerum quàm ex reditibus viuere poſſint. Abb. in c. quoniam. in verſi. in glo. prima, in fin. de ſimo. quo ſtante, & ſtante etiam quod committere ſimoniam ſit de apicibus iuris, ſi pro pretio & pecunia moniales monialem in monaſterium & ad religionem recipiant, uidentur excuſabiles, quia inciderūt ignorantia iuris, à qua uti aliæ mulieres omnes in quibus talis ignorantia toleratur, debent eſſe excuſatæ. l. cum de indebito. ff. de probat. & per alia quæ copioſè allegat Abb. præalleg. ca. quoniam, ubi dicit id facilius indulgeri monialibus, quia clauſtra non exeunt, ut ibi per eum.

Qnamuis uideatur poſſe dici cōtrarium, quia immo poſſit committi ſimonia mētalis ut in baptiſmo, & in alijs ſacramentis, de quibus ſupra, quæ ſunt ſpiritualia per ſtatutum iuris diuini, quia ſunt ſpiritualia de iure diuino, in veteri & nouo teſtamento, quæ cum ſint prohibita pretio aut pecunia diſtrahi, eodem iure appellantur prohibita, quia ſimoniaca, in quibus mentalis ſimonia committi poteſt, ut per glo. in c. ex parte, el primo, in uerbo dimittere. de off. & poteſta. iudic. deleg. per Ang. in ſumma, in verbo, ſimonia, primo. verſiculo vtrum ſola. glo. in cap. cum pridem, de pactis, & glo. in c. Saluator. 1. q. 1.

Vti etiam dicitur de Canonico, qui vadit ad miſſam & ho
6 ras diuinas in choro animo & intētione principaliter habendi diſtributiones, uel illas non amittēdi, qui principaliter animum & intentionem habere debet ad cultum Dei, & ad diuina, qui committit ſimoniam mentalem, quia iſto caſu canonicus non celebrat feſtiuitatem Dei, ſed feſtiuitatem ſuā, quia non vadit ad eccleſiam pro Deo, ſed pro cauſa ſua. Vnde odit Deum, & non ſolùm odit, ſed proijcit etiam eorum feſtiuitates & oblationes, qui non celebrant feſtiuitates Dei; ſed ſuas. ca. odi. §. odit, & ibi glo. quæ exclamat contra ſcholares, qui uadunt ad eccleſiam non pro cultu diuino, neq; pro audiendis diuinis, ſed vt videāt dominas & amaſias; & ſic pro cauſa ſua. 24. q. 1. & ibi Archi. & Card. in clem. 1. in 6. no. de celebr. miſ. Nec immeritò, quia Deo non pp beneficia, aut pro conſecutione bonorum aliquorum, ſed propter Deum ſeruire & obſequi debemus, ut per glo. quæ multa allegat in ca. conſuluit. 84. diſtinct. quia aliter ſeruitium & obſequium eſſet cauſatiuum peccati & uitij ſimonię. Quia miſſam dicens ſacerdos principaliter propter lucrum, eſt ſimoniacus, per Abb. in c. conſuluiſti, de celebra. miſſarum, & in ca. ſignificatum. de præben. & glo. in c. vnico, de cler. non reſid. in 6. Abb. in c. ſuam. de ſimonia.

Facit, & aliud ſimile, quia qui inſeruit pręlato aut epiſcopo
7 cum mente & animi intentione conſequendi ab eo pro ſeruitio remunerationem in beneficio ſpirituali, & ille pariter qui retinet famulum ad ſui ſeruitium animo pariter illius labores in aliquo beneficio ſpirituali remunerandi, quo caſu uterque habet intentum permutandi & dandi ſpirituale cū temporali; ipſe committit ſimoniam, ſi principaliter ſeruiet famulus cum tali intentione, & prælatus tali animo ſeruitiū famuli recipiat: ſecus ſi non principaliter ſperat beneficium ſpirituale, ſed ſecundariò, puta, cp ſi ſeruiens ſperaret remunerationem in aliquo bono in genere, quia tali caſu ſi eſſet idoneus, etiam epiſcopatum, nedum beneficiolum ſperare poſſet. ut per Abb. in capitu. cum eſſent. de ſimon. ubi examinat quæſtionem, & glo. ibi, pro quibus multa, immo infinita poni poſſent exempla, quia ſi omnes caſus inſpiciantur, nō committetur ſimonia ſuper aliquo vel aliquo modo, quin commiſſa appareat ſuper illis, quæ ſunt ſpiritualia per ſtatutum, canonem, cōſtitutionem eccleſiæ, ſiue iuris diuini, cum nullus poſſit dari caſus ſimoniæ, qui non ueniat directè uel indirectè comprehenſus diſpoſitione iuris diuini, aut generalitate canonum, & eccleſiæ conſtitutionum; quæ ut ſupra diximus ſunt & appellantur ſtatuta. Vnde iſto modo omnia ſpiritualia poſſunt dici ſpiritualia per ſtatutum. ſed uti ſupra diximus ideo illa appellata ſunt per ſtatutū ſpiritualia, quia omnem, quam habent ſpiritualitatem, habent a ſtatuto, nec eſſent ſpiritualia aliquo modo, niſi ſtatutum eſſet. quod non procedit in illis, quæ ſunt ſpiritualia aliunde, licet non per ſtatutum, puta, a natura, uel aliàs, quia in illis ſi ſint de iure diuino prohibita, bene poteſt committi ſimonia, puta, ſi ſint prohibita, quia ſimoniaca, uti in caſibus de quibus ſupra. Vnde non obſtant illa, quæ de baptiſmo & alijs ſacramentis, de canonico, qui uadit ad diuinas horas in choro, ac de ſacerdote miſſam animo lucrandi celebrante, aut de eo, qui inſeruit prælato, & de prælato ad ſua ſeruitia aliquem retinēte animo illum recompenſandi in beneficio ſpirituali, in quibus caſibus uidetur cō mitti ſimonia, & quòd pro ingreſſu religionis & monaſterij reditibus tenuibus exiſtentibus moniales ſine uitio ſimoniæ in monaſterio monialem recipere poſſint; quia reſpondetur, cp licet poſſint dici illa per ſtatutum ſpiritualia, ideo quia per ius diuinum, ius canonum, conſtitutionum eccleſiæ fuit ſtatutum quòd ſint ſpiritualia, ex quo bene uidetur per ſtatutū aliquod ſtatutum, ſi iure canonico & iure diuino ſit ſtatutū, ex quo idem eſſe uidetur, large verba & non ſtricte ſumendo, tamen baptiſmis, ſacramenta, ac illa de quibus ſupra nō ſunt ſpiritualia tātùm, quia per ius canonicum, diuinum, uel aliàs ſunt conſtituta ſpiritualia, ſed potius quia a natura & ſui origine ſunt ſpiritualia & de ſpiritualitate participant: unde nihil mirum in illis ſi mentalis committitur ſimonia, quod nō procedit in ſpiritualibus per ſtatutum tantùm, quæ non ſunt, ſpiritualia ex ſe, ſed quia ſunt effecta ſpiritualia per ſtatutum in quibus ſimoniaca appellantur, quia prohibita: ut ingredi monaſterium, recipi in canonicū, dare paſtum pro receptione, & huiuſmodi, quia in iſtis ſimonia mentalis non cōmittitur, aut commiſſa attenditur, quæ ſunt prohibita de iure poſitiuo, quod ſimoniam mentalem non habet in conſideratio
8 ne, neque habet illam pro ſimonia, ut per tex. in c. fi. ibi glo. & Doct. cum alijs adductis ſupra. Nec pari modo obſtat, illud, quod pro contrario adduximus, quòd pro ingreſſu in monaſterium datur caſus, cp aliquid dari & recipi poteſt ſine commiſſo ſimoniæ. Immo nec facit contra, quia licet ſit ſtatutum, quòd pro huiuſmodi nil dari aut recipi poſſit, & ſi detur aut recipiatur, id fiat cum ſimonia, tamen ſponte propter Deum nulla cōuentione, uel pacto data monaſterio pauperrimo illius reditibus non ſufficientibus reſpui non debent, quando non mala intentione uel ſimoniace deprauata, & ſic in caſu a iure nō prohibito quia quod dicitur quòd pro ingreſſu nil poſſit dari per text. in ca. quoniam, in cap. non ſatis, cap. tua nos & c. habet locum & intelligitur, quando per pactum, conuentionem, aut modum illicitum datur, non autem quando datur ut in caſu iſto, ut per glo. & Doct. ibi, meritò non ſunt contra. ſed de eis dicemus ſuo loco in ſimonia conuentionali, ubi melius & conuenientius huiuſmodi materia & quæſtio pertractabitur.

SVM.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 Quot modis de iure ciuili capiatur verbum poteſtas? Poteſtas duplex, pontificalis, & regalis. & ibi, quod poteſtas a Chriſto fuit decreta, inſtituta, & diſtincta. & fuit inſtituta ad uindictam malorum, & laudem bonorum, & poteſtas eccleſiaſtica & ſecularis ſeſe mutuò iuuare habent.

3 Pontificialis poteſtas præcedit, ſicut diuina, humanis. ibi, quod Chriſtus uoluit tributum ſoluere Cæſari.

3 Reſiſtens poteſtati, reſiſtit ordinationi Dei. ubi tamen, quod poteſtati poteſt non obediri, quando illicita præcipit, & abutens poteſtate, illam meretur amittere, & negligentia in prælato depoſitionem expoſcit. & ibi, quod poteſtas Papæ & regis Francorum ſunt ſupra omnes, & poteſtas ſignificat iuriſdictionem & poteſtas, iuriſdictio, & officium idem uidentur.

4 Significatus verbi poteſtas, eſt ſumendus ſecundum ſubiectam materiam.

5 Quid ſit dignitas, & ibi, quod non ualet reſcriptum, ſi dignitatis tuæ in eo ſupprimis nomen, & eſt omni rationi contrarium quòd unus clericus plures habeat dignitates, quia ſingula dignitas ſingula in eccleſia exigit aſſiduitatem perſonalem, & qui habet dignitatem, habet perſonatum, non è conuerſo.

6 Quomodo ſeſe habeant dignitas, perſonatus, & officium. Quid ſit dignitas. quid ſit perſonatus, quid ſit officium. & ibi, quod officium Reuerendiſſ. Card. Camerarij papæ eſt dignitas, & uiuit iuriſdictio Camerarij ſede uacante, qui Camerarius regit urbem ſede uacante.

7 Dignitas eſt nomen generaliſſimum. & ibi, tria ſigna ad cognoſcendum an ſit dignitas.

De ſimonia mentali in ſpiritualibus proueniente authoritate eccleſiaſtica, & de dignitatibus, & poteſtatibus eccleſiaſticis. Cap. 13.

DEueniemus (diuino auxilio nobis fauēte) ad quartā partem & ſpēm rerum ſpūalium, iuxta diuiſionē quā ſuperius fecimus, quæ naſcuntur & proueniunt a poteſtate & authoritate eccleſiaſtica, quæ exhibentur uel adminiſtrant ab aliquo mediante ptāte, authoritate, dignitate, & prēeminentia eccleſiaſtica, quā hēt. ca. ad aures. de ſimo. p quorū faciliori & pleniori intelligentia, non puto eſſe extra propoſitū dicere hic aliqd, qūo intelligat & accipi debeat in iſto caſu verbū, ptās, & cōſequenter ēt ex quo talis ptās vr ut plurimū cōſiſtere in pſona, quæ dignitatē uel præeminentiā hēt eccleſiaſticam, puto neceſſariū eſſe de dignitatibus eccleſiaſticis aliqua ſubiungere, ut habita cognitione iſtorum terminorū, & facilius pcipiatur & clarius appareat intellectus materiæ pūtis. Et omiſſis ſenſibus & ſignificatis, in
1 quib. pōt intelligi in iure ciuili terminus, ptās, de quibus per tex. in l. poteſtatis. de uerb. & rerū ſign. & gl. in l. cum prętor. §. fin. ff. de iud. & omiſſa ptāte ſęculari, qa cū non habeat ius in ſpūalibus, aut quicquā cum ſpūalibus, de quibus hic tractamus agere, c. tributū. 23. qō. 8. non eſt ad propoſitum materiæ pūtis. At ptās duplex eſt, ut uideo, Pōtificalis uidelicet. & Regalis. c. duo. 96. diſ. & utraq; a Chro noſtro Saluatore fuit decreta, inſtituta, & diſtincta. c. cū ad uerū. 96. diſt. Io. Vgo ī trac. de officio quatuor prælatorū. §. hnt. nu. 3. dicit, qp mundi binā ptātem Deus diſtinctā eſſe uoluit, & a Deo fuit inſtitura & ordinata ad uindictā uidelicet malorū, & ad laudē bonorū. per tex. in c. malū. in fi. 11. q. 1. Io. Vgo dicto loco. §. conſequenter. Fortunius Garz in tract. de ultimo fine. nu. 116. trac. to. 1. fol. 15. Io. de Sylua. in tract. de benef. j. parte. q. 4. nu. 9. to. 4. Petrus Bertam. in trac. de orig. iuriſdic. q. 1. nu. 1 to. 12. fol. 2. Et meritò, ut ab eodē Chro inſtitutæ iſtæ binæ ptātes, ſeſe mutuo iuuant & iuuare hnt. c. pronepotes. 23. q. 5. cum tribus capitulis
2 ſeq. Inter quas Pontificalis præcedere habet, ſicuti diuina humanis, & ſicuti cœleſtia terrenis, & ſpiritus carni præferri & antecedere debēt. 10. diſ. c. ſuſcipitis, & ambæ a Deo ꝓueniūt ſiue iubēte, ſiue ꝑmittente. 23. q. 1. qd in bello, & c. qd culpat. in fi. & c. quæſitū. q. 3. qa omnis ptās eſt data deſuper, per illud in Euangelio. Non haberes ptātem in me, niſi tibi eſſet datū deſuper. Ioannis xix. & 22. q. 1. § ſed ſecundū, & per illud, Oīs anima ſublimioribus ptātibus ſubdita ſit. & Chr̄s ipſe cœlorum & mundi princeps ptāri obediēs fuit, & poteſtatē reueritus obſeruauit. qa licet nō teneretur, & non eſſet debitor, uoluit nihilominus tributū ſoluere Cæſari. ca. iam nunc. 28. q. 1. c. magnū. 11. qō. 1. & ibi Archid. Cùm enim Chr̄s ueniſſet Capharnaū, tunc acceſſerunt, qui didragma accipiebāt, ad Petrū, & dixerūt ei. Magr̄ veſter nō ſoluit didragma. qđ cum Petrus intimare uellet Chro, ab eo præuentus iuſſus eſt in mare hamū mittere, & primū piſcē, quē extrahere ore apto, ſtatere inuēto, ꝑ tributo ſoluere. Matt. c. 18. Facit illud Euāgelicū, qp cū Phariſęi & Princ̨ipes ſacerdotū interrogaſſent Chr̄m. An tributū deberet dari Cęſari, rn̄dit. Afferte mihi numiſma, q̄ ſunt Cęſaris reddite Cęſari, & quæ Dei Deo. Idq; apparet, qa
3 qui reſiſtit ptāti, reſiſtit ordinationi Dei. ca. qui reſiſtit. 11. q. 3. Io. Vgo præallega. loco & ptās ſemper eſt reuerenda, obſeruanda, & metuenda, & eo magis quando licita præcipit, quia quando non licita iubet, poteſt non ei obediri, & non obtemperari, immo contemni. eodem. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Et qui illā habet, illa abuti non debet, quia ſi abutitur, incurrit periculū amiſſionis illius; quia abutens poteſtate, quam habet, eam meretur amittere. c. priuilegia. 11. q. 3. prout in ſimili prælatus negligens in ſibi commiſſis, non agendo, quæ ſibi ex prælaturæ debito incumbunt, debet à prælatura deponi, quia negligētia in ꝑlato depoſitionem expoſcit. tex. & ibi gl. in verbo negligentia. diſt. 71. tex. & ibi gl. in verbo negligens. c. cum ad monaſterium, de ſta. monach. & alia per Petrum de Baiſio latè adducta in tract. de elect. §. quarto habent. col. 3. tract. vol. 4. Sed Pontificia & Regalis ſunt duæ ſūpremæ poteſtates, & poteſtas Papę & Regis Francorum ſunt ſuprà omnes alias, per Nicolaum Boer. in tract. de ord. graduum prima parte. num. 10. & ptās, vt habeamus intelligentiam ſuæ ſignificationis, importat & ſignificat iuriſdictionem, vt per Archid. in cap. magnum. 11. q. 1. per tex. quem allegat in c. fin. de iudic. Vbi Florentina poteſtas ꝑmulgauit ſententiam pro fratribus Sanctæ Mariæ de Florētia contra communitatem caſtri de Signa, ſuper electione Rectoris, vt ibi, & p tex. in c. tua nos. §. ad vltimum de homicid. Vbi ſcholares deprehendentes latronem, qui alium ſcholarem vulnerauerat, tradiderunt poteſtati Vincentiæ, & aliàs vt ibi. Vnde officia iudicum, quæ habent iuriſdictionem & cognitionē cauſarum, ſunt poteſtates. & officium poteſtas, & iuriſdictio propter ſimilitudinem, idemptitatem, & eandem qualitatis naturam, quam habent, idem videntur eſſe, & idem importare. vti per Pauinum in tract. de offic. & poteſta. c. ſed. vacan. quarto præludio, verſ. & quandoque. Archid. in c. primo de cōſuet. vbi dicit, qp iſta inter ſe ſunt ſynonyma & vnum indiſtincte ponitur pro altero: licèt videatur contra, quia eſt poteſtas aliquā do in aliqua perſona, in ea tamen non adeſt iuriſdictio, & eſt poteſtas ſine iuriſdictione, puta, quando eſt poteſtas conferendi beneficia in Vicario epiſcopi, qui nullam habet iuriſdictionem. per eundem Pauinum dicto loco. Et officium eſt adminiſtratio rerū eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, vti eſſet exēplū ponere ī Sacriſta ſeu Theſaurario, vti diffinit optime Abb. ſecundum Archid. in c. de multa de præben. in additione, verſic prima concluſio. Et officium eſt etiam ſine aliqua pręrogatiua, & quando habet onus annexum ſine honore, ſicuti eſt officium ſyndici, procuratoris, & caſtaldi, de quibus habetur prima. q. 3. c. Saluator. verſ. in homine. l. item. C. de procurat. c. alienare. 1. diſt. & aliàs vt per Archid. d. ca. 1. de conſuetud. vbi ponitur quot & quib. modis cognoſcitur officium. Et officia prælatorū, q̄ & quot ſint, uide Pet. de Baiſio in trac. de ele. c. 49. l. 51. cum ſeq. trac. vol. 4. Item præpoſitura dr̄ officium. c. dudū, de elec. Item Plebania. ca. quod Dei timorem. de ſtatu monachorum. Itē ꝑsbyter dr̄ hr̄e offiū. Item prædicator. Item Vicedominus dicitur habere officium. 99. diſt. item habens tabellionatum dicitur habere officium. §. ad conſcribendum. de hę ret. in 6. Item is, qui habet recipere aliquem in monachum, & alia de quibus late per eundem Archid. d. c. primo. de conſuet. quæ officia nullam habent iuriſdictionem, ſed tantummodo nudum officium, & nudum miniſterium ſpirituale & eccleſiaſticum continent. Vnde meritò poſſet dici, qp officium nō ſit idem quod iuriſdictio, neque ſynonymum cum iuriſdictione, quia immo penitus diuerſum & ſeparatum videtur. Item poteſtas ſignificat aliquando prælationem. c. magnum. 11. quæſt. 1.
4 & ibi Archid. ſed quia longum eſſet ſingillatim, & ad unum recenſere ſignificationes & intellectus uerbi poteſtatis, quę multis modis accipitur in l. 1. §. in poteſtate. ff. de exercit. vbi Barto. & Alex. & per Spec. in ti. de feud. §. 2. verſ. 18. Ioannes Fran. Pauinus in tract. de officio & poteſt. cap. ſed. vacan. in 4. præludio per totum, vbi omnia abundantiſſimè accumulat. Ideo eſt ſciēdum, quòd importantia & verus intellectus huius termini eſt ſumendus & conſiderandus iuxta qualitatem perſonarum & materiā ſubiectā, vt ſcilicet ſignificet largè vel ſtrictè, propriè aut impropriè. vt per Doct. in c. pia. de excc. lib. 6. & c. exceptione. de excep. Abb. in c. prudentiam. §. ſexta. de officio & poteſt. iud. delega. & per alios, quos infinitos allegat idem Io. Franci. prælegato loco. Vnde poteſtas circa dominos, dominium circa magiſtratus, imperium circa monachos & moniales obedientiam denotat, vt per Azon. ſumma de patr. poteſt.

Dignitas uerò vt ad ſecūdā partē propoſitionis deueniā, eſt q̄dam ꝑeminentia, vt per Hoſt. in ti. de ꝑben. & digni. §. quid ſit
5 dignitas. Quæ eſt aliquādo perſonatus, aliquando officiū, quæ ſunt inter ſe ſynonyma, & ꝑmiſcue in iure canonico ponūtur & accipiūtur. c. cū acceſſiſſent. de cōſtit. Vbi Primiceriatus modò dignitatē, modò officiū, modò pſonatū appellat text. idem ſemper nihilominus ſignificās, licèt diuerſis vocabulis vtēdo. c. cū in cūctis. §. inferiora. de elect. vbi dignitates Archidiaconatus, Decanatus, & aliarū dignitatū curā annexā habentiū vocat officia. Inquit. n. ſimul atque quis fuerit aſſumptus in huiuſmodi dignitatib. ſi monitus, non fecit ſe in ꝑsbyterum ordinari & ꝑmoueri in termino à canonib. ꝑfixo, à tali officio remouea-

Source : BIU Cujas

tur.c.ad aures.de reſcr. Vbi dicitur, ꝙ ſi Decanus, Archidiaconus, Prȩcentores, uel alij in eccleſiaſticis dignitatibus conſtituti in impetratione reſcripti tacuerint de eorū p̃ ſonatu, nullo modo illo reſcripto iuuari hñt, in quo ſuæ dignitatis ſupprimunt nomē, ubi dignitatē perſonatū appellat. melior tex. in c. ad hæc, extra de præb. Vbi ad literā dr̃ ꝙ omni eſt rōni contrariū, ꝙ unus clericus plures dignitates, uel perſonatus obtineat, cū ſingula officia in eccleſiis aſſiduitatē exigant perſonalē, ubi dignitates tex. uocat officia & perſonatus. ſed hoc intellige, largè, & non ſtrictè loquendo, ꝙ ponuntur pro miſcuè, & unum iſtorū ponitur pro alio, uti dignitas, quæ in larga ſignificatione ſumpto uocabulo ſecundū quod dr̃ quȩdam prȩeminentia in gradu cōprehenditur, & ſic perſonatus & officia, per Arch. dicto loco. proprie aut ſtricte loquendo, & intelligendo inter ſe ualde differunt, & ſuam propriā unūquodq; habet ſignificationē. per Arch. c. 1. de conſuet. Alex. conſ. 77. col. 2. ſecundo vol. 10. de Sylu. in tract. de benef. 1. qō. parte prima. nu. 71. col. 11. facit, quia, qui hēt dignitatem, dicitur habere perſonatum, non autem è conuerſo. Beatus Ant. in tract. de excō. c. 72. nu. 6. rom. 3. ſequitur D. Ant. de Pretis in
6 tract. de iuriſd. epiſc. c. 7. Et qūo ſe habeant dignitas, perſonatus, & officiū adinuicem, ponit Staphil. in trac. de grat. & expect. nu. 1. ſequitur Abb. in c. de multa. de præben. in addi. ubi ponit quid ſit unūquodq; iſtorum, & qūo intelligatur ꝓprie, aſſignando cuiq; ſuam deſcriptionē & proprietatem, ubi dicit, ꝙ dignitas eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarū cū iuriſdictione. Perſonatus uerò eſt quædā prærogatiua in eccleſia ſine iuriſdōne, ut quia hēt ſtallum in choro præ alijs honorificum, aut quid ſimile. Et officiū eſt adminiſtratio rerū eccleſiaſticarū ſine iuriſdōne. exemplum dat Abb. in Theſaurario, & Sacriſta. in officio verò Reuerendiſs. Camerarij Papæ, qui hēt iuriſdōnem cum adminiſtratione, eſt ſecus, qa, licet ſit officiū, quia in omnibus ſuis patentib. literis, bullis, & ſcripturis noīe Camerarij expeditis, ſemper Camerariatus offiñ appellat per illa verba, uiuæ uocis oraculo, & authoritate noſtri Camerariatus officij, pōt bene ſine uenia appellari dignitas, per illa, quæ adducit Archid. prælaiegato loco, quia ſemper tale officium uiget cū uiridi & ampla iuriſdōne, ēt mortuo Pontifice, & ſede uacante; immo illius ſolſus, & illius Curiæ Cameralis aliis per mortem Pontificis in ſede uacante ſilentibus, ſuſpenſis, uel extinctis uiuit ampla iuriſdictio, quo tpe magis quàm alio ſplendet officii ſui ualor, poteſtas & imperium. qui Camerarius Vrbem & ſtatum eccleſiaſticum cū iuriſdōne ampliſſima in ciuilibus & in criminalibus (quia gubernator Vrbis ad quem ſpectant maleficia, eſt uice camerarius. Et ego obtinui ab illo ſaluos conductus in cauſis criminalibus expeditos noīe Vice camerarij) regit ſolus, & nullius adminiculo gubernat. facit, quia dignitas eſt habere iuriſdōnem cū adminiſtratione. Archid. d. c. 1. de conſue. Et proprie eſt dignitas, quæ hēt iuriſdōnem eccleſiaſticā, & ſic dr̃ prælatus p̃ textum apertum, in c. 2. de iudi. & c. cum eccleſiarū. de offi. ordi. Ita concludendo tenet Io. de Sylu. in tract. de benef. prima parte. q. 1. nu. 71. col. 11. & ſecundum eundē Archid. & alios, dicit idem Ioā. de Sylu. præalle. loco nu. 61. ꝙ dignitas eſt quædam præeminentia quò ad forum cōtentioſum, in eccleſia gradum tenens, quæ qñq; dr̃ p̃ſonatus, ab honorificentia, in qua ponit perſonā, qñque officium, ab officio, qđ exer-
7 cet. per tex. in c. cum acceſſiſſent. de conſti. Et dignitas eſt nomen generaliſſimū, & oēm habentem gradum aliquē & prȩeminentiam, præter epiſcopos & Cardinales, comprehendit. Anto. de Pretis. in trac. de iuriſdic. epiſ. c. 8. nu. 3. licet aliquando appellatione dignitatis in fauorabilibus ueniat etiam epiſcopus. Paris. c. dilectus. de conceſ. præb.

Verùm, quia dignitas multis modis in iure capitur, ut per Bar. in l. 1. C. de dignit. lib. 10. Cępol in tract. de imperat. milit. deligen. §. rōne, tract. tom. 5. gl. in c. quia non nulli, de cler. non reſi. in c. ult. de eo qui mit. in poſſeſſionē cauſa rei ſeruan. & dignitas eſt, quę reputatur & habetur reputatione cōi uti dignitas, licet in iure non habeatur ꝓ tali. per Inn. in ca. de multa. de præben. Bar. in l. 1. C. de dignit. lib. 10. per tex. in l. fi. in prin. ff. de mun. & hon. And. Barba. in trac. de præſtan. Card. 1. q. §. nec obſtant, col. 8. verſ. 2. Hoſtien.

Et eſt dignitas, aut ex inſtitutione, ut ſit a fundatione inſtitutum, ut ſit dignitas, quia tūc dignitas eſt, & ꝓ dignitate habetur, aut eſt dignitas ſecundū eccleſiæ conſuetudinē. nam poſſet eſſe ꝙ aliqs in eccleſia aliqua exerceret officiū & dignitatē Archidiaconi in cognoſcendo de cauſis clericorum & alijs, non tñ ob hoc reputandus eſt eſſe in dignitate, niſi vocetur nomine ꝙ dignitatē ſonet, ueluti Archidiac. archipresb. Primicer. Decanus, & de ſimilibus, quod ſi uocetur nomine dignitatis, uel ꝓ p̃ſona in dignitate cōſtituta reputetur, licet nullum dignitatis miniſteriū faceret, dumtamen eum perpetuò obtineat, & ꝑpetua ſit uel eſſe poſſit, ſicut eſt in miniſtris uenerabilium Fratrum Ordinis Minorum, ut limitat Innoc. ca. de multa, ſuperius alleg. ꝓ Abb. Ioan. de Sylu. dictis locis. col. 9. nu. 60. & nu. 63. per totum. Vnde uidetur dubitari poſſe probabiliter, quæ ſit, & quæ non ſit dignitas, ut dicit Archid. in c. 1. de conſuet. circa principium, meritò idem Archid. dat tria ſigna ibi, & tres modos a quibus dignitatem cognoſcere habeamus, puta, qñ habet adminiſtrationē rerum eccleſię cū iuriſdōne. c. uolumus. c. diaconum. 89. diſtin. & hoc intellige, qñ eſt perpetua in temporalibus, ut per Ioā. de Sylu. in loco præalleg. col. 10. nu. 71. in fin. & per glo. in clem. & ſi principalis, in uerſ. per electionem, & ibi Archi. col. 5. nu. 21. de reſcri. ubi habetur ꝙ dignitas eſt, ſi ſit perpetua, non autem temporalis, uel amouibilis ad nutum.

Secundò, qñ habet nomen dignitatis & prælationis, ſicuti prærogatiuam in eccleſia ſua, tam in choro, quàm in capitulo in optionibus; in proceſſionibus, in uocibus dandis, & in ſimilibus plus quam alij canonici ſui ordinis, licèt non hēant adminiſtrationem rerum, aut iuriſdictionem, ſicuti patet de Archidiacono Parmenſi. c. cum acceſſiſſent. de conſtit.

Tertius modus eſt, quando ex conſuetudine eccleſię habetur aliquis in dignitate, quia ſi conſuetudo eſt, ut talis habeatur pro dignitate, proculdubio haberi debet. per tex. in l. de quibus. §. inueterata. ff. de legib. c. conſuetudo, diſt. 12. & cap. quemadmodum, ea. diſt. ſequitur idem tenens Beatus Antoninus in tract. de excommun. ubi dicit multis modis cognoſci dignitates. ca. 72. nu. 2. tomo 3.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſint dignitates in eccleſia maiores, & ibi quod prima dignitas eſt Pōtificalis, quæ pontificalis dignitas eſt culmen dignitatis. nam Papa ſacerdotium habuit a Deo, & Dei vicem gerit in terris, et eſt caput & cardo eccleſiæ chriſtianæ, & facta Papæ non ſubiacent concilij iudicio, imo Papa concilium interpretatur, limitat & tollit.*

2 *Papa dicitur cęleſte arbitrium, & dicere quòd unus non ſit Pontifex in eccleſia Dei, eſt errare contra illum articulum, unam ſanctam catholicam &c. & Papa eſt Patriarcha Lateranenſis, & ſtatim quod eſt electus Papa, poſt electionem apprehendit poſſeſſionem eccleſiæ Lateranenſis in Vrbe. ubi, quæ aliæ eccleſiæ in vrbe ſint patriarchales, & quod Papa eſt caput eccleſiæ. ubi, quod Pontifex Romanus eſt, qui eſt electus a duabus partibus Cardinalium.*

4 *Hodie Papa ante coronationem eſt epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, non electus, ſed Papa, & Papa aliquādo archiepiſcopus, aliquando patriarcha, altquando Romanus Pontifex, aliquando epiſcopus vocatur, & vbi Papa, ibi eſt communis paria, & Papa in terris dicitur Deus, & ſolus Deus Papam iudicat, & mundus eſt parrochia Papæ, & dignitas Papæ eſt de iure diuino.*

5 *Chriſtus fecit Petrum principem & caput aliorum.*

6 *Papatus eſt de iure diuino.*

De Papatu. Cap. 14.

IT dignitates eccleſiæ, quę appellantur maiores, per Archid. cap. 1. de conſuetu. ſtrictè tamē, non largè ſumpto uocabulo, & per Fel. in rubr. de maior. & obedien. colum. 5. ſunt de quibus infrà. Papalis ſeu pontificalis, quæ non dignitas, ſed culmen eſt dignitatis, & eſt prima. glo. eſt in cap. ante omnia. 61. diſtinct. in glo. fi. quæ eſt
1 omnium ſuprema, quia Papa eſt omnium ſuperior, princeps ſacerdotum, ſummus ſacerdos, qui ſacerdotium habuit a Deo, cum fuit tranſlatum de Aaron in Chriſtum dominū noſtrum, & de Chriſto in Petrum, quem ſuum vicarium reliquit. no. de conſti. cap. tranſlatus. probatur. 21. diſtinct. in nouo, & per alia latè & copioſè adducta per d. Petrum a monte in ſuo tractatu conciliorum. in princ. tract. uolum. 2. uel Pontifex maximus nuncupatur, qui Dei uices gerit in terris, & caput & cardo eſt eccleſiæ chriſtianæ, beati Petri locū tenens, cui Chriſtus principatum inter Apoſtolos ſuos dedit, dum dixit ei. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. 21. diſtinctio. cap. in nouo. & cap. ſequen. 50. diſtinctio. cap. conſiderandum. 24. quæſtio. prima, cap. manet, & cap. quodcunque. uel uerius, cum dixit. Petre ſi diligis me, paſce oues meas. cap. ſignificaſti. de electio. & glo. in dicto cap. in nouo, & probatur in epiſtola, inter claras. cui Petro etiam in poteſtate ſucceſſit. cap. ſacroſanctæ. 22. diſtinctio. Verum hic, & 21. diſtinctio. in princi. & in cap. in nouo. Bertach. in tracta. de epiſc. in præludijs, uerſicu. omni uerò, cuius eſt tanta poteſtas, quòd eius facta non ſubiacent iudicio concilij. capitu. nemo. capitul. aliorum. 9. quæſtio. tertia, capitu. eſt fides. capit. rogamus. 24. quæſt. prima, & per alia, quæ adducit Marcus Mantua in tractatu de concil. columna 22. nume. 116. verſicul. tamen Papæ. Immo ipſe ſolus ſtatuta concilij interpretatur, limitat, & tollit, vt ibi per eundem Marcum: præter tamen quatuor concilia principalia, quia illa tollere non poteſt, nec in eis diſpenſare tollendo, per ſpe-

cul.

Source : BIU Cujas

Speculat.in diſpenſ.§.nunc breuiter.verſic.4.contra,ubi latè videre potes de illis,in quibus Papa diſpenſare non pōt,quæ ibi enumerat ad longum. & etiam ſupra ius diſpenſare poteſt de plenitudine poteſtatis diuinæ,extra de conceſ. præb. & eccleſ.non vacan.ca.propoſuit. & eſt Vicarius Dei in terris.c.per venerabilem. §. rationibus.nā locum eius obtinet, extra,ut beneficia eccleſiaſtica ſine diminut.& extra de tranſlat.c.inter corporalia.§.epiſcopo.& cap.quanto. & ca.licet. Vnde Papa dicitur cœleſte arbitrium.l.1. in fi. C. de ſum.tri. & eſt Vicarius Dei in terris tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus.per Catald.in tractatu de poteſtate Papæ. ca.88.nume.2.fol.14.Paul.de Citadinis in tractatu de iure pat. parte 6. num.3. & dicere quòd unus non ſit ſummus Pontifex in eccleſia Dei,eſt errare contra illum articulum fidei,Vnam ſanctam catholicam &c.per glo.in c.non autem.7.q.1. & glo.in clem.ad noſtram,de hære.per Petrum de Monte in tracta.de monarchia concil.in princip.Et Romanus Pontifex, qui habet ſuum Patriarchatum in eccleſia Lateranenſi Romę. cap. cum Hadrianus.ij. 83.diſtinct. & de more Papa electus poſt
3 electionem dictæ eccleſiæ proceſſionaliter cum clero & populo apprehendit illius ſemper poſſeſſionem, prout noſtris temporibus vidimus Iulium iij.Paulum iiij. & hodie quæ eſt dies 28.Ianuarij 1560.vidimus Pium iiij. licèt ſint & aliæ eccleſiæ Patriarchales Romæ,uidelicet Sācti Petri,Sanctę Mariæ maioris,ſancti Laurentij extra muros: eccleſia ſancti Pauli,quibus eccleſijs aſſignati ſunt epiſcopi.dominus Papa, qui eſt epiſcopus Romæ, ut per latè adducta per Alber. in rubr. de ſtatu hom.ubi habes,licèt recitatiuè,nomina quibus Papa intitulatur.Item epiſcopus Hoſtienſis, Albanenſis, Portuen. Sabinen.Tuſculanenſis & Prænestinus,ut per Alber.dicto loco,ubi etiam videre potes, quos canonicos & cuius ordinis habeant dictæ eccleſiæ,& quæ ex illis habeant Decanos, quæ Archipręsbyteros.Eſt & caput eccleſiæ.c.1.& 2.22.diſtinc.de quo nemo ſanæ mentis dubitare habet, per Petrum de mon. in tract.de monarch.conciliorum.q.5. circa principium , qui ſecundum Bald.in proœmio Decre.col.8.ante coronationē nō appellatur ſeruus ſeruorum Dei,ſed videtur appellari electus,per tex.in d. c.cum Hadrianus fuerit per clerum & populum cerratim ad Lateranenſem Patriarchatū deportatus inconſultis legatis Imperatoris,non ceſſarunt propterea ad illum electum ſalutandum accedere. neque appellatur Pontifex,niſi ſit coronatus,conſecratus,& benedictus.Specu.in tit. de reſcrip.præſen.§.8.verſic.Item quod obtentum;ſed cōtrarium uidetur uerius , qa Pōtifex Romanus eſt,qui eſt electus a duabus partibus Cardinalium , & hodie ante coronationē in Romana curia Papa dicitur, & eſt epiſcopus ſeruus ſeruo-
4 rum Dei,non appellatur electus,ſed Papa faciens & expediēs omnia ut Papa,& contrarium dicens incurrit excommunicationem Papalem,extrauagan. Quia non nulli,de ſententia excommun.in extrauagā.comm.quæ eſt fin.quæ dicit, quòd Papa ante coronationem exprimit nomen ſuū in bullis, propter quod uideretur quòd poſſet ſignare & expedire ante & poſt coronationem, & ꝙ ſignata & expedita ante ualere debent,prout erat quorundam oppugnantium opinio,quod uidetur verum,quia immo ante coronationem, immo in Conclaui Papa electus multas ſignat ſupplicationes,multa concedit,multas gratias facit,& multa facit, quæ pleniſſimè robur & firmitatem obtinent.c.ſi quis pecuniam.in fine.79.diſtinc. quia electus a duabus partibus Cardinalium eſt Papa,epiſcopus,& Pontifex Romanus ab vniuerſali eccleſia habetur,per ea quæ adducit Io.de Sylu.in tract.de benef.præallegato loco col.7.verſ.aliud beneficium.per totum, & dicto c. qui a nonnullis,in extrauag.præallegata. qui aliquando Archiepſ, aliqñ Patriarcha,aliqñ Romanus Pōtifex, aliqñ epſ uocaſ. per Archid.ca.leges.in fi.diſt. 4.& ubi Papa eſt, ibi eſt communis patria.Hieron.Zanet.in tract.de differen.inter ius cano.& ius ciuil.tom.1.fol.71.nu.26.& Papa in terris Deus dicitur , & ſolus Deus eum iudicat.Io.de Sylu.in trac.benefi.qō.8. 3.parte. num.26.& quæ & quanta ſit eius authoritas & poteſtas, uide per Barbat.in tract.de præſtan.Cardin.q.1.nu.15.tom.2. & per eundem dicto loco.q.2.nu.11.vbi dicit ꝙ mundus eſt parrochia Papæ.& vide per Troyl.Maluet. ꝙ Papæ authoritas eſt maior authoritate ſanctorum,in tract.de canoniza.ſanctorū, dubio ij.& Io.Lup.in tract.de matrim.parte.2.nu.25. Quæ dignitas eſt introducta de iure diuino,non autem de iure poſitiuo,ex quo Chriſtus ante mortem ſuā promiſit Petro Apoſtolatum,& poteſtatem clauium, dum interrogauit diſcipulos.Quem dicunt homines eſſe filium hominis?& illis reſpōdentibus,alij Io.Baptiſtam,alij Eliam. Vos autem quem me eſſe dicitis? reſpondit Petrus. Ego dico quod tu es Chriſtus filius Dei uiui. Tunc dixit Chriſtus.Et ego dico tibi,quòd tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni cęlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, &c. Matth.16.c.non tamen per hoc dedit ſibi poteſtatem,nec fecit eum principē, ſed tantùm promiſit, ut patet per illa uerba,& tibi dabo &c. Item patet ꝙ hæc uerba fuerunt prolata ante reſurrectionē, ſed Chriſtus fecit eum Principem poſt reſurrectionē, ut patet in c.conſiderandum,in ca.fœlicior.50.diſtinct. in c.in nouo.21 diſtinct.& dum dicit ſuper hanc Petram &c.uoluit dicere ꝙ ſuper illo articulo fidei per eum confeſſato, dum dixit Petrus. Tu es Chriſtus filius Dei uiui,ut not.glo. in cap.ita dominus.19.diſt. Secundo adhuc videatur Chriſtum dediſſe poteſtatem omnibus Apoſtolis ante mortē,ut habetur Matt. 18.cap.dum dicit. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe inter te & ipſum ſolum, ſi autem non audierit, adhibe unum,aut duos teſtes,& ſi te non audierit,dic eccleſiæ,ſi autem eccleſiam non audierit, fiat tibi ſicut ethnicus & publicanus.& immediatè ſubiunxit omnibus Apoſtolis loquēdo. Amen dico uobis,quodcunque ligaueritis ſuper terram, & ſolueritis,erit ligatum & ſolutum &c.poſt reſurrectionem uerò eandem poteſtatem recenſuit, dum inſufflauit in Apoſtolos,& dixit,Accipite ſpiritum ſanctum,& quorumcunq; remiſeritis peccata,remittuntur eis.ut habetur 20. cap.ſed Pe-
5 tro dixit poſtea,Paſce oues meas.& conſtituit eum principē aliorum,ut habetur Ioannis cap.ult. & tranſumptiuè in c. ſignificaſti.de elec. demum in aſcenſione dedit omnibus exercitium,dum dixit.Ite & prædicate Euangelium omni creaturæ.c.vlt.& Marc.cap.fin.In Pentecoſte uerò promiſſiones Spiritus ſancti & omnia promiſſa confirmauit. per quæ optime
6 conſtat ꝙ Papatus dignitas eſt de iure diuino,id quod etiam not.Abb.& cæteri Doct.in c.tranſlato,de conſti. & in diſputinci.epſ &c.& Papa eſt re vera maior Apoſtolis, dempto Petro,cuius ſucceſſor eſt,per illa,quæ diſputat & allegat Henſicus de Bottis.in trac.de ſynod.epiſt.prima par.3.col.num.17. clem.ne Romani.eo.tit.de elect.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus eſt prima dignitas poſt Pontificalem,& de gremio Cardinalium eligitur Papa:& Cardinalatus eſt de iure diuino,et Cardinales mortuo Papa utuntur iuriſdictione Papæ ex cauſa grandi,et Cardinales ſunt pars Papæ.*
2 *Cardinales dicuntur regere,quia cum Papa regunt Orbem.*
3 *Cardinales ſunt de Leuitico genere.*
4 *Cardinalatus eſt de iure diuino.*
5 *Ius diuinum intelligitur quòd in lege & Euangelio continetur.*
6 *Tempore,quo Cōſtantinus fecit donationem,nulli erant Cardinales, ſed alii qui erant Cardinales tempore,quo Sylueſter fecit ſynodum.*
7 *Vnde Cardinales originem habuere, & quomodo Cardinales in eccleſia,Compoſtellana,& Rauennatenſi dicuntur canonici, & quando fuit conceſſum Cardinalibus vti pileis rubeis.*
8 *Nomina Cardinalium inceperunt tempore Pontiani Papæ. & ibi,quod promotus in Cardinalem,non perdit epiſcopatum, uel archiepiſcopatum, & Cardinalis obuians alicui inſtitiando, poteſt eum a morte liberare.*
9 *Cętus Cardinalium poteſt legem condere. & ibi de origine Senatus Cardinalium.*
10 *Nulla maior dignitas poſt Pontificalem cardinalatu, & in facto magnæ importantiæ,puta,in alienatione rerum pretioſarum Papa adhibet conſenſum Cardinalium,qui ſe in bulla ſubſcribere habeant.*
11 *Debet attendi ſtylus Romanæ curiæ.nam actio Romana, noſtra debet eſſe inſtructio.*

De Cardinalatu. Cap. 15.

SEcundo loco pono dignitatē Cardinalatus,licet ante illā alij ponunt Patriarchatum,Archiepatum,& epatū per Io.de Sylu.prealleg. loco,qui ponit quinto loco inter beneficia eccleſię, quia alij dñt Cardinalatū eſſe officiū,p Barba.in trac. de præſt. Cardi. 1.q.baſilica,primę partis col.24.§.nec obſtat,p ea,quę adducit Bal.in c.bonæ,el j.de poſtula.prelat.non dignitatē, alii honorem.per tex.in c.1.de ſciſma.in 6.in c.1.de off.leg. eo.lib. Barba.d.loco.§.Et per hoc poterit, & eſt diſputatio quid ſit maius,aut honorabilius,eſſe epm,aut Cardinaiē, quò ad dignitatē,prout de hoc ponit qōnem per cōtraria ſubtiliſſime diſputatam, And.Barba.in d.trac.§.nec obſtāt,ibi,quę ad ſecundū
1 correlarium.& oēs Cardinales ſunt Papa in potētia, qa ex illorū gremio ex illis & eorū numero eligitur Papa.89.diſt. c. oportebit,& c.nullus,& c.in noīe.23.diſt. quod eſt ēt de iure diuino,nedū de iure poſitiuo, qa Apoſtoli, quos in hoc actu electionis Cardinales repræſentant,ſibi in ſummum Pontificem & principē eorū Petrum Apoſtolorū elegerunt & cōſtituerunt,in cuius locū eſt hodie ſucceſſor Papa; Ita Cardinales hodie ad Apoſtolorū & Petri ſimilitudinē & imitationē dñr Papam eligere.Barb.in d.trac.1.q.Baſilica primę partis.§. ex dicto ēt Hoſt.in fi.p tex.in c.nouo. 21.diſt. c. ſacroſancta. 22.diſt.quæ allegat.& mortuo Pontifice ſede vacante Cardinales utuntur iuriſdōne Papæ ex cauſa grandi. gl in cap.1.de ſciſm.lib.6.gl.& Doc.in cle.ne Romani,de elec.no. in cap.ex eo.de pœ.& remiſ. per Doc. & maxime per Hoſt. & Papa annumerat ſe inter Cardinales,uti Imperator.

Source : BIU Cujas

Et Cardinalatus eſt & dicitur pars Papatus, per tex. in c. fœlicis, de pœn. in 6. ubi Archid. & Io. And. & notatur in c. 1. de officio leg in 6. & per Io. de Lignano in c. 2. de cler. non reſi. vbi voluit ꝙ Cardinales dicũtur eſſe pars corporis Papæ. Vnde dixit ſingulariter Hoſt. in cap. antiqua. de priuileg. ꝙ non tenentur Cardinales præſtare iuramentum fidelitatis Papæ, quia ſunt inuiſcerati. & pars ipſius corporis Papæ, prout tenẽtur epiſcopi. c. ego enim. de iureiuran. Ioã. de Sylu. in tracta. de beneficio. q. 4. prima parte. colum. pen. num. 45. Vbi multa adducit, & ratio eſt ſecundum illum & Abb. quem refert,
2 quia Cardinales in ſpiritualibus ſubſunt Papę, & faciũt unum corpus cum Papa. Vnde videretur exigere iuramentum a ſe ipſo, exigendo a Cardinalibus, ut Abb. ibi ſuper glo. declarat. Et Cardinales dicuntur Reges, quia cum Papa regunt totum mundum, per Hoſtien. in ca. dilectis, de præbẽ. el primo. Et Cardinales ſacroſanctæ Rom. eccleſiæ præſunt curæ eccleſiæ uniuerſalis. c. Bonæ, de poſtul. præl. & illius caput ſunt. Martin. Lauden. in tract. de Cardin. q. 31. Fabian. de Monte in tract. de emp. & vend. 4 parte principali, num. 28. Epiſcopi uerò & cæteri eminentioris ordinis præſunt curæ & oneri particulari, puta in Diœceſi & epiſcopatu ſibi demandatis. & qui facit contra perſonam Cardinalis, incidit in crimen læſæ maieſtatis. d. ca. fœlicis. de pœnis. lib. 6. Et Cardinales ſunt ſacerdotes leuitici generis, quia in executione ſacerdotalis officij Domino noſtro Papæ coadiutores exiſtunt. tex. & ibi Doct. in ca. per venerabilem uerſi. rationibus, qui fil. ſint leg. quemadmodum ex tribu Leui exorti ſunt leuitæ, a quibus in tem
3 plo Dei myſtici ſacramenti myſteria explebantur. ca cleros. diſt. 21. de quibus dominus ad Moyſen locutus eſt, nu. 3. Applica tibi tribum Leui, & fac ſtare in conſpectu Aaron ſacerdotis, & miniſtrent ei, & excubent, & obſeruent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij, & cuſtodiant uaſa tabernaculi, ſeruientes in miniſterio eius. & ſeruientes in 25. annis ſupra iuſſi ſunt in tabernaculo deſeruire, tanquã ætatis robuſtæ ad onera portanda, qui poſſent arcam fęderis, & menſam propoſitionis, & uaſa tabernaculi deportare. per quod arguitur & datur intelligi, ꝙ Cardi-
4 nalatus eſt de iure diuino, non autem de iure poſitiuo. ꝙ tex. in cap. per uenerabilem. §. rationibus, qui fil. ſint legitimi, ita tenet Andr. Barba. in tract. de præſtantia Cardinal. q. 1. iuxta illud, quod ſcriptum eſt in Deutero. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, recurre ad ſacerdotes leuitici generis, ad iudicem, qui fuerit illo tempore, ipſi enim iudicabit tibi iudicij ueritatem. d. §. rationibus. ſubdit enim Papa poſtea ibi, ſunt ſacerdotes leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in exequutione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt, qui uerò ſuper eos ſacerdos ſiue iudex exiſtit, ille eſt, cui dominus inquit in Petro. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Matr. 16. tranſumptiuè in c. quodcunque. 23. q. 1. per quod tenetur, ꝙ ſacerdotes leuitici generis ſunt Cardinales, ergo quòd propterea
3 ſiut de iure diuino, intelligẽdo ius diuinum propriè ſumpto uocabulo, quod in lege & Euangelio continetur. c. humanũ genus. 1. diſtin. Vnde Cardinales fuerunt uſque tempore teſtamenti ueteris, licet ſub aliis nominibus, de quo late per Io. de Sylu. in tract. de benefi. q. 4. 1. parte. num. 43. ubi dicit, ꝙ tem-
6 pore quo Conſtantinus fecit donationẽ in perſonam Sylueſtri nulli erant Cardinales, quia de eis mentionem non fecit, ſed clerici tantum. c. Conſtantinus. 96. diſtin. ſed poſtea dum Sylueſter fecit ſynodum aliqui erant Cardinales. c. præſul. 2. q. 5. ubi uide, & uide per Antoniũ de Pretis in trac. de iuriſ.
7 epiſcopi. 6. c. col 3. num. 36. Vbi dicit, unde ortum & originẽ habuerunt Cardinales, quia creſcente multitudine præsbyterorum & diaconorum ad Vrbem concurrẽtium, fuit neceſſe ꝙ Vrbani presbyteri & diaconi ab eis diſtinguerentur ſub nomine Cardinalium. c. oportebat. 79. diſtin. ſicut in ſimili dicũtur canonici Cardinales in eccleſia Compoſtellana & Rauennaten. & pręsbyteros Cardinales hodie uidemus dici in eccleſia Salernitana. 7. q. 1. c. paſtoralis. gl. in cle. dignum. de celebr. miſ. ubi dicit etiam quando fuit eis conceſſum uti capellis, ſeu pileis rubeis. per columnam integram diſputat mate-
8 riam per contraria, ubi dicit, ꝙ nomina Cardinalium incœperunt tempore Pontiani Papæ per Archid. c. ubi periculum. de elect. in 6. Et Epiſcopus uel Archiepiſcopus promotus in Cardinalem non perdit Epiſcopatum, uel Archiepiſcopatũ, immo retinet utrunque de conſuetudine Curiæ propter excellentiam dignitatis Cardinalatus, per Hoſt. Io. And. & Ant. de But. in c. eccleſia ueſtra. il 2. de elec. contra Io. de Imola & Abb. tenentes contrarium per tex. in cap. cum in cunctis, de elec. & c. de multa. de præben. quia propter excellentiam perſonæ & dignitatis Cardinales non ſunt comprẹhenſi in gene ralitate dicti capituli, cum in cunctis, & ca. de multa. Martin. Lauden. q. 43. in tract de Cardinal.

Et Cardinalis obuians alicui, qui ad mortem ducatur põt
a morte cum liberare. per Bal. in l. addictos. C. de epiſco. & ibi Alb. Martin. Laud. in tract. de Cardinal. q. 5. & idem in ſecundo tract. de Cardinal. q. 35. Barba. in tract. de præſtan. Cardin. q. 9. Reſtau. Caſtal. in trac. de Imperat. q. 116. Paris de Puteo in trac. de ſyndic. §. an ſit iudex. num. 2. Quod tamen practicari nunquam uidi per tempus, quo in Vrbe & Romana curia cõmoror, & credo quòd forſan abijt in deſuetudinem ad tollendum viam corruptelæ, quæ quotidie fieret propter benignitatem Illuſtriſsimorum Cardinalium, qui è domo extraherentur quotidie ad obuiandum iuſtitiandis pro eorum liberatione. Vnde iuſtitia eſſet deluſa, & homines abutendo iſta benignitate magis indies inſoleſcerent, & eis uia ad delinquendum, & porta magis aperta pateret, cui abuſioni Reuerendiſſimi Cardinales iuſtitiæ patres & protectores, obuiantes, paſſi forſan fuerunt tale priuilegium in deſuetudinem abire, uel melius illo uti deſiere in præiudicium iuſtitię, ne ex bono malum oriretur.

Et quod cœtus Cardinalium poſſit legem condere nõ con
9 trariam iuri communi (quod eſt principis) videtur tex. in l. non ambigitur. ff. de legibus. notatur in clemen. ne Romani. de elect. in l. fi. C. de legib. 16. qõ. 1. eccleſia. in l. formam. C. de offi. præfe. prætor. per Alb. & alios modernos in d. l. non ambigitur. Et de origine Senatus Cardinalium, vide Archid. in c. ſenatuſconſultum. 2. diſtinct. Mart. Lauden. q. 52. in tracta. de Cardinal. & Cardinales interuenire habent cum Papa in canonizatione ſanctorum, ſecundum Hoſt. & Ioan. And. in ca. primo. de reliqu. & venerat. ſanctorum. Vnde nihil mirum erit, ſi attentis præmiſſis & aliis infinitis, quæ adduci & accumulari poſſent de dignitate & præſtantia Illuſtriſs. Cardinalium, quæ potius eſſe omittenda puto, quoniam non iudico ad propoſitum illa recenſere, quia inane eſſet. Hoſtien. Ioan. Andr. Io. de Lignano, & tota iuris prudentia moderna in c.
10 dilectus, el primo. de præben. tenent, quòd nulla hodie eſt maior dignitas dignitate Cardinalatus: eſt enim prima dignitas & ſummus gradus poſt Papam. Card. in clem. ne Romani. de elect. & in facto magnæ importantiæ, puta, in alienatione rerum pretioſarum eccleſiæ, Papa Cardinalium conſenſum habere debet, per Bald. in l. cum multa. ¶ C. de bon. quæ libe. qui dicit, ꝙ quando Papa vult alienare pretioſiora eccleſiæ, puta, dando magnam ciuitatem in feudum, etiam ſi dat caſtrũ paruum etiam in feudum, debet interuenire conſenſus Cardinalium in tali alienatione ad actus validitatem, quia in bulla alienationis, uel conceſſionis ſe ſubſcribunt. allegat Arch. in c. Abbatibus, & cap. emptor. 12. q. 1. Ipſi enim una cum Papa ſunt qui iudicant orbem. per Card. d. clem. ne Romani. ſequitur Felin. in rubr. de maior. & obedien. col. 5. verſ. & adde. circa fi. qui poſt diſputationem factam, quæ ſit maior dignitas, Cardinalatus, an verò epiſcopatus, ſecundum multas authoritates, quas adducit, & ſecundum ſtylum Curiæ Rom. quæ tenet hodie quòd nulla ſit maior dignitas poſt Pontificalẽ dignitate Cardinalium, eo quia iudicant omnes, & a nemine, Papa excepto, iudicãtur, & quod ſtylatur & practicatur in Ro
11 mana Curia, attendi & obſeruari maximè conuenit. cũ actus illius Curiæ ſit & eſſe debeat noſtra uniuerſalis inſtructio. ꝙ Abb. in ca. primo. de ſimo. ſicuti dicimus in actionibus Chriſti. cap. ſignificaſti. de elect. Petr. de Monte in tract. de Monarchia Concil. q. 5. nu. 1. vbi dicit quòd in ſeſſione prælatorum in concilio eſt ſeruanda conſuetudo Rom. Cur. per iura, quę ibi adducit. Et de qualitatibus & titulis Cardinalium, uide latè ſcriptum & tractatum per Alber. in rubr. de ſtatu homi. nu. 6. & per totum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio quare Patriarchæ non præcedant Cardinales, & Patriarchæ primum obtinent locum poſt Cardinales.*
2 *Quatuor patriarchæ principales in Orbe ad denotationem quatuor Euangeliſtarum.*
3 *Vide quis primus, & quis ſecundus ſit patriarcha. ubi, quod nemo debet ſine cauſa ſuo iure priuari.*
4 *Priuilegia Romanæ eccleſiæ conceſſa Conſtantinopolitanæ.*
5 *In ſingulis ciuitatib. habet eſſe ſingulus epiſcopus. & ibi, quòd ultra quatuor patriarchas ſunt & alij.*
6 *Patriarcha Venetus.*
7 *Patriarchatus Gradenſis.*
8 *Sedes & cathedræ patriarcharum deputatæ per Petrum. ubi, quod loco prothoflaminum ſunt hodie patriarchæ, & Archiflaminum loco ſunt archiepiſcopi, & flaminum loco ſunt epiſcopi.*
9 *Archiepiſcopi in ſingulis prouinciis, epiſcopi in ſingulis ciuitatibus, præſbyteri in uillis & caſtellis. & ibi, quod patriarchatus eſt de iure diuino, & archiepiſcopatus & epiſcopatus ſunt de iure diuino.*
10 *Patriarchæ habent ſub ſe plures prouincias & plures archiepiſcopatus.*
11 *Ad patriarcham ſpectat & deuoluitur cognitio rerũ difficilium. ubi, quod archiepiſcopus habet inſtruere patriarcham, & Metropolitanus non ordinatur ſine licentia Patriarchę, & debet patriarchæ intimari de electione, & confirmatione epiſcoporum, ut approbentur ab ipſo.*

12 *Agre-*

Source : BIU Cujas

12 *A gregibus dominicis diu non abſit cura paſtoris, & patriarcha tam præſt metropolitano, quàm epiſcopis.*

13 *Patriarcha iudex inter epiſcopos eſt, & patriarcha cauſas delegat, quas ip ſe cognoſcere non poteſt, & procurationes, quæ debentur Patriarchæ, eo defuncto Papa ſolus recipit. & ibi, quod patriarchæ principales habent priuilegia ſimilia cum domino Papa. & ibi, quod ab epiſcopis appellatur ad archiepiſcopos, ab archiepiſcopis ad patriarchas. ab illis ad Papam, appellando gradatim, & non per ſaltum. ubi, quod quando procedi tur ordinaria & apoſtolica auctoritate non ſeruatur ordo in appellando ad maiorem.*

14 *Imperator non permittit quòd ad ſe appelletur per ſaltum. vtrum Patriar cha habet priuilegium quòd omiſſis mediis ad ſe appelletur. & quibus pa triarchis id ſit conceſſum. et ibi, quod Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Alexandrinus habent priuilegium quòd poſſunt deponere epi ſcopos.*

15 *Patriarcha habet priuilegium faciendi præ ſe ferre vexillum Crucis ubiq; niſi in Vrbe, vel ubi ſit Legatum Papæ vtens inſignibus Apoſtolicæ di gnitatis.*

De Patriarchatu. Cap. 16.

POſt Cardinalatus dignitatem puto ponendum Patriarcham, quem & Primatem appellant. glo. in verbo Patriarchas. c. Vrbes. 80. diſt. qui ſecundum locum à Pontifice obtinet, ſecundū quoſdam, & per Ioan. de Sylu. ponitur ſecundo loco poſt Papam, quod non eſt mirum, quia multo poſt Patriarcham ponebat Cardinales, quos nos ſecundo loco poſuimus, quia poſt habito Cardinali, Patriarcha eſt primus. Verū quia Patriarcha dicitur ſummus Patrum, & ideo ſic appellat, quia primus poſt Apoſtolicum tenet gradum. Vnde quia ſummo honore decoratur, tali nomine cenſetur. ut per Anto. de Pretis. in tract. de iuriſd. epiſcopali, cap. 6. colum. 3. num. 16. Marcus Mantua. in tract. de concil. num. 75. tomo. 2. Vnde Patriarcha primum
1 locum ante Cardinales habere debebat, ſed attento ꝙ Cardinales cenſentur & ſunt pars corporis Papæ, & pars vel membrum non debet eſſe diuiſum a ſuo corpore, attenta iſta rōne & conſideratione, ſine iniuria & ſine præiudicio præcedētiæ dignitatis Cardinalium poſſet optimè dici, ꝙ Patriarcha primum obtinet locum poſt Pontificem, & ꝙ per hoc non intelligetur, ꝙ poſt Patriarcham ſint Cardinales, quando Cardinales ſunt vnum & idē cum Papa, & quando dicitur ꝙ Patriarchæ ſequuntur Papam, primo loco ponit illos, non per hoc intelligetur quòd præcedere habent Cardinales, quando nō præcedunt Papam, cum quo unum corpus faciunt Cardinales, & quod dicitur de honore & dignitate, quæ competit Patriarchis, intellige de quatuor principalibus Patriarchis, & nō
2 de aliis, vti per Abb. c. antiqua, de priuileg. quia in toto mundo quatuor tantùm modo ſunt principales patriarchę ad denotationem quatuor Euangeliſtarum Chriſti. c. antiqua, de priuilegiis. Quorum primus eſt Cōſtantinopolitanus, ſecun
3 dus Alexandrinus, tertius Antiochenus, quartus eſt Hieroſolymitanus. ſed Alexandrinus, qui erat primus, fuit poſt habitus, quod eſſe non potuit abſque cauſa, cùm nemo ſine cauſa eſt ſuo iure priuandus. c. iniunctum. 16. q. 7. glo. in c. renouantes. 22. diſt. & glo. in c. antiqua de priuile. & locum ſuum obtinuit Conſtantinopolitanus. glo. in cap. antiqua. præallegato, quæ allegat uerſum, vt per eam. Innuens illa gl. quòd vel propter paupertatem, ad quam forſan illa eccleſia Alexandrina deuenit, uel ob fauorem & amplitudinem, in qua creuit forſan ciuitas Conſtantinopolis propter præſentiam & reſidentiam, quam ibi fecit ſede illuc Imperatoria tranſlata, Imperator Conſtantinus, quod magis verum eſſe credo, per gloſ. in c. renouantes. 22. diſt. ubi tex. etiam hoc factum fuit, quia per illum tex. priuilegia Romanæ eccleſiæ conceduntur eccleſię Conſtantinopolitanę, videlicet appellandi ad illa medijs prętermiſſis, deponendi epiſcopum, & huiuſmodi. & ſecundum tex. in auth. de eccleſiaſt. tit. §. 1. colla. 9. & uide pro hoc glo. fi. in c. qua traditione. eadem diſt. quæ dicit ꝙ tempore Gelaſij Conſtantinopolitana non habebat ſecundum locum, & de aliis, & quo loco gradatim, vide d. c. renouantes.

Sed vltra iſtos quatuor, videntur & alii Patriarchæ, ut Gradenſis, ut per glo. in c. in illis, verbo ſingulos. 80. diſt. Vbi glo.
5 opponendo ad tex. qui dicit, in ſingulis ciuitatibus ſingulum epiſcopum eſſe debere, quod in ciuitate Venetiarum nō ſeruatur, ubi eſt epiſcopus, & Patriarcha, ſoluendo dubium, inquit, quòd ille non eſt Patriarcha Venetiarum, ſed Patriarcha Gradenſis, ut per Ang. in ſumma in verbo Patriarcha. ubi Patriarchas nominat eſſe Romanum, Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Hieroſolymitanum, Antiochenum, Aquileienſem, Cantuarienſem, Gradenſem, & allegat gl. in c. cleros. 21. diſt. in verbo Archiepiſcopis, quæ nominat tantùm Aquileienſem, Cantuarienſem, Bituricēſem. facit quod dicit Abb. in c. antiqua. de priuil. & exceſſ. verſ. ſed quæro, ubi interpretando tex. dicit ꝙ intelligit de quattuor Patriarchis principalibus, & non de alijs. Inferens eſſe etiā alios ultra quatuor principales, ſed uide Spec. in tit. de diſpenſat. §. ſunt quoque, qui nominat principales quatuor, & alios quos prænominaui, quibus addit etiam Toletanum, quæ eſt ciuitas in regno Caſtellæ & Regionis Hiſpaniarum, habens ſub ſe vij. ſuffraganeos, vt in tract. de nu. & tit. Cardin. tomo primo. Inferendo etiam per uerba ibi poſita, quòd ultra iſtos ſunt & alij patriarchæ, præter iſtos quatuor principales, dicit alios impropriè vocari Patriarchas, cum eorum nomē magis proprium ſit primates, ut ibi, uti eſt etiam Patriarcha Venetus, qui appellatur primus reſpectu inferiorum, per glo. in c. nulli. 99. diſt. & pro iſta glo. poſſet argui contra glo. præallegatam. c. in illis. 80. diſtin. verbo ſingulos, quæ dicit ꝙ nō eſt Patriarcha Venetiarum,
6 ſed Gradenſis, quia immo eſt Patriarcha Venetiarū, quia Veneti habent Patriarcham, & Patriarcha Venetus appellatur. per glo. in d. c. nulli, ubi dicit, ꝙ Patriarcha Venetus eſt primus reſpectu inferiorum, qui non eſt inter quatuor principales. Item opponi poſſet contra dictam glo. de alio, dum dicit quòd Venetijs eſt epiſcopus, quia immo non eſt epiſcopus aliquis ciuitatis Venetiarum, nec ſcio ego quis ſit hodie epiſcopus uel Archiepiſcopus Venetiarum. ſed reſponderi poteſt uti a peritis & practicis Rom. Curię, a quibus ego de hoc fui percunctatus, ꝙ olim erat epiſcopus Venetiarum, prout & aliarum ciuitatum, & appellabatur epiſcopus Caſtellanus aliàs Venetianus. Vnus īmo primus ſuffraganeus patriarchatus Gradenſis, prout in tract. de nu. & tit. Cardinal. ord. patriarch. nomin. archiepiſcopis, prout etiam eſt præſumendū, ſtante regula, quòd in qualibet Ciuitate debeat eſſe epiſcopus, & patriarcha Gradenſis, qui habebat patriarchatum in loco dicto Gradiſca, non multum a Ciuitate Venetiarū diſtante, qui commorabatur Venetijs, ut per illam glo. ca. illis, verbo ſingulos. 80. diſt. ex priuilegio & conceſſione ſedis Apoſtolicę ad decorum fortè tam Magnificæ Ciuitatis traxit epiſcopatum, & iura epiſcopalia ciuitatis, & ex epiſcopo Venetiarum & patriarcha Gradenſi creatus fuit & effectus patriarcha Venetiarum, gratia & conceſſione ſedis Apoſtolicæ, qui hodie eſt & appellatur patriarcha Venetus; id quod poteſt fieri, ut per tex. d. c. nulli. 99. diſtin. ꝙ videtur poſſe dici, ut mihi nunc ſuccurrit, ne iſtę glo. inter ſe pugnent, & pro illarū conciliatione, & concordatione. Et de patriarcha Gradenſi habetur per tex. in ca. erubeſcant. 32. diſtinc. quia inſcriptio illius tex. eſt directa Dominico patriarchæ Gradenſi, de quo etiam per glo. in c. fin. 22. diſt. quę allegat. d. tex. in cap. erubeſcant, & vide tex. in c. fi. de cauſa poſſ. & propr. & per Archid. in ca. cleros, uerſ. in glo. primatibus, & per Petrum de monte in tract.
7 de Monarch. concil. 5. q. ubi & per Archid. præallegato loco. & iſte patriarchatus Gradenſis eſt in Iſtria prouincia propè ciuitatem Venetiarum, & ſub ſe habet ſeptem ſuffraganeos, quorum primus fuit Caſtellanus, qui & Venetianus aliàs, ſecundus Corſelan. tertius Aquileien. &c. de quibus uide in tracta. de nu. tit. Cardin. ordine patriarch. nomin. Archiep. &c. tract. tomo 2. ſunt & alij Patriarchæ ultra quatuor principales prænominatos, uti Aquileienſis, quæ eſt ciuitas in prouincia Dalmatiæ ſupra mare, habēs ſubſe quinq; epiſcopos ſuffraganeos. Bituricenſis, quæ eſt in Gallia, uel melius in Ducatu Aquitaniæ habens ſub ſe. xj. ſuffraganeos. Gradenſis, Piſanenſis, quæ eſt ciuitas Tuſciæ antiquiſsima, & habet ſubſe v. ſuffraganeos. Cantuarien. quę eſt in regno Angliæ habens ſub ſe. xxj. epiſcopos ſuffraganeos. per glo. in ca. Archiepiſcopis. c. cleros. 21. diſtinct & ultra iſtos uide etiam patriarcham Lugdunenſem, quę ciuitas eſt in Gallia, & habet quatuor ſuffraganeos. & Senonen. in Gallia eſt, & habet ſeptem ſuffraganeos, prout in tract. præallegato, per Nicolaum Boer. in trac. de ordine graduum. prima parte. nu. 16. tomo 2. ubi quęrit & diſputat nūquid patriarcha Bituricen. præcedere hēat. Quot epos, quot ſuffraganeos, quot metropolita. quot archiepiſcopos, quilibet patriarcha tam principalium, quàm aliorum habeat, uide latè & pulchrè in tract. de numer. tit. Cardin. ordin. patriarch. nomine archiepiſcoporum & epiſcoporum. trac. volum. 2. Vbi latè de omnibus dignitatibus mundi. Et ipſorū quatuor patriarcharum principaliū ſedes & loca hodie ſunt deſtructa, uel ab infidelibus, aut ſciſmaticis detenta & occupata, & cum patriarcharum illorum electio videretur ſpectare ad capitulum ſiue collegium illarum eccleſiarum, tamen quouſque ſint ita oppreſſæ, illarum eccleſiarum prouiſio eſt reſeruata diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ, extrauag. Sa. Romana, in extrauagan. commun. extrauagan. Bonifacij, quę eſt extrauagan. ultima.

Et Beatus Petrus Apoſtolus apoſtolica authoritate ad be-
8 ne ordinandum eccleſiam Dei iuſſit patriarcharum ſedes & cathedram poni iuxta diuiſionem prouinciarū per antiquos gentiles factam in illis capitibus prouinciarum, ubi gētiles ante Chriſti aduentum poſuerunt ſedes ſacerdotum ſuorū, quos prothoflamines appellabāt, qui primi legum Doctores erant,

Source : BIU Cujas

erant, in quorũ locum hodie ſunt deputati patriarchæ. Erant Archiflamines dignitatis inferioris, in quorũ locum hodie Archiepiſ. Erant & flamines, cuius locũ uẽdicarunt epi, per tex. in c. in illis. 80. diſt. & Patriarchæ ſunt poſiti in capitibus
9 prouinciarũ. c. prouincia. 99. diſt. Archiepi in ſingulis prouincijs, epi in ſingulis ciuitatibus, pręsbyteri uero in uillis & Caſtellis, per tex. in c. epiſ. diſt. 80. præallegata, & gl. in c. 1. ea. diſt. Et eſt patriarchatus dignitas introducta & inſtituta de iure diuino p illa, quæ adducit Io. de Syl. in tract. de benefic. qõ. 4. 4. parte num. 42. Vbi inter alia dicit, quod Archiepatus & dignitates aliæ ſuperiores, ſunt inſtitutæ de iure diuino, prout in ſimili dicit de epatu Antonius de Pretis in c. 6. col. 3. num. 27. ubi dicit, eſſe inſtitutũ epiſcopatum de iure diuino, & eſſe primam dignitatem poſt Papam, & præcedere Cardinales, & antea ſubſcribebant immediatè poſt Papam, & ante Cardinales, ut ibi per eum.

10 Qui patriarchæ hñt ſub ſe plures prouincias, per tex. in ca. antiqua, verſ. in omnibus aũt prouincijs eorum iuriſdictioni ſubiectis, ubi tex. utitur verbo prouinciis in plurali numero, id quod ſequitur Abb. ibi. uerſi. alterius ergo, & conſequẽter etiam plures archiepos ſub ſe, ſtante q in qualibet Prouincia unus debet eſſe tantum archieps. c. ſcitote. 6. q. 3. glo. in cap. 1. 80. diſt. tex. in c. cleros. 21. diſt. verſ. metropolitani autem. Quia Hieroſolymitanus hẽt quatuor metropoles, videlicet, archiepm Tironẽſem, Cæſarienſem, Nazaret. Patracenſem. Et Antiochenus hẽt ad quatuordecim, in quo Patriarchatu fuerũt centum quinquaginta tres cathedrales eccleſiæ, ſecundum illud euangelij, Repletum eſt rete magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. de quibus omnibus quomodo ſe habẽt, quot Metropolitanos, quot Epiſcopos ſinguli habeant, videri poteſt in trac. de numero tituloq, Cardinal. ord. patriarch. nominibus Archiep. & epiſcop. &c. tract. tomo 2. de quibus latè ſuo loco ſuprà.

11 Et ad patriarchas cognitio rerum & negotiorum difficilium deuoluitur, & quæſtiones magnæ, & quæſtiones inter archiepiſcopos & epos uertentes. per tex. in alleg. c. de multis, & de magnis negotijs Metropolitanus archieps hẽt patriarcham inſtruere, puta, quando uelit ordinationes facere, quia non ordinat Metropolitanus ſine licentia patriarchæ. cap. de perſona. 65. diſ. & q in ſua prouincia factum eſt, de eo ipſe habet illum informare, & de conſecratione, electione eporum debet ei notificari, ut approbet & confirmet electum & conſecratũ, quia ad illũ ſpectat approbatio & confirmatio, ne a
12 gregibus Dominicis diu abſit cura paſtoris. c. epi. 64. diſt. & p Domin. de S. Gem. in præall. ca. de perſona. & per Archid. qui dicit authoritatẽ Primatis non eſſe reſtringendã in confirmatione epi ordinati, & in appellando tantummodo illã eſſe extendẽdã ad alia, ut ibi per eũ, licèt patriarcha nõ interueniat, aut immiſcere ſe habeat in Concilio Metropol. per tex. & gl. in c. de concilijs. 18. diſt. & præeſt Patriarcha tam Metropolitano q epis. c. cleros. verſ. ordo 21. diſt. & Primas ſiue Patriarcha, quos inter ſe differre diximus, niſi nomine, hẽt eandẽ iuriſdictionẽ, ius & imperiũ in ſubditos ſuorũ ſuffraganeorũ, quod hñt Archiepi in ſubditos ſuorum eporum Archid. in c. queſtus. 9. q. 3. & iudex eſt inter epos immediatè, dum inter
13 eos certatur, & cõtenditur ſup re, quæ eſt in eius iuriſdõne. late p Abb. in c. ſanè. de foro compe. & cauſas qñ ipſe cognoſcere non põt, vel aliàs, ipſe delegare ſolet, ut ibi p eũdẽ. & Patriarchę ſunt multũ honorabiles, quia procurationes, quę ei debentur, ceſſantibus uel defunctis illis nullus alius recipit & recuperat, niſi Papa, p Abb. in c. expoſuit. de dilat. & principales quatuor Patriarchę, de quibus ſuprà, hñt priuilegia ſimilia cũ D. Papa. c renouantes. 22. diſt. auth. de eccle. tit. §. 1. colla. 9. Card. in cle in pleriſque. 16. q. de elec. Et demũ Patriarcha hẽt ordinariã iuriſdõnẽ in prouinciis Archieporũ ſibi ſubiectorũ ſeu in pſonas dictorũ Archieporũ, à quibus Archiepis appellatur ad Patriarchã tanquã ad maiorẽ in proximo gradu, put ordinariè fieri de iure debet gradatim, & non per ſaltũ, prout ab epis illius prouinciæ ad archieps, ab archiepo ad Patriarchã uel Primatẽ, ab illo ad Papã, p Abb. p illa quę adducit. c. expoſuit. de dilat. l. ꝑcipimus. C. de appel. l. imperatores. ff, eo c dilecti. ext. eo. Spec. in tit. de appel. §. nunc tractemus. qđ tñ fallit, qñ procedit non ordinariè, ſed authoritate Apoſt. uel ordinaria & Apoſtolica, quia tũc non ſeruatur ordo in appellando ordinariè ad maiorẽ in ꝓximo gradu, ſed ad Papã omiſſis mediis, p Spec. d. §. nunc tractemus, de appel. in princ. & regulariter ẽt pp priuilegiũ ſibi reſeruatũ a Metropolitano appellatur ad Papã omiſſo medio, & etiã ab epis ad Papã, quale priuilegium ẽt Imperator hẽt, licèt illo uti nolle profiteatur, ne impenſis & diſpendijs litigantes grauentur. per Spec. d. loco, p quod exclamat Abb. in ca. antiqua. de priuil. qđ idem quoq; facere deberet Papa ad imitationẽ Imperatoris, quia eſt contra regulã, quia omiſſis mediis nõ debet ad principẽ querela deferri, in auth. de mand. princi. §. ſi tibi,
4 colla. 4. Spec. in tit. de appel. §. 4. in prin. & uerſ. item nondebet. ad Papã a quocunq; epo omiſſis Metropolitano & primate p quẽcunq; cũ maximo partiũ diſpendio paſſim & indiſtinctè in qualibet cã omiſſis mediis, & p ſaltũ hodie appellat. c. Romana. 2. q. 6. ſi quis putauerit, & c. placuit, & c. quotiẽs. c. ideo. ext. de appel. Spec. d. §. nunc tractemus. in prin. Quod priuilegium ẽt vr hre patriarcha, ut uidelicet omiſſis mediis ad illos appelletur, id qđ vr tenere Abb. in c. antiqua. de priuileg. licèt poſtea ſubiungat, q contraria opinio ſit magis æqua iudicib. pro eorũ tuenda & cõſeruanda iuriſdõne, id quod vr cõceſſum Conſtantinopolitano, p tex. in c. ſi clericus. 11. q. 1. & p illud, qđ notat in c. renouantes. in gl. 1. 22. diſt. & Alexandrinus quoq; Patriarcha, p tex. in c. antiquus mos. 65. diſt. qui vñr recipere poſſe appellationes omiſſis medijs, ut per Spec. in ti. de appel. d. §. nunc tractemus. col. 5. verſ. Itẽ non debet. ad imitationẽ & ſimilitudinẽ Romani Patriarchę, cui in multis priuilegiis cõparantur, puta, in deponendis epis, qa uti Romanus, ita Conſtantinopolitanus epm põt deponere, p iura quæ copiosè allegantur in gl. 1. d. c. renouantes, diſt. 22. Itẽ & Alexandrinus, qui põt pari modo deponere epm, per gl. in cap. mos antiquus. 65. diſt. facit, quia & clerici res eccleſię mortuo ſuffraganeo, ſi nullus exiſtat œconomus, pñt cõmittere primati ſeu patriarchę, omiſſo Metropolitano. Arch. in c. cõqueſtus. 9. q. 3. per qđ dicas, q iſtis duob. primatibus fuit ſpialiter conceſſum pp priuilegia ampliſſima, quæ iſtis duabus eccleſijs multimodè conceſſa fuere, quod non eſt mirum, quia ambæ ut ſupra diximus, diuerſis tpibus primũ locũ poſt Romanam eccleſiã obtinuerunt. Et hẽt patriarcha priuilegiũ faciendi prę ſe ferre uexillũ Crucis Dñicæ ubiq;, niſi in vrbe Romana, & ubi fuerit præſens ſummus Põtifex; aut eius legatus utens inſignibus Apoſtolicæ dignitatis. c. antiqua. de priuile. & inſignia, quib. utitur Legatus, qnibus ſolet uti qñ proficiſcitur ul-
15 tra mare, ſunt ueſtis rubea, palafrenus albus, frenũ & calcatia deaurata, & non aliàs neq; alius, niſi fuerit priuilegiatus. gl. in verſi. Cardinales. c. 1. de mun. qual. cor. in prag. ſanc. Hoſt. in d. c. antiqua. Io. de Sylu. in tract. de benefi. q. 4. parte prima. num. 48. Et patriarchatus eſt de iure poſitiuo introductus, non de iure diuino, inſti. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. filiusfamil. l. neminem. C. de conſul. lib. 12. Ioan. de Sylu. in trac. de benef. q. 4. prima parte num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus eſt poſt patriarcham, & eſt in ſingula prouincia. ſingulus archiepiſcopus, qui archiepiſcopus dicitur Metropolitanus, & debet ſub ſe habere. x. vel xi. ciuitates, & vnum regem.*
2 *A quo & unde ſit dictus archiepiſcopus.*
3 *Archiepiſcopus eſt ordinarius omnium epiſcoporum. & ibi, quòd archiepiſcopus ſententia non ligetur, quomodo intelligatur, & archiepiſcopus nõ exercet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, & emendanda emendat appellatione poſtpoſita.*
4 *In quibus caſibus archiepiſcopus ſe interponat in cauſis ſuorum ſuffraganeorum. & ibi, quod archiepiſcopus aſſumptus ad ſollicitudinem, poteſt cognoſcere de criminibus ſuorum epiſcoporum & ſuffraganeorum, ſi non depoſcant depoſitionem, & tunc cum concilio epiſcoporum.*
5 *Archiepiſcopus habet cognitionem ſuper paruis criminibus*
6 *Datur pallium archiepiſcopo, quod pallium eſt ueſtis cooperta crucibus.*
7 *Sub qua forma traditur pallium archiepiſcopo. & ibi, quod per traditionẽ pallij confertur plenitudo officij, & non appellatur archiepiſcopus ante ſuſceptionem pallij, nec concilium congregat, nec chriſma conficit, nec clericos ordinat: nec Pontifices uel eccleſias conſecrat. & ibi, quod pallium debet peti a Papa infra tempus, aliàs inciditur in pœnam.*
8 *Aſſumitur pallium de altare ſancti Petri, & abſente archiepiſcopo alius pro eo aſſumit pallium.*
9 *Dies, quibus utitur pallio, & quare Papa ſemper & ubique utitur, non autem archiepiſcopus. qui archiepiſcopus ſepelitur cum pallio, & ipſe archiepiſcopus uiſitando, ab omnibus eccleſijs procurationem accipit.*
10 *Ius hoſpitalitatis nemini denegatur.*

De Archiepiſcopatu. Cap. 17.

DIcto de Patriarcha, eſt deueniendum ad archiepm, qui ſequit immediate poſt patriarcham, & qui patriarchę ſubiicitur. c. 1 99. diſt. ibi, debent ergo obedien
1 tiã primatibus, ideſt patriarchis. Archiepi in omnibus, quæ ſibi fuerint iuſte imperata, qui & unus tantùm debet eſſe in una & ſingula prouincia. c. 1. & 2. 101. diſt. qui & Metropolitanus dr a mẽſura ciuitatũ, quas ſub ſe habere debet. dẽt enim ſub ſe hre x. uel xj. & unũ Regẽ. c. ſcitote. 6. q. 3. gl. in c. cleros. 21. diſtin. uel dr Metropolitanus ἀπὸ τῆ μήτρος πολέος, i. a matre ci
2 uitatum, quia ciuitas archiepalis eſt mr aliarũ ciuitatum prouinciæ. c. de his. 12. diſt. Abb. in c. ſuffraganeis. de elect. 2. not. & archieps eſt ſummus eporum, id eſt primus, tenet enim uicem Apoſtolicã. Ant. de Pretis in trac. de iuriſd. epi. col. 3. nume. 17. Io. de Syln. in trac. de benef. qõ. 3. 1. par. nu. 4. & Marcus Mantua.

Source : BIU Cujas

Mantua in trac.de concil.nu.91.trac.tom.2.uel est dictus Archiepˢ ab dictione arcos,qđ ſonat princeps,quaſi ſit eporum princeps.Et ſunt poſiti Archiepi ſinguli in ſingulas ꝓuincias c.ſcitote.6.q.3.c.epi.80.diſt.gl.in c.1.ea.diſtin.& archiepˢ eſt
4 ordinarius omnium eporum prouinciæ, vnde maiorem hēt ptātem & maiorem iuriſdōnem in prouincia, quā habeat patriarcha,qui eſt tm̄ iudex ordinarius Archiepi. glo.in c.prouinciæ,in verbo comitibus.99.diſt.Bertach.in trac.de epīs,in prælud.nu.13.tomo.2.Io.de Lign. in trac. de cenſ. eccleſiaſt. §.9.nu.11.vbi ēt dicit & tenet,ꝙ Archiepiſcopus ſnīa non ligatur,quod tm̄ intellige,quia licèt ſit ordinarius totius ꝓuinciæ,quia prouinciæ gerit ſolicitudinem,9.q.3.c.1.& 2. glo.in verbo exceptis.c.paſtoralis, de off.ord.non tm̄ eſt ordinarius cuiuſlibet de prouincia.20.q.3.ca.2.gl.in ca.paſtoralis, prædicto loco,eſt enim iuriſdō ſibi ſuper quemlibet impedita & ligata, quia eſt ordinarius in caſibus tantum notatis per gl. in ca.paſtoralis.de off ordin.quos ad lōgum enumerat Io.Fran. Pauinus.q.10.prima parte col.4.nu.51. in trac. de uiſitat.quia in ſubditos ſuffraganeorum iuriſdōnē nō exercet Archiepiſcopus,niſi in caſibus ſibi permiſſis.Idem Pauinus.q.5.2.par. num.14.vbi ēt dicit,ꝙ Archiepiſcopus corrigenda & emendanda reformat appellatione remota nu.15.ibi,facit gl.in ca. capite.in ver.inīungere.50.diſ.ubi epiſcopus ſe non hēt intromittere in cauſis ſubditorum prælatorum,in ſua uerò dięceſi hēt ordinariam,per eundē Pauinum,ibi nu.8.quamuis uidea tur contrarium,per illud quod notat Abb. in c. ſolicitudinē.
4 in verbo ſi uerò notorium,de appel.per quem tex.& ꝑ tex.in ca.Romana.§.notoria.de cenſib lib.6.dicit,ꝙ poteſt,quod tamen intellige in caſibus,de quibus ibi,id eſt in facto & crimine notorio propter negligentiam epiſcopi, quæ interuenire potuit,per tex.in §.notorię,qui dicit ad literam.

Et cùm ſit archiepiſcopus aſſumptus ad ſolicitudinem.ca ad honorem.de auct.& uſupal. eo quia cōmiſſæ ſibi prouinciæ curā habere debet, & ſolicitè de his, quæ geruntˢ in ſua prouincia,curare debet, ut oēm cōtinuam notitiam habeat, ita ꝙ eius ignorantia circa facta,in ſua prouincia non ſit excuſabilis,aut modo aliquo admittatur; quia immo præſumitur & præſumi debet de illis habere ſcientiā, ex quo tenetur ibi habere perſonas deputatas idoneas,quæ tibi notificent, quia ſi non habeat tales perſonas,eſt in affectata ignorantia, no.in c.ex parte,& cap.2.de concel.præb. Ioan.de Ana. in ca.ſicut olim,de accuſa.Ab b.ibi ultimo not. prout in ſimili diximus ſupra de patriarcha, qui habet informari de illis,quæ fiunt in prouincia ab archiepiſcopo, uti ſupra in præcedentibus,ubi diximus de patriarcha.

5 Et poteſt cognoſcere archiepiſcopus de criminib. ſui epiſcopi & ſuffraganei, ſi crimina non ſint talia, quæ depoſcant depoſitionē,ut per Doc.in c.ſacris,de ſent.excō. quæ ſi expoſcunt depoſitionē,nō pōt audiri, niſi cū cōcilio epiſcoporū, nec tunc poteſt diffinire,cùm ſolus Papa hoc poſſit, ca.accuſatus.3.q.5.Abb.in c.2.de accuſa. Io.And.in nouella. in c.uti litigantes.de offi. ord.lib.6.c.2.de trāſla.epiſ. c.ſi clericus.11. q.1.Abb.in c.paſtoralis.in prin.de off.ordin.facit,quia archiepiſcopus cognitionem hēt ſuper paruis criminibus, Marcus Mant.in trac. de concil nu.95.uti de iniurijs ſibi,familię ſuę, vel nuntijs notoriè irrogatis,in quibus itidem habet cognitionem.per Arch. in ca. cum quęſtus.9.q.3.qui cogere poteſt epiſcopos ad concordiam. Belencin.in tract.de charitatiuo ſubſi.q.52.nu 4.tom.3.ubi uide.

Et datur archiepiſcopo pallium,qđ eſt ueſtis cooperta cru
6 cibus,& inſigne plenitudinis officii pontificalis.c.antiqua.de priuile.§.ſeruata, & eſt ornamentū archiepiſcoporū in ſignū plenitudinis ptātis,ſeu pōtificialis dignitatis, ꝙa eſt ſupra epiſcopos.c.ad honorē,de auth.& uſupallii.Ioā.Fran.Pauinus in trac.de viſitat.q.3.ſecundæ partis.nu.14.Ant.de Pretis in trac. de epiſ.iuriſd.6.cap.3.col.nu.17.quod traditur archiepiſcopo ſub hac forma,uidelicet, Trado tibi palliū, ut eo infra eccleſiam tuā utaris.c.palliū.diſt.100. & per pallij traditionem cō fertur plenitudo officij pōtificialis,& nomē archiepiſcopale, capitulo,niſi ſpiritualis, eo.tit. ex quo ante pallij ſuſceptionē non debet nec pōt appellare ſe archiepiſcopum, nec cōciliū congregare,ſicuti nec epiſcopus conſecratus,capitulo,quod ſit,de electio.§ præterea,aliàs eſt potius cōfundendus,q̄ læda tur pontificalis dignitas,nec cōcilium conuocare,nec chriſma conficere,clericos ordinare,pontifices,aut eccleſias conſecrare,nec pallio prędeceſſoris uti,niſi tm̄ eſſet priuilegiatus, quo caſu hēt ſeruare priuilegia.d.c.niſi cap.ex tuarum, de auctor.& uſu pallij.Pauin.in loco præalleg. q.3. ſecundæ partis. col.3.quia archiepiſcopus ante palliationem,eſt & dicit electus.Nicol.Boer.in trac.de Synod.prima parte.nu.32. tomo ſecundo.Reſtaur.Caſtald.in tract.de Imperat.q.45.num.3. & pallium peti debet infra tres menſes a tpe conſecrationis,aut confirmationis.c.ꝙ ſit,de elec.in 6.§.pen. & peti debet a Papa.c.qm̄.100.diſt.& ēt a patriarcha. c.antiqua. de priuile.& ſi differat petere,incidit in pœnas,& punitur,prout.d.ca.qm̄.&
8 recipiens pallium præſtat Papæ fidelitatis & obedientiæ iuramentum.d.c.antiqua.Io.de Sylu.in trac.de iureiur.q.1.ſecunda parte.nu.8.to.4.& aſſumitur palliū de Altare Sancti Petri, & ſit præſens archiepiſcopus,qui illo uti debet, ſi ſit abſens,alius pro ipſo,& benedicitur a Papa.c.ſignificaſti,& ibi glo.de elect.dies uero quibus eſt ꝓmiſſum uti pallio, & qui ſolēt exprimi in priuilegiis ſingularū eccleſiarum Metropolita.ſunt,
9 videlicet,dies Natiuitatis Dm̄icæ,ſancti Stephani,ſancti Ioannis,Epiphanię,& alij de quib.ꝑ Io.Franc. Pauinū in tracta. de uiſit.nu.16.q.3.ſecundę partis.pōt tm̄ ſine pallio celebrare.ca. fin.eo.tit.& ſine ſandalijs,quæ ſunt calciamenta deaurata epiſcoporū.93.diſt.c.non nulli.§.cōpagis. gl.in cle.attendentes. §.uiſitatores.uerſ.ſandal js.in prin.de ſtat. mona. ſolus Rom. Pontifex utitur pallio ſemꝑ,& ubique in miſſarum ſolennijs & alijs,ca.dolorem.eo.tit.Io.Franc.Pauin.ibi nu.15. & tō pōt eſſe quare Romanus archiepˢ,qui & Pōtifex Romanus,ſemper & ubiq; utitur,alij uero archiepiſcopi,niſi tꝑibus & locis ꝓmiſſis: quia cùm ꝑ pallium denotetur plenitudo ptātis ecclеſiaſticæ,ideo Papa utitur ſemꝑ,quia eſt aſſumptus ad plenitudinem: Archiepiſcopi uero nō ſunt aſſumpti ad plenitudinem, immo ad partē ſollicitudinis, ergo pallio plenitudinis ptātis eccleſiaſticæ,ad quā non ſunt aſſumpti, non utuntur, niſi tꝑibus & locis cōceſſis,unde nō debēt illo cooperiri ſemper & ubique.Marc.Mantua.in trac.de cōcil.nu.67.to.2.ca. ad honorē.ext.eo.Io.Fran.Pauinus in d.loco colu.3.& ſemꝑ illo utitur archiepiſcopus dū durat in illius perſona Archiepiſcopatus,quia ſi renuntiat Archiepiſcopatui,ceſſat & uidetur renuntiatum uſui pallij,per Pauin.in d.trac.q.3.ſecūdæ partis nu.19.neq; tranſlatus ad aliū archiepiſcopatum utitur primo pallio, quod tm̄ ſecum feret ad ſecundam eccleſiam, nec eo in ea utetur, ſed hēbit aliud palliū de nouo, & cum utroq; mortuus ſepelietur,quia pallium ſequitur perſonam. Abb.in c.bonæ memorię,il 2.verſ.in gl.fi.de poſtul.prælat.Et uiſitare poteſt nedum ſuam totā dięceſim, ſed totā prouinciam iure metropolitico.notatur in c.cum ex officii. de præſcri.primo tm̄ ſuam,deinde ſuffraganeorum diœceſim, ordinē ſeruando.c. 1.de cenſib.lib.6. qui tunc tēporis pōt confeſſiones audire,& abſolutiones ſaluatorias impendere.c.fi.de cenſi.li.6.c.cum ex officij de præſcr.& ꝑ totam ſuā prouinciā indulgentiā facere pōt.Archi.in c.cū queſtus.9.q.3.Et uiſitando prouinciā ab oībus eccleſiis ꝓcurationes exigere poterit rōne uiſitationis,per tex.in c.1.eo.tit.lib.6. vbi ēt de modo uiſitandi ꝑ Archiepiſcopū,Abb.in ca.ſopitæ. de cenſib.immo tranſiens ꝑ unā dięceſim cauſa uiſitandi aliā, ius hoſpitalitatis habere & exigere pōt ab illa diœceſi, per quā tranſit,quia ius hoſpitalitatis nemini denegari debet.c.1.de emp.& uen-
10 dit.13.diſt.§.1. ca.de monachis.de præben.& ſecundum hoc idem eſt,& idem dici poteſt de eccleſia propriæ dięceſis, per quam tranſit, quòd uidelicet ab illa hoſpitari & ius hoſpitalitatis exigere poſſit.Pauin.in trac.de viſitat.q.9. primę partis, col.2.nu.22.& nu.14. gl.in c.cum apoſtolus. §.quo circa, in uerbo Archiepiſcopi,& tex.ibi.de cenſib.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopatus eſt dignitas de iure diuino,et epiſcopus ſonat,ſuperintendens, & epiſcopatus non eſt honoris ſolùm, ſed oneris.*

2 *Debent epiſcopus,& clerici ſe habere vti pater,& filij.& ibi, quod epiſcopi immediatè poſt Papam ſubſcribebant,deinde Cardinales.ubi,quod pootentia diuitiarum vel paupertatis humilitas, non facit Epiſcopum ſublimiorem,& omnes epiſcopi ſunt æquales de iure diuino,attenta ſubſtantia ordinis,& attenta ordinis ſubſtantia non plus habet Archiepiſcopus & Papa,quàm epiſcopus. ſed maior eſt Papa,attenta potentia exercitij, poteſtatis,& iuriſdictionis.*

3 *Epiſcopus & preſbyter in primitiua eccleſia promiſcuè ſumebantur.*

4 *Vnde venit epiſcopatus, & quod in ſingulis ciuitatibus ſinguli Epiſcopi ſunt ordinati per Apoſtolos. & Dionyſius primus in vrbe Roma diuiſit preſbyteris parrochias & cęmeteria,extra Vrbem, parrochias & dięceſes,& ordinatio perſonarum in epiſcopatibus eſt de iure poſitiuo,& creatio epiſcopatuum,& limitatio dięceſum,eſt de iure poſitiuo.*

5 *Apoſtoli fuerunt epiſcopi,& inter eos datus Pontificatus Petro,& Iacobus fuit Archiepiſcopus Hieroſolymitanus.*

6 *Omnes epiſcopi ſunt ſub Papa,& epiſcopi ſunt vocati pari ſollicitudine, nō in plenitudinem poteſtatis,& ius eligendi epiſcopos ad quem ſpectet.*

7 *Contra Papam non currit præſcriptio. & ibi, quod epiſcopus eſt ordinarius in ſua dięceſi,& ordinarius iudex non poteſt ſedere,niſi in loco certo ſuorum maiorum,& traditur ibi differentia inter ius ciuile & canonicum, & qualiter cognitio maiorum negotiorum ſpectat ad ſedem Apoſtolicam.*

8 *Quid ſit ſynodus epiſcopalis,& quid in ea tractetur.ubi,quod condere ſtatuta eſt uoluntariæ iuriſdictionis, & quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis poſſunt ſemper et ubique exerceri.*

9 *Epiſcopus in ſua dięceſi habet merum & mixtum imperium, & quare ſedes epiſcopi ſit in ciuitatibus,ubi,quod ordinatus ſine titulo habet actionem contra ordinantem, et epiſcopus ordinatur et conſecratur in præſen*

tia

Source : BIU Cujas

tia Metropolitani, et plurimorum tenet ſententia, ſi concurſus, uel conſenſus omnīū habere non poſſit, et epiſcopus ordinat presbyteros per oppida & caſtella.

10 *Epiſcopus habet eſſe Doctor, & cuius doctrinæ habet eſſe Doctor, & quæ ſint qualitates requiſitæ in epiſcopo.*

11 *Bis in anno viſitat et pluries vrgente neceſsitate, & ibi, quod clerici ad bona & laudabilia inſtituti eſſe debent.*

12 *Quid ſit uiſitare, ubi, quod Deus viſitat mortales per flagella, & uiſitans ſine ſimonia accipit procurationem, nam nemo ſuis ſumptibus militat.*

13 *Licèt plura uiſitet loca epiſcopus, non poteſt tamen, niſi unam procurationem accipere, & numerus procurationum non excedat numerum dierū, & poteſt conuenire & concordari ſuper procuratione ſine ſimonia, ubi, quod quicquid habent homines, pecunia eſt, & hodie eſt taxata de iure procuratio, ibique tractatur de priuilegijs epiſcoporum, & quod epiſcopi iurant de uiſitando limina Beatorum Petri & Pauli.*

POſt archiepiſcopalem dignitatem, ueniemus ad epiſcopalem, quæ immediatè ſubeſt & ſequitur, quæ eſt dignitas introducta de iure diuino, ut per Andr. Barb in tract. de præſtantia
1 Cardi. 1. q. quia ſicut vna eſt eccleſia a Chriſto per totū mundum in multa membra diuiſa, ita epiſcopatus unus multorū ep̄orum & concordi numeroſitate diffuſus. ca. Nouatianus 12. q. 1. c. loquitur. circa medium. 8. q. 1. & dicitur ep̄atus, quaſi vnum caput, ſeu vna cura, ſeu intentio, cum ep̄s ſit nomen ex Græco, quod Latinè interpretatum, ſonat ſuperintendens. c. qui ep̄atum. 8. q. 1. Intendere enim debet & vigilare gregi dominico ſibi commiſſo, quia vigilantem & ſolicitum eſſe, cō uenit ep̄o. Petr. de Baſſio in tract. de elec. ca. 52. parte 3. nu. 10. tom. 4. Nic. Boer. in trac. de cuſtod. cauſtral. nu. 14. to. 5. Anto. de Pret. in tract. de iuriſd. epiſ. ca 1. nu. 26. tomo 2. Quia epiſcopatus non eſt honoris ſolùm, ſed & oneris, ut per eundē, cap. 8. num. 7. tomo 2. c. 6. 3. col. ubi dicit, ꝙ ep̄s conſiderata ipſius
parte.de off & poteſtate iudic. deleg. quæ dicit, quædam ſunt prohibita,quia ſimoniaca;quędam ſimoniaca,quia prohibita. Cùm etiam in primo caſu Papa non committat ſimoniam, ſi munera recipit,aliàs ſecus, ſecundum Sanctum Thomam, & Archid.in tracta.contra hæreticos in c.ſed & ſi uolumus, ubi dicit in fin. quòd Papam committere ſimoniam, eſt, vt ſic & non,quia totum conſiſtit in eius mente & opinione:ſed quando recipit temporalia, tamen confert eccleſiaſtica beneficia. ex quibus infert,quòd nos inferiores, qui mentem & opinionem tanti Principis ignoramus, debemus in meliorem partẽ interpretari ipſius animum cùm temporalia recipit ab illis,quibus ſpiritualia & eccleſiaſtica beneficia confert.c.2.de reg.iur. Ita etiam tenet Beda in homelia,& concordat.41.diſtin.capit. primo.& aliàs vt per eundem Gaſp.late ibi,vbi ponit de Bonifatio.8.qui fuit accuſatus de hæreſi poſt eius mortem coram Clemente eius ſucceſſore,& inter alia quòd eſſet hæreticus di-
3 cebatur ab eius aduerſarijs,quòd ipſe habebat opinionem illã, videlicet, quòd Papa non poterat committere ſimoniam, cũ ſimonia ſit hæreſis,capit.1.quæſt.1.benedictin,& ca. quiſquis. c.eas,cap.fertur,extra de ſimonia.facit, quia ſimoniæ crimen vel ambitus hodie ceſſat, ſi pecunia detur principi pro honore,dignitate,aut officio obtinendo, quia cum princeps præſit legi, non eſt dicendum quòd ambitum, ſeu ſimoniam committat,late per Martin.Lauden. in ſuo tract.de dignitate. quæſtio.3.vol.5.ſequitur Ang.in l.cum vtiliter.ff.de neg.geſt.qui dicit, quòd licet cum Papa non committatur ſimonia regulariter,vt per Abb.plenè in cap.primo de ſimonia, vbi limitat tamen cum Cardinalibus & aſſiſtentibus Papæ:ſic refert Hieronymus Zanet.in tract.de foro conſcientiæ,in principio col.2. num.9. Nec obſtat quòd ſpiritualis pœnitentia non ſit pretio redimenda, & quòd pro abſolutione non ſit pecunia danda, cap.ad aures.& cap.dilectus.de ſimonia.c.nullus.1.q.1.quia illa iura non loquuntur, nec procedunt aut habent locum in Papa, ſed in excommunicatis ab inferioribus à Papa, qui pro abſolutione ab excommunicatione pecunias petierunt, & aliàs prout in eiſdem iuribus. Vnde meritò illa non obſtare dicendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quibus Papa diſpenſat & ibi,quod inſtituta per eccleſiam ſunt diſpenſabilia Papæ.*
2 *In quibus non diſpenſat Papa,& Papa præuia ratione diſpenſare debet.*
3 *Papa ſola voluntate diſpenſat in beneficialibus & ſcientia & tolerantia Papæ in illis,quæ ſunt iuris poſitiui excuſat à ſimonia:& in beneficialib. Papa habet liberam poteſtatem.*
4 *Papa habet eandem authoritatem,quam habuit Petrus.*
5 *Papa accipiendo pro diſpenſationibus,non incurrit ſimoniam.*
6 *Geſta à Papa,à ſancto geſta præſumuntur:& ibi,quod compoſitio,quæ ſoluitur loco pœnæ ſuccedit.vbi dicitur, quod ad Deum ſpectat iudicare de Papa. Tamen Papa in cauſa hæreſis, & cum deprehenditur a fide deuius,iudicatur ab hominibus:vbi,quod facta Papæ excuſantur & Papa accipit ſine ſimonia, ſi in ſui vſum conuertendum accipit.& quòd Papa ſimoniam committat,eſt ſic,& non.quia totum conſiſtit immente eius & oblata reſpuere non debet.& ibi,quod donatio facta eccleſiæ per Conſtãtinum eſt diuinitus facta, & proceſſit a fide catholica nam valet donatio facta eccleſiæ,ex eo, quia proceſſit ex fide catholica:quando aliàs non teneret & traduntur ibi inſignia maieſtatis pontificiæ ubi,quod apex põtificalis præfulgere habet magis quàm terreni imperij potentia,& hodie clerici non habent ita ſtrictè uiuere.*
7 *Hodie creuit decus eccleſiæ,& hodie eſt difficile dicere quot fructus ſufficiunt beneficiato & pauperum cauſa ſpectat ad Papam, nam Papa eſt dominus rerum temporalium,& lex,quæ aliter dicit,non tenet.*
8 *Papæ ſi detur,non datur de alieno,ſed de ſuo, quia omniam dominus:ubi de ualiditate donationis Conſtantini, & quod imperatores ſunt facti filij eccleſiæ:& conſuetudo in fauorem eccleſiæ ſeruatur:ubi,quod in dubio illa præſumptio præualet,quæ euitat uitium,& quando factum poteſt eſ-*
9 *ſe bonum & malum, in dubio bonum præſumitur & quod datur Papę, datur ſacrario Petri & datum Papę prodeſt danti.*
10 *Omnis actio Rom.Cur.noſtra debet eſſe inſtructio & in antiquis ſtylus curiæ eſt ius, nam Romana Curia uti magiſtra, eſt ab omnibus ſequenda, quia ſtylus Curiæ & Cancellarię Apoſtolicę fundatur in iure & mos Curię & iudicum ita ſeruandus ſicut lex.*
11 *Soluentes taxam bullarum in Romana Curiæ non ſunt cenſendi ſimoniaci.*

De Simonia in diſpenſatione Papæ. Cap. 21.

TPari modo Papa uidetur diſpenſare poſſe ſine uitio ſimoniæ mentalis in caſibus eidem non prohibitis, qui enumerantur per Specul. in titulo, de diſpenſatio. §. nunc breuiter, & per Bonaguid. de Aretio in tracta. diſpenſatio. in fin.3.volum.tracta.& per Sanctum Thom.4.quolibet.q.4.concluditur & habetur, videlicet quòd Papa habet plenitudinem poteſtatis in eccleſia,ita ſcilicet quòd quæcunque ſunt inſtituta per eccleſiam & eccleſiæ prælatos ſunt diſpenſabilia à Papa: hæc enim ſunt & dicuntur eſſe iuris humani & poſitiui. circa verò ea,quæ ſunt iuris diuini, ſiue iuris naturalis diſpenſare nõ
2 poteſt quia iſta habent efficaciam ex inſtitutione diuina & ſubdit quòd in his ſolis,quæ ſunt de lege naturali,id eſt,præceptis moralibus,& articulis fidei, & ſacramentis nouæ legis diſpenſare non poteſt,quia hoc eſſet non pro ueritate, ſed cõtra ueritatem dicere.refert Io.Bap.Caccialup.in tract de penſio. q.19.col.10.uerſ.ſuper tertia.& ibi inquit Specul illis exceptis, per conſequens in alijs omnibus habet Papa poteſtatem diſpenſandi.c.inter corporalia extra de translat.epiſ. c.qualis.25. diſt.l.cum prætor. ff. de iudi. & in quibus diſpenſat,debet ſemper præuia & duce ratione diſpenſare.c.domino ſancto. 50.di. cap.conſiderandum.cap.fidelior. 56. diſt. & niſi ex iuſta cauſa diſpenſet Papa,peccat,& non prodeſt diſpenſatio.cap.non eſt, extra de voto.& de iure poteſt diſpenſare ſupra ius capit.propoſuit,& ibi gloſſ.extra de conceſſ.præben. quia nullis eſt legibus aſtrictus,nulli legum diſpoſitioni,correctioni,& coerctioni ſubiacere habet:per late adducta per eundem Specul.dicto loco,ex ſola voluntate in beneficialibus & alijs introductis le-
3 ge canonica diſpenſare poteſt,per tex.in c.cum ueſtris,verſic. nos verò.de conceſ.præbend.cap.innotuit.de elect. per Nicol. de Vbald.in tract.de ſucceſſ.ab inteſta.prima parte.verſic.non ego.Fel.cap.ad audientiam,el ſecundo.de reſcr.vbi dicit quòd in introductis à iure poſitiuo tantùm Papa ſola uoluntate diſpenſat.facit Caſſad.deciſ.2.de ſimonia. vbi dicit quòd ſcientia & tolerantia Papæ in prohibitis conſtitutione canonica, excuſat à ſimonia. quod tamen intellige,quòd Papa diſpenſat contra ius ſcriptum,ſcilicet ab ipſo & conciliis ſtatutum.25. q.1 §. is ita.& in ſpecie Sanctus Thomas dicit,quòd in omnibus,quę ſunt de iure poſitiuo Papa poteſt diſpenſare.d.cap.propoſuit, dicit Decius in conſil. 141. circa fin. primo vol. quòd Papa in beneficialibus liberam habet poteſtatem, & ſtat pro ratione uoluntas,& etiam contra ius diuinum ſcriptum ſtricto modo ſumptum,id eſt,in ſcripturis ſanctis poſitum.patet,quia diſpenſat cum bigamo,vt ordinetur.cap.lector. 34.diſtinctio.quod tamen prohibet Apoſtolus epiſtola ad Titum. Nec mirum,quia Apoſtolus illud propria authoritate ſtatuit,vt declarat Beatus Thom.in 13.quolibet.14. quæſtio.dicens, quòd Apoſtolus in doctrina ſua poſuit quædam, ſicut promulgans ius diuinum, ſicut ad Gala. 5. Si circumcidimini nihil Chriſtus vobis prodeſt & prima ad Corint. 11. de ſacramento euchariſtiæ. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis. & ſimilia. Quædam verò tanquam ſtatuens propria authoritate Apoſtolatus ſibi conceſſa vt per eundem Sanctum Doctorem dicto loco,& probatur.cap iam nunc,& cap.ſequen.28.quæſtio. 1. meritò ergo Papa cum bigamo diſpenſare poteſt, vt ordinetur; quia non fuit prohibitio iuris diuini proprijſſimè ſumpti, ſed fuit inſtitutio authoritatis humanæ, id eſt, Apoſtolaris, & authoritate Apoſtolatus. nam Papa habet eandem authoritatem ſtatuen
4 di,& deſtituẽdi,quam habebat Apoſtolus Petrus maior alijs; ideo non potuerunt poteſtati ſucceſſoris facere præiudicium. c.innotuit,de elect.idem Sanctus Doctor in 4.ſententiarum diſtinct.28.Nec eſt dicendum Papam errare,quando aliquid facit contra ea,quæ diffinierant Apoſtoli. cap. ſunt quidam. 25. quæſtio.1.nam ſecundum Beatum Thomam in tracta. contra impugnantes religionem. Verum eſt quòd Papa non poteſt deſtruere canonicam ſcripturam Apoſtolorum, & Propheta rum,quæ eſt fundamentum in eccleſia Dei, vt puta contra articulos fidei ſed cum bigamo diſpenſat in pœna, quam ſtatuerunt Apoſtoli præsbytero fornicanti.82.diſtinctio. capit.præſ. byter.& ita intelligit gl.in capit.1.quæſtio.7 requiritis.Et hæc diſtinctio ſancti Doctoris multa nos docet intelligere,in quorũ aliquibus dicitur, q Papa poteſt diſpenſare contra Apoſtolũ, & in aliquibus quòd non.Io.Bapt. Caccialu. in tracta. de penſio.19.q col 9.meritò ergo ſi non incurrat Papa ſimoniam accipiendo oblata pro diſpenſationibus,quas facit,quia ſiue ſint ſuper illis,quæ ſunt de iure poſitiuo introducta,ſiue de iure diuino authoritate Apoſtolatus facta, in quibus Papa diſpenſat attenta authoritate,quam habet ſupra talia iura,non debet cõmittere poſſe ſimoniam illis iuribus introductam,quarum diſpoſitione non ligatur. Vnde receptiones ex relatione iuris ſupra quod habet authoritatem,de laudabili & antiqua conſuetudine introductas,ad quas ſeruandas hoĩes poſſunt cogi, Fel. in c.cum ad Apoſtolicam,de ſimonia,licite facere poſſe & ſperare debet,cùm utatur iure ſuo: nec in vllum ſimonię uitium incurret,quia in huiuſmodi ſi eſſet nedũ commiſſum ſimonię aut peccati labes,ſed & ſuſpicio,nõ toleraretur,nec toleratum eſſet à ſanctis Roma. Pontificib. uiris tantæ integritatis,religio
6 nis,& ſanctitatis q ſancti reputãtur & prſumunt; & ab eis geſta à ſanctis geſta haberi debent.Card.in clem.1.de præb.l.1.in fide sũma trin.& fid. cath. Vnde ẽt à gratiatis ſpõte oblata licite

Source : BIU Cujas

recipit & sperat, ad similitudinem etiam illorum qui ob commissa delicta, cum curia componūt pœnas, in quas incurrerūt ob legum contrauentionem, vel illarum nō obseruationem, aut aliàs, prout quotidie componuntur & concordantur, & componentes pro obtinenda venia à commissis & obtinēdis dispensationibus libenter soluunt, vt per Paulum Griland. in tract. de relaxat. carcerat. in titulo de pen compos. q. 1. num. 4. tomo 15. vbi dicit, quòd compositio & concordia fiunt de bona & vltronea voluntate partium, & de illarum consensu; & cō positio ipsa, quæ soluitur, succedit loco penæ, vt per eundem ibi. q. 5. num. 1. Et actus Papæ semper (vt supradiximus) in bonā & meliorem partem, & nunquam in malam accipi debet, & nos de Papa iudicare non debemus, cuius, ad Deum tantùm spectat iudicium. c. nunc autem. 21. dist. c. auditu. 2. q. 5. c. nemo & c. seq. 9 q. 3. qui non habet in terris hominem, qui illum iudicare possit. cap. si Papa. 40. distinct. nisi in crimine hæresis, cum deprehendatur à fide deuius. d. c. si Papa. Et facta Papæ excusantur, etiam si videantur iniusta, 12. distinct. c. 1. quia licèt Papa aliquid faciat, quod nobis videatur iniustum, nihilominus est iustum. 23. q. 4. de Tyriis. & ipse solus potest aliquid de nihilo facere; & de aliquo aliud, argumento de consecrat. dist. 2. c. revera. argumento. C. de rei vxo. actio. l. vn. circa principium. not. glo. in c. ueniens. de transact. dicit Archid. quòd est inspiciendum in quem vsum & quo animo accipit Papa, quia si ad sui vsum conuertenda, vel aliàs pro vtilitate ecclesiæ capit, in hoc casu ipsis vtitur, in quorum vsu dominus est: si verò illis abutitur, cessat vsus, & per consequens dominium nec potest dici quòd capiat vt sua, & illorum bonorum dispensator, & tali casu est simonia, refert Gaspar de Perus. in tract. de rescri. benefic. in prin. 3. col. subiungit ibi, quòd stante iuris præsumptione quòd Papa simoniam non committat quamuis certum sit vel possit certificari, quòd cum confert spiritualia & ecclesiastica beneficia, recipiat temporalia, tamen animus suus debet interpretari in meliorem partem. capit. 2. de regul. iur. quia quòd Papa committat simoniam, est sic, & non, quia totū consistit in eius mente & opinione, & opinionem tanti principis ignoramus, & pro eius sanctitate, & omnibus factis suis, quòd omnia bene & sancte faciat. est iuris præsumptio. 40. distinct. c. primo. ideo dicit Arch. criminale est de factis tanti domini dubitare. 17. quæst. 4. si quis suadente. §. qui autem. & magnum incurrunt periculum in foro contentioso, & magnum peccatum in foro animæ, qui in tali materia minus honeste de tanto domino loquuntur. vt ibi per eundem Gaspar. & ei exposita & oblata, prout fit in compositionibus, quæ gratiam quandā, & gratiæ speciem præ se ferre videntur, vt per eundem Grilād. qnæst. 2. num. 3. non debet dico Papa respuere, ne sit deterioris conditionis simplicis sacerdotis, qui oblata & exposita pro suæ vitæ, sui status, & conditionis sustentatione non respuit. cum sit bene licitum Papæ, qui confert spiritualia, qnòd aliquid temporale metat pro sustentatione & gubernio sui pro conseruatione ecclesiæ Sanctæ, sedis Apostolicæ, status ecclesiastici, Papæ diuinitus a Constantino Deo inspirante concessi. quæ donatio & cessio terrarū, oppidorum, ciuitatum, & prouinciarum facta ecclesiæ, diuinitus, non humanitus facta censeri debet, & quia processit à fide catholica, tenuit, quando aliàs non tenuisset, per text. in capitu. fundamenta. de electio. Bald. in vsib. feu. in princ. colum. 4. refert Restau. Castal. in tracta. de imperat. vbi de donatione ista tractat. quæst. 51. colum. 3. num. 8. & pro decore maiestatis Pontificiæ, & eius Romanæ curiæ sustinimento, pro qua quotidie maximas tolerare & supportare expensas tenetur, ne Pontificia dignitas, cui diadema, & phrigium, clamydes purpureæ, & alia imperialia ornamenta & insignia, dignitatis imperialis sunt insignia, cum ordinibus cubiculariorum & hostiariorum, vt amplissime pontificale decus præfulgeat, & apex pontificalis non vilescat: sed magis quàm terreni imperij dignitas gloria, & potentia decoretur cap. Constaninus. 95. dist. facit, quia hodie clerici non debent viuere ita stricte, sicut olim. & dos est assignanda magis ampla beneficiatis hodie quàm olim. glo. c. Episcopus. 41. distinct. & non debent hodie habere vitam Episcopi ita strictam in visitationibus & procurationibus, quia hodie creuit decus ecclesiæ. cap. vasa. de consecr. distinct. 1. latè Io. de Sylu. in trac. de beneficio prima parte. quæst. 1. num. 228. & 227. vbi aide, pro eo etiā, quia quod ibi dicit, quod est difficile hodie dicere quot fructus sufficiant beneficiato, quia plus vni, & minus alteri sufficit, secundū qualitates & condōnes illorum. Itē vt Papa pauperibus & in pias causas erogationes & largitiones faciat, & liberalitate vti possit, cum sit pater pauperum; quare causa specialiter spectat ad illum. extra de prec. c. nihil. Ioan. Vgo. in tracta. de officio. 4. prælat. §. commissi, qui bonorum ecclesiæ est dispensator principalis. per Gondisal. Viladieg in tracta. de origi. & pot. Sanctæ Romanæ ecclesiæ numero 38. & per eundem in tractat. de legat. quæstio. quarta, prima parte numero 38. tomo secundo, & per Martin. Lauden. in tract. de pot. princip. quest. 113. tomo 5. & meritò temporale Papa recipit & recipere potest, ac sperare; quia cum sit Vicarius Dei & Christi, cap. primo. extra ut ecclesiastica beneficia sine dimi. ibi, locum Dei tenemus in terris. ca. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. ibi, Vicarij Dei. cum glo. clem. pastoralis. in princ. & ante fin. de re iud. c. 1. 22. dist. cap. nouit. de iud. ca. solitæ. de maio. & obedien. Fel. per Archid. quem refert in cap. ex parte, el primo, de offi. & pot. iud. deleg. ubi dicit, quòd sit dominus rerū temporalium, per illud dictum Petri, Dabo tibi omnia regna mundi. per quinque rationes per eundem Arch. adductas dicentem, quòd leges aliter dicentes, non tenent, ut ibi p eum, & Rot. decis. 437. quidam, secunda colum. in prin. in nouis. cuius Dei & Christi sunt regna mundi, & temporalia quæq;, cuius est terra tota & plenitudo eius, & vniuersi, qui habitant in ea. Psal. 23. eo. Psal. Meus est orbis. In manu Dei potestas terræ. Ecclesiast. cap. 10. & Apocalip. cap. 11. Factum est regnum huiusmodi Domini nostri & Christi eius, & regnabunt in sæcula sæculorum. Et sibi data est potestas in cœlo & in tetra. Matth. ult. cap. ad fin. & Psal. 44. ad fin. ibi, Constitues eos principes super omnem terram. Zachar. 9. ca. 6. Et potestas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus usq; ad fines. & Psal. 44. Quoniam dominus rex magnus super omnem terram, subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. & Psalm. 82. in fin. ibi. Tu solus altissimus in omni terra, & 88. Potens es domine, & dominaris potestati maris, tui sunt cœli, & tua est terra. Vnde nihil de alieno Papæ datum propterea censeri
8 debet, si quid ei detur, cum omnia sint illius, cuius est Vicarius, & cuius uices gerat in terris, immo ei si datur, non dari, sed restitui videtur, cum omnia illius sint, prout dicitur de donatione Constantini facta ecclesiæ, quæ non dicitur donatio, sed recognitio potius & restitutio, ut per Alex. consil. 87. libr. 6. Facta enim ecclesiæ, est facta Deo, cuius est omnium potestas: quia domini est terra, &c. Vnde non valet illud, qđ ab obiectoribus, & obtrectatoribus dicitur contra illam donationem, quod scilicet non debet valere aut tenere illa donatio, quia non potuit Constantinus præiudicare imperio, illud minuere, aut præiudicare successoribus, quia omnia ante Christum tyrannicè Imperatores possidebant, & eo aduenientе omnis potestas in eo translata est in cœlo & in terra. Matt. vltimo. Vnde postquam imperium factum est Christianum, & habere cœpit ab ecclesia, quæ illud transtulit in Germanos, cap. venerabilem. de elec. iure bono dominium habere cœpit, & Imperatores facti sunt filij ecclesiæ, & non domini. 23. q. 8. conuenior. 95. dis. si Imperator, & clem. 1. de iureiu. & aduocati & defensores eius. d. clem. §. porrò, qui procurare debent & seruare pacem ecclesiæ. 24. q. 4. quando uult, & c. multis alijs, ca. causa. q. 5. & aliàs vt p Restau. d. loco; colu. 5. nu. 15. 16. & 17. multa adducit Albe. de Ros. in rubr. super prima. ff. vet. in prooem. Et cū per multa tpa sit antiquatū & consuetū aliquid a dispēsatis & gratiatis Papę exponi, tanquam recognoscentib. Deū in muneribus suis, dicendū est, cp sit de consuetudine, & cp consuetudo hmōi in fauorē ecclesiæ introducta, & laudabilis debeat obseruari, immo ad eā seruandam gens & populi pñt cogi, vulgatis iuribus. Facit, quia cessante tali reditu, qui maximus est, attentis hodiernis tpibus sedes Apost. contēneretur. & ex dictis Archi. in trac. de hęresi. vers. & qa tanta est, fol. 15. Papa recipiēdo pecuniā, nō psumit aīo uendendi recipere, sed ut illā ad usum suū conuertat, cū Papa sit dñs rerum tpalium, per illud dictū Petri. Dabo tibi oīa regna mundi: & p rōnes adductas per eū, dicentem, leges aliter dicentes, nō tenere: ut plenè tradit in c. nouit. de iud. & hmōi solutiones ex diuturno ortū usu sunt factæ de spontaneis necessarię, per tex. in c. ad Apostolicā, de simo. attento cp
9 non habeamus nec sciamus vnde eorū traxerit, an uidelicet ex coactione, an ex liberalitate dantiū, quo dubio stāte illa p̄sumptio p̄ualet, quæ uitiū euitat. ca. fi. de prę̄sum. maximè iustissimo Papa. §. qui aūt. 17. q. 4. iuncta doc. Bar. in l. non solū. §. sed ut p̄bari. ff. de ope. no. nun. cp actus sonans in uitium & in non uitiū, interpretet in non uitiū. & p Alber. ca. 1. col. vlt. de cler. non resi. ubi dicit, cp qñ factum pōt esse bonum & malū, præsumitur in dubio bonū. c. estote. de reg. iur. in antiq. Io. de Ana. & Fel. in c. cū dilecti, de accusa. Ergo interpretabit, origi nē fuisse a liberalitate dantiū. Nec obstat cp inter clericum & clericū cessat pius usus eleemosynę, ut tradit in c. cū M. Ferra. de consti. prędictus Io. de Ana. in c. Iacobus, de simonia. quia illud est, ubi dat clerico æquali, sed qđ dat Papę dat sacrario Petri. nec est propriū Papę, sed p̄dest danti tanq̄ faciēti opus pijssimū. Fel. ī c. ex parte. de off. & pot. iud. dele. & maxime, qa id est cōsuetū in Ro. Curia, cuius cōsuetudo est seruanda, p Host. Ant. de Bu. & moder. in c. antiqua. de priuil. Dom. de S. Gemi. quem sequitur ibi Card. in ca. ep̄os. 17. dist. Cassiod. decis. 5. circa fi. ē. de consti. & omnis actio Rom. Curiæ, nostra debet esse eruditio & instructio. per Abb. in ca. 1. de simo. & stylus curiæ ius facit, & pro lege seruatur. Specu. in tit. de test.
10 §. publicatis. vers. deinde. idē in tit. de rescri. p̄sen. §. rōne formæ quoq;, in prin. & dicit Rot. in decis. 719. in antiq quòd

stylus

ſtylus Curiæ eſt quoddam ius, licèt ex facto reſultet. eſt enim Curia Romana tanquam magiſtra ab omnibus ſequenda. Spec.in tit.de appell.§.de oſſ.verſ.vt autem. fundatur enim ſtylus Curiæ, & Apoſtolicæ Cancellariæ in iure communi, vt inquit idem Spec.in ti.de reſcr.præſen.§.ratione formæ quoque, late Fel.in c.ex parte.de reſcr.verſ.ſtylus.Lauren.Calcan.in cõſil.118.incip.ſanctiſſimus, quòd ſtylus curiæ,& mos iudicum, ita eſt ſeruandus,ſicut ſeruandæ ſunt leges ſcriptæ, adeò quòd ita facit iudex litem ſuam iudicando contra ſtylum,ſicut quãdo iudicat contra legem ſcriptam: allegat Bald. in l. iubemus. C.de iudi. ubi pulchrè. & ſi authoritas Papæ non operaretur plenam ſecuritatem ſuper hoc,etiam in foro cõſcientiæ,Rom. Pontifices non toleraſſent iſta,neque eis formam dediſſent.& iſte ſtylus uerſatur cum religioſis & integerrimis uiris.& ſi Papa non redderet tutos,immineret laqueus nimis uniuerſalis, ut in ſimili dicitur per Caccialu.in tract.de penſ.q.9.col.3.circa medium Fel.c.ad audientiam,el ſecundo.de reſcri.col.4.& ſtylus Rom Curiæ facit ius,& pro lege ſeruatur.Spec.in tit.de teſti.§.publicatis.uerſ.deinde.Gig.de penſ.q.22 num.14.Nec obſtat quod dicitur per Io.de Sylu.in tracta.de benefi.prima parte.q.8.col.10.num.61.per ea,quę ibi adducit,quòd non licet aliquid accipere pro diſpenſatione,nec pro correctione,nec pro crimine celando,&c quia, ut per iura per eum adducta, illud non procedit, uel habet locum in Papa,ſed in inferiore à Papa,q cum ſubiaceat iuri poſitiuo, meritò peccat & delinquit ſimoniace,ſi in huiuſmodi pecuniam,aut quid temporale acci piat.Vnde non obſtat,& dicit Angel.in ſumma in uerbo ſimonia.3.uerſ. fin. quòd dantes primos fructus beneficij in curia, & ſoluentes taxam bullarum & cæterorum ſecundum ſtylum Curiæ quòd non ſunt credendi ſimoniaci, quia talia non ſo-
11 luuntur pro ſpiritualibus, ſed pro ſuſtentatione curiæ & curialium, & officialium. & ſic tene quòd illa de uoluntate Papæ ſunt ordinata,ſed eſt ſecus in curijs Epiſcoporum, & aliorum prælatorum,ubi officiales habent unde uiuant ſecundum decentiam,non ſecundum pompam, quia ſimoniacum eſt tales taxas facere pro diſpenſationibus,abſolutionibus,& huiuſmodi. 1. q. 3. ex multis,ſecus ſi propter decentiam uictus, quam aliàs non habent,hoc facerent.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo & tituli beneficiorum inuenti à iure poſitiuo et epiſcopus licèt poſſit in ſua eccleſia conſtituere dignitates,de dignitatibus conſtitutis per orbem Romanum, non poteſt tamẽ conſtituere Cardinalatum.& ibi,quod clericorum ſunt aliqui regulares aliqui ſeculares.*

2 *Vſus maiorum cum approbatione pontificum creauit beneficia,& dionyſius fuit inuentor & diuiſor eccleſiarum parochialium.*

3 *Papa in beneficialibus poteſt ſine cauſa præiudicare & concedit beneficia ad nutum, ſub conditione,& ad tempus,& in beneficialibus poteſt procedere,& pronunciare contra non citatum,& dicitur aſſumptus ad plenitudinem poteſtatis.*

4 *Papa non committit ſimoniam inductam de iure poſitiuo.& ſimonia committitur cum Cardinalibus,& aſſiſtentibus Papæ: vbi,quòd beneficia uidentur habere ortum in nouo teſtamento.& quod omnis poteſtas à Deo inſtituta.*

5 *Chriſtus caput eccleſiæ,Papa eius Vicarius.vbi, quod reſpectu beneficiorum ſingularium inſtitutio eſt de iure poſitiuo,& beneficiorum alia habent temporalem,aliam ſpiritualem adminiſtoationem.*

6 *Papa debet abſtinere a re mali exempli, & per quam ſtatus eccleſię denigratur:ubi quod ordinis exequutio prouenit ex dono Dei.*

7 *Habere beneficia eccleſiaſtica,eſt ſpiritualibus annexum.& ibi,quod Papa poteſt incurrere uitium ſimoniæ,ſicut quilibet alius, qui in rebus eccleſiæ eſt diſpenſator,non dominus.*

8 *Simonia mentalis committitur in illis,quæ ſunt de iure diuino:& an in ſimonia mentali requiratur reſtitutio.& quomodo intelligatur, quòd Papa committit ſimoniam in beneficijs exequutionem ordinis requirentibus.*

De Simonia mentali in collationibus beneficiorum per Papam. Cap. 22.

DE collationibus beneficiorum, & gratijs, officiorum eccleſiaſticorum quoque, quas Papa facit, idem dici debet,quòd conferens,ſiue gratians animo aliquid temporale recipiendi pro collatione, & gratia, dicto
1 temporali aſſequuto, & obtento, quòd in ſimoniam non incurrat; quia beneficia eccleſiaſtica ſunt de iure poſitiuo introducta.Abb.in capitu.conſtitutus.de religio.domib.& per eundem magis amplè,in diſputatione,quæ incipit, Epiſcopus. colum.ſecunda,ad propoſitum,vbi dicit, quòd beneficia & tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo,& non de iure diuino: allegat tex.in ca.primo.& ſecundo,22.diſtinctio.vbi dicit, quòd Papa inſtituit Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, & alios conſtitutos in dignitate,allegat etiam tex.in capitu.in ilIis.80.diſtinctio.& cap.1.90.diſtinctio.Innocentium in cap.niſi cum pridem,de renuntiat.& cap.primo de ſimonia,& capitu. olim.95.diſtinctio.Idem tenet Archid.in capitu.omnes.22.diſtinctio.vbi dicit, quòd quamuis de dignitatibus per Romanã Eccleſiam conſtitutis, poſſit Epiſcopus cum capitulo ſuo in ſua Eccleſia conſtituere dignitatem,cap.cum olim,de conſuetu.cap.cum acceſſiſſent, de conſtitu. non tamen poterit inſtituere Cardinalatum ſine auctoritate Romani Pontificis,cum nõ ſit per Rom.Eccleſiam ordinatum. Iſtam partem tenet,& ſequitur Fely.d.cap.cum acceſſiſſent. Domin. de Sancto Geminia.d.cap.primo.22.diſtinctio. Cardi. Alexandrinus capit. primo.44.diſtin.colum.4.verſ.& quantum poſtea.Et facit tex. expreſſus in d.c.primo & ſecundo 22.diſt.vbi dicit,quòd conſtitutum fuit per Pontifices, vt variæ eſſent adminiſtrationes, & tituli in eccleſia Dei.& aliqui eſſent regulares,qui poſtea diſtincti ſunt inter habentes propria in communi, & nihil habẽtes,vt mendicantes;aliqui eſſent Clerici ſęculares,habentes beneficia,vt dicit Specul.in rationali diuinorum officiorum,lib. 1.cap.primo.clericorum ſæcularium vſurpato nomine,ſæculares clerici dicti abuſiuè certe,cum propriè ipſi à ſæcularibus hominibus debeant eſſe ſemoti.cap.denique.4.diſt.& hoc importat raſura,in cap.degradatio,de pœniten. libro 6. Et exinde vſus maiorum cum approbatione Pontificum creauit be-
2 neficia Eccleſiaſtica,diuerſi generis dignitates,diuerſas rectorias,eccleſiarum parochialiumque perſonatus, canonicatus & præbendas,& beneficia diuerſa ſimplicia,toto titulo de prę ben.maximè in cap.de multa,eodem titu.& c.primo.de conſti.lib.6.& quòd beneficia ſint introducta de iure poſitiuo,maxime beneficia inferiora ab Epiſcopo,facit tex.in cap.primo. 13.quæſtio.1.iuncta gloſſ. vbi habetur, quòd Dionyſius Papa fuit inuentor, & diuiſor Eccleſiarum parochialium.Ita Abb. in cap.quia verò,§.extirpandæ.colum.2.de præb.& dign.& ca. cum olim,de conſtit.per illum text.facit cap.2.de præbend. & dign.in 6.clem.prima, vt lit penden. vbi dicitur quòd Papa in beneficijs habet plenariam poteſtatem,per tex.in c.propoſuit. de conceſſ. præb. & quòd beneficia non fuerint ordinata per Deum,nec in ſe ſunt ſpiritualia eſſentialiter, ſed ex ordine Eccleſiæ,dicit Caccialu.in tract.de penſio.q 19.col.3.num.17.& in illis, quæ ſunt inducta de iure poſitiuo, vt beneficialia, Papa
3 poteſt ſine cauſa præiudicare per Doctores in capitu. quæ in Eccleſiarum,de conſtitu.refert idem Caccialup. d.loco num. 29. & 30. ſecus eſſet, ſi beneficia eſſent ordinata de iure diuino,quia tunc non haberet plenariam poteſtatem.capitu.ſunt quidam.15.q.1.Iſtud etiam corroboratur, quia Papa concedit beneficia ad nutum,ad tempus,& ſub conditione, capit. ſi gratiose.de reſcrip.in ſexto.cap.ueniens. de filijs præsbyter. & cap.quamuis,& cap.petiſti.7.quæſtio.1.facit dictum Abb.notabile in c.inter quatuor,de maior.& obedien.vbi dicit, quòd licet Papa non poſſit procedere,& ſententiare contra non uocatum,ſecus eſt in beneficialibus, in quibus habet plenariam poteſtatem.Ita etiam notat in cap.cum olim,de re iudi.ſequitur Io.de Sylu.in tract.de beneficio.parte.2.quæſt.1.verſic. 14. quæro.Facit text.in clem.quia contingit,iuncta gloſſ.in verſic. Apoſtolicæ,de religioſ.domib. vbi Papa diſponit contra inſtitutiones,& fundationes beneficiorum,& hoſpitalium: ſuprà quod ius cum Papa ſit, & ſupra illud largas, immo liberas habeat habenas,d.cap.propoſuit,de conceſſio.præbend.capit.de cætero. 2. quæſtio. 6. ex quo Papa eſt aſſumptus ad plenitudinem poteſtatis,cap.ad honorem, extra de vſu pallij, eſt dicendum quòd nullam mentaliter,vel aliter committere poſſit ſimoniam in illis, quæ ſunt ab illo iure inſtituta & introducta. Caſſador.deciſio.2.de ſimonia,ſecus eſt in illis,quæ à iure diuino,vt per Bartol.in l.prima, ff. de amb.& Io.de Anan.in capit. 1. de ſimonia, qui dicit quòd ceſſat ſimonia in Rom. Curia, quò ad ipſum Papam,ſecundum Angel.& Salicetum in l. prima.C.de amb.quia Papa eſt ſupra leges,& ſic non committit
4 ſimoniam inductam ex diſpoſitione legis poſitiuæ,Hier.Zannet.in tracta.de for.conſ.in princip.colum.2.num. 101. vbi allegat Angelum in l.cum vtiliter.ff de neg.geſt.qui dicit, quòd licet cum Papa ſimonia non committatur,vt per Abb. in capit primo,de ſimonia,tamen cum Cardinnlibus & aſſiſtentibus Papæ committitur.Nicolaus Boer.in tract.de pot.leg. à latere.num.114. Nec obſtat illud, quod videtur facere contra, quòd Eccleſia eſt de iure diuino. Apocalip. Vidi Hieruſalem ſanctam deſcendentem &c. & quòd beneficia vñr hr̃e ortum in nouo teſtõ,ſaltim figuratiuè.c.in nouo.21.diſt.vbi dr̃, qꝑ videntes Apoſtoli meſſem magnã & operarios paucos,rogauerunt dñm meſſis,vt mitteret operarios in vineã ſuã. Lucę c.10. Marthei.c.51.Vnde a Domino electi fuerunt alij 72. diſcipuli. & ſic vr̃,qꝑ beneficia ſint de iure diuino.facit,qđ in nouo teſtõ, ſeu antequã iura eos vocaſſent beneficiatos, vocati fuerũt cõſiliarij,ꝑ tex.in c.eccleſiaſtici.12.q.2.verſ.quia igitur.c.non parochiatur,conſiliarij noſtri 16.quæſt.1.& c.conuenientib. 1.q. 7. & quòd omnis poteſtas à Deo fuit inſtituta, ad Romanos. 13.cap.1.de homic.in 6.& Noe arcam fabricat, quę eccleſiam

Source : BIU Cujas

De ſimonia mentali Guliel. Redoani. j. par.

repræſentat.24.q.1.c.quoniam.27.diſtinctio.c. quantumlibet, & Vgo de arca.dicit lib.primo.cap.3.quòd arcam,quam fecit, Noe ſecuribus & dolabris ex materia lignorum,& bitumine, eccleſiam ſignificat,quã Chriſtus fecit per prędicatores ſuos ex collatione populorum in una fidei confeſſione:hanc eandem,Chriſtus gubernator eius inter procellas huius uitę regens,per ſe ducit.Vnde eſt dicendum per conſequens,ꝙ beneficia a Deo fuerunt inſtituta.

Quia rñdetur, ꝙ eccleſia largè ſumpta & in uniuerſali, in
5 qua Chriſtus eſt caput,& Vicarius eius eſt Papa, eſt de iure diuino,& eſt uerum,ꝙ.omnis ptãs eſt a Deo, & de iure diuino,& ab uno Deo proficiſcitur reſpectu cauſæ efficiẽtis, qa ſacerdotia,tẽpla,ſacrificia, & ritus diuini ſunt de iure utriuſque teſtamenti,ut in ſacris paginis legitur, reſpectu tamẽ ſingularium beneficiorum,& ſingularum eccleſiarum, inſtitutio eſt de iure poſitino,cap.1.22.diſt.& ꝙ dicitur de operariis meſſis in meſſem,& de inſtitutione 72.diſcipulorum;non uidetur obſtare,quia illud hẽr locum in inſtitutionibus diſcipulorum,ꝙ eſt ſecus in beneficiatis,& beneficiis. ut per Inn. in cap.niſi cum pridem, de renun.nec minus illud eſt cõtrarium,ꝙ antequam eſſent uocati beneficiati, iura eos uocarunt conſiliarios,quia uidetur per iura in contrarium adducta,ꝙ beneficia potius ſunt inſtituta de iure poſitiuo, ut patet clare in illis iuribus, & per notata per Archid. in cap. ſacramenta.22.diſtin.

Sed uidetur eſſe intelligendum illud,quod dicitur, ꝙ Papa in beneficialibus,collatione beneficiorum,& officiorum eccleſiaſticorum,habeat abſolutam ptãtem, ſecũdum eam, quam facit Abb.diſtinctionem, in c.extirpandæ. §.qui uerò, de præbendis,& dignitatibus,ubi diſtinguit,ꝙ beneficia,uel ſunt.quæ hñt tantummodo adminiſtrationem rerum tẽporalium,vt eſt uidere in hoſpirali, & tunc inquit Abb. Papam non committere ſimoniam,recipiendo pro illis quid temporale,quia hoc non eſt uendere donum Dei,ſed id dicitur, & appellatur ſimoniacum,quia prohibitũ ab eccleſia, & in hoc poſſet procedere illud,ꝙ a ſimili dr̃, & ſimilitudo de.l.Iulia de ambitu,quæ nõ habet locum in Rom.Curia, & hoc ideo quia non fuit Deus qui prohibuit,ſed fuit ipſe Princeps quo caſu licet non committat ſimoniam,tñ inquit,eſt abſtineen
6 dum,cum non debeat fieri res mali exempli,& per quam ſtatus eccleſię decoloretur,aut denigretur,1.q.7.& ſi illa.25.q.1. non igitur.facit,quod no.de iur.iu.cap.& ſi Chriſtus, quamuis in iſto caſu Papa,qui eſt ſupra iura,& qui per iura ſibi hoc facere poſſe reſeruauit,ex quo ſe iuribus non ligauit, non ſit
7 imputandus.Vel ſunt beneficia,quæ habent ſecum adminiſtrationẽ ordinis,uel executionem clauium,quia tunc eſt ſecus,quia in illorũ inſtitutione,ſeu collatione,confertur inſimul & executio ordinis in actu,quale eſt,ſi tibi curatũ benecium conferatur,quod non poſſis habere,niſi fias presbyter, aut ſimilium;quia illud cõferendo, ordinis illius exequutio, quam beneficiũ requirit, quæ eſt de iure diuino conferri vr̃ in actu.per eundem Abb.d.c.extirpandæ.§.qui uerò.de præben.& dign.col.pen.& per eundem in ca.1.de ſimonia. ſequitur late Caccialu.in trac.de penſ.19.q.nu.4.Idem tenet S.Th. 4.ſent.diſt.25.q.15.& 2.2.q.c.artic.4.ubi dicit,ꝙ habere beneficia eccleſiaſtica,dr̃ ſpiritualibus annexum, quaſi ab eis dependens,non enim cõpetit,niſi ordinem clericalem habenti; & per conſequens non poſſunt eſſe ſine ſpiritualibus;& propter hoc ea uullo modo pręmio aut pretio conferri debere, quia eis uenditis,intelliguntur ẽt ſpiritualia uenditioni ſubijci.& in eadẽ q.art.1.dicit,ꝙ in Papa tale peccatum grauius eſſet,quanto maiorem ipſe inter alios & eminentiorem locũ obtinet,quia res eccleſiæ ſunt eius, ut principalis diſpenſatoris tantum.ſequitur Archid.in c.non decet.12.diſt.in his autem,quæ ſunt ſimoniaca,quia prohibita,ut puta, illa quæ tantum a iure poſitiuo ſunt,uendi prohibita,Papa non committit ſimoniam;& rõ eſt,quia Papa non ſubijcitur iuri poſitiuo, cum ſit ſupra legem.Gondiſal.Villadieg.in tract. de leg.qõ.5. col.fi.Vnde cum in caſu iſto beneficia hmõi conferre,animo quid tpale accipiendi,& illo accepto,ſit ſimonia de iure diuino,ut per Gondiſal.d.loco, eſſet forſan ſuſpicandum ꝙ ſtantibus præmiſſis,Papa quoque in ſimonia mentali inuolui poſſet abſq; conuentione aliqua,cum ſimonia mentalis committatur in illis,quæ ſunt de iure diuino, ut per adducta p Ange.
8 in uerbo ſimonia,1.verſ. utrum ſola uoluntas, circa finẽ, ubi diſputando,an ſola uoluntate cõmittatur, dicit ꝙ ſi ſimonia eſt,de iure diuino,ſimoniacus talis tenetur ad reſtituendum quicquid accepit, ſicut uſurarius mentalis; & id placet Pan. in c.fi.de ſimonia,ubi materiam tractat.cõtrarium tenet Cardin.Gaiet.in ſuo cõmentario ad S.Tho.q.c.ver.ad tertiũ. ubi dicit,ſimoniacos mentales nõ teneri ad renuntiandũ, uel reſignãdũ accepta, licet ẽt ſit commiſſa ſimonia in illis,quę ſunt de iure diuino,& ita cõiter intelligi ab omnib.tex.in c.fi.ubi uide Abb.qui diſtinguit de ſpe principali uel ſecundaria. ſed de hoc vide,quæ dicimus infrà in tit.de reſtitutione accepti ſimonice,& intelligit ibi Ang.ſimoniã mentalem eſſe cõmiſſam,qñ rẽ temporalẽ eſt aſſequutus,quã ſperauit & deſiderauit dãdo ſpiritualia,imò cuius ſpe,&intuitu ſpirituala,cõtulit, quia ſi non fuiſſequuta datio,& acceptatio,eſt potius peccatũ, quàm ſimonia, vt ibi per eũ. Sed hæc materia eſt intelligenda iuxta declarationẽ &prout intelligit Cardinalis Iacobat.in ſuo tractatu de concilio.51.4.art.4. an̄in Papam cadat ſimonia, verſ.putarem poſſe.vbi poſita quæſtione hac,& latè ad vtranque partem diſputata,concludit, quòd vel Papa vendit Epiſcopatum,qui eſt ordo de per ſe & ſacerdotium de per ſe,uel aliũ ordinem ſine titulo beneficij expreſsè,& ſpecificè,& pro ordine ſine beneficio, vel pro beneficio & ordine pecuniam recipit:& tunc, qui dicta ſunt de prohibitis quia ſimoniaca, tenet quod Papa inuoluatur,ſalua determinatione Romanæ eccleſiæ,non tamen illaqueatur pœnis additis contra tales ſimoniacos per ius poſitiuum,quia ipſe eſt ſolutus legibus: nec etiam pęnis inductis per concilia, quia ipſe eſt ſupra concilium; nec conciliaribus decretis ligatur.c.ſignificaſti.de electio.ſi autem Papa confert beneficium requirẽs ordinis executionem,nulla facta mentione de ordine,tunc,ſi non gerat in mente uendere ordinem,non erit ſimoniacus,quia titulus beneficij ſecũdum omnes eſt de iure poſitiuo: & iſto caſu dicerem non videri pecuniam recipi pro ordine,ſed tantum pro beneficio,& reditibus,quod in Papa poteſt admitti, vt poſſit ſeparare ordinis executionem ab ipſo beneficio.nã vbi vult,liberat aliquẽ, vt non teneatur miniſtrare in ordine requiſito in beneficio quod habet:& poteſt facere quòd ſeruiat per ſubſtitutum, ſicuti quotidie videmus,vt ibi per eundem,d verſ.& ſequen.Sequi videtur Gondiſal.Villadieg.in tract.delegat.num.36.vbi dicit, quomodo in beneficio ſimonia committitur de iure diuino,vbi vide.& vide etiam quæ dicam in ſeq.quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Abſtinendum à uenditione officiorum,etiam ſolum temporalitatem habẽtium,propter ſpeciem mali.*
2 *Papa uiuit ſecundum leges,licet ſit legibus ſolutus.*
3 *Papa licet non in terris, habet tamen ſuperiorem in cœlis:& non debet adhibere conſenſum,niſi in illis,quibus. D.Chriſtus adhiberet:& ad tria debet reſpicere.*
4 *Simonia eſt hæreſis & Papa inuoluitur in hæreſi & in prohibitis de iure canonico Papa facit licitum,quod aliàs non eſſet.*
5 *Beneficia non ſunt ordinata per Deum.& ibi,quod Papa admittendo renuntiationem ſub modo,& uitioſè factam, purgat uitium et non ligatur ſua conſtitutione.*
6 *Diſpenſatio facta non ſuffragatur,niſi ex iuſta cauſa ſit facta:et ibi, quod Papa narrata ſibi ueritate, ſi concedit,purgat uitium, quod inerat.*
7 *Super quibus Papa poſſit diſpenſare.*

De ſimonia mentali in collatione officiorum per Papam. Cap. 23.

1 IDem quoque eſt dicendum de officijs,quod de beneficijs,ſi quidem officia non habeant ſpiritualitatem, aut ſpiritualem iuriſdictionem annexam, ſed ſint in mera temporalitate, licèt enim in eis non committatur ſimonia, tamen abſtinendum eſt à vẽditione propter ſpeciem mali, licet enim
2 Papa ſit legibus ſolutus,vult tamen viuere ſecundum leges.l.digna vox.C.de legit. & Papa pati vult legem quam alijs impoſuit,per Gondiſal.in tracta.de lega.quæſtio.4. parte prima.numero 62.tomo 2. quia licet Papa ſuperiorem non habeat in
3 terris, habet tamen illum in Cœlis, vnde ſuum conſenſum non vult adhibere, niſi in illis caſibus in quibus veriſimiliter appareret,quòd Dominus Chriſtus conſenſum adhiberet, vt poteſtas ſub ratione reſtringatur.cap.illa.11.quæſtio.3.cap. 1.12 diſtin.not.in extrauagan. Bonif. 8. incip. rem non nouã. Specul.in titu.de diſpenſat. §.qualiter autem, & reſpicere debet ad tria,quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecũdum honeſtatem, & quod expediat ſecundum neceſſitatem. capit. magni. §. & quidem tria, de voto. & quòd Papa debeat aſtringi ad ſeruandam legem quam ſtatuit,& quòd teneatur lege diuina, & quòd habet ſeruare legem, quam alijs præcipit ſeruandam, vide principaliter per Ludouic. Gomeſ.in regul. de infirm.reſig.1.parte,verſi.præterea quia Papa,vbi multa accumulat.

In officijs verò habentibus iuriſdictionem ſpiritualem annexam,committeretur ſimonia,prout in beneficijs.capit. primo & ſecundo,ne præla.vic.ſuas.glo.in ſumma.1.q.3.& ibi Archi.glo.in c.Seruator,eadem cauſa,& quæſtione.per Inno. in c.primo.ne prælat.vic.ſuas.Abb.in cap.extirpandæ.§.qui verò, verſ.& prædicta puto,&c.latè per Io.de Syl.in tracta.de benefi.

prima

Source : BIU Cujas

prima parte.q.7.num.78.vers.item emere officia eccleſiaſtica. Et ratio eſt ſecundum Fel.in c.primo. de ſimonia, quia ſimo-
4 nia eſt hæreſis.c.præsbyter.c.qui ſtudet.c.quamuis.1.q.1.& Papa inuoluit in crimine hæreſis.c.ſi Papa,& ibi gl.40.diſt.ſed intellige q̃ ſimonia eſt hæreſis largo modo,ſecũdũ Inn.in c.quoties.de ſimonia,vbi dicit,ſimoniã tũc ꝓpriè eſſe hæreſim, quãdo quis crederet ſacramentum,vel ſpiritualia pretio poſſe vendi,per Abb.& alios ibi.

Et licet auctoritas Papæ videatur, illum, qui cum eo ſimoniæ vitium committit,abſoluere,& tutum reddere;per tex.iũcta glo.in c.cum pridem.de pactis.ca.ſi quis.1,q,1,vbi Papæ auctoritas excuſat à vitio ſimoniæ in his, quæ ſunt prohibita de iure canonico,& quæ ſunt ſimoniaca,quia prohibita.Caſſado, deciſ.2.de ſimonia.vbi dicit,quòd Papa eo caſu facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum;& per conſequens in beneficialibus, in quibus non committitur ſimonia ex diſpenſatione iuris di-
5 uini,ſed ex ordinatione eccleſiæ,quia beneficia non ſunt ordinata per Deum,nec in ſe ſunt ſpiritualia eſſentialiter,ſed ex ordinatione,& ſtatuto eccleſiæ,vt ſupra late diximus,& ſequitur Nico.Boer.in tract.de pot.leg.a lat.1.q.vers. & primò videtur. col.17.& Papa admittendo renuntiationem ſub mòdo & forma vitioſa factam, videtur purgare vitium,& iura poſitiua ſoluere,ſupra quæ poteſt.Caccialup.in tract.de penſio.q.19. colu. 3.num.17.Caſſador.d.deciſ.2.tamen Abb.c.extirpandæ.§.qui verò,circa finem,dicit q̃ committens ſimoniam cum Papa,nõ eſt tutus in vtroque caſu, quò ad Deum:& eum ligari conſtitutione papali ſuper hoc promulgata:licet ipſe Papa ſua conſtitutione non ligetur.nec mirum eſt,quòd in iſto caſu vnus ligetur,alter non, quia hoc euenit propter diſparitatem perſonarum,Papæ uidelicet,qui non ligatur,& ſubditi,qui conſtitutione tenetur,vt in facto inſeparabili videmus,quòd unus peccat alter non,vnus punitur,alter non.34.q.2. c.in lectum. Et pone exemplum,cùm plures eligunt indignum,quorum aliqui ſciẽter faciunt,alij verò ignoranter,c.cum in cunctis.§. clerici. de electio.& melius exemplum ponit Io.Andr.in reg,cui licet.de reg.iur.lib.6. Epiſcopi Bononienſis ſtatutum excommunicat ludentes ad azardum, ludit demum Epiſcopus cum Titio, & ibi tenet,Titium demum teneri & ligari, non Epiſcopum legẽ promulgantem.Item in propoſito,non Papam,ſed committẽtem cum Papa in iſto caſu ligari,vt per Bald.in l.Barbarius. 2. col.in fin.ff.de off.prætor.& quia Papa pecuniam recipiendo, non per hoc ſuſpendit conſtitutionem.Angel. in ſumma.verbo ſimonia.7.circa finem.per Abb.d.loco,& c.primo.de ſimonia.vbi Fel.ſequitur Gondiſal.Villadieg.in tracta.de lega.q.15. col.6.circa finem.num.40.vbi dicit,q̃ talis cõtrahens cum Papa ẽt ligatur pœnis iuris poſitiui, niſi appareret quòd Papa uo-
6 luit cum eo diſpenſare; & diſpenſario ipſa nõ ſuffragaretur diſpenſato, niſi ex iuſta cauſa fuiſſet facta. vt per bi allegata per eum,in quibus terminis loquitur & procedit illud, quod dicit Caccialup. præallegato loco, nam eo ipſo inquit, quòd Papa habuit notitiam renuntiationis factæ, & ſub quo modo, & ſub qua forma,& illam admittit,videtur purgatum vitium, & ita intelligi deber,quod Papæ auctoritas excuſet,quando videlicet expreſsè diſpenſat,prout eſt in caſu,quando ei narrata ueritate,& uera facti qualitate concedit;quo caſu admittendo & concedendo,vitium,quod erat,purgatum videtur:quod tamẽ intellige,quando committitur ſimonia in illis, quæ ſunt de iure poſitiuo introducta, ſuper quibus Papa poteſt diſpenſare.
7 Angel.in vers.ſimonia.5. vers. vtrũ authoritas Papæ &c. Secus erit in illis quæ ſunt prohibita,quia ſimoniaca prout dat exemplum ibidem Angel. de beneficio quod habeat ordnis administrationem,& clauium exequutionem,quod propter talem qualitatem videtur eſſe de ſpiritualibus introductis à iure diuino:vnde in eo Papa ſe non intromittit, & ſi faciet,facit & ipſe quoque ſimoniam, vt ibi.de quo vide plene per Cardinalẽ Iacobat.in tract.de concil.lib.4.articulo 4.§. ex præmiſſis. uerſic. in iſta materia,& vers.ſeq.vide tamen Felv.in ca.ex parte,el primo,de off.& pot.iud.deleg.qui dicit eſſe communem opinionem q̃ Papa indiſtincte non committit ſimoniam, ex quo ex eã limitat prohibitionem uſurarum, diſſoluit matrimonium conſummatũ inter Iudæos, limitat legem diuinã diſponẽtem ſuper tribus teſtibus,limitat obligationem decimarũ,quæ omnia ſunt de iure diuino : ergo poteſt diſpoſitionẽ p rohibitiuã ſimonię firmatam in vniuerſali eccleſia limitare reſpectu Apoſtolicæ ſedis, & in dubio in Papa cauſa præſumitur, vt ibi per eum,vbi ad obiecta reſpondit. Et ego ita eſſe cenſeo tã in hac, quàm in præcedenti queſtione, quàm alias vbique.Et quod dicitur per Villadieg.quòd contrahens ligatur pœnis iuris poſitiui.intellige quando non eſſet facta expreſſio, & quando eſſet contracta ſimonia,quę pœnam meretur, puta,conuentionalis & realis,non mentalis, quæ ſola animi pœnitentia deletur, nec aliqua pœna caſtigatur,per text.gloſſ.& ibi Doctor.cap.fina.de ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt æquales Papæ.*
2 *Epiſcopus poteſt diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa:& epiſcopus ex cauſa condit conſtitutiones contra canones.& epiſcopus quò ad quædam eſt Vicarius Chriſti,& omnia epiſcopo licent.& Epiſcopi poſſunt omnes criminoſos diſpenſare.*
3 *Epiſcopus in ſua diœceſi dicitur pontifex & non ligatur conſtitutione ſua: nam quis non poteſt ſibi præcipere uel uetare.*
4 *Epiſcopi omnes ſunt ſub Papa: & Papa poteſt pro libito reſeruare ſibi omnes Epiſcopatus.& ſolus Papa transfert Epiſcopos:& epiſcopi eſt ſemiplena auctoritas.& Papa ſolus habet plenam auctoritatem adminiſtrandi,& conferendi.*
5 *Epiſcopi aſtringuntur ad ſeruationem canonum:& Epiſcopus debet eſſe cuſtos,non uiolator canonum,et epiſcopi habent poteſtatem condendi canones in ſua diœceſi,et epiſcopus qui committit in canonem, incidit in pœnas canonum et mediator ſimoniæ punitur.*
6 *Papa et Imperator ſtatuunt contra ius diuinum, addendo uel detrahendo: et ibi,quod ſtatutum contrarium canoni,ſola iſta ratione eſt non bonum quia iuri contrarium.*
7 *Quæ contra ius fiunt,pro infectis habentur.ubi,quod epiſtopus ex magna et rationabili cauſa,poteſt contra iura ſtatuere.*
8 *Epiſcopi non debent facere contra ius,niſi in caſibus conceſsis.*
9 *Papa & Epiſcopus tantum inter ſe differunt,quantum princeps & ſubditus.tamen circa ſacramentum ordinis Epiſcopus eſt æqualis Papæ.*
10 *Papa regulariter confert Epiſcopatus.*
11 *In inductis de iure poſitiuo non committitur ſimonia, niſi ex conuentione. vbi,quod Epiſcopus nil debet recipere pro collatione ſpiritualium,& pro labore in actu uiſitandi Epiſcopus poteſt aliquid recipere ſine ſimonia.*
12 *Non poteſt Epiſcopus recipere aliquid in recompenſam pro collatione diſpenſationum:& quando diſpenſatio eſt debita, tunc eſt iuſtitia non miſericordia.*
13 *Epiſcopus committit ſimoniam mentalem in collatione beneficiorum, ordinis exequutionem habentium:& in dependentibns à iurr diuino committitur ſimonia mentalis,quia in eis ſola uoluntas facit ſimoniam.*
14 *Beneficia habentia ordinis exequutionem ſunt de iure diuino.*

De Simonia mentali in collationibus, diſpenſationibus, & gratijs, quæ, fiunt per Epiſcopum, ſeu inferiorem à Papa. Cap. 24.

ESt videndum,an idem dici poſſit de diſpenſationib. collationibus, & gratijs, quas Epiſcopi faciunt, aut alias inferiores dignitates habentes;an conferendo,& diſponendo,animo & ſpe temporale quid recipiẽdi, aut fauoris,vel gratiæ captandæ,aut modis alijs, quibus ſimonia committi poſſit, committant pari modo ſimoniam mentalẽ? Et pari modo de ipſis dicendum videtur, vti de Papa fuit dictum ſuperius,cum Epiſcopi ſint æquales,& Papæ æquiparati: ſucceſſerunt enim Epiſcopi in locum Apoſtolorum. c. in nouo,vers.ipſis quoque decedentibus ſucceſſerunt in locum illorum,& ſurrexerunt.21. diſtinctio. Et Apoſtoli fuerunt æquales Petro.eod. c. vers. pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt.& quando duo à iure ſunt æquiparata, adiectum in vno, in alio quoque adiectum cenſetur. Caſſador. deciſio. quinta,de conſtitu. licèt Papa ſit maior eis, ſunt tamen uocati ad partem ſollicitudinis.capit. ad honorem. de author. & vſu
1 pal. vnde gloſſ. valde eleganter in cap.tempora pœnitudinis. 26.quæſtio. ſeptima, dicit, quòd Epiſcopus poteſt diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa.argum.l.ſi hominem .ff.mand. vbi procurator gñalis ex magna cã põt inhibere procuratori ſpeciali,per illum text.& Bald.in rubr. C.qui admit. ad bon. poſſeſſio.dicit quòd poteſtas ex magna cauſa poteſt uenirecõtra ſtatuta iurata.idem gloſſ.in capitu.latorem.21.quæſtio. ſecunda.facit text.in cap. quem pœnitet, & in capit. menſura. diſtinct.1. de pœnit. & quod notat gloſſ. in cap.de his. 50. diſtinctio.& quod not.in cap.Deus qui.de pœnit. & remiſſ.& in cap. at ſi clerici.§.de adulterijs,de iudic. & ideo dixit Bald. ſingulariter in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iur.quòd Epiſcopus ex cã poteſt condere conſtituriones contra canones. quod tamen eſt intelligendum iuxta diſtinctionem per Bald. ibi traditam, quia Lanfranchus de Oriano, in tracta. de interpret.ſtatut. in princip.numero tertio tomo primo tenet contrarium, quòd immo Epiſcopus cum capitulo non poteſt facere conſtitutionem iuri communi,& canoni contrariam,per illud, quod tenet Angel.in ſua diſputatione,quæ incipit,Aſtenſis miles,quia inquit,Epiſcopus non habet licentiam à Papa talem legem cõdendi.facit quia Epiſcopi ſunt fratres Papæ,& Papa eos fratres appellat,ca.quam graui,de crimine falſi.& ille text.loquitur de fratribus Papæ,& Spec.in tit.de leg.§.1.vers.89.dicit,quòd quilibet Epiſcopus eſt quò ad quædam Vicarius Ieſu Chriſti, per
2 tex.in c.meliorem.30.q.5.eſt tex.melior ĩ cle. ſi quis ſuadẽte,de

Source : BIU Cujas

pœnit.in verſ.Epiſcopi enim dicũtur ſanctiſſimi Chriſti legati exiſtũt, ſpirituales sũt Patres, noſtriq; fratres, & coepiſcopi, columnæ comprobãtur eccleſiæ.2.q.7. accuſatio.facit, qđ dicit Abb.in ca.2.de ferijs, vbi dicit ꝙ epiſcopus in ſua diœceſi põt canonizare ſanctum, per illum tex.& per tex.in c.1. de conſecra.diſt.4.eſt glo.7.q.1.& c.in nouo.21.diſt.& in c.accuſatio.2. q.7.in quibus iuribus dicitur, ꝙ Epiſcopi ſunt legati Dei, immo plus vr̃, ꝙ Epiſcopus dr̃ Chriſtus, c.ſi quis de potentibus, & melius in c.ſeq.24.q.1.vbi dicitur, ꝙ ſi quis per dolum manũ ſuam immittat in Chriſtum, ideſt, in Epiſcopum &c.& iuxta dictum Apoſtoli, in eius locum ſunt Epiſcopi inſtituti: omnia Epiſcopo licent.11.q.1.c.aliud.Io.Rand.in tract. de diſpenſ.§. in his, verſ.item non obſtat, vbi dicit, Epiſcopos bene poſſe oẽs criminoſos diſpenſare, ſecundum communem opinionẽ doctorum, & quòd Epiſcopus regulariter poteſt vbique diſpenſare in omnibus criminibus, intelligit ibi idem Randeus peracta pœnitentia,& ſatisfactione parti læſæ, verſ.item ſic cõclude.Facit, quia Epiſcopus in ſua diœceſi dicitur Pontifex,& 3 dicitur ſummus ſacerdos.c.intolita,& cap.de perſona.11.q.1. Spec.in ti.de iuriſd.om.iud.verſ.ſecundum canones. Qui nec ligatur conſtitutionibus ſuis, vt per Cynum in auth. quibuſcũque, C.de ſacroſan. eccleſ. Et per Petrum de Beluiſio,& Ioan. Andr.in reg.cuilibet,in 6.ubi tenent ꝙ Epiſcopus, & Archiepiſcopus non ligatur ſuis conſtitutionibus.tenet idem Bald.dicta auth.quibuſcunque.in fin.& in l.digna vox. C.de legibus, & in l.cum ipſe.C.de contrahen,empt.idem Bald. in l. uolũtatis. 4 col.in lect.antiqua.C.de fideicom.& in l.j.§.ſimiliq; modo.C.de latina liber.tollen.quia, ut inquit Bald.ibi. non poteſt quis ſibi præcipere, vel uetare l.pe.ff.de arbitr. Verùm, qa multi tenent in contrarium, vt Archid.in cap.1.de conſtit.in ſexto, ubi dicit, Epiſcopum ligari conſtitutione ſua, quia conſtitutione ſua innititur, authoritate canonis, propterea eſt intelligendum iuxta diſtinctionem, quam facit in tractatu de ſenten. excommunicat. fol.3. verſic. ſed circa hoc conſueuit dubitari, vbi dicit poſt multas relatas ſententias, ꝙ uel Epiſcopus contrafacit vti Epiſcopus,& tunc non ligatur, aut tanquam priuatus,& particularis perſona, vt ſi ludat, ſtante conſtitutione ſua pœnali contra ludentes, & tunc ligatur Epiſcopus conſtitutione ſua, vt ibi per eum.

Verùm iſtis non obſtantibus, in caſu propoſito longè diuerſam ſe habere rem puto Epiſcoporum, à gradu & conditione Papæ ideo non idem de Epiſcopis dicendum eſſe, quod de Papa dictum fuit; quia Epiſcopi omnes ſunt ſub Papa, & ſunt uo 4 cati in partem ſollicitudinis, non plenitudinem poteſtatis.c.decreto,& c.qui ſe ſic.2.q.6.& Epiſcopi in ſuis diœceſibus vicarij ſunt Papæ 2.q.7.per not.Archid.c.cum olim.95.diſt. Archi. in tract.contra hæreticos.quòd Papa uti ſupremus omnium ordinariorum poteſt inhibere,& reſeruare, de pœnit.diſt.6.c.primo.in fin.per Gaſparem de Peruſi.in tracta.de reſeruat. Vnde videtur, ſecundum eum, quòd Papa pro libito poteſt reſeruare omnes Epiſcopatus.Io.de Syl.in tract.de beneficio, ſecunda parte.q.1.col.5.num.19. quia ſolus Papa Epiſcopos de vna ſede ad aliam transfert, & eorum ſedem de uno loco ad alium mutat.c.1.& quaſi per totum, de translat. Epiſcoporum. facit. c.in illis.80.diſt.& cap.1.de priuileg.vnde epiſcopi eſt ſemiplena auctoritas, vt per Io.Hug.de off.4.præla.2.parte.§.ſed aduertendum, non plena poteſtas, prout eſt Papæ, qui ſolus habet plenam & liberam poteſtatem adminiſtrandi & conferendi, 5 clemen.1.vt lit.penden.ibi, ſalua tamen &c.& plene per Andr. Barba conſ.1.col.24.vol.1.& conſ.303.col.7.vol.2. ſequitur Nicolaus Boer.in tract.de poteſt leg.à latere.q.1.col.13.nu.103. ſubſunt, & aſtringuntur Epiſcopi ad ſeruationem canonum. c.conſtitutionis.25.q.6.ſequitur Nicolaus Boer.in tract.de pote.lega.à latere.q.1.col 4.num.51.& per illum text. dicit Andr. Barb.in tracta.de præſtan.cardin.2.q.baſilica. primæ partis,2. col ꝙ Epiſcopus debet eſſe cuſtos,& non violator canonum, & per gl.in c.ſacerdotes.2.q.7. dicit quòd Epiſcopo, qui canones non ſeruat propterea poſſunt ſubditi denegare obedientiam: immo, ꝙ ſi Papa vult aliquid ſine cauſa, quòd non tenetur religioſus eius præcepto obedire, in quantum repugnat regulæ ab eo profeſſæ.per not,per Fely.in cap.ſi quando,colu.4. verſ.præterea dicit Hoſtien.de reſcrip.ex cauſa verò poſſet.in addit ad Dinum reg.ſemel Deo dicati &c.& paulò ſuperius dixit idem Barba.quòd Epiſcopi habent poteſtatem condendi canones in ſua diœceſi à Papa, & quòd propterea nõ poſſunt condere canones contra ius Papæ.

Facit, quia, ſi quis Epiſcoporum committit in canones, & contra formam canonum faciens incidit in pœnas canonis, punitur, prout dicitur de Epiſcopo, qui contra formam Calcedonienſis concilij recepta pecunia ordinationem facit.de hoc conuictus, ſubire habet gradus ſui periculum.1.q.1.ſi quis Epiſcopus. in quo concilio ponuntur ẽt pœnæ promoti, uideli cet illo deiecto à gradu promoto,& ſi mediator talis ſimoniacæ promotionis fuerit clericus, à gradu ſuo clericali decidit; ſi vero laicus, aut monachus, anathema ſit. per quod apparet quòd non eſt ſupra canones, quando pœnis canonum ligatur & punitur.

Verùm quia contra canones reperitur aliquãdo, ꝙ Epiſcopi ſtatuunt, vt per Bald.in l.omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, col.3.num.8.& per Domin.de Sancto Gemi.16.diſt.in ſumma vbi dicit col.2. ꝙ ſicut Papa & Imperator poſſunt ſtatuere con 6 tra ius diuinum, addendo vel detrahendo. Idem poſſunt Archiepiſcopi & Epiſcopi canonib.& iuri communi.& quod dicit Bald. quod poſſunt condere ſtatutũ ꝫ canones &c. eſt intelligendum ſuper caſu omiſſo à iure, ſi bonum ſit ſtatutum p Epm factũ,& honeſtũ, quia tunc habet iuſtitiam matrẽ, aut in caſu determinato à iure, quò ad limitandum ius commune, & roborãdum cum adiectione pœnæ, & aliàs iuxta diſtinctionem ibi per Bald.traditam,& melius per Rochum de Curt.in tract.de conſuet.col.48.num.277 uerſ.ſeptimus eſt. quia eo caſu tale ſtatutũ non eſſet iure cõi contrarium, aut contra canones immo eſt ad corroborandum ius commune, & ſecũdum canones; quia iure,& canone non repugnante, immo permittente. vt ibi per eundem Rochum. quia ſi eſſet contrarium canoni cõi, ſola iſta ratione, non eſſet bonum, quia contrariũ iuri, vt per Bald.ibi,& quę contra ius fiunt debent pro infectis ha 7 beri.c.quæ contra, de reg.iur.in 6. Id quod non eſt dicendum, quòd poſſit facere Epiſcopus, quia ſibi non eſt permiſſum, niſi ex euidenti, & neceſſaria cauſa, vt ibi per Bald. quia non debet eſſe contra canones, qui pro canonibus eſſe debet: nec contra canones ſtatuere, qui canonibus ſubeſt;& canones ſeruare tenetur; prout Epiſcopus, cap.cum quibus.24.q.3.& ſi nõ ſeruat, eſt periurus, quia iurat ſeruare canones. ego enim, de iur.iuran. Henric.de Bott.in tract.de ſynodo Epiſcopali, arti. primo. 8.q.col.2.num.38.& quia pariter aliquando videntur Epiſcopi diſpenſare contra canones, quòd eſt dicendum multo magis poſſe, ſi poſſunt ſtatuere, quum longe minus ſit diſpenſare, q̃ ſtatuere; eſt intelligendum vt ſubſit neceſſaria,& vrgens cauſa, aut noua ſuperuenit, vel antiqua non cogitata per Papam, vt per Abb.inc.at ſi clerici.§.de adulterijs.de iudic.in addi.verſic.p̃dicta limita, vt probat p deciſ Rotæ, & per iura ibi p eum adducta.Nicol.Boer.in tract.de pot.leg.à latere.q.1. col.11.nu. 92.verſ.quinimmo ex magna cauſa, vbi tenet ꝙ Epiſcopus ex 8 magna,& rationabili cauſa, poteſt diſpenſare in illis, quæ ſunt contra iura,& canones. ſequitur Gondis. Villadieg in tract. de leg.q.14.col.4.num.22.& 23.pro quo idem Io.de Syl.in tract. de benefi.q.7.parte prima.col.prima.uerſ.prima eſt ſecundum quoſdam, vbi diſtinguit ꝙ canon aut eſt pœnitentialis, aut pœnalis,& conſtitutio aut eſt concilij, aut aliàs, aut lex indulget, aut non, quod intellige per illius diſtinctionem, pro quo etiã Abb.d.§ de adulterijs, ubi facit tres regulas de facultate epiſcopi circa diſpenſationem.

Vnde, ſiue facias regulam, ꝙ Epiſcopus nõ diſpenſat, niſi vbi à iure reperitur ei permiſſum, vel quòd in delictis Epiſcopus ſemper diſpenſat, niſi vbi ſpecificè reperiatur prohibitus, uel ꝙ Epiſcopus diſpenſat in omnibus in quibus ei conceſſum reperitur,& aliàs, vt per gloſſ.& Abb.d.§.de adulterijs, aut quod in caſiqus à iure expreſſis, qui per Specul. enumerantur in num. 161 in titu de diſpenſat.§.nunc de Epiſcoporum diſpenſat. ubi in verſ.in his igitur, firmat regulam, quod ex quo Epiſcopo in caſibus narratis eſt conceſſum diſpenſare, regulariter in cæteris videtur ei prohibitum.l.1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. ſiue aliàs quouis modo, omnino videmus quòd Epiſcopus non eſt ſupra canones, neque ſuper illis aliquam habet præeminentiam: ſed illis eſt ſubiectus.& eos ſeruare tenetur. Vnde non debet, niſi in caſibus ſibi expreſsè conceſſis, contra eos facere, aut ius commune relaxare, vt extra de nat.ex lib uen. ca. unico, extra de electione, cap.dudum, vnde ſi ſubeſt iuri poſitiuo, ſupra quod eſt Papa tantùm, vt late probauimus in præcedenti quæſtione de Papa; nihil mirum, ſi aliter de Epiſcopis in caſu præſenti erit dicendum, quàm fuit de Papa, quia Papa & Epiſcopus tantum inter ſe differunt, quantum princeps & ſub 9 ditus. Nec obſtat, quod Papa Epiſcopos fratres appellet, & quòd Epiſcopus poſſit imponere penſionem ſuper beneficijs, vt Papa, quia intellige, quòd ex cauſa rationabili poteſt Epiſcopus, Papa verò ex nulla cauſa, vt per Caccialu.d.loco. quæſtio. quinta, & quòd in ſua diœceſi epiſcopus ſit Pontifex & ſummus ſacerdos, & Chriſti Vicarius, & legatus; quia per hoc nou infertur, ergo ſunt in iuriſdictione, & poteſtate æquales Papæ, quia id intelligitur circa ordines, ſacramentum, & 10 conſecrationem, per quam ſunt epiſcopi æquales Papæ, non reſpectu uel ratione iuriſdictionis, aut poteſtatis.cap.ad honorem, extra de auto. & vſu pallij. Ioan. Bertachin. in tracta. de epiſcopis. in præludijs, uerſic.prædictis, immo Papa eſt, qui regulariter epiſcopatus confert, niſi tamen in caſibus, qui à iure, in contrarium fuerunt expreſſi, vti eſt in cathedralib. ubi canonici eligunt, ut late per gl.c.quanquam.de electio.in 6.

Vnde vr̃, ꝙ ſi diſpenſat ep̃s, animo & intentione aliquid tpale conſequendi ꝑ diſpoſitione, aut diſpenſationis gratia, illo aſſequuto, in mentalem ſimoniam tanto magis inuoluatur &

peccato

Source : BIU Cujas

peccat,quàm Papa,quanto plus ipſe,quàm Papa eſt ſubiectus legum diſpoſitioni,& canonum conſtitutionibus,nã ſiue ſint illa,in quibus diſpenſat,dependentia à iure poſitiuo, ſupra qđ nullam habet præeminentiam,aut ſuperioritatem,niſi inquantum ei à præfato iure eſt conceſſum,committit in illud ius, & cenſura illius iuris tenetur,ſiue ſint de iure diuino,ſupra quod vix Papa in aliquibus poteſt,vt ſupra diximus,incidit in ſimoniam;id,quod eſt intelligendum iuxta illam in materia iſta magiſtralem doctrinam,& diſtinctionem glo.cap.ex parte,de officio & pot.iud dele.in verſ.dimittere,videlicet, ꝙ ſi illa in quibus diſpenſatur,ſint de iure poſitiuo,& à iure poſitiuo prouenientia,& ſimoniaca,quia prohibita, quòd non committatur ſimonia mentalis per taliter diſpenſantem, ſi non interuenerit pactum vel conuentio,vt per tex.in c.fin. de ſimonia. & ibi per doctores, quia in huiuſmodi non videtur quòd committatur ſimonia, niſi ex conuentione. & per glo. ibi dicitur quòd talis animi affectus non interueniente pacto,aut conuentione, nõ
11 eſt cenſendus eſſe ſimoniacus,vel ſimonia commiſſa, quia in iſtis ſola voluntas non facit ſimoniam.vt per tex.ibi,& ꝑ Ang. in ſumma de ſimonia,verſ.ſimonia, primo.verſ. vtrum ſola voluntas.gl.d.c.ex parte,& per Abb.in c.quia verò.§.extirpandæ, de præben.& dignit.Secus verò eſt in illis, quæ ſunt de iure diuino,& quæ ſunt prohibita,quia ſimoniaca,& quæ ſunt ſimoniaca in vtroque teſtamento, & à natura ſui;vti eſt uendere ſacramenta,gratiam ſancti Spiritus,& ſimilia.d.glo.& d iuribus, in quibus ſola ſufficit voluntas ad inducendum & committẽdum ſimoniam mentalem, in quibus ſi diſpenſat Epiſcopus, voluntate,affectu, vel animi intentione aliquid temporale aſſequendi,cadet in ſimoniam mentalem illo aſſequuto & adepto, quia Epiſcopus nihil debet recipere pro collatione ſpirituali & in pretium rerum ſpiritualium, quæ gratis & ſine aliqua recompenſa conferri debent.c.qui ſtudet.1.q.1.vbi ꝑ actu viſitandi,vel conſecrandi,nihil exigere debet Epiſcopus, niſi ꝑ labore viæ in actu viſitandi prouinciam,ſiue diœceſim, & etiã ciuitatem, vt per ea quæ ibi adducit, eo quòd magis abſtinere debet,ex quo nõ videtur permiſſum Epiſcopo,quod ſuo more, vel ſuo libito diſpenſet, ſed cum iuſta & rationabili cauſa interueniente;quia diſpenſatio permiſſa Epiſcopo, videtur permiſſa in caſu rationabili,aliàs eſt nulla,vel ſaltem uenit irritanda;quia vbi non ſubeſt cauſa rationabilis, non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio,vt not.in cap.de multa,de præbend. Abb.in cap. dudum.de electio.colum.2.in fi.prout Papa poteſt contra ius diuinum,& in voto religionis,vt per Innocen.in cap.ad monaſterium,de ſtatu monach.in glo.fin.quam fere omnes canoniſtæ ſequuntur,& ibi Abb.nnm.21.vbi ponit exemplum in magna cauſa,vt in aliquo Rege infideli,qui vellet redire ad fidem cum toto ſuo regno, ſi poſſet ducere monialẽ filiam alicuius regis in vxorem, vt ibi per eum,quia vbi adeſt cauſa, & cauſa rationabili ſtante,quòd ex cauſa ſit diſpenſatori Epiſcopo, vel alteri diſpenſare licitum officium illius in diſpenſando, non videtur merè gratioſum,nec ex mera liberalitate ꝓuenire, quãdoquidem non impartitur cuilibet,nec ſemper, ſed habenti rationabilem cauſam. Vnde minus recipere poteſt aliquid in re-
12 compenſam pro collatione talis diſpenſationis ab habẽte cauſam rationabilem;& cùm,cauſa exiſtente,officium diſpenſatoris potius videatur neceſſarium,quàm volũtarium,aut gratioſum,quia permiſſio,quod cum habente cauſam rationabilem diſpenſet,tacite ei præceptum,& iniunctum videtur, quòd diſpenſare non recuſet,qui enim diſpenſat ex rationabilibus cauſis,vtitur iure,quia ius eſt obiectum iuſtitiæ.Vnde quando diſpenſatio eſt debita,tunc iuſtitia eſt,& non miſericordia. Cacialup.in tracta.de penſio.19.q.col.7.circa medium.facit, quia ſi paterfamilias eſt largus, vt quid diſpẽſator debet eſſe tenuis? & ſi Deus eſt miſericors,& benignus, vt quid habet ſacerdos eſſe auſterus?cap.alligant.26.q.7.

Idem quoque dici debet in collationibus beneficiorũ, quorum executio concernit diuina,puta,altaris adminiſtrationẽ, vel clauiũ executionẽ,vt videlicet Eps, ſi illa cõferat aĩo & intentione aliquod ꝓpale in recompẽſam recipiẽdi, illo accepto ſimiliter ſimoniã cõmittat, quia illorũ collatio, vel inſtitutio
13 trahit ſecũ ordinis executionẽ,& altaris adminiſtrationẽ. nam ptãs clauiũ datur in habitu,in ordinatione,in collatione,ſeu inſtitutione beneficij, dat in actu illius exequutiuo,quæ exequutio ordinis,eſt donũ Dei:pro quo pretium aliquod recipi non debet,aut recompenſa,quia non uenditur. c.ſi quis obiecerit, c.Saluator.1.q.3.& dare ordinẽ in eccleſia,ſeu altare,ideſt exequutionẽ altaris pro pretio,æqualiter prohibentur vtroq; teſtõ.c.qui ſtudet.1.q.1.& ordo eſt de iure diuino,diximus ſũpra late in ſacramẽto ordinis in q.quæ incipit,Reſtat modò,& hoc eſt de prohibitis,quia ſimoniaca,q̃ ſunt de iure diuino,late per Abb.in c.extirpandæ.§.qui verò.de præben.& dign.col. pe. & antepe.& in huiuſmodi quæ habẽt dependentiã à iure diuino, cõmittitur ſimonia mentalis,quia in eis ſola volũtas facit ſimoniã,ut late ſuperius fuit dictũ, & recepta ex tali ſimonia tenẽt reſtituere,ſm diſtinctionẽ vſurarij mentalis,per Ange.in ſumma.in verbo ſimonia.verſ.ſimonia primo.verſ.vtrũ ſola uolũtas.& talis ſimonia mẽtalis cõmiſſa in iſtis eſt efficax, vti ſimonia conuentionalis,& poteſt dici quaſi cõuentionalis,vt ꝑ Archid in ca.1.i.q.1.& per eundem Ang. in verbo ſimonia.7. & in verſ.vſura primo,ꝙ non eſt ſimonia,quæ committitur in illis quæ proueniunt ex iure poſitiuo,vbi non eſt neceſſaria reſtitutio.c.fin.& ibi Docto.de ſimonia.& per eundem Ang.qui recitat opiniones doctorum ſuper.d.c.in verſ.ſimonia primo. d. verſ. utrum ſola,& uerſ.ſimonia. 7.in principio.& pro hoc vide bonam gl.in c.licet,de pœnis.tex.& glo.in cap.ex diligenti,de ſimonia.Angel.in uerſ.ſimonia.5.uerſ.utrum auctoritas, vbi tenet,ꝙ beneficia habentia adminiſtrationem ordinis, & exequutionem clauium ſunt de iure diuino,qula illa uendens
14 efficitur ſimoniacus.per Abb.c.1.de ſimonia.c.qui verò.§.extirpandæ.prælegato loco,& dicimus de beneficijs, quorum exequutio concernit diuina,& non de alijs,quia in illis,quæ habent tantummodo temporalem adminiſtrationem,quemadmodum ſunt hoſpitalia,quæ nude proueniunt à iure poſitiuo; quæ nullam participationem habent, aut communionem cũ iure diuino;non cadit uitium ſimoniæ mentalis; quia talis affectus animi,abſque aliqua recepti reſtitutione; ſola pœnitentia deletur;& non vocatur ſimonia.tex.& glo. ibi cum doctorib. in ca.fin.de ſimonia;quòd tamen intellige vt per Abb. ibi,qui diſtinguit de intentione principali,uel ſecundaria.nec obſtat illud,quod poſſet opponi;quòd beneficia ſint de iure poſitiuo, non de iure diuino, ad quod pro reſponſione ſufficiant dicta in præſenti quæſtione & in præcedentibus alijs etiam.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſunt de iure poſitiuo, & in prohibitis de iure poſitiuo nunquam ſola uoluntas facit ſimoniam.*

2 *In renuntiatione beneficij ad opus alterius ſola uoluntas non introducit ſimoniam,& in renuntiatione beneficij ad opus alterius non ſpes ſed pactum facit ſimoniam.*

3 *Si renuntiatur beneficium ea intentione vt nepoti detur, nulla de hoc facta conuentione,non eſt ſimonia,& ſolus animus non facit ſimoniam.*

4 *Expreſſio in reſignatione non pura,ſed conditionalis uel mondalis inducit ſimoniam,& pactum gratuitum non inducit ſimoniam.*

5 *Renuntiatio facta ſub conditione,modo,uel pacto,eſt ſimoniaca: & quemadmodum conditio facit ſimoniam, ita & modus:& modus minus obligat quàm conditio:& reſignationes habent fieri liber & pure.*

6 *Poteſt exprimi ſine ſimonia,reſignatio, ut permutetur:& cã permutationis poteſt exprimi in reſignatione ſine ſimonia,& hodie de ſtylo de certa ſcientia Papæ ſine ſimonia admittuntur reſignationes ad fauorem tertij.*

7 *Quotidie in manibus Papæ fiunt reſignationes cum conditionibus: & permutatio facta pacto præcedente cenſetur ſimoniaca.*

8 *An reſignatio facta ad utilitatem alicuius cum clauſula, nec aliter nec aliàs,ſit ſimoniaca? & ibi,quòd Papa in beneficialibus poteſt immutare naturam,& de nigro album facere.*

9 *Benefitia habentia ordinis & clauium exequutionem ſunt de iure diuino & reſignans talia beneficia poteſt committere mentalem ſimoniam,& in illis quæ ſunt iuris diuini autoritas Papæ non excuſat.*

10 *Circa beneficialia ſola mens inducit mentalem ſimoniam,quæ pœnitentia deletur: & committit ſimoniam,qui pro ſeipſo petit beneficium curatum, licet idoneus,ſecus ſi idoneus petat ſimplex beneficium.*

11 *Quòd committatur ſimonia ſi detur pecunia pro beneficijs curatis,ſecundum Abb.intelligeſi detur pro exequutione ordinis & clauium, nõ pro titulo.*

12 *Si inter renuntiantem & illum cui renuntiatur interuenit pactum gratuitum non eſt ſimonia: & pura cenſetur renuntiatio etiam cum pacto gratuito facto. et ibi de renuntiatione cum conditione reſeruationis penſionis.*

13 *Tractatus et ſpes non inducunt ſimoniam:et preces pro conſanguineo digno non inducunt ſimoniam.*

14 *Beneplacitum Papæ ſemper intelligitur, licet non exprimatur,et quid ſit pactio.*

15 *Eſt ſimonia reſignatio quæ fit ſpe retinendi beneficium reſignatione non obſtante,et donator qui poſſidet non mutata cauſa poſſeſſionis præſumitur actum ſimulate celebrare:idem ſi reſignans retineret beneficium,et ſimonia eſt conferre beneficia in recompenſam ſeruitiorum.*

16 *Poteſt conferri beneficium in recompenſam ſeruitiorum iuſtorum,et qui dignus eſt poteſt ſperare Epiſcopatum:et non eſt ſimonia renuntiare beneficio cum pẽſione reſeruata,ubi eſt gratuita pactio.et multi ſunt non intelligentes renuntiationem quæ fit in manibus Papæ cum reſeruatione penſionis uel aliàs.*

17 *Clauſula illa in reſignatione,ad utilitatem Titij,habetur pro nõ adiecta. & ibi,quod actus ſonãs in uitium & nõ uitiũ, interpretatur in non vitiũ,ubi qđ procuratores reſignãtium præſtãt iuramẽtum quòd nõ interuenit ſimoniaca pactio.& aliud eſt paciſci & promittere reſignare, et aliud ſimpliciter reſignare.et renũtiare beneficio ut alteri detur, nõ eſt ſimonia,et clauſula in reſignatiõe ad fauorẽ talis,apponit ex impitia notarij uel copiſtæ, & renũtiationes fiunt in inſtrumẽtis cum parua cognitio vbi,quod clauſula codicillaris apponitur hodie ex conſuetudine,nec teſta-*

Source : BIU Cujas

tores illam intelligunt. & ibi, quod reſignationes cum reſeruatione penſionis, uel aliàs factas in manibus Papæ ſtylus hodie approbat, & ibi, regula, quòd non ualeat penſionis conceſſio, niſi de conſenſu ſoluere debẽtis, declaratur.

An per reſignationem in manibus inferioris factam ad fauorem tertij, inducatur ſimoniæ mentalis vitium, quò ad reſignantem? Cap. 25.

VNde hic poſſemus non inconcinnè aliquid dicere de quæſtione illa quotidiana, videlicet, An ſi quis reſignet beneficium liberè in manibus Epiſcopi, aut ordinarij collatoris, animo tamẽ quòd conferatur Titio, non aliter reſignaturus, an Epiſcopus aut collator de animo reſignantis certificatus, quia reſignationem admittit, & confert, ex quo videtur ad gratificandum facere, & reſignans reſpectiuè, cadant in vitium ſimoniæ mentalis? Et pro declaratione quæſtionis, & illius intelligentia videbimus primò de reſignante, cuius animi intentio procedit, & ante it. Deinde de facto Epiſcopi vel collatoris, quod ſequitur. Et præſuppoſito pro firmo, quòd beneficia ſint inducta conſtitutione eccleſiæ, & iure poſitiuo, & non diuino, prout. ca. 1. & 2. 22. diſt. Abb. in c. conſtitutus, de relig. dom. & per eũ magis amplè in diſputatione, quæ incipit Epiſcopus, col. 2. verſ. ad ꝓpoſitum, & latè ſupra in præcedenti quæſtione noſtra, verſ. de collat. Certa eſt regula, & indubitata, quòd ſola intentio, ſiue voluntas, nunquam inducit mentalem ſimoniam in prohibitis conſtitutione Eccleſiæ, quia mentalis ſimonia in talibus non committitur. Io. And. in c. tua nos, de ſimonia, ſequitur Dom. de S. Gemi. qui illum refert. ca. quicunque. 1. q. 2. vbi in terminis habes per Archid. quòd in his quæ ſunt ſimoniaca. quia prohibita, non ſufficit ſola voluntas ad introducendum peccatum renuntiandi beneficio ad opus alterius, etiam ſi progrediatur ad actum reſignandi, quia non eſt peccatum ſi renuntiat principium ad opus alterius: ſi tamen ſit idoneus, & pactum non intercedat. idem tenet ibi Dominicus de ſancto Gemin. Ioan. Andr. Abb. & Fel. in cap. tua nos, de ſimonia, dicit gl. in terminis in c. ordinationes. 1. q. 1. in verſ. pretio dato, quæ dicit quòd abrenuntiare beneficio, vt alicui detur, nõ eſt ſimoniacum, niſi deducatur in pactum, & ſpem inde habere, non eſt pari modo ſimonia, per iura, quæ ibi allegat Archiep. Flor. in c. fi. de ſimonia, vbi dicit, quòd ſi quis renuntiat beneficio, ea intẽtione, vt detur nepoti, vel alteri, nulla de hoc facta conuentione, nullam incurrit ſimoniam. ſequitur Fel. in ca. ad audientiam, el. 2. de reſcrip. per dictum gloſſæ. d. c. ex parte, qui citat Innocentium in c. tua nos. de ſimonia, qui dicit ꝙ ſi quis renuntiet præbendæ, vt alteri conferatur, peccatum eſt, ſi hoc exprimatur in renuntiatione: ſecus ſi adſit ſolus animus, quia non facit ſimoniam ſolus animus & ſola voluntas, ſola enim in reſignatione, non pura expreſſio, ſed conditionalis & modalis, vt tali prouideatur, puta, renuntio beneficio, ſi detur tali, vel dummodo detur Titio, facit peccatum ſimoniæ mentalis. probatur in ca. ex parte, el primo. iuncta gloſſ. in verſ. omnino, de off. & pot. iud. deleg. ideſt ſine aliqua pactione, conditione, vel modo. Fel. in d. cap. ex parte, vbi dicit, quòd ſi inter renũtiaturum, & alium fiat, aut interueniat pactum gratuitum, quòd non eſt ob hoc commiſſa ſimonia, quia qui renuntiat præbendam, vt alteri detur, debet libere, & pure renuntiare. per gl. hoc dicentem in l. ille autem. ff. de hęred. inſtitu. quia ſub conditione, modo, vel pacto facta, eſt cenſenda ſimoniaca, vt ibi ꝑ eum, facit glo. in cap. vnico, vt eccl. benefi. in verbo ſub modo, quæ dicit, quòd quemadmodum conditio facit ſimoniam, ita etiã & modus: & quòd modus minus obligat, quàm conditio, qa ſi quid relinquitur ſub modo, poteſt illud peti cauendo de adimplendo modum; ſecus eſt ſi ſit ſub conditione relictũ, quia peti non poteſt, niſi conditione exiſtente; quia reſignationes purè & liberè non ſub conditione, aut modo fieri habent. cap. quàm pio. 1. q. 2. cum pridem, de pactis. Federicus de Sen. in tracta. de permuta. benefi. col. 14. num. 66. cap. licet, de rerum permuta. in 6. vbi videtur contrarium, quòd videlicet fiat renuntiatio cum cõditione, quòd fiat permutatio, vt ibi in fi. ſed dic, quòd ibi reſignatio eſt libera, ſine aliqua conditione, id quod apparet per verbum, liberè, & ibi non dicitur quòd ſit facta renuntiatio cum iſta conditione appoſita, ſed quòd fuit reſignatum cum animo, vt permutatio ſequi haberet, & ſortiri effectum, vltra quod potuit etiam reſignans exprimere talem conditionẽ in reſignatione, vt per Imol. in clẽ. vnica, de rer. permuta. quia illa expreſſio non facit renuntiationem conditionalẽ. l. conditiones, quæ extrinſecus. ff. de condit. & demonſtr. declarat & intelligit ita Andreas Gamar. in tract. de permuta. benefic. cap. licet, verſ. 2. oppono. dicit gloſſ. in clemen. prædicta, in glo. ex cauſa, vbi ad literam, quòd cauſa permutationis poteſt exponi in reſignatione, & ſi non exprimatur, idem eſt, ſi cõſtat ex coniecturis, aut præcedentibus geſtis, aut dictis. Imol. ibi in verſic. gloſſa ex cauſa. & hoc ideo eſt, quia eſt à iure permiſſa talis expreſſio in reſignatione, ſtante regula quòd ſemper reſignatio habeat fieri pure. vt ibi per eundem Imol. facit Caſſador. deciſ. 2. tit. de ſimonia vbi quidam Ioannes Mandrical. qui conſtituerat procuratorem ad reſignandum certa beneficia in fauorem Alfonſi, per quod ne dum videbatur expreſſio pura, ſed ad fauorem tertij, non tamen propterea ſimoniacus cẽſetur, nec in eo caſu ſimoniam eſſe commiſſam. & hodie de ſtylo, & de certa ſcientia Papæ, citra vitium ſimoniæ admittuntur reſignationes ad fauorem tertij, eadem met. deciſ. 1. Fel. in cap. ad audientiam. el. 2. de reſcript. vbi dicit, quòd quotidie in manibus Papæ fiunt reſignationes & renuntiationes, cum cõditionibus, aut reſeruantur penſiones ſciente Papa, quod ambæ partes de hoc tractarunt, & de hoc expediuntur literæ. Sed dici poteſt quod in caſu deciſionis ſecundæ, mandatum ad reſignandum in manibus illius canonici, vel collatoris fuit purum, liberum, & ſimplex, abſque aliqua cõditione, vel modo, & licet eſſet idem procurator ad petendum & obtinendum illa beneficia conferri Alfonſo, ex quo talia verba important ſupplicationem, & non neceſſitatem, non propterea mandatum intelligebatur conditionatum, nec ſub modo, aut conditiõe factum, ſed pure & liberè nec enim ibi erat clauſula, aliàs, aliter, nec alio modo, quæ clauſula facit reſignationem conditionalem omnino, & pactum. Caſſador. in d. deciſ. ſecunda. in fine, & permutatio facta pacto præcedente, cenſetur ſimoniaca. cap. maior. de præbend. cap. quæſitum, ca. cum uniuerſorũ. præalleg. cum ibi notatis per Abb. ſed deducitur in pactũ ſemper, quod dicitur in renuntiatione, quòd ad commodum & fauorem talis, nec aliàs renuntiatur beneficium, dicit Innoc. & Abb. in cap. cum pridem, de pact. ſequitur Nic. Boer. in tracta. de poteſt. lega. à latere. q. 1. verſ. & prima videtur, vbi allegat extrauag. Bonifacij. 2. vbi ponit quæſtionem. an reſignatio facta ad utilitatem alicuius, cum clauſula, nec aliter, nec aliàs, ſit cenſenda ſimoniaca. Vnde meritò fuit deciſum, quòd non erat ſimoniaca, & quod de ſtylo Papæ hodie fiunt reſignationes ad fauorem tertij. pariter in ſupplicatione reſignationis nominati, id procedit in reſignationibus, quæ in manibus Papæ fiunt, qui ex certa ſcientia admittendo, videtur excuſare, & omne vitium quod poſſit eſſe, purgare propter auctoritatem quam habet in beneficialibus, in quibus vt ſuprà diximus, poteſt rerum immutare naturam, & de nigro album facere. & de non iure, ius facere, & de illicito licitum, vt d. deciſ. 2. & glo. in c cum pridem. de pact. in illis quæ ſunt de iure poſitiuo, in quibus ſemper excuſat auctoritas Papæ. Innoc. in cap. tua nos, per gl. fi. de ſimonia, & glo. prælegato cap. cum pridem. Secus eſt in reſignationibus, quæ fiunt in manibus ordinarij alicuius inferioris collatoris, in quibus actus reſignationis ſimpliciter, liberè, purè fieri debent, non ad fauorem alterius, neque ſub cõditione, vel modo, cuius authoritas non reperitur quòd in talibus excuſet.

Verùm in contrarium videtur, quòd renuntiatio beneficij ſub ſpe certi ſucceſſoris inducat ſimoniam, per glo. in capit. ex parte, de officio & pot. iud. deleg. quæ aperte dicit, & in terminis noſtris, quòd ſi quis renuntiet beneficio animo quòd alteri conferatur, non aliter tamen reſignaturus, incurrit ſimoniã; ſola enim voluntate committitur, vt ibi per eam.

Sed pro concordatione, & reconciliatione intelligendum puto, iuxta illam diſtinctionem Abb. in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præbẽ. quòd aut beneficia habent in ſe ordinis, & clauium executionem, & altaris habet adminiſtrationem, uel nõ habent, & ſunt tantummodo habentia temporalẽ adminiſtrationẽ, & ſi habẽt, ex quo ordinis & clauiũ executio, altaris adminiſtratio ſunt de iure diuino, vt ꝑ Abb. d loco fuit dictũ ſuprà in qõne præcedenti de Papa in fine qõnis, quia beneficia tali caſu ſunt de ſpũalibus, & de illis, quæ ſunt ꝓhibita, qa ſimoniaca, & de prohibitis à Deo, & de iure diuino in nouo & ueteri teſtõ, tunc dicendũ ꝙ eſt reſignans talia bñficia aĩo & mẽte habẽdi Titium ſucceſſorem, ꝙ ſimoniã mentalẽ incurrat reſignãdo, quia reſignando vt committere in illis, quæ ſunt prohibita quia ſimoniaca, in quibus mentaliter ſimonia committitur, in quibus auctoritas Papæ, nedum alterius inferioris nõ excuſat, ẽt in tali caſu incurrit, immo & ipſe quoque Papa inuolultur conferẽdo, vt per Abb. d. loco. & ca. 1. de ſimonia, & late in ꝑcedenti qõne. Caſſador. d. deciſ. ſecunda. de ſimonia, quia beneficia talia nõ ſunt ex mera conſtitutione Eccleſiæ inſtituta, ſed ex cõſtitutione diuina. Vnde nimirũ ſi in talib. mentaliter cõmittitur ſimonia, & in tali caſu habet locũ gl. in c. ex parte. in ver. dimittere ꝓallegato, prout ipſe ibidẽ de prohibitis, qa ſimoniaca, & de ſimoniacis qa ꝓhibita, bene diſtinguit. ſequit Fely. in c. ad audientiã, el 2. de reſcrip. vbi refert dictũ fratris Nicolai de Auxima, q dicit, qđ circa beneficialia, ſola mẽs non inducit ſimoniã obligata re ad reſtitutionẽ, ſed bene mentalem, q̃ pœnitentia aboletur. c. fi. de ſimonia, cuius dictũ dicit ibi Fel. poſſe ſaluari, ſi intelligat in ſimonia mẽtali circa ꝓhibita. l. diuina in veteri teſtamento, non aũt in ſimpliciter prohibitis cõſtitutione

ne

ne Eccleſiæ,in quibus doctores dicũt ꝙ nullam incurrit ſimoniam.ſequitur Caccialup.in tract.de penſi.19.q.col.2. facit qđ habetur per Archid.in c.ordinationes.1.q.1.ubi dicit,ꝙ ſi quis petat pro ſe aliquam dignitatem, uel beneficium curam animarum annexam habens, committit ſimoniam,etiã ſi ſit idoneus,uti quando quis eligitur,& ordinatur ſuis precibus,ſecus ſi ſit idoneus, & petat ſimplex beneficium non curatum, ſed adminiſtrationem habens tantummodo temporalem, quia ſi indiget pro ſe, poteſt petere, & obtinere ſine ſimonia, vt ibi per eum.

Vel beneficia non ſunt talia, puta, quæ non habeant executionem ordinis,& clauium,vel altaris adminiſtrationem, ſed tantum temporalem adminiſtrationem,quæ cum fit merè inſtituta a iure eccleſiæ iure poſitiuo,ut per Abb.d §.qui verò.c. extirpandæ,de præbẽ. nullam inducunt ſimoniam mentalem, & de iſtis beneficijs,& in caſu iſto loquuntur & habent locum primo loco deducta,& ita intelligit Fel.dictum fratris Nicolai de Auxima,vt per eum d.c.ad audientiam,& per Caccialup.d. loco in principio tertiæ col.& Arch.in c. quicunque 1.q.1.

Sed doctrinam Abba.in d.c.qui verò.§. extirpandæ, & iura
11 per eum in c.ex multis,& alia allegata,quæ intelliguntur & habent locum in Papa,non in alio collatore,intellige,vt habeant locum,& intelligantur, quando pecunia interuenit pro exequutione ordinis,ſecus ſi reſpicit titulum beneficij, prout fuit in c.conſtitutus,de religio.dom.nec in omni collatione beneficij confertur exequutio ordinis,patet,ubi is cui fit collatio, iã exequebatur ordinem,uel quia aliàs beneficiatus,uel quia ordinatus ad titulum patrimonij. per Anan.c.1.7.col. de ſimon. Fel.refert & dicit in c.ad audiẽtiam,el 2.col.2.& 3. uerſi. ꝙ aũt dicta,de reſcrip.ſequitur & tenet hanc reſponſ.ad doctrinam Abb.& ad c.ex multis,& alia per eum iura adducta. Caccialu. in tract.de penſio.q.19.col.1.ubi allegat Anan.c.1.de ſimonia, Doctrina eſt Abb.in c.inquiſitionis,de accuſat.2.col. uerſi.ſed contra hoc.ubi dicit ſecundum Hoſt. ꝙ beneficio ſimoniacè recepto deponitur quis & ab ordine,quando quis dedit pecuniam,ut reciperet ordinem requiſitum in beneficio, & ipſum puto quando eſſet beneficium tale ꝙ non poſſit obtineri niſi per perſonam,quæ actu eſſet præsbyter,uel ſimilium, nam tũc ſimonia eſt cõmiſſa etiam in ordine,ſecus ſi habebat per prius illum ordinem præsbyteralem,& pecuniam dedit, ut haberet beneficium,certe ſimonia non eſt commiſſa,niſi in beneficio.

Verùm quia per ea, quæ ſunt ſupradicta, videtur ꝙ in reſignatione non poſſit apponi aliqua conditio, modus, uel quid aliud ſimile;multa dici poſſunt in contrarium, quia imò quotidie reſignationes fiunt, dummodo reſeruetur penſio Titio, dummodo conferatur Titio beneficium, & ad fauorem cuiuslibet perſonæ reſignanti,bene viſæ,nullo habito reſpectu ad iſtam diſtinctionem ſuper beneficijs cuiuslibet generis, ut per Abb.in c.cum pridem,de pactis,col.ult.& per eundem in c.nõ ſatis,de ſimonia,in 3.q.in qua quærit, quando Cardinalis renuntiat beneficio penſione ſibi reſeruata, vtrum ſit ſimonia, etiam ſi fiat auctoritate Papę?ubi dicit,ꝙ ſi prius non interceſſit pactum priuatum,non eſt ſimonia.c. cum uniuerſorum,de rerum permut.col.1.licet ſecundum ipſum in d. c.non ſatis,ſit cautela,ꝙ Papa faciat Cardinalem renuntiare beneficio,& poſtea certam penſionem beneficio vacanti ſoluendam Cardinali annuatim apponat Io.de Anan.Inn.& Soc.d c. non ſatis, ꝙ renuntiatio prædicta retenta penſione, valet & tenet, quia penſio licite conſtituitur.c.niſi eſſent,de præb.uti penſio ex iuſta cauſa apponitur beneficio, & per dictam concluſionem tenet Io.de Anan.in d.c.ex parte,de officio & pot.iud.deleg. dicens,ꝙ ſi interueniat inter renuntiantem & illũ ad cuius opus
12 dictum beneficium renuntiatur pactum gratuitum,ꝙ non eſt ſimonia:idem tenet Antonius de But.ibi,& Fel.2.col.uerſ.ſubdit ſic,id quod ſecundum Fel.eſt limitatio ad glo.ibi dicentem ꝙ reſignatio habet fieri purè,& ſimpliciter. nam pura, & ſimplex,& libera cenſetur, etiam ſi fiat cum pacto gratuito, quia ex quo eſt gratuita,non eſt ſimonia,& valet reſignatio,vt ampliſſime tenet Fel.d c.ad audientiam. 2. col. cum ſex ſequentibus,de reſcriptis.ubi etiam dicit,ꝙ in foro conſcientiæ, & licita conſcientia poteſt quis renuntiare in manibus Papæ,hac cõditione, ꝙ Papa annuam penſionem per ſucceſſorem de fructibus beneficij reſignati,ſibi perſoluendam conſtituat, etiam ſi ipſe renuntians prius tractaſſet cum amico,cui renuntiat, ꝙ ſi ipſum beneficium a Papa obtineret,ſoluet ei prompte dictã penſionem,licet ille renuntians geſſerit ſemper in animo,ꝙ ille amicus ſtatim habeat ei ſuccedere in beneficio renuntiato, & aliàs non renuntiaſſet,ſi ſecus credidiſſet.nam talis tractatus & talis ſpes ſecundum eum, non inducunt ſimoniam, etiam
13 mentalem,& ita dicit ſe conſuluiſſe, & ſupradictum ſententiã probat iuribus & authoritatibus infinitis, ut ibi per eum. & Oldrad.in conſi.304.col.4.in princ.uerſi.2.dicit, ꝙ ſola porrectio precum in conſanguineo, uel quas porrigit conſanguineus,non inducunt ſimoniam,cum pro digno fiunt, ſed conſtringere ſe ad aliquid dandum,aut remittendum de eo,quod futurum eſſet ſuum ſic,ut colligitur ſecundum eum ex coniũctione legum.C.quæ ſent. ſine appell.l natales. & ff. ad Treb.l. ſeruo.§.cum prætor,iuncta l.2.& 3.in princip.ff.de calumnia. glo.in titulo.de elect.§.ergo enim,in uer.temporalis,& aliàs vt ibi per eum.

Per quæ clariſſime apparet,ꝙ reſignatio pure & ſimpliciter abſque penſione, uel cum retentione penſionis ad opus, ſeu commodum,uel utilitatem alicuius,& non aliter, nec aliàs facta,ualet,& tenet,etiam ſi non dicatur ſub beneplacito,tamen Rom.Pont.qui ſemper ſubintelligitur,quia ſemper ſuperioris
14 auctoritas excepta intelligi debet,c.venientes,de iur.iur.& doctores in l.ſi quis maior,C.de tranſact ſæpe enim contingit ꝙ quis renuntiat beneficio,ut illud amico abſenti conferatur, & ſic aliquam pactionem inter eos præceſſiſſe dici non poteſt, tã reſpectu reſignantis & reſignatarij, quàm ipſius ſuperioris; quia pactio eſt duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus.l.1.in princ. ff. de pact.nam re vera ſi interueniet aliqua priuata pactio, aut promiſſio non gratuita,ſed ſub ſpe aliquid habendi,& recipiendi, vel retinendi beneficium reſignatum, non obſtante renuntiatione,nemini dubium quin ſit ſimonia,
15 quia tunc renuntiatio non eſt libera,quando fit cum pacto,vt quamdiu viueret beneficium retineret, aut aliud emolumentum reciperet.l.1.ff.de donat.c.licet in tua, de rer.permu. lib.6. Facit notabile dictum Baldi in l.1.C.de donat.ante nupt. ubi dicit.ꝙ donator,qui poſſidet,præſumitur actum ſimulate celebrare,quando poſſidet,non mutata cauſa poſſeſſionis, ſed qñ poſſeſſionis eſt mutata cauſa,non præſumitur ſimulatio. idem in beneficio reſignato, quando reſignans non mutata cauſa poſſeſſionis tempore mortis reperitur poſſeſſor.tex.cum glo. in reg.cancellariæ 34. Idem quoque eſt dicendum ꝙ ſit commiſſa ſimonia,quãdo confertur alicui beneficium in recompenſam cum remuneratione alicuius rei,aut ſeruitiorum, ſecundum Inn.in c.tua,de ætat. & qualit. qui pro hoc exclamat contra Epiſcopos & Cardinales conferentes, uel procurantes conferri beneficia ſeruitoribus.ſequitur Ang.in l. ſed etſi lege. §.conſuluit.ff.de petit.hæred.Iaſ.in l.ſi non ſortem. §. libertus, col.4.uerſi.4.effectus.ff.de cond.indeb.& in l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur not. Ang. poſt eum in l.1.C. ad legem Iul.de ambit. quamuis hoc uideatur contra tex.ubi glo.Cynus & Bal. in fin. & Paul.in 3.not.in l.iubemus,in prin.ibi, ad ſeruitium beneficij collati, C. de ſacroſ.eccle. ubi in recompenſationem ſeru.
16 tiorum iuſtorum poteſt alicui conferri beneficium Eccleſiaſticum,& in c.relatum,el 1.§.licet,ibi,uterque confici, de teſtat. Sed dic ꝙ ibi poteſt intelligi de ſeruitoribus eccleſiarum, quibus beneficia uacantia ex ſtatuto, priuilegio, uel conſuetudine,conferri debent,ut in pluribus Eccleſijs regni Franciæ ſeruatur.glo.eſt in c.cum eſſent.in uerſi.promiſerat,quam ſequitur Abb.Io.de Anan.& Fel.de ſimonia.qui dicit ꝙ quis poteſt ſeruire Epiſcopo uel alij ſub ſpe futuræ remunerationis, nec ſimoniam committit in tali ſpe,cum ſine petitione,aut conditione ſeruiat.vide plene per Abb. & alios in c. cũ eſſent. extra de ſimonia,ubi gl.dicit,ꝙ qui dignus eſt poteſt ſperare Epiſcopatum,& ubi eſſet honeſta,& gratuita pactio de renuntiando beneficio ſimpliciter,aut cum reſeruatione penſionis, ne nimium patiatur detrimentum, tunc nulla committitur ſimonia,& maxime cum authoritas p̃p̃ excuſat,& talem renuntiationem omni ſimoniæ ſuſpitione,ac labe carere: facit, ſecundum eũ gl. in c.cum pridem,ubi Bal.Ant.de But.Io. de Imol. Domin.de S.Gemin.de pactis.ſed multi ſunt non intelligentes reſignationes prædicto modo in Romana Curia factas, quia reſignans uel eius procurator ſpecialiter ad reſignandum deputatus renuntiat beneficio ſolùm in manibus p̃p̃, qui nullo ad dictam clauſulam(ſcilicet ad commodum talis &c.) habito reſpectu confert dictum beneficium parti,uel eius procuratori benigne ſupplicanti ſibi conferri beneficium in eius manibus reſignatum,& ſic illa clauſula, ad utilitatem talis, eſt pro
17 non adiecta:tenet hoc Feder.de Sen.in tract.de permut.benefi, q.29.tractatuum mihi vol.4.facit pro hoc,dictum elegans Bartol.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de nou.oper.nunt. dicentis,ꝙ actus ſonans in vitium,& in non vitium, interpretatur in non uitium,vt l.cum actum.iuncta ſua glo.vbi Bart. & Ang.ff. de negot.geſt.& dicit Abb.in c.1.col.ult. de cler.reſiden. ꝙ qñ factum poteſt eſſe bonum & malum, præſumitur in dubio bonum,c.eſtote,de reg.iu.Io.de Anan.& Fel.in c.cum dilecti. de accuſat.quia illa præſumptio prævalet,quæ vitium euitat, c.fi. de reſcrip.Hinc eſt ꝙ in reſignationibus, quæ fiunt coram Papa,procuratores reſignantium ſolent præſtare iuramẽtum, ꝙ fraus,dolus,vis,metus,nec aliqua ſimoniaca conuentio interuenit,quod intelligitur ſecundum Fel.in d.c.ad audientiam,el 2.col.3.de reſcrip.in fine, de conuentione continente plus in dato,vel in dando,quàm contineant literæ Papę,tamen viſa d. clauſula,non poteſt eſſe, uel comprehendi aliqua pactio vel promiſſio de reſignando illicita, ſed ſolum puta reſignationis voluntas & intentio,quia aliud eſt paciſci, & promittere reſignare,& aliud ſimpliciter reſignare,ſecundum Io. de Anan.& Socin.

Source : BIU Cujas

De ſimonia mentali Guliel. Redoani. j. par.

Socin.in c.non ſatis,de ſimonia , quæ voluntas ſeu reſignatio voluntaria,non inducit ſimoniam,c.fi.eod tit tenet gl.in c.ornationes.1.q.1.quæ dicit expreſsè ꝙ renuntiare beneficio,vt alteri detur,non eſt ſimonia,nec ſufficit ſola ſpes, & iſtud eſt de mente omnium doctorum antiquorum & modernorum in locis ſuprà allegatis.Quamobrem dicit Io.de Anan.c.tua nos, de ſimonia.ꝙ quicquid ſit & dicatur,tenendum eſt,ꝙ nunquã ſola voluntas,aut intentio talis reſignantis inducit mentalem ſimoniam in his, quæ prohibita ſunt conſtitutione Eccleſiæ. præterea clauſula illa apponi ſolet imperitia notariorum , vel copiſtarum tales clauſulas iuris non intelligentium,quæ nocere non debet partibus,ſecundum glo.& Salic.ibi in l.fina.C.de fide inſtr.quinimmo dicit Cardinalis Zabarella in conſi.220.in fi.ꝙ renuntiationes fiunt in inſtrumentis cum parua cognitione , & quaſi tabelliones apponunt ex quadam conſuetudine, nec minus latè intelligi debet talis renuntiatio ſecundum eũ: & præfatas clauſulas ex ſtylo ipſorum apponunt,quę nihil operantur.not.Bar.in l.1.in 6.q.ff.de iur.codicil.ubi dicit, ꝙ hodie apponitur clauſula codicillaris ex conſuetudine notariorum, nec teſtatores deliberant quid importet illa clauſula:& ſic nihil operatur,cum non apponatur ex deliberatione teſtatoris, idem Barb conſi.62.col.10 conſi.48.col.8.conſ.58.col.9. uol.j. namque quandoque ſolent apponere , pariter etiam quando fit renuntiatio retenta poſſeſſione,videlicet ſub placito Romani Pontificis,ponẽdo negotium in eius manibus: & iſta clauſula eſt ſingularis,ſecundum Io.de Anan.c.audiuimus, col. 2.de collat.& Felin.d.c.ad audientiam col.4.in principio , de reſcriptis,& tales reſignationes ſtylus Roma.Curiæ approbat,ſecundum Fel.ibi,uerſi.videmus,ubi dicit, ꝙ quotidie fiunt reſignationes in manibus Papæ , & conceduntur reſeruationes penſionum renuntiantibus ſciente Papa , ꝙ de hoc ambæ partes tractauerunt,& expediuntur eis literæ, immo datur eis forma regularum Cancellariæ , præcipue 43. quæ dicit, ꝙ penſionis conceſſio non ualet,niſi de conſenſu illius,qui dictam penſionem ſoluere habeat.Vnde ſecundum Felin.ſi authoritas Papę ſuper hoc non operaretur ſecuritatem in his , etiam in foro conſcientiæ non toleraretur iſta,nec eis formam dediſſent tot Romani Pontifices,quemadmodum dicit ipſe ꝙ fecerũt Martinus V. Eugenius.4.Paulus 2.& alij in conſtitutionibus nouiſſime editis contra ſimoniacos , in quibus oportune prouiderunt circa uarias ſpecies ſimoniæ , & de talibus reſignantibus ad commodum & utilitatem alicuius nihil. Vnde dicit Fel.ꝙ ſtylus prædictus Rom.Curiæ uerſatur pro religioſis,& integerrimis viris,quibus cum onere penſionis prouidet Papa quotidie de beneficijs reſignatis.nam ſi authoritas p̃p̃ non redderet eos tutos,immineret laqueus ualde vniuerſalis,ſed iſta omnia contraria,quæ loquuntur in reſignatione facta in manibus Papæ,non militant in caſu reſignationis,quæ fit in manibus inferioris,in quo eſt diuerſa ratio , quia non admittit reſignationem in fauorem tertij inferior, nec cum conditione aliqua, nec reſeruat penſiones,niſi ex cauſa, & niſi caſu a iure cõceſſo, dicemus infrà in conuentionali de ſimonia, in reſignatione in manibus ordinarii.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non debent conferri ad effectionem. & Simoniacus eſt qui preces effundit pro ſua promotione.& licitè etiam quis dignitates appetit.*

2 *Conſanguineis non debent conferri beneficia.nam conſanguinitas inducit ſuſpitionem.& peccat qui confert beneficia cauſa carnalitatis vel amscitiæ, & committit ſimoniam.& qui dat fructus eccleſiarum conſanguineis, tenetur ad reſtitutionem in foro animæ.*

3 *Quicquid habent clerici pauperum eſt. & ordinator non debet reſpicere ad preces carnales.*

4 *Indignus ſuis precibus ordinatus committit ſimoniam.Sed dignus & egens nõ committit ſimoniam ſi pro ſe impetret beneficium. Secus ſi non egens inſtaret ad dignitatem.*

5 *Conſanguineus egens non indignus in ſimplici beneficio poteſt præferri magis idoneo non egenti ſine ſimonia.nam committitur ſimonia ſi beneficia conferuntur ob humanam gratiam , fauorem vel laudem. & ſi preces carnales ſint pro indigno eſt ſimonia. ſed preces carnales pro digno admittuntur ſi ſuperior habet reſpectuu ad merita,non ad preces, quia eſſet ſimonia .*

6 *Preces ſpirituales admittuntur indiſtincte ſine ſimonia. verum preces pro indigno preſumuntur violentæ & animo obligandi. & preces pro digno ad excludendum magis dignum illicitæ ſunt , & preces ſpirituales non inducunt ſimoniam.*

7 *Committit ſimoniam qui pro indigno porrigit preces de beneficio curato vel ſimplici.& non eſt ſimonia effundere preces pro digno pro beneficio ſimplici & ibi quod conferens cauſa ſanguinis,aut amicitiæ , non committit ſimoniam,niſi ex collatione aliquid bonum in ſe redundet.*

8 *Eſſet ſimoniacus,qui beneficium daret alicui cum pacto,aut intentione,vt ipſe conferentis conſanguineis prouideret.*

An reſignatio facta in manibus inferioris in fauorem tertij, quò ad collarorem inducat Simoniam mentalem? Cap. 26.

DEueniendo ad ſecundum caput quæſtionis, uidelicet ad factũ Epiſcopi,aut alterius collatoris, qui confert aĩo gratificandi,dicimus ꝙ cum beneficia,& eccleſiaſticæ dignitates,non ad affectionẽ, ſed diſcreto iudicio & intuitu ſolius religionis Dei, & Eccleſiæ collocari,& conferri habeant:cap.unico.§.omnibus,vt
1 eccle.benefi.&c.non debent iniuſto cordis amore duci, ſordidis precibus tertij,aut illius,qui ordinatur , aut honoratur fauore,aut affectione carnali Epiſcopus vel collator ad illa conferendum,per tex & ibi glo.in c.unico,vt eccleſ. benefi.ubi gl. in uer.carnalitatem,& preces ſi quis porrigat pro ſe, vt in Prælatum eligatur,ambitioſè facit,& illicite,quia ſimoniacus poteſt dici,qui preces effundit pro ſua promotione. Lud. Rom. conſi.317.niſi tamen deſideraret electionem ,uel dignitatem, vti poſſet prodeſſe proximis, quià fortè non eſſet damnandũ, ut per Abb.in c.per inquiſitionem,uerſi. nota ꝙ ſollicitans,de elect.per tex in c. qui epiſcopatum.8. q. 1. quia licitè etiam põt quis dignitates appetere,gloſſ.in c.ſunt non nulli.1.q.1. Nec ẽt
2 conſanguineis debent conferri beneficia,quia conſanguinitas inducit ſuſpitionem , ꝙ donatio ſit uitioſa.10.q. 2. Epiſcopus. 89.dicentes & alias ut ibi per gloſſ.ubi Abb.in 12.notabili , ubi dicit,ꝙ peccat epiſcopus uel prælatus,qui confert beneficia cã carnalitatis,affectionis,aut amicitiæ, & committit ſimoniam, quia qui dat bona , uel fructus Eccleſiarum conſanguineis tenetur ad reſtitutionem , quia contractat rem alienam inuito
3 domino,quia quicquid habent clerici,pauperum eſt. 16.q.1 c. ult.12.q.2.& qui recipiunt tenentur ad reſtitutionem.2.q.3.per uenit.14.q.6.ſi res,quod tamen procedit ꝙ ad forum conſciẽtiæ,ſecus eſt in foro contentioſo,not.in c.fi.de peculijs clericorum.facit pulchrè glo.in c tua,de ætat.& qualit.in uer.nullum, quæ dicit,ꝙ non debet ille , qui eſt ordinator reſpicere preces carnales,ſed merita tantum modo, & prouidentiam ordinandi.1.q.1.quibuſdam.& 8.q.1.Moyſes,&diſtinguit ibi inter ſuas,
4 & alienas preces.qui ſi quidem ordinatur ſuis precibus , & ſit indignus,& egeat non committit : quod non uideatur feciſſe ſimoniace,ſed indigentia , & neceſſitate ;quia non facit ambitioſè ſi presbyter uel clericus impetret pro ſe beneficium , dicit in terminis glo.in c.ſi ſoli,de conceſſ.præb.lib. 6. ſecus eſt ſi inſtaret de dignitate non egens,quia faceret ambitioſè. Abb. in c.per inquiſitionem,de elect.uerſic.nota ꝙ ſollicitans, quia dicit Io. And.per Hoſt. ꝙ non reprobaret, ſi prælatus conſanguineum egentem non indignum præferret magis idoneo nõ
5 egenti in ſimplici beneficio , cùm & talibus prouidere teneatur.86.diſt.non ſatis.c.1.de cohabit.cler.c.relatum.§. licet, de teſtibus,alias ſi non indiget,licet ſit dignus, eſt ſimonia , quia cũ ob humanam gratiam,uel laudem conferantur beneficia , expetendo nimium fauorem,per quod non gratis conferuntur, committitur ſimonia.c.ſunt nonnulli.c.ſicut is.1.q.1.

Si preces ſunt pro alio , eſt aduertendum , ꝙ uel ſunt carnales,uel ſpirituales:ſi carnales , & ſint pro indigno, ſimonia eſt commiſſa:quia ſuccedunt tales preces loco pretij. ſi pro perſona non indigna , dummodo ſuperior non habeat reſpectum ad preces,ſed ad merita , licite poſſunt admitti ſpirituales , & admittuntur indiſtincte abſque ſimonia, per iura ibi per eandẽ gl.late adducta,ubi plene per Abb.qui magiſtraliter diſtinguit, ꝙ in omnibus caſibus,in quibus eſt certum , ꝙ dederit animo obligandi,eſt ſimonia,uel eſt dubium,&tunc,uel pro indigno, ſi pro indigno,tunc preces præſumuntur uiolentæ , & animo
6 obligandi,& eſt ſimonia,ſi pro digno, aut eſt ad excludendum magis dignum,& magis idoneum,& illicitæ ſunt preces,& poteſt præſumi,ꝙ animo obligandi ; & ſic induceret ſimoniam, ubi eſſet regularis,aut aliàs beneficiatus,aliàs non , quia concurrerent in iure,aut pro digno,non ad excluſionem alterius, & tunc non præſumuntur violentæ,ſed ad excitandum , ꝙ facere debet ſuperior , & non inducunt ſimoniam. preces uerò ſpirituales ſi ſunt licitæ,non vitiant , & non inducunt ſimoniã. ſequitur Ioan.de Sylu.in tracta.de benefi. prima parte. q. 7.vbi dicit,ꝙ ſi quis prælatus confert beneficium eccleſiaſticum,ſeu dignitatem eccleſiaſticam , aut aliquod ſacramentum ad preces alicuius,hac intentione principali,ut eius precibus conferenti,laus,fama,uel fauor acquiratur, aut cõtrarium euitetur, ſimoniam committit, quia cùm ob humanam gratiam , uel laudem conferuntur beneficia,expetendo fauorem,per quod non gratis conferuntur,ſimonia committitur.c.ſunt nonnulli.c.ſicut is 1.q.7.c non ſolum 1.q.1.& ſi preces porrigũtur ab alio pro indigno,de beneficio curato, aut ſimplici, & ille, qui
7 porrigit,& qui exaudit,ſimoniam committit, ſi ad preces factas principaliter mouetur,& pro digno, & ad idoneitatem reſpicitur,non ad preces principaliter, nec rogans nec conferẽs male facit,nec ſimoniam committit.& ſi quis effundat preces de beneficio ſimplici,ſi ſit dignus, non committit , ſi indignus

reputatur

Source : BIU Cujas

reputatur simoniacus, si porrigat pro se pro obtinendo curatum, quantumcunque sit dignus committit simoniam, quia ratione ambitionis, & præsumptionis reputatur indignus, per sanctum Thom. in 4. sent. dist. 25. 2. q. vt latè dicit Io. de Selu. loco præallegato, & quod dr, ꝙ committitur simonia, qñ intuitu sanguinis, aut amicitiæ confertur beneficium & ecclesia, limita, & intellige secundum Alex. de Ales secunda secundæ, & S. Thomam secunda secūdæ, & in quarto quolibet, ꝙ est uerū hoc, quando intendit conferens aliquid bonum in seipso redū dare puta, quia magnificetur, nobilitetur, vel vt faciat sibi aliquam recompensationem huiusmodi, secus si solum intendēs bonum temporale illius, cui datur, & non alterius; quia tunc licet sit graue peccatum, non tamen est simonia, in hoc. 4. munere, & magis placet. de hoc tamen uide Abb in c. tua, de ætat. & qualit. ord. & 1. q. 1. c. si quis, & cap. sunt nonnulli, posset tñ dici, ꝙ tunc etiam esset simoniacus, prælatus quando aliquod beneficium ecclesiasticum daret alicui cum pacto, aut intentione, ut ipse suis consanguineis prouideret. refert Ang. in summa in uer. simonia 5. uertic. vitium solum, a quo abstinere debent, quia quod iustum est, & honestum, exerceri non debet fauore consanguinitatis, aut priuatæ amicitiæ, aliàs quod est iustum & honestum, efficitur iniustum, & inhonestum. Abb. in c. nemo, ult. no. de simonia. uide inf. in conuentionali, in quæstione de precibus simoniacis, & in reali in rubrica, de simonia reali in beneficialibus. §. & non solum.

8

SVMMARIVM.

1 *Quinta species spiritualium.*
2 *Officium clerici & sacerdotis.*
3 *Annexa spiritualibus, alia antecedenter, alia dependenter, alia concomitanter.*

De Simonia mentali in annexis spiritualibus. Cap. 27.

QVinta, quæ ponitur species spiritualiū est illorum, quæ sunt, vel appellantur annexa spiritualibus, & quæ spiritualibus adhærent, prout per Arch. in c. 1. 1. q. 1. post Abb. & Io. And. in cap. consulere. de simonia, qui postquam enumerauit multas species spiritualium, dicit in summa concludendum esse, ꝙ sicut anima viuit secūdum se ipsam, corpus autem uiuit ex unione animæ, ita quædam sunt spiritualia secundum se ipsa, vt sunt sacramenta, & huiusmodi, quædam verò sunt spiritualia, ex eo ꝙ spiritualibus adhærent. & istam conclusionem videtur etiam ponere dominus Ant. de But. in cap. quanto, de iudic. ubi refert Abb. 2. col. subijciens ꝙ tanto magis dicuntur spiritualia isto modo, quanto magis spiritualibus adhærent, refert & sequitur Roch. de Curt in tract. de iur. patr. §. ius, num. 1. col. 1. istorum annexorum multorum ponuntur exempla, vt sunt illa, quæ sunt deputata ad usum spiritualium,
1 vt uasa sacra, uestes sacerdotum, cruces, candelabra, calices, paramenta, & ornamenta Ecclesiarum & altarium, & omnia illa in quibus celebrantur sacrificia, ministrantur ac fiunt diuina, quæ spiritualia participatione dicuntur, quia de consecratione quæ in illis fit, spirituali benedictione participiant, per Arch. c. 1. 1. q. 1. & illa quæ dependent ab officio alicuius perso-
2 næ, puta clerici, ad cuius officium spectat ostia Ecclesiæ claudere, campanas pulsare: item sacerdotis, missas celebrare, diuinas horas & officium sanctum legere, beneficia quæcunque ecclesiastica habere, ius quoque percipiendi decimas, & colligendi quascunque oblationes, & reditus ecclesiæ. Item cimiteria, ius sepulturæ & similia, quæ appellantur spiritualibus annexa, de quibus omnibus pro intelligentia facit tres species Ricard. de Mediauilla super 4. sententiarum. dist. 25. art. 3. uersi. respondeo
3 sic Aut enim inquit est annexum spiritualibus antecedenter, vt ius patronatus, aut dependenter, vt est habere ecclesiam & beneficia ecclesiastica, ius percipiendi decimas, oblationes & primitias, aut concomitanter, veluti est labor annexus spiritualibus, vt est celebrare missas, dicere & legere diuinas horas, de quibus suprà in diuisione spiritualium, suo loco diximus, aut in annexis participatiuo modo, super quibus, & illorum vnaqueque specie est videndum, an mentalis contrahat simonia

SVMMARIVM.

1 *Quare ius patronatus dicatur annexum antecedenter spiritualibus.*
2 *Ius patronatus acquiritur fundanti, construenti, & dotanti. & Ius patr. nō acquiritur, nisi de consensu Episcopi.*
3 *Ius patr. cadit in laicis.*
4 *Ius patron. acquiritur per dotantem ecclesiam, non per donantem ecclesiæ. item acquiritur per præscriptionem. item acquiritur per reparationem. Item per dotationem. & ius patronatus transit ad succedentes ab intestato, & ad extraneos institutos.*
5 *Ratio quare ius patronatus possit vendi cum vniuersitate. patroni possunt paciſci inter se de præsentando alternis vicibus.*
6 *Item venditur, permutatur, & donatur ius patronatus.*
7 *Spiritualibus annexa spiritualia censentur. nam magis dignum trahit ad se minus dignum.*
8 *Spiritualia non præscribuntur. & non recipiunt successionem. & super spiritualibus non fit pactio. & sacra & spiritualia non appretiantur.*
9 *Quod diuini iuris est, nullius est. ubi quod dominium spiritualium & sacrorum est penes Deum. & ibi, quod sicut venditio transfert dominium, ita & permutatio.*
10 *Homines non sunt domini sacrorum. nam deus non dedit facultatem hominibus sacramenta vendendi. & merè spiritualia non possunt possideri. & Ius patr. non emitur sine simonia.*
11 *Emens & vendens simoniam committit, & priuatur iure patro. & ius tale applicatur ecclesiæ. & si venditur ius patr. duplex surgit inconueniens. & ius patr. spirituale censetur. & est ius patr. inuentum a canonibus & iure positiuo.*
12 *Præsentatio & electio sunt substantialia in iure patro. & sunt inuenta a iure positiuo. ubi, quod patroni laici habent quatuor menses ad præsentandum. clerici sex. successio, honor, alimentatio, variatio in iure patr. est de iure positiuo.*
13 *Simonia committitur in iure patronatus.*
14 *Simonia committitur in præsentatione. & ibi, quod institutio respicit beneficium patronatum. & Simonia cadit in institutione. & spiritualitas interuenit in actu præsentationis.*
15 *Electio est fructus iuris eligendi. & si recipit patronus aliquid pro præsentatione, committitur simonia. & si quid detur pro electione, est commissa simonia.*
16 *Si pro uoce, & electione promittitur beneficium, est simonia.*
17 *Est simonia facere pactum, celebrabis hodie pro me, ego cras pro te. & ibi, quod si sit pecunia data uel promissa uni electorum, omnes uitiantur. ubi, quod utile per inutile non vitiatur. & ibi, quod simonia mentalis committitur in illis, quæ habent spiritualitatem a iure diuino.*
18 *Simonia mentalis committitur pro parte præsentati & præsentandi, si beneficium sit curatum, secus si sit simplex beneficium.*

De Simonia mentali in annexis spiritualibus antecedenter. Cap. 28.

ET primò vt de illo, quod est in prima specie, primo loco dicamus, iuspatronatus ideo dicitur annexum antecedenter, quia facit præparamenta
1 ad ius spirituale, idest ad institutionem obtinendā, per Arch. c. 1. q. 1. circa finem. dum dicit, uocatur annexum spirituali, quia ꝙ ad alterum adminiculando est annexum eidem Abb. in c. ad audientiam, el 2. de rescr. in versic. 3. dicit, ubi dicit ꝙ literæ apostolicæ, ut quis de beneficio prouideatur, non tribuunt ius in re uel ad rem, tamen faciunt quoddam ius præparatorium ad beneficium obtinendum, quod est spirituale uel spirituali annexum, prout dicimus in præsentatione patroni, quæ est spirituali annexa, quia parat uiam ad institutionem obtinendam, quæ est quid spirituale. refert Abb. in c. consulere. de simonia, ubi dicit, ꝙ aliqua sunt spiritualibus annexa, quæ sunt ordinata ad spiritualia, inter quæ enumerat iuspatronatus. aliā rationem assignat Baldus in c. quantum de iudic. quia videlicet est annexum ecclesiæ, & adhæret ecclesiæ, quam sequitur Fel. ibi col. 2. refert & sequitur Rochus de Curte in tract. de iu. patr. in uer. ius. col. 2. uersi. contrariam, circa finem, & iuspatr. est annexum spiritualibus in quantum ordinatur ad spiritualia quia ordinatur ad præsentandum clericos ad ecclesiastica beneficia, Sanctus Thom. in q. c. de simonia. §. ad quartum. uersi. quædam autem sunt annexa. alia etiam ratione puto dici, quia cum in fundatione, dotatione, aut constructione iuspatro. non acquiratur, nisi de consensu Episcopi, per Abb. in c. nobis, eodē titulo, & nisi expressè constituatur, fundetur, aut dotetur cum istius iuris reseruatione, videtur quodammodo ius esse prius reseruatum dotanti, & construenti, quàm sit ecclesia ædificata, unde attenta ista ratione, puto posse dici ꝙ sit annexum antedenter, antecedente, & præcedente reseruatione iuris, in ædificatione, & dotatione, quia ædificans ecclesiam, non de consensu Episcopi, & non expressò reseruato iure patronatus, non vr ꝙ per ædificationem ius patronatus acquiratur (quamuis Cæsar Lambertinus in suo tract. de iure patron. in pluribus locis teneat contrarium, ubi vide) cū ad hoc, vt reseruetur, & acquiratur ius patronatus fundanti, construenti, & dotāti, est necesse ꝙ fiat de consensu Episcopi, prout ex diffinitione apparet
2 tradita per Alb. in rub. quia aliter factum non debet tenere, quia cum aliquid certis forma, qualitate, & conditione fieri requiritur, eis non seruatis non debet tenere & ualere, nec rite factum censeri, quia paria sunt non fieri, & fieri prout non decet. l. ex imperfecto. C. de testa. cum similibus.

3 Et cum ius patronatus cadat in laicos, & illius sint laici capaces, c. illud c. quod ante. c. cum laico. de iure patronatus, & possit acquiri per laicum construentem ecclesiam. c. monasteriū. 16. q. 7. habes in rubrica de iur. patron. & consi. 54. 59. Ioan. de Anan. consi. 24. Feder. consi. 111. & 135. Item per dotantem, vt

per

Source : BIU Cujas

per tex. in c. filijs. 16. q. 7. & nota per dotantem, quia per donantem non eſt idem, & Abba. dat cautelam q̃ donet in cauſam
4 dotis, ſi velit acquirere ius patronatus. c. quoniam, de iure patr. Item per fundantem, ideſt per illum, qui fundum & locum vbi eſt fundata & ædificata eccleſia, conceſſit & aſſignauit. c. nobis de iur. patr & per Abb. in rubr. & per tex. in c. Abb. 18. q. 2.

Ac etiam poſſit per præſcriptionem acquiri, ut latè diſputat Paulus de Citadinis in ſuo tract. de iure patro. quando quærit & diſputat, quot modis ius patronatus acquiratur, cauſa quinta, ubi latè. Item & ſi quis ditet eccleſiam. Item & ſi quis reparet, aut reædificet. vt per eundem quarta & tertia cauſa iuris patro. acquir. Item ius patron. ad hæredes etiam ab inteſtato, & etiam ad extraneos inſtitutos, uti res profana tranſmittitur. c. quoniam in quibuſdam, c. 1. & ſecundo, & c. filijs. 16. q. 7. & tam ad maſculos quàm ad fœminas, dummodo ſint hæredes uniuerſales, ut per Abb. in c. 1. & per tex. c. ex literis. de iure patr. & rationem, quare poſſit vendi cum uniuerſitate, aſſignat Abb.
5 in c. de iure co. tit. & per eundem melius in c. q̃ in dubijs, de cõſec. Eccleſiæ uel altar. quia ad hæredes in re particulari inſtitutos non tranſit, immo regulatur ab ipſa hæreditate, tranſeundo ad illam ſemper perſonam ad quam tranſit hæreditas, vt p Abb. & iura, quæ allegat. c. cum ſæculum, eod. tit.

Et plures patroni ſuper tali iure inter ſe poſſunt conuenire, paciſci, pacta & conuentiones inter ſe facere, puta de præſentando alternis uicibus, & ſimilia. per Abb. in c. 1. ac ſi res eſſet
6 profana mere ſæcularis & laicalis. Item venditur & alienatur alienatur alienatione vniuerſali. c. cum ſæculum, eod. tit. Item permutatur. c. nemini regum. 16. q. 7. Item donatione cum cõſenſu Epiſcopi transfertur, c. quod ante, de iure patron. Vnde verſus, iura patronatus tranſire facit nouus hæres, res permutata, donatio, uenditioq;, ut per glo. in d. c. cum ſæculum, & per glo. c. piæ mentis. 16. q. 7.

Verùm cum iſti contractus cadant in iure patronatus, non videtur poſſe dici q̃ ius patronatus ſit uel ſpirituale, aut ſpirituali annexum; quando quidem ſpiritualia aut ſpiritualibus annexa, quæ ratione ſpiritualitatis alicui adhærent, & alicui ſunt annexa, uti ſpiritualia cenſentur. glo. eſt in c. quia clerici. de iur.
7 patro. tex. & Abb. in c quanto, de iud. & c. præterea. de tranſact. quia connexa iudicantur ſecundum naturam ſui ſimplicis magis digni: & magis dignum trahit ad ſe minus dignum. d. cap. quanto. ubi glo. & Abb. prout oleum non conſecratum, ſi adhæreat & miſceatur cum oleo conſecrato, trahitur ab illo, & totum cenſetur conſecratum. Abb. in c. quod in dubijs, de conſec. eccle. uel altar. num. 1. iſtos contractus non patiuntur nec admittunt. Vnde vtique profanum videtur potius ius patronatus Vnde in illo non erit aliqua conſideratio ſimoniæ mentalis, uel aliàs, quæ non cadit niſi in ſpiritualibus, vulgatis iuribus, & totis titulis de ſimonia. quia ſpiritualia modo aliquo non præſcribuntur, uel præſcriptionem patiuntur a laicis, quia nul-
8 la conſuetudo poteſt reddere laicos capaces iuris ſpiritualis, vt per Abb. in c. Meſſana. de elect. in 3. not. etiam ſi eſſet conſuetudo tanti temporis, de cuius initio non ſtaret memoria, latè per Io. Lup. in tract. de liber. eccleſiaſt. q. 6. num. 2, ubi diſputat, an ſpiritualia præſcribantur. Nec minus recipiunt in ſe ſpiritualia ſucceſſionem aliquam, prout euenit in iure patronatus, in quo ſucceditur per extraneos, & per maſculos & fœminas, vt in c. ad extirpandas ſucceſſiones, & c. Michael, de filijs præsb. c. Epiſcopus. cum duob. ſeq. 12. q. 1. cum ſimil.

Nec minus pariter poteſt ſuper ſpiritualibus paciſci, aut cõueniri, quia ſpiritualia non recipiunt uel admittunt in ſe conuentionem, uel pactionem aliquam. c. fi. de pact. per Spec. in §. 1. de pact. minuſque vendi poſſunt ſpiritualia, & ſacra, quia eſt mari aut appretiari non poſſunt, quia æſtimationem non recipiunt, per tex. in l. ſacra, in fin. ff. de rer. diuiſio. Inſt. eod. §. ſacræ §. nullus, ubi dicitur, q̃ illud, quod diuini iuris eſt, id nullius eſt' meritò in illis non cadit emptionis, aut uenditionis cõtractus' quinon ſit ſine pretio, aut pretij conpentione. §. pretium, inſt.' de emp. & uend.

Minuſque permutari aut donari, quia cum iſtorum ſpiritualium, & ſacrarum rerum dominium ſit penes Deum, d. §. nullius, quia ſemel dicatum Deo &c. c. ſemel dicatum, de reg. iur. in 6. & per iſtos contractus permutationis, & donationis regulariter dominium & poſſeſſio transferatur in accipientem rẽ donatam, & permutaram. §. per traditionem. in fi. inſtit. de rer. diuiſio. l. in ædibus. §. fi ff. de donat. & nihil differt permutatio a donatione. l. 1. de contrahen. empt. l. Ariſto. de rer. permutat. & ſicut uenditio dominium transfert, ita & permutatio, per Ioã. Cop. in tract. de fructibus, c. 2. non poteſt ſuper iſtis talis celebrari contractus, cum permutans, uel donans non habeat nec habere poſſit penes ſe dominium aut poſſeſſionem, quia res ſacræ & ſpirituales non ſunt alicuius, niſi Dei, d. §. nullius, nec q̃s poteſt plus iuris, quàm ipſe habeat in alium trãsferre, c nemo poteſt, de reg. iu. in 6. quia homines non ſunt domini ſacrorũ, ſed miniſtri; res autem emi non debent, niſi a dominis, nec eas uendere debent, niſi domini, uel miniſtri a domino authoritatem habentes. Deus autem non dedit poteſtatem hominibus ſacramenta vendendi, quamuis miniſtris eccleſiæ dederit poteſtatem adminiſtrandi; & ideo ſi quis emit ab illis, qui domini
10 non ſunt, & qui res vendere non poſſunt, meritò illicita eſt vẽditio, & emptio execrabilis, per Ricard. de Mediauil. diſtin. 25. art. 3. §. conſequenter, uerſi. reſpondeo. in fi.

Contrarium ad ſupradicta videtur illud, quod traditur per glo in c. quanto, de iudi. quæ dare videtur reg. q̃ illa, quæ non ſunt merè ſpiritualia, ſed ſpiritualibus annexa, quale eſt ius patronatus, poſſunt alaicis poſſideri, quia ſola merè ſpiritualia ſunt, quæ non poſſunt poſſideri, quod uideretur contra illud, quod ſuprà diximus de connexis ſpiritualibus, quæ cenſeri habent uti ſpiritualia, & illius naturæ iudicari habent.

Facit etiam contra, quia ius patronatus non emitur ſine vitio ſimoniæ, & emens, & vẽdens committit ſimoniam, illo priuatur, & applicatur eccleſiæ, cui eſt facta ſimoniaca iniuria, p̃ tex. & ibi gl. in c. quia clerici de iure patr. quamuis per Arch. in c. qui ſtudet. 1. q. 1. dicatur q̃ vendens non amittat, quia iura ſolum contractum annullant, pro quo uide ibi. ſequitur Abb. in c. de iure, eod. tit. vbi dicit, q̃ ſi vẽdatur ius patronatus, duplex
11 ſurgit inconueniens. nam æſtimatur res inæſtimabilis, & committitur ſimonia, quia ſicut committitur ſimonia in merè ſpiritualibus, ita in annexis ſpiritualibus, per iura, quæ ibi allegat. facit quod notat Abb. per illũ tex. in c. ex inſinuatione, primo not. de iur. patro. q̃ ſi quis ius patronatus donat, non liberaliter, ſed pretio & præmio, ſimoniam committit, per iura, quæ ibi allegat, per quæ apparet optimè q̃ in iure patronatus, p̃ut in ſpiritualibus cadere poteſt conſideratio ſimoniæ mentalis, quandoquidem per iura allegata, ius patronatus cum ſpiritualibus annexum vt ſpirituale cenſetur.

Verùm cum ius patronatus ſit adinuentum a canonibus & iure poſitiuo ab illo creatum, & in eſſe deductum, Fel. in tract. quando literæ apoſtolicæ præiudicent patro. in principio non videtur q̃ in illo poſſit committi, aut conſiderari ſimonia mentalis, quæ non cdmmittitur vel conſideratur in illis, quæ ſunt iuris poſitiui, per tex. doctores & glo. in c. fi. de ſimonia, & latè fuit ſuprà in præcedenti dictum. nam præſentatio & electio quæ ſunt in iure patronatus principalia, & ſubſtantialia, & fructus & honor quodammodo iuris patronatus, c. conſultationibus, de iur. patr. per Abb. in c. ex literis uer. nota ulterius, fue-
12 runt inuenta a iure poſitiuo, c. decernimus. 16. q. 7. ubi Epiſcopus in eccleſia patronata non poteſt ſine præſentatione patronorum inſtituere. Abb. in rubrica de iur. patr. & ferè per totũ titulum. Item ex diſpoſitione canonum dantur quatuor menſes laicis patronis ad præſentandum, & ſex clericis aut collegio, cap. 1. de iur. patr. in 6. c. cum propter. c. eam te. cum ibi gl. de iur. patr. extra gl. in c. cum nos, de officio iudicis ordinarij.

Item & ſucceſſio per hæredes, per quos ſucceditur in illo, c. quoniam in quibuſdam, c. 1. & 2. de iur. patro. & c. filijs, 16. q. 7. Item honor & houorificentia conceſſa patronis in præſentando, quia eps ſine pręſentatione patronorum non poteſt aliquẽ in eccleſia patronata inſtituere, cap. decernimus, 16. q. 6. & præ alijs habent honorari patroni in eccleſia patronata, c. nobis, de iure patr. & habent in ea ſedere ante alios, vt per Abb. ibi. Item alimentatio, quæ datur pinguius & delicatius patronis pauperibus, quàm aliis, not. in c. quicũque 16. q. 7. Item uariatio de præ-
13 ſentando conceſſa laicis patronis, per text. in c. paſtoralis. c. cũ ante, de iure patro. eſt prohibita clericis, & collegio patronis, c. cum in cunctis. §. clerici. de electio qui ſi non idoneum primò præſentant, alium non poſſunt præſentare, & ſic non variant, & ex quo non idoneum præſentare defuerunt, peccarunt, puniuntur, & priuantur iure eligendi. Item quia per dotationẽ, fundationem, vel conſtitutionem, ſeu aliàs acquiratur, vulgatis iuribus. Item ratio, quare fuit adinuentum, vt alliciantur homines ad beneficiandum Eccleſijs glo. uer. in capella. c. nobis, de iure patr Arch. in c. hortamur. 71. col. 2. Hugo in c. piæ mentis. 16. q. 7. Gofredus de elect. in c. ſacroſancta, quæ omnia ſunt ſubſtantialia & oſſa patronatus; omnia adinuenta & applicata per ius poſitiuum & canonum iuri patronatui. per quod apparet q̃ ne dum ius ipſum inuentum, & formatum, immo & qualificatum eſt a iure poſitiuo. Vnde meritò mentalis ſimonia non erit in illo conſiderabilis. quæ in illis tantùm, quæ ſunt de iure diuino committitur. facit, quia uitium ſimoniæ in beneficialibus, quæ ſunt de iure poſitiuo, d. c. extirpandæ, eſt vitium de iure poſitiuo, Dec. in cõſi. 141. 1. uol. Reſtaur. Caſtal. in trac. de imperat. ubi multa allegat. q. 120. uer. 282.

In contrarium videtur tex. in c. præterea, de tranſac. ubi aper
14 tiſſimè apparet q̃ in iure patro. ſimonia committitur, idem in tex. in c. ueniens, vbi Abb. in 2. not. & Fel. ibi, de teſtibus. ſequitur Romanus in conſi. 368. per quas doctrinas clariſſime conſtat, q̃ ſi quid detur, aut remittitur patronis pro præſentatione q̃ in vitium ſimoniæ incurritur, & in c. quanto, de iudi. facit quæſtionem Cæſar Lambertinus in ſuo tracta. de iure pat. prima parte. lib. 2. art. 11 an præſentantes, & præſentandus pro præſentatione poſſint committere ſimoniam, vbi dicit, q̃ ſicut

conſi-

Source : BIU Cujas

consideratur simonia in confirmatione,& collatione,quæ respiciunt beneficium electiuum & collatiuum, ita In institutione,quæ respicit beneficij patronati prouisionem, per text.in c. authoritatem,ubi Abb.de instit.& per totum.& ꝙ cadat simonia in institutione,est tex.in c.in tantum. c.non satis, c. audiuimus,c.ut Dei,ubi Abb.de simonia,&quemadmodum donanti ius patronatus, si aliquid detur fit simonia, vt per tex.in c.ex insinuatione,vbi Abb.1.not.de iur.patr.eoque magis est dicendum,ꝙ in præsentatione possit committi simonia, quàm in donatione iuris patronatus,ex quo maior spiritualitas interuenit in actu præsentationis,qui dirigitur in clericum, & sic personã Ecclesiasticam,& non potest dirigi in laicum,quàm in iure patronatus,quod possidetur a laicis, & alias vt ibi per eum: & sicut cadit in electione,quæ est fructus iuris eligendi,ita pari mõ committitur in præsentatione, quæ est fructus iuris patronatus spiritualis; quia non debet aliquid recipere patronus pro præsentatione,& si receperit,erit commissa simonia,latè per eũdem Lambertin.secunda parte.2.lib.3.art.11.q. princ.pali secũdæ partis.2 lib.ubi multa doctè & copiosè adducit.facit, quia si quid detur pro electione ab electo,aut illius parte,aut de illius uoluntate,committit simoniam,tex.est in cap.de hoc de simonia,& c.Matthæus,ubi pulcrè per Abb. & est põderandus tex. d.c.de hoc,vbi per episcopum exouien. fuit promissum vni ex electoribus dare Archidiaconatum,alteri priorat um,& sic res spiritualis pro spirituali pro voce & electione, nihilominus licet pro spirituali spirituale sit promissum, & non temporale,vt regulariter requiritur,ad hoc,vt esse facta intelligatur simonia c.cum essent,c.quærelam c.ex diligenti de simonia.per Abb.c. consulere,de simonia,vbi dicit,ꝙ simonia contrahitur, quando tẽporale pro spirituali dat,ubi nõ est, neq; intelligitur simonia.c.ad quæstiones & ibi glo.de rer.permut. Abb. in c.statuimus de transac.in 3 not.in c.nemo.eod.tit.Ange. in summa in uer.simonia,primo uersi. utrum sola, contracta nihilominus esse intelligitur simonia, ut per illum tex. & spirituale pro spirituali,licitè exigitur & datur,vti vnus celebret missam pro alio, & è conuerso, nisi interueniat pactum, quia talis interuentus pacti,aut conditionis vitiat,quia in talibus nulla potest interuenire pactio & conuentio.c.tua nobis, de simonia, refert Ang. in summa in uer.2.uersi quartusdecimus. Immo plus,ꝙ si pecunia vel data sit,vel promissa vni ex electoribus,omnia vitiantur,& tota electio, & totus actus ex vnius prauitate inficiatus est,latè per Abb.in c.nobis,de simonia,& sic est contra regulã, vtile per inutile non vitiatur,ꝙ est in odium simoniæ.

Verùm non est meo iudicio simpliciter hoc ita intelligendum,sed potius iuxta illam magistralem doctrinam, & distinctionem Abb.in c.extirpandæ.§.si verò.de præbẽ. a qua in hoc casu non recedere,immo illi, vti faciunt Bononien. Carotio, adhærere,& insistere debemus,quia cum,vti suprà satis fuit dictum,simonia mentalis committitur in spiritualibus, quæ habent spiritualitatem a iure diuino,& quæ sunt prohibita, quia simoniaca, in quibus mentalis propriè committitur.latè per Alber.in dictionario,in uersi.simonia, additio. tertia non quæ sunt de iure Ecclesiæ,est uidendum, & distinguendum de quo beneficio,& de quali ecclesia intelligamus,quia si de beneficio curato &c.ꝙ habeat ordinis exequutionem,clauium, & altaris administrationem,si præsentandus pro obtinenda præsentatione a patrono habet in animo,in recompensam, pecuniam, uel quid temporale dare patrono,& dat, & in aliquo illum ob tale seruitium recognoscit,animum ad hoc intentum a principio habẽs,vel patronus pro tali seruitio præsentationis habuit in animo & sperauit aliquid temporale consequi a præsentando,aliter forsan non præsentaturus,tunc assequuto illo temporali,uel dato,nemini dubium puto,ꝙ tam a patrono præsentãte,quàm a præsentando, vel præsentato, erit commissa simonia mentalis, quia hoc non est de prohibitis a Principe, sed a Deo:& de prohibitis,quia simoniaca, in quibus sola voluntas & sola animi intentio sufficit ad inducendum simoniam,glo.in c.ex parte,de off.& potestate iud.deleg.tex.in c.Saluator. 1.q.3. Abb.in c.1.de simonia,& Fel.in c.fi eo.Si vero intelligamus de beneficio quod non habeat ordinis & clauium exequutionẽ, nec altaris administrationem, sed tantummodo temporalem iurisdictionem,erit secus, quia ibi committere simoniam non est,nisi contrafacere constitutioni ecclesiæ: & ubi non committitur,nisi in illis,quæ sunt simoniaca,quia prohibita, introducta de iure positiuo,& constitutione ecclesiastica, ibi commissum delictum,deletur sola animi pœnitentia, per loca prælleg & per tex.& ibi Doct c.fi.de simonia,& Abb.d.c.extirpandæ §.qui verò,circa finem.& per istam distinctionem Abb. puto rem esse claram.& si ius patronatus possideatur a laicis, habeant in illo successionem,honorem, alimenta, possint super illo pacisci,& illud vendere,idest licitum, quia ecclesia permittente id facere licet,ut dictis iuribus superius pro cõtrario adductis, secus esset si se extenderent laici ad vltra sibi concessa, quia tunc non esset licitum,uide dicta suprà in rubr.de simonia mentali in collatione beneficiorũ p Papam.§.sed hæc intellige.

SVMMARIVM.

1 *Annexa spiritualibus dependenter quæ sint. & ad quid sint ordinata beneficia ecclesiastica.*
2 *Annexa spiritualibus concomitanter, spiritualia participatiuè.*
3 *Papa usque ad animam & sanguinem defendit ius diuinum. & est sub iure diuino.*
4 *Papa disponit circa remissionem decimarum in parte,ubi,quod simonia nõ cadit in illis,quæ sunt de iure positiuo.*
5 *Fructus beneficiorum locantur ad 9. annos sine licentia superioris. & rector ecclesiæ locare potest fructus pro tempore vitæ suæ.*
6 *Fructus beneficiorum uenduntur,non sunt adiuncti sacris. & non est simoniacum uendere fructus beneficij pro toto tempore uitæ.*
7 *Fructus ecclesiæ possunt etiam proijci.et ibi,quod decimæ debentur clericis pro cultu diuino.et sunt institutæ de iure diuino.*
8 *Decimas sibi Deus reseruauit. et non soluens decimas est reus homicidiorũ hominum,qui fame pereunt.*
9 *Fructus beneficij sunt liberè ad dispositionem prælati.ubi,quod ius decimarum non venditur,quia spirituale est.*
10 *Casus,in quibus Papa dispensat contra ius diuinum.*
11 *Clericatus,acolitatus,diaconatus &c.veniunt a iure positiuo.& sacerdos sine simonia locat operas suas.*
12 *Potest dari sacerdoti pro missæ celebratione sine simonia.& põt fieri compulsio ad dandum aliquid pro mortuarijs. & populus potest cogi prouidere sacerdoti necessaria si aliunde habere non valet.*
13 *Episcopus tenetur prouidere sacerdoti,quem consecrauit. & laici tenẽtur seruare pias consuetudines.& vendere aquam vel panem benedictum,est simonia.& licite datur pecunia pro ieiunio sine simonia. & lex Iulia de ambitu,non habet locum in Vrbe.& est licitum dare aliquid pauperi pro oratione ad excitandum.*
14 *Vxor Hieroboam attulit panem Prophetæ Heliæ. quia celebrantibus diuinas laudes datur aliquid sine simonia.ubi,quod prophetæ vet eris testamẽti respuebant oblata.& intendens uendere prophetiam, committit simoniam mentalem.*
15 *Prædicantibus aliquid datur sine simonia.& pro celebratione officij diuini,siue pro uiuis,siue pro mortuis,licite datur.& pro processionibus licite & sine simonia datur.& ibi,quod Prædicans cum intentione assequendi laudem,fauorem popularem vel pecuniam,simoniam committit mentalem.*
16 *Qui uadit ad horas in choro animo lucrandi, committit mentalem simoniam.item qui tali intentione missam celebrat.*
17 *Ecclesia tenetur celebrare pro illis,pro quibus datur. & non licet pacisci pro anniuersario celebrando.*
18 *Non potest aliquid exigi pro absolutione: idem de suspensione, & interdicto.*
19 *Claudere ostia non est sacri muneris.& uendere officium est simonia, non autem uendere reditus.& si officium habet administrationem temporalẽ, nulla committitur in eo simonia.secus si habeat spiritualem.*

De Simonia mentali in annexis spiritualibus consequenter & dependenter, & concomitanter. Cap. 29.

EStmodò videndum, an committatur simonia mentalis in annexis spiritualibus consequenter quæ & dependenter annexa vocantur, qualia sunt, quæ dependere videntur ab ordine clericatus, & non competunt,nisi habenti ordinem clericatus, per Sanctum Thom.se-
1 cunda secundæ.q.c.de simonia,uersi.ad quartum, per Ang.in summa,in ver. simonia, primo uersi. quid dicitur dependere, veluti est habere ecclesiam,& beneficium ecclesiasticum, aut præbendam,ius accipiendi decimas, oblationes & primitias, prouentus,ratione canoniæ,aut ratione prælaturæ, per Gofr. relat.per Host in summa.tit.de simonia: & omnia ecclesiastica beneficia,quæ dicuntur etiam spiritualia ordinatione, quia ordinantur ad aliquid spirituale, quia ordinantur vt ministri ecclesiæ his sustentati,spiritualibus intendere ualeant,vt sunt præmia ad aliquod spirituale.Arch.c.1.1.q.1. & dicuntur dependere a spiritualibus,quia non competunt nisi clericis propter cultum diuinum,& nisi sit clericus, illa consequi & habere regulariter nemo potest,per Thom.secunda secundę.q.c.de simonia. §.ad quartum.

2 Et incommitanter,veluti est labor annexus spiritualibus officijs,puta,celebrandi missam,sacerdoti dicendi & legendi horas diuinas,& officium diuinum. Item quæ competunt facere Exorcistæ,clerico,acolito,diacono,præsbytero, ratione eorũ officij clericalis & dignitatis,ueluti claudere ostia, pulsare cãpanas & similia &c.

Et in illis quæ sunt annexa sacramentis & consecrationi,veluti sunt cimiteria ecclesiæ,ius sepulturæ.c.ecclesias.13.q.1. ius primo genituræ antiquitus.Item uasa sacra, vestes sacerdotales,calices,cruces,candelabra,paramenta, & ornamenta altaris,ad altaria & sacrificia deputata,& omne illud, in quo sacramenta,& spiritualia ministrantur,quæ vocantur etiam spiritualia participatiuè,quia de consecratione quæ sit spirituali benedictione

Source : BIU Cujas

dictione participant. Arch. in c. 1. 1. q. 1. in quibus & ſuper, quibus eſt videndum an cadat mentalis ſimoniæ vitium.

Et circa illud, q̃ habere eccleſiam, & beneficium ſit annexũ & dependens a ſpiritualibus &c. & an in eo capite, & quomodo ſimonia mentalis committatur, ſiue committi poſſit, ſufficient dicta in proxime præcedẽti quæſtione, inci. vnde hic poſſet quæri. & iuxta diſtinctionem in ea factam de beneficio & eccleſia, quæ habeat in ſe ordinis & clauium exequutionem, & altaris adminiſtrationem, & de beneficio temporali, & ſimplici, quod tantummodo temporalem habeat adminiſtrationẽ, quia ſi ſimus in primo caſu, committi poteſt ſimonia mentalis, in alio autem & ſecundo caſu, non eſt illius aliqua conſideratio, quia tantummodo habet temporalem adminiſtrationem, in qua tale vitium mentale non perpetratur, per late ſuperius adducta.

Quò ad verò ius percipiendi decimas, oblationes, & primitias, prouentus canoniæ & prælaturæ &c. & quò ad laborem, qui eſt annexus concomitanter ſpiritualibus officijs, puta, celebrandi miſſam, diuinum officium dicendi, oſtia claudendi, cãpanas pulſandi &c. nec non quò ad annexa quæ ſunt de ſpiritualibus participatiue, veluti ſunt cimiteria, ius ſepulturæ, ſacra uaſa, ueſtes, paramenta, & ſimilia, non videtur modo aliquo circa illa conſiderabilis ratio ſimoniæ alicuius mentalis.

Nam primò decimæ locantur, & in locationis contractum quotidie ius colligendi decimas cadit, ſicuti dicitur, in c. veſtra extra de locat. & conduct. ueſtrarum decimarum prouentus illis libere locare poteritis, cum quibus eccleſiæ veſtræ conditionem poteritis facere meliorem, & in annuum cenſum, etiã perſonis laicis, ut per Abb. ibi, & q̃ poteſt locari, poteſt & uendi, quia natura iſtorum duorum contractuum inter ſe adeò eſt ſimillima q̃ vna ferè cenſetur, inſti. de locat. & cond. in princ. Vnde ſi cadunt ſub iſtis contractibus, & ſint iſto modo pretio interueniente, prout in contractibus huiuſmodi interuenit iure permittente, contractabilia, non videtur, q̃ in illis conſiderari poſſit ſimonia modo aliquo.

Facit quia decimæ non videntur eſſe introductæ de iure diuino, ſed de iure poſitiuo, ex eo quia Papa, qui regulariter in
3 ius diuinum manum immittere non ſolet, quia Papa non diſpenſat contra præceptum diuinę legis, quam uſque ad animam, & ſanguinem defendere debet. gl. in c. a nobis, de ſimonia, ſuam facultatem & auctoritatem circa ius poſitiuum exercere ſolitus, c. propoſuit, & ibi glo. de conceſſ. præb cum ſimilibus, Fel. in c. ad audientiam, el 2. de reſcrip. Caſſador. deciſ. 2. de ſimonia, quia non eſt ſupra illud, veluti eſt ſupra ius poſitiuũ, immo ueluti cæteri Chriſtiani ſub illo eſt, & illi obedire tenet, c. ſunt quidam 27. q. 1. Abb. in cap. extirpaudæ. §. qui uerò, circa finem, de præb. ſuper decimis circa illarum remiſſionem diſpo
4 nit, c a nobis, c ex parte. c. ſeq. de decimis, & c gl. in c. propoſuit, de conceſ. præb. per Alex cõſi. 249. inci. pro inueſtigatione, col. 3. uerſi. 4. etiam. 3. uol. & in iure poſitiuo non cadit nec admitti tur ſimonia mentalis, c. fi. & ibi doct. c. tua nos, de ſimonia. quæ in illis tantùm quæ ſunt de iure diuino introducta, committi ſolet, ut per Ang in ſumma in uer. ſimonia, primo. uerſi. utrũ ſola, & late diximus ſuprà, per Alber. in dictionario, in verbo ſimonia, addat 3.

Idem quoque eſt dicendum de prouentibus canoniæ, & fructibus, obuentionibus, & oblationibus prælaturæ & beneficiorum, qui poſſunt locari per prælatum & beneficiatum, etiam ſine licentia ſuperioris uſque ad nouem annos, etiam q̃ Epi-
5 ſcopi ſtatutum eſſet in contrarium. per Abb. in c. ueſtra, prælegato, de locat. & conduct. per illum tex. & per tex. & ibi glo. in cle. 1 de reb. Eccleſiæ non alien. & fructus eccleſiarum ſub annuo cenſu conceduntur, & rector eccleſiarum poteſt eccleſiarum ſuarum fructus, & omnes ſubuentiones, uſque ad 7. annos locare etiam non interueniente auctoritate alicuius ſuperioris, tex. eſt. & ibi Abb. in cap. quærelam ne prælat. uic. ſuas, in prin. & etiam pro toto tempore vitæ ſuæ rector fructus locat, vt per gl. 2 ibidem, quæ quotidie ſolet allegari, Fed. de Sen. cõſ. 50. Hoſt. in ſumma de his quæ fiunt a prælat. §. fi.

6 Item & uendi poſſunt fructus beneficiorum, not. in c. fin. ne præla. uic. ſuas, in cle 1. de rebus eccleſ. latè per Ioan. de Sylu. in tract. de beneficio. q. 7. 1. parte in principio, nu. 2. & fructus percipiendos ex prebendis, & beneficijs emere licet, quia non ſunt ſacris adiuncti beneficijs, cum etiam a laicis haberi poſſint, vti habetur per Præpoſitum in c. ſed adhuc. 1. q. 1. col. 1. in principio, maximè qnia non ſunt ſpiritualitati annexa, ut inquit ibidem Arch immo nec eſt ſimoniacum uendere illos pro toto tempore vitæ ſuæ, ut ibidem concluditur per eundem Præpoſitum d. c. ſed adhuc. col. 2 in fi. licet tamen id facere non ſit honeſtum, c. 1. de reb eccleſi. non alienan. not. Bart. in l. codicillis. § fi. ff. de leg. 2 refert Gigas in tracta. de penſi. q. 87. num. 2. & num. 4. & fructus eccleſiæ poſſunt vendi vel proijci, nec de eis eſt aliqua conſideratio. gloſſ. eſt in ſumma. 1. quæſtio. 1. circa medium.

7 Verum tex. expreſſus eſſe videtur in contrarium in cap. præsbyter. 1. q. 1. ubi dicitur, q̃ eccleſiam, altare, & decimas, & Spiritum ſanctum emere & vendere ſimoniacam ſapit hæreſim, id quod etiam videtur rationabile, quia cùm decimæ ſint annexæ ſpiritualibus, quia debentur clericis pro cultu diuino, cap. tua nos, extra de decimis & obla. non debent poſſe vendi uel alienari. Et facit, quia decimæ ſunt inſtitutę de iure diuino, per tex. c. tua nos, eod. ibi, neminem poteſt a decimarum ſolutione eximere, quæ diuina conſtitutione debentur. Guido Papa deciſi. 284. immo decimas Deus Optimus Maximus videtur ſibi re-
8 ſeruaſſe ab hominibus in ſignum dominij vniuerſalis, c. decimæ. 16. q. 1. gl. in c. a nobis, de decim. & obla. Deus enim noſter qui dignatus eſt totum dare, decimam a nobis dignatus eſt accipere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam, & non ſoluens decimam Deo, iuſtiſſima conſuetudine ad decimam reuocatur, & non ſoluens decimas tenetur reus homicidiorum hominum, qui fame pereũt. & decimæ ſunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, & tributa egentium animarum, & ſunt de lege naturali, vti de Abraam. & Iacob. c. decimas a populo. 16. q. 1. ubi ſacerdotibus, & leuitis a populo decimæ reddi debent ex ſanctione diuinæ legis. Itẽ & lege prophetica. c. reuertimini, 16. q. 1. quia mihi non redidiſtis decimas & primitias, idcirco in penuria & fame maledicti eſtis, & me vos fraudaſtis, & ſupplantaſtis, ecce annus expletus eſt, & nihil in meos theſauros, ſed in veſtra horrea comportaſtis, & pro decimis & primitijs, quæ parua erant, ubertatem poſſeſſionũ ueſtrarum, & omnem frugum abundantiam perdidiſtis, vt ibidem. Item decimæ ſunt ex lege canonica. c. 1. 16. q 7. & eſt cib. qui manducatur in domo domini, d. c. reuertimini, ibi, & habebunt ſacerdotes, & leuitæ, qui mihi miniſtrant cibos. Vnde his attentis, per quæ conſtat q̃ decimę ſunt de iure diuino, & ſic de illis quæ ſunt prohibita de iure diuino, & prohibita quia ſimoniaca, videtur optimè, q̃ in decimis, & circa decimas poſſet cadere & committi ſimonia mẽtalis, per Abb. in c. 1. & fi. de ſimonia. Sed intelligendum eſt, q̃ ſi fructus decimarum, & fructuũ beneficiorum, aut illorum alienatio ſit facta, q̃ bene & licitè facta intelligatur, & bene & licitè fieri poſſit, quia ſuper fructus
9 qui libere ſunt ad diſpoſitionem prælati, & qui vendi, & proijci poſſunt licitè, vt ſuprà fuit dictum, poteſt licitè cuiuslibet generis fieri pactio & conuentio, quo caſu procedunt primò deducta.

Sed aliud eſt ius ipſum percipiendi & colligendi decimas, quia ſi vendatur ius decimas percipiendi, & fructus beneficiorum, quod nihil aliud eſt quàm vendere eccleſiam cui fructus debentur, id fieri non poteſt ſine ſimonia, quia ſpirituale eſt & de iure diuino. Cùm ius decimarum non vendatur, ex quo eſt ſpirituale, c. 1. de iure patr. & c. de iure, & de ſimonia, c. quærelam, gl. eſt in c. fi. de loc. & cond. in uer. ſtatuto, & ita intelligit tex. in c. præsbyter. præallegato, vbi vendere eccleſiam & decimas prohibetur. Sequitur Ricard de Mediaui. diſt. 25. art. 3. §. 3. per totum, nec obſtat, q̃ Papa ſuper decimis diſponat, licèt ſit de iure diuino, quia per tex. d. c. a nobis, non dat Papa alicui facultatem non dandi aut non ſoluendi decimas, ſed concedit adminiſtrationem decimarum tantùm, ut inde ſuſcipiat ſuſtentationem, & reſiduum conuertat in vſus pauperum, vt per gl.
10 ibi, & ideſt inter caſus, in quibus Papa contra ius diuinum diſpenſat enumeratos per gl. in c. propoſuit, de conceſſ. præb. in uer. ſupra ius & de obuentionibus & oblationibus, an locari & concedi etiam laicis poſſint, videt q̃ ſic, dummodo laicus deputet clericum pro illis recolligendis, quia ipſe præſumptuosè nõ poſſet accedere ad altare, quãdo fiunt oblationes defunctorum, aut huiuſmodi, quia nihil ſpiritualitatis debet attingere laicus, per Abb. in c. fi. ne præla. uic. ſuas, & q̃ obuentionum Eccleſiaſticarum laicus poſſit eſſe collector, tenet Roman. in conſi. 267.

Et in annexis ſpiritualibus concomitanter, prout in laboribus competentibus alicui ratione ſui officij, puta clericatus, pulſandi campanas, claudendi oſtia, præsbyteri dicendi miſſas, & diuinas horas, & officium ſanctum legendi, & huiuſmodi. Ac in participantibus de ſpiritualitate ratione conſecrationis aut aliàs, prout in cimiterijs, uaſibus ſacris, & ſimilibus, calicibus, crucibus, candelabris ueſtibus, paramentis, & ornamentis, non videtur pari modo conſiderabile vitium ſimoniæ mẽtalis, quia conſiderato primo, q̃ nomen & origo clericatus, presbyteratus, diaconatus, acoliratus, & aliorum ſacrorum or
11 dinum, emanauit & uenit ex diſpoſitione iuris poſitiui, & conſtitutione eccleſiæ, vti latè per tex. in c. illud. cum capitulis ſeq. 77. diſt. per totum, c. a ſubdiacono. 93. diſt. ubi ponitur, cui præsbyter cui diaconus, cui acolitus, & alij ordines inter ſe in eccleſia ſeruire habeant, & obſequium præſtare. Eſt etiam dicendum, q̃ labor & officium quod cuilibet iſtorum ordinum fuit aſſignatum & competenter datum emanauerit, & prouenerit ex fonte dicti iuris poſitiui, & ex ordinatione eccleſiæ, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, de reg iur. acceſſorium. idque ex eo confirmari poſſe videtur, quia videtur operas ſuas locare poſſe ſacerdos, canonum, & conſtitutionum

Eccleſiæ

Source : BIU Cujas

Ecclesiæ dispositione permittente,gl.est in c. præcipimus 21.q. 2.Abb.in c.ad nostram,de simonia,& in c.quoniam.ne prelat. uices suas,& in c.suam.in fi.de simonia,qui hoc extendit etiam ad sacerdotem non extraneum,etiam ad non pauperem,imo ad abundantem,ut ibi per eum in fin.facit tex.in c fi.ne præla. uices suas.Facit,quia aliquid potest dari sacerdoti pro missæ ce lebratione,& pro diuino officio ratione suæ sustentationis, vt per Augustinum, Accipiant sustentationem suæ necessitatis a populo,mercedem suæ ministrationis a Deo.per glo. in c.signi ficatum.de præb.gl.in c.suam,de simonia,glo.& Abb. in c.abo lendæ,de sepult.immo pro mortuarijs ad aliquod dandum sa cerdoti potest fieri compulsio,c.ad apostolicam, de simonia.
12 concordat.l.priuilegia,C.de sacrosan.eccl. Summa syluestrina, in uerbo simonia,mihi col.11.uersi.tertiam pro celebratione, per Host.Gofred.& Inn.in c.quoniam,ne præla.vic. suas,uelu tidicitur de Prophetis antiquitus, qui pro prophetia accipie bant sustentationem suam ab hominibus, ut latè diximus supra in quæstione inci.& incipiendo a baptismo, per totam illã quæstionem.

Immo si sacerdos parochialis non habet sumptus necessa rios, si non potest aliunde sibi victum & necessaria quærere, puta,scribendo,pueros docendo, uel alijs modis, quibus me diãtibus suprà in præallegata quæstione de baptismo diximus, licere sacerdoti sibi uictum quærere,quo casu Episcopus, qui illum consecrauit,& ad ordines promouit, tenetur ei prouide re, populus potest ab eo compelli ad dandum sibi pro uictu necessaria,glo.est bona in c.omnis Christianus, de consecra. dist.1.quæ dicit,q subtrahere potest sacramenta, & spiritualia populo,nisi oblationem faciat. & secundum hanc distinctio-
13 nem intelligere debemus glo.& tex.in c.precipimus. 21.q 2.se cundum Ang.in summa in uerbo simonia,secundo. uersi.sed si sacerdos, quia laici possunt compelli ad obseruandas pias & laudabiles consuetudines,si quę sunt pro receptione aliquorũ sacramentorum,& multa honeste recipiuntur, quæ inhoneste petuntur,per iura quæ adducit gl.c.fi.in uer.exigere.de sepult. c.ad apostolicam.de simonia, & præsbyter qui vendit officiũ portandi aquam benedictam,aut panem benedictum,quia re ceptione talium confertur remissio peccatorum uenialium, per Alex.& Rodonẽ, allegatum per Ang in summa in uerbo simonia.3.uersi.circa officium.facit,quia licite pro ieiunio pe cunia potest dari,per gl.in c.præsbyter.80. dist.in uer. denariũ, quæ dicit q pro ieiunio potest dari denarium, nec committi tur simonia,quia cum Deo videtur dans contrahere, sicut nec lex iulia de ambitu habet locum in Romana ciuitate,refert Io. de Sylu.in tract.de beneficio.q.7.parte.1.col.8.uersi.2.quia.Itẽ videtur licitum dari aliquid pro eleemosyna pauperibus ad in ducendum eos & excitandum ad orandum pro benefactori bus suis,ex ipsis eleemosynis ad emendum orationes,psalteria, & huiusmodi.unde sapiens. Absconde eleemosynam in sinu pauperis,& ipse orabit pro te.Sanctus Thom.q c. de simonia, uersi.ad tertium.Item pro prædicatione possunt accipi stipen dia temporalia, vt per Apostolum prima ad Corinthios 9. Si nos vobis spiritualia seminamus, non magnum est si carnalia vestra metamus.Item pro prophetia,quæ res est spiritualis, videtur q offerebantur,& accipiebantur dona, uti habetur ter tio Reg.14.de vxore Hieroboam, quæ attulit ad Heliam pro phetam decem panes & crustulam,& vas mellis,quando venit
14 ab eo quærere responsum domini. Item celebrãtibus diuinas laudes in Ecclesiastico officio & processiones facientibus, ali quid licite datur, & quandoque annui reditus assignantur.S. Thom.q.c.de simonia,uersi.ad tertium. Sed intellige q non li cet pro actu prophetandi, pecuniam quasi pretium dare vel accipere,quia existente prophetia re spirituali,vt per S.Thom. d.uersi.ad tertium,esset commissa simonia,vulgatis iuribus. Vn de prophetæ veteris testamenti, etiam sponte oblata respue bant,ne vendere viderentur prophetiam, & si accipiebant ali quando,ad ipsorum sust entationem accipiebant. c. iudices. 1. q.1.Archiep.Flor.in 2.partæ suæ summæ.tit.1.c.quinto.§.17.Vn de si quis prophetat,animum intendendo pro prophetia ad lu crum,aut temporale quid percipiendum, nemini est dubium q simonia mentalis est ab eo commissa,assequuto illo tempo rali,aut pretio desiderato,quemadmodum,& pauperibus non est danda eleemosyna pro oratione ab eis fienda, tanquam ex eleemosyna quis intendat emere orationem eorum, sed per gratuitum beneficium debet intendere, & animos prouoca re pauperum,ad hoc,q gratis,& ex charitate ad orandum pro cedant,per S.Thom.præallegato loco,& per Ricard.distin.25. art.3.

Et prædicantibus etiam temporalia debentur ad eorum su
15 stentationem, non autem ad emendum prædicationis verbũ, vnde super illud primo ad Timothe.5.qui bene prę sunt præsby teri &c.& dicit glo.necessitatis est accipere,vnde viuitur, cha ritatis est præbere,non tamen uenale est euangelium, ut pro his prædicetur,si enim sic vendunt,magnam rem uili uendunt pretio.

Similiter si aliqua dentur temporalia Deum laudantibus in celebratione ecclesiastici & diuini officij pro viuis, siue pro mortuis,id videtur licitum,non quasi in pretium, sed quasi sus tentationis stipendium. Et eo etiam modo, pro processionibus faciendis in aliquo funere,aliquæ eleemosynæ recipiũtur, si autem huiusmodi pacto aliquo interueniente fiant, aut etiã cum intentione emptionis, aut venditionis, simoniaca esset, vnde esset illicita ordinatio,si in aliqua Ecclesia statueretur, q non fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certã quã titatem pecuniæ;quia per tale statutum præcluderetur uia gra tis officium pietatis aliquibus impendendi; magis autem lici ta esset ordinatio,si statueretur, q omnibus certam eleemo synam dantibus talis honor exhiberetur, quia per hoc nõ præ cluderetur via alijs exhibendi, prima ordinatio habet speciem exactionis,secunda autem habet speciem gratuitæ recompen sationis,per S.Thom.q.c.de simonia,uersi.ad tertium.

Vnde illi,qui prædicant principaliter tali intentione, vt reci piant pecuniam,laudem seu fauorem popularem, simoniam committunt mentalem.1.q.3.non solùm, & si super hoc paci scantur,simonia est commissa,quæ etiam per Ecclesiam puni tur. Io.de Syl.in tract.de beneficio,parte prima.q.7 col.10.An gel.in summa uer.simonia.3.uersi.vtrum liceat. Prout etiam existente constitutione in Ecclesia,q si quis uadit ad talem ho ram,puta ad vesperas,aut ad nonam,tantum habet; si quis va dit ad illam horam principaliter pro habendo & lucrando il-
16 lud,grauiter peccat,& simoniam committit mentalem. gl. est in c.1.de cler non residen.facit tex.in c.fi.de elect.Quemadmo dum & promissa & Eucharistia,pro qua non licet exigere ali quid,tanquam pro re spirituali, ut per doctores per illum tex. in c.non satis,de simonia.committitur simonia mẽtalis si prin cipaliter celebretur intendendo ad lucrum aut ad percipiendũ quid temporale pro illa,quia est spiritualis, & tunc maximè nõ est licitum dare pecuniam, aut quid aliud si sacerdos tenetur celebrare missam,puta,quia habet beneficium, & officiare te netur,quia tunc exigere pecuniam esset simonia.c. uendentis. 1.q.3. prout dicitur de clerico, qui vigilando mortuum dicit psalterium,quia secundum Host. si facit pactum pro eo lege re psalterium,simonia est, si autem q uigilaret, non est simonia, licet insit tacitè q legere habeat psalterium.arg.c.significatum de præb quia sic vendit laborem,quem non tenetur impende re,Ang.in summa in 5.simonia,tertio, uersi. quid si clericus.Si uerò sacerdos non tenetur,nec habet sumptus ad sustentatio nem vitæ,poterit bene licitè exigere pecuniam, cap.Iudices.1. q.1.quia operas suas locat clericus uel sacerdos ad diem, & sub conditione,c.fi.ne prælat.vices suas,si autem sumptus habet,& ad hoc non tenetur,non debet exigere pecuniam quia debet facere gratis,aut cessare, alias videtur facere ex auaritia; non esset tamen simonia,ex eo quia non debet suis sumptibus mili tare.12.q.2.c.charitatem.Archiep.Flor.in 2. parte suæ summæ. c.5.§. 16. uide quæ dicimus in conuentionali, in rubr.de con uentionali circa diuina officia,uersi.prædicantibus etiam.

Facit, quia licite fiunt pactiones & conuentiones in fundatione ecclesiæ, quòd qui dederit tñ in reditibus, uel tãtam quãtitatem pecuniæ, ꝙ possint emi possessiones talium redituum, recipiatur in canonicum, & qui dederit, habeat præbendã &c. quò ualet pactum, nec per illud est inducta simonia, refert Io. de Syl in tract de benefi. 1.par.q.7.col.11.nu.65.per communẽ opinionem doctorum in c.cum M.de const.per tex in c.olim cãm, extra de restit.spol. vbi possessio datur cum pacto vt in ea construatur ecclesia, nbi glo dicit, ꝙ talis conditio ibi non est simoniaca, sicuti non est simoniacum cum eps ecclesias concedit pijs locis siue eis aliquid sibi pensionis noïe reseruetur, vt c. const.de relig.dom.& census ẽt soluatur ratione subiectionis, subiungens, ista quidem de iure cõi conceduntur, vndé expresse possunt constitui census in fundatione ecclesiarum quantũ ad inferiores, non quantum ad prælatos, facit, quia ẽt datur licentia construendi ecclesiam sub certo pacto, ut in c.quanto. de censibus.& in c.insinuatione eod.quia talia pacta reputant spiritualia, sicut & in c.significatum, de præb.ubi datur præbenda cum pacto ꝙ celebret quotidie in tali ecclesia, & ꝙ nõ possit eam dimittere.facit, quia in traditione rei suæ quilibet põt, quod sibi placuerit apponere pactum.c.uerũ.de cond appos.

Facit, quia licitè fit pactio super procurationibus debitis Episcopo, vel alij rõne visitationis ecclesiæ,& diœcesis, puta, ꝙ a vi
9 sitatis volentibus procuratio in pecunia soluatur, per tex.in c. fœlicis.de censib. in 6.id quod fieri non poterat antiquitus ab inuitis.10.q.1.relata, secus erat a uolentibus, a quibus pari mõ bene poterat recipi,& in certa summa taxari, d.ca.relatum.10. q.3.unde gl.d.c fœlicis, dicit, ꝙ hodie, o, reuolauit ad a, ideſt extremitas ad principium, ubi ẽt putat Io.Andr.in nouella, ꝙ iuc cessores pacisccntium, aut obseruantium soluere procurationem in numerata pecunia ad hoc cõpelli non possunt, quia pactum & obseruatio hmõi non põt arctare successores ibi, posset tñ ẽt concordari de certa mensura consistentium in aridis, vel liquidis, uel de boue, pullo, vel de re simili dando pro quantitate taxata, vel sine alia taxatione, dummodo seruetur moderamen, de quo in d.c.fœlicis, sequitur & refert Io.Fran.Pauin. in tract.de visitat.quæst.9.1.partis col.3.nn.34.& nu.35.quod tñ non deberet posse fieri, quia procuratio est annexa visitationi,
10 c.cum venerabilis, extra de censi.quia oïs visitatus tenetur procurare visitantem, c.cum instantia, de censi.quia secundũ Apostolum, qui spiritualia seminat, non est magnum, si metat carnalia.Et quia nemo cogitur suis stipendijs militare. ca.cum ex officijs, de præscr.& c.cum secundum, de præbẽ. & uisitatio est quid spũale, quia visitare nil aliud est, quàm quærere, quæ sunt
11 Iesu Christi, non quæ sua, hoc est, prædicationi verbi, exhortationi, & correctioni,& reformationi status ecclesiarum, personarum, ac rerum ecclesiasticarũ, nec nõ morũ laicorũ vacare, vt fructus referatur, qui non perit.c.procurationes. c. cũ Apostolus, not.in c.fi.de censi.& glo.in d.c.procurationes, & infert Io.Franc.Pauinus d.loco.q.1.1.partis, uersinfert ẽt, ꝙ visitatio sit curam aïarum exercere,& subiungit, incumbit ergo uisitatori cura & sollicitudo cleri, & populi diligenter visitandi; & paulò post, ex hac descriptione infero, ꝙ visitatio est reformatio & correctio oïum, quæ prælati nouerint, ne ecclesijs seu Clero & populo tã in capite, reformanda & corrigenda, excep-
12 tis occultis &c.& ꝙ procuratio remitti non possit, quia ꝓcuratio exigitur ꝓp uisitationem, visitatio ꝓp correctionẽ,& correctio remitti non põt,& sic nec visitatio, nec procuratio. vide aliquorum opinionem ꝓ Arch.in c.relatum, 10.q.1.& de spũa-
13 libus cærimonijs, quæ interuenire solent,& requirunt in uisitatione, vide per eundem in 2.par.1.q.in prin.unde in procuratione, quæ visitationi est annexa non deberet posse interuenire aliquod pactum, conuentio, vel conditio, stante ꝙ simonia tã committatur in annexis spũalibus, quàm in spũalibus, vt late per nos fuit dictum, in simonia mentali in annexis spũalibus.

14 Facit, ꝙ in beneficialibus, & spũalibus pro recedendo a lite fiunt licite pacta & conuentiones, & licite aliquid datur rõne impensarum, ut a lite recedatur,& pro concordia,& non dr simoniacum, uti innuit Collect.in c.forus, de uer. sign. sequitur Hier.Pau.antiquus literarum apostolicarũ uicecorrector in libro practicæ Cancellariæ, fol.71.2.col. prout eodem mõ videmus, ꝙ licet pensiones impositæ per inferiores a Papa nõ sint perpetuæ, nec trãseãt ad successores, vt dr late per Lud. Gom. in reg.de non iud.iux.form.suppl.q.fin.in notabilib.signaturæ, ubi tñ ordinarius pensionẽ imponeret cã concordiæ, ut a lite recedat, transit pensio ad successores, ut ꝓ Host.in c.nisi. de ꝓb, sequitur & refert idẽ Gomes.in reg.de annali.q.2. uersi.& q̃uis.

Facit,

Source : BIU Cujas

Facit, quia conuentio partium operatur contra ius cõe, &
15 regulariter omne illud quod esset iuualidum, & aliàs de iure non teneret, ualidat illud conuentio, & tenere facit, quia põt facere ꝙ credatur parti, cui est factum mandatum, ut per Bart. in l.fi.ff.de præto.stip. ita ꝙ credatur testibus in cã propria, Bal. in l.fi.C.de fideiuss. item ꝙ credatur copiæ, cum aliàs non crede retur, doct.in auth.si quis in aliquo.C. de eden. item ꝙ probationes inualidæ ualeant. Inn.in c.cum causam.de testibus, Bart. in l.1.§.1.ff.de ferijs. Bal.in l.fi.C.de testibus, & dicit Io.Andreæ ꝙ partes possunt se submittere minus sufficientibus probationibus, in c.veniens, el 2.de testi. Item possunt facere ꝙ credat dicto unius testis, Spec.in §.restat.titu.de testibus. uersi. hoc tñ Bal.in l.in bonæ.5.col.C.de rebus creditis. item põt conuentio partium facere validum omne inualidum, per Bald. in l. 1.in fi. C.de iurisd.om.iud.l.1.C.eommunia vtriusque iud. sequitur Affl ictus ubi enumerat istos casus decisi.91.col.fi.num.14.

Facit quia quotidie fiunt ex iuris ciuilis & canonum dispositione contractus cuiuscumque generis alienationum super & de rebus ecclesiasticis, immo in illis distrahendis, locandis, vendendis, in solutum dandis, & quomodolibet alienandis est forma a iure tradita, & canonibus, vt totis titul. de rebus eccl. alie. & locati & conducti, prout late diximus suprà in mentali in q.de spiritualibus annex. antecedenter mõ est uidẽdum & c. facit, quia deducere & exprimere in pactum in spiritualibus il lud quod inest, non inducit simoniam, glo.in c.ad audientiam, el 2.ubi Abb.ui aliam similem in c.significasti, in glo.2.de elec. & glo.2.in c.olim Io primo, de restit. spol. cum alijs cumulate adductis per Fel.d.c.ad audientiam. uersi. exprimere. item per aliud fundamentum videtur ꝙ conuentio non inducat simoniam, quia conatus non punitur, sed perfectio actus. l. 1.§.fi.ff. quod quisque iur.non aliter videtur dicendum de conuentione, ꝙ sit conatus ad simoniam, & non perfectio. nam aliud est soluere aliud promittere. l.in bonæfidei. ff. de eo ꝙ cer. loc. l.si fideiussor.§.fi.& l.si æquè.ff.de lega.j. firmat hanc opinionem simile de emphiteuta, qui vendens amittit ius suum, tamen qñ promittit solùm, euadit pœnam. l.fin.& ibi moderni. C. de iur. emphiteo. & hæc est ratio, nam aliud est promissio, & aliud est perfectio tex.in l.1.& ibi Iac.Butr.& Ange.C.de pact.pig.Fran. Aret.in l.singularia.ff.si cer.pet.Ias.in l. quoties. C. de rei vend. Alex.in addi.ad Bar.in l.Iulianus.§.offerri.ff. de actio. emp. gl. in l.Titius.ff.de pig actio. Alex.in consi.122.col.3.lib. 6. & cõsi. 73.lib.2.portatur alià ratio. nam forma dat esse rei. l. Iulianus. §.1.ff.ad exhiben.& illa inspicienda, c.pisanis.de restit.spol.c.uenerabili.de offic.deleg.l.cum hi. §. prætor.ff. de transact. sed de forma & substantia simoniç est pecunia, vt habetur act. Apost. c.8.ergo sola conuentio non sufficit ad inducendam simoniã, cum requiratur pecunia, quæ est de forma, & dat perfectionẽ delicto. l.qui falsam. ff. de fals.

SVMMARIVM.

1 *Pacta dandi temporalia pro spirituali inducunt simoniam. & nemo debet monachari vt Abbas fiat.*
2 *Est simonia recipere in canonicum aliquem cum conditione, quòd bona largita retineat pro præbenda.*
3 *Notarius faciens instrumentum falsum punitur, licet instrumentum non valeat.*
4 *Ecclesia tenetur dare aliquid Episcopo in signum subiectionis.*
5 *Illud, quod inest licite in pactum deducitur.*
6 *Patrono aliquid constitui potest Episcopi auctoritate.*
7 *Conuentiones factæ patrono fundanti ecclesiam sunt seruandæ.*
8 *Conuentio facta super fructibus est licita, secus si super iure recolligendi.*
9 *In quorum subsidium soluantur decimæ.*
10 *Quòd ab vna ecclesia alteri remittitur, non aufertur ab ecclesia.*
11 *Res sacra laico confracta venditur, ecclesiæ verò in eadem forma.*
12 *Episcopus non potest manere in uili domo.*
13 *Hodie stat taxata summa procurationis.*
14 *Ius visitationis est publicum.*
15 *Quomodo intelligitur quòd in spiritnalibus non possit fieri pactio.*
16 *Quæ contra ius fiunt, habentur pro infectis.*
17 *Vitium simoniæ detestabilissimum.*
18 *Sola conuentio pro obtinendis spiritualibus inducit simoniam.*
19 *Quomodo perpetratur mentalis.*
20 *Ecclesia tolerat iuspatro. laicorum ex gratia.*
21 *Nullus nisi Papa potest prouidere de ecclesia patronata sine consensu patronorum.*
22 *Rei sacræ non imponitur seruitus.*
23 *Litigatores sunt veluti pestis.*
24 *Pro euitandis litibus, non concedenda conceduntur. & Magnum commodum consequitur, qui a lite recedit.*
25 *Pacta contra leges facta seruari non debent.*
26 *Illa, quæ fiunt lege permittente, non sunt illicita.*
27 *Pactum factum super spiritualibus pro iure perdito recuperando ualet.*
28 *Decem & septem casus in quibus potest fieri pactum in spiritualibus.*

De eadem materia. Cap. 3.



Stis tamen non obstantibus, pacta & conuentiones factæ super rebus spiritualibus, & pro dã
1 dis spiritualibus pro re temporali inducunt & faciunt simoniam, & est tex.in c.fi.de pactis, ubi in spiritualibus omnis pactio, omnis conuentio cessare debet, vbi glo.in ver.cessare, rationem adducit, videlicet, quia simoniam inducunt. est tex.in c.cum pridem, eo.tit. ubi est illicita pactio, quia pro pecunia promissa, fuit remissum ius spirituale. Id qđ procedit siue tacitè siue expressè id sit actum, per d.gl. & quando tacite exemplificatur per tex.in c.cum ad nostram, & c.seq. de electione, ubi quis habens spem vel promissionem electionis de se fiendæ in Abbatem, non debet monachari, secundum Petrum relatum per Io.Andr.in d.c.fina. de pact. qui expresse exemplum dat per tex.in c.per laicos.16.q 7. est text.in terminis in c.tua nos, de simonia, ubi receptio in canonicum facta cum conditione, vt ille sua bona largiretur, quæ postea retine-
2 re liceret pro præbenda, non valet & est simoniaca, cùm (subiungit) in talibus omnis pactio, & omnis conuentio cessare habent iuxta canonicas sanctiones, c.quam pio. 1.q.2.cum similibus, idem videtur in tex.ubi Abb.uersi.2.not.in c.nobis, & tex. in c.ueniens, ubi idem Abb.uersi.nota primo, de simonia, nec mirum si per solam conuentionem & promissionem inducat simoniam, quia & matrimonium contrahens, licet matrimonium non teneat, punitur, per tex.cum concordantijs glo. in l. quid ergo.§.nunc autem factum. ff. de infamibus facit, quod not.Bart.in l.si quis legatum.ff.de falsis, Cyn.& Sal.in l.1.C.de sepul.uiol.de notario faciente instrumentum falsum, quod punitur de falso, etiam si instrumentum sit factum in materia, in
3 qua instrumentum aliàs non teneret. idem in teste deponente falsum in iudicio nullo, Io. And in reg.non est sine, de reg.iur. d.Ant.in c.cum causam, el primo.in ult.col.de testi. de falsante literas apostolicas, Abb.in cap. cum olim, de rescrip. per illum text.facit quod not. Card. in clem. prima in 9. opp.de consanguin.& affin.vbi constitutus in sacris punitur, licet matrimonium non teneat. Et ad responsionem suprà in contrarium adductorum deuenio, & primò ad illud, ꝙ diximus de capitulo Eleuterius, c.ex multiplici, de decimis, & gloss.ibi, quæ dicit, ꝙ ad hoc vt compositio ibi transeat ad successores requiritur auctoritas superioris &c.& tex.in c.relatum, cum ibi glo. 10.q.3. dic prout per gloss.in d.c.Eleuterius, ꝙ conuentio ibi facta tpe dedicationis de oblationibus intrantibus diuidendis cum epo non est vere pactum, quia absque eo, ꝙ pactum fiat, tenetur ecclesia aliquid dare epo in signum subiectionis, & pro reco-
4 gnitione sui diœcesani Episcopi. Vnde pro hoc licite paciscí, & couueniri poterit, quia quæ a lege permittuntur, & præcipiuntur, licite in pactum deduci possunt. c.significasti, de elect. glo.in c.ad audientiam, el 2 de rescrip.cum similibus, & Fel.ibi in uersi.exprimere quod inest, dicit, ꝙ illud, quod inest, licite
5 potest in pactum deduci, nec committitur simonia, per iura, quæ ibi adducit. facit, quod dicit Abb.in c.cum M. de constit. col.8.num.29.

Quòd si quis recipitur in canonicum, & ei promittitur præbenda, ꝙ promissio valet, & ei præbenda prima vacatura debetur, non ratione promissionis, sed ratione canonicatus, & canoniæ, cui inest habere præbendam. unde talis pactio, & promissio hic non fuit illicita, nec simoniaca, quia non fuit noui iuris acquisitio, sed acquisiti declaratio, ut per Arch.ibi: respondit glo.ẽt alio mõ, ꝙ auctoritate epi patrono aliquid constitui po-
6 test.c.præterea, de iure patro. verùm quia ibi non est constitutum ꝙ aliquid detur matri Eleuterij, quę est patrona attẽta fundatione, sed immo ꝙ oblationes debeant pro medietate diuidi inter epm & monasterium; unde monasterio, idest ipsi ecclesiæ fundatæ, non matri Eleuterij fundanti est constituta medietas oblationum intrantium, non videtur quadrare in casu. secunda responsio, quia si patronæ fundanti, non esset aliquod dubium, quandoquidem fundanti, construenti, & dotanti pa-
7 trono conuentiones & conditiones in principio factæ, attendi & obseruari debent, ac per eum licitè fieri possunt, toto titulo de iure patron extra & in 6.c.quicunque.c.filijs.c decernimus, cum seq. 16.quæst 7. sed vltra glo. responderi posse puto, ꝙ ibi non est facta conuentio super iure colligendi oblationes, & percipiendi prouentus illos, sed super fructibus recollectis, pater per uerbum, intrauerit. ꝙ cùm sit tpis præteriti, actum prout est factum, & perfectum denotat, & fructus recollectos, nõ recolligendos, super quibus videtur ꝙ possit celebrari cuiuslibet generis contractus, etiam venditionis, ca. uestra, & ibi not. extra loca. & conduct. not. in ca. finalis, ne prælat. uices suas. in clem. primn, de reb. eccle. non alienan. Ioannes de Sylu. in trac de benefi. prima parte. quæst. 7. in principio, latè diximus supra in mentali, in quæstione de annexis spiritualibus dependenter, siue consequenter. §. idem quoque est dicendum, ubi diximus liberam esse prælati administrationem disponendi ad eis ad libitum suæ voluntatis in vendendo, donando, & ẽt proijciẽdo.

Source : BIU Cujas

8 Vnde facta conuentio ſuper fructibus hmõi non vr̃ illicita nec ſimoniaca, quia ſecus eſſet, ſi eſſet facta ſuper iure fructus recolligendi & percipiendi, quod eſt ſpirituale, & ſpirituali annexum, & per conſequens vendere vel contractare, eſt ſimoniacum, vt ſuprà diximus præallegata. q. circa finem quæſtionis.

Nec obſtat tex. in c. ex multiplici, quia licèt ibi p p̃sbyterũ & monachos ſit facta conuẽtio de ſoluẽdo decimas de bladis & leguminib. tm̃, ſintq; remiſſæ decimæ minutæ, & ſic conuẽtio de ſoluendis decimis non integraliter; id quod vr̃ durum, quia decimæ nõ ſolùm ſoluunt̃ in ſubſidiũ pręsbyteri, & clericorũ,
9 ſed ẽt in eleemoſynã pauperũ, & egentiũ perſonarum, per tex. in c. tua, de decimis, tamen ex quo compoſitio ibi fuit facta inter Eccleſiam & Eccleſiam, & inter perſonas eccleſiaſticas, ſtãte q̃ ita per unam eccleſiam, quàm per aliam poteſt haberi cura pauperum, non videtur in iſto caſu illicita ſuper decimis cõuentio, immo tolerabilis, per Abba. ibi, tertio not. eo maximè
10 inſpecto & attento, q̃ illud, quod ab una eccleſia alteri remittitur, non auferri ab eccleſia, ſed in eccleſia remanere vr̃, ſecus eſſet ſi inter eccleſiam & laicum decimas ſoluere dębentem. meritò dixit gl. q̃ conuentio tenet ſuper rebus ſpiritualibus facta, inter eccleſias, & ad hoc ut ſit perpetua, & liget ſucceſſorẽ, requiritur q̃ ſit facta auctoritate ſuperioris, vt ibi per eam.

Facit, quia res Eccleſiæ & ſacra, quæ laicis vendi & alienari
11 non poſſunt, niſi conflata, & confracta, alteri eccleſiæ in eadẽ forma, & conſecratione licitè venditur, per tex. & ibi glo. in c. aurum. 12. q. 2. Ad tex. in c. relatum, & ad illud, quod ſuprà in cõtrarium adduximus de procuratione, quod eſt idẽ, & vnamet materia, reſpondetur, q̃ in eo tex. fuit facta conuentio ſuper p̃curatione danda per ſubditos Ep̃o uiſitanti, & taxata ſumma pecuniæ, quod eſſe vr̃ licitum ex iuris antiqui & moderni diſpoſitione p̃ commoditatem viſitatorum, & viſitanrium, c. fœlicis, de cenſi. in 6. ubi dicit gl. in uerbo diſpendia, quod præsbyter ruralis, qui non habet niſi vnum gauſape fortè ſine manutergio, & unicum lectulum, qũo procurabit, & hoſpitabitur Ep̃m, cùm nec fortè domus ſufficiat, dato q̃ cætera abundent.
12 & Ep̃s qũo in vili domo manebit, & portatio ẽt victualium ad locum competentem eſſet oneroſa, ut per Io. Andr. ibi, & oĩa quæ habent homines pecunia eſt, prima quæſtione 3. totum. & hodie per conſtitutionem Benedicti, quæ incipit, uas electionis, taxata eſt quantitas ſecundum diuerſitatem prouinciarũ,
13 diuerſa, quæ ſoluenda eſt, ſiue in victualibus, ſiue in pecunia a uolentibus, & aliàs, vt ibi.

Secnndo loco reſponderi põt, vt per Arch. in c. relatum 10. q. 1. q̃ uel pactum fit ſuper procuratione, vt procuratio nõ detur, & tunc non valet, nec præſcribi poteſt, ſed ſuper modicitate procurationis, puta, quia modicam procurationem daret,
14 & tunc, quia ius viſitationis & procurationis eſt publicum vtilitate, id conſuetudine & pacto induci põt, ut ibi per eum. & q̃
15 dr̃ quod in ſpiritualibus, & ſuper ſpiritualibus non põt fieri pactio & conuentio, intellige de illicita, vt per Arch. in c. relatũ, in fin nam illud pacto poteſt fieri, quod etiam per legem fieri poteſt. Iaſ. in l. non impoſſibile. ff. de pactis.

Et ad illud, q̃ pactiones hmõi deberent eſſe nullæ tm̃ & inualidæ, abſque eo q̃ vltra inualiditatem ẽt inducant ſimoniam, & quod nullum eſt, nullum producit effectum & c. põt reſponderi, q̃ in tex. in c. fi. & c. cum pridem. de pact. pacta fuerunt inter eos inita, cum hoc, q̃ deberent confirmari a Papa vel ſancta ſede Apoſtolica, vel cum conditione, ſi confirmarentur, id qđ apparet ex eo, quia Papa ſimpliciter illa reiicit, nec vult confirmare, dicendo, q̃ ſunt nulla & inualida, & q̃ ceſſare debent huiuſmodi in ſpiritualibus, id quod apparet expreſsè in c cum pridem, per illa verba, non tm̃ nobis mediantibus, & per illa, cumq; compoſitionem iſtam peteret confirmari &c. & cum adhuc ſuum non eſſent ſortita finem & effectum, quem expectabant per confirmationem Sedis Apoſtolicæ, meritò nihil mirum, ſi ibi Papa reſpondet, q̃ in ſpiritualibus pactiones hmõi ſint nullæ, & ab illis eſt ceſſandum, quia contra ius ſunt, & quæ cõtra ius fiunt, pro infectis haberi debent. c. quæ contra ius, de reg.
16 iur. in 6. quia ſi conuentiones & pacta fuiſſent perfecta, & ad ſuum finem perducta, eſt dicendum, q̃ Papa mandaſſet illos caſtigari, & puniri, prout facit in alijs caſibus, vbi cõuentio ſimoniaca, & conuentionalis ſimonia caſtigatur, & punitur, quia pacta inita inter partes Papa reformat. Io. de Anan. in c. dilectus. extra de præb. uerſi. no. q̃, uel poteſt dici q̃ tex. in d. c. fin. loquatur gñaliter, tradendo regulam prout vides, q̃ ibi neque Abb. neq; alij dant figurationẽ caſus ſequuti, ſed tm̃ p̃ modũ regulæ.

Secundò põt dici, q̃ ideo ſunt nulla, quia ex iuris diſpoſitione ſimoniam inducunt, & inductio ſimoniæ eſt, quæ illas nullas & inualidas facit, eſt tex. in c. tua, de ſimonia, & 1. q. 2. c. quãpio, innuit id glo. d. c. fin. ubi aſſignat rõnem, quare ſint nullius roboris & momenti huiuſmodi conuentiones, dicit, ex eo qa inducunt ſimoniam, vt ibi per eam, & cum iura clara id dicentia habeamus, & in terminis loquentia, nihil ulterius quærere debemus, vt nullitas & inualiditas in huiuſmodi non ſit conſiderabilis ex aliquò defectu vel omiſſione ſolennitatis, ſed tantummodo ex eo quod pro huiuſmodi ſimonia inducitur, quæ eas inficit, vt peſtis, & nullas & inualidas reddit. Nec obſtat illud, quod dicebamus, q̃ nõ debet eſſe magis rigoroſum in pu-
17 niendo ius canonicum quàm ciuile &c. quia cum vitium ſimoniæ ſit deteſtabiliſſimum, & cuius reſpectu cætera crimina pro nihilo reputantur, non poſſumus tm̃ quantum ſit ſatis illud pę nis & caſtigationibus perſequi & exaſperari p̃ illius odium & atrocitatem, vt ab illo homines deterreantur in exemplum, vt per Fel. in rubrica de ſimonia, vnde nihil mirum ſi vltra inualiditatem, etiam pœna ſimoniæ adijciatur; ſed non recederẽ ab illa reſponſione, q̃ ex eo quia inducunt pacta huiuſmodi ſimoniam, ideo ſint nulla, ut per iura adducta. pro quo uide Anan. in c. nobis, de ſimonia, uerſi. not. 2. vbi dicit, q̃ licèt promiſſio facta ob turpem cauſam ſit nulla, tamen nocet & vitiat illationẽ: & ſic incidit quis in pœnam, licet non teneat quod geſſit, per iura quæ ibi adducit.

Et ad illud, q̃ non ſequuta rei traditione, non videbatur cõmiſſa ſimonia per ſolam conuentionem, reſpondetur, q̃ iura ſunt clara, q̃ ſola conuentio facta pro obtinendis ſpiritualibus
18 inducit ſimoniam, vt per ſuprà adducta, unde non obſtat adductum de ſimonia mentali, in qua res aſſequuta, quæ deſiderabatur & erat in mẽte deprauata, facit ſimoniam, quia ideo eſt & procedit in mentali, quia per aſſequutionem rei deſideratæ, & ſic per illum actum extrinſecum mentalis ſortitur effectum ſuum, cùm aliàs ſolo animo non perpetretur mentalis, niſi ope
19 re ſubſequuto, per Abb. c. nemo, de ſimonia. nec obſtat regula, non præſtat de regu. iur. quia conuentio ſuper ſpiritualibus eſt expreſsè prohibita iuris expreſſa diſpoſitione, nec expectat a iure aliquod ſortimentum effectus, quæ eſt a iuris diſpoſitione prius damnata, extincta, & eradicata, quàm ſit orta & in eſſe deducta. Et ad illud, quod dicebam, q̃ hoc erat euertere, & tollere iura patronatus &c. reſpoadetur, q̃ ideo tolerantur conuentiones in iure patronatus, quia ſunt factę iure permittente, quo caſu non peccatur, 23. q. 4. qui peccat. & pro attrahendis hominibus ad benificandum & benemerendum de eccleſijs, vt per Lap. de Caſtilio. allega. 96. Fel. in tract. quando literæ apoſtolicæ &c. in principio, & § ſeu, uerſi. corroborari poteſt. & tolerat
20 ſeruitutem laicorum eccleſia, & iſtud ius ex gratia obtinet & tolerantia, non ex eo q̃ ſint laici habiles. c. quoniam, de iur. patro. ibi, eccleſia ſuſtinuit, vnde infertur, q̃ Papa ſolus, non autem alius prælatus inferior poteſt prouidere de eccleſia patronata ſine præſentatione patronorum, vt per Abba. in c. qm̃ in
21 quibuſdam, 1. not. de iure patron. quod tamen non intelligitur facere per literas generales, ſecundum d. Ant. 2. col. uerſic. per hoc dicit Hoſt. idem dicit Arch. in c. piæ mentis & intentionis. 16. q. 7. Lap. in alleg. 96. Fel. in tract. quem facit, qñ literæ Apoſtolicæ præiudicent patronis. & conuentiones quæ fiunt patronis, fiunt ante dotem, & ante eccleſiæ fundationem, & ſic antequam ſint orta ſpũalia, vel in eſſe deducta a principio, habita licentia a diœceſano ep̃o & ẽt ante conſecrationem, quo caſu eſt licitum facere, quia iſtæ conuentiones non fiunt tunc ſuper
22 re ſpũali uel ſacra, & ſic non contra regulam, q̃ rei ſacræ nõ imponi poſſit ſeruitus & c. l. caueri. ff. commun. præd. tam vrban. q̃ & c. c. ſignificauit. cum ibi not. de teſtib. ſed tp̃e quo adhuc res non eſt effecta ſpũalis vel ſacra, prout ſuprà dictum fuit, q̃ ius patronatus eſt annexum ſpũalibus antecedenter, vt ibi. Ad dec. Tholoſ. 260. dic vt per addit. ibi, q̃ debet intelligi qñ non eſt facta promiſſio ſimpliciter de permutando, quia illud eſt de iure prohibitum, pro quo eſt tex. in c. uniuerſorum, de rer. permut. uerſi. ſic vt promiſerant, ſed debet prædicta deciſio intelligi qñ aliqui tractauerũt de permutãdis beneficijs adinuicem, & fide data promiſerunt procurare dictã permutationẽ, p̃ illos qui facere poſſunt, quod non vr̃ eſſe prohibitum, c. olim. de reſt. ſpol. quod no. gl. ſed nunquid in c. ad audientiã el 2. de reſcrip. & de p̃b. ſignifi. unde dicendum, q̃ ſi ſuperior voluerit, cõpellit eum ad obſeruationem fidei, aliàs ſecus. Io. de Imol. in clem. unica de rer. permu. 11. col. vt per addit. d. deciſ.

Et ad illud quod dicebamus, q̃ conſtitutio facta in fundatione eccleſiæ, q̃ qui dederit tm̃ in reditib. &c. reſpondetur per eũdem Io. in d. loco, q̃ ſi non fiat in fraudem, & ea ſit intentio ſtatuentium principaliter, q̃ non pro reb. dandis, ſed pro cultu diuino augmentando, & p̃ deuotionem dantis, q̃ non inducit talis conuentio & conſtitutio ſimoniam. & alio mõ ẽt põt dici, q̃ non obſtat, quia tp̃e fundationis & dotationis inter fundantes & dotantes eccleſiam & ep̃m poſſunt fieri reſeruationes & conuentiones, prout in iure patronatus, vt ſupra diximus, iure canonum & conſtitutionum permittente, quia quæ a iure permittunt̃ & præcipiuntur, ſi in pactum deducantur, deducta, nõ committunt ſimoniam, Inn. c. ad audientiam. de reſcrip. ſequit̃ Io. de Anan. in c. cum dilectus, ext. de conſuet. nu. 3. ubi dicit de hoc ibi eſſe gl. meliorẽ, q̃ ſit in corpore iuris. q̃ ſimonia nõ cõmittitur ex pactis & conuentionib. quæ ſunt de iure permiſſa, Old. conſi. 275. incj. qũo eſt, col. 2. poſt med. uerſi. circa ſeptimũ. Calcan. conſ. 31. col. 2. & 3 Deci. conſi. 118. Aymo Crau. conſi. 145. 2. col. nu. 4. & ad illud, q̃ eſt licitum facere pacta ſuper beneficialibus,

Source : BIU Cujas

neficialibus, vt à lite recedatur, videtur posse dici, quòd id sit tolerabile in isto casu ꝓp odiū, quo iura lites & litigatores pro
23 sequuntur, quia lites, & litigatores sunt veluti pestis fugiēdi. c. negotiatorem. 87. di. & sacri canones litigatores adeò execrantur, ꝙ eorū ordinatio ad sacros prohibetur, vt in §. ecce. 46 di. nec in testes, nec in accusatores litigiosi admittūtur, ꝓ Andr. Si cu conſ. 32. lib. 3. qnia ꝓp lites euitandas aliquando aliqua non
24 concedenda, conceduntur, Fel. in c. nr̄a. 36. correlario in 4. col de reſcrip. & interest Reip. ꝙ lites de medio auferantur, not. Bal. in l. fratris, C. de transact. & transactio ꝓ quā à lite recedi-tur, non reſcinditur p̄ textu enormi læsionis, Alex. conſ. 41. col. 4. lib. 1. qa magnum cōmodum conſequitnr qui à lite recedit. l. Lucius. §. fi. ff. ad Trebel, Nec minus obstat illud, ꝙ conuētio partiū operatur q̄ ius cōe, & facit ualidū illud, qđ aliàs de iure esset inualidū & c. quia pōt reſponderi, ꝙ illud procedit in illis, quæ sunt iuris priuati, & ad particulares ꝑsonas ſpectēt, in quibus quilibet pōt renuntiare illis, q̄ sunt inducta ad fauorē ſui. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. cum ſimilibus: iecus ſit, ſi fiat ſuper illis, q̄ sunt inducta de iure publico, & in quibus habeat intereſſe alius quàm paciſcentes, prout in caſu nr̄o, ubi tractatur de iure ſpūalitatis eccleſiæ, & est ſecus qñ pacta sunt contra inris diſpoſitionē, prout est in materia nr̄a, vbi est expreſſe prohibitum paciſci, & conuentionē fieri ſuper ſpūalib. quia ēt ex dicta l. ſi quis in conſcribendo, pacta facta contra le-
25 ges ſeruari non debent, & l. pacta quæ. C. de pac. Nec pari modo obstat illud, quod dicebamus, ꝙ continue fiunt cōtractus ſuper reb. eccleſiæ &c. quia reſpōderi pōt, ꝓut diximus ſup. in mentali in q. de annex. ſpūal. participatiuo modo, incip. modo est videndū. verſ. Itē circa vaſa ſacra, ꝙ illa, q̄ fiunt ex permiſſione legis, ſeruatis formis & modis à iure traditis, & in caſibus a
26 iure expreſſis, cenſentur nō illicita, qñ à iure conceduntur, pro ut in p̄fatis caſibus: vnde meritò pōt dici non obstare: qa aliud eſſet ſi q̄ iuris formā & authoritatē alienarētur, qa bene tunc poſſet dici ꝙ ſimonia cōmitteretur. arg. 17. q. 4. ſi forte. Id quod quidam concedunt dicentes, non eſſe mirū, ſi iuris prohibitio conſtituet ipſum alienantē ſimoniacū, quia ēt ſacrilegū & furem, per Archid. c. Saluator. 1. q. 3. Et ēt pactū, ſeu tranſactio ſu-
27 per rebus ſpūalibus valet qñ agitur de iure ꝓdito recuperādo. c. 1. de pact. in 6. & valet tranſactio ꝓ rectores Eccleſiarū ſuper iuribus parrochialibus cū prædicatoribus, minorib. & alijs mē dicantibus, ꝓ tex. in c. fi. vbi idē Io. de Ana. c. ſtatuimus. de tranſac. vbi caſus enumerat. uide Ang. in ſumma in verſ. ſimonia ſecundo. vbi ponit 17. caſus ſpeciales, in quibus pactū promiſſionis, omiſſionis, condōnis, modi, ſeruitij, precū, & huiuſmodi tē-
28 poralium pro re ſpūali, vel annexa ſeu dependente à ſpūali nō inducit ſimoniā, intellige vt 3, ſi non deducatur niſi eo modo quo ineſt de iure cōi: quia ſi alio modo deducatur bene inducit ſimoaiā, vt ꝓ Fel. d. c. ad audientiam, vbi reg. limitat duobus modis, in electione vc3 ſepulturæ, quæ ſi deducitur in pactū, cum ſit variabilis, fit non variabilis: merito ꝙ non ſit deducta eo modo, quo ineſt de iure, pactum tale inducit ſimoniā. limitat ſecundo, ſi in pactum aliquid deducatur alio mō q̄ prius in. eſſet, puta, ſi quis ex pacto deducat in obligationē ciuilēid, qđ erat obligatū naturaliter tantùm, ex eo ꝙ not. glo. 2. in fin. cap. conſuluit. de vſuris. vbi Anan. 5. col. Innoc. in c. tuam. ante medium. de ætat. & qualit. cum alijs adductis per Felyn. d. loco, in quibus locis dicitur quòd ſimonia est deducere in obligationem & in pactum obligatorium obligationem ad antidora, vt ibi per eum.

Nec minus obstat illud, quòd vt conatus non punitur, quia non perficit, ita etiam promiſſio, vel conuentio non inducit ſimoniam, quia ſola promiſſio & ſola conuentio inducit omnino ſimoniam, vt diximus: & iura allegata loquuntur uel de leuiorib. delilictis, ſecus est de delicto ſimoniæ, quod est de atrocioribus, per ſcriben. in rubr. de ſimonia. Bal. Sal. in l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cler. l. is qui cum telo. ff. de ſicar. cap. 1. iuncta gloſſ. de præſumpt. glo. in cap. ſuper eo. & in cap. fina. de eo qui duxit in mat. Item ad illud de emphyteota, reſponde tur, quod aliter est dicendum in ſimonia, quæ est de atrocioribus. vt ſupra dictum est. Nec illud pari modo est uerum quòd deficiat forma ſimoniæ deficiente pecnnia, per text. in capit. final. de paat. & ibi doct. & cap. cūm pridem. eod. tit. cum ſuis ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit ſimonia conuentionalis.*
2 *Simonia committitur tribus modis.*
3 *Conuentio eſt nomen generale. & ibi, quid ſit promiſſio. Quid pactum, quid pollicitatio, quid conſtitutum.*
4 *Conuentiones in ſpiritualibus ſunt nullę, quia ſimoniam inducunt.*
5 *Eccleſiaſtica beneficia non dantur ſub modo, & renuntiationes liberè, nō ſub conditione fieri debent.*
6 *Stipulatio eſt contractus fortis.*
7 *Notarij deducunt omnes contractus in ſtipulationem.*
8 *Pactum nudum nullam producit actionem.*
9 *Illud non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*
10 *Conditio impoſſibilis habetur pro non adiecta.*
11 *Vbi reperitur ſcriptum verbum, pactum, de nudo intelligitur.*
12 *Pactio & pactum idem ſunt*
13 *Differentia inter pactionem & pactum.*
14 *Differentia inter uerbum conuenit, & uerbum, promittit.*
15 *Pactum nudum de iure canonico parit actionem.*
16 *Idem in curia mercatorum.*
17 *Eſt uerecundum dicere, non teneor, quia promiſi pacto nudo.*
18 *Conuentio eſt mater omnium pactorum.*
19 *Omnis, eſt ſignum uniuerſale.*
20 *In beneficialibus, actus reciproci inducunt ſimoniam.*

Quibus modis contrahitur conuentionalis Simonia. Cap. 4.

HIs præmiſſis pro intelligentia, est dicendum, quib. modis contrahitur, ſuper quibus, & quare potius nomen est ſortita conuentionalis quàm aliàs: in quas duas particulas erit diſtinctus iſte ſecundus liber. & ſingula ſingulariter pertractaturi, dicemus primò quibus modis contrahitur, & præſuppoſito & intellecto prius ꝙ
1 conuentionalis ſimonia ſit prout dictum fuit, quando conuenitur ſuper habendis ſpiritualibus pro aliquo temporali, aut mediante aliquo temporali, per tex. in c. cum pridem, & c. fi de
2 pact. Item præſuppoſito ꝙ ſimonia tribus modis committatur, manu, lingua, & obſequio. c. ordinationes. c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. per Fel. in rubr. de ſimonia, uidetur ꝙ eiſdem met modis in rebus ſpiritualibus ſimonia conuentionalis committitur, quibus in rebus alijs, & in profanis pactum, & conuentio: & conuentio facta ſuper rebus ſpiritualibus, ac ſuper illis, in quibus est prohibitum a iure canonico & Eccleſiaſticis conſtitutionibus conueniri, & conuentionem fieri, ſit & appelletur ſimonia conuentionalis, & contrahitur conuentione, quæ est
3 nomen generale ad omnem contractum, ſiue diſtractum. l. iuriſgentium. ff. de pact. & l. 1. in prin. & §. 1. & §. fi. ſiue re, ſiue uerbis, ſiue literis, ſiue per nūtium, ſiue expreſſe, ſiue tacite ſint facti, ſiue promiſſione, quæ est quid inferius a conuentione, habetur in l. ſponſio. ff. de uer. ſig. per Bal. in l. 1. C. de vſur. Ang. in l. 1. C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. ſciendum. ff. de ædil. edi. ſed est quid generalius qnàm ſit pactum ſiue pactio, quod est duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus expreſſus, aut tacitus. l. 1. in prin. ff. de pact. ſiue pollicitatione, quæ est ſolius offerentis promiſſio. l. pactum. ff. de pollicit. ſiue ſtipulatione, quæ est præcedente interrogatione & ſequente congrua reſponſione verborum conceptio, inſtit. de uerb. oblig. in principio, ſiue conſtituto, cùm quis pro ſe, vel pro alio ſe ſoluturū conſtituerit. inſtit. de actio. §. de conſtituta, per Iaſ. in l. 1. de uerbor. oblig in principio, per text. glo. & doct. d. c. cum pridem, &
4 c. fi. de pactis, ubi dicitur ꝙ conuentiones, & pactiones factæ in ſpiritualibus ſunt nullæ, quia ſimoniam inducunt. c. tua, de ſi-
5 monia. c. ut noſtrum, vt eccle. benefic. ubi eccleſiaſtica beneficia & ſpiritualia ſub modo dari non debent. Arch. in c. eos, 1. q. 1. doctores in cap. ex parte, de off & pot. iud. dele. & maximè per Inn. ubi dicunt ꝙ renuntiationes, quæ fiunt de beneficijs, debent fieri libere, non ſub conditione, quia conditio inducit ſimoniam, c. quam pio, 1. q. 2. c. ſunt non nulli. 1. q. 1. ubi fauore & precibus non dantur ſpiritualia. Et videtur ꝙ contrahatur verborum obligatione, ideſt ſtipulatione non nudo pacto, aut ſimplici promiſſione, aut conuentione aliquo indumento nō ueſtita, quia verborum obligatio & ſtipulatio eſſe videtur cō-
6 tractus efficax, qui producit obligationem, a qua ſurgat actio poſtea, inſtit. de uerb. oblig. in prin. glo. in §. fi. inſtit de oblig. in uerbo conſenſu, bene aptus ad producendum ſimoniacum effectum, ſi ſit celebratus ſuper ſpiritualibus, pro dandis, aut habendis ſpiritualibus pro temporali, aut ſuper prohibitis venire in contractum, aut conuentionem a iure Eccleſiæ, quia de cō-
7 ſuetudine notariorum omnes contractus deducuntur in ſtipulationem, tamquam in contractum magis firmum. per Bartol. in l. 2. ad fin. C. de cond. ob cauſam. Iaſ. in l. 1. in principio, de uerb. oblig quia est contractus fortior & firmior quàm ſit cōtractus in iure, ſecundum Cynum in l. ſi ex precio. C. ſi cer. pet. & pactum nudum, & promiſſio nuda, nullo iuris adminiculo iuuatur, Bartol. in §. igitur. l. iuriſgentium. ff. de pactis. ex quo nulla oritur vel producitur actio, vt ibidem, niſi aliquo indumento ueſtiatur, puta re, verbis, literis, conſenſu, cohærentia
8 contractus, rei interuentu, aut aliàs, vt per Barto. in l. iuriſgentium. § quinimmo, vnde pactum nudum, niſi veſtiatur, quantum ad effectum actionem producendi nihil eſſe videtur ex iuris diſpoſitione, vnde nullum effectum producere poteſt, vnde non etiam ſimoniam inducere, quia non entium nullæ ſunt partes. Afflict. in conſtitutione, pœna cor. 2. not. 2. q. in 10. requiſito, in 7. arg. vnde per pactum inefficax, & per actū inu-

Source : BIU Cujas

tilem, non debet quis cenſeri ſimoniacus, & pœnis ſimoniæ aſtringi, prout in ſimili dicit glo. in c. ſignificantibus, de offi. & pot. iud. deleg. in gl. fina. ubi ad quæſtionem ibi formatam, An ſtante ꝙ promiſſum de iure non teneat, quis poſſit cogi ad pęnam in eo poſitam, reſpondet ibi ꝙ non, quia ſi principale non teneat nec minus pœna ſuper eo adiecta, per iura quæ ibi adducit: quia pœna adiecta eſt acceſſoria ad principale, & acceſſorium habet ſequi naturam ſui principalis, cap. acceſſorium de regul. iur. in ſexto, quia labente principali eſt bene æquum ꝙ labatur & corruat acceſſorium. & dicit Bald. in l. 1. §. hæc verba. per illum tex. ff. quod quiſque iuris, ꝙ ſtatutum puniens opponentem aliquam exceptionem, non comprehendit opponentem ineptè, vt emphiteuta qui vendit rem Eccleſiæ irrequiſito domino, aut aliàs contractus non teneat, quia non fuit ſeruata forma ſtatuti, non priuabitur emphiteuſi, per illud, quod dicit Bald. in l. 2. in princip. 2. col. C. de epiſc. aud. facit reg. in c. non præſtat, de reg. iur. in 6. ubi illud non habet præſtare impe-
9 dimentum, quod de iure non ſortitur effectum. per quod videtur, ꝙ illud, quod eſt validum & efficax, non autem illud, quod de iure non ſubſiſtit, vel ꝙ ſit inefficax ſit attendendum, facit capit. relatum, de cleric. non reſid. §. cum igitur, vbi verba ſunt cum effectu intelligenda, cum ſimilibus, facit dictum Angel. in l. ſi Barſatorem. C. de fideiuſſ. vbi ſi ſtatutum dat præmium capienti bannitum non habebit præmium capiens & non tenens, adducit l. poſtliminij. ff. de re milit l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. poſſ. Cyn. in l. licet. C. de acquir. poſſeſſ. Barto. in l. 1. ff. de acquiren. poſſ. & ibi Pau. de Caſt. Bal. in l. item lapilli. ff. de rer. diuiſ.

Facit & aliud, nam iudex male iudicando facit litem ſuam, gloſſ. in l. argentarijs. §. final. ff. de eden. inſtitur. de oblig. quæ ex quaſi delict. l. uenales. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Bald. in l. 2. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant. & in l. 2. de ſenten. ex peric. recit. ſecus ſi nulliter iudicat, Bald. in cap. 1. §. iudices, de pac. iur. firman & in l. penul. circa finē. C. de pact. & ibidem Bartol. Bald. in l. ſi proponis, la prima. C. quo. & quan. iud. ergo idem videtur dicendum de ſimonia, ꝙ non inducat niſi per ſtipulationem, & non per aliam conuentionem, quæ ſine ſtipulatione ſit inefficax & nulla. Verùm in contrarium videtur. ꝙ omne pactum, omnis promiſſio & conuentio de dandis, uel habendis ſpiritualibus pro re temporali, aut ſuper ſpiritualibus facta contra formam iuris ſimoniam facit conuentionalem, eſt text ibi gloſſ. in cap. fina. de pactis, vbi tex. vtitur verbo, pactio & conuentio. idem in c. cum pridem, eod. ibi. pro eo, ꝙ videbatur prauam illicitæ pactionis ſpeciem continere. idem in c. ſuper eō, de tranſact. ibi, dato ſeu retento, vel promiſſo ſpeciem credimus habere ſimoniæ. idem tex. in c præterea, el primo. eo. ibi, pactio ſimoniaca &c. idem in tex. in cap. cum clerici. de pactis, ibi paciſcuntur, idem in c. tua nos, de ſimonia, ibi, omnis pactio aut conuentio ceſſare debeat &c. idem tex. in c. quam pio. 1. q. 2. ibi, omnis abſit pactio, omnis ceſſet conuentio &c ubi glo. quæ dicit eſſe intelligendum ꝙ inhoneſta pactio, iniuſta & illegitima ceſſare debet, & vbi reperitur ſcriptum verbum pactum, ſiue inſtrumentum, ſiue aliàs, de pacto
11 nudo intelligere debemus, non de veſtito, niſi de veſtimento doceatur, quia cum veſtimentum ſit aliud ab eo, quod veſtiatur, & extrinſecum non præſumitur. Bald. de Peruſio in tract. de pact. col. 2 uerſi. dictum eſt autem. in fin. ut per Iaſon. in rubrica de verbor. obligat. vbi dicit ꝙ pactum conſiſtit in informi & c. 2. col. verſi. 3. eſt pactum. & pactio & pactum vnum & ieem ſunt, quia vtrunque vno modo diffinitur, ꝙ ſit duorum
12 pluriumvè in idem conſenſus. l. 1. ff. de pactis, uerſic. eſt autem pactio. Paul. de Caſtr. d. l. 1. § conuentionis verbum, vbi dicit, pactum eſſe duorum pluriumvè conſenſus in idem, ibi in principio, ſequitur Abb. in c. 1. de pactis. Iaſ. & alij in l. 1. ff. de uerb. oblig. quamuis per Paulum de Caſtr. ibi, in §. pactum aūt &c.
13 dicatur ꝙ pactio habeat ſe per prius, & pactum per poſterius. & pactum ſignificat prout in fieri, pactio autem ſignificat effectum. prout eſt in facto eſſe, quod nihil refert, quia pro vno & eodem intelligitur, ut per Bald. in tract. de pactis in principio. immo plus, ꝙ etiam verbum conuentio, quod aliàs videtur generalitatem ſonare, importat pactum nudum, dicit Iaſon. in rubrica de verbor. obligation. idem melius in l. lecta. ff. ſi cert. pet. colu. 4. vbi dicit, ꝙ ſi verbum conuenit reciperetur in inſtrumento vel ſcriptura, ꝙ intelligitur pacto nudo, ſubiungēs, ꝙ differentia eſt inter verbum conuenit reductum in ſcriptu-
14 ra, & verbum promittit per ſtipulationem, per tex. in § ita ſcriptum. inſtit. de inutil. ſtip. & aliàs vt vbi per eum. & per eundem Iaſo. in l. legitima. ff. de pact. in princip. ubi dicit, ꝙ conuentio nuda eſt inefficax ad producendum actionem, ſequitur Paul. de Caſt. in l. iuriſgen. ff. de pact. per quod apparet, ꝙ non requiritur nec eſt contractus ſtipulationis neceſſarius ad inducendum ſimoniam, licet ſit contractus firmior, quia per ſolam ſimplicem & nudam pactionem, promiſſionem, & conuentionem illa committitur, id quod non erit mirabile, quia
15 pactum nudum de iure canonico parit actionem, per text. & ibi doct. in c. 1. de pactis, uidetur dicere gl. in c. quicunque ſuffragio. 12. q. 2. ubi dicit, ꝙ nudis verbis, & nuda promiſſione paritur actio. Arch. in c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. ubi dicit ꝙ promiſſio ſiue uerbotenus facta, ſiue per ſtipulationem, nihil refert; quia ſicut per ſimplicitatem canonicam inter ſimplex verbum & iuramentum nulla extat differentia, ita inter nudam promiſſionem & ſtipulationem. Iaſ. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. in fi. & in curia mercatorum, & ubi de bono & æquo agitur, pactum nudum producit actionem, Iaſ. in l. iuriſgentium. §. ſi cum nulla. ff. de
16 pact. 3. col. uerſic. 2. fall. ubi ſubiungit, ꝙ ex pacto nudo agunt mercatores, & nummularij inter ſe, ut ibi per eum. & quātum ad conſcientiam, quæ eſt attendenda de iure canonico, non differt pactum nudum a pacto ueſtito. Bal. in rubr. extra de pact. in fi. Abb in c. literarum. de uoto. idem Abb. in ca. ſicut, ſecund. de iur. iur Io. de Anan. in c. 1. de pact. ubi dicit, ꝙ licet ex pacto nudo non oriatur actio, quia tamen procedit ſecundum præcepta iuriſgentium ſi pro illo petatur, non debet denegari iuſtitia, ubi dicit, ex nuda promiſſione dari actionem, ideſt conditionem ex canone iuramenti, & ſecundum dictum Bar. cuiq; eſt uerecundum dicere, non teneor tibi, quia promiſi per pactum nudum, & aliàs ut ibi per eum, ubi multa pro materia adducit. idem Anan. in c. nouit. de iudi. num. 18. ubi dicit, ꝙ ſi pro tali obligatione non poteſt adiri iudex ſæcularis, ꝙ adeatur Eccleſiaſticus, & alia pulchrè ibi per eum, & ſimonię titulus eſt de iure canonico: ſed poteſt dici melius & ulterius, ꝙ ad obuiādum huiuſmodi illicitis conuentionibus ſuper ſpiritualibus iura uſa ſunt de induſtria & ex propoſito iſtis uerbis, pactio & cō uentio, per quæ voluerunt amplecti, & comprehendere quam cumque conuentionem & cuiuſcumque generis cōtractum,
17 aut ſit cōſtitutum, uel ſit promiſſio, pollicitatio uel aliud, quia, uerbum, pactum, eſt generale, per Abb. in c. 1. de pactis, ubi dicit, ſenſum diffinitionis pacti eſſe, id quod conuenitur, ſeu conuentum eſt inter duos uel plures. & dicitur pactum, quaſi ad pacem habendam factum, unde omnis contractus poteſt generaliter contineri nomine pacti, ut ibi per eum, & conuentio eſt uerbum generaliſſimum ad omnia pertinens, de quibus negotia contrahendi tranſigendique cau a conſentiunt, qui inter ſe agunt. l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis. Iaſ. in rubr. de uerb obl. ubi dicit ꝙ eſt generaliſſimum ad omnem contractum, ſiue diſtractum, ſiue re ſiue uerbis, ſiue literis, ſiue per nuntium, aut
18 epiſtolam, ſiue expreſsè, ſiue tacitè. & conuentio eſt mater omnium pactorum, per Bar. in l iuriſgentium. §. igitur. ff. de pact. unde per iſta duo verba pactio, & conuentio, attenta illorum generalitate in materia huiuſmodi voluerunt iura cohibere quoſcunque, quouis nomine contractus, & diſtractus, & quāuis conuentionem largiſſimè ſumpto uocabulo, dicit bona gl. in c. quam pio. 1. q. 2. in verbo conuentio, ꝙ uerbū generaliter intelligi debet. facit ulterius, quia tex. in c. quampio. & c. fin. de pact. ubi traditur præceptum de abſtinendo ab huiuſmodi, tex. addit ibi uerbum, omnis, quod eſt ſignum & terminus uniuer-
19 ſalis, per quem omnia comprehenduntur, not. per Arch. c. diſpendia, de reſcrip. in 6. 2. col. per eundem c. 1. de cenſi. quia qui omne dicit, nihil excipere videtur. l. a procuratore. C. manda & ibi glo. c. ſolite. extra de maiorit. & obed. c. 2. & ibi per Hoſt. de obſer. iciunij. & per Spec. in tit. de poſit. §. 10. item pone, ubi aſſerit, ꝙ qui omne dicit nihil excludit, & omnia comprehendit, ēt præterita & futura, unde indubitanter poteſt teneri, ꝙ omnis conuentio & promiſſio ſub quauis forma, & ſub quibuſuis uerbis concepta & formata ſuper ſpiritualibus pro temporali aliquo per pactum, ſtipulationem, conuentionem, pollicitationem, promiſſionem, conſtitutum, per epiſtolam, aut per nuntium, ſeu modo quocunque alio inducat ſimoniam conuen-
20 tionalem per ſupradicta, maximè ſi ſit promiſſio reciproca & relatiua, quia actus reciproci in beneficialibus & ſpiritualibus, uidelicet, facio, ut facies: promitto, ut dies, inducunt ſimoniā, iuxta tradita per modernos. in c. paſtoralis, de reſcrip. Corneus conſi. fi. lib. 1. Iaſ. in l. Titia. col. 11. nu. 26. ff. de uer. obl. cum concordant, quæ cogerit Dec. in l. certi condictio §. ſi nummos. 5. col. num. 14. ff. ſi cer. pet. ſequitur Gomeſ. in reg. de triennal. q. 12. uerſi. 2. principaliter. ubi dicit ſæpe fuiſſe ſuo tempore ita in Rota iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Conuentionalis eſſe videtur, quando partes expreſsè conueniunt. ubi ponitur, an ſit licitum Epiſcopo promittere famulo ſalarium quouſque ei prouiderit de beneficio.*

2 *Simonia conuentionalis videtur eſſe crimen.*

3 *Sicut ille, qui per ſimoniam realem beneficium acquiſitum tenetur reſignare, ita ille, qui per ſolam promiſſionem de dando illud fuit aſſequutus.*

4 *In criminibus ſtricta fit interpretatio.*

5 *Simonia alia mentalis, alia verbalis.*

6 *Simonia mentalis dicitur reſpectu ſimoniæ in mente non exiſtentis.*

7 *Pactiones & conuentiones etiam tacitè ſimoniam inducunt.*

8 Nemo

Source : BIU Cujas

3 *Nemo debet monachari ſpem habens, ut Abbas fiat.*
9 *Qui recipit ordinem propter beneficia conſequenda ſimoniam committit, ſaltim mentalem.*
10 *Non debet quis tonſurari, ut dignitatem aſſequatur.*
11 *Quid ſit mentalis ſimonia.*
12 *Licet ſernire prælato ſpe tacita aſſequendi beneficium ſecundariò.*
13 *Simonia inducitur per dantes, paciſcentes, ac etiam per conſentientes.*
14 *Etiam de iure ciuili tacito conſenſu fiunt conuentiones.*
15 *Si reddo chirographum creditori, tacitè pactum de non petendo feciſſe videor.*
16 *In redditione pignoris eſt ſecus.*
17 *Facta locatione, inuecta & illata, tacita conuentione ſunt obligata.*
18 *Pacta quæ poſtea facta detrahunt emptioni, cenſentur ineſſe.*
19 *In uenditione ineſt pactum de euictione.*
20 *Multa tenent tacite, quæ expreſſa uitiant.*
21 *Multis modis quid expreſſum dici poteſt.*
22 *Omnia, quæ ſunt de natura, an cenſeantur ſemper expreſſa.*
23 *Lex & conſuetudo multa præſumunt.*
24 *Clauſula, ſi preces ueritate nitantur, intelligitur ſemper in reſcriptis.*
25 *In iuramentis & pactionibus ſemper ſubauditur clauſula, ſi Deus uoluerit.*
26 *Illud dicitur expreſſum, quod colligitur ex mente diſponentis per unicam rationem naturalem.*
27 *Illud dicitur euidens, quod ex coniecturis apparet.*
28 *Illud dicitur expreſſum in libello, quod colligitur ex præſumptionibus.*

An conuentionalis committatur expreſsè, vel tacitè. Cap. 5.

1 ET eſt videndum, an expreſsè uel tacitè conuentio, aut pactio inducat ſimoniam, quia videtur ꝙ expreſsè tantùm, non tacitè, vt per Abb. in c. nemo. de ſimonia, vbi dicit in conuentionalis ſimonię diffinitione, ꝙ conuentionalis eſt, quando partes expreſsè conueniunt inter ſe &c. facit doctr. Fel. in d. c. cum eſſet, ubi ad quæſtionem, an ſit licitum Epiſcopum promittere famulo certum ſalarium quouſque ei prouiderit de beneficio, habet locum inquit dummodo non fuerit factum pactum expreſsè de beneficio: innuens ꝙ ſi ſit expreſsè, ꝙ pactum inducat ſimoniam, non aliàs. facit, quia ſimonia conuentionalis eſſe videtur crimen, quia punitur, &
2 ſubijcitur pœnis, prout alia ſimonia realis & effectualis, per tex. in c. nonnulli. 1. q. 1. qui dicit, ita ſimoniacum eſſe eum, qui dat & recipit, ſicut qui nihil dat aut recipit, ſed gratiam vel humanam laudem promereri cupit. & per Gomeſ. in reg. de triennali. q. 12. uerſi. cum igitur, vbi dicit, ꝙ tex. in d. c. nonnulli. eſt generalis, & apprehendit omnem ſimoniam, tam mentalem, quàm conuentionalem & realẽ, & per doctores, quos ſequitur Fel. in c. tua nos, de ſimonia, in gl. fi. ubi ſubdunt Abb. & Fel. ꝙ ſicu
3 ti ille, qui per ſimoniam realem acquiſiuit beneficium, tenetur illud reſignare, ita ille, qui per ſolam promiſſionem de dando illud conſequutus fuit. & hoc idem tenet Abb. in c. cum ad noſtram, de electio. 3. not. ſequitur Sarnen. in regu. de triennali. q. 12. uerſi. quid dicendum. ubi dicit ita iudicatum fuiſſe per Rotam. Facit tex. optimè in d. c. cum ad noſtram, ubi ſpẽ, uel promiſſionem habens de electione de ſe fienda, & propterea monachatur, electus ab electione remouetur, & irritatur electio.
4 & in criminibus, ubi regulariter ſtricte fit interpretatio, requiritur expreſſio, & ſpecificatio, & non ꝙ tacite acta fiãt, ad hoc vt ſequatur punitio, prout dicitur de probationibus, quæ in huiuſmodi liquidiſſimæ, expreſſæ, & apertæ requiruntur luce meridiana clariores, late in mentali, de probatione diximus ſimoniæ mentalis in fi. illius partis. Facit, quod per Fely. dicitur in c. tua nos, ubi dicit ꝙ ſimonia alia eſt mentalis, alia eſt verbalis,
5 &, verbalem intelligit conuentionalem, meritò per uerba expreſſa eſſe debet. Facit, quia mentalis ſimonia dicitur reſpectu
6 alterius ſimoniæ in mente, uel animo non conſiſtentis, prout eſt conuentionalis, meritò expreſſa & non tacita; quia ſi tacita, non videretur eſſe conuentionalis, ſed mentalis. facit, quia ſi ſimonia committitur in beneficialibus, vt quotidie fieri videmus, non videtur induci poſſe tacite modo aliquo, ſed expreſſe, & non alias, quia in beneficialibus illud tantum venit, quod eſt expreſſum, & non aliud, dicit Pariſ. conſi. 31. num. 19. uol. 4. & tacita pactio non videtur inducere ſimoniam, quia actus expreſſus vitiat, non tacitus. l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio. ff. ſol. mat. Iaſ. in l. cũ quid. ff. ſi cer. pet. l. 1. ff. de extraord. cog. Bar. & Alex. in l. qui ea mente. ff de furt. gl. & doct. in l præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug. ſic etiam videtur dicendum de tacito pacto ꝙ non inducat ſimoniam.

Verùm in contrarium videtur, quia pactiones & cõuentio-
7 nes huiuſmodi, etiam tacitæ ſimoniam inducunt, per text. qui eſt in terminis, & in materia in Extrauag. excommunicamus, de ſent. excommun. dicit in terminis gl in c. fi. de pact. in uerbo ceſſare, & alleg tex. in c. per laicos. 16. q. 7. qui expreſsè dicit, nemo ſpem aut promiſſionem habeat, ut Abbas fiat. Ioan. And. d. cap. fi. dat exemplum per tex. in d. cap. cum ad noſtram, & c. ſeq. de elec. vbi quis non debet monachari ſpem aut promi-
8 ſionem habens, vt Abbas fiat, vbi electio ibi facta antequam monachus fieret, irritatur, ex quo ſuſcepiſſe habitum videtur cum tacita conditione, ſpe, vel promiſſione, vt in Abbatem eligeretur. idem videtur in cap. officij, quod eſt capitulum ſequẽ. vbi electio facta per monachos in Abbatem de viro nobili, q monaſterium melius quàm alius poterat à natione peruerſa defenſare, ex quo fuit facta eodem inſtãti quo monachus fuit effectus, & in eo incontinenti, poterat præſumi, quòd niſi electus fuiſſet in Abbatem habitum non ſuſcepiſſet monachalẽ, immo poterat præſumi quòd habitum ſuſcepiſſet cum conditione tacitè ſpe, aut promiſſione Abbatialem dignitatem aſſequendi irritatur & caſſatur propter illam tacitam præſumptionem ſimoniæ, quia non propter Deum, ſed cauſa quæſtus &c. vt per Abb. ibi, vbi ſubiungit, quòd idem eſt dicendum de cle-
9 rico ſæculari, qui recipit ordinem propter beneficia conſequẽda, qui committit ſimoniam, ſaltim mentalem, quia ordinatur & intendit ſeruire Deo propter vtilitatem & emolumentum beneficiorum, pro quo allegat glo. in cap. conſuluit. 74. diſtin. dicit in terminis glo. in cap. hoc ad nos. 59 diſt. vbi dicit, quod
10 quis non debet tonſurari ad hoc vt dignitatem aſſequatur. facit ad hoc propoſitum ſimoniæ mentalis, materia tota & il-
11 lius diffinitiò tradita per Abb. in c. nemo, de ſimonia, vbi dicit quòd mentalis eſt, vbi nullo præcedente pacto expreſſo, ſed tacitè agitur, vt detur ſpirituale pro temporali, in qua taciturnitas opere ſequuto ſimoniam inducit, vt ibi, & latè ſuprà in ma-
12 teria mentalis. Facit, quia licitum eſt ſeruire prælato per aliquẽ cum ſpe tacita conſequendi ab eo beneficium eccleſiaſticum ſecundariò, & ſi ſeruiens ſit idoneus, non autem principaliter, quia ſi illa mens & ſpes habetur principaliter, eſt ſimonia. vt ꝑ glo. & ibi Abb. in c. cum eſſent. de ſimonia, dicit Ange in ſumma. in verſ. ſimonia. 5. verſ. circa manus. vbi dicit, ꝙ ſimonia nõ
13 inducitur per dantes, & paciſcentes tantùm, ſed & per conſentientes, & mediatores, per tex. in c. per inquiſitionem, de elect. ſequitur glo. in c. ad noſtram, de elect. & an exprimere in ſpiritualibus quod ineſt inducat ſimoniam nec ne, vide per Fely. in cap. ad audientiam el 2. verſ. & exprimere. de reſcrip. facit, quia
14 etiam de iure ciuili, tacito conſenſu conuentiones fiunt. eſt tex. in l. Labeo ait. ff. de pact. quia ſi debitori meo reddam chiro-
15 graphum, aut cedulam per quam mihi erat obligatus, tacitè cum eo pactum de non petendo feciſſe videor, quamuis videatur ſecus, quando redditur pignus, quia tunc nihilominus debitum peti poteſt, nec per redditionem pignoris debitum remiſſum videtur, vt l. ſeq. ſed dic, vt per glo. ibi, quòd per reſtitutionem chirographi ideo videtur remiſſum debitum, & factũ tacitè pactum de non petendo, ne nihil actum videatur, quod
16 non eſt in redditione pignoris, in quo poteſt alia conſiderari vtilitas, quàm liberatio, commoditas videlicet pignoris, vt per glo. d. l. ſeq. & ſi quis paciſcatur ſibi & Titio hæredi, euenientе caſu quòd Titius non eſt hæres, tale pactum prodeſt alijs hæredibus, per tex. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. quia per tale pactũ. §. fi. ff. de pac. quia per tale pactum. §. fi. ff. de pac. quia per talc pactum tacitè præſumitur, contrahentes noluiſſe conſulere ẽt
17 alijs hæredibus. & facta locatione domus alicuius uel fundi, inuecta & illata ex tacita conuentione pro penſione obligantur, quia partes etiam nihil exprimendo, tacitè inter ſe tale pactum & conuentionem feciſſe præſumuntur. l. item quia. ff. de pact. & l. certi iuris. C. locat. & conſenſu etiam obligationes fiunt. inſtit. de oblig. quæ ex conſenſ. & pacta, quæ poſtea facta
18 aliquid detrahunt emptioni, cenſentur ineſſe contractui. l. pacta. ff. de contrahen. empt. & in venditione ineſt, & præſumitur interueniſſe pactum de euictione rei uenditæ, & vſusfructus.
19 l. in uendendo. ff. eod. & multa etiam tenent tacita, quæ expreſ-
20 ſa uitiant. l. ſi quis Sempronium. ff. de hære. inſti. gl. in extraua. Bonif. quæ incipit excommunicamus.

Nec obſtant ſuperius adducta in contrarium. & primò illud quod Abb. in diffinitione ſimoniæ dicit expreſsè &c. quia ibi Abb. dicit, expreſsè, ad differentiam mentalis, quæ in mẽte ſola. & in animo conſiſtit, ac committitur, & loquitur de ſimonia conuentionali, & reali, quæ reſpectu mentalis ſunt & committuntur expreſsè, quia mentalis eſt quando tacitè agitur &c. & licet forſan uideatur non expreſſum verbaliter, nec poſſe dici appoſitum, quia oculis legi non poterat, nihilominus poteſt
21 dici expreſſum, quia multis modis quid expreſſum dici poteſt, licèt non ſit verbaliter expreſſum, & ad ſenſum oculi appoſitũ, in l. pacta. & in l. in uendendo. ſuperius adductis, quia omnia
22 quæ ſunt de natura ipſius rei, cenſentur ſemper eſſe expreſſa, licèt nulla de eis facta mentione ſint tacita & omiſſa, puta, ſi cedo alicui fundum deducto vſufructu, expreſsè videor paciſci, quòd finitus vſusfructus, tandem perueniat ad dominum. l. fundum. ff. de actio. empt. facit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & l. ædem. C. loca. & l. cum quid. ff. ſi cer pet inſtitu. de ſociet. §. illud. l. interdum. ff. de verbo. obli l. 2. §. ſi quis ita ff. de eo quod cer. loco. l fi. C. de procu. l. refectionis. §. fin. ff. com. præd.

&lex

Source : BIU Cujas

23 & lex & conſuetudo multa præſumunt eſſe dicta, licèt nõ ſint dicta l. unica. C. de rei vxoriæ actio. l. precibus. C. de impub. l. cũ acutiſſimi. C. de fideicom. l. quòd ſi nolit. § aſſidua. ff. de ædil. edicto. c. 2. extra de reſcrip. vbi dicitur, quòd hęc clauſula, ſi pre
24 ces veritate nitantur, intelligitur ſemper in reſcripto, ex mente Papæ appoſita, licet non ſit ſcripta; quanquam reſcripta requirunt ſcripturam. l. 1. C. de diuer. reſcrip. ex quo videbatur non poſſe dici appoſita, quia oculis legi non poterat. l. 1. ff. de his q̃ in teſta. de quo uide late per Stephan. de Fede. in trac. de interpre. iuris. parte prima. col. 3. num. 22. vſque ad numerum. 28. &
25 vltra gl. in d. c. 2. de reſcri. quæ dicit in iuramentis & alijs huiuſmodi pactionibus ſubaudiri ſemper generales conditiones, vt puta, ſi Deus voluerit, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, & ſimiles, per iura, quæ ibi allegat. & ſatis dicitur illud eſſe expreſ
26 sè quod colligitur ex mente & intentione diſponentis per rationem naturalem, quæ vnica & ſola reddi poteſt. licèt in uerbis expreſſis non ſit ſpecificatum. l. miles agrum. ff. de re milit. bonus tex. in l. licèt Imperator. de leg. 1. vbi euidens dicitur il-
27 lud, quod ex coniecturis colligitur. & illum tex. ad hoc allegat Abb. in cap. licèt cauſam. 13. not. de probat. ad idem facit illud qnod ponit Aegid. deciſ. 434. inci. ſi in libello, vbi ſentit, quòd illud dicitur expreſsè in libello, quod colligitur ex præſumptio
28 nibus, refert, & ſequitur Stafil. de grat. & expect. § circa tertiam partem. col. 4. num. 38. & 40.

SVMMARIVM.

1 *Vti per pactionem, ita per modum ſimonia inducitur.*
2 *Modus æquipollet conditioni.*
3 *Magis tenetur ille, qui eſt ſub modo obligatus, quàm qui ſub conditione.*
4 *Sub modo relictum, ſatis data cautione de modo adimplendo peti poteſt*
5 *Sub conditione relictum, data cautione non petitur, ſed eſt neceſſe expectare conditionis euentum.*
6 *Condutio & modus in quo parificantur.*
7 *Modus ſit per, vt, cauſa ſit per qui, conditio ſit per ſi, & cum.*

An inducatur Simonia conuentionalis per modum, ſicuti per pactum. Cap. 6.

TQuod dicitur de pactis & conditionibus, idem eſt dicendum quoque de modo, per quem vt per pacta, & conuentiones ſimonia inducitur, not. in c. tua nos, præallegato, in glo. in verſ. conuẽtio, quæ allegat tex. in c. vnico. §. omnis, vt eccleſiaſtica benefi. vbi gl. in verſ. modo quia, dicit, quòd vti per pactiones, ita per mo-
1 dum ſimonia inducitur, quia modus æquipollet conditioni. c.
2 2. & 3. de condit appoſ. & c. ſi infidelis. 28. q. 1. ſubiungendo ibi gl. quòd magis tenetur ille, qui eſt ſub modo obligatus, quàm
3 ille qui eſt ſub conditione: cum ſub modo relictum ſtatim da-
4 ta cautione de modo adimplendo, peti poſſit. l. in teſtamento. ff. de fidei commiſ lib. l. quibus diebus. §. vltimo. ff. de condit. & & demonſtr. Et ibi Io. Andr. exemplificat, Titio Stichum lego, vt eum manumittat, cauens de manu mittendo ſtatim illum perit. Idem in legato ad monumentum. Si verò ſub cõditione
5 relinquitur ſtatim data cautione non petitur, ſed eſt neceſſe expectare conditionis euentum, & adimplementum, quia niſi illa extante non petitur. l. qui hæredi. ff. de condit. & demonſtra.
6 §. vlti. Et quod dicitur, quòd conditio, & modus parificantur, parificatio & ſimilitudo intelligi debet in illis, inſpecto exitu, vt enim, qui non paret conditioni, ſic, & omnino qui non paret modo, non habet relictum, & in hoc parificantur; ſed inſpecto principio differunt. nam in conditione, non datur actio, niſi extet conditio. In modo eſt contrarium: nam data cautione de adimplendo, datur actio. l. liberto. §. Lucius. ff. de annu leg. l. qui hæredi. §. fi. ff de condit. & demonſtr. per gl. Bart. Ang. Salic. Paul. da Caſtr. in l. 1. C. de his quæ ſub mod. fiunt. vbi ui-
7 deas glo. primam quæ dicit, quòd modus fit per vt, vt lego tibi decem, vt nubas Titio. cauſa fit per quia, conditio fit per ſi, & & per cum, vt in glo. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Nullus debet accedere ad eccleſiaſtica officia niſi per gradu.*
2 *Præsbyter effectus debet ſperare ſummi pontificis locum.*
3 *Spirituales dignitates non debent auferri à clericis, & dari laicis.*
4 *Non debent laici vocari ad dignitates omiſſis clericis.*
5 *Ad præsbyteralem dignitatem etiam ſpe alliciuntur.*
6 *Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere.*
7 *Vide intellectus ad illa verba, ſeruitus indebitè impenſa.*
7 *Nemo poſt ordinatus præcedere habet primò ordinatum ad honores.*
9 *Seruitijs Epiſcopi aſſiſtens poteſt ſperare perceptionem ſuorum beneficiorũ fructuum integralem.*
10 *Papa olim dabat tria paria literaru m beneficiando.*
11 *Hodie non ſunt in vſu, niſi executoriales.*
12 *Qui eccleſiæ in aliquo inſeruiuit, poteſt ſperare remunerationem.*
13 *Ex nuda promiſſione oritur actio.*
14 *Qui ſentit onus, commodum quoque ſentire debet.*
15 *Sacerdos, qui pauper eſt, poteſt populo diuina ſubtrahere, niſi det oblationes.*
16 *Papa quotidie expectatiuas concedit.*
17 *Spes eſt futuræ beatitudinis expectatio.*
18 *Per literas regreſſus, inceſſus, & acceſſus, quis dicitur habere ius in ſpe.*
19 *Poſſunt conuenire monachi in aliquem, hoc modo, ſumas habitum, uolumus te Abbatem.*
20 *Nemo ſperat, quod non cupit.*
21 *Eſt ambitus ſperare beneficia & dignitates eccleſiaſticas.*
22 *Non ambientibus & cupientibus, ſed fugientibus, & reſpuentibus conceduntur dignitates.*
23 *Non ambitione, ſed labore ad honores peruenitur.*
24 *Ex ambitione ipſa quantumcumque dignus, indignus efficitur.*
25 *Indignus deſiderando beneficia, committit ſimoniam.*
26 *Vt eligatur quis, habet primò requiſitus renuere. Et nemo eſt eligendus, niſi ab initio diſſentiat.*
27 *Nemo inuitus aut reclamans admittitur ad honores.*
28 *Punitur Epiſcopus inuitum promouens ad dignitates eccleſiaſticas.*
29 *Semper inuoluntarius non eſt eogendus ad honores.*
30 *Illius non habet fieri promotio, qui ſemper indurata uoluntate recuſat, ſed qui diſſentiat tepidè, & de nolente fiat uolens.*
31 *Quis poteſt cogi vt fiat Epiſcopus, ſi à principio de nolente fiat uolens.*
32 *Deo propter Deum, non propter aliud eſt ſeruiendum.*
33 *Deo inſeruientes nullam ſpem ſuper ſpiritualibus habere poßumus.*
34 *Nec promiſſionem, nec ſpem aliquam de ſpiritualibus habere debemus propter ſimoniam.*
35 *Nemo ſpe, præmio, aut alio conuerti debet ad fidem, vel ad Dei cultum.*
36 *Nemo ſpe, præmio, aut alio conuerti debet ad fidem, vel ad Dei cultum interuentu muneris.*
37 *Si de ſpiritualibus ſpes habeatur principaliter eſt ſimonia.*
38 *Secundariò poſſunt ſperari ſpiritualia ſine incurſu ſimoniæ.*
39 *Quando vſurarius intelligatur committere uſuram.*
40 *Syluester bona temporalia pollicebatur paganis, vt facerent ſe chriſtianos.*
41 *Quomodo & in quo caſu poſſit licitè dari pagnis, vt conuertantur.*
42 *Mirabile arcanum de Chriſto.*
43 *Epiſtola Lentuli, & Pilati de Chriſto.*
44 *In mutuo nihil licet ſperare, quia eſt vſura.*
45 *Dictio nulla, eſt terminus vniuerſalis.*
46 *Tunc eſt licitum ſperare ſpiritualia, quando ſpes oneratur.*
47 *Quis habet ſperare dignitatem, vt proſit, non vt præſit.*
48 *Terminus vniuerſalis poteſt reſtringi ad certam ſpetiem.*
49 *Vniuerſalis ſemper reſtringitur, quando non omnia particularia comprehẽſa ſub uniuerſali congruunt materiæ.*
50 *Vide ſignificatum propoſitionis, pro.*
51 *Ad Papam, qui eſt ordinarius uniuerſalis ſpectat diſponere de omnib. beneficijs.*
52 *In beneficialibus auctoritas Papæ purgat ſimoniam.*
53 *Tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo.*
54 *Expectans beneficium, poteſt ſperare ſine uitio ſimoniæ.*
55 *Perſona egens & digna poteſt pro ſe effundere præces pro beneficio.*
56 *Si porrigit quis pro ſe preces, vt in prælatum eligatur, ambitioſè facit, & eſt ſimoniacus.*
57 *Conſanguineus egens non indignus magis idoneo non egenti præferri poteſt in ſimplici beneficio. & etiam conſanguineis egenis & dignis Epiſcopus prouidere tenetur.*
58 *Collatio facta conſanguineo tenet, ſi ſit dignus & pauper, ſed ſi fiat indigno, ſiue ſit pauper, ſiue diues, non ualet. uerum ſi fiat digno & diuiti, malè facit Epiſcopus, ſed tenet collatio.*
59 *Si dignus porrigit pro ſe preces pro ſimplici beneficio non eſt ſimoniacus ſecus ſi ſit indignus, quia reputatur ſimoniacus.*
60 *Idem ſi ſit curatum beneficium, uel dignitas, dummodo ſit egens, & habeat propoſitum, ut proſit, non ut præſit, ſecundum aliquorum opinionem.*
61 *Nemo quantumvis dignus poteſt pro ſe petere eccleſiam curatam, quia eſt ſimonia.*
62 *Qui ordinatur aut eligitur ſuis precibus, quamuis idoneus, eſt ſimonia.*
63 *Beneficium ſimplex, ſi quis ſentit ſe dignum, & indiget, pot eſt petere ſine ſimonia.*
64 *Papa olim parce & curialiter expectatiuas concedebat.*
65 *Expectatiuæ vt plurimum in forma pauperum conceduntur.*
66 *Expectatiuæ conceſſæ clericis pauperibus, ſunt potius literæ iuſtitiæ quàm gratiæ.*
67 *Eſt iuſtum, ut clerici, qui ſe deputarunt ſeruitijs diuinis beneficientur,*
68 *Clericus non debet proprijs ſtipendijs militare. Et clericus poteſt locare operas ſuas ſpiritualcs.*
69 *Honores poſſunt peti publicè, non occulte.*
70 *Laici alio modo quàm per uiam iuris patronatus non habent ius in eccleſia.*
71 *Ita contrahitur ſimonia à lingua, ſicuti à manu.*

Source : BIU Cujas

Au propter spem inducatur Simonia, & de seruitijs, quæ prælatis impenduntur spe beneficiorum. Cap. 7.

QUia suprà diximus, ꝙ neque spem, neque ꝓmissionem habere possumus de spiritualibus, ꝑ tex. ca. per laicos. 16. q. 7. & c. cum ad nostram, de electio. iuncto tex. in c. cum essent, vbi Abb & alij. de simonia, cum similibus: videtur de necessitate aliquid dicendum de spe, quæ possit haberi, vel non haberi circa spiritualia, & quomodo per illam committatur, aut non committatur simoniæ vitium, & an quis possit inseruire spe assequendi remunerationem in spiritualibus, & è contra, an quis possit recipere seruitium spe illud remunerandi de spiritualibus.

Pro quo dic, ꝙ nō videtur ꝙ à iure sit prohibitum spem de spiritualibus haberi posse, quia videtur tex. in terminis. cap. si
1 officia 60. distin. vbi dicitur ꝙ nullus debet accedere ad officia ecclesiastica & sacerdotalia, nisi per gradus; & præsbyter effec-
2 tus debebit sperare summi Pontificis locum, vt clare ibi text. increpatiuo modo conceptus, ꝙ ecclesiasticæ, & spirituales di-
3 gnitates, & honores non debent à clericis auferri, & dari laicis, nec omissis & postpositis clericis militātibus in castris dominicis: laici sęculo vagātes, & ecclesiasticum ordinem nesciē-
4 tes, ad sacerdotalem dignitatem vocari debent. quid enim proderit per singula stipendia clericos militasse, & omnem egisse in dominicis castris ætatem, si laici ad sacerdotij fastigium uocantur? Idem vī in c. in singulis. 77. distin. ibi, summum pontificatum sperare debebit & c. vī ibidem tex. in c. constituit, quod est vltimum. 64. dist. vbi ad præsbyteralem dignitatem ēt spe
5 lucri & quæstus alliciuntur, & allici debent: vti ibi in finalibus verbis. Est pariter tex. in cap. sunt nonnulli. 1. q. 1. vbi dicitur, ꝙ
6 beatus est vir, qui excutit manum suam ab omni munere, id-est lingua, manu, & obsequio; quibus tribus modis contrahitur simonia, vt per text. in c. & si quæstiones, de simonia glo. in c. statutum. §. insuper. de rescri. in l. complures. §. tutor. ff. de admin. tut. c. sunt nonuulli. 1. q. 1. vbi declarando ab obsequio, di-
7 cit, ꝙ dixit quando est seruitus indebitè impensa; vnde si debitè, idest, si per dignam personam digne pro beneficio seruitur videtur licitum, nec simonia committitur, argumento à contrario sensu, quod est in iure validum.

Secus sit, si per indignum, vel per dignum indigne, quia tūc est simonia, vt per glo. ibi. idem in tex. in c. fi. 75. distin. vbi primò ordinati, primo habent præcedere, & nemo post ordina-
8 tus eis præcedere habet in habendis honoribus & emolumē-tis, vt per glo. ibi. Idem videtur innuere tex. in c. sunt in ecclesia. 8. q. 1. & seruitijs episcopi assistens potest sperare integralē
9 suorum beneficiorum reddituum perceptionem, præter distributiones, quæ absentibus non dantur. cap. de cætero, extra de cler. non residen. facit tex. in c. cum pridem, de pac. vbi qui Papæ monitis acquieuit, propter obedientiam licitè potest sperare beneficia, quæ ei Papa ordinauit conferri per suas literas monitoriales, quibus monebat ordinarium de eo benefician-
10 do. nam regulariter antiquitus Papa dabat tria paria literarū beneficiando, primò monitoriales, quia monebat, secundò p-
11 ceptorias, quibus præcipiebat, tertio executorias pro aliquo beneficiando, quarum hodie non sunt in vsu, nisi executoria-les, vt per Staphil. & Lud. Gomes. in eorum tract. de gratijs & expecta. in princ. Abb. c. ex insinuatione. de rescri. & qui eccle-
12 siæ in aliquo inseruiuit sperare potest remunerationem sibi ēt nudo pacto & nudis verbis promissam, c. quicunque suffragio. 12. q. 2. immo ad promissa huiusmodi obtinendum ex nu-
13 da promissione & nudis verbis oritur eidem actio, vt per glo. ibi. & iustum est vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium, cap. charitatem. 12. q. 2. & qui sentit onus & incommodum, eidem quoq;
14 & emolumentum sperare licet, c. de lapsis. 16. q. 6. & gl. in d. ca.
15 charitatem. & sacerdos qui pauper est, potest populo diuina subtrahere, nisi det ei oblationes. glo in c. omnis christianus. de consecr. dist. 1. per tex. quem allegat in c. cum sit, de simonia, & cap. charitatem. 12. q. 2. præallegato, & illa quæ late deduximus suprà in simonia mentali in quæstione. & incipiendo à baptis-mo, vbi materiam late posuimus. Facit, quia quotidie à Papa
16 certis personis conceduntur gratiæ expectatiuæ, per reseruationes generales & speciales, per creationem in canonicum aut aliam dignitatem, mandata de prouidendo ad certa & incerta beneficia pro certis & incertis personis, per tex. qui dicit apertè in c. ex parte. el primo. de offi. & pot. iud. deleg. ca. cum pridem de pact. per Staphil. de gratijs expectattuis. §. sexta igitur forma. per totum, & inferius de manda. de prouiden. §. prima igitur. per totum. & tribus seq. Cassador. decis. 3. per totū. de præben. per quod expectantes reseruatarij & habentes mā data de prouidendo, expectantes ecclesiastica beneficia per tales gratias sibi promissa & assignata sperant, & sperare possunt licite sine simonia spiritualia, quia spes est futuræ beatitudinis
17 expectatio. Inn. in cap. ex literis. de iur. iur. & de facili speratur quod expectatur. dantur & regressus quotidie, ingressus & accessus ad beneficia collata & resignata, per quos quis dicitur
18 habere ius in spe ad beneficia, & spiritualia, per Gig. in tract. de pens. 79. q. nu. 3. & q. 94. 2. col. num. 10. & de huiusmodi regressu, ingressu, & accessu vide per Petr. Rebuf. in sua practica beneficiali tit. de regr. facit tex. & ibi gl. in c. qui Episcopatum desiderat. 8. q. 1. vbi uidetur licere desiderare Episcopatum: & gl. ibi. desiderare, ergo & sperare possumus Episcopatum & de iure ciuili videtur etiam quòd honores peti possint. arg. l. eos. ff. de decurion. immo & pecuniam videbatur licitum dare pro honoribus & dignitatibus. l Barbarius. ff. de off. præsi. & secundum Hug. relatum in glo. in cap. per laicos. 16. q. 7. possunt con-
19 uenire monachi in aliquem, & dicere ei, sumas habitum, uolumus eligere te in Abbatem, cùm fueris factus monachus, per iura quæ ibi adducit.

In contrarium faciunt multa, nam spes est cupidorum ho-
20 minum, nemo enim sperat, quod non cupit, c. 1. de elec. in 6. ꝑ Archi. ibi in vers. spem, nec possumus cupere beneficia & di-
21 gnitates ecclesiasticas aut spiritualia, quia est ambitio, quia illa
22 non ambientibus & cupientibus dari conceditur, sed fugienti-
23 bus & respuentibus, quia non ambitione, sed labore ad honorem pernenire debemus. C. de re mili. contra publicam. lib. 12. & dist. 50. miramur. in fi. & à talibus cupientibus est auferēdus honor & locus regiminis non dandus. 1. q. 6. sicut his. c. fin. de simonia, ubi glo. text. in vers. in scripturis. 8. q. 1. quia ex ambi-
24 tione ipsa, & desiderio quantumcunque sit dignus, reputatur indignus, & indignus desiderando & cupiendo dignitates, &
25 beneficia ac alia spiritualia committit simoniam, per Sanctū Thom. in 4. dist. 25. 2. q. 10. de Sylu. in tract. de benefi. prima parte. q. 7. diximus suprà in mentali, in quæstione de dispen. collat. & grat. fac. per Episcopum. §. deueniendo ad secundum caput
26 in fin. Et vt eligatur quis, habet primò requisitus renuere & dissentire, quia nemo est eligendus, nisi ab initio dissentiat. ca. vlt. 1. q. 6. optimus tex. in l Si quemquam, de Episc. & cleri. ꝙ est tex. in materia ista magistralis, quamuis videatur contrariū de iure, quia nemo inuitus vel reclamans ad honores & dignita-
27 tes admitti debet, est tex. in c. Episcopus. 74. distin. ubi punitur Episcopus qui inuitum ad ecclesiasticos ordines admoueat,
28 glo. est in c. sicut is. 1. q. 6. quæ dicit, dummodo non sit perseuerans, quia si semper sit inuoluntarius, non est cogendus, per iu-
29 ra quæ ibi adducit in uerbo remit. uerum hoc est & debet intelligi sano modo, ꝙ non ille eligi debeat, qui indurato semper
30 animo & uoluntate recuset, qa illius nō debet fieri promotio d. c. Episcopus, sed ille qui sit dissentiens uel reclamans tepide et leniter, reputando se tanto honore indignū, et tanto oneri imparem & impotētē, & qui de nolente fiat uolens, vt ꝑ adducta ꝑ glo. in c. ante omnia. 41. dist. vbi dicit, qđ quis pōt cogi, ut
31 fiat Episcopus, si videlicet à principio de nolente fiat uolens, & in c. in scripturis. præallegato, in verbo fugientibus, & melior glo. in c sicut is. 1. q. 6. vbi declarat quid sit fugere, quando textus dicit quod uocatus ad honores debet fugere. i. debet timere. ue forte sit sufficiens, vel fugere intelligitur qui se nō ingerit, vt ibi per eam gl. in vers. remit. & in vers. refugit.

32 Item in contrarium facit, quia Deo ꝑ Deum, non ꝓpter aliud est seruiendum. c. sunt in ecclesia. 8. q. 1. vbi quærentes nō quæ sunt Iesu Christi, sunt mercennarij, & inter filios se computare non habent, bona glo. in c. consuluit. dist. 74. in ver. hac
33 est tex. in c. non est. 1. q. 1. vnde Deo inseruientes nullam spem super spiritualibus habere possumus, per tex. qui dicit expressè in c. cum ad nostram, de elect & c. per laicos. 16. q. 7. vbi hoc ad literam habetur. tex. in c. officij, de elect. quòd nec promissionem nec spem aliquam de spiritualibus habere debemus,
34 propter simoniam quam secum trahunt, nec immeritò, quia spe, præmio, promissione, aut aliquo alio quois non debet tra-
35 hi, aut allici, aut conuerti ad fidem, & ad Dei cultum, per text. in c. quam pio. 1. q. 2. vbi dicitur aperte quòd non legitur Domini discipulos vel eorum mysterio conuersum quempiam ad Dei cultū aliquo muneris interuentu prouocasse; quia nō
36 possumus aliquid dare pagano, vt Christianus fiat, quia est simoniacum cap. querelam. extra de simonia. glo. in cap. quàm pio. præallegato.

Verùm pro concordatione contrarij, est intelligendum, ꝙ non licet habere spem super spiritualibus, & de spiritualibus,
37 primò & principaliter, quia si primò & principaliter, & directò habeatur, committitur simonia, vt. c. cum ad nostram, de elect & c. ꝑ laicos. præallegatis, & alijs adductis vltimo loco, quæ habent locum, & intelliguntur cum principaliter intenditur & priucipaliter speratur, secus est, si secundariò, quia be-
38 ne est licitum sperare beneficia ecclesiastica, & spiritualia, dūmodo non principaliter sed secundario, quia tunc non committitur simonia, prout euenit in vsurario, qui si principaliter ad lucrum intendat, ita ꝙ non mutuaret, nisi lucrum inde speraret, tunc est vsurarius & vsuram committit. c. 1. & c. consuluit, extra de vsur. & 14. q. 3. si fœneraueris, & ita intelligunt cō corditer Ioan. Andr. Archid. Gem. in c. 1. eo. tit. lib. 6. & in cap.

con-

Source : BIU Cujas

conſuluit, & Theologi in 4. 15. diſtinct. ſecus eſt ſecundario,
39 quia ēt ſi crederet, non habere, vel conſequi aliquid vltra ſortem, mutuaret nihilominus propter charitatem, & talis ſpes non facit vſurarium, Ricar. de Mediaui. in 4. diſt. 15. art. q. 5. argu. per tex. dictis, c. quid proderit. c. in ſingulis. c. ſi officia, ſequitur Angelus, qui refert in ſumma in verbo vſura, verſic. 1. cum hac diſtinctione debere intelligi dicit glo. in c. cum ad noſtrā, c. quid proderit. c. tunt nonnulli, cum alijs præallegatis. ita ſentit Abb. in c. cum in eccleſiæ. de ſimonia, vbi poſita quæſtione, nunquid licite detur pagano, vt Chriſtianus fiat, exemplo Sylueſtri, qui bona temporalia pollicebatur paganis, vt facerent
40 ſe Chriſtianos dicit ꝙ ſi pagani non habent propoſitum ueniēdi ad fidem, niſi ex cupiditate pecuniæ promiſſæ, & niſi pro habendo, & conſequendo pecunias, aut temporalia, ꝙ non eſt licitum tunc eis promittere, uel dare pecunias, vt fiant Chriſtiani, quia fierēt eo caſu principaliter pro pecunia & pro lucro, & pro habendis temporalibus, quod eſt ſimoniacum, & parū eis ꝓdeſſet Baptiſmus. 15. q. 1. non eſt, immo peccat, quia abu-
41 titur bono, & ſimiliter dantes. argu. 23. q. 5. ad fidem. & nemo muneribus ad fidem conuerti habet. c. ſicut Epiſcopum. 1 q. 2. ubi nemo ad couerſionem & nemo ad ingreſſum eccleſię pretio inuitandus eſt, ſecus eſt ſi Pagani & Iudæi habentes propoſitum ſe conuertendi, & ueniendi ad fidem; ſed timeant ꝙ ſit neceſſe eis deferere diuitias per eos abunde ex uſuraria prauitate, aut aliàs male congeſtas & cumulatas, quia malè ablata debent reſtituere, timentes paupertatem, quia eo caſu licite, & ſine ſimonia poſſunt eis pecuniæ promitti, vt ibi per eum. Idē
42 tenet Petrus Leſmandier in trac. de priuileg. Doctorū quarta parte. q. 87. vbi ponit mirabile arcanum de Chriſto reuelatū per quendam magiſtrum Iudæorum cuidam Chriſtiano, qui illum quærebat ad fidem conuertere, quod arcanum eſt ſcriptum in quodam libro antiquo ſacerdotum, ꝙ Chriſtus fuit ſcriptus Ieſus filius Dei viui, natus ex Virgine Maria quod cōfundit iudaicam prauitatem, ſed dicit ꝙ pauci ſunt Iudæi, qui ſciant hoc, & ꝙ iſte liber ſacerdotum in hodiernum diem permanet in Tibervade, ubi dicit ꝙ ſacerdotes fecerunt diligentiā ſuper indaganda ueritate circa virginitatem Mariæ per obſtetrices, & ita in ueritate inuenerunt. & vide eundem Petrum. d. loco, vbi in antecedenti. q. ponit Epiſtolam Lentuli, & Epiſto-
43 lam Pilati de Chriſto, ſcriptas & datas in Hieruſalem, & Iudæa, & idem Abb. in c. cum dilectus. el 2. eod. titu de ſimonia, idem
44 gl. in c. conſuluit. de vſur. ꝙ in mutuo non licet aliquid ſperare principaliter, quia eſt vſura, ſecus ſecundario, vbi multa allegat & hoc modo ēt pōt intelligi, ꝙ Deo ꝓp Deum principaliter ſeruire debemus, & non ꝓp temporalia principaliter, vt declarat Gemi. in c. ſunt in eccleſia. 8. q. 1. qui dicit, ꝙ in caſu illius textus illi ſeruiebant Deo principaliter ꝓp temporalia qđ non licet, ſecundario vero ſic, vt ibi per eum, quia inquit, non ita in uigilare debemus temporalibus, ut pro eis acquirendis, retinēdis, uèl diligendis deſeramus iuſtitiam. 12. q. 1. habeat, Arch. tamen in d. ca. cum per laicos, non uidetur placere iſta diſtinctio glo. de principali & ſecundaria ſpe quia dicit obſtare ualde di-
45 ctionem, nullam, quæ cum ſit ſignum & terminus uniuerſalis, uidetur ſecludere ſpem cuiuſcumque generis, & dicit debere intelligi dummodo ſpes non proueniat ex conuentione, quia tunc reprobatur, uel ut ſit ſpes, ut oneret, quo caſu eſt licitum
46 ſperare, quia vt proſit, non ut præſit quis habet ſperare digni-
47 tatem. ca. qui epiſcopatum. 8. q. 1. ut in caſu illius textus, quod eſt diſtinguendum (inquit) an uacabat Abbatia in introitu illius monachi religionem ingredientis, an non, quia ſi in introitu, eſt dicendum ꝙ ſpes illa reprobetur, ſi uero non uacabat, ꝙ non reprobetur, ut ibi per eum. ego tamen ex quo id dicūt glo. & alij in prænominatis locis, & dicit gl. in c. cum eſſent de ſimonia, & ibi Fely. & ex quo honores ēt in eccleſia Dei inter clericos diſtribuuntur, & ex quo clerici non habent militare ſuis ſtipendijs, & ex quo non omnis ſpes damnatur, non omnis ſpes inducit ſimoniam, quia licet Epiſcopatum deſiderare,
48 ut per Gemi. qui hoc firmiſſime tenet in cap. hoc ad nos. 59. diſtin. cum alijs quæ cumulatiſſime adduci poſſent, & ex quo terminus, nullus, licet ſit terminus uniuerſalis, & generalis, tamē pōt reſtringi, & adaptari ad certam ſpeciē, ut uidelicet amplectatur oēm ſpem principalem, non ſecundariam, prout in materia nr̄a optimè dicit Gemi. in c. hoc ad nos. 59. diſt. quia uniuerſalis ſemper reſtringitur, qñ non oīa particularia compre-
49 henſa ſub uniuerſali congruunt materiæ. gl. c. 1. de conſtitu. & aliàs ut ibi per eundem Gem. non diſcedendum eſt ab opinione glo. in dicto c. cum ad noſtram c. quid proderit. c. ſunt nōnulli, q̄ id cōcorditer & aperte dicit, Inno. c tua nos. de ſimo-
50 nia, ibi ēt Abb. & Fely. prædicto. c. cū in eccleſijs, & alijs locis præallegatis. Abb. tñ in c. cū ad nr̄am, vr̄ adhærere illi reſponſioni, quoad nullam hr̄e ſpē, vt oneretur, & ſic fugiat diuitias & dignitates, vt ibi ꝓeum in fi. facit, quod dicit Archi. in c. iudices. 1. q. 1. vbi ꝓ declaratiōe gl. q̄ dicit ꝙ pro celebratione miſſæ aliquid pōt accipi, dicit ꝙ ibi non debet intelligi ꝙ propoſitio ſit cā prima motiua, quia prima cā motiua eſt deuotio: ſed cā motiua remota, & non propinqua, & ꝙ per eumdem dicitur in c. Agato. 63. diſt. facit, qa clericus dicens miſſam ꝓp principalem ſpem lucri, ſimoniam committit, Abb. no. c. conſuluiſti. de celebr. miſſarum, & c ſignificatum. de præb. gl. melior in c. unico. de cler. non reſid. in fin. in 6. & vt dixi facit tota materia ſimoniæ mentalis, & ꝙ ſpe committatur ſimonia, dicit Hoſt. in ſumma. §. per iudicem. in fi. ſed certe hæc reſpōſio non ſufficit, cum ſpes eſſet debitum iri, arg. inſtit. de verb. obli. §. ex conditionali, vnde non pōt negari, quin illa ſpes, q̄ ēt poſt omnino extitit, remiſſa ſit, & ſic eſt ſimonia, item cum idem ſit remittere ꝙ dare. c. quærelam. de ſimonia. c. veniens. de teſtibus & ad illud quod diximus de expectatiuis, gratijs, ac de mandatis de prouidendo ac de regreſſibus, nec non ꝙ de iure ciuili honores & dignitates poſſunt peti nedum ſperari & deſiderari, & quòd licet facere conuentionem iſto modo, ſumas habitum, quia te faciemus Abbatem cum fueris monachus &c. reſponderi poſſe puto.

Et primò, quo ad expectatiuas & regreſſus poteſt reſponde
51 ri, ꝙ cum Papa ſit ordinarius vniuerſalis, & eps totius orbis, ad eum de omnibus beneficijs diſponere ſpectat, t per gl. in cap. felicis. §. fin. in uerbo priuata. de pœn. lib. 6. & in c. ad romanā. 2. q. 6. & in c. ſola, cum ſeq. 9. q. 3. & in c quanto. de transla. c. 2. de præb. lib. 6. clem. 2. vt lite penden. ꝓ quæ iura Papa abſolu-
52 tam habet in beneficialibus poteſtatem, & illius authoritas poteſt purgare omnem ſimoniæ labem & maculam in beneficialibus, quia tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo, qa beneficia non ſunt ordinata à Deo, ſed ab eccleſia, late ſupra in mentali, in quæſtione de collationibus quoque & gratijs
53 &c. & in illis, quæ ſunt de iure poſitiuo, Papæ excuſat authoritas. tex. cum glo. in c cum pridem, de pactis. cap. ſi quis. 1. q. 1. Caſſado. deciſ ſecunda. de ſimonia, Deci. cont. 436. uiſa. col. 3. num. 10. & conſ 141.

Vnde, expectans beneficium, ex quo de auctoritate Papæ
54 expectat, non videtur incurrere in ſimoniam propter talem ſpem, quia authoritate Papæ purgatur omnis ſuſpitio, & ex quo authoritate Papæ ſperat, licite ſperare poteſt, & uitiū ſimoniæ in beneficialibus eſt de iure poſitiuo, Reſtaur. Caſtal. in tract. de Imperatore. uerſ. 282.

Secundò pōt dici, ꝙ ſi perſōna ſit egens, & digna, & idonea,
55 pōt deſiderare benencium, quia & pōt. ēt ꝓ ſe pro beneficio obtinendo preces effundere, nec committit ſimoniam, unde multo magis ſperare & de illo ſpem hr̄e, quia facit pro indigētia, & non ꝓp ambitionem, dicit eleganter glo. in c. tua, de ętate & qua. in uerbo nullum vbi dicit, ꝙ ſi qs porrigat pro ſe pre-
56 ces, vt in prælatum eligatur, ambitioſæ ſunt & illicitę, & eſt cō miſſa per eū ſimonia, vbi refert Io. And. ꝙ dicit Hoſt. ꝙ nō reprobaret, ſi ꝑlatus conſanguineum egentem non indignū prę-
57 ferret magis idoneo non egenti in ſimplici beneficio, cum & talibus ꝓuidere teneatur. 86. diſt. non ſatis, de cohab. cler. ca. 1. c. relatum, de teſt. §. licet, Io. de Anan. c. vnico. vt eccleſ. benefi. ſine dimin. col. 4. num. 28. vbi dicit ꝙ collatio facta conſanguineo tenet ſi ſit dignus & pauper ſed ſi fiat indigno, ſiue ſit pauper, ſiue ſit diues, non ualet; ſed ſi fiat digno & diuiti dicunt doct. ꝙ eps malefacit, tñ tenet collatio. Arch. in ca. ordinationes. 1. q. 1. qui diſtinguit, vel ſit beneficiū ſimplex, vel curatum; vlterius ſi quis dignus porrigat ꝓ ſe preces pro beneficio ſim-
58 plici, non committit ſimoniā, ſecus ſi ſit indignus, quia reputatur ſimoniacus: Sanctus Thom. in 4. diſt. 25. 2. q. Io. de Sylu. in tract. de benefi. prima parte. q. 7. & adde, ſi ſit egens, vt per Ar-
99 chid. d. c. ordinationes, ſecundum Ange. in ſumma, qui refert opin. Rodon. id ēt procedit ſi beneficium ſit cum cura & dignitate, quod quis ēt ſine ſimonia pōt precibus ſuis implora-
60 re, dummodo ſit egens, & habeat propoſitum, vt proſit, non vt præſit. in uerbo ſimonia. 5. uerſ. quid ſi non detur munus à manu, uide ēt gl. in ca. ordinationes. 1. q. 1. quę dicit, ꝙ aliquis ēt ꝓ ſe ipſo pōt petere ſi ſit dignus, exemplo Petri, qui Dño dixit, Ecce reliquimus oīa, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? vbi dicit Archi. ſm Rain. qđ quis quamuis dignus non po-
61 teſt pro ſe petere eccleſiā uel dignitatē, uel aliud beneficium habens curam animarum annexam, & in hoc ſentit cū Hug. & multis alijs, qui dicunt, ꝙ qñ quis ordinatur aut eligitur ſuis
62 precibus, quantumcumque ſit idoneus, eſt ſimonia, 8. q. 1. in ſcripturis, extra de iure patro. cap. per ueſtras, beneficium ue-
63 rò ſimplex ſi ſentit ſe dignū & indiget, pōt petere abſque peccati metu, & ſimonię, extra de reſcri ad aures. c. 2. de præbē. & in hoc ſentit cum aliis, ſi uerò non indiget, peccat, vt patet in ꝑfata decretal. ad aures. & 1. q. 2 c. clericos. 12 q. 1. cap. illi qui, &
64 aliàs vt ibi per eum. & Papa parce, & curialiter expectatiuas gr̄as olim concedebat, & pro curialibus, Ludoui. Gomeſ. d. loco. unde eſt dicendum, ꝙ pro familiarib. pauperibus id quod apparet, quia ut plurimū dantur in forma pauperum, ꝓ Staph. d. loco §. nona forma & idem col. 20. uerſ. 9. num. 72. ubi dicit,
65 ꝙ expectatiuę conceſſę clericis pauperibus, dicuntur potius li-
66 terę iuſtitię, quam gr̄æ, quia iuſtum & rationabile eſt, ut clericus, qui ſe deputauit ſeruitiis diuinis, qui non habeat aliud be-

neficium

Source : BIU Cujas

67 neficium debeat beneficiari, ſecundū Ioā. Andr. & Dominicū in c. ſi pauper. de præb. lib. 6. qui cum ſit miles cœleſtis militię, vt per tex. c. degradatio, de pœnis, in 6. & glo. in l. miles. ff. de re
68 iudicata, non debet proprijs ſtipendijs militare, c. cum ſecundum, de præb. extra, & per illum tex. dicunt ibi doctores, quòd clericus poteſt locare operas ſuas ſpirituales.

Et ad illud, ꝙ de iure ciuili dignitates ambiri, & peti poſſint, reſpondet glo. in c. ſicut. 1. q. 6. in uerſ. uel importunum, quæ ponit iſtud contrarium, reſpondet, dico tribus modis ꝙ hono
69 res poſſunt peti publice, non occulte ſecundū aliorū opinionem, ꝙ meritis pōt quis petere. alij qđ à populo, nō autem ab Imperatore poterant peti, & ēt alio mō, quod vc3 eſt aliud in dignitatib. ſæcularibus; quæ reſponſio magis arridet in materia nr̄a, vbi iura prohibuerunt beneficia, & dignitates eccleſiaſticas peti & ambiri, & pro illis pecunias & tpalia dari, totis titulis vbique de ſimonia. & ad illud, ꝙ eſt licitū facere conuentionem, ſumas habitum &c. ꝙ ſtatim ꝙ fueris monachus uolumus te in Abbatem eligere &c. reſponde, ꝙ gl. non placet ille intellectus, & ille eſt intellectus Hugo. ad illum tex. & dic & reſponde, vt ibi per Archi. qui triplicē dat reſponſionē. Vnde attenta iſta diſtinctione vr̄ clara reſpōſio & reſolutio ad illam qōnem, an quis poſſit inſeruire p̄lato ſpe beneficiū eccleſiaſticum aſſequendi; ac pari modo an p̄latus poſſit ab illo ſeruitiū recipere ſpe in eccleſiaſtico aliquo beneficio recompenſandi, abſque eo ꝙ committatur ſimonia. pro qua materia eſſe videtur tex. qui vr̄ in materia factus in extranag. Bonif. 8. quæ incipit excōicatione, vbi expreſsè anathematizatur, & excōicatur quicumque pro iuſtitia obtinenda à ſede Apoſtolica uel gr̄a pactus fuerit, conuenerit, promiſerit, promiſſionē receperit tacitè vel expreſsè, gn̄alibus vel ſpālibus verbis, & quibuſcumque modis, eſt tex. expreſſus in c. cum eſſent. de ſimonia, ubi q pro promouendo, negotio corā Papa, acceperat ab milite p̄miſſionem de vna eccleſia ſibi danda per eundem militē, qđ intellige per p̄ſentationem, mediante iure patronatus, qđ mi-
70 les habebat per gl. ibi, quia laici alio modo non habēt ptātem in eccleſia Dei, c. Maſſana. de elect. Abb in c. ueniens, de teſt. 2. not. ob tale ſeruitium videt pactū feciſſe ſimoniacū, unde ſilētium ei petenti eccleſiā imponitur, vbi notat Abb. in declaratione tex. ꝙ multi hodie incidunt in excōicationē dictæ extra uagantis, p quam ſunt ipſo iure excōicati, eſt tex. in ca. ordinationes. 1. q. 1. vbi tribus modis apparet cōmitti ſimoniā, precibus, pretio, & obſequio. & ordinationes factæ impenſo obſequio, tali intentione alicui perſonæ, falſæ iudicantur, vt ibi, & in cap. ſunt nonnulli, quod eſt cap. ſeq. vbi Beatus vir, qui excutit manus ſuas ab omni munere, vbi declarando text. ab ab omni munere, intelligit, lingua, manu, & obſequio, & munus ab obſequio eſt ſeruitus indebite impenſa, per quod apparet quod ob obſequium non poteſt alicui conferri, aut per aliquem ſeruientem ſperari. facit uniuerſalis negatiua, nullā, poſita in c. cum ad noſtram, & in c. per laicos. ſuprà alleg. ibi, nullam ſpem &c. per quod vt ſupra diximus per ſuam generalitatem, omnis ſpes videtur includi, per Archi. in cap. hoc ad nos. 59. diſt.

In contrariū verò facit illud Gregorij adductum per ſanctū Tho. q. c. de ſimonia, uerſ. ad quintum, vbi dicit. Eccleſiaſticis vtilitatib. deſeruientes, eccleſiaſtica dignū eſt remuneratione gaudere, ſequitur referens Io. de Sylu. in trac. de beneficio. 7. q. 1. parte col. 8. num. 47. facit tex. & ibi gl. in c. quid proderit. 61. diſt. & ibi gl. in c. ſi officia. 59. diſt. c. conſuluit. 54. diſt. cum alijs in contrarium in præſenti. q de ipe adductis. adde adducta per nos in mentali ſupra in qōne incip. & incipiendo à baptiſmo, vbi hanc materiam late congeſſimus. facit tex. in c. fi. de ſimonia, vbi qui nullo dato pretio, nullo pacto, ſed ſpe tm̄ & affectu animi antecedente, non videtur commiſiſſe ſimoniam ex iſta tali ſpe & affectu animi, vbi intelligit Inno. quòd ille ſeruit iſta ſpe conſequendi beneficium.

Pariq́ue modo idem eſt dicendū de Prælato, qui nō debet recipere ab aliquo ſeruitutē aut ſeruitiū aīo & ſpe illud eccleſiaſtico beneficio recōpenſandi, & remunerādi, quia vt p̄ ſanctum Thom. ibidem, quiſquis res eccleſiaſticas, nō ad id, quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ, uel obſequii, uel pecuniæ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt, quia noīe pecuniæ intelligitur rei cuiuſcumque pretiū, qđ pecunia cōmenſurari pōt. manifeſtū eſt aūt quod obſequiū hominis ad aliquā vtilitatē ordinatur, q̄ pōt pretio pecuniæ æſtimari, vnde pecuniaria mercede miniſtri conducūtur, iō idē eſt, ꝙ aliquis det rē ſpūalē, p aliquo obſequio tpali exhibito, aut exhibēdo, ac ſi daret p pecunia data uel promiſſa, qua id obſequiū æſtimari poſſet, & iō ſicuti contrahitur ſimonia, accipiēdo pecuniā, vel quālibet aliā rē exteriorē, qđ ptinet ad munus à ma
71 nu. ita ēt contrahitur p munus à lingua, uel obſequio, p dictū Sanctum doctorem d. q. c. de ſimonia, verſi. ad quintum. Facit tex. ſecundum quod illum intelligit Inn. in c. fi. de ſimonia, vbi quis videtur dediſſe beneficiū ſeruitori uel familiari, eo quia ſeruiuit, & ſeruitium recepiſſet tale, affectu illud remuneran-

di de eccleſiaſtico beneficio, per quam tamen ſpem & animi affectum, non uidetur in eo tex. ſimoniæ uitium perpetratū, nec accipiens ob id beneficium reſignare tenetur, quando quidem tale uitium purgatur ſola animi pœnitentia, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Seruiens prælato poteſt ſperare beneficium eccleſiaſticum, ſi non fecit pactionem. item dummodo hac ſpe principaliter non ſeruiat: item ſi ſit dignus.*
2 *Dignus poteſt ſperare Epiſcopatum.*
3 *Si dignus digne ſeruit, non eſt ſimoniacus.*
4 *Spes pro honeſto ſeruitio licite haberi poteſt.*
5 *Quomodo poſsit uel non poſsit ſperari beneficium.*
6 *Quando obſequium ſpirituale inducat ſimoniam.*
7 *Licita eſt ſpes, quam quis habet, vt illis quibus vult præfici utilitatem aſſequatur.*
8 *Prohibita eſt ſpes cuius finis commoduu.*
9 *Eſt ſimonia deducere ſpem in pactis, nam omnis ſpes & omnis conuentio habet ceſſare in ſpiritualibus.*
10 *Si facit quis ſe monachum ſpe Abbatiā, quæ uacat, aſſequendi, eſt ſimonia.*
11 *Intellectus ad tex. in c. cum ad noſtram. de ſimon.*
12 *Aut, diſiunctiua exponitur pro, ideſt.*
13 *Non omnia particularia comprehenſa ſub uniuerſali congruunt materiæ & non omnis ſpes inducit ſimoniam.*
14 *Si obſequium ſpirituale præſtatur ex pacto, inducit ſimoniam.*
15 *Non eſt licita promiſsio conferēdi beneficia pro ſpiritualibus obſequijs.*
16 *Promiſsio beneficij facta, ut quis eligatur, eſt ſimoniaca.*
17 *Licita eſt promiſsio certi ſalarij quouſque prouidebitur de beneficio.*
18 *Pactio facta de beneficio inter Epiſcopum & clericum famulum eſt licita, ſi præſtatio ſeruitij non ſit cauſa finalis.*
19 *Non videtur licitum promittere beneficium pro voce in electione.*
20 *Curia prælatorum probatoria clericorum eſt.*
21 *Sacerdos ſi ſit pauper, & non ſit proprius, licitè recipit pro celebratione miſſæ.*
22 *Significatio præpoſitionis, pro.*
23 *Præpoſitio, pro, eſt impropriandа, vt non reſultet ſimonia.*
24 *Beneficiorum duo genera.*
25 *Simonia mentalis committitur in illis, quæ ſunt de iure diuino.*
26 *Simonia mentalis non committitur in ſimplicibus beneficijs.*

De eadem materia. Cap. 8.

PRO concordatione & reſponſione ad qōnē, glo. dicit tria in c. cum eſſent, de ſimonia, ꝙ vc3 quis ſeruiens prælato poſſit ſperare beneficium eccleſiaſticum, ſi vc3, nullam fecerit pactionem, & ſic ex pactione, aut
1 promiſſione non oriatur ſpes nec proueniat, vt per gl. referētem opinionem Hugon. in c. per laicos. 16. q. 7. ſed dummodo principaliter hac intentione non ſeruiat, & ſi ſit dignus, quib. concurrentibus vr̄ licite ſperare, quia dignus pōt ſperare Epi-
2 ſcopatum, & alios honores, per iura, quæ ibi adducit, aliàs niſi ſperaret remunerationem ad quid Prelato ſeruiret? cum ei nō teneatur ex debito, ſequitur gl. in c. ſunt nonnulli. 1. q. 1. qui p̄
3 verbum, indebitum, addit, ꝙ ſi dignus eſt, & digne ſeruiat, nō eſt ſimoniacus, per verba tex ibidem, ſeruitus indebitę &c. idē
4 dicit gl. in c. hoc ad nos, 59. diſtin. qui dicit ꝙ ſpes pro honeſto ſeruitio licite haberi poſſit, nec inducit ſimoniam. melius per Hoſtiē. in ſumma. §. qualiter, qui declarat per exempla. inquit enim, item ab obſequio, puta ſeruitus indebite impenſa. 1. q. 1. ſunt nonnulli, intelligas pacto prēcedente in vtroque caſu. Vn
5 de ſi promitto tibi eccleſiam. vt negotium meum in Rom. curia promoueas, ſimoniacum eſt, vt c. cum eſſent, de ſimonia, ſecus ſi ſeruio tibi hac ſpe ductus. ſ. ſecundariò, ꝙ mihi beneficias, ſed ſimpliciter ſeruio tibi gratis, ſecundariò aūt expectans beneficium, non delinquo. arg. c. quid proderit, ſupra allegato, & l. ſed ſi hac. §. conſuluit. ff. de pet. hær. ſed ſi ſeruio tibi principaliter vt beneficium mihi des, ſecundariò gratis, tunc delinquo. vel aliter pōt dici ſecundum Goffr. quia aut obſequiū eſt corporale, aut ſpirituale, ſi corporale ſit & honeſtum, ſi pactū non interuenit, uitium non inuc, t, puta ſi quis ſeruiet Epiſcopo, Cardinali & Prelato ſuo in honeſtis, puta, eundo Romam, aduocando pro eo, procurando ſua negotia. poſſet ēt dici, ſi inſeruiat pro Magiſtro domus, ſi pro Cancellario, vel à ſecretis, ſi pro Cammerario, ſi pro Scalco Cardinalis, quæ hodie honeſta ſeruitia in curia reputantur largo ſumpto uocabulo, & hoc innuitur in d. c. ſunt non nulli, ibi, manus ab obſequio eſt ſeruitus indebite impenſa. & hoc intelligas vbi dignum & honeſtum præſtat obſequium; ſi verò indignus dignum, vel dignus indignum, cuiuſmodi notiſſima poſſent dari etiam hodie exempla, præſtat obſequium, nō caret uitio ſimonię. Quid
6 ſi obſequium ſit ſpūale, & ex pacto prēſtetur, vitium inducit, niſi p̄ſonatui vel beneficio ſit annexum, c. ſignificatū. de prēb. ſecundū qđ, vt refert Ang. in ſumma in uerbo ſimonia. 5. ver. circa munus ab obſequio, Hoſt. tenere vr̄, ꝙ ſi ſeruitiū corpo

rale

Source : BIU Cujas

rale sit honestum, & dignus dignū obsequiū præstet, ꝙ licite pōt ēt seruire principaliter, dummodo pactum non interueniat, sequitur Abb. in d.c.cum essent vbi dicit, ꝙ neque seruiēs principaliter debet ad seruiēdum duci ista spe spūalia assequēdi, nec prælatus licite confert, si principaliter ducatur ad conferendum pro temporali seruitio recepto, quia id quod in se debitum est, & honestum, non debet exerceri fauore humanæ gratiæ, sed recto iudicio, vt ibi per eum, vbi Fely. & dic vt p Dominicum de S Gemi. in cap. hoc ad nos 59. dist. vbi melius quàm fit per alios quæstionem in sua membra distinguit, concludendo (inquit) ꝙ aut quis non sperat principaliter dignitatem, nec secundario, sed se exercet per bona opera, & talem se exhibet, ꝙ meritò potest sperare promotionem ad dignitatē, non tamen hoc sperat, & tunc istud non est prohibitum, sed permissum, vt est casus. 77 dist. in singulis, & ratio, quia iste curat tollere impedimentum, per quod repelleretur à promotione, non tamen promotionem sperando, secundum Innoc. in cap. venerabilem, de elect. in fin. in vers. fiducia, vbi dicit ꝙ aspirare non debet aliquis, sed curare debet ne impedimentū apponatur, quod eligi non possit, aut spe sperat dignitatem
7 principaliter, & tunc si finis eius sit, non vt consequatur sibi aliquam vtilitatem, sed tantùm quibus sperat præfici & præesse, & licitum est: & iste est casus. 8. q. 1. qui episcopatum desiderat, & hoc uoluit ibi glo. 1. quæ exponit, vt prosit, & glo. 16. distin.
8 § sed & aliud, aut finis eius est, vt consequatur sibi lucrum & commodum principaliter & tunc illud est prohibitum vt est casus. 8. q. 1. sunt in ecclesia, & ita intelligitur uno modo text.
9 in c. cum ad nostram. de simon. aut spes non constituitur principaliter ad promotionem, sed secundariò, & tūc, aut ista spes deducitur in pactis, & tunc est simoniacum, quia omnis spes, omnisque conuentio in his cessare habet, 1. q. 3. si quis obijcit, c. cum pridem, & cap. fi. de pactis, & c. quàm pio 1. q. 1. & ita pōt intelligi. 16. q. 7. per laicos, aut ista spes non deducitur in pactum, & tunc, aut uacat beneficium vel Abbatia, & quis, pp
10 spem secundariam quam habet, facit se monachum, & tunc
11 istud est simoniacū, & ita pōt intelligi vno modo tex. in c. cum ad nostram, præallegat. aut beneficium non uacat, & tunc talis spes non inducit simoniam, & ita intelligatur. 77. dist. in singulis, & not. glo. 1. 61. dist. quid proderit, & §. sed aliud, & glo. d.c. cum ad nostram, & secundum hoc non obstat. d.c. per laicos, quia loquitur per disiunctiuam aut, quia debet exponi
4 dientiam, ubi dicit ꝙ quotidie fiunt reſignationes in manib. Papæ, & conceduntur reſeruationes penſionũ reſignantibus
5 ſciẽte Papa, quòd ambę partes inter ſe hoc tractarũt, & expediuntur eius lr̃ę, immo expeditioni forma p̃ reg. Cancellariæ datur: ubi ſubiungit Fel. ꝙ ſi auctoritas Papę uel legati ad id ptãtem hñtis non operaretur plenã ſecuritatem ſupra hoc, in his ẽt in foro conſciẽtię, non tolerarentur iſta, nec eis formã dediſſent tot Rom. Pontifices quemadmodũ fecerunt Martinus quintus, Eugenius quartus, Paulus ſecũdus, & alij in cõ ſtitutionibus nouiſſimè editis contra ſimoniacos, in quibus
9 oportunè prouiderunt circa varias ſpecies ſimoniæ, & de talibus reſignãtibus ad commodum & vtilitatẽ alicuius nihil.
7 Vnde dicit Fel. ꝙ ſtylus Rom. curiæ uerſatur pro uiris religioſiſſimis, & integerrimis, quibus cum onere pẽſionis quotidie Papa prouidet de beneficiis reſignatis, nam ſi authoritas Papæ nõ redderet eos tutos, immineret laqueus ualde uniuerſalis. & ut de Papa, idẽ quoq; eſt dicẽdũ de Legato, aut Nuntio, uel alio a Papa ad id ptãtem hñte, ut per d. Boer. & Fel. præall. locis. & ulterius reſignationem ad commodũ alterius factã in manu Papæ uno fundamento comprobari puto, quod eſt valde urgens, quia beneficium uacat per reſignationem &
8 renunciationem, vt ſuprà diximus ipſo iure, per quam quis titulo & poſſeſſione priuatur, c. inter, iuncta gl. de præb. c. vni. vbi doct. de rerum permutat. quia renuntians ad illud redire non poteſt, & eſt opus noua collatione; ſtante hoc, Papa beneficium in eius manibus reſignatum poteſt ad libitum ſuũ conferre, & de eo diſpouere: vnde in fauorem cuiuslibet de eo prouidere poteſt, vnde etiam in perſonam nõ in ſupplicatione nominatam. Nec obſtat tex. in cle. vnica, de rerum permutat. quæ loquitur in inferiore, non in Papa, qui illius diſpoſitione non comprehenditur, quia legibus eſt ſolutus, nec ſua conſtitutione ligatur, uulgatis iuribus: & larè ſuprà in mentali. Facit, quia clauſula in fauorem tertij non aliàs, aliter, nec alio modo, eſt clauſula ſingularis in mandatis & procuris per imperitos notarios apponi ſolita, quæ haberi debet pro non adiecta, & nihil operari, vt latè Nic. Boer. prę allegato loco, vbi de ea multa dicit. & reſignatio etiam quando fit, fit cum cauſa, & quæ ſint cauſæ, quę mouere poſſunt ad reſignandum Epiſcopatum, aut beneficium, dignitatem Eccleſiaſticam, vel
11 vel officium, videntur poni per tex. in c. niſi cum pridem, de renuntia. vbi in tex. enumerantur quę comprehenduntur his verſibus. Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis. Quam mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſsit. Item propter aetis intemperiem, ubi eſt cœli, lociq; grauitas, quis mouetur ad reſignandum, & alias cauſas ponit Hoſt. in ſumma illius tituli, licèt ſecundum quoſdam inter quos eſt Petr. Rebuf. in practica beneficiali, cauſa cauſarum ſit hodie carnis
12 affectio, quia omnes volunt ſuos conſanguineos præficere Eccleſijs, omiſsis viris idoneis, & quibus morũ honeſtas, & ſciẽtia ſuffragatur, quod fieri non deberet, per tex. in c. graue, de præbend. quia iſta carnalis affectio eſt, quæ iamdudum totã
13 labefactauit Eccleſiam. c. vnico. ut benefi. Eccleſ. ſine diminu. &c. id quod eſt intelligemdum, quando epiſcoporum conſanguinei ſunt indigni, quia quando ſunt digni, & eſſent, quo
14 caſu pariter epiſcopus prouidere ienetur, epiſcopus licitè eis confert beneficia, diximus ſuprà in mentali. §. unde hic poſſet quęri, verſi. deueniendo ad ſecundum. & inſrà in reali ſuo loco, ubi aliquid diximus de collatione beneficiorum, quæ fit conſanguineis, ubi ſecundum Sanctum Thom. ij. ſecundæ. & Alex. de Ales. in iiij. quodlibet. diximus epiſcopum taliter & talibus beneficia conferentem non committere ſimoniam, quando facit tantummodo intendendo ad bonũ temporale prouiſi, non autem ad ſuum ipſius, puta, quia vt ex collatione conſanguineo facta, nobilitetur, magnificetur,
15 aut aliàs recompenſetur, quo caſu licèt grauiter peccet conſe rens, non tamen ob hoc committit ſimoniam, quia diguus propter ſua merita poteſt licitè dignitatem & epiſcopatum
16 ſperare, exemplo Clementis ſucceſſoris beati Petri, quẽ beatus Petrus in ipſis diebus, quibus uitæ ſuę finem præſenſit, in ſucceſſorem ſibi in epiſcopatum eligere uoluit propter illius
17 merita, c. unde. viij. q. j. per hæc uerba, Clementẽ hunc uobis ordino epiſcopum, cui ſoli meę prædicationis & doctrinę cathedram trado, quem præ cæteris expertus ſum, Deum colentem, homines diligentem, diſcendi ſtudijs deditum, ſobrium benignum, iuſtum, patientem, ſcientem nonnullorum ferre.
18 etiam ex his, quæ uerbo Dei inſtituuntur, iniurias quod exẽplum ſibi ſucceſſorem creandi & eligendi fuit prohibitum, ex quo fuit in Antiocheno concilio deinde celebrato ſtatutum, quòd non liceat ſibi ſucceſſorem eligere, c. epiſcopo, & duobus ſeq. ead. cau. & quæſt. ne detur ſucceſsio in beneficiis
19 quod non eſt permittendum, immo euitandum. c. apoſtolica. viij. q. j. & ne defraudetur electio, quod graue eſt, c. plerique. eadem cau. & quæſt. quia licèt beatus Petrus zelo Dei
10 pro bono Eccleſię illum propter merita dignè elegerit, & ſibi in epiſcopatu ſucceſſorem deputauerit, non tamen idem faciendum eſt iudicium de cæteris, ſicut de beato Petro, gl. in c. ſi tranſitus. lxxix. diſt. nec eſt trahendum ad conſequentiam factum D. Petri Clementem ſubſtituentis ſibi, quia ab eius umbra curabantur infirmi. & malitijs hominum eſt obuiandum, quia officium non uitæ, ſed ſanguini cœpit deferri, quia dicit text. in c. apoſtolica, ead. cau. & quæſt. illud au-
21 tem beati Petri valeat in argumentum aſſumi, ab illis, qui talem ſibi ſubſtituunt, qualem ſibi ſucceſſorem, beatus Petrus eligerit &c. & hodie ferè omnes ſequuntur carnis affectum,
22 ut ſanguinis tantùm ratio habeatur, & in fauorem conſanguineorum reſignationes fiant. d. c. apoſtolica id quod etiam
23 Moiſes amicus Dei reprobauit, qui potuit filios ſuos ſucceſſores principatus facere, & poſteris ſuis propriam relinque-
24 re dignitatem, id tamen exhorruit, & extraneum de alia tribu loſuem, videlicet elegit, c. Moyſes. viij. q. j. ubi legitur, at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quærant eos in Eccleſia columnas erigere, quo plus cognoſcant Eccleſię prodeſſe: ſed quos uel ipſi amant, uel
25 quorum ſunt obſequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit, & ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent, muneribus impetrarunt, ſed ſucceſſorem in epiſcopa-
26 tu aut aliàs quis ſperare uon debet, niſi inquantum Papa & ſedes Apoſtolica concedit, & ex illius benigna di-

Source : BIU Cujas

ſpenſatione, quæ id etiam ex cauſa rationabili facit, c. petiſti. 7. qō. 1. quia ſi quidem præfectus eccleſiæ, ualetudine uel ſenectute adeo grauiter affectus eſſet, ut ſeruire non ualeret, dabatur ei, & datur a Papa coadiutor, d. cap. petiſti, & capitu. ſequen. qui poſtea ſi dignus inueniebatur, poſt illius obitum
27 deputabatur ſucceſſor, vt per eundem tex. ſequ. & in cap. niſi cum pridem, de renuntiatio. & capit. primo, & per totum de cler. ægrotan.

Petr. Rebuffus in tit. de reſign. expreſſa, pura eſt conditio, hodie coadiutoria videtur dari cum futura ſucceſſione. de
28 qua per Caſſad. deciſ. prima, de cauſa poſſ. & proprieta. idem
29 deciſ. 4. de priuileg. ubi in fin. ponit differētiam inter regreſſum, & coadiutoriam cum futura ſucceſſione, idem Caſſad. quæſt. vnica. de pactis. in princi. vbi dicit, quòd hodie coadiutoria datur cum futura ſucceſſione, ubi multiplicem eſſe dicit coadiutoriam, idem in deciſ. 2. de reſti. ſpoliat. ubi dicit,
30 quòd olim non dabatur cum futura ſucceſſione, ut toto tit.
31 de cler. ægrotan. & etiam ſine cauſa facere poſſe eſt dicendū attenta abſoluta poteſtate, quam habet & plenariā Papa in beneficialibus, qui eſt ordinarius totius mundi, & omnium,
32 & de omnibus beneficijs diſponit pro libito ſuæ uoluntatis, per glo. in cap. fœlicis, §. fi. in ver. priuata, de pœnis. lib. 6. ca. ad Romanam. 2. q. 6. c. ſola, cum ſeq. 9. q. 3. ca. quanto. de tranſlat. ca. licet. de præben. in 6. quia in beneficialibus & illis, quæ sūt
33 introducta a iure poſitiuo fufficit Papæ voluntas, & eius uoluntas pro ratione habetur, dicit Innocen. in ca. cum ad monaſterium. quaſi in medio, ibi, non tamen eſt uerum, de ſtatu monach. quem ſequitur Specul. in titu. de leg. §. nunc breuiter. ad fi. verſi. 15. in voto. & d. Card. in cap. perpendimus. in 8. colum. de ſent. excom. Abb. in c. fraternitatis. de ſciſma. & ibi Ioan. de Ana. in 2. colum. Fel. in c. 1. in 4 fallen. de conſtit. ubi
34 dicit Butr. quòd ipſa liberalitas Papæ eſt pro cauſa in diſpenſatione Papę contra ius poſitiuum, colum. ult. quod ibi ſequitur Imol. 13. col. verſi. poteſt autem abſque cauſa &c. Cacialup. q. 3. de penſio. 4. colum. & in beneficialibus, Papæ ſtat p
35 ratione voluntas. glo. in uerbo ad Romanam, ca. ſi gratiosè. de reſcriptis, idem Fel. in c. ad audientiam. de rescri. el 2. colu. 4. quia in Papa ſemper illius quod agit cauſa ineſſe præſumitur; & præſumitur ſemper quod cum cauſa ad agendum
36 ſit motus Papa, per Cyn. in l. ſi. C. ſi contra ius uel util. publ. & in l. reſcripta. C. de prec. imper. offer. Abb. in ca. quanto, col. 5. verſic. ſi tamen Papa, de iur. iur. & ca. in cauſis. 2. not. de re iu. latiſſimè per Fel. c. quæ in eccleſiarum, col. 20. verſ. 5. concluſio. de conſtit. q̄ procedit quando Papa motu proprio diſponit, ſecus qñ ad inſtantiam partis, quia tunc ſi non appareat cauſa, præſumitur potius ad inſtantiam partis, & importunitatem petentis, quàm ex iuſta cauſa reſcribere. Rom. conſil.
37 437. incip. quod indultum. colum. pen. idem in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. matr. Fel. d. c. quæ in eccleſ. col. 22. verſ. limita quinto. & q̄ in principe præſumatur cauſa, quando facit motu p̄prio, conſuluit Soci. conſi. 273. in præſenti. col. pe. uerſ. & ſi dicatur, in 2. uol. quamuis glo. ſimpliciter dicat in principe iu-
38 ſtam cauſam præſumi. glo. ſingularis in l. relegati. ff. de pœnis, quam ſingularem dicit Barba. in c. quod tranſlationem. num. 135. de off. leg. & in rubr. de reſcr. col. 2. Iaſ. in l. quominus. nume. 3. ff. de flumin. & in l. ſi teſtamento. de teſta. & conſil. 233. p̄ſens in fi. Rebuf. in concordatis in tit. de forma mandati
39 Apoſtolici. ubi enumerat. 46. effectus motus proprij. facit, qa ſi princeps aliquid facit, iuſtè, & cum cauſa factum eſſe uidetur & p̄ſumitur, ita quod non admittitur probatio in con-
40 trarium, Fel. in ca. quæ in eccleſ. de conſtit. num. 60. ubi limitat ſex modis, & ibi dicit quòd ſi princeps ſine aliqua cauſæ
41 cognitione committat alicui vt aliquem in furca ſuſpenderet, poteſt ille ſine peccato exequi, quia princeps præſumitur q̄ iuſtè procedat, quam concluſionem dicit etiam teneri per Abb. in c. quanto. de iur. iur. in 5. col. vrrſi. ſi Papa, & in cap. in cauſis, in 2. not. de re iudi. & alijs locis ibi per eundem Fel. adductis, nec eſt noſtrum aut hominis de tantæ authoritatis uiro iudicare, cuius iudicium ſibi ſolùm Deus, & diuina proui
42 dentia reſeruauit, nec ei iudicem in terris eſſe uoluit. 17. qō. 4. nemini, ca. ſi Papa. 41 diſtin. 9. quęſtio. 3. c. aliorum, c. erectiouem. 21. diſt. dominus eſt & creator beneficiorum, & habet
43 pleniſſimam poteſtatem eorum omnium, quæ ſunt ſub cœlo, dicit Bald. in proœmio Gregoriano, qui Epiſcopos eligit. 22. diſt. ca. 1. glo. latè in c. quamquam, de electio. in 6. in gl. magna. deponit, glo. in ca. per principalem. 9. quæſtio. 3. Fel. c. quę in eccleſiarum de conſtit. verſic. per iſtam nume. 42. Epiſcopos transfert, cap. 1. de tranſlat. a quo omnes prælati de mun
44 do poteſtatem habent, ipſe uerò ſolus a Deo, Ioan. And. in c. cum ex eo, ad fi. de pœn. & remiſ. Stephanus de Gaieta in ſuo ſacramentali. fol. 2. Ludo. Gomeſ. in tractatu de gratijs, & ex-
45 pecta. colum. 3. num. ſecundo, & facta Papę excuſantur etiam ſi uideantur iniuſta. 12. diſtin. cap. 1. quia licèt Papa aliquid faciat, quod nobis uideatur non iuſtum, nihilominus eſt iuſtū.
46 23. quæſtio. cap. de Tirijs, quia ipſe ſolus poteſt facere aliquid de nihilo, & de aliquo aliud, argum. de conſecra. diſtin. ſecunda, cap. re uera. not. glo. in cap. ueniens, de tranſactio. Vnde nimirum, ſi qualis qualis interuenerit tractatus, uel pactio inter renuntiantem beneficium, & illum qui renuntiationem obtinet, & animus ac ſpes renuntiantis, quam habet quòd Titius ſit ei ſucceſſor, ac de certo ſucceſſore, quæ facit ſimoniam, authoritate Papæ purgatur & excuſatur, quandoquidē in illis, quæ ſunt introducta de iure poſitiuo, & quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita, cuiuſmodi ſunt beneficia, Papa purgat
47 excuſat, ac omnimodè diſpenſat, quando tamen habet certā ſcientiam, & de certa ſcientia facit, per Fel. d. cap. ad audientiam, el 2. Caccialu. quæſtio. 9. de penſio. colum. 1. & 2. Caſſad. dicta deciſio. 2. de ſimonia, cum aliis ſupra adductis, qa ſciēs & admittens Papa purgat omne, ſi quod interfuit uitium ſimonię, quia eo ipſo, quòd Papa habuit notitiam renuntiationis factæ ſub modo & forma prędictis, admittendo, videtur purgatum omne uitium. tex. & gloſ. in cap. niſi eſſent, de pręben. & quod habetur prima quęſtio. 1. capit. ſi quis, & tex. iuncta glo. in cap. cum pridem, de pact. ubi Papę authoritas excuſat a uitio ſimoniæ in his quæ ſunt prohibita de iure canonico; & per conſequens in beneficialibus, in quibus non
48 committitur ſimonia de iure diuino, ſed ex ordinatione eccleſię, maximè in beneficijs curam animarum non habentibus, & in titulis, cum beneficia non ſint ordinata per Deum, nec ſint ſpiritualia eſſentialiter, ſed ex ordinatione eccleſiæ, quia accedunt ſpiritualibus. glo. in ca. ſi quis obiecerit, & ca. Saluator. 1. quæſtio. ſecunda, & ideo ſi Papa admittit reſignationem factam ſub conditione uel pacto, uiderur diſpenſare
49 ex certa ſcientia, arg. not. in ca. ueniens, de filijs prębyt. cum
50 ſimil. refert & ſequitur Caccialu. de penſ. 19. q. colu. 4. Et clauſula ex certa ſcientia, importat Papam uti uelle plenitudine poteſtatis, not. gl. in c. ad hæc, in ver. elegerunt, ad fi. de reſcri. Lud. Rom. in conſ. 369. col. 7.

Et ſuperioris auctoritas purgat uitium, de præbend. extra niſi. & dicit Goffr. quòd in ſpiritualibus ideo poteſt interuenire permutatio, quia permutatio non tam nititur ex partiū
51 conuentione, quàm ex ſuperioris auctoritate. c ap. queſitum, extra de pręben. refert Archid. in ca. quam pio. prima queſt. ſecunda & per eundem cap. ea, quæ. prima quæſtio. 3. ubi di
51 cit quod pactio, quæ aliàs de per ſe erat ſimoniaca, ſi fiat auctoritate iudicis fit legitima, id quod tanto magis eſt dicendum attenta illius auctoritate, quam habet in beneficialibus abſoluta, qui ſi poteſt beneficia conferre laico, ptout in Re-
53 ge Francorum, qui licèt ſit laicus, & uxoratus, priuilegio Pa-
54 pę eſt canonicus Pictauenſis in eccleſia ſancti Hylarij, dicit Abb. in ca. extirpandę. §. qui uerò. de prębend. & poteſt Papa
55 priuilegiare laicum, ut beneficia nedum retineat, ſed confer re poſſit, ut notant doctores, ubi Abb. in ca. ſecundo. de præben. in 6. cap. Sacroſancta, & in ca. Maſſana. de electio. & alia loca, quę copioſe adducit Gig. in tracta. de penſio. qō. 21. multò magis eſt dicēdum quòd reſignationem beneficij factam ſub conditione admittere poſſit, & admittendo purget & excuſet ab omni uitio ſimonię.

SVMMARIVM.

1 *Penſio eſt titulus beneficialis.*
2 *Diffinitio penſionis.*
3 *Penſio videtur eſſe quid merum temporale.*
4 *Promittens ſoluere maiorem penſionem, quàm ferre poſſit beneficium quod conſequitur, committit ſimoniam, & eſt priuandus beneficio.*
3 *Non ualet procuratorium reſignationis cum animo & intentione retinendæ penſionis.*
6 *Non ualet collatio, ſi promouendus propria auctoritate ſe obligat ad penſionem.*
7 *Penſio conſiſtit in mera temporalitate, & illius eſt capax laicus.*
8 *Penſio de ſui natura non cenſetur beneficium eccleſiaſticum.*
9 *Prælatus poteſt concedere reditus temporales ad menſam ſpectantes laicis bene meritis ad tempus.*
10 *Ratio quare penſio non uenit appellatione beneficij.*
11 *Habens penſionem non tenetur ad dicendum officium.*
12 *Ratio quare penſionarius non tenetur ad dicendum officium.*
13 *Titularis, non penſionarius tenetur ad dicendum officium.*
14 *Penſiones æquiparantur contractibus.*
15 *Penſio poteſt caſſari ſola uoluntate abſque licentia Papæ.*
16 *Licite datur pecunia pro translatione penſionis.*
17 *Habens penſionem non obligatur ad reſidentiam, nec tenetur aſſumere ordinem ſacrum.*
18 *Hodie ad obtinendam penſionem requiritur de ſtyli Signatura ordo clericalis.*
19 *Si in penſione, quæ eſt beneficium eccleſiaſticū detur pecunia, eſt ſimonia.*
20 *Sex requiruntur in beneficio.*
21 *Non curamus de nomine, dummodo adſint alia requiſita.*
22 *Penſio non poteſt commutari cum beneficio eccleſiaſtico.*
23 *Quando penſio eſt beneficium, poteſt commutari cum beneficio.*

24 *Titulus*

Source : BIU Cujas

24 *Titulus permutationis beneficiorum non habet locum in permutatione pensionis cum beneficio.*
25 *In beneficijs curam animarum habentibus, simonia non purgatur auctoritate Papæ.*
26 *Reseruationes pensionum fiunt etiam per alios inferiores a Papa.*
27 *Et ordinarij imponunt beneficijs pensiones.*
28 *Ratio diuersitatis quare clausula sine retardatione ponitur in pensionibus reseruatis a Papa, non ab ordinario.*
29 *In Papa non attinet disputare de potestate, quia omnia potest.*
30 *Ordinarius habet procedere secundum canones.*

De simonia in pensionibus. Cap. 14.

NVnc aliqua dicenda sunt de pensione, quam renuntiãs beneficio sibi reseruat super renuntiati aut alterius beneficij fructibus & reditibus: an licite inter renuntiãtem, & illum ad opus cuius fit renuntiatio de hoc conueniatur? & an Papæ excuset auctoritas, in cuius manibus fit renũtiatio? & uidetur prout suprà diximus de beneficio, in quo nulla pactio interuenire potest inter renuntiantem & illum ad cuius fauorem resignatur, quòd idem sit dicendum, quando renuntiatur pro pensione, quod pari modo non sit licitũ inter eos conuenire de pensione reseruanda; quod si fiat, sit perpetrata & commissa simonia, quia capiendo hic pensionem, nõ quatenus pensio est titulus beneficij alis, nec prout est tunc quando
1 consueuit pro beneficio ecclesiastico assignari clerico, quia tunc est vt beneficium, & ut beneficium diffinitur, ut p
2 Card. in clemẽ. 1. de supplen. negligen. prælat. sed potius alio modo, uidelicet, ut sit certa portio ex mensa, uel beneficio,
3 ex causa ad tempus, non perpetuò separata, & ut sit commodum temporale, nil habens spiritualitatis, ut diffinitur per Lauden. d. clemẽ. 1. & sequuntur Imol. Anton. de Butr. & alij communiter scriben. Caccialup. Gig. in eorum tract. de pensio. in principio, uidetur esse quid merum temporale, & pro temporali reputari. Vnde si reseruetur, uel de reseruãdo pensionem fiat inrer resignantem beneficium & resignatarium conuentio, uidetur conuentum de temporali dando, &
4 reseruando pro spirituali, quod uidetur simonia, & clericus, qui ad hoc ut beneficium facilius consequatur promittit soluere super illius fructibus maiorem pensionem, quàm beneficium ferre consueuit & possit, committit simoniam, & clericus beneficio taliter adepto est priuandus tanquam simoniacus, cũ huiusmodi pactum sit illicitum ca. cum clerici. de pactis, iuncta glo. ultima. tale enim pactum cum sit contra canones nõ valet, cap. prohibemus, de censi. ca. auaritiæ, de præben. facit Gig. quæstio. 41. de pensio. uidetur decisio Nicol. Boer. 116. in principio, ubi non ualet procuratorium quia cum animo & intentione retinendæ pensionis fuit passatum, & non aliter nec aliàs, per quod apparet quòd resignatio cum pacto reseruationis pensionis fieri non potest, similiter si promouendus propria auctoritate obliget se ad pensionem, non tenet collatio. Abb. in secundo not. cap. cum clerici. de pactis. Angel. in ver. simonia. 3. versi. utrum promouendus, ubi uide apostillas
5 multa copiose adducentes, quia pensio in mera temporali-
6 tate consistit, & nihil habet in se spiritualitatis, & illius est ca-
7 pax laicus, per Archid. in ca. quamuis, uersi. prouideri. de præben. in 6. sequitur Philip. Francus ibi in 2. no. Petr. de Ancha. colum. 1. versic. tertiò collige, voluit Bald. in cap. ad audientiam. el 2. de reseri. dicens quod pensio de sui natura non cen
8 setur beneficium ecclesiasticum, cum etiam laico assignari potest, ibidem Fel. colum. 4. in fin. Archid. in ca. si motu proprio, colum. fi. versi. beneficium. de præben. in 6 Cardi. in clemen. 2. de offi. ordin. quæst. 9. Imol. in clem. 1. colum. 6. uersic. quærit Guliel. de rebus ecclesiæ non alienandis. & Cardin. in d. clem. 1. qõ. 15. ubi dicit secundum Lauren. quòd prælatus aliquos reditus ad suam mensam spectantes, temporales ta-
9 men potest laicis benemeritis ad tempus uel ad uitam cõcedere, sequitur Caccialup. in tractatu de pensio. q. 12. ubi dicit, pensio potest assignari in stipendium & subuẽtionem, cuius etiam est capax laicus. & propter hoc dicebat Bal. loco supra allegato, quòd pensio non est, neque dici potest beneficium,
10 nec pensio venit appellatione beneficij, & est ratio, quia nullam habet spiritualitatem, & est quid merè temporale, dicit Dominicus in c. quamuis. præallegato. de præben. in 6. & ex hoc etiam infertur, quod habens pensionem, non tenetur ad
11 officium dicendum, idest recitate horas canonicas, ut tenet ille antiquus Doctor practicus Hispanus in libello qui uulgò practica Cancellariæ appellatur fol. 51. sequitur Iacobus de Ferrarijs in tract. de horis canonicis, sentit Io. Bap. de sancto Seuerino in tract. de pensio. q. fi. Petr. And. Gamar. in tract. de
12 off. lega. ubi latè super hoc diuagatur, & ratio est, quia officiũ sequitur beneficium, sicut uenator leporem, & qui habet beneficium dicat officium, aliàs sequeretur quòd si ex uno beneficio darentur tres pensiones, quod unum beneficiũ obligaret quatuor personas ad dicendum officiũ, quòd esset absurdum; ille qui habet titulum spiritualitatis, ad dicendũ offi
13 cium tenetur, non qui hẽt pensionẽ, quæ merè temporale cõ
14 tinet, quæ in laicum cadere, potest. Facit, quia pensiones æquiparantur contractibus profanis. tradit Roman. in consi. 339.
15 colum. 4. & sola voluntate potest cassari, & remitti pẽsio absque licentia Papæ, sicut quælibet res profana, tenet Præpositus post glo. in ca. Agatho, 63. distin. sequitur & refert Ludo. Gomes. in reg. de infir. q. 15. Item videtur quòd licite emi pecunia pensio possit, quia licitè datur pecunia pro translatio-
16 ne pensionis habenti ius transferendi ab illo qui translationẽ obtinet, ut per Gig. quæst. 99. qui ponit quæstionem & disputat, & reiectis multis obiectibus tenet pro affirmatiua. & ha-
17 bens pensionem non obligatur ad residentiam, nec assumere aliquem ordinem sacrum, hodie tamen semper videtur requiri ordo clericalis, quia signatura, quando confertur alicui nõ clerico pensio, solet respondere cum ista clausula, si & postquam clericali charactere fuerit insignitus, nec pensionarius tenetur ad tria ad quæ beneficia obligantur, uidelicet hospitalitatem, onera episcopalia, & procurationem debitam uisitantibus, modo tamen sit pensio quæ consistat in mera tẽporalitate, &
18 quæ detur in stipendium & subuentionem, non autem sit pensio, quæ clerico assignatur, ut sit de cærero ecclesiasticum beneficium, aut quæ detur in titulum, ut p eundem Ludo. Gomes. d. loco. in fin. per not. per Abb. & alios in cap. conquęrente, de cler. non residen. quia talis pensio est beneficium ecclesiasticum, Gig. d. loco quæst. 1. q. 21. qõ. 28. quia in tali pensione, si detur pecunia, committitur simonia, velu-
19 ti si daretur pro beneficio, quia est beneficium, idem Gig. qõ. 99. circa fin. quia si talis pensio habeat qualitates, quas regulariter habet beneficium, & in ea insunt, quæ in beneficio regulariter inesse solent, quę enumerãtur sex per Gig. ibi, idem
20 est quod beneficium. nec interest quòd pensio appelletur, qa uis esse non debet in nomine dummodo alię qualitates req-
21 sitæ adsunt. Facit etiam, quia pensio non potest commutari
22 cum beneficio ecclesiastico, ut per Laud. Butr. Card. Imol. in clemẽ. prima. §. eadem, de supplen. negligen. prælatorum. & subiungunt ibi, quia non est titulus ecclesiasticus, cum sępe detur pro beneficio seu officio temporali. 16. quęst prima, illud, ca. cum essent, de simonia, & uolũt dicere, quod ubi pensio esset beneficium ecclesiasticum. i. esset quale est cum assignatur in titulum, & loco beneficij, quòd tunc posset permu
23 tari pro beneficio ecclesiastico, de quo uide in ca. quæsitum. de rerum permut. & in cap. primo, de rerum permut. lib. 6. & d. clemẽ. prima, & clemen unica, eodem titu. & ponit quæst. Caccial. q. 14. Lud. Gomes. in reg. de annali. q. 21. ubi dicit q̃ titulus & p̃mutatio beneficij non hẽt locum in permutatione
24 pẽsionis cum beneficio. Vnde per ista per quæ apparet q̃ pensio, de qua hic loquimur, non est spiritualis nec spũali annexa, immo quid mere tẽporale, & mere profanum, vr̃ dicendum, q̃ non possit reseruari, nec sup̃ reseruatione conueniri, p obtinẽdo beneficio, ex quo vr̃ conueniri de dando tẽporalia, pro spiritualibus hñdis, quod est simoniacũ, uulgatis iuribus, quod secus esset si esset pẽsio data in titulũ, & assignata pro beneficio, quia cũ sit beneficiũ posset p̃mutari cum alio beneficio, p̃ ea, quæ supra diximus, & maxime p̃ Lud. Gomes. d. loco. Et cum sæpe hoc contingat pro obtinẽdis dignitatib. aut beneficijs curam animarum annexam hñtibus, & exequutio
25 nẽ ordinis, ac altaris administrationẽ, non vr̃ in his, ẽt per Papam posse purgari simoniæ uitium, cum ista sint de iure diuino, in quibus Papa quoq; simoniæ uitio inuoluitur p̃ doctrinam Abb. in c. qui uerò. §. extirpandæ, de præbẽ. circa fi. idem
26 in c. 1. de simonia. Itẽ reseruationes pẽsionum fiunt ẽt p̃ alios inferiores a Papa, puta p̃ ordinarios, qui ẽt ipsi quoque reser
27 uant pẽsiones, & imponunt beneficijs, ut hr̃ in c. pastoralis, de his quæ fiunt a prælat. & in cap. nisi, ubi Abb. in fi. de præbẽ. sequitur Ludo. Gomes. in reg. in tit. vtriusq; signaturæ compendium, uersi. & est aduertẽdum, ubi dicit q̃ in pẽsionibus impositis uel reseruatis per ordinarium, aut alium inferiorem a Papa in commissione & rescriptis causarum huiusmodi pen
28 sionum de stylo signaturæ, non solet apponi clausula, sine retardatione solutionis, & est ratio diuersitatis secũdum eum, quia ordinarii & alii inferiores imponunt & reseruant certis casibus & iusta causa, & quia posset dubitari, an ex iusta causa & in casibus permissis, propterea in talibus non ponitur illa clausula, quia non est honestum, q̃ illico sine aliquali discussione habeant executionẽ; sed in Papa non attinet de prãte disputare, cum omnia potest, & quia magis est honestum, q̃ pensio imposita per Papam debeat magis efficaciter solui & impleri, sequitur Gig. in trac. de pensio. qõ. 85, qui allegat ẽt Staphil. & alios, ubi enumerat casus in quibus illa clausula apponi possit in commissionibus. Vnde si p̃ ordinarios & alios, q̃ per Papam imponitur & reseruatur pẽsio, non semp excusatur & purgat uitiũ simoniæ in eo, quia non semp imponit a Papa, & ordinarius aut inferior a Papa, q̃ habet regulariter

Source : BIU Cujas

procedere ſecũdum canones, & eos ſeruare, quia illis eſt aſtri
30 ctus. per Lud. Gomeſ. in reg. de non iudi. iuxta formam &c. q. 2. circa fin & ab illis non exorbitat, ut Papa, qui eſt ſupra ius, non poteſt in penſione ab ipſo impoſita & reſeruata ſimonię vitium purgare, & excuſare ſicut Papa, quia non reperitur, ꝙ talem auctoritatem habeat alius, ultra quàm Papa.

SVMMARIVM.

1 *Vti beneficia, ita penſio eſt de iure poſitiuo.*
2 *Penſio eſt inuenta a Romanis Pontificibus ex rationabili cauſa.*
3 *Videtur licitum renuntiare beneficio obtinendo a Papa penſionem.*
4 *Ceſſante pactione inter partes Papa poteſt concedere penſionem ei, qui renuntiaturus eſt.*
5 *Authoritate ſuperioris dimittenti beneficium, licitè datur quid temporale.*
6 *Reſeruare penſionem non pendet a uoluntate partis, ſed Papæ uel ſuperioris.*
7 *Papa in beneficialibus poteſt aliquem ſuo iure priuare ſine cauſa rationabili.*
8 *Papa in huiuſmodi quantum ad vſum eſt dominus, quia ſuo modo uti pōt.*
9 *Dominium rerum eccleſiaſticarum eſt penès Chriſtum.*
10 *Papa eſt Vicarius Chriſti cum omnimoda poteſtate.*
11 *Vide penes quem ſit dominium rerum eccleſiaſticarum.*
12 *Papa poteſt diſponere de rebus eccleſiaſticis, vt vult, etiam remouendo vnum a beneficio ſuo.*
13 *In reſcriptis præiudicantibus iuri alterius, requiritur clauſula, non obſtante, vel ſecunda iuſſio.*
14 *In beneficialibus valet reſcriptum ſine dicta clauſula, ſi conſtat de intentione Papæ.*
15 *Epiſcopus poteſt reſeruare penſionem ex cauſa.*
16 *Quòd medio principis acquiritur, illud poteſt per principem auferri ſola auctoritate.*
17 *Quòd princeps donauit poteſt ſine cauſa auferre.*
18 *Imperator poteſt rem acquiſitam ex præſcriptione ſine cauſa auferre.*
19 *Papa etiam perſonæ laicæ penſiones aſsignare poteſt.*
20 *Priuilegia conceſſa militibus Rom. curiæ circa penſionem.*
21 *Papa poteſt tollere ius quæſitum ex lege ſua.*
22 *Papæ auctoritas excuſat in his quæ ſunt ſimoniaca per conſtitutionem eccleſiæ.*
23 *In his, quæ ſunt introducta de iure diuino, Papæ auctoritas non excuſat.*
24 *In introductis de iure poſitiuo Papa non ſolùm diſpenſat in ſimonia mentali, ſed & in illa, quæ eſſet pacto expreſſa.*
25 *Papa poteſt inuolui uitio ſimoniæ.*
26 *Papa eſt ſubiectus iuri diuino.*
27 *Papa non eſt ſubditus iuri poſitiuo.*
28 *In curia Romana non habet locum ſimonia.*
29 *Aliud eſt paciſci & promittere ſoluere penſionem, aliud eſt dicere, ſi Papa impoſuerit ego ſoluam.*
30 *Si præcedit pactum de ſoluendo plus quàm fuerit per Papam ordinatum, eſt ſimonia.*
31 *Non debent partes inter ſe paciſci, ſed totum negotium ponere explicandum in manibus Papæ.*
32 *Quotidie fiunt reſignationes in manibus Papæ cum reſeruatione penſionis ſciente Papa, quòd ambæ partes tractarunt:*
33 *Regulariter non valet penſionis conceſſio, niſi de conſenſu &c.*
34 *Auctoritas Papæ in huiuſmodi operatur plenam ſecuritatem etiam in foro conſcientiæ, quia aliàs immineret laqueus valde vniuerſalis.*
35 *Renuntians literis ſuper vacaturo obtentis, cum pacto obtinendi aliquid temporale, vel penſionem, eſt ſimoniacus.*
36 *Non eſt ſimonia, ſi detur aliquid ex officio iudicis, vel mediantibus bonis uiris.*
37 *Similiter non eſt ſimonia ſi renuntianti talibus literis detur beneficium ſpirituale.*
38 *Quis non dicitur conſequi ius ſpirituale per literas ad beneficia obtinenda ſecundum aliquos.*
39 *In Papa imponente tales penſiones ſufficit quæcunque cauſa licita.*
40 *Sine cauſa regulariter Papa non ſolet admittere talis penſionis impoſitionem.*
41 *Licita eſt penſio, quam collitigans pro ceſſione litis reſeruari obtinuit.*
42 *Non licet reſignare beneficium cum pactione quòd reſignanti reſeruetur penſio.*
43 *Licet tractatum facere de reſeruatione penſionis, ſed nihil eſt concludendum, ſed totum arbitrio Papæ dimittendum.*
44 *In huiuſmodi beneficialibus ſine cauſa & ſola uoluntate Papa diſpenſat.*
45 *In introductis a iure poſitiuo liberalitas Papæ diſpẽſantis habetur pro cã.*
46 *Sicut Papa ex ſola uoluntate legem creat, ita ſola uoluntate diſpenſat.*
47 *Papa ſine cauſa poteſt præiudicare prælato inuito obtinenti beneficia.*

De eadem materia. Cap. 15.

1 VErum iſtis non obſtantibus, ex quo penſio eſt portio certa ex beneficio dependens a quo extrahitur, ſicuti beneficia ſunt de iure diuino, ita pari modo penſio eſt de
2 iure poſitiuo, reg. acceſſoriũ, de reg. iur. & inuenta fuit a ſummis Pontificibus Romanis penſio ex rationabili cauſa, ut ꝙ Gig. in tract. de penſio. q. 2. videtur quòd licitè poteſt renun-
3 tiare quis beneficio in manibus Papæ, obtiuendo a Papa impoſitionem annuæ penſionis ſoluendæ ſibi annuatim per eũ cui renuntiatur & illius ſucceſſorem de fructibus illius beneficij, etiam ſi renuntians prius tractaſſet cum amico, quòd ſi ipſum beneficium a Papa obtineret, ſoluet ei promptè dictã penſionem, licèt ſemper geſſerit in animo quòd ille talis eſſet ei ſucceſſurus, quia impetrare a Papa reſeruationem dictę penſionis, non inficit ipſam renuntiationem, poſteaquam cũ priuato nulla eſt inſerta conuentio in renũtiatione, per Moder. in cap. non ſatis, de ſimonia, uidelicet Abb. Ananiam, &
4 Socin. dicentes quòd ceſſante pactione inrer priuatos, poteſt Papa concedere penſionem ei, qui renuntiaturus eſt. idem tenet Archiepiſ. Flor. in 2. parte ſuæ ſummæ. titu. 4. ca. 5. verſi. de renuntiatio. dicens quòd auctoritate ſuperioris licitè fieri poteſt quòd dimittenti beneficium detur quid tempora-
5 le, allegat d. Ant. in ca. 2. de arbitris, qui dicit idem per text. in cap. niſi, de præben. Facit, quia reſeruare penſionem nõ pen-
6 det a uoluntate partium, ſed a uoluntate Papę uel ſuperioris, veluti legatum pendet a uolũtate teſtatoris, cui penſio æqui paratur per Gig. q. 1. & quæſt. 83. nume. 9. Caſlador. deciſ. 4. de loc. facit ſuprema poteſtas, quã habet Papa ſuper beneficiis & in beneficialibus, de quibus ad libitum Iuæ uoluntatis diſponit, quia licèt aliàs Papa non poſſit aliquem iure ſuo ſine
7 cauſa rationabili priuare, tamen id poteſt in beneficialibus pro libito ſuæ voluntatis, tenet & conſuluit Soci. conſil. 156. incipien. pro fundamento deciſionis, verſi. quibus pręmiſſis, in fin. in 2. parte. fol. 8. & conſil. 164. incip. viſa bulla Innocentij. verſic. ſecundus caſus. in d. parte. fol. 25. Archid. in tract. de hæreſi. inci. Sanctiſſimo in Chriſto patri &c. fol. 15. verſicu. & quia tanta eſt præeminẽtia, ubi dicit quòd in talibus Papa eſt
8 dominus, quantum ad uſum, quia eis uti poteſt, ſicuti placet & decet ſuam potentiam ſiue ſtatum, per tex. in ca. bonę rei. 12. quæſtio. 2 cap. per principalem. 9. quæſtio. 3. & ca. nunc uerò, eadem cau. & quæſt. & per tex. ordinariè allegari ſolitum in cap. 2. de præben. in 6. & in clem. ut lit. penden. in fi. Pau. de
9 Caſt. in conſil. 281. 3. colum. quia dominium rerum eccleſiaſticarum, propriè loquendo, non eſt apud aliquam eccleſiã, ſed apud Chriſtum, ſecundum Innocen. in capit. cum ſuper, de cauſa poſſeſſionis, & proprie. cuius Papa eſt Vicarius cũ
10 omnimoda poteſtate in terris. Vnde cum aufert rem alicui particulari eccleſiæ, potius dicitur auferre adminiſtrationem, quàm dominium, iuxta text. in c. 2. de don. quia dominium eſt potius apud ipſum Papam, cum ſit apud Chriſtũ, cuius ipſe eſt Vicarius, uel apud ipſam eccleſiam catholicã,
11 quæ eſt unica, cap. loquitur, 24. q. 1. cuius ipſe eſt princeps, per deciſ. alleg. gl. & doctores in cap. conſtitutus, de relig. domibus, & in ca. antiqua, de priuileg. d. Anton. d. ca. conſtitutus,
12 ubi dicit, ꝙ de rebus eccleſiaſticis poteſt diſponere Papa, ut vult, etiam ſine cauſa, remouendo unum a beneficio ſuo, ꝙ tex. d. c. 2. de præben. Et hinc eſt ꝙ in talibus multò magis poteſt authoritas Papæ, q̃ in alijs. & hinc eſt ꝙ licèt in reſcriptis
13 præiudicantibus iuri alterius requiratur clauſula, non obſtan
14 te, aut ſecunda iuſſio, per not. in l. reſcrip. C. de preci. Impe. offer. tñ in beneficialibus ualet reſcriptum ſine dicta clauſula, ſi aliter conſtet de intentione Papæ. d. Ant. & Imol. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſti. ſequitur & refert Fel. ibi. col. 13. Fa-
15 cit, quia imponere & reſeruare penſionẽ ex magna & euidenti cauſa, poteſt epſs, multò fortius Papa, qui in beneficialibus hẽt ampliſſimã ptãtem, qui de fructibus beneficiorũ diſponit aliqñ, ut debeantur ẽt perſonæ non hñti in eis titulum, cap. ſi propter, de reſcr. in 6. c. ſi tibi conceſſo, de pręben. eo. li. in extr auagã. Ioan. xxij. ſuſcepti, cum ſimil. Facit, quia ſiue habeat quis beneficium ab ordinario, ſiue legato, ſiue a Papa, ſiue ex illius conceſſione, & medio, & qñ Princeps ex uoluntate ſua
16 fuit cauſa, ut quis acquireret aliquid, ipſe eandem rem poteſt ſua aucto ritate auferre. ſecundum Ang. in l. Antiochenſiũ. ff. de priuil. credi. ubi dicit ꝙ princeps ſine cauſa poteſt alicui
17 auferre rem, quam ipſe illi donauit, ſed peccat, & mortaliter ſecundum eum, & dicit Ange. in l. Lucius, ff. de euic. ꝙ Imperator poteſt auferre ſine cauſa rem acquiſitam ex preſcriptio
18 ne ſeu uſucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo, & ab eo poteſt auferri ſine cauſa, latè per Fel. ubi multa allegat in c. quæ in eccleſ. de conſtit. col. 16. verſ. quinta declaratio, & Papa ẽt perſonæ laicæ, & aliàs ſpiritualium &
19 eccleſiaſticarum rerum incapaci penſiones aſſignare poteſt & ſolet, ut per Gig. q. 21. in tract. de penſio. ubi dicit Leonem Decimum, qui erexit collegium militum S. Petri conceſſiſſe militibus præfati collegij etiã mere laicis priuilegiũ retinendi penſiones, immo ẽt per alios etiã Pontifices noſtri tẽporis idẽ concedi uidemus, puta militibus S. Pauli, militibus Lau
20 retanis, lilij Sancti Georgij, ut per bullas Pauli tertij in erectione illorum, immo etiam in articulo mortis trãsferẽdi, nedũ retinendi.

Source : BIU Cujas

retinendi. Facit, quia Papa potest tollere ius quæsitum ex le
21 ge sua, Paul. de Cast. cons. 216. incip. quomodo. Fel. in ca. no-
uit, 8. colum. de iud. Ludo. Gomes. in reg. de non tollen. iure
quæsito. q. 15. versic. sed istis. Quòd autem dicta conuentio &
tractatus non inducat simoniam, est glo. ordinaria in ca. cum
pridem, de pact. quæ dicit, quòd in his, quæ sunt simoniaca p
22 constitutionē ecclesiæ excusat auctoritas Papæ, quia dispen
sare potest in talibus, & ideo uult ꝙ conuentio præcedens
purgetur ab omni simonia propter auctoritatem Papę, secus
est si sint simoniaca de iure veteris, & noui testamenti, ueluti
est uendere sacramentum, & huiusmodi spiritualia, ut 4. lib.
Reg. legitur de Giezi, qui voluit gratiam sanitatis Naaman
Syro vendere, & in nouo testamento de Simone mago, qui
uoluit emere gratiam Spiritus sancti. 22. q. 3. quidā, & 1. q. 1.
23 in summa, & per Abb. cap. Et si Christus, de iur. iur. in quibus
non excusat auctoritas Papæ, sequitur ibi Io. de Imol. d. Ant.
& Domin. concordat Monaldus cum d. gl. in sua summa. in
verb. temporalis, dicens, quod in simonia inducta ex consti-
tutione ecclesiæ, Papa potest statuere quod uult, & non solū
24 potest dispensare in simonia mentali, sed etiam in illa, quæ in
pacto esset expressa. sequitur Io. Baptista Caccialup. in tract.
de pensio. qō. 19. per totum, uti ad longum recitat quęstionē
hanc Fel. in cap. ad audientiam, el 2. de rescri. & est uerum qđ
dicit beatus Thom. secunda secundæ. q. c. char. 1. nisi qui uult
25 quòd Papa possit inuolui in crimine simoniæ, & sequitur frater Io. de Turrecremata. in tract. de potestate Papæ. q. 65. sed intelligitur quoad illa, quę sunt prohibita, quia simoniaca, quæ sunt in veteri, nouoq; testamēto, & lege diuina simoniaca reputata; quia nihil mirum, cum ipse quoque Papa sit subiectus tali iuri. cap. sunt quidam, 25. q. 1. secus si sit simonia, ꝙ
26 prohibita, & simoniaca constitutione ecclesiæ tantùm, cui
27 iuri Papa non subijcitur, in quibus non inuoluitur Papa in simonia, sed in ea dispensat. ita intelligit Sanctum Tho. frater Nicolaus de Auxim. in supplemento summæ pisanę in verb. simonia 1. in fi. pro quo Archid in cap. 1. 12. dist. in quo casu
28 ēt intelligitur loqui. glo. in cap. fin. 1. q. 6. quæ dicit ꝙ in curia Romana non habet locum simonia, & dictum Bart. in l. 1. in principio. ff. ad l. Iul. de ambit. ut videlicet id procedat in his, quæ sunt simonia de iure positiuo, cuius Papa est cōditor, & in eo de iure regulariter suo modo disponere potest, uulgatis iuribus, & suprà ubique est dictum, qualia sunt beneficialia, in quibus ideo committitur simonia, quia est prohibitū a iure positiuo, & de istis non loquitur Sanctus Thom. secundum quod intelligit Arch. quem sequitur in d. c. Dominicus, & Paul. in clem. 1. de summa trin. & fid. catho. illud uerò qđ dicit Abbas in c. non satis, de simonia, & ibi sequitur Ananias, & Marian. Socin. dum dicunt, dummodo inter eos de soluenda pensione non præcedat pactio, non uidetur obstare, quia aliud est paciscì, & promittere Titio soluere pensionē, & hoc est prohibitum & simoniacum, aliud est dicere si Pa-
29 pa imposuerit pensionem, ego soluam id, quod non uidetur illicitum, offero enim isto modo illud, qđ iustitiæ est, scilicet me adimpleturum mandata Apostolica: si uero præcederet pactio de soluendo plus quàm ordinabitur, ista esset simonia.
30 Hinc est ꝙ in promissionibus, quæ emanant in talibus, à Papa mandatur præstari iuramentum, quod nulla simoniaca conuentio interuenit, & intelligitur de conuentione, continente plus in dato, aut dando quàm contineant literæ Papæ. & dicit Ana. in ca. audiuimus. 2. col. de collat. quod isti non debēt
31 inter se facere pactum, sed totum negotium ponere in manibus Papæ. per illud quod notatur in c. quæsitum, de rer. ꝑmut. & ca. nisi essent, de pręben. Sed inquit Fel. in ca. ad audientiā. de reseri. el 2. col. 3. credo ualere pactum in forma prędicta, ubi subiungit, & uidemus quòd quotidie in manibus Papæ fiunt renuntiationes, & conceduntur reseruationes pensio-
32 num ipsis renuntiantibus, faciente Papa ꝙ ambæ partes de hoc prius tractauerunt, & expediūtur literæ, immo literis expediendis dat formam per regulas Cancellariæ, puta, non ualeat concessio de pensione, nisi de consensu illius, qui beneficium habet, & qui soluere debet. Vude si auctoritas Papę nō
33 operaretur plenam securitatem super hoc, etiam in foro cō-
34 scientiæ, non tolerassent ista, neque eis formam dedissent tot Romani Pontifices, ut fecit Martinus Quintus, Eugenius Quartus, ut per Fel. d. ca. ad audientiam, Paulus Secundus in extrauag. cum detestabile, de simonia, Vrbanus Quartus in extrauag. sanè. ibidem, Bonifacius Octauus in extrauag. excōicamus, de sent. excom. in extrauag. cōibus, & alij Romani Pontifices in constitutionibus editis cōtra simoniacos, in quibus oportunè prouiderunt circa uarias species simoniæ, & de tali nihil dicunt; Vnde iste stylus versatur cum integerrimis, & religiosis uiris, quibus cum onere pensionis quotidie prouidet Papa de beneficijs renuntiatis. nam si auctoritas Pa
35 pę non redderet eos tutos, immineret laqueus ualde uniuersalis, & renuntians literis in forma gratię expectatiuæ manda ti de prouidēdo, reseruatio regressus & aliàs super beneficio uacaturo obtēris cum pacto pro aliquo temporali obtinendo, siue pro certa pensione obtinenda & recipienda, est simoniacus. glo. in c. ad audientiam. el 2. de rescri. in ver. renuntiantes, in eo tamen, qui beneficium fuit assequutus, secus in eo ꝙ non fuit assequutus secundum illam gl. sed tu tene ꝙ est simo-
36 nia. etiam in hoc casu, si detur aliquid ex pactione partis, secus si ex officio iudicis, uel mediantibus bonis uiris renuntiatio ex una parte purè fiat, & ex altera parte aliquid temporale detur, ut colligitur in ca. hanc, de renun. & de pact. in c. cum pridem, similiter non est simonia, si renuntiet talibus li-
37 teris ex eo ꝙ datur sibi spirituale, puta beneficium, secūdum Innoc. & Hostien. in c. præalleg. ad audiētiam, ubi dicit Abb. no. glo. mirabilem in eo ꝙ in d. c. non sit simonia, quia nullū spirituale iste renuntians habuit, & sic potest sentire ꝙ per literas ad beneficium obtinendum non dicitur quis consequi ius spirituale, ex quo adhuc non est receptus in canonicum, nec collatio beneficij sibi facta est, & ꝙ huiusmodi literis licitè quis renuntiat pro commodo temporali. sed hoc nō est uerum, quia immo consequitur ius spirituale in quantū quis
38 consequitur ius præparatorium ad obtinēdum beneficium quod est spirituale uel spirituali annexum, sicut diceremus in pñtatione patroni, quæ est annexa spirituali in quantum præparat ad obtinendam institutionem, quæ est quid spirituale. per Abb. & alios. d. c. ad audientiam. el 2. de rescrip, ubi Inno. dicit ꝙ si pro pecunia aut aliquo alio temporali commodo quis renuntiat literis, cum ex eis habeat ius ad petendum beneficium ecclesiasticū & spirituale, est simonia, & in his quæ sunt iuris positiui, ueluti sunt beneficialia, non requirit sem per causa rationabilis, puta, causa senectutis renuntiantis beneficium, cui pium est prouidere de alimentis uel huiusmodi licèt Papa in literis reseruationum huiusmodi, semper soleat apponere clausulam, ne ex tali resignatione detrimētum patiatur, & ut commodius substētari ualeat, quia in Papa im-
39 ponente tales pensiones, sufficit quęcunq; causa licita & hone-
40 sta, puta, resignationis, cessionis iurium, litis extinctionis, quia regulariter sine causa Papa non solet admittere. Gig. q. 6. & li-
41 cita est pensio, quam collitigans sibi cedendo iuri, liti, & cau sæ in fauorem collitigātis reseruari obtinuit super fructibus beneficij super quo lis erat, uel alterius quòd collitigans obtinebat, prout hodie passim fit. Item licita est causa si pensio alicui reseruetur qui beneficium resignauit, etiam si erat aliter non renuntiaturus nisi pensio assignaretur, per Fel. cap. ex parte, el 1. col. 2. uersi. Abb. in c. cum pridem, de off. dele. idem Fel. in ca. non satis, de simonia, accedant ea, quæ uoluit Præpos. in ca. 1. q. 3. col. 2. in uersi. & prędicta. ubi dicit quod non
42 licet Cardinali resignare beneficium adhibita pactione quòd sibi reseruetur annua pensio super fructib. beneficij resignati, hoc enim esset simonia, allegat no. per glo. in cap. ex parte. de offic. delega. ideo dicit cautelam esse quòd Papa inducat Cardinalem ad renuntiandum, & apponat postea certam pensionem super fructibus beneficij resignati soluendam annuatim Cardinali, quia hoc transiret sine uitio simonię. arg. tex. in ca. nisi. de præben subdens idem Prępos. ꝙ pro salute multorum, qui antequam beneficia resignent conueniunt super pensione habenda, consuluit quòd ante resignationem liceat
43 huiusmodi tractatum facere inter renuntiantem & eū in cuius fauorem intendit renuntiare, qui pensionem soluere debet, ita & taliter quòd aliquid liberè nō concludatur, sed totum arbitrio Papæ remittatur, & si pactiones inter ipsos concludantur, fiat cum conditione, si sanctissimo. d. Papæ placuerit, & eo approbante, ut not. in simili in ca. 1. de rer. permu. in 6. & dicit, ꝙ utilius esset assignare reuerendis. d. Cardinalibus tot pensiones, quàm concedere eis tot ecclesias uel monasteria in comendam, quæ ecclesiæ destituūtur, dicit Gig. de pen
44 sio. quęstio. 4. dispensat Papa etiam sine causa, quia in istis sufficit eius uoluntas, dicit Innocen. in cap. cum ad monasteriū, de stat. monach. circa medium. Abb. in ca. fraternitatem, de scisma. Fel. in cap. 1. in 4. fallen. de consti. ubi dicit Butr. in ult. colum. quòd in huiusmodi introductis a iure positiuo liberalitas Papæ, qui dispensat, habetur pro causa, ubi Imol. in 13. colum. uersicu. potest autem absque causa, Felyn. in dicto ca.
45 ad audientiam, el secondo, colum. 4. ubi dicit, quòd id procedit etiam quoad Deum, ut dispensatus in istis, quæ sunt iuris positiui sine causa sit tutus, quia cum doctores, quos ibi adducit, loquantur simpliciter, & indistincte, non putat esse eorum dictum restringendum ad forum contentiosum, sed debere etiam intelligi in foro conscięntiæ & in foro poli, attenta maximè ratione in qua se fundat Innoc. videlicet quòd si-
46 cut ex sola uoluntate potest per Papam lex creari, ita per solā uoluntatem in ea dispensari, nisi tamē lex canonica esset fundata in aliqua ratione descēdente a iure diuino, uel a dictamine rationis merè naturalis, quia tūc sine causa non ualeat dispensatio, neque in foro poli, neque in foro fori, & pari m) do, quòd si lex canonica esset fundata super bono publico, & dispensatio præiudicaret illi bono, sed in casu nostro iura

Source : BIU Cujas

prohibentia imponi ecclesijs pensiones non sunt fundata in iure diuino vel naturali, vnde si Papa de reditibus ecclesię unius disponit ad commodum alterius ecclesiasticæ personę, talis videtur tutus auctoritate illius, qui habet in beneficialibus liberam potestatem, ca. 2. de præben. in 6. & clem. 1. in fi. vt lit. pend. quia etiam sine causa potest præiudicare prælato inuito obtinenti beneficium, ut per d. Fel. d. c. ad audiẽtiam, de rescr. col. 4. & 5. & c. quæ in ecclesiarum. de constit.

47

SVMMARIVM.

1 *Non releuat quòd actus fiat saluo Papæ beneplacito, quia superioris authoritas excepta semper intelligitur.*
2 *Quando fit mandatum ad resignandum in fauorem tertij cum clausula, nõ aliàs, aliter &c. non est dicit Caccial. panis albissimus nec carens furfure, nec potest excusare quin sit simonia.*
3 *Ad firmam pactionem & conclusionem in huiusmodi licitè deueniri non potest sine simonia. Tractatus verò & collocutio non est prohibita.*
4 *In huiusmodi esset securum in tractando dicere, si Papa imposuerit pensionem ego soluam.*
5 *Secundum Anan. totum negotium est ponendum in manibus Papæ, eius auctoritate explicandum.*
6 *Si Papa narrata & conuenta admittit, non cadit in aliquo simonia.*
7 *Papa admittendo resignationem sub modo & conditione factam, purgat omne uitium.*
8 *Petens dignitatem non est ambitiosus, sed dignus, si illum admittit superior.*
9 *Pensiones aliquando imponuntur pro religiosis super ecclesiis.*
10 *Est simonia quando quis renuntiat beneficio cum pactione expresse vt sibi reseruetur annua pensio.*
11 *Voluntas renuntiandi beneficium ad commodum alterius, non facit simoniam, & si deueniatur ad actum renuntiandi, dummodo non deueniatur ad actum paciscendi.*
12 *Tractatus et animus in prohibitis a iure positiuo non inducunt simoniã.*
13 *Conuentiones factæ de præstanda pensione sunt purgatæ a simonia, accedente consensu Papæ.*
14 *In prohibitis constitutione ecclesiæ, Papæ auctoritas dispensat, si facit de certa scientia.*
15 *Clausula, de certa scientia, importat, de plenitudine potestatis.*
16 *Clausula, de certa scientia, operatur quod clausula, non obstante.*
17 *Papa si habita notitia qualitatis, beneficium confert, videtur facere de plenitudine potestatis.*
18 *Non habent locum regulæ Cancellariæ, uel constitutiones in contrarium quando constat de voluntate Papæ.*
19 *Quando Papa ex certa scientia concedit aliquid incapaci, uel facit actum contrarium iuri, dispensare censetur.*
20 *Si non constat de uoluntate Papæ, tunc talis esse uoluntas præsumitur, qualis esse de iure debet.*
21 *Papa cum causa & sine, cum consensu rectoris & sine, cum conditione & sine, concedit pensionem.*
22 *Qui altari seruit, de altari debet uiuere.*

De eadem materia. Cap. 16.

SEd cum sciatur apud omnes de huiusmodi resignationibus & pensionum reseruationibus tractantes, ꝙ vel debẽt fieri in manibus Papæ, uel ordinarij, aut alterius ad id a Papa potestatẽ habentis, & ꝙ debeant admitti, & si non admittantur sint nullę, ex quo finem & effectum suum sortiantur ab admissione Papę aut superioris; uĩ inter partes agi uel tacitè, uel expresse, saluo quòd huiusmodi tractata, aut intellecta, vel etiam conuenta admittantur, & non aliter. nam uideretur fatuus, qui putaret ex tali conuentione super talibus sibi actionem dari, aut aliter valere, vel effectũ sortiri; ergo uideretur quod a Papa, vel superiori quomodocunque tractata uel conuenta essent, quia eius beneplacito saluo fuissent tractata, deberent admitti, quia Papa omnia super beneficialibus facere & exequi potest, & album de nigro, & de nihilo aliquid, etiam rerum naturam mutare, ut supra diximus, & a Papa inferior in casibus sibi a iure permissis.

Sed ad tale obiectum respondeti facilè potest, quia in casu præsenti Papa iura expressa constituit prohibentia pactiones & conuentiones super spiritualibus, ut cap. fi. & cap. cum pridem, de pact. c. quam pio. 1. q. 2. cum similibus, quæ ab omnibus obseruari debent, nec contra formam dictorum iurium debent esse nostri contractus uel conuenta, immo iuxta illorum formam, continẽtiam, & tenorem adaptari, & nostræ uoluntates debent a iure regulari, cap. sicut. in princip. & ibi glo. de pœn. dist. 1. & secundum illas Papa nostras actiones iudicat, approbat, reprobat, castigat, & corrigit: nec contraria illis admittit, uel concedit, aut admittere, uel concedere presumitur regulariter, Abb. in c. ad hæc sumus. extra de reseri. licèt attenta potestate possit, nisi quando facit & facere appareat de plenitudine potestatis, quod in dubio nunquam præsumitur, quia Papa & princeps præsumitur regulariter facere actum non exorbitantem a iuris dispositione, immo secũdũ ordinariam facultatem, & non secundum plenitudinem potestatis, qua in dubio uelle uti non præsumitur. uulgatis iuribus. Nec obstat ꝙ fiat actus tacitè, uel expresse, saluo Papæ uel principis placito, quia licèt id non dicatur, tamen inesse semper uidetur, ex quo superioris auctoritas & principis semper excepta intelligitur, ca. uenientes, de iur. iur. Doctores in l. si quis maior. C. de transac nec Papæ uel principi placere debet illud, quod non est iuxta leges, & constitutiones ab eis promulgatas & sancitas. l. digna uox C. de leg. Caccialu. post relata dicta Fel. in d. qõ. 19. de pensio. dicit ꝙ licèt renuntiatio fiat simpliciter sub spe quòd amicus cũ quo tractauit habeat beneficium, & sibi soluat dispensatione Pontificis pẽlionem tractatam & conuentam, quatenus Papa ita decernat, & operetur cum Cardinali uel alio prælato, ut intelligat mentẽ Papæ firmam uolentis prouidere amico de beneficio cum onere pensionis tractatæ uel conuentæ, & postea resignat simpliciter quoad uerborum apparentiam, sed in ueritate ob causam futuræ pensionis, & ut amico cum quo conuenit prouideretur, & non alteri, aliàs non resignaturus, cum sit deuentum ad actus extrinsecos, per quos est aperta hinc inde uoluntas tam resignatoris, quàm resignatarij. Et quãdo datur mandatum ad resignandum in fauorem Titij, & non alterius, cũ clausula, non aliàs, aliter, nec alio modo, dicit idem Caccialup. ꝙ iste non esset panis albissimus, nec carens furfure, unde non uidet aliquo pacto posse excusari tali casu quin sit simonia, secundum Innocẽ. & alios in cap. tua nos, de simonia, & certè in casu isto est dicendum quòd ad firmam pactionẽ, & conclusionem licitè, & sine simonia deueniri non possit, tractatus uerò & collocutio non uidetur prohibita, per tex. in cap. cum pridem, de pactis, & subiungit d. loco Caccialup. ꝙ tractatus de renuntiando certo modo, puta, cum onere pensionis, aut similium, non est prohibitus, sed pactio firma bene est prohibita, ut per eum ibidem col. 3. num. 16. & secũdum Fel. d. ca. ad audientiam, esset securum & tutũ, ut quis in tractando diceret, aut conueniret hoc modo. si Papa imposuerit pensionem, ego soluam, quia tunc offero id, quod est iustum, scilicet me adimpleturum mandata apostolica & pariturum mandato Papæ, uel secundum Ananiam supra allega. loco, quod totum negotium ponatur in manibus Papæ explicandum eius auctoritate, sequitur Nic. Boer. in trac. de pot. leg. a lat. col. antepen. quia si Papa narrata & conuenta admittit, non cadit in aliquem istorũ simonia, quia sicuti simonia non cadit in Papa, ut per Host. in summa de simonia. l. 1. ad l. Iul. de ambit. Cyn. in l. 1. C. eodem tit. ita pari modo non cadit in resignatione in eius manib. facta, quia Papa admittendo uidetur purgare & secum dispensare, ac iura positiua soluere, supra quæ potest. nam eo ipso ꝙ Papa habuit notitiam renuntiationis factæ modo & forma præmissis admittendo, uidetur purgatum uitium, per tex. & gl. in c. nisi essent, de præben. & tex. in cap. si quis. 1. q. 1. & tex. iuncta glo. in cap. cũ pridem, de pactis. Bal. in l. Barbarius. ff. de off. prætor. col. 2. versic. sed opponitur contra Io. ubi dicit, ꝙ est in superioris auctoritate notare quem petentem dignitatem uel officium de ambitu nec ne, & si superior admittit non censet impetrans ambitiosus, sed dignus, Caccialup. late. d. loco, quia ista ut trãseãt sine uitio sunt explicanda per superiorem, ut per Abb. in cap. ad audientiam, de reser. col. 3. ubi ponit & disputat, an quis licitè & siue simonia renuntiare possit literis ad beneficia, reciendo pensionem, Abb. dicit & dat cautelam in casu nostro in c. non satis, de simonia, ꝙ videlicet Papa inducat Cardinalem ad resignandum libere beneficio, & postea imponat pensionem, quia isto modo erit melius & tutius: sequitur Fel. ibi, qui multa loca citat, & authores loquentes de pensionibus, & hoc inquit Abb. facit Papa ex officio suo nulla præcedente partium super hoc pactione, quia transibit sic sine uitio, subiungens, quia si pro uita religiosorum aliquando imponuntur pensiones super ecclesiis, multò fortius fieri debet ꝙ Cardinalibus, quorum consilio totus regitur Orbis, & absq; dubio consultius prouideretur uniuersali ecclesiæ imponendo huiusmodi pensiones, quàm concedendo eis ecclesias in cõmendam, quia destituũtur sic ecclesiæ proprio rectore, & male deseruitur ipsis ecclesijs in spiritualibus & tpalibus, per quę cauendum esse uidemus a pactionibus & conuẽtionibus in hmõi, quæ faciunt esse simoniam commissam, & pensionem illicite impositam, per tradita per Gig. in tract. de pensio. q. 5. ubi dicit, ꝙ quãdo quis renũtiat beneficio hac pactione expresse adhibita, ut sibi reseruetur annua pensio super fructib. beneficij renuntiati, hoc esset simonia, per glo. in c. ex parte, de off. & pot. iud. deleg. ita tenuit Præpositus in c. sed adhuc. col. 2. uers. & per prædicta. 1. qõ. 3. loquens in Cardinale, est in terminis quæst. & decis. Nic. Boer. decis. 116. prima parte, ubi quærit, an resignatio fieri possit cum retentione pensionis, quamuis idem Gig. q. 6. dicat quòd conuẽtiones partium de

pensione

pensione præstanda licite redduntur & purgantur omni suspitione simoniæ accedente uoluntate & consensu Papę. per nor. per gl. in c. cum pridem, de pact. per adducta per eũ ibi, per Decium in consil. 436, ubi tractat materiam. Faciunt ea, quæ uoluit idem Archi. in ca. quicunque. 1. qõ. 1. vbi dicit ꝙ uoluntas renuntiandi beneficium ad commodum alterius,
11 non facit quem simoniacum, etiam si ad actum renuntiandi progrediatur dummodo nõ deueniatur ad actum paciscendi, si autem non fuerit expressa pactio inter partes de pensione soluenda, sed bene cogitatum & tractatum, hoc nõ facit quòd pensio, quæ postmodum reseruatur, sit illicita, & quòd
12 actus sit simoniacus, cum tractatus & animus in simoniacis quia prohibita, & in simoniacis de iure ecclesiæ tolerentur, nec inducunt simoniam, per ea quæ suprà in presenti quæstione per totum sunt per nos deducta, subiungit ibi Gig. ꝙ dicit Fel. in d. ca. ad audientiam, quòd quotidie in manibus Papæ videmus fieri resignationes beneficiorum cum reseruatione pensionis ipsis resignantibus, Papa sciente quòd ambæ partes de hoc tractarunt prius, & tamen Romana curia dat literas & Bullas desuper expeditas, quinimmo in illis expediendis datur forma ꝙ non ualeat assignatio pẽsionis, nisi de consensu illius, qui beneficium possidet. Vnde infertur, quod si in huiusmodi auctoritas Papæ non operaretur plenam securitatem, etiam in foro conscientię, tot Romani Pontifices non toleraſſent, ubi enumerat Gig. Martinum Quintum, Eugenium Quartum, Paulum Secundum, Innocentium Octauum, Alexandrum Sextum, Iulium Secundum, Leonẽ Decimum, Clementem Septimum, Hadrianum Sextum in eorũ constitutionibus, & Cancellariæ regulis, quorum numero & nos etiam possumus addere Pontifices nostri temporis uidelicet, Paulum Tertium, Iulium Tertium, Marcellum Secundum, Paulum Quartum, & Pium Quartũ Pontifices omnes summæ sanctitatis, & integritatis, qui regulas Cancellarię, & constitutiones super huiusmodi addendo & moderãdo approbarunt, & constituerunt. & stylus iste curię uersatur cum hominibus integerrimis, & religiosis, quibus cum onere pensionis quotidie beneficia resignantur, quos nisi auctoritas Papæ tutos etiam in foro conscientiæ redderet, ualde uniuersalis laqueus immineret, ut ibi per eum, & iam suprà diximus, immo etiam si processum fuisset inter partes ad conuentiones, & pactiones firmas, & conuentiones & pactiones huiusmodi sequutæ Papæ narratæ & explicatæ, per eum admitterentur, ex illicitis essent factæ licitæ, & in eis esset purgata omnis labis simoniacæ suspicio, etiam crimen, attenta Papæ plenitudine potestatis, qui potest supra ius dispensare. ca. propo fuit, de concess. præben., dicit Gig. in loco prædallegato. qõ. 6.
13 per hæc uerba, Conuentiones autem partium de pẽsione præstanda, licitè redduntur, & purgatur omnis suspitio simonię, accedente uoluntate & consensu Papæ, per glo. in c. cum pridem. in verb. licitè, de pact. quæ dicit, quòd in prohibitis constitutione ecclesiæ, Papæ excusat auctoritas, in quibus etiam sine causa dispensat, dummodo tamen Papa notitiã habeat,
14 & admittendo faciat ex certa scientia, quia ex ipso quòd notitiam habuit, admittendo dispensat, purgat & excusat a uitio, per adducta suprà, & maximè per Caccialup. cum, ut diximus suprà, clausula ex certa scientia, in Papa & in Principe
15 importat plenitudinem potestatis, no. gl. in ca. ad hoc, in ver. elegerunt, ad fi. de rescri. quia certa scientia Principis concedentis & rescribentis idem operatur, ꝙ clausula, non obstante. l. idem scribit. §. fi. ff. de excus. tuto. ponit Rota iuncta additione, quæ est ibi decis. 3. cum seq. in nouis, quia eo ipso ꝙ Papa habuit notitiam de qualitate beneficij, uel sit iuris pa-
17 tronatus, aut aliàs, si illud confert, uel cõferri mandat alicui, est ac si faceret de plenitudine potestatis, Staphil. de gratijs & expectati. §. subsequenter, col. 2. & 3. sequitur Martin. Lauden. in tract. de leg. princ. q. 29. & per eũdem Staphil. in §. post commissionem, de rescrip. breuium. col. 3. ibidem. ꝙ quando constat de uoluntate Papæ, & de certa scientia, non habẽt locum regulæ Cancellariæ, & constitutiones in contrarium,
18 quibus per hoc uidetur derogatum no. gl. in c. 2. de scisma. in ca. statutum, super verbo literarum, de rescri. in 6. & in clem. & si principalis. in verbo obseruari, per quæ iura probatur. ꝙ cum princeps concedit aliquid incapaci ex certa sciẽtia, uel facit actum contrarium iuri, eo ipso super incapacitate, uel iu-
19 re contrario dispensare censetur, ut per eundem ibidem. glo. posterior sub fi. c. ecclesia 16. q. 1. Innocen. in cap. diuersis. ext. de cler. coniugatis. l. quidam consulebat, ubi doct. de re iudi. Bar. in l. Barbarius. col. 5. de off. prætor. Io. Bertachin. in tract. de episcopis. secunda parte. 41. lib. versic. 25. quæro, secus sit si non constet, & res sit dubia, quia tunc talis præsumitur esse
20 Papæ intentio, qualis de iure esse debet, ut in c. causam, & in c. si quãdo. de rescri. quia Papa in dubio non præsumitur uti plenitudine potestatis. c. ad hæc. extra de rescri. ubi Abb. ꝙ a cum causa & sine causa cum consensu rectoris uel prælati, & sine Papa pro suo libito pensiones reseruantur, cum cõditio-
21 ne & sine, cum facultate in aliam personam transferendi, & liberè, ut per Gig. q. 6. q. 10. qõ. 8 5. dummodo de eius constet uoluntate. Item reseruat ex magna causa fructus resignanti beneficium, & illa fructuum reseruatio sustinetur, siue dixerit ꝙ propria authoritate perciperet eos fructus, siue de manu alterius, quæ reseruatio fructuum non est recepta a senatu
22 Parisiensi. dicit Petrus Rebuffus, quia qui altari seruit, de altari habet uiuere, ca. cum secundum, de præben. Rebuf. in ti. de reseruat. vers. interdum. Item media pars fructuum loco pensionis, extrauag. Ioan. xxij. incip. suscepti, de elect. quandoquę etiam tertia pars, vt per Rebuf. d. loco, ubi multa.

SVMMARIVM.

1 *Papa admittit resignationes cum reseruatione regressu.*
2 *Regressus de sui natura continet reuersionem ad omissum beneficium.*
3 *Pium est prouidere senectuti de alimentis.*
4 *Melius deseruitur ecclesiæ per plures idoneos, quàm per vnum.*
5 *Quomodo conceditur beneficium cum accessu.*
6 *Accessus nullam habet causam præambulam iuris præteriti.*
7 *Cauti curiales petunt accessum, regressum, & incessum.*
8 *Differentia inter regressum & accessum.*
9 *Quando beneficium non uacat, non datur ius in eo, sed ad illud.*
10 *Per regressum & accessum quæritur ius ad idem.*
11 *Omnis promissio, per quam datur ius ad vacatura beneficia est reprobata.*
12 *Quilibet sperat eum casum à quo est reportaturus honorem & utilitatem.*
13 *Spes est expectatio futuri boni.*
14 *Habens regressum spem habere dicitur.*
15 *Nemo debet monachari, ut Abbas fiat.*
16 *In beneficijs prohibetur successio.*
17 *Conuenire & pacisci super iure competente ad beneficium est inductiuum simoniæ.*
18 *In spiritualibus omnis pactio & conditio cessare habet.*
19 *Regressus & accessus faciunt gratiam conditionalem.*
20 *Ordo est de iure diuino.*
21 *In illis, quæ sunt iuris diuini, Papæ auctoritas non excusat.*
22 *Papa leges a se promulgatas seruare debet.*
23 *Committitur simonia, si detur pecunia pro obtinendo regressu.*
24 *Procedunt a pari in committendo simoniam, datio & promissio.*
25 *Qui per simoniam realem acquisiuit beneficium tenetur restituere. Et qui per solam promissionem de dando assequutus fuit.*
26 *Vti datio, ita promissio inducit simoniam.*
27 *Fieri non potest promissio de uacaturo beneficio.*
28 *Ordinarius non obstante tali promissione uel appellatione prouidebit de tali beneficio cui uidebitur.*

De simonia conuentionali in regressu, incessu, & accessu. Cap. 17.

ITem Papa nedũ admittit resignationes cum reseruatione pẽsionis cedenti, sed etiam in euentum ꝙ resignatarius præ-
1 moriatur, cũ reseruatione regressus & iuris regrediendi ad beneficium resignatum, necnon & in euentum nõ solutionis pensionis impositæ, uel reseruatæ; data quodammodo in beneficijs reciproca substitutione, quæ de sui natu-
2 ra reuersionem continet ad omissum beneficium, per Paris. consil. 5. volum. 4. 2. colum. nu. 8. quod consilium fecit in causa Sancti Simpliciani, contra. d. Stephanum Sauli pro cõgregatione Casinens. per tex. in l. si unquam. C. de reuoc. don. ad not. in cap. si beneficia, de præben. in 6. & per ea quæ adducit Oldra. consil. 275. incip. quæstio est, colum. 2. vers. circa quintum, id quod solet facere ex causa, puta, si successor designatus sit dignus, & resignans longo tempore seruierit ecclesiæ & sit senex, cui Papa etiam reseruat fructus in totũ uel in partem, si non habeat aliquod aliud beneficium, quo senecturẽ
3 substentare ualeat, cui pium est prouidere de alimentis, ut ꝑ Fel. in cap. ad audientiam. el. 2. col. 4. versic. ista procedunt, de rescrip. uel ut melius deseruiatur ecclesię quando uterq; tam resignans, quàm resignatarius sint idonei, quia tunc iustè fit,
4 cum per plures idoneos & bonos melius deseruiatur, quàm per unum, cap. ex parte. de constit. quia quando unus erit, uel senectute, uel alio morbo grauatus, alter supplere poterit, & sic ecclesia non patietur in aliquo detrimentum.

Item cum accessu; ut si Papa uelit conferre alicui episcopatum, uel aliud beneficium quod propter ætatis immaturi-
5 tatẽ hȩ non possit, in alia persona confert, quousque ille inhabilis ad maturam & legitimam ætatem perueniat, cum hoc, ꝙ post ætatem legitimam propria auctoritate possit accedere ad episcopatum, aut beneficium, & uocatur cum accessu, de quo per Paris. consil. 76. incip. an capitula in conclaui, uolum. 4. melius per Cassador. decis. unica. de pactis, ubi dicit ꝙ
6 accessus nullam habet præambulam causam iuris præteriti, uti habẽt regressus, unde cauti curiales petunt regressum, accessum,

Source : BIU Cujas

7 ceſſum,& ingreſſum,ut ſi nō ſit locus regreſſui ſubintret acceſſus. Item cum ingreſſu,quale ſit,ſi Papa mihi conferat beneficium,& illud reſignem antequam illius poſſeſſionem capiam,in euentum tamen quod ſi ille cui reſigno præmoriat, ego poſſim ingredi meum beneficium reſignatum,quod uocatur cum ingreſſu, de quo pro intelligentia iſtorum uide Caſſador. deciſ. unica,de pactis,ubi declarat & ponit differen
8 tiam inter acceſſum & regreſſum,per quos modos ius acquiritur & reſeruatur ad rem,ut per Paris. d. loco,de quibus per Pet. Rebuf. in tit. de regreſ. & not. per Gemin. in cap. 2. de prę
9 ben. in 6. in 2. not. per illum text. ubi notat quod quando beneficium non uacat,non datur ius in eo,ſed ad illud. Gig. in tract. de penſi. q. 99 colum. 2. num. 5. verſi. habes enim regreſ. Aeneas de Falcon. in tract. reſer. effec. 47. verſi. nouus modus. per Lud. Gomeſ. in reg. de non tollen. qō. 1. uerſ. 10. & ult. ubi
10 dicit q̄ per regreſ. & acceſſum nobis quæritur ius ad idem, id quod non uideretur poſſe fieri inter ipſas partes, neque ſi fiat per Papam, aut alium ſuperiorē admitti, per multa, quæ urgere uidentur in contrarium: nam ſi fiat pactio aut ꝓmiſſio de regreſſu & ingreſſu, uidetur paciſci ſuper eo, quod præſtat occaſionem uoti captandæ mortis & inſidiandi beneficiatis, quia omnis promiſſio per quam datur uia ad uacatu-
11 ra beneficia eſt reprobata, a qua cauere debemus, ca. 2. ca. ne captandæ, c. deteſtanda, de conceſ. præbē. in 6. Gomeſ. in reg. de non impet. beneficio uiuen. q. 1. nemo enim non ſperat il
12 lum caſum & euentum, a quo ſciat ſi euenit, ſe commodum honorem & utilitatē reportaturum, quia ſpes eſt expectatio futuri boni, & quis mortem illius deſiderat, in cuius locum ſe credit ſuccedere, cap. 2. de conceſ. præben.

Secundò uidetur obſtare, quia per regreſſum reſeruatū, aut conceſſum, uidetur quis habere occaſionem ſperādi be-
14 neficia eccleſiæ, & ſpiritualia, quæ ſperari non poſſunt. qa qui habet regreſſum in his ſpem habere dr̄ ad beneficiū. Aeneas de Falcon. in trac. de reſeruat. effectu. 47. nu. 2. Gig. de penſio, q. 94. 2. col. q. 77. quod eſt ſimoniacum & prohibitum. nemo
15 enim debet monachari, ut Abbas fiat, eſt tex. in c. cum ad noſtram, de elec. ca. per laicos. 16 qō. 7. ubi ad literam hr̄, nemo ſpem habeat, ut Abbas fiat. tex. in ca. cum officij, de elec. bonus tex. in l. ſi quenquam. C. de epiſ. & cler.

Tertiò eſt clarum, q̄ in beneficijs & eccleſiis abhorretur
16 & prohibetur ſucceſſio, cap. ad extirpandam. cap. ex tranſmiſſa, & per totum titu. de filijs preſbyterorum. extra. & illa omnia ſunt uitanda, per quæ talis ſucceſſio induci uidetur, ergo etiam & pactio ſuper regreſſu, & ingreſſu, per quos alter in euentum mortis alterius ſuccedere uidetur, ergo ſimoniacum, quia prohibitum.

Quartò, quia conuenire & paciſci ſuper iure competenti ad beneficium ſpirituale, quale eſt ſuper iure regreſſus, ſeu re
17 grediendi ad beneficium eccleſiaſticum, uidetur inductiuū ſimoniæ, per tex. & ibi glo. in c. ad audientiam, el 2. de reſcri.
18 ergo abſtinendū, cùm in ſpiritualibus omnis pactio & omnis conditio ceſſare debet, c. ult. de pactis, & ca. quam pio. 1. q. 2. quia regreſſus & acceſſus uidentur facere cōditionem,
19 & gratiam conditionalem, dicit Pariſ. conſ. 82. vol. 4. & conditio & conuentio in ſpirituali inducit ſimoniam, per tex. & ibi glo. in c. pactiones, de pactis, c. ex parte, de off. & pot. iudi. & ibi gl. in uerbo omnino.

Facit quinto, quia reſignatio cum regreſſu & ingreſſu uidetur inducere exiſtentiam beneficij in plur ibus perſonis,ēt q̄ vnum beneficium videatur exiſtere in pluribus, quod eſt de iure prohibitum, nec permittitur. cap. niſi eſſent. extra de præben. vnde pactio in iſtis videtur inducere ſimoniam in illis, quę ſunt ſimoniaca, quia prohibita.

Sextò ſi beneficium eccleſiaſticum aut dignitas, ſuper cuius regreſſu paciſcitur, ſit curam animarum annexā habens, uel per quam conferatur ordinis exequutio & altaris adminiſtratio, per pactionem ſuper eo quis committit ſimoniam in illis quæ ſunt de iure diuino, cum ordo ſit de iure diuino: Vnde & per Papam etiam non videtur poſſe concedi talis
20 regreſſus uel admitti; & ſi admittet q̄ eius authoritas nō ex-
21 cuſet, neque purget vitium, quia in illis, quę ſunt iuris diuini, auctoritas Papæ non excuſat, quia immo & ipſe quoq; in huiuſmodi inuoluitur in vitio ſimoniæ, per doctrinam Abbatis in c. qui uerò. §. extirpandæ. de prębē. per eundem in cap. 1. de ſimonia, ubi Fel. quia Papa iuri diuino ita eſt ſubiectus, ſicuti cæteri homines, c. ſunt quidam. 25. q. 1.

Item nec ēt excuſare deberēt, ſi eſſet beneficiū uel dignitas non curatum, ſed ſimplex, quia cum tale beneficium ſit iuris poſitiui, licet ſuper iure poſitiuo Papa diſpenſet, & eius au
22 ctoritas excuſet, tamen leges a ſe promulgatas ſeruare habet l. digna vox, C. de legib. cum ſim. & committentes in legem a ſe promulgatam punire. Vnde eius auctoritas a delicto excuſare non deberet, quemadmodum dicitur de ludente cū epiſcopo & Azardum, ſtante conſtitutione Epiſcopi prohibitiua de ludendo, incidit in pœnam, nec illum epiſcopi auctoritas excuſat, licèt uideretur contrarium, quia conſtitutio non deberet comprehendere ludentem cum cōſtituente, ponit Ioan. And. in reg. cui licet, de reg. iur. lib. 6. diximus in mentali ſupra in §. de collationibus, verſi. & licèt auctoritas. facit ulterius, quod pro obtinendo regreſſu, & iure regrediēdi ad
23 beneficium, ſi detur pecunia, cōmittitur ſimonia, dicit Hier. Gig. in tract. de penſi. q. 99. colum. 3. num. 18. ita pari modo ſit ſimonia, ſi ſuper regreſſu, & iure regrediendi fit conuentio vel promiſſio, quia a pari procedunt in committenda ſimo-
24 niam, datio & promiſſio, quia vera ſimonia committitur cū concurrit exactio vel promiſſio, uti dicunt communiter doctores, quos ſequitur Fel. in ca. tua nos, de ſimonia, vbi ſubdit
25 Abb. & Fel. quod ſicut ille qui per ſimoniam realem acquiſiuit beneficium, tenetur reſtituere, ita ille qui per ſolam promiſſionem de dando illud conſequutus fuit, Abb. in c. cum ad noſtram. de elect. in 3. not. Gomeſ. in reg. de triennali. q. 12.
26 verſi. quid dicendum, quia uti dario, ita conuentio, & pactio facit ſimoniam, cap. cum pridem, & ca. fi. de pactis. facit, quia fieri non poteſt promiſſio de beneficio vacaturo, & ſi fiat nō
27 valet, nec concluditur ſequuta illius vacarione, quia nihilominus non obſtante promiſſione aut appellatione illius, cui
28 eſt facta promiſſio, ordinarius de beneficio prouidebit cui uidebitur, c. relatum, de conceſ. præben.

SVMMARIVM.

1 *Quotidie fiunt reſignationes cum reſeruatione regreſſus in manibus Papæ.*
2 *Conceduntur regreſſus & acceſſus ad beneficia ſi ceſſatur ſolui penſio.*
3 *Ius regrediendi & accedendi ad beneficium ex quali cauſa fuit inuentum ab homine.*
4 *Reſeruare regreſſus & acceſſus non nititur ſola voluntate partium, ſed ſuperioris auctoritate.*
5 *Regreſſus videntur ſapere naturam contractus cum principe.*
6 *Ordinarius habet procedere ſecundum formam Canonum.*
7 *Papa etiam in vacaturis beneficijs poteſt ius tribuere.*
8 *Per gratiam regreſſus datur ius ad vacatura.*
9 *Licèt Papa poſſit, non tamen debet de honeſtate dare ius ad uacatura.*
10 *Vitanda eſt practica impetrandi beneficia.*
11 *Per reuocationem gratiarum factam per Papam cenſetur reuocatum ius, quod tibi competebat ad beneficia vacatura.*
12 *Quilibet Papa in craſtino ſuæ aſſumptionis ſolet reuocare quaſcunque gratias reſeruationis ſui prædeceſſoris.*
13 *Papa deputat Epiſcopos ordinarios cum facultate beneficia vacatura conferendi.*
14 *Epiſcopi non conferunt beneficia, niſi de auctoritate Papæ.*
15 *Menſes collationis conceſſi ordinario.*
16 *Papa in menſibus ordinarij non abdicauit a ſe poteſtatem conferendi.*
17 *Papa concedit beneficia affecta Cardinalibus per mortem ſuorum familiarium vacatura.*
18 *Beneficia affecta debent conferri per Cardinales, uel de eorum conſenſu.*
19 *Papa poteſt ſub quauis conditione beneficia conferre.*
20 *Quod dicitur, quòd non poteſt conferri beneficium cum iſta conditione, ſi uacat, non intelligitur quoad Papam, ſed quoad ordinarium.*
21 *Epiſcopum quantum poteſt liberè debet beneficia conferre.*
22 *Papa in collationibus poteſt apponere quaſcunque conditiones ex natura earum peccatum non inducentes.*
23 *Si Papa mandat alicui prouideri de certo beneficio cum uacabit, ſi illud reſignetur etiam ex cauſa permutationis, poterit de eo impetranti prouideri.*
24 *Quòd Papa tribuit ius ad uacatura beneficia, intelligitur ex certa ſciētia.*
25 *Coadiutoria olim dabatur clerico infirmo ſimpliciter, hodie datur cum futura conceſſione.*
26 *Regreſſus habet cauſam a iure dependentem, acceſſus non.*
27 *Gratia regreſſus ſortitur effectum etiam non obſtante indulto Cardinali conceſſo diſponendi de beneficijs.*
28 *Coadiutoria nullum præexiſtens ius habet.*
29 *Regreſſus eſt modus, quo acquiritur ius ad beneficium.*
30 *Regreſſus, acceſſus, & ingreſſus ſunt modi, & moderna quædam inuentio acquirendi beneficia.*
31 *Papæ non poteſt aliqua lex imponi ſuper beneficialibus, nec etiā a concilio.*
32 *Nemini iniuriam facit, qui ſuo iure utitur.*

De eadem materia. Cap. 18.

SEd iſtis in contrarium in nihilo obſtā tibus, quotidie oculis cernimus contrarium, quia fiunt quotidie in manibus Papæ reſignationes be
1 neficiorum cum reſeruatione regreſſus ad illa in euētū mortis illius, cui fit reſignatio. Item regreſſus & acceſſus ad bene
2 ficium conceditur in euentum q̄ penſio ex reſignatione reſeruata aut impoſita non ſoluatur, de quo regreſſu & acceſſu uide per Gomeſ. in reg. de non tollen. q. 1. uerſicu. 8. ubi dicit, quòd ius, quòd acquiritur ad rem in tali caſu, non fuit in-

uentum

Source : BIU Cujas

uentum aut conſideratũ a iure, ſed ab homine, uide per Gig. in trac. de penſio. q. 73. 74. 99. num. 4. & num. 22. Item acceſſus, item ingreſſus ad illa, ut ex forma literarum Apoſtolicarum ſub plumbo, vel aliàs expeditarum. Quid dicendum igitur? Arbitror ꝙ eueniat propter omnimodam poteſtatem, quam habet Papa in beneficijs, & beneficialibus, de quibus diſponit ad libitum, ad nutũ quomodolibet, ut latè ſupra in duobus proximis præcedentibus quæſtionibus diximus. Vnde ſi beneficia confert Papa ad tempus, ad beneplacitum, & eius nutum, cap. ſi gratiosè. de reſcri. in 6. Item in titulum & commendam, & uni plures eccleſię & beneficia data, per iura, quę latè adducit glo. c. eam te, de ætat. & qualit. glo. in ca. per laicos. 16. q. 7. in gl. ſi non videtur ei interdictum lege aliqua quo minus poſſit admittere reſignationes, cum huiuſmodi reſer-
4 uatione regreſſus, acceſſus & ingreſſus, ac acceſſus, regreſſus, & ingreſſus, & ius ingrediendi, regrediendi, & accedendi ad eccleſias, & beneficia concedere & reſeruare, nec id nititur ex conuentione partium, uel ex eo quòd inter ſe partes ita intellexerunt, ſed ex Papæ ſola auctoritate, quia regreſſus ui-
5 dentur ſapere naturam contractus cum Principe. Caſſad. deciſ. 4. de priuileg. id quòd patet ex eo, quia talia non poſſunt admitti, nec concedi per alium, quàm per Papam, uel a Papa auctoritatem ad id, & poteſtatem habentem, uti dicemus in-
6 frà de ordinario, qui regulariter habet procedere ſecundum formam iuris, canonum, cõſtitutionum, & ſtatutorum eccleſiæ, nec habet talem, uel tantam auctoritatem, uti Papa, qui non ſolùm de iure poteſt conferre beneficia, cum uacãt, ſed etiam ius poteſt in uacaturis tribuere, capit. 2. de præben. uti
5 ad literam habetur, & ibi not. gl. in verbo uacaturis, quæ dicit id ſolum eſſe in Papa, ut tribuat ius in vacaturis, non in or-
8 dinario, uel alia perſona, quale eſt in gratia regreſſus, per quã datur ius ad uacatura, ut per Caſſador. deciſ. 4. de priuile. ubi dicit, patet ex eo quia per ceſſum vel deceſſum, vel quamuis aliam vacationem, vt ibi, eſt tex. in cap. propoſuit, de conceſ. præben. vbi fit mandatum Apoſtolicum ad primam uacatu-
9 ram præbendam, ubi Abb. in uerſi. nota, dicit, quòd licèt Papa poſſit dare ius ad beneficia vacatura, non tamen debet de honeſtate, eſt tex. in cap. ex parte, el primo. de off. & pote. iud. deleg. qui dicit expreſsè ibi, ut Archidiaconatum, qui primò in eccleſia veſtra uacare continget &c. ubi Abb. dicit, ui-
10 tandum eſſe practicam impetrandi beneficium vacaturum p renuntiationem, etiam certæ perſonæ. poſſum ego impetrare gratiam, ut ſi Titius uelit renuntiare beneficio ſuo, quòd mihi ſit renuntiatum, conferat. idem ſentire uidetur Staphil. in tract. de gratijs & expect. §. & in hac vel & per ſupradicta, no Gemin. in d. ca. 2. de præben. eſt tex. in ca. ſi is. de præben. in 6.° & in c. ſequen. per quæ iura declarat quòd per reuocationem gratiarum factam per Papam, cenſetur reuocatum ius, quod
11 tibi competebat ad beneficia vacatura, tibi conceſſum uirtute literarum Papæ prædeceſſoris. ubi not. ꝙ quilibet Papa in
12 craſtino ſuæ promotionis vel aſſumptionis ſolet reuocare quaſcunque gratias conceſſas expectatiuarum ſeu reſeruationum factas per ſuum prædeceſſorem, propter uotum captandæ mortis, & glo. ibi in verbo verbum, ponit clauſulas & formam talis reuocationis, ex quibus iuribus cum ſimilibus deſcendit materia gratiarum & expectatiuarum, quæ quotidie conceduntur ad beneficia vacatura, quemadmodum ex fonte riuulus, de quibus habes tractatum plenum per Io. Staphil. & Lud. Gomeſ. de gratijs & expectatiuis. not. Archid. in d. ca. 2. de præben. tex. clarus in cap. ne captandæ, eodem tex. in ca. 1. eo. & ferè omnes tex. dicti tituli, per quem titulũ & per quę
13 iura, & ex eo quia Papa deputat Epos & ordinarios cũ facultate quæcunque beneficia vacatura conferendi & prouidendi, quia epiſcopi niſi ex conceſſione Papæ, & illius auctorita-
14 te conferunt, quamuis non nomine expreſſo. 3. q. 6. multùm. ſtupeo enim dicit Leo Papa, uices enim noſtras ita tuæ credidimus claritati &c. idem in ca. de cętero. 2. q. 6. ibi, vices ſuas, c. qui ſi ſcit, in principio. 2. q. 6. refert & dicit Gaſpar de Peruſio. de reſeru. benefi. §. 1. in princ. Gomeſ. & Staphil. de expec. in principio. & ex eo quia dat collationem beneficiorum in
15 certis menſib. ordinarijs, puta in menſe Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, reliquorum octo menſium collatione ſibi reſeruata, nec ligat ſibi manus, quin etiam in menſibus ordinario conceſſis poſſit & ipſe quoque beneficia vacantia conferre. argum. tex. in ca. ſi a, ſede. de præben. in 6. quia Papa non
16 abdicauit a ſe poteſtatem omnino conferendi, ſed immo accumulatiuè cũ ordinariis, Staphil. de gratijs & expectatiuis, in principio, & in toto tract. Gaſparis de Peruſ. & Aeneas de Falconibus de reſeruatione benefic. & ex eo quia concedit, & reuocat quotidie gratias expectatiuas familiaribus, uel pauperibus clericis, aut aliàs conceſſas, titulo toto de præben. in 6. & de conceſ. præben. totis titulis. & afficit ac reſeruat ſibi & ſuæ collationi beneficia quęcunque ſuorum familiarium, famulorum & deſeruientium quomodolibet, & ubicunq; vacatura, ex quo concedit beneficia affecta Cardinalibus va-
17 catura per mortem illorum familiariũ, ut per reg. de impet. benefic. vac. per obi. famil. Cardinalis, ubi Lud. Gomeſ. concedens eiſdem Cardinalibus illa poſſe conferre, & de eis cuili-
18 bet prouidere, aut ꝙ niſi de eorum conſenſu non conferant, ut d. reg. & per d. Gomeſ. manifeſtum habemus ꝙ Papa de uacaturis beneficiis omnimodam habet diſpoſitionẽ, & plenariam habet poteſtatem: vnde nimirum, ſi reſignatione beneficiorum cum cõditione regreſſus reſeruati, collationes beneficiorum uni cum acceſsu alterius, qui ad legitimam ætatem peruenerit, aut aliàs cum ingreſsu ad beneficium, & regreſsus acceſſus, & ob non ſolutionem penſionis, vel ob nõ adimpletam conditionem aut conuentionem, uel admittat uel concedat, quòd attenta eius abſoluta facultate, & poteſtate, quam habet in beneficiis, quorum eſt auctor & creator facere poteſt quod vult, vt multis in uulgatis iuribus, latè ponitur per Gomeſ. in fin. q. 28. de triennali, quia Papa in illis quæ ſunt iuris poſitiui, prout ſunt beneficia, Papa in eis confe
19 rendi, uel in diſponendo de illis, poteſt apponere quam velit conditionem, & ſub quauis conditione conferre, ut ꝑ Abb. cap. ſignificaſti, de electio. ſuper gloſ. 2. ubi tenet, quòd illud,
20 quod dicitur, ꝙ non poteſt conferri beneficium cũ iſta conditione, ſi vacat, & quatenus vacet, nõ intelligitur quoad Papam, ſed bene intelligitur & habet locũ, quo ad alium ſuperiorem, puta ordinarium, uel alium, qui habet ſpiritualia conferre, prout iura diſponunt, per glo. & text. in cap. 2. de elect. in 6. vbi iſtam quæſtionem proſequitur, an valeat collatio beneficij, quam facit Epiſcopus ſub cõditione, ſi vacat, ubi con-
21 cluditur ꝙ debet Epiſcopus purè quantùm põt beneficia conferre, unde retractantur electiones, quæ fiunt ſub cõditione. Facit quæſtionem, vbi latè diſputat, Io. de Syl. in tracta. de benefi. qõ. 20. parte 3. ubi dicit quòd Papa in huiuſmodi poteſt
22 apponere quaſcunque conditiones ex natura tamen earum peccatum non inducentes, dicit: & tenet ad literam Io. Staphil. de expectat. §. & in hac, verſic. & per ſupradicta, ubi, ꝙ ſi Papa mandat alicui prouideri de certo beneficio, ſi vacat, uel cum primùm uacabit, certè ſi beneficiatus reſignet illud ex
23 cauſa permutationis, poterit nihilominus prouidere de illo taliter impetranti, quia re vera uacat quoad titulum, & poſſeſſionem, quod uidetur ſentire Domini. conſ. 105. 2. colum. vt ibi per eum. id quod facit ad cautelam traditam per Abb. in cap. ex parte; el primo. de off. & pot. iud. deleg. de qua ſupra diximus, ſed id, quod Papa tribuit ins ad uacatura bene-
24 ficia, intellige ex certa ſcientia, & non aliter, quia Papa ex certa ſcientia, etiam certæ perſonæ facit, vt habetur in tex. in cane captandæ, cum vulgar. de conceſ. præben. in 6. Ludo. Gomeſ. in reg. de impetra. benef. uiuen. q. 1. ubi dicit ſecundum Fel. ibi, conceduntur igitur & reſeruantur reſpectiuè regreſſus, acceſſus, ac coadiutoria cum futura ſucceſſione per authoritatem, quam habet in beneficialibus, & decretum irritans, ſiue inhibitio Papæ in literis expeditionis illorum appoſitu n inficit poſſeſſionem, dicit Caſſador. in deciſ. 2. de reſti. ſpoliat. idq; etiam dicit procedere in coadiutoria, quę olim
25 dabatur clerico infirmo, leproſo uel aliàs, ut toto titu. extra de cler. ægrot. ſimpliciter & ſine conditione hodie datur cũ futura in beneficio ſucceſſione, ut ibi per eum, idẽ dicit deciſ. prima, de cauſ. poſſeſ. & proprie. Gomeſ. in reg. de triennali. q. 49. verſ. nec obſtat quòd caſus. in ver. & etiam, Caſſador. deciſ. vnica. de pactis, vbi declarando dicit, quòd regreſſus ha-
26 bet cauſam a iure dependentẽ, acceſſus verò nullam habet cãm præambulam iuris præteriti, patet per ea, quæ ſuprà diximus in principio quæſtionis præſentis. per Rebuf. & eundẽ Caſſad. idem Caſſador. deciſ. 4. de priuilegiis, ubi dicit quòd gratia regreſſus ualet, & effectum ſortitur, non obſtãte indul-
27 to Cardinali ordinario conceſſo diſponendi de beneficijs, etiam ſi in gratia regreſſus non fuit facta mentio de indulto, & quòd per gratiarum regreſſus datur ius, & facultas ad beneficia uacatura, & ca. fi. de conceſ. præben. puta ex eo ꝙ datur per ceſſum vel deceſſum, aut quãuis aliam vacationem. nec ſuſpenduntur regreſſus in reſignationibus, ubi in fine dat differentiam inter regreſſum, & coadiutoriam, prout conceditur hodie cum futura ſucceſſione, quia coadiutoria nullum
28 præexiſtens ius habet, Lud. Gomeſ. in reg. de non iud. iux. formam ſupp. q. 4. verſ. & ideo, ubi loquens de acceſſu & regreſſu, dicit, quòd ſi agitur pro abſolutoria, non eſt neceſſaria literarum expeditio, acceſſus & regreſſus, cum ſola expeditio ſupplicationis ſufficiat. Idem Gomeſ. in regu. de ualore, vbi dicit regulam non habere locum ſi in literis regreſſus nõ ſit facta expreſſio veri valoris, vbi dicit quòd nõ ueniat. Aeneas de Falconibus in tract. de reſeruat. effect. 47. verſic. nonus mo-
29 dus, ubi enuntiando modos, quibus ius ad beneficium acquiritur, dicit etiam per regreſſum, & de regreſſu, & illius materia ac acceſſus etiam. vide Lud. Gomeſ. in reg. de annali. quęſtio. 78. num. 5. Rebuf. in tract. de nominatio. in concordatis. fol. 227. Papazonus Bononien. in additio. ad deciſio. Rotę, ad deciſio. primam. de reſcri. num. 5. Rota de procurat. deciſ. 39. num. 5.

Source : BIU Cujas

num. 5. vbi idem Papazon. Aeneas de Falconibus in tract. de reſerua. benef. q. 1. nu. 4. Gomeſ. in reg. de infir. reſignan. q. 35. in fin. & per Caſſador. de pactis. deciſio. 7. ultra loca alia ſupra citata & adducta, & eſt regreſſus & acceſſus ac ingreſſus moderna inuentio & nouus modus cõcedendi & acquirẽdi ius
30 ad beneficia non vacantia', quia per antiquos non inueni de huiuſmodi in aliquo loco dictum uel tactum, & credo ꝙ de his ſit, prout de reſeruationibus beneficiorum, quos tempore antiquo non ſolebant Pontifices facere ſuper beneficiis, vt dicit Ioan. And. in tertia parte. Specul. in rubrica. de conceſſ. præbend. in principio, ubi dicit quòd propterea non fatigarunt in his in uolumine decreti. Abb. in cap. mandatum, ult. colum. de reſcrip. extra. & licèt in concilio tempore Eugenij Quarti Baſileæ congregato in xij. ſeſſione fuerit factum decretum, quod incipit, ſicut in conſtruenda &c. & ſeſſione xxiiij. duo alia, quorum alterum incipit, licèt dudum, & alterum, & quia multipliciter fiunt, generaliter prohibitum eſt, ne Romani Pontifices poſſent aliquas generales ſiue particulares reſeruationes facere, reuocando etiam illas, quę in extrauag. ad regimen execrabilis, in reg. Cancellariæ continentur, quæ decreta acceptauit eccleſia Gallicana, tamẽ quia Papa in beneficialibus omnia poteſt, & eſt ſuper omnia, a nemine, neque etiam a concilio ſuper huiuſmodi ſibi lex imponi
31 poteſt; tamen ſummus Pontifex per totum Orbem Chriſtianum reſeruationes de beneficijs, & ſuper beneficijs generaliter uel particulariter facere poteſt, licèt de facto forſan literæ Apoſtolicæ ſuper huiuſmodi in aliquibus locis non recipiantur, cap. 2. de præben. in 6. cap. cũcta per mundum. 2. quęſtio. 3. clem. 1. in fin. ut lit. penden. quia non poteſt dici, quòd in talibus aliquem grauet, quia qui iure ſuo utitur nemini in-
32 iuriam facit, cap. cum eccleſia, extra de electio. l. Gracchus. C. de adulte. quia cum ſit Papa ordinarius omnium beneficiorum, ſibi reſeruare poteſt in præiudicium ordinariorum beneficia, quæ illis (ut ita dicam) precario conceſſit, & cum omnia a Principe deſcendant, non eſt mirum, ſi facilè ad ipſum reuertantur. refert Aegid. conſil. 15. Aeneas de Falcon. in tracta. de reſer. 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatur regreſſus ob non ſolutionem penſionis.*
2 *Iſte regreſſus licet non fuerit conſideratus a iure, fuit tamen conſideratus ab homine.*
3 *An pecunia poſſit obtineri tranſlatio penſionis.*
4 *Penſionarius accipiendo pagas penſionis decurſę ſibi præiudicat quoad regreſſum, licèt proteſtetur de contrario.*
5 *Concedere regreſſus, acceſſus, coadiutorium cum futura ſucceſſione videtur eſſe ſolius Papæ.*
6 *Eo ipſo quòd habet notitiam de renuntiatione facta ſub conditione & forma, admittendo, eſt purgata ſimonia.*
7 *Etiam conuentiones, nedum tractatus accedente conſenſu Papę ex illicitis redduntur licitæ.*
8 *Papa cum habeat poteſtatis plenitudinem uidetur ſupra ius diſpenſare.*
9 *Papæ non poteſt dici, cur ita facis, quando procedit de abſoluta poteſtate.*

De eadem materia. Cap. 19.

ET non ſolùm datur, reſeruat, & concedit regreſſus ad beneficiũ ex cauſa reſignationis illius,
1 ſed etiam cum conditione ob non ſolutionẽ penſionis reſeruatæ & impoſitæ, pro qua ſi non ſoluatur, datur regreſſus, item acceſſus, & ingreſſus etiam, puta in caſu, quo vacãte beneficio Papa uni de beneficio prouidet, alteri penſionem reſeruat, quæ ſi non ſoluatur, datur penſionario acceſſus & ingreſſus ad beneficiũ, uel apponitur propter clauſulas appoſitas in literis ex hodierno ſtylo curiæ, per Gig. de penſion. 99. quæſt. colum. fin. verſic. ſecundum tamen, ubi po-
2 nit in quibus. & iſtud ius regreſſus & regrediendi, licèt nõ ſit conſideratum a iure, fuit tamen conſideratum ab homine, Gomeſ. in reg. de non tollen. quæſt. 1. verſi. octauo, & verſic. decimus & ultimus. dicit Gig. in quæſtio. 99. colum. 2. num. 4. verſic. nono per iſta, & nume. 22. ubi dicit, quia ut plurimùm de ſtylo curiæ habenti penſionem ſuper fructibus beneficij datur ei regreſſus ad beneficium oneratũ penſione ob illius non ſolutionem, quando debitor penſionis illam non ſoluit infra 30. dies, & lapſis menſibus ſex poſt triginta dies pertinaciter ſteterit in cenſuris, ubi late diſputat, an pecunia poſſit obtineri tranſlatio penſionis, non obſtante quòd penſio habeat in euentum ceſſationis ſolutionis, regreſſum ad bene-
3 ficium. idem Gig. quæſtio. 73. q. 74. qui regreſſus ad beneficium apponitur ꝑ pœna, & ad pœnã ceſſantis ſoluere fauore penſionarij, ut d. q. 74. ubi dicit ꝙ penſionarius recipiendo pagas
4 penſionis decurſas, ſibi præiudicat quoad regreſſum, nõ obſtante quòd proteſtatur ꝙ ſibi præiudicare non uult quoad regreſſum; quæ omnia ſi explicata in ſupplicatione per Papã admittuntur, uidetur cum talibus oratoribus diſpenſatum, & excuſatum omne vitium propter auctoritatem, quam habet in beneficialibus; cum reſeruare regreſſum, cõcedere acceſſum, & coadiutoriam cum ſucceſſione futura, ſit ſolius Pa-
5 pæ, non alterius. nec iſta partium uoluntate uel conſenſu, ſed Papæ auctoritate nitantur, quæ ſemper habent explicari per Papam, vt ſine uitio tranſeant, ut ſatis abunde diximus ſupra
6 in q. prȩcedenti, quia eo ipſo quòd Papa habuit notitiam renuntiationis factæ modo & forma præmiſſis, admittendo eſt purgatum vitium, tex. & glo. in cap. niſi eſſent, de præben. & quod habetur. 1. quęſt. 1. cap ſi quis, dicit & ſequitur hanc opinionem Caccialup. quæſtio. 19. colum. 3. in fi. verſ. in eo. Quia etiam conuentiones, nedum tractatus & colloquia partium, accedente uoluntate, & conſenſu Papæ, ex illicitis reddũtur
7 & fiunt licitæ, & in eis purgatur omne uitium & omnis ſuſpitio ſimoniæ, per not. per glo. in cap. cum pridem, in uer. licite, de pact. Papa enim cum habeat poteſtatis plenitudinẽ, poteſt ſupra ius diſpenſare, cap. propoſuit. de conceſſ. præbẽ. Et
8 in his, quæ ſunt iuris politiui, prout in caſu noſtro, Papa etiã ſine cauſa diſpenſare poteſt, Innocen. in cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monach. nã tunc ſufficit ſola voluntas pro cauſa. Specu. in tit. de leg. §. nunc breuiter, ad fi. verſicu. 15. Abb. in ca. fraternitate. colum. 2. de ſciſma. Gig. de penſio. quæſtio. 6. verſic. conuentiones. & quando procedit de poteſtate abſo-
9 luta & ex certa ſcientia, non poteſt ei dici, cur ita facis, nec quicquam illi opponi, ſecundum Bald. in procœmio decretal. & per Fel. allegantem alia in cap. nonnulli, de reſcrip. num. 3. & facit totum conſilium Pet. Pauli Pariſ. 5. 4. parte, ubi tractat de pactis, conuentionibus, & conditionibus, quę interuenerunt inter benedictum Cardinalem de Saulis & Stephanũ eius fratrem, ac congregationem Caſſinen. in reſignatione monaſterij Sancti Simpliciani facta dictæ congregationi, ac reſeruatione pẽſionis eidem Cardinali & Stephano, quę fuerunt multæ, quas uide in una cauſa dictæ cõgregationis uertente corã me tunc Romæ auditore Reuerendiſſimi D. Theſaurarij generalis in cauſis ſpoliorum in tota Italia deputato, quæ fuerunt admiſſa per tunc temporis Pontificem motu proprio, de certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut ibi colum. 7. verſic. quod decretum, ubi dicit nullum competere ius Stephano regrediendi, aut accedendi ad monaſterium ceſſum, cum non adimpleuerit pro parte eius adimplenda, & cum non appareat quod congregatio in aliquo defecerit in obſeruatione pactorum, ut ibi col. 4. verſic. & eo magis nu. 30. 31.

SVMMARIVM.

1 *Verba concilij non comprehendunt caſum Papæ, qui eſt ſupra concilium.*
2 *Diſpoſitio Papæ intelligitur exempta ab omni diſpoſitione iuris poſitiui.*
3 *Valet pactum de futura ſucceſſione, de conſenſu illius, de cuius hæreditate tractatur.*
4 *Non damnatur modus expectandi per regreſſum.*
5 *Habens regreſſum debet habere principaliter intentum ad ſeruiendum Deo, non ad beneficium.*
6 *Aliquis poteſt ſperare beneficia ſpiritualia, non ut præſit, ſed ut proſit.*
7 *In beneficialibus non committitur ſimonia ſolo animo.*
8 *Ad inducendum ſimoniam non ſufficit ſola ſpes, uel voluntas renũtiandi.*
9 *Regreſſus facit conditionem.*
10 *Papa videtur diſpenſare, ſi admittit reſignationem factam ſub modo uel conditione.*
11 *Conuentiones initæ inter partes, de illicitis fiunt licitæ, accedente conſenſu Papæ.*
12 *Beneficium poteſt deberi duobus, licèt vni tribuatur.*
13 *Papa non diſpenſat ſupra ius diuinum.*
14 *In omni collatione beneficij curati non ſemper confertur ordinis exequutio.*
15 *Gratia regreſſus ex cauſa reſignationis videtur quædam compenſatio exhibiti beneficij.*

De eadem materia. Cap. 20.

ET ad adducta in contrarium ſupra reſpõdemus, & primò, ꝙ ſit fugienda occaſio uoti captandæ mortis, & omnis promiſſio per quam detur uia ad vacatura beneficia ſit reprobata, quia iura pro hoc adducta non comprehendunt Papam, nec caſum, in quo actus explicetur per Papam, id quod patet per verba, text. in c. deteſtanda, ibi, videlicet, ꝙ ſi qui promittunt de beneficijs eccleſiaſticis cum poterunt, uel cum facultas ſe obtulerit prouidere &c. quæ uerba inferunt promiſſionem factam de uacaturis ab inferiore a Papa. Item per verba tex. in ca. 2. de conceſſ. præben. extra, ibi, nulli eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia antequam vacent

Source : BIU Cujas

vacent tribuantur,seu promittantur;quæ licèt sint verba con
1 cilij,non comprehendunt tamen casum Papæ, qui est supra concilium,& concilia corrigit,moderarur,& reformat, sed potius casum aliorum collatorum,& non Papæ, qui cum sit dominus & creator beneficiorum, ut diximus supra in præsenti quæstione,est bene æquum quòd eius auctoritas sit sem per ac intelligatur exempta ab omni dispositione iuris posi-
2 tiui,supra quod est Papa:vnde non obstant,quia Papa per regressum,ingressum, accessum, & quemcunque alium modū ius tribuit & tribuere potest ad uacatura beneficia, ca.licèt, de præben.in 6. & quamuis pactum non possit fieri super futura successione alicuius,l.ex eo instrumento.C.de inutil.sti-
3 pul.ualet tamen si sit factum,& initum de consensu illius, de cuius hæreditate & successione tractatur.l.fi.C.de pactis,glo. in ca.2.extra de conces.præben.ubi Abb. Vnde interuenien te consensu illius,qui cedit,licitè reseruatur regressus,acces sus,& ingressus auctoritate Papę.

Secundo modo potest responderi,ꝙ text. in d.ca.detestanda,& ca.2.loquuntur & habent locum, quādo quis expectat sola promissione,non quando ex reseruatione, regressu, uel alio simili modo,qui non comprehēditur illis decretalibus, qui modus non damnatur uti promissio, ut intelligit glos.in
4 cap.detestanda,in verb.indirectè.in fi.ibi, concludo breuiter & cęt.Vnde non obstat obiectum, & ad illud,quod secundo loco in contrarium adducebamus, uidelicet, quòd per regressum,& alia huiusmodi, per quæ quis saltim spem dicitur habere ad beneficium & spiritualia, & quòd spiritualia spera re est simoniacum &c.respōdemus, quod habens regressum
5 ad beneficium,non debet habere spem principaliter & inten tum ad beneficium,sed ad seruiendum Deo, quia Deo propter Deum,non propter beneficia aut alia seruire debemus: secundariò uerò bene licet sine uitio simoniæ sperare spiritualia,& declarat glo.in c.cum ad nostram, de electio. Abb. in ca.cum in ecclesię,de simonia, diximus supra in §.& quia suprà diximus, ubi loquuti sumus aliquid de spe; ubi etiam
6 diximus ꝙ aliquis etiam licitè sperare potest beneficia spiritualia,dummodo desideret,ut prosit,non ut prędit,quia isto modo etiam episcopatum licèt desiderare.

Secundo modo responderi potest, ꝙ in illis, quæ sunt introducta de iure positiuo,quemadmodum sunt beneficia,& beneficialia, per solam spem & animum, quem quis habeat de assequendo beneficium non committitur simonia,etiam
3 mentaliter,quia in huiusmodi auctoritas Papæ,qui est supra tale ius excusat & purgat omne uitium,glo.in ca.ex parte,de off.& pot.iud.deleg.tex.in c.fi.de simonia.glo.in c.ordinationes.1.q.1.Fel.in c.ad audientiam,el 2.de rescr.Arch.1.q.1.ca. quicunque.Caccialu.de pens.q.99.ubi dicit, ꝙ volnntas,quā quis habet renuntiandi beneficij,ut alij detur,non inducit simoniam,quia ad illam inducendū non sufficit sola spes, nec
8 uoluntas renuntiandi beneficium ad commodum alterius fa cit aliquem simoniacum,etiam si progrediatur ad actum re nuntiandi,dummodo non ad actum paciscendi.

Tertiò,& ad illud quod tertio loco supra pro cōtrario adduximus de successione in ecclesiis & beneficijs,quę sit uitanda,per iura ibi adducta, responderi potest, quòd non habet locum,ubi interuēit factū Papę, & authoritas illius,qui in beneficialibus & alijs,quę sunt de iure positiuo potest facere contra iuris dispositionem, & de nihilo aliquid, de alio,aliud, de nigro album, & mutare quadrata rotunda; maximè in beneficijs, quorum est author, & creator, uti latè supra diximus.

Quartò & ad illud quod quarto loco dicebatur, ꝙ cōuentio & pactio super regressu, accessu & ingressu est inductiua
9 simoniæ,& regressus facit conditionem, quæ nō admittitur regulariter in spiritualibus,in quibus nulla pactio uel cōuentio adhibetur &c.sed purè sit renuntiatio,dici potest, ut suprà,quod omnis suspitio,omnis labes,& simonię uitiū,quod per tractatam conuentionem & pactionem initam inter partes interuenire,uel cadere posset,purgatur,deletur,& excusatur auctoritate Papæ, cui totum negotium in supplicatione, uel aliàs explicatur & exponitur,quia eo ipso ꝙ Papa habuit notitiam, de renuntiatione facta uel sub modo & forma inter partes conuenta & tradita, admittendo purgat uitium, tex.& glo.in cap.nisi essent,de præben.& quod habetur.1.qō. 1.si quis,tex.iuncta glo.in ca.cum pridem,de pactis.ubi Papa excusat a uitio simoniæ in his quæ sunt de iure canonico, & per consequeus in beneficialibus, in quibus nō committitur simonia de iure diuino & ex dispositione diuina, sed de iure ecclesiæ,quia beneficia quoad titulum non fuerunt ordinata per Deum,nec in se sunt spiritualia essentialiter, sed ex ordinatione ecclesiæ,quia accedunt spiritualibus, ad hoc glo. in ca.si quis obiecerit,& ca.Saluator,1.quæst.2. & glos.d.cap.ex parte.& ideo si Papa admittit resignationem factam sub con
10 ditione,uel pacto,uidetur dispensare ex certa scientia, argu. not.in c.ueniens,de fil.presbyterorum, cum similibus. Cac-
cialu.q.19.de pensio.3.colum.in fin. quia conuentiones initæ inter partes in talibus,accedente consensu & auctoritate Pa-
11 pæ,de illicitis fiunt & redduntur licitæ,& purgatur omnis suspitio simoniæ.Gig.q.6.vers.conuentio,de pensio.

Nec obstat illud quod quinto loco dicebatur in contrarium,quia regressus non facit beneficium esse, & consistere in pluribus personis, quia qui habet regressum, non dicitur habere beneficium, sed tantummodo ius ad beneficium, & non ius in beneficio,nec in re,sed ius ad rem, & spe tantummodo ius habetur per regressum,non aliter, per ea, quę sunt suprà latè adducta,quia licèt beneficium uni tantum tribua-
12 tur & conferatur,potest tamen deberi duobus, dicit elegan ter Paris.consil.101.nu.13.vol.4.

Nec obstat illud,quod sexto loco dicebamus de beneficio curato, & animarum curam annexam habente, ꝙ super illo non potest per partes tractari, aut conueniri, nec authoritas Papæ etiam interueniens excusat simoniæ uitium propter ordinis exequutionem & altaris administrationem, quam secū trahit,quia est de iure diuino,in quo Papa non dispensat, nec
13 supra illud potest,immo ille etiam ipse quoque inuoluitur in uitio simoniæ,ut ibi per Abb. quia quando tractatur, conuenitur, uel pecunia datur pro beneficio, nō semper tractatur, conuenitur,uel paciscitur super exequutione ordinis aut al-
14 taris administratione,sed super titulo, nec in omni collatione confertur semper ordinis exequutio, patet, ubi is cui fit collatio iam exequebatur ordinem,uel qui ia aliàs erat beneficiatus, uel ordinatus ad titulum patrimonij,ita intelligitur & respondetur ad iura allegata per Abb.in dicto cap. qui uero.§.extirpandæ,& ad opinionem Abb.ibi Io.de Anan.in ca. primo.7.colum.de simonia, refert & sequitur Felin.in cap.ad audientiam,el 2.de rescrip.2.colum.in fi.versicu. ꝙ autem dicta conuentio. Vnde non obstat, quia auctoritas Papæ eo casu excusat & purgat uitium simoniæ. Et ulterius pro confirmatione facit, quod in resignationis gratia regressus & ac-
15 cessus conceditur ex titulo, & ex causa annexa; unde gratia non propriè dicitur, sed potius quædam compensatiò exhibiti beneficij, quàm sponte & liberè, dicit Ludo. Gomes.in regul. de non iudican. iuxta formam supplicationis, quæst.4.ubi multa.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione ordinarij venit Episcopus.*
2 *Episcopus in sua diœcesi est Vicarius Iesu Christi, sicut Papa in vniuerso orbe.*
3 *Episcopi sunt legati Christi.*
4 *Episcopi quoad dignitatem tenent locum Apostolorum.*
5 *Episcopi sunt æquales Papæ quoad ordinem.*
6 *Apostoli fuerunt æquales Petro.*
7 *Episcopus potest diminuere penitentiam iniunctam a Papa.*
8 *Episcopus potest condere contra canones Papæ,ex causa.*
9 *Episcopus potest dispensare contra canones,ex causa.*
10 *Episcopus dispensat in omnibus,nisi in sibi interdictis.*
11 *Episcopo videtur concessa facultas,nisi illis; quæ conditor canonis sibi reseruauit.*
12 *Episcopus potest conferre beneficiū quodcunque, dummodo non differat per sex menses.*
13 *Si Papa differt beneficia vacantia in Curia conferre infra mensem, confert illa ordinarius.*
24 *Beneficia & dignitates inferiores ab episcopatu conferunt ordinarij.*
15 *Conferre beneficia numeratur inter beneficia episcopalia.*
16 *Episcopus potest dare vni duas ecclesias, vnam in titulum, aliam in commendam.*
17 *Episcopus potest vnire ecclesias,& de vna ecclesia facere duas.*
18 *Episcopus potest ex toto dignitatem remouere.*
19 *Episcopus potest de facto spoliare beneficio notoriè iniustè detinentem.*
20 *Episcopus potest dispensare super pluralitate beneficiorum.*
21 *Episcopus dispensat super simonia commissa in beneficialibus.*
22 *Collatio ordinarij est fauorabilis & naturalis,meritò amplianda.*
23 *Episcopus curam indigentium & pauperum habere debet.*
24 *Episcopus pauperibus clericis beneficia conferre & prouidere debet.*
25 *Episcopus dispensat & disponit de rebus ecclesiæ in habentibus necessitatem.*
26 *Episcopus etiam reluctante rectore & inuito potest imponere censum ecclesiæ de illius fructibus soluendum.*
27 *Episcopus potest constituere de retinendis fructibus beneficij, & præbendæ.*
28 *Episcopus potest subtrahere de fructibus beneficij conferendi ad pium vsum.*
29 *Episcopus non caret vitio simoniæ, si aliquid subtrahit de fructibus beneficij ab eo cui contulit.*
30 *Episcopus licite imponere potest pensionem beneficio.*
31 *Est licitum cuilibet ecclesiæ pauperibus clericis prouidere etiam sine auctoritate superioris.*
32 *Eps potest imponere pensionem super beneficio in fauorem bene merētis.*

33 Epi-

Source : BIU Cujas

33 *Episcopus potest constituere pensionem de beneficijs de mensa ad tempus.*
34 *Episcopus potest ex mero suo officio pensionem assignare.*
35 *Episcopus potest seni renuntianti beneficio super fructibus pensionem assignare.*
36 *Episcopus potest pro bono pacis constituere, vt alteri partium aliquid detur.*
37 *Episcopus non potest pensionem assignare cum facultate transferendi.*
38 *In pensione assignata per inferiorem, in commissione non solet apponi clausula, sine retardatione, solutionis &c.*
39 *Ratio quare non apponitur illa clausula.*
40 *Episcopus dispensat in omnibus casibus simoniæ, nisi ubi interuenit pecunia.*

De simonia in resignatione in manibus ordinarij, uel alterius inferioris. Cap. 21.

QVid in ordinario, aut alio inferiore a Papa? an possit fieri resignatio in eius manibus in fauorem Tertij, vel reseruata pensione, aut regressu, sine uitio simoniæ, & an ipse possit uni conferre beneficiū, quod vacat, alteri verò pensionem cum accessu & ingressu ad beneficium, in euentum non solutionis pensionis, & an illius authoritas excuset a vitio, quemadmodum auctoritas Papæ? id quod videtur dicendum, de ordinario loquēdo, qui & episcopus, nam appellatione ordinarij uenit episcopus, dicit Archid. in ca. ordinarij. de off. ordinarij. in 6. & Antonius
1 de But. in cap. consultationibus, de iure patro. & glo. in dicto cap. ordinarij, in verbo ordinarij, & tex. in cap. episcoporum, de priuilegijs. extra, quia sicuti Papa in uniuerso orbe, ita &
2 episcopus in sua diœcesi est Vicarius Iesu Christi, est tex. in c. mulierem. 30. quæstio. quinta, per quem ita dixit Abb. in sua quæstione aut disputatione, quæ incipit, Sempronius, in 5. colum. uoluit glo. in ca. Heret. in ver. multi, de pœnit. dist. prima. Specul. in tit. deleg. §. 1. versi. 89. melior tex. in clemen. si quis suadente, de pœnit. in verb. Episcopi enim dicuntur sanctissi-
3 mi Christi legati, sunt Patres, nostriq; fratres &c. Vnde dixit
4 glo. in cap. videntes. 12. quæst. prima, quòd episcopi quoad dignitatem tenent locum Apostolorum, & Episcopus dicitur Dei legatus, glo. in cap. sicut uir. 7. quæstio. prima, & in cap. in nouo 21. distin. & cap. accusatio. 2. quæstio. 7. & Episcopi sunt æquales Papæ quoad ordinem, quia in locum Apostolorū,
5 & decedentibus Apostolis in locum ipsorum surrexerūt Epi-
6 scopi d. capit. in nouo. & Apostoli in conuersatione fuerunt æquales Petro, ibidem, in versic. pari consortio. & ideo dixit eleganter glo. in ca. tempora pœnitudinis. 26. quæstio. 7. quòd Episcopus potest diminuere pœnitentiam iniunctam a Papa, argum. l. si hominem. ff. mandat. idem glo. in cap. latorem. 23.
7 quæstio. secunda. facit tex. in cap. quem pœnitet. & in cap. mensura, de pœnit. not. glos. in cap. de his. 50. distinct. in cap. Deus qui, de pœniten. & remissio. & in cap. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. & ideo dixit Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. quòd Episcopus ex causa potest condere constitutiones,
8 contra canones Papæ, & domini de Rota, decis. 255. dicunt Episcopum ex causa posse dispensare contra canones, dicit
9 Andreas Barba. in trac. de præstan. Cardin. 1. quæstio. basilica, versicu. secundo, si forte, colum. tertia, & episcopis, quia in locum successerunt Apostolorum, omnia licent, iuxta dictum Apostoli, in cuius locum sunt ipsi episcopi constituti. 21. q. 1. capit. aliud, & Episcopus regulariter in omnibus dispensare potest, nisi ī illis, quæ sunt ei interdicta, & quæ specialiter ius,
10 & canon sibi reseruauerit, dicit Innocen. in cap. nuper, de sententen. excommunica. ante finem. & est argum. text. in cap. at si clerici. extra de iud. in cap. dilectus. de tempo. ordin. cap Romana. de supplen. negligen. prælat. ca. miror. 50. distinc. dicit Io. Rand. in tract. dispen. 2. membro tractatus. §. in his, versicu. Item a parte affirmatiua est regula, quòd ubi conditor canonis sibi specialiter aliquid non reseruauit, Episcopo videtur concessa facultas, argum. d. ca. nuper, de sent. excomm Corsetus in ver. dispensatio. nec de iure communi potestas ordi-
11 nariorum in conferendis beneficijs, suarum collationum, reperitur limitata seu restricta, etiam ad certos menses; immo quandocunque contingit uacare, ea conferre possunt, dummodo non differant per sex menses, iuxta dispositionem con-
12 cilij Lateranen. ca. licet. de supplen. negligen. prælat. & in cap. nulla, de concess. præben. Et in hoc sunt melioris conditionis, quàm sit Papa, qui si beneficia uacantia in curia non conferat infra mensem, a die vacationis numerandū, illi ad quos
13 spectat collatio possunt illa conferre, ca. statutum, de præben. lib. 6. licèt ille tex. non habeat locum quando Papa etiam illa reseruasset post mensem, prout facit Bonif. per extrauagan. sua, quę incipit, pię sollicitudinis. & Io. xxii. per aliam, quę incipit ex debito, & inferiores dignitates & beneficia confer-
14 re inferiora ab Episcopatu spectat ad Episcopum, dicit gl. in ca. quanquam. de electio. in 6. glo. magna, & conferre benefi-
15 cia connumeratur inter beneficia episcopalia, & fructus episcopales, dicit glo. in ca. cum olim. de maior. & obedien Staphil. de gratiis & expecta. §. inter formas. & episcopus potest
16 dare uni duas ecclesias, unam in titulum, aliam in commendam, glo. in ca. tantæ. de ætat. & qualita. per tex. in c. sanctorū.
17 70. distin. & episcopus potest vnire ecclesias. c. sicut, de excess. prela. & de vna ecclesia facere duas, cap. ad audientiam, de eccles. ædif. immo potest ex toto dignitatem remouere, c. cum
18 venissent, de constit. Innocen. & Abb. in cap. vnico, ut eccles. benefic. &c. Et episcopus potest etiam de facto, spoliare bene
19 ficio notorie iniuste detinentem, absque eo quod illum uocet in iudicio, Abb. late in ca. quia clerici, de iure patron. Et
20 potest episcopus dispensare super pluralitate beneficiorum, late per Abb. in ca. extirpandæ. §. qui uero, extra de præben. colum. 17. & 18. num. 40. & 41. Et dicit Io. And. post Io. Mona. in ca. si apostolici, de præben. lib. 6. super glo. ꝙ si concedatur potestas alicui conferendi beneficia, cuiusmodi est cōcessa cuilibet ordinario in sua collatione, censetur ei concessa etiam potestas reseruandi, inhibendi, & decernendi. ex quibus cū aliis, quæ in infinitum adduci possent, cùm cōstet de amplissima episcopi circa beneficia potestate, idem de eo circa huiusmodi, quod de Papa uidetur dicendum, tātoque magis, quia etiam episcopus super simonia in beneficiis cōmissa dispen-
21 sat, late per Abb. in c. de simoniacis. de simonia, & ex eo quia
22 collatio ordinarii est fauorabilis & naturalis, merito amplianda, ca. peruenit. 11. quæst. prima. not. in clemen. fi. de off. ordi. Gomes. in reg. de verisimil. quæst. 1. Facit, quia episcopus curam indigentium & pauperum habere debet. Vnde pauperi-
23 bus clericis beneficia conferre, & pensiones dare, & reseruare, & imponere posset pro huiusmod, quorum curam habet,
24 ut in tertio concil. Cartaginen. c. 16. relat. per Spec. in trac. de mod. concil. general. celebr. rubr. 37. & Episcopus pōt dispensare & dispouere de rebus ecclesiasticis in habentibus necessitatem, c. Episcopus. 10. q. 2.
25

Item ꝙ pari modo pensiones Episcopus super beneficiis, ac super illorum fructibus reseruet ac imponat, super quibus pariter habet dispositionem, quia Episcopus etiam reluctante & inuito rectore potest imponere censum ecclesię soluen-
26 dum de illius fructibus. dicit Abb. in ca. ueniens. de resti. spoliat. num. 9. Et episcopus potest etiam constituere de retinendo fructus beneficii aut præbendæ, Innocen. & Abb. in cap.
27 primo, ut eccles. beneficia &c. Immo potest episcopus sub-
28 trahere aliquid de fructibus beneficii conferendi ad aliquē alium vsum pium, ut per Sanctum Thom. secunda secundæ. quæst. centesima. §. ad quartum. in fi. vbi dicit, circa collationem beneficiorum sciendum est, quòd si episcopus antequā alicui beneficium conferat, ob aliquam causam ordinauerit aliquid subtrahendum de fructibus beneficii conferendi, & in pios usus expendēdum, non est illicitum, si uero ab eo cui beneficium confert, requirat aliquid sibi exhiberi de fructi-
29 bus illius beneficii, idem est ac si aliquod munus ab eo exigeret, & non caret uitio simoniæ, sequitur Hier. Zannet. in trac. de for. conscien. 11. colum. Abb. in ca. significatum, per illum tex. de præben. ponit Hostien. materiam in ca. significasti, de electio. ut per Abb. ibi, qui dicit esse ibi materiam impertinentem, & quòd licitè per Episcopum imponatur pensio super
30 beneficijs, & imponi possit, videtur tex. in ca. nisi. de præben. vbi duobus collitigantibus super prioratu, vni ordinatur ut habeat prioratum, alteri verò vt ex fructibus illius habeat 40. libras, uita illius, qui prioratum obtinuit durante, pro cōcordatione litis & bono pacis, facit quòd dicit Innocen. per illum tex. in ca. de cætero, extra de transact. ubi dicit, quòd est licitum cuilibet ecclesiæ sine auctoritate superioris clericis pauperibus & egenis in vita ipsorum clericorum prouidere. 16. quæstio. 1. possessiones clerici. idem videtur in tex. in cap.
31 constitutus, de religio. domibus. Idem dicit & tenet Fely. in ca. ad audientiam, el secondo, de rescri. ꝙ Episcopus hoc facere potest ex causa, & Ecclesiæ utilitatem apparenter cōcernente, per ea, quæ per Oldrad. in suo consil. 227. incip. quidam episcopus dicuntur. ubi impugnat pēsionem per episcopum cōstitutam ad fauorem cuiusdam nobilis, qui de ecclesia bene meritus dicebatur, ex eo quia non constabat de illius meritis, quorum intuitu uidebatur episcopus motus, ac ex eo etiam, quia assignatio pensionis erat in quantitate enormi. ex cuius dictis, clare colligitur, quòd si de meritis cōstet, & pensio sit in quantitate moderata, quòd episcopus potest impone
32 re pensionem super fructibus beneficij, uel ecclesiæ, in fauorem bene merentis soluendam ad eius uitam, ubi Fel. subiungit, quòd ad hoc faciunt notata in cap. fraternitatem, de dona. quia episcopus in eius diœcesi potest unam ecclesiam alteri unire, consentiente suo capitulo. clem. si una, de rebus ecclesiæ non alen. ca. præcipimus. §. sicut duo. 16. quæst. 1. & per Anto. de Butr. in ca. sicut, de excessibus præla. Et potest etiam
33 episcopus de beneficiis de mensa constituere pensionem ad tempus, non autem perpetuò. Innocen. in ca. 2. de stat. mona,

Io. de

Source : BIU Cujas

Io.de Imola in clem.quia regularis,de ſupplen.neglig.præla. & prædicta concluſio procedit etiam ſi epiſcopus ex mero ſuo officio talem penſionem aſsignaret,quia id facere poteſt
34 ut habetur per Petrum de Anch.in conſi.eclxxix.incip.quæſtio proponitur,ubi decidit, quòd epiſcopus poteſt ex ſuo mero officio ſeni & inepto renuntianti beneficium aſsigna-
35 re penſionem ſuper fructibus beneficij quod renuntiat, quæ ei ſufficiat ad alimenta,& mouetur,quia ei poterat dari coadiutor,qui inſimul cum eo,& ambo haberent viuere de fructibus eccleſiæ,Dec.in conſi.ſuo cccexxxix.incip.viſa inſtructione caſus.col.2.in 3.vol.facit But. in c.audiuimus. col.iiij. de collat.ubi dicit, quòd epiſcopus poteſt ordinare, ut pro
36 bono pacis alteri partium aliquid detur.Hanc opinionem tenet Caccialup.de penſio.q.4.5.6.7.Gig. ibidem. q.6. ubi dicit aduertendum,epiſcopum in caſu quo imponere poteſt penſionem,illam non poteſt imponere niſi ad uitam eius, cui aſſignatur,ita loqui dicit Oldr.& Anchar.ſuprà allegatis conſilijs,uel ad uitam onerati,ut in cap.niſi,præalleg. de præbend. ubi perſona tantùm prioris,nòn ſucceſſor eius in prioratu tenetur ad ſolutionem. 40.lib.niſi tñ in caſu, quo ordinarius uel alius inferior imponeret cauſa concordię, ut à lite recederetur,quo caſu penſio reſeruata, & impoſita eſt perpetua, & tranſit ad ſucceſſores,ut tradit Hoſtien. d.c.niſi, de præbē. Ludo.Gomeſ.in reg.de annali.q.2.uerſi. & ſic uidemus,& latè per eundem in compendio utriuſque ſignaturæ verſic. & eſt aduertendum,uſque ad finem compendij.Nec poteſt epiſcopus penſionem cum facultate transferrendi illam in aliã
37 perſonam,in totum uel in partem,in unam aut plures perſonas imponere,ſicut poteſt Papa. Et ulterius dicit Fel.ibidem quòd talis penſio eſt aſsignanda,puta in tanta quantitate bladi,uini,uel olei,non per modum quotæ,puta tertiam partem,uel quartam,quia hoc eſſet ſcindere beneficium, quod non licet.c.maioribus,& c.præallegato,niſi, de præben. in c. fi.c.de cætero.de tranſact.

Ex quibus omnibus latè uidetur concludi, quòd epiſcopus ex officio poteſt imponere penſionem ſuper reditibus alicuius beneficij,& quod epiſcopns & alij inferiores à Papa, poſsint ſuper beneficiis penſiones imponere,dicit Gomeſ.in præallegato compendio utriuſque ſignaturæ. uerſi. & eſt aduertendum,ubi dicit,quòd in penſionibus impoſitis reſeruatis per
38 inferiorem à Papa,de ſtylo ſignaturæ in commiſſione non ſolet apponi clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, quę ponitur in penſionibus impoſitis uel reſeruatis per Papam,ubi rationem diuerſitatis reddendo, dicit, quòd ideo eſt,quia inferiores poſſunt imponere uel reſeruare,niſi certis
39 caſibus, & cauſa expreſſa, nec tranſeunt ad ſucceſſores, de quo,quia dubitari poſſet,ideo clauſula non datur, quod non ſit honeſtum,quòd illico,& ſine cauſæ diſcuſsione,& cognitione,cogatur ſoluere,& aliàs,vt ibi latè per eum. Et quòd ordinarius poſsit reſeruare penſiones & imponere, id patet ex eo,quia ſi poteſt de beneficijs prouidere,conferre, & diſponere,quod eſt totum,multò magis eſt dicendum de penſione & fructibus,quod eſt pars beneficii:nam ſi illud conceditur de toto,de parte quoque id conceſſum uidetur. c. paſtoralis.§.quod ſi in totum.de off.deleg.

Ex quibus uidetur conſtare,quòd ampliſsimam poteſtatem habet epiſcopus & ordinarius, tam in beneficijs ſuæ diœceſis, quàm in illorum fructibus,& quòd in ſua diœceſi, in qua eſt pariter Vicarius Chriſti, de illis diſponere habeat, & poſsit uti Papa, & quòd uti Papa, ita illius excuſaret auctoritas vitium & purgaret uti Papa, per ſupradicta, eò magis in materia ptæſenti,quia in omnibus caſibus ſimoniæ, niſi ubi inter-
40 ueniat pecunia, epiſcopus diſpenſat & diſpenſare poteſt, ut in conuentionali,in qua pactio tantùm, ſine pecuniæ exburſatione,uel temporalis datione interuenit, dicemus infrà in rubr.de diſpenſat.

SVMMARIVM.

1 *Committitur ſimonia, ſi fiat reſignatio in manibus ordinarij ad fauorem Titij.*
2 *Ordinarius non poteſt conferre beneficium cum conditione, vel alternatiue.*
3 *Retractantur electiones factæ ſub conditione.*
4 *Papa non apponit conditionem in ſpiritualibus,niſi quæ ineſt.*
5 *Quæ inſunt tacitè poſſunt exprimi in traditione ſpiritualium.*
6 *Conditio quæ de iure ineſt,non videtur conditio.*
7 *Tenet collatio eccleſiæ curatæ factæ ſub conditione, ſi reſignauerit primam.*
8 *Non tenet collatio beneficij alternatiuè facta.*
9 *Inferior à Papa non diſponit contra ius &c.& Duo non poſſunt intitulari in eadem eccleſia.*
10 *Alternatiua eſt de iure prohibita in collationibus & electionibus.*
11 *Epiſcopus eſt periurus quando canones non ſeruat.*
12 *Ordinarius habet procedere ſecundum ius commune.*
13 *Ratio quare pro collationibus ordinarij non expediuntur bullæ.*
14 *Epiſcopus non poteſt admittere reſignationem ad fauorem tertij ſine vitio ſimoniæ*
15 *Permutatio per ſolam promiſſionem coram ordinario eſt ſimoniaca.*
16 *In beneficialibus voluntas Papæ habetur pro ratione.*
17 *Ordinarius non concedit regreſſum uel alium modum ad uacatura.*
18 *Eſt Papæ diſpo nere de vacaturis beneficijs.*
19 *Papa quoad poteſtatem eſt ſupra epiſcopos.*
20 *Solus Papa uocatus in plenitudine poteſtatis.*
21 *Pœnitentia ſunt de iure canonum.*

De eadem materia. Cap. 22.

QVibus tamen non obſtãtibus, contrarium de iure uidetur uerius,quia licèt Epiſcopi ordinarii aut alii inferiores in ſua diœceſi, uel in ſua collatione conferũt beneficia, id faciunt ex eo,quia eſt ſibi iure poſitiuo & Papæ permiſſione conceſſum,argum.tex.in ca.ſi a ſede.de præben.in 6.Staphil.de gratiis & expectat.in principio. Vnde licentia & permiſſione abuti non debent, ſed illis modo & forma,uti.quibus eis conceſſum & permiſſum fuit, qa non reperitur in iure,quòd in manibus Epiſcopi uel alterius inferioris fiat reſignatio, aut per eum conferãtur ſpiritualia, niſi purè,ſimpliciter & liberè,& prout iura diſponunt,ca.fin. de pactis,ca.quæſitum,de rerum permu.c.ex parte, el primo.
2 de offic.& pot.iud.delega.gloſ.ibi in ver.omnino, nec ad fauorem Titij,nec reſeruata penſione uel regreſſu, meritò eſt dicendum ꝙ non poſſit, & quòd ſi fiat, committatur ſimonia.Nec Epiſcopus,aut ordinarij auctoritas,qui non eſt ſupra
2 ius,ſed iuri potius ſubiectus excuſet: quia ordinarius non poteſt conferre beneficium cum conditione, aut alternatiuè, ut per glo.iuncto tex.in cap.2.de electio. lib.6. ubi diſcutitur an valeat collatio facta per epiſcopum ſub conditione, ſi uacat,& concluditur ibi quòd debet epiſcopus, quantum põt, pure beneficia conferre. Vnde ſibi retractantur electiones, quæ fiunt ſub conditione.facit, quia authoritas iudicis non purgat vitium ſimonię.Ioan.de Ana.ca.ex literis.ext.de tranſac.quamuis decretum iudicis alternatiuum ualeat & teneat. in l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.ff.de reb.eorum. Andr.Siculus in c.ex parte.de for.competen.c.conſtitutus.de in integ.reſti. Corſetus in ſuis ſingular.in ver.decretum.facit reg.actus legi
3 timi,& quòd ibi not.maxime per Dyn.de reg.iur.id quod eſt ſecus in Papa,qui in illis, quæ ſunt ſimoniaca de iure poſitiuo poteſt apponere conditionem, quam velit, quia eſt ſupra ius poſitiuum,ca.propoſuit,de conceſ.præben. dicit Abb.in ca.ſignificaſti.de electio.vbi dicit, ꝙ inferior a Papa non ap-
4 ponit conditionem in ſpiritualibus,niſi quæ ineſt, quia quæ inſunt tacite, poſſunt exprimi in traditione ſpiritualium, &
5 collatione beneficiorum abſque vitio ſimoniæ,quæ eſt concluſio ueriſſima.Idem Abb.in c.olim,el primo.de reſt.ſpolia. idem in cap.ad audientiam.el ſecundo,de prœſcrip.Fel.ibidẽ. colum.6.verſi.exprimere,& eſt regula iuris, ꝙ ſi ea,quæ tacite inerant exprimantur,vt inerant,nihil operantur.l.3.ff.de le
6 ga.1.l.conditiones. ff.de condit. & demonſtra.quia conditio, quæ in effectu ineſt,de iure non videtur conditio, ſed potius quędam monitio.glo.in ca.ſignificatum, de præben. quia qñ
7 Epiſcopus contulit uni eccleſiam curatam ſub conditione, ſi reſignauerit primam,tenet collatio, not.Cald.in dicto cap. ſignificaſti,& rationẽ aſſignat, quia hęc conditio tacite ineſt, ca.de multa.de pręben.& ineſt tacite, & cum effectu tenetur reſignare primam,ut dicto ca.de multa,& tenet Abb.in d.ca. ſignificaſti,Laſ.in conſil.104.colum.penult.lib.1.Lud.Gomeſ. in reg de veriſimili.quęſtio.1. Ioan.de Sylu. de beneficio.qõ. 20.parte 3. Nec minus etiam tenet collatio alternatiue bene-
8 ficij,puta ille uel ille habeat eccleſiam,Fel.in ca.2.colum fin. verſi.de collatione,de appellatio.Archid.in c.Paſtoralis.7.q. prima, niſi illa collatio fieret a Papa, qui poteſt alternatiue vel copulatiue conferre,quę collatio quando extat copulatiue, uterque habebit,& uno repudiante aut nolente,alteri accreſcit,not.Vincen.in ca.propoſuit,de filiis prębyter.Domi. de S.Gemi.d.ca paſtoralis.7.quęſt.1.circa medium, ſecus eſt in inferiore a Papa,qui non diſponit contra ius,quo prohibetur duo in eadem Eccleſia intitulari,ca.ſicut.7.quęſt.1. facit
9 ca.maioribus,de pręb.quia iſta alternatiua in collationibus,
10 & electionibus beneficiorum eſt de iure prohibita,not.in c. 2.de elect.in 6.not.Fel.d.ca.2.de appel.facit c.ut qui duas electiones,de elect.in 6.quia epiſcopus ordinarius, & alius inferior a Papa,qui non eſt ſupra ius,habet iura & canones obſeruare,ca.ſubdiaconibus.32.diſtin.ubi Cardin.de Turrecremata,quia epiſcopus dicitur cuſtos canonum,cap.cum quibus.24.quęſtio.3.& iurat epiſcopus ſeruare canones,cap.ego N.de iur.iur.& eſt periurus quando canones nõ ſeruat. Abb.
11 in ca.cum non liceat, colum.1.de prœſcri. late per Henric. de Boic.in trac.de ſynod.Epiſ.8.concluſio.2.col.nume.38.facit

tex.in

Source : BIU Cujas

tex. in c. inſtructionis. 25. q. 1. & ordinarius habet procedere
12 ſecundum ius commune, dicit Ludo. Gomeſ. in regu. de non iud. iuxta formam ſupplicationis. quæſtio. 2. ubi dicit ideo de collationibus factis per ordinarium non debere nec eſſe ne-
13 ceſſe expediri bullas, aut literas collationis, quia cum ſecundum ius commune ordinarij procedere habeant, ſola nuda & ſimplex ſignatura ſufficit illorum, abſq; aliqua expedirione literarum ad titulum habendum, ut per iura. d. qō. 2. per eum ibi adducta, & q. 3.

Nec epiſcopus poteſt admittere ſine uitio ſimoniæ reſigna tionem beneficij ad fauorem tertij, eſt glo. in ca. ex parte, de
14 off. & pote. iud. deleg. ubi Abb. & alij. dicit Caſſador. deciſ. 2. de ſimonia, per illā glo. idem dicere uidetur in deciſ. 3. de renuntiat. Fel. in ca. ad audientiam. el 2. de reſcri. uerſi. tertia cōcluſio, quem refert Ludo. Gomeſ in reg. de triennali poſſ. q.
15 16. verſic. poſtremò, ubi dicit, quòd in manibus ordinarij non poteſt fieri reſignatio in fauorem certæ perſonæ ſine uitio ſimoniæ, idem Gomeſ. in eccl. reg. de triennali. q. 12. verſ. quid dicendum, ubi dicit, ꝙ permutatio ſimpliciter per ſolam pro miſſionem corā ordinario factam eſt ſimoniaca, ſubiungens, nam in illo caſu partes per paucos dies ante reſignationem promiſerunt inter ſe ad inuicem permutare ſub quibuſdam conditiouibus, de quibus in capitulis, & licèt illa capitula re manerent in terminis nudæ promiſſionis, ex eo quia non fue runt adhuc mandata ad effectum. & etiam continerent illam clauſulam, ſaluo beneplacito ſedis apoſtolicæ, & continerēt aliqua honeſta mixta cum illicitis, nihilominus, quia ante p mutationem non impetrarūt beneplacitum, ſequens permu tatio coram ordinario, licet fuiſſet ſimplex & pura, & poſ- ſet referri ad pacta licita, præſumebatur facta ad exequutionem promiſſionis pactorum præcedentium, per not. per Pet. de Anch. & Imol. in c. quæſitum, & ca. cum vniuerſorum, de rer. permu. licèt ſecus ſit, coram Papa, mouetur glo. d. cap. ex parte. propter auctoritatem, quā hēt Papa in beneficialibus, & in illis, quæ ſunt introducta de iure poſitiuo, q̄ ſunt ſimoniaca, quia prohibita, in quibus eius auctoritas purgat omne ui tium, & omnem labem ſimoniæ excuſat, & maculam, cū ſit Papa ſupra illud ius, & in eo voluntas ſola, & ſola liberalitas
16 ſufficiat pro cauſa, & illius ſit pro ratione uoluntas, ut latè p Fel. d. loco. id quod non uidetur dici poſſe de epiſcopo ordi nario vel alio inferiore, qui ſubeſt Papę, qui non eſt ſupra ca nones, nec ſupra ius poſitiuum, ſed canones ſeruare tenetur & cuſtodire, ut latè ſupra diximus, & conſtitution. canonū, & iuris poſitiui eſt cautum, ꝙ beneficialia & alia ſpiritualia tradantur, conferantur, admittantur, & tractentur purè ſine pactione conuentione uel modo, c. quam pio. 1. q. 3. c. fi. & c. cum pridem, de pactis, c. unico, & ibi gl. ut eccleſ. benef. &c.
17 Vnde nec ēt reſeruare regreſſus, aut alium modum concede re poſſunt ordinarii circa beneficia, quæ non vacant, ut dicit glo. in ver. vacaturis, cap. 2. de præben. in 6. quæ dicit ſecus eſſe in alio, qui non ſit Papa, quia ſoli Papæ eſt de vacaturis beneficijs, & omnimoda data diſpoſitio, quod non reperitur ordi
18 nario, uel alteri inferiori conceſſum. Et punitur epiſcopus, qui uel in conferendis beneficiis uel ordinibus ſimoniā com mittit, tota cauſa. 1. q. 1. c. audiuimus, ca. pen. de ſimonia, cum ſimilibus. Guliel. Duran. in tracta. de modo celebr. generale concil. rubr. 20.

Et ad contraria reſponderi poſſe puto, ꝙ nou obſtat in ca- ſu nr̄o, ꝙ ordinarius uel epi ſint Vicarij Chriſti, & in ſua diœ- ceſi æquales Papæ, & ſuffecti in locum Apoſtolorum Dei legati, ꝙ omnia ſibi licent iuxta dictū Apoſtoli. Omnia mihi licent &c. quia id eſt intelligendum quoad ordinem, c. in no- uō, diſtin. allegata. non quoad poteſtatem aut iuriſdictioue,
19 quia Papa quoad poteſtatem eſt ſupra epos, in ordine uerò epi ſunt illi æquales. c. ad honorem, cum ſim. de aucto. & uſu pal. quia epi ſunt uocati in partem ſollicitudinis, ſolus uerò
20 Papa in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis. Ad illud uerò ꝙ epiſcopus iniunctam pœnitentiam a Papa poteſt diminue- re &c. rn̄deri poteſt, ut per glo. d. ca. tpa pœnitudinis, ꝙ ideo eſt, quia pœnitentię ſunt de iure canonum & conſtitutionū
21 eccleſiæ arbitrariæ, meritò poſſunt augeri, aut minui. Nec obſtat illud Bal. ꝙ eps poſſit facere ſtatutum contra canones uel ius commune, quia habet intelligi iuxta diſtinctionem, quam facit Bald. quia ſi ſtatuit epiſcopus in caſu omiſſo a iu- re canonico, ualet ſtatutum, ſi eſt bonum, quia tunc habet iu ſtitiam matrē, & licet; aut in caſu determinato, & tunc ſi non ſit ad infligendum ius commune, ſed ad illud corroborandū adiectione pœnæ, ualet, ut ibi, q a id uidetur poſſe ex permiſ- ſione legis & iuris, ut ibi, & ad illud ꝙ eps poſſit diſpenſare contra canones, & ubicunque nō reperiatur eps interdictus, ꝙ diſpenſet, eſt intelligendum in illis caſibus, in quibus dicta deciſio Rotę, & Inno. cum alijs loquuntur, qui ſunt caſus in quibus epi facere poſſunt iure non prohibente. Et ad illud, ꝙ ipſi beneficia conferunt aliud in titulum, aliud uerò in com mendam, & uni duas eccleſias dare poſſint, & de duabus ec- cleſiis unam faciant, & ſuper pluralitate diſpenſent epiſco- pi, & ad alia adducta ſuprà pro contrarijs, reſponderi poteſt, ꝙ eiſdem met caſibus inſpectis apparet reſponſio de facili, ꝙ non obſtant, & ꝙ de iure, & in caſibus ſibi permiſſis id intel ligitur & non aliter. Et ad illud quod de pēſione dicebamus, quę imponi poſſit per epm beneficijs, eſt pari modo intelli- gendum in caſibus a iure permiſſis, ut per Ludo. Gomeſ. lo- cis prę allegatis, & alios doctores, maximè Fel. d. c. ad audien tiam, qui facit quęſtionem, ubi apparet, ꝙ certis caſibus & ex cauſa, aliquando eſt licitum epiſcopo imponere penſionem beneficio, & de fructibus beneficij ſubtrahere pro ſolutione debiti eccleſię, uel illius ſubuentione, ut locis prę allegatis: unde non obſtant, ut uides, contraria. Nec etiam obſtat il- lud Io. Andreę in ca. ſi apoſtolicæ, ꝙ cui eſt conceſſum con- ferre beneficia, ei quoq; & reſeruare, inhibere, & decernere, quia illa uerè intelliguntur, quando acceſſoriè in exequēdo veniunt, ſecus ſi in dando. argum. de offi. deleg. c. 1. & ca. præ- terea, & clem. auditor, de reſcri. Gaſpar. de Peruſio in tract. de reſer. benef. §. fi. in princi. uide pro præſenti quęſtione, quę di ximus ſupra in mentali, in rubrica, an per reſignationem in manibus inferioris factam &c.

SVMMARIVM.

1 *Circa beneficia & ordinem verſatur maximè ſimonię vitium.*
2 *Videtur taxatum ſalarium pro ordinatione.*
3 *Solidus accipitur pro aureo.*
4 *Quæ ſpectent ad epiſcopum.*
5 *Quid ſit viſitare.*
6 *Olim dabatur epiſcopo medietas oblationum, quæ fiebant deuotione fide- linm. Deinde fuit reducta ad tertiam partem. Deinde ad quartam.*
7 *In quot partes diuidantur oblationes fidelium.*
8 *Epiſcopi non cogant ſuos presbyteros prandia ſibi parare ultra vires.*
9 *Epiſcopo ad bibendum datur lac. Et non bibat Epiſcopus vltra tertiam vicem.*
10 *Recuſantes promoueri ad ordinem debent ſpe quæſtus attrahi.*
11 *Epiſcopus poteſt exigere pro conſecranda eccleſia & viſitanda.*
12 *Minor eſt ſimonia, conuentualis quàm realis.*
13 *Extrauagans cum deteſtabile, habet locum in ſimonia reali.*
14 *Simonia realis appellatur maior.*
15 *Simoniacus realis eſt excommunicatus ipſo iure.*
16 *Promiſſiones frequentius fiunt, quàm dationes.*
17 *Plura dicuntur quàm fiunt.*
18 *Promittentes ſunt minus puniendi, quàm dantes.*
19 *Eſt permiſſum, ut quis roget, ſe aſcribi ſorti dominicæ.*
20 *Mentis intentio eſt, quæ conſideratur in delictis.*
21 *Epiſcopus etiam ſimoniacus ordines confert.*
22 *Suſpenſus nihilominus ſacramentum conficit.*
23 *Sacramenta a quacunque perſona ſiue bona, ſiue mala ſumi poſſunt.*
24 *Nulla prohibitio ſiue hominis, ſiue legis pōt impedire ordinis impreſſionē.*

De ſimonia conuentionali in ordine. Cap. 23.

His dictis circa beneficialia, eſt conueniens ꝙ aliquid dicamus circa ordinē, quia
1 circa iſta duo uerſatur maximè ſimoniæ labes & contagio, gl. in c. qui ſtudent, in uerbo ordine, & glo. in c. eos. in ver. accipere. 1. q. 1.

Et quia in miniſterio ordinem conferendi interuenit per- ſona conferens, perſona ordinata, & Archidiaconus, qui præ ſentat ordinandum, uel examinat, ac notarius, qui characte- rem, ſeu ordinem collatum & collationem notat. ca. 1. & ibi glo. de ſimonia. & aliorum etiam mediatorum, puta pater, frater, aut amicus ordinandi, ex quo iſta eſt quotidiana quæ- ſtio, uidebimus circa omnes iſtas perſonas pro clariori decla ratione, & meliori intelligentia materiæ, uti ſuprà pari modo fecimus in queſt. ipſa in mentali, in qua quæ ſunt dicta circa ordinem, quid ſit, & quomodo ordo capiatur in materia prę ſenti, ſufficient pro nunc.

Et materiam aggrediendo, dicimus, quòd non uidetur ꝙ ſi fiant ſuper ordine uel conferendo, uel obtinendo, pactio uel conuentio, uel pro dando aliquid pro ordine, quòd per talem conuentionem ſimoniæ inducatur uitium, neq; quo- ad ordinantem, neque quoad ordinatum, quia immo pro ordinis collatione aliquid licitè datur & dari poteſt, eſt text. in Authen. de ſanctiſs. Epiſco, colum. nona. §. ſed neque, ver- ſic. ſed neq; clericum, ubi mandatur ſeruari conſuetudo cir- ca huiuſmodi, & illud dari, quod eſt dari ſolitum miniſtris
2 miniſtrantibus & ordinanti, dummodo conſuetudo nō tran ſcendat emolumentum unius anni, & ibidem ſupra in §. pro conſuetudine, uſque ad §. ſed hoc quidem. taxatur ſumma inter clericos, & epiſcopos pro ordinatione, & etiam pro no tario, & aliis miniſtrantibus ordinanti in ordinatione, & pro alijs officialibus, quę ſumma dari, & recipi poteſt, ut ibi, & ex collatis ſacramentis duos ſolidos petere poteſt eps a qua-

libet

Source : BIU Cujas

libet ecclesia,præterquam à monasterijs,cap.inter cætera.c.illud.10.q.3.& c.placuit,c.olim,de cens.glo.in d.c.placuit.in ver. duos,quæ dicit,duos solidos ad plus,minus verò licet, vt ꝑ iu-
3 ra ibi per eum adducta, vbi dicit ꝙ solidus ibi posset accipi ꝑ aureo,ut l.2.C.de sport.& instit.de pœna tem.litig. in fi. Ioan. Hug.in tracta.de off. 4. prælat. rubrica de exactione episcopi, immo cum ad Episcoporum,per quos ordines regulariter cõ
4 feruntur,officium spectat basilicarum consecratio, unctio altaris, consecratio chrismatis, ordinum sacrorum & officiorũ ecclesiasticorum distributio, sacrarum virginum benedictio, præsbyterorum,diaconorum,simulque virginum, consecratio altaris,Ecclesiæ errectio,constitutio,&vnctio baptismatis, & conuersis hæreticis paracletum Spiritum sanctum tradere, chrismate baptizatorum frontes signare.c.perlectis. 25.distin. c.quamuis.68.di.ad illius officium prouinciam, seu diœcesim
5 visitare,c.cum querente.de off.ord.c.Episcopum,c placuit.10. q.1.per quam uisitationem corrigit,& castigat ac reformat vitia,vitam,& malos mores clericorum suorum,quia visitare, propriè sumpto vocabulo,nihil est aliud, qnàm curare, vt pacate sint prouinciæ, diœceses, & loca subiecta prælatis,quod non difficulter obtinetur,si sollicitè agatur,vt malis hominib. ptouincia sit expurgata per eos,qui perquirunt,late per Ioan. Franc. Paui. in suo quem conscripsit tractatu de visit.q.1. pro istis omnibus Episcopis & pro eorum labore circa huiusmodi, curam ,quam habent Ecclesiarum clericorum,& Ecclesiarum personarum,ac totius diœcesis, olim dabatur Episco
6 po medietas omnium oblationum, quæ altari fiebant deuotione fidelium,cap.antiquos.10.q.1. ac deinde procedente tẽpore,medietas fuit redacta ad tertiam partem.c.de his,ea.causa & quæst.& deinde effectis Episcopatibus & Epiſcopis, magis potentibus & magis diuitibus ad quartam partem, ꝑ text. in c.uobis,& c.concess.12.q.2.vbi de reditibus,& fidelium ob lationibus fit diuisio in quatuor partes, vna videlicet Episco-
7 po,alia clericis, alia fabricæ, & reparationi ecclesiarum, alia pauperibus,vt ibi,& per gl.in d.c.de his,licet dicat gl.ibi,ꝙ hodie,ex quo sunt effecti Episcopi diuites,non exigant aliud quã solidos duos ratione cathedræ, quod appellatur cathedraticũ siue synodaticum,vt ibi per eam,& per Io.Hug in tract.de offi.4.præla.rubr.de exactione episcopi.per tex.ca.placuit, 1.q.3.

Item vr̃ ꝙ pro huiusmodi prandia parentur & dentur Epõ, per tex.in c.illud.10.q.3. vbi præcipitur Episcopis, ꝙ non co-
8 gant suos præsbyteros sibi parare prandia vltra illorum vires, ne inquit gl.ibi, longi temporis victum breuis hora cõsumat. Immo per iura,quæ ibi allegat,in nihilo esse grauandos, si pauperes existunt,subiungens, ꝙ vt euitetur grauamen, fit collec-
9 tio inter uicinas ecclesias,& quòd episcopo non datur ad bibendum, nisi lac, ne rubentibus buccis ieiuniorum doctrinã prædicet,nec bibet ultra tertiam vicem,vt ibi.

10 Item vr̃ ꝙ Eps possit promissionibus, oblationib. spe p̃mij & huiusmodi attrahere homines ad ordines,& ad se ordinandum,ꝑ tex.qui vr̃ dicere ad literam.in c.vlt.74.dist.ubi refugiẽtibus & recusantibus promoueri ad ordinem seu præsbyteratum,lucri & quæstus spe attrahi,& allici præcipitur,& pro impendendis ordinibus,ac alijs spiritualibus,est licitum impendẽti temporalia accipere,per dictum Apostoli dicentis. Nõ erit magnum si terrena & carnalia à uobis metamus,qñ uobis cẽlestia impartimur.Nec est æquum Episcopo in cõferendis ordinibus, & in ordinando laboranti ꝙ pro labore ei de aliquo non subueniatur,aut ꝙ labor illius non habeat condignã recõpensationem & recognitionem.12.q.2. charitatem.c.quicunque.cum alijs adductis per gl.in c.cum secundum. de præben. in gl.in uer.repelli,quia Eps pro labore impenso in consecrã-
11 do Ecclesias & in uisitando, bene potest exigere & recipere, Archi.in c.statuimus,in prin.1.q.1. faciunt satis late deducta ꝑ nos suprà in mentali,in qõne de sacramento baptismi,ꝑ totũ, vbi aliquid diximus,an licite sacerdos pro collatione sacramẽtorum,& aliorum spũalium possit exigere & recipere, & pro spiritualibus,& super spiritualibus Eps põt pacisci,& conuentionẽ facere,immo aliquando facere præcipitur,per tex.in ca. placuit,1.q.2.vbi præcipitur Episcopis ꝙ aliquo modo ecclesiã non consecrent,nisi prius cauto per cautelam de dote basilicę danda & de obsequio,ubi gl. & cum vt per supradicta apparet pro sacramentis,alijsque spiritualibus sit licitum Episcopo recipere & exigere,per quod esse vr̃ licita datio,quod est plus, ñ esset inconueniens dicere,ꝙ pro ordinando,& pro ordine deberet esse illicita,& non permissa pactio, argumento à minori ad maius.Abb.in c.cum in cunctis.num.5.de elect. quia in ma-
12 teria nostra longe minus est conuenire & pacisci, quàm sit dare. quia per unum simonia conuentionalis committitur, per alterum verò committitur realis,& effectualis,quia longe minoris vitij est conuentionalis quam realis,per Lud.Gomes. in reg.de triennali.q.12.vbi dicit,quòd extrauagans Pauli. 2. quæ incip.cum detestabile,de simonia, propter pœnas in ea simo-
13 niacis inflictas,habet locum tantum in reali simonia, ubi etiã appellat simoniam realem, simoniam maiorem,conuentionalem verò minorem simoniam,sequitur Guliel.Cassador. in tit.de simonia, decis. 1. vbi dicit, ꝙ simoniacus realis est excõ-
15 municatus ipso iure per dictam extrauag. & simoniacus realis non auditur in spolio.Et dicit Fely. quòd illa est uerè simonia,vbi concurrit exactio & extorsio per Fely.in c. tua nos.de simonia , quod non est in conuentionali; vnde minor minus peccatum inducit.& conuentionalis non habet in se adhuc de licti consummationem & perfectionem, quia in ea adhuc restat conuenta consummare,& perficere ac ad finem ad quem traduci possunt traducere. Vnde cum in ea deficiat consummatio delicti,in ea potest dici deficere & deesse delictũ , quod consummatio importat.Quod non est dicendum in reali, quę secum habet omnem delicti consummationem, perfectionẽ & expletionem.

16 Et promissiones & pacta frequentius fiunt,quàm dationes,
17 vt experiẽtia docet, quia plura dicuntur quam perficiantur. l.Titia.de verb.oblig.l.sciendum.ff.de ædil.edict.& dantes magis peccant quàm promittentes. Vnde promittentes non ma-
18 gis,sed minus sunt puniendi,per Lud.Gomes.d.loco,uersi. sed quòd ista.vnde concessa datione,quod est quid pluris in materia nostra,uidetur etiam permissa conuentio uel pactio, quia concesso illo,quod est plus,utique & illud quod est minus videtur pari modo non denegatum.Facit ulterius, quia siue pactio sit pro parte ordinantis,siue ex parte ordinati, uel ordinã di super ordine conferendo vel obtinendo, non videtur illicita,nec inducere simoniam,quia quicquid sit,utriusque est bene mentis intentio ad Dei cultum,& seruitium tendens tam ex
19 parte illius , qui ordinatur,ꝙ associari , & aggregari desiderat numero famulorum & seruorum Dei,vt Deo in ecclesia eius seruiat, (nam vt per Inn.in c.tuam,de ætat.& qualit. nonne est licitum cuiquam desiderare pro Deo,rogare,vt sorti dominicæ ascribatur , vt sacramenta liceat sibi in sacerdotali ordine ministrare) quàm ex parte ordinantis, qui cultum Dei auget & ampliat numerum, Deo seruit,in augendo; id quod potest & debet facere etiam spe præmij,& quæstus proposita attrahẽdo.d.cap. vltim.74.distinctio.& mentis animique intentio est,
20 quæ considerari & attendi debet, non aliud,in peccando & delinquendo.capit. 1. de homicid.& rub.illius tituli. Et puta quæ fiunt contra religionem,Dei cultum,bonos mores & contra canones & legum dispositiones inhonesta sunt,quæ sunt illicita,reprobata, & simoniam inducunt, non quæ pro religione, Dei cultu conseruando,& augmentando,& honeste fiunt.33. dist.quamquam,distinct.cap.in ea.si modò. 18.quæstio.2.Eleuterius.extra de præben.significatum.16.q,7.per laicos.glo.in c. quampio.in uers.pactio.1.quæst.2.

Facit insuper,quia in conferendis ordinibus,& illorum collatione non uidetur obstare simonia,quia licet sit simoniacus
21 Episcopus & ordinarius,nihilominus ordines confert,& ordinat,& tenet ordinis,& characteris impressio.Doctores & Fel. præsertim in cap. per tuas,de simonia,uersic.4.conclusio,sicu-
22 ti est in simili de suspenso,qui nihilominus sacramentum conficit.15.quæst.vltim.ferè per totum,& cap. uestra.de cohabita. cler.& à quacunque persona siue bona siue mala sit,sacramenta sumi possunt,capit.neque.1.quæstio.1.& sacramenta etiam
23 simoniace collata, benedictionis tamen conferunt effectum. cap.statuimus.1.quæstio. 1. Et facit, quia nulla prohibitio uel
24 legis uel hominis potest impedire characteris ordinis impressionem,gloss.in uers.firmitatis,cap.prouida,de electio.lib.6.in clementi.1.in uersic.irritum.de electio. glo.pen.in capit post translationem,de renunt.Imol.& Abb.in cap.quanto,de consuetu.glo.& Imol.in clemen plerique,in verbo aliquid,de ele. Vnde meritò posset dici, quòd conuentio & pactio super ordine & pro ordinis collatione & poslet licite fieri, & absque uitio aut suspitione actus simoniaci, ẽt quia & pro ordine collato potest licite aliquid pro fabrica dari sine simonia. Abb, per Hostien,in c.sicut pro certo,de simonia.

SVMMARIVM.

1 *Quis non debet alterius odio prægrauari.*
2 *Quis ex suo admisso forti subijcitur.*
3 *Non est simoniacus,quo ignorante,ordo,uel ecclesia fuit empta.*
4 *Non est indignus,qui alieno vitio laborauit*
5 *Maleficia consanguineorum non obsunt clericis, qui conscij non fuerunt.*
6 *Est iniquum quòd delicta tenent ultra suos auctores.*
7 *Non est relictus locus innocentiæ, si crimen alienum maculat nescientem.*
8 *Simonia non committitur sine intentione.*
9 *Pro delictis parentum non sunt puniendi filij pœna spirituali.*
10 *Est pœna spiritualis priuari officio,uel beneficio ecclesiæ.*
11 *Excusatur ordinatus ignoranter à simoniaco.*
12 *Debet excusari,qui ignoranter simoniace ordinatur.*
13 *Non potest quis probari reus criminis,cuius conscientiam non habuit.*
14 *Baptismus datur ab hæreticis.*
15 *Perfidia patrum non impedit promoueri ad ordines.*
16 *Simoniacè ignorãter ordinati non sunt simoniaci,& permanent in ordine.*

Source : BIU Cujas

17 *Non imputatur electo, ſi pecunia ſit data eo ignorante.*
18 *Alieno nomine contrahens, non tenetur ſuo.*
19 *Quid ſit ſimonia mentalis.*
20 *Quid sit conuentionalis.*
21 *Quid sit realis.*
22 *In pœnalibus ſit ſtricta interpretatio.*
23 *Verba, quæ important ſuasionem non inducunt neceſſitatem.*
24 *Nemo tenetur ex conſilio dato.*
25 *Attenditur illud, quod principaliter agitur.*
26 *In quo differant conſilium & mandatum.*
27 *Quid sit officium Archidiaconi in ordinatione.*
28 *Quid sit officium ſcribæ.*
29 *Ordinare eſt munus ſpectans ad Epiſcopum.*
30 *Quæ ſpectent ad officium Epiſcopi.*
31 *Iura comprehendunt actum efficacem.*
32 *Non habet præſtare impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*
33 *Verba ſunt intelligenda cum effectu.*
34 *Clericis diſtribuuntur ſtipendia ſecundum labores.*
35 *Seruiens Deo & altari mercedem dignam habere debet.*
36 *Taxata uidetur merces, quæ datur aſſiſtentibus in ordinatione.*
37 *Clerici poſſunt agere pro recompenſa laboris in diuinis.*
38 *Clericis pro talibus uidetur competere actio de facto.*
39 *Contra deficientem in talibus ſit compulsio ad ſeruandam laudabilem conſuetudinem.*

De eadem materia. Cap. 24.

ET pari modo videtur dicendum non committi ſimoniam, ſi vel pater, vel frater, cõſanguineus amicus, aut alius, pro ordinando uel promouẽdo conuentionem vel pactionem aliquam fecerint ꝓ tali ordine, vel promotione de aliquid temporali dando, quia ſi inſpiciamus perſonam ordinati aut promoti, quòad illum non videtur commiſſa ſimonia, quia cum ipſe nihil commiſe-
1 rit, aut in aliquo deliquerit, non debet odio alterius prægrauari. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoff. teſta. glo. in c. nobis. in verſ. feciſſe, de ſimonia nec ex delicto aut commiſſo, vel facto alterius, quis habet pœnas luere & ſupportare, cum uniuſquiſque
2 ex ſuo, non alieno admiſſo ſorti ſubijciatur, capit. crimen. 1. q.
3 4. & ille non eſt ſimoniacus, quo ignorante Eccleſia vel ordo
4 fuit emptus: nec eſt indignus, qui alieno vitio laborauit. C. de
5 natur. lib. l. legem. Archid. c. præſentium. 1. q. 5. nec maleficia cõ ſanguineorum in aliquo clericis obſunt, qui conſcij non fuerint. cap. quia præſulatus. 1. q. 4. quia eſſet iniquum, quòd delic-
6 ta alios tenere haberent quàm ſuos authores. l. ſancimus. C. de pœn. glo. in ca. ſicut tuis, de ſimonia, in verb. damnoſum. &
7 quis locus innocentię relinquitur, ſi alienum crimen maculat
8 neſcientem? c. 1. & 2. 1. q. 4. & ſi ſimonia non committitur ſine intentione, per Ioan. de Anan. ca. ex tunc, de ſimonia. Item in
9 tex. in c. non imputantur. eiſdem cauſ. & q. non imputantur filijs peccata parentum, nec pro peccatis parentum filij ſunt ple-
10 ctẽdi pœna ſpirituali, ſcilicet vt priuentur officio vel beneficio
11 eccleſiaſtico, quia officio vel beneficio eccleſiæ priuari, pœna
12 ſpiritualis eſt, & ſi excuſatur, qui à ſimoniaco ignoranter ordinatur, & excuſari debet, qui ignoranter ſimoniace ordinatur, d. c. non imputantur. facit. c. crimen, cum fere omnibus capitulis illius quæſtionis. nec reus eſt vel probari poteſt criminis
13 cuius non habuit conſcientiam, cap. turbatur nauicula. 1. q. 4. facit ſumma illius quæſtionis. Item text. in ca. placuit, ibidem,
14 vbi baptiſmus datur infantibus ab hæreticis, & perfidia illorũ
15 parentum, non facit quò minus non poſſint ad ordines ꝓmoueri, & in c. ſeq. c. Iudæi, c. cum itaque, ead. cauſ. & q. eſt text. in c. de ſimoniace, extra de ſimonia, vbi ſimoniaci non ſunt, ſimo-
16 niacè ignoranter ordinati, & ꝑmanent in ordinib. cum alijs, q̃ in hac qõne ſup. in mentali adduximus. Facit text. in ca. ſicut tuis, de ſimonia, vbi cõfirmatio mediãte pecunia data, ignorãte, immo contradicẽte electo, ꝑmanet, nec irritatur, nec valet, ꝙ ex eo dici põt & allegari, ꝙ eius noĩe, & pro eo factum fuit, cenſeri factum pactũ uel conuentũ per eum, quia niſi ipſe conſenſerit, mandauerit, vel ratũ habuerit, nõ põt dici ꝙ ſit factũ per eum, per tex. in c. ſicut tuis, extra de ſimonia. vbi non imputatur electo, ſi pecunia pro illius confirmatione, eo non conſentiente ſit data.

17 Et ſimili modo dicendum eſt, ſi inſpiciamus perſonam paciſcentis, conuenientis, uel promittentis, ꝙ, quòad illũ nõ ſit cõmiſſa ſimonia, quia quicquid agit iſte agere vĩ noĩe alieno & pro alio, quo caſu ipſe non alligatur, q̃ non ſuo, ſed alieno no-
18 mine cõtrahat, quia alieno nomine contrahens, non tenetur ſuo, Iaſ. in l. ſi quis procurator. ff. ſi quis cautio. num. 1.

Secundo loco põt dici, ꝙ quidquid ſit, uel dignitas, ordo, uel beneficiũ, honor & utilitas non ad ſe ipſum, ſed ad aliũ peruenit: vnde ad illum peruenire non debet incommoditas & damnum, prout eſt commiſſio ſimoniæ, & pœna illius, qui in nihilo de emolumentis participauit, immo penes alium remanente honore, utilitate, & commodo: quia lege illa naturali, ad quem commodum & utilitas, ad illum quoque incommodum proueniens peruenire debet. l. ſecundum naturam. ff. de regul. iur.

Item, vt ſupradiximus, interuentor ſeu mediator in ordine conferendo, & huiuſmodi uidetur auxiliator, & coadiutor boni operis, pro quo non debet lapidari, immo præmia potius & recompenſationes conſequi & reportare.

Item ſimonia committitur per ipſoſmet u endentes & emẽtes ſpũalia, non per alias perſonas, patet ex diffinitione ſimoniæ, quia ſiue capias diffinitionem ſimoniæ mentalis, quæ eſt
19 voluntas, ſeu cupiditas emendi, uel uendendi aliquid ſpirituali annnexum, per glo in ſumma. 1. q. 1. ſiue capias ſimoniæ cõ-
20 uentionalis, quæ eſt pactio temporalium propter ſpiritualia danda, aut accipienda. Archid. c. quicumque. 1. q. 1. ſiue ſimo-
21 niæ realis, quæ eſt receptio, ſiue donatio præcedente pacto, promiſſionis, conditionis, modi ſeruit ij, uel alicuius temporalitatis ſpiritualium, uel annexorum ſpiritualibus, non uidetur aliqua alia perſona comprehendi, præterquam ipſasmet emẽtes, & uendentes. Vnde interuentor & mediator, aut alia perſona ſimilis non intelligetur aut pſumeretur cõprehenſa, q̃
22 ſimus in pœnalibus, vbi ſit ſtricta & non lata interpretatio ꝓp odia. c odia de reg. iur. in 6. cum ſimilibus. nec quis ꝓp cõſiliũ aut perſuaſionem, quam fecerit, aut facere potuit, vel ad inducendũ ordinantẽ ad conferendũ, uel ordinatũ ad recipiẽdum ordinẽ uel dignitatẽ obligatur. l. 2. ff. manda. c. nullus. de regu. iur. in 6. c um olim, de arbitris, quia verba, quæ important ꝑ-
23 ſuaſionẽ non inducũt neceſſitatem & præceptũ, Fel. in c. Mat-
24 thæus, de ſimonia uerſ. in gl. 3. nec quis ex conſilio, quod dederit tenetur l. conſ. ff. de reg iur. gl. in l. 1. C. de ſer. fug. eoque magis q̃ conſiliũ reſpicit cõmodum eius cui conſulitur, ſecũdũ Imo. in c. dilectus, el 2. in fi. extra de præb. id quod eſſe menti tenendũ dicit Lauren. Sylua. q. 109. col. pen. in tract. de feud. recognitione, prout eſt in caſu iſto reſpectu ordinati, cui bonũ & cõmodum eſt ordinari, pro adimplẽdo ſuo princieali intento, quod habet ſeruiendi Deo, ꝓp quod ordinatur & ordinem ac-
25 cipit, quod in primis debet attẽdi, cum illud, quod agitur principaliter, non quod ſecundariò attendi debeat.

Item reſpectu ordinantis cui cõmodum eſt numerũ ꝑſonarũ eccleſiaſticarum & Deo ſeruientium augmentare, & augmentare tenetur ẽt ſpe præmij, vt i ſupra dicebamus. Et conſilium differt à mandato, nam conſilium eſt, q̃ quis uerbo ſuadet, Bal. in l. 1. col. 1. C. de ſer. fugit. & ſit ꝓp ipſum cui datur, mã-
26 datũ uerò eſt q̃ quis mandat aliquid fieri ꝓp ſe ipſum, & ꝓp ſatisfactionem ſuæ uolũtatis. Bart. in l. non ſolũ. §. ſi mandato. col. 1. ff. de iur. inr. Alex. conſ. 128. lib. 4. incip. quoniam abũde.

Item ſimili modo ꝑ Archidiaconũ, ſiue aliũ miniſtrantẽ in officio ordinationis, uel notarium, nõ vĩ induci ſimonia, ſi per eos aut eorũ aliquẽ, uel cũ aliquo eorũ fiat pro ordine conuẽtio, uel pactio, aut pro eorũ officio, uel ſuper eorũ officio impendẽdo circa ordinẽ; nã ad Archidiaconi officiũ ſpectat non ordinare, ſed ordinandũ examinare, & idoneũ, qui ordinetur,
27 repertum eꝑo illum præſentare. cap. ad hæc. c. vt noſtrũ. extra de off. Archid. gl. in c. 1. de ſimonia, & ad notarij uel ſcribæ of-
28 ficium ſpectat notare & ſcribere ordinati ordinationem, & de ea fidem facere, q̃ ſit opus, per tex. & gl. ibi. d. c. 1. de ſimonia, tex. & ibi gl. in c. ſicut eꝑm. 1. q. 2. ubi gl. declarat. calamũ uendere. i. ſcripturã, quã ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubiteẽ de illius ordinatione, nã tali exiſtente eorũ officio, & circa talia uerſante, apparet, ꝙ nullã habent partẽ, ſeu participationẽ in actu collationis ordinis, q̃ ordinariè ſpectat ad eꝑm tm̃, cu-
29 ius munus eſt & officiũ præcipue, non alterius ꝑſonæ, licet ad ꝑparamenta, & ordinamẽta ordinationis habeat aliqđ officiũ uel ſeruitiũ. c. nullus de tempor. ordi. lib. 6. gl. in c. periculoſum de ſen. excommu. lib. 6. Sanctus Thom. 4. diſt. 24. ubi dicit, ꝙ ad officiũ eꝑi ſpectat chriſma conficere, frontem chriſmare, ordi-
30 nem cõferre, eccleſias, altaria, & Virgines conſecrare. diſt. 68. c. quãuis. Et diximus ſupra in præſenti qõne: unde non debent Archi. & notarius ſuper ordine quẽ ipſi non conferunt, nec conferre poſſunt, cõuentionẽ facere ſeu pactionẽ, & ſi faciãt, ꝙ ſit inefficax, & per conſequens non inducat ſimoniã, aut faciat incurrere aliquã pœnã, quia vĩ facta & contracta inepte & ineficaciter; & iura comprehendunt actum efficacẽ, nõ ine-
31 ptum uel inefficacem, ut per Bald. in l. 1. §. hæc uerba, per illum tex. ff. quod quiſque iur. quòd ſtatutum puniens opponentem aliquam exceptionem, non comprehendit opponentem ineptè. Et ſi uẽdat Emphiteota rem eccleſiæ domino irrequiſito, & contractus non tenuit, quia non fuit ſeruata forma ſtatuti, aut aliàs, non priuabitur emphiteoſi, per illud, quod not. idem Bald. in l. 2. in princip. 2. col. de Epiſco. audien. Facit regula, non
32 præſtat, de regu. iur. in 4. ubi illud non habet præſtare impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, per quod uidetur, quòd illud quod eſt ualide & efficaciter factum, nõ illud, quod nõ ſubſiſtat, ſit attendendũ. facit tex. in c. relatum, de cle-
33 non reſid. §. cum igitur, ubi uerba cũ effectu intelligenda ſunt. Quo verò ad illud, quod officium eorum concernit, põt dici.

quod

Source : BIU Cujas

quòd cum ipsi pro suis laboribus possint recipere mercedes, ac exigere sibi debita, & sperare suis laboribus præmia. c. cleri
34 ci. 1. q. 2. ubi secundum seruitij meritum sanctis laboribus clericorum ecclesiæ Dei deseruientium stipendia distribuuntur, tex. in c. consuluit, distin. 54. c. quid proderit, & ibi gl. 61. distin. cum nemo etiam in ecclesia Dei militet suis stipẽdijs, ac Deo
35 & eius ecclesiæ ac alteri deseruientes condignas laborib. mercedes, & præmia reportare habent, cap. charitatem, cap. quicũque. 12. q. 2. cum adductis per gl. in c. cum secundum. de præb. in gl. in vers. repelli, per quæ iura apparet, ꝙ nemo suis stipendijs, aut sumptibus militet. Et ad Corinthios. 9. Quis militat suis stipendijs nunquam. Et est tex. expressus in authen. de sanct. Episcopis, vbi taxata esse videtur summa, quæ possit dari mini-
36 stris assistentibus in ordine & ordinationibus. Immo pro labore, quem substinent clerici in celebratione diuinorum in trahendo ibi moram, possunt nedum recipere in recompen-
37 sationem aliquid, immo etiam possunt agere, vt eis detur p̃. tium, per illud, quod dicit Innocen. in capit. pen. ne præla. vic.
38 suas. gl. in c. sinam. de simonia, ubi Io. Andr. qui secundũ Host. dicit, ẽt competere actionem de facto, & per Abb. in c. abolendæ, de sepultur. Immo contra deficientem in solutione, ac satisfactione laborum, & alijs huiusmodi solitis, potest fieri cõ-
39 pulsio contra deficientem ad obseruandum laudabilem consuetudinem, per gl. c. suam. c ad Apostolicam, de simonia.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens ordinem uel beneficium re data, aliàs obtenturus, an committat simoniam.*
2 *Licet notarius pro mercede non possit agere, tamen potest instrumentum retinere.*
3 *Hodie notarijs competit utilis actio ex locato.*
4 *Notarij possunt petere aliquantulum plus iusto propter facti magnitudinem.*
5 *Etiam de iure diuino debetur laboranti salarium.*
6 *Deus offenditur si quis non ex merito ad sacros ordines promouetur.*
7 *Est puniendus ordinans simoniace.*
8 *Ordinans simoniace punitur diuersimode iuxta qualitatem personæ.*
9 *Ordines non debent procurari medio alicuius commoditatis.*
10 *Iuste corripiendus, qui donum Dei uendere pecunia præsumit.*
11 *Quomodo puniuntur ordinator, ordinatus, & minister.*
12 *Vendentes ordines sunt uenditores columbarum.*
13 *Pœnæ simoniace ordinantium.*
14 *In materia simoniæ datio & promissio parificantur.*
15 *Vbi remouetur datio, ibi & pactio.*
16 *Non iudicatur simoniacus, qui ordinatur data pecunia familiari, eo ignorante.*
17 *Simoniacus in ordine manifestus dispensatur à Papa, occultus ab Episcopo.*
18 *Simoniace ordinati non sunt omnes simoniaci.*
19 *Qui sint simoniaci simoniace ordinati.*
20 *Scienter simoniace ordinatus est suspensus ab omnibus ordinibus.*
21 *Simoniacus ignoranter est suspensus ab illo ordine tantum.*
22 *Scientia in materia simoniæ aggrauat.*
23 *Cum sciente solus Papa, cum ignorante Episcopus dispensat.*
24 *Episcopus non dispensat cum simoniaco sciente, in beneficio etiam simplici.*
25 *Episcopus si Episcopatum simonia alterius ignoranter adeptum statim quòd scit non resignat, ratificare uidetur.*
26 *Quid agere debet Episcopus quando sciuit Episcopatum sibi simonia acquisitum.*
27 *Symon. ordinatus est suspensus ab administratione temporalium suorum beneficiorum.* 28
29 *Conferens ordinem per simoniam est suspensus ipso facto ab omnibus ordinibus.*
30 *Suspensus ordines habere non dicitur.*
31 *Nemo dat, quod ipse non habet.*
32 *Ordinans per simoniam exequutionem ordinis dare non potest.*
33 *Etiam simoniacus imprimit characterem ordinis.*
34 *Simoniace ordinatus recipit characterem, licet non exequutionem.*
35 *Virtus characteris non potest esse suspensa.*

De eadem materia. Cap. 25.

FAcit, quia, si videas omnes spiritualiũ species à prima ad vltimam, non vides ꝙ examinare ordinandos, & inquirere super eorum idoneitate, & an sint idonei, ac eos postea repræsentare Episcopo uel ordinatori, quale & cuiusmodi est officium Archidiaconi, sit aut connumeretur inter spiritualia uel sacramenta, vnde cum sit non spirituale, non debet censeri interdicta super eo conuentio, vel pactio, quæ arcetur, prohibetur & interdicitur rebus propter spiritualitatem in eis existentem.
1 c. cum pridem. c. fi. de pactis. cap. quam pio. 1. q. 2. Facit, quia si quis obtinet ordinem, vel beneficium, data re, non ordinatori, vel alij, qui aliàs erat obtenturus, non est per eum commissa simonia. Archi. c. sicut. 1. q. 6.

Et notarius pro suo labore in notanda ordinis collatione, aut rogitu illius, vel pro scriptura, potest licite & sine uitio simoniæ pecuniam recipere. Abb. in c. 1. de simonia. Dec. in ca. 1. vers. restringitur hæc prima limitatio. de probatio. vbi ponit de salario notarij pro suo labore. late Bertachinus in tract. de Episcopis. Abb. in ca. & si quæstiones, circa finem. de simonia. Vide quæ dicit Bart in l. Argentarius, in princip. ff. de edẽ. vbi dicit ꝙ licet non competat actio notario pro mercede, tamen poterit tenere instrumentum & acta, donec sibi satisfiat de
2 mercede confectionis, & pro labore, vbi subiungit, ꝙ propter consuetudinem communem notariorum hodie competit v-
3 tilis actio ex locato, pro quo idem in l. 1. §. iudic. ff. de uarijs & extraordin. crim. Bart. in l. in metus. ff. de re iudi. Fely. in c. 1. de simonia, not. in l. fi. C. de princ. agen. in re. & in l. in sacris, in fin. C. de proxi. sac. scri. lib. 12. Ang. in summa, in uerbo simonia tertio, uers. utrum notarius. Io. Fran. Pauin. in tract. de visit. q. 4. secundæ partis. num. 4. & 5. ubi dicit, ꝙ si notarius peteret pro opere suo & labore iustum salarium, vel aliquantulum plus iusto propter facti magnitudinem, non videtur hoc prohiberi, sed in talibus locis aliquis sponte offerens non committit si-
4 moniam, per tex. in c. dilectus, el 2. eod. tit. ad finem, maximè si sit consuetudo de aliquo offerendo, quod pietatem & deuotionem moueat. vt ibi per eum, quia etim de iure diuino debetur laboranti salarium & merces, iusta illud: In sudore vultus tui uescẽris pane tuo. & iuxta parabolam Euangelij. Vnde
5 cùm per supradicta notarius habeat retentionem pro suo labore, item actionem utilem ex locato, uel aliàs possit exigere licite & iure permittente, non videtur ei interdictum aut prohibitum in pactum & conuentionem deducere, quod sibi est iure concessum & permissum, quàm illud quod de iure liceat, licitè in pactum deduci possit.

Facit, quia cum causa mercedis sit causa miserabilis, soluere laborem uel mercedem laboris videtur opus pium & spirituale, & spiritualia pro spiritualibus licite & sine simonia dantur, recompensantur c. ad quęstiones, vbi Abb. de rer. permu.

Facit, quia ẽ stylus Romanæ Curiæ, ꝙ soluatur salariũ R. P. D. Abreuiatoribus nuncupatis de Palco maioris præsidentiæ, pro minutis literarum Apostolicarum cuiusvis generis, uel sint literæ monitoriales, præceptoriæ, vel exequutoriæ, de quibus per Staphil. & Lud. Gomes. in principio eorum tractatuũ, de gratijs & expectatiuis, uel alterius cuiusvis generis, notarijs curiæ officialibus & alijs etiam laborantibus: & stylus præsumitur quòd sit fundatus in iure, Abb. in c. ex literis. num. 10. de constit. Et omnis actio Romanæ Curiæ, nostra debet esse instructio, idem Abb. in c. significasti. de elect. & iste stylus uersatur hodie cum viris integerrimis & maximè religiosis.

Istis non obstantibus, in cõtrarium videtur iuris dispositio, quia in ordinum collatione & ordinationibus nõ videtur fieri posse licite & sine simonia conuentionem, promissionem, uel pactionem aliquam, quia in huiusmodi non interueniunt, neque pretium, neque preces, aut obsequium. immo libere ordinatores ea conferre debent, non mediante aliquo istorum, c. ordinationes. 1. q. 1. c. quam pio. 1. q. 2. cum similibus, id ꝙ ẽt diebus proximè præteritis statutum expresse fuit in sancta generali Oecumenica Tridentina synodo sub sanctissimo Pio. 4. canon. 1. incip. quoniam ab ecclesiastico &c.

Item neque humana gratia, fauore uel laude. c. sunt nõnulli, eod. causa & q. ubi Beatus ille, qui excutit manus suas ab omni munere, & c. de ordinationibus. ca. pueri, ubi dicitur, quòd
6 procul dubio Deus offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed fauore & uenalitate prouehitur. c. per prin
7 cipalem. ca. estote, cum similibus. eod. caus. & q. immo si ordinet episcopus, aut alius simoniace, uidetur puniendus, per tex. in c. quicquid. 1. q. 1. ubi si ordinator aut promotor sit præsbyter, uno modo punitur, si sit diaconus, alio, alio si subdiaconus aut Clericus, & alio modo punitur Episcopus, qui sciuit & tolerauit, & decidunt à proprio gradu simoniaci ordinatores, ꝙ tex. in c. statuimus, cũ alijs similibus per totã cãm. 1. q. 1. c. pe. de simonia. c. quam pio. ca. sicut em. 1. q. 2. cap. si quis episcopus. 1. quæst. 1.

Itẽ prout ꝙ ordinantẽ libere, & solis attentis meritis cõferri debẽt ordines, ita pari modo ꝙ ordinatũ seu ordinãdum nõ debent tentari procurari, uel recipi alicuius cõmoditatis medio,
9 c. si quis neque, c. quibusdã narrãtib. 1. q. 1. & punitur, q huiusmodi ordines & sacramenta istis mediis recipit, dictis iurib. & c. statuimus, & c. erga simoniacos. 1. q. 1. vbi gl. & gl. in c. ordinationes, cũ similib. quę in infinitũ adduci possent. Optimus tex. in c. audiuimus. 1. q. 3. vbi qui donũ Dei emere & uẽdere pecu
10 nia p̃sumit, iuste corripiẽdus ẽ, & a liminib. ecclesiæ submouẽdus, qa sub pactione pecuniæ causari nõ d3 id, qđ spõte & sacro deliberatiõis rõnis arbitrio fieri d3, tex. & ibi Abb. in cap.

Source : BIU Cujas

ſi quis de ſimonia, vbi dicit in principio, ꝙ ſi quis ordinauit a-
11 quem ſub promiſſione de non petendo ab ipſo prouiſionem per triennium, ordinator à collatione, præſentator ab exequutione per triennium ſint ſuſpenſi, & ordinatus ab ordine in ꝑpetuum. Abb. in c. per tuas. num. 7. de ſimonia, vbi tex. expreſſus. Facit tex. in c. ſi quis Epiſcopus, & tex. in c. ea quæ. 1. q. 3. vbi dicitur, quicquid enim in ſacris ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus, vel data vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas vires habere & c. tex. in ca. non ſolum, ead. cauſ. & q vbi qui inquirunt uendere ordines gratia humana,
12 vel laude, uenditores ſunt columbarum, & faciunt domum Dei domum negotiationis.

Item tex. in c. cauendum. 1 q. 7. vbi interdicitur, ꝙ nemo per ſimoniacam hæreſim ab ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico obtineat locum quacunque functione, caliditate, & promiſſione, aut datione per ſe, aut ſubmiſſam perſonam: & cadat à
13 ſacerdotio omnis eps, præsbyter, aut diaconus conuictus, qui pro muneribus ordinationem dederit, aut receperit. ca ſi quis omnem. 1. q. 7. text. apertus in ca. ſi quis, de ſimonia, vbi ſi quis ordinauerit, vel ordinandum præſentauerit, aliquam promiſſionem recipiendo aut iuramentum, quod ſuper prouiſione ſua non inquietet eundem, ordinator à collatione, preſentator verò ab exequutione ordinum per triennium, ordinatus verò ab ordine erit ſuſpenſus vſque ad diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ. Nec facit contra, ꝙ multa ex iuribus ſuprà adductis videntur loqui in datione, & continere actum dationis, nõ conuentionis vel pactionis, quia reſpondetur, ꝙ datio & pro-
14 miſſio in ſpiritualibus, & in materia ſimouiæ parificanur, & vnum & eundem effectum ſimoniacum producere uidẽtur. l. fi. C. ad l. Falcid. & ſola promiſſio facit ſimoniam. Abb. & Fely. c nobis, de ſimonia, quia vbi remouetur datio, ibi etiam re-
15 mouetur pactio. Sed in contrarium vrgere videtur, tex. in ca. ſtatuimus, c. ſi qui à ſimoniaciacis, vbi ſimoniaca ordinatio tenet, quia ſimoniaci ordinati à ſimoniacis, in ordine permanere poſſunt.

Item tex. in c. de ſimoniace, ordinati in ordinatione toleran tur, & ſimoniaci non ſunt, vt ibi dicit text. ad literam, & pari modo tex. in c. fi. 1. q. 5. vbi ordinatus pecunia data cuidam fa-
16 miliarium Epiſcopi, ordinato ignorante, non iudicatur ſimoniacus, & ꝑmanet in ordine. Vnde diſtinguendũ puto, aut ꝙs ſcienter eſt ſimoniacè ordinatus, & ordinat, & habent locum ſuprà adducta, aut ignoranter eſt ſimoniace ordinatus, & tũc procedit & habet locum diſpoſitio. c. de ſimoniace, vbi ignorãter ordinatus ſimoniace, qui non eſt uere ſimoniacus põt in ſuo ordine permanere. Et pari mõ intelligitur tex. in d. c. ſtatuimus. & c. ſi qui, vbi ordinatus miſericorditer toleratur in ordine, quia fuit à ſimoniaco ordinatus, quem ſimoniacum eſſe ignorabat. Et ita intelligitur tex. d. c. fi. vbi ignoranter coacte ordinatus fuit, & inſuper ſupplicauit ſe deponi, id quod intelligitur diſpenſatione, quia renuntiare tenetur poſtquam ſciuit, & diſpenſatione Papali ſi ſit manifeſta ſimonia, ſi occulta, etiã per Epiſcopum diſpenſatur in ſimonia in ordine, per multa, q̃
17 adducit Hoſtien. & Io. Andr. d. c. de ſimoniace, & ibi gl. ſequitur Abb. ibi, qui materiam declarat in primo not. ꝙ quidã tunt
18 ſimoniace ordinati, qui tñ non ſunt ſimoniaci, puta, quãdo eis ignorantibus ordinatori pecunia data fuit, puta ꝑ amicum, &
19 quidã ſunt ſimoniaci ſimoniace ordinati, putà, quando ipſi dederunt pecuniã, vt ordinarẽtur, uel data fuit eis cõſentientib. tacite uel expreſsè. & iſte ſciẽter ſimoniace ordinatus eſt ſuſpenſus, non ſolũ ab ordine ſimoniace ſibi collato, verũ à qui-
20 buſcunque aliis ante receptis: ſecus eſt in ſimoniaco ignoranter, qui nõ eſt ſuſpenſus niſi ab illo ordine ſic ſimoniace rece-
21 pto, qui niſi prius habita ſuper illo diſpẽſatione nõ põt ad alios promoueri, quia aliàs videtetur per ſaltũ promotus. 52. diſt. in cap. 1. de cler. per ſaltum promoto, per totum, vt per Abb. ibi, Hoſt. in ſumma in §. lingua. uerſ. quod ſi amicus, vbi dicit, ꝙ ſi amicus me ignorãte pecuniã dedit, ſimoniacè promoueor,
22 ſed nõ ſum ſimoniacus, teneor tñ renũtiare. c. de ſimoniace. de ſimonia & c. de regularibus. eod. tit. Et ſcientia in materia nĩa aggrauat delictũ, ignorãtia alleuiat, qa in ſciẽtia ſolus Papa diſpẽſat, in ignorãtia ẽt eps, vt ibi ꝑ eũ. Idẽ Abb. in c. ſi quis, verſ. 2 no. de ſimonia, & ꝑ eundẽ in c. de regularib. de ſimonia,
23 in fi. vbi dicit, ꝙ ſimoniacus in beneficio ẽt ſimplici ſimoniacè
24 ſciẽter acquiſito, nõ diſpenſari põt ꝑ epm. melius per gl. in c. nobis, de ſimonia, in uerſ. diſpenſationẽ, q̃ dicit, ꝙ qñ electus ſimoniã cõmiſit, uel alius eo ſciente, & ratũ habẽte, cũ quo eps diſpẽſare nõ põt, qa erga tales nulla miſericordia adhibẽda cũ quo ſolus Papa diſpenſat. cũ ignorãtibus diſpẽſant epi, vt ibi late per d. glo. & gl. in c. poſt trãslationẽ, de renuntia. in uerſ. nequeat, ibi Abb. col. 5. ubi reiecta aliquorũ opinione, qui dicebãt ſimoniã cõmiſſam in ordine, nõ poſſe ẽt ꝑ Papã diſpẽſari, quia ordinatus habet characterẽ uitioſum, cui renuntiari non põt, quia nõ purgatur uitiũ illud. 14. q. 6. ſi res aliena. in gl. concludit cũ gl. ꝙ aut eſt cõmiſſa ſimonia in ordine ſciẽter, & tũc cũ tali ordinato ſolus Papa diſpẽſare põt: inferior verò à Papa nõ põt, ẽt poſt peractã pœnitentiã: ſecus eſt ſi ignorãter quis ſimoniace fuit ordinatus vt. d. c. fi. 1. q. 5. quia tunc, inferiores, ſcilicet epi, diſpenſare poſſunt, niſi qñ eſſet ſimonia manifeſta & publica, quo caſu nõ inferiores ſed Papa diſpẽſat, ut ibi per eum, in quo loco magiſtraliter loquitur de diſpenſationibus ſuper ſimonia cõmiſſa, tam in ordine, quàm in beneficio, vbi dicit ẽt col. fi. ꝙ ſtatim ꝙ eps ſciuit ſe adeptum fuiſſe epiſcopatum interuentu & ſimonia parentũ, ꝙ illũ dimittere debet ſtatim, quia aliàs ratificare videretur: Et quia epiſcopatũ dimittere nõ põt ſine licentia Papæ ſecundum Hoſt. dicit ꝙ ſtatim ꝙ
26 deuenit ad eius notitiã de ſimonia, uocare debet ꝑſonas idoneas, & corã eis exponere factũ & proteſtetur corã eis ꝙ inuitus epatum tenet, cũ ſine Papæ licentia cedere nõ poſſit, & corã illis faciat procuratorem, quem in præſentia illorũ mittat ad curiam, ꝑ iura, quæ ibi Abb. adducit, per quæ optime cõſtat, ꝙ ſimonia commiſſa in ordine per patrẽ, fratrem, uel amicum, tam commiſſa cum epo, quam cum eius familiari, uel famulo, nocet ordinato, ex quo reddit characterem illius ordinis uitioſum, quoniam eius ſcientia poſtea ſuperueniente ille ad renuntiandũ ſtatim illius exequutioni arctatur, in quo ſi ceſſet, ratificare uidetur, nec põt in ordine poſtea ſic ſuſcepto, ideſt illius exequutione, perſeuerare, niſi diſpenſatus, quia per ſuam ſcientiam fuit ſuſpenſus ab illius exequutione, & etiã ab aliorum ordinibus, quia à die, quo ſciuit non dicitur amplius ignoranter ordinatus, ſed ſcienter, cum ex quo ſciuit, conſentit & ratificat, ſi nõ ſtatim renuntiat, quia conſentire & ratum habere, idem eſt ac ſi ab initio quis procuraſſet. ca. ſicut. de ſimonia, dicit gl in c. ſi alicuius, in ver. ratum, extra de elect.

Nec refert ante uel poſt dederit uel promiſerit. Vnde ſcien-
27 ter ordinatus ſimoniace eſt ſuſpenſus ab oĩbus aliis ordinib. nedum à ſuſcepto ordine ſimoniace. Abb. d. ca. de ſimoniace, Fel. in c. ꝑ tuas, extra de ſimonia, vbi dicit, ꝙ ſimoniacus in ordine recipiendo eſt ſuſpenſus, non ſolùm ab ordine ſimoniace recepto, ſed etiam ab aliis ordinibus, etiam rite receptis, & per cõſequens ab adminiſtratione temporalium ſuorum be-
28 neficiorum, per iura quæ ibi adducit. & ratum habere & feciſſe paria eſſe uidentur in materia ſimoniæ. capit. ſicut, extra de ſimonia. gl in c. ſi alicuius, de elect. quæ dicit quod eius ignorãtia non excuſat, niſi vt diſpenſetur: quia quoad Epiſcopum ſeu ordinatorem, ſtatim quod ſimoniace facit ordinis collationẽ, & ſimoniace confert, efficitur ſimoniacus: & conferẽs ordinẽ
29 ſiper ſimoniam, ſuſpenſus eſt ipſo facto ab omnibus ordinib. Fel. in c per tuas el 2. de ſimonia, vnde ordines conferre non
30 poteſt, quos ipſe non habet, quia quando habilis eſt ſuſpenſus, eos habere non dicitur, quia ſuſpenſio eſt priuatio omnium beneficiorum & officiorum ſimpliciter vel ad tempus cum ſpe diſpenſationis, vt in ſumma ſylueſtrina, in ver. ſdegradatio. in princip. Ricar. de mediauilla in 4. ſenten. diſt. 7. art. 2. uerſic. 2. quæritur, uerſ. & ſic patet, in fi. quia nemo dat quod ipſe non
31 habet. 1. q. 1. cap. gratia, quia ordines illos quis habere debet, quos conferre uelit. Innocen. c. quauto, de conſuet & à tali ſimoniaco non debet nec poteſt quis ordinem ſuſcipere quia talis perdit exequutionem, glo. in cap. per tuas, de ſimonia, vbi Fel. ubi tex. & Abb. & bonus tex. in cap. Daibertum. 1. quæſt. 7.
32 id quod eſt intelligendum quòad exequutionem ordinis, quã talis per ſimoniam ordinans dare non poteſt, à qua eſt ſuſpenſus & priuatus, non quòad characterem quem etiam ſimoniacus confert, & imprimit. Item ſuſpenſus hæreticus & ſciſmaticus, vt per D. Antoninum Florentinum in ſuo tractatu de ſuſpenſione ca. 4. num 11. uerſic. item ordinati. Abb. cap. qui uerò §. extirpandæ, de præbend. col. pen. uerſ. item uendendo, &
34 paulo poſt. uerſic. & ſic Giezi. & ſimoniace ordinatus recipit characterem, non autem exequutionem. per Fely n. d. cap. per tuas, el 2. de ſimonia uerſ. 4. conclu. vbi dicit, ꝙ in collatione ordinis facta à ſimoniaco imprimitur character, non exequutio, quia uirtus characteris non poteſt eſſe ſuſpenſa, per Sanctũ
35 Thom. 2. 2 q. c. uerſ. vlt. in corpore quæſtionis, & alias, ut per Fe lyn. d. loco.

SVMMARIVM.

1 *Hodie non ſeruatur diſpoſitio §. ſed neque, authen. de ſanct. Epiſcopis.*
2 *Differentia inter ius canonicum & ciuile.*
3 *Ratio quare detur pro uiſitatione, & non pro ordinatione.*
4 *Licet aliquando ſecundariò, quòd non licet principaliter.*
5 *Exequutio ordinis ſuſpenditur per ſimoniam.*
6 *Adeptus beneficium pecunia paterna illud reſignat.*
7 *Culpa alicuius nocet tertio innocenti.*
8 *Electio eſt caſſanda, ſi ſit data pecunia electo ignorante.*
9 *Si ordo ſit emptus eo ignorante diſpenſatur.*
10 *Delinquentes in forma electionis puniuntur, & unus pro alio.*
11 *Non eſt ſimonia dare pecuniam pro electione Regis, aut Imperatoris.*
12 *Sicut de iure ciuili redimit ſanguis, ita de iure canonico redimitur uexatio.*
13 *Conſanguinitas parit ſuſpitionem.*
14 *Preces porrectæ per conſanguineum præſumuntur carnales.*
15 *Conſanguinitas facit præſumi donationem uitioſam.*

16 Con-

Source : BIU Cujas

16 *Consanguinitas elidit suspitionem.*
17 *Giezi deliquente lepra trasmittitur ad hæredes eius.*
18 *Malitijs hominum est obuiandum.*
19 *Dato ab inimicis in fraudem meæ promotionis, non committi simoniam.*
20 *Episcopus si ordinat, vel beneficia consanguineis confert, vt beneficetur. committit simoniam.*
21 *Interuentor & mediator committit simoniam.*
22 *Mediator est infamis, nec admittitur ad testimonium*
23 *Ordinis & beneficij collatio maculatur etiam ex alterius simonia.*
24 *Per consensum ratificatur simonia.*
25 *Est simoniacus, qui dedit aliquid pro ordinatione alterius.*
26 *Persuasio sacerdotis est quid spirituale.*
27 *Ex malo consilio quis bene obligatur.*
28 *Simonia est, si iudicem uel testem pecunia corrumpis.*
29 *Præsentanti in ordinatione nihil potest dari.*
30 *Simonia committitur tam in spiritualibus, quàm in annexis.*
31 *Simonia committitur quando datur etiam aliquid pro re, quam nihil interest habere.*
32 *Simonia est si detur aliquid pro ordine, uel beneficio alicuius, quod nihilominus erat habiturus.*
33 *Notarius pro rogitu ordinis nil exigere potest.*
34 *Ordo est de iure diuino.*
35 *Simonia per solam uoluntatem, nedum per promissionem committitur.*

De eadem materia. Cap. 26.

VNde stante iuris expressa dispositione in contrarium. c. sicut Episcopum. 1. q. 3. cũ alijs adductis, non obstant adducta suprà in contrariũ, per quæ videbatur aliquid aliquo modo posse licitè dari & recipi pro ordine, & ordinis collatione & receptione; quia respõdetur, & primò quòad tex. §. sed neque
1 in auth. de sanctiss. Episcopis, ꝙ illud est de iure ciuili, quod nõ seruatur nec illa lex tenetur, vt per glo. d. c. sicut Episcopum, in glo. magna. in fi. quia est secus de iure canonico, ex cuius dispositione non est licitum, quòd Episcopi uel ordinatores aliquid recipiant ab ordinato, aut per ordinãtem, vel illius parte aliquid detur, cum ex hoc insurgeret simoniæ peccatum. Vnde nulla consuetudo in huiusmodi, & pactum põt interuenire. ita tenet Prosdoc. de Comitibus in tract. differen. iur. ciuil.
2 & can. col. 23. num. 139 id quod facit pro vna de differentijs iuris ciuilis & canonici. ad idem facit Baptista de Sancto Blas. in tract. contradict. q. 9. nec immeritò dicit illa gl. quòd talis lex auth. non tenet nec seruatur, quia principes sæculares & laici non habent disponere super sacris ordinibus, vel super rebus ecclesiasticis, aut in rebus ecclesiæ se intromittere. Et si secus faxint illorum dispositio & ordinatio nullius est auctoritatis & momenti. 96. dist. in princip. & ibi gl. & c. bene quidem, & c. vbi nam, cum similibus. eadem dist.

Item nec obstant illa, quæ suprà satis latè adduximus de medietate & tertia parte oblationum, quæ olim dabantur Episcopo, quæ reducta fuere supercrescentibus fructibus & reditib. Episcoparuum ad duos solidos, gl. in c. de eis. 10. q. 1. & alijs supra adductis, qui dantur hodie pro cathedratico, siue synodatico &c. & de prandijs, quæ Episcopo parantur, quia habent locum, & dantur non pro ordinibus & ordinum collatione, sed pro Ecclesiæ consecratione, ac pro procuratione quę debetur ab vnaquaque Ecclesia Episcopo visitanti, causa uisitationis, pro qua est ei licitum accipere, vt per iura eadem, quia pro labore quem sustinet Episcopus, & pro tempore, quod in visitãdo consumat, aliquid ei accipere per iura conceditur, vt dictis capitulis & iuribus, vt per Archid. in cap. placuit. 1. q. 2. vbi
3 dat rationem diuersitatis, quare detur episcopo procuratio ꝓ consecratione Ecclesiæ & non datur pro ordinandis clericis, quia eps & ordinator põt ordinare clericos suos, & debet, in ecclesia sua, arg. 77. dist. c. 1. & no. 75. dist. ordinationes, & facilè habere põt expẽsas de domo sua, in qua habet victualia, q̃ nõ põt cõmode ferre secũ ad alienã ecclesiã. Vnde necesse est ei ꝓuidere de uictualibus alibi cũ aliã visitat aut cõsecrat ecclesiã, vt ibi ꝓ eum. nec obstat tex. in c. fi. 74. dist. per quod dicebamus, licere præmio & quæstu attrahere hoĩes & clericos ad sacerdotiũ, qñ aliter ꝓmoueri non possent, quia, vt ibi dicit glo. non debẽt hæc fieri principaliter, sed bene est licitum facere secundariò, quia aliquando licet secundario, quod nõ licet prin-
4 cipaliter. Nec illud tenet, qđ siue ordinantis, siue ordinati cõsiderata vtriusque intẽti õe, q̃ est bona &c. qa ad ordines & spiritualia nõ debemus nec possumus accedere, nisi via à iure, & canonib. parata & cõcessa & instituta, & ab eo quod iura præcipiũt, & ꝓhibent cauere debemus. c caue. 28. q. 1. Et ad illud ꝙ simoniacus Eps imprimit ordinẽ & ordinat, vt ꝓ Fely. c. ꝓtua, de simonia, intellige & dic vt ꝓ Fel quòad characterẽ tm̃, quod vt suprà diximus nulla legis vel hominis ꝓhibitio tunc põt impedire, sed est secus quòad ordinis exequutionẽ, quæ ꝓ simo-
5 niam suspenditur. nec põt ꝓ Epm aut ordinatorẽ simoniacum dari, quia illã nõ habet, quia ab illa est suspensus. ꝓ Fel. ibidem & quod diximus, ꝙ pro ordine põt aliquid dari pro fabrica, intellige dummodo ordo liberè cõferatur, vt ibi per Abb. quia ordine libere collato potest postea ordinatus compelli ad seruandam laudabilem consuetudinem.

Nec habent locũ quæ supra dicebamus, ꝙ ꝓ factum & per simoniam cõmissam ꝓ patrem, fratrem, amicũ, vel aliàs, non põt ordinato ꝓiudicari, & non fieri ꝙ ordo & beneficium, data uel promissa pecunia per eos, sit simoniace collatum, cũ illo non consentiente, immo nec sciente sit datum simoniace vel promissum, & sic culpa nulla, ex parte illius existente, quia licet pecunia non sit data vel promissa per eum, nec eo sciente, nec consentiente. non videtur taliter ordinatus vel beneficiatus esse simoniacè vel ordinatus vel beneficiatus, tñ in detestationem criminis simoniæ, ille ordo & illa collatio beneficij est vitiata & maculàta vitio simoniæ, per tex. in ca. ex insi-
6 nuatione, de simonia, vbi adeptus. beneficium pecunia paterna illud vti simoniace adeptum resignat, quia illud, vt inquit ibi Abb. nõ põt, licet adeptus fuerit ignorãter, salua cõscientia retinere, & ferè per totum. 1. q. 5. vbi dicit, ꝙ cum vitiosam habeat præbendã uel ordinem, nõ põt obtinere, nisi ꝓ dispensanem. idem. c sicut. 1. q. 6. Fel. in d. c. ex insinuatione, vers. 3. nota
7 vbi dicit, ꝙ culpa alicuius, aliquando nocet tertio innocenti, & istud est ratione criminis, vt ibi per eum, quia simoniaca
8 electio data aliquibus electorum pecunia electo ignorãte, est cassanda, & sic simonia cõmittitur ex facto tertij cõtra ignorãtem, ꝓ tex. vbi Fel. & Abb. in c. nobis, extra de simonia. gl. in c. qui studet. 1. q. 1. in ver. ordine, quæ dicit, ꝙ si quis emit pecu-
9 nia ordinem, nõ põt dispensari circa ipsum c. erga. 1. q. 1. & extra de simõia, nobis. in fi. nisi tñ ordo esset emptus à patre suo, eo ignorãte, quia tũc põt dispensari. c. vlt. 1. q. 5. per quod apparet ꝙ simonia commissa ꝓ alium, me ignorãte, in ordine uel beneficio vitiat, quia indiget dispensatione, est gl. in ca. si alicuius, de elect. extra. in uers. illa vice, quæ dicit, quòd qui delinquunt in forma electionis puniuntur, & ẽt unus ꝓ alio, puta electus pro simoniace eligentibus, quia illius cassatur electio,
10 & in ꝑsona electi puniũtur electores, vt ibi ꝓ eam, uide tex. in c. nobis de simonia, ꝓ quem apparet quòd si sit data pecunia vt Petrus eligatur, Petro ignorante, electio ut simoniaca est repellenda, secus est si detur pecuniã ꝓ electione Imperatoris,
11 Regis aut Potestatis ciuitatis, quia nõ cõmittitur simonia, qa tpale est. Sanctus Thom. secunda secundæ. q. 65. Archiep. Flor. in 3. parte suæ summæ. tit. 1. c. 5. §. 21. circa med. Itẽ si detur uel promittatur ab aliquo pecunia pro confirmatione suæ electionis est simonia. not. Petr. de Palu. in 4 senten. dist. 25. nisi faceret, secundum eũ, ad redimendam vexationẽ suam, nam sicut liceret iure ciuili redimere sanguinem suum, ita iure cano
12 nonico uexationẽ. c. dilectus, el. 1. de simonia. Io. de Sylu. q. 2. prima parte. Alber. in dictionario, in uers. simonia col. 4. uers. simonia. 2. nisi tñ esset data pecunia ab emulis in fraudem electi, puta, si ꝓbaretur esse datam ab inimicis aut à fictis amicis electi, id quod ibi dicitur probari posse per coniecturas, & esse uidetur secus, si sit datum aut promissum à non æmulis, non inimicis & fictis amicis, sed à cõsanguineis, per quorum factũ in datione & promissione uidetur committi simonia, in præiudicium ordinati, uel beneficiati, per tex in c. tuam, de æta. & quali. Vbi si laici qui petebant monachum in Abbatem fieri, & illum eligi, si sunt eidem Abbati uel monacho consanguinei, & electionem impedire uidentur propter consanguinitatẽ & coniunctionẽ, ibi, & laici memorati non sint consanguinitate coniuncti. Itẽ per tex. in c. sicut tuam de simonia, ex
13 tra, ubi datio pecuniæ pro confirmatione electi, electo ignorãte non facit confirmationẽ simoniacam, ꝓ nisi dans pecuniam esset confirmato cõsanguineus, ibi, præsertim cum is tibi esset nulla consangninitate coniunctus. Sed ego crederẽ pro nunc, ꝙ cõsanguineus in isto casu non faceret actũ simoniacum, ꝑcedente ignorãtia ordinati, magis q̃ æmulus & inimicus, sed bene ꝙ magis faciat suspitionem, & præsumptionẽ de cõscientia confirmati uel ordinati, puta, ꝙ potius ꝑsumeretur factũ de cõscientia & cõsensu cõfirmati promoti, uel ordinati, illud qđ in suũ fauorẽ esset factũ à cõsanguineis & cõiunctis, q̃ ꝙ esset ab alio inimico factũ, id qđ patet ꝓ illa uerba in tex. d. c. tuã. & laici memorati nõ essent monacho aliqua consanguinitate cõiuncti, ut ex ipsorũ petitione debeat cõtra eũ aliqua sinistra suspitio suboriri. dicit Abb. ibi in uers. nota hæc, vbi dicit notandũ ꝙ ex consanguinitate, & proximitate aliquid ꝑsumitur, ubi allegat ad hoc. c. requisisti, de testam. & c. pd. de cohabit. cler. ꝓ
14 Io. And adducta, qa preces ꝓ consanguineũ porrectæ, præsumũtur carnales, ut ꝓ eundẽ Abb. ibidẽ, & dicit gl. in c. unico. ut eccles. benef. & c. in uers. carnalitatẽ, ꝙ consanguinitas inducit
15 suspitionẽ, vt donatio sit uitiosa. 10. q. 2. eps. 89. dist. decenter. nã in clandestinis & domesticis negotijs donationibus facile quid cõfringitur pro negotij qualitate. l. donatio. §. 1. C. de do
16 natio. sicut aliàs consanguinitas elidit suspitionẽ. c. à nobis. de cohabit. cler. & mulier. aliàs ibi ꝓ eũ. & ĩ ista materia nra posset

Source : BIU Cujas

etiam dici quòd Giezi delinquente, lepra tranſmittitur ad illius poſteros in odium & deteſtationem criminis, cap. eccleſia.§.item Chan.1.q.4,Dominic.de S.Gemi.in ca.cito turpen. 1.q.1.ſuper quo cogitata. 17

Per illud verò quod eſſet ab æmulis, inimicis,& fictis amicis in caſu iſto datum promiſſum, vel factum, non poſſe irritari electionem, aut confirmationem, quia non factum fuit pro adipiſcendo ſpiritualia, ſed pro impediendo legitimum,ſpirituale & iuſtum opus,& ne electio canonicè facienda ſuũ debitum ſortiretur effectum & finem, & ſic ad impediendum bonum legitimum & canonicum opus,quòd hominum malitia & malignitas non impedire, nec interuertere pebet, quia malitijs hominum eſt obuiandum & fraudibus quantùm fieri poſſit.l.in fundo.ff.de rei vendi. c.ſedes. extra de reſcrip. Vnde non videtur commiſſa ſimonia, quia nihil fuit datum pro ordine vel beneficio aut aliquo alio ſpirituali acquirẽdo,in quo committitur ſimonia,vt ex diffinitione ſimoniæ conſtat,quia ſi ſimonia,eſt qñ aliquid datur vel promittatur temporale pro ſpirituali, certè illud quod datur ab æmulis in fraudem meæ electionis,&ne electio de me facta teneat,non videtur datum vel promiſſum pro ſpiritualibus aſſequendis, ſed pro ſpũalib. impediendis,declarat Hoſtien.in ſumma.§.lingua.verſi.ſi verò.vbi dicit, ſi verò hoc ſit me penitus ignorante, & ab inimico uolente promotionem meam de qua ſperatur impedire, nõ committitur ſimonia,quòad me,ne ex dolo ſuo reportet, quod intendit,c.ſicut nobis.§.pen. & c.nobis fuit. 1.reſponſo. de ſimonia,Et poteſt dici commiſſa ſimonia, vt ad duo propoſita capita quæſtionis, vel argumentationis ſit reſponſum, reſpectu patris,fratris,& amici quòad ipſos, quando per eos aliquid pro me eligendo aut beneficiando fuit datum, vel promiſſum propter honorem & dignitatem, quam conſequũtur mediante perſona mea ordinata, vel beneficiata participatiuo modo,quia emendo pro me,pro ſe ipſis emere vr, prout dicit de Epiſcopo,qui committit ſimoniam ordinando vel beneficiando nepotes & conſanguineos propter bonum,quod in ſe redundare intendit conferendo vel ordinando, puta, quia ex tali collatione & ordinatione nepotis aut cõſanguinei magnificetur & nobilitetur,Sanctus Thom.& Alex.de Aleſ.ſecunda ſecundæ.q.4 quolibet.ſed de hoc in nihilo poteſt eſſe dubium, quia mediator uel interuentor dici poteſt pater,frater,vel amicus hic,& quæ interuenit,& quæ mediatrix eſt perſona,in talibus ſimoniam committit,& punitur per tex. quæ dicit apertè in cap.vlt.1.q.3.vbi emptor,venditor,& interuentor nota infamiæ percelluntur.c.ſi quis Epiſcopus.1.q.1.vbi glo.in verſ.mediator,dicit,quòd ipſi omnes ſunt ſimoniaci, nec recipiuntur ad teſtimonium.c.veniens.extra de teſtibus,& aliàs vt ibi & vide de pœna mediatoris in c.vlt.1.q.3. immo conſentiens tantum,vt per Angelum in ſumma in verſi.ſimonia.5 uerſic.circa munus,vbi dicit,præfata non ſolùm inducunt ſimoniam in dãtibus ſeu paciſcentibus,ſed in conſentientibus,ſeu mediatoribus &c. c.per inquiſitionem, de elect c.2.de confeſſis. 18 19 20 21 22

Nec obſtant illa, quòd alterius odio quis prægrauari nõ debet,nec ex delicto commiſſo per alium quis luere pœnas habet,nec reus eſt quis criminis, cuius conſcientiam nõ habuit &c.& ſimilia:quia illo procedunt,quando non eſt aliud in cõtrarium expreſsè ſtatutum.prout eſt in caſu noſtro, vbi ordinis & beneficij collatio maculatur & inficitur, ſi ſit etiam per aliũ ſimoniacè facta,licet ignorãtem non afficiat,niſi qñ ad illius peruenit notitiam,quo tpe facta renuntiatione, & aliàs vt ſuprà,põt diſpenſari; nec eſt in effectu in iſto caſu ſimoniacus, niſi ſciat, & ratũ habeat, quo caſu per illius conſenſum vr ratificare ſimoniã cõmiſſam,& ad tex.in c.ſicut is.1.q.6.in fi.reſpõdetur,vt ꝑ gl.ibi& Arch ꝙ ibi datione & promiſſione non obſtãte excuſatur electus & ordinatus,quia nihilominus erant eũ electuri ẽt,licet nulla ſequeretur promiſſio uel datio; vnde nõ obſtat tex.in cõtrariũ ibi per glo.adductus,de.c.ſimoniace, de ſimonia.per quẽ ſemper vr nocere datio pecuniæ.Archid. ibi etiam diſtinguit,vel ſit datum ordinatori vel alij, vt ibi per eũ. 23

Nec à commiſſa ſimonia, vr eſſe exẽptus, qui ꝑ ordine uel beneficio alterius ſimoniã cõmiſit, licèt noĩe non ſuo, & pro alio egerit &c.ſtante ꝙ in caſu ſimoniæ ſit iure expreſſum, ꝙ mediator vel interuentor & qui cõſentit puniatur ꝑꝑ criminis deteſtationẽ.Abb.in c.non ſatis,tertio no.de ſimonia,vbi dicit,ꝙ mediator & conſentiens incurrit ſimoniã, & ille qui dedit pecuniã pro ordinatione alterius eſt ſimoniacus, & committit ſimoniã, Abb.c.de ſimoniace,verſ.nota quod. num. 1. & tam dans quàm accipiens mediatores & alij conſentientes inuoluũtur vitio ſimoniæ,Io.de Ana.in ca.non ſatis,de ſimonia.Abb.melius in c.ſicut tuis,de ſimonia.verſ.vlt.nota,vbi dicit notari per illum text. quòd comittentes ſimoniã in fauorẽ aliorũ ſunt deponendi. Nec quis dici põt eſſe auxiliator boni operis,vel procurator religionis, quando vijs & medijs à iure nõ permiſſis,immo ꝓhibitis iuced t, ꝙa ex eo ſolo, ꝙa videtur contra iuris formam & diſpoſitionem facere eſſe id uidetur iniuſtum. 24 25

Nec obſtat illud,quòd quis non obligatur exconſilio,quod dat & perſuaſione &c.quia reſpondetur, quòd illud non procedit generaliter,quia ultra prædicta,dicitur quòd conſilium, perſuaſio,& inductio aliquandoq; obligant,ut cũ aliqui prætẽdentes religionem ſiue ſanctitatem, petunt à ſacerdote quòd procuret eis pecuniam in ſua parochia, ita quòd ſacerdos habeat certam portionem,quod eſt ſimonia,not.in ſumma conſti.q.66.quia perſuaſio ſacerdotis eſt quid ſpirituale,& ei creditur. Vnde ſi fiat id pacto, uterque uitio ſimoniæ tenetur. Sanctus Thom.ſuis quolibetis.Io.de Syl.in tract. de benefi. parte. 1.q.7.col.10.uerſ.item pro prædicatione,dictio.Alber. in uerſ. ſimonia,col.4.uerſ.utrum cum alijs. & maximè quando quis aliter non erat facturus, niſi conſilio & conſultore acceden te,c.ſicut dignum.de homicid.per doc. c.nullus ex conſilio,de reg.iur. & ex fraudulento & malo conſilio quis bene obligatur.l.conſilij.ff.de reg.iur.& c.nullus ex conſil. eo.tit.de regul. iur.in 6.& eſſe uidetur fraudulentum conſilium ſemper quod non eſt diſpoſitioni iuris conforme,& contra illud quod lex dicit.Et ſimoniacus eſt, qui pecunia aut mediante aliquo alio temporali iudicem,aut teſtem corrumpit. Abb.in c.tua nos, extra de ſimo.arg.c.nemo.eo.ſequitur Hier. Zannet.in tract. de foro conſcientiæ. colu. 3.num.14.ubi diſtinguit,quòd hoc procedit in cauſa ſpirituali,ſecus eſt in temporali. 26 27 28

Et Archid.ſiue alius miniſter deputatus in ordinationibus, qui examinet & præſentet ordinationi, & notarius, qui ordines collatos,& ordinationes deſcribat,& notet, non poſſunt, nec eorum quilibet poteſt aliquid ꝓ ſuo officio accipere, uel aliquam conuentionem facere,ſtante ſpeciali, & expreſſa iuris diſpoſitione in contrarium,per tex.in c.1.extra de ſimonia, ubi interdicitur epiſcopo, Archidiacono, & notario, ne quid exigant uel exigere poſſint pro ordine & ordinatione. Et. 1.q. 1.ſicut Epiſcopum,ubi idem ad literam habetur, c. ex tua,extra de ſimonia.ubi præſentatori ad ordinem nil dari poteſt, & ſi datur,ſimonia committitur.Nec immeritò,quia licet iſtorũ nõ ſit officium ordinem conferre, quia tamen eorum officiũ uidetur adhærere ordinationi & collationi, propter quod eſt annexum ſpiritualibus,datum propter illud uidetur etiam cẽſendum pari modo ſimoniacum, quia eſt annexum ſpiritualibus:& ſimonia committitur tam in ſpiritualibus,quàm in annexis ſpiritualibus.c.de iure.extra de iur.patr. 29 30

Nec obſtat,quòd ex quo non eſt ipſe,qui confert ordinem, ꝙ propterea in ordine cum ipſo non poſſit committi ſimonia,quia conuentio & datio cum eo erit inefficax: & iura cõprehẽdunt caſum efficacem & cum effectu &c.quia ultra prædicta, quæ oſtendunt expreſſam diſpoſitionem iuris in contrarium, dr ẽt ꝙ in materia ſimoniæ non attenditur ſemper caſus & actus efficacia & actus efficax,ut commiſſa intelligatur, quandoquidem committitur ſimonia, etiam quando datur pecunia pro re,quam nihil intereſt habere, quia nihilominus ſimonia commiſſa eſſe intelligitur,per Abb.in c.Matthæus,de ſimonia.Archid.in ca.ſicut.1.q.6.ubi dicit, quod ſit data pecunia pro illo,qui etiam ſine pecunia, erat ordinem & beneficiũ habiturus,ſimonia eſt. 31 32

Id quod eſt pariter dicendum de notario, qui pro ordinis collationis rogitu,uel annotatione,nihil exigere poteſt.d.cap. ſicut Epiſcopum,& c.1.de ſimonia, de quo dic,vt.vt per gloſſ. ibi. Nec obſtat text. in prælegata auth.de ſanctiſſ. Epiſcopis, quia,vt ſupra diximus,illa lex non ſeruatur. Et dic de notario, vt de ea aliqua diximus ſuprà in mentali, in quæſtione, & incipiens à batiſmo.vbi diximus de illius ſalario & mercede. & diximus in ſacramento ordinis.§.& quia ſuperius &c. verſic. ſecundo loco facit.Sed vide ſtatutum factum diebus proximè præteritis in ſacroſancta Oecumenica Tridentina ſynodo,vbi expreſſè cauetur tdem, & pro literis teſtimonialibus non licet notario accipere niſi decimam partem aurei, ſi ei nullum ſalarium ſit conſtituium pro officio exercendo, per quæ vides,& concludere potes, quòd in ordine committitur ſimonia,ſi ſuper illo & cauſa illius aliquid promittatur,aut de aliquo conueniatur,tam per ordinatum quàm alium ex illius parte,etiam ipſo neſciente,quia ordo & character per talem actum vitioſum redditur, idq; ex eo, quia ordo eſt de iure diuino,latà per Abb.in c.extirpandæ. §. qui verò. de præben. & in illis,quæ ſunt de iure diuino,& quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca,per ſolam voluntatem,nedum per conuentionem, promiſſionẽ,aut contractum ſimonia committitur.ca.ex parte,cum ſimilibus,de offi.& pot.iud.deleg.Archid.in cap. text. verſic.ſed nota.1.q.1.& de his,vide quæ diximus ſupra in mẽtali in ſacramento ordinis.§ & quia ſuperius,verſi.& quemad modum ſimoniacus, vbi etiam diximus quando aliquid datur vel ꝓmittit nõ ordinatori,ſed miniſtro vel amico ordinatoris,vt ꝑ tex.c.vlt.1.q.5.& aliàs pt ibi.Ang.in sũma, in verbo ſimonia.5.verſ.circa munus vbi dicit pfata inducũt ſimoniã ẽt in paciſcẽtib. aliqd darę miniſtrantib miniſtris, & ſeu miniſtrãtis familiarib.ſicut diximus in Giezi, ꝙ fuit ſeruus Eliſei.q. 1.in ſumma. 33 34

SVM

SVMMARIVM.

1 Pro vsu prophetię olim aliquid dabatur.
2 Saul accesſit cum munere ad Samuelem pro uatici nio prophetico.
3 Vxor Hieroboam accesſit cum munere ad virum Dei.
4 Seminantibus ſpiritualia debentur temporalia.
5 Non habens ſumptus ad ſuſtentationem uitæ poteſt exigere pro celebratione miſſæ.
6 Sacerdos poteſt locare operas ſuas ſpirituales.
7 Sacerdos inuitatus, ad exequias licite accipere poteſt in recompenſam laboris.
8 Noneſt illicita pactio, Celebrabis hodie pro me, ego cras pro te.
9 Decem & ſeptem caſus, in quibus poteſt licite fieri pactum in ſpiritualib
10 Quomodo licite datur eleemoſyna pro oratione.
11 Beneficia dantur propter officia.
12 Beneficium eſt ſtipendium clerici.
13 Pauperi ſacerdoti eſt licitum paciſci pro eo quòd moratur in eclebrãdo.
14 In pactis & intentione debent eſſe ſegregati contractus.
15 Habet uiuere de altari, qui altari ſeruit, ſiue ſit pauper, ſiue diues.
16 Forma quomodo licite ſuper anniuerſario conueniri poſsit.
17 Pro obſequio ſpirituali licitum eſt pacta fieri.
18 Opera ſacerdotis poteſt emi, & uendi.
19 Dicens miſſam intendendo principaliter ad lucrum committit ſimoniam.
20 Sacerdos proprius habens ſumptus neceſſarios, non poteſt exigere pro ſpiritualibus, ceſſante conſuetudine.
21 Sponte gratis oblatum poteſt accipere ſacerdos.
22 Vide quomodo & quando ſacerdos poſsit percipere pro ſpiritualibus adminiſtrandis.

De Simonia connentionali circa officia diuina. Cap. 27.

HIs paucis dictis circa beneficialia & ordinem, uidebimus circa diuina officia, & actus ſpirituales, puta, an poſſit cõueniri ſeu paciſci ſuper miſſa, & horis diuinis celebrandis, ſuper exequijs, anniuerſario, prædicatione proceſſione, prophetia, & huiuſmodi. Et an Pizocchus, qui in oſtio eccleſiæ promittit ſe dicturum orationes, ſi ſibi detur nummus ſimoniam committat ipſe, & dantes ex tali conuentione.

Et videtur ꝙ non committatur, quia videtur ꝙ ſit licitũ dare & accipere aliquod temporale pro ſpiritualibus actibus, &
1 officijs explendis, quia pro vſu prophetiæ, qui eſt actus & munus ſpirituale, olim aliquid dabatur, & accipiebat, & tale munus, ac talem actum uendere non eſt peccatum. cap. placuit. 1.
2 q. 1. quia Saul ad Samuelem pro vaticinio prophetico expetẽ
3 do, non niſi cum munere, ire præſumpſit, vxor etiam Hieroboam ad hominem Dei, non, niſi cum munere, acceſſit, d. ca. placuit, & 1. reg. 9. & 3. reg. 13. & oratio, prædicatio, laus diuina ſunt actus maximè ſpirituales, ſed ad impetrandũm orationũ ſuffragia pecunia datur licitè ſanctis Viris, ſecundum illud Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis Prædica
4 toribus etiam ſpiritualia ſeminantibus, temporalia debentur, ſecundum Apoſtolum. 1. ad Corinthios. 9. celebrantibus etiã diuinas laudes in eccleſiaſtico officio, & proceſſiones facientibus aliquid datur. Et quandoque ad hoc ſtatuuntur annui reditus. Sanctus Thom. q. c. de ſimonia, verſ. ad 3. Et ſapiens dicit. Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & orabit pro te. Et
5 ſacerdos, qui non habet ſumptus ad ſuſtentationem uitæ ſuæ poteſt pro celebratione miſſæ & aliorum ſacrorum miniſtratione exigere pecunias. cap. iudices. 1. q. 1. nam & operas
6 ſuas ſpirituales locare poteſt ſacerdos ſiue ad diem ſiue ſub conditione, cap. fin. ne prælat. uices ſuas, & poteſt licitè & ſine ſimonia conuenire clericus de vigilando defunctum hac nocte pro pecunia, & in iſta vigilatione & conuentione inſit & intelligatur quòd dicat pſalterium, argumento de electio. cap. ſignificaſti, in fin. & cap. ſignificatum, de præben. & ff. de hære. inſtitu. ſi quis Sempronium dicit Hoſtien. in ſumma. titul. de
7 ſimõia, verſ quid ſi clericus, & ſacerdos inuitatus ad exequias mortuorum licitè etiam accipere poteſt in recompenſationẽ laboris & damnorum, & licite locat operas ſuas ſpirituales. ꝙ Abb. in capit. ſuam nobis, de ſimonia, verſ. ſi verò eſt ſacerdos. Alberic. in uer. ſimonia, colum. 3. verſic. an ſacerdos poſſit miſſam celebrare uel exequias &c. Angel. in ſumma. in verbo ſimonia. 2. verſic. ſecundus eſt, vbi dicit, quòd pro miſſis celebrandis, & alijs ſpiritualibus ſacerdos pro ſeruitio & recompẽ ſationelaborum & damnorum, quæ ſuſtinet, poteſt licite aliquid accipere. Ioan. de Anan. in cap. ſignificatum. de præben. nec eſt illicita, aut ſimoniaca pactio, quæ fit inter ſacerdotes,
8 Celebrabis hodie pro me tu, ego cras pro te. per Alber. d. loco, & per Hiero. Zannet. in tract. de foro conſcien. 4. col. uerſi. & an ſit ſimonia ſi ſacerdos. num. 15. & per eundem Ange. in verſ. ſimonia. 2. ponitur inter 17. caſus per eum enumeratos, in
9 quibus pactum promiſſionis, & omiſſionis, conditionis, modi, & ſeruitij pro ſpirituali & ſpiritualib, annexis fit & fieri poteſt ſine vitio ſimoniæ vbi dicit. quintus decimus caſus eſt, qñ datur ratione prouocationis ad orandum, ſicuti quando datur eleemoſyna religioſis pauperibus, vt prouocentur orare, & miſſas dicere pro eis. Et per eundem in verbo ſimonia. 3. verſ. vtrum liceat, vbi dicit, aduerte tamen, quòd dantes eleemoſynam pauperibus aut religioſis, vt impetrent orationis
10 ſuffragium, non quaſi intendendo emere orationes, ſed quaſi prouocando eos ad orandum pro ſe gratis, & ex charitate, nõ peccant. & dicit Abb. & concludit in ſi in c ſignificatum, quòd clericus non beneficiatus poteſt licite paciſci vt pro celebratione miſſæ, & pro obſequijs ſpiritualibus debeat recipere certam mercedem, vt habeat vnde viuat, & alle. tex. c. fi. 1. q. 2 vbi dicitur, quòd ſtipendium eſt ſanctis laboribus debitũ nec approbat dictum & opinionem Innocen. & Hoſtien. ibi, quorũ opinio eſt, vt pauper non ſit licitum paciſci, vt aliquid temporale recipiat ꝓ obſequio ſpirituali. nam inquit, video quòd Vicario conſtituatur certa portio, quæ profectò non conſtituitur pro ſeruitio & obſequio temporali, vt c. cum ex eo, de electio. lib. 6. & cap. peruenit, de app. item vid emus in manſionarijs, qui habent ſecum meram temporalem pro ſeruitio ſpirituali duntaxat. Item videmus quòd beneficia dãtur propter
11 officia, dicit tex. in cap. fin. de reſcrip. libr. 6 & alibi dicit, quòd
12 beneficium eſt ſtipendium clerici. in capitulo Epiſcopus, de præbend. extrà.

Sed iſta ſunt intelligenda prout intelligunt Doctores, & iuxta diſtinctionem, quam tradunt, maximè Innocen. in ca. quoniam, ne præla. vices ſuas. vbi diſtinguendo inter ſacerdotem, qui habet ſumptus & qui non habet ſumptus, dicit, quòd nunquam pauperi ſacerdoti, nec ad diem, nec ad annum licet aliquid recipere pro officijs diuinis dicẽdis: ſed inquit, credimus, quòd & pauperi & diuiti ſacerdoti licet paciſci cum aliquo
13 quòd moretur in aliqua eccleſia, vt celebret ibi diuina, & certum quid pro hoc accipere; ita tamen quòd pro diuinis nihil vnquam accipiat, immo & in pactis & intentione debent eſſe
14 ſegregati contractus, vt mercedem, quam accipit, non pro diuinis accipiat, ſed pro manſione, quam facit apud aliquam eccleſiam, vel pro alijs beneficiis, quæ ibi facit, vel pro recompẽſatione damnorum, quæ ſuſtinet occaſione moræ, quam ibi contrahit & hoc ſiue ſit pauper ſacerdos, ſiue diues. cum decens ſit, quòd qui altari ſeruit de altari viuat, ca. cum ſecũdum
15 Apoſtolum, extra de præbend. & dicit inſuper non licere conuenire hoc modo, Dabis nobis tm̃, & nos omni anno facie-
16 mus anniuerſarium. ſed bene licet & meritorium eſt cõſtituere aliquos reditus in aliqua eccleſia, vt ibi faciant anniuerſarium alicuius & hęc conſtitutio deberet fieri per eos, qui face re habent anniuerſarium. c. ſignificatum, de præben. non autẽ licet donatori reddituum conſtituere, vel ſub conditione reditus dare, quia non licet tali donatori conditiones apponere ſpirituales, vt ibi per eundem Inno. & ibi tenet Hoſt. quòd poteſt imponi tale onus reditibus, ſed dicit turius fore relinquere ſic, Relinquo 10. libras tali eccleſiæ ſuper tali meam poſſeſſione annuatim diuidendas inter eos ſolummodo, qui meo intererint anniuerſario: & rogo vt fiat omni anno.

Sed cum per iſta Innocentius videatur tenere, quòd non liceat paciſci ſuper aliquo obſequio ſpirituali, ſed pro corporali, & temporali, hoc non videtur approbari per Abb. in cap. ſignificatum, de præben. ubi dicit & tenet, quod etiam pro obſe
17 quio ſpirituali licet pacta fieri, per multa, quæ ibi adducit, & tenet opinionem glo. ibi, videlicet quòd hoc ſit licitum, dũmodo non intendat, uendere ſpirituale, ſeu recipere pecuniã pro ſpirituali, ſed potius pro ſeruitio & recompenſatione damnorum, quæ ſuſtinet trahendo moram ibi, quia inquit, Vicario epiſcopi conſtituitur certa portio, quæ profectò non conſtituitur pro ſeruitijs temporalibus, & aliàs ut ſup. diximus. & dicit Io. de Ana in c. non ſatis, de ſimonia, uerſi utrum autem, quòd operæ ſacerdotis poſſunt emi, & uendi.

Facit, qđ idem dicit in cap. conſuluiſti, extra de celebratione miſſarum. ubi dr̃, ꝙ ſacerdos dicens miſſam principaliter intẽ-
19 dens ad lucrum temporale, committit ſimoniam mentalem; unde tenetur agere pœnitentiam, licet non teneatur ad reſtitutionem, ex quo non interuenit pactum expreſſum. & idem in canonicis, qui uadunt ad officiũ principaliter ꝓ diſtributiones quotidianas, ut ibi per eum Sed idem Abb. in cap. ſuam, de ſimonia, vr̃ diſtinguere, ꝙ aut ſacerdos eſt proprius, aut alienus: proprium intelligendo, qui ſit obligatus & teneatur adminiſtrare parrochianis ſpũalia, quia ſi ſit proprius, & habeat un
20 de uiuat, & ſumptus neceſſarios ex beneficio, aut aliàs aſſignatos, non põt aliquid exigere pro ſpũalium adminiſtratione, ceſſante conſuetudine. d. c. ſua, & c. cum in eccleſiæ. eod. tit. ſed gratis & ſponte oblatũ non eſt prohibitũ ei accipere. Aut de
21 ſunt ei uictus neceſſarij, & tunc nõ põt aliquid exigere, ſi põt uel ſcribendo, uel docẽdo, aliquid exercẽdo de illis, q̃ ei exercere ꝓmittũtur, & ſibi imputet, q̃ ſic tenue beneficiũ acceptauit. Si verò non põt victũ ſibi aliquo modò honeſtè q̃rere, tunc, uel eps ſibi prouidebit, uel poterit populus compelli ad

Source : BIU Cujas

22 dandum ſibi neceſſaria ad victum, per glo. 1. de conſti. in c. omnis Chriſtianus, quæ dicit ſacerdotem indigentem poſſe ſubtrahere ſpiritualia populo, niſi faciat oblationem vnde poſſit viuere. Ang. in ſumma in verſ. ſimonia. 2. verſ. ſed ſi ſacerdos, q̃ ita refert & tenet. Si verò ſacerdos ſit alienus, qui fortè ſit inuitatus ad exequias faciendas, aut alia ſpiritualia impendēda, & tunc poteſt ſuas operas ſpirituales locare, non vt directè pro ſpiritualibus recipiat temporale, ſed in compenſationē damnorum, quæ ſuſtinet in exhibendo præſentiam ſuam, & propter moram, quam contrahit in ſpiritualibus impendendis; iuxta quam diſtinctionem & reſtrictionem, dicit debere intelligi glo. in cap. præcipimus. 21. q. 2. quæ ſimpliciter dicit, ſacerdotem poſſe ſuas operas ſpirituales locare, vt ibi per eum. Sequitur Io. de Sylu. in tract. de beneficio. prima parte. q. 7. colu. 10. num. 56. verſic. item pro celebratione, vbi dicit, q̃ pro celebratione miſſæ tanquam pro re ſpirituali non eſt licitum dare pecuniam. & hoc maximè ſi ſacerdos teneatur celebrare miſſam, puta, quia habet beneficium, & officiare tenetur: tunc exigere pecuniam eſſet ſimonia, c. uendentis. 1. q. 3. Si verò non tenetur, & non habet ſumptus ad ſuſtentationem vitæ, poterit exigere pecuniam, c. iudices. 1. q. 1. ſi autem ſumptus habet, & ad hoc non tenetur, non debet exigere pecuniam, quia debet facere gratis, aut ceſſare, aliàs vī facere ex auaritia, non eſſet tñ ſimonia, ex eo quia non debet facere ſuis ſumptibus. c. charitatem. 12. q. 2. Ang. in ſumma. in uerſ. ſimonia. 2. verſ. Secūdus eſt, vbi in fin. dicit, q̃ tria concurrere debent, vt liceat. Primū eſt, vt non capiat ſacerdos niſi pro ſumptu & labore. Secundū, q̃ non ſit ex officio obligatus. Tertium, q̃ non habeat aliūde ſumptus neceſſarios. & per Sanctum Thom. d. q. c. de ſimonia. §. ad tertium, verſ. ad ſecundum. vbi dicit q̃ illi, qui dāt eleemoſynas pauperibus & Pizocchis, vt orationum ab ipſis ſuffragia impetrent, non eo tenore dant quaſi intendentes orationes emere, ſed per gratuitam beneficientiam pauperum animos prouocant ad hoc quòd pro eis gratis, & ex charitate orent, ſimoniam non committunt.

SVMMARIVM.

1 *Prædicantibus debentur temporalia ad ſuſtentationem.*
2 *Labor itineris ad locum prædicationis uel celebrationis poteſt ſub pacto et ſub pretio poni.*
3 *Labor interueniens in ipſa prædicatione eſt pars prædicationis.*
4 *Aliqua dantur celebrantibus uel pro uiuis, uel pro mortuis.*
5 *Si pro proceſsionibus faciendis aliquid detur cum pacto, eſt ſimonia.*
6 *Quomodo poſsit licite conueniri pro proceſsionibus faciendis.*
7 *Quomodo poſsit licitè dari miniſtrantibus ſpiritualia.*
8 *Laudabiles conſuetudines ſunt ſeruandæ.*
9 *Pro prædicatione uidetur licitum dare uictum, non pecuniam.*
10 *Perſuaſio ſacerdotis eſt quid ſpirituale.*
11 *Sacerdoti creditur eo quia ſacerdos eſt.*
12 *Prædicatio eſt ſpiritualis.*
13 *Eccleſiæ habet conſuetudo, vt ſacerdotes locent operas ſuas.*
14 *Illa in quibus principale quæſitum eſt temporale poſſunt ſub pacto poni. Illa verò in quibus principale quæſitum eſt ſpirituale, non poſſunt.*

De eadem materia. Cap. 28.

1 PRædicantibus etiam temporalia debentur ad ſuſtentationem p̃dicantium, non aūt ad emendum prædicationis verbum. Vnde ſuper illud primo ad Thimo. 5. Qui bene præſunt præsbyteri &c. dicit glo. neceſſitatis eſt accipere, vnde viuitur: Charitatis eſt præbere, non tñ venale eſt euāgelium, vt pro his prædicetur: ſi enim ſic uendunt, magnam rem vili vendunt prætio. Et dicit Gaieta. in ſuis commentarijs ad Sanctum Thom §. ad tertium. verſic. ad quartum, quòd pro labore, quem quis ſuſtinet ad itinerādum 2 ad locum prædicationis, vel celebrationis, poteſt ſub prætio, & ſub pacto poni ſicut etiam expenſæ, quæ fiunt in itinere: labor autem qui in ipſa celebratione, & prædicatione interue- 3 nit, pars eſt celebrationis, & prædicationis per ſe: & ideo nō poteſt p̃dicator paciſci de opera, & labore ſuo in prædicando, qa prædicatio eſt de illis, in quibus principale q̃ſitū eſt ſpirituale, & principale extimatum eſt ſpirituale, in quib. ſi fit pactio, uel conuentio committitur ſimonia, vt ibi per eum, & vide infrà in reali, ſuo loco.

Similiter ēt aliqua temporalia dantur Deum laudantib. in celebratione eccleſiaſtici officij p̃ viuis, ſeu pro mortuis: nō 4 quaſi prætium, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium. & eo etiā modo pro proceſſionibus faciendis in aliquo funere aliquæ 5 eleemoſynæ recipiuntur. Si aūt fiant pacto interueniente, aut ēt cum intentione emptionis, aut venditionis, ſimonia eſſet. Vnde Illicita eſſet ordinatio, ſi in aliqua eccleſia ſtatueretur q̃ non fieret proceſſio in funere alicuius, niſi ſolueret certā pecuniæ quantitatem, quia per tale ſtatutum præcluderetur via ad officium pietatis aliquibus impendendi: magis autem licita eſſet ordinatio, ſi ſtatueretur q̃ omnibus certā eleemoſynam dantibus, talis honor exhiberetur, quia per hoc non præclu- 6 deretur via alijs exhibēdis. & prima ordinatio habet ſpeciem exactionis, ſecunda aūt habet ſpeciem gratuitæ recompenſationis, vt latè per eum. Angel. in ſumma in uerbo ſimonia. 3. uerſ. utrum liceat dare pro oratione, prædicatione &c. & per Sanctum Thom. d. q. c. §. ad tertium. verſic. ideo dicendum, q̃ ſicut ſacramenta dicuntur ſpiritualia, quia ſpiritualem conferunt gratiam, ita etiam quædam alia dicuntur ſpiritualia, quia ex ſpirituali gratia procedunt, & ad eam diſponunt, quæ tamē propter hominum miniſterium exhibentur, quos oportet ex populo ſuſtentari, cui ſpiritualia ædminiſtrant. 1. & ad Corinth. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? & ideo uendere quod ſpirituale eſt in huiuſmodi actibus, aut emere ſimoniacum eſt, ſed ac- 7 cipere vel dare aliquid pro ſuſtentatione miniſtrantium ſpiritualia, ſecundum ordinationem eccleſiæ, & conſuetudinē approbatam, licitum eſt: ita tamen q̃ deſit intentio emptionis, & venditionis, & q̃ ab inuitis non exigatur per ſpiritualium ſubtractionem, quæ ſunt exhibenda: hæc enim haberent quādam venditionis ſpeciem; gratis uerò prius ſpiritualibus exhibitis licite poſſunt ſtatutæ, & conſuetæ oblationes, & quicūque alij prouentus exigi à uolentibus & ualentibus ſoluere authoritate ſuperioris interueniente à populo. poſt eundem S. Thom. dicit Hier. ſuper multa munera quædam ſponte exhibebātur bonis Prophetis ad ſuſtentationem ipſorum, nō quaſi ad emē pum Prophetiæ vſum, quem tamen pſeudoprophetæ retorquebant ad quæſtum.

Idem Io. de Sylu. d. loco verſ. Item pauperibus, vbi dicit, q̃ ſi detur pecunia ex pacto pro pſalterio dicendo, eſt ſimonia ſecundum Petrum de Palud. per eum ibi allegatum, non autē ſi daretur pro vigilando ſuper defuncto, ſcilicet rōne laboris vigiliæ, etiam q̃ ad vigilias ſequeretur dicere pſalterium, aut alias orationes. Et Hoſtien. in ſumma de ſimonia, verſ. quid ſi clericus, vbi dicit, quòd ſi clericus facit pactum, pro ſex denariis vigilabo cum defuncto hac nocte, non eſt ſimonia, quamuis tacitè inſit quòd debeat legere pſalterium, & orationes, p̃ iura, quę ibi adducit Angel. in ſumma in uerſ. ſimonia. 3. uerſi. quid ſi clericus, ſubiungens ibi, q̃ licet pro ſacramentis conferendis, & pro ſepulturis & exequijs faciendis, nihil exigi poſſit, valet tñ pactum factum cum Rectore eccleſię circa ſepulturā non recipiendā, & de his, quibus à ſede Apoſtolica cōceditur libera ſepultura: vt ſi Rector eccleſię paciſcatur cum fratribus minoribus, vt accipiant aliquos ad ſepulturam, & ſi elegiſſent ſepeliri apud fratres minores, non poſſunt recipi, quia per pactum eſt derogatū. Inn. in c. pactū, de pact. lib. 6. Ange. in ſumma in verſ. ſepultura, verſ. quis habet ius ferēdi. uide infrà ſuo loco in ſimonia reali, & q̃ ēt diximus ſupra in mentali ſimonia, ſuo loco, verſ. alio modo pōt accipi ſepultura &c. vbi mul- 8 ta ſecundum Albericū diximus & alios: tñ laudabiles conſuetudines, p̃ quas eſt introductū aliquid tpale dari, ſunt obſeruādæ. 1. q. 3. quęſitū. 18. diſt. de eulogijs, non tñ ſi ſint conſuetudines, ueluti ſunt in Calabria ubi p̃sbyter celebrans ſuam primā miſſam tenetur dare alijs ſexdecim paſtus, & corpora defunctorū recuſant ſepelire, niſi per hęredem exburſata pecunia petita, aut conuento cum illo, q̃ non conſuetudines laudabiles, ſed prauę corruptelæ dici debent. Et per eundem Ioā de Sylu. ibi. verſi. ltē pro p̃dicatione, vbi dicit, licere prædicanti uictum tñ recipere, non pecuniā. Vnde illi, qui p̃dicāt hac 9 intentione principaliter, vt recipiant pecuniā, laudē, ſeu fauorem popularem, ſimoniā cōmittunt mentalem. 1. q. 3. non ſolū. Sed ſi pauper hoc paciſcatur, ſimonia eſt, q̃ ēt per eccleſiam pōt uindicari: referendo ēt Sanctum Thomā dicentē in quod libetis, q̃ ſacerdos, qui inductus à certis, qui ſanctitatem, & religionē p̃tendunt, vt procuret in ſua parrochia pecunias eis 10 cum pacto partē dādi ſacerdoti, q̃ ſacerdos ſimoniam cōmit- 11 tit talia procurans, cū p̃ſuaſio ſacerdotis ſit quid ſpūale, quia ſacerdoti creditur eò q̃ ſacerdos eſt, & ſacrilegiū eſt reſpectu illorū religioſorū: quia defraudatio ē eleemoſynarū reſpectu illorū, qui dant: & vterque, ſc3 ſacerdos & religioſi tenētur de ſimonia, tāquā ſuper re ſpūali. & ſic inquit, probatur q̃ p̃redi- 12 catio eſt ſpūalis, vt ibi p̃ eundē Io. de Sylu. nu. 60. d. cōl. 10. Ang. in ſumma, verſ. quid de dātibus, qui refert aliquid. ita pari modo intelligit & diſtinguit Alber. in uerſic. ſimonia, primo. mihi col. 4. uerſic. additio ſacramenta. ubi ponit quęſtionem, an ſacerdos poſſit miſſam celebrare, uel exequias, aut officia facere pro pecunia &c. ubi diſtinguit, & allegat.

Et in hac materia dic, ut per Gaiet. in cōmentarijs ad Sanctū Tho. q c. §. ad tertiū, uerſ. ad quartū, vbi dicit, q̃ in eccleſiaſticis miniſterijs abſolutè loquendo licitū eſt locare operas ſuas ex pacto, tū quia hoc habet eccleſię cōſuetudo, ut patet in ſa- 13 cerdotib. q̃ cōducūtur, ut ſint capellani annuales, uel menſiū, pactū nāque interuenit q̃ tñ debeatur eis ſingulis mēſib. tum quia eadem rō eſt de pacto expreſſo, & pacto implicito, ſed pactum

Source : BIU Cujas

ctum implicitum inuenitur in iure approbatum, c. significatū, extra de præb. ergo licitū est etiam pacisci explicitè de prætio operarum, tum quia locationem operarum huiusmodi iura, doctoresque approbant: constat autem ꝙ locatio pacto, & cō uentione firmari potest, tum quia Apostolus de hac materia loquens primæ ad Corinth. nono dicit. Quis vnquam suis stipendijs militat? si enim non tenetur quis militare in ecclesiastica militia suis stipendijs, potest de sui operis stipendijs pacisci, sicut miles armatæ militiæ, iuxta rationem Apostoli & confirmatur, quia D. Lucas c. 10. de discipulorum opere loquens, subdit. Dignus est operarius mercede sua. quid clarius? ergo licitè potest fieri conuentio de mercede operis, laborisq; humani in ecclesiasticis officijs. firmaturq; hæc opinio hac rōne, videlicet, ꝙ res temporalis potest sub pacto poni, & licet ita sit secūdum veritatem ex parte rei, quia tamen secundum exteriora speciem habet mali, quoniam sic via simoniæ fraudibus aperitur. Ideo ab ecclesia in huiusmodi, pacta inhibita sunt. sed hæc opinio non videtur rationabilis, quoniam ecclesia ideo prohibet pacta, quia illicita sunt pacta, & non ecōtra, vt patet ex hoc ꝙ doctores sunt varij, qui tamen conueniunt in ecclesiastico iure, videtur ergo aliter dicendum, interponendo unam propositiouem pro regula, scilicet, ꝙ spirituale non potest esse ratio prætij, seu æstimationis; manifestatur si quidem istius regulæ veritas inductiuè, quoniam & calix consecratus non potest plus vendi ratione consecrationis, & villa habens ius patronatus non potest plus vendi ratione iuris patronatus, quia merè spiritualia omnino sunt inuendibilia, vt patet.

Post hanc regulam distinguendum est, ꝙ quædam sunt mixta ex spirituali, & temporali, in quibus principale quæsitum est
14 id, quod est temporale. Quædā verò in quibus principale quæsitum est id, qđ est spūale. & iuxta hanc distinctionem dicitur, ꝙ illa, in quibus principale quæsitum est temporale, possunt sub pacto poni. Illa autem in quibus principale quæsitum est spirituale, non possunt sub pactò poni: & utriusque conclusionis ratio est, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, ita ꝙ non æstimatur vtrobique illud accessorium, sed concurrit concomitanter ad principale. Ex his autem duabus conclusionibus reddenda est ratio omnium obiectorum, & accedentium hincinde. Ex his enim patet primò, quare Cantores pro capellis pp̄, dominorum, & ecclesiarum, sicut & organistæ licite ex pacto locant operas suas; quoniam principale quæsitum est in eis opera humana, non spirituale quid, quamuis opera humana ad spiritualia conducatur; quæritur enim in eis vox, artis opus, & huiusmodi, quæ sensibilia ac temporalia sunt. patet secundò quare aduocati atque doctores cuiuscumque facultatis licite vendunt operas suas, quoniam principale quæsitum est in eis humanum auxilium, uel adiustitiam, uel ad scientiam. Iustum si quidem patrocinium opem fert temporalem æstimabilem pecunia. Patet tertiò, quare pro celebratione, pro oratione, pro sacramentorum administratione, pro officio diuino, seu mortuorum, pro prædicatione, pro oleo sancto, pro chrismate, pro benedictione nubentium, non est licitum pacisci, quia scilicet principale quæsitum est in eis spirituale, & quicquid temporale in eis interuenit, non æstimatur, nisi ratione spiritualis. Veruntamen, quia in his quæ sunt per accidens contingit etiam sapientem falli, est aduertendum, ꝙ aliud est loqui de celebratione missæ absolute, & aliud de obligatione ad celebrandum missam in tali loco toties in hebdomada tali hora, & huiusmodi. Istę nanque consuetudines per accidēs iunguntur, & sunt temporales, & propterea possunt sub pacto poni: ita ꝙ licet sacerdos non possit locare actionem suam, quam celebrando, prædicando, ministrando sacramenta &c. quoniam vt dicitur ratione spiritualis ꝙ principaliter quæritur æstimatur, & appretiatur: potest tamen locare, seu vēdere obligationem suam ad personam suam continendam, vel præsentandam in tali loco, toties in hebdomada tali tēpore &c. Quia igitur in istis menstruis, vel annuis obligationibus ad celebrādum & huiusmodi, interueniunt hæc temporalia accidentia, ideo dicuntur licite locare operas suas, quod non admittitur de non obligatis ad hæc accidentia, & aliàs vt, ibi per eundem Gaietanum, ubi materiam ponit & ad longum disputat.

SVMMARIVM.

1 *Simonia non vitiat monachatum.*
2 *Videtur honesta conditio relinquendo monasterio, si filiam meam in monialem receperit.*
3 *Conditio turpis & contra bonos mores reijcitur.*
4 *Pater pro monachanda filia, potest alienare bona sub fideicommisso iacentia.*
5 *Quomodo possit dari licitè per ingredientem religionem.*
6 *Paupertas aliquando excusat a delicto.*
7 *In domo domini cibus esse debet.*
8 *Debemus dare monasterio, in quod ingredimur, ne illi onerosi simus.*
9 *Statutum excludens feminas ab hæreditate non excludit monialem.*
10 *Soror non potest recipi in monasterio cum prætio, etiam sub prætextu paupertatis.*
11 *Pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere.*
12 *Monasterio existente tenui volenti intrare potest dici, porta tecum, si uis viuere mecum.*
13 *Licet per ingredientem monasterium pacisci super expensis faciendis.*
14 *Quomodo possit licitè dari & accipi per ingredientem religionem.*
15 *Duæ practicæ conficiendi instrumentum, quando puella recipitur in monasterio.*
16 *Non licet recipere aliquem sub forma illa, recipimus, si detuleris.*
17 *Paupertas monasterij in huiusmodi non excusat.*
18 *Quomodo intelligitur tex. in c. quoniam. de simonia.*
19 *Nemo excusatur a uitio simoniæ, sub prætextu paupertatis, commissæ.*
20 *Potius omnia mala pati quàm malo consentire debemus.*
21 *Tot debent recipi in monasterio quot possint viuere de reditibus.*
22 *Non est simonia si consuetum gratis detur.*
23 *Stante statuto quòd receptus aliquid soluat, si post receptionem soluit, committit simoniam.*
24 *Taxatio uidetur esse quædam venditio.*
25 *Laudabilis consuetudo debet seruari.*
26 *Deus potest exigere a clerico facto canonico.*
27 *Licitè exigitur aliquid, quod tendat ad diuinum cultum.*
28 *Statutum imponens onus præbendæ in fauorem diuini cultus valet.*
29 *Receptus pecunia habet renuntiare, postea potest de nouo recipi.*
30 *Confraternitates non sunt religiones, sed congregationes causa benefaciendi.*
31 *In confraternitatibus non habet locum simonia, ideo potest dari & promitti in eis.*
32 *Si pater instituat monasterium, si filiam receperit, ualet institutio, sed conditio, si receperit, uti turpis reijcitur.*
33 *Contrarietas Bartoli.*
34 *Cautela quomodo monasterio sit relinquendum.*
35 *Alia cautela.*
36 *Qui renuntiat præbendæ, vt alius habeat, liberè facere debet.*
37 *Ingressus monasterij est quid spirituale.*
38 *Monachatus est quædam obligatio Deo quæsita.*
39 *Vitiatur receptio pro qua datur, aut promittitur.*
40 *Est turpe & inhonestum spe lucri inuitari ad religionem.*
41 *Datum monasterio per puellam ingredientem, videtur datum pro alimentis.*
42 *Decimæ de iure diuino solui debent.*
43 *Facere furtum tempore necessitatis, non est malum. & assignatur ratio quare non committatur furtum tempore necessitatis.*
44 *Ex diuersis non fit illatio.*

De Simonia in illis, quæ sunt spiritualia per statutum. Cap. 29.

EST facienda quęstio super spiritualibus per statutum ecclesiæ, puta an quis pro ingressu religionis, & monasterij, de aliquid dando vel recipiendo possit pa
1 cisci, ant conueniri. & uidetur ꝙ non sit prohibitū, quia simonia commissa in monachatu monachatum nō uitiat, per tex. & glo. ibi in c. quoniam, de simonia, ubi Abb. ponderat per illa uerba, ne damnabiliter in sæculo diuagentur. ubi dicit hoc elegantèr probare, quia ut inquit, non est simonia, quæ impediat redire ad sæculum, sed est, quia sunt moniales, & habitus monachalis. idem dicit Abb. in c. ueniens, eod. uersi. in gl. fi. ponderando glo. ibi, nota bene hoc principium glo. ex quo apparet, ꝙ simonia commissa in monachatu non vitiat monachatum &c.

Secundo loco facit, quia conditio adiecta legato, vel relicto, hoc modo. Relinquo monasterio centum, si in monialem
2 filiam meam receperit, videtur honesta, quia est conditio honesta aliquam in monialem recipere. per Bart. in l. Titio centū. ff. de cond. & demōst. meritò ualet dispositio & legatum, quia
3 non honesta, sed turpis, & contra bonos mores conditio reijcitur, & actum uitiat. l. reprehendenda. ff. de cond. & demonst. immo pater pro dando monasterio pro recipienda filia in monialem potest alienare bona, etiam iacentia sub fideicommisso, per Barto. in auth. res quæ. C. communia de legatis. & sic aliquid contra reg. iuris facere. Et quis potest sine scrupulo simo
4 niæ offerre sua ecclesiæ, vt in canonicum illius admittatur, vt admissus illa pariter pro præbenda retineat. c. tua nos, de simonia. facit, quia illud quod relinquitur, legatur, vel datur mulieri ingredienti monasterium, uel monasterio illam recipienti, datum videtur & relictum pro alimentis, & in causam suæ sustentationis, quod non esse videtur prohibitum, per illud quod gl. dicit in c. non satis, de simonia, & ibi Abba. & alij. & religio est status spiritualis perfectionis, sed in aliquibus monasterijs aliquid ab his, qui recipiuntur, exigitur, ergo dicit S. Thom. est licitum aliquid pro his spiritualibus exigere, ut per eundem S. Thom. q. c. de simonia. §. ad tertium, uersi. primum religio videtur tenere Ang. in summa in uerb. simonia. 2. uersi. septimus casus, ubi dicit aliquid posse dari ab ingrediente religionem, per
5 modum

Source : BIU Cujas

modum inſinuationis, ueluti ſi dicatur ei, ꝙ aliquid ſecum portet, vnde poſſit viuere: quod enumerat Ange. in tex. 17. caſus in quibus pactum promiſſionis, omiſſionis, modi, ſeruitij, precum, & huiuſmodi temporalium pro ſpirituali non inducit ſimoniam Idem Ang. in ver. ſimonia. 4. ubi approbat & ſequit opinionem Rodonis tenentis ꝙ ſi monaſterium ſit tenue, pro expenſis faciendis, & pro victu, in huiuſmodi non ſit ſimoniacum paciſci, immo ꝙ liceat exprimere nomen, & quātitatem muneris, ut ibi per eum. id quod videtur dicendum quod fieri poſſit, attenta maxima paupertate, quæ aliquando excuſat a de
6 licto, per tex. in c. diſcipulus, de conſecr. di. 5. & c. 3. de fur. ubi prætextu paupertatis quis excuſatur a furto, facit tex in c. fi. de ſucceſſ. ab inteſta. vbi eſt licitum ad participationem orationū ſua offerre monaſterio pro ingreſſu in monaſterium, & tex. in c. eos. 1. q 1. quos ad hoc intelligit Inno. in c. tua, de ſimonia, nec immeritò eſt dicendum, quia in domo domini cibus eſſe debet, immo per dominum aſportari præcipitur, vt ibidem, ſer
7 uientes in diuinis habeant ſuſtentationem, dicitur enim Malachiæ tertio. Inferte omnem decimam in horreum meum, ſit cibus in domo mea, refert S. Thom. q 99. §. ad ſecundum, nec eſt ſine ratione ꝙ quid detur, ſeu dari ꝓmittatur monaſterio,
8 in quod uolumus ingredi, quia non debemus domui eſſe oneroſi, per tex. in c. de lapſis. 16 q. 6. Facit etiam unum in contrarium, ꝙ filia ingreſſa in monaſterium poteſt petere a patre dotem, etiam poſt ingreſſum, Bal. in l. fi. in 2 col. C. de dot. promiſſio. Anch. conſi. 108. incip. in paucis uerbis. Socin. conſ. 81. col. 4 uerſi. ſed reſtat & conſi. 280. col. fi conſi. 241. col. 1. ubi dicit, ꝙ
9 ſtatutum excludens fœminas ab hæreditate extantibus maſculis, non excludit monialem profeſſam, per notata in c. eccleſia de conſt. unde non videtur interdictum uel prohibitum dare monaſterio, uel promittere dotem, uel legitimam puellæ ingredienti, quæ ſibi de iure competit, & de qua priuari nō pōt.

Verùm iſtis non obſtantibus, contrarium videtur de iure verius per tex. in c. non ſatis, de ſimonia, vbi dicit, prohibemus igitur ne ab his, qui ad religionem tranſire uolunt aliqua pecunia requiratur, per tex. in c. veniens, ubi interdicitur conuenire de recipiendo pecuniam ab ingrediente monaſterium, & pecuniam recipientes & dantes puniuntur, ut ibi. Item per tex. in in c. tua nos. eo. ubi quis phibetur offerre ſua eccleſiæ, in qua vult in canonicum admitti, cum pacto illa retinendi poſtea ꝙ præbenda, quia talis eſt pactio ſimoniaca, eſt tex. in c. quoniam ſimoniaca, ubi dicitur ꝙ moniales non poſſunt recipi, nec recipere in ſororem aliquam, in monaſterio cum prætio, etiā ſub
10 prætextu paupertatis, ſi ſecus faxint puniuntur, ut ibi. Sed quia ingreſſus ad religionem, & in monaſterium, videtur & eſt quid ſpirituale, ſuper quo & pro quo nō videtur poſſe fieri pactum uel quid dari aut promitti temporale attenta ſpiritualitate, eſt intelligendum ut per S. Thom. d. q. c. §. ad tertiū, uerſi. ad quar-
11 tum ubi dicit, ꝙ pro ingreſſu religionis uel monaſterij, non licet aliquid exigere, uel accipere, quaſi prætium, licet tamen ſi monaſterium ſit tenue, quod non ſufficiat ad tot perſonas nutriendas, gratis quidem monaſterij ingreſſum exhibere, ſed accipere aliquid pro victu perſonæ, quæ in monaſterio fuerit recipienda, ſi ad hoc non ſufficiant monaſterij opes. Similiter ēt licitum eſt, ſi propter deuotionem, quam habet aliquis ad monaſterium largas eleæmoſynas faciendo facilius in monaſterio recipiatur, ſicut etiam licitum eſt aliquem è conuerſo prouocare ad deuotionem monaſterij per temporalia beneficia, vt ex hoc inclinetur ad monaſterij ingreſſum, vt habetur. 1. q. 1 c. quam pio. ut ibi per eum. ſequitur Ang. in ſumma. in uerſ. ſimonia. 4. ubi pariter dicit ſecundum opinionem Hoſt. Gofr. Rayn. & Ber in c. quoniam ſimoniaca, de ſimonia, ꝙ ſi mona-
12 ſterium eſſet tenue, ꝙ poſſet dicere volenti intrare, porta tecum, ſi uis viuere mecum, quia licet libenter te recipere velle mus tamen bona noſtra non ſufficiunt. ſubiungēs idem Ang. Sed tu tene opinionem S. Thomæ in conſcientia qui dicit ꝙ non licet recipere, uel exigere aliquid pro ingreſſu in monaſterium quaſi prætium, ſed pro uictu perſonæ recipiendæ, ſi non ſufficiunt opes ad hoc monaſterij. Et vlterius Rodo. etiam tenuit ꝙ quando monaſterium eſt tenue & indigens, ꝙ non eſt ſimoniacum paciſci in talibus, dummodo non fiat pro ſpiritua
13 libus conferendis, ſed pro expenſis faciendis, uel recompenſandis. Vnde tenet ꝙ licet exprimere nomina & quantitatem muneris, & placet mihi inquit Ang. ibi quò ad conſcientiam.

Ad capitula, quæ videntur contraria, & maxime ad capitulum, quoniam ſimoniaca. dic, ꝙ loquuntur quò ad forum cōtentioſum quò ad fraudes, & ideo fundāt ſe ſuper præſumptione, quæ ceſſat in foro animæ vel loquuntur, vt nihil pro ingreſſu, ſed non loquuntur quando pro releuatione ſumptus, qñ monaſterium aliter non poteſt. ut ibi per eundem Ang ſequit gl in c. non ſatis, de ſimonia, in uer. requiratur, ubi dicit, ꝙ ſi pater monialis, uel puella ipſa, uelit dare aliquid monialibus & monaſterio in quod vult ingredi, ſponte ſine aliqua conditio-
14 ne & pura intentione, non prohibetur, ſed ſi monaſterium eſſet tenue quod non poſſet ſufficere, ꝙ tunc poſſet exigere hoc modo. Frater ſcias ꝙ nos non poſſumus tibi prouidere, ſi uis intrare porta tecum vnde viuere poſſis. 1. q. 2. ſi quis propter hoc, & not. Abb. ibi duas theoricas ex ea. glo. & duas practicas
15 conficiendi inſtrumentum, quando aliqua puella recipitur in monialem, ut non detur aliquid ex pacto, ſed pure pro deuotione ſua ipſa puella uel eius pater offerat monaſterio aliquid, ſecunda practica eſt ꝙ ſi contingat ex defectu facultatis redituum monaſterij ꝙ per uiam cuiuſdam proteſtationis ſiue intimationis dicatur volenti intrare, ut ſecum aliquid portet, ut poſſit uiuere, non autem debet deduci in pactum. & ita intelligo, inquit idem Abba Inn. in c. tua, de ſimonia, qui videtur ſentire contra iſtam glo. de quo etiam per Io. And in c. quoniam, eo. quem modum dicit per inſinuationem Ang in ſumma, in uerb. ſimonia, ſecundo. uerſi. ſeptimus caſus. ubi dicit, ꝙ ſeptimus caſus eſt, quando quid exigitur per modum inſinuationis, ut ſi dicatur uolenti intrare &c. ſequitur Arch. in ſumma. 1. q. 2. ubi dicit ſecundum Inn. in c tua, de ſimonia. ꝙ non licet recipere in monaſterium aliquem in monachū, aut mo-
16 nialē ſub illa forma: Recipimus te in fratrem, ſi attuleris tecū vnde uiuas, quia bona eccleſiæ non ſufficiunt, niſi nobis & c. ſed poteſt dici ſecundum Ray ꝙ illa decretalis, tua. intelligitur cùm eccleſia uel monaſterium abundat aliàs ſi monaſterium eſſet adeo tenue & paupertate oppreſſum, ꝙ reditus non ſufficeret perſonis præſentibus, non ſolum poſſunt intentionē habere, ſed etiam poſſunt dicere, non ſufficiunt nobis temporalia, libenter reciperemus te ad ſpiritualia, ſed ad temporalia nō poſſumus, niſi plures poſſeſſiones haberemus; & tunc ille offeret ſe & ſua, in præfata decretali, tua, quod autem dicitur in decretali, quoniam, uerſi ſub paupertatis prætextu, intelligitur cū hoc dicebant in fraudem. Vnde conſulendum eſt ingredienti bus, ꝙ in hoc intentionem ſuam fundarent, vt principaliter darent propter Deum, & ne domui oneroſi eſſent. 16. q. 6. de lapſis, glo. & doct. in c. 2. de teſtib. cog. idem Abb. in ca quoniam,
17 de ſimonia, ubi dicit ꝙ paupertas & tenuitas monaſterij non excuſat, ut cum pacto de aliquid dando poſſit aliquis recipi in monaſterium, quia hoc non eſt licitum per uiam pacti, ſed bene per uiam cuiuſdam ſimplicis proteſtationis hoc poteſt, ſed tamen eſt cautius, ut hoc nullo modo fiat, arg. c. unico. de ſtatu regul lib ſexto, ut ibi per eum, uerſi & in fi. glo. Specular. in tit. de ſimonia, in fi. ubi dicit, ꝙ non eſt licitum recipere aliquē ſub hac forma. Recipiemus te, ſi detuleris unde uiuas, quia bona eccleſiæ non ſufficiunt nobis, ſequitur Alber. in dictionario in uerb. ſimonia tertio. uerſi. additio, de quibus, ubi dicit, ꝙ clericus cum pacto dare non poteſt eccleſiæ bona ſua, ut recipiatur in illa in canonicum, & illa recipiat poſtea pro præbenda, quod eſt ſimonia. Si uerò pura intentione deuotionis offerens rogat ꝙ admittatur, & ꝙ bona ſua liceat ſibi habere pro præbenda, & canonici pia intentione conſentiant, nō eſt ſimonia. Quòd ſi dans tali intentione ducatur principaliter ut per temporalia habeat ſpiritualia, & illi aliàs non reciperent eum, ſimonia eſt ex utraque parte, ſed tantum mentalis. ſequitur Hoſtien. in ſumma. §. per iudicem, uerſi. quid ſi quis, ubi dicit, ꝙ tā illi quàm iſti apud diſtrictum iudicem, qui ſcrutator eſt cordium culpabiles iudicantur, & paulò poſt ibidem, ubi dicit, ꝙ ſi monaſterium ſit tenue, & nimia paupertate depreſſum, conceditur ꝙ hæc uerba poſſint dicere ingredienti, uel ingredivolenti, hi qui ſunt de conuentu uidelicet. Nos libenter & gratis recipiemus te ad conſortium noſtrum ſpirituale, ſed cum bona noſtra non ſufficiāt nobis & tibi, deporta tecum vnde viuere poſſis, uel ſic, prouideas tibi unde uiuas, tunc enim ſi ingrediens conferat aliqua bona temporalia nō committitur ſimonia, facta iſta præuia inſinuatione. nec obſtat (inquit) c. quoniā,
18 quia eſt intelligendum vt habeat locum, quando non iſto modo caute proceditur, immo quando recipientes faciūt pactū, & certum forum, & cum ſic commiſerunt, ſimoniæ vitiū præ-
19 textu paupertatis excuſare nituntur, quo prætextu nemo a delicto excuſatur, nec delinquenti parcitur. l. palàm. §. nō eſt ignoſcendum. ff. de ritu nup. quia eſſet ſanctius fame mori, quam idolaticis ueſci. 32. q. 4. ſicut, & potius omnia mala de mundo
20 pati quàm peccare, malum committere, uel malo conſentire. 32. q. 5. ita ne. Abb. c. quoniam, de ſimonia, quia prætextus paupertatis in caſu iſto non excuſat moniales a ſimonia, quæ debent a receptione abſtinere, & tot debent recipi ꝙ poſſint viue
21 rede reditib. monaſterij, c. unico, de ſtat. reg. lib. 6. & ibi doctores, ſubiungit Hoſt. ꝙ ſi ſit taxatum quantum debeat ſoluere quælibet puella ingrediens, ex quo talis taxatio eſt reprobata, c. ſicut pro certo, c. in tantum. in fi. de ſimonia, ſi fiat pactum de ſeruando talem conſuetudinem, ſimoniacum eſt, & idem eſt ſi gratis primò recipiatur, poſtea compellatur in ſeruando illam conſuetudinem, verùm ſi omni conuentione & omni compulſione ceſſante gratis detur id, quod eſt conuentum,
22 non committitur ſimonia, quòad militantem eccleſiam. quāuis hoc ſit ſimoniacum quò ad Deum, per adducta ibi per eū, & dicit Abba. in c. dilectus. el. 2. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ receptus in
23 canonicum vel in monachum ſoluat certum quid, ſi poſt receptionem

Source : BIU Cujas

ceptionem soluat, ꝙ committatur simonia, quia illa oblatio & solutio videtur facta virtute illius taxationis, & non liberè, facit tex.in c.præallegato dilectus,& c ex multis.1.q.3. & c.ueniens,de simonia . quia taxatio videtur esse quædam venditio.
24 per gl.c.dilectus,in uer. taxatione, sed Ang.in summa in uersi. simonia secundo uersi.pone quod statuto, dicit, ꝙ secundum aliquos hoc limitatur,vt sit verum,qñ tale solutum cedit in vtilitatem priuatam aut canonicorum,secus si solueretur pro fabrica ecclesiæ vel alijs ad diuinum cultum pertinentibus,secũdum Host.arg.c.cum omnes,c.ex parte,de consti. nam laudabilis consuetudo debet seruari,c.ad apostolicam,& ca.significatum,de præbẽ. non tamen debet retineri præbenda loco pignoris.arg d.c.significatum,uel etiam potest retineri,si cõsuetudo sit ꝙ non assignetur præbenda,quousque tale quid solue rit.in hoc enim casu fit permutatio spiritualis ad spirituale , qđ fieri licet,c.ad quæstiones, de rerum permut. & potest , inquit Host.hoc casu Deus a clerico facto canonico spirituale exige
26 re , & sic de spirituali ad spirituale quasi quædam permutatio fiat,& sic in hac exactione priuata , canonicorum vtilitas tantùm reprobatur,non publica. facit quod dicit Abb. in c. Iacobus,de simonia,ubi secundum Host. receptus vel recipiendus in canonicum,nihil etiam prætextu consuetudinis temporale dare tenetur,nec valet consuetudo ꝙ aliquid detur canonicis, quod tendat ad repletionem ventris uel bursæ illorum ; sed si
27 petatur aliquod paramentum , uel aliquod aliud tendens ad cultum diuinum,tunc istud licite exigitur,&potest a principio etiam cautio recipi,c.significatum,de præben.c.significasti, de elect.quasi hoc casu Deus cum Canonico permutet spirituale cum spirituali,sed ꝙ detur aliquid ad vtilitatem canonicorũ non valet consuetudo,tenet Abba.in c.Iacobus, ꝙ si statutum imponit tale onus recipiendo,aut recepto in monasterium vel collegium de nouo,vt teneatur soluere certum quid,etiam ec clesiæ uel ad cultum Dei,quod non ualet sine simonia. si verò
28 statutum imponit onus prębendæ,sic ualet in fauorem cultus diuini.arg.d.c.significasti,de præb.c.unico, vt eccles.benefic.c. si propter tua,de rescrip.in 6.& hæc inquit Ang. magis placet, sed nec primam condemno,idem in uer.simoniá,tertio, uersi. utrum statutum,vbi dicit,ꝙ si sit statutum in fundatione alicuius ecclesiæ,ꝙ quisquis tantum in reditibus annuatim dederit in perpetuum recipiatur pro canonico,& habeat quod dederit pro præbenda, ꝙ tale statutum non est simoniacum , si fiat ad tempus.& principaliter intentione augendi Dei cultum,& ꝙ dans principaliter propter deuotionẽ Dei det, & sit dignus, tolerari potest.&idem dic(inquit)de monasterijs de nouo fundatis & egenis,scilicet ꝙ quisquis daret tantum,reciperetur ad illud vsque ad certum numerum.arg.c.tua,eo.Et dicit Alber. in dictionario in uer.simonia sexto, ꝙ si aliquis sit receptus in monasterio aut in aliqua religione , & ipso ignorante,puta,ꝙ pro ipso amicus aut alia persona media pro ipso ingressu , vel receptione pecuniam uel quid temporale dederit uel promise
29 rit,habet renuntiare loco , & postea poterit recipi de nouo in monasterium,mutatis tamen prioribus loci . c. ex insinuatione,de simonia,sanctus Thom.secunda secundæ.q.c. & coguntur renuntiare loco monachi simoniacè ignorantes recepti, Io.de Anan.in c.de regularibus,de simonia , & subiungens dicit idem Alber.in uersi.quid si aliquis conuentus & c.ꝙ id nõ procedit in confraternitatibus,in quibus statuitur,ꝙ nemo recipiatur,nisi promittat uel iuret se daturum tantum,aut detur annuatim;quia cum huiusmodi confraternitates uerè nõ sint
30 religiones , sed quædam congregationes causa benefaciendi, potest pro illorum ingressu & receptione promitti aliquid &
31 dari,quia in eis non habet locum simonia,& si datio temporalium ab eis imponitur pro facienda eleemosyna,& pro alẽdis pauperibus,& redimendis captiuis &similia,laudabile est,quia tales confraternitates bonæ sunt.43.dist.si quis despicit.& si se mel in anno uel in mense conueniant ad tractandum de salute animæ suæ, & disponendum de agendis, & propter hoc fiant expensæ,iustum est ꝙ ponant inter se aliquam quantitatem. Et ultra canonistas,uide Bar.in hac materia loquentem in l. 2.C. de insti.ubi dicit,ꝙ si pater monasterium instituat hęredem cũ conditione,si filiam puta in monialem receperit,ꝙ ualet institutio,& relictum monasterio,conditio uerò si recipiat in mo-
32 nialem &c tamquam turpis & inhonesta reijcitur,quia inuitare monasterium spe lucri,est simonia,vt ibi per eum. Dicit ita fuisse consultum per d. Recuperum de Sancto Miniato, quia aliquando vitiatur appositio talis pacti uel cõditionis,& remanet dispositio firma,per Io.de Anan. in c.tua nos, de simonia, in principio.sed inquit Alex.d.l.2.Bart. tenuit contrarium in l.
33 Titio centum.§.1.ff.de cond.& demonstr. scilicet ꝙ monasterium non debet habere relictum, quia tale relictum est nullũ,
34 & dat ibi rautelam , ꝙ relinquatur monasterio pro alimentis illius monachandæ , nam tunc dispositio facta pro tali causa, bene ualet,si reditus monasterij non essent sufficientes; & hæc opinio videtur de iure uera,& magis communis,ubi uide multa loca,& multas auctoritates citari per d. Alex. facit ꝙ habetur per eundem Bar.in suo cons.183.incip.domina Nuta Pauli &c.ubi tenet ꝙ D.Nuta instituta cum tali conditione, si monasterium ingrediatur,licet non uelit intrare monasterium, ꝙ nihilominus hæreditatem obtinere debet , cùm illa conditio, tamquam inductiua uiduitatis sit respuenda & reijcienda , sequitur Ias.& alij in d.l.2.Imo.præallegata.l.Titio , vbi dicit , ꝙ inquantum quid certum relinquitur monialibus pro alimentis, si receperint talem in monialem, ꝙ tenet,nam hoc videtur, quando monasterium esset pauper, & non potest per se præbere alimenta,per gl.d.c.non satis,aliter de facili posset fieri fraus tamen subiungit de consilio esset ꝙ testator in testamento rogaret moniales ꝙ acceptarent talem in monacham , & ꝙ ipse
35 relinqueret aliquid ipsis monialibus simpliciter,quia tunc pro hoc videtur cessare vitium simoniæ,tamen tunc periculũ posset esse,si moniales non reciperent illam in monialem:sed non est uerisimile,ut per eum.sequitur & refert Ioã. de Anan. in c. non satis,de simonia,ubi dicit,& prædictis adde glo. in l. ille.ff. de hæredibus instituen.quæ dicit ꝙ ille, qui renuntiat præbendæ,ut alius habeat libere hoc facere debet,uide Bal.in l.fi.C.de
36 sponsal.ubi dicit,ꝙ pater debet dicere , supplico vobis vt accipiatis filiam meam,& ego prouidebo de uictu.& Bar. in l.1.§. siue parens.ff.si quis aparente fuerit manu. ubi dicit, ꝙ illud quod ponit pater super Altare censetur datum pro dote : & filia monialis postea facta nõ poterit amplius petere legatum. refert Fel.in c.non satis,de simonia , & an ingressus monasterij vitietur per protestationem factam per ingrédientem ꝙ vult habere propria,uide per Fel.multa loca citantem c.tua nos,de simonia,per quod uidetur ꝙ neque per contractum, neque p testamentum,aut ultimam uoluntatem potest fieri pactum vel conditio in huiusmodi,quia ingressus religionis & monasterij
37 esse videtur quid spirituale,a quo cessare debet omnis pactio, omnis conditio,& conuentio.uide late Capel.tholosan.q.311. in additio.ubi multa in materia adducuntur.melius per dꝝ Vital.Camban.in tract.clausularum.de metu matrim.num. 14.& 15.per totum,uide tex.in casu materiæ factum in extrauag. sanè nec in uinea,extrauagan.communium,ubi statuitur, pastus, prandia,cęnas,pecunias, iocalia, uel res alias non dari a maribus,uel mulieribus monasterium & religionem ingredientib. uel ingredi uolentibus , etiam ad usum ecclesiæ uel ad alium pium usum deputatum,directe uel indirecte petere uel exigere,ubi præcipit ꝙ cum omnimoda pietate recipiantur,& in victu,sicut aliæ personæ pertractentur sub excommunicationis & suspensionis pœnis , a quibus ab alio quàm a Papa non absoluantur , & aliàs ut ibi , & uide quæ dixi in præcedenti quæstione circa finem de corruptela,quæ est inter præsbyteros Calabriæ de dando.16.pastus pro quolibet in celebratione primę missæ nouæ.

Et ad adducta in contrarium suprà deuenio, quæ non obstant,& primò quoad illud , ꝙ simonia monachatum non uiriat & c.respondetur,ꝙ est casus singularis & ualde notandus iste,in quo simonia,non vitiat actum.per Io.de Anania in ca. ueniens,uersi.in gl.fi.de simonia, quia monachatus est quædã
38 obligatio Deo quæsita,quæ non impeditur per factum recipiẽtis pecuniam,quia cum iste intendat se obligare Deo,prauum factum alterius non impedit hanc obligationem,ut ibi per eũ. Respondet etiam alio modo,quia pecunia in casu d. c.ueniẽs, uidetur uel data,uel promissa,non pro inductione habitus, & pro habitu inducendo monachatus,sed pro receptione , ideo
39 vitiatur receptio,pro qua data est uel promissa pecunia , non autem uitiatur monachatus , pro quo nihil fuit datum uel promissum,quo casu tenet monachatus , nec simonia commissa illum vitiat,vbi Abb. & alij in præcitatis locis.

Et ad illud Bar.ꝙ est honesta conditio recipere in monialẽ aliquam in monasterio,dic, ut subiungit idem, ꝙ licet cõditio
40 sit honesta , tamen est turpe & inhonestum ad hoc spe lucri inuitari, ũnde non obstat.

Et ad illud Bar.in auth.res quæ.C.communia de le.ꝙ pater potest dotare filiam monasterium ingredientem de rebus subiectis fideicommisso & restitutioni , quia ingressus religionis & monasterij est fauorabilis. Intellige prout dicit & loquitur Bar.in casu habili,quando pater dotat,& dotem dare vult filiæ ingredienti uel ingressæ monasterium,& qnando actus fit simpliciter,& uia a iure nõ prohibita,nec simoniaca, nec per modum illicitum.& a iure non permissum,prout est, si dispositio & actus fiat cum conditione inductiua simoniæ , quæ est a iure prohibita.

Et quod dicebamus,ꝙ est licitum ei etiam sua offerre ecclesiæ,& admissus pariter illa sibi pro præbenda retinere. ca. tua nos,de simonia,& quod dicit gl.in c.non satis, ꝙ datum monas
41 terio per puellam ingredientem religionem , uidetur datum pro alimentis & in causam alimentorum &c. ꝙ pro ingressu in monasterio aliquid exigitur &c.per S Thomam &c. intelligendum in casibus,in quibus loquuntur,& seruatis formis , & in nudis terminis,de quibus in illis locis.

Nec obstat tex. Malachiæ tertio , qui loquitur de decimis,

quæ

Source : BIU Cujas

quæ de iure diuino Deo & Ecclesiæ debitę solui debent, quas
42 sibi Deus reseruauit cum omnia hominibus dedit. nec minus facit contrà, tex. in c. de lapsis, qui loquitur de clericis lapsis & delinquentibus, quorum bona debent tradi illi loco vel monasterio, in quo ad peragendam pœnitentiam introeunt ad illorum sustentationem, ne domui uel monasterio sint onerosi.

Nec obstat pariter contrarium adductum de paupertate, seu tenuitate facultatem monasterij, quæ videtur excusare a vitio vel delicto furti commissi, per tex. in c. discipulos, de consecrat. dist. 5. & c. 3. de fur. quia respondetur, vt per Abb. in c. quoniam, de simonia', quia licet facere furtum sit malum, tamen tempore necessitatis desinit esse malum, quia tępore illo omnia efficiuntur communia, & illo tempore non dicitur quis
43 furari: aut furtum committere, ex quo, stante ꝙ omnia sunt communia, non dicitur rem alienam, quæ est effecta communis contractare, quia non est aliena, cum sit pariter ob communionem sequutam effecta illius, id quod est intelligendum, quando esset talis, & tanta necessitas ꝙ fame periret, unde sub paupertatis prætextu moniales non excusantur, quæ a receptione abstinere debent, quia tot tantùm debent recipi, quot ex reditibus viuere possent, vt ibi per eum. Illud uerò Bal. in l. fi. C. de dotis promiss. nihil facit, quia nihil habent inter se commune relinquere monasterio, si recipiat in monialem, vel promittere si recipiat, & ꝙ mulier monalis effecta possit petere
44 dotem, quia sunt inter se diuersa, ex quibus non potest fieri illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & aliud est prohibitum expresse a iure, aliud verò est permissum & concessum, meritò &c.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum pœnitentiæ est sacramentum necessitatis.*
2 *Episcopo iniustè excommunicanti possum dare pecuniam pro reuocatione sententiæ.*
3 *Pro absolutione nihil potest exigi.*
4 *Non est danda pro absolutione pecunia, & si iniustè denegetur, recurritur ad superiorem.*
5 *Quando imminet periculum uel necessitas, est licitum dare pro absolutione.*
6 *Propter paupertatem non est delinquendum.*
7 *Pro conseruanda uita temporali non debet homo mortaliter peccare.*
8 *Valet statutum quod quis soluat tot singulo mense, per tempus quo steterit excommunicatus.*
9 *Punire contumaciam est consonum iuri.*
10 *Est licitum dare pro vexatione redimenda in temporalibus.*
11 *Vexatus in spiritualibus si sit in possessione, licite dat. Secus si non sit in possessione, quia tunc est simonia.*
12 *Possum dare pecuniam Episcopo mihi molestiam inferre comminanti super beneficio, ut desistat.*
13 *Est simonia, si testis perhibeat testimonium pecunia, in causa ecclesiastica, aut spirituali.*
14 *Simonia est, si testimonium vendatur in cansis ecclesiasticis & a personis ecclesiasticis.*
15 *Corrumpens iudicem, uel testem in causa beneficiali, simonia est.*
16 *Sententia lata per pecuniam est ipso iure nulla.*
17 *Dans pecuniam causa iuris & quietis conseruandæ repetere potest.*
18 *Scientia arbitri lata per pecuniam, non est ipso iure nulla.*
19 *Dare pecuniam Episcopo pro reddenda iustitia in causa spirituali est simonia.*
20 *Regnum cælorum acquiritur meritis, sicut pretio quælibet res.*

De simonia conuentionali in spiritualibus prouenientibus ab auctoritate Ecclesiastica. Cap. 3.

His dictis de spiritualibus per statutum, facimus qõnem de spiritualibus prouenientibus a spirituali potestate & ecclesiastica auctoritate, quale est excommunicare, interdicere, suspendere, absoluere, pœnitentiam dare & huiusmodi; super quibus non videtur interdictum, uel prohibitum pacisci, aut conuenire modo aliquo, quia uel quærimus absolui ab excommunicatione ab iudice Ecclesiastico, uel a peccatis a sacerdote, uel a casibus reseruatis, de quibus in cap interdicimus. 16. q. 1. accedentibus, de excessibus prælat. & in omnem casum esse videtur licitum promittere aliquid & dare, dicit glo. in c. ad aures, de simonia, vbi pro absolutione excommunicationis iniustè denegata licite dari potest pecunia per tex. in c. dilectus. el 1. eo. tit. idem tenet ibi Io. And. & Abb dicit S. Thom. q. c. de simonia. §. ad secundum sacramentum pœnitentiæ, ubi sacramentum pœnitentiæ est sacramentum necessitatis, quod pręcipuè in absolutione cõ
1 sistit, sed quidam absoluentes ab excommunicatione pecuniam exigunt, ergo non semper est illicitum sacramentum vẽdere, & qui vult remissionem peccatorum consequi, debet si potest eleemosynas dare, iuxta illud Daniel. 4. Pecunia tua, & eleæmosynis te redime, & Ambrosius ait, Peccatis tuis venundatus es a Diabolo, redimet te pecunia tua. tex. in c. medicina, & c. medicamentum. de pœnit. dist. 1. & pro adeptione & acqsitione regni cœlorum & vitæ beatæ æternæ, est licitum tpale dare, iuxta illud Lucæ. c. 15. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. & dicit Gregorius, Regnum Cœlorum tantum ualet, quantum habes. refert Io. de Syl. in tracta. de benefic. q. 7. 1. parte, col. 7. uersi. primo modo. num. 48. sequitur Ang. in summa in uerb. simonia, secundo, uersi. quartus est, ubi dicit, si episcopus excommunicat me iniuste, possum sibi dare pecuniã,
2 ut sententiam reuocet, & me absoluat. ubi in fine dicit id intelligendum esse etiam in suspensione & interdicto. idem Ioã. de Sylu. ibid. col. 8. num. 51. uersi. 4. ubi dicit, ꝙ aliquando exigitur pecunia pro absolutione a casibus reseruatis peccatorum, ut ib. id.

Sed istis adductis in nihilo obstantibus, contrarium de iure magis procedere puto, & magis uerum, per tex. in c. ad aures, de simonia, ubi pro absolutione nihil potest exigi, per tex. in c.
3 vendentes. 1. q. 3. ubi legitur exemplum Domini, qui de tẽplo eliminauit vendentes iustitiam, quam de iure ratione dignitatis, officij, vel potestatis administrare tenebantur. Arch. in cauaritiæ. de elect in sexto. & per tex. in c. non solum, prima. q. 3. sed intelligendum est prout intelligit idem S. Thom. eodem loco, uersi. ad tertium, ꝙ pecunia non exigitur ab eo, qui absoluitur quasi pretium absolutionis, hoc enim esset simoniacum sed quasi pœna culpæ præcedentis, pro qua fuit excommunicatus: & sic in punitionem erroris & delicti seu peccati commissi, & sic etiam in absolutione a casibus reseruatis peccatorum potest enim imponi pœna pecuniaria, quasi sit pœna delicti, & culpæ præcedentis, d. c. ad aures, de simonia, sed quia dicitur habere speciem cupiditatis, ideo potius est ab eis abstinẽdum, uel ita manifestè & cautè agendum, ꝙ soluentibus constet, non sibi reseruare absoluẽtem in hoc modo talia, sed pauperibus dimittere. not. S. Thom in 4. senten. dist. 25. not. Doct. in c. tuam, de pœnis, refert Io. de Syl. d. loco, col. 9. uersi. 4. ratione num. 51. & dicit glo. in d. c. ad aures, ꝙ si iniuste denegatur absolutio excommunicato, ꝙ pro tali absolutione obtinenda potest solui pecunia, cum vexationem suam redimat, & impedimentum, quod sibi infertur. Contrarium uidetur tenere Inn. ibi, qui dicit nunquam dandam pecuniam esse pro absolutione, sed si iniuste sit denegata, recursus est habendus ad superiorem a denegata sibi iustitia. arg. c. nullus, de iur. patro. Sed pro
4 reconciliatione, & concordatione dicit ibi Io. And. ꝙ est intelligendum & distinguendum, videlicet, ꝙ si excommunicato, cui indebitè absolutio denegabatur, imminet aliquod periculum vrgens, necessitas & præiudicium ex diiata absolutione, puta, quia speret eligi, vel vult eligere, vel præscriptio currat cõ
5 tra eum nisi agat; quo casu, quia tunc redimere videtur vexationem suam soluendo aliquid, licitè pro absolutione consequenda uidetur soluere, nec simoniam committit, quia tunc non soluit pro assequenda absolutione, sed pro tollendo impedimento denegatæ absolutionis, quod esse videtur non prohibitum; & in tali casu procedit, & intelligitur opinio glo. Aut isti excommunicato non currit aliquod periculum tale, & tũc si sit sibi denegata iniuste absolutio, habet appellare a denegata iustitia. & ad superiorem pro iustitia recurrere, & in tali casu procedit dictum Innocentij, ut per Io. And ibi. & dicit Abba. ꝙ est distinctio satis probabilis & æqua, & illam sequitur. Sed aduerte ꝙ secundum hoc videretur ꝙ vrgente necessitate & propter periculi imminentiam esset licitum peccare, & delinquere, id quod non videtur verum, per tex. in cap. sacris, quod met. cau. ubi ciuitas nunquam excusatur a peccato, c. itane 22. q. 2. & diximus in præcedẽti quæstione, ubi propter pau-
6 pertatem ac paupertatis prætextu non est delinquendum, quia potius omnia mala de mundo pati debemus, quàm malo consentire, c. Deo mala. 13. & 14. dist. c. 1. not. in l. 1. §. pen. ff. de pericul. & com. rei uen. & in l. quoties, la 4. ff. de regu. iur. & in l. 1. §. 1. ff. de uent. in poss. mitten. & dicit Aug. in lib. de Doctrina Christiana, ꝙ pro conseruanda uita corporali non debet ho-
7 mo mortaliter peccare, & excommunicatus cui denegatur indebite absolutio, potest agere pro interesse suo contra denegantem & negligentem superiorem, cap. sacro. de sent. excom.

Ad obiectum respondet Anan. in c. ad aures. ptæallegato, ꝙ videlicet est considerandum an sit præiudiciũ tale, in quo proprie non cadit interesse æstimabile puta causa libertatis, causa status, causa spiritualis, aut quid simile, quæ non recipiunt interesse æstimabile. subiungit Abb. tenet Fel. & Anan. in d. cap. ad aures, ꝙ ualet statutum, quo cauetur ꝙ quis soluat puta decẽ libras pro quolibet mense quo steterit excommunicatus, sicut est in Francia, & in multis regionibus secundum Anan. quia di
8 cit Host. tale statutum & talis consuetudo est rationabilis & seruari debet. Lud. Rom. in sing. suis fol. 13. quia isto casu non exigitur pecunia pro absolutione, sed pro contumacia. dicit tamen secundum quosdam ꝙ excommunicatus prius deberet absolui gratis, & postea poterit cogi ad soluendum iuxta formam statuti vel consuetudinis, c. ad apostolicam, de simonia,

quia

Source : BIU Cujas

9 quia & punire contumaciam est consonum iuri, c. dilectus de pœnis. extra. & dicit Flor. ꝙ ista opinio vltima habet honestatem tamen de iure, ex quo ita se habet statutum vel consuetudo, poterit exigi antequam absoluatur, quia non exigitur pro absolutione sed pro delicto contumaciæ, & dicit Ana tu ēt ad de, quod pro isto statuto vel consuetudine benefacit, quia per hoc excommunicatus inducitur ad citius petendam absolutionem, & sic videtur excitatiuum virtutis. facit quod habetur in simili in c. quod quidem de pœnit. & remiss ꝙ ideo ibi admittitur confessio, vt citius inducatur ad ueram pœnitentiam, Rota in no. decis. 38. incip. An isti qui in ecclesijs, ubi approbat Rota dicta doctorum. & vide Fel. ibi in fi. d. c. ad aures, ibi subiungit Inn. quæstionem de vexato, an sit ei licitum dare vel promittere aliquid, vt desistat a molestia & uexatione sine pericu
10 lo simoniæ, & ibi tenet, ꝙ si uexatio sit super temporali, quod tunc est licitum dare, nec est in aliquo dubitandum; si verò sit uexatus super spirituali, tunc distinguit, uel vexatus est in possessione, & tunc non peccat si dat aliquid: vel non est in possessione, quia fuit spoliatus, & tunc tenet ꝙ non sit licitum dare
11 pecuniam, quia non solum redimit vexationem suam, sed & possessionem, quia licèt possessio non sit propriè quid spirituale, tamen est connexa & coniuncta spiritualibus, quia per eam & illius recuperationem seu executionem vexatus consequit exercitium spiritualium, vnde datum in illum casum videtur simoniacum de hoc latè & magistraliter dicitur per Abb in c. dilectus, el t. de simonia, Ang. in summa in ver. simonia, secundo, versi. quartus est, vbi materiam limitat, quando quis certus est de iniustitia, quæ sibi fit, secus si esset in dubio, quia ei non liceret, Io. de Ana. in c. super eo, de transac. Vnde si eps me iniuste excommunicet, possum ei dare pecuniam vt sententiam reuocet, & me absoluat, & vide eundem Ang. in uer. sequenti. & dicit Host. in summa. §. lingua. in fi. ꝙ si do epō, qui me iniuste excommunicat, uel qui minas mihi super beneficio auferendo inferat, quod iuste possideo, vt sententiam iniustam re-
12 uocet, vel a minus & iniuria desistat, ꝙ quidem licite redimo ius meum, licet ipse illicite recipiat. arg. 1. q. 3. quæsitum, c. prohibeas. de magistris, & c. 1. de vsuris, Redimamus ergo tps secūdum Apostolum, quoniā dies mali sunt, per iura quæ ibi multa adducit. Sed si iuste sit excommunicatus quis, vel iniuste beneficium acquisiuit, hinc inde committitur simonia, arg. c. nemo, de simonia, & 1. q. 1. c. nullus eps, ergo redemptio rei spiritualis permittitur vexato iniuste, & redimenti, sed prohibetur vexanti, & pro cessatione vexationis recipienti, & Ricard. de med. villa in præallegato loco dicit, ꝙ si testis in cā spirituali &
13 ecclesiastica perhibeat testimonium pecunia, ꝙ sit pariter simonia, in alia verò causa non est simonia, licet sit graue peccatum, quia dicit Alex. de Ales ꝙ si in causis ecclesiasticis & a per
14 sonis ecclesiasticis testimonium vendatur, simonia est: in alijs uero grauiter peccatur. refert Ang. in summa in uer. simonia, tertio, uersi. utrum est ificari. Et corrumpens iudicem vel testem in causa beneficiali committit simoniam propter conne-
15 xitatem, quam habet cum ipso benefiio, secus est si causa sit mere temporalis, refert Fel. in c. tua nos. de simon. a, subiungēs ꝙ sententia lata per pecuniam est ipso iure nulla. l. uenales. &
16 ibi doct. C quando prouoc. non est necess. 2. q. 6. § venales. no. glo ordinaria, in c. quatuor modis. 11. q. 3. adeò ꝙ dans pecuniam, non causa corrumpendi, sed iuris & quietis conseruandæ,
17 potest ipsam repetere a iudice, gl. in c. non sanè, in gl. secunda. 14. q. 2. Arch. in c. qui recte. 11. q. 3. & dicit Bal. in c. fi. ante fi. de app. ꝙ cautus sit dans pecuniam, vt hoc faciat aliquibus videntibus, & d l. uenales, limitat Fel. tribus modis, Primo, vt nō
18 proceda: in sententia arbitri, quæ lata per pecuniam non est ipso iure nulla. l. 3. C. de arbitris. Imol. in c. 1. 10. col. de const. Secundo quando esset data sententia per pecuniam, eum sequit Petr. de Anch. consi. 286. incip de tit. criminum. Tertiò quando essent tres iudices, & vnus tantum pecunia corruptus esset, quia sententia sustinetur, vt per Fel. d c. tua, prope finem.

Et dare etiam aut promittere pecuniam, aut æquipollens alicui pro iustitia ministranda in causa ecclesiastica, ueluti qñ
19 datur epō, uel alij iudici ecclesiastico pro reddendo iure super spiritualibus, est simonia dicit glo. in c. vendentes, 1. q. 3. tenet Ricar de mediauilla. in 4. dist. 25. art 3. q. 2 secus sit, si sit iudex secularis seu laicus, licet aliàs grauiter peccet, licet etiam secundum quosdam quos refert Ang. in summa in uerbo simonia, tertio, uersi. utrum pro iustitia, in iudice sæculari uendere iudicium iustum, sit simonia, quia hic est actus virtutis, & ita quò ad aliquid est spirituale. Arch. in d. c. uendentes, ubi loquit de sententiam vendentibus.

Et ita intellecta materia, quæ sic intelligitur, per ista poterit esse responsum ad adducta in contrarium, quę intelliguntur in casibus, in quibus loquuntur, prout est in tex. in cap. medicina, ubi pecunia tua redimet te &c. ubi non dominus est, qui est venalis, nec misericordia domini, sed tu qui tuis peccatis te diabolo vēdidisti, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Et ad illud, Facite uobis amicos de māmona &c. & regnum cœlorum tantum valet &c. dic & intellige prout Io. de Syl. ibi, ubi dicit ꝙ non est intelligendum tanquam res magna quacumque possessa quæ datur, ut pretium regni Cœlorū, vt proprie ematur, sed ipsum meritum, quod ibi acquiritur in dādo, dicitur per similitudinem, quasi pretium, quia sicut pretio acquiritur res, quæ non habebatur, ita eleemosynis & meritis aliorum bonorum, quæ fiunt acquiritur regnum cœlorum.
20 Non enim potest meritum munerum attingere perfectam rationem emptionis, triplici ratione, ut per eundē. d. loco uers. 1.

SVMMARIVM.

1 *Transactio fit etiam promissionem faciendo.*
2 *Transigere est ab actione transire.*
3 *Transactio fit tam super lite mota, quàm mouenda.*
4 *Lites præstant materiam criminibus.*
5 *Lis veluti bellum semper præsumitur iniusta.*
6 *Officium iudicis est componere partes.*
7 *An iudex cum bona conscientia possit componere partes, quando ex vna parte iura sunt clara.*
8 *Transactio facta coram iudice est de actibus ipsius iudicis.*
9 *Nil est ita simile actibus dæmonum quàm litigare.*
10 *Litigatores mali viri.*
11 *Satis quis lucratur, si a lite recedit.*
12 *Propter lites euitandas sæpe non concedenda conceduntur.*
13 *Transactio non rescinditur etiam prætextu læsionis enormissimæ.*
14 *Iura laborant, ut finis litibus imponatur.*
15 *Transactio non rescinditur prætextu instrumentorum nouiter repertorum.*
16 *Pacta facta in beneficialibus pro recedendo a lite tolerantur.*
17 *Pensiones impositæ per ordinarium pro recessu a lite sunt perpetuæ, quum aliàs non essent.*
18 *Iudex debet se interponere pro transactione facienda.*
19 *Super decimis potest fieri compositio.*
20 *Compositio facta super decimis auctoritate superioris obligat successorem.*
21 *Super beneficio ecclesiastico potest amicabiliter componi.*
22 *Clericus potest sine Episcopo transigere, dummodo remaneat in beneficio.*
23 *In transactione semper interuenit datio, uel promissio alicuius temporalis.*
24 *Licitè datur pro redimenda vexatione in beneficio.*
25 *Non est simonia, si quid detur ab habente ius, vt non molestetur super beneficio.*
26 *Non est licitum dari aliquid ab habente ius ad rem.*
27 *Non potest aliquid dari pro iure quærendo.*
28 *Super beneficialibus potest licitè amicabiliter componi.*
29 *Tunc valet transactio facta super beneficialibus, quando ecclesiæ vtilitas agitur.*
30 *Transactio fit licitè super iure deperdito recuperando.*
31 *In spiritualibus de iure positiuo auctoritate Papæ potest fieri transactio.*
32 *In spiritualibus potest interuenire amicabilis compositio officio iudicis.*
33 *Transactio fieri potest ex sola promissione.*
34 *Super re sacra religiosa non fit transactio.*
35 *Transactio in spiritualibus est inductiua simoniæ.*
36 *Transactio non fit in spiritualibus eò quia simoniam, sed & quia speciē simoniæ inducit.*
37 *Diffinitio transactionis.*
38 *Transactio sumitur duobus modis.*
39 *Quid sit amicabilis compositio, & in quo differunt transactio & compositio.*
40 *Licita est transactio in spiritualibus, dummodo ex utraque parte interueniant spiritualia.*
41 *Titulus non habetur ex transactione, sed ex canonica institutione.*
42 *Potest conueniri super decimis.*
53 *Beneficium ecclesiasticum non obtinetur sine canonica institutione.*
44 *Per ius habentem est licitum dare pro redimenda vexatione in beneficio.*
45 *Propriè loquendo transactio non potest fieri in spiritualibus.*
46 *Clerici nostri temporis transigunt sine rubore in spiritualibus.*
47 *De spirituali ad temporale non licet transigi.*
48 *Non potest fieri transactio cum laicis, vt in decimis minus soluant, nisi auctoritate Papæ.*
49 *Contradicentibus de facto potest sine uitio pecunia dari.*
50 *Clerico contendenti non de iure, sed de potentia, licitum est dare, uel promittere.*
51 *Electo tantum, non confirmato, non est licitum dare aliquid pro uexatione.*
52 *Si sum extra possessionem non possum aliquid dare licite pro illa recuperanda.*
53 *Possessio non est quid spirituale, sed spirituali annexum.*
54 *Transactio fit super spiritualibus eiusdem, non diuersi generis.*

Source : BIU Cujas

An conuentionalis inducatur per tranſactionem. Cap. 31.

QVia controuerſijs & litibus vertentibus ſuper beneficialibus & ſpiritualibus ac ſpiritualibus annexis, quotidie pro bono pacis inter partes & pro receſſu a lite, quæ fit, uel de qua timetur fiunt concordationes, & tranſactiones vt plurimum vt vni beneficium remaneat, alter verò collitigans pẽſionem habeat, alter recedat a lite, cedat iuri & cauſæ: alter verò nomine expenſarum habeat pecuniam, aut aliud temporale, vel quid huiuſmodi, & quia reperi doctores de huiuſmodi ſparſim ac valde ſubtiliter loqui, ideo iudicaui non eſſe abre, de tranſactione quæſtionem annectere, vt & quæ ſparſim dicta ſunt, pro meis viribus recollecta haberentur, & ꝙ pro veritate tenerent doctores in iſta materia in promptu eſſet. Et nemini dubium eſſe videtur, quin poſſit fieri ſuper ſpiritualibus beneficialibus, vel annexis ſpiritualibus concordia, compoſitio, & tranſactio, dando aliquid vel promittendo, quia etiam promittendo, & promiſſione facta de dando, aut ſoluendo fit tranſactio, l. tranſactio, C. eo. Pariſi conſi. 3. col. 3. vol. 4. vbi dicit, ꝙ ut etiam formiter celebratur, vt promiſſum debeatur & peti poſſit &c. maxime vt a lite recedatur & pro bono pacis, quia tranſigere eſt ab actione tranſire, & a lite recedere, l. cius rei, ff. de rei uend. Bar. in l. 1. ff. de tranſact. Alex. & Iaſ. in rubr. C. eod. & non ſolùm fit ſuper lite mota, ſed ſuper lite mouenda, per Pariſ. d. loco, cùm ius ciuile tendat maxime ad finem principaliter confirmandi, & conſeruandi amicitiam inter homines, inter quos conditionem quandam natura conſtituit. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. & quorum hominũ gratia, natura, ideſt, Deus omnia comparauit. l. in pecudum. ff. de vſur. Iſta autem conſeruatio maximè contingit ſi tollantur lites inter homines, & negligentia puniatur, præſtant enim lites materiam criminib. l. properandum. in principio, C. de iudi. & lædunt Remp l. ſi qs in graui §. in ciuilibus. ff. de Rap. Petr de Anch. in ca poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. & lis veluti bellum ſemper præſumitur iniuſta, quia vtrobique eadem ratio videtur. Andr. Siculus in ca. cum dilecta, de reſcrip. cum concor. vt per Alex. in l. Seius. col. 4. ff. ad l. Falcidiam. Abb. poſt Hoſt. in c. ſicut el 3 de iur. iur. vbi per plura iura eadẽ ratione probat, bellum in dubio ſemper præſumi iniuſtum, prout idem de lite concludit idem Andr. Sic. ſeu Barbat. conſ. 7. lib. 2. nam vtrobique eſt eadem ratio, Gom. in reg. de annal. q. 2. & licet iudex debeat litigantis adminiſtrare iuſtitiam, tamen illius officium eſt & conſiſtit non ſolum in decidendo cauſas ſecundum iuris regulas, ſed & in componẽdo inter partes controuerteres & diſcordantes. debet enim iudex a principio conari quantum poteſt, vt partes reducat ad concordiam, & ad bonam compoſitionem, concord. 90. diſt. per totum, & l. 1. §. & poſt. ff. de noui op. nunt. Abb. in c. ex parte. de tranſact. verſi. not. 1, & per eundem ibi verſic. ſed quæro, vbi dicit, ꝙ Specul. relinquit in dubio, An iudex cui iura partis ſunt clara cum bona conſcientia poſſit tractare concordiam & concordare collitigantes, & coram iudicibus delegatis ẽt fit tranſactio, immo & iudices tales exequuntur tranſactionẽ coram eis factam tanquam actum coram ſe & a ſe factum. c. ſi quando, de off. deleg. quod tenet Pet. de Anch. Bal. in l. tale pactum. §. fi ff de pact. vbi dicit, ꝙ tranſactio facta coram iudice eſt de actibus ipſius iudicis, & ſic tranſactio, quæ fit coram iudice delegato eſt ac ſi eſſet ſua determinatio, quia litium execratio iuſtam cauſam continet, ꝙ dicit Ange. in quodam ſuo ſermone, nil ita eſſe ſimile actibus dæmonum quàm litigare, & litigatores mali viri appellantur, quia boni viri lites execrantur, Iaſ. in l. filio pater, primo not. de leg. 1. Corn. conſ. 283. col. pen. lib. 4. & Matthæi 5. c. legitur, ſi quis voluerit tuam tunicam tollere & iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. c. 1. 14. q. 1. c. ſuſcepimus. de homicid. ſatis enim quis lucratur ſi a lite recedit. Abb c quintauallis, de iur. iur. Vnde nihil mirum ſi ſuper beneficialibus & ſpiritualibus poſſit fieri tranſactio aliquid temporale dando, vel promittendo, quia propter lites euitandas, ſæpe non concedenda conceduntur, tradit Felyn. in c. nũa. 36. correlar. 4. col. de reſcrip. intereſt enim Reip. vt lites de medio auferantur. Bal. in i fratris. C. de tranſact. nec ſine cã introductum eſt, ꝙ tranſactio per quam a lite receditur, non reſcindatur etiam prætextu enormis læſionis. Alex. in conſi. 42. col. 4. lib. 1. quia magnum commodum conſequitur, qui a lite recedit, l. Lucius. §. fi. ff. ad Treb. Dec. conſi. 216. 2. col. & conſ. 630. vbi dicit ꝙ iura laborant vt finis litibus imponatur. & indebitum ſolutum per tranſactionem, non repetitur. l. in ſumma. ff. de cond. indeb. & l. 2. C de tranſact. & prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum tranſactio non reſcinditur, quantũcumque fuerit læſio, l ſub prætextu. C. de tranſac. & quamuis in beneficialibus pacta fieri non debeant, & tamquam illicita reprobentur, quia ſunt inductiua ſimoniæ. c. fi. de pact. & tradi tur toto titu. de ſimonia, ubi tamen ſunt facta ut a lite recedat, pacta illa tolerantur, & Rota mandat illa ſeruari. Gomeſ. in

in Reg. de annal. q. 2. ubi dicit, ꝙ ſi quid detur ratione impenſarum vt fiat concordia & recedatur a lite, non dicitur ſimonia cum, vt inducit Collectaneus in c. forus, de uerbo. ſignifi. & eo modo videmus, ꝙ penſiones impoſitæ per ordinarium, uel
17 alium inferiorem, quæ non ſunt perpetuæ, nec tranſeunt ad ſucceſſores, ubi tamen ſunt impoſitæ cauſa concordiæ, vt a lite recedatur, ſunt perpetuæ & tranſeunt ad ſucceſſores. Hoſt. in c. niſi, de præb. ut ibi per eum. Immo iudex poteſt & debet ſe interponere inter parties ſuper tranſactione facienda, ca. ex
18 parte. de tranſact. Facit, quia decimæ ſunt ſpirituales, & inſtitutæ a Deo, non ab homine, c. parrochianos. extra de decimis. c. reuertimini, c. decimas. 16. q 1. & c. decimæ ſunt, & c. omnes de
19 cimæ. 7. q. & ſuper decimis poteſt fieri compoſitio, vel tranſactio, c. ſtatuimus, de tranſact. ubi Abb. 2. not. ubi dicit ſecundũ Inn. requiri ad validitatem huiuſmodi compoſitionis & alienationis cauſæ cognitionem, vt videlicet ſuperior examinet, an talis compoſitio aut alienatio expediat eccleſiæ, & ſuperioris decretum. facit tex. in c. ex multiplici, extra de decimis, ubi ſuper decimis facta conuentio tenet, nec per ſubſequenter conceſſum priuilegium tali conuentioni eſt derogatum, eſt tex. in c. ueniens, de tranſact. ubi tranſactio fit ſuper decimis, & ſi ſit facta auctoritate ſuperioris vel confirmata obligat ſucceſſo-
20 rem, tex in c. pen extra de confir. util. uel inut. ubi fit compoſitio ſuper decimis, & a Papa confirmatur conuentio, facit capitulum ſuper eo, eodem tit. ubi ſuper beneficio eccleſiaſtico poteſt amicabiliter inter collitigantes componi. tex. in c. de cætero, eo ubi licite tranſigitur ſuper eccleſia, de qua controuer-
21 titur, dummodo tranſactio uel compoſitio non ſit iuri contraria. Facit tex. in c. niſi, de præb. ubi lite uertente ſuper prioratu fit inter partes compromiſſum, vt unus prioratum habeat, alter uerò penſionem recipiat uel cenſum. 20. lib. facit tex. in ca. ad quæſtiones, de rerum permut. ubi eccleſiæ & poſſeſſiones illarum adinuicem licite permutantur. Abb. in cap. de cætero, præa. legato, ſecundo not. ꝙ ſuper beneficio poteſt clericus trã-
22 ſigere ſine auctoritate epi, ſubiungens, dummodo remaneat in beneficio. facit vnum, quod videtur vrgens, ꝙ tranſactio nõ poſſit fieri in ſpiritualibus, id ex eo videtur, quia in trãſactione
23 ſemper internenit & interuenire habet datio uel promiſſio alicuius temporalitatis, Abb. in c. 2 de tranſact. & temporale pro ſpirituali non poteſt dari uel promitti, quia inducit ſimoniã, c. ordinationes. 1. q. 1. c. quàm pio. 1. q. 2.

Sed id non videtur ſemper verum, quia licitum etiam videtur aliquid dare temporale pro redimendo uexationem mã,
24 etiam in ſuo beneficio, & in ſuo iure ſpirituali, nec eſt ſimonia cum licet ſpeciem ſimoniæ continere videatur, per uerba tex. in c. conſtitutus, ibi, quia tranſactiones ſpeciem continent ſimoniæ, & c ſuper eo, ibi, dato retento, uel promiſſo ſpeciem credimus habere ſimoniæ, uerba tex. in c. cum pridem, de pactis, ibi, prauam illicitæ pactionis ſpeciem continere. dicit & declarat Imol. & Abb. in d. c. conſtitutus, ubi dicit aliud eſſe ſimoniacum, aliud eſt ſapere ſimoniam, ubi rationem aſſignat de vexatione, pro cuius redemptione eſt licitum temporale quid dari. ſequitur ibi 10. de Ana. d. c. ſuper eo, ubi dicit, ꝙ quando aliquid datur temporale pro ſpirituali non dicitur ſimonia propriè, ſed ſpecies ſimoniæ, & hoc ideo dicitur propter id ꝙ habetur in c. dilectus, de ſimonia, ubi ſi quid detur ab habente ius ut poſſit retinere beneficium, quod habet, & non moleſtetur, non eſt ſimonia, ſed redemptio vexationis. Quid autem
25 ſubiungit Anan. ſi ille, qui redemit vexationem, habet ius, ſed non poſſeſſionem, dic ꝙ ſi non habebat plenum ius in re, ſed ſolùm ad rem, ut poni poteſt exemplum in electo, qui non ſit adhuc confirmatus & confirmari indigeat, non eſt licitum ali
26 quid dare, c. Matthæus, de ſimonia, ſed ſi habebat plenum ius, quidam dicunt vt Vgol. ꝙ poteſt licite dari, & aliàs vt ibi per eum. id quod intellige, quando de facto aliquis vexatur, quia ſecus eſt quando uexans aliquod ius haberet, quia tunc non uidetur licitum aliquid dari, cum uideatur dari non pro iure conſeruando, ſed acquirendo. quod eſt ſimoniacum, per Abb.
27 & Inn in c. Matthæus, c. ad aures, c. dilectus. el 1. de ſimonia, & ibi Fel. cum aliis, diximus aliquid in præcedenti quæſtione, & dicit idem Anan. prælegato c. ſuper eo, ꝙ ſuper beneficialibus & cæteris ſpiritualibus poteſt licite amicabiliter compo-
28 ni, exemplum ponit, ſi unus ex litigatoribus ad preces eius uel amicorum gratis diſcedit a lite. Hinc eſt ꝙ ſi ex poſt facto ille, qui moleſtabatur, videns illius liberalitatem aliquid gratis dederit, ꝙ iſtud non reprobatur, cum ex liberalitate proceſſerit: & ſequitur exemplificando, quando compromittunr in iudicem, coram quo vertitur lis, ut uideat & declaret quis habeat ius, & litem inter eos finiat, prout ſibi viſum fuerit, quia iſto caſu poterit iudex declarare quis ius habeat, & pro bono pacis ordinare, ut aliquid detur alteriparti. c. niſi eſſent, de præb. & uidetur tenere id Innocen. in c. de cætero. in uerſi. ius aliquod, ꝙ tranſactio tunc uideatur valere facta ſuper beneficio, & re-
29 bus ſpiritualibus, ſi eccleſiæ utilitas agatur ex ipſa tranſactione, facit tex. in c. 1. de pactis in 6. ubi tranſactio & compoſitio

fit

Source : BIU Cujas

fit licite per rectores ecclesiarum cum mendicantibus, & pa-
30 cto etiam conuentione partium potest dari titulus in benefi-
cio, si altera partium haberet facultatem cõferendi beneficia,
vt si esset quæstio, & lis cum capitulo ad quod spectaret colla-
tio præbendarum. Io. de Imol. in c. statuimus, in fi. de transac.
Idem in c. ueniens, uersi. in gl. 2. ꝙ auctoritate p̃p̃ potest fieri
transactio inter partes super spiritualibus, dummodo sint spi-
31 ritualia introducta de iure positiuo, & non diuino, & de illis,
quæ sunt simoniaca, quia prohibita. Immo ponit etiam & dat
casum, ꝙ etiam sine auctoritate, quando fit de spiritualibus,
& inter personas ecclesiasticas, tamen inquit compositio erit
personalis, non perpetua, quando non interuenit auctoritas
p̃p̃. & dicit Ang. in summa eo uer. utrum, ꝙ ubi nomine subie
ctionis petuntur spiritualia similiter & temporalia, sicut cum
eps petit a quadam ecclesia sibi subiecta ꝙ ab eo percipiantur
consecrationes ecclesiarum, ordinationes clericorum, & simi
lia spiritualia, & nihilominus petit aliqua temporalia, vt pote
partem vel annuam pensionem ratione illorum temporaliũ
possit fieri transactio & sibi pensio dari annua. arg. c. cum ve-
nerabilis, de censib. & ca. constitutus, de religion. domib. facit
tex. in c. cum Apostolica, de his quæ fiunt a præl. ubi de perce-
ptis & subtractis decimis fit compromissum & compositio, &
per tex. in c. cum pridem, de pactis, dicit Spec. in tit. de trãsact.
uersi. amicabilis, ꝙ in spiritualibus potest interuenire amica-
32 bilis compositio officio iudicis. Facit, quod dicit Ancharã. in
clem. Auditor, de rescrip. in uersi. 4. not. ꝙ ad transactionem iu
ris realis in beneficijs sufficit sola ꝓmissio verbalis, per quod
apparet ꝙ in beneficijs sit licitum transigere, quando sola pro
33 missio verbalis sufficiat, cum transactio etiam fiat sola promis
sione. Decius in l. si super possessione. C. de transact. Pari. consi.
3. 4. parte col. 3. mihi nu. 26. ubi transactio fit aliquo dato, pro-
misso, vel retento. ubi etiam subiungit in casu, de quo ibi, ꝙ trã
sactio facta super rebus, & de rebus ecclesiæ confirmata a Pa-
pa uel sede Apostolica est validissima, vt ibi latè per eum: &
quotidie etiam videmus lites super beneficijs ecclesiasticis vel
alijs spiritualibus motas, per concordiam, transactionem, uel
compositionem correcta desuper Sanctissimo p̃p̃ supplicatio
ne & omnibus litibus ac conuentionibus inter partes concor
datas narratis, per Papam etiam in forma motus proprij quo
tidie confirmari, approbari, & omnes iuris & facti defectus
supplendo valere sanciri. tenet Abb. in c. audiuimus, de collus.
deteg. ꝙ valet transactio super beneficio ecclesiastico vbi non
sit facta collusio, & auctoritate iudicis interueniẽte. facit, quia
ius præsentandi est quid spirituale, & tamen super tali iure fit
transactio. Anan. in c. præterea. el primo, de transac. in fi. & qua
lecumque & qualitercumque quis ius habeat in ecclesia po-
test illud permutari cum alio iure, per Abba. in c. ad quæstio-
nes, extra de rer. permut.

Per quæ adducta satis constat, ꝙ est tenendum pro parte af-
firmatiua, & ꝙ licite super spiritualibus & illis annexis possit
fieri quælibet transactio, compositio, & concordia sine vitio
simoniæ.

In contrarium tamen videtur tex. in c. super eo, de transac.
vbi formata quæstione, an super beneficio ecclesiastico in liti-
gium deducto possit fieri transactio, deciditur ꝙ transigi super
34 re sacra & religiosa non potest, vbi Abb. & alij, glo. & Abb. in
c. 2. eo. est tex. in c. præterea. el 1. & el 2. ubi transactio reproba
35 tur in spiritualibus tamquam inductiua simoniæ, c. cõstitutus,
gl. in c. ex literis, in uer. transact. eodem. Immo transactio in ec
clesiasticis, & spiritualibus non tantum prohibetur, quia simo
36 niam inducit, verùm etiam quia speciem simoniæ inducere
videtur, c. constitutus, & d. c. super eo, quia inquit Inn. ibi, non
solùm a malo, sed & a specie, & suspitione mali cauere debe-
mus, ut per eum. d. c. constitutus, id quod videtur attenta diffi-
37 nitione transactionis, quæ est, non gratuita pactio, in qua ali-
quid semper datur, retinetur, uel promittitur. Abb. & alij in d.
c. super eo, quod non fit in spiritualibus, quæ liberè conferun-
tur, c. ordinationes. 1. q. 1. c. quàm pio. 1. q. 2. c. cũ pridem, extra
de pactis cum similibus.

Pro concordatione istorum contrariorũ est intelligendum
& distinguendum, prout intelligunt & distinguunt Doct. sed
pro intelligentia materiæ est præmittendum unum, ꝙ transa-
38 ctio sumitur duobus modis, largè, & strictè: stricte accipitur ꝙ
sit de re dubia & lite incerta, non gratuita pactio. l. 2. ff. de tran
sact. Doc. in rubr. extra eo. & ibi, ꝙ trãsactio dicitur quasi actio
nis transitio, quia is, qui transigit, recedit ab actione competẽ-
ti sibi. large uerò accipitur transactio pro amicabili composi-
tione, exponitur ita tex. in c. ex literis, & c. ueniens, eod. titu. vt
ibi per glossas. Host. in summa uer. ponitur autem &c. Et ami-
cabilis compositio est non gratuita pactio. Abb. in c. 2. & c. su-
39 per eo, eodem titu. ubi ponit, in quo compositio & transactio
inter se differunt. unde dicit Inn. in c. statuimus, ꝙ transactio
in spiritualibus ualet, dummodo spiritualia hinc inde interue-
niant, glo. ibi, & in c. fi de rer. permut. inquit Inn. Nos dicimus
licitam esse trãsactionem & permutationem in spiritualibus,
dummodo ex vtraque parte spirituale, & nihil temporale in-
40 terueniat, c. de cætero eo. c. ex multiplici, c. suggestum, de deci-
mis. c. ad quæstiones. de reruꝫ permut. Idem etiam dicit in be
neficijs, si petantur iure proprietatis, exemplum dat, puta, qa
una ecclesia petat ab alia præbendam, quam dixit ad suam col
lationem pertinere, sed non est licita transactio, si clericus pe-
tat beneficium, etiam si vtrinque dentur spiritualia, nisi iuxta
modum & formam a iure traditam in c. nisi, de præb. idest ius-
sione iudicum non ex pactione partium, vbi vni prioratus, al-
teri pensio assignatur, vbi pensionem decernitur non transcẽ-
dere vitam illius, cui fuit assignata. Host. in summa eo. §. & in
quibus, uersi. item quæritur, vbi dicit ꝙ non potest transigi in-
ter partes cum contenditur super ecclesia, quando agitur de
ecclesia tanquam de tit. seu beneficio ecclesiastico, sed si duo
episcopi, aut duo monasteria agant de ecclesia contendentes
de proprietate illius, vt de proprietate prædij alicuius, 16. q. 3.
inter memoratos, tunc transactio locum habet & permuta-
tio, dum tamen non detur temporale pro spirituali; & in his
terminis habet locum dispositio c. ad quæstiones, præallegati,
de qua materia vide etiam ibi per eum remissiue in uersi. seq.
optima glo. & magistralis in c. super eo, eodem titulo, vbipa-
riter distinguit, an petatur res spiritualis vt ad beneficium, ut
quis clericus titulum prætendens recipiatur ad beneficium,
vel ad prælationem: & tunc non potest interuenire transactio
proprie, quia esset simoniacum, & ratio redditur per eam ibi,
quia titulus non habetur ex transactione, sed per canonicam
41 institutionem, uel petitur res spiritualis, non uti titulus, sed vti
proprietas, puta (inquit) quando duo episcopi, uel duæ eccle-
siæ contendant super aliqua ecclesia, quia alter dicat illam es-
se sibi subiectam, alter negat, quia possidet, & aliàs ut per ean-
dem glo. ubi inquit potest interuenire transactio, quia & per-
mutatio, d. c. ad quæstiones, ut unus habeat unam ecclesiam,
alter alteram, uel quia unus eps aliqua spiritualia perciperet;
alius uerò alia, hoc totum potest fieri per transactionem, quia
42 etiam diuisio decimarum potest fieri & cõueniri inter partes,
vt ibi, ubi Abb. prædallegato uersi. in glo. 1. ubi dicit, ꝙ si conten
datur super beneficio ratione tituli, uel prælationis, non potest
interuenire transactio, ut detur spirituale pro temporali, uel
ut detur spirituale pro alio spirituali, non a superiore, sed uigo-
re transactionis, quia non videtur licitum, ꝙ beneficium obti
neatur per uiam transactionis, quandoquidem illud datur &
confertur a superiore, & per uiam canonicæ institutionis, reg.
1. de reg. iur. in 6. c. frequentibus, de instit. subiungens ꝙ iudex
ex officio suo pro bono pacis posset componere, vt habens ius
in beneficio det aliquid non habenti, iuxta formam c. nisi, de
præb. & si petatur ratione tituli, potest fieri compositio, ꝙ ille
clericus, qui ius non habet uel habere creditur, penitus renun
tiet iuri suo sine aliqua datione & promissione, vel ꝙ alius ius
habens, recipiatur in canonicum sine datione, ad quod oppo-
nit ibi Io. de Imol. uersi. sed contra, vbi dicit, uidetur ꝙ nõ pos-
43 sit fieri amicabilis compositio, ex eo quia sine canonica præ-
uia institutione beneficium ecclesiasticum non potest obtine
ri, sed respondet ꝙ debet intelligi, ꝙ admittatur amicabilis cõ
positio, non vt per illam quis consequatur titulum, quem nõ
habet, sed quia adinuicem componunt, ut declaretur quis ius
habeat, & amicabiliter se componunt, ut aliquis iuris peritus
habeat uidere iura utriusque & hoc declarare, ꝙ debeant sta-
re declarationi illius: nam talis compositio erit licite, nec agi-
tur tunc ut alter ab altero quærat ius, sed ut cedat liti, qui ius
non habet,

Potest etiam interuenire amicabilis compositio, quãdo ad
preces tenentis beneficium ille qui mouit litem renuntiat liti
tamquam ius non habens, & sicut discedit a molestia: & plus
videtur ꝙ si gratis discedatur ab ipsa molestia & sine aliquo pa
cto, licet postea ex post facto ille, qui molestabatur, uidens il-
lius liberalitatem aliquid det gratis, quòd illud non impugne-
tur, ex quo ex liberalitate ipsa processit. subiungens Anan. ꝙ
potest etiam esse amicabilis compositio, ꝙ iudex coram quo
lis pendet, si in illum compromittatur, & videat quis habeat
ius, & litem finiat prout sibi visum fuerit, hoc casu poterit iu-
dex declarare quis ius habeat, & pro bono pacis ordinare, vt
aliquid detur alteri parti: in quibus terminis loquitur tex. in c.
nisi, de præbẽ. sed ex pacto nihil dari potest, sed tamen quando
constaret quem ius habere in beneficio, quod possidet, licitũ
est aliquid dare pro redimendo vexationem, ubi uide Anan.
44 & Io. And sequitur Alber. in dictionario uersi. transactio, ui-
de, ubi dicit, ꝙ proprie loquendo transactio non potest fieri in
45 spiritualibus. 1. q 2. c. quàm pio. 14. q. 5. denique ꝙ male aduer-
tunt prælati & clerici nostri temporis, qui transigunt & nego-
46 tiantur sine rubore in spiritualibus, sicut in temporalibus, sed
uæ talibus. Et si uel interueniat compositio uel prouisio in ca-
su concesso, per quam clericus actor aliquid debeat habere
in ecclesia, scilicet reditum vel censum, non transcendit perso-
nam paciscentis, quia ut paulo post dicit ipsemet Inn. in censu
uel reditu assignato cuilibet clerico, uel etiam in quacunque

alia

Source : BIU Cujas

alia compoſitione vel tranſactione inter eccleſias inita extra iudicium, ad hoc vt præiudicetur ſucceſſoribus, oportet ſupe rioris auctoritatem interuenire, per iura ibi adducta. Ang.in ſumma.ubi diſtinguit materiam uerſi.vtrum in rebus, aut petitur eccleſia ab eccleſia ſibi debere ſubijci in iure inſtitutionis,correctionis,& ſacramenti perceptione,uel epiſcopus petit iura epiſcopalia in aliqua eccleſia, & ſic de ſpirituali ad ſpirituale poteſt fieri tranſactio, puta, ꝙ remittatur inſtitutio vel aliquod ſacramentum,& illud ſpirituale præſtetur, c.ad quæ-
7 ſtiones, de rerum permut.ſed de ſpirituali ad temporale non licet tranſigi,c.conſtitutus,de tranſact.c.ult. de rerum permu. aduerte tamen, ꝙ ubi ſubiectionis nomine petuntur ſpiritualia ſimul & temporalia, veluti ſi epiſcopus ab eccleſia ſibi ſubiecta petat ꝙ ab eo percipiantur & percipi debeant conſecrationes eccleſiarum,ordinationes clericorum & ſimilia ſpiritualia,& nihilominus petit aliqua temporalia, vt annuam pẽſionem,ratione illorum temporalium poſſet tranſactio fieri, cum temporali,& ſibi annua penſio dari, cap. cum uenerabilis,de cenſi.& c.conſtitutus. Aut petitur res ſpiritualis uti proprietas,ut cum eccleſia petit decimas ex prædijs in ſua parrocchia conſtitutis, & tunc ſi agitur contra eccleſiaſticam perſonam poteſt fieri tranſactio auctoritate epiſcopi uel Archiepiſcopi,& erit perpetua.c.ſtatuimus, extra eo. ſi ſit facta abſque epiſcopi auctoritate,eſt temporalis,non excedens uitam tranſigentis,cap.de cætero,niſi fuerit confirmata per Papam. c.ve niens,ubi Imol.uer.tu potes dicere,eodem tit. Vel agitur con tra laicum,& tunc ſubdiſtingue, ꝙ vel agitur ſuper perceptis & ſubtractis,uel ſuper percipiendis, ſi primo caſu, poteſt fieri, c.cum apoſtolica,de his quæ fiunt a prælat.ſi ſecundo caſu, nõ
48 poteſt, 16.q.7.decimas quas.nec poteſt fieri tranſactio aut cõpoſitio cum laicis,ut minus ſoluant, niſi auctoritate Papæ, ca. pen.de confirmatione utili uel inutili Aut petitur res ſpiritualis uti beneficium,puta, quia dicit ſe electum uel canonicè inſtitutum,& tunc non fit tranſactio ſine ſimonia, ſed bene poteſt fieri amicabilis compoſitio.d.c.ſuper eo,ſcilicet,vt ille qui ius non habet,aut habere non creditur,penitus renuntiat iuri ſuo ſine aliqua datione aut promiſſione;uel ille, qui habet ius recipiatur ſine datione, ſi tamen neuter litigantium poſſideret,aut uterque contenderet beneficium ſibi dari, tunc ualet tranſactio,c.cum inter.de electio.& de præb.c.niſi,quia qui ius non habet ſuper beneficio moleſtat, uexat & contradicit de facto, & contradicentibus de facto poteſt ſine ſimoniæ vitio
49 pecunia dari,ut a lite,contradictione,& vexatione recedat: ꝙ moleſtatus & uexatus eo caſu videtur redimere vexationem ſuam,& non emere ſpiritualia.glo. in c.Matthæus.de ſimonia, prout eſt quando laicus, quem conſtat nihil iuriſdictionis habere ſpoliat quem de eccleſia, uel faciat eum de facto vitari tamquam excommunicatum;uel quando clericus, qui de iure non contendit ſe feciſſe, ſed de potentia, licitum eſt dare
50 uel promittere,quia nihil datur pro ſpirituali, ſed pro uexatione,quam redimere licet.Innocen.in c.ad aures.de ſimonia,ſed eſt aduertendum ut per Innocen.d.cap.Matthæus, an vexatus habeat plenum ius,uel non habeat,puta, an ſit electus & con-
51 firmatus,an uerò electus tantum, quia electo tantum ante cõfirmationem non eſt licitum aliquid dare uel promittere ſine uitio ſimoniæ,ſiue in electione moleſtetur de iure, ſiue de facto,arg.c.ſignificaſti, de electio. quod dictum placet Abba.ibi, quia dans in tali caſu uidetur dare uel promittere, ut libertius poſſit conſequi illud ſpirituale ius, quod reſtat habere, puta confirmationem;& ſic videtur datum aut promiſſum pro iure quærendo, quo caſu non eſt licitum dare uel promittere, etiam ad redimendum uexationem, ſecus ſit, ſi ius ſit quæſitum,& ius conſequutum, quia ſi vexatur, bene poteſt dare & promittere,vt per Innocen.& Abb.ibi. Item eſt aduertendũ, an ego,qui moleſtor & ſum uexatus, ſim in poſſeſſione, quia ſecundum Innocen.d.cap.ad aures,poſſum dare clerico & lai-
52 co ne me expellat per uim & uiolentiam, & ſine cauſæ cognitione,ſed ſi ſum extra poſſeſſionem eccleſiæ, nullo modo eſt mihi licitum aliquid dare pro poſſeſſione recuperanda, quia tunc non tantum redimo uexationem, ſed etiam poſſeſſio-
53 nem amiſſam recupero, quia licet poſſeſſio non ſit propriè quid ſpirituale, tamen eſt connexa & coniuncta ſpiritualibus, quia per eam & illius recuperationem ſeu aſſequutionem vexatus conſequitur exercitium ſuum ſpiritualium,vnde datum in illum caſum videtur ſimoniacum, per Abb.in c.dilectus, el primo,de ſimonia,Anan.in c.ſuper eo,de tranſac.glo. eſt magiſtralis in c.decimas,el 3.16 q. 7. in fine.ibi, conſueuit dici, ꝙ ſi ſum in poſſeſſione,poſſum redimere,aliàs non,ubi dicit Archid.ſecundum Hugo.ꝙ poſſeſſio in hoc caſu non facit uim, dummodo ego credam intruſum, ſiue poſſidentem non habere ius.ſequitur Anan.d.c.ad aures,uerſi.iuxta prædicta, ubi ſecundum Innocen. concludit ꝙ eſt licitum dare aliquid vexanti iniuſte ſuper temporali,quia ibi nullum eſt peccatum ex parte dantis,ſi in ſpirituali,& uexatus ſit in poſſeſſione,non peccat,ſi aliquid dat,vt non vexetur, ſi non habet poſſeſſionem, puta,quia fuit ea ſpoliatus, tunc non licet dare, & aliàs ut ibi per eum.& ſubiungit Augel.in ſumma.d.uerſ.utrum in rebus & c.in fi.& breuius conclude,ꝙ ſpirituale cum ſpirituali eiuſdem generis,puta de iure decimationis iſtius eccleſiæ cum illo illius eccleſiæ,poteſt fieri tranſactio, ſed de ſpirituali ad ſpi-
54 rituale alterius generis non licet, ſecundum Ber. quem allegat in c.ſuper eo,& eſt tutius,quamuis Innocen.c. ſtatuimus, & tex.cum glo.in c.ad quæſtiones,præallegatis, uideantur loqui indiſtincte, ꝙ licitum eſt de ſpirituali ad ſpirituale tranſigere;late per Ioan.de Imol.cap.ſuper eo,de tranſact.Cauti tamen litigatores noſtro tempore pro ſecuritate & quiete, vt tollantur dubia,diſputationes & lites, tractatum ſuper huiuſmodi ſpiritualibus habitum & factum, & rem omnem Papæ exponunt, & ab illo omnia narrata per uiam motus proprij, uel ſupplicationis, cum ſuppletione iuris & facti defectuum, cum diſpenſationibus,ac ex certa ſcientia confirmari & robo rari ſubſcriptione manu Papæ procurant,cum auctoritate Papæ facta tranſactio teneat,quia bene de illius auctoritate facta tranſactio in ſpiritualibus eſt ualida, ſi ſint ſpiritualia introducta & ordinata de iure poſitiuo,ſecus ſi ſint de prohibitis, quia ſimoniaca & ſpiritualia ſecundum ius diuinum, Io.de Imol.in c.ueniens,de tranſac.col.2.uerſi. in glo. 2.

Per quæ ſic diſtinctè intellecta,aliqualiter declarata materia uidetur, & multa ex ſuprà adductis contrarijs, meo iudicio ſunt conciliata & concordata, quia illa, quæ generaliter adducta ſunt, Primò, ꝙ malæ ſunt lites, & ꝙ illas abhorrere debemus,& ꝙ pro recedendo ab illis,conceduntur aliquando non concedenda,& pacta aliàs in ſpiritualibus prohibita, facta tamen pro receſſu a lite ualent & tenent,non obſtant in caſu noſtro,ubi iurium eſt expreſſa determinatio, & ſpecifica habent locum. Nec ualet argumentum,malæ ſunt lites, ergo eſt licita tranſactio in ſpiritualibus,quia ſunt diuerſa, & non bene de uno diuerſorum infertur ad aliud.l.Papinianus exuli.ff.de minoribus,quia cum in tranſactione interueniat datio,ideo prohibetur fieri in ſpiritualibus, ꝓ quibus nil dari poteſt, nec ſunt facienda mala pro euitando alio malo, & ꝙ pacta, quæ aliàs ſunt illicita non tenerent, in ſpiritualibus tenent. ſi ſint facta cauſa a lite recedendi,debent intelligi in caſu, cui iuris diſpoſitio non repugnat & in pactis non prohibitis, & in caſu non prohibito,capitulo,de cætero.de tranſact. & quale eſt in caſibus,ubi fit amicabilis compoſitio, & quando datur aut promittitur pro redimenda vexatione, & cum fit de auctoritate Papæ & alterius ſuperioris in caſu a iure non prohibito, uel expreſſo,& in caſibus ubi iura adducta loquuntur, quæ attentis diſtinctione & alijs præmiſſis,non remanent contraria, ſed concordata.

SVMMARIVM.

1 *Quid requiratur ad inducendam ſimoniam.*
2 *Amor ſpiritualis ſimoniam non inducit.*
3 *Datio,pactio,& conuentio in ſpiritualibus ſunt prohibitæ.*
4 *Valet collatio beneficij facta ad inſtantiam alterius.*
5 *Preces non ſunt ſimoniacæ,niſi fiant illa mente, vt excludatur dignus, & indignus admittatur.*
6 *Preces in dubio emiſſæ non inducunt ſimoniam punibilem.*
7 *Pater poteſt in numero eligentium dare ſuffragium filio.*
8 *Simoniacum eſt promoueri ſuis precibus ad prælaturam.*
9 *Qui renuit eſt uocandus ad dignitates, qui ambit repellendus.*
10 *Non idoneus non debet promoueri fauoris gratia.*
11 *Pecunia,humana gratia,aut populari tumultu fieri non debet electio.*
12 *Preces & fauor ſunt munus a lingua,quod inducit ſimoniam.*
13 *Omnes quod habent homines pecunia eſt.*
14 *Quomodo intelligitur, quòd fauor & humana gratia inducunt ſimoniam.*
15 *Preces pro indigno.non pro digno inducunt, ſimoniam.*
16 *Dignus & indigens pro ſe poteſt precari.*
17 *Preces carnales pro indigno faciunt ſimoniam.*
18 *Si prælatus pro fauore acquirendo,uel odio uitando, ad preces beneficium confert,ſimoniam committit.*
19 *Preces porrectæ pro indigno pro beneficio curato, uel ſimplici, ſunt ſimoniacæ.*
20 *Si pro digno & ad idoneitatem reſpicia tur,non eſt ſimonia.*
21 *Si quis pro ſe pro ſimplici beneficio preces porrigat,non committit ſimoniã ſi ſit dignus,ſecus ſi indignus.*
22 *Similiter eſt ſimonia,ſi quis emittit pro ſe etiam digno preces pro beneficio curato.*
23 *Licite poteſt dignus & indigens emittere preces pro ſe pro beneficio curato.*
24 *Vide melius quando preces inducunt ſimoniam.*
25 *Quæ ſint preces carnales.*
26 *Preces interpoſitæ a parente,uel fratre,carnales præſumuntur,& vitiant, niſi ſint pro digno.*
27 *Preces interpoſitæ ab extraneo præſumuntur ſpirituales, & pro digno.*

Source : BIU Cujas

28 *Quis non poteſt proſe petere, vt in prælatum aſſumatur.*
29 *Nemo ſuis precibus ordinari, vel eligi debet, quia eſt ſimonia.*
30 *Quatuor concurrere debent, vt quis pro ſe precetur ſine ſimonia.*
31 *Nullus ſibi aſſumat honores, niſi qui vocatur tamquam Aaron a Deo.*
32 *Ad honores, non ambitione, ſed labore peruenire debet.*
33 *Ad conferendum beneficia Eccleſiaſtica non debemus trahi affectione carnali.*
34 *Conſanguineo digno Epiſcopus prouidere tenetur.*
35 *Sanguinem tuum legitimum & dignum non deſpicias.*
36 *Epiſcopus nepotulo committit millia animarum, cui non committeret duo pyra.*
37 *Voluntas turbata uoluntas eſt.*
37 *Si regularis pro ſe effundat preces pro beneficio, & magis dignus propterea ſupplantatur, peccat.*
39 *Idem ſi ſæcularis & competenter beneficiatus, ſecus ſi non ſit competenter beneficiatus.*
40 *Diuites peccant impetrando beneficium cum uideant idoneiorem ſupplantari.*
41 *Nonnunquam preces inducunt ſimoniam, niſi faciat ille animo ſe collatori obligandi.*
42 *Idem eſt remittere, quòd dare.*
43 *Ad hoc ut ſimonia committatur, oportet quòd munus interueniat.*
44 *Semper preces ſunt ſimoniacæ, quando eſt certum quòd eſt datum animo obligandi, ſi dubium, & pro indigno, preces cenſendæ uiolentæ, ſi pro digno ſecus.*
45 *Preces patronorum præſentantium ſunt ſpirituales, nec ſimoniam inducũt.*
46 *Epiſcopus præferens conſanguineum indigentem in ſimplici beneficio apparenter digniorem non peccat.*
47 *Quod dicitur, preces inducunt ſimoniam, intellige, ſi precans ſit talis, qui precibus ſuis mouere poſſit.*
48 *Qui adulatur pro obtinendo beneficio eſt ſimoniacus.*
49 *Licitum eſt rogare pro ſe etiam pro beneficio curato, ſecundum aliquos.*
50 *Simonia a manu grauius peccatum eſt.*
51 *Solæ preces in dubio non inducunt ſimoniam punibilem.*
52 *Vide de ſententia lata per preces.*
53 *Rogans iudicem in cauſa criminali ut pro ſe pronuntiet, punitur in centũ.*

De precibus Simoniacis. Cap. 32.

q̄ ſic:non affirmo pro nunc, maximè q̄ ſimonia non fuiſſet cōmiſſa cū tot ex Cardinalibus quin remanſiſſent duæ partes ſine corruptione,quod vltimum cōcludit Inn.& econtra, q̄ electio quantumcunque ſimoniaca a Cardinalib.facta,ſi aliàs rite ſit facta,valeat,nec poſſit caſſari,nec tolli,quin ſit uerus Papa,quantumcunque criminoſus & irregularis eſſet electus.& ponit Arch.Flor.in 2.parte ſummæ.tit.3.de ſuperbia, c.11.uer. ſed quid cum duo,& aliàs ut ibi per eundem Iacobat.ſequitur Fulg.& Iaſ.in l.Barbarius.ff.de off.prætor.Zab.in c.licet,de electio.Bellam.& Card.Alex.c.in nomine domini.23. diſt.Facit, quia Papa ex ſola electione Papatum acquirit & plenum ius,
9 quia ſtatim q̄ electus eſt,adminiſtrat & ſe gerit pro Papa, nec appellatur electus ſed Rom.Pontifi.nec indiget ad exercitium Pontificatus confirmatione ſeu conſecratione uel intronizatione,per tex.d c.licet.& ibi Abb.uerſt.5.no. ideo exceptio nō eſt in hoc caſu proportionabilis, immo ineficax & inutilis q̄a exceptio opponitur contra petentem, cum ſit actionis excluſio,& electus in Papam nihil petit, cum iam ſit adeptus plenū
10 ius, quia Papa non recognoſcit ſuperiorem, & qui cognoſcat aut cognoſcere habeat de iuribus electionis, nec ad iſtum finem ēt poteſt congregari concilium,ut cognoſcat de iuribus
11 electionis,dicit Io.de Anan.ſecundum opinionem. d. Antonii.d.c.licet,in fi.ied gl.inquit, in c. ſi duo fortè contra fas. 79. tenet contrarium. idem tenere vī idem Cardinalis Iacobat. de ſimoniaca electio.eo.lib.& art.§.utrum aūt Papa poſſit accuſari de ſimonia,uerſi.& licet,ubi dicit,q̄ licet tex..n c. ſi quis pecunia,intelligatur communiter, q̄ q̄ eſt aliquis ſimoniacè electus in Papam, non in concordia nec a duabus partibus Cardinalium,tunc debeat omni conatu eijci,tunc obſtat ſimonia,ut probat tex.in §.pater.3.q.1.uerſic.ſed hoc, tñ crederem, q̄ quis eſſet electus a duabus partibus Cardinalium per ſimoniam,quantumcunque ex hac cā non poſſet amoueri, q̄ nihi lominus eſſet ſufficiens cā congregandi concilium,ex ſupradictis,ad prouidendum,ne ſimilis abuſus in Eccleſia Dei pullulet,& vt in poſterum non fiant ſimiles electiones, & aliàs, vt ibi per eum.

Item nec quò ad Cardinales ēt,qui aliquid receperunt, aut promiſerunt pro dando voto, vel obtinendo in electione p̄p̄,
12 pōt dici q̄ ſit uitiata electio, quia ēt Cardinalibus eligentibus non pōt opponi aliqua excepto.& ſunt tuti hodie ab exceptionibus, per tex.§.pen.præallegata clemen.Ne romani.ubi Anā. 3.col.uerſi.an opponi poſſit contra Cardinales exceptio ſimoniæ licet ēt inquit ibi,ſi eſſet notaria ſimonia,per tex.in c.ſi qs. 1.q.1.ſicut nec excommunicatio. & hoc fuit quod dixit & dicere uoluit Gondiſ. Villadieg ſupra allegatus, q̄ electio facta per ſimoniam non vitiatur, & q̄ Cardinales de hoc conuicti puniebantur,ſed hoc eſſe correctum hodie. ſequitur idem Iacobat.d.loco.d.§.utrum Papa.uerſi.nec obſtat q̄ tex.ubi dicit, Nec obſtat q̄ tex.in d c.licet, vult non poſſe opponi aliquam exceptionem electo a duabus partibus Cardinalium,& ſic nec excommunicationis,nec ſimoniæ „nec ēt contra Cardinales, vt in clem.ne Romani,quia illud fuit ſtatutum ſic pro euitan-
13 da diſcordia & ſchiſmate, quæ vt plurimùm p̄p̄ ſimiles exceptiones & contentiones contingebant,probat tex. in ſuo principio,non aūt per hoc fit quin electus remaneat excommunicatus & ſimoniacus.& quin ex hoc non debeat congregari cōcilium,vt ceſſent ſimiles abuſiones, idem Iacob paulo poſt, uerſi.& quid ſi dicatur,ubi dicit.Sed tu dic,q̄ cōiter tenetur cōtrarium,q̄ electio p̄p̄ quantumcunque a Cardinalibus per ſimoniam facta non eſt ipſo iure nulla, & q̄ talis ſic ſimoniace electus eſt habendus pro Papa ab uniuerſali eccleſia.& ſubiūgit paulò poſt,& ſi dicatur in caſu,quo per ſimoniā eſt electus, ad quid proderit congregari concilium ſi ex cā ſimoniæ Papa non pōt deponi,reſpondetur,q̄ ſaltim vt habentes eligere puniantur,& ne in poſterum attentent ſimilem ſimoniacam electionem facere,& vt Papa de commiſſis pœniteat.

Sed ſpeciale hoc eſt in p̄p̄ electione per glo.d.ca.licet,& per
14 Abb.ibi,ubi enumerat ēt & ponit multa ſpecialia in electione p̄p̄,nec immeritò,quia cum in electione p̄p̄ non poſſit haberi recurſus ad ſuperiorem,qui ſuperiorem non habet nec recognoſcit,debet in eo aliquid ſpecialiter determinari,per tex.d.c. licet,in fi. De qua electione p̄p̄ vide adducta per Alb. in uer. electio,3.& eſt bulla edita per Iulium Papam ſecundum ſub
15 data Romæ anno 1505. 19.Calen. Febr. Pontificatus anno 3. quæ eſt inſerta poſt extrauag.in aliquibus textibus,& incip.cū ſimoniæ labes tam diuino,quam humano iure &c.quæ impo nit pœnas grauiſſimas,& vult q̄ electio ſit nulla, ſi ſit per ſimoniam facta,& q̄ Cardinales ac mediatores puniantur,quæ fuit approbata in concilio Lateranēſi ſub eodem Iulio ſeſſione 5. & bulla ſub Paulo quarto noſtri tpis contra ambientes Papatum ſub dat.Romæ 1558.17.Kal.Ianuarij ſui Pontificatus anno 4.quæ ſimiliter pœnas imponit ambientibus uel procurantibus Papatum Papa viuente.

Et adeò eſt execrabile delictum ſimoniæ in electione, q̄ ēt vitiat electionem & impedit,licet ēt uotum & uox pro qua fuit datum quid aut promiſſum non eſſet neceſſaria ad ualiditatem,puta,quia ēt ſine ipſa uoce poterat procedi ad faciendum
16 electionem,quia ēt eo caſu intelligitur commiſſa ſimonia,per Abb.d.c.Matthæus.uerſi.2.collige.Rom.conſi.217.& ēt committitur ſimonia in electione, q̄ non obſtante dato aut promiſſo electores erant nihilomiuus electuri, & electionem facturi,glo.& Abb.in c.nobis,de ſimonia,ubi Io.de Anan.& nō ſolum committitur ſimonia, q̄ datur electoribus, ſed ēt q̄ conſanguineis & amicis, familiaribus uel famulis electorum
17 aut eligere debentium. Et non ſolùm q̄ per ipſum eligendū, ſed ēt q̄ per alium,per diſtinctionem Abb.& Anan. & Arch. c.ſicut,1.q.6.ubi dicit, q̄ ubi ordinatus uel beneficiatus pecuniam pro ordine uel beneficio dediſſet, ēt ſi ſine pecunia ordinem uel beneficiū erat habiturus,ſimonia eſt;ſi uerò alius, non autem ipſe ordinatus uel beneficiatus dedit, aut promiſit pecuniam,excuſatur datio,nec vī ſimoniaca, ſecundum Inn. quem ibi allegat, & ſecundum Hoſt. ſi quis obtinet ordinem uel beneficium dando pecuniam non ordinatori,ſed alij, quē & quod erat aliàs obtenturus,non eſt ſimonia; ſi autem non erat aliàs obtenturus,uel etiam obtenturus erat, & dedit ordinatori,ſimoniacum eſt,per iura ibi per eum adducta.

Clarius diſtinguit Anan.in d. c.nobis,ubi dicit, q̄ aut pecunia fuit data electoribus,& tunc procedit opinio gl.q̄ eſt commiſſa ſimonia,& vitiata electio,aut fuit data pecunia,uel promiſſa non electoribus,ſed tertio,fortè conſanguineo,uel amico debentium eligere,& tunc ſi fuit data per ipſum, qui ſperabatur eligi,omnino uitiatur,ēt ſi erant eum aliàs electuri,quia
18 pro iure ſpirituali quærendo, non debet aliquid dari aut promitti:& locus regiminis quærentibus & ambientibus eſt denegandus,quia qui talia quærit &ambit eo ipſo reddit ſe indignū, qui erat dignus,& tamquam ambitioſus eſt reprobandus.8.q. 1.in ſcripturis.aut fuit data, aut promiſſa pecunia per alium, & tunc ſi propter hoc electores non ſunt moti, quia erant eū aliàs electuri,non eſt commiſſa ſimonia,& intentio eligentiū, q̄ erant eum aliàs electuri,ſatis poteſt probari per eoſdē, quia cùm nihil habuerint ipſi, vel eis quid promiſſum non ſit, non ſunt in crimine.vnde eis deponentibus credi poteſt, cum in facto proprio non deponunt, quia forte decreuerant unanimiter eum eligere,& ſic inquit ceſſat motiuum Io.Andreæ.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio,datio,uel conuentio ex poſt facto non inducit ſimoniam.*
2 *Vbi datio eſt prohibita, ibi & promiſſio.*
3 *Quis incidit in pœnam,licet non teneat quod geſſit.*
4 *Promiſſio facta patronis ante præſentationem eſt ſimoniaca,non poſt.*
5 *Si poſt præſentationem fit promiſſio,eſt aduertendum, quòd non fiat incontinenti.*
6 *Ea quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe.*
7 *Inſtrumentum factum eodem die,in dubio cenſetur factum incontinenti.*
8 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
9 *Factum videtur incontinenti quòd fit antequam ad extraneos actus diuertatur.*
10 *Promiſſio relatiua & reciproca videtur inducere ſimoniam.*
11 *In beneficialibus actus reciproci inducunt ſimoniam.*
12 *Promiſſa eiſdem die, loco, teſtibus iuxta contractum,cenſentur promiſſa propter contractum.*
13 *Pro electione imperij pecunia dari nec promitti poteſt.*
14 *Quare non liceat dare electoribus imperij.*
15 *Si pro dignitate aſſequenda detur principi,non eſt commiſſa ſimonia,ſecus ſi detur aſſiſtentibus.*
16 *Illicitè factum tenet,ſi per ſuperiorem toleretur.*
17 *Epiſtola diui Thomæ ad ducißam Brabantiæ ſuper venditione officiorum.*
18 *Boni uiri ſunt eligendi & cogendi ad officia.*
19 *Etiam gentiles ſimoniacos detrectabant.*
20 *Quintus Coponius pro amphora vini ambitu condemnatus.*
21 *Titulus de ſimonia,hodie ſilet,& propterea non fuit Sexto repetitus.*
22 *Simonia non punitur, vti debet.*
23 *Theodoſius propter merita honores dabat.*
24 *Non eſt ſimonia dare pecuniam principi pro officio ſuo.*
25 *In ſæcularibus dignitatibus non committitur ſimonia, quia non continent ſpiritualem iuriſdictionem.*
26 *Spiritualem iuriſdictionem non eſt reperire extra eccleſiam.*
27 *In officijs habentibus temporalitatem tantùm,non committitur ſimoniæ.*
28 *Secus in habentibus ſpiritualitatem.*

De eadem materia. Cap. 35.

1 ET intellige, quando promittitur, datur, aut conueniret ante electionem,non poſt,quia promiſſio, datio, uel conuentio ex poſtfacto non uidetur inducere ſimoniam: notatur in tex.in d.c.nobis.vbi Anan.ſecundo not.q̄ ita reprobatur electio,ſi præceſſit illam promiſſio pecuniæ,ſicuti ſi præ

ceſſiſſet

Source : BIU Cujas

ceſſiſſet datio & ſolutio : quia ſolutio & promiſſio pari paſſu ambulant.l.fi.C.ad l.falc.& ideo ubi eſt prohibita ſolutio, ſiue
2 traditio,ibi eſt prohibita promiſſio.c.2.de conceſſ.præbē.& licet promiſſio ob turpem cām ſit nulla, tamen nocet & vitiat electionem,& ſic incidit quis in pœnam , licet non teneat, ꝙ
3 geſſit.l.ea quidem,& ibi Cyn.C.ſi mancip.ita fuer.alien.l. 4.§. ſi quis tabulas.uerſi.item ſine iure ualeat.ff.ad Syl.c.diſpendia. 2.reſponſo.de reſcrip.in 6.Petr.de Anch.clem.1.in glo. in uer. matricem,de ſent.excommun.not.in c.quorundam, de ſolutio.per Doctores ibi,eſt tex.in c.Artaldus,q̄ hoc dicit expreſſe.8.q.3.ibi,nullam conuentionem fecerat ante electionem de preſtando iuramento,de quo ibi Vrbanus illum conſecrauit. ubi Gemin.in figuratione caſus.eſt tex.in ca.ueniens , extra de teſtibus,vbi Abb.uerſic.ſed quæro , ubi facta quæſtione, an ſi præsbyter feciſſet dimiſſionem de barilibus vini parrochianis poſt electionem,vel poſt præſentationem,eſſet ſimonia, concludit & tenet ſecundum Io.And.ꝙ tunc non fuiſſet ſimonia, quod dicit verum,niſi tamen prius conueniſſet,vt reciperetur & eligeretur promittens,ꝙ poſtea faceret remiſſionem, vnde poſt poteſt remittere & promittere de remittendo ſine uitio, ut ibi dicit Io.And.quia promiſſio ibi facta patronis ante præ-
4 ſentationem erat ſimoniaca , ſecus eſt ſi poſt præſentationem & electionem facta ſit , quia tunc ſimonia non committitur, Dec.in conſi.118.1.uol quod eſt conſilium factum in cauſa cuiuſdam præsbyteri,qui medietatem fructuum promiſerat patronis pro habendis illorum uotis & uocibus in præſentatione de facienda.idem Dec.in l.2.C.de inſti.& ſubſti. uerſi. circa ſecundum,vbi dicit,conſiderandum eſt ꝙ ſi oblatio fuit facta poſt quam ille receptus fuit in monaſterio , res videtur plana, quia datio aut promiſſum factum poſt receptionem vel electionem non inducit ſimoniam,vt not.Io.And,in c. veniens, el 1.de teſtibus,ſi autem ante receptionem, maior videtur dubitatio,ut per eundem ibi.

5 Et ꝙ datio uel promiſſio ſequuta poſt electionem non inducat ſimoniam,eſt intelligendum , ſi videlicet non ſequatur promiſſio,aut datio incontinenti & illico poſt electionem, & antequam diuertant partes ad extraneos actus, quia licet in effectu ſit factum poſt,ſi tamen non interuenit aliquod interuallum,non poteſt dici ſequuta poſt , ſed eo quaſi inſtanti fa-
6 ctum cenſetur,quia ea,quæ incontinenti fiunt,cenſentur ineſſe.l.iuriſgentium.§.quinimmo.ff.de pact.l.lecta.uerſic.dicebā. ff.ſi cert.petat.unde non poſt ſequuta intelligitur , ſed eodem actu & contextu omnia peracta , quo caſu inducitur ſimonia. Bellam.deciſ.12.ubi de hoc rationem ponit,quale eſt etiam q̄ñ aliqui contractus fiunt,de quibus dicit inſtrumentum eodem die loco & teſtibus, cenſentur contractus facit incontinenti unus poſt alterum,prout dicit Bal.in altera repetitione.l.petēs. C.de pact.& in l.1.in fi.C.de oper.liber.& in l.pen.§. ſi mulier. C.ſol.mat.probatur in l.continuus,in prin.ff.de uerb.obl.& in l.ſi ex duobus in prin.ibi,poſtera die,a contrario. ff.de duob. reis,in quibus uidetur probari ꝙ factum eodem die cenſetur
7 in dubio factum incontinenti,quantò fortius,ſi eodem die,loloco,& teſtibus,& notario.exemplum poſſet poni de quodā amico,cui cum eſſet facta renuntiatio in ciuitate Lucana certorum beneficiorum , eodem die inuentus fuit feciſſe obligationem quingentorum in fauorem reſignantis de mutuo confeſſato eidem reſtituendo,qui contractus videtur factus incōtinenti & inſimul, cùm contractu dictæ renuntiationis accedēte etiam alia coniectura & præſumptione , ꝙ nemo præſumit
8 iactare ſuum.l.cum de indebito.ff.de prob. quia in dubio non præſumitur donatio.l.ſi cum aurum. de ſolut. Et quale eſt, q̄ñ vno contractu celebrato celebratur alter antequam ad extraneos actus diuertant partes,quia licet unus fit poſt alium,tamē unico contextu oēs celebrati cenſentur , quia illud quod fit antequam diuertatur ad actus extraneos,incontinenti factum videtur.l.duos reos.§.fi.de duob.reis.Et tunc dr̄ pactum incō-
9 tinenti appoſitum,q̄ñ fit antequam contractus ſit habitus pro abſoluto,& incontinenti factum cenſetur antequam contractus ſit habitus pro abſoluto,& etiam antequam diuertāt partes ad extraneos actus,licet ſit habitus pro abſoluto, Corneus conſi.fi.lib.1.1.col.

Item vr̄ intelligendum alio mō ꝙ promiſſio & datio poſt electionem,renuntiationem , & collationem non inducat ſi-
10 moniam,ſi videlicet promiſſio non appareat reciproca, relatiua,& correſpectiua,quia tunc ſemper arguitur ſimonia, licet actus ſit ēt longè poſt celebratus , ex quo in beneficialib. actus reciproci,facio vt facias,do ut facias , promitto ut des, vel vt
11 facias,inducunt ſimoniam,per tradita per Modernos in c.paſtoralis,de reſcrip.Corn.d.conſi.Iaſo.in l.Titia col.11.de uerb. obl cum concord.per Dec.in l.certi condict. §. ſi nummos.5. col.ff.ſi cert.petat.per quæ dicta dicit iudicatum fuiſſe in Rota Lud.Gomeſius ſuo tpe.q.12.in reg. de triennali,uerſi.ſecundo principaliter,per totam vſque ad finem. vnde ſi ſunt correlatiua,reciproca,& correſpectiua ad renuntiationem, electionē, & collationem iam factas & ſequutas,licet ſint cum interuallo & ex poſt multum,nihilominus inducunt ſimoniam, vt ibidē per Gomeſ.Et q̄ñ aliqua promittuntur eodem die,loco,tpe,&
12 teſtib.iuxta contractum , incontinenti cenſentur promiſſa pp contractum,& ſic cenſenē correſpectiua,p Cor.d.loco,quia attenta correlatiuitate,correſpectiuitate,& reciprocitate videntur habere dependentiam ab actu , cui ſunt reciproca , & eſſe idem cum eo,aut pars illius.

Facit in materia iſta,quia ēt electoribus imperij pro Imperij electione pecunia nec dari nec promitti pōt,quia eſſet emere,
13 & cum oīs ptās ſit data deſuper & a Domino tributa,13.ad Roman.& Imperator ab electorib. deputatis ſit eligendus, vē eſſe prohibitum alia uia aſcendere,Io.And.ca.1. de homic.in 6. poſt Hoſt.ergo non per pecuniam,notando poſt Hoſt. cōtra dantem pecuniam pro Papatu uel pro imperio , ꝙ incidit in crimen.l.Iul.de ambitu.l.j.ff.ad l.Iul. de ambitu. quia imperiū eſt honor cum adminiſtratione, quo caſu non eſt licitum dare pecuniam pro illo conſequendo,licet poſſit dari pro obtinendo honore ſine adminiſtratione,Bar.in declaratione.d.l.1. ubi dicit,ꝙ ita loquitur titulus in auth.ut iud. ſine quoq; ſuffr. quod dictum facit ad qōnem , ut non liceat emere imperium pecunia,& dare vel promittere pecuniam pro imperio, uel p electione illius,quia idem eſt ambitus,ꝙ ſimonia.per Bar.ibi, in prin.Et pretium dari non pōt electoribus imperij, ēt alia ra-
14 tione,quia electores in electionibus iurant eligere idoneum iudicio illorum remoto pretio,pacto,ſtipendio,uel promiſſo, uti cauetur ēt in bulla aurea Caroli.4.Rom.Imperatoris,vt late per Reſtaur.Caſtal.in ſuo tract.de imperato.q.119.per totū.

De dignitatibus ſæcularibus uidetur dicendum , ꝙ ad illas quis poſſit promoueri ēt aliquo dato uel promiſſo ſine vitio, dummodo ſit quis electus uel promotus per principem , cum quo non committitur aut cōmitti pōt ambitus,uel ſimonia,d. l.1.ut cōiter ibi per Doctores : ſecus eſt ſi detur uel promittat aliquid aſſiſtentibus ad latus p̄p̄ uel principis,ut per Sali. ibi, q̄
15 dicit,ꝙ illud ꝙ dr̄,ꝙ non committitur in Vrbe & in Romana curia ſimonia , aut ambitus cum Papa , uel cum Imperatore, intelligitur ſi pro honore,uel officio conſequendo detur principi,ſecus ſi aſtantibus ad latus p̄p̄. Caſtal. in trac. de Imper.q. 110.caſu.282.ubi multa allegat,ſequitur Bal. in l. Barbarius.ff. de off.prætor.ubi dicit,ꝙ quamuis non liceat poſtulare adminiſtrationem temporalem , quia poſtulans incidit in l. Iuliam de ambitu,quæ impedit promouendum,factum tamen tenet, quando per ſuperiorem toleretur in officio , & ſic ſimoniaca
16 promotio in temporalibus eſt aliqua, quamdiu ſuperior eam non reſcindit.& paulò poſt ibidem per eum , eſt in ſuperioris arbitrio notare petentem de ambitu nec ne , & ſi ſuperior admittit non cenſetur impetrans ambitioſus, ſed dignus.

Et legitur Epiſtola diui Thomæ ad duciſſam Brabātiæ.Apo
17 ſtolus dicit,Multa licent,ſed non oīa expediunt, cum aūt baliuis & officialibus noſtris non committis, niſi temporalia officia,non uidetur quin liceat uobis hmōi officia nendere,dummodo talibus uendatis,de quibus præſumi poſſint , ꝙ ſint utiles ad hmōi officia exercenda,& non tanto pretio uendantur, ut recuperare non poſſint ſine grauamine ſubditorum. ſed tñ talis uenditio omnino non uidetur expediens , quia frequenter contingit ꝙ illi,qui eſſent mꝛgis idonei ad huiuſmodi officia,ſunt pauperes,& officia emere non poſſunt , immo etiam ſi diuites ſint,tamen quia boni ſunt,non deſiderant nec uolūt talia officia.unde ſequitur ꝙ ut plurimum illa officia emunt, qui ſunt priores,& ſubditos magis opprimunt,unde magis expediens vr̄,ut bonos & idoneos ad officia veſtra eligatis:quos
18 ēt cogatis ad illa ſuſcipiendum,quia per eorum bonitatem magis accreſcit uobis & ſubditis,quàm ex illorum officiorum vēditione Et hoc conſilium dedit Moiſi cognatus ſuus , dicens, Prouide de omni plebe viros ſapientes timentes Deum in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritiam , & conſtitue eos Tribunos & Centuriones,& Quinquagenarios , & Decanos, qui iudicent populum omni tpe. Et dicit idem S.Thoma.eadem Epiſtola,ꝙ ſi hoc pacto mutuum dant, ut recipiant officium, pactum eſt uſurarium,quia pro mutuo recipiunt officij ptātē; unde in hoc datur eis occaſio peccandi , & ipſi tenentur reſignare officia taliter acquiſita. ſi tñ gratis officium dederitis, poſtmodum mutuum recipiatis ab eis, ꝙ ex officio poſſent recipere,& hoc abſq; peccato fieri pōt.refert Alber.in uer.talea, & refert Lud.Gomet.in reg.de trien.q.12.ꝙ ēt pagani & gentiles hoīes ambitioſos & ſimoniacos deteſtabant̄,ſic enim apud
19 ueteres.Quintus Coponius ꝙ uini amphoram ei cuius ſuffragio magiſtratum petebat dono dederat,ambitu condemnatus fuit:ſed pœna ambientium ceſſauit in Vrbe poſtquam popu-
20 lus,Senatus,& reſpublica ceſſauit,& aduenere principes in Vrbe,quia ad curā principū,non populi fauorē,tunc magiſtratuū creatio pertinuit.Et ita quoq; hodie titulus de ſimonia ſilet, &
21 p̄p̄ea in 6. lib. decretalium nec in clementinis titulus de ſimonia,nō fuit repetitus,& hoc eſt ꝙ uoluit dicere Bar. in l.1.ff.ad l.Iuliā de ambitu p̄ illa uerba,& iō ſciatis quia Decretiſtæ fecerunt multas quæſtiones,tñ in tractatu de ſimonia , quæ eſt idē

Source : BIU Cujas

ꝙ ambitus,nullam nouam conſtitutionem fecerunt, & ratio
22 quia ſimonia non punitur uti debet,vnde factum eſt, vt plerique noſtri temporis,vt Lampridius refert, principis Heliogabali ſequuti exemplum,indignorum precibus,aut nummo magiſtratus & ſacerdotia indoctiſſimo cuique & virtute carenti conferunt,Theodoſij præceptum poſtergantes,qui viros non
23 ambitione,vel pretio,ſed probatæ vitæ & diſciplinarum teſtimonio ad honoris inſignia promoueri debere uoluit:Alexandri Imperatoris ſequutus exemplum,qui ideo ſe nolle dignitates & magiſtratus vendere prædicabat,quia,qui emunt & vẽdunt,neceſſe eſt, vt pecunias in emptione expoſitas recuperent & c.vt ibi per eundem Gomeſ. pro quo vide quæ cumulat Abbas in c.1.ne prælat.uic.ſuas.nu.4.immo inquit Bald.in d.l.Barbarius.in 2.col.uerſi.veniamus ꝙ ſi principi datur pecunia pro officio ſuo,iſta non eſt ſimonia, quia iſtud non eſt prohibitum in officijs,de iure diuino,ſed de iure ciuili, cui Cæſar
24 non ſubeſt,ergo & Papa ſua temporalia poteſt vendere abſq; aliqua prauitate,Pet & Cyn.in l.extra.ff. de iuriſd.omn. iudic. nec poteſt etiam committi ſimonia cum Cæſare, qui eſt vir religioſiſſimus & ſanctiſſimus.l.unum ex familia. §. fi.ff.de leg.2.

Verùm quicquid dicant iſta,& quicquid ſint ſuperius dicta,
25 ſæculares dignitates non habent in ſe,nec continẽt iuriſdictionem,aut adminiſtrationem ſpiritualem, uel ſpiritualitatem, quia iuriſdictionem ſpiritualem non eſt reperire extra eccleſiam,not.in c.ſi a ſubdelegato,de off.deleg.lib.6. Bal.in d.l.Barbarius,2.col.dicit gl.in c.ſicut.1.q.6.ibi, uel aliud in dignitatib. ſæcularibus, ubi innuit ꝙ dignitates ſæculares peti & ambiri poſſunt ſine vitio & periculo ſimoniæ,videtur uelle Abb.in c. extirpandæ.§.qui verò,de præben.col.pen.uer.& prædicta, vbi dicit,ꝙ ſi officia non ſint talia, quæ habeant in ſe & concernãt exequutionem ordinis,uel clauium, ſed tantummodo iuriſdi-
27 ctionem temporalem & temporalium adminiſtrationem, ꝙ in illis ſimoniæ vitium non incurritur, quia ſimoniæ vitiũ perpetratur in illis,in quibus adeſt ſpiritualitas vel annexitas ad ſpiritualia,non autem vbi abeſt, veluti ſunt iſta ſæcularia officia, & huiuſmodi prout ſunt ex diffinitione ſimoniæ,quia licèt ſit peccatum,non per hoc tamen dicũt Doctores ꝙ ſit ſimonia, glo.in c.ſicut epiſcopus.1.q.1.vbi dicit, ꝙ caſtaldiam uendere & alia eſt peccatum,Innoc.in ca.1.ne clerici uel monachi, vbi dicit,ꝙ temporalia officia vendere,veluti caſtaldiam,non cõmittitur ſimonia,quamuis ſit turpis quæſtus:ſecus ſit, ſi officia habeant iuriſdictionem ſpiritualem, quia in illis veluti in beneficijs committitur ſimonia,c.1.& ſecundo ne prælati uic. ſuas.
28 gl.in ſumma.1.q.3.ubi Arch.gl.in c. Saluator.1.q.3. per Inn.d. c.1.ne prælat. diximus ſuprà in mentali in quæſtione de collatio.officiorum per Papam.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter eligere,& præſentare.*
2 *Quilibet renuntiat fauori ſuo.*
3 *Electio ſequuta acceptatione & confirmatione eſt actus ſpiritualis,ante verò eſt annexus ſpirituali.*
4 *Electus poſt conſenſum coniungitur ſpecialiter eccleſiæ uiduatæ.*
5 *Spiritualia non preſcribuntur a laicis.*
6 *Papa in ſua conſecratione dat Romanis certam indulgentiam, uel pecuniam.*
7 *Significata propoſitionis,pro.*
8 *Laicus non eſt capax iuris ſpiritualis.*

De eadem materia. Cap. 36.

PEr hæc ſatis diffusè deducta, affirmatiue poteſt dici,ꝙ in electione ad ſacerdotia, uel dignitates eccleſiaſticas,non poteſt interuenire pactio,conuentio,aut conditio áliqua,quin debeat fieri pure,ſimpliciter,libere,& ſyncere.unde ad reſpondendum ad adducta in contrariũ deuenio.

Et primò non obſtat illud,1.q.6.in ſumma, ꝙ electio nullos faciat participes ſpiritualis gratiæ, & ꝙ nullum tribuit ius electo ante acceptationem & ante conſecrationem, quia in eodem textu patet reſponſio & reſolutio, ꝙ ex quo electio eſt quoddam annexum & adiunctum ad conſecrationem & confirmationem,ſimonia in ea committitur,veluti in cõſecratione,quia ita in annexis ſpiritualibus committitur ſimonia, vti in ſpiritualibus,vulgatis iuribus.

Nec obſtat illud,ꝙ electio ſit idem ꝙ præſentatio, & eligere ſit præſentare,& ꝙ ius patronatus & præſentandi venditur,donatur,& ad hæredes tranſmittitur,& ꝙ patronus & pupillus alternatiue præſentant & eligunt: ita pari modo eſt dicendum de electione ac iure eligendi,per quod apparet ꝙ non videtur ſpirituale,quia ibi verbum, electum,eſt improprie poſitum & ſumptum,uidelicet pro præſentatione & pro præſentare, quia eligere proprie non eſt patronorum, ſed præſentare, unde ſi vnum ponatur pro alio,id fit improprie,quia differunt inter ſe
2 electio & præſentatio,quia electio fit a collegio vel capitulo, præſentatio fit a ſingularibus perſonis, & electio fit de prælatis,præſentatio de alijs perſonis.d.c.2.d.c.nobis, per Abbatem in c.de auctoritate,de inſti.Rochus de Curte in tracta. de iure patro.4.col.in principio,uerſi.4. quæro, meritò non obſtat,& Lapus ibi declarat,ubi multas differentias ponit inter electionem & præſentationem, quia electio non fit alternatiue, nec fit incerte,ubi uide per eum,ubi dicit ꝙ electoribus hoc non licet.

Nec obſtat pari modo ꝙ electioni renuntiatur, & ꝙ ſacramẽta ſemel acquiſita amitti non poſſunt, & ꝙ character ſemel impreſſus eſt indelebilis, & ꝙ difficilius deſtruuntur ſpiritualia,quàm conſtruuntur:quia electio non infigit characterem, & ei bene ante acceptationem & confirmationem, & aſſenſum præſtitum per electum renuntiatur & renuntiari poteſt, vt per gl.met allegatam,quia inductis in fauorem ſui quilibet
2 renuntiare poteſt.l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact.Nec valet argumentum, electioni renuntiatur, ergo electio non eſt ſpiritualis,quia electio eſt actus ſpiritualis ſequuta acceptatio-
3 ne & confirmatione, ante verò acceptationem & confirmationem eſt quid ſpirituali adiunctum, annexum, & quodammodo præambulum ad ſpirituale, quia prælegatis iurib. electio gignit confirmationem,c.nihil, extra eo,confirmatio dat adminiſtrationem, ca.ex tranſmiſſa.extra eo.quia electus poſt conſenſum coniungitur ſpiritualiter eccleſiæ viduatæ, c.cum inter de translat.

Et ꝙ iura ſpiritualia & eccleſiaſtica non poſſint præſcribi,
5 intelligendum eſt a laicis perſonis,ſecus ſit,ſi præſcribẽtes ſint perſonæ eccleſiaſticæ & habiles ſpiritualiũ,quia bene poſſunt ab eis præſcribi, ueluti canonici, qui electionem ſeu eligendi ius præſcribunt,tex.& gl.in c.cum eccleſia.de electio. Illud verò ꝙ ſub conditione etiam inſolita & de nouo inuenta poſſit fieri electio &c.eſt intelligẽdum de iuſta conditione, honeſta, & a iure non reprobata, & ꝙ cautiones & promiſſiones poſſint exigi ab electo ante confirmationem & conſecrationem, hanc opinionem Inn. ſequitur Aret.in c.1.in gl.2.de iureiur.& Henric.Boic.in d.c.ſignificaſti,poſt Inn. & intelligit, ſi ſit promiſſio,cautio,& onus quod imponi poſſit, ſecus ſi non poſſit legitime imponi, unde motiuum non facit obſtaculum, quia conuentiones & pactiones ſimoniacæ ideo non valent, quia ſunt a iure reprobatæ.

Item nihil facit ꝙ electio fiat uel fieri poſſit per compromiſſum, quia eſt modus electionis faciendæ & eligendi a iure inuentus & traditus,vt per iura allegata. Nec minus obſtat illud,ꝙ in electione, quæ explicatur per interuentum plurium perſonarum non poteſt interuenire ſimonia, quæ in numeroſo cætu Senatus & populi & ſub tot oculis committi non poteſt,quia licet uideri poſſit ueroſimile, poteſt tamen eſſe non nerum,quia poteſt bene dari uel promitti uni uel pluribus electorum ſeorſum ab alijs ſecreto & ſeparatim. nec text.allegatus per Bal.in l.hac conſultiſſima,quæ loquitur de numero teſtium in teſtamento adhibendorum,niſi difficulter & in argumentum (quod ſit tanti viri pace dictum) probat caſum noſtrum.Quod verò dicebatur de electione Papæ,ꝙ in illa non videtur attendenda ſimonia,non obſtat, quia ſpeciale eſſe id tanta electione tanti momenti fuit iuris expreſſa determinatione ſancitum,cui iura nullam exceptionem, præterquam quæ ſit in iure expreſſa, obijci & obſtare voluerunt, vt ibi ſatis fuit dictum.

Item non facit cõtrarietatem illud,ꝙ dixi notari in c.Matthæus,quia non ualet dicere contradicentibus in electione, ſi promittatur uel detur de uoluntate electi pecunia, uel quid aliud temporale,ſimonia eſt commiſſa: ergo ſi non de uoluntate eo ignorante,uel aliàs,non committitur,quia,ut ſuprà dicebamus,qualitercumque promittatur uel detur pecunia pro electione,dummodo non detur ab inimico & in fraudem electionis a ficto amico,& contradicente & prohibente electo,& aliàs in caſibus a iure expreſſis, uidetur iure cautum ꝙ ſimonia committatur & ſit commiſſa, nec ualet argumentum a cõtrario ſenſu,quando eſt a iure determinatum contrarium, vt per Abbatem.d.loco.

Et ad tex.in c.fi.in fi.1.q.6.reſponde, ꝙ ibi erat idoneus electus,& erant illum omnino electuri,& forte decreuerant inter ſe omnino eligere, & non fuit datum uel promiſſum per eum,ſed per alium,ut per Abb.in c. nobis, ubi Anan.& alij,de ſimonia.

Et ad illud in c.Agatho.63.diſt. ꝙ pro conſecratione Papæ dabatur certa quantitas pecuniæ Imperatori, reſponderi poteſt multipliciter, ꝙ illud non dabatur pro actu conſecrationis,ſed in recognitionem multorum beneficiorum receptorum ab Imperatoribus,& ad recolenda beneficia ab Imperatoribus collata Rom.Eccleſiæ:& illo tempore videbatur congruentius & conuentius quàm alio, ſicut dicit ibi Dom. de S. Gem.ꝙ hodie Papa dat Romanis in ſua conſecratione certã
6 indulgentiam uel pecuniam,ut per Card.Iaco. in ſuo tractatu

de

Source : BIU Cujas

de conci.lib.4.art.4.de simoniaca electione Papæ, vers.quibus addo. in fin. Nec obstat quòd in tex.dicatur, pro ordinatione pontificis,quia dicit Gemin. quòd ibi,pro,propositio nō stat causatiuè,sed consecutiuè,subiūgens,quòd præpositio ista aliquando notat appretiationem,quandoque causam finalem, 7 idest,cum datur pro ueneratione sacramentorum, siue ꝓpter venerandum sacramentum, & tunc quandoque notat causam efficientem, sed cum datur propter deuotionem, quam habet ad sacramentum,primo casu numquam licet temporale pro spirituali dari, vel è conuerso:secus est in duobus secundis casibus,quibus non videtur prohibitum, ibi remittit se ad ad dicta per eum in c.iudices,& c.ordinationes.1.q.1. & ad gl. in l.Barbarius,quæ dicit, quòd simoniace ordinatus retinet ordinem & dignitatem &c.dic quòd illa gl.non allegat aliquid in iure canonico,vnde pro responsione dic, vt in quæstione de ordine in ista secunda parte.

Nec obstat tex.in c.nosce,& c.in plebibus.63.distin.quòd in electione prælati interuenire habeant laici &populus,& ꝙ patronus laicus interuenit in ecclesiæ collegiatæ prælati electione,per glo.in c.de hoc,de simonia,dic quòd licet populi sit adhibendus consensus,vt per tex.d.c.nosce, in fin. non tamen per hoc sequitur quòd debeat populus interuenire electioni,quia 8 non est capax illius iuris,laicus,nisi sit ex priuilegio factus habilis & capax à Papa,& a quo solo & non ab alio potest habilitari,not.in c.2.de iud.c.quanto.de consue. c.causam quæ, de præscript.bonus tex.cum glo.in ca.nobis. de iure patr.Abb.in c.de hoc simonia.uers.in gl.in ver.regem,quia talium incapacium interuentu facta electio esset nulla,tex.no.in c.Messana, de elect.nec esset validum pactum initum cum prælato de cō sensu capituli, vt laici admitterentur cum illis de capitulo ad coeligendum prælatum.c.sacrosancta,vbi Compostella.Pan. Ioan.Andr.& Bal.qui dicunt,ꝙ laici possunt interuenire electioni rōne alicuius ecclesiasticæ utilitatis,puta,armata manu ad protegendum canonicos & electores, & vt defendant eligentes ab oppressionibus & huiusmodi, late per Petrum de Baisio in suo tracta.directorium electionum.cap.12.primę partis.

Nec est contrarium illud, quòd capitulum potest dare aliquid alicui, qui impedit electionem, vt ab impedimento desistat,quia est intelligendum, quando constet ꝙ talis impediens nullum ius habet in electione, si impediret simpliciter ne electio fieret,secus sit si impediret,ne iste vel ille eligeretur,secundum Rodon. vt ibi per eundem Ang. Et electus qui ius quæsitum habet,potest dare impedienti illum pecuniam uel eum uexanti sine uitio simoniæ,& vexans recipere sine simonia,qa potest quis etiam pecunia redimere vexationem suam; unde non obstat id quòd dicit idem Angel. vers. & quid de illo. Ex quibus sit absolutum pro nunc quod uolumus dicere de electione,siue de conuentionali simonia in electione.

SVMMARIVM.

1 *Homines allici debent ad bene merendum de ecclesijs.*
2 *Quæ habere possint patroni in ecclesia patronata.*
3 *Licite fiunt conuentiones in fundatione ecclesiæ.*
4 *Potest dari possessio,ut in ea fundetur ecclesia.*
5 *Datur licentia construendi ecclesiam sub certo pacto.*
6 *In traditione rei suæ quilibet quod vult potest pactum apponere.*
7 *Quot modis ius patronatus sit contractabile,quot modis alienetur et quot modis acquiratur.*
8 *Omnia temporalia uidentur annexa spiritualibus.*
9 *Ius patronatus si uendatur, non ualet uenditio, & applicatur ius ecclesiæ.*
10 *Ita committitur simonia in annexis spiritualibus, sicut in spiritualibus.*
11 *Res sacra æstimationem non recipit.*
12 *Consensus episcopi non ualidat actum nullum in uenditione iuris patronatus.*
13 *Ratio quare ius patronatus possit donari,non uendi.*
14 *Si in uenditione uniuersitatis exprimatur ius patronatus, illud amittitur.*
15 *Tres casus,in quibus expressio potest fieri sine uitio.*
16 *Vitium simoniæ impedit contractum ipso iure.*
17 *In præsentatione non potest fieri pactio,uel promissio sine simonia.*
18 *Præsentatio est fructus iuris patronatus.*
19 *Actus præsentationis dirigitur in clericum.*
20 *Ius patronatus quasi possidetur.*
21 *Si quid datur prospirituali non principaliter, ita quòd aliàs daretur, non est simonia.*
22 *Episcopus Parisiensis dat dimidiam marcham auri Archidiacono Senonensi eum intronizanti.*
23 *Sponte & sine pacto & ex consuetudine datum, non inducit simoniam.*

De conuentionali in iure patronatus & præsentatione. Cap. 37.

IN iure quoque patronatus & præsentatione nō videtur ꝙ simonia conuentionalis committatur,aut committi possit aliquo modo, quandoquidem videtur licitum,& omni iure permissum, ꝙ in tali iure fiant licitè, ac fieri possint quæcunque conuentiones, pacta,& pactiones,immo si esset secus, esset euertere & tollere inra patronatus & homines deterrere à fundandis,cōstruēdis,& dotandis ecclesijs, quod esse non debet,qui alliciuntur 1 ad hoc ad benemerendum de ecclesijs,quia canonum authoritate fundando,& dotando, aut construendo faciunt pacta, conuentiones,& pactiones circa ea,quæ in fundatis ecclesijs, aut ab eis desiderāt in futurum sibi,& successoribus præstari, puta,ꝙ possint in eis eueniente casu uacationis præsentare rectorem,ꝙ sibi & posteris soluatur annuus perpetuus census, 2 quòd ab ecclesia in casum vergentiæ ad inopiam habere debeant ipsi & hæredes alimenta,quòd honores,& præcedentiā inter alios in Ecclesia,& alia habeant reseruata,& promissa ipsis patronis in fundatione, constructione, & dotatione ecclesiæ,de quibus in c.decernimus.c.filijs.16.q.7.& tota illa causa, & q.ac totis titulis extra,& in 6.de iure patr.vbi non modo licitè fiunt,& authoritate,ac permissione canonum,verùm eadem authoritate inuiolabiliter seruari præcipiuntur, dictis iuribus,& si id non fieret,esset,vt dixi deterrere homines à bene faciendo Ecclesijs,quod esse non debet,per Fel.in tract.quando literæ Apostolicæ.in princip.Io.de Sylu.in tracta.de beneficio,prima parte.q.7.colu.11. vbi per iura, quæ adducit licite 3 fiunt pactiones,& conuentiones in fundatione Ecclesiæ,vt q tantum dederit in reditibus Ecclesiæ recipiatur, & recipi posset in canonicum in ea.facit text.in cap. olim causam,extra de restitu.spoliat.vbi possessio datur cum pacto, vt in ea construa 4 tur ecclesia, vbi dicit glo.quòd talis pactio ibi non est simonia ca, sicut non est simonia cùm Episcopus Ecclesias concedit piis locis,si in eis aliquid sibi pensionis nomine reseruetur, vt,c.constitutus,de relig.dom. & census etiam soluitur ratione subiectionis:subiungens, ista quidem de iure communi cō ceduntur,vnde expresè possunt constitui census in fundatione Ecclesiarum quantum ad inferiores,non quantum ad prælatos.facit, quia etiam datur licentia construendi Ecclesiam 5 sub certo pacto,vt in c.quanto.de censibus,& in c.insinuatione,eo.quia talia pacta reputantur spiritualia,sicut & in cap. signficatum, de præben. ubi datur præbenda cum pacto quòd celebret quotidie in tali Ecclesia, & quòd non possit eam dimittere. facit, quia in traditione rei suæ quilibet potest 6 quod sibi placuerit pactum apponere.capitu. verum, de condit.apposit.

Idque multò fortius potest dici in materia iuris patronatus, quòd in eo per conuentionem non committatur simonia,quia ius tale videtur multis modis cōtractabile,si illius naturam bene & illius qualitatem inspiciamus,quod de sui natura datur in feudum.c.cum sæculum.eodem titu.in eo succeditur,& ad hæredes transmittitur, cap.quoniam in quibusdam, 7 c.1.& 2.c.filijs.16.q.7.Item venditur & alienatur,d.ca.cum sæculum. Item permutat,cap. nemini regum. 16. quæst. 7. Item donatur,cap.quòd ante, de iur.patro. vnde versus.Iura patronatus transire facit nouus hæres, res permutata, donatio,venditioque,per glo.in c.cum sæculum, eo.tit.extra.& per glo.in c.piæ mentis.16.q.7.Item pluribus modis acquiritur ēt præscriptione, Paulus de Citadinis in tract.de iure patr. quando quærit & disputat, quot modis acquiratur ius patronatus. vnde cum tot modis ius patronatus sit contractabile,in eo cadant tot species contractus,est dicendum quòd in eo possit fieri conuentio sine vitio simoniæ:& propterea non committatur in eo aut committi possit simonia conuentionalis. unde videtur verum, quod p S. Thom. habetur.q.c.§.ad quartum, secunda secundæ.in princ. quòd si non est licitum uendere spiritualibus annexa, & si in eorum uenditione committatur simonia,quòd nihil temporale uendi, aut alienari potest, quia omnia temporalia uidentur annexa spiritualibus,quia tempo 9 ralia sunt,propter spiritualia quærenda.

Sed quicquid sit, conuentiones,pactiones,& conditiones, quæ fiunt in iure patronatus,in fundatione,constructione,& dotatione ecclesiarum,ex quo fiunt lege, & canone permittēte,modis,& formis à iure traditis,tolerantur,fieri possunt,nec inducunt simoniam,ut præallegatis locis,& iuribus,& sunt intelligenda, prout iura & canoues loquuntur. Quia, quòd ius patronatus uendatur,alienetur,donetur,non est intelligendū simpliciter & de per se,aut separatim, sed cum uniuersitate & cum titulo uniuersali transire;quia si emitur, aut uenditur specialiter ius patronatus, est simonia, & debet emptor tali iure priuari,& spoliari,& ecclesia efficitur libera & sui iuris. Inn. in c.quia clerici,de iure patro & gl.ibi in uers.spoliando, quæ di- 9 cit, quòd illi ecclesiæ est applicandum ius patronatus taliter emptum,

Source : BIU Cujas

emptum,cui illata simoniaca iniuria,arg.c.de hoc,extra de simonia,& c.si quis in atrio. 17.q.4.est tex.in d.c. cum seculum, vbi gl,in vers.emptor,quæ dicit quòd uenditur ius patronatus & transfertur in uenditione cum uniuersitate, & hoc uerum est,nisi specialiter sit exceptum.c.ex literis,eo.tit.est tex.in cap. de iure,eod.tit,vbi est casus expressus q̃ de per se consideratũ ius patronatus non uenditur,& si uẽditur, est commissa simonia, quia est inconueniens, quia est spiritualitati annexum. cap. quanto,de iudic. & hoc inconueniens dicit Abb. ibi duplex est. Primum, quia æstimatur res inæstimabilis. Secundum,quia committitur simonia :nam sicut simonia committitur in re mere spirituali,de simo.per totum,ita cõmittitur &.
10 in annexis,vt probatur in c.quæsitum,de rer.permu.& in cap præterea.de transact. & ex hoc notabiliter dicit ipse mixtũ assumere sibi naturam à potentiori, & not. ibidem ex illo text. contractum talem esse ipso iure nullum, cum illum cõtractũ ille tex.decernat irritum,& ibi glo.declarat dicens, ipso iure, quia spirituale uel spirituali annexum vendi non potest, nec etiam redimi,cap.quærelam,de simonia. ff.de contrahen.em-
11 ptio.l.hanc legem.quia res sacra non recipit æstimationem.ff. de rer.diuisio.sacra loca,in fi unde Abb.ibi in vlt.not. colligit simoniam impedire contractum ipso iure,& ita omnes tenẽt, & sequuntur ibi per clausulam decreti appositam in illo text. & ita est ueritas,quam etiam tenent Doctores in c. quia clerici.hoc tit.Paul.de Citadin.in tracta.iurispatr.in 6. parte. in 17. q. & in nona partein 3. q. Decius in cons. 124. placet mihi. in princip.3.col.

Et quamuis cum vniuersitate uenditum transeat ius patronatus,tamen si uenduntur aliqua, quæ non saperent uerã uniuersitatem,etiam si consensus Episcopi interueniret,non transiret ius patronatus:in tantum hoc procedit,quia videretur de per se uendi,ex quo non est uera necessitas uendita, & consen
12 sus Episcopi non poterit validare actum nullum, & sic quòd ius patronatus non potest uendi etiam cum consensu Episcopi,voluit Ray.in rep.c.fin de elect.lib.6. post medium 31. col. & Paul de Citad.in suo tract.in præalleg. nona parte reddit rõ
13 nem diuersitatis quare possit ius patronatus donari, non autẽ vendi,quod ait posuisse Roffredum in suis libellis.quia donatio non habet peccatum,uenditio sic.Item donatio fit gratis, venditio non,quia fit mediante pretio.l.per diuersas.l.ab Anastasio. C. mand.sed uidetur ratio illa esse verior,de qua suprà diximus, quia committitur simonia, & quia est annexum spiritualitati. & sic non recipit nec recipere potest æstimationem.

Et dicit Rochus de Curt.in eo.tract.in ver.ipse vel is à quo. in 25.quæst.3.col.vers.2.dubitatur, quòd si uenditor in uendi-
14 tione uniuersitatis illud exprimat,quòd illud amittit,ac si purè venderet.

Sed videtur quòd tribus modis expressio facta non vitiet, vt dicitur per Fel.in c.quanto,de iudic. puta. Petro hæreditatẽ cum iure patronatus, secus si dicat, & ius patronatus,vt per Abb.in c.quærelam, extra de simonia,quem sequitur ibi Marian.& Ioan.de Anan.pro quo facit dictum Bart. in l. si cui,& in l. 3. ff de fundo instru. vbi quòd dictio, &, coniungit æque principaliter,sed dictio,cum, accessoriè, sic ergo in proposito nostro,quia vbi erit dictio,cum,iudicabitur accessoriè de iure patronatus.

15 Secundus casus,vbi expressio uel nominatio non nocet,est vbi ius patronatus declaratoriè nominaretur,puta,uendo tibi omnia bona mea,videlicet talia & talia, & ius patronatus: nã valet ista uenditio,ita dicit Cald.in c.1.de iure patr.in 6. & ibi Domin.in 3.col.

Tertius casus,quando diceretur cum pertinentijs,& iure patronatus,quia valet ista uenditio & petitio,quibus casibus valet & tenet uenditio & contractus,nec per uitium simoniæ, q̃
16 imped t contractum ipso iure.per Abb.d.ca.de iure, uitiatur. Vide hoc late positum per Lamber.in tracta. de iure patro.in secunda parte.1.lib.2.art.5.q. princi.ubi quæstionem ponit, & hos casus recitat col.4.vide eundem eadem parte,2.primi lib. q.5.principali art.1.2.3.4.& sequ.vide quæ dicimus infrà in reali suo loco in tit.de annexis spiritualib.& vide Angel. in summa in vers simonia, vers.2.utrum uendens.vbi dicit, ego verò quòad conscientiam recurrerem ad intentionem,si habuit scilicet animum vendendi ius patronatus specialiter, & sic sit simoniacus,quod patet,quando uendit villam plus,aliàs nõ.super quo cogita bene,quia in tali casu vix põt inueniri meo iudicio bonus modus, maxime si beneficium iuris patronatus sit notabilis valoris,prout meis temporibus vidi emi in patria mea Genuensi Castrum in quo erat ius patronatns super beneficio valoris vltra. 500. quia ad illud meo tudicio fuit impossibile quòd in emptione,& pretij augmento non fuerit respectus habitus,& ob hoc maior pretij quantitas.

Et est pari modo dicendum, quod super præsentatione facienda inter præsentantem & præsentatum non possit fieri pactio aliqua, conuentio, & promissio, & si fiat sit commissa si-
17 monia,videtur dicere Firm.loquens in electione in 2. libr.primæ partis. 11.q.in tract.de Episcopo.vbi tenet, talem pacisceutem,vel promittentem non posse eligi,velut simoniacum,per tex.in c.per inquisitionem,de electio.ubi gl. & doctor.8.q.3.c. 1.& 2.glo.in c.venerabilem,de electio.quod dicit uerum,si pactum sit iuratum,&factum antequam fiat electio,secus si post per d.c.1.& 2. sed dicit Bald.in l.ab Anastasio. C. mand.tenere contrarium, scilicet prælatum committere simoniam,etiam si post electionem donat promouenti, quod dicit credere esse falsum per not.in d.c. 1.& 2. nisi sit factum incontinenti vel reciproce vel relatiue. Ex prædictis dici posset idem in præsentatione,si præsentatoribus aliquid promittat cum iuramẽto, vt sit simonia,per vtrunque contractum, cùm præsentatio sit ad instar electionis.

Et multoties fuit dictum per Cæsarem Lamber. in tract.de iu patron.prima parte secundi lib & ex eo etiam,quia simonia cadit tam in annexis spiritualibus, quàm in spiritualibus mere vt per Doctores diffinientes simoniam, quos refert Io. de Ana.in rubr.de simonia,est tex.in c.præterea.el 2.de transact. ubi omnes,& sic etiam in præsentatione cadit simonia,quia si cadit simonia in confirmatione,& collatione, quæ respiciunt beneficium electiuum vel collatiuum, ita & in institutione, q̃ respicit prouisionem beneficij patronati.cap. auctoritate,ubi Abb. de instit. per totum. & q̃ cadat in institutione simonia, est tex.in c.in tantum,& c.non satis,& c.audiuimus,& cap. vti Deo,de simonia,vbi Abb.& alij not.Abb.in d.c.ex insinuatione,de iure patro in primo not.q̃ præsentatio est fructus iuris
18 patro.q̃ est annexum spiritualitati, ca. consultationibus,& in c.ex literis,hoc tit.q̃ sit annexum,est tex.in c. quanto, de iudi. & q̃ simonia cadat in annexis spiritualibus, sicut in ipsis spiritualibus, satis fuit supra deductum; merito sequi videtur q̃ sicut simonia committitur in electione, vt in ca.per inquisitionem,prælleg.de elec.quæ electio est fructus eligendi.c.quærelam.de elec.Ita & in præsentatione, quæ est fructus iuris annexi spiritualibus. Facit & aliud, quia nemini est dubium q̃ est maior spiritualitas in ipso actu præsentationis, & in ipsa præsentatione quàm sit in ipso iure patronus, cùm ipse actus dirigatur in clericum, & non põt dirigi in laicum, toto titulo ex-
19 tra, & in 6. & tota. 16.q.7. quia laicus nõ potest regulariter esse beneficiatus,per tex.in c.ecclesia.S.M.de constitu.glo.Abb & alij in c.cum M.eod.ti.Abb.in c.tua nos, de simonia, ius uero
20 patronatus quia possidetur per laicos, & illius laici sunt capaces,de iure patro.per totum.sed nos habemus ius patronatus de per se consideratum uendi non posse, & si vendatur, simoniam committi.d.c.de iure,&c. pro ista materia vide quæstionem nostram factam de conuentionali in electione,uide quę dicemus infra in reali in quęstione de annexis spiritualibus, vbi multa adduximus. vide quęstionem Cęsar. Lamberti prima parte.2.lib.11.arti.9.quęstio.principalis.vbi in fine sic concludit.

Sed circa difficultatem, An pacta & promissiones debeant interuenire ante, vel post præsentationem, ad inducendam simoniam,& an requiratur iuramentum, nec ne,ex dictis doctorum in pręallegatis locis colligerem, q̃ aut pacta fiunt ante electionem,uel pręsentationem, & quod promitti tur, datur,& ad esse simonię,non requiritur iuramentum, quia promissiones sunt exequendę post, & videtur requiri iuramentum; aut promissiones exequuntur post actum perfectum, & est sicut si fuissent ante exequutæ,licet fuerint, vel non fuerint iuratæ:aut donatur aliquid post actum perfectum, quod promissum non erat,& non erit simonia, & ita(inquit)concorda tur opinio Canonistarum cum Baldo.credo quòd ista non sit bona distinctio.

Et ego aliter dicerem,quia pacta inducunt simoniã, si fiant ante,non post,quia pacta & promissiones non inducunt simoniam,si ex post sint facta:notatur in tex.in ca.nobis,vbi Anan. 2.notab.de simonia,multa adducit in quęstione de electione, vers.& intellige,nisi tamen incontinenti, & statim post electionem sint facta,& antequam diuertant partes ad alios actus,& actus extraneos,quia licet in effectu sit factum post, si tamen non interuenit aliquod interuallum,non potest id dici sequutum post,sed eo quasi instanti factum censetur, quia ea quę in continenti fiunt,cẽsentur inesse.l.iurisgentium.§.quinimmo. ff.de pact.vnde non post sequutum intelligitur, sed eodẽ actu, & contextu omnia pacta,quo casu simoniam inducunt,Bellame.decis.22.vbi de hoc rationem ponit. Nec videtur ad inducendam simoniam, q̃ aliquo modo iuramentum de essentia & substantia à simonia requiratur, quandoquidem iura id nõ dicunt,nec in diffinitione simoniæ habetur mentio de iuramẽto,uel capias diffinitionem realis simonię, uel cõuentionalis, aut mentalis,in quibus nulla mentio de iuramento : nõ nego tamen quin conuentio iurata & promissio cum iuramento, non sit quid fortius,& fortius stringat.& quò ad illud,quod vltimò dicit,q̃ datum post actum perfectum,quod non erat promissum,non inducit simoniam,credo q̃ sit melius secundum

eundem

Source : BIU Cujas

eundem Lamber.in 6.arti.5.q.principalis ſecundæ partis,ſecũ di lib.vbi videtur ſibi contrarius, ꝙ conſideretur qualitas dan tis,accipientis,qualitas uel quantitas dati,uel doni, tempus, & alia de quibus in c.ad quæſtiones,eod.tit.quibus omnibus attentis poſſet potius conſiderari illum actum eſſe pro oſtendẽ da gratitudine, quàm pro ſimonia committenda, aliàs ſecus,quamuis daretur poſt præſentationem factam, vt ibi per eundem,pro quo uide quæ dicit ſumma Aſten.eod.tit.in §.ſequitur uidere,qui eſt. §. tertius, vbi dicit, ſi aũt dubitetur utrũ gratis,vel ex pactione,vel ex corrupta uolũtate ſit datum, debent attendi prænotata ſuprà proxime,& ſecundum ea prę ſumi poteſt pro & contra,ſcilicet in foro cauſarum, ſed in foro conſcientiæ attenditur intentio.

Quidam tñ,quibus conſentit Rai.diſtingunt,quia aut datur
21 aliquod temporale pro ſpirituali,ſiue propter ſpirituale principaliter,& ſic eſt ſimonia.1.q 1.c.eos,in fin.& q.3.ſi quis præbẽdas,aut non principaliter, ita ꝙ alias daretur,& non eſt ſimonia,extra eo.& ſi quęſtiones, dilectus filius A. in fin.quæ opinio dicit Rodon. ꝙ videtur dura,quia rarò vel nunquam contingeret hoc, quando enim Epiſcopus Pariſienſis intronizatur per Archid. Senonen.conſueuit ei dare dimidiam marchã
22 auri:quomodo autem ,vel quando eam ſibi daret,niſi eum intronizaret, vnde credit quòd ſi hoc ſponte , & ſine pacto fiat, non eſt ſimonia , credit etiam quòd ſi quid temporale detur, non vt debitum,ſed vt dari conſuetum,non eſt ſimonia,vt ibi
23 per eum,pro qua materia vide,quæ dicimus infrà in reali, ſuo loco,vbi diffuſius.

DE SIMONIA REALI, ILLIVSQVE DIFFINITIONE.

TERTIA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Realis ſimonia in dando & recipiendo conſiſtit.*
2 *Quare realis eſt appellata.*
3 *Diffinitio ſimoniæ realis.*
4 *Alia deſcriptio ſimoniæ realis.& num.5.*
6 *Simoniam committit,qui res Eccleſiæ contra iuris formam alienat.*
7 *In materia ſimoniæ emptio & uenditio eſt nomen generale.*

De Simonie reali,& illius diffinitione. Cap. 1.

DEuenimus diuino lumine auſpice, & noſtris laborib. fauẽte, ad realem ſimoniam, quæ tertio loco poſita, tertiam partem ſupra in diuiſione promiſſam facit, quæ à rei traditæ interuentu, & rei traditione, & quia in dando rem , & recipiendo conſtſtit,vt per Ludo.Gom.in reg.de trien.q.12.verſ.
1 ſed quòd regula realis,ideo ſimonia eſt appellata,quemadmodum conuentionalis à conuentione,& dicit Archid.in c.quicunque.1.q.1 quod ſecundum quoſdam diffinitur, vt ſit ſpiri-
2 tualium acceptio, collatio non gratuita.ſecundum verò Dominicum de Sancto Gemi.1.q.1.in ſumma, deſcribitur , vt ſit ſpiritualium,præcedente pacto promiſſionis,conditionis,modi,præmij,pretij,vel cuiuslibet temporalitatis receptio,ſeu donatio.& comprobatur hæc deſcriptio ſecundum eum per tex. in cap.quàm pio.1.q.2.cap.pactionis,extra de pact.& ca.quæſitum extra de rer.permu.& c.tuam.de æta.& quali.

Hanc deſcriptionem approbat,& ſequitur Abb.in c.nemo, de ſimonia.Cardinal.vero Zabar.& Abb.ſiculus dicto.ca.nemo, deſcribunt , vt ſit crimen propter quodcumque geſtum, vel commiſſum circa ſpiritualia , vel ſpiritualibus annexa, à quo aliquod temporale emolumentum pro ſpirituali nõ grã-
4 tuito acceptatur,vel communicatur.Idem tenent Ioannes de Anan.& Fel.in rub,eod.tit.Nicol.Boerius in tract. de pot. leg. à lat.q.1. verſ.quò verò ad ſecundum. Gig.in tract. de penſio, quæſt.99.col.2.num.6.& dicit Io.de Sylua,in tracta.debenefic. prima parte.q.7.col.6.verſ.quædam ſunt,quòd Doctores in c. Saluator.1.q. 3. dicunt ſecundum Vrbanum, ꝙ Simonia non
5 eſt aliud quàm emere, vel vendere, aut alium contractum nõ gratuitum facere pro ſpiritualibus habendis pretio rei temporalis.Id quod videtur ſentire Archid.in dicto.cap.Saluator,in verſ.in gl.hic collige,vbi dicit,Vrbanus tamen videtur dicere,
6 ꝙ quicnnque res eccleſiæ cõtra iuris formam alienat, ſimoniam committit,arg.17.q.4. ſi fortè. & alienationis verbo venit ſeruitutis impoſitio.l.fi. C.de reb.alien.vel non. item uenit tranſactio.l.nulli,& ibi Bar.ff.de tranſact.item vſucapio. l.1.cũ gl.C.ſi aduerſus,item permutatio.d.l.fi.iiem datio in pignus.l. 1em legatam,vbi Bar.ff.de admi.lega.& Bar.in l j.ff.ſi ex noxa. cauſ.agat.dicit,ꝙ ſi quis habens rem pro derelicto alienat.Bal. in l.nulla.C.de iure dot. dicit ꝙ comprehendit dotis dationẽ, & circa hoc vide Alex.conſ.120.volu. 1. & 4 vol.conſ.90.& 4. vol.conſ.70.& Decium conſ.142.1.vol.& conſ.300.2.vol. vbi dicunt ꝙ alienationis verbo cõprehenditur quicunque actus ad transferendum dominium habilis, ergo in illis omnib. ſimonia committitur. per ſcribentes in rubrica de ſimonia, &
7 nomen emptio & venditio in ſimoniæ materia eſt generale nomen comprehendens cuiuslibet generis contractum , per Doctores,& ſpecialiter Abb.in cap.prælatorum,de accuſa.vbi Fel.adde.l.ſtatuliberis.ff.de ſtatulib.glo.fin.in c.2.de poſtu.Bal. in c.1.de feud.alien.Bar.in l.alio.ff de alimen.& cibar.lega. videtur dicere idem Archid.c.qui ſtudet,1.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Pro uita æterna, regno cælorum , & peccatorum remiſſione nidetur licitũ dare.*
2 *Animæ defunctorum ſoluuntur quatuor modis.*
3 *Videtur licitum dare denarium pro ieiunio.*
4 *Videtur licitum dare denarium ut quis ſe redimat à ieiunio.*
5 *Licet redimere uexationem ſuper iure ſpirituali.*
6 *Vexans non deſiſtens pecuniam acceptam reſtituit.*
7 *Vt redimens poſſit licitè dare,debet eſſe certus de iniuſtitia.*
8 *Poteſt licite dari pecunia iniuſte excommunicanti ut ſententiam reuocet.*
9 *Cauſæ redimendæ uexationis.*
10 *Vexatio redimitur ſuper iure quæſito,non quærendo.*
11 *In redemptione uexationis non cadit poſſeſſionis recuperatio.*
12 *Quando pro poſſeſſione conſequenda uel recuperanda liceat dari.*
13 *Simonia eſt dare,pro recuperanda eccleſia, à qua ſum remotus iuſtè uel in iuſte.*
14 *Remotus à tyranno poteſt dare pro recuperanda eccleſia.*
15 *Eſt ſimonia iuſtam uexationem redimere.*
16 *Redimere uexationem non eſt contra bonos moret.*
17 *Caſus,in quibus licet redimere uexationem.*
18 *Licèt dans pro redimenda uexatione non ſit ſimoniacus , eſt tamen accipiens.*
19 *Licite datur Epiſcopo pro uiſitatione & conſecratione.*
20 *Non committitur ſimonia,quando datur à iure permiſſum.*
21 *Procuratio ſoluitur Epiſcopo uiſitanti,uel conſecranti.*
22 *Licet ſpiritualia ſint inæſtimabilia,intereſſe tamen ex eis proueniens eſt æſtimabile.*
23 *Vicarius pro opera ſua ſpirituali licitè ſalarium in pecunia recipit.*
24 *Nemo ſtipendijs ſuis militat.*
25 *Aduocatus licite uendit patrocinium.*
26 *Eſt ſimonia dare aliquid,ut quis deſeruiat uti Vicarius.*
27 *Eſt licitum dare pro ingreſſu monaſterij per modum inſinuationis.*
28 *Vaſa ſacra uenduntur in eadem forma alteri eccleſiæ, perſonæ uerò extraneæ confracta.*
29 *Eſt ſimonia uendere ius percipiendi decimas.*
30 *Prælatus poteſt uendare fructus iuriſdictionis , non tamen iuriſdictionem exercendi.*
31 *Fructus beneficiorum uenduntur à beneficiato quamdiu uiuit.*
32 *Obuentiones beneficiorum poſſunt locari laico , qui deputat clericum pro ets colligendis.*
33 *Non eſt simonia,si Epiſcopus cõducat famolum pro ſalario annuo, quouſque ei de beneficio prouideat.*
34 *Si data sit notabilis pretij res,facit præſumi ſimoniam.*
35 *Multis modis pro ſpiritualibus licite datur pecunia.*

De eadem materia. Cap. 2.

VErùm contra has diffinitiones, & deſcriptiones ſimoniæ præſatæ multa opponi & excipi poſſunt , nam pro uita æterna , regno cœlorum, & remiſſione peccatorum,quo nihil videtur eſſe poſſe magis ſpirituale,videtur quòd dari, & exburſari poſsit pecunia, & aliud
1 temporale ſine uitio ſimoniæ, iuxta illud Daniel. quarto. Peccata tua eleemoſynis redime, diabolo propter peccata tua uenudatus es, pecunia tua te redime, cap. fin. de teſtamen.13.q.2.Animæ,vbi tex.dicit ,quòd quatuor modis ſo-
2 luuntur animæ defunctorum,oblatione ſacerdotum, precib. ſanctorum,charorum eleemoſynis & ieiunio cognatorum,& 82.diſt.præsbyter.in gl.in ver.denarium, quæ dicit, ꝙ põt dari
3 denarium pro ieiunio,quod eſt ſpirituale,nec committitur ꝓpterea ſimonia,quia cum Deo intelligitur contrahere.& pau lò poſt,ſicut ære peccatorum iſte ſe uendidit,ut. 15. q. 1 nõ eſt quod cuiquam,ita & pecunia ſua ſe redimat, de pœnit. diſt.1. Medicina. Et poteſt quis etiam dare denarium vt ſe redimat à
4 1 ieiunio , & iſte denarius debet eſſe eleemoſynalis, quòd non euincatur ab eo cui donatur,& alias vt ibi per eum.& ratio eſſe põt, quia prædicta proponuntur nobis venalia à Deo pro moneta dilectionis, & pro operibus charitatis, quia eleemoſyna nõ eſt pretium vitę æternæ, niſi inquantum imperatur à charitate.

Source : BIU Cujas

te. facit illud Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Item pōt dari pecunia pro redimenda vexatione, quę sibi infertur in re spirituali, & in iure suo, nec committitur simonia aliquo modo, est tex. in c. dilectus, el 2 eod. tit. vbi licite datur pecunia pro desistentia à uexatione: & si uexans non desistat, pecuniam acceptam restituere compellitur, quod est intelligēdum, qñ vexatio, & molestia esset illata iniustè & de facto, vt per glo. ibi. Sed uerius & æquius videtur, ꝙ cum iniuste uexetur, possit redimere suam uexationem sine peccato, iuxta illud Apost Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. & intellige quando redimens est certus de iniustitia, quæ sibi fit, secus si esset in dubio, quia non liceret: vnde si Episcopus, vel alius me iniuste excommunicet, possum sibi dare pecuniam, vt sententiam reuocet, & me absoluat, secundum gl. in ca. ad Aures, eod. tit. Innoc. tñ ibidem tenet contrarium, scilicet, ꝙ non possit dari aliquid in tali casu sine simonia, & ꝙ debeat adiri superior, ad quem debet habere recursum. Sed Ioan. And. ibi dem, quem sequitur Abb. dicit, ꝙ si tali, qui dat, immineret aliquod graue præiudicium ex dilatione absolutionis, puta causa libertatis, status, aut spiritualis, vel puta, quia debebat eligere vel eligi, vel currit sibi præscriptio, & huiusmodi præiudicium, in quo non cadit interesse æstimabile, ꝙ vera est opinio gl. ꝙ tunc licite & sine simonia dat, quia redimit vere uexationem suam: si nō subest aliquod præiudicium tale ex dilatione absolutionis, tunc est uera opinio Innocen. ꝙ debeat nihil dari, sed hīe recursus ad superiorem. c. nullus. de iur. patro. & qđ hic dicitur de excommunicatione, idem dic de suspensione, & interdicto; & quod dicitur de redimenda uexatione, est intelligendum, si inferatur super iure quæsito, quia super quærēdo est secus, vt per Abb. in c. Matthæus, eo. tit. vbi dicit, ꝙ pro vexatione super iure quærendo non potest aliquid dari uexāti sine simonia, arg. c. significasti, de electio. quia ante cōfirmationem non debet habere plenum ius. c. transmissa, eo. tit. nec etiam pro possessione habenda post ius quæsitum, secundum Innocent. d. c. ad aures, de simo. gl. 16. q. 7. decimas. ga secundū Anan. ibidem non solum redimit uexationem, sed etiam possessionem recuperat, quod licitum non est, quia licèt possessio non sit res spiritualis, est tamen spiritualibus annexa. Idem tenet Imola in c. super eo, de transact Abb. tamen in d. cap. dilectus, limitat, & intelligit, ꝙ si propter potentiam aduersarij nō posset apud superiorem de facili consequi possessionem, tunc vt euitet magnum incommodum, posset aliquid dari sine simonia, sicut dictum est de absolutione ab excommunicatione. Si verò iniuste possidet, non potest aliquid dari sine simonia, vt non uexetur, similiter ne Episcopus eum iniuste deponat, vel ne accusetur iuste, vel illi, qui prætendit ius in beneficio, quia tunc non esset redimere uexationem. vt no. in d. cap. nemo. vnde est aduertendum, ꝙ licèt reddens spirituale quod vsurpat, accipiat pecuniam, licet dans possit sine simonia redimere, tamen reddens, a quo res redimitur, est simoniacus, & si ecclesia mea uel præbenda à me ablata, & me remoto est alteri assignata, si pro pretio, & pecunia eam recupero, vel redimo, simonia est, siue iuste, siue iniuste sit amotus, secus est ante priuationem, si iuste tenebam, quia tunc licebat dare pecuniam, quia tunc est redimere uexationem meam. concord. idem Innocen. in c. ad aures. & Abb. in c. Matthæus, quod tamē intelligе quando sum remotus à prælato & superiori, quia est secus quando essem remotus ab aliquo tyranno, nam tunc etiā post remotionem possem dare, & dando in tali casu non committerem simoniam.

Et dicit Io. de Syl. in trac. de beneficio prima parte. q. 7. uers. munus autem, ꝙ est licitum dare pecuniam absque vitio simoniæ pro redemptione uexationis, & antequam ius acquiratur alicui beneficio, non licet aliquid dare ad redimendam molestiam & litem, quia est simonia: sed postquam fuerit adeptus, & ius fuerit quæsitum, vexationem sibi iniuste illatā super ecclesia, beneficio, aut dignitate, licet pecunia redimere, licet nō iustam uexationem, vt si iuste accusaretur. not. sanct. Thom. 4. dist. 15. Doctor. iu c. dilectus, el 1. de simonia, quia sicut licet de iure ciuili redimere sanguinem suum, ita de iure canonico licitum est uexationem redimere.

Et dicit Rebuf. in pract. in tit. de simonia, in resignante, uers. nota perpetuò, ꝙ non pōt dari pecunia pro beneficio acquirēdo, ēt si daretur pro vexatione redimenda, quia redimere uexationes non est cōtra bonos mores, ꝑ Inn. in c. ad aures, Imo. in c. super eo, de transact. & Rebuf. ibidem enumerat casus, in quibus pro iure quæsito tuendo, & retinendo est licitum dare pecuniam & temporale sine simonia.

Primus casus est, qñ qui redimit uexationem habet bonum ius, & certum, secus si dubium, per tex. in ca. dilectus el 1. de simonia, c. nullus. 1. q. 1. Abb. in c. cum pridem, de pact. Fel. in c. dilectus, & certum ius habere quis dicitur, si à consultoribus ei consultum fuerit ius suum esse præcipuum. l. eum quem. ff. de iud. illis enim credendum est. l. si chorus. ff. de leg. 3. idemtenet Nicolaus de mil. in ver. simonia.

Secundo loco licite datur pecunia pro vexatione, quando vexans esset ualde potens, contra quem vix, aut nunquā possem uictoriam obtinere. Abb. & Fel. d. cap. dilectus, quia tunc possum licite dare, quia potentioribus pares esse non possumus. l. 3. ff. de alien. iud. mut. causa facta. nam potentes sunt terribiles, & licite cum eis quomodocunque paciscitur. per Goffre. cons. 17. Fulg. cons. 190. incip. Titius l. 2. ad l. iuliam maiest. facit illud Salomonis in prouerbijs. ca. 19. Sicut fremitus leonis, ita ira potentis, &c. 20. comparat rugitui leonis. & in eccle siastic. ca. uniuerso. dicit, Ne litiges cum potente, ne forte incidas in manus illius, neque cum locupleto, ne forte contra cōstituat litem tibi. Idem est dicendum si sit persona non diuitijs sed fauore plenus aut cauillosus, uel calumniarum plenus, qa tunc esset licitum redimere vexationem, etiam dando pecuniam, aut recipiendo, gl. dicto c. dilectus.

Tertiò est licitū dare pro uexatione, qñ datur modicum, vt pote pro bullis, uel expensis factis in illis assequendis, uel pro expensis collationis factæ ab ordinario, quia tunc poterat dari pecunia collationis. gl. singularis in c. super hoc, in uerbo pecuniæ, de renuntia. & ibi eam sequitur Imol. & Fel. in cap. dilectus, quia de modico tunc non curatur. l. scio ff. de restit. in integ. c. ad quæstiones, extra de simonia, adde tex. in l. in rebus. §. possunt. ff commod. vbi modicæ impensæ non curantur. doctores in l. si proprietarius ff. de dam. infec. subiungens ibidem Rebuf. Notandum esse, ꝙ licet dans pecuniam pro redimēda uexatione in casu permisso non peccet, tamen recipiens peccat, & est simoniacus. & datum restituit, arg. l. generaliter. §. vlti. ff. de calumni. Host. d. c. dilectus. quem refert Angel. in summa in vers. simonia. 2. no. 10. nisi putet ius suum bonum & uerum, in principio, postea iusto errore ductus cōponat, vt not. Doctores cap. cum pridem, de pact. Idem pro possessione acquirenda, & pro iure meo tuendo, liceret etiam dare in casib. præmissis, ubi iniuste à potente quis opprimeretur, & possessionem non posset facile consequi, aliàs non: alioquin, si simpliciter esset promissum dari pro prouisione beneficij fieret fraus legi, quia nunquam daretur pro beneficio, sed pro possessione, & sic nunquam committeretur simonia, quod est absurdum: sed tutius est nō redimere uexationem, & dare pecuniam, sed hoc facias cum authoritate Papæ, & illius placito.

Item licet sine simonia dare pecuniam, uel aliud temporale Episcopo pro visitatione uel consecratione ecclesiæ. c. cum Apostolus. c. cū sit Romana, extra de censi. c. cum ex officij. de præscrip. & 10 q. 3. relatum, sed hoc fit ex legis authoritate, & ideo non committitur simonia, nec peccatur. 23. q. 4. qui peccat, in princ. quia ex legis authoritate dicitur quidam dolus permissus & fraus. per Capicium decis. 38. ubi habetur, ꝙ alienatio in fraudem iuris congrui dicitur habere fraudem permissam, ideo ualet. & ad materiam uide Afflictum decis. 72. Ioan. Fabr. instit. de adopt. §. sic enim. Bald. in c. ex tenore. de rescript. Petr. Gerar. singul. 26. Anch cons. 160. Fran. de Are. in l. si pupillus, in princip. 4. not ff. de acqu. hæred.

Item non vī committi simonia, quando datur, uel exigitur in pactum expresse quod à iure permittitur, & quando pacto exprimitur illud quod ineſt non inducit simoniam, gl. 2. ca. ad audientiam, el 2. de rescript. ubi Abb. allegat aliam similem in c. significasti. in glo. 2. de elect. ubi Fel. multa accumulat in §. ex primere quod ineſt, ubi limitat hanc regulam duobus modis, adde Philip. Dec. in c. relatum. de præben. sed ideo est, quia à iure permittitur, ut supra fuit dictum de procuratione, quæ soluitur episcopo visitanti, uel consecranti; & de iure patronatus in quo pacta de soluendo aliquid, conditiones, & conuentiones ex iuris dispositione tolerantur, vt supra diximus in simonia conuentionali suo loco. Facit etiam quod dicit Abb. in c. 1. de eo, qui mitt. in possef. in fi. quia licet spiritualia non recipiāt æstimationem, tamen interesse ex eis proueniens bene esse potest æstimabile. & super eo tanquam super re temporali procedi potest, glo. in cap. coram, de offi. deleg. in glo. prima. ibi, sed agi potest impēsas factas in litem. ff. rem rat. hab l. si fine. §. cum autem.

Itē opponitur de alio, quia Vicarius pro sua opera spirituali, quam in administratione sacramentorum sacrorum, rituum, & ministeriorum ecclesiæ exhibet, & impendit in ecclesiastica & spūali iurisdictione, & administratione, licite & sine simonia salarium in pecunia, & alio temporali recipere posse uidetur, per Abb. in c. ne prælat. vic sinas, quia, inquit, recipiendo salarium, videtur locare operas suas, quod potest, non enim debet quis stipendis suis militare. d. c. cum ex officij, adde Franci. de Are. in c. ueniens. de test. & ibi Philip. deci. facit illud primæ ad Corinthios. c. 9. habet uiuere de altari, qui altari seruit. ubi Hier. & Gaiet. & Card. Sancti Sisti. & illud Moisis deut. cap. 25. & Assessori statuitur salarium. cap. statutum. §. assessorem, de rescrip. lib. 6. sic & aduocatus licite uendit patrocinium suum. 13. q. 5. non sane, & dicit Innocen. ꝙ sacerdos uendere potest operas suas spirituales. c. non satis, de simonia. Abb. in ca. quoniam.

Source : BIU Cujas

niam.ne prælat.vic.suas,licet nihil quis possit dare,vt deseruiat
26 tanquam Vicarius,quia est simoniacum.per tex.in ca.licet. de pœnis. Abb.in c.ad nostram, extra eo.tit.dicemus aliqua infr. in sacramento Eucharistiæ.

Item videtur ēt ꝙ sine simonia possit dari pecunia pro ingressu monasterij,& pro receptione in monachum,monialē, uel huiusmodi,quando videlicet exigitur per modum insinua
27 tionis,vti si dicatur uolenti intrare religionem,ꝙ aliquid portet secum,vnde possit viuere.quod verum est.dummodo non deducatur in pactum,per Abb.d.c.non satis, ita concordat Innocen.in c.tua,eo.tit.qui videtur tenere, ꝙ non sit licitum dicere,si vis viuere mecum, porta tecum, adde dicta per Socin. cons.222. 2.vol.per Abb.& Docto.in c. causam.de probat. & Bened.de bened.cons.99.diximus suprà in conuentionali simonia suo loco.

Item vasa sacra venduntur,quæ sunt annexa spiritualib.nec simonia committitur,non habito respectu ad formam conse-
28 crationis.sed dic ꝙ vasa & huiusmodi non uenduntur in eadē forma,nisi alteri ecclesiæ,vel alteri loco sacro, sed personæ extraneæ uenduntur confracta, & conflata, non autem in eadē forma:diximus in conuentionali, & infra etiam dicemus suo locò.

Item opponitur de alio, ꝙ fructus beneficiorum, decimarum,panis,oblatus,cera,granum,& huiusmodi,quæ offeruntur in ecclesia, quæ sunt spiritualibus annexa, uenduntur sine simonia,sed dic ꝙ ius percipiendi,& colligendi decimas & fru
29 ctus est spūale:& si uendatur committitur simonia. Abb.in c. 1.ne prælat.vices suas,ubi dicit, ꝙ prælatus bene potest uendere obuentiones,& fructus iurisdictionis tanquam fructus,sed secundum Innocen.non debent vendi exercenti iurisdictione
30 quia propter connexitatem, videtur uendi ipsa iurisdictio.1. q.3.si quis obiccerit.& dicit Abb.ibidem,ꝙ vltra quod Episcopus capiendo pecuniam ab officiali videtur uendere ipsam iurisdictionem,tendit in grauamen subditorum, quia officiales vt aliquid lucrentur ultra pecuniam datam superiori,p fas,& nefas inducerentur ad extorquendam pœnam, & modicā culpam facient grauiorem, & sæpe punient bursam,vbi puniēda esset persona.ex hoc ergo multa mala proueniūt, vt per Abb. ibid. facit quod habetur in Epistola diui Thomæ ad ducissam Brabantiæ scriptam super resolutione dubij circa uenditionē officiorum,quæ est descripta per nos suprà in conuentionali, in quæstione de connentionali simonia in electione.

Et fructus beneficiorum cum sint corporales uendi possūt
31 à beneficiato quamdiu uiuit, de quibus habet omnimodam dispositionem,non autem possunt uendi à prælato, qui habet ius conferendi beneficia.arg.c.unico.§.fin.ut eccles.benef.idē Abb.in c.fin.super glo. fi ne prælat vices suas.ubi dicit Ioānes
32 de Anan.ꝙ obuentiones ecclesiæ possunt locari laico, qui habet deputare clericum pro eis recolligendis, ne laicus præsumptuosè accedat ad altare,vbi fiunt oblationes Deo:c.1.& 2. ne cler.vel monachi.

Item obijci potest de recipiente clericum ad seruitium spūale, & temporale præstandum sibi cū promissione ꝙ an-
33 nuatim sibi soluer,salarium,donec de beneficio ei prouideat, quia non uidetur simonia,secundum Host.in summa,dūmodo sese non obligauerit ad seruitium temporale præstandum, nec cōmittitur simonia,postmodū sibi salarium remittendo, cum conferrnr ei beneficiū, quia salarium erat sub cōdōne, & facta collatione, & habito beneficio expirat cōditio. Instit. de verb.oblig.§ nō omnis.secus si promissio salarij fuisset pura,& ꝑpetua,quod qu dem Abb.credit uerum in c. cum essēt, de simonia,quando prçlatus non inducitur principaliter propter seruitium sed propter meritum.

Item qñ datur aliquod pro.oratione facienda, puta cā,puocandi pauperes ad orandū, non in pretium orationis, sed per gratuitam beneficentiam prouocando ad orandū pro se gratus,& ex charitate.diximus suprà in conuentionali suis locis.

Item posset opponi,qñ aliquid gratis datur,& accipitur occasione alicuius spiritualitatis,quod vīlicitum,c.quidquid.1.q.1.
34 sed est aduertendum, quia si datū sit notabilis pretij, & ualoris,facit præsumptam simoniam.c.& si quæstiones, de simo.

Et dicit Ioannes de syl.in tract.de benefi.1.parte,q.7.uers.munus aūt,ꝙ pro re spūali, vel circa spiritualia pecunia pōt dari,
35 & recipi sine simonia multis modis, scilicet rōne præmiationis,sustentationis,prouocationis,punitionis,& vitandæ uexationis primo modo,vt qui vult remissionem peccatorum cōsequi debet eleemosynas dare.Daniel.4.Peccata tua eleemosynis redime &c.c.medicina.c.medicamentum.de pœniten.dist. Et pro adeptione & acquisitione gloriæ pōt pecunia dari sine simonia,iuxta illud Luc.15.Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.& dicit Greg.Regnum cœlorum tantum ualet, quantum habes. sed hoc est intelligendū ꝙ nō vt res magna quæcunque possessa,quæ datur sit pretium regni cœlorum, vt proprie ematur, sed meritū quod acquiritur in dando dr̄ per similitudinem quasi pretium. Itē eleemosynis & meritis aliorum bonorū,quæ fiunt potest acquiri regnumcœlorum,non enim potest attingere meritū nostrum ad perfectam ratiouē emptionis,triplici ratione,vt ibi per eundem Io.de Syl. ubi ponit ad longum.

Secundò potest dari pecunia ratione sustentationis, sacerdoti promissa,& officio,quod dicit,non vt accipiat pro consecratione,seu confectione Eucharistiæ,uel pro orationib.quasi pretium eorum sed ut stipendium sustentationis,dic vt habetur.c.cum secundum.& ibi Doct.de præb.

Tertiò rōne prouocationis ad orandum, qñ datur eleemosyna pauperibus, vt inducantur ad orandum pro suis benefactoribus ex ipsis eleemosynis ad emendum orationes, psalteria,& huiusmodi, vnde sapiens. Absconde eleemosinā in sinu pauperis, & ipse orabit pro te.idest induc pauperem ad orandum,per diuum August.in enarratione psal 43.

Quarta rōne punitiōis, sicut fit in absolutione ab excōicatione,aliquando exigitur pecunia, non pro ipsa absolutione, qa hoc esset simonia,sed in punitione:& sic etiam in absolutione à casibus reseruatis peccatorum, pōt enim poni pœnitentia pecuniaria,quasi pœna præcedentis culpæ,c.ad aures,de simonia,sed quia hoc dicitur habere speciem cupiditatis, est uel abstinendū,vel ita manifeste agendum & caute ꝙ soluentib. cōstet nō sibi reseruare,absoluere hoc modo talia, sed pauperibus dimittere.S.Tho vbi suprà no.Doctores in c.suo, de pœn.

Item de uexatione, pro cuius redemptione dari pōt pecunia sine simonia,de qua dicemus infra suo loco. vnde ista opposita non obstant,quia apparet quomodo,& in quibus terminis loquantur & intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Simonia realis committitur super spiritualibus & spiritualibus annexis.*
2 *Genera spiritualium.*
3 *Prohibita quia simoniaca sunt de iure diuino.*
4 *Simoniaca quia prohibita, sunt de iure positiuo.*
5 *Quæ sint simoniaca,quia prohibita.*
6 *Quæ annexa & dependentia à spiritualibus.*
7 *Primogeniti ante legem officio sacerdotis fungebantur.*
8 *Pro deputatione Vicarij nil potest accipi.*
9 *Pro sepulturis,exequijs,& huiusmodi nil exigitur.*
10 *Præbenda & beneficia habent dependentiam à spiritualibus.*
11 *Nemo sine ordine potest habere beneficium ecclesiasticum.*
12 *De annexis spiritualibus.*

Super quibus committatur Simonia realis. Cap. 3.

PRo intelligentia materiæ, & illius declaratione in hac tertia parte quæremus super quibus committatur,aut committi possit huiusmodi realis simoniæ peccatum,& quia simonia committitur super spiritualibus,& spiritualibus annexis,vt supra fere per totū,multaque sunt genera spiritualium vt supra diximus in mentali,& super unoquoque illorum dicere esset potius tædio afficere le
1 ctorem & fatigare, quā ei iuuamen afferre, vt fuit semper nostræ mentis & desiderij,& quia examinatis quæstionibus super vno spiritualium, de alijs quoque eiusdem generis & in quib. est eadem ratio,cognitio quoque haberi poterit.l.Papinianus. ff.de minor.quia in habentibus symbolum facilis est transitus, & vbi eadem ratio,ibi idem ius statui debet.c.ad eius.dist.5.ca. denique.4.dist.de spiritualibus tria tantùm genera faciemus.

Vt videlicet alia sint spiritualia de iure diuino, alia de iure po
2 sitiuo,alia sunt annexa,seu dependentia à spiritualibus. & spiritualia a iure diuino introducta & ordinata sunt,ueluti omnia quæ generaliter ueteri & nouo testamento sunt spūalia reputata,qualia sunt sacramenta,& huiusmodi,quæ uendere, & cō
3 tractare est prohibitum,quia simoniacum, pro vt est uendere gratiam sancti Spiritus,sacramenta, virtutes & dona Dei, cuiusmodi sunt illa de quibus in c.qui studet.c.sicut Eunuchus.1. q.1.quale est ēt uendere ordinem,ordinationem &ecclesiam, altare, seu altaris executionem:& illa de quibus in ca. præsbyter.1.q.1.& c.altare.1.q.3.de quibus per Diony. Areopa.in toto lib.de eccle.Hierarchia. August. de doctrina christiana per totum,& in Enchioridon ad Lauren.per totum.Pet.Lombar. in 4.senten.ubi S.Thom.& Io. Scotus. per glo.in c.ex parte,el 2.de offi.& pot.iud.deleg.per Innocen.& Abb.in c.tuæ, de simonia,quæ prohibita sunt de iure diuino uendi,uel contracta ri,& appellantur prohibita,quia simoniaca.

Alia verò sunt spūalia,non introducta aut ordinata spiritualia,uel uendi,aut contractari prohibita à iure diuino, sed à iure positiuo, uidelicet Canonico & constitutionibus eccle-
4 siæ,quæ appellantur simoniaca, quia prohibita: ideo quia constitutione ecclesiæ,& canonica dispositione est prohibitum sub pœna incursus simoniæ illa uendi, uel contractari, non quòd sint à sui natura simoniaca, & quòd illa uendere & contractare sit simoniacum, nisi inquantum sic statutū

fuit

Source : BIU Cujas

fuit vel sancitum constitutionc ecclesiæ, qualia sunt beneficialia, veluti renuntiando beneficium, sperare, aut pacisci de futuro successore, aliàs non renuntiaturus, & renuntiare & conuenire de reseruatione pensionis, vel regressus, & alijs beneficialibus, quæ sunt prohibita fieri de iure positiuo. Caccialup. in tract. de pension. q. 19. prima & secunda colum. vt habetur per Dec. Abb. Anto. de Butr. in rub. de iud. per Doct. in c. decernimus. de iudic. & per Milum in suo repertorio in vers. simonia.

5 5. per Doct. in c quanto. de iud. quæ sunt & appellantur simoca quia prohibita, quale est etiam dare pastum post receptionem in canonicum aut aliam dignitatem, aut ingressum monasterij, quod est prohibitum, vt per glo. in cap. ex parte, præallegato c. ueniens, de simonia, & huiusmodi & omnia illa, quæ appellantur simoniaca quia prohibita.

Annexa verò, seu dependentia à spiritualibus sunt secūdum Sanctum Thom. secunda secundæ. q. c. §. ad quartum, veluti ius patronatus, vt habetur in d. c. quanto, de iudic. ius sepultu-

6 ræ, vt habetur in c de his. de sepult. & l. in tantum. ff. de rer. diuisio. ius primogenituræ secundum antiquos habetur Genes. c. 25. & c quæritur. 22. q. 2. quia primogeniti ante legem officio sacerdotis fungebantur, quale est etiam absoluere ab excom-

7 municatione, excommunicare, interdicere, & censuras ecclesiasticas relaxare & dispensare, quæ sunt depēdentia à spirituali potestate. per tex. in c. ad aures. & c. nemo, nostro tit. & qualia sunt etiam annexa, seu dependentia ab officio spirituali, ꝑ quibus pecunia accipi non potest sine vitio simoniæ, vt in tex. in c. ad nostram, eod. tit. vbi pro ministerio ecclesiastico exer-

8 cendo, & pro Vicarij deputatione non pōt quicquam accipi, c. intantum. eo. tit. vbi pro inuestitura ecclesiarum pro qua Archidiaconi exigebant marcham argenti, minores verò Decani Vaccam albam. & illa de quibus in c. cum in Ecclesiæ, eod. tit. vbi pro Episcopis, Abbatibus, vel quibuscumque ecclesiasticis personis ponendis in sedem, siue introducendis præsbyteris in ecclesiam, nec non & pro sepulturis, & exequijs mor-

9 tuorum, benedictionibus nubentium, nil exigitur ītāte etiam consuetudine in contrarium, & dicit Abb. in ca. consulere, de simonia. ꝙ in istis nō pōt interuenire aliqua venditio. vnde ꝙquid competit clerico rōne ordinis clericalis, vti pulsare campam, claudere ostia Ecclesiæ, & similia, quæ omnia sunt ordini clericali annexa, quia solis clericis conueniunt: vel si est administrator rerum ecclesiasticarum, vendi non possunt, habent enim dependentiam à rebus spiritualibus, vt præbenda, & be-

10 neficia, quorum vnum dependet ab alio, quia præbenda depē-

11 det à Canonica. c. relatum. extra de præbend. nec beneficium Eccelesiasticum, & ecclesiam quis potest habere sine ordine, qa id non cadit in laicum c. ex literis, de transact. vnde habere ecclesiam siue beneficium dependet à spirituali, & est spirituali annexum, Archid. in c. Saluator. 1. q. 3. gl. & Do&. in c. cū adeò, de rescript. Innocen. in cap. cum nostris, de conces. præbend. Io. Andr. in c. dudum de præsumpt. Zabarel. in cap. capitulum sanctæ Crucis, secundo not. de rescri. Imol in ca. cum in ecclesia, de instit.

Item veluti Præpositus Oeconomus, vice dominus, defensoris noīe Aduocatus, siue Castaldus, iudex, quæ possunt dici administrationes ecclesiasticæ sæculares, & nec non noīe procuratoris in subiecto verò regulæ Archipræsbyter, Archidiaconus Diaconus, Canonicus, Monachus, vel quilibet ecclesiastico officio mancipatus, de quibus in c. Saluator. 1. q. 3. vbi Archid. in ver. in nomine. per gl in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. & c præsentium. de testib lib 6. vbi de præposito. de œconomo dic vt l. iubemus. C. de sacr. san. eccl.

Quædam sunt annexa spūalibus, quia sunt deputata ad vsū

12 spūalium vt vasa sacra, vestes sacerdorales, calices, cruces, & paramenta altarium & sacrorū ministeriorum vsui deputata, & assignata, per Abb. in d. c. consulere, & cimiteria, quæ dicūtur annexa spiritualibus participatiuo modo, eo quia participant de spiritualitate ratione consecrationis.

Item annexa sunt ēt, qualia sunt pdicare, orare, laudes diuinas, missas & diuina officia celebrare. & huiusmodi alij actus spūales. quia ista officia sunt annexa spūalibus, & à spūalibus dependentia, & prouenientia, q̄ nō proueniunt nisi à personis ecclesiasticis ordinatis vel deputatis, de quibus per S. Thom. d. q. c. §. ad tertium. vnde summistæ dicunt ꝙ annexum spūali ꝑ comparationem ad Spiritum sanctum dicitur multipliciter, vno modo, quia spirituale in eo ministratur, vt vasa sacra, ecclesia, cimiterium. Alio modo, quia ex spiritualitate dependet, siue consequitur, vt est habere ecclesiam, vel dignitatem ecclesiasticam canoniam, vel præbendam, siue aliud beneficiū ecclesiasticum, vel ius percipiēdi decimas, oblationes, hæc enim omnia ordini clerica i annexa sunt, quia solis clericis conueniunt. Tertio modo, quia antecedenter ad spiritualia ordinantur, vt ius patronatus quæ cum sint annexa spiritualibus, vel ab eis habeant dependentiam, non possunt vendi, vel contractari sine vitio simoniæ, quia similia sunt spiritualibus, & naturam spiritualium habent, per iura superius adducta, & dicemus infrà suo loco, & ad expeditionem, deueniendo dicemus de primo genere spiritualium.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint spiritualia de iure diuino.*
2 *Simon magus animi affectu simoniam commisit, licet obtulerit tantùm.*
3 *Ratio quare fuerit simonia completior in actu Simonis quam Giezi.*
4 *Quælibet res ecclesiæ donata, est donum Dei.*
5 *Res ecclesiæ permittitur alienari ex causa.*
6 *Vxor Ieroboam accesit ad Achiam cum munere pro responso.*
7 *Videtur licitum emere regnum cælorum pecunia.*
8 *Est licitum dare pecuniam pro operis, quas clericus non debet.*
9 *Donum Dei stricto modo est gratia Sancti Spiritus.*
10 *Largo modo ueniunt donata ab hominibus Deo.*
11 *Paruæ res regulariter non inducunt simoniam.*
12 *Prophetare & miracula facere est gratia gratis data.*
13 *Domus Ieroboam, qui pretio uendebat sacerdotia, deleta est de superficie terræ.*
14 *Non est simonia dare & accipere in sustentationem uitæ.*
15 *Sacerdos nisi sit proprius potest accipere aliquid pro celebratione missæ.*
16 *Quinque casus, in quibus licite in spiritualibus pecunia interuenit.*
17 *Pro spiritualibus in corporalibus non licet dari pretium, licet de facto uendantur.*
18 *Reliquiæ sanctorum, & Sancti Martyres uendi non possunt.*
19 *Res sacra non recipit æstimationem.*
20 *Venditio non est sine pretio.*
21 *An reliquiæ sanctorum sint de iure positiuo, uel diuino.*
22 *Reliquæ sanctorum, nec quisquam miracula faciens ueneratur siue Papæ auctoritate.*
23 *Quandoque etiam mali miracula faciunt*

De reali Simonia in spiritualibus de iure diuino. Cap. 4.

1 SPiritualia de iure diuino sunt virtutes & dona Dei in aīo, & in mēte hominis, dono & virtute Dei infusa, prout erat virtus in Apostolis fugandi dæmones, & spiritus immundos, restituendi sanitatem, conferendi gratiā Sancti spiritus per manus impositionem, prophetandi, vel alia miracula faciēdi, & alia de quibus in c. Saluator. 1. q. 3. ubi tex. declarat quæ sint dona Dei, quæ spūalia, incorporalia per essē tiam, & secundum essentiam vocantur per Io. And. & Abb. in c. consulere. eod. tit. Sanctus Thom. q. c. per totum, & de quib. tota causa. 1. q. 1. Ricard. de mediavilla. artic. 5. vers. 3. quæritur. dist. 25. gl. in c. 1. 1. q. in vers. gratia, quæ exponit gratiam, idest, donum Spiritus sancti, vel ordo, vel ecclesiastica dignitas. spiritualia verò essentialiter & corporalia, sunt reliquiæ sanctorū, per Abb. & alios d. c. consulere. Item spiritualia de iure diuino sunt virtutes morales quatuor, iustitia, prudentia, temperātia, fortitudo, de quibus diuus Aug. de morib. ecclesiæ catholicæ. Item tres virtutes theologicæ, septem dona sancti Spiritus: beatitudines octo: fructus duodecim. per eundem in libr. de fide & symbolo. & in lib. de ecclesiasticis dogmatibus. lib. vnico. ꝑ totum. & in lib. de fide, ad Petrum diaconum, & in li. de Agone christiano. per Sanctum Thom. in tota parte prima secūdæ.

Alia spūalia de iure diuino sunt sacramenta, quæ sunt septē, videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitētia, Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium, vt diximus supra, quibus mod. simonia realis committitur.

Quib. spūalibus sic intellectis & diuisis, est uidendum, An, & quomodo super vnoquoque istorum committatur realis simonia. Et videtur ꝙ super primo genere istorum, quæ sunt spiritualia incorporalia aliquo modo committi non possit simonia realis, quia ista neque de iure, neque de facto vēdi possunt, quia non sunt contractabilia, non cadunt in conuentionem, nec æstimantur, de quibus habetur. 1. q. 1. & capitu. 1. per Abb. & Io. Andr. d. cap. consulere, Asten. lib. 6. tit. 5. §. primo, Angel. in verbo simonia. 1. versic. per essentiam, sed ista nō est bona ratio, quia licèt non sint contractabilia, nec cadere possint in connentionem, aut æstimationem, non est ob hoc dicē dum, quin si vendantur non sit commissa simonia, per Archi. c. 1. q. 1. ibi, de incorporalibus. pro regula tenendum est, quia ꝑ eis quicquam dare vel accipere simoniacum est, & hoc habetur (inquit) ex multis capitulis, & potest esse ratio, quia in istis, quæ sunt de iure diuino intentio inspicitur, per notata per Docto. in l. qui ea mente. ff. de furt. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. & in reg. peccatum. de reg. iur. Abb. in ca. si sacerdos, de offi. ordin. & c. in his. & cap. intelligentiam. capitu. præterea. & ibi Doct. & glo. de verb. significa. cap. 2. de religio. domi. in clemen. & l. non omnis. ff. si cer. peta. & ideo quamuis non actu, tamen intentione perficitur simonia, per Theologorum dogmata in 8. act. Apostol. immo in istis spiritualib. gratia,

Source : BIU Cujas

tia,& dono Dei,& huiusmodi,Simon magus solo animi, affe-
2 ctu licèt nihil dederit,sed obtulerit tantùm, vere simoniã cõ-
misit.Act.Apostol.8.c.qui studet.1.q.1. ibi, Simon etiam Ma-
gus cum eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet damna
tionis sententiam à Petro audiuit. Pecunia tua tecum sit in p-
ditione,quia donum Dei existimasti pecunia possideri.& in c.
Saluator.§.igitur.gl.in c.sicut pro certo. de simonia, in verbo
Giezi,vbi dicit ꝙ simoniaci dicuntur à Simone mago,qui po
stea in nouo testõ voluit emere gratiã Spiritus sancti, &c.Idẽ
habetur in c.cito turpem.1.q.1.& per Arch.in c.quia.1.q.1.vbi
dicit,quæro,quare simoniaci potius dicuntur à Simone, qui
voluit emere donum Dei,quàm Giezitæ à Giezi, qui vẽdidit
donum Dei. Dic ꝙ cõpletior ratio huius peccati fuit in actu
3 Simonis,quàm in facto Giezi,nam ille solùm vendidit propo
sito voluntatis,vt ibi per eum.donum enim Dei emere voluit
Simon Magus ab Apostolo,vt ex venditione signorum, quæ
assequuto dono gratiæ per eundem fierent multiplicatam pe
cuniam lucraretur,in tex.in c.Saluator,præallegato. & paulò
post ibidem,& Apostolus quæstus talis, & auaritiæ ambitio-
nem in Simone exhorruit, & maledictionis iaculo percussit
&c.quia auaritia est maximum malum, quam nemo sapiens
concupiuit,quam taxant leges ciuiles l.illicitas.§.fi.ff.de offic.
præsid.cuius sugestu homines attentant prohibita,cap.auari-
tiam,de electio.lib.6.radix est omnium malorum,& idolorũ
seruitus.§.quanta,authen.vt sine quo suffrag.l.si quemquam.
C.de episc.& cler.

Sed contra posset instari de pluribus medijs,nam donũ Dei
4 est etiam,& põt intelligi quælibet res ecclesiastica, Ecclesiæ,&
Deo data,per tex.in c.Saluator.præallegato, ibi donum quip-
pe Dei est Spiritus sanctus, & donum Dei est res ipsi Ecclesiæ
oblata,& paulò post.Quisquis igitur res Ecclesiasticas, & Dei
dona,quæ à Deo fidelibus,& a fidelibus Deo donantur, quæ
que ab eodem gratis accipiuntur,& ideo gratis dari debẽt &c.
& nemini dubium esse põt,quin res ecclesiæ, & Ecclesiæ obla
ta,data,& donata,non alienantur,aut alienari non possint,qa
sunt facti tituli in iure tam ciuili,quàm in canonico,quib. in
casibus,& ex causis expressis res ecclesiæ alienari permittitur,
5 & conceditur, puta in redemptione captiuorum,in euidentẽ
vtilitatem ecclesiæ,& res ẽt sacra confracta tamen, & consta-
ta venditur extraneo,alteri verò ecclesiæ etiam non cõfracta,
nec conflata,sed in eadem met forma,vulgatis. Item in text.
in c.iudices.1.q.1.videtur permitti ꝙ prophetia,& gratia san-
cti Spiritus certo pretio vendi,& alienari possit,puta quinque
obolorum,vt in tex.ibi,& nostri ergo sacerdotes si uolunt vẽ-
dere prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere,
quas dominus flagello subuertit: quinque tãtum obolorum
sint mercede contenti, qui vtinam non pretia villarum, sed
quinque obolos acciperent, & appellatione columbæ intelli-
gitur sanctus Spiritus, vt illud.descendit Spiritus sanctus,vt co
lumba in ipsum dist.4.de consec.illud.

Item gratia sancti Spiritus,vt illud.Eiecit vendentes,& emẽ
tes columbas.1.q.3.c.Saluator.& pro vsu prophetiæ,tempore
prophetarum aliquid licite,& sine simonia dabatur,vt legitur
de Hieroboam.3.reg.in c.iudices.1.q.1.ꝙ cum ęgrotaret pri-
mogenitus filius Hieroboã dixit vxori suæ,Tolle tecum mu-
6 nera,& mutato habitu vade ad Achiam prophetam, vt indi-
cet tibi quid futurum sit de puero:quæ cum veniisset ad ꝓphe
tam,& si præ calliginatione oculorum uidere non poterat,di
xit tamen ingrdere vxor Hieroboam,quare te aliam simulas,
ego missus sum ad te durus nuntius. qui cum multa ei uentu-
tura nuntiasset super domum Hieroboam, nũtiauit etiã mor-
tem, & filij primogeniti ægrotantis. Vade (inquit)in domum
tuam,in introitu tuo in vrbem morietur filius tuus, qui solus
de semine Hieroboam in sepulchra patrũ suorum inferetur,
& attulit prophetę pro prophetia habenda,& prophetico re-
sponso decem panes,crustulam,& uas mellis.& 4. reg. pariter
legitur,ꝙ cum esset nũtiatum Regi Benadab Regi Sirię ęgro-
tanti ꝙ Eliseus ueniret Damascum,ait Rex ad Azaelem.Tol-
le tecum munera,& uade in occursum uiro Dei, & consule
dominum per eum dicens:si euadere de infirmitate hac pote
ro.Azael iuit in occursum habens secum munera, & omnia
bona Damasci onera 40. Camelorum pro obtinendo tali ꝓ-
phetico responso.Vlterius,quid magis spirituale est, quàm re
gnum cœlorum,sed tamen uidetur licitum illud pretio,& pe
7 cunia emere,ut per Greg.in homil. Regnum cœlorum tantũ
ualet quantum habes.Facit iliud Apostoli. Non est magnum
si à uobis temporalia, & carnalia metamus, qñ uobis spũalia
exhibemus. Itẽ in spiritualibus incorporalibus interuenit pe-
cunia absque commisso simoniæ,prout in matrimonio. cap.
8 quidquid.1.q.1.23.q.1.honorantur.Item in operis,quas cleri
cus non debet,ut si sacerdos locat operas suas,c.uni. ne præ-
la.uices suas.12.q.2.charitatem.Idem est si sint debitę,dum ta
men ius dicat aliquid dandum.10.q.3.relatum, extra de simo-
nia,cap.cum sit.Item pro salute ęterna, & peccatorum remis-
sione,de pœnit dist.1.medicina.13.q.2.Animę.Item secũdum
quosdam pro iure sibi competente,ne uexetur.1.q.3,quęsitũ.
extra de usuris,cap.1.& de simonia,c.dilectus. Meritò ergò si
possit dici ꝙ pro collatione gratię sancti Spiritus,& doni Dei,
& spiritualibus incorporalibus possit aliquid dari uel accipi
temporale,uel in pecunia, sine uitio & suspitione simonię, &
absque eo quod dans, uel accipiens simoniam incurrat ali-
quam.

Sed respondendo dico,ꝙ non uidentur obstare,quia gratia
sancti spiritus & donum Dei, & huiusmodi spiritualia incor-
poralia,intelligendo vocabulum stricto modo, donum Dei ꝓ
officio,per quod datur Spiritus sanctus,scilicet potestas faciẽ-
9 di miracula,vt per gl.d.c.saluator,in vers.donum, quod ꝓ Ar-
chi.in c.1.1.q.1.appellatur spirituale purè, ibi,vel est pure spũa
le,vt gratia.& dona Dei, &c.nam dona Dei stricto modo di-
cuntur virtutes,beatitudines, fructus, sacramẽta,& gratię alię
immediate à Deo procedentes. ita diuus Aug. in Epistola ad
Dardanum.57.& Epistola.143.ad Iulianum,& lib.13.cõfessio.
c.10.& 18.& in lib.de patientia.cap. 28. quamuis omnia à pa-
tre luminum dona descendunt secundum Iac.Apostol.in sua
Canonica.c.1.non large, vt quando sub vocabolo dono Dei
10 comprehenduntur donata ab hominibus Deo,& ecclesiæ,&
quę à Deo sunt donata hominibus,non possunt vendi vel cõ-
tractari,nec ꝓ eis aliquid dari, vel accipi, qa sunt gratis à Deo
data.gratis ẽt dari debent: & si secus fiat, est commissa simo-
nia,prędallegatis iuribus,vnde isto modo intelligendo non ob
stat ꝙ res sacræ & res ecclesiæ licite vendantur, vel emantur,
nec facit contrariũ illud quod adduximus de c.iudices,vbi vi-
detur permitti ꝙ gratia sancti Spiritus columba,& prophetia
possint vendi pretio,&c.quia verba illa in tex.sint contẽti mer
cede quinque obolorum,sunt intelligenda,vt ironice prolata.
vel est intelligendum,vt sit licitum pro tam paruo prętio, quã
tum est valor quinque,quę dicit,in delicto quantitas rei atten
11 ditur,& ille text. ad hoc solet allegari, ꝙ paruę res non indu-
cunt simonię vitium, qualia sunt exculenta, & poculenta, vt
exemplicat tex.in casu Hieroboam; vel verba sunt intelligẽda
negatiue prolata,vt per gl.in ver.utinam.facit tex.in c.& si q̃-
stiones,vbi equus Cardinali datus non facit simoniam, nec an
tiquitus pro vsu prophetię in pretium & solutionẽ responsi
propheticę aliquid dabatur,quia prophetare, & miracula fa-
12 cere pertinet ad gratiam gratis datam,prima ad Cor. 12. vnde
gratis dari debet,sed in sumptum,& sustentationem prophetę,
& viri Dei dabatur,dicit tex.ad literam d.ca.iudices. Id osten-
dunt munera,quę obtulit vxor Hieroboam, quæ erant excu-
lenta, quamuis legatur ꝙ domus Hieroboam propterea ꝙ põ-
tio vendebat sacerdotia de superficie terrę deleta fuit. Nec ob
stat exemplum onerum 40.camelorũ à Benadab missorũ Eli-
13 seo,quia inquit text. non est credendum quòd Eliseus acce-
acceperit,quem constat noluisse accipere munera,quæ ei ob-
tulit Naaman ob recuperatam sanitatem, & maledixisse Gie-
zi eius famulo,& semini eius,q pro gratia sanitatis eidem Naa
man collata,munera accepit, quia pro substentatione uitæ, &
14 in sumptum non videtur prohibitũ aliquid accipere:nec com
mittit simoniam accipiens,vel dans ex tali cã. ca. cum sit.extra
de simonia.c.dicat.23.q.5. quia præsbyter licitè potest aliquid
15 accipere pro celebratione missæ,c,significatum. extra de præ-
ben.nisi sit proprius sacerdos, ideſt sacerdos obligatus alicui
ecclesiæ,de consec.dist.1. sufficit,quia tunc licite non accipit
quod not.21.q.2.c.vlt.

Et ad illud de regno cœlorum,quod est motiuũ,& dubiũ fa-
ctum per S.Thom.q.c.§.ad primum.vers.ad tertiũ, secunda se-
cundæ.Respondę,vt per eundem Sanctum Doctorem, ꝙ tũc
emi dicitur tale regnum, qñ quis dat, quod habet ꝓpter Deũ,
large sumpto nomine emptionis,quod accipitur pro merito,
quod tamen non pertingit ad perfectam rõnem emptionis,
quia non sunt condignæ passiones huius temporis, nec aliqua
nostra dona,aut opera ad futuram gloriam, quæ reuelabitur
in nobis,& alias vt ibi per eum,vel dic ꝙ non potest dici,quòd
ematur regnum cœlorum,cum non sit proportio de pecunia
ad futuram gloriam, & vbi non est proportio pretij non fit
emptio.hoc dicit Arist.in quinto Ethicorum,c.3.& seq.& ibi-
dem Auerroes Albert.Mag.diuus Thom.probatur etiam in
l.1.ff.de contrahen.emptio.

Et ad illud quod diximus de matrimonio, & de sacerdote lo
cante operas suas, & ꝙ pro salute æterna, & peccatorum re-
missione,& pro redimenda vexatione sibi illata super iure sibi
competente,possit licitè dari pecunia, aut quid temporale, si-
16 ne vitio,& suspitione simoniæ:dic esse speciale in illis quinque
casibus,in quibus licet,& est permissum à iure quòd pecunia
possit interuenire,vt per glo.quæ ponit.1.q.1.in summa, adde.
c.quicquid.cum gl.1.q.1.& c.honorantur.22.q.2.

Est aliud genus spiritualium de iure diuino, quod uocatur
spirituale essentialiter corporale, quemadmodum sunt reli-
quiæ sanctorum,quæ sunt spũalia corporalia,pro quibus non
17 põt de iure dari pretium,licèt de facto vendantur,per Abb.c.
consulere.de simonia,quæ expressè prohibentur etiam vena-

les

Source : BIU Cujas

les,c.fin.extra de reliq.& uener.ſanctorum,vbi gloſſ.duplicem aſſignat rationem,quare vendi non poſſint, quia inquit, reliquiæ ſanctorum, & ſancti Martyres vendi non poſſunt. l. nemo. C.de ſacroſan. eccleſ. id quod eſt etiam intelligendum de aliis ſanctis.c.cum Marthæ.de celebr.miſſ.Io.And.in c.fin. de reliq. & vener. ſanctorum,quia res ſacra non recipit æſtimationē.ff.de rer. diuiſ.l.ſacra loca.§.vlt.& ideo non poſſunt vendi reliquiæ,quia venditio non eſt ſine prętio.§.pretiū,inſtit.de emptio.& vendi.

Secundo ſpiritualia vendi non poſſunt,nec eis annexa, cap. quærelam,de ſimonia, immo qui ſpiritualia vendit, capitale crimen ſimoniæ committit, 1.q 1.c.qui ſtudet. ideo inquit.gl. ſacræ reliquiæ vendi prohibentur.

Sed contrarium videtur, q̄ reliquiæ ſanctorum non ſunt ſpūalia de iure diuino, ſed de iure poſitiuo,quia videntur introductæ inuentæ & factæ venerabiles à iure poſitiuo,c.fin.de reliq.& vener.ſanct.ibi inuentas,ait,de nouo reliquias, nemo publicè venerari præſumat,niſi prius authoritate Romani Pōtificis fuerint approbatæ.& in c.1. eo. ibi, illum ergo non præſumatis de cætero colere,cum etiam ſi per eum miracula fierent nō liceret vobis ipſum pro ſancto abſqur authoritate Romanæ Eccleſiæ venerari. Credo quòd pro nunc pro reſpōſione dici poſſit,q̄ ſpiritualitas in reliquijs ſit infuſa propter virtutes,dona Dei,gratiam ſancti Spiritus,& merita illius, qui fuit bonus ſeruus,& bonus famulus Dei,vt per Bernard.ſuper cantica canticorum Homelia.66.& diuum Hier. in Epiſtola cōtra Vigilantium in 2.lib.Epiſtolarum,& qui propter ſua opera bona, & merita adiuuante Dei gratia meruit ſanctorum numero aggregari.vnde iam tunc ſpiritualis & ſanctus apud Deum eſt effectus.vnde talis ſpiritualitas non fuit ei data,vel infuſa à Papa,vel iure poſitiuo, cuius authoritas ſe extendit tantùm in canonizando,& venerabiles faciendo,d.cap.1.& fin.quia ſine eius authoritate non poſſumus, nec debemus quemquam ēt miracula facientem venerari,quia inquit glo. ibi in ver.miracula faciunt,ideo non debet,pro ſancto quis venerari, niſi ab Eccleſia Romana prius fuerit p teſtes legitimos approbatus, d.c.& in c.venerabili,extra de teſt.vbi teſtes ſuper vita,& miraculis recipiūtur,quia quē ipſa reprobat,reprobādus eſt;& quē approbat,eſt approbandus.24.q.j.hæc eſt fides,cū alijs per eādem gl.adductis, vnde canonizatio ſanctorum & approbatio facta per Papam videtur præcedentis ſanctitatis,& ſpiritualitatis declaratio potius,merito non videtur obſtare motiuum.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta numero ſeptem.*
2 *Pro exhibitione ſacramentorum nihil poteſt dari.*
3 *Ratio quare ſacramenta uendi non poſſunt.*
4 *Prælatus eccleſiæ non eſt dominus ſpiritualium, ſed diſpenſator.*
5 *Venditio repugnat origini ſpiritualium.*
6 *Quare ſacramenta acceſſaria appellantur, & pro ſacramentis neceßarijs videtur licitum dari aliquid ſine ſimonia.*
7 *Quare pro ſacramentis neceßarijs uidetur licitum dari.*
8 *Sine ingreßu religionis quis poteſt ſaluari.*
9 *Pro ſacramentis uoluntarijs non eſt licitum aliquid dari ſine ſimonia.*
10 *Non debet dari infideli, ut conuertatur ad fidem.*
11 *Debet eſſe differentia inter baptizantem & baptizatum.*
12 *Baptiſma collatum à quocunque tenet.*
13 *A baptizando non adulto pro baptiſmo nihil eſt dandum ſecundum quoſdam.*
14 *Non debemus dare pro baptiſmo infantis, quia non eſt peccandum, ut infans acquirat uitam æternam.*
15 *Caſus in quo licite datur pecunia pro baptiſmo.*
16 *Non videtur culpabile illud quòd fit ex neceſſitate.*
17 *Neceßitas ut excuſet, debet eſſe inuitabilis.*
18 *Quando liceat emere aquam conſecratam pro baptiſmo.*
19 *Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona.*
20 *Quilibet poteſt baptizare.*
21 *Quando poteſt ſolui pro baptiſmo.*
22 *An quid poßit dari infideli, ut conuertatur.*
23 *Beatus Sylueſter promiſit munera baptizandis.*
24 *Non legitur per diſcipulos quempiam ad Dei cultum interuentumuneris prouocatum.*
25 *Sacerdos poteſt locare & uendere ſuas operas.*
26 *Ratio quare pro baptiſmo nil dari debeat.*

De reali Simonia in Sacramentis. Cap.5.

ALia ſunt ſpūalia de iure diuino per eſſentiam, q̄ dicuntur ſpūalia p cauſam,& inſtrumētaliter,veluti ſacramēta,q̄ ſunt cauſæ, & inſtīa pp quæ conſequimur gr̄am ſpūalem, de quibus per Arch. in c.1. 1.q.1. q̄ ſunt numero ſeptē,vc3 Baptiſmus.de quo Matth.28.Euntes p̄dicate euangeliū oībus gentib. baptizantes eos in noīe patris & filij,&c. Item confirmatio,de qua Luc.24.Sed ite donec induamini virtutē ex alto.Item Euchariſtia, de qua Matth.26.Accipite,& manducate &c.hoc facite in meam cōmemorationem &c.Item Pœnitentia,Ioan.21.Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. Item extrema vnctio,Marc.6.cum Apoſtolos miſit ad prædicādum,illi exeūtes vngebant oleo multos ægros,& ſanabātur.Item ordo, Io. 20.Sicut miſit me pater ſic ego mitto vos. Item matrimoniū, Luc.10. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Pro quib. ſacramentis,vel illorum exhibitione nihil poteſt dari,vel recipi,& ſi detur quid,vel recipiatur,ſimoniæ vitium committitur in illis, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, & in ſimoniacis de iure diuino: quia ſacramenta nō venduntur pretio, nec ex collatione,aut receptione illorum aliquid temporale dari aut recipi pōt ſine ſimonia,cap.non ſatis,vbi Abb.& Fel. c.conſulere.extra eo c.baptizandis,vbi Archid.c.quidquid,ca.placuit. c.emendari.cum ſeq.1.q.1.Fel.in c.in tantum.verſ.vlt.nota. extra eo.vbi triplicem aſſignat rōnem, q̄ ſacra uendi non poſſint quia conferens ea dr̄ diſpenſator,non dñs.Secundò, quia in ipſis non concurrit pondus,numerus,& menſura.Tertiò, quia continent in ſe gr̄am q̄ gratis confertur,quæ rō fuit primò aſſignata per S.Tho.licèt in aliquo variat, dicta.q.c.de ſimonia. §.ad primum, quia vc3 res ſpiritualis non pōt aliquo terreno pretio compenſari,vt de ſapientia dr̄ Prou.3.Pretioſior eſt cūctis opibus,& oīa q̄ deſiderantur huic non valent comparari. & c,4.& ad Roman.c.12.& in l.1.§.eſt enim. ff.de varijs & extraordi. cogn.l Aquilius,alias Attilius. ff.de donat.l.ſi quēquā. C.de epiſc & cler.& illud Diogenis Cynici dictum notatur, ſolum ſapientem eſſe diuitem,vt Laertius in vita Diogenis,ideo etiam Petrus in ipſa ſui radice ſimoniacam prauitatē condemnans dixit,Pecunia tua tecū ſit in perditiōne, qm̄ donū Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri poſſe.Secūdò quia id pōt eſſe debita uenditionis materia, cuius uenditor eſt dñs, vt hr̄ in l. diſtrahente,& l.uenditrici,& l.nemo. C. de rebus alien.non alienan.Prælatus aūt eccleſiæ non eſt dñs ſpūalium rerum, ſed diſpenſator, ſm illud prima ad Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores miniſteriorū Dei, ut per Inno c.in c.ex tuæ.de cler.non reſid.in fi.glo.& c.fin.5.q.3. & c.1.7.q.1.c relatio.21.q.1.Tertiò, quia uēditio repugnat origini ſpūalium,quæ origo debet inſpici.l.3.§. ſi quis cum maiore.ff de minor.l.qui cum maior.ff.de bon.lib.l.de qua re. ff. de iudic.facit Afflict.deciſ.211.& 212. quia ex gratuita uoluntate Dei prouenunt.unde Matth. 10. Gratis accepiſtis,gratis date, & ideo aliquis emendo uel uendendo rem ſpiritualem irreuerentiam exhibet Deo, & rebus diuinis, propter quod peccat peccato irreligioſitatis.

In contrarium vr̄ de Baptiſmo & alijs ſacramentis neceſſarijs, q̄ ideo neceſſaria & neceſſitatis appellantur, quia ſine eis homo ſaluari nō pōt,ſi ex contēptu omittūtur, & haberi poſſunt,qualia ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitētia poſt peccatū mortale commiſſum,Euchariſtia,& Extrema unctio, ut 1.q.1.§.ſed notandū,& ibi gl.in uer.neceſſitatis.& gl. in cap.ueniens,de tranſa.in uer.neceſſitatis, pro quibus ſi aliquid detur non vr̄ commiſſa ſimonia,quia non uidetur prohibitū, ſecus ſit pro ſacramentis uoluntarijs, ueluti ſunt Ordo & Matrimonium,ut per Hoſtien.quem refert Abb.in d.c.dilectus,el ſecundo.in uerſ.in gl.1. ubi dicit, q̄ ut quis recipiat ſacramenta neceſſaria poſſumus dare pecuniam, quia ſine eis ſaluari nō pōt homo,ideo toleratur pecuniæ datio,ut alliciatur quis ad fidē, & ad ſalutē. Sed pro alijs ſacramentis uoluntarijs recipiendis, uel exhibendis non debet aliquid dari uel accipi:unde nō debeo dare pecuniā uni,ut intret monaſteriū,uel religionē,quia ſine religione ſaluari pōt.c.1.in fi.de ſumma trin. & fid. cathol. Item dicit Phil. q̄ pro ſacramentis uoluntarijs non debet aliquid dari ex pacto,& eſt uerbū ſatis notabile, & limita, inquit Abb.ſm ea quæ dixi in c.in eccleſia,eo.tit.non tñ debeo infideli ex pacto dare pecuniam,ut conuertatur ad fidem,ſed gratia liberalitatis,ſic, ut ipſum ad fidem alliciam. Sed hoc de baptiſmo intelligēndum eſt,ut per eundem Abb.in præallegato.ca. cum in eccleſiæ.ubi poſita qōne, nunquid poſſit licitè dari pecunia ſacerdoti,qui non uelit aliter baptizare, an potius ſit baptiſmus relinquendus,dicit q̄ gl.in c.Baptizandis. 1. q.1. cuius eſt iſta qō,concludit,q̄ ſi baptizandus eſt adultus non debet aliquid cōtribuere,ſed potius baptiſmū relinquere, quia ex quo credit,& non deficit p eū,quò minus baptizetur, pro baptizato habetur.arg c.debitū,& quod ibi no.de baptiſmo,& in c.2. de præsb.non baptizato,& quod ibi no. in gl. aliàs(inquit)baptizet ſeipſum. ſed hoc non placet Abb. quia nihil uel parum prodeſſet,quia debet eſſe differētia inter perſonas baptiſantis, & baptizati,præallegato. c. debitū, & debet in tali caſu facere ſe baptizare à laico, quia baptiſma à quocūque collatū tenet, c.1.in uer.ſacramentū,de ſumma trini.& fide Cathol.ſi baptizandus nō ſit adultus,ſed infans,tunc ſm quorundā opinionē nihil eſt dandū, ſed potius infans ſine baptiſmo dimittendus, qa nō debet quis peccare, ut infans acquirat uitam æternam. 14.diſt.q̄ ait,& 46.diſt.ſicut. Alij contrarium ſentientes dicūt, quòd

Source : BIU Cujas

q̃ licet nil debeat dari, tamen potius quàm dimittatur infans sine baptismo pecunia esset danda. Id quod esset intelligendum in casu,& in loco,vbi non reperiretur alius, qui baptizare sciret,& baptismi sacramentum conficere; & putarem(inquit) Abb. quòd isto casu licitè posset dari pecu-
15 nia,licèt illicitè recipiatur, quia tunc non datur in emptionem baptismi & spiritualis,sed ad tollendum impedimentũ illicitè sacramento præstitum,& in redemptionem quodam modo vexationis illatæ,quod videtur non prohibitũ, sicut inquit, Abb.in simili dicimus de recipiente pecuniam ad vsuram,quòd si uoluntariè hoc facit,inducendo alium ad vsuram committendam,peccet,secus si hoc facit ex necessitate, not.in c.super eo.de usur. & in c.non satis, de simonia,
16 quia quod fit ex necessitate non videtur culpabile.c. ad limina.30.q.1.& necessitas facit licitum, quod aliàs esset illicitũ vt in translationibus Episcoporum.7.q.1. mutationes. 26. q. 6.c.vlt.& necessitas est præceptum. 23.q.6. ex his.vnde dicit Felin.d.c.cum in ecclesię,quod ista necessitas debet esse ine
17 uitabilis,non aliter, vt ibi per eum.& l.1.C.de oper.lib.c.quãto.de consue.Felin.in c.si pro debilitate, de offi.deleg. diuus Aug.de lib.arbi.lib.3.c.3.& secus est in alijs sacramentis benedictionum nuptialium, & talibus vbi res capit dilationẽ, & potest proponi quærimonia contra huiusmodi sacerdotem coram suo superiori, & à tali sacerdote licèt emere aquam pro baptismo faciendo, etiam si aqua sit consecrata,
18 sed non licèt dare pecuniam pro baptismo faciendo,nec p̃ se,quia in tali casu sufficit baptismus fluminis, nec pro alio, quia non sunt facienda mala,vt eueniant bona,vt dicitur ad Rom.3.& aliàs vt per Arch.d.c. baptizandis, & ante Abb.&
19 Hostien.istam quæstionem facit S. Thom.d.q.c. §.ad secundum.versi.ad primum.vbi dicit, q̃ in casu necessitatis quilibet potest baptizare, & quia nullo modo est peccandum,p̃
20 eodem est habendum, si sacerdos absque prætio baptizare non velit,ac si non esset qui baptizaret,vnde ille qui gerit curam pueri in tali casu licitè potest eum baptizare vel à quocumque alio facere eum baptizari, posset tamen licitè aquã à sacerdote emere, quæ est purum elementum, etiam sit sit aqua consecrata,per Arch.vt suprà.

Si autem esset adultus,qui baptismum desideraret, & immineret mortis periculum, nec sacerdos eum vellet sine prætio baptizare,deberet si posset per alium baptizari, q̃ si
21 nõ posset,nullo modo deberet prætium pro baptismo dare,sed potius absque baptismo recedere, suppleretur enim ei & baptismo flaminis,quod ei ex sacramẽto deesset,& gl. in c.quam pio.1.q.2.An quid possit dari infidelibus, vt conuertantur ad fidem? dicit q̃ non est prohibitum aliquid,nisi sola pactio; nam & dando, & honorando, & loquendo possumus blandiri infidelibus,vt conuertantur: sed inquit est
22 simoniacum,si quid detur pagano, uel hæretico, vt christianus fiat.c.quærelam.de simonia,credo q̃ uoluit allegare ca.cum in ecclesiæ,de simonia. Sed uidetur contrarium.qa si possum me redimere pecunia,vt de pœn dist.1.medicina, videtur q̃ & alium possim, quia Beatus Syluester promisit
23 omnibus munera, qui uellent baptizari, sed hoc est intelligendum, iuxta dist.Abb.d.c.cum in ecclesiæ,uer.2.quærit, ibi,mihi placet opinio, quòd aut faciunt propter paupertatem, quia pagani nolunt, uenire ad fidem christianam,& tũc licitè eis posset pecunia promitti & dari; nam multi Iudęi multas diuitias congesserunt ex vsuraria prauitate, & timẽt venire ad fidem,quia oportet eos omnia male ablata restituere,hoc enim casu licitè puto pecuniam eis posse promitti,ut ueniant ad fidem, sed si non habent propositum ueniẽdi ad fidem,nisi ex cupiditate pecuniæ promissæ, tunc puto contrarium, quia in talibus parum prodest baptismus.15.q.1. Non est.immo peccant,quia abutuntur bono,& dantes non euaderent peccare.33.q.5.ad fidem,quia inquit text.in c.quàm pio.prędallegato, nusquam legimus Domini discipulos vel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cul
24 tum aliquo muneris interuẽtu prouocasse, nisi fortè de pauperum alimento quis inconcinnè proponat,&secundum primum membrũ arbitror(inquit) Abb.fecisse beatũ Syluestrũ.

Nec obstat q̃ sacerdos non debet militare suis stipendijs, q̃ clerici in seruitio Dei deputati, & altari,de altari viuere debent:quòd sacerdos potest locare,& vendere suas operas spirituales; quòd non est alligandum os boui trituranti, q̃ pascens gregem,de lacte gregis habet comedere: q̃ non possunt reprehendi presbyteri parochiani recipientes oblationes,p̃ certis sacramentis exhibitis, etiam si eorum Ecclesię sint plenè dotatę,& alia quę multipliciter in contrarium adduci possunt, quę omittimus,quia ea satis latè in mentali simonia deduximus in rub.de simonia in baptismo,quia intelligũtur prout in uerbus adductis ibidem per modumlicitũ, & canonicum:unde non obstant.

Nec immeritò fuit, aut sine ratione sancitum, q̃ pro baptismo nihil temporale exigi possit,quia ultra q̃ est sacramentũ in quo inuisibilis gratia continetur,pretio,uel premio uenũdari non debet,quia quod gratis accipitis, gratis, & sine prę-
26 mio conferre tenemini,c.quicquid, & ibi glo.1.q.1.est ẽt iõ factum,quia si prętium propterea solui deberet, posset quis paupertate cogente deterritus, aut indignatione reuocatus redemptionis suę causam despicere.d.c.baptizandis,& p̃ ea quę dicit Abb.c.cum sit,de simon.in fin.& interim moriens gratia baptismi defraudatus animam suam deperderet. cap. placuit.1.qõ.1. cui perditioni causam prębuerit sacerdotis auaritia.

SVMMARIVM.

1 *Pro sacramento confirmationis nil exigi potest,nec etiam sub prætextu consuetudinis.*
2 *Diuturnitas temporis non diminuit peccata.*
3 *Chrisma uendi pretio non potest.*
4 *Balsamum post consecrationem chrisma est.*
5 *Triplex ratio quare sacramenta uendi non possunt.*
6 *Est simonia dare aliquid pro sacramento confessionis.*
7 *Etiam ex sola intentione in huiusmodi simonia committitur.*
8 *Non est prohibitum dare pro sustentatione ministri ob reuerentiã sacramenti.& obseruandam laudabilem consuetudinem.*
9 *Simonia est,si sacerdos dat licentiam confitendi pro pecunia.*
10 *Sacramentum pœnitentiæ est sacramentum necessitatis,quod consistit in absolutione.*

De eadem materia. Cap. 6.

ITem pro sacramento confirmationis nihil dari vel recipi potest, quia simonia committitur, est text.in terminis in c.baptizandis.c.quicquid inuisibilis. 1. q.1. vbi dicit text. quòd baptizandis consignadisque fidelibus sacerdotes prætia nulla præfigant. Idem habetur in tex.in c.non satis,extra de simonia, ibi, pro sepultura quoque, & chrismatis,& olei receptione, nulla cuiusquã prætij exactio attentetur, etiam si sit forsan consuetudo in contrarium, ut ibidem paulò inferius. nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur,cum consuetudo nutriens peccatum explodatur,c. fi.& ibi omnes scriben.de præscript.ca. quamuis.de pact.lib. 6.per Doctor.in c.si uerò.de iur.iur.& c.si aliquid.22.q.4.quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget,& alibi tanto peccata sunt grauiora quanto diutius infœlicem animam detinuerint alligatam:ubi Abb. Fel. & alij doct. communiter.dicit tex.in c.cum in ecclesiæ,de simonia, sub generali uerbo sacramentis,ibi,ne pro personis ecclesiasticis deducendis in fidem,vel sacerdotibus instituendis.sepeliendis mortuis, benedicendis nubentibus, seu alijs sacramentis conferendis,seu collatis aliquid exigatur, districtius prohibetur.si quis contra hoc venire præsumpserit,portionem cũ Giezi se nouerit habiturum.& dicit Archid.in c.multi.j.q.j. versi.sunt autem ibi,quia chrisma est sacramentum, ut hic dicit.de consec.distin.3 literis, ideo (inquit) uendi non potest etiam in necessitate,ut not.c.placuit, ea. caus.& q. ubi text. dicit,quòd pro balsamo, & pro baptismo nihil exigatur. & glo.ibi, balsamo exponit. i. chrismate, nam balsamum post
4 consecrationem chrisma est,ubi sequitur,chrisma,ergo uendi non potest,nec etiàm in necessitate, cum sit sacramentũ, d.c.multi,& c.siquis præbendas. 1.q.3.& 1. q.1. quicquid.est tex.in c.in tantum. extra de simonia, ubi pro chrismate nil dari,uel exigi potest,quia est simonia, & si detur, uel exigatur pœna incurritur canonica,quæ est ut ibi per gl. pœna depositionis cum nota infamiæ,& ibi Abb. ubi Fel. triplicem
5 assignat rationem quare sacramenta uendi non possint,quia conferens ea dicitur dispensator, non dominus, ideo ad ipsum non spectat uendere.Secundò, quia in istis non concurrit pondus,numerus,& mensura.Tertiò,quia continent in se gratiam,quæ gratis confertur,iuxta illud, Gratis accepistis, gratis date.Idem in tex.in c.ea quæ,& c.ad nostram,de simonia,& in c.vlt.1.q.3.ubi pro chrismate si quid detur, uel accipiatur simonia committitur,& incurritur pœna,est tex. in c.ea quæ,eo.tit.ubi pro chrismate ab ecclesijs si pecunia exigatur,simoniacum est,ubi not.Abb.quòd nedum prohibetur pecunia exigi in quantum est sacramentum,ut pro chrismando aliquem,sed etiam pro ipso liquore chrismatis, per illum text.quia chrisma,tam inquantum est sacramentum, quàm in quantum est liquor,est spirituale.1.q.1. placuit el 2. & uide Ioan.de Ana.in c.ea, qui dicit ad literam.

De confessionis uerò,& pœnitentiæ sacramento nihil pa-
6 riter dari,aut exigi potest sine commissõ simoniæ, tex. est in c.quicquid.1.q.1.ubi sacramenta & spiritualia quæ inuisibilẽ gratiam conferunt non sunt quæstibus, prætijs, vel præmijs aliquibus uenundanda, quale est sacramentum pœnitentiæ, ut per gl. ibidem in ver.consolatione. & nedum non potest aliquid dari,uel recipi pro tali sacramente, sed ex sola mẽte,

Source : BIU Cujas

17 & voluntate dandi, & recipiendi, quam quis habet, vitium simoniæ committitur, per Ang. in summa in versi. simonia. primo, versic. vtrum sola, vbi dicit, quòd cum quis dicit missam, vel audit confessiones, exhibet sacramenta & huiusmodi principaliter hac intentione, ut propter id recipiat pecuniam, aut aliud temporale, peccat mortaliter, & simoniacus est: secus si daret quis pro sustentatione ministri principaliter aut ob reuerentiam sacramenti, vel ad seruandum laudabilem consuetudinem, quia isto modo non uidetur prohibitum. c. sicut Episcopum. j. q. j. & dicit Io. de Syl. in tract. de benef. prima parte. q. 7. quòd sacerdos, qui non vult dare licẽtiam suis parochianis alteri sacerdoti sua peccata confitendi, nisi pro pecunia, simoniam committit, per not. per Archiepisc. Florentinum, & summistas ibidem per eum adduct. & dicit S. Thom. in q. c. de simonia. §. ad secundum resp. sacramentum pœnitentiæ est sacramentum necessitatis, ut habet in lib. senten. lib. 4. c. 1. & c. & sicut, & c. in perfectione, & c. hic oritur. sanctus Thomas in 4. sent. c. 1. quod præcipuè in absolutione consistit, sed quidam absoluentes ab excommunicatione pecuniam exigunt, unde uidetur esse non semper illicitum emere sacramentum, sed paulò post in vers. ad tertiũ respondendo, dicit, quòd pecunia non exigitur ab eo qui absoluitur, quasi pretium absolutionis. hoc enim esset simoniacũ, sed quasi pœna, & in pœnam culpæ præcedentis, pro qua fuit excommunicatus. faciunt, quæ diximus suprà in mentali in huiusmodi sacramento, ubi videri potest.

SVMMARIVM.

1 *Est simonia dare aliquid pro sacramento eucharistiæ.*
2 *Gratia sancti Spiritus non venditur.*
3 *Ex intentione in sacramento Eucharistiæ committitur simonia mentalis.*
4 *Simonia mentalis non punitur, sed solùm animi pœnitentia deletur.*
5 *Simonia est realis, si quid detur pro sacramentis.*
6 *Eucharistia est sacramentorum excellentissima.*
7 *Abusus in Francia sacerdotum in celebrando missas.*
8 *Licitè datur missam celebrantibus in sustentationem.*
9 *Simonia est, si parrochialis pro missa, quam tenetur dicere, a subditis accipiat.*
10 *Tria concurrere debent, ut licitè promissa sacerdos aliquid accipiat.*
11 *Nihil debet exigere sacerdos, si manibus laborare potest.*
12 *Sacerdos alienus licite locat operas suas.*
13 *Sacerdos licite subtrahit sacramenta populo, nisi oblationem faciat.*
14 *Est simonia, si quid accipitur pro sacramento extremæ vnctionis*
15 *Extrema vnctio est sacramentum.*

De eadem materia. Cap. 7.

1 ITidem quoque dicendum de sacramento sacræ Eucharistiæ, quòd si pro illo vel detur aliquid, uel accipiatur, quòd simoniæ vitium committatur, tex. uidetur in terminis in c. nullus Episcopus. 1. q. 1. ubi nullus Episcopus, præsbyter, aut diaconus, qui sacram dispensat Eucharistiam, seu communionem, à percipiente gratiam communionis aliquid pretiũ
2 exigat; nec enim uenditur gratia, nec pro pretio gratiam sancti Spiritus damus. ubi glo. dicit, non tantùm in isto casu cõmittitur simonia realis, sed etiam mentalis, quia dicit, non solùm exactio cum effectu punitur, sed etiam ipse conatus puniendus est in detestationem criminis simoniæ, per iura quæ ibi adducit. sed non credo quòd per conatũ ibi intelligatur mentalis actus simoniæ, quia simonia mentalis non punitur,
4 sed sola animi pœnitentia deletur, etiam nulla facta restitutione, cap. fi. de simonia. suprà in mentali per totum, & infrà in pœna simoniæ mentalis, & in rubrica de restitutione dati, aut recepti simoniacè. sed ego credo quòd ille conatus importet actum exteriorem ultra actum mentalẽ, qualis fuit in Simone mago, qui mente deprauata tentauit pecunia emere Spiritum sanctum, qui licèt contractus emptionis, effectum non fuerit fortitus, tamen hoc non obstante fuit damnatus, & punitus eius conatus. dixit text. in c. cum in Ecclesiæ, de
5 simonia, ubi pro sacramentis si quid detur, aut exigatur, simonia realis committitur. & Eucharistia est sacramentum unum ex septem, 1. q. 1. multi, uersi. sunt autem, Archid. in ca. comperimus, dist. 2. de consec. ubi quærit, an Eucharistia sit sacramentum, ubi dicit, quòd excellentissimum est omnium aliorum sacramentorum. Io. de Syl. in trac. de benefi. 7. q. 1.
6 pecuniæ. & dicit S. Thom. §. ad secundum. q. c. de simonia, quòd maximum sacramentorum est Eucharistia, quæ in missa consecratur, sed pro missis cantandis aliqui sacerdotes præbendam uel pecuniam accipiunt, ergo licèt sacramenta emere pretio. sed paulò post ad obiectus respondendo dicit, quòd sacerdos non accipit pecuniam quasi in pretium consecrationis Eucharistiæ, aut missæ decantandæ, hoc enim esset simoniacum, sed quasi stipendium suæ sustentationis,
7 ut dictum est. Audiui tamen in Francia, Lugduni maximè. sacerdotes stare in ecclesijs paratos ad celebrationem missarum, & non accedere ad altare ad celebrandum, nisi inuitati à catholicis, & fidelibus per pecuniarum submini-strationem, & si post celebrationem uel ante, præmium, uel eleemosina eis non exponatur, non erubescunt ab eis pecunias exposcere pro missa: sed quia sunt pauperes eis datur in sustentationem uitæ, & eorum subuentione, uel in reuerentiam sacramenti, uel pro obseruatione laudabilis consuetudinis ad quam cessantes compelli possunt exhibitis sacramentis, & spiritualibus: si sit secus est abusus abhominabilis, & detestabilis, quia dicit Innocen. in c. quoniam. el. 2. ne prælat. uic. suas, quòd licitè potest aliquid recipere sacerdos
8 pro missis celebrandis, & alijs spiritualibus administrandis, dummodo non intendat uendere spiritualia, seu recipere pecuniam pro spiritualibus, sed potius pro seruitio, & recompensatione laborum, damnorum, quæ sustinet trahendo ibi moram, & pro sua sustentatione, & quod ad ea exhibenda non sit ex officio obligatus, quia si intenderet recipere pro spirituali, esset simonia, c. iudices. 1. q. 1. & dicit Io. de Anan. in d. ca. quoniam, quòd tutus modus est quòd detur, uel relinquatur pecunia sacerdoti simpliciter, & roget quòd dicat tales missas, uel fiat anniuersarium, & concor. cũ opin.
9 Abb. & Anan. in c. suam. eo. tit. similiter esset simonia, si sacerdos parochialis à suis subditis exigeret aliquid pro missis, quas tenetur dicere, quia nec etiam pro sumptu aliquid potest accipere ab eis sine simonia, pro quocunque spirituali, cap. pendentes. 1. q. 3. ab alijs autem, qui non sunt suæ parrochiæ & non sunt subditi potest. uerum est quod Goffr. & Rayn. dicunt, quòd si talis sacerdos, qui etiam non obligatur ex officio, habet sumptus necessarios aliunde, debet gratis cantare, quod si facit pro pecunia, aut simonia est, aut auaritia, sed cùm simonia non possit esse, cùm non intendat uendere spirituale, & nemo teneatur suis stipendijs militare, c. cum sit, eo tit. ergo ibi uidetur turpe lucrum, ut patet. d. ca.
10 iudices, & arg. 12. q. 1. Tu dic quòd tria concurrere debent, ut liceat. Primo, quod non capiat nisi pro sumptu uel labore. Secundo, quòd sit ex officio obligatus ministrare. Tertio, quòd non habeat aliunde sumptus necessarios. sed si sacerdos parochialis non habet sumptus necessarios, nunquid poterit sine simonia exigere aliquid pro spiritualibus? Re-
11 spondet Abb. in c. suam, eo. tit. quòd si potest aliunde sibi honestam uitam quærere, puta scribendo, nam & Apostolus sibi uictum quærebat manibus dum prędicaret, ca. cum Apostolus, de censi. & huiusmodi, & sic non potest exigere, sed laborare debet manibus. 91. distinct. clericus. si uerò non potest, tunc Episcopus debet sibi prouidere, uel populus potest compelli ad prestandum sibi necessaria pro uictu. si est
12 sacerdos alienus, qui fortè est inuitatus ad exequias, missas, uel alia spiritualia impendenda potest licitè suas operas spirituales locare, non ut directè recipiat pro spiritualibus temporale, sed in recompensationem damnorum, quę sustinet, secundum Abb. & Anan. d. c. suam. facit glo. in c. omnis Christianus, de consecr. dist. 1. quę dicit, quod sacerdos potest sub
13 trahere sacramenta populo, nisi oblationem faciat, & secundum hanc distinct. intellige glo. & tex. in cap. præcipimus. 21. qõ. 2. & secundum prędicta limita, quia unum sine reliquo non procedit, 1. qõ. 3. si quis obiecerit. Pro sacramento uerò Sacrę extremę Vnctionis nihil pari modo temporale recipi potest. & si recipiatur, simonia committitur, dicit text. ad li
14 teram in c. non satis, de simonia, ibi, pro sepultura quoque, chrismatis, & olei receptione nulla cuiusquã pretij exactio attentetur, nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur, quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget, quia extrema Vnctio est sacramentum, & inter sacramenta connumeratur, pro quibus nil in
15 pecunia, vel in alio temporali exigi vel recipi potest, cap. cum in ecclesię, cap. ad apostolicam, & ibi glo. in vers. conferantur. extra de simonia.

Quia de ordine, & matrimonio, quę sunt sacramenta non necessaria, sed uoluntaria, diximus suprà in mentali, & conuentionali suis locis, de eis dicere hic omittemus: ne idem semper repetere videamur, & eandem cantilenam canere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia, pensiones, regressus, & beneficialia habuerunt ortum a Papa.*
2 *Pro beneficio nihil dari debet, quod habet libere conferri.*
3 *Spoliari debet ecclesia, qui ecclesiam pecunia obtinuit.*
4 *Simoniacus non facit fructus suos.*
5 *Collatio simoniace facta est ipso iure nulla.*
6 *Ratio quare collatio simoniaca sit nulla.*
7 *Beneficium, super quo simoniace conuenitur, vacat, & potest impetrari.*
8 *Non est simonia, si Episcopus antequam conferat ex iusta causa aliquid de fructibus subtrahit.*

9 Causa

Source : BIU Cujas

6 *Causa rationabilis facit cessare simoniam.*
10 *Est simonia, si recipitur aliquid, vel ante collationem, vel post, ex pacto.*
11 *Seni & inepto datur coadiutor.*
12 *Episcopus ex causa rationabili pensionem imponit.*

De reali simonia in beneficialibus. Cap. 8.

DEuenio ad speciem illorum spiritualiū, quę diximus suprà esse non iuris diuini, sed iuris positiui, & a iure positiuo originem, & deriuationē habere; qualia sunt beneficialia, beneficia, pensiones, regressus. & huiusmodi, quæ à iure positiuo, & a Papa ortum habuere per tex. in c. 1. & 2. 22. dist. ca. cum illis. 80 distin. cap. 1. 9. dis. Abb. in c. constitutus, de relig. dom. & per eundē Abb. in disputatione, quæ incipit, Episcopus, colum. 2. versic. ad propositum. Gig. in tract. de pēsio. q. 2. cum mille similibus, quæ adduci possent. Et pro intelligentia, de duobus quæstionem faciemus, nunquid pro collatione beneficii facta in manibus Papæ, aut ordinarij possit aliquid dari temporale? & an pro renuntiatione beneficij dari possit pecunia, pēsio, regressus, aut aliud beneficium ecclesiasticum sine uitio simoniæ? Et nemini dubium esse potest, quod beneficium ecclesiasticum debet dari & conferri purè sine pacto, uel conditione, nec pro aliquo commodo temporali; aliàs cōmittitur simonia. 1. q. 1. c. sanctorum. 1. q. 2. c. quàm pio. 1. q. 3. c. Saluator. cap.
2 consuluit, extra de simonia. & q̄ collatio beneficij, prouisio, aut electio non possit fieri aliquo dato mediante, quia est simonia, videtur statutum in concilio Cōstantiensi in hæc verba. Electiones autem, postulationes, confirmationes, aut quęuis prouisiones simoniacæ Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factę, nullę sint ipso iure, nullumq̄; per illas ius cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati, aut prouisi facient fructus suos, sed ad illorum restitutionem tāquam iniquè ablata, percipientes teneātur. statuentes insuper, q̄ dantes, & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeāt dignitate. dicit tex. in c. si alicuius, quòd
3 est penult. de electio. est tex. in c. presbyter. 1. qō. 1. ubi spoliari debet ecclesia, & sacerdotio, qui mediante pecunia ecclesiā sibi conferri obtinuit. est text. in materia factus in extrauag. cum detestabile, de simonia, extrauag commu. ibi, electiones uero, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quæuis aliæ dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, virib. omnino careant in ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs ecclesiasticis, & quibusuis beneficijs, aut aliqua eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciant aliquos fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit astrictus. Cassad. decis. 5. de constit. ubi interpretatur istam extrauag. Quia
5 simoniacè facta collatio est nulla ipso iure. per Innoc. Hostiē. & And. Barb. in c. cum vniuersorum, de rerum permu. Barb. in c. 2. de rescri. Abb. Sicul. in c. ex parte, el primo. de off. dele. & in c. cum pridem, de pac. Capel. Tholos. q. 338. tex. in c. 1. §. deinde, & ibi glo. in ver. ipso iure, de elect. glo. in c. super eo, de renuntiat. immò dicit Rebuf. in pract. tit. de simonia, in resignat. §. & quamuis, uersi. collatio, quòd collatio simoniaco
6 facta est nulla, nempe eo ipso quòd quis conuenit super beneficio, & committit hoc crimē, est excommunicatus tam per extrauagan. cum detestabile, quàm per constitutionem concilij Constantien. ob id collatio illi facta non ualet, ca. postulasti, de cler. excommun. ministr. ideoque (inquit) beneficiū
7 illud impetrari poterit, & dicit Ioan. de Syl. in tract. de benefi. prima parte. qō. 7. mihi colum. 29. versicu. & primo, ubi dicit, sciendum est secundum Beatum Thomam In 4. senten. q̄ circa collationem beneficiorum, & præbendarum, si episcopus antequam beneficium, uel præbendam cōferat, ordinauit aliquid subtrahere de beneficio, aut præbenda & fructibus ali-
8 qua iusta causa, non est simonia, ut not. per Abb. & alios per illum tex. in ca. 1. ut eccles. benefic. ubi Abb. 13. notabili, facit text. in cap, si propter tua debita. de rescrip. in 6. & licet illud sit spirituale, tamen causa rationabilis, facit cessare simoniā.
9 Si autem pactio interueniat, vt ante uel post collationem receptionem accipiat ab eo cui beneficium confert, uel aliqd sibi exhiberi de fructibus beneficij, aut præbendæ, tunc non
10 caret uitio simoniæ, ut per doct. ca. 1. ut eccle s. benef. & sicut non licet pecuniam dare immediatè pro beneficio cōsequēdo, ita etiam, nec pro habenda uacatione beneficij, ut postea cōferatur: quia præambulum est & uia ad collationē, ut uult Archiep. Floren, secunda parte summæ in prin. c. 5. §. 21. facere uiderur quod dixit Fel. in cap. ad audientiam. el 2. de reser. per illum tex. & per tex. in c. ad quæstio. de rerum permut. id quòd consuluit Pet. de Anch. in suo consil. 274. incip. Quęstio proponitur in themate, quod ex causa rationabili, puta ob euidentem vtilitatem ecclesiæ, potest episcopus in collatione ecclesiæ & beneficij subtrahendo partem fructuum super illis imponere onus alimentandi illum, qui renuntiat ecclesiæ. & loquitur in sene inepto ad curam animarum, quo casu
11 sicut dari debet ei coadiutor, & ambo deberent uiuere de reditibus ecclesiæ, ita & debet fieri dicti reseruatio, sic & è contra, impugnat Oldrad. consil. 22. incip. quidam Episcopus, pensionem constitutam per Episcopum cuidam nobili tanquam benemerito erga ecclesiam, tum quia de meritis nō cōstabat, tum quia donatio erat in quantitate enormi. ex quib.
12 infert notabiliter idem Fel. quod ubi cōcurrunt merita, & de ipsis constat, potest Episcopus in quantitate moderata aliquā pensionem deputare alicui quo ad uixerit de reditibus ecclesię, adducit not. in c. fraternitatem, de donatio. Idem adducit Anan. in d. c. ad audientiam. 4. colum. quòd Episcopus potest pro bono pacis ordinare, unde Episcopus in collatione beneficij potest ex officio imponere pensionem super reditibus illius, ut habetur etiam in ca. constitutus. de relig. dom. sequitur & refert Caccialup. de pensio. 4. q.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ratione officij & administrationis sunt spiritualia.*
2 *Præbenda habens canonicatum annexum est ius spirituale.*
3 *Commutationes cum pactione circa spiritualia continent simoniam.*
4 *Spiritualia vel annexa non venduntur.*
5 *Pro renuntiatione ecclesiæ nil temporale accipi potest.*
6 *Est simonia, si renuntians beneficio ex pacto pecuniam recipit.*
7 *Non tenet renuntiatio facta interuentu pecuniæ.*
8 *Collatio facta est nulla siue simonia fuerit realis, siue conuentionalis.*
9 *Resignatio simoniaca tenet in præiudicium resignantis, et si adsit clausula non aliter, aliàs &c. Ideo non poterit redire resignans ad suum beneficiū.*
10 *Hodie beneficia simoniacorum vacant ipso iure. Vnde possunt impetrari etiam absque aliqua declaratione.*
11 *Quoad priuationem non est differentia inter notorium simoniacum, & illum contra quem est probata simonia.*
12 *Semper probata simonia priuatur ipso iure.*
13 *Occultus simoniacus non deponitur, notorius sic.*
14 *Simoniacus tenetur ad fructus restituendos, licet ecclesiæ inseruierit.*
15 *Si permutatio fit aliquo pacto precedente, est simonia.*
16 *Est simonia etiam cum datur spirituale pro spirituali.*
17 *Pecunia potest dari pro recompensatione beneficij in recompensam prouentuum temporalium.*

De eadem materia. Cap. 9.

SEd quia de hoc fuit dictum suprà in mentali & cōuentionali suis locis; deuenimus ad secundam partem. & videtur primò quòd pro renuntiatione ecclesiæ, uel beneficij ecclesiastici non possit licitè & sine simonia aliquid dari, uel accipi, quia inciditur in uitium simoniæ, uidetur id ex eo, quia
1 beneficia ratione officij, & administrationis sunt spiritualia, tenet gl. in summa. 1. q. 1. ubi dicit, quòd spiritualia sunt omnia iura ecclesiastica, ut administrationes, præbendæ, &c. Ita tenet Abb. & Fel. in rubr. de simonia, & in cap. nemo, c. ad nostram, per illum tex. de simonia, dicit tex. & Abb. ibi in 5. no-
2 tabili in cap. dilecto. de præben. & dign. ubi dicit, quòd præbenda est ius spirituale, quando habet canonicatum annexū, per glo. in cap. cum M. de constitu. facit tex. in cap. quæsitum. de rerum permuta. ibi, commutationes præbendarum de iure fieri non possunt cum pactione præmissa, quia circa spiri-
3 tualia, vel connexa spiritualibus labem continent simoniacam. faciunt latè adducta per Ioan. de Syl. in tract. de benefic. prima parte. quæstio. 7. versi. istud etiam. colum. 12. vnde cum sint beneficia spiritualia, nimirum si pro illorum renūtiatione nihil temporale possit dari, uel accipi absque eo quòd cō-
4 mittatur simonia, quia spiritualia, uel illi annexa non uenduntur prętio, quia est simonia. capitu. de iure, extra de iure patron. cap. cum pridem, de pactis, & de transactio. cap. super eo. cap. decimas 16. quæst. 7. Dicit hoc tex. in term. in c. quærelam. extra de simonia, ubi not. quod pro renuntiatione, aut uēditione ecclesiæ, pecunia, uel aliud temporale dari, aut ac-
5 cipi non potest, tex. in capit. ex diligenti. eo. Vbi homagium præstari non debet pro habendo beneficio ecclesiastico, uidetur tex. in ca. ueniens, eo. ubi habetur q̄ nedum dare aliqd pro obtinendo monasterio est simoniacum, sed & si conuentio fiat, aut promissio de dando. Et dicit Abb in ca. non satis,
6 eo. tit. q̄ si quis renuntiat titulo, uel commendæ beneficij, & ex pacto recipit pecuniam, illa renuntiatio est simoniaca, alleg. glo. in c. ex parte. de offi. deleg. dicit in terminis glo. in ca. super hoc. de renunt. in ver. pecuniæ, ubi Innoc. ponderando ibi tex. a contrario sensu, quòd si interuentu pecuniæ renūtia-
7 tio est facta, talis renuntiatio non tenet, quia simoniaca, nec etiam tenet in præiudicium renuntiantis, dicit Innoc. in cap.

Source : BIU Cujas

ſuper, præallegato, & cap. cum uniuerſorum, de rerum pmu· Archid. in cap. dudum, in princi. de præben in 6. Gemin. conſil. 225. dubia. in primo dubio, Rota in antiquis deciſ. 235. Rebuff. in pract. benefic. de modis amittendi beneficia, verſi. limita. Idem in rub. de ſimonia, in reſignatione §. ad quamuis, quòd ſiue fuerit conuentionalis ſimonia, ſiue realis, collatio
8 facta ipſo iure eſt nulla; reſignatio quoque ſimoniaca tenet in præiudicium reſignantis, etiam ſi clauſula fuerit in ea, non
9 aliàs, aliter, nec alio modo, quæ clauſula eſt quædam ſpecies pacti, glo. in l. ſi quidem. C. de exceptio. quia is reſignans non eſt uſus conceſſione iuris, clemen. vna. de rerum permutat. ideo nec poterit redire ad ſuum beneficiū, quod ex ſuo delicto amiſit, alioquin delictum non puniretur. Pariſ. cōſ. 135. Ioan. in fin. volu. 4. ex quo infertur, quòd hodie beneficia ſimoniacorum ipſo iure uacant, & poſſunt impetrari ēt abſq;
10 alia declaratione, quæ fieri poterit poſt impetrationem, per cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6. nec fit differētia quò ad hanc priuationem inter notorium ſimoniacum, & alium
11 cōtra quem eſt probata ſimonia, ſemper enim probata ſimo
12 nia priuat ipſo iure, & ſimoniacus eſt excommunicatus, ut ſuprà, immo patet ſimoniacos veluti primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & ſi commoniti non reſipuerint, a cæteris. i. laicis poteſtatibus opprimendos, omnia enim crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur, ca. fin. 1. q. 7. licèt fiat differen-
13 tia quò ad depoſitionem ab officio, quia occultus non deponitur, notorius ſic. ca. 2. de confeſ. c. inſinuatum, de ſimonia, ēt fit differentia quò ad abſolutionem, & rehabilitationē, quæ facilior eſt in occulto, quàm notorio ſimoniaco, in foro conſcientiæ, & ab occulto minor datur taxatio & compoſitio, vt ſæpius, inquit Rebuf. vidi. Sed non fit differentia quò ad pri-
14 uationem. Et ſimoniacus ad reſtitutionem omnium fructuū tenetur perceptorum, etiam ſi eccleſiæ ſeruierit, quia tāquam fur & latro non eſt ingreſſus per oſtium, ut eſt in Euangelio. & non ſolùm committitur ſimonia, quando aliquid datur p renuntiatione, verùm etiam, quādo renuntiatur ſimpliciter, & renuntians habeat in animo, ut detur alicui certæ perſonę beneficium renuntiatum. glo. & doct in cap. ex parte, el 1. de off. & pot. iud. delega. in ver. dimittere. Caccialup. de penſio. q. 19. in prin. licèt talis ſimonia, cum ſit mentalis, nō puniatur pœna ſimoniæ realis, aut conuentionalis, vt diximus ſupra in mentali. Facit, quia de iure præbendæ & eccleſiaſtica beneficia adinuicem non poſſunt permutari, & ſi fiat præcedente
15 aliquo pacto eſt ſimonia, licèt tractatus, qui non includit deliberatum conſenſum fieri poſſit ſine ſimoniæ uitio. per tex. cū ibi doct. in cap. quæſitum, cap. cum uniuerſorum. de rerum permut. per quod videtur innui, q̄ non ſolum eſt ſimonia, cū datur uel permutatur ſpirituale pro temporali, ſed & quādo
16 datur ſpirituale pro ſpirituali. facit quod ſummatur in tex. in cap. fin. eo. tit. de rerum permut. Et date ex vna pecuniam, & ex altera eccleſiam pro pecunia, ſimonia eſt, per Abb. in c. ad quæſtiones, de rerum permut. ſecundo not. quia uidetur data pro redditibus ſpiritualibus, uel pro re ſpirituali obtinenda, & talis contractus erit contractus emptionis, ſcilicet do, ut des, Paul. Rom. in tract. de penſio. §. nemo nunc. verſ. quinta ratio. Sed contrarium aliquādo videtur, q̄ pecunia poſſit dari pro recompēſatione maioris beneficij commutati ſine ſimonia, quod intelligę, ut per Abb. in c. ad quæſtiones, in uerſi. ſecundus intellectus, de rer. permut. ſi pecunia detur in recompen-
17 ſationem prouentuum temporalium, non ſpiritualium, quia ſi occaſione ſpiritualium iurium, de quib. plus habet una eccleſia quàm alia, pecunia tribuatur, ſimonia erit, puta, quia habet maiores authoritates in adminiſtratione ſpiritualium, & huiuſmodi, quia ſi in recompenſationem talium quid daretur pecuniæ, eſſet commiſſa ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Eſt ſimonia ſi confertur, uel renuntiatur beneficium propter conſanguinitatem, fauorem, vel amicitiam.*
2 *Eſt ſimoniacus qui ductus amore indigno beneficium confert.*
3 *Eſt ſimonia ſi conferuntur ſpiritualia fauore & humana gratia.*
4 *Conſanguinitas inducit ſuſpitionem, quòd donatio ſit vitioſa.*
5 *Eſt ſimonia ſi propter preces carnales confertur beneficium.*
6 *Simoniam committit qui propter conſanguinitatem & amicitiam peccatū alicuius epiſcopo non denuntiat. Item qui pœnitentem propter gratiam ad pœnitentiam adducit. Aut per odium remouet a reconciliatione.*
7 *Eſt illicita impoſitio penſionis propter carnalitatem.*
8 *Eſt illicita penſio, quam epiſcopus nepoti reſeruat reſignando alteri beneficium cuius non eſt capax nepos.*
9 *Regreſſus, qui fiunt tantum ratione ſanguinis ſunt illiciti.*
10 *Eſt ſimoniacum illud quod dicunt canonici; canonicemus nepotes noſtros &c.*
11 *Inter munera, quæ ſimoniam inducunt, numeratur munus ſanguinis quar to loco.*
12 *Quando epiſcopus conferens ratione ſanguinis ſimoniam committat.*
13 *Eſt ſimonia, cum epiſcopus confert alicui beneficium pacto, uel intentione, vt beneficiatus epiſcopi conſanguineis ſubueniat.*
14 *Amor parentum, qui non eſt ordinatus grauius efficit peccatum.*
15 *Minus peccatum eſt dare conſanguineis, quàm extraneis.*
16 *Quare ſit peius dare conſanguineis, quam alijs.*
17 *Cæci ſunt epiſcopi circa nepotes.*
18 *Detrahentes prælatis incidunt in pœnam Clementinæ religioſi.*
19 *Peccatum eſt in Spiritum ſanctum detrahere prælatis.*
20 *Papa obligatur diligere parentes ordine charitatis.*
21 *Agris tuis ſitientibus alij rigandi non ſunt.*
22 *Chriſtus filios Zebedei ſuos elegit, Petrum omnibus præpoſuit.*
23 *Papa obligatur in pluralitate beneficiorum, & penſionum, coæquare facientes voluntatem patris ſui, parentibus.*
24 *Clericus de bonis eccleſiæ poteſt ſuis ſubuenire, dummodo non faciat eos diuites.*
25 *Clericus fortius tenetur ſubuenire ſuis, quam alijs.*
26 *Pater poteſt præſentare filium ſuum in eccleſia patronata.*
27 *Conſanguinitas facit præſumi fraudem in collationibus beneficiorum.*
28 *Præſumitur fraus ſi ſenex beneficium pingue cum tenui cum nepote permutet.*
29 *Qui dat fructus eccleſiæ conſanguineis, tenetur ad reſtitutionem in foro poli. Item & accipientes.*
30 *Prælatus acquirendo conſanguineis committit furtum & ſacrilegium.*

De eadem materia. Cap. 10.

ET non ſolùm cōmittit ſimonia, & eſt ſimoniaca reſignatio, cū datur pecunia, uel quid aliud temporale pro reſignatione beneficij uerùm etiam qñ conferf beneficium, aut renuntiatur pp conſanguinitatem, fauorē, & amicitiā, eſt tex. in ca. 1. ut eccleſiaſtica benefic. ibi, circa carnali-
1 tatē animi, qui non eo affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti eccleſiaſticū officium, & beneficium in perſona magis idonea diſpenſare &c. ubi glo. in ver. carnalitate, dicit, epiſcopum ſimoniam committere, ubi propter conſanguinitatem concedit alicui beneficium, aliàs non cōceſſurus, quia ſi quis iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus ſacerdotalē
2 dignitatē receperit, &c. 1. q. 1. c. ſi quis neque. ubi glo. dicit, intellige oēm illum ēt ſimoniacum, qui ductus amore alicui indigno beneficiū confert. arg. c. veniens, & c. nemo, de ſimonia, quia ſi fauor tertij nimiū fauoris inducit, multò magis fauor illius, qui ordinatur. 1. q. 1. ſunt nōnulli, ubi habetur quòd pro collatione ordinū, & diuinorum cōmittitur ſimonia, nedum ſi accipiatur pecunia, ſed ēt ſi conferantur pp fauorem,
3 auram populārē, & humanā grām, quia munus fauoris, quē taliter conferentes expetunt, ſuccedit loco pecuniæ, & facit cōmittere ſimoniam, ut ibidem. & dicit ea. gl. in d. c. 1. q̄ con-
1 ſanguinitas inducit ſuſpicionem, q̄ donatio ſit uitioſa, c. Epiſcopus. 10. q. 2. 89. diſt. decenter. nam in clandeſtinis, & domeſticis donationibus facilè quid confingitur pro negotij qualitate. l. donatio. C. de donat. §. 1. not. in c. tuam, extra de æta. &
5 qualit. ubi ſi propter pręces carnales quis confert beneficium eccleſiaſticum, ſimonia cōmittitur, quia inquit glo. tales pręces ſuccedunt loco pretij. in c. ſunt nonnulli, & c. ſeq. 1. q. 1. & diximus ſuprà in conuentionali. in rub. de pręcibus ſimoniacis. & dicit gl. Bernar. in c. nemo, de ſimonia. per illum tex. q̄ qui proprer conſanguinitatem, & amicitiam non denuntiat ēpo pactum alicuius, ſimoniam committit. Itē quicunq; pœ-
6 tentem propter gratiam, aut fauorem, ad pœnitentiam addu cit, aut propter odium remouet a reconciliatione, ſimoniā committit. Idem dicit Ang. in ſumma. in ver. ſimonia. 3. verſ.
7 Idem dic quando. Item propter carnalitatē eſt etiā illicita impoſitio penſionis, vt per Abbatē in c. ad audientiam. el 2. col. 2. uerſ. in glo. 1. de reſcr. & latius per eundem in c. cū quærente. verſ. ſed oppono, de cleri. non reſiden. vbi dicit, q̄ tunc eſt impoſita in fraudem penſio, & illicitè, quando epiſcopus habens nepotem paruulum, cui non ualens de beneficio vacante prouidere, illud alteri confert reſeruata penſione ſuper illius fructibus nepoti, eo enim caſu penſio eſt illicita. allegat
8 tex. in c. extirpandæ §. fin. de præben. hanc concluſionē ſequitur Fel. d. c. ad audientiam. colum. 1. in 1. q. dicens, dicta concluſio exemplificari poteſt in caſu cap. audiuimus. de colluſ. & pro ipſa facit tex. in c. niſi eſſent, cum glo. in fine. de præbē. Caccialup. q. 4. Gig. q. 5. de penſio. & dicit Rebuf. in ſua pract.
9 in tit. de regreſſu, q̄ regreſſus, qui fiūt tantum ratione ſanguinis ſunt damnabiles & reſignanti, & illi, cui cōfertur. vnde dicit Io. de Syl. in tract. de beneficio. prima parte. q. 7. colum. 30. verſi. Item, cum dicunt ſibi aliqui maiores canonici canonicemus nepotes noſtros, & placeat tibi de meo, & mihi placebit de tuo. uel de eo, q̄ dicit, nunq̄ me viuente fiat canonicus
10 in eccleſia, niſi fiat talis pro quo ego rogaui, dicit Rayner. in ſua ſum. de ſimonia. q̄ tāquam ſuper iure ſpirituali cōmittit ſimonia in utroque caſu, cap. quàm pio. 1. qō. 2. Item ſi dicat

unus

Source : BIU Cujas

vnus canonicus alteri. Tu fuisti exauditus in vna petitione, ego debeo exaudiri in alia, & tunc si preces sunt spirituales, non est simonia facit, c. quia sancta. 63. dist. si autem sunt preces carnales, uel ex pacto in quodam facto, vel nunc faciēdo, simonia est, uel non, & ratio est, quia sunt verba æquipollēta. l. 2. ff. de diuort. Bart. in l. ab emptione, nu. 13. ff. de pact. & l. fi. ff. mand. l. si mater. C. de instit. & substit. & l. præses. C. de sent. & interlo. omn. iud. & clem. exiui de paradiso, de verb. sig. & c. tua, de consang. ca. licet. de testa. l. certum. si cert. pet. & per hoc Bar. Socin. terminat illam pulchram quæstionem, An stipulatio rem tradi, sit diuidua uel indiuidua. consi. 16. num. 42. 4. vol. cons. 36. nu. 7. 4. vol. & cons. 61. volum.

Et dicit Angel. in summa in ver. simonia. 5. vers. utrum solū
11 ꝙ inter munera quę simoniam inducunt, numeratur quartū munus sanguinis, quod est qñ confertur ecclesia, aut præbenda alicui intuitu consanguinitatis, vel amicitię. nam secundū glo. in ver. carnalitatem, c. 1. vt eccle. benef & c. si solum cōfertur propter consanguinitatem, aut amicitiam, aliàs non conferret, simoniacus est, sed Alex. de Ales. 2. secundæ, & S. Tho. secunda secundæ. q. c. & in quarto, & in quolibet. limitant uerum quando conferens intendit ex hoc aliquid bonū redundans in seipso, ut puta, quia magnificatur, aut nobilitatur, uel vt faciat sibi aliquam recompensationem, & huiusmodi: se-
12 cus si solum intendens bonum temporale illius, cui datur, & non alterius, quia tunc licèt sit graue peccatum, non tamē simonia est in hoc quarto munere, quia nihil datur vel recipitur. & magis inquit Angel. placet. de quo vide Abb. in c. tuā, de æta. & qualit. posset tñ dici etiam tunc esse simoniacus prælatus, qñ aliquod beneficium ecclesiasticum daret alicui cū pacto, uel intentione, vt ipse suis consanguineis prouideret,
13 quia tunc est manifesta simonia per Sanctum Tho. d. q. c. §. ad quintum. versi. ad secundum. Sequi vī Paul. Rom. in suo trac. de pensio. circa princ. vers. quarta causa, ubi dicit, quarta causa impulsiua est amor, sed aliquando solet esse carnalitatis, & parentelæ, qui etiam uidetur ꝙ simoniam inducat, ut est gl. in c. nemo, de simonia, facit. 1. q. 1. c. si quis neque, & talis amor
14 parentum quando non est ordinatus grauius efficit peccatū quàm cęterorum laicorum, tex. est. 1. q. 3. c. peruenit, ibi, uel ꝙ grauius est consanguineis, & ibi dicit Io. in glo. not. ꝙ minus
15 peccatum propter adiunctum, grauius punitur, minus enim peccatum est dare consanguineis, quàm extraneis. 86. dist. nō satis, quia hæc est ordinata charitas, sed quia prouidēdo con-
16 sanguineis enormiter lędūt ecclesiam, idcirco dicit ꝙ peius est dare consanguineis enormiter. i. in grauiorem læsionē ecclesiæ. 33. q. 2. c. latorem. 89. dist. decenter. 10. q. 2. Eps, uel capitur grauius pro communius. 32. q. 7. c. quid in omnibus. unde
17 dicit Io. ꝙ cæci sunt episcopi circa nepotes. 8. q. 1. dilectissimi. Vñ tantus impetus omnia in eos fundendi est restringendus, ut dicit tex. in alio casu. ff. ad l. Iul. de adult. l. nec in ea. cę tera (inquit) idem Paul. omitto, ne detrahamus prælatis & incidamus in pœnam cle. Religiosi. de priu. il. §. quibus uero.
18 facit. 6. q. 1. deteriores, quia peius malum non æstimatur in ecclesia Dei quàm Christianos suis inuidere prelatis, 6. q. 1. §. uerum. Tale enim peccatum est in Spiritum sanctū, ut notatur
19 de pœnit. dist. 1. c homicidium. in gl. detractores, & tales deteriores peiores sunt raptoribus bonorum temporaliū. 6. q. 1. c. deteriores, & nota (inquit) ibidem, ꝙ summus Pōtifex obli
20 gatur parētes diligere ordine charitatis, quæ incipit a seipso. iuxta illud, Ordinauit in me charitatem. 42. dist. cap. quiescamus, in glo. 86. dist. c non satis. in glo. domesticos, Facit c. nisi, de author. & usu pal. de pœn. dist. 3. cap. qui ultima ordinate.
21 24. q. 5. c. si non licet. Et agris tuis sitientibus alii rigandi non sunt. l. præses. C. de seru. & aqua. Christus enim filios Zebedei, ut suos elegit, tamen Petrum omnibus præposuit, super quē
22 ecclesiam construxit, ca. fidelior. 50. dist. sic etiam Papa debito naturæ parentibus obligatur, non minus tamen facientibus uolūtatem patris sui, quia tales etiam fratres eius sunt: & in pluralitatibus pensionum, & beneficiorum debet illos co-
23 æquare parentibus, & si Papa omnia faciat cum causæ cognitione, ut dicit Innocen. c. cum ad monasterium, de stat. mon. in glo. iu uer. sumus. & dicit Abb. in c. in eos, extra de hæret. ꝙ clericus etiam de bonis ecclesiæ potest licitè subuenire con-
24 sanguineis suis, dummodo non faciat eos diuites; sed eis subueniat in necessitatibus, sicut & alijs indigentibus, & fortius tenetur subuenire istis, quàm extraneis, ut in ca. non satis, 86.
25 dist. 12. q. 2. monemus, c. 1. de cohab. cler. & mulie. facit, quia pater patronus potest præsentare filium suum in ecclesia patronata, Abb. in d c. consuluit, facit tex. ubi Bal. in l. si cum sit.
26 ff. de adop. & quod not. Paul. de Castr. in l. si seruus alienus. in fine. ff. de condi. indebi. Et consanguinitas, & carnalitas facit præsumi dolum, & fraudem in collationibus, & resignatio-
27 nibus beneficiorum. Abb. per illum text. in cap. 1. ult. not. de cler. non residen. ubi infert ad quæstionem, quòd quidam clericus senex permutauit beneficium suum pingue cum tenui cuiusdam nepotis sui, nunquid ex hoc debeat præsumi fraus, ut renuntiauerit propter affectum carnalem, & propter consanguinitatem, & ut beneficium pingue post eius mortē
28 remaneat penes nepotem, & dicit Ioā. And. in cap. secundo de renuntia. in 6. quod sic. & facio tres præsumptiones. Prima est, coniunctio sanguinis, argum. cap. 1. cap. dilecto. de prębē. & dignit. nam auunculi sunt cæci erga nepotes, dicit gl. in c. peruenit. 1. quæstio. 4. ponit Ioan. de Sylu. in tract. de benefic. tertia parte. quæstio. 18. Et prælatus, qui dat bona seu fructus ecclesiarum suis consanguineis tenetur ad restitutionē, quia contractat rem alienam inuito domino, quia quicquid habent clerici, pauperum est. 16. quæstio. 1. cap. ult. & consanguinei recipientes tenentur pariter ad restitutionem. 2. q. 3. peruenit. 14. q. 6 si res. Id quod procedit in foro conscientiæ, secus
29 est in foro fori, & contentioso, not. in c. fi. de pecul. cleri. & dicit Apostilla summę Ang. in ver. emptio. §. vtrum emptum. nu. 13. in ver. nomine alieno, ꝙ prælatus committit furtum, & sacrilegium acquirendo consanguineis vel alijs, vnde si con-
30 stitutio remittit pœnam, uon remittit tali prælato, eo quia est furtum qualificatum, scilicet sacrilegium: faciunt notata per Petrum de Anch. in c. cum non ab homine, de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est beneficium ecclesiasticum.*
2 *Beneficia possunt permutari.*
3 *Pensio consistit in sola temporalitate.*
4 *Diffinitio pensionis.*
5 *Pensio est mere commodum temporale.*
6 *Pensio consistens in mera temporalitate non est beneficium ecclesiasticum.*
7 *Pensio quæ soluitur de reditibus censetur pro iure temporali ecclesiæ.*
8 *Beneficium dicitur rem spiritualis.*
9 *Spiritualia non permutantur cum temporalibus.*
10 *Ratio quare pensio non commutatur pro beneficio, vel beneficium pro pensione.*
11 *Contractus emptionis non cadit in spiritualibus.*
12 *Non videtur licitum etiam auctoritate Papæ dare pensionem pro beneficio.*
13 *Non potest permutari pensio pro pensione.*
14 *Causæ propter quas non possit dari pensio pro beneficio.*
15 *Est priuandus beneficio, qui propria temeritate pensionem dat pro beneficio.*
16 *Potest fieri pactum de dando certo salario quousque sibi prouideatur de beneficio.*
17 *Vt pensio sit licita debet constitui Papæ auctoritate.*
18 *Est simonia conuenire cum resignante de certa pensione reseruanda.*
19 *Ante resignationem potest tractari de pensione, non conueniri.*
20 *Est simonia mentalis cogitare de resignando beneficium pro pensione in fauorem tertij.*
21 *Resignatio in fauorem tertij in manibus Papæ non est simoniaca.*
22 *Tractatus non inducit simoniam etiam mentalem.*
23 *Papa potest reseruare pensionem resignanti cessante conuentione.*

De eadem materia. Cap. 11.

NEc pari modo pōt licitè & sine simonia dari pensio pro beneficio, licèt etiam intelligamus de illa pensione, quæ datur in titulum, & quæ vt quoddam beneficium censetur, quę assignatur, vt deinceps sit beneficium ecclesiasticum, dictum, portio, seu pensio, vt in c. conquęrente. de cle. non resid. ubi Abb. 1. not. dicit, Notandum esse ex illo tex. ꝙ sup reditibus vnius ecclesiæ potest constitui certū beneficium, assignando certā pēsionē ex reditibus ecclesię pro temporalitate beneficij nouiter creati, dicens tenendum esse menti ad hoc illum tex. idem dicit Imola in d. c. conquęrente, primo nota. & debet fieri dummodo non cōmittatur contra c. maioribus, & c. uacante. de prębē. & ibidem Ioan. And. dicit, ꝙ potest ex causa fieri, dummodo non veniatur contra c. extirpandæ. de præb. c. prohibemus. de censibus, talis enim
1 pensio est beneficium ecclesiasticum. per doct. in clem. 1. de supplen. negli. prælat. & diffinitur sicut ecclesiasticum beneficium, vt per Card. d. clem. 1. videtur innui ꝙ talis pensio cum sit veluti beneficium, & beneficij naturam sapiat, possit mutari, & dari pro alio beneficio, cum beneficia bene permuta-
2 ri possint, licèt non possint uendi, c. ad qōnes, de rer. permuta. 6. q. vlt. nemini. videtur dicere Paul. Rom. in trac. de pensio. q. 7. vers. sed quid dicemus; sed ibidem in ver. extra rario, tenet contrarium, quia pensio consistit in sola tēporalitate, & principaliter circūcernit commodum tēporale quantūcunq; sit
1 pensio, quæ conferatur in titulum ad instar patrimonij, ad cuius titulum quis aliqñ ordinatur, ut in ca. tuis, de præben. non obstante ꝙ sit res prophana, & si pensio, quæ datur in titulum permutari possit cum beneficio, non esset maior ratio de ea, quàm de patrimonio ad cuius titulum quis ordinatur, quod

Source : BIU Cujas

eſſe non poteſt, quia non eſt perpetuum, & ſubiacet fortè fidei commiſſo.

Idem eſt ſi intelligamus de illa penſione, quę datur, & aſſignatur clerico nō in titulum beneficij, ſed loco beneficij puta ex reſignatione beneficij, aut iurium ſibi cōpetentium aſſignata, ne cedens aut reſignans ex ceſſione, & reſignatione diſpēdiū patiatur, aut pēſione aſſignata per Papam clerico motu proprio ſuper fructibus beneficii, ut commodius ſubſtentari ualeat, ut fit tōto die, quæ diffinitur ſecundum Lauren.
4 Card. & Imol. in d. clem. 1. de ſuppl. negli. pręla. ut pēſio ſit certa portio ex aliqua menſa uel beneficio ex cauſa ad tempus, non imperpetuum ſeparata, & pēdet a proprietate beneficij, ex quo detrahitur ſicut uſusfructus a proprietate, quæ penſio cum ſit merè commodum temporale, nil ſpiritualitatis hñs,
5 quæ etiam merè laico aſſignari poteſt, ut p Archi. in c. q̄uis, uerſi. prouideri, de prębē. in 6. ubi Phil. Francus. 2. not. & Pet. de Anch. col. 1. uerſ. 4. collige. Bald. in c. ad audientiam. el ſecundo. de reſcri. dicēs quod penſio ſui natura, quę conſiſtit in mera tēporalitate nil ſpiritualitatis hñs non cenſetur beneficium eccleſiaſticum, cum ēt laico aſſignari poſſit. Fel. in cap. ad audiētiam, el 2. præalleg. col. 6. uerſ. quarta cōcluſio, ubi di-
7 cit, q̄ penſio, quę ſoluitur de reditibus alicuius eccleſię cenſetur dari pro iure tēporali eccleſię, non pro ſpirituali, ſecundū Card. in c. conſtitutus. de relig. dom. Gig. ubi multa adducit in tract. de pēſio. 21. q. & q̄ pēſio in ſola tēporalitate cōſiſtat, not. 16. q. 1. c. poſſeſſiones. Illa dico penſio, quę eſt quid non ſpirituale, ſed merè temporale, & profanum, nō poteſt dari pro beneficio eccleſiaſtico, uel pro illo p̄mutari, pro ut poſſet da-
8 ri & permutari aliud beneficium eccleſiaſticum, quia beneficium dicit rem ſpiritualem, not. in reg. beneficium. de reg. iuris, meritò ſi cum pēſione non eſſet licitum permutari, uel p̄ eo pēſionem dari, quia ſpiritualia cum temporalibus permu-
9 tari non poſſunt, c. fi. de rer. permu. c. ad quęſtiones, ſcilicet q̄ pecunia accedat Eccleſię p̄mutarę, ut perueniatur ad qualitatem contractus, & dicit idem Paul. Rom. dicto loco. §. uenio nunc ad quæſtionem. 7. quæſito. uerſi. quinta ratio. q̄ ideo non poteſt permutari beneficium cum pēſione, uel pēſio cū
10 beneficio, quia dare penſionem pro beneficio eſt dare pecuniam pro eccleſia, cùm pēſio conſiſtat in mera pecunia, cum qua beneficia permutari non poſſunt, quia eſt ſimonia, ut dicit Abb. Sicul. in ſecundo not. c. ad quęſtiones, de rer. permu. quia uidetur data pro reditibus ſpiritualibus, uel pro reſpirituali obtinenda, & talis contractus erit cōtractus emptionis,
11 ſcilicet do, ut des, qui cōtractus non cadit nec cadere poteſt in ſpiritualibus, aut in ſpiritualibus annexis, ca. de iure, extra de iure patronatus. & non ſolùm hoc non eſt licitum de iure cōi dare pēſionem pro beneficio, ſed nec ēt cum authoritate
12 Papę, qui licet poſſit omnia, ēt de iure, & ſupra ius diſpenſare, ut in c. ꝓpoſuit, de conceſ. pręben. non debet tñ tollere naturam iuris, nec in eo diſpēſationem intelligere, c. cū ad monaſterium, de ſtat. monac. per Inno. & Io. And. ibidē, Cardi. in repet. ca. perpēdimus. de ſent. excommu. Abb. in c. fraternitati. de ſciſmat. Fel. in ca. 1. de conſtit. per doct. in ca. p uenerabilem, qui filij ſunt legit. & in c. cum noſtris. de conceſ. præben. Abb. in c. per tuas, uerſ. non obſtat ſi dicatur. de arbitr. c. conſtitutus. de relig. dom. Paul. Rom. dicto loco poſt principiū. d. §. nunc uenio, ubi ēt dicit, q̄ nedum non datur, aut permutatur pēſio, pro beneficio, ſed nec pēſio pro penſione, ubi ui-
13 de in tota. q. illa, ubi ad longum recēſet cauſas quare non poſſit dari pēſio pro beneficio, ubi dicit, q̄ penſio eſt res prophana, & ſi aliqui hanc p̄mutationē fecerint propria temeritate,
14 priuandi ſunt, ca. cum olim, de rerum permut. quia licèt pen-
15 ſio dicatur beneficiū, tñ differt a beneficio pluſquam genus à ſpecie, & pluſquam homo, & aſinus, & conueniunt in genere remotiſſimo beneficium, & pēſio, uerſi. 7. ratio. Nec obſtat illud de quo quæri ſolet, an pēſio poſſit alicui ſub ea conditione aſſignari, ut illam dimittere teneatur, cum adeptus fuerit ille, cui eſt aſſignata, competēs beneficium, p̄p quod uidetur aſſignata, & acceptata pro beneficio concedēdo & obtinendo, quia, tali caſu, cum penſio ſit quid tpale, potuit ſub dicta conditione aſſignari, nec propterea dicetur promitti aliquid
16 ſpirituale p̄ dicta pēſione, quia penſio datur ad tēpus, videlicet donec is, cui aſſignatur beneficium habuerit, p̄p cuius adeptionem penſio euaneſcit, ita q̄ ingreſſus unius egreſſum alterius operatur, ca. cum renuntiatur. 32. q. 1. hanc opinionē ſequitur Imola, qui refert q̄ ita tenet Guliel. in clemen. 1. colum. 6. verſ. nunquid autem, de rebus eccleſię non alien. Idem Laurē. in d. clem. ubi rationem aſſignat quare cōſtitutio & aſſignatio talis pēſionis valeat, quia dicit eſſe ex eo, qa nō daī, nec promittitur beneficiū pro illa penſione, nec cōtra, ſed ne pēſio ad tēpus datur donec beneficiū ſuperueniat p̄p cuius adeptionē ipſa pēſio extinguitur, ſicut aliàs p̄ adeptionē unius eccleſiæ vacat prima, quam quis obtinebat, c. de multa, de præben. Iſtam opinionem tenuit ēt Bonifa. in d. cle. 1. col. vlt. verſ. conclude, q̄ nedum, de reb. eccl. non alienan.

Quam concluſionē limitat Card. d. clem 1. q. 16. vt ꝓceda-
17 tur, qñ pēſio pro ſeruitio ſpirituali concederetur, vel ſi penſio cedatur loco beneficij, ut puta ex cauſa reſignationis, uel iurium ceſſionis, uel alia ſimili cauſa, ut in c. dilectus, el 2. de præben. aliàs aſſignatio dictæ penſionis modo ſuprà dicto eſſet illicita, quia uideretur deductum in pactum, q̄ penſio dimitteretur, quæ eſt commodū tpale pro titulo beneficij: pro quo faciunt, quæ tradunt doct. poſt Hoſt. in c. cum eſſet, de ſimonia, ubi Fel. in fi. dicētes q̄ ualet pactum factum inter ep̄m, & eius familiarem de dando ſibi certo ſalario, donec fuerit ſibi
18 prouiſum de certo beneficio, dummodo beneficiū non cōferatur illi principaliter propter ſeruitium tēporale, nec poſſumus tunc dicere q̄ ex parte familiaris remittentis ſalarium dicatur ſimonia, iuxta tex. in c. veniēs. de teſt. quia illud tēporale erat datum ſub conditione, qua conditione eueniente euaneſcit obligatio dandi ſalarium. § omnis. inſt. de ver. obl. prædictis adde q̄ voluit Collectaneus in c. qualiter. de cle. nō reſid. ubi dixit, q̄ ſi eps exiſtenti in ſtudio promiſit decē marchas argēti donec fuerit adeptus beneficium quod ualet decem marchas, uel æquè bonum, ſi ille ſit adeptus beneficium decem marcharum, tunc epiſcopus eſt abſolutus a præſtatione illa decem marcharum. ponit Gig. q. 25. de penſio.

Per quod ſatis clarè apparet, q̄ de iure communi nō licet alicui dare, & permutare penſionem cum beneficio, nec etiā authoritate Papæ, nec alterius ſuperioris, quià licèt Papa omnia poſſit, non debet tollere naturam iuris, Paulus ad Rom. in tract. præalleg. §. venio nunc, circa princ. uerſ. circa pręſentem, & verſ. ſi autem, ubi dicit hoc ad literam.

Nec obſtat q̄ renuntianti beneficiū uel iura cedenti reſeruatur & aſſignatur penſio, quo caſu reſignatarius vī dare penſionē pro beneficio eccleſiaſtico, quia id non fit tam ex conſenſu partium, quā auctoritate Papæ uel ſuperioris, quia penſio non tam nititur conſenſu partium, quàm authoritate ſuperioris, dicit Gig. q. 34. verſ. in propoſito, de penſio. ubi dicit,
19 ad hoc ut penſio ſit licita, requiritur q̄ conſtituatur de Papæ voluntate & auctoritate, uel alterius ad id poteſtatem habentis, & q̄ ex cauſa fiat, & de conſenſu Rectoris beneficij grauati &c. Nec id eſt dare beneficium pro penſione, quādo ex reſignatione beneficij auctoritate ſuperioris reſeruatur penſio reſignanti, ne ex reſignatione diſpēdium, ſeu detrimētum patiatur, idq̄ patet ex eo, quia reſignans non pōt conuenire cū reſignatario de ſibi reſeruanda pēſione, quia non eſt licitum
20 reſignare beneficiū adhibita pactione, q̄ ſibi reſeruetur annua penſio ſuper fructibus beneficij reſignati, quia hoc eſſet ſimonia, uoluit Præpoſitus in c. ſed adhuc. 1. q. 3. col. 2. verſ. & prædicta, ubi dicit, q̄ non licet Cardinali reſignare beneficiū adhibita pactione, q̄ ſibi reſeruetur annua pēſio ſuper fructibus beneficij reſignati, hoc enim eſſet ſimonia, allegat not. p̄ glo. in ca. ex parte, de offi. deleg. ubi dicit cautelam eſſe, q̄ Papa inducat Cardinalem ad reſignandum, & apponat poſtea certam penſionē ſup fructib. beneficij reſignati ſoluendam annuatim, quia hoc iſto modo tranſiret ſine vitio ſimoniæ, arg. c. niſi eſſent. de prębē. ſubdens idē Præpoſitus, q̄ pro ſalu-
21 te multorum, qui antequam beneficium reſignent cōueniūt ſuper pēſione hñda, cōſuluit q̄ ante reſignationem liceat huiuſmodi tractatum facere inter renuntiantē, & eum in cuius fauorem intēdit renuntiare, qui penſionē ſoluere debet, ita & raliter q̄ aliquid liberè non concludatur, ſed totum arbitrio & diſpoſitioni Papæ remittatur. & ſi pactiones inter ipſos cōcludantur, fiat cum conditione, ſi Sanctiſſimo dño Papæ placuerit. & eo approbante, ut no. in ſimili in c. 1. de rer. permut. in 6. dic ut notatur in ca. cum pridem, de pactis, in ver. licitè. Decius, conſi. 436. 3. vol. Anchar. conſil. 280. inci. quæſtio proponitur. idem videtur ſentire a contrario ſenſu Oldra. conſil. 216. Abb. & Fel. in c. ad audiētiam, el 2. de reſcri. & dicit idem Præpoſitus, q̄ utilius eſſet aſsignare Reuerendiſsimis dominis Cardinalibus tot penſiones, quàm concedere eis tot eccleſias, uel monaſteria in cōmendam, quæ eccleſiæ deſtituuntur. Et ſi hñs beneficium cogitet & in mente gerat illud reſignare in alicuius fauorem, ut ſibi ſuper illius fructibus annua
22 penſio aſsignetur, iſtud, licet ſit ſimonia mentalis, tollitur tñ per pœnitentiam, ca. fin. de ſimonia. tradit Prępoſit. in ſum. 1. q. 1. quemadmodum qñ quis renuntiat beneficium, gerens in animo, ut illud detur nepoti. nā licet peccet, non tñ ſimoniā cōmittit, niſi ita pactus fuerit, uel hanc ſuam intentionem renuntiando expreſſerit; tūc enim & peccat, & ſimoniam committit. Ita dicit Præpoſitus in c. quicunque. 1. q. 1. Abb. in c. cū uniuerſorum, col. 1 verſ. oppono contra. de rer. permu. & Archid. in d. c. quicunque. & hoc quod dicitur de reſignatione habet locum qñ reſignatio fit coram ordinario: nam ſi fiat in manibus Papę, expreſſe in fauorem certę p̄ſonæ, non reputa-
23 tur ſimonia, quinimmo ſalua cōſcientia poteſt qs reſignare bñficiū in manib. Papę, obtinendo a Papa impoſitionē annuę pēſionis ſibi annuatim ſoluēdę p̄ ſucceſſorē in d. bñficio de fructibus illius, etiā ſi renuntians prius cum amico tractaſſet,

quod

Source : BIU Cujas

ꝙ si ipsum beneficium a Papa obtineret, solueret ei dictã pen
sionem, ac si ipse renuntians semper in animo habuerit, ꝙ il-
le amicus statim habeat ei succedere in illo beneficio, aliàs
22 illud non renuntiasset, si secus credidisset: talis enim tractatus
simoniam etiam mentalem non inducit, tenuit Fel. in ca. ad
audiẽtiam, el 2. de rescr. colum. 2. vers. tertia conclusio, ubi di-
cit se ita consuluisse, & suam opinionem comprobat iuribus
& auctoritatibus, dicit enim, ꝙ licet renuntiatio debeat esse
libera pura, & sine ulla pactione, ca. ex parte. el primo. de offi.
iud. deleg. cum glos. in ver. omnino, tamen impetrare a Papa
reseruationem dictæ pensionis, ipsam resignationem non infi
cit, postquam cum priuato nulla est inserta conuentio in re-
nunriatione. Ita dicunt Abb. Io. de Anan. Marian. Soci. c. non
satis, de simonia, ubi volunt ꝙ cessante pactione inter priua-
23 tos potest Papa pensionem concedere ei, qui renuntiasset. te-
net Archiep. Floren. 2. parte suę summę, titu. 3. cap. 5. versic. de
renuntiatione, dicens, ꝙ authoritate superioris licite fieri po
test quòd dimittenti beneficium detur aliquod temporale,
allegat ad hoc Antonium de Butr. cap. secundo. de arbitris,
qui hoc dicit, per tex. in ca. nisi essent. de præben. ut per Fel. d.
ca. ad audientiam, qui istam opinionem tenet. sequitur Gig.
in tract. de pension. q. 4. adde quę diximus supra in conuentio
nali, suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio dignitatum est interdicta, nisi cum Papæ auctoritate.*
2 *Priuandus est beneficio, qui propria auctoritate beneficia permutat.*
3 *Illa, quæ habent fieri canonica institutione non possunt fieri partium auctoritate.*
4 *Præbenda non potest permutari sine licentia superioris.*
5 *Si episcopus permutat cum capitulo requiritur auctoritas Archiepiscopi.*
6 *Partes possunt tractare de permutando, & pauci sunt, qui ante non tractent.*
7 *Permutatio non debet habere originem a partibus.*
8 *Partes habent tractare ante de permutando, aliter essent bestiæ.*
9 *In permutatione beneficiorum pro maiori auctoritate & administratione spirituali non fit recompensatio in temporali, quia est simonia.*
10 *De curato beneficio ad non curatum potest fieri permutatio.*
11 *Expectatiuæ gratiæ non possunt permutari.*

De eadem materia. Cap. 21.

Misso de regressu, de quo dixi-
mus aliqua su
prà in conuentionali, deuenimus ad aliud caput
quæstionis præpositę, an videlicet pro beneficio
possit aliud pariter dari beneficium sine simonię
vitio? id quod non videtur concessum licere, quia commuta
1 tio dignitatum est interdicta dispositione concilij Turonen
sis per tex. in c. quæsitum, de rer. permut. in hæc verba. Gene-
raliter itaque teneas, quòd commutationes præbendarũ de
iure fieri nequeunt, præsertim pactione præmissa, quæ circa
spiritualia uel spiritualibus connexa labem semper continet
simoniæ. sed est intelligendum ꝙ non licet, scilicet de iure cõ
muni, propria partium auctoritate, quia est secus cum Papæ,
uel superioris auctoritate: quia bene cum superioris interuen
tu, & authoritate est licitum ecclesiasticum beneficium cũ
altero permutari, & dari vnum pro altero, per eundem text.
d. c. quæsitum. in fi. ibi, si autem episcopus, vbi Innoc. dat for-
mam. c. sicut. de excessibus prælat. de censi. c. prohibemus, de
præben. c. maioribus. & qui propria temeritate sine authori-
tate superioris hanc faciunt permutationem priuandi sunt
2 beneficijs, c. cum olim. de rer. permut. ubi Anan. & alij. Fallit
tamen hoc quãdo agitur super proprietate, puta, cũ duo epi-
scopi litigant super aliqua ecclesia, quia unus prætendit esse
sibi subiectam ratione suæ iurisdictionis diœcesanæ, alter ue
rò qui possidet negat: quo casu potest fieri inter eosdem liti-
gantes transactio, & permutatio, ꝙ unus habeat vnam eccle
siam sibi subiectam, alter uerò aliam: quia tali casu poterit a-
ctus permutationis, & transactionis huiusmodi bene explica
ri sine authoritate, & interuentu superioris: secus est si agatur
de re spirituali, quæ petatur tãquam beneficium, ut cum agi-
tur, ut aliquis recipiatur ad beneficium ecclesiasticum, uel ad
prælationem, vel intituletur in eo, quod fieri non potest per
transactionem, & per conuentionem partium sine auctorita
3 te superioris, quia esset simoniacum, quia talia, quæ non pñt
fieri, sine canonica institutione nõ fiunt, nec fieri possunt con
sensu vel auctoritate sola partium, ponit glo. in c. super eo, de
transac. in ver. super re sacra. Innocen. tamen in c. quæsitum. de
rer. permu. tenet ꝙ præbendę eiusdem ecclesiæ, & eiusdem
qualitatis pñt permutari inter partes sine auctoritate superio
ris, licèt contrarium teneat Host. Io. de Lign. in ca. fin. eo. tit.
ut per Abb. d. c. quæsitũ, id quod videtur tutius, licèt opinio
Inn. possit teneri post factum, secnndũ Io. de Imol. quia licèt
prębenda consistat in tpalitate, tñ quia inhęret canoniæ non
4 debet pmutari sine licentia superioris. & hęc inquit Abb. opi
nio vr verior per illum tex. qui gñaliter prohibet permutatio
nem præbendarum. Et auctoritas, quæ interuenire hẽt debet
esse illius superioris, qui ecclesiarum, & beneficiorum pmu-
tandorum institutionem seu collationem habeat, arg. cap. ad
hoc. §. fi. de offi. Archi. & c. super eo. in fi. in ver. præsentãdus,
de off. deleg. si verò ad vnum pertinet electio, puta ad canoni
cos, ad alium cõfirmatio, necessariò requiritur consensus eo
rum, qui habent eligere, secundum opinionem Io. And. d. c.
5 ad hoc. si autem ep̃s permutat cum ca. requiritur authoritas
Archiep̃i. c. 1. de reb. eccle. non alie. cum vero vult permuta-
re cũ aliis, sufficit consensus capituli sui, secũdũ Host. in sum
ma eo. tit. §. sed quid permutatũ. vers. sed nunquid. vide Abb.
in c. cũ olim, eo. tit. 1. not. Qñ vero collatio spectat ad superio
rem, & capitulum, requiritur consensus utriusque, nec potest
capitulum de per se, nisi quando sedes vacat. capitu. his quæ,
de maior. & obedien. capit. cum olim, capit. vnico. de maio.
& obed. lib. 6.

Ernedum non videtur ꝙ sit licitum permutare beneficiũ
pro beneficio authoritate partium, sed ꝙ non tractatum qui-
dem de permutando ad inuicem inter se partes facere pñt,
ꝙ Host. & Io. And. secundum ꝙ refert Abb. d. c. quęsitũ, vers.
sed quęro nunqd, & hoc nõ tenet Abb. quia (inquit) ista opi-
nio est valdè periculosa: nam pauci sunt, qui non ptius adinu-
icẽ habeant tractatũ; subiungẽs ibi, hęc opinio vr, ut possint
6 partes inter se hre tractatum de pmutando, non aũt conclu-
dere permutationẽ, sed tractãtes tantùm supponere se dispo
sitioni superioris, quia tractatus, qui non inducit deliberatũ
consensum de pmutando, non vr prohibitus, veluti cõuẽtio,
7 & promissio, quæ inducunt simoniã, p rex. cum gl. in cleme.
unica. in ver. uolentibus, eo. tit. idem Abb. in c. ad audiẽtiam.
el 2. in 3. col ubi dicit, quidã tñ dixerunt ꝙ permutatio nõ de
bet habere originem a partibus, sed ex officio superioris ex-
plicari, id qđ vr esse falsum, per tex. in c. 1. de rer. permu. lib. 6.
ubi Domi. post Io. And. allegantem Feder. in trac. de rer. per-
mut. q. 3. & Guliel de Monte Laud. in extrauag. Io. xxij. sedes
apostolica Rota de pręben. 25. in nouis. Ioã. And. in addit. ad
Spec. j. respon. Panor. d. c. quęsitum, uers. sed nunquid, ubi di-
cit, ꝙ ratio est, quia tractatus non includit deliberatũ consen
sum, c. fi. de his quæ fiunt a maio. par. & ideo possunt tractare,
non concludere, non conuenire, non paciscì, sed sese dispositi
oni superioris remittere, ad quẽ pertinet tale beneficium &
collatio. Et dicit Ang. in summa eo. tit. §. utrũ clerici, qđ sibi
non placet ꝙ non possint partes inter se tractare, ea potissima
rõne, quia ep̃s, aut alius pręlatus ad quem spectat, non põt di
ctam permutationẽ facere sine eis, quorũ sunt beneficia pmu-
tanda, secundum. d. Aret. in c. 1. eod. tit. nisi ex necessitate
uel causa, secundum gl. in c. 1. de reb. eccles. non alienan. quæ
tamen necessitas, uel causa non secundum assertionem ep̃i
credetur, secundum Guliel. in clem. 1. de elec. sed oportet ut
8 probetur, & sic patet ꝙ oportet eos prius tractare, aliter essẽt
bestiæ, tñ ẽt alia ratione, quia nisi prius tractarent, nunquã con
uenirent ante prælatum pro permutatione facienda. Et con-
cludit ꝙ tria sunt reqsita ad hoc ut sit licita permutatione be
neficiorum. Primò, ꝙ partes non paciscantur inter se, sed ha-
beant tractatum solum Secundo, ꝙ non fiat sine authoritate
superioris permutatio. Tertio, ꝙ non detur aliquid tẽporale
pro recompensatione spiritualis, puta maioris authoritatis,
uel administrationis spiritualis, & huiusmodi, existentis in
9 aliquo beneficio in quo fit permutatio, quia est simonia, qa
potest bene tantummodo dari pecunia, & tẽporale in reco-
pensationem prouentuum tpalium, non spiritualium, quia si
occasione spiritualiũ iurium de quib. plus hẽt una ecclesia,
vel una ecclesia magis abundet quàm alia, tribuatur pecunia.
Simonia est, puta, quia hẽt maioris authoritatis in administra
tione spũalium, & hmõi. Et dicit Feder. de Sen. in trac. permu.
q. 14. ꝙ pmutatio fit de spirituali ad spirituale, ubi ponit for-
mam permutationis, & dicit sic. Fiat permutatio de spiritua-
li ad spirituale, & de ecclesiastico beneficio ad ecclesiasticũ
benefibium, & de temporali ad tẽporale tantùm, non de tem-
porali ad spirituale, nec de beneficio ad non beneficium, &
addit, ꝙ de curato beneficio ad non curatum, & è conuerso
10 potest fieri permutatio. Sequitur Paul. de Rom. in trac. de pẽ-
sio. uers. nona ratio. §. nemo nunc, unde uidemus quàm bene
est licitum dare, & permutare beneficium ecclesiasticum pro
alio beneficio, nec propterea qs cõmittit simoniã seruata for
ma canonũ. uide in hac materia. Io. de Syl. 3. par. q. 18. & q. 24.
nec ẽt expectatiuæ gr̃æ pñt permutari, per Abb. in c. cũ olim,
11 eo. ti. nec id est ob cõmissum simonię, sed ex eo, quia istæ sũt
gr̃æ personales personæ cõcessæ, quę non hñt excedere psonã
cui sunt concessæ, cap. si cui. de pręben. libro 6. potest tamen
ex pacto renuntiari literis ad beneficia, ut renuntians conse-

Source : BIU Cujas

quatur aliud beneficiū; & poteſt iſta permutatio' habere originem a partibus, ſed pro commodo aliquo temporali conſequendo non videtur ꝙ literis poſſit renuntiari, quia litera beneficialis habetur aliqñ loco tituli, per Fel. in ca. ad audientiam, el 2. ext. de reſcri. verſ. nota etiam, & ſicut pro præſentatione habenda a patrono cōmitti poteſt ſimonia, cū ſit præparatorium ad ſpirituale, c. veniens, lo primo. cum ſim. de teſtibus. ita pro implemento harum literarum, utpote præparantium ius ſpirituale, non eſt licitum turpitur paciſci. item quia literæ ipſæ ſunt quid ſpirituale ratione contenti. capitu. cum pridem, de pactis, vt per eundem Fel. d. loco verſic. literæ non dant ius.

SVMMARIVM.

1 *Annexa ſpiritualibus duobus modis ſumuntur.*
2 *Iuſpatronatus eſt annexum ſpiritualibus.*
3 *Iuſpatronatus poteſt dari in feudum.*
4 *Iuſpatronatus tranſmittitur ad hæredes ab inteſtato, item donatur, alienatur, permutatur, pluribus modis acquiritur.*
5 *Eſt prohibitum contractari ſpiritualia & annexa.*
6 *Omnia temporalia videntur annexa ſpiritualibus.*
7 *Iuſpatronatus venditur cum vniuerſitate, de per ſe non poteſt, quia eſt ſimonia.*
8 *Iuriſpatronatus ſi vendatur, applicatur eccleſiæ, quæ ex tali venditione eſt iniuriata.*
9 *Quomodo intelligitur quòd iuſpatronatus poteſt vendi cum vniuerſitate, item num. 13.*
10 *Ratio quare de per ſe non poteſt uendi.*
11 *Mixtum aſſumit naturam a digniori.*
12 *Modus clauſulandi in venditione iuriſpatronatus.*
13 *Modus vendendi cum vniuerſitate.*
14 *Appellatione bonorum venit uniuerſitas.*
15 *Vendito palatio non venit venditum iuſpatronatus capellæ in eo exiſtentis.*
16 *An appellatione bonorum ueniat iuſpatronatus.*
17 *Laicus non iudicat cauſam iuriſpatronatus.*
18 *Caſus in quibus expreſſio iuriſpatronatus non vitiat.*
19 *Dictio, etiam, & dictio, cum, in quo differant.*
20 *Caſus ubi nominatio iuriſpatronatus non nocet,*
21 *Eſt ſimonia quando venditur villa plus propter iuſpatronatus in ea exiſtens.*
22 *Iuſpatronatus videtur merè ſpirituale.*
23 *Eſt ſimonia facere tranſactionem in iure patronatus, uel præſentatione.*
24 *Præſentatio aliquando ponitur pro iure patronatus.*
25 *Verbum (videtur) eſt fictum, nec denotat præcisè ueritatem.*

De ſimonia reali in annexis, & iure patronatus. Cap. 13.

HIs tranſcurſis circa ſpiritualia, deuenio ad tertiam ſpeciem ſpiritualium iuxta diuiſionem, quam fecimus in principio. ad annexa videlicet ſpiritualibus, quę ſecun
1 dum S. Thom. q. c. §. ad quartum, duplici modo ſumuntur, vno modo inquantū ad ſpiritualia ordinantur, quale eſt iuſpatronatus, ius ſepulturæ, primogenituræ, ius accipiendi, uel percipiendi decimas, & huiuſmodi, de quibus ſuprà in principio. Secundo modo ſicut dependens ex ſpiritualibus, uelu ti beneficia, excommunicare, interdicere, & huiuſmodi, & ea de quibus per Angel, in ſumma in verb. ſimonia, primo, verſ. quid dicitur dependens. inque has duas ſpecies annexa tantum diuidemus, contenti pro nunc breuitate his duabus ſpeciebus. Et dicendo primò de iure patronatus, quod eſt anne-
2 xum ſpiritualibus. c. de iure, extra eo. tit, per Innoc. Ioā. And. Abb. Siculum. Barba. Franc. Aret. Fel. Dec. in c. quāto, de iud. Roma. conſ. 368. c. quæſitum. de rer. permut. cap. præterea. de tranſac. gl. & Arch. in c. piæ mentis. 16. qō. 7. Bal. conſ. 1. 3. libr. Dec. conſ. 127. 1. vol. & conſil. 134. Abb. conſ. 76. 2. lib. & conſi. 106. & conſil. 117. Feder. de Senis conſ. 65. Non uidetur ꝙ in iure patronatus poſſit aliquo modo committi uel conſiderari ſimoniæ vitium, ſi inſpiciamus naturam, & qualitatem talis
3 iuris, ꝙ de ſui natura ius patronatus poteſt dari in feudum, ca. cum ſeculum. extra de iure patronatus. Ius patronatus ad hæredes etiam ab inteſtato tranſmittitur, & in eo ſucceditur, capitu. quoniam in quibuſdam. de iure patro. c. 1. & 2 cap. filijs. 16. q. 7.

Item venditur ius patronatus, & alienatur, d. ca. cum ſeculum. Item permutatur. c. nemini regum. 16. qō. 7. Item donatur, ca. quod ante. de iure patronatus. vnde verſus, iura patronatus tranſire facit nouus hæres, res permutatur, donatio, uenditioq;. per glo. in c. cum ſeculum. eo. tit. extra, & per glo. in c. piæ mentis. 16. q. 7. Item pluribus modis acquiritur etiā præſcriptione, per Paul. de Citadinis in tract. de iure patro. quando quærit, & diſputat quot modis ius patronatus acquiritur, cauſa quinta, ubi latè diſputat. adde Io. And. in cap. quod alicui. de reg. iur. in 6. Abb. in diſputatione, quæ inci. Augerius, Aret. Et Dec. in c. quanto, de iudic. doc. in capi. quærelam. de electio. Fel. in c. cauſam, de præſcri. Abb. in conſ. 76. 1. volu. Fel. in conſi. 223. Dec. in conſi. 126. conſi. 149. & conſil. 124. in primo vol. vndecū tot modis ius patronatus ſit cōtractabil, & in eo tot cadant ſpecies contractus, uidetur dicendum ꝙ nō ſit ſpirituale, aut ſpiritualibus annexum, quandoquidem ſpiritualia, & ſpiritualibus annexa vendi, & contractari eſt pro-
5 hibitum, & ſi ſecus fiat, ſimonia in eis committitur: uel eſt dicendum, ut per Sāctum Thomam. q. c. §. ad quartum. in prin. ꝙ uidetur licitum accipere pecuniam pro his quæ ſunt ſpiritualibus annexa, omnia enim (inquit) temporalia uidentur
6 ſpiritualibus eſſe annexa, quia temporalia ſunt propter ſpiritualia quærenda, dic vt c. reuertimini. 16. qō. 1. ubi Deus ideo temporalia concedit ut exinde eleemoſynæ agantur. & in c. decimæ. 16. q. 1. ubi dicitur, ꝙ dantur temporalia propter decimas, & c. ſi quilibet. 22. q. 2. & c. duo. 12. q. 1. & c. firmiſſim. 15. q. 1. & habetur Exodi cap. 1. ſi ergo non licet uendere ea quæ ſunt ſpiritualibus annexa, nihil temporale uendere licebit, id quod patet eſſe falſum, & aliàs ut ibi per eum.

Sed licet poſſit ius patronatus uendi, alienari, donari, permutari, & in eo ſuccedi, & modis prænarratis tranſmitti, non id tamen poteſt ſimpliciter, ſed ſecundum ꝙ forma canonū & iuris ſtatuit, ut videlicet cum uniuerſitate bonorum & cū
7 titulo vniuerſali tranſeat, non autem ſolum, & de per ſe, & ſingulariter, vt per iura adducta in prealleg. locis, quia ſi emitur, vel venditur ſpecialiter ius patronatus, eſt ſimonia, & debet emptor tali iure empto priuari, & ſpoliari, & eccleſia efficitur libera & ſui iuris, late per Innocen. in c. quia clerico, de iure patrona. & glo. ibi in ver. ſpoliando, quæ dicit, ꝙ illi eccleſiæ eſt applicandum ius patronatus taliter emptum, cui eſt
8 illata ſimoniaca iniuria, argum. de ſimonia, extra, c. de hoc, & 17. q. 4. ſi quis in atrio, & ſic eccleſia excutiendo iugum patronatus, erit (inquit) patrona ſui ipſius effecta, & liberata a ſeruitute patronorum. eſt tex. d. c. cum ſeculum, ubi glo. in ver. emptorum, quæ dicit, ꝙ uenditur ius patronatus, & transfertur in uenditione cum uniuerſitate, & hoc uerum eſt niſi ſpecialiter ſit exceptum, c. ex literis, eo. tit. & transfertur alienatione vniuerſitatis, vnde emptor uniuerſitatem emendo, ius patronatus emere poteſt, quod verum credo, cum non emit principaliter talia bona temporalia propter ius patronatus
9 conſequendum, quia ſi principaliter, puta, quia ut poſſet præſentare fratrem, filium, vel amicum, ꝓp hoc emerit, eſſet ſimonia, ita no. Pan. in c. quia clerici, prealleg. to, eo. tit. & ꝙ ius patronatus poſſit vendi cum uniuerſitate, & de per ſe autē ſpecialiter vendi non poſſet, aſſignat Abb. rationem diuerſitatis
10 in c. de iure, eo. tit. quia primo caſu prętium conſtituitur pro re temporali, & ius patronatus tranſit acceſſoriè, non autem pro eo conſtituitur prętium, & ſi aliud agerent contrahentes, non tranſiret ius patronatus, ut no. Io. And. in c. unico, eo. tit. lib 6. ſed quando ſpecificè, & ſpecialiter venditur, ſurgit duplex inconueniens. nam æſtimatur res inæſtimabilis. Itē committitur ſimonia, quia ſicut committitur ſimonia in merè ſpirituali emptione, ita pari modo in annexo, ut probatur in ca. quæſitum. de rerum permu. ca. præterea. de tranſact. Item in-
11 quit ex hoc etiam tex. quòd mixtum ex diuerſis naturis aſſumit ſibi naturam a potentiori, & digniori, nam ius patronatus eſt partim ſpirituale, & partim temporale, in c. piæ mentis. 16. q. 7. & tñ prohibetur uenditio ac ſi ex toto eſſet ſpirituale, unde no. Abb. etiam ibi per illum tex. d. c. de iure, ꝙ ſimonia impedit contractum, & dicit Io. And. in d. c. vnico, eo. tit. in 6. ꝙ ſi dicatur inſtrumento, Vendo tibi villā & ius patronatus,
12 quod habeo in ea, non valet venditio, ſecus ſi ſimpliciter uendit uillam, ut in clem. paſtoralis. de re iud. & ideo emptor, uel feudatarius cum acquirant directum, vel vtile dominium rerum, ſimiliter acquiruńt ius patronatus licitè, ſicut alios fructus habent. l. dolia, in prin. ff. de contrahen. emptio. Nec facta venditione omnium iurium, quæ venditor habet in tali uilla, quæ non eſt ſua, intelligitur propterea uenditum ius patronatus quod ibi dictus uenditor habet, quia, ad hoc ut tranſeat, oportet ꝙ res, quæ uenditur talis ſit ꝙ etiam ſine expreſſione uniuerſitatem, uel ius patronatus in ſe contineat, ſicut
13 eſt uilla, uel caſtrum ꝙ in ſe continet honorem, iuriſdictionem, diſtrictum, & ius patronatus. l. pupillus. ff. de uer. ſig. §. territorium, quia quando dicitur ſic, Vendo tibi omnia iura, reſoluitur hæc uniuerſalis in ſingularē, ſcilicet, uendo tibi hoc & illud, cum autem ius patronatus ſic non poteſt uendi ſeparatim, & ſpecialiter, quia eſt ſimonia, ſic in tali uniuerſali non comprehenditur. ſed ſi ſit aliud uniuerſale quod multa iura in ſe contineat, ut eſt hæreditas, uel ſi diceret, omnia bona, quia appellatione bonorum uenit uniuerſitas. l. bonorum. ff.
24 de uerbo. ſignifi. bene tunc tranſit ius patronatus in uenditione. ff. de pet. hære. l. item uidendum. §. fin. & duabus ſeq. Abb. in cap. prealleg. ex literis. nec etiam uenit uenditum ius patronatus

Source : BIU Cujas

15 tronatus capellæ existentis in palatio,uendito palatio,quia palatium non est quid uniuersale, sed res particularis, Hostien. Innocen.& Abb.d.ca.ex literis,licèt Io. de Imol.in repet.l.si insulam.ff.solut.mar.videatur tenere contrarium, quod appellatione omnium bonorum nõ veniat ius patronatus,ubi
16 iudicans de omnibus bonis,non iudicat de iure patronatus, sed non est ideo quia non veniat ius patronatus appellatione omnium bonorum,sed potius quia iudicans fuit laicus, qui
17 non potest iudicare causam iuris patronatus, quæ cum spiritualibus annexa illius iudicium non potest cadere in laicũ, merito nihil mirum,si non uenit confiscatum tale ius in cõfiscatione generali omnium bonorum facta per illum iudicẽ dicit Philip.Simoneta in addit.ad Fel.in c.quanto,de iudiciis. vbi etiam enumerat casus in quibus expressio,& nominatio
18 iuris patronatus non vitiat, puta, peto hæreditatem talis cũ iure patronatus,secus si dicat & ius patronatus, ut per Abb. in c.querela,extra de simonia, quem sequitur ibi Marian. & Ioan.de Anan.pro quo facit dictum Bart.in l.si cui, & in l.3. ff.de fund.instruct.vbi dicit,quòd dictio, &,coniungit æquè principaliter,sed dictio,cum,accessoriè. sic ergo in proposito nostro,quia ubi erit dictio,cum,iudicabitur accessoriè de
19 iure patronatus. Secundus casus ubi nominatio non nocet, est ubi ius patronatus declaratoriè nominaretur.puta, Ven-
20 do tibi omnia bona.videlicet talia & talia, & ius patronatus. nam valet ista uenditio.Ita dicit Io.Cald.in ca.1. de iure pat. in 6.& Domin.ibi.in 3.colum. Tertius casus quando diceretur cum pertinentijs,& iure patronatus,quia valet ista uẽditio,& petitio,quibns casibus ualet,& tenet uenditio,& cõtractus,nec per uitium simoniæ, quæ impedit contractũ ipso iure.per Abb.in cap.de iure.eo.tit.uitiatur,quia quicquid sit in dictis casibus,ius patronatus non uendit,nec uenit principaliter,& pretium pro re temporali constitui uidetur, per rationem,quam assignat Abb.d.c.de iure,eo.tit.de iure patr. & dicit Angel.in summa in ver.simonia secundo,vers.utrum vendens. Ego uerò quò ad conscientiam recurrerem ad intentionem,si habuit scilicet animum uendendi ius patronatus specialiter,& sic sit simoniacus,quod patet quando uẽdi-
21 dit plus villam,aliàs non. pro quo uide Cæsar.Lamber. lib.3. quinto artic.9.q.principali de iurepar. ubi ponit ad longum. Nec est dubium quin simonia non committatur in iure patron.quia est de hoc tex.in cap.ueniens.el primo. de testibus, ubi Abb.& Fel.in primo not.ubi dicit, nota ꝙ dicitur simoniacè acquiri beneficium, non solùm si detur temporalitas pro iure merè spirituali, sed etiam si detur pro iure annexo spiritualitati, idest pro fauore habentis ius patronatus, quia secundum d.Anto.& dom.Abb. hic non potuit aliter simonia hic committi,ut ibi per eum.per quem tex.dicit Fel.in c.
22 quanto,de iudi. ꝙ immo ius patronatus dicitur originaliter merè spirituale,nam in tpalibus non cadit simonia, ut probatur in l.1.ff.ad l.Iul.de ambi.sed in iure patronatus interuenit simonia,per tex.in d.cap.ueniens &c.& paulò post.idem Fel. eo.c.quanto nec obstat quod dixi suprà,ꝙ simonia non committitur in temporalibus,quia fateor hoc,sed dico ꝙ cõmittitur in iure patronatus,non ꝙ sit spirituale, sed quia est annexum iuri spirituali,in quibus annexis spiritualibus bene cadit simonia,ut est glo.1.q.1. in summa.

Nec ex eo quia ius patronatus est spiritualitati annexum, super eo, uel ipsius præsentatione fieri potest aliqua transactio sine uitio simoniæ,per tex.in ca.præterea el 1. de transac.
25 immo si fieret,interueniente aliqua temporalitate,esset simonia,ut uolunt omnes doct.ibi,& præsertim Abb.in sua disputatione,quæ incipit Augerius. in 6.colum. sequitur Rochus de Curt.in tract de iure patro.in ver.ius,in 1.q.in fin.3.col.& ideo Abb.sumat illum tex.sicut super iure spirituali, ita sup annexo non potest transigi,ut recedatur a lite interueniente aliqua temporalitate.in quo tex.Abb. primò colligit præsen-
24 tationem quandoque poni pro iure patronatus, & posse illũ tex.intelligi pro sola præsentatione, & sic pro parte iuris patronatus.ex quibus verbis colligitur non solùm in præsentatione, sed nec etiam in iure patronatus posse transigi,& in secundo not.ibi Abb.colligit simoniam cõmitti non solùm in spiritualibus,sed etiam in connexis spirituali,quale est ius patronatus.& plus dicit Abb.ibi in 3.no.& per illum tex. transactionem super spirituali,uel connexo, interueniẽte aliquo temporali,esse nullam, & licet possit opponi contra illũ tex. de d.cap.super eo.& de cap.constitutus.de transac. ubi habetur non committi simoniam in transactione super spirituali, sed species simoniæ.Abba.soluit ideo tex.in c.præterea,dice
25 re ꝙ uidetur simonia,quia uerbum,uidetur, est fictum,& nõ denotat præcise ueritatem.l.1. §.deiecisse. ff.de ui & ui arm. dicit etiam Abb.ꝙ si laici percepissent ab antiquo censum in ecclesia,potuissent illum remittere, & conferre religiosis, & percipere ius patronatus,quòd dicit Hostien.uerum ex authoritate superioris, & non pactione, aut conuentione partium,& bene loquitur secundum Abb.ibi.

SVMMARIVM.

1 *An recipere aliquid pro præsentatione sit simonia.*
2 *Non valet transactio super iure præsentandi.*
3 *Præsentatio est annexa spiritualitati.*
4 *Reges tenentur restituere accepta pro electione.*
5 *Non licet dare pecuniam pro beneficio, neque pro præambulo ad beneficium.*
6 *An recipientes pecuniam pro præsentatione puniantur plus quàm in restitutione.*
7 *Simonia etiam committitur pro uoce non necessaria.*
8 *An simoniacus possit præsentari.*
9 *An electus per simoniam possit confirmari.*
10 *Accusato de simonia etiam lite non finita inter dicitur administratio a beneficio,licet sit secus in accusato de alio quocunque crimine.*
11 *Suspensus non potest eligi nec præsentari,& ualet argumentum de electione ad præsentationem.*
12 *Simonia est hæresis.*
13 *An omnis simoniacus sit hæreticus.*
14 *Homicida præsentari non potest.*
15 *Homicida uel membrum mutilans est irregularis,etiam si occisus uel mutilatus sit paganus.*
16 *Simoniacus est deponendus.*
17 *Deponendus non potest præsentari.*
18 *Censurati non possunt præsentari.*
18 *Degradatio est duplex.*
20 *Quæ sint crimina digna depositione.*
21 *An degradatus gaudeat priuilegio canonis,si quis suadente diabolo.*

De eadem materia. Cap. 14.

QT quærit Rochus de Curt.in tract.eiusdẽ tituli in ver.uule,in 3.quæst. An opponi possit contra præsentantes, & præsentatũ, ꝙ per simoniacum facta fuerit præsentatio? & sic an possit patronus pecuniam recipere pro præsentatione? &
1 an recipiendo committat simoniam,& dicit ꝙ sic,qa simonia ita committitur in annexis spiritualibus, sicut & in ipsis spiritualibus,tex.est in c.ex insinuatione,& c.de iure,& utrobique per Abb.de iure patro.& clare probatur hæc conclusio in c.quæsitum, de rerum permu.& colligitur ex diffinitione simoniæ,posita per doctores in rubr.de simonia.facit text.in c.præterea.el 1.de transact.vbi non ualet transactio super iu
2 re præsentandi,quia annexa spiritualitati, sicut & ipsum ius patronatus, ut ibi intelligit Abb.in primo not. & firmat idẽ Abb.in cap.quanto.in 7.colum. de iudic. ubi dicit præsentationem dici annexam spiritualitati,quia est præparamentum
3 institutionis, & sic ad ius spirituale obtinendum. tex.in ca.ꝙ autem.in uer.inchoatum,eod.tit.ergo simoniaca est præsentatio propter pecuniam.Secundò adducit tex.in simili in ca. si quis basilicam,de consecr.dist.1.ubi dicitur, ꝙ si quis ædificet basilicam ad hunc finem, ut lucretur partem obuentionum,nullatenus debet Episcopus illam consecrare.& idẽ colligit ibi glo.arguni.patronos nõ debere exigere encenia, uel huiusmodi ab ecclesia.facit tex.in c.de hoc, de simonia.in fi. ubi Reges,& Principes pecuniam,quam acceperunt, ut conficerent uelationem cuiusdam Episcopi, tenentur restituere
4 eandem pecuniam sine diminutione ipsi ecclesiæ,& secundũ unum intellectum loquitur ille tex.a patronis,quinimmo fortius ille tex.probat secundum alium intellectum, quem ibi refert Ioan.de Anan.nedum accipientes pecuniam,ut cõsentiant electioni teneri ad restitutionem, ut ibi: sed etiam procurantes cum electoribus ut eligant; quia si ex illa procuratione aliquid acceperint,illud restituere tenentur, cum tales etiam sint simoniaci,cap.de simoniacè,& ibi no.de simonia, c.cum super,de confess.facit ꝙ decidit Anan.in ca.2. penul. not.de simonia,quòd sicut non licet dare pecuniam pro bene
5 ficio consequendo immediate, ita pari modo non est licitũ dare pro præambulo ad beneficium consequendum.l. oratio,cum simil.ff.de sponsal.sed præsentatio est præambulũ, seu præparamentum,ergo &c.est tex.in ca.tua nos, el primo de iure patro. ubi fortius dicitur non ualere promissionem factam per præsentatum præsentanti etiam cum iuramento, est tex.& ibi no.Abb.in ca.ueniens,el 2.de testibus.& ex uerbis Io.de Anan.in rub.de simonia,ult.col. intelligi potest,an pecuniam recipientes,ut præsentent, puniãtur alter quàm ad
6 restitutionẽ pecuniæ? & est notandum secundum Abb.in d. c.cum super,quòd nedum committitur simonia,quando accipitur actualiter pecunia,uel quid temporale pro beneficio, sed etiam recipiendo obligationem pecuniæ,uel promissionem,ut per Abb.ibi primo not.& Abb. c.ueniens, el primo. de testibus, ult.not. Et est notandum etiam pro prædictorũ intelligentia,& materiæ declaratione,ꝙ cõmittitur simonia, si datur pecunia pro obtinenda uoce electionis,uel presentationis,

Source : BIU Cujas

tionis, etiam si vox illa non esset sufficieus ad effectualem prę
7 sentationem, quia cõmittitur simonia ex tali receptione, perinde ac si esset vox vnius solius patroni. Ita concludunt d. Ant. Abb. & Ioã. de Anan. per illum tex. in c. Matthęus. de simonia, vbi dicunt receptionem pecuniæ pro danda voce etiam non necessaria inducere simoniam: ita pulchrè loquutus fuit Rochus vbi suprà, & refert Cæsar Lamber. in tract. de iure patr. secunda parte, secundi libri. 3. art. 11. qõ. principali, & pro præsenti materia, uide Phil. Dec. consi. 118. incip. domine &c. viso instrumento, ubi de promissione facta de reparanda ecclesia, ubi pulchrè.

Et cum simonia sit & dicatur hæresis, ca. quoties. extra de simonia, non esset extra materiam hic quærere, An simoniacus possit pręsentari? & est aduertendum, q̃ Firman. in tracta.
8 de episcopo, in prima parte. 11. q. quęrit, an ille qui facit aliq̃d pactum cum electoribus, ut eligeretur, possit eligi? & ibidem in 13. q. quærit, an quis per simoniacum possit eligi ad episcopatum. & in 3. lib. in secunda parte tertiæ princip. in 9. quæst. quærit, An electus per simoniam possit confirmari, & licèt
9 omnes quæstiones istæ tangant hũc articulum, tamen noster articulus, & nostra quæstio est magis generalis, & sit, An quis simoniacus, siue propter illud beneficium, siue propter aliud, possit pręsentari, & per cõsequens an simoniacus sit ita criminosus q̃ possit a præsentatione repelli sicut hæreticus. uidetur tamen dicendum, ex quo habemus q̃ simoniacus est suspensus ipso iure, ab officio saltim, per tex. in ca. accusatum, de simonia. hinc est, q̃ licet accusato pro quocunque crimine non interdicatur administratio beneficij, tamen accusato de
10 simonia, interdicitur administratio a beneficio, etiam causa non finita, sed pendente; ut dicto cap. accusatũ. & habemus, quòd suspensus non potest eligi, vnde etiam est dicendum q̃ nec præsentari, quia de electione ad præsentationem potest
11 argumentari, ca. fin. iuxta gl. de elect. li. 6. quia suspensus non potest etiam postulari, nec eligi, not. in c. 1. cum glo. de postula. pręla. & in ca. fin. de excess. prælat. quia irregularis cẽsetur, ita uoluit Firman. in tracta. de episcopo, in secundo lib. in prima parte. 5. q. vbi dicit hoc dictum debere intelligi siue sit suspensus, siue a beneficio, ut in c. per inquisitionem, cum gl. de elect. siue ab officio in d. c. cum dilectus, secundum gl. in d. c. per inquisitionem, per c. cum bonæ, de ętate, & qualitate. ubi etiam habetur, suspensum non posse eligi, ergo nec præsentari, siue sit suspensus ab officio, siue a beneficio, per supra dicta, merito si posset dici q̃ non possit præsentari, vel si sit præsentarus quod possit repelli: Item & alia ratione hoc potest dici, quia simonia dicitur hæresis, & sic simoniacus dicitur
12 hæreticus, cap. quoties, & ca. sicut simoniaca, de simonia, & hæreticus præsentari non potest, ergo nec simoniacus præsentari potest; sed credo quòd hoc argumentum non ualet, quia non ualet dicere, simoniacus est, ergo hæreticus, quia non omnis simoniacus est hęreticus, ut per Abb. secundum Innoc. d. c. quoties, de simonia, vbi dicit, q̃ non quilibet simoniacus est hęreticus, sed ille, qui credit gratiam sancti Spiritus posse emi, & uendi, alij uerò hoc non credentes, sed dãtes
13 pecuniam pro auiditate habendi beneficium uel consequendi ordinem, non sunt hęretici, sed simoniaci, sed propter immanitatem criminis appellatur hæresis. unde in tali nõ uidetur quòd intret argumentum.

Facit, quia simonia dicitur pestis, c. si quis simoniacè, ubi
14 Abb. de simonia, & est maius delictũ quàm sit homicidiũ, & homicida præsentari non potest. Facit c. ult. 51. dist. ca. si quis viduam, ver. s. similiter. 50. dist. Firman. in trac. de episcopo, in secundo lib. in prima parte. 36. q. ubi dicit, q̃ uon potest eligi in episcopum, qui siue facto, siue consilio, siue auxilio, sit in tali crimine irretitus, id quòd nulli dubium esse potest, quia homicida aut membrum mutilans est irregularis. in c. 1. per
15 doc. & in c. sicut dignum. de homicid. 50. dist. per totum, ẽt si occisus, uel mutilatus sit paganus. 50 dist. c. clericũ, per quam quis vr̃ inhabilis ad ordines, vt extra de homic. per totum, & c. is qui. de sent. excommu. lib. 6. per quam quis videtur inhabilis ad præsentationẽ, latè per Cæsar Lamber. in art. 40. 9. q. princi. primæ principalis. li. 2. meritò &c.

16 Facit, quia simoniacus est deponendus, c. sicut simoniaca, c. de hoc, eo tit. Idem in infamato de simonia, si se non purgat, nec purgare se potest, per Abb. d. c. de hoc, per doc. in ca. insinuatum, & qui deponitur non potest pręsentari, quia ma-
17 ior apparet & est depositionis pœna & degradationis, quàm illa, quę infligitur ab aliis censuris, ut apparet in cap. at si clerici §. de adulteriis de iudi. ubi tex. iuncto princi. cum d. §. hoc demonstrat, maximè circa suspensionem, depositionem esse maiorem, ut ibi, sicut ergo dicimus in ipsis censuris censura-
18 tos nõ posse pręsentari, ita & fortius nec depositos. & est ad-
19 uertendum degradationem esse duplicem, unam uerbalem, quæ dicitur vere & proprie depositio; alteram actualem, quę est ipsa uera degradatio, de quibus tex. in ca. degradatio, de pœn. lib. 6. de quibus per doct. in d §. de adulteriis, & plenius in ca. cum non ab homine, de iudic. per Abb. & alios in cap. non potest. de re iud. in c. nouimus, de verb. signifi. & quę sint crimina digna depositione ponit Barb. in d. c. at si clerici. 25.
20 colum. & Firma. in tract. de episcopo, in 8. parte. 4. libr. per totum, ubi accumulat casus uerbalis depositionis, qui in iure reperiuntur, & late loquitur, in quibus casib. fiet actualis degradatio, & quomodo fiet, & an degradatus gaudeat priuilegio
21 canonis, si quis suadente diabolo, 17. q. 4. & sic est concludendum depositum uel degradatum, nullo modo posse pręsentari, cum sit ultimum supplicium in foro canonico, per doct. d. §. de adulterijs, & d. cap. cum non ab homine, per quæ appareret, quòd qui deponitur, non potest præsentari, ergo nec simoniacus potest pręsentari.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaci dicuntur infames.*
2 *Collatio facta infami non tenet.*
3 *An collatio facta per lucrum sit nulla*
4 *Simonia impedit promouendum & deijcit promotum.*
5 *Simoniacus in ordine est suspensus quoad se & quo ad alios.*
6 *Sicut non potest præsentari suspensus, ita nec simoniacus.*
7 *Vide quando possit suspensus præsentari.*
8 *Minor excommunicatio impedit eligendum & præsentandum.*
9 *Propter officia beneficia sunt constituta.*
10 *An & quando suspensus ab officio præsentetur ad beneficium.*
11 *An & quando suspensus a beneficio præsentari possit ad beneficia.*
12 *Non est simonia si præsentans det præsentanti aliquid post præsentationem sine pacto.*
13 *Quid sit realis simonia, quid conuentualis, quid mentalis.*
14 *Quæ sint consideranda circa inductionem simoniæ.*
15 *Est simonia si præsentatus promisit consensum de imponendo censu soluendo præsentanti pro habenda pręsentatione.*
16 *Item est simonia si clericus imponit censum ecclesiæ, ut filij vel nepotes præsententur.*

De eadem materia. Cap. 15.

FAcit, quia simoniaci dicuntur infames, Abb. & doct. in c. ex diligenti. de simonia, col
1 latio facta infami non tenet, reg. infamibus, de re-
2 gul. iur. lib. 6. l. 2. C. de dignit. lib. 12. Abb. in c. quærelam. 2. colum. de iureiur. & est priuatus ipso iure beneficijs. Anch. consi. 288. Fel. in ca. 2. de rescri. 2. colum. ante finem illius quęstionis, an collatio, uel electio facta per lucrum sit ip-
3 so iure nulla, uoluit Archiepis. Floren. in suo trac. de censuris. in tit. de irregularitate, qui in rub. de irregularit. ex enormib. & mediocribus criminibus contractis. dicit simoniam esse
4 crimen enorme, & ideo impedire promouendum, & deijcere promotum, etiam post pœnitentiam, ergo pręsentari non potest. immo etiam electio simoniaca facit deponi prelatum ab officio & beneficio, capi. de hoc. de simonia, ubi Abb. in prin. & c. nobis. eo. tit. versi. sed quia. si quis simoniacus in ordine, uel sit publicus, uel occultus, est suspensus tàm quoad
5 se quàm quoad alios, si non in beneficio, si sit occultus quoad se tantum, si manifestius quoad se, & quoad alios, per Abb. in c. accusatum, in ca. tanta nisi, in c. per tuas, el 2. de simonia. uidetur concludendum esse in simoniaco quod & in suspenso, q̃ sicut potest, & non potest suspẽsus pręsentari, ita pari mo-
6 do, & simoniacus, siue in illo beneficio, siue in alio, & quàm maxime si fuerit simoniacus in ordinibus, & pręsertim sacris. Et de suspenso, an, quomodo, & quando possit, & non possit pręsentari, uide per Cęsar. Lamber. in trac. de iure patro. qõ. 2.
7 pręsenti art. q. primæ partis secundi lib. ubi distinguit hoc uidelicet. Tu circa hanc materiam dic clarius loquendo, & sequendo Abb. in c. cum dilectus, de consuet. in quarta & quinta colum. & in ca. si celebret. de cler. excommunicato ministrante, quòd aut loquimur de suspenso minori suspensione, quę est eadem cum minori excommunicatione, quę contrahitur ex participatione cum excõmunicato: & illa licet non priuet potestate eligendi, & sic pręsentandi; priuat tamen eũ qui eligi debet, & sic præsentari non põt, per tex. clarum in d. c.
8 si celebret. Aut est suspensus ab officio, & tunc, ant in genere, & quia propter officiũ datur beneficium, c. fi. de resc. li. 6. nam propter diuina officia ecclesiastica beneficia constituta
9 fuerunt. 12. q. 2. concesso; & 16. q. 1. ca. generaliter. not. glos. in
10 c. fi. de offic. vica. & sic non poterit præsentari. si uerò suspensio sit facta ab officio, idest ab ordine, & tunc si est ab ordine prębyterali, & non poterit pręsentari ad beneficium sacerdotale. si ab ordine diaconatus, non poterit præsentari ad prębendam uel beneficium diaconale, & sic de singulis. & ita uidetur velle Abb. d. c. cum dilectus, quando dicit quem suspensum ab ordine Pontificali, & late per Archiep. Floren. in tracta. de censur. in tit. de suspen. qui est quartus in ordine. in 43. vbi clare ponit suspensum ab uno ordine nõ intelligi suspen-

sum

Source : BIU Cujas

sum ab alio. Si verò est suspensus a beneficio, & tunc, quia est suspensus ēt ab habitis beneficijs, multò ergo magis & ab ha
11 bēdis, quia videtur inhabilis ad beneficia, & sic ad beneficiū præsentari non potest, & ita videtur velle etiā ibi Abb. quando talis suspēsio esset facta expressè a beneficijs habitis, quia non extenderetur ad habenda, sed deberet restringi. Si verò est suspensus ab officio & beneficio, idem dicendum, scilicet eum præsentari non posse, quia ea durante dicitur inhabilis ad beneficium tunc, ex quo est suspensus a beneficio, ergo non poterit ad beneficium præsentari, per ea quæ no. in ca. is cui, de sent. excomm. aut ab omnibus ecclesijs, puta indefinitè, & non poterit præsentari, quia uidetur suspēsus ab ingressu vniuersalis ecclesiæ, & sic nulli ecclesiæ deseruire poterit, ergo non beneficiandus; ita colligitur ex dictis Abb. & Archiepisc. Floren. in præallegatis locis, vt recitat idem Lamber. d. loco.

Et in materra idem Lamber. in 6. art. 5. q. præsenti secundæ partis secundi libri, facit quæstionem, An presentatus possit aliquid præsentanti dare post pñtationem factam absq; incursu simoniæ, & an puniatur pñtatus, qui pro obtinenda presentatione promisit consentire super censu imponendo per ecclesiam soluendo in fauorem præsentantis? & super primo cap. cum aliqua pacta, vel conuentiones de dando non præcesserint, tenet quod non videtur commissa simouia realis,
12 quæ est spiritualium precedente pacto promissionis, conditionis, modi, premij, pretij uel cuiuslibet tēporalitatis receptio, seu donatio, ut per Domi. de S. Gem. 1. q. 1. in summa, nec etiā conuentionalis, cùm nulla pactio, nulla conuentio inter dan
13 tem, & accipientem præcesserit: nec ēt mentalis, cùm dās nō habuerit mentem corruptam ante pñtationem de dando, p assequenda pñtatione, quia immo uideretur potius esse qd sponte oblatum, quod respui non debet, attenta tñ qualitate dati & rei donatæ. arg. eorū, quæ habentur per Abb. & doct. in c. si qōnes. de simonia, & in muneribus ipsis arbitrandis, an inducant, vel inducere possint simoniā. hñt considerari perso
14 næ dantis, recipientis qualitas, & quantitas muneris & donationis, quia si sit res conueniens, consideratis omnibus qualitatibus prædictis, considerari posset potius illum actum pro ostendenda gratitudine, quàm pro simonia committenda, aliàs secus, quamuis daretur post præsentationem factam.

Quò verò ad secundū caput, dicit q̄ pñtatus imponens cēsum ecclesiæ soluendum pñtanti est puniendus pœna arbitraria, vt per doc. in c. grauis, de censi. ubi Io. And. sed ibi dicit ēt in casu illius tex. pactum posse esse simoniacū, uult enim dicere secūdū Abb. ibi, q̄ si ille clericus pñtatus promisisset patrono consensum de impetrando censu, ad effectū, ut pñtaretur
15 ad beneficiū, q̄ cōmissa esset simonia, & sic priuaretur ecclesia: secus dicit vbi post institutionē ex sua simplicitate promisisset soluere cēsum, quia tunc esset pœna arbitraria subdens Abb. ibidem, q̄ si per eum sic sit factum scienter, q̄ debet priuari ecclesia, quia ista est pœna alienantis indebitè bona ecclesiæ, aut illa obligantis pro alienis debitis, de quo in cap. q̄
16 sicut, in fi. de elect. & in c. 2. de solutio. Immo plus, q̄ si imponeretur census per clericum, ut filij, uel nepotes præsentarentur postmodum ad illā ecclesiam, adhuc simoniacum esset. cap. quia clerici, & ibi per docto. & præsertim Abb. de censib. & de presentatione quòd nil possit dari, aut recipi pro ea, ui de quæ diximus supra in mētali, rubrica de annexis. §. in contrarium uidetur.

SVMMARIVM.

1. *Primogeniti ante legem fungebantur officio sacerdotis.*
2. *Abraham sine simonia emit spelunca duplicem.*
3. *Iacob licitè emit ab Esau ius primogenituræ.*
4. *Decimæ redimi possunt pecunia ab iniusto detentore.*
5. *Ius decimandi semper remanet penes ecclesiam.*
6. *Vide an possit fieri compositio super decimis.*
7. *Obuentiones iuris dictionis possunt vendi, non tamen illam exercenti.*
8. *Fructus ecclesiæ vendi possunt a prælato, non ab eo, qui habet ius conferendi.*
9. *Laicus conductor non potest accedere ad altare, sed ponat clericum, qui loco sui oblata colligat.*
10. *Pro redimendis captiuis vasa sacra venduntur.*
11. *Olim loca deputata sepulturæ religiosa erant.*
12. *Ius primogenituræ debebatur Iacob diuina electione.*
13. *Vasa sacra post confractionem non sunt sacra.*
14. *Sepultura accipitur pluribus modis.*
15. *Est simonia vendere locum pro sepultura auctoritate episcopi deputatum.*
16. *Nullus locus religiosus dicitur, nisi sit per episcopum benedictus.*
17. *Non est simonia vendere locum pro sepultura deputandum.*
18. *Quid sit sepultura.*
19. *Differentia inter leges & canones, quoad locum religiosum.*
20. *In quo non sint in hoc correcta iura ciuilia.*
21. *Locus deputatus sepulturæ, potest vendi ab vna ecclesia altari.*
22. *Cœmeteria debent esse prope ecclesiam.*
23. *Cœmeterium habet esse consecratum.*
24. *In vno cœmeterio plures ecclesiæ possunt habere ius sepeliendi.*
25. *Cœmeterium habuit ortum ab Abraham.*
26. *Vide de spelunca duplici.*
27. *Abusus videtur, si quis indignus in ecclesia sepeliatur.*
28. *Miraculum Beati Faustini.*
29. *Nullum corpus debet sepeliri prope altare, nisi corpora sanctorum &c.*
30. *Olim homines sepeliebantur in proprijs domibus.*
31. *Nobiles sepeliebantur in montibus.*
32. *Hodie nullus sepelitur extra ecclesiam, vel cœmeterium.*
33. *An valeat consuetudo, vt pro sepultura aliquid exigatur.*
34. *Vide an aliquid possit accipi pro sepultura. i. officio sepeliendi.*
35. *Vide an clerici qui tenentur vel non tenentur, possint accipere pro officio sepeliendi.*
36. *Forma petendi consueta pro exequijs.*
37. *Vide de consuetudine dandi pro mortuarijs.*
38. *Videtur licitum accipere pro missis celebrandis.*
39. *Tria concurrere debent, ut liceat accipi.*
40. *Clerici vt laici tenentur offerre sacerdoti parochiali.*
41. *Quando & quomodo possit dari pro anniuersario.*

De reali simonia in sepultura & alijs annexis. Cap. 16.

ANnexa quoq; spiritualibus sunt, ius sepulturæ primogenituræ, & secundum Ang. in summa, cœmeteria, vasa sacra, vestis sacerdotalis, & huiusmodi, in ver. simonia primo, versic. quid dicitur annexum. Item ius primogenituræ, secūdum antiquos, quia primogeniti ante legem offi
1 cio sacerdotis fungebant, & ēt ius accipiendi decimas. Pro quibus non videtur prohibitum pecuniam, aut aliud temporale posse accipere; nec, si accipiatur, videtur q̄ sit simonia commissa, quia de sepultura videtur per S. Thom. 2. secundæ. q. c. §. ad quartum, q̄ Abraham emit licitè, & sine commisso
2 simoniæ ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam, ut habetur Genesis xx. & Iacob emit ab Esau fratre suo maiori
3 & primogenito ius primogenituræ. Gen. 25.

Et decimę cōcessæ militibus ēt redimi pñt: & ecclesia po-
4 test redimere decimas sine simonia ab aliquo iniusto detēto re, qñ ex tali pecunia nullum ius de nouò acquirit, aliàs non licet, ut no. in c. dilectus, el primo. de simonia, quia ius deci-
5 mandi semper remanet penes ecclesiam, & ideo datur tēporale pro temporali: in hoc tñ casu, si alia ecclesia redimeret, tutius esset q̄ omnia ponerentur in manu episcopi, & postea episcopus aliquid dari faciet ab illa ecclesia. arg. c. nisi. de prę ben. Angel. in summa in ver. decimæ, versi. utrum ecclesiastica. & an compositio possit fieri super decimis tam præteritis,
6 quàm futuris & an cum auctoritate superioris, & an cum laicis super præteritis, & an cum, uel sine auctoritate superioris, vide Abb. in c. cum homines, extra de decimis. idem Abb. in c. ex multiplici, eo. in qua materia vide tex. cum gl. ibi. & doc. in c. 2. de transac. in qua materia Ang. in summa in ver. simonia. 2. versi. vndecimus, ubi dicit, vndecimus casus est, in quo possunt uendi a spiritualibus dependentia sine simonia, sicut est pceptio decimarum, & fructus beneficiorum, panis oblatus, cera, granum, & huiusmodi, quæ offeruntur in ecclesia. nā ius percipiendi spirituale est, & uendinō potest, sed bene fructus. & ideo dicit Abb. in cap. 1. ne prelati vic. suas, q̄ prelatus bene potest vendere obuentiones iurisdictionis tanquā fru-
7 ctus secundum glo. ibidem, sed tamen secundum Innoc. nō debet vendi exercenti illam iurisdictionē: & bene, quia propter connexitatem videtur uendere ipsam iurisdictionē. 1. q. 3. si quis obiecerit; similiter alij fructus ecclesię secundū Hostien. vendi possunt, cum sint corporales: quod tñ intellige ve-
8 rum a beneficiato quādiu ipse viuit, non a prælato, qui habet ius conferendi. arg. c. vnico. §. fin. vt eccles. benefi. & similiter dicit idem Abb. in c. fin. ne prælati vic. suas, super glo. fi. dicit ad literam Ioā. de Anan. q̄ possunt locari laico obuentiones ecclesiæ, dummodo ponat clericum loco sui pro recolligendis, ne præsumptuosè laicus ad altare accedat, ubi fiunt obla-
9 tiones pro illis percipiendis, arg. c. 1. & 2. ne cleri. vel mon. ui. de summā Hostiē. in tit. de simonia, vers. 7. quæritur, ubi multas quęstiones facit super obligatione & venditione fructuū, ac oblationum ecclesię. Item videtur, q̄ etiam sit licitum pro
10 redemptione captiuorum emere, & vēdere vasa sacra, tamen nō uidetur uerum, quia est dispositio iuris in contrarium in c. si quis obiecerit. 1. q. 3. vbi habetur, Quisquis eorum vendiderit alterum sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit; nullus ergo emat ecclesiam, aut præbendā, vel aliud ecclesiasticum. Et ad illud, quod emit Abraham speluncam duplicem, non habetur quòd esset terra consecrata ad sepeliendum, ideo licuit Abrahæ illam terram emere ad usum sepulturæ, ut ibi instituere sepulchrum, sicut etiā nunc liceret emere aliquē agrum cōem ad instituēdū ibi cęmeterium,

Source : BIU Cujas

rium,uel etiam eccleſiam,tamen quia apud Gētiles loca de-
11 putata ſepulturæ reputabantur religioſa, ſi Ephron pro loco ſepulturæ intendit prętium accipere,peccauit vēdens, licèt Abraham non peccauerit emens,quia non intendebat emere niſi terram communem,non terram ſacrā, religioſam, uel conſecratam,quia etiam nunc eſt licitum vendere, & emere terram,ubi etiam fuit eccleſia in caſu neceſſitatis, vel excuſatur Abraham quia in hoc redemit ſuam vexationem, quamuis Ephron gratis ei ſepulturam offerret, perpendit tamen Abraham quòd gratis recipere ſine eius offenſa nō poterat, per Sanctum Thomam.d.loco, ubi ſubiungit, quòd ius pri-
12 mogenituræ debebatur Iacob ex diuina electione, ſecundū illud Malachiæ,Iacob dilexi Eſau autem odio habui.& ideo Eſau peccauit uendens primogenituram, Iacob autem non peccauit; emendo, quia intelligitur pariter ſuam uexationem redemiſſe.

Et de iure percipiendi decimas,intelligendum eſt,quòd tale ius percipiendi cum ſit ſpirituale non conceditur laicis, ſed tantummmodo res temporales, quæ nomine decimæ dantur,ut ibi per eum,verſi.ad tertiū. Et quòd uaſa ſacra uendi poſſunt pro neceſſitate eccleſiæ & pauperum, intellige ꝙ materia eorum vendi poteſt, dummodo præmiſſa prius ora-
13 tione confringantur,quia poſt confractionem nō intelligun tur eſſe uaſa ſacra,ſed purum metallum,unde ſi ex eadem ma teria ſimilia uaſa iterum integrarentur, indigerent iterum conſecrari.

14 Sed de ſepultura,quia eſt materia magis frequens,& magis in uſu,dic latius ut per Doct. quia accipitur pluribus modis, vt ſit poſſeſſio ſiue terra ubi aliquis ſepeliēdus eſt, uel dicitur locus concauus in loco eccleſiaſtico, uel cœmeterio factus, in quo corpus catholici conquieſcit,per Card.in clemen.dudum.§.ſuper huiuſmodi.in princ.de ſepult.unde talis poſſeſſio,ſeu terra, ſeu quodlibet aliud pro ſepeliendo per epiſcopum, ſeu de eius auctoritate ad ſepulturam deputatum ſic eſt locus religioſus,ſiue ibi ſit aliquis ſepultus,ſiuenon,& uen
15 di pretio non poteſt,quia eſt ſimonia c.abolendæ, de ſepult. cum ibi gl.12.q.2.quæſta eſt,c.poſtquam, & c.percipiendum. facit c.non ſatis.de ſimonia.

Si autem auctoritate Epiſcopi talis terra, ſeu locus non eſt ad ſepulturam deputatus,licèt ibi ſit aliquis ſepultus,nō propterea eſt religioſus ſecundum canones,ut not. Inn.in c.abolendæ,de ſepult.facit c.ad hoc,de religio.domi.& quod dicit Angel.in ver.religioſus locus, uendi tamen non poteſt,ut d. ca.quæſta,& c.poſtquam,licet aliud ſit ſecundum leges, quia religioſus dicitur.l.2.ff.de religio.& infrà. unde contrarium tenuit glo.in c.eccleſiaſtico,videlicet.q.2.quia nullus dicitur
16 religioſus locus niſi per epm ſit benedictus, tamen ſecundū aliquos ſaluando gl.in c.abolendæ, & diſpoſitionem iuris ciuilis, ꝙ ſtricto modo locus non fit religioſus, ad hoc ut ille locus gaudeat priuilegio,tamen largo modo dici poteſt religioſus,ſicut dicimus de bonis Chriſtianis, qui poſſunt appellari religioſi,c.eccleſia,de conſtit.

Aliquando accipitur ſepultura pro terra deputanda,ſeu ꝙ loco deputando ſepulturæ,& hoc uendi poteſt ſine ſimonia. 12.q.2.c.aurum, concordat Innocē. Hoſtien. & addit Innoc.
17 ꝙ ſi uas aliquod lapideum,uel ligneum pro aliquo ſepeliēdo eſt factum poteſt uendi,niſi ſit factum ſacrum per Pōtificem, uel ad hoc ſpecialiter deputatum, de relig.dom.c.ad hęc. Angel.in ſumma in uer.ſepultura.Inno.in d.cap.abolendæ,de ſepult. ubi ſuccinctè in materia dicit, ſepultura dicitur poſſeſ-
18 ſio, ſiue terra ubi aliquis ſepeliendus eſt, & hæc uendi poteſt antequam ſit conſecrata per Pontificem,ſicut uenduntꝰ poſſeſſiones ad eccleſias ædificandas,d.cap.aurum. & dicitur ſepultura aliquod uas lapideum, uel ligneum pro aliquo ſepeliendo factum,& hoc ſimiliter uendi poteſt,niſi ſit factum ſacrum per Pontificem, uel ad hoc ſpecialiter deputatum, extra de relig.dom.ad hoc, licet enim aliquo loco ſit ſepultus aliquis ſine Pontifice, non credimus locum ſacrum, ſecūdū
19 canones,licèt ſit ſecus ſecundum leges.ff.de relig.l.2.ſi autem loca prędicta ſint ſacra, uel ad hoc deputata per epiſcopum, uendere non licet,ut d.c.abolendæ,& 13.q.2. quæſta eſt, & c. poſtquam. Et dicit glo.& Fel.in c.quanto,de iudic. ꝙ ſola authoritas Epiſcopi facit ſepulchrum religioſum, non autē fit religioſum ex eo ꝙ ibi aliquis homo ſepultus ſit, licèt aliud ſit ſecundum leges.l.2.ff.de mor.inferen.ita dicit Lud.in authē.ſimiliter,in decimoquinto priuilegio pię cauſæ inter contractus.colum.9.& ſeq.C.ad l.falc.& Card.in clem.1.in 7.q.in 4.colum.de ſepul.Imol.in l.quid ergo.§.fi.de leg.1. & omnes in c.abolendę,de ſepult.ſubiungens ibi idē Fel.limita tamen, ut non fiat religioſum ſepulchrum per illationem mortui,ut erat de iure ciuili,niſi quo ad hoc,ut uendi, uel pignorari nō poſſit, in hoc non reperiuntur correcta iura ciuilia, ita dicit
20 Io.Faber in §.religioſum autem,inſtit. de rer diuiſione.contra tamen iſtam limitationē facit, quia correcta ratione legis cenſetur & correctio leg. tex.c.mirantur.de ſeruis non ordinandis.ponit Inn.in c.a multis.de æta & qualit.glo.& Bart.in l.j.ff.de legit.hęred.Sed ratio propter quam non poterat uendi,erat,quia per illationem mortui locus de iure ciuili efficiebatur religioſus,ſed hodie hoc non eſt uerum,ut patet ex ſuprà dictis,ergo limitatio Fabri non eſt uera.

Secundò nota,inquit Fel. ꝙ ſepulchrum propriè non conſecratur,ſed benedicitur,tex.eſt in c.nemo, de conſecra.diſt. 1.ſed dic ut per Innoc.& Abb.d.c.abolendę,quod licèt in aliquo loco ſit ſepultus aliquis ſine Pontifice, non eſt locus factus ſacer ſecundum canones, quo caſu ſacer non exiſtens uidetur uendi poſſe,& alienari ſine ſimonia, quia hodie per appoſitionem & illationem corporis humani locus non fit religioſus, quandoquidem ad religioſum faciendum requiritur auctoritas Pontificis, uel Epiſcopi, quia ſi eſſet religioſus talis locus, non poſſideretur hodie a laico prout poſſidetur: immo nedum poſſidetur,ſed dominatur, ut per Barb.in cap. quanto,de iudic.9.colum. Lamber. in tract. de iure patronatus.lib.3.9.art.2.quæſt.prin.

21 Item nota,quòd lapis deputatus ad ſepulturam cum auctoritate Pontificis, non poteſt uendi, ſed bene poteſt uendi ab una eccleſia alteri eccleſiæ,per Innocē.& Abb.d.ca.abolēdæ. S.Thomas ſecunda ſecundæ art.40. ſubiungens ibi Innocen. quòd cœmeteria, uel ſepulturæ debent eſſe circa eccleſiam.
22 17.quæſt.4.ca.ſicut antiqui. Sed & poteſt etiam eſſe remotū ſicut in Francia;propter fœtorem, tamē credimus quòd alieno loco etiam religioſo, ut hoſpitalerijs, uel templariis non poſſit accedere ſepultura,niſi habeat Eccleſiam,quia cum cę meterium debeat eſſe conſecratum,ut præallegato cap.ſic loco non conſecrato non poteſt accedere,c.ſi eccleſiā.de conſecratione eccleſiæ.uel altaris.lib.6.uidi tamen in quibuſdam locis,de quibus hodie memoriæ non recolo,quòd cœmeterium & ſepulturæ locus non accedit eccleſiæ, ſed eſt diſtans ab eccleſia,ſed ideſt propter loci incommoditatē ex diſpenſatione.& auctoritate Papę,uel Epiſcopi,& poſtquam id ſcripſi uidi Summam ſyueſtrinam in uer. ſepultura, quæ dicit, quòd id quod dicit Angel.non probatur neque iure, neque conſuętudine,ut ibi per eum.Item in uno cœmeterio multæ
24 eccleſiæ poſſunt habere ius ſepeliendi & funerandi ſuos parrochianos.

Pro hac materia uide pulchrè accumulata per Io. de Sylu.
25 in tract.de benef.q.5.per totum,ubi dicit,ꝙ cœmeterium habuit initium ab Abraham,qui emit agrum ab Ebron, in quo erat duplex ſpelunca, ubi ipſe ſepultus eſt & Sarra, Iſaac, & Iacob,& Adam,& Eua,cap.Ebron.13.quæſt.2.emit enim ut ſibi & ſuis ſepultura eſſet.duplex ſpelunca ideo ibi erat, quo
26 niam duo ibi ſepeliebantur continue, uidelicet uir & uxor, uel in una uiri,in altera mulieres,uel unicuique illic ſepeliendo duplex ſpelunca in modū cathedræ fiebat,unde dicit Hieron.quòd tres Patriarchę ſepulti ſunt in ciuitate Ebrō in ſpelunca duplici cum tribus uxoribus ſuis. ſepeliebantur autem quaſi ſedentes,& ſuperior pars ſpeluncę, quę truncum capiebat, a natibus ſupra dicebatur una ſpelunca,pars uerò inferior,quę capiebat pedes,crura, & femora dicebatur alia ſpelunca. & ſane non debent iniqui in eccleſia ſepeliri, uidetur enim quòd locus ſepulturę non proſit.cap.de ſacris, de ſepul. Lucifer nanque de cœlo fuit proſtratus, Adam de Paradiſo eiectus, & c. immo abuſus uidetur, ſi quis indignus & pec-
27 cator in eccleſia ſepeliatur.13.queſtio.3.cap.cum gratia,legitur enim in dialogo Beati Greg.lib.4.cap.56. quòd cum quidam flagitioſus in eccleſia Beati Fauſtini Brixienſis ſepultus fuiſſet,eadem nocte Beatus Fauſtinus apparuit cuſtodi eiuſ-
28 dem eccleſię ſic dicens.Dic epiſcopo,ut proijciat hunc, cernat fœtentes quos hic poſuit, alioquin ipſe die 30. morietur. cuſtos uerò timuit hoc dicere Epiſcopo, & Eps die 30.moritur.Idem cap.57.de quodam alio,qui ſepultus fuit in eccleſia,& eius cadauer euectum eſt extra eccleſiam,& linteamina remanſerunt loco ſuo.& Auguſtinus inquit. 12.qō.2.quibus,& cap.ſeq.quos peccata grauia deprimunt, ſi in locis ſacris ſepelire ſe faciunt,reſtat vt de ſua pręſumptione iudicentur,quia eos ſacra loca non liberant,ſed culpa temeritatis accuſat.Nullum ergo corpus debet ſepeliri in eccleſia, aut prope altare,ubi corpus Domini,& ſanguis conficitur, niſi corpora ſanctorum patrum,qui dicuntur patroni,ideſt defenſo-
29 res,qui meritis ſuis totam defendunt patriam,& Epiſcopi, & Abbates,& digni prębyteri,& laici ſummæ ſanctitatis, cap. nullus.13.quæſt.2.& Abb.in rubri. de ſepult. ſed cuncti debēt circa eccleſiam ſepeliri,puta in utero,aut in porticu, aut in exedris eius,uoltis exterius adhęrētibus, aut in cœmeterio, cap.prębipimus,cap.non extimamus.13.qō.2. Dicunt tamen quidam,quòd locus.30.pedum circa eccleſiam debet ad hoc conſecrari. Alii uerò ſolum circuitionem,quam facit epiſcopus dedicans eccleſiam ad hoc ſufficere dicunt. Aug.dicit in lib.de cura pro mortuis agenda.in fin.ꝙ ſepeliri apud Martyrum memorias in hoc defuncto prodeſt, ut commēdans eū etiam in martyrij patrocinio affectus pro illo ſupplicationis

augeatur.

Source : BIU Cujas

augeatur. Antiquitus ſolebant homines in proprijs domibus
30 ſepeliri,ſed propter cadaueris fœtorem ſtatutum fuit ut extra ciuitatem ſepelirentur, & quendam locum communem ſanctificatum ad hoc deputabant, nobiles verò ſepeliebātur ſuper montes in medio montium,& in radicibus eorum, &
31 in eorum proprijs prædijs,& aliàs vt ibi per eum,vbi ad longum materiam ponit. Verum cū hodie nullus ſepeliatur èxtra cœmeterium,uel eccleſiam,& loca iſta ſint ſacra, & con-
32 ſecrentur, nec poſſideri poſſunt ab aliquo laico, & cū hodie per appoſitionem corporis humani in eo, locus non efficiatur nec ſacer,nec religioſus,niſi interueniēte auctoritate Pōtificis,per Cæſarem Lamber.in tracta.de iure patron.libro 3. art.9.quęſt.principalis,fruſtratorium uidetur quærere, an in eis emi,vel vendi poſſit ſepultura,& per conſequens an in tali venditione ſimonia committatur, cum ſacra ſpiritualia & ſpiritualibus annexa certiſſimum ſit ius quòd uendi non poſſint ſine ſimoniæ vitio,uulgatis iuribus,quia dicit Io. de Sylu. in tract.de beneficio.q.7.verſi.circa ſepulturam, ꝙ quandoq; ſepultura dicitur,& accipitur pro ipſa terra in qua defunctus ſepelitur,& tunc ſi eſt de cœmeterio, vendi non poteſt, tanquam quid ſpirituale,id quod eſt propter conſecrationē. uel benedictionem factam,c.non ſatis,de ſimonia,& not.d.Abb. in c.1.& cap.abolendę. per illum tex. de ſepult. & aliàs ut ibi per eum,diximus ſuprà in mentali, ſuo loco, in qua materia dicit Fel.in c.ad audientiam.el ſecondo.de pręſcrip.in verſi, exprimere,ꝙ ſi electio ſepulturæ fiat ex pacto in loco ubi aliàs de iure ſepelici debebat,inducit ſimoniam, id quòd eſſe videtur fallentia ad regulam,quòd exprimere quod ineſt non inducit ſimoniam,id quòd dicit ſecundum aliquos procedere ex eo,quia ius ſepulturæ conceſſum a iure non eſt firmū, ſed variabile,cùm ſepultura liberè eligi poſſit vbicūque,ca.cum liberum,de ſepult. & quia expreſſio per pactum facit ꝙ iſtud tunc ineſt alio modo quàm prius inerat, & ſic non videt deduci illud quod ineſt de iure communi, ſed plus in quātum quòd de iure erat variabile nunc per pactum efficitur non uariabile,ergo non videtur deductum ius commune in pactum eo modo quo poteſt,meritò ſi inducit ſimoniam, & meritò ſi ſit fallentia ad regulam exprimere quod ineſt, quia hoc uidetur quid plus quàm exprimere,vt ibi per eum, & an valeat
33 conſuetudo quod aliquid pro ſepultura exigatur? uide Paul. de Caſtr.conſil.401.incip. viſo proceſſu, in fi.& conſil.363. incip.circa primum. & Bellamer.conſil.31.incip. quod mulier, colum.4. in fin.& ibi, quæ requiruntur ad hoc ut valeat talis conſuetudo.

Sepultura aliquando accipitur pro officio,quod impendi-
34 tur ſepeliendis,& talis ſepultura uendi non poteſt a clericis, qui habent beneficium ratione cuius tenentur tale officium impendere,puta,quia ſit ſacerdos parrochialis, & huiuſmodi,quia ſi in tali caſu uendant,ſimonia committitur. cap.dictum.1.q.1.13.q.2.c.præcipiendum,ca.cum in eccleſiæ. de ſimonia, nec propterea clerici aliquid petere poſſunt, ſi quid tamen eis donetur,poſſunt accipere. Abb.d.c.abolendæ. Laici vero ſi ſit aliqua de dando aliquid in tali caſu conſuetudo, poſſunt cogi ad laudabilem conſuetudinem ſeruandam, &
35 quòd niſi ſeruetur mortaliter peccant, argum.c.ad apoſtolicam,de ſimonia, & ita eſt credendum, niſi laici ex aliqua rationabili cauſa deſiſtant.

Alij autem clerici, qui ad tale officium impendendum nō tenentur ratione beneficij,poterunt vendere, nō quidem officium, ſed laborem ſuum,& operam,ac tempus, quod in eo faciendo impendunt & conterunt,quia non tenentur de iure facere hoc,arg.c.charitatem.12.q.2. de præſcriptionibus ca. cum ex officij,& d.c.abolendę,ubi Abb.Io.de Sylu. in tracta. de benef.q.7.verſ.cum ſepnltura.

Et nota,quòd ſi ſit aliqua de hoc conſuetudo,eſt facienda uis in verbis ſecundum Hoſt.nam ſi clerici dicunt, hoc petimus pro ſepultura,ſuccumbunt, etiam ſi allegant conſuetudinem.d.c.non ſatis,de ſimonia, ſed deberent dicere,conſuetudo eſt,vt ꝓ ſepultura aliq d detur eccleſię,ſeu clericis,quaſi
36 velit dicere, quòd non debet ſe clericus fundare, ut aliquid detur pro officio,ſed ut aliquid detur ratione laudabilis conſuetudinis,& hoc modo non dicitur capi immediatè pro officio.& dicit Abb.idem putare quando eſt conſuetudo,ut aliquid detur eccleſiæ pro loco ſepulturæ, debent tamen prius iſta officia impendi,& poſtmodum debet fieri compulſio ad obſeruandam cōſuetudinem laudabilem, de quo dic,ut no. in c.ad apoſtolicam.de ſimonia.Et per Rom.in conſi.344. dicit ſumma Aſten.in tit.de ſimonia.§.ſequitur uidere, & obijcere ꝙ laudabiles conſuetudines ſeruari debent.1.q.3.quæſitum,& diſt.18.de eulogijs, dicendum ſecundum Hoſt. ꝙ ex pacto ius recipi debet obtentu alicuius conſuetudinis,ſed recipi poteſt ſi offeratur gratis,ſicut curia tenet,& probatur extra d.c.dilectus filius,u el etiam melius ſecundum eundē Hoſtien.aut clerici exigunt a laicis obtentu conſuetudinis, &
37 tunc non debent clerici retinere pignus ſpirituale, ſed gratis debent ſepelire, & poſtea ueritate cognita per Epm loci cogentur laici laudabilem ſeruare conſuetudinem,d.c.ad apoſtolicam, aut clerici a clericis, & iſti ſi petant aliquid in quo propria eorum & priuata verſatur utilitas,nō ualet, d.c.quęſitum,& c.eulogijs,& aliàs,ut ibi per eum.facit, ꝙ dicit Abb. in c.1. de decimis,uerſ.ult. nota ꝙ ubi agitur de ſolutione tēporali facienda clericis ſemper eſt in dubio facienda interpretatio contra clericos, & hoc ne notentur auaritia in exactione temporalium.facit tex.in c.quanto, de cenſib.

Et pro concordia illius capituli ad apoſtolicam,quod reputatur ſingulare in hac materia.allego tex.in l. priuilegia, in fi. C.de ſacroſan.eccleſ.ubi dicitur,quòd ea quæ ab antiquo ſolita ſunt eccleſijs & monaſterijs tribui,nō debent aliquo modo immutari,& Bart.dicit per illum tex.ꝙ ſi ciuitas eſt ſolita certum quid dare eccleſię,non poteſt illud immutare per ſtatutum,quod ſingulariter notat Abb.d.c.abolendæ.

Sed in materia eſt dicēdum,prout in alijs operibus & actibus ſpiritualibus,& melius diſtinguendum, & tenendum, ut per Abb.in ca.ſignificatum,de præben. & Ricar. de med.uill. in 4. diſt.35.art.3.q.1.Hoſtien.Goff.& Innocen.in ca.quoniã, el 2.ne prælat.uic.ſuas,qui tenent, ꝙ licitè poteſt recipere ſa-
38 cerdos aliquid,& ſine uitio ſimonię pro miſſis celebrandis,& alijs ſpiritualibus adminiſtrandis, dūmodo non intendat uendere ſpirituale, ſeu recipere pecuniam pro ſpiritualibus, ſed potius pro ſeruitio & recompenſatione laborū,& damnorū, quæ ſuſtinet trahendo ibi moram & pro ſua ſuſtentatione,& ſubuentione, & ꝙ ad ea exhibenda non ſit ex officio obligatus quia ſi intenderet recipere pro ſpirituali eſſet ſimonia,c. iudicis.1.q.1.

Similiter eſſet ſimonia,ſi ſacerdos parochialis a ſuis ſubditis hoc exigeret,quia ad hoc tenetur, qui nec etiam aliquid pro ſumptu accipere poteſt ab eis ſine ſimonia pro quocunque ſpirituali,c.uendētes.1.q.3.ab alijs autem bene poteſt.uerum eſt ꝙ Goffr.& Rayn.dicunt,ꝙ ſi talis ſacerdos, qui etiam non obligatur ex officio, habet ſumptus neceſſarios aliūde, ꝙ debet gratis cantare, quod ſi facit pro pecunia, aut erit ſimonia,aut auaritia,ſed cum ſimonia non poſſit eſſe,cùm nō intendat ſpirituale uendere, & nemo teneatur ſuis ſtipendijs militare c.cum ſit,eo.ergo ibi uidetur turpe lucrum,ut patet d.c.iudices,arg.12.q.1.illi autem quoniam, uel ad minus habet ſpeciem mali.

Tu uerò tene,ꝙ tria concurrere debent,ut liceat.Primùm
39 ꝙ non capiat niſi pro ſumptu,uel labore.Secundum,ꝙ nō ſit ex officio obligatus miniſtrare. Tertium,quod non habeat aliunde ſumptus neceſſarios.

Sed ſi ſacerdos parochialis nō habet ſumptus neceſſarios, ſi poteſt aliunde ſibi uictum parare & quærere, puta ſcribendo,legendo,docendo, nam & Apoſtolus manibus ſibi uictū quęrebat dum p̄dicabat,ca.Apoſtolus,de cenſi.& uide Abb. & Anan.in c.ſuam,extra eo. non poteſt pro ſpiritualibus aliquid exigere,ſed laborare debet manibus.1.diſtin.clericus.Si uerò non poteſt,tūc debet ei Eps pro uidere,uel populus poteſt compelli ad præſtandum ſibi neceſſaria pro uictu. facit, quod dicit Abb.in ca.nouum.de decimis, uerſi.nota tertiò, ubi dicitur,ꝙ etiam clerici ut laici tenentur ad faciēdum ob-
40 lationes ſacerdoti parochiali a quo ſuſcipiunt ſacramenta.Id quod uidetur contrarium ſecundum opinionem uulgarem, quę habet,ꝙ clerici non debent offerre.facit gl.in cap.omnis Chriſtianus.de conſecra.diſt.1.quæ dicit,ꝙ poſeſt ſubtrahere ſacramenta populo niſi oblationem faciat, & ſecundum hanc diſtinctionem intellige glo.& text.in c.præcipimus.21. q.2.refert Angel.in ſumma.in uer.ſimonia. 2.uerſ.ſed ſi ſacerdos. ſed ſi ſit ſacerdos non parochialis, ſed alienus & extraneus,qui fortè eſt inuitatus ad exequias, aut ad alia ſpiritualia impendenda, poteſt licitè ſuas operas ſpirituales locare, non ut directè recipiat temporale pro ſpirituali,ſed in recompenſam damnorum,quæ ſubſtinet,ſecundum Abb.& Anan. dicto cap.ſuam.

Pro anniuerſario quoque uidetur, ꝙ ſi pecunia, uel quid aliud temporale accipiatur,ſimonia non committatur,per illud Luc.16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. & pro illo frequenter celebrare debentibus datur annuus
41 reditus,ſiquidem fiat cum pacto,non eſt licitum, & eſt ſimonia,ſi tamen ex deuotione datur eccleſiæ, eccleſia tunc tenetur pro illis celebrare pro quibus datur.ſecundum ꝙ pro recepto beneficio,tenere uidetur S.Thom.diſt.25.art.3.uerſ.2. quęritur.Ricard.de med.uil.ibi,& uide Scot. in quodlibet.q. 20.art.3.ſed dic ut per Innocen.in cap.quoniam enormis, ne prælat.uices ſuas.ubi dicit idem.Dicas non licere illis,qui habent aliunde ſumptus, conuenire hoc modo. Dabis nobis tantum, & nos omni anno faciemus anniuerſarium, ſed bene licet & meritorium eſt cōſtituere aliquos reditus annuos in aliqua eccleſia,ut ibi faciāt anniuerſarium alicuius. & hęc conſtitutio poteſt fieri per illos,qui deberent facere anniuerſarium,de præben.c.ſignificatum, ſed donatori redituum nō

licet

Source : BIU Cujas

licet conſtituere, nec ſub conditione reditus dare, ſed præallegatum capitulum, ſignificatum videtur contradicere, vbi dicitur, quod capitulum conceſſit beneficium ſub conditione. Reſpondetur, ꝙ non fuit ſub conditione, ſed purè fuit in decretal. præalleg. conceſſum beneficium, ſed beneficium fuit aliquibus oneribus aſtrictum per illos, qui hoc facere poſſunt: ſed alius donator redituum ſiue ſit clericus, ſiue laicus hoc facere non poteſt. Sed dices, imò & laico donatori licet ſuæ rei cõditionem adijcere, c. verum. de cond. appoſ. ſed reſponde, quòd licet donatori conditionem appo nere, ſed non in ſpirituali, redemptio autem captiuorum bene poteſt poni in conditionibus rerum donatarum eccleſię. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. aurum. Hoſtien. in dicto cap. quoniam, tenet quòd poteſt imponi tale onus reditibus, ſed dicit fore tutius relinquere ſic. Relinquo tali eccleſiæ annuatim decem libras ſuper tali mea poſſeſſione horto, uel dono, diuidendas ſolummodo inter eos, qui meo anniuerſarij officio interfuerint, & rogo ut fiat omni anno.

SVMMARIVM.

1 *Datur licitè inſuſtentationẽ celebrantibus officium ſiue pro viuis ſiue pro mortuis.*
2 *Per quæ verba ſit faciendum legatum pro proceſſionib. faciẽdis in funere.*
3 *Eſt ſimonia quando taxatur ut quis ponatur in tali ſepultura pro tanto.*
4 *Lectum defuncti in aliquibus locis eſt clericorum funerantium.*
5 *Eſt ſimonia cum clerici nollent ſepelire, niſi fieret eis cautio eorum, quæ portantur in funere. Item quando nollent ſepelire ſine pecunia.*
6 *Vaſa ſacra participant de ſpiritualitate ratione conſecrationis.*
7 *Quæ ſint dona Dei.*
8 *Res eccleſiæ donari non poſſunt.*
9 *Simonia eſt alienare res eccleſiæ contra iuris formam.*
10 *Nomen emptionis in ſimonia eſt generale.*
11 *In multis caſibus res eccleſiæ alienantur.*
12 *Res eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, abſq; ſolennitate alienãtur.*
13 *Quid importet nomen alienatio.*
14 *Circa quæ committatur ſimonia.*
15 *Quomodo & quando vendantur vaſa ſacra ſine ſimouia.*
16 *Recipiens rem eccleſiæ non per modum a iure probatum, ius non acquirit.*
17 *Emens res ſpirituales irreuerentiam exhibet Deo.*
18 *Poſſunt vendi vaſa ſacra laico non ad uſum profanum.*
19 *Eſt ſimonia dare aliquid pro benedictione calicis, ueſtis, & huiuſmodi.*

De eadem materia. Cap. 17.

IT in materia dicit S. Th. d. 4. verſ. ad ſecundũ. in fi. ꝙ ſimiliter ẽt aliqua temporalia dãtur Deum laudantibus in celebratione eccleſiaſtici officij ſiue p uiuis, ſiue pro mortuis, non quaſi p̃tiũ, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium, & eo etiam tenore pro proceſſionibus faciendis in aliquo funere aliquæ eleemoſynæ recipiuntur. Si autem huiuſmodi pacto interueniente fiant, aut etiam cum intentione emptionis, uel uenditionis, ſimonia eſſet. unde illicita eſſet ordinatio, ſi in aliqua eccleſia ſtatueretur, ꝙ nõ fieret proceſſio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem, quia per tale ſtatutum præcluderetur uia gratis officium pietatis aliquibus impendendi: magis autem eſſet licita ordinatio, ſi ſtatueretur quòd omnibus certam eleemoſynam dãtibus talis honor exhiberetur, quia per hoc non præcluderetur uia alijs exhibenda, & ratio diuerſitatis eſt, quia prima ordinatio habet ſpeciem exactionis, ſecunda verò habet ſpeciem gratuitę recompenſationis. Melius uide
2 tur declarare Summa ſylueſtrina eo. verſ. quãtum, ubi dicit, ſi ſtatuatur, ut fiat proceſſio pro pecunia, ſi quidem ſtatutum fit per verba affirmatiua, puta, quicunque reliquerit collegio decem, habeat in ſuo funere proceſſionem, & aliàs ad eã non teneatur, non eſt ſimonia. Si verò fit p uerba negatiua, ut nulli fiat proceſſio, niſi reliquerit tantum, ſimonia eſt, quia tollitur officium pietatis, ſcilicet quòd proceſſio gratis, uel minori prętio non fiat, de iureiur. ſicut, el 1. & 2. & ratio diuerſitatis eſt, quia in primo caſu non eſt exactio, quia non negatur quin fiat pro non legantibus. In ſecundo eſt ſpecies exactionis, quia præſupponitur quòd pro minori non fiat, quantum ad Deum tamen poteſt eſſe ſimonia, in primo caſu, quo ad ſtatuentes, non in ſecundo: & in ſecundo non, in primo ſecundum intentionem. Et ſi ſtatuat capitulum eccleſiæ matricis, ꝙ nullus de ſua parochia uocet ad funus aliquos religioſos, niſi vocet totum capitulum habiturum aliquid temporale, quod tamen uocare non tenetur, conſtitutio eſt ſimoniaca.

Sequitur Ray. & Angel. in ſumma in ver. ſimonia. 3. verſic. quid de ſtatuentibus, & ſi clericus pro prętio uigilet ad defunctum, & dicat pſalterium in vigilando, ſi fecit pactũ pro eo legere pſalterium, quod ſimonia eſt, ſi autem fecit pactum ꝙ uigilaret, ſimonia non eſt, licèt inſit tacitè ꝙ debeat legere pſalterium, arg. c. ſignificatum, de præben. & ſecundum eundem Hoſtien. ſi maior crux non portetur, niſi pro certo prętio in aſſociãdo defuncto, uel in proceſſione funerali faciẽda, quod eſt ſignum auaritiæ, & inducit uitium ſimoniæ, cap. audimus, eo. titu. ſimiliter dicit idem Hoſtien. in ſumma. §. 3. ꝙ eſt ſimonia, quando taxatur pro quanta pecunia quis ponatur
3 in tali ſepultura, & pro quanta ponatur in alia, cum ibi ſint plures. & ſecundum Hoſtien. pactum factum de redimendo lectum antequam corpus ad eccleſiam deferatur, quod lectũ
4 ſolet in aliquibus locis eſſe clericorum funerantium, nõ inducit ſimoniam, ex quo lectum, uel quid huiuſmodi eſt temporale, ſuper quo bene poteſt fieri pactum, & tenet ſine ſimoniæ uitio. Si tamen clerici nollent ſepelire niſi prius prętio impoſito de redimẽdo, ſic uidetur ſimonia, cum fiat pactum de temporali ad ſpirituale.

Secundum Hoſtien. ſimiliter committitur ſimonia, ſi cle-
5 rici nollent ſepelire niſi fieret eis cautio ab hæredibus defuncti de receptione eorum, quæ cum funere portantur, & ſimiliter quando nolunt ſepelire ſine pecunia. ca. quæſta. 13. quæſtio. ſecunda.

Viſa quoque ſacra, cruces, calices, candelabra, & huiuſmodi, ac veſtes & paramenta ſacerdotis, & altaris ſunt ſpiritualibus annexa eo reſpectu, quia ſunt conſecrata, uel benedicta,
6 unde ratione conſecrationis uel benedictionis de ſpiritualitate participant, quæ cum ſint dona Dei, & Deo ſemel dicata, non ſunt uendibilia: quia dona Dei ſunt res, quæ a Deo hominibus, & ab hominibus Deo ſunt data, donata, & dedicata, per text. cap. Saluator. 1. quæſtio. 3. & quæ ſemel ſunt Deo dicata ad humanos uſus non redeunt, ſeu conuerti poſſunt, per reg. uulgarem. ſemel de reg. iur.

Et ſi dona Dei prętio uenduntur, uel contractantur, ſimonia committitur. c. qui ſtudet, cum tota cauſa. 1. q. 1. & tam p iura ciuilia, quàm per canones fuit interdictum, & prohibitũ
8 ꝙ res eccleſię uendi, uel alienari non poſſint. l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ. in auth. de rebus eccleſ. alien. c. ſi quis preſbyterorum, & toto tit. de rebus eccleſ non alien. merito poteſt dici ꝙ non poſſint uendi uaſa, cãdelabra, veſtes, & huiuſmodi, quæ ſunt conſecrata, & ad uſum & miniſterium ſacrorũ deputata, quia ſi uendantur aut alienentur, erit contra interdictum, & prohibitionem, & formam iuris, quo caſu ſimonia committitur, ut per Archi. in c. Saluator. 1. q. verſi. in gl. ubi di
9 cit, Vrbanus tñ uidetur dicere ꝙ quicunque res eccleſię contra iuris auctoritatem alienat, ſimoniam committit, argu. 17. q. 4. ſi fortè, qui a nomen emptionis, & uenditionis in ſimonia
10 eſt generale nomen comprehendens cuiuſlibet generis contractum. idem Archi. in c. qui ſtudet. 1. q. 1.

In contrarium tamen ſe habere uidetur, quia in multis caſibus res eccleſiæ mobiles, & immobiles alienantur, numerat
11 glo. in c. 1. 12. q. 2. puta cauſa neceſſitatis, pietatis, utilitatis, & incommoditatis, & ibi dicit, ꝙ etiam aliæ cauſę alienationũ poſſunt aſſignari, ſed ad iſtas omnes canones poſſunt reduci:
12 res tamen eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt citra aliquam ſolennitatem alienantur, ubi etiam dat formam, quomodo rerum eccleſiaſticarũ debeat, & poſſit fieri alienatio. id quod etiam patet totis titulis extra, & in authen. in corpore ciuilis, & canonici iuris. Quod ſi contractus alienationis in huiuſmodi cadere poteſt, qui ex ſui natura importat uendi-
13 tionem, permutationem, donationẽ, & in emphyteoſim perpetuam locationem, c. nulli liceat, & ibi glo. extra de reb. eccleſ. non alie. per quod cum appareat ꝙ huiuſmodi ſunt quouis modo contractabilia, non uidetur poſſe circa ea commiti ſimonia aliqua, quæ regulariter committitur circa illa, quę de ſui natura ſunt incontractabilia, immo contractari prohibita, & quæ ſunt inæſtimabilia, & nullo prętio cõpenſari poſ
14 ſunt, & dicit S. Thom. q. c. verſ. ad quartum. in princ. ꝙ ſecundum Ambro. calicem, & uaſa conſecrata eſt licitum vendere pro redemptione captiuorum. verum id intelligendum eſt, prout dicit idem S. Thom. d. loco verſic. ad ſecundum, ꝙ pro neceſſitate eccleſię & pauperum materia uaſorum ſacrorũ poteſt uendi, dummodo præmiſſa oratione ad Dominũ prius confringantur, quia niſi ſint confracta, & conflata vendi non
15 poſſunt, quia poſt confractionem non ſunt amplius, nec intelliguntur eſſe vaſa ſacra, ſed purum metallum, vnde ſi ex eadẽ materia ſimilia vaſa iterum integrarentur, indigerent iterum conſecrari. & ꝙ confracta, & conflata vendantur, & uendi habeant, intellige, ſi fiat uenditio pſonæ ſæculari, quia ſi fiat uenditio alteri eccleſiæ in eadem met forma, figura, & conſecratione, abſque eo ꝙ confringantur, uel conflentur, uendi poſſunt: dicit Angel. in ſumma in ver. ſimonia. 2. verſi. Decimus caſus, ꝙ uendere vaſa ſacra eſt unus de caſibus enumeratis, in quibus non committitur ſimonia ex uenditione ſpiritualium, ſeu ſacrorum, uel ſpiritualibus, uel ſacris annexorũ, ubi dicit. decimus caſus eſt, quando uaſa ſacra venduntur, quæ licèt ſint annexa ſpirituali, tamen uendi poſſunt ſine ſimonia, non habito reſpectu ad formam conſecrationis, ſecundum Ricar. in quolibet. 2. qõ. 21. ita tamen ꝙ alteri eccleſiæ in eadẽ

forma

Source : BIU Cujas

forma vendantur,ſed perſonæ ſæculari non licet uẽdere, niſi redacta in maſſam,ideſt conflata,& confracta.idem dico inquit Angel.de veſtibus ſacris, ꝙ alteri eccleſiæ uendi poſſint ſine commiſſa ſimonia,& dicit Io.de Syl.in trac.de beneficio quæſt.7.uer.item uaſa,ubi ait,Item uaſa ſacra,vt puta calices, veſtes ſacræ,paramenta, & huiuſmodi ante conſecrationem non ſunt ſpiritualia,ita ꝙ uendi poſſunt: tamẽ poſt conſecrationem ſunt annexa ſpiritualibus,& ratione conſecrationis vendi non poſſunt. & hoc referendo ad conſecrationem:ſed referendo intentionem ad temporale,non eſt quid ſpirituale & vendi poſſunt eccleſijs in eadem forma, ſed laico non pñt uendi calices niſi fuerint conflati,aut confracti,ut 10.queſt.2. hoc ius porrectum,not.Pet.de Palude in 4. diſt.25. ubi dicit, ꝙ uaſa vti vendi non debent niſi conflata,quibuſdam tamen poſſunt obligari.& idem dicendum eſt de reliquijs, quæ gratia auri,& argenti uendi non poſſunt. not. in l.nemo. C.de ſacroſan.eccleſ.in ca.2.de reliqu.& vener.ſanct.Et ſi laici vellẽt illa non conflata,aut confracta,ſed integra & conſecrata,non debent modo aliquo dari,ut per Abb.in cap.aurum. præallegato,ꝙ ſi hoſtis uelit occidere captiuos niſi ſibi dentur uaſa ſacra in eademmet forma, ſecundum eum ibi dari non debent,quia nunquam ſunt facienda mala vt eueniant bona, & nulla compenſatione boni eſt peccandum.argum.14.diſtinc. ꝙ ait.22.qõ.1.primum.& alia quæ ibi adducit, quia debet ſeruari forma a iure tradita. & recipiens rem eccleſiæ ultra mo
16 dos a iure approbatos nullo modo ius in ea acquirit. l.iubemus.la prima.C.de ſacroſan.eccle.not.Abb. in ca.Epiſcopo, de rebus eccleſ.non alien.2.not.& res eccleſ. iſta ratione non poſſunt eſſe debitæ emptioni, & venditioni, quia prælatus in eis non eſt dominus,ſed diſpenſator. Secundo, quia uenditio repugnat origini rerum ſpiritualiũ,quæ ex gratia, uoluntate Dei proueniunt.Matthei 10. Gratis accepiſtis, gratis date.& ideo aliquis emẽdo,uel uendendo res ſpirituales,& ſpi-
17 ritualibus annexas irreuerentiam exhibet Deo,& rebus diuinis,propter quod peccat.S.Thom.ſecunda ſecundę. q.c.verſ. ad primum,& ſacræ res,& ſpirituales,quę æſtimationem non recipiunt,non uenduntur,c.de iure.extra de iure patro. gl.in cap.2.de reliq. & vener.ſanctorum:nec ſpiritualibus annexæ, cap.quęrelam.de ſimonia,cap.Saluator. 1.qõ.3. ubi quiſquis igitur res eccleſiaſticas,& dona Dei, quæ a Deo fidelibus, & fidelibus Deo donantur,quæq; ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis & ſine prętio dari debẽt,propter ſua lucra uendit,aut emit,cum eodem Simone dona Dei pecunia ſe poſſidere exiſtimet;ideo qui eas non ad hoc ad quod ſunt inſtitutę,ſed ad propria lucra largitur, aut adipiſcitur, ſimoniacus eſt.Ricar.de med.uil.diſtin.25.art.3.§.3.quæritur utrum, per totum.uide tex.in cap.præterea,de tranſact. Abb. in cap.ueniens,de ſimonia, ſecundo not. ubi uide pro materia de annexis,& an in eis ſimonia committatur.& ꝙ dicitur, ꝙ uaſa ſacra non poſſunt vendi perſonæ ſæculari, niſi confracta, & conaſtra,intellige, dummodo non ad uſum profanum uenduntur,vt per Summam ſylueſtrinam,quæ dicit. ꝙ ſi uenduntur,non eccleſiæ,ſed alijs,non ad vſum eccleſię,ꝙ debent cõ-
18 fringi oratione præmiſſa, ne ſancta ab aliis perſonis tribuantur,quàm a miniſtris eccleſiæ, ſi tamen aliquis laicus emeret calicem,non ad vſum profanum, ſed vt interdum faceret in eo confici ſacramentum reuerenter,non videtur ꝙ ſit neceſſe eum confringi,aut conflari: poſſunt tamen vaſa ſacra laicis obligari ſecundum Pet.de Palud.ut ibi per eum.

Sed nunquid ſit ſimonia ex pacto dare aliquid pro calicibus conſecrandis,ueſtibus,linteaminibus, & paramentis benedicendis? Ray.tenet quòd non inuenitur niſi in chriſmate, baptiſmo,communione,euchariſtia, balſamo, ſepultura, & baſilica dedicanda cap.placuit.el ſecondo.1.q.1.cap.cum in
19 eccleſiæ.extra eo.Sed dic uerius cum Goffr. & Hoſtiẽ. quòd eſt ſimonia aliquid dare pro tali benedictione & conſecratione,ca.ad noſtram,eo.tit.ubi Card. Zab. idem dicit pro benedictione Abbatum,Abbatiſſarum,uelatione virginum, aqua benedicta,ſecundum Pet.de Palud.ſecundum Angel.in ſumma in ver.ſimonia.3.uerſi.utrum ſit ſimonia,& dicit Summa ſylueſtrina, ꝙ idem eſt de ueſtibus ſacris, cùm eadem ſit ratio,ſicut de uaſibus,ergo idem ius.

SVMMARIVM.

1 *Alia annexa ſpiritualibus.*
2 *Nemo tenetur ſuis ſumptibus officiare.*
3 *Clerici non ſtipendiati non coguntur ſeruire.*
4 *Clerici aliunde diuites,ſi ſeruiunt,ab eccleſia ſtipendia accipiunt.*
5 *Clerici corporaliter non ſeruientes,non accipiunt partem.*
6 *Auctoritate canonum ſacerdos locat operas ſuas pro prętio.*
7 *Eſt licitum dare pro miſſæ celebratione in ſuſtentationem.*
8 *Fit compulſio ad aliquid dandum pro mortuarijs exhibitis.*
9 *Exercitia licita clericis pro victu quærendo.*
10 *Sacerdos poteſt ſubtrahere populo ſacramenta, niſi oblationem faciat.*
11 *Clericus poteſt accipere,ſi ei ſumptus deficiunt.*
12 *Quomodo & quando ſaccrdos poſsit accipere pro miſſa.*
13 *Pro ieiunio poteſt dari denarium.*
14 *Pro eleemoſyna licitè datur pauperibus ad excitandum adorationem.*
15 *Oratio eſt ſpiritualis.*
16 *Oratio non debet ſub prętio poni.*
17 *Simonia eſt dare pecuniam ex pacto pro pſalterio dicendo.*
18 *Prædicantibus debetur ſuſtentatio.*
19 *Neceſsitatis eſt accipere, charitatis præbere.*
20 *Eſt ſimonia mentalis prædicare cum intentione pecunia, laudis, vel fauoris.*
21 *Labor itineris ad locum prædicationis poni poteſt ſub prętio.*
22 *Labor verò prædicationis non poteſt.*
23 *Prædicator eſt inſtrumentum ſancti Spiritus.*
24 *Non poteſt prædicator paciſci de opera ſua in prædicando.*
25 *Non eſt ſimonia, ſi prædicator affectet locum maioris taxæ.*
26 *Non deſunt hodie prædicatores,qui paciſcunt quantum ſibi ſit ſoluendum pro ſuſtentatione.*
27 *Vxor Hieroboam attulit munera pro prophetia.*
28 *Prophetæ etiam ſponte oblata reſpuebant.*
29 *Tria concurrere debent,vt ſacerdos licitè accipiat.*
30 *Quis debeat prouidere pauperi ſacerdoti.*
31 *Sacerdos licitè poteſt ſuas operas ſpirituales locare.*
32 *Vide de prętio operarum & ſuſtentationis.*
33 *Sicut ſacerdos poteſt conuenire, ut ſibi prouideatur de calice & veſtibus, ita de ſui ſuſtentatione.*
34 *Quid veniat appellatione ſuſtentationis.*
35 *Epiſcopo ditiſſimo uiſitanti debetur procuratio.*
36 *Sacerdos habens unde uiuat, paciſcendo de ſuſtentatione conuincitur ut mendax.*
37 *Merè ſpiritualia ſunt inuendibilia.*
38 *In illis mixtis in quibus principale quæſitum eſt temporale, licite fit operarum locatio.*
39 *Secus in illis in quibus principale quæſitum eſt ſpirituale.*
40 *Licèt ſacerdos non poſsit locare actionem ſuam in actibus ſpiritualibus, tamen poteſt locare obligationem ſuam ad ſuam perſonam ibi continendam.*

De reali Simonia in diuinis officijs. Cap. 18.

ALia ſunt annexa ſpiritualibus,quæ & depẽdentia dicuntur à ſpiritualibus, quale eſt habere Eccleſiã,
1 & quicquid competit clerico ratione ſui clericatus,pulſare campanas,claudere oſtia eccleſiæ,facere aquam benedictam, quia hæc omnia ordini clericali ſunt annexa: & iſtud annexum, vel dependens non poteſt uendi, & ſi uenderetur, committitur ſimonia, ca. ad aures, cap. ad noſtram,de ſimonia.quale eſt etiam celebrare diuina officia, ueluti etiã prædicare, prophetare, & alia huiuſmodi facere, quale eſt interdicere,excommunicare,abſoluere, & ſuſpendere,& alia huiuſmodi officia eccleſiaſtica exercere,quæ clericali, ſacerdotali, uel prælati officio ſunt annexa, quæ non competunt, nec competere poſſunt alicui non habenti uel ordinem clericatus,ſacerdotij dignitatem, uel poteſtatem eccleſiaſticam, ideo à ſpiritualibus iſto modo dependere dicuntur.

Circa quæ pro declaratione materiæ de duobus quæremus, an uidelicet pro ſubminiſtratione huiuſmodi dependentium,& actibus ſpiritualibus aliquid poſsit accipi,uel exigi ſine ſimoniæ uitio. Deinde an huiuſmodi offiica poſſint alicui pretio, uel pecunia, aut pro re temporali cedi, uendi, uel transferri ſine ſimoniæ uitio,quæ erit quæſtio immediatè poſt ſequentem. unde erit quęrendum, an pro officijs diuinis,& actibus ſpiritualibus poſſit pecunia, uel quid temporale accipi,uel exigi ſine ſimoniæ uitio,quale eſt pro miſſa,ſeu Euchariſtia,orationibus,prędicationibus,prophetia,proceſſionibus, & alijs officijs diuinis, ſiue pro uiuis ſiue pro mortuis,pro abſolutione excommunicationis,interdicti ſuſpenſione,& huiuſmodi,pro quo uidetur dicendum,quòd licitè poſſit pecunia,uel aliud temporale exigi ſine ſimonia, per illud ad Corint. Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? quis pascit gregẽ,& de lacte gregis non manducat? & per illud euangelij: Dignus eſt operarius mercede ſua.12.q.1. charitatem, nec tenetur ſuis ſumptibus quis officiare.ca. cum ex officijs.
2 de præſcrip.Innocen.in c.2.ne pręla.uices ſuas.& clerici non
3 ſtipendiati non coguntur ſeruire, Abb.in c.4.de inſtit.& etiã clerici aliunde diuites,ſi eccleſię ſeruiunt, ſtipendia ab eccle
4 ſia licitè accipiunt.Archid.in c.clerici.1.q.2.Idem in c.ſicut, eadem cauſ.& q.ubi habetur,quòd diuites clerici non debẽt ſumere partes de bonis eccleſię, intelligendo de illis qui cor
5 poraliter & pręſentialiter non ſeruiunt eccleſię,quia labor,& ſeruitus non ſtant ſine pręmio,recompenſatione, & recognitione condigna,quia ad quem ſpectat onus,ad illum emolumentum quoque ſpectare & peruenire debet.d.c. charitatẽ. c.quicunque.cum alijs aductis per gloſ.in c. cum ſecundum

de

Source : BIU Cujas

de præben. in glo. in ver. repelli, quia bene cõſtitutione canonum permittente clericus & ſacerdos operas ſuas locare poteſt prætio vel præmio, glo. eſt in c. præcipimus. 21. q. 2. Abb. in c. ad noſtram. de ſimonia, & in c. quoniam, ne prelat. vic. ſuas. glo. in c. ſuam, in fi. de ſimonia, quæ hoc extendit ẽt ad ſacerdotem non extraneum, etiam ad non pauperem, & ad abundantem. Facit tex, in c. fi. ne prælat. vic. ſuas. & bene
7 licitè poteſt dari pro miſſæ, & diuini officij celebratione ratione ſuæ ſuſtentationis ſacerdoti vel clerico, per illud Auguſtini. Accipiant ſuſtentationem ſuæ neceſſitatis à populo, mercedem ſuæ miniſtrationis à Deo. per glo. in cap. ſignificatum, de præben. glo. in c. ſuam. de ſimonia. glo. & Abb. in c. abolendæ, de ſepult. immo pro mortuarijs ad aliquod dandum ſacerdoti, qui illa fecerit, vel exhibuerit, poteſt fieri cõ-
8 pulſio, c. ad apoſtolicam, de ſimonia, concordat. l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. per Hoſtien. Goffr. & Innocen. in c. quoniam, ne prælati uic. ſuas. & ſi ſacerdos parochialis non habet ſumptus neceſſarios, & non poteſt aliunde ſibi uictum & ne-
9 ceſſaria parare, puta ſcribendo, pueros docendo, canendo, vel artificia licita clericis faciendo, quibus eſt licitum cleri cis victum ſibi & uictus neceſſaria quærere, ut per Specu. in tit. de cler. coniuga. verſi. ſed quam dicas. Abb. in c. 1. ne cler. vel monac. Ang. in auth. de ſanctis. epiſcopis. §. aliud. Spec. in tit. de aduoca. §. 1. docto. in c. 2. de iudi. Spec. de inſtrum. edi. §. nunc verò, populus eius parochiæ, quia ab eo ſacramenta & diuina accipit, tenetur ei prouidere; & poteſt compelli ad dandum ſibi neceſſaria. glo. eſt in cap. omnis Chriſtianus, de conſec. diſt. 1. quæ dicit, quòd ſubtrahere põt populo ſacerdos ſacramenta, & ſpiritualia, niſi oblationes faciat, & ſecun dum hanc diſtinctionem intelligere debemus glo. & tex. in
10 cap præcipimus. 21. q. 2. ſecundum Ang. in ſumma in ver. ſimonia ſecundo, uerſi. ſed ſi ſacerdos. Et dicit Summa ſilueſtrina verſi. ad tertium, quòd pro celebratione miſſæ vel alijs diuinis officijs, proceſſionibus, & huiuſmodi nunquã licitũ eſt aliquid accipere, uel dare tanquam in prætium. ſi autem ſacerdos tenetur celebrare exequias, aut alia officia facere ſecundum Ray. aliquid exigere ſimonia eſt, cap. vendentes. 1. q. 1. ſi non tenetur, & deficiunt ei ſumptus, poteſt accipere. c.
11 iudices. 1. q. 1. nã & operas ſuas locare põt ſiue ad diem, ſiue ad ann, ũ c. fi extra, ne plativi ſua, ꝙ ſi ſumptus habet, & ad hæc non tenet, aut dẽt facere gratis, autceſſare, aliàs vꝛetur facere ex auaritia, licèt qñ ab hęc non tenetur, fortè non ſit ſimonia, cũ ſit tñ turpe lucrũ cũ fit ex auaritia. uel ſi non ſumptus recipiat ẽt ſi ſit, & nõ fit ex auaritia, ſaltꝫ hẽt ſpeciẽ mali: ſed tñ nota, ꝙ nullus in huiuſmodi põt licitè locare operas ſuas propriè, ſecundum. S. Thom. & gloſſ. in d. c. ult. quia in ſpiritualibus in quibus habet ceſſare omnis pactio, omnis conuẽ tio, c. fi. de pact. locum habere non debet locatio, vel condu ctio. vnde ſecundum glo. eius, ſicut nec officium ſpirituale, ita nec labor in officio vendi debet, aut locari propriè. nec iura allegata hoc probant, nec ipſe Ray. hoc intendit, ſed ſolùm, quod talibus oblatis pro ſpiritualibus poteſt acceptare etiam cum intentione non proſequendi: niſi talia ſibi darẽ tur quibus ſuſtentatur, dũmodo non deueniatur ad pactionem, & non exigat ante ſpiritualium exhibitionem, quòd
12 autem dicit S. Thom. in 4. ꝙ ſi ſacerdos non habet alios ſumptus, & non tenetur ex officio miſſam cantare, poteſt accipere denarios ſicut conductitij ſacerdotes faciunt, non quaſi prætium miſſæ, ſed quaſi ſuſtentamentum vitæ: non eſt ſic intelligendum, quaſi illa conductio ſit emendo, vendẽdo, aut paciſcendo; ſed eſt per modum eleemoſynę, dum aliquis tantum offert, ſi vult in tali loco celebrare, & ille acceptat, etiã aliàs non celebraturus ibi, niſi ſub tali ſpe; quam tamen ſpẽ ſi deduceret in pactum expreſſum, vel tacitum, eſſet ſimonia cus preſumptus quò ad eccleſiam, & dicit Ang. in ſumma ſecundum Archid. ꝙ non eſt ſimonia ſi loco tibi ſacerdoti ec cleſiam meam, & tu operas tuas mihi, ut ibi officias, non haburus ibi aliquam iuriſdictionem. arg. c. charitatem. 12. q. 2. ſed tñ ſecundum Veruec. non eſt ibi propriè locatio, ſed præ sbyter dꝛ gratis officiare, & ille gratis facere expẽſas. uel dic, ꝙ eſt ibi potius inſtitutio annui reditus cum onere officiãdi.

Et pro ieiunio licitè & ſine ſimonia poteſt dari pecunia, uel quid aliud, per gl. in c. præsbytær. 80. diſt. in ver. denarium, quæ dicit, ꝙ pro ieiunio poteſt dari denarius, nec committi-
13 tur ſimonia, quia dans uidetur cum Deo contrahere, ſicut & exemplo legis Iuliæ, quæ non habet locum in Romana curia, refert Io. de Syl. in tract. de beneficio. q. 7. parte 1. col. 8.

Et eſt etiam licitum dare pecuniam, uel aliud temporale ꝓ eleemoſyna pauperibus ad alliciendum, inducendum, & excitandum eos ad orandum pro benefactoribus ſuis: & ex ipſis elemoſynis ad emendum orationes, pſalteria, & huiuſ-
14 modi. unde ſapiens. Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſe orabit pro te. S. Thom. q. c. de ſimonia, uerſi ad tertium, & dicit Summa Silueſtrina in uer. ſimonia, quòd ora-
15 tio eſt ſpiritualis ex parte principij, & ex parte finis, quia ex ſpirituali deuotione efficaciam habet, & aliquid ſpirituale debet in ea peti. unde nullo modo debet ſub prætio poni, nec
16 qui ob hoc dant pecuniam pauperibus orationem emunt, ſed animos pauperum alliciunt ad gratis orandum pro ſe, & eos faciunt ſibi debitores. unde ſecundum Petr. de pal. ſimo
17 nia eſt dare ex pacto pecuniam pro pſalterio dicendo, non autem ſi daretur pro vigilando ſupra defunctum, ſcilicet ratione laboris, eſto quòd ad vigilias ſequatur dicere pſalteriũ & orationes, ſecundum Hoſtien. & pauperibus non eſt danda eleemoſyna pro oratione ab eis fienda, tanquam ex eleemoſyna quis intendat emere orationem eorum, ſed per gratuitum beneficium debet intendere, & animos promouere pauperum ad hoc ꝙ gratia, & ex charitate ad orandum procedant, per. S. Thom. d. loco. Ricar. diſt. 25. art. 3.

Et pro prædicatione, ac actu prædicandi videtur ꝙ poſſint accipi ſtipendia temporalia ſine ſimoniæ uitio, ut per Apo. prima ad Corint. 9. Si nos uobis ſpiritualia ſeminamus, non magnum eſt ſi à uobis carnalia metamus. Et prædicantibus etiam temporalia debentur ad eorum ſuſtentationem, non autem ad emendũ prædicationis uerbum. ad Thim. 5. Qui bene preſunt præsbyteri &c. & dicit gl. neceſſitatis eſt accipere unde uiuitur, charitatis eſt præbere: non tamen uenale eſt Euangelium, ut pro his prędicetur: ſi enim ſic uendũt
29 magnam rem uili uendunt prętio. S. Thom. q. c. §. ad tertiũ, uerſi. ad ſecundum. Et illi qui prædicant tali intentione, ut recipiant pecuniam, laudem, ſeu fauorem popularem ſimo-
20 niam committunt mentalem. 1. q. 3. non ſolùm, & ſi ſup hoc paciſcantur, ſimonia eſt commiſſa, quę etiam per eccleſiam punitur, ut per Ioan. de Syl. in tract. de beneficio prima. parte q. 7. col. 10 Ang. in ſumma in uer. ſimonia tertio, uerſi. utrum liceat, & dicit Cardi. Gaietanus in ſuis commentarijs ad S. Thom. §. ad tertium, uerſi. ad quartum, ꝙ labor, quem quis ſuſtinet ad itinerandum ad locum prædicationis, uel celebrationis, quia eſt de illis, quę ſunt per accidens, poteſt ſub prætio, pacto, & conuentione poni, ſicut & expenſę, quę in iti
11 nere fiunt: meritò non eſt ad propoſitum quærere, an in tali committatur ſimonia. Labor autem, qui in ipſa prædica-
22 tione & celebratione pars eſt celebrationis & prędicationis per ſe non poteſt, quoniam ſpiritualia per tales actus humanos diſpenſat Deus. Doctor quoq; Theologiæ in hoc differt à prædicatore, quòd doctor quærit propter temporale auxilium in theologia, ſicut in cæteris ſcientijs. Prædicator autẽ ſolùm propter ſpiritualem opem, quaſi prædicator ſit inſtrumentum Spiritus ſancti ad purgandum, illuminandum, perfi
23 ciendumq; hominem ſecundum adoptionis gratiam. unde nullus poteſt põdicare niſi miſſus; iuxta illud ad Ro. 10. Quõ põdicabũt niſi mittant. & iõ nõ põt põdicator paciſci de opa, &
25 labore ſuo in põdicando, quis ẽt ad hoc ſit alia ratio ex eadẽ auctoritate, qa. ſ. qlibet põdicãs põdicat ex officio delegationis, & ꝓpterea dẽt eſſe cõtentus ſtipẽdijs taxatis à delegante. ſ. ſtipendio ſuſtẽtationis: & non põt iterũ locare ſe populo, q ſemel ſe locauit deleganti. non ſpectat tñ ad ſimoniæ uitiũ ꝙ põdicator aliquis libẽtius in loco vbi maiorẽ ſcit taxatam elemoſynam, q̃ alibi põdicet: ſed ſpectat ad charitatis defectum quo quis magis tẽporaliũ, q̃ ſpiritualiũ profectus intendit, vt ibi per eum. quia dicit idẽ Gaietanus ibidẽ uerſi. ad primũ, ꝙ nõ deſunt hodie põdicatores. q quãtũ eis ꝓ quadrageſima ſol uendum ſit, intelligere cum pacto uolunt ꝓ ſuſtẽtatione ſua
26 & de actu põdicationis, idem eſt iudicium, ſicuti de actu celebrãdi diuina officia, cũ ſint actus ſpirituales ex parte prĩcipij.

Et ꝓ ꝓphetica & actu ꝓphetandi offerebant ẽt de iure uetꝛis teſtamẽti, & accipiebant dona, nec ꝓpterea uitiũ ſimonię incurrebat ut de vxore Hieroboã legit 3. Reg. c. 14. q̃ attulit ad Heliã ꝓphetã decẽ panes, cruſtulã, & uas mellis, qñ uenit
27 q̃rere ab eo ꝓpheticũ rñſum dñi. & Saul ad Samuelẽ ꝓphetã non niſi cũ munere acceſſit, c. placuit. 1. q. 1. ſed eſt intelligendũ ꝙ nõ eſt licitũ dare, uel accipere pecuniã ꝓ actu prophetandi, uel accipe quaſi in põtiũ, uel põmiũ prophetiæ, qa exiſtẽte ꝓpherica re ſpirituali, ut ꝓ S. Thomã. d. uerſi. ad tertium eſſet cõmiſſa ſimonia, vulgaris iurib. uñ ꝓphetę ueteris teſta
28 mẽti ẽt ſpõte oblata reſpuebãt, ne uẽdere uiderent ꝓpheticã & ſi accipiebant aliqñ, ad ſuſtentationẽ accipiebant, c. iudices. 1. q. 1. Archie. Flo. 2. parte ſuæ ſummę tit. 1. c. 5. §. 17. refert Io. de Syl. in trac. de benefi. q. 7. prima parte. uerſi. & primo.

Item celebrantis diuinas laudes in eccleſiabus, & ꝓceſſiones facientib. aliquid licitè datur, ẽt ſine ſimonia, & quãdo que annui reditus aſſignantur. S. Thom. q. c. §. ad tertium.

Et in iſtis officijs diuinis, miniſterijs eccleſiaſticis, & actib. ſpiritualib. ut liceat ſine ſimoniæ uitio aliqd accipere, dic ꝙ tria cõcurrere dẽnt, v3. Primũ ut non capiat ſacerdos niſi ꝓ ex officio obligatus ſumpta. Secundũ. ꝙ nõ ſit ad huinſmodi miniſtrãda & exibẽdaputa, ꝙ nõ ſit ꝑſbyter parochialis & ſuus, ſed alienus & extraneus. Tertiũ ꝙ ſacerdos talis nõ hẽat ſũptus neceſſarios aliũde qb. caſib. vꝛ licitũ accipe, & nõ cõ mittit ſimonia, ꝓ Ang. in ſumma in uer. ſimonia 2. uer. 2. eſt.

Et

Source : BIU Cujas

Et intellige materiam iuxta magistralem doctrinam & distinctionem ordinariam in huiusmodi traditā per Abb. Ana. & alios.in d.c.suam.q̄ si sacerdos sit,parochialis suus, non extraneus,vel alienus,habet sumptus necessarios, & tunc pro exhibitione istorū diuinorū nil accipere pōt,& si accipit,cōmittit simoniam.si non habet sumptui necessaria, & pōt aliunde sibi victum parare,puta legendo,cantando,docendo, scribendo,& alia artificialia clericis & sacerdotibus licita faciendo,nō pōt pro spiritualibus aliquid accipere, sed debet in huiusmodi exercitijs & artificialibus licitis se exercere,& laborare.91. dist.c.clericus.si non pōt huiusmodi exercitijs & artificialibus sibi victui necessaria parare,debet tunc Episcopus,qui illū pro
30 mouit prouidere,vel populus,qui ab eo spiritualia recipit,cui pōt sacramenta & spiritualia subtrahere,potest cōpelli ad supplendum victui.Sed si sit sacerdos nō parochialis,sed alienus, & extraneus,qui fortè sit inuitatus ad exequias,aut ad alia spiritualia impendenda,pōt accipere p̄ sua opera & labore, quē impendit licitè, quia suas operas etiam spirituales locare pōt,
31 non vt directe recipiat temporale pro spirituali, sed in recompensam damnorum,quæ sustinet, secundum Abb. & Anan.d. c.suam,de simonia.

Pro quo vide quæ dicit Cardinalis Gaietan.in suis commētarijs ad Sanctum Thom.§ ad tertium.versi.ad tertium, quòd quæ dantur sacerdoti diuina ministranti in stipendium sustentationis,non habent rationem mercedis,sed subuentionis necessariæ, & ex hoc sequitur, quòd qui dat aliquid temporale, puta pecuniam ministris ecclesiæ pro sustentatione eorum, non dat pecuniam pro prætio operarum aut laboris eorum, sed solum dat,vt & se sustentet in uictu,& uestitu, vt sic haben
32 tes alimenta, & quibus tegantur,vacent officijs ecclesiasticis gratis. Qui verò dat aliquid temporale eisdem pro locatis operibus,mercedem debitam reddit quasi pretium laboris & operarum eorundem,vt ipsum locationis nomen ostendit.

Ex hoc autē quòd stipendium sustentationis concurrit vti necessarium, sine quo non potest minister salua sui status honestate diuina exercere officia,sequitur,q̄ potest sub pacto poni stipendium sustentationis, non minus quàm reliquorum oportunorum ad diuina seruitia prouisio, scilicet puta calicis, sacrarum uestium,& huiusmodi,ita quòd sicut sacerdos celebraturus ad istantiam alicuius potest sub pacto ponere, quòd uocans eum prouideat de calice, altari, vestibus sacris,& huiusmodi, sine quibus non potest celebrare, ita potest sub pa-
33 cto ponere sustentationem suam, sine qua non potest in sacerdotij ministerio deseruire; & in hoc nulla simonia interuenit.

Et est aduertendum, quòd sustentationis nomine non tantùm venit cibus, & potus, sed quicquid est necessarium ad uictum,& uestitum sui & eorum, quorum sibi cura incumbit.
34 non enim debet mendicare sacerdos pro sustentatione suorū, aut parentum antiquorum,aut paruulorum nepotum suæ curæ secundum naturæ iura relictorum, & huiusmodi.

Item est aduertendum,quòd sustentationis stipendium dupliciter potest obuenire,primo gratuitè,vel ex auctoritate superioris,& sic non exigit necessitatem in eo in cuius sustenta-
35 tionem datur,vt patet ex eo quòd Episcopo ditissimo uisitanti debetur secundum iura procuratio. Alio modo ex pacto,& sic non nisi pauperi indigenti sustentatione stipendium licitè prouenire potest, quoniam sacerdos habens vnde secundum
36 suum statum honestè viuat,si ex pacto vult sustentationis stipendium,conuincitur quòd mendax est,conueniendo de stipendio vti necessario,sine quo non potest commode in sacerdotio seruire,quoniam sine illo stipendio potest hoc commodè facere.vnde conuincitur, quòd conuenit non de stipendio sustentationis,sed de stipendio operarum suarum.

Et paulò post idem Gaietan. quærendo, an possit in ecclesiasticis ministerijs, & sit licitum locare pacto operas suas,
37 disputando hæc ita distinguit, quòd quædam sunt spiritualia merè, & illa sunt omnino inuendibibilia.alia sunt mixta, & illorum quædam sunt mixta ex spirituali, & temporali, in quibus principale quæsitum est id quod est temporale, veluti sunt officia Cantorum, Organistarum, in quibus principale quæsitum est opera humana: quæritur enim in eis vox, artis opus, & huiusmodi, quæ sensibilia sunt ac temporalia, & licite in eis ex pacto locant operas suas, quoniam principale quæsitum est in eis opera humana,non spiritualis.Quędā
38 verò mixta sunt in quibus principale quæsitum est spirituale, veluti sunt celebratio, oratio, prædicatio, sacramentorum administratio pro officio diuino,seu mortuorum, oleū sanctu,chrisma,benedictio nubentium,in quibus non est licitum paciscì,vel dare,quia principale quæsitum in istis est spirituale,
39 & quicquid temporale in istis interuenit non æstimatī nisi rōne spūalis,ubi subiūgit,q̄ aliud est loqui de celebratione missæ absolute,& aliud est loqui de obligatione ad celebrandum missam in tali loco toties in hebdomada tali hora,& huiusmodi,quia istę conditiones sunt temporales,& propterea possunt pacto poni: ita q̄ licet sacerdos non possit locare actionem suam,quam celebrando,prædicando,ministrando, & sacramēta exhibendo exercet,quoniam vt dictum est, principale quæ-
40 situm in eis est spirituale,potest tamen locare,seu vēdere obligationem suam ad personam continendam, vel præsentandā in tali loco toties in hebdomada tali tempore, quoniam hæc temporalia sunt, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia non potest dari pro excommunicatione & interdicto.*
2 *Cui committitur spiritualis potestas obligatur ad usum eius in spiritualium dispensatione.*
3 *Pro dispensatione non licet accipere.*
4 *Episcopus consecrabit ecclesiam suis sumptibus,quæ propter paupertatem procurationem soluere non potest.*
5 *Est simonia dare pro crimine celando,vel minus puniendo.*
6 *Simonia est dare iudici ecclesiastico, ut seruet iustitiam.*
7 *Iudici laico super re temporali dare non est simonia.*
8 *Sigillum iudicis est testimonium iudicij.*
9 *An procuratores & aduocati accipientes aliquid committant simoniam.*
10 *Celare peccatum propter consanguinitatem uel amicitiam est simonia.*
11 *Quilibet tenetur peccatum alterius indicare ad pœnitentiam.*
12 *Licet merces accipitur pro indicatione furis.*
13 *Est publicæ utilitatis malæficia punire.*
14 *Dare pecuniam pro habenda iurisdictione temporali non est simonia.*
15 *An sit simonia dare pecuniam pro promotione in regem, vel Imperatorem.*
16 *Non est simonia dare aliquid pro habendo officio temporali.*
17 *An pro tabellionatu sit licitum dare.*
18 *Quot concurrere debeant,vt magister Theologiæ accipiendo committat simoniam.*
19 *Iudex ad iudicium,testis ad testimonium reddendum tenetur.*
20 *Iudex si sit spiritualis vendendo iustitiam,simoniam committit.*
21 *Quando dare aliquid pro sententia sit simonia.*
22 *Potest redimi vexatio respectu iuris quæsiti sine simonia.*
23 *Quid possit dari iudici. & quare modicum ueluti exculentum possit dari.*
24 *Prælatis fortè possunt dari maiora dona exculentis.*
25 *Quomodo puniuntur iudices accipientes & extorquentes.*

De reali Simonia in spiritualibus prouenien.auctoritate Ecclesiastica,& vexatione. Cap. 19.

1 EXcommunicare quoque, suspendere,interdicere,absoluere, & alia huiusmodi facere,sunt annexa spiritualibus, pro quibus pecunia,vel aliud temporale dari, vel recipi non potest. & si detur,uel accipiatur,simonia est commissa, quia pro usu spiritualis potestatis,seu prælaturæ aliquid dare est simonia, secus pro temporali iurisdictione,per S.Thom.secunda secundæ, vbi dicit,cui committitur spiritualis potestas, ex officio obligatur
2 ad vsum eius in spiritualium dispensatione, & etiam pro sustentatione habet statuta stipendia ex reditibus ecclesiæ: & ideo si aliquid acciperet ex usu eius, non intelligeretur locare eius operas,quas ex debito suscepti officij debet impedire: sed intelligeretur vendere ipsum spiritualis gratiæ usum, & propter hoc non licet pro quacunque dispensatione aliquid acci-
3 pere,nec pro hoc q̄ uices suas committat, aut subditos corrigat,uel a corrigendo desistat.licet tamen accipere visitanti pro curationem quando visitat, non quasi pretium correctionis, sed quasi debitum stipendium. & idem quando consecrat, si tamen ecclesia propter paupertatem procurationem soluere
4 non potest, suis sumptibus episcopus consecrabit: nec ab ea procurationem exigat,cap.cauendum.10.quæst.3.secundum Bern.& Hostien.ut per d.Marian.Socinum in suo trac.de uisi. lib.11.uersic.& si ecclesia uisitata esset omnino pauper. Ioan. And.& doct in c.conquærente de offic ordin.docto.in c.cum Apostolus.de censi.Hostien.& Ioan. And. in c.cum instantia, & cap.cum venerabili.de censi.nec etiam licet accipere uel da-
5 re pecuniam similiter pro crimine minus puniendo, nec pro crimine celando,iudici ecclesiastico pro eo purgando, nec vt minus digne pœnitentem reconciliet, uel ut digne pœnitentem repellat.sed in omnibus his est simonia: not.in ca.nemo. extra de simonia,ubi Pet.de Palud.Abb.in c.cum ab omni,de vit.& honestate cler.glo.in c.uendentes,& c.seq.1.q.3.Ioan. de Sylu.in tract.de beneficio.quæst.7.prima parte. col. 10.in fin.
6 & similiter secundum Pet.de Pal.& Rayn.simonia est dare aliquid superiori,vt seruet iustitiā in causa spirituali, & iurisdictione ecclesiastica,quia sunt accessoria spiritualib.& idem si aga-

Source : BIU Cujas

tur ſuper temporalibus, & perſona iudicans ſit eccleſiaſtica, q̃ ratione eccleſiaſticæ iuriſdictionis teneatur ad tale ius reddendum, ſi autem iudex ſit laicus, & iudicet ſuper re temporali,
7 non eſt ſimonia licet ſit peccatum, dicut habetur in l. 1. & ibi doct. C. de pœna iudi. qui male iudi. & in auth. ſeq. & per Bart. in l. Barbarius. de off. præt. ff.

Et ſimiliter ſimonia eſt facere pro pecunia in cauſa ſpiritua li, ut eſt matrimonialis, de decimis, & huiuſmodi, in alijs uerò cauſis nõ eſt ſimonia, licet ſit iniuſtum, ex quo ſequitur, quòd
8 cum ſigillum iudicis non ſit niſi teſtimonium iudicij, non apparet quomodo pro eo iudex poſsit aliquid petere, niſi forte expenſas ceræ & ſigillatoris, & clericorum ad hoc deputatorum, de quo emolumento ſingulariter loquitur Card. in clem. ſtatutum de electio. in ſecunda oppoſit. immo in cauſa ſpũali ex iuriſdictione eccleſiaſtica eſt ſimoniacum. Præſtare autem conſilium, vt iuriſperitus, uel patrocinium, vt procurator &
aduocatus facit non ſolùm in cauſa temporali, ſed etiam in ſpi
9 rituali pro pecunia, non eſt ſimoniacum, nec peccatum, ſecũdum Petr. de Pal. & eſt ratio, quia cum non teneantur ex officio operas exhibere, non coguntur de ſuo facere beneficiũ.
10 q. 3. præcario, ſed pro relatione peccati eſt ſimonia, ſi relatio fiat propter pecuniam, uel ſecundum aliquos propter gra-
10 tiam, aut conſanguinitatem, d. c. nemo, & eſt ratio ſecundum Innocen. & gl. quia tenetur quilibet alterius pecatum indicare
11 ad pœnitentiam. 24. q. 3. tam ſacerdos, tamen quando facit ex gratia non dicit Innocen. quòd ſit proprie ſimoniacus, ſed q̃ debet puniri ſicut ſimoniacus. Adde etiam, q̃ pro indicatione
12 furis ſeu ſerui fugitiui licitè merces accipitur. l. ſolent. ff. de off. præfe. & ff. de cond. ob turpem cauſ. l. 4. §. vlt. q̃ limita ſecundũ gl. qñ quis reuelare non tenetur propter officium, vel actionẽ vel iudicem. limita etiam de reuelatione ordinata ad pœnam, ſecus de ordinata ad emendationem, quia tenetur indicare, & ſic nihil poteſt accipere. arg. ff. de cond. ob turpem cauſ. l. 1. in fin. & l. 2. primo reſponſo, q̃ autem accipit, vt non indicet, turpiter accipit, quia contra publicam utilitatem, quæ eſt malefi-
cia punire. l. ſi quis autem. §. pen. ff. de fideiuſſor. Dare verò pe-
13 cuniam pro temporali iuriſdictione habenda, nõ eſt ſimonia, ſecundum Abb. in c. 1. ne prælat. vic. ſuas, & glo. 1. in cap. quo-
14 niam, ne prælat. vic. ſuas, dicens q̃ eſt ſimonia, & intelligitur ſecundum Pan. quando temporalis iuriſdictio habet dependen tiam ab officio eccleſiaſtico, quia per talem connexionem ſimonia committitur, cap. conſulere, de ſimonia, qñ verò non habet illam dependentiam ſecundum aliquos eſt turpe lucrũ, & contra legem ſecundum Pan. in d. c. 1. vt in authen. vt iud. fine quoque ſuffragio & in authen. de mand. princip. §. illud, im mo ſecundum Hoſtien. eſt ſimonia dare pecuniam, vt promo ueatur in Imperatorem, Regem, poteſtatem, vel rectorem ali
15 cuius ciuitatis quia iuriſdictio eſt ſpũalis. 1. q. 3. ex multis, vnde vendere Caſtaldonatum, Oeconomatum, eſt ſimonia. 1. q. 1. ſi quis Epiſcopus, & 1. q. 3. Saluator, omnis enim poteſtas à Deo eſt. ſed verior eſt opinio Abb. q̃ non eſt ſimonia, ſed eſt turpe lucrum: nec q̃ adducuntur in contrarium aliquid probãt, niſi de eccleſiaſtica iuriſdictione, immo eſt verior opinio Gemin. q̃ etiam non ſit ſimonia, ſed liceat dare aliquid pro habendo
16 officio temporali, q̃ uerum eſt, ſi officium ſit temporale omnino. ideſt datum à domino temporali, & exercitium circa tẽporalia. vt tabellionatus dati ab Imperatore, & exercendo in palatio. ſi verò ſit eccleſiaſticum omnino, vt quia datur à prælato circa ſpiritualia conſcribenda, eſt ſimonia, quia iuriſdictio ex qua prælatus dat, eſt ſpũalis, niſi eſſet dominus temporalis
17 aliter quàm per eccleſiam. & idem eſt eadem ratione, ſi ſit eccleſiaſticum ex parte dantis, qui dat ſpiritualem iuriſdictionẽ: ſed licet detur ad temporalia. ſed ſi è conuerſo ſit temporale ex parte dantis, ſed ſpirituale ex parte finis, vt quia notarius Imperatoris aſſumitur ab Epiſcopo ad ſpiritualia conſcribenda, ſi detur aliquid vt ab Epiſcopo aſſumatur, vel vt ab Imperato re fiat aſſumendus ab Epiſcopo, puto q̃ non ſit ſimonia, ſicut nec aliqua iuriſdictio datur. & tali licet locare operas ſuas, & conſequenter emere locum ſiue gradum ubi locet.

Et pro doctrina Theologiæ aliquid accipere, vñ ſimonia, ẽt ſi non de alijs ſcientijs: q̃ verum puto cõcurrentibus duobus, Primò, q̃ legatur ex officio magiſterij, quo caſu actus eſt ſpũa
18 lis ex parte principij. Secundò, q̃ incidat pactũ, vel exactio, quibus concurrentibus intelligitur uendere ipſam ueritatẽ ſecundum præſumptionem eccleſiæ, licet fortè ita non intendat: ſicut & de ſpirituali iudice dicit S. Tho. in 4. ſi verò deficit primũ tñ, ut ſi laicus doctus legat, & ſi alias ſit illicitum, nõ tñ eſt ſimoniacum, niſi eo modo, quo in alijs ſcientijs. i. ſi intendat uende re ueritatẽ; & à fortiori ſi deficit vtrumque, quia actus non eſt ſpũalis ex parte principij, vnde quò ad eccleſiã non præſumitur vendere veritatẽ. ſi uerò deficit ſecundum tantùm, ſcilicet pactũ, uel exactio, dico idem quod dico de prædicatore. Et ſecundum S. Thom. in 4. iudex ex officio ſuo tenetur iudicium
19 reddere, & ſimiliter quilibet tenetur ex hoc quòd eſt iudicio ſubditus ad uerum teſtimonium reddendum. ſed aduocatus non tenetur patrocinium cauſæ præſtare nec iuris peritus dare conſilium, ideoque ſicut dicit Aug. ad Macedon. nõ debet iudex uẽdere uerum indicium, aut teſtis uerum teſtimonium, quia aduocatus uendit iuſtum patrocinium, & iuris peritus ve rum conſilium, quia aduocatus non uendit inſtitiam, quæ eſt ſpũalis, ſed actum ſuũ, & ſimiliter dicitur de conſilio iuris periti. ſed iudex uendendo iudicium, ſimoniam committit, cum ſit
20 ſpũalis iudex, alias non, ſed grauiter peccat. Idem de teſte, & intelligo de teſte, ſi tamen ipſa cã ſit ſpiritualis ſecundum Alexã. de Aleſ. qui ẽt dicit, q̃ patrocinium, & conſilium adminiculãtur cauſæ exterius, ſed teſtimonium eſt de eius ſubſtantia. unde teſtes coguntur, aduocati non. & ſic cum iudicare ſit in ſęculari iudice actus ſpũalis ex parte finis tantum ncut & docere artes liberales, videtur q̃ doctor artium obligatus docere non ſit ſimoniacus, ſi aliquid accipiat pro doctrina, quod uerũ eſt quantùm ad præſumptionem iudicialem, quantum verò ad Deum eſt ſimoniacus, ſi intendat vendere ipſam veritatem, vt ſi nolit communicare aliquod pulchrum & ſubtile, niſi data pecunia. Et dans pecuniam pro ſnĩa ſimoniam non cõmittit, per gl. 1. q. 3. vendentes, quia in profanis non committitur ſimonia, quod limita ſecundum mentem Abb. in cap. cum ab
21 omni, de vita & honeſt. cler. niſi velit per ſnĩam conſequi ſpũale, aut annexum. adde vel niſi ſnĩa ſit à perſona ſpũali. & eodẽ modo ſimonia eſt corrumpere iudicẽ, vel teſtẽ in cauſa ſpũali ſecundũ Abb. in c. tua nos, de ſimonia, poſt Hoſt. propter cõnexionẽ, quã habet cum ſpũalibus, ſecus in cã merè temporali. vnde ſm Ray. ſimonia eſt dare pecuniam ſuperiori, vt ſeruet iuſtitiã in cauſa ſpũali, & Bernar. dicit idem eſſe, ẽt ſi agatur in temporalibus, ex quo perſona eſt eccleſiaſtica, quæ rõne eccleſiaſticę iuriſdictionis tenetur ad tale ius reddẽdum. ſed ſi ſit iudex laicus & ſuper re temporali non erit ſimonia, ſed graue
22 peccatum, quod limita niſi iuſte redimatur uexatio reſpectu iuris iam in tali re quæſiti, quia nec ſimonia, nec peccatũ erit, vt quia aliter iudex iudicare nõ vult Io. de Sylu q. 7. prima parte, & refert Summa ſylueſtr. ad longum.

Et de iudice, an ei poſſit aliquid licite dari, uel ipſe poſſit recipere ſine ſimonia, recurre ad tex. in ca. ſtatutũ. §. inſuper. de reſcrip. in 6. vbi nullũ munus, aut quicquã aliud niſi forſan excu lentum, uel poculẽtum mera liberalitate oblatum, qđ paucis conſumi poſſit diebus, dari poteſt, uel expenſas moderatas re-
23 cipere, cũ eũ extra domiciliũ ſuũ proficiſci cõtingeret, talia. n. poſſunt ei dari, quia talia, cenia non ſunt lucra, & tolerãtur, q̃a non eſt ueriſimile q̃ moueatur animus iudicantis propter iſta cap. & ſi queſtiones, ad fin. extra de ſimonia. Sicut & pro re modica non datur actio de dolo, quia non eſt veriſimile &c. ff. de dolo. l. ideſt, & l. præceden. in fi. & de modico non eſt curandũ, de conſec. diſt 2. reuera, vt per gl. ibidem.

Et dicit Abb. in ca. & ſi queſtiones, de ſimonia, poſt Hoſtien. q̃ nihil debet capi ab adminiſtratore ſeu iudice, aut ſuperiore, quantumcunque ſit modicũ. l. 1. C. ad l. Iul. rep. & l. 3. C. de aſſeſſor. & in authen. vt iud. fine quoquo ſuffrag. §. ſi quis facit. c. exigit, de cenſi. lib. 6. immo debet reddi quadruplũ. 1. q. 1. iubemus, & c. conceſſionis, ſed iura p̃dicta (inquit) procedũt & intel ligũtur, qñ iudex exigit, & extorquet, uel qñ habet ſalarium de publico, decretalis verò, & ſi qõnes, & alia cõtraria procedũt qñ ſpõte aliquid donat, & in nõ habẽte ſalariũ. & ſecundũ Ho ſti. de iure canonico põt dici arbitrariũ, an & quantũ poſſit recipi, dũmodo non excedat illud, qđ habetur ſtatutũ. in c. ſtatutũ. de reſcrip. d. §. inſuper. & certe inquit Abb. illud capitulũ loquitur in iudice delegato, qui non poteſt recipere niſi exculen ta, & poculenta, quæ in paucis diebus poſſunt conſumi. & idẽ poteſt dici in ordinario. ſed in legato, & etiam in alijs prælatis
24 fortè licitè etiã poſſunt fieri alia dona, & omnino ceſſat fraus, ubi uide Anan. Zabarel. & Hoſt. ſed melius per Io. de Anan.
25 qui ponit ad lõgum quomodo puniantur iudices exigentes & extorquentes, & cui applicetur illud quadruplum, in qđ cõdẽnantur, & tenentur pro talibus extorſionibus & exactionib.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt ſimonia dare pro iniuſte denegata abſolutione, niſi ex parte recipientis.*
2 *Non licet dari pro redimenda re ſpirituali.*
3 *Licet redimere uexationem.*
4 *Abſolutio nemini denegatur niſi in caſibus expreſsis.*
5 *Caſus, in quibus denegatur abſolutio.*
6 *Peccati uenia non datur niſi correcto.*
7 *Non redimitur uexatio ratione ambitionis aſpirando ad beneficium uel dignitatem.*
8 *Redimi poteſt uexatio cauſa conſeruandæ famæ, innocentiæ, & honoris.*
9 *An ſit ſimonia dare laico nullum ius habenti impedienti electionem, vt ceſſet.*
10 *Pecunia indebitè ſoluta pro obtinendo beneficio eccleſię iniuriatæ reſtituitur.*
11 *Et fit reſtitutio in recompenſationem iniuriæ illatæ.*

Non

Source : BIU Cujas

12 *Non est licitum dare pro possessione recuperanda.*
13 *Est simoniacum dare pro futura electione.*
14 *Licite datur pro redemptione famæ, iuris eligendi actiue, uel passiue per possidentem.*
15 *Iuste uexatus non potest pecunia redimere uenationem, secus si iniuste.*
16 *Simonia potest esse ex vna partium, & proprie uocatur Giezia.*
17 *Contractus qui non sunt ultro citróque obligatorij claudicant.*
18 *Tria consideranda in materia uexationis.*
19 *Vexationum alia iudiciaria, alia extra iudiciaria.*
20 *Licet semper iudiciariam uexationem redimere super iure quæsito in re spirituali.*
21 *Ab ethymologia uocabuli licet arguere.*
22 *Quomodo cognoscatur uexatio iudiciaria.*
23 *Vexatio incipit à citatione.*
24 *Casus in quo est licitum redimere uexationem cum recuperatione possessionis.*
25 *Ad redemptionem uexationis est licitum seruire de uento per verba generalia.*
26 *Causa iuris patronatus censetur spiritualis.*
27 *Ius funerandi potest possideri per laicum.*
28 *An ius patronatus & funerandi iudicetur per iudicem sæcularem.*
29 *Non licet laicis locare ius decimarum.*
30 *Compositiones, quæ fiunt super decimis futuris sunt illicitæ, nisi approbentur per Papam.*
31 *Licet redimere uexationem extra iudiciariam.*
32 *Qui fidens conscientiæ negligit famam crudelis est.*
33 *Famę amissio est maior quàm amissio oculorum.*

De eadem materia. Cap. 20.

Et si aliquis suis peccatis, & demeritis sit excommunicatus, suspensus, aut interdictus ab homine, vel à iure rõne criminis, vel ratione contumacię aut vtriusque, & ei petenti denegetur absolutio, posset quæri, an liceat ei pro absolutione pecuniam dare, pro tanto ꝙ absoluti o cuilibet non debeat denegari ẽt inuita parte, cap. solet, de senten. excommu. lib. 6. & cap. qua fronte, de appella. In hac quæstione Innocen. videtur tenuisse in ca. ad aures, de simonia, ꝙ ex parte recipientis simonia committatur, 1 alleg. 1. q. 3. non solùm. ex parte autem dantis refert aliquos tenuisse, simoniam non committi, arg. cap. dilectus, de simonia, quod intelligunt cum per superiorem absolutionem cõsequi non potest, aliàs secus, cap. insinuatione, de feud. nam sicut beneficium non licet redimere, ita pœnitentiam, quod est vnum sacramentum. de simonia, cap. nemo. 83. dist. c. 1. concludit ta-
2 men ꝙ uerius vr̃, ꝙ nunquam licet aliquid dare pro redimenda re spirituali. 1. q. 1. nullus, quia nunquam debet peccari, vt à maiori malo cessetur. 32. q. 5. ita ne, secus de laico nullam iurisdictionem habente, qui iniuste vexat, vel spoliat, vel facit excommunicare de facto, quia tunc nihil dat pro spirituali, sed tantùm pro vexatione, quam redimere licet.

3 Et videtur dicendum cum Innoc. ꝙ pro re spũali nulli licet aliquid dare, sed ꝓ uexatione, si denegetur absolutio cõtra iura, sed cum immineat periculum animę, secus, cùm illa sit maxima vexatio; regulariter autem absolutio nemini denegatur,
4 nisi in casibus à iure expressis, pro vt de restit. spolia. in c. literas. § horum autem, & §. porro, vbi dicitur, ꝙ in multis casib. restitutio deferatur secundum canonicas sanctiones, & quis debet humiliter excommunicationem sustinere, item in c. accedens. 56. dist ibi, usque ad vltimum dictum in excommunicatione permaneat &c.

Tertius casus est, quando cũque ante absolutionem dicitur, satisfactione præmissa, cle. vna. de sequestra. & in cle. prima, de hęret. c. cum tu. de vsu.

5 Quartus casus est, qñ quis est negligens ad obediendum. 26. q. 7. c. sacerdos, vbi dicitur, quòd negligentes tardius reconcilientur, c, significauit, de ost. ord.

Quintus casus est de eo, qui recedit nondum finito concilio, qui non absoluetur vsque ad aliud concilium, 18. distinct. si quis autem.

Sextus casus est de eo, qui multùm deliquit. 12. q. 3. qui iubẽte. & fuit ẽt visum nostra tempestate denegari absolutionem propter iniectionem manuum in prælatum propter atrocitatem criminis.

Septimus casus est absolutio ad cautelam, quæ põt denegari ex diuersis causis & coniecturis iudicem informando, vt no. Io. And. in d. c. solet. de senten. excommu. in 6. in nouella. alleg. c. præterea, & ca. in nostra. de testib. & quod not. Io. Monac. d. cap. solet.

Vltimus casus, de eo qui parere cõtemnit, qa peccati venia
6 nõ datur nisi correcto reg. peccati, nec redimere quis põt vexationẽ, qñ red emptio fit principaliter rõne ambitionis, sc3 aspirando & anhelando ad beneficiũ, uel dignitatẽ, cuius gra re-
7 dimat vexationẽ, c. iam dudum, de præb. l. quisquis. C. si cer. pe. & ff. ad l. Iul. de ambitu. l. fin. 48. dist. sicut, ibi, ambiendo sacros ordines. hæc. n. in clerico penitus reprobantur, c. 1. de cler. non resident. 7. q. 1. §. ambitionis. c. qualiter. de elect. & c. auaritiæ, & c. quorundã, eo. tit. lib. 6. clem. fi. eo. tit. 40. dist. ante omnia. 8. q. 1. in scripturis. & ff. ꝙ cuiusque uniuersi. l. item eorum. §. si decuriones, secus si fiat ad manutenendum integritatẽ famæ, vel ad
8 conseruandam innocentiam, uel pro defensione honoris, ne impius uideatur, vel crudelis negligendo famam.

Et in materia ponimus quæstionem, si aliquis laico nullum ius habenti in electione, sed malitiosè impedienti eam, det ali-
9 quid, vt cesset à tali impedimento, an cõmittat simoniam. Hãc quæstionem formauit Archid. in cap. quæsitum. 1. q. 4. & prima fronte vr̃ ꝙ sit commissa simonia, c. de hoc, de simonia, vbi dicit do. Ant. in vlt. no. in fi. ꝙ pecunia indebite soluta pro beneficio obtinendo restituenda est ecclesiæ, de cuius præiudi-
10 cio agitur, & in cuius ignominiam & iniuriã pecunia est data, vt in gl. d. c. vbi Abb. in vltim. no. dicit, ꝙ Reges, & Principes, & alij laici recipientes pecunias, vt consentiant electioni seu promotioni ad aliquam prælaturam, tenentur restituere ecclesiæ de cuius prælatura agebatur. & ratio est, quia in illius ignomi-
11 niam pecunia data fuit, quæ in recompensationem iniuriæ, ei dem ecclesiæ restituenda est. allegat. reg. peccat. de regu. iur. in 6. & inuehit contra confessores, qui principibus applaudunt, & addit quòd de eorum salute desperandum est.

Secundò ad id arg. sic, quia vterque habet uoluntatem studiosam, laicus vendendi, & clericus emendi. 1. q. 1. qui studet. 2 q. 3. saluator. Arch. dicit contrarium esse verum, sc3 ꝙ non sit simonia: dedit enim vt redimeret uexationem suam, quod est licitum, vt dicitur in cap. quæsitum. 1. q. 3. & c. dilectus. extra de simonia. Rayn. verò dicit ꝙ in hac qõne dubitari põt, & ꝙ credit simoniam commissam, quia nondũ ei erat ius acquisitum: & dicit, secus esset, si esset ei ius acquisitũ. remittit tñ ad notata per ipsum. 1 q. 1. sunt quædã, & per Inno. in c. ad aures, in fi. de simonia. vbi vr̃ annuere huic opinioni, sc3, si sum in possessione alicuius ecclesiæ, possum dare clerico, & laico, vt me non
12 expellat per uiolentiã, & sine cognitione causæ. sed si sum extra possessionẽ Ecclesiæ, nullo modo est mihi licitũ aliquid dare pro repto possessione recuperãda, quia tunc non tñ redimo uexationẽ, sed ẽt possessionẽ amissam recupero. In hac. q. distinguo primò. de prima & secũda intentione, vt notauit Host. ti. de vsura. §. 1. & prima intentio respiciat Epatum, aut defensio-
13 nẽ honoris & famæ, quod melius patet in secunda dist. secũdò distinguo de modo dandi, aut quis dat pro futura electione, & tunc est simoniacũ. quia nondũ ius habet aut possessionẽ:
14 aut dat pro redẽptione famæ & iuris eligendi actiue, uel passiue, in quo est in possessione, & dico ꝙ licite dat, quia est in illius possessione, & ius suum cuilibet redimere licet, maxime si sine cã, & falsò est diffamatus: secus si uerè, cuius gra suspensus fuit, aut carceri mancipatus, uel aliter publice condemnatus.

Pro præcedentium declaratione & notitia redemptionis uexationis est notandũ, ꝙ si quis iuste uexatur, nõ poterit pecu-
15 nia vexationẽ redimere: secus si iniuste. nã in cap. q̃situm. 1. q. 3. quidã epi contulerant q̃dã altaria cũ omni iure suo quibusdã locis religiosis, mortuis psonis, seu mutatis clericis, Epi instituere nolebant sine pecunia, dr̃ ꝙ talis datio pecuniæ simonia ca est, arg. c. 1. 16. q. 2. vnde. d. c. q̃situm, in gl. 3. dicit Ioã. ꝙ licet monachi singulis annis emerint ius instituẽdi, & licet fuerit simonia ex parte eorum, non tñ fuit ex parte monachorũ, qa illi qđ eorũ fuit redimebant, qđ licite facere potuerũt, ca. nullus. 1. q. 1 & sic simonia põt esse ex vna parte, & non ex altera, sicut fuit in Giezi: & proprie uocabitur giezia, vt not. 1. q. 1. in
16 summa. simile in despõlantibus, quia possunt esse ex vna parte, & non ex altera. de despon. impub. c. de illis, & plura similia non tantur. 32. q. 5. proposito. & 28. q. 2. si infidis, & tales cõtractus redẽptionis vexatiõis vnà cũ similibus præallegatis habẽt hoc spãle, quia videntur claudicare, cũ non sint ultro citroq; obli-
17 gatorij, contra illud quod hr̃ in l. Labeo. ff de verbo. sign. & sic licet episcopi peccent recipiendo pecuniam, tamen monachi non peccabunt dando, ut 23. q. 1. c. quid culpatur & ratio, quia monachi licite quæsierunt ista altaria, vnde non habuerunt ea iure præscriptionis, sed iure donationis, ut ibidem dicit Io.

Et pro declaratione, & intelligentia hic addam, q̃ in materia sparsim dicta p doctores recollegi. & dico, ꝙ in uexatione tria consideranda sunt, duo ex natura vexationis, quinque ex par-
18 te uexati. Ex natura uexationis duo consideranda sunt. quia
19 vexatio alia est iudiciaria, alia extra iudiciaria. Iudiciaria duplex est, quia alia est pro re & super re mere spirituali, alia super & pro re profana, annexa tamen rei spirituali. Extra iudiciaria verò illa est, quæ est mere profana, quæ duplex est, quia alia consistit in re materiali simpliciter, ut domus, prædia, possessiones, & hæreditates, & similia, alia uerò in re spirituali, quę concernat honorem & famam, uel infamiam, & omnes istæ uexationes, quæ procedunt uere à natura ipsius, licite possunt redimi, si ex parte uexantis & uexati fuerint conditiones seruatæ. Et primò uexationem iudiciariam pro re mere spi-

Source : BIU Cujas

rituali ſemper videtur licitum redimere,ſi ſit vexatio pro iure
20 competenter quæſito conſeruando,non pro iure quærendo,
& qualiter fuit dictum ſuprà,cap.dilectus,de ſimonia.1.q. 1.in
ſumma.in vltima gl.& cap.nullus Epiſcopo grauamen, & 1.q.
3.quæſitum,& in clem.1.de reſcrip.§.ſi quis autem,in ver.vexa
re,iuxta illud Apoſtoli.Redimẽtes tempus quoniam dies ma
li ſunt,ad Coloſ.4.& eſt gl.in c.dilectus,de ſimonia,& pro prę
ſentis termini aut nominis vexationis intelligentia, notãdum
eſt,quòd eſt cognoſcenda ethymologia vocebuli,à qua licitũ
21 eſt arguere.l.tugurium.ff.de verb.ſigni.21.diſt. c.cleri.de præ-
ben.c.cum ſecundum.16.q.1 ſi cupis.12.q.1. clericus, de ſpõſa.
impub.c.præberes. de pœn.diſt.3. pœnitentia,cum ſimilibus.
vnde,vt quis poſſit vexationem maximè cognoſcere iudicia-
riam,animaduertendum eſt dicit Imol.in clemẽ.prima.de re-
ſcrip.in fin in gl.vexare,quia vexatio incipit à citatione in iudi-
22 cio.inſtit.de pœna temere litig.§.fin.& addit in fi.gl.ꝙ uexatio
fit per ſolam citationem, aut iudicialem actum:& ſic extra iu-
23 dicium non erit vexatio,ſed violentia vt in domino tempora-
li,qui vtitur potentia,& non ratione:& in tali licitum eſt etiam
redimere,non ſolùm vexationem,ſed etiam recuperare amiſ-
ſam poſſeſſionem,not. Innocen. in cap.ad aures,de ſimonia,
24 addit Abb.in c.cum veniſſent.de inſtitu.nota,quòd ad redem-
ptionem vexationis licitum eſt ſeruire de vento per verba ge-
neralia,quæ non obligent.

Vexationem verò iudiciariam pro re profana, annexa ta-
25 men rei ſpirituali poteſt quis redimere,cùm laicus tale,ius po
teſt poſſidere,cum non ſit merè ſpirituale,dicit gl.in c.quanto.
de iudic ſed ei annexum,& ſimiliter ius patronatus, cap.de iu-
re,extra de iure patrona. ideo dicit Hugo quòd eius cauſa eſt
annexa ſpiritualibus cauſis, ideo ſpiritualis cenſetur propter
connexitatem, quia quæ religioſis adhærent religioſa cenſeri
26 debent.ff.de rei vend.quæ de religioſis & ex tal cohærentia ſu
mit ſuam naturam·c.ſuper eo.de parochia.

Simile eſt ius funerandi, quod poteſt per laicum poſſideri.
27 ff.de mort.feren.l.1.& capitur ibi ius naturale, non ſpirituale,
ſcilicet corpus inferendi in ſepulturam:ita intelligitur dictum
Bernar.in c.quanto.de iudi.in prima gl.in fi.tamen dominium
ſepulturæ non habet.§.nullus,inſtitu.de rer. diuiſio. & an iſta
iudicentur per iudicem eccleſiaſticum,vel ſæcularem,uide do
28 mi.Ant.d.c.quãto.in gl. Similiter fructus decimarum poſſunt
per laicos poſſideri,vt no.Ioan.in c.decimas Deo, 16. q. 7. qui
fructus laicis ſunt connexi,vt eccleſiam defenderent,quod de
iure fieri poteſt.c.2.de loc.& conduc.

29 Sed ipſum ius decimarum laicis locare nõ licet,no. Bernar.
in c.exhibitum.de rer.permu.in vlt gl.vbi dicit dom.Ant.tene
30 menti iſtam gl.quòd compoſitiones, quæ fiunt ſuper decimis
futuris ſunt illicitæ niſi fortè approbentur per Papam.

Vexationem verò iudiciariam mere profanam,quæ cõſiſtit
in re materiali ſimpliciter,vt ſunt domus,prædia,poſſeſſiones,
hæreditates & ſimilia,licet redimere, per argumentum à ma-
iori.de decim.c.ex parte.3.de iureiur.c quemadmodum, & de
electione.c.cum in cunctis.in gl. fortius, & C.de ſacroſan.ec-
cle.authen. multò magis. & l.milites.C.de procur.quia ſi licet
redimere uexationem rei mere ſpiritualis,à fortiori licet redi-
mere vexationem rei mere profanæ, quæ conſiſtit in re mate-
riali ſimpliciter, qđ præfiguratum eſt in Abigail vxore Nabal
Carmeli, quoniam erga Dauid vexationem huiuſmodi rede-
mit ducentis panibus,& duobus vtribus vini,& quinque arie-
tibus coctis,& quinque ſatis polentæ, & centum ligaturis vuæ
paſſæ,& ducentis maſſis caricarum.i.ficorum ſiccorum,vt no.
1.Reg.25.cap.

Vexationem verò extraiudiciariam, quæ cõſiſtit in re ſpũa-
li,q̃ cõcernit honorẽ, famã,vel infamiã, calumniã,& crimina
falſo obiecta,& præter veritatẽ,aut falſum teſtimoniũ & ſimi
31 lia,ſimiliter redimere licet arg.c.dilectus.de ſimonia,& c.quæ-
ſitũ.1.q.3. cum cõcordan. qa nobis neceſſaria eſt vita noſtra,
alijs fama.11.q.3.non ſunt.idem dicitur.12.q.2.volo,quòd cõ-
ſcientia eſt nobis neceſſaria,& fama proximi:& qui fidẽs con-
ſcientiæ negligit famam ſuam crudelis eſt,& ratio eſt, quia fa-
32 mæ amiſſio eſt maior quàm amiſſio oculorum. l. infamia. C.
33 de decur.lib.12.

SVMMARIVM.

1 *Quinque ſunt conſideranda ex parte uexantis.*
2 *Committitur ſimonia ſi detur aliquid ius habenti in re.*
3 *Pro iure ſpirituali quærendo non licet dari, ſecus pro quæſito conſeruãdo.*
4 *Non eſt ſimonia dare uexanti ius non habenti.*
5 *Non eſt ſimonia, ſi detur uexanti pro iure in futurum quærendo.*
6 *Si uexatus non ſit certus an ſibi ius competat, non videtur redimere quod ſuum erat.*
7 *Iniuſtè excommunicatus non committit ſimoniam, ſi pro abſolutione pecuniam ſoluit.*
8 *Secus ſi iuſtè eſſet excommunicatus.*
9 *In pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis.*
10 *Vexatio redimi poteſt, quando ſententia eſt nulla.*
11 *Licet redimere iniuſtam ſententiam.*
12 *Quod nullum eſt nullo ordine conſiſtit.*
13 *In cauſa nullitatis quod redimitur uexatio eſt.*

De eadem materia. Cap. 21.

EX parte verò vexantis quinque conſiderãda
ſunt.Primò, quia vexatio in vexãte
præſupponit iniquitatem contra innocentiam.Se-
1 cundò præſupponit defectum iuris.Tertiò præſup-
ponit in vexante ius quærendum. Quartò, iniuſti-
tiam in ſententia. Quintò præſupponit nullitatem. & Primò
in uexante præſupponit iniquitatem contra innocentiam,
cap dilectus de ſimonia, vbi R. Præpoſitus multis grauami-
nibus afficiebatur ab Archid. Eboracenſi,ideo Papa mandat
quòd reſtitutionem faciat, cap.quæſitum.1. q.3. in uerſic.re-
demi. Secundò præſupponit defectum iuris, ſcilicet, ꝙ vexans
nullũ ius habeat,ſed vexatus.no.in gl.in c.dilectus.de ſimonia,
vbi dr̃ ꝙ non redimitur vexatio,ſi illi detur,qui ius habet in re,
2 quia ſimonia cõmittitur,ut in c.Matthæus.de ſimonia,& in ea
dem gl rõnem aſſignat Abb.vbi adducit Hoſt.qui dicit, ꝙ pro
3 iure ſpirituali quærendo non eſt licitum aliquid dare,vt d.cap.
Matthæus, ſed pro quæſito conſeruando ſic, & addit ibidem
dom.Ant.in ſolutione primæ oppoſitionis.c.dilectus, ꝙ quã-
docunque uexanti ius habenti datur pecunia ne vexet in iure
ſpirituali,inducitur ſimonia, ſed quando uexanti tantummo-
do de facto,& nullum ius habenti datur pecunia ad redimen-
4 dam vexationem factam, hæc non eſt ſimonia, iuxta dictum
Apoſtoli. Redimentes tempus,quoniam dies mali ſunt. Ter-
tio vexatio prę ſupponit in vexante ius nõdum plenè quę ſitũ,
ſed quę rendũ, quia ſi vexanti erit ius q̃ſitũ, dubium non eſſet
quin cõmitteretur ſimonia,vt dictũ eſt:ideo do.Ant.in ſecun-
da oppo.c.dilectus,præallegato.poſt medium dicit, ex opinio
ne Hoſtien. ꝙ ſi datur pecunia pro iure in futurum quærẽdo
5 uexanti non eſt ſimonia,allegat.c.ſicut.de ſimonia,& ca.Mat-
thęus,eo.tit.ſecus de q̃ſito.& hoc dictũ facit contra litigantes,
q̃ cedunt iuri & liti & cauſæ,& aliquid inde recipiunt rõne ex-
penſarũ, & alter dat pro redemptione uexationis, quod nõ li-
cet,quia nondũ ſunt certi vſque ad finẽ litis,qa nõ eſt certum,
6 ſi uexato ius cõpetat,& conſequenter nõ põt redimere quod
ſuum non fuerit, propterea poſſet alteri tertio contingere gra
tia,& ſi neutri,ideo talis pactio,uel ſolutio pro vexatione vide
tur prauam illicitæ pactionir ſpeciem continere,cap.cum pri-
dem,de pact.& ratio, quia inter ſe pacto priuato conuenerãt.
d.cap.cum pridem.

Quartò vexatio prę ſupponit iniuſtitiam in ſententia, vnde
dicit dom Ant.in 2.oppo.c.dilectus, ꝙ ſi quis iniuſtè excõmu-
nicatus,& ſuſpenſus det pecuniam pro abſolutione,non com
mittit ſimoniam,ſed qui recipit, ſimoniam committit, & pœ-
nã incurrit,c.cũ æterni,de re iudi.lib.6.& per dantẽ nullum ius
ſibi acquiritur,vt dicit dom. Ant.ſed acquiſitum conſeruatur,
ſecus ſi eſſet iuſte excommunicatus, aut ſuſpenſus, quia tunc
eſſet ſimonia,ſed ſi ſubditus contra iuſtitiam uexatur, tunc li-
cet pecunia uexationẽ ſuam redimere.not.Archid.1.q.1.cap.
nullus,in gl.reſtituat.vbi vult,ꝙ licet clerico,qui iniuſtè ſuſpẽ
8 ſus eſt,uexationem ſuam redimere,nec committitur ſimonia.
patet pro hoc ꝙ pecunia redditur ei,qui ſoluit,quod non fie-
ret ſi ſimonia eſſet commiſſa, quia in pari cã turpitudinis po-
tior eſt conditio poſſidentis.ff.de cond.ob turp.cau. l.adminis-
9 culo niſi ob cauſam reſtitueretur,cap.ueniens, de ſimonia, &
qui dedit repetere potuit,d.cap.ueniens, & C.de cond.ob tur-
pem cauſ.l.quod uitandi,in his concord.16.q.7.capit. decimas
Deo.ubi tex.dicit,ꝙ ſi iniuſtè uexor in iure ſpũali,quod ad me
pertinet,uexationem redimere poſſum,puta, ſi tunc non poſ-
ſum iuſtè deponi,cap.à nobis.de ſimonia.1.q.3.quæſitum,& ſi-
mile iudicium iuſtum emere poſſum,argu.24.q.5. non ſane.l.
ſerui.C.de adulterijs,ſed ut dicit Io. ibidẽ, uerũ, ſi ſum in poſ-
ſeſſione,vt de ſimonia.c.dilectus.ubi dicit do. Anto. ꝙ vt ſciaẽ
an iuſtè uel iniuſtè tenuerit, recurrendum eſt ad conſcientiam
illorũ,de accuſ.c.qualiter,de ſimonia.per tuas,ſecundũ Hoſt.

Quintò uexatio prę ſupponit nullitatem,ſcilicet ſententię,&
hoc eſt quod dicit do.Ant.in ſecunda oppoſi.d. capit.dilectus
quaſi uelit oĩa iura de redemptione uexationis, quę loquun'
tur in hac materia reduci ad nullitatẽ de ſnĩa iuſta,uel iniuſta-
ſiue ſuſpenſionis,ſiue excommunicationis,uel cuiuſcũque al,
terius,& dicit tunc, ꝙ vexatio redimi põt, qñ ſnĩa ſit nulla,ſe-
10 cas ſi aliqua,licet iniuſta,quia ibi negari nõ poteſt quin tũc re-
dimatur ius ſpũale,vt in eccleſia reintegretur, quod non licet.
Sed nota qđ hoc eſſet ꝯtra illud,qđ dictũ fuit ꝓximè in quar.
ta p̃ſuppoſitione ex intẽtione d.Ant.ꝙ licet redimere iniuſtam
ſnĩam,& vt ſaluemus dictũ tanti doctoris, ne videatur ſibi ipſi
cõtradicere, diſtinguendũ eſt de ſnĩa, in qua duo ſunt,ius qđ
redimi non põt.ſecundũ dom.Anto.& oẽs,quia eſt res ſpũalis
vexatio, ita ꝙ pro uexatione detur, non pro iure, vt fit in re

bene-

Source : BIU Cujas

beneficiali, ideo dicit dom. Ant. ꝙ bene licitum est sententiam nullam redimere quasi insufficientem, quia æquipollent. not. Archid. in c. ordinarij, de offi. ordinarij lib. 6. in ver. nullam, allegat de translat. præla. cap. inter corporalia. §. sed neque, versi. de hoc. 55. distinctio. cap. priscis. ff. quod cuiusque uniuersi. l. 1. §. penul. de procurat. cap. 1. de consangni. & affinitate, quia certa, facit capitulum statuimus, de electio. libr. 6. & 7. quæstio. 1.
12 factus est, in fin. ibi, nullus est, & sic quòd nullum est nullo ordine consistit, & non potest dici primum neque secundum. c. cum vintonien. de electio. concluditur ergo, quòd vbi actus est nullus, nullum potest producere iuris effectum, vt in l. libellorum. §. si libellum. ff. de accus. & in l. si pater. C. ne de stat. de-
13 func. & sic patet expresse quòd in causa nullitatis, quæ redimitur, vexatio est, quia nullitas nullum ens præsupponit, nec tẽporale, nec spirituale, & quòd nullum est de iure nulli actui impedimentum præstare potest, regu. non præstat, de regul. iur. libro sexto.

SVMMARIVM.

1 *Ex parte uexati quinque consideranda.*
2 *Vt uexatus redimere possit uexationem, requiritur quòd fuerit in possessione iuris uel facti.*
3 *Quid importet uerbum, redimere.*
4 *Si rem iniustè possidebas, non habet locum spoliatio in redemptione vexationis.*
5 *Par est quo ad periculum animæ, iniuste detinere, & inuadere alienum.*
6 *In re profana non est peccatum redimere uexationem.*
7 *In re spirituali licet redimere, si est in possessione vexatus, secus si non sit.*
8 *Possessio est spiritualibus annexa.*
9 *Præscriptio 40. annorum currit in decimis.*
10 *In spiritualibus propriè non interuenit transactio.*
11 *Auctoritate superioris in spiritualibus bene transigitur.*
12 *In casu necessitatis decimæ conceduntur in feudum.*
13 *Res ecclesiæ non debet pignorari sine causa.*
14 *Tres casus in quibus uasa mistica alienantur.*
15 *Non est simonia redimere decimas à milite.*
16 *Quare magis licet à milite, quàm ab alio decimas redimere.*
17 *Potest dari laico vt bene soluat decimas.*
18 *Non potest redimi uexatio prælati iuste punientis.*

De eadem materia. CAP. 22.

EXparte verò vexati quinque considerandasunt, vt sit licitum redimere. Primò,
1 quòd fuerit in possessione. Secundò, quòd iustè possederit. Tertio, quòd resultet in euidentem ecclesiæ vtilitatem. Quartò, quòd vexatio ratione correctionis non infligatur. Vltimò, quòd redemptio non fiat principaliter ratione ambitionis. Et primò requiritur ex parte vexati, quòd fuerit in possessione aut iuris, aut facti, siue sit res temporalis, si
2 ue spiritualis: & tunc possum vexationem redimere, aliter nõ, vt notat Io. in cap. decimas Deo, 16. q. 7. de simonia, capit dilectus, & dicit Arch. c. decimas, quòd tunc non tantùm redimo vexationem, sed etiam possessionem amissam recupero secũdum Innoc. qui de hoc not. in c. ad aures, in fin. extra de simonia, & hoc videtur innuere verbum, redimere, quia prius signi
3 ficat amissionem, & ex post recuperationem, vt puta, quia res iam possessa, & amissa redimitur. facit. c. pro humani, de homi. lib. 6. in ver. redemptione.

Secundò requiritur ꝙ iuste possederit, quia aliter qd̃ suum non est non potest redimere. & sic in redemptione vexationis
4 locum non habet spoliatio, si illam iniustè possidebat, & quòd illam possit redimere quasi vexationem iuxta formam ca. conquerente, & c. sæpe, de restit. spolia. quia par est, quo ad periculum animæ, iniuste detinere, & inuadere alienum, d. c. sæpe, &
5 hoc est quod notat Abb. in dicto c. ad aures, vbi distinguit, ꝙ si quis vexatur in re temporali põt vexationem redimere. qa non subest peccatum ex parte dantis, si verò vexatur in re spiri
6 tuali, aut est in possessione, & tunc non peccat, si dat pecuniam vt non vexetur, si verò habuit possessionem, & fuit ea spolia-
7 tus. tunc, non est licitum pro ea dare pecuniam, quia non solũ redimit vexationem, sed possessionem recuperat. & intelligit dictum Abb. si iure fuit spoliatus, quia sibi ius non competebat, licet enim possessio non sit quid spirituale, tamen est spi-
8 ritualibus annexa & coniuncta, quia per eam quis consequit exercitium rerum spiritualium. idem dicit dom. Anto. in cap. ad aures, de simonia, in secundo quæsito, vbi dicit, quòd spoliatus non debet dare pecuniam secundum aliquos, vt recuperet ecclesiam, qua spoliatus est, cum non videatur tunc redimere vexationem, sed possessionem recuperare, potest tamẽ dare, ut non expellatur, uel sine causæ cognitione uiolentiam patiatur, secundum notata in d. cap. dilectus.

Tertiò requiritur ꝙ resultet in euidentẽ utilitatẽ ecclesiæ, scilicet quòd res fuerint iam possessæ, & iure possessæ, quod ꝑsupponit duo prædicta, & quòd fuerint deperditæ uel amissæ per præscriptionem, uel de ipsis soluendis facta fuerit remissio, uel compositio, uel transactio, uel fuerint alienata, uel pignori obligata, quæ omnia quinque salua conscientia possunt redimi, quia in euidentem utilitatem ecclesiæ.

Circa primum, ꝙ fuerint deperditæ, uel amissæ per præscriptionem, ut not. Innoc. in c. de quarra in uer. quadragenarius, in c. ad aures. de præscrip. in prima gl. ubi dicit, hic habes ꝙ prę-
9 scriptio 40. anno currit ī decimis, facit. c. placuit. 16. q. 3. §. quaactiones, & in Spec. de præscrip. aliàs exceptio. circa principiũ sed dom. Ant. in d. c. ad aures, distinguit, ꝙ si præscriptio est cõuẽtionalis, quia uoluit usq; ad tantum tempus obligari, lapso tempore surgit à principio tacita conuentio, quæ habet uim pacti, & sic tollit naturalem obligationem, & consequenter ciuilem, & adducit Oldrad. & dicit, ꝙ opus est exceptione. l. cum quis ita. §. 1. ff. de uerb. oblig. & l. si unus. §. pactus. ff. de pact. si liberatur tempore, quia actio est temporalis, tollitur ciuilis, & remanet naturalis. l. atqui. ff. de nego. gest. in principio. sed si tenetur actione perpetua, & liberatur tempore, liberatur à ciuili, & remanet naturalis, quamuis ciuilem tollere non possit, in stit. de iure natur. gen. & ciuili. §. sed naturalia, tamen tollitur effectus ipsius obligationis naturalis. l. sicut, & l. omnes. C. de præscrip. 30. anno.

Circa secundũ, si de ipsis soluendis facta sit remissio. c. quia circa, de priuil. quod intelligi debet secundũ domi. Anto. in 2. glo. d. cap. ꝙ sit facta secundum canonicas sanctiones, scilicet de consensu capituli, 12. q. 2. nobis, & quòd non fiat in enorme præiudicium. cap. Apostolicæ. de donat. Item quod fiat causa pietatis necessitatis, & utilitatis, secundum Innoc. & Hostien. in prælleg. in. ibus.

Circa tertiũ, si de ipsis non soluendis facta est compositio, uel transactio authoritate Episcopi, uel Archiepiscopi, ut in c. statuimus, de transact. ubi dom. Anto. in solutione opp. primæ
10 no. ꝙ in spiritualibus propriè sumpto uocabulo non interuenit transactio, ut in c. quam pio. 1. q. 2. ca. cum pridem. de pact. & c. pactiones, sed amicabilis compositio. & addit idem dom. Anto. cap. ueniens. de transactio. quòd authoritate superioris
11 bene potest transigi in spiritualibus.

Circa quartum, si sint alienata, puta laicis data uel concessa, ut ecclesiam defenderẽt, ut in cap. quamuis. de decim. ubi dicit domi. Anton. in ultima oppos. glo. quòd olim ex dispẽsatione
12 ecclesiæ fuit concessum, quod decimæ possint dari in feudum, & hoc necessitate instãte, ut defenderẽt ecclesias ab hæreticis, & oppressionibus, postea verò causa cessante non fuerunt cõcessiç, immo prohibitę. c. cum Apostolicam. de his quę fiunt à pręl. vnde decimas ab antiquo concessas hodie possident, & eorum successores. & addidit ꝙ nouala, quæ insurgunt in decimatione laicorum non accrescunt eis. cap. tua nobis, de deci. propter rationẽ, quę redditur in litera. & addidit, quia dicũt doctores hanc prohibitionem factam ꝑ Concilium Lateranẽ. in parte decisa de decim. cap. 2. ad hoc eod. titu. cap. 2. lib. 6. § illis autem.

Circa quintum, si sunt pignori obligata, vt notauit Speculator u tit. de pign. §. 1. & Io. 16. q. 7. decimas, in glo. & de pign. c. 1. & per Io. in c. altare. 1. q. 4. in gl. & Inno. in c. ad aures, de simonia, in fi. & dicit dom. Ant. c. nullus, de pigno. ꝙ sine causa rationabili non debet res ecclesiastica pignorari, addit tñ in fi. d. c. ꝙ
13 subsistente necessitate possit. nec obstat l. 3. C. quę res pignor. oblig. poss. & l. 1. ff. eo. §. rem. & gl. ponit tres casus, quibus licet alienare etiam vasa mystica, non tantùm decimas.

Primus casus est, necessitas, puta, si parochiani illius caperẽtur. 12. quęstio. 2. aurum habet. & causa captiuitatis etiam vasa mystica pignori dari possunt, de non alien. rebus ecclesiasti. §.
14 ijs autem pœnis. colum. 2. & addit dom. Anton. d. cap. nullus, quòd verisimile est Christum velle prętium suarum rerũ fundi pro redemptione animarum, pro quibus fudit sanguinem proprium; & sic obligatio volente domino valet. l. actio. ff. de pignor. & l. si alienario, facit quod not. 10. quęst. 2. hoc ius porrectum.

Circa prętentem materiam, quando decimę sunt pignori obligatę, notandum, ꝙ si aliquis Episcopus ab aliquo militere demerit decimas, quod non est simoniacum, sed est rerum ec-
15 clesiasticarum liberatio. not. Io. in cap. altare. 1. q. 4. in gloss. 2. concord. Innocen. in cap. ad aures, de simonia in fin & addit, ꝙ si Episcopus emeret à laicis, cum aliter nollet tribuere, simoniacum esset, & huiusmodi rei rationem assignat in cap. dilectus. de simonia, quare magis à milite licitum sit redimere, quã
16 à rusticis, & à populo. & dicit; ne alij inde sumant exemplũ, & ne propterea se in decimis ius habere credant: ideo dicit, ꝙ episcopi debẽt rusticos & populũ cõpellere ad soluẽdũ, ẽt si essẽt religiosi. arg. c. statuto. de deci. lib. 6. verùm quòd Innoc. refert
17 aliquos tenuisse, licet aliquid dare laico, ut bene decimas per-

Source : BIU Cujas

soluat, c. ad aures, de simonia, idem dicit dom. Ant. c. ad aures. secunda oppo. sed addit, q̃ locum habet in decimis, in quibus non habet ius feudi, nec se habere contendit, alleg. de decim. cap. prohibemus, & c, fin.

Quarto principaliter requiritur q̃ vexatio rõne correptionis non infligatur, quia tunc uexationem redimere non licet, & talis proprie uexatio non dicitur, sed correctio, vt patet ex antedictis, unde si prælatus iuste subditum puniret, puta pro adulterio publico, aut notoria fornicatione, vel concubinatu, & fuerit subditus talis suspensus, excommunicatus, uel interdictus, aut aliqua alia punitione mulctatus, non poterit redimere punitionem, aut correctionem suam, quia talis non potest dici uexatio: & minime licet episcopo oblata pecunia redimere, quia videtur authoritatem præstare, ut possit in tali malitia perdurare, & redimere huiusmodi vexationem, esset potius perseueratio in peccato & iniquitate, quàm alicuius licitæ, & permissæ rei redemptio, ideo secundum iura utraque punit, c. vt clericorum, de vita & honest. cler. secus si cõtra iustitiam vexetur, vt dictum est. Hæc pauca uolui in materia uexationis recensere, quia mihi ad propositum uisa fuerunt facere, quæ late fuerunt adducta per Paulum de Roma. in suo tract. de pẽsio. in c. 6. ubi uideri potest. uide quæ diximus supra in conuentionali, suo loco, in rubrica de prouenien. authoritate ecclesiastica, & in mentali etiam suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Quando sit simonia uendere officium claudendi ostia, campanas pulsandi, & huiusmodi.*
2 *Non est simonia in officio quod habet administrationem temporalem tantum.*
3 *Secus si habeat spiritualem.*
4 *Triplici ratione prælatus non uendit pretio suum officium circa spiritualia.*
5 *Episcopus cum consensu capituli sub annuo censu remittit iurisdictionem.*
6 *In traditione suæ rei quilibet retinere potest quod vult.*
7 *Qui iurisdictionem recipit pro ea pecuniam dare non debet.*
8 *Committentes iurisdictionem alicui, salarium ei dare debẽt, in quanta, non in quota parte.*
9 *An ecclesia possit sub annuo censu concedi.*
10 *Vide de locatione, uenditione, obligatione fructuum ecclesiæ.*
11 *Fructus ecclesiæ possunt uendi à beneficiato, quandiu uiuit, non à prælato,*
12 *Qui iurisdictionem pecunia acquirit priuatur officio.*
13 *Concedens potestatem conferendi pecunia, ea priuatur.*
14 *Pro iurisdictione temporali dare pecuniam non est simonia secus si habeat dependentiam ab officio ecclesiastico.*
15 *In terris ecclesiæ omnis iurisdictio est Papæ.*
16 *Quando in uenditione officiorum committatur simonia.*

De reali Simonia in uenditione officiorum ecclesiasticorum. Cap. 23.

DEueniendo ad illud an videlicet possint officia ecclesiastica uendi pretio uel annuo censu? dicitur q̃ simoniacus est large sumpto uocabulo simoniæ, qui uendit officium claudẽdi ostia ecclesiæ, pulsãdi campanas, ferendi aquam benedictam & similia, sicut talia officia sunt spiritualia largo modo; si tamen datum sit alicui tale officium gratis, & consuetudo sit loci quod possit ponere alium loco sui, & locare & uendere ad vitam ipsius dantis, non esset simonia, secundũ Rodon. quem sequitur Ang. in sua summa. tamen aduerte quòd. 1. q. 3. c. 1. dicitur, q̃ claudere ostia ecclesiæ non est sacri muneris, sed tantùm sibi annexum, aut unitum, & dicit gl. ibi. quòd tunc emere aliquã administrationem, & officium ecclesiæ est simonia, quãdo est annexum alicui spirituali, aut consueuit per clericum exerceri solum, non per alium, qui non sit clericus, & sic tene, quòd sit simonia uendere officium, secus vendere reditus.

Et de istis officiis ecclesiasticis potest dici secundum distinctionem per nos factam supra in mentali in q. incip. de collationibus. secundum doctrinam Abba. quòd si quidem officiũ habeat in se administrationem temporalem tantummodo, q̃ in eo non sit considerabile modo aliquo simoniæ vitiũ: vnde vendi, vel alienari potest, prout in beneficiis temporalem administrationem habentibus, veluti de hospitalibus exemplum ponit Abb. in c. extirpandæ. §. qui uerò, de præbend. secus erit si officium, dignitas, vel potestas habeant in se administrationem & exercitium spiritualis iurisdictionis, & administrationis, quale esset absoluere, confiteri, excommunicare, interdicere, & censurare & huiusmodi, quæ in se iurisdictionem & administrationem spiritualem continere videntur, quia tunc in eis officijs, ueluti in beneficijs est considerabile vitium simoniæ, nec vendi, vel alienari possunt sine vitio, & perpetratione simoniæ, vt per Abb. præallcg. loco, quia prælatus suam prælationem, iurisdictionem, officium, vices suas, circa ea, quæ sunt spiritualia. i. iurisdictiones non debet pro pretio concedere, nec locare, triplici ratione, Primò, quia hoc in grauamen subditorum, & in subuersionem subditorum cedit. c. 2. ne prælat. vic. suas. Secundo, quia qui vicarium constituit, ei curam animarum tradidit, cap. vlt. de off vic. & ideo qui pro vicariatu pecuniam dat, vel accipit, simoniam committit, cap. ad nostram, extra de simonia. spiritualia enim vendi non possunt, si iurisdictio est spiritualis. 1. q. 3. ex multis. vnde & uendere castaldionatum, vel yconomatum, est simoniacum. 1. q. 1. si quis Episcopus, & 1. q. 3. Saluator. Omnis enim potestas & omnis iurisdictio à Deo est, & spiritualis esse videtur. & est hoc argum. secũdum Hostien. quod si quis det pecuniam, vt promoueatur in Imperatorem, vel potestatem, vel rectorem alicuius ciuitatis, simonia committitur, sed S. Thom. secunda secundæ. q. 65. dicit, q̃ non est simonia, quia temporalia sunt officia. Tertia rõ est, cum prælatus gratis debeat iudicare. 44. q. 5 c non sane, iudicium venale constituit in quo Deum & legem offendit, 2. q. 3. quoniam rectè, sed contra hoc instari potest de vno valde contrario, quantùm ad simoniam committendam, hæc duo sunt paria scilicet spiritualia pro pecunia remittere, uel cõferre, cap. quærelam. extra de simonia, & c. veniens, de restit. & tamen Episcopus cum consensu capituli potest sub annuo cẽsu iurisdictionem remittere, cap. constitutus extra de relig. dom. Respondeo, q̃ prælatus priuilegium libertatis indulgens pro tẽporalibus, quæ remittit, censum sibi retinet, cap. cum venerabilis. extra de censi. immo in traditione suæ rei retinere põt, quod sibi placet, cap quanto, eo. tit. de censi. Præterea census impositio non inducit vitium simoniæ, quia non imponitur, vt iurisdictio remittatur, quia hoc esset simonia, cap. præterea. extra de transact. sed vt antiqua subiectio comprobetur. extra de censi. omnis anima, & libertas præstita ostendatur, c. recipimus, extra de priuileg. ex prædictis patet, q̃ is, qui iurisdictionem recipit, pecuniam pro ea dare non debet; è contrario vero is qui iurisdictionem alicui committit, potest & debet ei dare salarium in quanta parte, non in quota. arg. expressum extra de officio ordin. c. inter cætera, de appella. c. peruenit & talis habebit curam animarum, & iurisdictionẽ delegatam, sed non ordinariam, & ad tempus, non in perpetuum, quando vicarius, vel in perpetuum, quando adiutor perpetuus datur, & aliàs vt per Hostien. in sua summa in verſ. sequitur, distin. 7. vbi vide. Nunquid ecclesia possit per prælatum sub annuo censu concedi, & nunquid possit ecclesia uendi laico religioso? & si quis fructus suæ ecclesiæ uendat vsque ad septimum annum: & de locatione, uenditione & obligatione fructuum ecclesiæ, vbi multa, vbi dicit in fin. ius percipiendi fructus ecclesiæ vẽdi, vel eminon debet nec potest, quia illud est spirituale, cap. non setis, extra de simonia, cap. ad audientiam, extra de reb. eccles. alien sed ipsi fructus cum sint corporales possunt, non quidẽ à prælato, qui ius habet conferendi, vendi, sed à beneficiato, quamdiu ipse viuit, extra vt benefi. eccles. sin. dim c. 1. §. fi & notat. ibi, q̃ is qui iurisdictionem aliquam per pecuniam acquirit, ab officio sic adepto & clero est remouendus, concedens autem per pecuniam conferendi potestatem ea priuatur, ut quilibet in eo puniatur in quo deliquit, ca. 1. & cap. 5. extra de magistr. & quandoque deponitur, c. dictum. distin. 85. quandoque ad tempus suspenditur, cap. quisquis. 1. q. 1. & in materia vide per Abb. in cap. 1. & in c. quoniam, ne præla. vica. suas, q̃ pro iurisdictione temporali si detur pecunia nõ committitur simonia, sed est bene graue peccatũ. facit ad hoc cap. nemo, & qđ ibi no. eo. tit. & 1. q. 1. alias. q. 3. in summa, & gl. in d. c. qm̃, quę tenet q̃ est simonia, debet intelligi verum fm Abb. ibi, quãdo temporalis iurisdictio habet dependentiam ab officio ecclesiastico, qui attenta tali connexitate spiritualitati esse potest commissa simonia, cap. consulete, eod titul. sed quando non habet dependentiam ab officio ecclesiastico, non est simonia, sed turpe lucrum, & contra legem, secundum Abb. d. cap. 1. ut in authen. vt iud sine quoquo suffr. & in authen. de mand. princip. §. illud. Hostien. tamen tenet quòd sit simonia dare pecuniam, vt promoueatur quis in Imperatorem, vel regem, potestatem, vel rectorem alicuius ciuitatis, quia iurisdictio est spiritualis. 1. q. 3. ex multis, & Bald. in cap. 1. quæ sint rega. ad fi. dicit, quòd iurisdictiones non possunt vendi, quia sunt principis. l. apud Iulianum. § fin. de leg. 1. & remittit ad Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de pub. dicit etiam quòd in terris ecclesiæ omnis iurisdictio, & omnis districtus est Papæ, & ideo ab alio quàm à Papa vendi & concedi non potest. l. prohibere. §. plane. ff. q̃ vi aut clam. sed illud verum secundum Io. de Anan. in cap. 1. ne prælat. vic suas, qui hæc refert de proprietate iurisdictionis, secus de exercitio: vnde vẽdere Castaldionatũ, vel yconomatũ, est simoniacũ. 1. q. 1. si quis Episcopus, & ca. Saluator. 1. q. 3. sed credò q̃ sit vera opinio Abb. Imo. & Gem. q̃ sit licitũ sine vitio simoniæ dare aliquid pro temporali officio assequẽdo, & dicunt Summistæ, q̃ emere & uendere officia ecclesiastica, simonia est, 1. q. 1 si quis episcopus, & propterea simonia est si quis ordinetur ꝓcurator rerũ ecclesiasticarũ, aut defensor, aut regulæ subiectus. 1. q. 3. & in c. Saluator, exponitur ꝓcurator. i. qui-

Source : BIU Cujas

quilibet administrator,ut Præpositus, siue Oeconomus,q̃ scilicet
16 præest rebus canonicorum,& vicedominus,qui præest rebus Episcopi. nomine autem confessoris dicit q̃ intelligitur aduocatus siue syndicus,qui præest tantùm causis tractãdis & iudicandis Episcopi. In subiecto verò regulæ intelligitur Archipræsbyter,Archidiaconus Canonicus, Monachus,& quilibet ecclesiastico officio mancipatus,in quibus omnib.semper committitur simonia secundum Hugo.& Bart Brix.sed Ray. non hærens consuetudini probabilius limitat, quando administratio habet annexum aliquid spiritualitatis.sed gl.1.q.4.ca. 1.limitat quando administratio vel officium est annexum spirituali, vel consueuit exerceri solùm per clericum. & sic est simonia vendere officium,nõ autem reditus.vnde Vlde.addit, q̃ aduocatus,castaldus,& iudex potest esse laicus,& cõsequẽter nihil habens spiritualis.vnde secundum eundem Ray. si qs seruit hospitali,vel in ecclesia, puta ad pulsandum campanas, & huiusmodi pro pecunia, si quidem tale officium sit annexũ iuri spirituali vel consueuit exerceri per solum clericũ, simonia est,aliàs non:sed posset ibi esse turpe lucrum,quando scilicet non est consuetum talia emere,vel vẽdere,secus si est consuetum.9.q.3.conquæstus.

SVMMARIVM.

1 *Expresse non tacite induci videtur simonia.*
2 *Simonia alia mentalis,alia uerbalis.*
3 *Simonia vt crimen punitur.*
4 *In beneficialibus illud tantùm venit,quod est expressum.*
5 *Præsbytero,qui non tenetur,potest dari pro opara spirituali.*
6 *Tria concurrere debent,ut licite sacerdos accipiat.*
7 *Est simonia semper cum datur ex pactione partis.*
8 *Secus si detur officio iudicis,aut mediantibus bonis uiris.*
9 *Non est simonia si renuntianti literis detur beneficium.*
10 *Si detur sine pacto dari consuetum non est simonia.*
11 *Si detur benefactori post beneficium receptum non est simonia.*
12 *In traditione spiritualium possunt interuenire ensenia modici pretij pacto cessante.*
13 *Esculenta possunt dari iudici ordinario seu delegato.*
14 *Non est ueri simile quod propter esculenta moueatur animus iudicis.*
15 *Ensenia non sunt lucra.*
16 *Pro re modica non datur actio doli.*
17 *Prelatis ultra esculenta possunt fieri alia dona cessante fraude.*
18 *Data & oblata debent esse talia, quæ uerosimiliter mentem iudicis non inclinent accipientis.*
19 *Quodcumque munus à manu inducit simoniam,si pactum præcessit.*
20 *Qualiter datum inducit simoniam,si pactum non præcessit.*

An in dubio datum debeat præsumi gratuitum, nec ne? Cap. 24.

VErùm, quia tempore,quo conferũtur spiritualia,vel ante,vel post talium collatori,vel per accipientem,vel pro illius parte solent dari temporalia,nec apparet, an præcedente conuentione & pacto,an cum praua animi intentione,aut aliàs bona mente,ex deuotione,charitate,sponte, & liberaliter:vnde non potest nisi difficillime dignosci,an simoniace sit datum:ideo ad propositum esse iudicauimus de hoc quæstionem facere.

Et videtur, q̃ si non apparet expressè de conuentione præcedente,& pacto q̃ nunquam intelligatur,vel præsumatur datum
1 pro spiritualibus,vel simoniacè,quia expressè,non tacitè induci videtur simonia,vt per Abb.in c.nemo.de simonia,vbi in diffinitione simoniæ conuentionalis dicit, q̃ simonia conuentionalis est, quando partes expressè conueniunt inter se, & c facit doctrina Felini in cap cum essent, eo.vbi ad quæstionem,an sit licitum Episcopum promittere famulo certum salarium quousque ei prouiderit de beneficio, habet locum(inquit)dummodo non fuerit factũ pactum expressè de beneficio. innuens , q̃ si sit expressè,q̃ tunc pactum inducat simoniam,non aliàs.facit quod dicit Fel.in c. tua nos, de simonia,
2 q̃ simonia alia est mentalis,alia verbalis,& verbalem intelligit conuentionalem,meritò si non sit expressum, non videtur simonia.Vlterius simonia est crimen , & vti crimen punitur, &
3 in ea probanda vt in criminalibus probationes habent esse liquidissimæ,ergo si non sit expressum, non videtur q̃ possit puniri vti simoniacum.Item si simonia sit in beneficialibus, non videtur esse nisi sit expressè,& expressè constet de pactione & conuentione simoniaca,quandoquidem in beneficialib. illud
4 tantum venit,quod est expressum,& non aliud,Paris.cons.31. nnm.19.volum.4.Item dicit Abb.in cap.dilectus, el 2.eod tit. quòd si statuto caueatur quòd nouiter receptus in canonicũ; vel monachum teneatur soluere certum quid, quod datum in tali casu & solutum,videtur simoniace datum, quia præcessit taxatio statutaria. vnde si detur non præcedente tali taxatione,non censetur simoniacum,argumento à contrario sensu,quod in iure est ualidum.& tex.per Fel.in cap.postulasti. de for.comp.num.10.

Et pro operibus spiritualibus aliquid licitè datur, & dari potest absque vitio simoniæ,præsbytero maxime, qui ad tales spi
5 rituales operas exhibendas ex officio non tenetur.11.q.2.charitatem ,quia si concurrant tria, videtur licitum accipere pro spiritualibus,nec accipiendo,illis concurrentibus, simonia incurritur,per Angel.in ver.simonia.2.vers. Tu verò tene quòd tria concurrere debent,vt liceat:Primum, quòd capiat nisi q̃ sumptu , & labore. Secundum , quòd non sit accipiens ex officio obligatus ministrare.Tertium,quòd non habeat aliunde sumptus necessarios.

6 Et dicit Abb.in cap.ad audientiam,de rescri.super glo. 2.q̃ est simonia , si quis ex pacto renuntiet literis super beneficio ecclesiastico obtinendo pro aliquo temporali recipiendo,uel pro certa annua pensione recipienda:ergo à contrario sensu, si fiat sine pacto,& detur temporale,vel pensio,non est censendum quòd sit simoniacum:& argumentum est validum in iu-
7 re,vt supra diximus.& est semper simonia,quando aliquid datur ex pactione partis,secus si detur ex officio iudicis, vel mediantibus bonis viris ex vna parte fiat renuntiatio, ex aliqua
8 verò aliquid temporale detur,vt colligitur in c.sanè.de renuntia.& c.cum pridem,de pact.nec est simonia , si quis renuntiat
9 talibus literis Apostolicis,si detur renuntianti aliud spirituale, nel beneficium,secundum Innocen.& Hostien.d.c.ad audientiam,de rescrip.& dicit Angel.in vers.simonia. 5. q̃ si quid detur sine pacto,non vt debitum, sed vt dari consuetum, nõ est
10 simonia,secundum Rodon.& dicit Ricar.de med.vill.in 4.dist. 25.art. 3. q. vlti.quòd si sine pacto aliquid munus benefactori detur post beneficium receptum, accipi potest licite & sine in
11 cursu simoniæ,c.quicquid.1.q.1 quia dicit Abb.in c.1, de simonia,& in omnibus casibus , ego puto q̃ ille, qui dedit ex pacto pecuniam,non sit tutus quò ad Deum, nec potest administrare in beneficio sine peccato , & quòd est licitum aliquid dare non pro ipsis spiritualib. principaliter,sed cũ ex charitate quadam aliquid sponte confertur,licitè recipi põt,vt ibi per eum.

Et dicit Abb.in c.& si qõnes,vers.vlt.collige,extra de simonia,q̃ in traditione spiritualium possunt bene interuenire ali-
12 qua ensenia sine vitio simoniæ modici tamẽ pretij pacto omnino cessante,vt ex quadam charitate, non pro ipsa re spũali conferantur qualia sunt exculenta & poculenta, quæ paucis
13 diebus consumi possint, quæ possunt dari iudici delegato, & ordinario,de quibus in tex.in c.statutum.§.insuper.de rescrio. in 6.ibi,quòd nullum munus uel quicquid aliud nisi forsan esculentum,vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus.

Quæ ideo tolerantur,vt per gl.ibi,quia esculenta, & poculẽ
14 ta sunt modici pretij , & non est verisimile q̃ propter ista mo-
15 ueatus aĩus iudicantis:talia enim xenia non sunt lucra, & pro
16 modica re nõ datur actio de dolo,quia non est ueri simile &c. ff,de dolo.l.idest,& l.præcedenti. & de modicis non est curandum,de consec.dist.2.re vera,ad principium.in gl. mortuo, & c.sed Abb.in fi.d.c.& si qõnes,dicit,quòd legato,& alijs prælatis forte licite etiam possunt fieri alia dona , si omnino cessat
17 fraus,idem dicit Anan.ibidem. Et ordinatori, & consecratori potest licite offerri de electuario, de vino:exigere autem nõ põt. 1. q. 1. si quis eps.& oblatio dicit gl. est & debet esse pretij
18 modici,secundum Anan in c.& si quæstiones, extra de simonia,& in summa dicit tex.si data & oblata sint talia,q̃ ueri simili-ter uoluntatem , & animũ accipientis inclinare, uel mouere non debeant,ecclesia Romana interpretari consueuit accipiẽtem,uel donantẽ in his non delinquere. & quodcumque mu-
19 nus à manu inducit simoniã in spũalib. si pactũ p̃cessit,si uerò non p̃cessit,tunc si sit adeò paruũ q̃ non debeat inducere promouẽtis aĩum inspectis cã,tpe,& personarum qualitate:sic nõ facit simoniã,c.præallegato & si quæstiones, de simonia.ualde enim inhumanũ est à nemine velle recipere , sed uilissimũ est oĩa ab omnib. l.solent.§.vlt.& hoc verum quò ad ecclesiã, sed
20 quò ad Deũ quicquid datur, vel recipitur mẽte, & intentione corrupta quantumcũque minimũ pro spũali simoniacũ est, sed sola pœnitentia sine resignatione beneficii purgat.diximus sup in mentali per totũ,& sic intellige tex.in c.nemo.fm Host. aduerte tñ, q̃ qñ datur aliquid sine pacto, nõ vt debitũ , sed vt dari cõsuetum , non est simonia,secundũ Rodon.vt videntur dicere oẽs doctor.d.c.& si qõnes.per quæ constare videtur, q̃ modicitas,vel paucitas muneris,vel dati , simoniã nõ inducit.

SVMMARIVM.

1 *Sex solidi præcedente pactione inducunt simoniam.*
2 *Simonia non committitur nisi ex pacto.*
3 *Sine pacto munus datum,potest accipi,etiam magni pretij.*
4 *Quomodo intelligatur modicum & magnum.*
5 *Munera ut non inducant simoniam,debent esse sine postulatione.*

Source : BIU Cujas

6 *In illis, qua accipientis animum non mutant, ecclesia interpretatur accipientem non delinquere.*
7 *Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes.*
8 *Quatuor attenduntur cum dubitatur utrum gratis, an ... ctione sit datum.*
9 *Nec omnes, nec omnia, nec ab omnibus.*
10 *Et in paruis corrupta intentione datis committitur simonia, quò ad Deum.*
11 *In foro conscientiæ attenditur intentio.*
12 *Episcopus Parisien. Archidiacono Senon. solet dare dimidiam marcham auri cum intronizatur.*
13 *Non est simonia dare temporale dari solitum.*
14 *Quæ sint considerauda, cum dubitatur utrum gratis sit datum.*
15 *Ex præcedentibus coniecturis præsumitur mutuum, uel depositum.*
16 *Quomodo testis mutuum probet.*
17 *Differentia inter causam mutui & depositi.*
18 *In simonia committenda attenditur consuetudo capientis.*
19 *Item uerba præcedentia.*
20 *De pauperibus parum curant multi iudices.*
21 *Rarò contingit quòd à paupere detur pauperi.*
22 *Qui nihil habet dare non potest.*
23 *Simonia solet fieri in abscondito, meritò ad coniecturas recurritur.*
24 *Veritas in corde hominis non probatur, nisi præsumptiuè.*
25 *Homo nec tenetur, nec potest diuinare.*
26 *Paulus diuinare non poterat.*
27 *In dubijs est locus coniecturis.*
28 *Ad Romanam ecclesiam spectat dubia interpretari.*
29 *Non est simonia, si detur post collata spiritualia, secus si ante.*
30 *Est præsumptio simoniæ cum quis conuenit dare tempore sacramenti.*
31 *Venetijs homines decimantur in morte.*
32 *In Britannia in morte datur tertia pars bonorum conuertenda ad cultum diuinum.*

De eadem materia. Cap. 25.

VErùm contrarium videtur de iure per tex. in cap. tuæ. extra eo. vbi tm̃ sex solidi dati Archidiacono, qui aliter nolebat eum præsentare ad sacerdotij ordinem, simoniam inducũt, sed ideo fuit, quia ibi interuenit & præcessit pactio, quæ de per se est inductiua simoniæ, etiam non considerata aliquo modo quan-
1 titate muneris, seu temporalis dati, vt per Hostien. in d. c. & si qõnes, vbi in fine dicit in ver. delinquere, ꝙ simonia non committitur nisi ex pacto. dicit enim, dicit tex. delinquere nõ dicit
2 simoniam committere, quæ non committitur nisi ex pacto,
3 quia sine pacto munus datum põt accipi. idem colligit margarita decreti per tex. in c. quid. 1. q 1. in ver. simonia, eundẽ met Hostien. sequitur Anan. qui dicit, ꝙ etiam si oblatio, & res data sit magni pretij secundum Host. non refert, dummodo nõ præcedat pactio. nam cõstat ꝙ equus pretiosus datus cardinali est maioris pretij, quàm sit electuarium, vinum &c. tamẽ nõ committit simoniam, & secundum prædicta põt intelligi qđ dixit Bal. in l. ab Anastasio. C. mand. circa finem. in vers. demum inducas hãc legem in arg. ad q. de prælato, qui promotori suo aliquid donauit, cum non esset aliàs donaturus, nisi esset ꝓmotus: ista donatio præsumitur colorata. ideſt simoniaca, vbi Car-
4 dinalis Zabarella dicit secundum Host. ꝙ ecclesia Romana tollerat vt in talibus offerãtur res maioris pretij quàm sit equus, & intellige modici, & magni pretij secundum qualitatem personarum dantium, & recipientium, vt per Anan. ibi, vbi dicit, ꝙ dicitur modici pretij respectu personæ dantis, uel recipiẽtis, aliàs equs possit esse in se pretiosius & nõ modici pretij. sequitur idem Zabarella in fi. d. c. & si quæstiones, ꝙ munera debent esse conformia personis, & quantum ad casum nostrum
5 vt euitetur simonia, munera debent esse sine postulatione, per verba illa in tex. non petenti, & talia, quæ nõ inclinent, moueãt aut interuertant recipientis animum ad aliquod illicitũ, aliàs prohibentur, vt ibi per eum.

Item vr̃ contra, ꝙ nec praua, nec magna munera recipi possint, & si recipiantur, simonia cõmittatur, per verba textus generalia. Beatus vir qui excutit manus suas ab omni munere. quia dicit Margarita decre. ꝙ ille simoniam fugit, qui manus suas ab omni munere excutit. 1. q 1. sunt nonnulli, quæ generalitas vltra munus à manu, lingua, & obsequio, videtur ẽt comprehendere cuiuslibet generis munera parua & magna: sed intellige, vt per Abb. d. ca. & si qõnes, qui interpretando illa verba, dicit, de bõnis illis dictũ est, quæ solent & possunt accipientis animum allicere & peruertere: in alijs, quæ accipientis ani-
6 mum non mutant, Romana ecclesia consuetuit interpretari accipientem non delinquere, vel donantem. Vnde Hostiẽ. Angel. Sylueſtrina & oẽs alij summistæ tenent, ꝙ munus dare vel accipere pro spũalibus, vel spũalibus annexis semper inducit simoniã nisi munus adeò sit paruũ, aut exile, quod nõ debeat inducere promouentis animum, inspectis cã, tpe & qualitate psonarũ. c. præallegato, & si quæstiones id quod est verũ si pactum non p̃cessit, aliàs contra. c. ex tuæ, & 1. q. 1. placuit, vt nul-
7 lus. & iudices debent intendere præcipue, quia quicquid agũt homines intentio iudicat omnes, scilicet quò ad Deum. c. cum ex officij. extra de electio.

Ideo si dubitetur utrum gratis, vel ex pactione, vel corrupta
8 mente sit datum, debent attendi quatuor. Persona dantis, persona accipientis, rei datæ, vel donatæ qualitas, item cã uel tempus. vnde versus. Muneribus dãdis attende quatuor ista. Quis dans, quis ve petens, quæ res, quæ causa petendi. Quis, scilicet diues, vel pauper, quæ res, pretij magni uel parui. addi põt, dicit summma Host. quintum, sc3 an instante necessitate, vel alio tẽpore conferatur, vetus enim prouerbium est. Nec omnes, nec omnia, nec ab omnibus. valde enim inhumanum est à nemine
9 nolle recipere, sed omnia ab omnibus est vilissimum. l. solent. ff. de off. proconsul. §. vltim. ergo esculentum, & poculentum, quod infra triduum consumi potest licitum est recipere. l. plebiscito. ff. de off. præsid.

Si tamen corrupta intentione & sine pacto dentur, uel recipiantur munera quantumcumque parua, committitur simo-
10 nia, scilicet quò ad Deum, quæ tm̃ sine resignatione exequutionis ordinis, vel beneficij collati purgatur sola pœnitentia. & secundum hoc põt intelligi illud in c. nemo, extra eo. secundum Goffre. Et secundum prænotata potest præsumi pro & contra,
11 scilicet in foro causarum, sed in foro conscientiæ attenditur intentio. Quidam tamen distingunt, quia aut datur aliquid temporale pro spirituali, siue ꝓpter spirituale principaliter, & tũc est simonia, 1. q. 1. eos. in fi. & q. 3. si quis præbendas. Aut non principaliter datur pro spirituali, ita ꝙ aliàs daretur, & dãs erat aliàs daturus, & eo casu non est simonia. per tex. in d. c. & si q̃stiones, & c. dilectus filius. A. in fin. quæ opinio secundum Rodon. quem refert Asten. in §. sequitur videre de tertio, est dura, quia rarò, vel nunquam constringeret hoc, quando enim eps
12 Parisien. intronizatur per Archidiaconum Senon consueuit ei dare marcham dimidiam auri, quomodo autem, vel quãdo sibi eam daret, nisi cum intronizaret? vnde credit ꝙ si hoc spõte, & sine pacto fiat, ꝙ non est simonia. Credit ẽt, ꝙ si quid tem-
13 porale detur, non vt debitum, sed vt dari solitum, & consuetũ, non est simouia. Sequitur Alber. in dictionario. vbi dicit, ꝙ si dubitatur utrum gratis, uel corrupta intentione datum sit, tria
14 sunt considerauda & attendenda, præcipue, dantis, & accipientis qualitas. vt si res magni uel modici sit pretij. Item donationis tps, ut scilicet stante necessitate, vel aliàs conferatur. & secũdum hoc est habenda præsumptio pro uel contra. & sic hęc intelligenda sunt in foro causarum: in foro uero conscientiæ attenditur intentio, non præsumptio, in summa constit. q. 10. ut per eundem d. loco. melius per Abb. d. c. & si quæstiones, ꝙ dicit, ꝙ qñ in dubio debeat præsumi donũ datum gratuito, uel ne, ꝙ debent considerari circunstantiæ qualitatis secundũ personam dantis, & recipientis. nam à diuite pauperi facilius præsumitur libera donatio, quàm à paupere diuiti. Item debet cõsiderari quantitas muneris, nam de facili quis non præsumitur conferre libere ea, quæ sunt maximi pretij, quia nemo præsumitur iactare suum, in c. super hoc, de renuntia. & l. cum de indebito. ff. de proba. & in committenda simonia, & illius cõmissione quantitas est attendenda. 1. q. 1. iudices, post medium quia paruæ res ueluti esculenta non uidentur inducere simoniam, ut ibidem colligit margarita decreti.

Item consideratur donationis tps, nam facilius quis p̃sumi debet donare instante necessitate alterius, quàm ubi nulla sub est necessitas. & per istum text. inquit ampliare possumus il lã gl quæ est ualde notabilis in l cum quid. ff. si cer. pet. in illa. q. si quis dixit alicui, tolle hanc pecuniam, an præsumatur donatio, depositum, seu mutuum, ꝙ certe ex præcedentibus coniec-
15 turis debet præsumi mutuum, uel depositum ꝓp præsumptionem, quia nemo præsumitur iactare suum. Ex quibus dixit Bar-
16 to. ꝙ testis mutuum probat statim ꝙ deposuit, uid i sibi pecuniã numerare, sed nescio an donauerit, seu mutuauerit, ut ibi per eum, ubi Bar. Bald. & Angel. ponderant ꝙ in his põt resultare magna utilitas creditorum, qui posuerunt pecunias suas ad tabulas mercatorum, qui postea cessant & rumpunt & fugiunt, nam si est depositum, tunc cã ipsorum, qui deposuerũt
17 est præcipua, si est mutuum, tunc currunt ad bona cum alijs creditoribus, & subdunt, ꝙ in dubio præsumitur depositũ, quia si tractemus de translatione dominii, non præsumitur translatum nisi quatenus probetur. pro quo Ange. ibi allegat dictum Cyn. in l. incendium. C. si cer. pet.

Item debet attendi alia circunstantia, cõsuetudo vc3 capiẽtis
18 ga si à clerico ordinãdo detur res ẽt modica ordinaiori, qui sine pretio non cõsueuit ordinare, certe iudicabit (attẽta tali cõsuetudine) simonia, ga attẽdi debet cõsuetudo patrisfamilias, c. illo uos, in fi. de pignor. & in l. qui semissem. de vsu. Itẽ debẽt
19 attendi verba p̃cedentia. arg. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. & dicũt Anan. & Zaba. d. cap. & si qõnes, ꝙ in textu fuit omissum quartum, qñ videlicet detur à paupere pauperi, & Hostiẽ opinio est, ꝙ ideo sit quia de pauperibus parum curant multi iudi-
20 ces. 11. q. 1. pauper, uel ideo omissum, ga rarò cõtingit, ꝙ à pau-

pere

Source : BIU Cujas

21 pere detur pauperi, quia dicit Anan. ibi, rarò euenit, ꝙ ex hoc oriatur suspitio, quia qui nihil habet dare non potest. in l. ita
22 quem fullo. ff. de fur. 1. q. 7. Dainertum, & ad ea quæ rarò emergunt &c. l. nã ad ea. ff. de leg & c. literas, de despon. impub. Hier. Zanet. in suo tract. de foro conscientiæ. col. 3. nu. 13. & 14. dicit tres tantum circunstantias considerandas esse, an pauper, an
23 diues, & quantitas muneris. Et quia simonia solet fieri in abscõdito, vt plurimum, meritò nihil est mirandum, si ad istas circũstantias, coniecturas, præsumptiones, & signa est recurrendũ, & ad exteriora, per quæ de intentione alicuius iudicatur: ueritas enim sicut est in corde, comprehendi, vel probari non põt
24 per testes, uel per hominem, nisi præsumptiue, unde illud secũdum sacram paginam. Prauum est cor hominis, & inperscrutabile, quis cognoscet illud? vtique solus Deus. ca. nobis, de simonia, in fi. & c. tua nos, & de iud. c. noui. homo enim nec tene
25 tur, nec potest diuinare, c. ut nostrum, vt eccles. benefi. §. 1. vers.
26 quoniam. cum suis concord. quia etiam Paulus spiritu Dei plenus diuinare non poterat, sed per exteriora præsumuntur interiora, c. 2. & 3. de præsump. per Host. d. c. & si quæstiones, vbi dicit, ꝙ elicitur ex eo rex ꝙ si frater aliàs non daturus hunc dedisset equũ, vt facilius expediretur negotium fui fratris, licet eo ignorante, præiudicaret ei, 1. q. 5 præsentium. secus si inimicus in ipsius odium dedisset, vel amicus etiam eo sciente, sed penitus prohibente, c. sicut nobis, recurrendum est ergo ad intentionem in talibus dubijs. non enim in his, quæ certa sunt omni
27 no, sed in dubijs, & in incertis est locus coniecturis. l. cõtinuus. §. cum ita. in fi. ff. de uerb. obl.

Et in casibus dubijs simoniæ. & aliorum, ad Papam spectat interpretari, si aliquid sit simoniacum vel non, & statur tali interpretationi, quia ad ecclesiam Romanam spectat talium interpretatio, c. per venerabilem, qui fil. sint legi. & alij tenentur
28 sequi talem interpretationem, in c. de causis, de re iud. secundũ Host. qui dicit, ꝙ ipsa ecclesia Romana aliquando tolerat ꝙ res maioris prætij offerantur, simile dicit Inn. in d. c. uenerabilem, de elect. in iuramento. videlicet, ꝙ ubicunque est probabile dubium, vtrum debeat concedi absolutio a iuramento, uel ne, solus Papa potest hoc declarare, & illam concedere, & non alius.

Sed quia pro omni dubio non semper recurritur ad sedem apostolicam, quæ de rebus magnis tantum consulta respondere solet, a iudicibus in determinandis causis sunt attendenda prænarrata, in qua materia faciunt nonnulla, quæ diximus in probatione simoniæ mentalis, & probatione simoniæ realis, & conuẽtionalis. Et vltra dicta per doctores, ego puto ꝙ illud quod non in omni tempore datum inducit simoniam, quia si
29 detur post, non ante collationem spiritualium, non videtur simoniacum, not. in tex. in c. nobis, eo. tit. ubi Anan. 2. not. ꝙ datio, & promissio si præcedit actum, inducit simoniam. Abb. in c. ueniens. extra de testibus, vers. sed quæro, ubi facta quæstione an si præsbyter fecisset dimissionem de barilibus vini parochianis post electionem uel post præsentationem, esset simonia, concludit & tenet secundum Ioã And. ꝙ tunc non fuisset simonia, quod dicit uerùm, nisi tamen prius conueniissent, vt reciperetur & eligeretur promittens, ꝙ postea faceret remissionem. unde post potest remittere & promittere de remitten do sine vitio simoniæ, vt ibi dicit Io. And. quia promissio ibi facta patronis ante præsentationem erat simoniaca, secus est si post præsentationem, & electionem sit facta, quia tunc simonia non committitur. Dec. cons. 118. 1. uol. ꝙ est consilium factum in causa cuiusdam præsbyteri, qui medietatem fructuũ promiserat patronis pro habendis illorum vocibus, & votis in præsentatione de se facienda. Idem Dec. in l. 2. C. de instit. & subst. uers. circa secundum, ubi dicit, considerandum est ꝙ si oblatio fuit facta postquam ille receptus fuit in monasterio, res videtur plana, quia datio, aut promissio facta post receptionem vel electionem non inducit simoniam, vt not. Io. And. in c. ueniens, extra de testibus. si autem ante receptionem, maior videtur dubitatio, vt per eundem ibi. Et dicit Abb. in c. ad apostolicam, ꝙ si quis conuenit aliquid dare tempore sacramenti,
30 ꝙ est præsumptio simoniæ, nec consuetudo de aliquid tali modo dando ualet, quasi non habuerit principium voluntarium: & ideo ad illam seruandam non debet quis cogi: secus est vbi quid consueuit dari post liberam sacramentorum collationẽ factam, quia tunc consuetudo laudabilis videtur, & est seruanda, nec est simonia, secundum Inno. Et paulò ante idem Abb. secundum Inn. sed si aliquid consueuit dari non tpe collatio-
31 nis sacramentorum, sed ex post facto, ut erat Venetijs ubi homines in uita non soluebant aliquid de decimis, sed in morte decimabantur omnia bona mobilia. & etiam in Britannia,
32 ubi etiam in morte dãtur tertia pars bonorum omnium conuertenda ad cultum diuinum, & eleemosynam pauperum, tũc bene secundum eundem Inn. non seruantes talem consuetudinem possunt compelli, quia tanto tpe soluendo videntur se uoluntariè ad hoc obligasse.

Sed hoc est intelligendum, si videlicet non sequatur datio vel promissio incontinenti & illico post electionem, & antequam diuertant partes ad extraneos actus, quia licet non effectu sit factum post, si tamen non interuenit aliquod interuallum, non potest dici sequutum post, sed eo quasi instanti factũ censetur; quia ea, quæ incontinenti fiunt, censentur inesse. l. iuris gentium. §. quinimmo. ff. de pact. l. lecta, uersic. dicebam. ff. eod dixi suprà in conuentionali. in rubrica de electione. §. & intellige.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo est altera lex.*
2 *Consuetudo de illicito facit licitum.*
3 *Consuetudo reprobata excusat a pena.*
4 *Consuetudo facit non esse peccatum, quod esset peccatum, sicut olim de ducendis pluribus vxoribus.*
5 *Consueta in ecclesijs tribui, mutari non debent.*
6 *Consuetudo præscripta seruanda.*
7 *Consuetudo attenditur in recipiendis muneribus circa spiritualia.*
8 *Ad consuetudinem piam seruandam laici compelluntur.*
9 *Multa honeste recipi possunt, quæ inhoneste petuntur.*
10 *Etiam contra canones valet consuetudo.*
11 *Quare valet consuetudo non statutum, contra canones.*
12 *Diuturnitas auget peccatum, non minuit.*
13 *Consuetudo contra ius non ualet.*
14 *Nunquam est iudicandum secundum consuetudinem iuris expresse contradicentem.*
15 *Consuetudo habet esse rationabilis, honesta, canoni non contraria.*

An ex consuetudine aliquid temporale pro spirituali accipi, & dari possit sine simoniæ vitio? Cap. 26.

MVltis in locis, & multis temporibus ꝙ spiritualibus, & spiritualium collatione, pecunia & temporalia dantur & conferuntur, nec apparet ꝙ simonia propterea cõmittatur modo aliquo: ideo de consũetudine videtur conueniens aliquid dicere. Et cum consuetudo sit altera lex, & pro
1 lege suscipiatur & habeatur, c. consuetudo, dist. 1. ubi gloss. & Archid. Et consuetudo pulchris nominibus appellatur, quia quandoque dicitur optima, quandoque dicitur beata, in visib. feud. quali. olim poter. feud. alien. ca. 1. & aliàs consuetudo est optima legum interpres, meritò videtur dicendum ꝙ si sit cõsuetudo aliquid temporale dari pro spiritualibus, ꝙ non sit simoniacum: licet forsan sit & videatur contra ius, & iuris dispositionem: quia consuetudo facit licitum, quod aliàs esset il-
2 licitum, in auth. de defen. ciuit. §. qnia verò etiam not. Arch. in c. quia sancta. 63. dist. & uice uersa facit esse delictum, quod aliàs sui natura non esset delictum ff. de extraord. crim. l. salutari. §. sunt quædam. & consuetudo reprobae excusat a pœna, glo. est
3 in c. venerabilis, de consuet. quam glo. dicit singularem Ludo. Roman. singulari. 19. incip. An consuetudo, vbi dicit hoc debere intelligi verum quò ad pœnam temporalem, non autem quò ad Deum.

Et dicit S. Thom. 2. 2. q. c. §. ad secundum. ꝙ consuetudo fa-
4 cit, vt non sit peccatum, quod aliàs esset peccatum, sicut Aug. dicit, ꝙ aliàs habere plures uxores, qñ mos erat, crimen non erat, sed apud quosdam est in consuetudine, ꝙ in consecrationibus Episcoporum, Abbatum benedictionibus, ordinib. clericorum pro Chrismate, oleo Sancto & alijs sacramentis aliquid detur, ergo &c.

Facit tex. in l. priuilegia. in fi. C. de sacrosanctis eccles. ubi dr, ꝙ ea, quæ ab antiquo sunt solita in ecclesijs seu monasterijs
5 tribui, non debent aliquo modo immutari. & per illum tex. dicit Bar. ꝙ si solita est ciuitas certum quid dare ecclesijs, non potest illud immutare per statutum, refert Abb. in ca. abolendæ, de sepult.

Immo consuetudo in talibus introducta seruari debet, per tex. qui dicit expresse in c. nec numerus. 10. q. 3. ibi, & de his quę die dedicationis fuerunt offerentium deuotione collata, consuetudinem, quæ generaliter omnibus ecclesijs est præscripta,
6 seruabis. Est tex. in c. ad apostolicam, titulo nostro, ubi laudabilis consuetudo erga sanctam ecclesiam pia deuotione fideliũ in aliquid pro exequijs mortuorum dando, & benedictionibus nubentium introducta, quam quidam praui laici ex fermento hæreticæ prauitatis nitebantur infringere, præcipitur obseruari.

Est glo. in c. suam, de simonia. quę dicit, ꝙ si sit consuetudo ꝙ aliquid detur in exequijs mortuorum & consimilibus, ꝙ licet sacerdoti non detur actu ad hoc petendum, tamen potest cogi populus ad honestam & laudabilem consuetudinem seruã
7 dam. consuetudo enim attenditur recipiendis muneribus circa spiritualia, arg. 1. q. 1. quæsitum, & c. Agathosa. 63. dist. 9. q. 3. conquæstus, & in auth. de sanctiss. episcopis. §. pro consuetudinibus, col. 9. idem glo. in fi. c. pen. de sepult. ꝙ licet clerici exige-

re

re aliquid non poſſint pro ſpiritualium collatione, laici tamen compelli poſſunt pias & laudabiles conſuetudines obſeruare,
8 & quæ ſuper hoc fuerint, multa enim (inquit) inhoneſtè petun
9 tur, quæ honeſtè recipi poſſunt. 18. diſt. de eulogijs, & alijs per eum ibi allegatis.

Nec te moueat illud, quòd aliquid accipere pro ſpiritualibus
10 ſit contra canones, quia etiam contra canones ualet conſuetu do. licet non ualeat ſtatutum, per Abb. in c. fi. de conſue. ubi rationem aſſignat, quia conſuetudo toleratur, quia conſurgit ex tacito conſenſu, nec præſumitur ambitio tanta, quanta eſt in ſtatuto, quia ius canonicum principaliter intendit dirigere homines in Deum, & venit ad bonum publicum eccleſiaſticum. vnde ſtatutum contra edictum factum ab inferioribus præſumitur temerarium & ambitioſum, & fini æterno contrarium. unde noluit Papa dare poteſtatem ſtatuendi contra canones,
11 conſuetudo tamen toleratur, quia conſurgit ex tacito conſenſu, nec præſumitur ambitio tanta.

Multa vrgent in contrarium, & primò tex. in c. quæſta. 13. q. 2. ubi Nereida fœmina clariſſima conquærente ꝙ pro ſepultura ſuæ filiæ centum ſolidi exigebantur, præcipitur ꝙ ab hoc abſtineatur, exemplo Gregorij ita dicentis. Hoc autem vitium, & nos poſtquàm Deo authore ad Epiſcopatus honorem acceſſimus de eccleſia noſtra vetuimus omnino, & per prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus, &c.

Eſt tex. in c. cum in [illegible]leſia, extra de ſimonia, ꝙ pro epiſcopis, Abbatibus, ſeu quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſedem, ſiue introducendis præsbyteris in eccleſiam, nec non pro ſepulturis, exequijs mortuorum, benedictionibus nubentium, ſeu alijs ſacramentis aliquid requiratur, non obſtante conſuetudine in contrarium, quia tantò grauiora ſunt crimina, quantò diutius animam infœlicem detinuerunt alligatam.

Dicit tex. in c. non ſatis, eo ꝙ pro ſepultura, chriſmate, oleo nulla cuiuſquam pretij exactio attentetur, nec etiam ſub obtentu cuiuſquam conſuetudinis reatum quis tueatur, quia diu
12 turnitas non minuit peccatum, ſed auget. ubi dicit Abb. uerſi. ultimò nota, ꝙ in iſtis conſuetudo nnon excuſat, immo aggrauat peccatum: quod intellige quandiu perſeueratur in peccato præteritæ conſuetudinis, de quo 6. q. 1. imitare, c. fi. de conſuet. ubi Fel. etiam multa adducit.

Et tex. in c. non tantum. in fi. dicit prauam illam conſuetudinem de tua prouincia ſtudeas abolere, per quam pro eccleſiarum inueſtitura Archidiacono marcham argenti, minores verò Decano Vaccam albam ſibi dari poſtulant, uel certam ſolui pecuniæ quantitatem.

Et tex. in d. c. ſicut pro certo, ubi pro epiſcoporum conſecrationibus, Abbatum benedictionibus, ordinibus clericorū non fiant exactiones, etiam ſi ſit taxatum pro quolibet quantum accipi debeat, non obſtante ꝙ ſuper hoc ſit conſuetudo longo tempore vallata, quia non conſuetudo, ſed corruptela eſt dicenda.

Facit tex. in c. pen. de ſepult. ubi nihil pro ſepultura exigi põt, & aboletur conſuetudo, quæ erat apud Montem peſſulanū, vt decedentibus non permittatur prius effodi ſepultura, quàm ꝑ terra, in qua ſepeliendi ſunt certa pecunia, & certum prætium eccleſiæ perſoluatur. facit tex. in c. Iacobus, eo. ubi reprobatur conſuetudo de dando prætio per canonicum de nouo in numerum receptum. per quæ apparet ꝙ conſuetudo in aliquod temporale, vel dando, uel recipiendo pro ſpiritualibus, aut ſpiritualium collatione non ualet, etiam longo tempore vallata non attenditur, reiicitur, & aboletur, ac nullo modo introduci poteſt, nec immeritò id fuit factum, quia eſt de directo contra ius ac iuris diſpoſitionem, rub. & per totum de ſimonia, extra. ubi habetur pro ſpiritualibus nihil tempore exigi, uel recipi poteſt, & conſuetudo, quæ eſt contra ius ac iuris expreſſam diſpo
13 ſitionem non ualet, nec tenet: quia nunquam ſecundum con-
14 ſuetudinem eſt iudicandum, ſi ius contrarium præcipiat. gl. magiſtralis in c. conſuetudo, diſt. 1. & conſuetudo ad hoc ut effe-
15 ctum habeat, debet eſſe rationabilis, & honeſta, non canonib. contraria. 11. diſt. c. conſuetudinis. 12. diſtin. ſicut romana. 10. q. 1. decernimus.

SVMMARIVM.

1 *Quæ debeant attendi, vt ualeat conſuetudo dandi pro ſpiritualibus.*
2 *Non valet conſuetudo, ſi exigatur ante præſtationem ſpiritualium.*
3 *Induci non poteſt conſuetudo, ſi præcedit exactio.*
4 *Conſuetudo introducta non præcedente exactione habet fundamentum laudabile.*
5 *Non valet conſuetudo, cui præcedens exactio cauſam dedit.*
6 *Non ualet conſuetudo, ſi quid detur tempore ſacramenti, quia eſt præſumptio ſimoniæ.*
7 *Compulſio ad ſeruandum conſuetudinem fit poſt collationem ſacramentorum.*
8 *Ratio quare quis non poteſt compelli ad ſeruandum conſuetudinem de' dã do tempore ſacramenti.*
9 *Altercatio inter communitatem Venetiarum & Epiſcopum occaſione decimarum.*
10 *Quæ requiruntur vt valeat talis conſuetudo.*
11 *In quibus caſibus intelligantur iura annullantia conſuetudinem.*
12 *Ex pacto nil poteſt etiam prætextu conſuetudinis dari.*
13 *Curia tenet quòd ſponte oblatum recipiatur.*
14 *Clerici exhibitis primò ſpiritualibus coram epiſcopo agunt ad ſeruandam conſuetudinem.*
15 *Non ualet conſuetudo inter clericos recipiendi pro propria burſa.*
16 *Secus ſi ad diuinum cultum.*
17 *Clerici a laicis conſueta recipiunt, etiam ſi tendunt in repletionem uentris.*
18 *Ante exhibitionem ſpiritualium nil, nec etiam cautio præſtatur.*
19 *Quando non præceſſit exactio quare ualeat conſuetudo in laicis non in clericis.*
20 *Nemo cogitur militare ſuis ſtipendijs.*
21 *Clerici non poſſunt licite negare obſequium debitum Epiſcopo.*
22 *Non reperitur iſta exceptio in iure, non intereris officio, niſi portionem debitam ſoluas.*
23 *Clerici poßunt agere cum Epiſcopo ad obſeruandam conſuetudinem.*
24 *Conſuetudo non præiudicat iuri naturali, uel diuino.*
25 *Non eſt ſimonia ſi exigatur per conſuetudinem approbatam.*
26 *Per actus, qui ſunt meræ facultatis non introducitur conſuetudo.*
27 *Licet pluries amicum in domo receperis, non acquiritur ei in domo quaſi poſſeſſio.*
28 *Non poteſt aſtringi ad continuandam, qui iuit per decennium ad furnum, vel molendinum.*
29 *Coram Epiſcopo agit ſacerdos contra laicum ad ſeruandam conſuetudinem, ſi laici ſint de iuriſdictione Epiſcopi.*
30 *Non agitur per uiam ſolennis libelli, ſed de plano.*
31 *Vbi nulla datur actio, ibi officio iudicis ſubuenitur.*
32 *Forma petendi conſueta per clericos.*
33 *Epiſcopus compellit ad ſeruandum conſuetudinem, & cognoſcit de rationabilitate.*
34 *Index cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.*
35 *Quæ ſit rationabilis conſuetudo.*
36 *Quantum ſpatium requiritur ad inducendum conſuetudinem.*
37 *Quæ ſit prava conſuetudo.*

De eadem materia. Cap. Vlt.

PRo concordatione, & conciliatione iſtorum contrariorum diſtingunt Doctores, & dicunt debere attendi tempus, quo fit exactio, quia multum intereſt. an exactio
1 fiat ante exhibitionem, collationem ſpiritualium, & ſacramentorum. an uerò in ipſo actu. an poſtea, & ex poſt facto: item an exigatur a laicis, an verò exactio fiat a clericis. Item an ex pacto, vel liberè, ac ex deuotione. Item vt non pro ipſo officio ſpirituali, ſed pro labore. Item quomodo, & per quæ verba petatur, vel petitio formetur.

Quia ſi quidem exactio præcedit præſtationem rerum ſpiri-
2 tualium, & antequam ſpiritualia impendantur, non valet conſuetudo, quæ a tali præcedente exactione naſcitur, quia habuit initium & ortum vitioſum, dicit optime & magiſtraliter Abb. in c. ſuam, de ſimonia, ibi, ſed hanc opinionem ſemper tenui, vt
3 poſſit induci conſuetudo, quando non præceſſit exactio: vt ſic ex mera liberalitate & deuotione populi conſuetudo talis ſit introducta, tunc enim non habet vitium nec fundamentum
4 vitioſum ſed laudabile, quia non eſt magnum, nec mirum ſi ab eo metuuntur temporalia, qui ſeminat ſpiritualia. ca. ſi Epiſcopus, de off. ord. lib. 6. & extra eod. quoniam, in quibus terminis loquitur tex. in d. c. ſuam, ſecundum eundem Abb. dum dicit, laicos compellendos ad obſeruandum laudabilem conſuetudinem erga ſuam eccleſiam, pia deuotione fidelium introductam.

Sed vbi exactio præcedens dedit cauſam conſuetudini, tunc
5 talis conſuetudo non ualet, quia habuit initium vitioſum, in quibus terminis loquitur tex. in d. c. cum in eccleſiæ, ſi rectè inſpiciatur, & ponderetur per Abba. ibi, & alios, Ludo. Roman. conſi. 344.

Sed ſi conſueuit aliquid dari tempore ſacramenti, vel tem-
6 pore quo conferuntur ſpiritualia, non valet conſuetudo, quia præſumptio eſt ſimoniæ, quaſi non habuerit principium voluntarium: & ad talem obſeruandam conſuetudinem nemo compelli debet, ſecus ubi conſueuit aliquid dari poſt liberam collationem, quamuis Hoſtiē. teneat ꝙ etiam ſi conſueuit aliquid dari non poſt liberam collationem, ſed in tempore ſacramenti, & tempore quo ſpiritualia conferuntur, ex quo liberè & nulla exactione præcedente ſoluitur, valet conſuetudo, & poteſt compelli ad obſeruandum, tamen compulſio fiet poſt
7 collationem & exhibitionem ſacramentorum, per tex. in c. ex parte, de cenſi. Idem ſentit Goffr. ponens exemplum, ꝙ fortè in exequijs mortuorum erat ſolitum, pro vt eſt dari cereum,

in

Source : BIU Cujas

in benedictionibus nubentium dari panis, in ordinatione clericorum dari manutergium, vt refert Abb. in c ad apostolicã, de simonia, cuius dicta referimus pro intelligentia materiæ, quia sunt magistraliter prolata,& omnes sequuntur.

Dicit enim secundum Inn. ꝙ laici non possunt cogi ad seruandam consuetudinem de aliquid dando pro spiritualibus, tunc, quando consueuerunt dare tempore collationis sacramentorũ. vnde si pro pœnitentia consueuit dari nummus, nõ potest quisquam compelli ad illud persoluendum, reddit rationem quia aut inuitus quis soluit,& tunc illud est simoniacũ & contra ius diuinum inductum, ergo & impræscriptibile, c.
8 fi. de consuet. Aut sponte quisque soluit,& tunc non potest cõpelli ad soluendum, sed si aliquid consueuit dari, non tempore collationis sacramenti, sed ex post facto, vt erat Venetijs, vbi homines nil soluebant in vita de decimis, sed in morte decimabantur omnia eorum bona mobilia.

Super quo refert Anan. ibi, ꝙ d. Flor. dicit de ista consuetudine se vidisse altercationem inter communitatem Venetiarũ
9 & Episcopnm, quia communitas volebat assignare epõ & ecclesiæ alios certos reditus loco decimarum, epũs recusabat, dicens ꝙ hoc fieri non potest etiam auctoritate p̃p̃. Et etiam in Britannia, vbi etiam in morte datur tertia pars omnium bonorum conuertenda ad cultum diuinum,& eleemosynam pauperum. tunc bene secundum eum non seruantes talem cõsuetudinem possunt compelli, quia tanto tempore soluendo videntur sese voluntariè obligasse. Conclusio ergo Inno. inquit idem, sit ista, vt si est consuetudo ꝙ aliquid liberaliter detur tempore collati sacramenti, laici qui volunt cõtrarium statuere, vt nil detur, seu soluatur, possunt compelli, sed i le, qui non vult soluere, non est cogendus: sed si consueuit aliquid dare tẽpore sacramenti est præsumptio simoniæ, quasi non habuerit principium voluntarium,& ideo non debet quis cogi: secus ubi consueuit aliquid dari post liberam col ationem. Host. uerò tenet ꝙ etiam si consueuit aliquid dari tempore sacramenti, ex quo libere & nulla exactione præcedente soluitur, ꝙ tũc potest compelli ad obseruantiam consuetudinis, tamen compulsio fiet post collat onem sacramentorum, per tex. in ca. ex parte. de censi. Idem sentit Goffr. ponẽs exemplum ꝙ fortè in exequijs mortuorum erat solitum pro vt est dari cereum, in benedictionibus nubẽtium solet dari panis, in ordinatione clericorum solet dari manutergium. ut & sup. diximus. & sic expresse sensit de eo, quod dabatur tempore collationis sacramentorum. pro quo vide Paul. de Castr. consi. 401. incip. uiso processu. & consi. 363. incip. circa primum. Bellamer. cons. 31. incip. ꝙ mulier. col. 4. in fi. ibi, quę requiruntur ad hoc ꝙ ualeat
10 talis consuetudo. in quibus locis habes, an valeat consuetudo aliquid dandi pro spiritualibus. Et dicit Abb. cõs. 161. ꝙ consuetudo de qua in tex. ibi, quæ mandatur seruari, debet intelligi de eo quod consueuit dari liberè, vel tempore collationis, uel ex post facto: ita tamen ꝙ nunquam fiat compulsio, etiã præsuppositа consuetudine tempore sacramenti, & ꝙ consuetudo fuerit orta non ex præcedenti exactione, sed ex pia deuotione fidelium introducta. Et tria concludit Abb. ibi. ꝙ non ualet consuetudo, vt tempore sacramenti aliquid conferatur ab initio. Secundò, non potest introduci consuetudo, vt aliquid detur pro sacramentis, vbi præcessit exactio, quia initium fuit simoniacum & vitiosum,& in istis duobus casibus (inquit) in-
11 telligo modos, qui annullant consuetudinem. Tertiò valet cõsuetudo vt aliquid detur tẽpore collationis, seu ex post facto, ubi ex mera liberalitate populi fuit introducta, ita tamen vt sacramenta prius libere conferantur: aut ergo uoluit dare libere tempore sacramẽti,& potest datio & oblatio recipi, aut noluit. & tunc ne videantur sacramenta vendi, debent libere conferri. sed postea fiet compulsio ad obseruantiam laudabilis consuetudinis, quia, inquit Host. in summa. §. qualiter. uersi. sed cũ consuetudo. ꝙ si consuetudo sit uel quasi, ꝙ lectus retineatur a clericis, possunt per censuram ecclesiasticam coherceri ad lectum restituendum, quia talis cõsuetudo laudabilis, &c & paulò post, ꝙ si consuetudo sit ꝙ sacerdos debeat habere vestes, quas deferebat mortuus tempore mortis, vt in Castro cleriaci Vianen. Diœcesis dico ipsum gratis sepeliendum & hæredem ad vestimenta reddenda, & ita se ait Host. iudicasse, sed non debet sacerdos esequium retinere loco pignoris, quod gratis conferre debet, & si alias ei obligatus esset, & si sit consuetudo ꝙ nubens benedictionem recipiens det 6. denarios, hoc idem iudico, ut gratis conferatur benedictio,& postea cogatur reddere per censuram ecclesiasticam, & aliàs ut ibi per eum.

Et dicit Anan. in c. ad apostolicam. 2. col. ꝙ in consuetudine distinguendum est, ꝙ aut illud, quod est præstandum ex consuetudine habet aliquam legitimam causam, puta, quia soluitur loco decimarum, loco census, loco chathedratici, uel alterius iuris, & tunc potest compelli. & idem si nõ habet causam specificam, sed illud quod exigitur sit conuertendum ad diuinũ cultum, si non præcessit exactio.

Item est aduertendum, ꝙ ex pacto nil recipi potest etiam
12 obtentu consuetudinis secundum Host. refert Astens. in summa. §. sequitur videre tertiò, ꝙ si obijciatur ꝙ consuetudines laudabiles seruari debent. 1. q. 3. c. quæsitum,& dist 18. de eulogijs. ꝙ ex pacto nil recipi debet obtentu alicuius consuetudi-
13 nis, sed recipi potest si offeratur gratis, sicut curia tenet, & probatur extra eo. c. dilectus.

Item debent attendi personæ a quibus exigitur, quia clerici exigunt a laicis obtentu consuetudinis,& tunc non debent clerici retinere pignus spirituale, sed gratis debent sepelire, & be-
14 nedictionem dare primò, deinde coram epo, vel loci ordinario cã & veritate cognita cogentur laici consuetudinẽ honeste & laudabiliter introductam seruare. ca. ad apostolicã. extra eo. Aut clerici a clericis, & isti si petant aliquid quod ad propriã
15 ipsorum tendat utilitatem & commodum, non valet, per tex. in c. quęsitum. & c. de eulogijs allegato. refert Asten. §. sequitur videre tertio,& dicit Abb. in d c. Iac. ꝙ dicitur de consuetudine habet locum ubi a laicis debetur aliquid clericis. Sed vbi consuetudo est, ut aliquid a clericis exigatur, tunc dic, ꝙ aut illud tendit ad priuatum commodum clericorum, repletionẽ ventris, aut bursæ canonicorum, & tunc non ualet consuetudo, nec debet fieri compulsio, nisi sit aliquid leue, quod non moueat, nec mouere possit animum accipientis, qualia sunt esculenta, & poculenta, per Anan. d. c. ad apostolicam, Aut tẽdit ad fauorem diuini cultus, prout si petatur calix, crux, para
16 mentum, uel quid simile quod tendat ad fabricam, & ualet, si non præcessit exactio ante sacramentorum exhibitionẽ, quia tunc licite illud exigitur,& etiam ante receptionem posset licite recipi cautio, ut per Anan. d. c. Iacobus, ubi Host. dicit, ꝙ in hoc casu quasi Deus cum canonico permutare videatur spirituale pro spirituali. subiungens sibi, ꝙ clerici a laicis possunt exi gere illud quod laudabilis consuetudo introduxit, ẽt si vẽtris,
17 vel bursę repletionem, uel aliam priuatam vtilitatem respiciat. Et propterea dicunt Inn.& Io. de Lignano d. c. ad apostolicã, ꝙ consuetudo, qua datur aliquid ante receptionem sacramentorum est corruptela, nec ualet quantumcunque longa, quia liberè habent conferri spiritualia nec dicat sacerdos, non dabo sacramentum, nisi fiat solutio, quasi teneat sacramentum loco pignoris. & sicut non potest exigi pecunia ante, ita nec ali
18 qua promissio, cautio, seu pactio, quia omnia in talibus reprobantur. per Anan. ibi. uersi. ibi.

Quando verò non præcessit exactio, quare valeat in laicis &
19 non in clericis, ratio diuersitatis est, quia laici videntur sese obligasse sub nomine cuiusdam oblationis. facit ꝙ not. in cap. nouum genus. de decimis, extra. unde dicit Inn. in c. ad Apostolicam, ꝙ si cõsuetudo habet, ꝙ in dedicationibus ecclesiarum aliquam partem oblationum habeant consecrator, & clerici, qui ei obsequuntur in actu consecrationis, bene ad illam consuetudinem seruandam agi potest,& peti. c. nec numerus. 10. q. 3. c. Eleuterius. 18. q. 2. Idem in sepulturis,& in omnibus alijs, quæ de iure ratione consuetudinis debentur, vel diuidnntur.

Si qua verò alia sint, quæ non ratione consuetudinis generalis, sed specialis debentur, vt si cohsuetudo esset ꝙ in consecratione haberet centum marchas, non crederem talem consuetudinem seruandam, cum male de ea præsumatur. Non negamus tamen quin possit accipere expensas pro se, & comitibus suis, & certum quid potest statui quod accipiat pro expensis,
21 quia non cogitur militare suis stipendijs, 10. q. ult. relatum. 12. q. 2. charitatem. Et si aliquid petatur ab his quorum ecclesia consecratur, vel de bonis eorum, hoc nullo modo est licitũ, ẽt si sit generalis consuetudo. per tex. in c. non tantùm, de simonia, sed si nihil ab eis petatur, sed de oblationibus, quæ nondũ peruenerunt in spirituale dominium alicuius uel usum, uel possessionem, diuisionem aliquam faceret, hoc est licitum ẽt tempore consecrationis ecclesiæ, vel collationis sacramentorum.

Tamen credo, inquit Inn. si Eps vel clerici dicerent, non interueniemus, nisi securi sumus ꝙ dabitis nobis oblationes, vel nisi uos D. episcopo secundum consuetudinem antiquam diuiseritis. ꝙ tunc peccarent c. cum. M. ecclesiæ. de simonia.

Immo plus dicunt aliqui, ꝙ clerici, qui consueuerunt habere aliquam partem ab epo possunt ei dicere, si cessauerit aliquando debitam partem dare, non intererimus de cætero. 95. dist. esto. 45. dist. cum beatus quia si episcopus ratione consuetudinis petat eos cogi ad secum interessendum, & ipsi respondebunt,& tu ipse circa hoc ipsum consuetudinem serua. Nos tamen credimus ꝙ non est licitum negare epo obsequium cõ
21 suetum, licet eps deneget consuetam partem & portionem oblationum. Item si defecerint, agere potest eps nomine eccle
22 siæ peritorio & possessorio contra clericos, cùm ista exceptio nũquam inueniatur in iure. sed clerici similiter agere possunt cum epo non pro ecclesia petitorio, sed possessorio ad prædictam consuetudinem obseruandam, & vt pronuntietur eos
23 non cogendos præstare obsequium, nisi eps soluerit quod eis est debitum,& etiam ꝙ eps infringit consuetudinem, si expediet canonicis,& si consuetudo esset tantum introducta in fa-

uorem

Source : BIU Cujas

norem epi, poſſet agere, vt abſoluatur a prædicta conſuetudine, quia priuilegium &c. nam licet illud aliquando obtineat in priuilegium, non tamen obtinet in iure communi, aut conſuetudinario, quod difficilius ſeparatur ab homine quàm gratia, ſed poſſunt agere, & petere, vt quamdiu Epiſcopus non ſoluerit, quod conſueuit, vt ipſi obſequium debitum præſtare non teneantur, & in his terminis loquitur tex. in cap. eſto. 95. diſtinct. & 45. diſtinct. cum beatus, ſequuntur Anan. Zabarel. Abb. & alij.

Ex quibus deductis credo ꝙ apparet reſponſum, vel quomodo poſſit reſponderi ad contraria, & quomodo ad inuicem concordari, & reconciliari poſſint, quia ad contrarium de Sancto Thom. adductum reſpondetur per eundem ibi verſicul. ad quartum ꝙ conſuetudo non præiudicat iuri naturali
24 vel diuino, quo ſimonia prohibetur, & ideo ſi aliqua exigantur ex conſuetudine quaſi prætium rei ſpiritualis cum intentione emendi, vel vendendi, eſt manifeſta ſimonia, & præcipuè, ſi ab initio exigantur. ſi verò exigantur quaſi quædam ſti-
25 pendia per conſuetudinem approbatam, non eſt ſimonia, ſi tamen deſit intentio emendi, vel vendendis ſed intentio referatur ad ſolam conſuetudinem obſeruandam, & præcipue quãdo aliquis uoluntarie ſoluit. In his tamen omnibus ſolicitè cauendum eſt, ꝙ habet ſpeciem ſimoniæ vel cupiditatis ſecundũ illud Apoſtoli. 1. ad Theſſalon. vlt. Ab omni ſpecie mali abſtinete vos.

Sed contra iſta poteſt inſtari uno forti medio, quia dare aliquid temporale ſacerdotibus & clericis, in caſibus, & modis prænarratis, eſt vnum de actibus, qui ſunt mere facultatis, per quos non debet nec poteſt introduci aliqua conſuetudo, quę
26 in futurum aſtringat, nec ex datione annua gratis facta. not. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua. Bar in l. cum de in rem uerſo. ff. de vſuris. Innocen. in cap. bonæ el 2. de poſtula. prælat. ubi dicit, ꝙ li-
27 cet recipiamus in domo noſtra amicum de longe venientem, nõ tamen acquiritur illi in domo quaſi poſſeſſio, licet pluries fuerit receptus, nec aliqua conſuetudo inducitur, & dicit Bar. præalleg. l. cum de in rem uerſo. de vſuris, ꝙ licet ruſticus detulerit alicui annuatim vnum par caponum ſponte ex liberalitate, non tamen ex hoc aliqua inducitur conſuetudo, vt in poſterum inuitus aſtringatur.

Item vt per Cyn. in l. 1. & 2 C. quæ ſit longa conſuet. ꝙ licet quis per decennium continuauerit ire ad molẽdinum, vel fur
28 num alicuius, & ſic lucrum attulerit illi, non per hoc inducitur conſuetudo aliqua, vt in futurum aſtringatur ire & continuare, quia iſti ſunt actus meræ facultatis. vnde ſi populus in caſu noſtro offerebat aliquid gratis eccleſiæ vel clericis, quando recipiebat ſacramentum, non debet videri introducta conſuetudo, vt in futurum inuitus aſtringatur ad idem.

Sed in contrarium reſpondet ab obiecta Abb. tribus modis in c. ſuam, de ſimonia, ubi quæſtionem facit, primò, quia in caſu uoſtro apparet de uoluntate populi volentis introducere talem conſuetudinem. Secundò, quia contraria procedunt, vbi donatio eſt pura, non relata ad certum quid, pro vt eſt in caſu noſtro, cum tempore ſacramenti ſeu exhibitærei ſpiritualis aliquid confertur, inducitur populus longo tempore hoc obſeruando, & longo tempore impendendo, ſe ad hoc voluiſſe obligare & conſtituere illam ſpontaneam obligationem, in recompenſationem ſpiritualium recognoſcendo Deum in muneribus ſuis, & redimendo peccata eleemoſynis. c. medicina diſt. 1. Tertio loco poteſt dici, vt ſit ſpeciale fauore eccleſiæ, quod longo tempore populus ſic impendendo temporalia, videatur velle inducere conſuetudinem in futurum, vt ibi per eum, ex quibus ſit expeditum pro nũc quod dicere voluimus circa conſuetudinem.

Et quia ſacerdos vel clericus ad hoc ſibi iudex eſſe non poteſt, vel ſibi in hoc ius dicere, quia eſſet iudex in cauſa propria: ideo ad epiſcopum, diœceſanum hoc munus ſpectabit, qui lai-
29 cos ad obſeruantiam compellet, ſi tamen, & quando laici erũt de ſua iuriſdictione ad cuius prouidentiam eſt recurrendum, per Hoſtien. ibi. §. qua propter, & proponetur coram eo non per uiam actionis, ſed per implorationem officij, dicit vltima glo. d. c. ad apoſtolicam, pro eo, ꝙ not. 47. diſtin. ſicut, in ultima glo. 1. q. 7. exigunt, & Zab. ibidem. ubi propoſita quæſtione,
30 qua actione poterit ſuper hoc agi, dicit eſſe intelligendum ꝙ implorabitur officium de plano, & ſine libello, Hoſt. dicit ꝙ p modum denuntiationis poterit peti, ſed Zab. magis placere videtur, ꝙ per implorationem propter verbum in tex. Epiſcopũ, quia cum verba diriguntur ad iudicem, habemus intelligere ſemper, vt detur officij imploratio, c. 2. de off. iud. vt per eundem Zab ibidem.

Sequitur Ana. ibi prima col. ibi, ex hoc collige, ꝙ aliquando
31 vbi nulla datur actio, ſi ſubeſt æquitas, ſubuenitur officio iudicis. facit tex. & gl. fi. in l. hæreditas. §. fi. ff. de petitione hære. facit etiam quod habetur in l. plane, & l. fi eo. tit. Et nota, ꝙ ubi ex conſuetudine aliquid datur, eſt facienda vis in verbis, ſecundum Hoſt. Nam ſi clerici dicunt hoc petimus pro ſepultura,
32 ſuccumbunt, etiam ſi allegant conſuetudinem. cap. non ſatis. de ſimonia. ſed debent dicere, conſuetudo eſt, vt pro mortuo aliquid detur eccleſiæ, vel clericis, quaſi velit dicere, ꝙ non debet ſe fundare clericus, vt aliquid pro officio ſoluatur, ſed vt detur ratione laudabilis conſuetudinis, & hoc modo non dicitur capi immediate pro officio.

Et non ſolùm erit iudex epiſcopus in cogendo ad obſeruãtiam laudabilis & rationabilis conſuetudinis, verùm etiam ad
33 cognitionem rationabilitatis, & laudabilitatis. d. conſuetudinis. per Anan. ibi 1. col. verſi. vlt. not. ibi. eſt ergo rationabilitas conſuetudinis declaranda per Epiſcopum, & per ipſum eſt compulſio fienda, & ſic pondera & tenementi, quia nõ ſolum ſpectat ad epiſcopum compellere laicos ad obſeruandam laudabilem conſuetudinem, ſed etiam datur ei poteſtas, vt cognoſcat, an ſit rationabilis, & per hoc facit bene litera ibi, veritate cognita, ſicut iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, & an
34 ſit iudex competens nec ne, iuxta notata in c. ſuper iiteris. de reſcrip. extra. & per Bar. in l. ex ſententia, ff. de teſtam. tutel. per Innoc. in c. cæterum de iud. Ita poteſt cognoſcere, an conſuetudo ſit rationabilis pro quo etiam facit, quod not. in ca. cum ſit generale de for. compet. & eſt bonus tex. in cap. ſi iudex laicus. de ſententia excommunicationis. & dicit apoſtilla ibi ad eundem Anan. ꝙ rationabilis conſuetudo dicitur, quæ non
35 eſt contra ius: habet tamen aliam iuris approbationem. ſed tuelius per glo. in c. fina. de conſue. extra., quæ diſputat quando conſuetudo dicatur rationabilis, & quia de hoc non datur certa regula, relinquitur hoc arbitrandum iudici, per Arch. in c. leges. diſtin. 4. uerſi in ea gloſſ. ad quam inducendam requiri-
36 tur ſpatium. 40. annorum, ſed illa quæ eſt ſecundum ius, præſcribitur decennio, per iura, quæ ibi adducit, quia iſta conſuetudo laicos aſtringit, non clericos, inter quos indiſtincte procedit conſuetudo ex curſu decennij, per not. in l. de quibus. ff. de leg. tum quia iſta conſuetudo non eſt contra ius, immo pia & fauorabilis. & uidetur etiam de iure canonico, ꝙ ſufficiat tempus decem annorum, eſt gloſſ. in cap. fina. de conſuetudine. lib. 6.

Et dicit Hoſtien. ibidem, ꝙ rationabilis conſuetudo eſt, ſi offeratur candela groſſa cum denarijs, vel vt mortui habeant lectum ſuum, uel ꝙ ſacerdos habeat veſtes mortui, aut a nubentibus caput bouis, vel aliud quid ſimile. tales enim laudabiles conſuetudines ſunt ſeruandæ. Praua verò conſuetudo eſt, quando pro ſacramentis eccleſiaſticis exigunt ante collatio
37 nem ipſorum vel poſt, & obtentu conſuetudinis cuiuſcunque, c. ſicut pro certo. §. fi. de ſimonia, uel quãdo ante ſolutionem, uel ſaltim ante ſatiſdationem denegantur eccleſiaſtica ſacramenta, vt per eundem d. c. in §. qua propter.

DE PROBATIONE SIMONIAE MENTALIS.

QVARTA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Non legitur quòd mentalis ſimonia ſit punibilis. & vbi non eſt delictum, ibi non eſt pœna. ubi, quod exceptio, delictum de quo accuſas non eſt punibile, impedit litis ingreſſum. vbi etiam, quod animo & voluntate obligamur Deo tantùm.*

2 *Voluntas quæ ſignis exterioribus non declaratur, non punitur ab eccleſia. & commiſſum ſimoniæ mentalis eſt delictum in ſolo animo, & voluntas clauſa in mente nihil valet in actibus hominum.*

3 *Cogitatio quæ in lucem non producitur, cenſetur abortiua, & ibi, quod nemo cogitationis pœnam patitur, & nil prodeſt conatus, ſi iniuria non habet effectum, ubi, quod non eſt furatus, qui iuit animo furandi.*

4 *Vſurarius mentalis tenetur ad reſtitutionem, & Simoniacus mentalis quo modo teneatur ad reſtitutionem, & Simonia mentalis commiſſa in illis, quæ ſunt de iure diuino eſt quaſi conuentionalis.*

5 *In quibus ſola uoluntas facit veram ſimoniam, ubi quod ſi ſimonia mentalis non punitur, ideo eſt, quia illius probatio haberi non poteſt, & non quilibet ſimoniacus eſt hæreticus, ſed ille tantùm qui credit gratiam ſancti Spiritus uendi poſſe.*

6 *In hæreſi ſola uoluntas punitur, & inquiſitor hæreſis punit hæreticum in mente, & ibi, quod ſolus Deus mentem nouit.*

7 *Quartus caſus in quibus uoluntas habetur pro facto, & ibi, quod confeſſio facta confeſſori negari poteſt, quia eſt facta illi, ut Deo, & in pœnitentiæ fides adhibenda eſt confitenti, nã non eſt credendum quòd quis ſit immemor ſuæ ſalutis, & in iudicio animæ cuilibet eſt credendum.*

8 *Hæredes non creditores ſtare tenentur confeſſioni religioſæ teſtatoris, ubi, quod in ſpiritualibus ueritas tantùm attenditur, & in ſpiritualibus ueritas opinioni præfertur, & ibi quod animus per ſigna exteriora etiam hominibus ſit notus.*

9 *In delictis animus inſpicitur, & quæ fiunt caſualiter non ſunt in conſideratione, nec puniuntur, & homicida ex caſuali confeſsione non poteſt condemnari vel puniri.*

Delictum

Source : BIU Cujas

10 *Delictum ex proposito perpetratum multò magis punitur, quàm calore ira cundiæ, ubi, quod homicidium non præsumitur factum ex proposito, nisi qualitas pensamenti probetur, ubi latrones qui stratas obsident, præsumuntur insidiosè facere.*

11 *Dolus & bona fides sunt passiones animi. & ibi, quod animus probatur præsumptione facti, uel uerbi, nam animus præsumitur, qualia sunt uerba & facto uoluntas datur intelligi.*

12 *Testis debet testificari per actus exteriores, nam qualitate facti animum facientis metimur.*

13 *Per extrinseca probantur intrinseca. & extrinsecus actus probatur per intrinsecum animum, & ibi, quod possidens non dicitur mutare causam possessionis, nisi appareat de animo.*

14 *Quis non tenetur iniuriarum, nisi animum iniuriandi habuerit. vbi habes quod iudex debet considerare factum, quod animum metitur.*

15 *Qui alium occiderit non potest puniri, si non apparet fecisse animo occidendi, & qualitas factorum describit qualitatem intellectus.*

16 *Animus præcedens ex posterioribns declaratur, & ex euentu qualis animus fuerit, apparet, & duobus modis animus potest considerari.*

17 *Animus præsumitur ex actibus. & ibi vide quales habent esse isti actus.*

De probatione Simoniæ mentalis. Cap. 1.

HIs prædictis de mentali simonia, aliqua dicemus circa illius probationem, & quomodo probari possit mentalis, & licet videatur esse ab re inaniter, & extra propositū de hoc quærere vel disputare, quia cauere debemus ꝙ frustratorius non sit labor. Nec facere debemus ꝙ factum non releuat, ex eo quia mētalis simonia non legitur, ꝙ aliquo modo puniatur; quæ sola
1 animi pœnitentia, per quam Deo creatori satisfit, deletur. c. fi. de simonia, & ibi gl. & gl. in c. qui studet, 1. q. 1. in uer. a communione, ubi dicit, ꝙ de sola voluntate non scandalizatur Ecclesia, quia non videtur talis simonia delictum, quia ei pœna non fuit a lege & canone inuenta, sicut simoniæ conuentionalis: & vbi non est delictum, ibi non est pœna. not. per Bald. in l. decuriones. C. de infam. Ias. in l. sed & si post, num. 6. C. de inoff testa. vnde non videtur necessaria illius probatio: quandoquidem ea non deducitur in iudiciū, nisi coram Deo & tribunali Dei Creatoris, coram quo testes non examinantur, instrumenta, & scripturæ non producuntur, vel aliæ probationes fiunt pro habenda alicuius rei veritate, quia ipse est scrutator cordium. c. significasti, de elect. & nullum factum quamuis occultum, illum latet. & coram eo conscientia mille testes, quia si delictum non sit punibile, non debet iudex accusationem admittere. & ista exceptio, delictum, de quo accusor non est punibile, impedit litis ingressum, per ea, quæ not. Barto. in l. si seruus, per illum tex. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. Ias. post Bart. in l. senatus. ff. de accusationibus. Idem Ias. in rubrica. C. vt nemo priuat. &c. Facit, quia quis animo, & voluntate non obligatur nisi Deo creatori. l. si rem §. voto. ff de pollicit. Goffr. & Hostien. in summa de uoto, & uot. redempt. Diuus Thom. secunda secundæ. q. 98. refert Bar. in l. gerit. ff. de acq. hære. immo similis simonia non punitur ab ecclesia, quia eius probatio non habetur. Gemin. in summa. 1. q. 1. uersi. in prima gl. facit quod ibidem di
2 cit Arch. qui in terminis simoniæ mentalis dicit, ꝙ voluntas, quæ exterioribus signis non declaratur, ab ecclesia non punitur. Facit, quia commissum simoniæ mentalis vī delictum in solo animo perpetratum, & solo animo non videtur perpetrari delictum, quia animi cogitatio non producta ad exteriora nullum producit effectum, & voluntas clausa in mente nihil valet in actibus hominum, nisi sit expressa verbis, vel facto. & animi cogitatio, quæ in lucem non producitur, censetur abortiua, & est sicut posthumus, qui si non nascatur, uel producat in lucem, *nihil est* l. fi. c. de posthum. hæred. inst. Ita egregie dicit Bal. in l. 1. 2. q. C. qui admitti, & in suo diuino consilio scitmatis posito post rubricam. C. si quis aliquem testari. prohib. 13. col. sequitur Ias. in l. si ita legatum. §. illi, de lega. 1. num. 2. & sola mentis suggestione, & sola animi cogitatione peccatū nō dicitur perpetratum, per text. in cap. sed pensandum. 7. distin. vbi ad illius perpetrationem alia quàm mentalis suggestio, requiri videntur.

Et commissum solo animo, quia non videtur delictum, non punitur, quia consilia animi & cogitationes non puniuntur. l. cogitationes. ff. de pœn. & dicit Bal. in l si quis non dicam rape-
3 re. C. de episc. & cler. ꝙ nemo cogitationis pœnam patitur, nec animi consilia puniuntur, vbi etiam materiam extendit, quando etiam forsan non esset statum & permansum in terminis solius animi, & esset processum ad aliquem actum, dummodo non esset delictum consummatum, per tex. in l. 1. in fi. ff. quod quisque iur. vbi habetur. Quid enim profuit conatus, si iniuria non habuit effectum? Bar. in l. 1. ff. de extraord. crimin. Philip. Fran. in ca. 1. de homicid. Pau. de Castr. consi. 130. prima parte. consi. 277. 2. uol. & Bar. in l. fin. ff. de extraor. crimin. ubi dicit ꝙ qui iuit animo furandi, non est neque dici potest furatus. & vide quæ diximus suprà in quæstione superius facta de simonia mentali, in principio tractatus, quæ incipit, sed incipiēdo a mētali &c. & quæ dicemus infrà de pœna simoniæ mentalis, & in quæstione post illam immediatè seq. ubi aliqua diximus. facit, quia solo animo non videtur adiri hæreditas, nisi sit per actus declaratum, vti per Bartol. in l. gerit. ff. de acq. hær. Iason. ibid. num. 13.

Verùm, quia simonia mentalis perpetrata & commissa in illis, quæ sunt prohibita quia simoniaca, & quæ sunt de iure diuino, licet non teneatur, aut puniatur, quò ad alias pœnas, tamē tenetur ad restitutionem, quia quicquid committens accipit, tenetur & debet induci ad restituendum, sicuti vsurarius men
4 talis, cui in isto casu simoniacus æquiparatur. Ange. in summa in uer. simonia primo, uersi. vtrum sola, & in uer. simonia. 7. & in uersi. vsura primo, uersi. vtrum sola. fundando se super illo. Gratis accepistis, gratis date. c. intentum, de simo. & 1. q. 1. c. 1. & super illo Lucæ. Mutuum dantes nihil inde sperantes: si tamen intentio fuit principaliter, non secundariò, vt distinguit Abb. d. c. fi. de simonia. item simonia mentalis, quando est commissa in his quæ sunt de iure diuino, est quasi conuentionalis, & illius efficaciæ cuius est conuentionalis, dicit Arch. in summa. j. q. 1. circa finem, & dicit Host. in summa. §. per indicem. col. pe. uersi. ꝙ si quis confert, ꝙ simoniaci mentales sunt puniendi veluti simoniaci, & sola intentio in prohibitis de iure diuino inducit simoniam, Inn. in c tuæ nos, de simonia, & in illis, quæ sunt prohibila, qaia simoniaca, quale est vendere sacramenta aut ordinem sacrum, & generaliter omnia illa, quæ authoritate veteris & noui testamenti simoniaca iudicantur, sola volun
5 tas veram facit simoniam, c. quicumque. 1. q. 1. cum similibus. idem Arch. ibidem in uersi. studiosa, qui videtur innuere, ꝙ si simonia mentalis non punitur ab ecclesia, ideo est, quia eius probatio haberi non potest: inferens, ꝙ, si posset probari, punibilis esset. & dicit Host. in summa in §. per iudicem, in fi. ꝙ decretal. Gregorij intelligenda est in foro pœnitentiali, non in iudiciali, quasi dicat, caueat sibi ordinator ordinatus & repræsentator tale pactum interponens & recipiens, quia quamuis occultum sit & probari non potest, tamen hanc pœnam ipso facto a canone patiuntur, & sic ipso iure suspenduntur. Nicol. Boer. in tract. de pot. leg. a lat. q. 1. uer. & primò, num. 118. & simonia est hæresis. c. præsbyter, c. qui studet, c. eos qui, c. fertur, c. cum liqueat. 1. q. 1. gl. in c. si quis pecunia. dist. 79. largo tamen modo sumpto vocabulo, ut per dictam glo. quia non quilibet simoniacus dicitur hæreticus, sed qui gratiam sancti Spiritus crederet pecunia & prætio posse acquiri, alij verò hoc nō credentes, sed dantes pecuniam pro auiditate habendi beneficiū, aut consequendi ordinem, non sunt hæretici, sed simoniaci,
6 sed propter immanitatem criminis vocatur hæresis, vti late per eum, & c. seq. & in hæresi sola voluntas punitur, quia ibi mentis deliberatio sufficit ad perpetrationem delicti, eo quia delictum non requirit aliquid ab extra, sed perficitur in sola mentis cogitatione. Vnde inquisitor hæreticæ prauitatis benepunieret hæreticum in mente, licet in eo non appareant signa de hęresi, hoc autem potest liquere inquisitori per confessionem hæretici, quia aliter non posset probari cogitatio mētis, quam solus Deus scrutator nouit, vt not. in l. 2. ff. de inter. action. per Bal. in l. si quis non dicam, C. de epis. & cler. sequitur Fel. in c. 1. de præsumpt. vbi inter quatuor casus, in quibus voluntas (di-
7 cit) habetur pro facto, ponit casum istum, ꝙ sola voluntas & sola credulitas constituit quem hæreticum, per tex. in c. excōmunicamus. §. credentes, de hæreticis. idem Fel. in tract. quando conatus, sed si confessio sit facta confessori in foro pœnitētiæ, credo ꝙ possit negari, quia est facta illi prout Deo, vt per Abb. in c. ex tunc, de simonia. licet in pœnitentia fides sit adhibenda confitenti, & eius confessioni, per tex. & ibi gl. in c. significasti. el 2. de homicid. uolun. vel casuali. quia non est credendum, ꝙ quis sit immemor suæ salutis, quia in iudicio animæ cuilibet est credendum. c. sancimus. 1. q. 3. licet defunctus in articulo mortis non præsumatur semper veritatem dicere, quia illius religioni & religioſę confessioni licet hæredes stare te-
8 neantur, creditores tamen stare non tenentur, per gloss. in c. literas, de præsumpt. in uer. tamen graue, & in uer. ueri similius, sed dic ꝙ illud procedit in ultima voluntate, uon in confessione facta sacerdoti in casu pœnitentiæ, quo casu non semper præsumitur testator dicere veritatem, nec fit per illam sufficiēs iudici probatio, vt per glo. d. loco, & sumus in spiritualibus, vbi veritas tantùm attenditur, & non opinio, vbi non solùm veritas opinioni præfertur, sed & præsumptioni iuris, ut per Alber. in l. cum falsa. C. de iuris & fact. ignor. vbi posita quæstione, an si quis eleemosynam dedit pro indulgentia acquirenda, quam veram credebat, quæ erat falsa, illam acquisiuerit? & determinat, ꝙ non, quia in spiritualibus ueritas opinioni & præsumptioni præfertur his attentis, & in spiritualibus maximè de iure diuino intentio inspicitur, per not. per doct. in l. qui ea mente. ff. de furt. & in l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. & in ea. peccatum, de reg iur. in 6. Abb. in c. si sacerdos. de offi. ordina-

Source : BIU Cujas

rij. cum similibus. Non uidebitur frustratorius aut inanis omnino labor, si aliquid dicemus circa mentalis simoniæ probationem, & quando posset probari, quia animus licet sit occultus, ac in corpore clausus, ac soli Deo conscientiarum perscrutatori regulariter cognitus & apertus, c. significasti, de electio. tamen per signa exteriora sufficientia, etiam hominibus declaratur, & fit notus, quod si non esset, nulla delicta, & crimina eorum, ex proposito, de industria, & pensato animo perpetrata,
9 quæ puniuntur quotidie, punirentur & corrigentur, toto titulo de homicidio, extra. ad l. Corn. de sicarijs, cum similib. quia in delictis animus inspicitur ad delictum cognoscendum. Alber. in l cum falsa, C. de iur. & fact. ignor. nu. 3. idem in l. si delegatur. C. de nouat. idem Alber in l. quoniã multa. C. ad l. Iul. de ui pub. ubi dicit. ꝙ in delictis regulariter animus inspicitur. l. diuus. ff. de sicar & in delictis, quæ sine animo committi non possunt, tenetur quis prout delictum & commissum fuit, non prout fuit animus, per tex. in l. vulgus. §. si quis ff. de furt. vbi distinctionem facit de hoc, quia illa, quæ fiunt de industria, ex proposito, animo pensato, non quæ fiunt casualiter sunt in cõsideratione: & per consequens non puniuntur, dicit Abba. in consi. suo. 62. incip. in controuersia &c. in fin. quartæ col. 2. vol. quia si examinatur testis super vno negotio, & casualiter & incidenter dicat se esse homicidam, ex tali confessione casuali & incidentali non poterit puniri aut condemnari. dicit Bald. in l. præsbyter, in ult. col. C de epis. & cler. sequitur Hippo. de Marsilijs in §. constante. col. 27. nu. 48. uerii. & scias, in sua practica de maleficijs. sequitur Marc. Ant. blancus in sua repetione. l. fi. de quæstio. mihi, num. 53. uersi. 9. præmitto, versi. principium
10 itaque &c. ubi dicit, ꝙ homicidium appensate, siue ex proposito factum, ac per tractatum, multò magis punitur quàm homicidium in rixa perpetratum & calore iracundiæ commissum. l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. l. absentem. in fi. ff. de pœnis, ibi consulto aliquid committatur, an casu, & alia quæ late ibi adducit. Et ulterius dicit, ꝙ non præsumitur homicidium factum ex proposito, & apensate, nisi illa qualitas pensamenti probetur, & iustificetur, per Innoc in c. inter alia. de immunitate eccles. ubi Hostien & Io. And. qui dicunt, ꝙ latrones publici, & qui obsident stratas, semper præsumuntur insidiosè facere, nisi aliud probetur. arg. l. qui semissis ff. de usucapio. c. 1. & 3. de præsumptio. in alijs uerò nõ præsumitur, nisi probetur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de dolo. l. ut vim. fi. de iust. & iur. latè per eundem Marcum Anto. Blan. nu. 55. & 56. præallegato loco. & inepte loque
, rentur iura & inaniter, quando dicunt, ꝙ in delictis animus est inspiciendus & attendendus, si cognosci, inspici, aut attendi nõ posset, saltim, ex quo ipse est inuisibilis, per signa exteriora & apparentia.

Qui licet regulariter soli Deo sit cognitus & manifestus. per tex. in clem. exiui. in §. quamuis, de verb. sign. ibi, quæ omnia fecit Deus, qui absconditorum est cognitor, ad animum sibi ministrantium respicit, est tex. in c. nunquid. de pœnit. distin. 1. ibi, quia ego sum scrutator renum, & cordis. c. tua nos extra de simonia dicit Ange. in l. 1. C. de sicar. ꝙ dolus & bona fides sunt passiones animi quæ soli Deo sunt notæ. ubi Salic. col. 1. sequi-
11 tur Cæpol. consi. 21. super homicidio, col. 2. est gl. in l. 2. ff. de interrog. actio. & ibi Alb. Attamen animus probatur, & cognoscitur præsumptione facti, vel verbi: talis enim animus præsumitur, qualia sunt verba, aut facta. l. is qui. §. diuus, de tutor. & cur. da. ab his. l. I. abeo. de supell. lega l. reprehendenda. C. de instit. & substit. & in l. 1. §. diuus, ubi Bart. & alij. ff. ad l. Corn. de sicar. sequitur Iaſ. in l. si ita legatum. §. illi si uolet, de leg. 1. vbi dicit, sufficit ergo ꝙ declaret se uelle, aut verbis aut factis, quia facto uoluntas datur intelligi, præallegata. l. reprehendenda, ubi Bal. uersi. item non refert an uoluntas declaretur uerbis an factis. l. Paulus respondit. ff rem rat. haber. l. de quibus. ad fi. ff. de leg. cum alijs ibi per eum adductis. & dicit Barto. in l. is qui. §. diuus, ꝙ quandocunque de aliqua animi qualitate quæritur,
12 testis debet testificari per actus exteriores, ꝙ uidit. nam ex qualitate facti animum facientis metimur. l. 1. de pet. hær. ff. l. si tñ. §. ei qui seruum. ff. de ædil. edicto, ubi vendens seruum vinctum non tenetur ædilitio edicto. multò enim amplius est id facere, quàm pronuntiare in vinculis fuisse, & est tex. in §. is quoq;. in fi. de hære. qualit. & in l. si ut certo. §. custodiam. ff. commod. & in l. si hominem. ff. depositi. nam per extrinseca probantur in
13 trinseca. l. fi. circa fi. ff. de diuort. & in l. quidam in suo. ff. de cõd. & inst. & in §. seruus, inst. de rerum diuisio. & ibi dicit Cyn. in l. fin. C. de sicarijs. ꝙ extrinsecus actus probat intrinsecum animum idē uoluit Bal. in l. si ex plagis. ff. ad l. aquil. qui dicit post gl. ꝙ facto datur voluntas intelligi, & est glo. in c. & si quæstiones, extra de simonia Idem volunt Socin. consi. 131. in præsenti. col. 2. uersi. præterea, uol. 1. determinans, ꝙ possidens non dicitur mutare causam possessionis, nisi appareat de animo, qui demonstratur per exteriora. & dicit Roman. cons. 196. super eo quod quærit, ꝙ quis non tenetur actione iniuriarum, nisi
14 animum iniuriandi habuerit, qui probatur præsumptione verbi aut facti, & dicit Gand. in tract. de malefi. in titu. de præsumptio. col. 1. uersi. præterea, ꝙ iudex debet considerare factum quod animum metitur. & dicit Alber. in l. aut facta. in uer. qualitate. ff. de pœn. ꝙ ex qualitate facti præsumitur incendium vel ferita per tractatum facta, per notata in l. & si a uicinis domum. ff. de adulterijs. id quod esse videtur contra illud Hippol. de Marsil. in con. 96. ubi vult ꝙ quis non possit puniri, quia aliũ
15 occiderit, si non apparet id tale fecisse animo occidendi, ꝙ iste animus non posset aliquo modo probari per testes, eò quia animus per actus exteriores non verè sed fictè comprehenditur, ut latius ib i per eum. sed ex prædictis satis constat animum demonstrari, probari, uerbo aut facto, & ex coniecturis, vt ēt uoluit Bar. in l. si concubina. §. 1. ff. rer. amot. & in l. si cui. §. 1. de accusat. & Bal. in l. libertatem. C. de oper. liber. dicens, ꝙ qualitas factorum describit qualitatem intellectus, quod idem uoluit ipse Hippol. in l. 1. col. 4. num. 27. C. de sicarijs. refert Marcus Ant. Blancus, præallegato loco. & animus præcedens de-
16 claratur ex posterioribus. l. si concubina. §. si res amotas. ff. rer. amot. l. num quis, circa fin. C. de natural. liber. l. sed & Iulianus. §. interdum. ff. ad Macedon. sequitur Iaſ. in l. si seruus plurium. §. si numerus. ff. de leg. 1. num. 4. & ex euẽtu qualis animus fuerit, apparet, per Bar. d. l. si concubina. §. res amotas. ff. rer amo. num. 1. & dicit Bal. in l nihil. C. de usucap. pro hærede, ꝙ duobus modis animus potest considerari, vno modo respectu personæ, & affectionis, alio modo respectu rei, idem Bald. in d. l. si aquam, uersic. quæro de decima octaua quæstione, & primò qualiter apparet de animo, qui animus secundum Innocen. in cap. bonæ, in 2. glo. magna extra de postul. prælat. præsumitur ex actibus, nam facto uoluntas datur intelligi, per iura quæ ibi
17 allegat, & subiungit, ꝙ isti actus non deberent esse indifferentes, generales, inordinati. & uagi, uti ire per fundum alienum, quia peritos actus improbatur quasi possessio, nisi colligatur ex prolatis uerbis aut alijs indicijs, sed actus appropriati, qui non possint fieri nec soleant per alium quàm per eum, qui sit hæres uel possessor, & qui non soleant fieri citra ius, & nomen possessoris, uti est actus electionis, & tunc etiam per unicum actum uitæ factum, probatur quasi possessio, & aliàs ut ibi per eundem Bald.

SVMMARIVM.

1 *Ad adeundum hæreditatem sufficit animus & actus. & vide qualiter fiat declaratio voluntatis.*

2 *Animus est quid facti, & semper habet probari. & ibi, quod de mente legis, quæ non sit expressa, potest constare quatuor modis.*

3 *Ad probandum animum sufficit vehemens præsumptio ex coniectura, & in illis vbi liquido probari non potest, sufficit quòd iudex se informet ex vehementi opinione, & probatio sufficit per coniecturas in illis, quæ sunt difficilis probationis. & ibi, quod contractus probatur vsurarius ex solis coniecturis.*

4 *Ex quo simonia solet fieri occulte, sola præsumptio facit ad illam probandam.*

5 *Probatio per coniecturas est manifesta probatio in illis, quæ a communiter accidentibus sunt difficilis probationis. & illud dicitur euidens, quòd ex coniecturis apparet, ubi, quod simulatio non potest liquido probari, ideo sufficiunt uerisimiles coniecturæ.*

6 *Mortis est difficilis probatio, ideo sola fama facit probationem, nam in illis, quæ sunt difficilis probationis admittuntur probationes, quæ aliàs reijcerentur.*

7 *Quando de alicuius conscientia dubitatur, statur illius iuramento, vnde si reus delatum sibi iuramentum recusat, habetur pro confesso.*

8 *Quandoque creditur asserenti super his, quæ aliter probari non possunt, etiam in foro fori. & illi testi magis creditur, qui magis veritatem nouit, & quod pendet ex alicuius animo pro certo sciri non potest, vnde ex loquela hominis animus iudicatur.*

9 *Statur assertioni iuratæ, ubi animus probari non potest. & ibi, quòd ad inuestigandam simoniam attenduntur circunstantiæ & actus. qualitas personæ, qualitas muneris, tempus donationis. consuetudo recipientis, & probatio simoniæ inducitur per præsumptiones.*

10 *Iudex in causa potest procedere ad sententiam ex præsumptione uiolenta. & in probatione illorum, quæ communiter secretè fiunt, coniecturæ, & præsumptionee sufficiunt.*

11 *In simoniæ probatione non requiruntur probationes ita clarę.*

De eadem materia. Cap. 1.

1 FAcit, quod notat & magistraliter tradit Bart. in l. gerit. ff. de acquir. hær. vbi dicit, ꝙ ad adeundum hæreditatem solus animus sufficit & actus, hoc est aliquid propter quod animus declaretur, quodcunque sit illud, siue factum, siue non factum, siue dictum, siue scriptum, ubi per quinque quæstiones, quas ibi facit, ponit qualiter fiat uoluntatis & animi declaratio. & dicit gl. in c. Episcopus. 74. dist. ꝙ voluntas & animus, uoce & signis declaratur.

Facit, quia animus est quid facti. l. bonæ fidei. §. 1. ff. de acqui-

rei.

Source : BIU Cujas

rer.dom.ubi dicitur, ꝙ eſt quid facti. an quis bona aut mala fi-
2 de poſſideat, ponit Bar.in l.ſi is qui pro emptore, de vſucap.ſe-
quitur Iaſ.in l.1.§.adipiſcimur.ff.de acq.poſſ.uerſi. 4. nota.vn-
de ſi factum exiſtat, animus, vti alia facta, probari debet & po-
teſt, quæ ex quo non præſumuntur, ſemper habet probari.l.in
bello.§.factæ.ff.de cap.& poſtlim.reuer.cum ſimilibus,& indi-
get probatione id quod eſt facti.l.an vitium.C.de ædifi.priuat.
& in l.Arethuſa.ff. de ſtat.hom. & de mente legis, quæ non ſit
expreſſa conſtare poteſt quatuor modis, traditur per Paul.de
Caſt.in l.non dubium.C.de legibus. Et ad probandum animū
& mentem, quæ ſunt abſcondita, nec oculis patent, prout fit in
illis, quæ ſunt a communiter accidentibus difficilis probatio-
nis, ſeu quæ non poſſunt liquidò probari, credo ꝙ ſufficiat ve
hemens præſumptio ex coniectura, & informatio iudicis per
vehementem opinionem, per tex.in l.non omnes. §. a barba-
rijs.ff.de re milit.not.Bart.in l.in illa ſtipulatione. ff. de verbor.
3 obliga.ubi dat regulam, quòd in illis ubi liquidò probari non
poteſt, ſufficit quod iudex ſe informet ex vehementi opinio-
ne.& l.filium diffinimus.ff.qui ſunt ſui vel alien. iuris.l. ſi vici-
nus.C.de nuptijs.l.conſenſus.§.ſeruus.C.de repud.ca.ueniens,
el 2.de teſti.in fi.vbi probatur ꝙ in illis, quæ a communiter ac
cidentibus ſunt difficilis probationis, probatio fit per coniectu
ras,& præſumptiones,& inditia,& probatio ſufficit, vt per Iaſ.
in d.l.in ſtipulatione, de uerb.obl.ubi ſubiungit, ꝙ contractus
probatur vſurarius ex ſolis coniecturis,& argumentis, per tex.
in c.cum in diœceſi, in verbo ſi tamen argumentis, de vſuris.
per Ioan.And.in c.ex literis, de iure iur.& alios quos Iaſ. ibidē
allegat in fi.repetitionis, Ang.in l.ſed & ſi quis §.fina.2. col.ff.ſi
quis cautio.ſequitur in terminis materiæ noſtræ. Lud.Gomeſ.
in reg.de triennali.q.18 uerſi.ſed etiam, ubi dicit, ex quo ſimo-
4 nia ſolet fieri occulte, ꝙ ſola præſumptio faciat ad illam pro-
bandam.c.per tuas, de ſimonia, quæ probatio per coniecturas
& indicia admittitur, & ſufficit pro plena probatione in illis
quæ ſunt difficilis probationis a communiter accidentibus, ca.
Michael.de fil.præsbyt.cap.ueniens.el 2.in fi.de teſtibus.Fed.de
Senis, qui tradit regulam in conſi. 118. quod incipit in cā mo-
ta.Alexan.in conſi.64.quod incip.viſo themate & dubijs, vol.
1.conſ.13.uol.2.quod incipit, animaduerſis, & per alios quos
allegat idem Iaſo.in l.prætor ait §.prætor ait. ff. de eden col.4.
mihi num.20.

Non obſtant, regula ꝙ probatio debet de neceſſitate con-
cludere,& alia in contrarium facientia.l.non hoc.C.unde legi.
c.in præſentia, de probatio.Iaſ.in l.ſi conſtante.ff. ſol.matr. nu.
106.Abb.in cap.ueniens, de teſtib.cum ſimilibus, quæ intelli-
guntur habere locum in illis, quæ concludenter probari poſ-
ſunt, non autem in illis, quæ vt plurimum & a communiter ac
cidentibus ſunt difficilis probationis, quia per coniecturas &
5 inditia in huiuſmodi dicitur & eſt manifeſta probatio, capit.1.
& ibi Abb.in 2.not.de cenſi.Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.pe.
ff.de edend.Iaſ.optimè in l.ſi pluribus, de leg.1.num.12.col.3.
ubi dicit, ꝙ illud eſt manifeſtum,& euidens, quod ex coniectu-
ris apparet.Idem etiam Iaſ ſubiungit in d.l.prætor ait.§.prætor
ait.nume.21.22.& ſeq.ꝙ in illis in quibus eſt difficile, & quaſi
impoſſibile probare veritatem, coniecturæ habentur loco ple
næ probationis, ut per Ang.in conſi.218.incip. viſa narratione
facti in 5.colum.& per alia, quæ allegat & adducit idem Iaſo.
ibidem.ſequitur idem Iaſ.in l.cum ea quæ.C.de tranſact. nu.4.
ubi dicit, ꝙ ſimulatio non poteſt liquidò probari, ideo ſufficiūt
ueriſimiles coniecturæ.Hippol.de Marſil.in ſua practica de ma
leficijs §.principium.colum.11.num.13.& ſeq.ubi pulchrè, &
in his, quæ a communiter accidentibus ſunt difficilis probatio-
6 nis, ſufficit præſumptiua probatio, & veriſimilis coniectura, in
quibus ſola fama facit plenam probationem, vti eſt in proba-
tione mortis, quæ eſt difficilis, in qua ſola fama facit probatio-
nem & ſufficit, vt ibi per eum.num.6.& num.7.idem Iaſo. in l.
de pupillo.ff.de no.ope.nun.§.ſi quis ipſi prætori.num. 10.ubi
probationes, quæ aliàs reijcerentur, admittuntur (inquit) in il-
lis, quæ ſunt difficilis probationis, ut late ibi per eum, & ſola fa
ma in huiuſmodi ſufficit & facit plenam probationem, idem
Iaſ.in d.l.prætor ait.§.prætor ait.ff.de edendo.num.24.& ꝙ vo
luntas hominis non expreſſa non poſſit probari, niſi per coni-
ecturas, eſt tex.in c. ſi uerò, extra de ſenten. excommunicat.l.
dolum.C.de dolo, cap.2.de renuntiat. Abba.conſi.67. ſecunda
parte.melior gloſſ.in cap.ſignificaſti.el 1.de homicid. per illum
tex.ubi clericus equitans, cum nō poſſet retinere equum, qui
erat bucca durus, incurrit in mulierem, quam illo incurſu in-
terfecit, vbi interrogatus clericus an ſciret equū laborare tali
vitio, reſpondit ꝙ non, vnde non degradatur de ordinibus ſu-
ſceptis, nec prohibetur promoueri ad alios, & per eius ſolam
aſſertionem liberatur.

Et caſu quo reus, uel imputatus, uellet ſe ab imputatis, quæ
non probarentur exculpare, & innocentiam ſuam eximere,
videtur ꝙ ſuo iuramento id poſſit efficere, & eius aſſertione
iurata: quia quādo de alicuius conſcientia quæritur aut dubi-
tatur, ſtatur illius iuramento, not.gloſſ. in uer. propria manu,
quæ multa allegat.d.c.ſi verò.de ſentē.excommun.facit quod
7 not Iaſ.in l.admonendi.ff. de iureiuran. in uer.item nota, col.
11.per tex in c.fi.extra de iureiuran.ubi dicit. ꝙ iuramentum
in ſupplementum tunc reo defertur, quando actor non plene
ſcit ueritatem & tunc de neceſſitate nec differri debet, nec po
teſt recuſari,& ſi recuſat, habetur pro confeſſo & conuicto:&
tunc erit proprie iuramentum purgationis ipſius rei, per d.tex.
c.fi.ut ibi per eundem Iaſ.& dicit Hoſt.in c.ſignificaſti, el 2.de
8 homic ꝙ etiam in foro contentioſo quandoque creditur aſſe
renti ſuper his, quæ aliter probari non poſſunt, vt per tex. d.ca.
ſignificaſti, el 1.de homic.quia probationibus eſt ſuccurendū,
cum aliter probari non poteſt. Item illi teſti magis credi debet
qui magis veritatem nouit, ſed poſt Deum nullus melius
conſcientiam hominis nouit ipſo eodem, de cuius conſcien-
tia quæritur.facit in arg.homo quod poteſt.12.q.2.facit, quia
impoſſibilium nulla eſt obligatio, c.fin.de pact.ſecundum Ho-
ſtien.& Ioan.And.in d.c.ſignificaſti.el.2.& etiam el primo. Fa-
cit quod eleganter dicit Socin.in ſuo eleganti conſilio in duel
lo inter Illuſtriſſimum dom Galeotum de Mirandula, & Illu-
ſtriſs D Huguccionem Rangonum, ubi dicit, ꝙ illud quod
pendet ex alicuius animo, pro certo ſciri non poteſt, niſi ipſe
uel Deus, qui eſt perſcrutator animi & cordium, uoluerit re-
uelare: poteſt tamen ex coniecturis præſumi, puta ex ipſius lo-
quela, iuxta doctrinam Bald.in l.ſed & reprobari, in principio.
per illum tex.ff.de excuſat.tutor.dum inquit, ꝙ ex loquela ho
minis animus iudicatur, uel etiam ex his, quæ pręceſſerunt, aut
poſtea ſequuta ſunt, cum ſæpe ex ſequentibus colligatur, qua-
lis animus fuerit in præcedentibus, uel per contrarium, per
tex.in l.ſed Iulianus.§.prouide ff.ad macedon.& l.poſt contra
ctum.ubi Bar.& alij.ff.de donat.& l.ſi ſeruus plurium § fin.de
leg.1.ubi ſubiungit idem Soc. ꝙ ubi aliter animus probari nō
9 poteſt, ſtatur eius aſſertioni iuratæ, iuxta tradita per gl.& doc.
in §.ſed iſta, in ſt.de actio.& in c.ſignificaſti, pręallegato, ibi, col.
5 num, 18.& 19.

Et ad inueſtigandum & coniecturandum animum & prauā
mentem in ſimonia, quando ſumus in dubio, an praua mens
præceſſerit, tunc dicit Abb.in c.ex tunc. uerſi. aut ſumus in du-
bio, de ſimonia, ꝙ debemus circunſtantias, actus,& coniectu-
ras, de quibus in tex.in c.& ſi quæſtiones, de ſimonia, inſpicere.
ſequitur Fel.ibi, qui dicit, ꝙ quando pariter ſumus in dubio de
mente deprauata, ꝙ attenduntur coniecturæ, de quibus in d.c.
& ſi quæſtiones nam quando debeat præſumi donum gratui-
tum nec ne, debet conſiderari qualitas perſonæ dantis & reci-
pientis, item qualitas muneris, item tempus donationis, item &
conſuetudo recipientis, puta, ſi ſit datum aliquid modicum a
clerico ordinato ordinatori, qui ſine prætio non conſueuit or
dinare, certe erit ſimoniacum, vt per Abb.ibi, qui adducit exē-
plum gl.in l.cum quid, ſi cer.pet. ꝙ ſi fuit alicui dictum, Tolle
hanc pecuniam, nunquid præſumatur donatio, depoſitum,
ſeu mutuum? & certe ex præcedentibus coniecturis, debet præ
ſumi mutuum, quandoque depoſitum, & donatio, iſtis ceſſan-
tibus debet præſumi mutuum, aut depoſitum, per regu.quod
10 nemo præſumitur iactare ſuum. Item videtur ꝙ probatio in
ſimonia inducatur & induci poſſit per præſumptionem, quia
iudex in cauſa poteſt procedere ad diffinitiuam ſententiam ex
præſumpsione violenta, etiam ſi præſumptio non probetur,
nec allegetur per partes, ſufficit enim ꝙ iudex ex varijs circun-
ſtantijs iuditio intellectus illam præſumptionem percipiat, ſeu
eliciat per Abb in c.afferte, de præſumpt. id quod etiam proce
dit in crimine adulterij, per doct.in l.fin.C.de probatio. per l.ſi
quis adulterij.C.de adulterijs, quæ etiam ſufficit ad condemnā
dum in alijs crimínibus, ut per doct.& ibi Bal. in l.fin.ff.de hær.
inſtit.& in l.ſi aduerſarius.C.de fid.inſtr.uerſic.ſed nunquid,&
in l.non hoc.C.unde cogn.ult. col.uerſic.renoco in dubium,
& l.neque natales, prima col C.de probat.per tex. in c.afferre,
de præſumpt.quod eſt uerum, ſi præſumptio ſit violenta, non
ſi ſit vehemens, per Bal.in additio.ad Soec.de probat.§.3.verſi.
quintò per præſumptionem.Ang.Aret.in tract. malefic. uerſi.
ꝙ fama 2.col.not.in l.abſentem.ff.de pœnis, ſed Bar. in l.quod
Nerua. ff. depoſit. dicit non ſufficere niſi in caſibus a iure ex-
preſſis ex aliqua cauſa, d.l.ſi quis adulterij,& l.ſi quis ei, de adul
terijs.& not in l.pen.C.de periculo tut.ubi glo.not. & per Bal.
in rubrica.C.de probatio.& Alexan.in l.fina.ff de quæſtion. ꝙ
coniecturæ & præſumptiones ſufficiunt in illis, quæ commu-
niter ſecrete fiunt, facit capit.contumaciam, de hæret. in 6.ubi
clericus, qui ſuſpectus de hæreſi vocatus, nolens ſe purgare,&
ſubterfugiens excommunicatus, ſi per annum inſordeſcat in
cenſuris & excommunicatione, ex uehementi præſumptione
de hæreſi condemnatur.idem dicit Abb.in ca. inſinuatum, de
ſimonia, ꝙ in ſimoniæ vitio non requiruntur probationes ita
11 claræ & manifeſtæ, ſed debent incontinenti ſimoniaci repelli
de eccleſia, cum aliqua ſigna notabilia conſtant contra ſimo-
niacos, per text.in cap.ſicut ſimoniaca, de ſimonia.ibi, vbi pe-
perſooam aliqua ſigna claruerunt, ubi etiam not. Abb. ubi dir
cit eſſe caſum, in quo per notabilia ſigna proceditur in graui

cri-

Source : BIU Cujas

crimine contra aliquem. Quod eſſe videtur contra regulam, quæ habet, q̃ in criminalibus probationes habent eſſe luce meridiana clariores, vt per Abb. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Simonia eſt capitale crimen.*
2 *Simonia videtur grauius delictum homicidio. & ibi, quod in delictis probationes luce meridiana clariores requiruntur, nam eccleſia militans non iudicat de occultis, ſed eccleſiæ triumphanti omnia patent.*
3 *In cauſis criminalibus ubi de vita hominis tractatur, cautius eſt agendũ, ſed in cauſa ciuili præſumptio unius teſtis cum iuramento ſufficit: utrum in crimine ſimoniæ etiam cum agitur ciuiliter, requiritur plena probatio.*
4 *In cauſa ſimoniæ non ſufficit unus teſtis cum fama.*
5 *Propter uehementem præſumptionem de hæreſi quis non poteſt puniri vti hæreticus, & ſententia lata ex præſumptionibus non tranſit in iudicatum.*
6 *Ad quid obligat ſimonia mentalis.*
7 *Præſumptio iuris uiolenta, dicitur liquidiſſima probatio. & ad conuincendum aliquem ſufficiunt præſumptiones iuris.*
8 *Aliæ ſunt præſumptiones iuris, aliæ hominis, aliæ facti, aliæ iuris & facti & de iure. & præſumptio alia vehemens, alia uiolenta.*

De eadem materia. Cap. 3.

SED cum ſimonia ſit ſpecies delicti, & delictum, c. qui ſtudet. 1. q. 1. ubi tex. capitale crimen appellat
1 ſimoniam, c. ſi dominus, cap. tanta. de ſimonia, vbi quilibet admittitur ad accuſandum de ſimonia, & in quibuſdam caſibus tenetur q̃ ſimonia ſit grauius delictum quàm ſit homicidium. Abb. in c. ſicut ſimoniaca, extra eod. titul. & omnia crimina reputantur pro nihilo ad comparationem ſimoniacæ hæreſis. 1. q. ult. c. fin. c. per tuas, de ſimonia. §. cæteras, & alibi dicit tex. q̃ peſtis ſimoniæ ſua magnitudine omnes alios morbos viucit, ca. ſimoniaca. eod. tit. & alibi peius eſt ſimoniæ vitium, quàm idolatriæ. c. cito turpem. & c. eos. 1. q. 1. Gaſpar de Peruſ. in tracta. de reſeruat. benefic. in prin. 3. col. nu. 23. 24.

Vnde non videtur q̃ in illius probatione ſigna, coniecturæ, probationes, vel ſimilia admitti debeant, ex quo in delictis &
2 criminalibus probationes luce meridiana clariores eſſe requiruntur, & debent, alias non valent. l. fi. C. de probat. & ibi doct. Spec. in tit. de iutamenti delat. uerſ. ſecundum eſt, & de teſta. §. ſecundo, verſ. quid ſi criminaliter, & de probat. §. 1. poſt uerſic. ult. quæritur, Pau. de Caſt. in conſ. 199. uita inquiſitione, quia eccleſia militans non iudicat de occultis, c. ſicut tuis, in fin. glo. in cle. 1. in uer. eo ipſo, de hæret. ſecus eſt in eccleſia triumphanti, cui omnia patent & ſunt aperta, c. nouit. cum ſimilibus, de iud. & quæ dicatur triumphans eccleſia, & quæ militans, eſt glo. in clem. 2. de hæret. in verſ. eccleſia, ſequitur Fel. in cap. ſicut tuis, verſ. ult. de ſimonia.

Et in cauſis criminalibus, vbi de ſalute & vita hominis tractatur, cautius procedi & ſtrictius debet. l. addictos. C. de appel
3 lat. per gl. in c. veniens ad nos, extra de teſtibus, in ver. illorum, vbi dicit, q̃ diuerſimode proceditur in cauſa criminali, quàm procedatur in cauſa ciuili, in qua præſumptio vnius teſtis cũ iuramento ſufficit, per ibi addncta per eum. ſequitur Abb. ibidem verſ. nota vltimò q̃, ubi dicit, q̃ in crimine ſimoniæ, etiam cum agitur ciuiliter, requiritur plena probatio. Vnde non ſufficit in eo vnus teſtis etiam cum præſumptione, quæ oritur ex dicto alterius, qui fuit delicti particeps. & cùm cauſa ſit non leuis, non datur iuramentum in ſupplementum probationis. vt ibi per eum, nec ſufficit ad condemnandum in crimine ſimo-
4 niæ unus teſtis cum fama, qui ſufficit in probatione in cauſa ciuili, quia aliud eſt eſſe in cã ciuili, aliud eſt in cauſa criminali, vt per eundem Abb. uerſ. quæro nunquid, per ea quæ ibi adducit Facit quod habetur per glo. in c. literas, de præſumption. q̃ propter vehementem præſumptionem de hæreſi quis non po-
5 teſt puniri tamquam hæreticus. Vnde ei tunc indicitur purgatio, ſecundum gl. in c. inter ſolicitudinis, de purg. canon. & ſi in purgatione deficiat, punitur ſecundum Abb. in c. accedens. 2. col. de accuſat. glo. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & dicit Innocen. in c. quia ueriſimile. de præſumpt. q̃ vbi proceditur ex præſumptionibus non eſt de facili quis condemnandus, & ſententia lata ex præſumptionibus non tranſit in rem iudicatam, & in crimine ſimoniæ ad illud puniendum non ſufficit ſola fama, tex. eſt vbi Abb. 3 not. c. de hoc, de ſimonia, id quod videtur contra illud quod ſupra diximus de præſumptionibus vi-
o'entis quas tam in ciuili quàm in criminali diximus ſufficere ad condemnationem.

6 Sed pro intelligentia, & concordatione dicas primò, q̃ in caſu præſenti ſimoniæ mentalis, ex quo mentalis ſi ſit iuris poſitiui, non eſt ſubiecta præterquam pœnitentiæ, c. fi. de ſimonia, ſi ſit iuris diuini, reſtitutioni, vt diximus per doctrinam Ange. in ſumma, & per Abb. in d. c. fi. ſi quidem intentio fuerit principaliter, non ſecundariò, quod nos ſumus in cauſis ciuilibus, in quibus per ſolam præſumptionem violentam per iudicem ẽt aliunde, quàm ex facto partis, ſed ex uarijs circumſtantijs iudicio intellectus perceptam poteſt procedi ad diffinitiuam, per tex & ibi Abb. in c, afferte, de præſumpt. vt per Fel. & ibi communiter ſcriben. Hippol. de marſi. in §. diligenter. col. 11. num. 22. in ſua practica, vbi multos allegat, & maxime per præſumptionem iuris uiolentam, quæ dicitur liquidiſſima probatio. l.
7 licet Imperator, de leg. 1. l ſi quis locuples. in fi. ff. de ma. teſta. l. quidam teſta. in fi. ff. de vulga. & pup. Dec. in conſ. 222. nume. 8. uol. 2. per glo in l. pen. C. de pericul. tut. in uer. oſtenderis. Pau. de Caſt. in conſ. 116. incip. uiſo compromiſſo, prima parte. & ideo dicit Bal. q̃ quando ad uictoriam reportandam requirun tur liquidiſſimæ probationes, ſufficit probare per præſumptiones a iure introductas, quia dicuntur liquidiſſimæ, vt in crimi nalibus. l. fi. C. de probat. l. abſentem, in princip. ff. de pœn. quibus iure cauetur crimina liquidiſſimè probanda eſſe, & tamen ad conuincendum aliquem ſufficiunt præſumptiones iuris. l. ſi quis adulter. C. de adulte. quia aliæ ſunt præſumptiones iuris,
8 aliæ hominis. Bal in rubrica. C. de probatio. And. Barb. in rubeo. extra. & melius per Paulum Grillandum in tracta. de quæſt. & tortura, vbi ponit quæ ſint præſumptiones hominis, quæ iuris, quæ facti, quæ facti & iuris & de iure, uerſic. 3. quæro, nu. 6. & alia eſt uehemens præſumptio, & alia violenta, per glo. in c. cum contumacia, de hæret. in 6. in uer. uehementi, glo. in c. literas, de præſumptio. in uer. uehementem. & vehemens eſt, puta, quando ex informationibus ſecrete captis de aliquo, qui ſit ſuſpectus de hæreſi, vel accuſatus, quem illæ informationes faciunt uehementer ſuſpectum, vnde citatus ſub excommunicationis pœna ad reſpondendum de fide, ſi non comparet, eius contumacia facit uehementem præſumptionem contra illũ, inde excommunicatur & ſi per annum in excommunicatione inſordeſcat, eius contumacia per tantum tempus indurata facit contra illum uehementem præſumptionem conceptam tranſire in violentam, quæ ſufficit ad condemnationem, per gloſſas præallegatas, & gloſſ. in c. inſinuatum. de ſimonia, quæ dicit, q̃ exiſtente contra aliquem præſumptione probabili orta ex fama, quod ei indicitur purgatio. in qua ſi deficiat, præſumptio tranſit in violentam, eo quia non habet teſtes ſuæ honeſtatis, eſt text. & ibi gloſſ. in capitulo excommunicamus, præallegato.

SVMMARIVM.

1 *Proceditur contra ſimoniacum etiam per ſigna leuia, nam in ſimonia ſicut in hæreſi minores ſufficiunt probationes. & eſt ſpeciale in odium criminis ſimoniæ.*
2 *In ſimonia multa cadunt ſpecialia. nam officium ſimoniacorum audiri non debet. & Simonia eſt hæreſis, quando creditur prætio poſſe emi ſpiritualia non quando auiditate ſpiritualia comparantur.*
3 *In cauſa ſimoniæ requiritur plena probatio, & animus ſimoniaci per coniecturas, circumſtantias, & præſumptiones dignoſcitur, & ibi, quod. D. Paulus non potuit diuinare, licet fuerit plenus Spiritu ſancto.*
4 *In his, quæ ſunt certa, non eſt locus coniecturis.*

De eadem materia. Cap. 4.

ITEM id etiam procedit in cauſis criminalibus, vt quis ex præſumptionibus condemnetur, ſi vrgentiſſima ſit præſumptio, ſecundum Abb. d. c. afferte, col. 3. uerſic. aut igitur criminaliter, & in caſibus a iure expreſſis, ut per magiſtralem doctrinam Bartol. in l. quod Nerua. ff. depoſiti, ſecunda lectura. uerſ. iuxta hoc quæro. in fi. uerſiculi, prout eſſe videtur in caſu noſtro, ubi proceditur cõ-
1 tra ſimoniacum etiam per ſigna leuia, licet cauſa ſit grauiſſima, quia crimen ſimoniæ eſt de exceptis, per Inno. in c. ſicut ſimoniaca, de ſimonia, qui dicit, q̃ in ſimonia ſicut in hæreſi minores ſufficiunt probationes, quin immo ſola ſigna, etiam leuia ſufficiunt ad aliquem præſumendum hæreticum, ſi plenè tamen ſigna probentur, quia tunc indicitur purgatio. ſubiungens, q̃ etiam ſi nulla ſint ſigna, ſed tantùm grauis infamia quæ remoueri debet, ut ibi per eundem Innocen. ſequitur addition ad Abbatem in c afferte præallegato. ſequitur Abb. ibi ẽt Fel quod eſt ſpeciale in odium criminis, in quo crimine etiã
2 multa cadunt ſpecialia, ut per Abb. in cap. de hoc, de ſimonia. 3. not. ſequitur Inn. in c. tanta eſt labes. eo. tit. ubi inter ſpecialia uitia ſimoniæ dicit eſſe, q̃ officium ſimoniacorum audiri non debet, licèt non ſit contra eos lata ſententia condemnatoria, prout aliorum criminoſorum, quorum officium audiri põt, uſque quo ſint condemnati, eſt enim (inquit) in his ſpeciale, ſicut in notorijs fornicatorijs, immo dicit clarè Fel. in d. cap. de hoc, in uer. fateor, q̃ in ſimonia, & hæreſi ex uiolenta præſumptione quis condemnatur, quod non videtur mirabile, quia & ſimonia eſt hæreſis, quando ſimoniacus committit, credens

gratiam

Source : BIU Cujas

gratiam ſancti Spiritus poſſe prætio emi,aut eſſe venalem, nõ autem quando quis dat auiditate habendi beneficium,aut aſſequendi ſpiritualia,hoc non credendo, nec talem animum aut fidem habendo , quia tunc non eſt cenſendus hæreticus,quia quilibet ſimoniacus.non eſt hæreticus , cap.quotiens, ubi Inn. Abb.& alij.& Abb.c.ſicut ſimoniaca.de ſimonia.laſ.in rnb.C. ſumma trin.& fid.cath.& ſi mentalis ſimonia ſit iſto modo hæreſis,nemini dubium ꝙ vti hæreſis punitur.

Et quod ſuprà diximus , ꝙ in mentali, ſi ſit de iure diuino , non inciditur in aliquam pœnam , & non tenetur quis niſi ad reſtitutionem ; intellige , quando ſimonia eſſet pura auiditas habendi beneficium,aut aſſequendi ſpirituale,non quando eſſet hæreſis,quia tunc vti hæreſis punitur, cap. altare.1.quæſt.3. Abb.& alij in c.quoties,de ſimonia , pro quo ẽt uitio , & Papa ipſe punit ſi ſit contumax,& alia concurrant,videlicet ſi ſit notorium,ſi incorrigibilis,ſi ſcandalizatur Eccleſia , vt per glo.in cap.ſi Papa.40.diſtin.not.Abb.dicto cap.quoties. Vnde ita intelligendo non obſtant,nec percutiunt adducta in contrariũ, & ad dictum dom.Abb.in capit.ueniens,de teſtibus,quòd magis obſtare videtur , quod requiratur plena probatio in cauſa ſimoniæ,etiam quando agitur ciuiliter , poteſt dici ꝙ id non eſt contra,quia ibi quærebatur, an dictum teſtis cum præſumptione,quæ oriebatur ex dicto alterius,qui fuerat delicti particeps,ſufficiebat ad plenam probationem ad condemnãdum, quia iſta duo non faciebant præſumptionem violentam , aut aliam probationem plenam, vel ſufficientem , quæ requiritur ad condemnandum,& ad ſententiam diffinitiuam ferendum,
3 & propterea ibi non fuerat plenè probatum. unde dicit plene probandum eſſe,& probari debere in cauſa ſimoniæ, uel ciuiliter aut criminaliter agatur.& ad glo.in capitul.literas,de præſumption.reſponſio de ſe patet,ut ex illius lectura,ꝙ non ex ſuſpitione , neque ex vehementi præſumptione , ſed ex violenta deuenitur ad condemnandum , & quod non loquatur circa probandum hæreſim,ſed illius ſuſpitionem,nec etiam,ſubiungit,uiolenta præſumptio ſufficit,quando aliud eſſet in contrarium probatum , vt per iura , quæ ibi adducit, unde non obſtant.unde habes ꝙ ſimoniacus & mẽs depraua ta uitio ſimoniæ per coniecturas,circumſtantias,ſuſpitiones,& preſumptiones,coniecturatur,dignoſcitur, & probatur per exteriora,per quæ intentio,mens,& animus interpretatur, aliter non poteſt de intentione alieni cordis apparere,quia non poſſumus diuinare,prout nec etiam Apoſtolus Paulus potuit licèt eſſet ple-
4 nus Spiritu ſancto 22.quæſt.2.Beatus.capitu.ut noſtrum.vt eccleſ.benefic.gloſſ.in capit.& ſi quæſtiones,titul.de ſimonia , in uer.intentione,& gloſſ.ſequen.quia in incertis,non in his,quæ ſunt certa, eſt locus coniecturis.l. continuus. §. cum ita.ff.de uerbor.obligat.Vnde Hieremias 18. cap. Prauum eſt cor hominis,& imperſcrutabile, quis cognoſcit illud. Ioan. Andr.in in dicto capit.& ſi quotiens.& in crimine ſimoniæ ſigna,& argumenta plenè probata habentur pro plena probatione. Ioã. de Anan.cap.ſicut,de ſimonia. primo not. ex quibus ſit abſolutum pro nunc,quod dicere intendimus circa ſimoniæ mentalis probationem .

SVMMARIVM.

1 *Simonia probari debet ad hoc,vt poſsit puniri.& ibi, quod reſpectu ſimoniæ cætera crimina pro nihilo reputantur.*
2 *In cauſa ſimoniæ agi poteſt ciuiliter & criminaliter,ubi, quod mulieres a ferendo teſtimonio in cauſa criminali remouentur*
3 *Impubes non admittitur teſtis in cauſa ciuili.at in cauſa criminali non admittitur teſtis niſi annorum.20.& teſtis habet eſſe diſcretus,non furioſus,non infamis.*
4 *Iuſtitia non poteſt habere commercium cum homine ſcelerato,vbi etiam dicitur,quod non ſit pauper teſtis,nam magis creditur diuiti quàm pauperi,& nullus infidelis admittitur teſtis contra fidelem.*
5 *Conſanguineus non videtur idoneus teſtis.& inimicus a teſtimonio repellitur.& iudex non debet recipere inimicum de nouo reconciliatum.*
6 *Laicus contra clericum in cauſa criminali, cum criminaliter proceditur, non admittitur.& ſocius criminis non poteſt eſſe teſtis.*
7 *In cauſa ſimoniæ perſonã quantumuis criminoſa admittitur in teſtem. ſed in uitio ſimoniæ contra teſtes admittitur exceptio capitalis inimicitiæ,& conſpirationis,aliæ exceptiones non.*
8 *Simonia eſt maius crimen quàm ſit hæreſis,& in hæreſi quilibet in teſtem admittitur.*
9 *Laici admittuntur in accuſationem & teſtimonium clericorum in crimine ſimoniæ , hæreſis,& alijs criminib. exceptis,ſi pro zelo iuſtitiæ id fiat.Verum procedentes odio nec ad accuſandum , nec ad teſticandum admittuntur.*
10 *Laici bonæ famæ admittuntur in criminibus exceptis contra clericos,ſi malæ famæ & uiles ſint,admittuntur ſi clericus ſit infamatus de crimine.*
11 *Contra laicos ſimoniacos quilibet admittitur ad accuſandum & teſticandum.& quòd quilibet admittatur ad teſticandum contra ſimoniacum, intelligitur ſi ſimoniacus ſit hæreticus, qui credit gratiam ſancti ſpiritus vendi poſſe.*
12 *Excommunicatus indiſtincte repellitur a teſtificando , niſi in caſibus a iure expreſsis,& ibi,quod in crimine ſimoniæ contra infamatum teſtes criminoſi admittuntur alijs adminiculis ſuffragantibus,exceptis conſpirationibus,& inimicitia capitali.*
13 *Propter inimicitias non capitales non repellitur quis a teſtificationibus.& quod dicitur,quòd quilibet admittitur ad teſtificandum contra ſimoniacũ, intelligitur ſi ſit catholicus,quia pagauus,hæreticus & infidelis repelluntur.*
14 *Iudæus non eſt idoneus teſtis contra Chriſtianum,maxime in criminalibus.*
15 *Infidelis Deo, hominibus fidelis eſſe non poteſt.*
16 *Ratio quare indiſtinctius admittitur ad accuſandum quis quàm ad teſticaneum,quia non eſt tantum præiudicium in accuſationibus quantum in teſtificationibus.nam crimina probantur per teſtes,non per accuſatores.*
17 *De iure ciuili non reperitur cautum quòd inimicus non poſsit accuſare, ſed bene quod a teſtimonio repellatur .*
18 *In crimine ſimoniæ admittuntur teſtes criminoſi,non emendati, ſed perſeuerantes concurrentibus concurrendis.*
19 *Conſiderabilia,quæ concurrere habent. & quando agitur in crimine ſimoniæ per uiam denuntiationis admittuntur mulieres,criminoſi teſtes & infames emendati.*
20 *Si agitur per uiam inquiſitionis admittuntur criminoſi & mulieres de æquitate habenda iudicis arbitrio.& ibi adducuntur conſiderationes,quas habere debet iudex.num.quinque.*
21 *Vbi agitur ciuiliter de crimine ſimoniæ,teſtes criminoſi etiam non emendati admittuntur , ſi perſona contra quam agitur , ſit irregularis,inferioris gradus,malæ famæ,& ſine ſcandalo remoueri poſſit, & ſubſint adminicula.uelit nolit index.ſed idem num.24.*
22 *Iudex quanta ſit eis fides adhibenda conſiderabit iuxta qualitatem criminum obiectorum,ubi,quod minor fides adhibetur ubi crimina maiora obijciuntur ,quam paria,uel minora.& minor fides adhibetur quando paria crimina obijciuntur, quàm quando minora.*
23 *Maior fides adhibetur quando ſunt aliquatenus emendati .*
24 *Qui admittantur ad teſticandum in caſu ſimoniæ .*
25 *Furti & adulterij crimina ſunt minora ſimonia.*
26 *Criminoſi ſine adminiculis in crimine ſimoniæ cõtra regularẽ inferioris gradus non admittuntur ſecundum Hoſt.nec illi,qui non zelo iuſtitiæ,ſed malignitatis fomite:nec inimici capitales,nec conſpiratores,nec ſi agatur ad depoſitionem.Item ſi teſtificetur crimen per aliquem ad hoc ut quis remoueatur ab adminiſtratione,item non admittitur,ſi ſecularis accuſatur uel regularis,qui ſit ſuperioris gradus , ut epiſcopus,uel inferioris , quando bonæ famæ,uel qui non poteſt ſine ſcandalo amoueri.*
27 *Semel periurus ſemper repellitur a teſtimonio, nec emendatus admittitur.*
28 *In crimine ſimoniæ ſocius criminis admittitur teſtis contra ſocium.quod limita ut procedat,ſi ſit intentatum ciuiliter , & ſi ſit ſocius criminis tantùm,quia ſecus ſi ſit ſocius criminis & muneris .*
29 *Forma admittendi & repellendi ſocium criminis.*
30 *Mendacium uel aliud peccatum non permittitur.*
31 *Fatuus eſt,qui contra ſe confitetur.*
32 *Socius criminis admittitur in crimine hæreſis,ſimoniæ, & læſæ maieſtatis.*

De probatione Simoniæ conuentionalis & reali. Cap. 5.

ET quia,perpetrata ſimonia,uel ſit conuentionalis, vel realis , ad hoc ut puniri & pœnis condignis caſtigari
1 poſſit,probari debet,de probatione illius aliqua dicemus.Et aggrediendo materiã, antequã ad aliud deueniamus,eſt dicẽdũ aliquid de qualitate teſtiũ, & quæ & quales perſonæ admitti debeant & poſſint ad hmõi probationem.Deinde dicemus qũo fiat probatio.nam cum ſimonia ſit crimẽ, & crimen deteſtabile,c.ſicut ſimoniace,de ſimonia, & quoad illud cætera crimina pro nihilo reputantur & hñr, ca.per tuas,
2 de ſimonia.1.q.ult.c.nlt.& in cã ſimoniæ agatur & agi poſſit ciuiliter & criminaliter c.1.de teſt.in 6. Videntur a tali probatione repelli oẽs perſonæ,quæ in iudicio criminaliter non admittuntur,ut ſunt mulieres,quæ a ferendo teſtimonio in cã criminali remouentur per canones.23.q.5.mulierem,c.forus. & ibi gl.extra de uerb.ſig.& ſingulæ aliæ perſonæ,quæ teſtificari prohibentur & exceptione remouentur in iudicio & cã ciuili, puta,ut non impubes,ſed pubes admittatur in cã ciuili , in crimi-
3 nali uerò ætatis annorum 20.ff.eo.l.inuiti.la 2.& l. in teſtimonium.4.q.3.teſtes,ubi eſt bona gl.quæ rõnem aſſignat.Item ut ſit diſcretus teſtis,non furioſus.3.q.7.§.tua, ut non ſit infamis, non enim iuſtitia põt habere comertium cum hoĩe ſcelerato,
4 c.forus.§.fi.de uerb.ſign.extra.& non ſit pauper teſtis,quia magis diuiti quam pauperi creditur.l.3.ff.de teſtibus,in principio. auth.ſed cum teſtator.C.ad.l. Fal.& nullus infidelis admittitur contra fidelem,c.non põt.2.q.7.c.iudex.de teſtib.clem.1.de teſtibus.& conſanguineus non vĩ idoneus teſtis.l.teſtis.ff.eod.&
5 teſtis de familia productus non vĩ idoneus.l.pen.ff.eod.nec familiaris.C.de his qui ad eccleſias confu.l.fi.§.ſane. & inimicus a teſtimonio repelli debet,& etiam inimicum de nouo reconciliatum iudex non debet recipere.Io. And. in addit.ad Spec.
6 in tit.de iud.§.ſupereſt,uerſi.id quoque notandum . Et laicus cõtra clericum in cauſa criminali, cum criminaliter procedit,

Source : BIU Cujas

non admittitur. 2. q. 7. c. ipsi. Item socius criminis non potest esse testis. 79. distin. quis Papa. in gl. magna, & de alijs de quibus tam ex dispositione iuris canonici, quàm ciuilis multipliciter exempla adduci possent.

Sed istis non obstantibns, contrarium videtur verius, ꝙ immo quælibet persona indistincte admittatur in testem & ad testificandum in causa simoniæ, & ꝙ exceptiones cuiusuis generis & qualitatis non attendantur, quia quantumuis criminosa persona admittitur, de quo est tex. in c. licet Heli, de simonia, ubi habetur ad literam, ꝙ contra testes, qui deposuerunt de simonia non admittitur aliqua exceptio, nisi capitalis inimicitiæ, & exceptio conspirationis. Aliæ verò exceptiones criminum excipi & opponi non possunt. ad quod melius probandum gloss. ibidem in ver. indifferenter, vtitur hoc argumento, videlicet, quia simonia est maius crimen quàm sit hæresis. 1. quæstion. 1. cap. eos, & infamis efficitur, 1. quæst. 3. si quis præbendas, immo maius omnibus alijs criminibus, cap. per tuas, de simonia, & 1. quæst. ult. cap ult. sed in hæresi quilibet admittitur, ergo multò fortius in simonia quilibet admittetur, c. tanta. extra eod. 79. distinct. si quis Papa, & C. de episcopis & cler. si quenquam.

Et dicit gloss. in c. cum P. de accusatio. in uersi. laicus, ꝙ licet laici non debeant admitti in accusationem, vel in testimoniũ clericorum, fallit tamen & id non est verum in criminibus exceptis, vt est in crimine simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis, & his casibus admittuntur, si bono zelo iustitiæ, non ex odio procedant, quia tunc nec ad accusandum nec ad testificandũ admittuntur, subiungens ibi, ꝙ inimici in nullo casu admittuntur, laici enim bonæ famæ admittuntur in huiusmodi exceptis criminibus, sed si laici sint malæ famæ & uiles personæ tunc distinguitur, si clericus super illo crimine sit infamatus & malæ opinionis, quia tunc admittuntur laici & uiles personæ. si uerò sit bonæ famæ & opinionis non admittuntur, ubi Ioan. Andr. dicit hanc distinctionem procedere secundum Innocen. cum accusatur clericus de simonia, quia contra laicos simoniacos dicit indistinctè quemlibet admitti ad accusandum & testificandum. Et argumentum gloss. superius adductum intelligit Abb. ibi, videlicet ꝙ omnis criminosus admittatur ad testificandum contra simoniacum, non intelligitur, nisi in simoniaco, qui credit gratiam sancti Spiritus vendi pòsse, iste enim est peior omni hæretico. & ita loqui dicit tex. in capit. eos, allega. quia, inquit, excommunicatum non admitterem, qui indistincte repellitur, nisi in casibus a iure expressis, c. decernimus, de senten. excommun. lib. 6. sequitur Felyn. in cap. per tuas, ubi dicit in crimine simoniæ contra infamatum testes criminosi admittuntur aliis adminiculis suffragantibus, exceptis conspirationibus & capitalibus inimicitijs, quia propter alias inimicitias secus. gl. inimicitias ibidem.

Et quod dicit, ꝙ quælibet persona admittitur in testimoniũ contra simoniacum, non est intelligendum de quacunque persona simpliciter, quia si esset hæreticus, vel paganus non esset admittendus; sed est intelligendum dummodo sit catholicus & de persona catholica tantùm, quia infidelis contra fidelem non admittitur, & paganus & hæreticus repellitur, ut per glo. in c. si dominus, de simonia, in uerbo catholicus, ubi dicit, ꝙ quilibet catholicus admittitur in testimonium contra simoniacum nulla distinctione facta, ergo a contrario sensu inquit glo. hæreticus uel paganus non admittitur, quia Iudæus non est idoneus testis contra Christianum, maximè in criminalibus. c. 1. & secundo. cap. index, extra de testibus. in ca. paganus, & cap. si hæreticus. 2. quæst. 7. & in l. quoniam C. de hæret. Hippol. de Marsi. consi. 12. primo uolu. 3. colum. quia qui Deo est infidelis, non potest homini esse fidelis, cap. non potest. 2. q. 7. ubi Abb. hoc non est uerum simpliciter, ideo dic ꝙ aut quæritur nunquid quilibet admittatur, & dic (inquit) vt legitur & notatur in cap. per tuas, aut quæritur utrum quilibet admittatur ad accusandum, & dic, ut per eundem Abba. in cap. cum P. de accusatio. & & ratio esse potest, quare indistinctius admittatur quis ad accusandum quàm ad testificandum, quia non est tantum præiudicium in accusationibus quantum est in testibus, quia crimina probantur per testes, non per accusatores. Vnde de iure ciuili non reperitur cautum ꝙ inimicus non possit accusare, sed sic ꝙ a testimonio repellatur, ut per Abba. in c. licet Heli, 2. col. uersi. ult. collige, de simonia. per gloss. ibi, in uer. distinguendum. quia, inquit, non omnes, qui admittuntur ad accusandum debent uel possunt admitti ad testificandum, per iura per eum adducta.

Et ꝙ testes criminosi admittantur in crimine simoniæ, est intelligendum iuxta considerationes specificatas & enumeratas per Abb. in capit. per tuas, de simonia, in uersicul. in gloss. in uersic. taliter, ubi tenendo secundam lecturam ad illum text. dicit, ꝙ debent admitti testes criminosi non emendati, sed in criminibus per seuerantes, in hoc crimine simoniæ, cum sit exceptum, concurrentibus tamen considerationibus de quibus in litera, quæ specificantur per eundem secundum Innocẽtium, ut uidelicet iudex consideret an agatur per uiam denuntiationis, & tunc admittuntur omnes testes criminosi, & mulieres, & infames, dummodo sint emendati tam ad denuntiandum quàm ad testificandum. not. secunda quæstion. prima', si peccauerit, & in capit. nouit, de iud. si uerò agatur per uiam inquisitionis, & crimen sit exceptum, & tunc admittentur criminosi & mulieres, non secundum rigorem iuris sed secundum temperantiam æquitatis, quæ habebit iudicis arbitrio moderari: debet enim iudex multas considerationes habere, prima est, circa modum procedendi. Secunda contra personam, contra quam agitur, vt facilius admittantur testes criminosi contra regularem quàm contra sæcularem. & facilius si regularis sit inferioris gradus quàm excelsioris dignitatis. Item facilius si est infamatus & possit remoueri sine scandalo, quàm si sit bonæ opinionis, & immineat scandalum in remotione. Tertia circa personas testium, ut facilius honestos quàm criminosos. & facilius emendatos quàm perseuerantes. Item facilius si testificantur zelo iustitiæ quàm ex odij fomite. Quarta consideratio circa crimina, quæ obijciuntur, an sint crimina minora, vel paria. uel maiora. Quinta consideratio, an subsint adminicula ut facilius admittantur testes alijs adminiculis existentibus quàm cessantibus. subiungens ibidem, ꝙ Innocentius postea recessit ab hac opinione, & tenuit, ꝙ ista temperantia æquitatis non sit reliquenda arbitrio iudicis, cum sit iure expressa generaliter. arg. cap. final. de transactio. quod tamen non placet Hostien. quia secundum eum licet sit iure expressa, tamen exprimitur generaliter, vt non appareat an & quando sit ea præcisè utendum. & cum hac opinione transeunt communiter doctores. satis putarem opinionem Innocentij saluari posse, vt vbicunque agatur de crimine simoniæ ciuiliter & secundum æquitatem, & persona contra quam agitur sit irregularis inferioris gradus, malæ famæ & sine scandalo, possit remoueri, & subsint adminicula, tunc testes criminosi debent admitti, etiam non emendati, uelit nolit iudex, sed quanta sit cis fides adhibenda iudex considerabit secundum qualitatem & quantitatem criminum obiectorum. Minor enim fides adhibetur ubi obijciuntur crimina maiora, quam paria, uel minora; & minor quando paria, quam quando minora. Et maior fides saltim quando sunt aliquatenus emendati, quàm quando ex toto perseuerant. Et ad hanc fidem metiẽdam fiunt istæ considerationes circa crimina obiecta, si uerò deficeret aliquod ex prædictis, non putarem testes criminosos admittendos, vt si persona contra quàm agitur sit sæcularis, vel si esset regularis ageretur criminaliter, uel esset excellentioris dignitatis, uel non subessent alia adminicula. nam inquit, cùm pro dispositione illius textus recedatur a regulis iuris communis, secundum quas criminosi per seuerantes non debent admitti dispositio illius textus debet strictè intelligi & restringi, intelligendo maximè quando est crimen simonię non habens annexam hæresim. Nam sequendo opinionem Hostien. nimis esset longa iudicis potestas in hoc iure relaxando & restringendo. Clare ergo concludendo dic, ꝙ debet intelligi in criminibus exceptis & specifice in simonia, vt admittantur testes criminosi, licet non emendati, concurrentibus qualitatibus superius expressis, secus si aliqua illarum deficeret. idem dicit ibidem Ioan. de Anan. & de testificatione criminosi in materia simoniæ vide Felyn. in capit. tanta. eod. ubi dicere uidetur, ꝙ criminosus potest testificari contra clericum infamatum de simonia. gloss. 6. quęstione prima, in summa. cum alijs per eundem. Felyn. adductis. & dicit Hostiẽ. in summa in §. qui ad accusationem, Ego dico, ꝙ testes etiam criminosi, & maxime emendati de crimine, qui alijs adminiculis fulciuntur, admittuntur, quod credo necessarium, quando sunt criminosi, non emendati aliàs, maxime non participes in scelere & munere zelo iustitiæ testificantes, quibus minora crimina opponuntur, admittuntur contra regularem inferioris gradus grauiter infamatum, qui sine scandalo de facili remoueri potest. dicto capitul. per tuas. primo respondeo, uersi. Item utrum, & sequen. & uersi. ille quidem. quando agatur ciuiliter & secundum temperantiam æquitatis, non vt deponatur ab ordine, sed vt remoueatur ab administratione, & ideo tales contra talem meritò admittuntur, quia ex leuioribus causis remouentur, sicut quorundam religiosorum comprobata consuetudo deposcit. Et ideo de plano debet procedere inquisitio regularium, & sine strepitu, quia seruos Dei hisce subtilitatibus non decet inuolui.

Verùm tamen est, si crimina & alia opponantur, legitimas exceptiones sibi seruare contra testes licet, ita ꝙ nullus criminosus contra eos admittatur, etiam si adminiculis fulciatur. & adeò dico (inquit) seruandam præfatam distinctionem, ꝙ si vnum membrum deficiet, repello testem, & sic criminosos in crimine simoniæ sine adminiculis etiam contra regularem inferioris gradus non admitto. Illos etiam qui non zelo iustitiæ, sed malignitatis formite testificãtur repello, vt inimicos capitales & conspiratores. Item prædictos repello, si agatur ad depo-

Source : BIU Cujas

24 depoſitionem gradus,uel etiam ſi denuntietur crimen per aliquem, ad hoc vt quis remoueatur ab adminiſtratione: quia tunc ſecundum iuris rigorem procedi debet. Item nec ipſos admitto,ſi ſæcularis accuſetur vel regularis ſuperioris gradus, puta epiſcopus,uel inferioris bonæ famæ & opinionis, uel qui non poteſt ſine ſcandalo amoueri. uide in hac materia gloſſ. magiſtralem in ca.ſi epiſcopus.prima queſtion. prima, in uer. mediator,ubi repilogat pari modo iſtam diſtinctionem. ſumma Aſten.§.ult.in titul.de ſimonia,vbi dicit. quinam admittantur & admitti poſſint ad teſtificandum de ſimonia, docemur per decretal.cap.per tuas, extra eodem.quam quidam ad maiorem euidentiam multiplicitet diſtinguunt. & primò circa modum agendi,utrum agatur de crimine ſimoniæ criminaliter,uel ciuiliter:& ſi ciuiliter,utrum de rigore,uel de æquitate. Secundò diſtinguunt circa perſonas, contra quas proceditur, vtrum ſint regulares,uel ſæculares,& ſi ſint regulares, vtrum ſint inferioris gradus,an excellentioris dignitatis, & an illi ijdē ſint bonæ opinionis vel famæ malæ,& utrum poſſint puniri de facili,an ſine ſcandalo non poſſunt condemnari. Tertiò diſtinguunt contra perſonas teſtium, utrum ſint honeſti; uel emendati de crimine,an perſeuerauerint in ipſo,& an ipſi teſtificentur ex charitate,aut ex odio. Quartò etiam, quæ crimina obijciantur teſtibus, vtrum eadem, vel maiora,an paria, vel minora. Quintò, an ſint etiam alia adminicula, quæ adiuuent teſtes.

Quantùm ad alteram partem, dicendo ꝙ teſtes criminoſi, & maximè emendati de crimine,qui alijs adminiculis fulciuntur, credit neceſſarium Hoſtien. ꝙ alijs adminiculis fulciantur,quando ſunt criminoſi non emendati, aliàs non, maxime non participes & ſcelere & non zelo iuſtitiæ teſtificantes, quibus minora crimina opponuntur, vt furti & adulterij, quæ
25 ſunt minora ſimonię, admittuntur contra regularem inferioris gradus grauiter infamatum,qui ſine ſcandalo poteſt facile remoueri. & hoc quando agitur ciuiliter, & ſecundum temperantiam ęquitatis, non vt deponatur ab ordine, ſed vt amoueatur ab adminiſtratione. & ideo tales contra talem taliter admittuntur, quia ex leuioribus cauſis remouentur. Et ſic non admitti criminoſos Hoſtien.ſine adminiculis, etiam in
26 crimine ſimonię, & contra regularem inferioris gradus; nec etiam illos,qui non zelo iuſtitię,ſed malignitatis fomite teſtificantur,vt inimicos capitales & conſpiratores, nec etiam admittit prædictos,ſi agatur ad depoſitionem gradus, aut ſi teſtificetur crimen per aliquem ad hoc ut quis remoueatur ab adminiſtratione,quia tunc ſecundum rigorem iuris procedi debet.Item nec ipſos admittit,ſi ſęcularis accuſatur, vel regularis,qui ſit ſuperioris gradus,ut epiſcopus,vel inferioris gradus, quando eſt bonæ opinionis, vel qui non poteſt ſine ſcandalo amoueri.

Sed hoc limita,vt non procedat in illo, qui eſt criminoſus in periurio, qui repellitur ſemper a teſtimonio, nec admittitur
27 quantumcunque emendatus quia qui ſemel eſt periurus, ad iuramentum amplius non admittitur.22.quæſtion. quinta.paruuli,cap.literas,de præſumptio.2.quæſtio. 7. non poteſt,quia preſumitur ꝙ iterum deieraret.l.ſi cui.ff.de accuſatio.§. hildē. 6.queſtion.1.quicunque.gl.in c.per tuas,de ſimonia, in uerbo adulterij.

Item in crimine ſimoniæ notatur unum ſpeciale in capit.1. de teſtam.in 6.id quod eſt etiam in alijs criminibus exceptis,ſicut hęreſis & læſę maieſtatis, ꝙ videlicet ſocius criminis admit
28 tatur teſtis contra ſocium in crimine intentato ciuiliter, dum tamen ſit ſocius criminis tantum, ſecus ſi ſit ſocius criminis & muneris ſimul,ſecus ſi ſit in factę,criminaliter intentato, quia tunc non admitteretur ſocius criminis tantùm, & multò minus ſocius & criminis & muneris,per gloſſ. ibi in uer. aſſecuti,
29 quę uidetur dare formam quomodo admittatur ſocius criminis contra ſocium, & quomodo repellatur in crimine ſimonię, ubi dicit eſſe mirabile in decretali, quòd ſocius criminis qui repellitur in criminali criminis & muneris,repellatur in ciuili,ſi enim qui ipſum à teſtimonio repellit, dicat, ſocius mihi in crimine fuiſti, non ulterius egemus teſte, quia ex hac confeſſione puniendus eſt capit.2.de confeſſ. nec permittit canon uel lex ꝙ dicat, hoc non feci, quia mendacium uel aliud peccatum non permittitur.ſed dic ꝙ poteſt in genere dicere, Non
30 potes eſſe teſtis,quia commiſiſti hoc crimen,quod me offero, probaturum,& ſic repellet, quia per delictum repellit teſtem vel dic precisè, ꝙ exceptionem obijciens non fatetur.Vel pone ꝙ opponatur criminis ſimonię exceptio contra teſtem, & ille qui produxit.dixit eum qui probat fuiſſe ſocium,& ſic contra ſe nil fatetur,ſed ſecundam tene, quia & hic videtur fateri teſtem ſimoniacum,per iura per eum ibi adducta, quod not. 79.diſtinct.cap.ſi Papa,& l.ſi filium.C.de lib.cauſ. per Hoſtien. in ſumma.§.qui ad accuſationem, in fin. ubi quęrendo quomodo repelli poteſt particeps criminis,dicit,ꝙ ſi dicat,non potes contra me teſtificari,quia fuiſti meus ſocius in eodem crimine,condemnabitur vti confeſſus,quia tamquam fatuus cō-

31 tra ſe confitetur.c inter dilectos,de donatio.cap.1. & ſecundo de confeſſ.cap.1.2.queſt.1.ſi dicat non feci quod mihi imponi tur,& ſi feciſſem,tu non potes eſſe teſtis tamquam eodem uitio laborans,ſic mentitur,& lex non docet mentiri.23. q. 2.qui peccat,docet tamen ſocium criminis repellere,dicta.l.ſi filiū. ſed ibi inquit manifeſtum eſt ipſum eſſe participem, quia dicebatur ibi ꝙ pater filium ſuum uendiderat genero ſuo, vnde vtrique deeſt accuſator,quia nullus tam proximus coniunctus poterit ignorantiam allegare,vnde iudex ipſum ex officio poteſt repellere,cum notorium ſit,ſubiungens ibidem, ſic poteſt proponere, Ego excipio contra te,quia dico te illud crimen commiſiſſe, ſuper quo uis accuſare me, vel in quo uis contra me teſtificari,unde dico te non fore audiendum, & ꝙ uera ſit exceptio,offero me probaturum. Si uerò iudex talē exceptionem non admittit,iuſte appellabitur.ſequitur ſumma Aſten.§. fi.eod tit.in fi.& dicit Ang. in ſumma.in uer.teſtis Quęro an ſocius criminis poſſit eſſe teſtis,dicit ꝙ non, præterquam in cri-
32 mine ſimonię,læſę maieſtatis,& hęreſis, per gl.in c. ſi quis Papa.79.diſt.in gl.magna.Idem gl.in c.fi.§.libere.in uer. ſocij. Vide tamen glo.in c.fi.15 q.3.quę dicit,ꝙ licet in crimine læſæ maieſtatis,crimine ſimonię,& falſi,ſocius admittatur in teſtem cō tra ſocium,tamen nunquam ualet talium cōfeſſio ad conuincēdum ſocium,niſi adſit aliqua preſumptio,per tex.in l.diuus. ff.de cuſtod.reorum.

SVMMARIVM.

1 *Simonia probatur multipliciter.& probatur confeſſione partis.*
2 *Nulla maior probatio quàm quæ per oris confeſſionem elicitur. & per rei euidentiam fit probatio, & qnid ſit euidentia rei.*
3 *Notorietate fit probatio: vbi vide quibus modis fiat probatio.*
4 *Per vnum teſtem nihil probatur,niſi cum miraculo.ubi, quod Beatus Britius uoce unius probatus fuit innocens.*
5 *Probatio euidens ſit per coniecturas.& probatio magis euidens fit per teſtes, & facti euidentiam.*
6 *Probatio euidentiſſima fit per inſtrumenta indubitata.& ibi,quod in criminibus non procedimus per uerosimilia,ſed per probationes luce clariores.*
7 *In ſimonia hæretica non proceditur per vehementem præſumptionem, nam non poteſt quis puniri de hæreſi propter vehementem præſumptionem.ſed tunc indicetur purgatio,in qua ſi deficit,punitur.*
8 *Ex ſolis coniecturis aliquis non deponitur.*
9 *Nemo de facili eſt condemnandus.ubi ex præſumptionibus deponitur, & ſententia lata ex præſumptionibus,non tranſit in iudicatum.*
10 *In ſimonia & hæreſi,ex violenta præſumptione fit condemnatio, ubi, quod ex ſola ſuſpitione quis non poteſt condemnari.& ibi vide remiſsiuè quæ appellatur uiolenta præſumptio.*
11 *Ad probandam ſuſpitionem ſufficit leuis probatio.*
12 *In crimine ſimoniæ non appellatur a ſententia, & ſimiliter in crimine hæreſis non appellatur.*
13 *Item in crimine læſæ maieſtatis.*
14 *Læſæ maieſtatis crimini æquiparatur ſimonia.& ibi,quod confeſsio criminis ſimoniæ extraiudicialiter facta, operatur inditium, non probationem.*
15 *Si clericus non ſit diffamatus de ſimonia, non ponitur ad torturam. & in iudicialibus probatio non eſt facienda per præſumptiones, & argumenta.*
16 *Vitium ſimoniæ plerunque per perſonas interpoſitas perpetratur.*
17 *Probatio ſimoniæ debet eſſe clara.*
18 *Quem eſſe hæreticum non poteſt euidenter probari,niſi per ſigna.*
19 *Requiritur plena probatio in cauſa ſimoniæ, etiam quando agitur ciuiliter.*
20 *Simoniacus ſtatim eijcitur de eccleſia, quòd ſimoniæ ſigna apparent. & ſpeciale eſt in crimine ſimoniæ,quòd per ſigna procedatur in eo.*
21 *In criminibus probationes luce meridiana clariores eſſe debent. & ex quo ſimonia ſolet fieri occulte,ideo admittitur quòd probetur per præſumptiones.*
22 *Signa & argumenta in crimine ſimoniæ habentur pro plena probatione, ſed ſigna & argumenta habent plene probari.*
23 *Signa ſimoniæ debent habere aliquam probabilitatem.*
24 *Sicut in crimine hæreſis proceditur per uerisimiles coniecturas, ita in ſimonia.*
25 *Simoniæ commiſſum in electione probatur per coniecturas.*
26 *Dolus & fraus probatur per coniecturas.*
27 *Ex præſumptionibus malitia probatur.*
28 *Non uitiatur electio,quando ſimonia eſt commiſſa in fraudem electi.*
29 *De fraude poteſt apparere per coniecturas.*
30 *In ſimonia non requiruntur probationes ita claræ.*
31 *Simonia ſolet occulte committi, ideo in ea leuiores ſufficiunt probationes.*
32 *Probationes admittuntur per coniecturas in illis, quę fiunt occulte.*
33 *In his,quę ſunt difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas, & tali caſu probatio famę cum aliquibus adminiculis facit plenam probationem.*

Source : BIU Cujas

34 *Vbi eſt maxima difficultas probationis ſtatur iuramento, & ex pluribus inditijs ſit vera probatio.*
35 *Violenta præſumptio accipitur pro probatione, etiam ad condemnationem.*
56 *Contumacia citati ad reſpondendum de fide facit vehementem præſumptionem.*
37 *Violenta præſumptio ſufficit ad condemnationem.*
38 *Deficiens in purgatione non punitur ex præſumptione probabili, quę non ſufficit ad condemnationem.*
39 *Multiplex ſuſpitio equipollet præſumptioni violentæ.*
40 *Simplex ſuſpitio uel vehemens præſumptio de ſimonia, eſt apta ad inducendam purgationem, etiam ſine infamia.*
41 *Requiritur quòd ille cui indicitur purgatio ſit accuſatus, uel infamatus apud iudicem.*
42 *Ex ſola ſuſpitione, niſi adſit infamia uel accuſatio, non indicitur purgatio.*
43 *Indictio purgationis ſit arbitrio epiſcopi.*
44 *Deficiens in purgatione ſibi indicta in ſimonia, punitur uti conuictus.*
45 *Propter infamiam iudex indicit purgationem, & deficiens in ea punitur extraordinarie.*
46 *Quando iudex procedit ex præſumptione, debet multum temperare ſententiam.*
47 *Quare deficiens in purgatione punitur ut conuictus.*
48 *Violenta præſumptio ſufficit ad condemnandum, quia iudicatur vera probatio.*
49 *Præſumptio iuris dicitur uiolenta.*
50 *Differentia inter ſuſpitionem & præſumptionem.*
51 *Suſpitio de hæreſi oritur ex leuibus ſignis, ſed ſigna debent plene probari.*
52 *Ex ſola ſuſpitione quis non condemnatur.*
53 *Iudex debet temperare ſententiam, quando procedit ex ſola ſuſpitione.*
54 *Quotieſcumque proceditur ex præſumptionibus, illa eſt iuſta cauſa minuẽdi pœnam.*

De eadem materia. Cap. 6.

DEueniendo ad ſecundum caput præſentis quæſtionis, quomodo videlicet probetur Simonia, dicimus, ꝙ crimen & factum ſimoniæ videtur probari multipliciter, vt quodlibet aliud fa-
1 ctum & quodlibet aliud crimen, puta, per ſimoniaci vel partis ſimoniacæ confeſſionem, capitu. præsbyter. 15. q. 5. quia nulla maior & melior probatio eſſe poteſt, quàm quæ per oris pro-
2 prij confeſſionem elicitur. Iaſ. in l. Titia, de uerb. obligat. num. 38. per rei euidentiam itidem fieri poteſt probatio, ut cum quis in crimine comprehenditur & comprobatur. 50. diſtinct. ſi quis diaconus. 81. diſtin. ſi quis clericus. & 53. cap. præsbyter. Item notorietate, ut cum quando ita notorium eſt, vt nulla
3 poſſit tergiuerſatione celari. 2. q. 1. de manifeſta, cum duobus capitulis ſequen. Item per famam. 4. quæſt. 3. dilectio. Item per inſtrumentum. 16. q. 3. cap. placuit, & per alios modos latè vbique in toto corpore iuris ciuilis & canonici ad probandum ali quod factum traditos, qui nouem enumerantur ſub hoc verſiculo. Aſpectus, ſculptum, teſtis, uotoria, ſcriptum, iuraus, con
4 feſſus, præſumptio, fama probabunt. quia per vnum teſtem nihil probatur, niſi cum miraculo. per tex. in c. fina. in fin. 4. quæſt. 4. exemplo beati Britij, qui voce unius innocẽs probatus fuit. Et credo ꝙ in iſto crimine requiratur non ſolum probatio eui
5 dens, quę fit per coniecturas, c. afferte. de præſumpt. ſed probatio magis euidens & clara, quæ fit per teſtes & facti euidentiã, cap. tua, de cohab. cler. & mulier. & capit. eccleſias. 2. quæſt. 1. & in cap. 1. & ibi gloſſ. ſed etiam euidentiſſima quæ fit per inſtru-
6 menta indubitata, per tex. in cap. pia, de exceptio. lib. 6. quia in criminibus non procedimus per veriſimiles præſumptiones, ſed requiruntur probationes luce clariores. l. ſciant cuncti. C. de probat. 2. quæſt. 8. cap. 1. aliàs eſt. cap. 25. quæſtio. 6. Epiphanium. Item in ſimonia hæretica nec etiam per vehementem
7 præſumptionem, quia propter vehementem præſumptionem de hæreſi, non poteſt quis puniri tamquam hæreticus, per glo. in cap. literas. de præſumptio. quia tunc indicitur purgatio ſecundum glo. in c. inter ſollicitudines, de purga. canon. & ſi defecerit in illa punitur ſecundum dictum Abb. in cap. accedẽs.
8 2. colum. de accuſat. nec debet intelligi ꝙ ex coniecturis aliquis deponatur, quia dicit Innocen. in cap. quia ueriſimile, de præſumptio. ꝙ vbi proceditur ex præſumptionibus non eſt de facili quis condemnandus, & ſententia lata ex præſumptionibus
9 non tranſit in rem iudicatam, ſecundum Roman. in l. admonendi. 4. char. ff. de iureiurand. allegantem textum in l. ſi quis adulterij, C. de adult. refert Felyn. in d. cap. ſicut ſimoniaca, ubi ſubiungit, fateor tamen ꝙ in ſimonia & hæreſi ex violenta
10 præſumptione quis poteſt condemnari, capit. cum contumacia, de hæretic. lib. 6. & ex ſola ſuſpitione non poteſt quis condemnari, capit. excommunicamus. § fina. in uer. certis inuitijs, de hæretic. facit Oldrad in conſi. ſuo 210. quod incipit, Regularis habet traditio, ubi ponit quæ dicatur uiolenta præſumptio ad hoc ut quis poſſit condemnari de hæreſi. de quo etiam per Dominicum in cap. ut officium, & capitul. ut filij, de hæretic. in 6. ubi etiam dicit, quòd ad ſuſpitionem probandam ſufficit
11 leuis probàtio, ſecu sad condemnandum, ut per Felyn. in cap. literas. 6. colum. uerſicul. & quòd ex ſola. & melius idem Felyn. in capitul. ſicut, de ſimonia, ꝙ in crimine ſimoniæ non appel-
12 latur a ſententia, quia ſententia lata in crimine ſtatim exequenda, non ſuſpenditur per appellationem. l. continuus. ff. de appellat. ſed iſta eſt huiuſmodi, vt in eo. tex. in uer. mox, ego & c. & æquiparatur hæreſi, gloſſ. final. capitul. primo, de teſtib. lib. ſexto, ſed in crimine hæreſis non appellatur, capitul. ut inquiſitionem. de hæret. lib. 6. Item in crimine læſæ maieſtatis non
13 appellatur. ff. de iniuſt. teſtam. l. ſi quis exhæredat. §. ſi autem. & huic æquiparatur ſimonia, capitul. ſane. 20. quæſtion. tertia. l. ſi
14 quenquam. C. de epiſcopis & cleric. Alexand. in l. 1. ff. de publ. iud. gloſſ. in §. per contrarium. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. in uer. poſt mortem. Bald. in dicta l. ſi quenquam. Facit etiam, quia confeſſio criminis ſimoniæ extra iudicium facta non operatur probationem, ſed tantummodò facit inditium ad torturam. Felyn. in capit. de hoc, eod. titul. ubi etiam dicit, ꝙ ſi cleri-
15 cus non ſit diffamatus, nunquam ponitur ad torturam. Et probatio in iudicialibus non eſt fienda per præſumptiones & argumenta, ſed clarè intentio agentis eſt deducenda in iudicio, quia aliter non diceretur plena probatio. Bald. in capitul. primo. §. ſacramenta, de conſuetud. rect. feud. Lud. Roman. in l. 1. C. de teſtamen. milit. per quod datur intelligi ꝙ probationes debent fieri in crimine ſimoniæ plene clare & concludentes. Facit, quia uitium & crimen ſimoniæ plerunque per per
16 ſonas interpoſitas & mediatores perpetratur, ut per tex. in capitul. primo de teſtibus In 6. Vnde cum de eo poſſit euidenter conſtare, debet illius probatio clare & liquide innoteſcere,
17 idque videtur ſentire Anan. in cap. ſicut, de ſimonia, in uerſic. & ideo litera vtitur iſto verbo ſigna, quia quem eſſe hæreticum non poteſt euidenter probari, niſi per ſigna, cum de mente alterius aliter conſtare non poſſit. Tu conſidera, ꝙ hic nõ
18 agitur de probatione hæreſis, ſed de probatione ſimoniæ, de qua poteſt euidenter conſtare, ut ibi per eum. Dicit in terminis Abb. in cap. ueniens, de teſtibus ꝙ requiritur plena probatio in cauſa ſimoniæ etiam quando agitur ciuiliter. idem vide
19 tur uelle Abba. in cap. dilectus, el ſecundo, colum. 2. uerſicu. in glo. officialibus, ubi dicit, ꝙ in delictis non punitur præſumpta ſcientia.

Contrarium videtur, ꝙ in crimine ſimoniæ non requirantur probationes adeo claræ & liquidę, quandoquidem ſolum ſigna criminis apparent, ſufficiunt ad condemnationem, videtur text. clarus in cap. ſicut ſimoniaca, extra eod. ubi ſtatim
20 quòd ſigna ſimoniæ appareant debet ſimoniacus eliminari ab eccleſia & eijci, ideſt ab eccleſia ſeparari per excommunicationem, & beneficij priuationem. per Archid. in cap. qui ſtudet, prima quæſtion prima, in uer. de templo, ubi declarat iſtud uerbum. ubi Abba. 2. not. dicit, ꝙ ſpeciale eſt in crimine grauiſsimo, quale eſt ſimonia, ꝙ procedatur per ſola ſigna, ideſt per ſimiles probationes. Nam regulariter in criminibus pro-
21 bationes debent eſſe luce clariores. l. ſciant cuncti. C. de probatio. idque procedit in odium & deteſtationem criminis ſimoniæ vt in eo admittantur præſumptiones loco probationum, & dicit Ioan Bernardinus de Luco Hiſpanus in ſua practica criminali canonica. cap. 85. ꝙ Paſcalis terribilia uerba de ſimonia deſcripſit capitul. fina. 1. quæſtio. 7. uidelicet ꝙ omnia crimina ad comparationem ſimoniæ pro nihilo reputantur, ideo propter eius grauitatem aliqua ſpecialia ſtatuuntur in iure. nam in eo proceditur per ſola ſigna, & in eius odium admittuntur præſumptiones per Abba. in capit. ſicut, de ſimonia, & dicit Lud. Gomeſ. in reg. de trienn. quæſtio. 18. ꝙ talis ſimonia, ex quo ſolet fieri occulte, ſufficit quod per præſumptiones probetur. cap. per tuas, de ſimonia, extra. idque etiam eſt in crimine hæreſis, capitul. cum contumacia de hæretic. lib. 6. ſequitur ibidem Ioan. de Anan. ubi dicit, ꝙ licet in alijs criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores. l. final. C. de probatio. tamen iſto crimine ſimoniæ ſigna & argumenta
22 habeurur pro plena probat.one. Oportet tamen illud ſignum & argumentum plenè probari ſecundum Innocen. in capitu. per literas, de præſumption. Ioan. And. in cap. ut officium. §. 1. de hæret. lib. 6. per quam decretalem, dicit, ꝙ ſibi plus placet, ꝙ dato ꝙ nulla ſigna probentur, tamen ſi grauis ſit infamia contra eum debet remoueri. & debemus intelligere de ſignis ali-
23 quam probabilitatem habentibus, uel dic (inquit) quòd ſola ſigna ſufficiunt ad preſumendum hęreticum, uel ſimoniacum, uel ꝙ ſigna ſint euidentia & conuincentia. ſubiungens ibidem paulò poſt, præterea crimen ſimoniæ dicitur hæreſis, capitul. quotiens, eod. titul. uel ſaltim æquiparatur crimini hæreſis, no. glo. fina. in capit. primo. de teſtibus lib. 6. & ſic tenent doctores, qui volunt, ꝙ ſicut in crimine hæreſis proceditur per veriſi-
24 miles & probabiles coniecturas, & præſumptiones, ita & in crimine ſimonię, de quo in tit. de hæret. li. 6. Idem uidetur dice

Source : BIU Cujas

re in capit.nobis,eod.3. not. ubi dicit q̃ simonia commissa in
25 electione potest probari per coniecturas. Dicit enim, qualiter autem poterit apparere de fraude ? dicit per coniecturas, puta, quia illi qui dederunt pecuniam contradicebant electioni. Dolus enim & fraus per probabiles coniecturas potest
26 ostendi & probari.cap.2.de renuntiatio.in 6.in l.dolum. C.de dol.ex præsumptionibus enim malitia probatur.in cap. sciscita
27 ta,de in integrum restitutione.sequitur Abba.in capit. nobis, eod.tit.uersi.item nota. Item nota casum singularem in quo electio facta per simoniam non vitiatur,quando scilicet simo-
28 nia commissa est in fraudem illius,qui sperabat eligi. Qualiter autem poterit apparere de fraude ista, dic q̃ per coniecturas,
29 vtputa illi qui se opponebant electioni dederunt pecuniam.vt eligeretur.fraus enim & dolus per coniecturas probantur, vti ibi per eum,vbi Fel.2.not.idem dicit Ana. ibidem in uers. qualiter autem.

Et in perscrutando & inuestigando vitio & crimine simoniæ,per circumstantias & per coniecturas proceditur & procedi habet, per text.in capitul.& si quæstiones, extra eod.ubi qualitas muneris dati, qualitas dantis, recipientis, tempus quo, & alia de quibus ibi per doctores, considerari habent ad coniecturandum & considerandum an sit commissa simonia.

Et quærit Angel.in summa,vtrum in criminibus possit procedi per verisimiles præsumptiones, dicit q̃ non: sed debent esse luce clariores.l.sciant cuncti. C. de probat. fallit in crimine simoniæ.cap.sicut,de simonia,& hæresis,capit.cum contumacia.de hæret.lib.6.sequitur idem Abba. in cap.insinuatum, de simonia,uersi.2.not.ibi,potest intelligi q̃ sit speciale in simo
30 nia, vbi non requiruntur probationes ita claræ & manifestæ, sed debent in continenti repelli de ecclesia, cùm aliqua signa notabilia constant de crimine contra simoniacum. idem dicit Corn.in consi.340.column.penult.ad fin lib. primi. & Aymon.Cauet.in consi.122.numero octauo, ubi dicit, & maxime præsumi debet fraus in casu nostro quia agitur de crimine simoniæ, quæ occultè solet committi, ob id leuiores in ea
31 sufficiunt probationes,capit.per tuas,præallegato,cap.1.de testib.in 6.

Et probationes per signa,inditia, & coniecturas admittun-
32 tur in his,quæ fiunt occulte,& sunt difficilis probationis. Bartol.& alij in l.si quis ex argentarijs §.penult.ff. de eden.ubi dicit,q̃ in his,quæ occulte & de nocte aguntur, admittuntur & sufficiunt probationes per coniecturas propter difficultatem probationis,quod etiam voluit idem Bartol.in l. si quando,C. vnde vi.& in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.ff. de nou.oper. nuntiat.in 8.quæst.Feder.de sen. consi. suo. 119. incipien. nulli dubium.Hostien.in capitul.final. extra quod met.cau. Paul.de Castro in consi.suo 276.incipien.uiso processu. dom. Anton. in cap.ueniens,extra de testa.in ult. colum. ubi dicit, q̃ in his,
33 quæ sunt difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas. Et tali casu probatio famæ cum aliquibus adminiculis facit plenam probationem: sequitur & refert Hippol. de Marsil in consilio quinto,colum.final.uersic.præterea, ubi dicit secundum Bald.in l.qui accusare. C. de eden. q̃ ubi est maxima difficultas probationis statur iuramento. & dicit glo. in
34 l.2.in uersi.legitimis.ff.de excusa.tuto. q̃ ex pluribus inditijs fit uera probatio, licet sit reputata illa glo. singularis secundum Ioan.de Anan.in consi.49.incip.dubium de quo quæritur, & per alios quos refert Hippol.de Marsi.in consi. 3. 1.uol.sequitur Archid.in cap.quamuis.11.q.3. ubi dicit q̃ probatio fit per inditia.

Nec tamen credo quòd quælibet præsumptio sufficiat ad quem condemnandum in crimine, quia tantùm præsumptio violenta,capit.auferte.de præsumption.non præsumptio vehemens uidetur sufficere,est optima glo.in capitul.literas, extra de præsumption.in uer.vehementem,quæ dicit,quòd propter suspitionem uehementem potest procedi, quasi contra suspectum,non vt condemnetur,sed violenta præsumptio bene ac
35 cipitur pro probatione & ad condemnationem,per iura, quæ adducit ibi glos.in capitul.cum contumacia.in uer.vehementem,de hæret.in 6.& vehemens præsumptio est, puta, quando ex informationibus secrete captis de aliquo, quis sit suspectus de hæresi,uel accusatus,quia illę informationes faciunt uehementer suspectum,unde citatus sub excommunicationis pœna ad respondendum de fide,si non comparet,eius contuma-
36 cia facit vehementem præsumptionem contra illum,unde excommunicatur,& si per annum in excommunicatione inordescet,eius contumacia per tantum tempus indurata facit cõ
37 tra ilium uehementem præsumptionem conceptam transire in uiolentam,quæ sufficit ad condemnationem,per glos.præallegatas.& glos.in capit insinuatum, ubi dicit, q̃ deficiens in purgatione,non punitur ex præsumptione probabili tantùm,
38 quæ non sufficit ad condemnationem,capitul.literas, de præsumption.& ibi glos. sed punitur ex præsumptione violenta, quæ sufficit ad condemnationem, dicto capit. afferte. dicens
39 secundum Ioan. de Anan. quòd multiplex suspitio æquipollet præsumptioni violentæ, glos. & Bald. in l. quamuis. C. de adult.

Simplex verò suspitio vel præsumptio vehemens de simo-
40 nia bene est apta ad inducendam purgationem, etiam sine infamia,per Innocen.in capitu.ex parte,in fin.de offic. ordin.& glos.in cap.quanto,de præsumption.& dom.Anton. in capit. tua,per illum tex.de cohabit.cleric.& Archidiac. in § fina.7.q. 2.Inno.in c.pen.super uer.incestus,extra de pur. can.Felin.ubi multa accumulat in c.literas,col.6.uersi.in glo in uersi. vehementem.de præsump.

Sed videtur requiri, q̃ sit ille cui indicitur purgatio accusa-
41 tus,uel infamatus apud suum iudicem,per Abba.in continuatione rubricæ,de purgat. cano. & etiam ex infamia indicitur: nam cum quis apud iudicem suum est infamatus, & infamia publica laborat, tunc iudex habet præfigere terminum. ut si quis vult accusare compareat,& si accusator compareat, audiatur canonice:si uerò non comparet, & infamia mala crebescit,tunc procedat iudex ad inquisitionem, & si nullus appa ret etiam denuntiator,nec conuincitur, tunc compellat eum ad purgationem canonicam,notatur secunda quæstion.quarta præsbyt.

Ex sola uerò suspitione,si infamia non laborat, non indici-
42 tur,nisi sit accusatus secunda quæstione quinta. §. ecce qualiter.sed aduerte q̃ habet esse verisimilis & probabilis suspitio, quia temeraria suspitio repellitur,extra eod.cap.si quis de gradu,glos.ult.2.quæstion.1.capitul. primo est tex. in materia factus cum ibi glo.in cap.insinuatio,de simonia, in glo. fina.ante finem.

Et indictio purgationis fit arbitrio episcopi.gl. est in c.inter
43 solicitudines,extra eod.in uersi.14.manus, quæ recitat uersus continens numerum compurgatorum.

Et deficiens in purgatione sibi indicta in uitio simoniæ pu-
44 nitur ac si esset conuictus.cap.de hoc.capit.insinuatum, extra de simonia.sed multùm interest quis modus agendi præcesserit.Nam si præcesserit accusatio indictionem & se purgare nequiuerit,quia testes suæ honestatis non habuerit, punitur ac si fuisset conuictus,capitulo de hoc,de simonia.si uerò per modum inquisitionis,aut denuntiationis actum sit, pœna erit arbitraria,not.Goffred.Hostien.Panorm.in capitu.accedens,de accusatio.

Similiter dic, q̃ si non præcessit aliquis modus agendi neq;
per accusationem,inquisitionem,aut denuntiationem, sed so-
45 lum propter infamiam iudex indicit infamato purgationem, tunc similiter deficiens in ea punitur extraordinariè. est tex.in capit.significasti.de adulterijs.ubi dicit Innocen. q̃ cum iudex hoc casu procedat ex præsumptione, q̃ debet multùm tempe
46 rare sententiam.not.in capit.afferte,de præsumption. sequitur Abba.in capit.insinuatum, & ibi Felyn. ubi Ioan. de Anan.in uersi.in glo.final.adducit rationem quare deficiens in purga-
47 tione punitur, vt conuictus.Non enim punitur ille ex præsumptione probabili,ideſt, ex illa præsumptione propter quam ei purgatio indicitur,quia illa non sufficit ad quem condemnandum de crimine,sed quia præsumptio probabilis orta ex infamia transit in uiolentam præsumptionem, quando reus deficit in purgatione,unde ex uiolenta punitur, quæ est sufficiens
48 ad condemnandum,quia iudicatur uera probatio. dicto cap. afferte.l.inditia.C.de rei uendicat. & præsumptio iuris dicitur
49 uiolenta,Paul.de Castr.in consi.secundo incipien.pro euidentia eius.& sufficit ad condemnandum de adulterio, Bartol.in l.1.2.colum.uersic.modò reuoco, & doctores in l.final. C.de probation. habetur etiam simile in præsumptione orta contra hæreticum,capit.cum contumacia,de hæret.Simile in quo libet excommunicato pro crimine,cap.rursus,ca.quicunque. vndecima,quæstio. tertia. & per prædicta inquit idem Anan. poterit limitari & suppleri tex.in l.absentem, in principio, ibi, nec de suspitione debere aliquem condemnari ff.de pœn. potest enim dici, q̃ ibi loquitur de suspitione. est enim differentia inter suspitionem & præsumptionem, quia suspitio stans
50 in suis terminis & finibus nunquam est causa condemnationis,sed præsumptio sic. & ex prædictis collige (inquit) quòd ex infamia orta cõtra aliquem oritur probabilis præsumptio, & facit aliquem gradum probationis, ut ibi per eum.

Et dicit Fel.in capit.literas, circa finem, q̃ suspitio de hæresi
51 oriri potest etiam ex leuibus signis, sed illa signa debent plenè probari secundum Innocen.in capitu.sicut,de simonia.Ioan. And.in cap.ut officium.§ primo,de hæret.in 6.Et q̃ ex sola su
52 spitione quis non condemnatur. ubi allegat consilium Oldr. 210.quod incipit,regularis traditio. Faciunt dicta per Bald. in l.præsbyteri.la 1.in pen.colum.C.de episco. & cler.ubi dixit, q̃ quando iudici non liquet de falsitate testis, sed suspicatur de ea, q̃ tunc debet sententiam temperare, cum procedat ex sola
53 suspitione,quæ suspitio sola non sufficit ad condemnationem, secundum Dom.in c.habuisse,in primo not.31.dist.& faciunt dicta per Bald.in l.fi.C.de proba.ubi subdit, q̃ quotiescunque

Source : BIU Cujas

53 proceditur ex præſumptionibus, illa eſt iuſta cauſa minuendi pœnam. Sequitur & refert Hipp. de Marſi. conſ. 7. primo vol. 8. col. uerſ. & faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Nulla maior probatio quàm oris proprij confeſſio.*
2 *In confeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnando.*
3 *Confeſſio non requirit telam nec ordinem iudicij.*
4 *Licèt ſit lapſa inſtantia, tamen confeſſus poteſt per iudicem condemnari.*
5 *Confeſſus ſuper proceſſu inualido debet condemnari in uim confeſſionis.*
6 *Plus operatur confeſſio quàm alia ſpecies probationis. & illud dicitur verè apparere, quod conſtat per confeſſionem.*
7 *Illud dicitur ſciri pro certo, quod ſcitur per confeſſionem.*
8 *Confeſſio æquipollet inſtrumento, & eſt legitima probatio.*
9 *Confeſſio partis etiam facta extra iudicium eſt probata probatio.*
10 *In caſu confeſſatæ pecuniæ non ſtatur confeſſioni, item non ſtatur confeſſioni in dote, item vbi ſtatur ſecundæ confeſſioni, & non primæ. Item ſi criminaliter proceditur, confeſſio extra iudicium facta non præiudicat, quod intellige quò ad punitionem, quia bene talis confeſſio facit indicium ad torturam.*
11 *Quòd confeſſio extra iuditialis faciat iudicium ad torturam limita duobus modis, niſi confeſſus tractus ad iuditium reuocat, & niſi confeſſus ſit clericus, qui regulariter non poteſt torqueri.*
12 *Limita etiam dictam regulam pluribus alijs modis, vt ibi.*
13 *Confeſſio in crimine ſimoniæ requiritur quòd ſit facta in iudicio, ad hoc vt operetur effectum punitionis.*
14 *Titulus de confeſſis habet locum poſt litem conteſtatam.*
15 *Videtur quod confeſſio quandocumque facta in crimine ſimoniæ importet effectum punitionis.*
16 *Differunt inter ſe confeſſio ſponte facta, & confeſſio facta in iudicio timore probationis.*
17 *Cum ſponte confeſſo mitius agitur. & ibi, quod non eſt beneficium quod fit ex neceſſitate.*
18 *Ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum non impendere tenemur, cauſa liberalitatis impendimus.*
19 *Qui inuitus confitetur, non remuneratur.*
20 *Tunc confiteri nidetur quis timore probationis, quando accerſitus ad iudicium confitetur.*
21 *Tunc eſt ſpontanea confeſſio, quando quis nullo præcedente ſtimulo ſponte init ad iudicium, & confitetur crimen.*
22 *Etiam ſponte confeſſus dicitur quando tractus in iudicium ſtatim confeſſus fuit.*
23 *Gaudet beneficio confeſſionis, qui confitetur antequam teſtes ſint recepti contra ipſum.*
24 *Beneficium datum confitenti, habet locum in eo qui primo negauit, poſtea confitetur.*
25 *Confitenti timore probationis eſt parcendum in aliquo, licet non in totum. Id quod erit arbitrio iudicis.*
26 *Si aduerſarius ex confeſſione releuatur, debet confitens remunerari, vt mitius puniatur.*

De eadem materia. Cap. 7.

1 VLterius videtur ꝙ probetur crimen ſimoniæ etiam confeſſione: quia nulla maior probatio eſt, quàm partis aduerſæ & oris proprij confeſſio, vt ſuprà diximus. & in cõfeſſum
1 nullæ aliæ partes ſunt iudicis, niſi in condemnando. habetur in l. proinde. ff. ad. l. aquiliam. & in l. ſi confeſſus, de cuſt. reor. & in l. qui ſententiam. C. de pœnis. Et confeſſio non
3 requirit telam nec ordinem iudicij, uoluit Bald. in l. properandum, in principio, in finalibus verbis. C. de iudic. vbi dixit, ꝙ ſi
4 lapſa ſit inſtantia, tñ confeſſus põt per iudicem condemnari, quia confeſſio non requirit telam & ordinem iudicij, quod dictum refert & ſequitur Ang. de Aret. in tractatu ſuo maleficiorum. in uer. inchoata & facta. in 4. col. & Barb. in conſ. ſuo incipien. Prope eſt Dominus inuocantibus eum, & in ca. veniens, de accuſat. ſequitur & refert Hippol. de Marſil. in conſi. ſuo. 46. primo uol. 4. col. num. 18. & in conſ. 48. nu. 4. & 5.

Et hoc procedit nedum in iudicio ſeu proceſſu valido, ſed etiam ubi iudicium ſeu proceſſus eſſet inualidus, eò quia con-
5 feſſus ſuper proceſſu inualido debet condemnari ꝓꝓ vim confeſſionis, ſecundum Inn. quem omnes ibi ſequuntur in c. qualiter & qñ, el 2. de accuſat. & in c. per inquiſitionem, & per alios quamplures, quos adducit Hipp. de Marſi. in ſingulari. 201. incip. in confeſſum. & idem in l. 1. in §. diuus. 3. col. ff. de quæſt. pro quo facit, quod voluit Bal. in l. cum mulier. in 13. col. uerſ. dein de quæro. ff. ſol. matr. ꝙ plus operatur confeſſio quàm alia ſpe
6 cies probationis. Nam illud dicitur uerè apparere, quod conſtat per confeſſionem. ita dixit Inn. in c. cum contingat. in uer. indigeat, de offi. deleg. & dixit glo. not. iuncto tex. in ca. ſi facer-
7 dos, in prima gl. de off. ord. ꝙ illud dr̃ ſciri pro certo, quod ſcitur per confeſſionem. & dixit Bal. in l. fi in 3. col. uerſ. 3. quæro. C. de edict. diui Hadr. tollen. ꝙ confeſſio æquipollet inſtrumẽto, & confeſſio nedum dicitur probatio, ſed legitima probatio. dixit gl. in c. ad abolendam, extra de hæretic. in uerſi. deprehenſo. & dixit Ang. de Aret. in §. omnium. in 7. col. inſtit. de act. ꝙ confeſſio partis etiam facta extra iudicium, eſt probata pro-
9 batio. & no Gem. in c. ſi quis præsbyter. 24. diſt. ꝙ quantum ad finem proferendæ ſententiæ confeſſio & probatio æqualem vim habent.

In contrarium videntur facere multa, ſiue in cauſa ſimoniæ agatur ciuiliter, prout agitur & agi poſſe ſuprà diximus, ſi-
10 ue agatur criminaliter, quia in caſu confeſſatæ pecuniæ nõ ſtatur confeſſioni, & confeſſio non præiudicat, quia tunc poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium. l. in contractibus. in prin. C. de non numer. pecũ. Item in dote, vt l. ult. C. de dote caut. non numer. Item ubi ſtatur ſecundæ confeſſioni, & non primæ. C. ad Velleian. auth. ſiue a me.

Et ſi criminaliter procedatur, confeſſio extra iudicium facta non præiudicat, not. de confeſſ. c. ult. uidetur tenere glo. in c. de hoc, extra de ſimonia, vbi eſt textus, & materia hæc tractatur, ſcilicet qñ confeſſio de crimine ſimoniæ faciat probationem & præiudicet. & inquantum iſta gl. dicit ꝙ confeſſio extra iudicium non præiudicat. intellige ut per Abb. ibi, ꝙ confeſſio facta extra iudicium ſuper crimine non præiudicat, ſcilicet ad plenum, quia non operatur talis confeſſio punitionem criminis, ſed operatur bene ꝙ talis confeſſus facit ex ſua confeſſione inditium contra ſe validum & ſufficiens ad torturam, not. glo, & doct. in l. capite quinto, de adult. ff. Rot. deciſi. 175. incip. Item not. Pal. & Ang. in l. unica. C. de confeſſ. ſed iſta cõcluſio, ꝙ confeſſio extraiudicialis faciat inditium ad torturam, fallit
11 & limitatur duobus modis per Fel. in d. c. de hoc, ſi videlicet cõfeſſus tractus ad iudicium reuocaret confeſſionem, etiam nõ docto de errore, per doctrinam Bal. in prallegata. l. unica, col. pen. Vnde ſumi poteſt cautela, ꝙ quis antequam in iudicium uocetur, reuocet.

Secundò fallit, ſi confeſſus ſit clericus, quia nunquam ponit ad torturam, etiam præcedentibus inditijs, niſi ſit infamatus. Abb. antiquus in c. 1. de locato, cum alijs adductis per Fel. ibidem, ubi illam concluſionem gloſſæ, ꝙ confeſſio extraiudicialis non præiudicat limitat pluribus modis. Item niſi in confeſſione extraiudiciali facta ſuper crimine concurrant omnia requiſita ad validitatem confeſſionis extraiudicialinus in ciuilibus, niſi confeſſio facta de crimine eſſet geminata, hoc eſt ꝙ ali-
12 quis eſſet confeſſus bis delictum, quia tunc ratione confeſſionis poſſet puniri ac ſi confeſſus eſſet in iudicio. Item niſi eſſemus in caſu pertinenti ad iudicium eccleſiæ fauore animarũ, puta, ſi aliquis moriens cõfeſſus fuiſſet ſe fore vſurarium, quia dato ꝙ talis confeſſio non ſit facta in iudicio, valebit & præiudicabit. Item operatur inditium ad torturam, & validitatem cõfeſſionis, quæ poſtea fit in tormentis ſine alia ratificatione, & niſi confeſſio extraiudicialis ſortiretur ſpecificum nomen, puta, quia clericus extra iudicium glorietur ſe commiſiſſe adulterium, quia tunc punietur non de adulterio, ſed de gloriatione, periura per eundem Fel. ibi allegata, ubi dicit ſecundum Ang. in l. unica. C. de prob. ꝙ per talem confeſſionem quis poteſt poni in carcerem & torqueri & priuari beneficio. Adde ꝙ huiuſmodi confeſſio facit plenam probationem, quando eſt veriſimilis, ut concludit Tindarus in tract. de probationibus, ubi tractat de confeſſione, uerſi. nunc de criminalium. & cuius effectus ſit talis confeſſio, tradit Paris de Puteo in tractatu ſyndicatus fol. 69. ubi dicit, ꝙ licet talis confeſsio non probet, facit tñ ꝙ talis confeſſus poteſt extraordinariè puniri. ſequitur Io. de Anan. in d. c. de hoc.

In quibus limitationibus & caſibus limitatis videtur ſecundum eundem Felin ꝙ confeſſio facta in crimine ſimoniæ noceat & præiudicet confitenti, etiam ad punitionem, ita ꝙ habeat locum regula, ꝙ in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, niſi in condemnando.

Sed regulare vr̃ ꝙ confeſſio in crimine ſimoniæ, ad hoc vt
13 operetur effectum condemnationis & punitionis, ſit facta in iudicio, per tex. qui dicit ad literam. in c. de hoc, extra de ſimonia. ibi, aut exinde confeſſi fuerunt in iure, ubi glo. illa verba, in iure, intelligit, ideſt, in iudicio, quia ſubiungit, ꝙ aliàs extra iudicium confeſsio non ualet; vbi confeſſus feciſſet ſimoniacam promiſsionem & conuentionem ab altaris miniſterio priuat.

Idem legitur in c. cum ſuper, extra de cõfeſſ. ibi, qm̃ G. canonicus Bethleemitanus fuit in iure confeſſus. ubi canonicus Bethleemit. conteſſus, ꝙ pro præſtando alterius electioni conſenſu 500. ſaracenorum obligationem receperat, per ſnĩam diffinitiuam de omni officio eccleſiaſtico & beneficio deponitur. Vnde talis confeſsio ad hoc vt operetur condemnationem, vr̃ requiri ꝙ ſit facta in iudicio, non extra. & facit, quia titulus &
14 rubrica de confeſsis vr̃ habere locum poſt litis conteſtationẽ, ergo in iudicio, vt per gl. in c. fi. in uer. confeſſus, ext. de cõfeſſ.

Immo

Immo in materia ſimoniæ videtur q̃ confeſſio quandocũque facta ſemper operetur & importet effectum condemnationis & punitionis, idque videre eſt in iurib. de ſimonia loquẽtibus, & in materia ſimoniæ factis, in quibus confeſſio ſemper talem effectum habere vĩ, prout in tex. in c. cum eſſent, ext. eo. ibi, cumq; ab ore præfati R. ubi R. clericus, qui ore proprio, p̃p̃ confeſſus fuerat accepiſſe dromiſſionem vnius eccleſiæ ab V. milite, ſi negotium eius in præſentia p̃p̃ promoueret & ſolicitaret, cum ageret contra promiſſorem pro habenda eccleſia, ab ore ſuo confeſſata ſimoniaca conuentione priuatur ſuo iure agendi, & ſilentium ei imponitur. Idem videtur in tex. in c. extuæ. eo. tit. ubi ſacerdos, qui confeſſus fuit ſe ſoluiſſe ſex ſolidos Archidiacono pro præſentatione illius ad ordinem, cogitur ingredi aliquam religionem & perpetuò abſtinere ab officio, quod illicite acquiſiuit.

Et dicit eadem gl. in d. c. de hoc, q̃ differunt inter ſe confeſſio criminis in iure ſeu iudicio facta timore probationis, & cõfeſſio ſpontanea, quia cum ſponte confeſſo mitius agitur, ſed nõ parcitur ſponte confeſſo in iure timore probationis, quia nõ eſt beneficium, quod fit ex neceſſitate. l. proxime. ff. de rit. nupt. ſed ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum impendere nõ teneamur, cã tñ liberalitatis impendimus. 28. q. 1. iam nunc, ergo qui inuitus confitetur, non remuneratur. Et dicit Abb. ibi q̃ tunc timore probationis confiteri quis videtur, quando iam accerſitus & in iudicium vocatus confitetur: ſecus quando nullo præcedente ſtimulo iuit ſponte in iudicium & cõfeſſus eſt crimen, quia tunc confeſſio dicitur omnino ſpontanea.

Et dicit Io. de Anan. ibi, q̃ pro hoc bene facit tex. in ca. innotuit, circa medium, ibi, & humilis deuotio confitentis &c. ſubiungens, conſidera tamen forte, quia põt dici, q̃ ẽt ſi tractus ſit ad iudicium, & ſtatim confitetur, dicatur ſpontanea confeſſio, & non facta timore probationum, & pro hoc facit bene textus in §. ſi coniuncta, inſt. de perpet. & temp. act. l. abſentem. §. fin. ff. de pœn. & melius quod uoluit Bal. poſt Bart. in l. ea quæ, in 11. q. C. de cond. indeb. ubi vult q̃ quis gaudeat beneficio confeſſionis, ſi confitetur antequam teſtes ſint recepti contra ipſum, quia per hoc releuatur aduerſarius ab onere probandi, allegat l. eum qui, de iure iuran. & dicit Fel. ibi, q̃ eſt gl. in terminis in §. inter mixta, inſt. de actio. quæ vult, q̃ beneficium datum confitenti habet locum in eo, qui primò negauit, poſtea confitetur: ita not. Bar. in l. eum qui, in prin. ff. de iureiuran. & per hanc gl. dicit Abb. limitari dictum Inn. in c. qualiter & qñ, el 2. de accuſat. de quo dic, vt fuit dictum ibi. Hoſt. uerò dicit ibi, q̃ iſto caſu quando timore probationum quis confitetur, eſt in aliquo ſibi parcendum, licet non in totum, ſed erit in arbitrio iudicis, in c. fi. de tranſact. & dictum Innocentij, quod dicit Abb. q̃ nõ ſubſiſtit, quia nullo iure probatur, poteſt ſaluari ſecundũ Aniam per illud quod dixit Bar. & Bald. ſuprà, uidelicet qñ ex illa confeſſione aduerſarius releuaretur aliquo modo ab onere probandi, quia tunc confeſſus ex tali beneficio collato aduerſario uel fiſco deberet in hoc remunerari & recompenſari, q̃ deberet mitius puniri. Et pro nunc iſta ſufficiãt cum adductis ſupra in probatione mentalis ſimoniæ.

SVMMARIVM.

1 *In materia ſimoniæ proceditur ciuiliter & criminaliter.*
2 *Simonia mentaliter commiſſa, ſolo animi contrario affectu deletur.*
3 *Non legitur quòd ſimoniæ mentali a iure ſit aliqua inflicta pœna.*
4 *Simonia mentalis deletur ſola pœnitentia ſine reſtitutione.*
5 *In ſimonia mentali reſtitutio non eſt neceſſaria, etiam ad ſalutem.*
6 *Vſurarius mentalis tenetur reſtituere vſuras, etiam ſine pactione receptas.*
7 *Simonia mentalis commiſſa in his, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, habet efficaciam ſimoniæ conuentionalis. & intentio non inducit ſimoniam.*
8 *Simonia mentalis eſt ſimonia.*
9 *Cætera crimina reſpectu simoniæ pro nihilo reputantur.*
10 *Inter crimina eccleſiaſtica maximum crimen eſt simonia, temporis prioritate, & ſui peruerſitate.*
11 *Omne crimen, vel ſtatutam, vel arbitrariam habet pœnam.*
12 *In quo caſu loquatur tex. in c. fi. extra de simonia.*
13 *Voluntas & conatus non puniuntur.*
14 *Legibus uolentibus conatum puniri hodie derogauit contraria conſuetudo.*
15 *Nuda voluntas quandoque puniri & caſtigari videtur.*
16 *Multi caſus, quibus nuda voluntas plectitur.*
17 *Patronus vendens ius patronatus, illud amittit, licet uenditio non ualeat, & affectus punitur, licet non ſequatur effectus.*
18 *Voluntas debet puniri etiam non ſequuto effectu.*
19 *Voluntas firmata in animo quò ad Deum facit peccatum. & ibi uide quãdo uoluntas punitur.*
20 *Titulus de simonia non fuit repetitus neque in 6. neque in clementinis. & ibi, quod simonia non punitur uti debet.*
21 *Simoniæ uitium quemlibet simoniacum deponit.*
22 *Simonia ſi me ignorante ſit commiſſa, uel animo tantùm commiſſa, diſpenſat Epiſcopus.*
23 *Etiam nudam uoluntatem quis tenetur purgare, quando eſt ſuſpectus.*
24 *Simoniaci mentales ſunt puniendi propter prauam intentionem, opere non ſequuto, quò ad Deum.*
25 *Simonia mentalis ſecundum aliquos non eſt uera ſimonia, ſed peccatũ mortale, quia vera ſimonia eſt ubi concurrit exactio & extorſio.*
26 *Sola uoluntas ſufficit ad introducendum peccatum.*
27 *Differentia maxima inter ſimoniam mentalem & conuentionalem.*
28 *Tex. in c. fi. de simonia, loquitur de omnibus ſpiritualibus indiſtincte.*
29 *Simonia uera eſt realis & conuentionalis.*
30 *Appellatione simoniæ largè ſumpto uocabulo omnis comprehenditur simonia.*
31 *In materia penali & odioſa, appellatione simoniæ uenit ſola realis & conuentionalis.*
32 *Conuentionalis & realis uario modo punibiles, ubi, quod simoniæ mentali nulla pœna applicatur, & ratio quare.*
33 *Voluntas quæ ſignis exterioribus non declaratur non punitur ab ecclesia.*
34 *Simoniacus ſola uoluntate non poteſt excommunicari.*
35 *De ſola uoluntate non ſcandalizatur Ecclesia.*
36 *Tex. in c. fi. loquitur in foro conſcientiæ.*
37 *Simoniaci mentales non tenentur ex naturali & diuino iure, niſi ad pœnitentiam.*
38 *Simoniaci mentales non tenentur etiam in foro conſcientiæ ad reſtitutionẽ & omnes simoniaci à manu, lingua, uel obſequio peccant mortaliter, & ſunt in ſtatu æternæ damnationis.*
39 *Quæ ſunt acquisita ſola intentione non tenemur renuntiare.*
40 *Facilius remittitur iniuria facta Deo, quàm homini.*
41 *In simonia mentali inanis eſt fiſcalis actio.*

De pœna Simoniæ mentalis. Cap. 8.

1 ET quia in materia Simonię poteſt procedi & proceditur ciuiliter & criminaliter, vt per text. qui dicit ad literam in cap. 1. de teſt. in 6. & tex. in ca. per tuas, de ſimonia, qui ſolet allegari, quando dicatur agi de crimine ſimonię criminaliter uel ciuiliter. eſt conueniens q̃ aliqua dicamus de pœnis ſimoniæ, vt de illarũ atrocitate docti, facilius à tali peſtilẽti vitio & delicto abſtineamus. Et non videtur q̃ ſimonia mentalis aliquo modo puniatur, nec illam committentes in aliquam incidant pœnam, quã doquidem mentaliter commiſſa ſimonia ſolo animi contra-
2 rio affectu aboletur, remittitur, & expurgatur: nec legitur aut
3 reperitur alicubi quòd illi ſit aliquo iure inflicta pœna aliqua, cap. final. de ſimonia, & ibi ſcribentes. & ſola pœnitentia per
4 quam ſatisfit Deo creatori ſine aliqua reſtitutione deletur, dicto cap. final. glo. in cap. niſi cum pridem. de renuntiat. 1. queſt. 3. cap. Saluator. Abb. cap. ex parte. el primo. de off. & pot. iud. delegati. & hoc procedit ſecundum Hoſtien. in dicto cap. fina. in caſu, quo ſimonia ſit commiſſa de iure poſitiuo, exemplum poſſet poni, quando ſine pactione, ſola animi intentione aliquid eſſet datum vel receptum in conferendo beneficium aliquod, quod non haberet ordinis aut clauium executionem, vt per Abb. & Ioan. de Anan. cap. 1. eodem titulo de ſimonia, puta, quando beneficium non eſſet curatum, vt per eundem Abb. in cap. qui verò. §. extirpandæ extra de præbend. quo caſu videretur commiſſa ſimonia circa titulum inductum de iure poſitiuo, & commiſſa in iure poſitiuo, vbi tenet idem Hoſtien. quòd ille nec etiam peccet nedum committat ſimoniam, uel quòd teneatur receptum reſtituere. ſequitur etiam eãdem opi
5 nionem Innoc. dicto loco, tenendo quòd reſtitutio non ſit neceſſaria etiam ad ſalutem.

Sed vbi ſimonia eſt de iure diuino, puta, quando eſſet commiſſa mentalis in collatione alicuius ſacramenti, vel alicuius ſpũalis prouenientis à iure diuino, prout in conferendo ordinem, vel beneficium aliquod, quod haberet in ſe ordinis & claiium executionem, puta beneficium curatum vt per Abb. dictis locis: tunc tenet idem Hoſt. q̃ talis committens debet inducì omnino ad reſtituendum quicquid accepit, & eſt omnino neceſſaria reſtitutio, exemplo uſurarij mentalis, qui ſolo ani-
6 mo & ſola intentione vſuras cõmiſſas & receptas ſine pactione aliqua tenetur reſtituere. facit quod dicit Archi. in ſumma. 1. q. 1. ſecundum quoſdã, q̃ ſimonia mẽtalis cõmiſſa in his, quę
7 ſunt prohibita qa ſimoniaca, habet efficaciã ſimoniæ cõuẽtionalis. In his aũt quæ ſimoniaca ſunt qa prohibita, licèt peccatũ ſit tñ intentio non inducit ſimoniã, niſi mentalẽ, de qua p pœnitentiã ſatisfit Deo creatori, vt ibi per eũ, ſequi vĩ Nicol. Boerius in tract. de pot. lega. à lat. q. 1. verſ. & 1. num. 118. uide etiam tex in c. quicunque 1. q. 1. diximus ſuprà in ꝓbatione ſi-
8 moniæ mentalis. verſ. uerũ quia. facit quia ſimonia mẽtalis, eſt ſimonia, latè diximus ſup. in mẽtali. & ẽ crimẽ, immo ſimonię
9 crimẽ eſt tale & tñ q̃ reſpectu illius cætera pro nihilo reputantur, & dicit Archi. in ſumma. 1. q. 1. q̃ inter oĩa crimina eccleſia
10 ſtica maximũ crimẽ eſt ſimonia, & tpis prioritate & ſui per-

Source : BIU Cujas

uersitate: meritò si dici possit ꝙ possit puniri, & ꝙ sit punibile,
11 cum omne crimen vel statutam, vel arbitrariam pœnam habeat. Alij ut Io. And. & Panor. tenent indistinctè. ꝙ non sit aliquo modo restitutio necessaria cuiuscunque generis sit simonię, siue sit simonia de iure diuino, siue de iure positiuo, per tex. qui est apertus in materia facti in d c. fin. de simonia. idem Abb. in c. tua nos, de simonia. opinionem Innocen. & Host. sequitur Ang. in summa in uer. simonia primo, uers. utrum sola, & in uer. simonia. 7. ubi dicit in casu capituli fina. non requiri
12 restitutionem, quia ille tex. loquitur in casu inducto de iure positiuo. Summa Sylvestrina dicit meliorem opinionem esse illorum, quos sequuntur Io. And. & Abb. tenentium indistincte non esse necessariam restitutionem recepti simoniace, vel sit simonia commissa in iure positiuo, vel in iure diuino, quia tex. in c. fi. intelligit ipse Summa ꝙ loquatur in casu simoniæ de iure diuino, idest circa receptionem ad religionem, qui est actus spiritualis ex parte principij, vbi vide rationem diuersitatis assignatum per eum in usurario mentali.

Facit pro ista opinione, ꝙ voluntas & conatus non puniun-
13 tur, per Abb. in c. 1. de eo qui mittitur in poss. Barto. in l. qui ea mente. ff de furt. & dicit Spec. in tit. de accusat. in principio, ꝙ
14 legibus volentibus conatum puniri, hodie derogauit contraria consuetudo. refert ipsum singulariter Ang. in l. 1. quod quisque iur. singulare dictum Bar. in l. si propter. & glo. ibi in uersi. uoluit. ff de rerum diuisio. quem sequitur Bald. in l. si prædicta. C. de edil. edict. Fel. in c. consulere, de simonia, nume. 2. possent adduci hic deducta late in mentali simonia. §. & incipiendo a mentali, uers. dummodo, per totum. Sed tamen non videtur
15 absolute verum, quia nuda voluntas etiam quandoque puniri & castigari videtur, prout in casu in glo. c. quia Præsulatus. 1. q. 4. vbi multos casus allegat in quibus nuda voluntas grauiter
16 plectitur, & affectus simoniæ mentalis minus punitur. glo. in c. si quis, de simonia, in ver. triennium. & dicit Dominicus de S.
17 Gem in c. qui studet. 1. q. 1. ꝙ si patronus vendat ius patronatus, non remanet apud eum ius patronatus, vt sic puniatur affectus, licet non sequatur effectus. l. quid ergo, de his qui notāt. §. 2. c. nuper, extra de big. in qua materia pulchre distinguit Gemin. in c. quicunque. 1. q. 1. ꝙ voluntas debet puniri etiam non
18 secuto aliter effectu. & dic quòd aliquando voluntas stat in suis nudis terminis voluntatis ad actum aliquem extraneum non procedens, & hoc si sit firmata in animo & perficitur, pec
19 catur quò ad Deum. uide. §. sed per annum & c. qui viderit. 32. q. 5 sed probat ꝙ per hominem non punitur, & per hoc deponitur. dist. 1. §. cogitatio. aliquando non stat in suis terminis, sed procedit ad actum non tamen ex eo sequitur effectus uoluntatis, & tunc, aut quia nolui, & pœnitui, aut quia non potui. si quia nolui, adhuc talis voluntas ab homine non punitur. l. qui falsam. ff. ad l. Corn. de falsi. si quia non potui, aut in leuioribus, & non punitur l. 1. ff. ꝙ quisque iur. in fi. ibi, Quid enim obfuit, si iniuria non habuit effectum. si in atrocioribus, punitur. 6. q. 1. si quis cum militibus, & alia iura allegata ibi per eum. Et dicit Bar. in l. 1. ad l. Iuliam de ambit. ꝙ Decretistæ fecerunt mul
20 tas constitutiones & tractatus de simonia, sed nullam nouam fecerunt constitutionem: & ideo est, quia simonia non punit vti debet, & idem voluit dicere Bar. quia titulus de simonia nō fuit repetitus neque in 6. Decretalium. neque in Clementinis.

Sed contrarium videtur, ꝙ immo simonia mentalis puniatur, vt per Arch. in c. eos. 1. q. 1. ubi dicit, ꝙ simoniæ uitiū quem
21 libet simoniacum deponit. & paulò superius dicit, ꝙ simonia intelligitur, si pacto præcedenti vel subsequenti, vel ea intentione interuenière, vt aliquid speciale detur vel accipiatur, vel quod aliud spirituale est datum vel acceptum, in vtroque casu simonia committitur. Facit quod dicit glo. in c. ex multis. 1. q. 3. quæ dicit, ꝙ si me ignorante simonia commissa sit, vel in ani-
22 mo tantùm commissa sit, episcopus dispensat, ex quo videtur, ꝙ si indiget episcopi dispensatione ꝙ sit delictum, censura, & pœna legali dignum. sed respondet, vt ibi per eandem glo. inferius, ꝙ solo animo commissa simonia pœnitentia deletur. vel
23 dic, ꝙ etiam nudam voluntatem quis tenetur purgare, quādo suspectus, ut in casu c. quia Præsulatus. 1. q. 4. cum ibi glo. & per Host. in summa §. & per iudicem, vers. quid si quis, vbi dicit ipse, si quis confert bona sua ecclesiæ simpliciter sine pacto, hac tñ intentione, vt per bona temporalia, quæ offert, spūalia ualeat adipisci, ipsa aliàs non daturus, nec ipsum essent aliàs clerici recepturi, ꝙ tam illi quàm isti apud districtum iudicem, qui scrutator est cordium, culpabiles iudicantur. c. tua. §. licet aūt, de simonia. Vnde cùm non dicat, simoniaci iudicantur, puniendi sunt propter prauam intentionem. Fuerunt qui dixerunt ꝙ non sunt simoniaci, tñ sunt tamquam simoniaci puniendi pp
24 prauam intentionem cum opere subsecuto, & glo. c. nuper. in fi. de biga. & c. a nobis, ut ibi per eum. & dicta Host. procedunt quò ad Deum, & Dei omnipotētis iudicium, vt videlicet quò ad eum mentalis simoniacus sit puniendus, nec stare habeat sine punitione & castigatione condigna, quia quò ad Deum peccauit: Cùm peccatum sola mente & animo deprauato cō-
mittatur. 6. dist. §. sed persuadē. & omne peccatum suam debet habere pœnam & castigationem. & simonia mentalis secundū
25 aliquos non est vera simonia, sed peccatum mortale. cùm vera simonia sit tantummodo ubi cōcurrit exactio vel extorsio per pactum, modum, vel conditionem, aliàs est peccatū mortale, per Fel. in §. præallegato, c. tua, de simonia. quia dicit Arch. in c. quicunque. 1. q. 1. ꝙ in his quæ prohibita sunt, quia simoniaca, cuiusmodi sunt illa, quæ sunt inducta de iure diuino, de quibus not. extra de off. dele. ca. ex parte. el 2. & c. cum pridem, de pactis, sufficit sola uoluntas ad introducendum peccatum,
26 siue stet in finibus suis, siue progrediatur ad actum emēdi vel vendendi, siue ēt paciscendi, sed non sufficit ad introducendū irregularitatem, si non egrediatur ad actum paciscendi, vt ibi per eum. Et dicit Abb. in præallegato c. tua, de simonia, ꝙ diffe
27 rentia maxima est inter simoniam mentalem, & simoniam cōuentionalem: Nam in conuentionali tenetur quis restituere talia spiritualia, vel temporalia illicite recepta, nec pōt aliter pœnitere, vt ca. inquisitionis, in prin. de accusat. sed in mentali pōt aboleri peccatum per solam pœnitentiam, ut probatur c.
28 fi. eo. tit. ubi tex. loquitur indistinctè, & de omnibus spūalibus procedit. Ergo siue sint spiritualia de iure diuino, siue ex constitutione ecclesiæ, ex quo aliter non distinguit. 19. distin. si Romanorum. 31. q. 1. ꝙ si dormierit. Et optime illud. c. sic inductū probat opinionem Io. And. ut per eundem Abb. ibi. sequitur Fel. ibidem in uersi. in gl. fi. ubi dicit, dic secundum doctores cō tra Inn. ꝙ nunquam committitur vera simonia, nisi cōcurrat exactio, vel extorsio per pactum, modum, vel conditionem: aliàs autem est peccatum mortale qñ sola mens est corrupta. & large dicitur simonia mentalis differēs a verbali, quia in ista non requiritur restitutio rei acceptæ, sed sufficit pœnitentia, per c. fi. de simonia. secus aūt in prima. per c. ueniēs. & c. de hoc, eod. tit. & hanc attestatur communem esse opinionem Lud. Gomez. in reg. de trien. q. 12. uersi. quid dicendum? subiungens ibid. uer. cū igit. Cùm igitur regula ista loquatur simpliciter de
29 simonia, debet intelligi de uera simonia, videlicet conuentionali, vel reali, non aūt de mentali, quæ sola pœnitentia deletur, vt dicunt oēs in c. fi. de simonia. & licet appellatione simoniæ
30 largo sumpto vocabulo omnis simonia comprehendatur, videlicet realis, conuentionalis, & mentalis, c. sunt nonnulli. 1. q. 1. tamen in materia pœnali & odiosa, cuiusmodi est ista, sola
31 realis & conuentionalis comprehenduntur, quæ sunt veræ simoniæ & propriæ. iuxta tex. in c. cum super, de confess. & cap. Matthæus, de simonia, not. Cal. & Abba. in cap. cum clerici. de pact. Fel. in c. insinuatum, de simonia. & Rebuffus in sua practica beneficiali in tit. de simonia in resignatione, nunquam pœnam applicat simoniæ mentali, sed solùm simoniæ conuentiō-
32 nali & reali, quas dicit esse uario modo punibiles, vt ibidem p totum. & rō esse pōt, quia simonia mentalis est quæ est cōmissa tantùm in animo, nec est egressa extra. & uoluntas quæ signis
33 exterioribus non declaratur, ab ecclesia non punitur. Arch. in summa. 1. q. 1. in uer. studiosa, quia simoniacus sola voluntate
34 non pōt excommunicari, nec est excommunicandus, quia ex
35 voluntate non scandalizatur ecclesia, nisi processerit in actum. arg. 24. q. 3. c. Deus. & distin. 32. c. erubescant. & intellige a communione fidelium, ab alia ipso iure separatus est ēt occultus, quod tenendum est. extra de simonia c. tāta, quod forte hodie correctum est, extra de tempor. ord. c. fin. refert gl. in c. qui studet. 1. q. 1. in uer. a cōione, & dicit Card. Gaietan. in commenta
36 rijs ad S. Thom 2. 2. q. c. §. ad sextum, uers. ad quartum. ꝙ tex. in d. c. fi. loquitur in foro conscientiæ ēt, & expresse dicit, ꝙ sola pœnitentia apud Deum sufficit. Et si namque sufficit creatori per solam pœnitentiam in simonia mētali satisfacere, nō ergo vt satisfaciat Deo, in foro conscientiæ tenetur ad aliud, puta
37 resignationem facere restōnem &c. non tenentur ergo mētales simoniaci ex naturali & diuino iure nisi ad pœnitentiam, quia igitur nō oportet plus sapere q̄ oportet. & decretalis, vtrū que. dicit, scilicet & ꝙ apud Deum sufficit sola pœnitentia, & absolute ꝙ non tenentur ad resignationem spūalium & tēporalium, quæ nullo pacto sed affectu animi p̄cedente utrinque taliter acquiruntur, iō absolute dicendum est ꝙ simoniaci mētales hoc est sine omni conuentione non tenent ēt in foro cō
38 scientiæ ad restōnem eorum, quæ ex mente & affectu simoniaco acquiruntur, siue sint spūalia, siue temporalia, sed sola eis pœnitentia sufficit. unde oēs simoniaci a manu, lingua, uel obsequio, non ex cōuentione, sed ex principali spe, siue affectu hæc dantes uel recipientes pp spūalia peccant mortaliter peccato simoniæ, & sunt in statu damnationis æternæ quandiu perseuerant in tali malo aīo, sed non tenent ad resignandū uel restituēdum taliter accepta. & sic cōiter seruari vī, ut ibi per eum: unde si simonia mentalis non inducit irregularitatē, si inducit ūm peccatum, & si est tantummodo peccatum mortale, nō aūt delictum, si solummodo penitentia p quam satisfit Deo creatori delet & purgat, quia sufficit agere pœnitentiā de mēte deprauata, per Abb. d. c. fi. quia dicit Ang. in summa in uer. simo. 6. uers. quarta pœna. in fi. postquā narrauit omnes pœnas simoniæ &

simoniaco-

Source : BIU Cujas

simoniacorum. Aduerte tamen secundum Aſten. lib. 6. tit. 55. Quòd quando simonia eſt solùm mentalis sine omni pactione, ꝙ non ligatur t alis aliqua prædictarum pœnarum, quod nota (inquit) & dicit Hoſtien. in ſumma. §. per iudicem, verſic. ſed cum his. ꝙ monachi non tenentur renuntiare ſpiritualib. vel Abbates renuntiare temporalibus, quæ hincinde acquiſita ſunt nullo præcedente pacto, ſed ſola intentione: quod dic
39 inquit, vt c. vlt. ꝙ per ſolam pœnitentiam aboletur. & ſic collige (inquit) ꝙ facilius & tutius remittitur iniuria facta Deo q̃
40 homini. Nec eſt neceſſaria reſtitutio per talem ſimoniam recepti. nam inanis eſt fiſcalis actio contra illum ad pœnam, quę
41 non habet delictum punibile, niſi in foro conſcientiæ & poli, ad cuius ſanationem, ſacerdotis, non iudicis, eſt miniſterium ſufficiens. Et eùm, vt videmus, talis ſimonia, nulla iuris cenſura diſtricta teneatur, meritò etiam poterit dici, ꝙ diſpenſatio, quæ eſt iuris communis cum cauſæ cognitione ab eo qui ius habet diſpenſandi facta relaxatio, glo. 1. q. 7. §. multorum, non requiratur in ea, vel modo aliquo ſit neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Plura facilius dicuntur quàm fiunt.*
2 *A pari procedunt promittere, & dare: & ita eſt ſimonia, ſi promittitur, ſicuti ſi datur.*
3 *Solutio & promiſſio pari paſſu ambulant.*
4 *Simonia committitur ex ſola conuentione.*
5 *Sicut ille reſtituit beneficium, qui acquiſiuit per ſimoniam realem, ita ille qui acquiſiuit per ſolam promiſſionem de dando.*
6 *Vtraque ſimonia tam realis quam conuentionalibus appellatur verbalis.*
7 *Pœna ſtatuta in reali ſimonia, videtur ſtatuta & in conuentionali.*
8 *Pius quartus parificauit in ſua reformatione pœnitentiariæ realem & conuentionalem.*
9 *Variæ pœnæ ſimoniæ.*
10 *Pœna ſimoniæ duplex*
11 *Pœnæ ſimoniæ, depoſitio, & damnatio pecuniarum.*
12 *An ſimonia patrit ementis ingreſſum monaſterij filio ignoranti præiudicet.*
13 *Pœna eſt triplex, æterna, corporalis, & ſpiritualis.*
14 *In pœna corporali unus punitur pro alio, quando eſt circa corpus, itẽ quãdo eſt circa ſtatum rei, vti eſt ſeruitus uel infamia.*
15 *Pœna ſpiritualis quadruplex, & in pœna excommunicationis unus nunquam punitur pro alio.*
16 *In pœna interdicti unus punitur pro alio, item in pœna remotionis ab oblatione, item in pœna ordinis.*
17 *Propter delictum uxoris maritus remouetur à promotione.*
18 *Filius perdit eccleſiam, quam ei ignoranti pater emit.*
19 *Pœna ſimoniæ quadruplex.*
20 *Scientes ſimoniam commiſſam tenentur reuelare.*
21 *Simoniaci eijciendi de templo, exemplo Chriſti, qui ementes eiecit de templo.*
22 *Simonia & homicidium æquiparantur.*
23 *Pœna ſimoniæ uidetur eſſe, quòd recepta duplicata reſtituantur.*
24 *In foro animæ non eſt ſoluendum illud, quod ratione pœnæ imponitur.*
25 *Contra infamatum de ſimonia non reperitur certa pœna a iure impoſita, ſed uaria, ubi uide de uarijs pœnis, quia aliquando imponitur ſilentium, aliquando punitur uti auctor ſceleris, aliquando priuatur beneficijs perpetuò, aliquando ſuſpenditur, aliquando omni beneficio & officio aliquãdo acrius punitur aliquando punitur uita æterna aliquando ſecreta pœnitentia iniungitur aliquando detruditur in monaſterium aliquando ſpoliatur omnibus bonis aliquando pœna centum aureorum & infamiæ aliquando pœna quadrupli & depoſitionis, aliquando corporaliter punitur, & aliàs multimodè, vbi vide.*
26 *Pœna ſimoniæ ligat dantem & accipientem.*
27 *Mitius agitur contra ſimoniacos cùm proceditur per inquiſitionem, quàm cum per accuſationem.*
28 *Conuicti de ſimonia per accuſationem deponuntur, per inquiſitionem verò remouentur ab adminiſtratione & beneficio.*
29 *Præsbyter conuictus de ſimonia per accuſationem priuatur beneficio et ordine, ſecus ſi in modum exceptionis, & ſi in modum inquiſitionis conuincitur, priuatur beneficio, & non ordine.*
30 *Præsbyter perdit beneficia priora, ſi de ſciente ſit facta ſimonia.*
31 *Non perditur beneficium nec ordo, ſi in fraudem ſit data pecunia.*
32 *Textus in capitulo, inquiſitionis, habet locum in ſæcularibus.*
33 *Textus in c. dilectus, habet locum in regularibus.*
34 *In regularibus in inquiſitione non ſeruatur ad unguem ordo a iure traditus, qui ſeruatur in ſæcularibus.*
35 *In regularibus imponitur eadem pœna per inquiſitionem, ſicut per accuſationem.*
36 *Cum religioſis regulariter mitius agitur.*
37 *In ſæcularibus in crimine ſimoniæ eſt differentia inter proceſſum inquiſitionis, & accuſationis.*
38 *Circa regulares ſimoniacos ſtatur hodie diſpoſitioni decretalis. quoniam. de ſimonia.*
39 *Regulares extra clauſtrum morari non debent, ne damnabiliter in ſæculo euagentur.*
40 *Regulares nunquam deponuntur pro uitio ſimoniæ, ſiue agatur per uiam inquiſitionis, ſiue accuſationis.*
41 *Depoſitio in ſimplici monacho operatur priuationem uocis officij & loci i*
42 *Crimina ſimoniæ alia impediunt ordinis exequutionem, alia beneficij retentionem.*

De pœna Simoniæ conuentionalis & realis. Cap. 9.

IS paucis dictis de probatione, dicemus aliqua de pœna ſimoniæ conuentionalis & realis: & dicemus de vtraque permixtim, quia licèt in aliquibus quò ad pœnam inter ſe differant, tamẽ in pleriſque conueniunt, & vno modo cenſentur vtræque. Nec propterea quæ erunt particulariter dicenda, de vnius pœna dicere omittemus aut inuoluemus, ſed diſtinctè & melius quàm poterimus, & put ſeſe offeret occaſio tractabimus, quia nemini dubium eſſe debet, ꝙ ſimonia conuentionalis eſt minor ſimonia & minus deteſtabilis quàm ſit realis, quanto minus eſt promittere quàm dare, & quanto magis peccant dantes quàm ꝓmittentes, qui deducunt conuentionem ad actum, & per conſequẽs magis deberent & debent puniri, iuxta l. 1. & l. is q̃ cum telo. C. de ſica. & longè faciliores ſumus ad promittendum
1 quàm ad dandum. & promiſſiones & pacta facilius & frequẽtius fiunt, quàm dationes. & plura facilius dicuntur quàm perficiuntur. Gomeſ. in reg. de trien. q. 12. verſ. ſed quòd iſta. Sed in caſu ſimoniæ & in materia noſtra à pari procedunt promitte
2 re & dare, & ita eſt ſimonia, ſi promittatur, ſicuti ſi detur, & ita punitur promittens, ſicut dans, videtur tex. in cap. nobis, de ſimonia. vbi Anan. 2. not. dicit, ꝙ ita reprobatur electio, ſi præceſſit promiſſio pecuniæ, ſicut ſi præceſſit ſolutio & datio. eſt tex. in c. diſpendia, de reſcript. in 6. doct. in cap. quorundam, de
3 ſolut. quia ſolutio & promiſſio pari paſſu ambulant. l. fina. C. ad l. Fal. & ideo vbi eſt prohibita ſolutio ſiue traditio, ibi eſt ꝓhibita promiſſio, in c. 2. de conceſſ. præben. & licèt promiſſio ſit nulla, quæ fit ob turpem cauſam, tamen nocet & vitiat electionem, & aliàs vt ibi per eundem Anan. vbi Abb. verſ. ſecundo not. eſt tex. & ibi Abb. pariter & alij in cap. veniens, titu. de ſimonia, verſ. nota primo, vbi ꝙ ex ſola conuentione commit-
4 titur ſimonia, tex. in c. 2. de confeſſ. & Fel. in dicto cap. nobis. & ita eſt ſimoniacus, qui promittit, ſicut eſt ille, qui dat, per illud quod dicit Bal. qui ita iudicatum fuiſſe Florentiæ dicit in ca. 1. de teſtib. in 6. Petr. de Anch. & Philip. Francus col. 1. per tex. in l. 1. & l. generaliter. §. 1. ff. de calumniat. ſequitur Decius in cap. veniens. in gl. 1. de teſtib. Lud. Gomeſ. d. regu. d. q verſ. ſed hoc, & quæ latè deduximus in conuentionali in principio. Et dicit Abb. in c. cum eſſent, de ſimonia. 2. not. ꝙ adeò parificatur in materia ſimoniæ datio & promiſſio, ꝙ ſicuti tenetur reſtitue-
5 re beneficium, qui illud per ſimoniam realem acquirit, ita ille pari modo ad reſtitutionem tenetur, qui per ſolam promiſſionem de dando illud conſecutum fuit. Facit quod dicit Fely. in c. per tuas, eod. tit vbi duas tantùm facit ſpecies ſimoniæ, mentalis videlicet, & verbalis, appellans verbalem vtranque ſimo-
6 niam, conuentionalem videlicet & realem, per quod innuere videtur, & realem & conuentionalem vnam debere intelligi
7 ſimoniam, & nihil inter ſe differre, meritò per ſupradicta ſi pę na ſit ſtatuta in vna, in alia quoque conſtituta cenſetur. Facit, quia mediator ſimoniæ ita eſt ſimoniacus, ſi aliquam promiſſionem commodi temporalis recipit, ſicuti ſi in ſpiritualib. ſalarium recipit. gl. in c. 1. de teſtib. in 6. & eſt extraua. excommunicamus, in ti. de ſent. excommu. c. 1. extrauag. communium, ibi, excommunicamus, anathematizamus omnes clericos religioſos & laicos, qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod paruum vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint aut ex pacto ſiue promiſſione occulta, uel manifeſta facta ſub generalibus & plenarie non expreſſis, ſiue ſit ſub ſpecialib. & expreſſis aperte verbis quicquam dederint aut receperint magnum vel paruum, vel promiſſionem quacunque re aut utilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint pro aliqua iuſtitia, ſiue pro ſe aut pro alio in cauſis vel iudicijs, ſeu aliàs per literas Apoſtolicas, & quibuſcunque modis apud ſedem Apoſtolicam obtinenda; & hanc ſententiam ad promittentes & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendẽdam: illos verò qui aliquos ſciuerint culpabiles in prædictis & nobis intra dierum trium ſpatium non retulerint, vel alicui per quem ad nos verbum fideliter perferatur, ſimili decerni-
8 mus ſententia ſubiacere, abſolutionem ſibi pari modo reſeruãdo, prę terquàm in mortis articulo. nec valeat abſolutio niſi prius omne quod eſt ex tali ſimonia aſſecutum munus pauperibus elargiatur, & iuſtitia & gratia ſic obtenta ſit nullius momenti. & careat effectu. & ſcienter vtentes ſimili ſententia excommunicationis ſint aſtricti, & pœna obligati. Fel. in d. cap.

tantum,

Source : BIU Cujas

tantum, vbi dicit ita committi ſimoniam ſi detur pecunia collatori, ſicuti ſi detur mediatori & interceſſori. His prẽmiſſis deueniamus ad pẽnas, & hodie Pius quartus per ſuam quam edidit conſtitutionem ſuper reformatione facultatis ſuæ ſacræ pẽnitentiariæ parificauit ſimoniam realem & conuentionalem, uoluit enim ꝙ ſimoniaci tam reales, quàm conuentionales non poſſint retinere beneficia, ſuper quibus ſimoniam commiſerint, nec pecunias, aut alia accepta, aut fructus poſt ſimoniam perpetratam perceptos, immo quòd apponatur clauſula, quòd vterque ad beneficium ſuper quo ſimonia commiſſa fuit inhabilis perpetuò exiſtat, etiam ſi ſit ſimonia occulta, ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum pontificatus ſui anno. 3.

Et videtur ꝙ pẽna ſimoniæ ſit tradita per doctores multiplex & multipliciter, quia primò videtur eſſe pẽna ſimoniæ quadruplex per gl. 1. q. 1 in ſumma, quæ dicit, ꝙ pẽna eſt quan
9 doque excommunicatio, quandoque in monaſterium detruſin, c. reperiuntur. 1. q. 1. quandoque ſpoliatio omnium bonorum, vt 23. q. 5. ca. de Liguribus. quandoque depoſitio, vt ibi & in multis capitulis, vt ibi inquit gl. clerici enim vt c. ſtatuimus, eadem. q. & cauſ & ſunt infames, vt eadem cauſ. q. 3. c. fi. & acce
pta tenentur reſtituere, capit. de hoc extra de ſimonia, & ead. cauſ. q. 3. c. ſi quis dator. & per Archid. in c. reperiuntur, dicitur
10 ꝙ pẽna ſimoniæ eſt duplex, vna eſt ſpiritualis per depoſitionẽ vel excommunicationem, alia corporalis per pẽnitentiæ ſatisfactionem. ſequitur Domini. de ſancto Gem. ibi, qui dicit hanc
11 eſſe diſtinctionem Goffr. Archid. c. ſancimus. 1. q. 7. vbi dicit, ꝙ pẽna eſt depoſitio & damnatio pecuniarum. eſt gl. in c. 1. de teſtibus, lib. 6. & gl. 1. q. 4. iu ſumma, vbi quæritur & tractatur an
12 ſimonia commiſſa per patrem ementem pro filio ingreſſum monaſterij atque præbendas, filio ignoranti præiudicet & noceat. glo. ad cognoſcendum, an & qua pœna talis ſimonia ſit caſtiganda, dicit, ꝙ triplex eſt pẽna. æterna, corporalis, & ſpiri-
13 ritualis, & ꝙ æterna pæna, vnus nunquam punitur pro alio, c. 1. c. iam itaque, eadem prima cauſ. & quæſt. & corporalis pẽna eſt duplex, quædam circa corpus ipſum, & illa pæna ſæpe puni
14 tur unus pro alio, c. eccleſia. §. item peccato, ea. cau. & q. Quædam eſt circa ſtatum rei, vt eſt ſeruitus, vel infamia, & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. q. 1. c. ſunt plurimi. §. verùm. 15. q.
15 vlt. c. cùm multæ. Spiritualis pẽna quadruplex eſt. Nam quædã eſt excommunicationis, & illa nunquàm punitur vnus ꝓ alio.
16 24. q. 3. c. ſi habes. Alia interdicti, & illa punitur vnus pro alio, vt extra de ſponſal. c. non eſt nobis. Alia eſt remotio ab oblatione, & illa ſimiliter punitur vnus pro alio, 16. q. 4. cap. miror.
17 Alia eſt ordinis, & illa ſimiliter punitur vnus pro alio: nã propter delictum vxoris vir remouetur à promotione 34. diſt. ca. ſi cuius. ſubiungens eadem glo. ibi, item ſi pater neſciente filio
18 emerit ei eccleſiam, ille pro peccato non remouetur à promotione, ſed tamen perdit Eccleſiam, vt. 1. q. 5. ca. 1. Angel. in ſumma in verſ. ſimonia. 6. dicit pœnam ſimoniæ eſſe quadruplicẽ,
19 & prima eſt ſuſpenſio: ſecunda eſt depoſitio & infamia, & hęc (inquit) imponitur. ſi de hoc in iudicio conſtiterit. 15. q. 3. ſane. & c. inquiſitionis. de accuſa. & gl. in dicto c. ſane. dicit hanc decretalem eſſe partem illius. l. C. de epiſc. & cler. ſi quenquam, & in ver. ad inſtar, dicit non eſſe omnimodam ſimilitudinem inter crimen ſimoniæ & læſæ maieſtatis, ſicut videtur innuere tex. quia pro iſto ponitur pẽna mortis, ſed pro ſimonia pœna depoſitionis. Tertia pẽna ſecundum eundem Ang. eſt excommunicatio papalis, nam. Martinus in Concilio Conſtantienſi in extrauag. quæ incipit, Multæ, ita inquit, Sacro approbante concilio declaramus, ꝙ ordinati ſimoniacè ab executione ſuorum ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi. electiones autem poſtulationes, confirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacæ Eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque deinceps factæ, nullæ ſint ipſo iure, nullumque per ipſas ius cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati, aut prouiſi faciant fructus ſuos, ad illorum reſtitutionem tamquam iniuſtè ablatorum teneantur. Statuentes inſuper, quòd dans & recipiens ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiam ſi Pontificali aut Cardinalatus refulgeant dignitate.

In alia extrauag. facta anno ſui Pontificatus ſecundo Mantuo data, quæ incipit, Damnabile, cõfirmat omnes excommunicationes, ſuſpenſiones, priuationes & interdicta, & alias cenſuras latas à ſummis Pontificibus cõtra ſimoniacos, quas vult incurrere ipſo facto omnem ſimoniacum occultum vel manifeſtum vbicunque ſimoniam commiſerit, cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi Epiſcopatus, aut Cardinalatus, vel quauis alia Eccleſiaſtica vel temporali præfulgeant dignitate, dictarum excõmunicationum, ſuſpenſionum, & pœnarum abſolutionem ſibi reſeruans, niſi in mortis articulo. nec vult ꝙ virtute conceſſionis, indulti, aut cuiuſcumque facultatis abſoluendi conceſſæ aut concedendæ à ſede Apoſtolica poſſint abſolui, niſi ſpecialiter de peccato ſimonię auctoritatem abſoluendi contineant. Hoc idem Eugenius in alia extrauaganti, Cùm deteſta
bile, quæ eſt in titu. de ſimonia extrauag. communium datum Romæ apud ſanctum Griſogonum anno ſui Pontificatus. 4. Paulus ſecundus in proceſſu, quem in die Iouis ſancti fecit, qui quolibet anno eo die legitur, & appellatur Bulla cœnæ Domini, excommunicat omnes ſimoniacos, tam in ordine quam ẽt in beneficio, & abſolutionem reſeruat ſibi & ſucceſſoribus eius, præterquam in morte, nec vult ſicut & Martinus ꝙ poſſint abſolui ex quacunque conceſſione, niſi faciant mentionẽ de ſimonia. Idem fecit Sixtus quartus.

Quarta pœna ſimoniacorum eſt ſecundum Angel. ꝙ præcipitur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ omnib. cuiuſcunque dignitatis aut ſtatus, ꝙ ſi ſunt præſentes in Romana Curia reuelare teneantur Papæ vel eius Apoſtolicæ ſedis Camerario, aut ſuo Vicegerẽti in vnius vel duorum teſtium prẽſentia infra duos dies naturales poſtquam ſciuerint, aut ad eorum notitiam peruenerit aliquem commiſiſſe ſimoniam, à qua obligatione non niſi per Romanum Pontificem poſſint, præterquam in mortis articulo abſolui. & hoc per præfatam extrauag. Martini, Damnabile. Cui Eugenius in dicta extrauaganti, cum deteſtabile, addit, ꝙ non ſolùm qui ſciunt illos qui
20 fuerunt mediatores, teneatur reuelare Papæ vel eius Camerario, vel cui ipſe duxerit committendum per ſe vel per alios q̃ citius: & ꝙ non poſſint abſolui donec reuelauerint quod intel ligo, ſi commode poſſunt, & ſi ſciunt veraciter, non per ſuſpitiones, aliter non credo incurrere dictam excommunicationem. Credo etiam hodie non ligare, cùm ſit abrogata per nõ uſum, vt per eundem Angel. ibi. Idem videtur tenere Summa ſylueſtrina in ver. ſimonia, quæ pari modo dicit hanc pœnam abrogatam per non vſum, maximè quia iſte non vſus eſt præſcriptus ſpatio quadraginta annorum & amplius, & ligauit ſolùm exiſtentes in Curia. & dicit Archid. in c. qui ſtudet. 1. q. ꝙ
21 ſimoniaci ſunt eijciendi de templo, exemplo Chriſti noſtri Saluatoris, qui ementes & vendentes è templo eiecit, ideſt, ab eccleſia ſeparauit per excommunicationem & beneficij priuationem. Et tex. in c. ſi quis, de ſimonia, dicit, ꝙ ſi quis ordinauerit vel præſentauerit ordinandum recepta promiſſione, uel iuramento ab illo, ordinator à collatione, præſentator ab executione ordinum ſuſpenditur per triennium, & ordinatus ab ordine ſuſcepto eſt ſuſpenſus vſque ad diſpenſationem obtẽtam à ſede Apoſtolica.

Item videtur ꝙ pœna ſimoniæ ſit quæ & homicidij, quia
22 homicidium & ſimonia æquiparantur, cap. inquiſitionis. extra de accuſationibus. gl. in cap. ſicut ſimoniaca. extra de ſimo-
23 nia. Item videtur quòd pœna ſimoniæ ſit reſtituere tantùm ſimoniacè ablata, vel duplicatum, per tex. in ca. audiuimus, de ſimonia. Vbi ſi quid exigitur ob conceſſionem eccleſiæ alicuius alicui ab eo cui conceditur, exigens reſtituit duplicatum. vbi Abb. in verſ. nota primò, opponit de tex. in ca. de hoc, eod. tit. de ſimonia, vbi ſimoniace tantùm exactum reſtituitur, non duplicatum, nec de iſta duplicatione reperitur, ꝙ in aliquo iure huius tituli caueatur. ſubiungens, ꝙ pro ſolutione põt dici ꝙ contrarium procedit, quãdo aliquid ſimoniace exigitur ex communi concordia dantis & recipientis, tex. verò in dicto c. audiuimus, procedit in exacto per ſuperiorem quaſi per extorſionem & quandam concuſſionem: nam ratione ſuperioritatis iſti Epiſcopo ingerebat difficultates, & ſic potius violẽter, & per expreſſionem conſequebantur hanc pecuniam, quàm ex ſpontanea uoluntate dantis. ſubiungens, ꝙ nec etiam in foro conſcientiæ tenentur illi exactores exacta reſtituere duplicata, quia in foro animæ neceſſariò non eſt ſoluendum, quod
24 ratione pœnæ imponitur.

Et dicit Boer. deciſ. 117. ſecundum Anan. & Fel. in c. accedẽs, de accuſa. ꝙ certa pœna contra infamatum de crimine ſimo-
25 niæ non reperitur, ſed varia à iure impoſita eſt, quia aliquãdo imponitur ſilentium, vt dicto c. accedens. Aliquando punitur vt auctor ſceleris, c. de hoc, de ſimonia. Aliquando beneficijs perpetuò priuatur, c. in ſinuatum. eod. tit. Aliquando ſuſpenditur, c. ſignificaſti, de adulter. Aliqñ priuatur oĩ beneficio & officio, c. cum P. de purga. canon. Aliquando acrius punitur, dicto c. inter. Ideo poteſt dici arbitraria. l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. cum alijs per nos allegatis, inquit idem Boer. in quæſt. incipiente ſacrilegi qua pẽna. & dicit Ioã. Bernardinus diaz de luco Hiſpanus in ſua practica criminali canon. ca. 85. ꝙ delinquens in delicto ſimoniæ perpetuo deponitur ab officio & beneficio, vt cap. de hoc, de ſimonia, & ca. cum ſuper. de cõfeſſis. ſi tamen crimen eſt occultum, non deponitur, & ſi ipſi iudici conſtet, ſed pœnitentiam ſecreram debet iniungere, c. ex hoc, de ſimonia. in correctione tamen & punitione huius criminis non poteſt dari certa doctrina, ſed ſecũdum qualitatem ſimoniæ aliter & aliter punitur, quia aliquando imponitur pœna excommunicationis, aliquando detruſionis in monaſterium, aliquando ſpoliationis omnium bonorum, aliquando depoſitionis, aliquando eſt pœna centum aureorum, & infamiæ, vt probat tex. & gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambit. aliquando imponit̃ pẽna quadrupli & deportationis. l. 1. C. ad l. Iul. de ambit. uide

Præpoſit.

Source : BIU Cujas

Præpoſit.in c.præsbyter.1.q.1.col.fi.uerſi.in gl.ubi etiam refert varias opiniones de iure canonico, quem vide notabiliter diſtinguentem,videlicet,an ſimonia committatur in ordine,aut in beneficio,& in utroque,an paſsiuè uel actiuè. & uarias pœnas deſcribentem in c.ſtatuimus.1.q.1.col. 1. & 2. ſubiungens. ibi idem Io.Bernardinus,hodie tamen per conſtitutiones modernorum pontificum deſcriptas in ſupplemento in uer. ſimonia,in fi.ſimoniacus eſt priuatus ipſo iure beneficio,vt dicit Felyn.in c,in noſtra.in 2.corolario, in fi. de reſcrip.& idem notat ipſe in c.2.de reſcrip.col.4.referen.ad hoc conſ.Anch. Item punitur ſimonia corporaliter aliquando.1.q.1.cap.qui ſtudet, ibi exemplo Giezi,qui lepra percuſſus fuit. Item videtur ꝙ pœna ſimoniæ ſit æterna damnatio, quia colligit Margarita decreti in uer.ſimonia,ꝙ emens vel vendens prælaturam prauitatem incurrit ſimoniacam & æternam damnationem, per tex.in ca. præsbyter.1.q.1.Et præbenda ſimoniaca cum ſalute animæ retineri non poteſt.13.diſt.nerui.§.alius, & ſimoniaci ſi non renuntiant & pœnitent,in æternum peribunt.1.q.1.ſi quis neque. & conferens prælaturam ſimoniacè pergit ad gehennam, ſi non pœnitet.1.q.1.cito,& ſimoniaci tamquam ſerui ſuum Spiritum ſanctum vendunt,& ideo proditori, Iudæ qui Chriſtum Iudæis uendidit,aſsimilantur.

26 Et pœna ſimoniæ dantem & accipientem ligat & afficit, c. quos conſtiterit.1.q.1.& gl.in c.Iane.15.q.3.in uer.quis. Et videtur etiam ꝙ contra ſimoniacos mitius agatur, cum per in-
27 quiſitionem contra eos proceditur, quàm cum per accuſationem,c.dilectus.el 2.de ſimonia, ubi per accuſationem conuicti deponuntur:per inquiſitionem verò non deponuntur,ſed
28 tantùm remouentur ab adminiſtratione ſiue beneficio. vt ꝙ gl.& doct.ibi.Contrarium videtur in c.inquiſitionis,de accuſ. ubi ad literam dicitur,ꝙ ſi quis ſit adeptus ordinem uel beneficium vitio ſimoniæ,ꝙ ſi conuincatur quis per uiam inquiſitionis,erit ac ſi eſſet conuictus per uiam accuſationis. Et dicit gl.in c.præsbyter.1.q.1.ꝙ ſi præsbyter conuincatur de ſimonia per accuſationem,priuatur beneficio & ordine:ſed eſt ſecus ſi
29 in modum exceptionis,vt extra de accuſat.c.ſuper his. Item ſi in modum inquiſitionis conuincitur,tunc priuatur beneficio, & non ordine,extra de ſimonia.c.dilectus.el 2.Quandoque ēt non priuatur omnibus beneficijs,in eo caſu, ut extra de elect. c.per inquiſitionem. Item regulariter hæc uera ſunt ꝙ perdit
30 priora beneficia,ſi eo ſciente fuit data pecunia, aliàs ſine culpa ſua priuaretur,eò ꝙ eſſet legitime adeptus.16.q.7.c.inuentum.
31 Item nec ipſum beneficium perdit,nec ordinem,ſi in fraudem ipſius ſit data pecunia,c.ſicut,de ſimonia,&c.nobis.1.q.6.c.ult. Gemin.ibi pro ſolutione dubij & contrarietatis concordatio ne dicit,ꝙ vna ſolutio eſt,quam ſequitur Hoſt.in d.c.dilectus, & eſt planior,videlicet,ꝙ textus in c.inquiſiti onis, habet locū
32 in ſæcularibus,ſecus eſt in regularibus, de quibus loquitur tex tus in c.dilectus.& eſt ratio ſecundum eum,quia regulares in
33 uno grauantur, quia non ſeruatur in eorum inquiſitione ad
34 unguem ordo a iure traditus,qui ſeruatur in ſecularibus, vt in c.qualiter.2.in fi.de accuſ.& ſic in hoc releuentur ꝙ eis impo
35 natur eadem pœna per inquiſitionem,ſicut per accuſationem. Et eſt alia ratio ſecundum eum,quia cum religioſis regulariter
36 mitius agitur,de quo habetur,de dolo & co ntumacia,ca.2.& ſecundum hoc dicit,iſta gl.non videtur vera, qui a loquitur in ſæculari clerico. Alia eſt opinio, quæ non facit differentiam inter religioſos & ſæculares,ꝙ etiam in ſæcularibus & in crimine ſimoniæ fit differentia inter proceſſum inquiſitionis& ac
37 cuſationis,ſa tem quantum ad pœnam depoſitionis infligendā, & alias ut ibi per eum.Sed quicquid ſit,dicit gl.in d.c.dilectus. in uer amotos,& gl.in c.quoniam,de ſimonia,ꝙ hodie ſtandū
38 ſit circa regulares ſimoniacos diſpoſitioni decretalis,Quoniā, vt pœna iſta ſolummodo imponatur qualitercunque conſtet de crimine ſimoniæ,vt in arctori monaſterio ad agendum per petuam pœnitentiam detrudantur ſine ordinis ſui executione, cum aliàs pœnitentiam agere non poſſint.1.q.7.requiritis,& ſa
39 tis intelliguntur depoſiti ex quo executionem non habent.nā extra clauſtrum morari non debent, ne damnabiliter in ſæculo euagentur.Subiungens glo.ibi,ꝙ ſi non inueniuntur arctiora monaſteria,quòd nihilominus mutabunt ea,arg.81.diſtin. valet.Vel,ſi uiſum fuerit,renuntiabunt locis ſuis, & denuo reſtituentur in illis diſpenſatiue, vt perpetuam ibi peragant pœnitentiam.

Vnde ſecundum iſtam glo.nunquam regulares, ſiue agatur
40 pro uitio ſimoniæ per inquiſitionem, ſiue per accuſationem, deponuntur,& ſecundum hanc lecturam dicit Abb. quòd eſt ſublata differentia & diſtinctio cap.dilectus,de ſimonia. & ipſe Abb.adhæret opinioni Inn.& Hoſt.tenentium pro prima lectura gl.ut diſtinguatur modus agendi quò ad omnes regulares, præterquam quò ad moniales,quæ cum non habeant ordinē, c.noui.de pœnitentia & remiſſ. indiſtincte in eis & circa eas ſeruabitur diſpoſitio dictæ decretalis,quoniam in eis tantùm procedet opinio glo.Sequitur hanc opinionem Fel.ibi, & in ca.dilectus.in uer.ſeueritatis,vbi dicit, quòd ſi ſimoniacus ſit clericus,ꝙ deponitur ſicuti fæcularis:ſi ſit monachus ſimplex, depoſitio operabitur priuationem vocis & officij & loci, me-
41 lius per Innoc.ibidem,vbi dicit,ꝙ depoſitio in hoc nocet monachis,quia non recipient præbendam de monaſterio, nec habebunt ibi vocem in capitulo, monachi tamen ſemper remanent.Vide omnino Abb.in cap.inquiſitionis.2.col. verſ.ſed cō tra hoc, vbi concordando & aſſimiliando proceſſum inquiſitionis proceſſui accuſationis, pulchrè diſtinguit inter crimina ſimoniæ,quæ impediunt ordinis executionem, & quæ impe-
42 diunt beneficij retentionem, quia primo caſu ſimoniacus deponitur ab ordine tàm per viam inquiſitionis quàm per viam accuſationis.Si verò beneficij retentionem,vt ibi per eum,vbi Fel.qui dicit verbum de pœna inquiſitionis & accuſationis ſit ne eadem de iure ciuili & de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Simonia eſt hæreſis,ideo punitur pœnis hæreſis, quæ ſunt in numero quatuordecim.*
2 *Non omnis ſimoniacus eſt hæreticus.*
3 *Simoniacus eſt hæreticus,qui credit gratiam ſancti Spiritus emi poſſe.*
4 *Accuſatus de ſimonia, ſi ſit infamatus, ſuſpenditur ab exequutione ordinis uſque ad uerificationem.*
5 *Simoniacus debet eliminari de eccleſia, probata accuſatione.*
6 *Sæcularis infamatus adeptus beneficium ſimoniacè ignoranter, cogitur renuntiare:ſi ſcienter, deponitur, idem erit in regulari ſimoniaco in ordine..*
7 *Regularis ſimoniacus in beneficio ignoranter promotus tenetur renuntiare.*
8 *Quomodo intelligatur tex.in cap.de regularibus,c.dilectus,el 2.c.quoniã, de ſimonia.*
9 *Ratio diuerſitatis quare ſæcularis conuictus in modum inquiſitionis degradatur,non regularis.*
10 *Qui in vno granatur,in alio debet releuari.*
11 *Vbi propriè non committitur ſimonia,ibi ſit ſuſpenſio ad triennium,ubi uerò proprie,ibi ordinator eſt ſuſpenſus à collatione.*
12 *Quis punitur in eo in quo deliquit.*
13 *Idem eſt remittere,quòd dare.*
14 *Quare decretal. Gregorij eſt intelligenda in foro pœnitentiali.*
15 *Si crimen probari non poteſt,indicitur purgatio reo infamato,& ſi deficiat in purgatione punitur vti conuictus.*
16 *Simoniaci ſunt æternaliter damnati.*
17 *Simoniaci habent animam vulneratam:& ordinati ab hæreticis habent caput vulneratum.*
18 *Bonum eſt non ſolùm uitio, ſed ſuſpitione vitij ſimoniæ carere.*
19 *Simoniacus pendente indicio & accuſatione ſuper uitio ſimoniæ, amouetur ab diuinorum adminiſtratione:& ibi uide remiſſiuè,an & quãdo clericus accuſatus de ſimonia poſſit adminiſtrare ſpiritualia & temporalia, & quando ſit ſuſpenſus,& uitandus.*
20 *In negotio,in quo eſt perpetrata ſimonia, non eſt ſperandus aliquis bonus finis.*
21 *Prælatura per ſimoniam adepta malo exitu terminatur.*
22 *Difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ mala ſunt inchoata principio.*
23 *Vbi prælatus per ſimoniam intrat,ibi plus eſt timenda calamitas, quàm ſalus ſperanda.*
24 *Sententia lata in cauſa ſimoniæ eſt ſtatim exequenda, ideo ab ea non appellatur.*
25 *Magnitudo delicti tollit appellationem, fallit tamen niſi quis appellat ante ſententiam.*
26 *Simoniacus publicus,notorius,aut confeſsus non poteſt appellare.*
27 *Simoniacus occultus in ordine non appellat.*
28 *Simoniacus in beneficio poteſt appellare.*
29 *Simoniacus non eſt hæreticus ſi auiditate aſsequendi beneficium ſimoniam committat.*
30 *Simonia,vbi euitatur hæreſis,eſt minus peccatum,quàm ſit homicidium.*
31 *In vitio ſimoniæ poteſt procedi per accuſationem,denuntiationem,& inquiſitionem ex officio.*
32 *Iudex ſæcularis poteſt procedere contra ſimoniacos.*
33 *Ad accuſandum in crimine ſimoniæ admittuntur ſerui,& quilibet criminoſi.*
34 *Admittitur ſocius contra ſocium ad teſtificandum.*
35 *Simonia punitur ex ſola præſumptione præcedentibus aliquibus ſignis.*
36 *Mediator ſimoniæ notatur nota infamiæ. Et iſta nota infamiæ eſt in perpetuum.*
37 *Mediator ſimoniæ eſt anathema.*
38 *Mediatores ſimoniæ non recipiuntur ad teſtimonium.*
39 *Fallit, ſi mediator non participauerit,quia tunc bene admittitur.*
40 *Mediator non recipitur in teſtimonium,niſi de uoluntate partium.*
41 *Qui admittantur in teſtes in criminibus exceptis & non exceptis.*
42 *Per mediatores plerunque committitur ſimonia.*
43 *Mediatores ſimoniæ in deteſtationem criminis admittuntur inteſtes contra auctores,ſi non agatur criminaliter, & ſi emolumentum non ſint aſsecuti.*
44 *Mediatores iſti uocantur proxenetæ.*

45 Simo-

Source : BIU Cujas

45 *Simoniacus est qui in spiritualibus salarium, aut promissionem commodi re cipiat.*
46 *Per infamiam tollitur exercitium cuiuscumque dignitatis quęsitum et quę rendum.*
47 *Infamia simoniæ est talis, quòd nisi dispensetur per principem non potest admitti ad aliquod beneficium ecclesiasticum.*
48 *Infamia simoniæ, est infamia iuris, non infamia canonica.*
49 *Infamia canonica contrahitur ex quolibet peccato mortali, & tollitur per pœnitentiam.*
50 *Crimen simoniæ æquiparatur crimini læsę maiestatis.*
51 *Infamia facti tollitur factum contrarium.*
52 *Iafamia iuris tollitur per solum per principem.*
53 *Simoniaci non incurrunt infamiæm iuris ipso facto, sed per sententiam.*
54 *Constitutio odiosa debet in dubio inteliigi, ut sit potius ferenda, quàm latæ sententiæ.*
55 *Regulare est in criminibus publicis, ut infamia inferatur secuta sententia, Fel. tamen tenet contrarium.*
56 *Infamia iuris est illa, quæ per sententiam uel ipso iure infertur in casibus expressis.*
57 *Resignet prælatus, nec expectet sententiam, sic euitabit infamiam.*
58 *In beneficialibus non reperitur text. dicens quòd infamia priuet ipso iure.*
59 *Collatio facta personæ infami est ipso iure nulla.*
60 *Sola realis simonia priuat ipso iure.*

De eadem materia. Cap. 10.

ITEM cùm simonia sit hæresis, & simoniaci ueluti hæretici respuēdi, vt per Fel. in rubrica de simonia, vbi dicit, 'Hinc est ꝙ simoniaci ueluti primi & præ
1 cipui hæretici ab omnibus fidelibus sunt respuendi. 1.q. 1.c. pater, ad fin. & c. quisquis. 1.q. 1. videtur etiam quod simoniacis pœna sit inflicta, quæ & hæreticis infligitur, excommunicationis, amissionis bonorum, priuationis negotiatiōis, & alijs pœnis hæreticorum, quæ sunt numero quatuordecim, per Angel. in summa in ver. hæreticus, vers. qua pœna. sed po-
2 test responderi ꝙ non omnis simoniacus est hæreticus. Vnde omnis simoniacus non habet luere pœnas hęretici, quia nō est
3 hæreticus, quia ille tantùm simoniacus est hęreticus, qui credit gratiam Spiritus sancti prætio emi posse. Illi verò hoc non credentes, sed dantes pecuniam pro auiditate ordinem uel beneficium assequendi, non sunt hæretici, sed simoniaci. Abb. in c. quoties, de simonia. & dicit Hostien. in summa. §. per iudicē, ꝙ per iudicem pœna simoniæ imponitur. sed refert utrum quę ratur de crimine in modum accusationis, vel in modum inqui-
4 sitionis: si in modum accusationis, & is qui accusatur infamatus est, & debet eum iudex suspendere ab executione ordinis vsque ad verificationem & probationem accusationis & querelæ. c. accusatum, & cap. quoties, de simonia. idem si occultus sit ex quo habētur certa indicia, & probata accusatione debet
5 statim eliminari de ecclesia Dei, ca. sicut, de simonia. idest cum graui infamia deponi. 1.q. 3. c. vlt. 1, q. 2. præsbyter. 15, q. 3. sanè,
6 si procedatur absque accusatore & per inquisitionem si infamatus sit sæcularis, q adeptus est beneficium simoniacè ignoranter, cogitur illud renuntiare, sed non deponitur. ca. ex insinuatione. si verò scienter, similiter deponitur, capit. inquisitionis, de accusa si regularis est & simoniacus in ordine, idē erit, cap. per tuas, de simonia. si verò in beneficio & ignoranter sit
7 promotus, tenetur renuntiare, c. de regularibus, eod. tit. dātes tamen & recipientes sunt pœna canonica feriendi, capit. sicut nobis. § pen. & vlt. Vbi verò scienter promoti sunt ad consortium regulare pœna depositionis remittitur, verumtamen recepti circa concilium generale de monasterijs, quæ taliter adepti sunt remouentur, & in alijs monasterijs arctioris regulę traduntur. Sed cum his qui ante concilium recepti sunt misericorditer dispensatur, vt in alijs locis eiusdem ordinis collocentur, vel si præ nimia multitudine hoc fieri non potest, permittitur vt in eodem monasterio post liberam resignationem re-
8 maneant mutatis prioribus sedibus, & inferioribus assignatis: & ita debet intelligi tex. in ca. de regularibus, primo respon, & c. dilectus el 2. & tex. in c. quoniam simoniaca labes, de simonia. sed & cum his qui citra concilium sunt recepti aliquando per Papam dispensatur. & quod dicitur de monachis etiam ad Abbates extenditur. Et quare sæcularis conuictus in modum inquisitionis degradatur, & non regularis, ratio est, quia in inquisitione sæcularis subtilitas iuris requiritur, & in inquisitio-
9 ne regularis de plano proceditur, & ideo de plano punietur.
Item quia regula est, ꝙ qui in vno grauatur, in alio releuamē
10 habere debet. subiungens paulò post idem Hostiē. ꝙ si Episcopus recepit promissionem siue iuramentum ab ordinando ꝙ eum non inquietet super petendo titulo, vel repræsentator, q simile pactum recipit, pœnam habet, quia repræsentator ipso iure ab executione ordinum est suspensus per triennii, Ordinator verò & ordinatus sine præfinitione temporis à collatione & executiōe ordinis sic suscepti, donec gratiam sedis Apostolicæ mereantur, c. si quis ordinauerit, quod est penult. de simonia, vbi Abbas dicit notabiliter, ꝙ vbi proprie non cōmittitur, ibi est ordinator suspensus à collatione. idem Abb. in ca. per tuas, eo. tit. Host. verò sequitur, si quæras quare & diuersæ pœnæ statuuntur? respondeo, ordinans & ordinatus magis delinquunt quàm repræsentator, cùm in potestate eorum sit ordinem conferre vel recipere: ideo magis puniuntur, in hoc, ꝙ tempus non apponitur, unde potest tempus triennij vel decēnij excedi, & sic plus puniuntur secundum reg. c. inter corporalia. §. vlt. de translat. episc. & c. nihil. de electio. in fin. primi respon. de cler. excommun. ministrante, latores, sed & repræsentator magis punitur alio respectu, quia suspenditur ab executione omnium ordinum, sed ordinans tantùm à collatione ordinis, quem contulit, & ordinatus ab executione eiusdem ordi-
12 nis, & sic puniuntur in eo in quo deliquerunt secundum regu. de temp. ord. literas, & c. pastoralis de iure patro. Item quia in vno grauantur, in alio habent releuari.

Subiungens, sed quæro, si omnes non degradantur cū sæcularés sint. dicunt quidam ꝙ non sunt verè simoniaci, nam tempore quo pactum fuit, non erat aliquid in obligatione, sed certe hæc responsio non perficitur, cùm spes esset dubitum iri. arg. insti. de verb. oblig. §. ex conditiouali. vnde non potest negari quin illa spes, quæ etiam omnino post extitit, sit remissa, & sic est simonia uera cum idem sit remittere ꝙ dare, c. quærela, de simonia, de testi. c. ueniens. nam Episcopus uel repręsentator
13 in ista ordinatione vel repræsentatione obligātur ad titulum assignandum ordinato, vt de præb. episc. & cap. cum secundū, ergo aliquod commodum sentiret. vide si tamen pactum ualeret, & sic est simoniacum, vt expressum est, argu. ff. de calum.
14 l. 1. in fi. l. 2. & 3. respon. primo. quare decretal. Gregorii intelligenda est in foro pœnitentiali, non in iudiciali, quasi dicat, caueat sibi ordinans & ordinatus & repræsentator tale pactum interponens & recipiens, quia quamuis occultum sit & probari non possit, tamen hanc pœnam ipso facto à canone patiuntur, & sic ipso iure suspenduntur. Sin autem crimen probari
15 non potest, indicitur purgatio infamato, in qua si deficiat, punitur tamquàm conuictus, cap. de hoc, & c. insinuatum. de simonia.

16 Item simoniaci habēt pœnam, quia sunt æternaliter damnati, Arch. in c. per Esaiam. 1.q 1. ubi dicit per iura, quæ allegat, ꝙ simoniaci non nisi spiritu mendacii accipiunt damnationem.
17 & dicit Gregorius, ꝙ simoniaci habent animam vulneratam lętali vulnere. & dicit Inno. ꝙ ordinati ab hæreticis vulneratū habent caput. Vnde infert magister, idem est de simoniacis, qđ de hæreticis. habent vlterius simoniaci & multa alia incommo-
18 da. Vnde bonum est non solùm uitio simoniæ, sed suspitione
19 talis uitii carere. glo. in cap. nos, de simonia, quia simoniacus pendente iudicio & accusatione, super uitio simoniæ accusatus repellitur & amouetur ab administratione diuinorum, per
20 Fel. in cap. accusatum de simonia, vbi etiam uide remissiue, an clericus accusatus de simonia possit administrare spiritualia & & temporalia, & an & quando simoniacus in ordine sit suspensus & vitandus, ibi secundo not. Item in negotio in quo est factum peccatum simoniæ, nō est sperandus aliquis bonus finis,
21 quia colligit margarita decreti in ver. simonia, ꝙ p̄latura per simoniam, vel multam ambitionem adepta, etiam si moribus non offendat, malo exitu terminatur, quia difficile est vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio. 1. quæst. 1. principaius. & vbi prælatus per simoniam intrat, ibi populi plus est timenda calamitas, quam sālus. 1.q. 1. fertur. §. vulnerato.

Item à sententia lata in crimine simoniæ non appellatur, qa
22 sniā lata in crimine statim exequenda, non suspenditur per appellationem & ista est huiusmodi, per Fel. in c. sicut, ponderando in tex. verbum, mox, quia æquiparatur hæresi, & magnitudo delicti tollit appellationem. l. 1. C. de fall, monet. qui tamen
21 videtur in fine hanc regulam limitare, nisi quis appellet ante sententiam, per iura per eum adducta, idque intellige, vt p Ioā. de Anan. ibidem, qui melius & clarius quàm omnes alij materiam declarat. & vltimò facit distinctionem, quia fortè potest
22 23 dici ꝙ aut quis est simoniacus publicus & notorius, vel cōfessus, & tunc indubitanter & indistinctè nō potest appellare, per
24 25 id, quod habetur in c. Romana. §. sinautem post sentētiam ap-
26 pellationis. de appell. lib. 6. aut est simoniacus occultus, & tūc,
27 aut est simoniacus in ordine, & idem adhuc ꝙ non appellat, vt dictum fuit de hæretico, & de magnitudine criminis, ꝓpter quem non est licitum appellare, sententia statim mandatur
28 executioni. Aut est simoniacus in beneficio, & tunc potest appellare, per reg. quæ ponitur. 2.q. 6. omnis oppressus, in gl. 1. in fi. & credo ꝙ in materia simoniæ, vbi tractatur vel de pœna aut incommodo, vel præiudicio criminis simoniæ, ꝙ inquam sit bene semper distinguere pro intelligentia, utrum ne sit simonia hæretica & annexam hæresim habens, puta, cùm quis credit per pecuniam gratiam Dei acquirere; quia tunc cum

ille

ille ſit hæreticus,peccat grauius.ſed vbi committit ſimoniam, non iſta mala mente,ſed animo & auiditate tantùm aſſequendi beneficium vel ordinem,non eſt hæreticus,licèt ſit ſimonia
29 cus:vnde non tantum peccat,vt innuit ibidem Ana.in fi.vbi di
30 cit,ꝙ ſimonia,vbi euitatur hæreſis,eſt minus peccatum quàm ſit homicidium Item in vitio ſimoniæ poteſt procedi per ac-
31 cuſationem,per denuntiationem,per inquiſitionem,itẽ ex officio in odium criminis,ponit glo.in c.cum ſuper, extra de cõfeſſ.in ver.confeſſus. & iudex ſæcularis poteſt procedere con-
32 tra ſimoniacos & punire & cauſas ſimoniæ cognoſcere in odium & deteſtationem criminis.Fely. in repertorio, in ver. iudex ſæcularis.

Item ad accuſandum ſimoniacum admittuntur ſerui & qui
33 libet criminoſi,c.tanta,c.licet Hely,ca. per tuas,extra de ſimonia.c.in primis.2.q.1.c.ſanè.15.q.3.& dicit gl.in c.1.de teſtib.in 6.ꝙ hodie de iure nouo nihil ſtatuitur, ſed ſtatur diſpoſitioni
34 iurium præfatorum. Item admittitur ſocius contra ſociũ ad teſtificandum,diximus ſuprà de probatione.Item poteſt accuſari ſimoniacus per ſeruum,meretricem,& quemcunque criminoſum,per Felin.in cap.tanta,de ſimonia.& ſimonia punitur ex ſola præſumptione præcedentibus aliquibus ſignis no-
35 tabilibus,per Abb.in c.inſinuatum.num.3. circa medium, de ſimonia.

Mediator quoque & interceſſor & iuteruentor ſimonię,no
36 ta infamiæ percellitur,cap.ſi quis præbendas.1.q.3.ibi,emptor atque uenditor,& interuentor nota infamiæ percellitur.& dicit glo.ibi,ꝙ iſta nota infamiæ eſt in perpetuum,c.ſiquis.q.3.c.
37 ſanè.item eſt anathema.vt c.Saluator,ibi, vt interuentores tanti ſceleris anathematizentur,& dicit Hoſtien. in ſumma in §. q ad accuſationem. Mediatores autem ſimoniæ ſimoniaci ſunt & nota infamiæ percelluntur,c.ſi.1.q.3.Item in c.ſiquis epiſcopus.1.q.1.ibi, ſi quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit,ſiquidem clericus fuerit,pprio gradu decidat:ſi verò laicus anathematizetur. Item vltra anathe-
38 matizationis pœnam & infamiæ non recipiuntur ad teſtimonium,cap.veniens extra de teſtib.& in vitio ſimoniæ probando iſti huiuſmodi mediatores recipiũtur in teſtes, dummodo
39 non participauerint: quod tamen ſubaudi, cùm vita accuſati ante talis extiterit,arg.2.q.1.c.in primis.in fin.in alijs autem cõ
40 tractibus non recipitur interuentor in teſtimonium,niſi de voluntate partium.§.quoniam autem,de teſtib. collat.7. & aliàs vt per gl.in dicto cap.ſiquis Epiſcopus, vbi proſequitur materiam,qui teſtes admittantur in criminibus exceptis & non ex-
41 ceptis de iure canonico & ciuili:de quo tamen dic,vt diximus in titulo de probatione ſimoniæ conuentionalis & realis.

Item probat tex.ad literam in c.primo,de teſtib.in 6.vbi me
42 diatores,per quos ſcelus ſimoniæ plerunque committitur ad
43 teſtimonium contra ſceleris huiuſmodi auctores in deteſtationem criminis admittuntur,ſi non agatur criminaliter, ſed ciuiliter,& emolumentum exinde non fuerint aſſecuti, vbi dicit
44 gl.ꝙ mediatores iſti uocantur proxenetæ, canon vocat illos interemptores,c.pen.91.diſt.& ſalarium,quod eis datur, dicit proxeneticum.l.1.ff.de proxenet.& ſi in ſpiritualibus ſalarium recipit,vel aliquam promiſſionẽ commodi temporalis, ſimo-
45 niacus eſt,cap.cum eſſent,de ſimonia,& tunc non admittitur. Et ſi ciuiliter agatur,infamis eſt,1.q.1.ſiquis Epiſcopus, & 1.q. 3 ſiquis præbendas,per quam tollitur ei exercitium cuiuſcun-
46 que dignitatis quæſitum & quærendum, & operatur ꝙ nõ habet amplius exercitium ordinum per Abb. in c. licèt Hely. de ſimonia,col.3.num.19.& beneficijs priuandus ſit, de elect. per inquiſitionem,& eſt deponendus de conſecra. c.2.& de ſimonia extra c.non ſatis,ibi,vel conſenſerint.ſequitur Abb.in cap. non ſatis,3.not.de ſimonia.Et dicit Summa ſylueſtrina de mediatoribus ſimoniæ, dico ꝙ ſi neque miniſtrans neque accipiens ſpũale aliquid dat vel recipit aut paciſcitur,& ipſis ignorantibus amicus accipientis ſpũale dat aliquid ex pacto conſiliario miniſtrantis,licèt illi nõ ſint ſimoniaci,ex quo nil ſciũt, iſti tamen ſimoniaci ſunt.1 q.1.ſtatuimus,& cap.ſi qui à ſimoniacis.& quò ad pœnam & diſpenſationem idem eſt de mediatoribus & de alijs,per reg.acceſſorium,de reg.iur.

Et ꝙ etiam pœna ſimoniæ & ſimoniacorum ſit infamia,eſt tex.in c.ex diligenti,de ſimonia.vbi Papa abſoluit eum,qui ad homaginum faciendum & fidelitatem præſtandam pro obtinendo beneficio eccleſiaſtico obligationem fecerat,& eidem ne aſpergatur aliqua nota infamiæ indulget literas Apoſtolicas abſolutionis,vt à latrantium morſibus ſe tueri & defendere valeat.vbi gl.dicit,ꝙ hæc eſt talis infamia,ꝙ niſi cũ eo diſpẽ-
47 ſetur per Principem,ad aliquod eccleſiaſticum beneficium admitti non debet,hæc opinio gl.non placet Hoſtien.qui dicit,ꝙ immo per Epiſcopum poteſt diſpenſari ad idem ſimplex beneficium poſt reſignationem,cap.pen.de elect.qui tex.non videtur id probare ſecundum Io.Andr. quia loquitur in nõ ſimoniaco,ideſt,quia eo ignorante fuit commiſſa ſimonia, quo caſu licet electio ſeu collatio ſit ſimoniaca,non eſt ob hoc ipſe ſimoniacus, de quo dic vt per Abb.ibi,vbi etiam dicit in verſi. in gl.ꝙ noſtri doctores hic non declarant de qua infamia intel ligatur,an de infamia, uel canonica, uel facti. Subiungens, & puta,quòd de infamia iuris:nã de infamia canonica non debet
48 intelligi, quia illa contrahitur ex quolibet peccato mortali, &
49 ſublato peccato quod tollitur per pœnitentiam, tollitur talis infamia.not.6.q.1.c.2. & 3.in c.teſtimonium. de teſtib. Videtur dicere gl.dicti c.ex diligenti,vbi dicit, quòd quò ad Deum agitur pœnitentia,argum.iurium per eandem gl.adduct.

Et iura loquẽtia de hac infamia reſpectu ſimoniacorum diſponunt valdè ſpecificè & in pœnam ſpecificam, & maximè
50 tex.in allegato cap.ſane, vbi æquiparatur crimen ſimoniæ crimini læſæ maieſtatis.hoc etiam puto uoluiſſe gl. cum dicit, ꝙ
51 cum tali per ſolum Principem diſpenſatur. nam infamia facti tollitur per factum contrarium,not.2.q.2.§.no.6.q.1.c. oẽs. in glo.poteſt etiam Princeps diſponere, vt talis infamia non habeat effectum.Abb.in ca. cum te,de ſent. & re iud.per 8.quæſtiones tractat materiam.

Hinc colligitur, ꝙ infamia canonica tollitur(vt dixi)per pœnitentiam,ſed infamia iuris eſt illa,quæ tollitur per ſolũ Princi
52 pem,no.in c.cum te,oe re iudic & in l.1.§.de qua. ff.de poſtu. puto tamen ꝙ iſti ſimoniaci non incurrant hanc infamiã iuris
53 ipſo facto,ſed cum per ſententiam de hoc crimine fuerint dãnati:& ſic videntur ſonare iura ſuperius allegata,cùm loquantur per verba de futuro:& cõſtitutio odioſa debet in dubio in
54 telligi,vt ſi potius ferendæ ſententiæ quàm latæ,vt not.in regu. in pœnis,de reg.iur.lib.6.

Item quia hoc eſt regulare in alijs criminibus publicis,vt de
55 mum quis efficiatur infamis ſecuta ſententia.l.1. ff. de his qui not.infam.Facit quod not.Dyn.in regula infamibus,de regu. iur.lib.6.& aliàs vt ibi per eum.Fel.tamen ibi putat ꝙ incurratur pœna infamiæ ipſo iure in ſimonia, nec ſit opus ꝙ aliqua deſuper feratur ſententia, & mouetur,ꝙ crimen ſimoniæ eſt crimen de exceptuatis, prout hæreſis & læſæ maieſta. & in illis ſtatim incurritur infamia ſecundum glo.in l.1. de infam. & ꝙ iſtud ſit tale,eſt tex.in ca.1.15.q.3. ſed opinio Abb.videtur magis regularis & magis ad æquitatem accedens,per tex.in l.1. & ibi gl.in ver.qui in iudicio.ff.de his qui not.infam.Idem Pan.in c.teſtimonium,de teſtib.vbi in 5.col.verſ.Ego in hac materia, dicit,ꝙ infamia iuris eſt illa, quæ irrogatur per ſententiam uel
56 ipſo facto in caſibus in quibus iure cauetur duntaxat, de quib. per tex.& gl.3 q.7.§.porro,& in l.athletas.§.calumniator, cum ſequentibus.ff.de infam.& infamia iuris tollit executionem ordinum,per Abb.in cap.licèt Hely.de ſimonia. & etiam exercitium cuiuſcumque dignitatis, & adimit honorem quæſitum & quærendum,vt dicit tex.in l.infamia.C.de decurio.libro 10. & ideo Prælatus non expectet ſententiam,ſed reſignet ſponte à principio,& ſic euitabit ſimoniam.Angel in ſumma. in uer.
57 infamia,verſic. utrum infamia. & an talis infamia priuet infamatum titulo beneficij & alijs dignitatibus ipſo facto. Abb. in cap.quærelam. de iureiuran. dicit, quòd gloſſ.in text. in l.2.§. miles,de his qui not.infam.dicit, quòd ſicut infamia ipſo facto priuat militem militia,ſic pari ratiõe priuari habet militia cœleſti in alijs dignitatibus & honoribus. Idem videtur uelle glo. in l.fruſtra.C.de re milit.libr. 12. In beneficialibus tamen non
58 inuenio text. inquit Abb.hoc dicentem. Vnde non debemus imponere hanc pœnam ſpiritualem in ipſis,ex quo iure canonico non cauetur expreſsè,vt in ſimili dicit glo.in cap.final.de iure patrona.vbi dicit, quòd quis non debet priuari poteſtate eligendi,niſi exprimatur,quia eſt pœna.fatetur tamen ibidẽ Abb. quòd collatio facta perſonæ infami ipſo iure eſt nulla,regu.in-
59 famibus.de regul. iur. in 6.l.2.C.de dign. Facit cap.inter dilectos.de exceſſ.prælat.Caſſado.tamen deciſio.1.de ſimonia,vbi tractat, an ſimonia priuet ipſo iure? videtur facere differentiã inter ſimoniam & ſimoniam, nam uidetur tenere quòd ſola
60 realis ſimonia, non autem conuentionalis ipſo facto priuet.

SVMMARIVM.

1 *Simonia hodie ut plurimum committitur in beneficio & ordine.*
2 *Pœna ſimoniæ in beneficio quòd collatio ſit nulla, reſignatio nulla, depoſitio, ſuſpenſio, reſtitutio fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt.*
3 *Renuntiatio beneficij in qua interuenit ſimonia, non ualet, etiam in præiudicium reſignantis.*
4 *Reſignans beneficium ſimoniace non poteſt illud repetere, nec adeptus retinere.*
5 *Reſignationem ſimoniace factam poteſt ſuperior admittere ſimpliciter, & alij tertio illud beneficium conferre.*
6 *Faueretur ſimoniacis ſi beneficium ſimoniace reſignatum repetere poſſent.*
7 *Malitijs hominum eſt obuiandum.*
8 *Crimina non habent remanere impunita.*
9 *Licet non ualeat reſignatio beneficij ſimoniace, tamen obtinet uim pacti de non repetendo.*

Source : BIU Cujas

10 *Simoniacus non videtur priuatus beneficio ipſo iure, ſed priuandus per ſententiam.*
11 *Simoniacus occultus eſt per ſententiam deponendus, idem in notorio ſimoniaco & manifeſto.*
12 *Depoſitio eſt beneficij & officij priuatio.*
13 *Notorius ſimoniacus in beneficio deponitur ab illo. Idem in infamato, qui ſe purgare non poteſt.*
14 *Collatio facta criminoſo valet.*
15 *Verbum futuri temporis in lege importat ferendam ſententiam, non latam.*
16 *Verbum ſpolietur importat latam eſſe ſententiam.*
17 *Verbum ſpolietur, præſupponit priuationem ipſo iure factam.*
18 *Collatio beneficij facta periuro non ualet.*
19 *Dictio, penitus, omnino, uel nullatenus, poſita ante uerbum futuri tẽporis eſt latæ ſententiæ.*
20 *Si ſimonia interuenit poſt collationem, tunc titulus legitimè impreſſus ex collatione non eſt nullus.*
21 *Simoniacus occultus non eſt priuatus ipſo iure, ſed uenit priuandus, quia videtur habere titulum coloratum.*
22 *Simoniacus conuentionalis non eſt ipſo iure priuatus, ſed uenit priuandus per ſententiam.*
23 *Simoniacus in beneficio infamatus non deponitur, niſi ſe purgare nequierit.*
24 *Infamia & quòd infamatus ſe purget, & quod ſe purgare non poſſit, requirunt iudicium. Ideo non eſt priuatus ipſo iure talis ſimoniacus, ſed uenit priuandus. & ibi, quod præſumptio niſi ſit uiolenta, non condemnat ſimoniacum.*
25 *Simoniacus per famam non punitur.*
26 *Non debet ſimoniacus de beneficio deponi, niſi ſit citatus.*
27 *Clericus licèt mereatur deponi, tamen nunquam eſt deponendus, niſi eo citato.*
28 *Iniuſtè detinens beneficium non debet expelli ipſo non citato, niſi appareret notorie quod poſſidenti non competeret defenſio.*
29 *Simoniacus & intruſus habent dimittere poſſeſſionem, quam obtinẽt cùm licentia: item debent abſtinere à rebus id quod eſt etiam in omnibus ſuſpenſis ab homine, à iure, à canone.*
30 *Simoniacus de iure nouo eſt priuatus ipſo iure beneficio in quo commiſit ſimoniam.*
31 *Extrauagans. cum deteſtabile, ſecundum aliquos doctores loquitur in ſimonia reali.*
32 *Collatio ſimoniaca eſt nulla ipſo iure, ſiue ſimonia realis fuerit, ſiue conuentionalis, & reſignatio ſimoniaca tenet in præiudicium reſignantis, etiam ſi fuerit clauſula, non aliàs nec alio modo, ideo non poterit redire ad beneficium, quod ſuo delicto amiſit.*
33 *Beneficia ſimoniacorum hodie uacant ipſo iure, & poſſunt impetrari etiam abſque declaratione, & declaratio poterit fieri poſt impetrationem.*
34 *Quo ad hanc priuationem non fit differentia inter notorium ſimoniacum, & alium, contra quem eſt probata ſimonia.*
35 *Probata ſimonia ſemper priuat ipſo iure & ſimoniacus eſt excommunicatus.*
36 *Si ſimoniaci commoniti non reſipuerint ab exteris poteſtatibus puniuntur.*
37 *Simoniacus occultus non deponitur ab officio, notorius ſic, & in occulto ſimoniaco facilior eſt abſolutio, & minor compoſitio.*
38 *Eo quòd quis conuenit ſuper beneficio committit ſimoniam, & eſt excommunicatus.*
39 *Simoniacus in beneficio tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum, etiam ſi eccleſiæ ſeruierit.*
40 *Auctoritas noui & ueteris teſtamenti allegatur in deciſione cauſarum.*
41 *Simoniacus & intruſus ſunt fures.*
42 *Simoniacus tenetur reſtituere non ſolùm fructus perceptos, ſed qui percipi potuerunt à diligenti poſſeſſore.*
43 *Poſſidens ſine titulo tenetur de omni damno, ac de lucro percepto & percipiendo.*
44 *Vide caſus in quibus uidetur licitum aliquid dare pro aſſequendo beneficio, & pro uexatione.*
45 *Potentioribus pares eſſe non poſſumus.*
46 *Videtur licitum dari aliquid parum pro aſſequendo beneficio, puta pro bullis, aut expenſis factis,*

De pœna Simoniæ in beneficio. Cap. 11.

ET pro meliori & faciliori intelligentia iſtarum pœnarum, credo ꝙ non erit extra propoſitum deuenire ad caſus & exempla particularia, quibus pœnę huiuſmodi applicari ſolent, vt Theoricam ad actum practicum deducendo, res magis innoteſcat. Et quia ſuper qualibet & de qualibet ſpiritualitate exemplum ponere eſſèt nimis longum, laborioſum, ac ferè inane: ſuper beneficio tantùm & ordine quæſtionem faciemus, quia ſuper his duobus hodie vt plurimùm ſimonia committitur, videtur dicere gloſſ. in c. qui ſtudet. & in ver. ordine. 1. q. 1. Et de beneficio primo loco dicemus, quia in eo magis noſtro tempore ſimoniæ crimen frequentatur propter auaritiam, quæ taliter hominum mentes obcæcauit, quæ eſt noſtri temporis calamitas, vt quod iuſtum, quod rectum, quod conueniat diſcernere amplius non poſſint. Et videtur ꝙ pœna ſimoniæ in beneficio ſit, ꝙ ſit reſignatio nulla, collatio nulla, ꝙ deponatur ſimoniacus, ꝙ ſuſpendatur, ꝙ fructus reſtituat perceptos, & qui percipi potuerunt, & ꝙ accepta reſtituãtur, quia renuntiatio beneficij ſimoniaca, & in quo interuenit
3 ſimonia, non valeat etiam in præiudicium reſignantis; nec pari modo collatio illius teneat. c. ſuper hoc, in glo. pecuniæ, de renuntiat. Innocen. in c. ordinationes. 1. q 1. Domini de Rota. deciſio. 236. in antiquis. Nicolaus Milus. in repertorio in ver. renuntiatio. q. 4. quia ille q̃ p̃ ſimoniam reſignauit, quia deliquit, non poterit beneficium ita reſignatum & collatum, & poſt-
4 quàm in reſignatione prę̃ſtitit conſenſum repetere, nec ille qui ſimoniace adeptus eſt retinere, per gl. & doct. in c. conſtitutus, de tranſact. Innoc dicto cap. cum uniuerſorum. Cardina. in d. c ſuper. col. 2. 5. oppoſ. conſuluit Guido Papæ conſ. 172. frater
5 Vgo. Quinimmo poteſt eam reſignationem ſuperior admittere ſimpliciter, & alij tertio illud beneficium conferre, ut conſuluit Domin. conſ. 125. dubia, in prima quæſtione. Staphil. in tractatu de grat. rubr. de varijs mod. uacatio. verſ. puto tamen,
6 nec immeritò, quia ſimoniaci beneficium ſimoniace reſignatum repetere poſſent, & ſic faueretur eis, ꝙ nequaquam eſt] faciendum, immo malitijs eorum obuiandum. l. in fundo. ff. de
7 rei vendic. c. ſedes, de reſcrip. ne ſcilicet crimina remaneant impunita in maximum reipublicæ detrimẽtum l. ita vulneratus.
8 ff. ad l. Aquil. & c. vt fame, de ſent. excommu. hanc ſententiam ſequi videtur Andr. Tiraquel. in tractatu de retrac. municipal.
9 §. vigeſimo ſexto. glo. 1. num. 10. quia licet non ualeat renũtiatio, tamen obtinet vim pacti taciti, ne amplius hoc repetat qui renuntiauit. cap quam periculoſum. 7. q. 1.

Et per iſta uidetur ꝙ ſimoniacus ſit ipſo iure priuatus beneficio, in quo ſimoniam commiſit: ſed videtur in contrariũ veritas, ꝙ immo ſit priuandus per ſententiam, non ꝙ ſit ipſo iu-
10 re, & abſque aliquo iudicis & hominis facto priuatus, eſt text. in c, præsbyter, ibi, priuetur, 1. q. 1. per quem text. clare uidetur probari, ꝙ ſententia priuationis ſit neceſſaria. Item per text. in
11 c. 2. de confeſſ. vbi per ſententiam diffinitiuam ſimoniacus oc-
12 cultus eſt deponendus, ideſt beneficio priuandus, quia depoſitio eſt beneficij & officii priuatio, per Abb. in capit. inquiſitionis. de accuſat. col. 2. verſ. in ea. glo. ibi, vt priuetur. Idem videtur in ſimoniaco notorio & manifeſto, qui eſt pari modo per ſententiam priuandus per tex. in c. inſinuatum, de ſimonia, vbi notant Abb. & Fel. & alii, ꝙ notorius ſimoniacus in beneficio ab
13 illo deponitur. & idem eſt in infamato, qui ſe purgare nõ põt, vbi notat Fel, ꝙ ſimoniacus non eſt ipſo iure priuatus, ſed pri-
14 uandus. pro quo facit dictum Innocentii in c. cum noſtris, de conceſſ. præben. vbi dicit, ꝙ collatio facta criminoſo valet, idẽ videtur in collatione facta ſimoniaco. cõtrarium tamẽ inquit tenet Gaſpar. Cal. & Abb. in c. cum clerici, de pact. per illũ text.
15 in verſ. ſpolietur, & probatur ratione, vltra ipſos, quia licèt verbum futuri temporis poſitum in lege importet ferendam ſententiam, non latam, per eundem Fel. in c. Rodulphus, de reſcr. in verſ. ultimò quia, gl. in uerſ. annodetur. in cap. quicunque. de hæretici. in 6. cum ſimil. in c ſi diligenti. in ver. perdant. de foro competen. tñ fallit in ver. ſpolietur, quia importat latam eſſe
16 ſententiam, quaſi ſpoliatio ſit de facto, ita dixit Ant. in ca. 3. & tbi Imol. de poſtu cum ergo. cap. cum cler. dicat, ſpolietur, prę̃
17 ſupponit priuationem ipſo iure factam per hanc doctrinam. eſt verum ꝙ hæc doctrina poſſet limitari, niſi eſſemus in materia, in qua p̃ illa iùra eſſet declaratum ꝙ uerbum, ſpolietur, importet per ſententiam prout eſt in caſu in cap. de multa, in ver. ſpolietur, de præb. iuncta extrauag. Execrabilis, & in caſu c. poſtulaſti. iuncto c. clerici de excomm. mini. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. fi de iur. iur. col. 2. uerſ. ſeptima pœna, vbi ponit collationẽ
18 factam periuro non valere. Et pro iſta concluſione, quam (inquit) puto veram, facit tex. in c. nobis, de ſimonia, in verſ. penitus irritanda, iuncta glo. in c. quam ſit, in glo. fi. de electio. libro 6. quæ vult, ꝙ quando ante uerbum futuri temporis ponitur
19 dictio, penitus, omnino, uel ſimilis eſt latæ ſententiæ. & facit c. religioſus, in ver. omnino euacuetur. eod. tit. & lib. eſt gl. in l. in criminali. C. de iuriſd. om. iudi. non obſtat doctrina Innocen. in ca. cum noſtris, de conceſſ. præb. quia procedit quando ille cui beneficium confertur, erat in crimine conſtitutus, ſecus ſi per ipſam collationem efficeretur criminoſus, prout dicto ca. inſinuatum, & ſimonia eſſet commiſſa ſuper beneficio quæſtionato, quia ualet ſecunda collatio ſimoniaco facta, per Fel. in c. ſimoniace. 3. concluſione. uer. alia uerò beneficia, de ſimonia, dicens hoc eſſe contra extrauagantem Martini 4. factam in concilio Conſtantienſi tit. de ſimonia incipien. Multi uolentes collationes & prouiſiones per ſimoniam factas eſſe nullas, & prouiſos ipſo iure & facto eſſe excommunicatos. Nicolaus Boer. deciſ. 117. Et iſtam concluſionem intellige niſi ſimonia
20 interueniret poſt collationem, quia tunc titulus legitime impreſſus ex collatione non eſt, nullus, licet poſſit irritari, p̃ Abb.

dicto

d.c cleric.Facit dictum Petri de Anch.in consi.293.in fin.licèt, vt ex verbis illius colligitur, loquatur in simoniaco occulto, quia dicit simoniacum non esse priuatum ipso iure, sed venit
21 priuandus,quia videtur titulum habere coloratum.Facit ulterius decis Cassad.de const. decis. quarta, ubi tenere videtur, ꝙ simoniacus conuentionalis non est ipso iure priuatus,sed venit priuandus per sententiam,per iura quę ibi allegat,nisi simonia realiter dando uel accipiendo committatur.Facit textus & ibi Abb.in c.sicut simoniaca, nostro titu. ubi facta quæstione, qua pœna feriatur uitium simoniæ,habetur ꝙ simoniacus est deponendus,& non dicit tex.ꝙ censetur, uel habetur ipso iure depositus.vel pro deposito , quod in se continere videtur actum sententiæ ferendæ,non latæ.Facit, ꝙ simoniacus in be-
23 neficio infamatus non deponitur, nisi se purgare nequiuerit, per Abb.in c.insinuatum,de simonia. Vnde si indulgetur tempus ad purgandum sese ab infamia,& non deponitur, nisi sese purgare nequiuerit,non videtur ipso iure priuatus, sed priuandus,quandoquidem ista requirunt iudicium & sententiam,&
24 præsumptio nisi sit uiolenta non condemnat simoniacum, vt
25 per Abb.ibi,quia etiam per famam non punitur, Abb.in c.de
26 hoc,de simonia.nec debet simoniacus in beneficio de beneficio deponi,nisi sit citatus.glo.in c.licet.in uer.uocato , de præben.lib.6.& Bal.in l.si deserta.C.si prop.publ. ubi hoc idem notat in terminis de clerico beneficiato.Bald.in l.si maritus,la 1. C de donat.inter uir.& uxo.dicens, ꝙ licet clericus mereatur
27 deponi tamen nũquam est deponẽdus,nisi eo citato,& p alios quos allegat Fel in c.qui alium de simonia,concludens, ꝙ etiã iniuste detinens beneficium non debet expelli ipso non cita-
28 to,nisi appareret notorie ꝙ non competeret illi,qui est in possessione aliqua defensio.Inn.& Car.in c.quod in dubijs. 3.col. de renuntiat.Facit,quia dicit Archid secundum Inn. c.Nerui, dist. 13.in fi.ꝙ simoniacus & intrusus habent dimittere eã possessionem beneficij quam de facto obtinent cum licentia , & a rebus abstinere debent,id quod etiam est in omnibus suspensis ab homine,a iure,siue a canone , & aliàs vt ibi per eum.vide Io.de Sylu.in tract.de benefi.q.2.col.6.nu.7. uers.circa istũ, ubi materiam late disputat.

Sed quicquid sit habita consideratione ad ius nouum, puto
30 simoniacum ipso iure priuatum beneficio, in quo commisit simoniam,per tex.in extrauag.detestabili,de simonia, extraua. commun.ibi per electiones uerò postulationes,confirmationes prouisiones,seu quasuis alias dispositiones, quas simonia ca contigerit labe fieri iuribus omnino careant in ecclesijs , monasterijs, dignitatibus , personatibus officijs ecclesiasticis,& quibusuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur,nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit astrictus. Idem fuit statutum in concilio Constantien.in hæc uerba. Electiones autem postulationes, confirmationes,& quæuis prouisiones simoniacæ ecclesiarũ, monasteriorum dignitatum,personatuum,officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque deinceps factæ, nullæ sint ipso iure,nullumq; per illas ius cuiquam acquiratur: nec promoti,confirmati aut prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tamquam iniquè ablata percipientes teneantur.sta uentes insuper , ꝙ dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant,etiam si Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate &c.& dicit Rebuff.in sua practica beneficiali in tit. de simonia in resignatione,ꝙ quamuis extrauagan.Cum detestabile,intelligatur a quibusdam doctoribus ꝙ loquatur in simonia reali, uidelicet cũ
31 aliquid datur,ut is sit priuatus.& secus sit in simonia conuentional per Cassad.decis 5.de constit.sed in Concilio Constantiensi nil dicitur de datione quoad priuationem , sed quò ad excommunicationem sic,uerum ipso iure annullat prouisiones,vultque nullum ius acquiri per illas, ergo siue fuerit con-
32 uentionalis simonia,siue realis,collatio facta ipso iure est nulla, resignatio quoq; simoniaca tenet in præiudicium resignãtis,etiam si clausula fuerit in ea,non aliter,aliàs,nec alio modo quia is resignans non est usus concessione iuris. clem una. de rerum permut. ideo nec poterit ad suum redire beneficium , quod ex suo delicto amisit,alioquin delictum non puniretur. Petr.Paul.Paris.cons.135.Ioannes,in fine.uol. 4. Ex quo infertur,ꝙ hodie beneficia simoniacorum vacant ipso iure, & pos-
33 sunt impetrari etiam absque aliqua declaratione quæ fieri poterit post impetrationem c.secundum leges,de hæret.in 6.subiungens ibidem Rebuff. Præterea quò ad hanc priuationem non fit differentia inter notorium simoniacum & alium, con-
34 tra quem est probata simonia, semper enim probata simonia
35 (inquit) priuat ipso iure,& simoniacus est excommunicatus, immo patet simoniacos ueluti primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos : & si commoniti non
36 resipuerint,ab exteris,idest,laicis potestatibus opprimendos, o[illegible] enim crimina ad comparationem simoniæ hæresis quasi pr[illegible] nihilo reputantur,c.fina.1.quæst.7.licet fiat differẽtia quò
37 ad depositionem ab officio,quia occultus non deponit,notorius sic,c.2.de confess.c insinuatum.de simonia etiam fit differentia quò ad absolutionem & rehabilitationem,quæ facilior est in occulto quàm in notorio simoniaco in foro conscientiæ. & ab occulto minor datur taxatio & compositio, vt sæpius vidi.Et notorium siue manifestum est, quòd vel per sententiam,vel per propriam confessionem constat. glo.in c nullus.23.dist.sed non fit differntia quò ad priuationem.

Collatio quoque simoniaco facta nulla est, nempe eo ipso ꝙ quis conuenit super beneficio & committit hoc crimen, est
38 excommunicatus,tam per extrauagã Cùm detestabile, quàm per constitutionem editam in concilio Constantiensi, ob id collatio illi facta non valet.c.postulasti.de cler.excommu.minist.ideoque beneficium illud potest impetrari.

Vltimò simoniacus ad restitutionem omnium fructuũ te-
39 netur,etiam si ecclesiæ seruierit allegans dictum Euangelij qđ allegari potest in decisione causæ per Abb.in c qualiter,de ac-
40 cusat.vbi dicit ꝙ auctoritas noui & ueteris testamenti allegari potest in decisione causarum , videlicet, quia tamquam fur &
41 latro non fuit ingressus per ostium,vt est in Euangelio.& dicit Innocen.in c.nisi cum pridem,de pactis, in princi. ꝙ simoniacus & intrusus sunt fures sequitur & refert Cassad.decis.prima de simonia,circa finem.& dicit Angel.in summa in ver. simonia 7.vers. Vtrum recipiens.ꝙ nõ solùm tenetur restituere fru-
42 ctus perceptos, sed etiam qui percipi potuerunt à diligẽti possessore,cap.si res.14.q.6.de restit.spoliat.c grauis,quia generaliter possidẽs sine titulo tenetur de omni damno & de omni lu-
43 cro percepto & percipiendo l.si nauis.ff.de rei uendi.quod intellige de fructibus,qui superunt deductis expensis gratia fructuum factis,exceptis fructibus illis,qui conuersi sunt in utilitatem ecclesiæ,Summa sylueſtrina.§.octauo.sanctus Thom.q.c. in fi.in uers.tertium secunda secundæ,idque intellige. quando scienter simoniace habuit,uel quamuis ignoranter,tamen postea sciuit,de perceptis tantum post scientiam tenetur, non autem in bona fide nisi extantes,& nisi inquantùm factus fuit locupletior.l.certum.C.de rei uendic.& aliàs vt per dictũ Rebuf. dicto loco, vbi ponit etiam multos casus in quibus est licitum
44 dare aliquid pro beneficio consequendo pro uexatione redimenda , puta pro iure quæsito tuendo & conseruando. Primus est,quando qui redimit habet bonum ius & certum,secus si dubium.c.dilectus.el primo,đ simonia.& certum ius dicitur quando ei à consultoribus consultum fuit ius suum esse præcipuum.l.eum quem.ff.de iud.illis enim credendum l.si chorus.fl de legat.3.Secundus,quando aduersarius esset potens diuitijs,uel fauore,aut calumnijs, cum quo vix aut nunquã posset victoriam obtinere.Abb.& Fel.dicto c.dilectus.& tunc me-
45 lius est , ut quidquam causa uexationis redimendæ recipiam, quia potentioribus pares esse non possumus.l.3. ff. de alie.iud. gl.dicto cap.dilectus.

Tertius est,quando modicum daret,vtpote pro bullis , aut expensis factis in illis consequendis, aut pro collatione ab ordinario facta; & tunc etiam poterit dari pecunia collationis.
46 gl.in c.super hoc.in ver.pecuniæ.de renunt.& ibi eam sequuntur Imol.& Fel.d.c.dilectus, quia tunc de modico nõ curatur. l.scio.ff.de resti in integ.c.ad quæstus,de simonia.

Quartus, ꝙ licèt dans pecuniam pro redimenda vexatione in casu permisso non peccet tamen recipiens peccat, & est simoniacus,& pecuniam restituere tenetur.per Host.d.ca.dilectus, nisi putans ius suum uerum & bonum in principio , postea iusto errore ductus componat,vt per doct.c.cum pridem, de pact.

Quintus est pro iure meo tuendo,liceret etiam dare & in casibus permissis.per Inno.in c.ad aures.de simonia.& tutius est redimere uexationem suam.

SVMMARIVM.

1 *Collatio & electio simoniaca est ipso iure nulla.*
2 *Renuntiatio beneficij facta simoniacè nulla est,etiam in præiudicium resignantis.*
3 *Quomodo intelligatur dictum Innocentij , quòd electio facta à criminoso valet,uide ibi,& numerat extrauagantes factas in materia simoniæ.*
4 *Martinus Papa reuocauit extrauagantes à se factas de simonia,nisi de simonia commissa in ordine.*
5 *Obtinens beneficium propter simoniam alterius ignoranter,est priuatus titulo,& tenetur beneficium cedere cum licentia superioris.*
6 *Ignorantes simoniam commissam in suo beneficio habent titulum coloratum,unde licet titulo,non tamen possessione sunt priuati.*
7 *Qui simoniam commisit non acquisiuit titulum si eo ignorante uenit priuatus,& acquisiuit titulum.*
8 *Ignorans simoniam commissam in suo beneficio agit spolio quod intellige,si haberet titulum per obitum alicuius, secus si ex resignatione,quia si esset data pecunia resignanti,licet ignoraret,non ageret spolio.*
9 *Regula triennalis intelligitur de simonia scienter & manifestè commissa.*

Source : BIU Cujas

10 *Sciens ſimoniacus æquiparatur hæretico.*
11 *Simoniacus occultus quò ad alios tenet titulum coloratum, licet quò ad ſe ſit ſuſpenſus.*
12 *Paria ſunt non eſſe, & non apparere.*
13 *Qui ſunt ipſo iure priuati, dicuntur habere ius discoloratum.*
14 *Simoniacus manifeſtus non ſolùm eſt ipſo iure priuatus, ſed deteſtabilior omni peccatore.*
15 *Scienter ſimoniacus eſt infamis de iure & de facto.*
16 *Etiam Gentiles deteſtabantur ſimoniacos.*
17 *Quintus Cæponius, pro uini amphora data damnatus de ambitu.*
18 *Titulus de ſimonia eſt non repetitus nec in 6. nec in clementinis.*
19 *Crimen ſimoniæ debet proponi & probari cum infamia, ut impediat adeptionem poſſeſſionis beneficij.*
20 *Non ſufficit horum proponere uel probare unum ſine altero.*
21 *Prius debent recipi teſtes ſuper infamia, quàm ſuper crimine.*
22 *Quando obijcitur crimen cum infamia, differtur confirmationis effectus. & effectus confirmationis eſt apprehenſio poſſeſſionis.*
23 *Sola infamia ſuſpendit poſſeſſorem à beneficio iam obtento.*
24 *Simoniacus in beneficio per accuſationem deponitur, per inquiſitionē amouetur idem per denuntiationem.*
25 *Non poteſt agi uera pœnitentia beneficio retento.*
26 *Simoniacus in dignitate eſt ſuſpenſus ipſo iure, & decipit animas.*
27 *Idem eſt in beneficio curato, quia de his idem eſt iudicium.*
28 *Simoniacus in ſimplici beneficio, ſi eſt occultus, eſt ſuſpenſus quò ad ſe, ſi notorius quò ad ſe, & quo ad alios.*
29 *Simoniacus in beneficio ſuſpenditur. & ibi uide quid ſit ſuſpendi.*
30 *Quotuplex ſit ſuſpenſio.*
31 *Simoniacus in beneficio notorius, ſi celebrat ipſe, & audientes. Fallit niſi ſimonia ſit commiſſa ipſo ignorante.*
32 *Simoniacus cum ſcit de ſimonia debet dimittere beneficium. Si eſt occultus peccat ipſe celebrando, non audientes diuina ab eo.*
33 *Simoniacus occultus in beneficio nec temporaliter, nec ſpiritualiter miniſtrat licite ratione illius beneficij.*
34 *Si ſimoniacus non ſit notorius uel infamatus, non debet prohiberi à celebrando.*
35 *Suſpenſus à iure poteſt ſuſpendi ab homine.*
36 *Simoniacus occultus, ſi renuntiat beneficio, poteſt licite exequi ſuum ordinem poſt peractam pœnitentiam.*
37 *Suſpenſus, excommunicatus, uel depoſitus, characterem, non exequutionē officij habet.*
38 *Ratio quare damnatus à Deo poſſit conficere.*
39 *An ſit corpus Chriſti quod hæreticus conficit.*
40 *Sacramentum unitatis extra eccleſiæ unitatem confici non poteſt.*
41 *Hoc ſacramentum nemo poteſt perficere, niſi ſacerdos catholicus.*
42 *Extra eccleſiam nullus ſaluatur rite ſecundum claues eccleſiæ.*
43 *Si ſimonia ſit hęreſis uel hęretica, punitur pœnis hæreſis. Pœnę hæreſis ſunt num. 14.*
44 *Simonia eſt hæreſis, quando quis credit ſpiritualia pretio emi poſſe.*
45 *Simoniacus in beneficio occultus, ſi beneficium ſit ſimplex, eſt ſuſpenſus quo ad ſe.*
46 *Si beneficium ſit dignitas, uel curatum, eſt ſuſpenſus quo ad ſe & quo ad alios.*
47 *Simoniacus in beneficio occulto ratione beneficij ſimoniace acquiſiti, non miniſtrabit ſine peccato, nec temporaliter, nec ſpiritualiter.*
48 *Occulta ſimonia eſt, de qua non conſtat per ſententiam, confeſſionem in iure factam, per euidentiam rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari.*

De eadem materia. Cap. 12.

1 ET collatio & electio ſimoniacè facta eſt ipſo iure nulla, c. ſi alicuius, de elec. Innoc. Hoſtien. & Andr. Barb. in c. cùm uniuerſorū, de rer. permut Barb. in c. 2. de reſcript. Abb. Sicul. c. ex parte, el 1. de offi. deleg. & in c. cum pridem, de pact. deciſ Capel. Tholoſan. q. 338. tex. in cap. 1. §. deinde, & ibi glo. in ver. ipſo iure, de electio. glo. in c. ſuper eo, de renunt. quæ dicit ꝙ renūtiatio beneficii ſimoniace facta eſt nulla, etiam in præiudicium reſignā
2 tis, ſecundum Abb. Sicul in ca. ex diligenti, de ſimonia, tamen non incurrat infamiam, niſi ſequatur ſententia ſuper crimine, ſicuti de aliis criminibus traditur. l. 1. ff. de infam. ſequitur Nico. Boer. deciſ. 117. quando dicit, ꝙ doctrina Inno. in c cum in noſtris, de conceſſ. præb. dicentis, ꝙ collatio beneficii facta crimi noſo valet, idem quando ſimoniaco limitatur ſecundum Fely. in c. inſinuatum, de ſimonia, ſi videlicet collatio fit perſonæ, q̄ iam eſt conſtituta in crimine, quia eſt ſecus ſi per ipſam collationem efficeretur criminoſa, ideſt ſi ipſa collatio fieret ſimoniace, quia tunc non valet, & talis collatio non tenet, & eſt ipſo iure nulla. Vnde dictum Innoc. ꝙ ualet collatio facta crimino ſo & ſimoniaco, intelligitur, ſi fiat hodie collatio Sempronio licite & legitime, qui alias erat criminoſus propter collā-
3 tionem alterius beneficii ſibi aliàs ſimoniace factam: quare valet ſecunda collatio tali ſimoniaco facta, per Felyn. in cap. de ſimoniace, in tertia concluſione. uerſ. alia verò beneficia de ſimonia, qui dicit ſecundum eundem Boerium ꝙ hoc eſt contra extrauag. primam Martini 4. factam in concilio Conſtantienſi. tit. de ſimonia, incipien. Multi uolentes collationes & prouiſiones per ſimoniam factas eſſe nullas, & prouiſos ipſo iure & facto fore excommunicatos. Item ſecundò cōtra aliā eiuſdem Martini extrauag. incipien. Damnabile, vbi fortius illa innouat & extendit ad occultos ſimoniacos. Item tertiò contra extrauag. Pauli 2. incipien. Cum deteſtabile ſcelus, quę ponitur inter extrauag. tit. de ſimonia. quam Fel. non allegat ibi, ſed in d. c. ſciſcitatus. col. 1.

Item quartò contra extrauag. Vrban. 4. alias quinti, quæ incipit ſane, quæ etiam ponitur inter communes eod. titu. Item & quintò contra extrauag. Eugenii. 4. incip. Deteſtabilem, quam inquit Boer. non reperi. & Angel. in ſumma in ver. ſimonia, uerſ. 6. §. nono. de omnibus extrauagantibus ſupradictis facit mentionem, tamen Fel. in d. c de ſimouiace, refert Anto. Archiepiſcopum Florentinum in quodam libello certarū reſponſionum ſuarum audiuiſſe à Cardinali Bononienſi quòd Marti
4 nus Papa in articulo mortis reuocauit præfatas conſtitutiones præter quàm de ſimonia in ordinibus commiſſa. & idem dicit Felin. Eugenium quartum, & Vrbanum quintum feciſſe & declaraſſe, vt ibi per eum.

Et ꝙ ſimoniacus intelligatur & ſit priuatus ipſo iure, tā procedit in ſimoniaco ſcienti, ideſt, qui per ſeipſum ſimoniā cōmiſit, quàm in ſimoniaco ignorante, vt quia pater, frater, uel alius pro dando beneficio filio, fratri, uel amico aliquid dedit eo inſcio, quia ille qui obtinet beneficium per ſimoniam com
5 miſſam per alium ipſo ignorante eſt nihilominus priuatus beneficij titulo, & tenetur illud cedere cum licentia ſuperioris, vt per Abb. in c. penul. primo & ſecundo not. per illum tex. & in c. penul. primo & ſecundo no. per illum tex. & in c. nobis, de iurepatro. primo not dicit Archid. in ſumma. 1. q. 5. in qua q. tractatur materia, quando ignoranti filio per patrem emitur eccleſia. & ꝙ dictum eſt de ignorante ꝙ ſit priuatus ipſo iure beneficio, intelligi debet quo ad titulum, non quò ad poſſeſſionem, quia tales ignorantes ſimoniam commiſſam palios
6 in ſuo beneficio habent titulum coloratum interim, per do. Antonium de Butrio & Card. poſt Inno. & alios in c. niſi cum pridem col. penul. verſ. infertur 3. de renuntia. & hoc eſt quod vult dicere Io. de Anan. in c. Matthæus, in fi. de ſimonia. vbi di-
7 ſtinguit, vèl ipſe commiſit, vel eſt commiſſa ſimonia ipſo ignoraute. Si primo caſu, eſt ipſo iure priuatus, quia non acquiſiuit titulum. Si ſecundo caſu uenit priuandus, & acquiſiuit titulū. & Abb. in c. ex inſinuatione, de ſimonia num. 6. dat rationem quare ſimonia ignorāter commiſſa puniatur, vt obuietur fraudibus perſonarum interponendarum, ne de facili quiſque interponeret alium, qui daret pecuniam, & ſimularet ſe ignora-
8 re, & aliàs vt ibi per eum Et hinc eſt, ꝙ talis ignorans ſimoniā commiſſam in beneficio ſuo poteſt agere ſpolio, & ratio eſt, quia habet titulum coloratum, & non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed venit ſuſpendendus, vt tenet Abb. in c. tanta. 2. col. verſic. 3. membro. de ſimonia. ita concluſum fuiſſe dicit in Rota Lud. Gomeſ. in reg. de trien. q. 12. uerſ. hinc eſt quòd talis ignorans. Subiungens hoc tamen de ſpolio intellexit Rota, quando talis ſimoniacus ignorans ſpoliatus haberet dictum titulum per obitum alicuius, pro quo obtinendo frater, vel pater, uel aliquis alius conſanguineus pecunias dedit ignorante iſto prouiſo: ſecus verò ſi haberet titulum ex reſignatiōe illius, qui pecuniam recepit ad hoc, vt reſignaret quia tali caſu licet iſte ꝙ uiſus ignoret ſimoniam, ſi ſpoliaretur, non eſſet reſtituendus: & ita inquit fuit per Rotam concluſum in una cauſa beneficiali firmana. & ratio fuit, quia hoc caſu reſignans nihil tranſtulit, propter deciſionem ſeptimam de renuntiat. in antiquis, poſt Innoc. in c. cum uniuerſorum. de rer. permut. qui tenet talem renuntiationem non valere, neque abdicare titulum à reſignā te. ſequitur Ioan. Franciſcus Pauinus tractatu. de off. & pot. capituli ſede uacante. 3. col, ſed hoc vltimum non vī uerum per ca quæ iam diximus ſupra eodem, verſ. ſed quicquid ſit. ubi diximus, ꝙ reſignatio ſimoniacè facta tenet ēt in præiudicium reſignantis, ēt ſi fuerit in ea clauſula, non aliter, aliàs, nec alio modo, quia is reſignans non eſt vſus conceſſione iuris: ſubiungit ibi Lud. Gomeſ. ꝙ regula triennal. intelligī de ſimonia ſciē-
9 ter & manifeſte commiſſa, quia cum talis ſciens non habeat titulum coloratum, vt prædicti doctores dicunt dicto. ca. niſi cū
10 pridem. & æquiparatur hæretico, vt per modernos in rubrica de ſimonia, per tex. in c. eos. 19. q. 1. Abb. in c. accuſatum. in fin, de ſimonia, non poterit regula triennali iuuari, ſecus in ſimoniaco ignorante. & cum myſterio dixi ſcienter & manifeſte, quia ſi ſimoniacus eſſet occultus, licet ipſe ſimoniam cōmiſerit, poſſet fortaſſis defendi regula illa, quia licet quò ad ſe ipſo facto ſuſpenſus ſit, nihilominus quò ad alios tenet titulū co-
11 loratū, qui ſufficit quo ad iſtā regulam, per Abb. c. per tuas, de ſimonia, quia paria ſunt non eſſe, & non apparere. l. in l. ff. de cō-
12 trahend. emptio. & eccleſia non iudicat de occultis. c. à nobis. de ſenten. excommu. licet in foro conſcientiæ teneatur illi quē exceptione iſtius regulæ repulit à proſecutione ſui iuris ad reſtitutionē per dicta doctorū in præallegatis locis. & paulò poſt

idem

idem Gomes.dicit, ꝙ non obst.ꝙ indistinctè dicit Petrus de Anc.consi.suo 293.in fi. simoniacū non esse ipso iure priuatum, & per ꝙs uideri hre titulum coloratum, quia qui sunt
13 ipso iure priuati, illi tm̄ dr̄ habere titulum discoloratum, ut tradunt oēs in c.cum nostris, de concess.præb.Fel.in c. in nra, in 36.correlario.de rescr.quia intelligitur dictum Petri in simoniaco occulto, ut ex uerbis eius apparet, aliàs eius dictū non esset uerū, cū simoniacus manifestus nō solū sit ipso iu-
14 re priuatus, sed detestabilior oī peccatore, c.tāta, & c.ꝙ tuas, de simo.nā ut dixit (inquit) idem Gomes. æquiparatur hæretico.& dixit Host.in summa de hære.§.1.Facit text.in c.siqs pecuniam.79. dist. & sic est infamis, de iure & de facto, adeo
15 ꝙ ēt Pagani & Gentiles hmōi hoīes detestabantur, ut curio-
16 sè refert Alex.Neapolitanus.li.3.dierum genialium. c.17.sic enim apud ueteres Quintus Cæponius, qui uini amphoram
17 ei cuius suffragio magistratū petebat, dono dederat, de ambitu condemnatus fuit. sed illa tam salutaris ambientiū pœna teste Modestino.in l.j.ff. ad l.Iul. de amb. post aduentum Principum in vrbe cessauit, quia ad curam Principū non populi fauorem tunc magistratuū creatio pertinuit.& ita quo que hodie titulus de simonia silet, & ꝓpea nec ī sexto decretalium, nec in clementinis titulus ille repetitus fuit. Inde fa-
18 ctum est, ut pleriq; nostrorū temporū principes Heliogabalum ut Lampridius refert secuti indignorum precibus, aut nummo, magistratus & officia indoctissimo cuiq; & uirtute carenti conferunt: Theodosij p̄ceptum postergantes, qui viros non ambitione, uel pretio, sed probatæ uitę, & testimonio disciplinarum ad honoris insignia ꝓmoueri debere uoluit, Alexandri Imperatoris exemplum secutus, qui iō se nolle dignitates, & magistratus uendere prædicabat, quia qui emunt, ut uendant, necesse est, ut pecunias in emptione honoris expositas recuperent, ut ibi per eundem Gomes.

Et ad impedm̄ adeptionem possessionis bñficij nō sufficit
19 proponi & probari crimen, sed hēt ꝓponi, & ꝓbari cum infamia, decis.est Nicol.Boer.in decis.117.ubi dicit, ꝙ impetrans bñficiū alicuius simoniaci ad impedm̄ possessionē adipiscendam dēt proponere crimen cū infamia, ꝙa non sufficit ꝓpo-
20 nere & probare unū sine altero, hoc est crimen sine infamia, uel è contra: quia tex.in c.accedens. & ibi Ab. & Fel.in 3. & 5.no.de accu.requirit ista duo copulatiuè.pro quo facit f̄m
21 Fel.l.prætor.§.j.ff.ui bo.rap. & dēt iudex aduertere ut primò recipiat testes de infamia q̄ super crimine, notat Cōpostel.in c.ꝙ sicut, de elec.accedat tex.in c.1.de accu.lib.6.quia qñ ob-
22 ijcitur crimen cum infamia, differt confirmationis effectus, qui est apprehensio possessionis.& est rō f̄m Inn.in d.c.accedens, quia sola infamia suspenderet possessionē a bñficio iam
23 obtento, c.1.& 2.& c.inter.de purg.canon.ergo fortius adducit suspensionem in obtinendo, & sic qñ crimen obiicitur ante apprehensionem possessionis; sed quando opponitur executioni literarum uel tempore tradendæ possessionis, remittit se idem Inn.ad tradita per doctores in c.cum olim.de dolo & contu.Et uide ibidem per eundem Boer.ponentem super hoc distin.Abb.Sicu.in c.cum olim, de caus.pos.col.pen. uersi.oppono.

Et simoniacus in beneficio, uel dignitate per accusationē
24 deponitur, per inquisitionē amouetur, c.per inquisitionē. de
25 elec.& idē per denunciationē, cū non possit agi uera pœnitē tia illo uel illa retenta. simoniacus ēt in dignitate suspensus
26 est ipso iure, & decipit aīas, cū administrādo nil agat, de elec.
27 dudum.el 2.& idē in bñficio curam aīarum hñte, quia de his idem iudicium hñdum est.c.fi.de fil.præsby.in simplici autē
28 bñficio, si est occultum, est suspensus quo ad se tm̄, sicut quilibet in mortali constitutus, aut notorium, & est suspēsus quo ad se, & quo ad alios, c.fi.de cohab.cler.§.muli.

Item est alia pœna, quia simoniacus in bñficio suspendit,
29 qđ est interdici ab officio & exercitio cōpetenti certæ psonæ ecclesiasticæ, aliqñ a iure, aliqñ a iudice, ut elicitur ex dictis gl.in c.ad reprimendum, de off.ord.& in cle.cupiētes, de
30 pœnis. Quotuplex aūt sit suspensio, an fiat simpliciter suspensio, an uerò ad tps, remitto me ad Summist. Ang.Claua.Summam Syluestrinam in uer.suspensio, depositio, & degradatio. & simoniacus in bñficio est suspensus, & si est manifestus, & notorius simoniacus suspensus est, & quo ad se, & quo ad alios.arg.§.uerū.32.dist.& notat In.in c.tanta, de simo. vñ ipse
31 celebrando peccat, & peccant alij audiēdo diuina ab eo, nisi delictū simoniæ fuisset commissum ipso ignorante, ut qa pr̄ uel alius dedisset pecuniā pro beneficio eo ignorante.arg.1. q.7.p̄tium, quo casu dicit Gemi.in d.§.uerum, ꝙ licet etiā sit notorium crimen, ꝙ non est suspensus, sed est suspendendus. sed cum hoc sciuerit, dēt dimittere beneficium. Si uerò
32 est occultus, & tunc est suspensus quo ad se, nō quo ad alios, sicut quilibet peccator, i. ipse peccat celebrando, sed alij nō peccant eum audiendo, per Abb.in ca.accusatum, de simo. ubi dicit ēt, ꝙ simoniacus talis notorius debet nedū prohiberi a celebrādo missam, sed & deponi, f̄m ea, quæ leguntur & notantur in c.inquisitionis.de accu.Gemin.dicit dicto lo
lo, ꝙ si crimen sit occultum, ꝙ non est suspensus ipso iure,
33 sed suspendendus, tm̄ rōne illius beneficii, nec temporaliter, nec spūaliter ibi ministrat licitè, sed peccat mortaliter admi-
34 nistrando. Si uerò non sit notorium, nec sit infamatus, non dēt prohiberi a celebrando, aut infamatus, & dēt prohiberi, c.accusatum, de simo. & quia (inquit) suspensus posset de facto celebrare, iō debet prohiberi, quasi prohibitio conferat ad factū, suspensio ad ius. Item ut dicit Io.And. p̄t propriè suspendi, licet sit suspensus: nam sicut excōicatus a canone pos-
35 set excōicari ab hoīe, ut in c.ita quorundā, de Iudæis, extra, & quod ibi notat gl. ita suspensus a iure p̄t ēt suspendi ab homine, & credo ꝙ hoc sit quod uoluit dicere Gemin. præallegato loco, qñ dicit, ꝙ occultus simoniacus non est suspensus ipso iure, sed suspendendus, q.d. ꝙ hēat suspendi ab homine, uel declarari ꝙ sit suspensus.idem Abb.in c.tanta.eo.ti. ubi, si uerò est simoniacus in beneficio, & tunc si est occultus, nō
36 est suspensus quo ad alios, sed quo ad se tm̄. Et si renūciat beneficio p̄ot ordinē suū exequi post peractam pœnitentiā. sed illo bñficio relicto, in quo sit commissa simonia non p̄t agere pœnitentiā, c.inquisitionis, in prin. de accu. si uerò est manifestus, & tunc est suspensus, ēt quo ad alios, & licet renūciet bñficio, eget tm̄ dispensatione, sicut quilibet notorius criminosus, ut in c.fi.de temp.ord. sed p̄ot cum ipso dispensari per ep̄m, dummō non sit ille eps, qui commisit simoniam, ut no. 3.q.5.c.p̄tium. subiungens Abba. item quòd dixi notorius simoniacus in beneficio est suspensus quo ad alios, est uerū, qñ simonia fuit commissa eo sciente, secus si eo ignorāte, puta per patrem, uel amicum, tunc non est suspensus quo ad alios, sed non p̄ot illud beneficium licitè retinere sine dispensatione, quod no.in c.sicut, c.nobis. de simo.& de effectu suspensionis in beneficio uide latè per gl. in c. cum Vintonen. extra de elec.in uer.admiserunt.

Suspensus autem, uel excōicatus, uel depositus executionē
37 officij nō hēt, q̄uis characterem retineat.1.q.1.§. opponitur. & dicit Hosti. ꝙ Io.dicit contrarium, uidelicet ꝙ hæreticus excōicatus & depositus conficere p̄ot, & alia sacra ministrare.1.q.1.dns, & c.non nocet, & c.dictum est, de consec. dist.4. non in nobis. præterea q̄ est rō quare damnatus a Deo posset conficere, quamdiu toleratur ab ecclesia, sed damnatus ab
38 hoīe & c.q.d. non uideo, sed rñdet Host. alii dñt, ꝙ nunquā conficiunt tales, nec executionem hñt, nā ut dicit Pelagius: Si ueritate ducerentur, non est corpus Christi, quod hæreti-
39 cus conficit, ut 24.q.1.Scisma. nam hoc sacr̄m unitatis est, de
40 cons.dist.2.quia passus. & ideo extra unitatem ecclesiæ con fici non potest.1.q.1.ecclesiæ, & ca. sacerdotes. quod ēt uerū
41 uidetur f̄m Inn. quia hoc sacr̄m nemo potest perficere, nisi
42 sacerdos catholicus, quia extra ecclesiā nullus saluatur, nisi rite secundum claues ecclesiæ ordinatus. de sum. trin.c.1.§. una. Declara tamen, ut in c.seq.nu.19.uers. sed ille.

Tenetur etiam simoniacus in beneficio ad restōnem pecuniæ uel alterius dati & recepti, de quo dicemus seperatim in parte de restōne accepti simoniacè. His pœnis inueni puniri simoniacū in beneficio. si tamen simonia talis sit hæresis, & hæreticam sapiat prauitatem, nemini est dubium quin in ta
43 libus simoniacus uelut quilibet alius hæreticus puniatur, & puniri hēat. ultra has prænominatas pœnas, ēt pœnis inflictis hæresi & hr̄ticæ prauitati tenent̄, de quib.in titulis de hr̄ticis & hmōi, quæ pœnæ numerantur nu.14. per Angel.Claua.& Summam Sylues trinam in uer.hæreticis, quia ēt simoniacus potest esse hæreticus, puta, qñ emit beneficium, uel ordinē,
44 uel sacramentum, aut aliquid spirituale pecunia, uel aliquo temporali, & credit ꝙ talia possint emi & comparari pretio, per Abb.in c.quoties de simonia.

Et suspensi siue sint suspensi a iure, a canone, uel ab homine, abstinere debent a rebus, & debent dimittere illam facti possessionem, quam habent, per Arch.in c. Nerui.13. dist. & dicit summa Aste.eo in §. sequitur, quod si quis sit simoniacus, quia ordinem uel beneficium contulit simoniacè, uel quia beneficium recepit simoniacè, uel quia fuit mediator simoniæ, si sit factum occultum, suspensus est ipso iure quo ad se, sicut & quilibet criminosus alius, nō aūt quo ad alios. arg.extra eod.& si qōnes, ca.ueniens, c.ex tuæ. Si uerò sit publicum, siue notoriū, est ipso iure suspensus quo ad se, & quo ad alios, extra eo.accusatum, quoties. dist.32.§.uerum. hæc secundum Ray.Goff. uerò distinguit de eo, qui recipit benefi
45 cium simoniace, & hoc est occultum, si sit simplex bñficiū, suspensus est quo ad se tm̄, si dignitas quæ requirat ordinem certum suspensus est quo ad se, & quo ad alios. Vñ quicquid intrando dignitatis officium facit, suspensus agit, & aīas sub-
46 ditorum decipit. Et idem dicit de beneficio curam aīarum hñte, quia de his duobus idem debet habere iudicium, extra de elec, dudum, & de æta.& qual.c.j. de fil.præsb.c.fi. In. autem, c.super.c.per tuas. de simo. dicit, ꝙ simoniacus occul-
47 tus in beneficio non est suspensus ipso iure, tamen ratione

Source : BIU Cujas

beneficij ſimoniacè acquiſiti non miniſtrabit ſine peccato, nec temporaliter, nec ſpiritualiter, puta conferēdo ordines, ſi emit epiſcopatum uel dignitatem, ab aliis tamē beneficiis, quæ non ſimoniacè quæſiuit, ſuſpenſus non erit, & occulta ſimonia eſt, de qua non conſtat per ſententiam, uel confeſſio
48 nem in iure factam, nec per rei euidentiam, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, ſecundum eundem Aſten.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſimoniæ in ordine eſt ſuſpenſio.*
2 *Simoniacus in ordine notorius eſt ſuſpenſus quò ad ſe, & quò ad alios, occultus quò ad ſe tantum.*
3 *Recipiens ordinem ſimoniacè, recipit characterem, non exequutionem.*
4 *Simoniacus conferens ordinem eſt ipſo iure ſuſpenſus quò ad ſe & quò ad alios, ſi ſit publicum, ſi occultum, quò ad ſe tantum.*
5 *Neque per præceptum, neque per excommunicationem debes recipere ordinem ab eo, quem ſcis ſimoniacè promotum.*
6 *Nullus debet obedire ad communicandum in facto illicito.*
7 *Ordo recipitur ab eo cum bona conſcientia, quem non conſtat eſſe ſuſpenſum.*
8 *Ordo bene recipitur ab epiſcopo, licèt ſimoniaco occulto, non tamen per promotionem.*
9 *Scienter ſimoniacus in ordine uel beneficio priuatur ordine & beneficio. Reſtituit fructus perceptos, et qui percipi potuerunt, & notatur infamia ſcienter ſimoniacus.*
10 *Quod ſimoniacus reſtituat fructus, intellige de fructibus, qui ſuperſunt, deductis expenſis cauſa fructuum & eccleſiæ factis.*
11 *Ignoranter ordinatus uel promotus caret ordinis exequutione. Reſignat beneficium cum fructibus exiſtentib. non tamen tenetur ad fructus conſumptos.*
12 *Si fraudulenter pro alicuius promotione ſit data pecunia, uel ſi expreſsè contradixerit, non tenetur ad reſtituendum, niſi poſt pacto conſenſerit de ſoluendo promiſſum.*
13 *Omnis peccator poteſt miſſam celebrare, præter ſimoniacum.*
14 *Simoniacus in ordine eſt ſuſpenſus, etiam ab alijs ordinibus ante illicitè receptis.*
15 *Licèt ſint multi ordines, unum tamen eſt ordinis ſacramentum.*
16 *Simoniacus in ordine eſt deponendus, ſiue conſtiterit per modum accuſationis, inquiſitionis, ſiue denunciationis.*
17 *Diuerſæ pœnæ ſimoniacorum.*
18 *De quo ſimoniaco loquantur decretalis, tuæ, & decretalis tanta, de ſimonia.*
19 *Simoniacus in ordine occultus, eſt ſuſpenſus quò ad alios quò ad exequutionem.*
20 *Qui ſemel ſimoniacè contulit ordinem, de cætero exequutionem dare non poterit, licèt occultum, & recipiens ignoret.*
21 *Punitur ſimonia per iudicem.*
22 *Iudex accuſatum & infamatum de ſimonia debet ab exequutione ſuſpendere.*
23 *Secularis infamatus adeptus beneficium ignoranter, renunciat, & non deponit, ſi ſcienter deponitur.*
24 *Si regularis eſt ſimoniacus in ordine, idem erit, ſi in beneficio & ignoranter, tenetur renunciare.*
25 *Ratio quare ſæcularis conuictus per inquiſitionem degradatur, non regularis.*
26 *In criminibus exceptis de ſtricto iure pronunciatur. ubi, quod in inquiſitione regularis proceditur de plano.*
27 *Sæcularis adeptus beneficium ſimoniacè deponitur, etiam ab ordine, regularis non, conſiderato modo procedendi.*
28 *Depoſitio etiam ab ordine non fit niſi in duobus caſibus.*
29 *Simonia dicitur etiam commiſſa in ordine, quando eſt data pecunia pro ordine requiſito in beneficio, ſecus ſi habebat illum ordinem per prius.*
30 *Quæ ſimilitudo ſit inter accuſationem & inquiſitionem.*
31 *Si crimen impedit retentionem beneficij, non ordinis exequutionem, tunc tantum eſt pœna priuationis beneficij.*
32 *Simoniacum in ordine, etiam occultum tenemur uitare in diuinis.*
33 *Simoniacus in ordine, etiam toleratus, nec quò ad ſe, nec quò ad alios poteſt miſſam cantare.*

De pœna ſimoniæ in ordine. Cap. 13.

PŒna verò ſimoniæ commiſſæ io ordine eſt ſuſpenſio, quia talis ſimoniacus, ſi notoriū
1 eſt crimen, eſt ſuſpenſus ipſo iure quò ad ſe, & quo ad alios, ſi occultum, quo ad ſe tantum, uidetur dicere glo. in c. nullus miſſam. 32. diſt. Innocen. in c. tanta. de ſi-
2 monia. Archi. in c. de his. el 2. 50. diſt. Domi. de Sancto Geminiano, §. ad hæc, uerſi. ad primum. 32. diſt. S. Tho. q. c. §. ad ſextum. uerſ. ad primum; ergo, dicit, quòd ille, qui ſimoniacè recipit ſacrum ordinem, recipit quidem characterem ordinis
3 propter efficaciam ſacri, non tamen recipit gratiam, neq; ordinis executionem, eo ꝙ quaſi furtiuè recipit characterem contra uoluntatem dñi principalis. & iō eſt ipſo iure ſuſpenſus, & quo ad ſe, ut. ſ. de executione ſui ordinis ſeſe nō intromittat, & quo ad alios, ut nullus ei cōicet in ordinis executione, ſi ſit peccatū eius publicū, ſiue occultum, nec pōt repetere pecuniā, quā turpiter dedit, licèt alius iniuſtè detineat.

Si uerò ille ſit ſimoniacus, quia contulit ordinem ſimoniacè, ſiue ſit epiſcopus, ſiue alius ordinarius, utputa Abb. Prior, uel alius ſit habens poteſtatem conferendi, uel quia dedit,
4 uel recepit beneficium ſimoniacè, uel fuit mediator ſimoniæ, ſi eſt publicū, eſt ipſo iure ſuſpenſus & quo ad ſe, & quo ad alios. Sed qñ eſt occultum eſt ſuſpenſus ipſo iure quo ad ſe tantum, non autem quo ad alios. ſubiungens ibi, ꝙ neque per præceptum, neque per excommunicationem eius nō de
5 bet aliquis recipere ordinem ab epiſcopo, quem ſcit ſimoniacè promotum. & ſi ordinetur non recipit ordinis executionem, ēt ſi ignorat eum eſſe ſimoniacum, ſed indiget diſpēſatione, quamuis quidam dicant, ꝙ ſi non poteſt probare eſſe ſimoniacum debēt obedire recipiendo ordinem, ſed nō debet exequi ſine diſpenſatione. ſed hoc abſque ratione dr̄,
6 quia nullus debet obedire alicui ad communicandum ſibi in facto illicito. Ille autem qui eſt ipſo iure ſuſpenſus, & quo ad ſe, & quo ad alios illicite confert ordinem, unde nullus debet ſibi obedire recipiendo ordinem ab eo quacunq; ex cā.
7 ſi autem ei non conſtat, non debet peccatū credere alterius, & ita cum bona conſcientia debet ab eo ordinem recipere. Si autē epiſcopus ſit ſimoniacus aliquo alio modo q̄ per pro
8 motionem ſuam ſimoniacè factam, poteſt ab eo ordinē recipere, ſi ſit occultum, quia nō eſt ſuſpenſus quo ad alios, ſed quo ad ſe tantum. Et ſm eundem S. Th. punitur etiam talis ſimoniacus aliis pœnis ultra ſuſpenſionem, quia uidelicet nō ſolum priuatur eo ꝙ accipit, utputa, ſi ordinem accepit, careat & ſit priuatus illius executione, ſi beneficium, illud reſignet cum fructib. perceptis, & qui percipi potuerunt a quantumuis diligēti poſſeſſore, deductis tñ expenſis cā fructuum factis, & deductis fructibus impenſis cauſa eccleſiæ, & in utilitatem eccleſiæ, ſed etiam notatur nota infamiæ, ut per eundem S. Thomam ibidem.

Sed diſtinguit inter ſcientem & ignorātem, ait enim, ſi ali
9 quis ſcienter & propria ſponte ſimoniacè accipiat ordinem uel eccleſiaſticum beneficium, non ſolum priuatur eo quod accipit, ut ſcilicet careat executione ordinis, & beneficium reſignet cum fructibus inde perceptis, ſed etiam ulterius punitur, ꝙ notatur infamia, & tenetur ad reſtituendum fructus non ſolum perceptos, ſed etiam eos, qui percipi potuerunt a poſſeſſore diligenti. quod tamen intelligendum eſt de fructi-
10 bus, qui ſuperſunt deductis expenſis factis cauſa fructuum, exceptis fructib. illis, qui alias expēſi ſunt in utilitatē eccleſię.

Si uerò eo neſciente nec uolente alicuius promotio ꝙ aliquos procuratur, caret quidem ordinis executione, & tenetur reſignare beneficium, quod eſt conſecutus cum fructib.
11 exiſtentibus, non autem tenetur reſtituere fructus conſumptos, quia bona fide poſſedit, niſi fortè inimicus eius fraudulenter pecuniam dedit pro alicuius promotione, uel ſi ipſe
12 expreſsè contradixerit, tunc enim non tenetur ad reſtituendum, niſi fortè poſtmodum pacto conſenſerit ſoluendo qđ fuit promiſſum.

Et dicit idem Inn. in aggrauationem criminis ſimoniæ, ꝙ
13 omnis peccator pōt miſſam celebrare præter ſimoniacū. Et ſumma Aſtenſis in tit. de ſimo. §. ſequitur, Omnis inquā peccator, ſubaudi non præciſus, toleratus, pœnitens &c. & nō ſolum inquit ibi Inno. eſt ſuſpenſus ab ordine ſimoniacè ſuſcepto, ſed & ab omnib. aliis ordinibus licitè receptis. & rō, quia
14 licèt multi ſint ordines, unum tamē eſt ſacr̄m ordinis. Vnde
19 Et si diceretur, quod in lege veteri duo pręcepta † comprehendebantur, vnum affirmatiuum, videlicet, de decimis dandis; Aliud negatiuum, videlicet, quod læuitę, nil aliud possiderent, vnde si clerici approbabant affirmatiuum pro se debebãt etiam approbare negatiuum contra se, argum. C. de testi. l. si quis testibus. quę est canonizata. 4. quæstio. tertia, si quis testibus. facit quod not Innocen. de cenſi. cap. cum olim de excep. cap. cum venerabilis. Ad hoc respondetur, quia illud capitulum negatiuum non habet perpetuam prohibitionem, vt dictum est patere Leuit. cap. final. sed etiam Leuit. cap. 25. vbi dicitur. Domus vrbium leuiticorum pro possessionibus sunt inter filios Israel. suburbana autem eorum non venient, quia possessio sempiterna est. & Leuit. capitu. 27. dicitur. Possessio consecrata ad ius pertinet Sacerdotum. Capitulum autem affirmatiuum perpetuum manet stabile & perseuerans, cum nunquam fuerit immutatum etiam per aduentum Christi, qui non uenit soluere legem, sed adimplere, Math. capitu. secundo. Vnde quod non mutatur quare stare prohibetur. C. de testam. l. sancimus. Item per illud capitulum negatiuum videtur potius prohibuisse auaritiam clericorum, quàm adeptionem possessionum, ne clerici per hoc inhient lucris & cupitatibus. Ex prędictis ergo concludit Innocen. quòd tam in 20 decimis realibus, quàm personalibus, pręceptum † de soluendo est obligatorium ad semper & vbique, & sic omnes obligare videtur. Intantum autem adhęsit Innocen. huic opinioni, vt dicentes contrarium tam in decimis personalibus quam realibus appellet hereticos, in prę. rubr. de decim. pro quo uide opinionem Host. in cap. a nobis. de decim. & gl. in c. 1. de decim. lib. 6.

Quicquid in hoc alij dixerint, nerius videtur dicendum, secundum doctr. gloss. in cap. primo, de decim. libro sexto, & Archidiacon. in capitu. Decimæ. 16. quęst. prima, plenius tamen 21 quam ipsi dicant. videlicet, quòd † pręceptorũ diuinę legis quędam sunt moralia, quędam ceremonialia, quędã mistica, & quędã iudicialia, moralia sunt, nõ occides, nõ moechaberis,

non

Source : BIU Cujas

non furtum facies, & similia, quæ videntur trahere originem ab æquitate naturali, & hæc omni tempore sunt seruanda, ita quòd obligant etiam tempore nouæ legis. vt patet. 6. distin. §. his ita. & quod ibi not. in gl. Ceremonialia † tempore nouæ legis nullo modo sunt seruanda, vt sonant ad corticem, nam talia aduentu Christi sunt sublata & euacuata vt patet, de purgat. post par. c 1. vide gloss. Exo. c. 21. Doct. in c. fin. de consuetu. & & Archidia. 16. q. 1. c. Decimæ. Iudicialia † verò licet non obligent tempore gratiæ, tamẽ possunt seruari sine præcepto, imo etiam ad eorum obseruantiam quis tenetur, si illa statuantur ab eo qui habet facultatem legis condendæ. Sicut si nunc princeps aliquis statueret, quod qui furatus ouem, redat pro illa quatuor oues, quod olim erat tempore legis ueteris, vt habetur. Exo. c. 22. certè subditi illius teneãtur ad huiusmodi legis obseruantiam, mistica † sunt, quæ ritum sacrificiorum concernunt, & adhuc talium mens seruanda est, & non uerba, ut de se patet.

Modò ad propositum dico, quòd præceptum decimarum † partim est mortale, partem iudiciale, morale est, inquãtum decimæ dantur ad substentationem ministrorum. Malach. c. 3. inferre omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea. Ratio enim naturalis dictat, vt his qui diuina ministrant ad salutem totius populi debeat ipse populus necessaria ministrare, vt habetur prima ad Chorin. ca. 9. vbi dicit Apost. nemo debet suis stipendijs militare, nec est magnum si seminanti spiritualia metantur carnalia, de præscrip. cap. cum ex officij. Ad hoc facit, quia os bouis triturantis ligari nõ debet. De præben. c. extirpandæ. in prin. inquantum autem est morale, reperitur firmatum lege euangelica. Dignus est mercenarius mercede sua. Math. ca. 10. Item est iudiciale, nam Tribus † læuitic diuinis misterijs captiuata & mancipata possessiones non habebat, vnde Dominus mandauit decimas prouentũ ei dari, vt honorabilius uiueret, in hoc ergo tale præceptum vi debatur sapere naturam iudicij, in quo debet † seruari æqualitas. De exception. cum inter. Aliquid etiam figurabat tale præceptum, sicut & alia omnia tũc facta, nam vt habetur ad Corin. c. 10. omnia in figura contingebant illis, & sic in hoc habebat naturam ceremonialis, & hanc partem tenuit B. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 1. in decimis realibus: in personalibus autem tenet ipse ca. q. ar. 2 quod lege noua homines tenentur etiam ad personales secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum.

Quare autem magis decimam partem Deus elegerit † quã uigesimam, aut aliam, Inno. de decim. super rubr. dicit nullam posse assignari rationem, quia incomprehensibilia sunt iudicia Dei. Hostien. verò in ca. a nobis. de decim. & S. Thomas in loco præal. dicunt, quod ideo Deus elegit numerum denariũ, quia erat † primus terminus numerorum, cum vltra illum nõ procedat, nisi ipso iterato, & sic habet aliquid perfectionis, vnde qui dat decimam retentis nouem significat imperfectionẽ ad se pertinere, perfectionem verò futuram a se expectandam a Deo, & in hoc etiam tale præceptum habet aliquid ceremoniale.

Sed tunc occurrit dubitatio. An cõsuetudo † possit aliquid operari etiam ad excusationem non soluentium decimas, glo. in d. c. 2. de decim. in 6. recitat Inno. in d. rubr. de decim. dixisse, quod ẽt personales & prædiales debentur præcepto Dei, & sic consuetudo non potest, vt sup. dixi, recitando late eius opinionem; Alij, vt Petr. Lombar. tenuerunt, quod consuetudo † potest minuere hanc portionem, ita quod dictante consuetudine sufficiat soluere centesimam uel aliam partem. uoluit ergo ipse, quod præceptum soluendi decimas sit morale, inquantũ respicit solutionem, sed inquantum respicit quotam, scilicet decimam, sit misticum, & sic quo ad illud consuetudo possit aliquid operari; sed hæc opinio secundum illam gloss. est reprobata per concilium generale, de quo de decim. c. in aliquibus. vbi habetur quod decimæ integraliter sunt soluendæ, alius textus dicit quòd cum integritate solui debent. De decim cap. tua nòbis. in fin. & c. non est in potestate, imo, quod plus est, glosa ibi tenet, quòd consuetudo † dictans minorem partem decimæ soluendam esse, non excusat nisi sit approbata per Papam, talis enim consuetudo absque mortali pecato seruari non potest, quantumcunque sit longa. De præscrip. capitu. quoniam omnem.

Alij dixerunt, quod clericis hodie non debent solui decimæ, ex quo habent alia bona vnde possunt uiuere, sed ista opinio supra fuit reprobata, & expressius in capitu. tua nobis. de decim.

Alij dicunt, quod in locis in quibus non est consuetudo qđ soluantur, nec exiguntur, ne prædicantur, non soluere † non est peccatum, aliàs sic hanc opinionem damnat illa gloss. per id quòd habetur Exod. 21. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre; & sic videtur, quod licet non prædicentur, nec petantur, tamen debent solui. 16. quæstio. 7. capitu. quodcunque.

Est ergo conclusio, quòd quo ad aliquam partem soluendã talem præceptum est morale, quo autem ad decimam partem magis quàm aliam, est iudiciale, cum autem authoritate ecclesiæ tempore gratiæ, & legis nouæ instituta & firmata sit ista determinatio † decimæ partis, ne plus videatur gentilis populus suis ministris exhibuisse, quàm populus christianus ministris nouæ legis exhibere teneatur, cum tamẽ ipse populus nouæ legis ad maiora teneatur, secundum illud Math. capit. 5. nisi abundauerit iustitia uestra &c. dicendum est quod istud præceptum omnes obligat, inspecta natura præcepti iudicialis de quo supra. Cum autem partim ex iure naturali & diuino, partim ex institutione ecclesiæ decimæ debeantur, fatetur. S. Tho. in loco præal. quod ecclesiæ pensatis temporum opportunitatibus, & personarum qualitatibus posset determinare & limitare aliam portionem. & idem tenet Archid. in d. capit. 1. 16. q. 1. Thom. in loco præal. tenet, quod non sine scandalo mnii stri ecclesiæ petere non possunt decimas, primum propter desuetudiuem soluendi quæ est in loco, vltra aliam causam, tunc laudabiliter faciunt non petere, & sic generaliter in illis locis in quibus ecclesia non petit, non soluentes non sunt propterea in statu damnationis, nisi forte illius obstinati animi essent, quod ẽt si decimæ ab eis peterentur, illas non soluerent, tunc enim peccarent grauissime, secundum eum.

Hostien. in c. in aliquibus de decim. & melins in summa sua in tit. de decim. in §. & uerum. vers. septimo. & de isto articulo Ioan. Andr. in reg. qui prior. 7. col. in merculial. & Imol. in c. statuimus. de decim. seu de transact. & Florian. in clemẽ. cupientes. de pœnis. fuit inquam Hostiẽ. in opinione, habendam esse differentiam inter decimas † prædiales, seu reales, & personales, cum dicit, prædiales enim debentur lege diuina, personales verò non, unde in primis non potest cõsuetudo, sed in his sic. sic ergo si est consuetudo personales non præstari, illę non præstabuntur sine peccato, opinionem Iunoc. tenuit glo. 16. q. 7. c. quæcunque. & ibi Archid. & glo. in præal. c. 1. uidelicet, quod etiam personales † sunt sub præcepto diuino, dicens quòd ista opinio est tutior, ideo tenenda. pro qua opinione facit. De trã sact. c. veniens. in fi. De decimis. c. Parrochianos. & hæc est cõmunis opinio omnium canonistarum, in quam etiam finaliter post multa videtur inclinare. Do. Anto. de Butr. in d. cap. Parrochianos. circa fin. vbi dicit, quod omnes non soluentes tam reales quam personales sunt damnati. & licet de personalibus expresse cautum non inueniatur de iure diuino, tamen Augusti. declarat præceptum decimarum a Deo introductum pertinere etiam ad personales. cuius uerba habentur. 15. q. 1. c. Decimæ. hoc etiam declarauit ecclesia in c. non est in potestate. de decim. adeo quod opinionem contrariam mirifice execretur Innocen. super d. Rubr. ad hoc facit glo. de decim. c. in aliquib. quæ tenet, quod in decimis † nõ prodest consuetudo tanquam nutriens peccatum. & hanc puto tutiorem, & magis saluti animarum consulentem, præsertim cum tot sanctorum patrum auctoritatibus muniatur. quicquid alii dicere uoluerint.

Quæro tertiò, an non habens reditus sufficientes ad sustentationem sui & familiæ suæ teneatur † ad solutionem decimarum. & glo. 12. q. 1. c. quia tua. tenet quod sic. dicens, quòd per hoc quis a tali debito nõ excusatur. nam etiam de eleemosinis quæ dantur pauperibus ipsi pauperes tenentur † soluere decimam. 12. q. 1. c. habebat. aduerte quod ibi gl. tenet, de his q̃ hostiatim quæruntur non esse soluẽdam decimam. Alii dicũt, qđ is qui habet solũ reditus pro sustentatione sua & familiæ, & nil aliud, non tenetur ad decimas soluendas, eo quia pauperes nõ † tenentur ad tributa, decimæ aũt sunt tributa pauperum. 16. q. 1. c. Decimæ. & de decim. ca. tua nobis. vnde cũ decimæ sint pauperũ, melius est dicere eos non teneri ad soluendũ, quàm post solutionẽ posse repetere, arg. ff. de compens. l. 3. ad hoc facit. 86. dist. c. non satis. ad fi. 13. q. 4. §. 1. Vincen. tenet cõtrarium, & eum sequũtur cõiter doct. in c. cũ hoïes. de decim. cõcludentes, qđ p̃textu † paupertatis qs non excusatur a solutione decimarũ. dẽ tenet S. Tho. d. q. c. art. vlt. nam p̃textu paupertatis qs non debet aliena retinere, ff. de ritu nuptia. l. palam. §. non est ignoscendũ. Decima aũt, vt est quid alienũ, Deo dicitur reddi vel restitui, non autem dari, de decim. cap. ad Apostolicæ. licet glo. 12. q. 1. c. habebat. teneat contrarium. Et sic cõcludũt Doc. quod pauperes † ẽt de his quæ hostiatim mendicantur debent dare decimam. facit 16. q. 7. cap. quicunque. vbi non soluens decimas dicitur res alienas inuadere. Nec obstat si dicatur, Ecclesia tenetur ad alimenta pauperum, ergo dolo facit petendo seu recipiendo id quod habet restituere. ff. de doli except. l. dolo. & de regu. iur. dolo. lib. 6. quia dicunt Doct. illud procedere, si decima soli ecclesiæ, & eius respectu solueretur, seu deberet, sed non est ita. Soluitur † enim Deo, & in eius honorem, ad denotandum eius uniuersale dominium, vt in d. capit. tua nobis. de decim. Vnde cum respectu Dei talis decima debeatur, & soluatur, non debet eius solutio impediri propterea quòd ecclesia ad alimenta pauperum teneatur. 12. q. 3. c. Aurum habet ecclesia. cum simil.

Source : BIU Cujas

44 An aũt ante ſolutionem decimarum deducãtur expẽſę † in hoc habemus. c. Paſtoralis. de decim. vbi fit diſtinctio inter lucrum quod percipitur ex negotiatione, & fructus qui percipiuntur ex re. Vnde negotiator deducit expenſas quas fecit in negotiando, puta in eundo, & redeundo, in dãdo mediatorib. & alijs, ſecus in expenſis factis pro colligendis fructibus, aut p̃ conſeruanda uel reparanda re de cuius fructibus decimæ ſoluuntur. Triplex autem ratio diuerſitatis ſolet aſſignari, Prima quia lucrum quod ſequitur ex negotiatione magis procedit facto hominis & eius induſtria ac ſolicitudine, fructus aũt magis percipiuntur facto Dei. argum. 56. diſt. naſci. facit de decim. cap. non eſt. & cap. cum non ſint. Secunda ratio eſt quam aſſignat glo. in d.c. Paſtoralis. ne bis idem decimetur, ſi enim de pecunia decimata aliquid emo, ex quo lucrum conſequor, inconueniens videtur quòd iterato decimam ſoluam. Prima ratio non videtnr in totum ſufficiens, quia ita operatur Deus in vno ſicut in alio. Similiter nec ſecunda, quia nõ eſt uerũ quod bis idem decímetur, vt de ſe patet, primò enim fuit decimata pecunia, modò decimatur lucrũ. Melior eſt ergo tertia ratio, videlicet, quod in negotiatione attenditur tãtummodo lucrũ de quo ſolum ſoluitur decima, clarum autem eſt, quod nõ dr̃ lucrum niſi deductis expenſis, vt de ſe patet, ſecus in fructibus qui percipiuntur ex re. Et ſi dicatur, fructus ẽt inteliiguntur deductis expenſis, reſpondeo illud uerum ex quadam interpretatione, ſed naturaliter & proprie intelligendo, fructus intelligũtur conſtare in omni eo quod prouenit de poſſeſſione, molẽdino uel grege, licet non detrahantur expenſæ.

Quæro quartò, an de illicite acquiſitis ſit ſoluenda decima.
45 † iſtam quæſtionem examinat glo. de decim. c. ex tranſmiſſa, q̃ arguit primò quod non, per tex. 1. q. 1. c. non eſt putanda. vbi habetur, honorabis dominum Deum tuum de tuis iuſtis laboribus. Item legitur Deuteron. 23. c. non accipias mercedem po-
46 ſtibuli. pro hoc facit, quia illicite quæſita † non ſunt in bonis noſtris. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. vlt. ſed decima tantum debet ſolui de his quæ ſunt in bonis noſtris, ergo &c. In contrariũ
47 facit, quia meretrix † debet ſoluere decimam eius quod ex meretricio lucro facit. licet enim turpiter faciat corpus ſuum quę ſtui ſubijciendo, tamẽ poſtquam eſt meretrix non turpiter accipit. ff. de condic. ob turp. cauſ. l. 4. §. ſed quod meretrici. Prætea,
48 delictum † non præſtat immunitatem. ff. de interd & rele. l. relegatorum. §. vlt. alias melioris eſſet conditionis delinquẽs & contumax, quam innocens & obediens. contra l. Seruius. ff. quod vi aut clam. & c. cum qui. de præb. in 6. Ad hoc facit illud uerbum Euãg. facite uobis amicos de mammona iniquitatis. 14. q. 5. c. qui habetis.

Gloſa illa poſt hoc ponit uarias opiniones, Prima eſt, quod
49 de nullo illicite acquiſito põt fieri elemoſina, † aut ẽt ſolui decima, & ſic nec meretrix, nec aleator, nec ſimoniacus, nec hiſtrio teneatur ad decimam, ſeu poſſunt elemoſinam facere de tali lucro. pro quo bene facit tex. præal. c. ex tranſmiſſa. ubi dicit quod de oĩbus licite acquiſitis quis tenetur ſoluere decimam. Secus ergo de illicitis. Secũda opinio eſt vt diſtinguamus inter decimas reales & perſonales, nam reales licite recipiuntur ab oĩbus, ẽt illicite tenentibus, quia debentur rõne prædij ſeu rei, & ſic quodammodo magis vñr deberi a re quam a p̃ſona. Ex quo vr̃ dicendum, quod licet prædiũ ſit emptũ ex pecunia vſu
50 raria, tñ de fructibus illius predij eſt ſoluenda decima, † quia illi fructus non ſunt affecti uitio vſurarũ. in perſonalibus aũt dicendum, quod dẽ illicite acquiſitis in quibus nõ competit ſoluenti repetitio, ita quod dñium transfertur in accipientem, debetur decima, & ſic meretrix, hiſtrio, & qui de mammona iniquitatis, id eſt per ſollicitudinem tpalem acquirunt, poſſunt de ſuo lucro facere elemoſinã & decimã ſoluere, idẽ eſt de his q̃ rõne officij extorquẽtur. 14. q. 5. c. non ſane, quia illorũ dominium transfertur in accipientẽ. dicit tñ illa glo. quod ſacerdos
51 † meretricis uel ſimilium elemoſinã ab eis non debet recipere dũ ſunt in peccato, ne eis videat immunitatẽ p̃ſtare, aut eorũ peccatis cõicare nam & quandoque oblationes aliquorum diuinitus repelluntur. 90. diſt. ca. oblationes. 17. q. 4. c. Marchion. Et ſi dicatur, qũo poſſunt tales facere elemoſinã, ſi ſacerdos ñ debet recipere, dic ſm Doct. quod de conſenſu dioceſani reales facient alijs pauperibus eleemoſinã, nõ ſacerdoti, cogita tñ, quia iſta reſponſio non habet locũ in decimis quæ ſacerdotib. ſunt ſoluendæ. vel dic ſecundũ. S. Thom d. q. c. ar. 2. quod poſtquam pœnituerunt poſſunt a talibus decimæ recipi. Quandoque q̃dam illicite acquiruntur, quorum dñium in accipientẽ non transfertur, uel ſi transfertur, ſoluẽti datur repetitio, & tũc
52 de talibus non põt fieri eleemoſina, † uel dari decima, quia faciens eleemoſinã illius nõ eſt dñs. Exemplum pone in vſura ſimonia, rapina, furto, & ſimilibus. De iureiur. ca. debitores. De ſimo. c. ueniens. iſta opinio gl. eſt cõiter a doct. approbata, intelligendo tñ, quod dictũ eſt de meretrice, & ſimilibus, quouſque iacent in delicto, poſt pœnitentiam aũt bene põt ſacerdos a talibus recipere eleemoſinã. Secũdum Inno. ne tales perſonę ab eccleſia deſpici uideantur. Hanc opinionem ſequitur. S. Tho.

53 d. art. 2. q. c. dicens, quod aliqua male acquiruntur dupliciter, vno, quia ipſa acquiſitio eſt iniuſta, puta, quando per uſurã uel rapinam aliquid acquiritur, ad quorum reſtitutionem tenemur, & de illis non debet dari decima, ex quo non ſunt in bonis noſtris vt prædixi; Alio modo, quia acquirũtur ex turpi cauſa. ſicut de meretricio & ſimilibus, & tunc debet dari decima, cum limitatione tamen de qua ſup. obiter bonum quod ex debito facit, reliqum in conſequens cõſequi poterit a Deo, quia nullum bonum irremuneratum.

Sed quia ſupra dictum eſt, quòd meretrix non turpiter acci
54 pit pecuniã, dubitatur incidenter, an dare pecuniam † meretrici ſit peccatum, quidã dicunt, quòd præcedente pactione ei dare ſit peccatum, quaſi illa pactio in ſe contineat turpitudinem, poſt factum autem dare cauſa remunerationis non eſt illicitũ. ff. de donation. l. affectionis. glo. 86. diſtin. ca. qui uenatoribus. tenet quod ſemper dare eſt peccatum. 16. q. 1. c. legi. ſoluens tñ quod dedit reperere non poterit, quia datum eſt ex cauſa continente turpitudinem tam ex parte dantis quàm recipientis. item promiſſum ipſa petere non poteſt, quia turpis fuit cauſa promiſſionis. ff. de verb. obli. l. generaliter. & hanc opinionem ſequitur Doct. in præal. c. ex tranſmiſſa. De decim.

Quæro quinto. An ex eo quod ſacerdos ſit malus poſſit qs
55 ſubtrahere ſe a ſolutiõe † decimarum. De hac quæſtione text. videtur clare loqui in c. tua nobis. de decim. videlicet, quod p̃ textu nequitiæ clericorum non debent alij quàm cui ex mandato debentur decimæ erogari, pro quo facit rõ, quia tales decimæ ſolui vñr magis Deo quã hominibus, ex eo quia ſoluuntur principaliter in recognitionem uniuerſalis dominij. vt d. c. tua nobis. In contrarium facit. 32. diſtin. §. verum. vbi videtur, quòd ei quem ſcio eſſe ſimoniacum, & ſic ſuſpenſum, non te-
56 neor ſoluere decimas, † item decima videtur dari propter diuinum officium, ſed in ſuſpẽſo ceſſat diuini officij exequutio. gl. tenet in d. c. tua, quod ẽt ſimoniaco & malo ſacerdoti decima ſit ſoluenda. Nec obſtat quod dr̃ de diuino officio, quia ẽt
57 iudæus † tenetur ad decimas, & tñ nõ audit diuina, vide Hoſt. in d. c. tua. qui tenet contrarium. iudicio meo non ſequitur p̃ hoc, quod ideo dentur rõne diuini officij, licet non ipſe det niſi conſtrictus, ſicut dicimus in vſurario qui emit prædiũ, ex vſuris in præced. q. ſimiliter dicimus in debitore, qui licet inuitus ſoluat, tamen debet, & iudice ſuadente ſoluit, non propter diuinum officium.

58 Quæro ſexto. An Papa † poſſit per priuilegium ſuum eximere aliquem a præſtatione decimarum? & vr̃ quòd nõ, quia decimæ ſunt tributa egentium animarum. 16. q. 1. Decimæ. de decim. c. tua nobis. Item contra ius diuinum Papa diſpenſare non põt, vt pulchre not. de conceſ. præben. c. propoſuit. in glo. imo vſque ad ſanguinẽ debet illud defendere & cuſtodire. 25. q. 1. c. ſunt quidam. 8. diſt. c. quæ contra. Decimę autem debentur iure diuino, vt late ſupra eſt deductum in primo dubio, ergo &c. gl. in ca. a nobis. de decim. formans hanc difficultatem finaliter dicit, quòd Papa põt concedere alicui adminiſtrationem decimarũ, vt inde ſuſcipiat alimentum & ſuſtentationẽ, reliquum aũt conuertat in vſus pauperum, & tali modo cõcedit monachis, & põt ẽt concedere laico, vel ſecũdum illam gloſam, dicẽdũ eſt, quòd Papa non põt omnibus remittere ſolutionem decimarum, & ſic ex toto diuinum præceptũ tollere, quia hoc eſt immutabile, ſpecialiter tñ alicui põt hanc obligationem remittere; Datur ſimile in libertate, nam de iure na
59 turali oẽs homines † ſunt liberi, inſtit. de iur. natur. in princi. in aucten. quib. mod. natur. effici. ſui. §. ſi quis vero. & tamen hoc ius eſt immutatum in quibuſdam, licet non in omnibus, hoc enim eſſet impoſſibile, videlicet quod omnes eſſent ſerui, ita dr̃ cit gl. in præal. cap. a nobis.

Hoſtienſis in d. c. a nobis, tenet, quod ẽt omnibus laicis ad tẽpus Papa poſſet remittere ſolutionem decimarum, quia hoc non eſſet ex toto tollere ius diuinum, ſed diſtinguere, ſeu diſpẽſare, & ſi dicatur, qđ contra ea q̃ ſunt p̃cepti Papa nõ diſpẽſat, ẽt ſingulariter, Reſpondet ipſe ſpeciale eſſe in hoc p̃cepto qđ
60 non eſt in alijs moralibus † in quibus uerſatur honor Dei, & publica utilitas irremiſſibilis, ſicut eſt in p̃cepto de non habẽdo Deos alienos, de nõ occidẽdo, de nõ mechando, & ſimilib. talia. n. non poſſunt remitti abſque offenſione Dei, & læſione publicæ utilitatis, id ẽt dictat ipſa rõ natutalis, vt clare de ſe pa-
61 tet; in præcepto aũt decimarũ conſideratur honor † Dei, q̃ verſat̃ in hoc, vt decima ſoluatur clericis & eccleſijs, & ſic quo ad hoc reſpicit commodum temporale clericorum, quorum Papa eſt rector ſupremus, & Vicarius, & generalis adminiſtrator cum libera, ideo poteſt remittere.

Tu dic diſtinguendos eſſe aliquos caſus, quãdoque Papa diſpenſat, qđ decima q̃ vni eccleſiæ debetur alteri p̃ſoluatur. &
62 p̃ aliam retineatur. & hoc põt. † nam quantum ad reddẽdum honorem Deo ob ſolutionem decimarum in recognitionem uniuerſalis dominij, non refert utrum iſti eccleſiæ ſoluatur decima uel illi, dummodo ſoluatur eccleſiæ, nam omnes eccleſiæ ſunt una eccleſia, cuius ipſe Dominus uerus eſt ſponſus.

Quandoque

Source : BIU Cujas

Quandoque Papa vult remittere decimas præteritas,non so
63 lutas,& tunc ſubſiſtente cauſa legitima † poteſt,non ſubſiſtente non poteſt.eſſet autem legitima cauſa, ſi is qui ſoluere tenebatur deueniſſet ad nimiam & intollerabilem paupertatem, poteſt enim tunc Papa illi vt pauperi talem remiſſionem facere,quaſi in alimoniam pauperum talis decima tunc commutetur,& ſatis dicetur Dominus honorari, ex quò iſte vt pauper recognoſcit illas decimas a Papa in alimentum & ſubuentionem vitæ.

Quandoque Papa vult remittere alicui ſolutionem decima
64 rum,in futurum,& idem eſt,quia cum cã poteſt, † ſine cauſa non,quia ius eccleſiæ particularis Papa non poteſt ſine cauſa tollere,ſeu diſſoluere. ut not.De cõſtitut.c.Quæ in eccleſiarũ. ſicut nec a iuramento abſoluere ſine cauſa,vt not.de renunt.c. cum inter.P.in hoc tamen vltimo putarem conſiderandum, Aut vult remittere omnibus ſimpliciter,& non poteſt, aut alicui vel aliquibus, & tunc diſtingue vt ſupra. aut ſubeſt cauſa, aut non.cogita melius.

65 Quid autem ſit in Rectore parochiali, an poſſit ius decimarum remittere,& dic quod non, fructus autem decimarum ,p tempore præterito bene poteſt.quod intelligo ſane quantum ad partem quæ eum tangit.Pro quo facit de decim.c. ex multiplici.& quod ibi not.quo autem ad partẽ q̃ epiſcopo debetur, non poteſt remiſſionem facere abſque authoritate eius. quo uerò ad partem quæ tangit pauperes,non poteſt , etiam cum authoritate ſeu conſenſu epiſcopi, & ita eſt intelligenda gl. de tranſact.c.ſtatuimus.

66 Quæro ſeptimo.An decimæ † ſint ſoluendæ epiſcopo,an vero eccleſiæ parochiali,in hoc dubio iura uarie loquũtur, nam quædam videntur uelle quod ſpectent ad eccleſiam baptiſmalem,& non ad parochialem,16.q.1. c.Decimas. Quædã quòd ad cathedralem,& non ad parochialem, de decim.c.Quoniã. & c.dudum.Quædam ad parochialem.De decim.c. cum contingat.ubi tex.vult, quòd de iure communi eccleſia parochialis ſuper decimis recipiendis fundet intentionem ſuam. facit. c.nuntios.c.cum homines.& c.Parochianos. De decim. Quædam quod etſi uon in totum, ſaltem pro aliqua parte pertineant ad cathedralem,videlicet reſpectu quartæ decimarum.12. q.2.c.cõceſſo.c.Vulteranæ.& c.quatuor.benefacit de offi. ord. conquærente. ubi inter iura epiſcopalia enumeratur quarta decimarum.ad idem de præſcr.c.Auditis. & ca.de quarta.facit 16.q.1.c.ſtatuimus.& c.in ſacris.in quibus videtur probari, q̃ epiſcopus debeat habere partem decimarum.

Gloſæ in hac dubitatione variarunt,nam glo.in d.c.cum cõ-
67 tingat.& 16.q.1.c.quicunque.tenet quod decimæ † debeantur eccleſiæ baptiſmali, nulla quarta detracta, q̃ illa gl. notabiliter limitat,quando baptiſmalis eſt ſola, ſed ſi habet capellas ſub ſe,tunc baptiſmalis debet diuidere decimam inquatuor partes quarum vnam habet ipſa, Aliã fabrica, tertiam pauperes,quartam capellæ ſubiectæ.Gloſa uero.10.q.1.de his. tenet,quod de decimis eccleſia cathedralis habeat tres partes, vnam pro ſe, aliam pro pauperibus,tertiam pro fabrica, quartam autem eccleſiæ tribuit parochiali.Gloſa in d.cap.ſtatuimus.16.q.1.dicit, quod prædiales ſunt ſoluendæ baptiſmali, perſonales verò parochiali.16.q.1.c.Quæſti.

Quid dicendum in tanta varietate.Butr.in præal.c.cum contingat.multum notabiliter loquitur,faciens duo membra,primum eſt,quando eccleſia cathedralis ſeu epiſcopus contendit ſuper decimis cum eccleſia baptiſmali vel parochiali;Secundũ, quando parochialis contendit cum baptiſmali, circa primum faciendi ſunt aliqui caſus. Primus eſt, ſi in loco apparet aliqua
68 conſuetudo † circa hoc,illa ſeruanda eſt. nam in transferrendo ius decimæ de vna eccleſia ad aliam, multum poteſt cõſuetudo.De decim c.in aliquibus.c.Dudum,& c.ad apoſtolicę.de reſtit.ſpoliat.c.ad decimas.lib.6 c.1.de præſcr.eo.lib. & c.accedentibus.in fi.de exceſ.præl.ſecundus caſus eſt, ſi compoſitio aliqua inter tales eccleſias apparet interceſſiſſe,illa eſt attendẽda de decim.c.ex multiplici. idem ſi apparet priuilegium aliquod.de decim.c.a nobis.Idem ſi apparet præſcriptio, quæ in talibus currit.de decim.c.cum in tua.de præſcr.c. de quarta. & in d.c.1.de præſcr.lib.6.Tertius caſus eſt,quando ceſſant iſta iura particularia,& remanemus in limitibus iuris communis, & tunc aduertendum,nam quandoque tractatur de ſoluenda decima fructuum. qui percipiuntur ex prædio quod ſitum eſt in parochia, eccleſiæ cathedrelis, & tunc indubitate decima
69 † debetur epiſcopo.& hoc tenet glo.& bene in præal. ca. cum contingat.Quandoque prædia non ſunt ſita ſpecifice in parochia epiſcopi,nec ſunt etiam intra limites alterius eccleſiæ parochialis aut baptiſmalis,& tunc adhuc cenſentur eſſe ſub parochia epiſcopi,& talium fructuum ex ipſis prædijs perceptorum ipſi epiſcopo ſoluenda eſt decima, vt de illa faciat ad libitum ſuum.iſte eſt caſus rite intellectus.in ca.quoniam.de deci. facit quod not.glo.de paroch.c.fi.idem eſſet, & multofortius, ſi in tota dioceſi non reperiretur alia parochia, niſi cathedralis,quia tunc de iure communi,fundaret in totum intentionẽ ſuam ſuper decimis,ut de ſe patet. Quandoque in dioceſi ſunt eccleſiæ parochiales & baptiſmales, ſub cathedrali, & tunc,ſi prædia ſunt ſita intra limites baptiſmalis,& eſt contentio inter
70 eam,& epiſcopum,abſque dubio † quarta decimarum debetur epiſcopo.ita debet intelligi de offi.ord.ca.conquerente.de decim.c.dudum.reliquum debetur eccleſiæ baptiſmali,ſiue ſit in rure,ſiue in ciuitate,ſic loquitur tex.16.q.1. Decimas.& alia iura quæ videntur fauere eccleſię baptiſmali, ſi uerò prædia ſunt ſita intra limites eccleſiæ parochialis, tunc, ſi illa eccleſia eſt ſub baptiſmali, ita quòd epiſcopus non ſolum contendat cum parochiali,ſed etiam cum baptiſmali, tunc clarum eſt qđ ſuper omnibus decimis epiſcopus non fundat intentionẽ ſuã, ſed aut baptiſmalis,aut parochialis,ſicut patebit ex infra dicen
71 dis in ſecundo membro. An autem tunc epiſcopus † debeat ſaltem habere quartam,& eſt dicendum quòd ſic, ſi teneamus quod tales decimæ ſpectant ad baptiſmalem, per ea quæ ſupra dixi.ſi vero teneamus quod ad parochialem ſpectarent ,ſecus. quia quarta data eſt a canonib. ſoli epiſcopo.10.q.1.c.1.2.& 3.16.q.1.c.conſtitutus.12.q.2.c.uobis.& c.ſeq.de teſta.c. Requiſiſti.&de offi.ord.c.conquerente. Item hęc quarta debetur rõne coniunctionis,& uniuerſalis curæ quam habet ſolus epiſcopus in eccleſijs ſibi ſubiectis.vt not.Inno.in d.c.Requiſiſti.Pro
72 hoc facit,quia regulariter matrix † eccleſia nullum ius ſibi vẽdicat in eccleſijs ſeu capellis ſibi ſubiectis.ut not.glo.& Innoc. de offic.Arch.c.dilecto.& de relig.domi.c.conſtitutus. Quandoque prædia ſunt ſita intra limites eccleſiæ parochialis, quæ non ſubeſt baptiſmali,& certe in hoc eſt maior dubitatio quæ pendet ex deciſione ſequentis membri,ideo uenio ad illud. ſatis nãque videtur hoc caſu, quòd parochialis debet decimam. vt infra dicetur.æquum videtur etiam, quòd epiſcopus habeat quartam huius decimæ,per ſuprad.

Circa ſecundum ergo membrum,quod erat,quando baptiſ
73 malis † contendit cum parochiali.adhuc cõſiderandi ſunt quidam caſus,quandoque enim pactum,conſuetudo,preſcriptio, conuentio,uel priuilegium interceſſit, & tunc talia ſeruanda ſunt,per ea quæ ſupra allegata ſunt. Quandoque iſtis ceſſantibus ſtamus in terminis iuris communis, & hoc caſu ex mente Ioan.And in addit.ad Spe.de decim.quem ſequuntur Doc.dicẽdum eſt,q̃ ſi prædia de quorum fructibus decimãdis agitur, ſunt ſita infra limites eccleſiæ baptiſmalis, nulla dubitatio eſt, qđ talis decima ad illã pertineat, quia baptiſmalis reſpectu ſuæ parochialis, eſt parochialis, deo ad eam ſpectat,vt de ſe patet. Si autem prædia ſunt ſita infra limites eccleſiæ parochialis,quę non eſt ſub limitibus baptiſmalis,adhuc res eſt clara, videlicet, quod talis decima pertineat ad ipſum parochialem.ex quo nõ habet hoc caſu contendere cum baptiſmali, ſed cum epiſcopo,de quo tunc quid iuris ſit,infra dicam.Sed difficultas eſt,qñ
74 parochialis eſt ſub baptiſmali,† & prædia ſita ſunt intra limites parochialis,in hoc Io.And.dicit aduertendum, quòd ſi quidẽ poſt parochialem baptiſmalis fuit erecta in baptiſmalem ,ita quòd comprehendit in ſe parochialem tanquam capellam,certè tunc eccleſia parochialis debet ſuas antiquas decimas habere,quales ab antiquo habebat,pro quo facit ratio, æquũ enim eſt,quod baptiſmalis erecta poſt parochialem,intelligatur eſſe ſine eius præiuditio erecta,de decim.c.paſtoralis.ff.de pact.l.fi. bene facit in ratione ſui tex,16.q.1.c.ſi quis.c.quæcunque.c.de decimis.& c.ſtatuimus. hæc procedunt in decimis realibus,in perſonalibus autem dicit Io.And. tales diuidendas inter eccleſiam baptiſmalem & parochialem. cuius ratio eſt, quia cum baptiſmalis portet partem oneris, perſona parochialis, quia
75 ſibi miniſtrat nobilius ſacramentum, ſcilicet baptiſmi , † qui eſt ianua omnium ſacramentorum,de cleri.non baptizat.c.ve niens.iuſtum eſt,quòd partem etiam lucri & commodi percipiat,benefacit c.quæſti.& c.ſacerdos.16.q.1. qui enim ſunt ſocij paſſionum,debent eſſe etiam ſocij cõſolationum.de ſepult. c.1.ad hanc deciſionem bene facit.de teſta. c. officij.de ſepult. c.licet.lib.6.& quod ibi not.

Quandoque eccleſia parochialis eſt infra limites baptiſmalis,& conſtat baptiſmalem prius erectam fuiſſe,& tunc, ſi conſtat expreſſe decimas aſſignatas parochiali in conſtructione
76 eius,nulla eſt contentio,quod ei debentur , † de decim.cap.ex multiplici.De eccleſ.edific.c.ad audientiam.facit quod not. de religioſ.domi.c.conſtitutus.16.q.1.c.ſtatuimus.intelligendum autem eſt parochiali aſſignatas decimas , ſi ſibi ſunt aſſignatæ omnes obuentiones & oblationes.arg.de uerbor. ſign.c.cum
77 inter.Si autem non apparet de aſſignatione † decimarum,tũc ſunt opiniones,nam glo.in c.cum contingat. de decim. tenet, quod debentur baptiſmali,idem tenet Inn.de decim.c.ad apoſtolicæ.idem tenet Io.And.in præal.addit.ad Spec. Pro quo facit ratio,quia poſtquam non apparet de expreſſa & ſpeciali aſſignatione,& conſtat quod matrix eccleſia ſeu baptiſmalis hoc ius ab initio habebat,eccleſia de nouo conſtructa debet intelligi edificata ſine alterius præiudicio.De donat.c. paſtoralis.de offi.deleg.c.ſuper eo.poteſt autem magnum præiudicium inſurgere eccleſiæ baptiſmali , ſi multæ eccleſiæ parochiales ſub

eius

Source : BIU Cujas

eius limitibus construerentur. ideo isti dicunt, quod decimæ debentur baptismali.

78 Alia opinio est, quòd prædiales decimæ debentur † parochiali, in cuius territorio sita sunt prædia, hãc sequitur Laurẽ. 16.q.1.c decimas.glo.13.q.1.in summa.cam sequitur Arch.per c.ad decimas.de restit.spoliat.lib.6.in hac sententia est Calder. dumtamen parochialis habeat certos fines & limites,de eccle. edific.c.ad audientiam.ubi dicit esse casum.facit eod. tit.c.causam.& ca.quamuis.vbi hoc dicitur de oblationibus, quarum
79 appellatione veniunt decimæ † vt d.c.cum inter.de uer.signifi. pro hoc facit ratio,quia ecclesia edificata, ex quo ei assignatur parochia,debet habere omne ius parochiale,perceptio autem prædialium decimarum est de iure parochiali. vt in cap.fin.de paroch.

Quid dicendum in hoc passu, concludo secundum Butr. in præal.cap.cum contingat.quibusdam tamen additis. Quando-
80 que ecclesia † parochialis est certorum parochianorum, sine limitibus constructa,& tunc ei debentur personales prædiales autem matrici ecclesiæ, seu baptismali. quia ex quo parochiali non sunt certi limites assignati,non possunt dici prædia in eius limitibus assignata,seu situata.ideo ei prædiales non debentur.

Quãdoque infra limites matricis ecclesiæ edificatur alia ecclesia, vel erigitur in parochialem assignatis sibi certis limitib.
81 † & hoc fit impellente necessitate, propter multitudinem parochianorum,non ualentium ad matricem accedere,nec habet talis ecclesia reditus sufficientes, pro sustentatione ministrorum,tunc intelliguntur sibi assignati reditus decimales,ex quo certi limites,& certa parochia est ei assignata, postquam aliàs,vt præmittitur,non est sufficienter dotata,ita debet intelligi c.ad audientiam.de eccles.edific.idem esset si ecclesia parochialis haberet sufficientes reditus, esset tamen constructa de necessitate,cum enim talis assignatio fiat iure permittente,debet late intelligi,nec restringi propter tertij præiudicium, quia ex quo necessitas ad hoc impellit & ius permittit, non dicitur alteri inferri præiudicium.

Quandoque in limitibus ecclesiæ baptismalis reperitur ex voluntate, non ex necessitate edificata ecclesia concessione
82 episcopi,† & tunc talis concessio semper intelligitur absque præiudicio alterius. Vnde hoc casu,aut episcopus tali casu non poterit assignare certos limites,& certam parochiam, aut, si assignabit, intelligetur talis assignatio facta sine præiudicio antiquæ baptismalis, & sic nec in personalibus nec in realibus, ei præiudicabitur.16.q.1.si quis laicus.& c.quicunque.& c.ecclebæ.qui tex.debent intelligi de concessione episcopi facta nulla necessitate impellente,& aduertendum,quia illa iura loquuntur in concessione episcopi. Secus autem esset si Papa, etiam non subsistente necessitate mandaret ecclesiam ædificari infra limites alterius, quia tunc intelligeretur cum appendicijs ad parochiam.Item præmissa procedunt vbi non apparet de cõsensu matricis ecclesiæ, si autem appareret de ipsius consensu in assignanda parochia,rationabile videtur quòd sibi præiudicet in iure parochiali,sub quo concluditur ius decimale,& sic, ex quo consentit assignationi, talis consensus contra eam in-
83 terpretabitur,etiam in personalibus † quæ compræhenduntur sub iure parochiali,vt not.de paroch.super Rubr.in his tamen æquitas magna suaderet,baptismalem ecclesiam debere participare cum parochiali.

Quandoque dubitatur an baptismalis fuerit prius ædificata quàm parrochialis,uel econtra, tunc siue populus est ita latus quod parrochialis indigeat populo,siue non,ex quo non agitur de prioritate,& sic de præiudicio, illa fundat intentionem suam de iure communi.De restitut.spol.c.ad decimas.lib. 6.& hæc sufficiant ad præsens de isto inuolùto articulo, in reliquis circa hanc materiam remitto ad not.in d.c. cum contingat.

84 Quæro octauo & vltimò, an oblationes † sint in præcepto sicut decimæ,& videtur quod sic,quia decima & oblatio æqui parantur,de decim.c.quamuis.Sed decima est in præcepto, vt satis deductum est supra,in prima dubitatione.ergo &c.in hoc
85 dicendum tres esse species oblationem. † Vna est,donatio rei facta ecclesiæ inter viuos. Secunda est donatio facta ecclesiæ causa mortis,quæ habet se ad instar legatorum.Tertia manualis,quam christiani faciunt ad altare,vel dant sacerdoti. in prima dico quòd si est promissa,necessario est debita, & si est data non potest repeti, nec de ipsa est amplius quærendum,nisi in casu.cap.fina.de donat. in secunda non est dubitandum illã esse debitam,adeo qđ nõ soluentes dicantur sacrilegi,& homicidæ.12.q.2.c.nulli.& c.qui abstulerit.13.q.2.c. qui oblationes. Circa tertiam speciem, breuiter dicendum, de necessitate seu
86 præcepto fideles † ad illas non teneri,quod tenet. S.Thom.allegans Exo.1.25.in princ.ibi.ab omni homine qui offert ultroneus accipiet eas.nec obstat de consecrat.dist.1.ca.omnis christianus.quia loquitur de oblatione interiori,vel bonorum operum.Vel dic,quod ille tex.loquitur de consilio,non de præcepto,nec obstat 16.q.1.ca.statuimus. quia intelligitur de prima vel secunda specie oblationis,& aduerte quod ibi not.de paupere sacerdote.Item prædicta procedunt, salua pia & laudabi-
87 li † consuetudine si qua esset in loco de oblationibus faciendis certis solemnitatibus, nam ad illam seruandam compellet episcopus.De simon.c.ad apostolicam.idem.S.Thom. secunda secundæ quæstio.86.art.1.de quo uide per Hostien. in sum. de parroch.§.in quibus.ubi vide omnino. Qui dicit, quod aliquem teneri ad oblationes potest contingere quadrupliciter.
88 † Primò ex præcedenti conuentione,puta si alicui concederetur aliquis fundus ecclesiæ, cum hoc quòd certis temporibus certas oblationes faceret,quod videtur habere naturam contractus censualis; Secundò propter præcedentem deputationem,puta,si fit donatio inter viuos,vel causa mortis, seu in vltima voluntate relinquitur ecclesiæ res aliqua mobilis uel immobilis. Tertiò propter ecclesiæ necessitatem, puta si ministri ecclesiæ non habent vnde sustententur. Quartò, ut supra dixi,propter consuetudinem patriæ, uel regionis, quæ dictat, quod in aliquibus solemnitatibus fideles aliquas oblationes faciant;in his tamen duobus casibus posterioribus nõ est obligatio ita præcisa sicut in primis, immo est quodammodo voluntaria,quo ad quantitatem seu speciem rei oblatæ. Sacerdo
89 ti autem huiusmodi oblationes † soluendæ sunt,quia ille quodammodo constituitur sequester, & medius inter Deum & populum.sicut habetur de moyse Deuteron. 5. pertinet enim ad eum diuina dogmata & ecclesiastica sacramenta populo exhibere,& ea quæ sunt populi,puta præces,& sacrificia,& oblationes domino porrigere,secundum illud Apost.ad hæb.c.5.omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia
90 pro peccatis,idcirco oblationes † quæ Deo a populo exhibentur,ad sacerdotes pertinent,non solum vt illas in suos vsus cõuertant,sed vt fideliter dispensent,partim in his quæ pertinent ad cultum diuinum,partim in his quæ pertinent ad proprium uictum,quia qui seruit altari debet viuere de altari,de præben. c.cum secundum.& 1.ad Chorin.c.9. partim in vsus pauperũ, qui sunt,quantum fieri potest de rebus ecclesiæ sustentandi,nã & Dominus noster Yhesus Christus in vsus pauperum loculos habebat,vt dicit D.Hieron.super Math.facit.12.q.2. c. Aurum habet ecclesia. Et hæc satis.

TRACTATVS

DE DECIMIS, TAM FEVDALIBVS,

Quam alijs, noualibusque, & quibus debeantur, atq; quomodo peti uel solui debeant, ac iudicari super his oporteat, & an tolli possint: & pœnas contra non soluentes continens, in forensi iudicio frequens, Authore dom. Petro Rebuffo, Montepessulano, Iurium Doctore ac Comite, & ab ipso in Decretorum auditorio Paris. publicè prælectus.

Quæstionis primæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio totius operis.*
2 *Decimæ quo iure inuentæ.6. 9.*
3 *Decimæ a quibus prius persolutæ.*
4 *Decima prædæ & spoliorum.vbi Iupiter prædator dictus.*
5 *Decima Herculi exhibita.vbi,quod mulieres ornamenta pro decimis soluendis tradunt.*
7 *Decimæ a populo sacerdotibus ac leuitis reddendæ.*
8 *Decimarum & oblationum a Deo facta diuisio.*
9 *Decimæ a Deo institutæ,naturali ratione dictante.& num.10.& 13.*
11 *Decimæ tam personales quàm prædiales lege diuina debitæ. & num. 12.& decimotertio.*
12 *Quota decimarum est de iure positiuo.*
14 *Forma & declaratio decimarum est a iure canonico facta.*
15 *Decimas ex causa Papa imponere potest.*
16 *Decimæ an in primo Decalogi contineantur præceptio.*
17 *Primitiæ quo tempore inuentæ,& quantæ sint.& num. 18.*
18 *Primitias Abel & Romani dederunt.& primitiæ quid & nu. 22.*
19 *Athenienses crinium primitias offerrebant.*
21 *Primitiæ an consuetudine tolli possint.*
22 *Primitiæ,decimæ & oblationes in bonis ecclesiæ numerantur.*
23 *Oblationum origo,& quid sint.*
24 *Oblationes quibus casibus faciendæ. & num. 25.& ibi,quod consuetudo laudabilis seruanda a laicis.*
25 *Oblationes in locum primitiarum succedunt.ubi,quod prophetas consulere sine donis veteres non audebant.*

Source : BIU Cujas

26 *Laici ex consuetudine oblationes non possunt recipere.& nu.28.& decimæ & oblationes æquiparantur.*
27 *Oblationum tres species.& oblationes quando episcopo debeantur.*
28 *Oblationes ex causa laico dari.*
29 *Oblationes factæ imagini cui debeantur.*
30 *Oblationes imagini factæ in reparationem ecclesiæ sunt conuertendæ.*
31 *Oblationes quorum non debent recipi.*

QVAESTIO I.

HAnc frequentissimam & forensi iudicio vsu venientem materiam, a nostris iurium interpretibus hactenus non iustè tractatam, vtilitati deseruiens publicæ, breui ac ordine præscribere,quæstiones tantùm vtiles, ac frequentes inserere, ne chartas in vanum impleam,ratus: quod vt faciam, habita tamen prius Dei opt. max.inuocatione,præfationibus omissis, ipsam rem aggredi toto conatu tentabo.

1 In primis dicam quo iure inuenta fuit decima. Secundò quam ob causam,Tertiò,quotuplex sit.Quartò,quid sit, Quintò,qui ad decimas teneantur. Sextò vbi decimæ soluendæ sint. Septimò,quibus solui decimæ debeant.Octauò,de quibus bonis.Nonò,quomodo peti debeant.Decimò,coram quibus iudicibus.Vndecimò,quomodo solui decimæ debeant.Duodecimò,quando soluendæ sint decimæ. Decimotertio, an tolli possint. Decimoquartò, an eis sublatis noualia debeantur: & ibi noualium abundè explicatur materia. Vltimò,quibus malis afficiantur non soluentes decimam: & quibus donentur præmijs soluentes. Quibus discussis, decimarum materiam facilè consequi vnusquisque poterit.

2 Prima igitur quæstio est, quo iure fuerit ista decima inuenta? Resp.quidam de iure naturæ inuentam arbitrantur,gentes enim ante legem dictam, de quibusdam rebus decimas Deo persoluebant,scribit autem Plin.lib.12.ca.14.de thure.his verbis:Thus collectum sabolam camelis conuehitur,porta ad id vna patēte, digredi via capitale leges facere.*ibi* decimas Deo, quem vocant Sabin, mensura, non pondere sacerdotes accipiunt nec ante mercari licet.Facit etiam quod scribit ibi. c.20. de cynamomo, sed post legem a Deo promulgatam fuisse opinor.

3 Item Abel munera de fructibus terræ, & de primogenitis gregis sui domino offerebat,Gen.4.sed ibi non loquitur de decimis.Ad hæc Abraham de omnibus quæ a quinque regibus eripuerat,decimas dedit sacerdoti Melchisedech, Gen.14.qui Melchisedech ante legem erat,vt diuus Pau. sic ait Hebr.7. ca. Intuemini autem quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.& Gen.28.cap.item vouit Iacob votum dicens, si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via,per quam ego ambulo,& dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus dei, cunctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi.

4 Præterea frequens apud veteres votum fuit, vt decimam prædæ & spoliorum, in hoc patriarcham insequentes Abraham,Ioui & dijs deuouerent, quare Iupiter prædator nuncupatus est.id enim soluebatur, vt prædæ parte diuendita donū dijs & numibus dicarent. qui mos Gallorum fuit, vt belli iure quæsita,plerunque verò partem Marti deuouerent, in quo id erat constitutum,vt diuina ope implorata,is plus spei ferret,& propitios facilius haberet deos, qui maiorem prædæ partem dijs denouisset. sed hoc post legem factum etiam fuisse verisimile est.

5 Decimam etiam Herculi passim voueri, votumque effundi solere apud Romanos veræ fidei ignaros,in vsu comperimus, quod auspicatissimum duxerunt & fortunatissimum, qua de causa,Lucullum Romani moris & iuris peritum, quòd decimam vouisset uotumque persoluisset, maximis auctum opibus,fortunisque existimauerunt.sic scribit Alex. lib. gen.die.3. c.22.Item cum captis Veijs aurum delphico Apollini mittendum esset, ob decimas prædæ, quas in bello Camillus vouerat, nec in publico facultas esset, ornamenta sua matronæ in ærarium detulere, patriæ magis quàm suis consulentes commodis.testis est nobis Liuius lib.ab vrb.cond. 5. hos igitur, cū legem non haberent, sola natura ductos, in comperto est. de hac decima loquitur tex.in l.2.in fi.ff.de poll.vbi Bud. vocat eā H...ulaneam,de qua inferius q.3.

6 Alij a Deo institutam autumant,quia Deus opt.max. ordinauit,& præcepit eas solui,Exod 22 c.ibi.decimas & primitias tuas non tardabis offerre,primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.& Leuit.vlt.c.omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum,siue de frugibus,domini sunt,& illi sanctificantur, nō eligetur bonum nec malum, nec cum altero commutabitur, siquis mutauerit,& quod mutatum est &c.

7 Decimæ ergo constitutæ sunt a Deo per Moysem,vt persoluantur a populo filijs Leui, pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo.non accipiebant filij Leui decimas,nisi ab eis,pro quibus offerebant preces,& quia sacerdotes seruiūt domino,ideo ipsis debent laici persoluere decimas.c.ecclesias. 13.q.1.& decimas a populo sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas ca.decimas.16.q.1. Deus enim noster, qui dignatus est nobis totum dare, decimam a nobis dignatus est recipere,non sibi,sed nobis sine dubio profuturam.c.decimę.ibidem.

8 Et sic deus voluit, vt Tribus Leuitica in duas scinderetur partes, videlicet in sacerdotes, & Leuitas.sacerdotibus enim omnia primitiarum iura,votorum,& redemptiones primogenitorum oblationum,& sacrificiorum dedit, Numero.18.ca. Leuitis autem decimas omnium fructuum pecorum libere concessit.summo verò sacerdoti decimam decimæ Leuitarū: vt in d.c.18. scribitur. hodie cum sacerdotes & clerici non sint diuisi,decimas,oblationes,& primitias recipient simul.

9 Et sic putarem de iure diuino decimas a deo opt. max.institutas,dictante ratione quadam naturali, quę est, vt recognoscamus illum,qui hoc nobis dedit.Sed quia in quacunque parte deum recognoscere possumus, placuit altissimo partem sibi acceptam declarare,& eam filijs Israel nuntiauit, uidelicet decimam, nempe natura non dictat nos ad soluendum decimam,potius quàm aliam partem, sed ad,offerendum aliquid deo,vt scribitur Ecclesiast.35.c.sic, non apparebis ante conspectum domini vacuus. hæc enim omnia propter mandata dei fiunt. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Bono animo gloriam redde deo, & non minuas primitias manuum tuarum,in omni dato hylarem fac vultum tuum,& in exultatione sanctifica decimas tuas, da altissimo secundum donatum eius, &c.

10 Ex his conciliabuntur ambæ opiniones, nam si concludemus eas esse de iure naturæ,sequeretur homines ante promulgationem a deo ligatos,& peccasse non soluentes, & tamen Iacob vouit eam,ergo non tenebatur, & Abraham dedit sacerdoti Melchisedech decimam,non de fructibus terræ sed de his quæ in bello acceperat, & sacerdos ei benedixit, ut patet Genes. 14.c.in fi nec poterant deberi, antequam declaratæ essent adeo,cui darentur, videlicet Leuitis: quibus præcepit, ne possessiones haberent,quod deus non fecisset,si de iure naturæ eis debitæ fuissent.alijs rationibus probat Thost. Matthæ. 23.c.& concludit de iure positiuo esse, sed cum prædictis vos utranq; opinionem tenebitis sic conciliatam,videlicet esse de iure diuino institutam, dictante ratione naturali,

11 Ex quibus infertur,q; tam decimæ prædiales, quàm personales sunt a deo institutæ,& solui præceptæ. de prædialibus superius dictum extitit,de personalibus scribitur.2.Esdræ c.10. in fi. ibi,Leuitę decimas habent in omnibus vrbibus, in quib. opus nostrum exercemus.& ita est in Hebræo.& de his etiam scribitur Deuter.12.c.in princ.ibi,offeretis decimas & primitias manuum vestrarum. Demum ius pontificium, & ueteres patres solui eas ius diuinum sequentes coegerunt. multaque dubia in his declarauerunt.vt scribit glo.in c. quicunque. 1.in 16.q.7. concludens,tam decimas prædiales, quàm personales lege diuina debitas.idem consuluit Barb.cons.49.illud.col.4.in 3.vol. ista fusius scribit Ant.Butr.in c.parochianos.in 1.q.eod.titu.de decim.& ista ad ea quæ dicemus inferius in 13. q. an tolli possint,proderunt.

12 Et quia natura nos inducit, vt id quod dedit mihi Deus, illi retribuam:ideo etiam personales ex operis erunt debitę, licet contrarium teneat domin.de Traiecto.in d. q. quolibet. 5.sed quota de iure est positiuo,nec a lege Dei noua præcepta, sed a lege antiqua iudiciali,ut testatur Ange.clauas.in summa Ang. in verbo,decima.q.2.& fratres prædicatores,& minores debēt populum exhortari, vt soluant tam decimas prædiales, quàm personales.c.1.de deci.in 6.sic consuluit Alexan.cons. 60.Romana.uol.4.

13 Non refragatur opin.Hug.de S.Victo.in lib.1. de sacr.parte, 11.c.4.& 11. vbi dicit decimas ante legem fuisse sub consilio, sub lege in præcepto, iam uero in libertate spiritus ambulare permittimur,quia cum a lege veteri inductæ essent,& nō sunt renouatæ in nouo testa.de iure tantùm positiuo debentur,secundum eum.& hanc opi.sequutus est dom Adria.de Traiec. summus omnium pōtifex,in d.q. 5. ubi probat morte Christi abolitam illam veterem legem,in eo quod decimæ erant præceptæ solui tribui Leui,ex qua erant sacerdotes & Leuitæ. Respond.hodie uero clericis & sacerdotibus debentur,& licet ante legem non essent in præcepto Dei quo ad quotam, & cui darentur, tamen munera offerri in recognitionem beneficij necessarium erat,vt Eccles.25.ca.patet. postea dominus statuit decimam dandam, quod ius pontifi. confirmauit. probat etiā c.parochialem nos,ibi,cùm decimæ non ab homine, sed ab ipso domino sint institutæ.& c.tua.1.ibi, quæ diuina constitutione debentur.& c.tua.2.c.in aliquibus.de deci.licet istis ratiōnibus

Thost.

Source : BIU Cujas

Thoſt.reſpondeat eſſe introductas a deo,ſed hodie non debe-
ri quaſi a Deo præcepta,ſed a concilijs, & a ſummis pontifici-
bus.ſed per prædicta puto inſtitutas,& debitas de iure diuino.
quia Dei inſtitutum non eſt reuocatum expreſſe, immo eſt re
ceptum & approbatum ab eccleſia,& ſic a ſpiritu ſancto, & iō
dicitur etiam de iure diuino, quicquid fabuletur Thoſt. nam
etiam in concilio Magunt.c.38.ſic dicitur: Admonemus atque
præcipimus,vt decimas de omnibus dari non negligatur,quia
Deus ipſe ſibi dari conſuluit,& ſic a Deo maximo inſtitutas eſ
ſe negari non poteſt.

14 Nec extinctum fuit illud ius vetus per legem Chriſti,ſed mo
rale ſic. & hoc erat iudiciale ſecundum theolog. quos refert
Aſten.in ſua ſum.in 2.Par.lib.6 tit.35.rub.de deci.dicēs, q̄ poſt
quam determinatio decimæ partis eſt nunc per eccleſiam ap-
probata,non minus debet illas hodie dare populus, quā olim,
cùm populus nouæ legis obligeī ad maiora,vti aſſeritur Math.
5.c.niſi abundauerit iuſtitia.veſtra pluſquam Phariſæorū, &c.
& Pau.2.ad Corin.3.c.in fin. Ego etiam puto populum teneri
de nouo iure Euangelij ad ſoluendum decimam. Matth.23.&
Luc.11.dicit Chriſtus,hoc oportuit facere,& illud non omitte
re,ſcilicet decimas ſoluere fructuū,quos dederat Dñs.& alibi,
reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei deo. Et quia
decimæ erant dei,igitur renouatæ,quare de iure diuino,dictā-
te rationē naturali,decimæ inuentæ ſunt, a iure verò canonico
forma & declaratio eſt facta,vt in ti.patet,de deci.& in mul
tis alijs iuribus decreti.

15 Nec me mouet q̄ illæ decimæ, quas euntes ad tēplum Hie-
ruſalem comedebant,Deute.14.ſunt ſublatæ,ergo,& iſtæ deci-
mæ parochiales Reſpond. illæ reſeruabantur ad ſacrificia figu
rata offerenda, quæ hodie ceſſant, ideo & illæ decimæ ceſſa-
bunt.intellige tamen vt ſcribam.q.3.etiam illæ quæ debeantur
ſummo ſacerdoti,non ſunt ſublatæ,quia ex cauſa Papa eas im
ponere poteſt.cle.fi.de dec. Item decimæ quæ tertio anno præ
cipiebantur pauperibus dari, ſunt in Euāgelio ampliatæ.Luc.
vlt.quod ſupereſt, date eleemoſinam & omnia munda ſunt vo
bis.Non igitur ſolam decimam, ſed omnia ſuperflua iubet do
minus pauperibus erogare.Aſten.in ſua ſum.in 2 part.35.titu.
rub.de dec.ver.circa terrium.

16 Imò quidam Theologi firmant decimas,primitias,& obla-
tiones in primo Decalogi præcepto includi, dum dicitur, do-
minum Deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. Adoratio eſt
cultus latriæ, cultus autem latriæ eſſe non poteſt ſine dei ſerui-
tio,ac recognitione.& quia per illa tria deum recognoſcimus,
& illi ſeruimus,ideo illa tria in hoc.1.præcepto includi viden-
tur,ſed ibi non taxatur quota, ideo non eſt in hoc præcepto
quota taxata,vt dicunt doct.Theolog. ad quos te reijcio.

17 De primitijs etiam quota in lege noua non eſt taxata. nam
in animalibus olim ſufficiebat vnum ex ducentis dare,in aridis
ac liquidis de 40.ad ſexageſimum,in cap.1.eod.ideo eſt ſtatuta
quantitas pro arbitrio ſoluentis ſecundum loci conſuetudinē,
Inn. Panor.& alij in d.c.1.quod probatur Ezec.45.c.& hæ ſunt
primitiæ,quas tollitis, ſextam partem ephi de choro frumenti,
& ſextam partem ephi de choro ordei,& c.& computat Hoſt.
in d.c.1.poſt Hiero.eſſe partem ſexageſimam.

18 Item primitiæ tempore Abel inuentæ fuerunt, Gene.4.ibi,
Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui.c.1. de deci.&
dicuntur primitiæ primi fructus quos ſibi dominus tanquam
omnium rerum dominus retinuit, & quia omnia dat bona,in
primis eum recognoſcere debemus. Vnde Plin. lib.18.c.2.ait,
Romanos olim non prius deguſtare nouas fruges, aut vina ſo
lebant,quàm ſacerdotes primitias libaſſent,& iſtæ primitiæ ter
in anno domino offerebantur,in Paſchate de nouis granis, in
Pentecoſte de nouis panibus,in Septembri de nouis fructibus
illius temporis,videlicet vini & fructuum. Theologi in Leuit.
25.cap.& feſta primitiarum gentes coluiſſe legimus, Iudicum
9.capitul.

19 Item Athenienſes cùm ex Ephebis deceſſiſſent primitias cri
nium Delphos deferebant, & cùm antiquiores comam circa
tempora,aut poſteriorem crinem Apollini,& flaminibus ton
derent, æuo ſuccedente Theſeus anteriorem capillum Del-
phis dedicauit,vnde Theſei tonſura prodita eſt, cuius exem-
plo iuuenes,cùm ex ephebis exceſſiſſent, anteriorem comam
Phœbo. & Aeſculapio, aut libero obtulere primitias, poſtea
Romani adoleſcentes magnæ indolis primam lanuginis bar-
bam dijs conſecrare vſurparunt,teſte Alex.lib.genial.5.ca.18.
facit glo.in verbo,& primitias.13.q.1,c.1.ſed cui hodie primi-
tiæ debeantur? Reſpond.curato a populo conſtituto in ſua pa-
rochia.

20 Nec refragatur quod ſcribitur prouerb.3.c.ibi, honora do
minum de tua ſubſtantia, & de primitijs frugum tuarum de
pauperibus.vbi Chartuſ.intelligit Deum honorandum de de-
cimis & primitiis & poſtea dandum eſſe pauperibus de bonis
noſtris Alii intelligunt q̄ honorandus eſt Deus de omni ſub-
ſtantia ſua, & de primitijs frugum dare oportet pauperibus,
quia non primitiæ deo offerebantur.c.1.de deci.ideo de primi
tiis & præcipuis fructibus da pauperibus,& implebuntur hor-
rea tua ſaturitate,& vino torcularia tua redundabunt.

21 Vel melius dici poteſt,in Hebræo non eſſe, da pauperibus,
ſed ſic ſcribitur,glorifica dominum de opibus tuis, & de primi
tiis omnis prouentus tui,ſic enim implebuntur horrea tua ſa-
tietate,& torcularia tua muſto exundabunt. Et ideo nō obſtat
q̄ valere conſuetudinem,vt nihil ſoluatur de his primitiis, &
excuſare a peccato,ſcribat Henr.Bohic.in d.c.1. Ego verò pu-
to contrarium,quia hoc eſt præceptum affirmatiuum, videli-
cet Deum honorandum de primitiis.non honoraretur,ſi nul
læ darentur,igitur conſuetudo non valeret, tum quia inducit
ingratitudinem, uidelicet ut deo ingrati ſimus, quia omnia
nobis dedit,ſuperat enim ingratos Getas, (vt prouerbio dicit)
qui has primitias & oblationes non ſoluit ſecundum conſue-
tudinem,quæ ſi non appareat, tunc quantum debeat ſoluere,
eſt ei liberum,dummodo aliquid ſoluat de ſingulis fructibus,
& qui hoc fecerit,dines erat,& benedictus a domino, & hoc
aſſerit Andr Hiſp in reg.10.q.8.

22 Et ſic primitiæ,decimæ,& oblationes præcipuè in ſolis eccle
ſiarum bonis numerantur.c.cauſa.de uerb.ſignific.non eſt ta-
men præceptum morale.vt primitiæ dentur.poteſt enim deus
honorari tam in mediis fructibus,ultimis,quàm primis,ſed eſt
quoddam præceptum iudiciale,& figurale,vt primitiæ dentur,
ideſt primi cuiuslibet rei fructus.c.magnæ.circa finem.de uo-
to.& in his maxime conſuetudo attenditur. ut ſuprà dixi, &
Boer.in deciſ.Burdegal.236. pro iure primitiæ tamē vt aliquid
ſoluatur,vt ſuperius dictum extitit,eſt diuini iuris, id eſt a deo
præceptum factum.

23 Oblationes verò inceperunt tempore Cain,& Abel, ut ſcri
bitur Geneſ.4.licet quidam dicant a Noe,per id quod ſcribitur
Gen.8.c.in fi.ibi,ædificauit autem Noè altare domino, & tol-
lens de cunctis pecoribus,& volucribus mundis,obtulit holo-
cauſta ſuper altare.ſed antea oblationes inductæ erant, vt pa-
tet.oblationes autem dicimus quæcunque de proprijs & lici-
tis rebus eccleſiæ a fidelibus offeruntur.c cauſa de uerborum
ſignifica.& Num.7.c. ſcribit, quod principes Iſrael obtulerūt
munera coram domino ſex plauſtra tecta cum duodecim bo-
bus,& alia magna munera,vt ibi ſcribitur, quæ dominus iuſſit
ſuſcipere,& ea Leuitis tradi.hodie, ſi offerant ſolidum, videtur
magna obtatio, ſed tamen valde diſtat ab oblatione veterum.

24 Sed dubitari poteſt,an neceſſariò faciendæ ſint curato obla
tiones? Reſpondeſic,in caſibus ſequentibus. Primò, quando
conſuetudo adeſſet,nam laici laudabiles conſuetudines ſerua
re debent.c.ad apoſtolicam.de ſymo.plenè Panor. in rubr. de
paroch.in fi.Henric.Bohic.in 2.q.diſt.c.quamuis.de decim.Se-
cundò,ſi curatus indigeat,non enim ſuis militare ſtipendijs te
netur.Paul.1.ad Corinth.9.& c.cum ex officij.de præſcrip.glo.
in c.omnis.de conſecr.diſtin.1.Fel.in c.ueniens.1.col.2.de teſti.
Tertiò in præcipuis anni feſtis,& maximè vbi eccleſia non ha-
bet decimas prædiales.d.c.omnis Chriſtianus. de conſecratio.
diſt.1.& Bohic.in d c quamuis. Quartò,quando oblationes eſ-
ſent ex teſtamento faciendæ vt pote in anniuerſariis, vel in ſe-
pulturis mortuorum, tunc illæ oblationes ſunt neceſſariæ. c.
nulli.12 q.2.c.ultima uoluntas.& cap.qui oblationes. 13.q. 2.
Syluester prier.in ſua ſumma, in uerb.decima.q.2.

25 Quintò,ubi non ſolnuntur primitiæ, tunc, quia oblationes
ſuccedunt in earum locum,ideo neceſſariæ ſuni.uide c. ſtatui-
mus.16.q.1.& ſi quis oblationes eccleſię accipere, uel dare vo
luerit pręter epiſcopi conſcientiam, vel eius, cui huiuſmodi
ſunt officia commiſſa, nec cum eius uoluerit agere conſilio,
anathema ſit,in Gangrenſi concilio fuit ſtatutum,ut patet in c.
in canonibus.16. q. 1. etiam olim non audebat quis prophetā
conſulere,aut accedere vacua manu,vt patet.2.Regum.c.9.ſic
non debent parochiani ad eccleſiam ire ſine oblationibus,die-
bus maxime feſtis.

26 Nec ualet conſuetudo, vt laici oblationes recipiant in ec-
cleſia c antiquos.c.quia.& c.ſanctorum.cum ſeq. 10. q. 1.nam
decimę & oblationes ęquiparantur.cad quamuis. de deci. ubi
Ioan.And.

27 Aliqui tres dicunt eſſe oblationum ſpecies. Prima eſt dona-
tio rei inter viuos deo facta,uel eccleſię. Secunda cauſa mortis
facta,quę inſtar legatorum redacta eſt. Tertia eſt vſualis, quam
fideles faciunt ad altare, uel ad manum ſacerdotis, vbi etiam
firmant oblationes tunc ſpectare ad epiſcopum, quando cele-
brat in aliqua eccleſia ſuę diœceſis. teſte Matthę. de afflict. in
conſtit.Neapol.lib.1.rubr.de dec.num.32.conſuetudo tamen
in pleriſque locis eſt in contrarium, etiam extra conſuetudi-
nem epiſcopus a paupere presbytero recipere eas non deoet.

28 Et ſic improbatur conſilium Dec.148. reuerende. ubi decī-
dit ualere conſuetudinem, vt laici in oratorijs recipiant obla-
tiones.nam cum ipſi ſint incapaces,non valet conſuetudo.ca.
quanto.de conſuet.nec epiſcopus poteſt conſentire, vt dimi-
diam partem oblationum laicus habeat.c.ſi quis baſilicam. de
conſecra.diſt.1.ubi ſi operę pretium fuerit abundantius ſcri-
bam,nam ſacras oblationes dicit tex.in cap. inquirendum. de

pecu,

Source : BIU Cujas

pecu.cleric. & sic laicis non potest competere ius recipiendi oblationes,sed ex causa dari oblationes laico possunt, fortè ad ecclesiæ reparationem,vel ad aliquem honestum vsum, & ad tempus;ita tamen,vt nullum ius per hoc habeant eas vendicãdi,teste Præposit.in c.altare.1.q.3.

29 Et cui debeantur oblationes factæ imagini, q̃ curato illius ecclesiæ,vbi est imago.docet Panor.in c.dilectus.col.3.uers.2. de offic.ord.& c.quoniam.eo.& Troilus Maluitius in tract.de oblatio. & episcopus non potest eas concedere domino domus,vbi est imago.Panor.in cap.quamuis. eod. & in d. rub.de paroch.

30 Et q̃ hæ oblationes curato debeantur, conuertendæ tamẽ sunt in reparationem ecclesiæ per episcopum, si ecclesia indigeat,legi in integra compilatione Alexã.Papæ.3.rubr. de deci. in hæc verba,plenè nobis innotuit ex tuarum literarum continentia q̃ cum hostia quædam sacrata in arca cuiusdam mulieris parochiæ tuæ conclusa fuisset,virtute domini faciente pars fere media in corpus Christi manifeste conuersa est,ita vt caro videatur.Cum verò hostia ipsa a parochiali ecclesia,quam scilicet ecclesiæ tuæ ad ecclesiam ipsam maiorem translata sit, idem canonicus oblationes,quæ obtentu illius corporis Christi eidem ecclesiæ proueniunt,instanter requirit,quas in reparationem ecclesiæ fideliter,sicut asseris,errogasti, licet autem eidem canonico petas super hoc silentium imponi, & nos libenter in eo,quod secundum dominum possumus,petitiones velimus attendere & admittere, petitioni tamen super hoc non possumus exhibere fauorem, sed venerabilibus fratribus nostris Albano & Siluano episcopis,quibus causam ipsam cõmittimus,dedimus in mandatis,vt prefatum canonicum commoueant a petitione ipsarum oblationum desistere, vt eas in reparationem ecclesiæ prædictæ errogari permittat.Si verò ad hoc induci non poterit, eidem causę debitum finem imponãt. Et in suprascriptione illius decretalis scriptum est, Alexander tertius Attrebatensi episcopo, Et sic quandiu imago est in parochia,oblationes parocho debentur. Si vero iure translata fuerit in aliam ecclesiam,illi ecclesiæ,in quam translata est,debetur.& illa decretalis non est in nostris decretalibus communibus.

31 Notandum est,q̃ nec oblationes dissidentium, nec eorum qui pauperes opprimunt,recipi debent,c.oblationes. & mere tricis publicæ.c.ex transmissa. eod. & inferius dico. quæstione quinta.nec raptorum oblationes.c. super eodem. de raptorib. sicut nec vsurariorum.c.quia in omnibus, .de usur.nec alicuius,qui crimen notorium horridum commisit.ca.miror.16.q. 7.Inno.in d.c.ex transmissa.item qui bona ecclesiæ inuadunt, oblationes non offerant ante restitutionem,ca.de viro.12.q.2. & hoc est in detestationem criminis introductum, ne ecclesia videatur approbare illud delictum grauissimum,& cum illo in eodem perticipare.

32 Hodie ista non vident sacerdotes, sed passim ab omnibus recipiunt,forte quia conditiones personarum, & eorum crimina ignorant,nec de illis inquirere tenentur. Vide Exod.25. cap.materiam istam oblationum vide plene examinatam per Socynum in suo tractatu de obla. & hæc seruiunt ad elucidationem rubr.de deci.primi.& obla.& ad ea quæ inferius dicentur. & hæc de prima quæst.

Quæstionis secundæ Epitomæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quam ob causam introductæ.ubi quòd Deus omnium dominus & vniuersalis in signum vniuersalis dominij decimas sibi retinuit.*
2 *Decimæ institutæ pro victu ministrorum ecclesiæ,& quare.nu.36.ubi commemoratur afflictionum nostrarum causa.*
4 *Decimæ propter fabricæ constructionem,& tuitionem:item propter pauperum & hospitum receptionem institutæ.& nu.5.*
5 *Bonorum ecclesiæ tres portiones faciendæ.*
6 *Abrahæ hortus.*
7 *Decimæ propter seruitium debentur, nam est mercenarius dignus mercede.*
8 *Decimam quare Deus potius sibi retinuit,quàm aliam partem.& numero 9.*
9 *Decima quare uocetur spiritualis.*
10 *Curatus quatuor matriculas,seu libros habeat: & quare.& numero 11. & 12.*

QVAESTIO III.

SEcundo, quamobrem introductæ sunt. Respon. primò in signum vniuersalis dominij Deus opt.max.eas sibi retinuit. c. tua.2.cod. inficiari enim sanæ mentis vir non posset,quin Deus omnium dominus sit,& vniuersalis.nam domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum,& uniuersi qui habitant in eo. ideo vt illũ recognoscamus talem esse,ipse sibi has retinuit decimas,tributa vero principes,in signum specialis dominij, capit. cum non sit.eod.

2 Secundò,decimæ sunt etiam institutæ pro victu ministrorũ ecclesiæ, & aliæ possessiones temporales eis sublatæ fuerunt. Nu.18.in terra eorum nihil possit debitis,decimarum oblatione contenti:& ibidem cap.8.inferte omnem decimam in horrea mea,vt sit cibus in domo mea. super quo ait Hiero. Sciatis vos perdidisse abundantiam,quia fraudastis me parte mea,redatis igitur mea,& ego restituam vobis vestra. Et Malach.3.c. inferte omnem decimam in horreum meum,vt sit cibus in domo mea,& probate me super hoc, dicit dominus.Vnde Pharao tempore famis sacerdotibus statuta cibaria ex publicis horreis præbebat,& idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.Genes.47.& nos hodie opprimimus sacerdotes,& ecclesias,ideo omnibus affligimur malis.cap.multi.1.q.1.

3 Tertiò hæ decimæ sacerdotibus concessæ fuerunt, vt legi dei liberius vacare possent,ut scribitur 2.paralipome. c.13.præcepit etiam Ezechias populo habitanti Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus,& Leuitis,vt possent vacare legi dei.

4 Quartò,propter fabricæ constructionem,& tuitionem.c.vobis.& c.concesso.& c.mos est.duodecima q.2.& Host.in rub. huius tit.Io.And.& alij post eum ibidem.

5 Quintò,propter pauperum & hospitum receptionem. Deuterono.14.c.& Aug.de Anchona.in tract. de ecclesia.potestate.c.73.4.q.dicens ex hoc ordinationem ecclesiæ ortam, vt de stipendijs ecclesiæ tres portiones fieri debeant.in ca. mos est. 12.q.2.una pro victu clerici, secunda pro reparandis ecclesijs, tertia addicta est pauperibus, & aliter dispensans rem ecclesię tenetur,vnde Christus Matth.17.c. in fi. noluit de sibi datis soluere tributum,& ad alium vsum conuertere, sed misit Petrũ piscatum,vt ibidem dicitur.& diuus Hieron.super Matth.13.c scribit.vt refert Aug.de Anchon.ubi suprà.

6 Legimus etiam Abraham hortum plantasse iuxta puteum iuramenti,quem Hebræi Bersabaa vocant, hortum inquam, plenum optimis fructibus, & peregrinos suscepisse hospitio, quibus gratis necessaria omnia concedebat, nihil aliud pro prætio exigens,quàm vt scilicet orbis conditorem agnoscerẽt, venerarentur,& timerent rectorem cœli & terræ, cuius donũ esset,quicquid comedissent,vel bibissent, sicque in vera religione institutos, & ad vitæ melioris instituta conuersos dimittebat.sic ait Alphons.Lipoma. in lib.Genes.c.21.in fin.

7 Sextò,propter sacrificiorum oblationem. nam diuus apostolus ait,qui altari seruit,de altari viuere debet.1.ad Cor.9.& c.cum secundum.de præb.& Nu. vlt.c. filiis Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo seruiunt mihi,in tabernaculo fœderis,ideo hoc naturali conuenit rationi, vt qui seminat spiritualia,metat carnalia.nam mercenarius dignus est mercede,dicit diuus Paul.& bonorum laborum glorioſus est fructus, vt ait Philosoph. & ratio naturalis dictat, vt qui deo pro populo ministrat,ab eo alatur Host.in c.a nobis.col.3.eo.scripsi in præfat.ad rub.de colla.in concord.Imol.in c.2.de transactio. dicit personales deberi in compensationem oneris sacramentorũ.

8 Septimò, ex hoc patet deum retinuisse decimam, potius quàm aliam partem,quia numerus denarius perfectionem signat.decimæ enim & primitiæ deo offeruntur, idest, initium & perfectio bonorum operum deo perfectè sunt adscribenda,quia sine eo nullum bonum opus inchoatur,aut perficitur vt diuus Paulus ad Philippen.2.ait. ipse est qui operatur in nobis,& velle,& perficere.Nouem verò partes retinentur,qui numerus est imperfectus,nempe quicquid imperfectionis,& defectus in nobis est,nobis inquam, & nostris defectibus est adscribendum, non vero Deo. ideo scribitur Oze. 14. perditio tua,o Israel,& in me auxilium tuum.Host.in c.a nobis. col.2. eo.& deus istam partem tanquam Leuitis sufficientem, & alteri populo non molestam, retinere voluit,ut Thosta. scribit super c.23.Mat. q.56. vel etiam deus a nobis primitias & decimas requirit,id est,primas & ultimas portiones, cum ipse sit omnium principium & finis,cui principio fructus primarios, & cui fini decimas offerre debemus.denarius enim est,& omnium numerorum complementum, & finis, ut in harmonia mundi.tom.4.in fin.

9 Octauò,decima uocari potest spiritualis, quia humilitatem continet illam, per quam omnia bona a Deo data esse nobis recognoscimus,mala autem a nostro figmento naturæ: unde si quis doctus potest alios erudire, non suæ debet attribuere prudentiæ,ingenioque,quod possidet, sed gratias primũ agat domino,qui cuncta largitur,deinde sacerdotibus,& ministris, a quibus est eruditus.c.reuertimini.uersi.si quis doctus.16.q.1. Flor.in 2.par.tit.4.c.3.§.1.Et sic deus decimam, id est numerũ perfectum sibi retinuit, tum q̃ sit perfectus, tum q̃ in nobis operetur,& velle,& perficere,ut dixi.& nobis imperfectum reliquit numerum,quia imperfectio in nobis est,& figmentum nostrum ipse cognoscit.

10 Vltimò,vt omnia onera illi incumbentia curatus soluat, tã

pro

pro legatis & nuntijs ſedis apoſtolicæ, quàm epiſcopo, clericis fabricæ,& pauperib.& vt iſta debite valeat expedire, opus eſt vt curatus habeat quatuor matriculas,ſeu libros,in quibus quatuor iſta ſcribat primò baptizatos in vno libro ſcribere debet,diem & menſem,& annum natiuitatis,patrem,& matrem, ſi legitimi exiſtant,alioqui ſufficit matrem deſcribere,& ſuſceptores, id eſt patrinos, & hoc probatur in ca.contumaces.50. diſt.& glo.in c.nomen.2.q.1.ex quo tex.extracta eſt ordi. regia rub. *Des regiſtres des bapteſmes.* Vbi abundantius ſcribam. Secunda eſt pro decedentibus,vt etiam horam deceſſus, ſi poſſibile ſit,deſcribat,hoc proderit,vt ſciatur quando vacari beneficiū, an in menſibus qualificatorum, vel ordinariorum, vel an in menſibus papa, aut in menſibus ordinariorum, vbi Papa habet certos menſes.proderit etiam,vt ſciamus,ſi pro decedente orandum ſit,& eleemoſina facienda.c.a nobis.2. de ſent.excō. nam & in extremis poteſt excommunicatus abſolui.ca. ult.de ſepul.immo etiam poſt mortem, ſolennitate tamen adhibita, quæ deſcribitur in d.c.a nobis.2.

11 Tertia matricula eſt pro contrahentibus. vt ſi per hoſtiles incurſus,aut incendia ſubditi diſpergantur, illos curatus tempore quietis recoligere, ac ipſis teſtimonium per literas, proprio parochiæ ſigillo ſignatas,de fide & matrimonio dare poſſit,de quibus in c.non oportet.1.de conſecr.diſt.5.ubi glo.

12 Quarta pro illis,quibus de bonis eccleſiæ ſubuenit, vt ita eccleſiæ poſſint ſeruari indemnes, & conceſſa ac mutuata tempore famis ſterilitatis ac neceſſitatis, poſſint repeti tempore fertilitatis,& abundantiæ, ab illis,qui bona habent, & poſtea afflictis, & miſerabilibus perſonis in ſuis neceſſitatibus ſubueniatur,& hoc pulchrè docet Io.Hugo,in tract.de offi.quatuor præla.rub.de matriculis curati. quod facit ad ordinat. regiam Franciſci.primi rub. *Des regiſtres*. quam plenius elucidaui in l.qui in continentibus.ff.de verbo.ſigni.& in d.ord.in 2.tomo.

Quæſtionis tertiæ Epitomæ.

SVMMARIVM.

1 *Decimà quotuplex.& nu.2.& 3.*
3 *Papa ex cauſa decimam imponit.*
4 *Decima decimæ antequam imponatur,quæ requirantur.& nu.ſeq.& ibi, quod debitoribus denuntiari debet, vt ſoluant. ubi etiam,quod priuatio præſupponit habitum.& ibi,decima ex hoſpitalibus an debeatur.*
5 *Eccleſiæ ornamenta pro decimæ ſolutione capi non poſſunt.*
6 *Decima decimæ non debetur de capellis non excedentibus viginti libras. item nec de diſtributionibus quotidianis.num.7.& beneficij valor quomodo probetur.*
8 *Decimam ab ecclesijs an epiſcopi recipere poſſint.*
9 *Decima pro anniuerſarijs.& nu.10.*
11 *Decima pupillis & viduis reſeruata.& quando capienda nu.12.*
13 *Gradus eſt in dando eleemoſynam.& ibi, quod miſerationis cauſa maior in minore eſt, quàm in maiore.*
14 *Decima epiſcopalis.*
15 *Decima ex vno voto debita.ubi, quod uoti obligatio ad hæredem tranſit.& num.16.*
16 *L.2.§.ſi.de pollicitat.intellectus.ubi etiam quod dominium ſiue traditione in eccleſiam tranſit.& quod poſſidere in certam partem rei nemo poteſt.*
17 *Intellectus l.ſi.C.de ſacroſanct.eccleſ.& ibi, dominium rei donatæ quando ad eccleſiam non tranſeat.*
18 *Decima clim fiſco debita.*
19 *Decima metallorum.*
20 *Decima litis, quæ.& nu.21.22.*
23 *Decima ordinaria & extraordinaria.*
24 *Admirallus decimam ex latrocinijs marinis accipit.*
25 *Decima integra quæ.*
26 *Decimæ maiores & minutæ quæ.*
27 *Decimæ feudales.*
28 *Decimæ parochiales aliæ perſonales,reales ſeu prædiales aliæ.*
29 *Perſonales decimæ quæ, & an hodie debeantur.& nu.30.*
31 *Quadrageſimæ temporis decima.*
32 *Decimæ prædiales quæ.*
33 *Decimæ mixtæ quæ.*

QVAESTIO III.

1 TErtio, quotuplex ſit decima? reſpondeo multiplex.nam quædam eſt ſpiritualis, & quædam temporalis, ſpiritualis eſt de qua ſuprà in proxima q. fuit dictum.temporalis vero eſt, quæ de tempore debetur, & ob id inſtituta fuit quadrageſima, vt domino pars decima temporis tribuatur.cap.40.de conſecra. diſtin.5.ideo qui quadrageſimam non ſeruat, Deo decimam ſubtrahit.

2 Altera eſt ſubſtantialis, quæ ex ſubſtantia hominum debetur.ſic vocat Florent.in 2.partæ ſummæ.in tit.4.c.3.§.1.& ſeq. & iſta de omnibus frugibus debebatur leuiticę olim tribuia populo ex lege.cap.1.de deci.Exod.22.cap.& Leuit.vlt.& licet aliæ ſolui eſſent ſolitæ,non tamen ex lege debentur, ſicut iſta, & eſt decima quæ parochialis vocatur, quia curatis parochialis eccleſiæ debita eſt regulariter,& hanc pertractare noſtræ eſt ſententiæ.

3 Secunda eſt,quam leuitæ, hoc eſt inferiorum miniſtrorum gradus,ſummo ſacerdoti,videlicet Aaron,dabant. Num.18.c. ibi, præcipe leuitis, atque denuntia, quum acceperitis a filijs Iſrael decimas,quas dedi vobis, primitias earum offerte domino,id eſt,decimam partem decimæ,vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum:& date eam Aaron ſacerdoti.& iſti cōparaī decima,quæ p̄p̄ tribuitur. Poteſt enim Papa ex magna cauſa,vtpote ſi contra infideles, vel eccleſiæ inimicos bellum gerat,hanc imponere, vel ex alia iuſta cauſa. quamuis Panor. contrarium dicat in c.2.in fi.eo.tit. Nam poſtquam erat præceptum Leuitis a domino, vt hāc ſoluerent,ideo non inuenio legem repugnantem,quominus imponi a Papa etiamnum poſſit,vt inferius dicetur,& habetur 2. Eſdræ.c.10.in fi.

4 Et ſic ex illa authorit.Nu.18.requiruntur ſequentia, primò, ꝙ hæc decima ſit impoſita & præcepta,ibi,præcipe. Ergo ſine impoſitione ſummi ſacerdotis ab alio imponi non poteſt, & ſi aliter fuerit impoſita,indicens eam eſt excommunicatus. in c. clericis.§.1.de immuni.eccle.in 6.

Secundò, requiritur ꝙ poſt impoſitionem ſit denuntiata, ibi,denuntia.debitoribus enim denuntiari debet, vt ſoluant.l. quidam Iberus.ff.de ſeruit.urbano.præd.doc.in l.vinum. ſi certum peta. Tertio,ꝙ imponatur leuitis,id eſt clericis, qui decimas percipiunt.Ergo his qui non percipiunt decimas,imponi non poſſunt decimæ Papales, quas regales hodie quidam vocant.extra.1.de dec.in communibus.

Quartò,ꝙ hæc decima imponatur ſuper decimis beneficij. ibi,decimam partem decimæ. igitur non poſſet imponi ei qui decimas non haberet,quia priuatio præſupponit habitum. ca. ad diſſoluendum.de deſponſa.impube. & nunquam mihi fuerunt impoſitæ,ob defectum materiæ,Laus Deo.§.ſeruus. de c. diminut.in Inſtit.& ideo non debetur decima ex hoſpitalibus. glo.in d.cle.ult.eo.quam ſequitur Fel.in c. de quarta. col.6.nu. 18.de præſcri.aliàs conſului pro ſocietate præsbyterorum diœceſis Annicien.

Quintò,ꝙ ipſi clerici accipiant decimam.nam ſi non acciperent,non tenerentur ad iſtam.ibi,cùm acceperitis a filijs Iſrael & c.niſi per eos ſtaret quominus acciperent.l.quod te.ff.ſi certum petat.

5 Sextò,ꝙ is qui eam petit,ſit Aaron.id eſt ſummus ſacerdos. ibi,& date eam ſacerdoti. Ergo epiſcopis, archiepiſcopis, vel alijs perſonis non debetur,niſi a Papa concederetur, clemen. ult.de dec. quæ ſic habet:Si beneficiorum decima cuiuis ſimpliciter concedatur ad tempus ſecundum exactionem decimę in illis partibus,in quibus fiet conceſſio,conſuetam, & ad monetam currentem communiter ipſa decima leuari poterit, & debebit,nec per collectores,exactores,ſiue leuatores ipſius decimæ,eccleſiarum calices,libros & alia ornamenta diuinis officijs deputata ex cauſa pignoris vel diſtractionis capi, uel recipi nolumus,uel diſtrahi,ſeu quomodolibet occupari.

6 Notandum eſt, ꝙ cum in hoc regno Franciæ ſæpe practicetur,ut dicit ibi glo.ideo ſuper ea multæ ſolent oriri dubitationes,quæ deciduntur per extrauagantem primam de dec. in cōmunibus.ideo ad eam vnuſquiſque recurrat,& aliàs de hac cōſului,& plenè ſcripſi in conſi.incipiente,iſtæ cōmunitates,&c. & non debet hæc exigi decima de capellis, quæ non excedunt viginti libras,teſte Collecta.in c.nuper.eo.vbi plus dicit, quòd ſi fructus alicuius beneficij fuerint augmentati,decima iſta nō debet augeri,poſtquam ſemel taxata fuit.clem.fina. de dec.Et quando debet prouideri de beneficio vſque ad certum ualorem,debet hic ualor probari ſecundum taxationem decimæ, niſi aliàs valor probari poſſet,vt not.ibidem Collect. quod poteſt prodeſſe conſiliarijs, quibus prouideri debet de beneficio vſque ad ducentas libras,& non infrà.

7 Item in conſilio Conſtan.de hac decima ſic reperi ſtatutū: Prȩcipimus & mandamus iura quę prohibent inferioribus a Papa decimas & alia onera eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis imponi,diſtrictius obſeruari,per nos autem nullatenus imponantur generaliter ſuper totum clerum, niſi ex magna, & ardua cauſa,& vtilitate vniuerſalem eccleſiam concernente, & de conſilio & conſenſu & ſubſcriptione fratrum noſtrorum ſanctæ Romanę eccleſię cardinalium,& prȩlatorum,quorum conſilium commodè haberi poterit, nec ſpecialiter in aliquo regno,vel prouincia inconſultis prȩlatis ipſius regni, uel prouincię & ipſis non conſentientibus,uel eorum maiori parte,& eo caſu per perſonas eccleſiaſticas & authoritate duntaxat apoſtolica leuentur.in ſeſſ. 43. & Thoſta. plura ſcribit q.74.ſuper.c 23.Matth.

8 Et ſic uides quando hęc decima imponi poſſit.Pano. in d.c. 1.eo.dicit in locum iſtius ſucceſſiſſe quartam decimarum, quā epi-

Source : BIU Cujas

episcopi,cum episcopatus fructus erant tenues, solebant recipere,hodie verò non recipiunt,nisi vellent reparationes in beneficijs,a quibus quartã acciperent,facere.c. priscis & seq.10. q.3.ubi gl.sed congruentius conuenit pp, vt prædixi. vide Fed. consi.151.thema.& Marc.Mantua.consi.1.coucludentem hãc decimam ex distributionibus quotidianis non deberi, ne diuinus minuatur cultus.Et quia aliàs sæpius ita fuit per papam declaratum, eius declarationi standum est.

9 Tertia est decima, quam vnusquisque de populo Israelitico in suis horreis separabat,vt eas comederet, dum in templum Hierusalem proficisceretur,cùm in uestibulo templi leuitas inuitaret,ad conuiuum.c.1.dedec.& Deu.12. & 14.in fin. caue ne relinquas leuitã, quia non habet aliam partem in possessione tua. & in locum istius succedunt, hodie aniuersaria, quæ pro mortuis fiunt,& interdum conuiuia præsbyteris dantur in anniuersarijs pro consuetudine quorundam locorum, vt apud Virgil.lib.3.Aeneid.est videre.

Solennes tum forte dapes,& tristia dona,
Libabat cineri Andromachæ, manesque ciebat.

Et sic olim decima pro mortuis dabatur. hodie mali eam relinquunt,& a deo relinquuntur. Vel oblationes quæ fiunt in manus sacerdotum,possunt loco ipsius esse decimæ, vt Pan.& alij dicunt,in d.c.1.

10 Ex quo ostenditur, p hæc decima debet dari pro orationibus tam viuorum,quàm mortuorum.gloss.in cap.ecclesias.in verb.seruus.13.q.1.dicens, p licet veteres deuotioni addicti, quatuor olim decimas soluerent, tamen hodie nec vna quidē bene datur,idcirco fame,penuria,bellis, & alijs infinitis malis constringimur,de quibus inferius dico.q.vlt.

11 Quarta erat decima,quam veteres viduis & pupillis erogabant,de qua Deut.26.c.ibi,quando compleueris decimam cūctarum frugum tuarum,anno decimarum tertio dabis leuitę, & aduenæ,& pupillo,& viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur.

12 Ex hoc patet istam decimam capiendam post solutionem alterius decimæ,quæ parocho debetur,idest curato,& idem in alia quacunque decima:patet ibi, quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum,& hæc non capiebatur, nisi anno tertio post alias decimas.ibi,anno decimarum 3.

13 Secundò,est gradus in dando,quia primò præcipit deus leuitæ dandam.ibi, læuitæ.& sic primò clerico pauperi dari debet, quàm laico.Tertiò aduenæ potiusquàm ciui:ibi, aduenæ:quia ciuis facilius inueniet quàm aduena. Quartò pupillo, potius quam pauperi maiori, maior enim est miserationis causa in minore.ibi,& pupillo,&c.Quintò viduæ.ibi viduæ.d.c.26.Deuter.Isti tamen gradus non sunt necessarij, sed pro necessitate cuiusque distribuenda est eleemosyna, imò in hospitalitate nō est habendus personarum delectus, sed indifferenter quibuscunque sufficimus,hospitales nos exhibere debemus.c.si quis in fi.42.dist.Sextò,p hæc datur intra portas,hoc etiam non est necessarium,nam ubicunque inuenitur pauper,est donandus eleemosyna,quia intra portas nostras venire pauperes pati nō tolemus.

14 Quinta est decima episcopalis,quam olim episcopi ecclesijs parochialibus(quia episcopatus fructus tenues erant) recipiebant.c.quoniam,& c.dudum.de dec.c.quia circa.infra de priui. c.vobis.& c.conceſſo.12.q.2. sed hodie de cōsuetudine etiam ista non debetur.c.priscis.& c.seq.10.q.3.sed tantum quarta decimationum episcopis affecta est.c.conquærente. de offic.ord. & in hac olim erat de iure communi fundatus, & fortè possunt intelligi iura, de quibus inferius dicetur, an hodie debeantur.

15 Sexta est decima, quæ ex voto debetur,per tex.in l.2.§. fin.ff. de pollic.his uerbis sic descriptum : Si decimam quis bonorū vouit,decima non prius esse in bonis desijt, quàm fuerit separata. Et si fortè qui decimam vouit decesserit ante separationē,hæres ipsius hæreditario nomine obstrictus est, uoti enim obligationem ad hæredem transire constat.gl.1.in c.tua nobis. 2.de dec.intelligit in decima,quæ ex voto debetur,secus in alia decima cuius transfertur dominium in ecclesiam,etiam antequam sit segregata.

16 Aduertendum est ad intellectum.d.§.fi.d.l.2 Nam quamuis doct.ibi eum valde contorqueant, ego tamen puto sic intelligi posse.p si quis vouerit decimam partem bonorum,illa non desijt in bonis vouentis,priusquam fuerit separata ab alijs bonis.Ratio dubitandi erat, p in ecclesiam transit dominium sine traditione.l.fi.C.de sacrosan.eccle.c.2.de consue.sed contrarium est ibi.Nam pars bonorum decima est incerta, ideo non separata, non desijt esse in bonis vouentis,quia incertam partē rei nemo possidere potest.l.3.§.incertam.ff.de acqui.poss.ignoratur enim super qua parte bonorum erit decima, ideo ecclesia non habet rei uendicationem illius rei incertæ, tum quòd non possunt esse vnius rei duo domini insolidum, tum quia non est iusta causa ad partem incertam vendicandam,ideo nō datur rei uendicatio.l.quæ de tota.§.1.ff.de rei ven.sed is qui vouit, actione personali cogi potest ad illam decimam separandam, & soluendam, & præstandam, nec potest penitere post votum,qui si eam separauerit,& sic decesserit,hæres ipsius obstrictus erit,quia uoti istius obligatio transit ad hæredes, vt ibi dicit tex.& sic vouens erat in vita obligatus. Quicquid dicant ibi docto.per principium tex.ibi, si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur,quæ res personam vouentis obligat,non rem, quæ vouetur.contra Bar.& alios ibi,& in l. si is qui pro empto re.in fi.ff.de vsuca.alioqui non transiret obligatio,quæ non esset,ad hæredem.per l.2.§.ex his.ff.de verbo.obl. l. hæredem. de reg.iur.arg.l.decem.ff.de verb.obl.

17 Et sic limitatur d.l.fi.C.de sacrosan eccl.vt non habeat locū, quando bona incerta sunt ecclesiæ donata,vt si quis donet tertiam,vel quartam partem bonorum,illo casu non transibit dominium sine separatione,per d.§.fi.l.2.secus quando bona certa sunt,tum ne duo in vnum specialia concurrant.l.1.C.de do. prom.tum per rationes prædictas,quamuis gl.in c.moderamine.16.q.1.dicat hoc verū in decima quæ vouetur, secus in alia. tamen non video diuersitatis rationem in his decimis,iō oportet iura iuribus conciliare,vt in l.vnica. C. de dot. promis.nam post votum decima debita est,sicut & alia,quia dicitur, vouete,& reddite vota deo,ideo in utraque decima idem dicemus, vt scripsi in q.8.inferius,quamuis gl & doct.in d.c.tua.2. primã sententiam sequantur,& votum pro voluntate & desiderio.gl. exponit in l.cura.§.1.ff.de mune. alibi tractaui.

18 Septima quæ olim debebatur fisco, de his quæ mariti sine liberis decedentes,coniugibus suis relinquebant, sed hodie abolita est,in l.2.C. de infirmand. pœnis cœlibat.

19 Octaua est decima metallorum. Nempe. si aurifodinæ, argenti fodinæ,vel aliæ metallorum venæ in fundis priuatorum inueniantur,decima metallorum pars fisco debetur, & altera decima domino fundi,detracta tamen ante omnia decima curato debita.per l.cuncti.C.de metal.lib.11.gl.in l.inter publica, vbi scripsi.ff.de uerb.sign.& in decisio.Neapol.q.321. uide inferius q.8.de quibus bonis decima soluenda sit.

20 Nona,est decima litis.Olim is,qui iniustè litigabat, nomine expensarum & sumptuum decimam partem eius, quod petierat,reo dare tenebatur.& παραγραφὴ genus actionis dicebatur,qua qui experiri volebant,pecuniam deponebant. Moris enim fuit, vt qui hoc genere experirentur,tam actor quã reus apud acta decimam æstimationis litis partem deponerent,multam scilicet futuram temerè litigantis.testis est nobis Budæus in commenta.linguæ Grecæ, quod probat l.generaliter. 1. C.de epis.& cler.sed ibi doct.in hoc dicunt illam legem abrogatam esse.& §.hæc autem.de pœna teme. litigant. in inst.

21 In curia tamen parui sigilli Montispessulani hæc decima alitur, ac confouetur. Nempe rex vel regina percipit decimam partem cuiuscunque debiti, in illa curia petiti, ab eo qui succumbit,vt est statutum in ordi.reg.rub. *de la court du petit seel de Montpellier.artic.*5. & per totum.

22 Et baiulus seu gubernator Montispessulani etiam decimã partem eius rei quæ petitur in curia vindemiarum, obtinet,& in hac decimæ litis exactione inspicitur id, quod petitur, non quod exigitur,nam si decem petantur,rex consequitur vnum, licet non deberentur,nisi quinque.Bar.in l.in offerendis. C. de appellat.allego tex.in l.pen.in fi.ff.de iurisd.omn.iud.ibi, semper quantum petatur quærendum est, non quantum debeatur.

23 Decimò,quædam est decima ordinaria, altera extraordinaria.Ordinaria est,quæ secundum iuris ordinem imposita exigitur, vt decimæ prædiales, & personales, de quibus inferius. Extraordinaria est,quæ extra iuris ordinem imponitur vt si Papa ex aliqua iusta causa imponat,illa extraordinaria dicetur,& si quis vendat fundum liberum ab omnibus decimis,intelligit de extraordinarijs,non de ordinarijs, deo & eius ministris debitis,vt docet Bal.in l.fistulas.§.frumenta. in fi. ff.de contrahen. empt.per l.Seio §.medico.ff. de annu. legat.sequitur Francisc. Cremen.singul.107.vendidi.& Soci.consi. 257.uiso.col. 2.uol. 2.hoc tamen non approbo,vt alibi dicam.

24 Extraordinaria etiam,quam admirallus seu admirabilis accipit ex latrocinijs marinis,ut patet rub. *De l'admiral.* ordina.1, artic.13.in Ordi.reg.

25 Vndecima quædam est decima integra,quædam non. integra est,quæ cum integritate persoluitur,id est de decem vnū,& nouem retentis,decimum præstarur.c.fi.de paroch.c. commissum.cum seq.& c.cum homines.c.ex parte. 2. & seq.& c.in aliquibus.eo.& hæc est uera decima,quæ Deo debetur,& curatis persoluitur.

26 Duodecima,quædam sunt maiores decimæ siue grossæ,quę ex frumento & vino soluuntur, minutæ verò quæ ex hortis, pullis,& ouis.glo.& doct.in c.cum ex tua.& c. ex multiplici. de deci.ubi in Anglia in lana,lacte,& caseis est,& in multis alijs locis.in c.cum in tua.de dec.

27 Decimatertia,quædam sunt feudales,id est in feudum datę, aliæ non. capitul.tua 1. de dec. de his dicam infrà quæstio. decima.

Visis

Source : BIU Cujas

De decimis, Petri Rebuffi

28 Visis summatim decimæ diuisionibus, dicendum est de parochiali decima, quam duas, in species partiri doctores ad vnũ asserunt, videlicet in personales & reales seu prædiales.

29 Personales sunt quæ ex acquisitis personæ labore, & opera, soluũtur. c. ad apostolicæ. de dec. siue proueniant ex artificio, industria, scientia, mi itia, negotiatione, vel ex alio quolibet actu licito. vt dicetur inferius. q. 8.

30 Quæro an istæ personales etiamnum debeantur? Inn. in c. fi. de paroch. deberi existimat, sic dicens, ꝙ licet quidam insani hæretici dicant personales non esse in obligatione, tamen cõtrarium est expressum in Deut. 12. c in princip. ibi, offeretis de. cimas & primitias manuum vestrarum, quod gloss. sequitur in in c. fi. de pœnit. dist. 6. nam maior ratio est, ꝙ aliquis præstet de cimam de eo quod manus tanquam nobilior pars acquirit, qu i m de eo quod humus producit. c. reuertimini. & c. quicun que. 16. q. 1. c. 40. de consecr. distin. 5. vbi iubemur dare decimas omnium: ergo de labore personæ. Hanc sententiam sequũtur Anto. & Pan. in c. in aliquibus. in fi. de deci. & hæ maximè debentur his curatis, qui non habent alias decimas prædiales, vt ecclesiæ vrbium communius, & tunc indigentes curati, postquam ministrant spiritualia, debent metere temporalia, & de altari viuere, postquam altari seruiunt. cap. cum secundum. de præb. & possent tunc exigere decimas personales, & hoc est iustum vt asserit Aste n. in sua summa, in 2. par. rub. de deci. ar. 4. q. 6. glo. tamen. in c. 1. de dec. lib. 6. tenet decimas prædiales iure diuino debitas, personales verò humano. per d. ca. in aliquib. &c. non est. vbi dicitur, ꝙ sancti patres in suis scripturis tradiderũt ergo non de iure diuino, & nullibi reperitur esse præceptum a iure diuino, ꝙ personales decimæ soluantur: & ubi esset præceptum, hoc est de iure veteri, quæ lex vetus esset per Christũ obliterata, ut Paul. ad Rom. 7. & ad Heb. 8. & 10. docet. facit c. fi. 24. q. 3. & ita residet Host. in c. ad Apostolicæ. & cap. a nobis. eo. & Traiect. in d. q. 5. Vos tamen dicite hanc decimam, vt in 1. quæst. concluſi, esse iuris diuini naturali ratione inductam, & an tolli possit, dicetur inferius. q. 13.

31 Sunt tamen quædam decimæ personales, quæ deo ex perso na propria præstari solent, vtpote agendo pœnitentiam, & bona opera exercẽdo, ob quam rem fuit instituta quadragesima, vt decima temporis deo persoluatur, de qua habetur ad Heb. 7. ibi, Leui qui decimas accepit. decimatus est & c. quadragesima. de consecra. dist. 5. & aduersus istam non præualet consuetudo nec inimicus, quamuis uoraces circumeant hæretici, deuorare eam, ne in conspectu illorum sit, saragentes, sed ante eos institura fuit, & post eos remanebit.

32 Prædiales decimæ sunt, quæ ex fructibus prædiorum deben tur, c. 1. & cap. ad apostolicæ. c. peruenit. de deci. vini frumẽtiq; decima. & fructuum arborum. Host. tradit in summa. §. quot sint eius species.

33 Mixtæ sunt, quæ partim a prædijs proueniunt, vtpote, quia ibi viuunt animalia. c. commissum. de dec. nam sicut arbor illius loci censetur, in quo viuit. l. si plures. in fin. ff. arb. furt. cæsr. sic & animalia. l. cum quidam. ff. de fundo instruc. partim etiã à personis ideſt a custodia personarum emanant, custodia deficiente lupus inuaderet, & nullus vel paruus esset gregis fructus qui de agnis, & alijs animalibus proueniunt, ac fœtus. c. pasto ralis. & c. ad apostolicæ. de deci. & de his inferioribus dicetur. q. 6. & octaua, de alijs autem decimis nil, cùm sint facti, describo, & quia in iure non reperiuntur.

Quæstionis quartæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decima quid.*
2 *Decima de licitè quæsitis soluenda. nam furti species est de alieno largiri.*
3 *Decima dicitur quota pars, & quare.*
4 *Decima diuino iure debita.*
5 *Decima an ex consuetudine debeatur.*

QVAESTIO 4.

1 QVarto, quid sit decima? Respondeo; Est omnium bonorum licite quæsitorum quota pars, deo diuina constitutione debita. Car. consi. 26. pro euidentia.

Primo dicitur in diffinitione, de omnibus bonis, quod probatur in c. est in potestate. ibi, de omnibus bonis decimæ sunt ministri, ecclesiæ tribuendæ. eo.

2 Secundò, scribitur, licite quæsitorum, ꝙ habetur in capit. ex transmissa. ibi, qui fidelis homo, de omnibus quæ licite potest acquirere, decimas errogare tenetur. eod. inferius elucidatur. q. 5. Illa enim q̃ iniuste quis acquirit, restituere tenet, aliter peccatum non dimittitur. reg. peccatum. de reg. iur. in 6. & sic non debet dare decimam illorum bonorum, species enim furti est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere. l. si pignore. ff. de furtis.

3 Quota pars, videlicet decima. c. 1. & per totum. eo. sed aliquã do soluitur duodecima, vigesima, vel alia quota, & semper habetur pro decima, ideo dicitur quota pars, vt inferius q. 13. an decimæ tolli possint, inferam. Debita, hoc probatur in c. tua no bis. 2. eod. tit. & fusius tractaui sup. q. 1. & 2.

4 Diuina constitutione, hoc exprimitur in c. tua. 1. ibi, quæ diuina constitutione debentur. & c. in aliquibus in fi. ibi, quæ debetur ex lege diuina. eo. & comprehẽditur ius naturæ, vt scripsi in 1. quæst. superius.

5 Nec refragatur text. ibi, vel consuetudine approbata. Ergo de consuetudine quædam decima debetur, & sic non ex lege diuina, quia respon. decimam deberi de constitutione diuina, verum quia consuetudo interdum eam diminuit, vt inferius dicam q. 13. ob id illa debetur solum, quæ ex consuetudine approbatur, vel debetur, quasi velit dicere, si integra decima ex consuetudine non debeatur, illa non soluetur, & hoc vult dicere. d. §. fi. c. in aliquibus. & sic semper iure diuino debetur, a consuetudine approbato, vt scripsi superius q. 1. Hostiẽ. in summa. alia super hac definitione scribit, ad eum recurras. hæc ad istã sufficient nunc quæstionem, quamuis alia possent dari definitiones, ista nunc contentus ero.

Quæstionis quintæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimas quilibet soluere tenetur.*
2 *Decimæ tributa sunt pauperum, & eis affectæ.*
3 *Prælati ad decimas prædiales tenentur, vbi sunt prædia sita: ad personales vbi sacramenta recipiunt, vel audiunt diuina. & num. 4. & 8.*
5 *Decimas canonici & clerici soluunt, & quas. 6. & 13.*
6 *Intellectus c. 2. de decim. Verum curati hodie ex decimis suæ parochiæ alijs decimam non præstant.*
7 *Monachi ad decimas non tenentur de laboribus seu nutrimentis suis. & numero 21.*
9 *Sacerdotes an, & ad quas decimas teneantur. & Clerici inferiores postquã sacramenta recipiunt, ad decimas & oblationes tenentur.*
10 *Monachi non sacerdotes qui a curatis sacramenta recipiunt, ad decimas an teneantur.*
11 *Iudæi, Turcæ, hæretici & alij decimas dare tenentur de terris quas colunt. & num. 12 nam commodum ex sua improbitate consequi nemo debet.*
14 *Pauperes an & ad quas decimas teneantur. & ibi quod decima soluitur quasi debitum. & debiti in solutione non habetur ratio ad difficultatem. nam ignoscendum ei non est qui paupertatis prætextu turpissimam vitam elegit. & ibi, quod sunt bona omnia communia necessitatis tempore.*
15 *Pauperi quando decima remittenda: ubi, quod ecclesia cultrix & auctrix iustitiæ, non patitur aliquid fieri contra iustitiam. ubi etiam, quod actio inanis est, quam inopia debitoris excusat.*
16 *Mercenarij & famuli ad quas teneantur decimas.*
17 *Decimam ex lucro institores soluant.*
18 *Meretrices an & quando ad decimas teneantur. ubi, quòd sacerdos a meretrice, eo modo quo a Iudæis, decimas recipit.*
19 *Decima non soluitur ex quæstu proueniente ex peccato notorio.*
20 *Decima de dote ecclesiæ an & quando soluenda. res transit cum suo onere & ibi, quod ecclesiæ non debent ædificari cum alicuius præiudicio.*
21 *Religiosi tam exempti quàm non exempti ad decimas tenentur, & de quibus rebus.*
22 *Leprosi & hæremitæ de quibus decimas soluant.*
23 *Fructus antè decimæ solutionem in domum non debent deferri, nisi in contrarium sit consuetudo.*
24 *Constitutionis Regis Francisci. 1. quo ad decimas, ratio.*
25 *Reges & principes decimas soluere tenentur.*
26 *Decimam quilibet soluat. fallit num. 27.*
27 *Exemptio a decimarum præstatione a Papa solo datur, & est iusta causa. 28.*
29 *Cistercienses & alij in decimis habent priuilegium. & 30.*
31 *Cisterſienses & alij de quibus decimas soluant.*
32 *Episcopi decimas non concedunt. item episcopus contra concilium non dispensat, & laicis decimas non concedit.*
33 *Idem in Abbatibus & alijs inferioribus.*
34 *Intellectus c. 2. de his quæ fiunt a prel. & nu. 15.*
35 *Præsentia inducit consensum.*

QVAESTIO 5.

1 QVintò, quæsitum est, quis ad has decimas teneatur? respondet. cap. a nobis. de deci. ibi, cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, siue sit nobilis, siue ignobilis, & nõ solum futuras, sed præteritas. capitul. veniens. in fine. de transact.

2 Sicut omnes tributum Cæsari soluere tenentur. c. si tributũ & seq. 11. q. 1. l. fi. C. sine censu. ita & multo fortius decimæ, quæ sunt

Source : BIU Cujas

sunt tributa egentium personarum, & sicut tributa principibus ita & decimæ pauperibus affectę sunt.c.decimæ.16.q.1.c. tua.2 de dec.

3 Etiam prælati ad decimas prædiales tenentur,vbi sunt prædia sita.Inn.in d.c.2.eod.Card.consi.88. capitulum.nu.7.

4 Et ad personales,vbi sacramenta ecclesiastica recipiũt, vel vbi audiunt diuina.Host.Bohic,Ant.& alij in c.2.col.2. eo.tit. tum quod quilibet teneatur,& tam laicus quam clericus,docet tex.in 16.q.1.c.si quis laicus. & sufficit ꝙ audiant diuina, licet non susc ipiãt ibi sacramenta.Inn.& But in d.c.2. in fi.aliàs posset fraudari ecclesia tota decima, si episcopus haberet omnia prædia,vel maiorem partem illius parochiæ, quod nõ est concedendum,vt in c.suggestum.eo.tit.

5 Canonici de fructibus, nisi sint iam decimati illi ecclesiæ, vbi habent præbendas,decimas soluunt.c.nobis.& c.tua.vbi Host.& Inn.eo.& Ant.in d.c.2.in fi.

6 Clerici etiam de prædialibus,sed non de dote eccl. decimas soluunt.per d.c.2.eo.uel clerici non clericis æqualibus, sed superioribus decimas præstant,vt quidam intelligunt d.c.2.Ego vero dico ꝙ clerici non tenentur soluere clericis decimas ex illis decimis,quas recipiunt, sicut nec leuitæ leuitis per soluebant, quia nil aliud ipsi id temporis possidebant, sed si clerici non constituti in sacris labores accipiant spiritualium ministrorum,id est audiant diuina,& sacramenta recipiaut a clericis,id est a sacerdotibus,eis tenentur ad decimas personales. & hoc probat tex.ibi,illi profecto clerici,qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiũt, decimas eis debent. Et sic nouiter intelligo illum tex.quicquid ibi doct. dicant. nam leuitæ decimis contenti erant, ex quibus decimas non persoluebant,sic curati hodie ex decimis suæ parochiæ,aliis decimã non præstabunt quamuis multiplex fit, vt q 3.dixi.

7 Item clerici communiter viuentes, vel monachi decimas soluere non tenentur de laboribus,seu nutrimentis suis:quia omne ꝙ supersit,erogandum est in causas pias.c.decimas.16. q.1.iuferius dico.q.13. plenius.

8 Idem etiam in prælatis recipientibus sacramenta,vt etiam ad decimas personales persoluendas teneantur,vbi sacramenta recipiunt,& idem in sacerdotibus firmat Anton. Butr.in d. c.2.col.2.

9 Sed hodie cùm sacerdotes non recipiant sacramenta, nec audiant diuina ab aliis,sed ipsi per se cantant,& sacramenta p se recipiunt,decimas non soluunt,ad decimas tamen personales de lucro,& artificio,sicut Laici tenentur,& ad oblationes, quia nomine ecclesiæ percipiunt sacramenta,teste Inn.in d.c. 2.Ego tamen tenerem contra eum,quia cessante cã, effectus cessare debet.c.cum cessante.de appel.nempe Leuitæ non recipiebant decimas ab his,quibus non ministrabant. ca.ecclesias.13.q.1.sic non exigetur decima a sacerdotibus quib. non ministratur,sed inferiores clerici id est primæ tonsuræ, vel alij postquam recipiũt sacramẽta,sicut Laici ad decimas, & oblationes astringuntur,siue sint coniugati,siue non: contra glo. ibidem in d.c.2.& hoc probat ibi tex.dicens,illi qui recipiunt. ergo qui non recipiunt,non tenentur,arg.a contrario sumpto quod est ualidum capitu. cùm apostolica, de his quæ fi. a prælatis.

10 Idem est in monachis non sacerdotibus, qui ab alijs curatis pascuntur,ut ad decimas,& oblationes teneantur, secus,si sacramenta ab illis non recipiãt, vtpote, quia sunt sacerdotes, tunc ad personales non tenentur.c.alia.16.q.1. sed cum monachi,& alij religiosi, in suis monasterijs recipiant sacramenta, & ab alio quàm a curato,personales decimas non præstabũt, prædiales autem sic,vt inferius dicetur.

11 Item Iudæi,de terris quas colunt. c.de terris.eod.tit ne forte illa occasione ecclesiæ valeant suo iure fraudari, vt ibi dicit tex.& idem doc.ibi,de Pagano de Turca,& Hæretico, vt non debeant esse ij stolidi melioris conditionis, quàm Christiani, arg.l.Seruius.ff.quod vi aut clam.& c.eum qui.de præbẽ.in 6. Card.in c.in aliquibus.eod.& ad personales decimas Iudæos, & Hæreticos teneri concludit gl.in c.decimæ.16.q.1.& in d.c. tua nam quamuis non audiant diuina,est tamen illis imputandum,quia non stat per ecclesiam,quæ nemini claudit gremiũ, & nemo ex sua improbitate commodum consequi debet.l. itaque fullo.ff.de fur.saltem tenebitur Iudæus,& infidelis soluere æstimationem illius decimæ personalis, & oblationes, quas habuisset ecclesia a bono christiano,qui in illa domo,in qua Iudæus habitat, residisset,si ille infidelis abfuisset.c. quanto.in fi.de usuris.vt ecclesiæ seruentur indemnes.text. in summa.39.dist.in fi.& d.cap.quanto.& in 2.compila. erat decr. incipiens,ad audientiam.ad hoc expresse facta. Et ista asserunt Panor.& alij in d.c.de terris.post gl.in c. tua.ibidem.

12 Et in sarracenis idem consuluit Oldrad. consil. 91. uenit in dubium.& March.Mant.consi.188.cum alias.col.2.& Alfon. de montal.in foro regal. rubr. de la guarda de las cosas de la sancta yglesia.l.4.lib.1.tit.6.

13 Idem concludit Lapus allega.63.in Dei nomine amen.Dubitatur in canonicis,qui acquisierunt domos in ecclesia paro chiali,vt satisfacere teneantur sicut alij, ne parochialis ecclesia,dispendium patiatur. Vnde tex.præcipit in ca.in aliquibus. eod.ꝙ domini dent colenda sua prædia illis, qui decimas sine contradictione persoluant,& sic domus locari debet iis, qui decimas soluere valeant.

14 Pauperes etiam ad has astringentur decimas teste Panor.& aliis in c.cum homines,col.2.de deci.quia decima quasi debitum soluitur.c.parochianos.eod. tit.& in solutione debiti nõ habetur ratio ad difficultatem.l.continuus.§ illud.ff. de uerb. obli.& sic nec ad inopiam,nisi post cessionem, vt in rub.ff.de cessio.bonor.& in c.Odoardus.de solutio. & propter paupertatem quis non debet aliena rapere, nec est ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitam eligit.l. palam.§. non est ignoscendum.ff.de ritu nuptia.facit c.habebet.12.q.1. & melius est pauperi illas soluere, & Deum recognoscere, q̃ sibi decimas retinere,alioqui quilibet posset se pauperem dicere,& sic decimas retinere,quod non posset fieri, sine superioris authoritate.glo.ult.in c.quia tua fraternitas.12.q.1.imò debet recognoscere se effectum panperem, ꝙ decimas nõ soluerat.ut inferius dico.q.ult. Et ideo non bene debet soluere, nisi ecclesia ei remittat,ut Host.in §.fi.q. 8. in sua summa docet.uel si fortè fame periret, tunc non tenetur soluere quia omnia bona sunt communia tempore extremæ necessitatis l. 2.§.cum in eadem.in fi.ff ad legem Rhodiam de iact. c.si quis propter.de furt.& tunc debet confiteri,& propositum reddẽdi habere,ac promitere se redditurum,si ad pinguiorem peruenerit fortunam,alioqui peccatum non remittitur. reg.peccatum.de reg.iur.in 6.

15 Immo pauperi, qui non soluisset decimam longo tempore,quam si vellet postea integram soluere, oportet ꝙ omnia sua venderet, ecclesia debet remittere, ꝙ inde viuere possit. per glo.in c quicunque in 16.q.7.quia ecclesia cultrix, & auctrix iustitiæ,non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se,vel in alterum.Priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ.c.uno.de alien. feud.& inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.cap. olim.2.de restit.spoliator.l.nam is.ff.de dolo.Panor.in c. vt super.in 1.glo.de rebus ecclesiæ non alienan.

16 Item mercenarii,& famuli,si sint homines liberi, de lucro proueniente ex mercede decimam debent parochiali ecclesiæ præstare in qua degunt, ac diuina sacramenta recipiunt, sed si serui fuerint,cùm nil habeant, non soluent, sed dominus ibi soluet, vbi habitat. capitul. quæstion. & capitul. decimæ.ubi gloss.16.quæstion.1.Innocen.& Anton. in cap.2.col. ult.eod.

17 Illi verò institores,qui alieno nomine negotiantur, de eorum lucro decimam debent, ubi percipiunt sacramenta, sed dominus decimam vbi audit diuina, etiam de illo lucro decima soluetur,quod prouenerit ex tali factore Lugd.d.c.q.Host. & Ant.in d.c.2.circa fi.

18 Etiam meretrices ad decimas astringuntur,& quilibet alius etiam iniuste acquirens, ita demum si in illum translatum fit rei dominium,& cesset ab eo repetitio.cap. ex transmissa. eo. & c.non est putanda.21.q.1.& dicit Card.in d.c.ex transmissa. in fi.ꝙ sacerdos poterit a meretrice decimam,& oblationem recipere,eo modo quo a Iudæis:& tunc cessat gl.ratio dicentis,a meretricibus non deberet recipere, ne videatur ei impunitatem præstare,vel si in ea videat signa pœnitentiæ,recipere potest,alioqui non,sine epi consensu.per id quod habet Deuterono.23.c.non offeras,vel in Hebræo est, non inferas mercedem meretricis, aut prætium canis in domum domini Dei tui. Vnde concludit Host.in d.c.ex transmissæ.ꝙ meretrix tenetur soluere decimam,ecclesia tñ non recipiet, ne ipsius uideat approbare turpitudinem.arg.ca.oblationes.90. dist. vel in occulto ecclesia recipiet, non in publico, ut asserit Troilus maluit.in tract.de oblatio.in 2.parte,nu.6.& hoc secundum eum procedit in meretrice publica.Amasia verò uel alia poterit,& debebit,& decimas,& oblationes præstare.Ioã.de Turre crema.in c.decimæ.uer.ad tertium.16.q.1.

19 Et idem est in quolibet publico,& notorio peccatore.c miror.17.q.4.& ubi quæstus fit ex peccato notorio, ecclesia non debet recipere,ne peccatum approbare videatur,secus si ueniret ex crimine occulto,licet prælatus illud sciret.c.si tãtum. 6, q.2.Host in summa.§.fi.uer quæritur utrum.

20 Præterea de dote ecclesiæ,si prædium in aliena parochia situm sit,solui decima debet,postquã diuisæ fuerunt parochiæ, cuilibet decimæ in sua parochia assignatæ sunt, & illius loci prædia affecta ad eas.& licet dentur illa prædia ecclesiæ alterius loci,non tamẽ minus soluitur decima.c.1.ubi gl. & doct. de censib.nisi curatus illius parochiæ in fundatione eam remiserit,quia res transit cum suo onere.l.alienatio. ff. de contrah. emp.c.ex literis de pig.nec debent ædificari ecclesiæ cũ præiudicio alicuius,& discooperiri vnum altare, vt aliud cooperiat.l. assiduis.in fi.C.q potio.pign.habeãt.Vñ dicit tex in d.1.c. ecclesiæ antiquitus cõstitutæ,nec decimis,nec vlla possessione

Source : BIU Cujas

priuent.& c qui cunq.& ſeq.16.q.1.facit tex.in ca.nuper.& ibi Pan.in primo not.eo.tit.dicit,ſe neſcire alibi æquè bonũ tex. in hac materia,ubi Ciſtertien.qui erant priuilegiati in decimis non ſoluẽdis,conſentiunt, q̃ de terris etiam. pro monaſterijs fundandis decimę ſoluantur,videlicet quia alijs excolendæ dabantur,& ſi non dentur, eccleſia ſoluet, vel religioſi component:quamuis gloſſ.in c.2. de deci.contrarium teneat in dote eccleſiæ,ſcilicet decimam non eſſe præſtandam,ſed contrariũ eſt verum,niſi fiat compoſitio.

21 Item religioſi tam exempti, quàm non exempti, de terris, & poſſeſſionibus ab eis acquiſitis decimas integre ſoluere debent illis,eccleſijs,quibus eædem poſſeſſiones fuerant decimales,niſi ſuper hoc ſpeciali iure, vel priuilegio muniti ſint.c.fi. §.pen.eod.titu.lib.6.tamen communiter viuentes decimas de laboribus,ſen nutrimentis ſuis non ſoluunt.c.decimas.16.q.1. inferius mutata dico eſſe tempora in his religioſis,in illa.q.14. an ſublatis decimis,noua ia debeantur.

22 Ad hæc leproſi ad decimas tenentur: ſi tamen communiter viuant,non ſoluunt de hortis, nec de animalibus quæ nutriunt.c.2.de eccleſi.ædificandis.& Flor.docet in 2 parte,tit.4. c.2.rubr.de deci.§.4 ne iniuri oſi veteribus eccleſijs in iure parochiali exiſtant.

Idem in hæreticis concludit And.Hiſp.in tract.reg. decimarum nuncupato.q.12.quia ſub generali nomine iſti tenentur. quod eſt verum ad prædiales,ad perſonales verò,ſi lucrũ amplum ſit, ſolui debet. ſi tantùm ad vitam par ſit, non ſolent de illo ſoluere.

23 Ideo curatus,vel exactor decimarum poteſt facere inhiberi domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ ſolutionẽ, vt vitetur occaſio furti,teſte Spec eod.tit.§. fi. ſequitur Lucas de pen.in l.2.colum.5.C.quan.& qui.quar. pars deb. lib. 10.& Guid.Pap deciſ.283.exactor.& Io.And.Collecta. Anch.Car. & alij in cap ex parte.2.eod.niſi conſuetudo aliter ſe haberet. Aufr.q.109.Boer.in conſuet.Bitur.§.12. de conſ.præd.probatur.2.Eſdr c.10 in fi.ibi erit,vel eſt in Hebræo:aderit autem ſacerdos filius Aaron cum Leuitis, quando decimam accipiẽt Leuitæ Si tamen conſuetudo præſtaret occaſionem ſurripiẽdi,non eſſet ſeruanda,per cap.ex parte.de conſuet.l. conuenire.ff.de pact.dota.& Aufre.q.432. in fi. Probare tamen oportet illam fraudis occaſionem,vt docet Crauett.in conſ. 21.homines,col.2. Et Rex Franciſcus, 1.ſtatuit deinceps ſoluendas eſſe:quod poteſt contra contemptores ſtatuere, vt docet tex. in c.poſtulaſti.de homici.& quamuis hoc ſit conceſſum ep̃o, & clero Carnoten.tamen idem concedi ſolet omnibus petentibus, cùm ſit eadem ratio concedendi.

Sequuntur litere Franciſci regis.

24 FRANCOYS par la grace de Dieu Roy de France, a tous ceulx qui ſes preſentes lettres verront, ſalut: Comme de la partie de l'eueſque, & clergè de Chartres, nous euſt eſtè dit & remonſtrè, que combien que les decimes, & primities ſoyent introduites, & inſtituées de droit diuin, & partant deuſſent eſtre payées loyaument, & ſans fraude. Ce neantmoins pluſieurs agricoles proprietaires, & tenanciers, des heritages ſituez au dioceſe dudit Chartres,& autres ſubietz, & redeuables deſditz decimes,& primities,vſurpent, detiennent, & denient payer icelles ſouuentes fois tenans,& recueillans ſecretemens les fruits decimaux de leur heritages,& autres choſes decimales, a heures,& iours indeuz,au deceu deſditz expoſans, ou de leurs vicaires,& fermiers:auſquelz appartiennent leſditz decimes & primities en maniere qu'elles ſont le plus ſouuent (en grande partie d'icelles) pillées,& deſrobées aux champs,& leſditz expoſans fruſtrez d'icelles, a leur grand preiudice, & dommage.Nous requerans leſditz expoſans ſurce noſtre prouiſion. Scauoir faiſons,que nous deſirans ſubuenir auſditz expoſans à la confirmation de leurs droitz,& reuenuz,a ce qu'ilz puiſſent Mieuz ſatisfaire au ſeruice diuin,& charge qu'ilz ſont tenuz ſupporter, pour raiſon de leurs dignitez & benefices. Auons ſtatue, & ordonnè, ſtatuons, & ordonnons par ces preſentes, que do ſrenauant toutes perſonnes, de quelque qualite qu'ilz ſoyent tant agricoles,que poſſeſſeurs,ou tenanciers deſditz heritages ſubietz a decimes, & primities, ſituez & aſſis audit dioceſe de Chartres, ſoyent tenus auant leuer, on emporter les fruitz d iceulx heritages decimaulx, hors le lieu & champ ou ilz ſeront creuz. de le notifier, & faire ſcauoir audit Eueſque,& beneficiers dudit dioceſe, auſquelz appartiennẽt icelles decimes,& primities deſditz fruit, ou leurs fermiers,vicaires,ou procureurs ou ſi non,aux lieux des benefices pour raiſon deſquelz ſont deuz leſdits decimes, & qu il ne ſera loiſible auſditz agricoles,ou tenanciers de esleuer,ne de placer eſditz fruiz decimaux hors le lieu,& champ ou ils ſeront creuz,iuſques a ce que ledit droit de decime, & primitie ſoit payè & ſatisfait,ſelon que d'ancienneté,& de tout tẽps il a accouſtumè d'eſtre payè,& de ce ſoubs peine de confiſcation de tous les fruitz qui leur pourroyent reuenir deſdits decimes,& primities payez,& damande arbitraire,ſans toutes fois a ce comprendre ceux qui par cy deuant ont tranſignè, & composè pour leſditz decimes,& primities, leſquelles tranſactions,& compoſitions,nous entendons demourer en leur force,& vertu,en ayant le droit,& deuoir, ſelon icelles tranſactions,& compoſitions.

Si donnons en mandement a noz aymez, & feaux conſeillers,les gens tenans noſtre court de Parlemẽt a Paris,& a tous noz autres iuſticiers,ou a leurs lieutenans a un chaſcũ d'eux, ſi comme il luy appartiendra,que noſtre preſent ſtatut, & ordonnance ils facent lire,publier, & enregiſtrer en noſtre dite court,& icelle ordonnance obſeruer,& entretenir,& a ce cõtraindre ou faire contrainde totus ceulx qu'ilz appartiendra, & pource ſeront a contraindre parleſdites peines, & autres qu'ils verront eſtre a faire par raiſon. Et par ce que de ces preſentes, l on pourra auoir affaire en pluſieurs, & diuers lieux, Nous voulons que au duplicata d'icelles, foy ſoit aduiouſtèe comme a ce preſent original,car tel eſt noſtre plaiſir. En teſmoing de ce nous auons mis,& fait mettre noſtre ſeel a ceſdites preſentes Donne a ſainct Germain en Laye, le premier iour de Mars,l an de grace milcinq cens quarante cinq. Et de noſtre regne le trente deuxieme. Ainſi ſigne. Par le Roy en ſon conſeil Bouchetel.

25 Item reges,& principes decimas prædiales illi eccleſiæ ſoluent ubi prædia ſita ſunt,perſonales, ubi diuina audiunt officia,pro rata diuidendo, ſi in pluribus locis diuina audierunt, arg.l.aſſumptio.ff.ad municipa.gl.in c.omnes.de maio & obedientia &c.cum quis.de ſepul.in 6.plene Corſet.in tract.de poteſta.regia q.37.

26 Et ſic omnis homo, inquantum Deo ſubditus, ſiue ſit Papa,ſiue Imperator,ſiue rex.ſiue epiſcopus,dux, comes,nobilis,vel ruſticus,diues,vel pauper, ſecularis, uel eccleſiaſticus, tenetur Deo de proprijs decimam offerre,quia omnes ſumus populus eius,& oues Paſcuæ eius. & nihil omnino habemus (vt teſtatur Apoſtolus)quod ab ipſo non acceperimus. Et ſic ſcribit Andr.Hiſpa.in ſua reg.10.q.11.

27 Primò fallit quando ſpecialiter a præſtatione decimarum quis eſſet exemptus.c.a nobis.eo. tit.

28 Quæro,iſta exemptio a quo concedi valeat? Reſp.A Papa tantùm,& ex iuſta cauſa.Fidelis enim, & prudens in his diſtribuendis eſſe debet,vt det cibum in tempore,& non auferat,vt eſt in Euangelio.

29 Inde conceſſit Ciſtertienſibus, hoſpitalarijs Hieroſolymitanis,& Templarijs,priuilegium,ne decimas de prædijs,quæ laboribus ſuis colunt, ſoluere teneantur.capit licet. & ſequent. eod.tit.

30 Alijs verò monachis,vt de noualibus quæ ſuis manibus colunt,& de hortis,& nutrimentis animalium ſuorum,decimas præſtare non teneantur.c.ex parte.1.eod.tit.

31 Hodie verò Ciſtertienſes, & alij ſimiles, habentes priuilegiũ,decimas ſoluunt de poſſeſſionibus,quas poſt conciliũ generale acquiſiuerunt.c.pen.eo.ti.& c.paſtoralis de his quæ fi. a præla.dicetur fuſius infrà.in illa q. an decimæ tollipoſſint. in fi.q.13.

32 Et ideo ep̃i non poſſunt concedere decimas, tũ quod ſunt a Papa aſſignatæ ſingulis eccleſijs c.1.13.q.1. tum etiam quia in concilio Cabilon.fuit ſtatutum,ne eccleſiæ antiquitus cõſtitutæ decimis priuarentur,ca.eccleſiæ.& ſeq.16.q.1. Contra quod concilium non poteſt ep̃s diſpenſare, nec ſtatuere.glo. ſingula.in c cum dilectus.de elect.de Ripa, & alij in ſupraſcri. c.primi.de iudic.Idem probatur,in c.de decimis. 16.q.1.Vide textum,& ibi doct.in c.decimas.ibidem.ubi ep̃i decimas ante aſſignationem concedere poſſunt.& in c.plures.ibidem. & gl. in c.ſtatuimus.ibidem. ex cauſa tñ ante illud concilium facta clericis conceſſio cum capituli conſenſu,valet, vt ſi alicui monaſterio cõceſſerint,c. paſtoralis. de his quæ fiunt a præla. ſed per viam priuilegij ep̃s hoc non poteſt.c.uenerabilis, de confirma.utili.ſed per viam compoſitionis poteſt, ut ibidem dicitur, etiam ſi minuatur decima, ſecus ſi in totum tollatur, vt Dec.ibidem docet, & inferius q.13. dicetur, an tolli decimæ poſſint per compoſitionem.quod eſt verum, ſi clericis concederet,ſed laicis concedere non poteſt,vt dicit textus in c.peruenit.1.q.3.quod eſt repetitum 16.q.7.his verbis.peruenit ad nos fama ſiniſtra, q̃ quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ dioeceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes conferunt,ſed potius laicalibus perſonis, militum videlicet,ſiue ſeruitorum,vel quod grauius eſt,conſanguineorum, vnde ſi quis epiſcopus, amodo fuerit inuentus huius diuini præcepti trãſgreſſor,inter maximos hæreticos,& antichriſtos non minus habeatur,ſicut Nicena ſynodus,de ſymoniacis cẽſuit.& qui dat epiſcopus,& qui recipiunt ab eo laici, ſiue pretio,ſiue beneficio,incendii æterni ignibus deputentur. facit c. quoniam. de decimis.

Et

Source : BIU Cujas

33 Et etiam Abbates multo fortius prohibentur, & alij inferiores.c.ad hæc.de decim.Iniquū eſt enim,& ſacrilegij inſtar, vt quæ pro ſalute, & requie animarum ſuarum vnuſquiſque venerabili eccleſiæ pauperum cauſa contulerit, aut certè reliquerit,ab his quos maximè conſeruare conuenerat, in alterum transferantur.c.bene quidem.circa medium.verſ.ſancta ſynodus.96.diſt.

34 Non refragatur.c.2.de his quæ fiunt a prælat.quia ibi reſpõdent doct.loqui in conceſſione decimarum facta ab abbatiſſa ad tempus, & in modicis decimis, & minimi valoris, ſecus in alijs,iuxta.c.terrulas.12.q. 2.

35 Ego putarem ibi ſolemnia interueniſſe. nam præſentia inducit conſenſum regu.qui tacet.de regu.iur.Itaque dubitatur ex tituli inſpectione,an ſi abbatiſſa,ſuo capitulo ſciente, & nõ contradicente,decimas conceſſerit, firmum debeat haberi,ſi epiſcopi conſenſus aderit?Et tex.dicit haberi.ſed ſi prior conceſſio fuerit facta,contradicente capitulo, & poſterior eodẽ conſentiente, verè ualeat? Reſpondet text. ꝙ vltima intelligi debet,quando epiſcopi conſenſus interuenit, vbi interuenire debebat,ut doct.ſcribunt.in c.Raynutius.de teſta.Et ſic abbatiſſa ex cauſa ab epiſcopo approbata,& de conſenſu ſui capituli,& epiſcopi illas decimas conceſſit:alioqui non valuiſſet alienatio,per cap.ſine exceptione.12.q.2.ubi ſcripſi alia ſolennia, quæ ibi poſſunt videri, circa alienationes rerum eccleſiaſticarum.

Quæſtionis ſextæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ vbi ſoluendæ.& num.2.*
2 *Pariaſunt recipere, & recipere poſſe, & per eum ſtare quominus recipiat.*
3 *Decimæ perſonales parochiali eccleſiæ debentur.& domo exiſtente in cõfinio duarum parochiarum,decima vtrique debetur.*
4 *Domus ſi dubitatur in qua parochia ſit,quid iuris.& nu. 5.*
6 *Matrix eccleſia quæ dicatur.& nu.7.& capitur Parochia pro diœceſi,& contra.*
7 *Beneficiorum fructus,quando in quatuor partes diuidendi.*
8 *Baptiſmalis eccleſia quæ.*
9 *Decimæ an baptiſmali,an vero parochiali eccleſię debeantur. & num.19.*
10 *Decimæ prædiales in dubio baptiſmali eccleſiæ debentur ex omnibus prædijs ſuæ parochiæ.& nu.23.*
11 *Decimæ cenſentur in fundatione aſſignatæ baptiſmali eccleſię.*
12 *Matrix eccleſia de iure communi eſt fundata ad decimas ſuæ parochiæ.*
13 *Decimas petens a baptiſmali eccleſia debet probare eas ad ſe ſpectare:quod pluribus modis fieri poteſt.nu.14.15.16. & ſeq.*
15 *Decimæ probantur ex fundatione.& ibi,quod ſolennitas ex longo tempore præſumitur.*
16 *Capella intra parochiam conſtructa, illi parochiæ eſt ſubiectę.*
17 *Eccleſia erecta non cenſetur in præiudicium aliarum.*
18 *Decimas probat limitatio capellæ.*
19 *Baptiſmali eccleſiæ decimæ debentur,quando eſt parochialis.*
20 *Conſenſus curati in erigendo capellaniam quid proſit.*
21 *Perſonales decimæ debentur illi eccleſiæ,in qua audiuntur diuina, & recipiuntur ſacramenta.& nu.24.& capellania quando oblationes recipere poſſit.*
22 *Requiſita antequam capellania oblationes recipiat.traduntur que ibi intellectus c.ad audientiam.1.de eccleſ.edificand.& ibi,quod parochiani prouident,ſi baptiſmales non abundent reditibus.*
24 *Decimæ perſonales debentur curato in cuius parochia quis habitat.*
25 *Decimę animalium inter prædiales computantur.*
26 *Decimæ animalium quando diuidendæ inter duas parochias.*
27 *Conſuetudo ſoluendi decimam ex animalibus.*
28 *Animalium triplex eſt fructus & ex quo debeat decima ſolui.*
29 *Decima fœtus.ibique, quod Deo dare indignum eſt, quod dedignatur homo.*
30 *Fœtus lactatus eſſe debet,ita vt ſine matre viuere poſſit,quando præſtatur pro decima.*
31 *Conſuetudo ſoluendi decimam fœtus animalium.*
32 *Decima lanæ ſtatim ſoluenda.*
33 *Decima lactis quomodo ſoluenda.*
34 *Decima ſoluenda prout ſolui erit conſueta.ubi quod Vinea ex domo deſtructa facta integram dabit decimam.*
35 *Vinea in agrum,& contra,mutari poteſt, etiam contradicente curato.nã qualitatis mutatio non alterat obligationem.*

QVAESTIO 6.

1 SExtò principaliter quæro, vbi decimæ ſoluendæ ſunt? Reſpon.prædiales in loco vbi prædia ſita ſunt, cap.fin.de paroch. niſi conſuetudo fuerit in contrarium.capitul. cum ſint. & capitul. ad apoſtolicæ.de decim.

2 Perſonales verò vbi homines audiunt diuina. & recipiunt ſacramenta per totum anni circulum.cap.quæſtio. 16. quæſt. 1.ſeu frequentius,vt inueni in quadam decreta. Alexan.3.incipiente, nota quæ ad honeſtatem in integra. Ideo dicit per anni circulum,quia ſi aliquotiẽs in vna eccleſia, poſtea in alia diuina audierunt, vel in hyeme in vna parochia, in æſtate in altera,tunc perſonalis æqualiter diuidetur,autoritate ſuperioris,ſi æquum fuerit tempus,aliàs pro rata temporis, teſte Anton.Butr in capitul.ſecundo,in fin.eodem titu. poſt Innocen. Si tamen plura quis habeat domicilia in pluribus parochijs, ſi in vna habeat domicilium principale, illi ſoluet, vt aſſerit Henric.Bohic.in cap. peruenit, primo de deci.argum.l. 2.C. vbi ſenat vel clariſſ. Sed ſi quis audiuerit in monaſterijs diuina,decimæ perſonales non debentur illis, ſed baptiſmali eccleſiæ,& parochiali, quia paria ſunt recipere vel recipere poſſe, & per eum ſtare quominus ſacramenta recipiat.l.quod te.ff.ſi certum petat.Federic.conſilio 253. quidam.in fin.Nam cum per curatum non ſtet,ei non eſt imputandum. l.in iure.ff.de reg.iur.

3 Vnde dicit tex.in cap.ſtatuimus.16.quæſtion.prima.qui decimas extra baptiſmalem eccleſiam dare uoluerit præter ſcientiam epiſcopi,bannum componat,&communione priuetur. Et quidam laici non eccleſijs, vbi baptiſmum & prædicationem,& manus impoſitionem, & alia Chriſti ſacramenta percipiunt,decimas ſuas dant,ſed proprijs baſilicis,uel alijs eccleſijs pro ſuo libito tribuunt,quod omnibus modis diuinæ legi, & ſacris canonibus conſtat eſſe contrarium.cap.in ſacris.ibidem,& ſic regulariter decimæ perſonales illi eccleſiæ præſtantur,in cuius parochia eſt domus,in qua aliquis degit, & diuina audit,quia ibi diuina audiri debent.capit.ſecundo, de paroch.cap.cum quis.§.primo,de ſepul.in 6. Sed ſi domus eſt in confinio duarum parochiarum, utrique debetur decima gl. & doctor. in capit.licet.in gloſſ.ult.16.quæſtion.tertia, Innocen. & alij in capit. ſuper eod. de paroch. Et tunc debet media anni parte audire diuina in vna parochia, poſtea in altera.

4 Si verò dubitetur de qua parochia domus ſit, inſpicietur ſitus ianuæ,& illius erit parochiæ,in qua ianua ſita erit. Bar.in l.quod conclaue.ff.de dam. infect.

5 Quid ſi dominus habet duo hoſtia? inſpicietur principalius,& id quod eſt anterius, & tanquam nobilius iudicabitur ex illa parochia vbi ſitum fuerit,arg.l.cum in diuerſis.ff.de relig.& l.quæritur.de ſtatu homin.Corſet.in tractatu de poteſtate regia.q.37.

6 Aduertendum eſt,ꝙ quædam eſt eccleſia matrix,quæ duobus ſumitur modis.

Primò pro cathedrali.cap venerabili.de uerbor. ſignificat. ſicut aliquando parochia pro diœceſi ponitur.cap. ad apoſtolicæ.ubi doct.de don.cap.ad apoſtolicæ. de deci. ita & diœceſis interdum pro parochia.Pro materiæ neceſſitate, & appellatione matricis,in dubio uenit cathedralis.gloſſ.in §.quibus. in verb.matricibus.de priuileg.in clementi & Dec.in capit.ex parte.S.in ſecundo notabili.de reſcrip.niſi qualitas materiæ repugnet,capitulo ex tranſmiſſa & capitulo veniens. ubi Imol. de præſcriptio Cardin in capitulo,cum contingat.columna tertia quæſtione ſecunda.de decimis.ſcripſi in capit penul.de præſcrip.

7 Secundò matrix eccleſia dicitur, quaſi aliarum ædicularum,& capellarum mater,& principalis,quando alias ſub ſe capellas habet.& interdum uocatur plebania.capit.primo,ne cleric.uel monach.in ſexta,& Dec.dicto cap.ex parte S. & ibi Panorm.de reſcript.& facit capit.ad audientiam. 1. de eccleſi. ædific.vnde Hoſtien.in cap.quoniam.in fin.de deci.dicit, iura ſtatuentia quatuor portiones de redditibus eccleſiæ faciendas,eſſe intelligenda in matricibus eccleſijs tantum, in capellis autem ſalua portione epiſcopi,omnia ſunt rectoris.facit.d. c.ad audientiam.de eccle.ædific.

8 Baptiſmalis eſt eccleſia, in qua fontes inſunt baptiſmales, & parochiani ibi baptizantur.gloſſ. & Panorm. in capit. cum contingat.in gloſſ.ſecunda, & non poſſunt eſſe in una parochia plures baptiſmales,ſed una tantum,cum capellis ſuis. ca. plures.10.quæſtion.prima,licet poſſint eſſe capellæ, quas ſuccurſus vocant,tamen vna erit baptiſmalis, quæ recognoſcetur ab alijs,quamuis alię etiam parochiales eſſe poſſint,etiam ſi eccleſia quædam ſit baptiſmalis,ut eccleſia noſtræ Dominæ de tabulis in Montepeſſulano.tamen non ſequitur ꝙ ſit parochialis,& curata,teſte Peruſ.in c.ad decimas. ult. not.de reſtit. ſpoliato.in 6.

9 Dubium arduum vidi inter eccleſiam baptiſmalem. & aliã eccleſiam parochialem ibidem exiſtentem euenire,hoc videlicet,an decimæ debeantur baptiſmali, & matrici eccleſiæ, an uerò parochiali,& capellæ illius. & in hac quæſt. propter uarias,& diuerſas ſententias,caſus facio ſequentes.

10 Primus eſt, ꝙ decimæ prædiales matrici eccleſiæ in dubio debentur ex omnibus prędijs ſuæ parochiæ.text.in cap. 1.§.in

Source : BIU Cujas

diœceſi.13.q.1.vbi ſic dicitur:In diœceſi autem deſignata quæ cunque prædia coluntur, prouẽtus decimationum baptiſmali eccleſiæ deſignatus,debet ſolui, quia ergo prædia hæc intra terminos noſtræ diœceſis continentur,& prouentus decimationum nobis legitimè aſſignatus, noſtræ eccleſiæ perſoluendus eſt,& de decimis iuſto ordine non tantùm nobis, ſed etiã maioribus viſum eſt plebanis, tantum vbi ſacroſancta baptiſmata dantur,debere dari.c.de decimis.16.q.1.& c.veniens.vbi Imol.not.de præſcrip.& ſi quis oblationes eccleſiæ, vel decimas,quas populus dare debet,tenere cõtenderit,vel extra baptiſmalem eccleſiam dare voluerit, præter conſcientiam ep̃i, vel eius cui huiuſcemodi officia commiſſa ſunt,communione priuetur.c.ſtatuimus.cum ſeq.ibidem.& cap.ex tranſmiſſa. iuncta gloſſ.de præſcrip.ſcribitur ꝙ matrix eccleſia, id eſt baptiſmalis,vendicat ſibi omnes decimas ab hominibus capellarum,excluſis clericis,& ſacerdotibus ipſarum capellaniarum facit gl.in c.quicunque.16.q.1.Henric.Bohic in ca.peruenit.1. eodem.

11 Ratio eſt,quia veriſimile eſt ꝙ in fundatione decimæ fuerunt ipſi baptiſmali eccleſiæ aſſignatæ.c.paſtoralis.de his quæ fi.a præla.& c.1.§.1.in 13.q.1.Et ideo nulli licet decimationem prouentuum a priori eccleſia,cui fuerat aſſignatus, abſtrahere.c.de decimis.16.q.1.Nam eccleſiæ antiquitus cõſtitutæ nec decimis,nec vlla poſſeſſione priuentur, ita vt nouis oratorijs tribuatur,immo quicunque noluerit eccleſiam edificare,omnino prouidendum eſt ab ep̃o,vt aliæ eccleſiæ antiquiores ꝑꝑ nouas,ſuam iuſtitiam atque decimam non perdant, ſed ſemper antiquioribus eccleſijs perſoluantur.c.eccleſiæ. & ſequentib.16.q.1.Et quia hæc baptiſmalis præſumitur prior, & anterior,nam de baptiſmo prius hominibus prouidetur, cum ſit ianua aliorum ſacramentorum.c. fi. de præsb.non baptiſ.

12 Ideo matrix eſt de iure communi fundata quo ad decimas prædiales ſuæ parochiæ,ut dicit gl in c.cum contingat.de dec. & in d.c.ſtatuimus.16.q.1.Et quia ius duplex habet, videlicet baptiſmale,& parochiale,ideo uno potẽtius.c.1.de treug.hoc expreſsè approbat Ant.Butr.in d.c.cum contingat.colu.2. Et ſic iudicauit Bertach.Ceſenæ,vt ipſe refert in trac.de epiſcop. in 2.parte quarti libri.q.41.

13 Et ideo ſi præsbiter capellæ,vel ſuccurſus,petat a baptiſmali decimas,debet probare ad ſe ſpectare,quod põt probare,vel per compoſitionem.c.ex multiplici.eo.vel per prę̃ſcriptionẽ. c.1.de præſcrip.in 6.

14 Vel per conſuetudinem, quia conſueuerit decimas prædiales recipere:& tunc conſuetudini in hoc eſt ſtãdum.c.ad apoſtolicæ.de deci.glo.& Innoc.in d.ca.cùm contingat.eod.Inferius dico in illa q.13.an decimæ tolli poſſint.

15 Vel probari poteſt per fundationem. Nempe ſi in fundatione iſtius capellæ,& ſuccurſus,fuerint illi aſſignatæ decimæ prę̃diales præsbytero illius eccleſiæ nomine, vt viueret, ſicut fieri debet,per c.ad audientiam.1.de eccle.ædifican. c. conſtitutus.de religio.domib.& poſt aſſignatione, præſumendum eſt, ꝙ ex iuſta cauſa iſtæ decimæ fuerunt dictæ capellæ aſſignatæ, poſtquam hoc epiſcopus fecit.c.niſi eſſent de præb.& ſolennitas etiam ex longo tempore præſumitur.l. ſciendum.vbi iuriũ interpretes.ff.de verb.obl.

16 Vel ſi capellanus probaret & capellam, & ſuccurſum non ædificatam intra terminos eccleſiæ baptiſmalis, quod ex omnimoda ſeparatione contingere poſſet, nam certum oportet eſſe capellam intra fines antiquioris eccleſiæ ædificatam eſſe, alioqui fruſtra diceretur capellam ſubiectam eſſe eccleſiæ baptiſmali,cùm non ſit in eius parochia,teſte Panor.conſi.58.in q.col.2.uer.ſecunda opin.in 1.uol.per ca.ad decimas. de reſt. ſpol.in 6.ibi.infra parochiam.ergo ſi extra parochiam, debentur de decimæ iſti in cuius ſunt parochia.facit. c. quoniam.de decim.

17 Idem ſi præsbyter illam eccleſiã probaret de nouo rectam in baptiſmalem,quia ſi antea omnes ſuccurſus & capellæ habebant decimas,& fontes baptiſmales,& parochiam,tunc baptiſmalis de nouo erecta de iure communi fundata non eſſet, ſed eccleſiæ aliæ antiquiores,vt gl.docet.in c.quicunque.16.q.1.& Panor.d.conſi.58.quia hæc baptiſmalis non debet nunc cum incommodo aliarum erigi.Doct.in d.c. ad audientiam. de eccle.ædifican.

18 Item ſi ſuccurſus & cꝛpellæ haberent ſuos limites a baptiſmali omnino diſtinctos,tunc illa capella intra ſuos limites decimas prædiales habebit,quia probando limites,videtur probare decimas intra ſuos fines datas.per d.c.ad decimas. de reſti.ſpol.in 6.Calder.conſi.vlt.rub.de deci.Panorm.in d.c.cum contingat.ubi Butriga.& alij,& Card.conſi.29.pro euidentia. col.2.& in clemen.1.q.8.eo.Nam veriſimile eſt, ꝙ non fuiſſet limitata,niſi ei fuiſſet data decima,maximè quando alia eccleſia baptiſmalis antiqua habet adhuc ſufficiente sredditus.Car. in d.c.cum contingat.per d.c.ad audientiam.1.de eccle.ædific. & Lapus alleg.67.quoddam monaſterium.ſecus quando noua parochia non haberet limites, tũc baptiſmali deberentur.

19 Præterea,baptiſmali eccleſiæ debentur, quando eſt parochialis,ſecus ſi tantum baptiſmalis,& capella ſeu ſuccurſus,& non parochialis,tunc alia parochialis habebit prædiales. Et ita poteſt intelligi utraque opinio,& conciliari, quam plene examinat Ioan.Andr.in additio.ad Specul.eod.titu.in forma quarti libelli,quem refert & ſequitur Anton.in cap.cum contingat.eod. Et ideo iura dicentia deberi decimas eccleſiæ baptiſmali,intelliguntur quando baptiſmalis erat parochialis.Et ſic diluetur oppoſitio textuum dicentium deberi parochiali, quia eadem baptiſmalis eſt parochialis,ſecus ſi propter periculum puerorum baptizandorum eſt facta quædam eccleſia baptiſmalis,tunc illi non debebuntur decimæ prædiales, ſed eccleſiæ parochiali,ubi ſita ſunt illa prædia. Et ita poteſt intelligi utraque opinio cum modificationibus ſuprà ſcriptis.

20 Et quando probaretur conſenſus rectoris eccleſiæ matricis præſtitus in erigendo eccleſiam parochialem, tunc in dubio iudicaremus curatum illi capellæ uoluiſſe aſſignare decimas in ſua parochia ſitas. ſed in dubio non præſumitur conſenſus,ſi non appareat,niſi ex tanta temporis diuturnitate, cũ poſſeſſione.l.ſi filius.C de petitio.hęredi.

21 Secundus caſus eſt, perſonales decimæ debentur illi eccleſiæ,in qua audiuntur diuina, & recipiuntur ſacramenta, non verò baptiſmali,ſi illic diuina non audiantur. cap. quæſtio.16. quæſtio.prima.gloſſ.in cap.ſtatuimus.ibidem.cap.final de paroch.Ioan.Andr.& Ancharan.in d.ca.ad apoſtolicę.Cardin. in dicto capit.cum contingat.dicit deberi partem baptiſmali, propter baptiſmi ſacramentum, partem autem parochiali, propter alia ſacramenta ibi recepta,per capit.cum quis.de ſepul.in 6.& Barbat.in conſil.49.illud in medium.colum. 2. in 3. uolum.quod ſatis rationi conſonum dicit Panorm. in dicto cap.cum contingat.colum.2.Sed in his conſuetudo eſt inſpicienda.nam regulariter hodie in fundatione capellæ & ſuccurſus ſolent oblationes capellæ aſſignari, ſed in honorem matricis reſeruatur aliquid ex illis oblationibus baptiſmali eccleſiæ.

22 Et ſic loquitur dict. capit.ad audientiam. 1.de eccle.ędific. ubi dicit per capellanum illius ſuccurſus & capellæ recipi debere obuentiones illius uillę, his ſeq.concurrentibus, videlicet, ꝙ antiqua baptiſmalis eccleſia redditibus abundet,ergo ſi non abundet,non debet ſpoliari baptiſmalis parochialis, per dictũ cap.eccleſiæ.16.quæſtion.1.& ſuperius dixi. Requiritur etiam ꝙ hęc ædicula ſit neceſſaria, aliàs non teuetur præsbyter parochialis illi capellę aliquid impartiri.ibi, cum non poſſint parochiani ſine magna difficultate ipſam adire, vnde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officijs intereſſe. Tertio, ꝙ illa capella non habeat ſufficientes redditus ad ſuſtentationem prę̃sbyteri,alioqui ſi fundator,vel parochiani concederent redditus ſufficientes, tunc non teneretur eccleſia baptiſmalis quicquam concedere:& hoc proſequitur Lapus allega.67.quoddam monaſterium.& Ioan.de ſelua in tracta.de benefi.in prima parte.quęſt.5.num.100.& ſeq.Ioan. brunel.in tracta.de dignita lega.in 13.concluſio.& parochiani tenentur prouidere quando baptiſmalis non eſt redditibus abundans. teſte Baldo,conſi.132.preſuppoſito.in 1.uolum.nec poteſt curatus eccleſię baptiſmalis a parochianis pecunias recipere, vt conſentiat ad erectionem illius eccleſię in parochialem, aliàs turpiter reciperet.c.quærelam. vbi doct. de ſimo.

23 Et ſic reguiariter eccleſia baptiſmalis parochialis antiquior decimas prædiales habere debet in tota ſua parochia, niſi appareat capellam aliquam habere parochiam limitatam:tunc illa parochialis intra ſuos fines habet ius commune pro ſe, quo ad dictas decimas prædiales in ſua parochia exiſtentes, etiam quo ad perſonales ſuorum parochianorum.

24 Item perſonales non debentur primo curato,ſi quis mutauerit domicilium,ſed ſecundo,ſi ibi audiantur diuina,& recipiantur ſacramenta.per tex.in capit.ad apoſtolicę de deci.ubi Anton & alij.& illi cenſentur parochiani illius parochię in qua habitant,ut de ſcholaſticis & mercenarijs. gloſſ. ſcribit in clemen.1.de priuileg. & ſufficit ſola domicilij conſtitutio, cũ hoc quod in ſecunda parochia audiat diuina,ſecus ſi ſit dubiũ de uoluntate conſtituendi domicilium,tunc per multum tp̃s oportet moram trahere,vt in ſcholaſticis declarat Bartol. per illum tex.in l.2.C.de incol.lib.10. & Ant.in d. c. ad apoſtolicę. col.2.&c.

25 Decimę verò animalium inter prędiales computantur.gl. in capit.ad apoſtolicę,de deci.& ideo debentur illi eccleſię, in cuius parochia animalia morantur,& paſcunt.gloſſ.in uerbo paſcit.in cap.primo §.item quis vnquam.15.quæſtion. prima Matthę.de Afflictis,in conſtitut.Neapolit.lib. primo, rubr.de deci.num.23.

26 Quòd ſi in vna parochia paſcant in hyeme, & in ęſtate in alia,vel in vna paſcant continuò,& in alia iaceant,& dormiãt, tunc diuidentur decimę inter has duas parochias, vt tenet gl. plenè in d.c.ad apoſtolicę.& Henric.Bohic.in c.peruenit.col. 1.ibid.

Valebit

27 Valebit tamen consuetudo, vt ecclesia parochialis vbi frequentius pascuntur, accipiat: vt in q. 17. inferius plenius dixi, & cõmunius obseruatur, ꝙ decima lactis detur in illa parochia vbi extrahitur, & decima caseorum illi ecclesiæ debetur, vbi casei fiunt, sed decima lanæ, & fœtus debetur illi curato, in cuius parochia nascuntur, & hoc seruatur in lingua Occitana, teste Boerio in §. 13. de consuet. præd. in consuet. Bitur.

28 Notandum est, ꝙ in animalibus triplex est fructus, primus est agni, hœdi, vituli, equuli, suculi, & alius fœtus. secundus in lacte consistit, tertius in lana & pilis. l. in pecudum. ff. de vsur. & §. in pecudum. de rerum diuisio. in instit.

29 Decima fœtus in ordine nascendi cognoscitur, & decimò natus debetur, ut scribit Io. And. in addi. ad Spec. eo. tit. in verbo, speciem.

Si verò non appareat quis sit decimus, tunc mediocris præstatur. l. si quid. §. venditor. & l. seq. §. illud. ff. de ædil. edict. & alibi dicitur, quicunque recognouerit in se ꝙ fideliter non dederit decimas suas, modo emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare, nisi vt nec peius, nec minus aliquando offeratur c. quicunque. 1. in 16. q. 7. Deterior autem reddi Deo non debet. Indignum enim est dare deo quod dedignatur homo. ca. ult. in fi. 46. dist.

30 Vitulus tamen, suculus, vel alius fœtus lactatus esse debet, antequam præstetur, & impinguatus, alioqui cõmodum non afferret. & ita præstari debet, vt ad vsum esse, & deinceps viure sine matre possit, teste Ioã. And. in addit. ad Spec. in uerbo, speciem, ne datio ex illorum imbecilitate pereat. l. si seruus de cem. in fi. ff. de solut. l. eum qui. de annu. leg. Io. Andr. & Hëric. Bohic. in c. cum homines. eod. ubi Ancha. & alij. sic consuluit Oldr. cosisi. 236. circa propositam.

31 Hodie est consuetum statim post pascatis festum hos fœtus decimare, & solet dari in plerisque locis huius fœtus decima in pecunia. Nempe si parochianus habeat hœdos viginti, duo estimabuntur, & illorum pecunia parocho dabitur, & ita vidi seruari in multis locis. Liberum tamen est curato, si malit, fœtum recipere, nisi consuetudo contraria existat. vt inferius q. 13. habetur.

32 De lana statim detonsa solui & exigi solet, ex decem velleribus vnum pro decima, vt loquitur Io. And. in d. additione, & aliàs pro consuetudine locorum: quia non est causa differendi hanc decimam, teste Ant. in c. ad apostolicæ. de deci.

33 De lacte idem videtur, vt ex decem pintis vna debeatur: tamen si fiant de voluntate curati, expressa vel tacita: casei, decimus præstabitur curato; quod est magis frequens. Et idem in butyro, vt etiam decima debeatur, teste Andr. Hispan. q. 1. & in his Io. Andr. dicit consuetudinem maxime attendendam, per glo. in c. reuertimini. 16. q. 1. Ideo si consuetudo habeat, vt eccle. baptismali soluatur tota decima, illa valebit.

34 Item solui decima debet prout solui consueta erat, vt inferius plenius scripsi, q. 13. tamen si ex decima domus quinq; annui soluebantur solidi curato, si destructa domo, fiat vinea, integra soluetur decima ex vinea, per ca. commissum. de deci. & ibi Ant. & in integra clarè patet.

35 Et ideo concludunt docto. ibi, ꝙ dominus potest etiam cũ contradictione curati vineam in agrum arabilem mutare, vel econtra, nec curatus poterit se opponere quando hoc fit, teste Host. in summa. §. & vtrum. vers. 10. Et is qui solitus erat habere decimam frumenti, si terra frumenti mutetur in vineã, eam habebit, & mutatio qualitatis non alterabit obligationẽ, nec ob id perdet suam decimam is, qui eã habebat prius. Collectarius & alij in d. c. commissum. quamuis alius haberet decimam vini. Si uerò monachi præscripserunt decimam vini, & vinea mutetur in fundum monachi decimam fundi non habebunt, quia non præscripserunt decimam fundi, & non possunt dictum dominum sic mutantem qualitatem prohibere, ideo ecclesia parochialis habebit. Ant. in d. c. commissum. alia ibi dicũtur quæ vt breuis finiam, omitto. vos quæso, dilecti auditores boni consuletis.

Quæstionis nonæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quibus soluendæ.*
2 *Leuitæ qui sint.*
3 *Decimæ prædiales curato illius parochiæ, cuius loco prædia sita sunt debentur.*
4 *Curati in decimis prædialibus de iure communi fundatam habent intentionem, etiam contra episcopum. nu. 5.*
6 *Intellectus c. cum homines. de decim.*
7 *Decima prædialis quibus casibus debeatur episcopo. & nume. 8. cum seq. vsque ad nu. 13.*
9 *Parochiæ quando non sunt distinctæ, episcopus omnes decimas percipit, & eas clericis pro meritis personarum distribuit.*
11 *Episcopus in sua canonica portione de iure communi fundatus est.*
12 *Episcopus nomine cuiuslibet ecclesiæ parochialis potest ad decimas agere, quando non est curatus qui agat.*
13 *Intellectus. c. dudum. de decim. ubi, quòd decimis donatis ecclesiæ cathedrali, aut alio modo debitis, episcopus de iure communi in illis est funtus.*
14 *Decimæ debentur clericis etiam diuitibus. nam decimæ intuitu Dei, non personarum dantur ecclesiis. & iura propter diuitias nemini sunt auferenda.*
15 *Decimæ debentur etiam malis curatis.*
16 *Decima in malos vsus conuertens, tenetur. & stipendia vt consequantur, qui suum commodant obsequium, iustum est.*
26 *Decima duplex vni soluenda non est.*

QVAESTIO 7.

1 SEptimò, quibus solui decimæ debeant? Respond. olim filijs Leui, qui in tabernaculo fœderis ministrabant, reseruatæ fuerunt. Leuit. capit. final. Primitiæ verò sacerdotibus. secundo Esdræ, cap. 10. circa fin. Itaque hodie sacerdotes & clerici & ecclesiæ ministri ipsas habere debent. cap. primo, & seq. & cap. non est. de dec. Præposit. in capitu. peruenit. colum. 2. in prima quæst. 3. facit capit. tua, secund. ibi, quibus eas ipse pro suo cultu concessit. & cap. quamuis. ibi. ꝙ sacerdotum est, de deci. & Paschalis Papa sic ait; Decimas a populo sacerdotib. ac leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas. c. decimas. 19. q. 1.

2 Et quia in iure pontificio de leuitis sæpius mentio habetur, audi quid dicat tex. in capit. cleros. circa fin. 21. distinctio. Leuitæ, inquit, ex nomine authoris sunt uocati. De Leui enim leuitæ exorti sunt, a quibus in templo Dei mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi Græcè διάκονοι. Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur, &c. & decimas Deo & sacerdotibus Dei dandas Abraham factis, & Iacob promissis insinuat, & omnes sancti docto. commemorant. cap. decimas. 2. in 16. quæst. 7.

3 Dubitandum est quibus clericis decimæ solui debeant? Respond. ne confusa super his remaneret solutio, & ne quidam sibi deberi eas diceret, forte vel paupertatis ratione, vel cultus diuini, vel vitæ perfectionis, ideo Dionysius Papa istas limitauit, & curatis suis in locis assignauit cap. ecclesias. 13. quæst. 1. capitul. pastoralis. de his quæ fi. a præla. ob id prædiales decimæ curato illius parochiæ, cuius loco prædia sita sunt, debentur. c. fi. de paroch. c. cum sint. de dec. Host. & Ioan. And. in c. a nobis. ibid.

4 Et sic curatus in sua parochia habet intentionem fundatam de iure communi in his decimis, vt non teneatur probare das ad se spectare, postquam a iure sunt eis tributæ. capit. si quis laicus. capitul statuimus. 16. quæst. prima cap. a nobis. ubi Cardin. & Anton. & capit. cum in tua. capit. cum contingat. de dec. declaro in tract. de congrua portio. q. vlt. facit tex. in c. 1. in fine. ibi, iure communi parochialibus ecclesijs reseruato. de verb. sign. in 6.

5 Etiam fundati sunt in his contra episcopum. capit. final. de paroch. & cap. vlt. vt lite penden. vbi Imo. & Cardin. consi. 88. consultus. numero septimo, Socyn. consi. 297. viso in princip. volum. 2. Iason. consi. 19. in causa. colum. 1. vol. 3. & Bertran. consi. 350 etiam in 2. volum. de primo impressis. & consi. 132. vol. 1. ibidem.

6 Nec refragatur c. cum homines. de deci. ubi etiam de frugibus decima debetur ecclesiæ, cuius est parochianus. quia illud intelligitur, quando prædia erant sita in illa parochia, alioqui si in alia, debentur decimæ illi, ubi sunt sita prædia.

7 Episcopo verò decima debetur in seq. casibus. Primus est in decimis sitis in parochia ecclesiæ cathedralis, tunc omnib. præfertur, c. dudum. eo. tit. secundum vnum intellectum. Ant. & Panor. in c. cum contingat. col. 2. & c. peruenit. c. parochianos. & seq. eo. & hoc si ipse esset curatus. secus si alius sit illius ecclesiæ curatus.

8 Secundus casus est, quando decima seu prædium non est in alicuius parochia situm. c. quoniam. eo. tit. & tunc dicit tex. in c. decimas. 16. q. 7. has decimas sub manu episcopi fore censemus, vt ille qui cæteris præest, omnibus iuste distribuat.

9 Tertius, qñ parochiæ non sunt distinctæ tunc quia tota diœcesis est parochia epis. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. ideo tunc omnes decimæ in eius dispositione sunt, vt omnes pro meritis psonarum clericis distribuat. ca. 1. in 6. q. 1. sed communiter eas distinctas videmus.

10 Quartus, si consuetudo hoc haberet, ut ad eꝑm spectarent. gl. in c. dudum. de deci. Sed hodie est cõtra eꝑos consuetudo, vt non recipiant, quia episcopatus non sunt tenues in fructu.

11 Quintus, in sua canonica portione episcopus etiam de iure communi fundatus est, curatus autem quo ad reliqua, teste Hostiens. & Ioan. Andræa per illum text. in dicto capitul.

Source : BIU Cujas

cùm contingat.licet non loquatur de canonica portione,ſed de decima,& ibi eſt narratio partis,non p̄p̄, dicentis epiſcopū de iure communi fundatum.

12 Sextus, poteſt epiſcopus nomine cuiuslibet eccleſiæ parochialis ſubiectæ ad decimas agere, quando nō eſt curatus qui agat.c.ult.in fi.de ſucceſſ. ab inteſta.ſecundum vnum intellectum.alioqui non agit ad decimas quæ curioni,qui ſacra miniſtrat,debentur.Hoſt.& alij in d. c. dudum.

13 Vltimus caſus,quando donatæ eſſent decimæ eccleſiæ cathedrali,vel alio deberentur modo:tunc eps de iure communi in illis eſt fundatus.& ſic poteſt intelligi d.ca.dudum. ibi,q̄ ipſi decimas de laboribus ruſticorum ſuorum,Veſprimenſis eccleſiæ debitas,non permitterent tibi ſolui.de decim. & tūc illæ decimæ inter fratres diuidi debent.c.vlt.de offi.cuſto.Fratres vocat canonicos eccleſiæ cathedralis.c. nouit.de his quæ fiunt a maiori parte capituli.

14 Debentur decimæ clericis etiam ſi ſint diuites, nec diuitiæ clericorum debent impedire integram decimæ ſolutionem: quia decimæ non dantur intuitu perſonarum eccleſijs,ſed dei c.decimæ.ubi gl.16.q.1 & propter diuitias non debent alicui ſua iura auferri.c.1.in 14.q.1.Ioā.Andr. & alij in rubr.de deci. alioqui regi diuiti non daret quis tributa, nec ſatisfaceret q̄s creditori diuiti,q̄ eſt abſurdum.

15 Etiam ſi clerici vel ſacerdotes ſint mali.c.quid dicam 14.q. 4,& in c.fortè.q.5.ſic ſcribitur, fortè aliquis cogitat, & dicit, multi ſunt Chriſtiani diuites,auari, cupidi, non habeo peccatum ſi cenſum illis abſtulero,& pauperib. dedero, vnde enim nil boni agunt,mercedem habere potero,ſed hmōi cogitatio a diaboli calliditate ſuggeritur.nam ſi totum tribuat pauperibus,quod abſtulerit,addit potius quàm diminuit. Sunt verba Augu.in d.c.fortè.& Amb.in lib.de offi.ſcribit his verbis:Denique ſi non pōt ſubueniri alteri niſi alter lædatur, cōmodiùs eſt neutrum iuuari quàm grauari alterum.c. denique.ibid.Iō ſoluendo decimam cogitare quis debet,q̄ deo præſtat, & nō malo curato,& Deus recipit ideo non debet curare ſic ſoluēs quia præceptum dei adimplet ſoluendo, quod nō faceret pauperibus dando.

16 Etiam debentur clericis decimæ ſi ipſi in malos vſus illas cōuerterent,ſed tunc abutentes illis bonis,iudicium ſibi mandu cant & bibunt.ut dicit Hiero.ad Damaſum Papam, in c.clericos.& ſeq.1.q.2.& c.illi.ac.c.fin.12.q.1.Aſten.in d. rub.de dec. verſi.circa tertium.quod eſt verum,ſi eccleſiæ ſeruirent.Iuſtū nanque eſt,vt illi conſequantur ſtipendia,qui pro tpe ſuum cō modare reperiuntur obſequium.Greg in ca.charitatem.in fi. 12.q.1.nam qui altari ſeruit,de altari viuere debet.c. cum ſecūdum.de præben.vide quæ dixi inferius. q. 13. an decimæ tolli poſſint.

17 Si tamen quis ex fructibus a fundo perceptis ſoluiſſet decimam,poſtea de lucro,quod ex illis fructibus prouenit, aliam decimam ſoluere non tenetur,quia duplex decima uni ſoluēda a Deo præcepta non eſt.teſte Panor.in d.c.cum ſint homines.hactenus de hac quæſtione.

Quæſtionis octauæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decima de quibus bonis ſoluenda.ubi,quod decimæ prædiales de omnibus terræ fructibus & prouenientibus debentur.nu. 3.*
2 *Decimæ perſonales de omni lucro exoluuntur.& decima de omnibus quæ licite quis acquirit,debetur.*
3 *Decima de frumento & leguminibus,& de omni eo quod gignit humus eſt præſtanda.& nu.4.ubi, quod palea eſt in fructu.*
5 *De fructibus arborum decima præſtanda.*
6 *Decima de molendinis ſoluenda.*
7 *De hortorum fructibus decima debetur, & tam de primis, quam ſecundis.*
8 *Decima de fabis,oleribus,lino,canape,& alijs debetur.& croci decima debetur,& nu.30.*
9 *Fœni decima ſoluenda.*
10 *Decima de piſcarijs & viuarijs debetur,& an cenſeatur prædialis,an perſonalis.14.& ibi,quod fere euadentes noſtram cuſtodiam fiunt occupantis.& piſcium natura fera.*
11 *Animalium decima ſoluitur;& ubi,ibi quē,quod ſeruitus paſcendi eſt prædialis.*
12 *Decima de nutrimentis animalium an debeatur. & ibi quid nutrimentum ſit.*
13 *Caprarum decima vbi ſoluenda.ubi habes,quod paria ſunt non eſſe,& nō apparere.*
15 *Decima animalium quæ capiuntur,ſolui quomodo debeat.*
16 *Cuniculorum decima non debetur,& quare.*
17 *Aucupij decima an debeatur.*
18 *Decima ex lucro negotiationis,& ex omni artificio debetur. & num.19.*
20 *Item & de omni militia,dum tamen ſit iuſta, ibique, quod aduocati decimam debent de eo quod ex aduocatione percipiunt.*
21 *Decima de domibus ſoluenda,in ea quantitate,de qua conſuetum eſt,ſolui.*
22 *Decima de paſcuis,id eſt, de pretio quo paſcua uendita ſunt eſt ſoluenda, & quid ſi non vendantur paſcua.*
23 *Decima de lapidicinis.*
24 *Decima de argentarijs,& alijs metallariis, & eſt perſonalis.*
25 *Decima de apibus,id eſt de fructu earum.*
26 *Decima de lignis.*
27 *Decima de poſſeſſionibus regum & principum ſoluenda.*
28 *Decima de furtis, id eſt,de commodo illius præſtatur.*
29 *Decimas prædiales etiam iniuſtus poſſeſſor ſoluit.*
31 *Decima quando ſoluenda,uel non,de domo acquiſita.*
32 *Religioſi quare ſuis conſanguineis non ſuccedant.*

QVAESTIO 8.

1 OCtauò principaliter quæritur,de quibus bonis decima ſoluenda ſit? Reſpōdeo, prædiales de omnibus terræ fructibus,& prouentibus c.non eſt.c.nuntios & c.ex parte.in 2. & alijs multis iuribus. eod.tit. plene Henric.Bohic.in ca.peruenit.3.eod.& Marc. Mantuan. conſi.1.nu.31.

2 Perſonales verò de omni lucro exoluuntur.c.ex trāſmiſſa. eo.ibi,quia fidelis homo de omnibus, quæ licite pōt acquirere, decimas erogare tenetur, ſiue ſit caſtrenſe lucrum, ſiue quaſi, ſiue aduentitium, vel profectitium. vt declarat Andr. Hiſp.in q.12.

3 Ex quo infertur, q̄ de fructibus prædiorum decima pars eſt ſoluenda.Et in primis de omni frumento,& grano.c. non eſt.eo.tit.& 2.Paralip.c.13.ibi,Quod cum percrebuiſſet in auribus multitudinis plurimas obtulere primitias filij Iſrael frumenti,vini,olei,mellis quoque,& omniū quæ gignit humus, decima ſolui debet, etiam palea eſt in fructu. l. adeo. §. cum quis.ff.de acquir.rer.do.Panor.c.peruenit.col.2. eo. niſi conſuetudo ſit in contrarium.teſte Anton. in cap. ad apoſtolicæ. in fine.

4 Secundò de omnibus leguminibus ſolui decima nō omittetur.c.3.ibi,de blado,& vniuerſis leguminibus. de deci.

5 Tertiò de fructibus arborum,ideo ſi decem beotios nucū, amigdalarum, aut caſtanearum habeam, dare decimam de his partem deo oporter,& pro quantitate quam habeo,nouē partibus mihi retentis.c.decimæ.in fi.16.q.1. & d.c.non eſt.& c.cum homines.ſic conſuluit Bert.cōſi.247.decimæ. in 3.uol. ex noua editio.

6 Quartò de molendinis decima præſtatur, vt ſi decem ſextaria frumenti,ſiliginis,aut alterius grani molendini nomine cō ſequar,vnum pro decima ſoluere adſtringor,uel aliàs pro rata.c peruenit.eo.ſi verò pecunia pro molendini penſione ſoluatur,ex illa pecunia decima exoluetur illi eccleſiæ, ubi molendinum ſitum eſt,etiam ſi eſſet molēdinum ad ventum, vel molendinum cathena ſuper fluuio,teneretur.c.ex tranſmiſſa. & c.paſtoralis.eod.

7 Quintò de hortis,ſiue ſint holitorij, in quibus herbæ tantū veſcendi gratia creſcunt, & tunc ad vſum curati ex illis decima ita dari poſſet.d.c.non eſt.eod.vt hodie in meo orto curatus ſumat,quantum ſibi opus eſt in illo die,& ſic per ſingulos parochianos diſcurret,demum ad primum reuertetur. Ioan. And.in c.peruenit.eod.& debetur decima tam ex primis fructibus.quàm ex ſecundis:nam ſi ſecundo feratur,ex fructibus ſecundis,& tertiis,& quartis,ſi tot veniant, debentur decimæ, per tex.in c.ex parte.2.de dec. quia decima debetur ex omnibus fructibus,& frugibus.c.1.eo.

8 Vel ſi hortus teneat fabas,vel alia legumina, dabitur decima ex his:idem ſi hortus ſit linarius,vel canapinus,vbi linum, vel canape creſcit,vt in l.vrbana.ff.de uerbo.ſign.elucidaui.& ſoluitur illi parochiæ,vbi eſt hortus, licet de conſuetudine ex oleribus non viderim ſoluere decimam, quia curati hortum ad uſum illorum habere ſolent,ex illo ergo olera recipiant,& ſi nil fuerit in eo horto,imputetur iſti negligenti curato,quia veriſimile eſt,q̄ in fundatione beneficii iſte hortus fuit curato aſſignatus pro ſuo vſu, vt parochiani amplius ad olera iſti curato non tenerentur, ſed ipſe ſuis manibus ſibi pararet. Et decima etiam crocorum debetur,teſte Aufre. q. 109. & ita fuiſſe iudicatum aſſero infra q.13.num.41.

9 Sextò de fœno.nam ſi fœnum in faſciculos redigatur,decimus debetur,ſi aliter,ſemper decima ſoluetur.c.peruenit.eo. & iſta eſt decima prædialis,exoluenda,vbi eſt pratum.

10 Septimò de piſcariis.ubi piſces ali ſolent,ſtagnum nunc vocamus,debetur etiam decima d.c.peruenit.eo. piſcariam etiā vocat iuriſconſ.in l.inter publica.ff.de uerb.ſignific. nam ubi piſcatur ſtagnum,fortè in triennium,tunc ſoluenda erit decima carpionum,ſi ibi ſint,uel luciorum, luporum, mugilum, ſeu aliorum piſcium,vel in pecunia pro conſuetudine regionis,& tunc cenſeri debet prædialis, illi ſoluenda eccleſiæ in cuius territorio ſtagnum conſiſtit.Si verò extra ſtagnum priua-

tum

Source : BIU Cujas

tum piſces, vel in flumine, vel in mari capiantur, tunc decimā debetur perſonalis, quaſi ex lucro, illi eccleſiæ, vbi diuina audiuntur, c paſtoralis. eo. vbi Collecta dicit. q̄ ſi ſtagnum ſuperius poſitum fractum fuerit per inundationem aquarum, & piſces mei ad tuum peruenerint ſtagnum, eos non repetam, ſi diſcerni non poſſint, quia natura piſcium fera eſt. §. flumina. de rer. diuiſ. in Inſtit. & feræ quando euadunt cuſtodiam meam, ſtatim fiunt occupantis, quando eas non perſequor. §. feræ. & §. ſeq. ibid.

11 Octauò de animalibus decima non eſt omittenda. d. c. non eſt. clem. 1. & ibi Card. q. 15. de deci. nam & filij Iſrael obtulerunt decimas boum, & buium. 2. Parali. 31. c Et illi eccleſiæ ſoluenda eſt, in cuius territorio animalia paſcunt. nam & boues dicuntur eſſe illius loci, in quo laborant. l. cum quidam. ff. de fund. inſtr. & ſeruitus paſcendi eſt prædialis. l. pecoris. ff. de ſer. ruſt. præ. ideo ſicut prędialis præſtanda eſt, in c. 1. in verbo paſcit. 13. q. 1. ſi autem in duabus paſcant terris, decimæ diuidentur, & pro rata temporis ſoluentur. c. 2. §. fin. de ſepult. in 6. niſi fuerit conſuetudo in cōtrariū, tunc illa conſuetudo, vel priuilegium ſeruandum erit. c. apoſtolicæ. de deci. vbi Hoſt. & Bertrand. conſi. 252. ſi animalia in 3. uol. 2. editio. capitu. ex parte. 1. eod.

12 Vbi quibuſdam indultum eſt religioſis, ne de nutrimentis animalium decimas ſoluant, ideſt de animalibus, quę nutriūt, ibi exponit gl. & doct. Ego verò dicerem intelligi de nutrimētis animalium, id eſt de pullis, equis, & fœtib. quæ animalia religioſorum nutriunt, vt non teneantur religioſi decimas ſoluere de ouibus, & vaccis, ſed nec de ipſis fœtib. quæ iſta aīalia nutriunt, quamuis doct. contrarium dicant, ergo de iure tenebātur religioſi decimam præſtare de illis animalibus, alioqui fruſtra daretur priuilegium, ſi iure communi concederetur, per tex. in l. vna. C. de theſaur. lib. 10.

13 Ideo conſulit Bertrand. cōſ. 156. decima. in 1. uol. in editio. 1. de capris decimam ſoluēdam illi eccleſiæ in cuius parochia paſcuntur, ēt ſi illæ capræ ſpectarent ad fabricam eccleſiæ pro luminaribus, tum quia omnes tenentur qui nō ſunt exempti, & priuilegiati, & iſti non oſtendunt priuilegium, ergo nō ſunt exempti: quia paria ſunt non eſſe vel nō apparere. l. duo ſunt. ff. de teſta. tute.

14 Si aūt in viuarijs incluſæ feræ ſint, ſoluetur decima eccleſiæ illi, in cuius territorio ſunt incluſę, quas viuaria vocat iuriſconſultus in l. uſumfructum venari. ff. de vſufruc. hoc Io. And. expreſsè decidit in c. commiſſum. col. 2. eo. Anton. & Card. poſt eum in c. non eſt ibidem.

15 Si verò capiantur animalia in libertate exiſtentia, tunc ſoluetur decima perſonalis, quia hoc nobis lucro eſt, vt probant Inn. & Pan. in d. c. non eſt. ubi dicit ſoluendam decimam de venatione. & ſic ſoluenda erit de piſcatione.

16 Sed ſi cuniculi capiantur in garena elterius, vel alia animalia ſic incluſa, tunc quia non transfertur dominium in accipiētem, ſed furtum committit capiens. §. gallinarum de rerum diui. in Inſt. non debetur decima, ſed animal ſic captum reſtituendum eſt. Hoſt. in c. non eſt in poteſtate. de deci. Chaſſa. in §. 1. rub. *des iuſtices.* in conſu. Burgun. dicam in ordi reg. in rub. *des chaſſes* ſi in garena ſua capiantur, decima præſtabitur illi eccleſiæ, in cuius parochia ſita eſt garena.

17 Quid de aucupio, an decima ſoluenda ſit? Iura nihil ſtatuūt, iuriſconſultus tñ in l. item ſi fundi. §. ſed ſi inſula. ff. de uſufr. dicit, aucupiorum vſumfructum, ſicut piſcationum, & venationum, eſſe fructuarij, & ſic poſtquam æquiparantur, ſi fructus aucupij recipiantur, decima debetur.

Si verò cauſa voluptatis ibi aues includantur, ex his non debetur decima, ex auibus autem quæ in libertate ſunt, decima ſolui debet, ſi in lucro ſint, ſicut de alio lucro. Anch. in c. non eſt col. 2. eod.

18 Octauò, de negotiatione ſolui decima debet. d. c. non eſt. iō mercatores de lucro in ſingulos annos facto, decimam ſoluere tenentur, & ſi ſapiant, & eorum vtilitati cōſulere velint, eas ſoluant.

19 Nonò, de omni artificio. c. decimæ. 16. q. 1. ibi, de negotio, & artificio redde decimas. ubi ēt gl. & iō ſi arborem ſcindam, valentem aureo, debeo decimam illius curato, in cuius parochia eſt exciſa: ſi tñ eam uendam Pariſijs, & ibi uendatur nouem libris, danda erit decima ex trib. aureis adiectis illi parochiæ in quam recipiuntur ſacramenta, deductis tamen expenſis, portus, & alijs, ut Anch. & alij ſcribunt in d. ca. non eſt. in fin.

20 Decimò, de omni militia ſoluuntur decimæ. c. 10. q. 1. quod eſt verum de his quæ milites in bello iuſto acquirunt, alioqui ad reſtitutionem tenentur. c. ſicut. 3. de iureiu. c militare. 23. q. 1. & c. dicat aliquis. q. 5. Card. in c. non eſt eod. & eſt de ſtipendijs quæ hábent. Pan. ibi, & ſic cùm aduocati dicantur militare. l. aduocati. C. de aduo. diuerſo. iudic. ergo de eo quod de aduocatione percipiunt, debent decimam ſoluere. Anch. in d. c. non eſt.

21 Decimò, de domibus decima ſolui debet, prout, & in ea quantitate, de qua conſuetum eſt ſolui c. plerique. de pactis. & c. paſtoralis. & c. commiſſum. vbi Ant. Butri. & alij. eo. tit. alioqui decima pars penſionis domus ſoluetur. Panor. ibidem. poterit tñ conſuetudo facere, vt nihil de his exoluatur, ut ſcripſi inferius in 13. q. Et iſta eſt generalis conſaetudo, vt nil de domibus ſoluatur pro decima, ut Ioā. Andr. ēt notat in d. c. commiſſum. & ſolui debet ubi domus eſt. Si tñ vendatur domus, decima ſoluitur, deducto prætio quo fuit empta, de reſiduo. c. paſtoralis. de decimis. Idem ſi in agro conſtituatur domus, vt eccleſia ēt habeat, vel penſionis domus decimam, quanti locari poſſet, vel ſaltem vt non diminuatur decima, quæ recipiebatur ex agro, per d. c. commiſſum. vbi Card.

22 Duodecimò, de paſcuis, id eſt de prætio, quo paſcua, ſeu paſtura vendita eſt, decima ſolui debet. c. cōmiſſum. vbi his verbis utitur Panor. eod. uel de animalibus quæ ibi paſcuntur. ſoluitur lac, lana, & fœtus, vt Ioan. Andr. ibi dicit, & ſuperius ſcripſi. quæſtione ſexta. Si tamen non videbanur paſcua, id eſt fructus paſcuorum, tunc aliquid in pecunia debet curato pro his paſcuis ſolui, videlicet pro quolibet iugere debet ſtatui pecunia pro decima ſoluenda, ſi non ſoluatur decima animalium, vt prædixi, & eſt prædialis decima. & in hoc conſuetudo maximè attendenda.

23 Decimotertio, de lapicidinis ſcribit. Io. And. & alij, in c. peruenit. de deci. vbi ex his deberi decimas docet, non ex decem lapidibus vnus, ſed ex pecunia, quam quis lucratur, eccleſiæ, vbi audit diuina, decima ſoluetur.

24 Decimoquarto, de argentarijs, & alijs metallariis. l. cuncti. C. de metallar. lib. 11. & Io. And. in d. c. peruenit, vbi Butr. & alij. & iſta eſt perſonalis, quaſi ex lucro, quia plus operatur induſtria, quàm natura. ſecus ſi habeam fontem in prędio meo, vel puteum & eius vendam aquam, teneor tunc illi parochiæ, in qua eſt fons vel puteus, decimam ſoluere, teſte Anch. in c. nō eſt. eod. col. ult.

25 Decimoquintò, de apibus & fructu earum, videlicet de cera & melle. c. nuntios. eodem. non vero de ipſis animalibus, id eſt ex decem examinibus apium, vnum non eſt ſoluendum. nec ex decem alueis, ſed ex fructu earum, licet de conſuetudine nil ſoluatur, debent tamen apes habentes, in quatuor ſaltē feſtis ſolennibus vnam candelam unius libræ ſoluere eccleſiæ parochiali, vel de pecunia quam ex melle & cera habuerunt, decimam partem. doctores in d. c. nuntios. & debet ſolui ubi apes conſiſtunt, vt eſt uiſum Anch. in d. c. peruenit. ubi legit. c. nuntios ſimul, & Roffred. in libel. iuris canoni. in quarta parte rubricæ de quibus rebus, & c. huius eſt ſententiæ.

26 Decimoſexto, de lignis. Cardinalis & alij in d. c. peruenit. videlicet, ut ex decem faſciculis decimus ſoluatur curato illius parochiæ, vbi ligna creuerunt, & ſi ſit lignum ex ſylua cædua, debetur quando lignum cæditur, ex ligno uero magno, decimum, vel ex prætio, decima prætii pars, & in hoc conſuetudo ſeruanda eſt.

27 Decimoſeptimo, etiam de poſſeſſionibus regum, & principum ſolui decima debet, quia omnes adſtringuntur, ergo & ipſi, & hoc fuiſſe iudicatum de poſſeſſionibus Delphini aſſerit Guido Papæ, in deciſio. Delph. q. 266. a præſtatione. nec ipſi principes eximere ſeipſos a præceptis dei poſſunt. ca. tua. 2. de decim.

28 Decimò octauo, de furnis ſolui decima debet. doct. in cap. peruenit. & c. paſtoralis. 1. eod. ut decima pars commodi illius præſtetur, ſiue illud cōſiſtat in pane, ſiue in pecunia, vel in alia quacunque re.

29 Decimononò, etiam prædiales decimæ indiſtincte ſolui debent a quocunque, ſiue ſit iuſtus poſſeſſor, ſiue iniuſtus, uiolentus, vel clandeſtinus, ſicut in tributo dicitur in rub. C. ſine cenſu. & l. 1. ac c. tua. 2. eod. Aſtenſa. in d. rub de deci. in 2. parte ſummæ arti. 4. q. 5. De perſonalibus an ex illicite acquiſitis debeantur, ſuperius in proxima quæſt. ſcripſi.

30 Vigeſimo, decima ſolui de fructu etiam crocorum debet, vt Boer. dicit fuiſſe deciſum in conſuetu. Biturig. rub. de conſuet. prædio. §. 12. pro epiſcopo Albien. contra ſuos ſubditos, qui allegabant ſe nunquam ſoluiſſe de illo, & de rapis & fabis ſoluendam decimam aſſerit Card. in c. ex parte. 2. eo. quod facit pro Lemouicen. Pætragoricen. & Auernis, & generaliter de omnibus fructibus, & lucro, vt expreſſe ſcribit Io. Hugo in tract. de offi. quatuor præl. rub. de matriculis curati. col. 1. & ſeq.

31 Vltimò, de omnibus aliis fructibus, & lucro, quod eſt mobile, ſed ex immobili nō, vnde ſi quis det mihi domum, vel hæreditatem, quamuis eam lucro habeam, non tamen ex hoc lucro decimam ſoluam, ſed poſtea expenſione domus. ſic glo. in verbo, quaſi de lucro in c. paſtoralis. eod. quia frugum noīe res immobiles non veniunt. vt plenè ſcripſi in l. frugem. ff. de uerb. ſignifi. & deus filios Leui noluit bona immobilia habere, ſed decimam illorum tantùm, adeo quod ſi ex immobilibus decima deberetur, omnia ferè bona ad eccleſiam per-

Source : BIU Cujas

uenirent,& contra dei prohibitionem, vt Benedict. aſſerit in repe.capitul. Raynut in verb. & vxorem. numer. 256. de teſtam.ubi etiam excuſat ea ratione Frãciæ conſuetudinem. vt
32 monaſteria non ſuccedant religioſis profeſſis, ſed conſanguinei bona illorum retinent, & vt res immobiles tranſeant cũ onere decimam ſoluendi ex fructibus eius. c. cum non ſit. de decim. ex omnibus igitur decima ſolui debet, iuxta domini præceptum.

Quæſtionis nonæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ qualiter petantur, ubi, quod poſſeſſorio agi poteſt ſuper decimis: Item petitorio. nu. 6.*
2 *Curatus decimis ſpoliatus qualiter agat.*
3 *Interdicto retinendæ, agi poteſt in decimis. & nu. 4.*
5 *Vela regia imponere ſuis rebus nemini licet.*
7 *Rei vendicatione quando pro decima agi poſſit. & ibi, quod rei vendicatio domino competit. & in rei vendicatione quæ neceſſaria.*
8 *Vendicare quid. ubi etiam datur intellectus cap. moderamine. 16. q. 1.*
9 *Decima pars eſt Dei. & affertur intellectus c. reuertimini. 16. q. 1. & ibi, quod agi poteſt de præteritis decimis tam contra venditorem, quàm contra emptorem prædii.*
10 *Decimæ antequam ſint ſeparatę non ſunt eccleſiæ.*
11 *Confeſſoria an agi ſuper decimis poſſit. ubi, quòd ius præſtandi decimam eſt quædam ſeruitus.*
12 *Curatus quæ probare debeat.*
13 *Condictione ex lege ſeu canone agi poteſt pro decimis: item & rei vendicatione, & nu. 14 & 15.*
16 *Curatus decimas in ſolidum petit.*
17 *In ſeruitutibus & annuis præſtationibus concluditur ad futuram præſtationem.*
18 *Actione doli quando agendum pro decimis.*
19 *Intellectus cap. dudum de decim. & ibi, quod cultor agri ſi omnes fructus recipiat, non poteſt in iudicio dominum nominare, ſed ſoluere decimam debet.*
20 *Decima propria authoritate non poteſt capi, ſed debet peti. Decima ſequitur fructuum poſſeſſorem, vel detentorem.*

QVAESTIO 9.

1 NOno quæro, quomodo decimæ peti debeant? Reſpond. aut loquimur in poſſeſſorio, aut in petitorio, ſi in poſſeſſorio, adipiſcendæ, petantur, concludit curatus ſe habere talis loci curam, ob id petit decimarum adipiſci poſſeſſionem, & ita concludi poteſt etiam in alijs ſpiritualibus: vt Panor. notat in c. paſtoralis. col. 3. de cauſa poſſeſſ. & in ca. conſtitutis. in fin. de appella. doct. in c. accedens. de accuſa. Raro tamen vtimur in Francia hoc interdicto adipiſcendæ in ſpiritualibus, ideo alia nunc huic interdicto accomoda miſſa facio.

2 Aliquando curatus eſt decimis ſpoliatus, & tunc concludit ad reſtitutionem, vt in c. ad decimas. de reſt. ſpol. & ſolet concludere ad remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. etiam non paſſim hoc vtimur interdicto, vel condict. c. reintegranda. in Francia, quia nos ſpoliatos dicere vix poſſumus, ideo alibi dicã ſuper hoc, ſed eſt videndus Petrus Iacob. in ſua pract. rubr. de interdicto vtili, vnde vi, pro ſeruitutib. in fine.

3 Quandoque turbatur quis in perceptione decimarum, & agit interdicto, vti poſſidetis, quod pragmatici vocãt catum ſaiſinæ & nouitatis, & quod eſt in hoc regno frequentiſſimum, qua quæcunque vis ſit, ſolet in hoc concludi interdicto, teſte Ioanne Fabro. in §. retinendæ. col. 5. de interdict. in inſtitutionibus.

4 Et hoc interdicto agitur tam contra ſubditos recuſantes decimas ſoluere, quàm contra alios curatos, religioſos, ſeculares aut regulares, & generaliter contra quoſcunque turbantes curatum, ſeu alium decimas iure poſſidentem, in ſua decimarum perceptione. Hoſt. & alij in c. dudum. per illum tex. & gl. eo. de quo inferius dicam.

5 Vide textum in c. 1. in 16. q. 6. Vbi rectores & ſacerdotes non poſſunt more fiſcali titulos ſuis rebus imprimere ſua authoritate ſed authoritate iudicis, ſic ĩ interdicto uti poſſidetis, facit lex ſecunda. C. vt nullus titul. prædijs ſuis imponat. & ſic poteſt curatus dicere ſe poſſeſſorem, & turbatum intra annum, & poſtea quo adeptus eſt beneficium, licet nullas receperit decimas, quia per collationem ſui beneficij, & inductionem in poſſeſſionem, eſt effectus poſſeſſor omnium rerũ & iurium ſuæ curæ, quia non eſt neceſſe in acquirenda poſſeſſione glebas omnes totius fundi percurrere. l. 3. ff. de acqui. poſſ. & ſic nec omnes decimas capere, ratione ſui beneficij, ideo ſufficit ꝙ recipiat aliquas, & probet ſe in alijs turbari, & ita vidi ſeruari. De hac materia plene tracto in tractatu meo, de materia poſſ. in ordinat. reg. & vidi etiam pendente petitorio coram iudice eccleſiaſtico ſuſpendere illud petitorium, & cognoſcere de poſſeſſorio coram iudice laico, ut probatur in clem. vna. de cauſa poſſ.

6 In petitorio autem peti debent præteritæ decimæ per rei vendicationem. glo. in c. moderamine. in fi. ibi, ſibi vendicent, & cap. reuertimini. vbi glo. 16. q. 1. quia in bonis eccleſiæ numerantur. cap. cauſa. de uerb. ſignificatio. hoc docet Specul. eod. tit. & concludit ad dandum, quod fieri non debet in rei vendicatione, ut per Iaſo. in §. omnium. de actionib. in inſtit. Card. in cap. parochianos. eod. Gemin. conſi. 72. quia punctus. col. 3. Alber. in rub. de rei vend.

7 Ideo dicerem, ꝙ niſi eſſent ſeparatæ, non eſſet translatum dominium in eccleſiam, vt ſupra concluſi. in 3. q. vnde parum concluditur ſuper rei vendicatione: niſi ſit decima ſeparata, quam alius perceperat, ſed contra ſubditum detinentem non ſolet per rei vendicationem peti. nam ſunt debitæ, c. Parochianos. eod. ergo vendicari non poſſunt. quia illud quod eſt meum, vendicatur. Actio enim rei vendicationis domino competit. l. in rem. ff. de rei vendicatione. & in rei vendicatione certum eſt duo eſſe maximè neceſſaria, dominium rei, ex parte actoris, & poſſeſſio ex parte rei, ſiue defenſoris. l. vna. C. de alienan. iudi. Iaſ. in §. omnium. de actionib. in inſtitu.

8 Nec refragatur d c. moderamine. ibi, vendicent, quia vendicare ſignificat ibi proprium facere, aſſumere. cap. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. Nam in d. cap. moderamine. dubitabatur de monachis, an decimas, primitias, & oblationes percipere poſſent. & Gregorius Papa decernit illic, vt vendicent portionem decimarum oblationum, & donationum, ſi ſacerdotij honore fungantur, ac ſibi aſſumere poſſint, & pro viuis & defunctis, ad ſuam & proximorum vtilitatem, merito perfectioris iuſtitiæ, quæ in illis eſt, vel eſſe debet, & non intelligitur ibi de actione rei vendicationis, quia non diceretur ꝙ vendicarent ad vtilitatem proximorum. nam in vendicatione nõ ſolet ſic concludi, vnde praxis iſtam libelli formam non recipit in decimis non ſeparatis & futuris, vt ſuperius dictum fuit.

9 Nec obſtat d c. reuertimini. uerſi. vt autem. ibi quia fraudaſtis me parte mea. nam decima eſt pars dei. & ſuam vocat, in cap. tua. in 2. eodem titu. quia illam ſibi dominus retinuit, tamen ante ſegregationem vendicari non poteſt, alioqui ſequeretur ꝙ ſi debens frumenti decimam venderet fructus, non transferret dominium, licet contrarium videamus, & poſſe alienari, cum onere decimarum, probat tex. in d. cap. tua. in 2. & decima eſt dei in genere, quia eam vult ſibi ſolui, & dum eſt ſegregata, ſtatim transfertur dominium in eccleſiam, vt quæſtion. 3. ſuperius ſcripſi. & ſæpius deus dicit, mea ſunt omnia, & ſic poſſet eccleſia omnia vendicare, ſecundum illos, verum eſt tamen quòd Panorm. & alij in cap. cum homines. de deci. dicunt poſſe agi de præteritis decimis, tam contra venditorem, quàm contra emptorem prædij, ſicut in tributis. l. imperatores. ff. de publica. & cap. tua. 2. eo. dicentes eſſe in optione eccleſiæ contra quem agere velit. ſic docet Federic. conſi. 81. laicus. poterit tamen hic emptor requirere, ſi conueniatur, ſuum authorem. l. 2. vbi in rem actio exerceri debeat. C.

10 Nec obeſt quòd decimæ, primitiæ, & oblationes in bonis eccleſiæ numerantur. nam eſto ſanè, non tamen ſunt ſuæ, antequam ſint ſeparatæ. Et in bonis dicitur, quando actionem habeo, & exceptionem. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom. & ita teneo, quicquid ſcribat Panor. cum alijs. in c. cõmiſſum. eod. tit.

11 Alij dicunt concludendum ſuper confeſſoria, per l. loci corpus. & l. prima. ff. ſi ſerui. uend. ſic dicendo, me habere ius percipiendi decimas in tali loco, tanquam curatus illius loci, & in prædijs ſitis in mea parochia, ſicut eſt prædium controuerſum, ideo peto condemnari Titium, & condemnatum compelli ad præſtationem, & dictæ decimæ ſolutionem: quia ius præſtandi decimam eſt quædam ſeruitus, in qua ſic concludi ſolet. gloſſ. in dicto capit. moderamine. & in capitu. tua, ſecundo, de decim. Hoc etiam docet Roffred. in tracta. libello. iur. canoni. in quarta parte, rubr. qua action. decimæ petan. & Iaſon in §. æque. ſecundo nota. de action. in Inſtitu. His tamen formis agendi non multum curant canoniſtæ, ut docet Hoſtien in capitul. parochianos. in fin. eodem. tamen quia in qualibet actione diuerſa eſt narrationis & concluſionis forma: ideo vtile eſt ſcire qua actione experiri volumus, licet illa actio ex neceſſitate exprimi non debeat, teſte Ancharan. in capitul. tua. ſecund. colum. ſecunda eod. & in hac forma, ſi aduerſarius concludat in negatoria, oportet ꝙ curatus probet ſe eſſe curatum, ꝙ facile probabit per literas collationis ſui beneficij.

12 Secundò, opus eſt vt probet fundum, ex quo decimas petit, eſſe intra fines ſuæ parochiæ, & hoc in prædialibus, in perſonalibus, quòd ſit curatus, opus eſt probare, & is à quo petitur, reſideat in ſua parochia. teſte Petro Iacob. in ſua practica, rubri. de interdict. vtili vnde vi. pro ſeruitut. ſed quia raro decimæ

Source : BIU Cujas

næ personales in iudicio petuntur,quamuis ipsi libellum dicent,ego tamen omitto ea, quæ frequenter accidunt describens.l.nam ad ea.ff.de legib.

13 Formam aliam etiam tradunt doct. in qua condictione ex canone concluditur sic.cùm sim curatus talis loci ratione cuius decimas habere debeo:& quia parochianus talis habet ibi prædia,ex quibus nō soluit decimam,peto eum condemnari ad soluendum præteritas, & ad continuandum solutionē deinceps, quamdiu curatis ecclesiæ huius fuero,iudicis officium implorando.Host.& Panor.in d.c.tua.in 2.colu. 2.post glo.ibi dicunt, quod si agatur inter duas ecclesias de proprietate iuris decimandi,tunc agitur confessoria,quia de re incorporali agitur:si vero ecclesia agat contra colentem prędium, tunc aget condictione ex lege diuina,vt Host.asserit in d.cap. tua.pro hoc est gl.valde solemnis in c.cum liberum. de sepul. quam probat Matth. de Afflictis,in consti.Neapoli.lib.1.rubr. de deci.q.8.& docto.in l.vna.ff.de condictio.ex lege.

14 Si autem agatur contra debentem soluere, tunc agitur rei vendicatio,si separata sit decima. si vero fructus non sunt separati à fundo,uel collecti,agitur,condictione ex lege diuina declarata à cano.& hoc quando agit ecclesia cui debetur à lege canonica.

15 Si autem ei debetur ex consuetudine,tunc aget condictione ex lege consuetudinaria,approbata per legem canonicam sed practici non solent uariare libellū,siue ex cōsuetudine debeatur,vel non,oportet tamen ista considerare.

16 Et quamuis ex his decimis diuisio fieri debeat,videlicet,vt episcopo,pauperibus & fabricæ,dari pars debeat,tamen curatus in solidum eas petere potest,nec excipi contra eum licet, tanquam de iure tertij,vt doc.scribunt in l.si quis conductionis.C.loca.& Roftre.vbi suprà,uers.si.

17 Item ad futuram præstationem concluditur in seruitutib. & annuis præstationibus,licet in alijs secus.l.harum. & l. egi. ff.si seruit.vendic.c.in nostra.de sepultu.l.quemadmodum.ff. de iudi.l.1.de vsur.

18 Item actione de dolo agi potest contra dolosum, qui rusticis suasit, ne soluerent decimas, ad damnum contingens ex illa suasione.l.cùm quis.ff.de dol.Innocen.& alij in ca.dudum. de decim.

19 Præterea doct.in d.ca. dudum. eod. dubitant quomodo ibi agebatur contra hospitalarios,non permittentes decimas solui episcopo, sed non est dubitandum: quia in primis solemus decimas à debitoribus & subditis petere:& si ipsi eas alijs soluere soliti sint,illi defensores suos conueniunt,& ipsi conuēti recipiunt defensionem.& ita seruatur, quicquid dicant doctores ibi.& Anch.in cap.cum non sit.3.nota. vbi dicit. quòd si cultor agri recipiat omnes fructus,non potest in iudicio dominum nominare,sed soluere debet: quia verum est,quando nemini diceret se velle soluere,sed si consueuit vni soluere, si alteri solueret,forte non liberaretur,& cōueniretur à primò, ideo,ut tutus sit,quando conuenitur de nouo à quodam, ipse uocabit suum protectorem. ut eū tueatur, alioqui ipsi nouo petitori decimam persoluet.& ita seruatur.

Tamen decima propria authoritate capi non debet, sed peti,ut superius dixi,prout testatur Alber.in l.extat.col. 1. quod metus cau.ff.& in l.nullus.C.de Iudæis.Et sic cum decima sit onus reale,sicut tributum cap.tua.2.vbi glos.& doct.de deci. ideo sequitur fructuum possessorem,uel detentorem.capitu. cum non sint.ibidem Et sic consuluit Socyn.cons.268. elegan ter.col.1.vol 2.& sic ipse conueniendus erit alia nunc non afferam,sed ad alia pertranseo.

Quæstionis decimæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ coram quibus iudicibus petantur.*
2 *Decretalis,in integra, annullat sententias iudicum laicorum super decimis,quia ecclesia de iure decimandi,cum sit res spiritualis,cognoscit. & num. 25. & ibi quod retractus non habet locum in decimis. & numero 28.*
3 *Iudex laicus quando cognoscere possit super decimis.& num.4.*
4 *Iudices Regij tribus in casibus cognoscunt super decimis.*
5 *Laici non cognoscunt de possessorio super decimis non feudalibus, ex ordinatione regia.vbi quod episcopi dicuntur ordinarij locorum.*
6 *Iudices Regij defendere debent ecclesiam à noua decimarum impositione.*
7 *Carol. Martellus decimas prius nobilibus concessit, non dissentientib. episcopis. & refertur Historia de Carolo Martello.*
8 *Ecclesiastici de noualibus cognoscunt.*
9 *Compromitti super decimis quando possit. & ibi quòd usufructuarius cōpromittens de usufructu intelligitur compromittere de commoditate. & compositio siue compromissum potest fieri in laicum super decimarum fructibus.*
10 *Decimas possidere non licet ex donatione laicorum.*
11 *Decimas à laicis infeudatas detinens,raptor dicitur.*
12 *Intellectus c.prohibemus.de decim.& num.13.14.& 15.cum sequentib. vsque ad num.30.*
13 *Decimæ in laicum non transferendæ.*
14 *Dictionis,ne,virtus.& ibi,quod negatiua plus negat, quàm affirmatiua ponat.*
15 *Laici prohibentur bona ecclesiarum in laicos,uel alios transferre.ubi etiā habes,quòd furti species est de alieno largiri,& beneficij debitorem sibi acquirere.*
16 *Decima Dei sunt.& ibi,quòd laici ante concilium Lateranense incapaces decimarum erant.& nume.23.ubi, quod Deo semel dicatum est,non est ad humanos usus transferendum.*
17 *Decimæ annexæ sunt spiritualibus,nec uendi possunt.*
18 *Lateranensis concilij ratio,ne decimæ in alios transferantur.*
19 *Laici retinentes decimas sunt excommunicati.*
20 *Periculum est animarum in detinendo decimas.*
21 *Decretalis Honorij super decimis,ubi ostenditur, laici in quas ecclesias decimas transferre possint.*
22 *Lateranense concilium nihil iuris ad decimas laicis concedit.*
24 *Laici detinere decimas an possint.& ibi possidere & detinere quod differant.*
25 *Indefinita æquipollet uniuersali.*
26 *Laici an iuste decimas in filios & successores transferant.ubi,quòd hæredes conscientiam defuncti debent purgare & quòd decimas laici nō possunt dare in pignus,etiam clericis.*
27 *Decima à laico remitti potest,quamuis successori quæsita sit.*
29 *Verbum,potest,negatiua præcedente importat necessitatem.*
30 *Dictio aliquo modo,omnem modum comprehendit,& ibi habes,quòd decimas detinentes ante concilium Lateranense eas transferre non possunt.*
31 *Religiosi à laicis decimas recipere sine episcopi consensu non possunt.*
32 *Sacerdotibus solis licet decimas edere. fallit tamen num.33.*
34 *Decimæ laico ad uitam concedi possunt: dum tamen episcopi uel alterius superioris authoritas accedat.& ibi, quod ius decimæ habere aliud est, & aliud fructus.*
35 *Iudices laici de decimis etiam infeudatis cognoscere non possunt.& num. 37.& 39.*
36 *Curiæ supremæ,licet mixtæ ex clericis & laicis, non tamen cognoscunt de spiritualibus.*
38 *Laici ecclesiastica negotia tractare non debent.& ibi,quòd iudex secularis cognoscit contra prædonem frumenti laicum.*
39 *Iudices seculares ex priuilegio cognoscunt de decimis.*
40 *Decimæ feudales ad posteros transferri non possunt.& ibi,quòd feuda instar patrimonialium habentur, quando sunt temporalia.*
41 *Statuta uel consuetudines super decimis à laicis edita,non ualent.*
42 *Decimæ feudales hodie retineri non possunt à laicis,& num.43.*
44 *Infeudatio non præsumitur,nec nocet a laico factas,& facta non præsumitur.*
45 *Decimæ præsumuntur à laicis usurpatæ.*
46 *Decimarum & donationis inconuenientia.*
47 *Decimas retinentes excommunicantur, & sacrilegi sunt & 48.*
49 *Reges an bona quæ ecclesijs dederunt,accipere possint.*
50 *Decimæ quibus ecclesijs restituendæ. ubi quod ecclesia cōtra ecclesiam decimas præscribit.*
51 *Prælatorum consensus in dandis decimis an prosit.*
52 *Iusta causa in dando decimas esse debet.& ibi, quòd alienatio bonorū ecclesiæ iure & cum solennitate fieri debet.*
53 *Compensare de suo quis debet.*
54 *Constitutio sancti Ludouici super decimis.*

QVAESTIO 10.

1 DEcimo principaliter quæritur corā quibus iudicibus peti decimæ debeant? Respon.In hoc Franciæ regno feudales siue infeudatæ,corā iudicibus regijs hodie:siue in possessorio, siue in petitorio deciduntur, quamuis de iure iudices ecclesiastici debeant cognoscere, etiam in possessorio ,de decimis. c. dudum.eod.gl.in summa. 11. q. 1.

2 Et in integra est decretalis,quæ incipit, sententias uerò.in ti. de dec.sic dicens:Sententias uero super decimis à consulib. datas,præsertim cum sanctorum patrum institutionibus obuiēt, irritas esse decernas. & decretalis illa directa est Brixien. episcopo.Et quando agitur de iure decimandi, quia causa spiritualis est,cognoscit ecclesia.glo.in c.ex tenore.de foro cōpet. & gl.in c placuit.2.§.sic etiam.16.q.3.& 11.q.1.Cald.cons.15. an iudex.rubr.de iudic.& foro competē.Cuma.cons.38.quia causa in princi.& Fulgo.cons.166.in q.colum 2.c.ea quæ fiūt. de reg.iur.in 6.& ita pronuntiauit senatus Parisiē.ut est in lib. de olim.fol.51.ubi etiam deciditur retractum non habere locum in his decimis.& causam retractus cognoscendi ad iudices ecclesiasticos remisit senatus anno 1272. pro quadā diœcesi Beaocen.

Secus

Source : BIU Cujas

3 Secus si agitur de facto, ut de furto decimarum, vel de sola facti quæstione, vel executione: tunc cognoscere etiam laicus iudex potest: vt consuluit Federic. cons. 245. domino Andreæ in fi docto. in l. Titia. ff. solu. matrimo. de ripa. in c. decernimus. q vlr. de iudic. Petr. Belugc. in spec. principum. rubr. de dec. §. restat. num. 4.

4 Idem si agatur de fructibus, vt plenè tradit Domi. Gemi. in c. vlti. in fi. de foro compe. in 6. Fely. in capit. causam. in fin. de præscrip. Et sic in tribus casibus iudices regij cognoscunt, sup possessorio, & quando agitur super facto, & super fructibus: vt scribit Gomes, in cap. si annum. num. 15. de iud. in 6.

5 Si verò non fuerint feudales, tunc coram iudicibus ecclesiasticis, tam de iure cognitio pertinet, quàm etiam ex ordinatione regis Philippi quarti, facta anno 1303. his verbis. De cognitione decimarum non feudalium in petitorio vel possessorio, præsertim inter ecclesiasticas partes, gentes nostræ se nullatenus intromittant. & si cum duæ partes personæ ecclesiasticę contendunt se quamlibet earum possidere, posuerint, vel ponant ad manum nostram, ne partes uenire ad arma cõtingat, possessionem huiusmodi in manu ordinarij loci reddere teneantur. vt est in stilo parlamenti, in rubr. de decim. Et sic vult vt ī petitorio ordinarij locorum, & in possessorio cognoscant. Et ordinarij locorum dicuntur episcopi. c. ordinarii. de offic. ordina. in 6. sic consuluit Aegid. Bellamera, consil. 40. col. 7. vers. quatuor sunt quæsita, & in sequen. & tex. in c. fi. §. diœcesani. de deci. in 6. dicit, ad diœcesanos spectare vt compellant religiosos etiam non exemptos: sed iudices regii potius furerent, quàm ecclesiasticos permitterēt de possessorio cognoscere licet prohibeatur his laicis à rege, ne cognoscāt, etiam in possessorio de decimis.

6 Statuit etiam idem rex Philippus, vt seneschallus, & alij sui iudices defendant ecclesiam à noua decimarum impositiõe & exactione, siue fuerint imposita à prælatis, siue ab alijs: sed hodie fortè ij qui ecclesiā defendere deberent, eam grauant, onerant, spoliant, & tributariam reddunt: & non est qui consoletur eam vel defendat, quamobrem ipsa plangit, vt licet videre in tractatu, de planctu ecclesiæ. per Aluarum.

7 Aduerte quæso lectores dilectissimi, quamobrem iudices seculares decimarum feudalium vsurpauerint cognitionem. Scire enim vos oportet. Carolum Martellum, postquam obtinuisset victoriam contra Sarracenos, qui iam ab Hispania venientes, bona, & templa Galiiæ vastauerant, ac qua transierant destruxerant, voluisse nobiles, & regni proceres ex alieno compensare. Et vt animi sui liberalitatem erga dictos nobiles ostenderet, non dissentientibus episcopis, decimas sacerdotibus iam à deo consecratas, & ipsi deo sanctificatas, his nobilibus laicis, & regni proceribus dedisse persancte iurans (vt Guagui. ait) si diu viueret, se omnia ecclesiis, & multo maiora repensurum, quod non fecit, sed eius sacrilegii causa non multo post mortuus est, ad inferos delatus, vt se eum vidisse beatus asserit. Eucherius Arelatensis episcopus, magnæ sanctimoniæ id temporis vir: vt idem refert Guagui. in vita Caroli Martelli. & fuit cadauer eius sepultum in æde sancti Dyonisij: in cuius sepulchro post aliquot annos, ingens serpens, forte diabolus in serpentis specie, inuentus est, ex suo autem cadauere, & ossibus, nihil omnino inuētum est, adeò quòd multi coniectabantur eum cum corpore & anima in inferno, ob tale decimarum egregium facinus, sepultum. Ecce magnum contra decimarum detentores exemplum, & pernitiosum exitium. Sit ne fabula an historia, his qui hoc viderunt relinquo, ea quæ ipse non vidi mordicus non asserens in similibus.

8 Imò legi in quodam libro extracto à registris curiæ Parisiensis, quòd de decima noualium curia secularis non cognoscit, ideo fuit processus in curia seculari super his noualibus annullatus à senatu, annum & diem non percepi. vidi hoc tamen in quodam libro in verbo, decima. ex registris curiæ, & aliàs fuit reddita curia episcopo Morinēsi, de cuius feudo comes Bolonien. recognouit, vt ibi est videre, & alia multa ibi de hoc reperiuntur scripta, quæ nonnullis consiliariis satis sunt nota.

9 Fortius consuluit Bald. cons. 247. non reuocandis, in 5. vol. ꝙ dum est quæstio inter detinentem decimas, & feudatariū, de tali quæstione potest fieri compromissum, & tranlactio inter eos & in eorum præiudicium. cap. vno de controuersia inter vasallum & alium de benefi. quia non intelligitur cõpromissum de iure spirituali decimarum, super quo non valet cõpromissum. c. cum contingat. de arbit. sed de commoditate, de qua compromitti põt. sicut si usufructuarius compromitteret de vsufructu. nõ. n. intelligitur cõpromittere de ipso iure inseparabili à persona. sed de ipsa cõmoditate, vt probatur ex nota in l. 1. C si pignus pig. datum sit. & de fructibus decimarum potest fieri compositio ratione temporis præteriti. gl. singul. in c. ut super. de rebus eccle. non alienan. Bal. in cap. per tuas, de arbit. & compromissum in laicum valet super decimarum fructibus, vt testatur Lanfranc in clemen. dispēdiosam. col. 4. & sequen. de iudic. Anch. cons. 34. in hac causa. col. 2. num. 5. de præscrip.

10 Igitur, cùm ista concessio facta ab eo qui potestatem concedendi non habebat, nullius esset momenti, imò quicunque decimas, primitias, & oblationes per potestatem secularē obtinet, proculdubio contra deum, & sanctorum patrum nitiē sanctiones, quinimò, & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur. c. cauta. in fi. de uerb. signifi. ideo super his aliqua non potest interuenire præscriptio; quare iudices laici vò luerunt cognoscere, ut huic sacrilegę donationi fauerent, prę sumentes ꝙ si iudices ecclesiastici cognoscerent passim ad restituendum detinentes decimas, vt iuris est, condemnarent. sed timendum est, vt pro hoc sacrilego dono. iudicantes in inferntum cum eorum authore, deuoluantur, & maxime cum rex Martellus non recompensauerit regni ecclesias, nec aliquis rex Franciæ, ut legerim.

11 Ideo dicerem has omnes decimas sic à laicis infeudatas, a curatis iure contra detinentes peti posse, & ecclesias his spoliatas restituēdas, imò detinentes sunt raptores, si alio iure nõ fulciantur, per dict. c. cauta.

12 Quare sancte statuit concilium Lateranense, in c. prohibemus. de dec. vbi sic scribitur: Prohibemus ne laici decimas, cũ animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre, si quis uerò receperit & ecclesiæ nõ reddiderit, Christiana sepultura priuetur.

13 Primo, ponitur prohibemus, & sic quod fit post prohibitionem nullum est. l. 1. & 3. ff. quod ui aut clam. l. nõ dubium. C. de legib. ideo decimæ ab illo tempore in laicos translatæ, nũc retineri non possunt, & in hoc conuenit omnis turba doctorum. sed ego etiam teneo de his decimis, quæ ante dictum Lateranense concilium non iure acceptæ erant, ut inferius probabitur.

14 Ponitur etiam in tex. dictio, ne, quæ negat. ut in rubri. ff. ne quid in loco sacro. ne quid in flumi. publi. ne uis fiat ei. & in aliis multis similibus, ut scripsi in l. in lege censoria. ff. de uerbo. signi. sed negatiua totum negat. l. hoc genus. ff de condi. & demon. ubi gl. & plus negat, quàm affirmatiua ponat, ut dialect. dicunt. & probat lex. si sic stipulatus. ubi Iaſ. ff. de uerb. oblig. Decius in regu. in eo. de reg. iur. ideo ibi negatur decimas aliquo modo in alium laicum transferri posse.

15 Item in tex. est uerbum, laici, igitur, phibet text. ibi, ne trãsferant quod suum non est, uidelicet decimas in alios, qa non licet de alieno disponere, ut pote de decimis, quæ Dei sunt, ut superius dixi, nec licet laicis quibushbet, quamuis religiosis & potentibus, quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscussè cora à Deo commissa doceatur. c. bene quidem. in fin. 90. dist. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. prohibentur etiam transferre: quia licet Papa illos, quibus concessit habiles fecerit, tamen non alios, in quos isti laici decimas transferre uellent, & semper decimæ spirituales remanserunt, ut plenę docet Claud. de seysel. in suo specul. feud. in fi. imò species furti est, de alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere. l. si pignore §. 1. ff. de furt.

16 Quod decimæ Dei sint, patet Leuit. 27. in fi. ibi, omnes decimæ domini sunt. & in ca. ecclesias. 13. q. 1. sunt etiam Dei sanctuarium. c. ad hæc. eo. ideo laici eas obtinere non possunt, quia sunt incapaces illarum, & usus decimarum & oblationum, quia diuini iuris est, ad seculares omnino peruenire nõ licet. ca. fi. 16. q. 1. nempe Deus assignauit eas filiis Leui, & sic clericis, igitur laici à Deo optimo maxi. incapaces facti sunt, etiam ante concilium Lateranense, quod uoluntatem Dei declarauit, nam semel Deo dedicatū non est ad humanos usus transferendum. reg. semel. de reg. iur. in 6.

17 Item alia ratione, quia decimæ annexæ sunt spiritualibus, uidelicet officio seminandi spiritualia, ergo dignum est ut metat decimas, ut testatur diuus Paulus, & sicut hominis corpus est inæstimabile, quia est animæ annexum, ita & ius percipiēdi decimam, unde si uenderetur, symonia committeretur. ca. altaria. 1. quæst. 3. & docet Astesa, in 2. parte summæ, rubri. de deci. arti. 7. tit. 35.

18 Præterea in text. est, decimas. prohibentur enim laici decimas in alio transferre, & ea ratione statutum esse à concilio Lateranen. censeo, quia laici usurpauerāt decimas, quas dum facile recuperare ab eis ecclesiæ non poterant, ut citius ad ecclesias reuerterentur, statuit ut in alios non transferrent, cogitās, ꝙ saltem in morte dicti laici decimas ecclesiæ relinquerent, cum in alios laicos transferre nõ, possent: & si id temporis iudices & executores concilii diligentes fuissent, laicos ad relinquendum eas saltem in morte coegissent, alioqui eis ecclesiæ sacramenta, & sepulturam denegare debeant, quod si uni potenti tunc fecissent, statim alii relipuissent, & decimas restituissent, quod hodie est eis difficile, cum deuotio situal-de diminuta ab eo tempore, & indies ahuc minuitur. Deus p

suum

Source : BIU Cujas

ſuum filium ad augere eam nobis velit,fidem, & charitatem igitur concilium Lateranenſe,videns non poſſe denudare laicos ſtatim decimis,prohibuit ne in alios transferrent, vt ipſi videntes ſtatutum,eccleſijs decimas relinquerent.

19 Nempe laici retinentes decimas ſunt excommunicati, patet in c.2 de reb.eccl.non alienand.vbi ſic ſcribitur;qui res eccleſiæ petunt a regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt,irrita habeantur quæ obtinent, & a communione eccleſiæ,cuius facultates auferre cupiunt,excludantur.& tex.in c cauſa.in fi.de uerb.ſignifi.ait:Quicunque igitur eas per poteſtatem ſecularem obtinent, proculdubio contra deum & ſanctorum patrum nituntur ſanctiones. quinimmo & qui accipit,& qui tradit,raptor & ſacrilegus iudicatur.Subſequitur in tex.cap. prohibemus.eod.cum animarum ſuarum periculo.volens dicere,ꝙ decimæ a deo optimo maxim.erant reſeruatæ clericis,& his tamen fuerunt priuati a laicis,quas nunc detinent † cum animarum periculo,ob id concilium ſtatuit,ne illa in alios laicos transferrent,ſed in morte, ſaltem ſatisfaciant eccleſiæ,illi relinquendo,cuius decimæ fuerunt,& ſic laici peccant decimas illas feudales detinentes, & ob id excommunicati declarari poſſunt.c.ad hæc. eo.

21 Immo Honorius Papa,his verbis ſtatuit,vt inueni in compilatione Honor.decreta.prima: cum ſicut ex veſtra inſinuatione didicimus,quaſdam habetis eccleſias, in quarum parochia decimæ a laicis per violentiam detinentur, quæ quidem ad eccleſias ipſas pertinere noſcuntur, nos veſtris ſupplicationibus inclinati,authoritate apoſtolica prohibemus, ne decimæ,cum eis idem laici dimiſerint,ad alios quàm ad eccleſias eaſdem deuoluantur.& illa decretalis dirigitur abbati & conuentui ſancti Pontii.Ergo laici non poterant aliquibus etiam eccleſiis relinquere,niſi eis, quibus prius competebant.

22 Item hoc concilium non concedit laicis, ut eas teneantt, vel eius filii,& ſucceſſores,vt quidam dicere conatur;quia iſta prohibitio non inducit conceſſionem, cum inducta ad priuationem,non operentur conceſſionem.l.legata inutiliter. ff.de lega.1.

23 Itaque per hæc verba patet,ante concilium Lateranenſe, incapaces fuiſſe laicos, & peccaſſe detinendo decimas, ideo licet eas ante concilium habuiſſent, transferre tamen in alios non poterant,quia nunquam in illis ius habere potuerunt, ꝙ a Deo filiis Leui reſeruatæ erant,quicquid dicant docto,ante vel poſt concilium:nam Alexand.3.in ca. ad hæc prohibet ne in feudum laicis dentur,& eis datas vult,vt laici eas reſignent, alioqui eos excommunicationis vinculo adſtringit. Ecce igitur quòd tam ante concilium, quàm poſt,laici ſunt prohibiti decimas habere ex præcepto Dei,qui eas Leuitis,id eſt,eccleſiaſticis,reliquit,& ſacerdotibus.c.quamuis,ibidem.& Alexa. tertius erat parum ante concilium Latera.quia ipſe poſtea in fine ſui pontificatus congregauit illud concilium Romæ, ergo antea ſtatuerat.immo in concilio Turonen.ſtatutum fuerat decimas, & res eccleſiaſticas in feudum laicis concedi nõ poſſe tempore Vrbani 2.vt eſt in rub.epiſcopum vel Abba.in vſib.feudo.& illud concilium fuit celebratum Turonis,anno 1096.vt notat Arch.in c.fi. §. illas,eo.lib.6.& Henric.Bohic,in c.quamuis.eodem. Ergo laici incapaces erant & prohibiti ante concilium Later. quare non eſt opus ſpectare illud concilium Lateranenſe,cùm ſemper laici fuerint incapaces decimarum,& rerum eccleſiaſticarum, & ſpiritualium.

24 Detinentes,dicit tex non poſſidentes,cum laici ſolum detineant,ergo non præſcribunt ſine poſſeſſione.l.ſine poſſeſſione.ff.de vſucapio.& regu.iuris,ſine poſſeſſione.in 6.c.cauſam de præſcrip & ideo dicit tex.detinentes,non poſſidentes. nam poſſeſſio ad ius refertur,tenere uero vel detinere, ad factum. l.poſſeſſio.ff.de acquiren.poſſeſſ. l. ſtipulatio. §. hæc quoque. de verbor.obligatio.ſcripſi in tracta.nomina. quæſtion.nona, num.11.

25 Poſtea in tex.dicitur, in alios laicos.ergo prohibitio erat, ne transferrent in laicos quoſcunque, & cuiuſcunque conditionis;quia indefinita æquipollet uniuerſali.l. ſi pluribus.ff.de leg.2.c.vt circa.de elect.in 6.

26 Et ideo in ſucceſſores etiam filios ſuos laicos non potuerũt has decimas iure transferre.c.in canonibus.16.q.1.nempe Lateranenſe concilium eos excepiſſet,ſi uoluiſſet.ca ad audientiam.eod.immo prohibuit ſucceſſionem.in cap. ad hæc.ibidẽ ſed quia non poterant decimæ ſtatim recuperari a laicis, ſtatuerunt in concilio Lateranenſi, ꝙ ſi nunc laici decimas non reſtituant, ſaltem ipſi de facto in alios non transferant. nam cùm hæredes debeant conſcientiam defuncti purgare. c.ſi.de ſepult.ergo ad ipſos iure decimæ transferri non poterant.immo dicit tex.monendus eſt laicus qui decimam detinet, vt eã reſtituat eccleſiæ, ad quam ſpectat,qui ſi fortè induci nequiuerit,& eam cum dioceſani conſenſu alteri eccleſiæ aſſignauerit,præſertim religioſo conuentui,conſtabit ipſa donatio perpetua firmitate ſubnixa.ca.cum apoſtolica.de his quæ fiunt a præla & ideo dicit tex.in c.fina.de decim. quòd laici non poſſunt eas dare in pignus, etiam clericis, vt citius ad eccleſiam redeant: cum in decimis non habeat locum ſucceſſio, vt ibi dicit glo.

27 Imò ſi fuiſſent conceſſæ decimæ ab eccleſia Titio laico & ſuis,is Titius poteſt eccleſiæ remittere,etiam uendendo in p̃iudicium ſuorum, & ita ſeruatur opinio Bar. in hoc caſu fauore eccleſiæ, quam ſcribit in l.qui Romæ.§.Flauius.in fin.ff. de verb.obligatio.quamuis regulariter contra Bart.ſit cõmunis opinio in alijs caſibus.vt ibi Iaſ.& alij dicunt.& Benedi.in repetit.c.Raynutius.in verbo, ſi abſque. 2.num.23.& ſequen. de ſuſtitu.fideicom.de teſta.& ita declarauit rex,vt vidi in quodam libro extracto a regiſtris curiæ.in uerbo,decima.

28 Et in hoc caſu,quando laicus decimam iure tenens, ſi eam uendat eccleſiæ, non habebit locum ius retractus per proximiorem,vt in curia fuit pronuntiatum pro epiſcopo Conſtatien.quia eſt reuerſa ad ſuam naturam, ideo non poteſt iterũ in laicum redire,per hoc cap.prohibemus.de deci.argum.l.ſi unus.§.pactus. ff.de pact. & ꝙ eas uendere poſſit ſine aliquo regis conſenſu, etiam ſi dicat ſe a rege habere, ibidem ſcribitur.

29 Eſt quoque in text.d.c.prohibemus. poſſunt,iuncta negatiua,ne:& eſt notandum,ꝙ hoc uerbum poteſt,pręcedente negatiua, importat neceſſitatem, & ſic tollit omnino facultatẽ in contrarium faciẽdi. gl.in c.1.de re.iur.in 6.c.1.de cauſa poſſeſſio.adeo quòd remota eſt laicis omnis poteſtas transferendi decimas in quoſcunque alios laicos, etiam ſi eas ante dictũ concilium haberent.quia de illis tantum quas ante cõcilium habebant,loquitur concilium Lateranenſe, dum dicit, non transferant,quia non poterat præſagire de decimis,quas obtinerent deinceps,ſed de his quas detinebant,ideo dixit detinẽtes,vt ſuperius ſcripſi.

30 Subdit poſtea text aliquomodo. quæ dictio comprehendit omnem modum,teſte Ioan. Andr.& Card. ibidem. videlicet modos translationis feudi,uendicationis,donationis,permutationis,& his ſimiles,& ſic nullo titulo uel ſpecie,vel caſu, & quod vulgò dicimus, *en aucune ſorte facon & maniere*, quaſi dicat,nullo modo laici transferant decimas in alios,non poterant eas transferre,ſi ante concilium non habebant.ergo &c. De modo ſcripſi in l.triplici.ff.de uerbo.ſignifi.& integram legi vnam decretalem ſic deſcriptam:Si aliquis laicus à ſacerdotibus vel clericis decimas de laboribus ſuis in tua dioœceſi requiſierit,eum ab exactione huiuſmodi prorſus ceſſare cõpellas.& dirigitur epiſcopo Brixienſi.

Oſtenditur etiam in fine tex. prohibitionem concilij Lateranen. omnino extendendam tam ad detinentes ante concilium,quàm poſt, cum dantes & recipientes aſtringat, nempe ſi laicus donauerit decimas laico, uel inſtituit ſuum etiam filium laicum,ille non poterit decimas recipere, imò ſi recepe rit,tanquam raptor bonorum Dei Chriſtiana carebit ſepultura.Et iſte eſt uerus,ut arbitror intellectus. c.prohibemus. q tamdiu latuit, nunc cum Dei laude excitatus, benedictus Deus.

31 Imò fortius Lateranen.eſt inhibitum concilio, ne quælibet religioſa perſona eccleſias & decimas de manibus laicorum,ſine conſenſu epiſcoporum,recipiat.cap. cum Apoſtoli ca.in fi.de his quæ fin à præl. cap.cum & plantare.de priuileg. poſtquã religioſi nõ poſſint a laicis ſine conſenſu epiſcopi accipere, multò fortius non poterunt laici aliquomodo decimas recipere à laicis.

32 Itaque,ſolis ſacerdotib.qui quotidie domino ſeruire uidẽtur,licet has decimas & oblationes comedere,quia in ueteri teſtamento prohibuit dominus filijs Iſrael, panes ſanctos comedere.niſi tantummodo Aaron.& filiis eius,panes, inquã, qui longe erant ab iſtis panib. qui nũc in ſancta eccleſia offeruntur, quia illi ſub vmbra legis erant, qui vero modo ſub gratia ſunt Spiritus ſancti, toto modo Euangelio coruſcante lucidiores eſſe uidentur,capitulo hanc conſuetudinem.10.q.1.Ergo uullo modo laici decimas detinere debent, imo ſi qs prælatus,uel alius laico in ſeculo remanenti eccleſiæ decimã, oblationemque conceſſerit, a ſtatu ſuo, ſicut arbor quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donec emendet dolore ſuæ iaceat ruinæ proſtratus c.quamuis.de decimis.

33 Fallit quando fructus poſſideret, uidelicet ad locationem unius anni, uel alterius breuis temporis. Hoc enim eſt p̃miſſum laicis,ut ad firmam habeant.utor uerbis tex.in c. tua.2.de loca.c.fin. ne præla.uices ſuas, ubi gloſa. Iudæis tamen locari fructus beneficiorum prohibitum eſt.

34 Sed ex cauſa ad uitam poſſent laico concedi decimæ, per gloſam ſingul.in c.quamuis.de deci.& c.fin.16.q.1.ſecundum Panor.in c.ad hæc.ibidem.& Bertachi.in tract.de epiſco. in 2. parte quarti lib.q.61.& per Claud.de ſeyſſello,in Specul. feud. in fin.Requiritur tamẽ epiſcopi,uel alterius ſuperioris authoritatis,ſecus in modica temporis,id eſt, triennii locatione, non ultra, ut ſcripſi in compendio alienatio. rerum eccleſia. ſed ius decimarum laicus nullo modo habere poteſt, vt gloſſ. & doct.

Source : BIU Cujas

doct.dicunt,in d.c quamuis.Et aliud eſt ius decimæ, aliud fructus habere l.uaccæ.ff.de euictio.& aliud eſt habere titulum, aliud eſt fructus nomine alterius recipere,uel forte in alimoniam.Pan & alij in c.cauſam.de præſcrip.

35 Ex quibus infertur,ꝙ nec olim,nec hodie iudices regij,vel alij ſeculares de decimis etiam infeudatis cognoſcere iure poſſunt, ſed iudices tantùm eccleſiaſtici: tum ꝙ cauſa decimarum eſt ſpiritualis.c.parochianos.& ſequen.eod. tit & ſic ad iudices eccleſiaſticos pertinet.clementi.diſpendioſam. de iudic.imò non poſſent iudices laici cognoſcere cum eccleſiaſticis,nec quidem per compromiſſum. cap. contingit. de arbitris.

36 Ideo curia ſuprema,quamuis ſit mixta ex clericis & laicis, tamen uon poteſt etiam de cauſis ſpiritualibus diſponere,nec decidere,quia initium eſt inſpiciendum,vt habetur in ca. dudum.eo.vnde cum initium eorum à quo iuriſdictionē habuerunt,ſit à rege,vel alio ſeculari principe, non poſſunt dicere ſe maiorem iuriſdictionem conſecutos, quàm is, qui dedit, habet,& iſta faciunt contra illos, qui dicunt curias ſupremas Franciæ,quia ſunt ibi conſiliarii præsbyteri & clerici,poſſe de rebus & cauſis ſpiritualibus cognoſcere:quod vides quàm ſit alienum. Illud uerum faterer, quando conſiliarii eſſent a papa dati:vt alibi plenius in ordin.reg,dicam.

37 Siue inter clericos agatur,ſiue inter laicos, ſiue inter clericum & laicum,tam principaliter,quàm incidenter. c.tamen. de ordi.cognitio.c.2.vbi Panor.notat,de iura. calum.d.clem. diſpendioſam.de iudic.vbi doct.plene dicunt nullo modo laicum de ſpiritualibus cognoſcere poſſe.

38 Nam Deus relinquendo decimas clericis, illarum cognitionem in conſequens reliquiſſe videtur.glo.in ſumma,decima.q.1.probatur in c.placuit.2 in 16.q.1.& in c. ex tenore. de foro compet.Calder.conſ.15.an iudex.illo tit.& laſ.conſil.23. in cauſa.uol.1. quia laici eccleſiaſtica negotia tractare non debent.c.2.de iud.& ita eſt ſtatutum in ſacris conciliis, & à ſummis pontificibus,vt probaui.Si tamen ageretur contra prędonem frumenti laicum, poſſet tunc iudex ſecularis contra illum cognoſcere,vt probat Card.in d.ca.quamuis.q.vltim.de deci.etiam fructus locati,& vendi laicis poſſunt.ca.veſtra. de locat.& ſic iudices laici tunc cognoſcere poſſent.glo.ibidem, & ſuperius dixi.

39 Si tamen probaretur conceſſionem a Papa laicis factam eſſe,tunc ad laicos iudices cognitio ſpectare poſſet, & hodie ex priuilegio conceſſo Philippo Regi Franciæ,vt quidā aiūt, quod Philippinam vocant, iudices laici de decimis feudalib. cognoſcunt,& ſi laici inquierantur coram iudicibus eccleſiaſticis ſuper huiuſmodi decimis, ſic infeudatis ante concilium Lateranenſe, ſolent impetrare literas à rege, ad inhibendum iudicibus eccleſiaſticis,ne de his cognoſcant, cauſaſque ad indices ſeculares remittant: quibus per regem mandatur,vt faciant laicos vti & gaudere priuilegio dicto,& iure tenēdi portandi colligendi,& poſſidendi huiuſmodi decimas,in vim p̄dicti priuilegij.de quo Benedic.meminit in repe.c.Raynutius. in ver.ſi abſque.2.de ſubſti.fideic.num.45. de teſta. & Chaſſa. in conſuet.Burg. rub. *des iuſtices*. §.6.num.350.& item ſeculares iudices in Hiſpania cognoſcunt de eiſdem,vt teſtatur Petri. Belluga,in ſpecu.principum.rub.13.de deci.§.reſtat.fo.45. & ſeq.quod eſſet apud me expeditum,quando laici iure tenerent iſtas decimas,alioqui non poſſunt cognoſcere teſte Fed. conſ.254.domino And.

40 Secundò infertur, ꝙ in decimis etiam infeudatis non ſucceditur iure hæreditario,per c.prohibemus.eo.quamuis feuda inſtar patrimonialium habeantur in hoc regno, quando ſunt temporalia,vnde ius illorum in accipientem transfertur. c.1.qui feu.da.poſſ. tamen cum ius decimarum in laicos trāſferri non poſſit.c ad hæc.eo.& ſuperius dixi ideo decimæ nō habebuntur inſtar patrimonialium, etiam ſi iure poſſidētur, per ſupradictas rationes. nam hoc eſſet contrarium his deciniis. quod eſſent ſpirituales,& haberentur vt temporales & prophanæ,imo ſuperius fuit dictum, ne ad alios laicos tranſferantur.

41 Tertio,ꝙ conſuetudines vel ſtatuta a laicis edita ſuper decimis etiam infeudatis non valent, tum quia falcem in meſſē alienam imponunt,contra cap.nouit. de iudi. diſponendo de his quæ ad illos non ſpectant, tum quia de ſpiritualibus non licet laici ſtatuere.c.eccleſia.de conſti.vbi docto.Inno. in cap. nouerint.de ſenten excommu.c.hanc conſuetudinem in fin. 11.q.2 cum non conſtitutiones, ſed deſtitutiones, vel deſtructiones dici poſſint,& vſurpationes iuriſdictionum.tex.in ca. fin.de reb.eccleſia.non alienand.ſic conſuluit Aegi. Bellame. conſilio 40. factum tale.colum.decima, in allega.Ioan.de Alzano.

42 Quartò infertur, ꝙ licet decimæ eſſent infeudatæ ante concilium Lateranenſe,a domino ſeculari,laicis non poſſunt etiā num retineri.c,dudum.de dec. niſi dominus eas decimas iure ſe habere probet,vel eccleſiam compenſauerit de re maiori,vel æquali,de qno oportet quòd conſtet,per ca. ea enim §. ſed & permutare.10.q.2.c.1.de rerum permu.doct.in ca.1.de rebus eccle.non alienand.Dec.conſ.341.viſo puncto. colu. 5. num.11.& retinentes nollem excuſare, nec abſoluere ſine reſtitutioue.

43 Et ſic cùm eccleſiæ, quarū laici tenent decimas,nō habeāt aliqua bona temporalia, probatur ꝙ non fuerunt pro decimis compenſatæ:ergo illæ decimæ retineri iure nō poſſunt, per ſupra dicta,etiam per mille annos poſſeſſæ.

44 Quintò,non eſt quærendum an infeudatio fuerit facta,vel non:quæ tamen non p̄ſumitur,quia eſt facti,& facta non præſumuntur l.in bello.§.factæ.ff.de capti.ſed quærendum eſt, à quo facta fuerit, & an is potuerit facere, qui fecit. l.ſi quæramus.ff.de teſta.

45 Imò à ſolitis præſumemus eas uſurpatas a laicis.c.fin.de reſtit. ſpoliato.in 6.ibi, quia eas occupaſſe iniuſte ueriſimiliter præſumuntur.c.quamuis,de dec.eo.maxime quia malum legimus in hiſtorijs initium,videlicet decimarum conceſſionē ab ipſo duce Martello, laicis & proceribus regni Franciæ factam, & in compenſationem belli. Ideo quæ malo inchoata ſunt principio,difficile eſt vt bono peragantur exitu.c.principatus.1 quæſt.1.

46 Itaque in hoc dono uides bona non ſua dari, & pro ſeruitio ſibi impēſo, & ſpūale pro tpali, quod quàm ſit abſurdum nemo non uidet,& ſine compenſatione facta eccleſijs,ſaltem nullam legi,quod etiam non valet,vt habetur in §.ſi minus.in authen.de non alienan.reb.eccle.colla.2.

47 Vnde dicit tex.in c.in canonibus.16.q.1.valde ergo iniquū & ingens ſacrilegiū eſt,quæcunque,vel pro remedio peccatorum,uel pro ſalute aīarum ſuarū, aut requie unuſquiſque venerabili eccleſiæ contulerit,aut certe reliquerit, ab his à quibus maxime ſeruari conuenit Chriſtianis, & Deum timentib. hominib. & ſuper oīa à principib. & primis regionū,in aliud transferri,uel cōuerti. Quicunque ergo res eccleſiæ iuſſu uel largitione principum,uel quorundam potētium, quadā inuaſione, vel tyrannica poteſtate tenuerint, & filijs & hæredibus ſuis, vt à quibuſdā iam factum audiuimus, quaſi hæreditarias reliquerint,niſi cito res Dei admoniti a Pontifice agnita ueritate reddiderint,p̄petuo anathemate feriantur, quia iuxta ſanctorū patrum traditionē nouimus res eccleſiæ uota fidelium eſſe,prætia peccatorum,& patrimonia pauperū,cuique,non ſolùmhabita conſeruare,verumetiam,Deo opitulante, conferre optamus.c.quia iuſta.16.q.1.Et laici,ſiue ab epiſcopis,ſiue à regibus,ſiue à quibuslibet perſonis decimas acceperint, niſi eccleſiæ reddiderint, ſciant ſacrilegii crimen ſe committere,& æternæ damnationis periculum incurrere.c.decimas. 16.q.7.alia ſuperius ſcripſi.

48 Et in dubio iudicare debemus id qđ eſt aīæ tutius & ſecurius.c.iuuenis.de ſponſalib. ſed ſecurius eſt aīæ iudicare decimarum uſurpationem, vt ſatisfaciamus, & eas reſtituamus, quas prædeceſſores nri iniuſtè detinnerunt.ergo & cætera.Et ob hoc credo multos in inferno cruciari,qui noluerunt decimas reſtituere, & nunc detinentes eas,ſi non pęniteant, & reſtituant,ſequuntur.

49 Nec obſtet ſi dicatur,ꝙ reges dederunt poſſeſſiones, & fundauerunt eccleſias,ergo & decimas neceſſitatis cā quas dederunt concedere poſſunt quib. reſpondet tex.in c.nouerint.10. q.1.in hæc uerba, nouerint conditores baſilicarum in rebus, quas eiſdē eccleſiis conferunt, nullā ſe ptātem hr̄e, ſed iuxta canonum inſtituta,ſicut eccleſiam. ita & dotem eius ad ordinationē ep̄i pertinere.Et alibi,poſſeſsiones,quas unuſquiſque eccleſiæ proprio dedit,aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis aut diſtractionib. vel ſub quocunque argumento, nō patimur,niſi forte aut clericis bonorū meritorū, aut monaſteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis largiri neceſſitas ſuaſerit, ut hęc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter perfruantur.c.poſſeſsiones. 16.q.1.Et quando reges donant,uidē turius patronatus tantùm retentum donare.ca.paſtoralis. de de donationibus.

50 Vltimò, quamuis laici decimas reſtituere deberent eccleſiis parochialib. à quibus fuerant occupatę quia q̄ erant Cęſaris, Cæſari reddenda erant,& q̄ Dei,Deo.& tex.in c.cū Apoſtolica in fi de his q̄ fiunt à præla.ſic dicit,monēdus eſt laicus,q decimā detinet,ut eā reſtituat eccleſiæ ad quā ſpectat nēpe de re aliena diſponere non poterant.l.in re mandata.C.mandati Et cū decimæ datæ fuerint filiis Leui, non electione offerentis ſoluebantur,ut contempto Leuita,qui ſecū erat, ipſe eligeret cui uellet decimas dare.ca. eccleſias.§ itē cū decimæ.decima tertia qōne prima. Nā dictū eſt Deuterono. decimo octauo cap.Leuita qui tecū moratur,& intra muros tuos habitat, comedret eas, tñ qa una eſt ſponſa Dei eccleſia,ideo capax earū quælibet eccleſia eſt. Quamobrē religioſi uel alii eccleſiaſtici viri p̄ tps immemoriale poſsidentes illas, potuerūt cō tra alios clericos p̄ſcribere & una eccleſia ꝙ aliam. c.1.de præſcriptionib.in 6.ut inferius dicā, in illa decima tertia qōne, an

decimæ

Source : BIU Cujas

decimæ tolli possint.vbi videri debet,an ex donationib. laicorum possit præscribi,& dicit tex.in c.fin.16.q.1.ibi, liberum est enim monachis & spiritualibus viris Deum colentibus & timentibus,decimas & oblationes,cunctaque remedia concedere,& de iure suo in dominium illorum,& vsum transferre: nec tam pauperibus paupertatem quàm religionem attendere.Et vbi decimæ sunt feudales,si semel donatæ sint ecclesiæ, iudex laicus nunquam poterit de his cognoscere,quia naturã acceperunt primæuam ad ecclesiam reuertendo. argum. l. si vnus.§.pactus.ff.de pact.& sic remissa fuit cognitio ad iudicẽ ecclesiasticum per senatum,anno 1550.die 22. Maij,in vigilia Pentecostes.

51 Nec refragatur q̃ illa Martelli donatio facta fuit cum episcoporum consensu,ergo valet.c.cum Apostolica.de his quæ fi.à prælat.Respondeo,non est verum:sed faciamus sic esse,tñ donatio decimarum à laicis facta laicis,cum consensu episcopi,non valet.cap.quamuis.eodem. vbi fusius dixi. nec dicit q̃ episcopi Gallicani consenserint,sed non dissenserint, quia nõ poterant. nempe iste dux Carolus Martellus bello efferatus, duos iam deposuerat de facto prælatos, videlicet Archiepiscopos Remensem,& Arelatensem: vt patet per Flor. in secũda parte Chronic.tit.4.cap.2.§.3.Ob id non erat mirum si episcopi non dissentiebant. nam si aliquis contradixisset,depositus,& exilio,& forte morti traditus fuisset:ob id non contradixerunt, vel coacte consenserunt:tamen hoc fieri sine Papæ consensu non potuit: vt superius dictum extitit.

52 Non obstat q̃ fuit iusta & necessaria causa.nẽpe q̃ Satraceni destruebant totum regnum, & sic ipsos prælatos,& ecclesias.Respõde,iam parta erat victoria apud Turones,ideo bella cessabant cõtra Sarracenos:quamobrem cessabat iusta & necessaria concedendi decimas causa. & quamuis fuisset iusta causa, tamen iure & cum solennitate fieri debet alienatio bonorum ecclesiæ c.sine exemptione.12.q.2. vbi scripsi. nec poterat hoc sine Papæ fieri authoritate,nec à laicis,quam nullum ius in rebus ecclesiæ habent.

53 Nec obstet q̃ Martellus milites compẽsare uolebat de hac nobili & egregia victoria.Respõ. hoc potuisset egregie de bonis suis.nempe compensatio de suo ad alienum fieri debet.l.1. & per totum tit.ff.de compensa.sed de ecclesiæ bonis, non licebat compensare,aliàs est furti species de alieno elargiri, vt superius dixi.

54 Nec me mouet tex.in c.prohibemus.ibi,cum animarũ suarum periculo detinentes. vbi prohibet laicis detinẽtibus cum animarum periculo,ergo detinentibus sine periculo,id est,iure,non prohibet.Respon.si Papa ex iusta causa concessisset,valeret.cap.possessiones.16.q.1.& ca.nam qui Deo.q.2.ibidem. quod non probatur. Alia q.vltima dicentur.Imò S.Ludo.statuit,an 1277.in mense Martio, q̃ omnes decimæ ad ecclesiã reuersæ ex laicis essent amortisatæ,nec amplius infeudatæ dicerentur,nec aliquid secularibus deberent.

Quæstionis vndecimæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quomodo solui debent: & fideliter dare decimam quid sit.*
2 *Decimæ commutatio an fieri possit.*
3 *Expensæ nullæ deducuntur in prædialibus decimis.& quid in personalib. num.4.ubi,quod decima Papalis personali æquiparatur.*
5 *Diuersitatis ratio inter prædiales & personales decimas, quo ad deductionem. & num.6.& decima est tributum.*
6 *Lucrum non dicitur,nisi deductis expensis.*
7 *Expensæ refectionis an sint in decimarum solutione deducendæ.*

QVAESTIO 11.

1 VNdecimo, quomodo solui decimæ debeant? Respond.Leuiti. 27. scribitur,non eligetur nec bonum, nec malum: sed quicquid venerit decimũ, vt de quocunque recognouerit in se,q̃ non fideliter dederit decimas suas,modò emendet qđ minus fecit.Quid est fideliter dare,nisi vt nec minus,nec peius aliquando offeratur de grano, aut de vino,aut de fructibus arborum,aut de pecoribus, aut de ipsa uenatione sua. c.quicunque.1.in 16.q.7.

2 Et sic debet põstari,non ad electionẽ solutis,sed illud qđ decimum venit facta cõputatione nouẽ,id quod cadit in decimũ, debetur, nec illud cõmutari põt vt ibidem scribitur. alioqui vtrunque debetur,& cõmutatum,& id cũ quo commutatum est.c.omnes decimæ.16.q.7.hodie ista commutatio de voluntate partium fieri iure potest,non obstante Leuitica lege antiqua, quæ in hoc abrogata est.

3 Est tñ differẽtia inter põdiales decimas,& personales,nam põdiales sine diminutione seminis, & expẽsarum detractione, statim fructib.collectis,non deductis aliquib.expẽsis,solui debent.c.cũ homines.c.non est.eod.& antequã pensio colono partiario detur.gl.in c.quæst.16.q.1.vel domino.d.ca.tua.2.& sic consuluit Bertrand.cons.255.visis petitionibus.col.1.& sequen,in 1.vol.ex prima editio.

4 De personalibus verò deducuntur expensæ factæ in mercibus emendis,quærẽdis,& vehẽdis,& in faciendo rem meliorem,ẽt quæ datæ sunt mediatoribus, & similibus:non solum si utiliter,sed ẽt si ex uoluntate,dummodo non fiat in fraudẽ ecclesiarum.Innoc.Host.Io.Andr.& Cardi.in cap.pastoralis. post glo.ibi,eo.sicut qñ quis retrahit rem,oportet quod restituat omnes expensas,quas emptor fecit,vt concludit Boer.in §.4.de consuetud.retrac.in cõsuetud.Biturig. qua deductione facta de lucro,decima impartitur.d.c pastoralis.vbi gl.& doc. & idem in decima Papali concludit Gemi. cons.85. super primo.col.1. quia hæc personali decimæ æquiparatur. & Capit. decis.Neapol.q̃ 20.in causa venerabilis mo.

5 Ratio est,quia decima est tributũ c.decimæ.16.q.1.& sicut in tributis nihil deducitur,ita nec in decimis põdialibus.c.tua. 2. eodem. nisi consuetudo fuerit, q̃ hoĩes expensas aduersus dominum deducerẽt,tunc enim ea valeret,vt concludit Bertrand.cons.255.visis.in 1.vol.vide tamen in d.cap.cum homines.

6 Sed in põnalibus pecunia bis, & pluries decimari posset, si expẽsæ non deducerẽtur, & tñ Deus vnam tantùm sibi retinuit decimã, at fructus prædij,uel aĩalium de nouo orti, non fuerunt decimati,nec frumẽtum,quia semẽ mortuum fuit, & à Deo suscitatũ.c.cum non sit.eo. & in euangelio dicitur, nisi granum mortuum fuerit, ipsum solum manet.ideo in his fructib.nulla expensa deducitur, & maxime quia Deus reseruat homini nouẽ partes,& decimam tantum vult,teste Andr. Hispa.in regula decimarũ. q. 14. Ad hæc de lucro soluitur decima personalis. d.c. pastoralis.sed non dicitur lucrum nisi deductis expensis,igitur expẽsæ deducẽtur,& ubi datur fauor diuinus,uel publici iuris,non deducuntur expẽsæ ẽt necessariæ. ut in d.c tua 2.& in c.pastoralis.eo. & sic concludit Matth. de Afflictis,in decis.Neapolit.q.252. magnificus,aliæ ẽt rõnes assignantur per glo.& doct.in d.c.pastoralis.licet aliàs regulariter impensæ necessariæ deducantur,ut scripsi in l. impensę. ff. de uerb.significa.

7 Expẽsę aũt in refectione clibani,seu alterius rei,uel in eius institutione,non debẽt deduci,quia res in patrimonio nostro remanent,unde si fecero,uel refecero torcularia uel dolia,hoc non deducã.nam si fato rupta sint, debeo ascribere peccatis meis,& quòd Deus uoluerit in hoc me punire.ut ait Host.in summa.§.& qualiter.uers.expẽsę.si tamẽ res immobiles acquisitę uẽdantur,ut domus,ager uinea,clibanus de pecunia deducẽtur impẽsę reparationũ.d. c.pastoralis. ut si centũ aureis iam decimatis domum emam,& postea eam ducentis vendã deducam cẽtum aureos decimatos & expẽsas,si quas fecero in reparationibus,secus si res immobilis remaneat penes me; ut in d.c.pastoralis. fusius scribitur.ubi videre quilibet potest. alia cum facilia sint,missa nunc faciam.

Quęstionis duodecimæ Epitomę.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ prędiales statim fructibus recollectis soluendæ sunt.*
2 *Statim,id est quàm citius fieri potest.*
3 *Consuetudo ut certo tempore soluantur decimæ ualet.*
4 *Personales decimæ in fine anni præstari debent. ubi,quòd solutio particularis multa incommoda affert.*
5 *Aduocatus, & doctor quomodo & quando soluere decimam illorum quæ lucrantur,debeant:idem in procuratoribus,notarijs,& apparitoribus iudicandum.5.*
6 *Mercatores & artifices de lucro eorum decimas personales debent.*
7 *Decimæ ante petitionem an sint præstandæ.*
8 *Intellectus c.peruenit.de decimis,& ibi,monitio in decimarum præstatione quando requiratur.ubi,quod excommunicatio non fertur,nisi præcedente monitione & tempus interpellat pro homine,& num.11.*
9 *Offerre uerbum quid importet.*
10 *Decimæ an remitti expreßè possint.*
12 *Pœnę iuris non petitę debentur.*
13 *Decimę soluendæ etiam si non petantur, nisi consuetudo eßet in contrariũ. & num.14.& ecclesia non petendo an uideatur remittere.*
15 *Decimas non soluens est in mala fide & mora & curati monere debent parochianos ad soluendum decimas.*

QVAESTIO 12.

1 DVodecimo, quando soluẽdę sint decimę? Respõdeo, † prędiales statim fructibus recollectis.c.cum homines.eo.dixit aũt dominus,non tardabis decimas & primitias offerre.ideo tardius dare peccatũ est,quia minus soluit,quia tardius soluit. l. si cui in fin.

Source : BIU Cujas

in fin.ff.de uerb.ſigni.facit.l.vna.C.de plus petit. & §. plus. de acti.in Inſtitu. ſic conſuluit Guido Papæ in conſil.70. ex proceſſu.quæſt.1.

2 Vbi etiam dicit intelligi ſtatim,id eſt quàm citius ſolui poſſunt,& ſufficit,ꝙ fructus ſint collecti,& ſpicæ in meſſem deiectæ,& ſic cœpti,licet non percepti,& completi. l.ſi eius. ff. de rei vendic. & ſi quis fuerit in mora ſoluendi decimas, & frumentum,vel vinum fuerit ſubtractum,vel periit,tenebitur is, qui ſtatim non præſtitit,uel non monuit curatum, vt illam decimam reciperet:per l.cum res.in fin.ff. de leg.1.gl.& doct.in d.c.cum homines.

3 Putarem tamen valere conſuetudinem vt ſoluatur in certo tempore,licet non ſtatim,dummodo per tempus cuius initij memoria in contrarium eſſet ſeruata, vt inferius dicam in illa quæſtione ſeq.an decimæ tolli poſſint.& hoc ſcribit collecta.in d.c.cum homines.poſt Roffred.in tracta.libellor. iuris canon.in 4.parte.rub. qualiter decima ſit danda.itaque in decima ſoluenda inſpicietur conſuetudo, qua ceſſante ſeruare oportet ſupra ſcripta.

4 Perſonales verò in fine anni præſtari debent.gl.in c.reuertimini.in verb annus.16.q.1.& facit 2.Eſdræ. c.10.in fin. Panor. in c.peruenit.eod.quia particularis ſolutio multa incommoda afferre ſolet.l.plane.ff.famil.herciſcũ.c.ex literis.de pignorib. ſi tamen intra annum ſolueretur,non debet recuſari,teſte Anto.in c.ad Apoſtolicæ in fi.de deci.ſed Card.in c.paſtoralis.q.16.eod.dicit, ꝙ poſtquam lex non diſtinguit inter prædiales,& perſonales,ꝙ utraque eſt ſtatim ſoluenda:quia interim põt curatus indigere,& parochianus mori.ob id melius, & tutius eſt quòd ſtatim ſoluatur,id eſt ſingulis diebus dominicis:& bonũ eſſet quòd ſtatueretur aliqua forma ſuper iſtis exoluendis & præſtandis.

5 Vnde doctor regens,ex lucro centum aureorum, quod fecit, debet decimam illorum, ſic & aduocatus de eo quod ex poſtulatione lucratus fuerit.gl.in c decimæ.16.q.1.& in c. paſtoralis.de deci.vbi Cardin q.10.ideo boni aduocati, & deuoti ſolent ſcribere lucrum,& poſtea in fine menſis,uel anni diſcutere,& uidi quatuor in anno diſcuti,imò uidi multos habẽtes crumenam decimarum, & eo die quo decem lucrabãtur ſolidos unum ponebant intra marſupium decimæ, & ex illo lucro fiebant eleemoſinæ: celebrantur miſſæ, anniuerſaria fiebant, dabatur pars curato indigenti, & omnia opera pia fiebant ex illa pecunia,& bonum eſſet ſi ſic faceremus, vt etiam vult Hoſt.in d.c paſtoralis.col.pen.eo.

6 Et ſic mercatores debent,& alij artifices facere, ſi proſpere velint oĩa ſibi ſuccedere,vt docet gl.& doct.in d.c.decimę. & inferius dicam in q.vlt.& idem in procuratoribus, & notarijs, apparitoribus,& alijs perſonis, ut ex eorum lucro decimam præſtare teneantur,ut firmat And.Hiſpa.in d regula decima.quæſtio.decima,& ſuperius dictum fuit.queſt. 5.& 8.

7 Quæro,an decimæ ante petitionem ſolui debeant? Reſpondet tex.affirmatiue,in c.cum homines.eo.tit.dum dicit,ſtatim fructibus receptis ſoluẽdas,ergo in mora ſunt, qui nõ ſtatim ſoluunt etiam ſine petitione,vt ſcribit Pan.in 2.notabi. ibi, & quia offerri debent,vt ſuperius dixi in 1.q.igitur non requiritur petitio,alioqui non ſatisfaceret quis præcepto Dei.

8 Nec refragatur.ca.peruenit.eo.tit.vbi monitio requiritur, & ſic petitio.Reſpondeo,monitionem requiri, antequam nõ ſoluens excommunicari poſſit. nam de excommunicationis forma eſt,vt fieri non poſſit,niſi præcedat monitio.cap.ſacro. de ſenten. excommu. ſed decimarum non eſt ea natura vt requiratur petitio,nẽpe dum tempus eſt appoſitũ,non requirit interpellatio.l.magnam.de contrahen.ſtipula. C.ſed in d.c.cũ hoĩes.eſt tps appoſitum ſolutioni decimarũ, vc3 vt ſoluantur ſtatim fructibus collectis,igitur non ſoluentes ſtatim fructib. collectis,igitur non ſoluentes ſtatim ſunt in mora,ẽt ſine petitione.& ſic monitione facta excõicari poſſunt.facit.c.oẽs. 16. q.7.ibi,ſed quia modò multi inueniuntur, decimas dare nolẽtes,ſtatuimus,vt ſm dñi p̃ceptum admoneãtur ſemel,ſecũdò, & tertiò,qui ſi non emendauerint,anathematis uinculo feriãtur uſque ad ſatisfactionem,& emendationem congruam.

9 Item Exodi 22.cap.dicitur,decimas,& primitias non tardabis offerre,ponderando verbum,offerre,ſequitur ꝙ ſine petitione hoc fieri debet.vt doct.ſcribunt in authen. offeratur.C de litis conteſt.iõ poſtquam decimæ offerri debent,ergo ſine petitione.& ſic vltro,vt expreſsè docet tex. in l. fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.& 2.Paralip.31.ſcribitur,quòd filij Iſrael, & Iudæ obtulerunt decimas,& ſic abſque petitione.

10 Nec refragatur ꝙ diuus Pau.1.ad Corinth. 9.ait,nihil à Corinthijs petiiſſe,nec recepiſſe. c.prædicator.16.q.1.ergo ſi decimæ non petantur non debenẽt.Reſpon.uerũ eſt qñ remitterẽtur expreſsè, uel tacitè,vt diuus Paulus auaris remiſit Corinthijs,tũc non tenerentur homines ad eas ſoluendum.ſed contrarium eſt, qñ nulla ſit remiſſio. imo diuus Paulus ait ibi,ꝙ dñs ordinauit his qui euangelium annnntiant, de euangelio viuere,dicit tamen,ego autem nullo horum uſus ſum,hoc ſcit videns Corinthios auaros eſſe, ne offendiculum euangelio Chriſti daret,ſed vt eos deo lucrifaceret,tamen inquit ibi,
11 neminem militare ſuis ſtipendiis debere.

Nec obeſt quòd eccleſia Græcorum, non ſoluit decimas. nam reſpõdeo,quia ſciſmatica eſt à noſtra Romana deuians, etiam in matrimonio.cap.cum olim,de cler. coniuga.

12 Nec me mouet,ꝙ pœnæ iuris non debentur,ſi non ſint petitæ,vt declarat glo.in c.fraternitas.12.q.2. & regulariter petitio requiritur,vt in euangelio ſcribitur,petite & accipietis. & in l.uniuerſi.C.de præcib.imperato.offerend.vbi Iaſ.ſcripſi in §.ſi quis verò.de collatio.in cõcord.Reſpond.hoc eſt verum, niſi in l.ſit ſtatutum tempus,quod ponitur in d.cum homines & licet deciſ.Rotę.1.de decimis.in antiq.incipiens,nota ꝙ vbi. in prin.dicit,debitorem decimarum non teneri, niſi à die petitionis,ſecundum opinionem Archidia. tamen illam opinionem ibi reprobat,cùm nullus poſſit prætendere ignorãtiam, eo ꝙ eſt debita iure naturali,& diuino,vt ibi dicitur, & ſupra. q.1.docui,quia tempus pro homine interpellat.

13 Et ſic patet illos parum probe ſentire,qui dicunt non ſoluẽdas decimas niſi à die petitionis, & ſi non fuerint petitæ tempore recollectionis fructuum,ꝙ non poſſunt amplius peti,vt Adria. de Trai.in d.q.5.uerſ.ſecundo uidendum eſt. quamuis Archid.in c.1.de deci.in 6.uideatur dicere à tempore petitionis debitorem decimarum tantum condemnandum,& non ante,quem refert Fely.in c.ſi autem.col.3.de reſcrip.ſequitur D.Petr.Paul.Pariſ.in conſ.15.Albertus.in fi.in 1.vol.& conſil. 6.conſiderata.col.3.num.11.in 4.vol.& conſ.25.vidi cõſilium. col.penul num.35.ibidem.Hoc tamen non probant,nec Ioã. Franciſc.in tract.de prę ſcrip.in 1.parte quintæ princip.q.7.col. 16.niſi conſuetudo eſſet,ꝙ non ſoluerentur decimæ, niſi peterentur,& ſic ſecũdum eos durum eſſet dicere,quòd omnes homines qui non dant decimas,damnarentur, quia eccleſia non petendo uidetur remittere,ut teſtatur Floren.in 2.parte ſummę rub.de dec.tit.4.ca.3.§.fi. ſed ego dicerem, quamuis ſit durum,tamen ſeruandum.per l.proſpexit.ff.qui, & à quibus. alioqui non ſeruantes leges eſſent melioris conditionis, quã ſeruantes,& impii,quàm pii,& poſtquam ſciunt ſe teneri ad ſolutionem,ſunt in mala fidè,& ſic in peccato,ideo non ſunt excuſandi.

14 Item diuus Thomas in 2.ſecundæ.q.87.art.1.in ſolutione ad 2.arg. ait, ꝙ ſi ex obſtinatione quis decimas denegat, tenetur etiam quis ſine petitione, & cenſetur ex obſtinatione id facere,quando ſimul atque petitæ ſunt,nõ dat,& tunc uere ad omnes decimas tenetur. & ſic poſſunt conciliari opiniones, vt quædam petitio non ſpecialis,ſeu admonitio requiratur,ſed generalis, quæ hodie ab omnibus ſolet fieri curatis, unde.

15 Hodie non ſoluentes decimas ſunt in mala fide,& mora,nã ſolẽt in eccleſiis ab ipſis curatis ſinguli moneri diebus dominicis,ut decimas ſoluant:igitur ſi decimas retineant,tenentur ſiue alia petitione,& publicantur excõicati in eccleſiis detinẽtes decimas.& ita ſeruatur in curiis Francię, quę conſuetudo multis eſt confirmata areſtis & ſententiis, & hoc probatur in c.peruenit.eo.tit.ubi pręcipitur prælatis, ut parochianos monere habeant de ſoluendis decimis, & compellant eos, ſi nolint ſoluere,quod ſi non faciant,peccant mortaliter. ut ibi dicit Pan.quia ipſi ſubditorum peccatis obuiare debent, & non negligere bona eccleſiarum, & pauperum,alioqui negligẽtia illorum peccatum inducit.gl.in ca.ea quæ.de offi.Arch.Hoſt. in ſumma.§.fi.q.7.quidam conciliari uolentes dicebant,in p̃dialibus monitionem non requiri,in perſonalibus ſecus,cum non ſit in illis certum præſtitutum tempus.& iſta opi. non eſt contemnenda,quia per eam conciliantur contraria, uel accipe eam quam ſuperius ſcripſi. & ſic aderit finis huiuſce quæſtionis.

Quæſtionis decimætertię Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ antolli poſſint.& ibi, quod Cauſa ceſſante ceſſat effectus. & pauperum quod eſt,qui accipiunt,ſacrilegium committunt.*
2 *Decimæ clericis peruerſis an denegandę.*
3 *Fili Leui decimas tantum accipiebant ab his pro quibus offerebant præces,ubi habes,quod irati animus ad deteriora prouocatur, cum is diſplicet,qui ad intercedendum mittitur.*
4 *Clerici hodie non vacant legi Dei.*
5 *Leuitæ contenti ſola decimarum perceptione fuerunt.*
6 *Decimæ Deo præſtantur in ſignum vniuerſalis dominij: & ex eis pars pauperibus debetur.& Sacerdotibus malis,& diuitibus, an decimæ debeantur.*
7 *Decimæ clericis,& non alijs pauperibus ſolui debent: & debitor non liberatur ſoluens alij inuito domino.*
8 *Clericorum nequitia in ſoluendis decimis conſiderari non debent.*
9 *Decimæ fornicatori notorio denegandę: item ſimoniacis: ſed authoritate epiſcopi in vtilitatem eccleſię conuerti debent.*

Vicleſ

Source : BIU Cujas

10 *Viclef combustus quòd diceret decimas posse auferri à malo curato.*
11 *Crimen incurrit qui contra sacerdotes obloquitur.*
12 *Clerici, & ecclesiæ bona habere possunt vltra decimas. & Clerici non debent esse deterioris conditionis quàm laici.*
13 *Clerici procuratores siue administratores bonorum illis donatorũ sunt, & non domini.*
14 *Compositio quid, & quid transactio; licet vnum pro alio ponatur.*
15 *Compositio super decimis an valent.*
16 *Compositio inter clericos super decimis valet intellige in prædialibus. nu. 17. ubi decimas quis clericorum habeat, non refert.*
18 *Compositio super decimis inter clericos ualet, etiam si ageretur ut monachi haberent totam prædialem decimam unius parochiæ.*
19 *Compositio super decimis sine causæ cognitione non ualet.*
20 *Decretum episcopi an requiratur in compositione & alienatione rerum ecclesiæ, & num. 21.*
22 *Consensus episcopi vel superioris requiritur in compositione super decimis & ibi, quod decimæ cibus clericorum sunt. ubi habes, quòd episcopi præsentia loco iudicis habetur.*
23 *Vicarij episcopi consensus an sufficiat in compositione super decimis.*
24 *Inferior habens iurisdictionem quasi episcopalem compositioni super decimis authoritatem præstat.*
25 *Successori quando compositio super decimis noceat, uel non.*
26 *Compositio inter clericos ut minus soluatur, quàm sit decima, valet, requiritur tamen Papæ approbatio, & consensus.*
27 *Decima omnino tolli non potest, nec Papæ authoritate quia Papa ius naturale tollere non potest.*
28 *Compositio ut laici decimas recipiant uel non soluant, non ualet; & ibi, qđ sunt laici incapaces spiritualium rerum.*
29 *Compositio de non soluenda aliqua decima inter curatum & laicos, nõ ualet etiam Papæ consensu accedente: et laicum à decimis eximere solus Papa potest. & compositio quando ualeat cum authoritate episcopi. & numero 30.*
31 *Compositione se iuuans eam seruare debet.*
32 *Priuilegium super decimis non præstandis non extenditur ad laicorum decimas.*
33 *Transactio super decimis an ualeat. & nume. 34. & 35. & ibi, quod decimæ fructus reputantur temporales.*
36 *Transactio super futuris decimis an ualeat, & cuius consensus requiratur; & transactio non est prohibita in rebus spiritualibus.*
37 *Temporale pro decimis futuris omnino non debet dari.*
38 *Decimæ dicuntur spirituales.*
39 *Spiritualia multis modis dicuntur, & ibi, quod decimæ sunt sanctuarium Dei.*
40 *Consuetudo super decimis an, & quæ ualeat. ubi quod naturalia immutabilia sunt.*
41 *Crocorum decima debetur.*
42 *Decima debetur à terris recuperatis à Saracenis, & num. 43. & ibi, consuetudo an excuset à præstatione decimarum personalium.*
44 *Consuetudo super decimis personalibus, an & quando ualeat, & decimæ personales magis in subtilitate, quàm utilitate consistunt.*
45 *Consuetudo & præscriptio differunt.*
46 *Consuetudo non soluendi integras decimas, an excuset. & ibi datur intellectus capituli, in aliquibus. de decimis. Consuetudo uetus quæ probat, ea tolerabilia sunt.*
47 *Consuetudo transferendi decimas an ualeat. & num. 48.*
49 *Consuetudo non portandi decimas in horrea an ualeat.*
50 *Item relinquendi in agro.*
51 *Consuetudo non soluendi decimas minutas ualet, quia prætor de minimis non curat, & decimæ minutæ non sunt in præcepto.*
52 *Consuetudo vt certo tempore uel loco decimæ soluantur, ualet, & quæ requirantur in hac consuetudine. num. 53.*
53 *Diu dicitur tempus decem annorum.*
54 *Consuetudo, quando à Papa approbari debeat.*
55 *Præscriptio non soluendi decimas an ualeat, & num. 56. & ibi, quod peccata tantò grauiora, quanto diutius animam detinent alligatam, & sunt decimæ tributa egentium animarum.*
56 *Decimæ contra laicum an præscribantur.*
57 *Decimę quota præscribitur.*
58 *Decimam integram quando curatus petere possit, & num. 59.*
59 *Consuetudo contra ius naturale non disponit.*
60 *Parochia contra parochiam decimam præscribit, sed non libertatem non soluendi eam.*
61 *Decima uini præscripta non se extendit ad fundum ex uinea factum: & decimas qui præscripsit antiquas non habebit noualium decimas.*
62 *Inquilinus nouus cui debeat decimam.*
63 *Religiosi qui non habent parochiam an decimas præscribant.*
64 *Laicus decimas non præscribit, & ibi, quòd argumentum de oblationibus ad decimas ualet.*
65 *Consuetudo laicorum percipiendi oblationes pro minimis, reprobatur.*
66 *Diformia non comprehenduntur consuetudine.*
67 *Consuetudo quando uim priuilegij habeat.*
68 *Præscriptio, & priuilegium differunt in acquisitione: & ibi, quod consuetudo incapacem non reddit capacem.*
69 *Laicus decimas an & quando retineat.*
70 *Decima inuestituræ a laico probanda.*
71 *Casus requisitus in decimis feudalibus. & nu. 76. cum seq. & Decimas à Papa infeudatas laico probare sufficit, cum tempore immemoriali.*
72 *Intellectus capituli, cum apostolica. de his quæ fiunt a prælat. & num. 73. ubi, quod decimæ regulariter laicis ad tempus dantur.*
73 *Papa solus laicum capacem facit ad decimas.*
74 *Decimas à laicis quando religiosi recipere possint.*
75 *Decimas laici quando perdant.*
76 *Tempus immemoriale cum recognitione an laico sufficiat ad habendum decimas.*
77 *Possessio etiam centenaria non iuuat laicum. & vsurpatio longinqua ius non tribuit, & prætor non tuetur iniquam possessionem.*
78 *Decimas ad se spectare quomodo laicus probare possit. ubi, quòd Dei veritatem, non hominis consuetudinem sequi oportet.*
79 *Laicus decimas habeat ante uel post concilium non interest. & numero 80.*
80 *Laici ex suo officio pro populo non orant.*
81 *Decimæ quanto tempore præscribantur. cum num. seq.*
82 *Ecclesia contra ecclesiam quanto tempore decimas præscribat.*
83 *Intellectus cap. ad decimas. de restit. spoliator.*
84 *Curatus quando iure communi fundatus sit.*
85 *Ecclesia decimas à laico habens, eas non præscribit, & quare. & ibi quòd reges puri sunt laici: nec iura ecclesię donare possunt.*
86 *Intellectus cap. 1. de præscript. lib. 6. vbi quòd ecclesiastica res etiam sine titulo præscribitur, quando adest bona fides.*
87 *Malæfidei possessor creditur, qui contra iura mercatur.*
88 *Præscriptionem impedit error iuris.*
89 *Confirmatio quando titulum præbeat, & quo tempore incipiat præscriptio.*
90 *Confirmatio in forma communi quid operetur, & nume. 91. & ibi, quod error facti præscriptionem non impedit.*
91 *Clausula, sicut iustè possidetis, quid operetur.*
92 *Titulum ostendere quando non sit opus.*
93 *Decimas à laico recipientes eas non præscribunt. & ibi, quod succedens in locum alterius iustam habet ignorantiæ causam.*
94 *Præscriptio temporis immemorialis quomodo probetur. & num. 95. cum sequen.*
95 *Testes in probando præscriptionem immemorialem quomodo deponãt. 96.*
97 *Memoriam extare probatur per instrumentum.*
98 *Testes affirmatiuè deponentes præferuntur.*
99 *Testes memoriam non extare probantes cuius ætatis esse debeant.*
100 *Decimæ quando per decem annos præscribantur. & ibi, quòd res de facili reuertitur ad suam naturam.*
101 *Imperator non potest quem a decimarum solutione eximere; & datur intellectus. c. tua. de decim.*
102 *Diuturnitas temporis modum solutioni decimarum inducere potest.*
103 *Decimæ an priuilegio tollantur. & ibi, quod Papa aliquos a decimarum prestatione eximere potest.*
104 *Horti religiosorum à decimis exempti.*
105 *Papa quando ius diuinum remittere possit.*
106 *Præcepta decalogi irremissibilia. ibique habes, quod in decimis duplex est consideratio. & num. 107.*
107 *Decimarum solutio concernit commodum ecclesiæ.*
108 *Decimas detinens sine causa, non est tutus quo ad Deum, sicut nec plura habens beneficia.*
109 *Confessores quid super decimis agere debeant.*
110 *Papa an, & quando decimas principi uel laico concedere possit.*
111 *Decimarum exactio quando suspendenda.*
112 *Decimis præscriptis quando quis recipiatur ad eas petendas.*
113 *Decimas post priuilegium soluentes illi renuntiant.*
114 *Priuilegium de decimis non soluendis non intelligitur de decimis possessis.*

QVAESTIO 13.

1 DEcimotertiò, an tolli decimæ possint? Respond. videtur posse: quia cessante causa, effectus cessare debet. l. quod dictum. ff. de pact. cap. cùm cessante. de appellat. Sed in clericis causa cessat, igitur cessare decimæ debent. nempe olim erant decimæ in cibum eis datæ, vt superius dictum extitit, sed illum hodie aliunde habent, & sunt diuites: ergo causa soluendi eas decimas cessat. Nam clericos illos conuenit ecclesiæ stipẽdijs sustentari, quibus parentum, & amicorum nulla suffragãtur impendia: qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt, & committunt. c. fi. 16. q. 1.

2 Secundò, clerici olim erant bonis moribus prædi ti: hodie peruersi, ideo illis decimæ denegari possunt, cùm non sint ad cultum Dei apti. cap. tua. 2. de dec. & sic alijs clericis deuotis pauperibus dari debent.

3 Tertiò, filij Leui non accipiebant decimas, nisi ab eis pro quibus offerebant præces. c. ecclesias. 13. q. 1. §. his itaque. sed hodie non orant clerici pro populo: & si orarent, quia mali sunt, Dei iracundiam magis in se prouocarent, quem pro seipsis placare debuerant. c. fertur. §. vulnerato. 1. q. 1. cum enim is displicet,

Source : BIU Cujas

displicet, qui ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. c. in grauib. 3. quæst. 7. vbi etiam dicit, victimas impiorum abominales Deo esse, uota iustorum placabilia.

Quartò, quia clerici legi Dei etiam non vacant hodie, vt patet in multis, & manifesta non indigent probatione. ca. de manifesta. 2. q. 1.

Quintò, Num. 18. cap. dicitur, Leuitas decimarum oblatione esse contentos: igitur si vltra decimas prædia habeant, eis non debentur decimæ: quia Deus præcepit eis, vt sint contenti sola decimarum perceptione. & Iosue 3. tribui autem Leui, non dedit possessionem, sed sacrificia, & victimæ domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas, & sic concludit Anton. Butri. in c. parochianos. col. 3. & seq. eod.

6 Contrarium arbitror uerius esse. nam fac quasdam rõnes in nostris clericis cessare quibusdam, tamen non omnes decimarum rationes cessant, quia omnes non sunt diuites: & si essent aliæ rationes non cessant, quæ sunt ex parte Dei, videlicet, quia præstantur decimæ Deo, in signum vniuersalis dominii, & pauperibus debetur pars: vt suprà quæstio. 2. scripsi. & diuites melius possunt hanc partem soluere, quàm pauperes clerici: vt probat tex. in c. fi. 16. quæst. 1. ac pars fabricæ ecclesiæ assignari ex decimis debet. cap. concesso & sequẽ. 12. q. 2. itaque, Deus, ecclesia, & pauperes, non debent propter malitiam clericorum decimis fraudari. Ob id glo. plura inconuenientia recitat in cap. 1. eod. lib. 6. quæ sequerentur, si non soluerẽtur sacerdotibus, vt est à Deo præceptum. vide Ioan. de turre cre. in c. fi. ver. ad quartam. q. 16. q. 1.

7 Nec obstat secundum, quia respondet tex. in ca. tua nobis 2. de dec. dicit enim sic, prætextu verò nequitiæ clericorum ne queunt eas. nisi quibus ex mandato diuino debẽtur, pro suo arbitrio erogare, cum nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem. & quia sunt debitæ clericis. c. parochianos. eod ideo non possunt aliis dari etiam pauperibus; quia non liberatur debitor soluens alii inuito domino l. inuito. C. de solut. l. vero. ff. illo tit. quia deus non debet perdere debitum suum propter iniustum procuratorem, id est ministrum, ideo enim dantur decimæ.

8 Ergo cogitare non debemus quis clericus procurator Dei eas exigat. Host. in d. cap. tua. 2. Io. Hugo in tract suo de offi. quatuor præl. §. sed nunc ex delicto & nequitia clericorum considerari non debet, sed dei bonitas, qui hanc decimam à nobis voluit, dum modo non esset notorius fornicator is cui decimæ debentur; tunc illi iustè denegari possunt. cap. præter. 32 dist. & doc. in d. c. tua. 2. intelligunt illum text. in malis præsbyteris occultis, vt decima illis debeatur; secus in simoniacis sacerdotibus, † & aliis irretitis criminibus notoriis; vt scripsi in rubri. de publi. concub. in concor. in 18. pœna. ne videantur in suo peccato foueri. & ali. cap. non omnis. ibi, vtilius. 5. q. 5. non debet tamen parochianus ob hoc decimas retinere sed authoritate episcopi in vtilitatem ecclesiæ illas cõuertere, argu. in cap. cùm deputati. de iud. & Host. in cap. tua 2. & §. & quare. in fi. in summa, eo. & quandiu tollerantur ab ecclesia, ego vellem istis soluere, saltem decimas prædiales, quarum triplex fit distributio, ut superius scripsi: personales, cum personam respiciant, in criminibus symoniæ, hæresis, & concubinatus publicæ illis denegarem, ut scripsi in concord. facit. c. multi. 2. q. 1. & doct. in l. Barbarius. ff. de offic. pret. Auc. in d. c. tua 2. in fin. post Roffred. in tract. libel. iuris canon in 4. parte, rub. an expens. fint deducendæ. vers. quæstio. in vlti. & sic Thosta. concludit super Matthæ. 23. capitu. quæstio. 73.

10 Notandum est, quod inter articulos 189. Wiclef, per Constant consilium condemnatos, is præcipuè fuit, in quo dicebat, decimas esse puras eleemosynas, & quòd parochiani poterant eas propter suorum peccata prælatorum ab eis auferre; ob id fuit combustus. nam decimæ non dantur pro solo vsu sacerdotum, sed deo, & ad usum pauperũ, ut superius dictum extitit. & ut deum recognoscemus. ideo parochiani non debent eas retinere, etiã a malo curato. c. decimæ. 16. q. 1. nisi. vt superius dicitur.

11 Nec refragatur aliud quod sacerdos ex his luxuriatur. Respon. hoc non omnibus contingit; & si aliquibus hoc ascribatur, ob hoc non licet decimas retinere, sicut non licet bona furis, vel alterius mali retinere; immo tu qui hæc dicis audi quid scribat diuus Gregorius: Multi secularium hominum, eum plus sacerdotis uitam quàm suam discutiunt, in magnũ contentionis diuinorum sacramentorum crimen incurrũt, magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes. festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis, quam dum incaute festinant euellere, erroris in foueam dilabuntur; minus quiddam considerantes, quòd non eos vita sacerdotum lederet, si ipsi humiliter bonis sacerdorum monitis aurem accommodarent; sed dum hipochritarum more plus illorum formam quàm propriam vitam, vel vitę negligentiam diiudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona, vnde fit, ut non solùm ab eis dicta respuant, sed, quod est deterius, diuina etiam misteria contemnant, & c. in c. multi secularium. 1. q. 1. Ideo illorum laicorum primus, qui sine peccato (quod vix esse potest) ista dicens, fuerit, iniiciat lapidem in illum, & non detineat quis aliena, sed puniatur malè uiuẽs & sibi debitum non retineatur. Nam Cyprianus ait; quę sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum secum esse Christum cùm collecti fuerint, opinantur, hi qui extra ecclesiam Christi colliguntur, tales etiam si occisi in confessione nominis Christi fuerint, macula ista nec sanguine abluitur; inexpiabilis enim, & grauis culpa discordię, neque passione purgatur. c neque ad Cain. 90. dist. verum est. quòd non solũ episcopi, presbyteri diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum cui præsident, conuersatione, sermone ac scientia præeant, verum etiam inferior gradus, exorcistæ, lectores, custodes ędium accoliti, & omnes omnino, qui domui dei seruiunt, quia vehementer ecclesiam destruit meliores laicos esse, quàm clericos. c. qualis. 8. q. 1.

12 Item non obest aliud, quod non possunt alia habere bona, cùm sit præceptum eis factum, vt decimis contenti sint. Cui respõdeo bona terræ promissionis fuisse p Deũ separata à decimis, & ipsis Leuitis concessas decimas, propter auaritiã & cupiditatẽ possessionum vitandarum, & ideo alia bona p pria petere non poterant cum iam in decimis suam haberẽt partem: veruntamen oblationes recipere, & bona poterant, & quicquid Deo erat consecratum, ad ius sacerdotum pertinebat. Leuit. 20. c. & vlti. ob id si postea eis bona donata fuerint, & ecclesiis, iure illa habere possunt, tanquam Deo dedicata, & consecrata: & sic id temporis dominus voluit tribum Leui esse decimarum perceptione contentam, & nihil petere aliud ab aliis tribubus posse. d. capitulo ecclesias. §. item cũ dicitur. nec enim habet Leuita aliam partem atque possessionem inter vos, ergo inter alios non negat. facit glos. in ca. 1. de decim. in 6. & ibi text. mandat decimas solui; & tamen id temporis ecclesię locupletes erant, alioqui sequeretur, q clerici, & ecclesia essent deterioris conditionis quàm laici, vt arguit tex. in c. tua 2 eod. de deo, qui non esse debet deterioris conditionis, quàm domini temporales, sic nec clerici, quàm laici sed laici à laicis bona donata capere possunt, & clerici, & ecclesia non possent, quod est valde absurdum, cum ecclesię, & clerici sint magis priuilegiati, quàm laici capitulo, ecclesia. vbi doctor. de constitu. ita concludunt in rub. de decim. & facit text. nume. 18. ibi, & vniu ersi quorum accipitis. ergo ab vniuersis possunt clerici, & sacerdotes accipere, exceptis personis quas supra descripsi, si donent ur eis, vel alio iusto titulo eis acquirantur. & hoc etiam dictat ratio naturalis. nam si pater inter filios hęreditatẽ suã diuidat, & dicat velle eos suis portionibus contentos esse, si vnus liberorum det alteri partem suam, nunquid obstabit testatoris voluntas, quominus hic possit recipere? certè non; sed ex testamento non licet amplius habere, nec videtur frater ob hoc incapax factus ad habendum ex iure nouo, capitulo secundo, de renuntiatio. l. stipulatio hoc modo. vbi doctor. ff. de verbo. oblig. & hoc expressim docet Hostiensis in rubrica de decimis. in fin. quem alii sequuntur.

13 Etiam si Deus expressè prohibuisset filiis Leui, & sic personis; tamen ecclesia non comprehenderetur. ideo potuerunt deuoti viri ecclesiæ donare, & clerici habent usum, siue vsum fructum illorum bonorum donatorum, & sunt procuratores, & administratores illorum bonorum, non domini. capit. penultim. vbi gloss. de reb. eccle non alienan. capitu. 2. de donatio. capit. inquirendum. de pecul. cleric. doct. in rubr. de deci. vbi dicunt omnes clericos esse pauperes, per l. priuilegia. C. de episc. & cleri. quæ hoc nõ probat. bene loquitur de pauperibus in genere, sed non expressè de clericis. Anto. in c. parochianos, col. 3. eo. tit.

Itaque in hac quæstione, vt altius rem petamus, uidẽdum erit, an compositione, transactione, cõsuetudine præscriptione, uel priuilegio, seu exemptione, aut alio quouis modo decima tolli possit: & primo dicendum erit de compositione.

14 Compositio enim est gratuita conuentio: trãsactio autem est de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento, pactio. l. prima. ff. de transactio. C. eod. ca. super eo. ibidem. unum tamen sæpius pro altero capitur. c. veniens. de transact. vbi Hostien. in summa. & quot modis sumatur compositio, scripsi in l. hæc verba ille. ff. de verb. signi.

15 Quæro, an compositio super decimis valeat? Respon. aut loquimur inter clericos, aut laicos, & aut transferendis. decimis, aut de nõ soluẽdis & in his elucidandis, facio casus seq.

15 Primus est, ualet compositio inter personas ecclesiasticas, vt decimæ vni curato debitæ alteri soluantur. cap. 2. de transact. cap. dilecti. in fin. eod. vbi Papa dicit, soluatis. uel cum ipsis amicabiliter componatis, & sic compositio approbatur

ibi

Source : BIU Cujas

ibi a Papa.& in c.dilecti.& seq.ibid.ubi Pan.quia cum decimæ clericis sint reseruatæ a Deo,nō refert quis ipsorum habeat,uel quæ ecclesia,ut abūdantius dicetur.& doc.scribūt in c.ex multiplici.de dec. & idem docet Carol.Rui. in cons. 142.clarum est.nu.13.in 5.uol.

17 Intellige in decimis prædialibus, diuersum sentiunt iuris interpretes in personalib. nempe is qui in sacrario opatur, q̄ de sacrario sunt,edere debet,& qui altario seruit, cū altario participat,iuxta diui Pauli sentētiam.& ne detur occasio vagationi,& audiendi diuina extra ecclesiam parochialem.c.2. de paroch.Collecta.in c.ad apostolicæ.eod.

18 Secundo,intellige ēt si ageretur, ut monachi haberent totam prædialem decimam unius parochiæ,uel alius curatus, nā tunc si curatus victum sufficientem nō hēat,eo qđ ei desint decimæ,aget ad congruam portionem.ca.de monachis. de præb.& scripsi abundè in trac.meo de congrua portio.in ferius.quia illi qui percipiunt decimas, poterunt curam hēre pauperum,& fabricæ.& satisfacere poterunt,iis,pro quib.decima debetur,ut asserit Pan.in c.3.eod.& superius.q.2.scripsi.

19 Tertiò,intellige istam compositionem ualere,ira demū si causæ cognitio interueniat, debet.n.superior examinare, an talis compositio expediat ecclesiæ,aliàs compositio non ualebit,quia est alienatio in qua hęc inquisitio fieri debet.c.sine exceptione.ubi scripsi.12.q.2.gl.in c.1.de reb.eccl.non alien. in 6.licet uidere in compendio.aliena.rer.eccle.

20 Item requiritur decretum epi,ut firmat In.in c.2.de transac.licet ibi Pan.eum reprehendat,dicēs nullibi inueniri,sed intelligere voluit Inn.decretum pro consensu & authoritate episcopi,uel superioris. solet.n.ep̄s post inquisitionem super commodo,uel incommō factam,si ex re ecclesiæ sit & vtilitate,decernere faciendam compositionem,uel factam ratā esse,& sic illi consentit.ita debet intelligi sententia Inn.gl. & doc.in d.c.1.& inferius dico.nu.25.

21 Et sic cessant cōtrouersiæ doctorum,an in alienatione ecclesiæ requiratur decretum,quod sic patet.nam ep̄s decernit iustam & bonam alienationem,illi consentiendo, sed nō intelligimus de illo decreto,seu decreti solennitate, quæ requiritur in alienatione bonorum minoris, ut in rub. de prædiis mino.sine decreto nōn alienan.C.

22 Quartò,non ualet compositio, nisi cum consensu epi, uel superioris,& sic non valeret cum consensu inferioris,uidelicet Abbatis,prioris,seu alterius.c.placuit.12.q.2.& c. Abbatibus.ibid.c.cum apostolica. de his quę fiunt a præla.ubi dicit non requiri capituli consensum, sed epi tm̄, licet in uera alienatione contrarium sit.c.sine exceptione.12.q.2. & cum decimæ sint cibus clericorum,ut dixi, sicut de alimētis futuris non pōt transigi sine iudice l.cum hi.ff.de transi.ita nec de decimis,ut ēt docet Anch.in c.cum hoīes.col.2. eod. & epi præsentia loco iudicis habetur, si tamen decima a laico episcopo daretur,archiepiscopi consensus requireretur, qa ep̄s non posset in propria causa cōsentire.c.prohibemus. de censib. scripsi in interpretatione.d.c.sine exceptione. vt inferius est uidere in compendia alienatio.rerum eccles.

23 Etiam cum consensu uicarij epi non ualeret compositio, teste Aufrer.in decis.97.& seq.uidi tamen seruari contrariū, tum propter episcopi absentiam, tum q̄ uicarius nomine episcopi hoc faciat,& q̄ habeat iurisdictionem,ut patet in rubri.de offic.uicar.imò in integra legi.in d.c.2.de transact. de consensu episcopi,uel archidiaconi,& quia uicarij generalē solent habere potestatem.c.fi.de offi.uic.in 6. scripsi abundè in praxi benef.in prin.

24 Nisi inferior haberet iurisdictionem qua si episcopalem. glo.in cle.1. in uerb.proprij.de reb.eccle.non alien. c.significasti.de fo.cōpe.tunc cū authoritate illius ualeret cōpositio.

25 Quintò,si cōpositio fuerit sine epi, uel superioris consensu facta, mortuo eo qui eam fecit, successori non p̄iudicat. per c.de cætero.& c.ueniens.de trāns.c.ad hæc.de offic.uica. & hoc super futuris decimis,secus de præteritis.glo.& doct. in c.ut super.de reb.eccle.non alienan.Deci.in c.uenerabilis. in 4.nota.de confirmat.utili.

26 Secundus casus est,ualet compositio inter clericos,ut minus q̄ sit decima eis soluatur,& sic ut integram decimā, fortè uigesimā,uel ut de aliquib.rebus non præstetur, ut de reb. fortè minutis,seu aliis.c.ueniens.de transac.c.3.eod.Pan.in c. dilecti.in fi.eo facit.c.nuper.ibid. & in hac compositione q̄ diminuitur decima, requiritur consensus & approbatio Papæ,ut scribit Bertran.cons.14.viso processu.in fi.uol.1.ex prima editio.& cons.116.illud est.ibid.quod est uerum, si cum laicis fiat,secus si cum clericis,ut doctores notant. c.2. & ca. ueniens.de transac.& inferius dicetur.

27 Tertius casus est,si per ꝓpositionē remittatur tota decima clerico,hæc compositio non ualebit:quia decima oīno tolli non pōt,alioqui Deus non recognosceretur in ea,nec honorarer eum quis ex sua substantia,ut est præceptum Prouer.3. ēt si illa compositio a Papa probata esset, quia ius diuinū & morale tollere non potest nec ius naturæ, quō iure sunt decimæ,ut concluſi superius,in 1.quæstio.

28 Quartus casus est,non ualere cōpositionem factā ēt de Papæ consensu,ut laici decimas parochiæ unius recipiant,tum quia Leuitis & clericis relictæ fuerunt,tum ēt quia laici sunt incapaces spiritualium rerū,ut sunt decimæ.ca.decernimus, de iudic ideo eas possidere non possunt,c.causam.de præscr. nisi ad tempus, ex causa fortè pietatis uel alia iusta, secus in perpetuum,quia tunc ius spirituale apud ecclesiam inutile remaneret.nam sicut corpus sine anima uiuere non p̄t,ita nec ministri ecclesiæ sine temporalibus. c.si quis obiecerit.1.q.3. Host.in summa.§.fi.q.3.in fi.

29 Quintus casus est,si compositio de Papæ cōsensu facta fuerit inter curatum,& laicos, de non soluenda aliqua decima, non ualebit,ēt cum Papæ authoritate, secus si cōponeretur, ut non p̄staretur integra decima,uel de aliquib.rebus tātum hoc n. ratum est,si Papa approbet, diuersum est de consensu epi,quia nullus extra Papam laicum a decimis eximere pōt, nec quantitatem decimæ diminuere.tex.in c.uenerabilis.de confir.utili.ubi Pan.facit c.a nobis.eo & Bertran. d.cons.14. & cons.116.in 1.uol.& compositio est quædam exceptio, iō sine Papæ approbatione facta non ualet.gl. & doct.in c.2.de transac. sed authoritate episcopi potest compositio fieri sup tpe,uidelicet quo tēpore solui debeat, & super loco,in quo loco,an deferenda fit domum,uel in campo soluenda,& quibus personis soluenda sit,probatur in d.c.uenerabilis. ubi gl. Inn.& Decius ibi firmat compositionem etiam ad diminutionem cum laicis fieri posse, episcopi interueniente authoritate,& ista tenetur, quando compositio est magno temporis firmata interuallo.

30 Item si ius ecclesię dubium esset,ut potè,quia ageretur de priuilegio Papæ laico concesso,tunc ēt cum authoritate epi compositio ualebit,& cum causæ cognitione.vt superius dictum extitit,probat Pan.in d.c.2.

31 Vlterius casus est, si compositio facta sit ēt de authoritate superioris,si is,qui allegat compositionem, vult ea se iuuare, oportet, ꝓ probet se compositionem seruasse, aliàs si non seruata fuerit,non poterit se illa iuuare.per l.cum proponas.C. de pact.c.peruenit.in 2 de iureiur.& si decimæ fuerint solutę contra compositionem,illi vī renunciatum.arg. c.cū accessissent.in fi.de consti.sic cōsuluit Bertran.cons.6.uidi casum. col.2.in 3.uol.ex 1.editio.

32 Notandum est,quòd si Papa hodie concederet priuilegiū super decimis non soluendis ex aliqua causa,non extenderetur ad decimas,quas laici iure hūt & possident,uel alius, sed tm̄ respiceret præiudicium parochialium ecclesiarū.c.2. §.1. & seq eo.ti in 6.Ioan.And.firmat in c.pen.col.2.de decimis. quia si princeps contra ius publicum priuilegium concedit, ius priuatum lædere, si illud non exprimat,non intendit.per l.2.§.si quis a principe.& §.merito.ff. ne qd in loco publ. fiat. c.quamuis.ubi doc.de resc.in 6.& in c.causam,illo tit.in decre.& qui difficilius quærunt, difficilius perdēt, ut gl.& doct. asserunt in l.qua ætate ff.de testa.& in l 2.C.de his qui ueniam æta.impetra.Nisi priuilegium esset ualde generale,ut cōcludit Deci.cons.113.uiso tenore.

33 Transactio an ualeat super decimis?tex.in ca.super eo.de trans. sic ait, ꝓ transigi super re sacra & litigiosa non potest. etenim res sacræ ut possideantur aliquo dato,uel retēto, seu promisso,spēm credimus hēre simoniæ,aliàs si gratis,& amicabiliter inter se litigantes componant, sacris canonib. nequaq̄ dicimus obuiare.Et sic primus casus est, ualere transactionem super decimis præteritis, ēt si pro illis detur tpale, uel pecunia,quia fructus decimæ reputantur tpales, ideo laici illas conducere possunt.c uestra.de loca.Domin. & alij in c.fi. de foro compe.in 6.& in causa executionis capi possunt, vt scripsi in tract.de literis obligato.arti.2.etiam sine cōsensu episcopi.tex.& ibi Io.& doc.in c.ut super.de reb.ecc.nō alie. Deci.in c.uenerabilis.col.2 de confir. util. Gemi.in cons.17. pro declaratione.col.ult.gl.& doc.in c.fi.de rerum permu.

34 Vbi Imola dicit, quod si domus, uel res temporalis data fuerit pro decimis futuris, & casinate perierit, tunc ecclesia non tenebitur seruare compositionem,sed decimam de nouo exiget,sequitur Barb in c.ut super.col.1.de reb.eccl.non alienan.Imo ipse qui transegit,pōt noīe ecclesiæ agere ad rescisionem trāsactionis, ne occasio detur malis administratoribus dimittendi rem.c.si quis præsbyterorum.de reb. eccle. non alie. & sic iudicabit Senatus Paris. procutato de Chitri, contra Lud.de Fresnay,anno 1550.die x.Maij.

35 Secundus casus est,transactio super decimis futuris nō recipiendis a laicis,quādiu viuit curatus,valet,sed eo mortuo, extinguitur.c.ueniens.de transac.c.3.eo.

36 Tertius casus est,si de decimis transigatur cum Papæ consensu,uel epi,transactio valebit, si pro decimis compensetur ecclesia in aliis reb.doct.in c.ad q̄stiones.de rer.permu.quia in rebus etiam spiritualibus non est prohibita transactio, si

Source : BIU Cujas

detur ſpirituale pro ſpirituali. dicit gl. in c. ſuper eo. de trāſa. ſi ſpirituale ſit eiuſdem generis, & per uiam permutationis hoc fiat. teſte Henr. Bohic, in c. ex literis. 2. diſt. de tranſact.

37 Ideo ſi aliquis velit fundare monaſterium in p̄dio ſuo, poterit cōponere cū curato, ut recipiat aliud prædium pro cōpenſatione decimæ illius prædij, & hoc poterit cū conſenſu ep̄i fieri, ſed ipſum ius decimæ remitti oīno non poſſet, ſed tpale pro decimis futuris oīno dari non debet. gl. in c. uenerabili. de confir. utili. laſ. conſi. 19. in cauſa. in 2. uol. ubi dicit, q̄ ſi Papa ex certa ſcientia confirmauit tranſactionem, nō eſt licitum amplius ſuper ea iudicare.

38 Addendum eſt, q̄ decimæ dicūtur ſpirituales, ut firmat gl. in ſumma. 1. q. 1. & in c. literas. de reſtit. ſpoliat. ubi Panor. in 1. notab. & glo. ultim. ibid. ac laſ. conſi. 19 in cauſa. col. 1. uol. 3. poſt Andr. de Iſern. c. 1. de feudo marchiæ. quamuis quidam contra teneant.

39 Sed conſiderandū eſt, quod ſpūalia multis modis dīr. primò ſtrictè, ut ſunt ſacr̄a, quę Spiritus ſancti operatione conficiuntur, & pro ſpirituum, i. animarum ſalute. Secundo in largiori ſignatione comprehenduntur ēt iura eccleſiaſtica, qa Spiritus ſancti gratia dignis conferri debent. In ampliſſima uerò ſignificatione, ſpiritualia dīr ēt quæ a ſacr̄is ueniunt, ut ius percipiendi decimas, oblationes, quæ ex ſacr̄o ordinis qs conſequitur, teſte Arch. in c. quod autem. 1. q. 1. & c. piæ mentis. 17. q. 7. & pro cultu diuino. c. tua. 2. ubi Card. 3. not. de deci. Prępoſ. in c. peruenit. & ſeq. 1. q. 3. elucidat. Flo. in 2. par. ſum. tit. 1. c. 5. rub. de ſymo. §. j. & §. 15. ar. 16. cum ſeq. in ea. par. ideo dicit his uerbis text. porrò cum laicis nulla ſit de ſpiritualib. cōcedendi vel diſponēdi facultas, imperialis cōceſſio, quantumcunq; generaliter fiat, neminē pōt a ſolutione decimarum eximere, quæ diuina conſtōne debentur. ca. tua. 1. eo. & ſic decimæ ſunt ſpūales, ut ibi ēt Card. & alij pōderāt, & Car. conſi. 92. fauendo. nu. 15. & tex. in c. ad hæc. de deci. dicit eas eſſe ſanctuarium Dei. ergo ſunt ſpūales, teſte Pan. ibi, quia domino ſanctificantur, & diuini iuris ſunt, & ſic ius ſpūale. text. & ibi gl. in c. fi. 16. q. 1. Albe. in l. monumenta. C. de legib.

40 Nunc de conſuetudine dd̄m eſt. Conſuetudo q̄tumcunq; longa, nullas ſoluendi decimas, nō excuſat a peccato, nec valet, tum q̄ ſit contra ius naturale, contra q̄ non ualet cōſuetudo. Pan. & Cur. in c. fi. de conſue. tū quia naturalia ſunt immutabilia. §. ſed naturalia. in Inſti. de iur. nat. tū quia ēt cōtra ius diuinū. c. fruſtra. 8. diſt. & notatur. ī d. c. fi. & huius eſt ſnīa Anch. conſi. 196. magnifice. q. 1. & Io. de Tur. cre. in c. reuertimini. nu. 12. uerſ. ad ſeptimū. 16. q. 1. Bertran. conſi. 14. uiſo proceſſu. col. 1. uol. 1. & conſi. 116. illud eſt. ibid. in 1. edit. Card. in c. ulti. de paroch. & quia eſt irrationabilis, non ualet. c. ex parte, de conſue. & iō peti pōt, non obſtante illa conſuetudine.

41 Vnde fuit iudicatū decimā crocorū debitā, licet nunquā fuiſſet decima de croco exſoluta cp̄o Albien. vt Aufre. in d. q. 109. decidit, & refert Boer. ſæpius uidiſſe ſic iudicari. in cōſue. Bituri. §. 12. de conſue. præd. & Anch. in c. ad apoſtolicæ. in 5. notab. eo. & quia grauamen eccleſiis infert, ob id non ualet. c. 1. de conſue. Et allegās ſe in poſſeſſione non ſoluēdi decimas fuit reiectus a ſenatu, ut docet Aufre. ī ſtylo parla. areſto. 62. Item anno quo ſupra ēt fuere ad emendam condēnati, qui a belliuio Montisferandi condēnati ad ſoluendas decimas ad curiā appellauerāt, anno 1516. in vigilia Pētecoſtes.

42 Imò ſi terra Hieruſalem hodie à Sarracenis recuperaretur per Chriſtianos, deberetur a nouis inquilinis decima, ut plenè conſuluit Oldr. conſ. 91. uenit in dubium. quia terra nunc recuperata rediit ad priſtinam naturam. l. cum loca ff. de reli. & lege diuina nunc regi debet, poſtq̄ a Chriſtianis tenet̄, qd̄ facit Deus vide c paſtoralis. 7. q. 1. Nec prodeſt tolerātia, nec tacitus Papæ conſenſus, quia in his requiritur expreſſa approbatio. c. in aliquib in fi. de dec. & inferius dico, & hoc expreſsè docet Anch. conſi. 196. magnifice. col. 1. & Fely. in c. cām. col. 1. de præſcriptionibus.

43 Siue loquamur de decimis prædialibus, ſiue de perſonalibus, cum eodem iure vtraq; inuentæ ſint, ut ſcripſi ſuperius. q. 1. ergo eædem rationes, quæ militant in una, & in altera locum hāt. Quamuis contrarium teneant quidam theologi, & Arch. in c. quicunq;. 1. in 16. q. 7. & Fely. in c. cauſam. col. 5. de præſcrip. ubi tenent conſuetudinem excuſare a prēſtatione decimarum perſonalium, cum non ſint de iure diuino debitæ, ſed contrarium dixi ſuperius. q. 1.

44 Veruntamen in his perſonalibus crederem conſuetudinē ualere, vt aliquid pro his ēt modicū ſoluatur, ut poteſt mercator, vel alius pro his decimis offerat in feſtis curato aliqd in miſſa, quia tunc honoratur Deus ex ſubſtantia illius, licet non detur integra decima, tñ conſuetudo approbata illā minuere p̄t, ut inferius dicam. & cōiter canoniſtæ firmant cum theologis valere conſuetudinem non ſoluendi decimas perſonales, ſed hoc intelligere oportet, vt dixi. & ſic bonum eēt, q̄ concilium uel Papa ſtatueret, q̄ certa ſolutio fieret p̄ perſonalibus, ut in quatuor feſtis anni aliquid daretur curato, & maximè illi qui prædiales decimas non habet, & ſuper p̄dialibus, q̄ integra deberetur, ut deinceps uiri timorati uiderēr, quid ſequi poſſent, quia in hoc eſt opinionum conflictus, vñ Anto. Butri. in c. parochianos in fi. cōd. dicit, neſcio quid dicam, niſi q̄ omnes damnamur non ſoluendo. Igitur oportet eas ſoluere. & hæ decimæ perſonales magis in difficultate, & ſubtilitate, q̄ utilitate cōſiſtunt, quia ſaltem quantū ad quantitatem, conſuetudo non ſoluēdi generalis eſt, cui in hac parte ſtandum eſt, alioqui quaſi omnes animæ damnarentur. his verbis utitur Hoſt. in ca. paſtoralis. in fi. eo. & Io. de Tur. cre. in c. reuertimini. nu. 12. uer. ad ſeptimum. 16. q. 1.

45 Item quamuis canoniſtæ ſæpius conſuetudinem pro præſcriptione accipiant, ut Paul. ſcribit. in l. de quibus. col. 3. ff. de legib. & doct. in c. fi. de conſue. tamen cōſuetudo propriè dr̄ q̄ius acquiritur in cōi, & publico, præſcriptio uero q̄ priuato acquiritur, ut Pan. ſcribit in c. cum eccleſia. col. 8. nu. 45. de cau. poſſ. Et in conſuetudine ſunt plures perſonę incertę, in prę ſcriptione uero una ſola eſſe poteſt. Anto. de But. in d. c. fi. Ale. cōſi. 166. viſo nu. 7. uol. 1. Corne. conſi. 268. in hac cōſultatione. col. 5. uerſi. nec uidetur obſtare. uolu. 4. & abundè Io. Franc. in tract. de præſcri. in 1. par. 1. partis, q ulti. ubi aliàs tradit differentias. ego in conſtit. reg. in tract. de conſuetud. in 3. tomo.

46 Secundus caſus eſt, quòd conſuetudo non ſoluendi integras decimas excuſat, quia non eſt contra ius naturæ, nec diuinum, quia ſoluendo quicquam pro decima, impletur Dei prę ceptum de ſoluendo, & recognoſcitur, ac honorat̄ Deus ex ſubſtantia. Inn. Pan. & alij per illum tex. in c. in aliquib. eo. tit. ubi dicitur ſic, alię decimæ neceſſario ſoluendę ſunt quæ debentur ex lege diuina, uel loci cōſuetudine approbata. & ſic innuit ille tex. q̄ aliquę ſoluendę ſunt, dum dicit, illę, &c. Secundò q̄ illa conſuetudo ſit per Papam approbata. Et dīr doct. in hoc caſu ſufficere approbationem per taciturnitatē, ut inferius dico. Nec refragatur. d. c. in aliquib. eod. ubi Hoſt. firmat non ualere conſuetudinem in prędialibus, ut non ſoluatur integra decima: & idem dicit q. 7. §. fi. in ſua ſumma. & Henr. in c. peruenit. col. 3. eo. quia in d. c. in aliquibus. dicitur, cum integritate. Sed reſponde, ibi dici, quòd domini debent locare prędia his qui cum illa integritate, quę debebatur, ſoluent decimas, ſi ergo conſuetudo habebat, ut uigeſima ſolueretur pro decima, & conductor illam ſoluet, uel integrā, ubi erat debita integra, ut in fi. illius tex. patet, & ſic ualet conſuetudo tam in prędialibus, q̄ in perſonalibus, quicquid dicant Hoſt. & Bohic. & contra Hoſti. tenent ibi cōiter docto. per tex. in c. cum ſint homines. eod. ubi loquitur de prædiis, & tamen decidit ualere conſuetudinem, & perſonales, & p̄diales æquiparantur in c. quicunque. in 1. 16. q. 1. Nec me mouet, q̄ quicunque recognouerit in ſe, q̄ fideliter non dederit decimas ſuas, modo emendet quod minus fecit. quid eſt fideliter dare, niſi ut nec minus, nec peius aliquando offerat? c. quicunque. 1 in 16. q. 7. quia illud intelligitur quando nulla eſſet conſuetudo, uel præſcriptio, alioqui poſt conſue. uel p̄ſcriptionem non diceretur dare non fideliter, nec minus, & ideo non recognoſceret ſe minus dare, alioqui ſcrupuloſus, & fatuus eſſet, qui poſt conſuetudinem & prę ſcriptionem re cognoſceret ſe non dediſſe fideliter, ſi dederit id quod vult conſuetudo, uel præſcriptio. per gl. & doct. in c. uigilanti. per illum tex. de prę ſcri. ſcripſi in interpreta. c. poſtulaſti. de cler. excom. miniſt. non eſſe faciendam cōſcientiam poſt præſcriptionem, quamuis Alcia. teneat contrarium, in interpret. l. quinque pedum. C. fi. regund.

Et hęc eſt cōis conſuetudo mundi, ob id tolerabilia ſunt, q̄ vetus probat conſuetudo. l. cū ſatis. ver. caueant. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ubi ēt dicitur, q̄ contra antiquam in p̄ſtandis cenſibus conſuetudinem, nil innouari debet. D. Pau. Pariſ. conſi. 25. uidi. col. 3. & ſeq. in 4. uol.

47 Tertius, conſuetudo trāsferendi decimas prędiales ualet, unde ſuſtinetur conſuetudo, ut curatus unius parochiæ in alia percipiat decimas. ca. cū ſint hoīes. & c. ad apoſtolicę. eo. & in hoc caſu ceſſant rōnes ſupra adductę, ut expreſsè docet Card. in c. ulti. in fi. de paroch.

48 Fallit quando percepiſſet decimas limitibus adhærentes, iſtę enim prę ſcribi non ualent, nec conſuetudo ſuper his tenet. gl. & doc. in c. fi. de paroch. & in c. cum ſint hoīes. de dec. quia limites prę ſcribi non poſſunt, ne fines confundantur. ca. quicunque. & c. licet. 16. q. 3. c ſuper eo. de paroch.

49 Quartus, conſuetudo non portandi decimas in horrea valet. Hoſt. in ſumma. huius titu. §. fi. q. 16. & Collecta. in c. in aliquibus. eo. & D. Pariſ. ſic conſuluit in cōſi. 6. conſiderata. col. 2. uol. 4.

50 Item ualet conſuetudo, ut decimę relinquant̄ in agro, dūmō curatus monitus fuerit, anteq̄ aliqua fructuum fiat ſeparatio, ut tenet Roch. Curt. in repe. c. fi. col. 82. uerſi. itē inferri pōt. in 3. requiſito. de conſue. poſt. Hoſt. in c. certificari. de ſepul. Anfre. in ſuis deciſ. Tholo. q. 432. Roffre. in tracta. libel.

iuris

Source : BIU Cujas

iuris cano.rub.qual.deci.sit danda.aliàs peccat is,qui contrarium facit,ut Andr.Hispa.docet.q.14.

51 Quintus casus, consuetudo non soluendi decimas minutas valet,quia sicut de minimis non curat p̃tor.l.scio.ff. de in inte.resti.sic non congruit honestati ministrorũ Dei de huiuscemodi minutis perquirere,ut scribit B.Th.in 2.2.q.87.arti.2.c.3.in fi.ut refert Asten.in rub.de deci.ar.4.in fi. ideo Collecta.in c.1.eo dicit,q̃ cancellaria Romana non daret literas super solutione primitiarũ,uel decimarũ, quæ non ꝓueniũt ex possessionib.sicut sunt decimę caseorum,ouorũ,uel ẽt animalium, unde a senatu non fuerunt cõpulsi hoïes de Aligna co soluere decimam de lana,eo quia nunquam soluerant. Et ideo hæc decimæ fructuum minorum nuuq̃ exactæ non repetentur,nec cogentur solui in futurũ, ut sæpius fuit in hoc senatu iudicatum,prout refert Boer.in cõsuet.Bitur. §.12.in fi.de consue.præd.in consue.Bitur.extra tñ consuetudinẽ secus,vt superius dixi:q̃uis cõtrarium dicat Io.de Tur. crema. in c.reuertimini.nu.11.uersi.ad sextum.16.q.1. dicens, decimas minutas non esse in aliquo præcepto.

52 Sextus casus,valet cõsuetudo super decima tpe certo exoluenda,fortè in mortis articulo, ut apud Venetos de personalibus est consuetum,ut per doc.in c.ad apostolicæ. de deci.Anch.in c.in aliquibus.iu fi.ibid.uel q̃ domi soluatur, uel in horreis,ut plenè cõsuluit Aymo.Crauette,cons.21.hoïes. & ita est cõsuetũ in oliuis exoluẽdis,in lingua ferè Occitana.

Quæ requirantur in hac consuetudine,scribunt,Pan.Imo. Curt.& alij,in c.fi.de cõsue.quæ ibi uideri possunt. Primò,q̃ sit præscripta.c.cumana.de elect.c.cum ecclesia. de cau.poss. Host.in c.ad apostolicæ. in fi.de deci. gl. in c.cum sint hoïes. ibid.quæ sententia tamen reprehenditur ibi per doc.nam qñ consuetudo est contra ius,tunc 40.anni requiruntur.ca.fi.de cõsue.in 6.Sed quando est præter ius, decẽ anni sufficiunt, & ideo tex.in d.c.ad apostolicæ.dicit,diu obtenta,& diu dr̃ tps decem annorum,seu diuturna.ff.de legib Pan.in d.ca.cũ sint homines.col.vlti.& ideo in hac cõsuetudine requiritur tempus,cuius memoria non sit in contrarium.

54 Item a Papa approbata esse debet.c in aliquib.in fi.de dec. quod intelligerem expressè, uel tacitè,s. per taciturnitatem immemorialem,quo ad soluendum aliquam partem, sed ut nihil soluatur,nec tacitus consensus, nec quidem expressus ualeret Cæpol.consi.13.col.5.uersi.ulterius confirmo. & Ant. Butr.in c.parochianos.eo.& ita solet iudicari,teste Guid. Pape,in deci.Delphi.q.284.an consuetudo.licet Panor.in ca.in aliquib.eo.teneat approbationem expressam requiri,qđ uerum intelligerem quando laicus reciperęt decimam,secus si esset consuetudo, ut solueretur a laicis duodecima, uel alia pars,ut supra dixi.quem sequitur Boer.in §.12.de consue.prædia.in consue.Biturí.Et hactenus de consue.

55 De præscriptione idem ferè dicendum est, ut in consuetudine,uidelicet,q̃ nullus,siue clericus,siue laicus fit, p̃scribere libertatem nullas soluendi decimas potest, ẽt si uiueret p mille annos,vt Dom.scripsit in c.2.col.vlt.de pręben. in 6. & Barb.consi.35.sapienter.col.6.in 2.uol.ubi dicit laicum tenere ad soluendas decimas ẽt si per cẽtum ãnos non soluerit, quia si tardius dare peccatum sit, quanto peius peccatum est non dedisse?c.decimæ.in prin.16.q.1. imò tanto est grauius, q̃to longius quis eas detinet,cum tanto grauiora sint peccata,q̃to diutius infelicem detinent aĩam allegatam.c.fi.de cõsue.Et quia sunt tributa egentium aĩarum. c.decimæ.16.q.1. ideo non possunt præscribi, ut in seq.casu dicetur,nisi cõtra laicum,cui fuissent concessæ ante concilium Lateranẽ.quia contra illum liberatio prębscribi potest, tum quia cessant rationes quas scripsi superius. q.2. tũ quia illæ decimæ ad vsum proprium laici suscipiuntur. & sic consuluit Caro. Ruinus, consi.142.clarum est.vol.5.

56 Idem etiam in personalib.concludit Barb.cons.49.illud in medium.uol.3.col.4.& seq.vt p̃scribi non possint, quia cõtra ius naturale & diuinum volens facere est in mala fide,q̃ perpetuò quãdiu durat, impedit p̃scriptionem. c.vigilanti.& c. fi.de prębscr.nec potest esse quis contra hæc iura in bona fide, vt etiam scribit Anton.Butr.in cap. in aliquibus. in secunda op.eodem.

57 Secundus casus, quotam decimæ p̃scribere etiam laicus põt,ut soluat duodecimã,uigesimam,uel aliam partem.c.cõmissum.c.dilecti.c.cum sint. & c.in aliquib. eo, quia ad hoc non est incapax,sicut ad ius decimæ ab aliis exigẽdæ,ut aliàs fuit iudicatum in hoc senatu pro dño de Merleto,ut non teneretur nisi ad soluendum duodecimam,quam ipse & sui p̃decessores exoluerant.sic firmant Do.Paul.Paris.consi.25.uidi.col.3.nu.21.uol.4.

58 Nec obstant iura dicentia decimã soluendam cũ integritate,quia debent intelligi de integritate p̃stari solita.d.c.cõmissum uel non deductis impensis fm Barb.in c.Raynal.col. 62.de testa.uel intelligitur, qñ aliter non se haberet consuetudo,uel prębscriptio.nam illa quota, quæ pro decima soluit, decima uocari potest,licet sit minor.d.c.in aliquib. de deci. Soc.consi.295.uiso.col.3.uersi. non obstat.2.ratio in 2. uolu. ideo is dicitur tunc soluere decimam integram,ut superius scripsi.

59 Fallit quando curatus indigeret,& non posset cõmodè viuere ex illa parte,tunc poterit petere decimas integras, non obstante aliqua p̃scriptione,ut scribit Ang Clauas.in uer.decima.§.2.qa nulla cõsuetudo ꝓdest cõtra ius naturale.& morale disponere,videlicet,ut qui ministrat spiritualia,non metat tpalia ad uitam,iuxta diui Pauli sñiam.& facit c.qui contra.8.dist.imò hoc casu posset curatus exigere personales,qñ uidelicet alię p̃diales non essent,uel tam raræ, quibus ipse uiuere non posset,ut Host.docet in c.in aliquibus.in fi.eo.

60 Tertius casus,potest ecclesia, uel clericus per p̃scriptionẽ totam acquirere alterius parochiæ decimam,& sic in se trãsferre,sed libertatem non soluendi p̃scribere nõ potest. & ita debet intelligi gl.in d.c.in aliquibus. in fi. eo. quamuis doct. alirer eam intelligant.& Fely.iu c.causam.de prębscri.ac Card. consi.88.consultus.

61 Si tamen quispiam prębscripserit decimam uini,si uinea fiet terra arabilis,non habet illius fundi decimam,q̃a non p̃scripsit illam,ut expressè decidit Ant. in c. commissum.e. allegat. c.cum in tua.infra e.§.pe.& fi.& doct.in c.auditis.de p̃scr.qđ intellige ut dico inferius,qñ alius perciperet aliam decimã, & qui p̃scripsit decimas antiquas non hẽbit noualium decimas.c.tua.1.de deci.quia tantum præscriptum, quantũ possessum.l.1.ff.de itine.actu priu.ubi Bar.

62 Imo si aliquis ueniat ad habitandum illic,ab eo non potest habere decimã is, qui in aliis p̃scripsit, ideo cum ipse de nouo soluat,tunc ecclesiæ parochiali soluere debet,per c.ad apostolicæ.eo.Floren.docet in 2.parte summæ,tit.4.c.3.§.3. uersi.& nota quod episcopus.

63 Etiam dicit ibi Flor. q̃ clerici uel religiosi qui non habẽt parochiam,decimas præscribere non possunt, per c.placuit. 2.& seq.16.q.1.Et notant doct.in c.de quarta.de prębscri. gl.& doct.in c.pen.eo.Pan.in c.suggestum.1.no.eo. Illa tamen iura hoc non dicunt, sed prohibent monachis iura parochialia usurpare.si tamen decimas longissimo tpe ad præscriptionem habili possederint,præscribere illas possunt,ut superius dixi,per c.cum in tua.eo.Verum est, q̃ de iure cõi decimas petere sine parochia non possunt, sed post præscriptionem sic,quia illas non peterunt tanq̃ sint eis debitæ a iure cõi,sed quia præscriptæ sunt,quod est notandum pro religiosis. Idẽ tenet Io.de Turre Crem.in c.fi.in 1.q.16.q.1.facit.c.quia.10. q.1.& c.dudum.de priuileg.

64 Quartus, non potest laicus ius percipiẽdi decimas præscribere,ut sibi ab aliis soluantur, tum q̃ sacerdotibus, & clericis a Deo optimo maximo datæ sunt.c.quamuis.eo.tum ministrantibus & seruientibus Deo in sacramentis,& aliis spiritualibus, quæ non possunt a laicis exerceri, ad hæc sunt ipsi incapaces possessionis earum.c.causam.de præscriptionib.& sic præscribere eas non possunt sine possessione. l. sine possessione.ff. de vsucapionib. simul q̃ in diuisione ecclesiarũ fuerint curatis assignatæ. c.1.13.q.1. Ergo ipsis laicis competere non possunt,etiam ex longissimo tempore. imo bellissimè, inquit textus,hanc consuetudinem,quæ contra sanctam ecclesia n catholicam augeri uidetur, omnino interdicimus, ut nullo unquam modo,ullo tempore,oblationes,quę intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur,sed tantummodo sacerdotibus dentur.in c.hãc consuetudinem. 1.q.1. & bonum est argumentum de oblationibus ad decimas.c.quamuis.eodem.sic consuluit Card.cons. 88.consultus.col.2.Do.Pau.Paris.consi.101.bona.num.17.& seq.in 1.uol.

65 Ideo,non excusarem illos laicos,qui in festis solennib.solent oblationẽ uini,& panis auferre, vt dẽt mimis, in multis enim peccant,tũ quia auferunt rẽ ecclesiæ, iõ sacrilegi sunt, ẽt peccãt,quia rem Deo dedicatam ad usum turpẽ mimorũ conuertunt,quod ẽt est peccatum,per regu.semel Deo.& ca. donare.86.dist.tum quia in ecclesia bibunt & comedunt, & domũ Dei tabernã faciunt,cõtra id qđ Christus dixit,decet domum sanctitudo.c.decet.de immu.eccle. Ideo monendi sunt laici,ut ab hac turpi consuetudine desistant.aliàs excõmunicandi.

66 Non obest q̃ oblationes & decimę continent qd extraordinarium,& difforme,i.prout res incidit.nam qñque granũ, aliqñ uinum,interdum oleum,& ista difformia non comprehenduntur consuetudine.l.Seio.ff.de annu.lega.ergo nõ præscribuntur.Resp.actio generalis non curat diuersitatẽ specierum.l.nec refert.ff.quan.dies leg.ced.Nec ob.d.l.Seio.qa diformitas pendebat ibi ex solo nutu uoluntatis.His uerbis vtitur Bal.in c.de quarta.in fi.de præscrip.

67 Nec diuturnitas tpis, uel consuetudo operatur uim priui legij,quando adest personæ incapacitas,licet aliàs rñr contra. l.3.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti. & cap. super quibusdam.

Source : BIU Cujas

in fi. de verb. sig. quia actus actiuorum sunt in patiente bene bene disposito, vt philosophus ait. qui actus non sunt in laico bene dispositi, ut Io. Monac. in c. 2. de præb. in 6. docet.

68 Etiam quæ priuilegio quæri pñt, non quærentur p̄scriptio nedata incapacitate. d. c. causam. de præscri. c. prohibemus. eo. & quia lex resistit prę̄scriptioni, & quia consuetudo non pōt reddere incapacem, capacem. c. quanto. de consue. secus est in priuilegio. l. quidam. ff. de re iudi. plenè Steph. Malerei, in tract. de elect. in 5. limita.

69 Fallit quando laicus eas possedisset per tp̄s immemoriale cum fama priuilegij, nam tunc, duobus concurrentibus, decimas retinere pōt. Primò, q̄ laicus possederit tanto tp̄e, cuius initij memoria non sit. Secundò, q̄ probetur fama priuilegij, uidelicet quòd habuerit eas ante concilium Lateranen. teste Panor. Imol. & aliis. in c. cum apostolica. de his quæ fi. a præl. per illum tex.

70 Oportet tamen q̄ doceat de aliquibus inuestituris obtentis ab ecclesia, & se uel maiores suos fuisse aliq̄ñ inuestitos de ipsis. & hoc sufficit quando primam inuestituram a laico nō ostenderet, teste Io. Fran. in trac. de præscri. in 5. par. q. 7. colu. 18. alioqui semper inhabiles essent, & sic ullo nunquam tempore prę̄scribere possent.

71 Auertendum est tñ in decimis feudalibus, ad sequentia, q̄ vt intelligantur, reddo casus sequentes. Primus est, sufficit laico p̄bare decimas a Papa in feudatas, cum tp̄e immemoriali, etiam si non probetur ante concilium Lateran. habuisse. c. cum apostolica. de his quę fiunt a præla. ubi in fine sic dr̄, hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudū perpetuò concessæ sunt. ex quo textu sequentia colliguntur.

72 Primò, oportet concessionem laico esse factam, & sic absque concessione nunq̄ prę̄scribitur. Secundò, q̄ illa cōcessio fuerit facta perpetuò, quia solent ad tp̄s, fortè ad tertiam generationem dari. c. fi. ubi doc. de feud. §. emphyteusim. in authen. de non alie. reb. ecc. col. 2. & regulariter, ad tp̄s, non perpetuò dantur. c. possessiones. 16. q. 1 & tunc post tempus non possent laici eas retinere, ut ibi.

73 Tertiò, q̄ ab eo qui ptātem concedendi hēt, datæ fuerint, alioqui non posset alius laicus decimas cōcedere, neq; plus iuris concedendo transferre, q̄ hret. c. cura. de iure patro. Vnde ep̄i, qui beneficio, siue pretio ecclesias, uel decimas laicis dederunt, domum orationis, domum negotiationis, & speluncā latronum faciunt, vñ post euersionem cathedræ, a cœtu fidelium segregati, æterno uerbere a dño flagellabuntur. tex. in summa. 16. q. 7. Nec posset ep̄s, aut alius extra Papā perpetuo concedere laicis decimas, & eos capaces facere rerū spiritualium. c. 2. de iudi. c. bene quidem. 96. dist. Panor. in c. sacrosan. de elec. & in c. contingit. de arbitris.

74 Quarto, requiritur q̄ in feudum laicis concessę sint, aliàs iure detinere eas non possent, unde vr̄ concludere tex. ibi, q̄ religiosi possint de ep̄i cōsensu decimas a laicis recipere, q̄ñ ipsi perpetuo eas in feudum habent. Igitur, si laici eas usurpauerint, religiosi eas accipere non possunt. tex. in ca. fi. §. sane. de decimis. multo minus alij laici a laicis.

75 Vltimò, in illis casibus, in quib. laici decimas iure tenent, si occiderint, aut mutilauerint ecclesię rectorem, eas amittūt ipse iure, & hęredes nil habere debent, imo puniuntur, ut scribitur in c. in quibusdam. de pœn. & in aliis casibus, ubi aliqd enorme contra ecclesiam committunt. Host. in ca. prohibemus. de deci. & in summa sua. §. fi. in 3. q.

76 Secundus casus, sufficit laico p̄bare possedisse per tp̄s immemoriale, cum aliqua recognitione ecclesiæ facta. ut potest si rōne istarum decimarū ecclesiā recognoscat, prę̄sumitur q̄ iure ei fuerint ab ecclesia traditæ, postq̄ eam recognoscit, licet de fama priuilegij non probauerit, nec ante concilium Lateran. habuisse, sed si non probaret recognitionem, nō ualeret, & ista est cōis opinio, ut testatur Io. Fran. in d. q. 5. & q. 7. in fi. col. 21. in tract. de præscri. probat tex. in d. §. sane. ca. fi. de deci. in 6 & cancellaria Romana hanc opinionem probare vr̄, quia laico narranti se in possessione esse ab antiquo, & ab ecclesia sibi esse infeudatas, dat literas cōtra rectorem in cuius parochia consistunt, si eis spolietur, uel aliàs indebitè molestetur, teste Collectario, in c. ad hæc. de dec. Domini. in c. fi. §. sane. eo. tit. in 6.

77 Tertius, non sufficit laico se possedisse decimas p̄ illos annos probare, ēt si infeudationem a laico factam ostenderit, nisi is laicus iure habere se ostendat, ut pote a Papa, quia longinqua usurpatio ius non tribuit. c. illud. 93. dist. & c. quia. 10. q. 3. & prætor non tuetur iniquam possessionem. l. cū spōsus. §. si res. ff. de publica. prouentus enim primitiarū, & decimationum prę̄scriptione tolli non possunt, etiam si a Romano Pontifice quilibet laicus super his rescriptum impetrauerit. c. placuit. 2. in 16. q. 3. §. prouentus.

78 Quartus, non sufficit laico probare per tp̄s longissimum, ēt quingentorum annorum, se decimas in aliquo bñficio recepisse, si ab ecclesia decimam non recognoscat, uel de inuestitura ecclesiæ non appareat, uel saltem de aliqua compensatione rōne decimarum ecclesiæ data, unde si ecclesia nulla hēat bona tp̄alia, præsumitur laicū usurpasse decimas, & tūc non ualebit ēt longissima mille annorum possessio. Audi q̄d beatus dicat Cyprianus: Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed qui primus ante oēs est Christus prior fecerit. Nec enim hoīs consuetudinem sequi oportet, sed Dei ueritatē. c. fi. 8. dist. Imo si clerici a laicis decimas receperint, tenent eas dimittere, non obstante aliquo tp̄e. ca. cū & plantare. in prin. de priui. multo fortius laici non poterunt iuuari aliqua temporis præscriptione, cum ipsi eas usurpauerint, si nō probetur saltē infeudatio ab ecclesia facta, uel recognitio, ut superius dictum fuit.

79 Nec fieri debet dr̄ia, an laici habuerint ante concilium Lateranense, uel post, quo ad acquirendū ius in ipsis, quia tam inhabiles erant ante concilium, q̄ post. nempe utroque tp̄e Deus eas sacerdotib. & clericis assignauerat, & demū Papa Dionysius, dum diuisit parochias, ut superius scripsi, sed iura tm̄ faciunt dr̄iam ante uel post concilium, in hoc: quia laici hñtes ab ecclesia ante concilium, possunt religiosis vel aliis ecclesiis decimas cum consensu ep̄i concedere. c. cum apostolica. de his quæ fiunt a prę̄la. c. uno §. sane. de deci. in 6.

80 Si uero post concilium Lateranense laici hēant, non pñt aliis ecclesiis, q̄ parochialib. illis ad quas spectabāt, decimas ēt cum ep̄i consensu transferre. d. ca. prohibemus. de deci. & quia sacerdotes pro omnib. orare solent, quorum eleemosinas & oblationes accipiunt, qua frōte præsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, uel ipsi comedere, uel aliis concedere, cum ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare? c. quia. 10. q. 1.

81 Nunc uidendum est quantum tempus in prę̄scriptioni. requiratur, ut huius notitia habeatur sequētes facio casus: Primus est, ecclesia cōtra aliā, & curatus contra aliū decimas p̄scribere pōt spatio 40. annorum. cum titulo & bona fide. c. j. de prę̄scr. in 6. sic debet intelligi. c. ad aures. de prę̄scri. & alia iura antiqua de prę̄scriptione decimarum loquentia.

82 Secundus, ecclesia contra ecclesiam sine titulo decimas p̄scribit, per tp̄s, cuius memoria non est in contrariū, possidendo. d. c. 1. in fi. vñq̄ per diuisionē parochiarū decimæ cuilibet curato in sua parochia sunt assignatæ. c. pastoralis. de his q̄ fiunt a prę̄la. iō quilibet curatus nō tenetur p̄bare decimas in sua parochia exñtes ad se pertinere, quia de iure cōi fundatus est, iuxta eius illas assignauit, ut superius dictum extitit. in alia parochia secus est, ob id si monasteriū, uel canonici in parochia aliqua dicant decimas ad se pertinere, hoc probare debent & titulum ostendere, uidelicet Papæ uel episcopi concessionem. Item se possedisse eas ratione illius tituli per 40. annos, alioqui etiam spoliati non restituentur. cap. ad decimas. de resti. spo. in 6. ubi duo erant, uidelicet

83 prę̄sumptio iuris contra dictos canonicos, & iuris p̄sumptio pro B. clerico, & sic intelligit illum tex. Bertrand. cons. 350. ēt si sufficienter. col. 1. uol. 2. de primo impressis. ubi dicit de curato q̄ñ diuisio facta est per iurisdictiones, si extra iurisdictionem sit decima sita, curatus de iure cōi ēt fundatus erit, & hoc procedit q̄ñ titulus non erat sufficiens, aliàs non requiritur alia prę̄scriptio. unde si ex donatione laici facta ecclesiæ cum episcopi consensu monasterium, uel canonici decimas habeant, tunc etiam sine præscriptione eas retinere poterūt, si laicus ante eas iure habebat. ca. cum apostolica. de his quæ fiunt a præla.

84 Idem si curatus in alia parochia dicat decimas ad se spectare, ipse. n. hoc casu probare dēt titulū, cū quadragenaria possessione, quia ius canonicum isti curato resistit, ut in aliena parochia decimas possideat. nā cuilibet in suo loco decimæ assignatæ fuerunt, ob id ipse parochus in alieno solo non est de iure cōi fundatus, quia ei non est assignata decima in alieno, ideo debet probare, uel plenū titulum, uel 40. annorū possessionem, cum titulo colorato, uel sine titulo immemorialem possessionem. & sic omnis, etiā ep̄s, qui petit decimas in parochia curati, probare debet eas ad se spectare. c. j. de præscr. in 6. Curatus uerò non, quia a iure sunt ei tributæ, & concessæ, ut superius dixi, scilicet a Dionysio, diuidēdo parochias, & de hoc plenius scribam in tract. de congrua portio. quæstione ultima.

85 Tertius casus, ecclesia, monasterium, uel persona ecclesiastica ex donatione laici decimas detinens, eas p̄scribere non pōt etiam per tm̄ tp̄s, cuius memoria non sit in contrarium. per c. dudum. de dec. ibi, in decima, & ecclesiis a rege, & regina donatis p̄scriptionem non poterit opponere pars aduersa q̄ nec a donatione ipsorum initium hēre poterat, qa donationis regis, ac reginæ allegatus titulus nullus erat, cum sacrilegij crimē incurrat, qui ecclesias, uel ecclesiasticū aliquod de manu receperit laicali, ubi Pano. notat, q̄ reges sunt puri laici, & non pñt donare iura ecclesiastica, & si donauerint,

non

Source : BIU Cujas

non præstant titulum præscribendi.tex.in c.fi.vers.cõtractus. ibi,vt nec ius aliqđ tribuant, nec pscribendi ẽt cãm parent. de reb.eccle.non alienan.in 6.imò si quis principum, uel aliorum laicorum dispositionem,seu dominationem rerum, siue possessionum ecclesiasticarum sibi uendicauerit, ut sacrilegus iudicetur.cap.si quis.16.q.7.

86 Non refragatur c.primũ,in fi.de pscr.in 6.ubi sine titulo,ẽt sius cõe contra illum sit,põt quis pscribere.Resp.ecclesiasticam rem, etiam sine titulo præscribi posse, quando adesset bona fides,vel non esset saltem mala fides, sed hic titulus habitus ab eo,qui non põt concedere,inducit malã fidem,ideo quis cum mala fide nunquam præscribit.c.uigilanti.& c.fin. de præscrip.ibi,nulla ualeat absque bona fide præscriptio.Io. Fran.Balb.in tract.de præscri.in 2.parte.3.partis,q.6.

87 Nam qui contra iura mercatur, malæfidei possessor creditur.l.quẽadmodũ.C.de agr.& censi.li.10.reg.inr. qui contra iura.de reg.iur.in 6.gl.in verbo,pscriptione.c.apostolicæ. de dona.& in c.2.de his q̃ fiunt a pla.Soc.cons.28.viso quodam. col.6.in 2.qõ.uol.2.& in hac præscriptione ẽt centenaria requiritur bona fides,teste Perus.in c.1.in fi.de prescr.in 6.doc. in c.si diligenti.illo titu.Cuma.consi.64. Titius & Sẽpronius.

88 Etiam iuris error impedit prescriptionem.l.nunquã. ff.de vsuca.probat ẽt Matth.de afflictis,in Neapol.decis.374.in cãq̃ esset cõtra legem,ut hoc casu in decimis a laicõ possidendis.teste Bar.in l.sed si lege.§.scire.ff.de petit.hære.Fel.in d.c. de quarta.col.10.& seq.de præscri. Io.Fran.Balb.in rep. l.Celsus.in 4.notab.ff.de vsuca.

89 Imò si appareret de confirmatione illius tituli inualidi, ẽt a Papa facta, postquam apparet de inualiditate tituli cõfirmati a Papa, tunc illa confirmatio non præbet titulũ ad præscribendum,ut Pan.scribit in d.c.dudum.eo.col.2.

Et ideo ecclesia q̃ habet hanc confirmationẽ tituli inualidi, non pscribet decimã donatã a laico rõne illius tituli, nisi per tm̃ tps,cuius initij non est memoria, quæ præscriptio nõ computabitur a titulo laici,sed a Papę confirmatione. Pan. vbi supra,& Ias.consi.19.in causa.col.2.in 3.uol.

90 Si uero cõfirmatio facta fuerit in forma cõi de his bonis, q̃ putat hr̃e ecclesiã,vt ea q̃ iustè possides, tibi cõfirmamus, tunc hæc confirmatio loco tituli hr̃, & postea pscribet ecclesia per 40.annos,quia præsumitur ꝙ præcesserit titulus habilis,& hoc casu est error facti,non iuris, qui pscribẽdi cãm dare põt.l.iusto.ff.de usuca.doc.in d.l.Celsus.ff.de vsucap.

91 Et sic dñt doc ꝙ confirmatio facta in forma cõi, ut fieri solet,nullum affert piudicium tertio. nam ut plurimũ religiosi hñt multas similes cõfirmationes,in quib.oĩa per eos possessa numerantur, sed per tales confirmationes non releuantur ab onere probandi illa bona ad eos de iure pertinere,quia illa uerba sunt narratiua, quæ recipiunt tacitã condõnem,l.si ita sit,i.si iustè possideatis, & bona pertinent ad uos, & in his solet apponi ista clausula,sicut iustè possidetis, cõfirmamus. ergo oportet probare,ꝙ iustè possidebant,nisi post cõfirmationẽ probauerint se per longissimũ tps possedisse, quia tũc præscribere poterunt,s.per 40.annos. nam hæc confirmatio est loco tituli.c.uenerabilis.de confir.util.c.1.de præscr. in 6.

92 Et sic hoc casu melius est non ostendere titulũ, uel nõ exprimere in confirmatione, q̃ exprimere titulũ inualidũ,uide licet a laico habitum, quia oñdendo uel exprimendo titulũ nullũ,malam fidem præsumere facit, & sic nunq̃ sic possidẽs prescribit.& qui illum oñdit,imputet fatuitati suæ.Collec.in c.dudum.eod. secus si illum non exhibeat, quia tunc psumit titulus oñdendo cõfirmationem cum possessione 40. anno. d.c.1.in fi.de præscri. in 6.sed qñ ostenditur titulus a laico, iã apparet nullum esse titulum,& a iure improbatum,& sic habentes fuisse in mala fide, & in iuris errore, ergo prescribere non potuerunt,& ita loquitur d.c.dudum. Ego tñ nollẽ hoc consulere laico,quia timerẽ conscientię, nam sic consulendo,ius ecclesię auferre uideor. ideo tu aduocate, caue tibi, & conscientię tuæ,ne dicendo non ostendas titulum,te in titulũ diabolo dones. Vñ dicit tex.in ca. clerici.16.q.3. clerici quilibet quãtacunq; diuturnitate tpis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius prescriptione temporis non reuocentur,dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse.

93 Item illi qui receperunt a manibus laicorum decimas, pscribere eas quandiu niuunt,non poterunt, quia malæ fidei possessores sunt, sed omnibus his mortuis successores poterunt præscribere per tẽpus immemoriale possidendo,a morte illorum qui receperunt computando,Ista est glo.singu.in c.cura.in gl.magna.in fi.de iure patr. quia isti successores iustam habent ignorantiæ causam,cum in alterius locum succedant.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& illam gl.approbat Barba.in consi.8.sapienter.col.1.4.in 2.uol. dicens, factum pdecessoris non nocere successori in dignitate,uel beneficio,qa ab eo nil iuris habet,secus in successore hęreditario, & si hi successores confirmationem habuerint,poterunt per 30.annos a mortę aliorum qui receperunt a laicis,computandos, præscribere, & de his successoribus scripsi plenè in §. declarantes.in uerb.successores.de manda.apostо. in concorda.si tamen ipsi ostenderent titulum a laico habitum, ipsi etiam cum sint in mala fide,non possent prescribere,ut superius dictum fuit.

94 Quæro,quomodo probetur hæc prescriptio temporis immemorialis,idest,centum annorum,teste Cæpol.in tracta.de ser.urb.pręd.c.19.in prin.col.2. Resp.testes allegantes,prescriptionem tanti tpis,cuius non est memoria,debent dicere,ꝙ uiderunt talem semper possedisse,per l.si arbiter.ff.de prob. ibi,sed cum omniũ hæc est opinio,nec uidisse,nec audisse, cum id opus fieret.

95 Item quòd audiuerint a suis maioribus, a tali N. & talib. quòd semper uiderant eum possedisse. cap. licet ex quadam ubi Aret.de testib.col.1.& an ab uno sufficiat dicere se audiuisse.tex.in d.ca.licet.dicit a duobus saltem,sed Iacob.in d.l.si arbiter. sufficere se audisse ab uno in aliis causis arbitrat, quàm matrimonialibus,& sufficere unum mominare, dum tamẽ dicat,& ab aliis & cętera, sed in matrimonialibus duo requiruntur,& an debeant testes nominare personam,a qua audierunt, decidit etiam Aretin.consilio 73 diligenter. col. 8.& sequen.

96 Item quòd communis fama & opinio est,quòd ipse semper possedit,& quòd nunquam audierunt,nec uiderunt contrarium.d.l.si arbiter.ibi, sed cùm omnium hæc est opinio, nec audisse,nec uidisse,consuluit Signor.homed. consil.70. in quęstione.nu.19.uersi.uenio ad secundum.ubi dicit testes debere dicere communem esse opinionem, & se non audisse,uel uidisse cõtrarium, nec audisse uel uidisse qui uiderint uel audierint contrarium.Ale.consi.16.in causa.nu.10.in 5. uol.sufficit tamen, ꝙ testes deponant de communi opinione & fama eorum,qui uerisimiliter scientiam talis rei habuerunt,uel scire potuerunt.ut docet Anto.& alii in capit.quid per nouale.de uerb.signifi.& Alex.consi.16.in causa.colu.4. nu.11.in 5.vol.

97 Item memoriam extare põt probari per instrm̃,non uero contrarium,s.memoriam nõ extare,teste Io.And.in ca.1.de prescri.in 6.in nouella.& ibi Gemi.& Fran.in tract.de præscr. in 2.parte.3.partis prin.q.6.in fi.

98 Ad hęc põt ẽt probari per contrarium negatiuè,uidelicet non possedisse,& in hoc si utraque pars probet,illi testes recipi,& prefferri debent,qui affirmatiuè deponunt,uidelicet,qđ sua memoria uiderunt alium possedisse, uel si duo testes dicant se audiuisse hoc opus esse manu factum. gl.in d.l.si arbiter.quia plus creditur testibus affirmantibus,& sic memoriã extare deponẽtibus,q̃ negatiuam asserentibus,per gl. in l.diẽ proferre.§.si plures.ubi addidi ff.de arbit.Bar.& Ale.in l. hæred es palam.in prin.de testa.ff. Ale.consil.110. uisis acutissimis.in fi.vol.1.& consi.108.in causa.col.2.in 2. uolu. & plenè Bertran.consil.184.uiso processu.in 2.uol.col.2.usque in fin. ex 1.editio.

99 Cuius ætatis esse debeant isti testes? Dom.in d.c.1. de præscri.in 6. dicit debere esse ad minus quinquaginta quatuor annorum,uel saltem tãti temporis ultra 40. annos quo fuerint doli capaces tempore quo inceperunt possidere.gl. in c.relatum.37.dist.ut sic saltem probent possessionem 40.annorum, & præscriptionem,sed de uisu & auditu non sufficeret depositio,nisi a 40.annis supra,gl.& Perus. in d.ca.2.in fin.de præscrip.in 6.

100 Quartus casus est, ecclesia contra laicum uel laicus cõtra alium,qui iustè hẽt decimas, põt eas prescribere p 10. annos inter prescntes,& uiginti inter absentes.Fel.in c.causam.co. 5. de prescr. quia res de facili ad suam naturam reuertitur.l. si unus.§.pactus.ff.de pact.Card.consil.146.notum sit. in fi.& Cuma.consi.83.quia causa.circa fin.& D.Pau.Paris;consi.25. uidi.col.2.uolu.4.Io.Fran.in tract.prescri.q.7.in fi.Caro.Ruinus,consi.142.clarum. in 5.uol. & sic potest sustineri conclusio,decimas præscribi per decem annos posse, intellige uide licet contra laicum,sed non contra ecclesiam, ut capit.1.de prescrip.in 6.

101 Quintus casus,non potest laicus quicunque ẽt imperator quemcunque a solutione decimarum,quæ diuina constõne debentur,eximere,quantumcunque generaliter cõcedat. ca. tua.1.eo.ideo dicit generaliter. ibi, ꝙ generale plus operẽt, q̃ speciale,sed ut habetur in integ.d.c.tua.2.ibidem. ratione generalis concessionis imperatoris possidentes terras uolebant se excusare a decimarũ solutione.sic inueni in integra, in d.c.tua.ibi. & infra,quidam insuper asserentes se possessiones,& omnia iura sua cum omni honore,& districtu per imperialem concessionem adeptas decimas sub hac generalitate detinere præsumunt,&c.

102 Sextus casus, põt ex diuturnitate temporis induci certus modus in decimarum solutione, sicut compositio hoc facere potest.c.ex multiplici.de deci.Card.d.consil.146.notum. per tex.in c.ex parte.de censib.

Source : BIU Cujas

103 Vltimò, priuilegio, & exemptione tolluntur decimæ, non oīno, ſed Papa ex iuſta cā aliquos eximere pōt, & illis decimas in aliqb. remittere. c. a nobis. de dec. licut Ciſter. & multis aliis cōceſſit religioſis, pp eorū inſignē uitā, ut non ſoluerent decimas laborū ſuorū, quos ꝓpriis manib. uel ſumptib. colerent. c. ex parte. 1. & ſeq. eo. ubi dicit eos de aliis reb. non poſſe aliud uendicare, nec ſubtrahere eccleſię parochiali. per c. fi. §. pen. ibid. in 6. Henri. Bohic. in c. peruenit. col. 3. eo. & ſuper hoc conſulit Dec. conſi. 113. uiſo tenore, ubi concludit, Papam aliquos a decimarum præſtatione eximere poſſe.

104 Item ēt aliquas poſſeſſiones, ut uidemus in hortis religioſorum quos exemit. c. ex parte. 1. eo. & idem in hortis leproſorum. c. 2. de eccl. ædifi. Hoſt. in c. nuper. col. 1. de dec. interdū priuilegium concedit monaſterio, & ſuis membris, de quo in c, fi. ut lite pend.

105 Non refragatur quòd Papa non poſſit ius diuinum tollere: fateor, ſed modificare, & diſtinguere pōt. cle. ne Romani. de ele. gl. in c. de decimis. 16. q. 1.

106 Nec ob. cp pcepta decalogi ſunt irremiſſibilia, iō iſtud pceptum de ſoluendis decimis eſt morale, ergo eſt irremiſſibile. Reſp. in decalogi pceptis honor Dei eſt irremiſſibilis, qñ ibi conſideratur ſolus honor, & pcipuus, ut in pcepto, non habebis Deos alienos, & honora pr̄em tuū. ſed in decimis eſt duplex cōſideratio: prima, quatenus honor Dei verſatur. nēpe Deus eas ſibi retinuit in ſignū uniuerſalis dñij. c. tua. 2. eo. & hoc mō non pōt decimas in totū remittere, quia Papa non pōt facere, ut non exhibeatur honor Deo, maximè qa illum ſibi honorē in decimis Deus reſeruauit, & Papa dēt eſſe diſpenſator fidelis & prudens, non eſſet Deo fidelis & prudēs, ſi honorē Deo debitū remitteret, iō nō poſſet facere conſtō nem, qua ſanciret nullum ad decimas teneri. arg. ea. memor ſum. 24. q. 1. imò dixit tex. in c. ſi ea. 25. q. 2. ſi ea deſtruerem, q̄ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor eſſe cōprobarer. nec ut interim iſta ſeruarentur, qa præcepta Dei non recipiunt interim, ut ſanctè docet reuerend. in Chriſto pater D. Robertus Cenalis Arboricen. epiſcopus, in ſuo lib. in interinenſes.

107 Secunda cōſideratio eſt in eccleſiæ vtilitate, q̄ ex decimarū ſolutione prouenit: ſolutio. n. decimarū concernit cōmodū eccleſiarū, & clericorum, iō Papa tanq̄ gñalis adminiſtrator & Dei uicarius, pōt hoc commodū in aliquib. rebus remittere, & ex cā diſpenſare, & tunc nō uenit contra Dei pceptum, ſed contra eccleſiæ conſtōnem, q̄ ſtatuit ut curatis fcā parochiarū diuiſione, exoluerunt. Hoſt. Pan. & alij in c. a nobis. eo. Io. Lupus in tract. de lib. eccl. q. 3. uer. ſed uiſo & habito. col. 2. & ſic non poſſet Papa facere, ut curatus nulla alia hñs bona, decimas aliquas non hr̄et, quia hoc eſt naturale, ut qui miniſtrat ſpūalia uiuere ex tpalibus dēat, uel cp nullæ decimæ ſoluerentur, quia non recognoſceretur Deus, ut ſuperius dixi. De quo plenè ſcribit Hen. Boh. in d. c. a nobis. col. 1. & 2. ſequitur Mar. Mantua. in conſ. 121. nolebā. nu. 192. & ſeq. & ſic cum Papa ſua conſtōne curatis eas aſſignauerit, poterit ex cā aliis concedere, nec contra ius diuinum facit dummodo curatus poſſit viuere ex aliis eccleſiæ redditibus.

108 Nec eſſet tutus quo ad Deū, qui decimas ſine cā teneret, ēt ex Papæ conceſsione, ſicut retinens plura beneficia ex Papæ diſpenſatione, non eſt tutus quo ad Deum, ſi ſine cā fuit ſecum diſpenſatum. per gl. in c. non eſt. de uoto. Ideo Papa in totum eas remittere non poteſt in aliquibus rebus, ſic conſuluit Soc. conſi. 297. uiſo priuilegio. uol. 2.

109 Ideo dicit tex. in cle. fi. de pœnis. cp confeſſores dēnt purgare conſcientiā confitentiū in ſolutione decimarū. nam ſi cōfitens non ſoluerit quotā partem, uel integrā, non ſublatā p conſuetudinem, tunc confeſſor illam pcipiat ſolui iuxta cō ſuetudinē. ſi uerò eſt conſuetudo non ſoluendi decimas pſonales, ut nunc eſt, tunc dicat confitenti, qui decimas non ſoluit, ſi ſit paratus eas ſoluere, ſi peterentur, & ſi dicat ſe paratū, eo qđ non contemnit eccleſiæ pceptum, nec Dei, poterit ſic abſolui, & non peccat, ut expreſse Flor. ſcripſit in 2. par. ſummæ, tit. 4. c. 3 rub. de dec. in fi. & hoc eſt notandū pro his q audiunt confeſsiones, ut ſic interrogent cōfitentes, & ſi faciant.

110 Item ex maxima cā poſſet Papa principi ſeculari dare decimas alicuius loci, ēt perpetuò, uel alteri laico, utpote ſi cōcederet regi Franciæ decimas illorū locorū hæreticorum, quos ad fidei unitatem conuertere poſſet. c. Adrianus. 63. di. c. 1. ubi ſcripſi. de præſcr. Hoc expreſſum ſcribit. Henr. Boh. in c. a nobis. col. 2. eo. & Aſteſa. in ſua ſumma. lib. 6. partis 2. rub. de deci. tit. 35. facit c. cū apoſtolica. in fi. de his q̄ fi. a præl. ubi in feudū perpetuò datæ erant. c. fi. §. ſanè. de deci. in 6. alioqui dicit tex. in c. placuit. 2. §. itē decimæ. 16. q. 3. Itē decimæ Deo mandante ſacerdotib. & Leuitis ſeparatę ſunt, ut de ſorte dñi uiuant, qui in eius ſorte connumerantur. nō ergo cuiuſquā priuilegio laicis cōcedi pōt, ne diuinis mandatis authoritas humana ꝓiudiciū inferat. Collec. tractat. in c. hæc. ī fi. c. Hoſt. in ſumma, in §. fi. uerſ. 3. quæritur. inde Petr. Belluga, in ſpec. prin. rub. de deci. nu. 24. refert Papā dediſſe decimas regib. Hiſpaniarum. & Aragonum illarum terrarum, quę a manib. euellerent Sarracenorum, & illam donationē valere firmat. Poſſent ēt epiſcopi decimas in alimoniam concedere alicui pauperi laico ad tempus, ut docet Bertach. in trac. de epiſc. in 2. parte. 4. lib. q. 41. nu. 89. allegat no. in c. pen. & fi. 10. q. 1. & c. cauſam. de præſcriptionibus.

111 Inſuper, ſi ſcandalū gñale oriretur, ſi decimas eccleſia a militib. per cenſurā eccleſię exigeret, tunc decimatū exactio ſuſpendenda eſt. nam ubi per graues diſſenſionum ſciſſuras nō huius, aut illius hoīs eſt periculū, ſed latet ſtrages plurimorū, detrahendū eſt aliquid ſeueritati, ut maiorib. malis ſyncera charitas ſubueniat. c. ut conſtitueretur. in fi. 80. diſt. Aſteſa. in ſumma. 2. par. rub. de dec. li. 6. art. 3. uerſ. obiicitur. & ita fecit concilium Lateranen. cp noluit cogere laicos, pp ſcādalū, ut ſtatim decimas reſtituerent, ſed ne illas trāsferrent, exiſtimās eccleſias ſaltē p illorū obitū eas recuperare, qđ feciſſent, ſi id tpis diligētes fuiſſent eccleſiæ miniſtri, ut ſupra ſcripſi. q. 10.

112 Item, q̄uis decimæ pſcribantur per 40. annos, uidelicet ab eccleſia cōtra eccleſiā, tñ eccleſia hēt poſt 40. annos quadriēnium ad perendū dictas decimas, intra qđ ſi negligēter omittat petere, non recipietur poſtea. c. 1. de in inte. reſt. in 6. Si uerò nō omiſerit negligenter, adhuc admittetur poſt 40. an. & quadriennium elapſum, ut fuit iudicatum in hoc ſenatu, anno 1518. die 13. Aprilis poſt paſcha, pro adminiſtratorib. domus Dei Pariſien. contra religioſas de portu regali. & deduci debet tempus impedimenti ut alibi ſcripſi.

113 Ad hæc ſi hñtes priuilegiū non ſoluendi decimas, religioſi fortè, uel alii, eas ſoluant, illi priuilegio renunciare cenſent. c. accedentib. & c. ſi de terra. de priuileg. Et idem in eo qui pſcripſit, uel alio iure decimā hēt, ut pſcriptioni renunciaſſe uideatur, ēt ſemel ſoluendo. arg. c. cum acceſſiſſent. in fin. de conſti. niſi cum proteſtatione ſoluiſſent, iuxta ea quæ notat Bar. in l non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nun. & doc. in ca. cum Martinus. de conſti. Soc. conſi. 296. uiſo priuilegio. co. 2. uerſi. quarto iſta. in 2. uolu.

114 Vltimo priuilegium conceſſum religioſis ſuper decimis non ſoluendis, non extenditur ad decimas, in quarum perceptionis poſſeſsione erat eccleſia parochialis, uel alia, ut cōſuluit Oldr. conſi. 268. qō eſt utrum. quia in dubio priuilegium debet intelligi ſine tertij præiudicio. c. quamuis. de reſcri. in 6. Alia hic innumera uobis congerere poſſem, ſed iſta ſufficere ratus, ea miſſa faciam.

Quæſtionis decimæquartæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Noualia an debeantur decimis in toto uel in parte ſublatis.*
2 *Decimæ noualium ad curatum ſpectant.*
3 *Intellectus cap. cum contingat. de decimis.*
4 *Decimæ noualium intra duas parochias ad quam pertineant.*
5 *Decimas noualium quando epiſcopus concedere poßit.*
6 *Intellectus cap. ex parte. 3. de deci. & nu. 7. & 8.*
9 *Decimas tenens in uno loco non habebit decimas noualium, & quare. 10. & præſcriptio in uno prædio non extenditur ad aliud.*
10 *Tantum præſcriptum quantum poſſeſſum, & non plus, quia præſcriptio ſine poſſeßione non procedit.*
11 *Præſcriptio odioſa, ideo reſtringenda.*
12 *Præſcriptio ad futura non extenditur, etiam ſimilia & actus taciti non ſunt interpretandi ultra quàm ſe extendunt, & præſcriptio habet locum ſolum in illo actu quo quis fuit uſus.*
13 *Decimæ probatæ adiudicantur prę ſcribenti, & non alię.*
14 *Decimę præſcriptæ in uno prędio ad ibi ſata trahentur. & nu. 18.*
15 *Præſcriptio de perſona ad perſonam non extenditur, item nec priuilegium. ubi, quod argumentum de rebus ad perſonas ualet.*
16 *Conſuetudo non extenditur ad ea de quibus non eſt conſuetum, & conſuetudo, & priuilegium æquiparantur.*
17 *Nouales decimę præſcribi poſſunt.*
19 *Decimæ præſcriptę in uno prædio ad ibi de nouo plantata trahentur. ubi, quod arborum & lapidum decimæ debentur, & præſcriptio extenditur ad particularitatem iuris apprehenſi.*
20 *Præſcriptio partis indiuiſibilis ad totum extenditur ratione indiuidui, & decimę præſcriptæ in una parte fundi ad noualia alterius partis trahuntur, quod intellige, ut nu. 21.*
22 *Decimas ex nemoribus qui recepit, ſi in culturam redigantur, eas etiam habebit.*
23 *Decimas maiores præſcribens an minutas habere debeat. & num. 24. & 25. & 26. ubi, quod præſcriptio facta de principali ad acceſſorium trahitur.*
25 *Intellectus cap. cum in tua. de decimis. & 26.*
27 *Res quando diuerſo iure cenſeri poteſt.*
28 *Priuilegium ſuper decimis ad noualia an extendatur, uel nou, & nume. 29. 30. & 31. Priuilegium duplex, unum alteri contrarium, utrum præualeat, remiſſiuè.*

Source : BIU Cujas

29 *Conceſſum non uidetur id quod non eſt.*
31 *Totum qui dicit, nihil excludit.*
32 *Remittens decimas ſibi debitas, & nouales remiſiſſe uidetur. ubi, quod eſt interpretatio pleniſſima facienda in priuilegiis in præiudicium concedentis.*
33 *Priuilegium de non ſoluendis decimis noualium non extenditur ad noualia præterita.*
34 *Priuilegium percipiendi decimas noualium pro ea parte &c. quid operetur. 35.*
36 *Priuilegium percipiendi decimam noualium nõ extenditur ultra dimidiã partem decimarum. & ibi, quòd curatus habere debet dimidiam decimã noualium non obſtante priuilegio, & probatio non admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.*
37 *Tempora quinque in religioſis quoad decimas notanda. & num. 38. cum ſeq. uſque ad nu. 44.*
42 *Tempus allegans illud probare debet.*
44 *Regula quo ad Ciſtercienſes & Hieroſolymitanos ſuper decimis. & num. 45 & 46. & 52. cum ſeq.*
46 *Religioſi tenentur ad decimas noualium, quando eccleſia olim percipiebat emolumentum.*
47 *Monachi poſſeſſiones colendas aliis tradentes ad decimas tenentur.*
48 *Faciens per alium non dicitur propriis manibus facere.*
49 *Statutum ne religioſi poſſeſſiones emant, an ualeat, & pactum ne collegiũ emat, an ualeat. & nu. 55. & ponitur intellectus. l. pen. ff. de pac.*
50 *Milites agrum emere non poſſunt ubi militant, & ibi uide Arreſtum contra Chartuſianos & cœleſtinos.*
52 *Priuilegiati ſuper decimis non ſoluendis de conductis tenentur ad eas, fallit. nu. 35.*
54 *Priuilegiatus ſoluens priuilegio renunciare uidetur.*
56 *Religioſi de poſſeſſionibus nouiter acquiſitis decimas præſtant.*
57 *Religioſi quando de animalibus & hortis decimas ſoluant. & nu. 58.*
58 *Intellectus c. ex parte. 1. de decim. & ibi, quod religioſi negociari non debent, nec ſecularia exercere.*

Quæſtio Decimaquarta.

1 DEcimoquartò principaliter quæro, an ſublatis decimis ĩ toto, uel in parte, noualia debeantur? Et reſpõdet tex. in c. tua. 1. in fi. eo. tit. ſic dicens. Nec occaſione decimationis antiquę, licet in feudum conceſſæ ſint decimę, decimę noualiũ uſurpandæ ſunt, cum in talibus non ſit extendenda licentia, ſed potius reſtringẽda. Vnde intelligunt doctores illum tex. in laicis, q̃ ſi donatio decimarum illis facta ſit, quia eſt odioſa, ideo reſtringenda, quare non debẽtur laicis noualia? Contrarium eſt, ſi decimæ conceſſæ ſint clericis, ut etiam decimæ noualium eis debeantur, quia maius eſt eis conceſſum, ergo & minus. c. ex parte. 3. ibidem. & ita intelligunt illa iura glo. & doct. ibid.

2 Ego uero arbitror doct. ibi hactenus in his defeciſſe. nam tex. in c. cum contingat. eo. ti. regulam tradit ſic: Cũ in q̃buſdam parochiis ad quaſdã eccleſias, uel p̃ ſonas eccleſiaſticas ab antiquo pertineat perceptio decimarũ, & de nouo fiant noualia in eiſdem, q̃ris a nobis ad quem hmõi noualiũ decima incipiat pertinere. Reſp. q̃ cũ perceptio decimarum ad parochiales eccleſias de iure cõi pertineat, decimæ noualiũ quæ fiunt in parochiis earundem, ad ipſas procul dubio pertinere noſcuntur, niſi ab his qui alias percipiunt decimas rationabilis cauſa oſtendatur, per quam apparet noualium ad eos decimas pertinere.

3 Ecce igitur regulam, q̃ ubicunq; alicui ſunt conceſſæ, ẽt a Papa decimæ, ſiue laicis, ſiue clericis, decimæ noualium eis non debentur. in d. c. cũ contingat, ſed ad eccleſias parochiales, cũ eis ſint aſſignatę oẽs decimę, de iure cõi pertinent. & doct. intelligunt illum tex. in eo qui p̃ſcripſit decimas, ut decimas noualium hr̃e non poſſit, ſecus in alio, & hoc probãt in illo tex. in uerbo, ab antiquo. Ego tñ contrarium dico inferius. imò debet intelligi textus ibi, ab antiquo. q̃ perceptio decimarũ erat antiquitus conceſſa, & pertinebat, & non de nouo. ſic dr̃ in c. tua. in fi. ibi, nec occaſione decimationis antiquę. non vult ſe reſtringere tñ ad decimam prę̃ſcriptã, ſed illę decimę erant longè ante illam decretalem conceſſę, non de nouo: tamen erant longo tempore poſſeſſæ, licet adhuc non eſſent præſcriptæ.

4 Si uerò noualia apparent inter duas parochias, & neſcitur intra quã illarũ, quia non apparent ibi limites, ſed in locis uicinis apparent, tunc inter illas eccleſias fieri diuiſio debet te ſte Henr. Bohic. in c. puenit. ad. quã pertineant. 1. col. j. de dec. allegant. c. cum quis. §. 1. de ſepul. in 6. Ego putarem pro mõ limitum cuilibet parochiæ aſſignandas, adeo q̃ ſi limites vnius parochiæ ueniant uſque ad tres partes noualium, illa eccleſia tres partes habebit decimarum, altera aliam partem, ut plenè explicatur in §. præterea. de rer. diuiſi. in inſti. & per Bar. in tractatu de Alueo & Tyber.

5 Si uerò nulli appareant limites, quib. illa noualia regi p̃ũ, tunc epiſcopus aſſignare eas noualium decimas poterit. cap. quoniam. de decimis.

6 Non refragatur c. ex parte. 3. vbi vñr decimę noualiũ conceſſę, ut per doc. Reſp. quidam illum tex. intelligendum putant, qñ conceditur ut de laboribus ſuis aliqui non teneantur decimas ſoluere, tunc non tenebuntur ſoluere ẽt de noualibus quæ propriis manibus excoluntnam cum maius ſit conceſſum, ut de laboribus, i. in quibus laborant propriis manibus, decimas ſoluere nõ teneantur, ẽt de minoribus, ſ. de noualibus in quibus laborant, ſoluere non tenebuntur, q̃a non fiunt tot noualia, quot erãt antea terræ laborabiles, & in his non eſt maximũ p̃iudicium eccleſiis parochialibus. Sed qñ conceduntur decimæ alicuius parochię monaſterio, q̃ ipſi poſſint decimas noualiũ hr̃e, hoc eſt prohibitũ, nã parochiali eccleſię dẽntur, quia illi oẽs decimę a principio fuerũt aſſignatę, & in hoc caſu priuilegium, quatenus concernit tertii p̃iudicium, eſt reſtringendum. c. olim. de uer. ſig. & ibi doct. confingunt quatuor intellectus, quorum nullus uerus eſt.

7 Ideo intelligerem illum text. q̃ ibi conceſſio decimarum fuit fcã eccleſiæ parochiali, cui erant de iure cõi debitę, ut ex integra apparet, ergo cũ res de facili ad ſuã reuertãtur naturam. l. ſi unus. § pactus. ff. de pact. & redire ad ius cõe eſt fauorabile. gl. in c. ſtatutũ. de præb. in 6. ideo qñ reditur ad ius cõe ex prima conceſsione, & noualium decimę conceſſę cẽſentur, ita eſt in illo textu, parochiarum tuarũ. Sed dicet q̃s, fruſtra impetratur, quod iure cõi conceditur. l. una. C. de theſau. lib. 10. ergo fruſtra curatus eas impetrauit decimas. Reſponde, ut patet in integra, decimę illius parochiæ noualeserant ab eõ conceſſę canonico Nouarien. ideo curatus impetrauit a Papa priuilegium, ut ſibi non obſtante conceſsione p̃i, quam de conſuetudine dicebat ſe hr̃e poſſe, decimæ deberentur impetranti, & Papa hoc concedit, dicens, decimas noualium ad eccleſias parochiales pertinere, nec ſunt in integra illa uerba, quia ubi maius conceditur minus conceſſum eſſe vr̃: nam in priuilegiis non ualet argm̃ a maiori, ſed a comprehenſis, quia illud conceſſum cenſetur, qđ in priuilegio cõprehenſum eſt. c. fi. de transla. epiſ. regul. cui licet. de regul. iur. in 6. niſi illa ſint acceſſoria conſecutiua. gl. in ca. quia in tm̃. de pręben. Fela. in c. poſtulaſtis. col. 13. & ſeq. de reſcrip. & decretalis integra ſic eſt, ut inueni eam in antiqua Honorij compilatione.

Rectori eccleſiæ beatæ Mariæ de Nibiola.

8 Ex parte tua fuit ꝓpoſitũ coram nobis, q̃ in eccleſia parochiæ tuę ueteres percipis decimas integraliter, per hoc credimus, q̃ ad te dẽant in eadẽ parochia noualium, ẽt decimæ pertinere. Sed F. V. N. epi Nouarien. eiuſmodi noualiũ decimas. R. Bus canonico Nouarien. quaſi hoc potuerit de cõſuetudine, q̃ dicenda eſſet uerius corruptela, concesſit, pro quo quidã ad quoſdam ipſos iudices nr̃as literas impetrauerunt, qui iniquã contra te diffinitiuam ſnĩam protulerũt, a qua cũ tu ad nos uocem appellationis emitteres, aliis obtinuiſti negotium delegari a nobis. Ergo humiliter poſtulaſti, ut de indulgentia nr̃a in parochia eccleſiæ tuę, in qua ueteres p̃cipis decimas, hr̃es, & decimas de noualib. recipiendi facultatem, cũ ergo p̃ceptio decimarũ ad parochiales eccleſias de iure cõi pertineat, per quod decimę noualiũ, q̃ fiunt in parochiis earundem, ad ipſas ſpectare noſcuntur, tibi, & eccleſię tuæ p̃diorum noualium decimas indulgemus. Itaq; ex hoc eidẽ canonico quo ad uixerit, ſi n. cõtra te obtinere cõtigerit, nullũ p̃iudiciũ fiat, poſt eius tñ deceſſum ſupradictę decimę ad tuã eccleſiã deuoluentur. Ecce, igitur tex. clarũ, quẽ doc. hactenus cõtorſerunt, & perperã intellexerunt, ſed ut deinceps hæc materia intelligat, caſus facio ſequẽtes in ipſis noualib.

9 Primus caſus, ſi monaſteriũ, uel extraneus curatus p̃ſcripſerit decimã in uno loco, ſi fiant noualia ibi, decimas noualiũ non hẽbit, ſed curatus illius loci & parochiæ ubi noualia facta ſunt, qui ad hoc de iure cõi fundatus eſt. c. cũ cõtingat. ubi glo. & doct. de decimis. q̃a p̃ſcriptio in uno cap. & in uno prędio non extenditur ad aliud. glo. in verb. interruptione. c. auditis. de præſcr. ubi ẽt exercens iura aliqua epiſcopalia, illa ſola p̃ſcribit. c. cum olim. ibidem. vnde ſi quis prę̃ſcripſerit decimas oĩum p̃diorum, uno excepto, totius parochiæ, præſcriptio illa non extenditur ad aliud p̃dium, ut aſſerit Inn. in c. tua. 1. in fi. eo. Pan. & alij in d. c. cum contingat. ideo oportet q̃ p̃ſcribens probet in quib. p̃diis p̃ſcripſerit. nam ſi ꝓbet interrupta prę̃ſcriptio, non continuabitur cum prima poſſeſſione. c illud. de prę̃ſcriptio. in l. naturaliter. ff. de uſuca. & ſi quis prę̃ſcripſerit uectigal in certis rebus, nõ poterit de aliis colligere. Bar. in l. ſi publicanus. in fi. ff. de publi. Socy. conſil. 111. abundè. col. pen. uol. 1.

10 Ratio eſt, quia tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, & non plus. l. quod meo. §. fin. ff. de acqui. poſſeſſ. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. de itiner. actu. priuato. & dict. cap. auditis. de

Source : BIU Cujas

præscriptioni.sed quis nō possedit decimas noualium, cum nullæ essent,ergo eas præscripsisse non poterit,& sine possessione præscriptio non procedit.l.sine possessione.ff.de vsuca. & reg.iur.in 6.

11 Item quia præscriptio odiosa, eo ꝙ iuri alterius detrahit, ideo est restringēda.regul.odia.& ibi gl.& ita docet Io.And. in addit.ad specul.in rub.de his quæ fiunt a præla. Inno. in c. tua.1.deci.

12 Ad hæc præscriptio ad futura non extenditur etiam simi lia,ideo ad nouales decimas non trahetur.Panor.in ult. notabili.in d.c.cum cōtingat.per illum tex.quia in præscriptio ne stricta fieri debet interpretatio.Socyn.consi.275.in causa. col.3.uers.sed posito.in 2.uol.quia actus taciti non sunt inter pretandi vltra quàm se extendant.Bal. in l.quod cōstitutum. C.ne de statu defun.vbi etiam concludit, ꝙ si præscriptio fa uorabiliter disponat,tamen ad similia nō extenditur,& istud est summæ æquitatis,ut ecclesia parochialis, quæ fortè alias non habet decimas,& pauca alia,uel fortè nulla bona.ut ha rum decimas saltem noualium habeat,ut dicunt Host.Ioan. And.& Card.in d.c.cum contingat.

13 Item præscriptio non habet locum nisi in illo actu, quo fuit vsus,vt d.l.1.§.si quis hoc interdicto.ff.de itiner.& Alex. consi.122.uiso puncto.in fi.uol.4.& consi.16.in causa.nu.12. & consi.33.ponderatis.nu.7.in 5.uol.unde si testes deponant aliquem percepisse decimas frumenti,alii testes uini,non ta men sufficeret ad assignandum totum genus decimæ, sed in his in quibus probant. nam minutæ & mixtæ saltem curato remanebunt,cum de his probatum non sit, ut docet Innoc. in c.licet ex quadam.de testib. quem sequitur collecta.in ca. nuper eodem.

14 Tamen si quis possederit & præscripserit decimas frumēti in tali parochia,si seminetur ibi milliū,uel crocus,uel herba adtingendum commoda,quam vulgus(dupastel)uel (de laguede) uocat,uel aliud, habebit is decimas illarū, quæ de nouo ibi serūtur,ita probat Host. in c.tua.1.in fi.de decimis. & Anch.in c cum contingat.in fi.ibid.alioqui esset in potestate serentis priuare decimis aliquem,cōtra regulam,id qđ nostrum est,sine facto nostro a nobis auelli non potest.ff. de reg.iur.abundantius inferius dicitur.

15 Præterea qui decimas personales præscripsit parochianorum habitantium in loco de Balhanisiis, si quis illuc uenerit de nouo, & ibidem habitauerit,is qui super aliis præscripsit ab isto nouo non habebit decimas, quia præscriptio in una persona,non extenditur ad aliam,ut plenè consuluit Ias.con sil.81.communitas.col.3.in 3.uol. cum sit bonum argumentum de rebus ad personas.l.miles ita. §.1. ubi Bar.ff.de militari testa.l.qui plures.de vulga. Aret.consi.32.in causa.col.1. sic nec priuilegium extenditur de persona ad personam.capitulo.ex multiplici.cap.licet. & capitulo dudum. de decim. sic probat Socynus in consilio 268. & eleganter.columna 1. volumine 2.

16 Idem in consuetudine,ut si quis ex consuetudine antiquas perciperet decimas, tamen noualia in cuius territorio fiunt, non habebit.Host.& alij in c.cum contingat. de decim. quia consuetudo & priuilegium æquiparantur.c.conquestus.9.q. 3.& c.quod ad sedem.de offi.ord.nec possit trahi consuetutudo ad illa de quib.non est consuetum. Licet cōsuetudo in materia aliàs non præiudiciali multum extendi possit. l. de quibus.ff.de legi.& l.1.C.quæ sit longa consue.Collecta.in d. c,cum contingat.

17 Fallit quando noualia possedissēt per tempus immemoria le,nam eodem tempore præscribi possunt decimę nouales, quo ueteres,doct.in d.c.cum contingat.& c.1.de præscri. in 6.sic consuluit Bertran.consi.184.viso processu.col.1.uolu.2. ex 1.editio.Et ideo si titulum in ueteribus habebat,nō propterea in noualibus habere censetur, & sic in istis requiritur tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium, ut ibi Bertran.concludit. Si uerò & de noualibus habebant titulū coloratum, tunc quadraginta sufficient anni ad præscribendum eas,sicut in aliis decimis,per Fely.& alios in ca.de quarta.de præscri.

18 Secundus casus est, qui præscripsit decimas in uno p̄dio, in quo latum fuit frumentum, si ibi seminetur auena uel mi lium,tunc is qui in illo fundo præscripsit decimas frumēti, habebit & decimam milij,uel alterius rei, ne res diuerso iure censeatur.c.cum in tua.de deci.& l.eum qui. ff.de usucap. c.cognouimus.12.q.2.Anch.in c.cum contingat.in fi. ibidē. quia in dubio decimæ præscriptio est realis censenda,i. terrā concernens,nō speciem fructuum perceptorum,teste Anch. in d.c.cum in tua.

19 Idem si de nouo plantentur nuces, uel uites in uno p̄dio, in quo quis præscripserit decimam, eo casu etiam habebit decimam ex illis arboribus de nouo plantatis.per d.ca. cum in tua.ubi communiter doct.nam præscribens in certa terra decimā,uidetur quo ad oēs illius terræ fructus præscripsisse, ideo si de nouo lapides extrahentur, de lapidibus decimam habebit,ideſt,de pretio quo lapides uendentur, quia præscri ptio extenditur ad particularitatem iuris apprehensi sub vni co iure vt vniuersali,ut scribit Ant.Butr.in d.ca.cum in tua. nam postquam prædium est unicum & uniuersale, ad spēm, ideſt partem, in iure uniuersali comprehensam, ideſt in ipso prædio existentem,fiet præscriptionis extensio,ne res diuerso iure censeātur,& quia ibi est possessio totius prædij, q̄is non sit possessio illius rei nunc seminatæ,tñ præscripsit decimam fructuum illius fundi, ergo & fructuum quicunq; producentur habebit decimam,quod est notandum.

20 Ideo qui præscripsit decimas in una parte fundi, & postea fiat noualis alia pars fundi, is qui in parte p̄scripsit decimas, & in hac nouali habebit.nam præscriptio partis indiuisibilis ad totum extenditur ratione indiuidui,quia est unum p̄diū, & una res non debet diuerso iure cēseri.d.c.cum in tua. ubi Host.& alii,Inn.in c.dilectus.de capel.monach.Corset.in ad ditione ad Panor.in 3.nota.c.bonæ.de postula.pręlat.per l.si stillicidii.§.fin.cum l.sequen.ff.quemadmo.serui.amittatur. ita consuluit Panor. consil.71. casus talis quidam clericus.in 2.uol.& Albert.Brunus in tractatu de augmento. in 17. conclusione.in prin.

21 Quod intelligerem esse uerum, quando appareret unū esse prędium per emptionem,quia uno pretio emptum,uel per limites,uel ob clausuram, secus si non appareret esse unum, quia tunc quot fiunt culturæ,tot fiunt prædia,per destinatio nem patrisfamil. Et in dubio ex tam longo tempore præsumuntur plures esse fundi,ut scripsi in l.silua cædua.§.noualis. ff. de uerborum significa. ubi respondetur ad ea quæ Pan. in contrarium adducit.

22 Item quando per præscribentem fuerunt receptæ quædā decimę in nemoribus uel pascuis, tunc si illa redigantur in culturam,is qui decimas aliquas ex illis percepit, habebit,& nouales:quia rationabilis causa subest,quod postquam semper habuerunt in illis terris decimas, quod nunc habeant. ꝑ textum.in cap.cum contingat.in fi.ibi, nisi rationabilis causa ostendatur,per quam appareat noualium ad eos decimas non pertinere.de decimis.ubi Pan.& alii hoc firmant,facit c. staruto.in fi.ibidem.in 6.doct.in ca.quid per nouale.de uerb. sign.sic consuluit D.Paul.Paris.Card.egregius,consi.73. licet ius commune.col.2.in 4.uol.& Carol.Ruinus,consi.163.Iesu Christi.col.5.nu.15.in 5.vol.

23 Tertius,qui præscripsit decimas maiores in una parochia, minutas etiam videtur præscripsisse,tū quia accessoriæ sunt. d.c.cum in tua.eodem titulo. & præscriptio facta de principali ad accessorium trahitur.tex.in l.si in aliena.§.1.ff. de vsuca. & l.eos.C.de usu.& stricta dispositio relata ad ius decimarū, extenditur ad speciem sub eodem genere, & ad rem, & ad materiam eandem,vt Anto. Butri. docet in d.cap.cum contingat.col.1.

24 Quod est uerum, si accessorium in initio præscriptionis inchoatæ inerat principali,secus si postea.tex.singu.in l. qui fundum.§.1.ff.de usucap.secundum Roma.sing.577.tu habes regulam.Fely.plenè in c.auditis.col.10.de præscr.unde si præscribens percepit maiores decimas in uno loco per tempus immemoriale,& nullus ibi receperit decimas minutas,si postea eas petat a laicis, non poterunt ipsi ei denegare, quia ius decimandi contra eos præscripsit, ergo & in omnibus; nec poterunt se ipsi iuuare præscriptione non soluendi,ut superius dixi.

25 Fallit quando minutæ decimæ fuerunt vni solutæ,& grossæ alteri,tunc is qui grossas pręscripsit,minutas non habebit, sed tunc demum quando alius non percepisset illas,præscribenti debebuntur. Host.Io.And.Panor.& alii in d.ca.cum in tua.per illum tex.ubi in integra habetur ibi,non fuerunt decimæ persolutæ, quæsiuisti per sedem Apostolicam edoceri,vtrum decimæ fructuum prædictorum ad parochiales ec clesias,quæ nec maiores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria,& illas conuentuales ecclesias, quæ decimas aliàs percipiunt ab antiquo, debeant pertinere, ad quod sic respondemus,&c.

26 Ecce igitur tex.expressum,ꝙ si perciperentur,decimæ minutæ ab alio,tunc non deberentur illi qui percipit maiores. & idem docet Panor.in 3.notab.ibidem.& in c.bonæ.3.de postula.pręlat.nam sicut per pactum induci potest,ergo per cō positionem, quod unus recipiat decimas maiores, & alter minutas.c.ex multiplici. de deci. & dixi superius in proxi.q. sic potest fieri per præscriptionē,ut is,qui maiores præscripserit illas tantum habeat, alter uerò minores. & ideo dicit Anto.in d.c.cum in tua. ꝙ quando non apparet decimas minutas per alium fuisse perceptas, tunc ex perceptione grossarum sub nomine decimæ simpliciter sunt decimæ ipsę grossę & minutæ, vnum & idem ius, & ideo tunc quo ad minutas censetur pręscriptum. sed si alia ecclesia uel persona percepisset minutas, esset interrupta prescriptio quo ad minutas,

Source : BIU Cujas

tas,ideo tunc colligenti groſſas debentur groſſę, colligenti minutas,minutę:idem ſi vnus recipiebat decimam vini, alter frumenti,ſi in vno fundo ſit frumentum & vinum,& tũc is qui percipiebat decimam vini eam habebit ex vino, & alter decimam frumenti ex frumento.

27 Nec eſt abſurdum eandem rem diuerſo iure cenſeri propter diuerſum accidens concurrens.Anto.& alii in d.c.cum in tua.vel diuerſis reſpectibus.l.hinc peculium.§.1.ff.de pec. gl.& Dom.in c.cognouimus.12.q.2.Io.Fran.Balb.in trac.præſcriptio.in 2.parte,col.6.& ſeq.

28 Quartus caſus, priuilegium de non ſoluendis decimis de laboribus propriis extenditur ad noualia, quę propriis fiunt manibus.c.ex parte.3.de decimis.quia intelligitur tam de p̃ſentibus laboribus,quàm de futuris. c.ad audientiam.de deci.iuxta concilium Maguntinen.& quia non paratur in hoc caſu tam magnum p̃iudicium eccleſiis parochialibus.& pro hoc facit l.fi.C.quæ res pig.oblig.poſſ. ergo de illis intelligitur.Et eſt caſus in c.cum contingat.vbi glo.eod.vbi ſi acquiratur p̃dium de nouo,de eo non ſoluitur decima, ſi propriis manibus illud collatur.ſi uerò non collatur propriis manib. ſecus.c.fin.§.pen.de decimis. in 6. ſic & quando conceditur priuilegium non ſoluendi decimas de laboribus,non ſoluet de noualibus factis propriis manibus,de quibus noualib. factis propriis manibus,de quibus noualibus ſemel factis nunquam poſtea decima ſoluetur,aliàs contingeret indulgentiã de noualibus plus diſpendii,quàm vtilitatis afferre.cap.fi.de priuilegiis.probant doc.in d.c.ex parte.1.eo.& quid ſi concedatur duplex priuilegium, vnum alteri contrarium, vtrum prævaleat,conſuluit Decius,conſi.147.Et pro tenui.

29 Quintus caſus,priuilegium conceſſum monaſterio,uel aliis etiam laicis,ut recipiant decimas alicuius parochiæ, non extenditur ad noualia.ca.tua.1.in fine.de decimis. & ca.ulti. eodem.in 6.in fi.c.ſane.de priuilegiis . tum quia exemptus in una re,non eſt in alia exemptus.c.cum capella.ibidem. tum etiam quod non eſt conceſſum non videtur, ſed non erant tempore priuilegij noualia,ergo non fuerunt conceſſa, nec decimarum noualium priuilegium. Nam priuilegium etiã eſt reſtringendum,quatenus concernit p̃iudicium tertij.c. olim. de verborum ſignificatione. & ad futura priuilegium non extenditur.cle.fi.de reſcriptis.nam licet priuilegia Papę & beneficia ſint latiſſime interpretanda.c.cum dilecti.de donatio.hoc eſt uerum,quatenus p̃iudicant cõcedenti, ſecus ſi tertio.laſ.in l.beneficium.ff.de conſti.princ.poſt Panor. & alios in d.cap.olim,nec eſt intentionis concedentis uoluiſſe concedere decimas noualium , & omnino priuare eccleſias parochiales omnibus decimis,quibus iam aſſignatæ erant a Dionyſio Papa.c.paſtoralis.de his quę ſiunt a p̃ela.c.mandatum.vbi gl.vlt.de reſcri.& iſtud eſt ſummæ æquitatis,ut ſi parochialis perdidit veteres,q̃ has ſaltẽ noualeshabeat,ut dñt Io.And.& Anch.in d.c.cum contingat.facit c.ult. in fi. eod. lib.6.imò ratio.c.tua.habet locum hoc caſu, quia hæc licentia non eſt extendenda,ſed reſtringenda.& quamuis doct. dicant habere locum in laicis, tamen dicatis etiam procedere in clericis.nam odioſum eſt,q̃ curatus, uel monaſterium alienum decimas habeant in aliena parochia.ca.ad decimas. de reſt.ſpol.in 6.etiam eſt odioſum,q̃ haberet nouales, quãuis decimas ueteres haberet , quia iure cõi proprio curato debentur.Ergo illud eſt odioſum,q̃ alteri etiam clerico, vel monaſterio debeatur,igitur erit reſtringendum,p̃ reg. odia. de reg.iur.in 6.& l.cum quidam.ff.de lib.& poſthu.Hoc expreſsè firmat Anch.in d.c.ex par.3.& Fortu.Garſias in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.col.6.& ſeq.ff.de lib.& poſthu.Collecta.in c.cum contingat.eo.

30 Item priuilegium non ſoluendi decimas, ad noualia non extendetur , adeo quòd hic priuilegiatus de noualibus decimas ſoluet,ut expreſsè docet Anto.Butr.in d.c.tua.in 1. col. vlt.eo.probat Socyn.conſi.297 viſo priuilegio.colu.1. & per totum.vol.2.multo fortius cui conceſſę ſunt decimæ, nouales non habebit.

31 Etiam fruſtra impetraretur priuilegium de noualib. ſi noualia deberentur illi cui veteres,quod eſt falſum.per c.fin.de dec.in 6.vbi etiam in §.1.Ciſtercien.& Chartuſien.in his noualib.ſunt priuilegiati,ergo non alii.ſi non appareat de eorũ priuilegiis.l.ius ſingulare.ff.de legib. fallit quando Papa conceſſiſſet omnes, & quaſcunque decimas, uel omnem decimationem talis territorii,tunc etiam ad noualia refertur. nã qui totum dicit,nihil excludit.c.ſolitæ.de maio.l.Iulianus.ff. de leg.3.ſic expreſſim decidunt Arch.& Dom.in c.cognouimus.12.q.2.& Collect. in fi.d.c.cum cum contingat.per glo. ibi,& ſic debet intelligi.l.ſeruitus.ff.de ſer.vrb.p̃ed.& cap. ſi Romanorum.19.diſt. & illa ſententia doct. dicentium aliud in priuilegio,quàm in p̃ſcriptione,ſic intelligi debet, & ſic conſuluit Socyn.conſi.297.uiſo.col.2.& ſeq.uol.2.Tamen hodie in c.ſtatuto.§.1.de deci.in 6.limitatur priuilegium percipiendi decimas & noualia, ut is non poſſit percipere niſi dimidiam partem noualium,& ſecundum hoc fuit iudicatum ſæpius in hoc ſenatu , a quo fuit data curato poſſeſſio percipiendi dimidiam partem noualium, & priori habenti priuilegium,alterius partis poſſeſſio adiudicata anno 1545.die 23. Decembris.

32 Sextus caſus,remittens decimas ſibi debitas,& noualesremiſiſſe vldetur.c.quia circa.de priui.quia in beneficiis pleniſſima eſt interpretatio facienda quo ad concedentis p̃iudicium,& una res non debet diuerſo iure cenſeri,vt ibi dicit. & l.eum.ff.de vſu.& poſtquam remiſit decimas, & omnes videtur remiſiſſe,igitur & noualium decimas,poſtquam ad eũ pertinere potuiſſent,ſecus ſi eſſet p̃iudicium alterius,unde ſi Papa abſolueret aliquem a decimis alteri ſpectantib. intelligeretur de præſentibus,non de futuris. ſecus ſi abſolutio eſſet facta ab eo cui debentur,vt Io.And.& Abb.anti.no.in d. c.quia circa.Et per hoc dixi , q̃ ſi matrix, eccleſia remiſerit decimam certi loci capellę de nouo conſtructę, quod etiam illa eccleſia de nouo conſtructa noualesin illo loco habebit.

33 Septimus caſus,priuilegium de non ſoluendis decimis noualium,non comprehendit noualia iam facta,ex quibus decimę iam ſoluebantur.cap.dudum.de priuile. quia tunc graue inferretur præiudicium poſſeſſori noualium , ideo Papa non intendit illi auferre , ſecus in noualibus nondum factis tempore priuilegij,quia nõ tendit in graue p̃iudicium.Panor.ibi,facit c.vlt.eo.tit.in 6.& quod conſuluit Oldra. conſ. 156.propter tria.

34 Octauus caſus, priuilegium cõcedens decimas noualium pro illa parte,pro qua ueteres poſſidebant, nõ extenditur ad alias decimas,nec ad alia loca,ſed ad eam tantum partem,in qua ueteres poſſidebantur.c.ſtatuto.de deci.in 6.Et ſic is qui petit decimam in vim illius priuilegij, probare debet ſe tpe indulti habuiſſe decimas ueteres, aliàs ſuccumbit, uel partẽ pro qua petit, tenetur probare ſe poſſediſſe:quia dum allegatur inſtrumentum uel priuilegium,illud probari debet.auth. ſiquis in aliquo.C.de eden.

35 Qui ſi probaret ſe poſſediſſe per tempus immemoriale medium,vel aliam partem veterum,& adhuc ſe poſſidere , tunc præſumeretur quod tempore indulti illam partem poſſediſſet,per ea quæ not.Fely in c.ſi diligenti.& c.cum nobis.de p̃ſcri.& Ioan.Fran.Barb.in tract.de præſcrip.in 2. parte.3. prin. q.6.col.27.& ſeq. alioqui ex defectu probationis ſemper ſuccumberent habentes hæc priuilegia , quia non valerent probare,quod ante concilium haberent,vt Panor. & alii dicunt in decimis infeudatis.in capitulo cum apoſtolica.de his quæ fiunt a præla.

36 Non poteſt tamen hoc priuilegium extendi vltra dimidiã partem decimarum , ideo ſi tempore indulti poſſidebat priuilegiatus tres partes decimæ, non habebit tamen niſi noualium dimidiam partem.d.c.ſtatuto.§.1.de deci. in 6. quia nõ eſt ueriſimile ſi tunc de plena & integra perceptione veterũ fuiſſet expreſſum , quòd apoſtolica ſedes pariter & ſimiliter noualium decimas in tam graue parochialium eccleſiarum diſpendium,indulſiſſet.tex.ibi, Ciſtercien. tamen & Chartuſien.hoc edicto non comprehenduntur , ut Papa declarat in d.§.ſtatuimus.d.ca.fin.de decimis.in 16.& ibi eſt p̃ſumptio iuris,& de iure,ſeu fictio,contra quam nõ admitteretur probatio in contrarium.l.fi.ff.quod met.cauſ.l.conficiuntur. de iure codicil.

37 Aduertendum eſt quinq; reperiri tempora in his religioſis,quib.intellectis, facilè intelligentur deciſiones in hac materia . nempe in prima inſtitutione , monachi ut plurimum erant laici.c.alia.16.q.1.Hoſt.in c.dudum.col.2. de decimis. ideo decimas perſoluebant tanquam laici. ca. duo.12.q.1.& quia paſcebãtur cibo ſpirituali a clericis & ſacerdotib. ideo illis decimas debebant,vt ibi dicitur, & hoc fuit primũ tempus ipſos tangens.

38 Secundum tempus fuit Græg.Papæ,ut inueni in integ.in rub.de decimis.licet non ſit in decre.impreſſis, vbi ſic cẽſuit. Statuimus,vt monaſteria ex ſuis prædiis nullo modo cogantur ſoluere decimas , quod ſi legitimè dandæ ſint orphanis, & peregrinis,indignum eſt , vt ab eis exigantur, qui propter eum cuius ſunt decimæ, pauperes efficiuntur.nam ſi pauperes domini ſunt hæreditas eius,pauperibus erroganda eſt , illis videlicet,qui pro illius amore,quæ poſſidere poterant, dimittunt,eumq; nudi ſequentes,ſe poteſtati alterius ſubdunt. Et ſic nullo modo ſoluebant tunc decimas religioſi de ſuis prædiis , & ſic contraria fuerunt tempora, verùm quia hoc erat damnoſum eccleſiis parochialibus, quia omnes & ſinguli monaſteriis paſſim bona donabant, ob id tertium ſucceſſit tempus.

39 Tertium tp̃s concilij fuit Magunti.in quo ſtatuit Papa Paſchalis, vt religioſi communiter viuentes decimas de ſuis laboribus,ſeu nutrimentis non ſoluerent.c.quæſti.& c. ſeq.16. q.1.nam per hoc conſulebatur religioſis ſacerdotibus , qui diuinis,

Source : BIU Cujas

diuinis & contemplationi vacabant, monachis, etiam laicis, qui suis manibus hæc prædia colebant, ne fortè in monasterio otiosi essent. & doc. in c. ex parte. 1. deci. & sic iusta rõne statutum fuit, & priuilegium illis concessum, nempe id temporis nõ poterat esse graue detrimentum, ecclesiis parochialibus, quia ipsi multa prædia propriis non poterant manibus colere, & rara erant monasteria, sed quia postea cęperunt augeri, ideo statutum fuit ut sequitur.

40 Quartum, quia religiones cœperunt crescere, licet olim raræ essent. c. suggestum. co. ideo grauare ecclesias parochiales solebant, ob id Adria. Papa, cuius decretalem hodie non habemus, ut testatur Host. & Card. solis Cistercien sibus, hospitalariis, Hierosolymitanis, & templariis tanquam feruentioribus ad deuotionem, & ad Dei seruitium indulsit, ut decimas laborum suorum quos propriis manibus, uel sumptibus colunt, soluere non tenerentur. c. ex parte. primo. & ca. licet. eo. tit. & quidam intelligebant de laboribus, idest de noualibus, in quibus ualde laboratur, sed Papa exponit in c. ad audientiam. ibidem intelligi indultum debere non tantum de noualibus, sed etiam de prædiis, quæ propriis manibus a religiosis prædictis coluntur, quia si tantum de noualibus intelligere uoluisset Papa, hoc expressisset. dicto capitulo, ad audientiam.

41 Aliis uerò religiosis id temporis indultum fuit, ut de noualibus suis, quæ propriis manibus, uel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum. i. animalibus, quæ nutriunt. gl. in uersi. animalibus. in cle. 1. eo. & de hortis suis decimas non persoluant. d. c. ex parte. 1. ibi, i. de hortis quos colunt ad proprium usum. uide rationes per Socyn. consil. 268. eleganter. uolu. 2. Fuit etiam statutum, ut patet in integra, in hæc uerba, ut nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua quę secundum statuta canonica ad episcopos pertinent detineat sine authoritate Ro. Pontificis, seu episcopi in cuius diœcesi habitat, authoritate aposto. firmamus.

42 Quintum uerò tempus est nouissimum, uidelicet generalis concilij, in quo detractum est priuilegium Cistercien. & hierosol: mita. de laboribus, quo ad possessiones acquisitas post concilium generale, uidelicet, ut ipsi de eis teneãtur decimas sòluere, etiam noualium. c. nuper. eo. tit. in 6. ca. 1. in fi. de uerb. sig. eo. lib. quia uidit concilium, ꝙ multas acquirebant possessiones, ob id poterat esse enorme dispendium ecclesiis parochialibus, ideo priuilegium restrictum est ad possessiones, quas tempore generalis concilij habeant, & hoc habẽt probare religiosi, quia qui se fundat in tempore hoc probare debet. l. cum actum. ff. de neg. gest. & scripsi plenè in tracta. nomina. q. 14. quod poterit fieri per acquisitionem, si habeant instrumenta. si uerò illi religiosi non haberent instrumenta, si probare possent se possedisse per tempus immemoriale, & allegarent se ante concilium habere, sufficere putarẽ illam probationem, saltem ad hoc, ut transferretur onus probandi in aduersarium, per glo. in l. seruitutes. ff. de seruitu. & Docto. in capitu. cum apostolica. de his quæ fi. a præla. scripsi superius.

43 De noualibus etiam ipsi habent simile priuilegium cum aliis, scilicet quòd non soluant, si noualę sit proprium, & suis manibus redactum ad culturam fuerit, & quod de illo nouali antea ecclesia nullum, aut modicum emolumentum recipiebat. c. commissum. eo. & c. quid per nouale. de uerb. sig. & ita allegant tex. in c. ex parte. 2. de decimis.

44 Et sic potest statui regula quo ad Cistercienses, & Hierosolymitanos, ut hodie non soluant de laboribus decimas, qđ est intelligendum de prędiis, in quibus propriis laborant manibus, uel suis sumptibus colere faciunt, dando pecuniã his qui hæc colunt. gl. in uerbo, excolendas. cle. 1. de deci. & Soc. consi. 93. in 3. uol.

45 Item ipsi & alii religiosi etiam habent priuilegium, ꝙ de noualibus decimas non soluant, uidelicet si ipsi propria noualia habent, & illa in fertilitatem inducant propriis laboribus, nec de hortis eorum, ut superius dixi.

46 Tertio, ꝙ olim ecclesia non haberet emolumentum, alio qui secus. c. commissum. eo. c. quid per nouale. de uerb. signi. Vnde si quis reduxit terram sterilem in culturã, & postea dederit religiosis, ipsi de hac soluent decimam, quia non fecerunt hæc noualia propriis manib. ut requiritur in d. c. ex parte. ubi doct de priuileg.

47 Item fallit quando monachi colonis illas possessiones colendas tradunt, nempe tunc ad decimas tenentur. c. licet. de deci. siue fuerint colo: partiarij, siue alii. doct. ibid.

48 Nec refragatur reg. qui per alium facit, perinde est ac si ipse faceret. Resp. non dicitur propriis manibus facere, qui per alium facit, ut d. c. licet. & c. quicunq;. de hæret. ubi gl. in cle. una. in verb. publicè. de ui. & ho. cle. plenè scripsi in trac. nomi. q. 10. nu. 11. & seq. Et si propriis manibus non fecerunt, nõ habet locum priuilegium.

49 Imo in illo concil. generali ipsi Abbates Cistercien sis ordinis congregati conuenerunt ne de cætero fratres ipsius ordinis emerent possessiones, de quibus decimæ ecclesiis debeantur, & c. & sic ibi doct. dicunt ualere statutum, & ordinationem, vt non liceat emere possessiones, quamuis cõtrarius uideatur tex. in l. pe. ff. de pact. Sed respondeo quod statutum confirmatum fuit a Papa, ob id ualuit pactum, sed non factũ simpliciter, uel Pan. ibi dicit non ualere hoc pactum, ut legẽ, ne collegium emat, secus si singuli fratres prohibeãtur. & ita est intelligendus tex. Ego uero ualere dico pactum, & legẽ, & statutum. ut non liceat aliquibus fortè exteris acquirere possessiones in tali loco, etiam si pactum non sit a Papa, uel principe confirmatum. Prætor ait, pacta seruabo. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact Nec refragatur. d. l. pen. quia intelligitur non ualere pactum, ut non liceat uendere, & alienare rem meam uicino, quia postquam dominus sum rei meæ, est contra ius ꝙ de ea disponere non possim. l. in re mandata. C mand. ob id non ualet pactum, sed ꝙ non possim acquirere uel emere, illud pactum non est a iure improbatum.

50 Ideo sustinetur. nam militibus prohibetur, ubi limitant, ne agrum emant. l. milites agrum. ff. de re mili. l. milites. C. loca. sic militibus cœlestis militiæ prohiberi potest, ne se negotiationibus, & auaritię dedant, & ualebit lex, seu arrestum. Ideo arresto senatus fuit prohibitum Chartusien. & Cœlestinis, ne possessiones in districtu Paris. emant, quod iure latum fuit, ne ipsi inhiarent his acquisitionibus, sed ut eis tolleretur omnis auaritiæ labes, quæ interdum durior est apud religiosos. c. auaritiæ. de præb.

51 Nec placet sententia Panor. dicentis collegio imponi nõ posse hanc l. ut emere nõ possit, secus in singularib. personis, quia contrarium probat. d c. nuper. eo. ubi prohibetur fratribus ordinis Cister. ergo ordo prohiberur, & sic collegiũ quia omnes fratres ordinis. ergo iura nolùnt prohibere singulis fratribus, quia elusoria esset constitutio, cum fratres singulares nil habeant, & singuli religiosi propter paupertatẽ sunt satis prohibiti, sed hoc non fuit conuentum de singulis, sed de toto ordine.

52 Item de conductis soluere decimas tenentur. capitu. dilecti. de deci. quia non sunt sua, & duo requirit tex. in dict. cap. ex parte. quod prædia sint sua, & propriis manibus culta, uel sumptibus.

53 Fallit quando ex pacto & compositione ad hoc essent obligati non obstante priuilegio. c. ex multiplici. eo. plenè scripsi in q. 12. an tolli decimæ possint, supra eo.

54 Fallit quando soluerunt, quia tunc priuilegio renunciare censentur. c. accedentibus. de priuil. hoc bene præiudicat eis quo ad possessionem. per cap. suborta. de re iudi. sed nõ quo ad proprietatem, nisi per 40. annos soluerint. dicto capitulo accedentibus. & per c. cum de beneficio. de præbẽ. in 6 quia tunc esset contra eos præscriptum. cap. quarta. de præscri. Ita docet Collectar. in dicto capitul. ex parte. 1. de deci. & superius scripsi.

55 Fallit etiam quando ecclesia parochialis enormiter læderetur. c. dilecti. & c. suggestum. de deci. utpote si Cister. uel alii religiosi haberent omnes ferè possess. unius parochiæ.

56 Fallit quando illas possess. de nouo acquisiuissent, scilicet post cõcilium generale. c. nuper. de deci. quod fuit celebratũ anno 1215. tempore Inno. 3. ut scripsi. in rub. de approb. conuento. per Latera. concil. fact. in concorda.

57 Item de animalibus quæ nutriunt, secus si aliis nutrienda darent, sicut de possessionibus, quas colendas aliis dant, decimas soluunt. d. c. licet. Anch. in d. c. ex parte 1. col. 1.

Si tamen habeant qui ea custodiat, & ad monasterium ue speri reducat, dicuntur nutriri a seipsis, secus si alii ea tenerẽt in suis domibus. nam tandiu sunt sua, & ab ipsis nutriti, quam diu consuetudinem eundi, & redeundi habent ad monasterium. uel ad monasterii domum. §. pauonũ. insti. de re. diuis.

58 Idem dicimus de hortis, quos colerent, & olera uenderẽt, nempe tunc decimas de illis soluere tenentur. Pan. in d. c. ex parte. 1. quia ille text. intelligi debet de hortis quos ad usum proprium faciunt, secus si ad uenditionem, quia non debent negociari, nec ista exercere secularia. c. 2. ne cle. uel mon. ca. dilecti. de decim.

Idem si hos hortos aliis excolendos darent, ut no. ibi. aliàs possent ecclesias parochiales priuare decimis faciendo hortos plures, quod non est admittendum, ut doct. scribunt ubi supra. Et ista sunt notanda, quia quotidiana, nec ab aliis plane scripta, nec abunde ante nos. Laus Deo.

Quæstio. vltimæ Epitome.

SVMMARIVM.

1 *Decimas non soluens quibus pœnis & malis afficiatur, & quibus præmiis donetur soluens.*

2 *Pauperes semper non soluentes decimas, diuites uerò soluentes.*

3 Pestis

Source : BIU Cujas

3 *Peſte & morte ſubitanea cur moriantur homines.*
4 *Benedictio Dei in quibus conſiſtat.*
5 *Decimas non ſoluens fame peribit.*
6 *Item perdit abundantiam fructuum.*
7 *Sterilitas unde proueniat.*
8 *Fames ob non ſolutas decimas.& nu.* 11.
9 *Decimas denegans mortem æternam conſequitur.*
10 *Sanitas animæ,& corporis eſt in ſoluendis decimis.*
12 *Ruſtici cur ab armigeris ſpolientur.*
13 *Decimas non ſoluens res alienas inuadit,ubi quod detinere iniuſtè,& rapere,idem.*
14 *Decimas non ſoluens homicida.*
15 *Sacrilegus eſt retinens decimas.*
16 *Sepultura eccleſiaſtica priuentur non ſoluentes decimas.*
17 *Mortaliter peccant detinentes decimas.*
18 *Brachium ſeculare poteſt implorari contra detinentes decimas,& eccleſia defraudata poterit contra doloſos agere.*
19 *Compoſitio in decimis futuris non fit.Item nec in tributis.& ibi,quod argumentum de alimentis ad decimas ualet.*
20 *Eleemoſina de nouem partibus danda.*
21 *Decimarum debitor condemnatus non appellat.*
22 *Mercedis remiſſio ob ſterilitatem non datur,non ſoluenti decimas.*
23 *In decimis ab executione procedendum,licet in alijs contra.*
24 *Populus monendus per concionatores ad ſoluendum decimas.*
25 *Religioſi detinentes decimas ſunt ab officijs ſuſpenſi.*
26 *Decimas retinentes ſunt fures,& prædones.*
27 *Decimę tributa egentium perſonarum.*
29 *Animaduerſio diuini iudicij quomodo intelligatur.*

Quæſtio vltima.

1 VLtimò quæro,quibus pœnis,& malis decimas non ſoluentes afficiantur,& quibus donentur præmijs ſoluentes? Reſp.in ca.reuertimini.16.q.1.ponuntur hæc mala ſequētia, primò confligit Deum(humano more loquendo)qui decimas non ſoluit.ibi,ſi affligit homo Deum, quia uos me confligitis,& dixiſtis, in quo confligimus te?in decimis,& primitijs. Malach.3.c. & ſic grauiter peccant non ſoluentes.Io.de Tur.Crem. ibi dicit,quia pugnat contra Deū.

2 Secundò,non ſoluentes ſp erunt pauperes, probatur in d. c.reuertimini.ibi,ideo in penuria eritis,& ſoluentes erunt diuites,unde maiores noſtri ideo copijs omnibus abundabāt, quia decimam Deo dabant,& Cæſari cenſum reddebāt,modo autem q a diſceſſit deuotio Dei,acceſſit indictio fiſci.noluimus partiri cum Deo decimas, modo autem tollitur totum:hoc tollit fiſcus,quod non accipit Chriſtus.c.maiores. 16.q.7.& ſic bonus principatus dabitur ſoluentibus,teſte Ange.in ſum.in uerb.decima.in fi.facit 2.Paralip.31. ibi,ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo domini,comedimus,& ſaturati ſumus,& remanſerunt plurima,&c. Et olim cū quatuor genera decimarum ſoluerentur, homines diuites erāt, hodie cum una non bene ſoluatur, homines ad decimā conuertuntur,& dñs plagas non amouet,ut glo.in c.1.de deci.in 6.aſſerit,& contritio,& infœlicitas eſt in uiis decimas retinētium.Pſal.13.

3 Tertiò,maledicti ſunt a Deo non ſoluentes decimas.ibid. quia mihi non reddidiſtis decimas, & primitias, idcirco in penuria,& fame maledicti eſtis.Malach.c.3. Et maledictio ſe habet circa iſta, quia erit illi penuria fructuum, aerq; peſtifer,& corruptus, & repentina morte morietur ſine pœnitentia & confeſſione,atque cito peribit generatio ſua, & ſic peribit in mundo memoria non ſoluentis decimam & ſucceſſorum illius,& in inferno demū cruciabitur, declarat Andr. Hiſ.in regul.decima.q.9.Si uerò ſoluant,benedicti crunt, ut ibi dicitur: Et effundam benedictionem meam uobis uſque ad abundantiam.probate me ſuper hoc,dicit dominus & c. decimæ.16.q.1.ibi,cum enim decimas dando terrena,& cœleſtia poſſis præmia promereri,quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris?&c.

4 Benedictio conſiſtit in abundantia fructuum, quæ erit apud ipſum ſoluentē,& ſanitate corporis fruetur,ac uita tranquilla,& longa,& generatio proſpera,& longæua erit, ac demum paradiſi gloria perpetuò donabitur,ut docto.ibidem, elucidant.

5 Quartò ſupplantatur,& defraudatur Deus.ibi, & me uos ſupplantaſtis,ſiue defraudaſtis.& timendum eſt, qui Deo debitum ſuum ſubtrahit,ne ei auferat neceſſaria.cap.admonemus. 16.quæſt.2. & in concilio Magun.cap.38.& uide infra, uerſi.ſeptimo.

6 Quintò,perdit abundātiam fructuum.ibi,& pro decimis, & primitiis,quæ parua erant,ut a uobis darentur,ubertatem poſſeſſionum ueſtrarum, & omnium frugum abundantiam perdidiſtis.d.c.reuertimini.

7 Sextò,ſterilitas,& aquarum, & bonorum prouenit, aliàs p ſolutionem fertilitas.ibi,habeant ſacerdotes,& Leuitæ, qui mihi miniſtrant,cibos,& probate me,ſi non tātas pluuias effudero,ut chataractæ cœli apertæ eſſe credantur uſq; ad abūdantiam.fieri enim poteſt,ut agros irrigātib.pluuijs ſit quædam fertilitas,uerū aut locuſta ueniet,aut bruchus, aut erugo,aut eruca,aut gelu, & hæc labores hominum uaſtabunt, 2.Paralip.c.4.& clauſo cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi.

8 Septimò,fames inſurgit non ſoluēdo decimas.ibi,ſi quando fames,& penuria,& rerum oīum egeſtas opprimit mundum,ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui ſe in pauperib. ſi non accipiant eleemoſinam,fraudari loquitur,& ſuas poſſeſſiones poſſumus decimas,& primitias interpretari.Io. de tur.crema.in c.decimæ tributa.16.q.1.

9 Octauò,remiſſionem peccatorum,& cœleſtia dona conſequitur ſoluens, & denegans mortem æternam.ibidem, & Guido Papæ refert in deciſ.166.a præſtatione. & Matthæus de afflict.in conſtitutio.Neapoli.libro primo. rubr.7. de deci.q.6.

10 Nonò,infirmitatem incurret,& ægritudinem is,qui nō ſoluit decimas,& ſi ſoluat ſanitatem corporis, & animæ conſequetur.c.decimæ.16.q.1.ibi,etiam ſanitatem corporis & animæ conſequeris.

11 Decimò ſi decimam non dederis,tu ad decimam reuocaberis.dicto capitulo.decimæ.tantum decima dabitur tibi ex ſemine tuo, quod multiplicaretur a Deo, uel dæmonibus ſociaberis,qui ſunt decima pars angelorum, ut quidam ibi exponunt.

12 Vndecimò, qui non dat decimam Deo, impio militi dabit,quod non vult dare ſacerdoti.Auguſt.in d.c.decimæ. inde uidemus armigeros ſpoliare ruſticos, & alios, quos non ſpoliarent,ſi iuſtas decimas,& integras ſoluiſſent.

13 Duodecimò res alienas inuadunt, qui decimas non ſoluunt,& ſic illa bona rapiunt,quia idem eſt, ut ibi glo. notat, detinere iniuſtè,& rapere.cap.ſępe.de reſtit.ſpol. nam quod ad te non pertinet,ſcire debes ad alium ſpectare.l.ſi. C.unde ui.& ſic non ſoluens eſt infamis,teſte Hoſtien.in ſumma.§.& quare.eo.tit.

14 Decimotertiò,quanti pauperes in locis ſuis,ubi ipſe habitat,illo decimas non dante,fame mortui fuerunt, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, qui rem a Deo pauperibus delegatam ſuis uſibus reſeruauit. dicto capitulo, decimæ. quod eſt ualde terribile. nam qui Chriſti pecunias,& eccleſiæ aufert,fraudar,& rapit, & homicida in conſpectu iudicis deputabitur, capitulo,qui Chriſti. 12.quæſt.2.

15 Decimoquartò,committit ſacrilegium retinēs decimas. c.decimas.1.ibi,ſciant ſe ſacrilegij crimen committere,& æternæ damnationis periculum incurrere.16.q.7.& c.fi.16.q.1. & c.quiſquis.17.q.4.& Caieta.in ſum. in uerb.decimas. &iō eſt ipſo iure excommunicatus.c.canonica.11.q.3.c.cum pro cauſa.ubi gl.de ſent.excom.& ideo ſingulis diebus dominicis debent publicari a curatis excommunicati,ut dicit And. Hiſp.epiſcopus,in reg.decima.q.2.

16 Decimoquintò, laici detinentes decimas carere debēt ecclesiaſtica ſepultura.c.prohibemus.de deci.

17 Decimoſextò,peccant mortaliter non ſoluentes decimas, ob id excommunicari adhuc poſſunt.c.nuntios. c.ex parte. 2.c.ad hæc,& c.cum non ſit.in fi.de dec. inde dicit tex.in ca. præter.32.diſt.§.1.deinde ut decimæ,& primitiæ ſeu oblationes uiuorum, & mortuorum eccleſiæ Dei fideliter reddantur a laicis,& ut ipſæ in epiſcoporum diſpoſitione ſint, quas qui retinuerint,a S.eccle.communione ſeparentur.

18 Imo ſi non poſſunt compelli per cenſuram eccleſiaſti. imploratur brachiū ſeculare, licet ſanguinis effuſio immineat. Hoſt.Io.And.& alij.in c.in aliquib.de deci.arg.ca.poſtulaſti. de homi.uel poterit eccleſia defraudata contra hos doloſos agere,per l.eleganter.§.pen.ff.de dolo.& doct.ibid.& an ſi ſit exemptus,puniri ab ordinario poſsit,ſcribit Gemi. in conſi. 72.quia punctus.col.pen.

19 Decimoſeptimò,debitor decimarum non poteſt prætextu eius quod ſibi debetur,denegare decimas, q a in decimis futuris non admittitur compoſitio.glo. ſing.1.in c. decimæ. 16.q.1.ſecundum Rom.ſing.254.an ſit locus & ſing.545. an ſacerdoti.ſic nec in tributis.l.3.C. de compen. ſuper hoc diſtinguit Hen.Boh.in c.cum homines.in 2.diſt.de dec.& Io.And. in c.cum homines.ibidem,ſecus in præteritis. ca.ueniens. in fi.de tranſact.doct.in dicto cap.tua.2.de deci. Hoſtien. in capitulo cum ſint homines.ibidem.ſumendo argumen. de alimentis ad decimas,per l.de alimentis.C.de tranſact.& l.cum ij.ff.eodem.

20 Decimooctauo,qui ſibi aut præmium comparare,aut peccatorum indulgētiam deſiderat promereri, reddat decimā, etiam de nouem partibus ſtudeat eleemoſinam dare pauperibus.tex.in d.c.decimæ.in fi.16.q.1.

Deci-

Source : BIU Cujas

De regu. decimarum Andr. Hiſpan.

21 Decimononò, cõdemnatus debitor decimarũ non appellat. doct. in ca. tua. 2. per illũ tex. in fi. ibi, appellatione remota compellas. e. tit. Fed. conſi. 81. laicus. in fi. Sed ego intelligerẽ poſſe eos appellare, ſed nõ recipiendam appellationẽ, donec ſoluerit. & ſic decimarum debitores eſſe compellendos non obſtante appellatione, vt probat ibi tex. compellas. & remouetur appellatio ante executionẽ, ut dr̃ in l. ab executione. C. quo app. non reci. & hoc ſeruatur in hoc regno, qñ a iudice ſeculari per modum ꝓuiſionis fieret in caſu priuilegiato condemnatio, diuerſum eſt in iudice eccleſiaſtico, cuius ſnīa non exequetur, niſi fuerit tertia conueniens, ut hr̃ in concor. titul. de priuol. ap. Vide doc. in d. c. tua. maximè Henr. Boh. & gl. in §. quotiens. c. fin. 2. q. 6. & quæ abundè ſcripſi in tract. de ſent. prouiſio. & in tract. de ſent. execu. in ordi. reg.

22 Vigeſimò, qui non ſoluit decimam non poteſt petere remiſſionẽ mercedis ꝓp ſterilitatem, quia ſua cauſa cenſetur uenuiſſe, eo ꝙ decimas non ſoluerat, alioqui contra. l. ſi merces. §. uis maior. ff. loca. c. propter illo tit. Hoc expreſsè docet Gemi. & Peruſ. in c. 1. in fi. de deci. in 6. Guido Papæ. d. q. 266. verum. dicens aduocatos in hoc debere eſſe cautos, ut hæc opponant his, qui remiſſionem petunt ob ſterilitatem. maximè in illis locis, in quibus non eſt ſterilitas frequens.

23 Vigeſimoprimò, licet a citatione procedendum ſit. l. 1. C. de execu. rei iudi. & plenè ſcripſi in tract. de liter. obli. art. 6. tñ in decimis procedere iudex poteſt per monitionẽ, & p̃ceptum. c. peruenit. de dec. & cõpellitur recuſans. c. ex parte. 2. ibi, cõpellas. ibid. & hoc expreſsè ſcribit Colle. in c. paſtoralis. in fi. eo. audiri tñ monitus debet, ſi opponat, ſed per modum prouiſionis compelletur, ſi iuſtam non allegauerit cauſam.

24 Vigeſimoſecundò, religioſi, & prædicatores tenentur in prædicationibus ſuis monere populum, ut decimas ſoluat, alioqui ſi retrahant illum a ſolutione decimarum, ſunt excommunicati, per tex. in cle. cupientes. de pœnis.

25 Vigeſimotertio, religioſi detinentes, uel decimas fraudantes, ſunt ſuſpenſi ab officiis. uel adminiſtrationib. ſi habeant. alioqui excõicati poſt curati requiſitionem clem. 1. de deci.

26 Vigeſimoquarto, his uerbis dicit And Hiſp. in regula pluri ma deci. ꝙ oẽs non ſoluentes ſunt filii ꝑditionis, non obſtante quacunq; conſuetudine, imo uerius uſurpatione, & uiolenta occupatione, ſunt in ſtatu damnationis, & eis participantes, conſilium, auxilium, conſenſum, & defenſionem, directè, uel indirectè, quod non ſoluentur decimæ, uel primitiæ ꝓbentes, ipſi omnes, & ſinguli ſunt fures, & latrones bonorum Dei, & ſanctorum deprædatores, & manifeſtè eccleſiæ Dei ſacrilegi, & excõicati, & ab omni oratione, indulgentia, miſſa, ſacrificiis, & beneficiis eccleſiæ ſegregati, & ſi ꝑ ſe, uel ſuos hæredes non ſatisfaciant ante mortem, & reſtituãt, eis non prodeſt ad ſalutem ſacr̃orum perceptio, aut ſacerdotis abſolutio, uel confeſſio, & cum Iuda proditore fiunt proditores, & fures theſauri Dei, qui eſt decima, ac infideles, & ingrati ſunt, & in inferno erunt perpetuò damnati. Hęc ille. vide, quot & quanta mala circumueniunt iſtos non præſtantes decimas.

27 Vigeſimoquintò, ſicut detinentes tributa multis puniunt pœnis, ut in ca. ſi tributum. 11. q. 1. & in ti. ſine cenſu, uel reliquiis. C. de ac. in rub. de anno. & tribu. li. 10. ſic & non ſoluentes decimas, quæ ſunt tributa egentium perſonarum. c. decimæ. 16. q. 1. & in c. tua. 2. de dec. gl. & doc. in c. ſciſcitaris. 7. q. 1.

28 Vltimò, legimus 1. Reg. c. 5. Philiſtæos fuiſſe a Deo multis, & uariis caſtigatos flagellis, & pœnis, maximè his, nã fructus agrorum ſuorum mures, & locuſtæ deuorarunt, quãdiu arcam dñi detinuerunt. ſic, & laici quandiu decimas Deo debitas, & eius miniſtris detinebunt, multis caſtigabuntur pœnis, & in miſeriis conſeneſcent, ꝙ ſi reſipiſcent, eas reſtituẽdo, vt Philiſtæi arcam, omnia mala ceſſabunt, & bona eis donabuntur plurima, adeo, vt diuites efficiantur.

29 Nam decimas vſurpare eſt dignum animaduerſione diuini iudicij. c. quamuis. de dec. & exponit ibi Hoſt. excõicatione dignus eſt, ſed ego ſic exponerem, laicum eſſe dignum animaduerſione diuini iudicii, i. ut puniatur diuino iudicio, i. a Deo, ut Philiſtęi. facit c. 2. de cõceſſi. pręb. ibi, & diuini plenum animaduerſione iudicij, & fortè ut malam habeant ſobolem, vel ꝙ ipſe detinẽs moriatur ſubitanea morte, ſeu occidatur, uel res eius igne cœleſti uel alio comburantur, uel alio diuino ſupplicio, quæ ſuperius ſcripſi. qui uero eas iuſtè ſoluerit, uita æterna donabitur a Deo, quam nobis concedere uelit Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Amen.

TRACTATVS

Qui vocatur, regula decimarum, perutilis omnium eccleſiarum Chriſti fidel. beneficiatis, compilatus in inſula maris Corſicæ, per in theologia magiſtrum Andream Hiſpanum ordinis ſancti Benedicti, Epiſcopum Aiacenſem, olim Ciuitaten.

SVMMARIVM.

1 *Solutio decimarum quid operetur.*
2 *Decimas non ſoluentes furari dicuntur, & in peccato mortali moriuntur.*
4 *Conſuetudo quæ eſt contra ius diuinum, aut canonica inſtituta non ualet.*

1 DEcimarum ſolutionem, & primitiarum, ac oblationum, quibus in temporalibus principaliter manu tenetur diuinus cultus, & eccleſiaſticus, augetur Chriſti Dei noſtri fides, & ipſe Deus Ieſus cognoſcitur, ueneratur, & honoratur, ac ſubuenitur pauperibus, 2 breuiſſime propter multas perſonas catholicas, † quæ decimas non ſoluunt, ac ueris dominis decimas ſoluere negligunt, aut non de omnibus iuſte acquiſitis laboribus, ſeu de his quę omni anno creſcunt, & renouantur, ſoluere renuunt, aut furantur, aut negant, aut contradicunt, propter quãdam peruerſam conſuetudinem, immo uerius abuſionem per q̃ ſoluere decimas, ſeu primitias eccleſiæ reſiſtunt, & reſtiterũt propter quandam conſuetudinem, ſiue propter rerum Dei, & bonorum ſpiritualium rapinam, furtum, & ſpoliationem, moriuntur in peccato mortali, ac deſcendunt in infernum uiuentes, & deputantur ardoribus ſempiternis, intendo in preſenti doctrina tractare, & docere propter ſimplices plebanos & rectores. ac presbyteros, quib. ex parte Dei Ieſu Chriſti noſtri paſtoris humilis, & pauper ego Aiacen. inſulæ Corſicæ ĩfortunatus epiſcopus Andreas Deſtabar Hiſpanus, ſupplico, quatenus diebus dominicis, & feſtiuis. & in plateis, ac locis publicis hanc decimarum doctrinam, & primitiarum, ac oblationum Chriſtianis quibuslibet debeant inſinuare, alta, & intelligibili uoce proclametur, ne excuſationem habẽt de peccato ſuo, & ne uos domini mei presbyteri continuo arguendo, obſecrando, increpando non ſoluentes decimas Deo rationem reddatis de tam maximo peccato furti, & rapinæ in die iudicij, quia licet nunc tale peccatum uon reputetur peccatum propter conſuetudinem peſtiferam eſſe magnum, tamen ſuperat crudelitatem omnium prædonum, ſe- 3 cundum Hieron. † Quia ut teſtatur Iſid. Hiſpa. peccata cum in conſuetudinem ueniunt, aut nulla, aut parua eſſe putantur, ſicut fit de præſenti in decimis, quæ non ſoluuntur: decimarum ergo primitiarum, & oblationum perſonæ eas non uolentes ſoluere, maxime in prouincia Italiæ, & inſulæ Corſicæ deteſtante, multas mihi interrogationes ſolebant facere. Quarũ prima fuit, an cõſuetudo illa, qua multi ex illis nũquam ſoluerunt decimas, oblationes, ſeu primitias, eos excuſat a peccato mortali, ita quòd nunquam teneantur reſtituere. Cui interrogationi reſpondendo, & ſemper me determinationi matris ſanctæ eccleſiæ, & domini noſtri Papæ Martini quinti ſubiacendo, & ſi quid demum a iure diuino, uel 4 canonico dixero reuocando, dixi, † & dico ꝙ conſuetudo, quæ eſt contra ius diuinum, aut præceptum, ſeu contra canonica inſtituta ſanctorum patrum non ualet, nec tenet, ut habetur de conſue. c. 1. & de arbi. c. contingit. & de ſentẽtia, & re iud. inſtituta, qualis eſt conſuetudo nõ ſoluendi decimas, ſeu primitias, ut poſtea probabitur, uel conſuetudo de non ſoluendo ueris dominis decimas de omnibus. quę creſcunt, ut ſunt boues, iumenta, & omnia alia animalia, grana, fructus, & etiam quæ omni anno renouantur, ut ſunt uineæ, oliueta, ſalinę & alia &c. Et ideo ponitur iſta concluſio prima.

SVMMARIVM.

1 *Decima eſt de iure naturali & diuino.*
2 *Conſuetudo de non obſeruando decem præcepta, uel de non accipiendo baptiſmum, uel euchariſtiam non liberat aliquem a peccato.*
3 *Decima ſolum ad uiros eccleſiaſticos pertinet.*
4 *Conſuetudo non ſoluendi decimam præſcribi non poteſt.*

5 *Conſuetudo*

Source : BIU Cujas

5 *Consuetudo non soluendi decimam quomodo contra ius naturale sit, & ibi quod labor præmium spectat.*
6 *Consuetudo non soluendi decimas quomodo contra ius diuinum sit.*
7 *Consuetudo non excusat a peccato, nec potest præscribere contra res spirituales.*
8 *Decima quotuplici iure sit debita, & decima quare detur.*
9 *Deus producit fenum iumentis, & herbam seruitijs hominum, & panem de terra producit.*
10 *Deo debemus id quod nobis dedit. ubi, quòd consuetudo a solutione decimarum non excusat.*
11 *Consuetudo non soluendi decimas est contra. l. apostolicam.*
12 *Præscriptio non currit in decimis a laicis possessis, uide infra nume. 14. & quod decimas non soluentes sunt excommunicati.*
13 *Consuetudo nulla ualet, quòd non soluantur decimę, aut minus plene, nec ualet compositio, uel pactio de non soluendo decimas, uel minus plene. & ibi, quòd Papa contra diuinum preceptum non dispensat.*
14 *Parochia contra parochiam, & non laicus, decimas prescribit.*
15 *Decimę prediales ex præcepto Dei debentur.*
16 *Decimas dare tenentur tam laici, quàm clerici de proprijs patrimonijs uiuentes.*
17 *Participantes consilium, auxilium, consensum, & defensionem præstantes quòd decimæ non soluantur, sunt in statu damnationis æternæ.*
18 *Morientes in peccato mortali non sunt in cimiterio sepeliendi.*
19 *Præceptum morale neminem excusat.*

1 Decima est iure naturali, & diuino cō mēdanda, & sicut præcepta moralia cuilibet homini in pręcepto tradita,
2 patet conclusio. Nam sicut patebit in sequentibus, † sicut. n. cōsuetudo de non seruando decem præcepta Dei, quæ sunt moralia, uel de non accipiendo baptismum, uel eucharistiā, seu aliquod aliud sacramentum non liberat aliquem a peccato mortali, nec ab inferno secundum. l. communem, sic cō suetudo sola de non soluendo decimam, uel primitias, non excusat aliquem fidelem qui tenetur decimas soluere a tali crimine, nec tenet talis consuetudo in uero iudicio, nec secundum Deum est bona, nec ualida, seu approbata, nec per ecclesiam, quæ regitur Spiritu sancto, esse potuit, uel pōt totaliter, uel partialiter in perpetuum esse confirmata, seu con cessa, saltem quo ad ius percipiendi decimas, seu ipsas soluē-
3 di alicui laico †cum ad uiros ecclesiasticos solum pertineāt, ut patet. 10. q. 3. c. cum in tua. Item hæc consuetudo, quæ impedit solutionem decimarum præiudicat iuri communi, ac rationi, ac sanctorum patrum determinationi, & est in se irra tionabilis contraria iuri naturali, & diuino, & iuri positiuo,
4 ergo non est tenenda, †nec potest præscribere contra ecclesiam, ut patet. 8. di. per totum, & extra de consuetu. ca. ulti. & c. ex literis. patet consequentia, & antecedens probatur, quia præiudicat iuri communi, ut patet in multis locis decretorum, ac decretalium. 16. q. 1. per totum, & extra de deci. ꝑ totum. 32. di. præter hæc, & extra de paroch. c. ult. & ēt est in se irrationabilis dupliciter, quia contraria est iuri naturali, ꝙ fundatur super rōnem, & ēt iuri diuino, ꝙ fundatur sup spiri
5 tualitatem & uirtutem. †Primo contraria est iuri naturali, ꝙ a naturalis ratio dictat, ut quicunque salutē populi ministrat, & procurat debet ad uitam necessaria habere. Quis. n. ꝓpriis stipendiis militat, dicit apostolus. 1. ad Corin. 9. c. labor. n. pręmium spectat, dicit philosophus, & nullus uirtutem cōplecti tur, præmia si tollas, dicit Iuuenalis, & bonorū operum glorioſus est fructus, dicit sapiens. alter ergo alterius onera por
6 tare debemus ſm Apoſt. †consuetudo etiam hęc non soluēdi decimas est contraria iuri diuino. unde dñs Leui. c. ult. p̄cipit, dicens, oēs decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur oues, & boues, & capræ, quæ sub uirga pastoris transeunt, quicquid decimum uenerit sanctificabitur dño, & nō eligetur bonum, nec malū, nec altero commutabitur. Hæc ergo facientes scienter con
7 tra ius diuinum peccant mortaliter, †a quo peccato non p̄t excusare de lege cōi aliqua consuetudo, ergo hæc consuetu do non soluendi decimam nullatenus est in Dei lege sustinē da. Item nulla consuetudo potest præscribere contra res spirituales, uel connexas spiritualibus, aliàs iamdiu usura, & symonia præscripsissent contra euangelium, & cōtra ecclesiastica beneficia, & contra sacramenta. quia diu & per magna tempora regnauerunt in pleb. Christicola, sed decima est res spiritualis sanctificata domino, uel res annexa spiritualibus Deo consecrata, ut patet per omnes doct. ergo contra decimam non debet, nec potest aliqua sustineri consuetudo. Et
8 ꝙ illa conclusio sit uera. Patet per omnes doc. sanctos, † qui dicunt ꝙ duplici iure debentur decimæ ecclesiis, primo intuitu diuini obsequij in eis pręstiti, ut notatur. 12. q. 1. si ergo & di. 16. q. 1 consequenti, & extra de deci. nemini, unde decima maxime danda est, & datur propter sacramenta, & maxime primitia, ut dicit tex. c. tua. de deci. iuri. n. cōi, & diuino est consonum, ut honoret Deum, & ecclesiam per solutionē decimarum, qui ab ecclesia recipit salutare sacr̄m. Secundo decimæ debentur ecclesiæ in signum uniuersalis dominij, cu ius dominij causa Deus uoluit sibi decimam reseruari eccle
9 siis profuturam. †Ipse. n. producit fenum iumentis, & herbā seruitiis hoīum, ut dicit propheta, & 13. q. 1. iō canonica, & Matth. 23. c. vę uobis qui decimatis. ipse producit panem de terra, & uinum, ut lętificet cor hominis. Ipse dat ligna cāpi, & cedros libani, ipse plantauit, ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius ornauerunt. Ipsius est terra, & ple-
10 nitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in ea. †Debemus ergo Deo de illo, ꝙ dedit nobis ſm Aug. consilium, quia ipse dignatus est a nobis decimam recipere, qui cuncta ad uitam nostram necessaria nobis dignatus est dare, ut patet. 16. q. 1. & iō ꝓꝓ beneficiorum Dei recognitionem, & gratiarum actionem tenemur decimas dare, nec potest nos aliqua con suetudo a solutione decimarum excusare, ut no. in c. reuerti mini. 16. q. 1. & extra de dec. tua nobis. quia ergo rōne uniuer salis dominii dantur hæ decimæ ecclesiis, ideo multi sunt be neficiati, & religiosi Dei ecclesiæ ministri, non hñtes aīarum curam, nec dantes sacr̄a, qui percipiunt decimas. Patet ergo ex istis, ꝙ hæc consuetudo detestanda est, & per reformatio mationē ecclesiæ omnimode tollēda est, ēt est cōtraria hęc consuetudo iuri, & legi euangelicæ, qua Christus mandauit suis apostolis Matth. 10. c. qui uerba Dei prædicabant, & salutem populi procurabāt, ut faciunt uiri ecclesiastici, dicēs, in quamcunque domum intraueritis ibi manete, dignus est enim operarius mercede sua, & dignum est etiam, ut de decem partibus ꝓꝓ eius sustentationem unam partem habet ꝙ cum suis orationibus, sacr̄is, & prædicationibus nouē aliàs partes a Deo Christo Iesu in pane & uino, fructibus, & iumētis, & ēt bestiis, & aliis rebus ad uitam necessaria procurat. Confundantur ergo & reuereantur non soluentes decimam
11 per consuetudinem præmissam †est ēt ista consuetudo abho minabilis, & contra legē apostō. quę dicit, si uobis spiritualia seminamus &c. Nō soluentes, ergo decimam de rebus, quæ crescunt, & renouantur omni anno, aut acquiruntur labore, lucro, arte, uel negotio, seu commercio, aut negantes, uel abscondentes, seu furantes, uel occupantes iniuste, & eis cōsen tientes peccant mortaliter, & sunt fures, & latrones, quia cō tractāt rem alienam inuito domino suo, qui est dominus no ster Iesus Christus, non obstante quacunque consuetudine, quia cum sit decima res spiritualibus annexa, nulla pōt tueri,
12 uel defendi, ꝙ non soluatur consuetudine antiqua, †quia nō currit præscriptio in decimis a laicis possessis, ut no. in c. cām. quæ. in ti. de præscr. & etiam quia excōicatio non fertur, nisi pro peccato mortali. Ideo omnes tales decimas non soluen tes sunt excōicati, ut dictum est, & etiam infra probabitur, & non possunt absolui, nec communicari nisi primo restituāt, uel dent cautionem de restituendo, uel ipsis per ecclesiam lo co eleemosinę uelut pauperibus debitum decimarum nō so lutarum remittatur. Et hoc principaliter de manifestis deten toribus decimarum, & primitiarum, qui sæpius requisiti nō uolunt soluere, allegantes eorum permissam consuetudinē,
13 †unde Inno. in glo. c. super. de decimis. dicit ꝙ in eo ꝙ nō sol uentur decimæ, aut minus plene soluentur, nulla cōsuetudo ualet, & alle. c. quicunque. 16. q. 7. & dicit, ꝙ ēt, nec cōpositio, uel pactum circa hęc per ecclesiā iuste fieri pōt cum aliqua persona, ꝙ non teneatur decimas soluere, ꝙ minus soluāt q̄ decimam, quia dare decimam. s. de decem partibus unā partem dare, ecclesiæ est præceptum diuinum contra ꝙ non pōt Papa dispensare. Et allegat decretalem extra de consec. eccl. super. c. uenerabilis. & idem uidetur dicere. ca. causam. extra de præscr. ubi dr̄ ꝙ laici decimas præscribere non p̄nt. Etiam dixit Inn. ibidem, ꝙ non possunt se aliqua consuetudine tue
14 ri quo minus non satisfaciant, †licet enim parochia cōtra pa rochiam pręscribat in decimis consuetudine. ut c. de quarta. extra de pręscri. nunquam tamen ex sola cōsuetudine aliqua persona singularis contra ecclesiam in decimis potest p̄scribere, nisi forsan ad tempus fuerit priuilegiata, priuilegio dun taxat domini Papæ, imo tanto est in maiori peccato morta-li, quanto fuerit negligentior in soluendo, & hoc etiam cor
15 roborat Host. in tit. de deci. †ubi dicit, ꝙ decimę, maxime p̄diales, ex præcepto Dei debentur, & contra illas, nec in toto, nec in parte diminutionem aliquam facere potest consuetu do, ergo sola consuetudo non liberat debitores decimarū, non liberat ēt, ubi non soluūt hoīes, nisi uigesimam, uel quin tam decimam, aut duodecimam, uel undecimam, uel cente simam, uel aliam partem minorem decima parte, quæ est, ꝙ de decem partibus soluatur una pars. Ideo hęc consuetudo cum sit cōtraria legi naturę & diuinę omnimodo est tollen-da, & reformanda, & ad statum pristinum reducenda secun-dum sanctorum patrum decreta, & sancta concilia in decre-
16 tis, & decretalibus determinata. †Ex quibus correlarie dedu co, ꝙ reges, principes & nobiles, rustici, & ciues, & vtriusque

sexus

Source : BIU Cujas

ſexus perſonæ ſeculares, uel eccleſiaſtici, qui de proprijs rebus, ſeu patrimonijs viuunt, tenentur dare decimas. Et tñ nũ quam eas ſoluunt de conſuetudine ſuis ordinarijs, uel præſbiteris, aut perſonis eccleſiaſticis, aut, ſi eas ſoluunt, non ſoluunt veri nominis decimas. ſ. de decem partibus, uel rebus vnam partem, uel rem, ſed ſolum pro decima centeſimã, ſeu trigeſimam, uel uigeſimam, aut aliam minorem partem de rebus, quę oĩ anno creſcunt, & renouantur, vt puta ſeminum, liquorum, fructuum, beſtiarum, aut aliarum rerum, quæ acquiruntur de lucro, ſeu negotio, aut labore humano, ut mandat diuina, & canonica ſcriptura. † Oẽs tales ſunt filij perdi
17 tionis, non obſtante quacunque conſuetudine, immo verius uſurpatione, & uiolentia, occupatione, & ſunt in ſtatu damnationis eternæ, & eis participantes conſilium, auxilium, cõſenſum, & defenſionem directe, uel indirecte, ꝙ non ſoluantur decimæ, uel præmitiæ præbentes, ipſi oẽs ſinguli ſunt fures, & latrones bonorum Dei, & ſanctorum deprædatores, quia manifeſti eccleſiæ Dei, & ſacrilegi ſunt, & excõicati, & ab oĩ oꝛone, & indulgentia, miſſa, ſacrificiis, & beneficijs eccleſiæ, ſegragati, & ſi per ſe, uel ſuos hæredes non ſatisfaciant ante mortem, & reſtituant, eis non prodeſt ad ſalutem ſacrorum perceptio, aut ſacerdotis abſolutio, uel confeſſio, & cũ Iuda proditore fiunt proditores, & fures theſauri Dei quæ eſt decima: hinc infideles, & ingrati ſunt, & in inferno erunt
18 perpetue damnati, † & quia moriuntur in peccato mortali. ſ. in peccato rapinæ, & ſpoliationis, ac detentionis decimarũ & præmitiarum notorie obſtinati, iõ in cimiterio non ſunt ſepeliendi. Nec orationes, aut oblationes pro eis debent fieri. & hoc principaliter de manifeſtis occupatoribus decimarum, & præmitiarum, qui tenebantur ſoluere, & nunquã ſoluere curauerunt, quamquàm fuiſſent per ſuos ſacerdotes, uel ſuos ordinarios requiſiti, moniti. Alios aũt nõ requiſitos, non audeo a pctõ excuſare, cũ ad ſolutionẽ decimarũ, teneã
19 tur, & obligent diuina lege, cũ ſit p̃ceptũ morale, † ꝙ neminẽ excuſat, ut poſtea dicet nõ obſtãte quacũq; obſtinatione, cõſuetudine, diſſimulatione, & taciturnitate, aut tpis duratiõe, q̃ cõtra moralia p̃cepta nõ poſſunt p̃ſcribere decurẽti lege.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium incurrit accipiens decimas Deo deputatas, & ſacrilegus quis dicetur.*
2 *Sacrilegus & detentor decimarũ excõicatus maiori excõunicatine.*
3 *Decimas non ſoluentes ſunt fures Dei & ſanctorum. namdecimæ ſunt tributa animarum egentium.*
4 *Decimæ quia non ſolunntur veniunt ſterilitates, cariſtiæ, & mortalitates.*
5 *Decimas dare nolentes res alienas inuadũt, & ad reſtitutionẽ tenentur.*
6 *Conſuetudo non ſoluendi decimas perſonales an excuſet. ubi, quod decimã ſoluere quis compellitur per excommunicationes, & per interdicta.*
7 *Decimæ quod ſoluantur, in officijs in diebus feſtiuis debet prædicari.*
8 *Decimarum detentores eccleſiaſtica debent carere ſepultura.*

Etiam ſecundo interrogaſti me, qualiter iſti detentores decimarum & præmitiarum ſunt fures & latrones ſacr legi, & depredatores manifeſti Dei & ſanctorum & totius eccleſiæ inimici, & inuaſores. Reſpondeo tibi, ꝙ non ſolum ipſi, ſed fautores, auxiliatores, & cõſentientes eis,
1 quia pari pœna puniẽtur, & grauiſſime peccant, † primo pec cato ſacrilegij, quia retinent, & recipiunt decimas, & præmitias quæ ſunt deputatæ a Deo, & ab eccleſia pro miniſtris eccleſiæ, ſicut teſtatur ſanctus Tho. 2. ſecunde arti. 3 ubi dicit Sacrilegii crimen incurrunt quicunq; ea quæ ſunt ordinata ad ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia accipit, & 16. q. 4. ſicut quiſquis, vbi dr̃, ꝙ quæ per furtum, & per uim aufert poſita in eccleſia ſacrilegus iudicatur. Ex his dictis patet, ꝙ non ſoluentes decimas, ſeu oblationes, uel detinentes bona eccleſiæ, uel furantes, ſeu negantes decimas, ſeu per violentiam, uel p uim, ſeu p rapinam recipientes, aut occupantes, ſunt ſacrilegi. Sed quia oĩs ſacrile-
4 gus eſt ipſo iure excõicatus, patet ẽt ꝙ iſti detentores decimarũ ſunt excõicati. Et ꝙ ſacrilegus ſit excõicatus patet. 11. q. 3. c. canonica. & 17. q. 3. c. oẽs eccleſiæ, & hęc excõicatio eſt maior quæ ſeparat a ſacr̃is, & ab ingreſſu eccleſiæ, & ſepultura eccleſiaſtica, & fidelium cõione, ut patet. 3. q. 4. c. ego itidem. vnde ꝙ oẽs tales ſunt excõicati maiori excõicatione, dr̃ in ti. de re. eccle. non alie. c. hoc conſultiſſimo. lib. 6. ubi dr̃ ꝙ oẽs illi qui capiunt decimas eccleſiæ, & res eccleſiarũ ſunt
3 excõicati ipſo iure maiori excõicatione. † Item, ꝙ tales deci mas non ſoluẽtes ſunt fures, & latrones, & depredatores manifeſti Dei & ſanctorum & totius eccleſiæ, patet. 7. q. 1. c. quã quam. & 16. q. 1. c. decimæ. quia rapiunt, ac detinent, & recipiunt tributa animarum egentium quæ ſunt decimæ, ꝓprie, vñ decimæ ex decimo ſdebito requirunt̃, & nõ ſunt de conſilio eccleſiæ, imo de præcepto, ut dicetur poſtea, & non dant̃ a populo iura eccleſiaſtica, ut elemoſina, ſed potius, ut debitum, & oblatio tributoria, ut ſit cibus in domo dñi pro miniſtris ſacerdotibus Dei, & gl. decreti dicit ſup. c. maior. 16. q.
4 7. ubi conſentire vr̃ Augu. † ꝙ iõ his tpibus ſunt ſæpius maris, & terræ ſterilitates, & uictualium cariſtiæ, & mortalitates ac fames, quia decimas Deo non ſoluunt Chriſti fideles, uñ ipſe dicit, maiores nr̃i, iõ oĩbus abundabant, quia decimas Deo dabant, & cenſum reddebant. Modo aũt quia diſceſſit deuotio fidei, accreſcit iudicium fiſci, id eſt extorſio facta p fiſcum. Et tollit fiſcus ꝙ non habet Chriſtus, ẽt gl. decreti di-
5 cit, ꝙ qui dare decimas nolunt, res alienas inuadunt, & tenẽtur ad reſtõnem, nec pñt abſolui, niſi primo reſtituerint. Ex quib. oſtendit, ꝙ nõ dantes decimas ueri nominis de reb. oĩbus, quæ renouantur, uel naſcunt de uineis, caſtaneis, de fructibus, de hortis, de oliuetis, de ſale, de lana, de rebus alijs minutis, illa conſuetudo non excuſat, ut dicit Ber. ſuper. c. in aliquibus, ur̃. ergo ꝙ ſi in Italia, uel Corſica, uel aliqua alia patria unus dñs, uel aliquis nobilis, uel ruſticus, aut clericus, ſeu monachus, uel hæremita laicus non ſoluit unquam decimã, uel præmitiam, cum ſola conſuetudo eũ, uel eos nõ excuſat̃, qa non obſtante conſuetudine, eccleſia q̃ regitur Spiritu ſancto decimas tam prædiales, q̃ perſonales precipit integre ſol
6 ui, † niſi in ꝓſonalib. ubi conſuetudo exceſſaret de cõſenſu ec cleſiæ ad tp̃s certũ, & tñ ẽt non excuſat, niſi primo, & ſæpius petat illas perſonales decimas ſibi remitti ab eccleſia amore dei, & ut dicit Inn. imo conformãdo me iuri diuino, ac canonico, dico, ꝙ quãdocunq; ꝓſona alicuius p̃ię tenetur dare decimas, & ſi canonice monita noluerit decimas, ſeu prę mitias, ut dictum eſt, ſoluere, compellenda eſt p cenſuram eccleſiaſticam, & per excõicationes, & per interdicta dictorum locorum, eccleſiarum, ac ꝓſonarũ quouſq; ſoluat ſicut dẽt ut ponitur in decretali extra de de. c. tua nobis. & c. Cum
7 non ſit, † & in oĩbus feſtiuis in ſingulis eccleſiis dioceſ. tam in publicis ſermonibus q̃ in miſſis, & officijs, tam ꝓ fr̃es mendicantes, q̃ p monachos, & regulares quoſcunque, & ẽt per ſacerdotes ſeculares, & clericos, dẽr, ut mandat Papa Boni. lib. 6. prædicari decimas, denunciari excõicatos ipſo facto p ſedem Apoſto notorios detentores decimarum, & præmitiarum, & ulterius contra ipſos procedi inuocando ẽt auxilium brachii ſecularis, debent prælati ad maiores penas formidabiles, etiam per captionem rerum, ac perſonarum, ſi opus fuerit, ſicut contra rebelles tirranos prædones fures, & ſacrilegos, & fidei catholicæ, & legis diuinæ hoſtes, & contrarios, ut quos Dei timor a malo non reuocat, ſeueritas, coer-
8 ceat diſciplinæ, dum viuunt in hac uita. † Sed cum finis uitę aduenerit, ẽt hi detentores decimarum carere debent eccleſiaſtica ſepultura, nec debet pro eis fieri aliqua nr̃o, ſeu miſſa celebrari, ut no. in ti. de deci. c. ꝓhibemus. in fi. ex dictis ergo p3, ꝙ hæc peſſima cõſuetudo nõ ſoluẽdi decĩas ꝓſonales, uel p̃diales eſt per ſacrũ conciliũ, & per Papam tollenda, & penitus extinguẽda. Et hæc de ſecũdo ĩterrogatorio, ſeu articulo.

SVMMARIVM.

1 *Decima perſonalis debet dari de iuſte acquiſitis.*
2 *Et quid de prædiali.*
3 *Decima perſonalis quare de meretricio ſolui non debet, aut de hiſtrionatu.*
4 *Decimam eccleſia non accipit de iniuſte acquiſitis.*

1 Tertiò quęrebatur † a me, quid ſit iſta decima, quã dominus iubet dari. & ego dixi ꝙ hæc decima eſt omnium bonorũ iuſte acquiſitorum ſiue in prædialibus ſiue in perſonalibus talis pars ſ. de decem partibus una pars debita. ut ponitur in c. de decimis, & dr̃ in diffinitione oĩm bonorũ iuſte acquiſitorum detur decima, quia ut dicit Hoſtienſis ſuper c. ex tranſmiſſis. de omni lucro iuſte acquiſito debet dari decima perſonalis. Prę
2 dialis † aũt dari debet non ſolum a iuſto, ſed ẽt a uiolento & p̃done poſſeſſore, ẽt a iudeo, & ſarraceno, & hæretico, ẽt ſi ſeminet ex ſemine furtiuo, quia non datur rõne furti, ſ. rõe prę
5 dij. Sed imperſonalibus aliter eſt, quia ſicut elemoſina nõ dẽt fieri de illicite acquiſitis. Ita nec decima perſonalis debet ſolui de meretricio, nec de hiſtrionatu, licet in ipſos trãſfera. tur dñiũ, ne eccleſia uideatur approbare crimina ipſa, uel ẽt ubi non transferatur dñiũ rei, quia de iniuſte acquiſitis eccle
4 ſia dei non recipit decimã, ut in furto, uiolentia, & rapina, in ſimonia, in uſura aliis iniuſtis, in ludo taxillorum, in ſentẽtia iniqua, iu ſcriptura falſa, de bello & guerra ĩiuſta, de oppreſſione pauperum, & captione & ſpoliatione rerum ipſorum.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſolutio, primitiæ, & oblatio in præceptis mortalib. includuntur.*
2 *Præcepta moralia non implens mortaliter peccat.*
3 *Decimas ſoluere quo iure obligamur, & ſimiliter prænitias & oblatiões.*
4 *Decima debetur ex præcepto eccleſiæ.*
5 *Papa contra ius diuinum non diſpenſat, nec contra id ualet conſuetudo.*

Quartò fui interrogatus, qualiter ẽ p̃ceptũ a Deo, ꝙ dẽmus decĩas ſoluere & primitias,
1 uidẽ cet oblationes, uel ubi reponiť hoc, † & ego ĩndi ꝙ ſecundum

Source : BIU Cujas

ſecundum doc. theologos, & iuriſtas, ſolutio decimarū eſt
p̄ceptum morale, & in p̄ceptis moralib. includitur, & ſic eſt
de primitiis, & oblationib. qđ ꝓbatur, qa in primo præcepto
quo dr, dñm Deū tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies. Includunt
hoc tria, ſ. decima, primitia, & oblatio. Quia adoratio eſt cul
tus latriæ, cultus aūt latriæ eſſe non ꝑt ſine Dei ſeruitio, ac re
cognitione, & qa per illa tria Deum recognoſcimus, & ſibi
ſoli ſeruimus, iō illa tria in primo p̄cepto, qđ ē morale inclu
dunt, ſunt ergo illa tria de eſſentia p̄cepti moralis. Itē in pri-
mo p̄cepto ſcđæ tabulę, quo dr, honora pr̄em tuū, includunt
illa tria. honoramus Deū de nr̄a ſubſtantia p oblationes, per
2 decimas, & p primitias, † ergo tenemur ad illa tria ex quo sūt
p̄cepta moralia, & ꝓ loco, ac tpe ea non adimplendo, ſed p̄-
termittendo peccamus moraliter, & ſi q̄ras qualiter ad ipſa
3 obligamur, † rñdeo, ꝙ obligamur ad ipſa, ut dictū eſt iure na-
turæ, iure ſcripturæ diuinæ, iure legis euāgelicæ, & auctorita
te eccleſiæ catholicę, q̄ Spū ſancto regitur ordinatiſſime. &
primo tenemur iure naturæ, qa cōſonū eſt ſuæ rōni, ac rōne,
ut dignus ſit mercenarius, uel operarius ſua mercede, & ꝙ ſe-
minantes ſpūalia dēnt metere carnalia ſm apoſtolū, ut ſit rō
dati & accepti ſm philoſophū, & bonorū laborū glorioſus ē
fructus, ut dictū eſt: tenentur ēt Chr̄iani ad illa tria iure ſcri-
pto. Primo q̄tū ad oblationes, qa ſcriptū eſt exodi. 22. Nō ap
parebis in cōſpectu meo vacuus. Scđo q̄tū ad primitias, quia
ſcriptū eſt exodi. 10. Loquere filiis Iſrael ut tollāt mihi primi
tias, ab oī hoīe qui offert vltroneus accipiēs eas, & 22. ca. dr
decimas ſuas, ac primitias nō tardabis offerre, primo genitū
filiorū tuorū dabis mihi, & de bobus & ouib. ſiḿ facietis. Et
in leuitico ſcribitur. Cū meſſueritis ſegetē offeretis manipu
los ſpicarū primitiarū ueſtræ meſſis ad ſacerdotē, q̄ leuabit
faſciculū corā dño, ut acceptabilis ſit p̄ uobis. Tertio q̄tū ad
decimas obligātur, qa Deus dixit, & p̄cepit Mala. 3. c. Inferte
oēm decimationē in horreū meū, ut ſit cibus in domo dñi.
Iure legis euāgelicę tenent ad iſta tria, & prīo q̄tū ad oblatio
nē, apparet exēplū Xp̄i, p̄ quo Maria uirgo obtulit in templo
turturas, & duos pullos colūbarū, & ſic ēt eſt de decimis, &
primitiis, quas Chr̄s p̄cepit dari dicēs, reddite q̄ ſunt Cæſaris
Cæſari, & q̄ ſunt Dei Deo, & hoc ītelligit Chr̄s tā de decimis
4 p̄ſonalib. q̄ p̄dialib. † Sed ꝙ teneantur ēt Chr̄iani reddere de-
cimas ipſas ex p̄cepto eccleſiæ, q̄ Spū ſcto regitur ordinatiſſi
me, ita de p̄dictis, ſicut de aīalib. ſicut ēt de laboribus. lucro, &
arte acq̄ſitis, patet. di. 17. c. 2. & 3. & in decretalib extra de de-
cimis. ex qb. oīb. oñdit, ꝙ ſoluere decimas p̄ſonales & p̄dia-
les primitias, & oblationes ſit præceptum morale, & ſi non
fiant, obligat ad peccatum mortale, & non poteſt ipſum ali-
qua conſuetudo excuſare, quantumcunque ſit diuturna, cū
5 ſit de iure diuino, contra quod nec aliqua conſuetudo, † nec
ipſe Papa poteſt diſpenſare ſimpliciter & perpetuò, ut alleg.
Innoc. c. uenerabilis. de confirmatione utili.

SVMMARIVM.

1 *Decimę, primitiæ, & oblationes, quādo & qualiter fuerūt a Deo inſtitutæ.*
2 *Homines in principio mundi per oblationes, & ſacrificia ſaluabantur.*
3 *Deus præcipit dari leuiticis decimas ſub pœna peccati mortalis.*

1 **Quintò quærebatur** † A me qñ & qualiter fuerunt a dño Deo il
la tria, ſ. oblationes, primitiæ, & decimæ īſtituta, rñdi, ꝙ obla
tiones erant priusq̄ decimæ, & primitiæ, antequā decimæ, in
2 mundi. n. principio, in l. naturæ ſaluabantur hoīes † ſolum p
oblationes, & ſacrificia, ut dicit magiſter ſn̄tarū in quarto li-
bro. ſicut patet de Cayn, & Abel, qui offerebāt dño manipu-
los meſſiū, & primogenita ouiū. creſcente cultu Dei, p̄cepit
Deus primitias dari miniſtris domus ſuæ, q̄ ſunt ꝓprie ſacri
ficia offerētes. vñ ſacerdotes ſacra dātes, uel ſacrificia offerē-
tes dr̄, oblationes nō tollendo, ſed primitias addēdo, poſtea
uero magis, ac magis cultu Dei triumphanter creſcente pp
multitudinē miniſtrorū eccleſię, addidit illis duab. decimas,
& reſeruauit ſibi decimā partē rerū oīum q̄ creſcunt, & reno
3 uantur, ac acquiruntur oī anno, † quas præcepit dare ſuis le-
uitis, & miniſtris in eccleſia ſub pœna peccati mortalis.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes quę fiunt de pane, candelis, de pecuniis, ſunt uoluntariæ, & quandocunque offerri poſſunt.*
2 *Parochiani in ſex caſibus cogi ad offerendum poſſunt.*
3 *Oblationes non ſoluentes ſacrilegi ſunt.*
4 *Dioceſis iudicatur eccleſia parochialis epiſcopi.*

Sextò fui Interrogatus qualiter obligant fideles Chri
ſtiani dare oblationes, cum ſint uoluntarię.
1 † Dixi, ac dico ꝙ licet ipſę oblationes, q̄ nunc fiunt de pane,
& candelis, aut de pecuniis, & reb. cæteris ſint uoluntariè, &
voluntariè poſſint hoīes ipſas offerre quocunq; dierū, qa ſcri
2 ptū eſt Exo. 25. † ab oī hoīe qui offert oblationes vltronei re
cipietis eas, tñ in certis caſib. obligantur parochiani, & p̄nt
compelli p̄ cenſurā eccl. & excōicationē ad eas offerendā
ep̄o, uel præsbytero in eccleſia, ut dicit Hoſt. in ſum. ſup ti. de
paroch. Primus caſus eſt, ſi q̄s dimiſit in teſtō ꝙ fierent obla-
3 tiones p̄ ipſo, † qa oblationes tales mortuorū ſunt neceſſario
ſoluendę, adeo ꝙ qui nō ſoluūt ſacrilegi iudicantur, ut poni-
tur. 12. q. 2. c. nulli abſtuleris. Scđs caſus eſt, cū dimiſit defun-
ctus poſſeſſionē aliquā q̄ oī anno dēt dare cenſum, vel certas
oblationes eccleſiæ pro aīa ſua. Tertius caſus eſt, ſi p̄sbyter
qui ſeruit eccleſię non hēt vñ viuat, uel vñ ſuſtentetur, tūc cō
pelli p̄ñt ad offerendū parochiani p̄ ep̄m, cuius offiū eſt in ta
lib. implorandū, imò ſi ſacerdos pauper eſt, pōt ipſis ſubtrahe
re diuina officia, qa nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare. ex
tra de ſi. c. cum non ſit. & c. ad apoſtolicā. Quartus caſus eſt, ſi
fuerit conſuetū in illa eccle. dieb. dñicis, uel feſtiuis, aut aliis
dieb. ꝙ parochiani offerant, qa oblationes quotidianæ neceſ
ſario ſoluendę ſunt, & qui nō ſoluunt dñt excōicari. de cōſe.
di. j. oīs Chriſtianus, & 16. q. 1. ſtatuimus. Quintus caſus eſt, p̄p
præceptū eccleſiæ. tenētur. n. offerre parochiani in præcipuis
feſtiuitatib. ſ. Natalis dñi, Pentecoſtes, & Paſchæ, & in dedica
tionib. eccleſiarū, & in feſtis p̄ſonorū, & ſunt cōpellēdi offer
re tunc illis dieb. maxime, cū ſit gñalis ꝙſuetudo ubiq; terra-
rū, ut p̄cipitur. de conſe. di. 1. c. ſi quis. & hæ oblationes ſunt
ep̄i. ac ordinarij, qñ ipſe celebrat in aliqua eccleſia ſuæ dioc.
vel facit corā ſe celebrare, ꝙ probatur per c. primum. de ra-
4 ptorib. † qa ſua tota dioceſis reputatur ſua eccl. parochialis,
qa ipſa hēt curā de oīb. ſuis parochianis, & p̄sbyteris, & ꝙ
nō pōt per ſe facere in tota dioceſi hoc ipſe agit p̄ ſacerdotes
curatos, & nō curatos immediate, ut ponit extra de paroch.
c. ſuper eo. & ſi ep̄s nō eſt p̄ñs dandæ ſunt oblationes p̄sby-
teris duntaxat de iure cōi, qa ipſi dant ſacr̄a, & corpus Chr̄i
offerunt, & oblationes Deo repreſentant, & pro populo ex
ſuo offō tenentur orare, ut patet. 10. q. 1. qa ſacerdos. & c. hñt
hāc conſuetudinē, & 16. q. 1. doctos. Ex iſtis ergo cōcludit-ur,
qualiter, & quando oblationes neceſſariò tenentur dare Chri
ſti fideles clericis, p̄sbyteris, & epiſcopis.

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ quando, qualiter, & a quibus ſint dandæ.*
2 *Primitia quid ſit.*
3 *Conſuetudo præſcripta an excuſare poſſit a ſolutione decimarū perſonaliū.*
4 *Conſuetudo a peccato non excuſat.*
5 *Obſtinatio & deſtinatio ſunt peccata in Spiritum ſanctum.*
6 *Peccatum conſummatum mortem generat.*

Septimò fui Interrogatus, qñ & qualiter, & a qbus
primitiæ dēnt dari, & ego inhærēdo
1 dictis ſanctorū, dixi † ꝙ primitiæ dēnt dari, qa ſunt de p̄cep-
to Dei. Nam dñs p̄cepit Exo. 22. dicēs. primitias terrę fru
2 gum deferes in domū Dei tui, † vñ primitia eſt p̄ima pars fru
gum Deo offerenda, & ſtatim debēt dari, ut extra de deci. c.
nuncios. & c. ex parte. alia uerò dr̄ decima perſonalis, q̄ daf,
uel dēt dari de piſcationib. de uenationib. de pēſionib. đ mo
lendinis, de balneis, de negotiis, de artificiis, de aduocationi
bus, de collecta ſcholariū, de mercede mercenariorū, de mi
litia militū, ut patet. 16. q. 1. decimę, & q. 7. quicunq;, & dixi,
ac dico, ꝙ nō obſtā. quorundā theologorū opi. qui dñt ꝙ p̄-
3 diales decimę ſunt ex diuino mādato, ut leui. ulti. c. † ſed per
ſonales ſunt ex cōſtōne eccleſię & ꝙ in ſolutione decimarū
p̄ſonaliū pōt excuſare cōſuetudo p̄ſcripta, q̄ iuri derogat
poſitiuo, ut patet de cōſue. c. ex lr̄is extra de arb. c. dilectus. tñ
uerū & catholicū eſt aſſerere, & tenere, ꝙ utraq; decima, tā
p̄ſonalis, q̄ prædialis eſt de iure diuino, & a Deo fuit nobis
cōmendata de præcepto, & non obſtan. quacunq; cōſuetudi
ne, q̄ iuri diuino nō pōt præiudicare, ut dr̄ de ſn̄ia, & re iudi.
eo. mō, & æqualiter, tā perſonalis q̄ prædialis debēt ſolui ſub
pœna peccati mortalis, nā de oīb. bonis iuſto titulo acq̄ſitis
tenetur qs dare decimā, ut dicetur inf. & ponitur extra de de
ci. c. paſtoralis. & c. cū hoīes. itē ꝙ iure diuino talis decima
dēt dari, patet ſcđo paralip. 31. c. ubi p̄cepit dñs p̄ Ezechiā
populo habitanti in Iſrael, ut partes darent ſacerdotib. & leui
tis, ut poſſent uacare legi Dei. Itē rōe ꝓbatur, ꝙ talis decima
p̄ſonalis ſolui dēat, qa ſi de tpe tenemur decimā Deo p̄ſona
lē reddere, multo magis tenemur de bonis, & laborib. p̄ſona
lib. ac lucris decimā dare, patet q̄ña per locū a minori, & añs
4 patet de conſe. di. 5. c. quadā. † Non ergo conſuetudo, aut ali-
quo tpe p̄ſcriptum, pōt aliquē a peccato mortali excuſare
non ſoluentē decimā p̄ſonalē, quinimmo pctm̄ eius magis
aggrauat, ne ex conſuetudine ueniant ad peccandi neceſſita-
tē, & de peccādi neceſſitate labātur in obſtinatione, & deſpe
5 ratione, † q̄ ſunt peccata in Spm̄ ſanctū ſm Magiſt. 2. li. ſn̄tarū
di. ulti. q̄ nec remittuntur in hoc ſeculo, nec in futuro, ut pa-
tet Matth. 12. & ſi pp iſtā conſuetudinē non ſoluēdi decimas
p̄ſonales, & prędiales, qa non reputaf pctm̄, multorū Chr̄ia-
6 norum aīæ deſcendunt in infernū, † quia pctm̄ cū cōſumma
tum fuerat generat mortē. Ia. 2. c. pp talem conſuetudinem
vr̄ illa conſuetudo eſſe quaſi peccatum in Spm̄ ſanctū, qa fit
ex malitia inueterata, & obſtinatione, & huius mortis, & pec
cati ſunt participes prælati, & rectores curati, & p̄dicatores,

quia

Source : BIU Cujas

De regu. decimarum Andr. Hiſpan.

quia ſunt canes muti non ualentes latrare. Nec ſunt ſuis parochianis annuntiantes damnationem decimas non ſoluentibus, & tot mortib. digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis excuſationis exempla tranſmittunt, ut dicit Greg. xj. q. 3. ca. ſcire dicunt, & hæc de ſeptimo interrogatorio.

SVMMARIVM.

1 *Decima de quota parte debet dari, & infra nu. 6.*
2 *Decimæ in quatuor diuiduntur partes.*
3 *Decimæ an ſecundum patriæ conſuetudinem ſint dandæ.*
4 *Conſuetudo in decimis eſt ſeruanda, & infra nu. 7.*
5 *Primitiæ ex conſuetudine, & conſtitutione eccleſiæ ſunt dandæ.*
8 *Primitiam ſoluere eſt de præcepto, ad quam quis per excommunicationem compellitur, ſicut in decima.*
9 *Primitiæ quibus dari debeant, & quare dentur.*

1 Octauò fui †Interrogatus de quota parte decima debet dari, & dixi, ac dico, ut in p̃ce. q. ſalua ſp reuerentia aliquorũ theologorũ, quib. non adhæremus, dicentiũ q̃ præceptũ de decimis f̃m ſub̃am ſuã eſt morale, & eſt ſcriptũ in corde hoĩs. Cuiuslibet. n. dictat conſcĩa, q̃ ſi f̃m Apoſt. ſeminamus ſpũalia, nõ eſt magnũ ſi metamus carnalia, f̃m iſtos theologos non eſt p̃ceptum morale q̃tum ad taxationẽ, q̃ detur tãta pars, & non minus, vñ ponitur extra de deci. c. 1. q̃dã decimæ dabant in ueteri teſtõ a populo filiis leui, q̃a poſſeſſiones aliquas aliàs non hẽbant, q̃dã dabã-
2 tur ſacerdotib. & leuitis, & reddebãtur ad pauperũ uſus, † ſicut ẽt decimæ mõ dẽnt diuidi in quatuor partes, quarũ una eſt ep̃i, alia eſt clericorũ, alia eſt fabricę, alia pauperib. dẽt dari, ut ponitur. 12. q. 2. c. quatuor. & extra de teſta. requiſiſti, & q̃a 12. erant trib. uoluit dñs, ut trib. leui ſola reciperet ab aliis tribub. decimã laborũ ſuorũ, & nullas alias poſſeſſiones hr̃et domus leui. 18. deute. non hẽbunt ſacerdotes, & oẽs q̃ de ea dẽ tribu ſunt partẽ. & hr̃ditatẽ cũ reliquo populo Iſrael, dñs n. ipſe eſt pars, & hr̃ditas eius, & iõ dñr iſti theologi, ex quo iã abũdat in poſſeſſionib. quib. põt ſuſtentari. Iõ ueri noĩs decima non eſt danda ſub p̃cepto, nec p̃ceptũ f̃m taxatio. ſ. f̃m ſolã ſub̃am p̃cepti, ubi aũt eſſet eccleſia pauper, & non hr̃et aliunde uiuere, q̃ de decimis, tunc ueri noĩs decima cadit ſub p̃cepto, & parochiani tenent̃ dare ſub pœna peccati mortalis ueri noĩs decimã, dicente Mala. Inferte oẽm decimatio-
3 nẽ in horreũ meũ, ut ſit cibus in domo dñi, † & iõ dñr nunq̃ decimæ ſunt dandæ f̃m conſuetudinẽ patriæ, & ita eſt determinatum extra de deci. c. in aliquib. & ca. in tua. ſed quia iſta opi eſt ualde cõtraria, & oneroſa ſtatui clericali, & ſanctæ Romanæ eccle. determinationi, & ſanctorum patrum, p̃cipue B. Aug. iõ ſaluo meliori iudicio, dico, q̃ decima non ſolũ ad ſub̃am, verũ ẽt quãtũ ad taxã, cadit ſub p̃cepto diuino, & eſt præceptũ morale. q̃d aũt ſit p̃ceptũ diuinũ ſoluere de x. partib. ſeu rebus unã partẽ, uel rẽ patet per iſtos theologos, q̃ ẽt concedunt, q̃ tunc q̃ñ trib. Leui, non hẽbat poſſeſſ. neceſſariũ erat, q̃ daretur ueri noĩs decima, & dñr, q̃ nũc de noua lege non eſt neceſſariũ, ſicut tunc, q̃a nũc eccleſia abundat in aliis redditibus, ſed f̃m taxatio. decimarum Chr̃s qui nihil de p̃cepto decimarum locutus fuit reliquit determinationi ec-
4 cleſiæ, † iõ Papa conſultus dicit, q̃ cõſuetudo in decimis eſt ſeruanda, ut dicit. c. in aliquib. extra de deci. ſed verè iſta determinatio mihi non placet, q̃a ex quo decima tunc fuit præceptum morale quo ad taxationem, & mõ ẽt eſt p̃ceptũ, cũ p̃ceptum morale f̃m. ſ. currẽtem ſp̃ ſit inuariabile, irẽ attẽto q̃ ſp̃ fuit p̃ceptum diuinum, ergo nec Papa, nec cõſuetudo poterunt q̃ ipm̃ diſpenſare, nec q̃tum ad ſub̃am, nec quãtum ad taxationẽ. irẽ vr̃ includere q̃traditionẽ primitiæ in principio, dicẽte dño Exo. 22. decimas & primitias non tardabis
5 offerre, † ẽt dandæ ſunt primitiæ ex conſuetudine eccleſiæ, & conſtõne, ut patet. 16. q. 1. reuertimini. & 32. diſt. c. pręter hoc.
3 sed in decimis personalibus non sic fit secundum aliquos doctores, quia si surgant, vel ueniant ex pecunia, ex lucro, ex negotio, ex arte quæ fuerunt iam aliàs decimata, tunc deducun tur & computantur expensæ factæ. Si vera illa res, uel illud lucrum, aut pecunia, aut mercantia numquam fuerint decimata, tunc non deducuntur, nec computantur expēsæ, nec labores, aut sumptus. vt ponitur extra de deci. cap. pastoral. sed soluenda est simpliciter sicut prædialis. In 2. conclusio. dixi quòd obligatur sub pœna peccati mortalis rusticus ad decimam antequam fiat separatio aliqua in prædialibus, statim cum fructus sunt collecti, & percipiuntur, debent dari decimæ prędia
4 les † & ꝙ hæc propositio sit vera, scilicet ꝙ tarde dare decimas sit peccatū, patet ꝑ simile argumentum. 16. q 1. cap. Quod qui non fecerit. Vnde periculum decimarū ad ipsum spectat, qui eas dare debet si est in mora ꝓꝓ culpam suam. Si vero sacerdos recipere non uellet, uel ecclesia, tunc periculum decimarum ad sacerdotem spectat, quia mora illi nocet per quē mora facta fuit. l. mora de vsu. & reg. mora. in 6. & dixi ꝙ p̄diales
5 de grano & vino statim dari debent, † quia decimæ prædiales de agnis, de uitulis, capretis, porcis, pullis, equis, & animalibus uiuentibus debent dari Deo, cum fuerunt nutriti, nō indigentes lacte materno, quia si aliàs darentur, cū nascuntur fieret fraus, & dolus in solutione decimarum, & pro nihilo decima reputaretur. & fraus & dolus nemini patrocinari debent. ut
6 ponitur extra de rescrip. c. sedes Apostoli. cap. † Ad tertiā conclusionē dixi, ꝙ tales decimæ p̄diales ex vi præcepti diuini debent per decimatores ipsarum ad illā ecclesiam, cui dantur, deduci vel deportari, patet ista ꝓpositio per auctoritatem domini dicentis Malachi. 3. c. inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, ergo debet illa decima deportari in horreum ecclesię ex Dei præcepto & auctoritate. utrum aūt excuset consuetudo contraria quæ iuri derogat positiuo a peccato si non deportaretur ad ecclesiam, vt patet de consuetudine. ca. dilectus. non est præsentis speculationis, tamen in dubijs securior uia est eligenda, vt ponitur. c. significasti. extra de homicidio. & extrà de sepultu cap. sacris,
7 &c. † Ad quartam conclusionem dixi, quòd cum decima soluitur de animalibus uel de alijs rebus, nec meliora, nec deteriora, sed mediocria debent solui pro decima. vt patet. 10. q. 5. c. hocius porrectum. ita ꝙ maxime de animalibus uiuentibus non debet solui decima de melioribus seu peioribus, sed de mediocribus sicut transeunt sub virga pastoralis. indignū est enim dare Deo deteriora, quæ dedignatur recipere mortalis homo. vt patet. 49. d. cap. vlti. & 16. q. 7. Omnes decimæ. & faciens contrarium peccat mortaliter; & grauissime, & debet
8 compelli, & potest per ecclesiam. † Quia decima est debitum necessarium quod quis tenetur dare, & non uoluntarium, ut dictum est supra: & dominus dicit Leuiti. vltimo. Quicquid decimum fuerit, videlicet in diuidendo & numerando sanctificabitur domino, & non eligetur bonum nec malum, nec altero commutabitur, sed quale uenerit tale domino Deo dabitur. Cum ergo hoc fit Dei prẽceptum, faciens contrarium scienter peccat mortaliter. Tollatur ergo illa prædicta cōsuetudo pessima, & reformetur sub certis pœnis per dominum, Papam, & concilium, quòd soluatur decima expensis & sumptibus non deductis, & hæc sufficiant de quartodecimo interrogatorio.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ qualiter inter ecclesias diuidantur.*
2 *Vna ecclesia contra aliam præscribit, sed laicus non.*
3 *Monachi an contra ecclesiam decimam præscribant.*
4 *Decimæ personales cui ecclesiæ debeantur.*
5 *Decimæ prædiales cui ecclesiæ debeantur.*
6 *Fœtus animalium an sint prædiales, & cui ecclesiæ debeantur.*
7 *Boues de fundo intelliguntur in quo nutriuntur.*
8 *Decimæ nouaiium cui ecclesię debeant solui.*
9 *Decimę insularum cui ecclesiæ dari debeant.*

1 Decimoquinto † fui interrogatus per illos insulares Corsicæ, qualiter inter ecclesias decimę possunt uel debent diuidi, quia uidemus in locis & consuetudine, ꝙ ecclesia parochialis, quæ confert sacramenta nihil recipit de decimis a suis parochialibus, qui colunt terras in illa parochiali ecclesia. etiam aliquando uidemus, ꝙ medietas datur in ecclesia quæ reputatur per totum
2 mundum unica, ut patet. 24. q. 2. c. loquitur. † Ideo una ecclesia contra aliam ecclesiam potest præscribere decimas, maximè si eas recipit per spaciū 40. anno. pacifice sine aliqua cōtradictione. Vt patet extra, de præscriptionibus. Sed laicus nunquam potest præscribere decimas, etiam si per mille annos receperit pacifice, ut patet extra de decimis. c. Ad hoc. & de præ
3 scriptio. c. causam. & 16. q. 2. ca. 1. † Nec etiam monachi & alij religiosi possunt q̄ parochialē ecclesiā p̄scribere decimas, nisi titulū ostēdāt qui cām det p̄scribendi. extra de decimis. c. nuper. & c. dudū. & de p̄scrip. cū dilecti. Excepta ergo ista p̄scri-
4 ptione ad ecclesias & clericos q̄ iuri cōi derogat, † dico ꝙ decimæ p̄sonales q̄ dant̄ ex his q̄ acquirūtur ex artificio, uel militia, mercātia, uel q̄ hr̄ ex piscatione, uel uenatione, ex molēdinis, ex siluarū lignis, ex herbarū pascuis, & similib. hæ dandæ sunt illi ecclesiæ, ubi q̄sercipit ecclesiastica sacr̄a, quia inter p̄sonales decimas reputant̄ p̄dicta, & possunt dari in fine anni, ut sic, maior vtilitas crescat ecclesiæ, ut ponit̄ extra de decimis
5 c. ad Apostolicæ. ubi de hoc in gl. † Sed decimæ p̄diales q̄ debēt̄ ex his q̄ ueniūt ex fructib. p̄diorū, dādę sunt illi ecclesiæ, in cuius territorio p̄dia sunt sita. ut ponit̄ extra de parochiis. c. vl. & de decimis. ad Apostolicæ, nisi cōsuetudo cōtraria esset inter illas ecclesias parrochiales, vel ēt diocesis, q̄a in multis locis dā tur decimæ ubi p̄dia sunt sita. In aliis uero locis ubi quis habet continuū domiciliū. In aliquib. ueroduidunt̄ p̄ mediū. & sic standum est consuetudini q̄ derogat iuri, ut ponit̄ extra de
6 decimis. c. cum sint hoīes. † item fœtus seu partus aīalium, ut agnelli, capreti, uituli, pulli, & consimiles, oua gallinarum & anserū, & similia q̄ minutæ decimæ appellantur. & fructus ortorum, & arborū d̄r̄ esse p̄diales. & debent solui ubi aīalia pascūtur, uel ubi sunt orti uel arbores, ut ponit̄ extra de decimis c. ex multiplici. & c. cōmissum. & si p̄ medietatē anni pascuntur in territorio unius ecclesiæ, æquū est ut diuidantur inter illas ecclesias. argumentum ponitur in cap. ad Apostolicam,
7 extra de decimis. vbi de hoc in glos. † quia boues de eo fundo intelligūtur in quo nutriūtur ut. ff. de fundo... Hoc idē dicit S.
8 Tho. scđa scđæ qōne octuagesima septima. artic. 3. † Sed decimæ noualiū q̄ de nouo fiūt debēt dari illi ecclesiæ in cuius parochia noualia sunt sita, & eps inde h3 partē suā, ēt si dubitat & nō apparet in cuius parochia sunt sita, pōt eps ea sibi uendi
9 care. extra de decimis. ca. qm̄. & 12. q. 1. p̄cipimus. † itē decimæ īsularū q̄ surgūt đ nouo debent̄ illi epō vel parrochię. de cuius ꝓuincia cēsent̄ īsulæ illæ, ut ponit̄ extra de iudici. l. īsulæ. & sic

Source : BIU Cujas

patent ex prædictis reſponſiones,& ſolutiones ad quædam interrogatoria facta mihi ſuper decimis & decimarum ſolutione,quæ ualde ſunt neceſſaria & vtilia ad ſciendum vnicuique epiſcopo vel plebano ſeu rectori curato prædicandum ad populum publice diebus feſtiuis & dominicis ad minus vnum de iſtis interrogatorijs quolibet feſto, & ad interrogandum in confeſſionibus,& pœnitentijs impendendis.

¶ Incipiunt quædam notabilia ſuper decimis.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ præteriti temporis iniuſte retentæ repeti poſſunt.*
2 *Peccatum non dimittitur,niſi reſtituatur ablatum.*
3 *Clerici quod habent pauperum eſt.*
4 *Abſolutione decimarum quis ſe liberare non poteſt dando unam poſſeſſionem eccleſiæ in perpetuum ,ut aliæ libere remaneant.*
5 *Prælatus non poteſt pignorare decimas nec eas in pignus accipere.*
6 *Priuilegium factum religioſis quod non ſoluant decimas de ſuis poſſeſſionibus non ualet ſi eccleſia fuerit enormiter læſa.*
7 *Decimarum fructus quomodo ad tempus uendi poſſunt. & in numero decimo.*
8 *Decimas male alienatas clerici reuocare poſſunt.*
9 *Beneficium recipiens in quo ſunt decimæ de manu laici quomodo puniatur.*

1 Primum † notabile eſt in cõfeſſionibus & in iudicio, publice eccleſia poteſt petere decimas præteriti temporis iniuſte detentas a quocunque detentore ſeu poſſeſſore etiam uiolento,extra de decimis. c. Paſtoralis.& c. In aliquibus & 16.q.7.quicunque. Et illi tenentur reſtituere ſi
2 habeant,vnde nec aliàs dabit abſolutionem confeſſor † quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum.14. q. 6. Si res aliena.vnde dicit decretum.16.q 7.Quicunque.ſi quis lõgo tempore non ſoluit decimas veniat ad pœnitẽtiam,& imponatur ei, vt ſi minus bene dedit modo emendet,prouiſo tñ
3 vt ei remaneat vnde uiuere poſſit,† qñ quicquid habebit clericus,pauperõ eſt.16.q.1.Quoniam quicquid.& 23.q.4. Conueniat ꝙ aũt imponatur ei ẽt vt in totum ſatisfaciat ſi ad fortunam venerit pinguiorem,extra de ſolutionib.c.Tardus.poteſt etiam tamen ſibi remittere eccleſiam totũ uel partẽ ſi ſit
4 pauper.† Secundum notabile eſt,ſi aliquis uelit dare eccleſiæ vnam poſſeſſionem perpetuam, & ſic remaneant liberæ aliæ poſſeſſiones ſuæ a ſolutione decimarum,certe hoc facere nõ põt.ſicut dicit Bernardus extra de rer permuta. c.exhibita.in
5 gl.quæ incipit,& ſi c. Tertium notabile eſt,† nec ep̃s nec cathedralis eccleſia, nec aliquis rector curatus ſeu beneficiatus poteſt impignorare decimas,nec recipere ī pignus decimas parrochialium eccleſiarũ,ẽt ſi in eis habeat ius patronatus. Nec põt ep̃s in hoc tuam auctoritatem dare his temporibus,vt patet in ca.interdictis extra de decimis. Et facta eſt hæc prohibitio vt ſic facilius decimæ ad parrochiales eccleſias reuertan-
6 tur. † Quartum notabile eſt, priuilegium factum religioſis quibuſcunque, ꝙ de poſſeſſionibus ſuis decimæ non ſoluantur,perditur,& nõ ualet, vbi eccleſia parrochialis fuerit enormiter læſa, nec extenditur ad poſ. locales, vel exemptas, uel ad firmam cõductas,nec ẽt intelligitur de prædijs alienis conductis & ſuis aliis locatis,vt patet extra de deci.capit. Dilectus filius.vbi de hoc & duobus capitulis ſequentibus & cap.licet.
7 Quintum notabile eſt.† Et ſi decimarum fructus poſſunt uẽdi ad tempus, ergo ad tempus alicui perſonæ laicæ locari. vt dicit.c.ad hæc.& c.quamuis.de decimis.vbi de hoc in gloſſ.& c.laici.ne prælati vices ſuas.c.vlti & extra de locato & conducto.c.2. Tamen hoc ſeorſum & diuiſim poteſt intelligi ꝓpter ſecuritatem conſcientiæ ſalua maiorum ſententia, quia cum decima ſit res ſpiritualis , non poteſt cadere in laicum. extra de conſtit.c.cum ſit in eccleſia,& arg. 10.q.1.hanc conſuetudinem.Et voco decimam vt dixi ius decimarum quod nec vẽdi nec locari põt alicui laico,ſicut nec ius percipiẽdi oblationes,extra de decimis.ca.Sanctuarijs, & extra de iure patronatus.c.de iure.& de ſimonia.c.quærelam.Sextum notabile eſt,
8 † clerici male alienatas decimas a prælatis poſſunt remouere ſeu reuocare,vt patet.12.q.1.non licet. Et licet ſpiritualia cũ temporalibus non permiſceantur, extra de rerum permutatione, Ad quæſtiones.& c.exhibita.Poſſunt tamen redimi decimę,maxime auctoritate epiſcopiſcopi ſi hoc fiet qui hoc caſu remouet.extra de rer.permu c.quæſita. Septimum notabi-
9 le eſt,† recipiens eccleſiã uel beneficium in quo ſunt decimę de manu laici,ſi non ſtatim renuntiat,& eſt clericus,ſuſpẽdẽdus eſt ab officio & beneficio,& ſi contradixerit,deponendus eſt,& ſi laicus,eſt uinculo excommunicationis innodandus, vt patet de iure patronatus.c.Præterea.& c.delatum.Octauũ
10 notabile eſt,† uendi poſſunt fructus decimarum beneficiorũ clericis primo, & ſi non poſſunt haberi poſſunt uendi laicis ad modicum tempus & ſeorſum,ſicut dictum eſt,& hoc eſt licitum.vt ponitur extra ne prælati.cap.quærelam. Sed non debent uendi per totum tempus,quo venditor tenet beneficiũ, quia licet non ſit ſimonia,tamen nõ eſt honeſtum.& hoc poteſt,ſi nihil interueniat ſpirituale , vel uendatur,vt patet de rerum permutatione. Ad quæſtiones. Ergo finem loquendi tractatus pariter audiamus,videlicet ꝙ decima eſt præceptum diuinum,contra quod nullus homo mortalis poteſt diſpẽſare, & ꝙ veri nominis decima eſt ſoluenda, ac ꝙ etiam chriſtianus tenetur decimam ſoluere,non obſtante quacunque conſuetudine,de his quę creſcunt renouantur,etiam ꝙ laicus nõ poteſt ius in decimis habere,nec ipſas iuſte poſſidere,aut prę ſcribere. Supplico ergo cuicumque ſacerdoti uel clerico, vt quod erratum eſt emendet,& decimas omni tempore prædicet,& pro epiſcopo paupere Aiacen. Hyſpano, ordinis ſancti Benedicti, quotiens legerit hunc tractatum dominum exoret. Amen.

TRACTATVS.

De charitatiuo ſubſidio. Et decima beneficiorum, Excel. V. I. Do. Bartholomæi Bellencini, olim Rotæ Auditoris.

QVoniam plerunque inter prælatos & ſubditos ſuper exactione charitatiui ſubſidij contentiones & iurgia oriuntur, iõ ad laudem Dei ac glorioſiſſimæ virginis matris eius Marię, & ad communem utilitatẽ, vtque lites facilius euitari poſſint, hunc tractatum de charita. ſubſi.currente anno domini noſtri Ieſu Chriſti 1477. regnante Sixto Papa quarto,componendum duxi, quem cuiuslibet correctioni atque emendationi ſubijcio, in quo de ſubſidio quod prælati a clericis ſuis expoſcunt dumtaxat tractare intẽdo,non autem de collectis & oneribus quæ principes ſeculares tam ſubditis ſuis laicis quàm clericis & eccleſiis in eorum dominijs exiſtentibus imponunt, quia incaſſum eſſet laborare & fruſtra membranas occupare,ut 19.diſtin.ca. in memoriam.

Quis poſſit imponere ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, Archiepiſcopi,Patriarchæ, & primates poſſunt imponere charitatiuum ſubſidium.*
2 *Papa pro libito poteſt charitatiuum ſubſidium exigere.*
3 *Dominus tempore neceſſitatis poteſt charitatiuum ſubſi.imponere pro ſeruitijs perſonalib. uſque ad ualorem operarum.*
4 *Reges quomodo imponant huiuſmodi ſubſidium.*

QVAESTIO 1.

PRimo quæro, quis poſſit petere ſubſidium charita. † Reſpondeo Epiſcopi, Archiepiſcopi,Patriarchæ,ſeu primates in ciuitatibus & dioceſibus ſuis,tex.eſt in c. conquærente.in fin. de
2 offic.ordina.& in cap.cum Apoſtolus.§.prohibemus. de cenſi.† de Papa non eſt dubiũ quia quãdocunque ſibi uidebitur poteſt exigere charitatiuũ ſubſidium, cum ſit dominus omnium, vt inquit Hoſtien. in ſumma de cenſi.§.ex quibus cauſis.ver.& breuiter.allegat.ca. nunc uero.& cap.cuncta per mundum.9. quæſtio. tertia, benefacit text.in cap.ſecundo,de præbend. libro ſexto, & in clemen.prima,in fin. ut lite penden. Et dicit Bald. in l. prima, in fine.C.de oper. liber. quòd tempore neceſſitatis pro ſeruitiis
3 perſonalibus,† dominus poteſt imponere ſuo ſubdito charita. ſubſid. uſque ad ualorem operarum , uel mandare ſubdito quòd ſeruiat alteri in eiſdem operibus , ut l. ſi libertus artem.ff.de ope.liber. Similiter dicit Bald.in d.cap. conquærente.in fi.quòd † Reges poſſunt imponere iſta ſubſidia,ſed prius
4 debent imponere ſibi,poſtea alijs,ſi menſa regis non ſufficit, allegat. l. ab omnibus. §. ſi Titio.& quodibi notat Dyn.de legat.primo.

Archiepiſcopus, Patriarcha, & primas non poſſunt extra ſuas dioceſes imponere charita. ſubſid. niſi conſuetudo eſſet in contrarium.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus poteſt ſubditos ſuffraga. monere ad ſubſi.non autem compellere.*
2 *Quod non reperitur permiſſum cenſetur prohibitum.*
3 *Relatio fieri debet ad proxima.*
4 *Diuerſitas facit quòd dictum in vno non cenſetur repetitum in alio.*
5 *Primas fere in omnib.eſt idem quod patriarcha.*
6 *Tex.in c.vt præterito.de elec.dum dicit,de bonis patriarchatus,quomodo intelligatur.*
7 *Conſuetudo valeret quòd Archie.patriacha:& primas exigerent ſubſi. charita.a ſubditis ſuffraga.*
8 *Punitio ſubditorum ſuffraganeorum denegantium charita.ſubſidium archiepiſcopis ex conſuetu.debitum ſpectat ad ſuum epiſcopum,non ad archiepiſcopum.*

QVAESTIO 2.

Secundo quęro, an Archiepiſcopus extra dioceſim ſuam etiã ab eccleſijs prouinciæ ſuæ poſſit exigere charitatiuum ſubſidium. Hoſt. in c.vt p̃teritæ.de elec.cum quo tranſit ibi Anto. de Butr. tenet,q̃ Patriarcha de iure põt pp magnas expenſas pro cõi vtilitate eccleſiæ factas exigere charita.ſubſi. ab oĩbus eccleſiis, quæ ſunt de Patriarchatu ſuo, per illum text. & per regulam. quod oẽs tangit.lib.7. Et idem vr̃ ſentire de Archiepiſcopo, quo ad illos de prouincia ſua,& cum illo dicto Hoſt. videtur tranſire etiam Gaſp. Cal.in ſuis conſiliis in tit.de cenſi. conſil. 3. Sed contrarium credo eſſe verius de iure, & pro hac parte vr̃ caſus in c.Romana in fin.de pœni.& remi.lib.6. vbi ſolum
1 permittitur † metropolitano, q̃ poſſit ſubditos ſuffraganeorum ad ſubſidium charitatiue monere.quaſi velit tex. q̃ non poſſit compellere,& hoc ibi ſentit Hoſt.& apertius ibi Domi. in ver.quæro quare iſti non poſſunt compellere.Item cũ hoc
2 iure,non reperiatur † Archiepiſcopis p̃miſſum,eis cẽſetur inhibitum.per tex.in cap. Romana.de ſuppl.neg.præla.lib.6.ibi. Cum id non inueniatur a iure conceſſum.& per text.in c.paſtoralis.in prin.de offi.ordi.Nec obſtat.ca cum Apoſtolus.§. prohibemus.ver.ſuſtinemus autem.ibi,Moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare.de cenſi. quia dico q̃ ille ver ſolum refertur ad principium §.prohibemus..aduerſando ei q̃ dixerat, prohibendo ne epi ſubditos ſuos taleis grauare p̃ſumãt, loquendo de ſolis epis, non aũt refertur ille ver. ualeant &c. ad §.quo circa.proxime præcedentem,vbi diceba:ur de pcurationibus eporum & Archiepiſcoporum prouincias viſitãtium.
3 † Quia relatio fieri debet ad proxima,vt in ca.cum dilecti.de dona & l.ſi idem cũ eodem §.fi.& ibi no ff. de iuriſdict. om iudi.Et quia ex quo conſtitutio eſt diuerſa per d.§.clauſulæ appoſitæ in vno non referuntur ad alium,vt notat glo.in c. vnico.in verbo ſic poſtulaus.de poſtu.præla.lib.6.& in clemẽ.
4 cupientes.§.fi de pœnis.Diuerſitas † enim capitulorum facit, q̃ dictũ in vno non cenſetur in alio repetitum, vt plene not. Bart.in l.p̃tor.§.erat itaque.ff.vi bon.rap.& in l.talis ſcriptura. de lega.1.& Abb Sicu.in ca.ſecundo requiris. de ap.Et quia ſi iſta interpretatio fieret q̃ dictus ver.ſuſtinemus ante hr̃et locum in Archiepiſcopo quo ad prouinciam ſuã, poſſet p eum inferri grauamen eccleſiis,contra,c.1.de conſue.Et idem dico de Patriarchis, quo ad eccleſias Patriarchatus ſui. Et idem de
5 primate.† Qui idẽ eſt ferè in oĩbus q̃d in Patriarcha vt eſt tex. in c.2.99.diſt.& hr̃ in tex.& glo.in ca eleros.21.di.qm̃ ad inſtar archieporum in prouincia ſua patriarchæ ſeu primates in patriarchatu ſuo nihil poſſunt, niſi quatenus de iure eis hoc reperitur permiſſum,tex.eſt in c.conquæſtus.9.q.3. & in ca. duo ſimul.de off.ordi.Non obſtat dictum. c.vt præteritę, quia ille
6 tex.dum dicit, de bonis patriarchatus,† intelligitur de bonis cameræ eccleſiæ patriarchalis,non aũt de bonis eccleſiarum, quæ ſunt in patriarchatu,q̃d indicant ibi uerba ſequentia,dũmodo eccleſię bona non fuerint occupata,& ita illum tex.intelligunt ibi Go.& Abb.Sicul.Prædicta tñ intelligo vera, niſi conſuetudo eis tribueret hanc facultatẽ exigendi charita. ſubſi.etiam a prouincialibus uel exiſtentibus de patriarchatu,
7 † quia talis conſuetudo bene valeret, vt expreſſe tenent Hoſt. & Anto.in d.c.ut præteritę.de elec.& Gaſp.Calde.in ſuis cõſi. titu.de cenſi.conſ.3.Pro quibus eſt caſus expreſſus in terminis in extrauag.Benedicti.12.quæ incipit, Vas electionis. §. p̃miſſis quoque.in verbo uel conſuetudine,bene facit tex. in d.ca. conquęſtus.& in c.Romana.§.1.de foro compet. libro ſexto. & in c. Romana.§.primo.de appella.libro ſexto.Dicit tamen Anto.poſt Innoc.& Hoſtien.q̃ ſi ſubditi ſuffraganei archiepiſcopo metropolitano denegarent charitatiuum ſubſidiũ, vel
8 hoſpitium ab eis ex gratia petenti,† non archiepiſcopus, ſed epiſcopus ſuus eos punire poterit,quia inhumaniter ſe habuerunt contra ſuum archiepiſcopum, ut ipſe Anton.de Butr.refert in c.cum ex officii.in 1.col.de præſcrip.

Cardinales ab eccle. ſubiectis titulis ſuis poſſunt exigere charitą.ſubſi.quia habent in eis iuriſdict.epiſcopalem.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalibus competit iuriſdictio in eccleſiis ſubiectis ſuis titulis.*
2 *In c.his quæ, de maio.& obe.enumerantur ea, quæ competunt Cardinalibus in ecclesijs ſuis tit. ſubiectis.*
3 *Cardinales habent iura epiſcopalia in dictis ecclesijs.*
4 *Enumeratio facta in d.cap.his quæ. fuit cauſa exempli, ideo non reſtringit.*

QVAESTIO 3.

Tertio quęro, an cardinales ab eccleſiis ſeu capellis ſubiectis titulis ſuis,in quib.
1 de iure cõi eis competit iuriſdictio,vt eſt text.in c.quærelam. de elec.poſſint exigere charitatiuum ſubſidium,ſicut poſſunt eas uiſitare,& ab eis procurationes recipere,ut eſt tex.in cap. cum apoſtolus §.1.de cenſi.Videtur dicendum q̃ non,quia licet Cardinales in eccleſiis titulis ſuis ſubiectis habeãt pinguius ius quàm aliæ matrices eccleſiæ in capellis ſibi ſubiectis, ut in quit Inn.in c.dilectus.in gl.ſua quæ eſt ſuper verbo,de iure cõmuni.de capel.monac.& Io.Andr.in ca.dilecto.quem ſequit ibi dñs Anto.de Butr.de offi.Archi. Tamen iſtud pinguius ius non reperitur in iure ſpecificatum in exactione charitatiui
2 ſubſidii,ut patet in tex.in c.his quæ.de maio.& obed.† vbi enumerantur illa quæ competunt Cardinalibus in eccleſiis titulis ſuis ſubiectis,inter quæ hoc non enumeratur. Sed tamen contrarium dico eſſe uerum de iure, per doctrinam Ioã.Mo-
3 na in c.unico.de maio.& obed.lib.6.† vbi dicit,q̃ Cardinales in eccleſiis titulis ſuis ſubiectis habent iuriſdictionem epiſcopalem &iura epiſcopalia,& ita refert Papam ſibi reſpondiſſe, & ſequuntur ibi Io.Andr.& Domi. Et idem tenent dominus Anton.de Butr.Ioan.de Imo.& Abbas Sicu.in d.c.his quæ,& latius cæteris dominus Cardi.Zaba. poſt Math.in clemen. ne Romani.§.irritum.in 2.q.de elect.ergo quemadmodum epiſcopi poſſunt exigere charitatiuum ſubſidium ab eccleſiis ſibi ſubiectis,ut dictum eſt ſupra in 1.q.ita & Cardinales ab eccleſiis titulis ſuis ſubiectis.Nec obſtat. c.his quæ.præallegatũ, quia non ſequitur,ibi nõ enumeratur exactio charitatiui ſubſidii,ergo non poteſt exigi,q̃ patet,quia ibi etiam nõ enumeratur inſtitutio & deſtitutio & tamen illa ſpectat ad Cardinalem,ut dicit Inno.in d.c.dilectus.& eſt tex.in præalleg.c.quærelam. Illa enim † enumeratio ſpecierum iuriſdictionis, quam
4 fecit Papa in d.c.his quæ.totius facta eſt cauſa exempli,& ideo non habet reſtringere ſolum ad ſpecificata,vt eſt tex in capit. 1.ne cleri.uel mona.l.damni infecti ſtipulatio.ff.de damno infec.

Prælati ſeculares epiſcopis inferiores non exigunt charitatiuum ſubſi.niſi ex priuileg.uel conſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, uerò, aduerſatur præcedententibus.*
2 *Dictio,nullam, quid importet.*
3 *Prælatis inferiorib.epiſcopis,pauca de iure communi competunt.*

QVAESTIO 4.

Quarto quęro, an prælati ſeculares inferiores epiſcopis, puta Archidiaconi decani, archipræsbyteri, præpoſiti & ſimiles poſſint exigere charitatiuum ſubſidium ab eccleſiis prælaturæ uel dignitati ſuæ ſubiectis.glo.in cap. cum Apoſtolus.de cenſib.in uerbo exactiones.tenet,q̃ ſic:& eam ſequuntur ibi Goff.& Philip.Et idem tenet Archid.in c.dictum eſt.94.diſt.Sed contrarium tenent Petr.& Abb. antiquus in d.ca.cum Apoſtolus.quorum opinionem ſequuntur ibi Hoſtiẽ.& Anton.de Butr. dicentes hoc eis non licere,niſi ex priuilegio uel conſuetudine eis permiſſum reperiretur.Et iſta uidetur eſſe cõmunis opinio, quã tenet Archi.in c.iuxta ſanctionem.16.q.1.Et idem ſentit Hoſt. in ſumma de offic.ordi. §.quid pertinet.uer.quid ſi religioſi tales.Et iſtam opinionem teneo,pro qua bene facit tex. in d. ca. dictum,quæ etiam iudicio meo probatur ex textu dicti. ca.cũ Apoſtolus.§.prohibemus,qui cum primò permiſiſſet epiſcopis exigere charitatiuum ſubſidium,poſtea ſubiicit uerſi. Archid.uero ſiue decani nullam in præsbyteros ſeu clericos exa
1 ctionem exercere præſumant. Põdero uerbum, † uerò,quod uenit ad correctionem, & moderationem ſeu aduerſantiam præcedentium,ut eſt tex.cum gloſſ.in cap.ſtatutum.§.cum vero.de reſcrip. libro 6.cum ſimilibus.Pondero etiam uerbum
2 † nullam,quod uerbum generale uidetur includere etiã charitatiuum ſubſidium,& pro hoc facit.c.ad aures.de exceſſio.
3 præla & quia talib. prælatis ualde pauca † de iure cõi competunt,niſi plus ſibi de cõſuetudine cõpetere reperiatur.ut in c. cũ ſatis & c.ad hæc.& ibi plene notatur. de off.Archi. quia ra-

Source : BIU Cujas

tione conſuetudinis bene ei hoc liceret, vt dixi ſupra in ſecũda quæſtione. Et idem ſi ſuper hoc haberet ſpeciale priuilegium a Papa, vt eſt tex. in extrauaganti. Benedicti duodecimi quæ incipit. Vas electionis. §. permiſſis quoque. in verbo ex Apoſtolica.

Abbates non poſſunt exigere charita. ſubſi. niſi ex conſuetudine. Generalis autem poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Abbates vel priores ab eccle. non pleno iure ſubiectis non exiguunt charita. ſubſidium, niſi ex conſuetudine.*
2 *Generalis totius ordinis pro utilitate communi poteſt exigere.*
3 *Quando eccleſiæ ſunt pleno iure ſubiectæ, quid dicendum ſit.*

QVAESTIO 5.

1 QVinto quæro an abbates vel priores poſſint exigere † charitatiuum ſubſidium ab eccleſijs ſecularibus uel regularibus, monaſterijs ſuis non pleno iure ſubiectis. Dico ꝙ non, niſi hoc habeat conſuetudo, ꝓ ea quæ dixi ſupra proxima quæſtione. & pro hoc facit. c. auaritiæ. de præbend. & clemen. quia regulares. §. eadem quoque auctoritate. de ſupple. negl. præla. & ca. prohibemus. de cenſi. Conſuluit tamen Gaſp. Calde. in ſuis conſilijs, in titu. de cenſi.
2 conſilio tertio, † ꝙ ſi generalis totius ordinis fecit magnas expenſas in promotione pro communi vtilitate religionis, poterit ꝓꝓ hoc exigere charitatiuum ſubſidium a tota religiõe, ſi non põt ſoluere de bonis prælaturę. Si autem eccleſiæ ſubie
3 ctæ † eſſent monaſterijs pleno iure, tunc quid iuris ſit. Dicendum eſt vt plene habetur per glo. & Archidia. 16. q. 2. in ſumma. & c. 1. & per Innocen. in c. in Lateranenſi. de præben. & in c. cum & plantare. §. in eccleſiis. vbi etiam glo. & doc. de priui. & plenius cæteris per Ant. de Butr. in c. de monachis. de pręb.

Commendatarius perpetuus poteſt exigere charita. ſubſi. ab eccle. ſibi ſubiectis.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius licet non habeat titulum habet tamen legitimam adminiſtrationem.*

QVAESTIO 6.

SExto quæro, an commendatarius perpetuus eccleſiæ cathedralis, put ſunt cõiter Cardinales, poſſit exigere charitatiuum ſubſidium ab eccleſiis ſibi ſubiectis, ac ſi haberet eccleſiam in titulum. Reſpondebo ꝙ ſic, per ea quę not. Arch. in c. nemo deinceps. de elect. lib. 6. & in ca. qui plures. 21. q. 1. & Inn. in c. ſi conſtiterit. de accuſa. do. Cardi. Zaba. poſt Zenze. in clem. fin. in 12. q. de procura. vbi dicunt, ꝙ licet
1 commendatarius non habeat titulum eccleſiæ. † Tamen habet legitimam adminiſtrationem, & poteſt exercere iuriſdictionem, quæ competeret epiſcopo titulato.

Capitulum, & collegium Cardinalium ſed. vacã. in neceſſitate poſſunt exigere charita. ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando dicatur quaſi vacare.*
2 *Collegium Cardi. quando poſſit exigere ſubſi. charita.*
3 *Cautela pro cauta ſolutione ſede vacante facienda.*
4 *Lex prouidit adminiſtratori pupilli pro eo ſoluenti.*
5 *Eccleſia carens rectore tenetur ad ſolutio. ſubſi. charitatiui.*
6 *An dicta eccleſia poſſit iudicialiter compelli ad dictam ſolutionem.*

QVAESTIO 7.

SEptimo quæro, an capitulum ſede epiſcopali uacãte poſſit exigere ſubſidium charitatiuum a clericis dioceſanis. Reſpondeo ꝙ ſic, ſecundum glo. in cap. cupientes. §. ad hæc in verbo aliunde. vbi etiam hoc firmant Io. Mona. Arch. & Domi. de electio. lib. 6. Idem etiam voluit Domini. in capit. vnico. verſ. 17. an poſſit. de maio. & obedien. lib. ſexto. Et idem
1 dico ſi eccleſia non vacaret, ſed quaſi vacaret, † Puta quia eps captus eſſet ab hoſtibus, vel aliàs ei eſſet interdicta adminiſtratio, nulla alia adhuc facta per Papam prouiſione de adminiſtratore eccleſiæ, per text. in c. ſi epiſcopus a paganis. de ſuppl. negli. prælat. lib. 6. & per id quod notat gl. in cle. 1. in verbo ſe-
2 de vacante. de hære. Similiter dico, quod collegium † Cardinalium ſede vacante poteſt imponere generale ſubſidiũ omnibus beneficiatis, dummodo immineat grandis & euidens neceſſitas, & periculum eccleſiæ immineat niſi imponatur, & hoc fiat de conſenſu omnium Cardinalium, per text. in c. vbi periculum. §. Idem quoque. de elect. lib. 6. & glo. ordinaria in c. ad ſuccidendas. in verbo ſede uacante. de ſciſma. lib. 6. Aliàs autem Cardinales non hoc poſſent vacante ſede, per text. in
3 clem. nc Romani. §. irritum. de electio. Volens autem † caute ſoluere vacante ſede debet procurare, quòd iudex iubeat ei, ꝙ ſoluat, & eius auctoritate ſoluat, ſecundum Hoſt. & Domi.
4 Anto. in c. fin. ne ſede vacan. ſicut in ſimili prouidit † lex ſoluenti adminiſtratori pupilli vt l. ait prætor. §. permittitur. ff.
5 de mino. An autem eccleſia vacans † ſeu carens rectore tenea tur ad ſolutionem charitatini ſubſidii. Dico ꝙ ſic, per tex. optimum cum gloſſ. in verbo oneribus. in cap. præſenti. §. porro. de offic. ord. lib. 6. & in c. charitatem. 12. q. 2. ubi patet, quòd iſta ſolutio fiet per iconomum. Et an eccleſia vacans poſſit tunc
6 iudicialiter † ad hanc ſolutionem compelli. Pendet ex his quæ habentur in dicto c. fi. ne ſede vacante.

Adminiſtrator datus per Papam eccle. cathed. poteſt exigere ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor ſimpliciter datus epiſcopo poteſt omnia quæ poteſt Epiſcopus.*

QVAESTIO 8.

OCtauo quæro, vtrum adminiſtrator datus per Papam eccleſiæ cathedrali vacanti poſſit a ſubditis illius eccleſiæ exigere charitatiuum ſubſidium. Reſpõdeo ꝙ ſic, per tex. in c. is cui. de elec. lib. 6. & in cap. vltimo. in fin. de ſuppl. negli. præla. libro 6. & in cap. cum nobis olim. in fin. de elect. Et idem dico de coadiutore epiſcopo ſimpliciter dato, per ea quæ notant Ioan. Andr. & Anto. de Butr. in ca. vltimo de cler. ęgrotan. ubi dicunt, quòd coadiutor ſimpliciter datus
1 Epiſcopo omnia poteſt, quæ poteſt epiſcopus, præter alienationem bonorũ ſibi inhibitã, per c. vnicum. de cler. ęgro. li. 6.

Electus & confirmatus poteſt exigere charita. ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Exigere charitati. ſubſi. eſt iuriſdictionis, non ordinis.*
2 *Electus expediat bullas pro cautela.*

QVAESTIO 9.

NOno quæro, vtrum epiſcopus electus & confirmatus, nondum conſecratus poſſit exigere charitatiuum ſubſidium. Re-
1 ſpondeo ꝙ ſic, cum hoc ſit iuriſdictionis † non ordinis, & hoc probatur per tex. in c. conquęrente. in fin. de offi. ordi. iuncto cap. tranſmiſſam. de elect. Caueat tamen, quòd prius expediat
2 † Bullas ſuas, ne incurrat pœnam extrauagantis Bonif. 8. quæ incipit. Iniunctæ.

Epiſcopus cum conſilio capituli exigit charitatiuum ſubſidium.

QVAESTIO 10.

DEcimo quæro, quando epiſcopus a clero ſuo exigere, vult charitatiuum ſubſidium, an requirattur conſenſus capituli. So. Inno. in c. cum Apoſtolus. de cenſi. quem ſequuntur ibi Io. And. & Anto. de Butr. dicit, ꝙ epiſcopus hoc non debet facere ſine cõſilio capituli ſui, & ẽ ipſorum clericorũ, per c. nouit, & c. quanto. de his quæ fi. a præla. Cal. tamen in ſuis conſi. in tit. de cenſi. conſi. 3. tenet ꝙ requiratur conſenſus capituli, ſed primũ cõiter teneẽ. Si verò ageret de imponendo nouo cenſu eccleſiæ, ꝙa tunc ageretur de re grauiori. i. de perpetuo ꝓiudicio eccleſiæ. Dicit Hoſt. in c. ſignificauit. de cenſi. quẽ ſequit ibi Anto. de Butr. ꝙ eo caſu bene requiritur cõſenſus capituli. Et idẽ repetit Hoſt. in c. cum clerici. de pact. quem ſequuntur ibi Anto. de Butr. & Abb. Sicu. Licet gl. uideatur aliter uelle in d. c. ſignificauit.

Vicarius epiſcopi non poteſt imponere, nec exigere charita. ſubſi. niſi ex ſpeciali mandato.

SVMMARIVM.

1 *Exactio requirit ſpeciale mandatum.*
2 *Quid non dicatur uenire in mandatum generale.*

QVAESTIO 11.

VNdecimo quæro, an vicarius epi ſine ſpãli mãdato epi poſſit imponere & exigere charitatiuũ ſubſidiũ. Non reperio qõ. hãc ſpecifice tactam, ſed Fede. in conſil. ſuo. 306. quod incipit, Reuerende pater dicitur in iure, vbi multa tractat de poteſtate vicarij, vi-

Source : BIU Cujas

rij,videtur ſentire,ꝙ ſi epiſcopus conſtituit vnum ſolum vicarium ſuum generalem, ꝙ hoc non poterit, dicit enim ꝙ talis non poterit viſitare,quia in viſitatione ineſt inquiſitio,& correctio,quæ non veniunt in generali mandato,vt eſt tex.in c.2. de offi.vica.lib.6. Sed ſi eſſet conſtitutus vicarius generalis in temporalibus & ſpiritualibus,tunc magis dubitat,dicens ꝙ talis prædicta omnia poterit, dumtamen non ſint nimis ardua, & inueriſimilia,& incogitata,& exigentia rpeciale mandatū. Ex quibus verbis Fed.credo, ꝙ neutro caſu vicarius poterit imponere & exigere charitatiuum ſubſidium, niſi hoc ſit ſibi ſpecialiterab epiſcopo demandatum, quia exactio requirit
3 † ſpeciale mandatum, vel ſaltem generale cum libera, quod ſpeciali æquiparatur.l. procurator cum libera. ff. de procura. Item quia non eſt veriſimile epiſcopum in generali mandato de tali materia cogitaſſe,nec forte ſibi fuiſſet hoc in ſpecie cō-
2 ceſſurus,ergo non dicitur † veniſſe in mandato generali,arg. c.ult.de offi.vic.li.6.& regulæ iuris,in generali.lib. 6.

Legatus delatere poteſt exigere charitatiuum ſubſidium in tota prouincia.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio legati eſt ordinaria.*
2 *Iuriſdictio legati ſtricte eſt intelligenda.*
3 *Iuriſdictio legati eſt improrogabilis.*
4 *Legatus Papæ omnia poteſt quæ poteſt quilibet ordinarius.*
5 *Legatus Papæ habet omnibus maius imperium in ſua prouincia.*
6 *Legati iuriſdictio fauorabilior eſt quàm ordinaria epiſcopi.*
7 *Procurationi legati magis fauetur quàm procurationi epiſcopi.*
8 *Facilior ſurreptio fit in literis legati, quàm epiſcopi.*
9 *Iuriſdictio ordinaria de iure communi non competit abbati, niſi ex priuilegio.*
10 *Legatus Papæ nō pōt reſeruare omnes fructus beneficiorum vacantium.*

QVAESTIO 12.

DVodecimo quæro, An legatus Papæ in tota prouincia ſua poſſit exigere charitatiuum ſubſidium, præſertim ſi ſit legatus de latere, videtur dicendum ꝙ non,
1 quia licet iuriſdictio legati ſit † ordinaria,vt eſt tex.in ca. 2.de
2 offi.leg.li.6.Tamen eſt ſuperindicta,& † ſtricto modo intelligenda,vt voluit gl.pen.in cle.2.de offi.ord.pro qua benefacit.
3 c,præſenti.de offi.leg.lib.6.Et eſt iuriſdictio † improrogabilis, ſecundum Hoſt.in c.pen.& ibi clarius Ant.de But.de offi.leg. Hæc autem exactio charitatiui ſubſidij a iure legatis non reperitur permiſſa,ergo nō eſt extendenda eorum facultas.Tamen contrarium de iure credo eſſe verum, per doctrinam Spe.in tit.de leg.§.nunc oſtendendum.in vlt.col. uer.legatus.
4 vbi dicit † ꝙ legatus p̄p̄ cui commiſſum eſt plenæ legationis officium in ſua prouincia,omnia libere & immediate poterit,quæ ſiue de iure ſiue de conſuetudine quilibet ordinarius ſuæ legationis exercere poſſet, ſiue ſit Abbas, ſiue Archiepiſcopus.ſiue Patriarcha,ſiue primas, vel alius quicunque. Nā
5 ipſe maius † imperium omnibus poſt Romanum Pontificē in prouincia ſua habet.c.ſi Abbatem. de elec. lib. 6.& l.& iō. ff.de offi.procon.& leg.& pleniſſimam habet iuriſdictionem, vt.l.ſi in aliam.ff.de offi.procon.& lega. Finge enim ꝙ Turca debellauit terram in qua reſidebat legatus p̄p̄, & omnia bona legati abſtulit,vel cepit familiam ſuam,quam ab hoſtibus redimere oportet,vel domus,quam inhabitabat cum omnibus ſuis bonis caſu combuſta eſt,vel alia ſubeſt cauſa legitima, de quibus infra dicam. Certe non video quin charitatiuum ſub-
6 ſidium imponere,& exigere poſſit a ſuis prouincialibus.† Quinimmo videtur forte attentari poſſe,ꝙ iuriſdictio legati fauorabilior ſit,quàm ordinaria epiſcopi,per tex.in c. ſi a ſede.in fi. de præb.lib.6.& in c.dilectus.de offi.leg.Præterea videmus ꝙ
7 maior fauor a iure tribuitur † exactioni procurationis, quæ debetur legato p̄p̄,quam illi quæ debetur epō, vt eſt text.in c. cum inſtantia.de cenſi.& in c.accedentes.de præſcrip. iuncto. c.cum ex officij,eo.tit.Non ob.gl in d.cle.2.de offi.ordi. quia fateor,quo ad terminos illius cle.ſ. quo ad inducendam ſubre
8 ptionem,inducitur faciliter ſubreptio † in literis legati,vt in c. ſi.de offi.leg lib.6.quia non præſumitur habere notitiam rerū ſuæ amplæ prouincię,ſicut & Papa, quæ ſubreptio non cadit in epiſcopo,qui præſumitur habere notitiam ſuæ vnicæ diœceſis.Et ſimiliter non ob.c.præſenti.de offi. leg. quia illæ reſeruationes bene ſunt odioſæ, quoniam per eas ligantur manus inferiorum, & tollitur eis ipſorum poteſtas per decretum legati,per not.per Io. And.in c.ſi apoſtolicæ de præb.lib.6.Similiter non ob.dictum Hoſt.in d.c.pen.de offi.leg.quia Hoſt.loquitur multum dubitatiue, & dicit, ꝙ æquum & rationabile ſibi videretur contrarium,& contra Hoſt.tenet Spe. in tit.de legato. §. nunc dicamus,verſi. item poteſt iudicare in aliena prouincia.& uer.ſed nunquid legatus conſtitutus,quinimmo contra Hoſt.uidetur tex.in c.ſignificaſti.de fo.comp.tenendo
9 illud ꝙ ſentiunt ibi Hoſtien. & dicit Anto. ꝙ iuriſdictio † ordinaria de iure communi non competat abbati, niſi ex conſuetudine, uel priuilegio, præterquam correctio in monachos.Et contrarium etiam vult.d.Abb.ſicu.in c.cæterum.iux. prin.de iudi.qui concludit ꝙ iuriſdictio domini feudi, quæ eſt ordinaria ex priuilegio iuris ſpeciali poteſt prorogari, dumtamen prorogetur ad diuerſum genus cauſarum. Præterea lex dicit generaliter,ꝙ iuriſdictio ordinaria poteſt prorogari, nō diſtinguendo an ſit ordinaria naturalis, vel ex priuilegio. l.eſt receptum.& l.ſi conuenerit.ff.de iuriſd.omn.iudic.& l.1.ff.de iudic.ergo generaliter eſt intelligenda.l.de prætio.ff.de publicia.Nam ob.etiam prædictis glo.in c.ſi propter tua debita. in verbo concedimus.de reſcrip.lib.6.quæ ſequēdo Goff.tenet,
16 ꝙ legatus p̄p̄ † non poteſt etiam ad tempus reſeruare omnes fructus beneficiorum vacantium, ſed hoc poteſt ſolus Papa, quia illa loquitur,quando omnes fructus reſeruantur.hic vero loquimur, quando certa portio pro ſubſidio petitur ſine magna læſione eccleſiarum.

Forma exigendi charitatiuum ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Sponſa debet ſuccurrere ſponſo laboranti neceſſitate.*
2 *Clerici non debent expectare compulſionem,ſed ſponte ſoluere.*

QVAESTIO 13.

TErtiodecimo quæro, de forma exigendi charitatiuum ſubſidium.Reſpondeo.Hoſt.in cap. conquærente de offi.ord. inſtruit ſuper hoc prælatos,dicens,ꝙ prælatus congregato clero cum charitate & humanitate loquatur clero exprimendo cauſam ſue egentiæ,& hortando,ꝙ cum cuilibet proximo in neceſſitate ſit ſubueniē dum, fortius ſibi ſubuenire debent, narrando ꝙ ſponſus eſt
1 totius eccleſiæ,& abſurdum eſſet, ꝙ ſponſa † videret ſpōſum laborantem egeſtate ipſa exiſtente diuite, ſicut in ſimili dicitur in l.non tantum. ff. de re iud. hortando ꝙ non expectent
2 † compulſionem, ſed potius ſponte ſoluant, allegando id ꝙ dicitur in ca.1.de dona. & ipſum Hoſt. ſequuntur ſimpliciter Ant.de But.& Io.de Imo.in d.c.conquærente.

Quare appellatur ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum ſubſidium a prin.debet peti cum charitate.*
2 *Subſidium dicitur ad inſtar ſubſidiariæ actionis.*

QVAESTIO 14.

QVartodecimo quæro, Quare appelletur charitatiuum ſubſidium? Reſpondeo,quia
1 a principio cum charitate debet peti † & nō violenter extorqueri,ar.c.ex parte.de cenſi.ſecundū Hoſt.& doct.in d.c.conquærente, Et idem ſubſtantialiter dicit Inn.in c.cum apoſtolus.de cenſi.& Pau.in cle.ad noſtrum. de cenſi.vt ibi refert.d.Car.in 1.notabili, Et appellatur ſubſi-
2 dium,quia ſicut ſubſidiaria actio † datur, quando deficit propria & ſpecialis actio,vt inſtitu.ad l.aquil.§.fi.& inſt. de interd. §.fi.cum gl.ita hoc ſubſidium petitur, quando redditus proprię eccieſiæ non ſufficiunt pro oneribus incumbentibus.

Subditi poſſunt compelli ad ſoluen. ſubſidium charita. exiſtente cauſa iuſta.

SVMMARIVM.

1 *Subditi denegantes charita.ſubſi. poſſunt cogi.*
2 *Iudex in facto proprio poteſt eſſe iudex ratione notorij.*
3 *Pro exactione ſubſidij calices non poſſunt uendi.*

QVAESTIO 15.

Quintodecimo quæro, Si ſubditi ab epiſcopo ſuo cum charitate requiſiti nolunt ei præſtare ſubſidium,an per ipſum epiſcopum poterunt ad hoc compelli, Arch.in c.cauendum. 10.q.3.ſuper hoc varias refert opiniones,& nullam approbat. Similiter Bal.in c.conquærente.de offi.ord.arguit pro,& contra,& non firmat.Sed Inn.in c. cum apoſtolus. de cenſi. ſuper hoc recitat opiniones,& tandem concludit,ꝙ ſi ſubſit mani-
1 feſta & rationabilis cauſa, ipſe epiſcopus † poterit eos ad id compellere,& ipſum ſequuntur ibi Hoſt.Ioan.And.Anto.de

Butr.

Source : BIU Cujas

Butr.& Abbas ſicul.Et hoc videtur de mente tex. in d. c.cum apoſtolus.§.prohibemus.dum dicit,moderatum valeant ſubſidium poſtulare,dummodo eis graues non exiſtant,quaſi innuat,q̃ dum ſubditos non grauant,bene eos poſſunt cogere. Et pro hoc eſt tex.cum gl.in verbo in exigẽdo in cle.frequẽs. de exceſſi.prælar.& ibi clarius Pau.de Leaza. quem ſequitur ibi Pet.de Anch.in ver.8.nota.Et idem tenet ibi dom. Card.in §.nonnulli.in 1.q.Et idem tenet Lapus allegatione.20.quæ incipit.Si vacante dicens q̃ propter hoc eos poterit excommunicare,per tex.in dicta cle.frequens.de exceſſi.prælat.Quinimmo ponunt pro conſtanti domini de Rota in nouis deci.425. quæ incipit,item extra rotam petebatur conſilium, q̃ ep̃s in ſua dioceſi poteſt proponere edictum, q̃ quicunque clericus beneficiatus ſuæ dioceſis non ſoluerit ei charitatiuum ſubſidium infra tantum tempus,ſit excommunicatus.Et ibi plene diſputant, an illi qui non ſoluerunt prætendentes ignorantiã edicti euitent pœnam excommunicationis, vt latius dico infra quæſtione.101. Nec obſtat q̃ epiſcopus videatur eſſe iudex in cauſa propria,contra.l.1.C.ne quis in ſua cauſa. Quia
2 ratione notorij ſeu manifeſti permittitur † epiſcopo q̃ ſit iudex in facto proprio,ſaltem concernente commodum & honorem eccleſiæ ſuæ,vbi aliàs eſſe non poſſet,tex. eſt in c.Romana.de pœnis,& notat Inn.in ca.ex parte in chriſto, de verb. ſign.& Ant.de But.in c.cum veniſſent.de iudi. Ratione enim notorij efficitur iudex competens.qui aliàs eſſet incompetẽs. c.romana.§.notoria vero crimina.de cenſi.lib.6.& c.ſolicitudinem.de appel.& c.1.de offi.deleg.lib.6.Pro exactione tamẽ
3 ſubſidij non poterunt loco pignoris † capi,vel diſtrahi calices, libri vel alia ornamẽta diuinis officijs deputata, per tex.in cle. ſi beneficiorum.de decimis, quæ cle. ſolum intelligitur & reſtringitur, quando ſubſidium exigitur per collectorem Papæ vel aliàs iuxta terminos illius clem.ſed in ſubſidio q̃ iure proprio exigitur per ordinarium, non habet locum illa clementina,ſed antiqua iura ſeruabuntur,ſecundum Pau. de Leaza.in d cle.quem ſequitur ibi Card.Zab.in ult.q. Et hæc dico latius infra q.88.& quatuor quæſtionibus ſequentibus.

Quæ ſit iuſta cauſa exigendi ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicatur rationabilis cauſa exigendi.*
2 *Contentio inter epiſcopum, & clerum ſuper exactione ſubſidij deciditur per ſuperiorem.*
3 *Statur arbitrio ſuperioris an ſit iuſta cauſa.*

QVAESTIO 16.

Sextodecimo quęro, Quæ ſit iuſta cã exigẽ di charitatiuum ſubſidium.Reſpondeo,requiritur,q̃ ſit manifeſta & rationabilis cauſa,ne nimis grauentur ſubditi.tex.eſt in c.conquærente.in fi.de offi.ord.& in c.cum apoſtolus.§. prohibemus. de cenſibus † Et dicitur rationabilis cauſa releuatio oneris debitorũ,
1 & expenſæ nimis graues,& intollerabiles,puta propter guerram pro iure eccleſiæ tuendo exortam, ſecundum Hoſtiẽ.in ſumma in ti.vt eccleſiaſtica benefi.§.1.in 4.col.uerſic.ſed quę poteſt eſſe iuſta cauſa.& in titu.de cenſibus.§ ex quibus cauſis. uer. Item poteſt fieri exactio, vel quando facit expenſas pro aliquibus negotijs communibus totius dioceſis, ſecundum Inn.in c.1.circa finem.de ſta.mona. Vel quando epiſcopus facit magnam expenſam in litigando pro iuribus eccleſiæ ſuæ, vel quicunque ſit caſus ſuperueniens propter quem ſupportandum habet neceſſe talia petere,ſecundum Ant.de Butr.& Io.de Imo.in d.c.conquerente.circa fi. Pro quo etiam allego optime q̃ not.Cyn.in l.neminem.in ult.q.C.de ſac.ſan. eccl.& Arch.in c.quia cognouimus.10.q.3.& Spe.in tit.de feu.§.qm̃ uerſ & not.q̃ vaſalli.Et idem dico de expenſa facta in promotione ſua pro ſoluenda bullarum annata in camera apoſtolica,vel pro proſequenda electione ſua in curia,iuxta.c. cupientes.§.ad hæc.& §.ſi vero.vbi etiam bona gl. in uerbo diſcreta. de elect.lib.6.Prædicta intelligunt vera Ant.de Bu.& Ioan.de Imo.in d.c.conquærente, niſi epiſcopus in caſum illum incidiſſet culpa ſua,quia ſi propter ſuam prodigalitatem, ſibi imputaretur,argumento.c.ex parte.de conſue.Et ſi oriatur contentio inter epiſcopum & clerum, eo quia clerus dicat non ſubeſſe rationabilem cauſam petendi ſubſidium epiſcopo pe-
2 tente,& contrarium aſſerente, hoc determinari debet † arbitrio ſuperioris,ſecundum gl.notabilem in verbo rationabilis. in d.c.cum apoſtolus.§. prohibemus. & Hoſt.in ſumma de cenſi.§.ex quibus cauſis.uer.quid ſi ſubditus dicat.qui ita dicit tenere Gofr.pro quo allego q̃ notat Arch.in §.iuxta ſanctio-
3 nem.qui.§.aliàs incipit,nouarum.17.q.1.ubi dicit,q̃ ſtatur † arbitrio ſuperioris', an ſubſit rationabilis cauſa imponendi aliquod onus eccleſiæ.& ita dicit tenere Ala.Lau.& Philip. in d. d.cum apoſtolus & ita ſentire Goff.in ſumma de cenſi.§. nũc videmus.pro quibus eſt bonus tex. cum gl. in uerbo tantam neceſſitatem in c.non minus.de immu.eccl.& gloſſ.in c. cum olim,in verbo iudici.de uerb.ſign.

Stante contentione inter epiſcopum, & clerum, an ſubſit cauſa exigendi ſubſidi. charitatiuum, quis erit iudex.

SVMMARIVM.

1 *Eligentur arbitri ſuper competentia Iudicis.*
2 *Epiſcopus an poſſit cogere nolentes,eligere arbitros.*

QVAESTIO 17.

Decimoſeptimo quęro, Quãdo eſt cõ tẽtio inter epiſcopum & clerum ſuper cauſa exigendi charitatiuum ſubſidium,quia clerus dicit non ſubeſſe cauſam manifeſte rationabilem,quis erit iudex competens ſuper hoc.Hoſt.Io. And.&
1 Anto de But.in d.c.cum apoſtolus.dicunt q̃ hoc caſu † eligentur arbitri,qui hoc terminabunt,per.c.ſi clericus.11.q.1.& ſic dicit Io.And.fuiſſe de facto obtentum, & idem dicit Arch in §.iuxta ſanctionem.16.q.1.per dictum.c. ſi clericus. Et ſubdit
2 Arch.in d.§.iuxta ſanctionem.q̃ ſi ſubditi nollent eligere † arbitros,epiſcopus eos compellet,per notata in c. irrefragabili.§.cæterum.de offi.ord.Hoſt.uero in ſumma de cenſib.§. ex quibus cauſis,ver.quid ſi ſubditus dicat.dicit, q̃ in hac controuerſia,ſi epiſcopus ſit reus,recurretur ad metropolitanum,ſi vero clerus ſit reus, eligentur arbitri, ſi uero ſit appellatum, tũc recurretur ad iudicem,ad quem eſt appellatum.Et idem concludit Pau.de Leaza.in cle.1.de exceſſi.præla.quem ſequũtur ibi Card Zaba.Pet.de Anch.& Io.de Imo. Nec hoc caſu ipſe epiſcopus eſſet iudex competens, ſtante dubio an cauſa exigendi ſubſidium ſit rationabilis, vt concludit Oldr. conſil. 234.In ſecundo dubio.Si uero conſtaret, q̃ cã eſſet manifeſta & rationabilis,tunc procederent quæ dixi ſup.in 15. q.

In dubio non debet præſumi cauſa rationabilis.

QVAESTIO 18.

Decimooctauo quęro, An iudices de cõ trouerſia inter epiſcopum & clerum ſuper charitatiuo ſubſidio cognoſcentes debeant in dubio præſumere cauſam eſſe rationabilem,videtur q̃ ſic, attenta dignitate petentis, & honeſtate perſonæ ipſius,arg.c.in noſtra.de procur.& c.2.de no. ope.nunt.& in c.niſi eſſent.de præb.& gl.in l.Titio fundus. de cond & demõ. In contrarium facit tex.in c.ſi quis præpoſtera.50.diſt.& in c. ego ſolis.9.diſt.Et hoc vltimum credo eſſe verius, quia tex.in c.conquærente in fi.de offic.ordin.& in c.cum apoſtolus. de cenſib.non ſolum requirit cãm rationabilem, ſed q̃ ſit manifeſte rationabilis, ergo innuit, q̃ in dubio non debet præſumi rationabilis.

Quæ dicatur cauſa rationabilis exigẽdi ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Quæ emptio inducat cauſam iuſtam exigendi charita.ſubſidium.*
2 *Expenſa pro fabrica idem operatur.*
3 *Emptio prædiorum pro eccleſia non indncit exactionem ſubſi.charitatiui.*

QVAESTIO 19.

Decimonono quęro, Epiſcopus fecit magnam emptionem, puta pro fabrica eccleſiæ ſuæ ſumptuoſa, vel aliam magnam emptionem fecit pro eccleſia ſua,an pro ſatisfaciendo venditoribus poſſit a clericis ſubditis ſuis exigere charitatiuũ ſubſidium.Hoſt.in ſumma.vt eccleſi.benefic.§.1.uer.ſed quæ poteſt eſſe iuſta cauſa.& in tit.de cenſi.§. ex quibus cauſis. uerſi. item poteſt fieri exactio.& Ant.de But.& Io.de Imo. in c.conquerente.circa fi.de offic.ord tenent q̃ ſic, quod intelligo verum quando epiſcopus feciſſet magnam emptionem pro ec-
2 cleſia ſua continentem publicam † vtilitatem, puta quia emiſſet pro eccleſia vnum caſtrum, q̃ erat valde neceſſarium ſtatui eccleſiæ ſuæ, & ſine quo eccleſia non erat bene ſecura de ſtatu ſuo,& hoc eſt q̃ proprie determinat Oldr.cõſi.ſuo.104.
2 q̃ incipit,Circa propoſitam quæſtionem † Et idem dico, ſi fecit magnam expenſam pro fabrica eccleſiæ ſuæ neceſſaria, & epiſcopus vltra neceſſaria ſibi & familiæ ſuæ nõ poteſt de redditibus eccleſiæ ſatisfacere debitis contractis pro fabrica illa, quia tunc licite poterit exigere charitatiuum ſubſidium. arg. c.1.& c.de his.de eccle.edifi.& c.cõceſſo.& c.quatuor.12.q.2. Aliàs enim ſi epiſcopus feciſſet magnam emptionem prędiorum

Source : BIU Cujas

3 rum † pro ecclesia,vt ex his annuos maiores fructus percipe-
ret,& sibi imbursaret, vel ampliorem statum retinere possit.
Non credo, ꝙ episcopus pro soluendo venditoribus possit
exigere charitatiuum subsidium a clericis suis longe minores
reditus eo habentibus,argumento.c.cum cām.de præb. quia
hoc non esset rationabile,vt exigit.c cum apostolus.Et ita in-
telligi & limitari debent dicta doctorum supra allegat. Et se-
cundum predicta etiam limito dictum Spe in titu. de feud.§.
4 quoniam.in pen.col.uersic.& nota ꝙ vasalli † ubi simpliciter
dicit, ꝙ vasalli comitum vel baronum imperij tenentur do-
mino conferre pro aliqua terra emenda.

An episcopus eundo ad Papam possit exigere charita. subsidium pro expensa facienda.

QVAESTIO XX.

Vigesimo quæro, Si episcopus habet facere iter ad Papam, vel Imperatorem vel Regem,an pro ista expensa possit exigere charitatiuum subsidium Inn.in c.1.circa finem.de statu monac. tenet ꝙ sic.Idem tenent Host. Ant.de Bu. & Io. de Imo.in cap. conquærente.in fi.de offi.ord.& glo.in uerbo pro regijs, in c. vnio.q.3.& Bal.in l. si quis ad declinandam.in 8.col.C.de epi. & cler.& Pau.de Leaza.in cle.1. de excessi. prælat. quē sequit ibi dominus Card in §.non nulli.in 3.oppo.Et idem tenet ibi dom.Pet.de Anch.in ver.8. nota. Pro quibus allego optimū tex.in c.ea quæ. de censi.Quod intelligo verum, quando episcopus accedit pro necessitate communi uel suę ecclesiæ.Vel quando visitat limina Beati Petri, vt impleat iuramentum a se præstitum,iuxta formam.c.ego enim, in fine.de iureiur.& ita proprie loquitur.c.ea quæ.præallega. Aliàs enim si accederet pro priuatis negotijs,vel causa solatij,non credo ꝙ possit exigere charitatiuum subsidium,argu.c cum pro causa.cū gl.vlt de procur.& c.vt præteritæ. de elect.cum gloss. ibi super verbo fecerint.& arg.c.statutum.§.insuper.cum glo in verbo propter causam. de rescript.lib. 6. ad hoc tex. in l. ex parte.in princ.ff.fami.herciss.& gl ult.in c.inter cætera. 10.q.3.& ita proprie restringit Abb.siculus in c.cum apostolus.de censi. dicēs etiam,ꝙ qñ permittitur ēpo exigere charitatiuum subsidium pro prædicta itineratione, hoc ita demum ei licebit, si talem expensam subire non potest ex redditibus ecclesiæ suæ, per illum tex.in §.prohibemus qui pondera necessitatem,dum dicit, sustinemus autem pro multis necessitatibus.

Episcopus vocatus ad concilium potest exigere chari. subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus tenetur ire ad concilium generale.*
2 *Episcopus tenetur ire ad concilium prouinciale.*

QVAESTIO 21.

Vigesimoprimo quęro, Si episcopus vocatus est ad cō-
1 cilium † generale,ad ꝙ ire tenetur.vt est tex in ca. placuit 18.
dist.& notat Inn.& Io. An in c.graue.de præben.vel est voca-
2 tus ad concilium prouinciale,† ad ꝙ etiam ire tenetur, vt est
tex.in c.ēps ad sinodum.18.distin.& quasi per totam illam di-
stinctionem an possit propter hanc causam a clero suo exige
re charitatiuum subsidium. Dic ꝙ sic,secundum Inno. in c.1.
circa fi.de statu mona.quem sequuntur ibi Anton.de Butr.&
Abbas siculus,qui Abbas præ cæteris bene ibi ponderat illud
d.Inn. Et idem dicit Abba.siculus in c.conquærente. de offic.
ord.& in c.dilectus.eod.tit.& Bal.in l. si quis ad declinandam.
in 8.col.de episc.& cler.

Quando pro expensa facienda in aduentu regis, vel Imperatoris episcopus possit exigere charitatiuum subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli tenentur contribuere in sumptib. quando imperator transit per loca eorum.*

QVAESTIO 22.

Vigesimosecundo quęro. Vtrum ēps possit a clericis suis pro expensa facienda pro aduentu regis vel Imperatoris seu principis charitatiuum subsidium postulare. Dic ꝙ sic,præsertim si ab eo tenet regalia. sed non debet eos grauare,vel ad hoc cogere,secundum Arch.post Hug.in c.vnio.10. q.3.Sed credo ꝙ etiam eos possit cogere, per textum in l.neminem.C.de sacr.sanc.eccl. Et hoc clarius dicit Inn. in c.non minus.de immu.eccl. Et pro hoc allego, quod notat Spec.in tit.de feu.§.quoniam.in pen.col.uer.& nota ꝙ vasalli, vbi di-
1 cit, ꝙ vasalli comitum & baronum † tenentur conferre seu contribuere in sumptibus, quando Imperator transit per loca eorum,aliter tamē ibi loquitur Io. And. in addi.post Goff. vbi præcise loquitur, an vasalli Imperatoris teneantur ei ministrare expensas,dum transit per eorum loca, quando vadit Romam pro corona.

Existente rationabili causa episcopus potest exigere semel & pluries chari. subsidium.

SVMMARIVM.

1 *Quot vices importet verbum, quoties.*

QVAESTIO 23.

Vigesimotertio quęro, Vtrum episcopus a subditis suis possit semel duntaxat,an vero etiam pluries exigere charitatiuum subsidium. Dic ꝙ potest non solum semel, sed etiā pluribus vicibus ipsum exigere, dummodo subsit rationabilis causa,secundum dominum Abb.siculum in c.cum apostolus de censi. mouetur per illum tex.in §.prohibemus,dum dicit,quæ aliquotiens superueniunt. & posita opinione Abbatis pro vera,pro qua benefacit.ca.visitandi.cum glo. 1.18.q.2. & c.fi.de censi.lib.6.&c.mandamus.de offi.arch.& c.cum venerabilis,de censi An possit exigere vltra bis vel ter,decidi potest ex his,quæ notat Bald.in l.si duo.per illum tex. ff. de arbitris.& in l.1 C.de his quæ pęnæ nomine.& Ang.in l.oratione ff.de ferijs.& in l.si finita in principio, de dāno infec.& Arch.
1 in c.nunc uero.9.q.3.vbi ponunt, † quot vices importet verbum, quotiens.

Si episcopus non existente causa manifesta excommunicat denegātes subsidium charita.excommunicatio est nulla.

SVMMARIVM.

1 *Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta ligat.*
2 *Decretalis,cum ad quorundam,de excessi. præla.continet ius commune.*
3 *Intellectus trahentes decretales ad gratiam sunt fugiendi.*
4 *Sententia excommunicationis continens intollerabilem iuris errorem est nulla.*
5 *Dubium probabile non annullat excommunicationem latam per episcopum.*

QVAESTIO 24.

Vigesimoquarto quęro, Dictum est supra in 15.
quæstione,ꝙ ēps potest excommunicare subditos denegantes ei charitatiuum subsidium, an si episcopus petat subsidiū sine manifesta & rationabili causa, & sic contra iura, præsertim,contra.c.nullus episcopus grauamen.1.q.1.& subditis negantibus illud exhibere eos excommunicat, an sententia excommunicationis sit ipso iure nulla. Videtur ꝙ non, quia sen-
1 tentia pastoris siue iusta siue † iniusta ligat, & timenda est.11.
q.3.c.1.& 2,Contrarium credo esse uerius, quia potius credo sententiam esse nullam,per tex.in cap cum ad quorundam.de de excess.præ.secundum intellectum Host. & Io.And.ibi te-
2 nentium,ꝙ illa decre.contineat ius commune,† & per gl,eun.
dem intellectum sequentem in c.præsenti.in gloss.2 de senten excommu.lib 6.& per not.per Inn.in c.cum apostolus.in glo. sua.1.de censi.ubi patet,ꝙ si episcopus vel prælatus, dum visitat,vltra formam iuris, grauat subditos in exhibendis procurationibus, si propter hoc eos excommunicat, sententia est ipso iure nulla,quod etiam tenet Host. in summa de censib §. fi.in fi.Et pro hoc facit ꝙ notat Pau.de Leaza. in cle. si beneficiorum.de deci.quem sequitur ibi Card.Zaba.in 15.q. vbi dicit,ꝙ si subditi resistentes collectoribus papæ volentibus occupare calices,vel ornamenta ecclesiarum pro exactione decimæ papalis contra illam cle. ab ipsis collectoribus excommunicantur,ilia excommunicatio est nulla, per tex.in d.c.cū ad quorundam.per quem tex.etiam consuluit Gasp. Cald. in suis consilijs in tit.de sen.excom consi.9.quod incipit, Collector papalis, ꝙ si collector papæ exigere volens decimam a religiosis exemptis a solutione decimæ Papalis eis priuilegiū suum allegantibus ipsos propter denegationem solutionis excommunicat,sententia est ipso iure nulla, pro hoc tex.in c. vlt.de præb.& gl.fi.in c.manus.de conse.dist.5. Et quamuis glo, in d.c.cum ad quorundam.& in d.ca.cum apostolus.in verbo existant.

Source : BIU Cujas

existant. uideantur velle, q illa decretalis, cum ad quorundã. contineat imperiale priuilegium. Tamen mihi magis placet, q contineat ius commune, videlicet speciale in excommunicatione lata propter exactionem indebitam. Et si teneremus opi. gl. sequeretur absurdum, q decr. nihil operaretur, quia nõ apparet cui decr. dirigatur, & sic nullus ex ea priuilegium cõsequeretur. † Item quia fugiendi sunt intellectus trahentes decreta ad gratiam, secundũ Io. And. in c. ex parte Adæ. de testi. & licet decr. cum ad quorundam. loquatur in procuratione a visitante vltra debitum exacta. tamen quia mens p̃p̃ ibi principaliter est fundata super exactione indebita, quã faciunt prælati a subditis. Dico q licet ille casus annullans ipso iure excõmunicationem sit exorbitans a regulis iuris communis, tamẽ propter mentem conditoris decret. & omnimodam identitatem rationis, decre. illa locum habet in excommunicatione lata in subditos denegantes charitatiuum subsidium episcopo suo ab eis sine rationabili causa petitum. & in collectore p̃p̃ indebite solutionem decimæ exigente, per text. cum gl. in c. si postquam. §. 1. in verbo mente. de elec. lib. 6. & in c. 1. cum gl. in uerbo Italiæ. de temp. ord. li. 6. Et prædicta sine dubio procederent, quando episcopus eos excommunicaret, quia ad nutum & simplicem voluntatem episcopi absque aliqua rationabili causa nolunt charitatiuum subsidium soluere, hoc expresso in sententia, quia tunc clarissime appareret de nullitate
4 sententiæ excommunicationis, eo † q contineret intollerabilem iuris errorem, per. c. per tuas. de sen. excom. & c. venerabilibus. §. fi. de senten. excom. lib. 6. Sed si esset probabile dubiũ, an causa exigendi subsidium esset manifesta & rationabilis,
5 † tunc excommunicatio per episcopum lata non esset nulla, per ea quæ scribit dominus Card. Zaba. in d. clem. si beneficiorum. in 15. q. ubi. h. d. in excommunicatione lata per collectorem p̃p̃ capientem pro decima calices vel alia ornamenta diuinis officijs deputata, contra illam cle. per. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & l. ex quacunque. ff. si quis in ius uoc. non ierit. Et an episcopo vel collectori decimæ in prædictis exercentibus possint subditi violenter resistere. Dico inf. q. 90.

Pro nullo commodo pecuniario potest poni generale interdictum sine speciali licentia Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio extrauagantis, prouide attendentes, quo ad interdictum generale.*
2 *Speciale interdictum episcopus ponere potest propter denegatum subsidium.*
3 *Quod dicatur generale vel speciale interdictum.*
4 *Generale interdictum quando poni possit per epiſcopum.*
5 *Quæ sit causa interdicti generalis.*
6 *Cautela contra dictam extrauagantem.*
7 *Cautela pro extrahendo debitore inuito de domo pro causa ciuili.*
8 *Pœna adiecta dationi quantitatis non valet.*
9 *Cautela pro validitate pœnæ adiectæ dationi quantitatis.*

QVAESTIO 25.

Vigesimoquinto quæro, Episcopus ex causa manifesta & rationabili petit charitatiuum subsidium a subditis suis, ipsi vero contumaciter recusant illud soluere, seu exhibere. An episcopus propter talem denegationem possit apponere generale interdictum in dioceſi sua. Dico q non. Et idem dico in collectore p̃p̃ exigente decimam beneficiorum: nomine p̃p̃. quia pro nullo pecuniario commodo vel alia quantitate pecuniæ potest apponi generale interdictum in loco sine
1 speciali licentia p̃p̃. vt est hodie † prouisum per extrauagantẽ Bonifacij. 8. quæ incipit, prouide attendentes, & idem dicit Io. And. in nouella in c. præsenti. de sentẽ. excom. lib. 6. & in addit. Spe. in tit. de reſcri. possunt. §. ratione formæ. versi. nunc dicamus. & Ioan. Cal. in tractatu suo de ecclesiastico interd. uer. si quęratur an vacante re. memorantes dictam extrauagantem,
2 sed speciale interdictum † puta in certa ecclesia bene poterit eps apponere propter denegatum subsidium, quia extrauagans prædicta non habet locum in speciali interdicto, sed solũ in generali. vt declarat Ioã Cald. in d. tractatu de ecclesiastico interdicto. in uer. item quæro an extrauagans. & Ioan. And. &
3 Domi. in d. c. præsenti. Quod autem dicatur † generale vel speciale interdictum, habetur in c. cum in partibus. de verb. sign. & plenius per Io. Cald. in d. tracta. Prædicta tamen limito nisi
4 subditi † denegantes soluere subsidium prius fuissent propter hoc ab epo excommunicati, quoniam si perseuerant in contumacia, non obstante excommunicatione, eps poterit apponere generale interdictum. Nec obstabit dicta extrauagans. Prouide attendentes, quæ loquitur, quando directe & immediate apponitur generale interdictum in loco pro pecuniario commodo, hoc autem casu apponitur potius propter contumaciam, & solutio subsidij non est causa immediata, sed me-
5 diata, & remota. Causa vero interdicti † generalis immediata & propinqua est, contemptus excommunicationis, quæ plus debet attẽdi, quam causa remota, vt in c. De cætero. de homi. & l. socium qui in eo. ff pro socio. Ita singulariter concludit Gas. Cal. in suis consilijs in tit. de senten. excommuni consil. 8. quod incipit, Episcopus interdicit. & dicit hoc esse verissimũ,
6 & ita debere intelligi illam extrauagantem. prouide. † Et ita erit cautela per quam indirecte pro re pecuniaria poterit apponi interdictum generale, similis ei, quam tradit Bart. in l. cũ eo. ff. ad l. Iul. pecula. & Angel. in l. plerique. ff de in ius uoc. & Io. de Imo. in c. lator. de pign. ubi volunt, q licet debitor pro causa ciuili non possit inuitus extrahi de domo, vt d. l. plæriq;,
7 tamen si pro debito ciuili prius citatus, † constitutus est in cõtumacia poterit inuitus de domo extrahi, & carcerari, & postea ibi pro debito ciuili recommẽdari. Et erit simile ei, quod dicit Iaco. But. in l. cum allegas. C. de usur. & in l. rogasti. §. si tibi. & ibi Bar. ff. si cer. peta. quem sequitur Ant. de Bu. in c. dilecti. de arbi. vbi uoluit, q licet non valeat pœna † adiecta dationi quantitatis, quia præsumitur adiecta in fraudem vsurarum,
9 tamen si dationi quãtitatis addatur † obligatio facti. vt præsentatio pignorum uel repræsentatio in iudicio, cui facto adijcitur, pœna tunc valebit.

A quibus possit exigi subsidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *A clericis & non a laicis per epiſcopum exigitur charit. subsidium.*
2 *Laici dioceſani non dicuntur subditi epiſcopo proprie.*
3 *Epiſcopus licet visitet clerum & populum, non tamen habere debet procurationem nisi a clero.*

QVAESTIO 26.

Vigesimosexto quæro, A quibus possint epiſcopi exigere charitati subsidium. respondeo a clero & ecclesijs suæ ciuitatis & dioceſis. per cap. conquærente. in fin. de off. ord. A laicis
1 verò † dioceſanis per epiſcopum exigi non poterit, per. ca. qa cognouimus. 10. q. 3. saltem de consuetudine generali, & licet c. cum apostolus. §. prohibemus. de cens. loquatur simpliciter de subditis, tamen intelligendum est de ecclesiasticis, vt loquitur. c. conquærente, & quia stricte & proprie sumẽdo laici dio
2 ceſani non dicuntur subditi † epiſcopo, licet quo ad quædam foro suo subijciantur, vt notat gl. in cle. 1. in uerbo subditos. de foro compe. & habetur in c. nuper. de sent. excommunic. Et pro hoc facit quod notat Arch. in c. cauendum. 10. q. 3. ubi videtur concludere, q licet eps uisitet clerum & populum, vt in
3 c. Romana. de censi. lib. 6. † tamen a laicis non potest exigere procurationem, nisi hoc dictet consuetudo. Et ad idem est gl. aperta in d. c. romana. in verbo laicos. tex. tamen in d. c. cauẽdum, potest adduci pro & contra, ut plenius tangit Domini. post Doct. in d. c. romana. in fi prin. Et pro prædictis allego q notat Pau. in cle. ad nostram. & ibi Card. Zaba. in 16. notabili, de censibus.

Capitulum tenetur præstare subsi. charita. epiſcopo suo.

QVAESTIO 27.

Vigesimoseptimo quæro, An capitulum seu canonici ecclesiæ cathedralis teneantur epo suo præstare charitatiuum subsidium, quando ab eis petitur ex legitimis causis, de quibus dictum est sup. Dic q sic secundum Hostien. Bal. & Ant. de But. in ca. ut præteritæ. de elec. & fortius ipsi debent ei subuenire quàm cæteri. quia dignius est, q membra subueniant capiti suo, quàm extranei, ar. c. cum non liceat. de præscri. & c. requisisti. de testa. Et vide quod dico infra in 66. quæst.

QVAESTIO 28.

Vigesimooctauo quæro, An exactio charitatiui subsidij, quam fecit epiſcopus, dicatur esse de l. dioceſana, an vero dicatur esse de l. iurisdictionis. Quæstio est magni effectus, propter illa, quæ dicam infra proxima. q. Innoc. in c. 1. de sta. mo. dicit q est de l. dioceſana. Idem tenent Io. An. Ant. de Bu. & Io de Imo. in c. dilectus. de off. or. & Bald. in l. si quis ad declinandam. in 8. col. de epi. & cler. c. Hoc idem uelle magna in d. c. dilectus, & glo. 10. q. 1. in ſumma. tamen Abb. sicu. in d. c. dilectus, multum de hoc dubitat, tum quia Inno. in d. c. 1. de ſtatu mona. ſuper cuius dicto omnes prædicti doct. ſe fundãt,

postea

Source : BIU Cujas

poſtea in fin.uidetur recedere ab illa opinione, dum vltimate Inn.dicit, Vel dic, quod hoc non ſunt de.l. dioceſanæ ſed iuriſdictionis, quia de lege iuriſdi.dicitur eſſe omne illud, ad ꝙ monaſteria tenentur. Nunquam enim in canonibus antiquis aliqua mentio fit de lege iuriſdictionis, ſed noua decre. tamen facit mentionem &c. tum propter verba Inn. in illo.ca.dilectus,
1 qui dicit, potius dicendum eſſe, epiſcopum unam † tantum legem habere ſcilicet dioceſanam, & ſub hac comprehenditur totum ius epiſcopale † ꝙ in dioceſi habet epiſcopus, & ēt
2 lex iuriſdictionis, & ſic Inn. nō uidetur diſtinguere legem dioceſanam a lege iuriſdictionis. Tamen, vt ex prædictis apparet, communis do&t. ſententia eſt, quòd charitatiuum ſubſidium non ſit de lege iuriſdictionis, ſed de lege dioceſana.

Monaſteria non tenentur ad ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria ſunt exempta a.l. dioceſana.*
2 *Cle.1.de cenſi. in quo caſu intelligatur.*
3 *Monaſteria tenentur ad ſubſi.char.pro eccleſi.ſibi ſubiectis, aliàs præſtare ſolitis.*
4 *Procuratio debetur a monaſterijs epiſcopo uiſitanti.*
5 *Monaſteria ratione populi tenentur ad omnia quæ ſunt de lege dioceſana.*
6 *Declaratio generalis ſuper hoc quo ad monaſteria.*
7 *Monaſteria monialium etiam exempta quo ad viſitationem ſubſunt ordinario.*

QVAESTIO 29.

Vigeſimonono quęro, An monaſteria teneantur præſtare epo charitatiuum ſubſidium, in hoc communis ſententia do&t. tenet ꝙ non, & ita firmant in terminis Ioā. And. Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. dilectus. de offi. ord. Inno. in c.1. de ſta. monac. Bal. in l. ſi quis ad declinandam. in 8. col. de epiſ. & cler. & Arch. & Io. And. in c.1. de præb. li.6. mouentur, quia exactio charitatiui ſubſidij eſt de lege dioceſana, & nō iuriſdictio
1 nis, vt dixi ſup. proxima quæſt. a qua. l. dioceſana † monaſteria ſunt exempta, vt eſt tex. in c. nepro cuiuslibet. 16. q. 1. & in c. quàm ſit. in fi. cum glo. 18. q. 2. & in c. 1. de ſta mon. Et expreſſe tenet Hoſt. in ſumma de ſtatu. mon. §. fi. & in tit. de cenſi. §. ex quibus cauſis. uer. item ep̄s exigit. & gl. in verbo ſolutionis in c. inter cætera. 10. q. 3. Sed Abb. ſicu. in d.c. dilectus. & in d.c. 1. de ſtatu mon. dubitat de hoc communi dicto. & dicit, ꝙ quidam conſuluerunt contrarium quibus ipſe vī adhærere, per tex. in cle. 1. & 2. de cenſi. ubi patet, ꝙ religioſi tenentur ſoluere onera & iura epiſcopalia, niſi ſe tueri valeant ſpeciali priui legio p̄p̄ vel cōſuetudine. Et pro hac opinione allego tex. vbi videtur caſus in terminis in extraua. Benedicti. 12. quæ incipit vas electionis. §. præmiſſis quoque, in verbo monaſterijs & locis alijs. Sed teneo communem opinionem per prædicta. Nō
2 obſtat d.cle. 1. quia loquitur, quando monaſteria † nolunt ſoluere epo ſubſidiū charitatiuum pro eccleſijs monaſterio ſubiectis, quæ eccleſiæ antequā eſſent ſubiectæ monaſterio ſoluebant & ſoluere tenebantur epo charitatiuum ſubſidium, & alia iura epalia, quæ eccleſiæ cenſentur fuiſſe ſubiectæ monaſterio cum ſuo onere, vt in c. paſtoralis. de deci. & ſine præiudicio epi. vt in c. quia monaſterium. de reli. do. Et ꝙ ita intelligi debeat. d.cle. 1. indicat tex. ibi, dum dicit, Aciura epiſcopalia & alia præſtari pro ipſis antequam ad eos peruenirent ſoli
3 ta &c. Illud enim † verum eſt, ꝙ monaſteria bene tenentur ſoluere epo charitatiuum ſubſidium pro eccleſijs, & capellis monaſterio ſubiectis, vt inquit Inn. in d.c. 1. de ſtatu mona. & Bal. in d.l. ſi quis ad declinandam. Et ſentit glo. in d.c. inter cætera. in verbo ſolutionis. Pro quibus recte intuenti eſt caſus proprie in c. conquærente de offi. ord. vbi papa vult, ꝙ abbas mō tis Caſſini pro eccleſijs & capellis monaſterio ſuo ſubiectis teneatur epo Aſſiſino ſoluere ſubſidium charitatiuum. Benefacit. c. cum capella. & c. ex ore de priuileg. & c. de monachis. de præbend. & c. 1. de præbend. lib. 6 & cle. 1. de iurepa. Non obſt. tex. in c. inter cætera. 10. q. 3. dum tex. dicit. Monaſteriorum tamen baſilicis ab hac ſolutionis penſione ſeiunctis, quia vt dicit Hoſt. in ſumma, de ſtatu monachorum. §. fi. ille tex. exponi debet, baſilicis monaſteriorum ideſt baſilicis quæ ſunt monaſteria, aliàs corrigeretur per alia iura, vel intelligi debet de monaſterijs, quæ ſunt exempta cum capellis ſuis, quæ capellæ tūc gaudent eodem priuilegio. Eodem modo poteſt reſponderi ad §. præmiſſis quoque. in extrauaganti. vas electionis, ꝙ loquitur quando charitatiuum ſubſidium exigitur a monaſterijs pro eccleſijs & capellis ſibi ſubiectis, vel refertur ad ſuperiora verba, videlicet quando exigitur charitatiuum ſubſidiū a monaſteriis ex ſpeciali priuilegio vel conſuetudine, dū tex. ibi dicit, Ex apoſtolica indulgentia vel conſuetudine, non ꝙ hoc fieri poſſit de iure communi. Et ſi dicatur cle. 1. de cenſi. loquitur non ſolum de eccle. ſed etiam de monaſterijs quæ aliis monaſteriis ſubiiciuntur Reſpondeo, ꝙ ille tex. non gratiuat, ꝙ ſoluant niſi iura epiſcopalia quæcunque eis ſubiiceren tur epiſcopo erant præſtari ſolita, quæ forte antea epiſcopo ex ſpeciali priuilegio tenebantur ad charitatiuum ſubſidium perſoluendum, vel poteſt intelligi ille text. generaliter loquēs
4 de ſolutione alterius iuris epiſcopalis, † videlicet de ſolutione procurationis, quæ ſine dubio a monaſteriis debetur ep̄o vel archiepiſcopo viſitanti, vt eſt tex in c. ſopite. de cenſi. & in ca. romana. de cenſi. lib. 6. Et per hoc vltimum etiam reſpondeo ad cle. ad noſtrum, de cenſi quia non loquitur in charitatiuo ſubſidio, ſed in ſolutione procurationis facienda ratione uiſitationis, ad quam bene tenentur monaſteria, vt prædixi. Et per hæc remanet ſalua communis opinio, a qua non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo. Prædicta intelligo vera,
5 † niſi monaſterium haberet populum, quoniam cum tūc ratione populi teneatur ad omnia quæ ſunt de. l. dioceſana, vt vult Inn. in d.c. 1. de ſtat. mon. & Io. And. in addit. Spec. in rub. de priuile. etiam tenebitur ad charitatiuum ſubſidium, ꝙ eſt de l. dioceſana vt dictum eſt ſupra proxima q. Item ꝙ dixi, mo
6 naſteria teneri † pro eccleſiis & capellis ſibi ſubiectis ad charitatiuum ſubſidium, intelligi debet de eccleſiis uel capellis habentibus populum, vel ſi non habent populum, ſunt tamen eccleſiæ vel capellæ ſeculares, aliàs enim ſi ſunt regulares, ita demum tenebuntur ad charitatiuum ſubſidium, ſi monachi ibi reſident ſimpliciter vt monachi, non vt congregatio: nam ſi eſſent ibi vt congregatio. non eſſet pro eis ſoluendum charitatiuum ſubſidium, cum etiam tales ſint exempti ab epiſcopo quo ad legem dioceſanam, ſicut monaſteria Et hoc vult Inn. in c. in Lateranenſi. circa fi. de præb. & in d.c. 1. de ſta. mon. per. c. 1. 10 q. 1. Et quæ dixi de monaſteriis, intelligo non ſolum ſi ſint monaſteria non habentia abbatem, ſed proprium priorē, alteri monaſterio non ſubiecta, per tex. in c. ea quæ. §. fi. de ſta. mon. & in c. cum in eccleſiis. de maio. & obe. Et idem dico de monaſterijs monialium, per tex. in d.c. ea quæ. in fin. & gl. 2. in cle. 1. de elect. & per id quod notant Arch. & Ioan. And. in c. 1. de religi. dom. lib. 6. & Lap. Abbas in cap. unico. de exceſſibus.
7 præla. lib. 6. licet quo ad viſitationem monaſteria † monialiū etiam exempta ſubſint ordinario loci, vt eſt text. in cle. attendentes. de ſtat. mona.

Charitatiuum ſubſidium non eſt exigendum a pauperibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus modicum habens de illo modico ſoluere tenetur pro rata.*
2 *Duæ eccleſiæ pauperes iunguntur pro ſolutione procurationis.*
3 *Clericus quo caſu iudicari debeat pauper.*
4 *Clericus variis modis dicitur pauper.*

QVAESTIO 30.

Trigeſimo quęro, An clerici pauperes teneā tur epiſcopo præſtare charitatiuum ſubſidium. Hoſt. Ant. de But. & Io. de Imo. in c. cōquærente. de offi. ord. dicunt, ꝙ ep̄s hoc non poteſt exigere a pauperibus & oppreſſis, per c. licet, de cenſibus, pro quibus allego tex. in c. cum apoſtolus. in fi. de cenſib. & in c. 1. de magiſt & in c. placuit. 1. q. 2. & d. Car. in cle. 1. in 16. q. de cen. Quod intelligo verum quando totaliter ſunt pauperes, per tex. in c. ſtatutum. §. in ſuper. de reſcrip. lib 6. dum dicit, ſed & ubi totaliter fuerunt pauperes, nil prorſus exigat &c. Et hoc tenet Bald. in l. etiam. in pen. colu. C. de execut. rei iud. & in auct. defuncto. in ult. col. C. ad Tertu. ubi allegat pro hoc notat. in l. indi-
1 ctiones. C. de anno. & trib. lib 10. † Si autem poſſet clericus aliquid præſtare, licet ſatis modicum, crederem ꝙ de illo modico teneatur pro rata præſtare charitatiuum ſubſidium, ar. ca. procurationes, in fine primi reſponſi. de cenſi. Et ꝙ ibi notat Ant. de But. & eius ꝙ notat Hoſt. in ſumma de cenſi. §. fi. uerſ. ſed & patet, ꝙ ſi aliqua eccleſia, vbi patet, ꝙ duæ eccle. paupe-
2 res, † quæ tamen aliquid præſtare poſſunt, iunguntur ſimul, vt ſoluant integram procurationem viſitanti. Et hæc maxime procederent, quando ſubſidium imponeretur per epiſcopum pro negotio tangente totam dioceſim, per ea quæ notat Hoſtien. in ſumma de offi. arch. §. ꝙ ſit eius officium. uer. ſed nunquid plures eccleſias. Et crederem hoc caſu iudicari † debere
3 pauperem clericum, qui ex redditibus non percipit vltra decē tem uictum ſuum, cum tex. in c. cū apoſtolus. §. prohibemns. de cenſi. præcipue prohibeat ſubditos ob hanc cauſam non grauari, qui certe grauarentur, ſi eorum decens victus minueretur, habita etiam conſideratione eius ꝙ dicit gl. in c. 1. 21. q. 1. & in c. conquærente. de cle. non reſi. & Card. Zabar. in cle. 1. §. ſane. in uer. notabili. de iurepa. † Licet aliàs pauper variis mo
4 dis dicatur, vt plene notat Bar. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolu. matrim. & in auct. præterea. & ibi etiam Bal. C. unde ui. & uxo.

& Bal.

Source : BIU Cujas

& Bal.in repeti.l.1.in 16.col.uer. ſuper quinto. C. de ſac.ſanct. eccle.& in l.ſi uero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. & ibi etiam Ang.ff.qui ſatisda. cog.

Clericus habens patrimonium & non beneficium, an teneatur ad ſubſidium, de æquitate ſaltem, ſuo epiſcopo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus tenetur de bonis patrimonialibus ſoluere decimas.*
2 *Exactio charitatiui fit ab eccleſijs.*
3 *Clerici quo ad bona patrimonialia ſunt exempti a collectis laicorum.*

QVAESTIO 31.

Trigeſimoprimo quæro, Si clericus nullū habet beneficiū, habet tñ patrimoniū valde amplum, an teneaī contribuere ad ſubſidium charitatiuum eō præſtandum, præſertim ſi eſt intitulatus ad titulum patrimonij.tex. in c.cum apoſtolus.§.prohibemus,de cenſi.hoc aperit, ſed ſimpliciter dicit, ꝙ a ſubditis poteſt peti, dum tamen non grauentur. tamen credo dici pobe, ꝙ tales ad hoc non teneantur. & hoc colligo ex mente glo.2.& doct.ibi in c.tuis.de præb.& doct.in cap. 1 nouum genus. de deci. volentium ꝙ † clericus de bonis ſuis patrimonialibus teneatur ſoluere decimas ac ſi eſſet laicus,& per ea quæ notat Inn.in c.epiſcopus.in vlt.glo.ſua uerſi.item non credimus ꝙ propter hoc.de præb.& quia.c.conquærente.in fi.de offi.ordin.uidetur uelle ꝙ ſolum iſta exactio fiat ab 2 † eccleſiijs,& §.prohibemus.in c.cum apoſtolus, intelligi debet de ſubditis ſcilicet beneficiatis.tamen quæſtio ſatis dubia 3 eſt,quia cum clerici quo † ad bona ſua patrimonialia exempti ſint a collectis & a muneribus laicorum, vt dicit tex.in ca. quamquam.de cenſibus.lib.6.& in cle. præſenti. de cenſib.& plene notat Spe.in tit.de cleri.coniug.§.1.& Anton. de But.& Imo.in c.ultim.de vita & honeſta. cle. ſatis æquum videtur ꝙ econuerſo ratione patrimonij ſui præſtēt ſaltem charitatiuū ſubſidium epiſcopo ſuo.

Charitatiuum ſubſidium non exigitur ab exemptis.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum ſubſidium videtur ſecundum Bar.munus ordinarium.*
2 *Exemptus eſt liber etiam a muneribus ordinarius.*
3 *Epiſcopus nullam habet poteſtatem in loco exempto.*
4 *Senſus a contrario ſumi non debet vbi eſt abſonus iuris intellectus.*
5 *Cle.frequens,de exceſſi.præla quomodo intelligatur.*
6 *Charitatiuum ſubſidium an ſit munus ordinarium.*
7 *Quæ requirantur ad munus ordinarium.*
8 *Quando Papa eximit eccleſiam cum plena libertate, quid importent verba,plena libertate.*
9 *Quando Papa dicit in priuilegio exemptionis, volumus quòd eccleſia remaneat in charitate priori cum epiſcopo ſuo, quid importet.*

QVAESTIO 32.

Trigeſimoſecundo quęro, Vtrū eps poſſit exigere charitatiuum ſubſidium ab eccleſijs ſuæ dioceſis,exemptis,videtur ꝙ ſic per tex.in clem.frequens.§.1. de exceſſ.plat. dum tex.dicit,exigendo inſuper ab ipſis exemptis ipſorumq, ſubditis ſubſidium charitatis, excedunt nimium contra eos, quaſi velit ille tex.a contrario, ꝙ ſi non nimium excederent, ſed eſſet moderatum,ab exemptis poſſet exigere. Et ita per illum tex.ibi firmat Abb.ſiculus. Et idem videtur velle ipſemet Abb.ſicu.in c.dilectus.de offi.ordin.Pro quo facit, quia iſtud 1 uidetur † munus ordinarium, cum imponatur a.l. ſeu canone,ſecundum Bart.in l.omnes.C.de anno & tribu. lib.10.Sed 2 exemptus intelligitur exemptus † a muneribus extraordinarijs tantum,non ab ordinariis, ſecundum Bart.in l. vacuatis. C.de decurio.lib.10.& in l.1.per illum tex.C.de indictionibus lib.10.& in l.2.ff.de iure immunit.& in l.unica. C. de vacatione muneris publici.lib.10.Sed tamen contrarium teneo, per tex.in cle.1.in uerbo exemptionis.de cenſi.& per tex. in ca.luminoſo circa medium.18.q.2.ubi patet,ꝙ eps nullam poteſta 3 tem † nec facultatem habet in loco exempto ſuæ dioceſis. dū tex.ibi dicit,nec audeat ibi epiſcopus cathedram ſuam collocare,vel quamlibet poteſtatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem, quamuis læuiſſimam faciendi &c. Et hanc partem,videlicet,ꝙ epiſcopus non poſſit exigere charitatiuum ſubſidium ab exemptis,in terminis tenet Paul. in dicta clem frequens,quem ſequitur ibi Car.Zab. in §.nonnulli. in 3.oppo.Et idem tenet ibi Pet.de Anch.in uer.8.not.Et hoc idem etiam ſatis videtur velle Innoc.in c.1.circa medium.de ſtat.mon.Non obſtat tex.in d.cle frequens.uerſ.in exigendo, 4 quia ibi non debet ſumi ſenſus a contrario,quoniam † reſultaret abſonus iuris intellectus,per gl.in cle.1.de vſur. & ea.quæ notat Io.And.in c.publicato.de elect.Reſultaret enim abſurdum,ꝙ exempti vexari poſſent ab ordinario,contra dictum. c.luminoſo vel poteſt dici,ꝙ tex.dictæ cle.dum dicit,nimium 5 excedunt,† intelligitur, quando epiſcopus exigit charitatiuū ſubſidium a monaſteriis vel locis exemptis ratione eccleſiarum non exemptarum populum habentium ſibi ſubiectarū, quo caſu epiſcopus bene potuiſſet exigere charitatiuum ſubſidium,ſi fuiſſet moderatum. Et huic intellectui applaudet litera illius cle.dum dicit, ipſorumque ſubditis ſubſidia &c. Et iſtum intellectum tenet Zenze.in d.cle. frequens.pro quo facit.c.cum capella.& c.ex ore.de priuilegi. Et ꝙ pro talibus capellis uel eccleſiis non exemptis habentibus populum poſſit exigi charitatiuum ſubſidium a locis exemptis quibus tales eccleſiæ ſeu capellæ ſunt ſubiectæ tenet Inn.in d.c.1.circa medium.de ſta.mon.de quo dixi latius ſup.in 29.q.nec eſt verum. 6 ꝙ præſtatio charitatiui ſubſidii ſit † munus ordinarium, quia ad hoc vt ſit munus ordinarium,non ſolum requiritur, ꝙ imponatur a l.ſeu canone,vel ſtatuto ſeu ſenatuſconſulto, vt d. l.1.cum gl.& ibi Bar.C.de uaca.mune.publici lib.10.ſed etiam 7 reqniritur ꝙ habeat certam † annuam & regularem præſtationem,ſecundum Guil. de Cun.in l.neminem. C.de ſac.ſan. eccl.& Cy.in l.voluntarie.in 1.q.C.de excuſ.tuto. & Bart.in l. 1.in ult.col.C.de mulie.& in quo loco.lib.10.ꝙ non eſt in prę ſtatione charitatiui ſubſidij,quæ nō eſt annua,nec ſemper vniformis ſed iuxta indigentiam & contingentem neceſſitatem, dummodo non excedat taxam extrauagā.Benedicti 12.quæ incipit,vas electionis §.præmiſſis quoque.Prædicta procedūt & vera ſunt præſertim ſi priuilegium exemptionis Papæ dice 8 ret,ꝙ eximit † eccleſiam,cum plena libertate, quoniam illud uerbum plena libertate,importat ꝙ conceſſa intelligatur exēptio tam ab omninus,quæ ſunt de.l.dioceſana,ſecūdum Inn. in c.ueniens,in gl.ſua,quæ eſt ſuper verbo libertate, de uerb. ſign.lib.6.Præſtatio autem charitatiui ſubſidii eſt de.l.dioceſana,ut dictum eſt ſup.in 28.q. Sed ſi in priuilegio exemptionis appoſita eſſet clauſula quæ interdum apponitur,videlicet,volumus autem, quòd eccleſia huiuſmodi exempta in charitate 9 † priori cum epiſcopo ſuo remaneat,tunc propter exemptionem non excuſaretur a præſtatione charitatiui ſubſidij, per ea quæ ſcribit Abbas ſicu.conſi.103.ꝙ incipit. Omnipotentis dei poſtulato ſuffragio. In cauſa quæ vertitur inter monaſterium ſanctæ crucis.in tertio dubio principali.

An clericus excommunicatus teneatur ad præſtationem ſubſidij charitatiui.

SVMMARIVM.

1 *Clericus excommunicatus durante excommunicatione non percipit fructus beneficiorum ſuorum.*
2 *Clericus excommunicatus ſua culpa non excuſatur a ſolutio. charitatiui ſubſidij.*
3 *Excommunicatus quo ad ſubeunda onera & grauamina debet haberi pro non excommunicato.*
4 *Nobilis priuatus nobilitate propter delictum tenetur tamen ad onera, & collectas.*
5 *Excommunicatio quæ debet afferre damnum & incommodum excommunicato,ei non debet prodeſſe.*
6 *Bannitus reſtitutus tenetur ad collectas medio tempore impoſitas.*
7 *Suſpenſus a beneficijs durante ſuſpenſione non percipit fructus beneficiorum ſuorum.*
8 *Intellige de excommunicatione, & ſuſpenſione prædictis, dummodo ſint iuſtę.*

QVAESTIO 33.

Trigeſimotertio quęro. Tenendo ꝙ clericus ſolum teneatur præſtare charitatiuum ſubſidium de redditibus beneficiorum ſuorum de quo dictum eſt ſup.in 30 q.Vtrum clericus excommuni. teneatur ad ſolutionem charitatiui ſubſidii. 1 videtur ꝙ non, quia † clericus excommuni. durante excommunicatione non percipit fructus beneficiorum.c.paſtoralis in fi.& ibi Inn.& doct.de appel.&notat gl.vltima in c.ſtudeat. l.diſt.& Arch.in c.ad hæc.32.diſt.& Hoſt.in ſumma de ſenten. excommun.§.quis ſit effectus,circa prin. tamen contrarium & bene iudicio meo tenet Bart.in l.inter quos. §. damni.ff.de 2 dam.infec.quia ex quo excommuni. † eſt ſua culpa, non debet excuſari a ſolutione.vt l.ſi merces.§.culpæ.ff.loca.Excom 3 municatus enim quoad ſubeunda † onera & grauamina haberi debet pro non excommunicato. vnde ab eo totum exigi poteſt,ꝙ poſſet,ſi non eſſet excommunicatus tex. eſt in ca. nouit.de iud.& notat Innoc.& doct.in c. veritatis.de dolo & contu.

Source : BIU Cujas

contu.Et pro hoc facit ꝙ no.Bar.in l.1.C.de infa.lib.10.& l.1. C.de digni.lib.12.& Dyn.& Bal.in l.si quis solidum.ff. de hære. insti.ubi volunt, ꝙ si nobilis † propter delictum priuatur nobilitate,tamen post priuationem tenebitur ad onera & collectas ad quas tenentur nobiles, quia intelligitur priuatus nobilitate quo ad commoda duntaxat, non autem quo ad onera & incommoda. Nec est æquum ꝙ excommunicatio † quæ excommunicatio afferre debet damnum & incommodum, ei afferat commodum & prærogatiuam.cap.intelleximus.de iudi.& l.siue hæreditaria.ff.de neg.gest. Sic est in bannito † restituto,quia tenetur ad collectas medio tpe impositas, secundum Alberic.de Rosa. in l. princeps bona.per illum tex. cum glo.ff.de uerb.sig.Et idem dico de clerico suspenso beneficijs, qui durante suspensione † nō percipit fructus beneficiorum suorum,secundum glo.& ibi clarius Ant.de But.in c.cum bonæ.de æta.& qua.& Host.in d.§.quis sit effectus.uersi.sed nunquid ita est de suspenso.Innō.in c.sicut.de coha. cle. & mul.& doct.in d.c.pastoralis.ex eadem ratione, ne reportet commodum de suo dolo vel delicto.† Prædicta intelligo, quando sententia excommunicationis vel suspensionis est iusta. secus si esset iniusta, quia tunc non esset quid clerico imputandum, nec culpa posset ei ascribi. Pro hoc facit ꝙ notat Ioan. And. in c.olim el 3.de resti.spo & c.cum dilecti.de his quæ ui metusue causa fi.& Host.in d.§.quis sit effectus.uer.hic etiam notabis.in fi.& ꝙ dico infra proxima quæstione, In prædictis tamē aliter loquitur Lud.Pont.consi.73.quod incipit. In christi nomine amen:circa primum nullum videtur dubium.

An verus beneficiatus qui non possidet non culpa sua teneatur ad subsidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus possidens beneficium si non percipit fructus propter guerras non tenetur ad subsidium.*
2 *Clericus qui non percipit fructus non tenetur ad pensionem.*
3 *Charitatiuum subsidium exigitur ab intruso.*
4 *Delegatio facta præposito intelligitur si est in possessio. prepositurę.*
5 *Intrusus non debet esse melioris conditionis iusto possessore.*
6 *Pendente lite inter duos prætēdentes se esse dominos beneficij, est in optione episcopi a quo velit subsidium charitatiuum.*
7 *Pendente lite inter duos prætendentes hæreditatem, est in optione creditorum a quo velint exigere.*
8 *Qui soluerit, si postea succumbat, solutum repetet ab aduersario.*

QVAESTIO 34.

Trigesimoquarto quæro, Retenta eā dē opinione, ꝙ clericus non teneatur ad præstationem charitatiui subsidij, nisi occasione fructuum beneficiorum suorum. si clericus habet beneficia,quæ non possidet,quia ab alio occupantur forte per tyranniam vel intrusionem,licet ipse habeat verum & indubitatum titulum,an tenebitur ad præstādum charitatiuum subsidium.Dico ꝙ non,secundum Guiel. de Cun. in l.solemnibus C.de rei uendi.quem sequitur ibi Bald. in fin. commenti Et idem tenet Pau.de Castro consi.suo.213. ꝙ incipit.In Christi nomine amen, si non interuenisset. in finalib. verbis consilij.& Pet.de Anch.consi.170.circa fi. ꝙ incipit,In Christi nomine amen. dominus Lazarius fuit inuestitus. Et hoc saus æquum videtur,quia concilium Lateranense scilicet c.cum apostolus.§ prohibemus. de censib. vult ꝙ ex solutione charitatiui subsidij subditi non grauentur.qui certe grauarentur,si cogerentur soluere pro beneficijs quę non possidēt. † Et idem eadem ratione dico,si clericus possidet beneficia,ex quibus fructus non percipit,forte propter guerras, vel inundationem aquarum,vel alium casum fortuitum, arg.ca.propter sterilitatem,de loca.& l.si merces.§.vis maior. ff. loca.Sicut & dicimus de illo qui obligatus est alteri soluere † pensionem annuam pro fructibus beneficij sui, quia si non percipit fructus,non tenebitur ad pensionem, dato ꝙ possideat beneficium,vt expresse consuluit dominus Paulus de Castr.consi. suo. li. quod incipit, In Christi nomine amen, quia exceptiones.& Lud.Ponta.consilio suo. 370. ꝙ incipit. Omnipotentis dei postulato suffragio,circa primum propositæ consultationis articulum &c.in pen.carta.vers.quo ad sextum in quo quæritur.& Abb.sicu.in c.nisi essent.in pen. col.de præb.Prædicta tamen intelligo, quando fructus non percipit sine culpa sua, aliàs secus.per l.pen.in prin.ff.solu.mat.& per ea quæ dixi supra proxima.q. † Ab intruso autem seu alio possessore beneficii,qui nullum ius habet in beneficio, poterit episcopus exigere charitatiuum subsidium,per ea quæ notat Inn. in c.nihil est,de elect.quia in talibus attendendum videtur principaliter quis sit possessor beneficij,quoniam onus collectæ, vt plurimum sequitur possessorem,vt l.2.& 3.C.sine cen.vel reliquiis, pro hoc facit.c.consultationibus.de iurepatr.c. cum olim. de causa possess.& proprie.& cap.quærelam. de elect. Ad hoc facit ꝙ notat Vinc.& Io.And.& Ant.de But.in c. per venerabilem,qui fi.sint legi.& Arch.in c.si quisquam.11.q. ubi dicunt, ꝙ delegatione † facta tali præposito,intelligitur commissio facta existenti in possessione præpositurę, licet nullum habeat ius,non autem illi qui non est possessor, licet verum habeat & iustum ipsius tit.Ad idem facit ꝙ notat Inn.in c.Cumana. de electio.quia non est dignum † ꝙ intrusus vel iniustus possessor occuparet locum, & canonicus intitulatus cogeretur ad præstationem subsidii.16.quæstio.1. cap. legi.cap.eum qui.de præbē.lib.6.& c.contingit.de dolo & contuma. Et hic adde quæ scribo infra in q.51.Prædicta procedunt quando beneficium non est litigiosum, sed si pendet lis super beneficio inter duos,quorum vterque prætendit se esse rectorem beneficii,& illud ad se spectare, sed unus est possessor beneficii & alter nō, quis eorum cogi debet ꝑ episcopū ad præstationem charitatiui subsidii dic ꝙ episcopus poterit agere contra quē ex eis voluerit,& hoc erit † in eius opinione, secundum ꝙ de creditoribus prælaturę concludit Inn.in c.quia cunctis. in gl. sua.quæ est super uerbo de. c. uer. sed quid si duo sunt. quem sequitur ibi Domin.de concess.præbend.lib. 6. & idem tenet Bar.in l.si post litem.circa fi.ff. de excep. & domini de Rota in antiquis deci.853.quæ incipit. Duobus abbatibus contendentibus.ad instar creditorum hæreditariorum agere volentium actione personali contra plures contendentes super hæreditate,quorum quilibet prætendit hæreditatem ad se tantū pertinere,quia est in optione † creditorum agere uolentium contra quem ex litigantibus super hæreditate volunt, siue sit possessor,siue non possessor,vt l.fin.§.sinautem ex contractib. ibi.contra possessorem uel petitorem.& ibi etiam gl.in uerbo cautione.& ibi Bar. C.de peti.hęre.hī.facit tex.in l.hæc autem §.si duo.ff.si cui plusquam per l. Fal.& ꝙ habetur in l.controuersia.ff. de transact. † Et si is qui soluerit subsidium postmodum in lite succubuerit,ab aduersario solutum repetet vel cōpensabit,vt d.l.fi.§.sinautem ex contractibus.C.de peti.hæredit.Quid autem econtra si lis pendet inter duos super episcopatu,an subditi requisiti a possessore teneantur soluere charitatiuum subsidium. Dicendum est vt in l.litibus. & ꝙ ibi per Bar.C.de agri.& censi.lib.11.& per gl.fi. & ibi Anton. de But. c.quærelam.de elect.& Bal.in l.cum status.C.de ord. cog.tex. 11.q.1.c. quia res.

Rector debet soluere charitatiuum subsidium episcopo, vbi sita est ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum debetur ab ecclesijs uel a personis propter ecclesias.*
2 *Ecclesia debet attendi tanquam caput.*
3 *Prædia sunt ecclesiæ accessoria.*

QVAESTIO 35.

Trigesimoquinto quæro, Si ecclesia sita in vna dioceſi habet prædia vel possessiones in alia dioceſi, an pro eis rector teneatur soluere charitatiuum subsidium episcopo in cuius dioceſi sita est ecclesia,an vero episcopo in cuius dioceſi sita sunt prædia.Dic ꝙ cum istud subsidium † debeatur ab ecclesiis uel a personis propter ecclesias, vt in c.conquærente.de offic.ord.non autem sit onus reale ipsi rei seu prædio specifice affixum, debet solui episcopo vbi sita est ecclesia, non autem vbi sita sunt prædia. Et idem in similibus,puta in procurationibus legatorum vel decima papali persoluenda. Ita concludit Io.And.in c.1.de immu.eccle.lib.6. quem sequitur ibi Dom.de S.Gem & Pet.de Ancha. in repet. regulæ accessorium.in sexta oppo.lib.6.Idem tenet Fed.multum diffuse hoc attingens consi.suo.151 ꝙ incipit.Thema tale est, monasteriū sancti Galgani.& Pau.in clem.1.de iurepat. quem sequitur ibi Card.Zaba in §.sane.in 6.q.Et idem firmat Pet. de Anch.cōsi. 141.ꝙ incipit, In Christi nomine amen:ad prædicta dubia per ordinem.Et pro hoc bene facit ꝙ notant Inn.Host.& Io.An. in ca.pastoralis.de priuileg.& Pau.in cle.1. de rebus eccl.non alie.& Gaspa.Cald in suis consiliis in tit. de rebus eccles. non alie.consi.10.Attendi enim debet † ecclesia tanquam caput. arg.l.cum in diuersis.ff.de reli.& sumpt.fun.Non autem prædia quæ sunt ecclesiæ † accessoria,vt in c.unico.de consec.eccle.uel alta.lib.6.& dicta regula iuris,accessorium. Secus vero esset in muneribus merè realibus, vt l. forma. §. si vero quis agrum.& ibi Bar. ff.de censibus. De quibus intelligi etiam debet, ꝙ notat Bal.in l.etiam in ult.col.C.de execu.rei iud.Aliter tamen in ista materia terminare videtur Barto.in l.1.in 5.col. versi.sed quæro cui posset imponi,& plenius ibidem in 6.col. ver.aliquis est hic ciuis.post gl. C.de mu. & in quo loco.li.10.

Chari

Source : BIU Cujas

Bartho. Bellen. De charitatiuo ſubſidio.

Charitatiuum ſubſidium exigitur ab epiſcopo eccleſiæ, non monaſterij.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſiones nullum habent ſtatum de per ſe, ſed eccleſia eſt capax iurium.*

QVAESTIO 28.

Trigeſimoſexto quæro, Dictum eſt ſupra 29.q.ꝙ eccleſiæ & monaſteria tenentur ſoluere charitatiuum ſubſidiū pro eccleſijs & capellis ſibi ſubiectis habentibus populum, quid ſi monaſterium eſt in vna dioceſi, & eccleſia ſibi ſubiecta eſt in alia dioceſi, an debebit charitatiuum ſubſidium ſolui epiſcopo, in cuius dioceſi ſitum eſt monaſterium, an vero epiſcopo, in cuius dioceſi ſita eſt eccleſia ſubiecta. Pet. de Ancha. diffuſe tangit iſtum paſſum conſi. ſuo. 141. ꝙ incipit, In Chriſti noīe amen, ad prædicta dubia per ordinem reſpondēdo, & poſt argumenta ad vtranque partem, concludit ꝙ ſolui debet epiſcopo, in cuius dioceſi eſt eccleſia ſubiecta, non autem, illi vbi eſt monaſterium principale, mouetur potiſſime per tex. in cle. 1. de cenſi. & in c. quia monaſterium. de relig do. & dicit, ꝙ aliud eſt quando in alia dioceſi ſunt tantum prædia & poſſeſſiones, quia tunc ſeruari debet ꝙ dictum eſt ſupra proxima q. Aliud eſt quando ibi eſt eccleſia, quia poſ-
1 ſeſſiones † nullum habent ſtatum de per ſe, ſed eccleſia capax eſt iurium, & ſtatus, & ſimilium, & epiſcopus loci illius eccleſiæ habet curam. Idem tenet Pau. in cle. 1. de iurepat. quem ſequitur ibi Pet. de Anch in 2. col. Et idem videtur ibi uelle Car. Zaba. in §. ſane. in 5. q. Et pro hoc bene facit tex. cum gl. in verbo locorum, in cle. 1. de ſup. negli. præla. & in c cum ſeculum. de iurepatr. & in extrauagan. Io. 22. quæ incipit. ad apoſtolatus noſtri, & quod notat Inn. in c. paſtoralis. de priui.

Clericus habens beneficium, & penſionarius ſuper eo, pro rata tenentur ſoluere charita. ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum ſubſi. exigitur ab eccleſijs propter redditus earum.*
2 *Penſio annua ex ſtilo curiæ ſemper imponitur ſuper fructibus.*
3 *Solutio decimæ papalis fit ad inſtar charita. ſubſidij.*
4 *Procuratio viſitationis tota ſoluitur a rectore eccleſiæ.*
5 *Procuratio ſoluitur intuitu perſonarum & non rerum.*
6 *Colonus, & dominus pro rata ſoluunt decimam.*
7 *Rector beneficij dicitur tantum habere in redditibus quantum ei ſupereſt ſoluta penſione.*
8 *In eccleſiaſticis æquitas obſeruanda eſt.*

QVAESTIO 37.

Trigeſimo ſeptimo quęro, Si clericus habet beneficium, ex quo alteri ſoluit annuum cenſum vel penſionem annuam legitime conſtitutam, an teneatur ſoluere charitatiuum ſubſidium epiſcopo pro omnibus redditibus beneficij, anò ver ille qui recipit penſionem teneatur ſoluere pro rata penſionis, ſuæ, quàm percipit. Reſpondeo, ꝙ quilibet eorum ſoluere debet pro rata ſua, non autem clericus poſſidens beneficium tenebitur ſoluere ſolidum ſeu pro omnib.
1 fructibus, quia cum exactio † charitatiui ſubſidij fiat ab eccleſiis propter redditus eorum, vt colligitur ex. ca. conquærente, de offi. or. iuncto. cap. cum apoſtolus. §. prohibemus, de cenſi.
2 † Penſio vero annua, vt ex ſtilo curiæ patet, ſemper imponatur ſuper fructibus, redditibus. & prouentibus illius beneficii, iuſtum eſt ꝙ ille, cui ſoluitur penſio pro illis redditib. ſubeat partem oneris in ſolutione charitatiui ſubſidij. Et idem cre
3 do quando agitur de ſolutione decimæ † papalis. Et hoc formaliter videtur velle Inn. in c. dilecto. in fi. de uerb. ſign. Secus dicendum eſt, quando agitur de ſolutione procurationis ratione viſitationis faciendæ, quoniam illa † integre ſolueturper
4 rectorem beneficij, non per penſionarium, quia viſitatio pro
5 pter quam debetur procuratio fit magis intuitu † perſonarū quàm rerum. Ad idem facit ꝙ notat Inno. in c. cum non ſit in homine. prope fin. de deci. vbi dicit, ꝙ quando penſio eſt conſtituta ſuper fructibus eiuſdem fundi, tunc penſio trāſit cum onere ſuo. Et ſic aperte ibi videtur velle Inno. ꝙ penſionarius teneatur ſoluere pro rata penſionis, non antem rector beneficij ſoluant integrum. Pro hoc bene facit tex. in c. tua nobis,
6 circa fi. de deci. dum tex. dicit, ſicut † colonos de parte fructuū quæ ſibi remanet ratione culturæ, ſic dominus de portione, quam percipit ratione terræ decimam reddere ſine diminutione tenetur, Ad idem allego ꝙ plenius notat Inno. in c. nobis, de deci. cuius dicta ſequitur Ant. de But. in c. cum ſint homines de deci. ex cuius mente ſatis colligitur iſta concluſio. benefacit glo. 1. in c. quæſt. 16. q. 1. Ratione enim oneris incūbentis rectori beneficij in ſoluenda annua penſione pro eius
7 fructibus dici poteſt, ꝙ † rector illius beneficij tantum habeat dum taxat in redditibus, quantum eſt, quod ei ſupereſt, ſoluta penſione, per tex. optimum in l. non amplius. in princ. de leg. 1. & in l. ſed ſi hoc. §. 1. de cond. & demon. & ꝙ ibi notant Bar.
8 Bal. & Io. de Imo. & hoc multum dictat † æquitas quæ præſertim in iſtis eccleſiaſticis obſeruanda eſt. ca. dilecti. de iudi. & c. 1. de dolo & contu. In contrarium tamen videtur facere, ꝙ notat Io. And. in addi. Spe. in rub. de conceſſ. præben. in fi. Sed ſi recte aduertatur ad uerba Io. And. non contradicit his quæ prædicta ſunt, quia loquitur, quando ſumus in conſideratione valoris beneficij, ad finem an beneficium compræhendatur ſub gratia. Ad prædicta tamen uidendum eſt quod dico infra. quæſt. 81.

Hoſpitalia non tenentur ad ſubſidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalia large poſſunt dici beneficia eccleſiaſtica.*
2 *Hoſpitalia, & ſimilia loca non tenentur ad ſolutionem decimæ papalis.*
3 *Hoſpitale datur in titulum perpetuum certis caſibus.*
4 *Hoſpitale regulariter non datur in titulum perpetuum.*
5 *Quis poteſt deputare ſine alicuius authoritate hoſpitalitatem in domo propria.*
6 *Locus hoſpitalitatis modo prædicto deputatus non tenetur ad præſtationē charita. ſubſidij.*
7 *Epiſcopus habet curam dictorum locorum vt ſupra deputatorum.*
8 *Grangiæ non tenentur ad iura epiſcopalia ſeu dioceſana.*
9 *Hoſpitale fundatum authoritate epiſcopi an teneatur ad charitat. ſubſidium.*
10 *Ad epiſcopum ſpectat quòd bona hoſpitalium conuertantur in vſum pium.*
11 *Ab hoſpitali fundato autho. epiſcopi exigitur char. ſubſidium.*
12 *In beneficijs non fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto.*
13 *Hoſpitalia fundata auctoritate epiſcopi iuuantur reſtitutione in integrum.*
14 *In alienatione rerum hoſpitalis requiritur an ſolennitas quæ in alijs rebus eccleſiaſticis.*
15 *Loca pia tenentur ad procurationem ſicut aliæ eccleſiæ.*
16 *Hoſpitale in dubio quomodo cognoſcatur fundatum autho. epiſcopi.*
17 *Locus cenſendus eſt eccleſiaſticus ex facie.*
18 *Hoſpitale ſine ſignis prædictis, etiam ſub nomine alicuius ſancti, non dicitur eccleſia.*
19 *Hoſpitalia quæ non tenentur ad ſolution. char. an teneantur ad collectas.*

QVAESTIO 38.

Trigeſimo octauo quęro, An ab hoſpitalib. Xenodochijs, vel leproſarijs, ſeu rectoribus eorum exigere poſſit epiſcopus charitatiuum ſubſidium. videtur ꝙ ſic. per text. cum gl. in verbo pia loca. in c. romana. §. 1. de cenſi. lib. 6. vbi patet, ꝙ talia loca uiſitantur per epiſcopum, & ab eis exigitur procuratio. Ad idem tex. in clem. per literas, de præbend. vbi
1 † videtur probari, ꝙ talia loca large ſumendo poſſint dici beneficia eccleſiaſtica. quia aliàs ibi fruſtra dubitaretur, an in expectatiuis ad beneficia vacatura, quæ ſunt odioſæ, comprehenderentur hoſpitalia. Ad idem in terīs videtur tex. in extrauag. Bene dicti. 12. quæ incipit. vas electionis. circa fin. §. præmiſſis quoque. in uerbo locis, & in verbo rectoribus ſeu perſonis. vbi aperte videtur probari, ꝙ talia loca teneantur ad præſtationem charitatiui ſubſidij. In contrarium facit. c. fin. de cenſi. & declarationes Clementis quarti, Honorii, & Bonifacii octaui, quos refert glo. in cle. ſi beneficiorum. de deci. & ibi dominus Card. in 3. q. ubi per uiam declarationis decernitur hoſpi-
2 talia leproſaria & alia ſimilia loca nō † teneri ad ſolutionem decimæ papalis, ꝙ etiā tenet Lap. in repeti. c. de Xenodochiis. in 52. q. de religi. domin. Sed ſuper hoc puto diſtinguendum.
3 † Quod, aut hoſpitale datur in tit. perpetuum clerico, ꝙ certis caſibus fieri poteſt, ut in cle. quia contingit. §. ut autem. de relig. domi. Et tunc, quia cenſetur eccleſia & beneficium, regulatur vt alia beneficia. & ideo tenebitur ad omnia iura epiſcopalia perſoluenda ſicut aliæ eccleſiæ. Et hoc tenet Card. Zab. in d. §. ut autem in 11. q. & allegat notata per Innoc. in c. vlt. de
4 cenſi. † Si vero hoſpitale non datur in tit. prout hoc eſt regulariter, vt in dicta cle. quia contingit, & tunc eſt aduertendum, quia aut hoſpitale eſt erectum ſine auctoritate epiſcopi, &
5 ſine aliqua cōſecratione, ꝙ fieri poteſt, † nam licite poteſt quis ex deuotione ſine alicuius auctoritate deputare partem domus ſuæ ad ſuſcipiendos pauperes peregrinos, & ibi hoſpitalitatem retinere ſecundum glo. in d. cle. quia contingit. §. fi. in verbo altaria, & Hoſt. in ſumma de regular. §. 1. uerſi. quid de ruſticis,

Source : BIU Cujas

rūsticis,& in titulo de eccl.edifi.§. cuius auctoritate. uer.quid si episcopus.& Inn.Host.Io.An.& Ant.de But.in c.ad hæc de rel.do.& Ant.de But.in c.cum dicat apostolus. de ecc. edifi.& plenius Lap in repetitione.c.de xenodochijs. in 16.q.de relig.
6 do.† Et tunc sine dubio talis locus non tenetur ad præstationem charitatiui subsidij, nec ad alia iura ēpalia, quia talis locus non est ecclesiasticus.vt dicunt doct. in prædictis locis. & posset talis locus iterū ad prophanos vsus redigi, vt dicit Inn. in c.inter dilectos.circa medium. ver.vel dic q̄ melius vī, de dona.& idem vult Bal.in auc.hoc ius porrectum.in 2. col. C. de sa.san.eccl.& in l. orfanotrofos.de episcopi.& cle.allegans Spec.in tit.de statu.mo.§.1.uer.36.cuius dicta sequitur. d.Pe. de Ancha.in d.cle.quia contingit. & in cle.per literas. de præben.Et idem concludit Pet.de Ancha.consi.suo 122.quod incipit,In Christi nomine amen,super primo dubio prima facie.& Paul.de Ca.consi.suo.315. quod incipit. In Christi nomine amen,præsuppositā pro vera.& Ab.sic.in dispu.sua quę incipit,Sempronius.in 3. dubio. & hoc expresse tī Paul.in d. cle.quia contingit.quem sequitur ibi d.Car.in 12.q.& Ab.sic. in c.officij.in fi.de testa.allegans Fed.in consi.suo 130.Talium
7 † tī locorum ēt non ecclesiasticorum curam & solicitudinē habet episcopus, saltem moriuo fundatore, durante adhuc hospitalitate,secundum Ab.sic.in d.c.officij.de testa.& in c. inter dilectos.in fi.de dona.& c.de xenodochijs,de rel.do.& c. sopite.de censi.semper allegando tex.in §.si quis edificationē in auctē.de eccl.titu.Et de talibus hospitalibus priuatis intelligitur tex.in c.patientibus.de priui.& in d.c.inter dilectos.de dona.De talibus ētintelligitur,quod dicit Inn.in c.1.vltra me
8 dium de sta.mo.vbi dicit,† q̄ grāgiæ non tenentur episcopo
9 ad ea,quæ sunt de.l.diocesana, per.c.fi.de censi. † Si vero hospitale sit fundatum authoritate episcopi, & ibi sit oratoriū, in quo celebrantur missæ.tūc est magis dubium, an talis locus teneatur ēpo ad præstationem charitatiui subsidii & aliorum iurium episcopalium.Et in hoc dīs Car. in d.cle. quia contingit in principio.in 12.q.tenet q̄ non. Et idem vī uelle Petr.de Perusio in tractatu suo de quarta canonica. in 13.q.principali.uer.demum quæritur de visitatore. & Lap. in repetitione.c. de xenodochijs.in 105.q.de relig.domib. dicentes post Fed in
10 suis consilijs.Quod licet ad ēpm † diocesanum spectet prouidere q̄ hospitalium & locorum similium bona conuertātur ad vsum deputatum,& p̄ hoc possit ea visitare,tī non poterit procurationem,nec alia iura episcopalia ab eis exigere, qa talia bona conuerti debent in alimoniam pauperum,& sustētationem rectoris hospitalis,& ita dicunt tenere Io. de Ligna. in d.clem.quia contingit.Sed contrarium credo hoc casu esse verius,quia ex quo hospitale est fundatum auctoritate ēpi,& ibi de eius auctoritate celebratur, ab eo exigere possit licite
11 † ēps subsidium charitatiuum & alia iura ēpalia, sicut ab alijs ecclesijs suæ diocesis per ea quæ notat Inn.in d.c. de xenodochijs.de relig.dom.& c.ult.de censibus. Et de talibus hospitalibus loquitur.c.ad hæc.de relig.dom. Et in hanc partem inclinare vī Fed.consi.111.quod incipit,quæstio talis est, an diocesanus,& consi.130.q̄ incipit, Factum tale est. quædam domus & Abbas siculus in dicta disputatione quæ incipit.Sēpronius. in 3.dubio.& in c.sopite.de censib.& in d.c.fi. de censi. quia de talibus hospitalibus & similibus pijs locis auctoritate ēpi fundatis cōiter & ut plurimum idem iudicāt, & disponitur q̄ de ecclesijs,vt est tex.& ibi Bart.in l.oīa priuilegia, de epi.& cler. C.& est tex.in c.accedentibus.de priui.& in c. neque decēnii. 16.q.4.iuncto c.de quarta.de præscrip. Et pro hoc est tex.cum gl.in verbo beneficijs.in cle.dispendiosam. de iudic. Pro hoc ēt facit tex.in c.iciant cuncti.& c.generali.de elec.lib.6.& in c. requisisti.§.secus.& c.fi.de testa.& in c.ex literis.de consuet.& in c.cum sit generale.quem tex.multum notat Abb sicu.de foro compe.& in c.grandi.de supp.neg.præla.li.6.Et pro hoc facit q̄ notat Lap. de Caste.in repetitione.ca.de xenodochijs.in 54.q.de religio.domi.ubi tenet,q̄ quemadmodum in beneficiis non fit missio †
12 in possessionem ex primo decreto contra contumacem,sed proceditur ad diffinitiuam snīam. vt in c.cū qui.de eo qui mit.in poss.cā rei seruan.lib.6. Ita eodem modo fieri debet,quando agitur de hospitali, & ita dicit disputando tenuisse Lap.Abb.& illud dictum sequitur Domi.in d.c.cum qui.& Petr.de Anch.in d.cle.dispendiosam. uer. quarto nota.
13 de iudi.† Item quia talia hospitalia & similia loca pia auctoritate ēpi fundata iuuantur restitutione in integrum,sicut ecclesiæ,secundum Io.And.Io.de fant.& Domi.in c. 2. de restit.in integr.lib.6.& Bal.in d.aucten. hoc ius porrectum. in 2.col.& Pet.de Anch.d clem.per literas.de præb.& in c.1. de in integ.
14 restit.lib.6.Et quia in alienatione rerum talis hospitalis † requiritur eadem solennitas,quæ requiritur in alienatione aliarum rerum ecclesiasticarum,secundum Anto.de Bu.in c.nulli.ad finem post Host.& Io.And.ibi.de reb.ecc.non alie. per tex.in d.auct.hoc ius porrectum,ubi ēt vult Bal.& idem vī concludere Lap.in repetitione dicti.c.de xenodochiis.in 70.q.& de talibus hospitalibus & pijs locis auctoritate ēpi fundatis pro-
15 prie intelligitur tex.in d.cap.romana.§.1.de censi.lib.6. † Dum vult,q̄ pia loca teneantur ad procurationem, sicut aliæ ecclesiæ,& per consequens eadem ratione ad alia onera episcopalia a quibus talia loca non reperiuntur specialiter exempta.Et hoc satis vī uelle tex.in c.cum dicat apostolus. de eccle. edifi. dum dicit. Caueant tamen vt iniurioſi veteribus ecclesijs de iure parochiali nequaquam existant, quod enim propietate eis conceditur ad aliorum iniuriam nolumus redundare, De talibus etiam hospitalibus, auctoritate ēpi fundatis intelligi debet tex.in dicta extrauagan.vas electionis.§. præmissis quo
16 que.† Si uero non apparet, q̄ hospitale fundatum fuerit auctoritate episcopi,& tunc si ibi celebrantur missæ publicè, & habet campanile,& campanas publicas, tunc credo idem, q̄ in casu supra proximo, uidelicet q̄ teneatur ad præstationem charitatiui subsidii, quia talis locus præsumitur fundatus auctoritate episcopi secundum Arch.in c.nemo. de cōsecr.dist. 1.quem sequitur dom. Ant.de But.post doct.in d.c.fin.de cēsi. & Pet de Peru.in tractatu suo de quarta canonica.in 13.q.principali.uer.demum quæritur si appareret.& Lap. in repetitione.d.c.de xenodochiis.in 58.q.2.Abb.siculus in c.patentibus. de priuile.& in disputatione sua quæ incipit,Sempronius.in 3. dubio principali.& in c.inter dilectos.de dona.& Fede.consi.
17 111.quod incipit.† Quæstio talis est an diocesanus, ex quo.n. locus per talia signa habet faciem loci ecclesiastici,talis præsumendus & censendus est,arg.c.si iudex laicus.de sent.excom. lib.6.& l.stigmata.C.de fabricensi.lib.11.& l. sed accepto.ff.de iure fis.& l.item apud Labeonem.§.si quis uirginem. ff. de iniuriis.& c.si uero.el 1.& in c.ad audientiam.de senten. excom. Et q̄ talis locus præsumatur fundatus auctoritate episcopi, expresse tenent domini de Rota in antiquis dec. 109. quæ incipit,datur articulus q̄ ecclesia.per.l.si filius.C.de peti.hær.& l.qui in aliena.de acqui.hære.& per ea quæ notat Inn. in c.innotuit.de eo qui fur.ordi.susce.licet contrarium & male iudicio meo in hoc tenuerit Pau.de Castren.in d consi 395.circa
18 finem. † Si uero hospitale de quo dubitatur an sit fundatum auctoritate episcopi,non haberet signa prędicta,tunc dico,q̄ licet appellaretur sub uocabulo alicuius sancti,etiam si haberet patronos,& ibi esset rector & fratres,ibi etiam secretæ missæ celebrarentur, prout communiter fit in domibus principum,quia per talia signa non probatur oratoria seu hospitalia esse publica,sed potius debent dici priuata, secundum Inn. Ant.de Butri.& Abba.sicu.in d.c.inter dilectos.de dona. A talibus locis non poterit episcopus exigere charitatiuum subsidium,sicut nec ab hospitalib. priuatis sine auctoritate episco-
19 pi constructis,vt dictum est supra. † An autē hospitalia & alia loca pia de quibus dictum est,q̄ non tenentur ad solutionem charitatiui subsidii,nec aliorum iurium episcopalium,teneantur contribuere ad solutionem collectarum,& onerum quæ per principem secularem, vel communitatem imponuntur populo & communi seu laicis,plene examinat Pet.de Anch.in d.consi.122.ubi concludit q̄ non,per plura media,cuius contrarium tenet Lap.in repetitione dicti.c.de xenodochiis.in 60. q.quod discutere non pertinet ad præsentem materiam.

Quęstio de charitatiuo subsidio an possit terminari summarie iuxta cleme. sæpe. de uerb. signifi.

SVMMARIVM.

1 *Cle.sæpe.non habet locum inter collectorem papæ & clericos.*
2 *Idem iuris est de episcopo, & patre spirituali, quod de patre carnali.*
3 *Quando pater a filio petit alimenta causa est summaria. & econtra.*
4 *Quando agitur de decenti tractatione, & iure sustentationis, causa est summaria.*
5 *Causa criminalis potest agitari diebus feriatis.*

QVAESTIO 39

Trigesimo nono quæro, Quando est cōtentio inter episcopum & clerum super charitatiuo subsidio, an quæstio ita debeat agitari & decidi summarie & de plano sine strepitu & figura iudicij.iuxta formam clem.sæpe. de uerborum significatio.Respondeo q̄ non, immo agitari debet plenarie, per id q̄ notat gloss. in clemen dispendiosam. in uerbo decimis,quam sequuntur ibi Paul.Cardin.Zabar.Ioan. de Imo.de
1 iudi.quæ vult.q̄ quando est quæstio † inter collectorem papæ & clericos super subsidio Papæ præstando.1. super decima papali,non habet locum dispositio illius clem.sed causa debet agitari plenarie,q̄ etiam latius tenet Cardin. Zab. in cle.si beneficiorum.in 2.q.de deci.licet Stepha.ibi teneat contrarium, ergo idem & fortius dicendū in subsidio ēpi,uel alterius plati. Pro opinione tamen Stepha.vrgere vī tex. in l. publicas.C.de

Source : BIU Cujas

feriis.& tex.in l.ne quicquam.§.de plano.ff. de offi. procon.& lega.ubi tex.dicit,de plano autem conſul põt expedire hoc,vt obſequium parentibus & patronis liberiſque patronorũ exhi beri iubeat & c.coniuncto ei.c.qualis.2.q.7.& c.ita diligere.&
2 c.pictatium.30.q.3.in quibus iuribus patet,q̃ idem iuris † dicendum eſt de ep̃o & patre ſpirituali,q̃ dicitur de patre carnali.Pro quo ẽt facit text.in l.4.§. prætor ait.ff. de in ius uocan. iuncta.l.generaliter.eod.tit.& cle.ſi quis ſuadente.§.ep̃i,de pœnis.Sed põt pro concordia dici,q̃ prima opinio, quæ eſt cõis, procedat regulariter. Opinio vero Stepha.procedat, q̃ ep̃s peteret a clero charitatiuum ſubſidium pro ſuſtẽtatione ſua, quo caſu cauſa agitari deberet ſummarie.quia talis cauſa cenſetur cauſa alimentorum, quæ debet agitari ſummariè, quan-
3 do † pater a filio petit alimenta,& econtra.vt eſt tex.in l.ſi qs a liberis.§.ſi uel parens.ff.de liber agno.& notat Spe.in tit.de offi.iudi.§.poſtremo.uerſi.3.dicendum eſt & Bar. in extrauaganti,ad reprimẽdum.ſuper verbo ſummarie, circa medium, facit.l.eadem oratione,in verbo alimenta conſtituantur.ff.de ferijs.præſertim quando alimenta petuntur officio iudicis,ſecundum Spec.in tit.de appellari.§.in quibus.uerſicu. 8. Et pro hoc facit q̃ notat Zenze.in cle.1.de iurepatro.quem ſequitur ibi Card.Zaba in §.fi.in 3.q.Et ſequitur etiam ibi Pet. de Anchar.in vlt.col.uer.ſed quærit zenze.ubi dicunt,q̃ quando agi
4 tur de decenti tractatione † & iure ſuſtentationis, eum hoc concernat alimenta perſonæ,cauſa iſta debet tractari ſummarie ad l.ne quicquam.§.de plano. poſſet faciliter reſponderi, & licet ibi permittatur, q̃ procedatur de plano, per hoc non ſequitur,q̃ cauſa ſit ſummaria,iuxta formam cle. ſæpe, quia, uerbum de plano,de per ſe poſitum hoc non importat,ſecundum Bartol.in d.§.de plano.& in dicta extrauaganti ad reprimendum,ſuper verbo,de plano.& Card.Zaba.in clem.diſpendioſam.in 41.q.de iudi.& doct.in dicta clem. ſæpe. Ad. l.publicas.poteſt reſponderi,q̃ licet cauſa poſſit agitari diebus feriatis,per hoc non ſequitur,q̃ ſit cauſa ſummaria,vt patet in cau
5 ſis † criminalibus, quæ poſſunt agitari die feriata, ut l. cuſtodias.de publi.iud.& tamen non ſunt ſummariæ.l. ſciant cũcti. C.de probat.& 5.q.6.c.epiphanium.

Legatus de latere non poteſt concedere prælato inferiori vt exigat charitatiuum ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia legati de latere non ſufficit ubi requiritur indulgentia apoſtolica.*
2 *Quod emanat a legato non dicitur emanare a ſede apoſtolica.*
3 *Ex prædictis ſit vnus caſus papæ reſeruatus.*

QVAESTIO 40.

Quadrageſimo quæro, Dictum eſt ſup. in 4 q. q̃ prælati epiſcopo inferiores non poſſunt exigere charitatiuum ſubſidium a ſubditis ſuis, niſi hoc eis competat ex conſuetudine, uel priuilegio. An legatus de latere poſſit hoc priuilegium eis concedere. Reſpondeo q̃ non. per tex.in extrauaganti Benedicti.12.quæ incipit, vas electionis. §. præmiſſis quoque.ubi
1 tex.non ſine miniſterio dicit,ex apoſtolica indulgentia.† Vbicunque enim requiritur apoſtolica indulgentia, non ſufficit priuilegium vel indulgentia legati de latere,vt eſt tex. cum gl. in uerbo apoſtolicis,in clem.per literas.de præben.& in clem. quia contingit.§.1.in uerbo apoſtolicæ ſedis de rel. domin.& in cap.ſi poſtquam.in princi.in uerbo ſedem apoſtolicam. de elect.lib.6. Vnde dicit Innocen.in capitu.dilectus.de fil.præsb. quem ſequitur Archid.in cap.quiſquis pulſatus.2. quæſt.6.q̃
2 nõ dicitur emanare † a ſede apoſtolica,q̃ ab eius legato emanat,niſi ab ipſo Papa emanet,pro quibus eſt tex.in c.hi qui auctoritate.de præbend lib.6.Et iſte eſt unus de caſibus Papæ re
3 ſeruatis addendus † ad alios quos enumerat gl.ord.in c. quod translationem.de off.leg.& plenius Spe.in tit.de legato.§.nũc oſtendendum.

Quantitas ſubſidij charitatiui exigendi hodie eſt determinata.

SVMMARIVM.

1 *Taxa procurationum quę datur viſitantibus.*
2 *Taxa procurationum ubi declaratur.*
3 *Extrauagans,uas electionis,princ.non fuit recepta ſecundum Lapum.*
4 *Charitatiui ſubſidij quantitas pendet ex arbitrio.*
5 *Hodie epiſcopi ſtatur determinationi extrauagã. quo ad charitati. ſubſidium.*
6 *Io.And.fuit antiquior Lapo.*

QVAESTIO 41.

Quadrageſimo primo quæro, an ſit ſtatuta certa meta ſeu quantitas vltra quam non poſſint prælati a ſubditis ſuis exigere pro charitatiuo ſubſidio. Dico q̃ ſic,quia hodie eſt determinatum, q̃ non poſſunt exigere, nec etiam a volentibus recipere,niſi tantum quantum alcede
1 rent procurationes † ſingulæ ſi prælati per aliũ licite viſitarent, & hoc per extrauagantem Benedic.12.quæ incipit,vas electio
2 nis.circa finem.§.præmiſſis quoque adiiciendo,† Quæ autem ſit quantitas illarum procurationum, declaratur in ſuperiori parte illius extrauag.Sed Lap. allega.ſua.37. quæ incipit, ſtante conſtitutione.dicit,q̃ cum illa extrauaga. † vas electionis,
3 non fuerit a principio recepta,nec vſu vtentium comprobata,q̃ epiſcopus poterit ſine pacto a ſubditis exigere, & a uolentibus recipere charitatiuum ſubſidium, vltra taxam in d. extrauag.terminatam.per §.leges.4.diſtinction.& per nota.in cap.1.de treu & pace. dicens, q̃ tamen non audet hoc aſſerere,ſed vniuſcuiuſque iudicio hoc relinquit, argu.c.mulieri.de iureiuran. Et pro hoc facit q̃ notat Cardin.Zaba.in clem. frequens §.nonnulli.in 3.q.de exceſſi.prælat. ubi dicit † arbitra-
4 rium eſſe quantum per prælatos a ſubditis exigi pro charitatiuo ſubſidio,& ita dicit ſe dixiſſe in cap. cum apoſtolus.§.pro
5 hibemus.in 7.quæſt.de cenſi. † Sed credo,quod hodie ſtandũ ſit taxæ impoſitæ per dictam extrauagantem, per ea quæ notat Ioan.And.in nouella.in cap.felicis.de cenſi. lib. 6.ubi Ioã.
6 And.qui fuit † antiquior Lap. non dicit q̃ illa extrauagans a principio non fuerit recepta vſu vtentium,quinimmo expreſſe dicit, q̃ quo ad ſolutionem charitatiui ſubſidii hodie ſtandum eſt determinationi & taxæ emanatæ per dictam extrauagantem,uas electionis.& cum eo ſimpliciter tranſit Domi. in d.cap fælicis.Et fateor q̃ dictum.d.Cardin. eſſet verum,videlicet q̃ eſſet arbitrarium ſcilicet vſque ad ſummam extrauagan.& ab illa taxa infra,ſed taxam illam non poſſunt excedere,per prædicta.

Charitatiuum ſubſidium non poteſt exigi ultra taxam poſitam in d.extrauaganti.Vas electio. ex cõſuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo exigendi charitatiuum ſubſi.ultra taxam reijcitur a papa.*
2 *Conſuetudo prædicta tanquam grauoſa non valet.*
3 *Conſuetudo archiepiſcoporum exigendi a ſuffraga.iuramentum,vltra formam,non valet.*
4 *Conſuetudo inueterata habet vim priuilegij.*
5 *Charitatiuum ex priuilegio papæ poteſt exigi vltra taxam.*
6 *Ex conſuetudine generali idem fieri poteſt.*
7 *Conſuetudo generalis quomodo intelligatur quo ad dictum effectum,*
8 *Conſuetudine poteſt introduci quicquid ex priuilegio concedi poteſt.*

QVAESTIO 42.

Quadrageſimo ſecundo quęro, An valeat cõſuetudo,q̃ epiſcopi,vel alij prælati a ſubditis poſſint exigere.& a uolentibus recipere charitatiuum ſubſidium vltra taxam poſitam in dicta extrauag.vas electionis. Dico q̃ non per tex. illius extrauagantis in d. §. præmiſſis quoque. in
1 uerbo,uel conſuetudine.ubi Papa † uidetur improbare & reijcere conſuetudinem,per quam charitatiuum ſubſidium exigeretur vel etiam a uolentibus reciperetur vltra taxam illam. Et hoc ſatis rationabile videtur,quia Benedictus.12.ex diffinitione ſua ibi arbitratus eſt,q̃ ſi ultra taxam illam charitatiuũ ſubſidium exigeretur, eccleſię cenſerentur grauatæ contra mentem & verba concilii generalis, videlicet.c.cum apoſto-
2 lus.§.prohibemus.de cenſibus.† Ideo dici debet, q̃ talis conſuetudo non valeat tanquam grauoſa eccleſijs,per tex.in cap. 1.de conſue.& c.cum cauſa de re iudi.Et eſt pro hoc optimus tex.cum glo.in uerbo conſuetudinis.in c.dilecti. & ibi clarius
3 Hoſt.& doc.de maio.& obe.ubi patet,q̃ non valet † conſuetudo q̃ archiepiſcopi metropolitani a ſuis ſuffraganeis exigant iuramentum ultra formam a iure ſtatutam,hoc tamen intelligo verum niſi eſſet conſuetudo antiqua tanti tpis, cuius initij
4 non ſit memoria in contrarium, quia talis † conſuetudo ita inueterata habet uim priuilegij a principe conceſſi. vt in c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de uerb.ſig.& l.hoc iure §. ductus aquæ.ff.de aqua quot.& æſtiua.& l.1.§.fi.de aqua plu. arcen.facit ad hoc.c.1.de præſcrip.lib.6.& quod notat Abb.ſic. in cle. ſi vna.in fine.per glo.ibi in verbo.quamuis.de reb.eccle. non alie.& in d.cap.dilecti.de maior.& obedien.qui hoc modo li-
5 mitat dictum glo.& doct.ibi.† Clarum eſt autem,q̃ ex priuilegio ſpeciali p̃p̃ poſſet eigi charitatiuum ſubſidium vltra taxam poſitam in dicta extrauaganti,arg.cap. propoſuit. de conceſſ. præb.

Source : BIU Cujas

6 præb.& c.cuncta per mundum.& c.per principalē.9.q.3.† Secundo limito,niſi eſſet conſuetudo generalis ꝙ prælati exigerent ſeu reciperent charitatiuum ſubſidium a ſubditis ſuis vltra taxam.d.extrauag. qm̄ tunc id eis liceret, quia per conſuetudinem generalem acquiritur id ꝙ nō pōt acquiri,niſi ex ſolo priuilegio,dummodo vtentes illa gñali conſuetudine ſint capaces poſſeſſionis illius iuris, quo vtūtur,vt eſt in iſto caſu. Ad hoc eſt gl.no.in c.catholica.11.diſt. Nec dico hoc,caſū ad obtinenda ea,quæ non poſſunt haberi, niſi ſolo ex priuilegio
7 ſufficere † generalem conſuetudinem vnius prouinciæ vel nationis,per tex.in c.extuarum.de auct.& uſu pal.ubi dr̄,ꝙ gñalis conſuetudo Hiſpaniæ non ſufficit ad tollendum ius uel honorem alterius.Sed intelligo de generali cōſuetudine vniuerſalis eccleſiæ,per tex.in c.cōtra morem, ibi, aut enim mos eſt oīm metropolitanorum &c. 100.diſt.quam papa ſciat & tolle
8 ret,per ea quæ notat Old.conſi.254.ꝙ incipit.† Quia tota decani,vbi dicit,ꝙ quicquid pōt priuilegio concedi,pōt conſuetudine introduci,ſciente illo qui poſſet priuilegium concedere.Et hanc regulam dicit ponere Inn.in c. nouit. de iudi.& in c.cum contingat.in fi.de foro compe.cuius dicta debent intelligi ſecundum quod prædixi.

Pęna de qua in prima parte extrauag. vas elect. nō habet locum in 2. parte quo ad charitatiuum ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Pęna appoſita in prima parte intelligitur repetita in 2. in c. de multa. de præben.*
2 *Pœnæ in prima parte extrauagan. vas electio. non intelliguntur repetitæ in 2.*
3 *Additio conſtitutioni quando fiat per modum parificationis.*
4 *Dictio, quoque, eſt dictio continuatiua.*

QVAESTIO 43.

Quadrageſimo tertio quęro, Anpę næ ſuſpentionis & reſtitutionis dupli,& aliæ pęnæ impoſitæ in 1.parte.d.extrauag.vas electionis,prælatis excedentibus taxam ibi poſitam in exigendis procurationib.rōne viſitationis, intelligantur repetitæ in ſeq.§.præmiſſis quoque,contra prælatos excedentes taxam ibi poſitam in exigendo charitatiuo ſubſidio cum in illo.§.præmiſſis,nulla penitus fiat mentio de pœna.vr̄ ꝙ ſic.per id ꝙ notat gl.ordinaria in c.de multa.§.hoc idem.in uerbo in eadem eccleſia. quam ſequuntur ibi cōiter doct. de
1 præb.quæ vult † ꝙ pœna ibi in prima parte appoſita acceptantibus ſecundum curatum ēt intelligatur repetita in ſecūda parte quæ loquitur de dignitatib.& perſonatibus,ubi nulla fit mē tio de pœna.Et idem tenet Lap.in cle.ſtatutum.de elec.quem ſequitur ibi Card.Zab.in 3.oppo.Idem vr̄ uelle Pet. de Anch. in clem.ne Romani.§.porro.uerſic.5.nota. de elect.per illum tex.& per legem.1.§. hæc actio lege.ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue.Sed contrarium in terminis proprijs tenet Lap.alleg.ſua.
2 38.quæ incipit,ſtante conſtitutione,ubi expreſſe vult,† ꝙ pœnæ appoſitæ in prima parte.d.extrauag.vas electionis,non intelliguntur repetitæ in ſecunda parte, quæ loquitur de charitatiuo ſubſidio.per regulam,in pœnis.lib.6. Et hanc partem teneo,pro qua allego gl.in cle.quoniam.§.fi.in uerbo ſanctioni de vita & honeſta.cler.& in c.cupientes.§.cæterum. in uerbo. priuentur.de elect.lib.6.Nec obſtat gl.& cōis ſnīa doct. in d.c.
3 de multa.quia illa doctrina † eſt uera qñ additio fit conſtitutioni per uiam parificationis.& ita fuit in c. de multa,ꝙ indicant uerba tex.ibi dum dicit,hoc idem. ſecus ſi additio nō fiat per modum parificationis,ſed per modum continuationis,prout fuit in caſu dictæ extrauagantis §.præmiſſis.ubi tex. non dixit hoc idem & c.ſed dicit, præmiſſis quoque adijciendo ſtatui-
4 mus & c.quæ dictio,† quoque,eſt dictio continuatiua,vt notat Arch.in c.quorundam.de elec. lib. 6.ita loquitur ēt text.in d.cle.quoniam.in fi.de uita & honeſt.cle.Non obſtat tex.in d. cle.ne Romani.§.porro.quia ille tex.potius facit pro hac parte,quia ibi de iure non cenſebantur repetitæ pœnæ, niſi papa eas repetijſſet expreſſe in uer. pœnas in dicta conſtitutione contentas &c.

Pœna imponenda exigentibus charitatiuum ſubſi. vltra taxam.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,ſi quis attentare præſumpſerit,refertur ad quamlibet partem conſtituti.*
2 *Clauſula,alioquin indignationem,importat comminationem.*
3 *Quis priuari non debet ſuis beneficijs ſine graui culpa.*
4 *Contra epiſcopos proceditur cum maiori maturitate.*
5 *Epiſcopi difficilius cæteris remouentur a ſuis eccleſijs.*
6 *Pœna priuationis quando imponitur.*
7 *Pœna quando ſit arbitraria.*
8 *Verbum,indignationē,non importat niſi quantum ſonat. ſecundum Bar.*
9 *Contraueniens tali clauſulæ peccat mortaliter.*
10 *Prælati tenentur ad reſtitutio. illius quòd exigunt ultra taxam.*
11 *Indignatio principis inducit infamiam.*
12 *Indignatio principis inducit pœnam mortis.*
13 *Indignatio quæ ponitur in literis ſumitur in bonam partem.*
14 *Differentia inter indignationem, & dedignationem.*

QVAESTIO 44.

Quadrageſimoquarto quæro, Dictum eſt ſup.in 41.q.ꝙ prælati in exigendo vel a uolentib. recipiendo charitatiuo ſubſidio non poſſunt excedere taxā, quæ emanauit per extrauagantem Benedicti. 12. quæ incipit, vas electionis. Et dictum eſt ſup.proxima.q.ꝙ pœnæ appoſitæ in prima parte illius extrauag.non intelliguntur repetitæ in ſecunda parte,quæ loquitur de charitatiuo ſubſidio,in qua nulla fit mentio de pœna,ſi plati in hoc excedunt& recipiunt ſubſidium ultra taxam dictæ extrauagan. qualiter puniri debeāt, Forte poſſet dici,ꝙ tenentur ad reſtitutionem dupli, per tex. in l.unica C.de ſuperexactionibus. lib.10. & in c. procurationes.in fine.de cenſi.& c.exigit.de cenſib.lib.6. Vel tenentur indebitum exactum reſtituere,& tantundem pauperibus eroga re,per tex.in cap.quia plerique,de immun.eccleſia. Sed circa hoc dubium facit, quia in fin.illius extrauagantis appoſita eſt clauſula, quæ communiter in bullis apoſtolicis apponi conſueuit, videlicet. † ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit,
1 indignationem omnipotentis dei ac Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, quæ uerba, cum in fine conſtitutionis poſita ſint,referuntur ad quamlibet partē ipſius conſtitutionis,vt in cap.2.requiris , & in cap.inquiſitioni.de appe.& plene notatur in l.talis ſcriptura. de lega. 1.Ideo reſtat videndum,quæ pœna ueniat imponenda excedentibus taxam in exigendo charitatiuo ſubſidio propter illam clauſulam,de indignatione apoſtolorum. Et in hoc Bald.in cap.1.§. porro.in ſecunda col. in titu. quæ fuerit prima cauſa benefic.
2 amit. in uſibus feu. † dicit,ꝙ illa verba quæ communiter in literis apoſtolicis apponuntur,videlicet,alioquin indignatione Beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ſe nouerint incurſos, importat comminationem priuationis beneficiorum eccleſiaſticorum,ꝙ dicit menti tenendum. Sed credo illud dictum
3 Bald.non eſſe verum.quia hoc nullo iure probatur, nec † priuari quis debet beneficiis ſuis ſiue graui culpa , vt eſt tex.in ca. inuentum.16.q.7.& tenent doct.maxime Anton. de Butr. in
4 cap.at ſi clerici.de iudi.præſertim epiſcopi, cōtra quos † cum maiori maturitate proceditur.vt in capitu.quia pontificali.de offic.deleg.lib.6.& cap.paſtoralis.in princ.eod.tit. & cap.quia
5 periculoſum.de ſenten excommuni.lib.6. qui etiam † difficilius cæteris ſuis eccleſijs amouentur,vt in cap. 1. & 2.de translat.epiſcopi.& cap.niſi ſpecialis.de offi.leg. & quia pœna pri-
6 uationis † nemini imponitur, niſi vbi hoc iure reperitur expreſſum,vt eſt gloſſ.nota.in c.ultimo. de iurepa. & notat Bal. in auct.ex teſtō.in pen.col.C.de ſecund.nup.allegans pro hoc tex.in aucten.de non eligendo ſecundo nub.§.cum igitur.ibi,
7 nec lex eſt aliquid tale dicens.† Vnde dico, ꝙ erit hoc caſu pę na arbitraria,arg.c.de cauſis.in fine.de officio deleg.& l.1.ff.de iure delib.Et ita præciſe decidit Bald.in repet.l.cunctos populos circa prin.uer.nota pro literis apoſtolicis.C.de ſumma trinit.& fide catho. Et Angel.in repeti. l. ſi uacantia. in ſecunda carta,per illum tex.in uerbo non euitat indignationem. C.de bon.uaca.lib.10. Et idem vult Bald.in aucten ſtatuimus. circa medium.C.de epiſco.& cler.allegat.§.ſuper hoc. in aucten.de quæſto.& in aucten.ut liti.iurent.§.1.Idem uidetur etiam ſen-
8 tire Bartol.in extrauagan.quoniam nuper ſuper uerbo † indignationem.ubi dicit, ꝙ illius uerbi nullum effectum reperit, niſi quatenus verbum ſonat, quia princeps ex hoc indignatus eſt,non exhibebit ſe ei gratioſum. Pro quo allego text.in cle.ad noſtrum.in fin.de cenſi. coniuncta ei gl. in uerbo religioſi.in fine.in cle.1.de ſenten.excommuni. Ad hoc bene facit tex.cum glo.pen.in c.ſi vanonici.§.fina.de offi.ord.lib.6. Et ſecundum hoc intelligitur tex.in cap.1.§. conuenticulas,in verbo noſtram indignationem ſubituris,de pace iura.fir.in uſib. feudo.& in cle.exiui de paradiſo.in fine.de uerbor. ſignific.&
9 in cle.nolētes.§.notarij.de hæret.† Fateor,ꝙ ratione talis clauſulæ contraueniens peccat mortaliter, etiam ſi materia aliàs de ſui natura non eſſet præceptiua, nec ad mortale peccatum obligatiua,per ea quæ notat Ioan.And.in nouella. in capitul. Romana.§.procurationes,ſuper uerbo maledictionem incurrat.& ibi Lap.& Domin.de cenſibus.libro ſexto,& Ioan. mo. Archid.Ioan.And.& Domin.in cap.1.in princi.de ſepul.li.6.
10 ad hoc facit.cap.ſi quis uenerit.de maio.& obed.† Item etiam

Source : BIU Cujas

abſq; d. clauſula prælati tenerentur ad reſtitutionem eius, ꝙ vltra taxam poſitam in dicta extrauag. fuiſſet pro charit. ſubſi. perceptum, per regulam, peccatum. li. 6. & c. cum tu. de uſuris.
11 †Indignatio tñ principis interdum vī inducere infamiam, ita vī velle tex in l. 2. in prin. ibi, non tñ ſi citra indignationē prin-
12 cipis ei ſucceſſor datus ſit ff. de hi qui notan. infam.† Et aliqñ indignatio vī importare pœnam mortis, per tex. in l. nihil inte reſt. in prin. ibi quia lex partem in eos qui deprehenſi ſunt in-
13 dignationem exigit. ff. de adult. † illa tamen indignatio, quæ apponitur in literis apoſtolicis ſumitur in bonam partem, & ex bono zelo ſicut & indignatio dei, de qua loquitur tex in §.
14 ſed continuo. de pæn. diſtin. 1. † Et in hoc eſt differentia inter indignationem & dedignationem, quia indignatio cōiter & proprie aſſumitur in bonam partem, & ex bono zelo. Dedignatio vero fit ex malo zelo, vt eſt tex. & gl. & ibi Arch. & do. de S. Gem in c. uera iuſtitia. 45. diſt. Pro quo illud Virgilij, in ſecundo libro Eneidos. Et caſum inſontis mecum indignabar amici. Aliquādo tñ indignatio large & improprie ſumitur in malam partem. vt eſt tex. in c. indignantur. 32. q. 6. & in c. quantuslibet. de pæni. diſt. 1. Hoc tñ indubitanter verum credo, ꝙ ſi prælati a ſubditis exigunt charitatiuum ſubſi. ultra taxam dictæ extrauag licite id in quo excedit poſſunt ei denegare. Et ſi ꝓp hoc excōicauit, ſnīa erit nulla, vt latius dixi ſup. in 24. q.

Capitulum vacante ſede epiſcopali non poteſt per ſuum ſtatutum diminuere charitatiuum ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede vacante ſuccedit epiſcopo in facultate condendi ſtatuta.*
2 *Capitulum non pōt per ſtatutum ſuum minuere ſubſi. charitatiuum.*
3 *Capitulum non poteſt in præiudicium epiſcopi, vel eccle. cathedralis conde re ſtatutum ſe. vacante.*
4 *Epiſcopus non poteſt condere ſtatutum in præiudicium inferiorum ſine illorum conſenſu.*
5 *Statutum inferioris ius ſuperioris tollere non poteſt.*
6 *Iuramentum quando non ligat, neque aſtringit ad obſeruationem.*
7 *Iuramentum præſtitum a cano. ſuper ſtatuto de non ſoluendo charitatiuo ſubſidio, an liget.*
8 *Abſolutio ad cautelam a iuramento quid proſit.*
9 *Iuramentum præſtitum a prælato in præiudicium dignitatis, non valet, neque obligat.*

QVAESTIO 45.

Quadrageſimoquinto quæro,

An valeat ſtatutum editum per capitulum vacante ſede epiſcopali, per quod ſtatutum diminuitur charitatiuum ſubſidiū
1 epō.† Videtur ꝙ ſic, quia capitulum ſede vacāte ſuccedit epō in facultate condendi ſtatuta, quæ durabunt etiam in tpe futurorum epiſcoporum ſecundūm Io. And. in c. vnico. de maio. & obed. lib. 6. & Fed. conſ. 17. ꝙ incipit, Capitulum eccleſiæ cathedralis, cuius dicta ſequitur Pet. de Anch. in repeti. c. canonum ſtatuta in 12. carta. uerſic. ſed quæro an ſede vacante. de conſtitu. quia capitulum vacāte ſede regulariter ſuccedit epō in his quæ ſunt iuriſdictionis, vt in c. his quæ. & c. cum olim. de maio. & obe. condere ſtatuta eſt iuriſdictionis, vt l. oēs populi. & ibi plene per Bar. de iuſti. & iure. & notaī in ca. cum oēs. de conſtitut Sed contrarium in hoc teneo, quia licet capitulum
2 ſede vacante poſſit condere ſtatuta vt dictum eſt, † Tamen nō poteſt condere ſtatutum, per ꝙ minuatur ſubſidium charitatiuum epō, ſecundum Lap. expreſſe hoc tenentem alleg. ſua. 20. quæ incipit, Si vacante. quem ſequitur Domi. de S. Gemi. in
3 §. 1. qui incipit epōrum. 18. diſt.† quia ſtatuta tendentia ad præiudicium epi vel eccleſiæ cathedralis, non pōt capitulum condere vacante ſede, cum eccleſia careat legitimo defenſore. argumento. c. dudum. de rebus eccl. non ali. lib. 6. & eius ꝙ notat gloſſ. in c. ſi qua de rebus. 12. q. 2. Sicut enim non poteſt epſ
4 † condere ſtatuta ad præiudicium inferiorum, niſi illi conſentiant tacite vel expreſſe, vt notat Inn & Hoſtien. in c. veſtra. de conſecr. diſt. 3. & Ant. de Butr. in c. cum oēs, de conſtit. & in c. quæ in eccleſiarum, eodem titu. Ita & fortius dicendum eſt, ꝙ capitulum vacante ſede non poſſit condere ſtatutum, per qđ minuatur charitatiuum ſubſidium epō, vel aliud præiudiciū epō, vel eccleſiæ ſuæ inferatur. Plus dicit Lapus in dicta alleg. 20. ꝙ etiam ſi ſtatutum capituli ſuper diminutione charitatiui ſubſidij eſſet iuratum, ꝙ epſ poſtea creatus non obſtante illo ſtatuto & iuramento poterit exigere conſuetum ſubſi-
5 dium, quia † ſtatutum inferioris ius ſuperioris tollere non poteſt, vt in cle. ne romani, in principio. de elect & in c. quod ſuper his. de maio. & obed. Quod intelligo verum, etiam ſi epiſcopus poſtea creatus antea erat vnus de canonicis, qui condiderunt & iurarunt obſeruare illud ſtatutum, cum tale iuramentum fuerit temerarium, & in damnum epiſcopalis dignitatis præſtitum, per tex. optimum. in c. ſicut noſtris eſt auribus intimatum. de iureiuran. Per quem tex. dicit ibi Abb. ſiculus, ꝙ ſi cardinales ante creationem ſummi pontificis ſtatuunt aliqua tendentia in præiudicium pontificalis dignitatis, & iurāt illa ſeruare, ſi contingat aliquem eorum creari pontificem,
6 tale iuramentum † non ligat neque aſtringit ad obſeruationem. Similiter dicit Lapus allegatione ſua. 21. quæ incipit, ad dubium præcedentis dubij, quod canonici met qui iurarunt
7 † ſeruare illud ſtatutum eorum ſuper diminutione charitatiui ſubſidij, licite poterunt, epiſcopo poſtea creato, ſoluere charitatiuum ſubſidium iuxta priorem formam, non obſtante eorum ſtatuto firmato iuramento temerario, quia ſicut epſ licite poteſt exigere non obſtante dicto ſtatuto & iuramento, ita & per conſequens ipſi etiam licite poſſunt ſoluere. allegat not. per Inno. in c. dilecto. de præben. & per Pau. in cle. vt profeſſores. de regula. & per Ioan. And. in c. 1. de his quæ fin. a
8 mai. par. cap.† Dicens, ꝙ tamen ad cautelam capitulum poſſet abſolui ab illo iuramento per epiſcopum uel eius vicarium. Pro hoc facit ꝙ notat Bal. in l. ſi ad excludēdam, circa finem. C. de rebus credi. vbi dicit, ꝙ ſtatuta iurata ſapientia monopolium non arctant iurantes, & tale iuramentum non ligat ipſo iure. & allegat. l. 1. C. de monopo. Pro quo etiam allego bonū tex. in c. conſtitutionem. §. cæterum, & §. ſequenti. de uerbor. ſigni. lib. 6. & in c. ubi periculum. §. pen. de elect. lib. 6. Et ꝙ notat Bartol. in l. final. vltra medium. ff. de colleg. illi. & Gaſpa. Calde. in ſuis conſilijs in titulo de iureiurando. conſilio quarto. quod incipit, An legatus. Si enim non valet neque obligat
9 iuramentum † præſtitum ab ipſo prælato in præiudicium dignitatis & eccleſiæ ſuæ, vt eſt tex. in capit. peruenit. el primo, & capitul. tua nos. el primo. & capitu. intellecto. de iureiurando, Fortius nec iuramentum præſtitum a capi. ſede vacante prælatum repræſentante.

Subditi poſſunt denegare charitatiuum ſubſidium epiſcopo in eo in quo excedit taxam.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas debita ab indebita facile ſeparatur.*
2 *Vtile per inutile vitiari non debet.*
3 *Poſitio de quantitate ratione partis falſæ negari tot a non poteſt.*
4 *Poſitio quæ non conſiſtit in quantitate ratione prædicta negari poteſt, & ſic per huiuſmodi diſtinctionem dicta doctorum intelligunt ur.*

QVAESTIO 46.

Quadrageſimoſexto quæro,

Dictum eſt ſup. in 41. & 44. q. ꝙ epiſcopus in exigēdo charitatiuo ſubſidio nō poteſt excedere taxam extrauagantis Benedicti, quæ incipit, vas electionis, & ſi excedit licite ei poteſt denegari. An ſi epiſcopus petat ſubſidium vltra taxam dictæ extrauagantis poſſunt licite ſubditi ei denegare totum ſubſidium, etiam ꝙ eſt licitum, & infra taxam ipſius extrauagantis, Paul. de Leaza. in clem. attendentes, de ſtatu mona. quem refert ibi Petrus de Ancharan. in uerſi ſeptimo nota. loquens de numero ſuperfluo accedentium cum epiſcopo viſitante quo ad præſtationem procurationis arguit pro & contra, & non firmat.

Sed credo ꝙ non poſſint totum denegare, ſed poſſunt ei tantum denegare in eo ꝙ excedit debitum iuris ideſt taxam dicta extrauagantis, non autem in ea quantitate, quæ eſt infra taxam. per tex. in l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quotid. & æſtiua. & gloſſ. in capitul. inter cætera. in uerbo exiſtant. de cenſibus.
1 † Cum enim quantitas debita ab indebita ſit facile ſeparabi-
2 lis. † Non debet utile per inutile vitiari, vt habetur in regula. utile. libro ſexto. Et pro hoc facit ꝙ notat Bartol. in l. 1. §. ſi ſtipulanti de uerborum. obligatio. quem ſequitur Anton. de Butr. in capit. unico. de plus peti. ubi voluit, ꝙ ſi poſitio conſiſtat †
3 in quantitate, ratione partis falſæ non poteſt tota poſitio negari. quia in quantitatibus facile poteſt debitum ab indebito ſeparari Et per hoc reſpondetur ad ea quæ notat Spe. in titulo de poſitio. §. ſeptimo. uerſi. vndecimo. & glo. in uerbo rationabili. capitul. ſecundo, de confeſſio. libro ſexto, & in capitul. præſentium. in uerbo ſigillatim. de teſti. libro ſexto, cum concordantijs plurimorum aliorum doctorum, volen-
4 tium, quòd ratione † partis falſæ poteſt negari poſitio, quia dictum eorum intelligitur, quando poſitio non conſiſtit in quantitate, ſed eſt in diem, vel ſub conditione, uel aliter qualificata, vt declarat Bartol. in dicto §. ſi ſtipulanti. Clerus tamen hoc caſu litigando ſuper toto ſubſidio petito cum epiſcopo non diceretur eſſe in mora, & haberet iuſtam cautam litigandi, niſi epiſcopus offerret ſe paratum recipere illam partem liquidam charitatiui ſubſidij, quæ eſt infra taxam dictæ

Source : BIU Cujas

ctæ extrauagantis, vas electionis, per ea quæ scribit Bartol. in l. qui solidum. in principio de leg. 2. Et multo fortius excusare tur clerus, quando episcopus recusaret recipere partem debitam sibi oblatam, sed vellet totum quod petit, quia tunc, si non de iure saltem de facto debitum ab indebito esset insepa rabile, secundum Ant. de But. in d. c. cum apostolus. qui dicit ita intelligi debere Inn. & Ioã. And. ibi, licet ipsi loquantur in procuratione, quæ petitur ratione visitationis, sed eadem est ratio in charitatiuo subsidio.

Episcopus vel alius prælatus non potest subditos eximere a subsidio charitatiuo.

SVMMARIVM.

1 *Remissio seu liberatio gratuita dicitur donatio.*
2 *Præstatio charitatiui subsidij est iuris publici.*
3 *Episcopus non potest remittere charita. subsid.*
4 *Remissio realis charita. subsi. facta per episcopum non valet, nec personalis ad ipsius vitam episcopi.*
5 *Quando commodum episcopi est separabile a commodo ecclesiæ, remitti potest.*
6 *Commodum charitatiui subsidij non est separabile a commodo eccles.*
7 *Procuratio visitationis quomodo possit remitti.*
8 *Charitatiuum subsidium non soluitur nisi propter commodum ecclesiæ.*
9 *Episcopus ex gratia potest remittere vni vel duobus amicis charitatiuum subsidium.*
10 *Episcopus de re. eccle. potest facere modicam donationem.*
11 *Prælatus in quærendis facilius potest præiudicare quàm in quæsitis.*

QVAESTIO 47.

Quadragesimo septimo quęro, an eps vel alius prælatus cui competit facultas exigendi charitatiuum subsidium, possit illud charitatiuum subsidium subditis remittere, & eos ab ipsius præstatione eximere. Videtur ꝙ sic, per tex. in c. constitutus, de religio. domi. & in c. cum venissent. de instit. Et hoc vr̃ aperte velle Inn. in c. pastoralis, per illum tex. in verbo omnes prouentus præter cathedraticum, de donat. ubi Inn. exponit prouentus, ideſt, moderatum auxilium. De quo in c. cum apostolus. §. prohibemus, de censibus. Et in eadem glo. etiam refert Inn. ꝙ quidam dicunt, ꝙ si episcopus dat alicui priuilegium, ꝙ non soluat moderatum auxilium, in illo valet exemptio. Pro hoc facit quod notat Petr. de Ancharano in clemen. præsenti. de censibus, in fine. post Ioan. And. in ca. peruenit, de immuni. eccle. ubi dicunt, quòd barones, marchiones, duces & alii principes his casibus quib. possunt imponere subditis taleas & collectas, possunt etiam aliquos eximere a solutione illarum collectarum. Sed in contrarium est communis doctorum opinio, vt expresse tenent Host. Io. And. Anton. de But. & Abbas siculus in c. cum venerabilis, de censi. & Paulus in clement. 1. de iurepatrona. quem sequitur ibi Petrus de Anch. in vlt. quæstio. quia, vt dicit Apostolus, Charitas nunquam excidit. c. quærendum. de pœnit. distin. 2. † Et hanc opinio. teneo, quia remissio seu liberatio gratuita dicitur donatio. l. in edibus. in prin. ff. de donat. & in l. nõ solum. §. si is qui. ff. de libera lega. & c. veniens el. 1. de testi. quę donatio regulariter prohibita est prælato. c. 2. de donatio. † & quia præstatio charitatiui subsidij est iuris publici fundati super naturali æquitate, ꝙ pactis priuatorum tolli non põt, vt l. ius publicum. ff. de pac. & c. si diligenti. de foro comp. Nec obstat. c. constitutus de religio. do. quia ibi exemptio fuit per Papam confirmata. cap. aũt, cum venissent, loquitur de alio iure epali, videlicet de institutione & custodia ecclesiarum, iste aũt est unus de casibus specialiter enumeratis per Io. And. & doctores in d. c. cum venerabilis. in quibus non potest eps remittere subditis † ius epale, scilicet ꝙ non præstent charita. subsi. addendus ad alios enumeratos, per gl. in c. visis. in verbo traditæ. 16. q. 2. & in c. pastoralis. de donatio. & in c. cum ex officij. in verbo penitus. de præscriptio. Plus sentiunt Io. And. & Ant. de Butr. in d. c. cum venerabilis, ꝙ nedum non valet remissio realis charitatiui subsidij facta per episcopum, † sed nec personalis ad vitam ipsius episcopi, licet secus in quarta episcopali seu fructibus canonicæ portionis tenet Anto. de But. post doctores in d. ca. pastoralis. de donatio. & in alijs iuribus episcopalibus regulariter verum sit, ꝙ † quando commodum prælati est separabile a commodo ecclesiæ, vt quia consistit in honorificentia concernente personam ipsius prælati tantum, potest ad vitam suam illud ius remittere, præsertim si remissio sit firmata iuramento, vt concludit Anton. de Butr. post gloss. & doctores in dicto cap. cum venissent. & in cap. si si quis præsbyterorum. de rebus eccle. non alienan. & in cap. peruenit. el primo. de iureiuran. Ad hoc facit cap. veniens. de transactio. Secus dicens. si commodũ prælati non esset separabile a commodo ecclesiæ, & ita hoc casu forte dicere possumus, † ꝙ commodum ꝙ percipitur ex charitatiuo subsidio est ita connexum, ꝙ in eo commodum prælati non est separabile a commodo ecclesiæ suæ, bene consideratis causis, ex quibus potest exigi charitatiuum subsidium. De quibus dictũ est plene supra in decimasexta & decimanona quæstionibus ibi sequentibus. Ex quibus cõcludi potest, ꝙ licet uera etiam esset opinio Innocen. Anton. de Butr. & Abbatis siculi in c. cũ ex officij. de rescrip. volentium, ꝙ † procuratio ratione visitationis debita possit per episcopum remitti saltem pro tempore præterito, præsertim si remissio fiat particulariter, & in specie, & post visitationem, & non in tempus successoris episcopi, quia illa procuratio concernit commodum priuatum ipsius episcopi duntaxat, cui renuntiari potest. vt 7. q. 1. c. quam periculosum, & c. ad apostolicam de regula. Tamen hoc non haberet forte locum in charitatiuo subsidio, ꝙ non soluitur, nec solui debet, nisi propter † commodum ecclesiæ principaliter, vt patet in quæstionibus supra allegatis. Nec obstant notata per glo. & Bart. in l. 4. C. de anno. & tribu. lib. 10. quos sequitur Ludouic. ponta. consi. 50. ꝙ incipit, In Christi nomine amen. Idem in præfata consultatione, qui uolunt, ꝙ exactor tributorum communis propter paupertatem potest subditis remittere solutionem tributi, quia, vt dictum est plene supra in 30. quæstione, quando clerici sunt pauperes de mero iure absque aliqua remissione non tenentur ad præstationem charitatiui subsidij. Sed licet prædicta sint uera de iure, tamen nõ credo, ꝙ ita rigide intelligendum sit, quin episcopus possit eo tempore, quo exigit ab aliis charitatiuum subsidium, uti gratia uel liberalitate erga vnum † uel duos clericos amicos uel consanguineos suos, & forte benemeritos, remittendo eis portionem suam charitatiui subsidii pro illa uice, si ex hac remissione non grauatur ecclesia cathedralis, præsertim si hoc habet consuetudo, quoniam sicut potest † episcopus de rebus eccles. suæ facere modicam donationem, dictante hoc consuetudine. ut in cap. cæterum, de donation. & capit. si quos de seruis, & capitul. bonæ rei. duodecima quæstione secunda, & plene notat Hostien. in summa de donation. §. & quicquid, Multo fortius potest facere remissionem moderatam. Et † quia in quærendis facilius prælatus præiudicare potest eccles. quàm in quæsitis, ut habetur in regula, delictum, de regu. iur. libro sexto, & in §. fina. decimasexta quæstione sexta, & in capitul. primo de restitut. in integrum. libro sexto. Et isto modo saluari potest opinio Innocen. in dicto capitul. pastoralis, de donatio. Fateor tamen, quòd facilius præsumeretur fraus in remissione, quàm in donatione, per legẽ, si ego. ff. ad Velle. ian. & per id quod notat gloss. in capit. statutum. §. notorium. in uerbo remissione, de rescriptis libro sexto. Quid autem iuris sit super subsidio, ꝙ imponitur per papam seu super decima papali. † Clarum est, ꝙ non potest remitti per collectorem Papæ sine spetiali mandato, per l. filiusfamilias. ff. de donation. in l. contra iuris. §. final. ff. de pactis, & capitul. final. de officio. vica. libro sexto. Cum remittere sit idem quod donare, vt in capitul. ueniens. el primo. de testi. & l. si fundum. §. Titio fundum, de leg. primo, & habetur in l. si quis obligatione, de regul. iuris. quæ donatio non uenit in generali mandato, per iura prædicta. Sed utrum & quo modo possit quis ab eius solutione eximi. Dico plene infra in quæstione. 58. & duabus sequentibus.

Episcopus potest componere cum subditis super præstatione, & quantitate subsidij charitatiui.

SVMMARIVM.

1 *Compositio facta per præsidentẽ, prouinciæ cum subditis, valet super solutio. tributorum.*
2 *Compositio valet super decimis soluendis.*
3 *Compositio inter episcopum, & archidiaconum super iurisdictio. in subditos valet.*
4 *Transactio inter patrem, & filium emancipatum tenet.*
5 *Multa permittuntur propter bonum pacis.*
6 *Compositio super charitatiuo subsidio valet, dummodo sit minor quantitate taxata.*
7 *Compositio super charitatiuo debet fieri cum consensu capituli.*
8 *Compositio super decima non valet sine speciali mandato.*
9 *Compositio super decima papali etiam sine mandato specia. ualet, si constat esse ad commodum Papæ.*
10 *Princeps cui concessa fuit decima super beneficijs potest componere cum clericis.*

Source : BIU Cujas

Bartho. Bellen. De charitatiuo ſubſidio.

QVAESTIO 48.

Quadrageſimo octauo quæro,

1 An valeat compoſitio inter epm & clerum ſuper mō præſtationis,& quantitate charitatiui ſubſidij. Reſpondeo ꝙ ſic, per tex.in l.illud,& ibi Bar.C.de anno.& tribu.lib.10. ubi patet ꝙ valet compoſitio facta per præſidem prouinciæ cum ſubditis ſuper quantitate ſolutionis tributi. Ad idem ēt moueor per per tex.cum glo.in verbo legitima.in clem. 1. de cenſib.& qđ ibi notant Pau.& Guiel.& ibi latius dominus Card.in 12. q.& per tex.cum gl.in verbo nec compoſitiones, in cle.ad noſtrū.
2 de cenſi.† Sicut & valet compoſitio ſuper decimis ſoluēdis, vt in c.ex multiplici.de deci.& in c.ſtatuimus, de trāſact. Et ſicut
3 valet compoſitio † inter epm,& archidiaconum ſuper iuriſdictione in ſubditos, vt conſuluit Ludo.ponta.conſ.172. ꝙ incipit, Omnipotens poſtulato ſuffragio, in præpoſitæ cōſultationis
4 articulo.† Sicut ēt tenet tranſactio inter patrem & filium emancipatum facta, vt l.ſi ſuperſtite C de dolo. & l.fi.C.qui & aduerſus quos. Præſertim ſi talis compoſitio ſuper charitatiuo ſubſidio fuit firmata iuramento, argumēto.c. quamuis, de pactis, lib.6. Vel ſi fiat ꝓp bonum pacis ad euitādas diſcordias
5 & rancores inter epm,& clerum ſuum, qm̄ † ꝓp bonum pacis multa permittuntur, vt eſt tex.in ca.vbi non eſt conſenſus, de deſpon.impu.& in c.niſi eſſent, de præb.& in c.placuit.90.diſt.
6 † Et hoc intelligo verum, dummodo quantitas contenta in compoſitione ſit minor quantitate taxata a iure ſuper charitatiuo ſubſidio.per extraua. Benedi. 12. quæ incipit, vas electionis.§.præmiſſis quoque, qm̄ cum ille tex. nō ſolum prohibeat exigi ab inuitis vltra ſummā ibi taxatam, ſed etiam prohibet a uolentibus ſponte ſoluere vltra ſummam illam id recipi, ſatis aperte ibi Papa videtur improbare compoſitionem, per q̄ exigi poſſit vel recipi charitatiuum ſubſidium vltra ſummam in illa extraua.taxatam. Sed compoſitio ſuper ſumma in illa
7 extraua.valebit, vt ſupra dixi.† Fateor tamen, ad hoc vt compoſitio talis ſit realis,& perpetua, non autem perſonalis ad vitam prælati componentis tantum, requiri, ꝙ ſit facta cum cōſenſu capituli ſui, per.c.tua & c.paſtoralis, de his quæ fi.a præla. ſine conſen.cap.& c.paſtoralis.in fi.de dona. In collectore aūt Papæ ad exigendum ſubſidium vel decimam papalem nomi-
8 ne Papæ per ipſum papam deputato, † clarum eſt, ꝙ non poſſet componere, niſi ei ſpecialiter eſſet hoc demandatum, vel haberet generale mandatum cum libera, per text.in c.qui ad agendum, in fi.de procur.lib.6. & in l. mandato generali.ff.de procu.& ꝙ not.Bar.in l.qui Romæ.§. Calimacus, de verbor. oblig. Niſi haberet generale mandatum ad exigendum ſubſidium ubicunque locorum, vel ſaltem alicuius magnæ prouinciæ. Quoniam forte tunc talis collector poſſet componere, per tex. in l.nam & nocere.ff.de pact.facit tex. in l. ſolutum.§. fina cum ſeq.quæ incipit, Vel vniuerſorum.ff.de pignora.acti. & in l.iuſiurandum ꝙ ex conuentione.§.fi.ff.de iureiu. & in l. ædiles.la 1.§.procuratoris.ff.de ædili. edicto. Et idem fortius dicendum in camerario Papæ, qui eſt præpoſitus adminiſtrationum bonorum temporalium Papæ. Pro quo eſt optimus tex.in l.1.in prin.ff.de offi.procu.Cæſa. licet in contrarium vr geat tex.in eadem.l.1.§.denique, ſed ille.§. denique.ſecundum glo.ibi intelligitur, quando conſtaret aperte, ꝙ compoſitio
9 fieret ad damnum fiſci ſeu principis.† Si autem manifeſte cōſtaret, ꝙ compoſitio fieret ad commodum p̄p̄, credo ꝙ tunc quilibet collector p̄p̄ etiam ſine ſpeciali mandato vel libera poſſet talem compoſitionem facere per tex. in l. cum hi. §.eā tranſact.ff.de tranſactio. & in l.non eo minus.C.de procur.&
10 gl.in c.1.in uerbo vacante.ne ſede vacan † Princeps autem ſecularis, cui per Papam ad tempus conceſſum eſt, ꝙ percipiat decimam fructuum beneficiorum forte ſui dominij, iuxta cle.ſi beneficiorum.de deci.cum gl.in verbo cui vis. licite poteſt componere ſuper decima cum beneficiatis ſecundū Pau. in d.cle.ſi beneficiorum, quem ſequitur ibi Card.Zaba.in 5.q.

Epiſcopo etiam habenti magnum patrimonium charitatiuum ſubſidium denegari non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Quando pater teneatur alere filium.*
2 *Bona patrimonialia prælati ſunt obligata ad ſubueniendum indigenti.*
3 *Prælatus eſt obligatus vinculo matrimoniali eccleſiæ.*
4 *Prælato reſtituitur quicquid expoſuit de ſuo pro vtilitate eccleſiæ.*
5 *Si epiſcopus fecit expenſas in curia de ſuo proprio pro eccleſia, ſubſidium charitati debebitur hæredibus epiſcopi.*

QVAESTIO 49.

Quadrageſimonono quæro, Si epſ habet

valde magnum patrimonium, ex quo poſſet ſubueniri indigentiæ,& neceſſitati imminenti eccle.ſuę, ſed tamen reſeruato patrimonio vult imponere clero ſubſidium charitatiuum, an poſſint eo caſu ſubditi licite denegare ſubſidium, dicendo ei ꝙ ſubueniat ſuis & eccleſiæ neceſſitatib. de proprio patrimonio, poſtquam habet amplum patrimonium. Videtur ꝙ ſic p.
1 l.ſi quis a liberis.§.ſed ſi filius. ff. de liber. agnoſc. ubi patet † ꝙ pater ita demum tenetur alere filium,& econtra, ſi non habet
2 de quo aliunde ſe alat. † Præterea bona patrimonialia prælati videntur obligata ad ſubueniendum indigentiæ & neceſſitati eccleſię, vt videtur nelle gloſſ.in c. conſtitutus. lo ultimo in uerbo impotentiam.& ibi clarius ſentiunt Hoſt.& doct.de appel. Pro hoc facit ꝙ no.gl.in c.ex literis.de pign. & in c. ſimiliter. 16.q.1.quæ uolunt, ꝙ bona patrimonialia prelati ſunt tacite obligata eccleſiæ, ſicut bona mariti uxori Sicut enim maritus ſubuenire debet uxori, præſertim neceſſitatem patienti, vt l.ſi cum dotem.§. ſi maritus.& §. ſinautem in ſæuiſſimo.ff. ſolu.matr.& l.ꝙ in vxorem.de negoc geſt. Ita æquum eſt, ꝙ prelatus ſubueniat ſponſæ.1.eccle. ſuæ neceſſitatem patienti,
3 argumento.c.ſicut uir.& c.ſicut alterius.7.q.1.† cum ei ſit, matrimonij vinculo alligatus ut eſt text in c requiſiſti. ad finem. de teſta.& in c.2.de translatio.epi uel electi. Pro iſta opinione etiam adduci poteſt tex.in c.epiſcopus, in fine. de præben.dū tex.dicit, niſi talis ordinatus de ſua uel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere,& in c.tuis, eod.titu. In contrarium autem videlicet, ꝙ ſubditi non poſſint epo denegare ſubſidiū charitatiuum prætextu bonorum patrimonialium ipſius epi ſcopi, vrgere vī tex.in c.quicunque. 12.q.4.ubi patet, ꝙ ſi prælatus aliquid de proprio † expoſuit pro vtilitate vel negotiis
4 eccleſiæ, hoc ei debet reſtitui & reſarciri ab eccle. ꝙ expreſſe ēt tenent Io.And.in c.ex parte.de conſtitutio.& Dyn.& Nico. de Neapoli in l.a tutela.per illum tex. ff. de cōtrario iudi.tute. Plus dicunt Io.de Ligna. Ant.de Butr.& communiter doct.in c.de multa.de præbend.ꝙ ſi habens beneficium curatum pro eccle.ſua fecit expenſas de propriis bonis, ſi cōtingat poſt modum eum ad piſci ſecundum beneficium curatum cum pacifica poſſeſſione, licite poterit retinere poſſeſſionem prioris beneficii, donec ei ſatisfiat ab eccleſia priori de expoſitis per eū de propriis bonis pro illa eccl.nec incurret pœnam extrauag. Io.22.quæ incipit, execrabilis.§.qui uero, nec aliquam aliam pœnam. Si ergo pōt expoſita reperere, ſequitur quòd non tenetur prælatus de proprio patrimonio ſubuenire neceſſitati eccleſi. Et per conſequens non vī ꝙ ſubditi hoc prætextu ſe a præſtatione, charitatiui ſubſidii excuſare valeant. Et hæc pars forte eſt verior. Pro qua faciunt notata per Inn. in d.c.epſ, de præben. Et idem in terminis propriis videtur velle Old.conſi. ſuo. 249. ꝙ incipit. Quæritur utrum mortuo. Vbi plus dixit, ꝙ
5 ſi epſ de ſuo † proprio fecit expenſas in curia, vel alibi pro vtilitate eccle.ſuæ,& propter hanc expenſam impoſuit charitatiuum ſubſidium ſubditis, ſed ante ſolutionem ſubſidii mortuus eſt epiſcopus, hæredibus epiſcopi debebitur illud ſubſidium,& ipſi habebunt percipere illam ſubuentionem, argu.l. vſufructu.ff.ſolu.matrt. Sed uerum eſt, ꝙ in caſu quo conſulnit Oldr.dicit, ꝙ papa conceſſerat epiſcopo facultatem exigēdi ſubſidium. Sed non credo ꝙ priuilegium p̄p̄ ibi fuiſſet neceſſarium, ſed forte fuit obtentum ob cautelam ratione dubii euitandi, ut l.teſtamenta.C. de teſta. vel forte ſubſidium ꝙ petebatur erat immoderatum, & per ipſius exactionem grauabantur ſubditi, contra c.cum apoſtolus, de cenſib. ideo fuit neceſſarium priuilegium ſeu indultum Papæ.

Subditi an poſſint præſcribere charitatiuum ſubſidium epiſcopo.

SVMMARIVM.

1 *Petere ſubſidium charitatiuum pendet a facultate ſuperioris.*
2 *Præſcriptio non currit in his quæ ſunt facultatis.*
3 *Præſcriptio non currit in tributis.*
4 *Præſcriptio valet quòd eccleſia particularis non teneatur contribuere cum alijs eccle.in ener.communibus.*
5 *Clemen.1.de cenſibus quomodo intelligatur.*
6 *Quarta decimarum,& mortuariorum eſt præſcriptibilis.*
7 *Charitatiuum ſubſidium non eſt præſcriptibile.*
8 *Charitiuum ſubſidium præſcribitur contra alias eccleſias.*
9 *Eccle.particularis non præſcribit contra legatum ſe.apo.ſed contra eccle. dioceſis.*
10 *Charitatiuum ſubſidium indirectæ præſcribi non poteſt.*
11 *Præſcriptio, vel conſuetudo quomodo valeret contra charitatiuum ſubſidium.*

Source : BIU Cujas

QVAESTIO 50.

Quinquagesimo quæro, An subditi ꝑscribere possint, ꝙ non præstent charitatiuum subsidium epō. Respondeo ꝙ non, quia hoc esset præscribere contra charitatem, & sic præscriptio non posset habere iustam cām seu iustum fomen
1 tum, † Item quia petere tale subSdium pendet a facultate superioris cā rationabili subsistente, ideo ibi non currit præscri-
2 ptio, quæ non currit † in his quæ sunt facultatis, iuxta notata per Inn. in c. cum eccle sutrina. de cā poss. & proprie. & in cap. bonæ. el 2. de postu. prælat. Et ita per istas rationes, ꝙ non currat præscriptio contra præstationem charitatiui subsidij, tenēt Host. Anto de Butr. & Abbas siculus in c. cum apostolus, de censib. & domini de Rota in antiquis decisio. 776. quæ incipit. Dic ꝙ subsidium. Idem videtur uelle Pet. de Anch. post Pau. in cle. 1. in fi. de iurepatro. Et pro hoc facit, quia in tributis non
3 † currit præscriptio, vt l. competit. C. de præscrip. 30. anno. & §. porro publicę functiones. 16. q. 3. Et notat gl. magna. in c. cum non liceat. de præscrip. & in c. tua. el 2. in uerbo tributa, de decimis, & in c. decimæ. in gl. 1. 16. q. 1. & c. clerici. 16. q. 3. Contrarisi tamen uidetur uelle Abbas siculus in c. dilectus, de offi. ordi.
4 ubi dicit, ꝙ ualet præscriptio † ꝙ eccle. particularis non teneatur contribuere in oneribus communibus cum alijs eccl. per
5 tex. cum gloss. in cle. 1. de censibus † Sed respondeo ꝙ cle. 1. de censi. intelligitur de iuribus episcopalibus & oneribus præscri
6 ptibilibus, prout est quarta decimarum & mortuariorū † quę est præscriptibilis etiam contra episcopum, ut in c. de quarta. de præscri. nō autem de impræscriptibilibus, vt est charitatiuū
7 † subsidium, & quædam alia iura episcopalia, de quibus per doctores in c. cum uenerabilis. de censib. Fateor tamen, ꝙ licet particularis eccle. non possit præscribere charitatiuum subsi-
8 dium contra episcopum, tamen † poterit illud præscribere cō tra alias ecclesias diocesis, uidelicet, vt reliqnæ eccle. teneant episcopo ad præstationē integri subsidij ēt pro rata, quæ aliàs competeret huic particulari eccle. præscribenti. Ita concludit Abb. sicu. consi. suo 95. ꝙ incipit Iesu Christi saluatoris eiusq; piissimæ genitricis, per ea quæ notat Io. de Ligna. in c. accedē-
9 tes, de præscri. ubi uoluit, ꝙ licet particularis † eccle non possit præscribere contra legatum vel nuntium sedis apostolicæ, ꝙ non teneatur ad contributionem procurationis legatorum, potest tamen contra alias eccles. diocesis præscribere, ꝙ reliquæ ecclesiæ teneantur ad integram procurationem legatorum. Et hoc dictum intelligo verum, nisi tot essent præscriben
10 tes contra reliquas ecclesias, ꝙ indirecte ex præscriptione † minueretur charitatiuum subsidium epō, forte quia reliquæ eccle. essent non soluendo, vel nimis grauarentur ex solutione integri subsidii, pro se & ecclesiis, quæ præscripserunt soluēdo, secundum dom. Car. Zab. in d. c. accedentes, quia ita intelligit
11 & declarat dictum Io. de Ligna. ibi. † Forte tamen valeret præscriptio vel consuetudo, ꝙ non præstaretur per clerum integrum subsidium episcopo, sed certa portio tantum seu quantitas minor loco subsidii, per ea quæ scribit. d. Card. Zaba. in cle. 1. in prin. in 3. q. de iure. pa. & in c. cum venerabilis, de censi. sicut de procuratore ratione uisitationis debita etiam tenet gl. in c. quicunque recognouerit. 16. q. 7. & Inn. in quadam extrauaganti quæ incipit, venerabilibus, & in c. cum ex officii. quē sequitur ibi Anst de But. de præscrip. & Arch. in c. relata. 10. q. v. Pro quibus est bonus tex. in c. olim. de censi. Et ꝙ notat Bar. in l. si prius, in prin. ff. de aqua plu. arcen. Præsertim si esset præscriptio uel consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria in contrarium, per. c. 1. de præscri. lib. 6. & c. super quibusdā. §. præterea. de uerb. sign. Licet aliter firmare videantur Ioan. And. in c. ult. de censib. lib. 6. & Abb. sicu. in d. c. cum ex officii. Prædicta tamen credo intelligenda & declaranda secundum
a ea quæ scribit dom. Car. Zaba. in cle. 1. in 13. quæst. de censi.

Successor an qui percepit fructus teneatur ad subsidium charitatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Possessor beneficij tenetur ad onera realia etiam pro tempore præterito.*
2 *Decimæ prædiales debent solui per modernum possessorem.*
3 *Possessor beneficij tenetur soluere iura episcopalia presentia & præterita.*
4 *Est in optione episcopi an velit agere contra possessorem, vel eum qui percepit fructus.*
5 *Episcopus de æquitate debet compellere quemlibet de prędictis pro rata.*

QVAESTIO 51.

Quinquagesimo primo quęro, Eps ex cā manifesta & rationabili imposuit chari. subsi. subditis suis, & præfixit eis certum terminum ad soluendum, cōtingit ꝙ quidam beneficiatus in sua dioceſi post impositionem subsidii, & ante solutionem, & ante lapsum tpis soluendi, perceptis iam fructibus illius anni, renūtiauit beneficio, vel mortuus est, vel translatus est ad aliam ecclesiam, seu permutauit beneficium, vel aliàs dimisit beneficium, An successor in beneficio, qui nullos fructus illo anno percepit ex beneficio teneatur ad solutionem charitatiui subsidii, an uero teneatur ille, qui dimisit beneficium fructibus iā perceptis. Dominicus in c. præsenti. § porro. circa principium per illum text. de offi. ord. lib. 6. concludit ꝙ tenebitur soluere ille qui percepit fructus illius anni, non autem successor in beneficio, qui fructus non percepit. Et ita dicit se pluries determinasse. pro quo facit, quia hoc onus videtur reale & soluitur respectu fructuum, iō debet solui per illum qui fructus percepit, ut in l. quæro ff. de vsufruct. leg & l. generali. §. fi. eo. tit. & l. neque stipēdium ff. de impensis. & l. hactenus. ff. de vsufruct. & l. si pendentes. §. si quid cloacarii. eo. tit. Et facit pro hoc ꝙ no. Ant. de Bu consi. 60. ꝙ incipit, in nomine Iesu Christi vī primo aspectu. Sed contrarium teneo, quia cum talia sint onera realia & principaliter
1 † imponantur dignitati seu beneficio, ad ea tenetur possessor beneficij, ēt pro præterito tempore, vt l. imperatores. ff. de publica. & habetur in l. fi. in verbo pensitationes. C. sine cēsu. vel reliquijs, ad hoc tex. in c. 1. de solut. Et istam partem in decima papali imposita, post Io. de monte Murelo disputando tenet Io. An. in regula iuris, non est in mora. in mercurialibus. lib 6. quem sequitur Feder. consi. 209. ꝙ incipit, capitulum, vacante
2 sede. † Hoc idem in decimis prædialibus præteritis non solutis ab auctore qui percepit fructus, ꝙ debeant solui per modernum possessorem prædij, consuluit Feder. consi. 81. ꝙ incipit, Laicus de prædio, & hoc tenet Ios An. Anto. But. & Abbas siculus in c. cum hoīes. de decimis. & Host. Ioan. And. & Abbas siculus in c. pastoralis. eo titu. ad idem ꝙ notat Zenze. in cle. 1. de censi. ubi, sub dubio tamen forte, dicit, ꝙ † possessor beneficij tenetur soluere iura episcopalia, non solum pro presenti tempore, sed etiam pro præteritis temporibus, quibus auctor suus, qui percepit fructus, iura episcopalia non soluit, & licet de hoc ibi multum dubitet Pet. de Anch. qui non audet firmare. Tamen dominus Car. Zab. in d. cle. 1. in 11. q. tenet istā opinionem, videlicet, ꝙ possessor beneficii possit conueniri ēt ꝑ præteritis iurib. episcopalib non solutis ab auctoribus. In contrarium tñ multum vrget tex. in l. apud eum. in prin. C. de cēsitorib. & per æquatoribus, lib. 11 præsertim si collatio beneficij est facta nouo possessori beneficii per eum qui petit nunc subsidium & debitum pro præterito tpe, vt pulchre ad propositū declarat Arc. in c. si quis laicus 16. q. 1. Sed ꝑp hoc non auderē recedere a priori opinione, quæ est cōis. Fateor tñ, ꝙ si ep̄s vellet agere contra illum, qui dimisit beneficium, iam perceptis fructib. illius anni, impositio charitatiuo subsidio, sed nondum soluto, ꝙ posset eum compellere ad solutionem, quia in
4 eius † est optione vtrum velit agere contra possessorem beneficii, an vero contra illum qui percepit fructus. Et idem est in aliis iurib. episcopalib. secundum d. Car. in d. clem. 1. in 11. q. Et hoc idem in decimis prædialibus, ante eum firmauit Io. And. in d. c. cum hoīes, de deci. & Fed in d. consi. 81. & Tho. in secunda secundæ. q. 87. arti 2. in fi. & gl. fi. in c. plærique, de pac. Pro hoc tñ facit ꝙ notat gl. magna in c. si quis præsbyterorū, de rebus eccl. non alie. & in c. monemus. 12 q 2. & in c. ex præsentium, de pigno. & in c. abbas. de his quæ vi metusue cā fi. & in c. cum venissent. in gl. pen. de resti. in integ. Fatetur tñ Ioan. And. in mercu. in c. non est in mora, ꝙ si possessor compellat ad soluēdum subsidium, eo soluto, si ille, qui dimisit beneficiū perceptis fructibus, & eis asportatis, erat talis, qui nō faciebat fructus suos, vel malo modo eos consumpsisset, conueniri poterit per possessorem beneficii, qui coactus fuit soluere subsidium repetendo solutum. Pro quo bene facit tex. cum glo in uerbo p̄teritū, in l. apud Iul. §. hęres, de leg. 1. Et idē dicit Fed. in d. conū 209 Et respondet Io. And. in d. reg. non est in mora. ad contraria, ꝙ loquuntur in mero usufructuario, qui facit fructus suos in vita, & in morte, & ad onera tenet suo proprio nomine, ꝙ non est in beneficiato, præsertim habente dignitatem seu administrationē, vt notat gl. ordinaria in d. c. præsenti. qui per dimissionē beneficij sui quo ad illud beneficiū hr̄ ꝑ mortuo, vt 7. q. 1. §. ecce. Et p̄dicta multo fortius procederēt, qñ qlibet eorū percepisset partē fructuū illius anni. Licet quidā voluerint quemlibet teneri pro rata fructuū perceptorū, arg. l. di uortio. in prin. & in l. de diuisione. ff. solu. matr. æquū tñ & magis honestum esset, ꝙ ep̄s vel collector subsidii cui daf † oprio
5 conueniendi quē velit ex prædictis, ut supra dixi, compelleret quemlibet ad solutionē pro rata fructuū perceptorū. Et si ille qui dimisit beneficiū percepisset oēs fructus illius anni, ipsum solum cōpelleret ad solutionē subsidij, per regulam qui sentit, de reg. iur. li. 6 quia, vt dicit tex. in l. unica. §. pro secūdo. C. de cad. tol. nō est ferendus is qui lucrū quidē amplectit̄, onus aūt annexū contemnit. Et hic adde quæ scripsi supra in 34. qōne.

Source : BIU Cujas

Bartho. Bellen. De charitatiuo ſubſidio.

Quando eccleſia eſt ſita in confinibus duorum epiſcoporū, cui debeat ſolui charitatiuum ſubſidium.

SVMMARIVM.

1 *Monſtrum eſſet, quòd eccle. duo capita haberet æque principalia.*
2 *Tota eccleſia vna eſt & indiuiſibilis.*
3 *Delictum, & culpa prælati non debent nocere eccleſiæ.*
4 *Archiepiſcopus metropo. poteſt cogere epiſcopos ad concordiam.*

QVAESTIO 52.

Quinquageſimoſecūdo quęro,

Si eccleſia eſt ſita in confinibus duarum dioceſium, cui epiſcopo ſoluet eccleſia illa charitatiuum ſubſidium. Reſpondeo non eſſe hoc caſu attendendum in cuius dioceſi ſint prædia illius eccle. per ea quæ dixi in 35. q. Sed in hoc quidam dicunt, ꝙ uterque episcopus poterit exigere ſubſidium charitatiuum, & alia iura epiſcopalia pro dimidia, per l. adeo. §. inſula. & §. fi. ff. de re iudi. & in l. arbor. communi diuid. & in c. cum quis. §. 1. de ſepul. lib. 6. & c. relatum, el ſecundo. in fin. de teſta. & in §. inſula. inſtit. de rerum diui. Et iſtam opinionem ſequi videtur Abbas ſiculus, de paroch. cap. ſuper eo. Alij tenent, ꝙ quilibet inſolidum habebit iura epiſcopalia. Et hoc in terminis tenet glo. in c. licet in regulis, in verbo conuenit. 16. q. 3. Sed hæc opinio non placet, quia ex duplici onere faciliter contingere poſſet, ꝙ eccleſia grauaretur, contra. c. cum apoſtolus. §. prohibemus, de cenſib. & quia quodammodo mōſtrum † videretur, ꝙ eccle. haberet duo capita æque principalia, contra. c. quoniam in pleriſque, de offi. ordina. & c. in apibus. 7. q. 1. Alij tenent, ꝙ illius cenſeri debet eccle. ubi eſt caput. arg. l. cum in diuerſis. ff. de reli. & ſump. fune. Et in hoc videtur reſidere Inno. in d. c. ſuper eo. de parroch. poſt varias opiniones recitatas. Alijs videtur ꝙ illius debeat cenſeri eccle. in cuius dioceſi eſt porta eccle. per l. prædijs. §. qui domum, & ꝙ ibi notat Bar. de leg. 3. & Bar. in l. ꝙ conclaue. ff. de dam. infect. & Bal. in addi. in l. ſi tertius, de aqua plu. arcen. Sed hæc opinio non placet, quia vbi eſt paries, porta ibi exiſtens non habet alterare diſpoſitionem iuris, vt eſt tex. in cap. vnico. in fine, & ibi Dom. de conſe. ecc. vel alta. lib. 6. † Nec placet præcedens opinio, quia tota eccleſia una eſt, & indiuiſibilis c. nouatianus. 7. q. 1. & clemen. frequens. §. pen. de exceſſu. præla. Vnde concludo, ꝙ ratione dubij poterunt ambo epiſcopi inuicem concordare, ꝙ alternis vicibus exigant charitatiuum ſubſidium & alia iura epiſcopalia, argum. clemen. plures. de iure patrona. & l. quotiens, in prin. ff. de uſufru. & l. uia. ff. de ſeruitu. tit. generali, & l. communi diuidundo. §. cum de uſufructu. ff. communi diuidun. Nec in hac concordia erit neceſſarius conſenſus rectoris illius eccleſiæ. per tex. in cle. ſi una. de reb. eccle. non alie. Licet in contrarium faciat. c. dudum, de rebus eccle. non alien. lib. 6. ꝙ loquitur, quādo agitur de totali alienatione particularis rei immobilis eccle. rectore carentis. Si vero nolunt concordare ſuper alterna perceptione charitatiui ſubſidij, & aliorum iurium epiſcopalium, quibuſdam videtur, ꝙ per concurſum ſe impediant, & ſic vterque excludatur, per tex. in l. 2. §. fin. ff. qui. mod. vſusfruct. amit. & in d. l. quotiens, in princ. ff. de vſufruct.

1 2 3 4

† Sed credo, ꝙ hoc caſu archiepiſcopus metropolitanus ipſorum eos cogere poterit, vt concordent ſuper perceptione charitatiui ſubſidij & aliorum iurium epiſcopalium, ex quo diſcordia epiſcoporum vertitur in præiudicium eccle. in confinibus conſtitutæ, per tex. in l. huiuſmodi. §. fin. & ꝙ ibi notat Bar. de leg. 1. & in l. fina in prin. ubi etiam Bald. C. communia de lega præcipue ſi diuturna fuerit diſcordia illa inter epiſcopos, per tex. notabilem in c. placuit. 90. diſt. Poterit etiam metropolitanus ordinare, ꝙ alternis vicibus ab illa eccleſia ſubſidium charitatiuum & alia iura epiſcopalia percipiantur. Et ſic alternis vicibus ipſa eccle. conferatur, vt tenet gloſſ. nota. in dicto cap. licet in regulis. 16. quæſtio. 3. Et idem recitat Innocen. in dicto capitul ſuper eod. de parrochi licet ibi vltimate non reſideat in hac opinione. Sed hanc opinionem amplecti uidetur Anton. de But. & iſtam tenet etiam Abbas ſicu. in capitul. ultimo. de reiudica. Et hæc opinio mihi placet, præſertim ſi metropolitanus uideret imminere periculum, ne epiſcopi propter contentionem huius eccle. in confinibus poſitæ venirent ad rixas & arma, per l. æquiſſimum. ff. de vſufruct. & per ea quæ notat Spe. in titu. de peti. & poſſ. §. 1. uer. in ſumma. & in titu. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. §. primo, uerſic. ſed nunquid ubi agitur, & Ioan. Andr. in regula locupletari. in mercur. lib. 6. & Angel. in auctē. ut liti. iurent. §. primo. Sed ſi ageretur de oneribus mere perſonalibus, tunc procedere poſſent dicta Ioan Andr. Domin. & aliorum in dicto capit. cum quis. §. 1. de ſepul. libro. 6. Et hic adde ꝙ ſcribo infra. in 64. quæſtione.

Compenſatio admittitur in charitatiuo ſubſidio, & decima papali.

SVMMARIVM.

1 *Vnus officialis non debet ſe intromittere de officio alterius.*
2 *Compenſatio non admittitur quando charitatiuum petitur cauſa alimentorum epiſcopi.*
3 *Compenſatio non admittitur in ſolutione tributi.*

QVAESTIO 53.

Quinquageſimotertio quæro,

Si eps nomine ſuæ eccleſiæ petit ſubſi. charit. a ſubditis, an ſubditus poſſit petere, ꝙ fiat compenſatio eius, quod ſibi debet eps nomine & intuitu eccleſi. epalis. Et eodem modo, ſi collector pp petit ſubſidium, an poſſit obijci exceptio compenſationis de eo, ꝙ habenti ſoluere ſubſidium debet camera apoſtolica, Reſpondeo ꝙ ſic. per tex. in l. idē iuris, & l. fi. ff. de cōpē. Quod eſt verum, dummodo debitum ſit ex eadem ſtatione, ſecus ſi eſſet debitum ex diuerſa ſtatione, quia tunc non fieret

1 compenſatio. ut eſt text. in l. 1. C. de compen. † quia vnus officialis non debet ſe intromittere de officio alterius, vt l. in prouinciis & ibi Bar. C. de numerarijs & actuarij. lib. 12. & l. quicū boue. C. de execut. & exactoribus. & ibi Bar. lib. 12. Et de tali debito cum petitur cum fiſco epi uel pp compēſari, debet fieri fides inf. duos menſes vt l. aufertur. §. qui compēſationem. ff. de iure fiſc. & l. fi. cum gl. in uerbo indaginem. C. de compēſa. niſi iudex ſtatueret breuiorem terminum ad hoc probandū, ꝙ facere poſſet, ſecundum Bal. in l. in ea. C. de cōpen. Prædicta limito vera, niſi charitatiuum ſubſidium legitime peteretur

2 ob cām alimentorum ipſius epi, † qm̄ tunc non admitteretur compenſatio, vt eſt caſus in d. l. ea. C. de cōpen. Et idem dico, qm̄ peteretur pp exercitum miſſum pro defenſione ſtatus eccleſiæ, per tex. in l. ob negotium. ff. de compen. vel quādo collector pp peteret ſubſidium ſeu decimam impoſitam pp fauorem fidei chriſtianæ, vt ſentit glo. in d. l. ob negotium Et idem dico, ſi epo petenti charitatiuum ſubſidium obiiceretur compenſatio de eo, ꝙ eps debet noīe ſuo proprio ex perſona ſua non tanquam eps, quia talis compenſatio admitti non debet, ſecundum Arch. in c. ſacerdotes. 12. q 4. per tex. optimum in l. pen. ff. de compen. Pro quo eſt ꝙ notat Bal. in l. eius. ver. extra

3 quæritur. C. de compen. † Si autem ageretur de ſolutione tributi, clarum eſſet, ꝙ tunc non admitteretur compenſatio, vt eſt caſus in d. l. in ea. & in d. l. aufertur. §. ut debitoribus, & gl. 1. in c. decimæ tributa. 16. q. 1.

Collectores decimæ, vel ſubſidii charitatiui ſunt exempti a ſolutione.

SVMMARIVM.

1 *Exactores ſunt exempti a ſolutione.*
2 *Exactores in onere mixto non excuſantur.*

QVAESTIO 54.

Quinquageſimoquarto quęro,

An collectores, vel alii officiales deputati ad colligendum ſeu exigendū ſubſidiū charitatiuū in certo loco, ſi ibi ſunt beneficiati, teneant̄ ipſi ēt pro rata ſua cōtribuere ad ſolutionē ſubſidii. Vr̄ ꝙ ſic, per tex. & gl. in l. actores. C. de exactio. tribu. li. 10. Sed tenēdo, ꝙ charitatiuū ſubſidiū n̄ ſit munus ordinariū, ſed potius extraordinariū, prout concluſi ſup. in 32. q. p̄dicti offi-

1 ciales † ſunt exēpti a tali ſolutione, ſm Bar. in l. 1. in fi. C. de immunit. nemi. eōce li. 10. p tex. in l. honorē. ff. de mune. & bono.

2 † Niſi tenerem us, ꝙ tale onus ſoluēdi ſubſidiū eſſet mixtū, qa tūc a tali onere officiales nō excuſarent̄, ſm Bar. ī d. l. honorē. Ad. l. actores. reſpōderi pōt, ꝙ loquit̄ in munerib. ordinariis, & mere realibus, ad quæ ſubeunda officiales tenentur.

In cauſa charitatiui ſubſidii poteſt appellari.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa decimarum poteſt appellari.*
2 *In cauſis ſpiritualibus appellari poteſt.*
3 *Appellari non poteſt quando imponitur charitatiuum ſubſidium. propter neceſſitatem epiſcopi.*
4 *Appellari non poteſt in cauſa ſtudij.*
5 *Appellari non poteſt in cauſa cadaueris ne ſepeliatur.*
6 *Sepultura hominis non recipit dilationem.*
7 *Quando appellatur in cauſa ſubſidij ad quem ſit appellandum.*
8 *Appellatur ad papam quando appelletur a collectore decimæ.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO 55.

Quinquagesimo quinto quęro,

An a sententia lata in cā charitatiui subsidij possit appellari. Host.in summa de censibus.§.ex quibus causis,ver.quid si subditus dicat,ponit pro cōstanti,ꝙ sic vt dixi supra,in 17.q.Quod credo verum regulariter,per l.& in maioribus. C.de appel.& c.de appellationibus,de app.sicut.& appellari pōt † in cā decimarum,vt notat gl.in c.tua.el secūdo.de deci.& in aliis † causis pijs ēt spiritualibus,vt est tex.in cle.dispendiosam,in fin. de iudi. Sed hoc intelligo uerum, nisi subsidium † charitatiuum imponeretur ꝑ necessitatē alimentorum ēpi, quo casu, cū alimenta petantur ex officio ꝑ inopiam, a sñia in tali cā sub sidij,lata non posset appellari secundum Spe.in tit.de appella. §.in quibus,ver.sed nunquid qñ iudex decernit,& Bartol.in l. nemo.C.de sum.trini.& fide catho.Et idem dico,si subsidium imponeretur pro aliqua alia cā dilationē non recipiente,puta quia opprimentibus hostibus imminet ruina, & periculū status eccle.nisi ꝑ subsidium cito subueniatur. Hoc.n.casu cū res sit peritura,non debet dici ꝙ appellatio sit permissa,ꝑ tex. in l.fi.ff.de appel.reci.& in l.quisquis.C.quorū appel.non reci. & in cap.sunt quorum.ver.si quis ēt ausus.2.q.6. Et hoc vult Spe.in d.§.in quibus.vers.octauo quando res,& Host.in summa,in tit.de sen.& re iud.§.quo.remedio.vers.quinto qñ res, & Io.And.in c.Romana de appell.libr.6.Et ideo dicit Bald.in l.vnica in pe.col.vers.quod si unus scholaris.C.si de momenta.poss.fue.app.ꝙ a sñia lata in cā studij non potest appellari, † puta vtrum turbans studium possit expelli,quia studium nō patitur dilationem.Sicut nec ēt appellari pōt, ne cadauer seu corpus humanum tradatur † sepulturę, secūdum gl. & Ioan. Andr.in c.ex parte.el primo.de sepul.& Archi.in d.§.siquis ēt ausus,& Spe.in d.§.in quibus, ver.octauo quando res, ꝑ text. in §.pen.in aucten. vt cum de appel.cog.quia sepultura † hominis non recipit dilationem,vt l ne corpota.ff.de relligio.& sump.fune.& l.fin.& aucten.item qui domum.C.de sepul.vio. Quando autem appellatur licite a sententia lata in cā subsidij ad † quem sit appellandum. Dic, ꝙ si arbitri pronuntiauerūt secundum ea,quæ dixi supra in 17. q.appellabitur ad Papam, per tex.cum glo.in verbo iudicem,in ca.ab arbitris,de off.dele.lib.6.† Si vero appelletur a collectore Papæ imponente subsidium, appellabitur ad Papam tanquam a Papæ delegato, vt in c.super quæstionum.de offic.delega.

Imperator, & principes tenentur ad subsidium charitatiuum impositum per Papam pro defensione rei christianę.

SVMMARIVM.

1 *Imperator est uaßallus Papæ,& ei iurat fidelitatem.*
2 *Papa tenetur domare rebelles Imperatores.*
3 *Duo gladij debent sęi inuicem iuuare.*
4 *Ecclesia inuocat auxilium seculare.*

QVAESTIO 56.

Quinquagesimo sexto quæro,

Dessēdendo modo ad subsidium quod imponitur per Papam, qđ tex.in cle.2.de deci.appellat decimam beneficiorum,sed proprie decima non est quia frequenter variatur,secundum glo. in clem.dispendiosam.in verbo decimis. de iudi. An imperator & principes seculares teneantur contribuere ad subsidiū impositum per Papam pro expeditione contra turcam in defensionem fidei christianæ. Respondeo ꝙ sic,per tex.in c.Maximianus,& c.ab imperatoribus,& ostendit.23.q.3. & in c.regum,& c.ptinceps.23.q.5.& in c.quoniam.10.dist.& in c.cum ad verum 96.distin. Præsertim Imperator,† qui est vasallus Papæ & ei iurat fidelitatem,vt in clementi. prima, de iureiuran. Sicut econuerso,cum Imperator non potest cohęrcere suos subditos inobedientes,† Papa † tenetur sua potentia domare rebellionem ipsorum,secundum Inno.in cap.licet ex suscep, de fo.compe.Pro quo est bonus tex.in cap.1. de noua forma fideli.in vsi.feu.& in c.de forma.in fin.22.q.5.† Et quia hi duo gladii debent se inuicem iuuare.c.dilecto.in fin.de senten ex. com.lib.6.& d.ca.cum ad verum, † & sæpe uidemus,ꝙ eccleba inuocat auxilium seculare.cap.tanta.in fin.de excess.præla. cap.1.& cap.quoniam in plerisque.de offic.ordi.17. distin.ca. nec licuit.c.postulasti.de homi. c. petimus.11.q.1.cum multis similibus, quod auxilium Imperator mandat sibi exhberi, vt est tex.in §.si quis contra aliquem clericum.in aucten.de san. epi.qui tex.est canonizatus.11.q.1.cap. si quis contra aliquem clericum.

Principes seculares possunt per censuram compelli, quando denegant subsidium pro defensione christianæ religionis.

SVMMARIVM.

1 *Adrianus Papa precibus induxit Carolum regem ad bellum.*
2 *Ecclesia excommunicat ratione peccati, non solum iudices seculares, sed etiam imperatorem,& reges.*
3 *Papa potest acrius quàm per excommunicationem punire Imperatorem denegantem subsidium.*
4 *Contra Imperatorem ratione peccati Papa potest indicere qellum,uel eū priuare.*
5 *Hortatus Papæ habetur pro mandato.*
6 *Ecclesia quando non potest sibi subuenire,potest cogere principes seculares ad subsidium.*
7 *Duo gladij exigente necessitate inuicem consueuerunt sibi suffragari.*
8 *Iudex ecclesiasticus habens carceres habiles non potest arctare iudicem secularem ad detinendos clericos pro debitis.*
9 *Imperator uel principes seculares tenentur suis sumptibus pro subsidio prædicto præstare exercitum Papæ.*
10 *Principes a quibus Papa petit subsidium an possint refricare in dubium quod bellum non sit iustum.*
11 *Stante dubio an bellum sit licitum tenentur præstare subsidium.*
12 *Quando bellum eßet iniustum etiam uaßalli licite denegant subsidium.*

QVAESTIO 57.

Quinquagesimo septimo quęro,

Si Papa imponat subsidium,uel implorat auxilium a principibus secularibus,uel a laicis,præsertim pro auxilio fidei,& defensione religionis christianæ ab oppressione turcæ, principes vero seculares ei subsidium inhumaniter denegant,uel id præstare negligunt, an possint ad id per Papam compelli,uel censura ecclesiastica coarctari. Videtur ꝙ non,per tex.in ca. hortatu.23.q.8.vbi Adrianus Papa solo hortatu & precib. induxit regem Carolum ad bellum contra Lōgobardos antea per Pipinum eius patrem susceptum.Ad idem tex.in c.præterea deuotionis.ea. cā, & q.pro hoc facit quod notat Inno. in c.inquisitioni. in fin.de sen. excom.vbi dicit,ꝙ si Papa præcipiat laico, qui non est de iurisdictione sua, nec rōne personæ suæ,nec alia rōne,non videt,quare debeat obedire.Sed contrarium credo,quia ēt ꝑ censuras ecclesiasticas compelli poterunt.Et hoc expresse tenent Io.Andr.de Butr. & Abb.Sicu. in c.exposui.de dila.ꝑ illum text.in verbo pro eccle.Romanæ subsidio,& per tex.in c.administratores.23.q.5.pro quibus ēt allego tex.in c excommunicamus,el 1.§.moneantur.de hæreti. & in c.statuimus,de cleri.maledi.& in c.Adrianus,el 2.con iuncta gl.1.63.dist.Ad idem allego gl.Inno.& doc.in ca. 1. de offi.ordi.& in c.iudei siue saraceni,cum glo.in uerbo excommunicationis,deiude.Idem sentit Inno. in c. quod super his. de voto.Pro hoc facit.ca.decernimus.de senten.excom.lib.6. c.seculares,de fo.compe.eod.li.c.2.de excep.eo.lib.& c.licet. de iureiu.eo.lib. Rōne † enim peccati & inobedientiæ eccles. non solum excommunicat iudices seculares, ut in dictis iuribus,sed etiam Imperatorem,reges, & alios principes seculares.c.nouit.de iudi.c.duo sunt.96.dist.c.Valētinianus.63.dist. c.si autem.11.q.3.† Plus dicit Abbas Siculus in d. c.exposuit, ꝙ Papa pōt acrius quàm per excommunicationem punire, præsertim Imperatorem ei denegantem subsidium,allegat.c. venerabilem,de cle.& c.alius.15.q.6.& c.ad abolendam.§.statuimus.de hæreti.Sed melius facit cle.1.de iureiu.& ca. vt officium.§.fi.de hæret.libro 6.† Et sic sentit, ꝙ forte propter hoc contra eum posset iuste indicere bellum,uel procedere ad pęnam priuationis,quod forte non esset absonum dicere, quia cum agatur de sustētatione fidei,& religionis christianæ,subsidium non potest negari, quin inhumaniter auxilium eccles. denegādo grauissimum delictum committat, & claues eccle. contemnere uideatur, & periurium incurrit contraueniēdo fidelitatis iuramento per eum præstito, secundum formā dictæ clem.1.de iureiur.& c.tibi domino.63.dist. Et ideo deponendus merito censeatur,per tex.cum glos. in verbo grauissima,in c.ad Apostolicæ.de re iudi.lib.6.& gl.in d.ca.alius. Vt etiam pulche ad propositum determinat Hostiē.in summa de ele.§.quis eligatur.uer.cōsultus apud Lugdunum, præsertim si Imperator sæpius ab eccle.requisitus,ut auxilium impartiatur,subsidium non exhibet,per gl.magnam in fi.in ca.si Papa. 40.dist.Ad c.hortatu,& c.præterea deuotionis,potest faciliter responderi, ꝙ ibi Adrianus Papa ex vrbanitate curialiter fuit locutus hortando,cum tamen posset mandare,& compellere,quia hortatus † Papæ habetur pro mandato,clemē.1. cum glo.in uerbo exhortamur.de testi.& c.1.& ibi docto. de testa.

Ad

Source : BIU Cujas

Ad hoc.c rogo 11.q.3.& quod plene notat Anto. de Butr. in c.nam concupiſcentiam.de conſti.Prædicta intelligo vera,niſi Papa ſeu ſedes Apoſtolica ex redditibus vel bonis Romanæ eccle.ſe iuuare poſſet ab oppreſſione turcæ,quoniam cū
6 iſtud ſit remedium ſubſidiarium, ita demum cogi † debēt ad hoc ſubſipium principes ſeculares, quando eccle.non poteſt ſibi ſubuenire.Hoc ſatis colligitur ex his quæ ſcribit Anto. de Butr.in c.cum non ab homine,in 1 col ver.& no.q̄ ceſſantibus,per illum tex.de iudi.Pro quo bene facit tex.in c.2 in fin. de cler.excom.min & in c.cum ad verum.96.diſt.& in c.quoniam.10.diſt.& in c.dilecto.in fi.de ſen.excom lib.6.dum text.
7 dicit, quia hi duo gladij conſueuerunt exigente † neceſſitate ſibi inuicem ſuffragari,& in iuuamen alterius ſubuentiōe mutua frequentius exerceri. Ex quo infert Anton.de Butr. in d. c.cum non ab homine,q̄ quando iudex eccleſiaſticus habet
8 poteſtatem carcerandi, & habet carceres habiles † ad clericos detinendos,non poteſt arctare iudicem ſecularem ad carcerandos clericos pro debitis,quod dictum refert etiam & ſequitur Abbas Siculus in d.c.cum non ab homine. Et pro hoc facit tex.in c.illi autem,& c.ſi priuatum.12.q.1.& c. clericos, & c.paſtor.1.q.2.& in l.ſi quis a liberis.§.ſed ſi filius.ff.de liber. agn.& c.quoniam quicquid.16.q.1.Nec credo, q̄ eccleſia teneatur prius vēdere bona ſua,præſertim ſacra antequam cōpellat principes ad præſtationem ſubſidii, quia iura, quæ loquuntur de talium rerum alienatione,ponderant neceſſitatē, vt ī c.aurum habet eccleſia.& c.ſicut omnino.12.q.2.& ſignāter tex.iu'auctē.hoc ius.C.de ſac.ſan.eccle.canonizata.10.q.
9 2.c.hoc ius.dum tex.dicit,nec aliunde ſoluere valet, † An aūt Imperator uel principes ſeculares teneantur Papæ ſeu Pontifici pro ſubſidio prædicto pſtare exercitum ſumptibus ſuis ipſorum principum,videtur q̄ ſic.per tex.in l.ſuo victu.ff.de bono.lib. Sed hoc pendet ex his, quæ ſcribit Spec. in ti.de ſeu §. qm̄.ver.22.& ver.ſeq.Oldr.conſ 234.quod incipit, factum tale eſt quædam miles,& Bar.in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condi.inde.& in l.Meuia.§.1.ff.de annu.lega.& Bald. in cap.1. in vltima col.de capita.qui curiam ven.& in l. liberti libertæque.C.de ope.liber.& l.qm̄ liberi.poſt gl.ibi.C.de teſti.& Ant. de Butr.& doct.in c.in quibuſdam.de pœnis,& gl.in c.uos au-
10 tem.16.q.1.† Et an principes a quibus Papa exigit ſubſidium refricare poſſint in dubium, an bellum quod inducitur p Papam ſit iuſtum vel iniuſtum,forte dicendo, q̄ hoc caſu non licet eccle.pugnare contra infideles reuocando in dubium dicta contra a,Inno.Hoſt.in ca.quod ſuper his,de voto.& Archi.in c.ſi de rebus.23.q.7.& Oldr.conſ.72.quod incipit,an cō tra ſaracenos.& Petr.de Anch.in repetitione regulæ peccatū, in tertia.q.lib.6.vel aliter allegando q̄ bellum non ſit iuſtum. Ita q̄ ipſi poſſint cognoſcere de ueritate huius exceptionis pendet ex his,quæ plene ſcribunt Inno.Io.And.Ant.de Butr. & doct.in d.c.1.de offic.ordi.& Guiel de cu.Bar.Bald & Moderni in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.om.iud.& Bart.in l.diuus, & l.non eſt dubium.ff.de cuſto.reo. Sed in principibus ſecularibus, qui ſunt vaſalli Papæ, prout eſt Imperator, per dictam clem.1.de iureiuran.& multi alii,clarius dicendum eſt,q̄ ſtante dubio,† an bellum ſit iuſtum, tenētur pſtare ſubſidium Papæ ſecundum glo.notabilem in verbo offendere in c.1. de nouā forma fide.pro qua eſt optimus tex.formalis in c.1. in princi.in titu.hic finitur lex deinde conſue regni, & in c.quod culpatur,in fi.22.q.1.nec eorum eſt cognitio, an bellum ſit iuſtū vel iniuſtum,ſecundū Bal.hoc plene attingentē in d.ca 1.in 2. col.in titu.hinc finitur lex deinde conſue. regni. & Anton. de Butr.in c.olim,el 1.verſ.ad ſecundum ad quos ſpectet cogno-
2 ſcere,de reſt.ſpoliato.† Si tamen bellum eſſet iniuſtum, etiam vaſalli Papæ ei licite denegarēt ſubſidium, ſecundum gloſſ.in c.de forma,in glo.1.22.q.5.& in d.cap.1. de noua forma fideli. & in c.breui.& ibi latius docto.de iureiu.& eſt ſatis de mente tex.in d.cap.1.de noua forma fidel. dum dicit, Si contingat terem aliquam iniuſte vel fortuito caſu &c.& dum dicit, Si ſciuero te velle iuſte offendere aliquem &c.Quādo iuſticia belli eſt notoria,& eſt bellum ad offendendum, ſecus ſi ad defendendam eccleſiam,vt eſt tex.apertus in dicto.ca.1.in prin.hic finitur lex deinde conſuetudines &c.& ibi clarius Bal. de quo dicendum vt ibi latius per eum,& per eundem Bald.in c.1.in prima col.in tit.quibus mod feud.amit.vbi plene loquitur ſuper hac materia.

Priuilegium Papæ generale non eximit quem a ſuſſidio impoſito per Papam.

SVMMARIVM.

1 *Nullus poteſt ſe tueri priuilegio,quòd non teneatur ad Papam uenire.*
2 *Priuilegium generale eximens a muneribus non liberat a charita. ſubſidio.*
3 *Priuilegium ſpeciale eximit.*
4 *Priuilegium eximens ab obedientia non ualet, quia quis efficeretur acephalus.*

QVAESTIO 58.

Quinquageſimooctauo quęro,

Vtrum aliquis ſubditus poſſit priuilegio Papæ ſe tueri q̄ non teneatur ad ſolutionem ſubſidii per Papam impoſiti.Oldrad. conſ.104. quod incipit. Circa propoſitam quæſtionem.circa fi.concludit q̄ non,per l.1.C.de indictionibus.libr. 10. Et pro hoc facit quod not.Io.Andr.in c.cum inſtantia.de cenſi.vbi di
1 cit,q̄ nullus † pōt ſe priuilegio Papæ tueri, q̄ nō teneatur ad eum venire, vel q̄ non poſſit p̄ cum excommunicari. Sed dictum Oldr.intelligo verum,quando priuilegium eſſet genera
2 le † eximens a muneribus,quia tunc iſte caſus non compræhenderetur,p̄ tex.in l.neminem.C.de ſac.ſan.eccle. † Sed ſi eſ-
3 ſet ſpāle priuilegium conceſſum a Papa p̄ciſe de non ſoluēdo ſubſidium impoſitum vel imponendum per papā,uel ſedem Apoſtolicam,uel de non ſoluenda decima papali, nō video, quin tale priuilegium ſit reſeruandum, donec per papam reuocetur,per regulam decet.de reg.iur.lib.6. & c.1.& 2.25.q.2. Non eſt tamen credendum q̄ per papam tale priuilegium cō cedatur.Et pro hoc eſt tex.in d c.cum inſtantia.dum dicit,niſi forte per ſpāle priuilegium ſedis Apoſtolicæ,q̄ nō credimus, ſit exempta.Ad idem tex.in c.accedentes.in verbo,niſi ſpeciale priuilegium.de præſcri.Nec obſtat dictum Io.Andr.in d.c. cum inſtantia.ſupra relatum,quod ibi ſequuntur Ant.de But. & Abb.Sicu.quia ideo nō ualeret tale priuilegium, † quia ibi
4 eximeretur ab obedientia papæ,& efficeretur acephalus, qđ eſſe non poteſt.c.nulla.93.diſt.quod non eſt in caſu iſto. Et p̄ prædictis allego,quod not.Io.Andr.& Anto.de Butr. in c.per uenit.de immu. eccle.licet aliter loqui uideatur Petr. de Ancha.conſil.253.quod incipit.In chriſti nomine amen, in quæſtione quę uertitur inter do.Feder.per l.uacuatis.C.de decur. libro decimo. Et per multa alia quibus faciliter reſponderi poteſt.

Subſidium charitatiuum non minuitur propter aliquem exemptum.

SVMMARIVM.

1 *Onus deficientium nullus tenetur ſubire.*
2 *Exemptio ſingulorum non prodeſt uniuerſitati.*
3 *Priuilegium exemptionis a charita. debet reuocari quando propter illud cęteri nimium grauarentur.*
4 *Non eſt ueriſimile quod papa uoluerit eximere in graue præiudicium aliorum.*
5 *Motus proprius non tollit defectum intentionis papę.*
6 *Portio exempti quando detrahi debeat.*
7 *Quomodo debeant inter ſe diuidere, illi qui compoſuernnt, onus decimæ.*

QVAESTIO 59.

Quinquageſimonono quęro, facta

eſt conuentio inter papam ſeu cameram Apoſtolicam & clerum certæ dioceſis, q̄ clerus nomine ſubſidii ſeu decimæ papalis teneatur tantam ſummam ſoluere papæ, quando contigerit per papam imponi decimam,deinde contingit, q̄ papa ſpecialiter eximit quendam beneficiatum illius dioceſis a ſolutione ſubſidii ſeu decimæ papalis, quæritur an clerus teneatur ad ſolutionem integri ſubſidii,ſicut prius, an vero detrahi debat portio, quæ contingeret illum beneficiatum exēptum.Videtur dicendum,q̄ tāto minus debeat ſolui p̄ exēptionem illius,per tex.in l.unica. C.ut nullus ex vicariis p̄ alienis vicariorum debitis teneatur.lib.10.& in regula,nō debet, de regu.lib.6.& in l.ſi fundum ſub condōne.§.ſi libertus de lega.1.Et hoc videtur tenere Spe.in ti.de cenſi.§ nunc dicēdum. ver.quid ſi uniuerſitas alicuius loci.quem ſequuntur Io.And. & Anto.de Butr.in c.peruenit,de immu.ec.Pe.de Anch.conſil.253.quod incipit. In chriſti nomine amen, in quæſtione q̄ uertitur,& Sepha.in cle.præſenti.de cenſi.& Ang.in l.ſi unus. §.item ſi pactus.ff.de pact. Ita dicens ibi tenere Guliel.de Cu. & Rayn Pro quo dicit eſſe gl.ordinariam in l.uacuatis.C.de decurio.lib.10.Pro quo etiam allego Bal.in l. etiam in ultima col.C.de execu.rei iudi.Ad idem facit quod notat Barto.in l. munerum.§fin.ff.de mune.& hono.ubi dicit,q̄ de iure com
1 muni onus † deficientium nullus renetur ſubire, allegat.l.1. C.de omni agro deſerto.lib.11.Sed contrarium teneo p̄ ea, quæ notat Bar.poſt Ia.de Are.in l.ab omnibus, in princi.per illum tex.de leg.1.ubi dicit,q̄ ſi dictat ſtatutum q̄ comitatenſes

Source : BIU Cujas

ses,teneantur ſoluere ſalarium poteſtati,poſtea eximitur aliqua villa,cæteri tenebuntur ad integrum ſalarium poteſtatis, & ſequitur Petr.de Anch.in d.clemẽ.præſenti. Sed melius ad propoſitum adduco,quod ſcribit Card.Zaba.in d.clem.præſenti.in fi.vbi dicit, ꝙ ſi collectæ debentur ab vniuerſitate alicui tanquam ſuperiori, ſi iure ſuperioritatis eximit aliquos a
2 ſolutione,ſicut eſt Papa,hoc caſu exemptio † ſingulorum nõ proderit vniuerſitati, & ideo infert,ꝙ ſi papa ſpecialiter eximit aliquos a ſolutione procurationis legati,per hoc reliqui non minus tenentur ad integram procurationem legati. Dictum autem Spe.in d.§.nunc dicendum, intelligitur ſecũdum eum in collectis,quę debentur ex contractu,non autem de iure cõmuni,& ratiõe ſuperioritatis,prout eſt præſtatio ſubſidij charitatiui & procurationis legatorum ſedis apoſtolicæ.Et idem ſubſtantialiter concludit Abb.Sicu.plene hoc attingens in ca. accedentes,de præſcri.Pro hoc,facit quod notat Bar.in l.actores.per illum tex.C.de exac.tribu.lib.10. Nec obſtat quod dixi ſupra de cõuentione inter clerum & Papam, ſeu cameram apoſtolicam,per quam videtur,ꝙ hic ſumus in debito ex cõtractu,quia conuentio illa eſt dumtaxat ſuper quota, quoniã ipſa præſtatio ſubſidij ſeu decimę papalis eſt debita de iure cõmuni ad omnem requiſitionem papæ,per c.2.de præben. lib.
3 6.& clem.1.in fi.vt lite penden. † Si tamen tot eximerentur, ꝙ cæteri grauarentur in præſtando integrum ſubſidium, reuocari debet tale priuilegium exemptionis,per c.ſuggeſtum, de.deci.ſecundum Card.Zaba.in d.clem.præſenti.in fi.Immo poſſunt reliqui integrum ſubſidium denegare,& ad papã ap-
4 pellare,ſecundum Card.Zabar.in d.c. accedentes,quia † non eſt veriſimile, ꝙ papa voluerit eximere cum graui præiuditio aliorum,argu.l.2.§.ſiquis a principe.ff.ne quid in loco publ. & c.ſuper eo.de offic.deleg.Licet Abb.Sicu.in d.c.accedẽtes, in vlt.colum.ſuper hoc vltimo diſtinguit,an priuilegiũ exemptionis ſit per papam conceſſum motu proprio, an vero ad
5 ſupplicationẽ alicuius,cuius diſtinctio non placet,quia † motus proprius non tollit defectum intentionis papæ, vt ſentit Io.Andr.in c.ſi motu proprio.de præb.lib.6.& domini de Rota in nouis deciſione.108.quæ incipit. Item licet motus proprius.& expreſſe Egid.de Bellame.deci.475.quæ incipit. Præmiſſæ tres. Quæ intentio papæ eſt per ſua reſcripta non nelle alios grauare,vt dictum eſt.Super iſta etiam materia, quando ex pluribus grauatis,vno uel aliquibus exemptis,cæteri teneãtur ad integram præſtationem, & quando detrahi debeat portio exempti,videndum erit quod ſcribit Ange.& Io. de Imol.
6 in d.l.ab omnibus,in princip.& Ludoui. ponta plene in l.4.§.
7 actor.verſ.quarto dubitatur. ff.de re iudi.† Et quando eſt facta prædicta compoſitio,qualiter debeant illi,qui compoſuerunt, inter ſe onus decimæ ſic compoſitæ diuidere. declarat Bart.in d.§ actor.& melius Bald.in l.etiam in pen.col. & melius ibidem in vlti.col.ver.or modo,pone dominus Mediolani.C.de execu.rei iudi. & Bartol. in l. nequid.ff.de incend. rui. & naufra.& in l.1.in 5.colu.ver. quæro qualiter imponatur. & ver.ſequen.C.de mulie.& in quo loco.lib.10. & Bald. in auct. defuncto in vlt.colum.C.ad tertu.Inno. in cap. graue.de ſen. excommu.glo.in c.cupientes. §.ad hæc. in verbo.diſcreta. de elect.libro 6.

Epiſcopus & clerus concedendo priuilegia exemptionis non poſſunt præiudicare papæ vel cameræ apoſtolicæ inſolutio.decimæ ſeu ſubſidij.

SVMMARIVM.

1 *Pactum liberatorium a procuratione legati Apoſtoli. non nocet legato.*

QVAESTIO 60.

Sexageſimoquęro, Vtrum eps cum clero ex cã priuilegiare poſſint aliquem beneficiatum ibidem forte nobilem vel aduocatum, quo ad hoc, ꝙ non teneatur ſoluere ſubſidium impoſitum p papam,ſeu decimam papalem.videtur ꝙ non,per tex.in l.uacuatis.C.de decurio.lib.16. & alia quæ diffuſe adducit Pet. de Anch.conſ.253.quod incipit.In Chriſti nomine in quæſtione quæ uertitur.Pro hoc eſt tex.in l.ius emphyteoticum, ſecũdũ vnam lec.quam approbat ibi Bar.C.de fundo patrimo.lib.11. Sed dic,ꝙ ex quo epiſcopus & clerus hoc faciunt ex cauſa,valet priuilegium etiam ſubdito conceſſum,ſecundum Spec. in ti.de cenſi.§.nunc dicendum,uerſ. quid ſi uniuerſitas fecit pactum.Quod intelligo verum,quo ad præiudicim ipſius cleri. & concedentium duntaxat, non autem quo ad præiudicium papæ uel cameræ apoſtolicæ exigentis decimam ſeu ſubſidiũ, cui per hoc nullum infertur præiudicium, ſecundum glo. & Bar in d.l.uacuatis.& Ludou.ponta.conſ.253.quod incipit in Chriſti nomine amen, pro deciſione propoſitę conſultationis.Pro hoc eſt bonus tex in l.inter debitorem.ff.de pact.& in
* l.3.in princ.de tranſact.& in l.2.& 3.C. ſine cenſu uel reliquis. Et ad idem optime facit quod notat Anto.de Butr.poſt gloſſ.
1 in cap.plerique. de pact. ubi dicit,ꝙ pactum,† per quod clericus liberatur a ſolutione procurationis legatorum apoſtolicorum,tenet in præiudicium paciſcentium, ſed non in præiudicium legatorum.Pro hoc etiam allego tex.in l.debitorum & l.ſequenti.C.de pact.& quod notat Archid.in ca. ſi quis laicus.16.quæſt.1. Quid autem ſit in ſubſidio charitatiuo, quod epiſcopus exigit a ſubditis ſuis nomine proprio. Dixi plene ſupra in 47.quæſtio.

Facta ſolutione ſubſidij a priuilegiato, proteſtatio de non ſibi præiudicando,iuuat ipſum.

SVMMARIVM.

1 *Compulſus ſoluere etiam ſine proteſtatione non perdit priuilegium.*
2 *Priuilegiatus ſponte ſoluens an per illum actum perdat priuilegium.*

QVAESTIO 61.

Sexagſimoprimo quęro, Dixi ſupra. q. 58. ꝙ papa poteſt priuilegiare aliquos, ꝙ non teneantur ad ſolutionem ſubſidii ſeu decimæ papalis, pone,ꝙ quidam priuilegiatus inſtãte collectore papę ſoluit ſubſidium,cum proteſtatione,ꝙ per talem ſolutionem non prędiudicetur priuilegio ſuo, an proteſtatio eum iuuet,ita ꝙ remaneat ſibi ſaluum priuileginm in ſolutione aliorum ſubſidiorum.Dic ꝙ ſic,per tex.in l.1.& quod ibi notat Bart.C.de his qui ſponte ciuilia munera ſuſce. lib.10. Et idem tenet Ludo.ponta.conſ.253. quod incipit. In chriſti nomine amen,pro deciſione propoſitæ conſultationis, in vltimo dubio.Et idem dico,ſi nulla emanaſſet proteſtatio, ſi per
1 vim compulſus eſt † ſoluere,per tex.in l.cura extruendi.circa princip.verſic. nec ſi per uim extortum ff.de mune. & hono.
2 † Si autem ſponte,& ſine proteſtatione ſoluiſſet, tunc pẽderet ab illa vulgari quæſtione, an per unicum actum contrarium uideatur quis renunciaſſe priuilegio ſuo, de qua late per Cyn. in dicta.l.uoluntarie,& per Inno.in c.accedentibus,de priuile. & per gl.& omnes doctores in c. cum acceſſiſſent, de conſtitutio.An autem proteſtatio prædicta vitiet illam ſolutionem ſubſidii factam pro tempore proteſtationis, Cy. ſentit ꝙ non. in dicta.l.uoluntarie.in 5.q.

Epiſcopus vel collector concurrentes cum creditore præferruntur creditori.

SVMMARIVM.

1 *Ante omnia cenſus debet ſolui ſuperiori.*
5 99.arti.ulti.†Et arbitrabitur iudex istam pœnam considerata qualitate personæ,& condictione rei,& temporis, ut est tex. l.sacrilegij pœnam,in prin.ff.ad l.Iul.pecu.Ad hoc facit.cap. sicut dignum.in prin.de homic.& l.aut facta.ff.de pœnis. Et iudex debebit potius arbitrari, q hoc sit quasi sacrilegium, quàm sacrilegium, & minuere pœnam, attento q licet iste delinquat excedendo metas suæ facultatis, tamen hoc facit tanquam collector papę,& commissarius apostolicus, & sic nõ caret primordio ueritatis,arg.l.cum filius. §. hęres meus. de leg 2.& eius quod no.Cy.in l.nullus,in 1.oppo.C.de sum. tri.& Bald.in repe l.data opera in 19.colum.C.qui accu.non possunt.ubi allega.not.in auct.de non alie.§.quia uero uerisimile.Et quod dixi de incursu sacrilegij,in capiẽte de eccle-

sia,

Source : BIU Cujas

fia,intelligo,non solum si capiat de ecclesia consecrata, sed
6 si capiat de † ecclesia non consecrata, secundum Archid. in c.1.10.q.1.per c.præcepta,de consecra.distin.1.& idem sentit Arch.in c.frater noster.in fin.17.q.4.Licet aliter dixerit ipsemet Archid.in cap.si quis domum.17.q.4. præsertim si in tali ecclesia nondum consecrata diuina officia celebrantur, per tex.in cap.pen.& quod ibi no.Hostien. de immu.eccle.licet
7 aliter dicant glo. & Inno.in d.cap penul.† Minor tamen pœna imponeretur hoc casu sacrilego, qui abstulisset rem non sacram,nec benedictam deputatam diuinis officiis de eccl. non consec.quàm de eccle.consec.quia minus delictum cõmittit quàm uiolando eccle.consecratam,ut est tex.cum gl. in c.ulti.de conse.eccle.uel altar.& glo.in l.si statua patris.ff. de iniuriis,cum pœnæ commensurari debeant delicto. 24.q. 1.cap.non afferamus.& cap.quæsiuit, de his quæ fiu.a maio.
8 parte cap.† Si uero collector caperet ornamenta diuinis officiis deputata nondum consecrata,nec benedicta, nec caperet de ecclesia,sed aliunde,tunc non credo,quòd proprie cõmittat sacrilegium,sed bene delinquit ueniendo contra formam concilij Vienensis.uidelicet,contra cle.& si beneficiorum, quæ simpliciter loquitur de deputatis pro ornamentis diuinorum officiorum, ex quo sunt in tali usu actualiter,ut dixi supra q.88.sed de ornamentis cõsecratis, uel benedictis non præcisè loquitur illa cle. a cuius uerbis non est recedendum.ut l.1.§.si is qui nauem.ff.de exercit.& l.non aliter,de legat.3.& hoc casu credo etiam ꝙ contraueniens in talib. peccat mortaliter.c.2.de ma.& obe.& punietur extraordinariè arbitraria pœna,cum non sit determinata per illud conciliũ, ut l.1.ff.de iure deliberan.& c.de causis.in fi. de offi. delega. licet tex.in c.sacrilegium.17.q.4.uideatur uelle,ꝙ talis etiam censeri debeat sacrilegus, & ibi apertius Archi. super uerbo retinere.dicens post Hugo.per illum text.ꝙ retinens rem eccle.etiam non datam,sed ecclesiæ relictam,& debitam committit sacrilegium.pro quo est optimus tex.in c.indigne,circa medium.uer. ualde enim iniquum & ingẽs sacrilegiũ &c. 12.q.2.sed illa iura intelliguntur de sacrilegio improprie, & largissime sumpto,nõ autem de proprio,& stricto sacrilegio. Et pro hoc facit, quia diruens statuas deputatas sepulchro, nondum tamen applumbatas,neque affixas,non tenetur propria actione sepulchri violati,sed interdicto,quod ui aut clã, vt est tex.in l.2.ff.de sepul.viola.quem ita intelligit glo. in l.si
9 statua.ff.de iniuriis.† Et non immerito distinxi supra inter ornamenta diuinis officiis deputata,consecrata,seu benedicta,& non benedicta, quia quædam sunt quæ benedicuntur, ut calix,ut est tex.in c.1.§.ungitur de sac.unct.& Hostien.in summa de sac.unc.§.qui,& quo.in fi. Et similiter bene dicuntur patena, & uestimenta sacerdotalia,quæ satis possunt per hoc appellari consecrata. Sed libri diuinis officiis deputati non benedicuntur.præter missale,quod consueuit benedici, & habet orationes suas proprias in lib.pontificali,ut hæc no. Io.And.Ant.de Bu.& Io.de Imo.in c.1.de pigno.licet glo.1. ibi super hoc aliter loquatur.

Pro solutione decimæ papalis non possunt capi etiam illa quæ sunt promiscuo vsui deputata.

SVMMARIVM.

1 *Minus dignum assumit naturam dignioris.*

QVAESTIO 93.

Nonagesimotertio quæro. Dicitur in cle. si beneficiorum,de decimis,ꝙ pro solutione decimę beneficiorum non possunt capi calices,libri, vel alia ornamenta diuinis officiis deputata: quid si sunt aliqua quæ sunt deputata promiscuo usui,puta quia sunt tales libri,quibus sacerdos utitur in camera studendo, & quibus etiam utitur in diuinis officiis, an talia possint capi per collectores, seu leuatores decimæ, pro & contra adduci possunt text.in l.hoc legatum,de legat. tertio.& in l.Quintus,la prima.ff. de auro & argento legato. Sed credo,quòd talia non possint capi,per tex.in l.si communem,in principio.ff. quemadmodum seruitu. amit. & in cap. sacris, de sepul. & id quod not. glosl.ultima in capitulo unico.de iurepatro.libro sexto. quia qua ratione dicimus in re
1 bus,† quòd magis dignum trahit ad se minus dignum, ita ꝙ minus dignum assumit naturam dignioris, cui adiungitur. ut in capitulo,quod in dubiis.de consecra.eccle. uel alta. & capitulo unico,eodem tit.libro 6. Eadem ratione dicere debemus,ꝙ usus rei dignior trahere debet ad se usum minus dignum cap.translato.de consti.facit.l.quæ religiosis. ff. de relig.& sump.fune.

Collectores papæ,& subcollectores sunt iudices, & habent iurisdictionem.

SVMMARIVM.

2 *Collectores ex stilo curiæ deputantur cum facultate exercendi censuras.*
2 *Stilus curiæ est attendendus.*
3 *Procurator fisci utitur iurisdictione,& officio iudicandi.*
4 *Collector potest appellari delegatus ad uniuersitatem causarum.*

QVAESTIO 94.

Nonagesimoquarto quæro. Vtrum collector papæ sit nudus administrator, uel negotiorum gestor, an uero potius habeat iurisdictionem.Do.de Rota dec.256. in nouis,quæ incipit.item collector habẽs.uolunt,ꝙ sit negotiorum gestor, sed Compilator decisionum magis adhæret opinioni, ꝙ sint iudices, quod ultimum etiam sentiunt Do. de Rota in nouis dec.202.incipit.Item licet iuxta nouis. Et hoc credo uerius, uidelicet ꝙ sint iudices, & habeant iurisdictionem,quod satis uidetur probari,per tex.in clem. si beneficiorum.de dec.ubi patet, ꝙ captio pignorum fit per ipsos collectores,quod non fieret, si essent simplices negotiorum gestores,sed fieret auctoritate ordinarii iudicis.Præsertim quia communis stilus curiæ habet, ꝙ ipsi deputentur cũ
1 facultate † exercendi censuras,uel quòd habeant coercionẽ absque aditione alicuius iudicis, quæ in hoc multum est at-
2 tendendus.cap.quod † translationem,de offi.delega. Et quia papa Bonifa.8.non declarauit, quòd collectores non possint inuocare auxilium brachij secularis,quando hoc sibi specialiter non est commissum,nisi quia in uiolentis exactionibus collectores excedebant, quia sibi super hoc, & aliis id concernentibus iurisdictio competebat, nec inhibuit alias pœnas,ut dicit glo.fi.in d.clem.si beneficiorum.Item uidemus,
3 † quòd procurator fisci utitur iurisdictione, & officio iudicandi,ut l.1.& 2. & l. cum uendente.C. ubi causę fisca.& l.si
4 ea quæstio.C.de his qui.ut indig.forte talis † appellari poterit delegatus ad uniuersitatem causarum concernentium exactionem decimæ beneficiorum,per ea quæ no.Bart. in l.1.in fi.ff.quis,& a quo appelletur.post Innoc.in c.Roma.de offic. ordi.lib.6.& glo.in cle. & si principalis,in uerbo foraneo.de rescrip.& Io.de Imo.post dec.in c.quoniam Abb.in fi.de offic.deleg.Nec credo eos posse appellari ordinarios iuxta.ca. 2.de offi.leg.libr.6. Cum iurisdictio eorum non concurrat in omnibus cum ordinariis locorum,prout in omnibus cõcurrit iurisdictio aliorum legatorum,ut no. Spec. in tit. de lega. §.nunc ostendendum,uer.legatus,sed limitata sit ad istud negotium decimarum, & ut plurimum non cohęrens territorio.Opinio autem Domi.de Rota procederet forte, quando collectores deputarentur per papam sine aliqua facultate cohercendi,uel exercendi censuras, prout hodie nullus deputatur.Et similiter quando subcollector deputaretur,ut nudus,& merus exactor.

Collector papæ potest excommunicare, suspendere, & interdicere non soluentes decimam.

SVMMARIVM.

1 *In coactionibus inferendis deferri debet dignitati,& personæ.*
2 *Delegatus papæ potest imponere alias pœnas,quàm censuras.*
3 *Collector potest ponere interdictum speciale.*
4 *Collector non potest sine speciali mandato ponere interdictum generale.*

QVAESTIO 95.

Nonagesimoquinto quæro. Retento pro uero quod dixi supra proxima quæstio. uidelicet,quòd collector papæ habeat iurisdictionem,cum sit delegatus papæ, utrum possit excommunicare, suspendere, & interdicere non soluentes decimam,& alia debita cameræ apostolicæ. Respondeo quòd sic.per tex.in cap.primo.& ca.præterea. & c.ex literis,de offi.deleg.Et hoc tenet Specul. in titu.de lega. §.sequitur.uer.Item ad eius officium,& Bald.in l.nulli. C. de senten.& interlo.omnium iud.dicens,quòd hodie ex stilo curię ex superabundãti in literis papæ apponitur clausula,cõtra dictores per censuram ecclesiasticam compescendo, q̃ non quoad ipsos litigantes,sed quoad extraneos secundum eum operatur,& allegat Inno.in c.1.& c.in literis, de offi. delega. In personis tamen episcoporum compellendis seruare dẽt
1 modestiam,de qua in c.quia pontificali,eo.tit.lib.6.† Q̃m in coactionibus inferendis dignitati deferri debet, & personæ. c.pastoralis,in prin.de offi. deleg. Quinimmo dicit Anto.de

Source : BIU Cujas

But.in.c.quærenti.de verb.sig.q̄ delegatus Papę potest impo
2 nere etiam alias †pœnas quàm censuræ,licet in literis suis ap
posita sit clausula illa.contradictores per cen.ec.&c.Et pote-
rit etiam, contumacia exigente,rebelles beneficiis priuare,
secundum Inn.in c.quia diuersitatem, per illum tex.de con-
cess.preb.licet contrarium teneat Hosti.in c. pro humani.de
3 homi.lib.6.Et quod dixi de interdicto,intelligo de † interdi
4 cto speciali, quia collector Papæ interdictum generale † pp
solutionem decimæ, uel pecuniarum cameræ apostolicæ si-
ne speciali commissione Papæ apponere non posset,nisi pro
vt dixi supra in 25.q.vbi hoc discussi.

Collector Papæ potest, recusantes soluere, mulctare.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ potest mulctare.*
2 *Subdelegatus non potest imponere tantam mulctam sicut delegatus.*

QVAESTIO 96.

Nonagesimosexto Quæro. An collector Pa
pæ possit mulctare recu-
santes soluere,uel non soluentes decimam impositam p Pa-
1 pam.† Respondeo q̄ sic,quia delegatus Papæ potest mulcta-
re,ut no.gl.in verbo puniat,& ibi Inn.in c.pastoralis.§.fin.de
offic.delega.Innocen.Hostien.& Anto.de But.in c.1.de offi.
deleg.& spec.in titu.de leg.§. sequitur, uer.item ad eius offi-
cium,& in titu.de sententię prola.§.species,ver.est,& quarta,
& Archi.2.q.6.§.diffinitiua,uer.item cum certa.Ant. de But.
Ioan.de Imo.& Abb.sicu.in c. de causis, de offic.delega.ubi
idem dicunt de subdelegato,qui tamen secūdum prædictos
2 doctores non poterit † imponere tantam multam, sicut col
lector siue delegatus,& hæc est communis sententia canoni
starum, licet aliter super hoc dixerit Hostien. in summa de
sententia, & re iudica. sub rubrica de mulcta. §. quis possit
mulctare,& in capitu.pro humani.de homici.libro sexto. Et
glossi.Barto.& legistæ,& l.2.C.de sportu.& in l.prima.in prin
cio.ff.si quis ius dicen.non obtem.& glo.& Bartol.in l.si qua
pœna de uerborum significa.& Ange.in l.2.§.fina. per illum
text.ff.de iudi.

Collector Papæ pro exactione decimæ potest contra non
soluentes inuocare auxilium brachij secularis
absque speciali commissione.

SVMMARIVM.

1 *Quare Bonifacius. 8. prouidit quòd non soluentes decimam cogi non de-
beant per inuocationem brachij secularis sine speciali mandato.*
2 *Laici clericis sunt infesti.*

QVAESTIO 97.

Nonagesimoseptimo Quæro. An colle-
ctor Papæ possit p
exactione decimę contra non soluentes decimam inuocare
auxilium brachij secularis. Dicendum vī q̄ de iure cōi hoc
possit, sicut delegatus papæ, qui potest inuocare brachium
seculare absq; speciali commissione,ſm Inn. Io. An. Ant.de
Bu.Io.de Imo.& Abba.siculum.in c.sigoificasti, de offi. dele.
& idem Host.in c.1 eod.tit.& Spec.in ti.de deleg.§.sequitur.
ver.sed nunquid seculare.Arch.in ca.administratores.23.q.5.
Io.An.& Ant.de Bu.in c.quoniam in plerisque,de offic. ord.
Bernar.in c.statuimus.de offi.dele.lib.6.& Fed.consil.163.qđ
incipit,in Christi nomine amen,super inuocatione.& Dom.
post Io. An.Zenze.& Lap.in c.ut officium.§.denique, de hæ-
ret.lib.6.& Abb.sicu.in c.si quis contra clericum.in pen. col.
de fo.compe.pro quibus est tex.in c.tanta, quem ibi ad hoc
no.Abb.sicu.de excess.præl.dummodo faciat,quādo opus est,
vt dicit tex.in d.c.tanta, & ordine debito seruato, uidelicet
q̄ a tali auxilio non incipiat,ut l.1.& l.ordo.C. de execu. rei
iudi.ut declarat Fed.cōsi.251.in fi.quod incipit,casus talis est
Iac.de Crem.Licet Arch.in d.c.ut officium, Abb. antiquus
in d.c.significasti,& Bal.in rub.de offic.dele. in 8.col. tenent
simpliciter, q̄ delegatus papæ non possit inuocare brachiū
seculare, & super hoc distinxerit Guiel. de monte Laud. in
cle.unica.de offi deleg.cum quo simpliciter ibi transit Card.
Zaba.in x.q Dicit tamen gl.ulti.in cle.si beneficiorū, de deci.
& Pau.ibi in fin.q̄ in declarationib. Bonifa.8.continetur,q̄
non soluentes decimam beneficiorum per secularem pote-
statem cogi non debent, nisi non soluentis tanta fuerit rebel
lio.q̄ pp ecclesiastice censuræ contemptum inuocandum sit
contra ipsum brachium seculare. Et dicit Car.Zaba. in d.cle.
1 si beneficiorum.in 16.q.q̄ Bonifa.8.† in dictis declarationib.
simpliciter prohibuit per collectores decimæ inuocare bra-
chium seculare sine speciali mandato, quod forte credo Bo
nifacium fecisse,non q̄ hoc esset aliàs eis prohibitum de iu-
re cōi, per prædicta. Sed quia forte collectores in uiolentiis
inferendis cum auxilio brachij secularis sæpe modum exce-
debant in damnum,& detrimentum ecclesiarum, quib. talia
2 enormia fiebant per laicos † clericis infestos,ut in c. clericis
laicos.de immu.eccl.li.6 Ideo Bonifa. super hoc specialiter,
ut prædictum est,prnuidit,a cuius declaratione,seu determi-
natione recedendum non esse arbitror.

Rectores beneficiorum non soluentes decimam possunt
capi personaliter per collectorem.

SVMMARIVM.

1 *Captus pro debito fiscali non debet poni in carceribus.*
2 *Discussio bonorum an fieri debeat ante capturam.*
3 *Delegatus inferioris non potest capere,neque carcerare.*
4 *Collector Papæ est delegatus principis,& ei permittuntur maiora.*
5 *Excommunicatio est meri imperij.*
6 *Captura,& carceratio quæ no fiunt ad pœnam,sed ad custodiam,non sunt
meri imperij.*
7 *Doctores beneficiati actu legentes non possunt capi personaliter.*
8 *Abbatissa,uel prioriſa pro debito monasterij capi non possunt.*

QVAESTIO 98.

Nonagesimooctauo Quæro.An rectores
beneficiorū non sol
uentes decimam possint personaliter capi per collectorem,
uel de eius mandato.Respondeo q̄ sic,cum hoc sit debitum
fiscale,ut l.cum eo.ff.ad l.Iul.peculatus,& ibi Bart. quem se-
quitur Io.de Imo in c.lator.de pig. Ad idem allego Bar. in l.
contentaneum.in 4.colu.C.quomodo, & quando iud.Dicit
1 tamen Bar.in d.l.cum eo.q̄ talis captus†p debito fiscali non
debet poni in carceribus,nisi persistat in contumacia,ut l.ne
mo carcerem.C.de exac.tribu.li.10.ubi etiam hoc no.Bar.&
pro hoc facit quod no.Bar.in l.4.§.actor.uer.quæro an pro ta
li debito.ff.de re iud.† Et an hoc casu requiratur, q̄ prius fcā
2 sit bonorum discussio.glo & Bar.in l 3.§.tutores.ff.de suspec.
tut.tenent q̄ sic.Sed contrarium tenet Io.de Imo.in l.si filio.
la 2.ff.so.ma.per tex.in §.qui autem,uer.sed hæc quidem iun
cta gl.in uerbo cedere.in aucten.de fideiuss. Et an hoc cnsu ad
mitti debeat cessio bonorum,bene declarat Cy.in l.1.in 1.q.
C.qui bo.ce.pos.Nec ob.prædictis,si dicatur q̄ collector pa-
3 pæ non habet facultatem capiendi,neque incarcerandi,† qa
delegatus non potest capere,neque carcerare ut est tex. in §.
si uero,in auc.de exhib.rei.& no.Bart. in d.l.consentaneum,
& per tex.in c.a speciali.in prin. de hære. quia respondeo; q̄
ille.§.si uero, loquitur in delegato inferioris a principe, sed
4 cullector † papæ est delegatus principis, cui permittunt ma-
iora,nam permittitur sibi excommunicatio, ut est tex. in ca.
5 ex literis,de offi.dele.† quæ excommunicatio est meri impe-
rij,secundū Inn.in c.transmissam.in fi.de elec.& in c. de cau
sis,uer.item dicunt quidam,de off.dele.& spe. in ti.de iurisd.
om.iud.§.1.uer.secundum canones autem. & Io. de lig.post
Host.in c.pastoralis,in prin.de offi.ord.Multo fortius ei per-
6 missa est captura†& carceratio, quæ non sunt meri imperij,
quando carceratio nō fit ad pœnam,sed ad custodiam,ut est
in casu isto,ut dicit Bar.in l.imperium.in 4.col.uer. sed iuxta
hoc quæro.ff.de iurisd.om.iud.Nec in cle.1.de hære.ibi est spe
cialitas in causa hæresis quo ad capturam,quia etiam aliis ca
sibus captura permissa est deleg.papæ,ut est tex.in c.super eo.
in fi.de crimi.falsi. Et prędicta intelligo uera,nisi beneficiati es
7 sent doctores† actu legentes,quoniam tales non possunt capi
personaliter secundum Bar.in l.medicos.per illum tex.C.de
professo.& medicis,lib.10. Vel nisi esset mulier.per l.j.C. de
8 offi.diuersi.iudi.& auct.nouo iure.C.de custo.reo.puta † ab-
batissa uel prioriſa,quę non potest capi pro debito monaste
rij sui.secundū Bal.in l.etiam,in 5.col.uers.sed nunquid Ab-
ba.C.de exec.rei iud.

Representantes uniuersitatem, uel capita collegij, cessantes
soluere decimam possunt personaliter capi a col-
lectore decimæ, sicut consules ciuitatis,
qui totum populum re-
presentant.

QVAESTIO 99.

Nonagesimonono Quæro.Quando colle-
ctor decīæ exigere vult
decimam ab uniuersitate collegio uel conuentu,an possit p
hoc eis cessantibus soluere capere personaliter regentes, seu
represen-

Source : BIU Cujas

repreſentantes uniuerſitatem,uel capita collegij, puta priorē, uel rectorem. Reſpōdeo ꝙ ſic,per tex.in l.1.in prin.ff.de mu ne.& hono.per quem ita determinat Bar.in l.4.§.actor.ff. qđ cuiuſque uni. no. Quemadmodum enim poſſunt conſules ciuitatis,qui repreſentant totum populum,ut no.glo.in l.ſed ex dolo.§.1.ff.de dolo. & in rubrica.C.quæ ſit long. conſue. & Bar.in l.non ambigitur.ff.de legi.& probatur in cap.fin.de procur. pro debito populi, ſeu ciuitatis perſonaliter capi, ut determinat Bal.in l.etiam,in 5.col.uerſi. modo ergo quærit. C.de execu.rei iudi.Ita dicendum,quòd repreſentantes col legium, uel uniuerſitatem poſſint capi ꝓ ſolutione decimę papalis,ꝙ autem ſingulares perſonæ de uniuerſitate, uel eo rum particularia bona poſſint pro huius decimæ ſolutione capi.Declarat Bar.in d.§.actor.& Bal.in d.l.etiam in 6.col.& in l.1.§.quibus.ff.quod cuiuſque uni.nomi.

Quomodo facienda ſit monitio clero,uel collegio quando collector vult exigere decimam ab eo.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio eſt quædam perſona politica.*
2 *Edictum ubi debeat poni.*
3 *Citatur,uel moneatur ille,ad quem ſpectat conuocatio collegij.*
4 *Monitio per arengam quando fieri debeat.*
5 *Quando non ſufficiat monitio ſindici uniuerſitatis.*
6 *Subſidium exigitur a communitate ſeculari ex cauſa.*
7 *Vniuerſitas ſecularis quomodo ſit monenda pro ſubſidio exigendo.*
8 *Contumacia uniuerſitatis per citationem in perſonam rectoris, quando committatur.*

QVAESTIO 100.

Centeſimo Quæro. Quando collector papæ vult exigere decimā a clero, collegio, uel uniuerſitate,qualiter monere eos debeat, & eis intimare im poſitionem decimæ.Reſpondet Bal. in l. etiam,in 6.col uer. ſed quæro quomodo citabitur.C.de execu.rei iudi.ꝙ ſi ſunt
1 cōgregati citabuntur perſonaliter, quia iſta† congregatio eſt quædam perſona politica,ut l.mortuo.ff.de fideiuſ. & l.me tum.§.animaduertendum.ff.quod met.cauſa. Si autem non
2 congregati,dicit ꝙ ponetur edictum† in loco ubi conſueuit congregari,ut no.in l.non poteſt uideri dolo.ff. de regu. iur. Sed uerius credo eſſe, ꝙ quando non ſunt congregati dēat
3 moneri † ille ad quem ſpectat conuocatio cleri,collegij,uel uniuerſitatis,ut congreget eos pro iſta admonitione,quod ſi non fecerit,ſufficit admoneri prælatum, ſeu maiorem ipſo rum,ſecundum glo.ordinariam in c.ſi capitulo, in uerbo fa ctam.de conceſ.præben.lib.6.& in cap.bonæ.el 1.de elect. & Archidia.& Domi.de ſan.Gemi.in ca.commeſſationes, per illum textum.43.& di.& Bar.in l.fi.ff.quod cuiuſque uniuer. no.& in l.prima.C.de iure reipublicæ,lib.11.& Bal.in ca.1.in 3.colum.de mili.naſal.qui contu. eſt, & Bart.in extrauaganti ad reprimendum,ſuper uerbo citatum.Quod ſi fieri nō poſ-
4 ſet ſufficiet monitio per† arengam,ſecundum glo. in d.l.non poteſt uideri dolo,uel proclama ſecundum Bart. in d.extra uag. ſuper uerbo citatum,& ſuper uerbo per edictum. Nec
5 ſufficeret hoc caſu† moneri ſindicum cleri,uel uniuerſitatis, ſeu collegij,ſecundum Bar.in d.l.1.C. de iure reipublicę. lib. 11.per no.per glo.in d.l. non poteſt uideri,ubi etiam de hoc ponit Bar.& Ange.in l.1.§.quibus.ff. quod cuiuſque uniuer. no. Et hæc procedunt in uniuerſitate eccleſiaſtica.Si autem
6 collector papę uellet exigere ſubſidium† a communitate,ſeu uniuerſitate ſeculari,quod ex cauſa fieri poteſt, ut dixi ſupra
7 q.56. & ſeq.† Qualiter tunc uniuerſitas ſecularis ſit monēda, ponit Inno.in c.cum ex iniuncto,circa finem,de oper. nou. nun.quem ſequitur Archi.in c.ſi plures.in fi.16.q.7.& Domi. de ſan.Gemi.in c.lex eſt. 2.diſt.Dicit tamen Barto.notanter in d.extrauag.ad reprimendum,ſuper uerbo citatum, in fin. ꝙ
8 uniuerſitas,uel collegium† per citationem,uel monitionem de ipſo in perſonam rectoris, ſeu maioris eorum factā nun quam conſtituitur in uera contumacia, ſed dicetur fictus contumax.

Cenſuras incurrunt non parentes monitioni collectoris factæ per proclama.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus papæ poteſt ferre illas generales ſententias cenſurarum in com prehenſos ſub ſua iuriſditione.*
2 *Sententia excommunicationis requirit monitionem perſonalem.*
3 *Allegantes ſe ignoraſſe proclama audiri non debent.*

QVAESTIO 101.

Centeſimoprimo Quæro. An nō parentes ī termino monitioni col lectoris incurſum cenſurarum continenti in perſonam maio ris uel rectoris loci factæ,uel factę per arengā,proclama, uel edictum,lapſo termino inuoluantur cenſuris,eis aliter perſo naliter non monitis,Do.de Rot.deciſ.425.in nouis,quæ inci pit,item extra rotam, concludunt ꝙ ſic in ſubſidio charitati uo,quod imponitur per epiſcopum, ut dixi ſupra in 15.q. per tex.in c.ſi ſacerdos,de of.ord.in c.Romana.§.caueant.de ſen ten.exc.lib.6.& c.quidam.6.q.1.Sed idem dico in collectore
1 papę,quia etiam delegatus papæ poteſt ferre† illas generales ſententias cenſurarum, dummodo ferat eas inter compre henſos ſub ſua iuriſdictione,ut probatur per tex.in c.a nobis. el j.in fi.de ſen.exc,Et pro hoc eſt optimus text.a ſpeciali cū glo.ſua.in uerbo nominatim.in c.conſtitutionem,de ſen.ex com.li.6.Nec obſtant prædictæ aliquæ deci. Rot.in nouis,ui delicet deciſi.261.quę incipit,item ſi de ſpeciali mandato,& deci.352.quę incipit, item ſi committatur cauſa tempore fe riarum,& in antiquis deci.313.quę incipit not.ꝙ lit.conteſta ta,& deci.ſeq.& Egi.de Bellame.deci.188.quę incipit, ut cita tus excommunicetur,quę poſt Inn.in c.ſi aduerſarius,de eo qui mit.in poſ.& in c.ad petitionem,de accuſa.ut plurimum uolunt,ꝙ ad hoc,ut ferri poſſit excommunicatio requiratur
2 † monitio perſonalis,niſi conſtet citationem, ſeu monitionē aliàs ad eius notitiam perueniſſe,quia illæ auctoritates intel liguntur quando excōmunicatio fertur in ſpē, & contra cer tam perſonam,non autem in genere,& contra incertam per ſonam,prout eſt hic contra non ſoluētes, quo caſu ſufficit, ꝙ ſint moniti per proclama,uel edictum. Et an hoc caſu ad
3 citationem pœnæ uel cenſurarum † allegantes ſe ignoraſſe proclama uel edictum,audiri debeant,uidetur ꝙ nō per tex. in l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtito.& in c.1.de po ſtu.præla.& in c.quod dicitis.16.di.& in c.cū in tua. qui mat. accu.poſ.quod plene,& ſolenniter diſcutiunt do.de Rota in præalle.deci.425.in noui.quę incipit,item extra Rotam, ubi referunt ſuper hoc conſilia duorum fratrum inuicem con traria,uidelicet Bal.& Pet.de Peruſio.& Ant.de But.& Abba. ſicu.in c.cognoſcentes,de conſti.

Collector affiget edictum in portis ciuitatis,uel caſtri,ſi clau ſas contra ipſum inueniet, & in loco uel eccleſia uiciniori ſi non patet tutus acceſſus.

QVAESTIO 102.

Centeſimoſecundo Quæro, collector papæ uadit ad ciuitatē, uel oppidum,ut imponat,& exigat decimam,beneficiati lo ci hoc præſentientes claudūt ſibi portas, quid faciet tunc col lector.Reſpondet Bal.in 1.& in 6.col.uerſ.quæro quid ſi ru ſtici.C.de execu.rei iudi.ꝙ affiget edictum in portis ciuitatis uel caſtri.Et ſi non eſt ibi tutus acceſſus ponetur edictum in loco uiciniori,uel in eccle.magis uicina,quia eccl. eſt locus publicus,& omnibus patens,& allegat text. in cle. cauſam.§. uerum,de elec.pro quo etiam bene facit tex.in cle.dudū. de iud.& in cle.quamuis ſi uero dicti epiſcopi,de ſo.compe. & in c.quoniam frequenter.§.porro,ut lit.non conte.

Collector tenetur facere inſtrumentum ſolutionis decimæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum liberationis poteſt fieri facta ſolutione decimæ per collecto rem abſque ſpeciali facultate.*
2 *Mandatum ad recipiendum tacite includit mandatum ad quietandum ſol uentem de recepto.*
3 *Inſtrumentum fit ad faciliorem probationem liberationis, ſeu quieta tionis.*

QVAESTIO 103.

Centeſimotertio Quæro. An beneficiatus ꝙ ſoluit decimam collectori, poſſit inſtare, ꝙ faciat ſibi inſtrm liberationis, & ſolutionis decimæ.Et an collector ad hoc teneatur. Reſpondeo ꝙ ſic,p tex.in l.ſicut datam.C.de libe.cauſa.quàm legem licet loqua tur in libertate.Bald. ibi extendit ad oēm ſolutionem.Idem tenet Spec.in tit.de inſtr.edi.§.poſtquā.uerſ. quid ſi debitor. & uer.quid ſi ſolui.& ibi clarius Io.And.in addi.& gl.in c.ſi gnificauit,de teſti.& Bar.in l.plures apochis,per illum tex.C. de fid.inſtr.& in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de dam. infec. & in l. ex ea parte,in prin.de uerb.ob.& Io.de Imo.in l.hmōi.§.ſi ita

cui

Source : BIU Cujas

cui legatum, de leg. 1. pro quo bene facit tex. in l. ſi quis fundum. §. fi. cum l. ſequenti, quæ incipit. Et ego ex conducto. ff. loca. & in l. colono. ff. de vſufr. lega. & in c. longinquitate. & c. ſæpe. 12. q. 2. de quo etiam ponunt gl. Bar. & Io. de Imo. in l. 2. in prin. ff. ſol. mat. & in l. ſi pupillus, in prin. ff. de noua. Et poterit collector decimæ liberare eos qui ſoluerunt decimam, &
1 eis inſtrm liberationis de hoc conficere, abſque † eo ꝙ ſibi cõmiſſa ſit ſpecialiter facultas liberandi uel quietandi, quia ex quo habet mandatum ad recipiendam ſolutionem, & illi in-
2 tegre ſoluerunt, tacite ſatis † cenſetur habere mandatum ad eos liberandum, tex. eſt & ibi Bal. in l. nõ abſtulit. C. de noua.
3 & in l. ſi debitorem. ff. de noua. cum inſtrm † non fiat niſi ad faciliorem probationem liberationis, quæ liberatio fit eo ipſo ꝙ ſoluitur debitum, ut inſti. qui. mo. tol. obli. in prin.

Collector papæ poteſt de decimis non ſolutis confitendo ſibi ſolutum quietare, dummodo ſit ipſe ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Verba facultatis collectoris ſunt aduertenda.*
2 *Procurator fiſcalis poteſt quietare de non receptis.*
3 *Collector ut poſſit quietare de non receptis debet eſſe ſoluendo.*

QVAESTIO 104.

Centeſimoquarto quæro. An collector papæ poſſit quietare beneficiatos de decimis non ſolutis, confiten-
1 do ſibi eſſe ſatisfactũ, & ſolutũ. † In hoc eſt aduertendum ad uerba facultatis ſuæ, iuxta. c. porro, & c. ſi de terra, de priuile. Quia ſi hẽt mandatũ ad recipiendum ſolutionem, & cõfitendum &c. tunc licet uerba iſta ponantur copulatiue, tñ fm cõem ſnĩam doc. poterit liberare, & quietate ẽt de non ſolutis confitendo ſibi ſatisfactum, fm Ange. & Io. de Imo. in l. a diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudi. & in l. ſi debitorem. ff. de noua. & Ang. in l. non abſtulit. C. de noua. & in l. ſi conſenſit. ff. qui. mo. pig. uel hipo. ſol. & Bal. Sal. Raph. & Pau. de Caſt. in l. 2. §. fi. ff. ſi cer. pet. & Lud. Ponta. in l. prædia. ff. de acq. poſ. Licet Bar. expreſſe tenuerit contrarium in d. l. 2. §. fi. ff. ſi cert. pet. Sĩ uero in mandato, ſeu facultate ſua non eſt appoſitum verbum, & ad confitendum, ſed ſolum ad ſolutionem recipiendum, & quietandum, & tunc licet in aliis procuratoribus ſint uariæ opiniones inter doc. in locis proxime allegatis, ut ẽt patet ex his quæ no. Io. And. in addi. Spe. in ti. de teſte. §. 1. ver. ſed pone Egi. & Fed. conſi. 53. & Abb. ſicu. in c. cũ olim,
2 el 1. de off. dele. † Tamen in procuratore fiſcali, qualis eſt collector papæ, uel recipiente functiones publicas, certũ eſt, ꝙ põt confiteri ſe recepiſſe, & quietaſſe, etiam de his quæ ſoluta non apparent, & confeſſio ſtatim, præiudicat, ut eſt tex. cõiuncta gl. l. fi. C. de apoc. pub. lib. 10. & in l. in contractib. §. ſed quoniam cõiuncta. gl. ibi. in uerbo functionum, & ibi ẽt Bal. C. de non nu. pec. & hoc tenent Ang. & Io. de Imo. in d. l. a diuo Pio. §. ſed ſi emptor. Ex quib. concludo, ꝙ licet collector papæ non habeat expreſſe mandatum ad confitendum, tñ cõfiteri poterit, & quietare etiam de his, de quibus nõ apparet facta ſolutio, quod eſt uerum, non ſolum ſi cõfeſſio collectoris emanet ſuper ſolutione decimæ, ſed ẽt ſi emanaret cõfeſſio eius ſuper receptione pretij rerum uenditarum pp ſolutionem decimæ, fm gl. in d. l. in contractib. §. ſed qm̃, in verbo penitus. per tex. optimum in l. omnes. § fi. C. de quadr. prę ſcri. Et eſt ratio, quia procurator fiſci non præſumitur habuiſſe fidem de pretio, quàm habere non poteſt, ut l. ſi procurator, de iure fiſ. ut refert Bal. in d. § ſed quoniam. Prædicta tamen
3 intelligo uera, quando collector eſt ſoluendo, † ita ꝙ ipſe de ſuo poteſt ſatisfacere papę, ſeu camerę apoſtolicę, alias enim confeſſio illa collectoris non præiudicaret fiſco, ſeu cameræ apoſtolicæ, ſecũdum gl. & Bal. in d. §. ſed quoniam, in uerbo penitus. & Ange. & Io. de Imol. in d. §. ſed ſi emptor. & in l. ſi debitorem. ff. de noua. quia aliàs ſecundum Bald. in d. §. ſed quoniam, daretur materia fraudulenter colludendi cum inopi collectore in præiudicium fiſci, & cameræ apoſtolicæ, qđ eſſet abſurdum. Et pro hoc eſt bonus tex. in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fac. erit, & in l. properandum. §. fi. C. de iudi.

Laicus non poteſt eſſe collector decimæ papalis, cum ei competat coerctio eccleſiaſtica, & idem de ſubcollectore.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur.*
2 *Collector, ſeu ſubcollector nudus nullam habens iuriſdictionem, poteſt eſſe laicus.*
3 *Papa ex certa ſcientia poteſt deputare laicum collectorem decimæ, etiam cum iuriſdictione.*

QVAESTIO 105.

Centeſimoquinto quæro. An laicus poſſit eſſe collector decimæ papalis. Reſpondeo ꝙ non, cum ei competat iuriſdictio, & coerctio eccleſiaſtica, ut dixi ſupra q. 94. & ſeq. & quia iſtud ius exigendi eſt radicatum in eius perſona ex commiſſione apoſtolica, unde non vr̃ cadere poſſe in laicum, ut firmare uidetur Ant. de But. in c. decernimus, in pen. col. de ind. per ea quæ no. Hoſt. in c. ex ratione, de æta. & quali. Et idem firmat Arch. in c. in noua, circa prin. 16. q. 7. quem ſequitur Ludo. Ponta. conſ. 268. quod incipit, in Chriſti nõie amen, iſte Pet. Pro quo bene facit tex. in c. quoniã in quibuſdam. & in c. in noua. 16. q. 7. Et idem credo in ſubcollectore, quãdo deputaretur cum eadem iuriſdictione, ſeu facultate, quę competit ipſi collectori. per tex. in ca. ſtatutum. §. in nullo, de reſcri. lib. 6. Ad hoc facit cle. vnica. de offi. vica. cum ſub
1 rogatum faciat † naturam illius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & c. ecclelia, vt li. pen. ſecus ſi eſſet nudus, & merus ſubcollector nullam habens iu-
2 riſdictionem † neque coherctionem, ſed ſolum deputatus ad recipiendum illam meram decimarum ſolutionẽ, quia hoc laico bene demandari poteſt, ſecundum Archi. in d. c. in noua. & Anto. de But. in d. c. decernimus. & Lud. Ponta. in prę alleg. conſ. per tex. in c. ueſtra, de loca. & in c. querelam, ne pla. vi. ſuas. Et licet prędicti doc. loquantur in deputato ad colligendas decimas, & obuentiones ſpirituales, tamen idẽ credo dicẽdum de collectore huius decimę papalis, per ea quę dixi in d. q. 94. & ſeq. & per text. in c. quoniam in quibuſdam.
3 & c. iudicatum. 89. di. † Fateor bene, ꝙ ſi papa vult poteſt merum laicum ex certa ſcientia deputare collectorem decimę, etiam cum iuriſdictione & coherctione, per id quod no. glo. in §. uerum, in uerbo ducibus. 32. diſt. & in c. bene quidem. in uerbo præter Romanum Pontificem. 96. di. & in c. quanto. & ibi doctores, de conſuetu. & in d. c. decernimus.

Collector papę deputatus ad decimas colligendas poteſt ſubcollectorem deputare ſine ſpeciali cõmiſſione dummodo in ſua facultate nõ appareat electa induſtria perſonę.

SVMMARIVM.

1 *Collectio decimarum non dicitur arduum negotium.*
2 *Iudex arbitratur quod dicatur arduum negotium.*
3 *Stipendium publicum non poteſt recipi per procuratorem.*
4 *Epiſcopus uel archiepiſcopus poteſt ſubſidium charitatiuum petere per procuratorem.*
5 *Verba illa, de tua prudentia, uel de tua circunſpectione, plenius confidentes, denotant induſtriam perſonæ electam.*
6 *Verba, de fide, & legalitate tua confidentes, idem important.*

QVAESTIO 106.

Centeſimoſexto quæro. An collector papę deputatus ad decimas beneficiorum colligendas, vel debita camerę apoſtolicę poſſit abſque ſpeciali commiſſione ſubcollectorem deputare. Reſpondeo quod ſic, ſecundum Do. de Rot in nouis dec. 256. quę incipit, item collector, & quia ſiue dicamus, quòd ſit delegatus, prout tenui ſupra q. 44. & hoc poteſt, vt l. a iudice. C. de iud. & c. ſuper quęſtionum. §. 1. & 2. de offic. dele. & c. cum cauſam. de appel. cum ſim. Et idem erit dđm, ſiue dicatur generalis procurator ad negocia, ut l. 1. §. magiſtrum. ff de exercito. & c. 1. in fin. de proc. lib. 6. & l quicunq;. § fi. ff. de inſtito. & l. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. ff. manda. ſiue ẽt dicamus, quòd ſit procurator ſpecialis ad negotium, quia ex quo hẽt mandatum limitatum ad leuandũ, & recipiendum decimam beneficiorum, non cenſetur electa induſtria perſonę, & poterit alium ſubſtituere, ſecundum Bar. in l. fi. in fi. ff. de diuer. & tempo. prę ſcrip. & Bal. in l. quod quis. C. de procu. per tex. in c. is cui. primo reſpõſo. de offi. dele. li 6. Pro hoc facit quod no. gl. in uerbo decret. in c. ſi quis iuſto. de elec. lib. 6. & tex. in ca. fin. 2. reſponſo. de procu. lib. 6.
1 Nec credo dici poſſe, quòd hoc ſit magnum † negocium, in quo uideatur electa induſtria perſonæ, iuxta doctrinam Inn. in c. fi. de offi. dele. & Bal. in l. liberti libertæq;, in 10. col. uerſi. quæro denuo Imperator. C. de ope. libe. quia, vt ſubdit Inno. in d. c. fi. quem ſequitur ibi Anto. de Bu. ſtatur arbitrio iudi-
2 cis † quòd dicatur arduum negocium, ex quo uideatur electa induſtria perſonę, quòd non credo aliquem æquũ iudicẽ hoc

Source : BIU Cujas

hoc casu arbitraturum, quia leuare decimam nõ est magnæ industriæ,& potest facile per quemcunq; fidelẽ fieri. Nec ob.
3 prædictis,si dicatur ꝙ stipendium†publicum non põt recipi, nec solui per procu.sed debet recipi, & solui in propriis manibus,ut est casus no.quem ibi ad hoc ponderat Bar.in l. per hanc.C.de erog.mili.anno.li.12.de quo facit festũ Lud.Pon ta.in l.1.§.si quis ita,de uer.ob.quia respondeo, ꝙ hoc nõ est stipendium,ꝙ soluatur pro laboribus, sed est potius collecta impositа per papam ad eius beneplacitum. Vel dato ꝙ esset stipendium,ẽt potest a persona illustri recipi,& per procuratorem,ar.l.nullus qui nexu.& quod ibi not.Bal.C.de decu.li. 10.pro quo bene facit tex.in l.fi.C.de iniur.& insti.de iniur.§. in summa,& in l.2.C.de sen.ex pericu.reci.& in c.fi.de re iudi.li.6.& in auct.quod ius.C.de procu.& in c.qa eẽpi.5.q.3. Ex
4 quo infero iuncto.d.c.ulti.de re iudi.li.6.ꝙ quilibet†eps,seu archiepiscopus põt petere charitatiuum subsidium,& quodlibet stipendium per procuratorem, nec astringitur dispositione.d.l.per hanc.Quinimmo dicit deci.Rot.256.præal.ꝙ si potestas collectoris fuisset per papam limitata hoc modo,uidelicet,ꝙ possit nisi unicum subcollectorem in singulis ciuitate,& dioceſi deputare, poterit tamen successiue plures diuersis temporibus subcollectores deputare,ita ꝙ semper nisi unus remaneat in qualibet ciuitate,& dioceſi.Prędicta tñ intelligo uera, nisi in deputatione collectoris papa apponeret
5 ista uerba,de†tua prudentia, uel de tua circunspectione plenius confidentes, uel similia, qñ tunc non posset collector subcollectorem deputate, quia per illa uerba uidetur fuisse electa industria personæ,ita notanter decidit Inn.in d.c.fi.de offi.dele.quem sequitur ibi Io.de Imo. Et idem dico si papa
6 diceret,de fide†& legalitate tua confidentes, quia tunc etiã uidẽtur elegisse industriam eius, ut expresse concludit Ant. de But.consi.suo 48.in fi.quod incipit, in nomine Iesu Christi,& matris eius gloriosæ uirginis, absq; diffusione. Et ideo nec tunc poterit subcollectorem deputare.

Collectores apostolici in beneficiis reseruatis loco iconomi succedunt in conseruando fructus tempore uacationis ipsorum.

QVAESTIO 107.

Centesimoseptimo quæro. An collectores apostolici possint se intromittere de fructib. beneficiorũ uacantium. Respon.fm Egi.de Belleme.deci.755.quæ incipit. Si rector parochialis, ꝙ hodie in beneficiis reseruatis collectores cameræ apostolicæ loco iconomi succedunt, & fructus recipiunt, & conseruant ad utilitatem cameræ apostolicæ. Et dicit ꝙ hodie in beneficiis reseruatis non habet locũ. c.cum uos,de offi.or.& c.cum uenissent, de institu. Nec alia iura quæ loquuntur de custodia ecclesiarum uacantium.Tñ non memini uidisse hoc dictum Egid.seruari in practica.

Collector decimæ papalis debet transcendisse.18.annum, & idem de subcollectore, data paritate iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Collectoris persona debet esse qualificata.*
2 *Exequutores cum clausula,uocatis uocãdis,dati dicuntur iudices delegati.*
3 *Religiosus profeßus non potest esse collector nisi sit qualificatus.*

QVAESTIO 108.

Centesimooctauo quęro. Cuius ætatis esse debeat collector decimæ papalis. Respondeo ꝙ debet trãscendisse.18.suæ ætatis annum, nisi papa ex certa scientia deputaret existentem in inferiori ætate. Aliàs deputatio esset subreptitia.hoc probatur a contrario,per tex. in c.cum uigesimũ. de offi.deleg.ubi hoc clarius uolunt Ab.sic.& Io.de Imol. & ipsemet Io.de Imo.in l.quidam consulebat.ff.de re iudic. ita declarantes tex.in d.c. cum uigesimum.cum collector papæ delegatus sit,ut dixi supra præsertim.q.94.Nec ob.c.qui generaliter,in fi.de procu.li.6.& l.si collectaneus.ff. qui manu. nõ possunt,& quod plene not.Bal.post la.But. in l.exigendi.in 2. co.C.de procu.quia illa iura loquuntur in procuratore ad negotia,q penitus caret iurisdictione,qua non caret collector,
1 ut dixi in d.q.94.& plurib. seq.†Ex quo infero, ꝙ persona collectoris papæ debet esse qualificata,iuxta tenorem.c.statutũ. §.1.de reser.lib.6.uidelicet, quia debet esse constitutus in dignitate,vel personatu ecclesiastico, uel exigitur ꝙ sit canoni
2 cus ecclesiæ cathedralis.†Sicut ẽt dicimus de executoribus gratiarum papæ datis cum clausula,uocatis uocandis, cũ tales censeentur ueri iudices delegati,ut concludunt Dom. de Ro.in nouis deci.354.quæ incipit.Nota ex hoc,& Car.Zaba. post Guil.de monte Lau.in cle.1.in 15.q.de rescri.Et idem dico de subcollectoribus eorum,quando eis esset commissa tota facultas competens ipsis collectorib.per tex.in d.c.statutũ. §.in nullo.Et per id quod notant Domi.de Rota in antiquis deci.99.quæ incipit.No.ꝙ executor datus, secus si subcollector esset deputatus ad certum nudum ministerium tãtum, per ea quæ de subexecutoribus gratiarum scribunt Dom.de Rota in prædicta deci.354. & in antiquis deci.392. quæ incipit,no.ꝙ si in forma,& Arch.& Domi. in d.§.in nullo.Ex pdictis ẽt infero,† ꝙ religiosus professus non potest esse collector,uel subcollector papæ.Pro quo bene facit.c.de præsentium.16.q.1.nisi sit qualificatus,puta prior conuentualis, uel Abb.iuxta cle.& si principalis,de rescri. ẽt si deputaretur nudus minister,siue iurisdictione,per tex.in c.2.de postulando. & c.monachi.el 2.16.q.1.& in clem.religiosus,cum gl.in uerbo licentia. de procur. ubi duo exiguntur,quæ hic non concurrerent.

Subcollector deputatus a collectore cum iurisdictione, in 2. deputatione de primo non facta mentione non dicitur reuocatus. Et quomodo intelligatur reuocari.

SVMMARIVM.

2 *Subcollectores dati sine iurisdictione dicuntur meri procuratores.*
2 *Iurisdictio ordinarij,est magis firma quàm delegati.*
3 *Subcollector deputatus in totum qui iam cepit uti iurisdictione,nec expresse potest reuocari.*
4 *Deputatio specialis reuocat generalem.*

QVAESTIO 109.

Centesimonono quęro. An collector papæ, qui deputauit subcollectorem,si postea in eod.loco deputat alium subcollectorem,non faciendo mentionem de primo, uidea tur prius deputatum subcollectorem reuocare,& reuocatus censeri debeat, Do.de Rot.deci.256.in nouis,quæ incipit. Itẽ collector habens tenent ꝙ sic,per c.non iniuste, de procu. & c.si quem.eo.ti.lib.6. & l.si quis cum procuratorio. §. fi. ff.de procu.Pro quibus bene facit,quod no Io.Cal.in addi.in cap. sua.de offi uica.quem sequitur Pet.de Anch.in cle.unica.cir
1 ca fi.de offi.uica.quod est uerum quando subcollectores†dati sunt ad nudum ministerium exigendi sine aliqua penitus iurisdictione,quia tales sunt meri ꝓcutatores.Sed secus forte dici posset,quando dati essent subcollectores cum iurisdictione,& cohærendi potestate collectoribus ipsis competente,per c.uolentes,& quod ibi scribunt omnes doc.de offi.lega.& per id quod no.gl.in c.in galiarum.25.q.2.& spec. in ti. delega.§.finitur,ver.in summa notandum. Ad quę iura tamẽ posset rñderi,ꝙ loquuntur in duobus ordinarijs,non in dele
2 gatis,quorum†iurisdictio non est ita firma, & fauorabilis,sicut ordinaria. Sed pro prædictis facit text.in l.2.C.de testatu.pro,& contra adduci põt tex.in ca.pastoralis. §. præterea, de offi.delega.Et hoc vltimũ procederet,præsertim, quãdo collector in subdelegatione, seu primi subcollectoris deputatione omnia commisisset,nihil sibi reseruando,& ipse pri-
3 mus subcollector† iam cepisset vti iurisdictione, qm̃ cũ talis nõ possit reuocari expresse,vt est tex.in c.quamuis,de offic.delega.lib.6.Et clarius hoc dicit Inn. in c.in causis.in vlt. col. de elec.quia l.iudicium soluitur.ff.de iudi.non habet locum in delegato,qui in totũ subdelegauit, qñ subdelegatus iã cepit vti iurisdictione,vt no.Ant.de Bu. post gl.in c.super quæstionum.in 3.q.de offi.delega.& Pau.de Cast.in d.l.iudicium soluitur. Multo fortius non poterit reuocare tacite p deputationem alterius subcollectoris, secundum Archi. & Io.And.in d.c.quamuis,de offi. delega.lib.6. Sed si primo deputatus esset subcollector gñalis, postea.2. loco deputaretur
4 spãlis,tunc clarum esset ꝙ per deputationem spãlem† esset reuocatus primus subcollector quo ad illam speciem per regulam,gñeri per speciem.de reg.iur.li.6 Siue dicamus, quando subcollectores deputati sunt cũ iurisdictione,dummodo generalis non cepisset vti iurisdictione in illa specie,per tex. in c.pastoralis.§.qm̃,de rescrip.Siue loquamur,qñ sunt deputati subcollectores,vt nudi ministri, & sine aliqua iurisdõne, per dictum.c.non iniuste,& dictam. l.si quis cum procuratorio.Pro quo vltimo recte intuenti vr̃ casus in l.maritus, ubi ẽt Bar.C.de procu.& text. in l.si longius.§.1.ibi si non sit qui noĩę partis agat.& ibi Ang.ff.de iudi.Et probatur per tex. a speciali in l.si hoĩem.ff.manda.Nec ob.tex.in l.quotiens.§.fi. ff.de admini.tutor. quia ibi loquitur in pluribus tutorib. in quibus diuersa est ratio,ut patet ex his quæ not. gl.in d.l.2.C.

de

Source : BIU Cujas

de testa.tuto.& Cy.ibi in 2.oppo. Et idē dico, si primo esset constitutus specialis,& postea constitueretur generalis, qa per constitutionem generalis subcollectoris.2.loco factam, non intelligeretur reuocatus primus specialis quo ad illam speciem,vt volunt do.de Rot.in nouis decisio.286. quæ incipit. Item siquis constituit,per.c.1.de rescript.& c.dudum de præben.lib.6.

Collectoris facultas probanda est per literas.

SVMMARIVM.

1 *Literæ probant potestatem collectoris.*
2 *Casus in quo testes non probant.*
3 *Creditur honeste, & notæ personæ sine literis.*
4 *Cardinali creditur de commissione sibi facta sine literis.*
5 *Ex stilo curiæ non creditur sine literis.*
6 *Glo.in c.cum olim.de priuile,habet locum quando agitur de modico præiudicio.*
7 *Graue præiudicium est exactio decimarum,& pecuniarum.*
8 *Pecunia dicitur vita hominis.*
9 *Obseruantia palatij apostolici in probanda facultate collectoris.*
10 *Collectoris deputatio in vrbe presente papa probatur per testes.*
11 *Commissiones causarum quomodo probentur,uariæ sunt opiniones.*

QVAESTIO 110.

Centesimodecimo quęro. Qualiter probet ꝙ quis sit vel fuerit collector apostolicus. Do.de Rot.in nouis decisio.256.quæ incipit.Item collector habens, concludunt
1 ꝙ eius facultas,seu potestas probanda † est per literas,ꝑ tex. in l.vnica.C.de manda.princ.& in cū iure,de offi.deleg.& in extrauaganti Bonifa.8.quæ incipit, iniunctæ,pro quibus allego optimum tex.& ibi Bart.in l.prohibitum, circa fi.ibi, cum literis nostris cognouerit.C.de iure fis. lib.10. & in l.1. C.de superindicto, lib.19.facit.l.si qua per calumniam,in fine.C.de epi.& cler.Pro hoc est gl.ordinaria in c.romana,super verbo.in scriptis,ver.25.de censib lib.6.& in c. institutionis.25.q.2.& Spe. in tit. de instr.edi.§.restat,vbi.sed si alij. ibi 19.in legatione,& quod not.Bal.in l.fi.in pen.col.C.de re iu
2 di.† Et sic iste erit vnus casus,in quo non poterit fieri probatio per testes,hoc forte tñ limitari posset,nisi is qui dr̄ colle
3 ctor esset valde honesta,& nota † persona, quia tunc ei crederetur, ꝙ esset collector apostolicus,absque literis papæ, ꝑ gl.notabilem in c cum olim,el 1.in glo.magna.de priuile. q̄
4 extendens.c.nobilissimus.97.distin.dicit,ꝙ non† solum creditur cardinali de commissione sibi facta absq; alijs literis, sed etiam alij honesto,& noto viro, quod ēt tenet Spe. in tit.de legato.§.super est,ver.quod si de legati iurisdictione & in tit.de deleg.§.excipi.uersi.itē excipitur quod nō ostēdit.& Bar.in d.l,prohibitum,& Ludo.ponta.consili. suo 59. quod incipit,in Christi nomine amen ad discutiendū, versi. 4.videndum.Et Abb.siculus in c.quod super his,de fi.instru.
5 vbi Abb.subdit, ꝙ stilus curię † seruat, ꝙ nō credatur eis sine literis,a quo stilo recendum non est.c.quam graui. de crimi.fal.Prædicta procedere videntur præsertim,qñ esset perdita litera commissionis,ſm Inn.in d c.cum olim,quia tūc, secundum eum, si persona est nota & honesta, commissio, vel litera potest probari per testes,quia eius verbis crederetur.Sed circumscripto etiam stilo curiæ mihi magis placet opinio dominorum de Ro.per iura præalleg. & ad gl. in d.
6 † cum olim,& alia iura quæ volunt ꝙ credatur honesto, & noto viro sine literis commissionis, respondeo, ꝙ intelligūtur quando non agitur de pręiudicio,uel saltem leui,& mo
7 dico alterius præiudicio.per id,quod no.gl.in c.sicut,de sen. exce.& Archi.in d.c.nobilissimus,prout est hic,cum agatur de exigendis pecunijs,& 10.beneficiorum, & compellēdis
8 & cohærcendis cleri.cum pecu.dicatur† vita homnis,ut inquit Bal.post gl.in l.aduocati.C.de aduocatis,diuers. iudi.& in l.receptitia.C.de consti.pec.quo casu non creditur ei si sine literis appticis,ēt si sit honesta,& notabilis persona. Et hoc est quod formaliter voluit Bar.in l. palatinos. C. de colla.fun forum fiscalium.lib,11.Et ita ēt firmat Ab.sic.in d.ca. cum olim,hoc modo restringens gl.ibi.Concludo ego,ꝙ ꝑ testes non poterit probari,ꝙ quis sit vel fuerit collector apo
9 stolicus,sed solum per literas deputationis, & ita obseruat palacium † aptticum,quod non admitteret probationem ꝑ testes,etiam probata amissione literarum, quia semper ex registris papæ potest fieri probatio per literas, de nouo expediendo literas. Hoc tamen est limitandū, nisi collector
10 esset † deputatus a papa ad colligendas decimas in cu.rom, seu ab ecclesijs vrbis romanæ papa existente invrbe, quia talis deputatio forte poterit probari per testes, ꝑ id quod notat.Spec.ulin titul.de probatio.§.videndum,versic.quid de auditoribus palatij,& Archi.in d.c nobilissimus. Et prædicta sunt vera,præsertim hoc casu,quo committitur administratio,licet variæ sint opiniones in † commissionibus causarū,an possint probari per testes, quas plenissime ultra oēs refert Io.de Imol.in d.c.cum in iure,referens opi.Gof Inno. Spec.Io an.Arch.Anto.de But & legistarum,& Petr. de bel la per.& Guiel.de cu.in l.ne quicquam.§. vbi decretum.ff. de offi.procon.& lega.
11

Subcollectoria potest per testes probari, videlicet an quis sit uel fuerit collector.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegationes probantur per sola sigilla subdelegantium.*
2 *Testes,& instrumenta parem uim habent.*
3 *Commissio facta per inferiorem probatur per testes.*
4 *Commissio episcopi extra mandatum generale probatur per testes.*
5 *Officialis in his quę ipsi competunt iure ordinario probatur per communem nominationem.*
6 *Mandatum procuratorium potest probari per testes.*
7 *Reuocatio procuratoris potest probari per testes.*
8 *Mandatum procuratoris ad solutionem recipiendam non sufficit probarē per testes.*
9 *Soluenti debet fieri plena securitas per instrumentum.*
10 *Creditor recipiens solutionem debet facere quietantiam debitori.*
11 *Facultas subcollectoris,orta quæstione inter ipsum, & habentem soluere quomodo debeat probari.*

QVAESTIO 111.

Centesimoundecimo quęro. An subcollectoria,videlicet, ꝙ quis sit uel fuerit subcollector papę probari possit per testes,an vero sit necesse,ꝙ probetur ꝑ literas,seu per scripturam.Vī dicendum ꝙ debeat probari per scripturam,per ea quæ no.Inn.in c.quoniā contra.de ꝓba.quem sequuntur Archi.& Io.an.in c.si a subdelegato,de
1 offi.delega.li 6.ubi dicit,† ꝙ subdelegationes probantur per sola sigilla subdelegantium.Tamen credo verius, quia subcollectoria etiam poterit probari per testes, cum enim iste casus non sit de enumeratis per gl.ordinariam in c. romana de censs.li.6.in quibus requiritur scriptura,stabimus regulę
2 † volenti ꝙ parem vim habent testes,& instrumenta, vt.l.in exercendis.C. de fi.instr.Et istam opi.in terminis tenēt.d. de Rot.in nouis deci.256.quæ incipit, item collector habens, dicentes,ꝙ cōmisso subcollectoris,& eius potestas ac exercitium poterit probari per testes,qui fuerunt præsentes tempore commissionis sibi factę,licet collector ibi teneat contrarium.Et pro opi. dominorum de Rota bene facit. Quia
3 commissio facta † per inferiorem a principe probari potest per testes secundum Bal.in l.vnica.C.de manda.prin. allegā tem.c institutionis 25.q.2. quod iudicio meo optime ꝓbat per tex.in c.sicut.de re iud.dum tex.dicit,ex quorum depositione cōstitit,ꝙ magister.A.auctoritate episcopi Lugdunē sis ipsum absoluit.Et hoc tenet Spe.in ti.de proba.§. videndum.circa prin.ver.sed nunquid delegatus,& Ioan. de Imo. post doc.in c.cum in iure.de offi.delega.t idem sentit Ioā. an.in addi.Spe.in tit.de lega §. excipi. versi. item excipitur quod non ostendit.Et pro hoc facit quod notant do.de Rota in nouis deci.370.quæ incipit. Item si episcopus dat, & committit vicario suo aliquid quod non veniat in generali mandato,puta quod recipiat resignationem alicuius be-
4 neficii,& illud conferat,illa † commissio ęque bene poterit probari per testes,sicut per scripturam,vt in c.cum Ioan. de fi.instru quia secundum eos.l.vnica.C.de man. pri.habet solum locum in delegato papæ,& imperatoris,non autem inferiorum.In his vero quæ de iure cōmuni,& ordinario cō-
5 petunt vicario seu officiali,† si negaretur officialis, sufficit probare communem nominationem ac reputationem ac reputationem,& habitionem,secundum.d.de Ro.in nouis deci.45.per.l.Barbarius.ff.de of.præto.& per ea quæ no.Inno.in c.nihil est,de elec.Et prædicta procedunt,qñ subcollector datus est cum iurisdictione,& cohærcēdi facultate. Si aūt subcollector esset deputatus ad nudum ministerium exigendi sine aliqua iurisdictione, quia talis censetur ꝓcurator ad negotia.Tunc etiam idem vī dicendū.s. ꝙ facultas sua ꝓbari poterit ꝑ testes,qm̄ l3 uariæ sunt opiniones inter
6 doc.an mādatū ꝓcuratorioriū † probari possit ꝑ testes.Tñ gl.& magis communis opinio cano.in c.1.de ꝓcura.& Gui. de monte lau.& communiter doc.in cle.1.de procu.& Bar. & communiter legistæ in l.1.C.de procu.& Spe.in tit.de ꝓcu.§.ratione autem formæ.circa prin.ver.porto, vbi quis, & ibi Io.an.in addi.& Bald.in l.fi.C.de re iudi. volūt ꝙ mā-

datum

datum procuratorium probari possit per testes, & uidetur satis probari per tex.in ca.ex insinuatione, de procu.ubi patet,
7 ꝙ reuocatio † procuratoris potest probari per testes, & etiã per unum testem cum iuramento in supplementum probationis. Sed contra prædicta in terminis nostris uergere uidetur,quod scribit Bal.in l.falsus,in pe.col.uer.utrum aũt mandatum.C.de furt. qui limitans prædictam communem doc. opinionem,dicit,quod procuratori ad recipiendam solutio
8 nem † non sufficit probare mandatum per testes,quia soluen
9 ti debet fieri plena securitas † per instrumẽtum publicum, ut l.plures apochis.C.de fi. instru. Sed si de mandato nõ apparet per instrumentum,non potest facere securitatem debitã per instrumentum,sicut debet,ut l.sicut datam. C. de libe.causa. Subcollector autem talis est, quia deputatus est ad recipiendam solutionem,ergo in eo procedere uidetur doctri.Bald. Sed posset dici,ꝙ dictum Bald. non sit uerum,quia nullo iure probatur,quoniam iura allegata per eum nõ dicunt hoc,sed
10 dicunt ꝙ creditor recipiens † solutionem a debitore tenetur ei facere instrumentum solutionis receptæ. Item dato ꝙ debitori non constaret de mandato procuratoris ad recipiendam solutionem per instrumẽtum, satis ei possit consuli ad plenam securitatem solutionis,si faceret examinari ad æternam rei memoriam testes,per quos probatur de mãdato procuratoris ad recipiendam solutionem,iuxta ca. significauit. & c.Albericus,de resti.Sed saluãdo dictum Bal.posset distin
11 gui,† ꝙ aut est quæstio inter subcollectorem, & habentẽ soluere decimam,uel debitum,qui non vult soluere,nisi sibi cõstet de facultate subcollectoris per instrumẽtum, & tunc uerum sit dictum Bal. quòd tunc non sufficiat probare mandatum per testes. Aut est quæstio de præterito,uidelicet utrum ille cuius beneficium dicitur modo reseruatum, fuerit aliàs unicus subcollector papæ,& tunc talis deputatio poterit probari non solum per scripturam, sed etiam per testes,qui interfuerunt deputationi,prout dicit decisio Rotæ supra allegata,quam obseruat palacium apostolicum. Et hanc distinctionem sumo ex uerbis Io.And.in addi.in d.§.ratione autem formæ,uers.porro ubi quis,in addi.quæ incipit.Videtur auctor præsupponere,in fi.ubi dicit, quod etiam quando eẽt uera opinio tenentium, ꝙ mandatum procuratorium non posset probari per testes, illud procederet solum quo ad lites prosequendas,quoniam si ageretur de præterito, an talis fuerit procurator,rationes eorum non urgerent,& meritò probatio per testes admitteretur, siue quæstio sit inter procuratorem,& dominum,siue inter alterum eorum,& tertium,siue inter duos tertios.

Lex, Barbarius.de offic.præto.an habeat locum in collectore,& subcollectore papæ.

SVMMARIVM.

1 *Tollerantia,& communis error operatur ualiditatem gestarum in delegato iuxta.l.Barbarius.*
2 *Priuati non possunt dare iurisdictionem.*
3 *Quando non constat de deputatione collectoris communis error nihil operatur secundum Innocentium.*

QVAESTIO 112.

Centesimoduodecimo quæro.

An.l.Barbar. de off. præto.habeat locũ in collectore,& sub. collecto papę,ita ꝙ sufficiat,pbare,ꝙ cõmuniter sic habebat & reputabatur collector,subcollector,& vt talis publice exercebat,non docto aliàs de deputatione sua. Videtur ꝙ sic,per tex.in l.si arbiter.C.de sen.& interlo.om.iu.& in §.tria. uersi. nerum.3.q.7.ubi patet ꝙ tollerantia, & communis error ha
1 bet † locum,& operatur ualiditatem gestorum etiam in delegato,& est text.a contrario quem ibi ponderat Ant. de But. in c.ad probandum,de re iud.& ideo Guiel.de Cu.in d.l.Barbarius,tenuit,ꝙ tollerantia, & communis error, seu opinio haberet operari ualiditatem gestorũ in delegato ad uniuersitatem causarum,qualis uidetur esse collector, & subcollector,ut dixi supra q.93.Secus dicit Guiel. de Cu.in delegato ad vnam causam,quia cum ille solum habeat iudicare inter
2 duos,ibi non potest cadere cõmunis error,nec priuati † possunt dare iurisdictionem,vt.l.priuatorum.C.de iurisdi.omiudi.Sed Inn.in.c.cũ dilecta,de rescr.& in.c. sciscitatus,eo.titener indistinctè,ꝙ tollerantia,& communis error nihil habet operari in delegato.Credo quo ad terminos nostros, ꝙ
3 ex quo non apparet † de deputatione collectoris vel subcollectoris modis de quibus dixi in duabus quęstionibus prędcedentibus, quòd uerior sit opinio Inn.uidelicet, quòd tollerantia, & communis error hoc casu nihil operetur. Et hanc conclusionem colligo ex his quæ diffuse scribit Ant.de But. in repe.c.consultationibus.in 8.charta.uer.secundo principaliter,de iurepatro.& in d.c.cum dilecta,& in d.c.sciscitatus. ubi approbat opi.Inn.quando non apparet aliqua deputatio, seu auctoritas superioris.Et ad §.uerum.l.si arbiter. allegat. in contrarium respondet,ꝙ ibi nõ deerat deputatio,nec auctoritas superioris,sed aderat uitium,& inhabilitas in persona delegati,quod uitium delegans tẽpore deputationis ignorauit,quo casu tollerantia, & communis error bene habet operari in delegato propter deputationem superioris accedẽtem,quæ etiam non defuit in casu. l.Barbarius. prælat. Concludo ergo,ꝙ tollerantia,& communis error nõ habet operari in collectore papæ,nec in subcollectore, non apparente deputatione superioris, præsertim si non agatur de ualiditate gestorum,sed ad effectum, ꝙ beneficia sua sint reseruata, ex eo,ꝙ fuerit collector, vel vnicus subcollector papæ.

Facultas collectoris, uel subcollectoris papæ per transumptum non probatur.

SVMMARIVM.

1 *Exemplaria non sufficiunt, nisi originalia exhibeantur.*
2 *Exemplum non docere de mandato procuratorio.*
3 *Transumpto ab originali solemniter creditur.*
4 *Obseruantia palatij apostolici quo ad iura extracta seu transumpta.*
5 *Commissa causa in curia per papam ligatę sunt manus ordinariorum.*
6 *Trasumpto facultatis collectoris ex regiſtris bullarum papę creditur.*
7 *Obseruantia palatij apostolici quo ad transumpta.*
8 *Sumpto de regiſtris bullarum litis pendẽ. extra curiam non creditur sine bulla plumbata.*
9 *Sumpto de regiſtro supplicationum papę non creditur ex ſtylo curię.*

QVAESTIO 113.

Centesimodecimotertio quęro.

An sufficiat docere de facultate,seu deputatione collectoris vel subcollectoris papę per transumptũ. Ludo. Ponta. consil. 338.quòd incipit.Omnipotentis Dei postulato suffragio,circa propositam consultationem,in secundo dubio,cõcludit, ꝙ non,per c.1.de fide instr.& l.sancimus.C.de diuer.rescrip. canonizatam.25.q.2.c.sancimus.& auctenti.si quis aliquo.C.
1 de ęden.quę iura dicunt,ꝙ nõ sufficit exhiberi † exemplaria, nisi exhibeantur originalia.Per hoc quod notat Egid. de bellemę.decisione 456. quæ incipit. Si per appellationem, vbi
2 vult,ꝙ non sufficiat regulariter doceri de mandato † procuratorio per exemplum, nisi in casu illo ad effectum deuolutionis,quando mandatum procuratoris appellantis fuit exẽplatum de consensu procuratoris appellati. Si tamen fuisset
3 transumptum ab originali solemniter † iuxta formam. cap.fi. & quod ibi notat Inn.& doc. de fide instr. tunc ei adhiberet eadem fides,quæ adhiberetur originali, ut uolunt doc. in d. c.fi. & Ang. & alij in d.auc.si quis in aliquo. Quod intelligo uerum,quando tempore transumptionis nulla adhuc lis pen
4 debat.Sed si lis pendebat in curia,† tunc palatium apostolicum obseruat,quòd etiam si transumptaretur cum solennitate,de qua in.d.c.fi.ei non adhibeatur fides,nisi iura sunt extracta,seu transumpta in uim compulsoriæ decretæ ab auditore coram quo pendet lis.Et hęc practica forte fuit fundata per c.fi.& per totum,ut lit.penden.Et quia postquàm per pa
5 pam commissa † est causa in curia, ligatę sunt manus ordinariorum totaliter, secũdum Dominos de Rota in nouis deci. 394.quę incipit.Item si lit.pendente.per tex.in c.ut nostrum. de appell.& c.si eo tempore.de elec.lib.6. Si tamen produce
6 retur sumptum facultatis collectoris de regiſtris † bullarum papę,tunc ei adhiberi debet fides sicut literis originalibus,secundum Dominos de Rota in antiquis deci. sexcentesima. 21.quę incipit,Non sumptum de regiſtro,& deci.sexcentesima.31.quę incipit.Nota ꝙ sumptum. Et ita hodie obseruat
7 palatium † apostolicum, quia postquàm talia sumpta clausa, & sigillata sunt producta coram auditore causæ in curia, recognito sigillo, tali sumpto adhibetur plena fides, Secus tamen esset in causis pendentibus extra curiam, quia tali sum-
8 pto † de regiſtro bullarum cum solo sigillo non adhibetur fides, nisi produceretur bulla plumbata. Et hęc forte practica admissa est, ut sine literis credatur sumpto cum solo signeto in curia Romana,quia si de viribus sumpti dubitaretur, faciliter haberi posset in curia recursus ad papam, per ea quæ in simili notat Spe.in tit.de proba.§.uidendum.uers.quid de auditoribus,quod non posset faciliter fieri si sumpta producerentur extra curiam. Dicunt tamen Domini de Rota in antiquis

Source : BIU Cujas

tiqnis in præalle.decisi.sexcentesima.21.& decisi.sexcentesima.81.q̃ stilus curiæ†obseruat q̃ non credatur sumpto procto de regi∫tro ∫upplicationum papæ.Sed forte ille ∫tilus fuit olim.Sed hodie curia obseruat,& æque credatur sumpto regi∫tri ∫upplicationum papæ,sicut sumpto regi∫tri bullarum, dummodo manus officialis,& sigilla recognoscantur.

Subcollectoris nudi facultas, seu deputatio sine manu notarij,& testium subscriptione per literas collectoris cum suo sigillo probatur.

SVMMARIVM.

1 *Subdelegationes probantur per sola sigilla subdelegantium.*
2 *Literæ iudicum,ut probent,habeant adminiculum testium.*

QVAESTIO 114.

Cẽtesimodecimoquarto quęro.

an per literas collectoris cum sigillo suo sine manu notarij,& subscriptione testium probetur facultas, seu deputatio subcollectoris.Respondeo q̃ sic,per ea quæ notat Inno.in c.quoniam contra de proba.ultra medium.uer.alii dicunt,& sic etiam,ubi tenet q̃ subdelegationes probantur†per sola sigilla subdelegantium,& sic dicit papam iudicasse, quod dictum sequuntur Arch.Ioan.And.& Domi.in c.si a subdelegato.de offi.deleg lib.6.& Ant.de But.in c.post cessionem.in 2.carta. de proba.& Domini de Rota in antiquis deci. septingentesi maprima.quæ incipit Nota quòd non creditur, & hoc satis uelle uidetur,etiam Spe.in ti.de remissio.§.ut.le.uer. sed nun quid remissio.& in tit.de proba.§.uidendum.uer.x.per literas.Et pro hoc bene facit, quod notant Domini de Rota in antiquis decisi.quingentesima.74.quæ incipit. uerum credatur executori.Nec obstat tex.in c.quoniam contra.de prob. & in c.cum a nobis.de testa. ubi uidetur requiri,quòd literæ iud.cum ad sui†ualiditatem habeant adminiculum testium, quia respondeo, quod ca. quoniam contra.loquitur in actis causæ grauis præiudicii, non autem in his quæ sunt læuis p̃judicii, prout est nuda subdelegatio.Item c.cum a nobis.nõ dicit,quod literæ iudicum nõ probent sine subscriptione testium,sed dicit,quod non tantum probant,quin per duos testes possit probari contrarium. Et hæc contraria isto modo soluit Ant.de But.in c cum a nobis. Et prædicta procedunt quando subcollector deputatur cum iurisdictione.Si autem deputaretur,ut nudus exactor, tunc clarum esset, q̃ per literas collectoris cum sigillo suo probaretur deputatio subcollectoris per tex.in l.1.ff.de procu.& in clem.1. de procurato. Dum tamen literas receperit, antequam exerceat officium subcollectoris,secundum Bar.consi.73.quod incipit. Quæritur utrum procurator,sicut de instrumento mandati procuratorii dicunt Spec.in titu.de procu.§.1.uer.sed quid si procuraterium.& Archi.Ioan.And.& Domi.in c.is qui. de procu.lib.6.& Bal.in l.licet.C.de procu.& in l.qui in Domini. ff. de testam.& sentit glo.in clem.1.in uerbo receptis,& ibi docto.de procu.& in plurimis aliis locis,facit tex. in l.quæro.ff. de eo qui pro tuto.

Beneficia collectorum, & subcollectorum apostolicorum sunt reseruata qualitercunque vacent.

QVAESTIO 115.

Cẽtesimodecimoquinto quęro.

An beneficia collectorum, & subcollectorum apostolicorũ sint reseruata.Respondeo,quòd per constitutionem.Benedicti 12.quæ incipit.Ad regimen,beneficia quorumcunq; collectorum apostolicorum sunt reseruata,ubicunque collectores ipsos mori contigerit, antequam ad Romanam curiam redierint,seu uenerint, quæ reseruatio cum aliis ibi contentis est innouata per successores pontifices,& præsertim p̃ pontificem modernũ Sixtum quartum in prima sua regula cancellariæ quæ incipit.in primis reseruationes,sed postea p̃ specialem aliam regulam,quæ incipit,item reseruauit generaliter idem pontifex Sixtus ampliando constitutionem Benedicti,inhęrendo quasi formaliter regulis proximorum prædecessorum pontificum, reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque collectorum etiam unicorum in quacunque ciuitate uel dioces̃i,qui suo tempore eorum officia exercuerint subcollectorum fructuum,& p̃uentuum cameræ apostolicæ debitorum,illa dumtaxat,quæ durante eorum officio obtinuerunt,& in quibus seu ad quæ ius tunc eis competierit,& sic non solum erunt reseruata si uacent per obitum,ut dicebat extrauagans,ad regimen. sed etiam qualitercunque uacent.

Beneficia collectorum, & subcollectorum, quæ obtinebant tempore collectorię,& subcollectoriæ,& in quibus ius tunc eis competebat,censentur affecta etiam post finitum officium.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio uel affectio non cessat donec de eis fuerit per papam prouisum, & sic purgata fuerit reseruatio, & hoc ratione cuiuscunque officij papæ,dummodo sint sine temporis præfinitione.& nu.2.*
3 *Omnis dispositio limitata limitatum producit effectum.*

QVAESTIO 116.

Centesimodecimosexto quæro.

An beneficia collectorum, & unicorum subcollectorum papę,quę habeant tempore quo fuerunt collectores, uel unici subcollectores,seu in quib.ius tunc eis competebat,censeantur reseruata,uel saltem affecta,ẽt postquã desierint esse collectores uel subcollectores. Respondeo q̃ sic,ita quòd†reseruatio uel affectio non cessabit,donec de eis postea vacentib. fuerit per papam prouisum,secundum Dominos de Rota in nouis decisione 172.quæ incipit.Item licet iuxta ordinationem,& in antiquis deci.410.quæ incipit. Not.q̃ beneficia, & deci.412.quæ incipit Nota licet secũdum ordinationem. & deci.sexcentesima.17.quæ incipit. Si beneficia alicuius sunt reseruata,per c.vt nostrum.de appel.& cap.si eo tempore.de elec.li.6.Et super hoc specialiter emanauit extrauagans Pauli papæ secundi,quæ incipit.ad Ro.Pon.prouidentiam. declarãs, quòd beneficia semel reseruata seu affecta semper remaneant reseruata,& affecta, donec per prouisionem papæ purgata fuerit reseruatio seu affectio. † Et idem de reseruatis ex capite capellaniatus,uel familiaritatis,uel alterius officii papæ post argumenta ad utranque partem concludere uidẽtur Domini de Ro.in antiquis deci. quingentesima.4. quæ incipit,Papa reseruauit omnia beneficia.Et pro hoc facit tex. in l.prætor.§.is etiam.ff.de æden.& in l.palam.§.nõ solum.ff.de ritu nup. Et nisi esset extrauagans Pauli præal. forte dici posset,q̃ reseruationes prędictæ inquantum resultant ex regulis cancellariæ,quę temporalis est ad uitam Pontificis cõcedentis,ut actus non operetur ultra intentionem agentis,ut l.non omnis.ff.si cer.peta.Et ad illud,quod dicitur, q̃ reseruatio ꝑdurat,donec sit purgata per prouisionem papę,ut in iurib.supra allegatis,respondetur, q̃ intelligitur de reseruationibus emanantibus sine temporis prefinitione, secus in his, q̃ sunt tempore limitatæ,quia†omnis dispositio limitata limitatum producit effectum,ut l.in agris.ff.de acqui.re.domi.nisi dicatur, q̃ ex quo regula cancellariæ sortita fuerat effectum suũ quo ad reseruationes,effectus durat perpetuò, licet cesset regula illa cancellariæ,per ea quę notat Inn.& doc.in c. ultim. de constitu.Sed extrauagans Pauli, ut dixi, tollit hanc difficultatem.

Reseruatio beneficiorum collectorum, uel unicorum subcollectorum dicitur reseruatio specialis.

SVMMARIVM.

1 *Omnis reseruatio inducta per regulas cancellariæ dicitur specialis.*
2 *Reseruatio cum sit contra ius commune dicitur ius speciale.*

QVAESTIO 117.

Centesimodecimoseptimo quæro.

An reseruatio beneficiorum resultãs ex persona collectorum, uel unicorum subcollectorum papæ dicatur reseruatio generalis,uel specialis. Domini de Rota in nouis deci.176.quæ incipit.Item quòd beneficia dicunt,q̃ de hoc fuit dubitatum, & in Rota fuit determinatum, & etiam per Dominum uicecancellarium, q̃ esset reseruatio specialis. Et idem uidentur velle Domini de Rota in antiquis decis. septingentesima.84. quę incipit.Et dicitur specialis reseruatio.Sed si bene aduertantur uerba regulæ cancellarię Pontificis moderni Sixti quarti de collectoribus,& subcollectoribus loquentis, videtur

Source : BIU Cujas

tur determinare, ꝙ talis reſeruatio ſit generalis, dum dicit. Itē reſeruauit generaliter omnia beneficia eccleſiaſtica quorumcunque collectorum &c. Poſſet tamen forte dici, ꝙ licet quo ad verba regulæ cancellariæ appellatur generalis reſeruatio, tamen quo ad effectum, inquantum regula diſcrepat
1 a terminis conſtōnis, ad regimen, ſit ſpālis reſeruatio. † Quia
2 omnis reſeruatio inducta per regulas cancellariæ, inquantū diſcrepat a reſeruationibus contentis in extrauaganti Benedicti. 12. quæ incipit. Ad regimen, eſt ſpecialis reſeruatio ſecundum Do. de Rota in nouis deci. 331. quæ incipit. Item ſi mandatur mihi, & ita dicunt fuiſſe terminatum in Rota poſt publicas relationes, quia cum ſit † reſeruatio contra ius cōe, non poteſt negari, quin illud ſit ius ſpeciale, vt l. ius ſingulare. ff. de leg. licet verba regulæ cancellarię aliud ſonent.

Beneficia quorumcunque collectorum, etiam ſi non ſit vnus, ſunt reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, quorumcunque, ampliatiuum eſt.*
2 *Regulæ loquentes de reſeruationibus, loquuntur generaliter.*
3 *Differentia inter collectores, & ſubcollectores quo ad reſeruationem.*

QVAESTIO 118.

Cēteſimodecimooctauo quęro.

An beneficia quorumcunque collectorum apoſtolicorum ſint reſeruata, etiam ſi non ſint vnici collectores, ſed ſint plures ſimul, etiam non inſolidum deputati. Reſpondeo ꝙ ſic, propter verbum, quorumcunque, poſitum in extrauaganti Benedicti. 12. quæ incipit. Ad regimen. & in regula cancellarię moderni Pontificis Sixti quarti de collectoribus loquen
3 te. † Quod uerbum, quorumcunque, eſt verbum ampliatiuū, vt notat gloſſ. in clem. dignum, in verbo quorumcunque. de cele. miſſ. & in clementina, ſi beneficio. de præben. in uerbo cuiuſcunque. Et adhuc quando non eſſet illud uerbum, quo
2 rumcunque, † conſtitutiones prædictę de reſeruationib. beneficiorum collectorum loquētes loquuntur generaliter, ergo generaliter ſunt intelligendę. l. de pretio. de publicia. & ca. ſi
3 Romanorum. 19. diſt. Nec † unitas requiritur in collectorib. ſed in ſubcollectoribus dumtaxat per regulas cancellarię ad inducendam reſeruationem.

Beneficia collectorum, uel ſubcollectorum, quæ poſt officium fuerunt aſſecuti, non dicuntur reſeruata.

QVAESTIO 119.

Centeſimodecimonono quæro.

An beneficia, quę collectores vel ſubcollectores papæ acquiſiuerunt, ſeu aſſecuti ſunt, poſtquam deſierunt eſſe collectores, ſint reſeruata. Reſpondeo ꝙ non, ſecūdum Dominos de Rota in antiquis deci. 700. quę incipit. Dic ꝙ beneficia collectorum, & in nouis. deci. 176. quę incipit, item quod beneficia collectorum, & de hoc clare uidetur etiam regula cācellarię Sixti quarti Pontificis moderni, quę incipit. Item reſeruauit generaliter, dum in fine ſui dicit, illa uidelicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinuerint, & in quibus, ſeu ad quę ius tunc eis competierit.

Beneficia collectorum uel ſubcollectorum, quę ante officium collectoriæ obtinebant, etiam dicuntur reſeruata.

QVAESTIO 120.

Centeſimouigeſimo quæro.

Collector vł unicus ſubcollector papę acquiſiuit ſeu aſſecutus eſt beneficia antequam eſſet collector uel ſubcollector, quæ etiam tenuit tempore quo fuit collector uel unicus ſubcollector, an talia beneficia ſint reſeruata. Quidam dicunt quod nō, & inhęrentes vulgari prouerbio exponunt uerbum, obtinuerint, poſitum in regula cancellarię de collectoribus loquente, id eſt impetrauerint ſeu aſſecuti ſunt tempore, quo fuerūt collectores. Sed hoc eſt falſum, ut patet ex finalibus uerbis regulę, quæ dicūt. Et in quibus ſeu ad quę ius eis competierit, per quę uerba manifeſte apparet, quòd etiam ſi beneficia aſſecuti fuerint antequā eſſent collectores vel ſubcollectores, dummodo ius eis competat tempore, quo fuerūt collectores uel ſubcollectores, talia beneficia ſunt reſeruata. Et hoc etiam tenet deciſ. Rotæ in nouis. 176. quæ incipit. Item quòd beneficia collectorum.

Beneficia collectorum, ſeu ſubcollectorum, in quibus tempore collectorię tantum ius habeant, ſed non poſſidebant, dicuntur reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, obtinuerunt, in regula poſitum refertur ad ius non ad factum.*
2 *Reſeruatio inducitur per ſolum ius.*
3 *Verbum, obtinent, poſitum in cap. præſenti. de præben. in 6. inducit reſeruationem.*

QVAESTIO 121.

Centeſimouigeſimoprimo quæro.

Collector uel unicus ſubcollector papę tēpore quo fuit collector, uel ſubcollector habuit ius in beneficio, ſed nunquam poſſedit illud beneficium, an tale beneficium erit reſeruatum. Re
1 ſpōdeo ꝙ ſic, quia uerbum † obtinuerit, poſitum in regula cancellarię de collectoribus loquente, refertur ad ius, non ad factum, ut eſt tex. c. ſi gratioſe. in fi. & c. ſi pro te. de reſcri. li. 6. & in c. 1. de reg. iur. li. 6. & in c. ſuper eo. de pręb. li. 6. & gl. in c unico. de eo qui mit. in poſſ. li. 6. Et hoc clarius probatur per ultima uerba regulæ prędictę, quę dicunt. Et in quibus ſeu ad q̄
2 ius tūc eis competierit. ubi papa ad reſeruationem † inducendā uidetur clare uelle, ꝙ ſufficiat, ꝙ habeat ius in beneficio. Ex quo infero, ꝙ c. pręſenti. de pręb. lib. 6. uolens, ꝙ beneficia
3 quę † obtinent curiales morientes apud curiam per duas dietas ſunt reſeruata tanquam uacantia in curia, habet locum, etiam ſi ius ſolum habeant in beneficiis illis, licet nunquam eorum poſſeſſionem habuerint.

Beneficia in quibus collector, uel unicus ſubcollector nullum ius habeat, licet ea poſſideret tempore collectorię, dicuntur etiam reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio ſolum refertur ad ius, non ad poſſeßionem.*
2 *Papa reſeruat etiam beneficium de facto poſſeßum.*
3 *Verba, quę obtinent, intelliguntur ſiue de iure, ſiue de facto, dummodo poſſideat.*
4 *Interdicto ſupponitur terra alicuius quam ille poſſidet etiam de facto.*
5 *Genitiuus, de propria, & ſtricta ſignificatione in ſtatuto denotat dominiū.*
6 *Verbum, obtinuerint, poſitum in regula refertur ad ius.*
7 *Verbum, obtinet, accommodatur ad ius, et ad factum pro materia ſubiecta.*
8 *Opinio dominorum de Rota ſaluatur, quando titulus, ſiue ius beneficij penes aliquem non reperitur tempore uacationis.*
9 *Opinio contraria ſaluatur, quando tempore uacationis titulus erat penes illum.*
10 *Papa habet liberiorem poteſtatem in beneficio uacanti quàm in pleno.*
11 *Papa non præſumitur uelle derogare iuri alterius.*
12 *Beneficij reſeruati præiudicium.*
13 *Beneficia reſeruata non poßunt permutari.*

QVAESTIO 122.

Centeſimouigeſimoſecundo q̄ro

An collector, ſeu unicus ſubcollector papę tpe quo fuit collector uel ſubcollector poſſedit certa beneficia, in quib. nullū ius hēbat, an talia beneficia ſint reſeruata. Dubium facit, qa in regula cancellarię non eſt uerbum, uacantia, neq; uacatura, qđ ſi adeſſet, clarum eſſet, ꝙ nō eſſent reſeruata, quia † vacatio ſolum refertur ad ius, non ad poſſeſſionem, vt eſt text. in clem. 1. §. neutro, vt lite penden. Super hoc puncto domini de Rota in antiquis deciſ. 274. quæ incipit, Nota ꝙ ibi Papa,
2 dicunt, ꝙ ſi Papa † reſeruat beneficia, quæ obtinet Titius, ſi ille poſſidet beneficium de facto, & ſine aliquo iure, tale beneficiū intelligitur reſeruatum, quia verba illa, beneficia quę ob-
3 tinet Titius, sūt uerba † generalia, q̄ intelligunt̄, ſiue obtineat de iure, ſiue de facto, dūtamen ſit in poſſeſſione, arg. l. ſtipulatio iſta. §. ſiquis forte. de ver. ob. Et pro hoc allegant notata p Arch. in c. ſi ſnīa. de ſent. ex com. lib. 6. vbi dicit, ꝙ qñ mandatur terram alicuius domini ſupponi interdicto, † nō ſolum
4 intelligitur de terra, quā poſſidet de iure, ſed ēt de facto tantū, ad qđ allegant. c. j. ver. nec valet. de poſtula. prælato. Et ita dicunt tenere cōiter audientiam. Et ita vł eſſe in caſu iſto, quia regula cancellariæ, quę loquitur de collectorib. vtiſ verbo,

Source : BIU Cujas

bo,obtinuerint.Sed forte posset dici,q̃ prædicta non procedant de iure, quia regula prædicta cancellariæ loquitur de
5 beneficiis collectorum,& subcollectorum,qui genitiuus†de propria, & stricta significatione,maxime in statuto, denotat dominium,& non solam possessionem,ut notat Barto.in rubrica de no.ope.nun.& in l.1.§.potestatis.ff.de pecul.per tex. in l.2.§.in locum alterius.ff.de religio.& sump.fune.& in l.ser uum Titij.ff.manda.& in l.si hæredis seruus.de lega.1.Et per consequens regula cãcellariæ utens genitiuo uidetur habuisse respectum ad ius, & titulum beneficij,non autem ad solã
6 possessionem.Et quia uerbum†obtinuerint, ibi positum refertur ad jus tantum,ut in c.si gratiose.in fine.de rescri.lib.6.
7 & latius dixi supra proxima quæstione.†Nisi quando uerbũ obtinet, profertur in materia in qua si referretur ad ius tantum,& non ad factum tantum,seu possessionem tantum, q̃s reportaret commodum de suo dolo, & melioris conditionis esset delinquens quàm iuste agens, vt est textus in clem. si quis suadente.§.1.de pœnis.& probatur per tex.in ca.si proponente.de rescrip.& in c.non potest.in §.fina.& ca.si motu proprio.de præb.lib.6.coniuncto tex. cum glo.in uerbo obtinebat.in ca. eum qui. de præbend.libro 6. Et ita proprie loquitur Arch.in d.ca.si sententia,quia si ibi terra, quam possidet de facto tantum,nõ subiiceretur interdicto, esset melioris conditionis tyrannus,quàm iuste possidens, quod non occurrit in casu isto,q̃ando agitur de reseruatione,quia ex reseruatione intrusus in beneficio non est melioris conditionis,nec deterioris,ex quo nullũ ius habet in beneficio. Nec uideo quod l.stipulatio.§.siquis forte, de uerborum obliga. faciat aliquid ad propositum,quoniam ibi dicit tex. quòd stipulatio, habere licere, habet locum etiã,si agatur de solo iu
8 re sine possessione.†Posset tamen, saluando opinionem dominorum de Rota,distingui.Quod aut ius,siue titulus beneficii,quòd collector uel unicus subcollector possedit sine aliquo iure, uel titulo canonico tẽpore quo fuit collector, uel subcollector non reperitur penes aliquem tunc fuisse,sed uacabat. Et tunc procedat opinio dominorum de Rota. Aut
9 tunc temporis†ius, & titulus beneficii erat penes alium,licet possessio. sola esset penes collectorem uel subcollectorem. Et tunc habeat locum opinio contraria, quia licet papa in beneficiis habeat plenissimam potestatem,ut in c.2. de præb.
10 lib.6. Tamen liberiorem†habet potestatem in beneficio vacanti,quàm in beneficio pleno,& nõ uacanti,saltem ex men
11 te sua,qua†non præsumitur uelle derogare iuri alterius,ut in c.super eodem.de officio delega.& c.ex tuarum. de auct. & usu pal.Præiudicaretur enim iuri tertii penes quem est titu-
12 lus beneficii,si eius beneficium diceretur reseruatum.†Quoniam non posset illud permutare in manib. ordinarii,secundum Federi. in tractatu suo de permutatione beneficiorum quæstione prima, & Domini de Rota in nouis decisio. 24. quæ incipit.in secundo dubio,per tex.in extrauaganti Benedicti duodecimi,quæ incipit. dudum. & in extrauaganti Io. vigesimi secundi,quæ incipit,execrabilis.in fine.ubi patet,q̃
13 beneficia reseruata non possunt†permutari in manibus ordinarii,quod etiam expresse tenent Lap.& do.de Sanct.Gemi. in c.unico.de rerum permu.lib.6.& Galp.Calde.in suis consiliis in titu.de re.permu.consi.3. posset etiam ei in multis aliis præiudicare. Et ideo dici debet, q̃ tunc reseruatio non extendatur ad talia beneficia.

Beneficium,de quo papa mandauit prouideri collectori,uel unico subcollectori datis exequutoribus, mortuo collectore,antequam uacet,an dicatur reseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Reseruationes speciales in gratijs expectatiuis cum datione exequutoris non ligant manus ordinariorum.*
2 *Gratiæ expectatiuæ sunt odiosæ.*
3 *Reseruationes ad supplicationem partis sunt odiosæ.*
4 *Reseruationes ex motu proprio non sunt odiosæ.*
5 *Dispositio c. unici. de rerum permu.non haberet locum quando reseruatio fit motu proprio.*
6 *Reseruatio specialis cum clausula infra mensem, non durat post mortem expectantis.*
7 *Gratia expectatiua sine clausula, infra mensem,facta motu proprio durat post mortem.*
8 *Regula cancellariæ loquens de collectoribus reseruat beneficia in quibus collector habebat etiam ius ad rem.*
9 *Dispositio emanans per uiam legis dicitur emanare motu proprio.*
10 *Appositio manus papæ ligat manus inferioris.*
11 *Appositio manus papæ fortius operatur super certo beneficio, quàm incerto.*
12 *Appositio manus papæ licet non sortita effectum liget manus ordinariorum,non ligat tamen manus expectantium.*

QVAESTIO 123.

Cẽtesimo uigesimo tertio quẽro.

An quãdo papa Titio collectori uel unico subcollectori suo mandauit prouideri de primo beneficio uacaturo in certa ecclesia datis executoribus, deinde moritur collector, uel subcollector, antequam uacet beneficium, postea uacat beneficium, quæritur an illud beneficium censeri debeat reseruatum.Fed.de Senis in tract. de permut.beneficio.q.1.con-
1 cludit, quòd reseruationes speciales,† quæ emanant in gratiis expectatiuis cum datione executoris, non operantur effectum ad ligandas manus ordinariorum, quia sicut gratiæ
2 †expectatiuæ sunt odiosæ,ut in c.quamuis.& c.cui de non sa-
3 cerdotali.de præb.lib.6.Ita & reseruationes†& executorum deputationes super eis emanatæ, quando emanant ad supplicationem partis,ut in c.si super gratia.de offic.delegat.lib.6.
4 Secus secundum eum,si reseruationes generales†uel speciales emanent motu proprio, quia tales reseruationes nõ sunt odiosæ,sed sunt fauorabiles,& plenam recipiunt interpretationem,ut in cap.si pluribus.de præben.lib.6.& in clemen. si Romanus. eodem titu. quod dictum sequuntur Domini de Rota in antiquis decisi.274. quæ incipit. Nota quòd ubi papa,in fine,& allegant etiam Ioan.And.in cap.præsenti.de offic.delegat.& sequitur etiam Ioan.de Imola in cap. ultimo. in 17.colum. de rerum permuta. uersi. circa tertium princi-
5 le.† Et propterea concludit,quòd dispositio capitul. unici. de rerum permu.lib.6. non habere locum, quando reseruatio expectãtis emanasset motu proprio. Sed quia hodie emanant in gratiis expectatiuis reseruationes speciales, cũ clau-
6 sula,quòd infra†mensem duxeris accipiẽdum, uidetur quasi reseruatio conditionalis,per cap.1.de concess. prẽben. libr.6. & clementina prima.§.secus. de concess.præbend. Ideo non uidetur posse dici,quod talis reseruatio duret post mortem expectantis, quia non potest impleri conditio acceptationis, infra mensem, ex quo mortuus reperitur expectans tempore uacationis beneficii, nec reseruatio vnquam potuit dici purificata,& per consequens remanet sine effectu,per tex. in l.in testamento ita erat scriptum.de condi.& demonstra.&
7 in l.legatum. C.de condi.inser.† Sed si in gratia expectatiua non apposita esset clausula communis, quod infra mensem duxeris acceptandum,tunc si gratia esset facta motu proprio etiam post obitum expectantis ante uacationem beneficii morientis, beneficium censeretur reseruatum, & ligatæ essent manus ordinarii per puram reseruationem, Per prædicta, & prẽsertim quo ad terminos nostros in collectore, & unico subcollectore, in quibus regula cancellariæ de colle-
8 ctoribus loquens non solum†reseruat beneficia,in quib. collectores uel subcollectores habuerunt ius in re tempore quo fuerunt officiales,sed etiam illa, in quibus habuerunt ius ad rem,prout sunt expectantes, maxime si sunt creati in canonicos,vt patet in fine regulæ,dum dicit, & in quib. seu ad quæ ius tunc eis competierit.Et hoc in collectore, & unico subcollectore,procederet etiam si in gratia eorum expectatiua ad vacaturum beneficium, non esset clausula motus proprii, quia ex quo reseruatio etiam in beneficiis, ad quæ ius eis cõpetit,resultat ex regula cancellariẽ prædicta, satis dicitur re-
9 seruatio facta motu proprio,quia omnis dispositio†emanãs per uiam legis, dicitur emanare motu proprio, secundum glo.& Barto.in auctẽ.quas actiones.C.de sacrosanctis eccl. & in l.fina.§.donec tamen.C.de iure deliberan.& in l.1.C.de bonis vacan.lib.10.& in l.1.C.de peti.bo.subla.librro 10.Nisi dicamus,quòd illa intelliguntur de l.perpetua inserta in corpore iuris,non autem de temporali, & extrauaganti non inserta in eorpore iuris,ut voluit intelligere Bar.in l.omnes. C. de peti.bo.subla.libro decimo. Prędictis tamen quæ dixi de gratia conditionali, scilicet cum clausula, quòd infra men-
10 sem duxeris acceptandum,obstat quòd appositio†manus papæ in beneficio ligat manus inferioris, ut in cap.si eo tempore.de elect.libro 6.& cap.ut nostrum.de appella.etiam si manus papę nulliter apponatur,fortè quia gratia sit subrepticia, secundum Innocen.in c.inter dilectos.de excess.prælat.quem sequuntur Domini de Rota in antiquis decisio.39. quæ incipit.Item nota q̃ ubi papa, & Petrus de Ancha consilio 394. quod incipit.In Christi nomine amen,intentio domine. & Arch.& Ioan.And.in c.vlti.de tempo.ord. libro 6.quod procedit non solum si papa apponat manum super beneficio uacanti,sed etiam super vacaturo,& eius gratia ex aliqua causa nõ fuerit sortita effectum, vt dicunt Domini de Rota in nouis dec.176.quæ incipit. Item q̃ beneficia collectorum.& in antiquis dec.410.quæ incipit.No.q̃ beneficia.Et ita dñt con-

tineri

Source : BIU Cujas

tineri in declarationibus pontificum, videlicet Vrbani quinti, & Gregorij vndecimi, quos consulendo sequitur Petrus de Ancha consil.52.quodincipit, In Christi nomine amen, circumspectis regulis cãcellariæ, quamuis dicat quæstionem esse satis dubiam,licet Inno.in d c.inter dilectos,videatur velle quòd appositio manus Papæ nulliter facta non afficiat, si appòsita est manus conditionaliter.Sed posset dici,quòd prædictæ decisiones,& declarationes procedunt, quando appositio manus Papæ fit super certo beneficio vacaturo,secus si super incerto,quia tunc non afficiunt manus,nisi iuxta clem.
11 1.§.secus.de concess.præben.quia fortius † operatur appositio mauus Papæ super certo beneficio, quàm super incerto, & est tex.in cap.dudum.§.considerantes. de præbend. libr. 6. Vel posset dici,quod licet appositio manus Papæ,super beneficio vacanti vel vacaturo, quæ ex aliquo respectu non fuit
12 sortita effectum,liget manus ordinariorum, † tamen non ligat manus aliorum expectantium, qui veniunt etiam auctoritate Apostolica,vt uolunt domini de Rota in prædicta decisio.39.in antiquis,quos sequitur Ludou.Ponta.consil.337.qđ incipit, Omnipotentis Dei postulato suffragio, circa primũ consultationis articulum.Si autem viueret expectans, ꝑ quo scriptum est per Papam,tunc non esset dubium, ꝙ ligatæ essent manus inferiorum, tum ꝓpter decretum appositum in gratia expectatiua,tum propter inhibitionem, & reseruationem executoris,vt in cap.tibi qui.de rescrip.lib.6. & cap.si soli.de concessio.præbend.lib.6.iuxta formam tamen dictæ clemen.1.§.secus.de concess.prẽben.Sed mortuo expectante ante uacationem beneficij remaneant difficultates prædictæ, ꝑsertim,si tempore gratiæ expectans erat collector,vel unicus subcollector Papæ.

QVAESTIO 124.

Centesimouigesimoquarto quero, dicit regula cancellariæ moderni Pontificis Sixti quarti, ꝙ beneficia vnicorum subcollectorum in qualibet ciuitate vel dioceſi, ꝙ sua officia exercuerint sint reseruata &c. Quid si collector succesſiue diuersis temporibus deputauit plures subcollectores, ita ꝙ eodem tempore nũquam fuit nisi vnicus subcollector, quoniam vnus fuit remotus, & alius subcollector eius loco fuit subrogatus,vel per deputationem secundi fuit reuocatus primus,& sic succesſiue, an omnium illorum subcollectorũ beneficia erunt reseruata.Respondeo ꝙ sic, secundum dominos de Rota in antiquis deci.412.quæ incipit, Nota licet secũdum ordinationẽs,& in nouis deci.202. quæ incipit. Item licet iuxta.& deci.256.quæ incipit.Item collector habens potestatem, quia verum est eos omnes fuisse vnicos subcollectores,quorum reseruatio durat etiam post finitum officium, vt latius dixi supra.q.116.

REMIGII DE GONNY.

TRACTATVS DE CHARITATIVO SVBSIDIO.

Vbi inseritur quæstio, an ecclesia, & clerici sint exempti à muneribus, & exactionib. tam ordinarijs,quàm extraordinarijs & mistis laicorum.

PROEMIVM.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiui subsidij materia hodie est multum in usu.*

IN ista materia charitatiui subsidij,loquitur satis plenè Bartholomæus de Bellenzinis in tract. de charita. subsidio. Et loquitur etiã de ista materia Bartholomæus Chassaneus in consuetu.Burgundiæ, vbi ponit duas qõnes principales. Prima est,qui possunt imponere charitatiuum subsidium.Secunda qõ est,in quibus casibus potest peti charitatiuum subsidium.Et Francis.de Pauinis tracta. de charita.subsid.vt Nicolaus Boerij eum refert in suis decisionibus, q.133. & ibi quærit de quinque qõnibus. Prima est,quis poterit,petere charitatinum subsidium.Secunda est, qñ,& ob quam cãm,& quid,& quãtùm imponere põt. Tertia,an illud oĩbus tã subditis,q̃ exemptis imponere,& ab eis exigere possit.Quarta, an ad illius solutionem possit eos coercere,& excõicare.Quinta,an clerici ex tali charita.subsid.se grauari sentientes,possint tanquàm ab abusu ad curiam secularẽ, vel ad quem appellare debeant,prosequi.Istas quinque qõnes decidit in dicta qõ.133.cum tribus sequentibus qõnibus, refero
1 eas in suis locis.Et cũ ista materia charitatiui † subsidii, sit hodie multùm in vsu,& assiduè petatur ꝑ prælatos hodiernos, maximè in suo iocundo aduentu, pro expensis factis in ꝓmotione,pro soluenda bullarum annata in camera Aposto.intẽdo Deo duce, loqui de ista materia charitatiui subsidii latius quàm potuerim,& procedo per quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non debet subditos talijs & uexationibus grauare.*
2 *Episcopus non debet exigere ab ecclesijs suæ dioceſis, nisi iura episcopalia.*
3 *Prælati in exigendo ab exemptis,ipsorumque subditis subsidia charitatis, excedunt.*
4 *Eugenij.4.bulla quid disponat circa exactionem charitatiui subsidij.*
5 *Consuetudo Neapolis circa exactionem subsidij.*
6 *Benedictus 12.quid statuerit circa exactionem charitatiuum subsidij.*

QVAESTIO 1.

Quæ sunt iura,quæ loquuntur de chari.subsid.sed auxilio.

Text. principalis in ista materia est.c.cùm Apostolus.§. prohibemus.de censi.de quo text. facit mentionẽ.
1 c.conquærente.de offi.ordi.dicit tex.in §.prohibemus.† ꝙ prælatus non debet subditos suos taliis & uexationib. grauare.Sustinemus aũt pro multis necessitatibus, q̃ aliquoties superueniunt, vt si manifesta & rõnabilis cã extiterit,cũ charitate moderatum ab eis valeat auxiliũ postulare.Tex.in c.conquærẽte.
2 de off.ordi.dicit, † ꝙ eps non d3 exigere ab eccleſiis suæ dioceſis,nisi iura epalia,de quibus in dicto ca.conquærente.ꝑtet moderatum auxiliũ,qđ iuxta formam Latera.concilii,si manifesta & rõnabilis cã extiterit,cũ charitate postulandũ, sicut ab aliis eccleſiis eiusdem dioceſis pro necessitate tpis sustine
3 mus.Tex.in clem.vnica.de excess. plat. in §.exigendo.dicit † ꝙ plati in exigẽdo ab exemptis ipsorumq; subditis subsidia charitatis,excedũt nimiũ q̃ eos,& gl.ibi,in verbo exigendo.dicit, ꝙ eps põt exigere charitatiuũ subsidiũ, dũmodò sit moderatũ.Et bulla Eugenii † quarti prohibet, nõ posse pro charitatiuo subsidio exigi vltra sexigentos flore. aliàs exigens incurrit excõicationem,vt ibi refert Archidia.Florent.in summa. in 3. par.tit.20.c.2.§.10.vers.Sciendũ est de charita.subsi. & Neapo
5 lis † est cõsuetudo,ꝙ nõ possit exigi vltra quartam partẽ.Matthæus de Affli.in deci.Neapol.deci.136.& in cõstitu.Neapoli. de adiutoriis.& in seq constitutione de adiutorio pro militia fratris.& refert ista Nico.Boe.in suis deci.decisio.136.in fin in 1.par.refero latius inf. q.10. tex.in extraua.Benedicti 12.inci.
6 Vas electionis.in tit.de censi.§.ꝑmissis quoque.dicit, † Statuimus,ꝙ si dicti ꝓlati vel aliquis eorundẽ ex Aposto. indulgẽtia, vel cõsuetudine,seu de iure petãt sibi ab eccleſiis,monasteriis, & locis aliis,eorumq; capitulis,collegiis vel cõuentib. rectoribus seu aliis psonis moderatium seu charitatiuũ subsidiũ exhiberi,non possint à singulis eccleſiis,monasteriis siue locis ꝑ subsidio huiusmodi vltra petere,vel recipere ẽt à uolentibus, nisi quantùm accederent singulæ procurationes in pactum per nos superius moderatum.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium charitatiuum quare sic dicatur.*
2 *Actio subsidiaria datur quando deficit propria.*

QVAESTIO 2.

Quare vocatur seu appellatur charitatiuum subsidium.

1 Anto.de Butr. in dicto c.conquærente.de off.ordi.in fi.dicit,† quia cũ charitate petitur,nõ uiolẽter extorqueri d3.c.ex par.de cẽsi. & dicit Imol. quare appellat charitatiuũ subsidiũ? dicit,ꝙ cã charitatis d3 à principio, non aũt violẽter extorqueri dicto c. ex par.& dr ẽt in qõne,q̃ sit forma petẽdi charitatiuũ subsid.de qua inf. q.28. & in illa qõne,an possint cogi ad soluẽdũ charitatiuũ subsidiũ est,q.9.infrà,& Io.Mauritius in repeti.l.vnicæ.quo loco mulieres munera subire soleant.li.10.C.vers.à quibus.dicit,ꝙ ab oĩbus Doct.nominat charitatiuũ subsidiũ, qđ doctius Latiniusve subsidiariã collõnem dici posse existimet, q̃ non nisi iusta, rõnabilive ocasione à subditis petit:per d.c.cũ Aposto. §. prohibemus de censi.& vide infr.q.4.in si.& Bellen. in tractatu de chari.subsi.q.14.q̃rit de ista q.& dicit,q a à principio cũ charitate peti d3,& non violenter extorqueri:allegat Host.& Doc. in dicto c.conquærente.& Inn.in c.cũ Aposto. de censi. Paul.
2 & Card.in cle.ad nr̃am.de cẽsi.& appellatur † subsidium,sicut subsidiaria actio,quæ datur,qñ deficit ꝓpria.Insti.de interdi.§. fi.& ita hoc subsidium petitur quando reditus eccleſiæ non sufficiunt pro oneribus incumbentibus.Bellen.vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuus nemo est in necessitatibus.*
2 *Debitum qui soluit non impendit beneficium.*
3 *Aequitas scripta necessitatem importat.*

Source : BIU Cujas

Remigij de Gonny De charit. subsid.

QVAESTIO 3.

Vtrùm charitatiuum subsidium sit liberalitatis, aut necessitatis.

Bald. in dicto cap. conquærente. in fin. quærit de ista quæst. & videtur quod sit liberalitatis, nam dicitur charitatiuum. Item litera di
1 cit, cum charitate postulandum. Sed in necessitatibus † nemo charitatiuus est. l. neque legatum. de opt. leg. ff. cum similibus, quæ refert glos. in c. si dos. de rescrip. & gl. in cap. relatum. de
2 præbend. nec impendit beneficium, † qui soluit debitum. l. proxima. de ritu nup. ff. In contrarium vtdetur, q̃ liberalitas est si præstatur, & si non præstatur, est iniuria l. 1. §. permittitur. de
3 aqua quoti. & æsti. ff. Item, ista est charitas scripta, æquitas † autem scripta, necessitatem importat. l. si me, & Titium. ff. si cer. pet. Sicut alimentum, quod debet pater filio, & econtrà l. post Itminium. §. filius. de cap. & postlim. reuer. ff. Hæc Bal. vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium quandoque est uoluntarium, quandoque necessarium.*
2 *Subsidium necessarium quale dicatur.*
3 *Subsidum est munus extraordinarium.*
4 *Subsidij charitatiui præstatio non est annua, nec semper uniformis.*

QVAESTIO 4.

Quid sit subsidium.

Subsidium dicitur à subuenio, is. & ista est sua deriuatio, seu etymologia, & sic subsidium à
1 subueniendo. & tale subsidium † dr̃ quandoque uoluntarium quandoque necessarium, seu necessitatis, licet alibi uocàri videatur auxilium. d. cap. conqnærente. de offi. ordi. & d. c. cum Apostolus. de censi. Voluntarium subsidium dicitur illud, q̃d gratis est concessum, & censetur esse quædam donatio, quia
2 à liberalitate ꝓcedit. Necessarium dicitur subsidium, † illud, quod imponitur alicui homini, uel populo, & ita coactè quodammodo subitur, Lege, More, Imperio ve eius, qui iubendi habet potestatem, & tale appellatur indictum, uel superindictum, id est, impositum, vel superimpositum. l. 1. de superindict. C. lib. 10. & pro ista distinctione subsidij voluntarij & necessarij, videtur tex. in l. munus proprie. ff. de verbo. signi. & p̃dicta refert Guido Papa, in quæstio. Delphinatus. quæstio. 371. Text. in d. cap. cùm Apostolus. & in d. cap. conquærente. uocant auxilium, & dicit Panormi. in d. capitu. cum Apostolus. §. prohibemus. quòd hodie in vulgari, istud auxilium vocatur
3 charitatiuum subsidium. Et charitatiuum subsidium † est munus extraordinarium, secundum Cardina. in capitu. non minus. quæstio. 8. de immu. eccle. vide suprà quæstio. 2. & Bellen. in dicto tracta. quæstio. 22. & videtur secundùm Bartol. in l. omnes. de anno. & trib. C. libro decimo, quòd sit munus ordinarium, sed non est verum, quia ad hoc, q̃ munus sit ordinariũ, non solũ requiritur, q̃ imponatur à Lege, Canone, vel Statuto, vt dicta. l. 1. cum gl. & Bart. de vac. mun. public lib. 10. C. Sed ẽt requiritur, q̃ habeat certam annuam & regularem p̃stationem, ſm Guli. de Cun. in l. neminem de sacrosan. eccl. C. Cynus in l. uoluntariæ. in 1. q. de excus. tut. C. Bar. in l. 1. quo loco mulieres. lib. 10. C. quod non est in præstatione † charitatiui subsidij, quæ non est annua, nec semper uniformis, sed iuxta indigentiam & contingentem necessitatem, dummodo
4 non excedat taxam extrauag. Benedicti 12. ſm Bellen. vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest petere moderatum auxilium, & subsidium charitatiuum.*
2 *Episcopus quo casu possit petere charitatiuum subsidium.*
3 *Reipublicæ utilitas & necessitas est cã imponendi subsidium charitatiũ.*
4 *Excusari nemo debet a necessitatibus imminentibus propter bellum ecclesiæ Romanæ. & num. 60.*
5 *Vassalli ecclesiæ in Regno tenẽtur in quinque casib. iuuare suum prælatũ.*
6 *Causa iusta exigendi charitatiuum subsidium quæ sit.*
7 *Vassalli comitum & baronum tenentur domino conferre pro aliqua terra emenda.*
8 *Causæ rationabiles plures referũtur, pro qualibet quarum potest peti charitatiuum subsidium.*
9 *Subsidium potest a prælato peti pro emendo castro necessario ad tuendam ecclesiam.*
10 *Emptio respiciens communem utilitatem episcopatus est iusta causa petendi subsidium.*
11 *Episcopus potest petere charitatiuum subsidium pro expensis factis eundo ad Papam. & num. 12. declara ut num. 13. 14. 15. 16.*
17 *Episcopus pro expensis factis pro rege circũeunte regnum suum potest subsidium petere.*
18 *Vasalli comitum & baronum imperij an teneantur conferre expensis in transitu imperatoris factis.*
19 *Vasallus pro exercitu imperatoris tenetur conferre secundum qualitatem & quantitatem feudi.*
20 *Casus plures quibus quis tenetur subuenire domino.*
21 *Prælati aduentus primus iocundus an sit iusta causa petendi charitatiuũ subsidium. & num. 35. 54.*
22 *Subsidij imponendi rationabilis causa quæ sit. & num. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 31. 32. 33. 59.*
29 *Prælati conuocati ad concilium generale imponere possunt charitatiuum subsidium.*
30 *Subditi non tenentur contribuere prælato habenti reditus ecclesiasticos sufficientes.*
34 *Annatarum pro solutione exigitur charitatiuum subsidium.*
36 *Cap. vt præteritæ. de elect. declaratur. & num. 41.*
37 *Prælatum bonum habere omnium interest.*
38 *Subsidium charitatiuum quando exigi possit.*
39 *Ecclesia nõ tenetur ad immensam & excessiuã bullarũ expẽsam. & nu. 40.*
42 *Expensæ pro negotio electionis de quibus bonis deducantur.*
43 *Cap. cupientes. §. ad hæc. de elect. lib. 6. declaratur. & num. 44.*
45 *Camaldulensium generalis habet iurisdictionem quasi episcopalem in toto ordine suo.*
46 *Expensæ factæ in promotione prælati de quibus bonis soluendæ sint.*
47 *Subsidiũ charitatiuum an peti possit pro bullarum expeditione. et nu. 49.*
48 *Necessitas quomodo cognoscatur imminere.*
50 *Monasteria debent exhibere Episcopis consueta seruitia.*
51 *Consuetudo ualet, quòd Patriarcha possit petere subsidium a subditis patriarchatus.*
52 *Consuetudo ualet, quod a subdito Episcopi appelletur ad archiepiscopum.*
53 *Consuetudo an extendatur.*
55 *Datum pro iocundo aduentu an veniat in venditione, seu firma fructuũ Episcopatus. & num. 56.*
57 *Donaria facta archidiacono a populo propter iocundum aduentum, an numerentur inter fructus.*
58 *Consulib. in prouinciam venientib. olim dabatur donum aduentitium.*
61 *Iudex quis erit inter Episcopum & clerum contendentes super impositione subsidij. & num. 62.*

QVAESTIO 5.

Quę sit iusta causa exigendi charitatiuum subsidium.

Dic, quòd iusta causa exigendi, est causa rationabilis & manifesta instãte necessitate, & est mensuranda ista exactio ad necessitatem instantem. tex. in dicto c. cum Apostolus. & in dicto c. conquærente. & ibi Anto.
clericus.ſecundum Ala.Tancre.Philip.Bernar.in d.c.cū Apoſtolus.idem Gofred.in ſum.in titu.de cenſi.§,nunc videamus & dicunt quidam,quòd iſte ſuperior non erit archiepiſcopus, cùm non ſit de caſibus ad ipſum pertinentibus. ca.paſtoralis. de offic.ordi.ſed Hoſtienſ. contra,dicens, quòd talis ſuperior poteſt eſſe archiepiſcopus,qui ſecundum eum ſuper hoc adiri poteſt,nedum per appellationem, ſed per querelam. ca.ad reprimendum.de offic.ordina.Archidia.dicit,ego credo,quòd arbitri de hoc cognoſcent.d.ca.clericus.11.quæſtio.1.quos ſi ſubditus eligere uoler,epiſcopus eum compellet. cap.irrefragabilis.§.cæterùm.de offic.ordina.hæc Archid.vbi ſuprà.Hēri.Bohic in d.cap.cùm Apoſtolus.dicit, quòd quando eſt dubium,cùm ſubeſt cauſa rationabilis, tunc ſuperioris arbitrio determinabitur,allegat Archid.vbi ſupra.& alia iura,quæ Archid.allegat,retuli ſupra.Cardin.in dicto capit. cum Apoſtolus.quæſtio.3.quærit,quid ſi dubitatur, an ſit cauſa rationabilis? gl.ibi dicit,quòd ſuperioris arbitrio determinabitur,&dic ſuperioris,id eſt, Archiepiſcopi,ſi agit ſubditus contra Epiſcopum,ſi econuerſo,itur ad arbitros, vt in inribus allegatis in dicta gloſſ.c.cùm Apoſtolus.hæc Cardin.vbi ſupra. Cardina.in dicta clemen.frequens.de exceſſio.pręla.quæſtio.2.quærit,qd ſi ſubditi dicunt, quòd cauſa non eſt rationabilis? refert Paul. & Hoſtien.quòd ſubditi poſſunt adire Archiepiſcopum. d.c. ad reprimendum.de offic.ordina.ſed ſi epiſcopo conquærente,de hoc eſt quæſtio,inter eos eliguntur arbitri. d.cap.ſi clericus & refert ſe ad dicta per eum in d.cap.cùm Apoſtolus.retuli ſupra.Ancha.in d.clement.frequens.verbo,octauo nota, dicit:quòd ſi ſubditi referant quæſtionem, quod cauſa non ſit rationabilis, vel quod auxilium exigitur immoderatum ab epiſcopo,poſſunt adire archiepiſcopum.dicto capit.ad reprimendum.de offic ordina.cap.Metropolitanum.2.quæſtio.7. ſed ſi de hoc eſt quæſtio inter eos,eliguntur arbitri.cap. ſi clericus.11.quæſtio.1. Anchara.vbi ſuprà. Idem tenet Anchara. in dicto capit. cùm Apoſtolus. Imol. in dicta clementina frequens.in fin.& ſequen. dicit:quòd ſi ſubditi recuſant hoc ſubſidium præſtare,vel quia non ſubeſt cauſa rationabilis, vel ꝙa eſt immoderatum,& propter hoc conquæruntur,tunc cauſa ugetur coram Archiepiſcopo:pro quo eſt text in capit.ad reprimendum.de offic. ordi. Si autem Epiſcopus conquæratur de ſubditis,tunc eligentur arbitri.c.ſi clericus.11.q.1. Panor.in dicto c.cum Apoſtolus.in glo.in verbo,rationabilis dicit: ꝙ ſuperior erit hoc caſu Archiepiſcopus,ſi ſubditi agunt cōtra epiſcopum,ſi verò Epiſcopus agit contra ſubditos,tunc eligūtur arbitri.d.c.ſi clericus.10.quæſtio.1. Hoſt.in d.c. cum Apoſtolus.§.inhibemus.in ver.neceſſitatibus. ponit aliquas cauſas rationabiles petendi ſubſidium, & ſi ſuper hoc ſit quæſtio inter epiſcopum & ſubditum conquærentem, Archiepiſcopus erit iudex,ſi Epiſcopus conquæritur, arbitrorum cōmuniter electorū ſopiatur iudicio,dicto c.cognouimus.10.q.3.c.licet. de regula.c.nullus.de iurepatr.c.ſi clericus.11.q.1.Anto. in dicto ca. cū Apoſtolus.idem tenet.Chaſſan.in conſuc.Burgun. quærit de iſta qōne,ſcilicet quis erit iudex, qñ clerus dicit non ſubeſſe cauſam rationabilem,allegat Oldr. conſ.233.concludentem,ꝙ in dubio Eps non erit Iudex competens, & refert Hoſtien.Ioan.Andr.Anto.in dicto c.cum Apoſtolus.dicētes: ꝙ hoc caſu eligūtur arbitri,qui hoc determinabunt, & refert Ioan.And.dicentem,ſic de facto fuiſſe obtentum,idem ēt tenet Archi.in dicto c.gñaliter. Hoſt. Anton.vbi ſuprà,hoc non dicunt,retuli eos ſuprà.Chaſſa.vbi ſuprà,refert ēt Hoſt.dicentem: ꝙ ſi in hac controuerſia Eps eſt reus, recurratur ad Metropolitanum.ſi verò clerus ſit reus, eligētur arbitri: ſi verò ſit appellatū,recurretur ad iudicē,ad quem eſt appellatum. retulit Hoſt.ſuprà. & concludit Chaſſa.vbi ſuprà.cum Hoſt. in d. tit.de cenſi in ſumma.ſcilicet,ꝙ an ſit cā rationabilis, vel non', habitur arbitrio ſuperioris.ſecundum glo.in dicto c.cū Apoſtolus.quicquid dicant Paul.Car.Ancha. Imol.in dicta clemē. frequens. de exceſſib prælatorum. Bellen.in dicto tracta. de charitatiuo ſubſidio,quæſt.16.quærit de iſta quæſtione. & dicit,ꝙ hoc debet determinari arbitrio ſuperioris.ꝑ dictam glo. in dicto c.cum Apoſtolus.& allegat Hoſtien in ſumma de cēſi.§.ex quibus cauſis.verbo,quid ſi ſubditus dicat,qui ita dicit tenere Gofre.per no.per Archid.in § Nouarum.16. q.1.retuli ſuprà.& retuli etiam Hoſtien. in dicta ſumma. Et Bellen. in dicto tractatu,quæſt.17.quærit,ꝙ ſi ſuper cauſa exigendi iſtud ſubſidium eſt contentio inter epiſcopū & clericum, quis erit iudex,refert Hoſtien.Ioan.Andr.Anto.in dicto c.cum Apoſtolus.quod hoc caſu eligentur arbitri.per cap. ſi clericus. 11. quæſtio.1.retuli ſupra. refert etiam Archid.retuli eum. refert etiam Hoſtien.in ſumma.retuli eum.refert etiam Car.& Imo. in clemen. frequens. & concludo, ꝙ ſi conſtaret,quòd cauſa eſſet manifeſta & rationabilis, Epiſcopus erit iudex, ita ꝙ ipſe procedet contra clerum,vt ſoluant,ſtante dubio,an cauſa exigendi ſubſidium ſit rationabilis,non erit epiſcopus iudex. allegat Oldrad.dicto conſ.234.in 2.dubio. Concluſio communis,quæ ex ſupradictis reſultat eſt,† quòd ſi ſubditi nolunt ſol-

62 uere,dicendo,ꝙ cauſa non eſt rationabilis,& epiſcopus conquæritur de hoc,ſunt arbitri eligendi,ſi verò ſubditi conquæruntur de epiſcopo,quia ipſos grauat ſine rationabili cā, erit iudex Metropolitanus. idem quando ipſi ſubditi appellarenad ſuperiorem,quia tunc ille ſuperior,ad quem eſt appellatū, erit iudex.Si tamen epiſcopus dicit,cauſam eſſe rationabilem, & ſubditi dicunt,quòd non apparet,quis ſit reus vel actor,procederet alia opinio,quòd ſtetur arbitrio ſuperioris.iuxta glo. dicti cap.cùm Apoſtolus. & ita intelligerem opinionem illorum,quos Chaſſan.refert, retuli ſuprà.Si tamen conſtaret, ꝙ cauſa eſſet manifeſta & rationabilis,procederet quæſtio 9. & 10.intrà.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio inter epiſcopum & clerum ſuper charitatiuo ſubſidio an debeat agitari ſummarie.& num.3.*
2 *Decima eſt multiplex.*

QVAESTIO 6.

Quando eſt queſtio inter epiſcopum & clerum ſuper charitatiuo
1 ſubſidio, † an quæſtio iſta debeat agitari & decidi ſummarie & de plano,ſine ſtrepitu, &c. iuxta formam clemen ſæpe.de verb.ſignific.Glo.ibi quærit,quid de decima Papali,de qua in clem.beneficiorum. de deci. Si inter illum cui Papa conceſſit & clerum ſit quæſtio, erit ne locus huic conſtitutioni; dicit, quod non,fuit hoc de mente,vt latius per gl.ibi. Cardin.in d. clem.diſpendioſam.q.12.quærit de quibus decimis loquitur, d.clemen.argu. pro & contra. concludit cum gloſſ.& dicit, quòd propter autoritatem gloſſ. quæ à nemine reprobatur, communiter ſtatur ei:& Cardina.ibi in d.clem.diſpendioſam. q.13.quærit de decima Papali,& ſequitur per d.glo.vt ibi per eum.Imo in d.clemē.diſpendioſam.ver.gl.in decimis.ꝙ decima
2 † eſt multiplex,quædā eſt,q̄ debetur de iure diuino,q̄dam, q̄ debef ex pacto,pollicitatione, voto,quædā,diſpōne Papali, vocatur decima papalis,& dicta clemen. ſolum habet locum in decima,quæ debetur iure diuino.Imol.ubi ſuprà. Bonifac. de Vitalinis in d.clemen.diſpendioſam.num.20.arguit pro & contra, an in decima papali procedat dicta cle.coneludit, ꝙ ſic,& non in aliis,& ſic videtur ſecundum prædictos, ꝙ debet agitari plenarie.Bellen.in dicto tracta.q.39. quærit in terminis propriis de iſta quæſtio.& refert duas opiniones.Prima eſt, ꝙ debet procedi plenariè,allegat ſuperius allegata.Secunda opinio eſt Stepha.in clem.fin.de deci.ꝙ poteſt agitari ſummariè. Iſtas opiniones refert Bartho.Bellen.in d.tract.de chari.ſubſi. q.39.ibi concordat iſtas opiniones,& dicit, ꝙ prima opinio, quæ eſt communis,procedit regulariter & opinio Stepha ꝑ-
3 cedit quando epiſcopus † peteret charitatiuum ſubſidium ꝑ ſuſtentatione ſua,quo caſu agitari debet ſummariè, prout in alimentis,per l.ſi quis à liberis.§.vel ſi parens.de libe. agnoſcē. ff.vt plenius per dictum Bellen.vbi ſupra,qui refert plures Docto.hoc tenentes,poſſunt videri.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa imponendi ſubſidij debet eſſe manifeſte rationabilis.*

QVAESTIO 7.

Iudices de prædictis cauſis cognoſcentes, an debeant in dubio præſumere cauſam rationabilem.

Dic,quòd non, per d.c.conquærente.in fi.c.cū Apoſtolus.de cenſi. nō ſolum
1 requiritur,ꝙ cā ſit rōnabilis, ſed ꝙ ſit manifeſte rōnabilis, ex quo innuūt d.iura,ꝙ in dubio non debet p̄ſumi rōnabilis. c.ſi quis p̄poſita.50.di.c.ego ſolis.9.diſt.hęc dicit Chaſſa.in cōſtitutio.Burgund.verbo,nunquid aūt Bellen.in dicto tract.q 18.q̄rit de iſta qōne,& allegat pro & ꝙ,& vī ꝙ ſic, attēta dignitate petentis,& honeſtate p̄ſonæ ipſius.arg.c.in nr̄a.de procurato. c.2.de no.ope.nun.c.niſi.de præb.gl.in l.Titio.de condi.& demon.ff.in cōtrariū facit tex.in d.c.ſi quis. & hoc vltimū credit Bellen. eſſe verius, cū tex.in d.c.conquærente.& c.cū Apoſtolus. non ſolum requirat cauſam rationabilem, ſed ꝙ ſit manifeſtè rationabilis,ergo innuit, quòd in dubio non debet p̄ſumi rationabilis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an poſsit cogere nolentes ſoluere ſubſidium.& num.2.5.7.*
3 *Charitas ubi non prodeſt,eſt adhibendas poteſtas.*
4 *Subſidium eſt cum charitate, poſtulandum, & a nolentibus ſoluere exigendum.*

Source : BIU Cujas

6 *Ornamenta diuinis officijs deputata an pro exactione subsidij capi possint loco pignoris.*

7 *Iudex cognitionis est iudex coactionis.*
10 *Iudex aliàs incompetens efficitur competens ratione notorij.*

QVAESTIO 8.

Nunquid possunt compelli, seu cogi subditi ad soluendum charitatiuum subsidium? facit quòd suprà, & quæstio sequens, & quæstio 44.

1 Innoc. in d.c.cum Apostolus.quærit,an inuiti sunt † cogendi per episcopum,qui exigit charitatiuū subsidium,refert duas opiniones.Prima,ꝙ archiepiscopus cogat eos.Secunda est,ꝙ ipse Episcopus potest cogere eos,nec contradicit verbum,charitatiuè,quia in veritate clericis suis debet ostendere necessitates suas,precibus & conuentionibus apud eos instare,quòd matrici ecclesiæ subueniant, & si noluerint precibus acquiescere,possunt addere coactionem,debent simul adesse charitas & coactio.c.licet.45.dist. Petr.de Ancha.
2 in d c.cùm Apostolus.de cēsi.q.4.quærit, † an possint cogi subditi ad charitatiuum subsidium? & vī, ꝙ ad hoc cogi nō possunt.quia text. ibi dicit,quia charitatiue est petendum, quod verbum, non sonat coactionem, sed spontaneam solutionē. contrarium tenet Ioan.Andr.in d.ca cùm Apostolus.quia si necessitate suadente subditus iniuste denegat, est cogendus,
3 vbi enim non prodest charitas,† est adhibenda potestas. cap. licet.c.qui emendat.45.dist.c.cauendum.10.quæst.3.Anchar. vbi supra. Anch.in dicta clem. frequens. ver.octauo nota. de excess.præla.dicit,aduerte tñ,ꝙ licet iura dicant, quòd debeat charitatiue petere,tamen si subditi de facto recusant, poterūt ad hoc compelli,quia vbi non est charitas, est adhibēda potestas:per iura proximè per eum allegata.allegat d.c.cōquærente.in fi. vbi prohibetur diœcesano exigere vltra ibi expressa, ꝑꝑ moderatum auxilium,nam verbum, exigere, hoc importat.l.fideicommissa.§.si rem.de lega.3.ff.Cardinal.in dicta cle. frequens.quæstio.prima.dicit,ꝙ licet episcopus debeat charitatiue petere, tamen nolentes compellere potest:quia vbi nō prodest charitas,&c.per dictum capitulum, conquærēte. vbi prohibetur diœcesanis,exigere vltra ibi expressa,propter moderatum auxilium, ergo illud potest exigere,idē ab inuito extorquere.l.3.solu.matrimo. ff.& hoc tenent Innocē. & Host. in dicto cap.cùm Apostolus.secundum Cardinal.vbi supra. Ioan.de Vitalinis in dicta clemē.frequens.in fi.in verbo, item nota, ꝙ prælatus. dicit, quòd debent simul adesse charitas & coactio,charitas versatur in hoc,quia prælatus debet exponere suis subditis suas & ecclesiæ necessitates,& docere,& ostendere,& precibus & monitionibus apud eos instare, vt necessitati ecclesiæ subueniant. Coactio autem uertitur in hoc, qa si subditi nolunt acquiescere precibus, potest prælatus adde-
4 re coactionem est enim tale subsidium † cum charitate postulandum,sed à nolentibus soluere, & ab inuitis est exigendū, quia vbi deest charitas,insurgere debet potestas.cap.licet.45. distinctio.Panor.in d. capit. cum Apostolus. quærit,nunquid
5 subditi † possunt compelli existente causa rationabili, ad hoc charitatiuum subsidium exhibendum;videtur ꝙ non. quia text.dicit:cum charitate hoc esse petendum. Doct. communiter dicunt oppositum, nam primò debet charitatiuè postulari,& sic debet intelligi tex.dicens. si charitas non proficit, exhibenda est potestas.cap.qui emendat.45.distinctio.Et an pro exactione subsidij possunt capi loco pignoris,vel distrahi cali-
6 ces † vel libri,vel alia ornamenta diuinis officijs deputata? & videtur quòd non,per clemen.fin.de deci. quæ clemen.solùm intelligitur & restringitur,quando subsidium exigitur per collectorem Papæ,uel aliàs, iuxta terminos dictæ clemen. sed in subsidio,quod iure proprio exigitur per ordinarium, non habet locum illa clemen.sed antiqua iura seruantur, secundum Cardina post Paul.in dicta clementi.quæstio.final.secundum Bellen.in dicto tracta.de charita.subsid.quæstio.15. qui refert per eum dicta,in dict.tract.q.88. Conclusio erit, quòd subditi
7 † possunt cogi ad soluendum charitatiuum subsidium,existēte causa rationabili, & an per censuras,dico quæstio. sequenti & quæstione 44. infra. & per quem: dico in quæstio. sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Superior debet esse facilis in cogendo.*
2 *Episcopus poterit excommunicare soluere nolentes charitatiuum subsidiū. & num.4.*
3 *Subditi nolentes subsidium charitatiuum soluere, per quem sint cogendi. & num.8.9.*
5 *Clerici sentientes se grauatos ex impositione charitatiui ub sidij, an possint tanquam ab abusu recursum habere ad iudicem secularem.*
6 *Sententia excommunicationis contra recusantes soluere subsidium charitatiuum an sit ipso iure nulla.*

QVAESTIO 9.

Per quem sunt cogendi subditi ad soluendum charitatiuum subsidium: ista quæstio declarat quæstionem præceden.

Arch.in cap. cauendum. 10. quæstio.3.refert opiniones,& nullam approbat.Card. in dicto cap.cùm Apostolus.quæstio.4.de censi. quærit, an possint subditi cogi per episcopum? Et dicit secundum Innocen. quòd non.propter verbum,charitatiuè,quia secundum eum,
1 superior † debet esse facilis in cogendo, deinde refert quosdā dicentes,quòd videtur melius, quòd episcopus poterit cogere,refert Innocen.& Hostien.vbi suprà.& concludit Cardi.ꝙ hoc seruatur,quòd episcopi per se cogunt: & hoc uidetur de mente text.dict.cap. cum Apostolus. cùm dicit: moderatum valeant subsidium postulare,dummodò illud graue non exigant;quasi innuat,ꝙ dum subditos non grauarent, bene eos possunt cogere,& pro hoc facit tex.cum gloss.in versicu. exigendo.in clem.frequens.de excess.præla.& ibi Card.in §.nonnulli.q.1.& Ancha.nota.8.& Lap.alleg.20.qui dicit, ꝙ poterit
2 † propter hoc eos excommunicare.per dictam clementi.frequens.refert Bellen.in dict.tracta.q.15.Cardin.in dicto.c.cum Apostolus.§ prohibemus.q.3.Cardi.in clem. 1. ver. nonnulli. q.2. Anch in dicto.cap. cum Apostolus.q.4.quærit, per quem
3 sunt cogendi:† quidam dicunt,quòd per superiorem, qui debet se reddere facilem ad cogendum, & superior potest dici Metropolitanus.Innocen.dicit,quòd Papa,alij dicunt & probabiliter secundum Panormi. quòd per ipsum episcopum cogi possunt,si necessitate ostensa precibus & monitis nolūt obsequi,hoc est verum,secundum Ancha.cum necessitas est euidens,nec in contributione grauantur subditi, nec inde referunt quæstionem,aliàs quòd per superiorem,si subditi,vt actores de episcopo conquæruntur, vel per arbitros,si episcopus contra subditos ad hoc agat,dirimetur.Ancha.vbi suprà. Io. Andr.in dicto cap.cum Apostolus.idem dicit. & Anto.in dicto c.cum Apostolus.Panormi.in dicto cap. cum Apostolus quærit.quis erit iudex competens in hac coactiōe subditorū? dicunt aliqui,ꝙ archiepiscopus,alii,quòd Papa,alii quòd ipse, qui hoc petit,quod videtur plus placere Innocen.dummodò causa sit rationabilis euidenter,ne subditi nimis grauentur, si tamen subditi referant quæstionem, quia dicunt nimium grauari,uel causam dicunt nimis irrationabilem,tunc debet adiri superior,vel arbitri modo prædicto. Domini.de Rota, deci 444.incipiente. extra Rotam petebat in nobis. refero infra. q. 43. Henric. Bobic in dicto.capitu. cum Apostolus. de censib. refert Hostien. quòd non sunt inuiti cogendi per episcopum, qui exigit hoc, sed per superiorem, qui debet se facilem reddere in cogendo,& licet aliqui dicant, quòd superior hoc casu erit solus Papa.argumen. capit. pastoralis.de offic. ordina. alii tamen dicunt,& videtur bene, quòd per ipsum episcopū cogi possunt, si ostensa necessitate precibus & admonitionibus suis acquiescere nolunt, & hoc intelligitur quando causa necessitatis est euidens, & ne grauentur subditi in contributione,exinde referunt quæstionem:aliter ꝑ arbitros erit hoc sopiendum,vel per superiorem archiepiiscopū,qui super hoc potest adiri,nedum per appellationem, sed etiam per querelam,secundum Hostien.in d.capit.cum Apostolus. Innocen. in d.capitu.cùm Apostolus.refert duas opiniones. prima est, quòd Archiepiscopus cogit eos. Secunda, quòd etiam ipse episcopus poterit eos cogere, vt retuli in præceden. quæstio. & concludit,quòd si subest causa manifesta & rationabilis, ipse episcopus poterit compellere.Hostien.in summa.in titu.de censi.§.ex quibus causis.verbo, Quid si subsistens.Oldrad.consil.104.Hostien.in dicto capitu.cum Apostolus. §.inhibemus. refert opiniones,& concludit, quòd per ipsum eundem episcopum possunt cogi, si ostensa necessitate precibus & monitionibus suis acquiescere nolunt,& hoc est intelligendū quādo causa necessitatis est euidens,vt latius per Hostien.ibi. Nicol.Boe.in decisio.quæstio.136.in prima parte.quærit,an ipse-
4 met prælatus † possit cogere per censuras charitatiuum subsidium sibi dari:refert Innocen.& Hostien in dicto capitu.cum Apostolus. quòd non, sed superior ipsius prælati, idem tenet Calderi.consil.2.in titu. de præscript. Bald.in capitu.primo, in fin.de capi.qui curiam vendi.Iacob.de sancto Georgio,in tracta.de homag.verbo,addo vobis. Alii dicunt & probabiliter, quod ipsemet episcopus possit cogere per censuras, si necessitate ostensa precibus & monitis nolunt obsequi, & istam opinionem sequitur Innoc.Anch.Panor.in dicto c. cū Apostolus.retuli supra.Vitalinis in clemen.frequens.de exce.præla.refero hic,refero etiam Bal.& Domi.de Ro.quos refero suprà.

Et

Source : BIU Cujas

Et dicit Nicolaus Boerius, ꝙ per iſta ſoluitur quæſtio, an cle-
5 rici † ex tali charitatiuo ſubſidio ſentientes ſe grauatos poſ-
ſunt tanquam ab abuſu appellare ſeu recurſum habere ad iu-
6 dicem ſecularem. quod nō, vbi ſuprà. Si epiſcopus † petat ſub-
ſidium ſine cauſa, & ſubditis negantib. illud exhibere, eos ex-
communicat, an ſententia excommunicationis ſit ipſo iure
nulla. Bellen. in d. tract. q. 24. quærit de iſta quæſtione. argumē.
pro & contra. concludit eam eſſe nullam per ca. cum ad quo-
rundam. de exceſſ. prælat. ſecundum Hoſtiē. & Io. And. qui di-
cunt illam decretalem continere ius cōmune. per notata per
Inn. in d. c. cùm Apoſtolus. de cenſi. & per Card. in clem. 2. q.
15. de deci. Cald. conſi. 9. in tit. de ſent. excommu. tamen ſi pro
babiliter dubitaretur, an cauſa eſſet rationabilis, & manifeſta,
excommunicatio teneret. Cardin. in d. clem. 2. q. 15. vide latius
7 iſtam quæſtionem per Bellenz. ubi ſupra. Concluſio eſt, † ꝙ ſi
ſit quæſtio an debeat ſolui, vel ne, ille iudex, qui cognoſcit de
hoc, erit in dex ad cogendum. ſi Metropolitanus, ipſe Metro-
politanus, ſi arbitri, ipſi arbitri. ſi verò non eſt quæſtio, an de-
beat ſolui vel ne, ſed ſi ipſi ſubditi, vel aliquis eorum nolunt
ſoluere, cogit eos epiſcopus. Non obſtat l. 8. ne quis in ſua cā.
C. cum ſimi. vbi in cauſa propria, ſicut eſt petitio charitatiui
ſubſidij, nemo poteſt ius ſibi dicere, quia iſta cauſa potius eſt
eccleſiæ, quàm prælati, quia prælatus propter neceſſitatem ec
8 cleſiæ petit hoc ſubſidium, poſſunt ergo † ſubditi a dioœceſano
conueniri coram eo, vel officiali ſuo, pro his, in quibus tenen
tur Eccleſiæ ſuæ, ſecundum Bonifac. de Vitalinis, in clementi.
frequens. de exceſſibus prælatorum. & per notata per omnes
in c. cùm ueniſſent. de iudic. & in c. ex parte. de verbo. ſignifi. &
in c. ſignificauit. de cenſi. facit c. cum ex officij. de præſcrip. vbi
tex. ꝙ archiepiſcopus poteſt exercere cenſuras contra dene-
gantes ſibi procurationem, quia ex quo debitum eſt ratione
eccleſiæ, poteſt eſſe iudex in cauſa propria, ſecundum Anch.
ibi. Nota quintò. faciunt notata infra qō. 38. & ſuprà quæſt. 7.
Bart. Bellen. in d. tract. de charitatiuo ſubſid. q. 15. quærit, ſi ſub
9 diti † nolunt ſoluere charitatiuum ſubſidium eō, an per ip-
ſum poſſint ad hoc compelli? & refert aliquos doct. quos ſu-
prà retuli. & concludit, ꝙ ſic. & non obſtat, ꝙ ſit iudex in cau-
ſa propria, quia ratione notorij, & manifeſti permittitur eō,
ꝙ ſit iudex in facto proprio, ſaltem concernente commodū
& honorem eccleſiæ, ubi aliàs eſſe non poteſt. ca Romana. de
pœnis. Inn. in c. ex parte. de uerb. ſign. Feli. poſt omnes alios in
10 c. cum ueniſſent. de iudi. Ratione † notorij efficitur iudex cō-
petens. qui aliàs eſt incompetens. c. Roma. §. notoria. de cenſi.
c. 1. de offic. delega. lib. 6. cap. ſolicitudinem. de appella. Bellen.
ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Subſidij charitatiui petitio vt locum habeat, quæ requirantur.*
2 *Manifeſtum idem eſt, quod clarum & certum.*
3 *Manifeſtum & euidens, quantum ad veritatem ſatis ſupponunt pro eo-
dem.*
4 *Certum aliquid eſſe, uel leuiter poſſe fieri certum, paria ſunt.*
5 *Offenſa manifeſta quæ dicatur.*
6 *Manifeſtum dicitur de quo eſt publicum inſtrumentum.*
7 *Cauſa quando dicatur manifeſta.*

QVAESTIO 10.

In quinta quæſtio. Fuit dictum, ꝙ iuſta cau-
ſa exigendi charitatiuum
ſubſidium, eſt cauſa rationabilis & manifeſta, nam ad hoc, ꝙ
1 petitio † ſubſidij charitatiui habeat locum, primò requiritur,
ꝙ ſit cauſa rationabilis, ſex decim cauſas rationabiles retuli ſu
prà. & vltra cauſam rationabilem requiritur, ꝙ cauſa ſit mani
feſta, per tex. in d. c. cum Apoſtolus. de cenſi. vbi tex. dicit, ꝙ ſit
manifeſta ac rationabilis cauſa, &c. iſta duo ſimul requirunt,
nam non ſufficit, cauſam eſſe rationabilem, niſi ſit manifeſta,
per dictum cap. cum Apoſtolus. & ibi Panormita. in fin. & eſt
etiam tex. in c. conquærente. de offi. ord. in fi. qui tex. dicit, ꝙ ſi
manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, &c. ad idē tex. in ex-
trauag. 8. de cenſi. & ibi gl in uerbo, charitatiuum, &c. in prin.
dicit, ꝙ hæc duo ſimul requiruntur. Quæritur, quādo dicatur
2 † manifeſta? dic, ꝙ manifeſtum idem eſt, quod clarum, aper-
tum, ſeu certum. c. 1. de pœnit. & remiſſio. & hoc probatur ex
eius contrario. arg. c. veſtra. de. d. cohab. cleric. ſecundum Io.
Monach. in c. 2. de uerb. ſign. lib. 6. & tex. ibi dicit, ꝙ manifeſtū
& euidens idem important, & euidens dicitur, valde videns,
quia eſt clarum & apertum. c. euidentia. de accuſat. Io. Mona.
3 ubi ſuprà. Guliel. de monte in d. ca. 2. dicit, ꝙ manifeſtum † &
euidens quantum ad veritatem ſatis ſupponunt pro eodem,
euidens enim eſt, quod palam eſt, & euidenter apparet. c. eui-
dentia de accuſat. c. ut euidenter. 1. q. 1. manifeſtum idem eſt,
quòd apertum & clarum, ſeu apertum, ſeu certum. argu. dicti
c. 1. de pœnit. & remiſſ. hæc Guliel. ubi ſup. Glo. in d. c. 2. dicit,
intelligimus euidens & manifeſtum, cuius probatio eſt in eui
4 denti & manifeſto, nam paria † ſunt aliquid eſſe certum, vel
leuiter poſſe fieri certum. ſecundum gloſſ. ibi. & eam ad hoc
notat Philip. Franc. ibi. Vnde etiam dicit glo. in c. de manifeſta
2. q. 1. ꝙ manifeſtum eſt, quod ſemper ex ſcientia & ex certo
auctore procedit, & quod poteſt probari. Anto. de Butrio in
c. ueſtra. de cohabit cler. verbo, nunc venio ad diffinitionem
manifeſti, dicit, ꝙ manifeſtum capitur multis modis, vt ibi ple
ne per eum. Tex. in c. cum olim. de uerbo. ſign dicit, offenſam
5 † illam nos reſcribimus intelligere manifeſtā, quæ uel per con
feſſionem, vel probationem legitimam nota fuerit, aut euidē
tia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, facit ca. ſuper q-
buſdam. de uerbo. ſign. ubi tex. declarat, quis dicatur manife-
ſtus hæreticus. Item etiam manifeſtum dicitur, ſeu manifeſtè
6 conſtare dicitur, † illud de quo eſt publicum inſtrumentum.
Bar. in l. 1. de noui ope. nun. ff. Euidens dicitur, probatio facta
per inſtrumentum. c. cum dilecti. de dona. ibi Panor. nota. 1.
patens & notorium etiam dicitur illud, de quo conſtat per in-
ſtrumentum. Panor. in c. cum olim, de cēſi. nota. ult. Phil. Dec.
conſi. 423. num. 11. in 3. part. & Iaſ. in l. 1. de noui oper. nuntia.
Feli. ſuper rubr. de proba. & in c. licet. de probat. & in additio.
ad Phil. Deci in c. conſuluit. de appella. Hippoly de Marſi. in l.
1. de proba C. Phili. Deci in c. cum ſpeciali. §. porta. de appella.
Quo ad caſum noſtrum eſt concludendum, ꝙ dicitur mani-
7 feſta cauſa, † quando illa eſt clara & certa, uel leuiter poteſt
fieri certa, quia poteſt probari incontinenti, vnde ſi conſtat de
cauſa rationabili, & illa eſt certa, ſeu clara, vel leuiter, ſeu incō-
tinenti poteſt probari, dicitur cauſa rationabilis & manifeſta.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus an propter denegationem ſubſidij poſſit apponere generale in-
terdictum in ſua dioceſi.*
2 *Interdictum generale non poteſt apponi pro commodo pecuniario. ſecus
in ſpeciali. nu. 3.*
4 *Interdictum generale quando pro commodo pecuniario apponi poſſit.*

QVAESTIO 11.

Dictum eſt ſupra q. præcedenti, ꝙ epiſcopus poteſt
excommunicare ſubdiros ſuos non ſoluen-
tes ſubſidium ab eo impoſitum cum rationabili & manifeſta
1 cauſa, an † propter talem denegationem poſſit apponere ge-
nerale interdictum in ſua diœceſi. Bellen. in tract. de charitati
uo ſubſid. q. 25. quærit de iſta quæſtione, & dicit, ꝙ non, & idē
in collectore p̄p̄ exigente decimam beneficiorum, quia pro
2 nullo pecuniario commodo, poteſt apponi generale † inter-
dictum, per extrauag. Bonifa. 8. incip prouide attendentes. in
tit. de decimis. in extrauag. communibus. & Io. And. Domin.
Phil. Franc. & alij in c. præſenti. de ſent. excom. lib. 6. & Cald. in
tract. de eccleſiaſtico interdicto. uerbo, ſi quæritur. in 2. mem-
bro q. 9. Sed ſpeciale interdictum, putà in certa eccleſia poteſt
3 epiſcopus † apponere propter denegatum ſubſidium, quia ex
trauag. prædicta non habet locum in ſpeciali interdicto, ſed
in generali. Ioan. And. Domi. & alij in d. c. præſenti. de ſenten.
excom. lib. 6. Calde. ubi ſupra Fel. in c. ſanè. de offi. dele. Steph.
Aufre. in rep. clem. 1. in tit de poteſtate clerici ſuper laicos. ver
bo, decimò nota. vide plenius in conſi. meis, conſi. 15. in 5. uol.
ubi plenius iſta refero. Limita prædicta, niſi ſubditi denegan-
tes ſoluere ſubſidium, prius fuiſſent propter hoc ab epiſcopo
excommunicati, quoniam ſi perſeuerent in contradicendo,
4 non obſtante excommunicatione, epiſcopus † poterit appo-
nere generale interdictum. nec obſtat d. extrauag. quæ loqui-
tur, quando directè, & immediatè apponitur generale interdi
ctum pro commodo pecuniario, hoc autem caſu, ponitur po
tius propter contradicentem: & ſolutio ſubſidij non eſt cauſa
immediata, ſed mediata, & remota. Cald conſi. 8. in tit. de ſen.
exco. & dicit hoc eſſe veriſſimum, & ꝙ ita debet intelligi dic.
extrauag. vt plenè per Bellen. in d. quæſt. 15. & in d. conſi. meis,
conſi. 15.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſitas qualis eſſe debeat ad petendum ſubſidium.*
2 *Neceſſitas quomodo cognoſcatur, ut imponi poſſit charitatiuum ſubſi-
dium.*

QVAESTIO 12.

Dictum fuit in 5. q. ſuprà, ꝙ requiritur cauſa rationa-
bilis & manifeſta ad petendum charitatiuū
ſubndium, inſtante neceſſitate, quæritur, qualis debeat eſſe ne-
1 ceſſitas † ad petendum dictum charitatiuum ſubſidium? Car.
in d. c. cum Apoſtolus. de cenſi. q. 1. dicit: talis, cui per ſe non
ſufficiat: arg. c. conquærente. de off. ord. in quam inciderit ſine

culpa,

Source : BIU Cujas

culpa,quia si culpa sua,sibi imputetur. Card. ubi suprà, & ista necessitas debet esse manifesta,& cum causa rationabili, secundum Arch.in c.generaliter.§ iuxta sanctionem.16.q.1.vbi dicit, ꝙ istud subsidium est petendum tempore necessitatis, id est,manifestæ & rationabilis causæ.Car.in d. c.conquærente.q.22.in fin.quærit in eo, quod permittitur episcopo petere subsidium ex manifesta & causa rationabili, de exēpliis refert Hosti.ubi quæ ponit exempla in d. c conquærente. ea ponit tria exempla,in quibus potest imponi charitatiuum subsidiū,
2 refero supra Et quomodo cognoscatur ista † necessitas? dic, quando deficientibus bonis prælaturæ episcopus non possit commodè soluere debita sua,glo.in c.cupientes §. ad hæc.in uer.aliunde.de elect lib.6.Panor.in c. vt præteritæ. de elect.

SVMMARIVM.

1 *Exactio charitatiui subsidij est de lege diocesana,& non iurisdictionis.& quæ sint de lege diocesana,& quæ de lege iurisdictionis.nu. 2.*

QVAESTIO 13.

An exactio charitatiui subsidij, quam facit Episcopus, dicatur esse de lege diœcesana, vel de lege iurisdictionis.

Innocen. in c.1.de sta.mona.dicit, ꝙ est de lege diœcesana idem Ioan.And.Ant.Imo.in c.dilectus.de off.ord.Arch.Io.And.in c.1.de præb lib.6.glo.magna in d.c.dilectus.& glo.10.q.1.in summa.Panor tamen in d.c.dilectus.multum in hoc dubitat.Bellen.in d.tract.de char. subsi. q.28.quærit de ista quæst.& refert prædictos doct & in fi. con-
1 cludit,ꝙ communis opinio est, † ꝙ est de lege diœcesana, & non iurisdictionis,& in q. seq quæ est 29. Est uidendum,quæ
2 sunt † de lege diœcesana,& quæ sunt de lege iurisdictionis,vide per omnes in c.dilectus.de offic.ord.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium quando dicatur moderatum.*
2 *Subsidium quantum exigi possit.*
3 *Procurationis nomine quæ pecunia exigi debeat.*
4 *Eugenij quarti bulla in dioceſi florentina circa charitatiuum subsidium quid prouiderit.*
5 *Constitutio neapolitana circa exactionem subsidij.*
6 *Compositio inter Episcopum & clerum super quantitate, & modo exigendi charitatiuum subsidium, valet.*

QVAESTIO 14.

Dictum est supra in 5.q.ꝙ ista exactio est mensuranda,& sic debet esse istud subsidium moderatum,quæritur quando dicitur † moderatum. Ioā. de Imo.in
ù d.c.conquærente.in vlt.nota.dicit, ꝙ mensuranda est exactio secundum qualitatem instantis necessitatis, per notata in d.c. cum Apostolus.Card.in d clem.frequens.de excess. præla.q 3. quærit,quantum posset exigi pro subsidio? dicit, ꝙ est arbitrarium,& se remittit ad dicta per eum in d.c.cū Apostolus. q.7.
2 Card.in d.c.cum Apostolus §.prohibemus.q.7.quærit,† quātum potest exigi pro subsidio? nemo tangit secundum eum, & dicit arbitrarium,& arbitrabitur hoc ipse episcopus, sed si indebitè arbitretur, possunt clerici appellare, quia hoc non permittitur sibi in arbitrio liberæ voluntatis, sed tanquam bono viro,idest iudici.c.consuluit.de offic.deleg.c.1.de dila.hodie taxatum est per extrauag.Bened.12.uas electionis. est in ti. de censi.in extrauag.communibus.in §.præmissis quoque.retuli suptà,in prin.istius consi.nam ibi est tex. singul.ꝙ non debet plus pecuniæ exigi quàm exigeretur nomine procuratio
3 nis,si scilicet uisitatio fieret, & quæ pecunia † debeat exigi nomine procurationis,est tex.in d.extrauag.& ibi gloss. Fran. de Pau.in addi.ad Panor.in d c.cum Apostolus.& vide infi.q.41. Vnde dicit Lapus allegatio.37.incipiente, cōsilio bene.quòd potest negari volenti aliter taxare, cum refert Bart. Bellen.in add.ad Panor.in d.c.cum Apostolus.Dicit Anto.Flo. in summa,in 3.parte,tit.20.c.2.§.10.uersi sciendum etiam de charita
4 tiuo subsidio, ꝙ in diœcesi Florentina est bulla † Eugenij 4. prohibens non posse pro charitatiuo subsidio exigi, vltra septingentos florenos,aliàs archiepiscopus plus exigendo incidit in excommunicationem,ibi per eum Et Neapoli est con-
5 stitutio,† ꝙ non possit exigi ultra quartam partē. refert Matt. de Affl.in decisi.Neapol 136.& in constit Neapoli.in tit.de adiutorijs.num.41.& seq.consti.& hodie est determinatum, per d.extrauag.Bened.12. & si vltra illam summam cōtigerit episcopum etiam a uolentibus exigere,non careret scrupulo cō scientiæ.ut dicit Lap.alleg.37.pro quo facit tex. in c. quia plerique.ibi,quærunt prędam,potius quàm subsidium a subditis. Card.in d.c.cum Apostolus. contrarium sentit, retuli suprà, & q.8.dicit,ꝙ ab illa taxa potest recedi, cùm non fuerit vbiq; recepta,immo,qua si potius est ignota.idem tenet Domi.in c. Felicis.de pœ.lib.6.uer quid cōtinetur appellatione pecuniæ. refert Nico Boe.in decisi.q.144.in prin.& ibi dicit,ꝙ primum videtur verius & sanctius, & fuit seruatum in curia Burdega. Nam fuit petitum ab archiepiscopo exhiberi rotulum pecuniarum ratione visitationis perceptarum per l.8.de sent. quæ pro eo quod interest profer.C.ibi,cùm scimus esse naturæ cō gruum.& refero Lapum in q.17.Intellige, ꝙ ista compositio
6 † super charitatiuo subsidio inter episcopum & clerum super quantitate & modo præstationis valet,per not.in cle.1.de cēsi. in uer.legitima.& ibi Car.q.12.& plenius per Barth. Bellen.in d.suo tract.de charitatiuo subsidio.q.48.dumtamen quantitas in compositione sit minor quantitate taxata a iure, per dict. extrauag.Bene.12. nam ille tex. non solùm prohibet exigi ab inuitis ultra summam ibi taxatam, sed etiam prohibet a uolentibus sponte soluere vltra taxam, & si talis compositio est perpetua,debet interuenire consensus capituli, per tex.in ca. pastoralis.de his quæ fin.a præla.sine consen.c.refert d. Bellē. in dicto tractatu.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo an ualeat, quod charitatiuum subsidium ultra taxam exigi possit.& nu.4.*
2 *Consuetudo non valet quod Archiepiscopi exigant iuramentum a suis suffraganeis ultra formam a iure statutam.*
3 *Consuetudo inueterata habet uim priuilegij a principe concessi.*

QVAESTIO 15.

An a dicta extrauag. de qua in quæst. proxima, possit recedi ex causa.

Card. in d.c.cum Apostolus.§. prohibemus. q.8.dicit, ꝙ sic,nam nec fuit recepta vbique, immo quasi penitus ignota.c.pastoralis.de fide instru.vide,quæ dixi in prę
1 cedenti quæstio.An valeat consuetudo,† ꝙ charitatiuum subsidium possit exigi vltra taxam dictæ extrauagā.non per dict. extrauag.in §.præmissis quoque.in verbo. vel consuetudine. vbi Papa videtur reijcere & improbare talem consuetudinē. facit tex.cum gl.in uer.consuetudinis.in c. dilecti. & ibi Host. & alij,de maior.& obed.ubi patet, ꝙ non valet consuetudo,
3 †ꝙ Archiepiscopi exigant iuramentum a suis suffraganeis vltra formam a iure statutam, & latius in terminis proprijs tenet Bartho.Bellen.in d.tracta.de charitatiuo subsid. quæst 62. Fallit primò,nisi esset consuetudo antiqua,tanti temporis,cuius initij non sit memoria in contrarium,quia talis consuetu-
3 do † inueterata habet vim priuilegij a principe concessi. cap. super quibusdam §.prętereà.de verb.sign.l hoc iure.§.ductus aquæ.de aqua quoti.& æsti.ff.Panor.in clem.fi.in fin.de rebus eccl.non alie.& quia est hoc vulgatum,non insisto,& aliàs latissime scripsi super ista consuetudine immemoriali.Fallit se-
4 cundò,nisi esset consuetudo † generalis, ꝙ prælati exigerent seu reciperent charitatiuum subsidium a subditis suis ultra taxam dictæ extrauag.intellige, de consuetudine generali vniuersitatis ecclesiæ.per c.contra morem. 100. dist.quam Papa scit,& tolerat,per not.per Oldr.consi.254.istas duas fallentias ponit Bar.Bellen.in d.tract.q.62.refero inf. q. 18.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an valet exigere sine peccato charitatiuum subsidium ultra taxam.*
2 *Pœnæ sunt restringendæ.*
3 *Pœnæ extrauag.Bened. 12. quod habeant locum etiam ratione uisitationis.*
4 *Verba in bullis pontificijs,si quis autem hoc auenire præsumpserit, indignationem &c.quid operentur.*

QVAESTIO 16.

An pœna dictæ extrauag. posita in procuratione, extendatur ad charitatiuum subsidium.

Lap. alleg.37.quærit,stante constitutione Benedicti, quæ taxat procurationes,& pœnas imponit suspensionis ab officio & beneficio, & charitatiuum subsidium taxat vsq; ad summam procurationis,non tamen repetit pœnas in charitatiuo subsidio, an contra dictam taxationem valeat chari-
1 tatiuum † subsidium in plus exigere sine peccato, ex consuetudine,vel de iure,vel de priuilegio? Videtur,ꝙ sic.quia illa cō stitutio ponit pœnam solum exigentibus procurationem, & non sint repetitæ pœnæ ab extrauagan. quo ad charitatiuum

sub-

Source : BIU Cujas

2 subsidium vltra taxam.& † pœnæ sint restringendæ, regula,in pœnis.de reg iu.in 6.reg.odia.eo.tit.lib.6.c. pœnæ. de pœnitẽ. dist.1.& sic pœna suspensionis & depositionis non habet locum in charitatiuo subsidio, hæc Lap. ubi sup.glo.in d.extrauag.uas electionis.in tit.de censi.in extrauagã. communibus. §.præmissis.in fi.dicit ꝙ tenenda est ista conclusio Lap. Istam quæstionem ponit d.Bart.Bellen.in d. tract. de chari. subsid.q.
3 43. & refert duas opiniones. Prima est, ꝙ dictæ pœnæ † habent locum etiam ratione visitationis.per glos.in c.de multa. §.hocidem.in uersi.in eadem ecclesia.de præben.allegat Lap. in clem.statutum.de elect.& ibi Card.in 3.oppos.& Anch.in clem.ne romani.§.porrò.uersi.quintò not.de elect.per illum tex.loquuntur in casu simili. Secunda opinio est, in proprijs terminis Lapi in d.alleg. 27.retuli suprà, & istam opinionem sequitur dictus Bellen.per gl.in clem.quoniam.§.hinc.in uer. sanctioni.de uita & hone.cleri.& d.Bellen.vbi suprà,respondit ad allegata pro prima opinione.Et dictus Bellen. q.44.dicit,ꝙ fortè potest dici,ꝙ tenetur ad restitutionem dupli. per tex. in l.8.C.de superexactionibus. lib.10.& per ca. procurationes.in fi.de censi.& per cap.exigit.de censi.lib. 6. uel tenetur indebitum exactum restituere, & tantundem pauperibus erogare, per cap.quia plerique.de immunit.ecclesia.Obstant isti secundæ opinioni uerba finalia dictæ extrauagan.scil cet illa clausu
4 la,† si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius,se nouerit incursurum,quæ importent verba ista, refert Bellenzi.ubi suprà q.44.vnde concludit, ꝙ erit pœna arbitraria,per ista verba,vt latius per eum retuli,dicta extranag. sup. in fine primæ quæstionis,& ibi refero Matth. de Afflict. & Nicol.Boer.& quæ important uerba ista,uide Fel.in ca.ueniens. de præscrip.& Ias.in l.1.in prin.si quis ius dic. non obtempe. ff.& Zasius in tract.defeudis.dicit,ꝙ inducit priuationem beneficiorum,uide eum,& Petrum Rubini in repeti. c.postulastis.de cler.excom.ministr.ubi ponit plures remissiones.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ an possint repeti in receptis.*
2 *Recipiens ultra taxam peccat,quia facit contra præceptum superioris.*
3 *Consuetudo an ualeat,quod quis possit exigere,uel,a uolentibus, recipere taxam.*
4 *Consuetuao grauosa ecclesijs non ualet.*
5 *Consuetudo antiqua habet vim priuilegij a principe concessi.*
6 *Consuetudo generalis æquiparatur priuilegio.*

QVAESTIO 17.

An à volentibus possit exigi vltra taxam extrauagan. sine peccato existente consuetudine.

Lap. in d.alleg.37.quærit, an a uolentibus possit exigi charitatiuum subsidium vltra taxam extrauagã. absque peccato?videtur, ꝙ non , quia contra mandatum principis.§. fi.4.dist.c.2.de maio. & obe. putat tamen, ꝙ recipientes a uolente non tenentur ad restitutionem , licet teneantur ad constitutionem peccati. Nõ obstat, ꝙ a uolente etiam non debet
1 recipi,quia vsuræ † non possunt repeti in receptis , sufficit remissio,regula,peccatum , de reg.iur.lib.6. potest etiam dici, ꝙ absque peccato posset episcopus exigere charitatiuum subsidium ultra taxam prædictam a uolentibus , quia dicta extrauag.a sui principio non fuit recepta,nec vsu approbata.4.d.legis.c.1.cum glo.3.de treug.& pa.Quare non audeo hoc asserere,sed vnicuique suo iudicio relinquo.c. mulieri. de iureiurã. hæc Lap.ubi supra:aduerte , quia d. extrauagans ubi supra expressè uetat, ꝙ etiam a uolentibus vltra prædictam taxam nõ
2 petatur,& sic recipientes † etiam a uolentibus ultra taxã peccant,quia facit contra præceptum superioris.c.2.de maiorita. & obed.cum similibus. & dixi suprà q. 3. Bellen.in d.tract.de
3 charita.subsid.q.42.quærit,an ualeat consuetudo, † ꝙ episcopi,uel alij prælati possint exigere a subditis suis, etiam a uolentibus recipere charitatiuum subsidium ultra taxam positam in dicta extrauag.vas electionis.de censi.dicit ꝙ non, per dist. extrauag.in §.præmissis.quia per hoc grauaretur ecclesia,contra §.prohibemus.c.cum Apostolus.de censi. ideò talis con-
4 suetudo † non ualet tanquam grauosa ecclesijs , per cap. 1.de consue.c.cùm causa.de reg.iur.& per tex.in c.cum dilecti.iuncta glo.in uerbo,consuetudinis.de maiorit.& obed.& ibi Hostien.& alij.Fallit ista conclusio , nisi esset consuetudo antiqua
5 tanti temporis,&c.nam talis consuetudo † habet vim priuilegij a principe concessi.cap.super quibusdam.§. propterea. de verb.sign.cum simi. Secundò fallit,nisi consuetudo esset generalis,ꝙ prælati exigerent,seu reciperent charitatiuum subsi-
6 dium vltra dictam taxam , nam talis consuetudo † generalis æquiparatur prinilegio.ad hoc est glo.notabilis in c.catholica 11.dist.facit c.extuarum.de auto.& usu pal.intellige de generali consuetudine vniuersalis ecclesiæ per ca. contra morem. 100.distinct.ut latius per dictum Bellen. in qõ. 42. retuli suprà quæst.16.

SVMMARIVM.

1 *Papa quandocunque sibi uidebitur potest exigere charitatiuum subsidium.& num.5.*
2 *Prælatus nullus,citra Papam,potest imponere collectam subditis,fallit vt ibi.& num.3.*
4 *Reges an & quo ordine possint imponere subsidia.*

QVAESTIO 18.

Qui possunt petere charitatiuum subsidium.

De Papa nemini dubium,c.fi.de dilatio.c.ad deliberandũ. de iudic.Anto.in c.peruenit.in fi.de immu.eccles. Do. consi.74.in fi.Petr.Belluga in tract.de specu.princi.num.7.Nicol.Boerii,in dectsi.quæst.133.in princ.in 1.par.& Hostien.in
1 summa de censi.§.ex quibus cautis.dicit, Papa † quandocunque sibi uidebitur potest exigere charitatiuum subsidiũ. omnes.in c.conquærente.de offic.ordina. & inter quatuordecim iura episcõopalia,quæ Panor.ibi memorat,istud est ultimum, & in c.dilectus.de offi.ord.uersi.5.est de lege diœcesana, charitatiuum subsidium.c.cum Apostolus.§.prohibemus.de cẽs. c.quia plerique.de immunita.eccles.clem.frequens.§.in exigẽdo.de excessi.prælat.& ubique omnes Doct.& in extrauagan. uas electionis.de censi.& ibi per gl.quę fuit Francisci de Pauinis,quam refert idem de Pauinis in tract.de uisita refert Fel.in c.cum ex officij.uersi.cęterum estote memores. de præscript. & idem de Pauini in suo tract,de charit.subsidio.Domi.cons. 74.Petrus de Bellu.in tract.de specu.Princi.num.16. Panor.in d.c.cum Apostolus.§. prohibemus. ponit regulam, scilicet,
2 nullus prælatus † citra papam potest imponere collectam subditis,fallit ubi subest causa rationabilis & manifesta,quia tunc potest episcopus petere a subditis moderatum auxilium, qđ hodie in vulgari vocatur charitatiuum subsidium,& sic episco
3 pi,† archiepiscopi, patriarchiæ seu primates in ciuitatibus & diœcesibus suis possunt hoc petere.d.c.conquærẽte.d. c.cùm
4 Apostolus.§.prohibemus.Et possunt etiam Reges † imponere ista subsidia,sed prius debent sibi imponere, & postea aliis, si mensa Regis non sufficiat,secundum Bal.in d.c.conquærẽ in fi.ubi quærit, vtrum Reges possint imponere ista subsidia ? Respon.prius debent imponere sibi,posteà alijs,si mensa Regis non sufficiat.l.ab omnibus.§.Titio.& ibi per Dyn.de leg.1. ff.& facit ad multas quæstiones ille §. & hoc tenent Petr. & Cyn.in l.neminem.de sacrosanct.eccl.C.Bal.ubi suprà,& Chass.in consuetud.Burgun. uersi. quæri potest. vbi refert quasi omnia prædicta , & hoc de Principe,vide in dicta consuetud. Burgund.verbo,hic autem videmus Io. Mauric.in repeti l.8. quo loco mulie.mun.sub.soleant.C.lib.10.in fi.quærit de ista quæstione,& dicit primò , ꝙ summus pontifex, allegat Host. vt suprà,& de alijs prælatis,ꝙ possunt petere charitatiuũ subsidium.Iacob.Bonal.in tracta.de iure genituræ.in addit.Io.de Turre rubea.in 2.articul.primi tractatus. Chassan. in consue. Burgun. num.111.cum seq. Bald. in l. si quis ad declinandum. uer.ad charitatiuum subsidium.de episc.& cleric. C.Lucas de penna in l.generali.uerbo,an autoritate propria episcopus.de decurio.C.lib.10.Alber.de Rosa.in rubr. C.sine censu & reliquis.refert prædicta Nicol.Boer.in decisionibus suis q. 133.in prin.in 1.par.& omnes supradicti concludunt, ꝙ episcopi,& alij prælati superiores possunt petere charitatiuum subsidiũ ,
5 & dico latius in quæstionibus sequentibus. Et de Papa † non est dubium, quia quandocunque sibi videbitur potest exigere charitatiuum subsidium,vt dictum est, secũdum Host.vbi supra,& bene facit tex.in cap.2.de pręb.in 6.clem.1.in fi.vtlite penden.Bart.Bellen.in tract.de charitatiuo subsi.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Indigenti cuilibet subuenire tenemur in articulo necessitatis ex debito charitatis.*
2 *Episcopus in petendo subsidio charitatiuo quibus uerbis uti debent.*

QVAESTIO 19.

Quæ sit forma petendi dictum charitatiuum subsidium?

Host. in d.c.conquęrente.in fin.instruit prælatos,qualiter debeant petere dictum subsidium,vt loquãtur cum quadam charitatis humanitate,quasi dicat Prælatus,omnibus congregatis, chariſſimi fratres, ego ex tali causa egeo, & nota est omnibus plus quàm vellem,quilibet vestrum proximo tenemini ex præcepto Domini , ex quo & sequitur, ꝙ

ex

Source : BIU Cujas

1 ex debito charitatis † tenemini etiam cuilibet indigenti, in necessitatis articulo subuenire.c.non satis.c.pasce.86.distin.c. cum non liceat.de prescrip.& cùm totus episcopatus iste vna ecclesia sit sponsa mea.c.sicut vir.7.q.1.absurdum esset,q; videtur me pro ipsa ex vna parte laborantem,& ex altera mendicãtem.sicut dicitur aliàs de sponsa corporali.l. non tantùm.l.& si fideiussor.de re iudic.ff.non ergo expectetis compulsionẽ, quia transgressores præceptorum, & maximè tanti præcepti, possunt non immerito coerceri.ca.q; præcipitur.14. q.1.non exhibeatis ergo vos seruos,vel rusticos, qui semper faciunt se compelli, sed potius in subueniendo largifluos & nobiles & deuotos,& iudicet illud,quod legitur in cap.1. de dona. Hæc Host.vbi suprà.Io.Andr.in d.c.conquærẽte. refert Host. licet non ita plenè vt retuli.Bellen.& Host. sequũtur Ant.& Imol. in d.c.conquærente.& Bellen.in d.tract.q.13.Ant.in c.cõquærente.dicit:q; prælatus cõgregato clero debet exprimere causam suæ egentiæ,& hortando,q; cum cuilibet proximo in necessitate sit subueniendum,potius sibi,narrando, q; spõsus est totius Ecclesiæ,& absurdum esset,q; sponsa videret laborantẽ egestate sponsum,ipsa existente diuite,& hortando,q; non expectent compulsionem, dicẽdo, quod dicitur in c.1.de donatio.ubi tex.hanc sibi quodam modo nobilitas legem imponit,vt debere se,quod sponte tribuit, existimet. Cardi. in d.c. cùm Apostolus.q. 6.dicit, q; obseruatur,q; quando Episcopi volunt subsidium,congregant clerum, & ibi proponunt suas necessitates, & instat, q; clerus subueniat, deinde recedente Episcopo clerus subsidium imponit, vt retuli sup.q.1.ad aliũ effectum. Anch.in d.c.conquærente.nota.10.dicit:quibus au-
2 tem uerbis debeat Episcopus, † qui hoc petit,vti. dic,dulcib. non austeris,& causas indigentiæ declarare.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria tenentur ab subsidium charitatiuum.*
2 *Monasteria sunt exempta a lege diocesana.*
3 *Monasteria tenentur ad omnia ad quæ tenentur aliæ ecclesiæ, nisi ut ibi.*
4 *Auxilium moderatum a subditis petere an sit de lege diocesana,uel iurisdictionis.*
5 *Monasteria ad procurationem tenentur ratione uisitationis.*
6 *Monasteria an teneantur episcopo ad charitatiuum subsidium, sicut alia ecclesia secularis.& num.8.*
7 *Canonica portio an debeatur episcopo de relictis monasterio exempto.*
9 *Episcopus,etiam in aliquibus, est iudex exemptorum.*
10 *Subsidium charitatiuum an possit a monasterio exigi.*
11 *Monasterium habens populum,tenetur ratione populi ad omnia quæ sunt de lege diocesana.*

QVAESTIO 20.

Monasteria an teneantur ad istud charitatiuum subsidium.

Innoc. in c.1.de statu mona.in prin.dicit, q; moderatũ auxilium est de lege diœcesana,& post in fine dicit,q; singulæ ecclesiæ debent conferre cum episcopo, quando vadit ad Papam,Regem,vel Synodum &c.& in fine vide-
1 tur innuere,q; monasteria † tenentur ad hoc. Host. in summa de statu mona.in tit.de censi.§.ex quibus.uer. item eps exigit. & glo.in c.inter cætera.10.q.3.tenent,quod non tenentur. Io. Andr.in d.c.1.de præb.in 6 post Arch.qui Arch.ibi, in principio,dicit,q; monasteria sunt exempta a præstatione moderati auxilij,& idem ibi Ioan.And.in princ.& ibi Anch. Io. And. Ant.& Imo.in d.c.dilecti.de off. ord quia exactio charitatiui
2 subsidij est de lege diœcesana a qua sunt exempta † monasteria.c.ne pro cuiuslibet.16.q.1.in c.quàm sit.cum glo.18.q.2.c. 1.de statu mona.& concludunt, q; non tenentur ad istud subsidium.Card in d.c.1.de sta.monac.q.6.in fi dicit, q; monaste-
3 ria † tenentur ad omnia,ad quæ tenẽtur aliæ ecclesiæ,nisi quatenus reperiantur priuilegiata,vel a iure,vel per priuilegia eis concessa,infertur,q; monasteria conferre tenentur cum epõ, cum vadit ad Papam,vel synodum.Card.in c.dilectus.de offi.
4 ord.q.2.in fi.dicit:q; moderatum auxilium † petere a subditis, est de lege diœcesana,alij,de lege iurisdictionis, quærit Cardi. ibi,q.3.an monasteria ad hoc teneantur,videtur,q; non,cùm sint exempta a lege diœcesana,vt gl.in d. c.dilectus.contrariũ sentit Inn.in d.c.1.de sta.mona,quod videtur verius, & sic cõ-
5 sului.dicit Card.nam etiam ad procurationem † tenentur ratione visitationis.c.cum ex officio.de præscrip. interest enim omnium de diœcesi, vt episcopus possit congruè sustentari, & sic obseruatur Card.ubi sup. Panor.in d.c.1.de sta.monac.
6 dicit,q; Inn.ibi tangit,nunquid monasteria † teneantur epõ ad charitatiuum subsidium,sicut Ecclesia secularis, & primò videtur velle,q; non,sed contra hoc videtur sentire post in fin. suæ gl.Io.And.& Anch.in c.1.de præb.transeunt cum primo d.Pau.approbat secundum dictum in cle.1.de excess.præla.& est casus dubitabilis secundum eum, & se refert ad dicta per eum,in d.c.cùm Apostolus.Panor.in d.c.1. uidetur adhærere opinioni Paul.scilicet,quod tenentur,per dictam clemen.1.de excess.præla.Panor.consi.37.in 1.uol.quærit ibi, an ex relictis
7 monasterio exempto debeatur canonica † portio episcopo? dicit,q; omnia monasteria sunt exempta respectu legis diœcesanæ,& omnia,quæ consistunt in recipiendo,vt est cathedraticum,quarta decimarum,& similia sunt de lege diœcesana.c. dilectus.de off.ord glos. in summa.10.q.1. tandem concludit Panor.q; monasteria exempta a iurisdictione epi non tenentur ad dictam quartam, nisi haberet populum non exemptũ, nam tunc ratione populi non exempti habet communicationem cum epo,& eps grauat circa ius episcopale.Panorm.ubi supra,ergo secundum Panor.videretur dicendum in quæstione nostra, q; si monasteria sint exempta non tenẽtur ad istud charitatiuum subsidium,nisi quo ad ecclesias non exemptas, quas dicta monasteria possident.Panor.cons.26.in 2.uol.uer.
8 circa tertium,quærit,an † monasteria & loca religiosa teneantur ad charitatiuum subsidium,refert Inn.Io.And. ubi suprà, & tenet,q; sic,& allegat d.clem.1.de excess.præla,& alia iura.dicit tamen q; licet iste casus sit satis argutus,non tamen est sibi absolutus,pro eo q; iura & opiniones varientur,& in fine concludit, valere consuetudinem, q; religiosi non teneantur ad soluendum charitatiuum subsidium.Panor.in d.c.dilectus.in fi.dicit,q; aliqui consuluerunt, q; monasteria ad charitatiũ subsidium tenentur.quinimmo sentiunt aliqui, q; etiam exẽ-
9 pti tenentur,quia eps † etiam in aliquibus est iudex exemptorum.d.clem.uni.de excess.prælat. Panor. refert se ad dicta per eum in d.c.1.de stat.mona.in d.c.cum Apostolus. & ibi Bellẽ. in addit.& q; monasteria teneantur ad istud subsidium, facit tex.in d.extrauag.Vas electioois.§. præmissis.ubi expresse loquitur de monasterijs & conuentibus & alijs locis. Collecta. in d.c.cum Apostolus.num.4. quærit, nunquid a monasterio
10 poterit charitatiuum subsidium † exigi? videtur q; non, arg. illius literæ,parochias.& in hoc concludit allegando alia iura. Bellen.in d.tracta.de charitatiuo subsidio, quærit de ista quæstione in q.29.Et dicit,q; communis sententia Doct.est,q; monasteria non tenentur præstare episcopo charitatiuum subsidium, & sequitur communem opinionem, non obstante d. clem.1.de excess.præla.nam loquitur,quando monasteria nolent soluere pro ecclesijs monasterio subiectis, quę Ecclesię antè quàm erant monasterij soluebant, & transierunt cũ suo onere.c.pastoralis.de decimis. & sine pręiudicio episcopi. ca. quia monasterium.de reli.domi ut dico in q.30.Et eodẽ modo potest responderi ad d.§.præmissis.d.extrauag.& per hoc remanet communis opinio salua,à qua non est recedendum, nec iudicando,nec consulendo.Bellen. ubi suprà, ubi limitat
11 istam communem,nisi monasterium † haberet populum,tũc ratione populi teneretur ad omnia quæ sunt de lege diœcesana,secundum Inn.in d.c.1.de stat.monach.Ioã. And.in addit. ad Spec.in tit.de priuilegijs.ut latius per Bellen.ubi sup.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria exempta non teneri ad subsidium.*
2 *Exempti non tenentur ad subsidium.*
3 *Prælati an exigere possint charitatiuum subsidium, & quale.*
4 *Episcopus in multis est ordinarius exemptorum.*
5 *Papa potest aliquos a charitatiuo subsidio eximere.*
6 *Episcopus an possit petere charitatiuum subsidium ab ecclesijs suæ diocesis exemptis.*
7 *Religiosi etiam exempti tenentur efficaciter contribuere episcopo ad charitatiuum subsidium.& nu.10.*
8 *Fratres omnes censentur in Christo propter bonum charitatis.*
9 *Religiosi exempti quando teneantur ad charitatiuum subsidium.*

QVAESTIO 21.

Mn exempti teneantur ad charitatiuum subsidium.

Inter istam quęstionem & prędcedentem est differentia, quia in quęstione proxima loquimur de monasterijs non exemptis,hìc de exemptis, prout sentit Panor.in d.cadilectus.de offic.ord.Inn.in c.1.de stat reg videtur primò tene-
1 re,monasteria † exempta ad hoc subsidium præstandum non teneri,& eum sequuntur Arch.Io.And.in c.1.de priuile.retuli sup.in q.præceden.Cardin.in d.c cum Apostolus.q.10.quę-
2 rit,an exempti † teneantur ad hoc subsidium? dic,q; non,per not.in d.clem.frequens.de excess.præla. & se refert ad ibi per eum d.not.7. & oppo. 3. & hoc respectu diœcesani, quia non sunt sub eo, sed suus diœcesanus est papa uel alius superior, cui subsunt, & refert se ad dicta per eum in d. clem. frequens. oppo.3.hæc Card in d.c.cum Apostolus.Card.in d.c.clemen. frequens.§.nonnulli.in 3.oppo.dicit:q; tex.ibi prohibet exigere charitatiuum subsidium,tamen hoc de iure est licitum.cap.

cum

Source : BIU Cujas

cum Apoſtolus.hoc licet prę̃terquam in exemptis, & ſecundum Lan.hìc licet,prę̃terquam in exemptis, ſi non habent cu ram animarum per ſe,vel ſuos uicarios,niſi eſſent exempti in capite & in membris,& dicit Paulus,ꝙ a nō exemptis poſſunt exigere ſi ſubeſt cauſa.Card.in d clem. frequens.§. nonnulli.
3 q 1.quę̃rit,an ſit verum ꝙ prælati † poſſint exigere charitatiuū ſubſidium.glo.in uerbo,exigendo, arguit ex illa litera, ꝙ ep̃s poteſt exigere charitatiuum ſubſidium,dummodo ſit moderatum,& facit litera,ex eo quod prohibetur exigere ab exemptis,ergo ab alijs permittitur. & idem Lan.ibi. Card dicit ibi, ꝙ eo ipſo excidebant,ibi,quia exigebant ab exēptis,& ſic vult, ꝙ ab exemptis non poteſt peti.Raphael Cuma. conſi. 100.incipien.uiſo tenore literarum.Dominicus conſi.74.Henr.Boh. in d.c.cum Apoſtolus.in prin idem dicit.Petrus de Ancha.in d.clem.frequens.uer.8.not.dicit,ꝙ ille tex.prohibet exceſſum ſubſidij charitatiui moderatum.ergo videtur,ꝙ poſſit petere ab exemptis & ſubditis eorundem.contrarium tenet Paul dicens,ꝙ nec moderatum poſſunt exigere, ex quo ſunt exempti,ſed a non exemptis poſſunt, ſi cauſa ſubeſt. in hoc reſidet Anch.ubi ſup.Panor.in d.clem.frequens.verſi.nota, dicit, ꝙ ep̃s poteſt ab exemptis eorumque ſubditis ſubſidium charitatiuum moderatum exigere.per d.clem.& pro hoc facit , quia
4 † epiſcopus in multis eſt ordinarius exemptorum.clemē 1.de offi.ord.clem.2.de pœn.& remiſ.vnde propter curam, quam habent de eis poſſunt merito exigere charitatiuum ſubſidiū. & Panor.conſi.26.uolu.2.& idem in d.c.1.de ſtat. mona.& ad ibi notata ſe refert Panor.in d.c.conquę̃rente.de offic. ordin. Panor.in d.conſi.retuli Panor.in q.prę̃cedenti.Nicolaus Boerij in deciſio.ſuis.q. 135. quę̃rit de iſta quę̃ſt. & primò arguit, ꝙ non tenentur exempti,allegat Inn. Arch. Ioan. And. Card. quos ſupra retuli.& num 4.arguit,ꝙ exempti tenentur, ſecundum Inn.in d.c.1.de ſtat.reg.& Hoſt.in c.conquærente.de off. ord.& in ſumma,Inſtit.de offic.ord.§.3. & ꝙ ab omnibus exigi poteſt,allegat Pau.de Leaza.in d.clem.frequens.& Cardin ibi.retuli eum ſup.& allegat etiam Guliel.de Monte.& Bonif. de Vitali.in d.clem. frequens.retuli eos ſuprà.& refert etiam Panor.in d.conſi.& Feli.in d.c.accedentes.& in d.c.cum ex officij.& Cuma.in d.conſi.& Domi.in d. conſi. retuli eos ſuprà.
5 concluditur,ꝙ papa † poteſt aliquos ab hoc ſubſidio eximere, tamen ex cauſa rationabili & moderata imponi eis poterit, per d.§.in exigendo.d.clem.frequens. & idem Ant. de But.in d.c.cum Apoſtolus.& ibi Bellen. in addi. ad Panor. retuli ſup. proxi.Bart.Bellen.in tract.de chari.ſubſid.q.32.quærit ; vtrum
6 ep̃s † poſſit petere charitatiuum ſubſidium ab eccleſijs ſuę diecęſis exemptis,refert duas opiniones. Prima eſt, ꝙ ſic.per clē. frequens.§. 1.de exceſſ.prę̃la.& Panor.ibi hoc tenet,& Panor. in cap.dilectus.de offic.ordin.Secunda opinio eſt,ꝙ non.per clem.1.in uer.exemptionis de cenſi. ſecundum Pau. & Card. in d.clem.frequens.§. nonnulli in 3. oppo. & idem tenet Anchar.ibi,& iſtam opinionem ſequitur d.Barto.Bellen.ubi ſup. & latius ibi,per eum Bonifa.de Vital.in d.clem frequens.not.
7 11.notat ex illo tex.ꝙ religioſi † etiam exempti tenentur efficaciter contribuere ep̃o ad charitatiuum ſubſidium. nam iſta quærela erat iuſta propter exceſſiuam taxationem,ex quo infertur,ꝙ ſi non fuiſſet exceſſiua,iniuſta ſtetiſſet quærela. Paulus ibi tenet contra,videlicet,ꝙ exempti in nullo tenentur , & reſpondet ad iſtum textum, clem.;quia quo ad omnes omnis exactio eſt exceſſiua.Sed certè tex.innuit contrarium,dum dicit:excedunt nimium &c.licet dicatur charitatiua ſubuentio, tamen nolentibus ſoluere indicetur exactio, hoc eſt coacta ſiue inuita ſolutio vt not.Inn.Ioan.And.in d.c. cum Apoſtolus.Et ſic eſt unus de caſibus, in quibus ſunt exempti ſub poteſtate ordinaria, alij caſus notantur in clem.2.in fin.de pœnit. & remiſſ.ratio eſt,quia propter bonum charitatis omnes cen-
8 ſentur fratres † in Chriſto. in auth.de mona.colla.1.l.1.in fi.de accuſa.ff.Gulielm.verò dicit, ꝙ religioſi exempti tenentur ad
9 charitatiuum ſubſidium,† quando curam animarum exercēt per ſe,uel per vicarium, ſecus quando ſunt exempti in capite & in membris.d.ca.conquærente.tamen vt dixi,dicit Bonifa. iſte tex.fortiſſime probat contra. cogita , non enim ſunt ſine ſcrupulo hęc Bonifa.ubi ſup.Bart. Bellen. in addi. ad Panor. in d.c.cum Apoſtolus , quę̃rit de iſta quę̃ſtione an teneantur
10 exempti † ad charitatiuum ſubſidium:dicit ꝙ ſic, per tex.a cō trario ſenſu,in clem.1.in ver.exigendis. de exceſſ.prę̃la. refert Anch.not.8.retuli ſup.

SVMMARIVM.

1 *Monachi ratione capellarum ſuarum ita tenentur ad charitatiuum ſubſidium ſicut alij.& nu.3.*
2 *Exempti quando teneantur vel non ad charitatiuum ſubſidium.*
4 *Capellæ monaſteriorum ſunt exemptæ a præſtatione moderati auxilii.*
5 *Epiſcopi quomodo poſſint leuare auxilium charitatiuum ab exemptis.*
6 *Monaſteria exempta ratione eccleſiarum ſeu capellarum ſuarū tenentur ad charitatiuū ſubſidiū,regulariter,fallit in duobus caſibus,vt ibi.*

QVAESTIO 22.

Poſito ꝙ monaſteria exempta non teneantur ſoluere charitatiuum ſubſidium, an ratione eccleſiarum ſeu capellarum ſuarum teneantur ſoluere charitatiuum ſubſidium.

Ioan. And.in d.c.conquærente. in ver.ſuſtinemus. dicit,
1 notat Petrus,ꝙ Monachi † ratione Capellarū ſuarum ita ad charitatiuum ſubſidium tenētur, ſicut & alij.Car. in d.c.conquærente.notab. 16.dicit.ꝙ monachi ratione capellarum ſuarum ita tenentur ad charitatiuum ſubſidium ſicut alij,vt per eundem ibi.q.20.& ibi in apoſtil.allegatur Bar.Bellen.in tract.de chari.ſubſi.q.29.non uidi eum, vt in prin.retuli. Card.in d.clem.frequens. quem retuli in præceden. quæſtio.
2 in prin.vult,ꝙ exempti † qui habent,ſeu exercent curam animarum,per ſe,vel per alios tenentur,niſi ſint exempti in capite & in membris.Bonifac.in d.clem.frequens.quē retuli qōne præcedenti.dicit,ꝙ religioſi exempti tenentur ad charitatiuū ſubſidium,quando curam animarum exercent per ſe, vel per alios.ſecus eſſet,quando eſſent exempti in capite & in membris.vide eum,quem ſuprà retuli. facit dictum Raph. Cumā.
3 refero in quæſtione ſequenti.Et ꝙ monaſteria † teneantur ad ſubſidium ratione eccleſiarum ſeu capellarum ad ipſum monaſterium ſpectantium.eſt tex.in d.ca. conquærente. nam ibi tex.expreſſe dicit,ꝙ monaſteria tenentur ad iura epiſcopalia, de quibus ibi, pro eccleſijs ſeu capellis ad ipſum monaſteriū expectantibus , & non eſt amplius per ipſum ab eis exigendū præter moderatum auxilium,&c. ecce ergo tex. ꝙ ad moderatum auxilium tenentur dicta monaſteria propter dictas eccleſias ſeu capellas eis ſubiectas.Anch.in d.cap.conquærente. not.2.dicit,ꝙ monachi ratione capellarum ſuarum ita tenentur ad charitatiuum ſubſidium ſicut alii.Io.And.Domi. Phil. Franc.in c.1.de præb in 6.& ibi Arch.in prin.tenent,ꝙ capellę
4 † monaſteriorum ſint exemptæ a præſtatione moderati auxilii.Bellen.in d.tract.q.39.dicit,ꝙ monaſteria tenentur ſoluere ep̃o charitatiuum ſubſidium pro eccleſiis & capellis monaſterio ſubiectis,ſecundum Inn.in c.1.de ſtat.monac. Bal.in l.ſi quis ad declinandum.de epiſcopis & cler.C.& gloſſ.in c.inter cætera.10.q.3.& uidetur tex.in d.c.conquærente. de offi.ord. ſuprà retuli.Facit tex.in c.cum capella & c. ex ore.de priuile. c.de monachis.de præb.c.1.de præb.in 6.cle. 1.de iure patron. Guliel.de Monte Laud. in d.clem.frequens. in verb. ſubſidia.
5 dicit,ꝙ epiſcopi † poſſunt leuare charitatiuum ſubſidium,nedum a Rectoribus , immo a Pioribus , & alijs Prælatis etiam religioſis exemptis, quod creditverum ſi curam animarum per ſe uel per alios exerceant ſuos vicarios perpetuos , dumtamen non ſint exempti,tam in ſe, quàm in membris.c.conquærente.de offi.ordin. vide duas quæſtiones ſequentes. Erit
6 ergo concluſio, ꝙ monaſteria † exempta ratione eccleſiarū ſeu capellarum ſuarum tenentur ad charitatiuum ſubſidium. Fallit,quando monaſteria eſſent exempta tā in capite, quàm in membris,ut ſuprà dixi.Fallit ſecundo,quando dictæ Eccleſiæ ſeu Capellæ non habent populum, dumtamen non ſint ſeculares,quia tunc tenerentur,ſecundum Bellen. in d.tracta. de charita.ſubſid.q.29.num. 5. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Parochiæ & capellæ de iure ſubſunt dioceſano .*
2 *Priuilegia derogantia iuri ordinariorum ſunt ſtrictè interpretanda.*
3 *Eccleſiæ unitæ monaſteriis quando non ſubſint dioceſano .*

QVAESTIO 23.

Priuilegium,quod habet aliqua religio ſiue Eccleſia,ꝙ non teneatur ad aliquod ſubſidium, vel ad aliquod onus conſuetum imponi per Epiſcopum vel ordinarium , an extendatur ad Eccleſias parochiales vnitas ſeu incorporatas dictæ Religioni ſeu Eccleſiæ.

Raphael Cuma. conſi.100.quærit de iſta quæſtione. & ꝙ teneantur, facit,
1 quia iure communi † parochiæ & capellæ ſubſunt epiſcopis & ordinarijs, id eſt iuriſdictioni dioœceſanę vbi cōprehendunt hmōi procurationes collectæ & ſubſidia.ca. ſi quis ep̃orū.16. q.5.c.oēs baſilicæ.ead.q.& cau.c.monaſteria.17 q.2.c. cōquærēte.c.dilectus.de off.or.cū aliis p Raph.alleg.Facit ad hoc,qa
2 talia priuilegia,† q̃ derogāt iuri ordinariorū ſtrictè ſunt interpretāda c.ex tuarū.de vſu pal.& quantū poſſunt ad iuris cōſonantiā reducenda.l.ex facto.de vulg.& pup.ff.Inn. in d.c.dilectus.de off.ord.Hoc fallit † qñ ex priuilegio,vel ex tenore illius aliud iubeat:nā tūc d eccle. q̃ ſunt vnitæ ad monaſteriū nō
3 cōprehendunt, ſm Rapha.ubi ſup. vide, q̃ dixi in q.prox.ſup

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Subsidium charitatiuum competit de iure communi prælato, ex consuetudine uerò & priuilegio etiam alijs.nu.2.*

Quo iure potest peti charitatiuum subsidium.

QVAESTIO 24.

1 Domi. de Rot.decisio.676.in antiquis dicunt, ꝙ subsidium † charitatiuum competit de iure communi prælato.c.cum Apostolus.de censi.nam sup. q. 17. dixi,qui possunt petere dictum charitatiuum subsidium. Tamen ex cõsuetudine, vel prinilegio bene potest competere ius petendi
2 dictum † subsidium alijs personis,quibus de iure non competit,per d.extrauag.vas electionis.in d tit. de censi.in extrauag. communibus.nã tex.ibi dicit, ꝙ si dicti Prælati,vel aliquis eorundem ex apostolica indulgentia,vel consuetudine, vel de iure petunt ab ecclesijs,&c.moderatum subsidium,&c.ecce ergo tex.ꝙ potest petere charitatiuum subsidium ex priuilegio, consuetudine,& iure communi. Host. & Ant.in c.vt præteritæ.de elect in consuetud. Burgund.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium debetur ab ecclesijs,seu a personis propter ecclesias.*
2 *Onera personalia vel realia ecclesiarum in quo loco soluantur.*
3 *Decimæ prædiales ubi soluantur.*

QVAESTIO 25.

Si Ecclesia sita in vna diœcesi habet prædia, & possessiones in alia diœcesi,rector dictæ Ecclesiæ vbi debeat soluere charitatiuum subsidium, pro istis prædijs seu possessionibus. an Episcopo, vbi est sita Ecclesia, vel Episcopo vbi sunt sita prædia.

Istam quæstionem ponit d. Bellen. in d. tractat. de charit. subsi.q.35.& facit pro declaratione quæstionis precedentis,& etiam facit quæstio sequẽs d. Bellen. ꝙ cum istud
1 subsidium † debeatur ab ecclesijs,seu a personis propter ecclesias.c.conquærente.de offic.ord.non autem sit onus reale ipsi rei,seu prædio specifice affixum, debet solui ẽpo vbi sita est ecclesia,& idem in similibus,puta in procurationibus legatorum,vel decima papali persoluenda, ita concludit Io. And.in c.1.de immu.eccles.quem sequuntur ibi do.Io.And. in d. c.1. quærit de ista quæstione,ver.de hoc dubitatur.& concludit,ꝙ
2 quia onera † personalia vel realia ecclesiarum,& non prædiorum,sicut procurationes legatorum,fructus primi anni,decimæ papales,& similia,cùm illis ecclesijs uel ecclesiasticis personis imponantur,in illo loco soluuntur, vbi sunt ecclesiæ,licet illorum prædiorum habeatur consideratio, vt propter illas soluatur in procuratione fructus & decima, non per hoc est istud onus reale prædiorum,sed personarum,vel ecclesiarum debentium.vt latius per Io.And.vbi sup.Domi,in d.c 1, de immu.eccle.lib.6.in fin.uersi.sed si ecclesia.quærit etiam de ista quæstione,& dicit,ꝙ certum est,ꝙ onera realia & prædialia debent solui in illis locis,vbi sunt prædia, tributa agrorum,
3 ubi sunt agri.l.forma.§.si verò quis.de censi. ff. decimæ † prædiales debentur ecclesiæ prædiali, & non parochiali.c.fina.de paro.cum infinitis similibus, si vero onera sint personalia & realia ecclesiarum,non tamen prædiorum,sicut sunt procurationes legatorum fructus primi anni,decimæ papales, & similia,cùm illa imponantur ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, soluunt in illo loco,ubi sunt sitę ecclesiæ,vt latius ibi per eum, Anch.in d.cap.1.in prin.uer.ultimò quæro. refert & sequitur Io.And.retuli eum supra in ista quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia monasterio subiecta sita tamen in diuersa dioceſi cum quibus onera contribuat.& nu.4.*
2 *Onerum in impositione an locus prædiorum uel personarum sit considerandus.*
3 *Accessorium quando sequatur naturam sui principalis.*

QVAESTIO 26.

Dictum est sup.in 36 q. ꝙ ecclesiæ seu monasteria tenentur soluere charit.subsid.pro ecclesijs & capellis sibi subiectis habentibus populum. Anch.in d.consi.
1 248.ver.super secundo quæsito.quærit, si una ecclesia † subdita monasterio est in vna diœcesi,monasterium in alia, cũ quo clero illa ecclesia subiecta teneatur in procurationibus legatorum, & alijs oneribus, an cum clero,vbi sita est, an cum clero, in cuius diœcesi est monasterium. dicit Anchara. est quæstio satis pulchra & arguit pro & contra. Primo arguit, quod tenetur contribuere cum capite, cui subest,hoc est,cum monasterio, nam caput & membra constituunt vnũ corpus,ergo eodem iure debent censeri.c. quia certa. de prinile.pro ista parte refert d.Anch. sex rationes seu autoritates. Pro contraria parte,scilicet,ꝙ dicta ecclesia debet contribuere cum clero,in cuius diœcesi est sita,refert quatuor rationes seu autoritates,& concludit cum ista parte,scilicet,ꝙ dicta ecclesia debet contribuere cum clero, in cuius diœcesi est sita, & respondet ad contraria,non refero, quia potest videri.Ancha.in c.1.in prin.uersi.vltimò quæro.de immun. eccle.lib.6. quærit,si ecclesia,vel persona est in vno loco, vel in vna diœcesi,& res & prædia earundem in alia, & onera imponuntur ecclesijs,uel personis in vna ecclesia, an pro rebus sitis in alia diœcesi,ecclesia vel personæ compellantur soluere,vel econuerso,onera imponantur in illa diœcesi, in qua sunt sita prædia spectantia ad personas & ecclesias alterius diœcesis, vtrũ
2 locus † rerum siue prædiorum, an personarum vel ecclesiarum debet considerari.Istam quæstionem ponit Ioã. And. in in d.c.1.de immuni.eccle.lib.6.& arguit pro & contra,& eum refert Anch.in d.ca.1.& Anch.ibi concludit, ꝙ dicta ecclesia contribuere debet cum clero ciuitatis, vbi est sita, ubi latius per eum.& respondet ad contra.Dom.in d.c.1.in fin uersi. sed quid si ecclesia.quærit prout Ancha.& dicit, ꝙ potest induci pro & contra.concludit, ꝙ onera realia seu prædialia debent solui in illis locis,vbi sunt prędia, si verò onera sunt personalia & realia ecclesiarum,tamen non prædiorum,sicut sunt procurationes legatorum, fructus primi anni,decimæ personales,& similia,& cum illa imponantur ecclesijs, uel ecclesiasticis personis,soluentur in illo loco,ubi sunt ecclesiæ,& respõdet ad contraria.Philip.Franc.in d.c. 1. quærit etiam de ista q. versi.4.nota.& refert Io.And.ibi,& Philip.Franc. refert Bald.
3 nam illud,quod Io.And.& Domi.dicunt,† ꝙ accessorium sequitur naturam principalis,hoc intelligitur, si fiat autoritate eius,qui disponere posset de accessorio.Itẽ, quando ipsa onera vel collectæ imponuntur expresse ipsis personis, vel ecclesijs pro rebus, quia tunc attenduntur bona vbicunque posita,sed si imponatur incolis & ecclesijs,simpliciter,tunc impositio erit mista,& ipsa persona attrahit ad se rem,non ecõtra, vnde in dubio videtur impo sita collecta personis pro rebus, & tantùm debet soluere in una diœcesi,quantùm solueretur, si omnia bona haberet in eadem diœcesi, sicut econtra, Phil. Franc.vbi sup.Bellen.in d.tract de charit.subsid.q.36.quærit in terminis de ista quæst. Quid si monasteriũ est in vna diœcesi, & ecclesia sibi subiecta est in alia diœcesi,an charitatiuũ subsidium † debeat solui episcopo, in cuius diœcesi est monaste
4 rium,vel episcopo in cuius diœcesi est sita ecclesia,refert Anchar.cons.141.& cons.248.retuli sup.concludit d.Bellen. ꝙ debet solui ẽpo in cuius diœcesi est sita ecclesia, non autem illi, vbi est monasterium principale.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio impositionis episcopalis per quem fieri debeat.*
2 *Dominus quando subdito imponere potest subsidium pro seruitijs personalibus.*

QVAESTIO 27.

An taxatio impositionis possit fieri per Episcopum?

1 In ista quæstione vide,quæ dixi sup.q.15.adde Old. cõs.234. in fi.vbi quærit,an taxatio † impositionis, possit fieri per episcopum.arg.pro & contra. & concludit, ꝙ regulariter,cũ est controuersia inter dominum & vasallum, non cognoscit ipse dominus,sed alter,vt notatur in c.cæterùm.de iudic. quo ad causam nostram,vide in d.q.15.sup uide Bal.in l.1. in fi.de oper.liber.ff.ubi dicit,ꝙ sumitur argu,ex illa l. ꝙ tempore ne-
2 cessitatis pro seruitiis personalibus dominus † potest imponere suo subdito charitatiuum subsidium,vsque ad valorẽ operarum,vel mandare subdito, ꝙ seruiat alteri in eisdem operis, idem tenet Salice.ibi, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Charitas nunquam excidit.*
2 *Charitatiuum subsidium non potest remitti, nec præscribi. nec etiam admitam ipsius Episcopi.nu.3.*
4 *Episcopus semper uidetur retinuisse quatuor iura.*
5 *Episcopus a quibus possit eximere ecclesiam uel non.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO 28.

An Episcopus possit remittere charitatiuum subsidium?

Istam quæstionem format Bar.de Bellen.in addi. ad Panor in d.c.cum Apostolus.& se remittit ad Imol. qui dicit in clemen 1.de mu.patr.uersi. an charitatiuum subsi-
1 dium possit remitti.videtur, ꝙ non,cùm charitas † nunquam excidat.c.quærendum de pœni.dist.2. Arch.in c.1.de præb.in 6.dicit, ꝙ in generali remissione non videtur includi, sed in speciali bene potest includi Imo.ubi sup Arch.Ioan. And ibi loquuntur in cathedratico, tamen in charitatiuo subsidio nō loquuntur.& Domin.ibi etiã loquitur de cathedratico.Host.
2 in c.cùm venerabilis.de censi.in fine dicit, ꝙ charitas † non potest remitti nec præscribi. loquitur de charitatiuo auxilio, & omnes ibi eum sequuntur, & idem Host. in c.1.de statu regu. Card.ibi q.1.idem tenet,& q.3.dicit, ꝙ ep̃s hoc non põt ab se abdicare.Ant.ibi idem etiam tenet.Anch.in d.c.cum uenerabilis.dicit ꝙ episcopus non potest remittere charitatiuũ subsidium,& alia,de quibus ibi per eum Panor. in d.c.cum venerabilis.in gl.2.idem tenet.Bar.Bellen.in d.tracta. de charit.subsi. q.47.quærit de ista quæstio.& arguit primò, ꝙ sic, per c.constitus.de relig.domi.c cùm venissent de instit. & per tex. in c.pastoralis.de dona.& ibi Inn.dicit tamen, ꝙ communis opinio est in contrarium,secundum Host.& alios in d.c.cum venera
3 bilis.de censi.retuli suprà,nec potest † remitti ad uitam ipsius episcopi,secundum Io.And.& Ant.in d.c.cum venerabilis.vt latius in ista qõ.per d. Bellen. ubi suprà. Idem tenet Henric. Bohic,in d.c.cum Apostolus.in princ.de censi. quinimmo secundum glo.pen.c.cùm venerabilis de censi. videtur semper
4 episcopus † retinuisse quatuor iura, scilicet procurationem, uisitationem, correctionem, & charitatiuum subsidium, & idem tenet Maria Soc.in tract.de uisita.11.q.6.in 13. q.principali.uersi.secundò limitatur.& Io. And.& alij Doct. referunt etiam alia quatuor iura episcopalia,scilicet reuerentiam,charitatiuum subsidium,institutionem autorizabilem,& ea,quæ sunt ordinis episcopalis, licet secundum eos ex prædictis ca-
5 sibus,possit episcopus † expressè de consensu capituli eximere ecclesiam per modum cuiusdam vicariæ perpetuæ, tamen a cathedratico,reuerentia,& charitatiuo subsidio non potest, secundum Panor.in d.ca.cum venerabilis. de censi. licet consuetudine possit diminui,licet non in totum, secũdum Albe. de Rosa.in 2.par.statutorum.q 10.& Alex.consi.134.num. 48. lib.6.refert prædicta Nicol.Boe.in decisionibus,q 133. num.5. cum seq.in 1.parte.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest ponere edictum sub pœna excommunicationis,vt subsidiũ infra certum tempus soluatur.*
2 *Ignorantia an excuset a pœna edicti.*
3 *Ignorantia probatur per iuramentum, nisi præsumatur scientia.*

QVAESTIO 29.

An Episcopus possit ponere edictum, ꝙ soluant sub pœna excommunicationis?

Bartholo. Bellen.in addi.ad Panor.in d.c. cum Apostolus. dicit, ꝙ episcopus potest ponere
1 edictum, † ꝙ quicunque clericus beneficiatus de suis subditis non præstiterit sibi subsidium charitatiuum infra tãtum tempus,sit excommunicatus,allegat Domi.de Rota,decisi.444.in nouis.intellige prout in q.7.& 10.sup.& in q.seq. Barthol. Bellen.in tract.de chari.subsi.q.15.refert Domin. de Rota, decisi. 425.& decisi. 444. in nouis.incip. item extra rotam petebatur consilium. ꝙ episcopus in sua diœcesi potest ponere edictũ, ꝙ quicunque clericus beneficiatus suę diœcesis non soluerit charitatiuum subsidium infra tantum tempus, sit excommunicatus,& ibi,an illi,qui non soluerunt prætendentes ignorantiam edicti,euitent pœnam excommunicationis, se refert ad q.101.dicti tract.ubi dicit quòd videtur,quòd non.per c.cum in tua.qui matri.acc. poss.& se remittit ad dictam decisionem. d.decisi.444.incip.extra rotam petebatur.quærit, quidam ep̃s in generali Synodo sic imponens clericis suis beneficiatis subditis charitatiuum subsidium soluendum certo termino, & qui intra illum terminum non curauerit soluere sit excom-
2 municatus,&c.quæritur de duobus dubijs, primò, † vtrum non nominatus in dictis literis,si fuit præsens tempore prædicti edicti,& non soluit,sit excommunicatus?Secundo, vtrum excusare se poterit prætextu ignorantię, & debeat admitti ad eam probandum & qualiter probetur? quo ad primum dubium concludunt dicti domini de Rota, dictam sententiam, generaliter,ex causa, siue pro facto generali posse proferri & contra incertam personam,& per modum publici edicti,& ligare omnes scientes, & contumaces, allegant plura iura, & Innocen.& Bald. ut latius per dictos dominos de Rota. quo
3 ad secundum dubium concludunt, † quòd ignorantia probatur per iuramentum, nisi præsumatur scientia, secundum dominos de Rota vbi suprà,qui latissimè loquuntur, potest videri decisio,ideo non refero.

SVMMARIVM.

1 *Subditus negans tributum diocesano, per eum punitur.*
2 *Archiepiscopus potest exercere censuras contra eos qui denegant procurationem.*

QVAESTIO 30.

An Episcopus possit punire subditos suos, denegantes charitatiuum subsidium Archiepiscopo.

Barth. de Bellen.in addi.ad Panor.in d.ca. cum Apostolus.quærit de ista quęstione,& dicit,quòd sic.allegat Antonium post Inn.in c.cum ex officii de pręscrip.Inn.in d.c.cum ex officii.in prin.dicit,quòd eo casu, quo inhumaniter denegatur procuratio Archiepiscopo per subditum sui
1 Suffraganei,debet diœcesanus † eum punire, & non Archiepiscopus.Ant.ibi,paulo post prin.dicit,ꝙ eo casu,quo denegatur inhumaniter charitatiuum subsidium Archiepiscopo,per subditum sui Suffraganei,vel hospitium,nõ per Archiepiscopum,sed per suum episcopum debet puniri.in d.c.cum ex offi
2 cii.est tex.Archiepiscopus † potest exercere censuram contra eos,qui denegant procurationem,& ibi Anch.not.illum tex. sic ergo uidetur idem dicendum, quando denegatur charitatiuum subsidium,& faciunt nota.suprà quæst.6. 7.8.9.& 10.

SVMMARIVM.

1 *Statutum capituli sede uacante de diminuendo subsidium episcopi non ualet.declara ut nu.3.*
2 *Statutum vel constitutio contra ius non ualent.*
4 *Clerus non potest imponere legem superiori.*

QVAESTIO 31.

An valeat statutum capituli sede vacante diminuens charitatiuum subsidium episcopo,scilicet statuere, ꝙ soluatur certum quid, & non plus.

Barth. de Bellen.in addi.ad Panor.in d.c. cum Apostolus.quærit de ista quæstione,& dicit, ꝙ non vale-
1 at statutum † capituli sede vacante de diminuendo subsidium episcopo. Lap.alleg.20.quærit,si vacante sede, capitulum statuat diminuendo charitatiuum subsidium episcopo debitum ex constitutione Benedicti,& iurant & obligant se ad pœnas, an non obstante dicta constitutione,pœna,& iuramento possit ep̃s dictum charitatiuum subsidium exigere? allegatur, ꝙ possit,quia hoc potest de iure communi petere.c. eum Apostolus.& per censuram ecclesiasticam subditos ad hoc compellere.clem.frequens.de excess.præl.Non obstat dictum sta-
2 tutum seu constitutio, † quia non possunt statuere cõtra ius. c.fi.de offic.arch.dantur plures aliæ responsiones per tex. ubi suprà.& istam quæstionem remissiuè,ad Lap.refert, gl. dictæ extrauag.vas electionis.§ præmissis.in ver.charitatiuum. Bellen.in tract,de chari.subsid q.45.quærit de ista quæstio.allegat pro & contra & concludit, ꝙ non.Nico.Boe. in decisionibus
3 suis q.133.num.8.in fi.in 1.parte.dicit, ꝙ capitulum, † a it totus clerus sede uacante non potest per suum statutum diminuere charitatiuum subsidium in pecunia taxatum per dicto extrauagan.uas electionis.de censi. in communibus extrauagan.allegat Lap.alleg.20.retuli suprà,& glo.in d.extrauagan. & refert aliquas rationes, quas Lap. refert, & Lap.sequitur. Franc.de Paunis in tract.de uisita.inserto tracta. de potestate capituli,sede uacante.q.6.ver. quærit Lap. & refert d. Nicol. Card.in d.cap.cum Apostolus.§.prohibemus. q. 9. ꝙ si consuetudine antiqua plus solui tali subsidio solitum fuerat, ꝙ nõ obstante tali statuto cleri, ꝙ obseruetur.d.extraugan.vas electionis.nihilominus Episcopus potest exigere solitam præsta
4 tionem,quia clerus † non potuit imponere legem superiori. c.cum inferior.de maior.& obed.dicit Cardin. sic obtentum fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium quantum & quoties exigi possit.& num. 2.*
3 *Verbum,quoties,quot uices importat.*
4 *Pœna semel commissa non potest amplius committi.*
5 *Promittẽs repræsentare toties quoties, liberatur p̃ unã præsentationem.*

Dilatio

Source : BIU Cujas

6 *Dilatio probatoria semel est danda, & ex causa iterum.*
7 *Obligatus quid facere pluries, faciendo bis liberatur.*
8 *Prælatus cui ius visitandi de iure communi incumbit, quot vicibus in anno visitare possit.*
9 *Episcopus quot vicibus exigere possit subsidium.*

QVAESTIO 32.

An pluries possit peti charitatiuum subsidium.

1 Cardina. in d c.cum Apostolus.q.7.quærit, quātùm possit exigi † pro subsidio & quotiens, nemo tangit secundum eum, & dicit, arbitrarium. per literam d. c.cum Apostolus.ibi aliquotiens, & arbitrabitur hoc ipse ēps, & si arbitretur indebitè, possunt clerici appellare, vt ibi per Card.Panor.in d.c.cum Apostolus.§.prohibemus.dicit, ꝙ ex illo tex.colligitur, ꝙ charitatiuū subsidium non solum semel, sed pluries ab eodem episcopo potest exigi, dummodo subsit causa rationabilis & manifesta, quod clarè probat litera ibi, aliquotiens. Chassan.in consue.Burgū.uer. sed iuxta prædicta quæro.an episcopus possit a subditis suis semel duntaxat, aut pluries exigere charitatiuum subsidium, refert Panor. in d.c. cum Apostolus.tenentem, ꝙ sic.retuli eum suprà, & vltra Panor.pro hac opinione allegat tex.in ca.visitandum.cum glo. 18.q.2.& c.fi de censi.lib.6.& c.mandamus. de officio arch.c. cum uenerabilis.de censi.& vide in seq.quæst. Bellen. in dicto
2 tract.de chari.subsi.q.23.quærit, vtrùm † Episcopus a subditis suis possit semel duntaxat, vel pluries exigere charitatiuū subsidium, dicit, ꝙ pōt, non solum semel, sed etiam pluribus vicibus ipsum exigere. allegat Panor.in d.c.cum Apostolus. eum retuli suprà. vide quæstionem sequentem, nam istæ duæ quæstiones redundant in vnam quæstionem, Chassan. in consuet. Burg. ver. nunquid autem possit exigere vltra bis vel ter. se refert ad not.per Bal.in l.si duo.per illum tex. de arbitris.ff.& in l.1.de his, qui pœnæ nomi.C.& Ang.in l.oratione. de ferijs.ff. & in l.si finita.in princ.de dam.infec.ff.& per Archid. in c nūc
3 verò.9.quæst 3.ubi ponit quot vices importat verbū, † quotiens. Hæc Chassan. ubi sup. Tex.in d.l.si duo.§.fi.dicit, ꝙ pœna
4 semel commissa † non potest amplius committi. quærit Bal. ibi, si statuto caueatur, ꝙ detinens vxorem alterius soluat cētū. detinet per duos menses. an erit liberatus cum pœna centum? dicit ꝙ sic, idem si statuto caueatur, ꝙ intrans palatium cum armis soluat centum, si intrat & stetit per totum diem, non soluit nisi centum, postquam non intrauit nisi semel, posito ꝙ steterit per totum diem. Ang.in d.l.si finita. in prin. di-
5 cit, † ꝙ si promisit quis captiuum repræsentare suo magistro totiens, quotiens fuerit requisitus, facta repræsentatione bis, liber est. vt euitetur infinitas. & Ang.in d.l. oratione. dicit per
6 illum tex. ꝙ dilatio † probatoria semel est danda, & ex causa iterum, idem tenet & refert Alex.ibi Pau.de Castr.in l.si duobus.§.quotiens.de iureiuran.ff. Lucas de Penna, in l.si quis decurio.de decurio.C.lib.10.Philip.Prob.in procem. sexti in fi.
7 prædicti Docto. loquuntur, ꝙ quando quis † tenetur aliquid pluries facere, ꝙ faciendo bis liberatur. possent allegari alia iura. & Doct. Tamen, quo ad quęstionem nostram, dicerem id, quod in visitatione, nam communis opinio est, ꝙ quilibet
8 prælatus, † cui ius visitandi de iure communi incumbit, semel in anno potest visitare.c.conquærente. & ibi glo.de offic.ord. c.mandamus.de offic.arch.c excommunicati.1.§. adijcimus. de hæretic.cum simil. quæ refert Marian. Socyn. in tractat.de visita. nisi subest necessitas visitandi, nam tunc non solùm bis, sed pluries potest visitare. per dictū capit. mandamus. de offic. ordin. in 6. ubi allegat plura iura, & gloss. in capitul. cum venerabilis. de censi. & debet habere plures procurationes secundum dictas gloss. vt plenè per Socin. ubi suprà in prima fallentia, sic dicerem in casu nostro, ꝙ quotiens, non solùm bis, sed pluries esset causa rationabilis manifesta, potest peti dictum charitatiuum subsidium. Ioan. Mauri in dicta repe. l.8. quo loco muli. muner. sub. sole. C. lib. 10. quærit, an pluries vel semel id munus præstari debeat? concludit, quotiens legitimam occasionem sis daturus, totiens ei charitatiuæ indictioni exigendæ præbebitur occasio, sunt uerba ipsius, nihil allegat. Panormitan. in dicto cap. cum Apostolus. de censi. versi. collige
9 ex hoc. dicit, ꝙ charitatiuum subsidium † non solùm semel, sed pluries per eundem episcopum exigi potest, dumtamen subsit iusta causa rationabilis & manifesta, quod clarè probatur per illum text. ibi, aliquotiens superueniunt, de quo latius uide per Henr. & Card. q.7 & eos refert Nicol. Boc. in suis decisio. q. 131. num. 11. in prima parte. refert etiam Chassan. ubi sup. & alios Doct. vide q ōnē præcedentem, vbi refero Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales tenentur ad subsidium charitatiuum pro ecclesijs quas tenent vt administratores.*
2 *Cardinales ad quod subsidium non tenentur.*

QVAESTIO 33.

Ad subsidium impositum per Papam an teneantur Cardinales.

Gloss. in extrauag. vas electionis. in tit. de censi. in extrauagan communibus. in uer. charitatiuum, dicit:
1 ꝙ tenentur Cardinales † etiam pro beneficijs, quæ tenent, vt administratores, & ad quædam alia. Circa subsidium p̄p̄ se refert ad Ludo. Roma. consi. 498. ubi dicit, ꝙ Rom. Pont. imposuit charitatiuum subsidium clero regnorum Castellæ, & legionis ad supplicationem Regis Castellæ, pro recuperatione Regni grauiter occupati per infideles, an Cardinalis administrator perpetuus alicuius ecclesiæ Castellæ teneretur ad contribuendum in dicto subsidio? concludit, ꝙ non. pluribus rationibus, de quibus per eum. Philip. Deci. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in fin. uer. tertiò Abbas. de const. refert Lud. Roman. dicentem, ꝙ Cardinales non tenentur ad onus charitatiui subsidii, dicit Deci. ꝙ istud dictum Lud. Rom. latè impugnat Bart. Bellen. in tract. de charita. subsid. q. 66. & respondet ad motiua Ludo. & istud dictum Lud. Rom. refert Hiero. Gi-
2 gas. in tract. de pensio. q. 9. num. 8. ꝙ Cardinales † non tenentur contribuere in solutione charitatiui subsidij a sede Apostolica impositi pro recuperatione Regni occupati.

SVMMARIVM.

1 *Cleri paduani priuilegium in contributione subsidii.*

QVAESTIO 34.

Quid de priuilegio impetrato per subditos, ꝙ non possint grauari pro charitatiuo subsidio vltra certam & specificam summam.

1 Gloss. in d. extrauag. vas electionis de censi. §. præmissis. in extrauag. communibus. in verbo, charitatiuū. in fi. dicit, consulo, ꝙ clerici impetrent a sede apostolica priui
1 legium ad instar priuilegij cleri † Paduani dudum a sede apostolica obtenti, ꝙ pro charitatiuo subsidio non possint grauari vltra certam & specificam summam soluendam in termino annorum duorum, maximè propter crebras translationes, quæ hodie fiunt cum magna iactura cuiusque cleri.

SVMMARIVM.

1 *Charitas non potest remitti, nec præscribi.*
2 *Subsidium charitatiuum non potest præscribi.*
3 *Præscriptio non currit contra petitionem subsidii.*
4 *Præscriptio non currit in iis quæ sunt facultatis.*
5 *Consuetudo non valet, quod clerici seculares non tenentur ad charitatiuū subsidium.*
6 *Subditi an præscribere possint quòd non soluant subsidium charitatiuum Episcopo.*
7 *Ecclesia particularis contra aliam particulaeem præscribere possit, secus contra Episcopum.*
8 *Præscriptio vel consuetudo valere potest, quòd clerus non tenentur soluere integrum subsidium Episcopo.*

QVAESTIO 35.

An contra charitatiuum subsidium possit præscribi.

1 Hostiens. in c cum venerabilis. de censi. dicit, in fin. ꝙ charitas † non potest remitti, nec præscribi, an possit remitti dixi suprà. Io. And. in d.c. cum venerabilis. Calder. consi. 2. in titu. de præscrip. dicit, ꝙ charitatiuum
2 subsidium † non potest præscribi, allegat nota. per Inn. in d.c. cum Apostolus. & in d.c.cum venerabilis Cardin. in d.c.cum venerabilis. q.1. dicit, ꝙ ecclesia tenetur ad charitatiuum subsidium, & cùm charitas nunquam excidat, non potest remitti, nec præscribi, nec episcopus potest hoc a se abdicare secundū Card ibi, q.3. Ant. in d.c.cum Apostolus. in prin. quærit, an cōtra petitionem charitatiui subsidij currat aliqua præscriptio?
3 † Respondet, ꝙ non, quia illud esset præscribere contra charitatem, ergo non habet iustam causam, nec iustum fundamentum. Item petere charitatiunm subsidium dependet ex potestate superioris, iusta causa per superiorem assignata, ergo præscribi non potest. secūdum Ant. ubi sup. Panor. post alios in d.c.cùm Apostolus. quærit de quæst. & refert Anton. ibi tenentem, ꝙ non, quia contra charitatem non potest præscribi, item quia petere subsidium, est in facultate superioris, sed
4 in his, quæ sunt facultatis non currit præscriptio, † vt in ca. ex parte. de concessio. præbend. ergo, &c. & ibi in addition. ad Panormi. allegat Ludo. Roman. consi. 368. Gloss. dictæ extrauagan.

Source : BIU Cujas

magan.vas electionis.§.præmiſſis.in ver.charitatiuum.in prin. dicit,quia in ſubſidio eſt charitas,non currit contra eum præſcriptio.Domini de Rota deciſion.676. in antiquis dicunt ꝙ ſubſidium charitatiuum ſpectat de iure communi prælato.d. c.cum Apoſtolus, nec valet contra eum præſcription. Rota vbi ſupra Panor conſi 26.in 2.uol.in fi.dicit, ꝙ in clericis ſecu
5 laribus non valet conſuetudo, † vt clerici ſeculares non teneantur ad charitatiuum ſubſidium, ſecus in religioſis, dixi ſupra in 30.q.Nico.Boerij in deciſion.ſuis q.133.num.9.in 1. parte.dicit,ꝙ hoc ſubſidiarium ius non poteſt præſcribi. allegat Domin.de Rota,deciſio.676.in antiquis. retuli eos ſupra, & allegat Hoſt.Ioan And.Anton.in dicto c.cùm venerabilis. de cenſi.& Card.& Panorm.in d.c.cum Apoſtolus.§. prohibemus.de cenſi.retuli Panorm.ſup.ratio eſt, quia hoc ius imponendi conſiſtit in poteſtate ipſius ſuperioris, ſed ea, quæ ſunt facultatis,ſunt impræſcriptibilia, &c.Calder. conſi. 2. in tit.de præſcrip.uerb.& idem de charitatiuo ſubſidio,& refert Boer.vbi ſupra alios Docto.Bellen.in d.tracta. de charitatiuo
6 ſubſi.q.50.quęrit,an ſubditi † præſcribere poſſint, ꝙ non prę-ſtent charitatiuum ſubſidium Epiſcopo. argu. pro & contre. refert plures Doctores tenentes, ꝙ non poſſit præſcribi. & ꝙ poſſit prę-ſcribi refert Panor.in c.dilectus.de offic.ord.qui dicit,ꝙ valet prę-ſcriptio, ꝙ eccleſia particularis non teneatur contribuere in oneribus communibus cum alijs eccleſijs, per tex.cum gloſſ.in clem. 1.de cenſi.dicit.d.de Bellen.ubi ſupra,ꝙ dicta clemen.1 intelligatur de iuribus epiſcopalibus,& oneribus præſcriptibilibus, prout eſt quarta decimarum & mortuariorum,quæ eſt prę-ſcriptibilis contra epiſcopum.per cap.de quarta.de prę-ſcript.non autem de impręſcriptibilib. vt eſt charitatiuum ſubſidium, & quędam alia iura epiſcopalia,de quibus per Doctores in c.cum venerabilis.de cenſi.Fatetur tamen d.Bellenzi.ubi ſupra, ꝙ licet particularis eccleſia
7 † non poſſit prę-ſcribere charitatiuum ſubſidium contra epiſcopum,tamen poterit illud præſcribere cōtra alias eccleſias diœceſis,videlicet,ꝙ re iquæ eccleſiæ teneantur Epiſcopo ad præſtationem integri ſubſidij,etiam pro rata, quæ aliàs competeret huic particulari eccleſiæ præſcribenti, allegat Panor. conſi.95.allegat etiam ad hoc Io.de Lign. in c. accedentes.de præſcrip.& d.Belleu.vbi ſup.intelligit hoc, niſi tot eſſent præſcribentes cōtra reliquas eccleſias,ꝙ indirectè ex præſcriptione minueretur charitatiuum ſubſidium, vel nimis grauarentur exſolutione integri ſubſidij pro ſe & eccleſijs q̄ præſcripſerunt,ſecundum Cardin.in dicto cap. accedentes.dicit tamē Bellen. ubi ſuprà,fortè valeret præſcriptio, vel conſuetudo,
8 † ꝙ non præſtetur per clerum integrum ſubſidium epiſcopo.Sed certa portio tantùm,ſeu quantitas minor loco ſubſidij per nota.per Card.in d.clem. 1.in princ.in 3. quæſt.de iure patro.& in c.cum venerabilis.de cenſi. maximè ſi eſt præſcriptio vel conſuetudo tanti temporis,&c.& ita reſidet d.Bellen. ubi ſuprà.Concluſio communis ergo eſt, ꝙ non poteſt præſcribi,niſi in caſibus de quibus ſup.dixi,& retuli Bellen.

SVMMARIVM.

1 *Capellæ dioceſis quæ teneantur ſoluere ſubſidium.*
2 *Subditi omnes tenentur ad ſubſidium Epiſcopo.*
3 *Procurationem ſoluentes tenentur ad ſubſidium.*
4 *Loca quæ de iure veniant viſitanda,& tencantur ad procurationem quæ ſint.*

QVAESTIO 36.

A quibus debeat peti iſtud charitatiuum ſubſidium, id eſt, qui ſunt, qui tenentur ſoluere iſtud charitatiuum ſubſidium.

1 Primò Eccleſiæ ſeu † Capellæ dioœceſis, quæ de iure tenentur ſoluere iura epiſcopalia ipſi epiſcopo,tenentur ſoluere dictum ſubſidium *ipſi* epiſcopo per text.in ca. conquærente.de offic.ordi.nam ibi tex.declarat, quæ ſunt iura epiſcopalia,ad quæ tenentur eccleſiæ & capellæ ſuæ dioœceſis,& non eſt amplius ab eis exigendum per epiſcopum, præter moderatum auxilium iuxta formam Lateranen.concilij, & c.ecce ergo tex.ꝙ dictæ eccleſiæ, quæ tenentur dicta iura epiſcopalia ſoluere,tenentur ad charitatiuum ſubſidium. Se-
2 cundò, tenentur ad dictum ſubſidium omnes ſubditi † ipſius epiſcop ,per tex.in d.c.cùm Apoſtolus.§ prohibemus.de cēſi. vbi tex.prohibemus ne ep̄i præſumant grauare ſubditos ſuos tallijs & exactionibus,ſuſtinemus autem pro multis neceſſitatibus,quæ aliquotiens ſuperueniunt, vt ſi manifeſta ac rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare,ab eis,ſcilicet ſubditis.Ecce ergo tex tus,ꝙ ſubditi ipſius ep̄i tenentur ad dictum ſubſidium. Tertiò,facit d.extrauag.vas electionis.in tit. de cenſi. in extrauag. communibus.in §.præmiſſis quoque.vbi tex.ꝙ ſi prælati petunt ſibi ab eccleſijs monaſterijs, & locis alijs eorumque capitulis,collegijs,conuentibus,rectoribus ſeu perſonis,moderatum,ſen charitatiuum ſubſidium exhiberi, nō poſſunt pro ſubſidio huiuſmodi vltra petere niſi quantùm aſcendunt ſingulæ procurationes, quas ipſi prælati poſſent recipere iuxta formam dictæ extrauagan.ecce ergo tex.a quibus poteſt peti dictum ſubſidium.Quartò,dictum c.cùm Apoſtolus. & dict.
3 extrauagan.uidentur innuere,ꝙ illæ perſonæ, † ſeu loca,quæ ſoluunt procurationem,debent etiam ſoluere ſubſidium.retuli d.c.cum Apoſtolus. & dict. extrauagan. Et quæ ſunt per-
4 ſonæ,† & quæ ſunt loca,quæ de iure veniant viſitanda, & per conſequens teneantur ad procurationem ponitur per Doct. in dicto cap.cùm Apoſtolus. de cenſi. & pleniſſimè per Mar. Socin.in tracta.de viſitatione.Bartho.Bellen. in tract. de charitat.ſubſid.quæſt.26.quærit a quibus poſſunt ep̄i exigere charitatiuum ſubſidium,dicit, a clero, & eccleſijs ſuæ ciuitatis & diœceſis,per dictum c.conquærente.in fi de off.ordin.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt exigere ſubſidium a pauperibus oppreſſis.*
2 *Eccleſia non ualens ſoluere procurationem vel ſubſidium, coniungitur alteri.*
3 *Clericus pauper quis dicatur.& nu.17.20.*
4 *Pauper variis modis dicitur.*
5 *Clericus non habens beneficium,ſed patrimonium an ad contributionem ſubſidij teneatur.& nn.21.22.23.*
6 *Clericus de bonis patrimonialibus tenetur ſoluere decimas ac ſi eſset laicus.*
7 *Subſidium charitatiuum videtur præſtandum pro neceſſitate ſuperueniente.*
8 *Clericus pauper non tenetur ad charitatiuum ſubſidium.*
9 *Clericus pauper beneficiatus an teneatur ad contributionem charitatiui ſubſidij.*
10 *Pauperes,quorum induſtria eſt neceſſaria ad alimenta & eorum uictum, non debent concurrere ad onus collectæ per Papam vel Principem impoſitæ.& num.11.*
12 *Procuratio non eſt a paupere exigenda.*
13 *Epiſcopus ſuis ſumptibus viſitabit eccleſiam pauperem.*
14 *Beneficia debilia habentes non tenentur ad decimam papalem.*
15 *Beneficia debilia quæ dicantur.& nu.24.*
16 *Beneficia vt non dicantur debilia,quot requirantur.*
18 *Pauper quis iudicatur inſpecta qualitate & conditione perſonæ.*
19 *Clericorum bona ſunt pauperum.*
25 *Decima papalis eſt ad inſtar ſubſidij charitatiui.*
26 *Clerici habentes beneficia debilia,ſi vltra habent alia bona,an teneantur ad ſubſidium.*

QVAESTIO 37.

An clerici pauperes teneantur Epiſcopo præſtare charitatiuum ſubſidium.

Bellen. in d.tract.quæſt.30.quærit de iſta quæſtione, & refert Hoſtienſ.Anto.Imol. in c. conquęrente.
1 de offic.ordin.dicentes, ꝙ epiſcopus † hoc non poteſt exigere a pauperibus oppreſſis.per cap.licet.de cenſi. vbi tex.ꝙ cæcus & pauper ad collectas non tenentur. Facit text. in dicto capitul.cum Apoſtolus.in fine.de cenſi Cardina.in clemen.1. de cenſi. quæſtion. 16. quod intellige, quando totaliter ſunt pauperes,per tex in cap.ſtatutum.§.inſuper. de reſcript.libro ſexto,in fin.vbi text.ꝙ quando delegatum propter cauſam ſibi commiſſam contingit extra ſuum domicilium proficiſci, poteſt recipere moderatas expenſas a partibus, niſi totaliter fuerint pauperes,tunc nihil debet exigere. Et Bald.tenet hoc in l.etiam.de execu.rei iudi.C.& in auth.defunctus. ad Tertul C. Si autem poſſit clericus aliquid præſtare, licet ſatis modicū, credit Bellen. vbi ſuprà, ꝙ de illo modico tenetur pro rata præſtare.argum.c.procurationes.in fin.primi reſponſi. de cen
2 ſib.ubi text ꝙ ſi aliqua eccleſia † non poteſt per ſeipſam præſtare procurationem, duę vel plures coniungantur in vnam, & ibi Anton.& hoc maximè procederet, quando ſubſidium imponeretur per epiſcopum pro negotio tangente totam dię ceſim,per not.per Hoſtien.in ſumma de offic.archid. §.quod ſit eius officium.verſi.ſed nunquid plures. ſecundum Bellen. vbi ſuprà,& dicit vlterius dicto Bellen.ubi ſuprà,ꝙ credit hoc
3 caſu iudicari debere pauperem clericum, † qui ex reditibus non percipit vltra decentem victum ſuum, per dicto capitul. cum Apoſtolus.§. prohibemus. de cenſi. nam tex. ibi prohibet ſubditos ob cauſam non grauari, qui certè grauarentur ſi etiam decens victus minueretur, habita conſideratione eius,quod dicit gloſſ.in capit.primo.21.quæſtion. prima.& in capitul.conquærente.de clerico non reſiden.Cardina. in clemen.vnica.§.ſanè,de iure patrona.

Source : BIU Cujas

Dicit etiam d.Bellenz.ubi suprà, in fine. ꝙ licet aliàs pauper
4 † varijs modis dicatur,vt per Bar. in l.si constãte.in prin. solu. matri.ff.& in authen.propterea.& ibi Bald.vnde vi.C.Bald.in repeti.legis 6.uersi.super quinto. de sacrosanct. eccle.C.& in l.si uero pro condemnato.§.qui pro rei qualitate.& ibi etiam Ang.qui satisd.cogan.ff.dico latius infra in ista quæstion. Bel-
5 len.in dicto tract.q.31.quærit,si clericus † nullum habet beneficium,habet tamen patrimonium valde amplum, an teneatur contribuere ad subsidium charitatiuum episcopo præstandum,præsertim si est intitulatus ad titulum patrimonij. tex.in d.c.cum Apostolus.§.prohibemus.de censi. simpliciter dicit, quod a subditis potest peti,dum tamen non grauentur.tamen dici potest,secundum eum, ꝙ tales ad hoc non teneantur, & hoc colligit ex mente glo.2.& Doct.ibi in cap.tuis.de præben. & Docto.in c nouum genus.de decim,volentium, ꝙ clericus
6 † de bonis suis patrimonialibus teneatur soluere decimas,ac si esset laicus.per nota.per Inn.in vltima gloss.sua. uersic. item non credimus.de præbend.& in c.conquærente. de offic.ord. videtur velle,ꝙ solùm ista exactio fiat ab ecclesiis. & §.prohibemus.intelligi deber de subditis beneficiatis.dicit tamen Bellenzi in dicta quæstion. 31. ꝙ ista quæstio est satis dubia, quia cùm clerici,quò ad bona sua patrimonialia sint exempti a collectis & muneribus laicorum,per capit. quanquam. de censi. lib.6.clemen.præsenti.de censi. Speculator in titulo, de cleri. coniuga §.1.Anto.& omnes alii in c.fina. de uita & honestat. cleric.satis æquum videtur, ꝙ econuerso ratione patrimonii sui præstent saltim charitatiuum subsidium episcopo suo.Hæc sunt,quæ dicit Bellenz in quæst.30.& quæst.31.Primò,ex eius dictis resultat,ꝙ clerici pauperes nõ tenentur ad dictum charitatiuum subsidium.Secundò resultat,ꝙ clericus nullum habens beneficium, licet habeat patrimonium amplum, etiam non tenetur,licet in fine dicat, satis esse æquum, vt soluat ratione patrimonij sui. Tertiò resultat, ꝙ prædicta quæstio intelligatur de clericis habentibus tenuia beneficia,seu debilia, & sic de clericis pauperibus,qui habent beneficia pauperrima seu debilia & tenuia.Host.in cap.vt præteritæ.de electio. dicit,
7 ꝙ pro necessitate superueniente, videtur charitatiuum subsidium † præstandum.d.c.cum Apostolus. Sed cauendum est, ne pauperes compellantur.cap.licet.de censi. retuli supra. & Bald.in tit.de pace constan.in princ.dicit, ꝙ pauperes ad sumptus vniuersales non tenentur,per not.in l. indictionis. de annot.& tribu.C.lib.10.& c.generaliter.16.q.1.Ioan And.in d.c. conquærente.uersi.cùm charitate. dicit, quasi non violenter nec a pauperibus & oppressis.per d.c.licet.de censi.Anton.in d.c.vt præteritæ.de elect.dicit,ꝙ pauperes non debent compelli ad contribuendum.d.c licet Card.in d.c. ut præteritæ.qõ.9. dicit, pro necessitate superueniente petitur charitatiuum subsidium,tamen cauendum est,ne pauperes compellantur, per d.c.licet.& allegat Hostien.in d.c.ut præteritæ. Cardin.in d.ca. conquærente.notabil.15 dicit,ꝙ Episcopus potest petere charitatiuum subsidium,& debet petere cum charitate,& nõ uiolenter.ca.ex parte.de censi nec a pauperibus & oppressis. per dictum c.licet.Calde.consi.2.in titu.de censi.dicit vt Hostien. & eum refert.Et sic omnes prædicti uidentur concludere, ꝙ
8 clerici † pauperes non tenentur ad charitatiuum subsidium. Prædicti Docto.non aperiunt,an isti clerici pauperes, dicantur pauperes eò quia habent beneficia debilia, vel dicãtur pauperes eò quia non habent beneficia nec alia bona, licet ex dictis Bellen. resultet ut supra dixi, ꝙ paupertas dicatur ratione beneficiorum.Boer.in suis decisionibus,quæstio 135. quærit,
9 quid in pauperibus clericis † beneficiatis, an teneantur contribuere in isto charitatiuo subsidio? & arg.primò, ꝙ sic, ne diuites inæqualiter grauentur.ca.licet.de censi. allegat Hostien. in c.cum Apostolus.quem ibi sequuntur Docto.& idem in d. cap.conquærente.& ibi Cardin.in 15.not.& Franc.de Pauinis in tracta.de charitat.subsid.q.30.Hostien.in c. vt præteritæ.de elect.in princ.dicit, ꝙ pro necessitate superueniente videtur charitatiuum auxilium postulandum, sed cauendum est, ne pauperes compellantur,idem ibi Anton.Dicit tamen d Boer. ubi supra, ꝙ in contrarium facit, quod dicit Bald. in authen.
10 defuncto.ad Tertul.C.ꝙ pauperes,† quorum industria est necessaria ad alimenta,& eorum victum, non debent concurrere ad onus collectæ per principem,vel Papam impositæ.nã dicit Bal.in d.authen.defuncto.uer.modò quæro.ꝙ ad præstãdam collectam non tenentur pauperes,† quorum operę vix
11 sufficiunt alimentis, & si tales scripti sunt in extimo debent cancellari de ipso per habentes officium ad hoc, eis supplicatione porrecta,sunt verba Bal.ubi sup.idem tenet Gerar.de Petra sancta.singu.73.incip.pauperes.& sing.101.in fi.uersi.& prædicta faciunt.& Petrus de Vbald.in tracta.collectarum.Et Marian.Socin.in tract.de visita.lib.11.quæst.8. uersi.8.quæro. vbi quærit,an paupertas tribuat legitimam causam denegan-
12 di procurationem, dicit, ꝙ procuratio † non est exigenda a paupere.Lucas de Penna.in l.fina.in ver. rerum angustias. de
13 his,qui num.libero.lib.10.dicit,ꝙ ecclesia † pauper procurationem non debet,sed Episcopus suis sumptibus visitabit. per nota.in c.venerabilis.in fi.ult.gloss.de censi. Et Domin. consi.
14 85.uer.ex quibus concluditur. dicit, ꝙ habentes † beneficia debilia & pauperrima, non tenentur soluere decimam papalem,secundum Gul.in extrauag.suscepti.Io.an.22.in tit.de election.in uer.consueuit.Idem tenet Paul.in clemen.2. de decimis.qui dicit, ꝙ ita fuit declaratum per Bonifa.8. extrauag.2. in tit.de decimis.& idem Pau.in dicta clementin.2. ꝙ beneficia
15 † dicuntur debilia, quæ non excedunt summam 7. florenorum,ita fuit declaratum per d.Bonifa.Guliel.de mon.Laud.in dicta extrauag.suscepti.dicit, hoc esse relinquendum arbitrio iudicantis,per clemen.1.de rebus eccle. non alienand. in uer. modicis.concludit Domin.vbi suprà,ꝙ si apparet determinatio Papæ,illi esset standum, & si non apparet talis determinatio,procedit dictum Guliel.in dicta extrauagan.ꝙ statur arbitrio iudicis,an beneficium sit debile, vel ne. Et dicit Domin.
16 ꝙ tria requiruntur, ad hoc, ꝙ beneficia † non dicantur debilia.Primò,ꝙ fructus sufficiant ad victum suum. Secundò,& ad victum familiæ suæ. Tertiò, ꝙ detracto dicto victu pro se & sua familia,supersint fructus pro soluendis iuribus episcopalibus,& alijs oneribus ad quæ tenetur beneficiatus. Si ergo ex istis tribus requisitis vnum tantùm deest, dicitur beneficiũ debile,seu pauperum:secundum Dominic. ubi suprà. in fine.
17 Qui clerici dicantur pauperes,† retuli Bellen.suprà in ista quę stio.Item illi etiam dicuntur clerici pauperes,qui nullum habent beneficium.c.si pro clericis pauperibus. c. si pauper clericus.præben.& licet aliàs pauper dicatur, parùm potens, vel parùm imperans, vel paruus homo: secundum Alber. in l.id ꝙ pauperibus.de episco.& cleri.C.tamen hoc relinquitur arbitrio iudicis.glo.in auth.præterea.vnde vir & vxor.C.& Luc. de Penna.in l.1.de mendicanti. valid. C. lib. 11. nam inspecta
18 qualitate & conditione personæ iudicatur quis pauper. †per nota.in d.authen. præterea.& Imo. in c. Odoardus. de solut. Philip.Probus,in cap.fina.de pactis.in additio.ad Ioã.Monac. & pauper dicitur habito respectu ad qualitatem suam.Calde. consi.8. Et ꝙ licet omnes clerici dicantur, vel deberent dici
19 pauperes,cum bona † ipsorum,dico de bonis quæ habent ratione beneficiorum debeant esse pauperum.c.non minus.de immun.eccl.c.quoniam quicquid.16.q.1.l.priuilegia. C.de sacrosan.eccl.cum similibus.hodie tamen tanta est ambitio & auaritia ipsorum,ꝙ quantuncunque habeant, nihil reputant se habere secundum Hostien.in d.c non minus.in fi. Vnde per
20 supradicta videtur concludendum,primo, ꝙ clerici † non habentes beneficium,nec patrimonium, seu alia bona dicuntur pauperes,& de istis non est dubitandum, nam non tenentur
21 ad dictum charitatiuum subsidium. Secundò, clerici † non habentes beneficia,sed habentes patrimonium,seu alia bona per eos acquisita,non tamen ꝙ dicta bona sufficiant eis vltra victum & vestitum, isti etiam non tenentur ad dictum subsi-
22 dium. Tertiò,clerici † non habentes beneficia, sed habentes amplum patrimonium relictum a parentibus seu prædecessoribus suis,ita ꝙ supersit eis vltra victum & vestitum,isti etiam non tenentur ad dictum subsidium,licet æquum esset, vt soluerent,vt supra dictum est,secundum Bellen. maximè si sunt
23 ordinati ad titulum dicti patrimonij.Quartò,clerici † non habentes beneficia,sed habẽtes alia multa bona, quæ supersunt eis vltra victum & vestitum,quia acquisita per eos, seu eorũ industria,vel donata,seu relicta eis, & non sunt ordinati ad titulum dictorum bonorum,isti etiam non tenentur,si ratione
24 patrimonij non tenentur,a fortiori. Quintò,clerici † habentes beneficia debilia etiam non tenentur,secundum Domi.& alios ubi sup.Quæ dicantur beneficia debilia, Bellen. ubi sup. vult innuere, ꝙ quando non sufficiunt vltra victum & vestitum,hodie hoc est decisum per extrauag. declarationes. quæ est secunda in tit.de deci.Bonifacij octaui,in prin.ubi dicit,ꝙ seculares clerici, quorum ecclesiastici reditus & prouentus annui summam septem florenorum auri non excedunt,deci mam non præstabunt,loquitur d.extrauag.in solutione deci-
25 mæ papalis,† quæ fit ad instar subsidij, secnndum Innocen.in c.dilecto.in fi.de verb.signifi.Bellen.in d.tract.q.37. num.3.in fi.& decima papalis,& subsidium charitatiuum communiter æquiparantur.Domin in d consi.85.in fi.retuli, & dico ibi la-
26 tius.Sextò,clerici † habentes beneficia debilia, si vltra habent alia bona,an teneantur,si dicimus,ꝙ ratione bonorum, quæ habent aliunde,non tenentur,sed si habeatur respectus ad beneficia,non tenerentur etiam, cùm dictum subsidium soluatur ratione beneficij, quod ratione debilitatis onus non sustinet.

SVMMARIVM.

1 *Membra dignius est quod subueniant,capiti,quàm extranei.*
2 *Canonici debent contribuere in charitatiuo subsidio.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO 38.

Capitulum an teneatur præstare subsidium charitatiuum Episcopo suo.

Bellen. in d.tract.q.27.quærit de ista quęstione.& dicit, ꝙ sic. Allegat Hostiensem,Bald.Anto.in d.c.vt
1 præteritæ.de electio.& fortius debent illi soluere,quàm cæteri,quia dignius est,† ꝙ membra subueniant capiti suo, quàm extranei.arg c.cùm liceat.de præscrip & cap. requisisti. de testamen.& idem etiam tenet dictus Bellen.in quæst. 66. nu.31. Host.in d c.ut præteritæ.in princ dicit, ꝙ necessitate superueniente videtur charitatiuum auxilium postulandum, & hoc potissimè tangit canonicos.c.cùm non liceat. de præscriptio. Bal.in c.ut præteritæ.uer quæro . quid si bona. dicit secũdum
2 Host.ꝙ Canonici † debent contribuere in charitatiuo subsidio.Anton.in dicto capit.ut præteritæ. dicit, ꝙ hoc potissimè Canonicos tangit. Pro ista opinione est hodie text. in extrauagan.vas electionis.§.præmissis.in ver. eorumque capitulis. in tit.de censi.in extrauag.cõmunibus.vbi tex.præmissis quoque adijciendo statuimus,ꝙ dicti prælati,vel aliquis eorum ex apostolica indulgentia, vel consuetudine, seu iure petant sibi ab ecclesijs Monasterijs,& locis alijs,eorumq; capitulis,& c. moderatum seu charitatiuum subsidium exhiberi, &c. ecce ergo tex.ꝙ a capitulis potest peti, retuli in princi. quæstionis præcedentis.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium charitatiuum a laicis peti non potest.num. 5.*
2 *Laici diocesani non dicuntur proprii subditi episcopi,licet quo ad quædam ei subiaceant.*
3 *Procuratio non exigitur a laicis,nisi habeat hoc consuetudo.& nu.4.*

QVAESTIO 39.

An a laicis possit peti istud charitatiuum subsidium per Episcopos?

1 Bellen. in d.tract.q.27.quærit, an a laicis possit peti hoc subsidium,† dicit,ꝙ non.per cap. quia cognouimus. 10.q.3.saltem de consuetudine generali,& licet cap.cum Apostolus.§. prohibemus. de censi. loquatur simpliciter de subditis, tamen intelligendum est de ecclesiasticis, vt loquitur
2 c.conquærentc.& stricte,& propriè sumendo, Laici † diœcesani non dicuntur proprij subditi episcopi, licet quò ad quædam suo foro subiaceant,vt not.glos.clemen.1.in uer.subditis.de foro compe.& pro hoc facit quod notat Arch.in c.cauendum.10.q.3.ubi uidetur concludere, ꝙ licet episcopus visitet clerum & populum cap.Romana.de censi.lib.6.tamen a
3 laicis non exigitur procuratio,† nisi habeat hoc consuetudo, glos.in clemen.Romana.de censi in ver. laicos. & ibi Domi. in fin.princ Card post Paul.in clemen.ad nostram de censi.in 16.not.Hæc Bellen.vbi sup.Arch.in d.c.cauendum. 10.q 3.dicit in princip.est hic argumentum, ꝙ eps potest recipere sumptus etiam a laicis, poterit ergo prima die esse in sumptibus laicorum,secundum Hugo.sed Lau.non credit de laicis, nisi consuetudo esset.Hoc etiam refert Ioan. de Turre cremata.in dicto ca.cauendum in ver.a subditis.Glos.in d.c.Romana in princi.in uer.laicos.quærit, nunquid populus procurabit,& dicit quod non,vt not.Ioa.10.quæst.1.placuit. & sic est
4 consuetudo,† dicit Domin.ibi in glo.in ver.laicos . An laici soluere debeant procurationem refert glos.ibi, ꝙ non, Archidiacon.ibi tenet contrarium per dictũ capitul. cauendum 10 quæstion 3.& fortè ista est opinio verior,secundum Imol. ibi.credit tamen, ꝙ in practica non seruatur propter autoritatem glos. & aliorum.& dicit Domin. ꝙ de iure istam partem credit veram,scilicet ꝙ teneantur per dicto capit. cauendum. contraria opinio procederet ex consuetudine, cum glos.ista dicat, quia de consuetudine non soluunt laici. Gulielm. de monte Laudun.in dicto capitu.Romana.in uer.populorum. dicit hoc verum esse de iure,secundum Guliel.Philip.Franc. super dicta glos.dicit,ꝙ de iure laici tenentur, sed de consuetudine non,secuudum Domin,Collecta.in dicto capitu.cum Apostolus.de censi.quærit de ista quæstione,& dicit,ꝙ non te
5 nentur laici † ad istud charitatiuum subsidium, nisi esset vtilitas publica ipsius terræ,& tunc posset a laicis peti dictum subsidium,nisi laici vellent consulere Papam,& dicit Collecta.ꝙ ista frustra scribuntur,quia domini temporales præmissa non permitterent,sed in subditis ecclesiæ, quantum ad temporalitatem posset locum habere, & se refert ad nota. per eum in dicto capit.conquærente.de offic.ordinan.sic Collect.ubi supra,sed in dicto capitul. conquærente. nihil dicit de ista quæstione,

SVMMARIVM.

1 *Clericus excommunicatus durante excommunicatione non percipit fructus beneficiorum.*
2 *Excommunicatus sua culpa non debet excusari a solutione charitatiui subsidii.idem in suspenso.num 4.*
3 *Excommunicato iniuste non est quid imputandum.*

QVAESTIO 40.

Tenendo, ꝙ clericus solùm tenetur præstare charitatiuum subsidium de reditibus beneficiorum suorum, de quo dictum est. Vtrum clericus excommunicatus teneatur ad solutionem charitatiui subsidij?

1 Videtur, ꝙ non quia clericus excõmunicatus † durante excommunicatione,non percipit fructus beneficiorum.c.pastoralis.de appella. in fin. & ibi Innocen.& Docto.& glo.final.in cap.studeat 50.distin. Archid in c.ad hæc.32.dist.Hostien. in summa. de senten. excom.§ quis sit effectus.circa princ Bartho.Bellen.in d.tractat. q.33. refert prædicta, & dicit, ꝙ contrarium, & bene iudicio suo, tenet Bartol.in l.inter quos.§.damni.de damno infe.ff. quia ex quo
2 est excommunicatus † sua culpa, non debet excusari a solutione.l.si merces.§.culpæ.loca.ff. excommunicatus enim quo ad subeundum onera & grauamina haberi debet pro non excommunicato,vnde ab eo totum exigi potest. per c.si vere de sent.excom.c.intelleximus.de iudi.Innocen. & Doct. in c. veritatis.de dolo & contu.& refert alia similia Bellen. ubi suprà.Et intellige prædicta, quando sententia excommunica-
3 tionis est iusta, secus si est iniusta, † quia non esset quid clerico imputandum,nec culpa posset ei adscribi.per nota per Io. And.in c.olim.3.de resti.spolia.& in c.cum dilectus.quod me. causa.Host.in d.§.quis sit effectus uer.hic etiam nota.in fine. Bellen.ubi suprà Secundum gloss.& ibi Anton. in c.cum bonæ.de ætat.& quali.& Hostien. in summ. de senten. excom. §. quis sit effectus.uer.sed nunquid ita est de suspenso.& Innoc. in c.sicut.de cohab.cleric.& mul.& Doct.in d. c.pastoralis.dicit Bellen.in d.tract.quęstion.33.in fin.ꝙ idem est dicendum,
4 † vt in excommunicato,dumtamen suspensio sit iusta, vt retuli in præceden.quæst.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non possidens beneficium non debet grauari subsidio charitatiuo.*
2 *Vasallus ut amittat feudum quid requiratur.*
3 *Clericus non percipiens fructus ex beneficio non tenetur ad subsidium charitatiuum.*
4 *Pensionem quis soluere non tenetur si non percipit fructus.*
5 *Emphyteuta tenetur ad pensionem,quando res non periit in totum.*
6 *Dignitatem habens,& non percipiens omnes reditus ex quibus possit illi satisfacere,non obligatur de suo.*
7 *Pensionis solutio retardationem non recipit.*

QVAESTIO 41.

Retenta opinione, ꝙ clericus non tenetur ad præstationem charitatiui subsidij, nisi occasione fructuum beneficiorũ suorum,vt in quæstio. vbi suprà, clericus habet beneficia, quæ non possidet, quia ab alio occupantur fortè per tyranniam, vel intrusionem, licet ipse habeat verum, & indubitatum titulum, an tenebitur ad præstandum charitatiuum subsidium.

Bellen. in d.tracta.q.34.quærit de ista.q. & concludit,ꝙ non,allegat Gulie.de Cun.in l.solennibus.de rei vend C.quem sequitur ibi Bal.& Pau.de Cast.consi. 203.ꝙ incipit: Christi nomine amen,si non interueniisset. in fin. & Ancharan consi.174.incip.In Christi nomine amen.dominus Lazarius fuit inuestitus.circa fin.Et pro hoc facit d.c. cum Apostolus.§.prohibemus.vult, ꝙ ex solutione charitatiui subditi,
1 non grauentur,† qui certè grauarentur, si cogerẽtur soluere pro beneficiis,quæ non possident.Bellen.ubi sup.Bal.in d.l.solennibus.de rei vendi.C.in fin.dicit, ꝙ ad hoc, quod vasallus
2 † amittat feudum,requiritur,ꝙ sit in dolo, sed ego non dico fuisse in dolo non possidendo, quia ex quo non habeo commoditatem feudi,non teneor subire onera feudi, refert Guliel.de Cun.ibi.Anch.consi.174 uer.postremò conclusiuè.ibi refert Bal.post Guli.de Cun.in d l.solennibus. retuli suprà. & dicit, ꝙ est istud onus personale per relationem ad feudum, carens ergo possessione feudi,nõ tenetur onera feudi suscipere,vt latius per eũ.Et idẽ eadem rõne est dicendũ fm Bell.ubi
3 sup.Si clericus † possidet beneficia,ex quib. fructus nõ percipit, forte pp guerras vel inundationẽ aquarũ, vel aliũ casum

Source : BIU Cujas

fortuitum.arg c.propter sterilitatem.de locato.l.'si merces.§. vis maior.loca.ff.Sicut dicimus de illo, qui est obligatus alteri
4 ri soluere pensionem † annuam pro fructibus beneficii sui, quia si non percipit fructus,non tenetur ad pensionem dato, ꝙ possideat beneficium, secundum Pau. de Castro, consi. 51. incip.In Christi nomine amen,quia exceptiones,est cons.337. in fi.in antiquis.in versi.restat nunc uidere.dicit,aut fructus & prouentus videntur apposíti gratia taxationis, aut gratia demonstrationis,si taxationis,fructibus non perceptis , non debetur pensio. Si gratia demonstrationis, debetur. & ibi Pau. declarat,& exemplificat istam distinctionem,& quęrit de aliis quæstionibus in materia pensionis , non refero , quia potest videri.Ludo.a Ponte,aliàs Roma.in cons.366.incip. Omnipotentis Dei postulato suffragio. circa primum propositæ consultationis articulum &c.versi. quò ad sextum. in quo quæritur, dicit, ꝙ non debetur pensio,si fructus non recipit, & re-
5 spondet ad l.1 de iure emphyte C.& ad gloss.c.potuit.de loca. vbi emphyteuta † tenetur ad pensionem, quando res non periit in totum. Panormi in c.nisi essent.de præben.dicit in versi.
6 ex his puto. ꝙ existens † in dignitate, & non percipiens omnes reditus,ex quibus possit illi satisfacere , non obligatur de suo.per tex.in l.legatum. de annu. lega. ff. Felinus in c.ad audientiam.2.de rescrip.versi. sexta conclusio. idem tenet. Prædicta intellige,secundum Bellen ubi suprà,quando fructus nō percipit sine culpa,alias secus.per l.pen.in princi.solu. matr.ff. & per ea,quæ dicta sunt in quæst.proxima suprà.ibi uide.Vidę latissimè istam quæstionem per Hieron. Gigant. in tractat. de pensionibus quæst.62,ubi dicit, ꝙ licet sit communis præcedens opinio, nihilominus tamen de stylo curiæ solutio pen-
7 sionis † retardationem non recipit, ideò quantumcunque quis fructus non perceperit , cogetur tamen ad soluendum, demum agere poterit ad repetitionem indebitæ solutæ pensionis,& dicunt curiales,solue,& repete,quod est contra consilium Iurisconsulti.in l.3 de compensatio.ff.vbi habetur, melius est non soluere,quàm solutum repetere , vt latius per dicto Hierony.vbi sup.& nō insisto in hoc, quia est extra casum nostrum.& d.Hierony,ubi suptà refert Pau,Ludo, Panormi, Bellen,Felin,

SVMMARIVM.

1 *Collectæ onus ut plurimum sequitur possessorem.*
2 *Delegatio facta præposito intelligitur de existente in dignitate.*
3 *Possessor iniustus non debet esse melioris conditionis quàm iustus .*
4 *Episcopus pro subsidio contra quem agere possit.*
5 *Lite pendente inter duos super episcopatu,an subditi requisiti a possessore teneantur soluere charitatiuum subsidium.*

QVAESTIO 42.

An Epi scopus possit petere charitatiuum subsidium ab intruso, seu alio possessore beneficij, qui nullum ius habet in beneficio.

Bellen. vbi supra quæstio.34.num.3.in prin.dicit, ꝙ sic, per nota.in cap.nihil est.de elect. quia in talib, videtur attendendum principaliter , quis sit possessor beneficij quoniam onus † collectæ vt plurimum sequitur possessorem.l.2.& 3.sinc censu,vel reliquis. C. Facit c. consultationibus.de iure patron.c.quærelam.de elect.c.cum olim. de causs. poss.& not.per Ioan.And.& Anto.in ca.per venerabilem qui filij sint leg.Arch.in c.si quisque.11.q.1.qui dicunt , ꝙ delegatione † facta præposito tali , intelligitur commissio facta existenti in possessione præposituræ, licet nullum habeat ius, nō autem illi,qui non est possessor.licet bonum & iustum titulū habeat ipsius præposituræ,ad idem quod notat Inn. in c. Cumana.de elect.quia non est dignum, ꝙ intrusus, † vel iniustus possessor sit melioris conditionis,quàm iustus possessor.cap. eum,qui.de præben.lib.6.c.contingit.de do.& contu.cap.legi. 16.q.1.facit quæstio sequens. Prædicta procedunt , quando beneficium non est litigiosum , sed si pendet lis super beneficio inter duos , quorum vterque prætendit se esse rectorem beneficij,& illud ad se spectare,sed vnus est possessor beneficij. & alter non , quis eorum cogi debeat per episcopum ad præstationem charitatiui subsidij,dicit Bellen. vbi suprà. in fi.
4 ꝙ episcopus † poterit agere contra quem , ex his voluerit,& hoc erit in eius optione,secundum quod de creditoribus præ laturæ concludit Innocen.in c. cunctis.in sua gloss. in uer. de capitulo.ver.sed quid si duo sunt , & eum sequitur ibi Domi, qui dicit,in fin.uer.quid si duo sunt confirmati a diuersis: puta vnus ab ordinario,alius a delegato Papæ,vterque istorum conuenitur a creditoribus dignitatis vel beneficii', qualiter proceditur,secundum Innocen. videtur procedendum sicut quando conueniuntur hæredes,qui inter se de hęreditate cōtendunt.l.fi.de peti.hæred.l.pen. fam. ercisc.C.c.nisi essent.de præben.idem tenet Host.in d.c.1.de concess.præbend.& Phil. Franc.quæstio.5.Et idem tenet Bart. in l.si post litem. circa fi. de excep.ff vbi refert Innocen.in d.ca.1.de concess. præbend. lib.6.Et Domini.de Rot.decisio.533.Et is,qui soluerit,& postmodum in lite succubuerit,solutum repetit ab aduersario,vel compensabit.per l.fina.§.sui autem. de petit. hære.C.Bellenzi. vbi sup.num.8.Quid autem si lis pendeat inter duos super epi
5 scopatu,an subditi †requisiti a possessore teneantur soluere charitatiuum subsidium?Bellen.ubi sup.quæst. 34. in fin.se refert ad l.litibus.& ad nota.per Bart.ibi.de agri.& censi. C.li.11. & ad glo.fi.& ibi Anto.in c.quæsiam.de elect.& Bal.in l.cum status.de ordi.cog.C.& ad c.quia res.11.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui percepit tenetur charitatiuum subsidium soluere.*
2 *Onus impositum personæ pro rebus sequitur illum ad quem transit res.*
3 *Possessor prædij tenetur ad decimas præteritas,non solutas ab eo qui percepit fructus.*
4 *Possessor nouus non tenetur ad præterita.*
5 *Episcopi optio est,vel agere contra possessorem beneficij, uel contra eum qui percepit fructus.*
6 *Successori in beneficio soluenti competit repetitio contra præcessorem qui percepit fructus.*

QVAESTIO 43.

Quidam beneficiatus post impositionem subsidij,& ante solutionem,& ante lapsum temporis soluendi, perceptis iam fructibus illius anni, renuntiat beneficio, vel moritur , vel est translatus ad aliam ecclesiam , seu permutauit beneficium , vel aliàs dimisit , an successor in beneficio , qui nullos fructus illo anno percepit ex dicto beneficio,teneatur ad solutionem charitatiui subsidij,an verò ille,qui dimisit beneficiū fructib. perceptis.

Bartho. Bellen.in d.tract.charitatiui subsid.q.51.quærit de ista quæstio.& dicit,'ꝙ ille,qui percepit fru-
1 ctus illius anni teneatur , † & non successor , qui fructus non percepit,refert Domini.qui hoc tenet in c. præsenti.§.porrò. circa princ.per illum tex.de offi.ordin.lib. 6. & ita dicit se pluries determinasse,pro quo facit, ꝙ hoc onus videtur reale, & soluitur respectu fructuum,ideò debet solui per illum,qui percepit fructus.l.quæro.de usufr.leg.ff.l.generali.§.fi.eo.tit.& facit quod not.Ant.de But.cons.60.quod incipit:In nomine le
2 su Christi.uidetur primo aspectu.dicit Ant.ibi, ꝙ onus †impositum personæ pro rebus,uel imponēdum, sequitur illum,ad quem transit res.l.quō.de solu.ff.vt latius per Ant.ubi sup.ubi vult possessorem fore obligatum.Contrarium tenet d.Bellē. in d.q.51.quia cùm talia sunt onera realia,& principaliter imponántur dignitati seu beneficio, ad ea tenetur possessor beneficii ēt pro præterito.tpe.l.imperatores.de publi.ff. & in l.fi. in gl.in uer.præsentationes.C.sine censu,vel reliq.c.1.de solutio.Et istam partem in decima Papali,tenet Io.And.in reg.nō est in mora.de reg.iur.li.6.quem sequitur Fed.cons.209. quod
3 incipit:capitulum sede vacante.Hoc idem in decimis † p̄dialibus præteritis,non solutis ab illo, qui percepit fructus, ꝙ debent solui per modernum possessorem prædii. Fed.consi.31. quod incip laicus de prædio.Io.And. Ant.Pan.in c.cum homines.& Host.Io.And.Pan.in c.pastoralis.de deci. Zenz.in cle. 1.de censi.qui dicit, ꝙ possessor beneficii tenetur soluere iura ep̄alia,non solùm pro præsenti tpe,sed ēt pro præteritis tēporibus,quibus prædecessor percepit fructus,& iura ep̄alia non soluit.Anch.in d.cle.1.multum de hoc dubitat, secund.Card. ibi,q.11.qui tenet istam opinionem , ꝙ possessor teneatur ēt pro præteritis iurib. ep̄alibus.In contrarium multum vrgent tex.in l,apud eum.in l,fin.de censi.& censiro.& per.C.lib.11.in
4 paruo vol ubi tex. ꝙ nouus † possessor non tenetur ad præterita , & ibi latius per Io.de Pla.Præsertim si collatio beneficii est facta nouo possessori beneficii p̄ eum,qui petit nunc subsi dium,& debitum pro p̄terito tpe,vt p̄ Arch.in c.si quis laicus. 10.6.q.1.Dicit tñ Bellen.ubi sup.q. 51. ꝙ p̄p̄ hoc non auderet ipse recedere a prima opinione, quæ est cōis,fatetur tñ, ꝙ in
5 optione ep̄i † erit,vtrum velit agere contra possessorē beneficii,an uero cōtra illū,qui percepit fructus.& idē est in aliis iurib.ep̄alibus secun.Car.in d.cle.1. de cēsi. q. 11.& hoc idem in decimis prædialibus,secundum Io.And.in d.c. cum hoīes. de deci.Fed.cōs.81.S.Tho in 2.2.q.87.arti 2.in fi.gl. fi. in c.pleriq;. de pact.facit,quod notat gl.magna,in c. si quis præsbyterorū. reb.eccl.non alien.& in c.ex p̄sentiū.de pign.c. Abbas. de his quæ vi,me.cau.c,cum venisset.in gl,pen.de in integ.resti.fatet, tñ Io. And.in d.regula,nō est in mora.de reg.iur.li. 6. ꝙ si pos-
6 sessor † beneficii soluit,poterit cōuenire p̄decessorē,q̄ p̄cepit fru-

Source : BIU Cujas

fructus,& ab eo repetere solutū. vt latius p Io. And.ubi sup. & Fede.de Sen.consi.209.& Ioan. And.in d. reg.respondit ad contraria,& prædicta latius refert Bellen.ubi suprà, qui dicit, ꝙ æquum & magis honestū esset, ꝙ episcopus, vel collector subsidij,cui datur optio conueniendi, quem vellet ex prædictis,compelleret quemlibet ad solutionem pro rata frnctuum perceptorum,& si ille,qui dimisit beneficium percepisset omnes fructus illius anni,ipsum solum compelleret ad solutionē subsidij,per regulam,qui sentit.de reg.iur.in 6.& adde quæ dicta sunt in præceden.quæst.Hæc & latius Bellen.ubi sup.ex cuius dictis resultant tres opiniones. Prima, ꝙ ille,qui percepit fructus tenetur soluere. Secunda opinio est, ꝙ ille,qui possidet beneficium,& ista est communis.iste tamen qui soluit,potest petere solutum a prædecessore,qui percepit fructus. Tertia opinio est,ꝙ in optione episcopi erit agere, contra quem velit,licet æquum esset & honestum petere pro rata si pro rata perceperunt. & si primus percepit omnes fructus, agere contra eum.Hieron.Gigan.in tractat.de pensionibus. q.39.& quæst.43.

SVMMARIVM.

1 *Subsidij charitatiui exactio fit ab ecclesijs propter reditus earum.*
2 *Aequitas multum est seruanda in materia ecclesiastica.*
3 *Pensionarius quando teneatur vel non ad contributionem charitatiui subsidij.*
4 *Procuratio ratione uisitationis debet integre solui per rectorem beneficij.*

QVAESTIO 44.

An pensionarius teneatur soluere pro sua rata charitatiuum subsidium.

Bellen. in d.tracta.de chari.subsid.q.37.quærit de ista q. & concludit,ꝙ sic,quia tam rector, quàm pensionarius debet quilibet eorum pro rata sua soluere, quia cū
1 exactio † charitatiui subsidij fiat ab ecclesijs propter reditus earum per cap.conquærente.de offic. ordin. iuncto cap.cum Apostolus.§.prohibemus.de censib.pensio verò annua,vt ex stylo curiæ patet,semper imponitur super fructibus, reditib. prouentibus beneficij.Iustum est, ꝙ ille, cui soluitur pensio,p illis reditibus subeat partem oneris in solutione charitatiui subsidij.& istam opinionem in istis terminis tenet Philip.Decius consi.156.& refert d.Bellen.in d.tract.q.37.& pro ista opinione multa adducit,tam Bellenzi. quàm Deci. & istam opinionem etiam in eisdem terminis tenet Hieron. Gigas.in tractat.de pensionibus.quæst.38.refert Bellen. & Deci.& prædicti dicunt, ꝙ huic conclusioni fauet æquitas, † quæ multum
2 est seruanda in materia ecclesiastica.c.dilecti.de iudic.ca. 1.de dolo & contu.& hanc opinionem amplectitur curia Roma cuius stylus habet,ꝙ quando Papa non vult pensionarium teneri ad charitatiuum subsidium, id exprimit in literis pensionis,& multa iura pro ista opinione adducunt prædicti Doct. non refero,quia possunt videri.maximè Deci.Conclusio non
3 procedit,quando pensio † esset assignata libera & exempta ab omni onere charitatiui subsidii, vt consueuit fieri, quia tunc onus soluendi charitatiuum subsidium in totum pertinet ad rectorem beneficii, nec in eius solutione contribuere tenetur eius pensionarius.arg.c.cum instantia.de censi.ibi,nisi forte.c.accedente.ibi, nisi per speciale priuilegium. de præscrip. clem.1.de censib.Item licet pensionarius teneatur ad solutionem charitatiui subsidii,ut suprà fuit conclusum, non tamen
4 tenebitur ad solutionem procurationis, † ratione visitationis faciendam,qnia illa debet integrè per rectorem beneficii solui,secundum Bellen.in d.q.37.& Hiero.in d.q.38.in fi.& Dec. ubi sup.consi.156.Et idem est dicendum,quando agitur de solutione decimæ Papalis,secundum Bellen.vbi suprà quæst.37. allegat Innoc.in c.dilecto.de verb.sign.Inn.ibi, nihil dicit.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale quo casu teneatur ad iura episcopalia soluenda.*
2 *Hospitale regulariter non datur in titulum.*
3 *Hospitale potest erigi sine auctoritate episcopi, & sine consecratione.*
4 *Hospitale fundatum auctoritate episcopi,in quo sit oratorium vbi celebrātur missæ,an tenentur ad onera episcopalia.*
5 *Hospitale an teneatur ad decimam seu subsidium papale.*

QVAESTIO 45.

An hospitalia teneantur ad charitatiuum subsidium.

Bellen. in d.tractat.de charit.subsid.q.38. quærit de ista quæstio.arg.pro & contra. distinguendo con-
1 clūdit, aut hospitale † datur in titulum perpetuum clerico, quod potest fieri certis casibus.clem. quia contingit. §.vt autem.de reli.domi. & tunc censetur ecclesia & beneficium,& regulatur,vt alia beneficia, ideò tenebitur ad omnia iura episcopalia soluenda,sicut alię Ecclesiæ:secundum Cardin.in d.§. ut autem.q.40.& allegat nota.per Inn.in c.fi. de censi. Si vero
2 hospitale † non datur in titulum prout est regulariter,vt in dicta clemen.quia contingit. & in hoc est aduertendum. ꝙ aut hospitale est erectum sine autoritate epi,& sine aliqua conse-
3 cratione,† quod fieri potest.gloss. in dicta clemen. quia contingit.& plures hoc tenent,quos refert d.Bellen. in d.tracta.in d.qō.38.& tunc sine dubio talis locus non tenetur ad dictum charitatiuum subsidium,nec ad alia iura episcopalia. Ancha. in d.clemen.quia contingit.& plures alii, quos refert prædictus Bellen.ubi suprà,non refero,quia potest videri. Si verò
4 hospitale † sit fundatum autoritate epi,& ibi sit oratorium,in quo celebrantur missæ, tunc est magis dubium, an teneatur epō ad præstationem charitatiui subsidii & aliorum iurium episcopalium Card.in d.clemen.quia contingit.in princ.q.12. tenet,ꝙ non:refert eum & alios hoc tenentes d. Bellenz. ubi suprà.ipse tamen Bellenz.tenet contrarium, ꝙ talia hospitalia fundata autoritate episcopi, tenentur ad charitatiuum subsidium,& ad alia iura episcopalia,per nota.per Innocen. in ca. de xenodochiis.de relig.domi.refert plures Doct. hoc tenentes,& plures rationes.Si verò non apparet,ꝙ hospitale sit fundatum autoritate epi,si ibi celebrantur missæ publicæ, & habet campanellam,& campanas publicas, tunc idem,quod in casu præcedenti.Anton.& alii in c.fina.de censi.refert d.Bellē. alios.Docto.hoc tenentes.nam præsumitur talis locus fundatus authoritate epi,ex quo sunt talia signa.Domi. de Rot.decision.109.in hoc resident d.Bellen.ubi suprà. Et an hospitalia
5 † teneantur ad decimam,seu subsidium, quod imponitur per Papam,vide Bellen.in dicto tractat.de charita.subsid.q.68. De materia hospitalium ego satis latè scripsi in tracta. de immunitat.eccles. quò ad personas fugientes ad ecclesias, in ampliatione.

SVMMARIVM.

1 *Compositio super charitatiuo subsidio vt ualeat inter episcopum & clerū, quid requiratur.*
2 *Collector Papæ an possit componere super subsidio,seu decima papali.*

QVAESTIO 46.

An valeat compositio inter Episcopum & clerum super modo prestationis,& quantitate charitatiui subsidii.

Barth. Bellen.in tract.de charit.subsid.q.48.concludit ꝙ sic,vt ibi latius per eum,non refero, quia potest videri.hoc intelligitur dummodò quantitas contenta in compositione,sit minor quantitate taxata a iure super charitatiuo subsidio,per dictam extrauagantem,vas electionis. de censib.
1 nam ibi est bonus text.ad hoc.Et talis compositio † ad hoc, ꝙ sit realis & perpetua requiritur, ꝙ sit facta cum consensu capituli sui.per c.pastoralis.in fin.de dona.& c.tua.ca.pastoralis. de his quæ fiunt a præla.sine consi.capitul.Quid in collectore
2 † Papæ ad exigendum subsidium, vel decimam papalem nomine Papæ deputato.ibi per d.Bellenzi.potest videri.concludit ꝙ non,nisi specialiter hoc esset mādatum,vel haberet mādatum cum libera,per c.qui ad agendum.in fi.de procur.lib.6. vt latius per d.Bellen.ubi sup.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo ecclesia debet resarcire id quod pro eius vtilitate expendidit.*
2 *Beneficiatus transiens ad aliam ecclesiam an possit retinere possessionem primi beneficij donec sibi satisfiat de eo quod expossuit pro prima ecclesia.*

QVAESTIO 47.

Si Episcopus habet magnum patrimonium ex quo posset subuenire indigentiæ,& necessitati eminenti ecclesiæ suæ, sed reseruato patrimonio vult imponere clero suo charitatiuum subsidium, an possint eo casu subditi licitè denegare subsidium, dicendo ei, ꝙ subueniat suis & Ecclesiæ necessitatibus de proprio patrimonio, postquàm habet amplum patrimonium.

Bartho. Bellen.in dicto tractat.de charitati.subsid.quæstion.49.quærit de ista quæstio.
Arguit primò, ꝙ potest denegari subsidium,postquam potest subuenire suis & ecclesiæ necessitatibus de suo patrimonio,

Source : BIU Cujas

allegat plura pro ista parte, maximè glo. in c. constitutus. 2. de appell. in uer. impotentiam. & ibi Host. & alij. & in c. episcopus in fi. de præbend. & l. si quis a liberis. §. sed si filius. de libe. agno scend. ff. Arguit secundò, ꝙ non potest denegari dictum subsidiū, per tex. in c. quicunque. 12. q. 4. ubi tex. dicit, ꝙ si prælatus
1 †aliquid proprij exposuit pro utilitate & negotijs ecclesiæ, hoc debet ei restitui & resarciri ab ecclesia, & per Ioan. And. & Anto. & communiter per omnes in c. de multa. de præbē.
2 ubi dicunt, ꝙ si habens beneficium †curatum, fecit expensas de proprijs bonis pro ecclesia sua, & post transit ad aliam ecclesiam, ipsa prima dimissa, potest retinere possessionem primi beneficij, donec ei satisfiat ab ecclesia priori de expositis per eum de proprijs bonis pro illa ecclesia, & hæc pars est verior secundum Bellen. ubi suprà, & refert Oldrad. in terminis proprijs, consi. 249. vt ibi latius per Oldr. & per Bellen. ubi sup. Vide not. in c. pastoralis. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Delictum & culpa prælati non debet nocere ecclesiæ.*

QVAESTIO 48.

Si Ecclesia est sita in confinibus duarum diœcesum, cui Episcopo soluet illa ecclesia subsidium charitatiuum.

Barth. Bellen. in d. trac. de chari. subsi. q. 52. quærit de ista q. & refert plures opin. & concludit, ꝙ ratione dubij poterunt ambo episcopi concordare, ꝙ alternis vicibus exigant charitatiuum subsidium, & alia iura episcopalia. arg. cle. plures. de iure patr. & l. quotiens. in princ. de vsufru. ff. & si nolunt cōcordare super alterna perceptione, refert duas opiniones, prima, ꝙ vterque excludatur. per tex. in l. 2. §. fi. quemadmo. vsuf. amit. ff. l. quotiens. de vsufruct. ff. dicit d. Bellen. ꝙ
3 non credit hoc esse verum in isto casu, quia delictum † & culpa non debet nocere ecclesiæ. reg. delictum. de reg. iur. lib. 6. c. si episcopum. 16. qō. 6. cum simil. concludit, ꝙ in isto casu archiepiscopi Metropolitani ipsorum eos poterunt cogere, vt se concordent super perceptione charitatiui subsidij, & aliorum iurium episcopalium. per tex. in l. huiusmodi. §. fina. & ibi Bart. de leg. 1. ff. poterit etiam Metropolitanus ordiuare, quod alternis uicibus ab illa ecclesia subsidium charitatiuum, & alia iura episcopalia percipiantur. per glo. in c. licet in regulis. 16. q. 3. & Imo. in c. super eo. de parro. & ibi Anto. Panor. in c. fina. de re iudic. & ista opinio placet d. Bart. de Bellen. in d. tract. vt latius ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Compensationi quando sit locus, vel non. & num. 3.*
2 *Compensatio cum alimentis non admittitur.*

QVAESTIO 49.

Si Episcopus nomine suæ Ecclesiæ petit charitatiuum subsidium a subditis, an subditus possit petere, ꝙ fiat compensatio eius, quod sibi debet Episcopus nomine & intuitu Ecclesię episcopalis.

Dictus Barthol. Bellen. in d tracta. q. 53. dicit, ꝙ sic. per l. idem iuris. & l. fina de
1 compensa. ff. dummodo † debitum sit ex eadem statione, secus aliàs per tex. in l. 1. de compen. C. ubi tex. hoc dicit. Prædicta conclusio limitatur primò, quando petitur charitatiuum subsidium ob causam alimentorum ipsius episcopi. tunc non
2 admittitur compensatio, † per tex. in l. ea. de compensa. C. Secundo fallit, quando peteretur charitatiuum subsidium propter exercitum missum pro defensione status ecclesiæ. per l. ob negotium. de compens. ff. Tertiò fallit, quando petitur subsidium in fauorem fidei Christianæ, sentit gloss. in d. l. ob negotium. Quarto fallit, quando obijcitur compēsatio, de eo. quod episcopus debet nomine suo proprio ex persona sua, non tā-
3 quam episcopus, nam talis compensatio † admitti non debet. Arch in c. sacerdotes. 12 q. 4 per tex. in l. penul. de compens. ff. Quando ageretur de solutione tributi, tunc non admittitur compensatio, est tex. in d. l. ea. de compen. C. gloss. in c. decimæ tributa. 16. q. 1. Hæc & latius Bellen. in d. q. 53.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium charitatiuum non est munus ordinarium.*
2 *Lex, Actores, C. de exactor. tribut. lib. 10. declaratur.*

QVAESTIO 50.

An collectores & alij officiales deputati ad colligendum seu exigendum charitatiuum subsidium, in certo loco, si ibi sunt beneficiati, teneantur ipsi etiam pro rata sua contribuere ad solutionem subsidij.

Dictus Barthol. Bellen. in d. tract. de charita. subsi. q. 54. dicit primò, ꝙ sic per tex. & glo. in l. actores. de exact. tribu. C. lib. 10. Sed tenendo, ꝙ charitatiuum †
1 subsidium non sit munus ordinarium, sed potius extraordinarium, prout dictum est per eundem Bellen. q. 32. prædicti officiales sunt exempti a tali solutione: secundum Bart. in l. 1. in fine. de immu. nemi. conce. C. lib. 10. per l. honorem. de mune. & hono. ff. sed tenendo, ꝙ tale onus soluendi subsidium esset mistum, tunc a tali onere officiales non excusantur. secundum Bart. in d. l. honorē. & ad d. l. actores †responderi potest, ꝙ loquitur in muneribus ordinarijs &
2 merè realibus, ad quæ subeunda officiales tenentur. Hæc Bellen. vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Clerus in contributione subsidij an tenentur ad portionem exempti.*
2 *Comitatus, vna villa exempta, an teneatur soluere totum salarium potestati.*
3 *Exemptio singulorum quo casu non proderit vniuersitati.*
4 *Exemptionis priuilegium quo casu sit reuocandum.*
5 *Exemptionis priuilegium a Papa concessum, quo casu cæteris præiudicet.*
6 *Exemptione unius quando cæteri tenentur ad integram præstationem, & quando detrahi debeat portio exempti.*
7 *Decimæ compositæ onus quando & quomodo inter compositos diuidi debeat.*

QVAESTIO 51.

Casu, quo dicti officiales non teneantur ad solutionem dicti subsidij, de quo in quæstione suprà proxima, an clerus teneatur ad solutionem integri subsidij, sicut prius, an verò debeat detrahi portio, quæ contigerit illum officialem.

Bellen. in d. tract. de chari. subsid. q. 59. quærit de simili quæstione, facta est cōuentio inter Papam seu cameram apostolicam & clerum certæ diœcesis, ꝙ clerus nomine decimæ papalis teneatur tantam summam soluere Papæ, quando contigerit per Papam imponi decimam. Deinde Papa eximit quendam beneficiatū illius diœcesis a solutione subsidij seu decimæ papalis, an clerus teneatur ad solutionem integri subsidii sicut prius, an debeat detrahi portio, quę contigerit illum beneficiatum exemptum, si non fuisset exemptus. Dictus Bellenzi. refert duas opiniones. Prima est, ꝙ cle-
1 rus † non teneatur ad portionem dicti beneficiati exempti, & ꝙ tanto minus debeat solui propter exemptionem illius, per textum in l. 8. ut nullus ex vicarijs pro alienis vicariorum debitis teneatur. C. lib. 10. regu. non debet. de regul. iur. lib. 6. Specula. in tit. de censi. §. nunc dicendum. versi. quid si vniuersitas. Ioan. Andr. Anto. in cap. peruenit. de immun. eccles. Anchar. consi. 253. Stepha. in clemen. præsenti. de censib. Angel. in l. si unus. §. item si pactus. de pactis. ff. allegat gloss. in l. uacuatis. de decurionibus. C. lib. 10. Bald. in l. etiam. de exception. rei iudica. C. Bartol in l. munerum. §. fina. de muneribus & honoribus. ff. ubi dicit, ꝙ de iure communi onus deficientium nullus tenetur subire, allegat l. primam. de omni agro deserto. C. libro 11. Contrarium concludit, & tenet d. Bellenzi. ubi sup. per nota. per Bartolum in l. ab omnibus. in princip. de legat.
2 primo. per illum textum. ubi dicit, ꝙ si dicat statutum, † ꝙ Comitatus teneat soluere salarium Potestati, postea eximitur aliqua villa, cæteri tenebuntur ad integrum salarium Potestatis, sequitur Ancharan. in dicta clemen. præsenti. de censi. & melius ad propositum adducitur Cardin. in dicta clemē. præsenti. in fin. ubi Cardin. dicit, ꝙ si collectæ debentur ab vniuersitate alicui tanquam superiori, si iure superioritatis eximit ali-
3 quos a solutione, sicut est Papa, hoc casu exemptio † singulorum non proderit vniuersitati. ex quo infert dictus Cardinal. ubi suprà. ꝙ si Papa specialiter eximit aliquos a solutione procurationis legati, per hoc reliqui non minus tenentur ad integram procurationem. Et dictum Specul. in dicto §. nunc dicendum. intelligitur secundum Cardina. in collectis, quæ debentur ex contractu, non autem de iure communi, prout est præstatio subsidij charitatiui & procurationis legatorum sedis apostolicæ. & idē Pan. in c. c. accedentes de pīscri. Nec obstat quod dictum est de cōuentione, & ꝙ ita intelligat dictū Spec. & sic vī, quod hic sumus in debito ex cōtractu, nā,

con-

Source : BIU Cujas

conuentio illa est duntaxar super quota: quoniam ipsa præstatio subsidij seu decimæ papalis est debita de iure communi ad omnem requisitionem papæ. per c.2.de præb.in 6. clem.1.in fin.ut lite pend.Si tamen tot eximerentur, ꝙ cæteri grauarentur in præstando integrum subsidium, reuocari deberet, tale
4 priuilegium † exemptionis.per c.suggestum.de deci.secundū Card.in d.clem præsenti.in fi.Immo possunt reliqui integrum subsidium denegare,& ad Papam appellare,secundum Card. in d.c.accedentes.quia nō est verisimile,ꝙ Papa voluerit eximere cum graui præiudicio aliorum.arg.c. super eo. de offic. deleg.l.2.§.si quis a principe.ne quid in loco publico.ff.Panor. in d.c.accedentes.super hoc vltimo, distinguit, an priuilegiū
5 † exemptionis sit a Papa concessum motu proprio, an verò ad supplicationem alterius,quia si motu proprio,valebit tale priuilegium exemptionis,posito, ꝙ cæteri grauarentur. Si ad supplicationem alicuius,secus. ista distinctio nō placet dicto Bart.de Bellen.nam in omni casu, si cæteri grauantur, debet reuocari tale priuilegium,& possunt ad Papam appellare, qa non est intentio Papæ cæteros grauare, vt dictum est. Et su-
6 per ista materia, quando per exemptionem † vnius cæteri teneantur ad integram præstationem, & quando detrahi debeat portio exempti. d. Bellenz. se refert ad dicta per Angel. & Imol.in l.ab omnibus.de legatis primo. ff. & ad Lud.Roma. in l.4.§.actor.versic.4.dubitatur.de re iudica.ff. Et quando est
7 facta talis compositio,† qualiter debeant illi, qui composuerunt inter se onus decimæ sic compositæ diuidere,se refert d. Bellen.ad Bar.in d. §.actor.d.l.4.& ad Bal.in l etiam. de execu. rei iudic.& glo.in c.cupientes.§.ad hæc.in uer.discreta.de electio.lib.6.Innoc.in c.graui.de sent.excom.Hæc Bellen.vbi suprà. Quo ad istam quæstionem Bellenz.quando portio exempti debeat detrahi, vel an reliqui teneantur ad integram præstationem.est materia c.accedentes. de præscript.

SVMMARIVM.

1 *Grauatus in decimis & charitatiuo subsidio appellare potest.*
2 *Appellatio non datur in causa alimentorum.*
3 *Appellatio non datur vbi res est citò peritura.*
4 *Appellatio non datur in casu expellendi turbantem studium.*
5 *Appellatio non datur,ne cadauer tradatur sepulturæ.*
6 *Appellatio ad quem detur a sententia lata in causa subsidij.*

QVAESTIO 52.

An a sententia lata in casu charitatiui subsidij, possit appellari.

De ista quæstione in istis terminis quærit, d.Barth.Bellen. in dicto tracta.de charita.subsid.q.55. concludit regulariter, ꝙ sic.secundum Host.in summa. in titu. de censi. §.ex quibus.versi quid si subditus dicit, vbi pro constanti dicit, ꝙ
1 sic,sicut & appellari † potest in causa decimarum. per gl.in c. tua.2 de deci.& in aliis causis pijs etiam spiritualibus.clemen. dispendiosam.in fin.de iud.sic etiam in isto casu. Intellige primò,secundum d.Bellen.vbi suprà, nisi charitatiuum subsidiū imponatur propter necessitatem alimentorum episcopi,quo casu cum alimenta petantur ex officio propter inopiam, a
2 sententia † in tali causa subsidij lata non possit appellari, secundum Specula.in tit.de appellat.§.in quibus uersi. sed numquid quando iudex decernit.Bart.in l.nulla.in princip. de alimen.& ciba.lega.ff & in l.fina circa princip. de appella. reci.ff.Bald.in l.nemo.de summa trini.C. Secundò, quando tale subsidium imponeretur pro aliqua causa dilationem non recipiente.puta,quia opprimētibus hostibus imminet ruina & periculum status Ecclesiæ,nisi per subsidium citò subueniatur,hoc enim
3 casu, cum res sit peritura, non debet dicit, ꝙ appellatio † sit permissa.per tex.in l.fin.de appellat.reci.ff.l.quisquis.quorum appella.non recipi.C.& in §.sunt etiam quorum.2.quæstio.6. Specul.in dicto titu.de appella.§.in quibus.uer.octauò.Host. in summa in tit.de re iudi.§.quo remedio. Ioan. Andr.in cap. Romana.de appellation.lib.6.Tertiò, facit dictum Bell. in l.8. uersi.quid si unus scholaris.si de moment.possess.fuer.appell. C.ubi dicit,ꝙ a sententia lata in casu studij non potest appel-
4 lari,† putà vtrum turbans studium possit expelli,quia studium
5 non patitur dilationem.Quartò facit,ꝙ nec etiam potest † appellari ne cadauer,seu corpus humanum tradatur sepulturæ per glo.& ibi Io.And.in c.ex parte.1. de sepul. Arch. in d.§.si quis etiam ausus.2.q.6.est sub §. sunt etiam quorum. quia sepultura hominis non recipit dilationem.l. ne corpora.de relig.& sump.fun.ff.l.fina.& in auth.item,qui domum.de sepul. viola. C. Quando appellatur licitè a sententia lata in causa
6 subsidij,ad quem sit † appellandum. Si arbitri pronuntiauerunt prout dixi sup.q.6.appellabitur vt per tex.iuncta glos.in uer.iudicem.in c.ab arbitris.de offi.delega lib.6.Si uerò appellatur a collectore Papæ imponēte subsidium, appellabitur ad Papam,tanquam a papæ delegato,vt in c.super quæstionum. de offic.delega.Hæc omnia supradicta refert d.Barth. Bellen in d.q.55.

SVMMARIVM.

1 *Census superiori ante omnia solui debet.*
2 *Actio funeratiua præfertur alijs creditoribus.*
3 *Episcopus quo casu concurrere debeat cum creditoribus clerici debitoris subsidij.*

QVAESTIO 53.

Si Episcopus nomine proprio exigat charitatiuum subsidium a subditis beneficiatis, & eodem tempore concurrant creditores clerici, a quo petitur subsidium. quis præferatur.

Dictus Barth. de Bellen.in d.trac.de chari.subsi. q.62.quærit de ista quæstione. & concludit, ꝙ episcopus, quia ante omnia debet solui census
1 † superiori:secundum Ioan.And.& Anto.in c.eam te.de æta. & qual. Arch.in c.cum singula.de præbend. lib. 6.sicut dominus prius deducit,quod sibi a seruo debetur.l.sed si diurnum. §.peculium.& §.præterea.de pecu.ff.nec mirum, quia funera
2 ria actio,† & multæ aliæ,de quibus in l.2.cum seq. de priuileg. credi.ff.habent priuilegium vt præferantur alijs creditoribus, multò fortius hæc quæ est fiscalis & valde pia,vt probatur ex text.in d c.cum Apostolus.§. prohibemus. de censi. Intellige secundum Ioan.And.& Anto.in d.c.cum te.de æta.& quali.si debitum fuit contractum cum clerico ignorante,vel contradicente prælato,nunc subsidium exigente,secus si illo sciente,
3 quia tunc prælatus † concurreret cum alijs creditoribus. per l.1.de tributo.ff.Hæc Bellenz.ubi supra.

SVMMARIVM.

1 *Visitanti nomine duorum competit duplex procuratio.*
2 *Subditi non ualentes soluere nisi unicum subsidium,cui ex duobus exigentibus soluere debeant.& num.3.*

QVAESTIO 54.

Episcopus petit charitatiuum subsidium a subditis, & eodem tempore collector Papæ ab eisdem petit subsidium, & vterque petit ex legitima causa, an vtrique sit præstandum.

Dictus Bartho. Bellen.in d.tract.de charit.subsi. q.63.quærit de ista quæstion. & concludit, ꝙ sic, si vtique possit præstari, per id, quod scribit Anto.de But.post alios in c.nuper.de censib.vbi dicit, ꝙ si eodem tempore concurrant duo visitantes ecclesiam, habebūt
1 duas procurationes,& idem erit si vnus tantùm visitat † nomine duorum,quibus competit visitatio, secundum Anton. ubi sup.Si verò subditi non possunt soluere nisi vnicum sub-
2 sidium,† debet solui collectori Papæ,& cessabit subsidium impositum per episcopum.arg.c.si a sede.de præb.li.6. hoc tenēt Anch.Io.And.Dom.in c.Romana.de censi.lib.6. ubi dicunt, ꝙ si Archiepiscopus,Metropolitanus,& eps diœcesanus visitant ecclesiam,& ecclesia non potest præstare nisi vnicam procurationem,illa præstabitur Archiepiscopo, tanquam maiori,& non epō.Similiter si Archidiaconus & eps visitant ecclesiam,quæ non potest præstare nisi vnicam procurationem,illa præstabitur epō,& non Archidiacono,per nota.per Inn.in c.in Lateranēsi.vltra medium.de præb.& in c. cum ex officij. in glo.pen.de præscrip.Arch.in §.fi.9.q.3.& pro hoc facit l.cōtra pupillum.§.is,qui ad maius.de regul.iur. ff. & quod notat Host.in summa.de maior.& obedien.§.& ad quid. uer.quid si duo sunt.& glo.in c.cum parati.de appella.Si autem tales exi-
3 gentes † subsidia essent paris conditionis, tunc recurrendum est ad gloss.magistram in l.ciues.C.de incolis.lib. 10. & ad ea, quæ plenè scribit Spec.in titu.de feudis.§.quoniam.versic.41. cum seq.& Lud.Roman.consi.47. hoc tamen de facili esset reperire,per c.quoniam in plerisque de offic.ordin.& cap.sicut vnaquaque.21.q.2.nisi forte ex dispensatione Papæ,prout fuit in Augustino in c.non autem.7.q.1.Hæc Bellen. ubi sup. quæstion.63.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum quod percipitur ex protocollis notarij non dicitur esse in fructu.*
2 *Lucrum proueniens ex reuocationibus uel innouationibus quas facit prælatus,fructibus locatis cui cedat.*
3 *Subsidium charitatiuum potest vltra semel imponi.*

Source : BIU Cujas

QVAESTIO 55.

Episcopus locauit cuidam omnia bona, & fructus episcopatus sui, contingit postea, q durante locatione, Episcopus exigit charitatiuum subsidium a subditis, vtrum illud, quod percipitur ex solutione subsidij, cedere debeat lucro ipsius conductoris.

Istam quæstionem ponit d. Barto. Bellen. in d. suo tracta. de charita. subsid. q. 64. arg. primò, quod non cedat lucro ipsius conductoris, quia illa non censentur in fructu, quę non renascuntur. l. diuortio. §. si uir in fundo. solu. matr. ff. & ideo dicit Bart. ibi. & in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. q illud, quod non percipitur, nisi semel, vt est lucrum, † quod percipitur ex protocolis notarij, non dicitur esse in fructu. Contrarium concludit d. Bellen. ubi suprà, q illud, quod percipitur ex solutione subsidij cedit lucro conductoris. per tex. in l. vsufructu legato. §. 1. de vsufructu. ff. & in l. item si fundi. in prin. eod. titul. & in l. prætor ait. §. quod de fructibus. de bon. auth. iudi possi. ff. & in clem. statutum. de elect. & per not. per Ioan. And. in addi. ad Spec. in ti. de locato. §. nunc aliqua uer. 93. ubi post multa uidetur concludere, q nisi de mente contrahentium, vel ex coniecturis, aliter præsumatur, conducto-
2 ri fructuum ecclesię cedit lucrum † capsoldi proueniens ex renouationibus vel inuestituris, quas facit prælatus. ad idem notat Bart. in l. fi. solut. matr. ff. quem sequitur Imol. ibi. vbi tenent, q si mulier dedit castrum in dotem marito, etiam lucrū, quod prouenit ex iurisdictione, vt condemnationes, mulctæ, seu pœnæ, quæ exiguntur propter delicta dicuntur esse in fructu, & cedunt lucro mariti, & respondet Bartol. ibid. ad illud, quod dicitur, q non dicuntur fructus nisi renascantur, dicit, q nunquàm ex aliqua re illud idem, quod semel natum est, postea renascitur, sed aliud eiusdem generis, & ita est in iurisdictione, quia sæpè & sæpius contingit, q committuntur delicta, propter quæ pœnæ, mulctę, & condemnationes bonorū imponuntur, quę dicuntur renasci, licet non in eodem nume ro, & specie bonorum. Et eodem modo est dicendum, q cum
3 subsidium † charitatiuum possit vltra semel imponi, vt dictū fuit suprà, q. 46. cum pluries occurrere possint legitimæ causæ, ex quibus rationabiliter possit exigi subsidium, satis dici potest, q hic fructus renascitur, & per hoc remanet responsum ad §. si uerò in fundo. l. diuortio. solut. matri. ff. dicit tamen d. Bellen ubi suprà, q si ex quantitate prætij, & alijs probabilib. coniecturis, considerata rerum & personarum qualitate, con stare possit, q episcopus in generali locatione non intēdebat, quod hoc commodum, quod percipitur a subsidio obueniret conductori, tunc non uenient. per c. intelligentia. cap. præterea. de uerbo. sign. prout etiam concludit Ioan. And. in d. §. nunc aliqua. uerfi. 92. in titu. de loca. in addi. ad Spec. Hæc Bellen. vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Debitum contractum tempore cōductionis, si soluatur tempore successoris, debetur primo conductori.*

QVAESTIO 56.

Stante opinione Bellen. quam retuli in quæstione supra proxima, q commodum, quod percipitur ex subsidio charitatiuo debeatur vniuersali conductori bonorum, seu redituum episcopatus. Quid si tempore impositi subsidij erat vnus conductor, sed tempore quo soluitur subsidium forte sequenti anno reperitur alius conductor, cui conductori cedet lucrum subsidij?

Istam quæstionem ponit d. Barth. Bellen. in d tracta. de charita. subsid. q. 65. ubi concludit, q primo con
1 ductori debetur, quia debitum † est contractum tēpore, quo erat conductor & fructus percepti, quorum intuitu sequenti anno posteà fit solutio. per tex. in l. defuncta. de usufru. ff. & in l. Iulianus. §. si fructus. secundum intellectum gloss. de action. emp. ff. & facit quod notat Bald. in l. fi. de iurisd. omn. iudic. ff. l. diuortio in prin. solu matri. ff. & in rubr. de rerum permu. C. in fine. & veritas huius pendet ex his, quæ magistraliter tradit Bal. in l. fi. de iure fisci. ff. Hæc Bellenzi. vbi suprà.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an possit imponere collectas, seu alia onera ecclesiis, & personis ecclesiasticis in aduentu suo.*
2 *Res ecclesiæ non sunt immunes a muneribus incumbentibus propter principis aduentum.*
3 *Ecclesia tenetur ad extraordinaria munera pro necessitate principis.*
4 *Ecclesia subit munera extraordinaria respicientia pietatem.*
5 *Coloni possessionum ecclesiæ non excusantur in aduentu principis ab one ribus tam ordinariis quam extraordinariis.*
6 *Clerici ob imminet. necessitat. sunt per suos prælatos, non per alios cogendi. & nu. 9.*
7 *Ecclesiæ sunt immunes a muneribus personalibus.*
8 *Ecclesia quando teneatur conferre imperatori, uel eius exercitui transeunti. & nu. 10.*
11 *Imperator non potest statuere super clericos.*
12 *Ecclesiæ an, & ad quæ munera extraordinaria teneantur.*
13 *Felix embola dicitur, quando exercitus Regis vult aliquo transfretare, uel species annonarias transuehere.*
14 *Rex uel Imperator an possint res ecclesiæ capere in aduentu suo.*
15 *Consuetudo non ualet, quod clerici, uel familiares eorum angarientur.*
16 *Princeps in suo aduentu, propter necessitatem sibi occurrentem, petere potest subsidium a clericis & ecclesiis, imponendo eis collectam.*

QVAESTIO 57.

An princeps in aduentu suo possit ab ecclesijs & clericis petere subsidium charitatiuum.

Ista quæstio correspondet quartæ causæ rationabili petendi charitatiuum subsidium, est sub 6. q. sup. ver. quarta causa. & correspondet etiam decimæquintæ causæ rationabili, &c. est sub d. 6. q. versi. decimaquinta causa. Et q Princeps
1 † possit imponere collectas seu alia onera ecclesijs, & personis ecclesiasticis in aduentu suo faciunt sequentia. Primò tex. in l. placet. de sacrosanct. eccl. C. ubi tex. quæsitum fuit ab imperatore Honorio a quibus ecclesiæ sunt immunes? respondet, q ecclesiæ sunt immunes ab omni onere præter canonicam illationem, id est ordinarium tributum, secundum glo. ibi, & præterquam si aduentitiæ necessitatis sarcina, id est onus repentinum poposcerit. & dicit gloss. ibi, in uerbo, necessitatis, id est vbi Imperatorem ad eas partes venire contigerit, & ei aliquid necessarium fuerit. Et sic est ibi tex. q ecclesiæ & clerici non tenentur ad onera extraordinaria, nisi in repētino aduentu principis. Dicta l. placet. est canonizata in c. placet. alias est § sub c. generaliter. 16. q. 1. vbi de uerbo ad verbum refertur d. l. placet. Facit etiam tex. in l. neminem. de sacrosan. eccle. C dicit tex. neminem excusari a muneribus, cùm ad felicissimam expeditionem nostri numinis, id est maiestatis, seu potestatis, omnium prouincialium per loca, qua iter arripimus, debeant solita nobis ministeria exhiberi, licet ad sacrosanctas ecclesias possessiones pertineāt. Pau. de Cast. ibi summat tex. a muneribus incumbentibus propter principis aduentum res
2 † ecclesiæ non sunt immunes. Est etiam text. in l. 2. de quibus mun. uel præstationibus nemini liceat se excusare. C. lib. 10. ubi text. q nullus qualicunque priuilegio munitus, valeat se excusare a muneribus personalibus, realibus, vel mistis exhibendis principi, per quæcunque loca iter arripuerit, & dicit Io. de Pla. ibi, super ver. sacrosanctas ecclesias. q per illum tex. patet, q prælati ecclesiarum non possunt conquæri, si in aduē tu Principis vel Regis imponuntur sibi collectæ, & alia onera pro necessarijs Principi, vel eius exercitu præparandis, & hoc etiam obtinet de iure canonico, vt tenet Inn. in c. non minus. de immu. eccl. Io. de Pla. vbi supra referens Inno. & alios Canonistas. Gloss. in d. l. placet. dicit, q pro necessitate Principis,
3 ecclesia † tenetur ad extraordinaria munera. per l. neminem. superius allegatam. In d. l. placet. dicit, q ecclesia & clerici non tenentur ad onera extraordinaria, nisi in repentino aduentu principis. In d. l. neminem. de sacrosanct. eccl. C. dicit, q potest respublica, vel imperator capere res ecclesiæ in aduentu suo. Azo dicit in summa, de sacrosanct. eccles. C. q munera extra
4 ordinaria, quæ respiciunt ad pietatem, subit † ecclesia. l. ad instructiones. de sacrosanctis eccles. C. & si ad publicam, non subit, nisi in aduentu principis, dicta l. placet. & dicta l. neminem. Azo ubi supra in duobus locis. Ioan. de Platea in lege final. de exactio. tribu. C. libro decimo. dicit, q ecclesia regulariter est exempta ab omnibus muneribus & exactionibus; & c. tenetur tamen pro repentino aduentu Principis. dicta lege, neminem. dicta l. secunda, de quibus muner. Salicet. in dicta l. placet. uersic. oppo. successiue. dicit, q ille text. videtur innuere, quòd sarcina repentina aduentus principis si canonica, scilicet ordinaria, sed hoc non est verum, quòd sit canonica, scilicet ordinaria, sed est extraordinaria: vt per gloss. in dicta l. placet. in verbo: quam. & dicit Salicet. ibi, quòd ecclesia non tenetur ad extraordinaria, nisi in repentino principis aduentu. vt in dicta l. placet. l. neminem. Iason. in dicta l. placet. uersicul. ultimò aduerte. dicit quòd ecclesia nullum munus agnoscit, nisi ordinarium. & illud, quod imponitur in aduentu principis, per d. iura. Innocen. in cap. non minus. de immu.
5 ecclę. dicit primò, q rustici & coloni † possessionum ecclesiæ

non

Source : BIU Cujas

non excuſantur in aduentu principis ab oneribus tam ordinarijs quàm extraordinarijs,& dicit paulò poſt,q ſpetiale eſt in aduentu principis, vt angariam & perangariam præſtet eccleſiam:dumodò ad ſordida munera non cogatur.Et dicit Inno.ibi in fin.q extraordinaria, quæ tantùm reſpiciunt publicam vtilitatem, non ſubit eccleſia:niſi in aduentu principis. l. placet.l.iubemus.l.neminem.de ſacroſanct.eccle.C.ſubdit ibi Inno.in fin. q eccleſia pro ſuis negotijs, & pro miſerabilibus perſonis,& etiam pro principibus,uel neceſſitatibus natiuitatum cogitur.c.cum Apoſtolus.de cenſi.c.aduerſus.de immu. eccleſ.c.paſtoralis.de offi.delega.77.diſt.cap.2.& c.1.81.diſtin. Hoſt in d.c.non minus. dicit, q ruſtici & coloni poſſeſſionũ eccleſiæ tenentur ad angariam &perangariam in aduẽtu principis,vt tũ angariã & perangariam preſtet eccleſia,dummodò ad ſordida munera non cogatur. & dicit plus ibi. q munera extraordinaria,quæ publicam tantùm utilitatem reſpiciunt, non ſubit eccleſia,niſi in aduẽtu principis, & fœlicis embolæ. l.placet.l.iubemus.l neminem.de ſacroſanct.eccle. C. Specu-
6 la.n tit.de cleri.coniug tenet,q clerici ſunt exempti ab omnibus muneribus vrbium vel caſtrorum , niſi vrgens ſit neceſſitas imminens,& vbi talis neceſsitas imminet, ſunt per prælatos ſuos & non alios cogendi,vt ibi per eum.Calde. conſ.2.in titu.de cenſi.in princi.refert Hoſtien. vbi ſuprà argu.pro & ꝙtra.& videtur reſidere cum Hoſtienſ.Henri.Bohic in d.c. non minus.in fin.dicit, q eccleſia & eccleſiaſtici non tenentur ad munera ſordida,nec ad extraordinaria,niſi in repentino aduẽtu principis.d.l.iubemus.Cardina.in dicto cap.non minus. in 2.quæſtio.verſ.oppo.ad id.dicit, q ſpetiale eſt in aduentu principis,q angariam & perangariam præſtet eccleſia,dummodò ad ſordida munera non cogatur, & hæc verior.dicit Cardin. vbi ſuprà.& quæſtione quinta.q extraordinaria, quæ tãtùm reſpiciunt publicam vtilitatem, non ſubit eccleſia, niſi in aduẽtu Principis & fœlicis embolæ.l.placet cum alijs ſuperius alle ga. Anton.in dicto cap.non minus.verſ.ſecus tamen.dicit, q ruſtici & coloni poſſeſsionum eccleſiarum non excuſantur ab angariis & perangariis. Imò etiam eccleſia à talibus,ſecũdum aliquos in aduentu principis non excuſantur. dicta l.neminem.Anch.in d.ca non minus.ver.rurſus.dicit, q munerũ
7 †perſonalium quædam dicuntur angaria, quædam perangaria , & ab iſtis etiam ſunt immunes eccleſiæ. l.præsbyteros.de epiſco.& cleri.C niſi in aduentu Principis,tũc tenentur ad angariam & perangariam, dummodò ad ſordida munera non cogantur.Ioan.de Turre Crema.in d.ca. placet. aliàs eſt §.ſub cap.gñaliter.16.q.1.declarando illum tex.in ver.p̃terquàm ad
8 uentitiæ,&c.dicit,q ſi Imperator,† vel eius exercitus p illum locum haberet tranſitum,tunc ipſę eccleſiæ tenentur ad conferenda neceſſaria Imperatori,vel eius exercitui, & ſic eccleſia tunc in neceſsitate dabit aliquid propter conſuetum cano
9 nem.Clerici † tamen ad tale ſubſidium præſtandum in aduentu Principis ſunt cogendi per epiſcopum,& non per laicos:ſecundum gl.in dicto cap.placet.in ver.neceſsitatis. idem tenẽt Inno.& Cardina.quæſtio 5.in dicto cap non minus. Concluſio prædictorum iuriũ & Doctorum eſt, q princeps in ſuo aduentu,id eſt,quando ad aliquem locum contigerit uenire,pp neceſsitatem ſibi tunc occurrentem, poteſt petere ſubſidium à clericis & eccleſiis imponendo eis collectam, ſed non ſunt compellendi per eum,ſed per eccleſiaſticum. Iſtam cõcluſionem intelligit Tho.Parpa.in d.repeti.l.placet.de ſacroſan. ec-
10 cle.C.quando laici aliter non poſſunt ſupplere, † & eſt bona declaratio ſecundum eum ad hæc iura.per d.cap non minus. vbi text.dicit,pro multa neceſsitate,&c.dabet intelligi,niſi qñ laici non poſſunt,& hoc fortificatur ex dicto Bar.in d.l.placet
11 vbi dicit, q Imperator † nõ poteſt ſtatuere ſuper clericos,quia non ſunt ſibi ſubditi. ergo d.l.neminem. non potuit lgare eccleſias.plenius per Panormi. in dicto cap. non minus. Prædicti Docto.pro iſta concluſione allegati indiſtinctè loquũtur in aduentu principis,placet tamen mihi declaratio dicti Tho. Parpal.Contra prædictam concluſionem tenet Hoſt.in ſumma,de imm.eccl.in fin.vbi dicit, q ad extraordinaria mune-
12 ra quæcunque ſint non tenetur eccleſia † excipiunt Legiſtæ ea,quę pertinent ad pietatem,puta refectionem pontium, viarum.l.ad inſtructiones.de ſacroſan.eccl.C uel ad vtilitatẽ publicam in duobus caſibus tãtùm.cum Fœlix embola,uel Im-
13 perator tranſit.d.l.placet.l.iubemus. Fœlix embola † dicitur, quando exercitus Regis vult aliquò trãsfretare,vel ſpecies annonarias tranſuehere.ſecundum gloſſ.in d.l.iubemus. & Cardi.in d.ca non minus. Luc.de Penna.in l.final.de exact.tribut. C lib.10.in prin.dicit tamen Hoſtien.in d.ſumma.q hodie omnes ſunt immunes à talib. maxime eccleſiæ reſpectu laicorũ nam omnes tales exactiones extraordinariæ indebitę ſunt & condemnandę,non obſtante abuſu ꝙtrario.in auth.de eccleſ. titu §.ad hoc ſancimus.allegat plura alia iura, quę referam in qõne ſeq.& Hoſt. ſuprà in fin.ponit aliquas fallentias,in quib. clerici tenẽtur contribuere.Collectarius in dicto cap. non mi-
14 nus.in fin.q̃rit,nunquid Rex † uel Imperator poſsit res eccleſię capere in aduentu ſuo, apparet quòd ſic. per l. neminem. de ſacroſanct.eccleſ.C.dicit tamen Collectarius,q illa lex nõ reperitur approbata per eccleſiam, ſed potius contrarium. p d.cap.non minus.& cap.generaliter.§.nouarum.16.q.1. vnde not.in cap.dilecto.de ſent.excom.q non valeat conſuetudo ,
15 † q clerici vel familiares eorum angarientur.Collecta vbi ſuprà.Panormi.in dicto cap.non minus.verſ.ſed contra hoc facit.refert Innoc.quem ſuprà retuli.& dicit Panorm. ibi.verſi. ego puto,q clerici & ſerui, qui ſunt in dominio eccleſiarum nullo modo tenentur etiam in aduentu Principis. quia dictæ perſonæ ſunt exemptæ à dominio & iuriſdictione laicorum. c.ſi Imperator.96.diſtinct.licet reſpectu colonorum, qui ſeruiunt eccleſiæ pro mercede procedat d. l. neminem. & dictũ Innoc.ſuprà.vt latius per Panormi.ibi.Dicit etiam Panor.vbi ſuprà in prin.verſ.ad alia onera.quòd non placet ſibi dictum Inno. inquantum dicit eccleſiam teneri in aduentu principis & fœlicis embolæ, quia non videt quo modo Imperator potuit hoc ſtatuere in præiudicium eccleſiæ,ex quo aliter à principio non obligauit poſſeſſiones ad hoc onus. per iura ibi per eum allegata.opinionem Panormi.tenet Angel. de Claua. in ſumma.in verb immunitas.quæſtio.16.& Silueſt.in ſumma.in ver.immunitatis.1.q.4.& Thomas Parpal.in dicta l. placet.dicit tenendam eſſe opinionem Panormi. Deciſio iſtius quæ-
16 ſtionis multum dependet à deciſione quæſtionis ſequentis, communis tamen concluſio eſt contra prædictos retuli ſuprà.Concluſio ergo ſit,princeps † in ſuo aduentu propter neceſſitatem ſibi occurrentem petere poteſt ſubſidium à clericis & eccleſijs,imponendo eis collectam,vt ſuprà dixi.

SVMMARIVM.

1 *Munus capitur pro dono,pro officio,pro onere.*
2 *Munus habet neceſsitatem annexam.*
3 *Immunitas nititur æquitate,& munus rigore.*
4 *Munus eſt æquinocum ad tria.*
5 *Muneribus indicendis & imponendis quæ attendenda ſint.*
6 *Collectæ quæ imponuntur pro rebus,vulgariter appellantur tallie.*
7 *Collecta imponitur perſonis propter res,& iuxta facultates.*
8 *Subſidium duplex,uoluntarium & neceſſarium,& ibi de utroque.*
9 *Collectæ differunt a tributo,& quomodo.*
10 *Collecta bonis mobilibus & ſtabilibus poteſt imponi.*
11 *Res mobiles & immobiles æſtimantur pro collecta.*
12 *Tributum,cenſus, annua præſtatio , & annona militaris ſunt ſinonima.*

QVAESTIO 58.

Pro deciſione præcedentis quæſtionis inſeritur quæſtio ſequens, ſcilicet, An eccleſiæ & clerici ſint exempti & immunes ab omnibus munerib.tam ordinarijs quàm extraordinarijs & miſtis laicorum.

1 Munus † capitur tribus modis. Primò,pro dono.Secũdò,pro officio.Tertio,pro onere, & hoc modo capitur in quæſtione noſtra.de iſtis tribus modis eſt tex. in l.munus tribus modis.de verbo. ſignifica.ff.& in l.pupillus. §. munus.eod.tit.ff.munus propriè dicitur,quod pro neceſſitate ſubimus lege,more, imperio ve eius, qui iubendi habet poteſtatem.l.munus propriè de verbo.ſignifi ff.ita capitur in caſu noſtro.Panorm.in rub.& in c.non minus.de immu.eccle.Iaſ. in d.l.placet de ſacroſan.eccl.C.& ibi per Tho.Parpa.in repe.
2 illius.l.Item munus † habet neceſſitatem annexam. l. munus proprie.de verbo ſigni.ff.vbi tex.uocat munus,neceſſitatem, quia habet illam annexam.text. ibi dicit , munus propriè dicitur,quod neceſſaire ſubimus,&c.facit gl.in l.à iudice.de iudi. C,nam tex.ibi dicit, q delegatus à iudice non poteſt delegare, cùm ipſe iudiciario munere fungatur,exponit glo.in ver.munere.id eſt onere iudicãdi,quod ex neceſſitate ſubit, ideò munus dicitur onus propter neceſsitatem,ideò dicitur quod im-
3 munitas † nititur ſua æquitate,& munus rigore.text. in l. 1. in princ.de uaca.& excu.mun.ff.& Tho.Parpa.in repet.l. placet. de ſacroſan.eccl.C.in fin.uer. item ibi neceſsitatibus. Iaſ. ubi
4 ſupr.Item munus † eſt æquiuocum ad tria, quandoque ſumitur pro dono,quandoque pro onere , ſeu honore,quãdoque pro officio cum honore.Ioan.de Pla.ſuper rubri. de muner. patrimo.C.lib.10.& in rubri.de annon.& tribut.C.libr. 10. & de munerib.in rubri.de mune.patrimo.C.lib. 10.Quæ ſunt at-
5 tendenda & conſideranda in munerib. † indicendis & imponendis.glo.ſuper rubri.quemadmodum ciuilia munera indicantur.C.lib.10.& gloſſ ibi ponit decem, quæ ſunt inſpiciẽda in imponendis munerib. perſonalib. quæ in realib. non conſiderantur,& ibi Io.de Plat. Item aliqui appellant hoc munus collectam,gloſſ.in l.reſcripto.§.final.de mune.& honor. ff.in
6 glo.quæ dicit, q collecta † imponitur pro rebus,vulgares appellant

Source : BIU Cujas

pellant tallias. Thom. Parpa. in d. repetitio. l. placet. in princi.
7 post Ias. & alios collecta † imponitur personis propter res, & iuxta facultates: secundum Petr. de Vbald. in tracta. collectarum. quæst. 1. num. 7. Bart. cons. 280. in princ. collecta est impositio muneris seu oneris. Alberic. in dictionario. in ver. collecta appellatur etiam subsidium à subuenio, is: & sic à subue-
8 niendo, & istud subsidium † est duplex, voluntarium, & necessarium. voluntarium dicitur quod gratiosè conceditur, & cēsetur quædam donatio, quæ procedit à liberalitate. necessarium subsidium dicitur illud quod imponitur alicui homini vel populo, ita ꝙ coactè quodammodò subitur, & tale appellatur indictum, vel superindictum, idest impositum, vel super impositum. l. 1. de superindict. C. lib. 10. l. indictiões. de annon. & tribu. C. libr. 10. & istam differentiam probant d. l. munus proprie, & alia iura superius allega. & per Guid. Papam in q.
9 Dalphin. q. 371. Collectæ † differunt à tributo, quia tributa perpetua sunt & certa, collectæ mutantur & variantur, secundū imminentiam negotiorum: secundum Bald. cons. 280. in secūda parte. Collectæ sunt, quæ non habēt certam & limitatam formam, sed cuilibet imponuntur secundum æstimum, & secundum occurrentes necessitates. gloss. in l. rescriptio. §. 1. de mun. & hon. ff. & Ias. in d. l. placet. de sacrosanct. eccle. C. ubi refert alios. In collectis imponendis, quid sit considerandum. vide Luc. de Pen in l. fin. de quibus mune. lib. ex. C. libro 10. q.
10 10. cum sequen. qui plenissimè loquitur in impositione collectarum. Collecta † bonis mobilibus & stabilibus potest imponi. Bart. in l. 8. de mulieri. & in quo loco. C. libr. 10. versic. item quæro. Bald. in authen. defuncto. in princi. versic. modò quæro. ad Tertullian. C. in addit. ad Cepo. in titu. de via. cap. 103. q.
25. in rubr. de serui. rustico. prædi. Item pro ista collecta æsti-
11 mantur res † mobiles & immobiles. l. 2. de immu. nemini cōce. C. libr. 10. Ioan. de Pla in d. l. indictiones. de annō. & tribu. C. libr. 10. Et collecta imponitur per solidum & libram magnis & paruis, vt qui plus habet, plus soluat. Ioan. de Plat. in d. l. indictiones. & ibi ponit tres fallentias. & Paul. de Citandinis, in tractatu de iurepa. in 1. parte. versic. vigesimoseptimo. vbi quærit ius collectandi à quibus imponatur, & quid sit collecta, & quomodo debeat imponi, & quibus imponitur, & quo modo fiat æstimatio, & per quem, vt latius per eum. De materia collectarum vide plenè per d. Petrum de Vbaldis in tract. collectandi. & ibi vide duo consilia in ista materia, & vide plures quæstiones in ista materia collectarum in consue-
12 tud. Burgun. in reperto. in verb. collecta. Item est tributū † cēsus, annua præstatio, annona militaris, & ista sunt synonima. glo. in l. 1. in princi. de publica. & vectiga. ff. & in rubri. & in l. 1. de anno. & tribu. C. lib. 10. Thomas Parpal. in dicta l. placet. in fine.

AN ECCLESIA ET CLERICI sint exempti à muneribus & exactionibus, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs laicorum.

SVMMARIVM.

1 *Munerum, alia sordida, alia honesta, & ibi de utrisque.*
2 *Angaria dicitur munus personale.*
3 *Perangaria dicitur munus mixtum.*
4 *Munerum, quædam sunt personalia, quædam patrimonialia, quædam mixta. & num. 17.*
5 *Pensio publica, census publicus, & tributum sunt idem, & quid importent.*
6 *Vectigal, Tæloneum, Guidagium, Gabella, Duanaplatium sunt idem, & quid importent.*
7 *Pedagium quid sit, & pro quibus soluatur.*
8 *Tallia, præstantia, collecta, impositio sunt idem, & quid importent.*
9 *Laici imponentes collectas clericis uel ecclesijs sunt excommunicati, si moniti non desistant.*
10 *Clerici non debent necessitatibus seu utilitatibus laicorum subuenire, etiā vbi laiorum facultas non suppetit, nisi prius Romano Pontifice consulto.*
11 *Clerici non tenentur ad custodiam ciuitatis, etiam contra pyratas.*
12 *Clerici non tenentur ad refectionem murorum ciuitatis.*
13 *Ecclesia tenetur ad munus ordinarium, & ad illud quod imponitur in aduentu principis.*
14 *Munera patrimonialia neminem excusant. & ibi, quod clerici pro prædiis propriis tenentur ad fiscalia. & imperator ecclesiæ tributum negare non debet.*
15 *Res transit cum onere eius.*
16 *Ecclesia ob causam incidentem non excusatur ab angarijs.*
18 *Munus personale est illud quod expeditur solo labore corporali sine detrimento rerum. & huius triplex genus refertur. num. 19.*
20 *Munus honorificum quid sit.*
21 *Munus sordidum quid sit.*
22 *Munus simplex quid sit. & ibi, quòd illud est honor quod reputatur honor, & illud est uide quod reputatur uide.*
23 *Clerici non tenentur nec possunt honores inter laicos habere seu sumere.*
24 *Clerici non sunt de uniuersitate laicorum, nec habent uocem in consilio populi.*
25 *Clerici, eorum coloni, & ecclesiarum sunt immunes etiam de iure communi, a muneribus sordidis. & num. 26.*
27 *Coloni an gaudeant priuilegio ecclesiæ.*
28 *Clerici non tenentur ad munera simplicia, si tamen ea subire uolunt, possunt.*
29 *Ecclesiastici a quibus muneribus, excusentur, & a quibus non.*
30 *Ecclesiastici non possunt cogi subire munera personalia.*
31 *Emphyteotæ & vasalli ecclesiæ sunt immunes a muneribus sordidis.*
32 *Clerici possunt cogi ad munera sordida tempore impugnationis ciuitatis.*
33 *Ecclesia tenetur ad collectam pro recolligendis pecuniis dandis gentibus armigeris totum comitatum populantibus.*
34 *Cap. 2. de immunit. eccles. declaratur.*
35 *Immunitatem a collectis habēs, non intelligitur ab his quæ propter necessitatem belli indicuntur.*
36 *Clerici tempore inuasionis ciuitatis possunt sumere arma absque irregularitate.*
37 *Clericatus officium redit clericos inhabiles ad pugnandum etiam contra saracenos.*
38 *Clerici an teneantur contribuere in collectis quæ imponuntur pro stipendiis militum tempore guerræ, uel aliàs.*
39 *Clerici an teneantur soluere scizam, & quid sit sciza.*

QVAESTIO 59.

DE materia munerum habetur per Guliel. de Cun. in tract. de muner. Et per Petrum Antibolo in tracta. de muner. & per alios infrà allegandos. Et per Franc. Lucanum in tracta. de collectis. est sub tracta. de Fisco. Hostien. in summa de immu. eccle. in princ. dicit, quòd mu-
1 nerum † alia sordida, alia honesta. Sordida sunt, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & palatij custodiendi. & stabula curandi. l. munerum. de mune. & hono. ff. Honestorum alia ordinaria, alia extraordinaria. Ordinariorum alia angariæ, alia
2 perangariæ, alia rerum tantùm. angaria † dicitur munus personale, quando scilicet quis tenetur ire uel mittere in caualcatis domini, sed expensis ipsius domini. l. munerum. de mune.
3 & hono. ff. versi. item angariarum. perangaria † missum est, scilicet partim reale, partim personale, vt quādo quis tenetur ire vel mittere in caualcatis domini expensis euntis, vel mittētis, & est patrimoniale d. l. munerum. §. patrimoniorum. & §. mista. extraordinariorum alia pertinent ad publicam vtilitatem, alia ad pietatem, alia ad capitaneam voluntatem, sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Publicam vtilitatem respiciunt, defendere Rempublicam in exercitu principis contra Sarracenos & similia: pietatem respiciunt, refectio viarum, & pontium, & subuenire domino in necessitate septem casibus, quos Hostiens. ponit vbi suprà, per totum. Anton. in d. capitu. non minus distinguit, vt Hostien. & plenissime per d. Petr. Antibo. vbi suprà. Panormi. in capit. non minus. de immu. eccles. dicit, quòd ipse non sequitur istum ordinem, sed faciliorem & ueriorem, quo utitur Iurisconsultus in d. l. munerum. de mune. & hono. ff & sequitur Barto. in l. 1. de mulier. & in quo loco munera agnoscant. C. libr. 10. ubi plene prosequitur hanc materiam quò ad laicos, tam masculos, quàm fœminas. Vnde Pan. sequendo Bar. dicit, ꝙ munerū
4 † quædam sunt personalia, quædam patrimonia, quædam mista. & Ange. in d. l. 1. & ibi gl. super rub. de muner. patrimo. C. lib. 10. Phili. Franc. in c. 1. de immu. eccl. sequitur istum ordinē. Ias. in d. l. placet. post alios. de sacrosanct. eccle. C. Ange. de Clauasio in summa. in ver. immunitas. quæstio. 11. cum sequen. Summa Siluest. in ver. immunitas. 1. q. 4. cum sequen. Calderi. cons. 2. in titu. de censi. loquitur etiam late de omnibus muneribus. Tho. Parpa. plenius in d. l. placet. de sacrosanct. eccle. C. Petrus Antiboli. in tracta. de mune. Anto. Boedij in repeti. rubri. noua vectigalia imponi non posse. C. Franci. Lucanus in trac. de collectis. est sub trac. de Fisco & collectarum immunitate. & de publi. & vectigali. est gabella. est pensio, census, tributum, pedagium guidagium, vectigal, tallia, collecta, præstātia, angaria, perangaria, munus. Omnia prędicta in hoc conueniunt, ꝙ sunt exactiones publicæ, sed in hoc differunt, ꝙ pen-
5 sio publica † & census publicus & tributum sunt idem, & sūt prętium, quod principi uel communitati soluitur de proprio
6 solo, sed vectigal † thelonæum, guidagium, gabella, duanaplatium sunt idem, & sunt pretium, quod soluitur pro rebus mu-
7 tatis, & idem de salinario respectu salis. Pedagium † soluitur pro habilitate viarum: propriè videtur solui pro fabrica, aut con-

Source : BIU Cujas

conseruatione pontium,&nauium ad transfretandum,vel ēt
8 aptatione viarum.Callia,†præstantia,collecta,impositio,sunt idem,& sunt pretium,uel summa,quæ soluitur à singulis subditis,personaliter ad totam substātiam cuiusque.Anguria & perangaria sunt exactiones iniustæ.Munus capitur tripliciter. & de omnibus istis vide plene per Silvest.in summa,in ver vectigal.1.omnino,& de istis verbis & aliis uide plene per Ioan. Bertach.de Firmo.in tract.de gabellis.in prin.His præsuppositis,prosequor quæstionem nostrum,scilicet quò ad munera, quæ ab ecclesiis & clericis laici exigunt.In ista materia diuersa iura uidentur adinuicem contrariari,& refero ea.Primò refero iura,quæ faciunt pro ecclesia & clericis.l. 2. de episco.& cler. C. ubi tex.quòd clerici non uocantur ad munera sordida,nec ad collectam extraordinariam.Authen.item nulla.eodem titu.C.ubi tex.dicit, ꝙ nullus laicus potest imponere collectam,uel onera clericis,seu ecclesijs,uel piis locis. text. in c.
9 non minus.de immu.eccl.ubi tex.ꝙ laici † imponentes collectas clericis uel ecclesiis sunt excommunicati,si moniti nō de
10 sistunt.tex.in c.aduersus.eod.titul. ꝙ clerici † non debent necessitatibus,seu utilitatibus laicorum subuenire,etiamvbi laicorum facultas non suppetit,nisi prius Rom.Ponti. consulatur.tex.in c.quanquam.de censi.libro 6.ubi laici exigentes pedagia,uel guidagia, uel exactiones ab ecclesia uel personis ecclesiasticis,pro rebus suis sunt excommunicati.text. in cap.1. de immu.eccle.lib.6 ubi tex.ꝙ seculares ab ecclesia uel personis ecclesiasticis tallias uel exactiones pro rebus uel possessionibus acquisitis,uel acquirendis exigere non possunt. Ad idē tex.in c.clericis. eod. titu. libro 6.ubi laici imponentes collectas,tallias,& onera clericis sunt excommunicati. text. in cle. præsenti.de censi.ꝙ ecclesia non tenetur ad pedagia,&c.Facit illud Esdræ ca.8.ubi omnibus Sacerdotibus,& laicis, & sacris cantoribus,& seruis templi huiusmodi nullum tributum, nec aliqua indictio irrogatur,nec habet quisquam potestatem indicere eis quicquam.tex.in c.reprehensibile.23.q. 8.ubi clerici †
11 non tenentur ad custodiam ciuitatis etiam contra Piratas,per rationem,de qua ibi in tex.glo.in l.ad instructionē.de
12 sacrosan.eccle.C.dicit,ꝙ clerici † non tenentur ad refectionē murorum ciuitatis, quamuis ista impensa respiciat publicam utilitatem.per d.glo.fina tex.in c.generaliter. §.nouarum. 16. q.1.ubi tex. nouarum etiam collationum & sordidorum munerum immunitatem habent clerici. iuxta legem Constantini,fundos & mancipia uestigia,nullus nouis collationib. obligabit,sed uacatione gaudebitis text. in l.præsbyteros. de episco,& cler.C.ubi tex.ꝙ clerici cōstituti in minoribus sunt exēti à muneribus personalibus.tex.in cap.fin.de vi.&hone.cleri. tex.in c.conuenior.c.tributum.27.q.8.ubi tex. ecclesiæ Imperatori non sunt obnoxiæ.& in cap.tributum.de suis exteriorib⁹ ecclesiæ soluunt tributa,secus de rebus ecclesiæ. Iura , q̄ faciunt contra ecclesiam.Primò l.placet.de sacrosan.eccl.C.
13 ubi tex.ꝙ ecclesia † tenetur ad munus ordinarium, & ad munus,quod imponitur in aduentu principis, est illa canonizatain §.placet.16.q.1.sub c.generaliter.tex.in l. iubemus.de sacrosan.eccle.C.qui dicit, ꝙ ecclesiæ non excusantur ab onere referendarum rerum vel personarum ex Republica.tex.in l. neminem.eod.tit.ubi tex.ꝙ à muneribus incumbentibus pp principis aduentum,res ecclesiæ non sunt immunes tex. in l. ad instructiones.de sacrosan.eccl.C.ubi ecclesia tenetur conferre & contribuere ad refectionem pontium & uiarum,ad idem glo.in c.2.de immuni.eccl.tex.in §.ad hæc.de eccles.titu. colla.9.loquitur de refectiōe uiarum & pontium.tex. in l.munerum.§ sed eos.de muner.& hono.ff.ubi text.ꝙ à munerib.
14 patrimonialibus Pontifex † nec clericus nec ecclesiæ excusantur.tex.in l.de his.de episc.& cler. C.ꝙ clerici pro prędiis propriis tenentur ad fiscalia.tex.in c.si quæ causæ.§.his ita. & in c.sequenti.& sequen.11.q.1. ubi tex.ꝙ Imperatori ecclesia tributum denegare non debet.Tex.in c.si in morte.23.quæst. 8.vbi tex.ꝙ Cæsari debentur tributa.clementi. 1. de censi. vbi tex. ꝙ religiosi subire tenentur onera, quæ incumbebant ec-
15 clesijs per eos acquisitis,quia res † transit cum onere eius.l.fi. de exactor.tribu.C.lib.10.vbi tex.ꝙ si ego possideo prædium tributarium,& ipsum alienaui,possessor,ēt si fuerit domus diuina,debet soluere publicas functiones,id est tributa.Tex.in cap.2.de immuni.eccles.ꝙ tempore magnæ necessitatis à murorum seu ciuitatis custodia non excusantur clerici.text. in l. ad portus.de oper. public. C. vbi quilibet tenetur cōferre ad constructionem publici operis. l. sacrosancta. de sacrosanct. eccle.C.vbi tex.ꝙ munus capitationis ecclesiæ Thessalonicē sis,ecclesia non agnoscit propter priuilegium,quod habet,ergo secus,si non haberet priuilegium, seu de alijs ecclesiis non habentibns priuilegium.facit l.omnes.sine censu,vel reliq. C. libro 10.vbi tex.ꝙ omnes clerici,Italicis duntaxat exceptis, ꝓ bonis,quæ possident publicas pensitationes agnoscant.l.prima. §.res verò. de imponenda lucratiua descriptione.C.libro 10.vbi text.quòd res lucratiua , quæ semel nomen exordiumque sortita est,licet ab eo,qui susceperat ad alterum em
ptionis uel cuiuscunque contractus iure migrauerit cum p̄dicto descriptionis grauamine proculdubio transfertur.tex. in l.fina. de quib. munerib.nemi. liceat se excusa.C.libro 10. vbi nullus qualicunque priuilegio munitus valeat se excusare à muneribus personalibus,realibns,uel mistis principi,uel eius exercitui exhibendis , per quæcunque loca iter arripiat. tex.in l.nullus.de cursu public.C libr.12.ubi textus,ꝙ ecclesia
16 † tempore expeditionis non excusatur ab angariis,uel perangariis,id est,tempore expeditionis exercitus,vel ob aliam causam incidentem.secūdum Plateam ibi.refero istum textum. infrà eodem.textus in l.absit.de priuileg.domus Augustæ.C. libro undecimo.ubi textus,ꝙ ad reparationem itinerum, pōtium,domus diuina non excusatur.tex.in c.magnum. 11.q.1. c.si tributum.11.q.1.c.conuenior.23.q.8.in ca. si tributum. est tex.ubi Imperatori ecclesia tributum denegare non debet in cap.magnum.potestatibus tributa non sunt deneganda. Sequendo ordinem Bar.in d.l.uni.de mulie.& in quo loco mu.
agnoscant.C.lib.10.& Panormi.in d.c. non minus.dico mu-
17 nerum † quædam sunt personalia,quædam patrimōialia, seu realia,quædam mista.Ias.in d.l.placet.de sacrosan.eccl.C.Bal. consi.498.in quinto uolum. Munus † personale est illud, qđ
18 expeditur solo labore corporali, sine detrimento rerum, est tex.in l.fin in princ.de mune.& honor. ff.Innoc. & omnes in d.c.non minus.de immu.eccl.Phili.Franc.& alij in ca. 1.eod.
19 tit.lib.6.Munerum † personalium reperitur triplex genus , secundum Barto.Panor.vbi suprà.Primum genus est babēs dignitatem annexam,& sic cum onere.Secuudum est habēs utilitatem annexam & appellatur sordidum. l.sordidorum. de excusa.mune.C.lib.10.Tertium est, non habens honorē nec utilitatem,& appellantur munera simplicia , ut in d.l.uni. de
20 mulier. & in quo lo.C.lib. 10. Quo ad primum genus † de habente honorem annexum seu dignitatem annexam, est administratio reipublicæ cum dignitatis gradu,text. in l. honor. in princ.de mune.& honor. ff. potest exemplificari in thesaurario communitatis,quia ibi est quædam administratio,& nulla utilitas est , in iudice, cui debetur honor.l. secunda, de iu
ius uocand.capitu. ut debitus honor. de appell. cum simi. Item etiam multa sunt officia ,ubi nulla est iudicandi potestas,habent tamen honorem & dignitatem annexam,ut illi qui præsunt cubiculo principis,uel agentes in rebus,de quib. in l.2.de agen.in rebus.lib.12.C Barto.in d l.uni.de mulieri.& in quo loco. Quò ad secundum genus de habente utilitatem
21 annexam, quod appellatur munus sordidum , † & consistit in officiis uilibus,quorum multa nominantur in l. maximarum.de exercen.mune.C.lib.10.arenam fodere, stabula mundare , uias reparare,& similia,de quibus in d. l. maximarum. Bart.& Panor.ubi sup.& per Specu.in tit.de cler. coniu.Quò ad tertium genus,de non habente honorem nec utilitatem, ut legatio,& esse susceptor pecuniæ publicæ,& similia:secundum Panormi. in dicto cap. non minus.ut etiam & thesaurarium communitatis,secundum Ias.in dicta l.placet. Vnde ad cognoscendum dicta tria genera munerum,debemus recurrere ad consuetudinem loci , utrum locus obseruet talia munera pro dignitate & honore,aut locus reputet talia onera vi
22 lia,nam illud est vile,quod reputatur vile. Item potest esse, ꝙ idem officium alibi est vile,alibi non, nam facilime cognoscitur ex multis , maxime quando consueuerunt imponi uilib. personis,nam talia uocantur vilia. Ista ergo dependent ex loci consuetudine,pariter ita cognoscitur,quæ dicantur nō habere honorem nec utilitatem:ista est doctrina Bart. in d.l.uni. de mulie.& in quo loco.& Pan.in d.ca.non minus.& Thom. Parpal. in dicta l. placet. in repeti. Quò ad primum genus de habentibus honorem, seu dignitatem annexam. Panor. in d.
23 non minus.in fin.dicit,ꝙ clerici † non tenentur , nec possunt hos honores inter laicos habere,seu sumere.per c.1.2.& 4. ne cleri.uel mona.ubi clericus non potest esse minister, uel procurator laicorum , nec procurator generalis uel iustitiarius principis,nec potest esse Vicerex,uel Vicecomes, uel locumtenens alicuius principis secularis,nec habere sub vna cura aliquam ciuitatem seu locum temporalem.per d.c.4. & ibi Panor.in fin.facit tex.in c.clericis.§.primo.ne cleri.uel mona. li. 6.ubi tex.& hoc apertius probatur,per l.placet.de episcop. & cleri.C.ubi tex.dicit, ꝙ nihil commune clerici habent cū publicis actionibus uel ad curiam pertinentibus, cuius corpori
24 non sunt annexi,&c.per illum tex.notatur,ꝙ clerici † nō sunt de uniuersitate laicorum, nec habent uocem in consilio populi,secundum Panor.in d cap.non minus. in fin. allegat Innocen in cap.delicta.de excess. præla. Innoc. ibi dicit.in fin. ꝙ clerici ciuitatis,uel castri non possunt facere collegium, quia non constituunt uniuersitatem.Thomas Parpal.in d. repeti.l. placet de sacrosan. eccle. C.& hoc procedit etiam in his,quæ modico tempore durant,secundum Thom.Parpa.ubi sup.& istam opinionem tenet Ioan. Mauri. in dicta repetitio. l.uni. quo loco mulier.C.lib.10.cum sequen.in fine.Quò ad secundum genus, quod habet utilitatem annexam. Panormi. in d.

cap.

Source : BIU Cujas

25 cap.non minus dicit, ꝙ clerici † & coloni clericorum & ecclesiarum sunt immunes ēt de iure ciuili.d.l.placet.de sacrosan.eccl.C.l.2.de episco.& cleri.C.§.nouarum 16.q.1.sub ca. gñaliter.retuli ista iura supra. Et Panor.vbi suprà,dicit,ꝙ contra hoc facit d.l neminem.de sacrosan.eccle. C. vbi innuitur, ꝙ ecclesiæ tenentur ad angarias & perangarias.Innoc.in d.c. non minus.dicit,ꝙ est speciale in aduentu principis, vt angarias & perangarias præstent clerici & ecclesiæ, & eorum coloni.Panor.concludit in d.c.non minus. ꝙ clerici vel serui, q̄ sunt in dominio ecclesiarum nullo modo tenētur ad ista munera,ēt in aduentu principis,in hoc de aduentu principis, dixi in præcedenti quæstione.Thom.Parpa.in d. repeti.l.placet.
26 in fi.concludit,ꝙ clerici † sunt omnino exempti ēt de iure ciuili,quò ad istud secundum genus,per l.2.de episco.& cleric, C.& ibi gl.imò ēt filii & vxores clericorum per illum tex.Bal. ibi intelligit tex.de clericis orientalis ecclesiæ, qui ducūt vxores.licet Spec.in titu.de cleri.coniuga in princ.dicat,ꝙ clerici clericaliter viuentes,, etiam coniugati gaudent priuilegio in se & rebus suis,ut latius ibi per eum,dicam inferius. Ampliaē ēt ista qō in colonis clericorum,seruis & mancipiis, per d. ca. gñaliter.§,nouarum.16.q. 1. & sic oēs familiares eximuntur ab hoc genere durante tpe seruitutis,vt per Bald.in l.1. de episco.& cleri.C.vbi ponit quatuor genera familiarium, intellige de seruitoribus,seruis,secus de liberis.Item intellige de colonis perpetuis,& non de temporalibus:secundum Ange. de Claua.in summa sua.in verb.immunitas.q.11. idē tenet summa Siluestrina in ver.immunitas.1.q.4.Panor.tamen vbi sup. non distinguit inter seruos & liberos, nec inter perpetuos & temporales,ideò faciendum est opinioni pro ecclesia: secundum Thom Parpa.in d.repeti. l placet.vbi sequitur opinionē Pan.in ista materia sordidorum, & idem tenet Ioan. Mauri. in d.repeti.l.uni.quo loco mulie.vbi dicit, ꝙ ēt coloni & mancipia clericorum non tenentur ad ista sordida ibi plenè p eū. Quò ad munera realia in colonis ecclesiarum,vide infrà,in 4.
27 ampliat.regulæ muneris realis. Et an coloni † gaudeant priuilegio ecclesiæ?uide pro & contra.per Ioan. de Ripa in tracta. de peste.in 1.parte.tertiæ par.q.15.vbi concludit,ꝙ coloni ecclesiæ,quo ad fructus à solo separatos, qui sunt in dominio ipsorum, non gaudent priuilegio ecclesiæ & eius immunitate. per glo.& ibi Innoc.Card.& alios in clemē præsenti.de censi. Domini.& Phili.Franc.in cap.quanquam.de censi.lib.6. secus in oneribus,quæ imponuntur emphyteotis pro prædiis emphyteotis,vt infra dico, in quarta ampliatio. regulæ muneris realis.Ampliatur tertio in aduentu principis,dixi in quæstione præcedēti.Circa tertium genus, quando munus nō habet honorem,vt est legatio,tutela,cura Panor.in d.cap.non minus.
28 versic.quædam & tertiò. dicit,ꝙ clerici † non tenētur.l. gñaliter.de epis.& cleri C.c.gñaliter.16.q.1.ca.peruenit.86.distinct. vbi tex.ꝙ clerici vel monachi non tenentur subire tutelam & curam minorum, possunt tamen si uolunt agnoscere tutelam legitimam, quia est officium pium. Panor. ubi supra, & eum refert Ang.Claua.in sum.in ver.immunitas.q. 16. & Siluest.in ver.immunitas.1.q.4.Thom.Parpa.in d.repet.l placet.
29 ver.circa tertium.ponit plures conclusiones.Prima est,† ꝙ ecclesiastici excusantur.Secunda, ꝙ si uolunt, possunt tutelam legitimam suscipere.Tertia, datiuam vel testamentariam nō possunt.c.peruenit.96.di.Quarta Episcopi, uel monachi nullam possunt c.episcopus.88.dist.c.monachi.16.q.1.Quinta miserabilium personarum possunt omnes tutelam suscipere, q̄a pium est officium,& ab officio pietatis nullus excusatur.Pan. in d.cap.non minus.accipere aūt uolentes possunt,sed nō coguntur.in auth.præsbyteros.de episco & cleric.C.Idem Petr. Antibo.in d.tracta.de mune.in 3.parte.num.90.Ioan. Mauri. in d.repet.l.uni.quo loco mulie.C.lib.10.refert Pan.& Parpa. vbi sup.& contra eos adducit tex.in c.Cyprianus.21. q.3. vbi tex.ne quis decedens ad tutelam uel curam clericum nominet,cùm nemo militans Deo, &c.nam ista ratio ita procedit in tutela legitima sicut in aliis,& si dixeris an in legitima tutela actum subesse,eadem consideratiò debet haberi in testamētaria tutela,quando testator fidei & diligētiæ tutoris relinquit uoluntatem suam, his non obstantibus sequitur opinionem Panor. nam semper est maior ratio in legitima tutela, quàm in testamētaria ratione coniunctionis,secundum Mauri.ubi supra.Decē requisita ad soluēdum munera psonalia,ponuntur p gl.in rubr. quemadmodum ciuilia munera indicantur. C.lib.10.Regula est in istis munerib.personalibus,ꝙ ecclesiæ,
30 † clerici, uel psonæ ecclesiasticæ non possunt cogi subire ista onera p supra dicta.Primò ampliatur ēt quò ad cōlōos,filios, uxores clericorum, prout dixi supra in secundo genere.quò ad munera realia,dico infra in quarta ampliatiōe regulę mu-
31 neris realis.Secūdo ampliatur in emphyteotis † & uasallis ecclesię,nam ēt sunt exempti à muneribus secundi generis.hoc vī tenere Bart.in l.senatorum.de dignitat. C. libro 12.ubi expresse dicit,uasallos ecclesiæ fore exēptos,non dicit à quibus, sed de necessitate est intelligendum à sordidis, & de emphyteota uidetur uelle Bald.in l.probare.de æstima.mun.C.libro 10.& in simili Barto.in l.quæro.de usufruc.lega.ff.Thom.Parpa.in d.repeti.l.placet.& per eundem ibi.& infra in quinta ampliatione regulæ muneris realis.Fallit primo,dicta regula tpe
32 impugnationis ciuitatis, † quia tunc possunt clerici constringi ēt ad sordida.p l.nullus.de cursu public.P.lib.12. vbi text. ꝙ in transitu principis in expeditionem, id est in exercitum ob aliam causam incidentis, nullus cuiusque dignitatis potest se excusare ab angariis,uel perangariis,id est prēstationibus operis psonalibus,uel mistis,secundum Ioan.de Plat. ibi, qui no-
33 tat ēt ex dicta l. ꝙ ecclesia † tenetur ad collectam pro recolligēdis pecuniis dandis gētibus armigeris totum comitatū depopulantibus,ut decedant.& dixi sup.q.proxi. & dicit Bart.in d.l.nullus.nota istam legē contra clericos,vt propter istam sōcietatē,quæ uenit in comitatu deprædando,tenēdo & occidēdo, possunt clerici grauari ad datia & collectas,& ad alia onera sordida,ut contra dictas gētes reparetur,idē refert & sequitur Pet.de Anch in c.primo,de immuni.eccl.libro 6. & illud dictum Bart.sequitur Ias.in d.l.placet.de sacrosan.eccl. C.in fi. & dictam decisionē Bart.licet eam non alleget,tenet Ancha. in d.cap.non minus.& pro opinione Bart.facit tex. in d.capit.
34 † 2.de immu.eccl.ubi tex.quod nullus excusatur à murorum uigiliis,sed oēs ad hoc gñaliter compelluntur, & loquitur de clericis,ille tex.habet varios intellectus.Pan.ibi intelligit tex. qñ imminet magna necessitas, ita ꝙ sine eis nō pōt ciuitas ab oppressione & inuasione custodiri,tunc clerici tenētur secun
35 dum Pan.ibi.ad idē facit,quia habēs † immunitatē à collectis, non intelligitur ab his,q̄ pp̄ necessitatē belli indicuntur.secundum Bal.in l.ex toto.in prin.de leg.1.ff.refert ibi Dynum hoc tenētē,& multa alia pro ista opinione refert Ias. in d.l. placet. facit ēt tex.in c.pen.de homi.vbi vult tex.ꝙ tpe inuasionis ci-
36 uitatis possunt clerici † sumere arma absque irregularitate.Panor.in d.cap.2.refert illum tex.pro simili. Nam ire ad bellum propugnando alios,& sic non defendēdo,non tenētur clerici,ratio pro recuperatione terræ sanctæ, uel ad pugnandum contra Sarracenos,p tex.& ibi Pan.in c.ex multa. de uoto.Panormi.ibi in princi.dicit.Nor. ibi in §.de clericis. ꝙ clericatus
37 † officium redit clericos inhabiles ad pugnandum ēt contra Sarracenos.& Panor.in d.cap.2.in princ.de immu.eccle. Fely. in d.cap.pen.de homicid.ponit duas conclusiones, qñ licitū sit clericis arma mouere.uide eum.& prædictam fallētiam sequitur Thom.Parpa.in dicta repe.l.placet. licet multi teneant contra,ut p Ias.in dicta l.placet.& Pan.& ibi in additio. ad Panor.in clemē.non minus.& dictum Barto.in d.l.nullus.sequitur Ioan.de Ripa in responsu suis.respon.2.libr.2.in fin. idē tenet ēt Anch cons.96.& Barba.cons.1.in tertio uolum. & tales coactiones fiunt p superiores,secundum Thom.Parpa. in dicta l.placet.& dico in sequenti numero. Pau.de Castr. consil.
38 420.in nouis.versi.tertium dubium.quærit,an clerici † teneātur contribuere in collectis, quæ imponuntur pro stipendiis gētium armorum,quas tpe guerræ oportet retinere pro defensione ciuitatis,& Comitatus & bonorum ibidem existentium.argum. pro & contra. tandem concludit, clericos non posse constringi ad contribuendum in talib.collectis,quæ imponuntur stipēdiariis tpe guerræ,sicut nec in illis,quæ imponuntur propter alias causas,& hoc non solum de iure canonico.cap.non minus.cap.aduersus.de immuni.eccle.& in capit. 1.eod.titu.libr.6.Imo nec de iure ciuili auth. item nulla communitas.de episco.& cleri.C.intellige tamen ut supra dictum est.Fallit secundò in muneribus, quæ imponūtur propter aduētum principis:duntamen non sint sordida, dixi in quæstiōe præcedenti.Fallit tertiò in murorum uigiliis,omnes enim ad hoc gñaliter tenētur,ēt clerici.per dictum textum in dicto ca. 2.de immunita.eccles.i dixi supra in fallen.1.quid de sciza,quę imponitur super rebus venalibus mobilibus per ipsos laicos,
39 an clerici † teneantur soluere dictam scizam,uide inf.q.sequē. Et sit finis muneris personalis.

SVMMARIVM.

1 *Assisia potest per officiales super utensibilibus poni.*
2 *Assisia quid sit.*
3 *Sciza quid sit.*
4 *Clerici an teneantur ad soluendum scizam.*
5 *Munus patrimoniale quod proprie appellatur.*
6 *Capitatio quid sit,& super quibus imponatur.*
7 *Iugatio quid sit,& super quibus imponatur.*
8 *Consuetudo ualet,quod non rustici tencantur soluere iugationem.*

QVAESTIO 60.

An clerici teneantur soluere Scizam, quæ sciza vulgariter nocatur,& quæ sit sciza,dico infrà, & credo ꝙ ista sciza habuerit noīationem à assisia, licet differat à scisa.

Matth.

Source : BIU Cujas

Matth. de Affli. in d.capit post natalem. notat primò ex illo tex. ꝙ ad principem spectat habere curam de vtilitate populorum circa res necessarias ad victum, hodie autem princeps statuit pro communi vtilitate rectores, & capitaneos, qui habent ponere assisiam iustam in rebus venalibus ad usum hominum: imò etiã in omnibus negotiationibus possit imponi iustum prætium, secundum Audr. de Isernia in d.c. post natalem. per l. vẽditor. §. si constituat. commu. præd. ff. & de assisijs facit mentionem tex. in constitutione, magistros camerarios. in constitu. Neapoli. Item Matth. de Affli. in d. cap. post natalem. de pace tenẽ. notat secũdo ex illo tex. ꝙ ad comitem spectat apponere assisiam, vt uictualia iusto prætio uendantur, vt in d.c. post natalem. De iure verò Romano spectat ad prætectum vrbis. l. 1. §. cura carnium. de offic. præfec. vrb. ff. & ideò dicitur iusto prætio, quia si pretium iniustum esset, non posset hoc facere. l. 1. de episc. audien. C. Bart in l. fina. ad legem Iuliam de annona. ff. & in l. annonam. de extraordina. crimi. ff. Hæc Afflict. vbi supra. Constitutio regni Neapolitani, incipit, magistros camerarios regionum assisias rerum venalium per singulas ciuitates, & loca uolumus ordinare cum consilio baiulorum aliorumque nostrorum fideliũ loci, quos ad hoc viderint opportunos. sunt uerba text. vbi fit mentio de assisiis. Andr. de Isernia in sua peregrina. dicit, magistros camerarios regionum secutus, hanc assisiam facit rerum uictualium aliàs uenalium, cum consilio baiulorum, & se refert ad dicta per eum in titu. de pace tenenpa. retuli supra. Et de istis assisiis facit tex. mentionem in dicta constitu. in titu. de offic. baiu. titu. 64. Et sic p-
2 dicta concludunt, ꝙ assisia † est prætium, quod uictualib. quę uenduntur ponitur, & debet poni prætium iustum, aliàs nõ de-
3 bet fieri. Nos loquimur de sciza, † quæ ita vulgariter in partibus istis uocatur, & est impositio, quæ communiter imponitur super victualibus, quæ uenduntur, ut ementes ultra iustũ prætium, soluant certum quid, puta libra carnis poterit emi & haberi pro decem, tamen administratores nniuersitatis ꝓ suis necessitatibus, uel aliàs imponunt scizam, scilicet ꝙ libra carnis, quæ poterit haberi & emi pro decem, vendatur pro duodecim, & illa duo sint pro uniuersitate, & idem in uenditione panis & uini & aliis uictualibus, est dubium, an ad soluendum
4 istam scizam teneantur clerici. † Concludo ꝙ non, nam ista sciza imponitur super rebus uenalibus mobilibus per ipsos laicos, ut dixi sup. ad quæ clerici non tenenent, vt sup. in tertio genere muneris personalis.

Est & secundò munus reale, seu patrimoniale, & id appella-
5 tur proprie patrimoniale, † ubi uertitur sumptus: ut in l. muneram. §. patrimoniorum. de mune. & hono. ff. Panor. in d.c. non minus. & Barto. & alii quos retuli sup. in secundo genere muneris personalis. Et munus dicitur reale, quia fit cũ sumptu & expensa rerum, sine tamen labore personæ, sicut personale est cum labore personæ sine sumptu, istud autem econtra cum sumptu rerum sine labore corporis, ideò oportet, ꝙ semper onus expediatur ab alio, quàm ab eo, cui imponitur munus. vt ex infra dicendis apparebit. Et istud munus reperitur etiam in triplici genere: secundum Bartol. Panor. & alios, quos retuli supra in fin. Sequor ordinem Bar. in l. 1. de mul. & in quo la. mun agn. C. lib. 10. Quandoque imponitur personæ tantùm nulla contemplatione rerum, seu nulla habita contẽplatione patrimonii, vt quando imponitur præstatio per capi-
6 ta, & appellatur hæc exactio, capitatio, † quia imponitur per capita, non habita ratione patrimonii. per l. uni. de capitatio. ciui. C. lib. 11. Bart. Panor. & alii ubi supra. & istud onus bene imponitur rebus, quia persona in nullo fatigatur, tamen dicitur tale onus imponi proprie personæ sine contemplatione rerum, quia non consideratur facultas patrimonii uniuscuiusque, sed caput. ideò vocatur istud munus, capitatio, & istud munus fuit originaliter, inuentum solùm pro salariis rectorũ ciuitatis, puta quia communitas uolens soluere salaria imponit cuilibet capiti de ciuitate onus soluendi unum ducatum, & sic imponitur personæ. & tamen persona non fatigatur. Itẽ videns, ꝙ onus pro quo imponitur non expeditur ab ipsa persona, vt per Bart. & Iaf. ubi supra. & plenius per Thom. de Parpal. in dicta l. placet. & de isto munere est text. in l. immunitates. in ver. capitatio. de agri. & censi. C. lib. 11. ex quo colligitur, quid sit proprie, iugatio, quia capitatio est, quando pro quoli-
7 bet capite tantum, imponitur, iugatio, † quando pro quolibet iugere, & de isto primo genere est etiam tex. in l. cum antea. in verbo, capitis. de agri. & censi. C. lib. 11. & in §. hæc omnia. in authen. ut iudi. sine quoquo suffra. est etiam glo. in rubr. de auno, & tribu. C. lib. 10. & melior tex. cum glo. in l. sacrosanctæ. de sacrosan. eccle. C. & ibi glo. declarat, quare assumpsit hoc nomen, quia pro quolibet capite hominis uel animalis imponebatur solutio de aliquo. & ad istam capitationem solum rustici tenentur per dic. l. uni. de capitatio. C. & omnes ubi suprà bene ualeret consuetudo, ꝙ rustici non teneantur per l. æta-
8 tem de censi. ff. etiam valeret consuetudo, † quod non rustici etiam soluerent. text. & ibi Barto. in l. prima, de his, qui mu. sub C. libr. 10. uide plenius supradicta per dictum Parpal. in d. l. placet.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an sint exempti a munere capitationis.*
2 *Munus quod imponitur personæ pro rebus quas possidet diuersimode appellatur, & a quibus imponi possit. num. 3.*
4 *Collecta, tallia, & subsidium imponuntur pro rebus tam immobilibus quã mobilibus.*
5 *Collecta utrum possit imponi clericis uel ecclesijs.*
6 *Bona laicorum ecclesijs collata eximuntur ab oneribus laicorum.*
7 *Ecclesiastice personæ tallias subire cogi non possunt.*
8 *Eccles. astica persona an teneatur talleis contribuere pro bonis sibi obuentis a laico. & num. 45 46.*
9 *Clerici in bonis suis habent illud priuilegium quod habet ecclesia in bonis ecclesiæ.*
10 *Collecta est munus quod imponitur personæ pro rebus.*
11 *Clerici non debent soluere collectas nisi cum licentia Papæ, & ex causa.*
12 *Statutum, quod notarius non debeat recipere salarium de aliqua scriptura, an possit remitti a uolente dare.*
13 *Lex prohibens aliquid exigere, prohibet a sponte soluente recipere, & tali legi non potest renuntiari.*
14 *Extorquere qui non potest ab inuito an possit a sponte dante recipere.*
15 *Accipiens a sponte dantibus, & exigens pari pœna punitur.*
16 *Notarij puniuntur si ultra debitum recipiant etiam, a sponte soluentibus.*
17 *Medicus salariatus de publico non debet petere salarium ab infirmis, nec a sponte dantibus recipere. & num. 18.*
19 *Laici non possunt collectas a clericis etiam sponte dantibus recipere.*
20 *Colonis clericorum non potest imponi collecta propter bona quæ habent a clericis uel ecclesiis. & an saltem pro parte colonica. numero 21. & 22. 23. 25.*
23 *Emptor fructuum ecclesiæ nõ gaudet priuilegio ecclesia, & tenetur ad collectas sicut de propriis bonis.*
24 *Statutum, ne quis extra prouinciam deferat annonam, an clericorum colonos liget.*
26 *Priuilegium concessum religioni uel ordini de non soluendis decimis de terris quas per se uel alium faciunt excoli, an extendatur ad colonos.*
27 *Collectæ quæ imponuntur personæ pro rebus, non possunt imponi forensibus possidentibus prædia in loco quo imponuntur collectæ.*
28 *Clericus pro bonis patrimonialibus nouiter acquisitis quas collectas soluere teneatur.*
29 *Vasallis ecclesiarum pro bonis emphyteoticis collecta imponi non potest.*
30 *Bona alio onere grauata non debent onere collectæ grauari.*
31 *Emphyteota principis pro re emphyteotica non præstat aliquod superindictum.*
32 *Dominium utile competens laico indicatur laicale, & non ecclesiasticum.*
33 *Oblatus monasterio, & usque bona sunt exempta ab onera illus secularium.*
34 *Consuetudo ualet, quòd clerici teneantur soluere collectas de bonis ad eos translatis.*
35 *Consuetudo in præiudicium ecclesiarum non ualet.*
36 *Clerici non possunt renuntiare priuilegijs.*
37 *Opinio, in conflictu opinionum, illa est tenenda, quam sequitur consuetudo.*
38 *Clericus an coram iudice laico reconueniri possit.*
39 *Consuetudo est optima legum interpres.*
40 *Immunitatis concessio de qua dubitatur confirmatur consuetudine.*
41 *Opinioni communi quod sit regulariter inhærendum, quomodo intelligatur.*
42 *Ecclesia quo casu teneatur ad collectas per laicos imponendas.*
43 *Clerici an & quando teneantur contribuere in subsidiis.*
44 *Collecta ut possit imponi clericis seu ecclesiis pro earum possessionib. quæ sint remedia.*
47 *Cierici an teneantur contribuere in subsidio, in locis quibus consueuerunt esse registra, pro rebus registratis, quos ipsi acquirunt quo titulo. & nu. 48. 49.*
50 *Ecclesia tenetur ad collectas pro possessionis afflictu antequam in ipsius dominium deuenerint.*
51 *Ecclesia quo casu non teneatur ad collectas pro bonis allibratis in æstimo ad eam peruentis.*
52 *Clerici pro censibus & tributis possunt conueniri coram iudice seculari.*
53 *Clerici uel ecclesia quo casu teneantur ad collectas pro bonis sibi peruentis.*
54 *Præstatio antiquissima priuilegio æquiparatur.*
55 *Florentiæ omnia bona sunt tacite obligata pro præstantiis soluendis.*
56 *Collecta est munus patrimoniale & ordinarium, quia omni anno indicitur*

Source : BIU Cujas

tur personis pro rebus eorum, & idem est quod indictio. & num. 57.

58 *Indictum & munus totaliter reale transit ad ecclesiam & clericos.*

59 *Prohibitio laicorum an ualeat, ne animalia clericorum seu ecclesiarum habent depascere in pascuis communitatis.*

60 *Princeps secularis an statuere ualeat sub pœna, quod animalia clericorũ uel ecclesiarum arceatur a suis & priuatorum pascuis.*

61 *Ecclesia mittens animalia sua ad pascendum in pascuis communitatis, ita tenetur soluere sicut merè laici.*

62 *Ius alicui competens non potest extirpari, nisi illius consensu accedente.*

63 *Regula, ut in tuo te inuito exequor quod tibi non obsit, mihi uerò prosit, quo casu locum habeat.*

64 *Statutum & consuetudo paripassu ambulant.*

QVAESTIO 61.

An clerici teneantur, seu sint exempti ab isto munere.

1 Pan. in dicto cap. non minus. vers. secundum fuit. dicit, ꝙ clerici † sunt omnino exempti ab isto munere, per c. quanquam. de censi. libr. 6. idem Claua. in dicto verbo, immunitas. 1. q. 5. Contra hoc videtur tex. in l. sacrosanctæ. de sacrosan. eccl. C. vbi sol'ùm cõceditur exemptio à munere capitationis illi ecclesiæ particulari Thessalonicensis ciuitatis, istam opinionem per d. tex. tenet Petr. Antibo. in d. tract. de muneribus. in 3. parte num. 91. & dicit, ꝙ munus capitationis est munus ordinarium. vt in l. fin. de anno. & tribu. C. libr 10. & ibi not. in rub. & Imperator dicit illud esse speciale in ecclesia Thessalonicensi, ergo in aliis contrarium ius commune esse uoluit. Opinio Pan. & aliorum est uerior, ꝙ ecclesia sit omnino exempta ab isto munere, & non obst. d. l. sacrosancta. quia licet uideatur localis: glo. tamen ibi extendit illam ad omnes ecclesias, & omnes sequũtur eam ibi; & istam opinionem, prædictis non obstantibus, tenet do. Thom. Parpal. in dicta l. placet. vers. fallit vltimò. cõprobando eam per multas rationes, vt ibi per eum. Secundũ genus muneris realis est, qñ imponitur personæ pro reb. quas possident, id est contemplatione rerum. Et in vulgari appella-
2 tur collecta, † uel tallia, subsidium, & in regno Nauarræ quoartel, oderramas. Nam istud onus imponitur, vt dixi, personæ pro rebus, quas possidet, & istud onus non habet certam & limitatam formam, sed Rex, uel dominus, vel regnum, ciuitas, vel communitas pro necessitatibus occurrentibus imponunt dictam collectam & qñque plus, quandoque minus pro ut necessitas occurrerit, & illa summa pecuniæ sic imposita diuiditur inter ciues, habita consideratione bonorum seu possessionum & rerum, quas quis possidet, quia qui plus habet, plus soluit, & istud est onus reale, quod imponitur personæ ꝓ rebus, quas habet & possidet. Et ad bene intelligendum istud
3 genus, opus esset videre tria. † Primò à quibus possit istud munus imponi. Secundò, quibus possit istud munus imponi. Tertio, quare & ex qua cã possit imponi. Et istas tres qõnes plenius quàm aliquis prosequitur Thom. Parpal. in d. repetit. l. placet. de sacrosanct. eccle. C. post Bart. & Ang. in dicta l. uni. de mulieri. & in quo loco. C. lib. 10. & per Petrum Antibo. in tract. de mune. in 10. uolum. tractatuum. cum sequenti. Non prosequor istas qõnes, sed duntaxat, an per laicos possit impo
4 ni istud onus clericis, uel ecclesiis rõne bonorum, quæ possident. † Et istud onus † nõ solum imponitur pro rebus immobilibus, secundum Ioan. de Platea in l indictiones. de anno. & tribut. C. libro decimo. dixi supra in princip. istius quæstionis. Et quia materia ista est quotidiana & dispersa & dubia in iure, & vt comprehendantur omnia dubia tam iurium quàm Doctorum, Facio regulam cum ampliationibus & fallentijs.

REGVLA.

Munus reale quod imponitur personis pro rebus, quas possident, quod munus vulgares vocant, collectas, tallias, quoarteles, derriamas, vel alio modo, non potest imponi per ipsos laicos, ecclesiis seu clericis pro rebus, quas possident quocunque titulo.

PRO ista regula faciunt multa iura, q̃ retuli supra, paulò post principiũ istius qõnis, & vltra ea facit, qđ dicit Bart. in d. l. uni. de mulieri. & in quo loco C. lib. 10. ver. item quæritur. Quærit
5 vtrũ collecta † possit imponi clericis, vel ecclesiis? dicit ꝙ nõ, cum debeat imponi psonæ subditæ, sed ecclesia & clerici nõ sunt subditi laicis, ergo &c Idẽ tenet Bar. cons. 180. per authẽ. itẽ multa. de episc. & cleri C. cũ similibus. quæ retuli, in princ. istius qõ. Idẽ tenet Bar. in l. de his. de episco. & cler. C. vbi dicit, in muneribus, q̃ imponũtur psonæ pro rebus, vt collectæ, clerici non tenẽtur. l. 1. §. fi. de mune. & hono. ff. Bal. in d. authen. item multa dicit ꝙ clericis non potest imponi collecta, pro rebus, quas possidẽt. Idẽ Bal. in tit. de pace constan. verb. nunquid. & ver. quid de collectis. Barto. & Alex. in l. 1. de publi. ff. Ias in d. l. placet. de sacrosan. eccl. C. ponit conclusionẽ, ꝙ ecclesia non tenetur ad collectas. Pan. & oẽs alii in c. non minus. de immu. eccl. & Pan. cons. 53. in 1. vol. dicit, ꝙ cõis conclusio
6 oĩum Doct. vtriusque iuris est, ꝙ bona laicorũ † ecclesiis collata eximuntur ab oneribus laicorũ, vt à collectis & similib. Io. de Plat. in l. fi. de exacto. trib. C. lib. 10. ponit regulã gñalẽ, ꝙ ecclesia regulariter est exẽpta ab oĩbus munerib. exactionibus, datiis, gabellis laicorũ, ponit septẽ fallen. Phil. Fran. in ca. 1. de immu. eccle. lib. 6. ponit ẽt regulam gñalem, ꝙ ecclesiæ,
7 † clerici, & psonæ ecclesiasticæ, tallias subire cogi non possunt ponit quatuor fallẽtias. Istã regulam ẽt tenet Guido Papa in quæstionibus Dalphina. quæst. 372. vbi quærit, an ecclesiastica
8 persona succedẽs patri, agnatis, uel plebeis, debeat contribuere in subsidiis pro bonis sic ei obuentis, concludit, ꝙ non. ut latius ibi p eum. Idem Pan. cons. 100 in 2. vol. ubi dicit, ꝙ collectæ quæ imponuntur pro rebus, non possunt imponi nisi subditis, allegat Bar. in p. l. rescripto. in fin. de mune. & hono. ff. idem Panor. cons. 6. in fi. in 1. uol. & idem Ioan. de Pla. in d. l. in dictiones. de anno. & trib. C. libr. 10. vbi dicit, ꝙ munus patrimoniale, siue reale, quod imponitur personæ pro rebus, non imponitur forensibus, licet habeant possessiones in loco, secũdum gl. ibi, quia non sunt subditi. Bal. cons. 280. in 2. parte. quærit, quid de clericis, qui habent & possident bona patrimonialia, vel alia ex successione, uel contractu, utrum teneantur soluere collectas post dictam acquisitionẽ impositas per cõmune, dicit, ꝙ non, quia clerici † in rebus suis habent illud priuilegium quod habet ecclesia in iuribus ecclesiæ per c. fin. de vita & hone. cleri allegant Spec. in tit. de cleri. coning. refero infra in 1. fallen. Io. And. Card. Anto. Anch. Imo. Pan. in d. c. fi. de vi. & hone. cle. referunt opiniones, & concludunt cũ regula nr̃a. Card. in cle. præsenti. de cẽsi. in 2. nota. Bart. in l. rescripto. §. fin. de mune. & hon. ff. quærit, q̃ sunt munera patrimonialia, & q̃ dicuntur collectæ. refero eũ infra in 6. fallen. Curt. iunior. cõl. 61. Vnde dicit Bal in tit. u. quæ sunt rega. in fi. ꝙ licet gl. in l. re-
10 scripto. §. fin. de mune. & hon. ff. dicit, ꝙ collecta † est munus, quod imponitur personæ pro rebus, tamen si sunt ordinariæ collationes, quod idem est dictum, ꝙ indictiones, quæ sunt munus patrimoniale, allegat Isern. ibi. & Bal. ẽt refert Fran. Curt. iunio. cons. 41. Amplatur dicta regula. Primò, ẽt si clericus vel let sponte soluere dictã collectam, nam non posset, nec cõmunitas deberet recipere. hoc tenet Card. in clemẽ. unica. de immu. eccl. not 11. dicit ibi nota differentiam inter exigere & p̃stare, nam laici prohibentur exigere collectas ab ecclesiis, tñ possunt clerici præstare, ut ibi. est enim exigere ab inuito, & p̃stare ex uoluntate, quod ultimum possunt clerici ex iusta cã. & cum licẽtia Papæ. ꝑ c. aduersus. de immu. eccles. vult ergo
11 Card. ꝙ clerici † non possunt nec debẽt soluere collectas nisi cum licẽtia papæ, & ex cã, & istam ampliationẽ tenet in specie Thom. Parpa. in d. repeti. l. placet. uers. & tertium. etiã allegat Card. ubi sup. alleg. ẽt Bart. in l. inuitus. §. fin. de reg. iur. ff. & ibi glos. fin. dicit Bart. Nota glo. super isto §. ꝙ si statutum dicit,
12 † ꝙ notarius priorum non debet accipere salarium de aliqua scriptura. an ego possum renuntiare, quia uolo ei dare? certè non possum renuntiare, quia non disponit circa uolentes dare, sed circa notarium, & ad hoc not. istam glos. & sic non potest renuntiari, cum de eo omnino disponatur, sunt uerba Bar
13 to. in d. l. inuitus. dicit Parpa. ubi supra, ꝙ lex † ꝓhibẽs aliquid exigere, prohibet à sponte soluente recipere, & tali legi non possit renuntiari, & allegat Feli. in prœmio Decreta. super ver. Gregorius. Felin. vbi suprà. in princi. ver. simile dicit Bart. & glos. in l. inuitus. §. 1. de regu. iur. ff. ꝙ statutum prohibens notarium recipere aliquid ultra salarium, prohibetẽt uolentem dare. de quo per glo. in ca. 1. de simo. Felin. in cap. 1. de simo. in fine. quærit, an qui non potest ab inuito extorquere,
14 † possit à sponte dante recipere, dic attendenda esse uerba cõstitutionis. glos. in l. inuitus. §. fin. de regu. iur. ff. dicit prohibitum dare ꝑ publicum bonum, prohibitum̃ esse recipere à sponte dante, refert Bald. in authen. sed hodie de episc. & cle. C. & glo. in c. statutum. §. fina. de rescrip. lib. 6. & in c. exigit. de censi. lib. 6. Salic. & Deci. in d. l. inuitus. de reg. iur. ff. refert dictum Bart. & dicit, ꝙ ad hoc facit tex. in c. exigit. de censi libr. 6. ubi sicut non põt quis exigere, pariter à sponte soluente ei recipere non licet, & glo. ibi in ver. uolente. ad idem facit tex. in cap. statutum. §. accessorem in ver. si quis autem. de rescrip. li 6. ubi quando licite exactum fuit, remitti non potest. ad idẽ tex. in clem. nolentes. de hæreti. & ad idem glo. in l. uni publicæ lætitiæ consul. C. lib. 12, in ver. accipiente. quæ dicit, ꝙ pari pœna † punitur ille, qui accipit à sponte dantibus, & ille, qui exigit. Et Ioan de Plat. notat illam glo ꝙ pari pœna punitur à sponte dantibus recipiens, & exigens ab inuitis. & idem notat
16 Bald. in authen. sed hodie. de episc. & cleri. C. ubi notarii † puniuntur, si ultra debitum aliquid accipiant à sponte soluentib. Et ista conclusio procedit, ubi agitur de interesse publico, & in casibus à iure expressis. alias secus vī, quia q̃dã honeste accipiuntur,

Source : BIU Cujas

cipiuntur,quæ inhoneſtè peruntur,vt dicit. l.1. §. proinde. de var.& extraord.cog.ff.glo.in l.2.de origi iur. ff. idem glo in d. c.exigit.in ver.volẽte.quæ dicit,ꝙ ibi eſt caſus ſpecialis,in quo parificantur iſta duo exigere,& à uolente reciere.aliàs ſæpe ſit licitum recipere,quod non licet exigere.c.de eulogijs.18.diſt. & ibi glo.c.dilectus.2.de ſimo.hæc Deci. vbi ſup.Feli.in d.ca.
37 tua nos.de homic.dicit, quòd Medicus † ſalariatus de publico,non debet petere præmium ab infirmis:ſecundum Barto. in l.Archiarii.de profeſ.& medi.C.libro decimo.Fallit ſecundum Ange.ibi,niſi aliquis ſponte daret,quod non placet, dicit Felin.per id,quod notat Bartol.in l.inuitus.de reg.iur.ff.vt ibi ſup.& eſt pulchra ratio,quia qñ à pluribus capit inducitur conſuetudo,ꝙ quis erubeſcit non dare, ut ibi per Fel.Hippo. de Marſil.in l.lege Cornelia.§.conſtitutum.ad l. Cornel.de ſica.ff.refert Felin.in d.c.tua.& in d.c.1.& Barto. in dictis locis, retuli ſup. & refert alios,nec prohibitus accipere ẽt a uolentibus non debet accipere, ut latius ibi per eum.& per eundem Hippol.in l.unius.§.ſeruus.com.1.de quæſtio. ff.vbi idem dicit,quod in d.§.conſtitutum. & refert plures alios Doctor. & allegat Feli.in ca. cum M.de conſtitu.ver. eſt in propoſito.eſt tex.in c.dilectus.2.de ſimo.vbi quando eſt prohibitum recipere,ẽt eſt prohibitum recipere a ſponte ſoluente,vt ibi per Fel. Ioan.de Ripa in tracta.de peſte.ver.ſecundò quæro.an Medi-
18 cus † ſalariatus de publico poſſit ab infirmis aliquid recipere, concludit ꝙ non,allegat Bartol.in d.l.Archiarii.de profeſ.& medi.C.lib.10.& Innoc.& Panormi.in c.1.de poſtulando.Sed dubitatur an poſſit recipere à ſponte dantibus, refert Ang.& Ioan.de Plat.in d.l.Archiarii.ꝙ ſic,idem de Luc.de Pen.ibi,& Ioan.de Ana.in d.c.tua nos. de homicid. contrarium tenent Bart.& Feli.& alii,quos ſuperius allegaui. Vnde concludit Ripa,vbi ſup.ꝙ ſi ex conuentione quis eſt prohibitus aliquid recipere,tunc etiam a ſponte dantibus non debet recipere, ſed ubi nulla eſt prohibitio,ſecus eſt, ut latius per Ioan. de Ripa vbi ſup.Vnde in caſu noſtro eſt concludendum,ꝙ poſtquam
19 a iure eſt prohibitum ipſis laicis,† ne collectas imponant clericis,vt dictum eſt,per conſequens non poſſunt a ſponte dantibus eas recipere ꝑ ſupradicta, & cum iſtud priuilegium ſit in fauorem totius cleri,prout in dubio p̃ſumitur, illi non poſſunt renuntiare.c.ſi diligenti.cum ſimilibus.de fo.competen. Parpal.in d.repe.l placet.in fi.Et uide Ioan.Mauri. in dicta repetitio.l.vni.quo loco mulie.mun.ſol.deb.C.lib.10. ubi uidetur concludere contra iſtam ampliationem.Secundò ampliatur dicta regula in colonis clericorum, † quibus non põt imponi talis collecta ꝑꝑ bona, quæ habent a clericis uel eccleſiis,hoc expreſsè tenet Bart.in l.ſi pœnis.de agri.& cenſi.C.li.11.ubi tex.ꝙ dñi,non coloni, uel cenſiti ꝑ eorum p̃diis tributa ſoluere tenentur,dicit Bart.ibi,ꝙ Peruſii fuit factum quod dam ſtatutum in odium clericorum,qui cum non poſſent cogi,indictũ fuit,vt coloni teneantur pro eis, quod eſt iniquum & iniuſtum nam coloni non tenentur,nec teneri debent,pro dño,nec urgeri poſſunt.per d.l.ſi pœnis.hæc Bart.in d.l. ſi pœnis. non tamen Barrol. aperit ibi, utrum colonis clericorum
21 † poſſit imponi ſaltem pro parte fructuum eis ſpectante:nam in colonis priuatorum eſt clarum, ꝙ non , quia põt imponi dominis,per l.litibus.§.fin.de agric.& cenſi.C.li.10.& ibi Bar. & clarius per Alexan.conſ.35.in 4.vol.vbi dicit,ꝙ munus collectarum venit imponẽdum illis,qui poſſident pro ſuo,& ſuo iure,& faciunt fructus ſuos,vt eſt emphyteota,fructuarius,& ſimiles poſſidentes,qui lucrantur fructus,& tenentur ad prædicta.vnde dicit Bal.in l.1.de iure emphy.C.& ibi Iaſ.uer.adde ẽt. & in uerſ. item ꝙ dictum. ꝙ emphyteota tenetur ad collectam,ſed colonus,qui non poſsidet,ſed detinet, non tenetur, & ſi aliquid ſoluerit,repetit a dño,refert Alex.in d.conſ.35.in 4.vol.Sed quo ad colonos eccleſiæ eſt dicendum, ꝙ cũ dñis, ſc3 clericis non poſsit imponi collecta, ſeu dictum onus rea-
22 le,ipſis tñ colonis † pro parte colonica põt imponi : ſecundũ Fed.de Sen.cõſi.inci.qõ talis eſt.an diœceſanus,& eum refert Tho.Parpa.in d.l placet.in fin. & non dicit in quo conſilio. eſt conſi.211.uerſ.item quæritur.vbi quærit, an ruſtici & coloni eccleſiarũ ad mediũ uel ad fictũ, teneantur ſoluere gabellas de parte fructuũ eis contingentiũ,uel alia onera,q̃ imponuntur ꝑ dñm tpalem, & vr̃,ꝙ non,ꝑ id, quod hr̃ in l. 2. de epiſco. & cler.C.& in c.iudicatum.89.diſt.c.eccleſiarũ ſeruos.12. q.2. ſed q̃rium eſt uerum,nam pars contingens colonos in nullo eſt priuilegiata, nam ruſticus tpali dño de parte ſua,ſicut eccleſiaſtico dño de parte ſua reſpondebit.iura in c. q̃trariũ alle-
23 gata † loquuntur in ſeruis vel familia ꝑꝑ eccleſiarum , ut no.in d.c.iudicatum.& in d. c. eccleſiarum. non aũt in ſeruis conductitiis: ſecundum Arch.in c.2.11.q.1.Imò ſi clericus afficiat eccleſiã ſuam,uel uendit fructus, emptor non gaudebit priuilegio eccleſiæ,Imò tenetur ad gabellã, ſicut de bonis propriis no.Arch.in c.fi.de cenſi.lib.6.ut latius per Fede.de Sen.in d.conſil.111.Panor.conſil.53. 1.volum.vbi loquitur de ſeruis eccleſiarũ,& de ſeruientib.clericis.allegat glo.in c. eos.32.diſtinct.& Cardina.in cap.clericum.11.quæſtio.1.Ioan.de Ripa in tracta.de peſte.in 1.par.tertiæ par.q.15.quærit,an ſtatutum,
24 † ne quis extra prouinciam deferat annonam , liget colonos eccleſiarum.arg.pro & contra.& concludit,ꝙ coloni eccleſiæ,quò ad fructus a ſolo ſeparatos, qui ſunt in dominio ipſorum non gaudent priuilegio eccleſiæ, nec eius immunitate: ſecundum glo.Imol.Card.& alios in clem.p̃ſenti.de cenſi. nã ibi glo.in ver.negotiandi.& Card.& Imo.& Vitalinis dicunt, ꝙ emptores,arrendatores bonorum eccleſiarum, præſertim clericorum nõ gaudent beneficio clericali,quo tñ gauderent ipſi clerici,non facta uenditione, hoc eſt, quod dicunt p̃dicti Doct.ubi ſupra.Domi.in c.quanquam.in fin.quærit,nunquid
25 coloni † p̃diorum eccleſiaſticorum, qui colunt p̃dia ad medium,uel ad fictum,debeant ſoluere gabellã uel collectam impoſitam per iudicem ſecularem de parte fructuum eos tangẽte,refert Federi.de Senis in dicto conſi.109.& conſi.111.argu. pro & contra, & cõcludit, ꝙ pars ruſtici eſt ſubiecta domino temporali,non obſt.cõtraria,ut ſupra dictum eſt,imò ſi clericus locat fructus ad firmam,emptor nõ gaudet priuilegio eccleſiæ,ut latius ꝑ Domi.vbi ſupra.idem refert Feli Franc.in d. c.quanquam.uer.uide ẽt per Feder.Io.And. de Ripa vbi ſupr. refert alios Doctores idm tenentes.ut latius ibi per eum , qui etiam reſpondet ad contraria prout Feder.vbi ſup. Facit deciſio Rotæ in titu. de decimis. in recollectis ceu antiquioribus.
26 vbi priuilegium † conceſſum religioni, uel ordini de non ſoluendis decimis de terris,quas per ſe,uel alium faciunt excoli, an extendatur ad colonos,& ſic coioni ꝑ quos terras illas faciebant excoli, non teneantur ad decimas ꝑ parte penes eos remanẽte:diſtinguit,aut tale priuilegium eſt reale cõcernens terras,& conceſſum terris,puta de terris nullæ decimæ ſoluantur,tunc extenditur ad colonos.Si autem priuilegium eſt conceſſum perſonis ꝑ rebus,putà, tales religioſæ ſeu p̃ſonæ de terris ſuis non ſoluant decimas,tũc non extenditur ad colonos , nam coloni ꝑ quos illa terra excolitur ſoluunt decimas, vt ꝑ eam vbi ſup.facit glo in clemen. prima.in verb.excolẽdos. de decimis.ubi gl.hoc dicit.Conclude vt ſupra,ſcilicet ꝙ colonis eccleſiarum & clericorũ põt imponi collecta ꝑ parte eos cõtingente.In colonis eccleſiarum,quò ad munera p̃ſonalia dixi ſup.in ſecũdo genere muneris p̃ſonalis.Curtius iunior cõſ. 61.num.1.& 2.dicit,ꝙ communis concluſio eſt, ꝙ collectæ ,
27 † q̃ imponuntur p̃ſonæ pro rebus, nõ poſſunt imponi forenſibus poſsidentibus p̃diis in loco,quo imponuntur collectæ. Allegat Barto.in l.iibertus.§.ſola.ad municipa. ff.ubi quærit, an poſſeſſoribus forenſibus poſsit imponi collecta,omnes dicunt ꝙ non,vt ibi latius ꝑ eum.allegat text.expreſſum in l. reſcripto.§.fin.de muneribus & honorib.ff.retuli Bart. & alios hoc dicẽtes ſupra & refero Bar.in 6.fallen.infra.& dictus Curtius iunior in d.cõſ.61. num.2.refert plures Docto.tenentes iſtam regulam,ſcilicet, ꝙ clericis non poteſt imponi dicta collecta,& idem in additio.ad Bart.in dicta l.reſcripto.§. fina. in ver.imponuntur.Carolus Ruin. conſi.117.in 4.vol.in princi.
28 dicit,ꝙ clericus † pro bonis patrimonialibus nouiter acquiſitis tenetur ſoluere collectas ꝑpetuas & uniformes,ſecus aũt, ſi ſunt temporales & uariabiles,allegat Bal. in titu. de pace cõſtan.& alios,& refero Bald.& alios infra in ſecunda fallẽ.Tertiò amplia in emphyteoticis & uaſallis clericorum ſeu eccleſiarum , nam illis ꝑꝑ dicta bona non poteſt imponi collecta
29 † eſt deciſio Bart.in l.priuatæ.de excuſa.mune. C.libro 10.ubi Bart.dicit,ꝙ ibi eſt tex. ꝙ pro bonis emphyteoticis , quæ quis habet ab eccleſia,non tenetur ſoluere aliquam collectam cõmuni,cum enim iſta bona ſint perpetuò pẽſioni obligata, & pro eis cenſus quolibet anno ſoluatur, non debet præſtari ꝑ eis collecta communis:ne duplicia onera ſuſtineant, hoc tamen Peruſii de conſuetudine non ſeruatur.Hæc Barto.ubi ſupra.Iaſ in l.1.de iure emphy.C.ver.iſtud tñ limita. refert Barto. ubi ſup. & refert Andr.de Iſer.in titu. quæ ſunt regalia. in vſi.
30 feud.qui tenet contra Bart.pro Barto.facit glo. in l.honorem. de muner.& honor.ff.quæ hoc dicit, ꝙ quando bona † habẽt aliud onus, non debent onere collectæ grauari, & iſtam ampliationem tenet ẽt Thom.de Parpa.in dicta repeti.l.placet.in princ.refert tamen Barto.in l.1.de anno.& tribu.C.li.10.aliud tenentẽ.nam Barto.ibi dicit, ꝙ ſi aliquis locauerit fundũ ſuũ ad penſionem ꝑcipiendam in pecunia,ita ꝙ fructus oẽs remanent apud colonum,ꝙ dñs ad tribnta non tenetur, & hoc in oneribns realibus.Bald.in l.priuare.de excuſat.mun.C lib.10.
31 dicit,ꝙ emphyteota † principis pro re emphyteotica nõ præſtat aliquod ſuperindictum.ibi tex.Barto.& Bal. non loquuntur in emphyteota eccleſiæ.Io.de Ripa.in d.trac.de peſte.in 1. par. 3.partis.in 15.q.dicit, ꝙ collecta non poteſt imponi emphyteoticis eccleſiæ,reſpectu directi dominii, ſed bene reſpectu dominij vtilis,allegat Barba.conſi.14.in j.volum. ubi Barba.concludit. ver.ad hoc reſpondeo. quod licet laici nõ poſſint ſtatuere ſuper rebus eccleſiaſticis, quò ad ius ipſis eccleſijs competens nihilominus ſuper rebus eccleſiaſticis, quò ad ius competens ipſis laicis,vtputa in bonis emphyteoticis,uel precarijs, uel libellarijs eccleſiaſticis, poteſt laicus facere ſta-

tutum,

Source : BIU Cujas

tutum,disponens de vtili dominio competenti laico,quò ad
32 bona ecclesiastica:ratio, quia utile dominium † competens laico iudicatur laicale,& non ecclesiasticum,vt latius per Barba.vbi supra,& eum refert Francis.Curt. Senior in consil.73. in princip.& Alexan.cons.101.in primo volum.dicit,ꝙ laicus tenens rem in emphyteosim ab ecclesia tenetur ad collectas soluendas,propter fructus, quos percipit,eum refert Philip. Probus in capitu.vni.de iurepatrona.lib.6.in fin.verbis.in additio.adIoan.Monachum.& per Io.de Ripa,vbi supr.Quartò
33 amplia,in oblato,† qui se & sua obtulit alicui religioni, quia tunc tam personæ oblatorum, quàm bona per eos monasterio collata sunt libera & exempta ab omnibus oneribus secularium,sicut sunt reliqua bona ecclesiastica,& personæ ecclesiasticæ,secundum Panorm.consil.53.in primo volu.per text. & ibi gloss.in c.1.de decim.in 6.Latius per Panormi.vbi sup. Fallit primo dicta regula, niti aliud habeat consuetudo, nam si consuetudo est, ꝙ clerici consueuerunt soluere collectam
34 de talibus bonis ad eos translatis, valeret consuetudo, † hoc vult tenere Batt.in d.l.vni.de mulieri.& in quo loco.C.libro 10.in princ.& in fin.ꝙ personis non subditis non potest imponi dicta collecta,generaliter loquitur nullam faciendo mētionem de clericis. Fallit in ciuitatibus, quæ hoc habent ex consuetudine,cuius contrarij non stat memoria, secundū Barto. ibi,& pro isto dicto Bar.facit dictum Specula.in titu. de cleri. coniuga.versic in quibusdam autem locis,vbi dicit, ꝙ in quibusdam locis consuetudo interpretatur prædicta iura, vt solummodò bona clericorum in aliquibus ecclesiis vel locis ecclesiasticis intitulatorum gaudeant priuilegio, in præmissis vult innuere,ꝙ consuetudo potest interpretari, vt soluant vel non soluant.hoc ēt tenet Bart. in l muneri. de auro coronario.C.libro decimo.per i lum textum.& refert Alexan. in additio.ad Bart.in l.rescripto.§.fina. de muneribus & honorib. ff.hoc etiam tenet Bald.consil.112.versic.dici potest. in secundo volum Pan.in d.cap.non minus.vers tertium fuit. dicit, ꝙ
35 nō valet talis consue udo † in præiudicium ecclesiarum,tum quia grauosa ecclesijs.cap.1.de consue.tum quia est contra libertatem ecclesiasticam.authen.cassa. de sacrosan.eccl.C.iuncta authen item milites.de episc.& cler. C.& in isto membro propriè potest intelligi text.in d.cap.non minus.& tex in cap. fin.de vi.& hone.cler.& cap.quanquàm de censi.libr.6.secundum Panor.vbi supra.idem etiam dicit Ange.de Claua.in sua summa.in ver.immunitas.§.36.in fin.idem etiam tenet Tho. de Parpal.in d.repeti.l.placet.ver.& amplietis. propter decisionem Bart.in l.non plures.de sacrosan.eccle. C. ubi dicit Bart. ꝙ priuilegia concessa clericis, intelliguntur concessa fauore ecclesiæ,non fauore personæ eorum,ideō non possunt cleri-
36 cis † renuntiare talibus priuilegiis.per c.si diligenti.de for.cōpeten. imò si clericus vellet sponte soluere, non posset,ne cōmunitas deberet recipere.dixi supr.in 1.ampliatione. & Ioan. Mauri.in d.repeti.l.vni.quo loco mulier. mune. sub. soleant. C.lib.10.in prin. tenet Parpal. contra fallen. Ista fallentia pōt sustentari per illam theoricam communem, qua cauetur,
37 ꝙ in conflictu opinionum, † illa est tenenda, quam sequitur consuetudo,etiam si sit contra ecclesiam,& ēt si sit contra cōmunem,nam in his casibus,in quibus est dubium inter Doc. an aliquid valeat de iure in præiuditium ecclesiæ, valet cōsuetudo.quæ obseruat opinionem contra ecclesiam, hoc tenet Panor.post Ioan.in cap.at si clerici.in princip. vers. ad unum
38 tamen.de iudicijs.nam qō est,an clericus † possit reconueniri coram iudice laico,sunt opiniones,vt ibi per omnes, dicit Panor.post Ioan. Andr. ꝙ negari non potest, quin iste casus reddatur valde dubitabilis ex tantorum Doctorum opinio-
39 nibus.ergo consuetudo † est attēdēda, quæ est optima legum interpres.c.cum dilectus.de consuetud.cum simili. latius per Philip Deci.in d.ca.at si clerici. vers & ita est communis. ubi dicit,ꝙ dato,ꝙ vna opinio sit uerior alia:valeret tamen,si cōsuetudo esset contra veriorem, nam cùm sint opiniones inter Doct.præualet illa opinio,quæ consuetudine approbatur. allegat ēt Pan.cons.25.2.vol.ubi dicit, ꝙ qñ est aliquod dubiū in iure inter Doct.standum est cōsuetudini, dicit ulterius do. Philip.Deci.ibi,ꝙ licet aliàs non ualeret consuetudo, quæ est onerosa ecclesiis.c.1.de consuet. tamen, quando est dubiū inter Doct. valeret consuetudo.& ista cōclusio ēt haberet locū, licet in tali dubio communis opinio esset pro altera parte,qa altera pars contra communem præualet propter autoritatē cōsuetudinis,& refert ēt Bart.cons.59.in princ.ꝙ cōcessio im-
40 munitatis,† de qua dubitatur,confirmatur cōsuetudine,refert ēt alios Doct.ubi sup.Rochus de Curte in repet.c.fin.de consuetud.in fin.versic.sextò limita.dicit, quòd quando est dubiū inter Docto. an aliquid ualeat de iure in præiudicium ecclesiæ,valet consuetudo,quæ obseruat opinionem contra ecclesiam allegat Panormi.post Ioan.Andr.in d.cap.at si clerici.& se refert ad per eum dicta ibi. in secundo notabi. in 3. fallen.
41 nam licet regulariter debeamus inhærere communi † opinioni.cap.nouimus,de verbor.significa.canonistæ,maxime Feli. & Philip.Deci.in cap.1.de constitu.& Feli.in cap.ex officii.de præscript.Iaso.in authen.nouissima.de inoffic.testamē cū aliis. quæ prædicti referunt. dicta regula fallit in pluribus casibus, de quibus per eos, & prædictam regulam cum quinque ampliationibus, & decem fallentiis, ponit plenius, quàm aliquis Ioan. de Neuisanis. in Sylua nuptiali, in quinto libro, in princi.vsque ad fin.& ibi etiam dicit,ꝙ ista regula non procedit,quando alia opinio esset cōsuetudine approbata,quia tūc tali opinioni standum esset etiam contra communem,vt dixi idem Panor.in cap.cum ad sedem in princip.de restitu.spolia. Iaso.in l.post dotem.solu.matri ff.in princ.Philip.Deci.consilio 131.in fin.Rochus ubi supra.versic tertiò limita.& versicu. 6. limita.Alex.consilio 9.in fin.in 7.volum.vbi dicit, ꝙ ab opinione,quam communis usus approbat non est recedendum per dicta iura.& per dom.Ioan.de Neuizanis. in d.Sylua nuptiali versic.limita modo.vbi latissime corroborat istam fallent ā, scilicet ꝙ communis opinio non procedit,quotiescunque alia opinio esset consuetudine approbata,quia tūc tali opinioni standum est contra communem, vt dixi, & plenissime per dom.Ioan.de Neuizanis,vbi sup. Secundò fallit dicta regula, quando aliqua possessio æstimata & allibrata, seu ascripta & appretiata & registrata in libro communis seu communitatis deueniat ad clericum uel ecclesiam ex quocunque titulo,
42 nam tūc tenetur † ecclesia penes quam est dicta possessio ad collectas soluendas per laicos imponendas sicut sui antecessores debebant.Exemplum,laici scribunt & registrant possessiones uicinorum sui loci in libro communis, seu communitatis, & æstimant seu taxant possessiones cuiuslibet uicini in certam summam, & quando imponitur collecta in dicto loco illa diuidatur inter uicinos pro solido & libra, habita consideratione bonorum,quia qui plus habet,plus soluit Si dicta possessio sic æstimata & appretiata, & registrata transit ad ecclesiam,uel clericum quocunque titulo,tenetur ecclesia, uel clericus ad collectas,quæ postea imponuntur per laicos ratione illorum bonorum.Specu.in titu.de cleri. coniug. vers.alii dicunt.in 4.parte.refert, ꝙ quidam dicunt, ꝙ si possessio erat ascripta dare pro solido & libra ad collectas, clericus ad quē peruenit dicta possessio tenetur pro ea soluere.Lucas de Pen. in l.fina.in princ.de exacto.tribu.C.lib.10. tenet istam opinionem.Guido Papa in quæstionibus Delphina.quęst.79.quęrit,
43 an clerici † debeant contribuere in subsidiis pro rebus, quas acquirunt,aut sibi ex successione obuenerant à plēbeis,qui in dictis subsidiis contribuere consueuerūt? dicit distinguendo, aut loquimur in patria, in qua fieri consueuerunt registra, & res assici illo onere,& tunc tales clerici pro dictis rebus sic obuenientibus tenentur contribuere,allegat Bart.in l.rescripto. §.fina.de muner & honori.ff.aut loquimur in aliis locis, in quibus non fiunt registra, tunc clerici ad talia non tenētur etiam pro rebus rusticalibus,ut latius per eum in dicta quæstio. Ioā. Andr.Card.Anto.Anch.Imo Panor.in c.fin.de uita & honesta cleri.referunt aliquos tenere istam opinionem, ꝙ si possessiones erant ascriptæ pro solido & libra, sicut hodie cōmuniter in prouincia Tusciæ, & tunc transeunt ad clericos cum oneribus suis.Summa Siluest.in ver.immunitas.1.quæst.5. dicit,ꝙ ista opinio non est condemnanda.Collecta in d.ca. non minus.quærit,quid si possessio est ascripta ad collectas pro solido & libra; dicit,ꝙ si talis ascriptio non est certa nec perpetua,non durat postquam uenit ad manum ecclesiæ, secus in censibus,& ueris & certis,& ordinatis.ca.tributum.11. quęst 1.cum sequen.Bart.in l.rescripto.§.fin.de mune.& hono.ff.dicit,ꝙ collectæ imponuntur personæ pro rebus,& ideò clericis non potest imponi collecta.authen. item nulla commnnitas de episc.& cler.C.Sed quærit Bar.ibi,utrum possit adhiberi re-
44 medium,ꝙ clericis † seu ecclesiis pro suis possessionibus imponatur collecta,ponit duo remedia. Primum, quòd antequā possessio perueniat ad ecclesiam, fiat statutum, quòd prædia omnium ciuium,qui sunt in comitatu sint tributaria & affecta onere tributorum pro collectis imponendis.& ita fecerūt Perusini.Secundū remedium,quòd quilibet ciuis donet omnes possessiones suas communi, & illas recipiat à communi sub tributo & censu collectarum,ut latius per Bart.ubi sup. & ibi in additio.ad Barto.refero Barto.infrà in sexta fallen. ibi vide. Communis opinio est contra dictam fallentiam. Specul. in titul.de cleri.coniug.uer.ad huius.quærit,si ad clericum ex patris uel alicuius laici successione uel aliter peruenit aliqua
45 res,ex qua pater uel alius laicus dabat collectam,an † clericus dabit eandem collectam pro eadem possessione.Specu.argu. primo, quòd non, & post quòd sic,allegat iura pro & contra,& refert quosdam dicentes, quòd si illa possessio erat ascripta dare pro solido & libra ad collectas, tunc res ipsas onerata est,& cum onere transit, unde clericus, ad quem peruenit, pro ea soluere tenetur, tamen si descriptio seu æstimatio, quæ fit pro solido & libra, non sit perpetua & certa, imò mutatur & variatur, pro uarietate imminentium negotiorum, non uidetur huiusmodi onus durare postquam res

per-

Source : BIU Cujas

perũenit ad priuilegiatam perſonam, ſi autem poſſeſſio illa certum, & perpetuum cenſum vel tributum habet, illud cũ poſſeſſione tranſit & ſolui debet. Hæc Spec. ubi ſupra. Arch. in c. 1. de immu. eccle. lib. 6. dicit, ꝙ dicunt quidam, ꝙ ſi poſſeſſio acquiſita erat aſcripta dare pro ſolido, & libera ad collectas, tunc res illa onerata eſt, & cum onere tranſit, unde clericus ſ ad quem peruenit, pro ea ſoluere tenetur, ſed certè cũ deſcriptio, ſiue ſummatio, quæ fit pro ſolido, & libra non ſit perpetua & certa, imò mutatur & uariatur, pro uarietate imminentium negotiorum, ut ſæpius. factum eſt Bononiæ, non vt̃ huius onus durare poſtquàm res peruenit ad perſonã priuilegiatam, allegat Spec. ubi ſupra retuli eum, & hoc teneas, ſunt uerba Arch. ubi ſupra. Io. And. in d. c. 1. refert & ſequitur Arch. Anc. in d. c. 1, in fi. uer. quæro. poſt Io. And. refert Arch. & Io. And. & ſequitur eos. Domi. in d. c. 1. in fi. uerſ. quid ſi eccleſia. refert etiam Arch. & Io. And. & eos ſequitur. & allegat Bar. in quodam conſi. quod incipit, Punctus qõ. eſt conſ. 180. refero infra. Phil. Fran. in d. c. 1. uer. quod aũt ſi ad eccleſiam. refert prædictos, & eos ſequitur, oẽs prædicti in d. ca. 1. concludunt cum Spec. & Anc. Guido Papa. q. 381. quærit, an ipſi clerici debeant contribuere in ſubſidiis, in locis quib. cõſueuerunt eſſe regiſtra, pro rebus regiſtratis, quas ipſi acquirunt quoquo titulo, dicit, ꝙ aliàs in q. 79. tenuit, quòd ſic. inſequendo Bar. retuli ſupra in prin. iſtius fallentię, ſed poſtea aliter põderando hanc materiam credit cõtrarium, ꝙ ipſi clerici ſ nõ debent contribuere. allegat textum in c. clericis. de immun. eccle. li. 6. & l. 2. & auth. item nulla. de epi. & cle. C. & Bald. in d. l. placet. ubi reprobat Bar. & bene ſecundum eum, & dicit ulterius, quod hoc eſt de mente trium ſtatuũ patrię Delphinatus, dum in donis, quæ faciunt, excipiunt a contributione eorum clericos clericaliter uiuentes, & ſecũdum hanc opi. fuit deciſum, & determinatum per dominos de Parlamẽto, anno domini 1460. Hęc Guido ubi ſupra. Bar. con. 180. q̃rit, ſi aliqua poſſeſſio æſtimata & allibrata, ſeu appretiata in libro cõis, nunc deueniat in aliquem clericum ex quocunque titulo, an debeant ſ ſoluere collectas imponendas, ſicut ſui anteceſſores debebant? concludit Bart. dictos clericos non debere ſoluere dictas collectas ſeu gabellas, niſi in fraudem collectarum facerent poſſeſſiones in eos transferri, & hoc probat pluribus rationib. ut ibi per eum, & dicit, ꝙ iura, quæ in contrarium poſſunt allegari, loquũtur in prædiis tributariis, & oneribus merè realibus. l. 2. de mune. patrim. C. li. 10. l. fi. §. patrimoniorum. & ibi gl. de mu. & ho. ff. & c. 1. & ibi gl. de cenſi. lib. 6. ut per Bar. in d. conſi. in prin. regulę ſupra. Gundiſaluus de Montalbo. in foro Caſtellæ. in 1. parte, tit. 5. in tit. de la goarda de las coſas de la ygleſia. uerſ. item facit. tenent iſtã opinionem multis rationibus, ut ibi per eum. Bal. in l. placet. de ſacroſan. eccle. C. uer. quæro. dicit, quòd ſi res ſ quæ eſt in æſtimo communis deueniat ad eccleſiam, quòd eccleſia nõ tenetur ad collectam, niſi ad retro indictã, ad illam tenetur, quia eſt onus informatum, ut not. glo. in l. incola. ad munici. C. Bald. in titu. de pa. conſtan. uer. quid de collectis. loquitur quando poſſeſſio per eccleſiam acquiſita erat aſcripta dare pro ſolido, & libra ad collectas, & concludit, quòd collecta eſt munus patrimoniale, ut quando eſt perpetua, certa, & ordinaria ad quemcunque tranſeat etiam ad eccleſiam, trãſeũt cum onere ſuo, quando verò non eſt ordinaria, ſed ſecundũ emergentes caſus imponitur perſonis, pro reb. iſto caſu non tenetur eccleſia, quia non eſt ſubiecta dominis temporalib. ut per Bal. ibi. Bald. in l. fi. uer. ſed hic dubitatur. ſine cenſu, uel reliquis fundum comparari non poſſe. C. quærit an aliquo caſu eccleſia ſ teneatur ad collectas, dicit, quod aut prædia ſunt affecta tempore, quo ueniunt ad dominium eccleſiæ & tranſeunt cum onere ſuo. glo. in d. l. 2. aut prædia non ſunt affecta, ſed libera, tunc pro futuro tempore non teneatur eccleſia, quia nõ poſſunt laici contra eccleſias ſtatuere. authen. caſſa. de ſacroſanctis eccle. C. Paul. de Caſt. conſi. 420. in nouis. dicit, quòd eccleſia uel clerici non ſolum pro bonis eccleſiaſticis, ſed nec etiam pro bonis propriis, & patrimonialibus obuenientibus eis ex ſucceſſione propinquorum, etiam ſi erãt in æſtimo Laicorum, quantum ad collectas, quæ imponerentur, poſtquàm perueniſſent ad manus clericorum, uel ad eccleſiam, non tenentur contribuere. allegat Spec. in titulo de cleri. coniuga. & Ioan. And. poſt Archid. in d. c. 1. & Barto. in quodam conſilio. retuli eos. ſupra. Ioan. Andr. Cardi. Anto. Ancha. Imo. Panor. in c. fi. de uita & honeſtate cleric. dicunt, quòd quando onus non eſt reale, vt ſunt iſtæ deſcriptiones, quæ fiunt hodie, quia æſtimantur bona cuiuſcunque, ut ſoluant plus uel minus ſecundum impoſitionem collectæ, ad iſta onera non tenentur eccleſia nec clerici, quia non poſſunt dici, quòd hoc ſit onus annexum poſſeſſionibus, cum nõ ſit perpetuum, ſed uariabile. Secũdum prædictos, ubi ſupra, vbi latius loquuntur. Ancha. conſi. 217. tenet etiam iſtam opinionem. Barba. conſi. 1. in 3. uolum. dicit, quòd etiam ſi res eſſet allibrata in libro æſtimi, & peruenit ſine fraude ad eccleſiã, uel clericum, quòd non tenebitur eccleſia, ſ uel clericus pro re illa ſoluere, refert Bald. in dicta l. placet. & uidetur ſentire hoc Barto. in l. incola. ad municipales. ff. & allegat etiam Specula. in titu. de cleri. coniuga. & Ioan. de Ligna. in clemen. præſenti. de cenſib. & Archidia. in dicto capi. 1. de immun. eccle. lib. 6. & dicit Barba. hoc dicere Panor. conſi. 108. non reperio Panormi. hoc dicentem. Felyn. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. uerſic. ſecundo nota. dicit, quòd quando eccleſia acquirit poſſeſſionem, quæ prius erat æſtimata, ſeu allibrata in libro communis, eo ipſo dicitur eximi ab onere collectarũ, nec ad eas ſoluendas tenetur clericus, ſeu eccleſia. Allegat Barto. ita conſuluiſſe, conſi. 180. retuli ſupra. Et iſta opinio eſt tutior ſecundum Silueſt. in ſum. in uerb. immunitas. 1. quæſt. 5. licet alia non ſit condemnanda, ſecundum eum, retuli ſupra. Idem tenet Innocen. in clementi. præſenti. in fin. de cenſibus. ubi dicit, quòd ſi ad clericum peruenerunt bona patrimonialia, pro quibus a laicis ſoluebantur collectę, ſi collecta prædicta imponitur ſecundum ſummationem, quæ fit pro ſolido uel libra, & non eſt perpetua, uel certa, ſed mutatur, & uariatur, pro uariatione negotiorum imminentium, ad illa non tenetur clericus poſtquàm res deuenit ad eum, ſi autem illa bona debent certum & perpetuum tributũ uel cenſum, tunc tranſit cum onere. allegat Spec. in tit. de cleri. coniuga retuli ſupra.

46 conſi.96.quærit,an poſſeſsiones clericorum,† & eccleſiæ teneantur pro rata ſoluere cum aliis,ad hoc ut territorium eorum incendiis,& rapinis,& aliis malis non grauetur,in principio allegat iura diuina,& poſitiua,ꝙ non teneantur, tamẽ ſaluo ſaniori iudicio contrarium credit eſſe uerum,qa ſentiunt commodum,ut latius ibi per eum, & ibi etiam expreſsè tenet in reparatione uiarum & pontium, per dictam l.ad inſtructiones.Card.in d.c.non minus.uerſi.ſexto quæro.que
47 rit,an eccleſia† teneatur ad refectionem itinerum,pontium, murorum,arg.pro & contra.concludit,ꝙ in omnib.caſibus, in quibus reperitur expreſſum de iure ciuili eccleſias teneri, quòd tenetur etiam inconſulto Romano Pontifice. nec ob. c.aduerſus.quia ibi prouidetur contra grauamina extraordinaria,ideſt,quæ propter aliquod accidens per principem ſecularem imponuntur,aliàs ſi.c.aduerſus.intelligeretur generaliter de omnibus muneribus, multæ leges corrigerentur,
48 † quod non eſt ſentiendum.arg.c.eccleſia.2.de elect.ca.cum expediat.de elect.lib.6.& ex hoc putat ſtandum glo.in d.ca. non minus.in uer.releuandas, quæ dicit teneri eccleſiam ad refectionem itinerum,uel pontium, item murorum,ſi fiunt pro neceſsitate,Card.ubi ſupra.Card.in clem.j.de uita & ho
49 ne.cler.q.18.dicit, ꝙ munera† extraordinaria, alia pertinent ad pietatem,ſicut ad refectionem pontium & itinerum, & hæc ſubit eccleſia.d.l.ad inſtructionem.licet Hoſt.teneat cõtrarium in ſumma, retuli ſupra. alia pertinent ad utilitatem publicam,& hæc non ſubit eccleſia.Card.ubi ſupra. Philip. Franc.in d.c.1.de immu.eccl.lib.6.dicit, ꝙ quando onus extraordinarium tendit ad pietatem per d.l.ad inſtructiones.& ita poteſt intelligi cap.peruenit.de immu.eccle.ꝙ tenentur eccleſia & clerici.Barba.conſi.1.in 3.uolum.latè loquitur in iſta materia,& quo ad fallentiam noſtram refert Pet.de Ancha.& Cardin.& alios ibi.Anch.refert & Cardina. In deciſi. Delphina.quæſt.78.concluditur,ꝙ pro reparatione mœnio-
50 rum,& fortificatione ciuitatis eccleſia† tenetur,& plenius in addit.ad quæſtionem Delphinatus. quæſt.78. ubi diſtinguit, ꝙ ſi fiant ad ornatum ciuitatis,eccleſia non tenetur,ſed ſi ad neceſsitatem propter guerram,uel ſuſpicionem guerræ,tũc eccleſia tenetur.allegat Cyn. & Bald.in d.l. ad inſtructiones. de ſacroſan.eccl.C.tamen dicit,ibi Bald.ꝙ in huiuſmodi caſu non poteſt eccleſia compelli per iudicem ſecularem, ſed per epiſcopum.per c.1.de immu.eccl.lib.6.allegat etiam Panor.conſi.3.Hæc Cardin. ad quæſtionem Delphinatus. Philib.Dec.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu.uerſic.tertio
51 infertur.dicit,quòd ſtatutum, † quod imponit gabellam ꝑ contractu, non ligat clericum. Bald. in l.1.quæſtio. fina.de contrahen.emp.C.cum alias, quæ Deci.refert. Fallit niſi gabella imponatur pro refectione uiæ,quam currus, uel plauſtra deſtruunt, iuxta l.ad inſtructiones. de ſacroſanct. eccle. C.& ita ad gabellas,ſecundum Bald.ibi,& ac hodie hoc procedat,dubitatur,dicit Deci. ubi ſuprà. & ſe refert ad Barba. conſilio primo.libr.3.retuli ſupra. & conſilio 29. lib.quarto. Legiſtæ diffusè loquuntur in iſta fallentia,nam gloſſ.in dicta
52 l.ad inſtructiones.dicit,primò,quòd eccleſia† tenetur ſolum ad refectionem itineris publici, & alia gloſſ. ibi dicit, quòd eccleſia etiam tenetur pro pontibus de nouo faciendis, & ſic tam in nouo faciendo,quàm in reficiendo tenetur, & gl. penultima.ibi dicit,quòd ad conſtructionem murorum nõ tenetur eccleſia.per l.fina de exacto.tribu. C.libr.10.Iacob. Butrig.in dicta l.ad inſtructiones.dicit, loquendo de muris, aut muri ſunt ad ornatum, & non tenetur,aut ad neceſsitatem,pro tuitione ciuitatis,& tenetur,quia tũc eadem eſt ratio,ut in uiis & in pontib.Cyn.in d.l.ad inſtructiones. refert pro & contra.quo ad muros,quo ad uias & pontes non dubitat,

Source : BIU Cujas

bitat,quin ecclesia teneatur,quo ad muros dicit, ꝙ si publica vtilitas consisteret in defensione murorum, & publica tuitio,forte propter inimicos & uicinos tyrannos,tunc bene tenetur,quia eadem est ratio,& hoc,quando contributio fit in pecunia.Albe.de Rosa.in d.l.ad instructiones. dicit,ꝙ de iure canonico circa hoc variæ uidentur opiniones,& refert ꝙ & contra , & dicit,ꝙ retenta opinio ne illorum,qui dicunt,
53 ꝙ tenentur conferre ad prædicta opera pia, debent † cogi ad hoc per suum iudicem ecclesiasticum, & nō per secularem , ut per Inno.in d.c.non minus.& ꝙ tenentur conferre ad prę dicta opera pia,vidi seruari de facto,sunt uerba Albe. ubi supra.Io.Faber in d.l.ad instructiones.sequitur legem,quia pia sunt opera,quo ad refectiones murorum,sequitur glo.ibi,ꝙ non tenetur ecclesia,nisi imminente necessitate,quia tunc episcopus debet cōpellere eam, & quo ad instructiones,quæ sunt reparandæ,uel de nouo ædificandæ. Ioan.Faber ubi supra.Bald.in d.l.ad instructiones.sequitur text. quod ecclesia
54 teneatur ad refectionem viarum & pontium,dummodo habeat possessiones,quo ad muros ciuitatis. arg.pro & contra. concludit cum Iacob.de Butrig. ꝙ si muri fiant ad ornatum ciuitatis,ecclesia non tenetur conferre, sed si fiunt ad necessitatem,puta propter guerram, vel suspicionem guerræ , tunc ecclesia tenetur contribuere,quod verum credit,ꝙ compellantur contribuere per episcopum,& non per laicos.quid in refectione pontis,uel putei ad vsum hominum villæ , dicit, idem quod in pontibus & uiis,secūdum Spec.in tit.de censi. retuli supra.Bal.in titu.de pace constan.ver.nunquid ergo.dicit,ꝙ ecclesia non tenetur ad ea , quę fiunt causa honoris, uel ornamenti.Pau.de Cast.in l.ad instructiones. refert Bart.
55 ibi,& dicit,quòd refectio † viæ & pontis, pertinet ad totam viciniam,& si ex illa uia uel ponte,ecclesia uel minister eius habet utilitatem,propter prędia,quę ibi habet,tenetur conferre ad istas expensas,iuxta regulam,commoda qui sentis, iungas onus emolumentis: non tamen cogetur per iudicem secularem,sed per ecclesiasticum . Sed si non habet commoditatem specialem,licet per d.l.ad instructiones.possit compelli ad conferendum,quia expensa est pia, hodie per illam authen.item nulla communitas.de episco.& cleri.C.non poterit compelli,nisi de licentia papę,& idem uidetur de aliis expensis similibus,pontis uel murorum,& idē in expensis guerræ,secundum Pau.ubi supra.Saly.in d.l.ad instructiones.quo ad uias & pontes,sequitur tex.& glo.quo ad muros,sequitur Iaco.Butr.ꝙ si muri sunt ad ornatum, non tenetur ecclesia, sed ad necessitatem pro tuitione ciuitatis tenetur ecclesia. idem tenet Sal.in d.l.placet.ubi dicit,ꝙ ecclesiæ sunt immunes ab oneribus extraordinariis, nisi imposita essent pro refectione uiarum, uel murorum , uel pro defensione bonorū ipsorum.Francis.Are.in d.l.ad instructiones. concludit cum tex.& glos. scilicet,ꝙ ecclesia & clerici teneantur solum ad onus pontium,itinerum publicorum & regalium, non ergo pro itinere priuato, nisi uicinale interesset commune cū ecclesiarū tenetur cōtribuere ꝓ rata,& ꝙ ecclesia teneatur cō tribuere ad onus reficiendi putei,uel furni uicinalis , qui est in uicinia ipsius ecclesię,facit ratio naturalis,quia ipsa eccle
56 sia percipit commodum † ex ipso puteo uel itinere,ex quo ecclesia habet ibi communionem,ergo pari modo tenetur ad onus.l.secundum naturam. de reg.iur.ff. ideo si est imposita gabella pro refectione itinerum plaustrorum, ecclesia tenetur ad huiusmodi gabellam,& idem est dicendum, ꝙ ecclesiæ & clerici tenentur soluere expensas portus & pontis,quo ad muros ciuitatis.refert opiniones,& sequitur Iacob.Butr. ꝙ si muri ciuitatis fiunt ad tuitionem, & utilitatem ecclesiarum & clericorum , & sic opus istud est commune etiam cū ecclesiis & clericis, ergo ecclesia, & clerici tenentur contribuere,& dicit do. Fran. ꝙ ita ipse consuluit ciuibus Taurini, contra clerum,pro quo ultra prædicta allegat,quòd si ecclesia & clerici tenentur ad refectionem putei uicinalis , ut dictum est, ergo pari modo ad refectionem murorum ciuitatis,quia est communis necessitas,& communis utilitas, tam clericorum & ecclesiarum,& laicorum, secus si muri ciuitatis fierent ad pompam,uel propter pulchritudinem,qa tunc ecclesia non tenetur,aduertendum tamen, quòd in casibus, quibus ecclesia tenetur ad refectionem, & c.ut supra dictum est , non possunt cogi per iudicem secularem , sed adeundus est episcopus,secundum Areti.ubi supra.Barthol. Cepola in tracta.de serui.rusticorum prædiorum. in rubr. de seruitute viæ.est cap.3.quæstio.25.quærit,an quilibet teneatur munire
57 uel reficere uiā † dicit,quòd duplex est uia, una publica,alia priuata.Primo casu,quando uia est publica , aut est intra ciuitatem,& quilibet debet munire iuxta domum suam.l.ædiles.de uia publica.ff. Bartol.in l.qui Bithiniam. de munerib. conce.C.lib.10.& nullum genus hominum excusatur ab isto onere,ut ibi per Bart.nec excusatur ecclesia, per dictam l.ad instructiones.& sic nota, quòd res ecclesiæ tenentur ad refectionem uiarum publicarum,& intelligitur de ecclesia, quę habet possessiones,aliàs secus,secundum Bal.in dicta l.ad instructiones.& Cepol.ubi supra.allegat aliqua iura in contrarium,& concludit cum ista parte, scilicet quod ecclesia tenetur ad onera refectionis uiarum,& quādo uia est extra ciuitatem,benignius debet fieri refectio, & iiunctio expensæ communis imponendo collectam pro quantitate patrimonii,ut plenius per Cepol.ubi supra.Secundo casu, quādo uia est priuata, tunc ius reficiendi competit priuato, qui habet uiam,ut ibi per eum.Fulgo.in dicta l.ad instructiones. idem tenet,& dicit,communiter Doctores,ita intelligere illam legem,& approbat illam distinctionem , aut muri fiunt ex necessitate,aut ad ornatum,& dicit, ꝙ ista distinctio est humanior,& est communior,sequitur & refert plenius Barba.consilio primo.in 3.uolum.in fine.Guliel.de Cun.in l.neminem. de sacrosanct.eccle.C.idem tenet.Barba.consilio 25.in prin.
58 in 3.uolum.quęrit,an ecclesia † teneatur ad fabricam murorum ciuitatis,refert Iacob. Butrig. in d.l.ad instructiones.de sacrosan.eccle.C.quod non, quando muri sunt ad ornatum ciuitatis,sed si fuerint ad necessitatem , puta propter guerram,aut suspicionem guerrę, tunc ecclesia tenetur, idem tenet Salyc.refert Bald.in dicta l.ad instructiones.Facit authen. de mandat.principum.§.sed etiam.ibi murorum cura. Alex. de Imol.consilio 68.in principio.in 2. uolum. dicit, quòd ad onera,quæ imponuntur ratione aggeris, uiarum , pontium,
59 & reparationis fluminis, tenetur ecclesia † per d.l.ad instructiones.allegat Salyce.in dicta l.placet.& Fulgo. in dicta l. ad instructiones.Iaf.in d.l.placet.uersic.secundo not.allegat pro & contra.tenet tamen prędictam opinionem, scilicet, quòd
60 ecclesia † teneatur ad collectam, quæ imponitur propter societatem militum,quę uenit deprædando comitatum & occidendo personas, quia imponitur propter publicam necessitatem,iuxta dictum Barto.in d.l.nullus.de cursu publi.C.lib. 12.retuli supra.in princi.versi.fallit dicta regula.& idem in refectione viarum publicarum , quia communem necessitatē tangit,allegat Salyce.& aliquos alios Docto.quos supra retuli.Ioan.de Ripa in respons.lib.2.respon.20 quęrit, an clerici
61 † teneantur subire munera murorum,pontium,fontium,viarum,& his similium dicit?Ripa ubi supra. ꝙ hoc potest intelligi dupliciter. Primò,an pro bonis ecclesiæ. Secundò, pro bonis patrimonialibus, concludit in utroque casu , quod si collecta fuit imposita pro reparationibur viarum,pontium, & murorum,& similium,ecclesia & clerici tenentur,per d.l. ad instructiones.licet aliqui contra,vt infra dicam,com-
62 muniter tamen Canonistæ tenent hoc. Item etiam ecclesia † tenetur ad collectam tmpositam pro faciendis, & reficiendis muris,fossatis,foribus,& similibus,secundum Bald. consilio 246.in 3.vol.idem Bald.Refero infra cōsi.312.in 3. vol. nu.4. Guido Papa.in quęstio.Delphin.decisi.78.vbi dicit,quòd ita fuit obseruatum tempore suo,idem tenet Fir.in tracta. de gabellis.in 7.parte.& Phil.Corn.consi.72.in 4.vol.tenetur etiam conferre in gabellam plaustrorum,quæ soluitur ad portam, quia plaustra destruunt ciuitatem & viam. Bald.in titulo de pace constan.in prin. & eadem ratione tenetur ad onera imposita pro aquæductibus purgandis,vel reficiendis,secūdum Ioan.de Pla.in l.reparationem. per illum tex. de aquæductu. C.lib.11.& generaliter vbicunque tractatur de vtilitate clericorum & laicorum simul æquè principaliter,etiam clerici
63 tenentur contribuere,secundum Anch.& Anto. in d.c.non minus. inferentes ad aggeres faciendos pro arcenda inundatione aquarum,teneri etiam ecclesiasticos pro rata suorum prędiorum,quia commune periculum est,& æquè bonum , idem pro redimenda vexatione & incursione hostium. Bar. in l.nullus.de cursu publi.C. libro 10. item est dicendum cle
64 ricos † teneri ad collectam impositam pro conseruanda, uel liberanda ciuitate a pestilentia,secundum Ripam in tract.de peste . omnia ista plenius refert Ripa in d. responso 22. Item eadem ratione dicit, clericos teneri ad collectam impositā pro conseruanda vel liberanda ciuitate a pestilentia, quia talis collecta propter communem clericorum & laicorum vtilitatem imposita fuit,& quia pietatem respicit, secundum Ioannem de Ripa,vbi supra . & latius hoc per eum in tractatu de peste . & plenius , vbi refert superius dicta. dumtamen auctoritate ordinarii ecclesiastici ad talia onera cōpellātur, secundum Panor. & alios in dicto capi.non minus . Iason in d.l.placet.de sacrosanctis ecclesiis. C. Ioan. de Ripa in dicto tractatu de peste. Et Ripa in responsoriis.libro 2.cap.22.in fi.
65 dicit,quòd ecclesia † tenetur ad refectionem murorum,pontium,viarum publicarum , & ad omnia onera communem vtilitatem tam clericorum , quàm laicorum cōcernētia l.ad instructiones.de sacrosan.eccle.C.per quem tex.ita communiter concludunt Legistæ ibi,& Canonistæ in dicto capi.nō minus. Bald. consi. allegato per Ioan.de Ripa,supra consilio 246.in tertio volum.dicit, quòd in constructione pontium, viarum,murorum , vbicunque incidit necessitas, eps debet cōpellere ecclesias debito moderamine ꝓtribuere in istis, in

Source : BIU Cujas

quibus incolumitati, & publicæ saluti prouidetur, per d.l.ad constructiones. Bal. consi. 312. in 3. volum. dicit, quòd eccle-
66 sia † non est immunis a refectione murorum, nisi ciuitas vellet facere muros spontaneo motu ad ornatum, & pompam ciuitatũ, nam tunc non tenetur ecclesia contribuere, secundum Cyn. Iacobum de Are. & Iacob. Butri. in d.l.ad instructiones. facit tex. in auth. de mandatis principum. §. deinde competens. in uers. itinerum & murorum. vbi tex. ponit ista duo ut paria, scilicet in casu necessitatis. Bal. ubi supra. Phili. Corn. consi. 72. in fi. in 4. uolum. dicit quòd in ecclesiis, & clericis Doctores uariant, utrùm astringantur ad collectas pro refectione uel constructione murorũ, & distinguunt, an sunt muri ad ornatum, tunc ecclesia & clerici non tenentur, aut fiunt ob necessitatem, puta propter guerram, uel suspicionẽ guerræ, tunc ecclesia, & clerici tenentur contribuere pro refectione murorum, secundum Iaco. Butr. in d.l.ad instructiones. vbi etiam dicit, quòd ecclesia tenetur soluere gabellam de plaustris seu curribus, si gabella reuertitur in reparationẽ uiarum & pontium, quia de eius, sicut de vtilitate priuatorũ tractatur, refert Anch. in d.c. non minus. ubi tradit doctrinã generalem, retuli supra. Bertachi. de Firm. in tract. de Gabellis. q. 7. uersic. quæro etiam iuxta præmissa. Nunquid clericus
67 tenetur ad gabellas? ponit regulam, † quod non, tam iure diuino, quàm canonico, & iure Codicis, iure authenticorum, iure diuino. Genes. cap. 47. & Esdræ cap. 7. iure canonico. cap. quanquam. de censi. lib. 6. clem. 1. de immu. eccle. iure C. l. placet. & ibi Bald. & Salyc. de sacrosanct. eccl. C. de iure authen. in authen. item nulla. de episco. & cleri. C. & in corpore, & in titu. de pace constan. § nos Romanis. & ibi Bal. Bertach. ubi supra. ponit plures fallẽtias ad dictam regulam, & inter alias dicit, quòd in collectis impositis pro salariis custodũ ciuitatis, & murorum, & pro muris, uiis, & pontibus tenentur ecclesia & clerici contribuere, per d.l.ad reparationem. & Philip. Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. ponit regulam cum tribus fallentiis. Secunda fallentia est, nisi gabella imponatur pro refectione uiæ, quam currus uel plaustra destruunt, allegat Bald. in d.l.ad instructiones. & Pan. consi. 30. 1. volum. Barba consi. 1. lib. 3. & consi. 29. lib. 4. Ioan. de Platea in l.ad reparationem. de aquæductu. C. lib. 11. dicit, quòd ubi non est certum uectigal deputatum pro aquæductu reparando, tũc omnes conferre debent, etiam ecclesiæ, per illum text. Ioan. de Platea in l. fin. de quibus muneribus nemi. liceat se excus. C. lib. 10. dicit, quòd ad reparationem & constructionem necessariam murorum, põtium, uiarum, & riparum publicarum, fluminum, tenetur ecclesia, si aũt non sit necessitas, sed fiunt prædicta ad ornatum, non tenetur ecclesia, secundum Io. de Platea vbi supra. Lucas de Penna in d.l. fi. de quibus muner. C. lib. 10. in fi. dicit, quòd ad dedicationem murorum tenetur ecclesia. in §. ad hæc. in authen. de eccles. tit. & idem etiã tenet Luc. de Pen. q. 14. & 15. Ioan. Sanchon. in consuet. Turonen. ibi, quo ad refectionem uiarum, refert Bart. in l. per Bithiniam. de immu. nemi. conceden. C. lib. 10. ubi distinguit, aut est uia publica, aut priuata, & quid in ecclesia. Respondet d.
68 Ioan. Sanxon. quòd ipsa tenetur † ad refectionem itinerum & pontium, intelligit de itinere uel ponte regali, publico uel põtorio, non prouinciali, uel priuato, & quod plus est, tenetur ad expensas pontium nouiter faciendorum, secundũ Barto. & Saly. in d.l.ad instructiones. quid de murorum instructione? dicit breuiter, quòd etiam ipsa ecclesia tenetur si fiant ad tuitionem pro defensione ciuitatis, sed si ad ornatum & põpam, tunc ecclesia non tenetur, secundum Iaco. Butrig. in d.l. ad instructiones. refert Guido Pap. q. 1. & q. 78. Stephan. Bertrandi. consilio 123. in 1. uolum. quærit, an ecclesia teneatur contribuere pro refectione pontium, mœnium, seu murorum publicorum? refert opiniones hinc, & inde, tandem cõcludit, q tenentur iuxta doctrinam generalem Pet. de Anc. & ista opinio uidetur sibi æquior, non tamen debent cogi ad faciendum huiusmodi contributionem per iudicem secularem, cui non subiiciuntur, sed per iudicem ecclesiasticũ. per cap. si diligenti. cum similibus. de foro competen. ut latius p Stepha. vbi supra. Thom. Parpal. in dicta repe. l. placet. uersic. & ponatis uersic. & ad illam limitationem. & plenius uersic. ex præmissis. vbi loquitur de refectione murorum, pontium, viarum, & refectione uiæ ante domum suam, & de refectione putei in uicinia, item tenetur soluere ecclesia pro plaustris intrantibus ciuitatem, quando id, quod exigitur applicatur pro manutenendo pontem, allegat Docto. hoc tenentes. retuli supra. Idem etiam refert Summa Silue. in uerb. immunitas. 1. q. 5. nam ad ista tenentur ecclesia & clerici, sed qd
69 si clericus † uel alius uicinus recusat contribuere, dicens nolle uti illa aqua, & vult renunciare vsui aquæ, dic, q potest compelli ad contribuendam pro rata, secundum Specu. in titul. de cens. §. 1. uer. item pone. & eum refert Ias. in l. 2. de iure emphy. C. uersi. ad ista uide. Petrus Antibo. in tracta. de muneribus. in §. 3. secundæ diuisionis. uer. ordinarium. dicit, q construction portus & aquędúctus, & murorum seu mœniorum est munus ordinarium, ut ibi latè per eum. Alcia. in d.l.ad instructiones. super verb. itinerum. de sacrosanc. eccle. C. dicit,
70 q quilibet tenetur uiam † ante domum suam reficere, nõ est dubium, quin etiam ecclesia teneatur, munus enim id in rẽ est, quapropter si nullas possessiones habet, nihil põstabit. Sed
71 quid si ob uias reficiendas collecta † imponatur? Barto. & quidam alii dicunt, non teneri. argum. authen. item nulla. 1. de episco. & cler. C. communis opinio est in contrarium, alioqn d.l.ad instructiones. nimis coarctaretur. d. authẽ. item nulla. non procedit, quando collatio indicitur etiam uocatis clericis compellente episcopo eos, qui absque causa rationabili dissentiunt, quod huiusmodi casu obseruandum est. Hæc Alcia. ubi supra. Alfonsus de Montalbo in foro Castellæ in prima parte. tit. 5. de la guarda delas cosas dela yglesia. in gloss.
72 siempre. quærit, an clerici † compellantur contribuere cum laicis, in defensionem patriæ? argum. pro & contra. Et uidetur primò, q non. cum clerici non possint subiici alicui seculari tributo, per c. non minus. de immu. eccle. c. conuenior. 23. q. fi. c. 1. de immu. eccle. lib. 6. nam bona clericorum sunt
73 Christi vsibus deputata. Item, clerici † ad munera honesta, & extraordinaria, etiam si pertineant ad publicam utilitatẽ non tenentur, nisi in his, quæ pertinẽt ad pietatem, ut est refectio pontium, fontium, vel viarum, & similia, hæc est communis opinio Innoc. Hostien. Ioan. Andr. in dicto cap. non minus. & cum ista sint extraordinaria, quia non habent regularem præstationem, sicut sunt tributa & census, patet quòd clerici ad ea non tenentur. In contrarium facit, quod notat Ant. de Butrio. in cap. quia nonnulli. de immuni. eccle. lib. 6. vbi ponit casum, nam cum esset societas quædam gentium armorum uenire volentium super territorium causa comburendi domos, depopulandi agros, capiendi homines, animalia, & alia damna plurima committendi, Comes Senarum ut liberaret homines a dictis oppressionibus imminentibus conuenit cum illis, ut soluerẽt magnam pecunię quantitatem, vt cessarent a prædictis oppressionib. an in hoc clerici teneantur pro solido & libra conferre, ratione possessionis, sicut & laici, determinat Anto. vbi supra. q clerici tenentur, & est ratio, quia ita passi fuissent detrimentum in eorum possessionibus, sicut & cæteri. potest fundari Anto. opinio, quia vbicun
74 que collecta † habet ortũ a defensione patriæ, eo quia sic tangit clericos, sicut & laicos, omnes tenentur ad hoc naturaliter. arg. l. 2. de iusti. & iur. ff. l. 1. §. & generaliter. de uen. in poss. mit. ff. l. postliminii. § filius. de cap. & postlimin. reuer. ff. l. quidam. & l. in filiis. de decurio. ff. l uni. si curia rel. ciui. C. Prædicta corroborantur per l. ordinationis. regis Ioan. 2. cap. 1. & 2. tit. 3. lib. 1. vbi disponit, q clerici tenentur ad impositiones, quæ communes sunt omnibus, vt ad reparationem murorũ, itinerum, pontium, vel fontium, & ad emptionem terminorum, & ad expensas, quæ fiunt ad vigilandum, & conseruandam villam & eius terminos tempore necessitatis, ad ista enim talia propter defectum bonorum concilii, clerici sunt astricti cum aliis contribuere, quia hoc est commune omnibus, & opus pietatis, ut in d. ordinatione Regia, cõcordat authen. de sanctiss. epis. §. ad hoc. & l.ad instructiones. de sacros. eccle. C. idem est dicendum, ubi communis vtilitas seu necessitas prospicitur, & non suppetit facultas loci, vt in dicto capitulo non minus. & ibi glo. & Anto. vbi supra, q si clerici
75 in his non soluerint, locupletarẽtur † cum laicorum iactura. c locupletari. de reg. iur. lib. 6. Nec obstant iura supra allegata, quia intelliguntur de sordidis munerib. uel de aliis quibuscunq;, a quibus clerici sunt immunes, non tamen intelliguntur de his, quæ communia sunt omnib. vt supra dictum est de hoc per Bar. in l. rescripto. §. sciendum. de mune. & honor. ff. & per nota. in cap. fi. de vita & honesta. cler. l. vnica. de immunita. non conci. C. li. 10 & prędicta refert dom. Alfonsus vbi supra. & supradictas ordinationes refert etiam dom. Alfons in gloss. 2. l. 54. tit. 6. in 1. partita. In regno Castellæ est l. partitæ. in 3. parti. tit. 32. l. 22. vbi text. murorum, aquæductorum, fortalitiorum, & pontium refectio & cõseruatio ad Regem pertinet principaliter, sed si ciuitas, vel villa aliqđ istorum sit factura, reditus eius ad hoc deputati sunt prius expẽdendi, quibus non sufficientib. collecta per habitatores soluetur, a qua non sunt clerici immunes, nec alii cuiusuis priuilegii prętextu, hæc dicit in summa, d.l. 20. dicit ibi gloss. q concordat. l. pen. & fin. de ope. publ. ff. & habuit ortum a l. ad portus. de ope. publi. C. & l. ad instructiones. de sacrosan. ecc. C. & l. ad rem. de aquæductu. C. lib. 11. Est alia lex 52. tit. 6. primæ partitæ. quæ dicit, q non tenentur clerici ad murorum, vel fortalitiorum custodiam, nisi quando sunt a fidei inimi-
76 cis obsessi Prælati † etiam tenentur Regi seruire per se vel p alios. Hæd dicit d.l. dicit glo. ibi, q d.l. habuit originem a ca. peruenit. de immunita. eccleſiar. cum ibi notatis per Doctores, signanter per Hēricum Bohic, in prima sua distinctione. ubi concludit, q in ciuitatibus, villis, vel castris, quæ sunt in

dominio

dominio papæ, siue ecclesiæ compelluntur clerici, sicut alii ciues, & sic loquitur dictum cap. peruenit. Item in aliis ciuitatibus, uel locis, quæ non sunt in dominio ecclesiæ, nō com
77 pelluntur clerici † ad bellandum, nec ad custodiam murorū cum aliis, nisi immineat ꝓbabilis communis subitus, & improuisus timor, secundum Innocen. & Hostien. in dicto cap. peruenit. 23.q.8.c.igitur.c.sane.cum cap.seq. lo.de tur. Crem. in cap. ecclesiarum seruos. 12.q.2. & ibi plenè per Archi. Hæc glo. d.l.52. Et dicit vlterius glo. d.l.52. in uerbo, del obispo. & not. ꝙ licet in casu talis necessitatis clerici compellantur ad vigiliam & custodiam ciuitatis, non tamen possunt ad hæc compelli per brachium seculare, sed per suum Episcopum. Henr. & alii in d.c.peruenit. de immu. eccl. ca. Constantinus. 96. dist. ver. ecclesias. in fine. Est etiam l.54. in d. prima partita. tit. 6. quæ dicit, ad constructionem, uel refectionem pontiū, vel viarum clerici non excusantur, & si cōtribuere recusent, sunt ad id per episcopos, & non per alios compellendi, & ibi gloss. 2. refert ordinationes Regias, quas retuli supra. Contra dictam fallentiā, scilicet quod ecclesia & clerici non teneantur ad contributionem pontium, viarum, &c. maximè ad in-
78 structionem murorum, tenet gloss. in cap. generaliter. in verbo, collationibus. 16.q.1. quæ dicit, ꝙ nouas collationes † non nō possunt laici a clericis petere propter aliquas necessitates, per d. cap. generaliter. & cap. non minus. & non tenet l. quæ dicit, ꝙ clerici tenentur ad instructionem murorum, aliàs itinerum. l. ad instructiones. de sacrosan. eccle. C. Hæc gloss. ubi supra. Glo. in d.l. ad instructiones. quærit, an ad muros ciuitatis teneatur ecclesia contribuere? se refert ad dicta per eum in l. fi. de quib. mun. nemini liceat se excusa. C. lib. 10. tex. in d. l. fina. dicit, statuimus omni excusatione cessante nullaq; personali dignitate excepta, cū necessitas uel vtilitas imminet, nullus excusetur a constructione murorum, dicit ibi gloss. 2. vnde fortè ecclesia excusatur. per l. placet. & sic dictæ duæ gl. Ioan. & Accur. expressè loquuntur in constructione murorum, ad quam clerici non tenentur. Hostien. in summa de im-
79 mu. eccle. §. 1. ver. ego puto, tenet, ꝙ clerici, † & ecclesiæ sunt immunes a talibus refectionibus pontium & viarum, &c. etiam quamuis dicatur, ꝙ causa pietatis fiat, allegat §. primo. & §. deinde competens. in authen. de manda. princip. nec valet consuetudo in contrarium, secundum eum ibi. Collectarius in dicto capitulo non minus. in fin. super verb. ad releuandum. videlicet ad refectionem pontium, secundum glos. sed Hostien. in summa. versi. ego puto. tenet contrarium, dicens non valere consuetudinem in contrarium. & sic vult Collecta. id, quod Hostien. Ioan. And. in d. cap. non minus. in fi. gl. conferre, ibi reficiendum, idem vult. & Hostien. de hoc 16. quęstione prima. §. nouarum ibi, gloss. contra. Sed de instructione murorum loquitur & concordat Accur. in d.l. ad instructiones. & Philip. in d. cap. non minus. dixit, tales contributiones sine papæ licentia fieri non debere. ca. aduersus. infra eodem. de immuni. eccle. non uideo ꝙ l. non solum Digestorum, sed etiam Codicis, uel Authenticorum, possit cōstringere ecclesias ad talia, & vide quæ dixi, de religio. domi. c. constitutus. super glo. hoc ideo. Hæc Ioan. And. ubi supra. Ioan. And. in d.c. constitutus. de religi. domi. in glo. hoc ideo,
80 ex illa glo. notat, ꝙ si ecclesia † non soluit censum debitum, res ipsius emphyteotica incidit in commissum, sicut in priuato, allegat aliquos Docto. alii contra, ꝙ non incidit. per l. placet. de sacrosan. eccle. C. 16.q.1. cap. generaliter. & ibi glo. huic contradicit l. diuina. de exacto. tribut. C. lib. 10. ad hoc respondetur, ꝙ illa l. non habet locum secundum canones, vel intelligitur, quòd res ibi tenetur loco pignoris donec tribu-
81 tum soluatur, uel exponitur, diuina, idest, Imperialis, concludit Io. And. in d.c. constitutus. ꝙ Imperator † nihil potest statuere de rebus ecclesiæ, maximè ꝙ præiudicet ecclesię. ca. 1. 96. dist. cap. ecclesia. de constitu. per quod patet, ꝙ si d.l. diuina loquitur de ecclesia, nō tenet. Item non potest Imperator priuilegium, quod ecclesia concesserat, tollere, regu. decet. de reg. iur. libr. 6. vult ergo Ioan. And. in d. cap. constitutus. ꝙ d.ll. quę dicunt, clericos, & ecclesias tèneri ad contribuendū in reparatione pontium, murorum, &c. non possunt cōstringere ecclesias ad talia. Calder. consi. 2. in titu. de censi. uersic. quandoque fit contributio propter constructionem itine-
82 rum. ibi quęrit, an ecclesia † teneatur ad refectionem pontiū, uiarum, & murorum ciuitatis. arg. primò ꝙ sic, per dictam l. ad instructiones. & in authen. de eccle. titu. §. ad hæc. collatio. 9. & hoc uidetur uelle gloss. saltem ad pontes & itinera. in d.c. non minus. in gloss. pen. de muris non loquitur. argum. secundo, ꝙ non tenetur ad muros ciuitatis, per gloss. in d.l. ad instructiones. retuli supra. facit l. fin. de excusa. mune. ff. Idem tenet Guliel. in l. neminem. de sacrosan. eccle. C. & idem tenet glo. in d.l. fi. de quibus mune. C. lib. 10. retuli supra. quæ loquitur de constructione murorum, allegat etiam glo. in d. §. nouas. c. generaliter. 16.q.j. retuli supra. Ecclesia non tenetur ad extraordinarium munus. cap. placet. 16.q.1. munus extra-

83 ordinarium, † munus est, quod casu accidit, dicit vlterius Calder. in d. consi. 2. in fi. ꝙ ad prędicta in puncto posita non tenetur ecclesia, nec ipsius prælati, ratio, quia leges, nedum Digestorum, sed & Codicis, vel Authenticorum, ecclesias & ipsarum ministros arctare non potuerunt, cum Imperator super illis statuere non possit, nisi per papam sit approbatum. c. ecclesia. de constitu. cap. bene quidem. 96. distin. cum autem illæ leges non sint approbatę per Papam, ecclesiā non ligant, si ergo esset tanta necessitas uel pietas, quę suaderet ad prædictam contributionem fieri per clerum, consulendus est primo Rom. ponti. ut in d.c. non minus. c. aduersus. secundum Ioan. And. retuli supra. Hæc Cald. in d. consi. 2. de censi. Bart. in d.l. ad instructiones. quęrit, cum glo. ibi, utrum teneantur conferre ecclesię ad faciendos muros ciuitatis, gloss. dicit, ꝙ non, retuli glo. supra. nam glo. ibi, in meo codice refert se ad l. fina. de quibus mune. C. lib. 10. retuli supra. quęrit, Bart. in d. l. ad instructiones. an hodie ista lex sit correcta per authenti. item nulla communitas. de episco. & cler. C. Aduerte dicit
84 Bar. uos debetis scire, ꝙ refectio † uię quandoq; est onus reale, nam quilibet debet reficere uiam ante domum suam. l. fi. de uia publi. ff. tunc pertinet ad ecclesiam, quandoq; est onus quod imponitur personæ pro rebus, ut pro faciendo uiam, vel pontem, & tunc non potest imponi ecclesiis. per d. auth. item nulla. unde ecclesia non debet soluere, nisi essent prędia tributaria. Hęc Bar. in d.l. ad instructiones. Bar. in l. rescripto. de mune. & hono. ff. sensit, ꝙ facultates ecclesiasticę nō sunt subditę instaurationi mundanæ. Panor. in d.c. non minus. in fi. uersi. ego in hac ciuitate Senarum. dicit, ꝙ habuit hāc quęstionem de facto tangentem monasterium montis Oliueti. & in consil. 3. idem Panor. in 1. uolu. refert casum, super quo consilium fuit ab ipso petitum, & consultum, nam quidam dominus ad petitionem quorundam subditorum decreuit ædificare, seu construi & ędificari facere muros in quadam villa posita in suo territorio pro tuitione hominum ibidem habitantium, & habitare uolentium, ut tutius possint ibidē degere propter hostiles incursus, & quia dictum monasteriū habebat ibi certas possessiones & domos, quæ coluntur per homines dictæ villæ, instat dominus ad petitionem inhabitantium in dicta villa, quatenus monasterium debeat pro rata contribuere ad sumptus fiendos in ædificatione dictorū murorum, resistit monasterium, allegans immunitatem ecclesiasticam, diuino iure & humano concessam, quid iuris. Panor. in d consi. 3. in 1. vol. arg. pro & contra. & pro parte af-
85 firmatiua, scilicet quòd clerici † teneantur ad contributionem, adducit tres text. scilicet c. peruenit. de immu. eccl. & d.l. ad instructiones. & d.l. ad portus. de oper. pub. C. retuli dicta iura supra. allegat & quartò rationem, quæ est, bona ecclesiarū sunt exposita pietati, & pro alendis pauperibus, & eos ab oppressionibus defendendis, & pro captiuis redimendis, pro quibus bona Ecclesiæ possunt alienari. c. aurum. c. sacrorum. 12.q.2. & ibi in summa, sed in casu nostro agitur ut pauperes ibidem degentes eripiantur, & subleuentur, aut non captiuentur, ergo ecclesiæ nō debent esse immunes ab his collationibus, seu contributionibus. & dicit Pano. in d. consi. 3. quòd istam opinionem quidam Moderni senserunt in d. ca. non minus. post gl. & ibi Hostien. Panor. in d.c. non minus. in fi. refert aliquos Docto. tenentes istam opinionem, & aliquos tenentes contra. tamen Panor. in d. consi. 3. & in d. c. nō minus. tenet contrariam opinionem, scilicet ecclesiam nō teneri ad contribuendum pro refectione seu constructione, vel reparatione murorum. Et hoc probat Panor. iuribus, rationibus, & autoritatibus Docto. Sanctorum. Primò, adducit tex. in d.c. non minus. ubi tex. loquitur de fossatis fiendis, quæ concernunt custodiam ciuitatis, & vtiiitatem publicam tam clericorum quàm laicorum, tamen deciditur, ꝙ à clericis non debet exigi aliqua contributio, imò prohibetur sub pœna anathematis, nisi Episcopus & clerici tantam necessitatem vel vtilitatē inspexerint, vt absque vlla districtione vel coactione ad releuandas communes vtilitates vel necessitates, ubi laicorum non supperunt facultates, subsidia per ecclesias æstiment cōferenda: sunt uerba tex. dicti. cap. non minus. & pondera dicit Panor. illud verbum, communes vtilitates, non enim dicit laicorum tantùm, & hoc idem verbum repetitur in d.c. aduersus. & ex hoc patet, quòd imminente necessitate clericorum & laicorum, non tenentur
86 clerici † aliquid conferre, nisi sponte velint approbante Episcopo & clericis, vbi laicorum non suppetunt facultates, & hodie per d.c. aduersus. non possunt clerici in his contribuere, nisi Rom. pont. prius consulto. Secundò, adducit Panor. tex. in auth. item nulla communitas. de episco. & cler. C. ubi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab ecclesijs exigere collectas, exactiones, angarias & perangarias, quæ omnia propter publicam vtilitatem in defensionem Reipublicæ, in qua includitur vtilitas clericorum & laicorum, exiguntur. Tertiò, ad idē faciunt c. 1. de immu. eccle. lib. 6. c. quāquam.

de

Source : BIU Cujas

de cenſi.lib.6.clemen.pręſenti.de cenſi c.fin.de vi.& honeſta. cleri.l.placet.de ſacroſanct.eccle.C.ca.generaliter. 16.q.1.l.2. de epiſco.& cleri.C. cum multis aliis iuribus, quæ retuli ſupra eodem.quæſtio.48.verſic. his præſuppoſitis,vt ibi refero omnia iura iſta,& alia,quę faciunt pro eccleſia.Quartò, mo
87 uetur Panor.vbi ſupra.hac ratione, bona eccleſiarum † ſunt deputata publico vſui ſpirituali. c.videntes. 12.q.1.c.quoniã. 16.q.1.c.ratio.de præben.d.l.placet.hinc dicit tex.in cap.nulli liceat. 12.quæſt.2.quod omne id, quod eccleſiæ conſecratur,ſiue fuerit animal, ſiue ager ſanctum ſanctorum erit domino,& ad ius pertinet ſacerdotum,non ergo debent mundano vſui & publico deſeruire, quia quod ſemel eſt dicatum Deo,ad humanos vſus amplius transferri non debet.regu.ſemel Deo.de regu.iuris.lib.6.nam ius publicum verſatur in ſacerdotibus & ſacris.capi. ius publicum.1.diſtinct.laici ergo cum ſint mundani, & principaliter habeant vtilitatem ex republica mundana, debent ſubire onera Reipublicæ mundanæ, bona verò eccleſiarum, quæ ſunt Dei,debent deſeruire Reipublicæ ſpirituali,ſimile videmus in perſonis,nam milites ſeculares militant mundo,milites verò cœleſtes militant Deo,& ſic illi in temporalibus,iſti in ſpiritualibus.cap.reprehenſibile.cap.quo auſu.23.quæſt.ult.rectè ergo dicit tex.d.c.
non minus.quòd quandiu laicorum facultates ſuppetunt,
etiam ſponte non debet eccleſia aliquid elargiri,facit clem.
88 quia contingit.de relig.domi. vbi deputata † certo vſui largitione fidelium,non debent deputari ad alios vſus,niſi auctoritate Rom.Pont.& licet aliqui intelligant tex.cap. non minus.propter verbum,ſua,q̃ loquatur de neceſſitate laicorum duntaxat,quod profectò nõ eſt verum,nam replicaſſet poſtmodum de laicis,ſed dicit de communibus,idem dicit text. in d.cap.aduerſus.ibi,dum papa dicit, quòd ſua intereſt prouidere communibus vtilitatibus,intelligit de vtilitate clericorum,& laicorum,& hanc opinionem & ſententiam tenẽt multi,quos Panormita.in dicto conſilio 3.& in dicto cap.nõ minus.refert,retuli ſupra,ante iſtam opinionem Panor. quis enim auderet,dicit Panor.ab hac opinione,ſaltim in practica recedere,maximè contra religionem, cum non modica ſit ratio,quę pro religione facit.l.ſunt perſonæ.de religio. & ſumpt.func.ff.vnde concludit Panorm. in dictis locis, quòd eccleſiæ ad hæc onera non tenentur,niſi ſeruata diſpoſitione cap.non minus.& Rom.Pont.prius conſulto iuxta ca.aduerſus.dicit tamen Panorm.in dicto cap.non minus. verſi.putarem.q̃ vbi tanta neceſſitas immineret,q̃ non poſſit ſine alio rum ſcandalo , & periculo haberi prius recurſus ad papam, tunc ſufficeret deliberatio epiſcopi & clericorum.Steph.Aufr.in repe.cle.1.de offi.ord.in 25.fallentia ſecundæ regulæ,in fin.ſequitur Panor.Non obſtant ſuperius in contrarium allegata,ideſt non obſtat.cap.peruenit,habet enim varios intellectus,primò loquitur in terris in temporalibus eccleſiæ ſubiectis.Secundò,tempore illius cap.imminebat timor ſubitaneus & improuiſus,vt ibi notat Innoc. Item ille tex.non loquitur de fructibus & bonis deſtruendis, ſed de quadam cuſtodia ad neceſſariam tuitionem ciuitatis,ut latius per Pan. in d.conſi.3.in fi.& in d.c.non minus . Non obſtat.l.ad inſtructiones.& l.portus.& alia iura ſimilia,nam dictæ leges,non tenent,quò ad eccleſiam,cum ſpecifice non reperiantur approbatæ per eccleſiam,imò potius reprobatæ,per d.c.nõ minus. ſaltem quo ad effectum,ſecundum Pan.in d.cap.non minus. item l.portus.non loquitur in eccleſia, vt voluit gl. in d.l.ad inſtructiones. Pan.in d.conſi.3. vbi etiam reſpondet ad illam l.aliter. Non obſtat quartum motiuum, quia licet pro redimendis captiuis,vel pauperib. alendis, bona eccleſiæ poſſint ſubtrahi,ſecus eſt in caſu noſtro,vbi eccleſiæ nulla prouenit vtilitas,quia dominus caſtri recipit totum commodum, ergo qui ſentit commodum,&c.regu.qui ſentit. de reg.iur. li. 6.Item non fauetur directè pietati , & ſi prætendatur maxima neceſſitas,ſeruetur,quod habetur in d.c.non minus.cap. aduerſus.Panormita.in d.conſi.3.in fi.& in d.c.non minus.in fine.Panor.in d.cap.non minus. reſpondet ad motiuum Car. in dicto cap.non minus.retuli ſupra.Cardina. dicit Panorm.
89 q̃ lex † Imperialis, quæ eſt damnoſa eccleſiis, ſeu eccleſiaſticis,non tenet , niſi expreſsè approbetur ab eccleſia, eſt communis opinio,ſeu theorica Docto.in ca. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu.facit c.ſi in adiutorium.10.diſtin.c.fi.de reb. eccl.non alienand. ideo ll.ad inſtructiones.& l.iubemus.& l. nullus.de cur.publi.C.lib.12.cum ſimi.non tenent quò ad eccleſias,cum ſpecificè non reperiantur approbatæ, ut ſupra dixi in reſponſione ad l.ad inſtructiones.cum ſimilibus. eodẽ.
90 Item, quando lex † Imperialis generaliter diſponit, tunc ſeruanda eſt in foro canonico,ſi canon non contradicit , ſecus quando lex ſpecificè diſponit ſuper rebus & perſonis eccleſiaſticis,quia talis lex eſt nulla ex defectu poteſtatis,licet canon illam ſpecificè non approbet,ſecundum Cald.in c.1.de no.ope.nun Pan.& alij in d.c.ecclecta ſanctæ Marię,& cõtra dictam l.nullus,eſt tex.in d.ca. non minus.nam l.nullus.dicit, q̃ tempore expeditionis nullus excuſatur, nec etiam eccleſia,& uerbum,expeditionis,exponitur,ideſt caualcatæ, ideſt quando ueniunt iſtæ ſocietates ad damnificandum communitates,nam tunc eccleſia etiam tenetur . per d.l.nullus.d.ca. non minus.tenet contrarium,eo q̃ facit mentionem de expeditione,ſecundum Pan.in d.c.non minus. ideo dictũ Bar. in d.l.nullus.non procedit.Nec obſtat dictum Petri de Anch. in d.c. non minus . in eo q̃ ponderat utilitatem clericorum, & laicorum,retuli ſupra.nam dicit Pan.in d.c.non minus.in fin.q̃ aut neceſſitas uel utilitas imminens concernit utilitatẽ eccleſiarum a remotis per quandam conſequentiam , tunc tex.eſt apertus.in d.cap.non minus. q̃ eccleſia non tenetur, aut neceſſitas, uel utilitas concernit de directo principaliter utilitatem eccleſiarum & laicorum, puta praua ſocietas territorium ciuitatis incendit,deuaſtat,conſumit,in quo eccleſia habet multas poſſeſſiones , tunc eccleſia debet contribuere,ſed nõ ad ſolam deliberationem laicorum, oportet quòd clerus & populus principaliter conueniant, & deliberent ſuper hac uexatione redimenda, nec totius populi deliberatio habebit obligare clerum,nec econtra,cum agatur de utilitate vtrorumque , oportet vtrorumque conſenſum interueni-
91 re,† quia quod omnes tangit,&c.clem. 1.de cenſi. facit cap.fi. de feriis.c.1.de cenſi.vbi in concernentibus clerum & populum etiam in actu concernente animam,requirit conſenſum vtriuſque.Si tamen clerus non vellet,ſine legitima cauſa cõſentire, populus poteſt implorare officium ſuperioris eccleſiaſtici , ut compellat clerum ad conſentiendum , & contribuendum.arg.c.nullus.de iurepa. & in iſto caſu non habebit locum diſpoſitio cap.aduerſus.ut Rom.Pont.prius conſulatur,quia impenſa eſt fienda, nõ ſolum propter utilitatem publicam , ſed etiam propter utilitatem priuatam bonorum eccleſiæ,& ſic ſumus extra caſum c.aduerſus. Item ex quo laici ſunt potentes,debent ipſi hoc facere,ſ.foſſatos,ut in d.c.non minus.& muros,& alia , ſed quando facultates non ſupperet-rent,& neceſſitas vrgeret,tunc ſeruetur dictum c.non minus. & d.c.aduerſus.hęc Pan.in dictis locis,ſ.conſi.3.& in d.c.non minus.ubi latius prædicta refert.Ex ſupradictis per Panor.reſultat regula cum fallentiis.

REGVLA.

92 Eccleſia † & clerici non tenentur contribuere pro reparatione murorum & ſimilium.

Fallit primò in caſu dicti ca.non minus.iuncto d.c.aduerſus.ſ. quando non imminente neceſſitate clericorum & laicorum,& facultates laicorum non ſuppetunt, vellent clerici aliquid ſponte conferre,prius tamen conſulto Rom.Pont.p d.c non minus.c.aduerſus.Pan.in d.c.nõ minus.retuli ſupra. Fallit ſecundo,ubi tanta neceſſitas immineret, q̃ non poſſet ſine ſcandalo & periculo haberi recurſus ad Rom.Pont.tũc ſufficit deliberatio epiſcopi & cleri.Panor.in d.c.nõ minus. retuli ſupra.uerſi.unde concludit.Fallit tertiò,quando neceſſitas uel utilitas concerneret de directo,& principaliter utilitatem eccleſiarum,tunc eccleſiæ debent contribuere, non habito prius recurſu,ad Ro.Pont. & ſufficit deliberatio cleri & populi,vt dictum eſt ſupra. Fallit quartò,in onerib. quæ
93 ratione naturali incumbunt ipſis rebus,ut reficere † iter ante domum.l.1.de uia publi.& itine.publi.refectio.Barto.in d.l. ad inſtructiones .idem in purgatione putei neceſſarii totius uiciniæ in qua eſt eccleſia.Spe.in tit.de cenſi.§.nũc dicendũ. verſi.item pone,q̃ uicina.Pan.in d.c.non minus.uerſ.fateor, q̃ Italia.de immu.eccle.Lud.Ro.in l.ſi uerò.§.de uiro.in fallen.54.uerſi.22.refert tex.& Bar.ibi in l.nullus.de curſu publ.
94 C.lib.12.ubi patet,iura † prohibẽtia clericis imponi onus collectarum,nõ extendi ad caſum, in quo ineſt neceſſitas ꝓpter publicam utilitatem , quæ tueri non poteſt ſine ſubſidio clericorum aduerſus incurſus hoſtium, tunc enim eis licitè tale onus imponi poteſt,quod tamen intellige,ſi ad id acceſſerit ſuperioris autoritas,ſcilicet epiſcopi,& non aliter , ut eſt expreſſum in d.c.non minus.ad fi.de immu.eccl. ſunt uerba Ludo.Ro.ubi ſupra.vult ergo Lud.id,quod Pan.dicit. Alciatus in d.l.ad inſtructiones.de ſacroſ.ecc.C.in prin.dicit,clericos teneri pro itinere publico reficiendo, pontibusq; fabricandis, &c. retuli ſupra. quærit ulterius Alcia. nunquid pro
95 mœnibus extruendis conferent clerici, † dicit, q̃ Docto.ibi aiunt teneri , niſi ad ornatum ciuitatis tantummodo pertineant,ipſi autem muros fabricare nõ compellentur , quia id ſordidum eſt,ſed iure canonico fortè aliter dicendum,non enim omnino par ratio eſt, cum põtes & uiæ publicæ æquè principaliter deſeruiant clericis, ſicut laicis , mœnia uerò ad ciuitatis cuſtodiam ſpectant,quæ in primis laicorum ſolicitudo eſt,allegat Pan.in d.c.non minus. ſed ſi ſubit euidens neceſſitas,cui laicorum facultates pares non ſunt , clerici conſulto Rom.Pont.conferent.d.c.aduerſus.conſtituentq; laici

a certis

Source : BIU Cujas

a certis clericis quantum ab vnoquoque exigẽdum ſit, compellenturq́ue per epiſcopum abſque legitima cauſa renuentes, ut conſentiant. ꝙ ſi ex cauſa particulariter unicuique eſt vtilis, collatio indicatur. Rom. Pont. conſenſus non requiritur. Hæc Alciatus vbi ſopra. Et ſic Alci. uidetur ſequi opinionem Panor. quo ad refectionem mœniorum in duabus fallentiis, prima & tertia, quas Panormi. ponit, retuli ſupra in fine. Ange. de Clauaſio in ſumma ſua in ver. immunitas. §. 37. verſic. ſed dubitatur. de concernentibus pietatem, vt inſtructio pontium & viarum, ſimiliter in ædificatione murorum ciuitatis, vel villæ, refert aliquos Docto. tenentes, ꝙ clerici tenentur cõferre, ſed in contrarium eſt communis opinio Canoniſtarum, vt in c. fina. de vita & hone. cler. clem. præſenti. de cenſi. refert Bar. in l. reſcripto. de mune. & hono. ff. & in dicta l. placet. & gloſſ. in d. §. nouarum. 16. q. 1. Ioan. Andr. & Pano. in d. c. non minus. & quod d. l. ad inſtructiones. & aliæ leges non valent, refert in hoc Panor. quem retuli ſupra. vnde do. Ange. ubi ſupra concludit cum Panormita. ſcilicet, ꝙ clerici
96 †non teneantur ad talia munera niſi in tribus caſibus, quam regulam cum tribus caſibus poſui ſupra in fine. & iſtam regulam cum iſtis tribus fallentiis, refert dom. Ang. de verbo ad verbum, prout Panor. Silueſt. in ſua ſumma, in verb. immunitas. 1. eſt in quinta quæſtione. verb. quantum. de concernentibus autem pietatem, vbi refert de verbo ad verbum Ang. de Claua. quem retuli ſupra. ponit dictam regulam cum dictis tribus fallentiis, & ſequitur in omnibus Panorm. Arch. Flor. in ſua ſumma in 3. parte. titu. 12. cap. 3. §. 2. dicit, ꝙ ad mune-
97 ra extraordinaria, & de nouo indicta eccleſię† non tenentur. cap. placuit. 16. q. 1. nec ad ea, quæ ſubito iniunguntur, niſi reſpiciant ad pias cauſas, vt quia princeps mouet exercitum contra Sarracenos, vel quia petitur ad conſtructionem pontium, aut ad aliam conſimilem cauſam, in talibus enim ſi neceſſitas expoſcat, debent domini temporales non auctoritate propria accipere, ſed humiliter ab epiſcopis, & clericis poſtulare, & illi uiſa neceſſitate poterunt conferre. dicto cano. non minus. ſed hodie nihil conferre debent in auxiliũ Principum, niſi conſulto papa. dicto cap. aduerſus. de immu. eccl. Floren. ubi ſupra. Vide in iſta materia Ioan. Lupum in tract. de libertate eccleſ. Ad vnum aduerte, quòd iſtæ exactiones,
98 †quæ pietatem concernunt, non poſſunt fieri per iudices inferiores, niſi per principem, ſecũdum Hoſtienſ. in ſumma, de immunita. eccle. §. 1. eum refert Collecta. in cap. aduerſus. de immunita. eccl. nam in impoſitione collectarum, requiritur auctoritas principis, ſeu illius, qui non recognoſcit ſuperiorem. Petrus Iacobi in ſua Practica, in titu. de acquiſitis ab eccleſia. verſi. item qui. & ibi, an clerici teneantur ad collectas,
99 vbi dicit, quòd taliæ, †& quæcunque exactiones prohibentur fieri a laicis in rebus clericorum, & imponentes peccãt mortaliter, tanquam inobedientes, & contemptores iuris canonici prædicta fieri prohibentis, per cap. non minus. de immu. eccleſia. cap. 1. eodem titulo libro 6. clemen. uni. in fi. eodem titulo. non tamen ſunt excommunicati, niſi præmoniti noluerint deſiſtere, per dictum cap. non minus. Sed ſi epiſcopus proſpexerit neceſſitatem imminere, & eſſe communem utilitatem, puta foſſata, muri, aquæductus ciuitatis, vel municipij indigent reparatione, vel itinerum, vel pontium imminet neceſſaria, & vtilis refectio, & ſic de ſimilibus, nec facultates laicorum ſufficiunt ad illa onera ſupportanda, tunc idem epiſcopus compellet clericos ad contribuendum, cõſulto tamen prius Roman. Pontif. per capitu. aduerſus. de immunitate eccleſiarum. ut latiſſimè per dom. Petrum Iaco. in ſua Practica, refert, quòd Pariſij magiſtri in Parlamento defecerũt, quia pronuntianerunt per ſententiam, Regem eſſe potentẽ talliandi clericos ciuitatis Claramonten. & iuſſerunt eos, & malè, quia ſententia fuit nulla, ut ibi per eum. Et idem Petrus
100 in tit. de foſſatis & muris. dicit, ꝙ perſonæ†eccleſiaſticæ non tenẽtur in refectione murorum, eſt enim ſordidum munus, vt C. qui mun. præſt. l. fina. & ideo eccleſia excuſatur. l. ad inſtructiones. de ſacroſan. eccl. C. licet uideatur contra l. ad portus. de ope. publ. C. ubi dicitur, ꝙ dignitas non excuſat a munere, poteſt dici, ꝙ eccleſiaſticæ perſonæ non excuſantur propter dignitatem, ſed propter officium, quia deſeruiunt cultui diuino, ut latius per eum. Item dicit Petrus Iaco. in d. tit.
101 de foſſatis, & muris, ꝙ muri†quidam ſunt publici, quidã priuati. Priuati muri ſunt, quia priuato licitum eſt fundos ſuos, uel loca ſua murari, ambitu vallare. l. prouincias. de ædifi. priua. C. & ita licet cuilibet facere in ſuo fortalitiũ, uel muros, niſi in certis caſibus, ut ibi per eum, non inſiſto in hoc, quia non eſt materia noſtra. Muri publici ſunt, muri alicuius ciuitatis municipij, vel villæ, vt latius per eum. Dictus Petrus Iac. in tit. de refectione murorum, quærit, quis teneatur ad refectionem muri publici, refero inferius. Dicit etiam Alciatus in d. l. ad inſtructiones. in principio. iis muneribus ſubeundis obligatur eccleſia, quæ pro communi vtilitate, aut neceſſitate inducuntur, dum ſordida non ſint, qua ratione portoriũ,
102 †ſoluet quod plauſtra ducentibus impoſitum eſt, pro itinere publico reficiendo, pontibusque faciendis, quæ ut plurimũ a plauſtris uaſtantur, item vt puteus, furnus, quæ toti vicinię communis eſt inſtauretur, compellenturq́; clerici per ſuos epiſcopos, vt ſatisfaciant. Ioan. Mauri. in ſua ſolenni repetitione in materia munerum. l. vni. quo loco mulie. one. ſubire ſole. C. lib. 10. loquitur latè in materia collectarum, & munerum, & de perſonis, quæ ad ea ſoluenda tenentur, & eſt vtilis repetitio, & quo ad noſtrum propoſitum, quærit, an eccleſiaſtici teneantur contribuere, tam in concernentibus cauſam piam, quàm in concernentibus publicam vtilitatem, videlicet pontium, viarum, itinerum, reparationem aggerum ciuitatis, inſtaurationem caſtri, ædificationem mœniorum, eſt articulus dubius, in cuius reſolutionem plura Panor. refert in d. conſi. 3. in 1. volu. & in d. ca. non minus. retuli ſupra. Panor. & do. Ioan. Mauri. vbi ſupra. dicit quòd Panor. conſuluit eccleſiam non teneri ad dictam contributionem, & ꝙ iudices ſupremi Senen. ſecuti fuerunt ſuum conſilium, refert etiam, quòd Panormita. pro ſua opinione adducit text. in dicto cap. non minus. vbi text. duo requirit, ad hoc quod
103 eccleſiaſtici†contribuant in reparatione põtium, & mœniorum, &c. Primò, quòd verſetur vtilitas clericorum & laicorum. Secundò, extrema paupertas laicorum, per c. aduerſus. Tertiò requiritur, quòd conſulatur Rom. Pont. refert etiam dom. Ioan. Mauri. vbi ſupra. quòd Panor. pro ſua opinione allegat tex. in authen. nulla communitas. qua fit generalis interdictio, ne quis exigat ab eccleſiaſticis angarias, & perangarias, & collectas, cum clarum ſit, id fieri in ſubſidium, & defenſionem Reipublicæ. refert etiam Panor. adduxiſſe pro ſua opinione. c. nulli. 12. quæſtio. 2. & clemen. contingit. de relig. domi. refero ſupra in opinione Panorm. & ob id Barto. in l.
104 reſcripto. de mune. & hono. ſenſit, facultates † eccleſiaſticas non eſſe ſubditas inſtaurationi mundanæ, & hac cauſa Bart. in dicta l. ad inſtructiones. dicit, d. l. quo ad iſtam conſiderationem eſſe correctam, per authen. item nulla communitas. de ſacroſan. eccle. C. refero etiam Bart. in dictis locis ſupra. His non obſtantibus do. Ioan. Mauri. ubi ſupra, tenet contrarium, ſcilicet ad mœniorum, pontium, viarumque refectionem, ac ciuitatis neceſſariam cuſtodiam adſtringendam ec-
105 cleſiam, †& probat hoc multis rationibus, & iurib. Primò, probatur ratione, nam ſi quis viderit ciuitatem in tali neceſſitate, ſcilicet quòd indiget reparatione murorum, ſeu mœniorum, pontium, viarumque refectione, nonne clericus debet bene conſulere ciuitati, & in eius augmento inuigilare, vt hoſtes repellantur, & ciuitas remaneat libera ab incurſationibus improborum, & deprædationibus graſſatorum, ſaluæque ſint facultates ciuium, nam cum agatur de vtilitate ciuitatis, & clerici, fateantur ſe eſſe incolas & ciues, quare, cũ eorum ventiletur commodum, nec talium aliàs ſaluæ manerent poſſeſſiones, non petitur ab eis ſubſidium? Secundò, fa-
106 cit illa naturalis ratio, quæ eſt, defendere patriam, nam†omnes tam clerici, quàm laici ad hoc tenentur. per l. 1. de iur. natu. gent. & ciuili. ff. quid enim æquius, Chriſtianiusve ipſe ſis iudicaturus, quàm ſi urbi auxilium imploranti adſis, & è diuerſo, quid inhumanius ſi neceſſitate aliqua oppreſſæ deſis. Tertiò, in caſu noſtro non ſolum adeſt defenſio patriæ, imò quorumuis in ea degentiũ negotium agitur, de quorum numero ſunt affines eccleſiaſticorum, parentes, amici, quorum ſi indefenſa deſererentur mœnia, id eſſet in ſupremam perniciem talium, nam curandum eſt, ut piè in parentes a nobis agatur, nam ſi tali remedio nõ occurratur, eccleſiaſticorum affinibus ſiniſtrè accideret, qua ratione ad id non tenerẽtur pro ſummo in ſuos pietatis affectu. Quartò, vulgariſſimo iu
107 re cauetur, eum grauandum, †quem vtilitatis tenet ratio, nã in hac re perſonis clericorum, ac rebus talis reparatione męniorum conſulitur, quinimo ab his tributum hac cauſa Cæſari præſtatur, vt paci & quieti locus ſit. c. tributum. 11. quæſt. 1. cum ergo ratio finalis iſtius cauſæ eſt, quies, quia ad id nulla alia cauſa indicitur, quàm vt maliuolis occurratur hoſtib. & militares talium propulſentur impetus. Quintò, eſt tex. in d. l. ad inſtructiones. de ſacroſanc. eccle. C. qua diſponitur, ad itinerum, pontium inſtructionem, diuinas domos, venerabilesque eccleſias aſtringi, nam cum hoc munus indicatur ratione communis vtilitatis, qua ratione eccleſia non erit aſtricta ad contribuendum? Sextò, per text. in l. iubemus nullam. de ſacroſan. eccle. C. vbi tex. publica utilitas omnem dignitatis titulum, religionis intuitum, ac cuiuſuis perſonæ prærogatiuam de medio ſubducis. Septimò, ad idem text. in l. nullus. 1. de decu. C. lib. 10. ubi tex. ꝙ nullus qualibet prærogatiua fultus a debitis muneribus habeatur immunis. Octauo, ad idem tex. in c. peruenit. de immu. eccl. vbi tex. ꝙ tempore neceſſitatis eccleſiæ, & clerici tenentur ad cuſtodiã ciuitatis, & patriæ defenſionem. Et Pan. in d. c. non minus. tenet, ꝙ ec-
108 cleſia † tenetur ad reparationem itineris ante eccleſiam exiſtentis. iuxta l. 1. de itine. actuque priua. ꝙ ad putei uicini expurgatio-

Source : BIU Cujas

purgationem eadem l.extenditur.qua ergo ratione ad mœ
niorum inſtaurationem eccleſia non debet aſtringi ? Item ſi
309 eccleſiæ † tenetur contribuere pro itinere publico reficien-
do,pontibusque faciendis, vt dicit Alberi. in d. l. ad inſtru-
ctiones. retuli ſuprà dicens, ſubeſſe diuerſam rationem in
mœnibus,quærit Mauri.vbi ſuprà.quid ſi adferatur defenſio
patriæ ac ciuitatis in medium,nonne pp defenſionem rece-
dimus à cõibus iuris regulis,cum in eo caſu patris & filij ſit
110 excuſabile homicidiũ † l.minimè.de relig.& ſumpti.fune.ff.
quo caſu ẽt relegatus, qui iuxta formam ſtatuti põt offendi
ſeu occidi,non perdit ea,quæ ſunt iuris gentium cõia omni
bus,vt eſt defenſio. vnde ſi neceſſitatem dederis, põt ſe de-
fendere,ſecundum Bart. in l.admiſſione. de capi. diminu.ff.
vnde ſi neceſſaria belli tempeſtate eccleſiaſtici fungantur
muneribus perſonalibus,quæ rõne non erunt alligati immi-
nente reparatione mœniorum , cùm reparatione mœniorũ
occurratur mille periculis,cum aliàs pupillorum, viduarum,
aliarumve perſonarum miſerabilium non ſint ſaluæ extitu-
ræ facultates; cum præcipua vigilantia debeat eſſe in perſo-
nis eccleſiaſticis,circa dictas perſonas,& earum facultates.c.
111 fi.de poſtulatio. & perſonæ † eccleſiaſticę attentiſſimo ani-
mo debet curare,ne vicino proximo inferatur contumelia,
c.delicto.de ſenten.excom. lib. 6. & dicit, cãtam euidentis
112 neceſſitatis non eſt priuilegium † eccleſiaſticorum conſide
rabile,p neceſſitati,& l.ſupponatur.l.1.de offic. conſul.ff.cũ
113 ẽt meri & miſti imperij cauſæ , † quæ non poſſunt ſubdele-
gari,tñ ſi adfuerit neceſſitas, poſſunt ſubdelegari.l.1. de offi.
eius cui manda.eſt iuriſd.ff.cùm ẽt neceſſario leges accedãt
furto.gl.& Dec.in l.2.§.cum in ea.ad l. Rhod. de iactu.ff.per
114 Canon.in c.1.de empt.& vend.cum ẽt illicitum † cernimus
neceſſitate fieri approbatiſſimum.l.diuus.de petitio. hæred.
ff.Barba.in c.1.de pig.Fel.in c.cum acceſſiſſent. de conſtitu.
& in c.ſignificauit.de iudic.facit l. ceſſat. de publica.ff.vt uel
in hac cã inexpugnabilium parcarum mater frangatur ne-
ceſſitas,quę vel ferrea ſaxea,necnon adamantina depingua-
tur,vt iure neceſſarijs accedendum actibus lex duxerit.per c.
quantũ.de conſuetu.Roma.in l.ſi verò.§.de viro. ſolu.matri-
mo.ff.in 54.fallen.allegans.§.pen.verſic.neceſſitatis. in auth.
vt hi qui ob res. facit l.quæ pp neceſſitatẽ.de reg.iur. ff. hinc
115 eſt,p id quod ob neceſſitatis cãm ſtatuitur, tandiu toleran-
dum eſt quamdiu ſubeſt neceſſitas.Bart.in l.Senatus.de offi.
proconſ.ff.per quæ ſalua & ſyncera eſt manſura ſententia eo-
rum,qui pro ciuitatis ornamento nulla aſtringi via clericos
contendunt,imminente tamen belli cã clericos ſore aſtrin-
gendos ad cuſtodiam ciuitatis,quòd accidit in Dolano con
uentu eccleſiaſticorum,cui ob proximam belli Gallici ſuſpi
cionem,quo munitior &potentior Dolana vrbs fieret,fuerit
ei indictum munus pecuniarum, id potiſſimum cauſa belli-
corum tormentorum parandorum,quod ſubire eccleſiaſtici
recuſabant,ſed quam propter rationem omnem id agerent
cuncta è præcedentibus dèlibaſſe potuiſtis , vnde concludit
d.Io.Mau.ubi ſupra. p ſi in æquitatis aleam vtraque opi.refe
ratur,nonne ea ſanior & purior eſt opin.vt teneant,&ſi cano
nica & lex ciuilis in medium deducantur,legi ciuili fauet di
uina vox.vt l.fi.de præſcrip.long.tẽpo.C.canonibus ſoli gra-
uantur laici,ciuilibus verò vterque. Facit text. in l.portus.de
oper.pub.C.& l.per Bithiniam.de immu.nemi.cõce. C.imò
plus dicit d.Ioan.Mauri.in d.repet.l.vni. quo loco mul. C.li.
116 10.p † Franciſcani habentes bona in cõi tenẽtur, & poſſunt
aſtringi ad mœniorum,pontium, viarumque inſtaurationẽ,
niſi fortè tam arctum eſſet eis patrimonium, p propter vi-
ctum & alimenta nihil ex eo adeſſe poſſit , ita p ſi ad pontiũ,
viarumque tenerentur refectionem, tollerentur eis uſus ali-
mentorum,qui eſt longè fauorabilior dicta refectione mœ
niorum,vnde concludit do.Mauri p ſi tam arcta non acceſ-
ſerit ægeſtas,omnino compellendos, dummodò vtrique cõ
modè adeſſe poſſidt l.nepos Procul. de verb. ſign. ff. nec du-
bium,quin belli vrgente neceſſitate poſſet peti,cum in repa-
ratione,ſeu conſtructione mœniorum agatur de eorum vti-
litate,nec ſaluæ aliàs futuræ eſſent eorũ poſſeſſiones. Mau-
ri.vbi ſupra. Non obſtat opinio Canoniſt.ſcilicet,p l. Impe
117 ratoria † ad eccleſiarum detrimentum introduci nõ potuiſ
ſet.iuxta c.quanquam.de cenſi.lib.6.vbi tex. p ſpecificè l.ci-
uilis clericorum perſonas & res comprehendere non ualeat.
c.eccleſia.de cõſtitu.nec militat conſideratio pietatis , cùm
etiam ſi de captiuis redimendis,uel pauperibus alendis agi-
tur,nequeant clerici ad id compelli.c.aurum.12.q.2.nam qñ
de põtium,uiarum,mœniorumque inſtauratione agitur, de
bono perpetuo tam perſonarum,quàm rerum eccleſiaſtica-
rum agitur.nam ſi mœnia nõ reficerentur,nonne ſtatim ceſ-
ſante ualidiſsimo urbis propugnaculo facilis eſſet hoſtibus
inuaſio vrbis in magnum periculum & diſpendium eccle-
ſiaſticorum & aliorum. Item principale fundamentum Ca-
noniſtarum dicentium dictas leges Imperiales, quæ permit-
tunt clericos poſſe collectari pro reparatione mœniorum,
non procedere, eſt, quia contra libertatem eccleſiæ diſpo-
nunt,& ſic ſunt nullæ,dictum fundamentum non procedit,
cum dictæ leges non diſponant contra libertatem eccleſiæ,
118 nam tunc dicitur procedi contra libertatem † eccleſiæ , qñ
proceditur contra priuilegia à Deo vel Cæſare eccleſiis cõ-
ceſſa,ſecundum Innoc.in c.nouerit.de ſenten.excom.Sal.&
alij in auth.caſſa.& irrita.de ſacroſ.eccl.C.per Bar. conſ.187.
per Pan.conſ.63.in 1.vol.Barb.cõſi.31 lib.4. nam ſi prohibea
tur,ne clerici cum laicis contrahant,eſſet contra libertatem
eccleſiæ,cum & contrahẽndi promiſsio ſit de iure permiſſa.
item ſi aliquo actu clerici timidiores fiant,ẽt eſt cõtra liber
tatem.Bar.in d.aũt.Caſſa.ut qñ maior pęna imponitur cleri-
cis quam laicis, prædicti caſus omnino differũt à noſtro ca-
ſu,quid enim ſi pro męniorum refectione aliquid à clerico
petatur.eſt ne aduerſus priuilegium a Deo uel Cæſare cleri
cis conceſſum? non,quia ex hoc nõ fiunt timidiores clerici,
imò longe quam prius audaciores , nã eum uiderint męnia
reparata & tutiſsiſſia,facilius terrorem hoſtis debebunt ui-
li pendere,fruſtra ergo Panor.deducit leges non poſſe diſpo
nere in eccleſiarum diſpendium,iſto capite, quia aduerſns li
bertatem eccleſię. Nec obſtat rõ diuerſitatis Alciati, quam
facit de reparatione itinerum & pontium, ad reparationem
męniorum,nam ex præcedentibus patet, nam maior cã mili
tat in reparatione męniorum , quàm in pontium & uiarum
reparatione.Nec obſtat c.non minus.nam ille tex. facit pro
iſta opinione,nam tex.ibi dicit,p eccleſiæ ſeu perſonæ eccle
ſiaſticæ per ipſos laicos uexabantur infinitis grauaminibus,
p erat alieniſsimum ab utilitatem eorum,& ibi tex.in fi.pro
hibet,decætero talia fieri,innuens à contrario,p concurren
te eorũ cõmodo, potiſsimè ſi publica ſuadet utilitas, dẽt di
ctis collectis ſubiacere.Itẽ ẽt nõ obſtat id p Panor.ẽt dicit,p
ẽt ſi de redimẽdis captiuis uel alẽdis pauperib. agatur,nihil
eſſet cõtribuendũ ab eccleſia.allegando † c.aurũ.12.q.2. nã
119 ille text. pbat oppoſitũ,nam ille text.uult tali auro utilitate
eccleſiæ potius, quàm aliorum pauperum conſulendum eſ-
ſe.& non ſine cã,quia tunica pallio eſt propior , non tñ ex eo
infertur.p ẽt ſi eccleſiaſticæ neceſſitati locus non ſit,captiuis
non ſit aſſiſtendum, quinimo adhærẽdum, cum bona eccle
ſiarum ea lege ſint inſtituta,ut in pauperum uſus neceſſarios
impendi debeant.Vnde d.Ioan.Mauri.in d.repeti.l.uni.quo
loco mulier.C.lib.10.per ſupradicta latius per eum deducta,
tenet iſtam fallentiam contra opinionem Panorm.& Alcia.
Ecce ergo iura & rõnes & autoritates Doctorũ,qui loquun
tur de iſta quæſtione pro & cõtra,& quid iuris in tanta diuer
ſitate iurium & Doctorum,cõis opinio eſt pro iſta fallentia
contra Panor.& eius ſequaces,ſecundum Ripam,ubi ſuprà.
& iſta cõis opinio eſt æquior, ſecundum Steph.Bertran.ubi
ſuprà. Pro ampliori dilucidatione,& declaratione iſtius fal-
lentiæ,quæro primo , per quem debeat huiuſmodi conſtru-
120 ctio † & reparatio mœniorum fieri.In iſta materia conſtru
ctionis murorum,ſeu męniorum,Luc.de Pen.ponit aliquas
quæſtiones in l.fi.de qui.mune.nemi.lic.ſe excuſa. C. lib.10.
Primò quærit,qui propriè dicuntur muri ciuitatum? reſpon
det, muri ciuitatum dicuntur męnia publica , quæ per orbẽ
undique cadun.l.ut Alphęus.de uer.ſig. ff.ut latius per Luc.
ubi ſupra.in 1.q.& in 2.q.quærir,quo tpe ſit uacandum ædifi
cationi publicorum mœniorum,dicit,p omni tpe , ſiue ur-
gentibus bellis,ſiue tpe pacis,ut ibi latius per eum.ubi dicit,
121 p munitiones † ſemper ſunt in ocio tractandæ,nam tũc ma
lè quæruntur,qñ neceſſario indicuntur,ut ibi per eum. & in
l.3.de diuer.præd.C.lib.11.per eundẽ.& in 7. quæſtione quę
rit,per quem debeat huiuſmodi conſtructio , ſeu reparatio
fieri,dicit p conſtructiò de nouo aut eſt facienda ſumptu pu
blico,aut alicuius perſonæ priuatæ, primo caſu non licet ſi-
ne autoritate Principis,& intellige ſumptu publico, ideſt fi-
ſci,ſeu Reipublicæ,& in ſecundo caſu , licet, ſine autoritate
Principis.l.3 & pen. de ope. publi. ff. unde homines alicuius
ciuitatis municipij poſſunt eorum ſumptu ſine permiſſione
Principis mœnia publica de nouo ædificare,ut d.l.3.de ope.
public.ff.in prin. duntamen non fiat ad æmulationem alte-
rius,ut latius per Luc.ubi ſupra.Et idem Luc.de Pen.in d.l.
fi.de quib.muner.nemi.lice.C.li.10.in q.8.quærit,de qua, ſeu
cuius pecunia ſunt opera huiuſmodi extruẽda,& qualiter eſt
procedendum ad conſtructionem & reparationem ipſorũ
operum , dicit, p Princeps debet mandare uniuerſitati, ſeu
decurionibus,uel conſiliarijs,qui loco decurionum haben-
tur,& uicem populi repræſentant,ut no. in rub. quæ ſit lõga
conſue.C.ut hęc publicis impendijs exequantur. l. oẽs. 2.de
oper.publi.C.& ij, ſi in ciuitate eſt pecunia publica,quã ha-
bere poſſunt ciuitates,ſicut & prædia in cõi,ut l.2. de diuer.
præd.C.lib.11.debent enim in hoc oĩno derogare, quinimò
de uectigalib. publicis,& de reditib. prædiorum ciuitatum,
qui fiſco ſeu in fiſcum ſunt deferendi,ſtatutum eſt,p duę par
tes tñ fiſco pręſtentur,reliqua tertia remaneat ipſis ciuitati-
bus in poteſtate decurionum pro his mœnijs & operib. pu-
blicis

Source : BIU Cujas

blicis conſtruendis & reparãdis.l.3.de diuer.prædi.C.lib. 11. l.ne ſplendidiſſimè.de oper.publ.C.l.fi.de vectigal. ff.vbi verò in ipſa ciuitate nõ eſſet pecunia publica,ſeu bona publica,q̃ in hoc poſſit cum facultate cõuerti, debet deſcriptio fieri ſuper hoc pro virib.ſingulorũ.vt in l.oẽs.de oper. publi. ff.vt aſſignetur vnicuiq; ſeparatim,ſi cõmodè fieri põt, aliàs pluribus cõiunctim attentis viribus oĩum. in diſtributione aũt partium ipſius operis & aſſignatione hmõi, maximè dẽt attendi,ſi fieri põt, vt aſſignetur vnicuique locus contra domũ ſuam,vt per Lucam plenius vbi ſuprà. Et qñ talis deſcriptio ſeu diſtributio non põt fieri cõmodè, nec ẽ in ciuitate
122 pecunia publica, debet imponi collecta † in ipſa ciuitate, ꝑ nota.in l.1.§.quibus.& ibi gl.1.quod cuiuſque vni. ff. Lucas vbi ſupra in q.9.Et qualiter ſit imponeuda ipſa collecta? dic quòd ſecundum vires ſingulorum, vide plenius per Lucam vbi ſupra q.10.& quales vires ſunt iſtæ, quæ in hac æſtima veniunt attendendæ,Lucas ubi ſupra.q.2.dicit,ꝙ ſunt tres viriũ ſpecies,quæ in iis debent conſiderari,& æſtimari, uidelicet, corporum,animi,& facultatum,vt plenè per eum qui poteſt videri,& in ſequentibus quæſtionibus quærit,de quibus bonis imponitur collecta, latiſſimè loquitur per totam lecturã illius legis. Quo ad preſentem queſtionem,ſ. cuius pecunia
123 ſunt opera † huiuſmodi extruẽda,eſt tex.in l.3.de diuer.prẽd. urba.& ruſt.C.lib.11. ubi tex.reſtauratione mœnium publicorum tertiam portionem huius canonis, qui ex locis fundisve Reipublicæ annua preſtatione confertur, certum eſt ſatis poſſe ſufficere.Ad idem tex.in l.ne ſplendidiſſimè.de ope. publi.C.ubi tex.ad refectionem publicorum mœnium de reditib. fundorum iuris Reipublicæ,tertiam partem princeps deputat.Facit l.1.de uectig.C.ubi tex.ꝙ de uectigalibus,quæ ad ſacrum patrimonium pertinent,tertia pars dedicatur ciuitati,Lucas de Penna in d.l.3.de diuer.preſ.C.libro 11. dicit,ꝙ quẽdam ciuitates habent prędia, ex quibus tenentur annis ſingulis preſtare fiſco nomine tributi certum quid,& vult imperator, ut tertia pars ipſius tributi reparationi mẽniorum ipſorum impendatur.& dicit ibi Lucas de Penna. ꝙ d.l.fin.de uectigalib. Imperator ſolum excipit uectigal, quod ſibi debent prouinciales, ſeu ciues occaſione aliquorum prædiorum,quę ſunt de patrimonio ſuo. Cætera uerò diſpendia, & onera,quę ipſæ ciuitates ſoluunt fiſco diuidenda ſunt,& alię partes ſunt fiſci,tertia pars debet remanere in ipſa ciuitate.dicit ulterius, ꝙ iuſtè poteſt peti ex parte ciuitatis pro reparatione mœniorum, tertia pars generalis ſubuentionis, q̃ ſingulis annis imponitur ipſi ciuitati per principem. Io. de Platea,in d.l.3.de diuer.preſ.tenet,ꝙ cum d.l.concordant.l.fin. de vecti.ff.l.ne ſplendidiſſimè.de oper.publ.C.& §.iubemus. in authen.de colla.& dicit,ꝙ iſta l.malè ſeruatur ſecundum conſuetudinem,vt tertia pars prouentuum, quos recipit Imperator de qualibet ciuitate reſeruetur in refectione murorum.Odofr.in d.l.3.dicit,ꝙ tertia pars dicti canonis poteſt expendi in dicta refectione, per d.l.& non ultra, quia ſatis debet ſufficere ad huius refectionem. Concluſio prędictorum eſt,ꝙ Rex,cuius eſt ciuitas,de reditibus,ſeu ſubuentionibus, quę quolibet anno per dictam ciuitatem ſoluuntur Regi,dabit tertiam partem pro reparatione ſeu conſtructione murorum dictæ ciuitatis, & ſi iſta tertia pars non ſufficit, ſupplebitur de pecunia publica, ſeu bonis publicis ipſius ciuitatis, ſi ea habet,& ſi non habet talia bona,uel ſi habet, & non ſufficiant,tunc debet imponi collecta in ipſa ciuitate.Fallit,ſi cõſuetudo ſit in contrarium,nam dictæ leges ſuperius allegatę, quæ diſponunt,de tertia parte, quam princeps debet dare ꝑ reparatione murorũ,non ſeruantur ex conſuetudine, ſecundum Ioan.de Platea in d.l.tertia.de diuer.prẽd.C.lib.11. Canoniſtæ etiam tractant iſtam materiam, quo ad fabricam eccleſiæ,& etiam deducunt dictas leges ſuperius allegatas in c. 1.& in c.de iis.de eccl.ædifi.& Aufre.in deciſio.capel.Tholoſa.q.409.& plenius in repeti.clem.1.de offic.ord. in fallen.26. idem eſſ.& per Pan.in diſputatione Sempronius.q.6.& Ioan. de Ripa in reſponſoriis.2.lib. c.22.uide in apoſtil.ca. de his. de eccl.ædifi. Gundiſaluus de Montalbo in foro Caſtellæ prima par.tit.5.de la guarda de las coſas dela yglеſia.in glo.ſiem
124 pre.queꝛit,an clerici † compellantur contribuere cum laicis in defenſionem patrię,arguit pro & contra. & concludit,ꝙ ſic.ſecundum Anto.de But.in c.quia nonnulli.de immu.ecc. determinat Anto.ꝙ clerici tenentur. Alber. in l.ſacra loca.§. muros aũt.de rer.diui.ff. dicit, ſi loquimur de muris reædificandis,tunc ſi ſunt reditus publici,de illis debent refici.l.nec ſplendidiſſimè.de ope.pub.C.dicit tex.ibi,ad refectionem publicorũ mœniorum princeps deputat tertiã partem redituũ fundorum Reipublicę illius ciuitatis,ſi non ſunt,tunc faciẽda eſt talia inter illos de uniuerſitate.l.omnes prouinciarum. ubi text. incolę ciuitatis debent pro rata ſui æſtimi conferre ad conſtructionem operis publici.Iò.de Amicis.conſ.99.tracta.de materia murorum,& quo ad caſum noſtrum concludit,nu.17.dicens,in ſumma dico, ꝙ murus nouus ſine authoritate principis ad tuitionem ciuitatis fieri non poteſt, vt in §.murus.l.ſacra loco.de rer.diuiſi.ff.& cum authoritate principis poteſt.& debet fieri de pecunia cõi,ſi extat,d.l.ne ſplendidiſſime.de oper.publ.C.quę loquitur ẽt in refectione,& ſi nõ eſt pecunia cõis,debet imponi talia inter ciues,ſecundũ æſtimationem bonorum cuiuslibet,nemine excepto, quamuis priuilegiato.l.omnes prouinciarum.de oper.publi.C.& hoc ſi eſt magna expenſa, ſi uerò eſt parua, refectio debet fieri per habentes terrulas, ſeu prædia iuxta muros, non dico
125 ſuper muros, † nam qui habent terrulas, ſeu ortos iuxta muros ciuitatis,non dico ſupra, tunc ex quo ſolum habent tuitionem a muris a furibus,& damnum dantibus, & ſic conſeruantur fructus eorum muris mediantibus,voluerunt iura,ꝙ ad paruam expenſam occurrentem ipſi teneantur.per l.in rebus.§.poſſunt.commoda.ff.ubi commodatarius paruas expenſas tenetur facere,in rebus commodatis,& non magnas, cum aliis iurib.ſimilibus allegatis in d.conſil.nu.9. cum ſeq. nam eſſet inconueniens,ꝙ habentes tam paruam vtilitatem, ſi murus egeret magna impenſa, ꝙ habẽtes prędia iuxta muros,ex quo tuentur eorum fructus, tenerentur ad tã magnã expenſam,cùm nec vſu,nec proprietate ſit eorum,ſed ciuitatis murus.ſecus eſt,quando domus,ſeu turres ſunt ædificatę ſuper ſolo priuato,quo caſu ſunt in uſu & proprietate priuatorum in perpetuum,adeò ꝙ poſſunt eas uendere,ut in l.turres.de oper.publi.C.tunc illi habent curam refectionis eorũ, & idem & tantò magis quando ædificatæ eſſent in ſolo publico conceſſo priuatis in perpetuum. Idem eſt dicẽdum in
126 habentib. ędificia † in muris,ſeu ſupra muros ciuitatis, ꝙ nõ teneantur,qñ eſſet magna impenſa,ſed tantum teneantur ad paruas,ex quo muri ſunt principaliter ciuitatis, licet ſeruiãt habentib.domos appodiatas,ſeu ſuper muros.vĩ hoc de mẽte Albe.in d.l.ſacra loca.§.muros.de rer.diui.ff. contrarium tenet d.Io.de Amic.in d.conſi.99.nu.14.ubi concludit,ꝙ expenſa,ſiue ſit parua,ſiue magna,ſpectat ad particulares habẽtes domos ſuper muros ciuitatis.per tex.in d.l.turres.de ope. publ.C.ut latius per d.Io. de Amicis in d.conſi.99.nu.15. Ex ſupradictis ꝑ do.Io.de Amicis d.conſ. 99.reſultant ſequẽtia. Primò,ꝙ murus nouus ſine authoritate principis ad tuitionẽciuitatis fieri non põt. Secundò,muros nouos facere, ſeu reficere murum,debet fieri de pecunia cõi, ſi extat, & ſi non eſt pecunia cõis,debet imponi talia inter ciues,ſecundũ æſtimationem bonorum cuiuslibet,nemine excepto.Tertiò,qñ expenſa murorum eſt parua, debet refectio fieri per habẽtes terrulas,ſeu prędia iuxta muros.Quartò,in habentib.domos ſeu turres ſuper muros ciuitatis, refectio murorũ ſpectat ad habentes dictas domos ſeu turres.Petrus Iaco.in ſua practica in tit.de refectione murorum.dicit circa refectionem muro
127 rum publicorũ, † credo,ꝙ ſi ſit magna neceſſitas,ut quia fortè inuaſores ſunt ibi prope,tunc quilibet priuatus poteſt occurrere,& eos ſuo ſumptu reficere.dicit ulterius,uniuerſitas uerò debet ſine dubio nouos facere,& ueteres firmius robo rare.per l.omnes prouinciarum rectores.de oper. publ. C.licet gl.ibi dicat,ꝙ auctoritate principis,uel præſidis ſit faciendum,ſed gl.& melius in l.ſacro.§.muros.de rer.diuiſio.ff. dicit,ꝙ etiam ſine auctoritate alicuius,ut latius per do. Pet.Iaco.ubi ſupra. Circa expẽſas murorum publicorum dicit do. Petrus. ꝙ tertia pars canonis,qui ex locis ſeu fundis iuris publici annua præſtatione,ſeu annui tributi confertur,cõceditur in refectione murorum publicorum.l.ſplendidiſime. de ope.publ.C.& in l.fi.de uecti.& cõmi.ff.& l.3. de diuer. præd. vrb.C.lib.11. uolunt, ꝙ tertia pars ex tributo, quod debetur principi,conceditur. Et ſi illa tertia pars non ſufficeret, tunc uniuerſitas, ſi uelit poteſt uendere cum certa ſolennitate de reb.ſuis.l.fi.de uendi. rer.ciui. C.li.11.Item ſi præſidi uideat, poterit ipſe expẽſas ludorũ publicorũ in illa refectionẽ conuertere.l.j.de expẽſ.lud.C.lib.11.Itẽ ſi tertia pars illius tributi nõ ſufficeret,nec aliàs inuenitur unde fiant expenſæ, tunc ꝑ re uniuerſitatis illi per quos res vniuerſitatis geruntur,imponũ t collectã pro uirib.ſingulorũ.l.oẽs prouinciarũ rectores. de oper.publi.C.uide plenius d.Petrũ Iaco.in dicto tit.de refectione murorum. Sed quid, ſi princeps non habet dictum tributum,uel ſi habebat,dedit vniuerſitati,tenetur princeps dare aliquid in refectione murorum loco tertię partis,quod ſolebat ibi percipere ante datam cõmunitati? Petrus Iaco. in d.rub.de refectione murorũ.uer.queſtio.cõcludit,ꝙ non, quia ad incolas pertinet muros reficere, & ipſi debent illud facere ad proprias expenſas pro uirib.ſingulorum, per l. oẽs prouinciarum rectores.de oper.publ.C.nec uideo, dicit do. Petrus,ꝙ fiſcus teneatur ad tertiam partem tributi, cum de tributo nihil percipiat, ſed ſi de medietate tributi fuit data immunitas ipſis incolis, tunc medietas tertiæ partis tributi debet uenire in refectionem murorum,ut latius per do. Petrum Iacobum ſupra.Quærit dictus Petrus Iacobi in dicto ti
128 tu.de refectione murorũ.verſ.quæro,ſed an Baro † cuius nõ eſt caſtrum,uel uilla, ſed habet in eis commodũ iuriſdictionis,

Source : BIU Cujas

nis,tenebitur aliquid dare in refectione murorum? cõcludit, ꝙ non,quia l.diſponẽte,refectio pertinet ad incolas, vt ſupra dictum eſt,ſed ſi iſte Baro habet domiciliũ in illo caſtro, vel villa,ſeu in eorum tenimento tenebitur,pro uiribus patrimonii.d.l.omnes prouinciarũ rectores.de oper.pub. C.eſt enim munus,quod imponitur perſonæ pro rebus,ut latius per eundem Petrum,ubi ſupra.retuli tex.in l.fi.de quibus mune. nemi.lic.ſe excuſ.lib.10.C.ubi tex.dicit, ꝙ omnes ciues tenentꝰ conferre ad inſtructionem murorum,per illum tex.& p tex. in l.ad portus.de ope.publ.C.retuli ſupradictos.Rebuff. in d. l fi.de quib.mune.lib.10.C.quærit in principio, quid ſi ciues dicant,expendantur,quę ſunt in cõi,antequam collecta indicatur,nunquid ſunt audiendi,dicit ꝙ ſic.l.2.de prædiis curialibus.lib.10.C.& l.ad reparationem.de aquæductu.Quærit ulterius d.Rebuf.nu.2. nunquid ad refectionem murorum te-
129 neantur contribuere illi qui habitant† in uicis,uidetur ꝙ ſic cum uicus ſit pars ciuitatis.arg.l.qui ex uico.ff.ad municip. cum aliis iuribus,dicit Rebuf.ꝙ credit dicendum, ꝙ aut refectio murorum uel conſtructio cõcernit utilitatem illorũ, qui ſunt in uico,& tunc tenentur contribuere.l.2.§.uiarum. ff.ne quid in loco publico.allegat alia iura,aut non concernit vtilitatem eorum,& tunc,aut illa ciuitas eſt ſufficiens pro illa expenſa,& tunc non tenentur,aut non,& tunc ſic,argu. noua uectigalia inſtitui non poſſe.lib.10.Codicis.& arg. l.primæ.ad l.Rhodiam de iactu.ff.& l.2.de priui.do. Aug.li.11.C. l.ne quid.ff.de incen.rui.nauf.Hæc Rebuffus ubi ſupra. & dicit idem Pet.Rebuffi in l.fi.de immu.nemi. conced.li.10. C.
130 uerſ.in gl.2.eſt tex. ꝙ munitio† aggerum uel uiarũ debet fieri expenſis pro quantitate patrimonij poſſeſſorum, dicit Rebuf.ꝙ ſi tractetur de muris uel uallis ciuitatis reparandis, habitantes intra,domos poſſidentes tenentur intra cõferre,iuxta modum iſtius.l.fi.alii autem extra ciuitatem poſſeſſiones habentes,qui ibi non habitant,nec utilitatem ex reparatione recipiunt, non tenebuntur,& ſic intelligitur l.1.§.uiarum.& §.uicinales.in fi.ff.ne quid in loco publ. ubi autem tractatur de re concernente vtilitatem omnium poſſeſſorum tam extra,quàm in ciuitate poſſidentium,ut in reparatione pontis, vel portus,tunc omnes tenentur iuxta modum.l.fi. de quib. munerib.lib.10.C.quæ ſic intelligitur, ꝙ uerum eſt ſi ſit refectio magna,ſed ſi ſit modica,tunc proximiores conferre habẽt.l.cures.C.de ope.pub.Hæc Rebuffus ubi ſupra.& idẽ Rebuff. in d.l.fi.de quibus munerib.quærit,quid ſi ciuitas vult fa-
131 cere muros,& aliquis qui moratur † extra ciuitatẽ habet in hac ciuitate domum,nunquid poterit compelli cõferre? dicit,ꝙ ratione poſſeſſionum tenetur ad talia conferre,& ſecũdum poſſeſſiones quas ibi habet.arg.d.l.fi.idem Pet.Rebuffi quęrit ulterius d.l.fi. de quibus munerib. ſi ad collectam ratione refectionis murorum uocatur quidam diues ut cõferat,& ipſe circa ſuum domicilium vult facere muros, & per hoc euitare ne conferat ad communẽ refectionem,nunquid bene dixit,dicit ꝙ non,quia expedit omnibus, quòd fiat cõmuniter,ut latius per Rebuf.ubi ſupra.Poteſt dari alia fallen.
132 & erit 20.in alcabala,† quę ſoluitur Regi per laicos,ſ.decima pars pretii de omnib.rebus,quas ipſi uendunt,& clerici & eccleſiaſticæ perſonę tenẽtur eam ſoluere. Iſtam quęſtionem. An clerici, ſeu eccleſiaſticę perſonę teneantur ſoluere Regi vectigal,ſeu alcabala, ſicut & laici,decimam.ſ.pretij de oĩb. rebus,quas ipſi clerici uendunt, ut in antiqua principis lege, & regali ordinatione continetur.In iſtis terminis quærit de iſta quęſtione Alfonſus de Montalbo in glo.l.50.prima partita tit.7.& arguit latiſſimè pro & contra. Pro parte negatiua, ꝙ non teneantur ſoluere dictam alcabalam,adducit iura & auctoritates,& pro parte affirmatiua, cum qua concludit,ſ.
133 ꝙ clerici † & eccleſiaſticę perſonę teneantur de iure ſoluere Regi dictum uectigal,ſeu alcabala, adducit plures rationes, & auctoritates,& iura,& reſpondet ad allegata in contrariũ, & remitto me ad eum,qui multum bene loquitur, & ita dicit,ꝙ fuit determinatum in conſilio ſereniſſimi domini Regis Ioannis ſecundi, & per omnes de conſilio per rationes, & iura,per do.Montalbum allegata.Et iſta alcabala, ut dictũ eſt,eſt decima pars pretij,quę ſoluitur Regi de omnibus rebus tam mobilibus,quàm immobilib.quas quis uendit,& ſiue dicatur vectigal,ſiue annona, ſiue tributum, ſiue publica functio,vel indictum,vel alio uocabulo,non perſonis,ſed rebus indicuntur,& ij tenentur,qui poſſeſſiones tenent,& fructus percipiunt,& res,ſiue fructus uendunt.l.1.l.indictiones. l.omnes.de anno.& tribu.C. non enim eſt extraordinarium munus.ſed ordinarium principis conſtitutione edictum, al-
134 cabala † aliàs dicitur publica penſitatio, quę debetur de rebus uendendis ratione generalis ordinationis,& ſolitæ præſtationis,placitęque conuentionis,tenetur ergo eccleſia, & clerici pacta ſeu conuentiones,& conſuetudines ſeruare, ut latiſſimè per dom.Montalbo.Et pro iſta opinione fuit in regno Caſtellę facta quędam ordinatio Regia per Regem dominum Henricũ 4. anno 1455.& eſt in ordinationib. Regiis in lib.6.tit.4.l.4.Poſt fuit facta alia lex,quæ eſt enel quaderno nueuo delas rentas delas alcabas y franquezas.l.3.ꝙ eccleſia, monaſterja,prelati, clerici dicti Regni Caſtellæ non ſoluant
135 alcabalam.Et non deberur alcabala, ubi nõ tenet uenditio, uel ubi non eſt perfecta,tenet Montalbus in l.3.lib.3. tit.10.fori Caſtellæ.hinc etiam dr, ꝙ gabellę non debentur ex cõtra-
136 ctibus nullis,aut inualidis,& ſtatutum † imponẽs gabellam, non intelligitur loqui,niſi in actu ualido.Cy.Bar.Bal.Sal.Iaſ. in l.fi.§.ſin autem.commu.de le.C.Bal.& Sal.in l.2.in fi.de eunuchis C.Bar.Bal.in non dubium.in prin.de legi.C.Ang.in l. Marcellus.§.res quæ.ad Treb.ff.Ludo.Ro.conſi.78.Ioan.Bertachi.in tractatu de Gabellis in tertia part.octauæ partis principa.q.15.Iaſ.in l.3.§.hęc uerba.de acq.poſſ.ff.

137 Tertium genus muneris † realis eſt,quod eſt totaliter reale, quia primum genus,ut dixi,eſt,quod imponitur perſonę tantum,nulla contemplatione rerum. Secundum genus,quod imponitur perſonæ,ſed contemplatione rerum.Tertium genus,imponitur rebus totaliter,non habito reſpectu ad perſonam,& hoc uocatur tributum,ſecundum Bart.in d.l.placet. de ſacroſ.eccl.C.Pan.in d.c.non minus. uer. uenio ad primũ.

138 Iſtud tamen tertium genus,† ſecundum Bar.in d.l.uni.de mulie.& in quo loco.C.lib.10. diuiditur in triplex genus, & ſic eſt triplicis generis.

Primum genus iſtius tertij generis eſt, quando indicitur res,quid ſit fiendum de ipſa re,exemplum, ꝙ currus ciuium accedant ad roydas,ut faciunt quotidie Forrerij, ſeu Correrij Principum, uel ꝙ naues ciuium accedant ad talem locũ, ꝙ equi ciuium accedant pro rodis, uel ꝙ ciues recipiant hoſpites,puta curiales in domo ſua,& ſic de ſingulis, hoc enim fit in ipſa re,quia diſponitur de ipſis rebus in proprietate uel uſu.Vnde dicit Io.de Platea in l.indictiones. de anno. & tri-
139 bu.C.lib.10.ꝙ munus † patrimonialium eſt duplex, unũ munus patrimoniale eſt merè reale,quod imponitur ipſi rei,indicuntur enim poſſeſſionib.& reb.& debent indici,ſecundũ modum & ſummationem ipſarum,ſi ergo imponitur,ꝙ qui libet muniat uiam publicam,eſt onus domus, & ꝙ recipiat
140 hoſpites eſt onus domus,hæc munera † ſunt patrimonialia, ſeu merè realia,quæ quilibet ſubit,etiam forẽſis & clericus, niſi eſſent ſpecialiter remiſſa,ſicut clericis,qui non tenentur recipere hoſpites.l.j.de epi.& cle.C.c.1.de immu.eccl.Aliud eſt munus patrimoniale,ſeu reale, quod imponitur perſonæ pro reb.de iſto dixi ſupra in ſecundo genere muneris realis.

Secundum genus iſtius tertij generis eſt,quando hoc munus imponitur ſuper eo quod percipitur ex ipſa re,nõ imponitur ipſi rei, ſed ſuper eo quod percipitur ex ipſa re, puta ꝙ tertia pars fructuum fundi ſoluatur principi, uel communitati,ut in l.munerum.§.patrimoniorum.de mune.& honor. ff.& dicit Bar.ibi, ꝙ a munerib. patrimonialib. nullus habet
141 excuſationem,nec Nobilis,nec Pontifex,& ſic eccleſia † non habet excuſationem per d.c.& l.iubemus nullam. de ſacroſ. eccl.C.& quę ſint munera patrimonialia,tex. in §.fi.l.reſcripto.de mune.& hono.dicit,ꝙ ſunt retributiones,q.d. tributa,quia ſunt prędia tributaria,& p gl.in rub.de anno.C.li.10.

142 Tertium genus iſtius tertij generis eſt,† quãdo imponitur ipſi rei,de eo,quod nõ percipitur ex ipſa re,nec eſt in ipſa re, ſed eſt omnino extra rem,& uenit extra rem,ut quando debeo pręſtare certam penſionem pecuniæ annuę pro ipſa re, quam pecuniam ex ipſa re non percipio,exemplum in l. hactenus.in fi.de vſufru.ff.& de impon.luc.def.l.1.C.lib.10.& in omnib.legibus tractantibus de tributo, feudo, vectigali, quod ſoluitur in pecunia.De iſtis tribus generib.iſtius tertij generis muneris realis,loquitur Bart. in d.l.uni.de mulierib. & in quo loco.lib.10.& ibi Ang.Pan.in d.c.non minus. ſumma Angeli.ſumma Silueſt.in verbo,immunitas.1.q.5.& Ange.in uer.immunitas.& Thom.Parpal.in dicta repe.l.placet. uerſi.tertium genus.

QVAESTIO. 63.

An eccleſiæ & clerici teneantur ſubire prædicta onera, ſeu munera?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia,& nullus cuiuſcunque dignitatis ſit,excuſatur a muneribus patrimonialibus.*

2 *Poſſeſſio quælibet ab antiquo eſt onerata onere ſoluendi tributum imperatori.*

3 *Eccleſia tenetur ad tributum ratione poſſeſſionis quam poſtmodum acquiſiuit.*

4 *Eccleſia tenetur contribuere ad purgationem putei toti uiciniæ neceſſarij.*

5 *Eccleſiæ pro poſſeſſionibus ad eas peruentis tenentur ſoluere tributa ad quæ ipſæ eccleſiæ antea tenebantur.*

6 *Eccleſia tenetur ad refectionem uię ante domum ſuam,& ad alia ut ibi.*

7 Munus

Source : BIU Cujas

7 *Munus quando dicatur ordinarium, & quando extraordinarium.*
8 *Munus omne quod lege aliqua iniungitur est ordinarium. & ibi de exemplis.*
9 *Munus extraordinarium quid sit.*
10 *Munus ad hoc quod sit ordinarium quid requiratur.*
11 *Munus mixtum quid sit.*
12 *Perangariæ quæ dicantur.*
13 *Ecclesia & clerici an teneantur ad munera mixta.*

1 Barto. in d.l.vni.de mulieri.& in quo loco.C.lib.10.dicit, ꝙ nemo †cuiuscunq; dignitatis existat, etiam si sit ecclesia, excusatur ab istis munerib.allegat l.fi. de exact. tribut.C.lib.10.cum aliis, hoc etiam tenet Ang.in d.l.uni.Panor.in d.c.non minus.in fi.distinguit, ꝙ aut ecclesia tenetur ad munus patrimonialia, quia possessio seu fundus perueniēs ad ecclesiam habet certum onus annexum, tunc ad illud te
2 netur, exemplum in tributis, nam quælibet possessio †ab anti quo est onerata onere soluendi tributum Imperatori, l.Im-
3 peratores.de publ.ff.c.1.in fi.de censib.ideo ecclesia †tenetur ad tributum ratione possessionis, quam postmodum acquisiuit.per dictum c.1.de censib.& ibi per Pan.& alios, idem in aliis onerib.quæ ratione naturali incumbūt ipsis rebus, ut re ficere iter ante domum.l.1.de uia publ.Bart.in d.l.ad instru-
4 ctiones.idem in purgatione putei †necessarij toti uiciniæ, in qua est ecclesia, secundum Spe.in tit.de censib.§.nunc uidendum.ad alia autem onera, quæ imponuntur rebus, secundū necessitatem accidentem, dicit ecclesiam nō teneri, quia nō potest res ad alia onerari, ideo ex quo peruenerunt ad ecclesiam eximuntur ab omni exactione, vt latius per Pan. ubi supra in c.non minus. Vnde vult Pan. ꝙ quò ad primum genus istius tertij muneris realis, ecclesia non tenetur, quò ad secū dum & tertium tenetur, postquàm possessio erat prius onerata, antequàm ad ecclesiam peruenisset, in hoc uidetur reside re Pan. sequuntur Summistæ, ubi supra. Tho. Parpa.in d.repe. l.placet.in fi.refert Bal.concludentem, ꝙ ab istis muneribus nullus excusatur, nec etiam ecclesia.& est tex.licet non allegetur per Bar.in c.magnum.11.q.1.unde si possessiones erant tributariæ, seu aliquo onere onerate, antequàm peruenissent
5 ad ecclesiam, ecclesiæ † tenentur, & dicit do. Tho.ubi supra. uer.& cogitetis.ecclesiam teneri ad tributum, nō est dubiū in duplici genere, qñ imponitur ei, quod ꝓcipitur ex fundo, puta fructib.vel imponitur ad pecuniam pro fundis, & sic ad quid extraneum a re ecclesia tenetur, & sic in secundo & ter tio generib.de quib.supra.ecclesia tenetur de tertio, intelli-
ge de primo, de quo supra retuli, do. Tho.dicit, ꝙ non repe rit decisum, qñ imponitur ipsi rei, vt ꝙ equus uel currus uel nauis uadat, &c.& Bar.in d.l.uni.& in d.l.placet.vult ecclesiā ad omne genus teneri, & quo ad hoc tertium & primum ge nus, vī text.in l.iubemus nullam.de sacrosanct.eccl.C. ubi nauis ecclesiæ non excusatur, unde Bar.& omnes dicunt, simpliciter etiam teneri ēt quo ad hoc tertium genus, est primū, qđ
5 retuli supra. Vnde ex præmissis infertur, ecclesiam †teneri ad refectionem viæ ante domum suam, pariter ad refectionem putei viciniæ, & soluere pro plaustris, & ad uias, pontes, muros, &c.retuli supra in 13.fallen.generis p̄cedentis. Vnde concluderem, primo, ꝙ quo ad primum genus istius tertii gñis, puta, ꝙ nauis, equus, uel currus vadat ad seruitium Reipublicæ, &c.dico, ꝙ si in hoc vertitur vtilitas tam clericorū, q̄ laicorum, tenetur ecclesia, seu clerici, ut latius dixi supra in 13. fallen. generis præcedentis. Quò ad secundum genus, quod imponitur super eo, qđ percipitur ex ipsa re, vt tertia pars fructuum fundi, uel plus, uel minus soluatur quolibet anno Principi. &c. tunc si talis fundus perueniat ad ecclesiam uel clericum, transit cum onere.c.1.de censi.cle.1.de censi.cum simi. Quò ad tertium genus, s.quando debetur quolibet anno certa pecunia principi rōne possessionis, si illa possessio pueniat ad clericum, uel ecclesiā, ēt tenetur, per d.ca.1.de censi. & ibi
7 Pan.& omnes cum simi. Et qñ munus †dicatur ordinariū, & qñ extraordinarium, Barba.plenè consi.1.in 3.uol. ubi refert Bar.in l.2.de iure immu.ff.vbi dicit, ꝙ collecta, q̄ imponit persona pro reb.qñ imponitur per legem generalem dī munus ordinarium.arg.l.1.de uaca.munc.C.li.10.ubi appellātur munera extraordinaria, quę imponuntur a magistratib.& nō aliter a lege imponuntur, facit l.quę in honorib.§.qui muneris. de vaca.mune.ff.ubi tangit, quid dicatur munus ordinariū. Io.Mauri.in d.l.uni.quo loco mulie.C.lib.10.dicit, ꝙ oē mu-
8 nus, † qđ lege aliqua iniungitur est ordinarium, exemplū in pontium, uiarum instructione, in reparatione itinerū publicorum, cum id munus expresse.l.imponat.l.ad instructiones. de sacrosanct.ecc.C.licet Inn.aliter. Idem in instructione portus, aquæductus, seu mœniorum, nam per l.ea munera iniungun tur.l.ad portus.de ope.pub.C.l.omnes prouinciarum. de immu.nemini conced.C.idem in decimis & primitiis, nam est munus ordinarium a lege seu canone statutū, ēt id munus, quod Reipublicæ est debitum.l.decimales omnium. de de-
9 curio.C.lib.10.Munus extraordinarium est, †quando nulla lege Senatusve consulto, seu principum indicta agnoscuntur constōne, per l.1.de uaca.publ.mune.C.li.10.& istud munus extraordinarium quandoq; nominatur, nouę collationes.l.j. de epi.& cle.C.aliquoties indebita iniuriæ cōuentionis.l.ea. de epi.& cler.C. aliqñ collationes ex improuiso indictas denominant.l.in honorib.§.qui muneris.de uaca.mune.ff.exēplum, quādo dñs nouam adeptus est militiam, aut proficiscitur trans mare, nam istis casib.& similib.subditi grauant munerib.& quia nulla lege, uel Senatusconsulto imponuntur, dicūtur extraordinaria, & licet lex istam improuisam indictionem approbet, & eam fieri posse admittat, ex eo tamen non sequitur, ꝙ sit cēsenda ordinaria, cum a certa & limitata forma sit aliena, & non est uis adhibenda in eo, ꝙ dicta collecta est approbata a lege, & ideò ordinaria esse debet, cum frustra fieret impositio, nisi præcessisset legis confirmatio, nō tamen ut inde inter ordinaria reponatur. Hæc Ioannes Mauri.
10 ubi supra. Et ad hoc, ꝙ munus †sit ordinarium non solum requiritur, ꝙ imponatur a lege, uel canone, uel statuto, seu Senatusconsulto, ut per d.l.1.cum gl.& ibi Bart.& alij. de uaca. mune.C.li.10 Sed etiam requiritur, ꝙ habeat certam annuā, & regularem præstationem, secundum Guliel.de Cun.in l.neminem.de sacrosanct.eccl.C.Cy.in l.uoluntariæ.in q.j.de executo.C.lib.10.Barth.Bellenz.in tract.de charita.subsi.q.32.nume.7.Tertium munus principale, s.mistum, quod est partim personale, partim reale.l.munerum.§.mista.de mune.& ho-
11 ff.& dicitur mistum munus, †illud, quod habet onus cū sumptu, participat enim de munere personali, quatenus habet onus annexum personę, item cum patrimoniali, seu reali, quatenus est cum sumptu, ut perangariæ, dicūtur munera mista. Bar.& Ang.in d.l.uni.Pan.in d.c.non minus, ubi dicit, ꝙ per-
12 angariæ †dicuntur, ubi opera personæ, & rerum impendium uertitur.per glo.in l.neminem.de sacrosanct.eccl.C Petrus Antibo.in d.tracta.de munerib. §.2. primæ diuisionis munerum. versi.mixta munera.dicit, ꝙ sunt illa in quibus labor & solicitudo personæ cum expensa rerum interuenit, vt C.de muner.patrimo.lib.10.in rub.& in d.l.munerum.§.mista.de mune.& honor.ff. unde ubi consistit labor personæ cum expensa rerum suarum, est munus mistum, & Pet. Antibo. in d. tracta.de mune.in 2.parte principali.in princ.dicit, quod mistū dicitur, quia fit cum mistura de personali & patrimoniali, & describitur, mistum munus est, administratio Reipublicę cū honore, uel sine, quando suo sumptu administrantis indicitur, bene dicit, Reipublicæ, nam si priuati hominis, nūquam suo sumptu curam administrat, item bene dicitur cum honore suo, vel sine.l.rescripto.§.sciendum.& l.honore.de mune.& hono.ff.item dicitur suo sumptu, quia sumptum & periculum patrimonij subit, & sic quia administrat est per hoc personale, & quia cum sumptu, est per hoc patrimoniale, iō iudicatur mistum, ut in d.§.mista. Guli. de Cun.in tracta. de mune.dicit, quòd perangaria est munus mistum, ut si dicatur alicui, vt ducat equos principis suo sumptu, tūc vocatur mistum.per l.fi.§.item mista.de munerib.& honor.ff. An au
13 tem ecclesia †& clerici teneantur ad istud munus mixtum. Panor.in d.c.non minus.uer.uenio ad tertiam. dicit, ꝙ ubi ecclesia non tenetur ad personalia nec realia, fortius nec ad ista mista.

QVAESTIO. 64.

Visum est supra in quęstione prędcedenti, quando clerici sunt exempti a muneribus & exactionibus, &c. laicorum, quæritur, an omnes clerici, tam simpliciter tonsurati, quàm coniugati, eximantur ab istis munerib.seu qui sunt illi clerici, qui eximuntur ab istis oneribus, seu muneribus?

SVMMARIVM.

1 *Clerici primæ tonsurę debent gaudere omnibus priuilegijs clericorum.*
2 *Clericus in minoribus constitutus debet gaudere omnibus priuilegijs clericorum.*
3 *Clerici non coniugati sunt exempti iure diuino & humano ab omni obsequio domini temporalis.*
4 *Statutum laicorum de compromissis necessarijs non ligat clericos, etiam in minoribus constitutos.*
5 *Clericorum appellatione ueniunt omnes clerici, etiam in sacris constituti.*
6 *Clerici primæ tonsuræ gaudent omni priuilegio clericali sicut constituti in sacris.*
7 *Constituti in ordinibus sacris sunt immunes, a muneribus.*
8 *Ecclesię collegiatę non includuntur nomine ecclesiarum parochialium.*

1 Quò ad clericos † simplices primę tonsuræ est cōcludendum, ipsos debere gaudere oībus priuilegiis clericorum

corum.per c.de persona.11.q.1.vbi tex. dicit, ꝙ appellatione clericorũ,veniunt presbyteri,diaconi,lectores,cantores,& p illũ tex.dicit Arch.Flo.in summa sua,in 3.par.ti.23.c.5.§.2.ꝙ priuilegio reali,vt in taliis,& hmõi,& ꝑsonali gaudent nõ solum constituti in sacris,ſ.subdiaconatus & supra,sed ẽt cõstituti in minorib.& ẽt psalmistatus,qui idẽ est,qđ prima tonsura.Et clericus† in minorib. cõstitutus gaudet oĩb.priuilegiis clericorũ.est tex.in c.uni.de cle.coniu.in 6.nã ibi cõiugati cũ unica, & virgine deferendo habitũ & tonsurã excludunt ab oĩbus priuilegiis clericorũ,exceptis duob.sequitur,ꝙ nõ cõiugati gaudent oĩb.priuilegiis.& ibi Do.& Phil. Fran.ponũt multa priuilegia clericorũ,& inter alia,ꝙ eximuntur ab onerib.personalib.& mistis.Card.post alios in cle.1. de vi. & ho. cle.q.17.ponit quatuordecim priuilegia,& inter alia istã exẽptionem a munerib.Dom.in c.vni.§.in cæteris.de cler.cõiu. li.6.ubi ponit ẽt dicta priuilegia. Vnde dicit Pan.ĩ c.ex parte. de cler.coniu.in prin.ꝙ a clericis† non coniu.non ꝑt dñs tpalis exigere aliqua obsequia, sunt.n. exẽpti iure diuino & humano.c.q̃q̃.de censi.li.6.gl.in c.si Imperator.96.dist.cum sim. Item,ꝙ clerici in minorib. cõstituti gaudeant priuilegijs clericorum,facit c.1.de apostа.& ibi Inn.Pan.& Io.de Ana.post alios & Ale.consi.220.in 2.uol.Item facit dictũ Bal.in c.cũ uenissent.de eo,qui mitti. in pos.Car. Ray. ubi dicit, ꝙ statutũ †laicorũ de cõpromissis necessariis non ligat clericos, ẽt in minorib.cõstitutos,& sic vult Bal. ꝙ idẽ ius ad hoc vĩ de clericis constitutis in minorib.prout vĩ de aliis,ſm Alex.consi. 220.in 2.uol.ubi refert Bal.in d.c.cum uenissent.& Phi. Dec. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.refert Bald.ubi supra. in prin.uers.& ex prædictis.Itẽ appellatione clericorũ, † ueniũt oẽs clerici ẽt in sacris constituti,d.c.personã. 11.q.1.authen. presbyteros.de sacros.eccl.C.facit tex.in cle.1.de of. ordi. & ibi Zenze.Car.& Bonifa.& oẽs,ubi plenius per Steph. Aufre. in repe.d.cle.1.de offi.or.in prin. & ibi ẽt refert 14. priuilegia clericorum,& inter ea,ꝙ non tenentur ꝑstare munera, nec personalia,nec realia.Tho.Parpa.in d.repe.l.placet.latè loquitur de ista qõne,ũ multi Docto.quos ipse allegat,non dũt,ut ipse refert.Item clerici† primæ tonsuræ gaudent omni priuilegio clericali,sicut constituti in sacris,per c.cum non ab homine.de iudi.c.clericum.11.q.1.plenè per Phi.Dec.in ca.ecclesia sanctæ Marię.vers.principaliter præmitte.& ibi Fel. de consti.Guido Papa in qõ.Delphinatus.q.383.cõcludit, ꝙ clericus primæ tonsuræ non coniugatus,non debet contribuere in dictis subsidiis,& plenius q.84.Et istam opi. ẽt tenet Io. Mauri.in d.repe.l.uni.quo loco mulier.C.li.10. nec ob. dictũ Bal.in l.2.de epi.& cle.C.ubi dicit,ꝙ cõstituti† in ordinib.sacris,sunt immunes a munerib.& per hoc ẽt potest adduci,qđ no.per c.statutum.de elec.lib.6.& ibi Io.And.ubi noĩe ecclesiarum parochialium non includuntur ecclesiæ† collegiatę, & sic vĩ dicendum,ꝙ noĩe clericorum, non ueniant simplices clerici,nam dictum Bal.non procedit,nam ex mẽte dictæ l.secundæ.colligitur oppositum,& facit dictũ Fed. de Senis. consi.9.ubi noĩe clericorũ ẽt simplices ueniunt, ut per Ioan. Mauri.latius ubi supra.Pręposi.in c.ex antiquis.54.di.in prin. dicit,ꝙ appellatione clericorum,comprehenduntur constituti in minoribus,& superiores.in c.2.21.dist.

QVAESTIO. 65.

An clerici primæ tonsurę gaudeant omnibus immunitatib. & priuilegiis,quibus constituti in sacris,& pariter an coniugati.

SVMMARIVM.

1 *Constituti in minorib. non coniugati gaudent sicut constituti in sacris.*
2 *Lex ciuilis nec consuetudo potest facere,quod clericus conueniatur de aliquo crimine coram seculari.*
3 *Statutũ laicorũ non comprehendit clericos etiam in minorib. constitutos.*
4 *Clericus ĩ minorib.cõstitutus,ut ꝑdat priuilegiũ clericale quot requirũtur.*
5 *Coniugati cum unica. & uirgine deferentes habitum & tonsuram an gaudeant priuilegio clericali.& nu.6.*
7 *Clerici coniugati soluto matrimonio reassumunt omnia priuilegia,dummodo reassumant habitum & tonsuram.*
8 *Clerici orientales coniugati an gaudeant priuilegijs clericatus.*
9 *Clerici negotiatores an sint immunes ab oneribus & collectis.*
10 *Statutum imponens gabellam pro contractu non ligat clericum.*
11 *Clerici an teneantur ad solutionem gabellarum pro rebus.*
12 *Clericus negotiator tenetur gabellam soluere.*
13 *Negotiari & mercari quomodo differant.*
14 *Clericus negotiator quis dicatur.*
15 *Contrahentes dicuntur negociari.*
16 *Clericus quo casu teneatur ad gabellam.*
17 *Clerici negotiatores tenentur seruare statutum laicorum.*
18 *Clericus negotiator ante quam perdat immunitatem, trina monitio requiritur.*

dudum,huiuſmodi enim canonica debetur,quia parochialis eccleſia accipit iniuriam,cum corpus ſui parochiani alibi ſepelitur,vt in cle.dudum.uer.verum, ſed in caſu propoſito nō ſepelitur,vbi legat,& ex illo legato nulla fit iniuria eccleſię parochiali.Item,ſi in eccleſia parochiali ſepelitur, non habebit canonicam de eo ꝙ alijs eccleſiis legatur,& ita tenet Ioā.in d. c.1.& in c.certificari,& gl.in c.ſup.alleg. Secundo quęritur, ſi aliquis leget eccleſię in qua elegit ſepulturam, ſed ibi non eſt ſepultus,ſed alibi,an eccleſia iſta cui legatur teneatur eccleſię parochiali ad canonicam,quo ad hoc eſt conſiderare tres caſus.Primò,qñ ꝓp impedimentum facti non eſt ſepultus in eccleſia vbi elegit ipſe ſepeliri , quia in alio loco remoto deceſſit.Secundò, qñ ꝓp impedimentum iur. ibi non eſt ſepultus, patet extra in cle.1.de ſepul.Tertiò, qñ eligit alibi nouā ſepulturam & primam mutauit . Quo ad primum caſum,qñ † ꝓp impedimentum facti non eſt ſepultus in loco in quo elegit ſepeliri,vide ꝙ de hoc legato debeatur canonica , quia eccleſia in qua elegit ſepulturam tenetur ad canonicam,de ſepul.c.1. & c certificari,ſed iſte ibi ſepeliri elegit , & ſic inſpicit electio ſepulturę,non aūt conſideratur actualis ſepultura.Item per talem electionem facta eſt iniuria eccleſię parochiali in qua de iure cōi debeat ſepeliri , & in recompenſatione hmōi iniurię debetur canonica,vt in d.cle.dudum.uer.uerum,& hoc tenet ibi Pau.iſtud idem tenet Inn.in d.c.in nr̄a.in gl.ſi quis. In contrarium vr̄,quia hęc duo cōiunctim conſiderantur, electio ſepulturæ,& ipſa actualis ſepultura,vt in cle.dudum.ibi,contumulandis defunctorum corporibus, ꝙ apud fratrum ipſorum eccleſias ſepeliantur,& poſt ſequitur in §.verum,ꝙ de tali legato debetur canonica,probatur hoc in ca.1.de ſepul.vbi vnuſquiſq; in ſuorum maiorum ſepulchro iacere debet, niſi ſibi alibi eligat ſepeliri,quia eius corpus ibi iacebit,& poſt ſubdit,ꝙ eccleſia in qua corpus iacet ratione illius electionis ad canonicam tenetur eccleſię parochiali. Item eccleſia † parochialis non recipit iniuriam ex ſola electione ſepulturæ,ſed ex ipſa ſepultura,vt patet per c.certificari,ibi,dum dicit ſalua iuſtitia illarum eccleſiarum,a quibus mortuorum corpora aſſumuntur,ſed conſtat ꝙ eccleſia ubi eſt electa ſepultura non aſſumpſit corpus illius,ſed illa eccleſia vbi fuit ſepultum. Item nullam iniuriam hæc eccleſia facit eccleſię parochiali,ex quo non ſepeliuit illum.Non obſt.ꝙ canonica debetur pro eccleſia in qua quis elegit ſepeliri quia intelligo , ſi ibi ſepeliatur,vt ſic verba cum effectu intelligantur.l.3. ꝙ quiſque iuris. Quo ad ſecundum caſum quo ꝓp iuris impedimentum non eſt ſepultus,vt quia quis decedat tpe interdicti vel excommunicationis,de ſepul.cle.1.& idem,ꝙ de illo legato non debetur canonica.nulla enim iniuria eſt facta parochiali eccleſię,nam & ſi talis deceſſiſſet non electa ſepultura, non fuiſſet in parochiali eccleſia ſepultus,non ergo illius corpus aſſumetur a parochiali eccleſia & faciunt rationes allegatæ ſuperius in proxima quæſtione.Quo ad vltimum caſum,quādo mutauit ſepulturam eligendo alibi ſepeliri,& idem , ꝙ non debeatur canonica,nam ſicut non debetur de legato eccleſiæ,in qua non elegit ſepeliri,ita & cum elegit ſepeliri,ſed poſt mutat voluntatē, quia perinde eſt ac ſi a principio ibi non elegiſſet ſepulturam. Item tunc nullam recepit iniuriā eccleſia parochialis, ex quo enim ibi non ſepelitur,vbi ipſe legauit. Tertiò quæritur ſi aliquis ſepelitur † in eccleſia nulla præcedente electione ſepulturæ,an de eo ꝙ eccleſiæilli obuenit debeatur canonica parochiali eccleſiæ.Reſpondeo,duo ſunt caſus.Primò qñ ibi de iure ſepelitur,& debetur canonica parochiali eccleſiæ, vnde dicit Inn.de ſepul.in noſtra. ꝙ ſi aliquis non eligat ſepulturam in eccleſia,ſed ibi de iure ſepeliatur,vt quia eccleſiæ dedit ſe,& ſua,vel quia factus erat fratre,de priui.vt prinilegia. alias quia ibi erat ſepultura parentum , quia ſic parochialis eccleſia habebit canonicam. Secundus caſus eſt , qñ in eccleſia de facto ſepelitur,tunc de legato illi eccleſiæ non debetur eccleſiæ parochiali canonica,ſed corpus & obuenientia occaſione ſepulturæ tñ reſtituuntur parochiali eccleſiæ, de ſepul. ex parte,& ita no.Inn.eod.c.in nr̄a.Quarto quæritur , ſi quis ſepeliatur in eccleſia,in qua elegit ſepulturā , an de legato tali eccleſiæ habebit parochialis † eccleſia canonicam. Reſpondeo, duo ſunt caſus.Primus qñ legitime eſt ibi ſepultus, quia nullū canonicum eſt impedimentum,ꝙ obſiſtat, quominus ſepelietur, & debetur canonica,de ſepul.c.1.& c.in nr̄a.& c.certificari,& d. cle.dudum.Secundus caſus eſt,qñ de facto fuit ibi ſepultus,ſed non de iure,quia erat excommunicatus,vel tpe interdicti fuit ſepultus,vel in caſibus in quib. ius interdicit ſepulturam , vt patet in cle.1.de ſepul.Reſpondeo , non debetur canonica de hmōi legatis ,quia,vt patet ex cle.dudum,tunc canonica debetur,cum per elec.ſepulturę,legitimè factam quis ſepelitur,ſed non pōt ſepulturam ſibi eligere qui ſepeliri non debet,vt in caſibus præmiſſis,vt patet,in d.cle. 1. Hæc canonica debetur eccleſiæ parochiali in recompenſationem iniuriæ,quæ fit ipſi parochiali eccleſiæ,quia in ea tumulatur corpus ꝙ de iure erat tumulandum, ſed nullam iniuriam patitur eccleſia parochialis,quia nec ibi potuiſſet ſepeliri,facit ratio,quia ibi legata quę non tenent,non defalcantur,de leg.1.ſi ſeruus legantis.§.ſi ſeruus alterius,hoc tenet Inn.de ſepul.in noſtra.in gl.in c.ex parte.& Hoſt.e.tit cum liberum,& hinc eſt,ꝙ tales de facto ſepelientes † tenentur ſatisfacere his quorum violatur interdictū, vt d.cle.eos poſſunt tñ religioſi recipere mortuaria pro talib. quia in pœnitentia deceſſerunt,& pro eorum animabus orare,vt no.Inn de exceſſ.præla.Quintò quæritur,an eccleſia exēpta in qua legās ſepelitur teneatur ad canonicam eccleſiæ parochiali.Reſpōdeo ſic,de ſepul.in noſtra.ubi caſus,& ibi tenet hoc Io.And in c.certificari,& de teſt.officij,cum enim hæc canonica debeatur ꝓp ſacramenta quæ eccleſia miniſtrauit defuncto,de ſepul.c 1. iō conſideremus cui.loco legetur. Item eccleſia parochialis iniuriam recipit ex ſepultura in loco exēpto ſicut in non exempto Ex his patet quod ſi ſepeliatur in eccleſia extra dioc. ꝙ æqualiter parochialis eccleſia habeat canonicam. Sextò quæritur ſi alicui hoſpitali ſit aliqua eccleſia ſubiecta,& illi eccleſiæ legetur,& ibi ſepeliatur,an de legatis illi eccleſiæ,vel hoſpitali debeatur canonica parochiali eccleſiæ,dicebat Inn.de ſepul.in noſtra.ꝙ ſi quis elegit ſepulturam apud eccleſiam hoſpitali ſubiectam canonica debetur eccleſiæ parochiali de omnibus relictis pro anima,ſiue relinquatur eccleſiæ in qua ſepelitur,ſiue relinquatur eidē eccleſiæ & fratribus ibi morantibus,ſiue in genere locutus ſit, dicendo relinquo hoc tali eccleſiæ & hoſpitalarijs.Idem vr̄,ſi dicat relinquo hoc tñ hoſpitali.ff.de adimen.leg.l.annua. §. a Titio. Sed ſi dixiſſet,relinquo hoc eccleſiæ,in qua ſepeliatur, & hoc hoſpitali, tunc de legato hoſpitali nō debetur canonica eccleſiæ parochiali,ſed de legato eccleſiæ ſic,nam qui relinquit ipſi eccleſiæ vr̄ pro ſepultura relinquere , & ideo canonica debetur eccleſiæ parochiali. † ſed legatum hoſpitali non vr̄ relictum pro ſepultura,ſed pro anima. Quod aūt dictum eſt, ꝙ ubi hoſpitalarijs legatur, debetur canonica parochiali eccleſiæ, eſt verum,niſi teſtator expreſſe dicat,hoc relinquo hoſpitali, nō pro ſepultura,ſed pro alia iuſta cauſa,quia tunc eccleſiæ parochiali non debetur canonica,niſi parochianus tranſtuliſſet ſe ad ea.ſup.c.de his,vel niſi eccleſia,& hoſpitale eſſent ita unita, ꝙ nulla inter eos poſſet fieri ſeparabilitas. Ad tertium, quo.ſ. iure,& qua de cā ſit hmōi parochialis canonica inducta? Reſpōdetur iure canonum eſt inducta,de ſepul. c. relatum.c.de his. c.cum liberum.c.certificari.c.in noſtra. & eo.c. cum quis li.6. & eſt inducta ꝓp onus parochiale, quod ſubire ſolet ſacerdos in miniſtrando eccleſiaſtica ſacramenta,& alia quæ ſunt de iure parochiali.de ſepul.c.1.& eo.tit.cle.dudum , in ver.verum. Ad quartum,quo iure,& qualiter peraf hmōi canonica † parochialis.Reſpondeo , condictione ex canone. vbi enim iure nouo obligatio inducitur,nec cauetur quo genere actionum agendum ſit,condictione ex lege agetur.l.1.ff.de condi.ex lege,facit quod no.gl.de ſepul.cum liberū. aget ergo parochialis eccleſia contra eccleſiam cui legatur conditione ex canone pro canonica,vt not.Inn.de ſepul.d.c.de his.Sed dubitabatur,an parochialis eccleſia poſſet hanc canonicam petere per actionem ex teſtō ab hærede teſtantis,vr̄ ꝙ ſic, quia teſtator vr̄ tacite legaſſe canonicam parochialem eccleſiæ. ff. de leg.1.l.quidam teſtator.§.ſi ſcriptis,& l.ſi a pluribus.de teſt.requiſiſti.§.ſecus,de hered.inſti.l.quoti.de inoff.teſt.l.ſi maritus, vnde dicebat glo.in cle.dudum, ꝙ ſacerdos hanc canonicam poſſet ab hærede vendicare,& ei interdicere, ne illam ſoluat eccleſiæ cui eſt legata.ad Treb.l.hæres,in fin.ad l. Falc.l.linea. Quidam dicunt , ꝙ condictione ex canone pōt hæres ad iſtā canonicam conueniri,alij dicunt ꝙ non pōt hæres pro iſta canonica conueniri a parochi.eccleſia , quia nil eſt legatum parochiali eccleſiæ.Competit ergo actio † ex teſtō eccleſiæ legatariæ,& eccleſia parochialis petat canonicam hanc ab eccleſia legataria.ff.de leg.2.ſi quis ſeruum.§.certum, ad Treb. l.filiam,de vſufr.l.fundi,pōt tñ parochialis auctoritate iudicis obtinere,vt mittatur in poſſ.noui iuris agendi,& poſſeſſor ageret vt faceret eccleſia legataria.ff.vt in poſſ.leg.ſi inutiles, de relig. ſi quis ſepulchrum,vel obtinebit a iudice , ꝙ det ei prætorium pignus,de præto.pig.l.1.& 2.vel aget contra hæredem,vt debitorem ſcilicet illius eccleſiæ cuius eſt relictum.l. 1.qñ fiſcus vel priuatus,dicebat Hoſt.de ſepul.c.de his, quod ex quo hæres habet facultatem ſoluendi canonicam,poterit a parochiali eccleſia quæri.ff.ſi cer.pet.l.ſi me & Titium,& facit.ff.de adop.l.ſi arrogator,de lega.l.ſi certis.§.fi.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator & hoc eſt tenendum.per notat. d. clem.dudum de leg.& fideicom,§.interdū.Quid ſi eccleſia , cui legaf, nolit pro legato agere,dicunt quidā quòd eccleſia parochialis aget,vt eccleſia legataria cedat actiones ſuper legato competentes , de pecu.l.quod debetur, & vbi non eſt ꝙ nolit vel poſſit cedere,recurrendum eſt ad remedia ſupradicta miſſionis in poſſeſſ.prætorij pigno.not.Inn.in d.c.de his. Et aduertēdum,quia † quandoque eccleſia cui legatur acceptat legatū, tunc parochialis eccleſia pōt petere canonicam ab hærede, & ēt ab eccleſia legataria,ſi legatum eſſet ei ſolutum.vt d.cle.

dudum

Source : BIU Cujas

dudum, in §. vtrum, quandoq; ecclesia legataria non acceptat legatum, sed illud repudiat, vtrum tunc debeatur canonica parochialis ecclesiæ, quia ex quo legatū repudiatur, perinde est, ac si non fuisset legatum. ff. de le. l. seruum filij, & l. legatarijs. §. 1. de leg. 2. l. legatum, si cer. pet. l. pen. & l. 1. §. utrum, si quis in frau. patro. cum ergo canonica debeatur de legato, non censetur legatum ex quo repudiatur, faciunt iura quæ dicunt, ꝙ patrono non competit canonica de leg. lib. & per eū rupudiatis. l. 1. §. vtrum. ff. si quid in frau. pa. & pleno creditori non competit reuocatoria ēt in repudiatis per debitorem. l. q̄ autem. ff. quæ in frau. cred. nō ob. l. ꝙ debetur, quia ibi in actione quæ competit nec competere desijt, sed hic retro fingitur
59 non competijsse. † In contrarium, quia ex illo legato quærit̄ ius parochiali ecclesiæ, ergo in eius præiudicium non posset id legatum repudiari. l non solum. C. de bonis quæ lib. & tale legatum vr̄ ad hæredem redire cum suo onere. l. 1. C. de cadu. tollen. ibi, in substituto qui capit ex dispositione testatoris, sed hic ex dispositione legis. Sed dubitabatur, an hæres pro ista canonica conueniatur adita hæreditate, ꝙ vr̄, quia tunc cedit dies legatorum. l. si nemo, de test. tute. ergo hæreditate nō adita non pōt canonica peti. In cōtrarium vr̄, quia legata ad pias causas debentur hæreditate non adita. l. eam quam. C. de fideicom. per quæ vr̄ ꝙ hærede non adeunte nihilominus hæc canonica debeatur. Demum quæritur, si hæres integrum legatum soluat legatario, an sit liberatus a solutione canonicæ
60 parochiali † ecclesiæ. Respondeo sic, quia tale legatum integraliter debetur legatario, licet de illo primum deducatur canonica, facit. l. quidam testō. §. si scriptis, de leg. 1. & similiter si hęres soluat parochiali ecclesiæ canonicam, tanto minus soluet legatario, & ab eo ope exceptiouis liberatur. de bonis liber. l. libertis sub conditione. §. a Titio, de doli ex. l. si opera. Demū quæritur, si facta & canonica consuetudo hoc disponat, an petens hanc specificare, petat consuetudinariam, vel cano. Et est sciendum. ꝙ canonica consuetudine inducta dr̄ canonica nō inuentione, sed approbatione, de test. requisisti, in prin. vr̄ ergo, ꝙ petens hanc exprimere, petat canonicam, non consuetudinariam, cum aliter reus deliberare non posset, de eden. l. 1. non ob. de reli. do. constitutis, vbi petitur ius episcopale, qa id certum est & a iure diffinitum, de offi. ord. conquærēte, sed parochialis canonica est incerta. Sed huic responsioni ob. ꝙ
61 † ius epale pp consuetudinem est incertum, de præscriptionibus, auditis. & tñ petitur ius epale in genere. Respondeo, ex quo ius epale est principale certum accedit illi, item id ꝙ speciali iure, priuilegio, vel consuetudine competit, includit̄ sub petitione, sed petitio talis canonicæ parochialis non habet aliquod tale principale, item canonica cum consuetudinaria nō concurrat in solutione nec in petitione, dicit Inn. in c. 1. de sepul. certificari, ꝙ si petens canonicam consuetudinariam est incertus quæ portio consuetudine sit inducta, procedit libellus sine alia expressione, non enim est reus penitus incertus, cum certus sit aliquam portionem deberi. de rei ven. quæ de toto. §. 1. facit. l. 1. §. qui autem ff. quoru leg. & ꝙ not. in c. Abb.
62 de re iud. lib. 6. † Quid si petam canonicam simpliciter, non exprimens an petam consuetudinariam vel iure inductam, Respondeo, intelligitur petere canonicam iure, non autem consuetudine inductam, secūdum Host. in d. c. certificari, demum quæritur, an petens canonicam rerum immobiliū debeat res & earū fines specificare. Respōdeo sic. de rei ven. l. si iurē, de censi. forma. Demum quæritur an procedat hæc petitio, peto quartam omnium rerum tibi relictarum, vel omniū tibi obuenientium ex bonis eius, vel peto quartam iudicij talis defuncti, vel peto quartam omnium quæ talis pro anima reliquit, vel peto oīa quæ pro sepultura eius recepisti, vr̄ ꝙ procedit petitio, quia admittitur petitio generalis sine specificatione. l. 1. in fi de rei ven. pōt enim reus esse certus ex prædicto libello, de rei ven. si in rem, vbi sufficit ꝙ dr̄, peto illud ꝙ venit ex tali hæreditario, debet tñ agens postea probare ꝙ illa obuenerint ecclesiæ legatariæ ex illo iudicio defuncti. l. 1. §. 1. qñ & quibus quarta pars debetur, de re iudi. ait prætor. & l. 1. quæsen. sin. cer. quanti. de sepul. relatum. c. cum lib. iudex tñ coget actorem ad maiorem expressionem, vel ad minorem, vel ad iurandum ꝙ nescit plus exprimere. ff. de fur. l. in actione. Item pro tanto procedit ista petitio, quia ista petitio sequitur natu
63 ram vniuersalis actionis. † Est tñ notandum, ꝙ talia legata uniuersitatem non constituunt, si enim aliquam vniuersitatem constituerent, haberent aliquod nomen impositum a iure, quod non habet secundum Inn. in d. c. certificari. Demū quæritur, an petens canonicam habeat exprimere noīa sepul. vr̄ ꝙ non, de sepu. in nostra, de præscrip. veniens, dicas libellum non procedere, qñ agit ex condictione ex canone pro illa canonica, cum reus aliter deliberare nō posset. l. 1. de eden. adeo ꝙ si agens ignorat noīa sepultorum non reciperetur ille libellus, vt d. l. 1. non ob. c. in nostra, quia non fuit petita specificatio, vel ibi fuit facta. Quid si agam confessoria, dicens, ius esse percipiendi canonicam portionem, hoc casu legatorum vel legantium non requiritur specificatio, vt plene not. Inno. de
64 sepul. c. certificari, sæpius alle. sup. † Ad quintum, quota sit hæc canonica, quidam, sed male, dicūt, ꝙ de iure cōi canonica est tertia eius ꝙ legatur, de sepul. certificari, & si legatur monasterio, tunc canonica erit medietas, vt ca. relatum, & c. de his, de sepul. Dicas ꝙ quarta est canonica portio de iure communi, vt not. Host. in d. c. certificari, & Io. & alij in d. c. in nostra. de legatis autem quæ fiunt mendicantibus quarta sola debetur, vt cle. dudum. Circa prædicta dubitatur, an teneat consuetudo ꝙ minus quarta detur, vel vltra medietatem detur pro canonica? non vr̄, quia canonica per consuetudinem approbatam per canonem restringitur ad tertiam vel medietatem. Dicas, ꝙ valet consuetudo in quacunque quota, dummodo sit præscripta, de censi. olim. de test. officij. de reiu. quo ad consultationem, facit de test. Rayn. in fin. Quantum autem ad quotas expressas in c. certificari. non requiritur ꝙ consuetudo sit prę scripta, facit de consue. c. fi. li. 6. & ita tenet Host. in ti. præalle. c. certificari, immo in casu requiritur ꝙ consuetudo sit præscri-
65 pta. de elect. simoniacum. † Demum cum quæritur an valeat consuetudo, ꝙ nil detur pro canonica, dicunt quidam ꝙ nō, quia contra Apostolum. se sepul. c. 1. Item, quia per talem cōsuetudinem auferretur tota commoditas rei suæ & paroch. ꝙ esse non debet. ff. communi. præd. l. uenditor. hoc tenet Gosf. in sum. huius tit. Dicas in hoc tenere consuetudinē, dummodo sit præscripta cum titulo, & ita tenet Host. in d. c. certificari. & probatur per d. c. certificari. & ca. de quarta. de præscript. Notandum ergo, ꝙ quota sit hęc canonica, cōsideramus, ius commune, aut consuetudinem, aut præscriptionem. Si ius cō mune, tunc canonica est quarta, vt c. certificari. Si consideramus prę scriptionem, tunc præscriptionis forma attenditur. de præscri. ueniens. Si uero consideramus consuetudines, tunc consideratur similiter consuetudinis forma, vt d. c. certificari. Quid ergo si consuetudines sunt diuersæ. Respondeo, illa consuetudo inspicitur quæ minorem inducit summam, quia in hoc omnes consuetudines concordant. ff. de arbit. l. diem secundum glo. est casus. ff. de reg. iur. in pubijs. Sed dubitatur, cuius loci consuetudo est inspicienda, an loci ecclesiæ cui debetur canonica, an loci ecclesiæ quæ tenetur ad canonicam, an loci domicilij testatoris, uidetur ꝙ consuetudo loci testatoris. ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. fin. Sed ꝙ inspiciatur consuetudo loci ecclesiarum videtur innuere glo. in c. certificari. & facit de consue. cum olim. Sed dubitatur, cum per clem. dudum. de sepul. fit taxata quarta pro canonica parochiali, & reuocata sint priuilegia & consue. an noua poterit consuetudo induci vt minus quarta uel plus soluatur, non uidetur: per illam decre. reprobatur consuetudo, qui ergo reprobata con-
66 suetudine innouat, debet puniri. de postu. c. 2. Item † non procedit consuetudo cum lex ei resistit. ut de consue. c. fi. Respondeo, tenet consuetudo prædicta, ꝙ patet, quia contra canonicam debitam de iure communi procedit consuetudo, vt cap. certificari. Sed de iure communi per illam cle. debetur quarta, ergo contra ius commune possit consuetudo induci. Non ob. allegationes in contrarium, quia loquuntur, quando consuetudo reprobatur, quæ de sui natura est iniqua, sed in casu proposito non reprobatur consuetudo tanquam de sui natura iniqua. Sed ideo, quia si non fuisset reprobata non fuisset sublata per nouam legem. de constitut. capitul. primo, libro sexto. Demum quæritur de tali casu. Papa Bonifacius edidit decret. dudum. de sepul. in cle. quæ post fuit reuocata per Papam Benedictum, demum Clemens. 5. in concilio Ven. illam innouauit, iubens eam seruari, & in d. concilio eam publicauit. Demum per priuilegium indulsit ordini prædicatorum, vt ad canonicam non tenerentur, & sic eos exemit a solutio. canonicæ portionis, vt patet in eorum priuilegio ꝙ appellatur mare magnum, demum mortuo Clemente Papa, Io. Papa mandauit seruari constitutiones Clementis Papæ, & eas direxit studijs generalibus. Ergo quæritur an dicto priuilegio
67 exemptionis posset uti dictus † ordo prædicatorum, non uidetur ꝙ dicta constitutio tollat priuilegia, quę constitutio vr̄ habere restrictionem ex die quo Papa Ioan. eam direxit studijs generalibus, ergo priuilegium ꝙ erat concessum ante tempus legis promulgatæ cessat. Contrarium est verum, quia illa constitutio suppressit effectum ex tempore quo Clemens innouauit cōcilium Vien. statim enim lex tenet cum a superiore promulgatur. l. humanum, de legi. nec ad eam ualidandā requiritur ꝙ alteri tradatur, vt in proemio cle. dicta autem cō stitutio tollit priuileg. a ante cōstitutionem indulta, vt ibi patet, non autem priuilegia quæ post constitutionem indulgentur, potuit enim Papa illi constitutioni derogare concedendo
68 priuilegia, de rescrip. c. 1. de elect. innotuit. † Ad sextum, de quibus relictis, & obuentionibus debeatur hæc canonica portio, præmittendum, ꝙ quędam quæruntur ecclesiæ ex dispositione legali, quædam ex dispositione hominis, & hoc vltimo casu quandoque quæritur ex dispositione inter viuos, quandoque ex ultima voluntate. Item eorum quæ legantur quædā

legantur

Source : BIU Cujas

Lap. de Caſtellio. De canonica portione.

legantur locis, quædam vero prælato, quædam etiam ſingularibus perſonis. Item quædam legantur ſimpliciter, & quædã ad certos & determinatos vſus. De quibus omnib. videamus. Primò ergo quæritur de his quæ eccleſiæ quæruntur ex diſpoſitione legali, puta ratione profeſſionis, an monaſterium cui quæritur teneatur ad canonicam eccleſiæ parochialis cuius erat ille parochianus qui monaſterium ingreditur tpe ſui ingreſſus. Inn. de ſepul. relatum dicebat q̃ debetur canonica de oblatis monaſterijs ſeu monaſterio, quando in infirmitate qs ſe offert de qua decedit. Sed poſtea ibidem ſubdit, quòd ẽt ſi in ſanitate ſe offerat multo tpe viuens de omnibus quæ tunc p̃ anima dantur canonica debetur, ſed de alijs bonis monaſterio datis ceſſat canonica. ſed in c. de his. eod ti. dicebat, q̃ ſi ad monaſterium tranſit, & ibi ſua confert, & ibi viuat, non vt ibi
69 ſit profeſſus, ceſſat canonica. ſecus ſi ibi profiteatur, quia † de omnibus quæ ibi dãt deducitur eccleſiæ canonica, & alia põt relinquere monaſterio pro ſuſtẽtatione vitę ſuæ. Et ſubdit, q̃ quicquid dat monaſterio, vr̃ dare pro anima, ad q̃ ſcilicet monaſterium tranſit ex quo in infirmitate ad illud ſe offert, ſed glo. in c. de his, dicit canonicam deberi de quæſitis ratione legati, non ratione profeſſionis. Videtur dicendum, quòd ſi ſe offert in egritudine de qua decedit, vr̃ deberi canonica, ſicut & debetur de eo q̃ legat ille qui cum habitu mendicantium ſepelitur, vt in cle. dudum, ſi aũt in vita ſe offert, & profitetur non debetur canonica, quia ex quo in monaſterio ſe conuertit, deſijt eſſe parochianus primæ eccleſiæ, facit q̃ no. Ioan. de ſepul. de his, vbi q̃ de legatis per eũ qui moritur intra probationis annum non debetur canonica eccleſiæ, quia tranſeundo ad monaſterium deſijt eſſe parochianus primæ eccleſiæ, & domicilium mutauit, facit q̃ not. de ſepul. c 2. lib. 6 de regula, beneficium. lib. 6. ſi tamen non eſſet plene translatus, tunc, qa remanet parochianus primę eccleſiæ, ei debetur canonica, de his etiam per Goffred. in ſumma huius tituli. Sed quęritur de his quæ quæruntur eccleſiæ ex titulo interviuos. hoc caſu nõ
70 debetur canonica † parochi. eccleſiæ, vt in c. 1. de ſtat. mon. & ibi per glo. Tertio quæritur de his quæ quæruntur eccleſiæ ex vltima voluntate, indubitatum eſt q̃ debeatur canonica, ſiue relinquatur iure legati, ſiue iure diſpoſitionis, vt in c. 1 & c. relatum. de ſepul. Quo ad ſecundum, de perſonis quibus legat. Tres ſunt caſus. Primus, quando legatur eccleſiæ, & debeatur canonica, vt in c. 1. de ſepul. Secundus, quando legatur prælato eccleſiæ, & idem ac ſi legaretur eccleſiæ, vt c. 1. requiſiſti. de teſt. Tertius quando legatur ſingularibus perſonis eccleſiæ nõ debetur canonica, vt d. c. requiſiſti, & hoc quãdo perſonæ quibus legatur poſſunt habere proprium in ſingulari, ſi non poſſunt habere proprium, tunc debetur canonica eccleſiæ parochiali, vt not. in d. cle dudum, de ſepul. dummodo legans ibi ſe peliatur, vbi legat, vt ſup. dixi. Quo ad quartum, cum legato modus, vel cã adijcitur, vel cum ad certos vſus legatum con-
71 uertatur, eſt reperire triplicem formã † legandi. Primò, quãdo legatũ teſtator ſimpliciter legat eccleſiæ in qua ſepelitur, nihil aliud exprimens, & tunc debetur canonica eccleſiæ, vt c. 1. de ſepul. Secundò, quando in legato exprimit q̃ legat pro anima & idem quod canonica debeatur paroch. eccleſiæ, vt d. c. requiſiſti. Cæterùm ſi legando cauſas aliquas allegat, vel exprimat in quos vſus conuertatur, tunc ceſſat canonica. ſi legatur ad vſus priuilegiatos, de quibus in c. fi. de teſt. ſi tantum ad illos vſus priuilegiatos legetur mendicantibus, tunc debeẽ canonica, vt cle. dudum. & ibi habetur, quartam de funeralibus deberi. & illa ſunt funeralia, quæ cum funere deferuntur, & q̃ de candelis debetur quarta. & de his quæ legantur pro
72 miſſis dicendis. † Quid ſi teſtator iubet fieri capellam in cimiterio prædicatorum fratrum vbi ſepelitur, & pro conſtructione illius legat centum, an eccleſia paroch. habebit canonicã. Reſpon. ſic, nam olim de tali legato non debebatur quarta, vt de his vbi ad perpetuum cultũ fit, hodie ſic debetur. vt in cle. dudum, & ſic eſt ibi caſus ſic inducendo, idem tenet ibi Pau. & d. Pet. de Peruſio, quia capella cedit loco l. 1. de interdictis. Aliquis ſtipendiarius ſtetit in parochia quadam per annum obiit & ſepultus eſt in loco hæremitarum, apud quem ſponte ſepeliri elegit, rector parochialis petit canonicam de omnibus funeralibus quæritur an debeatur, & eſt dicẽdum q̃ non. Quarta enim non debetur ratione ſepulturæ, vnde licet dictus ſtipẽdiarius non ecclæ ſepultura in eccleſia curata ſepultus fuiſſet pp dictam moram quam ibi contraxerat, & contrahebat in mortis hora, non tamen ex hoc infertur quartam ſibi deberi, nam, vt præfertur, quarta non debetur tali ratione, ſed ratione domicilij, & auditionis omnium diuinorum, & perceptionis ſacramentorum eccleſiaſticorum ab eccleſia parochiali, ad hoc, de ſepul. c. 1. cum ſuper, in noſtra, cum quis. 1. q. 2. & c. is qui. lib. 6 & quod vtrobique not. Ioã. And. 13. diſt. eccleſias,
73 aliud † eſt ius ſepulturę, & aliud eſt ius funerãdi, vt ſcribit do. Fed. de ſenis. in opere ſuo conſi. c. 246. Sed q̃ dictus ſtipendiarius non habuerit proprie domicilium in dicto loco, patet, qa domicilũ cõſtituitur animo, licet ergo quis moretur in alio loco per annum vel circiter recreationis vel peregrinationis cã, non tamen dr̃ ibi domicilium contraxiſſe, vt patet in prædictis iuribus, & ff. ad municip aſſumptio. cum ſim. Stipendiarij namque, vt eſt notum, in ſuis exercitijs non ſunt maxime ſui iuris, nec in certo loco domicilium animo contrahunt. Cum eorum exercitium ſit in diſcurrendo hincinde, ſemperque ſunt parati ad imperium ſui domini. Et quaſi viatores ſunt qui in continuo motu exiſtunt, vnde reuera ſecundum morem patriæ proprium domicilium in certo loco nõ dicuntur habere, quia ad id animum non habent, nec habere poſſunt, cum ſint de natura ſui exercitij in poteſtate alterius, ſicut de monacho dicitur. 12. q. 2. nolo in c. non dicatis, vnde retinet proprium originis domicilium, & parochiam cui debetur canonica portio. non autem prædictæ eccleſiæ curatæ.
74 † Et no. ſecund. im Io. And. qui hoc non ſecũdum Damaſum de teſt. 5. q. quòd ſi infirmus & parochianus vnius parochiæ reliquit alicui alij eccleſię quicquam, & poſtmodum ad ipſam ſe transferat, & in ipſa parochia moriatur, q̃ primæ eccleſiæ licet habere canonicam, de ſepul. is qui. lib. 6. unde iſta eccleſia non habebit partem in canonica portione, quia non æqualiter domicilium in illa conſtituebat, quo caſu competit, præal leg. c ſup. proxi. 2. Reſpon. & hoc tenuit Hoſt. in decre. in noſtra. eo. tit. Et faciunt ad quęſtionem illius, qui pp hoſtilitatem dioc. fugit ad ciuitatem & ibi manens cum familia, & durante hoſtilitate moritur electa ſepultura, q̃ eccleſia villæ habeat canonicam, & non illa in cuius parochia deceſſit, non enim
75 talis mutauit † domicilium cum non habuit animum ibi perpetuo remanendi quod requiritur in hoc. ff. ad munici. l non vtique, & l. domicilium. & l. eius qui. p. pen. lib. 10. de incolis. l. 2. & l. ciues, & no Hoſt. de paroch. in ſumma. § pen. ante ſi. durante ergo meru non dicitur habere animum mutandi domicilium ſup quod met cau. c. 2 qui dicit animum mutatum, id probet, vt ibi cum concor. per gloſſ. vnde facit ad caſum. ff. de dam. infec ſi finita. §. ſi quis metu. de acqui. rer. dom. l. qua ratione. §. fi. & l. naturalem. §. in his, inſti. de rerum diui. in fi. Item dixit Damaſus de teſta. q. 5. de infimo, q̃ ſi ipſe elegit ſepulturã apud monaſterium S. Proculi, & illi quædam legauit, & poſtea de alia parochia in qua morabatur ſe tranſtulit ad parochiam S. Proculi, & ibi mortuus eſt, quòd prima eccleſia habebit canonicam, per decre. de his ſup. eo. & propter, fraudem præſumptam quam probant.

INCIPIT TRACTATVS

Famoſiſsim vtriuſq; iuris monarchę D. Pet. de Vbal. de Peruſio, ſuper canonica epiſcopali, & parochiali.

SVMMARIVM.

1 *Doctores ſunt ſtellæ manentes in perpetua æternitates.*
2 *Veteres legum conditores ſcientiæ principia dederunt.*
3 *Doctores qui ſuper canonica parochiali ſcripſerunt.*

STellæ manentes in ordine, cur ſu ſuo pugna-
1 nerunt aduerſus ſidera. † Iudith. 11. c. Doct. ſunt ſtellæ manẽtes in perpetuas æternitates, & fulgent tanquam ſplendor firmamenti. Daniel. 11. & tranſumptiue, de magiſtr. cap. ſuper ſpecula. Qui docti fuerint fulgebunt tanquam ſplẽdor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates, doct. ſunt fundamenta militantis eccleſiæ in montibus ſanctis, de elect. fundamẽta. in 6. doct. ſunt quaſi lucernæ ardentes quæ lucent ſuper candelabrum in domo domini, de reliqui. & vene. ſanc. c. vnico. lib 6. doct. ſunt in quibus refulget ſol ſapientiæ, & ſcientiæ. Machab. 1. refulſit ſol in clypeos aureos, & montes reſplenduerunt ab eis, doct. ſunt qui ſtant in circuitu ſedis maieſtatis diuinę, de elect. ſcriptum. Cum autem poſt inuentionem ſcientię ſuperuenit gratiæ plenitudo, & ſucceſſiuis naturæ beneficijs ingenium prędocetur, humanaque conditio continuis exercitijs ſuſcipit incrementum. ff. de leg 3. l. legatis §. ornatricibus. Renouantur autem
2 homines, & ipſa ſcientia refloreſcit, quia † veteres legum conditores principia ſcientiæ dederunt. Quoniam autem ſuper canonica epiſcopali, & parochiali Gloſſatores, & magnæ auctoritatis doctores multa & varia ſcripſerunt. ideo ergo Petr. de Peruſio. V. I. D. germanus Illuſtriſs. doct. do. Bal. monarchę vtriuſque iuris. Et excellentiſſimi legum doct do. Ang. quondam meorum fratrum hũc tractatum compoſui ſuper canonica epiſcopali. Et ſuper canonica parochiali reuolutis antiquorum ſcriptis qui in hac materia locuti fuerunt ſicut fue-
3 runt felicis recordationis Inno. papa quartus. † Hoſt. & Ioan. ſanctæ Romanę eccleſiæ Cardi. Hugo. & Io. glo decretorum.

Bern.

Source : BIU Cujas

Bern.gloſſator decret.Pet. & Abb. Guido de Bayſio qui fecit opus ſuper directo.& 6.Rayn.& Goffr. qui fecerũt ſummam ſuper decretalibus.Io. And.Pau.de Leaza.Io. de Ligna.Guil. de monte lauduno.Zenze.Matthæus prouincialis.Fede. de ſenis,eps vrbis veteris gallicus. Et poſt iſtos præfatus Illuſtriſs. doctor do.Bal. Incipiamus ergo primo de canonica epali, & hũc tractatum expediam per decem capitula principalia. Primum eſt,quo iure,& qua cã ſit inducta canonica epalis. Secũdum eſt,ſit,quota hęc canonica epalis. Tertium capitulũ principale,quo iure, & qua actione petatur hæc canonica epalis. Quartum capitulum principale, quæ loca teneantur ad hanc canonicam epalem.Quintum capitulum principale, quæ perſonæ quibus legatur teneãtur epo ad canonicam epalem.Sextum capitulum principale, de quibus obuentionibus debetur epo canonica epalis.Septimum capitulum principale,de legatis quæ relinquunt ꝑ certas,& determinatas cãs,vel ꝑ certos & determinatos vſus,an,& qñ de his debeat canonica epiſcopalis.Octauum capitulum principale, in quib. caſibus ceſſet canonica epiſcopalis.Nonum capitulum principale,de poteſtate executorum qui deputantur a teſtatore ad diſtribuendum legata ſub certis,varijs,& diuerſis formis.Decimum capitulum principale, quæ legata dicantur relinqui pro anima & pijs cauſis.

Quoniam ſuper canonica epiſcopali iura diuerſimode loquuntur,& variæ quæſtiones ſunt exortæ inter dioceſanos ex vna parte,& eccleſias ſeculares & regulares & alia pia & religioſa loca & ſingulares perſonas in quibus aliqua offeruntur vel relinquuntur in vlt.uoluntate,expreſſis,vel nõ expreſſis vſibus vel cã ꝑ quas fiunt donationes, legata & relicta, ex altera parte:Ideo tractaturus de hac epali canonica hoc ordine procedemus per inf. ſcripta capitula videlicet.

SVMMARIVM.

1 *Canonica epiſcopalis quo iure & qua cauſa ſit inducta.2.*
3 *Epiſcopus oneribus grauatus quam portionem debeat percipere.nam contra rationem eſſet,quòd epiſcopus cui commiſſa eſt cura,& ſolicitudo ſuæ dioceſis, nihil emolumenti perciperet.*
4 *Patri & patrono ſi debetur legitima portio, fortius patri ſpirituali.*
5 *Quilibet de dioceſi dicitur parochianus epiſcopi.*
6 *Canonica epiſcopalis,an ſit de lege dioceſana,an iuriſdictionis.*
7 *Sacramentorum collatio eſt de lege iuriſdictionis.*
8 *Canonica epiſcopalis eſt de iure ſpirituali.*

Capitulum primum.

Venio ad primum capitulũ videlicet ex quo iure & qua † cauſa ſit hoc canonica epiſcopalis inducta.Et ſciendum eſt primo, ꝙ cum primitiuo tpe epi pauperes eſſent, ſtatutum fuit ꝙ de omnibus eccleſijs parochialibus tertiam partem haberent.16.q.1.c.conſtitutus. & c.ad hoc.Proceſſu vero tpis fuit ſtatutum,vt ſolum de parochialibus eccleſijs haberent quartam partem oblationum & decimarum.10.q.1.de his. poſtmodum uero quartam. 12. q.1.nobis.hodie vero cum ſint diuites, dicunt quidam nõ debere habere,quia remota cã remouetur effectus, vt de ap.cũ ceſſante.de renun.poſt translationem,debet tñ habere cathedraticum.10.q.4.c. 1. dr̃ẽt ꝙ canonicam portionem de decimis,& oblationib. & relictis eccleſijs pro mortuarijs pro aĩa eps ẽt hodie habere debeat.nuſquam tñ reperitur tactum aliquo iure ꝙ de his etiam quæ pro anima non relinquuntur eccleſijs,ſed quæ relinquuntur priuatis perſonis pro anima, eps debeat habere aliquam portionem, & iſta verba fuerunt Io. in quodam conſilio vt inferius declarabo.† Hoc ergo præmiſſo venio ad iſtud principale capitulum, quo iure & ex qua cã ſit inducta hæc canonica epalis.Reſpondeo, inducta eſt de iure canonum.vt patet.10.q.1.de his,& c.antiquos.12.q.2.c.nobis vulteranæ c.conceſſo. quo de reditibus.& c.cognouimus. 16.q.1.c.conſtitutus,& c,ad hoc,de offi.ord.conquærente,de teſt.officij,& c.requiſiſti,& c.fina.de ſucceſſ.ab inteſta. c.1 de præſcri.de quarta,& dr̃ canonica, quia a canone eſt diffinita, vt patet in dictis iuribus,& no.Inn.in c.requiſiſti.de teſt.Et huiuſmodi aũt cã inducta eſt hæc canonica ꝑ onus epale ꝙ incumbit epo,ꝙ conſiſtit in celebrando ſolenniter, ordines cõferendo,chriſma conficiendo, oleum ſacrum benedicendo, baſilicas dedicando,moniales benedicendo,prædicando,pœnitentias iniungendo,& alia exercendo,quæ ad officium epale pertinent,& de iuriſdict.epiſcopali quo ad forum pœnitentiale,& contentioſum pertinent. & quæ ſint de iuriſdictionis lege,& dioceſana habetur in c.conquærente, & c.dilectus,& de elect.tranſmiſſa,& plene per Inno.in c.1.de ſtat.mon.† Eps ergo tantis oneribus grauatus hanc percipiat portionem, vt inde proueniat emolumentum,vbi & onus,de ſepul.c.1.eſſet enim cõtra rõnem ſi eps cui commiſſa eſt cura & ſolicitudo ſuæ dioceſ.10.q.1.ſic quidam.12.q.2.epiſcopus eccleſiarum,& c.præcepimus.18.q.2.monachorum,nihil emolumenti perciperet. Item ſi patri, & patrono † debetur legitima portio,vt auct.licet,de natura.lib.l.1.de bo.libe.C.de inoff.teſt.auct. vnde ſi parens,& auct.vt cum de ap.cogno.§.aliud quoque capitulum.fortius,& patri ſpirituali, & hæc omnia ponit Hoſt.in ſumma de ſepul.Item quia quilibet † de dioceſi dicitur parochianus epiſcopi,de quo per Ioã.de dona.apoſtolicæ, & dicit Io.de teſt.c.officij,& quia inter epiſcopũ & eccleſias ſibi ſubditas eſt quædam coniunctio in qua fundatur eps, nam eſt eis coniunctus quadam canonica coniunctione,de teſt.c.requiſiſti,unde per concurſum facit partem, vt re coniunctus.l.1. C.de cadu.tol.& l.1.quando non pe.par. huiuſmodi canonica debetur epiſcopo ratione iuriſdictionis epiſcopalis, ꝙ habet & exercet in ſuis eccleſijs, debetur ergo ratione iuris epiſcopalis,ꝙ habet in eccleſia,& ratione communionis, quam habet in eccleſijs ſuis,vt not.Inn.in rubr.de parochiis & d.ca. requiſiſti.Incidenter quæritur,an hæc canonica † ſit de l.dioceſana,an iuriſdictionis. Reſpondeo,iſta canonica eſt de l.iuriſdictionis,vt not.Inn.in c.1.de ſtat.mon.quia diuiſio portionum ꝑ ſacramenta eccleſiæ fit,vt de ſep.c.2.& cap. de his.Et collatio † ſacramentorum eſt de lege iuriſdictionis.facit de offic.ord.c.dilectus. Sed & cum lex dioce.compræhendat legẽ iuriſdictionis,& de lege dioce.dici poteſt. Item ſciendum, ꝙ hæc canonica † epiſcopalis eſt de iure ſpirituali, vt c.conſtitutus.de reli.do.vbi eſt caſus.

1 2 3 4 5 6 7 8

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis canonica quota ſit de iure communi.*
2 *Teſtator quod ſpecialiter legauit epiſcopo,an in canonica epiſcopali computetur.*
3 *Conſtare de fraude quando dicatur.*
4 *Teſtator legando epiſcopo, an videatur legare eontemplatione legitimæ portionis.*
5 *Fructus conſumpti nomine reddituum veniunt in iudicijs vniuerſalibus.*
6 *Preſcriptio an procedat contra epiſcopum. 7.*
7 *Omnia quæ poſſunt fieri per pactum, poßunt fieri per ſtatutum vel conſuetudinem.*
9 *Canonica epiſcopalis videtur æquiparari legitimæ portioni quæ debetur filio iure naturæ.*
10 *Canonica epiſcopalis per quem poſſit præſcribi.*
11 *Hæres an poſſit præſcribere contra epiſcopum ne canonicam ſoluat.*
12 *Iura ſpiritualia non cadunt in laicum.*
13 *Generalis conſuetudo laicorum, per quam induceretur quòd hæredes non teneantur ad canonicam epiſcopo, an teneat.*
14 *Quantum tempus requiratur ad præſcribendam canonicã portionem ſeu ius epiſcopale quo petitur can onica portio.*
15 *Ius commune facit pro epiſcopo qui petit ius epiſcopale.*
16 *Actio ex teſtamento prouenit ratione legati.*
17 *Titulus an requiratur in præſcriptione canonicæ portionis.*
18 *Ius epiſcopale quo petitur canonica, an poſſit epiſcopus concedere alicui eccleſiæ quæ tenetur ad canonicam niſi de conſenſu ſui capituli.*
19 *Epiſcopi & capituli quando bona ſunt communia, tunc epiſcopus canonicam communicat ſuo capitulo.*
20 *Donatio quæ fit a ſolo epiſcopo,præbet cauſam præſcribendi.*
21 *Bona fides nunquid requiratur ad præſcribendum.*
22 *Bona fides habetur ex ignorantia quæ preſumitur.*
23 *Allegans preſcriptionem venit in iudicium per modum excipiendi.*
24 *Caſus in quibus impeditur preſcriptio iuris epiſcopalis.*
25 *Preſcriptio ignorantifacta,an curat.*
26 *Preſcriptio inducta eſt propter negligentes.*
27 *Collator ordinarius quantum ad habitum ſcit ſe habere ius conferendi beneficium.*
28 *Conferri non poſſunt beneficia non vacantia.*

Capitulum ſecundum.

Venio ad ſecundum principale capitulũ, quota ſit hęc canonica † epiſcopalis de iure communi?vr̃ ꝙ tertia.13.q.1.de his, & c.decernimus. 16.q.1.conſtitutns.alibi vr̃ ꝙ ſit medietas. 10.q.1. antiquos. Alibi uidetur,ꝙ ſit quarta.12.q.2.vulneranæ nobis. conceſſo de redi.& de præſcriptio.de quarta, & expreſſe de offic.ord.conquærente. Dicas,ꝙ omnes canones concordant in canonica danda epiſcopo,ſed in quota diſcordant, de iure tñ cõi eſt quarta,vt in iuribus ult.loco alleg. quæ iura poſteriora ſunt,& iõ ſeruanda.ff.de arbi.diem proferre.§.ſi plures, quia ꝙ minimum eſt tenendum,de leg.3.l.nummis.Glo.in d. c.conquærente,dicebat,ꝙ quarta non eſt a iure communi inducta,ſed potius ex conſuetudine.Inn.& Hoſt.in d.c.conquęrente,tenebant,ꝙ de iure communi eſt quarta,licet ex cõſuetudine poſſit augeri,& ſic tertia vel medietas,& ꝑ hoc dicebat ibi Hoſt.ꝙ ſi eps petat ius epiſcopale in genere,& ſententia generalis feratur ſuper iure epiſcopali,ꝙ virtute ſententiæ debebitur illa quarta, ſed non deberetur tertia vel medietas quæ aucta eſt ex conſuetudine,quia petitio iure epiſcopali in genere nõ includitur ſub petitione niſi ꝙ debetur de iure cõi, non autem ꝙ debetur virtute conſuetudinis,niſi in petitione fiat mentio,& probetur de conſuetudine, & vide ꝙ not.gl.& Ioan.ſuper ea,de reli.do.c.conſtitutus,vbi ergo iſta canonica

per

Source : BIU Cujas

per conſuetudinem eſt aucta vel diminuta aliter quàm ſit ſtatuta a iure cõi, petitur tanquam canonica, non quidem vt iure communi ſtatuta, ſed vt conſuetudine moderata, vt dicit Io in d.c.requiſiſti, in gl. licet multa ibi not. quamuis enim ſit conſuetudinaria, tñ dr canonica, quia eſt a canone approbata, licet per canones non ſit ſtatuta, de ſepul. certificari, de teſt.
2 requiſiſti, vt dicit Inn. in d.c.requiſiſti.† Iuxta prædicta primo incidenter quæritur an in hac canonica epiſcopali compute tur ꝙ teſtator ſpecialiter legauit epiſcopo, patet exemplum, teſtator legat alicui eccleſiæ centum, inſuper legat alicui dioceſano. 10. an iſta. 10. computabuntur in canonica epiſcopali quam debet recipere a prædicta eccleſia cui teſtator legauit centum, vr ꝙ ſic, quia iſta canonica epalis vr æquiparari legitimæ quæ debetur filio iure naturæ, quia vtraque debetur condictione ex lege Sed in legitima quę debetur filio computatur omne ꝙ obuenit filio ex teſtõ patris, vt l. ſancimus. & l. omni mõ, & l. qñ. C. de inoff. teſta. Dicas prout hr in c. officij, de teſt. Nam duo ſunt caſus. Primus caſus, qñ teſtator aliquid legat epiſcopo ſub eo mõ, vt eps pro legato eſſet eo ſolo cõtentus pro omni canonica portione quam recipere debebat ab alijs eccleſijs quibus legabatur, & eps illud legatum acceptat, & tũc non poterit eps canonicam petere de legatis quæ fiunt alijs eccleſijs, niſi conſtiterit ꝙ in fraudem modicum legauerit epiſcopo, vt eps fraudaretur canonica quam petere poterat ab
3 eccleſia cui legabatur, dr autem de fraudem † conſtare, qñ fraudulenter fuit expreſſum epo ꝙ legabatur monaſterio, nõ pro anima, ſed pro ſeruitute recepta, vel fabrica, vel alijs cauſis priu legiatis de quibus in c. vlt. de teſt. Et no. diligenter iſtã decretalem, ꝙ qñ de tali fraude conſtat eps conſequetur integrum legatum ſibi factum, & etiam integram canonicam epiſcopalem ab eccleſia cui legatur, & ſic illud legatum factum epo non computatur in illa canonica epiſcopali, & ita intelligitur illa decretalis, officij. Item no. ꝙ ſi eps non acceptat legatum ſibi factum ſub mõ prædicto, tunc perdit legatum: ratio, quia non implet modum ſuper quo erat relictum, vt in l. 1. C. de his quæ ſub modo, licet autem perdat legatum, tamen habebit canonicam ab eccleſia cui legatur. Item ſciendum, ꝙ qñ legatur epo ſub mõ, vt eo ſolo ſit contentus pro canonica ſua, & legatum acceptat, non põt agere ad ſupplementum, ſi minus ſit in legato quam in canonica portione, prout dicit gl. in d.c. officij. & ꝙ hr in l. ſi quando. C. de inoff. teſt. Secũdus caſus eſt quando epiſcopo legatur abſolute, & ſic non contẽplatione canonica ſeu canonicæ portionis. & tunc conſequit integrum legatum ſibi factum, & integram canonicam ab ec
4 cleſia cui legatur, vt d.c. officij.† Ex prædictis ergo patet, ꝙ teſtator legando epiſcopo non videtur legare contemplatione legitimę portionis ſeu canonicę portionis, quæ debetur epiſcopo, & per dictam decretalem, officij, eſt dicendum ꝙ ſicut legitima debetur filio ſine aliquo onere, vt d. l. ſancimus, & l. qñ. C. de inoff. teſta. ita & iſta canonica debetur epiſcopo ſine aliquo onere, hæc vera, niſi epiſcopus illud onus acceptet, vt. d. c. officij, ibi, dum dicit, contentus &c. Et eſt caſus de inoffi. teſta. l. ſi quando. §. illud. Secundo incidenter quæritur, an hęc canonica portio augeatur ex fructibus, patet exemplum, teſtator legat fundum alicui eccleſiæ, de quo fundo debetur canonica dioceſano, modo eccleſia poſſedit totum illum fundum, & ex eo oẽs fructus percipit, quæritur an eccleſia tenea tur reſtituere epo non ſolum quartam partem fundi, ſed etiã fructus perceptos ex d. 4. parte ſi tenemus opi. Inn. ꝙ iſta canonica petatur ſolum condictione ex canone, & æquiparetur legitima quę debetur filio iure naturæ, prout dicebat gl. de teſt. officii. tunc iſta canonica augetur ex fructibus, adeo etiam ꝙ conſumpti veniunt in reſtitutione, vt in l. non eſt. C. fam. herc. ubi per gl. & Cy. hæc enim canonica eſt quid vniuerſale, & in
5 iudicijs uniuerſalibus fructus cõſumpti noĩe † reddituum veniunt, vt in l. cohæredibus, fam. herc. Si autem dicamus, ꝙ hęc canonica petatur actione ex teſtõ. tunc iſto tali caſu debentur fructus epiſcopo a die aditæ hęreditatis, quia ex tunc tranſiuit dominium in epiſcopum, de furtis. l. a Titio, & de hoc vide ꝙ hr. C. de vſufr. leg. l. ult. & ꝙ ibi plene no. per Azo. in ſum. illius tit. Tertio incidenter quæritur, an hæc canonica epiſcopalis poſſit præſcribi contra dioceſanũ, & circa iſtum præſcriptionis articulum inſurgunt infraſcripta dubia. Primo enim incidenter quæritur, an poſſit præſcribi hæc canonica. Secundo incidenter quæritur, an hæc præſcriptio ita procedat ꝙ nihil debeatur epiſcopo. Tertio incidenter quæritur, per quem poſſit præſcribi. Quarto incidenter quæritur, quantum tps requiratur ad præſcribendum. Quinto incidenter quæritur, an in hmõi præſcriptione requiratur tit. & hic incidenter quæritur eo caſu quo ad præſcribendum requiritur quis eſt iuſtus titulus dans cãm pſcriptioni. Sexto incidenter quæritur, an ad præſcribendum requiratur bona fides, qualiter probetur bona fides vel præſumatur. Septimo quæritur incidenter, in quibus
6 caſibus impediatur hæc præſcriptio.† Circa primum dubium quo quæritur, an procedat præſcriptio cõtra epiſcopum. Reſpondeo procedit præſcriptio. Caſus eſt in c. de quarta. de præſcrip. hoc ẽt probatur tali rõne, quia iſta canonica eſt de iure epiſcopali, vt in c. conquærente, de offi. ord. ſed iura epiſcopalia poſſunt præſcribi contra epiſcopum, vt eſt caſus in c. auditis, de præſcri & de excep. c. cum venerabilis. Circa ſecundum dubium, an hęc præſcriptio ita procedat ꝙ nihil debeatur epiſcopo de canonica portione, vel conſuetudine hoc poſſe induci dicebat Hoſt. in ſum. de ſepul. uer. ſed nunquid, non tenemus conſuetudinem, cum ſit irrationabilis, ideo non ſeruãda, de conſue. c. fi. Sola enim conſuetudo ſeruatur in his in quib. eſt rationabilis, de ſepul. c. certificari. Præterea, ꝙ præſcriptio iſta vr, vel conſuetudo ſit contra ius ꝙ diſponit canonicam deberi. Præterea canonica epiſcopalis videtur æquiparari legitimæ quæ debetur filio iure naturæ, quæ quidem legit-vr non poſſe in totum tolli per ſtatutum vel conſuetudinem, de quo plene per Dyn. & Io. in reg. indultum, lib. 6. & per Cyn. in l. ſancimus, de nup. ꝙ autem non poſſit in totum tolli per cõſuetudinem, dicebat Hoſt. & Ioan de teſta. requiſiſti, ſuper verbo, canones. ꝙ licet iſta canonica poſſet diminui, non tamen
7 in totum tolli.† In contrarium eſt veritas ꝙ poteſt in totum præſcribi contra epiſcopum ꝙ nihil ſibi debeatur de canonica portione. Caſus eſt in c. de quarta, de præſcrip. & tñ põt in totum tolli per præſcriptionem. Præterea iſta quarta eſt de iure epiſcopali de offi. ordin. conquærente, ſed ius epiſcopale põt præſcribi contra epiſcopum, de reſti. in integ. c. auditis, de excep. cum venerabilis, de præſcrip. auditis. Præterea põt epiſcopus hanc canonicam in totum a ſe abdicare, & dimittere, vel concedere eccleſiæ a qua debetur canonica. 12. q. 3. c. fin. de relig. do. c. conſtitutus, ergo per præſcriptionem, & conſuetudinem poſſet in totum tolli, quia non eſt fortius ius illud ꝙ procedit ex pacto & conqentione partium, quàm ſit ius quod procedit ex præſcriptione vel conſuetudine, quoniam vtrun-
8 que a iure roboretur.† Præterea omnia quæ poſſunt fieri per pactum poſſunt fieri per ſtatutum vel conſuetudinem, prout dicit gl. ordi. ſuper rubr. C. de decre. decur. & ex prædictis ſoluta eſt qõ qua quęrebatur, an hæc canonica poſſit p præſcriptionem vel cõſuetudinem diminui, ſuper qua quæſtione quidam dicebant ꝙ non procedebat præſcriptio, nec tenebat cõſuetudo ꝙ minus quarta debeatur pro canonica portione, quia ius canonum conſuetudinem approbans circa quotam canonicę approbat, vt ultra quartam poſſit deberi, vt c. de his, & c. antiquos. 10. q. 1. Non autem quicquam diſponunt vt minus quarta debeatur epiſcopo. arg. de cenſi. cum olim, ius omni conſuetudini innititur, de ſepul. certificari, non habito reſpectu ad quotam. Item cum eccleſiarum ſit æqua conditio adinuicem. de reſti. ſpo. coram, de præſcrip. auditis, ſi eccleſia per conſuetudinem poteſt arctari ad maiorem portionẽ quã ſit debita de iure communi, ergo epiſcopus, & eccleſia epiſcopalis adminorant debita de iure communi. Præterea hęc ca-
9 nonica epiſcopalis † vide ęt quiparari legitimę portioni quę debetur filio iure naturę, quia ambę iſtę portiones procedũt de iure communi, immo ex fortiori cã procedit canonica epiſcopalis quã legitima, quę debetur filio, quia canonica epiſcopalis orocedit propter ſpiritualia, vt dixi ſu. in 1. c. ſed legitima, tia quę debeẽ filio procedit pp tẽporalia, ne filius ex toto priuetur hęreditate patris, vt l. omnimodo, & l. ſancimus, & l. qñ in prioribus. C. de inoff. teſt. in auct. vt cum de ap. cogno. §. aliud. & c. quintauallis, de iureiu. & ſpiritualia ſunt digniora quam temporalia, de maio. & obed. ſolitę, ſed per ſtatutum & conſuetudinem poteſt diminui legitima, quæ debetur filio, de teſt. Ray. in fi. & plene per Dy. in regula, indultum. de reg. iur. lib. 6. & idem per Io. And. in mercu. Præterea ſi poteſt in totũ tolli, vt d.c. de quarta, ergo & in parte diminui, quia quod iuris eſt de toto, illud idem ius debet eſſe in parte, & quia in toto pars continetur, vt in regula, in toto. lib. 6. & quod not. Cyn. in
2 torem excludi, ſed nomine † epiſcopi non ſemper intelligitur eccleſia, vt patet in illo qui renuntiauit epiſcopatui. de tranſ. præla. inter corporalia. de eo qui renun. epi. c. 1. iſta ratio ſimiliter non procedit, quia ſi epiſcopus non renuntiauit epiſcopatui, epiſcopus eſt in eccleſia, & de eccleſia, & eccleſia eſt in epiſcopo, ergo vtroque caſu debet eſſe eadem ratio. Alij aſſignant aliam rationem, quia qñ legatur eccleſiæ, nulli perſonæ determinatæ intelligitur dari, ergo epiſcopus debet inde partem habere, cum ſit caput eccleſiæ, ſed qñ legatur epiſcopo, vt nil quæratur eccleſiæ, tunc ſibi cenſetur legari intuitu perſonæ, & ideo eccleſiæ nil quæritur, ſecundum gl. in c. requiſiſti. & iſta eſt ſatis bona ratio, quæ probatur per c. requiſiſti. ꝙ qñ legatur intuitu perſonæ epiſcopi nil quærit eccleſiæ. Sed dices, eccleſia eſt perſona finita & repræſentata, ergo legatum eccleſiæ, vt nil quæratur epiſcopo uidetur legatum contemplatione fictæ, & repræſentatæ perſonæ, ergo nil quæretur epiſcopo, ex quo legatur, vt nil quæratur epiſcopo, & ſic contemplatione veræ perſonæ epiſcopi, cenſeatur legari, adiecta clau-
3 ſula ꝙ nil quæratur eccleſiæ, & vſ idem iuris † eſſe in perſona ficta repræſentata, ſicut in vera perſona quæ non ſit ficta nec repræſentata. ff. de fideiuſſ. i. mortuo. Alij aſſignant alias rationes, dicunt enim, ꝙ prælatus ab eccleſia debet ali, & non conuerſo, & omnia communicat eccleſia prælato. 12. q. 1. ſic manifeſte. ſicut pater carnalis non põt ſine cauſa priuari bonis filij. vt §. aliud. in auct. vt cum de app. cog. ſic eps qui eſt pater ſpiritualis non põt priuari de his quæ obueniunt eccleſiæ. Iſta rõ non procedit. quia de bonis eccleſiæ debet ali prælatus, & canonici eccleſiæ. de præb. cum ſecundum. Item non procedit ꝙ dr̃ patrem non poſſe priuari a filio, & eccleſia reputatur vt filia prælati, quia illa priuatio non procedit facto teſtatoris ſic diſponentis vbi nulla eſt paternitas, nec filiatio vnius ad alte-
4 rum. Alij dicunt, ꝙ eps † põt hr̃e proprium ſine eccleſia, vt d. c. ſic manifeſte. 12. q. 1. Sed eccleſia nil habere põt, & nõ teneaẽ cõicare ſuis miniſtris qui ſibi ſeruiunt. 12. q. 1. expedit. & c. his. Iſta rõ non procedit, quia eccleſia põt hr̃e bona ſine epo, ꝙ patet, quia menſa prælati põt eſſe diuerſa & ſeparata a menſa capituli. de reſcrip. edoceri. Alij dicunt, ꝙ eccleſia nil põt habere præcipuum, quin ſaltem iure prælationis, & quo ad exercitium actionis non cõicet epo, ſed eps quo ad vſum põt aliquid ſeparatum hr̃e a capitulo. de reſcrip. edoceri. Iſta rõ non procedit, quia eccleſia non põt hr̃e aliquid præcipuum, quia põt hr̃e menſam propriam non ſolum quo ad dn̄ium, ſed ẽt quo ad exercitium actionum, vt eſt caſus in d. c. edoceri. de reſcrip. Alij dicunt, ꝙ ius voluit plus deferri capiti quàm membris. membra. n. deſeruiunt capiti, non econuerſo. de reli. l. cum in diuerſis. & iõ maius priuilegium habet caput quàm membra. facit in rõne ſui de elect. ſignificaſti. Iſta rõ non procedit, quia
5 prælatus † & capitulum habent ſe tanquam unum corpus, licet prælatus cenſeatur caput, & canonici membra, tñ iſtud caput debet membris deſeruire, quia ſine ipſis negotijs eccleſiæ ſuæ diſponere non põt, vt eſt caſus in c. nouit. de his quæ fi. a præla. Tu dicas aliam rõnem & veriorem, ꝙ eccleſia eſt perſona non vera, ſed nõ repręſentata & ficta ex duobus, primo ex prælato, vt ex capite, ſecundo ex canonicis, vt ex membris. vt c. nouit. de his quę fi. a præla. & hmõi repręſentatio & fictio a iure inducta ff. de fideiuſſ. l. mortuo, non poteſt tolli facto hominis, ſed iam tolleretur ſi ex legato facto eccleſię nil quęreretur epiſcopo, quia per hoc videretur teſtator diſponere ꝙ eccleſia eſſet perſona ficta & repręſentata ex membris ſolis

Source : BIU Cujas

abſque capite, quod eſt impoſſibile & iuri repugnans. Epiſcopus autem quandoque habet ſe vt perſona repræſentata, & hoc eo caſu quo epiſcopus eſt vt caput, & canonici vt membra, & tunc legatum epiſcopo cõmunicat cum eccleſia quæ legatur ſibi vt perſona repræſentata. Secundo modo ſe habet vt perſona vera, & tunc conſideratur per ſe abſque capitulo, vnde ſi legatur epiſcopo vt nil quæratur eccleſiæ, videtur ſibi legare vt veræ perſonæ & intuitu perſonæ. vt dicit glo. in d.c. requiſiſti. & ideo eccleſiæ nil quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus decretalis requiſiſti. de teſta.*
2 *Conſanguinitas vſque ad quem gradum extendatur.*
3 *Actio videtur eſſe in affine quemadmodum in propinquo.*
4 *Diſpoſitione teſtatoris non obſtante, an canonica competat eccleſiæ.*
5 *Teſtator ſi legat ſimpliciter menſæ epiſcopi, nec exprimit quod leget epiſcopo, an videatur legatum contemplatione eccleſiæ vel contemplatione menſæ.*
6 *Extraneus ſi legat epiſcopo expreſſo proprio nomine epiſcopi, an præſumatur relictum intuitu perſonæ vel eccleſiæ.*

Tertio incidenter quæritur, cũ hæc decre-
1 talis † requiſiſti. de teſta. loquatur de eo q̃ legatur epiſcopo a propinquo quem dicamus eſſe propinquum, & vſque ad quẽ gradum intelligitur hæc propinquitas. dicebat gl. in ca. requiſiſti. de teſta. ſuper verbo, a propinquo quod quidam ſumunt uſque ad quartum gradum. C. de epiſcopis & clericis. auc. licentia. & in auc. de eccle. ti. §. interdicimus. & de conſangui. & affini. non debet. Item tenebat glo. 13. q. 3. c. 1. hæc eſt communis opin. doc. Alij dicunt conſanguinitatem accipimus vſque ad ſeptimum gradum cum canon non diſtinguat hic. 4. q. 1. c. 1. de teſtam. quia nos. iura, vſque ad quem gradum extenda-
2 tur conſanguinitas, † loquuntur in diuerſis caſibus. Primo, quo ad matrimonium impediendum & tunc vſque ad quartum gragum incluſiue, vt d.c. non debet. de conſan. & affinit. Secundo, quo ad ius ſuccedendi, & fit extenſio vſque ad ſeptimum gradum. 3 p̃. q. 5. cum ad ſedem. in 1. colum. Quandoque quo ad recuſandum iudicem ratione conſanguinitatis, & de hoc loquitur glo. in cap. doſtremo. de appella. & q̃ ibi no. Ioã. And. Quandoque in mulieribus quæ prohibentur accuſare, niſi cum ſuorum iniuriam proſequuntur. Conſanguinitatem accipimus vſque ad ſeptimum gradum. C. ad Tertul. l. ſi qua fœmina. Quandoque vt quis repellatur a teſtimonio ratione conſanguinitatis, & tunc conſanguinitas accipitur vſq; ad ſeptimum gradum, vt d. l. ſi qua fœmina. Quandoque quo ad poteſtatem corrigendi propinquos, & de hoc loquitur. C. de emen. propin. l. vnica. Iuxta prædicta incidenter quæritur, quid in legato q̃ ſit ab affine, puta a marito ſuæ vxori, vel a ſua nuru. tex. in c. requiſiſti. non loquitur de affine ſed de propin-
3 quo. Sed idem etiam videtur in affine, cum affectio † videatur eſſe in affine quemadmodum in propinquo, facit in ratione ſui. ff de rit. nup. l. non ſolum. §. de illo. Quarto incidenter quæritur, cum legatum factum epiſcopo ab eo extraneo videtur factum contemplatione eccleſiæ, & tale legatum communicet epiſcopus illi eccleſiæ. Quid dicemus ſi extraneus legat epiſcopo non pro anima ſed pro ſeruitijs quæ extraneus recepit ab eõ, an tale legatum videatur factum contemplatione perſonæ ipſius eõi, ita q̃ nil quæritur eccleſiæ. Reſpondeo videtur factum contemplatione perſonæ eõi, & nil quæretur eccleſiæ, vt dicit Ioan. in c. officij. de teſt. q̃ ſi aliquis legat monaſterio pro ſeruitijs quæ recipit a monaſterio, q̃ nõ debetur quarta dioceſano. Quinto incidenter quæritur teſtator legat eõ, adiecta clauſula, q̃ illud quæratur ſoli menſę epiſcopali, & nil quęratur eccleſiæ cathedrali, an teneat illa diſpo
4 ſitio vt nil quærat eccleſiæ. Inn. in c. requiſiſti. ponit duas opin. Prima, q̃ non ob. diſpoſitione teſtatoris † canonica competit eccleſiæ, quia non legatur tunc intuitu perſonæ eõi, ſed intuitu eccleſiæ. & hanc opin. tenet Hoſt. & Io. de Lig. in d.c. requiſiſti. Alia eſt opin. q̃ tunc quæritur ſoli menſæ eõali, & nil quæratur eccleſiæ. & hanc opi. tenet Inn. in iam d. c. requiſiſti. ſed videtur ꝺ opi. quam tenet Inn. in d.c. & opi. Hoſt. non ſit vera, q̃ eccleſiæ tunc quæratur, ex quo menſa eſt diuiſa, vt dicit ibidem Hoſtiẽ. Item quia menſa adhuc diuiditur, vt quæ menſæ eõi aduenium ad ipſam menſam pertineant, non ad eccleſiã. Item ex quo legatur intuitu menſæ, conſtat quod non legat intuitu eccleſiæ, cum dominium menſæ eõi non pertineat ad
5 eccleſiam, ſed ad eõm, de reb. ecc. poſſeſſiones. † Sexto incidẽter quæritur ſi teſtator legat ſimpliciter menſæ eõi, nec exprimit q̃ leget eõ, an videatur legatum contemplatione eccleſiæ, vel contemplatione menſæ, dicunt quidam, q̃ ſoli menſæ quæritur, nec aliquid cõicatur eccleſiæ, quia idem eſt legare eõ, adiecta clauſula, q̃ illud quæratur ſoli menſæ, ſicut eſt legare ſoli mẽſæ, licet de eõ in legato nihil exprimatur, ex quo teſtator exprimit q̃ velit illud eſſe ſolius menſæ ſecundũ Inn. in d.c. requiſiſti. Sed Hoſt. tenet contrarium, quia ſi leget menſæ, tunc non põt contemplari niſi ſolum eccleſia. nec põt contemplari tunc perſona eõi, & ſunt ſic duo caſus. Primus, qñ legatur eõ ita q̃ quærat ſoli menſæ ſuæ & non eccleſiæ. Secundus caſus eſt, qñ in legato non exprimitur perſona eõi, ſed legat ſolum menſæ eõali, utroque caſu ſecun. Inn. pertinebit ad menſam eõalem, & nil communicabit eccleſiæ, ſecun. Inn. ſed ſecundum opi. Hoſt. vtroque caſu canonica debebit eccleſiæ
6 cathedrali. Septimo incidẽter quæritꝫ, ſi extraneus † legat eõ expreſſo proprio noĩe eõi, an præſumat relictum intuitu perſonæ vel eccleſiæ. Dicebat gl. de teſt. requiſiſti. in glo. quæ incipit, hic reſpondet & c. q̃ p̃ſumit intuitu eccleſiæ relictum. ff. de annu. leg. l. annua. §. 1. & ſic eccleſia habebit canonicam, & ſic habemus tres caſus. Primus, qñ legat eõ expreſſo noĩe dignitatis, & perſonæ, tunc vtroque caſu cenſent relinqui contemplatione eccleſiæ, & iõ debet canonica. Tertio, qñ legat eõ expreſſo noĩe perſonæ, ſed nõ dignitatis. huius vltimi dicti patet exemplum. lego dño Philip. nec exprimo q̃ ſit eõs, iſto ultimo caſu vr̃ legatum contemplat, one perſonæ & nõ eccleſiæ, & hoc plene proſequor. inf. 5. c. principali. & hæc procedunt in legatis. Si aũt eõ aliquid detur inter viuos, tuuc præſumit intuitu perſonæ & amicitiæ datum, puta ſi longa dilectio & amicitia fuerat inter eos, vel propter ſpem alicuius remunerationis, tunc eccleſia non habebit canonicam. & vide q̃ no. Io. And. de offi. deleg. quoniam Abb. ſuper. 3. gl. & in Spec. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi legat canonis eccleſiæ cathedralis, an videatur illis legare intuitu perſonarum, vel eccleſiæ.*
2 *Canonici omnes ſunt in eccleſia formaliter & poſitiue.*
3 *Legatarius ſi eſt capax legati qualiter intelligatur.*

Tertio principaliter quæritur,
1 ſi teſtator † legat canonicis eccleſiæ cathedralis, an videatur illis legare intuitu perſonarum vel eccleſiæ. dicebat glo. de teſt. requiſiſti. in glo. hic reſpondet. q̃ vr̃ legare intuitu perſonarũ, & non intuitu eccleſiæ, & ſic eccleſiæ nil quæritur. Alij dicunt q̃ videtur legare intuitu eccleſiæ. ut l. ciuibus. ff. de reb. dub. Dicebat glo. ibi, q̃ quandoque legatur adminiſtratori ciuitatis, & tunc ciuitati cenſetur relictum. Si autem legatur ciuib. vt ſingulis, tunc non capiunt tanquam collegium ſed tanquã ſingulares. Dicunt quidam, q̃ quando legat uni ſoli canonico, tunc etiam nihil habebit, quia vr̃ legare intuitu perſonæ non eccleſiæ. Quandoque teſtator legat omnibus canonicis etiam expreſſis proprijs nominibus cum appellatiuis, tunc acquiritur eccleſiæ, & intuitu eccleſiæ videtur legatum, quia
2 † canonici oẽs ſunt in eccleſia formaliter & poſitiue. Dicas, aut relinquitur oĩbus canonicis, aut canonicis indefinite tũc vr̃ relinqni contemplatione eccleſiæ, ẽt ſi exprimantur noĩa propria, etiam cum nominibus appellatiuis. ff. de reb. dub. l. ciuibus. de annu. leg. l. annua. §. a Titio. Quandoque relinquitur vni canonico non habenti adminiſtrationem nec prælationem in eccleſia, tunc, aut põt habere proprium, & tunc ſiue relinquitur ab extraneo ſiue a propinquo vr̃ relictum intuitu perſonæ & non eccleſiæ, niſi in duobus caſibus. Primo, qñ probari poſſet q̃ intuitu eccleſiæ eſſet relictum. Secundo, qñ talis legatarius fraudem adhibuit. de teſta. requiſiſti. in fi. facit. ff. ad trebel. l. nonnunquam. Si aũt non põt habere proprium, vt quia teſtator legat alicui monacho, tunc vr̃ relictum intuitu eccleſiæ. Rõ, quia ſi vlderet relictum intuitu perſonæ legatũ eſſet inutile, cum non poſſit quæri profeſſo, quia non põt hr̃e proprium. de ſta. mon. cum ad monaſterium. ut ergo legatum non reddat inutile, & vt ẽt res magis valeat q̃ pereat. de uerb. ſign. abbate. cenſeat tũc relinqui cõtẽplatione eccleſiæ, vt eſt caſus in d.ca. requiſiſti. q̃ obtinet ſiue leget a propinquo ſiue extraneo, vt d.c. requiſiſti, in fin. & p̃ hoc patet q̃ ex qualitate p̃ſonæ ſingulis quib legat colligit, an cẽſeat legari intuitu p̃ſo
3 næ vel eccleſiæ. Nam ſi eſt capax † legati, tũc intelligit p̃ſonæ, Si aũt non ſit capax legati p̃p̃ vinculum profeſſionis, & tunc intuitu eccleſiæ. & p̃ hoc dicunt doc. q̃ ſi clerico vt ſingulari aliquid leget, & in eius perſona nõ poſſit legatũ conſiſtere ex alia cã quã ex ea q̃ non poſſit hr̃e proprium, tunc contẽplatione eccleſiæ vr̃ relictũ. Patet exemplũ. lego uni canonico inter p̃ fundũ meũ ad fundũ eccleſiæ. nam ibi in perſona canonici legatum itineris non põt conſiſtere, quia non habet fundum cui poſſit deberi ſeruitus p̃ fundũ meũ, ſed bene põt valere legatũ quo ad eccleſiã quæ habet fundũ vicinum cui põt deberi ſeruitus per fundum meum. ff. de ſeruit. l. fundus. Et tunc vr̃ legari contemplatione eccleſiæ, ad hoc vt legatum non reddatur inutile, & ita intelligitur quod not. gl. in l. non plures. C. de ſac. ſan. eccle. Ad materiam facit. ff. de reb. dub. l. ciuibus. & q̃ not. duct in l. non plures. C. de ſac. ſan. eccle.

S V M.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ſeculari collegiatæ vel non collegiatæ, non tamen exemptæ quando legatur, an debeatur canonica epiſcopo.*
2 *Eccleſiæ non curatæ ſi legetur, an canonica debeatur epiſcopo.*
3 *Indiuiſibile non niſi ſoli præſtari poteſt.*

Quarto principaliter quæritur,

1 † quando legatur eccleſiæ ſeculari collegiatæ, vel non collegiatæ, non tamen exemptæ, an debeatur canonica epiſcopo. Iſta q. non eſt dubia, quia deberetur canonica, vt in c. officij. & c. requiſiſti. de teſta. quia iſta eccleſia ſubeſt dioceſano quo ad legem iuriſditionis, & dioceſanæ, de quo plene in c. dilectus. & c. conquærente. de offi. ordi. de teſta. officij. Notandum eſt tamen, ꝙ ſi archidiaconus ſubiectus epiſcopo habet eccleſiã ſibi ſubiectam, & huic eccleſiæ legatur, de tali legato non debetur canonica archidiacono, ſed epiſcopo, vt not. per Inno. in cap. requiſiſti. in glo. magna. An antem hoc procedat eo caſu quo archidiaconus habet iuriſdictionem epiſcopalem vel quaſi in illa eccleſia, videtur ꝙ tunc archidiacono competat canonica. ratio, quia iſta canonica eſt de iure epiſcopali, & archidiaconus habet iuriſdictionem epiſcopalem ibi. In contrarium facit de priui. c. 1. lib. 6. not. tamen, ꝙ ſi eccleſia cui legatur rogatur illud legatum reſtituere alicui priuatæ perſonæ, tunc ceſſat canonica portio. vt. 12. q. 2. cap. pontifices. §. ſanæ. Prædicta videntur obtinere quãdo eccleſia cui legatur eſt cu-
2 rata. Quid ergo ſi legatur eccleſiæ non curatæ, † an debeatur canonica epiſcopo, uidetur ꝙ non, ex quo non eſt curæ miniſterium nec labor, vt in l. Seio. ff. de annu. lega. ſt. de iur. omn. iud. l. quædam puell. Contrarium eſt veritas, quia licet non ſit curata in ſe, tamen eſt ſub cura & iuriſdictione epiſcopi, ratione cuius iuriſdictionis competit canonica. 10. q. 1. epiſcopus. & c. officij. de teſta. Incidenter iuxta prædicta quæritur, ſi relinquatur eccleſiæ ſitæ in confinio duarum dioceſum, an poſſit talis eccleſia gratificari cui epiſcopo velit ſoluere quartam? videtur ꝙ ſic, vt l. fina. de reli. ad ſimile. l. ſi quis in graui. §. ſi inter. in contrarium videtur ꝙ ſit locus præuentioni. vt no. Dyn. in l. ſiue contra. §. quia. ff. de li. ag. de iudi. l. ſi quis poſtea. de for. compe. propoſuiſti. Reſpondeo, iſta quarta debet diuidi inter vtrunque epiſcopum. de legat. 1. Titiæ textores. & ꝙ not. in clem. dudum. §. uerum. de ſepul. non obſt. ll. quæ loquũtur de gratificatione, quia loquuntur in obſequio inuiſibili,
3 † ꝙ niſi vni præſtari poteſt. Item non obſt. §. ſi inter. ꝙ ius vtriuſque petitoris eſt incertum. vnde ratione dubij datur optio. facit ꝙ no. de depoſito. l. 1. §. apud Iulianum. Item l. ſi quis poſtea. non obſt. etiam dictum Dyn. quia loquitur in his quæ requirunt iudicium & ſententiam, & proceditur per viam iudicij, ſed hic iſti epiſcopi procedunt iure creditoris, & ideo præuentio iuriſdictionalis nil operatur. facit quod not. Innoc. de uerb. ſignifi. ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio exempto a poteſtate dioceſani & non habenti populum, quando legatur, an debeatur epiſcopo canonica.*
2 *Sacramentorum collatio eſt de lege iuriſdictionis.*
3 *Donatio inter viuos, an ſit omnino voluntaria & gratuita.*

Quinto principaliter quæritur,

1 † Quando legatur monaſterio exempto a poteſtate dioceſani, & non habenti populum, an debeatur ep̃o canonica. & vr̃ ꝙ non, quia hæc canonica videbatur pertinere ad legem dioceſanam. vnde dicebat Inn. de ſtatu mona. c. 1. ꝙ pars oblationum & mortuariorum eſt de lege dioceſana. de offic. ordin. conquærente. & 16. q. 1. & idem tenet glo. de offi. ordin. c. dilectus. & per hoc videtur caſus in ca. 1. de ſtatu mon. In contrarium eſt veritas, ꝙ epiſcopo debetur canonica a tali monaſterio, quia hæc canonica non eſt de lege dioceſana, ſed de lege iuriſdictionis, quia ratione ſacramentorum hæc canonica cõpetit. & collato ſacramentorum eſt de lege iuriſdictionis. 15. q. 1. interdicimus. & quia diuiſio portionum fit propter ſacramentum, dicit Hoſtien. in d. cap. 1. de ſta. mon. Cum ergo col-
2 latio † ſacramentorum ſit de lege iuriſdictionis. 15. q. 1. interdicimus. & hæc diuiſio quæ eſt conſequẽs vel acceſſoria ad collationem ſacramentorum de lege iuriſdictionis erit, licet forſan inter duas leges nulla ſit differẽtia, cum lex dioceſana aliã compræhendat, vt no. Inn. de offi. ordin. dilectus. Præterea de hoc eſt caſus ad literam in c. officij. de teſta. & c. requiſiſti. §. ſecus. Præterea eſto ꝙ canonica eſſet de lege dioceſana, tamen a ſolutione huius canonicæ portionis non ſunt monaſteria exempta, eſto ꝙ ſint exempta a lege dioceſana. 16. qõ. 1. & ita tenet Petr. & Abb. de teſta. requiſiſti. & ꝙ no. Pet. in c. conquærente. de offi. ordin. & plenius per Abb. de offic. ordi. dilectus. non obſtat. c. 1. de ſtatu mon. quia ibi loquitur de his quæ offeruntur monaſterio inter viuos, ſecus ſi in vltima voluntate. Sed diceres, quare non tenetur monaſterium epiſcopo ad canonicam de his quæ offeruntur monaſterio in vita, ſicut & tenetur cum legantur in morte. Reſpondeo, quia donatio in-
3 ter † viuos eſt omnino gratuita & voluntaria. de cenſi. ex parte. ita dicit Hoſtien. in d. c. 1. de ſtat. mona. Iſta ratio nihil valet, quia legatum procedit ex mera & nuda voluntate teſtantis. vt in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Dic ergo, ꝙ monaſteria ſunt exempta quo ad ea quæ offeruntur in vita, non ad ea quæ legantur in ultima uoluntate. Item not. ꝙ licet monaſteria ſint exempta a poteſtate dioceſani. 10. q. 1. ca. cauſam. ſi tale monaſteriũ haberet populum, tunc tale monaſterium aſtringitur epiſcopo quo ad legem dioceſanam, ideo ad ſinodum ire cogitur. 18. q. 2. §. vlt. 18. diſtin. epiſcopus. nam ex quo tale monaſteriũ habet populum, in nullo videtur a lege dioceſana exemptum ex quo enim populum habet, debet habere cathedram in monaſterio, ut ibi prædicet, & ſi populus det decimam, partem earum & oblationem habebit epiſcopus. de ſepul. in noſtra præſentia.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium exemptum, quod eſt ſitum in dioceſi epiſcopi, an teneatur ad canonicam epiſcopo.*
2 *Papa per priuilegium exemptionis non intendit epiſcopo tollere canonicam.*
3 *Exempti an teneantur ad præſtationem decimarum.*
4 *Canonica ſi non deberetur epiſcopo, ſemper poſſet epiſcopus fraudari.*
5 *Abſurdum eſset, quòd de eodem legato duplex detraheretur canonica per epiſcopum.*
6 *Canonica epiſcopalis de iure communi propter communionem quæ eſt inter epiſcopum & eccleſiam, cui legatur, eſt inducta. & Præordinator eſt epiſcopus in cunctis.*
7 *Epiſcopus non prædicat in loco exempto.*
8 *Præordinationem nullam habet epiſcopus in locis exemptis.*
9 *Monaſterium dicitur in libertate per exemptionem.*
10 *Epiſcopus in loco exempto an habeat obſequialem obedientiam.*
11 *Eccleſia legataria non debet grauari in præſtando duas canonicas epiſcopales.*
12 *Caſus in quo canonica de legato loco exempto non debetur epiſcopo.*
13 *Iura generaliter loquentia recipiunt limitationem & modificationem ex iuris diſpoſitione.*
14 *Fraus non præſumitur in actibus, quos quis poteſt exercere de iure communi.*

Sexto principaliter quæritur, † qñ legat̃

1 monaſterio, ꝙ eſt ſitum in dioceſi epiſcopi, ꝙ eſt exemptum per apoſtolica priuilegia a poteſtate dioceſani quo ad legem dioceſanam & iuriſdictio. & eſt immediate ſubiectum Papæ, habetur de priui. ſi Papa. lib. 6. & tale monaſterium non habet populum, quia non habet parochiam, an tale monaſterium tenebitur ad canonicam epiſcopo, in cuius dioceſi eſt. d. monaſterium, cui legatum eſt. Super. q. iſta docto. variè fuerunt loquuti. Dicebat Hoſt. in ſum. de ſep. §. a quibus. ꝙ loca exempta tenentur ad canonicam epiſcopo. 16. q. 1. conſtitutam. ſiue ſint capellæ monachorum, ſiue aliorum religioſorum, ſiue monaſteria, ſiue alia loca exempta, non ob. quocunque exemptionis priuile. per ꝙ epiſcopo quo ad canonicam non præ-
2 iudicatur, niſi in priuilegio id exprimatur. cum Papa † per priuilegium exemptionis non intendit epiſcopo tollere canonicam, ex quo id non exprimit. & facit in ratione ſui, de ſtat. mon. cum ad monaſterium. de priuil. paſtoralis, de auc. & vſu. pal. c. ex tuarum. & in l. 2. ff. ne quid in loc. pub. Nam licet quo ad canonicam aliorum redditum inſpiciatur locus ad quem pertinet, an ſubiectus ſit, cum quo ad canonicam epiſcopalem, non inſpiciatur locus, cui relinquitur, an ſit ſubiectus vel non, ſed perſona relinquens. Item quia iura indiſtincte loquũtur, quia loca quibus relinquitur tenẽtur ad canonicam, nec diſtinguunt, an ſint ſubiecta vel non, ergo & exempta compræhenduntur, & hoc propter indefinitam. de electio. vt circa lib. 6. Quod autem dicitur in c. conquærente. de offic. ord. huiuſmodi quarta deberi ab eccleſijs ſeu capellis, non ſequitur non ab exemptis. Nam & exemptæ ſunt in dioceſi Chriſti, licet non ſint ei ſubiectæ. de offic. ordin. eum epiſcopus. lib. 6.
3 18. quæſt. 2. luminoſo. ſicut videmus † exemptos teneri ad prę ſtationem decimarum. de ele. licet. & capitu. dilecti. Hæc enim canonica non petitur ab exempto, vt exempto, ſed vt detentore legati uel quaſi, vt ab hærede, qui nec aliter debuit recipi, niſi portione data epiſcopo, qua fraudari non potuit, de teſtam. officij. ſicut eccleſia parochialis parochialem canonicam receperit de legato loco exẽpto. de ſepul. in noſtra. ergo & dioceſanus. Nam & epſs in eccleſia par. eſt. 7. q. 1. ſcire. & tota dioceſis ſua parochia cenſetur. 12. qõ. 2. bonæ rei. de dom.

Source : BIU Cujas

apoſtolicæ.de offi.ordin.ſignificauit.Præterea vñ ep̃o fieri iniuria, ſi corpus ſui ſubditi, ꝙ debebat ſepeliri in ſua dioceſi, transfertur ad locum exemptum, & ſic in cõpenſatiõẽ illius iniuriæ debet eps habere canonicam,ſicut& eccleſia in compenſationem iniuriæ quæ fit ipſi eccleſiæ a qua corpus aſſumitur,recipit canonicam parochialem de legato, ꝙ fit loco exẽ
4 pto,de ſepul. certificari. Præterea ſi non debetur † canonica ep̃o,ſemper poſſet epiſcopus fraudari, quia ſubditus epiſcopi legaret loco exempto,cui fraudi obuiandum eſt. de teſta.offi cij.immo plus dicebat Hoſt.ꝙ epiſcopo debetur canonica de his,quæ ſuus ſubditus legat eccleſiæ, quæ eſt extra dioceſim, per rõnem prædictam,quia conſiderare debemus perſonam legantem,an ſubditus ſit epiſcopo,non aũt conſiderare debemus locum cui legatur,an ſubditus ſit,vel exemptus, ſicut dicebat Hoſt.in c.2.de ſepul.Et dicunt quidam, ꝙ illud idem tenet Inn.in d.c.2.de ſepul.ſed male intellexerunt dictum Inno. quia ibi loquitur de canonica parochiali,quam percipit eccleſia parochialis de legato, ꝙ fit loco exempto, loquendo aũt de canonica epiſcopali,dicit ibi Inn. ꝙ iſta non debetur ep̃o, niſi qñ legatur eccleſiæ ſubiectæ,ſi aũt legaretur eccleſię extra dioceſim,tunc canonica debetur illi epiſcopo,in cuius dioceſi eſt eccleſia,cui legatur. Epiſcopus enim non percipit quartã de iure parochiali, ſed ex iure epiſcopali pp communionem, quam habet in eccleſijs ſibi ſubditis.de teſta.requiſiſti. Item
5 quia abſurdum † eſſet, ꝙ de eodem legato duplex detraheretur canonica per epiſcopum.ſ. in cuius dioceſi non eſt eccleſia,cui legatur,& per ep̃m in cuius dioceſi non eſt eccleſia,cui legatur.Salua reuerentia Hoſt. ipſe non bene aduertit ad verba Inn.Quidam tñ uolunt intelligere dictum Inn. in hac forma,ꝙ ſi eccleſia exempta eſt in dioceſi ep̃i,tunc de illo legato debetur epiſcopo canonica, ſecus ſi eccleſia ſit extra dioceſim,quia tũc de illo legato debetur canonica tñ epiſcopo, in cuius dioceſi eſt eccleſia cui legatur. Ego aũt intelligo dictũ Inn.prout ſup.in verſi.ſed male &c.Iſtam opi.tenuit Inn.in d. §.a quibus,& bonæ memoriæ.d.Cardin. de tuder. in quodam ſuo tract.de canonica epiſcopali. Præterea conſiderare debemus perſonam legantem,an ſubſit dioceſano, non aũt debemus conſiderare locum cui legatur. In contrarium, ꝙ non debeatur iſta canonica. Conſiderare enim debemus cauſas pp quas hæc canonica eſt a canone inducta. Eſt enim inducta pp onus epiſcopale ꝙ epiſcopo incumbit,ꝙ inter cætera conſiſtit in celebrando ſolenniter,ordines conferendo, prædicando,pœnitentias iniungendo,& alia exercendo, quæ ad officiũ epiſcopale pertinent quo ad legem dioceſanam & iuriſdictionis,& quo ad forum contentioſum & pœnitentiale, & ex alijs cauſis quas plene poſui in 1.c.principali, dum tractabam quo iure & ex qua cã ſit inducta hæc canonica epalis. Item, eſt in-
6 ducta hæc canonica † epiſcopalis de iure communi pp communionem, quæ inter epiſcopum & eccleſiã cui legatur eſt. de teſta.requiſiſti, in §. ſecus. Item hæc canonica debetur pp ptãtem quam habet epiſcopus diſpbuendi de obuenientibus eccleſijs.16.qõ.1.ca. ad hoc prout hoc vltimum tangit Pet. de ſanſo.in c.requiſiſti. Item pp hoc eſt canonica inducta, quia epiſcopus ſua ſpiritualia communicat ſuis eccleſijs ſibi ſubditis.28.q.1.iam nunc. Item quia epiſcopus eſt præordinator in in cunctis.25.diſt.ca.1.Item quia ad eum pertinet cura omniũ eccleſiarum.10.q.1.decretum.de conſec.diſtin.1.omnis. Item quia canonica epiſcopalis debetur rõne ſpũalis iuriſdictionis & curæ quam habet ep̃s in eccleſijs ſuis.Si ergo cõſideramus cãs pp quas canonica debetur epiſcopo,oẽs iſtæ ceſſant, cum legatur monaſterio exempto,nam epiſcopus non celebrat diuina in loco exempto.Item non ordinat clericos monaſterij exempti,quia ſuper eos non habet iuriſdictionem, ſicut nec ſuper clericos alterius dioceſis.de temp.ordi.cum nullus.li.6. facit de præſcri.in c.veniens.lib.6. Item non prædicat in loco
7 exempto,facit de ſepul.cle.dudum.† Item non iniungit pœnitentias clericis exemptis, quia talis licentia debet concedi per eum,qui habet ſuperioritatem ſuper eum quem abſoluit in foro pœnitentiali.de pœnit.& remi.c.oĩs.eo.tit.c. ſi ep̃s.li.6.Itẽ ſicut pertinentia ad forum pœnitentiale non põt exercere in loco exempto,ſic nec pertinentia ad forum contentioſum.de offi.ord.cum ep̃s.lib.6.Item in loco exempto non põt cathedram collocare.18.q.2.luminoſo.ubi ẽt dr̃, ꝙ in monaſterijs exemptis non põt miſſas publicas celebrare,nec ibi cathedrã collocare,nec ullam ptãtem exercere imperandi, nec aliquã ordinationem licet leuiſſimam faciendi.& loquitur decre.illa in monaſterijs exemptis.ut ibi dicit gl.& no bene illud verbũ ꝙ dicit gl.nec vllam ptãtem exercere imperandi. facit de elec. fundamenta lib.6.Item ep̃s nullam habet communionem cũ loco exempto,ſed ſegregata & diuiſa eſt ptãs vnius ab altero ſicut dicimus in ſocietate,ex quo ſocietas eſt diuiſa ex iuris diſpoſitione.inſti.pro ſoci.§.finitur.Item cum hæc canonica ſit inducta pp ptãtem quam habet ep̃s circa ius diſponendi in locis exemptis,vt dicit Pet.de ſanc.in c. requiſiſti de teſta. Itẽ cum pp hæc canonica ſit inducta, quia ep̃s ſua ſpũalia cõmunicat ſuis eccleſijs ſibi ſubditis.28.q.1.iam nunc.& nulla ſpũalia communicet loco exempto,ergo nec locus exemptus cõmunicabit ep̃o obuenientia ipſi loco,ſicut dicimus in filio, q non debet cõicare alteri filio, ex quo ſibi non cõmunicatur. ff.de col.bo.l.1.C.de col.l.illam. & c. illud.Itẽ quia epiſcopus eſt præordinator in cunctis.25.diſt.c. 1. Sed in locis exemptis
8 nullam habet † præordinationem. Item quia nullam habet curam in loco exempto, licet habeat curam in eccleſijs ſibi ſubiectis.10.q.1.decretum,de conſecr.diſt.1.omnis. Itẽ quia epiſcopalis canonica debetur rõne ſpũalis iuriſdõnis, & curæ quam habet epiſcopus in ſuis eccleſiis, ſed iuriſdõne & cura caret epiſcopus in eccleſijs exemptis,& hanc rõnẽ ponit Io. in c.officij.de teſta.Preterea hoc probo per rõnem euidentẽ, monaſterium ꝙ eſt plene exemptum per apoſtolica priuilegia,ut patet de priuil.ſi Papa.li.6.eſt exemptum a lege dioceſana & iuriſdictionis.Siue ergo dicamus canonicam eſſe de lege dioceſana,ſiue de lege iuriſdictionis,ſiue participare utriq; legi,utraque lex eſt adempta epiſcopo per hmõi ademptionem,ergo non eſt ex qua auctoritate epiſcopus illam,canonicam poſſit petere.ſic dicimus in eo,cui nulla actio competit, quia ſine actione nemo experitur.ff. de nego. geſt.l.ſi pupilli.
9 Prætereà per exemptionem monaſterium † ducitur in libertatem.liberatur.n.a ptãte dioceſani.facit de priu.c.1.lib.6.& c.cũ perſonæ eo.tit. Aequiparamus ergo monaſterium exemptũ liberto,qui per manumiſſionem eximitur a ſeruitute domini qñ liber effectus acquirit ſibi & nõ patrono.de bo.lib.l.1.Itẽ monaſteria exempta æquiparamus filio emãcipato,quia per emancipationem eximitur a patria ptãte.inſti. quib mod.ius pa.pote.ſolui § itaque.in fi.quia emancipatus quærit ſibi, & non patri.Inſti. per quas perſo.nob. acqui.ob.in princ. l.cum oportet.de bon.quæ lib.Item monaſterium exemptum æquiparamus prælato translato de vna eccleſia ad aliam, qñ per translationem liberatur a prima eccleſia & acquirit ſecundæ eccleſiæ & non primæ.de priui.cum olim.2.Præterea p exemptionem tollitur cura epiſcopalis,quam habebat in monaſterio.Remoto ergo illo officio,remouetur curæ præm iñ ideſt ipſa canonica epiſcopalis.ff.de neg.geſt.l.Neſennius.ff. de annu.leg.l.Seio.Præterea,cum † epiſcopus in loco exempto nõ
10 habeat obſequialem obedientiam.de pri.c.cum perſonæ.li.6. ergo nec pecuniarium commodum ꝙ conſiſtit in canonica epiſcopali,facilius enim tolluntur commoda pecuniaria quã obſequialia.de bo.lib.l.fi.Præterea per hmõi exemptionem remiſſa cenſetur monaſterio canonica epiſcopali, & hoc ius epiſcopale quo ad canonicam translatum cenſetur in monaſterium.12.q.3.c.fin.translatio ergo iure epiſcopalia in aliu m fit commoditatis & canonicæ portionis translatio.de reli.do. cap.conſtitutus.vbi eſt caſus. Præterea epiſcopus in hoc loco exempto nullam habet iuriſdictionem,vt dicit gloſſ in d.c.luminoſo.ergo, quia eſt iuriſdictionis defectus non poteſt petere hanc canonicam a loco exempto.Præterea Papa eximẽdo monaſterium aduocat ad ſe omne ius epiſcopale, quod competit dioceſano, & reputatur Papa per prius dioceſanus exemptoris.de priuileg.auctoritate.libro.6.ergo dioceſanus quaſi deſinens eſſe dioceſanus hanc canonicam non poteſt petere a loco exempto. Præterea ex quo loca exempta tenentur Papæ ad canonicam,vt dicit Abba.in cap.requiſiſti.de teſtamentis. & debeatur vna canonica ſolum, ergo non poteſt epiſcopus aliam canonicam petere. quia non debet grauari
11 eccleſia legataria † in præſtando duas canonicas epiſcopales. de reſcrip.abbatem. Præterea,cum iſta canonica per monaſterium exemptum debeatur Papæ,non poteſt epiſcopus hãc canonicam exigere in præiudicium Papæ.ff.de regul.iur.in l. id quod noſtrum. Præterea ex quo monaſterium exemptum tenetur Papæ ad canonicam, non poſſet monaſterium illam dioceſano ſoluere.de iureiuran.eam te. Præterea, monaſterium exemptum licet ſit in dioceſi epiſcopi,tamen illud æquiparamus monaſterio ꝙ eſt extra dioceſim.nam licet monaſterium ſit in dioceſi epiſcopi, non tamen eſt de dioceſi, ut dicit Abb.de offic.ord.cum epiſcopus.lib.6. Sed conſtat ꝙ dioceſanus non petit canonicam de his quæ legantur monaſterio alterius dioce.Eſto ꝙ legans ſit ſubiectus dioceſano, qui petit canonicam,ut dicit Abb.in cap.requiſiſti.de teſta.pro hoc facit clemen dudum.de ſepul.quæ loquens in prælatis,quorum appellatione compræhenduntur epiſcopi, eos excludit a qualibet canonica præter eam quæ ei vt curato debetur.Cum ergo monaſterium exemptum non teneatur epiſcopo quo ad ea quæ ſunt de foro contentioſo, nec de foro pœnitentiali, nec ad ea quæ ſunt de lege dioceſana, nec iuriſdictionis, nec ullam iuriſdictionem habeat epiſcopus in loco exempto. ergo concludamus canonicam non deberi epiſcopo de his quæ legantur loco exempto.& hoc tenet Ioan. de teſtamen. officij,& de ſepul.certificari.in 10.quæſt.& Abb.in cap.requi
12 ſiſti.de teſtam.Præterea ꝙ epiſcopo non † debetur canonica de legato loco exempto eſt caſus in clemen. dudum. de ſepult.in §.uerum.ad fin.in uer.ultra portionem ibi, aperte innuitur

nuitur ꝙ ultra partem eccleſia nec rectores eccleſiarū aliquid exigere poſſunt a mendicantibus exemptis quibus legatur, per prælatos autem ibi epiſcopos intelligi certum eſt, quia nunquam in illa cle.dudum, parochiales vel curatores vocat prælatos, ſed bene uocat illos rectores. Illius autem dicti nulla alia ratio eſt, niſi quia ſunt exempti. & ita dicebat Ioan. in c. certificari. de ſepul. 10.q. Secunda eſt, ꝙ epiſcopus vſq; ad ver. reprobatis & c. non ob. rōnes allegatæ per Hoſt. nam licet iura loquantur indiſtincte de canonica ep̄ali præſtanda. tū debet intelligi qñ legatur eccleſiæ ſubiectæ, per rōnes ſuperius allegatas. Iura enim gñaliter loquentia recipiunt limitationē.

13 † & modificationem ex iuris diſpoſitione. ff. de dona. inter vi. & vxo. per totum. Item nō ob. alia rō, quod dioceſano videatur deberi canonica, cum tota dioceſis ſit ſua parochia, ſicut & debetur eccleſiæ parochiali, hoc vero nō excludit, quia ſubditus ep̄i eſt proprie parochianus eccleſiæ cathedralis. Item non obſt. alia rō, ꝙ vī fieri iniuria ep̄o cum corpus ſui ſubditi transfertur ad locum exemptum, hoc eſt falſum, quia iniuria fit ſolum parochiali eccleſiæ a qua corpus aſſumitur, cum ſepeliri debuiſſet in ſua parochiali eccleſia. vt c. certificari. Nulla aūt iniuria fit ep̄o, qm̄ extra eccleſias parochiales non debebat ſubditus ſepeliri in eccleſia cathedrali vel in dioceſi, vt dicit Inn. in c. 2. de ſepul. in gl. ſuper verb. quia. in ver. item quartam. vbi dicit ꝙ ipſe non debeat &c. Item non facit iniuriam ep̄o ſi ſuus ſubditus legat loco exempto, cum habeat quis potestatem legandi, cui velit, vt in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. Nec vī ſubditus legando loco exempto velle fraudare ep̄m ſua cano

14 nica, quia non præſumitur fraus † in actibus, quos quis poteſt exercere de iure cōi, vtitur enim tunc iure ſuo, & iō nullam iniuriam facit ep̄o. de elect. cum eccleſia vulterana. & per hoc reprobatur opi. Hoſt. & do. Cardin. iuxta prædicta incidenter quæritur. cum de legatis loco exēpto debeatur canonica dñō p̄p̄ vt ſuperius dixi, vt dicit Abba. in c. requiſiſti. An legatus de latere poterit illam canonicam petere, & ſibi eam apropriare, ita ꝙ in hoc iure cenſeatur loco p̄p̄, vī ꝙ ſic, quia legatus gerit vices Papæ. de offi. deleg. c. ꝙ translationem. Item quia habet iuriſdictionem ſuper exemptos, de quo in Spec de lega §. ſupereſt. uerſi, ſed nunquid. & de verb. ſign. c. 1. lib. 6. In contrariū eſt veritas, quia canonica debetur dioceſano, ſed legatus non eſt proprius dioceſanus exemptoris. de priuile. auctoritate. in gl. quia ſicut. lib. 6. ergo ſibi vt proprio dioceſano exemptoris non debetur canonica.

SVMMARIVM.

1 *Lugdunenſis dioceſano Lugdunenſi ſubiectus ſi legat monaſterio conſtituto in alterius dioceſi, puta in dioceſi Viennenſi, an de illo legato debebitur canonica portio dioceſano Lugdunenſi.*

2 *Portio canonica competit epiſcopo, in cuius dioceſi conſtituta eſt eccleſia, cui legatur.*

3 *Teſtator ſi legat eccleſiæ ſubiectæ epiſcopo tempore teſtamenti, ſed exempte tempore mortis, an canonica epiſcopo debeatur.*

4 *Teſtator ſi legauit centum eccleſiæ exemptæ, & legauit ſub conditione, mortuo teſtatore eccleſia ſubijcitur epiſcopo, & demum extat conditio adiecta legato, an epiſcopo debeatur canonica.*

Septimo principaliter quæritur,

1 ſi Peruſinus † dioceſano Peruſino ſubiectus legat monaſterio conſtituto in alterius dioceſi. puta dioceſi Florentinæ, an de illo legato debebitor canonica portio dioceſano Peruſino. Reſpondeo non, rō quia dioceſanus peruſinus nullam habet cōionem, neque iuriſdictionem, neque curam ſpūalē, nec ius ep̄ale in monaſterio alterius dioceſis, oīa enim talia iura competunt dioceſano in cuius dioceſi eſt monaſterium. de excep. c. cum venerab. de relig. domi. c. conſtitutus. de capel. mon. c. 2. & ita tenet Abb. in c. requiſiſti. de teſta. ſuper uerbo, obtinebit. Item quia hæc canonica portio non debetur ep̄o per reſpectum ad perſonam relinquentem. ſ. quia ſubſit ep̄o Peru. ſed per reſpectum ad locum cui relinquitur, vt tunc debeatur, cum locus cui relinquitur ſubeſt ep̄o. Sed ſi legatur eccleſiæ quæ non eſt in dioceſi ep̄i, ep̄s nullam habet iuriſdictionem neque curam in eccleſia, quæ eſt extra ſuam dioceſim, ſicut nec competit canonica ep̄o, cū legatur loco exempto.

2 competet ergo canonica portio † ep̄o. in cuius dioceſi conſtituta eſt eccleſia, cui legatur. & ita conſuluit Io. de mōte mur. ſuper hoc puncto. & ita no. Inn. ſuper. c. requiſiſti. & loā. in c. certificari. de ſepul. dicebat Hoſt. ꝙ conſiderare debemus qd legat̄, nam ſi quidem legatur quantitas, tunc debeatur canonica ep̄o, cui ſubeſt legans, quia conſideramus tunc perſonā legantem, & non locum cui legatur. Si aūt ſubiectus ep̄o Peruſino legat fundum exiſtente in dioceſi Florē. & legat eccleſiæ in dioceſi Florentina exiſtenti, tunc non debetur canonica ep̄o cui ſubeſt legans, ſed ep̄o in cuius dioceſi eſt res. Inſpicimus enim tunc locum in quo res eſt. C. ubi in rem ac. l. fin. fa-

cit ꝙ no. de priuil. paſtoralis. ſicut in decimis prædialibus quæ debentur illi eccleſiæ intra cuius parochiam ſunt prædia. Illud ꝙ dicit Hoſt. de quantitate eſt falſum per ſuperius dicta.

3 Incidenter quæritur ſi teſtator legat eccle. ſubiectæ ep̄o † tpe teſtamenti, ſed exēpte tpe mortis, an debeatur canonica ep̄o. Circa iſtud not. quatuor caſus. Primus, qñ eccleſia eſt ſubiecta tpe teſtamenti, & mortis teſtatoris, & debetur canonica. Secundus caſus eſt, qñ eſt exempta tpe teſtamenti, & mortis, & non debetur canonica. Tertius caſus eſt, qñ eſt ſubiecta tpe teſtamenti, ſed eſt exempta tpe mortis, & non debetur canonica. Quartus caſus eſt, quando exempta tempore teſtamenti, ſed eſt ſubiecta tempore mortis, & debetur canonica. Ratio eſt, quia ſtatum eccleſiæ cui legatur conſideramus ſecundum rp̄s mortis teſtatoris, non aūt ſecundum tp̄s teſtamēti, de quo plene in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. ff. de fideicommiſſ. lib. l. generaliter. §. ſi homini libero. quando dies leg. ced. l. poſt diem. & l. ſi uxorem. de condi. inſer. & l. quæ legata. ff. de reg. iur. Cæterum ſi poſt mortem teſtatoris mutetur ſtatus eccleſiæ, hæc mutatio ſtatus non conſideratur, cum conſideretur tp̄s mortis, an ius ſit quæſitum dioceſano. Prędicta procedunt in legatis, quæ pure relinquuntur. Quid ergo ſi ſub conditione relinquatur. Exemplum, teſtator † legauit centum eccleſiæ exemptæ, & legauit ſub condictione, demum poſt mortem teſtatoris eccleſia ſubijcitur iuriſdictioni epiſcopi, & demum extat conditio adiecta legato. Quæritur, an debeatur canonica epiſcopo, & videbatur ꝙ non, quia ſi cōſideramus tempus teſtamenti, & mortis, eccleſia erat exempta, licet ergo poſt mortem teſtatoris mutetur ſtatus eccleſiæ, quia ſubijciatur dioceſano, non per hoc præiudicabitur eccleſiæ. In contrarium videtur ꝙ non inſpicimus tempus teſtamenti, nec mortis, ſed inſpicimus tempus conditionis extantis, quo quidem tempore illa eccleſia reperitur dioceſano ſubiecta. ff. quan. dies. leg. ced. l. ſi vſusfructus, de reg. iur. l. quæ legata. de pigno. leg. Iſta quæſt. in hoc reſidet an condictio exiſtēs retrotrahatur. Nam ſi retrotrahitur ad tempus teſtamenti, non debetur canonica. de hoc plene per Barto. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. & ff. qui po. in pig. hab. l. qui balneum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo an cōpetat canonica, ſi in aliquo monaſterio exempto ſit aliqua capella, & illi capellæ aliqua legentur.*

Octauo principaliter quæritur,

1 ſi in aliquo monaſterio exempto † ſit aliqua capella, & illi capellæ aliqua legentur, an de talibus legatis illi capellæ epiſcopo competet canonica & dubium facit, an Papa eximendo monaſterium videatur eximere capellas ſitas intra monaſterium. videtur ꝙ non, quia exempto vno loco non videtur exemptus alius locus. de priuileg. per exemptionem. lib. 6. in contrarium videtur, quia talis capella, quæ edificata eſt in monaſterio, cedit monaſterio, ſicut dicimus in edificio, ꝙ cedit ſolo. inſti de acquiren. rer. domin. §. cum vero, & C. de rei ven. l. ſi inferiorem. ergo Papa eximendo monaſterium cenſeatur eximere illam capellam tanquam cedentem & acceſſoriam monaſterio. facit in ratione ſui ꝙ habetur in regul. acceſſorium. lib. 6. Concludo, ꝙ de legato illi capellę non debetur canonica epiſcopo, & ꝙ exempta eccleſia cenſentur exemptæ capellæ quæ ſunt intra corpus eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium exemptum ſi habet aliquas capellas ſitas in dioceſi, an de legatis illis capellis epiſcopus habebit canonicam. 2.*

3 *Membra quando non ſunt exempta, illo caſu epiſcopus habet iuriſdictionem ſuper eccleſias.*

4 *Eccleſia ſubiecta epiſcopo ſi uniatur monaſterio exempto & aliquid legetur illi eccleſiæ ſic unitę, an epiſcopo debebitur canonica.*

Nono principaliter quæritur,

1 ſi monaſterium † exemptum habet aliquas capellas ſitas in dioceſi, an de legatis illis capellis epiſcopus habebit canonicam. Reſpondeo, aut monaſterium eſt exemptum cum ſuis capellis, & tunc tenentur epiſcopo ad canonicam, quia in nullo ſubſunt epiſcopo quo ad legem dioceſanam & iuriſdictionis. de priuil. ex ore. in fin. Aut monaſterium eſt exemptum, ſed non cum capellis ſuis, & tunc tales capellæ ſubſunt dioceſano, quo ad legem dioceſanam, & iuriſdictionis. de offi. ordin. conquærente. 16. q. 2. ſanè. de priuil. cum & plantare. §. in eccleſijs, & iō tenentur ep̄o quo ad canonicam de legato ꝙ fit illis capellis. de quo plene per glo. in c. dilectus. de offic. ord. ſuper verbo, de lege iuriſdictionis. & per Innoc. de ſepult. in noſtra. in gl. magna. in uerſi. ſi autem. Et de hoc eſt caſus ad literam

Source : BIU Cujas

in d.c.ex ore.in fin. ubi dicit tex. ꝙ licet monaſterium ſit liberum in capite tanquam ab epāli iuriſdictione prorſus exemptum & ſolum Romano Pont. ſubiectū. In membris tñ quæ non probātur exempta dioceſano epō, ipſum monaſterium ſubiacet, ꝓꝓ ꝙ abbas ad ſinodum eius debet accedere, pro ipſis quoque membris non exemptis idem abbas tenetur dioceſano epō exhibere reuerentiam, obſeqnium, & honorem, quibus competenter exhibitis, ipſe dioceſanus debet remanere
2 contentus & ibi ſubdebat Inn.† ꝙ qñ membra non ſunt exempta, ſed abbas eſt exemptus, cui membra ſunt ſubiecta, & in membris delinquat, dioceſanus exemptum abbatem iudicabit, & puniet, & deponet. de priuil. c. cum capella. de fo. cōpe. poſtulaſti. Seruata tñ forma conſtitutionis. de priui. volentes. lib. 6. de foro compe. Roma. eo. lib. Sed ſi non delinquat in locis non exemptis, ſed delinquat in perſonis exemptis, puta qa negligens eſt in regimine eorum, vel ēt iniuriatur eiſdem, tunc non habet poteſtatem dioceſanus contra eum procedendi. non enim ſunt iſti modi, quare dioceſanus ſortiatur forum in perſonis exemptis, & ſubdit ibidem ꝙ dioceſanus ꝓꝓ delicta commiſſa in perſonas exemptas non pōt abbatem priuare ab eccleſia non exempta, vel eum ſuſpendere, quia hoc non pōt facere dioceſanus, niſi cum cāæ cognitione, ſed ipſe non pōt cognoſcere de delictis perſonæ exemptæ, ergo nec contra eū
3 procedere. Item in hoc caſu, † qñ membra non ſunt exempta, habet epūs iuriſdictionem ſuper eccleſias, vt not. de offi. ord. c. quanto. & c. cum ab eccleſiarum, & in hoc caſu poſſunt abire clericos prælatus, & reſpondebitur eis de tēporibus, de priui. cum plantare. §. in eccleſijs. de capel. mon. c. 1. de præb. in Laterānē. niſi ēt eccleſiæ eſſent pleno iure ſubiectæ monaſterio quoad vtranque legem, ſcilicet dioceſa. & iuriſdictionis, quia tunc Abb. inſtitueret. 16. q. 2. c. 1. & uide ꝙ plene not. in c. 1. de monachis. de præb. & de iurepa, cle. vt conſtituto. ſubdit enim Inn. in d.c. ex ore. ꝙ ſi Abb. exemptus procedat contra perſonas quæ ſunt de membris ipſius monaſterij, non tñ exempti, ꝙ tunc a ſnīa Abba. poterit appellari ad epūm. Iuxta prædicta quæritur incidenter, ſi eccleſia ſubiecta epō uniatur monaſte
4 rio exempto, † & aliquid legetur illi eccleſiæ ſic unitæ, an epō debebitur canonica. Reſpondeo, cōſideramus ſub qua forma ſit facta vnio, prout not. in c. 1. ne ſede vacan. & ſecundum illā formam cognoſcetur, an debeatur canonica. vide per Inn. in c. 1. in noſtra. de ſepul. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Monaſterium ſi aliqu od ſit exemptum quo ad legem dioceſanam, & immediate ſubiectum Papæ habens tamen parochianos non exemptos, an tenebitur monaſterium ad canonicam epiſcopalem.*
2 *Epiſcopus nil niſi occaſione populi recipere poteſt.*
3 *Abb. exemptus qui habet populum non exemptum, per populum cogitur ire ad ſinodum.*

Decimo principaliter quæritur,

1 † ſi ſit aliquod monaſterium exemptum quo ad legem dioce. & iuriſdictionis, & immediate ſubiectum ꝓꝓ, tñ tale monaſterium habet parochianos & populum nō exemptum, an tenebitur monaſterium ad canonicā epalem, dicebat Inn. de ſtat. mon. in c. 1. in gl. mag. uer. item no. &c. ꝙ licet monaſteriū ſit a lege dioceſa. exemptum, tamen ſi habet non exemptum populum debet facere oīa quæ pertinent ad legē dioceſ. ad quæ rōne populi aliæ eccleſiæ tenentur, vtrum debēt, ſi habet populum, ad ſinodum ire. de maio. & obe. ꝙ ſuper. 18. diſt. c. fi. & ibi not. Inn. & ſi eſſent exempta ex quo habent populum qui non eſt exemptus, vel. ſi habet non exempta membra ad legē dioceſa. tenetur in quantum lex dioceſ. populū tangit vel mēbra non exempta, de priuil. ex ore. in fi. tamen quidam dicunt, ꝙ ſi ſunt aliqua quæ populum non reſpiciunt quo ad illam legem dioce. non tenebuntur, ſicut in his quæ eis donantur intuitu pietatis, vel religionis, nullam quartam per legem dioc.
2 habebit epūs. 16. q. 1. cum pro vtilitate. quia † nihil niſi occaſione populi recipere pōt. 18. q. 2. luminoſo. Idem ēt dicunt, ꝙ in nullis aliis ad l. dioceſanam pertinētibus tenentur epō niſi in his ad quæ aliæ eccleſiæ aliàs exemptæ rōne populi tenerent. dicebat ēt Inn. in c. ueniens. de uer. ſig. li. 6. ꝙ quando monaſterium habet eccleſiam quæ eſt de membris ſuis pleno iure exēpta a ptāte dioceſani, tunc abbas in illa eccleſia inſtituet rectorem, quem examinare non pertinet ad epūm ſed ad abbatem, quia talis rector non inſtituitur ab epō, ſed ab abbate, ſed tūc ſi populus illius eccleſiæ non ſit exemptus, rector eccleſiæ inſtitutus per Abb. recipiet curam ab epō, & reddet ſibi rōnem populi, & ibit ad cōcilium epale, & recipiet ibi ſtatuta ſinodi, & reſpondebit de quarta decimarum, oblationū, & mortuariorum, & hmōi, quæ ſibi a populo obueniūt, & præſtabit ſibi reuerentiam, obſequium, & honorē rōne populi, & alia quæ alij rectorer præſtant epō, arg. de priui. ex ore. de ma. & obe. ꝙ
3 ſnper his, vbi dicebat Inn. ꝙ abbas † exemptus qui habet populum non exemptum per populum cogitur ire ad ſinodū. dicebat ēt Inn. de priui. recipimus. ꝙ qñ monaſterium eſt exēptum, & habet populum non exemptum, ꝙ tunc quo ad laicos, videlicet parochianos illius eccleſię, nulla iura epūs perdet dabit enim pœnitentias publicas, chriſmabit &c. Epiſcopalia iura tam legem dioceſanam quam ad legē iuriſdictionis ſpectantia exercebit. de priui. cum olim. de ſepult. in nīa. dicebat Hoſt. in extraua. Inn. ad perpetuam. & Ar. in c. uenens. de ver. ſig. li. 6. ꝙ ſi monaſterium cum capellis ſit exemptum, cum populus tunc non ſit exemptus, vt d.c. per exemptionem. ꝙ epūs curabit populum. 10. q. 1. regenda. qui ēt epūs in dicta parochia poterit aliam eccleſiam edificare, vel dare parochianis licentiam edificandi. de conſec. diſt. 1. nemo. de eccle. edifi. ad euidē tiam. & ponet in illa eccleſia ſic nouiter edificata epūs rectorē, qui percipiet decimas, oblationes, & alia iura epalia. 14. q. 1. c. 1. de his quæ fi. a præla. c. paſtoralis. Qñ ergo monaſterium habet parochianos ſeu populum, & parochianus legat illi monaſterio exempto, debebitur canonica epō, quia illud obuenit monaſterio a populo ꝓꝓ legatum ꝙ parochianus facit monaſterio, ſed ſi ille, qui legat monaſterio, non eſſet parochianus, tunc epō non debetur canonica, & rō eſt, quia legatur loco exempto.

S V M M A R I V M.

1 *Canonica an debeatur epiſcopo de his quæ obueniunt monaſterio exempto a populo.*

Vndecimo quæritur,

1 de tali qſtione, epūs habet eccleſiam † parochialem, & curatam pleno iure ſibi ſubiectam quo ad legē dioce. & iuriſdictionis, & habentem parochianos. Modo Papa illam eccleſiam concedit monaſterio exempto cum parochianis, & in d. priuilegio Papa ſubiunxit, ꝙ cura animarum & parochianorum dictæ eccleſiæ Abbati dicti monaſterij immineat, ipſamque curam per capellanum exerceat, & ꝙ inſtitutio, & deſtitutio dicti capellani ad Abbatem dicti monaſterij pertineat, & ꝙ Abb. dicti monaſterij, & etiam dictus capellanus ratione dictæ curæ non ſint in aliquo dioceſano ſubiecti, nec ſibi teneantur de cura illius eccleſiæ aliquatenus reſpondere, an tunc debebitur canonica epō de his quæ obueniunt monaſterio ab ipſo populo de legatis quæ faciunt dicti parochiani dicto monaſterio. Reſpondeo, non debetur canonica epiſcopo. Ratio eſt, quia dicta eccleſia eſt exempta quo ad ſe, & populus quo ad l. iuriſdictionis & dioceſanam, & hoc tenet expreſſe Inn. de offi. arch. c. fi. in glo. ſuper verbo, monaſterio. in uerſi. niſi in monaſterijs, ubi dicit, ꝙ ipſi monaſterio exempto cum iuribus parochialibus populus datus eſt, quia tunc ceſſat canonica, & nullum ius epiſcopale competit epiſcopo, hoc etiam tenet Inn. in c. 1. de ſtat. mon. ubi dicit, ꝙ de his quæ obueniunt monaſterio exempto a populo debetur epiſcopo canonica, cum populus non eſt exemptus.

S V M M A R I V M.

1 *Monaſteria exempta cum non teneantur dioceſano ad canonicam de his quæ legantur monaſterio, an tale monaſterium tenebitur ad canonicam domino Papæ.*

Duodecimo principaliter quę-

1 ritur, cum monaſteria exempta † non teneantur dioceſano ad canonicam de his quæ legantur monaſterio, an tale monaſterium tenebitur ad canonicam domino Papæ. Reſpōdeo ſic, & ita tenet Pet. de ſaxofer. de ſepul. in ca. in noſtra. & Io. de teſta. officij. & pro hoc facit ratio, quia Papa eſt proprius dioceſanus exemptoris, de priui. c. auctoritate. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Canonica an debeatur epiſcopo de his quæ legantur hoſpitali.*
2 *Epiſcopus habet canonicam de relictis hoſpitali, præterquam ſi relinquantur ad vſus priuilegiatos.*

Decimotertio principaliter quæ

1 ritur, de his † quæ legantur hoſpitali an debeatur canonica epiſcopo, & hoc ordine procedimus, quia primo quęremus de his quæ legantur hoſpitali conſtructo auctoritate epi. Secundo quæremus de legatis hoſpitali conſtructo ſine auctoritate epi, an debeat canonica epō, & hic oportet quærere, an ſine auctoritate epi quis poſſit conſtituere hoſpitale, auctoritate: & an auctoritate propria poſſit illud deſtruere. Tertio, an illud tale hoſpitale conſtructum ſine auctoritate epiſcopi eſt capax hæreditatū, & legatorū, q̄ ei relinquunt. Quartò an de huiuſmodi

Source : BIU Cujas

hmõi hæreditatibus & legatis debeatur canonica episcopo. Quinto,si aliquis constituit auctoritate propria hospitale,an possit illud donare alicui ecclesiæ,vel loco religioso,vel priuatæ personæ sine auctoritate dioce.Sextò,si aliquis cõstruat hospitale sine auctoritate epi,& pro ipso hospitali emat aliqua bona, vel ipsi hospitali aliqua legentur,& constituens hospitale illud donet loco religioso vel priuatæ personę,an donatario cedant bona quæ constituens emit pro hospitali, vel quæ fuerunt donata,vel legata hospitali antequam fieret illa donatio. Septimò,si aliquis constituat hospitale auctoritate propria,& illud destruat sine auctoritate epi. Quid erit de bonis,quæ constituens emit pro hospitali,quæ erant dona ta hospitali, vel quæ fuerant legata , antequam destrueretur hospitale.Quo ad primam.q.qua quætitur de his,quæ leganf hospitali cõstructo auctoritate epi,an debeatur canoni. epo, dicebat Io.dè testa.ca. requisisti. super verbo,pijs locis,ꝙ de
2 relictis hospitali eps † habet canonicam,præterquam si relinquantur ad vsus priuilegiatos, de quibus loquitur.ca.vlt.de testa.& non dicit plus in d. ca.requisisti. nec ibi distinguit an illud hospitale sit constructum auctoritate episcopi, uel sine eius auctoritate.Si constructum esset auctoritate epi, indubitatum esset quod illud hospitale teneretur episcopo ad canonicam , quoniam sibi subest quo ad legem diocesanam & inrisdictionis,vt de relig.do.c.3.& quod no. Io.de conuer. coniug.dudum.& idem tenet Inno. de sepul. in nostra.

SVMMARIVM.

1 *Institutio rectoris hospitalis ad quem spectet.*
2 *Fundatori hospitalis ex fundatione vel donatione quæritur ius patronatus.*

Quoniam autem supra, tractauimus de hospitalibus quæ constituuntur auctoritate, diocesani, nunc aũt quærimus de infrascriptis dubijs. Primo quæritur ad quem spe-
1 ctat institutio rectoris † hospitalis,quod est fundatum auctoritate diocesani,tex.c.3.de relig. do. dicit ꝙ spectat ad ordinationem diocesani.& eo.tit.cle.quia contingit. in gl. super verbo,de iure.põt tñ ad alium pertinere per statutum in ipsius loci fundatione appositum , vel ex consuetudine legitime præscripta,vel ex priuilegio sedis apostolicæ, & hæc oĩa
2 probantur in d.cle.quia contingit.† No. tñ ꝙ fundatori hospitalis quæritur ius patrona.ex fundatione vel donatione.vt in c.nobis.de iure pat.& est expressum in c. inter dilectos. de do.& hoc casu patronus habet præsentare rectorem,& diocesanus habet instituere.de re iudi.c-cum Bertoldus.nec teneret institurio facta a diocesano non præcedente præsentatione patroni.de iure pat. cum dilectus. 16. q. 1. decreuimus.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia per quos debeant regi.nu:2.*
3 *Tutoribus & curatoribus æquiparantur rectores hospitalium. & habes ibi, quod substantia ecclesiastica periclitari solet per habentem vxorem & filios.*
4 *Patientes defectum natalium an possint præfici hospitali.*
5 *Præfici hospitali an possint religiosi. ubi quod religiosi tenentur ad opus pietatis.& regularis potest præfici ecclesię seculari*
6 *Leprosi contrahunt matrimonium & utuntur matrimonio.vbi etiam quod religiosus abbate impetrante, & pro vtilitate monasterij officium procurationis potest suscipere.*
7 *Religiosus potest præfici beneficio sine cura qui est de membris monasterij.*
8 *Aetas quæ requiratur in rectoribus hospitalium.*
9 *Instituere habens rectorem in hospitali , si illud conferat personæ indignæ, an priuetur iure conferendi.*
10 *Pauperes hospitalium degentium in parochia alicuius ecclesiæ , a quo recipient sacramenta. & hospitale si construatur auctoritate episcopi, an fundator hospitalis possit pacisci cum episcopo quòd ipse episcopus nullã habeat iurisdictionem.*
11 *Clem.quia contingit.de relig.do.an habeat tantum locum in hospitali constructo auctoritate diocesani.12.*
13 *Hospitale aliquod si longissimo tempore fuit gubernatum tanquam hospitale per rectores laicos & clericos , an præsumatur auctoritas episcopi interuenisse.*
14 *Auctoritatis interpositio & ea quæ facti sunt non præsumuntur interuenisse nisi appareat.*
15 *Filius illorum præsumitur , quem parentes habuerunt pro filio.*
16 *Pater qui habet consentire filio in iudicijs, an possit consentire ex interuallo post iudicium iam initiatum.*
17 *Collegium leprosorum an sit religiosum.*
18 *Diocesanus cum possit ecclesias habentes speciales rectores uisitare & procurationes recipere,an etiam possit hospitalia.*

Secundo principaliter quæritur

1 † per quos talia hospitalia debent regi,tex.in d.cle.quia cõtingit dicit ꝙ regimem talis loci debet cõmitti viris prouidis, & idoneis,& boni testimonij qui sciant, & velint, & valeant loca ipsa & iura vtiliter regere,& eorum prouentus,& reddi tus in vsum miserabilium personarum fideliter dispensare. Item possit committi clericis , & not. quod dicit de clericis in genere,siue ergo tales clerici sint in minoribus, siue in sacris ordinibus,siue sint coniugati,& bigami,poterunt præfici tali hospitali,nec ob.ꝙ coniugatis, & bigamis nõ possunt beneficia conferri.de cle. coniu. diuersis fallacijs. de biga. c. vno.lib.6.quia illud est uerum in his quæ conferunf tanquã in beneficium.Sed hmõi hospitalia ut in beneficium conferri non debent,nisi in casibus positis in d.cle.& ꝙ bigami pñt perfici tali hospitali,tenet Io.de Lig.in d.cle.quia contingit. de reli.do.super uerbo , beneficium.Item aduertendum ad
2 id quod dicit tex.ꝙ cura † talium hospitalium debet cõmitti uiris prouidis &c.per quẽ tex.dico,ꝙ talia hospitalia non possent committi infamibus,nec criminosis,nec excõicatis. Infames enim non sunt boni testimonij, vt in l.1. de his qui no.infa.nec sunt uiri prouidi,facit regula infamibus.lib.6.idẽ dico de criminosis.de temp.ord quæsitum.de testi.testimonium.& c-fi.de excess.præla.c.inter dilectos. idem de excõicatis maiori excõicatione,qñ isti sunt segregati a cõione hominum,& participantes cum eisdem peccant,ꝙ me.cã cap.sacris.de excepr.a nobis.Quid de laicis.Respondeo præfici pñt tali hospitali,ẽt si habeant filios, uel vxorem, ex qua possent filios verisimiliter procreare , ẽt si talis rector habeat curam pauperum uel familiæ,talem enim curam habet dñs,& pater super familiam istam, ergo non impediet laicum perfici. de sen.excom.canonica.& hoc probatur per d.cle.ibi,viris prouidis.Generaliter enim gubernatores talium locorum sacramenta non conferunt,diuina celebrant, sed simpliciter prouentus dispẽsant in vsus miserabilium personarum, ad hoc.
3 8.q.1.c.1 pro hoc ẽt facit,quia tales † rectores æquiparantur tutoribus &curatoribus qui laici sunt,vt dicit ibi tex.& quia ille tex.dicit ibi, prouidis uiris &c. generaliter loquitur ,& de laicis ẽt intelligitur.Quidam tñ dicebant ꝙ laici coniugati non possunt præfici tali hospitali.Nam cõmissio debet fieri personę quæ fideliter dispenset,ut ibi dicit tex. Sed non præsumitur fideliter dispensare pauperibus ex quo habet uxorem & filios,cum enim uir cogitet,qũo possit placere uxori, & ideo minus quæ Dei sunt valeat cogitare , quasi diuisus in duo plenã sui non habeat prãtem.de cle.coniug.capi. diuer. Item præsumuntur fore suspecti in hmõi administratione, quia per habentem vxorem & filios solet substantia ecclesiastica periclitari.28.di.de siracusane , licet gl. teneat primam opi.tñ puto hoc pendere ex arbitrio diocesani,qui habet cõsiderare qualitatem personæ,an suspecta sit,uel non. Optime
4 ad hoc facit.l.1.ff.ubi pu. edu. deb. dico ꝙ ẽt patientes † defectum natalium poterunt præfici tali hospitali , qñ & boni testimonij esse possunt.de elec.innotuit. de iud. cum deputati.Quod autem dixi , laicos posse præfici tali hospitali , est uerum , nisi tale hospitale habeat curam animarum cũ potestate clauium,uel si essent loca religiosa. 18. q.2.quidam.Sed queritur de laicis,uel clericis ignotis , an posunt perfici tali hospitali,vñ ꝙ non,quia hmõi personæ ignotæ tanquam fugientes propriam patriã præsumuntur criminosi,& infames. 19.q.1 duo sunt.de temp.ord.c.1.li.6.Et infames uel criminosi non possunt præfici. Respõdeo, præfici possunt,quia nõ præsumuntur indigni,nisi hoc probetur.de scruti.c.uno de præsum.c.fi.sufficit ergo ꝙ fideliter dispenset,ẽt si sit ignotus.de
5 cum deputati. † Sed quæritur de religiosis an possint præfici tali hospitali,& maxime hospitali leprosorum , & vñ ꝙ possit præfici,per hoc quod no. Inno. de eccle. edi. cum dicat. ubi dicit collegium leprosorum esse religiosum & licitum a iure approbatum.per c.quidam.18.q.2. Item quia est opus pietatis ad quod tenentur religiosi. Archi.in d.c.quidam,religiosum non posse ibi præfici dicit, nisi hospitale esset alicuius religionis aprobatę,uel haberet ecclesiam curatã, quia regularis ecclesię seculari perfici potest. de reg. super eo. 19. q.1.c.1.& hoc pp priuilegium curę.de sta.mo.quod dei timorem nõ ob c.quidam.præalle.ubi vñ dicere religiosum posse præfici hospitali. Nam tex. ibi dicit de ecclesijs monasterijs & hospitalib. & subdit ibi tex ꝙ talibus locis præfici posunt clerici & monachi,& laici præficiantur hospitalibus,nec est vera opi.Inno.no.in d. cap. cum dicat.de eccle. edi. quia ut dicit Host.non est verum ꝙ collegium infirmorum,& leprosorum fit religiosum,nec aliquo iure cauetur,quia nulla religio est sine tribus substantialibus,de quibus in c. cum ad mo
6 nasterium.de sta.re.de reli.do.cle.j.Sed † leprosi contrahunt matrimonium.& vtuntur matrimonio contracto.de cõiug. lepro.c.j.& 3.& habent proprium. ut d. c.cum dicat. nec oẽs ducentes cõem uitam sunt religiosi.de vit.& ho. clerico. qñ

Source : BIU Cujas

vt ait.nec priuilegium de decimis non ſoluendis concedit eis rõne religionis,ſed rõne compaſſionis & pietatis.de reſti.ſpolia cap. 1.& de cenſi.licet.Sed quęritur,ſi ſit aliquod hoſpitale non habens curam animarum,& fundatũ ſit auctoritate dioceſani.& inſtitutio rectoris pertineat ad monaſterium ex conſuetudine,præſcriptione vel priuilegio,& ſic illud hoſpitale ſit de membris monaſterii, an tali hoſpitali poſſit præfici religioſus illius monaſterij. Rñdeo ſic,quod probatur duplici rõne. primo, quia talis rector cenſetur tanquam procurator hoſpitalis.de dona.cęterum.& ca.fraternitatem. Sed religioſus abbate imperante & pro vtilitate monaſterij põt procuratio-
7 officium ſuſcipere.de poſtu.cap.2.Secunda rõ, † quia religioſus oõt p̃fici beneficio ũne cura, qui eſt de membris monaſterij,de quo per Io.in regu.quę a iure.libr.6.de ſtat. mona.cum ad mobaſterium.ver. tales.facit clem.ne in agro.de ſta.mona. §.cęterum.& quod no.16.q.1.de mona.& per Hoſtien. in decre.quod Dei timore.Demum quæritur, an rectores talium hoſpitalium ſint perpetui,& videtur q̃ debeant eſſe temporales.i.ad tempus inſtituti, quia ęquiparamus eos tutoribus & curatorib.quorum officium eſt temporale.C.vt ca. poſt pub. tu.abſit.l. 1. & ſic intelligatur, q̃ commiſſio fiat ad tempus. ſ. quandiu placuerit committi dicas q̃ põt fieri talis commiſſio ad tempus & in perpetuum,quia text.in d.clem. ſuper uerbo , committitur loquitur ſimpliciter de commiſſione, non exprimens an ſit temporalis uel perpetua. ergo poterit fieri ad tempus & perpetuo , ut dicit gloſſ. ſuper uerbo , committatur. Demum quęritur intra quod tempus habens ius inſtituendi rectorem in hoſpitali debeat rectorem inſtituere. illa cle. de tempore nihil prouidet.& ideo dicebat ibi Pau a iure non eſſe tp̃s determinatum , licet in collatione beneficiorum tp̃s ſit determinatum de conceſ.præbã.c.nulla. Et in electione de elec.ne pro defectu de ſup negl.præl.clem.vna & in præſentatione.de iure patr.c.vno.lib. 6. Puto tñ q̃ ex quo hoſpitale eſt conſtructum auctoritate ep̃i,& habens rectorem inſtituere , & deſeritur cura hoſpitalis,quod epiſcopus poſſit ſupplere negligentiam illius,vt d.clem.quia contingit. verſ. nos. & ver. in
8 quo ſi forte.Demum quæritur quæætas † requiritur in rectoribus dictorum hoſpitalium,& per d.clem. nõ eſt prouiſum de ætate.licet per canones in beneficijs ſit prouiſum de ætate promouendorum ad beneficia,ſiue ſint ſine cura , ſiue cũ cura,ſiue ſint dignitates,uel canonicatus.de elec.cum in cũctis. de æta & qua.indecorum.de reſcrip.ſi eo tpe.lrb.6.de ſta.monacho.cle.ne in agro.Sed ſi iſtos rectores æquiparamus curatoribus,non vr̃ q̃ minor.25. an põt præfici regimini ipſius hoſpitalis.C.de legi.tut.l.vlti.pro hoc facit.d.clemẽ.quia contingit.dum ibi dicit, prouidis viris &c. Non.n.hæc prouidẽtia vr̃ cadere in minore.25.an.vt in d.l.vlti.C.de legi.tu. Si aũt æquiparamus eos procuratoribus,vt patet de do.cæterum.& cap. fraternitatem. tunc cum non ſolum ſint gubernatores ad extraiudicialia,ſed & iudicialia.vt clem.quia contingit. de relig. do.vr̃ requiri ætas.25.anno.de procu.qui gñaliter.libr. 6. Demum q̃ritur,ſi talia hoſpitalia vacent in curia , an habens ius inſtituendi de iure cõi perdat poteſtatem inſtituendi,ita q̃ inſtitutio competat ſoli Romano Pontifici.Rñdeo, non perdit prãtem inſtituendi,nec illud ius deuoluitur ad Papam, & hoc eſt verum,niſi talia hoſpitalia conferrentur,vt in titulum,& vt in beneficium.de præben.c.licet.lib.6.& vt lit.pend.clemen.1.
9 Demum quæritur,ſi habens inſtituere † rectorem in hoſpitali illud conferat perſonæ indignæ,an priuetur iure conferẽdi, quia tex.ibi dicit,q̃ prouidis viris d3 fieri collatio. Rñdeo,nõ priuatur iure inſtituendi,quia tex.ibi,hoc non exprimit. Hęc vera, niſi tale hoſpitale conferretur ut in titulum , & ut in beneficium.de elec.cum in cunctis ordinibus, & c.cum Vintonien. Demum quæritur de fructib. bonorum dicti hoſpitalis , qualiter,& in quos vſus conuerti debeant.Rñdeo, prouenrus illos conuertere debent in vſus pauperum,& nõ in vſus ſuos, vltra uictum & ueſtitum q̃ hr̃e debet de bonis hoſpitalis rector,& ſic alios fructus non facit ſuos.ẽt ſeparatos a ſolo in vita vel in morte,nec eos põt in ſuum patrimonium conuertere,pro hoc facit.d.clem.ſuper uerbo,inhumaniter. hoc.n. eſt eſt durum verbum q̃ iſtos rectores hoſpitalium, quia non faciunt fructus ſuos,nec poſſunt ſine periculo damnationis cõuertere in uſus ſuos,præter uictum & ueſtitum. Et licet gñaliter bona eccleſiarum ſint bona pauperum.11.q.1.quicquid.tñ latiorem ſeu laxiorem adminiſtrationem habent prælati , q̃ iſti rectors,de quo per Archi.de reſcrip.c.ſtatutum.& per Io. Andr de offi.ordi.c.pñti.lib.6.de hoc per gl.& Io.de Lig.in d. cle.Hæc vera,niſi eſſent hoſpitalia, quæ conferuntur ut in beneficium,quia tunc de fructibus bonorum iſtius hoſpitalis ſeruaretur illud quod hr̃ in d.c.præſenti.de off.ordi.lib. 6. Demũ
10 quæritur de pauperibus † taiium hoſpitalium degentium in parochia alicuius eccleſiæ.a quo recipient eccleſiaſtica ſacramenta.Reſpondeo,debent illa recipere a rectore illarum eccleſiarum in cuius parochia ſiſtunt.de prębri.c.ex tranſmiſſa. & probatur per d.clem.quia contingit,de relig.do.& eſt caſus in d.clem.§,cæterum.Demum quęritur, ſi hoſpitale conſtruatur auctoritate epiſcopi , an fundator hoſpitalis poſſit paciſci cum ep̃o q̃ ep̃s ibi nullã habeat iuriſdõnem,uel alia iura ep̃alia.Rñdeo hoc fieri poſſe,dummodo non ſit fundatum principaliter ad miſſam celebrandam , ſiue alia eccleſiaſtica ſacra conferenda, nec ibi ſit inſtitutus vicarius perpetuus , ſeu domus aſſignata pro eo. licet fit altare, & miſſa ibi celebretur de licentia ep̃i.tunc.n. ep̃s quamdiu uiuit fundator ẽt poſt põt aliquid uendicare niſi quantum in aliis pijs locis.de conſe.diſt.i. c.unicuique.& c.ſi quis ex parochiaius.de teſt.ſi hęredes.& ibi
11 no.Demum quęritur an d.cle † quia contingit, habeat rñ locum in hoſpitali conſtructo auctoritate dioceſani , & dico q̃ ſic,q̃ probo per iſtas rationes Primò,quia ibi loquitur de inſtitutione fienda ab eo ad quem de iure pertinet,ſicut eſt dioceſanus.de relig.do.c.3.ad quem pertinet inſtitutio , cum eius auctoritate hoſpitale fundatum eſt.vt d.ca.3. ſecus ſi ſine eius auctoritate.Secunda ratio eſt,quia ibi loquitur de hoſpitalib. exemptis ex priuilegio,ergo de fundatis auctoritate ep̃i ſecus. Nam Apoſtolica indulgentia eximit a poteſtate dioceſani,nõ aũt procedit illa exemptio, nec fit per Papam q̃ñ auctoritas dioceſani uon interuenit in fundatione. Tertia ratio eſt, quia ibi clem.loquitur de hoſpitalibus non exemptis,& ſic dioceſano ſubiectis,qđ eſt eo caſu q̃ñ auctoritas ep̃i interuenit in fundatione,vt d.c.3.de reli.dom.Quarta rõ,quia illa clem. prouidet de rectore hoſpitalis qui laicorum ipſorum cura poſtpoſita &c.Et ſic non loquitur de hoſpitalibus conſtructis ſine auctoritate dioceſani,q̃ poſſunt illam curam poſtponere & hoſpitale deſtruere,ut dicit gl in d.clem.quia contingit. Quinta rõ,quia illa clem. prouidet de perſonis quibus fiat commiſſio talium hoſpitalium,dum dicit , de uiris prouidis &c. Et ſic intelligitur de fundatis auctoritate ep̃i. Nam ſi ſine auctoritate ep̃i tunc non conſideramus qualis perſona habeat curam talis hoſpitalis,ſed conſideraremus perſonam cõſtruentem ſub
12 cuius dñio eſt ipſum hoſpitale.† Sexta rõ,quia illa clem. arctat rectorem hoſpitalis ad reddendam rõnem dioceſano,ergo intelligitur de fundatis auctoritate ep̃i. Nã ſi ſine eius auctoritate fundatur,non tenetur cuiquam rationem reddere,quia locus ille eſt in dñio fundatoris,& in re ſua,quilibet eſt moderator & arbiter.C. mand. l.in re mandata. Septima rõ, quia illa clem.arctat rectorem ad inuentarium faciendum ad inſtar tutoris & curatoris, ergo loquitur de fundatis auctoritate ep̃i , æquiparando illum rectorem iutori & curatori.Sed iſta æquiparatio non caderet in hoſpitali fundato ſine auctoritate ep̃i, quia talis fundator eſt dñs loci.de do. inter dilectos. non autẽ eſt tutor nec curator ipſius loci.Octaua rõ,quia illa cle. inducit priuationem a regimine hoſpitalis in caſibus ibi expreſſis, & ſic loquitur de fundatis auctoritate dioceſani, non enim illa priuatio induceretur in fundato auctoritare ꝓpria. Demũ
13 q̃ritur, ſi apparet qđ aliquod hoſpitale lõgiſſimo † tpe fuit rectum & gubernatum per rectores laicos & clericos,an præſumatur auctoritas ep̃i interuenſſe,dicebat Fede. de ſen. in cõſ. 106.q̃ ſi eſt aliquod hoſpitale hñs altare,oratorium,uel cãpanile,nec apparet q̃ in conſtructione iſtius hoſpitalis interuenerit auctoritas ep̃i,q̃ vr̃ eſſe neceſſarium ad hoc ut dicatur eccleſiaſticum,prout no.Inn.in c.ad hæc.de reli.do. & Hoſt.ibi , & in ſum.eod.tit.& in titu.de reg. Rñdeo ex quo non apparet q̃rium,& in dubio ex quo uocatur hoſpitale, & habet faciem loci eccleſiaſtici,debemus ipſum cenſeri pro loco eccleſiaſtico,q̃ indicat altare & campanile,quæ ſunt ſigna loci eccleſiaſtici,ut a parte colligitur,de priui.patentibus,ut Archi.not. de conſe.diſt.1.nemo.q̃ñ dubium eſt an in conſtructione eccleſię interuenit auctoritas ep̃i, non debemus præſumere qđ interuenerit,ex quo habet ſigna loci eccleſiaſtici, & ita tenet Fede. in d.conſ.In contrarium uidetur,quia non præſumitur auctoritas interpoſita niſi hoc appareat,caſus eſt.ff.de pub.l.quicũ-
14 que.† Item ea q̃ facti ſunt,ſicut eſt auctoritatis interpoſitio.ff. de cur.fur.l.conſilio. non præſumuntur interueniſſe niſi appareat.ff.de capt.l.in bello.§.factæ.unde dicebat Compo. de cõſue.c.cum dilectus,in glo.ſuper uerbo,quam de iure cõi. uer. ſed dicendus.quod in his in quibus requiritur conſenſus capituli, ad ualidandum actum ſi partes de hoc non referunt cõnem,præſumitur cõſentus capituli interueniſſe,ſecus ſi de hoc partes referant quæſt.quia dicant conſenſum capituli non interueniſſe,ad hoc facit,quia non præſumitur quis eſſe delegatus,niſi hoc appareat.de procu.c.1.Item non præſumitur quis eſſe ordinatus,niſi appareat,nec præſumitur quis baptizatus , niſi appareat hoc.6.diſt.in.c.præsbyteri.ubi per glo.Item, quia q̃ ſunt de ſolennitate extrinſeca non pręſumuntur. ff.de uerb. obliga.ſciendum.Reſpondeo,ea q̃ ſunt facti non p̃ſumuntur, niſi appareant indicia,per q̃ p̃ſumatur factum interueniſſe,qa tunc præſumuntur interueniſſe q̃ ſunt facti , ſicut dicimus de nato ex parentibus chriſtianis , & conuerſante fideliter inter chriſtianos,qui p̃ſumitur baptizatus.de præsby.non bapti.caueniens.ſicut uidemus in eo qui ſe geſſit pro rectore eccleſię, & longo tpe miniſtrauit ut rector , & ſciente & patiente dioceſano

Source : BIU Cujas

ceſano,q̃ præſumitur inſtitutus in rectorem eccleſiæ, de quo
15 per Io.in regu.1.in nouel.ſicut præſumitur filius illorum† qui vt parẽtes habuerunt illum pro filio.de proba.in c.per tuas.ſicut præſumitur matrimonium, cum aliqua mulier defert annulos vt uxor. de præſump.literas.& vide quod plene not.Inno.de verb.ſigni.veniens.lib.6.ſuper uerbo memoria. Cũ igitur tale hoſpitale habet altare, oratorium,& campanile, quæ ſunt ſigna loci eccleſiaſtici,d.cap.patentibus. præſumentur talia loca fundata auctoritate ep̃i. Demum quæritur ſi eccleſia uel hoſpitale ſunt a principio conſtructa ſine auctoritate ep̃i, an poterunt effici religioſa & eccleſiaſtica,ſi cõſenſus epiſcopi ex poſtacto interueniat.Iura in hoc uariis nerbis utuntur. quædam enim iura dicunt,q̃ locus non poteſt effici religioſus nec eccleſiaſticus ſine auctoritate ep̃i.de relig.domi.ca.ad hæc.Quædam iura videntur dicere,q̃ nõ põt fieri locus eccleſiaſticus.18.q.2.quidam. Aduerte, q̃dam ueniunt per uiã iuſſus,& tunc oportet iſte iuſſus præcedat actũ, qui geritur. ff. de acquir.hær.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.Quædam ueniunt per uiam auctoritatis,& tunc oportet, q̃ iſta auctoritas interponatur in actu,uel ſtatim poſt ipſum actum.ff.de aut. tuto.l. obligari.§.tutor.& inſti.de aut.tut. §.tutor. Quædam veniunt p̃ uiam conſenſus, & requiritur q̃ intra certum tp̃s præſtetur conſenſus,& tunc oportet q̃ intra illud tempus præſtetur cõſenſus.ff rem ra.hab l.bonorum. Si autem non eſt certum tẽpus determinatum,ita q̃ p̃ſtetur conſenſus, & tunc põt cõſenſus interuenire ex poſtfacto. id eſt ex interuallo factum celebratum,vt in regula,ratihabitio.lib.6. & vide illud quod not. per glo.in l.non ſolum.§ neceſſitatem.C.de bon. q̃ lib.vbi pa-
16 ter† qui habet conſentire filio in iudiciis,poteſt conſentire ex interuallo poſt iudicium iam initiatum.Ex prædictis ergo ſoluitur qõ, q̃ ſi conſenſus epiſcopi debeat interuenire p̃ uiam auctoritatis, tunc non poſſit auctoritas interponi ex interuallo poſt actum celebratum,ut d.l.obligari.§.tutor. ſecus ſi conſenſus ep̃i non debeat interuenire p̃ uiam auctoritatis,ſed per uiam ſimplicis conſenſus,facit de his quæ ſi.a prælat.ca.cũ tenebatur,& vide q̃ no.gl.de reb.eccl.non alie.c.primo, libr. 6. Demum quæritur de uiſitatione, an dioceſanus poſſit uiſitare hoſpitalia?infectorum ſuæ dioce.habẽtia altaria,oratoria, & campanilia,ad hoc reſpondetur,q̃ ſi aliud non dicatur, de iure communi oĩa hoſpitalia ſubſunt ep̃o, ĩ cuius dioceſi sũt ſita,& ep̃s curare habet uiſitando q̃ ad eum finẽ & vſum teneantur & gubernentur ad quem ſunt inſtituta.de reli. do. ca. 3.& 4.cod.tit.clem.quia contingit, & q̃ poſſit viſitare & procurationẽ ab eis recipere,probatur.de cẽſi.romana.§.1.lib. 6. ſup verbo,pia,& hoc no.ibidẽ Io.And.& Archid.& talia loca cẽſeantur eccleſiaſtica,vel quaſi,probatur.de præbẽ. c. p̃ literas.in clem.alias fruſtra q̃reretur an talia loca includerẽtur in lr̃is apoſtolicis. Ad idẽ facit declaratoria dñi Bonifacij Papę. 8.quam fecit ſup recollectione decimæ Papalis. circa princip. ver.de redditibus, vbi eximit huiuſmodi loca a decima papali, q̃ exemptio non erat neceſſaria ſi illa loca non p̃tinerẽt ad iuriſdõnem eccleſiæ,& ita dicit Fed.in d.conſ.216.immo plus dicebat ibi Fed.q̃ẽt ſi certum eſſet, quod in hoſpitali de quo q̃ritur non interuenerit auctoritas ep̃i,adhuc dico, cum p̃ſonæ ibi degẽtes ſint p̃ſonę miſerabiles,cẽſentur eſſe ſub protectione eccleſię.de eccle.edi. cap.primo, maxime f̃m glo.Inn.
17 ibi poſitam,qui dicit† q̃ collegium leproſorum eſt religioſũ, vnde ad ſollicitudinẽ ep̃i p̃tinet videre,inquirere,& uiſitare,vt bona iſtius loci q̃ pro maiori parte uenerunt ex largitione & elemoſinis fidelium, conuertantur in vſus illorum infectorũ & leproſorum.Concludit ergo ibi, q̃ ſiue ex teſtamẽto, ſiue inter uiuos a principio ordinatum fuerit,q̃ locus iſte eſſet deputatus ad vſum hoſpitalis,ſiue interuenerit auctoritas Ep̃i,ſiue non,q̃ põt p̃ ep̃m uiſitari,vt viſitando inquirat an illud ibi fiat propter q̃ conſtructum eſt, & p̃p q̃ ibi fiunt elemoſinæ a fidelibus, maxime cum habeat formam & ſtatum loci pij & eccleſiaſtici,acẽt ſic denominetur.ad hoc.de ſen. excommu. ſi iudex laicus,libro 6.& quod no.Archid.de pręb. cum de beneficio.eod.lib.in gloſſ. ſ. quadraginta.in fin.dicebat Paul.de Leaza.in clem.quia contingit.de reli.do.ſuper verbo, & prouẽtus,q̃ ex conſtitutione prędicta bona talium laicorum de quibus loquitur.d.clem.tenentur ad ſuſtẽtandum rectorẽ hoſpitalia & pauperes tantum ipſius hoſpitalis, ergo ad alia iura non tenẽtur,maxime cum hoc non habeatur inre expreſſum, & ſic non ad cathedraticum,nec ad procurationem,& ſimilia tenentur,nec dos v̄r ipſis pro talibus iuribus ab initio aſſignata fuiſſe,licet ab initio, cum fundatur eccleſia,dos debeat aſſiſignari,de cõſecra.eccle.cum ſicut.licet ergo dioceſanus poſ-
18 ſit eccleſias habentes ſpeciales rectores viſitare† & procurationes recipere. de cenſi. capitu. final. non tamen hoſpitalia prędicta. Sed inquirere poſſunt, ſi rectores ſunt negligentes, vt d.clementi. quia contingit. & idem tenet ibi Ioan. de Lign.

SVMMARIVM.

1 *Conſtruere hoſpitale ſine auctoritate epiſcopi an quis poſſit.*
2 *Hoſpitale ſi quis conſtruit ſine auctoritate epiſcopi, an illud poſſit deſtruere propria auctoritate inconſulto dioceſano. & ibi,quod loca a iure approbata ſunt capacia hæreditatum & legatorum.*
3 *Officium a quo remouetur,remouetur ab eo officij premium.*
4 *Commoda pecuniaria facilius tolluntur,quàm obſequialia.*
5 *Sacer locus eſt,qui rite,& per Pontifices Deo conſecratus eſt.*
6 *Epiſcopus non uiſitat oratoria conſtructa ſine auctoritate Epiſcopi.*
7 *Locus religioſus factus auctoritate epiſcopi,ad diſpenſationem epiſcopi pertinet.*
8 *Hoſpitalia poſſunt fundari, quòd epiſcopus in eis nullam habeat iuriſdictionem.*
9 *Dioceſani an poſſint uiſitare eccleſias habentes ſpetiales intitulatores.*
10 *Aufugiens ad hoſpitale,an ita ſit tutus a iudice ſeculari,ſicut ſi aufugeret ad eccleſiam.*
11 *Canonica an debeatur de legatis pio loco.12.*
13 *Pecuniam dare pro adminiſtratione pauperum & hoſpitalium,ſimoniacum eſt.*
14 *Hoſpitale ex quo aliquis conſtruit, epiſcopus tacite cenſetur auctoritatem interponere.*
15 *Epiſcopo debetur canonica ſi hoſpitale utitur ex gratia relinquentis. 16.*
17 *Defuncti uoluntatem tueri ad officium epiſcopi pertinet.*
18 *Epiſcopus eoipſo quod percipit quartam ab aliquo loco, præſumptio eſt quòd alijs iuribus epiſcopalibus ſit ſubiectus ille locus epiſcopo.*
19 *Hoſpitale ut dicatur locus eccleſiaſticus an requiratur auctoritas Epiſcopi.*
20 *Altare & campanile ſunt ſigna loci eccleſiaſtici.*
21 *Hoſpitale ſine auctoritate epiſcopi poteſt eſſe.*
22 *Altare,campanile,cemiterium & miſſarum celebratio fieri non poſſunt ſine auctoritate epiſcopi.*
23 *Allegans contraria non debet audiri.*
24 *Bona quæ ſunt in dominio hoſpitalis an tranſeant in omnem perſonam cui hoſpitale conceditur.*
25 *Fundator hoſpitalis illud transferendo in alium, ſolum uidetur transferre quod ſuum eſt.*
26 *Collegia quædam ſunt quæ habere poſſunt proprium in communi,& nihil in particulari & profeſſi an poſſint habere proprium.*
27 *Labore ceſſante,ceſſare debet premium.*
28 *Fundator & rector hoſpitalis eſt quodammodo nudus miniſter in hoſpitalitate ſeruanda.*
29 *Deſtructa eccleſia autoritate ſuperioris, decętero nullus debet uocari clericus illius eccleſię, & illa eccleſia perdit omnia priuilegio.*
30 *Eccleſia ſi deſtruitur abſque auctoritate ſuperioris uihilominus priuilegia data eccleſię non peribunt.*
31 *Vinculum inductum ratione profeſsionis eſt indiſſolubile.*
32 *Profeſsio in religione non approbata nulla eſt.*
33 *Eccleſia legitime conſtructa,auctoritate ſuperioris an poſsit deſtrui.*

Quo ad ſecundam quæſtionem

1 princip. de legatis hoſpitali† conſtructo ſine auctoritate ep̃i an debeatur canonica ep̃o, vbi dicebam q̃ oportebat primo quęrere, an ſine auctoritate ep̃i quis poſſit conſtruere hoſpitale,dicebat Innoc.de reli.dom.ca.ad hoc.q̃ ſi quis conſtruat hoſpitale cum oratorio,tunc eſt neceſſarius conſenſus epiſcopi,& ſubdebat ibi,q̃ nulli dubium eſt,quin laicus poſſit deputare domum ad paupes recipiẽdos, & ſubdebat q̃ laicus poſſit hr̃e oratorium & hoſpitale in domo propria, dummodo non habeat formam eccleſię,ibi tñ non poterit celebrari ſine auctoritate epiſcopi.de conſecr.diſt.1.vnicuique.& c.clericos dicebat gl.ordi.in clem.quia contingit.de relig. do. ſuper verbo,altare.q̃ hoſpitalia cum cura vel altari, cemiterio vel alio iure parochiali, uel q̃ aliàs ſint p̃petua & religioſa oriri non poſſunt ſine auctoritate Epiſcopi, aliàs tamẽ quilibet domũ ſuam uel partem domus ad hoſpitalitatem pauperum diſponere poſſet, ſed tñ pœnitere poſſet, ex quo tamẽ hoſpitale eſt locus religioſus,& auctoritate Epiſcopi deputatus,vnde poſſunt ſibi talia accedere de pręb.per lr̃as Quo ad ſecundam.q.
2 qua q̃rebam, ſi aliquis conſtruit hoſpitale† ſine auctoritate Epiſcopi, an illud poſſit deſtruere auctoritate propria inconſulto dioceſano.Rñdeo,deſtruere id põt auctoritate propria, vt in clem.quia contingit in glo.ſuper uerbo altare. ibi,dũ dicit,ſed tunc pœnitere põt Quo ad aliam. q.qua quęrebam an tale hoſpitale conſtructum ſine auctoritate Epiſcopi ſit capax hęreditatum & legatorum.Rñdeo quòd eſt capax. Nam eſt locus pius,& ſic locus pius a iure approbatus,& loca a iure approbata ſunt capacia hr̃ditatum & legatorum.ff.de rer.dub.l. cum ſenatus.ff.de colle.illi. l.fin. Pręterea ex quo ille locus eſt deputatus ad uſum pauperum,meritò eſt capax hr̃ditatum & legatorum,ſicut & ſi pauperibus legaretur. ut l.id quod pauperibus.& l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſco.& cleric. Pręterea

terea licitum eſt collegium eorum, qui hoſpitali deſeruiunt, & fratres poſſunt deputari per dñm & fundatorem hoſpitalis vt tpe vitæ ſuæ ibi deſeruiant, & ibi neceſſaria habeant, & eorum conſilio oĩa fiant, ſm Innoc. de dona. inter dilectos. in gl. ſuper verbo, aſſignationem. Quo ad aliam. q. qua quærebatur, ſi hoſpitali conſtructo ſine auctoritate aliqua obueniunt iure inſtitutionis vel legati, an debeatur canonica. In iſta q. varie fuerunt locuti doc. & ad partem negatiuam, quòd non debetur canonica epiſcopo, argu. per has rationes. Primo a quo
3 remouetur † officium remouetur ab eo officij præmium. de alimen. lega. l. alumnæ. §. hæredibus. de leg. ſecunda, ſi quis quos. decondi. & demonſtra. l. ſi quis. ff. de annu. legat. l. Scio. Ex hac rõne. n. uenit q̃ ep̃s ab exemptis non percipit canonicam q̃ compẽtit rõne curæ, quam in exemptis non exercet, vt dicit Io. de teſt. officij. de ſepul. c. certificari. Si enim talis locus ſubeſſet dioceſano, non poſſet ſine eius auctoritate deſtrui. de rel. domi. ca. adhæc. huius aũt officium & cura non competit ep̃o in talibus hoſpitalibus, nullamq̃ participationem in eis hr̃e vr̃, cum eo inconſulto poſſet inſtitui & deſtitui. de reli. do. clemen. quia contingit. ergo nec participationem habet in rebus q̃ primitiua acquiſitione fuerunt iuris eorum, ſicq̃ talia loca æquiparamus emancipatis, qui ſibi & non patri quærunt. de bonis quæ lib. C. l. cum oportet. In talibus. n. locis nõ habet obſequialem obedientiam, ergo nec canonicam, quia
4 facilius † tolluntur commoda pecuniaria q̃ obſequialia. de bo. quæ li. l. fin. In iſtis. n. cura competit fundatori loci nõ ep̃o, vt d. clemẽ. quia contingit, ergo rerum legatarum acquiſitio competit loco. l. 1. ad Trebel. Si ergo tali loco nõ cõicat actiones ſuas, ergo nec ei debet cõicari in præſtatione canonicæ, nã non confertur ei qui non confert. de collatio. vt liberis. C. Nam talis locus nec lege iuriſdõnis, nec lege dioceſana ſubeſt ep̃o, quia hoc nullo iure cauetur, ergo ceſſat canonica, ſiue dicatur eſſe de lege dioceſana uel iuriſdõnis, de offi. ordi. dilectus. Remota ergo lege dioceſana & iuriſdõnis, remouet oĩs eius ſpes. de priuile. c. 1. lib. 6. nec iſte locus eſt ſacer uel ſp̃ualis, nec domus eccleſiaſtica, & ſic nec eſt ſub patrocinio ep̃i, ſed ſub libera ptãte ſuo fundatoris, vt d. cle. quia contingit. Iſta. n. ñ eſt domus Dei ſed hoĩs, quam homo põt deſtruere, & nõ eſt locus ꝑpetuus, cum poſſit uendi, & ſic eſt locus prophanus, & in humano commercio, de dona. inter dilectos. non. n. iſtud
5 hoſpitale eſt locus ſacer, quia iſte eſt locus ſacer, † qui rite & p Pontifices Deo conſecratus eſt, ueluti ædes ſacræ & dona q̃ rite ad miniſterium Dei dedicata ſunt. Si uero auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtitueret, ſacrum non eſt, ſed prophanũ, ita dicit tex. no. inſti. de rer. di. §. nullius. Item non eſt locus religioſus, ex quo auctoritas ep̃i non interuenit. de relig. do. c. ad hæc. vbi per Inn. & alios doc. & ſic cõſiderato loco per ſe ceſſat canonica, & idem ſi conſideremus locum reſpectu paupe rum in genere, quia canonica ceſſat cum pauperibus in genere legatur. de conuer. coniu. dudum. ibi per Io. nec. n. talis locus noĩe hoſpitalis continetur. de præbẽ. per lr̃as. nõ ergo ſubeſt ep̃o, quia ipſo inuito põt deſtrui, vt d. clem. quia contingit. nec locus religioſus eſt, ex quo auctoritas dioceſani non interuenit de conſe. diſt. 1. nemo. & d. clem. per literas. & d. cle. quia contingit. & eſt caſus in c. ad hæc. de relig. do. nec eſt locus ſacer, ex quo ep̃s non auctoratur, nec ẽt religioſus, ut dicit Inn. de don. inter dilectos. & ideo eius cura ad dioceſanum nõ ꝑtinet, vt dicit Hoſt. in ſum. de reg. §. quod de ruſticis. & in Spe. de ſta. mo. ver. 35. facit quod no. Io. de reli. do. de xenodochijs.
6 in gl. 2. facit de cenſi. c. fi. vbi ep̃s † nõ uiſitat oratoria cõſtructa ſine auctoritate ep̃i, ergo nec hoſpitalia, & ſic vr̃ ex iure ep̃ali deberi poſſe, cum illud nõ habeat. Præterea ea rõne, quia dicemus talia loca teneri ad canonicam, ſicut tenentur alia quę ſunt de lege iuriſdõnis & dioceſana. Sed nullo iure cauetur q̃ ad hæc teneantur, ergo nec ad canonicam, quia a quo remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies, ergo a quo remouetur lex dioceſana vel iuriſdõnis, remouetur q̃libet eius ſpẽs. de priui. c. 1. de ver. ſigni. c. 1. lib. 6. vnde dicit gl. in cle quia contingit. de relig. do. q̃ auctoritate propria quis põt deſtruere hoſpitale q̃ conſtruxit ſine auctoritate dioceſani, q̃ nõ poſſet ſi tale hoſpitale ſubeſſet dioceſano quo ad legem dioceſanam & iuriſdõnis. Præterea hoc multum facit pro dicto Inn. de don. inter dilectos. vbi non eſt proprie hoſpitale q̃ religioni nõ eſt deputatum, licet large dicatur hoſpitale, & talis locus ꝑ dñm eius alienari põt in quamcunque perſonam. de relig. do. c. ad hæc. & ſubdit q̃ licet licitum ſit collegium eorum qui hoſpitalitati intẽdunt, & hi fratres per dominum & fundatorem hoſpitalis ius habeant in hoſpitali, vt tpe viræ ſuæ ibi deſeruiant, & ibi neceſſaria habeant, & eorum conſilio oĩa fiãt, cum talis locus nõ dr̃ eſſe de patronatu fundatoris, ſed de dominio, nec eſt locus proprie religioſus, licet large fundator dicatur patronus ꝑ ſp̃ualia ad q̃ locum illum deputat, aliàs
7 aũt ſi eſſet locus religioſus † factus auctoritate ep̃i, ad diſpenſationem ep̃i ꝓtineret, nec primus ſtatus ſine auctoritate ep̃i, poſſet mutari. de reli. do. de xenodochijs. & ſic multum eſt põderandum q̃ dicit, ad diſpẽſationẽ ep̃i ꝓtinere hoſpitale poſt quam fundatum eſt auctoritate ep̃i, & ſic ante illam auctoritatem interpoſitam nõ vr̃ ille locus ſubeſſe Ep̃o, quo ad legẽ dioceſ. & iuriſdõnis, & q̃ ep̃s in huiuſmodi hoſpitalibus non erectis auctoritate dioceſani nõ poſſit vti iuribus ep̃alibus, ꝑbatur, quia ad fundatores dictorum hoſpitalium pertinet reformatio dictorũ hoſpitalium, nec põt dioceſanus circa reformationem dictorum hoſpitalium ſe intromittere, niſi negligẽte collatore, vt in clemẽ. quia contingit. in ver. in quo ſi forte. Cum ergo in huiuſmodi hoſpitalibus ex antiqua conſuetudine fundatores, vel dotatores talium hoſpitalium in eis ponãt rectorẽ, & gubernatorẽ hoſpitalis, q̃ conſuetudo attẽditur, vt. in clem. quia cõtingit. paret q̃ dioceſanus non põt ſe intromit
8 tere de talibus, niſi negligẽte collatore dicti hoſpitalis. † Præterea talia hoſpitalia ſic poſſunt fundari, q̃ ep̃s nullam habet iuriſdõnem in eis, ex quo nõ ſunt fundata principaliter ad miſſã celebrandam, nec ibi ſit ꝙſtitutus ꝑpetuus vicarius ſeu domus aſſignata pro eo, licet altare ſit, & ibi miſſæ celebrẽtur: tunc. n. põt aliquis ep̃s ſibi uẽdicare, niſi quantum in alijs pijs locis. de cõſec. diſt. 1. c. vnicuique. de teſta. ſi hr̃des. & ibi no. nec talis locus cum nõ ſit vere religioſus gaudet immunitate eccleſiaſtica ſm Hoſt. & Goff. de cẽſi. c. fi. Præterea bona talium locorũ tenẽtur ſolum ad ſuſtentationẽ pauperum, ergo ad alia nõ tenẽtur, cũ nõ reperiatur iure expreſſum, & ſic non tenẽtur ad cathedraticum, vel ad procuratiõem, nec alia iura ep̃alia, nec vr̃ pro talibus dos aſſignata, nec aſſignari d3 hoſpitalibus quę cõſtruuntur ſine auctoritate ep̃i, ſed hoſpitalibus tm̃ eius auctoritate cõſtructis, & hoc ſm ponit Io. de reſti. ſpo. cũ ad ſedẽ
9 licet n. † dioceſani poſſint vitilare eccleſias habẽtes ſp̃ales intitulatores, aliàs nõ. de cẽſi. cap. fi. nõ tm̃ hoſpitalia, ſed inquirere poſſunt ſi rectores ſunt negligẽtes, vt d. clemẽ. quia contingit. ita dicit Io. de Lig. in ea. clem. quia ꝙtingit. huius opi. fuit Bald. ĩ ſuo trac. qui ſic dicebat. aut ꝙſideramus iſtud hoſpitale reſpectu loci, & nõ eſt locus ſacer, nec locus ſp̃ualis, nec domus ec cleſiaſtica, nec eſt ſub patrocinio ep̃i, immo eſt ſub libera ptãte dñi, vt clem. quia cõtingit. Iſta. n. nõ eſt domus Dei, ſed hoĩs quam qui habet põt deſtruere, & non eſt locus ꝑpetuus cum põt uẽdi, & ſic in humano commercio. de don. inter dilectos. Aut iſtud legatum cõſideratur reſpectu pauperum in ſe. & ſic reſpectu ꝑſonarum, & tunc ep̃s non d3 hr̃e quartam, vt ſup. dictum eſt. Item locus iſte nõ ſubeſt ep̃o quo ad legẽ dioceſa. Itẽ, non cõtinetur nomine hoſpitalis, vñ impetrans a Papa literas ad hoſpitalẽ, non põt promoueri ad hoc hoſpitale. Itẽ ep̃s nullã communionem habet cum hoc hoſpitali. bene tm̃ ep̃s debet curare q̃ expẽdatur in alimẽtis pauperũ, tm̃ ſibi nihil põt imburſare. non obſt de relig. do. de xenodochijs. & 10. q. 1. ſi ex laicis. quia illa iura intelliguntur de hoſpitali cõſtructo auctoritate ep̃i. Nam tunc ſanctum ſanctorum factum eſt dño, & illud hoſpitale habet priuilegium tanquam ſancta domus,
10 vt l. fi. vt in poſſ. de li. l. fin. vnde † aufugiẽs ad hoſpitale, ita eſt tutus a iudice ſeculari ſicut ſi aufugeret ad eccleſiam, ut not. Archid. 17. q. 4. diffiniuit. Conclude q̃ tale hoſpitale cõſtructũ ſine auctoritate Ep̃i nõ eſt hoſpitale formatũ, l3 ſeruetur ibi hoſpitalitas. In ꝙrium q̃ debeatur talis canonica, quia talis locus eſt pius, vt in clem. quia contingit de reli. do. & in Spec. de inſtru. edi. §. nunc vero a natura. vbi dicit, q̃ pia loca dñr monaſteria & hoſpitalia. & q̃libet alia loca in quibus ſenes & debiles & aliæ perſonæ miſerabiles & languidæ alũtur, & alia opera caritatis exercẽtur. facit 23. q. 8. ſancimus & c. ſi quis omnẽ. Sed ſpia loca tenẽtur ad canonicã. de teſta. offi. & ca. requiſiſti. 16. q. 1. nulli. Præterea talia loca ſubſunt dioceſano. de reli. do. c. 3. ergo tenẽtur ad canonicam, vt & aliæ eccleſiæ eidẽ ſubiectæ. de teſtamẽ. requiſiſti. ꝑterea q̃ tali loco legantur, dicuntur pro aĩa legari. vt cap. requiſiſti. ſed de legatis pro anima cõpetit canonica Ep̃o, vt ibi patet. Præterea rr̃a eſt, q̃ de legatis pio
11 loco † debeatur canonica, niſi in caſibus exceptuatis. de teſta. c. fin De quibus non eſt iſte. ſ. q̃ auctoritas ep̃i non interuenerit. Præterea non debet eſſe melioris condõnis locus non cõſtructus auctoritate Epiſcopi, q̃ ille cuius ꝙſtructionẽ epiſcopus auctoraũ, qui. n. locum conſtruxit abſque auctoritate epiſcopi epiſcopum contempſit, a quo debebat licentiam obtinere, & ſic non d3 eſſe melioris condõnis q̃ ille qui auctoritate iuris locum edificauit. de do. & contuma. c. contingit. de præbẽ. eum qui. lib. 6. Si ergo locus cõſtructus auctoritate epiſcopi præſtat canonicam, ergo idem in non conſtructo. Præterea non licet conſtruẽti hoſpitale locum illum eximere a ſolutioue canonicæ portionis. 10. q. 1. ſic quidam. ſed iam hoc liceret, ſi canonica non daretur, eo quòd Epiſcopi auctoritas ñ
22 interuenerit. Præterea talis locus † & ſi non ſit religioſus, q̃ auctoritas epiſcopi non interuenerit. de reli. dom. ad hæc. tm̃ pius locus eſt, & pia loca tenẽtur ad canonicam. Præterea talia loca æquiparantur eccleſijs & priuilegio eccleſiarum gaudẽt, vñ ſicut donatio facta eccleſiæ inſinuatione non eget, ita nõ egebit inſinuatione cum tali donatur hoſpitali. de ſacroſan. eccl. illud. Sicut ergo debetur canonica cum legatur eccleſiæ, ſic

& cum

Source : BIU Cujas

& cum legatur tali loco, qua.n.rõne talia hoſpitalia participãt priuilegio eccleſiarum, ſic & debent participare in onere, vt in de procedat onus. & vnde proceſſit emolumentum, vt in regula, qui ſentit onus. lib. 6. Præterea, hoſpitalia cenſentur diuinæ domus, & competens prærogatiua cęleſti fauore eis debetur. ideo talia loca ſunt immunia a lucratiuorum deſcriptionibus, & in hæc æquiparamus eccleſiæ, vt l. ſancimus. de ſacro. ſan. eccle. 23. q. vltim ſancimus. per quod patet, q̃ non ſunt mere loca priuata, quia tunc talis fauor eis non debetur, & ſic ꝑcedit ratio prædicta, vt quemadmodum participat in honore cum eccleſijs, & ſic ẽt in onere. † Præterea ſimoniacum eſt 13
dare pecuniam pro adminiſtratione pauperum & hoſpitaliũ. 1. q. 7. ſi quis ore. in glo. ar. & in auc. de ſanc. epi. §. ſed neque ergo patet q̃ talia loca non ſunt priuata, immo quodammodo eccleſiaſtica. Si enim eſſent mere priuata, tunc pro his aſſequẽdis non eſſet ſimonia dare pecuniam, cum tunc temporale ꝑ tpali obtineat. de re. permu. vniuerſorum. Præterea hoc tenet expreſſe. Fede. in conſ. 100 vbi dicit q̃ ſiue ex teſtõ ſiue inter vinos a principio ordinatum fuerit q̃ locus eſſet deputatus ad vſus hoſpitalitatis, ſiue interuenerit auctoritas epiſcopi, ſiue non, Pũt per epiſcopum viſitari, vt viſitando inquirat, an illud inibi fiat propter quod conſtructum eſt, & ꝓ q̃ ibi fiunt elemoſinæ a fidelibus. Qua ergo rõne ex hoc iure ẽpali viſitat, ex eodem iure canonicam recipiet. Præterea talibus hoſpitalib. põt legari, quia ſunt loca approbata, vt d. l. illud. non ergo sũt loca mere priuata, quia tunc eis legari nõ poſſet, per quod patet, q̃ cum talia loca deputantur ad vſum hoſpitalitatis, alteratur & mutatur natura talium locorum, quia ubi primitus loca merè priuata erant, nunc cenſentur loca diuina, & quaſi religioſa & eccleſiaſtica, & ſic aſſumant naturam locorũ eccleſiaſticorum. igitur ſubſint dioceſano donec in illo ſtatu durant, hoc dico, quia ſi talis locus deſtrueretur ab eius fundatore, q̃ fieri põt, ex quo dioceſanus non interpoſuit auctoritatẽ, tũc talis locus oĩa priuilegia ſua perderet, nec ẽpo tunc in aliquo ſubeſſet, vt 16. q. 7. & hoc diximus. de no. ope. nun. cap. 2. Præterea hoc vĩ tenere Io. de teſta. c. fin. ubi dicit, q̃ de relictis pijs locis quibuſcunque, dummodo relicta non ſint priuilegiata, debetur epiſcopo canonica, vnde ponderandum eſt illud verbum, quibuſcunque, vt per hoc compræhendat nõ ſolum loca pia conſtructa auctoritate ẽpi, ſed ẽt ſi auctoritas epiſcopi non interuenerit, facit cod. titu. officij. & c. requiſiſti. Præte-
rea ex quo aliquis conſtruit hoſpitale, † ẽps tacite cẽſetur au- 14
ctoritatem interponere & conſentire, & velle illud eſſe hoſpitale, ex quo canonicam petit ab illo loco, ut hoſpitali, facit in rõne ſui. de his quæ fi. a ma. par. cap. ex ore. & per hoc vĩ q̃ canonica debeatur ẽpo, nam ſi ab eo non remouetur cura, nec curæ premium, ſic nec obſtat l. Scio. ff. de an. le. ſi participat cũ talibus hoſpitalibus, ergo participet in canonica, vt c. requiſiſti. ſi habet obſequialem obedientiam ergo & canonicam, ſic non obſtat. l. fin. de bo. lib. ſi ẽps communicat hoſpitali ſuas actiones, ergo & ei communicet in præſtatione canonicę portionis, & ſic non obſtat de collat. l. vt liberis. ſi talis locus ſubeſt ẽpo ergo ſuberit quoad canonicam, vt cap. requiſiſti. Si locus eſt pius, erho competit canonica. Quærebat autem Bal. in ſuo tracta. de tali qõne. Commune Peruſij habebat hoſpitale de coliegio. Modo prior qui illud diu rexerat conſcientia ductus inſtitutis filijs in certis rebus, in reſiduo inſtituit illud hoſpitale, q̃ erat proprium & peculiare illius communis. An epiſcopo debeatur quarta, non vĩ, quia inſtitutio eſt facta tacite pro recompenſatione male ablatorum ab hoſpitali, vt auc. licentiam. de epi. & cler. C. præſumitur aũt acquiſiuiſſe, poſtquã fuit adminiſtrator, de bonis hoſpitalis, ideo nõ cenſetur ex mera liberalitate, ſed eſt quædam reſtitutio & reaſſignatio perce-
ptorum. Reſpon. q̃ ſi hoſpitale † vtitur ex gr̃a relinquẽtis, de- 15
betur ẽpo canonica, ſed ſi eſt vera uel præſumptiua reſtitutio tunc nõ debetur canonica, ad l. Falcid. ſi uſufructus §. dos. rõ, quia ſi id q̃ debetur pro reſtitutione ſolueretur ẽpo, nõ cõtingeret liberatio, qui ſolueretur alij quàm creditori, vnde id q̃ debet præſtari pro remedio aĩæ retorqueretur in iniquum, q̃ eſſe non debet, vnde dicit Inn. q̃ qñ aliquid relinquitur nõ ꝑ aĩa, ſed pro aliquo inſigni ſeruitio, q̃ recepit ab eccleſia, nõ debetur canonica ẽpo, vt ca. officij. de teſtam. de iſto tñ inſigni ſeruitio debet apperere. facit quod no. C. de coll. l. ſi donatioc. Incidenter q̃ritur de tali qõnc. Iubet teſtator fieri hoſpitale in domo ſua, & legat rectori, qui præerit ad gubernationem hoſptalis. 10. flor. annuatim, mortuo teſtatore hæres receptauit ibi aliquo tpe pauperes, & parauit lectos pauperibus, cum illud hoſpitale non fuit conſtructum auctoritate ẽpi. Contingit q̃ illa domus ꝑꝑ guerram fuit combuſta, & in ruinam poſita, ita q̃ ibi non potuit hoſpitalitas ſeruari, & poſt deſtructionem huius domus nunquam præfuit aliquis rector ad gubernandum hoſpitale, quia ibi non potuit hoſpitalitas ſeruari.
Nunc quærtiur de duobus, Primò, an dioceſanus poſſit coge- 16
re hæredem † ad domum reficiendam, vt ibi hoſpitalitas ſeruetur. Reſpon. nõ, ex quo hæres non fuit in aliqua culpa, arg. optimum. ff. de legat. 1. l cum rem. & argum. optimum. ff. de vſuf. leg l. quoties. §. fin. & l. ſi cui. & ff. qui. mo. vſuf. amit. l. repeti. §. pen. & inſti de vſufru. §. fin. Secundo incidenter q̃ritur, an ex quo rector non fuit inſtitutus in hoſpitali, nec inſtitui poſſit ẽps petere canonicam ẽpalem de illo annuo legato, quod relictum erat rectori, qui gubernauerat hoſpitale, vĩ q̃ ſic, nã licet nullus præfuerit regimini illius hoſpitalis, non tñ ꝑ hoc expirat legatum. ff. de an. leg. l. Quintus Mutius. In q̃rium vĩ, q̃ fuit legatum rectori hoſpitalis ꝑꝑ hanc cãm, vt hoſpitale gubernetur, & ſic ob cãm ſui laboris, & ſic ſuo labore ceſſante legatum non debetur, caſus eſt not. ff. de an. lega. l. Seio. nec ob. l. Quintus Mutius, quia ibi loquitur de legato ciuitati quo ad ludos ciuitatis, quo caſu debetur legatum, licet hęredes qui debebãt præſidere ludis ſecũdum uoluntatem teſtatoris ſit mortuus, ſed in q. nra non eſt legatum factum hoſpitali, ſed gubernatori hoſpitalis, & ſic ꝑꝑ eius utilitatem, & ſic labore ceſſante ceſſat legatum. Tertio incidenter q̃ritur, pone q̃ ẽps illam domum exuſtam uel poſitam in ruina vult reficere, & reducere in uſum hoſpitalitatis, & vult cogere hæredẽ, ut ibi ponat rectorem, qui hoſpitalitatem ſeruet. An iſto caſu debebitur illi rectori legatum annuum, & vĩ q̃ ſic, quia ad officiũ 17
iunctio propter uitã contemplatiuã,& opera charitatis eorũ.
& licet proprie & ſtricte non ſit ſpũalis coniunctio, ſumẽdo
ſpiritualia pro his quæ non cadunt in laicum.de elec.ſacro-
ſancta.& c.maſſana.Item non ob.quod ipſe dicit,ꝙ fraterni-
tas ſit pura congregatio laicorum,& ſic ceſſet canonica,ſicut
& ceſſaret cum legaretur collegio ſcholariũ,uel mercatorũ.
24 Iſta ratio non eſt bona,quia collegiũ † ſcholarium & merca-
torum non eſt deputatum ad pios uſus,ſicut collegiũ iſtorũ
de fraternitate.Item non ob.quod ipſe dicit,ꝙ nulla eſt con-
iunctio ſpiritualis inter hos de fraternitate, & eꝑm, hæc rõ
non ꝓcedit,quia immo eſt coniunctio, qđ ꝓcedit ex iuriſdi
ctione,& cura quam hẽt eꝑs in loco fraternitatis.ſimile de te
ſta.c.requiſiſti.Item non ob. qđ ipſe dicit, ꝙ fraternitas non
ſubeſt eꝑo quo ad legem iuriſdictionis,nec dioceſanã. Hoc
non eſt uerum,quia ſubeſt eꝑo quo ad legem iuriſdictionis,
ut ſuperius dixi,ergo & quo ad ius canonicæ portionis,quæ
competit ex lege iuriſdictionis.de ſta.mo.c.1.Nec ob.quod
ipſe dicit a quo remouetur genus & quælibet eius ſppẽs. Re
ſpon.non remouetur genus iuriſdictionis,ergo nõ remoue-
tur ſpecies canonicæ portionis.Quo ad quintam qõnem qua
q̃rebatur quid fiet de bonis,q̃ obueniũt fraternitati inter ui-
25 uos† uel in ultima uolun. deſtructa uniuerſitate, & de hoc
dixi in 13.q.principali.quæ incipit. Decimotertio quæritur
principaliter de his q̃ legantur hoſpitali &c.& in 7.q.inciden
ti,q̃ incipit, ſeptimo quæritur ſi aliquis conſtruat hoſpitale.
Demum q̃ritur, in ciuitate Peruſij eſt q̃dam fraternitas uel
uniuerſitas hoĩum deuotorum,& a iure approbata,q̃ habet
ꝓ confeſſore,uel pœnitentiario ſingulorum de ipſa fraterni
tate quendam fratrẽ p̃dicatorem,quẽ ſuus p̃latus ad tale of-
ficium deputauit.accidit qđ quidã de dicta fraternitate,ſeu
uniuerſitate hæredem inſtituit dictũ pœnitentiariũ,ſeu con
feſſorem dictę fraternitatis.deinde dictus confeſſor ad eꝑatũ
uocatus eſt,a ſuo p̃lato licentiã obtinuit conſentiendi,& trã-
ſeundi,& ab eo abſolutus extitit,& dum iam confirmatus,&
conſecratus,& in officio pẽnitentiariæ perſeuerans accede-
ret ad eꝑatus poſſeſſionẽ hñdam,& uicinus exiſteret hr̃dita-
tem adiuit.Quæritur cui eã acqrat,an illi fraternitati,an offi
cio pœnitentiariæ,an conuentui p̃dicatorum,an eꝑatui,& ſi
nulli eorum q̃ritur, cui. & primo affirmatiue arguamus pro
quolibet mẽbro,deinde negatiue,deinde ſoluemus cum rn̄-
26 ſionibus ad q̃ria.Et primo,qđ acquiritur fraternitati † arguit
per l.cum qs.C.de iu.deli.ubi dr̃,ꝙ aliquis inſtituit aliquẽ per
hæc uerba, ſeruũ illius hæredẽ inſtituo, & qa ſtatus qõnem
patiebatur, intuitu dñi vr̃ inſtitutus, ſiue pronuntietur liber,
ſiue ſeruus. Ad idẽ facit lex q̃ dicit ꝙ relictũ ciuib. alicuius ci
uitatis,& illi ciuitati relictũ vr̃.ff.de reb.dub.l.ciuib. Ad idẽ.
de an.leg.l.annua.§.j.de of.dele.c.qm̃ abbas.Nam miniſterio
iſtius q̃ritur uniuerſitati. Præterea quoties concurrit nomen
ꝓprium & appellatiuũ,ꝓprium appellatiuo p̃fertur.ff. de ſti
pu.ſer.l.ſi ſeruus cõis,ita 2.& 3.reſponſo,ubi ſeruus fuit ſtipu-
latus Titio & Seio dñis ſuis eis ꝓ uirilib.ſic ī ꝓpoſito hic fuit
nomen appellatiuũ confeſſoris,& nomẽ ꝓprium uniuerſita
tis.Præterea iſte confeſſor geſſit offiñ pẽnitentiariæ tpe teſtī,
& mortis,& hæreditatis aditionis, & ſic tria tpa concurrunt,
& ſic hẽt potiora iura quam alij.ff.de hære.inſti. l.ſi alienũ. &
27 l.ſed & ſi. §.ſolemus.& qui potiora † iura obtinet,ille obtine
re debet.de proba.licet. de iure patro. ſuggeſtum.& ibi glo.
Præterea cum iſte teſtator eſſet de corpore iſtius uniuerſita
tis a qua multa beneficia,& conſolationes recepit, vr̃ potius
in dubio ſenſiſſe de ipſa,cui obligatus erat, quàm alio loco.
ad hoc.de teſtam.cum in officiis. ſicut alias dicimus, ꝙ reli-
ctum prælato ab amico uel coniuncto intuitu perſonę uide
tur relictum,ut de teſtam.requiſiſti.Sic iſte cum eſſet filius il-
lius uniuerſitatis,de illa potius ſenſiſſe uidetur. Sed quod of
ficio pẽnitentiariæ acquiratur ſic probo, dignitas, perſona-
tus,& officium æquiparantur in iure,ut patet de conſue. c.1.
de præben.quia ſæpe.& c.antepen.& c.ulti.li.6. cum ſimilib.
Item ſicut conſtituti in perſonatibus,& dignitatibus habent
ſucceſſores qui ſuccedunt in onere & honore, ſic & haben-
tes officia, poſito quod iſta officia ſint ſine adminiſtratio ne
rerum temporalium. Exemplum,in officio inquiſitionis, &
in officio notariatus.de hęreti.ut commiſſi.& c.ut offiñ.& in
28 officio uicariæ.de offi.uica.c.1.& 2.lib. 6.† Item pẽnitentia-
ria dr̃ officium,ut patet de elec.c.2.uerſi.eo tñ prouiſo.in cle
men.at in propoſito, certo certius eſt, ꝙ ſi aliquid relinqua-
tur conſtituto in dignitate, uel perſonatu proprio noĩe non
expreſſo,de dignitate ſenſiſſe uidetur in d.ca.requiſiſti.& per
iura poſita in argumento præcedenti in ſecundo argumẽto.
Sic & in caſu noſtro vr̃ ſenſiſſe de offõ pẽnitentiariæ,quia de
ſimilib.ſimile dẽt eſſe iudicium.& ubi eſt eadem rõ,ibi dẽt
eſſe idem ius.de transla.inter corporalia.de confirm.uti.uel
inuti. cum dilecta. & quia maior coniunctio, & affinitas vr̃
eſſe inter pẽnitentiarium & offiñ quàm inter pẽnitentiariũ,
& illã fraternitatem,maxime cum offiñ audiẽdi cõfeſſiones,
abſoluẽdi, & pẽnitentias iniungendi nõ cõpetat uniuerſita-
ti,ſed ſingulis,ut ꝓponitur in themate.& ꝓbatur de ſen. exc.

ſi ſen-

Source : BIU Cujas

si sententia.§.vlti. lib.6. & quod offm̃ in plurimis assimiletur dignitati & personatui,& administrationi,patet ex his q̃ no. Arch.de consue.c.1.in gl.magna.in fi.li.6.vbi tractat de officio.Præterea pro ista parte faciunt iura posita supra in proxi. tertio argumento de tribus temporib. Item quia iste testor plura bona sensit ab officio pęnitentiariæ quam a sua uniuer
39 sitate,quia ab illa temporalia,ab ista spũalia † quæ sunt pręferenda,de ma.& obe.solite.16.q.1.præcipimus. ēt quia cariora & digniora recepit ab officio pœnitentiariæ quã a sua fraternitate, iõ in dubio magis videtur sensisse de officio pœnitentiariæ.ad hoc.de testa.c.cum in officiis.Sed ꝙ acquiratur conuentui fratrum sic probo. Nam sicut per filium patri, & p̃ seruũ dño acquiritur insti.per quas p̃so.p̃ totũ.ff.de acq.re. do.l.acquiritur.sic p̃ monachũ acquiritur monasterio. Nam monachus siue religiosus seruus dr̃.54.di.multos.& non hēt executionem voluntatis,vel noluntatis.12.q.1.c.non dicatis. & de elec.si religiosus.& c.quorundã.de test.c.2.li.6.& c.1.in cle.de sta.mo.cũ ad monasterium. §.1. & plus exuitur ꝓpria voluntate monachus quã seruus. Nam vbi seruus esset excoriatus a dño,si adeat hæreditatẽ,non acquirit dño.C.de hær. insti.l.3.& in d.l.acquiritur.sed monachus nõ p̃t nolle adire, & eo non adeunte adit monasteriũ,quia non p̃t nolle,ut no. Arc.18.q.1.c.uno.& probatur.C.de bo.q̃ lib.l.fi.§. si aũt in secunda.Item recitat Inn.in §.antepe. Sed in ultimo vr̃ tenere q̃rium.facit ad p̃missa extrauagans Bonifa.olim grauibus.vltra medium.§.ad hoc aũt,imò posset attentari,ꝙ monachus
30 non possit adire.Sed aditio † & repudiatio cõpetat monasterio p̃ hoc qđ no.de sen.exc.parochianos.Inst.de iniur.§.seruus aũt.& de sepul.sup̃ cathedrã.vltra mediũ.in cle. in gl.per h.d.ꝙ cõmissio p̃dicta.nec hanc acquisitionẽ impedit qđ gerat offm̃ pœnitentiariæ. Nam per hoc offm̃ non desinit esse claustralis.& sp̃ fuit subiectus ordini,& in ordine ille qui acquirit,vt 18.q.1.ca.uno.qđ non est in casu proposito.Sed qđ acquiratur ep̃atui vr̃ casus in p̃dicto.c.unico.in rubro, & nigro.ubi dr̃ ꝙ canonica electio,& cõsecratio facit quẽ ep̃m, & absolutum a regula.Nã p̃ consecrationẽ, immo per cõfirmationẽ hēt ius administrandi.de elec.transmissa.ēt si possessionẽ non hēat,ut in casu nostro.& ibi In.Host. & Compost.
31 † Electio.n. uel ēt confirmatio nihil addunt ad uinculũ matrimonii spũalis.de transla.ĩter corporalia. Præterea iste fuit absolutus ab ordine;nedum a iure,sed ēt a suo p̃lato,& sic ordo nil hēt cõe cum eo.16.q.6.quã periculosum.de renun.ex transmissa.& optime facit qđ no.de infan.& langui.exposi.c. vnico.& qđ no.Io.& Host.de priui.cũ olim.2.& Guil.in Spe. đ sta.mo.uer.41.& 43.ubi dicit qđ monachus expulsus a monasterio non acquirit illi,sed uagabũdus immo licẽtiatus, & absolutus,ergo &c. Præterea dicitur in l. qđ si miles, de uno numero militũ ad aliũ numerũ transfertur, existens in itinere exẽptus a proprio anteq̃ perueniat ad ꝑm numerum testat iure militari.ff.de bon.pos.ex testõ mili.l.vnica.in fin.Rõ est, quia miles est,ut ibi dr̃.Cum uero hic fit uere eps,& de bonis ep̃atus viuere dẽat,ep̃atui q̃rere dẽt.qa q sentit onus &c. de p̃b.cũ ꝑm apostolũ.cum sim.quia uicinus erat.de p̃b.pñti. li.6.& faciunt not.de elec.c.officii.& maxime,ut not.Arch. 17.q.1.in summa.Præterea iure cauetur,qđ in hæreditate ac
32 quirenda inspicimus tp̃s † aditionis. Nã si tp̃e mortis hæres institutus erat seruus tuus, anteq̃ adeat est seruus factus alterius,uel manumissus est,non tibi,sed nouo dño,uel sibi acquirit.insti.de hær.insti.§ quod si alienatus.& se.ff. de leg.l.si alienus.de iu.deli.l.non dubiũ.& de acq.hær.l.Antistius.ff.de vsufr.l.si vsusfr.in fi.ubi inspicitur tp̃s exñtis condõnis.In proposito igitur,cũ iste sit eps & liber factus tp̃e editionis, ep̃atui acquirit.Mõ arg.restat pro parte negatiua,& primo ꝙ nõ acquiratur fraternitati, probo sic, certi modi scripti sunt in iure per quos acquiritur hæreditas, & aliarum rerum dñiũ; puta per seruos proprios,filios,seruos alienos bona fide possessos &c.ut patet,insti.per quas perso.nobis acquiritur. p̃ totum.& ff.de acq.rer.do.Sed iste cõfessor nullo istorum modorum, vel aliquo alio astrictus est huic uniuersitati, nec ei præest,ut prælatus, uel administrator, nec aliqua obligatio, uel coniunctio est inter eum & fraternitatem,nec est cõfessor fraternitatis,sed singulorum, nec est idem in singulis aliquo iure ligatus,vel astrictus,ut eis acq rere possit. Pręterea, ut dixi in parte affirmatiua superius in 4.arti. Iste tp̃e aditionis est eps,ergo ep̃atui, & non alteri acquirit, & si diceres ēt tp̃e aditionis gerebat offm̃ pœnitentiariæ. Rñdeo,per confir
33 mationem est obligatus ecclesiæ suæ tanq̃ maritus,a qua nõ possit discedere sine licentia papę.de transla.per totum. sed inter fraternitatem,& eum nulla est coniunctio, & dũ factus est eps & absolutus est ab ordine sola uoluntate remansit cõfessor,& in eius p̃tate erat illorum confessiones audire,& nõ audire. Item quod non acquiritur cõuentui fratrum sic probatur, quia cum ordo fratrum prædicatorum non possit habere proprium,nec in cõi,nec in diuiso, sed p̃ publicũ q̃stũ, ut de reli.do.c.vnico.li.6.& de excess.præl.c.nimis.2.& ibi gl. & Host.ex qua sumpta fuerunt illa uerba,de reli.dom.c.vnico.§.confirmato.li.6.sequitur ꝙ non sunt capaces talium hę reditatũ.ad hoc optime facit cle.exiui.de paradiso.§.cupientes.in 6.col.ubi expresse habetur,quod fratres minores non sunt capaces hmõi successionum, q̃ ex sui natura se habẽt ad pecuniã mobilia & immobilia,quia hoc repugnat voto paupertatis,& expropriationis proprii,tam in cõi, q̃ in singulari, & in hoc non differunt prædicatores a minoribus, ut in decret.nimis praua.de excess.præla.in 6.ibi in arctissima pauper
34 tate,& cui conuenit diffinitio † & diffinitum. Nam prædicatores, & minores sunt illi,qui per publicum quæstum victũ q̃runt,vt in §.confirmato.& hoc placet Host.de prob.in præsentia sequitur,quod nõ possunt talia bona petere. Præterea vt dictum est in parte affirmatiua in 4.art. hæreditas acquirit̃ per aditionem, sed tempore quo iste adiit non est subiectus ordini prædicatorum,sed licentiatus,& absolutus,ergo non sibi quęrit.Præterea in testõ nulla fuit facta mẽtio de ordine, nec de noĩe fratris,vnde videtur ꝙ nõ intuitu religionis,sed potius fraternitatis,vel pœnitentiariæ fuerit institutus.Item quod non acquiratur officio pęnitentiariæ sic arguitur,vt argutum est in prox.art.Nam inter istũ confessorẽ,& eius officium nullũ est matrimoniũ spũale,coniunctio, vel ligamen. Nam mortuo confessore, vel ad claustrũ reuocato non põt dici quod offm̃ vacet. Nã illi confessori nulla cõpetebat administratio spũalium vel tp̃alium.Hinc est,ꝙ mortuo cano-
35 nico in bonis ab eo relictis succedit capitulũ,† non successor canonici.de testa.c.relatum.2. maxime si p̃bendæ nõ sunt distinctæ.de p̃b.dilecto.Nam tale offm̃ est hodie & cras nõ est, & per tale offm̃ non desinit esse claustralis, nec est illud offm̃ tale quod faciat eũ hēre aliq̃ prelationem,gradum, vel p̃rogatiuã inter alios fratres. Eadem qõ posset formari. Si quid relinquatur monasterio,vel officio prioris claustralis,& certum est,quod acquiratur monasterio,quia tale offm̃ non est quid distinctũ a corpore monasterii,sicut dicimus in dignitate archidiaconatus hñtis administrationem diuisam.Nam si non est diuisa, non censetur quid per se a corpore capituli, vt no.in d.c. relatum. Sed quod non acquiratur ep̃o videtur sic poni in themate,qa ille non erat penè translatus,& sic nõ perdit primũ locũ.21.q.2.iam translatus.ad hoc.de elec.cum in cunctis.§.1.de p̃b.c.licet eps.& c.si tibi concesso.in 6.ergo cũ primus locus adhuc sentiat onus ex p̃sona illius,dẽt sentire commodũ.de reg.iur.q sentit. cum suis cõcor. & ꝑ hoc optime facit quod no.Hug.Io.18.q.1.in summa. Ad hoc facit.ff.de mili.test.l.ex eo.vbi dr̃ quod ad militiam destinatus,
36 nisi primo in numero militũ relatus sit,non põt testari † iura militari.& ad hoc faciunt oĩa iura q̃ dicunt,principiũ,non finem attendendũ.de elec.dudum.el 1.Ad idem de rescri.c. si eo tempore.li.6. Quid.n.si ille nunq̃ possit hēre possessionẽ ep̃atus, & sic oporteret,ꝙ remaneret in primo loco,iuxta illud quod legitur & no.82.di.si qui ep̃i.qũo esset ergo iustum, quod acq sisset illi ep̃atui cuius nunq̃ cõmodum sensisset,certe iniquum esset.vnde ex hoc dñt qdam,ꝙ talis acquisitio est in pendenti.ff.si cer pet.l.si ꝑuide.& ad mace.l.1.§. si pẽdeat. cum sim.Præterea dicit lex, quod si filiusfa. stipuletur in tp̃s quo fuit sui iuris,non tp̃s in quod, sed tp̃s in quo inspiciendum est.de uer.ob.l.si filiusfamilias.cum sim. Item uendĩtio condõnalis existente condõne trahitur retro ad diem venditionis celebratæ.ff.de peric.& com.rei vendi.l.quod si pen-
37 dente. Præterea voluntas testatoris † seruanda est.de sacros. eccle.l.1.de test.tua nos. & ibi concor,& hoc ubi non appareret expresse, recurramus ad coniecturas. & de hac plene de regul.iur.contra eum.lib.6.ac in proposito,quicunque Istorum trium,scilicet fraternitas,officium pœnitentiariæ,& ordo prædicatorum asserat ad se pertinere hæreditates, habet probabiles coniecturas voluntatis defuncti. nam defunctus mentionem fecit de fraternitate & confessore in genere, & sciebat quod ille cõfessor erat de ordine prædicatorum,sed qua fronte episcopus potest dicere, quod testator senserit de illo,quid enim sciebat an iste esset futurus episcopus, immo forte tunc ille episcopatus non erat in rerum natura,vnde in dubio hoc videtur retulisse ad alterum de istis tribus, non ad id quod diuinare non poterat.ad hoc vt eccle.bene. cap.vt nostrum.de rescrip.cap.fi.eo.titu.c.vltim.in cle.Præterea vt hæreditas acquiratur considerantur tria tempora in
38 extraneo † hærede vt in casu nostro,scilicet testamenti, mortis & aditionis.ff.de hæred.instituen.l.sed & si.§.solemus.& l.si alienum.eod.tit.sed prædicatores,vt dictum est superius, non sunt capaces &c.

Quidam in hac qõne dixerunt,quod nec fraternitati, nec officio pœnitentiariæ acquiratur.per iura allegata ꝑ ista parte,sed dñt talem acquisitionem esse in pendenti,an iste sit habiturus possessionem ep̃atus uel ne. & hoc recitat Archid. 18.q.1.in c.1.in summa.alii dixerunt, quod cum ista hæreditas sit acquirenda fratrib.& ipsi nõ sunt capaces,vt dictũ est, quod succedant venientes ab intestato.Alii dñt ꝙ dẽt succe-

Source : BIU Cujas

dere epſ dioceſanus loci illius conuentus,unde iſte erat frater.& de hoc no.in p̄dicto c.in pñtia.& in Spe.de ſta.mo. circa prin.& per Arc.19.q.3.c.1.& per Io.27.q.1.de udiuis. Alii dicunt,ꝙ acquiratur papæ,quia iſte eſt mō ſeruus papæ,& nō ordinis,& ſic adeundo acquirit nouo dño,nō priori,ſicut in uero ſeruo dicimus.Itē quia pro non ſcripto debet hēri,& ſic
39 ſuccedit fiſcus,i.eccleſia Ro.C.de hær.inſti.l.1.Nam†Ro.eccleſia uocatur fiſcus,ut no.de conceſ.p̄b.quia diuerſitatē.in gl. antepe. Alii dicunt ꝙ cū primū locum retineat ante adeptam poſſeſſionem acquirat utriq;.ar.de teſt.relatum.el 2.ut de ſeruo duorū dñorum.Saluo ſp iudicio meliori, mihi vī, ꝙ acquiratur epatui ꝑ iura allegata ꝑ iſta partē. Reſtat rñde re ad iura allegata ꝑ parte affirmatiua pro fraternitate, offō & fratrib.& ad iura alle.pro parte negatiua cōtra epatum.Et primo ad primū non ob.l.cum aliquib.C.de iur.deli. q̄ ille erat ibi ſeruus illius dñi noīati,uel tanq̄ ſeruus ab eo reputabatur,ſed ille frater iu nullo erat aſtrictus illi fraternitati, ut ſatis declaratum eſt.ſupra in 1.arti.pro parte negatiua.nō ob.
40 l.ciuib.quia noīe ciuiū ipſa ciuitas†intelligitur.unde iſta sūt paria relinquo ciuib.peruſinis.& relinquo uniuerſitati ciuiū Peruſinorū, ex quo nomen ciuiū non facit expreſſum, & ſi eximantur canonici alicuius eccleſiæ, ipſi qui nunc ſunt & q̄ fuerunt in poſterū,exempti erunt.de priui. per exemptionē. lib.6.Præterea ſaltē ciues ciuitatis ſunt de corpore ciuitatis, ſed frater p̄dicator exiſtens in ſuo cōuentu nō eſt,nec poſſet eſſe de corpore illius fraternitatis,ēt ſi ſuus p̄latus ꝑmitteret, nec ut mēbrū,nec ut p̄latus ꝓp̄ diſparitatē ꝓfeſſionis. Item non ob.l.annua.& c.q̃m abbas.Iſta.n.iura loquuntur in p̄latis & adminiſtratorib. quorum miniſterio acquiritur eccleſiæ cui præſunt,ſed iſte frater non p̄eſt &c. Itē non ob.l.ſi ſeruus cōis,ita ꝙ dictū frater iſte nullo iure, & nullo mō ē aſtrictus illi uniuerſitati.Item non ob.q̄ dī, ꝙ iſta uniuerſitas hēt potiora iura &c. Nam in acquirenda hæreditate tp̄s aditionis
41 maxime† conſideramus,& ſi diceres,ꝙ tpe aditionis ēt erat confeſſor. Rñdetur ut ſuperius. quia iſte frater ex tali ptāte, quā habet abſoluendi nullam hēt cōionem cum tali fraternitate,quia nec p̄latus,nec ut membrum illius eſt, nec ipſius iuri ſubditus,nec ut ſubditus ab eo poſſeſſus.Ad id quod ultimo dī per c.cum officii.de teſta.Reſpōdetur,quod iſta nō eſt tanta obligatio quod p̄ſumptionem inducat uiolentam, nec uehementem pro uniuerſitate,cum pro aliis p̄ſumptiones ſint magis efficaces,& ſuper iure fundatæ. Non ob.iura, q̄ innuunt ꝙ acquiratur officio,& q̄ vñr æquiparare offm̄ dignitati,& perſonatui.Ratio.n.patet per iura allegata in parte negatiua ſuper iſto artic.quia iſte ex tali officio non dī hēre aliquam adminiſtrationem a ſuo conuentu diuiſam,nec tale offm̄ dicitur hēre proprie ſucceſſorem, nec dicitur uacare,unde poteſt eſſe & non eſſe in eccleſia,uel cōuentu. Illa.n. iura intelliguntur de officio perpetuo, & de tali q̄d hēt adminiſtrationem diuiſam a capitulo uel conuentu. Non ob. iura q̄ innuunt,q̄d acquiratur fratrib. Nam tales fratres non ſunt capaces taliū ſucceſſionū,ut dictum eſt, & poſito ꝙ eſſent capaces, iſte frater eo tpe nil cōe hēbat cum fratrib. & ſic priori dño ex ſui ꝑſona non potuit acquiri,quia in talib.
42 conſideramus tp̄s † aditionis,ut ſæpius dictum eſt.Nō obſtāt iura per q̄ arguitur quod non acquiratur epatui.Et primo nō ob.c.ſi quis iam translatus.cum ſimili. quia poſſeſſio nil operatur ad eſſe matrimonii,nec quo ad ſubam, nec quo ad ſolennitatem. Nā ep̄s ea omnia,q̄ ſpectant ad iuriſdictionē, & ordinē p̄t exercere,ut dictū eſt.Item non ob.ꝙ dī q̄d,qui ſentit onus,ſentiet,& commodū.Nā pōt negari q̄d frēs teneant ip̄m ſuſtentare, cū fuerit abſolutus ab eis tā per ſubtractionē quā per licentiā & abſolutionem,& ꝓpea non ſequitur,tenētur eū alere,ergo ꝑ eū eis acquiratur. Nam pater tenetur alere filiū,& tamē in aduentitiis filius ſibiipſi acquirit. Itē maritus tenetur alere vxorē,& tñ ſibi.& non marito acquirit, & ſufficit dare inſtantiā.1.q.1.ſicut. Nō ob.c.cū in cūctis ordinib.cum ſi quia licet nō ꝓdat priora beneficia ante aditā poſſeſſionē, nihilominus uerus ep̄s eſt per cōſecrationē. Et ſi diceres,licet ſit ep̄s,nihilominus eſt p̄latus priorū beneficiorū, ergo acquirit utriq;.de teſta. relatū. el 2. ſicut ſeruus duorū dñorū acquirit utriq; dño,ut l.ſi ſeruus cōis ita.el 2.ſuperius allegata.& inſti.de iniur.§.ſeruus aūt. Pōt dici,ꝙ licet ſit p̄latus primi & ſcđi beneficii.ad hoc.de p̄b.ſi a ſede.lib.6. Scđo, q̄a radiis ſcđi bñficii illuſtratus & honoratus ē.de ſepul.c.pe. in fi.li.6.Itē ī caſu noſtro p̄ſupponitur, ꝙ fuerit abſolutus ab
43 ordine.Et p̄terea q̄n q̄s eſt in una eccleſia p̄latus,†& in alia eccleſia canonicus,p̄latura uincit canonicatū,& ꝑ p̄latura dēt ſtare ꝙ primā eccleſiā in qua quis eſt canonicus,ut no.de po. c.ul.Itē quia uicinus erat epatui,unde pro epatu aliquid dēt opari.arg.de p̄b.c.pñti.li.6.Itē non ob.l.ex eo.ff.de mili. teſta. immo facit pro ꝙrio ſenſu,quia ibi non erat miles,& nondū fuerat aſcriptus,necdum iurauerat,ut ibi colligitur ex gl. q̄ requruntur in milite,q̄ no.ff.ex q̄b.cau.ma.l.pe. ſecus ſi iā ēt miles,ut in l.ꝙ.de bo.poſ.ex teſta.mil.ſicut eſt in caſu noſtro, quia iam eſt ep̄s,& nihil deficit ſibi,unde iſta lex unica vī pō nere caſum q̄nis noſtræ.Item non ob.l.ſi filiusfamilias.ff.de uer.ob.& l.quod ſi pendente.q̄a in acquiſitionib. q̄ p̄ueniūt
44 ex ꝙctu reſpicimus tp̄s † ꝙctus & ſtiplōnis. In legatis uero inſpicimus quo tpe ceſſerat dies legati.Sed in hæreditatib. acquirendis inſpicimus tp̄s aditionis, & prædicta colliguntur, & no.in d.l.ſi filiusfamilias.ff. de reg.iur.l.quæ legata.quando dies le.ced.l.ſi uſusfructus.in fi.inſti.de hær.inſti.§.quod ſi alienatus.& §.ſi alienus,& inſti.de hær.quali.& diffe. §.in extraneis.Item non ob.quod dicitur, ꝙ uoluntas teſtatoris eſt ſeruanda.& quod non eſt ueriſimile,ꝙ teſtator ſenſerit de epiſcopatu &c.Reſpondeo,ꝙ uoluntas teſtatoris eſt ſeruāda, quando teſtator vult qđ leges volunt,quia nō pōt facere, qđ leges non habeāt locum in ſuo teſtō.de teſta.c.requiſiſti.Sed lex vult quod ſi teſtator inſtituit ſeruum ſibi hæredem,& antequā iuſſus adeat,alienatur, & iuſſus a nouo domino adeat acquirat nouo domino,& ſi manumiſſus fuerit,acquirit ſibi, ſi eam adire uoluerit,q̄a hæreditas non acquiritur niſi ꝑ aditionem.Hinc eſt,qđ non adita non tranſmittitur. C. de cad. tol.l.una.§.in nouiſſimo.Item non ob.quod ultimo dicit,ꝙ iſte non erat capax tpe teſtī, & mortis, licet eſſet capax tpe aditionis,cum tria tempora conſiderantur &c. Nā illud ſm Guil.non eſt uerum,ut no.in Specu de ſta.mona.uerſi.3.& 4. & Arc.putat hoc magis æquum. 19.q.3.c.1. Sed poſito quòd
45 non ſint capaces,non tamen ob.q̄a leges † q̄ de non capacib. loquuntur,intelliguntur de non capacibus ex delicto, ut patet.C.de hære.inſtit.l.1.& ff.de his qui.ut indi.& in d.§.ſolemus.ubi exponit,peregrinus,i.deportatus. Sed tales religioſi non ſunt capaces,non ex uitio,delicto,uoto uel infamia,ſed quia talia habere non expedit eorum ſtatui,& perfectioni,& uoto paupertatis.non ex hoc ergo debent reputari indigni, ſed magis perfecti.& ſimile quod dicimus de ep̄o,q̄ non debet promoueri ad parem,uel minorem dignitatem,non q̄a ſit indignus,ſed quia non decet talem prælatum ad talem dignitatem uocari.vt no.de transla.c.ſi q̄a eſſet uilipēdere dignitatem epalem, & quia maiorib.honorib. functo nō licet deſcendere ad minores.93.diſt.legimus,niſi ex cā.ut de renū. ad ſupplicationem.& præterea licet non poſſit iſte frater ſibi uel ſuo ordini acquirere,tamen pōt acquirere.ſuo ſuperiori, puta ep̄o,ſi non eſt exemptus,uel papæ,ſi eſt exemptus,& eorum iuſſu adire, uel ipſi ijdem prælati adire. Nam nec capax eſt qui cum effectu ſibi retinere non pōt,ergo non capiunt q̄ retinere non poſſunt,ſed accipiunt, ut per eos aliis acquiratur. Ad hoc.ff.de uer.ſig.aliud.& de reg.iur.nō uidetur quiſquam.& hoc uoluit tangere Inno.in c.præſentia.de proba.& hoc recitaui poſt eum,ubi dixi quoſdam dixiſſe,quod bona ingredientis ordinem mendicantium debent eſſe epiſcopi, cum ille etiam ſit monachus epiſcopi, & ideo dicebat olim,
46 quod fratres minores †rerum ſibi obligatarum proprietatē, & dominium acquirebant rōne eccleſię,ut in declarationib. Nic.exiit.& in cle.exiui de paradiſo.§.pro indeb.in 4.coi.de uer.ſig. Et ideo cum iſte frater prædicator dicatur eē capax habito reſpectu ad perſonam,cui poteſt acquirere, puta epiſcopum uel papam,cuius perſona intuēda eſt in hoc caſu,& non illius fratris.ff.de leg.1.l.ſi mihi & tibi.§.regula. unde ſequitur quod factus ſui iuris bene poteſt ſibi quęrere,ut ſupra eſt dictum,& iſtud uidetur uerum in prædicatorib.qui profitentur regulā B. Auguſtini, q̄æ poteſt habere proprium in cōi,licet ex conſtōnibus non poſſint habere,& magis attendenda eſt regula, q̄ conſtitutio ordinis, cum conſtitutiones poſſint mutari,regula uero nō.Sed minores,nec regula, nec conſtitutione.non ob. quod minoribus,& prædicatoribus in arctiſſima paupertate uiuere decet, quia illud intelligitur quo ad factum,non quo ad ius.Nam ex conſtitutionibus uo
47 luntariis prædicatores, ſed minores ex regula arctantur & tenentur.Alia litera habet arctiſſima,quod eſt uerum.Sed prædicatores ex conſtitutionibus,minores ex regula,ut dixi.Opinio uero illa quæ habet,ꝙ eſt in pendenti, cui fiat acquiſitio,non uidetur bona,quia hic certum eſt, & non pendens, quod iſte eſt ep̄s,& abſolutus ab ordine. Itē nec illa opinio, quæ habet,quod uiuentes abinteſtato ueniant,quia illa haberet locum quando inſtitutus tpe teſtamenti eſſet mortuus, non tamen eſt mortuus reſpectu illius, cui poterat acquirere,ſcilicet papæ,uel ordini.Nec illa opinio,quæ habet quod dioceſanus loci,unde aſſumitur ille monachus,ſiue frater,videtur uera,quia illud poſſet hēre locum, quādo religioſus eſt immediate ſubiectus ep̄o, ut quia eſt ſine clauſtro, puta expulſus,vel quia factus fuit rector parochialis eccleſię,& demū fuit amotus, uel renuncianit, & ſic cū non poſſit hēre regreſſum ad ſuum ordinem,remanet monachus ep̄i,& ſubeſt epiſcopo,ut abbati. Item quarta opin.quæ habet, quòd eccleſia Ro.ſuccedit,non uidetur uera,quia licet iſte ſit ſubiectus papæ immediatæ, tamen quo ad acquiſitionem acquirit uxori ſuæ eccleſię,cuius bonis paſcitur, & ſuſtentatur, & quocunque intuitu acquirat prælatus religioſus ſemper eius miniſterio

Source : BIU Cujas

sterio ecclesiæ acquiritur.de testa.c.requisisti.ad fi.& no.e.ti. c.1.& facit.18.q.1.c.vno.Vltima opi.quæ hēt,quod acquiraī utrique,saltem in casu nostro,non est uera,quia hic totaliter fuit absolutus ab ordine,iuris & hōis absolutione, & posito, quod adhuc retineret primum locū, debet præferri epātus, ut superius dixi.Ad solutionem istam quæ habet qđ episcopatui acquiratur,pōt sic opponi, eo ipso & immediate quod aliquis religiosus instituitur hæres,intelligitur monasterium institutū,ita ꝙ ius adeundi competit monasterio,non monacho.Nā & si monachus repudiaret,syndicus monasterij pōt
48 adire.Nam cum monachus† nihil proprij possit habere, non ꝓt se iactare quod ius adeundi consistat in eo,sed immediatè fuit illud ius acquisitū monasterio.nec est illi spes iuris adeūdi,imo est ipsum ius adeundi,quod competit monasterio a morte testatoris,sed spes adeundi,q̄ est ante mortem testatoris, non remanet monasterio filio translato ad epātum ante mortem,& sic intelligitur quod no.18.q.1.c.uno.§.ult.& pro hoc facit quod no.Arc.18.q.j.c.unico.super uerbo,monasterij.Sed inquārum alle.l.non est dubium.aliud vī sentire. si ergo ita est qđ vī per multa iura superius alleg.in tertio mēbro partis affirmatiue,& maxime in c.cum ad monasterium.§.j. de reg.& 12.q.1.c.non dicatis.vī inferendū,quod ius adeundi non transiuit cum illo religioso ad episcopatum, nec ossibus adhæserat,sed potius remāsit apud monasterium,seu cōuentum,& sic vī ꝙ sua aditio nihil operetur.Sed contrariū facit quod no.Arch.ipse fm Lau.in d.c.unico.in fi.ubi dī, ꝙ si aliquid relinquitur monasterio sub condōne, uel instituaī, & tpe quo est eps existat conditio,acquiritur ecclesiæ, & sic secundum hoc ius adeundi,uel spem nō acquisiuit monasterio,sed secum portauit,& sic idem uiderur in seruo, & filio manumisso,vel emancipato.& ꝓ hoc facit,quod no.in Spe. de sta.mona.uersi.8.quæritur.Pet.

SVMMARIVM.

1 *Canonica an debeatur episcopo de legatis imagini Iesu Christi.*
2 *Dominium an transeat in ecclesiam.*
3 *Rectori ecclesię pertinet agere quando agit sub iuribus ecclesię suæ.*
4 *Episcopus debet habere canonicam de relictis Deo, & uniuersali ecclesię.*
5 *Relictum Deo,censetur relinqui ecclesiæ, in qua testator habet domicilium.*

Decimoquintò principaliter quęritur, cū in multis ecclesiis sit imago figura,& facies dñi nostri Iesu Christi,sicut est in ecclesia lucana,ubi dī ꝙ Nicodemus depinxit imaginem Iesu Christi, & quę imago appellatur,el volto santo de Luca,& in multis ecclesiis de urbe dicitur depicta facies Iesu Christi per B. Lucam,& etiam in alia ecclesia de urbe dicitur diuinitus,& ce
1 litus apparuisse facies Iesu Christi,an† de talibus quæ legātur talibus imaginib. debeatur canonica episcopo. Istud uenit declarandum primo per hanc qōnem, uidelicet cui quæraī tale legatū.An ecclesiæ in qua est depicta talis figura, an uero prælato illius ecclesiæ, an uero utrique,i.prælato & capitulo illius ecclesiæ,& uidetur ꝙ nō quæratur ecclesiæ, quia ecclesiæ non est factum aliquod legatum, & eadem rōne non videtur quęri prælato illius eccleſię, quia non est relictū sibi, & de iure est,ꝙ ille ex legato agit cui relictum est. C.cōmu. de leg.l.1.& 2.prætereanon est legatum contemplatione ecclesiæ,nec contemplatione prælati,ergo neutri illorum quæritur.de testa.requisisti.Sed censetur Deo legatum,& cōtemplatione Dei. & pro hoc uidetur casus.12.q.2.prędia.ibi,dū dicit tex.prędia diuinis usibus tradita, & Deo nostro cui tradita sunt &c.Prætera ex quodam uoto,quod relinquens videtur habere ad faciem Iesu Christi legatum illud fit, ergo quęratur illi ad quem & respectu cuius emittetur legatum.
2 de censi.ex parte.Prætera qđ dñium† non tranſeat in ecclesiam probatur tali ratione. Istud uotum emanat a principio ex uolūtate solius uouentis,ut d.c.ex parte. Sed nos hēmus, qđ qñ aliquis aliquid uouit Deo dominium remanet apud uouentem, licet personali obligatione teneatur uotum implere.de quo plene in l.si quis in rem.§.uoto.& l.pactū.ff. de pollici.prætera uotum est implendum in forma,ex quo sup uoto non dispensatur.de uoto & uo.redemp.ca.quod super his.& c.magnę deuotionis.ibi dum dicit tex.uouete & reddite uota uestra Deo uestro &c.Sed non impletur tale uotū in forma,si tale legatum daretur prælato, uel ecclesiæ, cū ei non debeatur.de iureiu. cam te. dicas,quod ex quo relinquit alicui sancto indeterminato,non expresso aliquo loco, censetur relinqui ecclesię in qua testator habet domicilium, q̄ est sub uocabulo illius sancti.in auc.de ec.ti.§.si quis in noīe. & iō talis ecclesia tale legatum accipit,ergo dominiū in illā ecclesiā transit,& sic ecclesia pro illo legato aget Secundo q̄ritur incidenter,si aliquis uouet dare aliquid imagini,vel figuræ Iesu Christi,de qua in ꝓxima qōne fit mentio,cum dominium illius rei remaneat apud uouentem, sed personali obligatione posset cogi ad uoti executionem,ut d.c.ex parte.de cēſi.Quis aget ex illa personali obłone, an ꝑlatus ecclesiæ.in qua depicta est imago. Rñdeo non aget ipse,quia tunc
3 ad rectorē† ecclesiæ ꝑtinet agere, qñ agit sub iurib.ecclesiæ suæ.de iudi.cum deputati.& de rescr.cle.1.sed ius illud non q̄ritur ecclesię,ut superius dixi.vī ergo qđ ius agendi cōpetat diocesano, & per diocesanum cogantur illud uotum exequi.C.de epi.& cle.l.si quis ad declinandum.& per diocesanum cogitur quis adimplere uotum.de cēſ.ex parte. & de uoto & uoti redemp.c.ex multa.& c.quod super his. Itē qa ad diocesanum pertinet executio eorum quæ disponuntur erga Deum vel pias causas.de testa.nos quidem.& c.tua nos. prędicta procedunt in uoto. Tertiò & ultimo incidenter q̄ritur,an de legatis,quæ fiunt tali figurę, & imagini debeatur canonica epō,vī quod non,quia de eo, quod legatur certæ, & determinatę personæ non præsidenti alicui prelaturæ,uel administrationi non debetur canonica.de test.requisisti.Sed in proposito legatur certæ personæ,i.personę, q̄ representaī per imaginem & figuram,& idem censetur iudicium de persona uera,quod de repsentata. ff. de fideiuſ. l.mortuo.dicas
4 dēri canonicam epō de tali legato,quia de relictis † Deo, & vī ecclesię epś debet hēre canonicam, & hoc ꝓp cōiunctionem quę est inter Deum & præsidentem regimini ecclesiæ. de transla.prela.inter corporalia.& pro hoc vī casus.ff.ad le. fal.l.1.§.ad municipium.ubi falcidia detrahitur de his quę legantur Deo,ergo detrahetur canonica epālis, quæ æquiparatur falcidię.Sed aduerte,quia ille.§ loquitur in falcidia, q̄ olim de tali legato detrahebatur.Sed hodie talis falcidia cessat,ut in auc.de sanctiſ.epi.§.si quis.C.de epi.& cle.l.si quis ad declinandam.C.ad le.fal.auc.similiter.& quod no. gl. in d.§. ad municipium.Sed licet cesset falcidia,non tñ cessat canonica epālis,quod patet euidenter,quia de his q̄ relinquuntur ecclesiæ,uel ad pias cās cōpetit canonica epō,ut c.requisisti. licet cesset tunc falc.& sic non est bona equiparatio de canonica ad falci diam.ꝑterea ꝙ debeatur canonica probatur ta-
5 li ratione.quod relinquitur Deo censetur relinqui† ecclesiæ in qua testator hēt domicilium,ut §.si quis in noīe.in auc.de ecc.ti.Sed de legato quod fit ecclesię hēt canonicam,ut d.c. requisisti.§.illud.nec ob.quod æquiparamus personam uerā & repręsentatam,ut l.mortuo.de fideiuſ.& de eo quod legatur certę personę,& singulari cesset canonica,ut d.c.requisisti.in fi.ergo cessabit cum legatur personę representatę? Rñdeo,per Deum representātur uniuersales ecclesiæ prout no. Inn.& ideo ad omnes ecclesias habetur respectus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo an debeatur canonica pro legatis uel oblatis imaginibus B. Mariæ depictis in parentibus uel muris magnatum, siue nobilium, aut aliarum personarum.*
2 *Hospitali uel pauperibus si aliquis donat, nemine donationem recipiente, an talis donatio sit ualida.*
3 *Lex prohibuit ne signum saluatoris in solo seu in silice sculpere aut pingere liceat.*
4 *Oblata Deo non debent in laicorum usus deputari.*
5 *Oblationes an pertineant ad parochialem ecclesiam intra cuius parochiam sita est capella cui fuerunt oblatæ.*
6 *Intellectus decretalis nimis,de excessi.præla.*
7 *Ecclesiæ cathedrales non debent esse in castris.*
8 *Relinqui ad pias causas censetur, quod relinquitur imagini.*

1 Decimosextò principaliter quæritur.† cum sunt multi magnates,& nobiles,& alię personæ,quæ habēt possessiones, in quarum introitu sunt parietes,& muri,in quib. est depicta imago B.Virginis Mariæ, & aliorum sanctorum, & dicuntur ibi miracula apparuisse, propter quæ homines per deuotiones ad illum locum confluentes multa offerunt tam inter uiuos,quam in ultima uoluntate.Quęritur an de talib.legatis,uel oblatis debeatur canonica epō.Antequam ueniam ad solutionem huius qōnis, oportet primo quærere ad quem pertineaut ea quæ sic sunt oblata uel legata.An ad dñm illius possessionis, an ad ecclesiam parochialem in cuius parochia est sita illa possessio. An uero ad ecclesiam cathedralem, maxime si talis ecclesia cathedralis esset sub uocabulo B.Marię virginis,cuius figura est in illa possessione.An uero pertineat ad diocesanum.Prędmittendum est circa prædicta,quod ea quę dantur & offeruntur illi loco in quo est depicta talis imago Beatæ Marię virginis ex uoto quidem permittuntur & dantur, & tale uotum est licitum.28.q.1.cano.ex his.& de censi.ca.ex parte.Secundò præmitte, quòd qui ex uoto ꝑmittunt aliquid dare Deo uel alicui sancto, obligantur ex illo uoto, licet nulli specialiter fuit facta huiusmodi ꝑmissio.de censi.d.c.ex paste, ubi ꝑ lo. de hoc.ff.de polli.l.si quis in rem. §. uoto.& l pactum. Hinc

Source : BIU Cujas

2 eſt,quòd ſi aliquis donat†hoſpitali uel pauperib.nemine talē donationem recipiēte,tñ ualida eſt talis donatio, & Deo dr̄ donari,& Deus ubiq; pñs eſt,ergo tunc donatur pñti.C.de ſacroſ ec.l.illud.licet gl.ibi aliter loquatur.Tertiò præmito, qđ qñ uotum emittitur ad aliquem ſanctum per reſpectum ad aliq̄ certam & determinatam eccleſiā, ut patet in his q̄ emittunt uotum ad B.Iacobum,tunc indubitatum eſt, qđ ex uoto obligantur illi eccleſiæ, & ad ſoluendū cogūtur per illius eccleſiæ p̄latū,& illi eccleſię quęritur, ut de cenſi. c.ex parte. ibi eſt caſus.& facit de ſimo.c.ad apoſtolicā.Qñq; uotū emittitur ad aliquē ſanctū,non per reſpectum ad aliq̄ eccleſiā, ſicut fuit in caſu ꝓpoſito,ubi illi ueniebant ad locū ꝓfanū, & & non ad locum ſacrum, & offerebāt uel legabant per reſpectū ad imaginem & figurā B. Mariæ virg. q̄ erat depicta in loco illo.Circa qđ ſciendum eſt,q̄ circa ſanctorū imagines nō conſideramus,nec adoramus picturā,ſed conſideramus imaginem,& reuerentiā illorū quos figurat hoc imago. de cōſe. di.3.cano.perlatum.Hinc eſt,qđ dicit canon, qđ uenerabiles imagines Chr̄iani nō Deos appellāt,nec ſeruiunt eis, ut diis, nec ēt ſpē ſalutis ponunt in eis, nec ab ipſis expectāt iudiciū futurū.Sed ad memoriā,& recordationem primitiuorū uenerantur eas,& adorant.de conſe.diſ.3.uenerabiles.facit qđ no.de of.or.c.ſi canonici.in fi.li.6.Et per hoc dico,qđ uouentes illi loco vbi ē depicta illa figura,dñr uotum emittere, & offerre,& dare Deo.i.B.Mariæ, q̄ ſignātur per dictam picturam,ſiue imaginem,ut dicit cano.perlatum.de conſe.di.3.& ꝙa B.virgo Maria per dictā imaginē figurata eſt.iō prohibuit
3 lex,†ne ſignum ſaluatoris ī ſolo,ſeu in ſilice,aut marmorib. aut humi poſitis ſculpere aut pingere liceat.C.nemini licere ſignum ſaluatoris in hu.aut in ter.l.unica. Hinc eſt,qđ in aggrauatis ceſſationis officiis non licet crucem, B.Virg.aliorūque ſanctorum imagines & ſtatuas proſternere in terrā. d.c. ſi canonici.de of.or.in fi.li.6.facit de au.& ar.leg.l.Titia.Reſtat ergo nunc uidere, an illa q̄ offeruntur,uel legantur, dño poſſeſſionis q̄rantur ubi depicta ē illa imago uel figura, & q̄ non q̄rantur illi dño ꝓbatur iſtis rōnib. Primo,quia ipſi dño nihil eſt oblatum nec promiſſum,ergo non eſt quo iure ſibi poſſit quęri.C.de do.l.nec ambigi.Itē non eſt uotū emiſſum per reſpūm ad perſonā dñi illius poſſeſſionis,ubi imago ē depicta,ſed per reſpūm ad Deum.Conſtat aūt qđ in acquiſitione rerum fienda conſideramus contemplatione cuius quid detur & offeratur.de teſt.c.requiſiſti. Item ꝙa ea q̄ ſunt Deo
4 oblata non debēnt†in laicorū uſib.nec dñiis deputari.de ſo. cōpe.c.conquęſtus.& 12.q.2.p̄dia.facit de reb.ec.non alie.c. ſi.Item non licet laicis ēt talēs oblationes cuſtodire, nec accipere,nec in ſuos vſus conuertere, nec de his quicq̄ diſponere,ut 10.q.1.ꝙa ſacerdos.& c.ſanctorū.& c.hanc conſuetudinem.ubi eſt caſus.facit ēt de decimis.c.q̄uis.Reſtat aūt uidere an tales oblationes quærantur eccleſiæ parochiali,intra cuius parochiam eſt illa poſſeſſio,ubi eſt depicta illa figura uel imago,quia de iure parochiali eccleſię ſunt hmōi oblatiōes, ut d.c.ſanctorum.& c.hanc conſuetudinem,& de his q̄ fiunt a præla.ſine conſen.capi.c.paſtoralis.& accipitur nomē oblationis largo mō pro oīb. q̄ infra limites parochiæ ſpūaliter obueniunt,ut dicit In.& Io.ſuper rub.de parochiis,ut vr̄ caſus de uer.ſig.cum inter.hinc eſt,quòd ſi aliqua capella conſtruitur infra limites parochialis eccleſiæ. quod parochialis eccleſia hēbit oēs proūentus qui rōne ſpūalitatis a perſonis, uel a reb.infra ſuos lītes parochiæ ſpūaliter obueniunt illi capellæ Cedent tñ illi prouentus in uſus neceſſarios,& ſtipēdia miniſtrorū illius capellæ ſm Hoſt.& Io. de ec.ædifi. c.ad au-
5 dientiā.1.per quæ iura vr̄ quòd illę†oblationes pertineant ad parochialē.ec.intra cuius parochiam eſt ſita iſta poſſeſſio.In contrariū eſt ueritas,ꝙ non cedant ec.parochiali tales oblationes,ubi ſciendum eſt, quod q̄ñq; oblationes fiunt per reſpectū ad eccleſiam parochialem,& quærūntur eccleſiæ parochiali, ſiue tales oblationes fiant in eccleſia ſiue extra eccleſiam.& ita loquitur de uer.ſig.c.cum inter uos.Q̄ñq; fiūt oblationes non per reſpūm ad eccleſiā parochialē.Sed per reſpectum ad aliū locum,uel extra eccleſiam ad aliquem ſanctum cuius figura eſt in parochia alicuius eccleſię,& tunc parochiali eccleſiæ non quæruntur,ratio eſt,quia non offertur parochiali eccleſię, nec contēplatione parochialis eccleſiæ, nec contemplatione rectoris eccleſiæ, ſed per reſpectum ad Deum,ſeu imaginem & figuram B. Mariæ Vir. q̄ eſt in loco, ubi depicta eſt,& ſic non eſt quo iure poſſint q̄ri parochiali eccleſię.& pro hoc vr̄ caſus.de exh p̄la.& ſubdi.c.nimis.el 1.Et p̄dicta vñr procedere, ſiue talis offeratur a parochianis eiuſdem eccleſię intra cuius parochiam eſt ille locus ubi depicta eſt illa figura uel imago,ſiue ab aliquib.qui non ſunt pa
6 rochiani.Aduerte,quia decretalis†nimis.de exceſ.p̄la.in ſubditos.non probat p̄dicta, quia ibi oblationes fiebant in loco fratrum prædicatorum, uel fratrum minorum, qui locus non erat de parochia illius eccleſie, ubi de locus ſitus erat. Item, ex quo parochiani illius eccleſię offerunt aliquid loco, ubi eſt depicta figura vel imago, vr̄ parochiali eccleſię quæri,per ea quæ dicit Inn.de eccle.edific.c. ad audientiam. j.ideſt quia talia ſpūaliter obueniunt a parochianis illius eccleſiæ.Sed ſi uera eēt opinio,qđ illæ oblationes non quærūntur parochiali eccleſiæ.An quærantur cathedrali eccleſiæ epiſcopo & intra cuius dioceſim eſt locus vbi depicta eſt imago & figura,& non vr̄,quia non eſt legatum ep̄o,nec eccleſię cathedrali,nec ēt contēplatione ep̄i, nec eccleſiæ cathedralis,& ſic neutri quæretur,ut de teſta c.requiſiſti.Iſta qō vr̄ decidi per.§.ſi quis in noīe.Aut.de ec.tit.ubi ſi hęreditas uel legatum relinquatur deo,debetur canonica eccleſiæ in qua teſtator habet domiciliū,ſiue ergo offerent ſiue legent per reſpectum ad figuram,vbi eſt imago Dei vel Beatę virg.Marię, ſiue ſic in gñre loquatur, relinquo hæreditatem meam deo, acquiritur hæreditas eccleſiæ,in qua teſtator habet domicilium,& vr̄ intelligendum illud de eccleſia cathedrali. Sed ꝓcedit illud dubium in loco,in quo teſtator habet domiciliū & nō ſit nec eſſe poſſit eccleſia cathedralis,ſicut eſt in caſtris in quib.non debent eē cathedrales †de priui.c.j.tunc quæreē eccleſiæ illius caſtri in quo teſtator habet domilium,&ſi in illo caſtro eēnt plures eccleſię,forte quæretur ſuperiori,& vbi nulla ſit eccleſia in caſtro nec in eius territorio, tunc quærañ ep̄o,ut d.§.ſi quis in noīe dñi.auth. de ecc. tit. Cuicunq; eccleſiæ acquiratur vñr talia remanere in diſpoſitione ep̄i. 32. di.c.præter hæc.Hinc videmus ꝙ apoſtolorū tp̄e quo hoīes uouebant & deo offerebant, ponebant añ pedes apolorum, & apoſtoli illa diſpenſabant prout cuique opus erat. 12. q. 2. dilectiſſimus.Secundo incidenter quæritur,an de hmōi oblationib.& relictis imagini Beatæ Mariæ virg. q̄ eſt depicta debeaf canonica ep̄o? Reſpondeo quantum ad oblata inter viuos non debetur, ſed quo ad relicta in vltima voluntate debetur canonica,ut l.1.C.ad mu.& ff.ad l.Fal. pro hoc facit rō,
8 quia ad pias cās cenſetur relinqui qđ relinquitur † tali imagini.de teſta.c.officij.& c.requiſiſti.eod.tit. ergo debetur canonica,maximè ſi dicamus acquiri eccleſię parochiali. d. c.requiſiſti.§.illud.ſed ſi dicamus ep̄o acquiri, & tunc inter ep̄m & ſuam eccleſiam fiat diuiſio ſecundum formam dictę decretalis requiſiſti.In prędictis ſtaretur conſuetudini, ſm quā ad cuſtodiā eorum q̄ offeruntur quandoq; ponuntur clerici, q̄nque laici, & illa conuertuntur in elemoſynas ad pios vſus domini poſſeſſionis. 13.q.2.prędia.de ſo.compe.c.cōquęſtus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo an competat canonica portio de his quæ obueniunt iur. lega. vel inſtitutionis fratrib. de tertio ordine B.Fran.qui vocantur continentes.*
2 *Epiſcopo nunquid competat canonica portio de relictis factis locis & perſonis ſubiecti iuriſdictionis ſuæ:ubi quod totus populus Chriſtianus dicitur Chriſtiana religio.*
3 *Obedientia quam præſtant fratres de tertio ordine ſuo miniſtro non facit eos dici religioſos nec profeſſos.*
4 *Ordo fratrum & ſororum tertii ordinis B.Fran.an cenſeatur vera religio.*
5 *Fratres & ſorores de tertio ordine Beati Franciſci uocantur fratres & ſorores de pœnitentia.*
6 *Fratres de tertio ordine Sancti Fran.an ſint perſonæ eccleſiaſticæ.20.*
7 *Fratribus tertij ordinis non inhibetur copula matrimonialis.*
8 *Fratres de tertio ordine Beati Franciſci licet habeant certum modum viuendi, non tamen ſequitur quod ſint perſonæ eccleſiaſticæ.*
9 *Tranſeundo ad tertium ordinē Beati Franciſci recipitur nouus habitus & aſſumitur nouus modus viuendi.*
10 *Status perſonæ mutatur ex receptione ordinis.*
11 *Conuerſus quando manet in domo ſua ſicut laicus non gaudet priuilegio clericali.*
12 *Tertius ordo Beati Franciſci inductus fuit ab ipſo Beato Franciſco,& approbatus per ſedem apoſtolicam.*
13 *Conuerſi & Deo deuoti gaudent priuilegio eccleſiaſtico.*
14 *Religiones & varij modi religionum introductæ ſunt a iure poſitiuo. & concedere nunquid poſſit Papa quod religioſus cum propria ſubſtantia remaneat in domo propria.*
15 *Ingredientes fraternitatem tertij ordinis Beati Franciſci, ſeculum egrediuntur.*
16 *Defenſio & protectio fratrum tertij ordinis B.Franciſci ad quos pertineat.*
17 *Fratres tertij ordinis Beati Franciſci an ſint exempti a muneribus ſeculiarium & collectis ſicut clerici.*
18 *Proprium habere & remanere in coniugio poſſunt fratres tertij ordinis Beati Franciſci.*
19 *Moniales cenſentur quæ in monaſterio ſe collocant licet propriū habeant, & ueſtem religioſam in propria domo.*
20 *Status fratrū tertii ordinis B. Franciſci eſt arctior et fortior hæremitarū.*
21 *Oratorio ſi aliquid relinquitur an epiſcopo debeatur canonica.*

1 Decimoſeptimo principaliter quęritur, cum ſint aliqui qui ꝓ† remedio ſuarū aīarū relinquunt cōuētui fratrū pęnitētię de tertio ordine B. Frāciſ. qui vocātur continētes, & eos hr̄des inſtituūt. An ep̄o competat canonica portio de his q̄ eis obueniūt iure legati uel inſtitutionis.Reperio Fed.de Sen.in conſ.141. qđ incipit.Cum aliqui boni viri.ſic dixiſſe,quod nec de hęreditate,

Source : BIU Cujas

tate,nec de legato possit episcopus petere canonicam portio nem . Quod probatur ista ratione,episcopus petit canonicã de eo quod legatur monasteriis,uel ecclesiis.de testa.cap.officij.& c.requisisti. ad fi. Sed istis nec sub nomine monasterij,vel ecclesiæ aliquid relinquitur , nec immerito , quia nec in monasterium,nec in ecclesiis,nec in locis ecclesiasticis in-
2 titulati sunt .† Item episcopo competit canonica portio de relictis factis locis & ꝑsonis subiectis iurisdictioni suæ.Hinc est secundum Inn.in c.officij.de te.& Per.de Sansoni. in c.re quisisti.e.ti.eꝑs nõ potest petere quartam ab exẽptis. Sed isti de tertio ordine non subsunt eꝑo,licet in aliquib.sunt priuilegiati a uexationib. secularib. vnde potius eorum status dr̃ quidam modus uiuendi,quam regula vel religio, vt no.Ioã. & Pa.de Lea za.in cle.pe.de sen.exc. & posito quod eorũ status appelletur regula vel religio.non sequitur quod sint personæ ecclesiasticæ.Nam laici bene viuentes iuste,& honeste appellantur religiosi.de consti.eccl. de re.ec.c.fi.quia isti magis sunt deputati operib.pietatis & contemplationis, q̃ cæteri laici, ideo appellantur religiosi. Nam & totus populus Christianus dr̃ Christiana religio.nam religio est nomen val de generale,vt no.Arc.de regu.c.1.li.6.& quia isti recte,& secundum quandam normam viuunt,merito eorum status ꝑt
3 dici regula in d.c.1. Sola ergo obedientia † quã præstant suo ministro non facit eos dici religiosos,nec professos.facit qd̃ no.in Spe.de sta.mo.ver.37.& considerato qd̃ legitur & not. 12 q.2.duo.plura sunt illa, q̃ suadent istos dẽre esse sub genere laicorum,q̃ clericorum, igitur,cum nõ sit religiosi ꝓprio sumpto uocabulo,nec clerici,neq; persone ecclesiasticæ, qd̃ interpreretur consuetudo, quæ habet eos cõueniri posse sub iudice seculari,sequitur quod relicta istis sunt relicta aut tan quam pauperib.& sic in genere,& sic non debetur quarta, vt no.Io.de conuer.coniu.c.dudum.super uerbo,pauperũ,aut sunt relicta eis tanq̃ amicis, vel intuitu suarum personarum bene viuentium,& bona sua in opera pietatis,& eleemosinæ erogantium, & similiter in nullo casu prædictorum cõpetit eꝑo canonica portio.de testa.c.requisisti. de ver.sig.e.ex parte 3.& no.de testa.c.3.& ista sunt verba Fed.de Senis.in d.consilio.146.Antequam aũt ueniam ad solutionem præcedentis
4 qõnis,oportet uidere, si ordo † fratrum & sororũ tertij ordinis B.Francisci censeatur tanquam uera religio,& an fratres & sorores.d.ordinis tertij sint,& censeantur,& remaneant in statu laicali, & seculari,ita quod non gaudeant priuilegio fori,ita ꝙ possint conueniri coram iudi.seculari, nec gaudeãt priuilegio,ita ut iniicientes manus uiolentas in eos nõ incurrant excõicationis sententiam.Fed.in supra dicto consi.tenebat quod isti non sint propriæ personæ ecclesiasticæ,nec religiosæ.Sed potius censeantur,ut laici,& de statu laicali,& seculari,hoc etiam tenebat Landinus antiquus docto. dicens quòd ipsi non sint clerici,nec religiosi , ideſt uere ligati religione,quia non habent potestatem sui corporis,sed uxores eorum,nec sunt bigami,quia possunt esse in ipso tertio ordine,& ideo nec in personis, nec in rebus gaudent priuilegio clericali,& sic sunt sine lege,sicuti sunt locustæ,unde iudicat eos,ut nudos omni priuilegio clericali,quasi de nouo egressos de utero matris continentes quo ad aliquos,cum inter illos sint aliqui continentes, quia cõiugati per aliquos dies in septimana abstinent ab uxorib.eorum.Dicebat Abb. in cle. cum ex eo.de sen.exc.quod isti fratres, & sorores uocantur
5 fratres,& sorores † de pœnitentia, & idem hr̃ in extrauagãti papæ Io.22.quæ incipit.S.Romana ecclesia.tractans ibidem. Nunquid isti fratres,& sorores gaudeant ecclesiastica libertate seu immunitate ecclesiastica.Dicit qd̃ sic.alleg. de censi. c.q̃q̃.in 6.de im.eccle.c.quia. eo.li.non põt negari,qn isti sint saltem ecclesiasticæ personę large sumpto uocabulo,& ẽt religiosæ,quæ tñ ecclesiastico priuilegio gaudebunt in suis bonis nedum in personis,ut ibi.17.q.3.si quis suadente, facit ẽt, qd̃ in regula ipsorum prohibentur professi eius regulæ post professionem ad seculũ redire, qd̃ aliàs licet ei qui ordinem mendicantiũ ingreditur,& intra annũ ꝓbõnis ordinẽ ꝓfitetur,qd̃ si ordinẽ aliũ ꝓfiteretur nõ liceret. de reg. nõ solum. li. 6. est ergo ꝓfessus dictum ordinẽ tertiũ post ꝓfessionẽ ipsi ordini tertio astrictus, & a seculo separatus,dẽt ergo sentire commodum eiusdem ordinis,ex quo sentit onus.de reg.iu. qui sentit.li.6.Super ista qõne, an isti de tertio ordine B.Fran
6 ciſci sint ꝑsonæ † ecclesiasticæ, vr̃ qd̃ sic inspecto primo iur. cõi.12.qõ.1.duo sunt genera hoĩum. Secundo inspectis priuilegiis Romanorum Pontificum indultis dicto ordini.Ad partẽ negatiuã, qd̃ nõ sunt ꝑsonæ ecclesiasticæ, & sic possint cõueniri corã iudici seculari . Canõ distinguit totum genus humanum. prima diuisio est quo ad modũ viuẽdi & gubernationis monasticæ,& explicat condõnes membrorum.s.laicale & ecclesiasticũ.12.q.1.duo sunt genera hoĩum. Vnum ẽ emancipatum diuino officio deditum & cõtemplatione, & errore semota ab omni strepitu tꝑaliũ,ficut sunt clerici Deo deuoti,videlicet conuersi, aliud est genus laicorum quibus permissum est tꝑalia possidere, & uxores ducere, & habere. condõnes autem hæ,scilicet ꝓprietatis,& coniugij competunt istis de tertio ordine,& p̃cedentes condõnes de quibus loquitur canon,duo sunt genera hoĩum,ut probat eorũ continentia.Professis autem tertij ordinis competunt condõnes laicales, & desunt ecclesiasticæ, ergo sunt laici censendi.12. q.1.duo sunt, ergo non gaudent priuilegio fori,& personæ. Secundò probatur sic.Canon enumerat personas ecclesiasticas,sicut sũt eꝑi,presbyteri,diaconi,& subdiaconi,regulares canonici, professi & omnibus prædictis interdicitur copula. 27.q.2.vt lex continentiæ. Sed isti de tertio ordine non sunt de ordine dictarum personarum,cum isti possunt esse in cõ-
7 iugio † nec eis inhibetur copula,censentur ergo de statu laicali.Tertiò probatur sic. Canon alibi enumerat personas ecclesiasticas gaudentes priuilegio clericali. 17. q.4. si quis suadente.ibi, dum dicit tex. qui iniuriam uel uiolentiam infert clericis uel monachis,vel Deo deuotis,omnib.ecclesiasticis personis,& exponit ibi,ut sunt pœnitentes,hospitalarij,& tẽplarij,qui gaudent priuilegio clericali.Sed isti de tertio ordine nõ sunt de numero dictarum personarũ,nec sub numero dictarum personarũ comprehẽduntur.Nec ob.si dicatur qd̃ isti de tertio ordine uocantur pœnitentes,ut in cle.cũ ex eo. & pœnitentes gaudent priuilegio clericali,ut d.c.quisquis,qa loquitur de pœnitentib.solenniter,uel clericaliter uiuentib. de quibus hr̃.l.di.in capite.& c.ecclesiastico.sed isti de tertio ordine non sunt de numero illorum pœnitẽtium.Quartò sic probatur.constõnes papales enumerant personas ecclesiasticas,q̃ gaudent priuilegio clericali,& canonici, & cuiuslibet religionis cõuersi.de sen.exc.c.nõ dubiũ.& c.ex tenore. Sed isti de tertio ordine non sunt, nec includuntur sub nomine p̃dictarum personarum, ergo excludũtur a numero p̃dicto, ut dicto cano.duo sunt genera hoĩum. Quinto probatur per cle.cum ex eo.de sen.exc. ubi nõ disponitur an status dictorum fratrũ sit ecclesiasticus,uel nõ,sed solum disponitur circa repulsionem ipsorum ad minus tꝑ interdicti,sicut & cæteri laici repelluntur , & sic æquiparat istos de tertio ordine
8 laicis,& sic de numero laicorũ,ꝙ ẽt probatur per glo.in cle. cum exeo de sen.exc. nam licet isti de tertio ordine † hẽant certum modum uiuendi,non sequitur qd̃ sint personæ ecclesiasticæ.Quia ad esse status ecclesiastici requiruntur alia ultra certum modũ uiuendi.s.viuere sub obedientia superioris,& seruare perpetuã cõtinentiã,& abdicare a se ꝓprium, de sta. mo.c.cum ad monasteriũ,& hoc ẽt ꝓbatur per consti.Nicolai papæ,qui licet approbet statũ istorũ de tertio ordine,non tñ facit talem statum ecclesiasticũ fore. cũ ergo lex canonica enumeret ꝑsonas ecclesiasticas gaudẽtes priuilegio ecclesiastico,& p̃dictas naturas & cõdõnes ipsarũ, ad nullã p̃dictarum personarum rediguntur isti de tertio ordine.Sexto ꝓbatur sic. status ꝑsonarũ ecclesiasticarũ introducitur a lege canonica rõne caracteris ordinis sic susceptι.21.di. cleros, uel professionis & cuiuscunq; plenæ conuersionis,& seculi abdicationis.19.q.1.duo sunt.& sic exprimunt oẽs canones,& cõstõnes canonicæ loquentes de statu ecclesiasticarũ ꝑsonarũ. Sed isti de tertio ordine nõ sunt clerici,qa nõ sunt ꝓmoti ad ordines,nec ꝓmoueri dẽnt , nec sunt ꝓfessi , nec ꝓfitent tria substantialia regulæ,qd̃ patet,qa pñt hr̃e ꝓpriũ in particulari,& eẽ in cõiugio,qd̃ repugnat statui ꝓfessorũ,ut de sta.mo.cum ad monasteriũ.Nec sunt in statu plenę cõuersionis,& abdicationis seculi,de quib.plene cõuersis,& abdicantib.a se seculũ patet de priui.c.per exemptionẽ.li.6.de regula.c.nõ solũ.e.li.ergo patet qd̃ isti de tertio ordine nõ gaudent priuilegio clericali,nec priuilegio,qd̃ datur religiosis ẽt cõuersis plene trãslatis.Nec ob.si dicatur.qd̃ censentur ꝑsonę ecclesiasticæ isti de
9 tertio ordine. † Qm̃ trãseundo ad istũ tertiũ ordinẽ recipiũt nouũ habitũ,& assumũt nouũ modũ uiuendi,ut d.cle.cũ ex eo.de sen exc. Rñdeo ꝙ solus habitus nõ inducit eos cẽseri de sta.mona.siue regulari.Sed ipsa ꝓfessio hoc inducit.de regula.ca.porrectum.& hinc est,qd̃ nouitij regularium habitũ assumentes iꝑm deponere pñt,& redire ad seculũ,& uestẽ laicalẽ reassumere.de regula.ca.sup eod.Nec ẽt nouus modus uiuẽdi aggregat istos de tertio ordine statui regulari,nec ecclesiastico . Qm̃ cuilibet laico licet sibi p̃figere certũ modũ uiuendi.Casus est in cle.1.in fi.de reli.do.& facit de obser.ie iu.c.ult.in fi.& de cele.misſ.c.quidam .

Septimò probatur sic . Personæ ecclestasticæ denominantur ab ecclesia,ut quia intitulatæ in ecclesia, uel aptæ intitulati.21.distinct.cleros.dæ præben.cum secundum Apostolum. Sed isti de tertio ordine iam non sunt clerici, nec possunt intitulari in ecclesia.de insti.c.2.de rescrip.c.cum adeo.de transact c.ex literis. Octauo probatur sic . Plus operatur caracteris impressio ad immutandum statum personæ de laicali ad ecclesiasticũ,quia ex receptione ordinis mutatur status ꝑso
10 næ,† ut sit clericus cũ primo esset laicus.de p̃b.c.cũ ſm Apostolũ, quàm operetur solus modus uiuendi cum habitu sine plena conuersione , & seculi abdicatione . Sed per muta.

Source : BIU Cujas

tionem modi viuendi non alteratur ſtatus perſonæ,quia ita remanet laicus aſſumpto nouo modo viuendi ſicut prius.de reli.do.cle.j.in fi.Nono probatur ſic. Status eccleſiaſticus diſtinguitur a ſeculari ratione matrimonij.de cle.coniu.ca.di uerſis falaciis.27.q.2.ſicut enim.84.di.cum in præterito.Sed iſti de tertio ordine poſſunt contrahere matrimonium, & remanere in matrimonio iam contracto, ergo ſunt in ſtatu laicali, qui ſtatus laicalis iudicatur rõne ipſius matrimonij. Decimò probatur ſic.priuilegium fori, & perſonæ datur ex cauſis,uidelicet ratione ordinis clericalis,uel rõne religionis,uel profeſſionis,uel plenæ conuerſionis.de ſen.excõ.c.1. & ca.non dubium.17.q.4.c.ſi quis ſuadente.Sed iſti de tertio ordine non ſunt clerici,ergo non gaudent priuilegio, quod datur clericis. Item non ſunt religioſi,nec profeſſi alicuius monaſterij per eccleſiam approbati,nec ſunt conuerſi plene translati,ergo nõ eſt quo iure poſſint gaudere priuilegio clericali,de reli.do.c.1.lib.6.ergo nõ gaudent priuilegio, quod datur religioſis.de ſen.excom.c.cum illorum.eod.ti. c.cum quis.in 6.& ad hoc etiam facit quod no.Hoſt.in cap.non du-
11 bium.de ſen.excom.ubi dicit, quòd quando† conuerſus manet in domo ſua ſicut laicus non gaudet priuilegio clericali,quia non eſt plene translatus.de priui.cũ plantare.§. ex fratribus.& eo tit.c.per exemptionem.lib.6.tunc enim dicitur plene translatus quando tradit ſe & ſua bona alicui religioni,& eſt tonſuratus,vel habitum mutat,dicit horas,honeſte uiuit ſicut clericus,talis enim intelligitur de foro eccleſiaſtico,& gaudet priuilegio immunitatis.17.q.1.c.quiſquis.de priui.c.ut priuilegia.iſti autem de tertio ordine non transferũt plene perſonas ſuas huic tertio ordini,cum remanere poſſint coniugio,propter quod obligantur uxorib. ex uinculo matrimoniali.Item non transferunt ſua,cum illa non quærãtur ordini,ſed remanent apud eos, cum poſſint habere propriũ in ſingulari.facit ad prędicta.C.de ſacroſan.eccl.l.ſub prætextu.In contrarium arguitur, ꝙ iſti de tertio ordine ſint perſonæ eccleſiaſticæ,& gaudeant priuilegio fori & perſonæ. Pri-
12 mo,quia iſte tertius ordo† inductus eſt a Beato Franciſco & approbatus per ſedem Apoſtolicam, & eſt ordo religioſus, ergo perſona annexa ordini eſt religioſa.de reli.do.c.fi.eod. tit.c.unico.lib.6.ergo gaudent priuilegio eccleſiaſtico.12.q.1.duo ſunt.Sunt enim religati religioni Beati Fran. ex tertio ordine & gradu.Secundò ſic probatur.regulares regulæ approbatæ per ſedem Apoſtolicam ſunt,perſonæ eccleſiaſticę, & gaudent priuilegio eccleſiaſtico,ut in iuribus ſuperius allegatis.de ſen.excom.non dubium.& c.ex tenore.& ca.cum illorũ. Sed iſti de tertio ordine ſunt regulares regulæ approbatæ,ergo gaudent priuilegio eccleſiaſtico. Nam regulares dicuntur a regula concernente & regulante modum uiuẽdi & conuiuendi,ut not.doct.in ſum.de reg. & ſic iſti de tertio ordine habent regulam,modum uiuendi & conueniendi approbatum per ſedem Apoſtolicam, ut patet per priuilegiũ
13 Papę Nicolai. Tertio ſic probatur,Conuerſi,†& Deo deuoti gaudent priuilegio eccleſiaſtico.de ſent. excom.non dudubium.Sed iſti de tertio ordine ſunt cõuerſi iſtius tertij ordinis,quia profitentur regulam iſtius tertij ordinis, & Deo dicantur ſpecialiter ultra gradum laicorum, cum certũ modum in habitu & cæteris diſpoſitis in inſtitutione regulæ ipſorum profiteantur, ſecundum illum Deo dedicantur & cõuertuntur,ſi ergo regulari habitu aſſumpto uiuunt,ergo gaudent priuilegio eccleſiaſtico.Quartò ſic probatur. Iſti de tertio ordine,nec ſunt puri laici ſecundum laicalem extremitatem,nec religioſi ſecundum ſtrictum ſignificatum religioſorum,quorum eſt profiteri tria ſubſtantialia regulę, ut in cap. porrectum.de reg.& de ſta.mona.cum ad monaſterium.Nec ſunt clerici ſecundum uerum ſignificatum,ſecundum quòd exigit caracteris impreſſio.21.diſt.c.cleros. ſed ſapiunt naturam medij, ſed de iure eſt, quòd medium magis accedit ad naturam illius extremi cui aſſimilatur.de ſtatu mona. c.recolentes.l.decernimus.de aquęductu.l.ſtigmata.de fabri.de ſenten.excommu.c.ſi iudex laicus.in 6.& eſt expreſſum. de ſtat. hõmi.l.quæritur.ff.de teſti.l.repetundarum.§.fi.ff.de acq.rer. do.l.quicquid.§.cum partes.ff.de au. & ar.leg.l.& ſi non ſint. §.fi.ſed ſtatus iſtorum magis accedit ad ſtatum eccleſiaſticũ, propter ea quę promittunt & ſeruant ſecũdum ſtatuta dicti ordinis,& regulę, quam ad ſtatum laicalem, ergo iudicabimus de ipſis tanquã de perſonis eccleſiaſticis,& ſic gaudent priuilegio clericali.Quintò ſic probatur,ſubſtantialia uerę religionis ſunt introducta a iure poſitiuo,& iure poſitiuo ſunt
14 introductę† religiones,& uarij modi religionum.Vnde iura de religione loquentia diſtinguunt de religione minori pari uel arctiori.de regula.licet.& c.ſane.de præben.c.cum ſingula.lib.6.facit clemen.ne in agro.de ſtatu monacho. Iſta religio tertij ordinis potuit per papam ſub certis regulis modificari ſeparatis ab aliis regulis aliarum religionũ,& tamen uocabitur religio.de re.do.c.uno.in 6.ergo ipſi incorporati ipſi religioni religioſi ſunt,ergo religioſorum priuilegio gaudent.Sextò probatur ſic.Papa poteſt cõcedere, quòd religioſus cum propria ſubſtantia remaneat in domo propria,ut dicit Inn.qui cle.vel uo.c.inſinuante. & ꝙ matrimonium contrahat.de ſta.mo.cum ad monaſterium.& tamen remanebit religioſus,& gaudens priuilegio eccleſiaſtico,& ſic in iſtis pſonis tertij ordinis,quantum ſtatus & perſonæ per papam eſt approbatus,ut relioſi cenſeantur,& ex toto, ꝙ per obedientiam quam iſti promittunt non ſolennizetur uotum ſtrictæ religionis,cum non promittant alia ſubſtantialia regulæ, ut c.conſuluit.qui cleri.uel uo.tamen per hoc nõ tollitur, quin ſint perſonę eccleſiaſticę.Septimò probatur ſic.Deſcendẽdo ad priuilegium papę Nicolai.Et primo ibi dum dicitur,ordinamus propterea ſtatuentes,ꝙ nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum eandem valeat egredi.Ex quo concluditur, ꝙ in-
15 gredientes† fraternitatem illam ſeculum egrediuntur, ergo deſinunt eſſe perſonæ ſeculares.de iurepat.cum ſeculum.ergo incipiunt eſſe perſonę eccleſiaſticę,cum nõ ſint plura hominum genera.12.q.1.duo.Item pro hoc faciunt uerba eiuſdem priuilegij Papæ Nicolai. Nam ibi ſubſequenter ſubditur, poſſunt tamen habere liberum tranſitum ad aliam religionem approbatam.Ex quo infertur,ꝙ hæc erat religio,& approbata,cum hæc dictio,aliam poſitionem faciat.de reſcr. ſedes.Et ſic ex illis uerbis infertur,ꝙ tranſeuntes de tertio ordine ad aliam religionem mendicantium non tranſeunt de ſeculo ad religionem,ſed tranſeunt de religione tertij ordinis ad aliam religionem. & hęc uerba in priuilegio prolata intelliguntur in ſuo ſignificato,vt ſpecifice diſtinguantur ab aliis,cum ſint leges priuatæ.3.diſt.priuilegia. de legibus.l.ius ſingulare.ff.ad munici.l.1.Item pro hoc faciunt eiuſdem priuilegij Papę Nicolai uerba, dum in dicto priuilegio ſubiungitur,mulieres uiros habentes non poſſunt ſine ipſorum licentia ad huiuſmodi fraternitatem tranſire.Ex quo ſequitur quòd per ingreſſum fit mutatio ſeculi.de conuer.coniug.ex parte.& c.uxoratus.Item pro hoc etiam faciunt uerba prędicti priuilegij Papę Nicolai,ubi dicitur,ſi uero fraus uel ſorores contra ius uel eorum priuilegium per poteſtates, uel rectores locorum vbi domicilium obtinent uexationibus impetantur, miniſtri eorum adeant epiſcopos &c. Quæ uerba uidentur probare ipſos non poſſe uexari a rectoribus ſecularibus,ergo ſubſunt eccleſiaſtico, cum non ſit dare acephalũ. 14.di.nulli.Nec ob.ſi dicatur papa ibi permittit miniſtris adire locorum epiſcopos,ergo alij adire nõ poſſunt,quia ſi ponderantur uerba,non eſt de mente,ꝙ alijs inhibeatur, ſed eſt de mente, quòd quia ad miniſtros ſpectat ipſorum fratrum
16 defenſio† & protectio,quòd ipſi miniſtri,ut capita accedant, cum toti ordini fiat iniuria,nihilominus ſingulariter ſinguli poſſunt accedere.Item pro hoc faciunt etiam uerba priuilegij dicti Nico.Nam ut ibi patet,Beatus Franc.hunc ordinem inſtituit ipſos in familiam domini redigendo,ut probãt uerba regulę,ut ipſos ſic approbat,ſed familia eſt de foro eccleſiaſtico cui famulatur.de for. compe.nullus.12.q.2.eccleſiarum ſeruos.89.di.indicatum.Item pro hoc facit ꝙ no.Bart.ff. de iu.immu.ſemper.ubi quęrebat an collegium fratrum de pœnitentia tertij ordinis Beati Fran. & fratres ipſius ordinis habeant immunitatem a muneribus. Iſti quidem non ſunt proprij religioſi,quia non renunciant proprio. Item habent uxores.Item clerici non ſunt,quia nullam ordinem eccleſiaſticum habent, tamen quendam ordinem uiuendi a Romana eccleſia habent,ut no.de re.do.c.1.in cle.ſunt tamen perſonæ eccleſia.qui uocant Deo deuoti.2.q.1.duo ſunt. & ſunt exempti a iuriſdictione ſeculari.& ſubdit ibidem,quòd uidit conſilia plurium doc.iuris canonici,& ciuilis,ꝙ iſti ſunt exẽ-
17 pti† a muneribus ſecularium & collectis,ſicut clerici. Itẽ cõſuluerunt multi aduocati de curia Roma. & Guido de Bayſio Archidiaconus Bono.qui ſcripſit ſuper decreto & ſexto. & Dy.de Muge.& hoc uidetur tenere glo.ff.de mune.& ho. l.cura.§.fin.& dicit iſtos fratres tertij ordinis fore exemptos a muneribus, niſi antequam tranſiret ad hunc ordinem fuiſſent huiuſmodi muneribus obligati,ut C.qui mil. non poſ. l.2.§.eſt & quartum.de vaca.mune.l.1.§.pe.C.de epiſc.& cle. l.qui prætextu. de iu.immu.l.ſemper. §.diuus. & facit quòd plene no.de ob.ad ratiocinia. c.unico. Octauo ſic probatur, ꝙ iſti gaudeãt priuilegio clericali, & pro hoc induco caſum. de ſenten.excommu.religioſo.lib.6.Sicut inducendo nõ eſt arctior nec ſtrictior uita, & regula tranſeuntium ad religionem ordinis Beati Fran.quòd patet,quia nouitij intra probationis annum exiſtentes poſſunt exire & redire ad ſeculum. de reg.c.ſuper eo. & dum intra probationis annum ſunt retinent proprium,de regula.beneficium. lib.6. Sic & iſti de tertio ordine cum ſint fratres ipſius ordinis poſſunt habere pro
18 prium† & remanere in coniugio.Sed nos habemus ꝙ trãſiẽs ad religionem, quamuis cum effectu religioſus cenſeri non poſſit, donec tacite uel expreſsè profeſſus ſit, tamen gaudet priuilegio perſonæ.de ſenten.excom.religio.li.6.ergo idem in iſtis qui ſunt de tertio ordine,qui licet religioſi cũ effectu

cenſeri

Source : BIU Cujas

censeri non possint,quia non profitentur tria substantialia regulæ,tamen priuilegio religiosorum gaudeant.Nonò sic pbatur.de elect.indemnitatibus.§.ultimo.in uersi.supra dicta. lib.6.de sta.mona.clemen.2.vbi tex.loquitur de monialibus quæ vulgo dicuntur canonicę seculares, & vt canonici uitã ducunt,non renunciantes proprio,nec professionem aliquã facientes,quę tamẽ religiosæ censentur,quod patet,quia eximuntur per apostolica priuilegia a potestate iudicis secularis,& etiam a potestate diocesani,& etiam nisi non sint exẽptæ per papam subsunt diocesano loci,& utroque casu ab eo uisitantur,ergo sunt religiosæ personæ,& hoc contingit propter mutationem status qui est de statu laicali ad ecclesiasticum,ex eo quod retineant proprium,nec aliquam regulam profiteantur,pro hoc facit quod not.glo.12.quęst.5,cap.fina.
19 ubi dicit glo.quòd moniales † censentur quæ in monasterio se collocant, licet habeant proprium, & vestem religiosam habeant in propria domo.27.quęstio.1.de uiduis.32.quęst.1. si quis rapuerit.& vide quod no.18.quęst.2.si quis pernitiosam.Decimò sic probatur,non est arctior,nec fortior status hæremitarum,quam sit status eorum tertij ordinis, quod patet,quia hęremita potest habere proprium. 18. quęstione 3. econtra Paulus.Item isti hęremitę,nec ecclesię,nec ordini se transferunt,ut d.§.econtra Paulus. Item plus ualet vita communis quàm hęremitica.16.quęst.j.si clericatus.Sed uita istorum fratrum censetur communis. ergo magis priuilegiata quam uita hęremitica, sed isti hęremitę censentur personæ ecclesiasticę.15.quęstio.1.qui uero.ergo fortius isti de tertio ordine censebuntur ecclesiasticæ personæ, cum se ad ordinem transferant.& multa secundum eorum regulam ꝓmittant,quæ non promittunt hæremitæ.præterea,quando in homine reperitur duplex status fuisse, consideramus ultimum statum hominis.C.ne de statu defunct.l.si mater. facit quod no.de præben.cum de beneficio.libr.6. Sed cum ultimus status laicalis,quia primus status est sublatus per secundum statum,ergo consideramus istos tanquam de statu secundo scilicet ecclesiastico, & non seculari. Ex his omnibus cõcludo,
20 quod isti de tertio ordine Beati Franci.sunt personæ † ecclesiasticæ,& gaudent priuilegio fori,& personæ,& aliis immunitatibus,quæ dantur clericis & religiosis, sequendo ueram opin.Pau.& Abb.& Ioan.de Lig.in dicta clemen.cum ex eo. de senten.excom.& Bar.in d.l.semper.de iure immu.& aliorum antiquorum doct.qui hanc opin.secuti sunt.Redeundo igitur ad quæstionem propositam de his quę legantur fratribus uel conuentui tertij ordinis,an episcopo debeatur canonica?Respondeo,siue legetur fratribus non tanquam singularibus,siue ipsi cõuentui,utroque casu debetur canonica, cũ istud sit collegium ecclesiasticum respectu tertij ordinis Beati Francisci, & de his, quæ legantur cõuentui ecclesiastico debetur episcopo canonica.de testa.requisisti.& per hoc reprobo consilium Fede.de quo supra dixi,qui dicebat nõ deberi canonicã episcopo.Decimooctauò principaliter quæri
21 tur,si alicui oratorio † relinquit, uel legetur, an episcopo debeatur canonica. Videtur quòd sic,cum talis locus sit pius, quia deputatur ad opera pietatis & orationis, & de his quæ legantur loco pio debetur canonica.de testa.requisisti. In cõtrarium uidetur per ea quæ no.Ioan. de reli. do. ad hæc.ubi dicit,ꝙ quilibet potest habere oratorium in domo propria, dummodo nõ habeat formam ecclesiæ.Sed ibi celebrari nõ potest sine auctoritate episcopi,de conse.dist.1.unicuique.& c.clericis.qui ergo dicit talem locum teneri ad canonicam, ostendat ius expressum.

SVMMARIVM.

1 *Personæ quæ sint quæ tenentur ad canonicam episcopo de his, quæ eis legantur.*
2 *Prælationem dicitur habere qui habet curam perpetuam.*
3 *Ecclesiam in commendam habenti si legetur, legatum censetur contemplatione ecclesiæ.*
4 *Administratori alicuius ecclesiæ quando aliquid legatur, & eius nomen proprium est a testatore expressum,an de eo poterit episcopus petere canonicam.*
5 *Nomen personæ si præcedit,& post sequatur nomen dignitatis, nunquid uideatur legatum contemplatione personæ factum.*
6 *Sententia hæc,excommunico Titium prælatum talis ecclesiæ,an respiciat dignitatem.*
7 *Legatum factum in genere an sit ualidum.*
8 *Professo alicuius monasterij si aliquis legat exprimendo proprium nomen tantum, nec adijciatur quòd sit professus, an canonica debeatur episcopo.*
9 *Pauperibus si aliquis legat, an de isto legato debeatur canonica episcopo.*
10 *Falcidia licet cesset de relictis ad pias causas, non tamen cessat canonica episcopalis.*
11 *Pauperes quandam coniunctionem habent cum episcopo,& pertinent ad eius protectionem.*
12 *Collegium leprosorum nullo iure cauetur,quòd sit approbatum.*
13 *Canonica non debetur ubi legatur alicui ut singulari personæ.*

Capitulum quintum.

VEnio ad quintum capitulũ
1 principale,ꝙ est,quæ personæ † teneantur ad canonicam episcopo: de his,quę eis legantur,istud examinãdum est per infrascriptas quæstiones. Primò quæritur,legatur prælato sub nomine dignitatis? Respõdeo ista q.decidit per c. requisisti. de testa. ubi censetur legatũ intuitu ecclesię,& ideo episcopo competit canonica,nisi qñ uere & non in fraudem legaretur prælato,nõ pro anima,sed pro seruitiis,quæ legans recepit a prælato,quia tunc censetur legare intuitu personæ,& ideo nõ debetur canonica episcopo. Notandum, quòd ex qualitate rei quæ legatur censetur consanguineus a prælato intuitu ecclesiæ legare,ut si legaret prælato ea quæ pertinent ad ornamenta ecclesiæ,uel quę conueniunt dignitati prælati,ut si legaret calicem,uel uestimenta sacerdotalia,secũdum quod dicit Pet.de Sanso.in c.requisisti.super uerbo,pertineret,& no.ꝙ dixi quando legatur prę
2 lato.i.prelationem † dicitur habere qui habet curam perpetuam,puta quia est rector ecclesię, uel uicarius in eadem perpetuus,secundum Abb.d.c.requisisti. super uerbo, prelationem Io.tamen ibi dicit,ꝙ prelatio ibi sumitur large.i.quamcunque curam habeat.de offic.ordi. cum ab ecclesiarum.& c.cum uos.talis enim acquirit ecclesię,uel capellę cuius curam gerit,uel ministerio,ꝙ habet.& no.ꝙ dicit ibi Abba. de uicario perpetuo, quia ex hoc patet ꝙ quando quis legat uicario perpetuo simpliciter, uidetur legare contemplatione ecclesię cuius ẽ uicarius. de quo uicario perpetuo habetur. de fide instru.G.perpetuus.de offi.uica.cle.1. Similiter si sub nomine dignitatis legat alicui administrationem habenti, censetur legare contemplatione illius administrationis.Cẽsntur quis habere administrationem tantum, puta quando ei est aliqua ecclesia commendata, uel est simplex sacerdos, & est ei commissa cura animarum ad tempus,ut audiat confessiones,& alia huiusmodi, & ita habet administrationem, non tanquam prelatus,sed administrator. dicitur etiam habere administrationem monacus,uel canonicus regularis,q̃ administratio est temporalis,quam habet regularis uel sacerdos conductiuis secundum Pet.& Abb.in d.c.requisisti. sup uerbo,administrationem.Ex predictis patet,quòd si legetur
3 habenti ecclesiam † in commendam,censetur legatum contemplatione ecclesię.Idem si legatur sacerdoti conductitio, vt quia testator dixit,lego 10.sacerdoti talis ecclesię, non dixit rectori, qui sacerdos non erat rector perpetuus ecclesię, sed annalis,& seruiens pro mercede,de quo loquitur de prę ben.significatum. & idem si legatur habenti beneficium manuale,ut censeatur legare contemplatione beneficii manualis,& non contemplatione monasterij,de cuius membro est ipsum beneficium manuale.facit de offic.ord.quanto,& omnibus predictis casibus quibus censetur legari contemplatione ecclesię,debetur episcopo canonica.de testamen. requisisti.facit ꝙ no.Petrus de Saxo.in d.ca. requisisti. circa finem. Secũdò queritur, si aliquid legatur prelato expresso nomine dignitatis & personę, ut lego Ciriaco prelato ecclesię collegiatę & scholari sancti Ioan.in haugis.an uideatur legari contemplatione dignitatis uel personę.dicebat Abba.in d.ca.requisisti.super uerbo,administrationem,ꝙ quando aliquid le
4 gatur alicui administratori † alicuius ecclesię,& nomen eius proprium est etiam a testatore expressum,ꝙ de eo poterit episcopus petere canonicam, quia cum aliquid legatur sacerdoti temporali,etiam si proprium nomen exprimatur, templo intelligitur esse legatum.sicut dicit tex.in l.annua.§.a Titia.de annu.leg.ꝙ ex eo patet,ꝙ si ille sacerdos recedit qui erat tempore testamenti conditi,substitutus in locum eius legatum illud capiet qui tempore solutionis legatorum administrationem gereret,uidetur enim legatum contemplatione ecclesię. Nam si uideretur legatum contemplatione personę,remaneret illud legatum apud primum sacerdotem,& non apud secundum.hoc etiam tenet Io.in d.c.requisisti. in glo.quę incipit,hic respondet.

Quod autem dixi,ꝙ uidetur legatum contemplatione ecclesiæ,habet locum quando legatur ab extraneo.Si autem a propinquo usque ad quartum gradum, tunc uidetur legatũ contemplatione personę,& sic non debetur canonica. facit quod no.Iac.de Rauen.in l.annua.§.Titia.ff.de annu.lega.gl. de offic.deleg.quoniam Abbas.quæ incipit ecclesię. dicit,ꝙ quãdo exprimitur nomen personę,& dignitatis,uidetur haberi respectus solum ad nomen personę, & non dignitatis,

nisi

Source : BIU Cujas

niſi teſtator uoluerit habere reſpectum ad dignitatem.tex.in l.ſi communis ſeruus ita ſtipularetur.ff.de ſtipu.ſeruo. uidet expreſſe dicere,quod debet conſiderari quid præcedat. Nã
5 ſi p̃cedit nomen perſonæ,† & poſt ſequitur nomen dignitatis,ut lego Chriſtoforo prælato talis eccleſiæ,& tunc uidetur legari cõtemplatione perſonæ. Si aũt primo p̃cedat nomen dignitatis,& poſt ſequatur nomen ꝓprium, & tunc uideret legari contemplatione dignitatis.Exemplũ lego eccleſiæ ſancti Riliani cuius eſt rector,& adminiſtrator Rodul.ita quod primo exprimitur dignitas,ſcõ perſona,uel cum dico,lego Abbati Thadeo p̃lato ſancti Iacobi ad ſcotos,prędicta obtinent niſi aliqua ſint indicia ꝑ quem cenſetur legari cõtemplatione perſonæ,vel dignitatis.Si aũt eſſet uera opi.Abb. & Io.no.in d.c.requiſiſti.quod quando exprimitur nomen perſonæ, & dignitatis cenſeatur legari contemplatione dignitatis,& ſi non hr̃ reſpectus ad perſonam,ſed ad dignitatẽ, tunc debetur canonica.No.tñ vnum caſum,quia qñ fit mentio de perſona & dignitate,& eſt talis actus qui cohæret ꝑſonæ, & talem perſonã reſpicit,tunc hr̃ reſpectus ad perſonam, & nõ ad dignitatem . & iſte eſt caſus de reſcr. ſi gratioſe,in 6.ibi.n. fuit expreſſum nomen perſonæ,& dignitatis ſuper eo qđ reſpiciebat uoluntatem ꝑſonæ, & illum actum iudicamus ad perſonam,& non ad dignitatem . Patet ẽt exemplum in ſnĩa cẽſuræ lata in hac forma.Excõico Titium prælatum talis ec
6 cleſiæ.Nam hæc ſnĩa † non põt reſpicere dignitatem.de ſen. exc.Romana.§.in uniuerſitatem.li.6.ergo neceſſario fiet relato ad perſonã. Ex his patet ꝙ debetur eꝑo canonica , licet in legato exprimatur nomen perſonæ,& dignitatis,ſecundũ Io.d.c.requiſiſti.Tertiò quæritur,ſi legatur prælato expreſſo nomine perſonæ tm̃,& non dignitatis,an uideatur legari cõtemplatione ꝑſonæ,vel dignitatis.Rñdeo uidetur legari contemplatione perſonæ tm̃,vt d.l.ſi cõis ſeruus.de ſtip.ſeruo.& ideo non debetur canonica eꝑo.ut d. c.requiſiſti. Incidẽter quæritur,legauit teſtator uni presbytero qui dẽat celebrare in eccleſia S. Angeli, nec teſtator expreſſit nomen presbyteri,nec illa eccleſia hẽt aliquem presbyterum,vel hẽbat, ponamus Titium in presbyterum, quęritur an uideatur legari cõtẽplatione eccleſiæ eccleſię.dubiũ facit.ꝙ iura diſponẽtia ꝙ videaẽ legari cõtẽplatione eccleſię.loquuntur qñ legat in ſpẽ rectori q̃ p̃ſidet regimini eccleſiæ.Sed in caſu ꝓpoſito legatũ factũ eſt in genere , dum dicit,uni præsbytero,& ſic in gene-
7 re non exprimens de quo presbytero,& iõ tale legatum † cenſetur inutile.ff.de teſta.tu.l.duo ſunt Titij.ff.de hære.inſti.l.in tempus.§.qõnes.ff.de re.du.l.ſi fuerit.nec illud legatum quæritur eccleſiæ,quia nihil eſt legatum eccleſię,ſed legatum eſt presbytero in genere,ut uicat in eccleſia diuina officia.Poſſet tamen dubitari,an licet illa incertitudo perſonæ ſit,ſi eꝑs hanc incertitudinẽ poſſet reducere ad certitudinẽ,& ex ſuo officio poſſit ponere ſacerdotem qui ibi celebret diuina, & non vr̃,ex quo legatum eſt inutile, niſi per aliquas coniecturas poſſit illud apparere,ut d.l.in tp̃s.§.qõnes.Quartò quærit̃, ſi legatur canonicis alicuius eccleſiæ, an debeatur canonica epiſcopo. Reſpondeo,ſi legatur eis tanq̃ collegio,ut quia dicit teſtator,lego oĩbus canonicis talis eccleſiæ,uel lego canonicis talis eccleſiæ,tunc contemplatione eccleſiæ uidetur legatum.Si autem exprimatur nomen certi,& determinati canonici,tunc contemplatione perſonæ uidetur legari , ut dicunt doct.in d.c.requiſiſti. & ideo non debetur tunc canonica epiſcopo.Quinto quæritur , ſi aliquis legat profeſſo ali-
8 cuius monaſterij † exprimendo propriũ nomen tm̃, nec adijciatur aliqua qualitas,ꝙ ſit profeſſus alicuius monaſterij, an debeatur canonica epiſcopo. Reſpõdeo, debetur canonica, quia uidetur legari contemplatione eccleſię . Non.n.poſſet legari contemplatione perſonę,ut acquiratur perſonę,cum profeſſus non poſſit hr̃e proprium.de ſta.mo.cum ad monaſterium,& iſte eſt caſus in d.c.requiſiſti.in fi.ibi dũ dicit text. illud autem eſt generaliter obſeruandum. & ſic ex qualitate perſonę,quia non poſſit habere proprium,præſumitur contemplatione eccleſiæ legari , licet fiat ſolum expreſſio ꝓprij noĩs,& non dignitatis. Non autem ꝙ licet legetur aliud profeſſo intuitu perſonę,& ex tali cã legatur quæ cohæret perſonę,& nec cohæret,nec cohærere poteſt monaſterio, ut quia legatur pro uictu & ueſtitu ipſius profeſſi,tunc non debetur canonica.arg.de mino.l.3.§.ſi filio.Contratium tenet glo.in cle.dudum.de ſepul.ſuper uerbo,indirecte.in gl.quę incipit. per hoc dicit.ubi dicit,ꝙ ſi legatur profeſſo,ut ſingulari perſonæ,ad eius commoditatem puta emptionem librorũ , uel ueſtium,ꝙ tale legatum acquiritur monaſterio,cum profeſſus nõ poſſit habere proprium,ꝙ de tali legato debebitur canonica epiſcopo,& hoc plene probatur in c.requiſiſti.in fin.
9 & uide ꝙ dicam.in c.7.† Sextò quæritur,ſi aliquis legat pauperibus,an de iſto legato debetur canonica epiſcopo. Dicebat Io.de conuer.coniug.dudum. ſuper uerbo pauperum.ꝙ aut legatur pauperibus certi hoſpitalis, & tunc uidetur hoſpitali legatum,& ideo debetur canonica.de teſt.requiſiſti. ibi dum dicit,piis locis.ſecus ſi legetur pauperibus in genere,quia tunc cenſetur legatum factum pauperibus,ut ſingularib.perſonis,& ideo ceſſat canonica epiſcopalis.Iſtud dictum do.Io.ꝙ aliud ſit legare pauperibus in genere, quia tunc cenſetur factum legatum,ſcquuntur doc.& maxime Io.de Lig. Sed hoc diſtinctio eſt falſa,quia legando pauperibus in genere uidetur legare hoſpitali,ꝙ eſt in illa ciuitate , ubi teſtator habet domicilium.Caſus eſt in l.ſi quis ad declinandam.uer. ubi autem.C.de epi.& cle. Reperio quoddam conſilium Io. And.in quo dixit,ꝙ de legato facto pauperibus in genere ꝑ anima non debetur canonica epiſcopo , ꝙ probatur hac ratione,ſicut de huiuſmodi legato non detrahitur falcidia, ut l.ſi quis ad declinandam.de epi.& cler.C.ad l.fal. auc.ſi mulier.ſic nec deducitur canonica epiſcopalis. iſta non eſt bona ſimilitudo de falcidia ad canonicam epiſcopalem,quia li-
10 cet ceſſet falcidia † de relictis ad pias cauſas, non tamen ceſſat canonica epiſcopalis,ut c.requiſiſti. Præterea imperatores qui ſtatuerunt de.l.falcidia, nihil diſpoſuerunt de canonica epiſcopali,quæ eſt inducta de iure canonico , & non de iure ciuili,& per hoc forte poſſet dici,ꝙ ſiue legetur pauperibus certi hoſpitalis,ſiue pauperibus in genere, cum & tunc uideatur hoſpitali legatum,ut d.l.ſi quis.utroque caſu debeatur canonica,ſed ſi legaretur,ut ſingularibus perſonis.ut qa teſtator iubet cuilibet pauperi dari tunicam, uel certã quantitatem pecuniæ,tunc non debeatur canonica , quia legatur eis,ut ſingularibus perſonis.de uerb.ſign.ex parte 3. dicebat Inno.de ſepu.relatum.ꝙ de legato facto pauperibus pro anima nõ debetur canonica, quia perſonis ſimpliciter relinquitur.& idem tenet gl.ord.de ſepul.relatum.in gl.quæ incipit, ſupple.ibi,aut ſi relinquitur pauperibus.Ioã. tamen remittit ſuper.d.gl.ad ea quę no.in c.dudum.ſuper uer.pauperum.de conuer.coniug.& proptet prædicta dicebat Bal.in ſuo tract. ꝙ quando relinquitur pauperibus certi hoſpitalis,tunc debe-
11 tur canonica,& eſt ratio,quia pauperes † habent quandã conIunctionem cum epiſcopo,& pertinent ad eius protectionẽ. Item,quia pauperes ſunt in hoſpitali,& hoſpitale in pauperibus per inſeparabilem ſignificationem , ſicut aſcriptitij ſunt in gleba,unde unum ſine reliquo non poteſt conſiderari. de agri.& cenſi.l.quemadmodum.aut legatur pauperibus in genere,ita ꝙ inter perſonas ſanas diſtribuatur , & non inter loca, & non debetur canonica, & ita dicit pro ueritate tenendum.ratio primi dicti probatur per c.requiſiſti.ubi loquitur de coniunctione epiſcopi , & eccleſiarum ſibi ſubiectarum. Ratio ſecundi dicti,quia legatur ut ſingularibus,& ideo ceſſat canonica.de uer.ſig.ex parte.3.Septimò quæritur, cũ ſint certæ domus,in quibus morantur leproſi,an de legato facto leproſis debeatur canonica. Dicebat Inn.de ec. edi. cum dicat.ꝙ leproſi ſimul morantes conſtituunt collegium,ꝙ eſt licitum & approbatum per d.c.cum dicat. non dicit plus Inn. Ex hoc ſequitur, ꝙ etiam cenſetur locus pius . ergo debetur canonica,ut c.requiſiſti.dicebat ibi Hoſt.ꝙ nullo iure cauet,
12 ꝙ iſtud ſit collegium † approbatũ , nec locus ſit religioſus, cum tales non promittunt ſubſtantialia regulæ , nec habent ius collegij,ſed tantum habent priui.de quo loquitur.d.cap. cum dicat.de ecc.edif.Sunt perſonæ miſerabiles,& cõdignæ paſſione,ſicut cæci.de reſti.ſpo.c.1.Dicebat Hoſt. & Ioan. de conuer.coniu.ex parte. 2.ꝙ domus leproſorum non cẽſetur religioſa,niſi ibi ſit religio approbata.Et ex hoc infero,ꝙ de legato facto leproſis epiſcopus non debet habere canonicã, quia non fit eis,ut collegio,cum non habeãt ius collegij,ſed eis tanquam ſingularib.perſonis,ſed canonica non debetur, ubi legatur alicui,ut ſingulari perſonæ.Ex prædictis aũt quæ ſupra dixi pono quandam regulam generalem, ꝙ de legato, ꝙ non fit alicui tanquam ſingulari perſonæ non competit epiſcopo canonica, ſicut eſt quando legatur clerico non habenti prelationem uel adminiſtrationem , uel cum ſpecialiter legatur alicui canonico,ut c.requiſiſti.§.fi. ubi eſt caſus, uel cum legatur leproſis morantibus in aliqua domo,ut ſupra dixi , uel cum legatur illis qui vulgo dicuntur Apoſtoli , uel cum legatur fraticellis qui morantur in aliquo loco, q quotidie uadunt mendicando pro eleemoſinis,uel cum legatur hæremitis,uel cum alicui perſonæ legatur,eſto ꝙ legetur
13 pro anima.† Item ſi legaretur aliquibus mulieribus pro dotibus earum,uel ſi legatur uiduis,peregrinis,uel miſerabilibus perſonis.de quibus.in c.ſignificantibus.de offic.dele.omnib. enim prædictis caſibus legatur iſtis, ut ſingularibus perſonis, & ſic ceſſat canonica,ut eſt caſus in d.c.ex parte.3. & vide qđ no.Inn.de ſepul.relatum.valet tamen cõſuetudo,& poteſt induci præſcriptio,quod prædictæ perſonæ teneantur ſoluere canonicam de ver.ſig.cum inter.& iſtud de conſuetudine & præſcriptione tenebat eꝑs vrbenetanus in ſuo trac. quidam tamen dicunt,ꝙ ſi relinquatur perſonis ſingularibus in fauorem quod debeat eꝑo canonica.de ſep.relatũ .& c. in noſtra. §.talẽ.13.q.2.§.ſi alibi. & ibi per Arc. ſed primũ eſt verius ꝙ ceſſat ca noni. vt d.c.ex prate.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Canonica de quibus obuentionibus debeatur.*
2 *Quarta an debeatur episcopo de fundo legato ecclesiæ in mortis articulo.*
3 *Salutis suæ nemo præsumitur immemor.*
4 *Ius episcopale ex quo debetur canonica, fundatur super his, quæ obueniũt ex vltima voluntate, & uerbum relinquo, quibus adaptetur.*
5 *Fundamentum testamenti est hæredis institutio.*
6 *Lex est quæ defert hæreditates ab intestato.*
7 *Dispositio testatoris firmatur ex legis dispositione. ubi habes an si sit quis offerens se & sua ecclesiæ, de hoc debeatur canonica episcopo.*
8 *Fingitur quis mori cum intrat religionem, & profitetur.*
9 *Bona profitentis an acquirantur monasterio.*

Capitulum sextum.

VEnio ad sextum capitulum
1 principale, quod est de quibus obuentionib. † debeatur canonica. hoc declaro ꝑ infrascriptas qõnes. Primò quæritur de his, quæ obueniunt ecclesiæ ex donatione inter viuos, uel ex contractu, vt quia ecclesia emit aliquam rem? Respondeo de his non debetur canonica episcopo, siue ergo obueniant ex titulo lucratiuo, sicut est titulus donationis, siue ex titulo oneroso, vtroq; casu cessat canonica. de sepul. in nostra. super ver. voluntate. secundũ Io. ibi, & est casus ad literam, de sepul. de his. in §. si uero. ibi, quia liberum est, quod c. loquitur de donatione facta ecclesiæ inter uiuos, ubi episcopo nõ debetur canonica, & loquitur ibi non solum de canonica parochiali, sed etiam episcopali, ut patet ex suprascripto, ubi decre. dirigit episcopo. hoc ẽt tenet Host. in summa. de sepul. & est casus ad literã. de sta. mo. c. 1. quod loquitur de dona. inter uiuos. Incidenter quæritur, si aliquis legat fundum ecclesiæ, & demum illum fundum eidem ecclesiæ donat inter uiuos dum erat in infirmitate, & mortis articulo, & de illa infirmitate decedit, an debeatur quarta episcopo, uidetur ꝙ sic, quasi illa sit donatio causa
2 mor. †, quia fit in mortis articulo & in infirmitate de qua decedit. ff. de do. cã mor. l. j. prẽterea uidetur casus in cle. dudũ. §. uerum. ibi, dum dicit, necnon de datis &c. præterea præsumitur fraus, ex quo primo legauit, & postmodũ incontinenti donauit inter uiuos, quasi ideo donauerit, ne quarta dẽatur episcopo, quo casu fraude sic existente debetur canonica eo casu, etiam quod aliàs nõ deberetur. de test. off. & c. requisisti? Respondeo, non debetur canonica, quia illa donatio inter uiuos est, ex quo expressit quod donabat inter uiuos, esto ꝙ in articulo mortis sit facta donatio, ut d. l. nec obst. cle. dudum. §. verum, quia ibi loquitur in canonica parochiali, quę debetur parochiali ecclesiæ de his, quę donantur in mortis articulo fratribus minoribus & prędicatoribus, non autẽ loquitur de canonica episcopali. nec præsumitur donatio fraudulenta, licet testator alienet inter uiuos rem quam primo legauit, sed tñ inducitur reuocatio legati per sequentem alienationem. ff. de leg. 3. l. fideicom. §. si rem. & hæc uera intelligo nisi de fraude aliter appareret, ut quia ecclesia cui legabatur induxit testatorem ad donãdum, cum id donare nollet, vt d. c. officij. Item non prẽsumitur fraus, ex quo donatio fit ècclesię. nam uidetur fieri pro salute animæ. de fo. cõpe. conquęstus. prẽterea ex quo in mortis articulo donatio nõ præ-
2 sumitur in fraudẽ fieri, quia nemo prẽsumitur suæ salutis † immemor. 4. q. 7. sancimus. Secũdo quæritur, si aliquis donat cã mor. alicui ecclesiæ, & mors sequitur, & sic donatio habeat effectum, ut l. si mulier. § Marcellus. ff. de do. cau. mor. an de hmõi dõnatione debeatur episcopo canonica, & dubiũ facit, an do. cau. mor. accedat contractui, an uero legato, an uero magis cõtractui q̃ legato. tex. est in l. fi. C. de do. cau. mor. & insti. de do. §. hoc autem. equiparat donationem cã mor. magis legato q̃ contractui, licet in multis sit differẽtia inter legata, & do. cau. mor. de quib. plene gl. in d. §. hoc autem. insti. de do. per gl. & Cyn. in d. l. fi. de do. cau. mor. & per Azo. in sum. eiusdem tit. si ergo do. cau. mor. magis accedit legato q̃ contractui, ergo debetur canonica eꝑo, cum debeatur de legatis, q̃ fiunt ecclesiæ. d. c. officij. c. requisisti. & hoc tenet gl. recte intelligendo in ca. de his. de sepul. super uer. decedat. q̃ incipit, quia tũc donatio. Tertiò quæritur de his q̃ obueniũt ecclesiæ in ultima uoluntate. i. ex dispõne testatoris? Respondeo, quædam obueniunt iure legati, & tunc indubitatum est dẽri canonicam, & ita loquitur. c. officij. & c. requisisti. Quædam obueniunt iure institõnis, & tunc quidam dicebãt nõ deberi canonicam eꝑo, & pro hoc inducunt. d. c. officij. & c. requisti. & c. fi. & de uer. sig. ex parte. 3. quæ iura utuntur uerbo, relicti & legati. Dic deberi canonicã, licet istud obueniat ecclesiæ iure institõnis: pro hoc facit identitas rõnis. de transl. inter corporalia. de confir. uti. cum dilecta. non. n. est rõ quare magis debetur ex legato q̃ ex institõne, quia utraque procedit
4 ex testatore. † Item, quia ius episcopale ex quo debetur canonica fundatur super his, quæ obueniunt ex ultima uolũtate. vt c. requisisti, sed ex ultima uolũtate obuenit id, ꝙ habetur rõne institõnis, ut patet in l. 1. de hær. insti. hoc etiam probatur per c. 1. de sepul. ibi, dum dicit, de iudicio deberi canonicam. & de sepul. c. pe. lib. 6. & in reg. in iudiciis. eo. li. hoc etiam ꝑbat. c. relatum. de sepul. ibi dum dicit deberi canonicam de omni eo, ꝙ disponit testator si sit mobile, sed uerbum, dispositio, est uerbum generale comprehendens institutionẽ hæredis fideicommissa & legata. de testa. quos. & C. de testa. l. in testamentis. de sepul. in nostra. prætera uerbũ, relinquo, adaptatur non solum legato, sed etiam institutioni. de testa. cum tibi. & c. Ray. super uer. relinquens. Vnde Psalmista dicebat Psalmo 88. Disposui testm̃ electis meis. & ad Thi. 3. ad fi. testamenti, ꝙ disposuit Deus ad patres nostros. Si uero de omni eo pro anima disponitur, debetur canonica, & instõ est, ut est probatum, ergo debetur de eo canonica, ꝙ per institutionẽ debetur. hoc etiam probatur per c. de his. de sepul. ubi est casus. Constat enim ꝙ monasterium est hæres ingressi, & tenet ad debita & legata, tamen ex quo obligatio personæ, & rerũ facta est simpliciter in infirmitate de qua decessit, dẽtur canonica. ut ibi etiam probatur per c. cum super. de sepul. ubi dicit de testamento deberi canonicam. fundamentum uero
5 † testamenti est hæredis instõ. insti. de leg. §. aut hęredes. ergo includit, ꝙ ex substitutione obuenit. hoc ẽt probatur aperte per cle. dudum. §. hmõi. de sepul. ibi, necnon de datis. Itẽ pro hoc facit ꝙ no. Host. in sum. de sepul. §. uetus est. q. ad alle. in contrarium respõdetur, ꝙ uerbum, relictis, ẽt hæredis institõnem includit. c. Raynutius. de testa. post prin. facit. C. de testa. l. qm̃ indignum. & l. in testamentis. & hoc præcisè tenet Io. c. 1. de sepul. Quartò quæritur, prẽlatus habens bona patrimonialia, uel undecunque q̃sita de q̃bus testari potest, ut habet de suc. ab inte. c. 1. decedit ab intestato nullo existẽte sibi cõsanguineo, ita quod ecclesia ab intestato sibi succedat. prout no. in d. c. 1. modo q̃ritur, an de tali hęreditate debeatur canonica eꝑo, & uidetur ꝙ non, quia iura loquentia de canonica loquuntur de his quæ obueniunt ex dispositione hoĩs. i. testatoris. d. c. officij. de test. ibi dum dicit tex. de his quæ testõr legat pro anima, & eo. ti. ca. fi. sed ista hæreditas non prouenit
6 ecclesiæ ex dispositione hominis, sed legis. lex † enim est, q̃ defert hęreditates ab intestato, ut patet inst. de hęr. quę ab intedefe. sed constat, ꝙ constõ legis relata ad unum casum non porrigitur ad alium casum prorsus dissimilem & diuersum. ff. sol. mat. l si uero. ex quo ergo canon exprimit solum de obuenientib. ecclesiç dispõne hominis. i. testatoris, omissum cẽsetur de his, quę obueniũt ex dispõne legis, in quib. ergo lex deficit non fiet extensio ad aliũ casum, ut d. §. de uiro. In contrarium vr̃, quia succedens ab inte. uenit ex tacita uoluntate illius cui succedit. de iu. codi. l. conficiuntur. sicut ergo ecclesia quæ unit ex expressa uoluntate testatoris tenetur ad canonicam, ut d. c. requisisti. & c. officij. sic qñ uenit ex tacita uoluntate decedentis ab intestato. prætera nõ est fortior acquisitio quæ uenit ex uoluntate expressa testõris, q̃ quæ ꝑcedit ex dispositione legis deferentis hęreditatem ab intestato. nã
7 † dispositio testatoris firmatur ex legis dispõne. de sacroſan. eccle. l. 1. in auc. de nup. §. disponat. Quintò quæritur, si quis offert se, & sua ecclesiæ, an de talibus oblatis debeatur canonica episcopo. tex. super hoc uarie uidetur loqui. nam in c. relatum. de sepul. dicitur ꝙ quicunque ad monasterium conuerti uoluerit, de omnibus bonis debetur canonica eꝑo, sed aliter loquitur. c. de his. eo. ti. ubi dicitur ꝙ quando quis in infirmitate, uel sanitate cum bonis suis ad religiosa loca transfert, si quidem in egritudine ipsa ad religionẽ transit, de qua decedit debetur canonica, si uero in sanitate ad religionem transit, tunc non debetur canonica. & facit, ꝙ not. gloss. in d. c. relatum. in quo. c. dicebat Innoc. ꝙ ẽt si quis in sanitate transeat ad religionem cum bonis suis, & multo tpe uiuit. tñ quia mori intelligitur qñ ingreditur. 19. q. 3. quia. & in auct. si qua. de sacros. ecc. de omnib. quæ pro anima dat monasterio ad ꝙ transit debetur canonica. de bonis autẽ aliis monasterio oblatis non debetur canonica nisi in infirmitate illa offerat, & moriatur, sed post modum in d. c. relatum. uidetur dicere super uer. ecclesiis. uer. habet enim locum, ꝙ canonica debetur ecclesiæ ad quam transit. uel aliomodo dicebat In. d. ca. de his. ꝙ canonica non debetur quando quis transit ad monasterium, & ibi offert sua, & ibi uiuit, & non sit professus. de sepu. in nostra. si autem ibi profitetur, tunc de omnib. quæ daret illi ecclesiæ deberetur canonica, etiam si longo tẽpore postquam ingressus est moritur, & sic loquitur. ca. relatum. quia tunc
8 † fingitur mori cũ intrat & profitetur: subdit ibi, ꝙ talis profitens potest aliquid specialiter relinquere pro anima de illo, quod potest relinquere eidem monasterio ꝑ sustentatione uitæ suæ. 16. q. 5. de lapsis. & ẽt pro aliis causis. si primitus receperat seruitia a monasterio. Aduerte tres casus, primus, qñ quis in sanitate offert se & sua alicui ecclesiæ,

non

Source : BIU Cujas

non tamen profitetur in ea, tunc illa oblatio cenſetur donatio inter uiuos,& ideo non debetur canonica, per regulã generalem,ꝙ de datis inter uiuos nõ debeatur canonica, ut ſupradixi. Secundus caſus,quando quis in egritudine,de qua decedit offert ſe & ſua,tamen ibi non profitetur,& tunc illa eſt cauſa mortis,quia cogitatione mortis offert ſua,tunc debetur canonica,ut dicit gl.d.c.de his. Tertius caſus,quando quis ingreditur monaſterium,& profitetur,& tunc ſiue profiteatur in ſanitate,ſiue in egritudine de qua decedit,non debetur canonica,ꝙ probo per rationem,quia illa bona non acquruntur eccleſię ex donatione inter uiuos, nec ex donatione cauſa mortis,nec ex ultima uolũtate,nec ex diſpoſitione hominis,ſed legis,quæ vult bona † profitentis acquiri monaſterio,ut in auc.ingreſſi.de ſacroſ.ecc.C. cum etiam talia bona non poſſint apud profeſſum manere, quia abdicat a ſe proprium,de ſta.mo.cum ad monaſterium.ideo ius diſponit, ꝙ acquirat monaſterio,de priui.cum olim.2. nec procedit dictum Innoc.ꝙ ſi quis profiteatur in ſanitate,quia tunc uidetur mori etiam quantocunque tempore poſtea uiuat, & ſic quaſi oblatum tempore mortis cenſeatur,& ſic debeatur canonica. Aduerte iſta dicta non procedunt,quia iura loquentia de oblatis in egritudine,dicunt de qua decedit,& ſic loquuntur de morte naturali.& tunc debetur canonica.d.c.de his.de ſepul. & cle. dudum. ſed profitens licet habeatur pro mortuo,iſta tamen eſt mors ciuilis,& non naturalis,& illo caſu mors ciuilis non ęquiparatur naturali.facit ꝙ no.de uerb. obl.ex ea.dereſcri.ſuſceptum.in 6.16.q.1.cano.placuit.

9

SVMMARIVM.

1 *Relictum eccleſiæ uel pio loco,cenſetur relictum ad perpetuum cultum.*
2 *Canonica non debetur ſi aliquid relinquatur pro pingenda maieſtate, uel cruce.*
3 *Religionis intereſt monumenta conſtrui uel ornari.*
4 *Eccleſia quæ non indiget reparatione,ſi ei legatur pro fabrica,an de tali legato debeatur canonica.*
5 *Canonica ceſſat quando legatur pro luminaribus, uel pro cereis, ut luminentur in eleuatione corporis Chriſti,& anniuerſarium quid ſit.*
6 *Cultus diuinus conſiſtit in hoc,ut diuina officia celebrentur.*
7 *Conſuetudo tenet quòd canonica debeatur,licet de iure communi non debeatur.*
8 *Teſtator ſi iubet aliquid dari die natalis ſui,legatum hoc eſt reiterabile.*
9 *Significationi propriæ in dubio ſtare debemus.*
10 *Teſtator ſi iuberet dari fratribus minoribus certum quid in die mortis,ſemel tantum præſtabitur.*
11 *Differentia non eſt an legatum ſit annuum,uel legetur uſusfructus.*
12 *Teſtator ſi legat pro incertis,& male ablatis,uel furtiue factis,an debeatur canonica epiſcopo,ubi,quod eleemoſina non poteſt fieri de illicite acquiſitis.*
13 *Illicitæ acquiſita non dicuntur eſſe in hæreditate.*
14 *Debitor ſi legat creditori, legatum eſt inutile, quando creditor ex legato nullam conſequitur utilitatem.*
15 *Diſtributio incertorum & male ablatorum ad epiſcopum pertinet.*
16 *Eccleſiam ditari non conuenit cum aliena iactura.*
17 *Acquirere illicite non debet quis aliquid ut inde elcemoſinam faciat.*
18 *Teſtator pro incertis, & male ablatis an poſſit in teſtamento executorem deputare pro illa diſtribuenda.*
19 *Epiſcopus exequitur ubi bona inueniuntur.20.*
21 *Teſtator ſi ſit uagabundus, epiſcopus exequetur in cuius dioceſi teſtator moritur.*
22 *Diſtributio incertorum, & male ablatorum cum debeat fieri pauperibus eo caſu quo ignoratur a quibus ſit exortum, quibus pauperibus debet fieri huiuſmodi erogatio.24.*
23 *Iura quando uolunt illicitorum fieri reſtitutionem in certo loco, locum illum exprimunt.*
25 *Edictum generale an liget probabiliter ignorantes.26.*
27 *Cauſæ propter quas citatio per edictum non habet arctare.*
28 *Defuncti uoluntas implenda eſt per hæredem.*
29 *Diſtributio facta pauperibus non reuocatur.*
30 *Terminus edicti nunquid excludat illos a quibus eſt extortum.*
31 *Sententia reuocatur propter probabilem errorem,& ſententiam non reuocat error detectus.*
32 *Solennitas pœnitentiæ parum prodeſſe uidetur, ſi teſtator in ſanitate mente obſtinata non pœnituerit. Conſulendum nemini eſt cum aliena iactura. & principi ſoli alteri auferre licet in præiudicium alterius.*
33 *Conſenſus omnium illorum requiritur de quorum iure detrahitur.*
34 *Cura æqualis epiſcopo imminet de tribus,& qui ſint.*
35 *Conuerſio ad alium vſum an poſſit fieri ſine autoritate papę.& verbum poteſt,intelligitur quandoque de impotentia facti.37.*
36 *Teſtator ſi legat pro labore itineris,vt pro eius anima vadam Romam,ſi illuc propter impedimentum facti ire non poſſum, ac accedere debeo ad ſimilem locum.*
38 *Conuerſio cum fit ad alium vſum vel alium locum,cuius autoritas & quorum conſenſus requiratur.39.*
40 *Memoria defuncti conſeruatur per edificationem eccleſiæ.*
41 *Teſtatoris verbum cum ſit clarum,interpretatione non eget.*
42 *Leges quæ dicunt,quòd pecunia ad unum uſum relicta ex autoritate ſuperioris poſſit conuerti ad alium vſum,qualiter intelligantur.*
43 *Teſtatoris voluntas interpretanda eſt ſecundũ ius commune vt res magis valeat quàm pereat.*
44 *Obligatio non contrahitur ſine conſenſu.*
45 *Conſenſus eccleſiæ cui legatur in conuerſione ad alium vſum dum requiritur,an conſentiendo videatur renuntiare iuri ſuo quod ſibi competebat in retinendo canonicam epiſcopalem.*
46 *Forma relinquendi incerta & male ablata.49.*
47 *Incerta & male ablata pauperibus debent erogari.*
48 *Teſtator ſi vnum ex hæredibus fecit executorem,ipſe executor non dicitur nudus miniſter.*
50 *Teſtator ſi legat pro equis & armis,& pro ſuccurſu terræ ſanctæ,an canonica debebitur epiſcopo.*
51 *Perſonarum ratio potius debet attendi quàm loci.*
52 *Studere cohæret perſonæ,& perſonam reſpicit,& non eccleſiam.*
53 *Legatum pro curatione infirmiorum,vel pro ſubſidio veſtimentorum,vel pro ſtudio in theo.cum non pertineat ad cultum diuinum, canonica non debetur epiſcopo.*
54 *Canonica epiſcopo an debeatur quando aliqua relinquuntur ad diuiſionem ſingulorum.*
55 *Teſtator ſi legat hoſpitali pro lectis pauperum,an debeatur canonica epiſcopo.*
56 *Interpretatio debet fieri pro ſalute animæ legantis.*
57 *Legatum pro miſſis dicendis an cenſeatur legatum contemplatione perſonę ſacerdotis qui miſſas debet celebrare.*
58 *Curatus recepit canonicam de legatis mendicantibus. & teſtator ſi iubet anniuerſarium fieri,& pro miſſis dicendis legat aliquid, de hoc epiſcopo non debetur canonica.*
59 *Teſtator ſi iubet eccleſiam nouiter edificari, & ad hoc inſtituit hæredem, an de huiuſmodi hereditate debebitur canonica portio epiſcopo.*
60 *Obligatus ex diſpoſitione legali videtur legare animo compenſandi.*
61 *Eccleſia ſi ſit ſufficienter dotata,& demum teſtator aliquid legat illi eccleſiæ,exprimens hoc eſſe prò dote eccleſiæ,nunquid cano.portio epiſcopo debeatur.*
62 *Canonica an debeatur ſi relinquatur pro mortuarijs & funeribus. Et quid ſi pro campana emenda.63.*
64 *Statuas ponere eſt ad ornatum loci.*
65 *Portio canonica debetur epiſcopo de his quæ acquiruntur eccleſiæ ex vltima voluntate teſtatoris.*
66 *Pallium ſi ſit legatũ pro mortuis cooperiendis,an cano.epiſcopo debeatur.*

Capitulum ſeptimum.

VEnio ad ſeptimũ capitulũ principale, quoniam enim multę hæreditates, & legata relinquuntur propter certas, & determinatas cauſas, uel ꝓpter certos & determinatos uſus, in quibus huiuſmodi hereditates,& legata diſtribuuntur, iõ uideamus,an de huiuſmodi legatis, & relictis competat canonica epiſcopo.& iſta oportet examinari per quęſtiones.an te omnia ſciendum, ꝙ decr. ultima. de teſta. exprimit caſus priuilegiatos quos infra plene proſequor,& per illam decr.re probo opi.quorundam,qui dicebãt,ꝙ quicquid relinquitur
1 † eccleſię uel pio loco cenſetur relictum ad perpetuum cultum.hoc enim eſt falſum,quia quando aliquid relinquitur eccleſię ſimpliciter, cenſetur relinqui ꝓ anima, non autem ad uſus priuilegiatos, tunc enim ad uſus priuilegiatos cenſetur relinqui quando teſtator exprimit uſus,de quib.loquitur dicta decr.vl.Si enim diceremus, ꝙ legatũ factum eccleſię ſimpliciter intelligatur factum ad perpetuum cultum, ergo de illo legato nunquam deberetnr canonica,quod tamen eſt falſum,& contra.d.ca.requiſiſti. vbi text.dicit.ꝙ regulariter de his quę legantur eccleſię debetur canonica.proſequamur ergo caſus de quibus loquitur.d.c.ulti. habemus enim quoſdã caſus deciſos in iure de quibus ceſſat canonica.de quib. habetur in d.c.fi.de teſtam. primus caſus quãdo legatur pro ornamentis eccleſiæ,ut cappis & caſulis, ſecundum Pe. exemplum,teſtator legat ſyricum,ut inde fiat planeta, uel aliud ornamentum altaris,ut dicunt doc.in d.c.fi.ex prædictis videt, quod ſi aliquid legatur,ut fiat pulcher chorus,in eccleſia fiãt picturę,uel ut chorus cooperiatur de pannis ſericis, ꝙ tunc ceſſat canonica,& propter hoc etiam dicendum, ꝙ ſi relin-
2 quatur pro pingenda † maieſtate,uel cruce,uel calice,non debetur canonica, quia iſta eſt quędam fabrica ad ꝓpetuum, ſeu longeuũ honorem & cultum Dei. d.c.fi.& l.1.ne li.ſig. ſal.iſtę enim imagines appellantur ſignum Dei.de au.& arg. le.l.Titia.§.Scio.& facit.de au.& ar.leg.l.Quintus Mutius. §. auctoritatem.ubi de hoc.& per illum §.determinatur,quod ſi teſtator mandat fieri calicem in capella ſua, nec deſignauit materiam,ꝙ dẽt fieri de utili materia.de reli.l.at ſi quis.§.iudex.& uide Inno.de reſt.ſpol.cum ad ſedem.ubi dicit quod cruces & calices ſunt ornamenta eccleſiæ. Secundus caſus, qñ legatur pro ornamentis.ſ.emendis recuperandis & reparandis,

Source : BIU Cujas

randis.ut dicit Inn.in d.c.fi.ex prædictis ergo patet, qđ si ornamenta ecclesiæ fuissent pignori obligata,uel uiolēter, uel furtiue ablata,& aliquid obligaretur pro ipsis retinendis,cessat canonica.similiter quando legatur pro ipsis reparādis, ut qñ ornamenta ecclesiæ ꝑꝑ uetustatē,uel aliam cām essent in parte consumpta,cessat canonica. Item pro ornamentis ecclesiæ dr̄ legatum,qñ testator iubet monumentum uel sepul
3 turā fieri in ecclesia,qa† religionis interest monumenta construi,uel ornari.ff.de mor.infe.l.j.§.interdū.Idē si legaref pecunia pro missāli emendo,uel aliis libris, qui sunt necessarii pro diuinis officiis,qm̄ illa ad diuinū cultū pertinēt,quid si legatur pecunia conuertenda pro opere ecclesię,& ecclesia nō indiget reparatione, sed executor facit fieri magna ędificia super illa ecclesia augendo,an id qđ augetur & superadditur ad ecclesiā ueterē dicit̄ pertinere ad oruamenta ecclesiæ.cogita.Tertius casus,qñ legatur ꝑ fabrica ecclesię.ubi sciendū, ꝙ si portio deputata ad fabricam nō sufficit ad reparationē fabricæ,& aliquid legat ad reparationē fabricæ indigētis reparatione,hēt locū.c.fi & cessat canonica de tali legato.Inciderter q̄ritur.si legatur ꝑ fabrica ecclesiæ,& ecclesia nō indi
4 get reparatione.dicit Host.ꝙ tunc de tali legato† dētur canonica,& qđ supereſt,deducta canonic,a cōseruatur ꝑ ecclesiā conuertendū,cū fabrica egebit reparatione.& subdit Hos.ꝙ si legatur ꝑ fabrica,& non eget reparatione,igitur debet canonica,qa p̄sumitur in fraudē ep̄i factum legatum.ar d.c.officii.Gof.dicit,ꝙ tunc non debetur canonica.sed totū legatū reseruatur ꝑ fabrica,cū oportuna erit refectio.12.q.2.ī fraudem.ar.d.c.officii.& 12.q.2.nobis.in fi.Io.in c.fi.de test ponit ibi p̄dictas opi.nil determinans,sed in c.ex parte.de uer.sign. dicebat,ꝙ si fabrica non indiget reparatione, debetur canonica,licet ad fabricā sit relictū, ut cesset priuilegiū cā cessante,ut dicit Host.q dicit, si clerici dimitterent foramen, uel opus imperfectū in fraudē,hoc eis non ꝑderit, nec ēpo oberit,ut probat.fi.d.c.ex parte.ad hoc de diuor-quanto.§.pen. de resti.spo.frequens.§.fi. Quartus casus,quando legatur pro luminarib.uel oleum pro lampadib.uel pro cereis, ut lumi-
5 nentur cū celebratur,& leuatur corpus Chr̄i.† cessat.n.tūc canonica,ut d.c.fi.Quintus casus,quando legatur pro anniuersario,Anniuersariū dr̄ offm̄, ꝙ fit pro defuncto anno reuoluto a die mortis huius.de cele.miss.cū creatura.12.q.2.alii.Sextus casus,qñ legatur pro.7.20.30.patet exemplū, testōr iubet missam celebrari.7.20.uel 30.die a die mortis, & aliq̄d legat sacerdotib.qui tali missæ intererunt,& quolibet die fit ꝓcessio ad sepulturā. patet ēt exemplū in quibusdā locis religiosis,ubi mortuo aliquo monacho.per 7.dies.20.seu 30.dat̄ pauperi tm̄ q̄tum sufficiebat pro alimentis illius mortui dum uixit,tunc.n.isto casu cessat canonica,ut no.Host.in d.c.fin. Septimus casus,quando aliquid legatur ad perpetuū cultū diuinum,patet exemplū, quando aliquid legatur qđ oī anno fiat festum solenniter alicuius sancti,uel qđ in aliqua ecclesia cō stituatur pulpitum,uel altare,uel p̄benda, uel aliquid ad diuinum cultū ꝑpetuo exequendū,puta quia aliquid legatur, ut oī die dicatur diuinū offm̄ in ecclesia aliqua uel capella:nā ī
6 hoc consistit diuinus cultus,† ut celebrentur diuina officia.' de consti.ex parte.de rescr.c.fi.in 6.facit quod no.Hos.& Io. de test.c.fi.ex prædictis ergo patet,ꝙ si quis legat pecuniā,ut in aliquo loco construatur capella uel altare,ꝙ de hoc legato non debetur canonica. & idem de loco in quo testōr iubet construi hospitale,ecclesiam,capellā,uel altare,ut de huiusmodi legato non dēatur canonica.& per hoc patet,ꝙ si testator iubet denouo edificari,& fundari ecclesiam , uel aliū pium locū pro edificatione, & oīb. aliis expensis necessariis, & oportunis ad ipsum opus edificandum iubet distribui certam q̄titatē pecuniæ,qđ de illa q̄titate nō debetur canonica, sed si ultra illam q̄titatem aliquid legaret illi loco, tunc de illo legato debetur canonica.d.c.requisisti.ex p̄dictis patet, ꝙ si testōr ita dicat. relinquo alicui capellæ q̄ proposui facere in tali ecclesia certā q̄titatem grani cā officiandi dictā capellā pro aīa testōris,ꝙ ēpo debet canonica de illo legato,esto ꝙ non appareat aliter de illa uoluntate testōris.& posito ꝙ ꝑ posuerit capellā construere,statur.n.illi assertioni factæ.ff.de lib.le.l. Aurelius.in fi.ff.de cond.& dem.l.in testō,licet aūt de iure cōi non dēatur canonica in casib.in quib.loquitur.ca.fi.
7 de test.tamen tenet cōsuetudo† ꝙ cano.debeatur,& istud tenet ep̄s Vrb.suo tract.& alle.de uer.sig.cum inter.& c.ex parte 3.Item no. ꝙ licet de iure cōi nō debeatur canonica in casibus de quib.in d.c.fi.hoc uerum est,nisi in fraudem ep̄i fuerit legatum ad illos usus priuilegiatos,ut de test.officii.Iuxta p̄dicta q̄ritur incidenter,cum non debeatur canonica de his quæ legantur sacerdotib.& his qui intersunt missæ,quæ celebratur pro 7.20.& 30.ut d.c.fi.Quid dicemus de obligationib.q̄ fiunt in illa missa per consanguineos,uel amicos illius consanguinei defuncti.dicebat Host.& Io.de sepul.in nr̄a,qđ licet non dēatur canonica de his faciendis pro 7.& c. tamen de illis q̄ offeruntur in loco ipe quo celebratur dicta missa, quod debebitur canonica,ex p̄dictis patet,ꝙ cū tales cōsanguinei, & amici uel hr̄des mortui qñq; in tali missa offerūt certos cereos,uel candelas,uel pecuniam, uel quicquid aliquid aliud, ꝙ de talib. oblationib. debebitur canonica ēpo. Secundò incidēter quæritur de tali casu.iubet testōr missam celebrari 20.die a die mortis suæ,& aliquid legat sacerdotib. qui intererunt missæ, an tale legatum debetur semel tm̄, an uero reiteretur,ut sic reuolutis quibuslibet. 20 diebus iterū debeat missa celebrari & legatum p̄stari. de hoc est casus. ff.
8 de an.leg. cum quidam.ubi si testōr † iubet aliquid dare die natalis sui,hoc quidem legatum est reiterabile.Ia.de Ra.in l. annua.e.ti.§.a Titia.& Bar.in l.cum quidam. dicunt,ꝙ qñq; apponitur dies non iterabilis,ut quia vult p̄stari die natiuitatis suæ uel suæ mortis. hoc.n.non est reiterabile, cum hō semel nascatur,& semel moriatur, & tunc semel tantum debetur tale legatū,si aūt dies sit iterabilis,tunc isto casu censetur annum legatum.patet exemplum . cum relinquitur aliquid expendendum in die festi alicuius sancti,hoc.n.est iterabile. cum tale festum oī anno celebretur, tunc isto casu censetur legatū annuum,& iō sæpius p̄stabitur. nō ob. d.l.cum quidā. ubi loquitur de die natalis ipsius, & tamē talis dies nō est iterabilis,& tamen vr̄ dicere tex.legatum esse iterabile,& cēseri aunuū legatū? Rn̄deo,duo sunt casus . Primus,quādo dies proprie est natalis, & tunc proprie censetur annuū, ut patet qñ legatur in festo alicuius sancti , uel qñ testōr iubet aliquid dari die nundinarum,quas testōr posuit in aliquo templo,ut dicit tex.in l.annua.§.Titia.Secundus casus,quando dies non est proprie iterabilis , quia dies mortis proprie est una tantū. & illa dies,q̄ est reuoluto anno,non est illa proprie,sed est tota,quota fuit dies mortis,& in dubio debemus stare proprię
9 † significationi,ut l.non aliter.de leg.3.unde dicebat Dyn.& Ray.de Forli.in d.l.cum quidā.utendo his uerbis, uidelicet, no.qđ ubi testōr aliquid relinquit præstādum in diem iterabilem,vr̄ annuatim relinquere.ut d.l.annua.§.fin.& est uerū, eum proprie,& æque uno anno sicut alio est iterabile, secus si non proprie.unde pone,si testōr relinquit in die suarū exequiarum.x.sacerdos habuit.x. in die mortis.x.mō vult in sequentib.annis percipere,& certe non auditur,quia ꝑprie intelligitur de die quo traditur sepulturæ,sed de aliis annis im ꝑprie , cū.n. uerbum ꝑprie & improprie p̄t accipi,in dubio ſm propriam significationem accipimus.si ager uec. pe.l.1. & non dicit plus.Sed qūo respondetur ad l.cum quidam.loquentem de die natalis,qui non est iterabilis , cum semel hō nascatur,& moriatur,& tamen ibi legatum censetur annuū, & sæpius p̄statur.dicit Bar.quod hoc iō ꝓcedit,& sic imperatores fuerunt interpretati ex qualitate personæ relinquentis,& ex qualitate eorum quib.relinquebatur,quia iussit dari decurionib.& sic ex qualitate personarum p̄sumitur quod nō uoluerit dari semel tantū ar.l.sed & si.§.fi.ff.de iud.& sub
10 debat ibi , ꝙ si testator † iuberet dari fratrib. minorib. unam pictantiam in die mortis,qđ tunc semel tantū p̄staretur. arg. ff.de uer.oblig.l.eū qui calendis. ipse non bene respōdet ad l.cum quidam. nam fauorabilius est legare religiosis,qui celebrent diuina officia ꝑ aīa defuncti,quam legare decurionib.ciuitatis,si legatum decu,censetur annuum,ergo fortius si fiat religio.& iō dico,ꝙ fauore ultimæ uoluntatis & fauore aīæ illud lega.censetur annuum , esto ꝙ fiet habito respū ad diem natalis uel mortis. non ob. d.l.eum qui. quod ibi iō intelligitur de ꝓximis,quia stipulatio redderetur inutilis,sed in casu nostro illud legatum,esto ꝙ sit annuum,redditur utile.Tertiò incidēter q̄ritur, cum p̄dictum legatum sit annuū, an præstabitur in perpetuum,an uero durabit usque ad centum annos,& vr̄ ꝙ in perpetuum.ff.de an.leg.l.annua.§.a Titia,& l.cum quidam.& l.cum erat.In contrarium vr̄ ꝙ duret centum annis tantū,sicut & cum legatur usuffructus ciuitati. ff.de usuf.l.usufructus.& gl.in d.l.ponit opi.distinguendo,an sit legatum annuum,& tunc est perpetuum,& ita loquitur.l. annua.§.a Titia.si autem legatur usufructus, & tunc durabit cētum annis.& ita loquitur.l.usufructus.& d. l. si usufructus.
11 doc. dicunt esse utroq; casu , quia non est dr̄ia† an legatū sit annuū,uel legetur usuffructus,no.aūt, ꝙ siue legetur usuffructus,siue q̄d annuum ciuitati uel ecclesiæ, destructa q̄dē ecclesia uel ciuitate,uel templo peribit illud legatū. d.l.annua. §.fi.ff.de usuf.le.l.si usufructus.& est casus.ff.de le.3.l.pater.§. tusculanus.ff.qui.mo.usufr.ami.l.si usufructus.qđ aurem dixi destructa ecclesia perire usum fructū,hēt locū quādo destruitur auctoritate superioris.ſm Inn.de no ope.nun.cum ex iuncto.Itē dixi destructa ciuitate,idē erit quādo hoīes illius ciuitatis inde discedunt eo ꝓposito,ne reuertantur ad illam. ita dicit gl.fi.in d.l.si usuffructus.qui.mo.usufr.ami.& optime facit,de pro.c.fi.& ꝑ hæc sint expedita,q̄ pertinent ad intellectum.c.fi.de testa.Nunc descendamus ad alias qōnes.Quæri-
12 tur ergo,si testōr legat† ꝑ incertis,& male ablatis,uel furtiue factis,an dēatur canonica episcopo. Aduerte ad duos casus. Primus quando extant,& reperiuntur personæ principales a quibus

quibus ſunt extorta male ablata,& tunc nō debetur cano. qđ ꝓbatur iſtis rōnib.prima rō, quia male ablata non ſunt in bonis noſtris, ꝙa male ea acquirimus.ff. ꝓ ſo. l.cum duob. hinc eſt,qđ de illicitis acquiſitis decimæ nō ſoluuntur.de deci. ex tranſmiſſa. Itē de illicite acquiſitis non ꝑt fieri eleemoſina. 1. q.1.nō eſt.ubi dicit tex.ꝙ quis non ꝑt illicite acquirere.ut bñ diſpenſet pauperib.non.n. ſub obtentu eleemoſynæ cū pctō aliquid ſtudeamus acquirere uel accipere.rō,ꝙa qui male accipit,vt bñ diſpenſet,grauaī potius,q̄ iuuetur.Itē licite acquiſita per defunctū debent extorqueri ex manib.hæredū. C.de calū.l.hr̄des.de ſepul.c.fi.ſi ergo hmōi male acquiſita nō erāt in bonis teſtōris,ergo ipſa ꝓpria legare non potuit, videatur
13 ergo reliquiſſe,ut aliena.Itē illicite † acquiſita non dr̄ eē in hæreditate.nā hære.eſt deducto ære alieno.ff.de reg.iu.l.hæreditas.ſi ergo aliena ſunt creditoribus.ſoluenda,quia nil deeſt utilitatib.noſtris,ſi q̄ ſunt aliena reddantur.53.di.gñalis. Itē male ablata ſunt reſtituenda illis a quib.ſunt extorta,ſed debitum non remittitur,niſi reſtituatur ei cui debetur.de iureiu. eam te.ff.de cond.inde.l.in ſumma.& iō dicit tex. de homi. ſicut dignum.in uer.quia licet quidam,qđ de illicitis extorquens non liberatur pauperib.erogando, ex quo reperiūtur perſonæ a quib.extorſit,ſi ergo dēretur canonica eꝑo,iā non redderetur integre qđ reſtitui dēt illi a quo eſt extortū.Item pctm̄ non dimittitur niſi integraliter reſtituatur ablatū, ſed non eſſet integralis reſtō,ſi deduceretur canonica. Item iſte cui dēt reſtitui non capit illud tanq̄ legatū, ſed tanq̄ ſibi debitū & obligatione qua ſibi tenetur extorquens. inſti.de ob.
14 q̄ ex ma.in prin.& ꝓꝓ h.d.lex,quod ſi debitor legat † creditori,legatū eſt inutile,qñ creditor ex legato nullā conſequitur utilitatem.ff.de lib.le.l.legaui.tunc arguo ſic,ſi teſtōr legat ꝓ incertis & ablatis,aut dr̄,quod uideatur legare pauperib.tūc non dētur canonica,ꝙa de legato fcō pauperib.non debetur canonica.de ꝙuer.ꝙiu.c.dudū.Itē nō ē ꝑſumēdū, ꝙ teſtōr voluerit grauare hæredem duplici ꝑſtatione. Aut dicamus,qđ teſtōr legando pro incertis,& male ablatis cenſetur legare illis,a quib.extorſit,ut br̄ de iureiu.ad noſtrā.1.tunc legatū eſt inutile.ff.de le.1.l.legaui.Sed conſtat ꝙ tūc debetur canoni. de legato qñ legatū eſt utile,& de iure ualidū.de teſta.c.officii.& c.requiſiſti.ergo &c.ꝑterea ſi dicimus,ꝙ teſtōr legādo pro incertis,& male ablatis videatur legare illis a quib.extorſit,illud legatum non fit eccleſiæ,ſed perſonæ, ergo ceſſat canonica.d.c.officii.nec ob. ꝙ eꝑo debetur canonica qñ legaī pro aīa,quia iſtud uerū qñ legatur eccleſię,ſecus ſi legetur ſingulari perſonæ.d.c.requiſiſti.facit quod no.In.de of.ord. cō querente.nec ēt ob.ꝙ ad eꝑm pertinet diſtributio incertorū
15 † & male ablatorum.de iud.cum ſit.& de uſur.cum tu.ꝙa licet illa hēat diſtribuere,non tñ dicit text. ꝙ de illis deducat canonicam portionē. Scđs caſus,qñ non extant,nec reperiūtur perſonæ a quib.teſtōr illicite extorſit,& tunc talia illicite acquiſita & extorta debent pauperib.erogari. de iude. cū ſit. de uſur.cum tu.de homic.ſicut dignum.§.eos. uer. licet quidam.ſed conſtat,ꝙ de his q̄ obueniunt pauperib. in gñe non debetur canonica eꝑo,quia cenſetur illud obuenire pauperibus ut ſingularib.perſonis.& pro hoc gl.or.c.relatū.de ſepul. ubi ēt & In.& ꝓꝓ hoc dicebat Io.de conuer.coniu.dudū.ſuper uer.pauperū. quod qñ legatur pauperib.certi hoſpitalis, tunc cenſeatur hoſpitali legatum, quo caſu debetur canonica.d.c.requiſiſti.ſecus ſi legetur pauperib.in gñe. & uide qđ plene ſcripſi.in 5.c.prin.No.tñ,ꝙ ſi quis relinqueret eccleſiæ ꝓq male ablatis,quod debetur canonica, quia ex hoc cenſetur relictū ad pias cās,& hoc procedit qñ ignoratur a quo ſit extortum. uel ſi non reperiuntur hæredes illius a quo extorta ſunt,ſi aūt ſciretur a quo ſunt ablata,tunc erit mera liberalitas,ꝙ dedit eccleſiæ, nec iō liberatur hæres extorquentis ſi eſt ſoluēdo,aliàs eccleſia reddet illi a quo eſt extortū, qñ ec
16 cleſiā † dari non conuenit cū aliena iactura.ut de re.iur.locupletari.in 6.Scđo incidenter q̄ritur circa p̄dicta,ad quē pertineat diſtributio incertorū,& male ablatorū,an ad dioceſanū ſolum,an uero ad eū ꝙ illicite extorſit, & a quo poſſit deputari executor ad diſtribuenda incerta, & male ablata'. dicebat Arc.de teſt.c.2.li.6.inducēdo illam decre.q̄ opi.Hoſ. no. de iud.c.cū fit.qđ executores ad illud per teſtōrē ſpāliter deputati diſpenſare poſſint incerta,& male ablata,dicēs, ꝙ idē teſtōr potuiſſet.alle.de teſt.c.tua nos.& de uſur. c.cū tu. ibi, pauperib.erogare.alle.ad idem. 19.q.1.c.pe.§.ſeq.& ca.ul.ad ſi.& 24.q.3.c.ſi quis romipetas.& 12.q.2. c.de laicis. & C. de epi & cle.l.nulli.in auc.de ec.ti.§.ſi quis. Inducitur qđ no. Io. Vin.Ber.in dicta dec.cum ſit.de iud.& In.de immu.ec. c.ꝙa pleriq; in gl.1.ad fi.Ad dictam decr.cum ſit.de iude.rñdet,ꝙ loquitur in iudeo,merito in erogatione ſuſpecto,q̄ fieri dēt in Chr̄ianos. Et dicit notādū, ꝙ ibi dicit pauperū xp̄ianorū, qđ non dicit in dec.cum tu.de uſur.ad c.non eſt putāda.1.q.1.rñdet ꝙ ſenſus illius. c.eſt qđ nō dēt quis aliquid acquirere
17 illicite,ut inde eleemoſinam faciat,ut ibi patet. & ibi ſic no. Hug.dicit ergo ſe non dubitare,,qđ eꝑi de his non hñt ſe ītro mittere niſi in defectum,ubi.ſ.non eſt aliquis a teſtōre deputatus.Ad idem recitabat Io.And.in nouel.prædicta,q̄ ibi dicebat Arc.Subdebat aūt ibidem,quod utraque opi.hēt in ſe æquitatem,Nam ex quo debens incerta obligatus eſt ad illa reſtituenda,ſi reſtituit prout diſponit decr.cum tu.de uſur.in certis.ſ.pauperib.erogando,non apparet quare debet eſſe abſolutus,non dico a peccatis,ſed ab onere ſatisfactionis,& ſatisfaciens uere & pure hr̄ pro abſoluto,ſaltim in his in quib. tranſit dñium.Opi.uero Hoſt.habet in ſe æquitatem,quia facile eſſet extorquenti illicita uitare ſatisfactionis onus,dicēdo ſe ſoluiſſe,ſicut experientia docet,nam pauperes,quib.fit diſtributio incertorū,& male ablatorum,pro modica quantitate quam receperunt ab executore deputato in teſtō, contiterētur ſe plus recepiſſe,q̄ receperint,& ſic fraudaretur aīa teſtōris,qui pro aīa reliquit pro incertis.facit in rōne ſui tex. de teſta.officii. ſed certe eodem mō poſſet hæc fraus a dioceſano committi.Concludamus pro ueritate tenendum,quòd
18 teſtōr † pro incertis,& male ablatis relinquens poſſit in teſtō executorem deputare ad illa diſtribuenda, & quod eꝑs non poſſit ſe intromittere ſuper diſtributiōe iſtorum incertorū, niſi eo caſu quo executor eſſet priuatus ptāte exequendi, ꝙa commonitus eſſet a dioceſano,ut exequeretur,& negligens eſſet per annum, quia de iure deuoluto ad eꝑm ꝓꝓ negligentiam executoris eꝑs exequeretur,ut c.nos quidem . de teſta. qđ aūt executor poſſit deputari per teſtōrem.probatur optime per l.nulli.C.de epi.& cle.Tertio incidenter q̄ritur,eo caſu quo pertinet diſtributio incertorum,& male ablatorū ad eꝑm, ad quem eꝑm pertinebit hæc ptās, an ad eꝑm loci ubi teſtōr illicite extorſit.tex.in l.nulli.C.de epiſc.& cle.dicit,qđ fit executio per eꝑm loci originis teſtōris. Quidam dicūt qđ ꝑt fieri per eꝑm loci domicilij.dicebat Ia.Bu.d.l.nulli, ꝙ ꝑt fieri per eꝑm loci originis teſtōris, & ēt domicilij quādo ambo concurrunt,& uolunt inſimul exequi,ſed ſi diſcordant,ꝑfertur eꝑs loci originis,dicebat ibi Cy.quod dēmus conſide
19 rare in quo loco ſunt bona: nam ille eꝑs † exequitur ubi bona reperiuntur.ſi ergo bona hēt in loco originis,eꝑs originis exequetur,ſi aūt hēt in loco domicilij,tūc eꝑs domicilij exequetur,ſi uero hēt bona utroq; loco,tūc eꝑs originis exequetur in bonis,q̄ ſunt in ſua dioceſi,& eꝑs loci domicilij exeq̄tur quo ad bona domicilij,& illam opi.tenebat Spe.in ti.de inſtr.ed ſub rub.de teſta.uer.ſed quid ſi fuit natus in una ciuitate.& ſubdit Cy. quod ſi teſtōr non iubet diſtributionem in rebus ſtabilib.fieri,ſed in pecunia,qđ tunc ille eꝑs exequetur in cuius dioceſi ſunt bona hæreditatis. Ex prędictis vr̄ etiā poſſe dici, quod ſi teſtōr non habet aliqua bona in loco originis,nec in loco domicilij,ſed habet in tertio loco, qđ ille eꝑs exequetur in cuius dioceſi ſunt bona.Aduerte,q̄tum ad hanc ptātem exequendi conſideramus iuriſd.quā eꝑs hēbat ſuper teſtōrem,& iō teſtōr ſubſit tam eꝑo loci originalis, q̄ ēt eꝑo loci domicilij.de tēp.or.cum nullus.li.6. & iō uterque eꝑs pōt exequi,fateor tamen,ꝙ eꝑs loci domicilii exequitur reſpectu bonorum,q̄ ſunt in loco domicilij,& eꝑs loci originis exequitur reſpectu bonorum,q̄ ſunt in loco originis. Itē
20 ſi teſtōr † non hēt bona in loco domicilij, nec in loco originis,ſed in tertio loco, adhuc dico qđ eꝑs loci domicilij poſſit exequi,ꝙa teſtator utique eorum eſt ſubditus, ut d.c.cum nullus.& ſi ambo concurrunt uolendo exequi,& non cōcordent,præferetur eꝑs loci originis,ut dicit Iac.Bu.in d.l.nulli. uel erit locus q̄uentioni,ut ille eꝑs exequatur, qui primo cepit exequi.ſic dicimus in duob.ordinariis, quorum quilibet hēt iuriſdictionē inſolidū,ubi eſt locus q̄uentioni.de fo.compe.propoſuiſti. Nec eſt uerū, ꝙ ſi teſtōr hēt bona in loco,in quo non eſt oriundus,nec ubi hēt domiciliū,qđ eꝑs ubi ſunt bona poſſit exequi.rō eſt, quia ille eꝑs non erat dioceſanus, & iō eꝑs loci domicilij,uel originis exequetur,ꝙa poſſunt diſtribuere talia bona,licet ſint in dioceſi aliena.de for.comp. poſtulaſti.Et p̄dicta procedunt,quando neſcitur de loco ori
21 ginis,uel domicilij,vt ꝙa teſtōr ſit uagabundus, † tūc ipſe eꝑs exequetur,in cuius dioceſi teſtōr moritur.& iſte eſt caſus in d.l.nulli.C.de epi.& cler.& eſt caſus in auc. oēs peregrini. C. cōmu.de ſuc.Dicebat Io.de teſt.c.Ioānes.in uer.Sed adhuc q̄ro,ꝙ circa executionē itīmam teſtī quam hēt eꝑs,planū eſt quod intelligimus eꝑm originis ipſius teſtōris,ſed ſi alibi habet domiciliū,dicunt quidā,ꝙ uterq; exequi pōt. Alij dicūt ꝙ eꝑs domicilij,ſi in totū illud trāſtulit, niſi in loco originis eſſent facultates ipſius ꝓm Io.tex.in l.nulli, nō ponderat an ille qui eſt oriundus de uno loco tranſtulit domiciliū extra locum originis,& tunc tex.ibi dicit, quod eꝑs loci exequetur. Quid ſi teſtōr,de cuius origine,& domicilio ſcitur, extorſit indebite in tertio loco,pone exēplū,Florentinus origine, & habens domiciliū in ciuitate Peru.extorquet indebite,& illicite Bononiæ,conſtat qđ rōne delicti efficitur de foro iudicis Bono.ut in auc.qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. An iſto caſu poterit dioceſanus Bono.exequi uoluntatē defuncti,ꝙ dimiſit ꝓ incertis,& male ablatis,& vr̄,ꝙ ſic,cū rōne

delicti

Source : BIU Cujas

22 delicti effectus sit de foro dioceſani Bono. †Quarto inciden ter q̄rit̄,cū diſtributio incertorū, & male ablatorū dēat fieri pauperib.eo caſu quo ignoratur a quib.ſit extortū,vt c.cū tu. de vſur.quib.pauperib.dēt fieri hmōi erogatio,an pauperib. loci originis teſtōris,an uero pauperib.loci domicilij ſui,an uero pauperib.loci ubi illicite extorſit,uel pauperib.quorūcunq; locorū. Dicebat Inn. de vſu.c.cū tu.qđ fit pauperib. illius loci,in quo illicite extorſit,uel pauperib.loci in quo habitat ille cui reſtō erat facienda,qa ueriſimilius eſt,qđ ibi reperiatur ille cui datū eſt damnū,quā inter extraneos. de p̄ſum. c.quoſdā.& quia melius eſt,qđ vicini utilitatē ſentiāt,quam extranei.C.de ſerui.l.2.& l.pñs.& ibi Io.And. Per hoc vī,qđ ille qui extorſit illicite in alienis partib.hēat illa erogare pauperib.loci in quo extorſit,& non poſſit erogare pauperib. loci,in quo extorquens hēat originem uel domicilium, ut d.l. nulli.& l.ſi quis ad declinandā.C.de epi.& cle.& qđ no.Io.de teſt.c.2.li.6.& Arc.14.q.5.non ſane.Dicas,qđ p̄t erogare pauperib.cuiuſcunq; loci,quia decre.cum tu.de uſur. non diſtinguit,quib.pauperib.fiat erogatio,ſed indefinite loquitur,qđ pauperib.detur.nec illa decr.ponderat in quo loco fiat reſtō.
23 nam qñ iura †uolūt illicitorum fieri reſtōnem in certo loco, illum locum exprimunt.de iude.ad liberādam.facit in ſimili,ubi eps quartam reddituum bonorum eccleſiæ pauperib. deputatā p̄t quibuſcunq; pauperib.erogare, cum ius id non determinet.12.q.2.nobis.& c.quatuor.16.qō.1.c.fi.12.q.1.ex his.facit auc.oēs.C.cōia de ſuc.& quia reſtō fit,ut liberetur a pcō,ſufficit ergo reſtitui,ut d.c.cum tu.Nec ob.qđ not.Io. de teſta. c.2.in 6. quia ibi loquitur de uoluntaria erogatione pauperib.facienda,ſed c.cum tu.loquitur de neceſſaria. Nec ob.in d.l.nulli.quia ibi iō eſt ne incertitudo reſultet.Nec ob. quod no.in d.c.cum tu. qa ibi loquitur de conſilio, non de
24 neceſſitate iuris.Concludendum ergo q̄ eps † p̄t diſtribuere pauperib.quorumcunq; locorum. Nā ſatisfit iuri ex quo pauperib.erogatur.& ita tenet Feder. in conſiliis ſuis. conſi.132. Quinto incidenter q̄ritur,teſtōr legauit certam q̄titatem pecuniæ pro incertis,& male ablatis,mō mortuo teſtatore eps petit illud legatum ab hærede, quia vult pauperib.diſtribuere,quia dicat ignorare a quib.etorſit, hæres ꝙdicens,qđ non vult ſoluere,quia in futurum poſſet apparere a quib. p̄ſonis fuerit extortum,& ſic illis faciēda eſſet reſtō. ut d.c.cum tu. & q̄ non tenetur ſe duplici onere onerare præſtatione.ſ.ſoluendo legatum epō, ut diſtribuat pauperib. & reſtituendo poſtmodum illis a quib.extorta ſunt.Quæritur quid faciēdū ſit per dioceſanum,& qualiter prouidebitur hæredi.dñt quidam,qđ per epm proponetur gñale edictū,ut ſi quis eſt a quo ſit extortum corā eo compareat ad recipiendum, qđ ab eo fuit extortum,nullo comparente in termino edicti,tunc eps illud legatum erogabit pauperib. & ita vī tenere Io. de uſu. q̄q̄.li.6.ſuper uerbo,exprimit.Sed quod iſtud edictum gñale
25 non ſufficiat hæredi probo ſic.Edictum generale † non ligat probabiliter ignorantes.qui matri.accuſ.poſ.c.cū in tua.Itē tale edictum non p̄t arctare non ſubditos, & hoc p̄p defectū iuriſdictionis.de iudi.c.at ſi clerici. Item tale edictum non arctat exñtem extra dioceſim,ut d.c.ī tua.qui matri. accu.poſ. & c.2.de conſti.li.6.Item quia talis edicti notitia non peruenit ad perſonas incluſas in gñali edicto.de poſtu.præl.c.1.Itē quia per gñale edictum non p̄t tolli ius perſonarū, a quibus teſtator illicite extorſit,ſed per ſatisfactionē tm̄. de iureiu.c. eam te.Item ſi ſufficeret tale edictum gñale, ſequeretur magna abſurditas.Pone.n.ſicut eſt mos Florentinorum, Quidā Florentinus receſſit de Florentia,& iuit in Franciā,uel in Angliam,& lōg.tp̄e ibi ſtetit,& in multis locis, & prouinciis, & a multitudine perſonarum illicite extorſit, & congregata pecunia illicite acquiſita recedit de locis illis, & ad alia loca ſe transfert,& incertum eſt ad q̄ loca transferat.Cōſtat ſi edictū generale emaneret ad inſtantiam illicite extorquentis,edictū arctaret,p̄p illorū incertitudinē.de reſcr. c.fi.uel ſi reſcriptū generale emanaret ad inſtantiā hæredis.Illi quibus eſt extortum probabiliter p̄ſumuntur ignorare de morte teſtōris, cū ſit de loco longinquo.de p̄ſum.quoſdam,& de ſec.nup. dñs,
26 34.q.2.cum per bellicam.ff.de hær.inſti.l.Pontonius.†Itē p̄ſumitur eis ignotum teſtm̄,& legatum.ff.de acq.hær.l.Pontonius.de uer.obl.l.qui Romæ,qa hoc eſt in facto alieno ī quo p̄babilis cēſet ignorātia.đ quo plene,reg.ignorātia đ reg.iu. li.6.& p̄p hmōi p̄ſumptionē non vī qđ hēat arctare citatos. Prætercа ſeq̄ret alia abſurditas. Pone qđ terminus edicti eſſet terminus breuis, ita qđ p̄p locorū diſtātiā citati nō poſſent cōparere in termino edicti.de ele.c cupiētes.li.6.in cl.1. de iud.de do.& contu.c.cum olim.& ca.cum dilecti.uel per inſidioſa loca tranſire,ut lit.non conte.c.accedens. uel ad loca non tuta accedere in citationis edicto,ut c.ex parte.de appellatio.de re iud.cle.paſtoralis,uel eos capi in itinere,uel aliquo impedimento impeditos quo minus cōparere poſſent intra terminum.de ſen.exc.c.uenerabilib.§. idem. li.6.ff.ſi qs
27 cautio.l.ſi quis non exigimus.Iſtæ.n.ſunt cauſæ † p̄p quas citatio per edictum non hēt arctare. In ꝙrium arguitur,qđ ſufficiat tale edictum proponere.& hoc ſuadent multę rōnes.Primo p̄p infinitatem uitandam. Nā teſtator longo tp̄e,& multis locis,& à multitudine perſonarum illicite extorſit,nō eſt poſſibile ſcire loca & tpa, & perſonas, talis.n.infinitas a iure reprobatur.de reſcri.cum in multis.li.6. Item p̄p tale edictū prouidetur uoluntati teſtatoris, qui legat pro incertis, cuius uoluntas impletur per ſatisfactionem.ff.de cond.& dem.l.in condōnib.Item prouidetur aīæ teſtatoris per ſatisfactionem p̄p quam aīa eius liberatur a peccato, ut in regula pctm̄ non dimittitur.de reg.iur.in 6. Item prouidetur hæredi p̄p pplexitatem uitandam.Nam cum hæres ſoluendo legatum epō, ut diſtribuatur inter pauperes, perplexus eſt ne iterum cogatur ſoluere illis a quib.eſt extortum,p̄p hanc ergo perplexitatem tollendam eccleſia debet ꝓuidere hære.de reſti.ſpo.literas.Item per hoc prouidetur hæredi, quia implet uoluntа
28 tem defuncti,qui legauit pro incertis,cuius † uoluntas implēda eſt per hæredem.ff.de cond.& dem.l.in conditionib.qua quidem uoluntate teſtatoris non impleta,hæres hæreditate priuatur.auc.de hær.& falc.§.ſi quis autem.C.de fideic.auc. hoc amplius.Item p̄p hoc excuſatur hæres, qui paret mandato ep̄i iubentis legatum ſibi ſolui, ut diſtribuat pauperib. ff. de le.3.l.Paulo calimacho.§.Pomponius.ff. de reg. iur.l.non vī.§.qui iuſſu.Item per hoc ꝓuidebitur pauperib.quibus diſtributio eſt facienda.d.c.cum tu.de uſur.Item per hoc ꝓuidebitur dioceſano ad quē ſpectat talis diſtributio. C.de epiſ. & cle.l.nulli.& l.ſi quis ad declinandā.ne de negligentia poſſit redargui,q̄ punibilis eſt in p̄latis,ut de ſupplen. negli. præl. cle.1.& iſtæ rationes ſuadent, quod p̄dictum edictum gñale ſufficiat.Præterea edicta generalia ſufficiunt,q̄ emanant cōtra perſonas incertas.caſus eſt de clande.deſpon.c.cum inhibitio de teſti.conſtitutis,de elec.c.ult.in 6.C.ſi ſe ab hære.abſti.auc.ſi oēs.& facit quod no.gl.de of.iud.ca.2.& quod not. Inn.de teſti.Albe.& ff.de inſti.& ſubſt.l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere.& de iu.cle.2.Putarem ſic dicendum, qđ ſi poſt terminum edicti compareāt illæ perſonæ a quib.eſt extortum, & compareant re integra.i.anteq̄ eps legatum ſibi ſolutū diſtribuerit pro pauperib. tunc illa pecunia reſtituenda ſit p̄ſonis a qbus fuit extorta,ſi aūt cōpareant re non integra.i.poſt
29 quam diſtributio eſt facta pauperib.† cū illa diſtributio non reuocetur,nec arcterur hæres ad reſtituendum illud quod illicite extortum eſt a perſonis.ar.optimum per hoc. C.de repu.hære §.ult.& ff.de mino.l.quod ſi minor.§.Sceuola.& facit optime.C.de iu.deli.l.ſancimus.§.& ſi p̄fatam.Crederem tñ quod ſi illi a qbus eſt extortum habuiſſent ꝓbabilē ignorantiam edicti.uel p̄p iuſtum impedm̄ non potuiſſent comparare intra terminum edicti,& ſic eſſent excuſati in non ueniendo intra terminum edicti,ut patet in ca.cum in tua. qui ma.accu.poſ.& de ſen.exc.c.uenerabilibus.§.idem eſt.lib.6. q̄ tunc tales perſonæ,a quibus eſt extortum,cum ſint creditores,poſſunt agere ꝙ pauperes, quibus eſt ſatisfactum, & rō eſt,qa pauperes ueniunt,ut legatarij,ſed potior debet eſſe cā creditorum q̄ legatariorum.Caſus eſt in d.l.ſancimus.§.licētia.Si uis rñdere ad § licentia.potes dicere,qđ pauperes non ueniunt,ut legatarij,ſed ex diſpoſitione legis.Item in §.licentia.certum erat qui erant creditores,ibi,nullus creditor erat excluſus per terminum edicti,quia nullum edictum ibi emanauerat.Item legatarij non ſurrogantur in locum creditorū. Sed in qōne propoſita pauperes ſurrogantur in locum creditorum,ex quo ignorabatur a quibus eſſet extortum. Item
30 tērminus edicti † excludit illos,a quibus eſt extortum, & iō concludo in prædicta quæſtione, prout ſuperius diſtinxi per d.l.ult.de repudiā.hære.Reperio quod Fed.de Senis.in conſ. 61.dicebat,q̄ ſi eps inquiſitionem fecit a qbus perſonis eſſet extortum,& ꝓnunciauit ſe non reperire perſonas,a qbus eſſet extortum,& id ut incertum pauperibus erogauit, & lata ſnīa appareat a quo ſit extortum,cui erogabitur? Reſpondeo. Aut eps non fecit executionem ſnīæ. & reddet illi a quo eſt extortum,& non pauperibus quibus conſtat nunc non deberi,quia deficit cauſa translationis fiendæ de ipſo,ut incerto. de leg.2.l.cum pater.§.dulciſſimis.de libe.leg.l.Aurelius. de lega.2.l.nomen.de dona.l.2. ſi autem ſit facta executio ſnīæ, quia pauperibus erogauerit,tunc nec eps tenetur id reſtituere,quia bona fide id facit,nec ēt illicite extorquens,uel hæres eius,quia excuſatur p̄p ſententiam.Poteſt tñ id repeti ab illo,cui fuit erogatum per illum a quo fuit extortum ſm Fe
31 de.de Senis.pro iſta opinione facit de purg.vulg.ca.2.†Item propter probabilem errorem reuocatur ſententia.de frig.& malefi.c.fraternitatis.23.q.1.c.2.ff.quando actio de pecu.l.2. ff.de condi.ſine cauſa.l.ſi fullo.In contrarium facit,quòd nō tenetur quòd ſententia reuocetur,quia ipſa ſententia ius facit.de re iudica.cum inter.Item per ea quę poſtea emergunt, ſententia non reuocatur.de re iudica.inter moneſterium.& c.ſeq.& error detectus ſententiam non reuocat.ff.fami.erc. l.cum putarem.C. de condi. inde.l.2. Iura prædicta loquunt

in

Source : BIU Cujas

in ſententia quo ad litigantes & quantum ad partes, quæ fue runt in iudicio. Sed qõne noſtra illi a quibus eſt extortum nunquam fuerunt in iudicio, ergo illa ſententia lata per epiſcopum nõ uidetur eis preiudicare. C. res inter alios acta. per totum. Illa. l. inter alios acta loquitur in proceſſu qui fit contra certam, & determinatam perſonam, ſed in quæſtione propoſita loquimur in proceſſu generali, qui arctat omnes in proceſſu incluſos. prouideat autem ſuę teſtator ſalutis animæ, qui tot illicita longo tempore in diuerſis partibus mundi, & a tanta multitudine perſonarum extorſit, ut vere ſuæ
32 conſcientiæ ſatisfaciat. Nam ſi in ſanitate obſtinata † mente non pænituerit vel emendauerit, & in morte ſecuritatem præſtare nequiuerit, ſolennitas pænitentiæ parum prodeſſe videtur de rapto. c. ſuper eo. damnatos iſtos reputo, niſi eos exuberãs gratia diuina præuenerit, & ſint armis ſpiritualibus præmuniti. de homi. pro humani. lib. 6. Sexto incidenter quę ritur, ſi teſtator legat centum pro incertis, & male ablatis, nec extent, nec reperiantur perſonæ a quibus teſtator illicite extorſit. & debeat talis quantitas pauperibus erogari, de iude. cum ſit. de vſu. cum tu. an epiſcopus poſſit concedere, quod talia incerta conuertantur in reparationẽ eccleſiæ parochialis. videtur ꝙ non, quia quod pauperibus debetur ut. d. cap. cum tu. & 14. quæſtione. 5. non ſane. ſi alteri ſoluatur, onus nõ remititur. de iureiu. eam te. de deci. tua. & qui tenet pauperibus eroganda rapit aliena. 47. diſt. ſicut hi. & bene facit. c. non eſt putãda. 1. q. 1. & nemini conſulendum eſt cum aliena iniuria, vt in regula. locupletari. de regu. iur. lib. 6. nec pietas prætextu impietatis facienda eſt 30. q. 1. noſce. licet ergo reparare eccleſias ſit opus pietatis, non tamen eſt talis pietas cum iactura pauperum exercenda. Item ſoli principi in alterius præiudicium alteri auferre licet. 9. q. 3. nunc vero. de exceſ. prela. in ſubdi. c. ad hæc. de reli. do. conſtitutus. de conſue. cũ dilectus. C. de quadri. præſcri. l. bene a Zenone. ff. de euic.
33 l. Lucius. † Item omnium illorum conſenſus requiritur de quorum iure detrahitur. de conſti. cum omnes. de reg. iu. quod omnes. ff. de ſerui. ruſt. præd. i. per fundum. Item ſtatutum eſt a quo eccleſia debeat reparari. de eccl. edifi. c. 1. per Io. ergo de alimonia pauperibus debita non debet fieri reparatio. Item quæ relinquuntur ad certum vſum, non debẽt nec poſſunt conuerti ad alium vſum, uel ad aliam cauſam, ex quo poteſt impleriuſus vel cã, propter quę legatũ eſt. de teſta. nos quidem. de vſufru. leg. l. legatum. ff. de admi. re. ad ciui. parti. l. 1. & l. legatum. ex quo ergo poteſt & debet pauperibus erogari, non poteſt in alium vſum conuerti. Item pro hoc eſt caſus in cle. quia cõtigit. de relig. do. vbi ea quæ relinquuntur in vſum pauperum, non poſſunt conuerti in alium vſum ſine auctoritate papæ, quæ cle. quantum ad hoc non ẽ alibi, & per. d. cle. dico quod ſi executor deputetur ad diſtribuendum incerta, & ablata quòd fieri poteſt, vt ſuperius dixi ſi non extant nec reperiuntur perſonæ a qbus teſtator extorſit, quod non poterit executor illa diſtribuere eccleſijs, vel in alios vſus conuertere quam in vſus pauperum, quia ſi non licet hoc ẽpo qui eſt executor legitimus, ergo non licebit executori teſtamentario cum vtriuſque ſit æqualis poteſtas & auctoritas. In cõtrarium videtur quod talia incerta & male ablata epiſcopus poſſit conuertere pro reparatione eccleſię,
34 quod probatur iſtis rationibus, quia epiſcopo † æqualis cura imminet de tribus. ſ. pauperib. alendis, eccleſijs edificandis & reparãdis, & de alendis miniſtris eccleſiarum. 82. di. c. 1. 12. q. 2. aurum. 10. q. 2. hanc cõſuetudinem. 12. q. 2. epiſcopus eccleſiarum. Item cum bona eccleſiarum ſint pauperibus obnoxia ſicut & illicite acquiſita, vt d. c. aurum. & 16. q. 1. c. vlt. & tamen pro edificatione, vel reparatione eccleſiarum poteſt epiſcopus dare quinquageſimam & cẽteſimam. 12. q. 2. bonæ rei. de dona. apoſtolicæ, & ſic de illicitis acquiſitis idem poterit. ad idem. 16. q. 1. c. ec. & c. ſtatuimus. Item expedit pauperibus eccleſiã reparari in quibus oblationes recipiuntur ad pauperum alimoniam. 12. q. 2. habebat. in eis etiam cõueniũt fideles, & ibi inuitamur ad pauperum ſubuentionem, & ad alia pia opera, & ſic illas reparari pauperibus expedit. & maxime, quia ſi eccleſiæ pauperes ſunt in numero cum ſuis miniſtris cõputabuntur, maxime ne deſit populo ſpirituale alimẽtum verbum dei. 8. q. 1, audacter. de off. ord. inter cætera & propter dictas rõnes dicũt quidã, qd' ſi eccleſia reparatione, vel augmento indiget neceſſario, vt quia non poteſt conueniri ad diuina in ea, nec facultates eccleſiæ ad ipſius reparationem ſufficiunt, epiſcopus autoritate propria ſine pauperum graui damno ad talem vſum illa illicita poterit deputare, aliter non poterit, ſcilicet quãdo facultates eccleſiæ nõ deficiant, vel reparatio non eſt neceſſaria, ſed voluntaria, vel nimia fames tunc imminet pauperibus. 86. diſtin. paſce. & ex his caſibus procedunt allegata in contrarium. & ita diſputatur & determinatũ fuit per quoſdam excellentiſſimos docto. quod etiam tenuit Io. An. de teſta. religioſus. li. 6. vbi de diſputationibus prędictis facit mentionẽ. Ego non credo verum quòd eorum determinatio ſit bona, quia videtur contra caſum d. cle. quia contingit. ubi non poteſt fieri conuer-
35 ſio † ad alium vſum ſine autoritate Papæ. Quia uero de his quæ legantur ad certum vſum ſupra dictum eſt, an poſſint conuerti ad alium vſum. Scire debemus quoſdam caſus: primus caſus eſt, quando ille vſus poteſt impleri de iure & de facto, tunc non poteſt ad alium vſum fieri conuerſio, patet exemplum, teſtator iubet fieri monaſterium in dioceſi Peruſina, & iſtud fieri poteſt de auctoritate epiſcopi de iure. de conſe. di. i. nemo. Item poteſt fieri de facto, quia nullum interuenit impedimentum facti quominus ibi fiat, & tunc tale legatum non põt ad alium vſum conuerti, & iſte eſt caſus de teſta. nos quidem. ff. de admi. re. ad ciui. parti. l. 1. & de hoc eſt caſus in l. nulli. C. de epiſ. & cle. uer. ſed modis omnibus, hoc verum, niſi auctoritas Papæ ſuper hoc interueniat, quia tunc de auctoritate Papę põt fieri conuerſio ad alium uſum, & iſte eſt text. in l. legatũ. ff. de admi. re. ad ci. perti. & eſt expreſſum in cle. quia contingit. de reli. do. Secundus caſus eſt, qñ vſus poteſt de iure impleri, ſed non de facto, patet exemplum, teſtator iubet monaſterium edificari, iſtud poteſt fieri de iure, ſed impeditur fieri de facto, puta propter guerras ingentes in loco, in quo debet conſtrui, uel quia pecunia relicta ad illum vſum non ſufficit pro monaſterio conſtruendo, & tunc poteſt fieri conuerſio ad alium vſum, & iſte eſt caſus in l. legatum. ff. de adminiſt. re. ad ciui. pert. & hoc ẽt modo intelligitur. c. nos quidem. de teſt. ibi, dum dicit tex. ſeu ſi ibi non põt, quod uerbum intelligitur ẽt de impotentia facti. de reſcrip. ſciſcitatus. & ꝓꝓ hoc dicebat Guil. in Spec. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. ver. ubi ſi mihi legãtur. 10. vt vadam ultra mare, & nullus ire audet, tñ legatũ conſequor dummodo vadam ad ſimilem locum, ut. l. legatum. ff. de admi. re. ad ci.
36 pert. † Item ſi teſtator legat pro labore itineris, vel ratione pænitentiæ iniunctæ teſtatori, vt pro eius anima vadam Romam, ſi illuc propter impedimentum facti ire non poſſum, accedere debeo ad ſimilem locum. Si autem teſtamento legat pro ſuccurſu terrę ſanctę, nec tamẽ poteſt iri propter impedimentum facti, ꝙ tunc expectabitur tempus, quo illuc accedi poſſit, nec tunc poterit illud legatum ad alium vſum cõuerti. de vo. magnę. Nec ob. l. legatum. quia in facto iterabili in quo non ſperabatur oportunitas, ꝙ ludus ſublatus reformetur. Item eſſet impedimentum facti, ſi teſtator iuberet fieri capellam in aliqua eccleſia, & illa eccleſia nõ ſit capax pro capella nouiter fundanda propter multitudinem aliarum capellarum, ꝙ tunc poterit fieri conuerſio ad alium locum. Tertius caſus eſt, quando ille vſus non poteſt impleri de iure, & tunc, aut ille expreſſus vſus ad nullum finem honeſtum exprimebatur, & tunc legatum eſt inutile, & non fiet tunc conuerſio ad aliquem vſum etiam licitum, ut. l. 1. de condit. inſti. patet exemplum legat teſtator in eccleſia, ut in ea fiant ludi theatrales. Nam iſti vſus ſunt illiciti de iure, quando iſti ludi turpes ſunt, & per eos eccleſiæ inquinatur honeſtas, vt patet de vi. & ho. cle. cum decorem. Si autem ad aliquem honeſtum finem exprimatur vſus, licet de iure impleri nõ poſſit, tunc illud legatum conuertatur in alium vſum honeſtum caſus eſt. ff. de vſuf. leg. l legatum. & ita poteſt intelligi. c. nos quidem. de teſta. ibi dum dicit, ſi ibi impleri nõ poteſt, quod
37 verbum † poteſt, intelligitur de impotentia iuris, ut. d. c. ſciſcitatus, patet exemplum, teſtator iubet ꝙ in domibus ſuis prędicatores, & minores, & alij medicantes ſe conferant ad habitandum, & in domibus illis ad celebrandum diuina officia pro ſalute animæ teſtatoris. Nam de iure id non licet illis medicantibus. de exceſ. præl. c. vno. lib. 6. de pe. cle. cupientes. tamen vſus ad quem relinquitur eſt honeſtus, quia pro ſalute animæ eius relinquebatur, uel propter diuina officia celebranda. Item patet exemplum, legat teſtator centum alicui ſacerdoti vt celebret in loco interdicto eo tẽpore quo ibi celebrari non debet, vt patet de ſen. excom. ca. vlti. lib. 6. Ille tamen vſus eſt honeſtus, quia propter celebrationem diuinorum. Demũ quæritur, cuius auctoritas, & quorũ cõſenſus requiritur, ut fiat conuerſio ad aliũ vſum, vel alium locũ ꝙtum ad autoritatẽ vr̃ ꝙ requirat auctoritas principis. ff. de admi. re. ad ciui. pert. l. legatum vel auctoritas Papę, ut cle. qa cõtingit. de reli. do. Alibi videtur dici ꝙ ſufficiat auctoritas dioceſani. de teſta. nos quidem. Rñdeo vbi ſine cã fieret conuerſio ad alium locũ, vel vſum, reqritur auctoritas principis, & ita intelligo cle. qa ꝙtingit. Si aũt conuerſio fiat ex cã legitima, tũc ſufficit auctoritas dioceſani, & ita intelligit̃. c. nos q-
38 dẽ. de teſta. Quantum aũt ad aliud, quorũ ꝙſenſus requiratur tex. videtur dicere ꝙ requiratur ꝙſenſus eccleſię cui legatur, & conſenſus hęredũ qui fuerunt grauati a teſtõre. ff. de vſuf. lega. l. legatum. Alibi vr̃ dicere tex. ꝙ ſufficit ſolus conſenſus eccleſię cui legat, vt. d. l. legatum. vbi ſi legat̃ ciuitati ad opus ꝙſtruendũ, ꝙ ꝙſtrui non poſſit, qa pecunia non ſufficit, ꝙ fiat ꝙuerſio ad aliud opus ꝙ eligit ciuitas cui legat̃. Alibi vr̃ dicere ꝙ ſufficiat conſenſus ſolius hęredis, de teſta, nos quidem,

Reſpondeo

Source : BIU Cujas

Reſpondeo,qñ vſus ad quem relinquitur,non pōt impleri de iure,& tunc conuerſio fiet ad alium vſum de conſenſu eccleſie cui legatur & de conſenſu hæredis grauati,& ita loquitur. l.legatum.de vſufr.le.ff.notandum tñ,ꝙ ſi teſtator nulli eccleſiæ legaret,ſed ſimpliciter iuberet fieri monaſterium ī aliquo loco, grauando hæredem, vt certam quantitarem diſtribuat pro educatione monaſterij, tunc ēt ex cauſa legitima nō poſſet dioceſanus ſolus ſine hæredis conſenſu ad alium locū conuertere, ſi tñ hæres fuiſſet negligens in exequendo uoluntatē defuncti, tunc dioceſanus ſolus ſine hæredis conſenſu poſſet ad alium locum connertere,& iſte eſt caſus de teſta. nos quidem. *Similiter* ſi legatur ad vſum qui de iure impleri pōt, ſed propter impedimentum facti impleri non poteſt, requirit ur conſenſus hæredis,vt d.c.nos quicem,& etiam conſenſus eccleſiæ cui legatur.Sed incidenter dubitatur,eo caſu,quo ex cā
39 legitima poteſt & debet fieri conuerſio † ad alium vſum,& ec cleſia cui legatur,& ēt hæres grauatus non conſentiunt in huiuſmodi conuerſione, an ep̄s ſolus habeat conuerſionem facere ad alium vſum vel locum.Reſpon.iſto caſu ſufficit auctoritas ſolius ep̄i,vt.C.de nup.l.1. & no. ꝙ ſi eccleſia cui legat̄ ꝓſentiat ep̄o volenti conuertere ad alium vſum, vel locum ex cā legitima,& hæres contradicat ep̄o, ad tuendam voluntatē defuncti fauebit eccleſiæ legatariæ, & non hæredi, & iſte eſt caſus in l.legatum.ff.de admi.re.ad ci.pert.Demum quæritur, teſtator iubet conſtrui eccleſiam dato ad id executore,quæritur an epiſcopus vel executor poſſit inuito hærede monaſterium male ſituatum transferre ad alium locum, & omittere eccleſiam edificare.Reſpondeo hoc non pōt, quia per id præiudicatur hæredi in iurepatronatus quod ſibi acquiritur ſi eccleſia edificatur.de iur.patro.c.nobis.& quia per edificationē
40 eccleſię memoria † defuncti conſeruatur.12.q.5.bonæ rei.de don.Apoſtolicæ.16.q.7.piæ mentis.Ita dicit Io.in addi. Spec. in titu.de inſtr.edi.ſub rub.de teſta.in §.nūc aliqui.ver.& ſcias. & per prædicta dicerem, quòd ſi teſtator iubet fieri capellam in eccleſia in qua ſunt multæ capellæ iam edificatæ, & illi capellæ legat multa bona pro dote eius & ſuſtentatione præsbyteri,quod eccleſia inuito hærede non poſſet hæredi aſſignare vnam capellam de iam edificatis, quia per hoc præiudicaret̄ hæredi in iurepatronatu.& quia per hoc non ſeruaretur voluntas defuncti,qui iuſſit capellam edificari,& ſe,& ſuos decedentes in ea ſepeliri. Demum quæritur,iubet teſtator eccleſiā fieri in ciuitate,an poterit hæres facere in Burgis illius ciuitatis,ita quod per hoc videatur ſeruari uoluntas defuncti,uidet̄ ꝙ ſic.ff.de verb.ſignifi.l.edificia.& l.qui in continentibus. vbi edificium vī Romæ fieri ꝙ fit in continentib. edificijs. ad idē.
41 l.2.eod.titu.† Cōtrarium eſt verum, cum verbis teſtōris ſit clarum,& ſic interpretatione non egeat.C.de leg.præſt.l.3.ca. 1. de offi.ordi.in 6.ſeruentur ergo verba.ff.de leg. 3. l.nō aliter. & hoc probatur per l.Quintus.ff.de an.leg. Item quia vulgus ſic recipit ciuitatem.ff.de ſuppel.lega.l.Labeo.bene facit.ca.ſi ciuitas. de ſent.excom. in 6. ſed diceres immo facit contra,in quantum ibi nomen ciuitatis protenditur,reſp.illud ex cauſa, vt ibi dicitur,propter ꝙ dico ꝙ cā ſuadēte,quia in ciuitate fieri non poteſt vllo modo,uel non congrue, vel honeſte,tunc in Burgis pōt fieri ex cauſa,ne legatum pereat.ꝙ eſt fauorabile,vt dictum eſt per c.nos quidem.de teſta.§.nunc vero.in ver. & ſcias.& in ver.ſed quærit Guid.de Suza. Demum quæritur, cum ſupra dixerim ꝙ poteſt fieri cōuerſio de vno uſu ad aliū ex cā,quando hoc ſit verum duo ſunt caſus. Primus eſt quando teſtator ſimpliciter iubet aliquid fieri ad certum & determinatum uſum,& nihil aliud expreſſit, tūc pōt fieri ad alium vſum ex cauſa,& ita loquitur.d.cap.nos quidem.clemen.quia contingit.de reli.dom.ff.de admi.re.ad ci.perti.l.legatum.ff. d vſufr.le.l.legatum.Secundus caſus eſt, quādo teſtator expreſſe prouidit,quòd ſi ille locus non impleretur,quòd illlud legatum reuarteretur ad hæredes ſuos,uel quia adijcit hanc clauſulā,ne in aliū vſum illud legatum cōuerteretur.de qua clauſula apparet.ff.de uſufr.leg.l.quidam prædia & tunc iſto caſu, & cā ſubſiſtente non poſſet fieri conuerſio ad alium uſum. & ita loquitur gl.ordi.ff.de annu.lega.l liberto. §.Lucius.ex qua
42 gloſſ. patet, ꝙ omnes leges † quæ dicunt quod pecunia ad vnum vſum relicta poſſit conuerti ad alium uſum ex auctoritate ſuperioris, intelliguntur quando teſtator nō prouidit qd debet fieri vſu non impleto,ad quem legatum eſt,ſed quando teſtator prouidit,quid debet fieri uſu non impleto ad quē legatum eſt,tunc non poteſt fieri conuerſio de vno vſu ad aliū. ita dicit Bartol.in l.liberto.§. Lucius.ff.de anu.lega.& glo. ibidem ſuper ver.repetitione.in ver.ſed hic expreſſe, ſed illa glo. in ſui principio ponendo opin.Roge.& Hugo. dicebat quod ex cauſa & auctoritate ſuperioris poteſt fieri conuerſio ad alium vſum. Dicendum ergo in iſto argu.videtur,quòd quandoque vſus ad quem legatur poteſt impleri de iure, & de facto,& per legatarium non impletur, illo non implente redit legatum ad hæredem.& de hoc eſt caſus.de donat. cum dilecti,& facit quod not.de condi.ap.uerum.& quod not.Innoc. de for.competen. uerum. ſi autem vſus ad quem legatur non poſſet impleri,tunc poſſet fieri conuerſio ad alium uſum auctoritate ſuperioris,vt d.l.1.& l.legatum.,eſto quod in teſtamēto eſſet clauſula ne ad alium vſum poſſet conuerti quam deputatum a teſtatore,& eſt ratio,quia voluntatem † teſtatoris de
43 bemus interpretari ſecundum ius commune,vt res magis valeat quàm pereat.de uerbor.ſignifica.abbate. ſed de iure commune, ſed de iure cōmuni ex cauſa poteſt illa conuerſio fieri ad alium uſum. Notandum tamen, ꝙ ſi hæres eſſet grauatus pecuniam conuertere in certum uſum qui poteſt de iure, & de facto impleri,tunc eo negligente implere fieret deuolutio ad epiſcopum,qui exequeretur uolūtatem defuncti,& ita loquitur.c. nos quidem.de teſtamen. & quoniam ſupra dixi ꝙ ex cauſa poteſt fieri conuerſio de uno uſu ad alium eſt utile hoc ſcire. Propter ꝙ inſurgit talis qō, teſtator legat alicui eccleſiæ ad uſus priuilegiatos, de quibus non debetur canonica ep̄o,ut patet de teſtam.cap. fin. Modo iuris permiſſione & ex cauſa legitima mortuo teſtatore fit conuerſio ad uſum non priuilegiatum, quæritur an de tali legato debeatur canonica epiſcopo,& vidētur quòd non, quod probatur iſtis rationib. ſtatum perſonæ legatarii conſideramus ſecundum mentem teſtatoris.de rer.dub.l.ſi cognatis.ff.de fideicom.lib.l.generaliter.ergo & qualitatem uſus ad quem legatur conſiderabimus ſecundus tempus mortis teſtatoris. Item tempore mortis teſtatoris eccleſia cui legabatur erat exempta a canonica portione, ergo poſt mortem non poteſt incipere obligatio p̄ conuerſionem ad uſum non priuilegiatum, quia obligatio
44 † non contrahitur ſine conſenſu.ff.de ac.& ob.l.oblationum. item illa translatio ad uſum non priuilegiatum videtur ſine præiudicio eccleſiæ,cui legabatur ad uſum priuilegiatum. ff. ne quid in lo.pub.l.tertia.§.ſi quis a principē. de aucto. & uſu pal.cap.ex tuarum.de offic.delega.ſuper eod.item illi eccleſiæ erat ius quæſitum,ut non teneretur epiſcopo ad canonicam, ex quo legabatur ad uſus priuilegiatos. Sed conſtet ꝙ epiſcopus non poteſt tollere ius, quòd competit alicui eccleſiæ. de re.ec.non ali.cap.primo,de conſuetu. cum dilectus. item eccleſia ius retinendi habebat tllam cunonicam contra epiſcopum,immo habebat ius illius canonicæ,quia legabatur ad vſus priuilegiatos,ſed id quod noſtrum eſt ſine noſtra uoluntate a nobis euelli non poteſt, ut in regu. id quod noſtrum. de regul.iur.libro 6.item uſus non priuilegiatus ad quem fit trāſlatio ſapit naturam uſus priuilegiati,& ſuccedit in locum uſus priuilegiati,ergo ſortitur naturam uſus priuilegiati, ſicut dicimus in actione ſurrogari in locum alterius actionis quę ſapit naturam actionis in cuius locum ſurrogatur.ff.ſi buis cau. l.ſi cum.§.iniuriarum.

In contrarium videtur ꝙ debeatur, ꝙ conſideramus uſum non priuilegiatum ad quē fit conuerſio.de ſta.mona. recolentes,& facit qnod no.gl ne ſed.vac.c.1.Præterea ex quo in cōſe
45 cratione ad alium uſum requiritur conſenſus † eccleſiæ cui legatur.ff.de uſufr.le.l.legatum.eccleſia conſentiendo illi cōuerſioni vī renuntiare ius ſuū,quod ſibi competebat in retinēdo canonicam ep̄alem.de don.paſtoralis.ff.de lega.1.l.ſi fundum per fideicommiſſum.& l.nihil proponitur.& de lega.2.l.cum pī libertis.& l.codicillis.§.2.de pig.l.ſi fideiuſſor. §.1. Quid dicemus ecōtra,ſi teſtator legat eccleſiæ ad uſus non priuilegiatos,& ſic debetur canonica epiſcopo,& mortuo teſtatore ex cā fiat conuerſio ad uſus priuilegiatos, an debebitur canonica epiſcopo,vī,ꝙ aut conuerſio fiat auctoritate principis, & tunc debeatur canonica, quia princeps p̄ illam conuerſionē non intēdit tollere ius dioceſani niſi illud exprimat. de priuil. paſtoralis. ſed ſi illa conuerſio fiat auctoritate dioceſani nō debeatur ſibi canonica,quia conſentiendo præiudicare videtur ſuo iuri.Sciendum, ꝙ quia ſupra de incertis & male ablatis fa
46 cta eſt mentio,eſt reperire tres caſus † & triplicem formam relinquendi.Prima forma eſt,qñ teſtator præcipit hæredi, ut reſtituat incerta & male ablata,nec exprimit quantum extorſit, nec exprimit perſonas a quibus extorſit, & tunc iſta teſtatoris diſpoſitio de iure eſt inualida &hoc p̄ p incertitudinem p̄ſonarum,a qb. fuit extortum,& p̄ p incertitudinē eius ꝙ fuit extortū. Oportet igitur apparere p̄ſonas a quib. teſtōr extorſit,q̄ non iure legati repetēt ꝙ eſt extortum.Sed agent quia extortū eſt illicitum.Secunda forma eſt, qñ teſtōr exprimit quātitatē,ſed non exprimit perſonas,a quibus extorſit,patet exeplum,qñ dato executore legat illi cētū, & mādat ꝙ diſtribuat incerta & male ablata,nec exprimit p̄ſonas a quibus extorſit & tunc d3 reſtitui illis a quibus eſt extortū,aliàs pauperib.erogari.de vſu.cum tu.de iud.cū ſit.Sed circa iſtum articulum incidēter q̄rit̄,pone ꝙ teſtōr legat centū pro incertis male ablatis dato executore ad illa reſtituēda, & ſolū reperit̄ una p̄ſona a qua teſtōr. 10.tñ extorſit, & re uera a nulla alia p̄ſona aliqd aliud extorſit illicite, q̄rit̄ qd fiet de illo reſiduo a dictis. 10.ſup. an paupcrib. erogabit̄,an vero remanebit apud executorē & eius cōmodo,an uero apud eius hī̄dē,& vī ꝙ pauperibus erogetur,ex quo non extat alia p̄ſona a qua ſit extortum, vt d.c.

Source : BIU Cujas

cum ſit.& c.cum tu.In contrarium vī q̄ non erogetur paupe
47 ribus,quia illę decre. loquuntur de incertis † & male ablatis q̄
pauperibus erogantur, ſed non poterat dici male ablatum il-
lud reſiduum,an ergo remanebit apud executorem?Reſpon
deo aut ille executor erat deputatus,vt nudus & merus minr
ſter,& tunc non remanebit apud eum,ſed debet redire ad hæ
redem.de leg.2.l.ſi quis Titio.& l.codicil.eod.tit.in prin.& de
leg.3.l.pater.§.Tuſculanus.de adi.leg.l.filio.§.mater.Si autem
non erat nudus miniſter, & tūc remanebit apud executorem
aliàs legatarium, dicitur autem nudus miniſter ille qui nullū
ſentit commodum ex legato,ita dicit glo.in d.l. Titio.de leg.
2.Tu dicas,q̄ quandoque in aliquem conferuntur verba di-
ſpoſitiua vt in hoc exemplo,lego Titio.10. quæ volo eum re
ſtituere Seio,vel volo q̄ Titius iſta 10.reſtituat Seio, & tunc
iſte Titius eſt legatarius. Item ſi teſtatoris diſpoſitio conferat
tacite in illum Seium, quia teſtator uoluit q̄ ille Titius reſti-
tueret illud legatum poſt certum tempus. Nā tunc ille Titius
eſt legatarius,& ſentit commodum ex legato propter interu
ſurium medij temporis,facit de condi.& demonſt.l. ſi quis.Si
vero in eum non conferuntur uerba diſpoſitiua tacite uel ex
preſſe, ſed ſolum ei committitur executio facti,tunc ſiquidē
habet cōmodum ex diſpoſitione defuncti, non ex dicto le-
48 gato,ſed aliunde,vnde † ſi unum ex hæredibns fecit executo-
rem vel executori aliquid legauit, tunc non dicitur nudus mi
niſter, quia poteſt conueniri a legatarijs.vt l.ſi a pluribus, de
leg.2.& debet ſatiſdare,de leg.1.l.quidam.§.pen.quod non fa-
cit merus executor.l.diuus. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. Si
vero in eum non confertur diſpoſitio tacite vel expreſſe, nec
commodum aliquod ſentit ex uoluntate defuncti, tūc eſt me
rus miniſter,de quo loquitur.l.ſi quis Titio.& d.l.diuus.Super
prædicta autem.q.quando conſtat ſolum.10.extorta & male
ablata quid fiet de reſiduo.10.in addi.Spec. ſuper d. § & ſcias.
dicit, quod ſi teſtator legat centum pro incertis, adiecta illa
clauſula,quod non uolebat expendi in aliam cauſam.& 10.tā
tum ſint extorta,q̄ reſiduum reſtitneretur hæredi, nec in aliā
cām conuertetur. ſi vero illud non fuit dictum, tūc executor
reſiduum illud poterit & debebit conuertere in aliam piam
cām, & bene facit executor ſi illud facit de conſilio epiſcopi
vel hæredis.ff.de vſufru.leg.l.legatum.ff.de condit.& demon.
l.Ariſto.de teſtam.c nos quidem.& in auc.de eccl.ti.§. ſi quis
49 in cauſam.& §.ſequen.Tertia forma diſponendi † eſt de incer
tis,& male ablatis,quando teſtator exprimit perſonas,a quib.
extorſit,& exprimit quantitatem,vt lego Titio centum,quia
ab eo illicite extorſi,& iſto tali caſu valet legatum,licet ſit fal
ſa cā propter quam legatur,hæc vera,niſi appareat,quod teſta
tor aliàs non eſſet legaturus,uel niſi cauſa exprimatur p̄ mo-
dum conditionis.ff.de condi.& demon.l.demonſtratio. §.qđ
autem.& inſti.de le. §. longe.ſed dices quod legatum uitietur
ex falſa cā appoſita in legato per errorem legantis, vt.l.1.C.de
fal.cauſ. Reſpon. quædam eſt cā quæ legato non cohæret, vt
qñ cauſa non erat obligatoria, tunc non dicitur cohærens le-
gato,quia cauſa proxima erat mera liberalitas.ff.de legat. 2.l.
legatum.ff.de donatio.ergo illa incerta,& remota,& non co-
hærens, dicitur impulſiua, & ſi illa eſt falſa non uitiatlega-
tum,niſi probetur quòd aliàs teſtator relicturus non fuiſſet,
vt l.cum tale.§.falſa.ff.de condit.& demon. quia tunc uitiatur
opeexceptionis.Quædam eſt cauſa inhærens legato, ſi cauſa
eſt vera,vt quando cauſa eſſet obligatoria, & tūc probato er
rore uitiatur diſpoſitio.vt d.l.1. Illa enim erat cauſa finalis p̄-
xima legandi & nulla alia.facit quod no.doc.in d.l. demōſtra
tio falſa. his autem ſic declaratis in his quæ teſtator diſponit
in incerris & male ablatis,redeamus proſequendo alias quæ-
50 ſtiones.† Quæritur ergo ſi teſtator legat pro equis & armis &
pro ſuccurſu terræ ſanctæ,an debebitur canonica epiſcopo.
Non videtur.de ſepul. in noſtra. licet ibi loquitur in canoni
ca parochiali.dicas tamen idem in canonica epiſcopali,& ra-
tio eſt, quia hoc legatum reſpicit perſonam quæ debet acce-
dere pro ſuccurſu terrę ſanctæ,ut de uoto,q̄ ſuper his. & ca.
ex multa ſed conſtat,quod de his q̄ legantur intuitu & ex cō-
templatione perſonæ non debeť canonica. de teſta. requiſiſti.
Quid ſi legaťpro tunc iſtis pauperū? Rñdeo non debetur ca-
nonica.rō.q̄a iſtud eſt legatū pauperibus.in gñe.de cōuer.cōi-
iu.c.dudum.ſuper uerbo,pauperū.ltē quia iſtud legatū eſt cō-
templatione p̄ſonarum, & non contemplatione alicuius ec-
cleſiæ,de teſta.requiſiſti.de verb.ſign.ex par. 3. Quid ſi aliquis
inſtituat hæredem eccleſiam collegiatā, & iubeat q̄ fructus
hæreditatis diſtribuat pro tertia parte in curam infirmorum
eiuſdem collegij,& pro alia tertia parte pro ſubſidio fratrum
eiuſdē collegij,an debebitur canonica,hic conſiderādum eſt,
an hoc ſit relictū ꝙtemplatione p̄ſonarū,& non debeť canoni
ca.de teſtam.requiſiſti.de verb.ſigni.ex par.3. Si aūt ꝙtempla-
tione eccleſiæ,tunc debeť.vt d.c.requiſiſti.Si vero mixtim.ſ.ꝙ
templatione eccleſiæ & p̄ſonæ,& tunc vī q̄ non debeť cano-
51 nica,quia † potius debet attendi rō perſonarum quā loci, id
eſt ipſius eccleſiæ.ff.de lib.leg.l.ſi is qui.& in diuiſibili negotio
inſpicitur p̄ſona illius,qui plurimum,non eius qui minimum
capit,vt d.l ſi is qui duos. Item illud legatum tanq̄ legatum ali
mentorum cohæret perſonæ,& ſic vī fauore perſonarū prin
cipaliter relictum.ff.de min.l.3.§.ſi quid filio.ff.de vſur. l.in fi-
deicommiſſi. §. cum Polidius. ideo autem fauore p̄ſonarum
principaliter relictum.ff.de ruin.l.3.§.ſi quid filio. ff. de vſur. l.
in fideicommiſſi.§ cum Polidius.ideo aūt fauore p̄ſonarum
ad hoc vt eccleſiæ magis & melius deſeruiať, & maxime in di
uinis.ff.de iudi.l.non alias.de reſcrip.c.fi.lib.6.Cum igitur prin
cipaliter inſpiciamus perſonas, ſecundario vero inſpiciam⁹ lo
cum.i.ipſam eccleſiam,non vī canonicā deberi.& idē videtur
de eo q̄ relictum eſt ad vſum ſtudij, ſc3 pro ſubſidio ſtudētiū
in ſacra pagina. Nam ſtudium Theologiæ videtur æquipara-
ri legato pro fabrica eccleſiæ.de reliq.& ven.ſan.ca.1.† Itē qđ
ſtudere cohæret perſonæ,& p̄ſonā reſpicit,& non eccleſiā.de
cle.bonæ & cap.innotuit.de mag.c. 1. & idem vī de eo q̄ re-
linquitur illis de collegio pro ſubſidio veſtimentorum, nam
iſta ſunt ſubſtantialia vitæ humanæ & perſonarum.ff.de capi.
di.l.legatum.de adi.leg.l.ſeruos.& l.legātos.de verb.ſigni.l.ver
bo uictus.effectus. n.iſtius legati proficit ſingularibus de col.
legio & cohæret p̄ſonis eorū, ſicut eſt cura infirmorum quæ
cohęret p̄ſonis.de infan.& lang.c.vno.de cle.egro.c.1.ergo vt
ſinguli conſiderandi ſunt.ff.ſi quis ali.teſta.prohi.l.1.§.ſed ſi le
gatum.C.de fideicom l.eam quam.item cohæret perſonæ ha
bere ſubſidium pro indumentis & ueſtimentis.48.diſtin.ſicut
hi. Ad ſubſidia enim vitæ pertinent,ut d.c.ſicut hi.& l.legatū.
& facit.ff.de adi.le.l.ſolent.Item ſtudere in ſacra pagina cohæ
ret perſonis.de præben licet.Item licet in legatis ad cultum di
uinum ceſſet canonica,vt.c.vlt de teſta. tñ legare pro curatio
ne infirmorum,uel in ſubſidio veſtimentorum, uel pro ſtu-
53 dio in theologia non pertinet † ad cultum diuinum,ergo ca-
nonica debetur,id reperio dom.Bald.conſuluiſſe. Sed contra
rium tenet do.Card.de Turdeto. in opere q̄ fecit ſuper cano-
nica portione. Aduerte duos caſus.Primus eſt, qñ eccleſia in
ſtituitur hæres.ſed iubet teſtator fructus hæreditatis diſtribui
pro cura infirmorum, vel ueſtimentis, uel ſtudio illorum de
collegio, & tunc dēhmōi hæreditate debetur canonica por-
tio,& eſt ratio,quia dñium hęreditatis q̄ritur eccleſię ſed ca-
nonica debetur ēpo de his,q̄ obueniūt eccleſię iure legati,uel
iure inſtitutionis. de teſt.requiſiſti. & licet fructus hereditatis
diſtribuantur inter ſingulares de collegio,tñ non agimus hic
de canonica reſpectu fructuū, qui ueniunt diſtribuendi, ſed
agimus de canonica reſpectu proprieta.quę quęritur eccleſię
ex illa inſtōne, p̄ quam inſtōnē tranſit dñium in hęredem. ff.
de acq.poſſ.l cum hęredes. Secundus caſus eſt, qñ teſtator le-
gat pecuniā erogandam pro cura infirmorum, uel pro ſubſi-
dio ueſtimentorū,uel pro ſtudendo in ſacra pagina, uel iubet
teſtōr, ut hęres fructus alicuius p̄dij ipſius teſtōris diſtribuat
pro cura infirmorū,uel pro ſubſidio ſtudentium in theologia
p̄ſonarum alicuius collegij,& tunc canonica non debeť ēpo,
quia iſta legata cohęrent p̄ſonis, & fiunt contēplatione perſo
nę,& non contemplatioue eccleſię,quia hmōi cauſę nō poſ-
ſunt reſpicere eccleſiam,ſed p̄ſonas tñ vt ſingulares. Nec ob.
q̄ no.de teſtam.cap.fin.vbi dicit,q̄ quando aliqua relinquun
54 tur † ad diuiſionem ſingulorum dētur canonica, dicit.n.text.
in l.in ciuitatibus.ff.de leg.1. q̄ ad diuiſionē ſingulorum perti
net qñ aliquid legatur p̄p alimēta infirmorū, quia dictum Io.
& Vinc.debemus intelligere qñ teſtōr legat fundum alicui ec
cleſię, q̄a licet iubeat fructus illius fundi diſtribui inter ſingu-
los de collegio pro eorum alimentis,tñ de illo legato debebiť
canonica.Sed ſi teſtōr nil reliquit eccleſiæ.ſed illis de collegio,
adiecta iſta cła,pro cura infirmorum,uel in ſubſidiū ueſtimen
torum,tunc non debeť canonica,nec obſt. q̄ ſi legatur illis de
collegio uideatur legarū collegio, de teſta.requiſiſti, q̄a illud
eſt verum,qñ legatur ſimp̄r,ſecus ſi contemplatione p̄ſonæ,
vt d.c.requiſiſti.quia & contemplatione perſonæ videatur le-
gari, qñ talis cā exprimiť in legato q̄ neceſſario cohæret p̄ſo-
næ,& a p̄ſona non ſit ſeparabile,ſicut eſt in caſu p̄poſito qñ le
gatur p̄p cās de quib. in p̄poſita. q.& ex his vī q̄ ſi annui red-
ditus legarentur illis de collegio p̄p cās p̄pictas,quod ceſſaret
55 canonica,Quid ſi teſtator legat † hoſpitali pro lectis pauperū,
an debeať canonica ēpo,vī q̄ ſic.de ſepult.in nr̄a,ſed ibi loqui
tur de canonica parochiali.Sed dices tu,q̄ non competit ca-
nonica,quia cā p̄p quā legatur cohæret perſonæ, ſicut eſt ia-
cere in lecto: Rñdeo proprietas lecti acquiritur hoſpitali,licet
uſus ipſius rei cohæreat p̄ſonæ, & iō reſpectu illius p̄prietatis
cōpetat ēpo canonica,vt d.c.requiſiſti.Quid ſi teſtōr legat pro
miſſis dicendis, qñque. n. teſtōr legat rectori alicuius eccleſiæ
in qua ſepeliť uel non ſepelitur, aliquā quantitatē pecuniæ pro
miſſis dicēdis,uet ēt damnat hæredē, ut dici faciat miſſas pro
aīa defuncti,non exprimēs de p̄sbyteris qui debeāt miſſas ce-
lebrare,ſicut ſunt multi q relinquunt dici miſſas ſancti Grego
rij,vī q̄ debeatur canonica,quādo legatur rectori alicuius ec
cleſiæ,quia quæ legantur rectori eccleſiæ videtur legari ꝙtēpla
tione eccłiæ.de teſta. requiſiſti. itē quia iſte nō eſt de caſibus

exce-

Source : BIU Cujas

ēxceptuatis.cap.fin.Remanet ergo ſub generali regula ꝑ quã epiſcopus habet canonicam,ut c.requiſiſti. Non obſt.ꝙ noīa tim fit ꝑsbitero legatum,quia cum tanꝝ curatus habeat admi niſtrationē,uel prẽlationem,ſemper ꝑſumit legatū eſſe eccl'iæ
56 non ꝑſonæ,ſicut.n.interpretari debemus † pro ſalute aīę legã tis,vt legas ſe videatur rõne publici officij potius ꝙ rõne perſonæ, ꝙa validiora & efficaciora ſunt orõnum ſuffragia facta rõne publici offi ꝙ vt a priuata, ſeu ſingul.ꝑſona,ꝙa in primo caſu nulla orantis malitia impedit orõnis effectum. 1.q.1. ſi fuit.de conſecr.diſt.4.qũo. Item non obſt.ꝙ datur pro miſſis. Si.n.bene inſpiciamus totum ꝙ datur eccleſiæ,ſiue in vita,ſiue in morte,datur ꝑ miſſis cantandis,ꝙ conſiſtunt in cõſecra tione ſanguinis & corporis Chriſti,cuius effuſione ipſe Chri ſtus eccleſiã ſibi copulauit.Eſt.n.hoc ſacr'm cibus aīæ, & peccatorum remiſſio.de conſecr.diſt.2.non eſt,eſt.n.orõnum ec cleſiæ finis, ad quem finem oẽs eccleſiaſtici ordines ſaltẽ citra ep̃alem ordinantur,ideo licet ſint plures ordines, rõne tamen vnius finis ordinantur & dr̃ vnum ſacramentum,vt not. Archid.32.diſt. in princip. & pro iſta parte conſuluerunt Pau.de Leaz.& Vb.de bo.vt refert dom.Car.de Tuder in ſuo opere. vbi idem tenet ipſe.nec obſt.ꝙ no.Ioan.& Hoſt.de verb.ſigni. cum inter. quia ibi in relictis pro miſſis dicendis. in 7. 20. uel 30.Sed hic in legato ſimpl'r pro miſſis dicendis.nec obſt.ꝙ no. de ſepul.cle.dudum.vbi parochialis habet quartam pro miſſis dicendis,quia habet de legatis ad vſus priuilegiatos. In ꝯrium vr̃,ꝙ non debeatur canonica,quia iſtud cenſetur quodãmomodo anniuerſarium,in quo ceſſat canonica.de teſta. cap.fi.
57 Item quia iſtud cenſetur legari † contemplatione perſonę ſacerdotis, qui debet miſſas celebrare.i.pro labore ipſius ſacerdotis,ꝙ labor cohæret perſonæ,vt.ff.de an.le.l.ſcio.item ꝙa teſtor non habuit reſpectum ad eccleſiã , ſed ad ꝑſonam ſacerdotis,& ſic non legauit,nec legare ꝑſumitur contemplatione eccleſiæ, ſed intuitu & contemplatione perſonæ, & ſic ceſſat canonica,vt d.c.requiſiſti.de teſtam.Maxime aũt hæc ꝓcedũt qñ teſtor legauit pro miſſis dicendis,non exprimens de rectore alicuius eccleſiæ ꝙ debeat miſſas celebrare,ſed in genere dãnauit hr̃dem,vt faceret miſſas celebrare.Iſto.n.caſu cũ hr̃s eligat perſonam ſacerdotis qui celebrat miſſas, electio reſpicit ꝑſonam ſacerdotis,& non eccleſiam,vt.ff.de leg.2.l.quidam.ꝙa iſto caſu nihil teſtator reliquit alicui eccleſiæ, vel alicui perſonæ ꝓtemplatione eccl'iæ, ex quo non expreſſit nomen rectoris alicuius eccl'ię,ſed & ſic in gñe locutus eſt de ſacerdotibus, qui celebrent diuina. quod quidem celebrare competit rõne ordinis,& non rõne eccl'iæ,cui celebrans ꝑeſt,vt de celeb.miſ. c.1.Et pro hoc vr̃ caſus,quod non debetur canonica eꝑo. vt, de verb.ſigni.ca. ex part.3.niſi ꝯſuetudo illud diſponat, vt eo. titu.c.cum inter.vbi ꝑ Ioã.& Hoſt.Nec obſt.clem.dudum.de ſepul.vbi debetur canonica pro miſſis dicendis,quia ibi loqui
58 tur de canonica parochiali, quam canonicam curatus † recipit de legato quod legatur fratribus prædicatoribus & minoribus,hæremitis,& carmelitis,qui præſtant quartam, ad quoſcunque vſus ẽt priuilegiatos legetur.Glo.ſuper.d.clem. ſuper verbo,funerabilibus,dicit quod de iure cõi de eo quod legatur pro miſſis dicendis non debetur canonica epiſcopo, licet non legatur pro ſeptima.20.vel 30.&c. Dicebant quidam,qđ ſi aliquis legat præsbytero alicuius eccleſiæ pro miſſis dicẽdis debetur canonica eꝑo,licet ille præsbyter ſit annalis & ſeruiat pro mercede,qm̃ tale legatum vr̃ factum intuitu & contẽplatione eccleſiæ,ex quo ibi celebrat,arg.d.ca.requiſiſti.de teſta. de verb.ſigni c.cum iuter.& c.ex parte.ff.de an.leg.l.annuam. §.1.Hæc vera niſi legaretur contemplatione & intuitu perſonæ ſacerdotis. Concludamus ergo, ꝙ ſi teſtator iubet anniuerſarium fieri, & pro miſſis dicendis legat aliquid, tunc non debetur canonica eꝑo.de teſtam.c.vltim. ſecus ſi legat ꝑ miſſis dicendis in genere,non exprimens per quam perſonam dicantur llæ miſſæ, nec exprimens pro miſſis dicendis in anniuerſario. Ex prædictis patet,ꝙ ſi teſtator legat pro anima ſua aliquid alicui eccleſiæ pro miſſis dicendis, & pro officiãdo in capella conſtituta in dicta eccleſia,& ꝙ de pecunia legata ematur poſſeſſio,cuius fructus ſint pro ſuſtentatione capellani,ꝙ de illa poſſeſſione epiſcopus habebit portionem canonicam.
59 Quid ſi teſtator † iubet eccleſiam nouiter edificari,& eccleſiã edificandam inſtituit hæredem propter hanc cãm,vt talis eccleſia edificetur,an de huiuſmodi hæreditate debebitur canonica portio epiſcopo.Præmitte,ꝙ eccleſia nouiter edificanda ẽt antequam edificetur põt hæres inſtitui, ꝙ inſtitutio ſortitur effectum,cũ eccleſia edificata eſt.de eccl.edifi.c.ad audientiã. 2.ff.de ſerui.ruſtic.p̃d.l.ſi ſeruitus.§.futuro.Sc̃do præmitte,qđ eccleſia nouiter edificata non debet aliter conſecrari, nec a prin.aliter fundari, niſi ei dos competens aſſignetur. de conſecr.eccl.vel alta.cũ ſicut.de conſecr.diſt.1.c.nemo.& in auc. vt nullus fabricet oratorij domum.§.1.colla.5.& in auc. vt determinatus ſit numerus cleri coll. 1. §.1.& ſi hoc omiſſum ſit in fundatione,quia dos non fuit aſſignata, non debet conſecrari,niſi dos ante conſecrationem ei fuerit aſsignata.16.q.vl-
ti.c.piæ mentis.& 1.q.2.c.placuit. Tertio p̃mitte quod fundator eccleſiæ tenetur ex debito ad eccleſiam dotandam,vt d.c. cum ſicut.de conſecr.eccl.vel alta.Conſiderandum eſt ergo, ꝙ quando teſtator eccleſiam,hæredem inſtituit, exprimens quod illa hæreditas ſit loco dotis,& tunc non debetur canonica.Ratio,quia illa dos cenſetur ad perpetuum cultum diuinum.de teſta.c.vltim.quo caſu ceſſat canonica eꝑalis.Itẽ quia dos illa debet eſſet libera.i.abſque vllo onere.de cenſib.ca. 1. Sed non eſſet libera,nec ſine onere, ſi deduceretur canonica. Idem ſi teſtator non expreſsit ꝙ hæreditas ſit loco dotis, quia in dubio videtur velle inſtituere eccleſiam hæredem ex cauſa dotis,ex quo ex debito ad eam dotandam tenetur.argu.optimum de ſolu.l. & magis.obligatus. † n. ex diſpoſitione legali
60 videtur legare animo compenſandi,vt dicit Iac.de Aret.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolut.matrimo.vbi ẽt per Bartol.Sed iuxta prædicta incidenter dubitatur,cum dos debeat aſsignari eccleſiæ,& quanta debeat eſſe iſta dos plene hr̃ in d.c. cum ſicut.de conſe.eccl.vel alta.Quid ſi hæreditas ſit magna & ſufficiens vltra dotem,& epiſcopus ꝑ dote eccleſiæ velit aſsignare partem hæreditatis,quæ ſufficiat ad dotem. An de reſiduo epiſcopus habebit canonicam.Reſpondeo ſic,quia illud reſiduum non eſt dos,nec cedit loco dotis, ergo debetur canonica ſicut & de alijs quæ obueniunt eccleſiæ,vt in d.c.requiſiſti. de teſta.Secundo incidenter quæritur, ſi teſtator expreſſit, ꝙ tota hæreditas eſſet loco dotis eccleſiæ,& pars hęreditatis ſufficiat ad dotem,an de reſiduo debetur canonica,vr̃ ꝙ nõ, ꝙa voluntas teſtatoris debet obſeruari,vt l.in conditionibus.ff. de condi.& demon.contrarium eſt verum,cum illud reſiduũ non ſit dos,non poteſt teſtator priuare epiſcopum ſua canonica portione,vt eſt caſus.d.c.requiſiſti.de teſtam. Tertio inci
61 denter q̃ritur,ſi eccleſia ſit † ſufficienter dotata,& demum teſtator aliquid legat illi eccleſiæ,exprimens ꝙ illud legatum ſit pro dote eccleſiæ, an portio canonica debeatur eꝑo; Rñdeo debetur.Nam illa cã pro dote &c. licet habeat ſe per modum cãæ, tñ illa cenſetur falſa,ex quo eccleſia erat dotata, & falſa cã tunc uitiat legatum,vt l.falſa demonſtratio.ff de condit.& demon.Perinde ergo habetur ac ſi illa cã falſa non eſſet adiecta in legato, quo caſu eſt indubitatum ꝙ eꝑo debetur canonica,vt d.c.requiſiſti,de teſt.quod ſi teſtator inſtituit hęredem uniuerſalem altare,& quod fructus ſpectare debeant ad ſacerdotem,qui erit deputatus altari ad officiãdum altare, & ꝙ bona ſint prædicti altaris pro uita,& ſuſtentatione clerici,an epiſcopo debeatur canonica de illa hæreditate, ſi tale altare non erat primo dotatum, videtur quod debeatur canonica, quia illa hæreditas non eſt aſsignata per epiſcopum pro dote altaris, nec eſt relicta pro dote altaris, licet ſint appoſita illa uerba, quòd fructus pertineant &cæt. nihil operatur vltra ius commune, quo fructus bonorum eccleſiæ cedunt ſacerdoti pro ſuſtentatione ſua,de offi.ordi.cap.pñti,libro.6.de electio.generali,in fin eod.libr. Reſpondeo, cum dos debeat aſsignari illi altari per eum,qui iubet illud altare conſtrui, de conſecr.eccl.vel altar.capitu.cum ſicut,de conſecr.diſtin.1.nemo,quòd ſi hæreditas illa erat ſufficiens ultra ſufficientiã dotis debetur canonica epiſcopo, ſi autem pars hæreditatis ſufficeret pro dote,tunc quatenus eſſet ſufficiens,ultra ſufficien-
62 tiam dotis debetur canonica, quid † ſi relinquatur pro mortuarijs, & funeribus. Reſpon. debetur canonica, caſus eſt in capitu. conquærente,de offic. ordinar.de teſta. officij, debetur etiam pro his quæ relinquuntur pro ſepultura vel pro alijs ſacramentis , vt dicit Innocen.de ſepul.cap. ſecundo. Dicuntur autem mortuaria ea, quæ quis reliquit pro anima ſua in morte, ut dicit glo.in d.capitu.conquærente,& idem Ioan. ibidem. Dicuntur etiam mortuaria illa quæ offeruntur pro mortuis,ut dicit Ioan.de Ligna. in d.capitul. conquærente. Funeralia autem dicuntur illa quæ cum funere deferuntur. ut in clementi.dudum,de ſepultu.in gloſſ. ſuper uerbo,funeralibus , & per prædicta uidetur quod non ſolum debeatur canonica epiſcopo de his quæ teſtator legat pro mortuarijs, ſed etiam ſi teſtator nihil legat pro mortuarijs, ſed filij uel conſanguinei teſtatoris aliquid conferuu pro ipſo mortuo tempore ſepulturæ, uel deferantur cum funere, nulla præcedente ſuper hoc diſpoſitione morientis. Quid ſi aliquid legatur pro cereis ad illuminandum corpus Chriſti, uel pro candelis quæ dantur præsbyteris tempore ſepulturæ; Reſpõdeo, de his non debetur canonica portio epiſcopo. Caſus eſt in capitu. vltim.de teſtam. ibi, luminaribus &c.& per prędictam decre. videtur, quod ſiue teſtator legat pro huiuſmodi cereis & candelis ſine nulla præcedente diſpoſitione teſtatoris, uel morientis, eius filij, & conſanguinei pro honore corporis defuncti tranſmittant cereos accenſos unà cũ corpore defuncti tempore quo traditur ſepulturæ,portio canonica non debeatur.Nec obſt.qđ no.in cle.dudum,de ſepul. ſuper uerbo,funeralibus,quia ibi loquitur de canonica parochiali, quæ debetur ſacerdoti parochiali, etiam ſi talia obueniant fratribus minoribus, & prædicatoribus ad uſus

Source : BIU Cujas

priuilegiatos Quid ſi legatur pro campana emenda. Reſpon
63 deo qđ † non debetur canonica epiſcopo, quia iſta ſpectat ad ornamentum eccleſiæ,& eſt neceſſaria pro conuocatiõe populi ad diuina ỏfficia,& ad diuinum cultum pertinet, de priui.parentibus,de pę.& re.quod in te,facit de ſen.excom.c.vlt. lib.6.de conſue.quod in te,& facit quod no.in clemẽ.1.de inde. Quid ſi legetur vt fiat aliqua imago vel figura de argẽto, vt ponatur in eccleſia, & fit talis imago ad ſimilitudinem teſtatoris,vel ſit ex voto,ſicut faciunt multi magnates cum eis naſcitur filius,ſicut videmus in ſtatua dñi Cardi. de Francia, & filij dñi Ducis Mediolani, quæ ſtant in Baſilica Beati Petri, vr̃ quod non debeatur canonica,cum id pertineat ad ornamẽtum,& pulchritudinem eccleſiæ,vt c.fi.de teſt. & eſt caſus in l. 2.C.de ſtatu.& imagi. vbi ſtatua talis pertinet ad ornamẽta loci in quo ponitur. Item quia talis ſtatua pertinet ad honorem illius qui ſtatuam erigit.C.de ſta.& imagi.l.vltim.& qñque populus facit ſtatuam ad honorem, & perpetuam memoriã decedẽtis in ſeruitio reipubli.ff. de origine iur.l.1.§.ſeruius aũt,
64 & quod ad ornatum loci ſpectat ſtatuas † ponere, eſt caſus in l.ſtatuas.C.de relig. Sed iuxta prædicta quæritur,cum ſupra dixerim ꝙ de mortuarijs & funeralibus debeatur canonica Epiſcopo. Quid dicemus cum ſæpe contingat ꝙ teſtõr damnat hæredem,vt emat pallium de ſirico vel de auro, & illud legat alicui eccleſiæ,ad hoc vt deferatur poſt mortem eius ſup corpus eiuſdem,cum portatur ad eccleſiam, & cum traditur ſepulturæ,& faciet depingi arma ſua vt moris eſt. Et tale legatũ facit eccleſiæ ſub illo modo, ꝙ quoties contingat aliquem de deſcendentibus eiuſdem teſtatoris mori ꝙ rector illius eccleſiæ conferat illud pallium ad domum teſtatoris,vt cooperiat corpus eiuſdem decedentis,& portetur ad eccleſiam,& ſic ſuceſſiuis fiat temporib. quoties aliquis de illa domo deceſſerit. Et ſolent inſuper,& ꝙſueuerunt rectores talis eccleſiæ in feſtiuitatibus ſanctorum iſtud pallium ponere in eccleſia pro honore nobilium dictæ domus, & ẽt vt eccleſia magis appareat ornata. An de tali legato debeatur eꝑo canonica portio.Rñdeo,debetur canonica eꝑo. Et rõ eſt, quia illud legatum cẽſetur mortuarium ſeu funerale,& de mortuarijs,& funeralibus debetur canonica portio eꝑo,vt dr̃ in d.cap. conquærente.de offic.ordi.Et licet legatum ſit eccleſiæ ſub iſto modo,tñ domi
65 nium acquiritur eccleſiæ Sed conſtat † ꝙ canonica portio debetur Eꝑo de his quæ acquiruntur eccleſiæ,ex vltima uoluntate teſtõris.vt d.c. requiſiſti.de teſta. Nam qñ ſub modo legatur aliquid acquiritur dñium legatario, & ſtatim illud legatũ põt petere,præſtita tñ cautione de modo implendo.C.de his quæ ſub modo.l.1.& ff.de condi.& demonſt. l.qui hæredi.& l. Mutianæ.& de annu.lega.l.liberto.§.Lucius.Nec obſtat prędictis ꝙ de legato facto ab aliquo ꝑ ornamentis alicuius eccleſiæ non debeatur canonica portio eꝑo,vt d.c.vlt.de teſta.Quia ibi loquitur qñ legatur ſimpliciter pro ornamentis alicuius eccleſię.Sed in caſu propoſito illud legatum non erat relictũ principaliter ꝑ ornamentis eccleſiæ ſed propter honorem teſtatoris,& ſuorum deſcendentium.Sed iuxta prædicta q̃ritur, quod ſi nulla præcedente diſpoſitione teſtatoris pro honore defuncti conſanguinei,vel amici,vel hæredes teſtatoris emũt pallium ſiricum,& faciunt cooperiri corpus morientis, & ſic fiat ſucceſſiuis temporibus, dummodo portetur ad eccleſiã, vt tradatur ſepulturæ,& paciſcuntur cum rectore eccleſiæ, in qua defunctus ſepelitur,vt illud pallium conſeruet, & cuſtodiat,& referat ad domum ipſorum nobilium,& quoties aliqs ex eis deceſſerit illud deferatur ſuper corpus morientis.& ſic fiat ſucceſſiuis temporibus,an de illo pallio debeatur canoni-
66 ca.Rñdeo debeť, qa tale palliũ † cenſetur mortuariũ & funerale,& de talibus debeť canonica.d.c conquærente. Sed iuxta p̃dicta q̃ritur, cum ſit de more nobilium qđ qñ milites ex eis decedant,pro honore domus, & defuncti fiunt banderiæ, in quibus ponũtur arma ipſorũ nobilium,& induuntur familiares de nigro qui equitant,& deferunt banderias vna cum corpore defuncti vſque ad eccleſiam in qua ſepelitur, & quandoque familiares cum equis intrant eccleſiam,an de his equis debebitur canonica eꝑo.Reſpõdeo debetur,quia talia ſunt mortuaria,& funeralia,vt d.c.conquærente,hęc vera puto,niſi ſub conditione iſta dicti equi mittantur ad eccleſiam, vt non remaneant,nec acquirantur eccleſiæ, & idem puto ſi nobiles de dicta domo paciſcebantur cum rectore dictæ eccleſiæ, ut nihil de dictis equis acquiratur eccleſiæ, de pact. cap primo, libro ſexto.

S V M M A R I V M.

1 *Canonica epiſcopalis quibus caſibus ceſſet.*
2 *Medio deſtructo,deſtruitur terminus.*
3 *Legatum uitiat incertitudo perſonæ legatarij.*
4 *Teſtator ſi dedit executorem ad diſtribuẽdum quibus ſibi uidebitur, ſi propter executoris negligentiam ius exequendi ſit deuolutum ad dioceſanũ, an de tali legato debebitur epiſcopo canonica.*
5 *Portio canonica ceſſat ſi teſtator inſtituit eccleſiam cum clauſulis congruẽtibus,& quæ ſint.*
6 *Canonica ex priuilegio papali ceſſat.*

Capitulum octauum.

1 VEnio ad octauum capitulum principale,in quib.† caſibus ceſſat canonica eꝑalis,'& licet ex ſuperioribus quæ dixi poſſit hoc apparere,tñ per uiam remiſſionis ad ſuperiora ſupplenda dicam.Ceſſat.n.canonica cũ ſit p̃sbyter eccleſiæ cui legať,de hoc plene dixi ſupra in 2.c.princ. Itẽ ceſſat canonica,cũ legatur loco exempto,de quo plene dixi ſupr. in 4. c.prin.qđ incipit,q̃ lõ.&c. Item ceſſat canonica, cum ſubditus eꝑi legat eccleſiæ,quæ eſt in aliena dioceſi,vt dic.4.c. Itẽ ceſſat cum legatur p̃lato alicuius eccleſiæ expreſſo noĩe perſonæ,vt dixi in 5.c.prin.quod incipit, q̃ p̃ſonæ teneantur ad canonicã. Itẽ ceſſat,cum legatur canonicis alicuius eccleſiæ, vt ſingularibus,vt dixi in d.5.c.Item ceſſat,cũ legatur pauperib. in gñe, vt dixi plene in d.5.c.Item ceſſat canonica,cũ legať leproſis de gentibus in aliqua domo,vt dixi in d.5.c.& ibi in fine illius. 5. ca.ſunt multi caſus,in quibus ceſſat canonica, quos ibi plene vide.Item ceſſat canonica,cum aliqua obueniunt eccleſiæ ex donatione inter viuos,vel ex aliquo ỹctu,ut dixi ſupra in 6. c. prin.Item ceſſat canonica,qñ locus,cui legať,eſt incapax legati,ſicut apparet in ordine mendicantium, eo caſu quo nõ põt capere legatum,vt in cle.exiui.de verb.ſigni.& in extrauagan ti,exijt qui ſeminat, nunc.n.quia legatum eſt ipſo iure nullũ, eꝑo non debetur canonica,quia legatum eſt pro non ſcriptũ ergo & tacite onus relicti.l.ſi in metallum,de his q̃ pro nõ ſcriptis.ſicut pater non capit pro filio nõ inſtituibili,de leg. 2.l.debitor.§.ſeruo,ſicut nec eꝑs capit vbi nõ eſt capax eccleſia cui
2 legatur,quia deſtructo † medio deſtruitur terminus ad quẽ.l. tria prædia, de ſerui. inſti.Itẽ ceſſat canonica qñ legať ad vſus priuilegiatos,de quibus de teſt.c. fin. qđ plene fui proſecutus in 7.c.princ.quod incipit,qñ ei.Item ceſſat canonica, qñ bõa acquiruntur eccleſiæ virtute profeſſionis,vt dixi in dic.6.ca. Item ceſſat canonica,qñ legatur pro incertis, & ſuccurſu eccleſiæ,dico terræ ſanctæ,vel pro tuitione pauperum, vel cura infirmorum uel pro ſubſidio veſtimẽtorum,uel pro ſubſidio ſtudentium,uel miſſis dicendis,uel pro ornamẽtis eccleſię,vel cereis ad illuminandum corpus Chriſti,uel pro candelis,quæ dantur præsbyteris tpe ſepulturæ,uel legatur pro campana emenda,uel legatur pro ſtatua facienda in eccleſia, & hos p̃dictos caſus plene fui proſecutus in d.1.ca.prin. Hinc incidẽter quæritur.ſi lego vni præsbytero pro miſſis dicendis in tali eccleſia,&non exprimo nomen præsbyteri,an legatũ ualeat?nõ
3 videtur, quia incertitudo † perſonæ legatarij vitiat legatum. ff.de teſt.tute.l.duo ſunt Titij.ff.de reb.dub.l.ſi fuerit. In cõtrarium videtur.C.de epiſc.& cleri.l.ſi quis ad declinandam.ubi, propter fauorem animæ, & piæ uoluntatis, incertitudo perſonæ non vitiat legatum,ſed ibi illa incertitudo reducitur ad certitudinem ex diſpoſitione iuris, quod in caſu noſtro non eſt expreſſum,& uide de condi.& demonſtra l.in teſtamẽto, ubi ſi teſtõr iubet monumentum fieri ad inſtar alterius monumenti,& in illo loco non reperiatur monumentum aliqd, legatum tamen validum eſt.Item ceſſat canonica epiſcopalis, qñ epiſcopus remittit canonicam eccleſiæ cui legatur.12.q.3. c.fin.de rebus eccle cap.poſſeſſiones.de donn.cap.paſtoralis. Item ceſſat canonica,quando aliquid legatur epiſcopo ſub ea conditione, quòd legato ſit contentus pro canonica, qđ dic ut plene not.de teſta.cap.officij.Item ceſſat canonica portio, quando legatur priuatæ perſonæ, ex eo quod teſtator dicat, quòd legat pro anima, ratio eſt,quia legatur ſingulari perſonæ,de uerbor.ſigni.ex parte.3.& licet pro anima legetur, non tamen debetur canonica niſi legetur eccleſiæ.de teſt.requiſiſti,& ita ſuper hoc conſuluerunt Ioã.Andr.& Ioan.de monte
4 murlo. † Quid ſi teſtator dedit executorem ad diſtribuẽdum perſonis,& locis de quibus ſibi uidebitur,& propter executoris negligentiã ius exequendi ſit deuolutum ad dioceſanum, ut cap.nos quidem,de teſt.an de tali legato debebitur canonica epiſcopo, rñdeo, aut teſtator expreſſit certas perſonas,in gñe,& non dẽtur canõica eꝑo,rõ,qa ſi expreſſit certas p̃ſona illi ueniũt, ut ſingulares,& ideo ceſſat canonica.da uerbor.ſignifica. ex parte.3. Idem ſi non expreſſit perſonas in genere, ſed in ſpecie,prout not. Ioã. de conuer.coniug. dudum,ſi autem expreſſit perſonas habito reſpectu ad certum locum puta hoſpitale, uel eccleſiam, tunc debetur canonica, ratio, quia teſtator uidetur legare illi hoſpitali uel eccleſiæ, ut d. capitul. dudum. & Epiſcopus ex iure deuoluto tenetur eligere perſonas illius loci, ad quem teſtatoris intentio præſumitur relata, de ſuppl. negligen. prælat.clementi unica, facit quod not. Io. in regula, contra eum, in mercu. libro 6.Item
5 † ceſſat canonica portio,ſi teſtator inſtituit eccleſiam,adiecta clauſula,ꝙ teſtamentũ & hæredis inſtitutio ordinareť,& dicta

retur

Source : BIU Cujas

retur per notarium de dicto testō rogato ad sensum sapiētis, adiecta ēt illa clausula, ꝙ de dicta hæreditate ēps non haberet canonicam, hoc. n. in casu licet testōr non expresserit cās pp quas de iure cōi cessāt canonica, tñ sapiens cuius consilio debeat ordinari hæredis instō poterit declarare cās per quas de iure cōi cessat canonica. Istud non est supplere de facto, sed de iure. Sed dices canonicam deberi ēpo, cum ecclesia instituīt hæres, vt c. requisisti, nec ista canonica pōt prohiberi a testōre vt ibi patet, ergo sapiens non pōt declarare cās propter quas cessat canonica. Rñdeo, testōr non potuisset simpliciter prohibere canonicam, sed ex quo adiecit illam clausulam ꝙ ordinaretur hæredis institutio ad sensum sapientis, vī testōr uoluisse posse declarari causas per sapientes propter quas cessat canonica, quod conuenit uoluntati testōris, qui prohibuit canonicam. Item cessat canonica ex priuilegio Papali, de reli. do constitutus, de sepul. in nostra, & de testamentis, requisisti.

SVMMARIVM.

1 *Executores deputantur a testatore sub diuersis modis. 2.*
3 *Vltima uoluntas est captatoria, ubi non exprimitur persona, uel genus personarum.*
4 *Persona in testamentis subaudiri non debet.*
5 *Verba sunt generalia, si executori datur potestas distribuendi, ubi sibi uidebitur.*
6 *Verba impropria quandoque trahuntur ad institutionem hæredis, si prolata sunt per modum testandi.*
7 *Bonus vir magis arbitraretur hæreditatis distributionem fieri ad pias causas & pauperibus, quàm ad non piam, & non pauperibus & vltimæ uoluntati semper fauendum est.*
8 *Executor si datur ad distribuendum pauperibus, & pijs locis, medietas legati competit pauperibus, & reliqua medietas pijs locis.*
9 *Legatum pium an poterit executor conuertere in fabricam ecclesiæ.*
10 *Executio de uoluntur ad episcopum propter executoris negligentiam.*
11 *Salutis suæ nemo præsumitur immemor.*
12 *Propriè ad salutem animæ quæ pertineant.*
13 *Legandi potestas dependet a uoluntate, & conscientia legantis.*
14 *Episcopo an interdum distribuere pro anima testatoris: & testator si relinquit bona sua arbitrio executoris distribuenda, qui quædam bona locis distribuit, & quædam personis, qualiter canonica episcopo debebitur.*
15 *Liberum quod est in persona mediata, liberum est in persona immediata.*

Capitulum nonum.

VEnio ad nonum capitulum principale. Et qñ a testatore sub diuersis modis de quibus infra dicetur deputant executores, †ideo primo quęritur, testator dat executorem, cui concedit ptātem declarandi personas, qbus distribuat, non expresso tempore. ℸ. quod debebat declarare. Rñdeo intra annum computandum a die mōnitionis factæ per ēpm, de rest. nos quidē. & intra cūdē annum debet fieri declaratio personarum, q̄ fiat executio, quia executio non pōt fieri in certa persona, q̄ ante declarationē est incerta, de re scri. cum in multis, libr. 6. & si executor non declarat personas intra annū computandum a die monitionis factæ per diocesanū, tunc ius declarandi personas ad diocesanum deuoluitur & ius exequendi, nec arctatur ēps ex iure deuoluto declarare personas ℘m voluntatem executoris, quia executor non pōt se intromittere vlterius in executione, de suppl, neg. præla. literas. Notādum est tñ, ꝙ si testōr expressit personas quibus dēat fieri distributio per episcopum, de quibus testōr expressit, qa
2 † non est amplior nec maior potestas ēpi ex iure deuoluto q̄ executoris, casus est in cle. 1. de sup. neg. præla. & vide quod plene no. Io. de elec. publi. in vltim. q. & plene in mercu. in regula contra eum. libr. 6. Item notandum quod licet executori testamentario detur certum tempus ad exequendum, non datur id episcopo: cogita. Secundo quæritur, datus executor si sit ad distribuendum vbi ei uidebitur, & placebit, vel vt id dispensēt secundum suum arbitrium, an censeatur hoc relinqui ad pias causas, & videtur quòd non sit ad pias causas. Nam isti executores possūt eligere pauperes, vel pia loca, & sufficit quòd eligant eos qui non demeruerunt, de lega. 2. l. cum quidam & l. cum pater. §. rogo. vnde possunt eligere quēlibet amicum vel consanguineum testatoris. Nam de amicis, & cōiunctis verisimiliter videtur testatorem sensisse, ad quos affici probabiliter debuit. de legat. 2. l. si quis seruum. § inter, & hoc videtur expressum. ff. manda. l. si mandauero. §. si tibi. Item ad coniunctionem quædam carnalis pietas habetur, de alimen. leg. l. alumnæ. §. final. non tamen est hæc pietas, quæ facit ad pias causas, quia illa pietas spiritualis debet esse, non carnalis, vt not. de sacrosan. eccl. l illud, immo videtur quod talis dispo-
3 sitio † non valeat, quia captatoria est vltima voluntas, vbi nō exprimitur persona vel genus personarum. ff. de hære. instituī. l. illa institutio, secus si exprimitur alterum genus personarū vel cognatorum. ff. de reb. dub. l. si cognatis, uel pauperum, qa datur electio incerti, de certis, non incertæ personæ datur de incertis ff. de reb. dub. l. vltim. §. 1. & not. C. de test. mil. l. captatoria, per Cyn. tres ergo sunt casus, aut testator sensit de certa persona, aut de incerta de certis, si sensit de certa persona, aut constat de qua certitudine, uel per coniecturas, & illi debetur, de reb. dub. l. qui habebat, aut non liquet, & tunc locus est signātioni, vt d. §. si inter, si sensit de incerta de certis, locus est electioni, & si non fiat electio, si quidem relinquitur ad pias cās, oēs qui eo noīe colliguntur, ueniunt exceptis demeritis & indignis. Qui non continentur generali prouidētia testatoris, vt d. §. rogo. & l. Lucius, & §. fin. & l. cum quidam, & l. cum ita legatur. § in fideicom. de leg. 2. si testator sensit de incerta persona de certis, tunc non valet, nisi sit relictū pauperib. uel pijs locis, uel in redēptione captiuorum, de iure fisci. l. ita fidei. de hæred. instit. l. illa insti. C. de episc. & cler. si quis. In q. aūt nra nullā testōr fecit cōmemorationē pauperum, uel similiū personarum, uel piorum locorū. Itē non dixit relinquo pro aīa,
4 de leg. 2. si quis Titio, nec persona † subaudiri debet. de verbo. obli. l. ita stipulatus. §. Grisogonus. Item non dꝫ subaudiri de pauperibus magis quā de alijs, quia lex non dicit, immo dicit ꝰ ꝙ vī accommodasse tacitam fidē, & in eius est ptāte non restituere, de iure fisci. l. non intelligitur. §. tutor. de proba. l. cum tacitā, in auc. quib. mod. nat effi sui. §. nos igitur. Insti. de fidei com. hī. in prin. rōne namque personæ tacitæ potius est prę̄sumēda fraus ad commoditatem tacitæ fidei quàm pia dispō, vt d. l. itē fidei. & de leg. 1. l. Lucius. §. in testō. Itē quia qñ committitur executori ꝙ possit distribuere cuicunque personæ q̄ declarauerit, ipse executor pōt declarare de qua persona ipse uelit, dummodo non sit indigna nec incapax, vt d. l. cum quidā de legat. 2. ergo hoc legatum non est ad pias cās, tñ quia si esset ad pias cās esset limitata, & reseruata potestas executoris, si teneretur distribuere ad pias causas tantum, facit in ratione sui, de præbē. licet Ēps, lib. 6. Itē testator non exprimit aliquem vsum ad quē distribuat, executor potest dici distribuere ad vsum pium uel non piū, ergo non cēsetur præcise ad usus pios.
5 Præterea, si executori dat ptās distribuēdi, ut sibi uidebitur, & placebit, hæc. n. uerba sunt gñalia, nec sunt relata ad certā causam piam, nec ad certa loca, nec ad certas personas, nec ad qualitatē certarū personarum, cum testōr nō expresserit causas, nec personas, nec loca quibus fiat distributio, ergo erit in arbitrio executoris, in quam piam causam distribuat, uel nō piam, & cui loco, religioso, vel non religioso, & cui personæ distribuat, pauperi uel non panperi, hæc. n. est natura indefinitæ, ut æquipolleat uniuersali, de ele. ut circa, lib. 6 non. n. æquipolleret uniuersali si solū includeret pias causas, uel pios vsus, uel pia loca, de elec. in generali. In ꝗrium vī, ꝙ sit ad pias cās, de testam. cum tibi, debemus enim sic præsumere propter fauorem animæ, & vt faueamus legato ad pias causas, facit de for. competē. ca conquæstus, ubi in dubio præsumitur ad pias causas, & ualet fauore piæ causæ ueræ & præsumptæ dispositiōis, quæ aliàs esset captatoria, & istud communiter approbatur, sed certe illud. cap. cum tibi. bene dicit, quòd si in testamēto dico, committo uoluntatem meam tibi, quòd ius interpretatur quòd te hæredem instituam, quia non omnes sciunt dicere, te hæredē instituto. C. de testa. l. quoniam. §. dignum. C. fa. herc. l. quoties, & ideo Ēps, qui bona clericorum decedētium ab intestato distribuere poterat ex priuilegio Apostolico, nō poterit distribuere bona mea, licet essem clericus, quia nō decedo intestatus, ex quo cōmitto uoluntatē meā in alterius discretionē, ita loquitur. cap. cum tibi. de testam. nam quandoq;
6 uerba † impropria trahuntur ad institutionem hæredis, si prolata sunt per modum testandi, in l. quoties. fa. her. non autem dicit. capitu. cum tibi, quòd iste interpretatiuus hæres teneatur pauperibus erogare, nec unquam ex hoc text. potest colligi, licet quidam hoc suppleant, ex eo quòd iste interpretatiuus hæres teneatur pauperibus, sed certe non est captatoria nisi sic interpretaretur, quia est certa persona hæredis instituti iuris interpretatione, ad pias autem causas non debet dici captatoria, quia non residet uelle, uel nolle illius relicti in electionario, nam eo omittēte supplet Episcopus, vnde non dēpedet a commissario testamentum essentialiter, sed per modum electionis, ut d. l utrum. §. primo, & licet clericis sit relictum, non tamen contemplatione ecclesiæ censetur relictū, de testam. requisisti, ergo non est ad pias causas. Aduertendum, si potestas datur executori exequendi, ubi executori uidebitur, & placebit, hoc uerbum, uidebitur, a testatore adiectum non denotat meram uoluntatem executoris, sed intelligitur secundum arbitrium boni uiri. ff. de fidei com. liber. l. fideicom. lib. Item dico de uerbo, placebit, quòd non denotat meram uoluntatem executoris, sed arbitrium boni viri. ff. de fideicom. liber. l. Thais ancilla. §. sororum. facit
7 quod not. Bart. ff. de leg. 1. l. si sic legatur, bonus † aūt uir ma-

Source : BIU Cujas

15 canonicam, vbi ergo est † emolumentum ibi debet esse onus apud quos est emolumentum. C. de fideicom. l. ab eo. de quo plene in regula, qui sentit, lib. 6. Sed videtur ꝙ hoc onus nõ incumbat ecclesiæ parochiali, cum sibi fiat iniuria, cum suus parochianus eligit alibi sepeliri. Sed videtur ꝙ hoc onus incumbat hæredi. ff. de reli. l. at si quis. §. fi. & l. funeris, & si hæres nolet illud facere, vel non posset ad id cogi, tũc putarem ꝙ istud onus incumbat ecclesiæ, vbi est facta sepultura, & si istud onꝰ subire nolit, priuetur legato sibi facto, quasi sub modo videatur sibi legatum, vt sepeliat. Modo ergo non impleto, legatũ non cõsequitur. C. de his qnæ sub modo l. 1. ego puto ꝙ istud onus incumbat solum illi ad quem pertinet impensa funeris. ff. de relig. l. at si quis. §. vltim. & l. funeris. & facit quod not. Azo in sum. de relig. vers. datur autem. Exprædictis soluitur qõ. Quidam Hispanus existens parochianus vnius ecclesiæ ꝙstitutę in Hispania, cum Romam pergeret causa visitandi limina sanctorum Apostolorum Petr. & Paul. dum esset Romæ infirmatus est, & fecit testm̃, & elegit sepulturam in loco meu dicantium ciuitatis Hispaniæ, & illi loco multa legauit, sed ꝑpter impedimentum facti corpus eius non potuit sepeliri, nec deferri ad ecclesiam, vbi elegit sepulturam, an de illo legato debebitur cano. parochiali ecclesiæ. Respondeo sic, per ea ꝙ
16 superius dixi. Octauo quæritur, parochianus vnius † ecclesiæ legat alteri ecclesiæ, & ibi eligit sepulturam, sed ibi non est sepultus propter impedimentum iuris, quia erat excommunicatus, vel interdictus, vel ecclesia interdicta, vel sita in loco interdicto, vt patet in clem. 1. de sent. excommu. an de illo legato debebitur canonica ecclesiæ parochiali. Dicunt quidam, ꝙ debebitur. Et allegant dictum Inno. de sepul. in nostra, in glo. super verbo, reliquit, in ver. immo plus dicimps. ibi, dum dicit, vel alia iusta cã, quod verbum intelligunt qñ propter impedimentum iuris non sepelitur in ecclesia, vbi eligit sepeliri, dicebat Fede. in cons. suis, ꝙ non debetur canonica eccleſiæ parochiali. Ratio, quia ex quo sepultura non habuit effectum, quia non animi cogitatio, sed ipsum factum requiritur. l. 1. ff. quod quisque iur. & l. ea quidem. C. si mãci. ita fuer. alie. dicebat Bal. in suo tractatu, quod aut fuit relictum nominatim pro sepultura, & tunc quia ibi fingitur sepultus, debebitur quarta, quia
17 fictio indiuisibilis † est, sicut veritas, cuius loco succedit fictio. l. 1. §. lex Falcidia ff ad legem Falcid. Si aũt relinquitur simpliciter, tunc non debebitur canon. ex quo ibi non est sepultus, qa in hoc dispõ est caduca, ergo omnis effectus cõsecutiuus ipsi dispositioni, de admen. leg. l. alumne. §. Scia. aduerte, Bal. vult distinguere duos casus. Primus, quando legatur pro sepultura ecclesiæ & debetur canõica. Secundus casus, quãdo legat simpliciter non exprimendo, ꝙ leget, pro sepultura, tamẽ ibi eligit sepeliri in ecclesia, cui legat, & illo casu non debetur canonica, & legatum istud efficitur caducum, male loquitur in vtroque casu, quia legando simpliciter videtur legari pro sepultura, ex quo ibi eligit sepeliri, vt dicit Innoc. in c. in nostra, sup verbo, reliquit, in versi. in nostra. Item non est verum ꝙ ipse dicit, illud legatum effici caducum. Nam non efficitur caducum, ex quo enim ibi de iure non possit sepeliri, ista iuris impossibilitas nõ vitiat legatum, sicut dicimus, ꝙ qñ legatur sub modo vel conditione impossibili reijcitur ille modus, vel cõditio & legatum remanet purum, & validum. ff. de condi. insti tu. l. 1. aduerte ad duos casus. Primus, quãdo sepelitur in ecclesia, vbi eligit sepeliri, & sepelitur ibi de facto, & nõ de iure, tũc debetur canonica. & hoc est quod vult Io. de Lig. in d. clemẽ. dudum. §. huiusmodi, super verbo, qualitercunque. Secundus casus est, qñ in ecclesia vbi eligit sepeliri, non fuit sepultus propter impedimentum iuris, & idem quod debeatur canonica
18 de illo legato, & vide quod dixi in 5. q. Nam istud iuris † impedimentũ non habet mutare iniuriam q̃ fecisse censetur parochiali ecclesiæ. Nono quæritur, parochianus unius ecclesiæ legauit alteri ecclesiæ, sed non eligit sepulturam in ecclesia cui legauit, sed ibi sepultus est, vbi de iure sepeliri debuit, qa erat ecclesia suorum maiorum, quæritur, an de tali legato debeat canonica parochiali ecclesiæ. Videtur ꝙ non debeatur canonica, quia tunc illi debetur, cum legans eligit sepeliri in ecclesia cui legat in qua non debebat sepeliri de iure communi, de sepul. c. pen. eod. ti. clem. dudum. §. verum, ibi dum dicit, eligit sepeliri. Item ex quo in ecclesia suorum maiorum debet sepeliri & sepultus est. Nulla facta est iniuria parochiali ecclesię, cũ ergo parochiali ecclesiæ debeatur canonica in recompẽsationem iniuriæ, quę sibi fit, cum suus parochianus alibi sepelitur, nulla iniuria sibi fit, si in alia ecclesia sepelitur, vbi debet de iure sepeliri, de elec. c. cum ecclesia vulterana. In cõtrarium est veritas, quod debetur canonica, casus est in ca. 1. de sepultu. vbi loquitur de parochiano decedente ab intestato, qui nullã sibi eligit sepulturam, & sepultus fuit in ecclesia suorum maiorũ, & tñ de his q̃ legauit ecclesiæ suorum maiorum debetur ca-
19 nonica ecclesiæ parochiali. facit rõ, quia ex † tacita uoluntate defuncti videtur sepultura electa. ff. de iur. codici. l. 2. hoc tenet Inn. in d. in nostra, de sepult facit ẽt ratio, qa ista quarta debeẽ ecclesiæ parochiali propter ecclesiastica sacramenta quæ curatus ministrauit suo parochiano, ut in iurib. supra allegatis. Decimo q̃ritur, parochianus legauit alteri ecclesiæ, & ibi eligit sepeliri, sed postmodum reuocauit electionem sepulturę, & eligit alibi sepeliri, legatum aũt factum non ademit, quærit an de illo legato debeatur canonica parochiali ecclesiæ. Respondeo non debetur canonica, ratio, quia habuit ptãtem liberam mutandi electionem sepulturæ, facit quod notat Ioan. de sepultu. c. 1. lib. 6. in nouella super uerbo, promissum, & perinde est ac si non elegisset sepulturam in ecclesia cui legauit. ff. de adimendis legatis. l. 1. & 2. Sic ergo ecclesia legataria non debet soluere canonicam de legato, ex quo legans non elegit ibi sepeliri. de sepul. c. 1. & c. in nostra, sicut non soluet canonicam ex eo quod ibi electa sit sepultura, sed eligens voluntatem mutauit, & alibi sepeliri elegit. Vndecimo quæritur, parochianus eligit sepulturam in alia ecclesia q̃ parochiali, & habẽs filium impuberẽ eum hæredẽ uniuersalem instituit, & si decederet in pupillari ætate substituit illam ecclesiam apud q̃ idem testator elegit sepulturam. Moritur ille filius in pupillari ętate, & non sepelitur in ecclesia q̃ erat pupillariter substituta, sed sepelitur in loco suorum maiorum, quæritur an de illa hæreditate debeatur cano. ecclesiæ parochiali. Videtur ꝙ non debeatur canon. quod probatur ista ratione: pupillaris substitutio
20 † est testamentum filij, & pupillariter substitutus est hæres impuberis & capit tanquam ex testõ impuberis. Et ꝙ sit testm̃ impuberis patet, & est casus de testa. si pater, libr. 6. ibi dum dicit tex. pater in testõ quod filio impuberi facere põt. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, ibi, quia filij testm̃ est. ff. de vulga. & pupilli. 2. §. quia aũt. Itẽ ꝙ substitutus pupillaris cẽsetur hæres impuberis, est casus, insti. de pupil. substitu. in prin. in ver. ibi dum dicit, si eis aliquis. Itẽ quod substitutus pupillariter capit hæreditatem filij, quoniam de hæreditate filij agitur, ut dicit gl. in d. §. sed nec impuberis. Itẽ sunt duo testamẽta, unum est testm̃ patris, qñ in scriptis testatur, & aliud est testm̃ filij, quod dicitur nuncupatiuum testm̃, facit. ff. de vulg. & pupil. l. patris & filij, itẽ duæ sunt hæreditates, una patris, & alia filij, ut dicit glo. in d. l. patris & filij, & instit. de pup. substi. §. igitur. Cum ergo pupillaris substitutio sit testm̃ filij impuberis, & substitutus sit hæres impuberis & capiat hæreditatẽ, ut hæreditatẽ impuberis, ergo de illa hæreditate non debetur canonica parochiali ecclesiæ, ex quo impubes non est sepultus in ecclesia quæ fuit sibi pupillariter substituta, sed est sepultus in alia ecclesia, sc3 suorum maiorum, sicut dicimus, ꝙ qñ legatur ecclesię, non debetur canon. parochiali ecclesię, ex quo legans non sepelitur in ecclesia, cui legatur. de sepul. c. 1. cõtrarium vr̃ quod debeatur canonica, quia patris & filij unũ testm̃ reputatur, quia ꝑcedit ab una & eadem persona, scilicet a patre impuberis, ut dicit glo. in d. l. patris & filij, unde dicit tex. de
21 testam. si pater. libr. 6. ꝙ testamentum huius pupilli † censetur testamentum paternum, vel potius pars paterni testamenti. ergo ecclesia pupillariter substituta censetur capere hæreditatẽ impu-

Source : BIU Cujas

impuberis. Cum ergo pater elegerit ſepulturam in eccleſia, q̃ pupillariter ſubſtituit impuberi, & eccleſia ſubſtituta capiat hæreditatem tanquam ex teſtamento patris, ergo de illa hæreditate debetur cano. parochiali eccleſiæ, ſicut ſi teſtator exp̃ſſe reliquiſſet hæreditatem illi eccleſiæ in qua ſepulturam elegit & ſepultus fuit, de ſepul. c. 1. & iſtud vr̃ mihi verum. Duodecimo quæritur, parochianus vnius eccleſiæ legauit cuidam monaſterio, non tñ ibi eligit ſepulturam, pecuniã vel res alias, & tandem tranſiuit ad illud monaſterium, & monachus effectus eſt, ſed non eſt profeſſus, & deceſſit in probationis anno, & in monaſterio eſt ſepultus. Quæritur an de illo legato debeatur canonica parochiali eccleſiæ. Archid. in c. cum qs, de ſepul. lib. 6. ſuper verbo, audire diuina tractabat hanc qõnem, põnendo opinionem antiquorum doctorum. Dicebãt enim quidam deberi canonicam parochiali eccleſię, quia remanet parochianus illius eccleſiæ, eſto q̃ tranſeat ad monaſterium ex quo eſt intra probationis annum, argum. de regul. l. ſuper eo. & cap. ſtatuimus. Alij dicunt non deberi canonicam, licet enim non fecerit profeſſionem in monaſterio, tñ inuenit̃ plene conuerſus de priuile. vt priuilegia, de ſepultu. in nr̃a, in ver. nec ſit ſufficienter. Item quia non mutauit voluntatem deſinẽ di eſſe monachum, ex quo deceſſit intra probationis annum. Deſijt ergo eſſe parochianus illius eccleſiæ, in ſanitate enim cõuerſus eſt, facit de ſepul c. de his, videtur enim uoluiſſe domicilium mutare † tranſeundo ad religionem, & ideo deſijt
22 eſſe parochianus illius eccleſiæ, vt ca. ſignificauit. de paro. ita dicit Hoſt. de ſepul. c. de his, in fin. Et idem tenuit Gof. in d.c. de his, & Hoſt. in ſum. eo. tit. §. vlti. & hãc ſnĩam videtur approbare Inn. in c. relatum, de ſepul. in gl. 1. Arch. in d.c. cum quis. dicebat de illo legato deberi canonicam parochiali eccleſię, nec eſt verum quod ipſe qui ingreditur religionem cauſa probationis ſit plene conuerſus, quia conuerſio eſt vndique verſio vt plene hr̃ de pœ. diſt. 1. hoc idem. circa prin. in ver. verſo. Nam ſi eſſet plene conuerſus haberet omnia iura cõuerſi, qd̃ falſum eſt, de elec. eo quod, in fin. lib. 6. Nec intelligitur domicilium mutare, licet ad religionem tranſeat, ex quo eſt intra probationis annum. 13. q. 3. §. quia ergo, pro hoc facit, de regula, beneficium, lib. 6. Præterea, religioſus non cenſetur contrahere domicilium in loco monaſterij, niſi demum profeſſionefacta, vt dicunt Archid & Io. de reſcrip. lib. 6. & facit quod no. de reſcri. dilectus. 2. præterea licet ſit intra probationis annum, non tñ perdit domicilium, q̃ habebat, dum erat in ſtatu
23 ſeculari, quia dominilium † non intelligitur perdi nec mutari, niſi appareat de uoluntate expreſſa vel tacita, voluntas expreſſa dr̃, quando declarat animum ſuum, q̃ uelit recedere de loco domicilij, vt ibi amplius domicilium non habeat, facit de paroc. c. ſignificauit, voluntas autem tacita eſt cum extra locum domicilij habitat per decennium. C. de incol. l. cines, libr. 10 ſicut uidemus, q̃ domicilium acquiritur animo & facto. ff. ad municip. l. placet. Sed in qõne propoſita nõ apparet de voluntate expreſſa uel tacita quod uoluerit mutare domicilium per tranſitum ad religionem. Præterea ſtatus exiſtentis intra probationis annum eſt dubium, an velit perpetuo remanere in monaſterio, vt eſt per profeſſionem. de iureiur. tua nos, an vero ad ſeculum velit remeare, de regula. conſulti. & c. ſtatuimus, primus ſtatus habito reſpectu ad domicilium q̃ habebat ante tranſitum ad religionem erat certus. Secundus autem ſtatus, an velit profiteri vel non, eſt dubius. Debemus aũt cõſiderare primum ſtatum, qui erat certus, & non ſecundum ſtatũ, qui eſt dubius. ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberi, ſic ẽt in nouitio priſtinum ſtatum, ſc3 ſecularem, & non ſtatum regularem, q̃ forte erit & forte non erit, facit quod not. glo. de regu. beneficiũ,
24 lib. 6. Præterea exiſtens † intra probationis annum non cenſetur religioſus, niſi quo ad immunitatem, de ſen. excommu. religioſo, lib. 6. & ſic cenſetur magis remanere in ſtatu ſeculari q̃ regulari. Io. Andr. in d.c. cum quis, de ſepul. lib. 6. recitando verba Archid. dicebat in hac materia tenendum eſſe, q̃ ipſe Io. not. in c. de his, de ſepul. Circa iſtum articulum conſidero tres caſus. Primus eſt, quando tranſiens ad religionem fecit ibi profeſſionem, & ibi ſepultus eſt, & tunc de obuenientibus monaſterio ex uinculo profeſſionis nõ debetur canonica parochiali eccleſiæ, rõ, quia illa obueniunt monaſterio ex diſpoſitione iuris, & non hominis. C. de ſacr. ſan. eccle auct. ingreſſi. Item quia per profeſſionem deſijt eſſe parochianus, & mutaſſe videtur domicilium, cum extra locum monaſterij non poſſit habere domicilium, vt dicunt Arch. & Io. de reſcri. ſtatutum, lib. 6. Secundus caſus eſt, quando erat intra probationis annum, nec apparet q̃ uoluerit vitam mutare, & tunc ſit uera opi. Archid. q̃ debeatur canonica parochiali eccleſię qa non deſijt eſſe parochianus illius eccleſiæ. Tertius caſus eſt, quando exiſtens intra probationis annum uoluit uitam mutare, tunc non debetur cano. parochiali eccle. quia deſijt eſſe parochianus illius eccle. & uoluiſſe videtur domicilium mutare, argum. optimum, de reg. beneficium, lib. 6. niſi exiſtẽs intra probationis annum cenſetur beneficio, quod habebat, renuntiare, quando conſtat quod abſolute uoluit vitam mutare, ſic ergo cenſetur renuntiare domicilio qñ conſtat quod
25 abſolute voluit vitam † mutare, qñ aũt dicatur abſolute uoluiſſe vitam mutare, uide caſum, de reg. non ſolum, lib. 6. Decimotertio quæritur, parochianus vnius eccleſiæ elegit ſepulturam in alia eccleſia hoſpitalis. ſ. quia eccleſia unita eſt hoſpitali, vel hoſpitale ſit unitum eccleſię, uel aliqua leget illi hoſpitali & eccleſiæ, an de illo legato debebit eccleſia parochialis habere canonicam. Inn. in d.c. in noſtra, in hac materia cõfuſe loquebatur, dicebat enim ibi ſuper verbo, reliquit, quod illa eccleſia parochialis de omnibus relictis eccleſiæ, & hoſpitali debebit habere canonicam, ſiue relinquatur eorum eccleſiæ tñ in qua ſepelitur, ſiue eccleſiæ & fratribus ibi morantibus, de ſepul. in noſtra, & ff. de annu. lega. l. annua & §. a Titia, ſiue in genere loqutus ſit dicendo, relinquo hoc tali eccleſiæ & hoſpitalarijs, & idẽ ſi dicat, relinquo hoc tantum hoſpitali, omnia enim quæ dat, dare vr̃ pro anima, & ſepultura, vt in ca. de his, de ſepult quia tũc debetur canonica, quod aũt dictum eſt qd̃ leget hoſpitali non pro ſepultura, ſed pro alia iuſta cã, non debetur canonica parochiali eccleſie, niſi parochianus talis ſe tranſtuliſſet ad hoſpitalerios, vt c. de his, de ſepul. qa tunc debetur canonica. Quod aũt dictum eſt q̃ legat hoſpitali non pro ſepultura, ſed pro alia iuſta cã, non debetur canonica parochiali eccleſiæ, eſt verum, niſi eccleſia & hoſpitale eſſent ita vnita q̃ nulla ſeparabilitas poſſet inter eos fieri, & nihil appropriatũ eſt eccleſiæ, nec in ſpũalibus, nec in temporalibus, tunc
26 enim de relicto hoſpitali † debetur canonica parochiali eccleſiæ, ẽt ſi teſtator dixiſſet q̃ non relinquebat intuitu eccleſiæ, ſed intuitu hoſpitalis, quia ſic ſunt vnita vt diuidi non poſſint, & tunc debetur canonica. Sed obijcitur, q̃ dicta vnio nõ poſſit ſic eſſe q̃ non ſit in ſeparabilitas & diuiſibilitas inter eccleſiam ex vna parte, & hoſpitale ex altera, immo ſemper eſt diſtinctio, quia parochialis ſacerdos põt abſoluere fratres ipſius hoſpitalis, de ſent. excommu. c. canonica. Reſpondeo, hoc nõ facit differentiã inter eccleſiam & hoſpitale, ſed inter clericos & laicos, vel potius inter officia hoc enim officium abſoluendi datum eſt ex priuilegio priori domus, qd̃ poterat hr̃e, etiã ſi ibi non eſſet eccleſia, ſicut & alibi officiales domus ſpecialia officia habẽt. de hac aũt ſeparabilitate uotatur de priuileg. paſtoralis. Ex dictis ergo Inno. quæ ſic confuſe poſuit in c. in noſtra, & Io. Andr. ibi magis confuſe poſuit. Ad inteligentiã dictorum Inn. Hoſt. & Ioan. Eiciamus tres caſus. Primus caſus, cum eccleſia eſt vnita hoſpãli, uel hoſpitale eſt unitũ eccleſię, & legatum eſt ſimpliciter utrique, qa eccleſiæ & hoſpãli, non exprimẽdo pro ſepultura, eſto q̃ eligat ſepulturam in eccleſia vel in hoſpitali, tunc in vtroque legato debetur canonica eccleſiæ parochiali, & ita intelligatur qd̃ no. Inn. in prin. glo, ma
27 gnæ, ſuper uerbo, reliquit. † Secũdus caſus eſt, qñ reliquit hoſpitali hoc expreſſe q̃ non reliquit pro ſepultura, & tunc, aut eccleſia eſt vnita hoſpitali, aut hoſpitalẽ eſt unitum eccleſiæ, bene põt cognoſci ſeparabilitas & diuiſio eccleſiæ ab hoſpãli, ex eo qd̃ certa bona, & iura ſunt appropriata eccleſiæ, & alia bona & iura ſunt appropriata hoſpãli, de quo plene in c. 1. ne ſed. vacã. & tunc ſi legat aliquid eccleſiæ, & ibi ſepelitur, & aliquid relinquat hoſpitali, non pro ſepultura, tunc de legato qd̃ relinquitur hoſpãli non debetur cano. parochiali eccleſiæ, & ita intelligitur dictum Inn in uerſi. ſecus autem. Tertius
28 caſus eſt, qñ eccleſia & hoſpãlis ſunt ita vnita q̃ nõ põt cognoſci ſeparabilitas eccleſiæ, & bonorum eius ab hoſpãli & bonis eius & econtra, & tunc ſiue legetur eccleſiæ & hoſpitali coniunctim, ſiue legetur eccleſiæ. ſiue legetur hoſpãli, utroque caſu debetur cano. eccleſiæ parochiali, ſi teſtõr exprimat q̃ non legat hoſpãli pro ſepultura, ex quo tñ in eccleſia ſepelitur, & ita intelligitur quod dicit Innoc. in d.glo. ſup̃ verbo, reliquit, in ver. uel niſi eccle. uel hoſpãle eſſent ita unita. Vltra p̃dictos aũt caſus ſciẽdum eſt, q̃ ſi eccleſia non eſſet unita hoſpitali, nec eę, ſed eccleſia eſſet de mẽbris hoſpitalis, uel hoſpitale eſſet de mẽbris eccl. & tunc indubitatum eſt, quod de legato qd̃ fit eccl. in qua eligit ſepul. debetur cano. parochiali eccle. ſed non de legato, qd̃ fit hoſpãli, p̃p̃ regulam gñalẽ, q̃ de legatis q̃ fiunt loco, in quo qs eligit ſepul. de hoc p̃ Io. Decimoquarto
29 quæritur, parochianus † unius eccl̃iæ habebat canonicatũ & præbẽdam in alia eccleſia, & ibi eligit ſepulturam, deceſſit inte ſtatus nullis relictis conſanguineis, ita q̃ eius hr̃ditas debetur illi eccl̃ię in qua obtinet canonicatum & pr̃ebẽdam. de ſucce. ab inte. ca. 1. an de illa hr̃ditate debeatur cano. parochiali eccl. Rñdeo, debetur, quia eccl̃ia, in qua eſt electa ſepultura, vr̃ hr̃e tacitam uoluntatẽ defuncti in his q̃ ab inteſtato illi eccl̃iæ obuenerant. ff. de iur. codicillo. l. conficiuntur, hoc dixi ſupra in 4. c. principali, quod incipit, de quibus obuentionibus. q. 5. Decimoquinto quæritur, parochianus unius eccl̃iæ legauit alteri eccl. & ibi elegit ſepulturam, & ſepultus ẽ ibi in legando, tñ expreſſit, q̃ non legauit cã ſepulturæ, ſed ob aliam iuſtam cauſam. Quæritur an de illo legato dẽatur canon. parochiali eccleſiæ. Dicunt quidam qnod non debetur, & allegant. d. Inn.

de

Source : BIU Cujas

de ſepul.in noſtrũ,ſuper verbo, reliquit, uerſ.& hoc intelligo verum &c. Iſta opinio non eſt vera,quia iſta canonica portio debetur in recompenſationem iniuriæ quæ fit eccleſiæ parochiali,a qua corpus aſſumitur,& ad aliam eccleſiam tranſfertur,vt in c.certificari. de ſepult.item non põt parochianus
30 † tollere ius parochiali eccleſię,licet exprimat in legato ꝙ nõ legat cauſa ſepulturæ, quia non põt facere ꝙ leges non habeant locum in teſtõ ſuo.ff.de legi.l.nemo põt,bene facit de teſta.requiſiſti,item aperta & parata eſſet fraus priuandi eccleſiam parochialem ſua canonica portione, exprimendo videlicet quod non legat cauſa ſepulturæ.non obſtat quod dicitur per Inno.in d.c.in noſtra, quia ibi loquitur quando eccleſia erat unita hoſpitali,& eligebatur ſepultura in illa eccleſia, & legabatur hoſpitali,non cã ſepulturæ, quo caſu de legato facto dictæ eccleſiæ non debetur canonica.Decimoſexto quæritur, ſi priuilegium libere ſepulturæ cõcedatur per Papam nõ adiecta clauſula de iuſtitia vel cano.parochialis eccleſiæ. an hæc eccleſia ſic priuilegiata,ĩ qua parochianus alterius eccleſiæ ſepelitur,de legato ſibi facto teneatur ad canonicam parochiali eccleſiæ. Videtur ꝙ non,quia aliàs adiectio illorum uerborũ nil operaretur,q̃ id ꝙ not.de priuileg.ſi Papa.2.reſponſo,in fi.lib. 6. item ſi Papa uoluiſſet hoc expreſſiſſet. de decimis.ad audientiam, item contra libertatem ſepulturæ eſſet conceſſum priuilegiatos teneri parochiali eccleſiæ ad canonicam.de prę
31 bend.licet epiſcopus,lib.6.item minores,& prædicatores † ob hoc ſoluunt quartam,quia vt patet in clemẽ.dudum,de ſepul. §.huiuſmodi,tali libertati admittitur modificatio,dicit.n.libe ram habeant ſepulturam, ſecus ergo vbi modificata non eſt. Reſeruatur ergo ibi canonica parochiali eccleſiæ, quia Papa id exprimit, quia a q̃rio ſi nõ exprimeret nõ debetur illa canonica.In q̃rium eſt veritas, debetur.n.canonica parochiali eccleſiæ, eſto quod alteri eccleſiæ ſit conceſſum priuilegium liberæ ſepulturæ,eſto ꝙ in priuilegio non ſit adiecta cla,ſalua iuſtitia eccleſiarum a quibus corpora aſſumuntur. Ratio, quia per priuilegium liberæ ſepulturæ eccleſia priuilegiata æquiparatur alijs eccleſijs, quæ habent populum & ſepulturam de iure communi,ſed conſtat ꝙ parochialis eccleſia debet habere canonicam de legato quod ſuus parochianus facit alteri eccleſiæ in qua eligit ſepeliri.de ſepul.capit.1.Item quia Papa per hoc priuilegium liberæ ſepulturæ non intendit plus cõcedere, q̃ habeat alia eccleſia cui cõpetit de iure communi ius ſepulturæ. C.de inoff. teſtamen.l.ſi quando.Item quia Papa p priuilegium liberæ ſepulturæ non vult tollere ius parochialis
32 eccleſiæ,ex quo id non exprimit,quia priuilegia principum interpretamur abſque præiudicio iuris alieni.ff.ne quid in lo.publico.l.2.§.ſi quis a principe,de aucto.& vſu pal.ex tuarum,de offi.delega.ſuper eod.de conſue.cum dilectus,de priuileg.paſtoralis. Item quia in priuilegijs non fit extenſio de vno caſu ad alterum prorſus diuerſum,& ſeparatum,ſicut nec fit extenſio de perſona ad perſonam,de priuileg.c.ſane, de decimis.ad audientiam. Cum ergo per ſe ſit ſepultura vel ſepeliendi ius, & p ſe ſit ius canonicæ parochialis, & vnum ius ſit diuerſum & ſeparatum ab altero,meritò priuilegium ſuper libera ſepultura non excludit nec tollit ius parochiale.Item,quia ex duabus ſeruitutibus vna ſublata altera remanet, de priuileg.c.paſtoralis,de ſeruitu.ruſti.prædi.l.ſi domus,licet ergo per priuilegium ſit ſublata ſeruitus, quæ reſpicit ius ſepeliendi, non tñ eſt ſublata altera ſeruitus,quæ reſpicit ius commune, dico canonicæ parochiaiis.Ad allegata in q̃rium ſic rñdetur. Non.n. obſtat quod dicebatur quod non eſt libera ſepultura,ſi prę
33 ſtatur canonica,hoc non eſt verum,quia iila dr̃ libera † ſepultura,q̃ põt fieri abſque q̃dictione eccleſiæ,cui competebat ſepeliri de iure communi,de ſepul.c.ex parte.nec illa libertas impedirur,licet debeat præſtari cano.parochiali eccleſiæ. Item nõ obſtat quod ſecũdo ibi allegabatur, ꝙ clauſulæ inſertæ in priuilegio debent aliquid operari,ne addantur fruſtra,vt d.cap.ſi Papa, quia illud eſt verum in clauſulis non ſubintellectis de iure de conſti.cum.M. de reſcri.c.mandatis Sed illa cla,ſalua iuſtitia,de qua loquitur.c.certificari, eſt cla ſubintellecta a iure,& eſt abſurdum clauſulas a iure ſubintellectas exprimi in priuilegio,& ita tenet Io.in d.ca.certificari, de ſepul. Dicebat Io.de Ligna.de ſepul.certificari,in q.q̃ incipit, ſed pone cõceſſum eſt &c.quod qñque eccleſiæ non habẽti de iure communi ius funerandi Papa concedit priuilegium liberæ ſepulturę, & tunc talis eccleſia priuilegiata in qua ſepelitur parochianus alterius eccleſiæ tenetur parochiali eccleſiæ ad canonicã, prout no.Io.in d.c.certificari. Quandoque eccleſiæ habẽti ius funerandi de iure communi Papa concedit priuilegium liberę ſepulturæ,& tũc eccleſia ſic priuilegiata in qua ſepelitur paro
34 chianus alterius eccleſiæ non tenetur ad cano. eccleſiæ parochiali,& rõ eſt, quia illud priuilegium † debet aliquid operari,de priuile.ſi Papa,libr.6. Sed iam nihil operaretur ſi talis eccleſia priuilegiata de legato quod ſibi fit tenetur parochiali eccleſiæ ad canonicam portionem. Iſtud vltimum non vr̃ verum,quia qñ priuilegium conſonat iuri communi,conſidera mus illud priuilegiũ vtius cõe.C.de inoff teſtam.l.ſi qñ. ſicut dicimus in conſtitutione,quæ conſonat iuri cõi,qa cõſideramus eam vt ius commune ſecundum quod no.glo. in prohemio clem.in glo.ſuper.verbo,decætero,in verſ.ſi dicas &c.ſicut videmus in priuilegio quod emanat ſm ius commune,q̃ſideramus illud vt ius commune,nec aliquid addit vltra ad ius commune.de conſti.c.1.lib.6.ubi per gl.& facit quod no. doc. in c.1.de reſcrip.Cum ergo parochialis eccleſia de iure nõ habeat priuilegium liberæ ſepulturæ,de ſepul.c.2.libr.6.licet per priuilegium Papa concedat ius ſepulturę,hoc priuilegium nil addit ad ius commune. Et ideo cum de iure communi talis eccleſia priuilegiata ante priuilegium tenebatur ſoluere canonicam quando parochianus alienus ibi ſepeliebatur, eodẽ modo tenebitur ẽt poſt priuilegium. Quoniam aũt ſuperius dixi, quod qñ parochianus vnius eccl'iæ legat alteri eccleſiæ, & ibi non eligit ſepulturam,nec ibi ſepultus eſt, ꝙ de tali legato non debetur canonica parochiali eccleſiæ vt plene no.in c. 1.de ſepul.Quæritur an hoc ſit ſemper verum.Rñdeo regulariter ſic,ſed fallit in caſu,qñ fraus interuenit,vt in clem.dudum. §.verum.ibi,dum dicit,facturi &c.de ſepult.in noſtra,circa fi.
35 Sed incidenter q̃ritur qñ † dicatur fraus committi.Rñdeo ꝙ illa fraus qñque committitur p parochianum,qñque per eccleſiam cui legatur.De primo caſu de fraude parochiani, qui intendebat fraudare eccl'iam parochialem poſſunt poni multa exẽpla.Primo,quia parochianns donauit alteri eccleſiæ inter viuos,cum tñ reuera intẽderet legare eccl'iæ, & finxit ſe velle donare, ad hoc, vt parochialis eccleſia nõ haberet canonicã. Itẽ patet aliud exẽplum,legauit alteri eccleſiæ ad vſus priuilegiatos, de quib. non debetur canonica de iure communi, vt in clem.dudum.§.verum.fingẽs ſe legare ad illos vſus,cum tamẽ reuera intẽderet legare ſimpliciter.Itẽ patet exẽplum, legauit alteri eccl'iæ, ſed ibi ſtudioſe voluit eligere ſepulturam, vt ſic parochialis eccleſia priuaretur ſua canonica.Item patet exẽplum,elegit ſepulturam in alia eccleſia,ſed nihil ei legauit. ſed legauit alteri loco vel p̃ſonæ, committẽs tacite & ſecretæ fidei legatariæ, vt legatum reſtitueret illi eccleſiæ apud q̃ elegit ſepulturam.ff.de iu fiſci.l.non intelliguntur, de fraude aũt rectoris eccleſiæ cui legaſ,patẽt exẽpla.Primo,qa parochianus vellet legare alteri eccleſiæ,rector inducebat illum ad donandum.Itẽ cum parochianus vellet legare & ibi ſepulturam eligere,rector inducebat illum ad donãdum.Itẽ cũ parochianus vellet legare & ibi ſepulturam eligere, rector eccleſiæ inducebat ſolum ad donandum.Itẽ patet exẽplum,quando mẽdicantes apud quos erat electa ſepultura procurabant,ꝙ legaretur eorum amico,qui tale relictum poſtea ipſis fratrib.elargiebatur.Itẽ patet,ſi teſtator relinquit,vel dat aliquid in infirmitate de qua moritur,aut nulla mentione facta in ſua vltima voluntate mandat dari poſt mortẽ alicui dictorum fratrũ in aliquas commoditates ipſius,puta emptione librorum,uel uestium,ſiue aliarum rerum,debetur tunc quarta,ratio eſt in il-
36 lo caſu,quia tale relictum fratribus ex p̃ſona † ipſorum p̃feſſorum quibus donatur uel legatur acquirit eccl'iæ,de priui.cũ olim.2.vt no.Pau.in d.clemẽ.dudum,ſup verbo indirecte. Itẽ patet exemplum,ſi legaretur creditoribus vel ſeruientib. ipſorum fratrum uel alijs p̃ſonis pro ipſis fratribus,vt not.in d.cle. dudum,ſuper verbo, alijs,p eundem. Itẽ & multis alijs modis committitur fraus,vt in d.clem.dudum.§.verum. Multos aũt modos quibus fraus inducitur præſumptiue circa ea quæ agũtur p partes,vide plene nota.per Bart. in l.poſt cõtractum. de do.& ff.quæ in frau.credi.l.1.& l.oẽs.§.Lucius. Secundo incidẽter q̃ritur,cui incumbat probatio fraudis.Rñdeo,alleganti fraudẽ,quia fraus & dolus non p̃ſumuntur niſi probẽtur. ff.ꝺ probat.l.quoties.§.qui dolo.Tertio incidẽter q̃ritur, qualiter probatur iſte dolus vel fraus.Rñdeo p coniecturas,de renun. c.2.lib.6.C.de dolo.l.dolo.ff ſi quis omiſ.cau.teſta.l.ulti. de le. l.ſi ſeruus plurium.l.fi.ff.de actio.empt.l.fin.ff.de vſur.l.ſemiſſes.ff.de pig.act.l.cum vniuerſorum,de dona.inter vir.& ux̃o. l.4.ff.de tranſact,l.cum hi.§.modus.89.diſt. decenter. de teſta. requiſiſti in fin.& c.officij,facit.ff.de dona.l.poſt q̃ctum.ff.quę in frau.credi.l.omnes.§.Lucius,& l.1.ſi quis in frau. patro. & vide de hac materia quod not.per Pau.in clem.dudum.§.verum,ſuper verbo,ſepeliri elegerit, & ſuper verbo deceſſerit, & ſuper ver.indirecte,& ſuper ver.de alijs, p eiſdem, & ſuper uerbo,ſauitate,& ſuper uerbo,conſcias,& ſuper uerbo,diſcrete,ubi ẽt dicebat Pau.ꝙ ſi teſtator apud mendicantes animi diſtinatione,& propoſito expreſſe electa ſepultura facit alibi eligi,& ſibi nihilominus legari quod aliàs erat legaturus,certe p̃ſumitur fraus,& tunc tenetur ad quartam, idẽ eſt in ſimilibus
37 fraudulentis caſibus. † Quarto incidenter quæritur, ſi re uera paroch.commiſit dolum & fraudem,ſed rector eccl.cui legabatur,nõ commiſit aliquem dolum, nec fraudem, nec fuit q̃ſcius,nec particeps fraudis cõmiſſę,a parochiano,an illa fraus parochiani nocebit illi eccleſiæ cui legatur.Credo ꝙ noceat, quia hic agimus de præiudicio parochialis eccleſiæ, in cuius præiudicium parochianus potuit fraudẽ committere,bene fa

cit

cit de teſtam.officij. & cap.requiſiſti.& notandum, ꝙ ad hoc ut fraus non committatur per rectorem eccleſiæ cui legatur, canon onerat conſcientiam eius cui legatur,vt d.clem. dudū. §.verum,ibi,dum dicit, conſcientias &c. Et ſciendum, ꝙ vbi ſtatur conſcientiæ alicuius, non poteſt in contrarium fieri ꝓbatio,de reſcrip.ſtatutum. §.aſſeſſorem, vbi de hoc plene per
38 glo.lib.6.& de iurepa.clem.vnica.† Notandum autem ꝙ conſcientiæ puritati non deſit iudicium rationis. c. non ſolum,de reg.in 6.& vide de for.compe.clemen.quamuis.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis canonica cui eccleſiæ debeatur.7.13.21.25.34. & pabulum quid ſit.*
2 *Parochianus alicuius eccleſiæ quando quis dicatur.*
3 *Rex ſi moritur & ſepelitur in aliqua eccleſia ſui regni, & aliqua obueniant illi eccleſię pro ſepultura,quid fiet de oblatis, uel legatis per regem illi eccleſiæ in qua eligit ſepulturam.*
4 *Spiritualia qui ſeminat,dignum eſt vt metat temporalia.*
5 *Eccleſiaſtica ſacramenta ſi in una eccleſia quis percepit,& in alia audit diuina,& alteri eccleſiæ aliquid legat,et ibi ſepulturam eligit,nūquid utri que eccleſiæ debetur canonica.*
6 *Parochianus ſi aliquis ſit duarum eccleſiarum nunquid in utraque parochia teneatur ad collectas.*
8 *Iura quæ diſponunt deberi canonicam quid conſideretur.*
9 *Domicilium ut cenſeatur quis mutaſſe,quid requiratur.*
10 *Domicilium conſtituitur minori ſpatio quàm decennali.*
11 *Conſiderare plus debemus auditionem diuinorum & perceptionem ſacramentorum quàm habitationem ſolam in parochia in canonica largienda.*
12 *Culpa parochiani non debet redundare in præiudicium parochialis eccleſiæ.*
14 *Iura uacantis eccleſię ſeruari debent.*
15 *Debitor alicuius ſi quis eſt ad diem ſub pœna,& interim debitor moriatur ſic quòd iacet hereditas,nunquid beneficio reſtitutionis ſubueniretur ad uerſus pœnæ commiſſionem.*
16 *Impedimentum facti quid reſpiciat.17.*
18 *Parochianus ſi propter impedimentum iuris non potuit audire diuina officia a rectore parochialis eccleſiæ,an canonica debeatur parochiali eccleſiæ de legato quod ipſe fecit alteri eccleſiæ ubi elegit ſepulturam.*
19 *Impedimentum proueniens propter impoſſibilitatem iuris an noceat impedito.*
20 *Delictum ſacerdotis non debet nocere eccleſiæ.*
22 *Peregrini in qua eccleſia ſepeliri debeant.23.*
24 *Parochianus vnius eccleſię elegit ſepulturam in alia eccleſ.eiuſdem diœceſis,& illi eccleſiæ in qua elegit ſepulturam legat prædium conſtitutum in alia diœceſi,cui eccleſiæ debebitur quarta.*
26 *Animus & factum requiritur ut domicilium conſtituatur.*
27 *Diuina officia audire & eccleſiaſtica ſacramenta percipere debet quis in eccleſia parochiali & pœna non debet alicui tribuere immunitatem & factum unum & idem non debet eſſe cauſa pœnæ & præmij.*
28 *Domicilium non conſtituitur ſine uoluntate & animo.*
29 *Eccleſiæ a qua corpus aſſumitur debetur quarta de iure,& ultimum tempus inſpicimus quando de ſtatu perſonę agitur.*
30 *Tempus pupillaris ætatis licet non poſſemus conſiderare quantum ad ius parochiale & ſepulturę, tamen conſiderare debemus & poſſumus tēpus ætatis adultę.*
31 *Confinati & relegati an perdant domicilium loci de quo relegantur,& cō finantur.*
32 *Banniti & rebelles quiſe conferunt ad aliam ciuitatem uel patriam an perdant domicilium.*
33 *Iura ſepulturę & parochię ſunt diuerſa.*

Capitulum ſeptimum.

1 VEnio ad ſeptimū capitulū principale,cui eccle.debeatur † cano.parochialis, hoc declaro per infraſcriptas. q. Primo quæritur, cum iura loquantur de eccleſ.parochiali, qualiter accipiatur eccleſia parochialis,ad hoc vt ei canonica debeatur,& quis intelligatur eſſe parochianus alicuius eccleſiæ,text.in ca.1.de ſepul.dicit ꝙ illa eccleſia cenſetur parochialis in qua celeſti pabulo refici cōſueuit.Dicitur aūt pabulum celeſte doctrina ſacerdotum,vel ſolita cibaria,pabulum dicitur prædicatio verbi Dei,de offi.ordi.inter cætera.fm glo.in d.c.1. Hoſt.aūt dicebat ibi,ꝙ pabulum dr̄ eo quod paſcuntur & reficiuntur nō ſolum pane corporali, ſed etiā ſpirituali.i.ſacramentis & verbi Dei,vt patet in dictis.c.1.& eod.tit.c.de his.1.reſpon.& 13.q.1. §.1.& 3.q.1.audacter.tex.in d.c.de his,dicit ꝙ illa dr̄ eccleſ.paroc.in qua quis conſueuit officia audire diuina,& eccleſiaſtica recipere ſacramenta,tex.in clem.dudum.§.verum,dicit illam cenſeri paroc.eccle.qñ ad ipſius eccleſiæ rectorem ꝑtinet certis perſonis miniſtrare eccleſiaſtica ſacramenta, & quibus noſcitur competere de iure prædicare, ſeu proponere verbū Dei,& confeſſiones audire fidelium, & quibus competit miniſtrare ſacramentum vnctionis extremæ,vel euchariſtiæ,vel ſolennizare matrimonia,de priuil.clem.1.facit de paroc.vt dominicis,de pœni.& re.c.omnis.eod.titu.c.fiu.lib.6.& uide qđ no.Inno.de deci.in c.nouum genus.in glo.magna,in ver.item non credimus &c.Ex his ergo patet quis dicatur parochianus
2 alicuius eccle.nam parochianus intelligitur,quando † habitat per annum totum in paroc.ita dicit Inn.de deci.c.2. uel quando habitat maiori parte anni,& ibi audit diuina,& a rectore eccleſiæ ibi recipit eccleſiaſtica ſacramenta,& quando ꝑ Rectorem eccle.ſpūalia ſibi miniſtrantur,& eidem rectori in foro pœnitentiali confitetur,& a tali rectore prædicationes audit & verba Dei,quæ proponuntur,facit de paroc.c.fina.facit quod not. Pau. in cle.dudum §.uerum.ſuper verbo,parochialibus ſacerdotibus.vbi dicebat,ꝙ ſcholares & alij incolæ annales & mercenarij debent cōfiteri ſacerdoti in cuius parochia habitant per annum.argumē.16.q.1. quæſt. Alij dicunt ꝙ ēt ſi non traxerunt moram per annum,argum.de deci.c.ad Apoſtolicæ,fatetur tamen tutius eſſe quod viatores & ſimiles ſem per a proprio ſacerdote habeant licentiam ſpecialē,& de hoc per Hoſt.in ſum.de pœni.& remiſ.§.cui confitendum.ſub.§.fi. & de paro.§.quis intelligatur parochianus, facit bene præalle.c.quæſt.vbi dicit,ꝙ decimæ perſonales debentur tali paroc. eccle.ergo & talis quarta,tamen vbi non eſſet in totum tranſlatus,verius vr̄,ꝙ illa quarta diuiditur inter eccle.primā,cuius erat parochianus,& ſecundam vbi moram trahit, licet non ꝑ totum annum.Videtur enim hæc ſecunda habitatio cōtumelioſa primæ eccleſiæ parochiali,de ſepul.cum quis,lib.6. Secū
3 do q̄ritur,ſi rex,dux, † vel magnus Baro moritur, & ſepelitur alicubi.ſ.in aliqua eccle.q̄ ſit in ſuo regno, ducatu, uel baronia,& aliqua obueniant illi eccle.pro ſepul quid fiet de talibus oblatis uel legatis per regem illi eccle.in qua elegit ſepul.Dicebat Inno.de ſepul.c.2.ꝙ eps talia data pro ſepultura debet accipere,& ſuam partem dare eccleſ.ubi ſepelitur, & de reſiduo debet partes facere inter eccleſias,ubi per circulum anni percipiebat eccleſiaſtica ſacrā.iſti.n.magnates non morātur ſem per in vno loco,ſed circuunt terras,hoc optime probatur de decim.qm̃ 12.q.2.nobis.& c.vulteranæ,& c.ſeq.ita dicebat Inno.in c.2.de ſepul in ver.hac eadem rōne.Dicebat.n.Inn.in d. c.nouum genus,in gl.magna.in ver.item non concedimus ꝙ licet hodie in aliqua eccleſia quis audiat diuina,ꝙ illi eccleſiæ non debeatur quarta de his,q̄ obueniūt illi eccleſiæ cui legat, & ibi ſepelitur, ſed debetur illa quarta de his q̄ obueniunt illi eccleſiæ in qua per totum annum ſumit eccleſiaſtica ſacrā, & audit diuina officia.16.q.1.q.Et ſi forte in plurib. eccleſijs audiret diuina officia,tunc pro æquali parte aucto.ſuperioris diuidentur inter dictas eccleſias ea quæ oblata fuerunt eccleſię
4 vbi ſepultus eſt,† quia dignum eſt, vt metat temporalia qui ſeminat ſpūalia.Dicebat Bald.in ſuo tract. ꝙ iſti reges qui circū ambulant terras ſui regni non dicuntur habere unam parochiam tm̃, & ideo ſi in aliquo loco moriuntur,mortuaria debēt diſtribui inter omnes eccleſias ſeu parochias quas ille rex illo anno circuiuit,& allegat quod dicit Inno.in d.c.2.de ſepul. Dicit tñ ipſe, ꝙ probabilius vr̄ dicendum,ꝙ illa eccleſia dicat̄ paroc.in qua ſtetit maiori parte anni.ff.de fun.inſtr.l.cum delanionis.§.fabinus,ſed ſi hoc non apparet,vel non eſt, quia ꝓp latitudinem prouinciarū parum ſe figebat in locis, tūc habet locum.d.Inn. Nec pōt dici ꝙ rex ſic circumeundo regnum videatur quaſi vagabundus, quia omnes ciuitates regni ſunt lares eius,facit.ff.de iudi.l.2.&.l.hæres abſens.Tertio quæritur,ſi aliquis audit diuina in vna eccleſia, & in alia ꝓcipit ſacramēta & iſte legat aliqua tertiæ eccle.& ibi ſepulturam eligit, cui de illo legato debeatur cano.quarta,an eccleſiæ in qua audiebat diuina,an uero eccl in qua percipiebat eccleſiaſtica ſacramēta.Dicebat Inno.in d.de his,de ſepul. ſuper uerbo,eccleſijs. ꝙ
5 ſim una eccleſia quis percipit eccleſiaſtica † ſacramēta,in alia eccleſia audit diuina & alteri eccleſię aliquid legat,& ibi ſepulturam elegit,ꝙ de illo legato debetur vnica canonica quarta vtrique eccl̃.quę quidem quarta æqualiter diuiditur inter eccleſiam,in qua audiuit diuina,& eccleſiam in qua percipiebat ſacramenta, ēt ſi in diuerſis eccleſijs per diuerſas partes anni audit offi.diuina.Vnde dicebat Io. in d.ca.de his, ſuper glo.2. ꝙ ſi aliquis ſuper in aliqua capella audit diuina officia, & in eccleſi.baptiſmali percipit eccleſiaſtica ſacramenta,ꝙ de legato,quod fit tertiæ eccle. unica quarta detrahitur, q̄ æqualiter diuiditur inter capellam,ubi audiebat diuina,& inter eccleſiā baptiſmalem,ubi percipiebat eccleſiaſtica ſacramenta. Quarto quæritur,quis habet vnum domicilium quod quidem domicilium eſt æqualiter in duabus parochiis,vt puta in cōfinio duarum eccleſiarum parochialium, uel duas domos coniunctas in duab. parochijs,& ille legat cuidā tertiæ eccle.& ibi ſepelit,q̄rit̄ de illo legato an dēatur cano. paroc. utrique dictarū eccleſiarum parochialiū.Reſpō. debetur unica quarta parochialis, q̄ æqualiter diuidetur inter dictas eccleſias parochiales,ita dicit gl.ordi.in c.cum quis,de ſepult.lib.6. Dicebat Io.in d.c.cum quis,ſuper glo.4.in nouella, ꝙ ſi aliquis ſit parochianus

Source : BIU Cujas

6 chianus † duarum ecclesiarum, ꝙ in utraque parochia tenet̄ ad collectas. ff. de cens. lib. forma. §. si vero. Et subdit, ꝙ si aliquis hītat in vtraque parochia, ꝙ munera personalia & ēt munera quæ imponuntur singulis parochijs in impositione eorum, in eius electione est subire talia onera in qua illarum parochiarum velit. ff. ad mu. l. ciuis. Et subdit, ꝙ si aliquis habet unam domum, cuius pars est in una parochia, & alia pars est in alia paroc. & iste est artifex qui operatur artem in certa parte illius domus, ꝙ decimas personales soluat illi eccles. paroc. vbi est pars domus vbi artem operatur. Quinto quæritur, si aliquis habet vnum casamentum, in quo habet introitum per unam partem, quæ est in parochia unius eccles. & habitationem habet in eodem casamento quod est in paroch. alterius ecclesiæ. Modo iste legat cuidam tertię eccles. & ibi eligit sepulturam, quæritur de isto legato, cui debetur canon. parochialis, an illi eccl. in cuius parochia est porta, per quam habetur introitus ad illud casamentum. Respondeo debetur illi ecclesiæ tm̄, in cuius parochia est casamentum in quo habitat. Ratio quia introitus per illam portam est solum propter habitationem. ff. de lega. 3. l. prædijs. §. penul. & antepen. ita dicit
7 Io. de sepul. cum quis. lib. 6. super gl. 4. † Sexto quæritur, aliquis est parochianus duarum ecclesiarum, puta eccle. S. Micha. & san. Ioan. & legat ecclesiæ san. Ioan. & ibi eligit sepulturam, q̄ritur an de illo legato cano. portio debeatur alteri eccle. paroch. s. S. Micha. videtur ꝙ debeatur dictæ ecclesiæ San. Micha. quæ parochialis est, & cui videtur fieri iniuria, quia ab ipsa sumitur corpus & transfertur ad aliam eccle. vbi eligit sepeliri, & in recompensationem istius iniuriæ debebitur cano. parochialis, de sepul. certificari. In contrarium vr̄, ꝙ non debeatur canonica, quia nulla facta est iniuria dictæ eccle. S. Michaelis, ex quo iste in alia ecclesia, seu parochia sepulturam elegit, cum in hac parochiali ecclesia, vbi elegit sepeliri debuisset sepeliri, si sepulturam non elegisset. Item potuit talis parochianus præeligere alteram ex illis duabus ecclesijs parochialibus, ar. ff. de leg. 2. l. cum quidam. Septimo quæritur, cum ecclesiæ parochiali debeatur cano. de legato, quod fit alteri ecclesiæ in qua sepelitur, q̄ritur si testator tempore testamenti erat parochianus alterius eccle. an debebitur cano. parochiali ecclesiæ, cuius erat parochianus tempore testamenti. An vero ecclesiæ, cuius erat parochianus tempore mortis. Respondeo, quod si desijt esse parochianus tempore testamenti, ꝙ tunc illi eccle. non debetur cano. sed debebitur ecclesiæ cuius erat parochianus tempore mortis. Ratio, quia nulla iniuria facta est ecclesiæ, cuius erat parochianus tempore testamenti,
8 ex quo desijt esse parochianus illius ecclesiæ. † Iura. n. quæ disponunt deberi canonicam, considerant quando de ecclesia parochiali assumitur corpus & transfertur ad aliam ecclesiā, vt in c. certificari, de sepultu. hoc etiam inducunt ad recompēsationem iniuriæ, quæ fit parochiali ecclesiæ, vbi debebat sepeliri, vt c. primo, de sepult. & hoc plene probatur in cap. cum quis, de sepultu. lib. 6. Octauo quæritur, quidam existens parochianus cuiusdam ecclesiæ constitutæ in villa perrinente ad aliquam ciuitatem, propter guerras & hostilitatem, seu ꝓpter gentes armorum, quæ stabant in illa villa recessit ab illa villa, ne ipse & sua familia caperentur ab inimicis, & transtulit se & suam familiam ad illam ciuitatem, ad quam pertinebat illa villa, & habitauit cum sua familia in parochia ecclesiæ constitutæ in d. ciuitate. Demum veniens ad mortem legauit cuidam tertiæ eccleſiæ, & ibi eligit sepeliri. Moritur aūt in paroc. d. parochialis ecclesiæ cōstitutæ in d. ciuitate, quæro de legato cui eccle. paroc. debeatur canon. An vero dictæ parochiali ecclesiæ cūstitutæ in d. ciuitate vbi ille mortuus est. An uero dictæ paroc. eccl. constitutæ in d. villa cuius moriens erat parochianus. Rn̄deo, debetur cano. parochialis illi ecclesiæ constitutæ in d. ciuitate, ex eo ꝙ illi moriens decessisset in illa ciuitate. Et rō est quia ille recedendo de. d. villa ꝓp dictum timorem non desijt esse parochianus illius ecclesiæ constitutæ in d. villa pro pter dictum timorem non desijt esse parochianus illius eccle siæ ꝙstitutæ in d. villa, nec cēsetur mutasse domicilium transferēdo se de d. uilla ad ciuitatē prædictam, cum non habuit animum in ciuitate perpetuo remanēdi, quod requiritur, ut cen-
9 seatur domicilium mutasse. ff. † ad municipales. l. non utique. & l. domicilium. & l. eius qui. §. penul. C. de incolis. l. 2. lib. decimo. & l. ciuilis, & no. l. 1. de munic. & origi. eo. lib & no. Host. in summa, de parochijs. §. pen. ante fi. Durante igit̄ metu dictę hostilitatis seu guerræ non dr̄ hr̄e aīum mutandi domicilium qđ hēbat in d. villa, facit qđ met. cā. c. 1. nec præsumit̄ aīus mutandi nisi probet̄. d. c. 1. in pen. gl. facit ad hoc. ff. de da mno infe. l. si finita. §. si quis metu. de acq. rer. domi. l. qua rōne. §. fi. & l. naturalē. §. in his, & in sti. de rer. diui. in fi. Simile, quod non perdit possessionē qui metu hostiū ab illa recedit, si possessio ab hostibus occupata non sit. ff. de acqui. posl. clā possidere. §. qui ad nundinas, & ita no. Io. de sepul. c. is qui. in nouel. a, hoc dictū intelligo qñ duraute metu non accessit ad villā, sed si cessante metu remansit in ciuitate, tunc censetur mutasse domiciliū qđ habebat in uilla & elegisse domicilium in d. ciuitate. Et sic parochiali ecclesię dictæ ciuitatis in qua moriēs habitabat debebit̄ canonica parochialis, non ecclesiæ parochiali ꝙstitutæ in d. villa, dicebat Fede. de Sen. in cons. 248. ver. itē pone ꝙ propter guerram &c. Quod si ꝓp guerrā quis recessit de loco proprio, & se alibi collocauit, & cessante guerra redijt ad propria certe durante tp̄e guerræ fuit parochia. illius eccle. ubi se tūc collocauit, de parochijs. c. vlt & ibi no. Host. & Archi. post eū.
10 12. q. 2. §. quia ergo. quia minori spatio quam decēnali † cōstituitur domicilium, vt no. Io. de sepul. is qui. lib. 6. tene ꝙ debeatur eccl. illius villæ, ex quo ad illā redijt & ibi diuina audiuit, vt supra dixi. Nono q̄ritur, parochianus vnius ecclesiæ existēs in īfirmitate legauit cuidā alteri ecclesiæ parochiali, & ibi elegit sepulturā, & existēs in infirmitate illa, de sua qdem eccl̄ia parochiali se trā. tulit ad eccl̄iam cui legauit, & in qua sepulturā elegit, q̄rit̄ an de illo legato debebit̄ canonica, rō quadruplex est. Prima, qa nō cēsetur domiciliū mutasse, quod hēbat in d. sua parochiali eccle. esto ꝙ se trāstulerit ad parochiā cui legauit. Secunda rō, quia p̄sumit̄ recessisse de parochia suę parochialis eccl. timore infirmitatis in qua erat, sicut videmus tē pore mortalitatis, vbi infirmi existētes parochiani alicuius ecclesiæ timētes mortalitatē q̄ est in illa parochia faciūt se transferri ad aliam parochiam vbi non est mortalitas. Tertia ratio est quia videmus ꝙ si parochianus vnius ecclesiæ transfert se ad monasterium in infirmitatis arti. de his q̄ acquiruntur monasterio virtute ꝓfessionis debebit̄ cano. paroc. eccle. de quo plene per Inn. in c. relatum. & c. is qui, de sepul. Quarta ratio, quia posset parochianus illius ecclesiæ in fraudem facere se trāsferri de loco parochialis ecclesię ad alia ecclesiam, cui legauerat, ad hoc vt parochialem ecclesiam priuaret cano. paroc. de quo per. Ion. de sepul. c. 2. §. qui in nouella, & ita intelligatur quod no. Damasus in tit. de testa. in 5. q. Decimo q̄ritur, quidā non habens propriā domum conduxit quandam domū in vna parochia & habitauit, demū finito tp̄e ꝺductionis conduxit domum in alia parochia, & ibi habitauit, fecit testm̄. & cuidam tertiæ eccle legauit, & ibi sepulturā elegit, q̄ritur de illo legato, cui ex illis ecclesijs cano. debeatur, an eccle. in cuius parochia habitauit tp̄e testamenti, an vero ecclesiæ, in cuius paroc. habitauit tempore suæ mortis. Videtur quòd inspiciatur locus habitationis tempore testamenti. ff. de auro & arg. le. l. si ita, sed videtur quòd inspiciatur locus habitationis tempore mortis. ff. de fund. instru. l. penul. & de pecul. peculium. Dicas debere inspici maioritatem & lōginquitatē tp̄is. Nā si in prima parochia habitauit maiori & longiori tp̄e q̄ in secunda parochia, & in prima longiori tp̄e audiuit diuina & ꝓcepit ecclesiastica sacra, illā ecclesiā cēsebimus parochialē, & illi soli debebit̄ canonica, & hoc est qđ volūt doct. ꝙ consideratur habitatio maioris tp̄is. de quo supra in 1. q. si aūt habitasset in vtraque parochia æqualiter, tunc illa canoni. dividitur inter ambas illas ecclesias, de sepul. cum gs lib. 6 ibi dū dicit tex. ęqualiter se collocant. Sed incidenter quæritur, pone ꝙ in prima ecclesia nō audiuit diuina, nec ꝓcipit sacra toto tēpore, quo habitauit in parochia prima, scilicet secunda parochia habitauit minori tp̄e, & ibi audiuit diuina, & ꝓcepit ecclesiastica sacra, quærit̄ cui ex illis ecclesijs debeatur cano. Rn̄deo ecclesiæ constitutę in secunda parochia, quia plus de
11 bemus considerare † auditionem diuinorum, & perceptionē sacramentorum, quàm habitationem solam in parochia sine auditione diuinorum, & perceptione sacramentorum, de sepultur. cum quis, lib. 6. Incidenter quęritur, quidam habitauit in vna parochia per annum, & per alium annum in alia parochia, & in nulla dictarum ecclesiarum audiuit diuina nec percepit ecclesiastica sacramenta, & legauit tertiæ ecclesię, & ibi elegit sepeliri, quæritur an de illo legato debeatur cano. alicui dictarum ecclesiarum parochialium, & si debetur, cui ex illis ecclesijs debeatur, an verò debeatur utrique. Videtur ꝙ neutri dictarum ecclesiarum debeatur, eo ꝙ in nulla dictarū ecclesiarum audiuit diuina, nec accepit ecclesiastica sacramēta, vt in cap. cum quis, de sepul. libr. 6. Credo ꝙ cum censeatur habere domicilium in. 2. parochia, ꝙ illi soli debeatur cano. in nulla. n. culpa fuit ecclesia secundæ parochiæ si suus parochianus noluit ibi audire diuina nec percipere sacramēta, sed
12 canonica † ep̃alis non ſolum de his quæ obueniunt eccleſiæ parochiali ex iure relicti,& ſic ex diſpoſitione hoĩs, ſed etiã ſi obueniant ex diſpoſitione iuris, ut plene poſui in tractatu cano.ep̃alis, cum tractarui de quibus obuentionibus ep̃o cõpetat canonica,non enim conſideramus eccleſiam cui legatur ex eo quod ſit exempta,nec cauſam ꝓp quã legatur,quia legatur ad uſus priuilegiatos,ſed ſolum conſideramus eccl. parochialem, cui debetur quarta.an talis eccle. ſit ſubiecta dioceſano,ut ex quo ſubiecta eſt dioceſano, ep̃s hẽat quartã illius quartæ. Non ob.ſecunda ratio, quia illud priuilegium reſpicit ſolum legatum, quod remanet apud legatarium,nõ aũt reſpicit illam cauonicam parochialem.Non ob.tertia ratio,quia priuilegium dẽt eſſe ꝓpetuum,quia illud uerum reſpectu eius,quod debetur priuilegiato,nõ aũt reſpũ eius, qđ non debetur priuilegiato.Non ob.quarta ratio, quia in caſu noſtro priuilegium non tollit ius cõe, quia tale priuilegium non eſt reſpectu eccle.parochialis,nec quo ad canonicam parochialem in p̃iudicium dioceſani.Non ob.ultima rõ, quia priuilegium intelligitur reale,quia iſtud eſt uerum quo ad obedientiam parochialem contra mendicantes quibus legatur.Ex prædictis ergo quæ ſuperius dixi eliciamus quinq; caſus.
13 † Primus eſt,qñ parochianus eccle.ſubiectæ epiſcopo eligit ſepeliri apud eccleſiam exemptam, & illi eccle.legat, & tunc parochialis eccle.quę recipit quartam,debet ep̃o quartam quartæ.Secundus caſus eſt, quando parochianus eccle. ſubiectæ ep̃o,puta ep̃o peruſino eligit ſepulturam in eccle.alterius dioceſis,& illi eccle.legat.Tunc parochialis eccl.quæ recipit quartam,dabit epiſcopo quartam quartę.Tertius caſus eſt,quando parochianus eccle.ſubditę epiſcopo eligit ſepulturam apud eccleſiam mendicãtium,& illi loco legat ad uſus priuilegiatos, tunc parochialis eccle. quæ recipit quartam,ut cle.dudum. dabit quartam quartæ epiſcopo, eſto qđ de prædictis tribus caſibus epiſcopo nõ debeatur canonica. Quartus caſus eſt, qñ parochianus eccle. ſubditæ ep̃o eligit ſepeliri in illa eccl.eidem ep̃o ſubiecta,& illi eccl.legat,& tũc ep̃s de illo legato habet quartam,& eccle. parochialis dabit quartam de ſua quarta epiſcopo. Quintus & ultimus caſus eſt, quando parochianus eccleſiæ exemptę elegit ſepulturã in alia eccle.& illi eccle.legat,tunc parochialis eccle. quę eſt exempta,& q̃ de illo legato recipit quartam,non dabit quar
14 tã illius quartæ ep̃o, qa ep̃o † non dẽtur aliquid de his q̃ obueniunt loco exempto.de teſt.c.officij.ubi per Ioã. de ſepul. certificari.bene tñ fateor,quòd de illo legato,epiſcopus haberet canonicam epiſcopalem,niſi eſſet legatum eccleſiæ ſubiectæ epiſcopo.de teſta.requiſiſti. Quoniam autem ſupra dixi, quod quando parochianus legat alteri eccleſia ſubiectæ ep̃o, & ibi elegit ſepeliri, ꝙ ep̃s de illo legato trahet canonicam

Source : BIU Cujas

nicam epiſcopalem,& eccleſia parochialis trahit parochialē quartam.Quæritur,quis primo detrahit,an epſ,an uero eccl. parochialis, an **ambo** ſimul concurrant. Et vr̃,ꝙ primo detrahit epſ,de teſta.c.ult.ubi epſ præponitur.facit maioritatis p̃rogatiua,cui deferendum eſt.de ma.& obe.c.1. & c.ſtatuimus,de præb.ſi a ſede.lib.6.& cle.1.ut lit.pen.& §. in ordinatione.in auct.de hęre.& fal.Et ita tenet Ioē.in c. certificari. in 10.q.uer.his cognitis.Sed vr̃,qđ primo detrahat eccleſia parochialis,quia ſibi fit iniuria p̄p electionem ſepulturæ,quā facit parochianus ſuus in eccleſia.de ſepul.c.1.quę iniuria non fit ep̃o,cum ille parochianus non debuerit ſepeliri apud eccleſiam cathedralem.Item quia parochialis eccle.quo ad canonicam conſequendam prætendit cām oneroſam,ut in c.1.de ſepul.Epſ aūt prætendit cām lucratiuam,ſed potior eſt con-
15 ditio† p̃tendens cām oneroſam,q̃ lucratiuam.C. de iu. deli. l.ſancimus.Sed uidetur quod ſit locus præuētioni,ut qui primo ex illis prę̃uenit,ille prius ex illis detrahat.de ꝓcu.ſi duo. li.6.ff.de noxa.l.ſi ex multis,& C.de iu.deli.l.ſancimus,de reſcri.duobus.lib.6.Et ſi epſ,& eccle.parochialis ſimul cōcurrant, uidetur ꝙ ſit in ptāte eccle. legatarlæ p̃eligere alterum ex eis,cui primo uelit ſoluere. Qñ āt dicatur induci p̃uenio, uidetur ꝙ inducatur qñ fit per ſolutionē, q̃ fit prius uni quā alteri,ut d.l.ſancimus. de iu. deli. uel inducetur prę̃uentio p̄ litis conteſtationem,ut d.c.ſi duo.de procu.uel inducetur p̃uentio p̄ ſnīam,quę primo fertur pro altero ex illis,ut l.ſi ex multis.de noxali.ff.in hac.q.dicendum eſt,ꝙ tam epſ q̃ parochialis ſacerdos ſimul & eodē tp̄e concurrere debent,nec vnus p̃t p̃uenire alterum in p̃iudicium alterius, & hoc probo per iſtas rōnes. Prima rō talis eſt, quia epſ quo ad canonicā ep̃alem, & parochialis eccleſia quo ad quartam parochialē ambo ſimul p̃tendunt cām oneroſam, conſiderata cauſa p̄p quam debetur canonica ep̃alis, & parochialis, & de primo plene dixi in tractatu canonicæ ep̃alis.& de ij.patet in c.1 de ſepul. ergo non debet eſſe conditio melior vnius q̃ alterius. Secunda rō eſt, quia hæc ſunt duo iura diuerſa. ſ. canonica
16 ep̃alis†& canonica parochialis.Nam cañ.ep̃alis procedit ex iure parochiali.Et ſunt iſta duo iura æque principalia,quorū unum ius ab altero non dependet,ergo unum ius p̄ alterum non debet,nec poteſt cōfundi,nec diminui.ff. de fideiuſ l.generaliter.& facit in ſimili,quod no.Io.in ca.cum olim. de re iudi.Tertia rō,quia quando ſunt duæ perſonę, quarum cuilibet competit ius ſuum, nec inter eas eſt prioritas in tēpore, unusnō poteſt alterum p̃uenire in alterius p̃iudicium, & ius utriuſque remanet ſaluum,ut in regula. qui prior. ſed epſ & parochialis eccleſia concurrunt eodem tp̄e. ſ. quilibet eorū ex die mortis teſtōris,uel ex die aditę hæreditatis.ff.de furtis. l.a Titio.Quarta rō,quia canonica ep̃alis, & canonica parochialis deducuntur habito reſpectu ad totum,non aūt habito reſpectu ad partem legati.Sed ſi epſ primo deduceret, iā parochialis eccle.deduceret de reſiduo, & nō habito reſpectu ad totum legatum.Quinta ratio,quia epſ per ſuam prę̃uentionem non poteſt tollere ius parochialis eccleſiæ.de rebus eccleſię non alienan.c.1.Sed iam præiudicaret eccle.pa
17 rochiali,ſi epſ prius deduceret q̃ parochialis eccleſia.†Sexta rō eſt,quia ep̃alem canonicam, & parochialē æquiparamus legitimæ debitæ iure naturæ,quę debetur filiis,ut dicit gl. in c.officij.de teſt.Sed conſtat,ꝙ ſi duo ſint filii quib.debeatur legitima, unus non deducit ante alterum in p̃iudicium alterius,ſed ambo ſimul cōcurtunt, & ęqualiter ſimul percipiūt. C.de inof.teſt.auc.nouiſſima. Et ideo exēpli gratia dicamus, ꝙ ſi parochianus legat alteri eccl.20.ſubiectæ ep̃o, & ibi elegit ſepeliri,ꝙ epſ habebit quartam.ſ.quinque de illo legato, & eccleſia parochialis habebit alia quinque. Reliqua autem decem remanebunt apud eccle.legatariam.Io.An.& Io. de Lig.in c.certificari.dicebant non eſſe dr̃iam, an primo epſ deducat. An uero parochialis eccleſia. Et ponunt tale exemplum.Parochianus legauit alteri eccleſię in qua elegit ſepeliri.80.Modo ſi parochialis eccleſia primo incipiat detrahere habebit.20.pro ſua canonica,& de reſiduo,ꝙ eſt.60.epſ habebit quindecim,item epſ de illa quarta parochiali habebit quinque,& ſic uterque habebit 40. ſicut dicimus in filio rogato reſtituere hęreditatem ualentem.12.florenos.Nam primo detrahit tertiam pro ſua legitima, & de reſiduo quartā trebellianicam,ut in c. Raynutius,de teſta.Iſta ratio non concludit,quia filius qui non poteſt grauari in legitima deducit eam priuſquam trebellianicam,& ſic non cōcurrit legitima
18 † cum trebellianica,ſed canonica parochialis,& epiſcopalis concurrunt eodem tempore habito reſpectu ad ea quę ſuperius dixi.Nec eſt uerum,ꝙ ipſi dicunt,non eſſe differentiā, quis primo deducat,quaſi uterque habeat æqualem portionem,quod eſt falſum. Patet exemplum. pone ꝙ epiſcopus primo deducat. 20. de illo legato.30. florenorum, ſi de reſiduo parochialis eccleſia deducat quartam, erunt ſola quindecim, & ſic non erit ęqualis portio canonicæ parochialis cum canonica epiſcopali.

Sed incidenter quæritur, ponamus ꝙ de conſuetudine canonica epiſcopalis ſit medietas legati de iure communi, canonica parochialis eſt quarta, quæ per conſuetudinem non eſt aucta,quid debebitur epiſcopo pro canonica ſua.Reſpondeo medietas dicti legati,& apud eccle. parochialem remanebit quarta totius legati, & ſi legata ſint uiginti, epiſcopus habebit decem de illo legato,& eccl.paroc.habebit quinque habito reſpectu ad totum legatum, & ſic apud eccleſiam legatariam remanebunt ſola quinque.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quibus nulla canonica debetur eccleſiæ parochiali.3.5.12.*
2 *Parochianus ſepeliendus eſt,ubi ſepeliri elegit.*
4 *Legatum pro incertis dicitur ad pias cauſas.*
6 *Eccleſia parochialis æquiparatur filio.*
7 *Matrimonium quando contractum eſt ſine dote, quarta quæ debetur uxori in bonis mariti præmortui computatur in his quæ maritus legauit vxori.*
8 *Legatum factum eccleſiæ parochiali quando quis alibi ſepelitur an computetur in quartam.*
9 *Quarta parochialis alio iure debetur quàm legatum factum alteri eccleſiæ.*
10 *Legatum factum eccleſiæ parochiali an computetur in quartam.*
11 *Legatum ſimpliciter factum parochiali eccleſiæ an computetur in canonica parochiali.*
13 *Canonica nunquid ceſſet quando teſtator legat mendicantibus,& tempore teſtamenti non elegit ſepeliri apud ipſos,ſed tempore mortis elegit ibi ſepeliri.*
14 *Parochianus quando legat amicis,uel conſanguineis,pauperibus,miſerabilibus perſonis,uel uiduis,nunquid ceſſet canonica.*
15 *Canonica parochialis ceſſat cum propter impedimentum iuris quis non poteſt ſepeliri in eccleſia ubi elegit ſepulturam.*

Redeamus nunc ad expreſsionē

caſuum in quibus nulla canonica debetur eccleſiæ parochia
1 li.Reſpondeo hoc contingit multis caſibus. † Primus, quando per conſuetudinem legitimæ prę̃ſcriptam inductum eſt contra ſolutionem canonicæ parochialis,de præſcri.de quarta.& ꝙ nota.Ioan.in ca. certificari.in 5.quæſtio.Secundus caſus,quando illud procedit ex priuilegio Papali.de reli.do.cō ſtitutus.de teſta.officii.in fi.de ſepul.in noſtra. Tertius caſus eſt,quando per donationem factam ab epiſcopo ex cauſa,& cum conſenſu capit illa canonica parochialis eſt remiſſa. de eccle.ædifi.c.ad audientiam.1.& ꝙ no.de religi.do.conſtitutus.in glo.hoc patet. Quartus caſus eſt, quando parochianus alicuius eccleſię legat alteri eccleſiæ ad uſus priuilegiatos,& ibi elegit ſepeliri,de quibus caſibus priuilegiatis|habetur,de teſta.c fi.tunc enim de illo legato parochialis eccleſia nō debet habere canonicam,& hoc de iure antiquo.Hodie tamen ſi legaretur mendicantib. etiam ad uſus priuilegiatos, deberetur can.parochialis,ut in clem.dudum.§.uerum. de ſepul. ubi eſt caſus. Quintus caſus eſt,quādo parochianus unius eccle.eligit ſepul.in alia eccleſia, & legat prælato illius eccl. uel clericis ipſius eccleſię contemplatione eccleſiæ,perſonarum, & non contemplatione eccleſiæ,ubi elegit ſepul.nam de illo legato non debetur canonica parochiali eccleſię, dummodo non in fraudem fuerit relictum.de teſta.requiſiſti.de uer. ſignifi.ex parte 3.not.ramen ꝙ hodie per cle.dudum.§.uerū. eſt inductum.quod ſi parochianus alicuius eccleſię eligat ſepulturam apud mendicantes,de quibus loquitur ibi,eſto qđ legat prę̃lato uel clericis illorum locorum contemplatione perſonarum,& non eccleſię,tñ canonica debebitur de illo legato eccleſię parochiali.Et uide ꝙ no.Inn.de ſepul.relatum. ſuper uerbo,diſponere.ubi dicit,ꝙ ſi amicis, uel conſanguineis,uel pauperib.legat pro anima quòd ceſſat canonica. Ratio,quia legatur perſonis ſingularib.de uer.ſig.ex parte 3.Sextus caſus eſt,quando parochianus alicuius eccleſię legauit al
2 teri eccleſię,& ibi elegit ſepeliri,nam ibi ſepeliendus † eſt vbi ſepeliri elegit. Si quidem rector corpus illius qui ibidem ſepelitur elegerat, cum deferebat ad illam eccleſiam fuit ſibi ablatum per uiolentiā p̄ rectorem parochialis eccleſię,rōne illius uiolentię eccleſia parochialis non dēbit habere canonicam de illo legato facto illi eccleſię, in qua elegit ſepeliri, non enim dēbat ſepeliri defunctus apud eccleſiā parochialem,ex quo elegerat ſepeliri alibi.ita dicunt Hoſt. & Io.in ca. cum liberū.de ſepul.& idem dicebat Io.in c.certificari.Iſtud ultimum dictam.c.cum libertum.non uidetur uerum.Nam rector in p̃iudicium ſuę parochialis eccleſię non poteſt per ſuum dolum, & uiolentiam priuare parochialem eccleſiam canonica parochia.de ordi.cogniti.cap.2.16.quæſtio.6. cap. ſi epiſcopum.de quo plene in regula.delictum. lib.6. & facit quod notatnr per glo. in l ſi quis in tantam.C.unde ui. Vltra
3 prędictos caſus † quos ponit Ioan.in dicto capit. certificari.

Source : BIU Cujas

poſui in quarto.c.principali.& incipit de quib.obuentionib. & ſunt iſti uidelicet.In primis,cum eccleſia capit ex donatione inter uiuos. Item cum eccleſiæ acquiritur ex ui profeſſionis.Item cum legatur ad uſus priuilegiatos,& iſtos caſus poſui late in dicto quarto c.principali.Itē ultra p̄dictos caſus poſui alios caſus.in quib. ceſſat canonica parochialis.in primis qñ legat eccleſiæ,ſed non elegit ibi ſepult. Itē cū de facto ſepelietur in eccleſia legataria. Item cum eccleſia parochialis eſt interdicta,uel ſita in loco interdicto, & alibi ſepelitur parochianus.Item cum reuocat electionē ſepul. quā fecit in eccleſia cui legauerat.& hos caſus plene poſui in dicto quarto c.principali.itē cū deſinit eſſe parochianus tpe teſtī, ut poſui in 7.c.principali.q̄ incipit,cui eccleſiæ dēatur canonica. item cum eccleſia parochialis deſtruitur auctoritate ſuperioris,& hunc caſum poſui in 4.c.principali.Item cum legatur pro incertis & male ablatis,rō,quia ſi ſunt certa, debent reſtitui illis a quib.ſunt extorta. ſi aūt ſunt incerta debent pauperibus erogari,& ſic non remanent apud eccle.legatariā.ſic nec his caſibus dētur cañ. ep̄alis, ut plene dixi in tractatu canonicæ
4 ep̄alis. Notandum tñ eſt, q̄ legatum † pro incertis dr̄ ad pias cās,ut tenet ep̄s Vrbeuetanus in ſuo tractatu. Aduerte duos caſus.Primus,qñ incerta malę ablata pauperib.erogantur, & tunc ceſſat canonica. Scds caſus, qñ talia malę ablata ueller, & poſſet conuerti in utilitatem eccleſiæ legatariæ, & tūc vr̄, q̄ debeatur canonica,ſicut dicimus in executore ſimpliciter deputato ad aliquid diſtribuendum, qui poteſt diſtribuere non ſolum pauperib.ſed ēt eccleſiæ, in qua elegit ſepul. quo caſu ſi tali eccleſiæ diſtribuitur,debetur canonica. Sed certe iſtud non procedit,quia q̄ capitur ab executore, cēſetur capi tanq̄ a miniſtro teſtōris,& ſic a teſtatore,& teſtōris diſpoſitione, ſed qñ ep̄s incerta diſtribuit eccleſiæ legatariæ ubi eſt electa ſepultura.Illud non obuenit ex diſpōne teſtōris,ſed ex diſpōne iuris,nec capitur a miniſtro, ut miniſtro teſtatoris, ſed ut miniſtro iuris.& ideo puto non deberi canonicam,& iſtud procedere vr̄, qñ aliquis legat pro incertis, non exprimens perſonā cui eccleſiæ leget. Sed legaret pro incertis eccleſiæ in qua elegit ſepeliri. tunc quia iſtud legatū eſt ad pias cās, debetur canonica eccleſiæ parochiali. Rō, quia eccleſiæ eſt legatum,& iō iſto caſu illa incerta non erogantur pauperib.Nec ob.c.cum tu.de uſuris, quia illud loquitur,qñ legat aliquid pro incertis,non exprimēdo perſonā cui legaret.Itē cum legaret pro ſuccurſu terræ ſanctæ.de ſepul.in noſtra. ut
5 dicit Io.de ſepul.c.2. † Item ceſſat canonica parochialis, qñ parochianus qui elegit ſepul.in alia eccleſia, & illi eccleſiæ legauit aliquid,legauit ēt eccleſiæ parochiali,cū iſto onere ſeu mō, quod eccleſia parochialis pro legato ſibi facto remaneret contenta de oī canonica parochiali, q̄ eccleſia parochialis poterat petere de legato, q̄ parochianus fecerat alteri eccleſiæ in qua elegit ſepultu.& eccleſia parochialis acceptauit illud legatum cum onere & condōne p̄dicta, dummō nulla fraus interueniat.de teſta. c.officii.& hoc tenet Pau.in d.cle. dudum.ſuper uerbo,integre teneatur, facit eo.tit.requiſiſti. §.ſecus.Ex his ergo ſoluitur qō,ſi parochianus ſuæ parochiali eccle. aliquid legat ſimpliciter, & in alia eccleſia eligit ſepul.& legat illi eccleſiæ ubi ſepelitur. An eccleſia parochialis, q̄ ſibi legatum eſt ſimpliciter dēat computare in quartā, q̄ ſibi debetur ab alia eccleſia,cui legatū eſt, & in qua electa fuit ſepul.& an teſtōr legando ſuæ parochiali eccleſię ſimpliciter uideatur legare contēplatione quartæ debitæ parochiali eccleſiæ de legatis factis aliis eccleſiis.Et de iſta q.Io.de li. multum prolixe fuit loquutus in d.§.hmōi. uer. fratrib. ipſis hic uidetur &c.Et ad partē quōd legatur eccleſiæ parochiali computetur in illam quartam quam curatus debet recipere ab alia eccleſia cui legauit,& in qua ſepultus eſt.Probatur iſtis rationibus. Prima,quia canon iubet hanc quartam dari per reſtōnem eccleſiæ parochiali.de ſepul.c.1.ergo legando eccleſiæ parochiali id quod ad quartā ſufficit,pro quarta ui-
6 detur legari.Præterea † eccleſia parochialis uidetur æquiparari filio.de proba.in præſentia.24.q.2.§.ſi alia.ad fi.15.q.4.ca. fi.& ibi per gl.ſed filius quod ſibi ſimpliciter legatur,computat in quartam,quę ſibi debetur iure naturæ.C.de inof. teſta. l.cum quæritur.& l.omnimodo.& l.qñ in priorib. & l. ſi qñ. facit.ff.de inof.teſt.l.ſi pars.§.fi.l.ſeq.& l.pen.& l.Papinianus. & l.conditione.§.ſi conditio.præterea æquiparare poſſumus eccleſiam parochialem patri uel minori.de ſumma Trinitate.c.2.in fi. de priui.c.2.6.q.1.in formas,ſed parentes in his, q̄ legantur eis a filio computare debent iure naturæ eis debitum in bonis filij.C.de inof.teſt.l.cum filii.ff.eo.tit. l.pater filium,cum l.ſeq.Præterea eccleſiam poſſumus æquiparare patrono, quoniam cum ante baptiſmum cenſemur ſubditi, & ſerui pœnæ æternæ,per baptiſmum receptum in eccleſia ſumus liberati. & ſic tanquā ſpiritualiter manumiſſi poſſumus dici liberti eccle.de conſecra.diſt.3.c.2.& 3. Sed cōſtat de iure, quod in portione debita patrono in bonis liberti ceſſat contratabulas,ſi aliquo modo cōſequutus eſt patronus portionem ex diſpoſitione liberti. q̄ enim eidem patrono relictum eſt a liberto, computatur in quartam q̄ patrono dētur. ff.de iur.pat.l.ſine.§.excludit.de bonis liber.l.q̄.§.quoties, & §.ſi ita.& l.& ſi.in fi. & l.ſeq.ad idem de q̄ta.l.1.& 2. Præterea, eſto quod illa can.paroc.non ſit tanq̄ legitima debita filio in bonis patris, uel debita parentib. in bonis filii, uel debita pr̄i in bonis liberti, ſed ſit quodammodo ſpeciali iure inducta. ut c.1.de ſepul.tamen in hac cañ.parochiali computari dēt, quod legatum eſt parochiali eccle. ſicut uidemus qñ matri-
7 monium † eſt q̄ctum ſine dote, in quarta q̄ debetur uxori in bonis mariti præmortui computatur, qđ maritus legauit uxori.C.unde uir & uxor,auc.pręterea.& in auc.de exhib.reis. in fin.Præterea hęc parochialis canonica debetur parochiali eccleſiæ pp onera,quæ ſuſtinuit a parochiano in recompenſationem iniuriæ illatæ eccleſiæ parochiali per electionē ſepulturæ in alia eccleſia.de ſepul.certificari.ſed de hac iniuria ſatisfactum cenſetur eatenus quatenus legatum eſt parochiali eccle.ergo per talem ſatisfactionem, q̄ inſurgit ex illo legato cōputabitur legatum in quartam.facit inſti.quib.mo.tollitur obli.in prin.ff.de iniuriis.l.non ſolum.ſicut uidemus, q̄ pater exhæredando filium facit ei iniuriam, & in recompēſationē illius iniuriæ dat ltīmam filio, & iſta iniuria tollitur p largitionem iſtius ltīmæ.& tamen in hac ltīma computatur legatū factū filio.ut l.ſi qñ.& l.oīno.ff.ſi cer. pet. Præterea teſtator legando eccl.parochiali vr̄ uelle legare contēplatione canonicæ parochialis,& iſta p̄ſumptio induc̄tur, ne uideat ſua iactare.ff.de prob.cū de indebito.Item, q̄ non cenſetur uelle grauare hæredē duplici onere p̄ſtationis.ſ.onere p̄ſtādi legatū factū parochiali eccleſiæ, & onere p̄ſtandi quartā ecc. parochiali de legatis factis alteri eccle.in qua eſt electa ſepultura.ff.de leg.2.l.cum pater.§.qui dotalē.de dote p̄le. in prin. & l.pen.Præterea vr̄ legare eccle.parochiali aīo compenſandi cū canonica parochiali.ff.ſol.matr.l.cū debitor.§.ſi pater.
8 & l.ſi pater. † In q̄rium q̄ legatum factum eccl.parochiali nō computetur in canonica parochiali, probatur per dictū.§. uerum.ubi mendicantes ſoluunt quartā eccle.parochiali,nō diſtincto an eccle. parochiali ſit aliquid legatū uel non.& de hoc eſt caſus.in c.requiſiſti.de teſta.& c.officii.ubi legatum, quod fit epiſcopo,non computatur in canonica epiſcopali. Præterea eccleſia parochialis cui legatur, & alia inqua ſepelitur ſuccedunt defuncto quaſi filio.de prob. in præſentia. cenſentur ergo eſſe quaſi hęredes defuncti, ſed de iure eſt, quod ſi duo hæredes diuidunt hęreditatem, in diuiſione nō ueniunt prælegata. C.de colla. l. pater. & l. filiam. Pręterea rector parochialis eccle.pōt dici tanq̄ ſilentiarius parochianorum,quia ei confitentur in foro pœnitentiali,quia ſub ſilentio peccata tacet.de pœn.& remiſ.c.omnis.& ſic æquiparatur ſilentiario principis,cui non debet computari in legitimam quæſita in militia,q̄ habuit,ut ſilentiarius.ut l.oīmodo. in fi.C.de inof.teſt.p̄p onus enim militiæ illa acquiſiuit,ſicut & curatus p̄p onus militiæ cœleſtis, ut d.clem.dudum. §.uerum.acquiritur canonica parochialis.Præterea eſto,q̄ d.eccle.ſcilicet parochialis,& alia eccle.cui legatur, nō cenſeant tanq̄ filia defuncti,ſed tanq̄ extranei,legatum parochiali eccle.non debet computari in quarta, ſicut uidemus inter extraneum & alium filium, uel inter emancipatos ſuccedētes defuncto,inter quos ceſſat collatio.de colla.bo.l.nulla.ī prin. ff. & C. de colla.l.emancipa.& in auct. ex teſtō. præterea iſtæ duæ eccle. non ſuccedunt in uniuerſum ius defuncti. patet, quia ſunt legatariæ, ſed conſtat,q̄ ceſſat collatio inter eos q̄ non ſuccedunt in uniuerſum ius defuncti.C.de colla.l.a p̄re.
9 † Præterea diuerſo iure debetur quarta parochialis quàm debeatur legatum,quod facit alteri eccleſiæ. Nam parochialis eccleſia capit quartam ex iure parochiali, & ex diſpoſitione legis. Alia autem eccleſia cui legatur,& in qua ſepelietur capit legatum ex diſpoſitione hominis,ſed de iure eſt,quod ceſſat collatio interueniens ex diuerſo iure. ff. de col. l.pater filium. Præterea parochialis eccleſia percipit quartam tanquam debitum ab alia eccleſia legataria,quæ obligata eſt eccleſię parochiali ad quartam, & teſtator cenſetur tanquam debitor eccleſiæ parochialis quo ad iſtam quartam. De iure autem eſt, q̄ debitor legando creditori non uidetur legare animo compenſandi.C.de hære.inſti.l.ſi compenſandi.de lega.3.l.ult.§.penul.& l.creditorem.C.de rei uxo.act. l.pater.§. 1.Præterea hæc canonica parochialis capitur,ut debitum,& ut ęs alienum,& ſic non computatur in quarta.de teſta.Raynutius.ff.ad leg.falcid.l.in imponenda.& l.irritum. C.de col. dot.l.1.in fin.& l.ſeq.In iſta materia eſt duplex opi. Prima,qđ
10 legatum † eccleſiæ parochiali computatur in quartā.& hanc tenet Hoſtien.in titu.de ſepul.& no.in c.officii.de teſta.Non obſt.cle.dudum.§.uerum. ubi debetur quarta eccleſiæ parochiali, quia illud intelligitur,ubi nihil eſt ſibi legatum. Non ob.c.officii. ubi legatum ſimpliciter ēpo non computatur in quartam epiſcopalem ,quia illud ibi non procedit,quia ep̄s cui legatur reputatur,ut extraneus,ſed reſpectu eccleſiæ,cui legatur,

Source : BIU Cujas

legatur,reputatur ut coniunctus.ut c.requisisti,§.secus. Non obst.q̃ hæc quarta censeatur,ut ęs alienum,hoc enim est falsum,quia testator non erat obligatus ad hanc quartam. Non ob.q̃ debitor legando non uidetur legare animo compẽsandi. Nam testator nõ est debitor illius parochialis ecclesiæ in illa quarta,sed est debitor ecclesię in qua sepelitur.Non obst. q̃ legata non conferuntur. Nam per hoc non sequitur, quin computetur in quarta.non ob.l.omnimodo.in fi. quia parochialis ecclesia non percipit quartam ex iure militiæ, sed ex iure parochiali,ut dicit Inno.de paro.super rub. Non obst.l. omnimodo.in fi.quæ loquitur de silentiariis,quia ibi est specialis casus qui non extenditur ad alium casum.de priuil. sa-
11 ne.Alia est opinio,& hanc tenet, q̃ legatum † simpliciter factum parochiali,eccle.non computatur in canoni.parochiali,ut est casus expressus in c.officii.& c.requisisti.de testa.ibidum dicit,præcipuam &c.Et hanc opi. tenent Goffr. & Ray. in summa.de sepul.& Ioan.And.in d.c.officij.& Ioan.de Li. in d.clem.dudum.Et hunc articulum plene disputauit Fede. de Senis consi.3.q̃ incipit,quæritur nunq̃ ecclesia parochialis &c.cuius consilij uerba Io.de Li. nullam mẽtionem fecit in d.§.uerum.sed furatus fuit uerba Fed. posita in d.consi.3. item cessat canonica si testator legat alicui ecclesię centũ,& in testamento confitetur illa fuisse sibi deposita per prælatũ illius ecclesiæ, & hoc si constat de deposito, tunc enim non petit illud ecclesia tanquam legatum,sed tanquam depositũ. Si autem de deposito non constat,illud quidem petitur tanq̃ legatum,& ita debebitur canonica.casus est de libe.leg.l.Aurelius.§.fi.ff.de leg.2.l.Lucius.§.si quis.& de leg.3.l.Lucius §. semiplene. Reperio quod episcopus Vrbeuetanus in suo tracta.quem fecit posuit multos casus,in quibus cessat canoni-
12 ca parochialis. Primo,si parochianus † non elegit sepul.in loco mendicantium,sed eius consanguinei,& amici faciunt eius corpus deferri ad locum mendicantium,q̃ non debetur canonica de funeralib. quæ amici portant ad locum mendicantium, quod intelligit quando talia funeralia non erãt de bonis defuncti,sed de bonis illorum amicorum.Si autem essent de bonis illius defuncti,non illorum amicorum,tũc debetur canonica.ar.dictæ cle.dudum.§.huiusmodi.Dicas canonicam non deberi,siue illa funeralia fuissent illius defuncti,siue illorum amicorum.Ratio est duplex,quia ex quo llle moriens non elegit sepul.in loco mendicantium,non ibi sepelitur de iure,sed de facto,sed constat, q̃ de his quæ obueniunt ecclesiæ,in qua quis sepelitur de facto,non debetur canonica.Secunda ratio,quia non debetur canonica nisi cum elegit sepul.in ecclesia,cui funeralia dantur, ut c.1.de sepult. Non ob.cle.dudum.§. huiusmodi, quia ibi loquitur quãdo fuerat electa sepultura per defunctum in loco mendicantiũ.
13 Item cessat canonica quando † testator legat mendicantib.& tempore testamenti non elegit sepeliri apud ipsos,sed tempore mortis elegit ibi sepeliri.Allegat Inno.in c.relatum,de sepul.in prima gl.& Ber.in c.de his.in uerbo,in uita.de sepul. dicit de hoc se dubitare.dicas deberi canonicam,quia ut debeatur cañ.canon considerat legatum & electionem sepult. & hic utrunque concurrit.& pro hoc est casus in cle.dudum. §.uerum.Nam illa non loquitur quo tempore eligatur sepu. sed solum quod fiat electio sepult. Item cessat secundum aliquos si infirmus electa sepultura apud mendicãtes, & eis decem relinquit,sed postea reconualuit, licet iterum ad mortẽ ueniens ibi eligat sepulturam, & hoc dicunt per iura proxime allegata,& allegant.§.huiusmodi.pro se.Ipse enim istam opinionem reprobat,& dicit deberi canonicam, & illud est uerum.Pro hoc faciunt rationes, quas supra proxime allegaui.Item cessat canonica, quando parochianus transit ad monasteriũ , & ibi sepelitur, & decedit intra probationis annũ. istud plene examinaui supra in 6.principali.c.item cessat ca-
14 nonica parochialis, quando parochianus † pro anima legat amicis,uel consanguineis uel pauperib.uel miserabilib.p̃sonis,uel uiduis.per Inn.in c.relatum.de sep. & facit de uer.sig. ex parte 3. in his tamen consideratur consuetudo f̃m quam potest disponi,q̃ debeatur canonica.de uerb.sig. cum inter. & c.ex parte 3.& hoc tenet ibi Host.qđ est notandum inquãtum de consuetudine loquitur.Itẽ cessat canonica parochialis,q̃ legatur ad vsus priuilegiatos, ut c.fi.de testa. & hoc de iure antiquo,ut est casus in cle.dudum.§.uerum.nisi cum in fraudem parochialis ecclesiæ testõr exprimat,& leget alteri ecclesiæ ad vsus priuilegiatos.ut d.c.fi.põt tñ induci per consuetudinem p̃scriptam,& ẽt nulla fraude interueniente, qđ canonica debeatur delegatis ad usus priuilegiatos,puta p̨ fabrica ecclesiæ,cũ tuuc non egeat reparatione,quia tunc debetur canonica, quia in fraudem p̃sumitur tunc legare p̨ fabrica,ut dicit Host.in ca.fi.de testa.licet quorundam sit opi. quod illud legatum dẽat seruari pro fabrica, cum egebit reparatione,ut plene dixi in tractatu canonicæ ep̃alis.Itẽ cessat
15 † canonica cum propter impedm̃ iuris quis non possit sepeliri in ecclesia,ubi elegit sepulturam, uel q̃ non electa sepultura,de facto ibi sepelitur. de quo per In.de sepul. in nr̃a.de quo plene fui prosequutus in 8.c.principali,q̃ incipit, cui ecclesiæ &c.uel q̃ electa sepultura ibi sepelitur, sed non de iure,quia propter iuris impedimentum.de sepultu. ex parte 1. per Inno.eod.tit.in nostra.

SVMMARIVM.

1 *Decedentes qui nullam eligunt sepulturam in qua eccle. sepeliri debent.*
2 *Audiens diuina in vna eccle.& in alia præcipiens sacramenta ecclesiastica,nulla alibi electa sepultura,in qua illarum sepelietur.3.*
4 *Aduenæ & peregrini in qua ecclesia sepeliri debeant.*
5 *Vagabundi qui sunt sine domicilio vbi sepeliendi. & damnati ad mortẽ vbi sepeliantur.*
6 *Confinati & relegati in quo loco sepeliendi.*
7 *Filius non electa sepultura vbi sepeliri debeat.*
8 *Filius viuente patre sepelitur in sepulchro aui.*
9 *Nepos conceptus post mortem aui, nunquid reputetur extraneus respectu aui.*
10 *Maiores proprie qui dicantur.*
11 *Vxor cum uiro ultimo tumulatur.*
12 *Pater & auus an appellentur maiores.*
13 *Filiorum appellatione an naturales contineantur. & spurius si legitimatur a principe,nunquid sepelietur in sepulchro patris.*
14 *Filius adoptiuus uel arrogatus an sepelietur in sepulchro patris adoptantis uel arrogantis.*
15 *Filii spurii & vulgo quæsiti an sepeliantur in sepulchro matris eorum, & filius qui repudiat hæreditatem patris,an in sepulchro patris sepelietur, & quid de filio exhæredato uel præterito a patre.*
16 *Pater si damnatur de crimine læsæ maiestatis an filius sepelietur in eius sepulchro.*
17 *Filius si habet patrem & matrem, & pater habet sepulchrum in una ecclesia,& mater in alia habet sepulturam maiorum suorum,in qua ecclesia sepelietur.*
18 *Duo fratres si sunt,quorum unus sit sine domicilio,& alter habet domicilium,& sit parochianus alicuius ecclesiæ, an frater non habens domicilium sepelietur in ecclesia parochiali sui fratris.*
19 *Reges in qua ecclesia debeant sepeliri.*
20 *Vxor decedentis non electa sepultura in qua ecclesia sepelietur.*
21 *Vxor remanens uidua retinet nomen mariti.*
22 *Matrimonium si est contractum, nec sit secuta copula carnalis, nec ducta sit uxor ad domum uiri,an sepelietur in sepulchro mariti.*
23 *Lata sententia diuortij quo ad thorum, si maritus reconciliat sibi uxorem, an illa sepelietur in sepulchro mariti.*
24 *Lite pendente super adulterio quo ad separationem thori, si uxor moritur, nunquid in sepulchro mariti sepeliri debeat.*
25 *Maritus si elegit sepulturam in aliqua ecclesia,et ibi sepultus est de facto, sed non de iure,an eius uxor sepelietur in tali sepulchro.*
26 *Concubina an sepeliri debeat in sepulchro amasii.*
27 *Dos si non remanet apud maritum, sed sol.matri.maritus restituat dotem hæredibus mulieris,expensæ funeris non incumbunt marito.*
28 *Prælati in quibus eccle.sepeliantur quãdo decedunt non electa sepultura.*
29 *Cardinales ubi sepeliantur sepultura non electa.*
30 *Legatus si decedit in prouincia legationis suæ non electa sepultura,in qua ecclesia sepelietur.*
31 *Papa si Cardi. existentem in curia deponit a dignitate Cardinalatus, uel Cardinalis renunciat Cardinalatui in manibus Papæ,ubi sepelietur.*
32 *Patriarchæ,archiepiscopi,& episcopi decedentes non electa sepultura, in qua ecclesia sepelientur.*
33 *Regulares & religiosi in quibus ecclesiis sepeliantur.*
34 *Monachus qui decedit intra probationis annum,ubi debet sepeliri.*
35 *Conuersi ecclesiarum secularium nunquid debeant sepeliri in monasterio.*
36 *Clerici seculares præsidentes regimini aliquarum ecclesiarum ubi debeant sepeliri.*
37 *Rector ecclesiæ curatæ ubi sit sepeliendus.*
38 *Canonicatum & præbendam si aliquis habet in ecclesia cathedrali,& illi canonicatui sit annexa parochialis ecclesia,in qua sepelietur,an in ecclesia cathedrali,an uerò in parochiali.*
39 *Ecclesiam curatam habens in commendam,sepultura alibi non electa, an ibi sepelietur.*
40 *Fratres tertii ordinis B.Francisci si non eligant sepulturam, an sepelientur apud mendicantes.*
41 *Hæremitæ ubi sepeliri debeant.*
42 *Mulieres quæ uocantur incarceratæ,quo in loco debeant sepeliri.*

Capitulum nonum.

Venio ad nonum capitulũ

principale,uidelicet in qua ecclesia quis dẽat sepe
1 liri,† & loquor de decedentibus qui nullã eligũt sepulturam,q̃ declaro per infrascriptas qõnes uidelicet. Primo quæritur de illo qui est parochianus alicuius ecclesiæ, sed habet in alia ecclesia sepulturam suorum maiorũ, & non in ecclesia sua parochiali. Respondeo sepelitur in ecclesia suorum maiorum,& non in ecclesia sua parochiali.ita dicit glo.in c.1.de sepul.lib.6.in glo.quæ incipit.s.& facit de sepul.

Source : BIU Cujas

c.j.& c.nos inſtituta.& c.fraternitatem.& 13.q.2.c.placuit.& eſt caſus.in c.is qui.de ſepultu.lib.6.ubi dicit tex.quod nõ ſepelitur in ſua parochiali eccleſia, ſed in eccleſia,in qua ſunt ſepulti ſui maiores,& hoc tenent Arch.& Io.ſuper uerbo,potius.Io.in c.1.de ſepul.ſuper uerbo unumquẽq;.Scdo quæritur,ſi aliquis eſt parochianus alicuius eccleſiæ,ſed non appa ret alia eccleſia,in qua eſſet ſepultura ſuorũ maiorũ. Rñdeo, ſepelitur in eccleſia ubi in uita audiuit diuina,& percepit ec cleſiaſtica ſacr̃a,ut in c.1.de ſepul.& ibi no.per Inno.& Hoſt. & eſt caſus.in c.noſtra.& c.is qui.de ſepul.li.6. & de hoc etiã no.13.q.2.§.nunc autem.in prin.& c.ubicunq;.Vnde dicebat Io.in c.is qui.in nouella in glo.2.in uer.licet quibuſdam.q in eccleſia parochiali debeat ſepeliri.ex quo alia eccleſia ſuorũ maiorum non apparet,& ita no.Io.de ſepul.c.1.ſuper uerbo
2 maiorum.† Tertio quæritur, ſi aliquis audit diuina in una ec cleſia,& in alia percipit eccleſiaſtica sacr̃a, in qua illarum ſepelitur.Rñdeo quod quælibet illarum eccleſiarum hẽt ius il lum ſepeliendi,ſicut & cuilibet illarum eccleſiarũ dẽtur una canonica parochialis inter eos diuidenda ęqualiter,prout in c.de his. de ſepul.facit ẽt qd̃ dicit ibi Inn.& Io. tenent.n.qd̃ de dicta canonica parochiali in eo q audit diuina in una capella,& p̨cipit eccleſiaſtica ſacr̃a ĩ eccleſia baptiſmali. Quar to quæritur,ſi quis ſit parochianus duarum eccleſiarum,nec in aliqua alia eccleſia ſit ſepul.ſuorum maiorum.Rñdeo cui libet illarum eccleſiarum ius ſepeliẽdi competit, ſicut & ius ſepeliendi competeret ubi eſſet parochianus unius eccleſiæ tm̃,ſimile q dicimus, quod ſi aliquis eſt parochianus duarũ eccleſiarum,& elegit ſepeliri in tertio loco,quod una canonica parochialis deducitur diuidenda æqualiter inter duos parochiales eccleſias.de ſepul.cum quis.lib.6.Quinto quæritur,cum ſupra dixerim, q quando quis audit in una eccleſia diuina,& in alia percipit eccleſiaſtica ſacr̃a, uel qñ eſt parochianus duarum eccleſiarum,quod cuilibet ex illis eccleſiis
3 competit ius funerandi,qualiter procedetur,† ex quo decc dens non elegit ſepulturam. Rñdeo eſt locus præuentioni,& illa eccleſia dr̃ præuenire,q̃ primo capit corpus defuncti. de reſcri.duob.li.6.ff.de nox.l.ex multis.Sexto quæritur,ſi ambę dictæ eccleſiæ ſimul concurrant,& q̃libet ex illis eccleſiis ue lit ſepelire defunctum,qualiter tunc procedetur, uidetur q per concurſum inuicem ſe impediant.ff.de uſufr.l.quoti.uel forte res diuidatur.ar.C.cõi.de le.l.1.& recurrent ad dioceſa num, qui ſuper hoc interponat partes ſuas ne corpus remaneat inſepultum.ff.de reli.l.ſi quis ſepulchrum.Septimo quæ ritur,ſi eccleſia,in qua quis debet ſepeliri de iure cõi,ſit inter dicta, & eius cimiteria ſint interdicta, & ibi non debet aliqs ſepeliri,de priui.ut priuilegia.de conſecra.eccle.c.ſi eccleſia. lib.6.& de ſepul.c.ulti.eo.li.puta, quia eſt interdicta ſua paro chialis eccleſia,uel eccle.in qua ab antiquo ſui maiores ſunt ſepulti,ubi ſepelitur,qui moritur nulla electa ſepultura. Reſpnndeo ſepelietur in eccleſia cathedrali apud quam quilibet ciuis,& dioceſanus poteſt eccleſiaſtica ſacr̃a recipere.13.q.2. ubicunque, & ſi adhuc illa cathedralis eccleſia eſſet ſuppoſita interdicto,tñ ſepelietur in monaſterio,& ſi ibi ſepeliri non poteſt pp difficultatem,tunc ſepelietur in eccleſia cui tenebatur decimas perſoluere,ut d.c.quicũque, q̃uis Vincentius intellexerit illud.c.de conſilio.ita dicit Arch.de ſepul.c.1.li.6. & ibi Io.in nouella.Octauo quæritur,ubi ſepeliantur peregri
4 ni,& † aduenæ.Reſpondeo in eccle.intra cuius parochiã mo riuntur.13.q.1.eccleſias.17.q.1.ca.fi.ita no. Ray. in ſumma de ſepul.& Arc. in c.1. de ſepul.li.6.& Vincentius in c.nos inſti tuta.Goffre.aũt in ſumma de ſepul.dicebat,q ille debebat ſe peliri in eccleſia cathedrali, aut apud eccleſiam in cuius parochia mortuus eſt,ut d.c.eccleſias.Sed Inn. & Hoſt. dicunt illum ſepeliendum in eccleſia cathedrali.13.q.2.ubicunque. de of.Arc.c.offm̃.ita dicunt Inn.& Io.in d.c.nos inſtituta. Nã illud.c.ubicunque,Damaſus intellexit.de uiatore,ut ipſe no. in ſumma de ſepul.§.apud.uer.tertio &c. Arc. autem in d.c. 1.de ſepul.lib.6.tenet q dẽt ſepeliri in eccleſia intra cuius pa rochiam mortuus eſt. Et aduertendum,q ſi uera eſſet opi.q̃ vult illum alternatiue ſepeliẽdum apud eccleſiam cathedralem,ita qd̃ cuilibet competeret ius funerandi,hoc caſu dice rem locum eſſe præuentioni,ut illa eccleſia præferatur,quæ primo capit corpus defuncti, & ſi ambæ ſimul concurrant, recurretur ad dioceſanum,ut dixi in 6.q.Et eſt ſciendum,qd̃ illud qd̃ dixi de peregrinis, intelligo ſi neſciantur loca domi ciliorum ſuorum,ſiue ignorentur.dicebat Io.in c.1.de ſepu.
5 q iſti uiatores ſunt ſepeliendi in eccleſia cathedrali.† Nono quæritur de uagabundis,qui ſunt ſine domicilio, q eſſe põt, ut c.2.de ſepul.li.6.& ignoratur locus de quo ſunt oriundi.So lent.n.qñque hoĩes fugere loca ſuarum nationum,ut ignore tur eorum cognatio,& qualitaſ.de temp.or.cum nullus.li.6. ubi ſepelientur iſti. Rñdeo ſepelientur in illa eccleſia in qua debent ſepeliri peregrini,& hoc tenet Arch.in d.c.1.lib.6.& Damaſus.in ſumma eiuſdem tit.& ita intelligit. c. ubicunq;. 13.q.2. Decimo quæritur de damnatis ad mortem ubi ſepeliantur.text.in l.1.de cada.damna.ff.dicit,q talia corpora nõ debẽt ſepeliri niſi ex permiſſione principis. & ſubdit ibi tex. quod corpora damnatorum de crimine læſæ maieſtatis non debẽt ſepeliri,licet iſtud ſi de iure cõi,ut no.gl.de ſimo.licet. tñ conſuetudo habet q talia corpora ſepeliantur in ſepultura ſuorum maiorum.Item habet etiam conſuetudo, q ſi aliqui forenſes damnentur ad mortem, eorum corpora ſepeliã
6 tur in cemiterijs ad inſtantiam conſanguineorum uel amico rum defuncti,etiam non obtenta licentia a principe.†Vndecimo quæritur de confinatis relegatis. caſus eſt in l.ulti.ff.de cada. damna.quæ lex dicit, quod corpora talium morientiũ non poſſunt remoueri de loco,in quo erãt relegati,nec trãſferri ad alia loca ſine permiſſu principis.debent ergo ſepeliri in loco quo erant deportati,& confinati uel relegati, & unũ ſingulariter ponit lex illa, quod non eſt alibi, quod corpora relegatorum non poſſunt,nec debent transferri, nec reduci ad ciuitatem de qua fuerunt relegati.Et p hoc dicit ibi Bar. quod illa.l. non reperitur alibi, q ille qui non poteſt in uita morari in ciuitate, poſt mortem non põt reduci ad ciuitatẽ ad ſepulturam.Ergo patet euidenter quod ciues Peruſini, q ſunt rebelles,uel confinati,uel banniti,quia in ciuitate peruſi na morari non poſſunt,eorum corpora pro ſepultura reduci ad ciuitatem peruſinam non pñt. Duodecimo quæritur de damnatis ad mortem eo caſu quo non denegatur ſepultura, quia non moriuntur in peccato,ut patet de pę.& remiſ.cle.j. Rñdeo ſi moriuntur in loco in quo hñt eccleſiam parochialem,uel eccleſiam ſuorum maiorum,tunc in illa eccleſia ſepeliũtur.ratio eſt,quia ex quo eis permittitur ſepultura,ergo remanent in eodem ſtatu in quo erant ante damnationẽ ad mortem.pro hoc facit conſuetudo, q̃ eſt optima legũ interpres.de conſue.cum dilectus.ſi aũt moriantur in loco remoto in quo non hñt eccleſiam parochialem, nec eccleſiã ſuorum maiorum, tunc ſepeliũtur in eo loco in quo ſepeliũtur uagabundi uel peregrini de quibus ſupradixi.Decimotertio
7 quæritur de filio † ubi ſepeliri dẽat.trado pro regula, qd̃ dẽt ſepeliri in loco ſuorum parentum.de ſepul.c.1. Sed iuxta p̃dicta quæritur de infraſcriptis qõnibus. Primo quæritur. Titius habuit patrem,qui elegit ſibi ſepulturam in una eccle.habuit ẽt iſte Titius auũ, qui in alia eccle.fuit ſepultus, habuit ẽt proauum,qui in tertia eccl.fuit ſepultus,in qua iſtarum ec cleſiarũ iſte Titius ſepelietur. Vel pone, quod Titius habuit patrem, qui elegit ſibi ſepulturam in aliqua eccle. habuit ẽt iſte Titius auum, & proauum qui ab antiquo fuerunt ſepulti in alia eccle.In qua iſtarum eccl.ſepelietur iſte Titius,gl.in c. is qui.de ſepul.lib.6.ponit opi.Dicunt quidam quod ſepelief in ſepulchro patris.13.q.2.§.item Ioſeph. Alij dñt quod ſepe lietur in ſepulchro aui & proaui.13.q.2.§.eq̃.Dicebat gl.in c. is qui.lib.6.qd̃ per dictã decre.1.eo.tit.li.6.ſatis vr̃ hñdam rationem antiquę ſepulturæ aui & proaui, & aliorũ ſuorũ antiquorũ potius q̃ ſepulturæ paternæ.facit de ſepul.c.fraternitatem.ubi dicit, patrũ aliorumq; parẽtum: copulatiue dictũ,
8 quaſi non ſufficiet patrem ibi fore ſepultum. Item † uiuente patre ſepelietur in ſepulchro aui.de ſepul.cum quis.lib.6.Io. uero in d.c.is qui.in nouella.ſuper gl.q̃ dicebat,q ſi pater ſepultus eſt in una eccleſia,& auus in ſecunda eccleſia, & proauus in tertia eccleſia, quod cõiter ſeruatur, q filius ſepeliat cum patre, ſic enim propter unionem carnis uxor ſepelitur cũ uiro,ut d.c.cũ qs, & ſic ẽt ex eadẽ unione filius dẽt ſepeli ri cũ pr̃e.5.q.6.§.pen.in prin.ibi, una caro ꝓbatur pr̃ cũ filio. C.de impub.& aliis ſubſt.l.fi.& de conſan.& affi.ca.tua. Iſtud tenet ibi p̃ciſe Io. pro opi.Io. q filius ſepeliatur in ſepulchro patris,facit in ſimili.q.qua q̃ritur an filius ſequatur originem patris uel aui.Quædam.n.leges vñr dicere quod ſequitur originem patris.ff.ad municip.l.aſſumptio.§.1.C.de munici. & origina.l.filios.lib.12.Quædam iura uidentur dicere quod ſequitur originem aui.l.aſſumptio.§.fi.& eod. ti.l.libertus.§.in adoptiua. Quædam uero diſtinguebant, dicentes, quod aut nepos naſcitur uiuente auo,& conſequitur originem aui. Si uero naſcatur mortuo auo, tunc ſequitur originem patris.ff. de ſenat.l.emancipatum,& facit quod no.in l.2.C. de iu.om. iud.& facit q no.in Spe.de fo.compe.in addi.§.j.uer.42.Præ
9 dicta diſtinctio,q nepos † conceptus poſt mortem aui reputatur,ut extraneus reſpectu aui.facit.l.1.§. ſi quis proximior. ff.unde cognati,& unde liberi.l.ſcripto,& ff. de iniuſto teſta. l.ſi quis filio exhæredato.uerſic.ſed hoc.& inſtitutio. de hæredibus ab inteſtato. §. cum autem. Aduerte quantum ad ſepul. quæ fienda eſt in loco ſuorum maiorum, non diſtinguemus an nepos naſcatur uiuẽte auo, uel eo mortuo,quia iura ſimpliciter loquuntur de ſepultura fienda in loco maiorum, non conſideramus an nepos naſcatur eo uiuente,uel eo mortuo.

Secundo quæritur, cum filius debeat ſepeliri in ſepulchro patris, quod cenſeatur eſſe ſepulchrum paternum, an uidelicet eccleſia parochialis, in qua pater debeat ſepeliri, an uero in qua pater elegit ſepult. Reſpondeo ex prędictis, quæ

dixi

Source : BIU Cujas

dixi supra in ꝓxima.q.sepulchrum paternum considera-
mus ecclesiam,in qua sepulturam elegit.ex hoc videtur,qđ pater eligendo sepul.tacite videtur eam eligere pro filio. Item q̄ritur de tali. q. pone ꝙ pater & auus sepulti sint apud religiosos,proauus & anteriores sepulti sint apud ecclesiā parochialem,vel aliam ecclesiam , in qua ecclesia sepelietur filius, qui non elegit,in quo loco dēat sepeliri,& quod dēat sepeliri cū proauo & superiore,facit de sepul.cum quis.& c. is qui.& c. se.lib.6.in quibus ponderatur sepulchrum maiorum,sed ma
10 iores † stricte & proprie sunt vlteriores ad auum.ff.de gradi. l.iurisp. §.parētes. Ergo proaui & superiorum ponderatur sepulchrum,attētis verbis.de priuil.si Papa.§.1.in fi.quibus dēt deseruiri in dubio.ff.de exercito.l.1.§.si is qui nauem.in fi.& fortius si illa ꝓaui est parochialis ecclesia, vt sicut locus originis p̄fertur domicilio acq̄sito.ff.ad muni.l.libertus . & not. C.de incolis.l.ciuis.in gl.2.ultra mediū.li.10.Et sic parochialis ecclesia quasi originalis ēt per baptismū , & sacr̄a regenerantia dēt p̄ferri quasi iur.duplis.originis,& sepulchri.uincat illā q̄ vnicum hēt ius.facit,de treu.& pace.c.1.facit ēt in auc. de consanguineis & uternis fratrib.§.pen.co.6.In q̄rium facit ꝙ no.Io.in dicta decre.is qui.sup gl.2.Item cōstat, ꝙ plus influit ꝓximū immediatūq̄; mediatū.de cau.pos.& proprie. cū ecclesia & ꝙ ibi notatur in 4. gl. facit ꝙ notatur de exce. rei iud.l.cum q̄ritur.& ff.re.amor.l.si mulier.in vlti.gl.& l. penul.ff.de condi.ob cām.bñ facit p̄dicta decre.qui.in fi. vbi v-
11 xor † cū viro vltimo tumulatur.ad idem facit,ne de statu defuncto.l.si mater.& inter ꝓximos ponderaf proximior. ff.de acq.re.do.l.adeo.§.in suo.Et uerisimile est,qđ filius ꝓximiorem sepul.elegisset.facit de leg.2.l.peto. §. frater. vbi paratur locus ꝓximiori quē ille ueriſimiliter elegisset, & eligere poterat p̄eligēdus est.facit.C.de inof.test.l.3.uerisimilitudinem adiuuat,qa forte proauum & superiores non uidit,& qa nō natus,non fuerat illius agnatus,non igitur illos,sed patrē p̄sumitur cognouisse.facit de suis & legi. hær.l.Lucius.cū duab. legib.se.ff.& C.unde cognati.l.j.§.si quis proximior.Dicebat Io.And.in addi.Spe.in ti.de sepul.in prin.in ver.sed hic addo &c.ꝙ vr̄ sibi hanc verisimilitudinem ex varietate personarū sumere dēre,ut ponderetur professio,& qualitas aui, & qualitas proaui & superiorum . Itē aui & patris.Item ipsius filij, ex quib.coniecturari poterit,ꝙ sepulchrum elegisset,si testm̄ condidisset.patet exemplum.habuit quis patrem & auū nullius uel modicæ virtutis.Item habuit proauum magnæ sciē tiæ virtutis & prudentiæ,p̄sumi dēt quod elegisset sepulchrū proaui.Patet exemplū econtra,qñ pater & auus fuerunt magnæ uirtutis,& scientię,& proauus fuerit status infimi.& nullius uirtutis & scientiæ,p̄sumēdum est, ꝙ elegisset sepulchrū patris & aui, & non proaui . Ad hoc ēt facit monumentorū qualitas,vt p̄sumatur elegisse nobile, & pulcherrimum monumentum,magis q̄ aliud monumentū non nobile, nec pulchrum . Volendo tñ tenere scđam partem . Ad primū dictū primę partis posset rñderi per l.3.in fi.ff.de interdic. & relegatis.ver.patres & aui dñr maiores.Ad idem.C.de coharta.l.j.
12 lib.10. ibi, maiorum suorum &c. & quod pater & auus † appellentur in hac parte maiores.tex.est in d.c.1.de sepul. coniuncto.c.ebron.13.q.2.dicit.n.illa,in prin.unumquemq; sepeliri in sep.maiorum,vt exitus maiorum docet.ut patet in d.c. ebron.Concluditur ergo patrem & auum dici maiores,& secundum hoc l.iurisp.de gradib.loquitur distincta significatione vocabuli maiorum.Ad fm rñdetur per decr.innotuit. de elect. vbi vna ratio vincit multas . & hanc q̄onem plene fuit prosequutus Io.And.in ti.de sepul.Tertio q̄ritur de quo filio intelligatur,qđ sepeliri dēat in sepulchro patris.Rñdeo,de legitimo,& naturali indubitatum est.Nam illum diffinimus filium qui ex iustis nuptiis procreatus est.ff. de sta.ho.l.filium. Quarto quæritur de filio naturali, vr̄ ꝙ non sepeliatur in sepulchro patris,quia vr̄ non contineri appellatione filii,ut d.l.
13 filium.de sta.ho.In q̄rium vr̄,quod appellatione † filiorum ēt naturales includuntur.ff.ad treb.l.ex facto.§. si quis rogatus. Respondeo,qñ pater erat in dignitate positus, & tunc appellatione filii non continetur filius naturalis , & sic non sepelif in sepulchro patris,secus si pater non sit in dignitate positus, ut d.§.si quis rogatus,facit quod plene no.in l.generaliter.C. de insti.& substi.sub cond.fact.Quinto quæritur,quid de spurio filio.Respondetur, quod non sepelitur in sepulchro pris, quia tales spurij non sunt nominandi filij,ut in auct.quib.mo. natu.effi.sui.in fi.facit.c.cum haberet.de eo qui cogno. consangui.uxo.suæ.& C.de natu.liberis.auc.licet. facit quod notat Bart.in d.§.si quis rogatus. Sexto quæritur,si filius spurius legitimatur a principe an sepelietur in sepulchro patris.Videtur dicendum quòd si viuente patre ad peritionem patris legitimetur filius,quod tunc sepeliatur in sepulchro patris, secus si legitimetur mortuo patre. facit quod notatur in auct.
14 quibus modis naturales effi. sui. † Septimo quæritur quid de filio adoptiuo,uel arrogato an sepelietur in sepulchro patris adoptantis,uel arrogantis. Respondeo,si decedit viuente patre adoptante, tunc in eius sepulchro sepelietur. ratio,quia decedit eo tempore quo durabat adoptio, secus si decedat post mortem patris adoptantis,vel arrogantis,quia tunc erat adoptio , vel arrogatio finita. & isto vltimo casu sepelietur in sepulchro patris naturalis.facit quod plene not.in ca.vnico.de cognati.legali. Octauo quæritur, de filiis vulgo quæsitis vbi sepelientur.Respondeo non potest dici, ꝙ sepeliantur in sepulchro patris, quoniam pater incertus est. Sepelientur ergo in sepulchro matris,non enim vulgo quæsitus habet aliam originem quàm matris,& ad hoc optime facit.ff.ad mu
15 nicipa.l.1.uer.quam enim. † Nono quæritur de filiis spuriis , & vulgo quæsitis an sepeliantur in sepulchro matris eorum. Respondeo sic,quia tales vulgo quæsiti, vel spurij succedunt eorum ma.inst.de successio.cogna.§.quod vulgo.ff.vnde cognati.l.si spurius.hæc uera,nisi forte mater esset illustris , vt l. si qua illustris.C.ad orficianum.Decimo quæritur,si filius repudiat hæreditatem patris, an sepelietur in sepulchro patris. Respondeo sic,eo casu quo iura sepulchrorum transeunt ad filios,licet non sint hęredes patris.sicut dicimus in iure patronatus,vt clemen.2.de iurepatrona. Vndecimo quæritur, si filius sit exhæredatus,vel p̄teritus a patre,an sepelietur in sepulchro patris.Respondeo,si exhæredatio , uel p̄teritio esset facta ex causa,quia ꝓpter ingratitudinem filij,vel alijs ex causis propter quas potest exhæredari vel p̄teriri, de quibus habetur in auct.vt cum de appel.cogno.& de iureiuran.c.quin tauallis. tunc non videtur quod debeat sepeliri in sepulchro patris.13.q.2.versi.dictum est perfecte. In contrarium est casus quod debeat sepeliri in sepulchro patris.de relig.& sump-
16 pti.fune.l.si quis hæres. † Duodecimo quæritur,si pater damnatur de crimine læsæ maiestatis,an filius sepelietur in patris sepulchro. Respondeo non, quia isto casu iura sepulchrorū non transeunt ad filium,vt est casus.ff.de suis & legi.l.1.§.interdum.& facit quod no.glo.ff.de relig.& sumpt.fune.l.si qs hæres.Tertiodecimo quęrit de infantibus expositis.Respondeo non potest dici, quod isti debeant sepeliri in sepulchro patris uel matris,quoniam incertum est,quis fuerit pater, & quæ fuerit mater,& propter hoc solent hospitalia apud quæ sunt expositi habere certas cauernas in quibus illi expositi sepulturæ tradunt̄,& de istis expositis habetur de infan. & langui.c.1.& C.de infan.expo.l.vltima.Quartodecimo quæritur de pauperibus mendicantibus qui sunt sine domicilio,& hospitantur quandoque in hospitali vno,& quandoque in altero,& discurrunt per diuersas ciuitates,& dioceses,in qua ecclesia sepelientur.Respondeo,istos æquiparo vagabundis, & & ideo sepelientur in ecclesia in cuius parochia moriuntur. Decimoquinto quæritur,si tales pauperes, vel uagabūdi moriuntur in locis,de quibus ignoratur an sint in alicuius parochia,vel moriantur in terris infidelium,qui abominant̄ Christianos,vbi sepelientur.Respondeo,sepelientur in locis profanis vbi moriuntur, & sic in campis erit eorum sepultura.
17 †Decimosexto quæritur,si aliquis habet patrem & matrem, & pater habet sepulchrum in sua ecclesia,& mater in alia ecclesia habet sepulturam suorum maiorum, an filius sepelietur in sepulchro patris,an vero in sepulchro matris.Respondeo sepelietur in sepulchro patris.Nam filius sequitur condi tionem patris,& non matris.de quo plene in cap.vlti.de filijs presby.& in c.licet. de coniugio leprosorum, de rei vendi.l. partum . Hæc vera,nisi priuilegio principis filius deberet sequi originem matris, quia tūc sepelitur in sepulchro matris. argum.optimum.ff.ad municipalem.l.prima.Archi. hoc tangit.duodecima quæstione secunda.§. his omnibus, & etiam Lau.quòd sequebatur sepulchrum patris.duodecima quęs.3. cap.sed videtur quod etiam matris.argumen.21.quæst.1.addidisti.& ibi nihil concludit. tene quod superius dixi. Decimoseptimo quæritur,si pater fit sine domicilio, & filius habeat domicilium in aliqua parochia,& ibi audiat diuina,& percipiat ecclesiastica sacramenta . An pater in illa ecclesia sepeliri debeat. Respondeo non, quia non est iure cautum , quòd pater sequatur sepulchrum filij , sed tantummodo e-
18 contra,quòd filius sequatur sepulchrum paternum . † Decimooctauo quæritur,si sunt duo fratres,quorum unus sit sine domicilio , & alter habet domicilium , & sit parochianus alicuius ecclesiæ,an frater qui est sine domicilio sepelietur in ecclesia parochiali sui fratris.Respondeo non quia nō est iure cautū, quod transuersalis sepeliatur in sepul.alterius transuersalis.Et sic est considerare tres casus.

Primus,quod descendentes sequuntur sepulchrum ascendentium.Secundus casus,quòd ascendentes non sequuntur sepulchrum descendentium . Tertius casus,quòd transuersales non sequuntur sepulchrum suorum transuersaliū,quia iure hoc statutum non est . decimatertia quæstio. 2. econtra. Sed videtur quòd transuersalis debeat sepeliri in sepulchro alterius transuersalis.13.quæst.secunda.ver. item Gregorius. vbi dicit tex.quod soror sancti Benedicti fuit sepulta in sepul
19 chro,ꝙ sibi ipsa pręparauerat. † Decimonono q̄rit de regib.

Source : BIU Cujas

in qua eccleſia ſepeliantur.Reſpondeo in ſepulchro ſuorum maiorum.ut c.1.& c,cum quis.de ſepul.lib.6.Vltimo quærit, de confinatis uel relegatis in qua eccleſia ſepeliantur. Reſpõ deo cenſentur habere domiciliũ in ciuitate, de qua ſunt confinati, & ideo in ea ſepeliẽdi erunt in qua ſepeliri debuiſſent ſi nõ fuiſſent relegati.ff.ad muni.fi.lij.§ relegatus, & de interdi.& rel.l.relegatorum.§.fi.& e.ti.l.exilium.Nam ꝙ ſepeliantur eſt honor, & ideo inſpicimus locum de quo confinatus eſt,ut notanter dicit glo.in d.l.filij.§.releg.ff.ad mu.Nunc de-
20 ſcendamus in qua eccleſia ſepeliatur uxor † decedentis non electa ſepul.hoc declaro per infraſcriptas.q.Primo quęritur, maritus duxit uxorem ad domum ſuam, & inter eos eſt carnalis copula ſubſecuta.An mulier decedens non electa ſepul. ſepeliatur in ſepulchro mariti.Iſte caſus eſt indubitatus,ꝙ ſepeliatur in ſepulchro mariti.eſto ꝙ habuerit plures maritos, ſepeliri debeat in ſepulchro ultimi mariti,& eſt ratio duplex. Prima ratio, quia per copulam carnalem ſunt effecti una caro.unde dicit tex. 13.q.2.§.ebron. Item quos coniunxit unũ coniugium cõiugat unum ſepulchrum, quia una caro ſunt, & quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Secunda rõ,quia ex quo eſt ducta ad domum mariti,ſequitur domicilium, & dignitatem mariti,ut eſt caſus in c.2.§.mulieres.de ſepul.li.6. Secundo quæritur,maritus duxit uxorem ad domum ſuam, & ſequuta fuit copula carnalis.Demum ſoluto matrimonio per mortem mariti,mulier quæ remãſit uidua receſſit de domo mariti,& rediit domum patris. Quæritur an talis mulier ſit ſepelienda in ſepulchro mariti.Archid.& Io. in nouella in d.c.is qui.§.mulieres.de ſepul.li.6.arguebant dicentes,quod non ſepeliatur in loco mariti.ratio eſt,quia ſoluta eſt a l.uiri, & quia onus ſepulturæ incumbit patri. ff.de relig. l.ꝙ ſi nulla. Item redeundo ad domum patris derelinquendo habitationem mariti tacite renunciat iuribus & honoribus ex perſona mariti,uel ex matrimonio ſibi competentibus,& perinde eſt ac ſi renunciaſſet expreſſe.ff.ſi cer.peta. cum quid, & hãc ſententiam tenuit Hugo.7.q.1.ſi quid ij.In contrarium argui
21 tur,quod ſepeliatur in ſepulchro mariti. Ratio,quia † remanens uidua retinet nomen mariti.ff.ad municipa.l.filij. §.uidua.C.de bonis mater.l.ulti.C.de rei uxo.act.l.1.§.exactio.reſeruantur ei omnia priuilegia,quæ habebat uiuo marito. C. de pri.ſchola.l.quoties.in princ.C.de incolis.l.1.& l.fi.de nuptiis.l.cum te.de ſenat.l.fęminæ.auct.de nuptiis.§.non tamẽ. immo plus dicit Ioan. in d.§. mulier, ꝙ licet mulier recedat de domo mariti,ut d.l.filij.§.uidua. & eſt caſus de foro cõpe. ex parte.b.talis uidua cenſetur in coniugio prioris uiri perdurare,in auc.de nuptiis.§.ſolutio.Item beneficium talis mulieris,ꝙ teneat hõnorem mariti, non loco habitationis mariti, ſed perſonæ mulieris datum eſt, ergo nõ inducatur in diſcrimine ex differentia locorum.C.de tempo.in integ. reſti.l.ſuperuacuum.C.de præſcr.long.temp.l.ulti.& iſtam partem tenent Archi.& Io.in d.§.mulier.Tertio quæritur,ſi matrimonium eſt contractum,nec ſit ſecuta copula carnalis, nec du-
22 cta ad domum uiri. An tunc † mulier ſepeliatur in ſepulchro mariti.Reſpondeo non,quia non ſunt effecti una caro,ꝙ conſideratur in d.c.ebron.nec ſequitur mulier domicilium mariti ex quo non eſt inducta ad domum mariti.de iuriſ.om.iu. l.cum quidam. Quarto quæritur,ſi uxor ſit carnaliter cognita,ſed non ſit inducta ad domum mariti, an ſepeliatur in ſepulchro mariti.Reſpõdeo ſic,quia iam effecti ſunt una caro, ꝙ conſiderat canon.ut d.c.ebron.Quinto quæritur,ſi mulier ſit ducta ad domum mariti,ſed non ſit carnaliter cognita,an ſepelitur in ſepulchro mariti.Reſpondeo ſic, quia iam ſortita eſt domicilium mariti,ut d.l.cum quidam,ꝙ domicilium conſiderat canon in d.§.mulier.Sexto q̃ritur,contracto matrimonio, & conſummato per copulam carnalem, & uxor ducta ad domum mariti commiſit adulterium, & lata ſentẽtia diuortij quo ad thorum propter ꝙ maritus expulit uxorem de domo,& illa rediit ad domum parentum. An illa ſepelietur in ſepulchro mariti.Reſpõdeo non, Ratio quia deſiit eſſe de domicilio mariti. Item quia propter adulterium debet priuari omni honore & dignitate quàm conſequebatur ex perſona mariti,ſicut etiam & dotem perdit, ut lite nõ
23 conteſta.c.1.bene facit ad hoc.13.q.2.§.item prophetæ.† Septimo quæritur,lata ſent.diuortij quo ad thorum,ſi maritus reconciliat ſibi uxorem,an illa ſepelietur in ſepulchro mariti. Reſpondeo ſic, quia maritus poteſt ſibi reconciliare uxorẽ adulteram nedum ante ſententiam diuortij.de iureiur. quẽadmodum,ſed etiam poſt latam ſen.diuortij.de diuortiis. c. de illa.Octauo quæritur, ſi matrimonio contracto per carnalem copulam conſummato accuſetur matrimonium ad ſeparationem coniugalis uinculi propter aliquod impedimentum canonicũ, uel mortuo marito accuſetur matrimoniũ, ut proles inde genita denuntietur illegitima, & illa lite pendente uxor moritur,an ſepelietur in ſepulchro mariti.Reſpõ deo ſic, quia debemus præſumere matrimonium legitimũ, ex quo tanquam maritus,& uxor habebantur.Item quia lite pendente non debet illa uxor priuari iure ſuo,ut lite pendẽ. c.1.Putarem tamen ꝙ ſi illa mulier haberet ueram,& indubitatam conſcientiam,quod non poterat eſſe uxor, tunc nõ ſepelietur in ſepulchro mariti.argu.optimum.de reſtit.ſpoliat. literas. Item ſi lata eſſet ſententia per quam eſſet pronunciatum matrimonium illegitimum,quia tunc non ſepelietur in ſepulchro mariti.ff.ad munici.l.de iure.§.fi. & ita intelligat glo.quæ eſt in c.is qui.§.mulier.de ſepul.li.6.Dico,quod ſi li-
24 te † pendente ſuper adulterio quo ad ſeparationem thori uxor moritur debeat ſepeliri in ſepulchro mariti.arg.c.1.ut lit. pen.Nono quæritur,ſi prædicta lite pen.dicta uxor ſit ſepulta in ſepulchro mariti, tamen poſtmodum ſit lata ſentẽtia per quam appareat matrimonium non tenuiſſe, an illa uxor exhumabitur de ſepulchro mariti.Reſpondeo non,quia ſepulta fuit a principio legitime, nec illa ſententia trahitur retro, ſicut nec traheretur retro in præiudicium prolis ſuſceptæ.de clan.deſpon.cum inhibitio.Decimo quæritur,cum uxor debeat ſepeliri in ſepulchro mariti, qualiter conſideramus ſepulchrum mariti.pone enim quod maritus habet in una eccle.ab antiquo ſepulturam ſuorum maiorum,ut patet de ſepul.c.1.lib.6.& in alia eccle.elegit ſepulturam, & ibi ſepultus eſt, an ſepelietur uxor in eccleſia maiorum ſui mariti,an uero in eccleſia ubi maritus elegit ſepulturã,& ibi ſepultus eſt. Reſpondeo ſepelietur in eccleſia in qua maritus eſt actualiter ſepultus.13.q.2.ebron.ibi dũ dicit tex.uno ſepulchro &c.
25 Vndecimo quæritur,ſi maritus † elegit ſepulturam in aliqua eccle.& ibi ſepultus eſt de facto,ſed nõ de iure,puta quia maritus erat excommunicatus,uel interdictus,uel uſurarius manifeſtus,ut patet de ſepul.cle.1.uel erat hæreticus.ut patet de hæreticis.c.2.lib.6.An uxor ſepelietur in tali ſepulchro. Reſpondeo non,& ratio eſt,quia quod dicitur, uxorem ſepeliri in ſepulchro mariti,intelligitur,quando maritus legitime ſepultus eſt.ut d.c.ebron.Item quia corpora excommunicatorum & hæreticorum debent exhumari de tumulto in quo ſunt ſepulta.in c.ſacris.de ſepul.de hæreticis.c.2.lib.6. Duodecimo quæritur,ſi maritus moriatur in peregrinatione, uel ſit uagabundus,& moriatur, & ſepeliat in loco in quo ſepeliuntur peregrini & aduenæ.An ſepelietur uxor in ſepulchro mariti. Reſpondeo quod ſepelietur in ſepulchro mariti, ſi corpus poſſit commode deferri ad ſepulchrũ mariti,aliter non, de ſepul.ca.religioſo.lib.6.& facit quod habetur.13.q.2.unaquæque.Decimotertio quæritur,de ſponſa de futuro,an debeat ſepeliri in ſepulchro ſponſi. Reſpondeo non,nam decretales loquuntur de uxore.de ſepulturis.c.de uxore.eod.tit.is qui.§.mulier.lib.6.ff.ſolu.matri.l.ſi uero.§.de uiro.Decimo-
26 quarto quæritur quid de concubina, † an ſepelietur in ſepulchro amaſij.Reſpondeo non,quia text.loquitur de uxore. Ergo non fiet extenſio ad cõcubinam.ut d.l.ſi uero.§. de uiro. Decimoquinto quæritur,ſi maritus ſit ſine domicilio, & parochia,& uadit ad cohabitandum cum eius uxore. An ſepelietur in ſepulchro uxoris. Reſpondeo non,quia maritus nõ ſequitur domicilium,nec dignitatem uxoris,ſed econtra.Vltimo quæritur, cum uxor debeat ſepeliri in ſepulchro mariti,an ſepelietur expẽſis mariti,uel hæredum eius.an uero expenſis patris ipſius mulieris, an uero de bonis pertinentibus iure dominij ad ipſam mulierem. Aduerte quia duo ſunt caſus. Primus,quando mulier dedit dotem marito, & inſuper habet bona propria, tunc ſi dos remanet apud maritum, ex dote quidem, & cæteris bonis ipſius mulieris fient expenſæ funeris pro portione, uidelicet ꝙ ſi bona propria mulieris ualeant ducenta,& mulieris dos fuerit in centum,hæres uxoris ſoluet duas partes ex tribus partibus,& maritus tertiã partem.ff.de religio & ſumptibus funerum.l.Celſus. Notãdum autem, ꝙ hoc caſu quo remanet dos apud maritum tenetur maritus ad expenſas funeris uxoris inquantum facere poteſt. ff.de relig.l.ſicut pro rata.§.fin.Nota quòd ſi conſtante matrimonio maritus reddidiſſet dotem mulieri eo caſu quo conſtante matrimonio reddi poteſt,ut patet in l.1.ſi conſtãte matrimonio dos fuerit reſtituenda, tunc expenſæ funeris non incumbant marito.ff.de relig.l.pro rata.§.1.& ex illo §.infer
27 tur ſolutio,ꝙ ſi dos † non remanet apud maritum, ſed ſoluto matrimonio maritus reſtituat dotem hæredib. mulieris, quod expenſæ funeris non incumbunt marito.Secundus caſus principalis, quando nulla dos fuit aſſignata per uxorem marito,& tunc expenſę funeris incumbunt patri mulieris,& ſi patrem non haberet, tunc iſtę expenſæ incumbunt hæredibus mulieris, ſi autem mulier non haberet aliquos hæredes, neque patrem,uel ſi habet patrem qui non ſit ſoluendo, tũc expenſę funeris incumbunt marito quatenus facere poteſt. Iniuria enim mariti cenſetur, relinquere eius uxorem inſepultam.ff.de reli.l.nulla.Nunc tranſgrediamur ad prælatos in
28 quibus eccleſiis ſepeliantur † quando decedunt non electa ſepultura,& incipiamus a capite.i.a Romano Põtifice. Hoc declaro per quæſtiones infraſcriptas. Primo quæritur,quãdo Papa decedit in loco in quo cum ſua curia reſidebat.Rñdeo

ſepelietur

Source : BIU Cujas

ſepelietur in eccleſia cathedrali loci ubi reſidebat curia, eſt enim proprie tanquam epiſcopus eccleſiæ cathedralis. Et iō ſepelietur quemadmodum ſepeliuntur epiſcopi in eorū eccleſia cathedrali. Secundo quæritur, ſi reſidente curia Romana in aliqua ciuitate Papa recedit de illo loco propter intēperiem aeris, uel propter defectum peſtis, uel propter infirmitatem, curia tamen remanente in primo loco. Reſpōdeo eius corpus defertur ad locū ubi reſidebat curia, & in eccleſia cathedrali ibi ſepelitur, argumentum optimum de ſepul. is qui. lib. 6. Tertio quæritur, uacante Romana eccleſia Cardinales qui erant in Italia elegerunt in Papam quendam ultramontanum, qui ueniens in Italiam, ut reciperet coronatus inſignia deceſſit in itinere, quæritur ubi ſepelietur? Reſpondeo in eccleſia cathedrali illius loci ubi moritur, nam per electionem conſecutus eſt plenum ius apoſtolicæ dignitatis. de electione. licet de cuitanda. & legitur, & notatur in proemio ſexti. & ſic reputatur epiſcopus omnium eccleſiarū cathedralium Chriſtianitatis. Quarto quæritur, ſi Papa renunciat papatui, ut patet de renunciatione. c. 1. li. 6. putarem, ꝙ ſi degit in curia Romana tempore quo moritur, ꝙ ibi ſepeliatur propter reliquias præcedentis dignitatis & honoris Romanæ eccleſiæ. Si autem recedat de curia, & eligat uitam hę remiticam, uel peregrinetur per mundum. tūc ſepelietur in eccleſia in cuius territorio moritur. ſicut dictum eſt ſupra đ
29 peregrinis &c. Nunc ueniamus ad dños Cardinales † ubi ſepeliantur quando decedunt non electa ſepultura. Hoc declaro per infraſcriptas quæſtiones. Primo quæritur, ſi Cardinalis decedat in curia. Reſpondeo ſepelitur in eccleſia cathedrali, cum ibi cenſeantur domicilium habere ubi Papa reſidet, cum continuo aſſiſtant Papæ in cōſiliis. de electione. fundamenta. §. decet. lib. 6. Secundo quęritur, Cardinalis recedit propter peſtem, uel infirmitatem, uel intemperiem aeris, & decedit extra curiā. Reſpondeo eius corpus defertur ad curiam Romanam, ut ibi ſepeliatur in illa eccleſia in qua ſepeliri debuiſſet ſi deceſſiſſet in curia Romana, arg. optimum. de ſepul. is qui. li. 6. Tertio quæritur, Cardinalis exiſtens in curia Romana cōſtitutus legatus a domino Papa ad partes remotas puta ad Alemaniam, & recedens de curia decedit in itinere antequam intret prouinciam ſuæ legationis, quærit ubi ſepelietur. Reſpondeo in eccleſia cathedrali loci ubi morit. Poſſumus enim eum cenſeri peregrinari ad prouinciam ſibi decretam, & ideo ſepeliri debet in eccleſia cathedrali ꝓpter excellentiam dignitatis Cardinalatus. Quarto quæritur, lega
30 tus † decedit in prouincia legationis ſuæ. Reſpōdeo ſepelietur in eccleſia cathedrali illius ciuitatis in qua moritur, quaſi cenſeatur eōs illius eccleſiæ cathedralis. Quinto quæritur, ſi aliquis ſit legatus in duabus prouinciis. Reſpondeo ſepelief in illa prouincia in qua moritur, ſcilicet in eccleſia cathedrali illius loci. Sexto quæritur, legatus apoſtolicę ſedis reuocatur ad curiam, decedit in itinere. Reſpondeo ſepelietur in eccleſia cathedrali loci ubi decedit, cenſetur enim durare officium legationis donec redeat ad curiam. ff. de offic. procon ſul. l. ulti. Septimo quęritur, uacante apoſtolica ſede Cardinalis moritur in curia. Reſpondeo ſepelietur in eccleſia cathedrali ciuitatis ubi erat curia. quia non cogitur a loco curiæ recedere. de electione. ubi periculum. li. 6. & in cle. ne Romani. eod. tit. Octauo quęritur, curia exiſtente in ciuitate Viterbienſi, Papa transfert curiam ad ciuitatem Romanam, unus Cardinalis remāſit in ciuitate Viterbienſi qui propter aliqđ iuſtum impedimentum non potuit ſequi curiam, ibi moritᵉ. Reſpondeo ſepelietur in eccleſia cathedrali loci ubi primo erat curia, nam impedimentum facti excuſat, quia curiam ſequi non potuit. facit in ratione ſui de ſententia excommu
31 nicatio. c. uenerabilibus. lib. 6. Nono quæritur, † Papa Cardinalem exiſtentem in curia deponit a dignitate Cardinalatus, uel Cardinalis renunciat Cardinalatui in manib. domini Papę, ubi ſepelietur. non quidem in eccleſia ſui Cardinalatus, quia ille titulus deſiit extare, ex quo renūciauit, uel eſt depoſitus. Item non in eccleſia antiqua ſua parochiali, quia deſiit eſſe parochianus illius eccleſię, ex quo tanquam Cardinalis tranſtulit ſe ad curiam Romanam. de parochiis. ca. ſuper eo. Item non in loco domicilij, quod habebat primo, antequam eſſet promotus ad dignitatem Cardinalatus, quia illud domicilium cenſetur mutaſſe recedendo de illo loco, & tranſferēdo ſe ad alium locum, ſcilicet ad curiam Romanam. Videtur ergo ꝙ debeat ſepeliri in loco ſuorum maiorum. de ſepul. c. 1. & c. cum quis. lib. 6. Decimo quæritur, ſi Papa exiſtēs in curia Romana promouit quendam habentem epiſcopatum ad Cardinalatus dignitatem, & ille uolens uenire ad curiam decedit in itinere, ubi ſepelietur. Reſpondeo ſepelitur in eccleſia cathedrali loci vbi decedit, ſicut dixi ſuperius in Cardinalibus decedentibus extra curiam, quando cōſtituuntur apoſtolicę ſedis legati antequam intrent prouinciam ſibi decretam. Vndecimo quæritur, de nunciis apoſtolicę ſedis vbi ſepelientur. Reſpondeo propter reuerentiam apoſtolicę ſedis ſepelientur in illis locis in quibus ſepeliuntur Cardinales fungentes officio legationis cū moriuntur in itinere, nel in prouincia ſibi decreta, ut ſuperius dixi. de quibus habetur in c. accedens. de præſcri. de offi. ordi. c. preſenti. li. 6.
32 Nunc uideamus in qua eccleſia ſepeliantur Patriarchæ, † & archiepiſcopi & epiſcopi decedentes non electa ſepultura. Reſpondeo ſepelientur in eorum eccleſiis cathedralib. ipſi, quia ibi cenſentur habere domicilium, cum ibi teneātur ad continuam reſidentiam. de reſcriptis. dilectus. ij. cum etiam ibi audiant diuina, & percipiant eccleſiaſtica ſacramenta. de ſepul. cum quis lib. 6. Secundo quæritur, ſi decedant extra ciuitatem in qua eorum ſedis epiſcopalis eſt, ut quia receſſerūt extra ciuitatem propter peſtem, uel infirmitatem, uel intemperiem aeris, tunc eorum corpora etiam reducantur ad eorum eccleſiam cathedralem. arg. de ſepul. is qui. lib. 6. Tertio quęritur, ſi decedant in locis remotis ab eorum eccleſiis cathedralibus. Reſpondeo ſepelientur in eccleſia cathedrali loci ubi moriuntur. Quarto quæritur, ſi aliquis habet diſpenſatiue duos epiſcopatus, quorum unus non eſt unitus alteri, in quo illorum ſepelietur. Reſpondetur in eccleſia cathedrali, in qua maiori parte epiſcopus conſueuit reſidere, argu. ff. de fundo inſtru. l. 2. Quinto quæritur. ſi aliquis habet diſpenſationem ad duos epiſcopatus, quorum unus ſit unitus alteri. Reſpon. ſepelietur in eccleſia cathedrali, cui eſt unita alia cathedralis eccleſia, quia eccleſiam cui facta eſt unio cōſideramus tāquam eccleſiam principalem, prout legitur & notatur, ne ſede uacan. c. 1. Et idem dicamus ſi monaſterium eſſet unitū eccleſiæ cathedrali, quod debeat ſepeliri in eccleſia cathedrali, & non in monaſterio. & de hoc quando monaſterium eſt vnitum eccleſię cathedrali fit mentio. ne ſede uacāte. c. 1. Sexto quæritur, ſi aliquis epiſcopus detur tanquam coadiutor alteri epiſcopo, & moriatur iſte coadiutor, an ſepelietur in eccleſia cathedrali epiſcopi cui datus eſt coadiutor. Rūdeo non, quia non eſt prelatus illius eccleſię. Nam licet eō detur coadiutor, non per hoc eōs deſinit eſſe eōs. de cleri. egro. c. vnico. lib. 6. & eod. ti. cum percuſſio. Nunc ueniamus
33 ad regulares, & religioſos in quib eccleſiis ſepeliantur. † Hoc declaro per infraſcriptas quæſtiones. Primo quęritur de abbatibus. Reſpondeo ſepelientur in ſuo monaſterio, quia ibi cenſentur habere domicilium, ut dicit Arch. & Ioā. de reſcr. ſtatutum. lib. 6. Item quia talis non poteſt eſſe abbas ſuæ, uel alterius religionis, niſi ſit expreſſe profeſſus. de electione. nullus. lib. 6. Conſtat autem profeſſos eſſe ſepeliendos in ſuis monaſteriis. de ſepul. religio. lib. 6. Secundo quæritur, ſi aliquis profeſſus præficiatur alicui prioratui, qui eſt de mēbris monaſterij, eſto ꝙ talis ſit obediētiarius & manualis, ſi talis prior moriatur, an ſepeliatur in monaſterio, uel in illo prioratu. Reſpondeo, cum ipſe reputatur monachus monaſterij, & ētreperitur monachus illius prioratus, de priui. c. 1. lib. 6. ſepelietur in loco monaſterij, uel illius prioratus, & pēdebit hoc ex uoluntate ipſius abbatis. ſimile quod hr̄ de offi. ordi. quanto.
34 † Tertio quærit̄ de monacho qui decedit intra probationis annum. Rn̄deo ille non ſepelietur in monaſterio, qa non cēſetur plene translatus ad monaſterium, cum poſſit redire ad ſeculum. de regularibus. ſtatuimus. & c. conſulti. & ſic ſepelietur in illa eccleſia in qua ſepeliri debuiſſet ſi ad monaſteriū non tranſiſſet. facit quod plene no. Archi. de ſepul. cum quis. lib. 6. Quarto quæritur de profeſſo, qui non præeſt regimini alicuius eccleſię. Rn̄deo, iſte dēt ſepeliri in ſuo monaſterio. caſus eſt in c. ulti. de ſepul. li. 6. & intelligitur illa decre. de ꝓfeſſo qui eſt obligatus certæ religioni & ordini inſpē, ſi aūt talis profeſſus eēt obligatus religioni in gñe, ſicut ſunt illi q intra probationis annum profitētur in ordine mēdicantium poſtquam tranſierunt, ut patet, de regularibus. non ſolum. li. 6. tunc añquam tranſeāt ad aliam religionē ſepeliētur in ordine mēdicantium, poſtquam trāſierunt ad aliam religionē, ēt laxiorē quod eis licet, ut d. c. non ſolum. tunc ſepeliantur in monaſterio ad quod tranſeunt, ut d. c. ulti. lib. 6. Vltimo q̄-
35 ritur † de conuerſis eccleſiarum regularium. An dēant ſepeliri in monaſterio. Reſpondeo, aut ſunt profeſſi, & tunc ſepeliuntur in monaſterio, ut d. c. ult. de ſepul. lib. 6. Aut non ſunt profeſſi, tunc aut ſunt plene translati ad monaſterium, quia ſe, & ſua obtulerunt monaſterio, & mutauerunt habitū, quia alio habitu utuntur nunc quam tunc cum erant in ſeculo, & tunc ſepeliuntur in monaſterio, ſecus ſi non ſunt plene tranſlati, ut quia nec mutant habitum, ſed remanēt in coniugio, & cum proprietate ſuorum bonorum. de priuil. ut priuil. §. de fratribus. ubi eſt caſus. facit quod no. Innoc. de ſepul. c. de his. & de iſtis conuerſis, quorum quidam ſunt profeſſi, quidam non profeſſi, hr̄. 27. q. 1. ut lex continētiæ. & de ſent. excommuni. non dubium. Nunc autē ueniamus ad clericos ſe
36 culares † preſidētes regimini aliquarū eccleſiarum, ubi dēant ſepeliri. Hoc declaro ꝑ infraſcriptas quęſtiones. Primo quæritur de prælato eccleſiæ collegiatæ. Rn̄deo ſepelitur in illa eccleſia, quia reputatus eſt ibi domicilium hēre, & quia ibi

tenetur

tenetur ad continuam reſidentiam. de reſcriptis. dilectus.j. Et etiam quia ibi audit diuina,& percipit eccleſiaſtica ſacramenta.de ſepulturis.cum quis.li.6.Secundo quæritur, de habente canonicatum, & præbendam in aliqua eccleſia collegiata.Reſpondeo ſepelitur in illa eccleſia,in qua habet canonicatum & præbendam.ita tenet Inno.de ſepul.c.1.& Arch. eod.titu.cum quis.lib.6. Tertio quæritur,aliquis habet duos canonicatus,& præbendas in diuerſis eccleſiis eiuſdem dioceſis,vbi ſepelitur.Reſpondeo locus erit præuentioni,arg.ff. de noxa.l.ſi ex multis. & ſi ambæ eccleſiæ ſimul concurrant, tunc ſe impedient per concurſum.ff.de vſufru.l.quoties,vel res ſorte dirimatur.l.j.communia de leg.aut ad dioceſanum ſuper hoc recuratur.ff.de religio.l.ſi ſepulchrū. Quarto quæritur,aliquis habet canonicatum, & præbendam in eccleſia collegiata vnius dioceſis,habet etiam canonicatum & p̄bendam in alia collegiata eccleſia alterius dioceſis, vbi ſepeliet. Reſpondeo,ac ſi haberet duos canonicatus in diuerſis eccleſiis eiuſdem dioceſis,vel forte ſepelietur in eccleſia, quæ eſt conſtituta ubi moritur.Hic poteſt incidēter dubitari, ſi vnus habet vnum canonicatum in una eccleſia,in una dioceſi, & alium canonicatum in alia dioceſi,& dioceſani ſint diſcordes,quia quilibet velit eum ſepeliri in ſua dioceſi,uidetur recurendum ad arbitros.arg.optimum.de reſcriptis.cum con
37 tingat.Quinto quæritur † de rectore eccleſiæ curatæ.Reſpondeo ſepelitur in illa eccleſia,quia ibi cenſetur habere domicilium,de reſcriptis.dilectus.ij.Sexto quæritur, aliquis habet diſpenſatiue duas eccleſias curatas ex diſpenſatione Papæ,vt patet de præben.de multa.eod.tit.cum ſing.lib.6. Modo quæritur in qua illarum eccleſiarum ſepelietur. dubium facit illud quod not.glo.de præb.non poteſt.li.6.Sed in qua illarum eccleſiarum teneatur reſidere.vbi ponit opinionem quorundam dicentium,quòd in neutra teneatur reſidere, ergo ſi in neutra reſideat non dicitur domicilium habere in aliquo dictorum locorum vbi ſunt eccleſię ſitæ,ergo in nulla illarum eccleſiarum ſepelietur,ſed ſepelietur in loco ſuorum maiorum,& remanebit ſub domicilio veteri, quod habebat antequam promoueretur ad illas eccleſias. de tempo. ordi. cū nullus.lib.6. Alia fuit opinio quod poſſet reſidere in qua velit,tunc cenſetur habere domicilium in loco ubi eſt eccleſia in qua reſidet.de reſcri.dilectus.ergo ibi ſepelietur.& ſi ęqualiter in vtroque loco ſe collocet,cenſetur habere domiciliū in utroque loco.de ſepul.cum quis.lib.6.Ergo utrique eccleſiæ competit ius funerandi. poſſet tamen una eccleſia aliam præuenire.& ſic ſi ambæ concurrant,recurratur ad dioceſanum,prout ſuperius dixi in quibuſdam alijs caſibus, vel forte poſſet dici, quòd ſi illę eccleſię ſunt in diuerſis dioceſibus tunc ubi moritur ibi ſepelitur.Alia fuit opinio Bern̄. quòd teneatur in una reſidere,& in alia deſeruire p̄ uicarium, & iſta opinio videtur tenenda,ne deſeratur cura animarum.de reſcriptis.c.ult.lib.6.quo caſu ſepeliatur in illa eccleſia in qua re
38 ſidebat,cum ibi cenſeatur habere domicilium.†Septimo q̄ritur, aliquis habet canonicatum, & prębendam in eccleſia cathedrali,& illi canonicatui ſit annexa parochialis eccleſia, in qua eccleſia ſepelietur, an in eccleſia cathedrali, an uero in eccleſia parochiali. Reſpondeo in eccleſia cathedrali, qa in illa eccleſia vr̄ continue reſidere,& non in alia parochiali eccleſia,cui licet deſeruire per vicarium.de pręb.extirpādæ. §.qui uero.Octauo quęritur,de habente vicariam perpetuā, de qua loquitur capit.G. perpetuus.de fide inſtr. & de præb. extirpandę.§.qui vero.Reſpondeo,ſepelietur in illa eccleſia, quia illud iudicamus de vicario perpetuo, quod de rectore principali iſtius eccleſię.ut cle.unica.de officio uicarij.Nono quęritur,de vicario temporali de quo loquitur.c.cum ex eo.de electione.lib.6.de regularibus beneficium. eodem libro.de ap.peruenit.Reſpondeo non ſepelietur ibi,quia non cenſetur ibi plene translatus, nec domicilium antiquū mutaſſe cenſetur. Decimo quæritur quid de ſacerdotibus conductitiis quibus datur certum ſalarium, ut ſeruiant eccleſijs in diuinis,ſicut uidemus in habentibus prioratus,qui ponūt certos capellanos,vt parochianis miniſtrent eccleſiaſtica ſacramenta,de quibus loquitur.c.requiſiſti.in fi de teſt.an ſepeliantur ibidem. Reſpōdeo iudicabo de iſtis ſicut de uicariis
39 temporalibus,& ſic ibidem non debent ſepeliri.†Vndecimo quęritur,de habente eccleſiam curatam in commendam,an ibi ſepelietur.Reſpondeo non,quia habens eccleſiam in cōmendam nō dicitur prelatus illius eſt eccleſię. de electione. c.nemo deinceps.lib.6. ſed dicitur procurator & cuſtos eccleſiæ.ut ibi no.&c.Duodecimo quęritur, ſi prælatus renunciaret prelaturę, an ſepelietur in eccleſia, cui renunciat, uel deponitur.Reſpondeo,aut eſt ſecularis p̄latus, tunc non debet ibi ſepeliri, quia deſinit eſſe p̄latus illius eccle. de renunciatione.admonet.& c. quod in dubiis. Si autem ſit prelatus regularis,tunc quia talis debet eſſet profeſſus.de electio.nullus.li.6.& ſic remanet monachus monaſterii,vt plene poſuit Fede.de Senis in conſilijs ſuis in conſilio 5.& 19.ſepeliatur in monaſterio,cum remaneat ſimpliciter profeſſus. de ſepul.c. vlt.lib.6.Nunc ueniamus ad alias perſonas ſingulares,q̄ nulli præſident eccleſię, & decedunt,nulla ſibi electa ſepultura,
40 & hoc declaro per infraſcriptas quęſtiones.†Primo quęritur de fratribus tertij ordinis Beati Franciſci qui appellantur cō tinentes,ſeu fratres de pœnitentia,an ſepelientur apud mendicantes.Non uidetur,quia non ſunt plene translati ad illum ordinem, cum non profiteantur tria ſubſtantialia regulę illius ordinis,poſſunt enim habere proprium, & remanere in coniugio.prout glo.de ſen.exc.cle.cum ex eo. ergo non ſepelientur apud mendicantes,cum nō ſint profeſſi, nec plene translati.de priui.ut priuilegia.§. de confratribus. ſepeliunt ergo in eorum eccleſia parochiali, vel in loco ſuorum maiorum.Non enim deſinunt eſſe parochiani eorum parochialis
41 eccleſiæ licet aſſumant habitum illorum fratrum.†Secundo quęritur de hæremitis vbi ſepeliantur. In hoc eſt cōſiderare tres caſus.Primus caſus talis eſt,quando aſſumunt vitam hæremiticam,non tamen profitentur aliquam regulam,vel religionem de religionibus approbatis,ſed ſimpliciter ſe conferunt ad ſiluas,vel loco ſolitaria, vbi non eſt hominum congregatio, vel recludunt ſe in pontibus, qui ſunt ſuper flumina, & appellantur illi pontes vulgariter pōtes hęremitarum, & tunc ſepelientur in parochiali eccleſia intra cuius parochiam ſunt loca in quibus reſident,vt hæremitę, & ęquiparo iſtos peregrinis de quibus ubi ſepeliantur ſuperius dixi. Secundus caſus eſt quando talis hęremita profitetur certam regulam & certum ordinem, vt regulam Beati Aug. datam ſibi a dioceſano, non tamen trāſeunt ad aliquod monaſteriū, tunc ſepelientur in illa religione cuius ordinem & regulam p̄fitentur,ratio,quia ſunt profeſſi illius ordinis & regulę. de ſepul.c.vlti.lib.6.Tertius caſus eſt, quando aliquis exiſtens p̄ feſſus aſſumit ſibi vitam hęremiticam de licentia ſuperioris, ut patet de exceſ.prę̄la.c.ulti.lib.6.Tunc quia iſti remanent p̄ feſſi illius ordinis & regulæ debent ſepeliri in eorum monaſterio.de ſepulturis. c. ulti.lib.6. † Tertio principaliter quęrit
42 de mulieribus, quæ vocantur incarcerate, quę faciunt ſe recludi in certa domo,& per q̄dam feneſtram recipiunt eleemoſinas a tranſeuntibus.Reſpondeo ſepelientur in parochia intra quam eſt illa domus, quaſi uelint ibi domicilium habere,ex quo ibi continue reſident.ff.ad municip.l.1.de ſepul.cū quis.lib.6.Quarto quæritur de iſtis fraticellis qui certum habitum aſſumunt,& uadunt mendicando pro eleemoſinis, & ſtant quandoque ſoli,quandoque in congregatione,nullam tamen regulam uel ordinem profitentur. Reſpondeo ſepeliē tur in eorum parochiali eccleſia ſicut dixi ſupra de hæremitis qui nullam regulam uel ordinem profitentur.Vltimo quę ritur de his,qui vulgariter appellātur Apoſtoli,qui habēt cer tum habitum,& ſtant quandoque ſoli, & quandoque in con gregatione, & diſcurrunt per certas dioceſes, & loca,& uadunt pro eleemoſinis,non tamen eas petunt,ſed expectant ut eis detur. Reſpondeo ſepelientur in eccleſia cathedrali intra cuius parochiam habitant & morantur, ſicut dixi ſuperius de mulieribus incarceratis, & hæremitis non profitentibus regulam.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturam in loco minus religioſo an aliquis poſſit ſibi eligere.*
2 *Eligere ſepulturam in quacunque eccleſia etiam minus religioſa quilibet poteſt.*
3 *Sepulturam eligere in eccleſia cathedrali qualiter quis debeat.*
4 *Religioſi qui habent capellas in eorum eccleſiis quas concedunt quo ad vſum ſepulturæ alicui domui nobilium,& filiorum, & deſcendentium,an ibi poſſint ſepelire aliquos de alia progenie.6.*
5 *Auferri non poteſt a nobis illud quod eſt noſtrum ſine noſtra uoluntate.*
7 *Chriſtiani nunquid poſſint eligere ſepulturam in ſepulchro iudęorum, uel ſaracenorum.*

Capitulum decimum.

VEnio ad decimū capitulū principale.quoniam autem ſupra in nono capitulo principali plene tractauimus in qua eccleſia debeant ſepeliri illi qui decedunt nulla ſibi electa ſepultura. Reſtat uidere de illis qui eligunt ſepulturam,in qua quidem eccleſia poſſint ſibi ſepulturam eligere, hoc declaro per has
1 infraſcriptas quæſtiones. † Primo quęritur an aliquis poſſit ſibi eligere ſepulturam in loco minus religioſo.patet exemplum Antiquorum parētum eſt ſepultura in monaſterio, uel eccleſia ſeculari collegiata.Modo filius vult eligere ſepulturam in eccleſia,q̄ non eſt regularis,nec collegiata,ſed eſt q̄dā eccleſia ruralis.Modo q̄ritur,an poſſit.gl.in c.fraternitatē. de ſepul.ponebat opiniones.Prima opinio eſt, qđ quis non poſſit eligere ſepulturam in loco minus religioſo. Alia fuit opi

nio

Source : BIU Cujas

nio ꝙ poteſt.de ſepul.in noſtra.non obſtante eo.tit.fraternitatem.qa illa intelligitur qñ eligens ſepulturã eſt deceptus a loco minus religioſo vbi elegit ſepeliri,uel ubi ex temeritate,uel contemptu de eccleſia ſuorum maiorum tranſiuit ad loca minus religioſa. Vel qñ ſuæ parochiali eccleſiæ non dimiſit ſuam canonicã portionem.Non ob. c.in noſtra. ꝓallegatum,qa ibi loquitur, qñ ex priuilegio loco minus religioſo competebat ius funerandi. & ita dicebat gl. in d.c.fraternitatẽ.Dicebat Inn.de ſep.c.1. ꝙ regula eſt,ꝙ quilibet † ꝑt ſibi eligere ſepulturam in quacunq; eccleſia,ẽt minus religioſa,ut d.c.1.& c.de uxo,& c. cum ſuper. niſi malitioſe faciat, & ꝓſumitur malitioſe facere,ſi dimittunt ſepulturam parentum,quam ꝓcipue tenere debent,ut d.c.1.& c.fraternitatem. 13.q.2.placuit.Tollitur autem ꝓſumptio fraudis,ſi elegerit ſepulturam in cathedrali eccleſia,uel in monaſterio religioſo, uel in loco ubi bonum facit decimas ſoluendo,arg.13.q.2.c. ubicunq;.uel in eccleſia quam edificauit.argu. 12.q.2.bonæ. uel niſi eligunt in loco priuilegiato ſuper iure ſepeliendi. de ſepul.in noſtra.& licet ſic ꝓſumatur,tñ ſi probatur ꝙrium nõ tenebit electio ſepul.de ſepul.ex parte.& c.in noſtra.ſm Inn. & in d.c.1.hodie ſunt deciſa per ius nouum.quod indiſtincte quis poteſt eligere ſepulturam ẽt in loco minus religioſo.de ſepul.cum quis.li.6.tex.in c.ubicunq;.13.q.2.vñ dicere quod quis debet eligere † ſepulturam in eccleſia cathedrali,ſi autẽ ꝓp temporis,uel loci auſteritatẽ non poſſet ibi ſepeliri, tunc poteſt eligere ſepulturam apud loca religioſa. Si autẽ apud loca religioſa difficile eſſet ſepeliri,tunc debet eligere ſepulturam in eccleſia,ubi ſoluit decimas.gl.ibi dicit, ꝙ ille ordo non eſt de neceſſitate, & ideo poteſt eligere ſepulturam ubi uelit.Dicebat Arch.in d.c.ubicunque.ꝙ illud c.põt intelligi. de peregrinis, & aduenis qui certam ſepulturam non habẽt, non tñ coguntur eligere ſepulturam ſm ordinem illius cap. ſed debet eis ſuaderi,quod eligant ſepulturam ſeruato ordine illius ca.Alij uero intelligunt illud c.de illis,qui hñt ſepulturam ab antiquo in eccleſia eꝑali, & eſt præceptum, ꝙ non debeant eam mutare, niſi loci uel aſperitas tꝑis impediat,& forte in multis locis eſt conſuetudo,quod qui ſunt extra ciuitatem,& ꝑſertim nobiles hñt ſepulturas ſuas apud eccleſiã epiſcopalem.Præterea de ſolis ciuibus poteſt intelligi,qa ſæpe recedunt a ciuitate per diuerſa ipſius, uel alterius eꝑatus loca,& ibi morantur, ſed ſp debent deferri ad antiquam ſepulturam,niſi aſperitas loci, uel temporis,uel aliud iuſtũ impedimentum impediat.Et idem quod notatur.13.q.2.in ſumma.& c.placuit.§.ſed aliud.Secundo q̃ritur, † religioſi mendicantes,uel non mendicantes habent capellas in eorum eccleſiis quas concedunt quo ad uſum ſepulturæ alicui domui nobilium,& filiorum,& liberorum,& deſcendentium,& poſteriorum ſuorum,accipiendo domum nobilium prout dicit tex.& de domo ſuæ auiæ.de elec.c.uenerabilem.Sicut de domo de columna.de ſciſma. c.uno.lib.6. Modo quæritur, an ille qui non eſt de progenie illorum nobilium poſſit eligere ſepulturam in illa capella. & uidetur ꝙ ſic,quod probatur iſtis rationibus. Prima ratio, quia ius funerandi remanet apud illam eccleſiam quo ad ius funerandi,quia eſt ſpirituale, quod non tranſit ad illam domum nobilium, ſed ſolum uſus ſepulturæ.de ſepul.c.pen.& ex iure funerandi competit quem poſſe eligere ſepulturam in eccleſia.de ſepul.in noſtra. Secunda ratio,qa poteſt eligere ſepulturam in eccleſia. de ſepul.cum qs.lib.6.ergo in quolibet loco ipſius eccleſiæ, quia non eſt magis determinatus unus locus quam alter. Tertia ratio, qa ipſa eccleſia tanq̃ locus uniuerſalis vñ comprehendere oẽs capellas ſitas in eccleſia, ſicut dicimus in iudicijs uniuerſalibus in quibus omnia ſub uniuerſitate comprehendũtur,ut notatur de libelli oblatione.c.2.Quarto uidetur caſus de ſepul.c.1.ubi Ieſus elegit ſepulturam alienam, ut propriam.In contrarium eſt uerum,ꝙ ille uſus ſepulchri illis nobilibus conceſſus non poteſt eis auferri per eos, qui nõ ſunt de progenie illorum nobilium,quia † illud quod noſtrum eſt a nobis auferri non poteſt ſine noſtra uolũtate, utl.id quod noſtrum.de reg.iur.Nec ob.c.1.de ſep.quia ille locus in quo ſepultus eſt Ieſus Chriſtus non pertinebat ad uſum ſepulchri alterius perſonæ, cum fuerit ſepultus in loco in quo nunquã aliquis ſepultus fuit, ſicut diuina teſtatur ſcriptura. Dicunt quidam,quod prælatus eccleſiæ poteſt aliquem inferre in ſepulchrum alterius ex iuſta cauſa, ut ſi quis eſſet qui non haberet propriam ſepulturam, & non haberet ubi alibi poſſet eum ſepelire.In contrarium facit.l.2.de religio.ff.Archi.has opiniones poſuit,& nihil determinauit.13.q.2.præcipiendũ. Tertio q̃ritur,an ipſi religioſi,q conceſſerunt dictas capellas dictis nobilibus poſſint in dictis capellis fratres ſui ordinis,uel etiam eos,qui non ſunt de progenie illorum nobiliũ ſepelire. Reſpondeo non, quia talis capella quantum ad ſepulturam reputatur tanquam hoſpitium.13.q.2. Sed de iure eſt, ꝙ in fundo in quo quis habet uſum non poteſt dominus inhabitare inuito uſuario. ff. de uſu & habita. l. ſi habitatio. §.ult. &l. in eo quoque, & uide quod notat Azo.in ſumma inſt.de uſu & habita.§.ſi uero uſus.& §.illud uidetur. Quarto quæritur,ſi progenies † illorum nobilium ſit extincta per eorum mortem,an poterunt illi religioſi ibi ſepelire fratres ſui ordinis, uel etiam concedere illam capellam ad uſum aliarum perſonarum.Reſpondeo ſic,quia uſus conceſſus illis nobilibus eſt extinctus per mortem illorum nobilium, & iõ ius funerandi liber rediit ad ipſos religioſos, ſicut dicimus de uſufructuario,uel uſuario mortuo,ubi ille uſus, uel uſusfructus ad proprietarium libere reddit. C. de uſufruct.l.pen. Quinto quæritur, an quis poſſit eligere ſepulchrum in locis prophanis.Reſpondeo ſic, & ideo de iure antiquo erant ſepulchra familiaria, & etiam hæreditaria in locis prophanis. ff.de reli.& ſump.fune.l.familiaria.& quod plene notat Azo in ſumma eodem titu.§.familiaria.Sexto quæritur,an Chriſtiani † poſſint eligere ſepulturam in ſepulchro iudæorum, uel ſaracenorum. Reſpondeo non,quia ſicut eis uiuentibus non debemus participare cum eis.de iudæ.ca.iudæi. ita nec cum mortuis.de ſepul.ca.ſacris.Item non debent Chriſtiani ingredi templum infidelium,de iudæis.clem.1.Item in ſepulchris Chriſtianorum tantum eſt requies defunctorum, non in ſepulchris infidelium.12.q.2.aurum. Vltimo ſolet dubitari, ſi aliqua capella concedatur pro uſu ſepulturæ nobilium, ita quòd conceſſio fiat domui ipſorum nobilium, & ipſorũ filiis liberis & poſteris,& eorum familiæ,& generationi, ſiue progeniei,ad quos filios uel liberos extendatur illa cõceſſio. hæc eſt materia de qua habetur in l.liberorum.ff.de uerbor. ſigni.& uide quod not.glo.& Pau.in clem.1.de bap.Item qui intelligantur eſſe de generatione,uel progenie, uel poſteris, uide de hæreticis, ſtatutum.lib.6.& de ſciſma. c.unico.& de pœnis.c.ubicunque.

SVMMÆRIVM.

1 *Sepulturam ſibi eligere quę perſonæ poſſint.*
2 *Impubes qui eſt in pupillari ætate, an poſſit ſibi eligere ſepulturam cum auctoritate tutoris.*
3 *Pater ſi elegit ſepulturam pro filio impubere,& decedit factus pubes,nunquid ſepelietur in eccleſia ſibi electa per patrem.*
4 *Pater an poſſit eligere ſepulturam pro filijs impuberibus, uel pro naturalibus,& ſpurijs legitimatis auctoritate principis, & eligere ſepulturam nunquid poſſit pater pro filio emancipato impubere, & an pro filio adoptiuo.*
5 *Auus an poſſit eligere ſepulturam pro nepote, & an mater pro filio impubere.*
6 *Frater eligere ſepulturam an poſſit pro fratre ſuo impubere.*
7 *Extraneus ſi inſtituit hęredem uniuerſalem aliquem impuberem,an poſſit pro eo eligere ſepulturam.*
8 *Sepulturam an poſſit dominus eligere pro ſeruo.*
9 *Caſus in quibus prohibetur eligere ſepulturam.13.*
10 *Exiſtens intra annum probationis,an ſepulturam eligere poſſit.*
11 *Profeſſus elegit ſibi ſepulturam,et tandem factus eſt abbas in monaſterio, an ſepelietur in loco in quo elegit ſepulturam.*
12 *Profeſſus quando poſſit ſepulturam eligere.*
14 *Fauor eccleſiæ non debet tolli per electionem ſepulturæ.*
15 *Delictum ſolius prælati non nocet eccleſiæ.*
16 *Damnati ad mortem an poſſint eligere ſepulturam.*

Capitulum vndecimum.

NVnc venio ad vndecimum capitulum principale,quoniam enim ſupra diximus ꝙ quandoque decedentes eligunt ſibi ſepulturam, eſt uidere quæ perſonæ † poſſint ſibi eligere ſepulturam. Et circa hoc tradam quandam regulam generalem, ꝙ omnis perſona poteſt ſibi eligere ſepulturam,quæ a iure non ſit prohibita.13.q.2.econtra. Reperio autem in iure tria genera perſonarum, quæ non poſſunt ſibi eligere ſepulturam. Ptimum genus eſt de impuberibus,de ſepul.c.licet.lib.6.Iuxta prædicta dubitatur de quatuor queſtionibus. Primo quæritur,an impubes in quo malitia ſupplet ætatem,poſſit ſibi eligere ſepulturam.uidetur ꝙ non,quia tex.in d.c.licet, concedit ius eligendi adultis,& ſic requiritur certum tẽpus determinatum.ut qui eligit ſepulturam ſit adultus. In cõtrariũ uidetur,quoniam impubes in quo malitia ſupplet ætatẽ poteſt contrahere matrimonium carnale.de deſpon.impube.c. tuæ.Item poteſt contrahere matrimonium ſpirituale,qa poteſt profiteri.de regularibus.c.poſtulaſti. Secundo quæritur, impubes ſibi ſepulturam elegit, & factus pubes decedit, an ſepelietur in eccleſia,in qua ſepulturã elegit. Reſpondeo nõ, quia illa electio ipſo iure fuit nullius momẽti. hæc uera,niſi factus pubes illam electionem expreſſe confirmet,ſicut dicimus in matrimonio ſpirituali.de regularib.c.1.li.6. & in matrimonio carnali.de deſpon. impu.c.1. eo.li. † Tertio q̃ritur,

an

an impubes qui eſt in pupillari ætate poſſit ſibi eligere ſepul. cum auctoritate tutoris.Vñ ꝙ ſic,ꝙa multos actus cū auctoritate tutoris exercere pōt,vt patet in l.1.ff.de auct.tuto.In contrarium eſt ueritas,& rō eſt,quia effectus electionis ſepulturę confertur in tp̄s poſt mortem pupilli,quo tpe eſt extincta tutoris auctoritas,& ideo illa auctoritas nihil operatur.ff.de iuriſ.om.iud.l.eum qui.& uide quod notatur.8.q.1.apoſtolica. allegat iſta gl.noīata. Quarto quæritur,adultus habens curatorem ſine auctoritate curatoris eligit ſepul.q̄ritur an ualeat iſta electio.Rñdeo ſic,quia ēt teſtm̄ facere p̄t.ff.de li.le.l.Aurelio.§.Gaius. Redeundo aūt ad.c.licet.li.6.de ſep.ꝙ ꝓmittit patrem eligere ſepulturam ꝓ filio impubere cōſuetudine terræ id diſponente.No.diligenter illud uerbum, cōſuetudine, ꝙa per hoc tex.apparet uelle quòd licet conſtō uel conſuetudo laicorū non poſſit directe,uel indirecte p̄iudicare iuri eccleſiæ.de conſti.c.eccleſiam.de rebus eccleſiæ.c.fi.de immu. eccleſiarum. c.ul.li.6. tñ in caſu iſto illa conſuetudo p̄iudicabit eccleſię,in qua eſt ſepul.parentū,ꝙa ꝓ illam conſuetudinē aufertur corpus ab illa eccleſia,& transfertur ad aliā eccleſiā in qua pater ꝓ impubere ſepulturam elegit. Sed iuxta p̄dicta
3 q̄ritur de infraſcriptis qōnibus.Primo q̄ritur,pater † elegit ſepulturā ꝓ filio impubere, decedit filius factus pubes, q̄ritur an ſepeliatur in eccleſia ſibi electa ꝓ patrē.Rñdeo non,rō eſt, ꝙa pater poteſt eligere ꝓ filio impubere, qui ꝓp defectū ſibi prouidere non p̄t.de ſepul.cura.ut d.c.licet.& ſic expirabit illa electio,ſicut & pupillaris ſubſtō , q̄ fit ꝓp defectum ætatis filij,qui ſibi teſtari non p̄t.Quæ ſubſtō expirat ꝓ euentum pubertatis.Secundo q̄ritur,an pater poſſit eligere ſepulturam ꝓ filio ſuo naturali,& impubere.iſta qō in hoc reſidet,an appellatione filij contineantur filij naturales,de hoc notatur.ff.ad treb.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.& C.de inſti.& ſubſti.l.generaliter.Rñdeo non includit filios naturales,ꝙa non includuntur appellatione filiorum,de quo plene per gl.in cle.1.de baptiſ.& ibi ꝓ Pau.de Leaza. Idem dām fortius de ſpuriis qui
4 non continentur appellatione filiorum.† Tertio q̄ritur,an ꝓ naturalib. uel ſpuriis ltīmatis auctoritate principis poſſit pr̄ ꝓ filiis impuberib.ſepulturam eligere . Rñdeo ſic,ꝙa reinciduntin ptāte patris in auct.qui.mo. naturales effi.ſui in prin. Quarto q̄ritur , an pater ꝓ filio emancipato impubere poſſit ſepulturam eligere.Rñdeo ſic,ꝙa illa decreta.licet.nō diſtinguit inter filios emancipatos,vel conſtitutos in poteſtate patris,quia vterque ipſorum filius dicitur, ut in d.auct.in prin. Quinto quęritur, an pater ꝓ adoptiuo filio impubere poſſit ſepulturam eligere.Rñdeo,quouſque durat adoptio, quia ꝓ adoptionem tranſit in ptātem patris adoptiui , vt in l.1.de adop.Et hoc uerum intelligo,quando filius impubes decedit uiuente patre adoptiuo,ſed ſi pater primo moriatur,tunc ꝙa ꝓ mortem patris finita eſt adoptio.de cognatione legali. ca.
5 vno.non ſepelietur in ſepultura electa a patre adoptāte.† Sexto quæritur,an auus poſſit eligere ſepulturam ꝓ nepote.Rñdeo non, quia appellatione patris non cōtinetur auus in materia odioſa,& quæ p̄iudicialis eſt alteri.ff. de teſt.tut.l.qui filiabus.& hæc eſt materia p̄iudicialis, quia agitur de p̄iudicio eccleſiæ in qua eſt ſepultura parentum . Septimo quærit, an mater poſſit eligere ſepulturam ꝓ filio ſuo impubere.Reſpō deo non,quia decre.licet.de ſepul.lib.6.loquitur de pr̄e, ergo in materia p̄iudiciali non fiat extenſio ad matrem.ff.ſol. mat.l.ſi uero.§.de uiro . Octauo q̄ritur,ſi ſunt duo fratres,an ille qui eſt maior poſſit eligere ſepulturā ꝓ fratre impubere. Rñdeo non,quia illa decreta.licet. loquitur de linea aſcendētium,ergo non fit extenſio ad tranſuerſalem.Secundum genus ꝓſonarum eſt de deſcendentib.erga aſcendentes. Quæritur an filius poſſit ſepulturam eligere ꝓ patre furioſo,demēte,uel mentecapto, qui caret omni intellectu & cognitione. de cle.egro.c.unico.li.6.Et vr̄ ꝙ ſic,quia pater & filius reputantur ꝓ una ꝓſona,ut l.ult.C.de impub.& aliis ſubſt.In contrarium eſt ueritas, quia ius eligendi ſepulturam eſt datū pr̄i erga filium,non aūt econtra.Conſtitutio ergo loquens de linea aſcendentium,non extenditur ad lineam deſcendentiū. arg.ff ſol.mat.l.ſi uero.§.de uiro. Tertium genus ꝓſonarum
6 eſt de tranſuerſalib.Quæritur ergo an frater† poſſit eligere ſepulturam ꝓ fratre ſuo impubere.Rñdeo non,quia canon dat ptātem illis qui ſunt de linea aſcendentium, non autem illis qui ſunt de linea tranſuerſali. Quartum genus ꝓſonarum eſt de ꝓrſus extraneis , iſtud declaro ꝓ infraſcriptas qōnes. Primo quæritur an tutor poſſit eligere ſepulturam ꝓ infante.Reſpondeo non,quia effectus electionis ſepulturæ confertur ad tempus poſt mortem, quo tēpore ille tutor deſiit eſſe tutor. facit de iuriſ.om.iud.l.eum qui. Secundo quæritur,an abbas poſſit eligere ſepulturam ꝓ monacho profeſſo,vr̄ ꝙ ſic,quia abbas cenſetur tanq̄ pater,ut c.ult.de regularibus . de exceſ. prælc.1.Aequiparamus ergo profeſſum filio impuberi,quia ſicut impubes non habet uelle , nec nolle ꝓp defectum ætatis.C.de faſa mone.l.j.ſic ꝓfeſſus non habet uelle, nec nolle ꝓp uinculum ꝓfeſſionis.In contrariū eſt ueritas,quia canon dat ptātem patri naturali,ut c.licet.de ſepul.li.6. ergo nō fiet extenſio ad abbatem qui non eſt uerus,ſed fictus pater . ff. de
7 leg.2.l.ſi ita.† Tertio quæritur,ſi extraneus inſtituit hęredem uniuerſalem aliquem impuberem , an poſſit pro eo eligere ſepulturam. Rñdeo nō,nullam.n.poteſtatem hēt in perſonā, licet poſſit eū grauare onere fideicommiſſi,ut in l.1.ad treb. Item,quia ius eligendi datum eſt patri,non autem extraneo, licet ei poſſit tutorem relinquere eo caſu quo impubes non habet alia bona quàm illa , quæ obuenerunt ex teſtō illo . ff. de confir.tut.l.ſi patronus.Quarto quæritur,an perſonæ de q̄bus dixi ſupra; ꝙ non poſſint eligere ſepulturam pro alio,poſſint eligere conſuetudine id diſponente? videtur quod ſic,ꝙa conſuetudo dat ius eligendi.de ſepul.c.licet.lib.6.In contrarium videtur,ꝙ ꝓ iſtam conſuetudinem pręiudicatur eccleſiæ,ubi eſt ſepultura parentum,ſed conſuetudo laicorum,neque directe,neque indirecte p̄t p̄iudicare eccleſiæ, de conſti.
8 eccleſia.non ob.p̄dictum. c.licet,quia ibi illa conſuetudo approbatur a canone quo ad filios tantum.† Vltimo quęritur, an dñs poſſit eligere ꝓ ſuo ſeruo.Reſpondeo cum ſit in poteſtate dñi poterit dominus ꝓ ſeruo ſuo eligere ſepulturam eo caſu,quo pater poſſit ꝓ impubere filio . ſi autem ſeruus eſſet pubes, tunc ipſe poſſet ſepulturam eligere abſq; uolūtate domini,ita dicit lo.de ſepul.de uxore. Nunc ueniamus ad aliū
4 Item cōgruens munus uocatur personæ cōueniens, in l. 1. in fin. ibi, & munerib. congruentib. fungi curet. ff. de decur. l. & si filium. ibi, honores, qui filio decurioni congruentes. de muneri. & honori. Inde cōgruenter respondere in stipulatione ꝯcipienda promissor debet. l. 1. ff. de uerb. obli. §. in hac. illo tit. in Instit. consona, & cōgruens debet esse responsio interrogationi, quo ad sensum, non quoad uerba, ut olim, sed sufficit quòd uterque intelligatur. d. §. in hac.

5 Etiam congruū, conueniens dr. Quid. n. tam congruū fidei humanæ, quàm ea quæ placuerunt inter cōtrahentes seruare? l. 1. ff. de pact. Inde congrua interpretatio, ꝯueniēs, & apta. l. itē ueniūt. §. aptāda est nobis singulis uerbis senatusconsulti cōgrua interpretatio. ff. de petitio. hære & obligamur uerbis cū

Source : BIU Cujas

præcedit interrogatio, & sequitur congrua responsio. l. obligamur. §. 1. ff. de actionib. & obligationibus.

6 Ad hæc congrua portio conueniens dicitur, quod conuenire debeat illi, cui est assignata, quæ interdum vocatur sufficiens. in cap. extirpandæ. in fin. prin. ibi, portio præsbyteris ipsis sufficiens assignatur. de præbend. & ibidem in §. final. vocatur congruens portio. sed in capitu. de monachis. dicitur congrua substentatio. & in clementi. prima, de iure patrona. & in in capit. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. interdum portio nominatur competens, in cap. 20. vbi autem. de decim. in 6. & in cap. secundo, de supplen. negligen. præl. & in cap. postulasti. de rescrip. & in cap. cùm im. de const. sed communius appellatur congrua portio dicitur sufficiens conueniens, & competens, vt vicarius inde commodè uiuere possit. per glo. in d. ca. vno. in verbo, absque penuria. de statu regula. in 6.

7 De congrua satisfactione expensarum scribitur in capitu. final. §. in alijs. vt lit. non contestat. Hæc de prima quæst. vt dicatur congrua portio, conueniens, & sufficiens. & ideo congrua vocatur, quod conuenire, & congruere debeat ei cui est assignata. & cùm communius sic vocetur, hoc nomen huic tractatui indidimus. De iure congrui tractat Mat. de Afflic. in trac. de iure prothomiseos.

8 Secundo quæro quamobrem introducta sit hæc congrua portio. Respon. multis de causis. Primo in fauorem ecclesiarum, vt per bonos, & sufficientes vicarios animarum cura diligenter exerceatur. & illis laudabiliter deseruiatur in diuinis: quibus de ipsarum ecclesiarum prouentibus necessaria congrue subministrentur. cap. ex eo. vers. porro. de elect. in 6. Et si ecclesiæ in diuinis deseruientes non haberent congruã portionem, non inuenirẽtur idoneæ personæ, quæ huiusmodi ecclesijs vellent deseruire. cap. 1. de præbend. in sexto, ob id fauor ecclesiarum est, vt iustam portionem vicarii perpetui habeant.

9 Secundò in fauorem ẽt personæ. i. vicarii perpetui, vt commodè uiuere possit. cap. de monachis. de præben. & vt nõ cogatur mendicare, vt infelix clericus. dicit text. in cap. diaconi. 5. in 96. distinctio. & sicut episcopus non debet aliquem ordinare, qui ex patrimonio, uel beneficio nõ habeat unde viue re possit, alioqui episcopus prouidere ei tenetur. cap. episcopus. & capitu. cum secundum. de præben. ita non debet instituere vicarium, qui non possit commode viuere. clementi. prima, de iure patrona. nec etiam debet episcopus cõstructioni ecclesiæ consentire, nisi prius congrue dotetur. cap. nemo. de consecratio. distinctio. 1. gloss. 1. in cap. cum sicut. de consecratio. eccles. Item vnioni ecclesiæ episcopus dissentire debet nisi congrua portio præsbyteris illarum reseruetur. cap. expo suisti. in fine. de præbendis. Ergo hæc portio congrua in fauorem personæ est introducta.

10 Tertiò, in episcopi fauorem, vt ex illa cõgrua portione curatus seu vicarius iura episcopalia ei persoluat. d. cap. de monachis. de præbend. & alia iura, quæ scribuntur in cap. conquerente. de offic. ordinar. quæ non posset vicarius exoluere, si congruam portionem non haberet, & sic episcopus ea amitteret, ergo in eius utilitatem etiam est introducta hæc portio congrua.

11 Quartò, in fauorem plebis & populi, vt habeant uicarium doctum, à quo instrui possint, vt dixi in §. statuimus. 2. de col. de collat. in cõcord. Item populus cui ministrat spiritualia, eũ alere teneretur, si non haberet cõgruam portionem: quoniã postquam præsbyteri seminant spiritualia, dignum est vt metant temporalia, iuxta diui Pauli sententiam ad Corin. 9. quæ describitur in capitu. cùm ex officij. in fin. de præscriptio. quo onere plebs liberatur, si sacerdos congrue uiuere possit.

12 Quintò, in fauorem pauperum, ut ipsi quidem à uicariis & curatis hospitalitatem exercentibus ali possint. d. capit. de monachis. nempe diuus Paulus vult clericum hospitalem esse debere. quod ostendit diuus Hierony. in epistola ad Oceanum, de vitâ clericor. in fin. sic inquiens: hoc præcepto patres Abraham & Loth angelos susceperunt, quia hospitalitatem inter cæteras dilexerunt virtutes. Sic & Onesiphorus Paulum doctrinæ fontem suscepit, hi imitatores sint uestri, & ne sinatis incolam præterire, quin apud vos panẽ comedat. hæc ille, & quia hanc hospitalitatẽ clerici non seruabant, & laici de
13 cimas detrectabãt. audite quid dicat de hac re diuus Augusti nus: Maiores nostri ideo copiis omnib. abundabant, quia decimas Deo dabant: mõ aũt quia discessit deuotio, accessit indictio fisci. nolumus cùm Deo partiri decimas, mõ aũt tollitur totum. hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. capitu. maiores. 16. quæstio. septima. Ideo si nostri episcopi & alii hospitalitatem seruassent, & laici decimas persoluissent, tot & tãtis oneribus grauati non fuissent, tot & tantis oneribus grauati non fuissent. ideo hæc quasi postliminio sponte vestra, si sapitis restituite: & grauaminib. ac onerib. liberabit uos Deus, nec duplici onere vos grauari ille patietur: vt abunde scripsi in tracta. de decim. quæstio. vltim. ubi 26. pœnas in non soluẽtes decimas scripsi, & utilitates ea soluentibus.

14 Ex quo infert Cardinal. in d. clementi. prima. §. final. quòd episcopus potest assignare congruam portionem præsentato, etiam non petenti, tum quia sua interest, tum etiam quia publice interest, propter hospitalitatem, & collusio præsentati cum patrono non debet nocere aliis. capitulo secundo, de collusio. detegẽd. quod intelligerem uerum, antequam presbyter instituatur: post uerò institutionem secus, quia conuenitur institutus ad hospitalitatem & ad alia onera. & si velit soluere ex bonis patrimonii sui iura episcopalia, & hospitalitatẽ, potest. Hoc enim iudicium non datur nisi postulatum fuerit. l. quarta. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. & ibi doctor.

15 Secundò, quòd curatus uel uicarius huic portioni non potest renuntiare quo ad præiudicium successoris, nec in toto, nec in parte: ideo si contentus fuerit minima portione, non præiudicabitur uicario post eum, futuro, ut dicetur inferius. quæstione undecima, propter rationes superius descriptas.

16 Tertiam in præiudicium episcopi factum à uicario nõ valebit sine episcopi consensu, cùm episcopi interfit, vt superius dictum extitit. & cùm quis lędi potest, est uocandus. l. de uno quoque. ff. de re iudica. alia nunc missa facio huic quæstioni affinia.

17 Tertia quæstio se nunc offert, ista uidelicet, Quid sit congrua portio? Respondeo, est pensio sufficiens clerico perpetuo in beneficio instituto, ex prouentibus illius commode uiuere nõ ualenti, ab eo qui decimas & alios ecclesiæ fructus recipit, debita.

Dicitur in definitione, seu uerius descriptione, pensio, sumẽdo illud uerbum generaliter, pro qualibet portione: non de ea quam dictauimus in tracta. de pacific. possessio. post Felin in cap. ad audientiam. 2. de rescrip. etiam dicitur quod est pensio sufficiens. nam congrue & sufficienter debet sacerdoti ecclesiæ deseruienti prouideri. d. cap. de monachis. & paria sunt non prouidere, & non congrue, quo ad hoc, ut agi possit, ut infra dicetur.

18 In definitione etiam dicitur, clerico perpetuo, ad remouendum temporalem, qui tempore impedimenti tantùm prę ficitur, ratione fortè studii. capitu. cum ex eo. de electio. in 6. uel infirmitatis, uel alia iusta de causa: & huic non prouidetur de hac congrua portione, tum quòd potest remoueri ad nutum præficientis, licet id temporis quo seruit, ali debeat, tum etiam quia nõ habet curam animarum, sed eam exercet nomine curati uel rectoris. gloss. in extrauag. execrabilis. in uerbo, temporales. de præb. in extrauagan. Ioan. 22.

19 Item hæc congrua portio clerico assignatur, qui in beneficio institutus, & suffectus est perpetuò ad seruiendum illi beneficio, & ad uitam suam, & habet titulum, & nomine suo curam exercet, & communi nomine uicarius uocatur, licet aliquando etiam curatus sit, ut inferius dicetur. clementi. vna. de offic. uicar. cap. postulastis. de rescrip. cap. extirpandæ. §. qui uerò de præbend. Et dixi clerico, cuius nomine uenit tam sacerdos, quàm alius etiam primæ tonsuræ: ut Panor. scribit in rubri. de uita & honesta. clerico. quia isti uolenti promoueri ad sacros ordines, ẽt congrua portio assignari debet per generalitatem. tex. in d. cap. primo, de præbend. in 6. Et quia beneficia curata etiam isti clerici possunt habere, dummodo intra annum promoueantur. cap. licet canon. de electio. in 6. & cap. si pro clericis. de præbend. ibid. sic & ista: ideo si illa habeant, eis prouidebitur de congrua portione, licet non sint sacerdotes. Reliqua uerba in definitione contenta, inferius explicabuntur. & alias uicariorum species tradit Panormita. in d. cap. postulasti. Imol. & alij in d. clementi. una. & Auriol. in addi. ad Guielm. de Montelaud. in cap. super eo. de præben. in 6. & Bertach. in tracta. de episcop. 7. par. 4. lib. & ego plenissimè in praxi beneficiali post princ.

20 Quartò quæro, quis istam portionẽ petere possit? Respon. uicarius ecclesiæ perpetuus, uel curatus ipsi beneficio deseruiendo perpetuò præpositus. c. 1. de præb. in 6. d. cap. extirpandæ. & iuribus proximè allegatis.

21 Notandum est, quòd religiosis olim pp religionis zelũ, multa dabantur bona, & ecclesiæ prouentus, quia pie uiuebant, & Deo optime seruiebant, & licet multa illis darẽtur, tamẽ victu & tegmẽto contẽti erant, ut inquit diuus Paul. nos debere esse: reliqua ipsis pauperibus impartiebantur, & uicariis perpetuis ecclesiarum eis unitarũ non pauca tribuebant. Sed quia cœpit auaritia illorũ excrescere. c. auaritię. de prębend. & bona pauperũ, & uicariorũ retinere, nõ assignando eis nisi decimã sextã partẽ fructuũ beneficii, ob id non ualebãt uicarii cõgruè uiuere: quãobrẽ iura fuerũt ꝓmulgata sup hoc sequẽtia.

22 Primùm, Alexand. statuit in cap. de monachis. de præben. quod religiosi nullos habeant præsentare ad ecclesias, in quibus temporalia & ius habent patronatus, uisi eis assignent cõgruã portionem, qua congrue uiuere possint, hospitalitatem tenere, iura Episcopalia soluere, & alia onera supportare.

Verùm

Source : BIU Cujas

Verùm quia religioſi inſtituebant & deſtituebant vicarios cõ quærentes, penſionibuſq; eos onerabant, & quandoq; nolebant aliquos præſentare, vt ipſi religioſi omnia occuparẽt bona, ob id ſuper hoc prouidit Clemens 3. volens vt antiquus, & debitus eccleſiæ ſtatus ſeruetur: & ſi religioſi intra ſex mẽſes non præſentauerint idoneum, tunc licet prælato prouidere de idoneo. text. in capitu. ſecundo, de ſupplen. negligentia prælato.

23 Verum enimvero quia illę decretales erant tantum factæ contra religioſos exemptos, & ideo alij non exempti, vel ſeculares patroni prouidere ipſis vicarijs nolebant, cùm de eis nihil ſtatutum fuiſſet: quamobrem, Clemens 4. ſtatuit prædicta iura habere locum tam in religioſis exemptis, quàm in nõ exemptis, & in alijs patronis etiam ſecularibus. tex. in capit. 1. de præbend. in 6.

24 Sed quia moram faciebant patroni in hac portionis congruæ aſſignatione, ob id ſtatutum fuit in concilio Viennenſi, vt archiepiſcopus, vel epiſcopus præſtitueret terminum patrono, ad aſſignandum iſtam congruam portionem vicario: quam niſi intra illud tempus præſcriptum patronus aſſignaret, authoritate ſua poterat epiſcopus præſentatum admittere, & in pœnã nõ præſentãtiũ ad diœceſanos ipſos poteſtas aſſignationis huiuſmodi deuoluebatur, etiam non expectatis ſex menſibus. clemen. 1. de iure patro. Ecce iura ſuper hoc ſtatuta.

25 Et quamuis ibidem tex. dicat epiſcopum ex tunc, id eſt, elapſo termino ab epiſcopis præſtituto debere præſentatum admittere, & poſtea portionem congruam aſſignare: tamen Anchara. Cardina. & alii iuris interpretes dicunt illius textus ordinem non eſſe neceſſarium: quos ſequitur Cæſar Lamberti. in tracta. de iure patrona. artic. 10. quęſtio. principa. 3. partis. 2. lib. fortius probans, quia aſſignare prius tenentur religioſi, q̃ præſentare: ergo & epiſcopus. nam ad illum deuoluitur ius cum illo ordine. clementi. prima, de ſuplend. negligent. præla. etiam quia aſſignatio loco dotis habetur, ſecundum eum. Et aſſignatio eccleſiæ prius fit, quàm conſtruatur. can. nemo. de conſecra. diſtinct. prima, cap. vltim. de eccleſ. ædifica. nec obeſt verbum ex tunc, quia Papa non determinat ordinem: hæc ille.

26 Ego verò arbitror ordinem textus clemen. ſeruandum eſſe, & debere epiſcopum prius admittere pręſentatum, & eum inſtituere, quàm aſſignare illi portionem, inſequendo ſtatuta in illo tex. d. clementi. prima, alioqui fruſtra eſſet ibi ordo ſtatutus, & verba ibi deſcripta nihil operarentur, contra text. & ibi gloſſ. in l. 1. ff. quod met. cau. quia debet eſſe fundamẽtum antequam ædificemus: & eſſe aliquis debet, cum portionem aſſignemus. argum. cap. cum Paulus. 1. quæſtio. 1. ſed ſi prius ordinarius aſſignaret quàm inſtitueret, ignoraremus cui aſſignaret. igitur prius debet fieri inſtitutio, quàm aſſignatio. Nam aſſignatio pro perſonæ conditione fit, vt inferius dicet, igitur prius quærenda erit perſona, quàm aſſignatio fiat. l. ſi quæramus. ff. de teſtam. ergo inſtitutio prius fiet ab epiſcopo, & interrogabitur inſtitutus an ſit idoneus, antequam inſtituatur. Nec obeſt, quòd patroni prius aſſignent, hoc verum eſt, vt epiſcopus videat, antequam præſentationem admittat, ſi portio perſonæ præſentatæ ſufficiens ſit, non vt recuſet præſentatum, ſi non habeat congruam portionem. & hoc eſt introductum in pœnam etiam patronorum, vt d. clementi. 1. Sed cum eſt deuolutum ius ad epiſcopos, non eſt timendum de congrua portione, quam ipſe epiſcopus aſſignauit, ꝓ qualitate perſonæ inſtituti: quam qualitatem inſtituti prius ſcire oportet. & ſic eſt diuerſa ratio in epiſcopo, & in religioſis, ſeu in patrono, quia ſemper debet eſſe certus is, cui portio aſſignari non ſolet, vt inferius dicetur, & non dicitur incertus patronus de præſentato, cum ipſe eum præſentat, quia iam elegit eũ ad præſentandum, ergo illi incertus nõ eſt, & ideo diuerſum eſt ſtatutum in d. cle. in patrono, & in ordinario.

27 Non obſtat ꝓ ad epiſcopum deuoluatur ius cum illo ordine dictæ cle. vnicæ. Reſpon. hoc non eſſe verum, quãdo aliud expreſſum eſſet, ſicut in d. clementi. 1. de iure patrona. eſt expreſſum, vt admittatur præſentatus ab ordinario, & poſtea ei portio aſſignetur, & patronus prius eligat perſonam quàm illi portionem aſſignet.

28 Non refragatur ꝓ aſſignatio dotis eccleſiæ prius fieri dẽat, q̃ conſtruatur. ergo & aſſignatio huius portionis. Rñ. iſta eſſe diuerſa. nam in aſſignatione dotis eccleſiæ eſt expreſſum, ne ędificatæ eccleſiæ ædificans poſtea dotem aſſignare recuſet, & illam eccleſiam deſolatam & pauperem relinquat: quod etiã fortè patronus faceret, ſi ab eo præſentatus eſſet inſtitutus. ob id ſtatuitur, vt patroni prius aſſignent portionem, & ſi nõ aſſignauerint intra tempus ſtatutum, tunc epiſcopus ad quẽ eſt deuolutum ius, & prouidendi, & aſſignandi portionem cõgruam, non relinquet eccleſiam, cum de ſuis bonis non prouideat, ſed admittet præſentatum à patrono, ſi idoneus ſit, & illi admiſſo pro conditione perſonę de congrua prouidebit portione, & ſic ſatisfit patrono, cum epiſcopus admittit ab eo p̃ſentatum, quem ipſe inſtituit, & portionem aſſignat. & ſic plane loquitur ille tex quamuis doct. contra ipſum expreſsè decidant. Vnde ſic concludendum eſt, epiſcopum admittere prius debere præſentatum à patrono ſi idoneus ſit, & poſtea illi de congrua portione prouidere.

29 Si autem præſentatus non fuerit idoneus, tunc poterit epiſcopus repellere eum, vt à iure conceditur. cap. quod autem. & cap. cum autem. de iure patronatus. Et licet textus dicat in d. clementi. 1. ex tunc dioceſanos admittere debere præſentatum, certe intelligi debet, ſi præſentatus fuerit idoneus, nec enim credendum eſt Romanum Pontificem, quis ius tuetur quod aliàs excogitatum eſt multis vigiliis, & inuentum, vno verbo ſubuertere uoluiſſe. cap. eccleſia. 2. de electio. l. ſi quando. C. de inofficioſo teſtamen. Et ita debet intelligi text. in d. clemen. 1. dum dicit, niſi aliud canonicum obſiſtat, & tunc dicit Panormi. in cap. cum vos. de offic. ordina. colum. 2. Prouidebit epiſcopus etiam ſi eſſet patronus laicus, & ſi epiſcopus nollet admittere idoneum, ſuperior archiepiſcopus poſſet. c. nullus, vbi doctores. de iure patro.

30 Supereſt igitur epiſcopum ſeruare debere ordinem textus in d. clementi. 1. deſcriptum, ne fruſtra occupet membrana. cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. ſed vt aliquid operentur verba ibi poſita, & aliis rationibus præmiſſis: quia ſi epiſcopus reciperet præſentatum, antequam ei eſſet ꝓuiſum, & patronus poſtea nollet prouidere, uel moreretur, difficilius eſſet epiſcopo curare vt præſentato prouideretur, ideo certius teneat.

31 Attamen quia religioſi in principio conuenire ſolebant cũ uicariis de modica portione eis præſtanda, quod tamen eſt ſymoniacum, aliàs præſentare illos nolebant, qui non promitterent eis poſt inſtitutionem nihil aut parum petere. quamobrem ſub diſſimulatione trãſierunt dioceſani, & præſentatos à patronis indiſtincte; ſine inquiſitione congruæ portionis, admiſerunt, & cum vicarii fuerunt inſtituti, conquæri cœperunt de congrua portione, ideo is cui non fuit congrua portio in initio, ſcilicet tempore præſentationis aſſignata, etiam poſtea quocunque tempore eam petere poteſt. & ad hoc tendunt iura, & doctores in dictis locis, ſed quia admodum pauca iura ſuper hoc ſunt conſtituta, ideo opportebit ex latebris vtriuſque iuris alia perquirere, & ex ſimilibus ad ſimilia procedere. iuxta. l. nõ poſſunt. ff. de leg. Quare iſta materia difficilis, & pene ignota eſt uiſa. Ob id, vt iter quoddam ad illam p̃beam, hic aliquas faces incendam, vt alibi perquiri & inueniri ex his poſſit, quia in ignotis facile erratur, boni ſi lubet conſuletis.

32 Notandum eſt, quòd religioſi uarie eccleſias poſſident: interdum temporalia habent id eſt beneficii fructus, decimas, & alios redditus, & ſpiritualia ſimul, quod pleno iure haberi dicitur, vel vtroque iure. in capit. cùm & plantare. & in c. quoniam per confeſſionem. de priuileg. & tunc dicuntur habere pleno iure, ut quando iura quaſi epiſcopalia habent, & epiſcopus nullum ius epiſcopale in eis exercet, ſed tota iuriſdictio p̃tinet ad abbatem, uel ad alium prælatum, uel capitulum text. & ibi Panorm. & alii in c. in Lateranen. de præben. cap. quærelam. de elect. nec deſiit ob hoc pleno iure haberi, quamuis epiſcopus aliqua beneficii temporalia recipiat. per text. in cap. cùm venerabilis, de cenſib. & in his eccleſiis conſtituuntur vicarii temporales ad nutum reuocabiles, quibus non ꝓuidetur de congrua portione, vt ſupra dictum extitit. Sed de his loquitur tex. & gloſſ. in clementi. unica. in fin. de ſuppl. negligen. præl. Et cùm epiſcopus eximit aliquam eccleſiam, retinet cor rectionem, procurationem. & cathedraticum. tex. in c. paſtoralis. de dona. cap. cum uenerabilis, de cenſib. glo. nota. in cap. viſis. 16. q. 2.

33 Si tamen concedatur eccleſia religioſis pleno iure, non poterunt ex hoc conuertere fructus eccleſiæ donatæ in uſus ꝓprios, ſed ſicut epiſcopus qui eccleſiam pleno iure habet, non recipit ad ſuam utilitatem, ita nec ipſi religioſi, niſi epiſcopus. ſic donans eccleſias prius fructus recepiſſet, tunc & illi quibus eſt donata, illos capient. tex. in d. capitu paſtoralis. de donatio. Sed per illam donationem pleno iure habebit donatarius regimen in ſpiritualibus, & temporalibus, & iura quaſi epiſcopalia. text. in capitu. quoniam, de priuileg. Innocen. & Panormi. in d. cap. paſtoralis. de priuileg. vbi dicunt in hac donatione conſenſum epiſcopi eccleſiæ donatæ ex neceſſitate requiri. cautius eſt tamen, vt epiſcopus utriuſque eccleſiæ tam donatæ, quàm donantis conſentiat.

34 Aliquando eccleſiæ uniuntur menſis prælatorum uel capitulorum, & tunc poſſunt prælati uel capitula quorum menſis ſunt unitæ eccleſiæ, fructus ad ſuos uſus conuertere, quod alias non poſſent. gloſſ. ſingul. in clementi. vna. in uerb. ad menſam. de exceſſib. prælato. quam approbat & elucidat Paul. de Roma. in tracta. de penſio. eccleſiaſt. capit. primo, numero 7. & ſeq. Et in hac unione ad menſam facienda

Source : BIU Cujas

ſolent vicarij eccleſijs parochialibus perpetui reſeruari, quibus debet portio congrua aſſignari, iuxta Papæ mandatum in unione appoſitum, his verbis: reſeruatis tamen de ipſis fructibus, redditibus, & prouentibus beneficiorum ipſorum, ſi eccleſiæ parochiales, fuerint, pro ſingulis perpetuis uicarijs, in ſingulis eiſdem parochialibus eccleſijs inſtituendis portionibus, ex quibus dicti vicarij congrue ſuſtentari ualeant, & alia alia ſibi incumbentia onera ſupportare, ac prouiſo quòd alia beneficia huiuſmodi, quæ parochiales eccleſiæ non exiſtunt, debitis non fraudentur obſequijs, & animarum cura in eis, quibus illa illuminet, nullatenus negligatur. clementi. prima, de præbend. Ecce quod in unione ad menſam conſtituuntur vicarij perpetui, quibus eſt congrua portio faciēda, & de his etiam loquitur hic. Et hodie tot factæ ſunt vniones, per quas & nominati, & graduati ferè priuati ſunt beneficijs: & ideo omnes iſtæ annullatæ nouiter fuerunt in concilio Tridentino, in ſeptima ſeſſione, & antea in concilio Conſtantien. & iſtæ vniones fuerunt cauſæ multorum apoſtatarum, & fortè hæreſum: hoc probat experientia, quod vtinam non eſſet.

35 Item his addendum eſt, quòd ſi epiſcopus, vel abbas eccleſiam ſic menſæ vnitam conferat alicui in titulum, videtur eā ſeparare à menſa: ſed nō præindicabitur ſucceſſori, quin mēſæ applicet, ſed ſibi tantum qui contulit tex. vbi Barb. in 3. colum in clementi. prima. de reſcrip. & iuramentum de non alienando à prælato præſtitum in initio conceſſæ adminiſtrationis, iuxta cap. ego N. de iureiuran. refertur ad res quæ ſunt de menſa, & ad eas res quarum directum & vtile dominium eſt penes eccleſiam: non autem ad bona feudalia, quæ non obſtante iuramento, ſecundum conſuetudinem infeudari poterunt text. ſingu. in cap. final. de feud. & ibi plenè doctor. tradunt.

36 Quandoque religioſi percipiunt temporalia eccleſiarum tantùm, & ſufficiunt vicarium perpetuum: & iſti etiam debet prouideri de congrua portione. & de his vicarijs loquit̄ text. in cap. in Lateranenſi. & in cap. de monachis. de præben. clementi. vnic. de offic. vicar. & iſti deſtitui ab ipſis patronis non poſſunt, vt ibi, & capitu. 2. de ſupplen. negli. præla. Feder. conſil. 95. ſuper dubitatione. quia habentes temporalia & redditus præſentare ad eccleſias debeant, non autem priuare. cap. vltim. de iure patrōna. & d. cap. de monachis niſi hoc etiam fuerit præſcriptum. cap. cum olim. de præſcript. & niſi de epiſcopi conſenſu. d. cap. in Lateranenſi. de præbend. & licet ad præſentationem eorum fuerint ab epiſcopo inſtituti, tamen ipſi de cura plebis reſpondere debent. d. cap. in Lateranenſi. & in cap. cum & plantare. §. in eccleſijs. de priuileg.

37 Poteſt tamen petere patronus inſtitutum amoueri, ſi dilapidet eccleſiæ bona, vel ex alia iuſta cauſa. cap. filijs. 16. quæſtio. vltima. doctor. in cap. ex parte. A. de teſtibus. Ioā. Andr. in regula, indultum. in mercurialib. & Federic. Senen. d. conſil. 95. colum. 1. quod nunquam uidi obſeruari. Nam ſi obſeruaretur hodie, multi etiam prælati eorum dignitatibus deſtituerentur, qui bona eccleſiarum in ſuarum animarum perniciem paſſim deglutiunt, & dilapidant.

38 Aliquando religioſi idoneum ad vicariā perpetuam, penſione ipſis reſeruata, præſentant, verum quia illum penſionibus magnis onerāt, quæ nec duo, vt paroemia vtar, Aegyptij ferrent, ideo vicarius eccleſijs competenter paupertate nimia oppreſſus, deſeruire non valet, nec iura epiſcopalia ſoluere, neque hoſpitalitatem, ſicut conuenit, tranſeuntibus impartiri. cap. ſecundo, de ſupplen. negligen. præla. Et tunc vicarius poteſt agere, vt ab illo exceſſiuo onere liberetur, reſeruata ſibi congrua portione: & ita etiam prouidebitur, vt ibidem habetur.

39 Et hoc caſu quando eccleſia donata monaſterio fuit ad vſus proprios, & monaſterium, reſeruata ſibi penſione, cōceſſit eam alteri, debet auctis facultatibus, augeri penſio: qa fuit impoſita ratione fructuum: quibus etiam diminutis, diminueretur teſte Panormi. in c. prohibemus. in fin. de cenſib. ſicut in procuratione debita dicitur, in cap. quanto. de cenſib. vt quemadmodum portio quæ per bonotum poſſeſſionem acceſſerit, auget legata, ita & quæ deceſſerit, minuat. Pulchre iuriſconſul. in l. & ſi contra tab. in fin. ff. de vulgar. Et quid videatur datum religioſis, cū datur eis eccleſia ad vſus ꝓprios, decidit Innoc. & Panor. in cap. paſtoralis. de priuileg. & doct. in cap. paſtoralis. de dona.

40 Quandoque religioſi præſentant ad eccleſiam, in qua habent temporalia, decimas ſcilicet & alios redditus, quos vicarius omnes recipit: tunc de illis bonis temporalibus, quæ ſpectant ad patronos, rationem illis competentem reddere tenetur: & eo caſu non eſt locus congruæ portioni, quia omnia onera tunc ſubeunt patroni. cap. In Lateranenſi. de præbend. cap. ex literis. in fin. de iure patrona. cap. cum & plantare. §. in eccleſijs. de priuile. Quippe marito non debentur fructus dotis, ſi non ſupportat onera matrimonij. l. final. §. prætcrea. vbi doct. C. de iure dot. quia pro oneribus debentur. l. pro oneribus. C. eod. l. final. ff. de doli exceptio. vbi Bartol. & Iacobi. in l. cum poſt. in princip. ff. de iure dot. & ita intelliguntur illa iura diſponentia præſentatos ad rationes patroni. teneri. Nempe hoc eſt uerum, cum vicarius reciperet temporalia nomine religioſorum, ſeu bona ad patronos ſpectantia, ſed tutius eſt tam patrono quàm alijs, vt congrua portio aſſignetur vicario, & reliqua patronus ſuſcipiat: aliàs non video quòd uicarius reddere rationem de ſua congrua portione teneatur. Nam text. in d. cap. ex literis. dicit, vicarius de temporalibus tenetur reſpondere: quia bona poſtquam erant donata monaſterio, vicarius qui de religioſorū conſenſu illa bona ſuſcipiebat, meritò de illis debeat reſpondere, non verò de bonis quæ ſibi recipit. Idem habetur. in d. cap. cum & plantare. §. in eccleſijs. ibi, ipſis verò pro rebus tēporalibus rationem exhibeant competentem. Et idem dicitur in d. cap. in Lateranenſi. in fin. ibi, ipſis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. & capitu. ſane. 16. quæſtio. 2. ibi, ſacerdotes de populi cura epiſcopis rationē reddant, abbati verò pro rebus temporalibus ad monaſteriū pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant. & ibi gloſſ. Nempe religioſi olim ſolebant vicarijs committere, vt reciperent temporalia, & ſpiritualia adminiſtrarēt, verum poſtea vicarij rationem non reddebant de temporalibus iuſtam: ob id religioſi noluerunt permittere, vt ipſi reciperent, ſed tantum portionem ſuam, de qua iuſtum non eſt vt rationem reddant.

41 Quamuis Panorm. & alij in in d. cap. ex literis. dicant patronum eccleſiaſticum habere hanc poteſtatem, vt ratio illi reddi debeat, ſecus in laico, & ita aſſignant differentiam inter patronum eccleſiaſticum & laicum. & idem docet Panormi. in cap. cum ad ſedem. in glo. 2. de reſtitu. ſpolia. & in d. §. in eccleſiis. quem ſequitur Roch. Curtius, in tracta. iuris patr. in verb. honorificum. in vltim. quæſt. dicentes hunc patronum non poſſe exigere rationem ab hoc vicario minutatim. & hoc etiā firmat Cæſar Lambert. in tracta. iuris patro. lib. 3. articu. 5. q. 2. princip. Deci. verò in cap. de monachis. colum. 3. de præbē. probat vicarium teneri tam eccleſiaſtico patrono, quàm laico reddere rationem, quia ius patronatus laicis competēs eſt efficatius & maioris virtutis, quàm eccleſiaſticum. capit. cum dilectus. de iure patro. hæc ille.

42 Ego verò teneo vicarios de bonis, quæ ratione vicariæ perpetuæ ſibi recipiunt, nec laico, nec eccleſiaſtico patrono rationem reddere cogendos: quia de ſuis bonis nullus rationem reddere compellitur, ſed eccleſia eſt uicarii, ergo de eo quod ſibi recipit rationem non reddit.

43 Secundò, probatur per locum à ſpeciali, rectorem hoſpitalium, leproſariarum, & eleemoſinariarum rationes inſtar tutorum & curatorum reddere teneri. clemen. quia contingit. §. primo, de relig. domib. ſpeciale eſt in illis, ergo ius commune eſt in contrarium. l. ius ſingulare. ff. de legib. l. prima, ad municip.

44 Tertiò, non inuenitur quòd uicarius teneatur patrono rationem reddere, niſi de temporalibus, ergo ſi illa recipiat, rationem reddet: ſed de his quæ uicarius percipit ex ſua eccleſia nomine ſuo, de illis rationem reddere non tenetur. Sed cum vicarius recipit temporalia, quæ donata erant uel patrono laico, uel eccleſiaſtico, de illis rationem reddere tenetur, quia nō ſua recipit, etiam minutatim: ſecus de fructibus, quos in ſuam utilitatem recipit. Ita reſideo, quicquid hactenus ſcripſerint doctor. Et ſic facienda eſt differentia in hoc, quia interdum vicarii recipiunt oblationes, ſepulturas & alia quædam iura ratione vicariæ, & eccleſiæ ſuæ, & de his nullam rationem patrono reddere tenentur: quia ea recipientes iure ſuo recipiūt: niſi conſuetudo fuerit in contrarium. facit text. in capit. ſane 16. quæſtione ſecunda, ubi ſic dicitur: Sanè quia monachorum quidam epiſcopis ſuis ius ſuum auferre contendunt, ſtatuimus, ne in parochialibus eccleſiis, quas tenent abſque epiſcoporum conſilio, præsbyteros collocent: ſed epiſcopi parochiæ curam cum abbatis conſenſu ſacerdoti committant, ut eiuſmodi ſacerdotes de populi quidem cura epiſcopis rationem reddant, abbati verò pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant, & ſic ſua cuique iura ſeruentur. ecce ibi tex. valde accommodū & ad hoc clarum.

46 Interdum verò vicarius in temporalibus partem habet, tamen omnia temporalia recipit, tam ſuo, quàm patroni nomine, uel omnia tēporalia patroni nomine recipit, & tunc de illis rationē reddere tenetur, ſicut tutor, & alius adminiſtrator: nec erit aliis priuilegiatior. l. 1. §. officio. ff. de tutel. & rō. diſtrahend. de q b. ſcripſi in l. boues. §. inter. ff. de uerb. ſignific. & ſic peto intelligenda iura prædicta, licet doct. in eis ualde ceſpitauerint, & alio mō ea intellexerint. Et hodie hoc iure utimur, vt religioſi & alii patroni vix patiātur ſua iura à vicariis recipi, ſed illis partē faciunt minorem, quàm poſſint, de quibus nulla redditur ratio.

Poſtremo,

Source : BIU Cujas

46 Postremo,congrua portio dari debet à prelato,qui fructus beneficij primi anni recipit ex priuilegio.cap.si propter.de rescrip.in sexto,quæ taxatur ad dimidiam.per extrauagã. suscepti.de elect.in extrauagan.Ioan.22.vt abundè scripsi in tract. de senten. prouisional.in prefa. numero 111.& sequen.in 14. casu .

47 Quintò quæri potest, à quo hæc congrua portio peti possit? Respondeo,tam à patrono exempto,quàm nõ exempto, ecclesiastico uel laico,religioso,vel seculari,siue sint monachi, siue canonici,& sic etiam à capitulo,& generaliter ab his qui ecclesiæ prouentus recipiunt.capit.sicut.de supplen.negligen. præla.cap.auaritiæ.cap.de monachis.capit. in Lateranensi.de præbend.& d.clementi.prima,de iure patron.iuncto capitu.1. de præbend.in 6.Et quamuis Cardina.in clemen.1.quæstione decima,per illum text.exprimẽtem personam ecclesiasticam, dicat non habere locum in laico,quia ad laicos non spectant fructus rerum ecclesiasticarum,sed ex toto ad institutum,nec laici bona ecclesiæ possidere possunt.cap.causam quæ. de pre script.secus in viris ecclesiasticis.capit.cum Apostolica.de his quæ fiunt à præla.cap.prohibemus. de decim. Si tamen laicus ex priuilegio fructus ecclesiæ reciperet, vel usurparet contra eum agi ad hanc portionem poterit,cum sit eadem, & maior ratio in eo,quàm in ecclesiastico, & ubi est eadem uel maior ratio,idem ius statuendum est.l.illud.ff.ad leg.Aquil.§.porro. ibi,si qua fuit antiquioribus causis similis seu maior, quæ fuit pri.cau.benefi.amit.

48 Etiam is qui ecclesiæ decimas possidet,tenetur ad hanc portionem,quamuis patronus non sit, cum decimæ sint tributa egentium.cap.reuertimi.16.quæstione prima.Nam qui seruit altari, vt vicarius,de altari viuere debet.cap. cum secundum. de præbendis.

49 Immo qui præscripsit decimas,vel curam contra principalem curatum, tenetur ad hanc congruam portionem: quod posse fieri affirmat Domi.in cap. cum singula. colum.prima, de præbend.in sexto, nempe sicut quarta legitime ab hærede. uel hæredibus impleri debet.§.cæterum.in authen. vt cum de appel.cogno. coll. 8.ita à patronis & ab his qui bona ecclesiæ recipiunt,hæc portio est supplenda. Et cum in hoc casu neminem inueniam priuilegiatum,illi dare priuilegia nõ est mihi liberum:ideo omnes tenentur ad hanc congruam portionem,qui decimas & beneficij fructus recipiunt.

50 Et si plures sint patroni,ab omnibus simul petetur,nõ à singulis insolidum, sed pro ea parte quam possident, vel fructus recipiunt,tex.accomodus in l.3.§.final.ff de alimen.& ciba.lega.l.si libertus.de bon. liber. ibi, residuum ex debita parte sibi omnibus hæredibus pro portione cuiuscunque aufert.

51 Et ideo,si vicarius unum tantum patronum conuenerit, is pro virili parte condemnabitur, & non ad totum,reseruata tamen actione uicario contra alium fructus alios possidentẽ, & imputabitur uicario,quare simul non conuenit omnes, ut ab omnibus integram portionem & congruam exigeret:nisi illi omnes unum collegium,uel corpus facerent, tunc singuli non conueniuntur,sed totum corpus:vt d.cap.de monachis. cap.primo,de his quæ fiunt à maio.par.cap.& docto.in capit. cum omnes.de constitu. & fatuus est vicarius qui unum conuenit,si plures sint,quia finito uno contra vnum processu,cõtra alium inchoare aliam litem oportebit,quod non faceret, si omnes conueniat,ob id consulo curatis,& vicarijs, vt omnes decimas tenentes,& alios ecclesiæ fructus, in ius uocent, & ab illis simul decimas petant,& saltem noualium decimas: quas si obtinere non possint,petant portionem congruam. & ita solet fieri,ut inferius plene explicabitur,nisi teneret unum, tunc illum potest dimittere,& agere contra alium,ut etiam vidi fieri.

42 Sexto, qua actione petenda sit hæc congrua portio? Respondeo,condictione ex lege,siue ex decretali, de monachis. Nẽpe si obligatio lege noua introducta sit, nec cautũ sit quo actionis genere experiamur,ex lege agendõ est.l.unica.ff.de ẽdictio. ex lege. & ibi plene docto. Bartol. in l. quod ex his. de adult.Specul.in titu.de solutio. in fin. libellum concipiendum docet super hac condictione ex lege.

Si vero vicarij grauibus fuerint oppressi oneribus,poterunt petere eam sibi adiudicari,&reformari,vt superius dictum ex titu:prout dixi de pensione onerosa beneficio imposita, ut reformari etiam possit usque ad quartam partem. in tractatu de pacific. possessoribus, in ampliatione decimãoctaua .

54 Hodie in praxi solent curati & vicarij perpetui petere veteres decimas,& nouales sibi adiudicari:& si talis patronus assertus ostendat titulum, saltem petunt in subsidium congruã portionem,& cæter.& hoc coram iudice ecclesiastico. Si autem agatur super beneficio possessorio coram seculari, & curatus seu vicarius dicat se esse in possessione percipiendi decimas,tam antiquas, quàm nouales, ob id petit se manuteneri in illis, & interim congruam portionem per modum saltem prouisionis assignari sibi. & si processus tractum & dilationẽ recipiat,debet ei per modum prouisionis adiudicari prouisio congruæ portionis,donec videantur iura,ut interim Deo seruire possit,& sacramenta parochianis ministrare:quia regulariter sententia debet esse conformis libello.l. vt fundus. ff.cõmu.diuidun.cap.licet Heli.ubi.plene Felyn. de iymo. non scribam alia,quomodo iudex debeat iudicare: quia ex his & sequentibus satis dignosci potest.

55 Septimo, coram quo iudice hæc congrua portio peti possit? Respon. coram ordinario loci, siue sit archiepiscopus, cui dirigitur.d.cap.de monachis.siue episcopus:vt probat tex. in capit.final.§.ubi.de decim.in 6.& clementi.1.de iure patro. quia ad eos spectat tueri ecclesias,vt in pristino statu conseruẽtur.tex.& ibi not.Anton.in cap.sicut.de supplen.negligen.præla.Hoc etiam possunt officiales ordinariorum,per gloss.in ca. final.de offic. vicar. in 6.sic decidit Aufre.in deci. Tho.quæst. 148.quòd poterit uel ex officio,uel ad partis petitionem.q sequen.ibidem.hodie ex officio pauca faciunt officiales, & cũ petitione uix potest obtineri debitum.

56 Ideo non possunt religiosi nec quicunque patroni antiquũ ecclesiæ statum immutare.cap.ad Apostolicam.in fin. de sym. cap.auaritiæ.& d.cap.de monachis.ubi Panormi. & alij ita asserunt.de præbend. vnde non possunt præsentare religiosum ad beneficium seculare,uel per seculares regi solitum,quia esset immutare statum ecclesiæ,teste Io.Andr.& Anton.in d.ca. sicut.clementi. una. illo titul. Etiam clericorum numerum in templo deseruire soliti minuere non debent sed hospitalitatem solitam seruare, & alia onera pati:nisi ecclesia esset tam tenuis & pauper facta,propter quod non posset solitum statũ tenere, tunc sufficit quòd ecclesia cui facta est unio,faciat illi deseruire per clericum secularem.ar.clemen ne in agro. §. ad hæc.de statu regula cap.inter quatuor.& ibi Panormitan.expressim.& in cap.2.in fin.de religiosis domibus. & in hoc episcopi uigilare debent, & in uisitationibus cogere patronos & alios,vt cultum nõ minuant diuinum:sed ex ipsis quidam forte sunt σκοπὸι ad illum tollendum,quibus dici potest Claudius accusat Mœchos, Catilina Cethegum, cum sit inter Socraticos notissima fossa Cynedos,& quòd scribit Io. Andr.in cap. fin.de rebus eccle.non alienan. Episcopi muti cum sint de iure suo malè tuti,cùm sint cornuti,non audent cornibus vti.

57 Poterit tamen capitulum vacante sede cognoscere & adiudicare hãc congruam portionem:quia hoc est iurisdictionis, quod ad capitulum transit sede vacante.cap.primo,ne sede vacante Io.Franc.in tracta.de offic.& potest.capi.sede vacan.in 8.quæstio.partis primæ.glo.in verb.ordinario. in extrauagan. execrabilis.Io. 22. §.statuimus.Inferior verò non poterit assignare portionem: vt gloss. & doct.in verb.diocesanis. in clementi.1.de iure patro.asserunt.& Imo.in d.cap.de monachis. colum.2.etiam si institutio ad illum inferiorem spectaret, qa diocesanis tantum datur potestas.in d.clementi.1. ergo abbates uel priores de hac congrua portione non cognoscent: licet aliàs iurisdictionem habeant,etiam quasi episcopalẽ,hanc tamen minime assignare poterunt.

58 Sed conseruatores Apostolici solent de hac portione congrua cognoscere authoritate Apostolica: nempe cuncta per mundum nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia, onus habeat de omnibus iudicandi,exprimit text.in cap.cuncta per mundum.9.quæstio.tertia. Et ideo conseruatores apostolici dati uniuersitatibus assignare iure hanc portionem, & de ea cognoscere solent. Et sæpius fui uocatus ab egregio & doctissimo iurisconsulto domino Petro Clerico collega nostro,& huius uniuersitatis vicegerente,ad assignandam hãc congruam portionem vicarijs, qui coram eo istam portionem perierant.

59 Ego vidi etiam iudices seculares,coram quibus possessorio agebatur super decimis veteribus &noualibus,dum congrua coram illis petebatur portio, per modum prouisionis pendẽte processu eam adiudicare, licet de iure non detur eis potestas,sed incidenter dicebant habere cognitionem, per l. quotiens.C.de iudi.& cap.tuam.de ordi. cognit. ut interim aleretur sacerdos processu durante,sed hoc vsurpauerunt teste Aufrer.in decisio.146.Tholor.

60 Quomodo cognosci debeat de hac portione? Respon. ordine iuris seruato,& nõ summarie:nec hꝫ locũ in ea cle.dispẽdiosam.de iudi.qa non agitur de beneficio. si tñ agatur de alimentis vicarij, quod congruã sustentationem uocant, tunc summarie tractari deberet causa,sicut alimentorum.l.pen. ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.Bonifa.Vital.in d.cle.1.in fin. de iure patro.ut scripsi in tracta.de senten.prouisar.tic.1.in gl.*alimens.*in Cõsti.reg. Et qui operẽtur ista uerba,summarie & de plano,& in quibus causis sit procedendũ summarie, scripsi in arti.9.gl.1.in tract.de senten.executor.in eisdẽ ordina.Regijs.

61 Octauò, quomodo assignari hæc congrua portio debeat? Respond. si de iure loquamur, debet congrua portio assignari antequam recipiatur præsentatus à patro-

Source : BIU Cujas

no, vt ſuperius dictum extitit. iuxta cle. 1. de iure patr. ſed quia hoc nō ſolet in Francia fieri, nec ep̄i ſolēt inquirere in præſentatione de hac congrua portione: immo ſolet à vicario poſt inſtitutionem peti, vt iudex ordinarius uel alius, de quibus ſuperius. 7. quæſtio. proxima ſcripſi, habita ratione perſonæ, qualitatis bonorum beneficij, & oneris, aſſignare illam habeat, & aliorum etiam quæ notat Hoſtien. in ſum. de renuntiatio. §. final. de quibus dicetur inferius. ideo videndum eſt quid iudex conſiderare in illa imponenda debeat.

62 Et primo in ea imponenda debet iudex habere rationem ad victum curati ſeu vicarij. cap. penultim. in fin. 12. quæſtio. 1. ibi, primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſeruientibus neceſſaria epiſcopus ſubminiſtret. nec curatur ordo deſcriptus in cap. de monachis. de præbend. vbi prius dicit, iura epiſcopalia ſoluant, & poſtea congruam ſubſtentationem recipiant, te ſte Decio ibidem. Nempe legatis alimentis, prius decerni debent legatario alimenta, tam pro qualitate perſonæ, & quantitate patrimonij, quàm alia fieri: ſic & in hac congrua portione, niſi dos fuerit legata cum alimentis. tex. ſingularis in l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. & ciba. lega. quem ſingularem dicit Roman. ſingul. 532. dicit tex. quod legatis, & cætera. Et ſic licet epiſcopus prius ordinet vnde iura epiſcopalia vicarius ſoluere poſſit, & demum de hoſpitalitate, poſtremò de victu vicarij, ñ tamen vitiabitur illa congruæ portionis aſſignatio, licet ordine naturæ prius alendus ſit vicarius, quàm alia facere debeat. nam de eo quod ſupereſt, debet refici eccleſia & alia onera fieri: igitur prius victus conſideratur. capit. de his. de eccleſ. ædific. nam qui altari ſeruit, de altari viuere debet. ca. cùm ſecundum. de præbend.

63 Secundò in hoc victu dignitas perſonæ, & ſcientiæ gradus, ac nobilitas conſideranda ſunt, vt pote ſi vicarius fuerit doctor, licentiatus, aut baccalarius, aut nobilis, maior portio ei aſſignari debet quàm alteri ſimplici præsbytero ſine gradu, & iudex in huius aſſignatione debet rationem etiam nobilitatis habere. argum. cap. de multa. in fin. de præbend. Nam vſufructuarius ſufficienter alere, & veſtire ſeruos debet, ſecundum tamen ordinem & dignitatem, & ſtatum mancipiorum. l. ſed & ſi. §. 1. ff. de vſufructu. & in honorariis aduocatorum ita verſari iudex debet, ut pro modo litis, proque aduocati facūdia, & fori conſuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat l. prima. §. in honorarijs. ff. de var. cogni. glo. in cap. cùm adeo. de reſcript. Fely. in c. poſtulaſti. colu. 7. nume. 4. verſ. fallit ſecundo. de reſcrip.

64 Mercedes etiam præceptoribus, non quas minimas poterit ſed pro facultate patrimonii, pro dignitate natalium pupillorum tutor conſtituet. l. cum plures. in fin. ff. de adminiſtr. tuto. Et modus dotis ex facultatibus mulieris, maritiq̄ ſtatuēdus eſt, quouſque ratio patitur. l. quæro. ff. de iure dotium. & l. cū poſt. §. gener. ibid. ſic & uicariis de hac portione congrua prouidebitur, nec coguntur ueſci fabis, & aliis uilibus cibariis, ſicut ruſtici. cap. non cogantur. 4. diſtinctio. glo. in l. ſeruis urbanis. ff. de lega. 3. docto. in c. epiſcopus. de præb.

65 Tertio in hac etiam decernenda portione conſiderare epiſcopus debet, vt tantum aſſignet vicario, ex quo poſſit clericū habere, qui ſibi deſeruiet, quia nō poteſt ſolus præsbyter miſſarum ſolennia, vel alia diuina officia ſine miniſtri ſuffragio celebrare. cap. propoſuit. in fin. de fil præsbyte. & cap. vt quiſque præsbyter. de vit. & honeſta. clerico. vbi ſic dicitur, vt quiſque præsbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui ſecum cantet, & epiſtolam, & lectionem legat, vt q poſsit tenere ſcholas, & admonere ſuos parochianos, vt filios ſuos ad fidem diſcendam mittant ad eccleſiam, quos ipſe cum omni caſtitate erudiat. Nec ſufficit quod populus reſpondeat ſacerdoti, ſed oportet iſtum clericum intereſſe. glo. in cap. ſedulò. 38. diſtin. argum. cap. non liceat. 92. diſtinctio. licet contrarium ſeruetur hodie, quia quilibet etiam laicus præsbytero reſpondere ſolet: & ſi clericus non ſit, officium diuinum non ſolet differri. ſi alii laici cantare & reſpondere ſoleant, tamen debet adeſſe inter illos unus ſaltem clericus primæ tonſuræ. Et in Campania ſacerdotes ſolent lectionem cantare, omiſſo clerico, quod facere non debent, per d. cap. vt quiſque. quia ad hoc maxime datur clericus.

66 Sed ad ancillam vicarii non debet iudex habere rationem, cùm clerici mulieres habere prohibeantur, & cum illis cohabitare, per totum tit. de cohabi. cleri. & mulie. Nam mulier nō poteſt in diuinis reſpondere ſacerdoti in miſſa. etiam nullo uiro exiſtente, ut probat Archidia. in cap hoc quoque. de conſecra. diſtin. 1. nec inter cancellos ſtare cap. 1. de vita & hone. cleric. hodie inuerecunde mulieres ubique eſſe uolunt.

67 Et tam is qui habet parochialem eccleſiam, quam altare, & ſimplex beneficium, debet habere clericum, q̄ illum adiuuet, per prædicta, ita conſuluit Panor. in conſ. 89. ex themate propoſito. in 3. quæſtio. volum. 2. & in d. capitu. ut quiſque præſbyter.

Et licet de iure quilibet celebrans debeat habere unum ſacerdotem propinquum quando celebrat, vt ſi impedimētum ſuperueniret celebranti, poſſet alter miſſam complere. capitu. illud. 7. quæſtio. prima, & cap. nihil. de conſecra. diſtinctio. prima, glo. in uerb. miniſterio. rubr. de his qui in miſſa non complent, credo, & cæt. in pragm. & olim ſolebant habere. tamen ad iſtum ſacerdotem communiter non habetur ratio quo ad portionem congruam: quia ille præsbyter non eſt omnino neceſſarius, & rari ſunt qui miſſam non compleant, & in hoc ſolet Deus optimus maximus cooperari, ſi tamen uicarius uno indigeret ſacerdote, uel pluribus propter eccleſias acceſſorias quas ſuccurſus vocant, tunc rationem illorum habere iudex
68 debet, & omnino numerus conſiderari perſonarum neceſſariarū in hac congrua portione ſolet. argum. text. in l. ſi filiæ. ff. de legat. tertio, vnde ſi uicarius capellas annexas habeat, in quibus ſingulis dominicis & feſtis diebus celebrare tenetur, ſicut in eccleſia principali, hoc conſiderandum erit. ideo non dicitur ſufficiens beneficium, niſi ſufficiat habenti, & perſonis ſibi neceſſariis. cap. cùm adeo. ubi glo. de reſcript. cap. ſtudeat. 50. diſtinctio. Et ſic non ſufficeret hoc caſu taxare pro victu uni⁹ ſacerdotis, ſed oportet habere rationem ad alios duos, videlicet ad ſacerdotem neceſſarium, & ad capellam annexam, quā vulgus vocat, *ſecours*, vel, *hameau*, & ad clerieum, ſicut ſi curator conſtituat dotem puellæ, debet hanc ſtatuere pro modo facultatum, & in hoc attenditur numerus liberorum. d. l. ſi filiæ. de legat. tertio, Iacobi. in d. l. quæro. Et priuilegium datur tam ſcholaſticis, quam ſeruis & famulis illorum neceſſariis. authen. habita. ubi abunde ſcripſi. C. ne filius pro patre. facit glo. nota. in cap. cum ſicut. de conſecra. eccle. uel alta.

69 Quartò, debet iudex in hac imponenda congrua portione conſiderare beneficii facultates, ſicut in dotis conſtitutione. l. ſi filiæ. ibi, ſi facultatibus. ff. de legat. tertia, & d. l. quæro. l. cum poſt. §. nuptiis. ff. de iur. dot. ubi dos pro modo facultatum & dignitate natalium conſtituitur, doct. in auth. res quæ. C. commu. de lega. & fideicom.

Non enim debet exhaurire omnes fructus beneficii uicarius, ſed debet facere ut apud priorem uel patronum remaneat inſpecta qualitate ſua, & onere, capit. quoniam. de uita & honeſta. cleri. facit pulcher tex. in l. ius alimentorum. ff. ubi pupil. educa. deb. ubi ſemper in fine anni aliquid ſupereſſe debet, licet illi legi maledixerit Dy. qui liberalis erat, ob id omnia expendere cupiebat. ſed Rog. illi legi benedixit, & à maledictiōe Dyni defendit Bartol. ibi, & qui eam ſeruabit nunquam pauper erit. Vide in additio ad Panormita. in capitu. ex parte. de conſuetud. ob id arbitrio epiſcoporum relicta eſt cōgruę portionis taxatio, ſicut de dote ſcribitur, à iuris interpretibus. in d. auth. res quæ. C. communia delega.

70 Quintò, debet epiſcopus animaduertere circa onera, in primis circa iura epiſcopalia vt vicarius poſſit ea ſoluere, videlicet cathedraticum, & ſynodaticum, & alia iura epiſcopo debita, de quibus in cap. conquærente. de offic. ordina. & ſi omnia onera ſubeat uicarius, omnium onerum ratio haberi debet, ſi uerò partem onerum habeat, tunc illius partis condemnatio fiet. argum. cap. tua. de deci. & cap. 2. illo titul. in 6. Cardinal. in d. clementi. 1. §. ſanc. quæſtio. tertia, de iure patrona. Inde dicit tex. in capit. 2. §. ubi autem de decim. in ſexto, ibi prouideatur per ordinarios, & ordinetur taliter, quòd eiſdem rectoribus tantum de illarum relinquatur prouentibus, quòd exinde cōpetentem ſuſtentationem habere, & iura epiſcopalia ſoluere ualeant, aliaq̄ onera ſupportare: ecce ibi textum expreſſum.

71 Sextò, præcipue ratio hoſpitalitatis haberi debet, & beneficii locus conſiderari, an ſit frequens pauperum acceſſus. nam uicarius uel curatus omnes Chriſti pauperes recipere tenetur. capitul. quieſcamus. 42. diſtinctio. domus enim clericorum omnibus commune, eſſe debent. capitu. quoniam quicquid habent clerici pauperum eſt. 16. quæſtio. prima. & minus ſufficit manenti extra uias publicas, quàm habitantibus iuxta illas. gloſſ. ſolennis in cap. primo. in uerbo, neceſsitatem. 21. q. 1. Tamen magis indiget hoſpitalitate is qui eſt extra uias publicas, cum ibi nulli inueniantur, qui pauperes recipiant, ut dicit Panormitanus in d. capitu de monachis. in prima gloſa, dicens beneficiatos teneri ad hanc hoſpitalitatem, iuxta uires facultatum, non enim tenentur omnes recipere, & poſtea ipſi mendicare, ſed prmò ſubueniendum eſt ſibi & ſeruitoribus ſuis. c. de his. de eccl. ædificand. Sed non tam laute clerici abundè & delicatè uiuere debent, ut omnia eccleſiæ bona deglutiant. l. ſeruos. ff. de pignoratitia actio. alias non eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuā ſicut eſſe debet, ut eſt in euangelio. Et alere & replere ſtomachum uſque ad nauſeam, hoc non eſt uiuere ſecundum diuū Paulum.

72 Item reparanda eſt prius eccleſia, quàm hoſpitalitas habenda. cap. paſtoralis. de his quæ fiunt à præla. ſi tamen tanta eſſet neceſsitas ꝓximi, ut fame moreretur, vt in hoc pauperimo & miſerrimo tempore, tunc pauperibus ſubueniendum etiam

per

Source : BIU Cujas

per bonorum eccleſiæ uenditionem eſſet.c.aurum.12.quæſt. 2.& eo caſu etiam quo ad laicos eleemoſyna eſt in præcepto. cap.paſce fame morientem.86.diſtin.Panormi.in cap.nouit col.11.de iudic.

73 Sed ſacerdotes& alii clerici, hoſpites, aut armigeros in ſuis domibus recipere non tenetur.l.prima.C.de epiſcopis & cleric.caputu.1.de immu.eccleſ.in ſexto.& contra principes qui ſuos epidemeticos, quos uocant *fourriers*, permittunt onerare domos clericorum hoſpitio, quod non debet fieri, clamat Panormita.in cap.primo,& cap.cum eccleſia. de immu. eccle.& Deci.in d.capit.de monachis. & hodie vix ſpiritus relinquitur ſacerdotib. & clericis,immo quia deuotio eſt à nobis aliena,ſolet onerari præcipue ſacerdotum terra, & plus in quibuſdam locis grauari,quàm vnquam:quod forte ex peſſima præsbyterorum vita,vel laicorum peruerſitate contingit: ſed Deus ſua ſancta miſericordia,ſi vita noſtra in melius mutetur,hoc emandabit. Sunt tamen excommunicati,qui hoc faciunt.cap.primo,& cap.quoniam.de vita & honeſt.clerico.

74 Septimò, obſeruare debet iudex in conſtituendo congruam portionem,vt vicarius poſſit ſoluere procurationem, & penſionem tempore viſitationis & ſedis Apoſtolicæ legatos recipere,prout de iure tenetur in capitu.cum inſtantia. de cenſib. & cathedraticum epiſcopo dare.cap.conquærente. de offic. ordi.quod totum non poteſt præſcribi,ſed in quantitate ſolutionis,ſic gloſſ.in cap.quicunque.16.quæſtio.7.Hodie non vidi haberi rationem ad receptionem legatorum Papæ,quia rari recipiuntur,niſi ſuis expenſis: & quia vicarijs & alijs ſacerdotibus ſunt ditiores, ideò illis non datur victus à curatis.

75 Octauò,ad decimam Papalem haberi debet ratio.clement.2. de decim.vt vicari us eam ſoluere poſſit: cùm hodie frequens ſit non papalis decima, ſed donum,quod dicunt gratuitum, & vere dicunt eſſe gratuitum:quia gratis recipitur, ſed inuitũ dicitur,quo ad ſoluentes,per cap.2.& 3.de immun.eccle.in 6.

76 Nonò, mos religionis obſeruari & conſiderari debet.l.ſi ſeruus plurium.§.final.ff.de legatis primo, vnde in regionib. in quibus eſt frumenti & vini caritas,& congrua portio in pecunia aſſignatur, magis augeri portio debet, quam in locis vbi adeſt frumenti & vini abundantia,argum.l.prætia rerum.§.finali.ff.ad leg.Falcid.ſcripſi plene in repe.l.vnicæ,in gloſſ. ſubti

77 litatem.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. Decimò conſiderari ætas debet,videlicet ſenectus, ſi vicarius ſenex fuerit, & indigeat maiori auditorio, & ſic portione, quàm iuuenis. hoc probat.l cùm vnus.§.fina.ff.de ali & ciba.lega.l.hæreditatum.ubi doct.ad leg.Falcid.Et in patrono alendo, ſi ad inopiã deuenerit,quòd ratio etatis haberi debeat,firmat Paul. de Ci-

78 tadi.in tracta.iuris patro.6.parte artic. 4. quæſt. 7. Vndecimò, non ſufficeret aſſignare portionem, per quam vicarius poſſet viuere ſine penuria,ſi non poſſit commode vel congrue viuere: quia ſine penuria quis viuere poteſt pro viginti aureis, & tamen commode non poterit,niſi habeat centum, uel aliã ſimilem ſummam.hoc docet gloſſ.ſingul.in clementi. una.in verbo,abſque penuria.de ſtatu monacho.in 6.ſequitur Pan.in cap.poſtulaſti.de reſcriptis.& capit.primo, de inſtitu.ſed illam gloſſ.reprobat Decius in dicto capit. de monachis. dicens iſta eſſe ſynonima,& idem eſſe viuere ſine penuria,& commode. nempe qui ſine penuri a viuit,& commode ſecundùm eum vi uit,& cõgruenter:quam Decij opinionem nõ facile probo, nec ea eſſe ſynonima arbitror. Nam penuria dicitur inopia earum maxime rerum, quæ in penu recondi ſolent,quod pene minus ſit,authore feſto, & penoris nomine continentur, quæ vſui & potui ſunt accommoda.l tertia, in princip. de penu.lega.ff.Sed congrue id quod ſufficienter ſignificat,vt ſuperius in principio dictum extitit,commode verò apte, vtiliter. Ideò non poſſunt iſta ſynonima dici habere minus & ſufficiẽter.ideò gl.meliorem habuit ſenſum.nempe multi ſcholaſtici cum pane & aqua abſque penuria viuunt, qui commode uel congrue non cenſentur viuere,ut omnibus patet. Oportet igitur quòd vicarius viuat commode:& non ſufficeret ſi ſine penuria,contra Decij ſententiam.facit textus in capitulo primo

79 de inſtitutionibus. Vltimò, ſi epiſcopus,uel aliam modicam uel exceſſiuam aſſignauerit portionem, ad ſuperiorem appellari poterit,licet arbitrio eius relicta fuerit aſſignatio:quia ab eo q̃ iudex arbitratur,appellari poteſt.per ca. cum ueniſſent. vbi Panorm.col.4.de iudi.cap.1.de dilat.gl.& doct.in ca.ſuper his.de accuſa.doct.in l.ſi qua pœna.ubi ſcripſi.ff.de verborum ſignifica.quia de arbitrio boni uiri intelligitur.l.continuus. §. cum ita.ff.de uerborum oblig.& tenebitur tunc epiſcopus appellationi deferre, ac ſuperior cognoſcet.clementi. 1.de iure patro. In hoc regno ſi per modum prouiſionis ſolui debeat congrua portio,& aſſignata ſit à iudice regio,fiet executio nõ obſtante appellatione,& ſine illius præiudicio,vt ſcripſi in tracta.de ſent. præiu. in præfa.quæ ſi poſtea fuerit reprobata per ſuperiorem,uel moderata, illud moderamen tenebitur à partibus:quamuis in Rẽſi iudicio eccleſiaſtico non uideam ſententiam cogruæ portionis exequi poſt appellationem poſſe.

Vide gloſſ.in uerbo,oneramus.in dicta clementi. prima. Alia multa iudex conſiderare ex ſuo ingenio poterit, quæ illi diſcutienda relinquo.& ſi ſupra ſcripta conſideraverit, non perperam iudicabit,nec litem ſuam faciet.de quo in l.filius familias.ff.de iudicijs.Nona quæſtio talis eſt,quanta aſſignari portio debeat? Reſpon.quidam inſtar Trebellianicæ quartam partem dicunt eſſe congruam,& cuidam curato pro ſua cõgrua portione omnes à laico decimas petenti, quas infeudatas dicebant,in hoc ſenatu fuit quarta pars adiudicata, anno 1539. die 17.Iulij. Sed textus in capitu.extirpandæ, de præbend. dicit,quòd quarta quartæ ideſt decima ſexta portio olim aſsignabatur:ſed debet hodie congrua dari portio,quæ aliquando eſt plus, quàm quarta:aliquando minus, prout iudici uidebitur, inſpectis ſuperius deſcriptis, & ſic quanta eſſe debeat, dicitur iudici, ipſe deſpice quantam imponere debeas:vt in ſimili inquit imperator in l.prima. C. de edendo. Et non poteſt ſuper hoc uera dari doctrina,qui fructus requirantur ad ſuſtẽtationem beneficiati,ut inquit Ioan.de Selua,in tracta. de benefic. in prima parte.quæſtio.quinta,numero 121.plus dicens,quòd hodie clerici non ita ſtricte viuere debent,ſicut olim.&dos eſt aſſignanda magis ampla beneficiatis,quàm olim, quia carior eſt uictus,in capitu.epiſcopus.41.diſtinctio.l.uerbo uictus.ubi ſcripſi. ff. de uerbor. ſignificatio.& maximè regionis ſitus & conſuetudo inſpici debet.l.ſi ſeruus plurium.in fine. ubi gloſſ.

81 ff de legatis primo.Decimò quæri poteſt,in quibus rebus hæc portio aſſignanda ſit? Reſponſ. in fructibus & prouentibus beneficij,per text.in capitu.primo,de præbend.in ſexta,& clementina prima.de iure patrona.quamuis.Ancha.& alij dicant in d.clementi.prima,colum.ſecunda,in prædijs aſſignandam eſſe.ſed obſtat text.in capitulo uobis. 12. quæſtione ſecunda, ibi, nec cuiquam clerico pro portione ſua aliquod ſolum eccleſiæ putetis eſſe deputandum,ne per incuriam & negligentiam minuatur. Sed omnem penſionis ſummam ex omnibus prædijs ruſticis urbaniſque collectam, ad antiſtitem deferatis.ex qua tamen collectione,habeatur ratio,quid ad cauſas uel expenſas accidentium neceſsitatum opus eſſe perſpicitur. Hæ tamen opiniones ſic poſſunt conciliari,uidelicet, quando nulli alii eſſent prouentus,quàm fundi:tunc aſsignari fundus, uel fundi deberent,quia text.in d.clementina prima. dicit,de prouentibus eccleſiæ portionem aſsignandam, prouentus enim nomen generale eſt, compræhendens fructus & redditus, & quiequid obuenit. l. uſufructu legato. ff.de uſufructu. ſcripſi in gloſſ.prouentus.in §.uolumus.de colla. in concord. ſed ubi fructus non ſunt,neceſsitas legem non habet. l.prima. ff.de offic.conſul.& inanis eſt actio, quam inopia excludit debitoris.l.nam is. ff. de dolo.& quod in redditibus uel mobilibus præſtari poteſt,in immobilibus aſsignari etiam poterit.l.à

82 à diuo Pio.§.in uenditione. ff. de re iudicata. Si uerò ſint alij redditus, ſufficit ſi ex redditibus fundorum & poſſeſsionum portio quarta aſsignetur: & erit in arbitrio epiſcopi non exiſtentibus prouentibus,in prædiis aſsignare.glo.& doct.& clementina prima, in uerb. & in pœnam. Et quamuis fructus liberis non debeant computari in legitimam, ſed exipſa teſtatoris ſubſtantia eſſe debeat. l. ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic teſtamen. l. iubemus. ad Trebel. tamen ſecus eſt in aliis quartis.l.in fideicommiſſaria.ff.ad Trebellia.&maxime in hac congua portione, quæ in frumento,uino, & pecunia aſsignari poteſt: & tunc uicarius tenebitur ſuis impenſis uinum uel frumentum portari facere ad ſuum horreum: ut docet Bartol.in l. prima. ff. de alimentis & cibariis legat. Ideò poſſunt aſsignari tres uel quatuor modii uini pro numero perſonarum uel maior numerus,& idem in frumẽto aſsignabitur, & olei, & pecuniæ etiam quædam portio, quæ omnia collecta, cum oblationibus, quæ ſolent uicario relinqui, cõgruã faciant portionem,ut dicit text.in capitulo fina.§.ubi.in uerb. eiſdem rectoribus tantum de illarum prouentibus. exponit gloſſ.illarum, decimarum parochiæ ſuæ.de decim. libro ſexto. Et ſic pater quòd debet aſsignari portio decimæ curato ſeu uicario, ut uiuere poſsit, quia dicit curatus, non accipio partes inter cæteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos uiuo de decimis, & altari ſeruiens alteris oblatione ſuſtentor, habens uictum & ueſtitum, his contentus ero. capitu. clericus. in fine,duodecima quæſtione prima,ubi probatur quòd uicario aut curato oblationes relinqui debent, & decimarum ſaltem pars. Et potius debet iudex inclinare ad partem congruam uicariorum, cum ſit fauorabilis, quam ad poſſeſſorem decimarum, cum iſte laboret in agro dominico, ſpiritualia parochianis miniſtrando.

83 Vtrum ſufficiat aſsignari in oblationibus ſeu in diſtributionibus? Reſpon. non, quia incertæ ſunt. quippe incertum eſt an parochiani offerent, & an uicarius lucrabitur diſtributiones. Nam impeditus forte ualetudine parochianorum, uel aliàs eas lucrari nõ poterit,& ſic uiuere non poſſet, unde ex his incertis aſsignari hæc portio non debet,& ius de his nõ conſiderat,nec computari in cõgrua portione ſolent,ut deci-

Source : BIU Cujas

dunt domini de Rota decisio. 8. incipien. quando. de præd. in no. & decisio. ultim. incipien. quæritur an quotidianæ. eod. tit. in antiq. Oldr. consi. 118. ex uirtute. scripsi in trac. nom. q. 9. nu. 39. uers. 3. quæro. habetur tamen quidã respectus ad prędicta.

84 Non autem debent assignari modij vini ex tali vinea, vel modij frumenti ex tali fundo: quia si nõ nascerentur, vel per vredinem, aut aliàs nihil esset in fundo, vel vinea: patronus vel alius debitor diceret se non teneri per l. interdum. ff. de verbor. obliga. l. 1. in fin. de condi. & demon. & sic portio non esset cõgrua: ob id iudices non debent istam portionem congruam assignare super vna re, sed generaliter super fructibus beneficij. per ea etiam quæ notat Decius, & ibi Mainer. in l. omnib.

85 obligationibus. ff. de reg. iur. Vndecimò, quæ debeant isti visiario computari in congrua portione? Respon. omnia certa quæ habet rõne sui beneficij seu vicariæ: & sic omnia quæ iure suo ecclesia habet, ei computantur pro congrua portione. omnia verò alia quæ non habet iure ecclesiæ, sede xtra, nõ ei computantur. argum. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. vbi hæres omnia quæ iure hæreditatio capit, in quartam Falcidiæ imputat: alia verò quæ alio iure capit, non. Et ideò oblationes,

86 cùm sint incertæ, non computantur omnino vicario, vt prædictum extitit, nec distributiones, si quas recipit in ecclesia diuinis interessendo. Quia incertum est an clericus intererit, propter aduersam valetudinem interesse fortè non poterit, & multa alia accidere possunt, vt eas non habeat. l. naturalẽ. ff. de acquiren. rerum domi. l. prætia. ad legem Falcid. Anchar. in clementi. vnic. in repeti. colum. penultim. de concessio. præbend. refert Felyn. in cap. ad aures. colum. penulti. de rescript. nec aliæ fundationes postea factę in ecclesia, quia eas nõ capit iure suæ vicariæ. de Rota decisio. octaua, quando. de præben. in no. & decisio. vltim. cod. titul. in antiqui. plene scripsi in tracta. nominatio. quæstio. 9. numero 93. Nam alius etiam non vicarius hoc habere posset: & ideò nõ computantur ei anniuersaria, ratione prædicta; etiam quod in his maius habeat onus, & ab ipso percipiantur gratia remunerationis, ideò non debẽt ei computari in sua congrua portione. cap. cum in officijs. de testam. vbi Anchara. & alij. Nempe si quid ex his causis lucratus sit filius, quàm ex substantia patris, omnia quasi iure aduentitio eum lucrari vult imperator, in l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoffic. testamen. sic & cum vicarius aliquid habet pro missis ex laicorum legato in ecclesia fundatis per alios quàm per fundatores, hoc habet præcipuum, nec debet ei computari in sua congrua portione: quod est vicarijs valde gratum, & lucrosum. Igitur debet fieri separatio illius lucri quod habet vicarius aliunde, & postea iudex videbit quantum recipit nomine suæ ecclesiæ: & tunc augebit illam portionem, & congruam assignabit. hoc elicitur ex l. prima, in princi. & §. 1. ff. de

87 separa. bono. Fallit quando illa incerta reducuntur ad certam summam. vt plene Fely. docet in c. ad aures. colum. pen. de rescrip. vt in ecclesia sancti Antonij Venetijs, quæ communiter percipit per quæstores annuatim quingentos aureos. Ideò si illa incerta possunt ad certum prętium locari, tunc illa posset computari, quia paria sunt certum esse per se, vel per relationem ad aliud. l. ait prætor. ff. de re iudic. & ibi doct. sed non ita

88 exacte computabuntur sicut certa. Ad hæc, si nobilis ob. sacellum vel ædiculam in ecclesia constructam det pensionem vicario, non debet computari in congruam portionem: quia hoc non habet ratione sui beneficij, sed capellæ fundatæ ibi. nã alius hoc posset habere, etiam si non esset uicarius: & quæ ab extraneo dantur, in Falcidiam non imputantur. l. in quartam. ff. ad leg. Falcidia. sic nec in hac congrua portione, etiam quia maius onus ex illa capella habet, ideo forte est ei opus alio pș-

89 bytero. Item si causa docendi pueros uicarius habeat pensionem, non computabitur ei in cõgruam portionem, quia aliũ de venit, quam ex uicaria, & non est beneficium ecclesiasticũ teste Bald. in cap. super literis. col. pen de rescrip. & quæ aliunde veniunt, & extra causam testamenti, in quartam non computantur. d. l. in quartam. & sicut illa quæ ex substantia defuncti quis recipit, computantur ei in legitimam. l. quoniam. & l. seq. §. imputari. C. de inoffi. testam. & illud quod capit extra patrimonium defuncti, nullo modo in ea legitima computãtur. l. scimus. §. repletionem C. de inoffic. testam. ita & illa, quæ vicarius recipit ex beneficio suo, dummodo certa sint, computari ei in congruam portionem debent. Si verò capiat aliunde, nõ debent computari, vt superius dictum extitit. & hoc notent vicarij perpetui: & pro me, qui pro illis laboraui, Deum

90 optimum maximum orent, & erit mihi in salarium. Duodecimò, an congrua portio tolli possit? Respond. non, quia non debet ligari os bouis triturantis. d. §. qui verò. c. extirpandæ. de præben. & qui spiritualia seminant, dignum est, vt metant temporalia, c. cum ex officij. de præscrip. & qui laborant, mandu-care possunt. & ecclesiasticis utilitatibus desudantes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. capit. ecclesiasticis.

91 12. quæstio. 2. Etiam per transactionem hæc congrua non tolletur portio, quæ cùm sit alimentorum loco, & modico contentus vicarius transigere posset, ideò non tollitur per transactionem, sicut nec alimenta. l. cum hi. ff. de transactionib. vbi

92 plene Iason & iurium interpretes. Si tamen fuerit semel congrua portio assignata vni, non poterit peti, vt interim augeatur portio, sed imputandum est illi, cui tale beneficium acceptauit. glo. in cap. si tibi concesso de præb. in 6. & ibi expressum Auriol. hoc firmat, quando vicarius habebat certam portionem, & congruam & sufficientem in se, licet isti non sit congrua, vt idem Aurio. scribit in cap. super, eod. col. 2. ibidẽ. sicut dicit Panormi. in cap. ex præsentium. colum. vltim. de pignor. est imputandum illi, qui acceptauit ecclesiam tenuem, & impotentem soluere debita: nam hoc casu ex industria sua debet viuere sacerdos, per cap. clericus victum. 91. dist. Et sicut congrua portio simul assignata nõ potest diminui per monachos vel per alios. c. auaritia. de præbendis. ita nec augeri: cùm contrariorum eadem sit disciplina. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie-

93 ni iuris, & §. 1. illo titulo in institu. Nisi portio fuisset destructa & extincta bello, uel alio casu, & adhuc fructus sufficientes remanerent apud rectorem, vel patronum: eo casu adhuc iterũ petenda esset congrua portio, instar illius qui legitimam consumpsit. vt de filio prodigo est in euangelio. facit. l. libertus q operarum. ff. de operis libertorum. Bal. & Iason in l. scimus. in princip. C. de inofficioso testamento. & authentica, quod locum. C. de collationibus. vel nisi notorie apparet illum vicarium nunc ex illa viuere non posse, per ea quæ superius scri-

94 psi. Si vero apud rectorem uel patronum nihil aut parum remaneret ex illo beneficio, ex cuius fructibus petitur cõgrua portio, tunc vicarius poterit agere contra parochianos, vt prę stent ei vitæ necessaria. nam ex quo eis seruit diuina ministrãdo, ipsi eum alere debent: alioqui si recusent, poterit ab eis licite subtrahere diuinum seruitium, nisi ei necessaria præstent: vt docet gloss. & docto. in cap. omnis Christianus. de consecra. distinctio. prima. Panormita. in d. capit. ex præsentium. colum. vltim. de pignor. & tunc oblationes necessario esse faciendas dicunt docto. vt scripsi in tracta. de decim. quæstio prima. Sed in hoc casu vicario consulerem, vt authoritatem iudicis officialis episcopi expeteret, & suos conueniret coram eo parochianos, potius quàm diuiniũ officium relinqueret, ne ei postea fraudi esse possit illa diuini officij dimissio & cessatio. cap. si canonici. de offic. ordina. Etiam per compensationem tolli non potest hæc portio, ob id non fuere auditi decanus & canonici sancti Marcelli Parisien. volentes compensare expensas in parlamento factas cum congrua portione, nec potuerunt vti aliqua retentione d. portionis pro illis contra vicariũ de geneuilliers: & ita censuit Senatus anno 1524. die 27. Februa. idem dixi in decimis suprà in tracta. de decim. quæstione

95 vltima. Ad hæc, quando monachi, uel alii patroni suos alunt vicarios perpetuos & onera soluunt, vt facere regulariter solent Præmonstraten. tunc cessat causa & ratio cõgruæ portionis petendæ. si autem onera ipsi subierunt, tunc uicarius congruam tantùm substentationem habebit. clementi. prima, de iure patrona. Guilielm. de Montelaudu. in d. cap. primo. col. 2. de præbend. in sexto. Nam si actum sit, ut patronus certos habeat redditus, & vicarius alios omnes, & tunc uicarius ad onera tenebitur, si plures erant redditus, quàm dati fuerant, teste Bonifacio, clementi. prima, in princip. de iure patrona. argum. l. secundum naturam. ff. de regul. iuris. Si uerò uicarius certos habet redditus, & monasterium, uel alius, reliquos: tunc ad onera tenebitur monasterium, uel ille qui redditus recipit. d. clementi. prima. §. sanè. de iure patronat. & ideo portio congrua ab eo petitur qui fructus, redditus, & prouentus recipit,

96 ut superius dictum extitit. Non tamen tenetur uicarius secularis acceptare oblationem monachorum, uel aliorum uictum in monasterio uicario offerentium, seu alibi, nisi per lõgissimum tempus monasterium consueuerit suum alere religiosum uicarium, tunc ualebit cõsuetudo, præcipue si in monasterio alebatur, & cum religiosis: secus si in domibus priuatorum: ut not. docto. in rubri. de coha. cleric. & mul. ut inferius dicetur. nempe seorsum hæc portio dari in domo prę-

97 sbyterali debet, ut parochiani uolentes sacramentum recipere prę sto inueniant sacerdotem in domo sua. Et hoc probatur argumento patroni, qui dum ad paupertatem deuenit, in sua domo ali debet, non in ecclesia, uel domo præsbyterali, uel abbatis, ut concludit Paul. Citadi. in tracta. iuris patro quæstione decima, articu. quarto in sexta parte. allegat. l. plenum. §. pomis. ff. de usu & habita. & Ioan. Andr. & alios in capitul. nobis. de iure patrona. facit. l. Gaio. §. final. de alim. & ci-

98 ba leg. l. prima. C. de lega. ubi plene docto. Et in episcopo, qui promouit aliquem ad ordines sine titulo, ut teneatur ipsi ordinato prouidere de alimentis & aliis necessariis, donec eidem prouiderit de beneficio, loquitur capitul. non liceat. & capitu. cum secundum. de præbend. ista tamen alimenta non tenetur ordinatus acceptare, si episcopus uelit dare in domo episcopali: sed debet dare extra: ut plene concludit Innocen. & alii, in cap. tuis. & dicto capitu. cùm secundùm. de præb. &

Perus.

Source : BIU Cujas

Perusi.in c.cps.illo titu. in 6. sic expressim consuluit Bertran. consi.55.multa sunt.col.3 in 2.uol.ex noua edi. Si tamen vicarius hoc acceptaret, tunc patronus illum honestè tractare debet in mensa sua,& iuxta se,& locum honorabilem in ecclesia illi assignare,& cubiculum honorabile eidem tribuere. Nempe cùm vicarius tractet corpus Christi, haberi debet in honore,teste gl.& doct.in d.clem.1.circa fi.ubi Bonif.& Car.
99 & alij,in verbo decenter tractare.ibidem. Et si vicarius acceptaret victum in domo patroni,tunc non tenetur operari patrono,& illi operas exhibere, quia victus ei debetur ratione diuini seruitij, non propter operas:ergo operæ non præstant patrono, diuersum est, quando alicui deberentur alimenta, tunc is tenebitur operari præstanti alimẽta, vt in vxore loquitur.l.sicut.ubi gl.ff.de ope.libe.sic & filius patri,vt firmat Luc. de pen.in l.1.in fi.C.de agri.& man lib. 11. ne onerosus sit ali-
100 menta præstãti.c.de lapsis.in fi.16.q 6.Immo fortius,si tenuis portio & parum sufficiens fuerit interdum assignata, & fructus beneficij multum excreuerint, poterit vicarius petere augmentum congruæ portionis,sicut de legitima, dicunt de cto.per illum tex.in c.cum M.in fi.de consti.Deci.in d.cap.de monachis.in fin. sicut dixi superius de diminutione,qñ prior
101 non erat congrua.Et si temporalia vel alij redditus beneficij non sufficerent nisi vicario,tunc præferetur vicarius, tum ꝙ illud temporale prius erat patrimonium suæ ecclesiæ, & postea fuit religiosis datũ,vel ab ipsis occupatum, & sic ipse agit de damno vitando,& monasterium de lucro captando: ideo præfertur vicarij ecclesia monasterio.l.iuris ignorantia.ff.de iuris & facti igno.Tum etiã ꝙ hoc sit fauorabilius, videlicet alere plebem cibis spiritualibus,vt uicarius facit,& ꝙ bona facilè reuertantur ad suam primam naturam.l.si unus.§.pactus. ff.de pac.hoc expressim firmat Henric.Bohic,in c.exposuisti. in fi.de præb. quia ẽt ius commune hic curatus habet pro se. c.pastoralis.de his quæ fi.a prẽlat. Et charitas bene ordinata a
102 seipso incipit.l.præses.C.de serui.& aqua.Sicut dicimus de patre,qui debitis inuolutus non potest filiam dotare: si tñ illi filiæ dotem constituat,non tenet illa dotis constitutio:vt docet Bal.in l.fi.col.3.C.de dotis promiss. uersi.sed quid si pater. quẽ sequitur Rom in l.1.ff.sol.matr.per l.ait prætor.§. si cum mulier.& l.fi.§.a socero.ff.quæ in fraud.credi.Ias. in §. fuerat.nu. 116.de actio in Instit. licet aliàs pater regulariter dotare filiã teneatur.l.qui liberos. ff. de ritu nup. quia paternum est offi-
103 cium illam dotare.l.fi.C.de dotis promiss.Et in donationibus temporalium factis monasterijs,vel alijs locis pijs,ac in vnionibus,solet Papa dicere,reseruata congrua portione.c.exposuisti.in fi.de præb.& id solet dicere in literis unionum : reseruata tamen de fructibus,redditibus & prouentibus huiusmodi pro vno,uel duobus vicarijs perpetuis in ecclesia, vel ecclesijs præfatis canonicè instituendis congrua portione, ex quo idem uicarij possint decætero sustentari, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera commodè supportare: non obstantibus,&c.Ita vidi,& superius expressius scripsi : & in praxi beneficia.in rescripto unio. & isti sunt ablatiui absolutè ponẽdi,qui conditionem important.l.ab emptione.ff.de pactis.ubi doct.not.& prius Papa vult reseruari congruam portionem,postea reliquos fructus donat,& vnit, ob id præferri debet prima ecclesia vicarij:ut Panor.notab.3.in d.c.de monachis.probat,dicens habentes ecclesiam quo ad temporalia non posse omnes redditus ecclesiæ consumere, & sibi vsurpare. sed redditus tantùm superfluos, detracta prius congrua portione vicario,seu rectori ibi instituẽdo,& pro iuribus episcopalibus soluendis.Sequitur Card.in d.c.exposuisti. 3. nota. de præb.ubi etiam Henric.ait, tolerabilius esse ꝙ canonicus, vel prior egeat, qui habet annexam curam, quàm uicarius,
104 qui illam exercet. Quia non poterat episcopus, vel alius,donare vnius ecclesiæ temporalia monasterio vel alteri, in præiudicium & destructionem primæ ecclesiæ, nec unum altare discooperire,vt alterum cooperiretur.l.assiduis.in fin.qui potio.in pign.habe.C.glo.in §.fina.quomo.oport.episco.iudica. collatio.1.& cùm cura animarum non debeat negligi. cle. 1.
105 de præb.Idem dicunt si vicarius ingratus fuerit monasterio, quia tunc congruam portionem petere non potest, instar filij,qui ingratitudinem aduersus patrem commisit, vt ab eo ẽt alimenta non petat.l.si quis a liberis.§.idem iudex.in gl. detulerat.ff.de libe.agnos.quia filius ingratus perdit ius filiationis. Bal.in l.fi.C.de do.pro.Ias.in l.ius autem.ff. de iusti.& iure.& quod patronus ingratus non possit petere ut alatur ab ecclesia,firmat Pau.Citad.in tract.de iure patro.q.8. art.4.in sexta
106 parte.Ego contrarium tenerem in perpetuo vicario,quia hic portionem ratione ecclesiæ petit, quæ ingrata esse nequit,& potest quis nomine alieno petere,quod non suo.l. quæsitum. de in ius uocan.ff.item nomine seruitij,quod illi ecclesiæ impendit,hoc petit.ideo non obstante ingratitudine ab eo commissa,petet illam portionem:quia postquam altari seruit, necesse est ut de altari viuat.c.cùm secundum.de præb.item beneficium ecclesiasticum alicui collatum non potest ab eo auferri propter ingratitudinem.teste Io.And.Cardin. Panor.& Imol.in c.fin.de postula.quos refert & sequitur de Ripa in repet.l.fina.q.48.C.de reuoc.donat.& propter delictum prælati non reuocatur donatio facta ecclesiæ.per regulam, delictum personæ.de regul.iur.in 6.Panor.in ciuerum.de cond.appos. de ripa in d.l.fi.q.52.& sic uicarius non obstante ingratitudine allegata per patronum,uel monasterium, poterit cõgruã portionem ab eis petere,alioqui esset auferre beneficium indirectè ab hoc uicario,& Dei seruitium, nempe hic vicarius postea,si nihil ab ecclesia consequeretur,illi nolet seruire, & sic diuinus cessaret cultus.contra c.ex parte.de consti.& ita reſideo,quicquid in contrarium dicatur.quia longa est differẽtia inter filium & istum curatum,& vicarium,ut rectè intuen
107 ti patet,& est diuersa ratio in utroque.Vltimo uidendum est, an uicarius sit fundatus de iure communi ad decimas, & alia beneficij iura,uel monasterium,uel patronus, & quis illorũ? Respondeo,ille dicitur fundatus de iure cõmuni, quando ius ei assentitur ad illud quod petit,ideo non tenetur probare id quod petit sibi dari, sed aduersarius qui habet ius commune contra se.cap.ad decimas.de restitutione spoliatorum. in c.1. de præscrip.ibidem.& ideò multum prodest scire quis sit fundatus de iure communi, quia is habet præsumptionem iuris, quæ alibi dicitur probatio liquida.gl.in l.si tutor. C. de peric. tut.& in l.1.C.de testa.milit.Barb.consi.50.illud afferam col.4. uol.1.& fundatus de iure communi dicitur, quando ius pro eo facit.Et quando hoc fit,facio casus sequentes.Primus est,
108 quando religiosi, vel alij percipientes ecclesiæ redditus probant omnes illius prouentus in fundatione uel vnione sibi donatos,tunc ipsi sunt fundati de iure communi in illis fructib. adeò ꝙ uicarius perpetuus,uel curatus petens fructus uel decimas tenetur probare ad se spectare, quia pars in toto est,iõ qui illam partem petit probare habet l.si quis cum totum. de excep.rei iudic.ff.immo ius curæ in effectu uidetur tunc erga religiosos,vt testatur Card.in clem.1.q.15.de iur.patro. & iõ dicitur de capellis monachorum,non vicariorum.gl.in cõsti. Angliæ.rub.de instit.uica.in 1.gl.nec habet tunc locum cle.1. de deci.quia ipsi non dicuntur vsurpare quod ad eos spectat. c.cum in tua.de deci.ubi dicitur,unam rem non debere diuerso iure censeri.Bohic.in c.exposuisti.de præben.Fel.in c.postulasti. col.2. de rescript.

109 Secundus casus est,si monasterium, vel alius recipiens fructus beneficij probet se habere certos fructus in ecclesia,tunc uicarius seu curatus in omnibus aliis de iure communi fundatus est,quia omnes alij sunt isti uicario assignati a iure,& ideo non tenetur probare spectare ad eum,per cap.ad decimas.de restit.spol.in 6.& sic loquitur c.auaritiæ.ibi, intelleximus ꝙ in ecclesijs uestris,de quibus certas pensiones consueuistis percipere.de præbẽ.Et quamuis ibi esset reseruata certa religiosis portio,tamen solebant ipsi quibusdam clericis,non autem curato uel uicario,aliquam portionem dare,quam diminuebãt ut ibidem patet.ideò statuitur ibi,ꝙ illam diminuere non deheant,& non loquitur de portione vicariorum, ut docet Au
110 frer.in decisi.109.si intentio.Tertius casus est,quando patronus, uel alius recipiens fructus nihil probat, nec curatus uel uicarius,tunc in dubio decimæ curato uel uicario adiudicari debent:quia donationem fructuum esse factam oportet allegare ab eo,qui non est institutus,nec collationem habet, licet sit patronus,quæ donatio facti est,ergo eã probare oportet.l.in bello.§.factæ.ff. de capt.& c.ex transmissa.de præscr.& huic instituto in ecclesia in dubio debentur decimę.d.c.reuertimini.16.q.1.&sic vicario,c.cùm homines.& c.cum in tua.in fi.de deci.non autem patrono, sed præsentatio est eis ratione patronatus,de gratia reseruata.c.3.de iu.patro. & alimenta in casu paupertatis & inopiæ.c.quicunque.17.q.4.extra igit inopiam,nihil ab ecclesia,in qua est patronus, nisi in fundatione uel in iure expressum fit,recipere debet.Igitur in alijs extra patronum,uicarius est de iure communi fundatus,& sic patro-
111 nus probare debet saltem præscriptionem.Quartus casus est, quando certa pars decimarum spectat ad monachos, vel ad alios,altera verò pars ad curatum seu uicarium,tunc decimę nouales spectabunt ad curatum.c.cum contingat.de deci.dixi in tract.meo de decimis.in illa quæstione, an sublatis decimis noualia debeantur.q.14.Contrarium est si uicarius decẽ, uel uiginti sextaria frumenti, seu decem modios uini reciperet.tunc enim noualia ad clericos percipientes integras decimas pertinebunt nec istius partis consideratio habebitur, vt uicarius quicquam ex noualibus habere debeat, ut not.in c. quoniam.c.ex parte.3.& c.cùm in tua de decimis,& c.cognouimus.12.q.2.& Guil.de montelaud.in defen. monacho. posito in fine Benedictinæ, quia rei limitatæ nihil accrescit. l.in agris.ff.de acquir.rerum domi.quod est uerum, quando illi, qui percipiebant decimas,erant viri ecclesiastici,secus si laici, quia hi noualia non habebunt,licet veteres decimas perciperent.c.tua.1.in fin.de deci.scripsi in tractatu de deci. abundan-
112 tius,ibi videre licet.Non refragatur ꝙ vicario sit facienda assignatio

ſignatio congruæ portionis, ergo non eſt de iure communi fundatus. Reſpond. tum demum faciendam eſſe aſſignationē, quando de donatione & ſubiectione, vt ſuperius dixi, cōſtat: aliàs non, vt exponit Bonif. in clem. 1. in fi. de iure patr. ſi vocetur vicarius, ſiue curatus, ſiue rector, non eſt curandum. Nam in quibuſdam locis vicarius vocatur, licet curatus verè ſit: in alijs rector quia regere debet per ſe, non per alios: ut in rub.
113 de cleri. non reſid. aliquando vicarius perpetuus. Quarto, ſæpius dubitaſ ſuper decimis, inter monaſterium, vel collegiū, & inſtitutum in beneficio. Monaſterium ſeu collegium dicit ſe curatum (vt verbis eorum vtar) primitiuum: inſtitutus verò dicit contrarium, quis hoc probare habeat? Reſpon. regula eſt, q̄ inſtitutus in beneficio, & prou. iſu ſin dubio præſumit curatus; tum quia ſimulatq; prouiſus be deneficio eſt, & illud acceptauit, ius in re habet, & illud beneficium obtinere dr. c. pen. & fi. de conceſſ. præb. in 6. Arch. in c. ſi gratioſæ. col. 1. de reſcrip. in 6. ideò poteſt illud permutare. c. ad quæſtiones. & p̄ totum. de rerum permu. & fructus beneficij ad eum ſpectāt, & pro eius debito capi poſſunt. c. 2. de fideiuſſ. d. c. ad quæſtiones. & per totum. quia dominus fructuū eſſe cenſetur. docto. per illum tex. in c. vno. de cler. non reſi. in 6 Ideo poſtquam ecclesia eſt iſtius prouiſi, & fructus ſunt eius, non poteſt dicta eccleſia eſſe alterius: quia vna eccleſia debet eſſe vnius ſacerdotis. c. cum non ignores. de præbend. ideò qui dicit ſe curatū vltra prouiſum, oportet q̄ probet, & ſufficit inſtituto probare ſe prouiſum ab eo qui ius prouidendi habebat, ſiue per electionem, ſiue per collationem, ſiue per inſtitutionem, vel alio quouis modo prouiſus fuerit, quia in iſtis quo ad hoc eſt eadem ratio, vt habetur in c. cum in illis. de præbend. in 6. & patronus non cenſetur curatus, ſed ius patronatus tantùm habet. vt per totum tit. de iure patrona. & ſi ipſe donauit ius q̄d in eccleſia habet, illud tm̄ ius dediſſe cenſetur. c. paſtoralis. de do. non curam, quam non habebat, quia nemo plus iuris trā-
ſfert, quàm habeat. regul. iur. l. traditio. ff. de acquirē. rer. dom.
114 Quomodo probare poterit monaſterium illum inſtitutum eſſe vicarium, & non curatum? Reſpon. ex fundatione, ſi data fuerit capella monaſterio, uel collegio, ſeu altare monaſterio, tunc & cura data cenſetur. c. altaria. ubi doct. 1. q. 3. c. cùm
115 & plantare, §. in eccleſijs. de priuil. Secundò, ſi in prouiſione nominetur vicarius, ut patet in toto tit. de off. uicar. quia ubi in prioratu ſeculari curato eſt vicarius perpetuus, tunc prior cēſetur curam habere. cle. ne in agro. §. cæterum. de ſtatu monachor. & Do. de rota. deciſ. 2. inci. nota q̄ ubi, de off. vicar. in
116 antiq. Tertiò, ſi probetur per tempus immemoriale q̄ hic uicarius recognouit ipſos religioſos, vel alios, venientes ad ſuā parochiam, tanquam curatos, & ibi celebrauerunt tanquam curati, & hora qua ſolet uicarius celebrare, & ſic quod exercuerint curam, ex illo exercitio probabitur eos eſſe curatos,
117 ut doct. in c. extirpandæ. de præb. firmant. Quarto, quando eſſet eccleſia vnita, & fructus omnes dati, & vniti eccleſiæ cathedrali, monaſterio, ſeu præbendæ, uel collegio, tunc cura ſpectat ad monaſterium, in uniuerſo, vel ad habentem præbendam, vel ad collegium. c. expoſuiſti. ubi gl. & doct. de præb. & is qui inſtituitur habet tm̄ curæ exercitium, & loco vicarij eſt, vt etiam probat Cæſar Lambert. in tract. iuris patr. artic. 12. q. princ. 3. par. 2. lib. allegat extrauag. execrabilis. in fi. uerſi. quantum. in extrauag. Io. 22. Si vero inſtitutus det aliquos fructus monaſterio, uel alteri, tunc dicitur is, qui dat partem, curam habere animarum primitiuam, vt teſtatur Panor. & alij in d. c. expoſuiſti. & doct. in cle. unica. de off. uic. Fel. In c. poſtulaſti.
118 col. 2. de reſcriptis. Quintò, quando probaretur quod iſtud beneficium dependet ab alio, quod fuit fundatum ex cā, vt in c. ad audientiam. de eccl ædific. tunc probaretur alterum eſſe vicarium, ut concludit Car. conſi. 30 in hac. Imol. in cle. una.
119 col. 3. de off. uic. Sexto, quando probaretur quod monaſteriū haberet iuriſdictionem in vicarium perpetuum, tunc iuriſdictionem habens præſumitur habere curam primitiuam etiā ſi ſacramentorum adminiſtrationem non habeat, quia ſufficit quod aliquam habeat curam, etiam in iuriſdictione adminiſtranda. c. dudum. de elec. do. in c. de multa. de præb. uide gl. in uerb. uicarios. uerſi. quantum. in d. extrauag. execrabilis. Io. 22. rub. de præb. aliis etiam modis probari poterit, quos nunc
120 omitto, ut breui finem imponam. Sic dicimus in eō, ut fundatus de iure communi cenſeatur in collationibus, & prouiſionibus eccleſiarum ſuæ diœceſis. c. oēs baſilicæ. 16. q. 7. quod non pōt tolli etiam ex diſpoſitione teſtantium. c. ſic quidam. & c. nouerint. 10. q. 1. unde nō valet diſpoſitio teſtatoris in fundatione eccleſiæ adiecta, ut hæres conferat, & epiſcopus nihil habeat, niſi a Papa hoc fuerit approbatum. Inn. in c. in Later. de præb. Bar. in l. quotiens. §. fi. de admin. tut. ff. Pan. in c. requiſiſti. de teſt. col pen. & in c. cum uenerabilis. in 2. not. ibidem. eſt etiam fundatus in inſtitutione & deſtitutione, per tex. in c. cum ex iniuncto. de hæret. c. 1. de capel. monach. Deci. conſi.
121 121. in cauſa. Et in ſubiectione. c. cum uenerabilis. de except. ubi iuris intespretes volunt omnes clericos, & canonicos, ac religioſos eſſe ſubiectos epiſcopo, niſi probent ſe exemptos, & qui hoc dicit, probare debet. l. ei qui dicit. de prob. ff. Idem
122 in iuriſdictione ſpiritualium cauſarum, ut iuriſdictionem ſpiritualem habeat in tota diœceſi. c. cum epiſcopus. de off. ord.
123 in 6. c. 1. illo tit. Et regulariter in omnibus ſpiritualibus fundatus de iure communi in epiſcopatu ſuo ceaſetur, ſecus in temporalibus. tex. in d. c. cum uenerabilis. in fi. de excep. c. conſtitutus. de relig. domib. Plenè regulam cum ampliationibus, & limitationibus ſcribit Fely. in d. c. cum uenerabilis col. 10. nu. 32. niſi in eccleſia collegiata. Deci. & alij in c. ſignificauerunt.
124 de except. Idem in imperatore & rege Franciæ, ut de iure cōi fundatam habeant intentionem in iuriſdictione omnium rerum ſitarum in toto imperio, & regno, quod probatur in l. 1. ff de conſt. principum. & in §. ſed & quod principi. de iure natur. in Inſtit. ubi populus tranſtulit in imperatorem omne imperium, & poteſtatem, non uero omnium rerum. immo quando populus tranſtulit iuriſdictionem in imperatorem, retinuit omnium rerum ſuarum dominium, alioqui fruſtra eſſent omnes leges de acquiſitione rerum latæ, ſi imperator omnia bona haberet. Sic iuriſdictionem de iure communi habent, & qui negaret, non eſſe ſub illorum iuriſdictione probare haberet. Nam poſtquam ip ſe iuriſdictionē habet in ſuo imperio, & in toto regno rex Franciæ, ergo qui partem vult eximere ab uno illorum, probare hoc debet, per d. l. ſi quis cum totum. ff. de excep. rei iudic. & d. c. cum epiſcopus. de off. ord. in 6. Ioā. de Pla. in l. una. C. de conducto. & procu. lib. 11.
125 Sed quo ad dominium rerum, non dicitur princeps, etiam imperator, de iure communi fundatus in ſuo imperio. quod probatur, quia poſtquam Deus creauit hominem, & res ad illius vtilitatem, Geneſ. 1. & ſeq. deditque ei Deus omnia bona, dicens, Quicquid calcauerit pes tuus, id tuum erit. Deut. 11. c. & Ioſue 1. & 14. c. homines igitur occuparunt poſſeſſiones, & effecti ſunt illarum domini. Gene. 13. & cum illæ poſſeſſiones non eſſent aliquo onere affectæ, a Deo liberæ ſic ſunt transla-
126 tæ in occupantes ex Dei opt. max. prouiſione. Item probatur Geneſ. 47. c. ubi Pharao propter famen duriſſimam in Aegypto ortam ſubegit omnem Aegypti terram, præter terram ſacerdotum, emendo illam, & poſtea colonis ad cenſum quintę partis tradidit. ibidem. Si ergo illam non emiſſet, non fuiſſent illæ terræ cenſuales, quia nullus cenſus erat a datore Deo optimo impoſitus. uel ſi rex fuiſſet dominus illius terrę, illam pro culdubio non emiſſet. ut pote ſuam, quia rei ſuæ emptio con-
127 ſiſtere nequit. Heſter. 10. c. l. rei ſuę. ff. de contr. emption. Et per hoc patet, quòd omnis res præſumitur libera & allodialis & franca, niſi rex probet eſſe emptam, uel alio modo factam cē ſualem, ut in Aegypto, uel acquiſitam. l. altius. C. de ſeruitu. & aqua. & Io. And. in c. fi. de iudi. & Hoſt. in cap. nimis. de iureiu. Bal. in c. ſignificauit, de reſcri. ca. 1. de uaſſal. qui contra conſti. Lotha. & c. 2. ſi de feud. fue. controuer. inter domin. & agnat. uaſſal. c. 1. de conten. inter maſcul. & fœmi. Alb. Brunus, cōſi. 1. col. 1. in materia feudorum. & Barb. conſi. 5. illud. col. 4. in 1. uol. Benedic. in repe. c. Raynut. in uerb. & uxorem. nu. 309. de
128 teſt. Non refragatur q̄ imperator ſit dominus mundi. l. depre catio. ff. ad l. Rhod. de iact. Verum eſt quòd dominatur in mū do per iuriſdictionem, & præminentiam, ſed non eſt dominus rerum mundi. ideo dicit mundi dominus, non rerum, nec bonorum. l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcr. & hodie ſceptrū
129 dominantium planctus eſt. Ezech. 19. c. in fi. Et poſtquam ſemel orinceps ſubiecerit terras, & cenſuales reddidit, & colonis dedit, poteſt dici, cuius & ipſi ſunt, & omnia bona eorum eſſe cognoſcant, ſcilicet cenſiti. l. 2. C. in quibus cauſ. colo. lib.
130 11. antea uero non. Nec obſtat rub. C. ſine cēſu, uel reliq fun. comp. non poſſe. Reſpondeo uerum eſſe, quando fundus ſemel fuerit cenſualis, non poteſt ſine cenſu comparari, ſed q̄ omnes fundi ſint cenſuales, hoc non eſt uerum. quod etiam probat l. 1. & ſeq. ac. l. ult. illo tit. Igitur omnes fundi ſunt liberi ab initio, ſi non fuerint ſeruitute ab initio affecti. & qui dicit ſeruos eſſe uel cenſuales, hoc probare habet etiam ſi nomine
131 principis petat. Nec obeſt illud vulgare, q̄ non poteſt quis eſſe ſine domino, vulgo *lon ne peult eſtre ſans ſeigneur.* uerum eſt quo ad iuriſdictionem, & protection em, ſed quo ad ſolutionem cenſus, ſic. per authorita. Geneſ. 37. de Pharaone. & alibi Dauid dicit: cœlum cæli domino, terram autem dedit filijs hominum. Non autem uni filio uel imperatori, uel regi, ſed omnibus filijs. & ab illius ſummi domini dono liberæ tenentur terræ, & poſſeſſiones, alioqui ſequeretur, q̄ qui non haberet terras, ex quibus ſoluere teneretur, eſſet ſine domino, & tamē dicimus, q̄ *nul ne pult eſtre ſans ſeigneur.* & ideo cōcludunt doc. in c. cum non liceat. de præſcrip. quod non poteſt quis præſcribere, quòd non ſit ſaltem ſubditus p̄p. Et Galli abutuntur, dicentes quod omnia mouentur de feudo, uel emphiteoſi regis Franciæ, vtor uerbis Guido. Papæ in ſingu. 577. uerū quis
132 poſſit tenere rem francam. Et ideo non poſſunt cogi domini poſſeſſionum recognoſcere terras, pro quibus nihil unquam ſoluerunt, ut firmat Iacobi. in tract. de feud. in uerbo, dictique uaſſali.

Source : BIU Cujas

uassali.2.col.2.uersi.subsequenter.Et patria Occitana habet super hoc priuilegium,insequens ius commune,videlicet,ne teneantur census soluere ex possessionibus liberis,sed rex exigere potest ab eis collectas,pro modo possessionū, quas tallias dicunt.& ego ipse vidi aliàs eorum priuilegium, alioqui duplicionere grauarentur,& censuum, & collectarum, quod ius non permittit.c.bona fides.de deposi.at si clerici.in fi.de iudic. Boer.in §.pen.de consuet.feud.in consuet.Bitur.Sic debet intelligi,dum dicit regem de iure fundatum,uidelicet quo ad iurisdictionem,& quo ad omnes regni sui vassalos,quia omnes, uel alius dominus non habet feudum in regno,nisi a rege,sed si negaretur feudum esse,oportet quod rex probet,propter illam præsumptionem iuris, quod omnis res præsumitur libera,& si rex petat censum,oportet quod probet terram censua
133 lem,& illi censum fuisse impositum,per supradicta. Nec me mouet,quod scribitur primo Reg c.8.ubi ius regis computatur,& inter iura illius dicit,agros quoque vestros, & vineas, & oliueta tollet,& dabit seruis.Respondе,Deus in odium illorum qui petebant regem, & abijciebant Deum regem, dixit eis,quod rex,qui regnaturus erat super eos,ista faciet de facto non tamen Deus regibus hoc concessit,quia dicit, agros vestros.& sic sunt agri subditorum, non regum, sed hoc de facto tollunt reges. Etiam loquitur de tyranno, qui non erat a Deo electus,nam tyrannus hoc facit, sed non electus a Deo, quod probat ibi rex.regis vestri,quem elegistis, alioqui si regis ius esset accipere possessiones subditorum sine causa, malè fecisset Naboth, recusans uineam dare Achab regi Israel. nempe illa uinea erat uicina & prope domum Achab regis, uolebat ei Achab dare meliorem vineam pro ea,aut si commodius ei fuisset,argenti prætium,quantum digna esset,& tñ
134 Deus grauate tulit,ut patet tertio Regū,c.21.& seq. Sed hoc ius regis est instante necessitate,uel publica vtilitate,vt rē subditi tunc possit accipere.l.item si uerberatum.ff de rei uendic. Iasplene in l.Barbarius.ff.de offi.prætor.& Decius in c. ecclesia S. Mariæ.de constitutionib.& hoc,dato prætio pro rei æstimatione.l.2.C.de ser.qui pro præmi.liber.accep. & glo.ult.in l.si locus.ff.quemadmodum seruitus amit. dicit hæc non seruari a tyrannis,uel de facto,seruari tamen debet, & aliter imperator,uel rex,sine nominis mutatione, non potest rem uicini,uel subditi accipere sine consensu domini,ut de Naboth apparet,& probat l.id quod nrm.ff.de reg.iur.alioqui audient qd dicit dominus Achab,tertio Regum.c.21.Vel erat ius regis regnaturi super Iudæis,non super Christianis,quia illi erant duræ ceruicis,Christiani non ita,& hoc probatur ibi dum scribit contestare eos,& prædic eis ius regis,qui regnaturus est super eos, ergo quia erit regnaturus super alios,non hoc faciet.
135 Nec obest illa iactabunda lex,bene a Zenone.C.de quadrien. præscript.ubi omnia dicit esse principis, sed si uideatur. §.primus,ubi hæc sunt verba.Quæ enim differentia introducitur, cum omnia principis intelligantur,siue ex sua substantia,siue ex fiscali fuerit aliquid alienatum.Et sic bene dicit illa lex, oīa intelligi principis,quæ procedunt ex eorum priuata substantia,id est,illius patrimonio,& fiscalia.sed non dicit res priuatorum esse principis,sed tantùm bona patrimonialia sua,& fiscalia,alioqui si Iustinianus hoc diceret,falsum diceret, & cōtra ius diuinum loqueretur,cui non esset credendum, sed posset dici de illo,non posse statuere contra ius diuinum.Nam si omnia essent principis,de quo facerent homines eleemosynam, cum nil haberent,nisi de bonis principis?& sic furtum committerent:species enim furti est de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere.l. si pignore.§. 1. ff. de furt.& omnes essent pauperes, & tamen in euangelio loquitur diuitibus. Et frustratoriæ essent ferè omnes leges, uolentes actiones rei uendicationis, & alia dari dominis, cum nullus inueniretur rei dominus,nisi princeps.Solus ergo princeps pro omnibus rebus rei vendicatione ageret,quæ omnia quam sint ridicula, inuentaquè a ridiculis hominibus, nemo sanæ mentis inficiari potest,vt consuluit Bertrand.consil.1.in 3. uolum.ex antiq. editio.& Ezechic.46.scribitur: Non accipiet princeps de hæreditate populi per uiolentiam,& de possessione eorum.abunde docet Lucas de pen.in l.fina.C.de loca.prædio. ciui.lib.11. ergo bona sunt populi,non principis omnia. Alia fere vsque ad nauseam adducere hic possem.sed cum ista sint tam clara, & notoria,illa missa n unc faciam,orans iudices,& alios lectores,hæc boni consulant, & seruent, & conscientijs suis prouidebunt,quas debemus tanquam sarta tecta custodire, vt animam possit unusquisque Deo reddere immaculatam, quod faciat Deus.Cui de omnibus hactenus mihi clargitis, gratias ago,& agam immensas per secula, Amen.

Spes mea Christus.

TRACTATVS

Christophori Roffiniaci Cosagæi, Præsidis, & consiliarij Regij. De Beneficiis, eorumque acquisitione, item & amissione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia aequirendi modi plures recensentur.& num.2.*
3 *Beneficiorum tituli sunt nouo potius quàm antiquo iure inuenti.*
4 *Beneficia in primitiua ecclesia nulli dabantur in titulum.*
5 *Tituli beneficiorum quando originem habuerint.*
6 *Anacharsis iudicium de regimine populari.Et Platonis simile aliud.nu.7.*
8 *Charondas fortunam in populo, in bonis rationem ponebat.*
9 *Prælatus inferior an iura episcopalia præscribere possit.& nu.11.16.*
10 *Possessio ad præscribendum sine titulo, qualis esse debeat.*
12 *Destituendi a beneficio ius minori antistiti ex præscriptione acquiri posse.*
13 *Præscripta institutione non sequitur quod sit præscripta destitutio.*
14 *Præscriptio iuris visitandi non includit ius procurandi.*
15 *Prærogatiua ad conferrendum beneficium non extenditur ad priuandum beneficio.*
17 *Prælatus inferior potest ex Pontificis priuilegio beneficia conferre, instituere & destituere.*
18 *Collatio vacantium in ecclesia collegiata & cathedrali ad quos spectet.*
19 *Possessori seu quasi,licet ab eo absit proprietas, ius conferendi competere. idem in iurepatranatus.num.20.*
21 *Collationes censentur esse in fructu,sequuntur possessorem, & non proprietarium.declara ut num.22.*
23 *Conferendi quasi possessio quomodo probetur.*
24 *Possessor malæfidei nullo unquam tempore præscribit.*
25 *Beneficij collatio ut iure consistat quæ necessario requirantur.*
26 *Collator beneficij quomodo cognoscatur idoneus, uel contra.*
27 *Rerum sacrarum expers non potest in illis quicquam statuere.*
28 *Vicarius Antistitis interdicti non potest quicquam eius nomine facere. idem si sit excommunicatus.nu.29.*
30 *Excommunicatus non potest conferre,eligere, nominare, nec præsentare. declara ut nu.31.*
32 *Electionis,collationisue ius, pendente lite super ualiditate excommunicationis,pendet a futuro euentu.*
33 *Collator,& is cui confertur sunt in genere correllatiuorum.*
34 *Collatio ab initio inualida nullam postea uim accipit.*
35 *Episcopus ætate minor an beneficia conferre possit.*
36 *Collationes beneficiorum iuris episcopalis sunt.*
37 *Maiori septēnio competunt ea quæ sunt iurispatronatus.*
38 *Præsentationibus Tutoris & Pupilli concurrentibus,quæ præualent.*
39 *Beneficium obtinenti quæ qualitates adesse, & quæ abesse debeant.& num.56.*
40 *Tonsura clericalis præcedere debet beneficij adeptionem.*
41 *Ordinari quis debet a proprio Antistite.& num.43.*
42 *Tonsura prima quid sit,& eius effectus.& nu.50.*
44 *Ordinatio facta ab alieno episcopo sub proprij Episcopi sigillo,tenet.*
45 *Tonsura cleralis non presumitur nisi probetur.*
46 *Ordines sacri in aliquo non presumuntur nisi probentur.nisi ut nu.47.*
48 *Præsbiter factus presumitur antea clericus fuisse,licet clericatum non probet.*
49 *Tonsura prima testibus probari potest.*
51 *Tonsura prima an sufficiat in adipiscendis primatibus,& prioratibus regularibus.& nu.55.*
52 *Prioratus regulares de iure canonico monacho tacite professo tribui possunt.immo quod requiratur expressa professio.num.53.& quod sufficiat tacita.nu.54.*
57 *Beneficij collatio homicidæ uel similibus delinquentibus facta an ualeat.*
58 *Homicida,licet occultus,non potest celebrare,nec sacra misteria aliqua ministrare.*
59 *Homicida non priuatur ipso iure beneficio,sed eo potitur donec ueniat per sententiam spoliandus.*

ARGVMENTVM.

De varijs modis acquirendi ecclesiastici beneficij, Et de quibusdam alijs,in vniuersum eò relatis, vtpote quænam in eo, qui ad hæc sacrata bona aspirat, inesse debeant,& id genus alia quædam, enarrata quidem ac disceptata per positionem speciei, & exemplorum.

Caput Primum.

1 NOn vnus est modus, vnaq; ratio, viam clerico,† ad hæc sacrata beneficia patefaciendi, quin multa eam in rem traduntur genera, multęque indies occurrunt & rerū & exemplorum species, quibus sacratus quiuis

Source : BIU Cujas

uis homo, ex Canonica causa, ad ista hæc sacrata sanorum ecclesiarumque prædia, tum aspirare potest, tum in diuini iuris possessiones fundosque ingredi, tum vero ingressus, illic dum viuet & consistere & religioso publicoque officio inseruiēs, fœlicem (modo grauiter, pieque, functionem suam exerceat)
2 vitam ducere, modi † autem quibus hæc via candidatis sacerdotiorum & petitoribus multifariā pateat, ij sunt, nempe præsulum ordinariorum collatio, patronorum nominatio, (quā præsentationem appellant) & ea, quæ hanc proxime subsequitur, superiorum Antistitum institutio, vel ordinatio, tum electio, postulatio, & cætera de hoc genere rerum, de quibus sigillatim dicemus, a collatione sumentes exordium, & quæ ad illam pertinent fusius persequentes, sed tamen priusquam illò deueniamus, prima gentis nostræ atque ecclesiæ incunabula hic, quod quidem attinet ad hanc tractationem rei beneficiariæ, referam Igitur sciendum est introductionem, qua be-
3 neficiarij, ius sibi mancipij in beneficijs, siue proprietatem † tituli vindicant nouam sane esse, hoc est, non ita pridem auorū & patrum nostrorū memoria, allatam in ecclesiam. Nam antiquo iure, repetitis quidem ab ultima origine temporibus, res aliter habebat, nec eo modo quo nunc, censebantur ecclesiastica beneficia, si quidē illo tempore quo ecclesia Dei, primùm sese promebat, incipiebatque sementem pulchram, magnamque, in terram bonam spargere, suo tempore fructum
4 amplissimum reddituram, in beneficio † nullus homo, titulū sibi adscribebat, arrogabatque, nullus certe tunc in beneficio sacrato, uel mancipij autoritatem nexumque, vel dominij ius sibi querebat, hæc enim dabantur nemini, nam res ecclesiastica nullo plane modo temporibus illis mancupi efficiebatur, vt pote diuina, quæ nullam in proprietatem cederet, administratio solum simplex, vsus modo, fideique commissum aut depositum atque adeo nuda ministris functionem rerum sacrarum suscipientibus, concedebatur, & quidem ad eam rē inuiti plerumque homines accersebantur compellebanturq; nam munus hoc sacrum idoneo homini & qui illi tungendo par esse posset quantumuis reclamanti, excusationemque prę texenti, demandabatur, uti scilicet Christi ministri boni funge retur officio. Hinc dicit Apostolus, sic de vobis existiment homines ut de Christi ministris, & diuinorum arcanorum dispē
5 satoribus, verum enim vero factum est, ut tempore, † illud primum seculum subsequente, Romana ecclesia, potentatus, dominationes, videlicet ex pia donatione, addictioneque bonorum principum, ducum, imperatorum & aliorum hominum, tum & Pontificios magistratus, tum in metropoli ciuitate, tum in ea quæ metropolis & matrix non est, qualis est vrbs Episcoporum, tum etiā Patriarchatus, Primatus, & id genus cæterorum munerum constituerit stabilieritque, proinde ius cœpit, exigente re, tunc nouum statui, quod tamē ius tempore quoque quantum quidem attinet ad modum tribuendi ea munera mutatum est, variante rerum vsu, nam ex veterū scriptura, primò habemus, solitam fuisse ecclesiarum regendarū prouinciam, communi tum cleri, tum populi cōsensione atq; suffragio tribui c. ordinationes 1. q. 1. ꝙ Concilijs Aurelianē-sibus, tertio & quinto confirmatum constat. Postea procedēte tempore, Romanorum Pontificum cōstitutionibus ca. ex frequentibus. extra de inst. c. cum ex iniuncto, ex. de hære. cap. placuit. 10. q. 1. c. uenerabilis. de reli. domi. & patrum decretis, constitutum est, collegia singula cathedralium ecclesiarum ius haberet deligendi sibi pastorem, c. fi. 16. q. 7. Cætera vero fana omnia & paroecias, illius episcopi Antistitisque, cuius in territorio, atque diœcesi sitæ essent, atque collocatæ ædes illę sacræ, libero de hisce statuendi, atque ordinandi, arbitrio relinqui debere, ità ut quem sacratum ex clero hominem, eps ille, templis hisce præfecerit, & præposuerit, is præfectus ordinatusque iure censeatur, illorum namque omnium tum statuendi ius, episcopos in sua quemque prouincia, ex ipsis Romanorum pontificum decretis, & patrum Concilijs, tum Cabilonensi c. decretum. 10. q. 1. tum Aurelianensi, c. omnes basilicę, & c. nullus, 16. q. 7. habere, hinc fit, ut spiritualia omnia, ecclesiasticæ functiones, diuina negotia, autoritate cuiusque episcopi ea in regione, in qua, is agit, p verū episcopum, tractari, exerceri, obirique debeant, ita ut is autore, duceque, lege, a qua illi tam bene prospectum est ibi, id sit quod se esse plane profitet, hoc est sacrorum præfectus sit magnus, totaldecima q. 1. beneficiorum dator legitimus, c. nullus. 16. q. 7. ecclesiasticæ iurisdictionis conficiendę autor c. dilectus. de off. ord. in 6. c. cum venerabilis, de relig. domi. iurisque sacri dicendi magistratus perpetuus, tum & in ministerio religionis in ipsius diœcesi, illi pareat plebs tota, clerus omnis illi subdatur, totus ipsum inferiorum Antistitum sacer ordo, veluti superiorem in diœcesi dominum, maioreque potestate fulgentem cognoscat. Atque ita abijt hinc, nempe a demandandis instituendisque ecclesiæ ministris populi fauor, & suffragatio, quæ in tali re, iudicio sa-
6 pientum, visa est sæpe fallax, & lubrica, uel teste † Anacharsi Scyta, qui ex septem fuit, athenienſium statum, ob id maxime, breui interiturum prædicente, quod populi imperio ageretur, ò Rempublicā (inquit) breui perituram in qua viri principes consulterent, populus autem & imperita rerum plebecula decernat, cui uidelicet proprium sit, in maximis minime prospicere, & in minimis maxime formidare. Ex quo item Plato
7 † dicebat, nullo modo iustum imperium vel ciuitatem appellandam, in qua populare suffragium, summa quæque Reipublicę munera tractare præsumat. Nec enim de nihilo Charon
8 das † qui leges Athenienſibus condidit, in hunc modum de populo colligebat, qui se populo committit, fortunam, non rationem sequitur, qui fortunæ fauet, periculo & aleæ se dedit, qui in aleā est, ad ruinam & cladem inclinat, sic ille in populo fortunam, in bonis rationem ponebat. De quo uide Plutarchum, & Petrum Crinitum, in li. de hon. discipl. Ad rem redeo, quum igitur, hæc hoc quidem pacto sese habeant, atque hinc facesserit populare iudicium, resque in Episcoporum arbitrium sit collata, non ideo tamen concedendum, ius illud ita firme episcopatui inesse, adeoque radicitus illi inhærere, vt illi auelli nunquam queat, certum est enim, illinc auelli abstrahique sæpe posse, pro qua re, aliquas volo proferre rerum species, easque speciatim excutere, quarum hæc sit prima. Abbas
9 quidem, † vel alius inferioris magistratus sacratus homo, ex præscriptionis causa, ex cursuque temporis, huiusmodi episcoporum iura sibi quæsiuit, nonne præscriptionis beneficio, suo in quæsito bono, tuto potest consistere? & profectò eum ibi tutò posse cōsistere affirmo, ipsumque asseuero, ea in re, optimo iure niti, c. auditis, & c. cum olim, de præscrip. Abba. Pan. c. cum contingat, ext de foro. comp. nihil enim adfertur, uel adferri potest, quod legitime illius præscriptioni possit obluctari, asseuero inquam, eum securum esse, his in sacris dunta xat rebus, quas præscripserit. Cætera verò nihil ad eum attinent, sed tamen certum est eum fana omnia, in quadam certaque parte diœcesis collocata, posse ipsum sibi, quod attinet ad omne ius sacrum, episcopis attributum, ex præscriptione adiungere, Pano. c. Auditis, 4 notabili, ext. de in integ. rest. qua draginta quidem annorum cōtinuata quasi possessione cum
10 titulo, † ꝙ si desit titulus, tanti temporis adsit necesse est possessio, vt initij memoria non extet atque id sane, siue dum talia præscribit, secularis sit minor Antistes, siue religiosus regularisque Præsul, Panor. c. accedentibus. de excess. præla. c. pastoralis. de off. ord. & c. cum contingat. ex. de fo. compet. c. auditis, & c. 4. ext. de præscrip. iuncto c. 1. de præscrip. in 6. nec enim refert quoad ius istius præscriptionis, utri tandem conditioni
11 uitæ præscriptor ille sit addictus, sic & instituendi ius † ab inferiore Antistite iure optimo præscribi posse autor est Panormitanus, siue eam accipiamus institutionē, quæ iure proprio fulcitur, autoritatemque ex se dat, & negotium per seipsam confirmat, citra alterius interuentum personæ, ut quæ a nulla prorsus persona alia dependeat. c. cler. de excess. præl. cap. cum olim ubi Panor. & Ioannes de Imola. seu eam institutionem in medium adducamus, qua, qui utitur, ea is utitur, tanquam uice fungens episcopi. c. cle. 1 de excess præla. Ambæ enim in eandem causam cadunt, multi tamen ab hac absunt sentētia, ualdeque refragantur. Host. & Ioannes Andreas, ca. cum satis ext. de offi. Arch. Quorum hac in re rationes neque miror, neque admodum magni facio, non omittendum item, abrogationem sacri beneficij, seu destitutionem, & submotionem,
12 minori quoque Antistiti, † ex præscriptionis causa acquiri posse, nam institutio & destitutio seu abrogatio, quum in relationum dicantur esse genere, in eandemque rationem incidant, efficitur optimo & peruulgato iure, ut qui ius habet in institutione, ius habeat item in destitutione. c. cum ex iniuncto, in fi. ext. de hæret. c. 1. & 2. de capel. mona. ca. cum & plantare in ecclesijs. ext de priuileg. si quis tamen hìc putat præscripta in-
13 stitutione, † destitutionem præscriptam censeri, ualde fallitur. Nec enim sese res ita habet, idque multas ob causas, tum quia præscriptio, de qua hic fit fermo, facta ad unum ius, ad alia paria, similiaque minime profertur, minimeq, protēditur. Bar. l. 1. §. si quis. ff. de iti. actu que priuato. Bald. l. de quibus. ff. de leg. Hinc fieri videmus, uti qui Præsul aduersus episcopum, uisitā
14 di ius præscripserit, † non ob id procurandi quoque. & res Curionum, clericorum, sacerdotum, curatorum pro episcopali imperio accurandi, præscripsisse existimetur. Fel. post alios d. c. auditis, de præscrip. Tum & alia quoque ratione, quæ sic habet, certi clarique ex vulgata legum præceptione, iuris est, eū, cui speciali peculiarique iure, data est in re sacerdotali, & beneficiorum instituendi potestas, nō propterea, si nihil ei aliud adest, destituendi quoque & abrogandi potestatem habere, Host. quem & cæteri sequuntur d c. cum ex iuncto, Cal c. dilectus. ex de rescrip. Abb. c. ea. quæ, de sta. mona. & c. accepta, de rest. spolia. qua ex ratione, quod volo, hìcque censeo, facile concludi potest, tum & ipsum confirmari, ex multis similibus exemplis, quæ huc adfero, quibus in exemplis, idem decisum extat, nam & qui præcipuo speciali que iure per quandam veluti prerogatiuam irrogationem conferre potest beneficiū,

non

Source : BIU Cujas

15 † non vtique habẽtem beneficium, eo beneficio, priuare põt, Fel.d.c.auditis Rota deci. 11. Inn. necqui, peculari iure beneficium donare poteſt, ſuffragio utique ſuo, & approbatione, permutationi, eiurationique ac reſignationi autoritatem poteſt interponere, Immo.cle.1.de renunt. Abb. d.c.cum ex iuncto. & Nicol. milis, rcpertorio, verbo epiſcopus. §. 2. eſt & quoddam, hanc in rem, Rotæ iudicium, quo, clarè & dilucidè deciſum eſt, cui vicario epiſcopus poteſtatem detulerit, e iurationes, & tabellas reſignatorias tum admittendi, tum eccleſiaſtica autoritate robur ipſis, firmitatemque adijciendi: non ex ea re, cenſeri quoque poteſtatem ipſi dediſſe, quæ permutationis nomine e iurata, ceſſaque & reſignata ſint ſacrata beneficia, ea ipſis tribuendi cõferendique, qui ex ea permutationis cauſa, ipſam ceſſionem eiurationemque mutuò inter ſe facere. Rota deciſi. 43. in anti. Adferuntur & aliæ quoque mul ræ rerum ſpecies, exemplaque, & ea quidem omnia legibus Pontificijs expreſſa, quibus in exemplis, apparet minores Antiſtites, † ius donandi beneficia, poſtpoſito poſtputatoque p-
16 prio epiſcopo ſibi quæſiuiſſe, atque id ius optimo iure ſibi vẽdicare, tribuereque: En adfertur abbas quiſpiam, vel alius quiuis homo ſacratus, in ſimili aut pari conſtitutus dignitatis genere, hoc eſt, Epiſcopo inferior, qui quidem ſacratus homo, obtinuit diploma Pontificium, quo diplomate, ſibi quodam veluti priuilegio indultum tributumque retulit, vti quorundã fanorum conferendi donandique ex plena abſolutaque cauſa, plenoque & abſoluto poteſtatis titulo, ius habeat: nonne cenſendum, hunc ipſum ſacratum hominem, iure quaſi epiſcopali, hac in re pollere, vſque adeò, ut ipſius ſit, quemadmodum & Epiſcoporum, hiſce in eccleſijs, in quibus quoad hoc diplomate Pontifico innititur, tum beneficiarios inſtituere, ordinareque, atque fanis plena collationis via, meroque poteſtatis iure, donare & prẽficere, tum eoſdem ſubmouere, deponereque, vel vt loquimur, deſtituere, id quidem dubium non eſt, patet enim lege deciſum pontificia, ca. paſtoralis. vbi Panor. nu. 9. ext. de priuil. Quod & ipſum itidem eſt dicendũ, in ſpecie, in qua, proponeretur, in Romani Põtificis reſcripto,
17 atque diplomate contineri, huic inferiori † præſuli, ex pontificia beneficentia, has eccleſias ſubdi, atque vtroque iure ſubijci, tunc enim antiſtes ille, cui huiuſmodi a Romano pontifice irrogatum eſt priuilegium, & inſtitutionis beneficiariorum collationiſve, & eorundẽ abrogationis, ſubmotioniſq;, his in eccleſijs, iure pleno potietur. Panorm. c. quoniam. ex. de priui. Addatur & alia ſpecies, quæ in ſodalitijs collegijs, ſeſe promit, profertque, quibus in collegijs, uel primarijs ciuitatũ
18 eccleſijs, atque cathedralibus, † perſpicuum eſt, collationem ex communis & regularis iuris conſtitutione, dignitatum, honorum, & præbendarum, non ſolius eſſe beneficij, muneriſq; epiſcoporum, quin partim ad ipſos ſodales, partim ad epiſcopum ea ſpectat, communivè eorum omnium conſenſu, res agi debet, illæuè dignitates & præbendæ donari, c. cum eccleſia, ext. de elect. ubi Panor. c. fi. 12. q. 1. niſi in cathedrali eccleſia, vel ſodalitio, inoleuiſſet conſuetudo, huiuſmodi collationes omnes, vel ſolius eſſe canonici collegij, capitulique, vel è diuerſo, ſolius epiſcopi, ibi enim haud dubium eſſet, ad eum ſolum, ipſas ſpectare, cui ex conſuetudine, a qua, haud quaquã eſt recedendum, tribuerentur, ca. ea noſcitur, de his quæ fiũt a præl. d.c.cum eccleſia. cum & iure peculiari, ſpecialique, effici accidereque poſſit, vt ipſæ quoque dignitates, & præbẽdæ, ad alium quemuis atiſtitem tertium pertineant. c. fin. ext. de inſti. Cuius materiæ copioſæ quidem & in vſu hominum frequentis clarum vt ius reddatur, non omittam admonere in collationibus huiuſce generis beneficiorum, ſatis eſſe ad firmandã corroborandamque conferentis autoritatẽ, facultatemque,
19 formam quandam atque ſpeciem poſſidendi, † collatorem ipſum in eo collationis iure habere, eſſeque in quaſi poſſeſſione id faciendi, hoc eſt conferẽdi, tametſi eiuſce rei proprietas ab eo abſit, deſtituaturque is collator perfecto id agendi titulo. c. cum olim, de cauſa poſſe. & proprie. Quemadmodũ & in re ſimili quotidiano vſitatoque iure videmus obſeruari, vt quum de electione, c. quærelam. de elect. patronorumq;
20 nominatione, aut præſentatione, incidit quæſtio, † non ætiq; quæritur, habuerint ne ipſi id faciendi proprietatem, vel ius tituli, ſed id demum appenditur, ſint ne ipſi in ipſa quaſi poſſeſſione ferendorum pro electione ſuffragiorum, nominationiſque pro præſentatione concinnandæ, dictandæque, c. conſultationibus. ext. de iu. patr. & c. literis. illo tit. Ratio autẽ ho-
21 rum eſt, quia collationes † eiuſmodi in fructu eſſe cenſentur. c. cum olim. de maior. & obed. quamobrem non mirum, ſi penes poſſeſſorem ſint, nec ſequantur proprietatis dominũ, l. bonę. de acq. rer. domin. Ad quem, veluti ad eum, qui abeſt, quique re ipſa eis non potitur, nullo modo poſſunt reſpicere hinc fit, uti id quoque, quod de huiuſmodi quaſi poſſeſſione huiuſmodi collationum hic dicitur, ita demum ſit uerum,
22 † dum hæ ad effectum fuerint perductæ, alioquin ipſæ hinc faceſſant, earum enim nulla habetur ratio Immo. ca. 2. de reſtit. in integ. Panor. d. cap. cum olim. Calde. conſi. 112. incipit quæ requirantur. tit. de iu. patr. ſatis eſt tamen, abundeque, ad quærendam huiuſcemodi conferendi quaſi poſſeſſionem, vnicã
23 collationem † interceſſiſſe, non quidem eam inanem futilẽq; aut vanam, ſed quam cum vi atque efficacia ad rem conferri contigerit. l. pen. §. quæſitum. ff. de aqua quot. gl. c. cum eccleſia, ex. de cauſa poſſ. & propri. Cald. d. conſi. 112. tit. de iu. patr. inci. quæ. requiruntur. Quæ omnia ego intelligo, in eo collato-
24 re † procedere, qui bona fide, hanc quaſi conferendi poteſtatem ſibi adſciuit, quod ſi mala fide in hanc poſſeſſionem irrepſerit, nihil iuris ex ea poſſeſſione poſſeſſorem illum ſibi quæſiuiſſe exiſtimandum eſt, quæ omnia doctores noſtri, alibi latius proſequuntur. Phi. Dec. conſi. 129. inci. diuino igitur. & conſi. 134. inci. uiſo puncto. Card. Flor. conſi. 69. incipit uacante quadam. Calde. tit. de iur. patro. conſi. 112. Verùm enim cum iam ſupra ſit ſatis demonſtratum, quænam gradus ſacrati, ſacerdotijque eccleſiaſtici, perſona, iure ordinario, ſcriptoque, & legitimo, in propria atque primaria beneficiorũ collatione innitatur, nunc admoneor, vti explicem, quæ neceſſariò requirantur, ad hoc, vti huiuſcemodi ſacerdotiorum fa-
25 cta collatio, † poſſit iure conſiſtere, efficacitatemque habere: pro quo decidendo, id in primis eſt colligendum, tria eam ad rem requiri ſummopere, atque adeò uſque, vt ſi quid horum abfuerit, dubium non eſt, quod factum ſit, non tenere, collationemque huiuſce vacantis beneficij, in irritum caſuram, ergo primò requiritur, vti qui contulit, erogauitque, ad hoc faciendum iure optimo ſit ſuffultus, collatorque habeatur erogati beneficij idoneus, atque legitimus. Tum ſecundò, vt cui erogatum eſt, donatumque ſacerdotium, illud itidem poſſit, per leges accipere, inireque atque poſſidere: nam quem ius illinc excludit, hunc collator quiuis nequit eò intromittere. Poſtremò neceſſe eſt, de collatione facta ſic cõſtare, vti ea in re, legibus eſt prouiſum. Non abs re, nunc facturum exiſtimo, ſi hæc ipſa tria plenius, particulatimque hic excuſſero: igitur primùm, in rem deducamus, q̃ dictum eſt, iſtũ beneficij erogatorem, in hac ipſa erogatione, oportere iure bono, atque
26 vſitato præſultum eſſe, collatoremque † haberi idoneum. hic nunc commodè quærendum, quid eum, vel hanc in rem idoneum faciat, vel e contrario minus idoneum eum conſtituat, Equidem idoneus is efficitur, ſi quo beneficium confert erogatque tempore, ab Eccleſiæ conſortio vlla ex cauſa minime ſit alienatus, ſacriſque interdictus, nam ſi quidem tunc ab eccleſia alienarit, ſubmouerit, depulerit, ſacriſque interdixerit, is eam rem quæ ad ſacra pertinet, haud quaquam põt agere, c. paſtoralis. §. verum. ext. de app. ca. excommunicatos, & c. cũ
27 excommunicatio. 11. q. 3. qui enim rerum † ſacrarũ rerumq; eccleſiæ expers eſt, in reb. ſacris, rebuſque eccleſiæ nullo mõ poteſt quicquam. c. cum inter. ext. de cler. excom. ſtatuere, nã cùm per abdicationem & anathema, rerum ſacrarum ſpiritualiumque autoritate exuatur, ſequitur item, vti exuta autoritate, poteſtateque, nihil omnino vi illius autoritatis poſſit moliri, nihil plane conſtituere, nihil auſpicatò agere nec aliquid hac in re refert, fecerit ne id ipſum, per ſe an per vicariũ, vtrocumque enim modo, peſſum it facta collatio, c. 1. de off. vica. in 6. gl. & doct. c. fi. de procu. quia liquet interdicti Antiſti-
28 tis † vicarium, in hiſce conſignandis collationibus, & id genus alijs, Eccleſiaſticis muneribus, nihil prorſus nomine cauſave Antiſtitis interdicti, poſſe efficere, cum enim is poteſtatem ſuam ad Antiſtite plane referat, ab ipſoque plane dependeat, vna ambo, quod attinet ad in Eccleſiaſtici negotij, eademque perſona, quodammodo eſſe, can. ext. de cõſuet. cenſentur, eò fit vt tantiſper dum Antiſtes in ea proſcriptione excommunicationis Pontificiæ permanet, ipſius vicarij interpellata, in-
29 terruptaque, & intermiſſa, † ſit facultas, gl. ul. cle. fi. de procur. Panor. c. quoniam, de off. deleg. quicquam rebus in ſacris huiuſce Antiſtitis nomine conficiendi. Nec refert item ſuamne is ordinarius Antiſtes eccleſiaſticam excommunicationis proſcriptionem nouerit, an eam nec ſciuerit, nec audierit quidẽ, vtraque enim in cauſa, irrita fit, quæ ab eo tunc emanauit collatio. gl. c. pen. de cler. exco. miniſt. Panor. & alij dic. c. paſtoralis. §. verum adijciendum etiam quod hic de collatione dicitur id ipſum in electione locum habere, vt ſicuti, qui ab Eccle-
30 ſia eſt proſcriptus, † dare non poteſt beneficium: ita nec in beneficij electione, c. uno ne. ſede uacan. c. poſtulaſti. de cler. exc. ſuffragium ferre, nec ſi patronus beneficiorum eſt, nominationis, vel præſentationis prærogatiua vti, Panor. c. nobis. de iur. patr. Quæ tamen omnia vera ſunt, niſi proſcriptio illa Ec-
31 cleſiaſtica, † nulla eſſet, omniq; iure inanis plane & caſſa, idq; iſum ſcilicet, eam nullam & inanem eſſe liqueret, eo tempore quo conſignaretur, dictareturque ſacerdotij collatio, Immo. & Ioannes Andreas, c. dilectis. in fi. de appel. Panor. ca. ita quorundam. de iud. Quod ſi tunc temporis res eſſet ambigui iuris, nec planum foret, teneret ne proſcriptio an funditus caſ
32 ſat nullaque eſſet, certe tum dicendum, ius electionis, † collationisvè, in ipſo dubio tempore, a futuro euentu exituque

plane

Source : BIU Cujas

plane pendere, vt si quidem tenuerit proscriptio, irrita tum quoque fiat electio, tum collatio, tum quæ facta sunt hac proscriptione durante ecclesiastica negotia, sin iudicatum sit proscriptionem illam cassam nullamque fuisse, sit item iudicandū electionem collationemque eo factas tpe firmo iure posse consistere. Henri. bo hic, ca. de dilectis, ex. de appella. Hic addo, non inconcinne, nec extra rem, quod de collatore interdicto, enarratum est, id ipsum quoque, in eo proferendum, ponendumque, cui, dum is a sacris abdicatus esset, collatum, erogatumque est sacerdotium, ut scilicet ea ipsa ratione, qua in superiore specie, non tenuit collatio, hic etiam planè ad nihilum ipsa recidat. c. postulasti. de cler. excom. ministr. late. Io. de immo la. c. post electionem. de conce. præb. nam qui confert,
33 † & cui confertur, in relatiuorum sunt genere, sub eademque ratione cadunt, & in hac relatiuorum classe, vulgatum est, vt quod in vno horū dicitur, dicatur ēt in altero, proinde quod in collatore ab ecclesia proscripto, in causa collationis statuitur, id ipsum in beneficiario beneficij collati tempore, ab ecclesia. etiam proscripto, statuendum est, c. cum dilectus, de cō suetu c. decernimus, ext. de iudi. vel ea maxime etiam de causa, quod per eādem regulam eorum scilicet relatiuorum, quæ sub vnam rationem cadunt, certum est iura spiritualia, sacrataque, sicuti a conferente interdicto abeunt, ita ipsa quoque, a clerico collationem accipiente, qui per excommunicationem ab Ecclesia sit abdicatus, abscedere. Quod quidem vsq; adeo est verum, vt etiam si facta interdictionis tempore collatione, interdictus ille postmodùm ab ea Pontificiæ execrationis nota absoluatur, non tñ putandum est, collationem illam, posse vires roburque resumere. Archid. ca. nullus. 63. dist. Ancha. d. c. pastoralis. quin certò censendum, omni iure quatefactam plane collabi, in suaque ruina, & conscissura semper manere, eoque magis, quod planum sit (vti tradunt Pontificij iu-
34 ris enarratores.) quæ initio in hoc collationū † publicarumq; autoritatum genere, non valuere, haud quaquam postea robur, autoritatem, vel vim aliquam posse accipere: id ipsum quoque, ad electionem, vt in superiore iuris positione, trāsdu co, quia hæc duo sese habent ad eundem modum, ita vt qui interdictus, ad sacerdotium per electionem accitus est, electio ne sua, interdictionis & excommunicationis facta tempore, nihil quicquam proficiat, propterea quod ob interdictionem execrationemque Pontificiam, ei vlla in re sacra, suffragari ne queat electionis suffragium, tanta sane est huiusce execrationis & proscriptionis Pontificiæ vis atque potentia. c. constitutis, & ibi gl. ext. de appel. Existit & alia quædam hac in materia dubitatio, de qua vidi aliquando hæsitari, hæc autem est. An videlicet quum ætate minor, aliquis Pontificij rescripti
35 gratia effectus est episcopus, † possit itidem is, Episcopali iure erogare conferreque sacerdotia, quæ ipsi episcopatui beneficiaria esse censentur, & certe hæc quæstio ex clara Bonifacij pontificis constitutione videtur mihi dilucide diffiniri posse, Ait enim pontifex ille, sua in constitutione, eum, cui administratio pontificalis cathedralisve ecclesiæ plena quidem ipsa, tum in sacris tum prophanis in rebus, mera & libera, ex Codicillis ab Apostolica sede emanantibus, demandata est, posse omnia quæ ad iurisdictionem Pontificalem pertinent per se ipsum obire, exercereque. c. is cui procuratorio. de elec.
36 in 6. atqui perspicuum est, collationes † erogationesque sacerdotiorum iurisdictionis esse episcopalis cap. transmissa, ext. de elect. Igitur, quid obstare potest, quominus id quoque muneris conferendorum beneficiorum ipse obeat, cum has collationes ad iurisdictionis causam pertinere statutum sit: cū maxime regula etiam iuris habeat, maiorē alioqui septemni ætate & eundem iusta ætate minorem sacerdotijs nihilo secus vacantibus posse quidem prospicere, & prouidere, ipsaque, cui idoneo homini visum fuerit, liberaliter erogare, & quod hac in re is fecerit, firmum statumque legitime effici, gl. c. ex eod. de elect. in 6. si modo beneficia illa alicui præsulatui Antistitioque non insint, qui præsulatus vel Antistitium, maiorem ex natura sua ætatem diffinitò desideret, tunc enim peculiari naturæ præsulatus & Antistitij illius, obtemperandum esset. c. cum in cunctis in pēn. & §. inferiora, de elect. Alias ubi scilicet ex norma regulaque beneficij, certa ætas præscripta non
37 est, videmus maiorem † septem annorum, faciendæ nominationi præsentationique, quæ patronis beneficiarijs competit, aptum idoneumque & accommodum esse, atque posse sacerdotijs, virtute & vi illius muneris, (quod dī ius patronatus) ad eum delatis obuenientibusque, quos vult, ex clero sacro, homines præponere, quod tñ ei non liceret, si infra eam septem annorum ætatē positus esset, ex quo (vt id obiter attingamus) definitur alia notanda quæstio, qua quæritur, ex duobus can-
38 didatis beneficiarijs, † quorum alterum, tutor superiori Antistiti, ad sacerdotium obtinendum vi patronatus nominarit, alterum verò, eidē Antistiti, pupillus ipse, isque patronus, sub illius tñ tutoris potestate adhuc viuens, ordinandum instituēdumque, & præficiendum eidem sacerdotio obtulerit, vter horum sit præferendus, & deciditur per prædicta, hunc præferri, quem pupillus designarit, nominaritque, eò quod & patronus ipse pupillus est, illiusque iuris dominus, & per ætatem (excessit enim septem annos) id ipsum iure legeque potest cō mode facere. Alterum nunc excutiendum est quæstionis caput, quo, quæsitum fuit, quænam inesse debeant in eo, & quæ-
39 nam item abesse, cui tribuitur sacrum beneficium, † & in primis ponendum, prophanos homines laicosque sacris rebus obeundis, spiritu ali iuri capessendo, faciendæ rei diuinæ, nullo mō idoneos commodosque censeri, c. decernimus, ext. de iudi. c. causam quæ. de præscrip. iō a sacerdotio prorsus excludendos, vnde fit, vt qui ad hæc beneficia secularia quidē aspirat, persona primò, simpliciter tonsa simplicique tonsu pontificali auctoritate sacrata esse debeat, initiatoque vertice typo clericali insignita, quod ni sit, & sacerdotium nec obtinere potest, nec si post obtentum, sibique donatum sacerdotium, tonsu sacro delebetur, clericusque fiat, ad illud tñ retinendum. c. ex literis, ext. de transact. c. cum adeo. ext. de rescri. quit esse ca-
40 pax, utpote quum superueniens simplex tonsura † nihil quicquam, quoad retentionem obtenti iam beneficij proficiat: nā id verticale insigne, clericalisque tessera, præire debet, qua susceptā verticali tesseræ, is adscribitur, secularj, quidem ineūdo beneficio accommodatus, Atque simplicibus obeundisque & retinendis secularibus quidem fanis & beneficijs aptus efficitur, Panor. d. c. ex literis. Nam de beneficijs regularibusque & religiosis quæ hominibus monachatum religiosamque viuendi præscriptionem professis, attribuūtur, dicemus postea, interim, hoc in loco, commode tempestiueque repetenda sunt, quæ Cōcilijs Nicæno c. si quis ausus. 71. dist. Anthiocheno. c. nullum episcopum. 9. q. 2. & Sardinensi. c. 1. 71. dist. super clericorum ordinatione sanxere Patres, de quibus Conciliis li. 2. de re pontificali late vtique dictū: est sanxere autem, ne alienus eps, † clericos & ministros alienos, ordinaret, promoueretque, sed vnusquisq; pontifex sua in prouincia gregem suū
41 ordinaret, adscriberetque, sacratæ sorti hominum, in ouiariā suam, veluti in messem propriam falcem immittens, quæ Cōcilia, quò ad hanc rem, insequentium Romanorum pontificum constitutionibus, fuere confirmata. c. cum nullus, de rēpo ord. in 6. Extat tñ (ut id ēt in transcursu annotetur) doctorum nostrorum elegans quædam & consulta decisio, qua decisione, decretum est, eum qui a non suo episcopo hac sacra minore infula, & tonsione clericalique insigni donatus est, quantumuis id factum, nulla obtenta ab episcopo proprio id faciendi permissione, atque uenia, nullisque ad id impetratis codicillis episcopalibus, (qui dimissorij dicuntur) nihilo secius clericum verum factum esse, posseque legitime hoc verticis sancti præsidio rebus in omnibus vti, Guido pp decisio. 449.
42 propterea quod sacra hæc tonsura † ordo quidam sacer est, c. cum contingat. ext. de ætat. & qualit. characterque & sacrata nota, quæ nota ordoque vel character, dum semel imprimit, delibaturque, sacris certe diuinisque in rebus deleri expungique uel deformari haud quaquam potest, eoq; minus, cp nulla lege, nulla iuris promulgatione statuitur, homines, hoc mō nempe tonsu simplici, sacro ordini addictos, clericalique insignitos nota, clericos vere non effici, pontificiæque iurisdictionis præsidio, ex cā uerticis initiati sacratæque tonsuræ, non sufficiri, nec esse cp pro contraria parte citentur antedicta iura
43 & concilia ordinationem † ab alieno episcopo sumi vetantia, & eam suo præcipuo pastori attribuentia, illa enim iura & cōcilia, loquuntur in clericis, personisque iam sacratæ sorti ex clericali nota addictis & ad alios sacratos ordines promouendis, quæ quidem personæ ad hanc nostram speciem referri nequeunt, in qua, de prophanis hominibus incidit sermo, qui nō dum scilicet ordini clericorum nomen dederunt, nec sumpserunt pontificiæ iurisdictionis ex vertice delibato elogium, ad quos homines concilia & iura, Pontificumque Romanorū statuta respicere nequeunt, dum de clericis a nullo alio Antistite, quàm ab episcopo suo ordinandis loquuntur, isti enim non quidem clerici, sed laici meri prophanique sunt, qui simul ac hoc sacræ tonsuræ insigni, a quouis episcopo sunt donati, in sui rursus prioris peculiarisque & proprij episcopi forum iurisdictionemque transeunt, ac redeunt, ex quo fit, vt eo proprio suo prioreque episcopo autore duceque & auspice ad cæteros omnes ordinis sacrati gradus ascendere promouerique debeant, in eaque specie loqui supradicta tum iura, tum concilia, ordinationem Clericorum, ab alieno epo prohibentia: hæc est nostrorum doctorum concinna sane, illustrisque decisio. Guid. pp d decisi. 449. ad cuius decisionis præscriptum certe aliquando iudicium ferri vidi, modo Antistes ille, qui clericum tonsura prima insigniuit, notus in prouincia existat, ea tamen sententia non satis Anthiocheno. d. c. nullū. 9. q. 2. & reliquis conciliis conuenire videtur. Adferri quidem pōt hac in specie exemplum, quo in exemplo res dubitationē
44 non haberet, ut pote si alienus ille eps, † alienum hominem sub sigillo epi, cui epo, homo ille vere naturaliterq; addictus

est,

Source : BIU Cujas

est,autoritate,nota,& nomine,clericali sacro autoraret,ordinaretque,nam sigillum illud literis clericalibus impressum appictumque efficit,uti episcopus,cuius est sigillum,eam in rem consensisse censeatur.Clarum est enim, & manifestum, illius voluntatem,quam sigilli impressio exprimit, schedæ dimissoriævim,vel etiam vicem,quodammodo obtinere. Adducitur hic quiddam aliud non contemnendum, nēpe clericale hoc
45 insigne,primumque tonsi verticis sacrum, † nullo iuris nulloque facti præsumpto anticipatoq; iudicio, vlli vnquam homini inesse existimari nisi ea de re plane constet. Imò.c.super his.ext.de accus.Ratio si quæratur hæc est, nam quæ extrinsecus contingunt homini,qualitatemque extrinsecus obtingentem adferunt,non item eam,quæ naturaliter, atque primitus insit homini,ex qua quidem qualitate,is homo qui eam induit ad rem aliquam gerendam accommodatur,idoneusque efficitur,illa haud dubie in nullo vnquam adesse viro existimantur,nisi illa adesse,clara apertaque probatione, vel manifesto iudicio constet.c.fi.ext.de præsumpt.Ex quo fit etiam,vti reli-
46 qui quoque sacrati ordines, † nulli quantumuis præsbytero, adesse putentur, nisi de illis sigillatim particulatimque pateat, ita vt qui sacerdos est,non ob id,eum Diaconum iure putaris,nec alium vllum inferioris ordinis gradum cōsequutum, ni ea omnia se fuisse singulatim consequutum is clare ostenderit,nec item si ab alieno,& non suo epō,ea sit ille cōsequutus,vel donatus supremo sacerdotali sacro. Tum eum, cum bona episcopi sui venia, & dimissorij libelli præsidio, ea oīa fuisse consequutum,iure vnquam,nisi id plane appareat, mihi dixeris Inn.c.innotuit.ext.de eo qui ord.furtiue suscip.præterquam in specie,quā hic subdo. Vt pote,si ad sacra promo-
47 tus † ille,tam bene apud omnes audiret, tantaque esset nominis & famæ existimatione, vti graue aliquid perperamque factum de eo cogitare,temerarium sit,tunc enim etiā si de permissione illa epi proprij & primigenij,schedaque dimissoria, haud constaret, nihilosecius, acceptis tum ab alieno epō sacris,etiam id factum fuisse,de permissu epi proprij arbitrandū esset,neque non pro præsbytero viro nobis habendum eum, qui tam bonus vir a probato antistite sit ordinatus, & quidē antistite non suo, modò in ea sacerdotalis sacri occupatione ac quadam veluti possessione,longo tpe constiterit. Imo. & Host.d.c.innotuit.Fel.d. cap. super his. Quemadmodum in re quoque simili,adfertur quædam exempli species,in qua exem
48 pli specie,deciditur, eum qui præsbyter sit factus, † clericum eum ante ea fuisse,licet ea de re,nullis literis, nullaque clara probatione liqueat,opinandum esse pro certoque habendum, videlicet,cum ille Pontifex,uel epūs,qui eundem ad summum sacrum euexit, effecitque sacerdotem, adeo est opera laudata homo,adeo circumspecto iudicio, vt eum quicquam hac in re temere feciisse non sit putandum: non certe conijciendū, suspicandumque,hominem vllum sacris hisce summis infulis exornasse,nisi prius ei, de prima tonsionis infula, primoque clericali sacro,quo donatus esset homo ille,plane constitisset. Itaque,hæc bona Antistitis existimatio,hæc bona nominis fama efficit,uti primum tonsuræ sacrum, ordinationem summam vere antecessisse,eaque de re apparuisse sit autumandū, iudicandumque. Cætero qui in omni alia exēplorum specie, probandum id esset,ac clare demonstrandum,non præpropere præpostereque hoc est, non accepto clericali sacro, alijsq; deinceps consequentibus, ad hunc summum sacerdotalem gradum ascensum esse.Probatio autem quæ iure Ciuili,hanc in rem adferebatur,erat huiusmodi,vt qui autoritatem huiusce primi clericalis sacri,pro re sua,in medium proferret,eam scripto probaret, cui scripto fides haberi posset, extra quam, per scripturam,probationem aliam præterea iure illo nullam adferri posse,opinati sunt doctores. Cum tñ satis sit certum, ac pro indubitato habendum, vt pote clara decisione confir-
49 matum,tonsuræ † sacræ præsidium atque insigne,testibus,iure Pontificio probari posse: Quin & argumentum fidem, & iudiciorum signorumque demonstrationem, non esse hinc explodendam,reijciendamque,sed in hanc clericalis iuris clericalisque sortis probationem,prorsus admittendam,vti leges ipsæ sacræ & scita Pontificum testantur.Hæc quidem,quæ su-
50 prà diximus omnia,haud dubie intelliguntur, † censenturque locum habere,in hisce secularibus,ac ecclesiasticis beneficijs, quorum ea est natura,vti ad ipsa obtinenda,possidendaque satis sit clericali typo,primaque & simplici sacra tonsura hominem quemuis insignitum esse, ut qui per id solum insigne, idoneus accommodatusque, ad talium sacerdotiorum adeptionem efficiatur.Verumenim uerò arduum est longe magis,atque difficile. Quid in sacris primatibus uel prioratibus,
51 † qui regulares appellantur censendum sit, nempe, vtrum in hisce adipiscendis,satis sit monacho, solo primæ tonsuræ sacro donatum esse,an eum oporteat,sacræ illi tonsuræ,& clericali tesseræ,professionem quoque monachalē nominatim, conceptisque verbis, vti fit,adiunxisse,solennique, & vsitato more,religionis voto,sese in omne tps addixisse. quæ monachatus professio,conceptis verbis,de more expressa, eum ad assequendum id genus sacerdotiorum,quę vel ea maxime de cā,regularia dicuntur,idoneum constituat: Et quidem,in hoc expediendo qōnis capite, sat habui,qōnem omnem,trina terum partitione,membratim cęsimque explicare,quæ partitio sic habet.Aut proponitur factam esse, & concinnatam collationem regularis sacerdotij,& tunc sine dubio,respondendū est,eam,si monacho tacite quidem monachatum religionisq; uotum professo,facta sit,plane consistere,& iuris veteris pontificij autoritate firmari,quo iure veteri pontificio, regulares
52 prioratus,† monacho tacite.c.2.ubi Panor.ext.de testà.obstricto professionis uoto,legitime possunt tribui d.cap.2.ubi late Panor.Nam sese ille quidem concepto,expressoque professionis voto tum nominatim,censetur obstringere,dum aliquod huiusce generis sacerdotium recipit,quippe quia, dum prioratus regularis,præfecturam functionemue suscipit,actum cōcinnat,concelebratque,qui solam monachatus perpetui professionem condecet,& vulgatum est, vsitatiq; iuris, cum quis quid piam agit,quod ad solam uitæ professionem,cui addubitatur,an se in perpetuum alligarit, ex ipso facto, actuque,qui ad hanc solam professionem expectet,sese ipsum plane prodere,aperteque & vere declarare,se talem esse, de quo antea nō nihil ambigebatur,c.vidua.ext. de reg. Aut proponitur quidē iure nouo,hoc est,ex quo Bonifacius sua scita sanxit,promul
53 gauitque,facti species,qua monachus † quiuis, ad præfecturā regularem prioratus,aut beneficij alius regularis,gerendam, per electionis adsciscitur suffragium, & ea in specie,oportet sane hunc electum,monachatum,uotumque illius religionis, perpetuum expressisque & conceptis verbis professum esse, alioquin nullam esse,quæ de eo facta est,electionis prærogatiuam,c.nullus,de elect.in 6. suffragationumque omnia beneficia in irritum,(quod ad electionem pertinet) ipso iure prolapsum iri. Quę tamen Bonifacij sanctio,ita temperatur,vt cū de sola electione verba faciat,& pænarij sit iuris,ad beneficiorum ordinationem,quæ fit uia collationis, non protendatur, sed nec ad eam quidem, quæ via postulationis consignatur: nam in postulatione palam est ex frequētiore meliorum Do-
54 ctorum calculo tacitam monachatus professionem, † sat habere,ad hoc,vti ipsa postulatio,iure optimo consistat, autoritatemque firmam habeat.Gemin.& Phi.Franc.d.cap. nullus. Panor.d.c.2.Porrò ut id obiter dicatur, Doctores nostri alibi multis in locis tradunt,promuntque, a quonam tādem sacrato Antistite,hæc postulatio, de qua nūc obiter incidit sermo, fieri celebrarique debeat.Gem.d.c.nullus,Ioānes de Selua.de benefi.decis.51.in 3.par. Porrò id quæstionis caput q attinet ad monasticos primatus,causamque prioratuum,Vienensi in Concilio diffinitionem accepit in hanc sententiam, vt nec huiusmodi quidem primatus prioratusque nisi monachis expresse professis demandentur, ex ullo collationis capite. cle. ne in agro.§.sane,de stat.mona.Clericus ergò tesseram habens ver
55 ticis initiati sacratæque tonsuræ,† & monachus ex aperto solennique professionis voto religione alligatus, videtur vterque,ad consequenda sui ordinis, suique generis beneficia,per belle redditus idoneus, modò nihil occurrat aliud quod intentioni officiat, quippe desiderantur alia, priusquam alteruter horum implicandus sit vllo ordinis sui sacerdotio, quæ mihi sunt quoque sigillatim hic explicanda omnia,
56 oportet ergo candidatum beneficiotum, † antequam beneficiorum administrationem consequatur, his uirtutibus imbutum esse, quas virtutes, in talibus requirit postulatque Aquisgranense concilium habitum Ludouici duodecimi Imperatoris tempore,quæ virtutes, a capite illius Concilij decimo tertio,ad centesimum vsque, & quadragesimum quartū, recēsentur omnes,optimeque appenduntur,excutiunturque, nam isthæc quæ ibi ponuntur,honestæ vitæ ornamēta,in primis hisce uiris, ad sacra beneficia aspirantibus, inesse debent. Quid enim si homicida,parricida, sicarius beneficium sibi dari postulet, impetretque, valebitne quæ talibus viris facta est
57 beneficij erogatio † atque collatio? haud quaquam sane,quin corruet plane,cadetque in irritum ipsa collatio vt pote,quam nulla firmet iuris autoritas, nulloque possit ipsa iure consiste
58 re,nam ut cætera hac in re omittantur,certe homicida † quātumuis suo occultus sit in scelere,quantūuis culpam abdat recondatque,ad altaria tamen functione sacri ministerij & ecclesiastici muneris neutiquam potest se sistere,c.fi.ext.de tēp. ord.neque facere rem diuinam, neque sacro ulli vt sacerdos vtque minister seruusque dei operari,neque libationum, litationumq; religioso inseruire officio, c.inquisitionis.ideſt ext. de accusa.nec id quidem abolito expiatoque)per actam pœnitentiam maleficio,etenim dixit dominus ad homicidam(quē tamen homicidam facti antea sui pigebat, non edificabis mihi ædem, domumue mihi construes, qui sanguinem fudisti, qui hominum percussorem,sanguinariumque te præstitisti,c. si quis.1.q.7.atque in hanc sententiam iure optimo descendūt doctores nostri,latius recensent per Aufre.dic,addi.deci.207.

Et

Source : BIU Cujas

Et tamẽ hac in causa, proponi potest facti species omnis, qua
59 in specie, homicida † ipso iure non priuatur suo beneficio, sed eo potitur, in eoque consistit donec eo per sententiam iudicis spolietur. pone tu mihi, ex clero quemuis alioqui idoneum, sacratoꝛ donatum beneficio, & in sacrata beneficij possessione. canonice consistentem, eundem postea cædem perpetrasse, idque etiam consultò, deditaque opera ac ex præparato: si tu tum ambigis, explodendus ne sit ille, ob patratam per dispositas insidias cædem antea possesso sacerdotio, eoq; antea legitimè obtento, an in eo retinendus? sic habeto: eum illinc eam ob homicidij causam per vacationem extrudendum quidem, neque tamen ante sententiam, nec ipso iure explosum, c. ex literis. de excessi. præla. atque ita censuit frequentissimo calculo doctorum hominum corona. collect. c. inquisitionis. ext. de accusa. decisi. cape. tho. deci. 207.

ARGVMENTVM.

De legitima sacrarum personarum ætate.
Nempè qua quisque ætate sacro ordini suo, tum sacerdotali, tum alij inferiori cuiuis, secundum muneris susceptι functionem addici possit, vel debeat, & si non addicitur, quid ex eo luat, perdatue.

Huiusce capitis indicem, & summam, vti res quæque sigillatim incidit, dignaque est notatu ac memoratu commoda, non licuit, vti designatam, per occupationes hìc prætermittere, quæ fortassis omissio alicubi item in nonnullis thematũ capitibus, ob temporis angustiam, qua eram tum circunuentus facta est, quare (Lector) quoties in id huiuscemodi incides (vt semel dicam) excusa negotiorum molem, exclusionemque temporis, & omnia crede, tempore, plena manu, tibi depensum iri: nunc ad rem.

SVMMARIVM.

1 *Sacris quibuslibet initiandus & promouendus cuius ætatis esse debeat. & num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
2 *Beneficio si quis debito tempore se adscribi non iurauerit qualiter mulctetur.*
10 *Aetas qualis sufficiat ad minimos sacrorum gradus adipiscendos.*
11 *Virgines qua ætate moniales effici possint, ex concilijs. Quid ex canon. pontifi. nu. 12.*
13 *Episcopatui promouendus cuius ætatis esse debeat.*
14 *Mulieres sodalitiæ religiosæ cuius ætatis esse debeant.*
15 *Priorissa claustralis cuius ætatis esse possit.*
16 *Abbas cœnobiarcha, & monachorum præfectus magnus in qua ætate constitui possit.*
17 *Priores cuius ætatis esse debeant, distinguitur.*
18 *Curam animarum non potest quis exercere, nisi sit præsbiter.*
19 *Prioratum monasticum & regularem exercere non potest qui non est in illo ordine expresse professus.*
20 *Prioratum secularem septenni demandari posse.*
21 *Canonici cuius ætatis esse debeant.*
22 *Regere quiseipsum per ætatem nequit absurdum est ad sacerdotium uel canonicatum admitti.*
23 *Maior septennio potest habere canonicatum, præbendam, & distributiones quotidianas.*
24 *Canonicatui non inest naturaliter necessarioue ius suffragiorum.*
25 *Aetas uigintiquinque annorum requiritur in quacunque adipiscenda ecclesiastica dignitate.*
26 *Beneficium obtinens cui sacer ordo sit annexus, ætatem ab illo ordine requisitam habere debet.*
27 *Episcopis an & quando licent super ætate dispensare, etiam ad obtinendũ beneficia curata. & nu. 28. 29. 30. 31.*
32 *Gratia episcopi contra legem facta sine causa, uel est nulla, vel venit rescindenda. secus in gratia Papæ. 33.*
34 *Beneficium obtinens cui sit annexus ordo, si se non fecerit ad ordinem promoueri in tempore a iure statuto, quomodo cum eo sit agendum. Quid in hoc decreuerint concilia Lateranense, & Carthaginense. nu. 35. Quid concilium Lugdunense. nu. 36.*
37 *Ecclesia collegiata dignior est parochiali.*
38 *Ecclesia quomodo dicatur collegiata.*
39 *Ecclesia collegiata diruta an & quando nomen retineat uel amittat.*
40 *Constitutio penalis est coarctanda, non dilatanda.*
41 *Beneficiatus, si intra tempus suscipiendi ordines fuerit aliquo impedimento sine sua culpa impeditus, non priuatur beneficio. & nu. 42. secus si sua culpa. num. 43.*
44 *Ecclesia parochialis an deficientibus parochianis desinat esse parochialis.*
45 *Capitulum, licet canon. de elect. in 6. perpenditur & declaratur. & numero 48.*
46 *Lex in personam inducta non inducitur ad aliam personam quæ non sit eiusdem qualitatis.*
47 *Parochia quid sit.*
49 *Potestas dispensandi cum literatis super tempore se ad ordines promouer faciendi, cuius sit.*
50 *Episcopus legitime electus & confirmatus, licet nondum consecratus potest ea quæ sunt iurisdictionis, non quæ sunt ordinis, exercere.*
51 *Collegium seu capitulum, sede vacante, potest ea quæ ad iurisdictionem episcopi pertinent exercere.*
52 *Pontifici seu eius legatis, non item episcopis, subiacent exempti.*
53 *Gratia episcopi de beneficio alteriut intra annum promotionis non ualet.*
54 *Annus promotionis ad ordines ob beneficium quando currere incipiat.*
55 *Possessio beneficij non dicitur pacifica, si super ea moueatur lis cõtra possessorem.*
56 *Possessor beneficij si intra tempus iuris non sit factus sacerdos, incidit in pœnam Lugdunensis concilij.*
57 *Possessor beneficii pacificus quanto tempore quis dicatur, ut efficiatur sacerdos.*
58 *Beneficiatus cui est indultum septẽnium studiorum causa ad sacerdotium, debet saltem subdiaconus fieri. & assignatur ratio uu. 59. quid in Pontificis indulto. nu. 60.*
61 *Capitulum, cum ex eo. de elect. in 6. declaratur.*
62 *Gratia episcopalis & Pontificia in quo differant. & nu. 63.*
64 *Beneficio ob non susceptum intra tempus sacrum ordinem an quis priuandus sit.*

Caput secundum.

HÆc quidem quæstio, vti patet ex inscriptione, ad
1 duo pertinet, vnum est, quot annos natus esse debeat is, † qui ob susceptum publicum sacerdotij munus, publicumve sacri verbi præconiũ, aut aliam quamcunque publicam eo in genere beneficiorum functionem, sacerdos fieri cupit, alioue quocunque gradu ad sacra promoueri, secundum præscripta Canonum & legum sacratarum, legumque etiam ciuilium sanctiones. Alterum est, †
2 si quem muneris sacri & beneficij functio, ad sacratum quemuis ordinem appellabat, is legitimo tpe se huic adscribendum non curauit, quænam pœna est, multaue ea, in quam is incurrisse dicatur. Quod ad priore loco positum attinet, scilicet, Quodnam tps præstitutum sit sacerdorali ordini, vel alij cuiuis inferiori pro sacrorum graduum discretione, munerisve susceptι functione, adipiscẽdo, variant sacrata scita ob tempestatum scilicet, rerumque incidentium variationem, variant item ciuiles, Pontificiæque leges, nam pro ratione temporum, locorum, rerum, euentorum, diuersa, a diuersis, eam in rem statuta fuere, quædam antiquata, mutata, quædam addita, prout Concilijs, prout item Pontificibus, legumque conditoribus, suo cuique tempore, visum fuit, nam primùm prodiere concilia, quæ huic rei, certum tps indixere, de hinc insequentes Pontifices Romani pro sua quisque prudentia, proque suo accepto a domino eruditionis modio, varij varia ex æquo & bono omnes edixere, quæ omnia prout suo quoque ordine, & tẽporum progressu, sancita fuere, immutata vel correcta, in præsenti huc adfe-
3 ram, atque in primis habeto, Næocesariano † Concilio (cui quidem Concilio interfuere septemdecim patres diuino afflati numine, sciuereque canonum capita decem & quatuor) de quo meminit Gratianus in volumine decretorum, ca. annotatio. 16. dist. coactumque fuit, & instructum, in Neocæsarea ciuitate, non multis ante annis, quam Nicænum, in Nicæa ciuitate, hac super re ita constitutum fuit. Præsbyteri, ante tricennum annorum ætatem, non ordinentur, infula sacerdotali ante id tempus non insigniãtur, etiam si triginta amis minores natu, probatæ operæ signa dederint, etiã si in eis, quod ab ætate abest suppleatur vel maturitate iudicij, vel illustri laudabilis vitæ exemplo. c. præsbyter, 78. dist. hoc decretum confirmatum item fuit, aliquot aliis subsequentibus postea Conciliis, nempe Agathensi primùm, quo eadem ipsa totidem pene verbis sancita, vel potius renouata fuere, vti ex illius Concilij decimoseptimo Canone apparet. c. eps benedictionem. 77. dist. dehinc Arelatensi tertio, quo id cautum fuit eandem in rationem, ut patet ex primo illius Concilij Canone. idem postea renouatum Concilio Aurelianensi tertio, Canone illius concilij sexto, & concilio Turonensi tertio, c. 12. sub Carolo Magno Si quis autem querat rationem horum, hanc habeto, ex ecclesiæ & Theologorum consensu depromptam,
4 † quia dominus Iesus seruator noster cepit primùm in ea ætate docere, & Euangelium suum palam, & in turbis hominum profiteri, sicuti testantur, quæ in libris diuinis, de eo memorię prodita sunt, quæ dicunt, eum dum trigesimum ætatis annũ ageret, incœpisse tunc demum docere, & ad populum publicas conciones habere, idque confirmat catholica bonorum consensio. Hæc ex diuis Ambrosio & Gregorio Nazianzeno. tametsi dubium non sit, quin toto illo ante tpe, quo non ita clarus orbique cognitus apparuit, maximis plurimisque miraculis excelluerit, quin & puer adhuc, in templo confessu-

que

Source : BIU Cujas

que doctorum de lege disceptauit, sed quod ad doctrinam attinet, dominus idem noster, doctorum quidem ecclesiæ sententia a continuo docendi concionandique munere, ad illud terdenum annorum tempus abstinuit, ut ex eo, quam ætatem nobis ad docendum præscribi vellet, cognosceremus, nam Christi actiones omnes, sicuti Christianum dicit elogium, nostræ est uitæ institutio, hinc fieri, vt triginta annorum tps, ei qui sacerdos sacrum eucharistiæ in altari conficit, offertque præstantissimum, omnium, Deo summo sacrificium, in conuentu generali sapientissimi Pontifices præscripserunt. Et hæc quidem sunt, quæ hac in re præscripsere Concilia.

Leges tamen ciuiles huic triginta annorum ætati, addebant quinque annos alios, decernebantque licere nemini, ante trigesimum quintum ætatis suæ annum, sacerdotem † fieri, sacroque charisterio operari, id est, cum gratiarum actione, consecrare sacrosanctum mysterium dominici corporis, § Præsbyterum. in Auth. de sanct. episco. Authe. Præsbyterũ. de episco. & cler.

Sed tamen insequentes posteà Romani Pontifices, non solum de lege ciuili, quæ tantum temporis spatium eam in rem præscripserat, multa detraxere, sed de concilijs quoque ipsis, quorum præscriptores, latoresque, minori fuerant tempore, ad eam rem adipiscendam contenti, nonnulla ademere, sanxereque, posse quemuis, qui ad sacra aspiraret, in vigesimo quinto ætatis suæ anno, † sacerdotali honore decorari, Clem. generalem, de æta. & quali. cap. licet canon. de elect. in 6. not. cap. cum, in cunct. §. inferiora. de elect. addidere tum & illud, quod si contingeret, aliquem ante id ætatis gradum hunc adipisci, & sic immature ad tantum honoris promoueri, is ne honore illo, tametsi præmature nimis & aduersum præscripta eorum consecuto, deijceretur, quia indelebilis est, citraque magnam aliquam offensam, non abrogandus sacrosanctæ is sacerdotalis vnctionis caracter, sed tamen sancitum, vt in eo, qui sic immature factus sit præsbyter, tantisper suspenderentur sacerdotalia munia, dum is, ad legitimos ætatis annos, peruenisset. cap. vel non est, cap. pen. capit. sane. de tempo. ordin. cap. ex ratione. de æta. & quali. Et hæc, quoad ordinem sacerdotalem, qui præsbyterorum & sacris addictorũ summus est.

Sequitur continuata serie ordo Diaconorum, in eo item variatum est, ob casuum euentus varios, antecessiones, progressusque causarum, nam Concilio Arelatensi tertio, cautum, vti ante vigesimum quintum ætatis suæ annum, ad diaconatus † gradum, ne quis aspiraret, promoueretur adsereturque, vt constat ex Canone primo illius Concilij, quod & idem cautum Toletano secundo Concilio, ca. de his, 28. dist. quod & idem sanxit ciuilis legis præscriptum, l. ante præsbyterum. C. de epis. & cler. Et idem postea renouatum concilio Aurelianensi tertio canone sexto, omnibus quidem his, probatissima ratione non minus tempus, quàm viginti qninque peractę ætatis annorum, ad id munus capessendum, exigentibus, tanta olim fuit in eo ordine maiorum nostrorum dignitatis consideratio; & meritissimò quidem, quum & Diuus Laurentius martyr, tantus vir, hoc solo honore, & munere in ecclesia contentus fuisse dicatur, nec voluisse vltra progredi. sed tamen exigente rerum vsu, de hac quoque vicenum quinum annorum, in Diaconis præscripta ætate, nonnihil detraxere, qui postea ecclesiam rexere Pontifices summi, decernentes satis esse ei, qui Diaconus † fit viginti annos natum esse, atque ita de illa summa viginti quinque annorum ætate, ablatum in his est, re exigente, integrum quinquennium. clem. fi. de æta. & qual.

Supersunt hypodiaconi, de quibus, sic habetote, quod tametsi & Conciliis vetustorum patrum, (vt patet ex eodem Concilio Toletano secundo, proxime allegato) in his ætas uiginti annorum † necessario requireretur, & lege ciuili quinquennium superadderetur, dicta l. ante presbyterum. ita vt secundum Concilia vicennium, sec ũdum verò ciuilem legem, viginti quinque annos, qui non attigisset, vel etiam impleuisset, is ordini illi hypodiaconorum inseri vetaretur: tamen iure Pontificio postmodum statutum, vt qui decem & octo annos natus esset, is hypodiaconus, mature fieri posset, dict. cle. generalem. causam autem qua factum est, vt aliàs, aliud hac in re statutum sit, conciliumque Patrum, lex ciuilis, tum sequentes Pontifices, diuersum quid, quod attinet ad ętatem sacris addicendorum pertulerint perscripserintque, adfert Clemens Pontifex Romanus in exordio legis suæ Clementinæ, dicens ita variatum, exigente sic vsu, propter eam paulatim quæ iam in ecclesia inoleuerat, consuetudinẽ & obseruantiã. Restant infirmi seu minimi sacrorum gradus, in queis adipiscendis, ea ætas, † quæ infantiam, aut pueritiam, supergressa est idonea sufficiensque maioribus nostris legum conditoribus visa est. cap. nullus. de tempo. ord. c. de his, 28. dist.

Quod verò attinet ad moniales, hoc est ad virgines, quæ se se sanctæ viuendi regulæ ex voto obstrinxere, sacris Patrum concilijs, hac in re, nempe, qua illæ ætate esse debeant, perbelle prouisum est. quibus in concilijs, ita hanc in rem, cautum, sancitumque. nempe, Virgines, † uti hæ, ante uigesimum quintum ętatis suę annum, ne consecrarentur, neue religioso in dei libro, dicationis sponsionem facerent, neue in manũ Antistis conuenirent, ex voto perpetuo, ita enim visum patribus ita statutum, ita meritò placitum, atque id ipsum reperitur in hanc sententiam in Concilio Carthaginiensi tertio, c. placuit, 77 dist. inuenitur dehinc repetitum, in Concilio Aphricano quarto, quò in Concilio, sic item habetur, Puellæ deo dicandę, ante quintum & uigesimum ętatis suę annum, ne consecrẽtur, neue addicentur sacramẽto sodalitio, neue vlla in religione voti perpetui sponsionem faciant. c. placuit, 20. q. 1. hęc est, quo ad hoc, mens illius Concilij, totidem fere verbis, vt in superiori illo Carthaginiensi, conscripta. Quod & ipsum, Concilio demum Milenitanensi confirmatum decretumque est, vti constat ex Canone illius Concilij, vicesimo sexto, sed tñ, legibus deinde Pontificijs, † de summo illo iure, quo, in virginib. hisce deo dicandis, tantus ętatis progressus, requirebatur, derogatum est, dictumque pubertatis solius, hac in re, habendã esse rõnem. c. de indemnitatibus. de elect. in 6. Quod autem ad eũos, sat bene de ętate illorum, Concilijs olim Patrum, cum recentiorum Pontificum iure conueniebat, vtrobiq; enim triginta annorum ętas, † hoc in sacro magistratu, requirebatur, ca. eps. 77. vt videre est, in scitis Agathensis Concilij, vt videre item est, in constitutis decretisque Pontificijs, vbi tot annorũ ætas epis prescribitur, c. cum in cunctis, ext. de elect. quod id ętatis hoies uisi sunt peragendę cuiuis rei serię peropportuni. Sed tñ iure moribus Francorum constituto, hodie apud nos receptum est, qui in ętate sit uiginti septem annorum, eũ per ętatem episcopatũ legitime inire posse titulo de regia ad prælat. nomi. faci. in concor. In religiosis † verò mulierum sodalitijs, tum ministrarum, tum sodalium, ętatis quoq; præscriptio immutata est, multoq; minor hodie in hisce requiritur, quam olim exegerint iura. Quum olim Antistitam vel Abbatissam oportebat sexagenariam esse, c. iuuenculas, 20. q. 1. nunc satis est, si nata sit triginta annos. c. de indemnitatibus. de elec. in 6. sic & aliam quamcunque inferiori quouis noïe monasterijs prędsidentem fœminam, eam ętatem attigisse abunde quidẽ est. Quod si ea prędfecturam gerat, obnoxiam, hoc est, prioris-
15 sam † agat claustralem, & partes illi primæ deferantur, intra septa tãtum monialium, vicariumque propemodum exerceat officium, põt sanè & si triginta annis natu minor sit, eo fungi munere, Glo. d. c. de indemnitatibus. uerbo gubernatur. In Abbate verò Cœnobiarcha & Monachorum præfecto magno, quodnam ætatis spatium sit nominatim legibus diffinitum, legisse me non memini, nec scriptum vspiam puto, Old. concil. 14. nu. 9. incipit, cum quęritur. tamen ex communi omniũ sententia, & ex ueterum ratione legum ducta causa, censuerim huic magistratui, vel prędfecturæ, viginti qninque † annorum ętatem, nec minorem quidem, conuenientem fore, c. cũ in cunctis. §. inferiora Panor. d. c. super inordinata. iure tamẽ moribus nostris constituto, in hoc regno sat est, Abbatem natum esse viginti tres annos. §. monasterijs. tit. de regia ad prędlat. nomi. faci. In alijs porrò minoribus prędfectis, qui Priores † dicuntur vel primi, quoniam incidit quędstio, qua ętate ijdẽ esse debeant, distinguendum est, utendumque ex legum præscripto hac sententiæ disiunctione, vt si quidem prioratus, cui homo ille præest, collegium sit, & sodalium religiosus conuentus, is annis viginti quinque minor ne sit, Cle. ne in agro. §. cæterum. de sta. mona. sin sodales quidem quos regat, non habet, plebem tamen habet cui sacra ministrat, curamque per se, recepto in quibusdam religionibus more, gerit animarum, is nec item minor esse debet vigintiquinque annorum, ratio est in promptu. Quisquis ille est, qui curam gerit animarum, † præsbyter sit necesse est, uel eo tempore, quo curam suscipit, vel anno post proxime labente. nullus autem ante uigesimum quintum ætatis suæ annum præsbyterorum ordini inseri potest, d. clem. generalem. sicuti suprà prolixius est a nobis demonstratum. Igitur, & cætera. hinc efficitur, vti generaliter sit iure cautum, quicumque sacerdotium gerit, cui curationis animarum cura sit annexa, eum oportere, legitimum viginti quinque annorum ætatis cursum attigisse. d. §. inferiora. Sed si præfecto, ex prioratus sui causa incumbat quidem animarum curatio, non tamen per eum gerenda, sed per perennem ex consuetudine institutoque vicarium, iam olim ex vsu naturaque illius sacerdotij, perpetuo delegandum huic muneri, uti fere uidemus, in monachatu Benedictinorum, & id genus hominum. Tum quidem certe vicennium beneficiario, priori tali, peractum quidem illud, & absolutum ad gerendum sacerdotium satis est, dicto §. cęterum. Restat altera disiunctiuæ orationis pars, quę sic habet, quod si prioratus seu per se, seu per appendicem vllam, ab animarum accuratione parochorumque cura, & id genus cæteris muneribus, Tum & a monasticorum sodalium vacet prorsus collegio, nihilque quicquam horum habeat se-

Source : BIU Cujas

cum adiunctum oneris, tunc si sacer ille primatus monasti-
19 cus est,& regularis prioratus,† tum haud dubium esse ei præ fici non posse,qui se religioni illi & normæ viuendi ex aperto voto non alligarit,capit.nullus.de elect.in 6.clemen. ne in ag. versi.sanè prioratus aliquis.de stat.monach.cap.2. ubi Panor. ext. de testa. alligari autem ex professionis voto neminem posse qui ad pubertatis annum non peruenerit.capitu. de regul.in 6.vnde patere,quod positum est,nempè nullum ante id ætatis,regulari prioratu,in ecclesia dei, potiri posse. aut verò prioratus ille haud quaquam regularis est, tuncque nihilo secius,constare, neminem sacro cuiuis cõsequendo prioratui, sacræ cuiuis obtinendæ præfecturæ, ante quatuordecim , vt cum minimum,ætatis suæ annos,idoneum esse posse.cap.indecor.de ætat.& qual.ideò puerum septemnem, neutrobi, id est,siue prioratus sit regularis,siue secularis , tanto in ecclesia munere esse onerandum.Panormitanus quidem existimauit. Panor.dicto cap.super inordinata. At alij demandari talem
20 secularem prioratum † posse ei,qui solùm septennis sit, existimarunt,Fede.de Sen.consi.47.glo.cap.si eo tempore.de rescript.in 6.sed de hoc alibi.

Nunc vero quærendum,in Canonicis,ædiumve sacratum
21 sodalibus,quænam ætas† sit competens , legitimaque: atque hac in re,non parum certant doctores nostri, alijs alia hanc in rem adferentibus, plerique contendunt distinguendum esse,expendendumque, sit ne ædes illa , ad quam quis sodalis adscribi cupit,princeps,aliqua in vrbe principe, ecclesia,hoc est,sit ne metropolis,vel cathedralis,vel matrix ciuitas , & indubitanter censent,qui illa in æde, ad canonicatum sacerdotiumve sodalitium aspirat , eum oportere pubertatem, quæ quatuordecim annorum est,attigisse.Archid.capit si eo tempore.de rescript.in 6.Hostien.& Panorm. capit. super inord. ext.de præben. Alioquin inaniter conari, quod per ætatem assequi nequeat,rationem adferunt,propterea quod, ante eã quatuordecim annorum ætatem , ne maturi quidem compos sit consilij,quo , & seipsum prudenter gubernare queat, & iura sacerdotij sodalitij sapienter matureque tractare , dicto cap.super inordi.absurdum porrò esse, eum , qui seipsum
22 per ætatem regere † nequit,ad sacerdotium sodalitium,canonicatumque,cui multa insunt peragenda munia, admitti,ca. indecorum.de ætat.& qua.alij contra,pleraque alia adferunt in medium,quibus censeat hominem quemuis,qui ex pueris
23 infantibusve,nempe ex ætate septenni,† excesserit,tametsi minor sit quatuordecim annorum,posse huiusmodi sacerdotia consequi , aggregarique in numerum sodalium cuiusuis ecclesiæ,& ad annonam sportulamur , præbendarum emolumenta,peruenire,gloss.capit.statutum.§.1.verbo canonicis. & capit.si eo tempore.de rescrip.in 6. vbi Gemin. & Philipp. Franc.dicunt enim , vti obiectioni supradictæ respondeant , maturitatem consilij , prudentiamque rerum agendarum , (quæ quidem duo ab id ætatis adolescentibus vt cum plurimum absunt) nihil eis hancin rem obstare , nam suffragia , quæ in comitijs(vt vocant)capitularibus, aliæque id genus publicæ functiones,a sodalibus adferuntur , non insunt naturaliter huiuscemodi sodalitiis beneficiis,nec enim natura est canonicatus , & præbendariorum , nec item substantia, in exedra,uel comitio suffragium viritim ferre , atque alia publica in hoc genere munera capessere,Quod si hæc non aliter inesse sent huiusmodi beneficiorum iuri , ac substantia vnicuique rei inesse dicitur,ita vt vnum ab altero nunquam quiret separari,certe efficeretur,vti nec quisquam maior etiam quatuor decim annis,minor tamen decem & septem , canonicos fieri posset , quippe qui , in ea ætate sacros ordines adipisci non queat, dicta clemen.generalem.& qui sacros ordines nondũ est adeptus,in collegio semper,comitis ve, excluditur suffragio:clem.vt his qui. de ætat. & qualitat. hinc liquido patere, quod positum est,videlicet ius suffragiorum non inesse natu
24 raliter necessarioue canonicatui,† posseque cuiuis,puero & id ætatis existenti,ius quidem sodalitatis tribui,ius verò suffragij adimi,vel tantisper suspendi , dum is ad maturitatis annos peruenerit,idque videtur comprobasse Romanus Pontifex. extantque eam in rem apertissima ipsius rescripta. cap. ex eo. de elect.in in 6.cap.fina.de iud.eamque sententiam, crebriori doctorum calculo receptam affirmat Philippus Frãcus, dict. cap.si eo tempore.6.quam item sententiam iudicio suo Rota comprobauit.Rota decis.204.in anti. tit. de ætat. & qualitat. incipit,nota quod minor. At in reliquis sacris dignitatibus , functionibusve,si de ætate ordinandorum hisce atque præficiẽdorum hominum, incidit quæstio,generaliter est animad. uertendum , an ea dignitas functioue , sit regularis nec ne, Quod si regularis est,iam hac in re,satis modò quid statuendum esset , decidimus in quæstione de prioratibus regularibus proposita,quare nihil istiusmodi hìc repetendum:sin re-
25 gularis non est,sed alia quæuis dignitas † ex ordine seculariũ, id certe firmiter ponendum esse censeo , ætatem nempe uiginti quinque annorum,in quacunque adipiscenda ecclesiaca dignitate requiri,dicto capitu.cum in cunctis.§.inferiora. sicuti certum est totidem annos natum esse debere, quicunque beneficiu cui cura insit,animorum donatur.dicto §.inferiora.& d.c.licet canon.

Denique vti rem hanc in pauca conferam, in omnibus sacris sacerdotiis est hæc consignanda positio.Quicunque do-
26 natur beneficio,† cui sacer aliquis ordo , uel ex consuetudine,vel ex iure illic statuto,"vel ex priuilegio quouis sit annexus, is necessariò ea ætate natus esse debet , qualem ætatem requirit is sacer ordo,qui beneficio,quo is donatur,est annexus,alioqui nihil agit , tametsi Ioannes Andræ. id ipsum quadam etiam disiunctione censuerit temperandum , Ioannes Andre.cap.ei cui.de præbend.in 6. Itaque d stinctio hæc quã modò attexuimus,uidelicet ætatis,est tanti hac in re momenti,tantaque iuris bonitate innititur, vti aduersus eam, statuere per ullam veniam nequeant , vel ipsi etiam episcopi, quib. hac in re,lege quæ de ætatum præscripto, scita est, soluere vllum quemuis hominem ordinario legitimoque iure denegatum est:cap.ex ratione.pe ætate & qual. nam tametsi opinati sunt quidam.vt Arch.c.penul.de ætate & qualit.& capit.licet
27 canon.de elect.in 6.episcopis † licere super ætate , quam præscripserunt Pontifices Romani, gratiam quandoque facere, idque etiam in curatis sacerdotiis, modo causa quædam magna,vt id fiat,adferatur,nempe aut vtilitas ecclesiæ,aut necessitas quædam vigens (propter quæ duo, data sit semper legitimo & regulari iure ipsis episcopis potestas,legibus generalibus,sancitis,conciliis,homines soluendi,) cap.tali. & capitu. exigunt.prima quæstion.septima , sicque eum, qui quatuordecim annos fuerit tantummodo egressus , curionatu sacro ob prædictas causas legitime donandi,cur enim inquiunt ipsi vtilitati fanorum,ad quam maxime respiciunt iura , obuiã ibitur?cur necessitati resistetur ? cur quæ tempus & res postulant sacris in rebus,non fient? tamen tu ex communi doctorum schola.5.Ioan.mon. c.cupientes.§.denique,de ele.Ioan. And.Lucha.Gemin.& Phil.Franc.capit.primo.de æta. & qua. in 6.contrarium sequitor,ex qua quidem schola ,i id enuntia-
28 tum sic ponito,episcopum † nullum,in curionatu sacro , & parochiali ecclesia,vel in dignitate sacra , vel in personatu vllo,cui insit animarum accuratio,homini vlli cuiuis , quacunque ex causa,ætatis veniam dare posse,quia præstitutum ætatis tempus , ad hæc ipsa modò hic recensa sacerdotia legitime obtinenda,sacro constitutum est, scitumque , & nominatim latum Lateranensi Concilio.capit.cum in cunctis.§. inferiora.de elect.ext.cumque hac in re, nihil fuerit,per idem Cõcilium episcopis reseruatum , nihil ipsis hoc in genere nominatim cautum,nihil omnino iuris,nihil indulgentiæ,nihil faciendæ gratiæ , peculiariter attributum, sequitur plane, nihil ipsos,hac in re aduersus ea,quæ eodem Concilio statuta fuere,posse decernere.cap.cum dilectus. ext.de tempo. ordinan. Cæteroqui,in reliquis consequendis, quibus nulla ex vi naturaue sacerdotiorum,iuncta est animarum curatio , haud dubium est,siue isthęc dignitates sint,siue personatus, episcopũ,
29 † ei,qui ex uigesimo ætatis suæ anno paulum modò excesserit,vel idipsum tempus plene etiam absoluerit,ætatis gratiam facere posse,cap. 1.de æta. & qua.in 6.modò huiuscemodi dignitates,ab omni sacrorum ordinum functione abductę sint, nam tunc,id est,cum hisce iunctus est ordo sacerdotalis , nihil episcopo in facienda legis solutione, quæ de ætate præscripta est,liberum plane relinquitur , quinimmo ea semper ætas requiritur,quam pro exercendo eo ordine , qui dignitati vel personatui naturaliter sit annexus,iura præscripsere. capit.ei cui de præbend.in 6. Iacob. de sancto Georg. Gemin.& Phi. Franc.in capit.primo.de ætat.& qualitat. Porrò , si talis proponatur natura sacerdotij,dignitatis, vel, personatus,vti nulla insint illi gerendæ animarum curæ munia, nihil quidem sacratorum ordinum functionis ex se pertractandum , sed tamen fano illi,dignitati, uel personatui , annexum sit curatum sacerdotium , quædamque curata ecclesia , quam regio poreat, & hac in specie quid vtique censendum?& sane fuit,ali-
30 quando ambiguum,liceretne episcopo † homini viginti annos ætatis supergresso,qui peteret tali donari sacerdotio , veniam ætatis facere , nunc tamen receptiore doctorum fere omnium calculo,concluditur, episcopo cuius,hac in proposita specie potestatem faciendæ super ætate gratię haud dubie permissam esse.Lap.capit.super eod.de prębend. in 6.Gemin.& Phil.Franc.dicto capitu. permitti. de ętat. & qual. in 6. Aduerte tamen,quum supra dixi, episcopum quemuis , ętatis gratiam facere posse ,in hisce sacerdotijs, quibus iuncta sit ēt dignitas,modò hisce,nulla item competat animarum plebis & populi accuratio,id demum verum esse,sicque accipiendũ,
31 † dum faciendę talis ętatis gratię,causa subsit,& ratio, saltem quędam probabilis,quę episcopum ad id faciendum indulgẽ dumque promouerit, propterea quod prędscriptum gñale legis ita habeat,ubi ẽpo a lege facultas impertitur, legis sanctionibus aliquo in negotio,hoĩes soluendi,eã semper rẽ,ex taci-

ta

Source : BIU Cujas

ta iuris interpretatione,vel mente,ſic accipiendam,hancque ſemper addendam clauſulam:modò illa ,iuris legi ſque ſolu. tio ab epiſcopo facienda ,cum cauſa legitima fiat. Imo. capit cum ad monaſterium.ext.de ſtat.reg.Pano.c.dudum.ſecundo ext.de electio.Quod ſi illa legum ſolutio, ſine cauſa fiat, certè
32 gratia † illa , eo modo aduerſus legem per epiſcopum facta, vel nulla ſtatim fier,vel poſteà conſcindetur, in irritumue cõcidet:Idque vnum etiam adiungendum , cauſam illam factæ vel faciendæ ab epiſcopis , aduerſus legem gratiæ, nunquam præſumi,Feli.& Dec.c.quæ in eccleſiarum. de conſt. niſi qua-
33 tenus de ea ipſa planè conſtiterit, Pontificem † tamen Romanum,hæc poſtrema additio nullo modo tenet, aut reſpicit eique non fit ille obnoxius , homo quippe in eccleſia dei ſummum obtinens principatum , omnia ex cauſa facere ex præſumpto iuris iudicio ſemper creditur , cum is etiam ſine cauſa,proque arbitratu ſolo ſuo, ſoluẽdi liberas habeat habenas, Ioan.mon.cap.cum martinus,de coſti. Imo. ca. cum ad monaſterium,de ſtat. regu.hinc fit , vti in caſibus,in quib. licitum eſt epiſcopis ætatis veniam facere,non tamen conferendo dignitatem,vel perſonatum , ei qui quintum & vigeſimum annum non attigerit,propterea cenſentur , ſuper defectu ætatis diſpenſaſſe,irrogaſſeque vllam gratiam quoad annos, cum in huiuſmodi diſpenſatione , epiſcopus cauſæ cognitionem adhibere debuerit.Panor cap.cum in cunctis. §. inferiore,extr. de elect.Imol.in cap.diuerſis.& cap.Ioannes, de cler.coniug. Quæ ſupra pluribus verbis adduximus , ad eam quidem ætatẽ pertinent,quam agere debent ij, qui huiuſce qualitatis ſacerdotijs & præfecturis,de quibus egimus, cupiunt inſigniri.

Nunc tractanda hæc quæſtio. An qui ſacerdotium , vel ec-
34 cleſiaſticum magiſterium,dignitatem,† functionemve,legitimo iure eſt adeptus,ſi quidem is vel negligentia vel alia quauis ratione,ordini ſacro quem dignitas illa,præfectura,vel curionatus requirit , ſe inſeri non procurat, quomodo cum eo agendum,quaue via inſignitus ſacerdotio, ad ordinem quoque ſuſcipiendum,vel eſt adhortatione incitandus , vel etiam imperio compellendus, Et ſanè maiores noſtri,æquiſſimi homines , omnia in eccleſia Dei ex bono & æquo gerenda ſibi ducebant,his pro ſumma iuſtitia , ſumma æquanimitas , pro ſummo ſeueritatis aculeo,ſumma clementiæ lenitas,potiora ſemper fuere: cuius rei ea erat ratio, quia corrupti non erant clericorum mores,nemo ſibi officium cui gerendo par non eſſet,expeteſſebat,omnes ſponte ſtabant in officio, eaque de cauſa maiores illi noſtri duobus in Concilijs ſapienter ſtatue
35 re,† nempe Concilio Lateranenſi,concilioque Carthaginẽſi, eum,qui ſacerdotium legitime accitus, ordini ſacro quem natura & functio illius ſacerdotij,quo erat ornatus,poſtulabat, ſe inſeri non procurabat, ſicque in obeundis ſacerdotij munijs,cuius quidem ſacerdotij , curam ſuſceperat , non admodum ſedulam,& quam debebat,præ ſe ferebat diligentiam, is tamen prius quàm ſacerdotio excludi poſſet, a ſuperiore, de ſua negligentia,maloque animo erat admonendus , cui ſi nõ paruiſſet,tunc demum pœnaria ſanctione , amiſſione ſcilicet ſacerdotij abductioneque fani illius cui præerat , ad parendũ erat perbelle adigendus,non enim permittendum, vt fanum ille diutius ſibi arrogaret,cuius & in capeſſendo munere, imparem ſe præſtaret,& ob ordinem non ſuſceptum , omnibus ſe indignum exhiberet, ſapienter quidem hanc in rem maiores noſtri iſthæc ſanxere, ſed tamen temporibus , quæ deinceps conſequuta fuere,cœpit neſcio quo modo , clericorum decor honeſtaſque peſſum ire, dum pro religione , pro abſtinentia,pro prudore , audacia , largitio, auaritia, apud eos vigent,dum vnuſquiſque(vt cum Varrone loquar) commodũ ſuum facillatur,in gregem verò dominicum, paruam re ipſa, impendit operam.

Dum igitur hæc ita habent, ad ſacerdotia quidem multi perueniunt , horũm adminiſtrationem vel fructum & vſum, libentiſſimi accipiunt,ſed tamen ordini ſacro, per quem ijs in ſacerdotijs miniſtrare queant populo , functioneſque ſacro ſanctas obire,ſe inſeri nullo modo curant , proin coercione tunc aliqua magna,ſeueriore queanimaduerſione,opus fuit,
36 obidque Concilio † Lugdunenſi ex lato illo mitique præſcripto,quo priuſquam quis ſacerdotio ſuo , ob ordinem non ſuſceptum,excludi poſſet,officij ſui,ordiniſque ſuſcipiendi erat admoueudus , nonnihil eſt derogatum, ſtatutumque ſeuere, caput illud mite , & lene , quod de admonitione eſt, in parochialibus eccleſijs plane tollendum expungendumve , nec in eis ullo pacto obſeruandum , quin in hiſce parochialibus eccleſijs , ita decernendum , quicumque parochiali eccleſia ſit donatus,quicumque illius curam ſuſcepit , is intra annum a tempore ſuſcepti & tranquilli regiminis numerandum,ordine ſacro,per quem munia quæ ſuſcepit obire queat , inſigniatur,ni facit parochiali eccleſia,cuius accurationem ſuſcepit, ipſo iure priuetur,etiam ſi nulla,quæ eum ſuſcipiendi muneris admonuerit , antecelſerit adhortatio , nec poſt annum illum,quem hanc ad rem Concilium Lugdunenſe præſcripſit , purgandæ vllo modo moræ procraſtinationique vel dieculæ quidem vnius,locus vllus relinquitur, capit. licet. de ſupplen. negli.prælat.ext.non enim ad deglubendum ſed ad paſcendũ gregem vocatus eſt,degluberet autem , non item paſceret, ſi lanificij vſum ſibi arripiens paſtionis gregis curam abnueret: Abnueret porro niſi ea per quæ paſcitur grex,arrectaret,hęc tamen in Concilio Lugdunenſi illo dicto capitu.licet canon. ita inducta,vt qui parochiali eccleſia donabatur ,ni is intra annum præsbyter fieret;eccleſia illa funditus exigeretur, ita accipienda cenſeto,vti hæc locum habere cenſeas, in parochialibus eccleſijs,quæ collegiatę ſiue iure ſodalitii colligatæ minime ſunt,in iſtis quippe quæ ita colligatæ ſunt , ceſſat Concilii Lugdunenſis diſpoſitio,iuſque antiquum Lateranenſis Concilii viget, quo requirebat admonitio , antequã induci poſſet priuatio,cap.ſtatutum.de electio.in 6.cauſa horum fuit, nam parochialis ſimplex eccleſia,nihil aliud reſpicit, quàm paſtionem curamque gregis,quæ duo ſine ſacro præsbyteratus ordine obiri nequeunt.ad quæ reſpexit Concilium Lugdunenſe,dum capitulum, licet canon,condidit,dicto capit. licet canon.de elect. in 6. nihilque altius quàm cauſam ſimplicis ſacerdotii curati,ac nihil dignius,eo in genere, vel appendit,vel vti nec par fuit,eſt complexum,quò fit , vt parochialis eccleſia,quæ inſignita eſt ſocietatis & collegii nomine , quod pertinet ad collegium,cum quo eſt colligata, intra terminos ſimplicis parochialis eccleſiæ,iam amplius non conſiſtat , ſed dignitatis præfecturæque collegii nomen accipiat,ſicque paſcẽdus quidem ſemper grex domini,ſed tamen ordo non ita ſtatim ſanctione pœnaria, amiſſionis quidem præfecturæ ab his exigendus.

Quod autem eccleſia huiuſmodi ſit potius cenſenda eccle-
37 ſia collegii,ceu dignior , quàm eccleſia † ſimplex parochiæ, hinc facile patet,quòd quando eccleſia collegii, & eccleſia parochiæ in idem concurrunt,ſatis eſt,de collegii eccleſia, facere mentionem.Cardin.conſi.30,incipit,quidam præsbiter. vt pote de ea,quæ dignior ſit, & nobilem locum magis obtineat, præſcriptum enim iuris ſic habet , vbi duæ qualitates ſimul iunguntur,annectunturque eidem rei, & corpori, ab ea fieri nominationem,quæ priores magiſque præcipuas partes obtineat.§.illud tamen. in authe. ut iudi. ſi.quo.ſuffr.hinc reſpõſum a Federico eſt, ſi parochialis eccleſia quidem ſit, nec collegiata vllo ſodalitio , ſi tamen ei annexa eſt dignitas , perinde iudicandum de ea,atque de collegiata, ut ante priuationem,admonitione opus ſit, Fede. conſil.89. Phil.Franc.dicto cap.ſtatutum. & vt omnia clareſcant, ea quidem parochialis
38 eccleſia,ita denique collegiata † cenſenda eſt,ſi in ea ſint plures homines,degentes quidem æuum,non vt ſinguli , ſed veluti cœtus vnus,ſocietas vna, conuentus vnus , alioqui ſi homines illi degentes in collegio , degerent illic commorarenturque,vt ſinguli,non vt vniuerſitas, grexque vnus tunc haud dubie non eſſet a capite ſanctionis Gregorii in Concilio Lugdunenſi præſcripto,dicto capit.licet canon.Ioan. Andr.dicto capit.ſtatutum.ab illiuſque Canone,latæ hanc in rem ſententiæ diſcedendum,ac perinde ibi tum decidendum ac de uere ſimpliciterque parœchiali templo. Sed tamen quid ſtatuendum , ſi quædam in medium adducatur parochialis eccleſia quæ fuerit quondam collegiata , nunc verò, quia collegium deficit quo nomine ſit cenſenda , ambigitur : an utique in ea ſit obſeruanda Lateranenſis ſanctio , quæ ſacerdotio donatos,& ordinem non adeptos , ipſo iure haud quaquam priuat,ſed monitione præuia priuandos eſſe edicit, dicto.c.cum in cunctis,§.inferiora.

An verò in Gregoriano Lugdunenſis concilii canone,hac etiam in ſpecie , omnino acquieſcendum , qui non adeptos ordinem præsbyteratus , intra annum depellit tunc citra ullã hac in re admonitionem,dicto capit. licet canon. Et quidem Ioannes Andre.gloſſ.in dicto capit.ſtatutum.præclaram mihi,& admodum doctam hac in re diſtinctionem attuliſſe vi-
39 detur,ait enim ſic,Aut collegium † ſuperioris magiſtratus auctoritate collapſum eſt , tuncque eccleſiam illam collegii nomen retinere amplius nõ poſſe , ſed dici debere parochialem ſimplicem eccleſiam,ideo de ea , uti de aliis eiuſdem generis, quæ Canoni latæ ſententiæ ſubiiciuntur, decernendum, Aut uero ea ſolùm de cauſa dirutum eſt deſertumque collegiũ , quod qui in eo degebant ſodales,conſtituebantque in eo collegium ex hac vita emigrarunt,tumque e contrario haud dubii iuris eſſe,collegiatam illam parochialem eccleſiam,priſtinum nomen ſuum priſtinumque ius haud quaquam amiſiſſe,ſemperque collegii ſocietatiſque nomine eſſe cenſendam, Enim vero cum hæc ita fuiſſent in orbe Domini conſtituta, lexque utriuſq; cõcilii,tũ Lateran. d.§.inferiora, tũ Lugd.d.c. licet canõ.quæ hãc in rẽ capita p̃dicta ſanxiſſet, magno ſuffragio,magnaq; cõſenſione,a ſenatu,populo,plebe,& clerocom probata,rata eſſet , prodit Bonifacij Rom.Pont.ad has leges quædam veluti limitatio , dicto capit.ſtatutum. quæ item, ab omni ſacro cœtu ab omnique Chriſtiano populo recepta

Source : BIU Cujas

fuit.ille igitur Bonifacius Lugdunens. Concilij legem dicto capit.licet canon.ad collegiatas parochiales ecclesias proten di noluit,id ne fieret edicto sanxit, eas ad antiqui Lateranensis Concilij ius reuocans,quo monitio priuationem,amissio nemque sacerdotij præire debebat, vt late suprà demonstratum est. Consequuta sunt posteà quædam tempora, quibus Clemens ad pontificatum accitur, cogitur enim, tum Vienense concilium, eoque in concilio, sanctio Bonifacij in arctum substringitur, non placet enim lata Bonifacij hac in re æquanimitas tamque ampla Lugdunensis Concilij, dicto capitul.licet canon.relaxatio,itaque statuunt ibi Pontifex,& Patres, ne ea Bonifacij constitutio ad prioratus conuentuales progrederetur,sed ij, qui his prioratibus conuentualibus præficerentur,collegiatæ appellationi, quam Bonifacius a Lugdunensi lege excipiebat,ne confiderent, quinimmo intra annum,ex quo conuentuali prioratu donatus quis esset,insque possessionis iniuisset,sacris se insigniendum curaret, si non faceret, sciret se monitione nulla præuia, & iure & sacerdotij fructu plane depulsum, nullam sibi excusationem profuturam,rem ad viuum resectum iri.clem.ne in agro. §. cæterum. de stat.monac.addidere quoque Clemens, & patres, ea in synodo,velle legem suam ad eos item prioratus sodalitios spectare, quibus iuncta sit animorum curatio, etiam si cura illa animorum, ex natura sacerdotij præsbyteris secularibus soleat demandari. Ego tamen Clementis patrumque legem Vienensi in concilio præscriptam dicto §.cæterum. clementer quoque & benigne accipiendam censeo, eamque sic iure optimo interpretor,& coarcto, ea vti in monachis solis prioratibus hisce insignitis, consistat, ad seculares neperueniat, nam Clemens sua in lege de monachis loquitur, ad eos igitur solùm lex pertineat. Quod si seculari homini prioratus talis fiduciaria possessio a summo Pontifice tradatur, cur ad eum Clementis legem protrahemus, qui & monachus non sit,& cuius solùm fidei sacerdotium commendetur,mihi hercle non videtur æquum,quin censeo statuendum, non aliter hisce in prioratibus, hac in facti hominum secularium specie,censendum esse, atque in parochialibus collegiatis ecclesijs per Bonifacium decretum fuisse diximus, ita ut in vtrisq; modo seculares sint quibus prioratus huiusce generis commendantur.Lateranensis concilij lex sibi locum vendicet, & multa sunt, quæ me vt ita sentiam,mouent,ex quibus,hęc pauca accipe,pœnaria est Clementis sanctio capitu.statutum.de
40 elect.in 6.igitur coarctanda, † igitur non dilatanda, præscriptum enim iuris sic habet,quæ pœnam irrogant, ea intra suos maneant cancellos,ea fines non proferant, sed coarctentur,substringanturque, capit.in pœnis.de regul.iur.in 6.glos. capit.penul.de tempor.ordina.at enim ex eo genere,Clementis quidem lex est,in Vienensi lata,Concilio,ex eo item genere Gregorij sanctio est,in Lugdunensi lata Concilio, vtraque pœnam infert,vtraque ergo ex regula iuris suis circunscribatur cancellis, vtraque etiam lateranense concilium corrigit, vtraque igitur vlterius quàm præscripta est,Lateranense concilium ne emendet, denique ambæ intra rem suam maneant, quin etiam lex Lugdunensis dicto capit.licet canon. de parochiali loquitur ecclesia,lex Vienẽsis,dicto §.cæterum.de prioratu a monachis possessio verba facit, species nostra positioque,prioratum inducit, fidei secularis hominis,a summo Pontifice demandatum,de quo,neutra lex, quod ad hanc rem attinet,est loquuta. Igitur cum de eo, hac in specie, neutra in lege sit nominatim decisum, æquius censendum, ad claram perspicuamque iuris sanctionem, disputationem referri debere,qua cautum, in collegiatis parochialibus ecclesij Lateranense antiquum ius vrgere, Quod & vidi ipse,placito senatus Parisiensis,hac in parte sancitum,in lite,quæ vertebatur super prioratu Diui Mexentij, a cœnobio eiusdem nominis dependente,Pictauiensi in diœcesi,cui placito senatus,in mẽse Nouembri,Anno domini millesimo quingentesimo sexto, præfuit dom.a sancto Andræa, litigante aduocato de sancto Meliero.

Et hæc cum ita se habeant, perpetua alioqui, omniaque complectens, dicenda non est, edicti Lugdunensis sanctio, enarrata in prædicto capite,licet Canon, nec item Vienensis lex,in Clementina, ne in agro, iam inducta: Quin nonnullas proferre possum rerum species,in quibus cessabit,desinetque vtraque lex,etiam si proponatur parochialis ecclesia, prioratusque conuentualis, vel curatus, quibus, qui sit donatus,tametsi intra tempus præfinitum,sacrum ordinem non sit adeptus,minime tamen vtriusque legis pœnæ, sit subijciendus.& vt omnia sigillatim efferam. Pone tu mihi hominem ex clero,vel ex cœtu monachorum,absque vllo suo vitio, ante quidem excursum temporis indicti sumendorum sacrorum maiorum, irregularitate contactum, vel pone tu illum ipsum mihi,aut captum oculo,aut manu, ex casu truncatum fuisse: qui quidem homo vel antea curato sacerdotio parœcialique fano,sit legitimè præfectus, vel si monachus est, conuentualem vel curatum,prioratum obtineat,tunc mihi illum,si intra indictum temporis spatium, sacerdos posteà non sit factus, beneficio suo secluſum dices? & sane, is iustum ob præpedimentum,sacerdos fieri non potuit,sacerdotem quippe illum
41 fieri,qui mancus sit † vel truncus prohibent capit. exposuisti. de cor.vit.ext.iura ergo is miser,misero in tempore,bono suo priuabitur? superaddetur calamitati calamitas?absit id a nostris moribus,quod & barbarum est,& a nostra pietate longe alienissimum. Quare statuendum, miserum illum,in beneficio suo retinendum, † quo se sustentet, & ad suscipiendum
42 ordinem sacrum, ad quem is per leges ob vitium corporis non admitteretur,haud quaquam adigendum.capit.ex parte. de cler.ægro.capit.cum in cunctis.§.sane,ext.de electio.capit. cum persecutio.7.quæstion.prima. sicque vtranque vtriusque concilij legem hac in specie silere, si tamen is ipse culpa sua in hunc miserum casum procurrerit,si item antequam sacerdo
43 tio † donaretur his erit acceptus infortuniis,vtraque in specie, iure,cap.pen.de ætat.& qua.ext capi.exposuisti. de corpo.vit. capit.cum pridem.§.personæ.de renunt.sacerdotio suo decutietur,nam in priore, culpam ille suam præstare tenetur, ob quam vtriusque concilij legi,merito fiet obnoxius, in altera verò facti specie non excusandus, qui cum ea sibi sciret inesse vitia,dum ad sacerdotium accitur, ea maligne tamen versuteque reticuerit,quæ tamen obticenda non fuere. sicuti præscriptum est,Nauatensi in Concilio, capit. quum episcop.24. distin.nec hic habenda ratio, culpa ne sua, an alio modo his sit affectus malis,utrobique beneficio suo mouendus.

Adferam quoque alia, in quibus locus vtrique concilio
44 non sit,nec Lugdunensi nec Vienensi, en tibi ecclesia † quædam, illa quidem parœcialis quondam fuit, nunc desunt homines qui parœciæ corpus conflabant, & parochis illa suis plane orba sit, ea ne igitur parœcialis etiam tunc censenda? ea ne vtriusque legi concilij,quod ad istud attinet, de quo agimus subiicienda? hac tamen in quæstione variant doctores, nec enim adhuc clare est perspicue decisa, horum quidam opinantur,gloss.& Ioan.monac. capitu. licet canon.Hostien. capit.quia nonnulli.de cleric. non residen. Ioannes de selua. quæstio.42.in 3. parte, tandiu parœciale fanum, parœcialem censendam ecclesiam, quandiu eo in fano adsunt homines, qui parœciam constituunt,quod si hi desint, aboleri quoque ac plane intercidere nomen parœciæ, nam quum desunt sodales collegij, collegium quoque esse desinit, l. sicut.ff.quod cuiuis uniuer. quod si postea homines illi, iterum eum in locum conueniant,iterum eum ipsum locum, parœciam effici, legique omni quæ de parœcia loquitur obnoxium,Archidia. dicto capit.licet canon.Alij verò contra differunt hancque distinctionem prorsus reijciunt, aientes nihilo secius ecclesiam talem,semper parœcialem censeri, nunquam enim illam, nomen istud posse perdere,quod attinet ad sanctionem capituli,licet canon.cui sit subijcienda (nam & canon distinctionem non adfert,de parœciali ecclesia) simpliciter verba facit. hinc fieri, vti satis sit quoad canonem illum, ecclesiam illam vel re ipsa,vel potentia parœcialem vel dici, vel esse posse, quidam Paul.dicto capitul. licet canon. autem has doctorum hanc in rem controuersias, disiunctiuo componebant proloquio, Quod sic habet;aut ecclesia finibus limitibusque non circũcluditur,sed numerum habet hominum,in quo consistit, seque parœcialem efficit,qui tamen homines, nullo circumducto limite, hinc atque illinc vitam ducunt, & tunc haud dubium esse,hi homines si desint, Ecclesiam itidem parœcialem desinere. Alij Domin. de sanct. Gemin. dicto capi. licet canon. quædam alia adferunt, ac quibusdam itidem distinctionibus, rem temperant,suo quisque hac in re,innititur ingenio. dicto cap.licet canon. Mihi autem ualde placet ea, quæ primo loco adlata est,doctorum sententia, nam ad Canonis licet illa tensum maxime accedit, quo quidem in Canone, vel capitulo
45 † ita scriptum est. qui parœciali præficitur ecclesiæ, intra annum,is sacris ordinibus insignitor,ut curam populi sibi demandati accuratius atque fidelius gerere queat,in fano sibi commisso,ni faciat,& cætera, perpendantur hæc pristina verba,nonne curam populi plane respiciunt, quod si is deest, si non comparet,si nullo in loco ea in parœcia,sese exhibet,quo modo fieri potest,vt illius cura habeatur? igitur cessante causa,quæ Canonem induxit,hoc est,cessante accuratione populi,quæ fieri deficiente populo nequit, pœnaria quoque Canonis sanctio videtur desinere debere,cuius inducendæ, populi cura,prora (vt aiunt) & puppis fuit,nec alium ad finem lex re-
46 spicit.c.in pœnis.de reg.iur.in 6.Ad hæc,lex omnis, † in personam certam inducta,ad aliam quoque personam,quæ tamen eiusdem qualitatis non sit, non protenditur, quinimmo, ex præscripto iuris,intra eam, de qua colloquuta est, personam strictim manet,Abbas late in Rubr.de vita & honest.cler. Igit cum cesset,hac in specie personæ reique qualitas, ob quã scita est pœnalis lex,desinat quoq; hac in specis,pœnariæ legis constitutio.c.statutũ.de pœn.in 6.Postremò parœcia † nihil aliud est,q̃

quædam

Source : BIU Cujas

quædã accurationis animorũ partitio, a ſuperiori ſacra prãte facta: nã cùm multi ſint in orbe domini regendi populi, multi quoque regimini populi demandandi ſunt miniſtri, ſuo quiſque ergo præficitur in territorio, cuius quidem territorij curam ſuſcipit, gregemque paſcit. cap. 1. de capel. mon. concluſum in illo, appellaturque territorium illud parœcialis eccleſia, ſiue parœcia, cap. regenda. 10. quæſtion. prima, qui verò in eo agunt parœci nominantur, diuerſis in vnaquaque prouincia limitibus circumſcripti: ex his ita diſcretis parœcijs, ſi quæ ſorte mala, vel alio ca u concidat, quia ſuos amittit homines, qui vel aliò commigrarunt, vel alia de cauſa non apparent, certè ad eam quoque paſcendum, non eſt compellendus curio parochus, ſicque ad eos ordines, per quos fit paſtio, haud quaquam, per legem vtriuſque Concilij adigendus, expectanda meliora tempora, ſi redeant homines, ſi refloreſcat eccleſia, tum demum iure Conciliorum vtendum. dicto capit. licet canon. & dicta clem. ne in agro. §. cæterum.

Affertur & alia quoque ſpecies, in qua ſpecie, ſilet Lugdunenſis lex, dicto capit. licet canon. cum enim eccleſia eruditis hominibus indigeat, eos quoque fauorabiliter amplectatur neceſſe eſt, ne illorum priuata conſortio, detrimẽtoſum quid patiatur, hos igitur accerſat, hos ſibi proponi cupiat, hinc fit,
48 ne ſummum ius Lugdunenſis Concilij, † hac in parte, eccleſiæ quicquam officiat: vti quemadmodum Bonifacius quoque ſtatuit, Lugdunenſis Concilij, hac in parte, viris ſtudioſis laxamentum magnum ſit dandum. Itaque indulſit ille vir magna ex cauſa, epiſcopis literarum & ſtudiorum ergò, hominem beneficiarium, hac in re, lege, ad tempus vt ij ſoluere queant: capit. cum ex eo. de electio. in 6. temporis autem ſpatium cuius gratiam hanc ob cauſam epiſcopi facere poſſunt, ſeptenne eſt, modo intra annum, ſubdiaconus is, cui fit gratia, fiat, alioqui, pœnæ Concilij fit vtique obnoxius, dum verò ſeptenne illud tempus cucurrerit, his quoque, quibus literarum honore facta eſt ea gratia, annus item vnus liberaliter adiungitur, intra quem tamen, ni Diaconi & Sacerdotes fiãt, aut quominus id fecerint, cauſam magnam ni adferant, in pęnam eunt, Lugdunenſis Concilij: Ergo perſpicuum fit, quanta maxima literis attribuatur gratiã, quarum de cauſa, hominem, qui alioqui intra annum ſacerdos ni fieret, erat magna pœna, hoc eſt, amiſſione ſacerdotij plane plectendus, illum ipſum, epiſcopi, ſubdiaconatu intra annum ſuſcepto ad ſeptenne vſque tempus, ampliare poſſunt; vel ni id faciant epiſcopi, petitionique ſtudioſorum hac in re, ſubſcribant, ſunt ad id faciendum, a ſuperiore magiſtratu compellendi, capit. exigũt. prima quæſtion. ſeptima, capit. nullus de iure patro. nam iſtud ipſum, in eccleſia Dei, ſi non obſeruetur, detrimento quopiam ipſa plecteretur, quæ, vt vigeat, floreat & adminiſtretur, talibus illi, eccleſiæ miniſtris, certè peropus eſt, capitul. nihil de electio. Adnoto tamen hìc, ſubiungoque, annum illum, ſtudioſo illi beneficiario, ad hoc vt ſubdiaconus fiat, tantiſper, dum per codicillos, prorogatur illi ſacerdotalis promotio, præſcriptum, ab eo die curriculum ſuum agere, quo, niſi ſtudiorum gratia, lege fuiſſet ſolutus, ad præsbyteralem gradum pœnaria ſanctione peruenire cogebatur. Ioan. Andr. Domi. & Phil. Franc. dicto capit. cum ex eo. Hic item ſubnoto, poteſtatem hanc, ſtudioſos homines, ob ſtudia, lege ſoluendi, quę
49 epiſcopis, aut maioribus aliis Antiſtitibus ſit attributa, † nulli alij inferioris ordinis Antiſtiti eſſe conceſſam, ij enim minorum gentium Antiſtites, nihil aduerſus leges ſibi cõmiſſum eſſe exiſtimare debent: ne vllius quidem legis gratiam faciant, niſi his duntaxat in rebus, in quibus, vt id faciant, eſt eis nominatim ſpeciatimque, a iure clariſſimis verbis indultum. cap. at ſi clerici, §. de adulterijs. ext. de iud. Gloſſ. clemen. fi. de re eccle. non alie. & clemen. 1. de rer. permut. in alijs pleniſſime abſtineant. Subnoto quoque adminiſtratorem datum a Pontifice ſummo, hanc etiam poteſtatem lege hac in re ſoluendi, habere poſſe. Gloſſ. capit. is cui. de elect. in 6. Ioan. And. & Phil. Franc. dicto cap. cum ex eo. Subiungo item epiſcopũ,
50 † qui legitimo ſuffragio ſit electus, confirmatuſque, tametſi nondum is inaugurationem conſecrationemque acceperit, perbelle tamen hac lege ſoluendi poteſtate vti poſſe, ea enim poteſtas ad iuriſdictionem pertinet, non item ordinem reſpicit. Glo. cle. de reſcrip. & clem. 1. de for. compet. Tum & ad-
51 iungo, collegium † vel capitulare ſodalitium, dum vacat paſtore ſedes, hanc ſibi autoritatem vindicare poſſe, gratiamque legis, quam hac in re faciebat epiſcopus, ipſum itidem capitulum, defuncto, aut eccleſiam abdicante epiſcopo, tantiſper dum illa vacat, facere poſſe, neceſſitate enim officij res illa geritur, cap. pen. & fina. de ſuple. negli. prælato. Fede. de ſen. cõſil. 29. Adfero & vnum, quod non prætereundum duxi, nem-
52 pe quæ dicta ſunt, ea quidem in exemptis, † qui quodam iure vtuntur præcipuo, non conſiſtere, his enim ſolus Pontifex, vel legatus ipſius a latere, hoc impertit beneficium: hancque facit gratiam, reliqui verò qui immunes non ſunt, nec exempti ab his, quos diximus Antiſtitibus gratiam accipiant. Cardinal. clem. ne in agro. §. qui autem. de ſtat. monac. Abbates porrò, ſi vel ex priuilegio, vel ex præſcripto temporis ſpatio, vſuque inducta conſuetudine, id ſibi iuris vere adſerũt, quam conſuetudinem his quas protulimus de cauſis, hoc eſt, diutino more vel priuilegio ſint legitime aſſecuti, ea, vtique, vti habent eorum priuilegia, moſque inueteratus vtantur. capit. auditis, de præſcrip. cap. accedentibus. de exceſſ. præla.

Sed hic inſerenda quoque elegans quædam, hac in re, facti ſpecies, de qua, aliquando vidi inter doctos concertatum, proponebatur ergo quidam Curio, Eccleſiæque parœcialis præfectus, qui cum ſe iam ad finem propemodum anni, quo ex præſcripto iuris, ſacerdos fieri debuit, peruenſſe ſciret, ita vt quod reſtaret temporis ſpatium, ad ſuſcipiendos, ſicut decet, ordines ſacros ſatis eſſe minime quiret, decurſus ſiquidem erat ferme annus totus, ſibi tunc diſerte proſpiciens, ſuum adijt Epiſcopum, petitque vti ſtudiorum cauſa, vel nomine alio probabili gratiam ille ſibi legis, quæ intra annum ſacerdos vti fieret, exigebat, vellet facere, petitioni illius annuit epiſcopus, eique lubens ſtudiorum cauſa, legis facit gratiam, hic
53 quærebatur, ea ne gratia, † ab Epiſcopo tunc facta, cum annus ferme totus excurſus eſſet, nec ſupereſſet ad adipiſcendos ordines ſpatij ſatis, vacationem impediret ſacerdotij, & reſponſum eſt, & concluſum impedire, gratiamque illam, eo etiam factam tempore, plane conſiſtere, quia, licet Curio ille, ob breuitatem temporis reſtantis, ad ſacros ordines peruenire nequiret, ſuo tamen iure, quod habuit in ſacerdotio, donec annus fuerit plane excurſus, non potuit concidere, vel depelli, in hancque ſententiam iudicauit aliquando Rota. deciſion. 187. in anti. Ioan. Andr. in addit. Specul. in rubr. de re per. Anfred. deciſio. capit. Tholoſſ. deciſi. 471. Perſpicui autem iuris
54 eſt, † annum hunc, de quo agitantur tota hæc quæſtionum capita, ab eo die, incipere volui, quo quis factus beneficiarius in poſſeſſionem ſacri beneficij nullo prorſus interpellante homine, ire cœperit, uel ſua ipſius culpa. aut negligentia ſit perfectum, quominus in poſſeſſione ſit, capit. commiſſa. de elect. quod, ſi accidat vti beneficiarius iſte, vbi primùm cœpit eſſe in
55 poſſeſſione beneficij; † in diſcrimen illius ſtatim veniat, atque hac ſuper re, aduerſus eum conſtituatur actio, certe dici tunc non poteſt, eam poſſeſſionem ſacerdoti tranquille adeptum eſſe, poſſeſſio enim iure ciuili legitima appellatur, cùm nemine vſquam poſſeſſori iudicium inſcribente, vel in ſacerdotij mancipio negotium exhibente, retinetur confirmaturque. l. memor. C. de acquir. poſſeſſ. atqui beneficiario iſti, poſteaquam poſſeſſionem eſt aſſecutus, ſi ei inſcripta eſt litis actio, qua in litis actione, imminet euictio, ita ut forte ſacerdotio poſſit illicò concidere, cauſaque prorſus cadere ſua, certe iudicandum, hunc ordini ſacro minime eſſe obnoxium, l. ſi poſt perfectam. C. de euictio. alioqui vide quid conſequeretur, ſi conſcripto aduerſum ſeſe actionis, iudicio, beneficiarius iſte velut omnium rerum ſecurus, ſacerdos efficeretur, is ſiquidem cauſa omni poſſet decidere, atque breui admodum poſſeſſo prorſus pelli ſacerdotio, naufragiumque rerum ſuarũ in foro plane facere, inde eueniret, vti ſacerdos factus, inops & pauper vitam ſibi mendicitate quærere cogeretur, quæ res ſummum dedecus adferret toti clero, totique ordini præsbyterorum, capit. diaconi. ultimo. 93. diſtin. & capit. cum ſecundum. extr. de præbend. ſed ſi beneficiarius iſte poſ-
56 ſeſſionem beneficij † aliquandiu retinuerit, nemine illum hac in poſſeſſione prorſus interpellante, is proculdubiò ſi ſacerdos intra tempus non ſit factus, in pœnam Lugdunenſis concilij dicto capit. licet canon. incideret, quia ſatis eſt, aliquo tum tempore tranquille, citraque vllam controuerſiam cœpiſſe poſſidere. capit. dudum. de elect. l. ex empto. de action. empt. quod ſi is dicat, ego ſacerdos fieri nolui, quia ſuper beneficio meo potuit adhuc in me actionis conſtitui iudicium, quo ſi caderem cogerer miſere, ſacerdos factus, ſtipem emendicare, ſummoque dedecore ordinem afficere, (quæ quidem fuit ſuperior ratio allegata) is tametſi hæc dixerit, nihil tamen certe dixerit, neque ius ſuum vlla ratione ſuffulciuerit, nam illi probe reſpondebitur: malo eum animo malaque mente irrepſiſſe in beneficium: Qui timeat ea ſuper re, litem ſibi inſcriptum iri, eaque de cauſa, electionem quam is de re non ſua fecerit atque acceptationem, ipſius culpæ adſcribi poſſe, l. final. de acquir. poſſeſſio. C. l. ſancimus C. de iure deliberan. quam quidem culpam non excuſant leges. Hìc moueri ſolet ſcrupulus, dictum eſt ſupra, beneficiarium, qui aliquandiu tranquille in poſſeſſione extiterit ſacerdotij, ſacro ordini ſuſcipiendo, ſanctione pœnaria fieri obnoxium, ſcrupulus igitur, qui hac in re mouetur, nunc is eſt. Quod nam temporis ſpatium cenſeatur illud: quo hæc dici poſſit tranquille confir-
57 mata poſſeſſio, † ad hoc, vti eam, quis ſemel adeptus ſacerdos fieri debeat, & quidem hoc in diſſoluendo ſcrupulo conſtituendoque tempore in diuerſas vtique ſententias eunt doctores,

Source : BIU Cujas

ctores, quidam dicto capit. commissa. horum, vnius mensis spatium, confirmandæ huic tranquillæ possessionis sat esse dixerunt, alij menses duos attulere, Paul. de Castr. consil. 265. ego verò quia nulla Ciuili lege, nullaque pontificia hoc temporis spatium consignatum esse video, illud totum arbitratui iudicis diffiniendum relinquo, li. j. §. ait prætor. ff. de iur. delib. l. 1. §. quo eum. ff. rem rat. hab. tametsi video etiam quosdam existimare ante excursum annuum spatium, possessionem tranquillam haud dici posse, propterea quod eo annuo spatio possit facile super sacerdotio lis inscribi, agique vel ad vindicias, vel in ipsam sequestris capitis causam, atque ea sunt in sententia plerique pragmatici aulæ romanæ, sed de eo viderint, vti dixi, iudices eruditi, & æqui, iusti, existimatores.

Modò quærendum, vt omnis isthæc materiæ præpositæ species, quoad eius fieri poterit, differatur, qui minor viginti quinque annis, quique suffultus diplomate pontificio quo ei data est, ad adipiscendum paroeciam ætatis venia, ea in minori ætate, obtinet, diplomatis vi pontificiorumque codicillorum, curatum atque paroeciale sacerdotium, cuius quidē diplomatis vi, censetur etiam ad vigesimum quintum vsque ætatis annum, ad suscipiendum præsbyterale sacrum ampliatus, Ioan. Andr. Archid. & Geminia. capit. cum ex eod. §. si, de electio. in 6. Panorm. capit. quia in tanti. ext. de præbē. an interim dum voluitur illa viginti quinque annorum ætas, isteque octodecim annorum fit, ad recipiendum subdiaconatus sacrum pœnaria sanctione adigatur, & quidem multi vt Anch. consil. 303. Phil. probus addit. ad Io. mona. in capitu. vnico. de cler. coniuga. sunt, qui opinantur, illo accedente tempore, subdiaconatus, clemen. generalem, de æta. & qualita. gradum recipere eum debere, tametsi pontificio, quod attinet ad præsbyterale sacrum, obtinendumque curatum & paroeciale sa-
58 cerdotium, subnixus sit rescripto; † sic enim ei, qui studiorum gratia ampliationem temporis ad septennos vsque annos, suscipiendi summi sacri obtinuit, debet interim suo tempore subdiaconus effici, capit. cum ex eo. de elect. in 6. & cum ita sit, vt qui ab episcopo, ob fauorabile literarum studium, eam est assecutus gratiam, teneatur tamen lege, subdiaconum tempore suo suscipere, multò magis, qui in ætate minus idonea, hoc est, in ea ætate, in qua sunt minores, id gratiæ est a Pō tifice summo fauorabiliter consequutus, debet accedente commodo tempore subdiaconorum ordini inscribi, nam studioso illi patrocinantur literæ, quarum causa, nihil non faciendum, hunc sola adiuuat pontificia gratia, nulla subnixa ratione, nisi ea sola, qua dictum est, summum Pontificem, pro imperio, in ecclesia dei posse omnia. Aetas imprimis abest adipiscendorum sacerdotiorum haudquaquam idonea, capit. cum in cunctis. §. inferiora, ext. de electio. præterea iudicij maturitas, quæ hac in ætate minime adest: in summa, hic sola subnixus gratia, legum maxime ruptrice, & veniæ extraordinariæ irrogatrice, id consequitur beneficij. Cur igitur, cum studioso illo, quem literarum amor commendat, non æquo saltem iure censendus est? l. scire oportet. de excusatio. tuto. atque ita vt ille, ita is quoque, suo vtique tempore ad subdiaconos adigendus, certe quominus hæc fiant nulla est ratio. Ad hæc, appendenda est causa, propter quam, qui ob studia spatium temporis septenne, suscipiendi sacri ordi-
59 nis obtinuit, interim subdiaconus † tempore suo fieri debeat, quod si appendatur, eandem in vtraque proposita specie dicemus, causa igitur fuit, ab ipsomet Romano Pontifice prolata, dicto cap. cum ex eo. ne scilicet, excurso tempore septenni, studiosus ille, intra hoc tempus, fructibus ecclesiæ perceptis ab ea postea desciscat, eiuret sacerdotium clericalemque ordinem plane, exuat, quæ res in primis in ecclesia Dei cauenda, hæc ipsa causa, atque ratio in pubere isto qui minor viginti quinque annis, ex gratia Pontificia adeptus est curatum & paroeciale sacerdotium, plane viget, nam decursu viginti quinque annorum spatio, eadem ipsa, quæ studiosus ille, poterit is ipse facere, atque vterque ordinem deserere. igitur ambo æquali iure, quoad hoc, de quo agimus, censendi, subdiaconatusque fræno in ecclesia dei retinendi, ne fructibus perceptis, ecclesiam tempore flagitioseque eludāt, hæc isti adferunt pro confirmatione huiusce sententiæ.

Ego tamen ipsis hac in re non accedo quinimmo contrarium censeo. Aioque, minorem istum, cui Pontifex summus ad obtinendum paroeciam, ætatis fecit gratiam, etiamsi nec subdiaconus, nec diaconus suo efficiatur tempore, nihilominus tamen suo sacerdotio minime moueri pellique posse,
60 nam, tametsi gratiæ † huiusce modi contra leges concessæ, angusto contractoque iure censeantur, debeantque intra suos concludi fines, nec vlterius sint prolatandæ, capit. 1 & 2. de fil. præsbit. cap. quæ dilectio. de consang. & affinita. tamen fieri nequit, quin hæc quoque, ad exempla reuocētur necessaria, atque ad consectaria. capitu. si quis in clero. 6. quæstion. 1. tum ad eas res, quæ ab hisce dependent, veluti in hoc exemplo nostro, quo minori a Pontifice facta est ætatis gratia, vti curato isto ornari possit sacerdotio, nam ea gratia, alteram quoque includit gratiam, nempe vt minor iste intra annum a iure præscriptum, sacerdos quoque fieri, ex lege ne teneatur, sed subdibconatus diaconatusque, cum appendices sint ordinis sacerdotalis, super his quoque haud dubie censetur facta minori isti gratia. Quod verò isti Doctores sanctionem Boni-
61 facij positam in dicto capitulo, cum ex eo, † pro sua adducūt sententia, ea certe ipsa admodum contra eos facit, nam ibi, cum Bonifacius, episcopis permittat, studiorum causa, ætatis temporisque gratiam studiosis posse facere, id vnum nominatim adijcit modo ij, inquit, quibus ea fit gratia, intra annum subdiaconi fiant: Cum igitur Pontifex nominatim illic eam conditionem adiungat, si in cæteris omnibus gratijs, quas itidem facit, ipsam vellet obseruari, certe eam quoque disertè, clarisque & manifestis verbis, sicut in eo capitulo, declarasset, quod cum non facit, vt in hac de minore posita specie, eam sanè suæ noluisse addi gratiæ, liquidò constat, quin potius voluisse, plenissimam suam esse gratiam, manuque vberrima, in minorem istum eam effundi, Nam quod isti argumentum deducunt de gratia, quam facit episcopus, ad Pontificiam gratiam, argumentum sane istud parum habet roboris, nec videtur in iure nostro satis posse, consisterei. Cum inter hæc duo, plurimum omni ex parte interfit, nam primo, in gratia,
62 † quam facit episcopus, causa semper requiritur, & non solùm causa, sed & causæ cognitio, explicatioque, cum qua ea debet fieri gratia, nec causa illa creditur vnquam vllo præsumpto iuris iudicio congruens, nisi quatenus de ea clare constat. E
63 contrario Romani Pontificis gratia † semper præsumitur facta, cum causa, etiam si non explicetur, ille enim, cum legibus quosuis homines soluit, rectè semper soluisse existimatur, nemo causam quærit, nemo causam in aleam vocat, factum est de eo, id iuris præiudicium, vt quicquid is facit, iuste faciat, cum etiam sine causa vlla possit, vti vult, homines legesolue re, non enim legibus obnoxium habet imperium, sed summum eximiumque, Quare de eo, ad episcopum quemuis, repudianda quæuis est argumentatio, répudianda quæuis similitudo, atque comparatio. Præterea Bonifacius ipse Pontifex, fatetur sanctionem capituli, licet Canon, sanctionem esse pœnariam, aliarumque legum emendatricem, atque correctricem, ob idque eam, ait, coarctandam & angustis concludendam terminis, ob quam causam, scilicet ob eam coarctādam, emanauit capitulum istud, cum ex eo, cum ergo ita sit, interpretemur vti in sua loquitur specie, nec illius sine causa egrediamur cancellos, ipsamque interpretationem ducamus ex his, quæ vniuersali statuta sunt consensione, legeque, nempe
64 in Lateranensi Concilio, † quo scitum, neminem ob non susceptum intra tempus sacrum ordinem, nisi monitione præuia, suo priuandum esse sacerdotio, nec indicta causa, beneficium quod alioqui legitime possidet, illi ob id auferendum.

ARGVMENTVM.

Quoniam pacto, per sponsionem veram coniugij, ecclesia quæuis præfecto suo vacare censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahi potest a constituto in minoribus, ex hoc tamen censetur se abdicare sacerdotijs quibus ante potiebatur. intellige & num. 9. & 10.*
2 *Clericus in minoribus constitutus vxoratus (dummodo non sit digamus) quibus priuilegijs potiatur.*
3 *Clericus coniugatus an ex dispensatione Episcopi possit retinere beneficium & num. 5.*
4 *Episcopus potest, dispensare cum homicida vt beneficium retineat.*
6 *Episcopo aduersum iura non licet quid statuere.*
7 *Clericus vxoratus, & laicus non possunt altaribus ministrare.*
8 *Deuiantia a iure ad exemplum minime reuocari debent.*
11 *Vxori operam dare, & altaribus ministrare, sacraque obire munera, res sunt planè inter se dissidentes nec simul exerceri possunt.*
12 *Beneficii secundi adeptione an primum ipso iure uacet, & quando. numero 18.*
13 *Episcopus sua sponte ad aliam ecclesiam transiens an utraque priuetur.*
14 *Sacerdotia vacare per coniugium etiam nullum quomodo intelligatur.*
15 *Beneficiatus non potest sacerdotium admittere sine authoritate sui Antistitis.*
16 *Clericus impubes beneficiatus an per colligationem coniugij amittat beneficia.*
17 *Beneficia non amittuntur per sponsalia de futuro, seu per votum religionis, antequam per professionem se religioni addixerit.*

Bene-

Source : BIU Cujas

19 *Beneficij impetratio per coniugium alicuius quando locum habeat.*
20 *Beneficiatus desponsans puellam, licet postea illa monialis fiat, non redit ad sua beneficia per dicta sponsalia amissa, & assignatur ratio.*
21 *Matrimonium ratione defectus consensus non valet.*

Caput 3.

CONstat sané, ex clero, quemuis, etiam si ad minores ordines sit perductus, posse quidem puellam legitime in matrimo
1 nium ducere, † sed illud item constat, si id fecerit, suis ipsum sacerdotijs, quibus antea potiebatur censeri penitus abdicare se. Etenim dum se alligat coniugio, si per id quoque coniugium clericalem vestem exuit, si ius abijcit eximij initiatique sacrorum verticis, vtrobique patet, omni quoque ipsum clericali priuilegio exuere prorsus sese: canonumque præsidia plana a se depellere. Quod & amplius id ipsum utique facit,
2 dum digamus fit, sed si matrimonium † dum init, modò digamus non fiat, habitum clericalem non dimittit, sacrique verticis tesseram haud abijcit, certe tunc perspicuum est, duabus ipsum duntaxat in rebus, priuilegiatum posse semper cõsistere, quarum altera est, Parisiensi scita in concilio, quæ ius ei forensium codicillorum non adimit iudici ipsum ciuili eripiens, dedensque Pontificio. Altera est, vt qui illum pulsauerit, affeceritque verbere, pœnæ canonis (si quis suadente diabolo) fiat planè obnoxius. Porrò cætera clericorum priuilegia omnia, dum copulatur coniugio, plane perdit, quia contrario illo facto statim amittuntur, nec eam ad rem necessaria est vlla omnino declaratio, satis est, si pateat, ipsum clericum secum aliquam matrimonio coniunxisse. Cùm tamen alioqui, per mutationem vestis clericalis rasique verticis non obseruantiam, & gestationem illa ipsa priuilegia minime depereãt, nianteceſſerit admonitio, cui, clericus iste, qui vestem & insigne verticale dimiserit, morem sibi gerendum haud quaquam duxerit, causa autem cur hac in specie, hæc canonum præsidia, hasce ob res, ni anteierit admonitio, non abeant, hæc est, quod clericus iste, nullum factum in se admiserit, quod clericatui sit plane contrarium. Enim verò cum suprà statutum sit, clericum alligatum coniugio, sacerdotio obtinendo neutiquam esse idoneum, id quidem perspicuum
3 est iure ipso cautum esse. At verò possitne is, ab episcopo † solutionem legis, hac in re impetrare, ita vt cum coniugio retinere queat sacerdotium, in ea quidem quæstione dissoluenda, varij uaria adferunt Doctores. Aliqui putant, episcopo plane licere, homini ex Clero, qui vxorem duxerit, dum Digamus is ne sit, vestemque clericalem, & verticale insigne secum deferat, negotijsque prophanis non det operam, gratiã huiusce legis facere, sacerdotiumque vnà cum vxore concedere, modo adsint duo, quæ omninò hoc in negotio sunt necessaria, vnum est, beneficium vt illud, ꝙ clerico isti vxorio possidendum, vtendumque permittitur, curatum ne sit, aut paroeciale, vel dignitas, sed simplex duntaxat beneficium. Alterum est, vtilitas vt ecclesiæ, cuius præcipue semper habenda est ratio, id ipsum, hoc est hanc legis hac ipsa in re, solutionem in primis suadeat. Quod si hæc duo adsint, nihil impedire, quominus clerico vxori coniuncto, hanc gratiam episcopus possit facere: hæc isti proferunt, quæ etiamnum aliquot Romanorum Pontificum responsis confirmant, capit. si qui. 32. distin. cap. quia tua. 12. quæstio. 1. cap. Ioannes. de cleri. coniuga. Adferunt & nonnulla alia pro confirmatione suæ sentẽtiæ, ducentes argumentum a ratione simili, tametsi nulla sit his in exemplis similitudo, nonne fit (inquiunt) vti homicidæ
4 episcopus † autoritatis suæ vi, largiri queat, quò beneficium possit retinere? cap. Henricus, de cler. pug. in duell. nonne itẽ fit, vt ei, qui loco suo motus sit, quem depositum vocant, ille ipse episcopus interdum faciat gratiam. ca. suadeat. l. distinct. cap. præsbyterum. 28. distin. Alij Ala. Host. Panor. & Cardina. cap. Ioanoes. de cleri. coniuga. plerique, quibus hæc non placet opinio, multa alia contrà adferunt. Aiunt in primis, nullo
5 modo permittendum, vti qui vxorem habeat clericus, † autoritatem tituli habeat vllo in sacerdotio, neque id ei, episcopũ posse tribuere, quippe cum certum sit, clericum vxore ducta priuilegijs clericorum nullis, præterquam his duobus de quibus supra egimus, suffultum esse posse. Cæteroqui ad prophanos redigendum, cum in reliquis sit illis plane par, eorumque consortio adscribendus, porro perspicui iuris esse, prophanis hominibus, qui & laici dicuntur, attribuenda nulla esse sacer-
6 dotia. Adhæc peruulgatum esse, aduersum iura, episcopo † statuere quicquam non licere, neque fas esse, illorum solutionẽ alicui præbere homini, nisi in his duntaxat rebus, in quibus, vt id queant facere, legibus est illis nominatim indultum, nam per ista episcopalium gratiarum, extraordinaria beneficia, cõ uellitur Romani Pontificis maiestas, atque autoritas, violantur sacro sancta conciliorum iura, quod facere minori potestati haud quaquam sic temere permittendum: Nam quid iuris habet magistratus inferior in placita superiorum? Præterea tantùm abesse, vt ista legum, hac in re, solutio episcopis sit alicubi attributa, vt his ipsis ob respectũ principis summi, ma-
7 xime interdicta esse censeatur. Addendum, clericum † vxore sibi iuncta, altaribus ministrare, non magis, quàm prophanũ hominem posse, neutrumque huic vtique ministerio esse vllo modo idoneum. Quid igitur ecclesiasticum beneficium, clerico isti vxore irretito, impertiendum est? cuius munia nequeat capessere, cum præsertim beneficium quantumuis simplex sit, tribuatur ob qualecunque ministerium, obque præstandam qualem qualem in ecclesia, pro sua cuiusque sacerdoti; natura, tum officij, tum obsequij functionem, necessariam, Ego itaque istis libentissime assentior, nec commoueor his, quæ alij dixere, nam quod adferunt responsa Romanorũ Pontificum, ceu stent ab illa sua parte, id quidem nihil est, ea enim ipsa responsa tantùm annuunt, clericos vxore donatos posse nihilominus stipendium ab ecclesia consequi. Igitur non ius autoritatemque tituli hisce responsis probatur, posse eos habere ullo in sacerdotio. Quod uerò attinet ad ea, quæ in exemplum adduxere, in quibus legem soluit episcopus, idque iure permittente, ea sane ipsa vno uerbo refellantur, quod sic habet hasce omnes legum solutiones, iuri esse aduersissimas, ius enim & conuellunt, & peruertunt. Igitur eas, æquum esse, intra suos modo consistere terminos, nec in his, de re nominatim permissa ad eam quæ permissa non est, deducendum vllo modo argumentum esse, nam & præscripto iuris ita cau
8 tum (Quæ a iure recedunt, † deflectuntque, ea ad exemplum minime reuocari debere.) Nunc non prætereũdum hoc vnũ,
9 cum supra scilicet sit dictum, sacerdotium † hominis ex clero, qui uxorem sibi asciuerit, ipso iure, hoc est, statim ab initio, & perfecto coniugio nullo alio expectato iudicio possessorem suum amittere, planeque uacare, id quidem esse intelligendum, si matrimonium quo clericus ille beneficiarius se colligauit, verum firmumque fuit, omnique ex parte legitime absolutum, quod si coniugium illud minime valuit, nec fuit quidem licite perfectum, quid porrò hac in quæstione statuẽdum, ambigitur sane mirum in modum, & quia tum hic quæstionis locus pulcher est & frequens, potestque multifariam contingere, equidem non grauabor hic omnes eius species in transitu conuocare, atque etiam differere explanareque; prodibit igitur hæc prima species, Ecce ex clero quidam, maiores iam ordines adeptus, vtpote factus, vel diaconus, vel subdiaconus, vxorem duxit, infirmo quidem coniugio, nam coniugium illud, per leges stare nequiuit. capit. pen. de cleric.
10 coniuga. Quæritur, an suis ob tale cassum coniugium, † excidet ille sacerdotijs, & omnes quidem iurisconsulti, excidi eum debere confirmant, gloss. Anton. Ioan. Andr. Panor. Imol. Cardin. cap. 1. de cler. coniuga. & cap. Ioannes, eod. titu. sed in eo vtique dissentiunt hærentque, excidet ne is, iure ipso, hoc est confestim, nullo alio vti diximus expectato iudicio, an per sententiam, quæ a iudice sit proferenda, sunt ex gl. autho. in dicto capit pen. Ioan. Andr. dict. ca. Ioan. qui sententiam, hoc in casu necessariam existiment, antequam iste suis decidat beneficijs, & pro confirmatione suæ huiusce sententiæ hæc adferunt, non tenuit (inquiunt) matrimonium, ergo vxori clericus iste beneficiarius, minime alligatus est, unde fit, vti ecclesiæ commode queat deseruire, munusque suo in sacerdotio administrare suum, igitur ab ecclesia, cui potest adesse seruitio, ipso iure non excludendus, sed expectandus iudex, qui suum hac in re interponat iudicium, quod si valuisset coniugium, illico, facto ipso, pellebatur clericus fano suo, cui simul & vxori haud quaquam dare poterat operam, capit. diuersis de cleric. coniugat. quæ quidem ratio, in illa altera cessat specie, qua coniugium futile cassumque fuit, igitur cum cesset ratio, cessat quoque, quæ super ea, lata est lex, hæc isti.

Quorum sententiam non probant plærique ex nostris, Io. Andr. Panor. & Zabar. in dicto cap. 1. de cler. coniuga. Aufre. decisio. capit. Tholo. 239. aientes, hac item in specie uacationem sacerdotij, ipso facto, vel ipso iure plane induci, nam quæ pol maior ueriorque esse potest sacerdotij uacatio, quam ea, quæ per eiurationem seu renuntiationem fit? hic autem clericus, uxorem dum ducit, beneficium tacite abdicat, renuntiatque, uel illud habet pro derelicto, quia rem agit, ordini sacro, pristinæque suæ functioni omninò contrariam. capit. ex transmissa. de renun. cap. cum teneamur. 32. quæstion. prima
11 Scit enim uxori operam dare, † & altaribus administrare, sacraque obire munera, res esse plane inter se dissidentes, nec simul exerceri posse, cùm igitur tacite eiurarit renuntiaritque, uel quod in se fuit, dereliquerit beneficium, uacat quidem ipsum uecessario possessore suo, uel domino beneficiũ, probatur quidem assumptio ab exemplis: Ecce, qui potiebatur sacerdotio, †
12 alterũ sacerdotium est adeptus, per adeptionem istius secundi, primum amittit c. de mul. ext. de pb. plane ipsoq; iure vacat ipsum, quia vtrique deseruire non põt. c. cũ sing. de præb. in 6. c. relatum, de cler. non resid. igitur, cum al-

Source : BIU Cujas

terum accipit,primum censetur abijcere, quod si secundum accipit,inutiliter cassoque & inani titulo, nihilo secius vacat primum,proinde ac si secūdum autoritate iusti tituli adeptus esset. Ergo & qui vxorem inutiliter vaneque duxerit, non minus perdere debet quod prius obtinebat sacerdotium, ac si eam vere op tatoque & licito fine secum iunxisset. Ecce item
13 episcopus,† impulsu suo, suapteque sponte, ad aliam sedem transijt,certè vtramque tum possessam, tum ambitam, iure amittit cap.quanto.de transl.patr. sic igitur statuendum est in clerico isto, qui addictus sacris, ornatusque sacerdotio, vxorem,cum non posset,conatus est odiose sibi adiungere, vt in inuidiam odiumque illius, perinde quoad sacerdotium quo potiebatur,sit decernendum,ac si cōiugium illud,quo se inutiliter irretiuit,firmum,omnique ex parte stabile futurum fuisset,quia per eum non stetit quominus veræ fuerint nuptiæ, hæc tamen res eo est moderamine circumscribenda, vt possit quidem episcopus, clerico illi qui se vanis neque firmis aduersum leges alligauit nuptijs,post actam ab eo pœnitētiam, tum retinendi beneficij, tum continuati sacrati officij gratiā facere, capit.sanè 2.ext.de cle.con. Quod tamen ipsum,ante actam pœnitentiam non ei esset indulgendum. cap. præsbyt. 28.distin. Vnum quoque hic annotare libet,nempe sic, quod cum supra diximus,per coniugium etiam nullum vacare ip-
14 so iure sacerdotia,† id ita sit accipiendum,vt illud quidem cō sistat,nisi clericus ille,hisce in nuptijs vanis,atque inutilibus,se in fraudem episcopi superioriscque Antistis, impeditum implicatumque iuerit:dedita vtpote opera,vti eo modo,ab Ecclesia,potestateque episcopi descisceret, suaque abijceret beneficia.nam id cum ita fit,veluti fugitiuum mancipium, ad ecclesiam quam fraudulenter deseruit, retrahendus esset, certi enim clarique iuris est,citra autoritatem, suffragiumque sui Antistis, non posse eum sua eiurare dimittereque sacerdo-
15 tia, cap.admonet.capit.quod in dubijs ext.de renuntiat.quæ iam tranquille,aliquo possedit temporis spatio:alioqui ni hęc essent,pateret facilis via,illudendi quotidie superioris Antistites,quibus quidem illusionibus, dolis atque fallacijs omnis aditus quoad maxime fieri potest,obseruandus est:item, ca. quanto.ex de diuor.& idem iudicandum est in clerico, qui cum consanguinea iungitur,quod in clerico sacerdote supra diximus.Angel.de clauasio verbo clericus,Panorm.dicto ca. 1.Aufre.decisio.239.Altera species est,quam hac in materia, huc induco,in qua,licet constituatur verbis paratis præsentibusque a clerico beneficiario coniugium, non tamen abeūt
16 ab eo sacerdotia.Pone enim mihi tu,clericum† impuberem beneficijs ornatum,puellam quandam, presenti sibi desponsisse colligasseque coniugio, num eam ob rem, sacerdotia perdit,eaque uacare censeantur? non quidem sane,causa est, quia iuris interpretatione,matrimonium tale,ab eo, qui impubes est, verbis contractum præsentibus: ad futura verba quidem referendum est,ita vt non vxorem,in præsenti duxisse,sed eam in futurum se pollicitum esse ducturum, censeri debet.cap.unico de despon.impub.in 6. Vnde cum non præsens quidem sit coniugium,sed pollicitatio tantum, illud aliquando futurum:non vacant in præsenti illius quoque sacerdotia.Idem constituēdum,si puella illa, quam sibi in uxorem clericus verbis præsentibus adsciuit,impubes sit,ita vt ætas legitima nubendi in ea desit: Nam utrobique eadem est ratio, vtrobique enim, hoc est,siue vterque, seu alter tantùm, vel sponsus vel sponsa,ætate nubendi iusta deficiat, fit matrimonij in præsens contracti,ad futurum tempus,iungendo matrimonio conueniens prorogatio, atque iterum possessori salua manent sacerdotia,Zabarel.cap.Ioannes,de cler.coniuga. Confirmantur hæc ipsa aliquot exemplorum inductionibus, Nam in primis statutum est,per sponsionem futuri voti non
17 amitti sacerdotia, † antequam is qui ea possidet,sacramentū sacræ sodalitatis,vel tacite uel clare inierit seseq; ex professionis uoto religioni addixerit,cap.beneficium.de regul.iur.in 6. Sic item statutum est, dum recipitur altera parœcialis & cu-
18 rata ecclesia,† primam non abscedere, nisi qui vtramque recipit,secundæ quoque possessionem inierit, uel per eum steterit,quominus in possessionem secundæ venerit,capit.licet de præbend.in 6 capit.commissa.de electio. eodem libro. sic etiam nec per sponsionem solam futuri coniugij, decidendum vacua censeri possessore suo, qui futurum spopondit coniugium,sacerdotia.Ioan.And.& sicu.capit.1.de cler.con-
19 iugal.hinc Rota suo sanxit iudicio,eum qui petit† vacans sibi per coniugium attribui sacerdotium, non sat habere sponsalia constituta probare,quinimmo perfectum esse, necesse habet,uti probet matrimonium,rota decisi.26. Aufre.addit. ad cap.decision.239.hæc tamen ipsa, quæ allata sunt superiore in positione,existimatum,inter eos locum habere, qui impuberes se iugali copula iunxere,nam si puberes dum sunt,id quidem ipsum fecerint,se seque verbis præsentibus alligarūt, non secus in his statuendum,atque si coniugio iuncta sit corporis communicatio, subsequutaque coitus vera copula, sicque absolutum sit omni ex parte coniugium,glo. cap.uni. de uoto & vot.redem.in 6.Archid.cap.ex publico, de coniu. capel.Thol.deci.366. & est hodie textus in extra. Ioannis 22. quæ incipit antiqua,&c.nam tanta est vis,ea in re,uerborum præsentium,vt per ea, si quis se vxori colligarit, sacerdotale sacrum ullum amplius consequi viua coniuge nequeat, nec item propter sacerdotale sacrum, ordinemque præsbyteralem,infringi possit, dissoluique hisce præsentibus verbis celebratum maritale consortium, huc obtrudo, & vnum aliud, quod mihi non uidetur prætereundum silentio, nempe puel
20 lam desponsatam homini beneficiario, † uerbis præsentibus,tametsi illa postea sese addicat deo, ingrediaturque cœnobium,quo vno facto, dirimitur uis connubij, non tamen efficere, ut beneficiarius ille, qui eam sibi verbis despondit præsentibus,ad sua redeat sacerdotia, quæ quidem per hoc perdidit,Anfre.decisio.239.præsens matrimonium,quantum uis illud matrimonium per hanc professionem infirmetur, tollaturque,quia beneficiarius ille, dum puellam sibi matrimonij sponsione copulat, sua censetur dimittere sacerdotia, vel ea in derelictis & perditis habere.cap. ex transmissa. de re nun.cap.cum teneamur.32.quæstio.1.Id quoque hic subiungendum,quod cum in huiusmodi matrimonio, consensioni subest uitium, quo casu, neque tenet, neque consistit matrimoninm,vtpote cum beneficiarius, dum ex furore laborat, vxorem despondit sibi verbis præsentibus,uel is,cum ualeret, eam duxit quæ insania tentaretur, qua in neutra specie,uale
21 re potest connubium, † non quidem ob culpam nubentiū, sed quia alteruter si in furore est,consensum adferre nequit, cap.dilectus.ext.de sponsa. nec obligare quidem, nec obligari,uel etiam ex uoti causa,cap. sicut. ext. de regula. tum ergo per huiusmodi etiam præsentibus verbis conceptum coniugium,cui consensus ob furorem alterutrius coniugum non adfuit, hauquaquam possessa a sic nubente sacerdotia abire. Io.And.& Zabar.d.c.Ioannes.

ARGVMENTVM.

Quomodo,& quando qui a sacrorum communione, finibusque Ecclesiæ exterminatus est, per extremination em illam, seu excommunicationem, suis concidat sacerdotijs: Quonam item pacto, per abrogationem sacrorum,vel suspensionem,priuatur quis sacro possesso beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus vel excommunicatus non priuatur eo ipso suis beneficijs.*
2 *Interdictus uel excommunicatus obstinate persistens per annum in interdicto uel excommunicatione beneficiorum possessione dijcitur. id quomodo intelligatur.num.7.*
3 *Insordescens per annum in excommunicatione potest de hæresi accusari tanquam male sentiens de fide.*
4 *Contumax per annum habetur pro reo confesso. & mulctatur. nu.5.*
6 *Crimina quæ beneficiorum priuationem ipso iure inferunt.*
8 *Clerico(constito quod iniuste fuerit interdictus uel excommunicatus)beneficiorum fructus restituuntur.*
9 *Clericus ægrotus non perdit ea quæ sanus sacris intereßendo haberet.*
10 *Clericus excommunicatus si fructus percipit non ideo irregularitatem incurrit.*
11 *Clericus tempore interdicti ex quo viuere debeat.& nu.12.*
13 *Interdictus seu excommunicatus,& suspensus in quo differant.*
14 *Contumax sua culpa non debet ex suis fructibus ali.*
15 *Excommunicatus quando priuetur suis beneficijs non propter excommunicationem,sed ob accessoria.*
16 *Beneficia an per suspensionem perdantur.& nu.17.18.Quid si in suspensione obstinate steterit per annum. nu. 19.*
20 *Episcopus potest implorare auxilium brachij secularis ad coercendum clericum in contumacia persistentem.*
21 *Suspensus mißam celebrans irregularis fit.*

Caput 4.

IN hac proposita primo loco quæstione,dicendum est mihi, primùm pro comperto indubitatoque apud omnes sumi, neminem ullum ob sacrorum interdictionem, excommunicatio-
1 nemque,suis priuari sacerdotijs;c.1.ext. de iud. sed in eo ipso consistit difficultas,quo quæritur, an per obstinatam in abdicatione parentis ecclesiæ,expulsioneque sacrorum,& anathemate,perseuerantiam, qua quis se irretiri implicarique diutius patitur, fiat sacerdotiorum priuatio. Qua in quæstione expedienda, tam uario certamine uariaque contentione litigant inter se Doctores,vt haud facile sit iudicatu, quam in partem crebriore itum sit calculo, horum plerique putant, Gloss.capitul.1.extr.de iud.Ioan.de Imol. in capit. pastoralis,
2 ext.de app.eum,qui annum † vnum in sacrorū interdictione excom-

Source : BIU Cujas

excommunicationeque obstinatè permanserit, possessis decutiendum planè esse sacerdotijs: quippe qui flagitiosè contumax sit, qui anni spatio se dirisdeuotum, restitui ecclesiæ non curarit: hancque opinionem vsqueadeò probauit Innocentius, cap. cum bonæ.extr.de æta. & quali. vti existimarit anni decursum solum, quo quis in abdicatione sacrorum perseueraũerit, satis esse, ad eum prorsus suis deturbandũ beneficijs, nec expectandam vllam sententiam, quæ id proferat, atque annuntiet, obstinatum enim illum, anno vno, se à cœtu piorum abactum, pertinaciter sustinentem, non esse ampliùs ad causam super sacerdotijs dicendam admittendum: huc accedit Speculatoris. titul. de accusa. §. sequitur. versic. porrò secundum canones. sententia, aientis abactum sacris, anno vno non esse ampliùs eo in crimine, vel in eius criminis defensione, ob quod crimen est ei sacris interdictum, audiendum: quin tantam ob contumaciam, pro confesso reo, conuictoque eum censeri: ita vt post annum, quo in hacce dira proscriptione perstiterit, possit quidem per sententiam, vt anathema iudicari, magisque ac magis aggrauari, tũ & aqua & igne ei planissimè interdici, dein abrogatione vel suspensione (vt aiunt) officij, tum sacerdotiorum, priuatione omnino multari, Felinus cap. connulli. num. 8. extr. de iudi. grauis sanè autor testificatur, hanc opinionem à recentioribus iurisconsultis veluti frequentiorem recipi: qua quidem opinione constituitur, eum, qui sacrorum atque ecclesiæ interdictionem per annum pertulit, priuatum esse suis sacerdotijs. Alij multa, hãc in rem adferunt, plerique dissentiunt, plerique verò consentiunt. Mihi quidem, vt symbolum meum hac quoque in parte adferam, vr̃ summopere animaduertendum, an sacrorum illa interdictio, in qua clericus beneficiarius, anno vno extiterit, emanet à debito obligationeque ciuili, hoc est, ab ære alieno, quod clericus ille contraxit, nec dissoluit, tumque statuendum, abdicatum eo modo, eaque de causa, ꝓpter id nõ amittere sacerdotia, glo. cap. contingit. verbo, constituatur. de do. & contum. Ioannes de Selua quæst. 4. tertiæ partis. hoc unum solum subire, vt siquidem annum vnum in ea interdictionis
3 peruicacia constiterit, † possit apud fidei quęsitorem iudicemque reus peragi: causam de religione dicturus, de qua malè sentire videri potest, cum tanto tempore in sacrorum abdicatione obstinate permanserit, Aufre. deci. capel. Tho. deci. 365. quod si vadimonium ad diem illi dictam non obeat, neque se ad tribunal fidei inquisitoris sistat, in eaque interdictione obstinate, eam ob debiti ærisque alieni causam anno vno ꝓmaneat, obnoxium tunc quidem ob pertinaciam fieri constitutioni pœnariæ, Alexandri quarti, quam Bonifacius Pontifex, sub titulo de hæreticis recensuit, cap. cum contumacia, de hære. in 6. Sed si interdictio illa, cui anno integro, clericus habẽs beneficia turpiter immoratus est prouenìat ex crimine, causaque delicti, tunc appendendam esse qualitatem causamque criminis, ob quod crimen facta est huiusmodi interdictio, ꝓterea quod canones volunt, vt si quis interdictionem latã ob crimen, anno vno in se exceperit, annum illum, quem excurri ita permisit, id vtique efficere: vti is ipse, criminis illius quod ob dictum fuit primum aduersus eum interdictionis iu
4 dicium, reus cõfessus † prorsus habeatur. glo. dic. cap. cum cõtumacia. idque iuris interpretatione fieri: propter obstinatã illius rei, illa in re mala perseuerantiam. Atqui cum certum fit non omni ex crimine induci per leges priuationem sacerdotium, cap. inuentum. 16. quæstio. 7. cap. 1. 68. dist. certe relinquitur, tacitam illam confessionem, quæ per reuolutam anni excursionem, huc adfertur, non maioris momenti esse, quàm sit confessio, claris apertisque verbis à reo dictata, sed in qua specie, ex clara illa & manifesta confessione delicti, à reo ipso facta, non contingit sacerdotiorum priuatio, in eadem ipsa censendum vtique esse, ex tacita illa confessione, ipsam quoq; priuationem sacerdotiorum minus contingere, hoc sic posito, ita decernendum, vt si crimen illud, propter quod facta est interdictio, quam clericus ille unum annum pertulerit, non adferat per legum scita sacerdotiorum ipso iure priuationem, non esse vtique clericum illum, ob talem vno anno in interdictione lata, ob huiusmodi crimen, perseuerantiam, suis eijciẽdum sacerdotijs: duntaxat clerico illi, annum vnum in interdictione permanent, adpingendam mulctam arbitrariam, perinde ac si vere crimen confessus esset: neque tamen interim dubitandum, clerico illo, post decursum annum, interdictionem illam, adhuc obdurato animo sustinente, quia peruicax est, nouique delicti affinis, cuius habitus est pro cõdemnato, confessoque, quin in magnam insignemque cladem animi is incurrat, nec suspitione quidem careat eam ob contumaciã, deprauatæ religionis: Qua propter, causam nullam adferri: quominus ei, ita sese in re flagitiosa obduranti, tolli possint causa cognita, & perpensa possessa sacerdotia: cap. cum bonæ de æta. & quali. Sed si (quæ secunda huc est inducenda facti species, accusationem criminosam respiciens) clericus ille bene-
5 ficiarius, † huiusmodi accusatur criminis, ex quo introducat ipso iure sacrorum beneficiorum priuatio, inscriptoque & cognito iudicio mulctatur is introductione sacrorum, in qua, ꝓ annum obstinate consistit, tunc haud dubie decidendum, clericum istum, ob peruicaciam malignamque uno anno in interdictione perseuerantiam, sacerdotijs quousque suis mulctari debere: eaque ipso iure perdere. Et hæ sunt duæ, hac in criminosa materia exemplorum species, huc à me, quia ad rẽ pertinebant, allatæ: quas nouisse non fuerit inutile. Nunc re-
6 stat exponendum, quænam sunt crimina † illa, quæ priuationem beneficiorum ipso iure inferunt, & ea certum est, esse maxime tria, nempe crimen deprauatæ religionis atque hæreseos, cap. cum secundum. de hæreti. in 6. tum crimen incestæ sceleste̊que beneficiorum nundinationis, quod simoniã vocamus, tertium Concilio Lugdunensi declaratum, quod Bonifacius in titulo de homicidio retulit, horum trium scelerum qui cõuincitur, eum constat suis illicò deijci sacerdotijs: Anchara. cons. 293. incipit vltra alia. in no. cap. cum in nostris. ext. de conces. præbend. Compost. cap. consideramus. extr. de elect. Itaque scitote, hanc distinctionem Cardinali, c. perpendimus. ext. de senten. excommu. Panormitanoque, cap. 1. extr. de iudi. nostrisque recentioribus iurisconsultis. Ioan. de Selua quæst. 4. tertiæ partis. Aufre. decisio. cape. 355. probatam fuisse, in qua quidem distinctione ego item libenter acquiesco. Iam verò, quum generaliter sup. positum sit à nobis,
7 abdicatum à sacris clericum beneficiarium, † etiam si in interdictione perseueret, non deijciendum tamen iure ipso suis à sacerdotijs, at id faciendum causa cognita: præter ea, quę sũt excepta nunc deinceps, commode quærendum, an saltem priuandus sit, frustranduſque dum à publica Christianorum cõmunitate depulsus uitam agit, fructibus decimisque eorunde beneficiorum, vel quotidianis, si canonicus est, aut sodalis quis in collegio, sportulis & largitionibus, & quia hac in quæstione, non multa inest difficultas, rem puto unica subdistinctione extricari posse, quæ sic habet: aut clericus iste beneficiarius, † interdictionis sententia iniuste quidem, uel etiã nullam ob causam, notatus est, tumque haud dubium esse, ad eũ prouentus omnes possessorum beneficiorum, qui ob iniustã vel etiam nullam interdictionem fuerint vel auersi, vel intercepti, redire debere. l. pen. ff. de milita. test. ca. sup causa, vbi gl. 2. quæst. 5. sola porrò hæsitatio quotidianas sportulas, quotidianamque annonam, quam distributionem vocant, hac in specie respicit, q̃ita est explicanda, vt siquidem clericus iste a
8 sacris inique abactus, ante abactionem illam excommunicationemque, in delubrum sodalitium, templique adita, non alioquin uentitabat, neque canonicum suis cum sodalibus frequentabant collegium, is vtique ne hac quidem in proposita specie, diarias sportulas, quas etiam propter absentiam in tẽplo suam perditurus eat, recuperet, sin clericus iste, ante interdictionem aduersus se iniuste latam, tum ædi sacræ, tum comitijs aderat, quidem, vt alii quotidie, sed eam ob interdictionem iniustam quidem, & iniquam, aditu, suos ad sodales, eaque ad sacra loca, demum supersedendum sibi duxit, tunc certe opinandum videtur, ei omnes, quas non ob negligentiam, sed ob iniuste latam interdictionem, amisit quotidianas sportulas, quotidianasque annonę & numorum aut cæteri uictus
9 distributiones, restituendas esse, exemplo ægroti, † qui quamdiu decubuit, quia ob ualetudinem malam, templo comitijsque capitularibus, suis cum socijs interesse non potuit, nihil deperdit eorum, quæ si præsens adfuisset, erant ei quotidie obuentura, mòdò cum prospera vteretur valetudine, solitus esset, ac ante morbum etiam illum, quo correptus est, his in sacris locis, perinde atque alijs se ad horas tempusque sistere. c. audientiam. vbi doctores omnes. de cleri. non resid. ordinarium. aut (quæ altera est huiusce subdistinctionis pars) iste qui dem beneficiarius, iure & meritissimò damnatus est, tumque è contrario decidendum, videlicet, istum sacris interdictum, eo tempore, quo in excommunicatione illa constitit, fructus vllos beneficiorum suorum, haudquaquam posse repetere, cum allegatis, de re milita. lib. 12. fructus enim medij illius tẽporis, abdicato isti, à cœtu piorum, plane pereunt: & in vtilitatem commodaque fauorum quibus is præest, omninò abeũt diariæ verò sportulæ, distributioneſque, quas antea, aliquo in sodalitio collegio, solebat percipere; sodalibus suis tãtisper dũ in illa interdictione permanet, accedunt, atque obueniunt. gl. verbo dimidia. in clem. secunda. de æta. & quali. gl. clem. 2. verbo suspensus. de vita & honesta. cler. Abb. & Imo. cap. 1. de cleri. non resid. Vnum hic subiiciendum, quod animaduersione
10 dignum est, clericum † nempe istum abdicatum ab ecclesia, si eo tempore, quo in abdicatione est, prouentus sacerdotiorum suorum decerpit, capitque, quanquam eos suos minime faciat, quippe qui non ad ipsum, sed ad ecclesiam pertineant, nulla tamen, eam ob causam, profanatione, vel irregularitate, coinquinari. Felin. cap. apostolicæ. extr. de except. Hoc amplius, qa ordo postulat, sermonisque continuatio hic ad pingendu m, quum nouissime dixerimus abstentum pulsumque

ab

Source : BIU Cujas

ab ecclesia, quandiu eo in malo permanet, fructibus excludi sui beneficii. Quæret aliquis vnde igitur iste, † vel quibus ex
11 rebus, eo in tempore, quo interdictum est illi sacris, alimenta sibi ducet comparabitque? num interim victum sibi per emẽdicatam stipem quæritabit? Quod turpe esset, nec tolerãdum in ordine sacerdotali, in ordineque clericorum, nonne igitur interea dum exulat à cœtu piorum, illi de alimentis saltem ꝓuidendum? huic ad ista respondent breuiter doctores, vno quidem satis concordi consensu. glo. Ioan. Andr. Panor. c. pastoralis. extr. de appell. isti peruicaci homini, qui sua in malitia vult desidere, videturque interdictionem parui facere, nõ esse vllo modo succurrendum, cum enim temere adiuuabitur, quid opus est, qui vsus, quum se ipsum, si velit, adiuuare queat, dum procuret ab hac interdictione expiari, tabulamq; petat absolutoriam quam facile consequetur, modo culpæ eximi desideret, alioqui si culpam nõ agnoscit suam, habendum eũ pro deplorato, ideò nulla in re subleuandum, hinc tamen cõ-
12 stat excipi causas duas, vna est, si clericus † iste sacris abdicatus, ad eam redactus esset inopiam, in idque ueniisset extremorum, ac deploratæ fortunæ, vti esuritione fameque prorsus ꝓficeretur, nam tum inhumanum esset ei opem non ferre, Feli. cap. Apostolicę. de exceptio. Altera est, si iusta excusatione niteretur, ea in interdictione consistendi, vt quia absolui nullo modo quiret, tametsi omnem ea in re daret operam, tunc. n. illi etiam opitulandum, alimentaque, ne egeat, ex fructib. suorum beneficiorum illi essent procuranda, Cardina. clemen. vt hii qui. de æra. & quali. Clem. pastoralis. §. uerum. extr. de appel. Nunc se offert res, quam nec intactam relinquam, nempe disparem hac in materia esse causam illius, cui sacris est in-
13 terdictum, † qui excommunicatus dicitur, & illius cui abrogatio vel interpellatio indicta est, aut officii aut sacerdotii, quem suspensum appellamus, nam priori, extra illas duas res, à nobis iam nunc commemoratus, dum extorrem ab ecclesia vitam agit, de fructibus sui sacerdotii ex nullum impertiẽ subsidium, sicuti superius ostendimus: at posteriori, id est, ei, qui est suspensus à beneficiis bene conceditur suis ex sacris bonis, alimentarium præsidium, Butr. Abbas & Felin. ca. apostolicæ. de exceptio. Ratio autem differentiæ, hæc adferri potest: nam cui ob maleficium abrogatio, vel suspensio est inflicta, ei facultas non datur, abrogationis, propriæ noxę sese ꝓ libito eximendi, decutiendique mulctam illam iudiciariam, quin velit, nolit, sententiæ pareat necesse est. Quare cum necessitate dura is astringatur, illi in re humana, vti alimentorũ causa est, subueniendum esse perspicuum est: At è diuerso, q in excommunicatione est, quia absolutionem dum vult, potest sibi procurare, si eam non procurat, illi iurisconsulti magna cum ratione volunt, non esse ferendum auxilium, ne pro alimentis quidem: præterillas duas quas diximus causas. Ea-
14 dem ratione deciditur, eum cui ob solam contumacem † suscipiendi commirtendique iudicii detrectationem, vel desertos dies vadimonii, illata esset abrogatio, vel suspensio, ex fructibus sui beneficii non debere alimentaria ope adiuuari. Panormi. dict. cap. pastoralis. Feli. dic. cap. Apostolicæ. qnod per eum solum stet, quominùs contumacem illam detrectationem satisfactione aliqua, vel purgatione circunscribat, tollatque, atque ita per idoneam eremodicij, vel contumaciæ satisfactionem, expensionemque abrogatione illa excommunicationevè laxetur. Huc occurrunt nonnullæ etiam exemplorũ aliæ species scitu quidem dignæ, ac necessariæ, quas nec duxi relinquendas, in quibus exemplorum inductionibus perspici
15 tur, quacumque ex causa, abdicatum † ab ecclesia, suis quandoque fore priuandum sacerdotiis, non quidem ob excommunicationem ipsam, sed propter ea, quę abdicationi & excõmunicationi culpa ipsius abdicati, accessere, ueluti si abdicatus iste, dum in abdicatione consistit sciens plane se abdicatũ, & excommunicatum esse, rem diuinam faciat sacroque sacerdotali operetur, tunc enim æquum est excommunicatum illum hæc ista facientem temere, suo ab episcopo, aduocato capitulari concilio, possessis submoueri sacerdotiis, idque patet non solum verum esse in beneficiario clerico, cui sacris est interdictum, verùm etiam in eo clerico, qui cum tali interdictionis & excommunicationis nexu teneretur nihilominus sacerdoti rem diuinam facienti ad altaria ministrarit, Archid. dic. cap. si quis episcopus. 11. q. 3. Card. dic. cap. fraternitati. Qđ quidem secus se haberet, si clericus ille interdictionem illam plane ignorans, hæc ipsa feciisset: tum enim non iniquũ esse, ipsum ob ignorantiam excusari, nullamque iacturam suis in sacerdotiis ea de causa facere, Doctores dic. cap. fraternitati, & dic. cap. si quis episcopus, id quidem censent. Alterũ est hac in materia quæstionis caput, ad quod suo nunc est ordine deueniendum. Quo in capite, fusius quidem quod q̃rebatur est exponendum, id aũt erat huiusmodi, An scilicet per temporariam abrogationem, quam dicimus suspensionem, inflictam
16 clerico beneficiario, perdantur ipsius beneficia. † Hæc q̃stio diuersa complectitur capita, pro quibus colligendis breuiter-

que decidẽdis, à nobis hoc primum axioma seu enuntiatum constituetur, in collationibus sacerdotiorum tũ & in electionibus, personæ in primis qualitatem, in qua confertur beneficium, vel electionis suffragium, esse introspiciendũ, animaduertendumq; an ipsa eo tempore, quo hæc fiunt, idonea sit suscipiendo sacerdotio, nam id potissimũ requiritur. c. dudũ. extr. de elect. nempe idoneus vt sit homo, ad recipiendum sacerdotiũ, eo tẽpore, quo is donatur sacerdotio. capit. postulasti. decler. excommu. ministr. capit. Auditis, ext. de electi. hoc posito, sequitur, vti dicamus, si eo tpe, quo in clericũ confertur beneficiũ, clericus ille, cui illud donatur, suspensionis aut
17 arrogationis nota inustus erat, † non valere q̃ illi tributa sũt: nam q in eo malo versantur, suspensionisque vel abrogationis mulctam sustinent, neq; eligi ipsi, neq; aliis sua electionis præbere possunt suffragia, tũ nec sacerdotijs per collationem aliam vè causam, ab aliis ipsi donari, nec ipse item aliis, vlla ex causa, donare sacerdotia. cap. cum bonæ. ext de æta. & qualit. cap. nos in hominem. 9. q. 1. cap. cum dilectus extr. de consue. hoc axiomate sic constituto, sequit alia quæstio, Quid videli-
18 cet statuendũ, in hisce sacerdotiis, quæ iam cùm clericus † iste, in hanc suspensionis noxam incidit, obtinebat, an propter eã noxam, q̃ ipsi obrepsit, super venitque, ea ꝑdet, possessisque an tea mulctabitur sacris bonis?

Hac in qõne Innocentius distinctionem adfert, vt eã dissoluat, concludatq; q̃ distinctio sic habet. Aut, inquit, perpetuò qs abrogationis suspensionisq; nota, per tabulam iudicis damnatoriam, condemnatus est: tũcque ponendum, damnato tali, sua statim eripi sacerdotia, atq; adeò cuiuis alij, ipsa illicò ꝯferri posse, propter regulam iuris, vel rationem, qua recipitur vbi sacerdotiorũ vacatio, per constitutionem iuris cõfestim inducit, ibi non esse expectandam iudicis sententiam, qua, occupatorem tũc illum, iniustum q; possessorem is spoliet: occupatis tũ vel inique retẽtis deturbet beneficiis. Quinim mò vbi primùm obrepsit per ius illa vacatio, beneficiũ sic vacans, alteri donari posse: Aut verò in beneficiariũ istum latum est suspensionis temporariæ iudiciũ, tuncq; e diuerso sanciendum, beneficiarium nempe istum, suis non concidere statim beneficijs, neq; ipsa aiteri donari prorsus posse: Et hæc quidem in abrogatione, q̃ per sententiam iudicis fit. Quod si hæc abrogatio, vel suspensio à iure inferatur, clericusque suspensionẽ iuris subeat, tunc aliud plane statuendum esse, pronuntiandum que clericum suspensione iuris notatum, non amittere sua vtique sacerdotia: hæc Innocentius, in capit. sicut. de co. clemen. & muli. & dic. ca. cum bonæ. cuius sententia rem tali distinctione concludens, tametsi à docto viro profecta, multis tñ displicuit, qui aperte contradixerunt, atq; id meritissimò, aiẽtes ipsi, nullã per suspẽsionis sniam, à iudice latam, sacerdotiorũ vacationẽ priuationẽve adferri posse, seu iudex ex intẽtata crimino se cã, seu ciuili exactione, per inquisitionem ad dictandum iudicij ũ descẽderit, nam alterutra de cã q clericus suspensione mulctatur, nihilosecius eum in titulario sui sacerdotij iure ꝑmanere, nec enim iudicẽ, qui suspensionem ꝓnũtiat, priuationẽ vtique sacerdotiorũ infligere. hæc isti aduersus Innocentium, quorũ probabilis nec repudianda videt oratio. ¶ At in hoc vno altero obtruditur perplexa magis difficultas, in quo q̃ritur ordine consequenti, an si suspensus
19 † iste in suspẽsione diu cõsistat, hanc ob obstinatam eo in malo ꝑseuerantiam, suis detrudi possit sacerdotijs, qua itẽ in quæstione, proferẽda est breuis q̃dam distinctio, ex qua, terminabitur negotium. huius aũt distinctionis sic habetur ratio Aut iste quidẽ si nplici suspensionis nota implicatus est, tũque dicendũ nec ob ꝑseuerantiam qdem, ipsum suis priuatum sacerdotijs, nisi tanta adsit eo in homine contumacia, vti ipsius qdem contumax animus, priuationẽ ea in re, beneficiorũ exigat, dic. cap. cũ bonæ. cũ ẽt, si malũ contumaciæ in clerico illo non desinat, ac potius augescat, ad eum coercẽdum, possit
20 Episcopus, † magistratusc iuuilis & brachii secularis implorare auxiliũ. Aut verò clericus iste ad tribunal iudicis citatus est, dicturus cãm innocentiæ, quo labem maculamq; luat, adiecta tum comminatione, nisi quidem ad diẽ veniat seque sistat in iudicio, suis ipsũ, ob non obitum contumaciter vadimoniũ, priuatũ iri sacerdotiis. atque tũc, ob ꝑuicacis animi flagitium, eius qdẽ q in ea suspensionis nota maluit desidere, atq; ob id iudici in re iudiciaria morẽ non genere, cẽsendũ est possessis eum esse excludẽdum beneficiis, cap. rursus. & cap. qcunque. 23. q. 9 Anto. & Panorm. dic. capi. cum bonæ. neque tñ existimandum, si, dum durat hæc suspẽsio, suspensus iste, administrationem beneficiorum suorum capescat, uel sese huic rei gerẽdæ quoquomodo immiscear. eũ, ob id prophanationẽ irregularitatẽve subire. Archi. cap. si qs epꝰ. 11. q. 3. Card. cap. fraternitati. de cleri. exco. ministran. Addit Innocentius, eũ, qui suspẽsionis à Canone illatæ tempore, sacro missæ operatur, non ea de cã, prophanum irregularẽque fieri: quod tamen secus esset iudicandum, siquidẽ suspensio illa, notaque abrogationis, per iudicis sententiam, clericũ sacerdotẽve inuasisset,

nam

Source : BIU Cujas

nam tum neutri permissum, alteri quidem rem diuinam facere, alteri verò, facienti ad altaria sacerdoti in seruire, pœna, qui facit contrà, prophanationis, & irregularitatis infligenda, & hæc, hanc ad rem, Innocentius ponit: Hostiensis verò am-
21 pliùs putat, nimirum, eum etiam, † qui à canone sit suspensus, abrogationisque inustus labe, si dum eo irretitur malo, missę sacrum celebrat, prophanum irrregularemque cõtinuò euadere, quæ Hostiẽsis opinio, visa est frequentiore assensu, assertioneque, antiquis iureconsultis, longe probatior.

ARGVMENTVM.

Accessione Episcopatus, quo iure, quovè modo, possessa antea vacent beneficia, tum & si quis altero, atque altero post primum donetur beneficio, atque vtrumq; vel alterũ modò, vnà cum primo, recipiat, quanam ratioue, per hanc nouissimam acceptationem, quod primum is obtinebat sacerdotium, vel sacerdotia perdat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus adeptione ut beneficia antea possessa perdantur, quæ requirantur. & num. 5.6.*
2 *Electionis usu in beneficijs apud Gallos abrogato, succesßit nominatio regia. & num. 12.*
3 *Episcopus uerè dicitur inita possessione & petita consecratione.*
4 *Episcopus si non est in mora adipiscendæ possessionis, non interim priora beneficia amittit.*
5 *Episcopus si fuerit electus, confirmatus, & consecratus in urbe Roma, an in ea eius beneficia uacare dicantur, uel in loco ubi capitur possessio num. 7. 9.*
8 *Glosa in clem. 1. ut lite pend. improbatur.*
10 *Episcopatus an censeatur aliquando in aula Romana uacare.*
11 *Beneficiorum episcopi Romæ obeuntis collatio pertinet ad summum Pontificem ex vi concordatorum.*
13 *Indultum Pontificis, ut episcopus non nisi intra annum, vt biennium consecratione insigniretur, an excursis tribus mensibus consecrationi per leges præscriptis, ipsum teneatur, quin mox uacent quæ ante obtinebat beneficia.*
14 *Dispensationes sunt odiosæ & coarctandæ.*
15 *Motus proprius in literis gratiosis Pontificis quid operetur.*
16 *Beneficiorum uacatio post cõsecrationem per consequentiam quandam inducitur.*
17 *Beneficia antea possessa an uacent per accessionem minoris inferiorisque beneficii. in quo quid diuersis temporib. Statutum fuerit recensetur. nu. 18. 19. 20 21. 22. 23. 24.*
25 *Beneficium simplex an perdatur per adeptionem secundi simplicis, & distinguitur duplex species beneficiorum simplicium. num. 26. 27.*
28 *Ius ad rem facilius tollitur quam ius in re.*
29 *Correcta quæ non sunt, in antiquo iure persistere dicuntur.*
30 *Beneficii secundi curati adeptione primum uacat. & ratio assignatur numero 32.*
31 *Leges correctoriæ mulctæ pœnęque inductrices non extenduntur ad ea de quibus nominatim non fuit dictum.*
33 *Beneficia priora a quo tempore uacent per adeptionem monasticæ abbatiæ.*
34 *Abbates & cœnobiarchæ non consecrantur.*
35 *Abbas, licet non benedicatur, uerè Abbas dicitur.*
36 *Consecratio Episcopi, & abbatis benedictio quantum differant inter se.*
37 *Beneficia plura quis absque Pontificis indulto obtinere non potest.*

Cap. 5.

VIusce materiæ tractatio, sanè quã foro familiaris est cognituq; pulcherrima, idcirco eam hic lubẽs annecto, persequarque eo, quo cœpi orationis filo, atque quod in me erit, illustrabo, igitur hoc vnum primũ cõ-
1 signo: Adiuncto episcopatu, † antea possessa abscedere sacerdotia, quod tamen axioma non simplex est & absolutum, immo ad hoc, vt verum sit, requiruntur plurima, & ea quidem inducta Lateranensi in Concilio, cap. cum in cunctis. §. cum vero. extr. de elect. quæ sunt huiusmodi, primum, vti clericus ad episcopatum accitus sit electionis suffragio, vel alia quauis canonica causa, tum vt post electionem, in eo confirmatus sit sacerdotio, dein successerit consecratio, aut excurrerit tempus, quod ad ineundam cõsecrationem, canones prę scripsere, ac tandem secuta sit possessionis aditio, aut per eum clericum stet, quominus eã assequatur, q̃ omnia ubi adsunt, qa clericus ille, epali dignitate verè tunc fungitur, eodem Lateranensi Concilio sancitum est, antea possessa ab eo abire sacerdotia, quæ tunc ipso iure uetere suo vacant possessore, ita vt ea antistites, quorum iuris sacerdotia illa beneficiaria esse dicuntur, conferre queant p arbitrio in alterum: & hæc quatuor, q̃ nũc diximus, sunt plane necessaria antequam per subuenientem epatum, prius obtenta sacerdotia possessore suo decidant, vel si hæc omnia non adsint, satis est adesse quæ his æquipolleant. verbi gratia, hoc nostro Gallorum more, abro-
2 gatus est omnino electionum † vsus, Tit. de legi. nomi. iuncta nouissima Romani Pontificis concessi. regi indulta. quo abrogato, consequens est, vt item aboleuerint confirmationũ causæ, & capita pro quibus hoc iure vtimur, vti princeps candidatũ quendam, Romano Pontifici nominet & rescribat, de que eo, ad obtinendum sacerdotiũ sese profitente præiudiciũ faciat, deinde Romanus ipse Pontifex, p̃m nominationem regiam de beneficio illo statuat, quare cũ hæc, in locũ supradictorum venerint, concludendum item est, vt p electione accipiatur principis nominatio, tum & candidati, qui ad id aspirat honoris legitima professio: pro confirmatione vere, pontificiæ uoluntatis, ad nominationem illã accessio, atque illius quem a principe ep̃m designatum Pontifex admittit, diplomataria suffragatio conscriptioque bullata, quib. subsequutis nec quidem adhuc satis est ad adducendam protinus tunc beneficiorum antea obtentorum vacationem. Panorm. dic. §. cum vero. sicuti nec antiquo iure, ad eam ipsã rem inferẽdã, sufficiebat electionem confirmationemque in mediũ adductas esse, sed & nunc sane, quemadmodum olim, alia duo, quę restant, ad ipsũ sũt necessaria nempe consecratio, uel excursũ tempus consecrationi ineundæ præfinitum, tũ & possessionis atque rerum administrationis adeptio, Quod si antequã hæc ipsa adsint omnia, istius epi in aliũ cõferãtur sacerdotia, haud dubie enuntiandum est, collationem illam præproperã præmaturamque fuisse, glo. clem. vt lite penden. Panormi dic. §. cum vero. Et hæc certè vt sic habeant, magna ratione fit: nam & olim, post electionem & confirmationem, & hodie post regiam nominationem, suffragationemque Pontificiam, ineũ-
3 da est possessio, & petenda consecratio, quibus non initis, † nemo re veta, sed titulo solum & uerbotenus, est ep̃s. cap. nisi. de autho. & vsu pali. cap. transmissam. de elect. iniquum ergo foret q̃ nondum epatu vere potitur, ei ob inanẽ epatus cãm, ante possessa decedere sacerdotia. cũ p̃sertim mulcta possint contingere, quibus fiet, uti homo iste, in possessionem nũquã ueniat talis sacerdotii, idque iure ponẽdum tum æquo & bono, tum & ipsa approbante iustitia, pone siquidem istũ inuisum esse principi, & eius fidem Regi suspectam, idcirco, ne is possessionem adeat, impedimenta uel iuste, Innoc. ca. q̃ sicut. ex de elect. uel iniuria pro Regia potestate imperioque adferri, ut qui rex electionem suam facto huic suo obtendat, aiens ex antiqua cõsuetudine illius ecclesiæ, sedem epalem electioni suæ esse obnoxiam. Innoc. cap. super. ext. de accu. uel alias impedimenti cãs nectit, an interim nudus iste ep̃s, solaque & simplici insignitus inscriptione nominis, suis quoq; quas antea possidebat, ob hãc inanitatem tituli, nudabitur sacris fortunis, q̃bus se suamque necessariã sustẽtabat familiã? nõ equũ inquam esset: eaque de cã, Concilio, Anchiritano, cap. si qui
4 Epi. 92. dist. statutũ fuit, ut quoad Ep̃s † iste in mora p se non esset adipiscẽdæ Epalis possessionis, ei ipsi beneficiorum ante obtẽtorũ uacationẽ obtrudi minime posse, hic subdo pro appẽdice, tp̃s deposcẽdæ consecrationis, inaugurationisq; à legibus Pontificiis, trium quidem mensium ex quo facta est confirmatio, præscribi. cap. quandoquidẽ. c. dist. c. 2. in fi. 75. di. Panor. Card. & cæteri dic. §. cum uero.

Atqui interiiciẽda quoque huc nobilis quædã disputatio, nec silẽtio obducẽda: dictũ est, post electionẽ epatus, confirmationemque & inaugurationem, possessionisque adeptio-
5 nem, priora † iure ipso vacare sacerdotia. Quid si hæc ipsa omnia, nempe electionis confirmatio, tum & consecrationis initiamenta, Romæ fiant: num ibi quoque videlicet in aula Romana, atque Pontificia, vacare censebuntur istiusmodi sacerdotia? Id quæstionis caput perplexum satis videtur: & tamen concludendum, beneficia haud quaquam eo modo, in aula Pontificia uacare. glo. & Card. clem. 1. vt lite pend. Ratio fere
6 suprà est allata, quæ huc repetetur, qa beneficia † episcopi electi confirmati, & inaugurati non nisi inita possessione abscedunt ab eo ep̃o. dic. §. cum verò. uel quominus inita sit, in eo culpa maxima, & negligentia non excusãda appareat, nã tũ, hoc est adita possessione, epatu is uere fungitur: uel per eum stat, nempe non adita possessione, cur non fungatur: sed cum Romæ hæc possessio non adeatur, dici non potest uacationẽ in aula Pontificia induci. Quæ etiam procedunt quando confirmatus iste consecratusque in aula Pontificis, per procuratorem ui procuratorii mandati in eadem aula confecti, in possessionem postea intromittitur, non enim inducetur, hac in specie, beneficiorum quæ ante consecrationem obtinebat, incutia Romana uacatio, licet Archidiaconus, c. commissa. de electione. 6. sine cã dissentiat: non enim considerandus est locus, ubi de adipiscenda possessione conficiuntur mandati tabulę, nam certum est locum illum nihil ad rem efficere, sed considerandus est locus, in quo mandatum illud exhauritur,

execu-

Source : BIU Cujas

executione que ad effectum.l. contraxisse.de act.& oblig.l.1. ff.de off.pref.vrbis.ca.dilecti.de for.competen.perducitur: is autem locu est, vbi per procuratorem mandantis nomine virtute superioris mandati occupatur possessio, ibique statuē dum, beneficia quæ episcopus inauguratus obtinebat, vacare, nam ibi ep̄s ille, cum in possessionem episcopatus re ipsa veniat, euadit verus ep̄s, ergo ibi absolutam etiam, & perfectā vacationem priorum beneficiorum contingere: quare con
7 cludendum, certo, ad inducendam uacationem † illam, habē dam rationem loci, vbi obtinetur possessio, non autem illius loci, quo in loco, ad obtinendum possessionis, conscribūtur constituunturque ab ep̄o mandatoriæ tabellæ, indeque fieri, vt haud dubie decidatur, non in aula Pōtificia, vbi episcopus confirmatus atque inauguratus, mandati dedit tabulas, sed in prouincia, qua in prouincia procurator exequutus est possessionis mandatum, induci priorum beneficiorum vacationē. glo.& Card.d.clem.1. indeque non ineptè fieri, vt improbāda
8 sit glossæ opinio, glo.dic.clemē.1. quæ existimat, haud parem esse cām illius, qui cum apud Pontificem sit, procuratori dat mandatum, ad accipiendam ipsius nomine episcopatus possessionem, & illius episcopi, cuius amicus quidam uel familiaris, cum ipse item episcopus ageret apud Pontificem, ipsius episcopi nomine, sine mandato vllo possessionem inierit episcopatus, cuius quidem possessionis aditionem episcopus is ratam postea habuerit: nam in priore specie, scilicet cum procurator nominatim in mandati tabulis datus possessionem adit, vacationem beneficiorum in aula Pontificia haudquaquam factam censeri, propter rationes iam dictas, at in poste riore loco, scilicet quando amicus, sine mandato possessionē accepit, & postea episcopus, cuius nomine accepta est possessio, in aula Romana existens, ratam eam possessionis adeptio
9 nem in aula Romana facit, vt ex eo casu, beneficia † istius episcopi, in Romana curia vacare planè censeantur, propterea quod ibidem, scilicet in aula Romana, rem ratam episcopus iste fecerit, quæ sententia vel eo maximè stare nequit, Cardin. dic.clemen.1. Quod sicuti rem ratam habere, factum quidem est quod retrò agitur, trahiturque, instar mandati, ad diē, quo accepta est possessio, cap.ratihabitio.de reg.iur. in 6. ita etiam ad locum ipsum, quo in loco accepta est eadem possessio, illud idem factum, eadem ipsa ratione, deducitur trahiturque, l.fin. & penul.ff.de triti.actio.viuum.ff.si cer.peta.atque utraque in re, mandato est simile. Et hæc hactenus, de beneficiis, quæ obtinebat episcopus iste, in aula Romana consecratus. Nunc inculcanda est & alia quoque quæstionis species, etiam si à proposito themate videar aliquantulum excurrere, qua in quæstionis specie illud explicandum subijcitur, quod certe huic quoque quodammodo annexum causæ, potest non ad-
10 modum insulsè videri, sic autem habet. An episcopatus † censeatur quandoque in aula Romana vacare? Et quidem pro explanādo decidendoque, id vnum pro certo affirmo, ponoque axioma, in vniuersam cām, videlicet, episcopatum, qui vacat morte episcopi, in Romana aula, diem suum obeuntis, non posse iure vetere Pontificio, capit licet de præbend. in 6. vbi glo. in aula Romana vacare censeri, quod & Concilio Basilienſi posteà confirmatum est, cap.1.& cap.2. §. statuit, cum glo.de elect.in pragma.sanct.latè Nicola.Boer.dec.i.parlamē. Burdega.dec.2.num.3. moribus tamen nostris Gallorum, exinita inter Leonem Pontificem, & Franciscum regem cōcor-
11 dia, recipitur, Antistitis † qui in aula Romana obit, ipsius per Pontificem conferri posse sacerdotia omnia, & ad eum ipsū, eorum tum sacerdotiorum collationem donationemq; plane reuolui.cap.1.versi.necnon per obitum.de regia ad prælaturas.nomi.facien.in concor.late Moder. regula de infir. resig.resig.num.178. Quod ego tamen non absolute simpliciterque interpretor, quin ad eos referendum coarctandumque puto episcopatus, quibus peculiare propriumque electionis ius ab Apostolica sede non est impertitum, quo, iure peculiari proprioque possint ipsi episcopum aut Antistitem sibi asciscere suffragio, atque eligere: at in his cathedralibus ecclesijs, quæ à sede Apostolica suffragiorum electionisque ius habent peculiare nihil omnino de antiquo iure abruptum esse, immo ibi saluum integrumque illud manere.ca.1.§. per premissa tamen.tit.de Regia nomi.ad prælatu.facien. quo, vt iam ꝓtulimus, statuebatur, huiusmodi ecclesiarum vacationem nū quam in aulam Romanam posse incidere: igitur cum ex concordia inter prædictum Pontificem & Franciscum regē (quæ pactio, concordatorum inscribitur nomine) ij epatus, antiquo illo & speciali iure suo electionum etiamnum censeātur, certè consequens est, vti eorum etiam hodie vacatio nunquā in aulam Pontificiam queat irrepere. Quod si quis obijciat, hoc in regno abrogatam nunc per vsum esse, sublatamq; differentiam earum ecclesiarum, quæ peculiare ius habent eligendi, & earum quæ iure illo nō fulciuntur, quin earum om-
12 nium nominationem † uel etiam præiudicationem abire plane iussis electionibus, ad regem spectare, id sane facile propul-
sabitur, respondendo, hanc potestatem, vi concordatorū, pactionisve Pontificiæ, quæ suprà in medium est adducta regi non competere, sed hanc ipsum potestatem esse postea cōsequutum, ex alio diplomate Pontificio Massiliæ, puto, aut paulò ante, quum de maximis rerum agendarum rationibus, cōuenere Clemens septimus, & Franciscus princeps noster nuper defunctus.

Huc nunc sese offert quippiam dubij, de quo, mihi paucis dicendum: nam perplexum est, & non pauca hęsitatione, scrupuloque inuolutum, vt igitur claresçat, hanc facti adduco spe
13 ciem, præsul quispiam, † Pontificio honore, fructuque donatus, a pontifice Romano diploma obtinuit, quo diplomate, indultum est ipsi, vt non nisi intra annum, aut biennium consecratione insigniretur. Hic dubitatur, an excursis tribus mensibus, consecrationi per leges sacratas prę scriptis, vacabūt mox quæ antea is obtinebat, sacerdotia. An verò diploma illud, quo, beneficentia pontificia, temporibus consecrationi destinaris, ꝓducta est anni vel biennij mora, vacationem interim sacerdotiorum, quæ possidebat is episcopus impediet. hac in quæstione explicanda hærent doctores, fiuntque diuersarum partium, nam Innocentius cap.de multa, extr. de præben. iudicauit, ob hoc diploma, per quod, data est ad tempus consecrationi præscriptum, legis solutio, vacationem hmōi beneficiorum, quæ ante hac habebat is ep̄s, non impediri: at illicò decurso trimestri curriculo consecrandis episcopis per leges sacras assignato, ea beneficia libere conferri donarique posse: propterea quod omnes istius atque omnis generis legum so-
14 lutiones, dispensationesque † odiosæ sūt, cùm leges infringāt igitur coarctandæ, constringendæque suis cancellis, nō item producendæ, aut larga amplaque interpretatione, extra suos proferendæ terminos cap.quod dilectio.de consang.& affi.

Hostiensis vero, Ioannes Andre.& Cardinalis Hostien. in summa.& Ioan. Andr.& Cardi.cap.cum in cunctis.§.cum vero.ext.de ele.distinctione rem explicant, in hanc sententiam, aut hæc, inquiunt, pontificia gratia per quam soluitur lex, quę cōsecrationi tempus præfinierit, vltro est, hoc est, motu (vt loquimur (proprio, a Pontifice oblata uel impertita, hoc addito vt in ea impertienda, publica utilitas sit potissimùm appensa, illiusq; præcipue cā sit facta gratia, & tunc non dubium esse, si hæc simul concurrant, quin horum beneficiorum interpelletur & impediatur vacatio, maneantque tantisper dum ad consecrationem sit peruentum, omneque id absolutum munus, ipsa adhuc penes antiquum dominium, diserte vero additum modò publica utilitas huic gratiæ cām dederit, alioquin non satis erit spontaneum interçessisse Pontificis impulsū, oblatiuoque diplomate tributam esse gratiam, is enim simplex im-
15 pulsus, † id non potest, nec agit, vt gratiæ amplificationem vllam adiungat, id solùm agit & potest, vt ipsius interuentu, tollatur obreptionis suspicio, clemē. Romanus.de præbend.in c. non potest.de præbend.in 6. Aut vero diploma istud legis abrogatorium, datum est tantùm in gratiam commodumque electi episcopi, & tunc statuendum, illud tantominus, tāti esse debere, vt obstare queat, quominus huic episcopo eripiātur ante possessa Sacerdotia, veniantque in cām vacuarum caducarumque possessionum, nisi eo in diplomate, id unum nominatim sit adiectum, ea nempe beneficia, propter hmōi gratiā, vacaioni nondum esse obnoxia: nam hæc expressa clausula, uacationem plane interturbaret, in aliudque tēpus differret: Hic Antonius & Panormitanus Anton.& Panor.dic.§.cum vero, subsistunt, neque approbant omnia hęc distinctionis capita, quinimo cēsēt, sine aliqua distinctione, diploma id, quo cōsecratio in annum, uel tempus aliud proteletur, in gratiam solius episcopi, qni uel electionis suffragio, uel benignitate pō tificia, hac episcopali dignitate sit recens donatus, id efficere, uti episcopus iste de beneficijs antea possessis securus plane interim has moras remaneat, nec ipsi interea eripi possint, cām adferunt, quia cum vere, proprieque illa Sacerdotia per cōsecrationem decedant ueteri possessori. Quam consecrationem is adeptus sit, uel in ea petenda, adipiscendaque intra triū mensium spatium, huic rei statim, post confirmationem a iure præstitutum, moram nexuerit, certe in ꝓposita specie, neutra in re culpam is sustinet, in causamque venit amissionis sacerdotiorum, nam neque consecratus est episcopus, neq; negligentiæ nomine, cur consecrationem intra iustum tempus non perierit, suspectus esse potest, vt quem ab omni ea negligentiæ suspitione, ab omnique, quod ad hāc rem attinet, culpa alia, exeuset diploma Pontificium in quo sane diplomate, consecrationem in annum fauorabiliter extrahēte, is acquiescēs, tempus illud trium mensium, à iure huic rei destinatum præterire permisit. Quare iniquum, si propter hanc fidē, quā diplomati Pontificis habuit, damnum is vllum pareretur, cū Pontifici summo in rebus ecclesiæ & credendum sit, & plane
16 fidendum. Adhæc certum est, uacationem † beneficiorū, post consecrationem, per consequentiam quandam induci, ipsa enim vacatio consecrationem, uel consecrationi assignatum

tempus

Source : BIU Cujas

tempus subsequitur, at diploma, quo indulgetur legis solutio,& protrahitur tempus consecrationis,protendit, producitque vim suam & fauorem ad omnia, quæ consecrationē consequuntur.cap. Accipimus.de æta.& qual.glo.c.quia in tā tum.ext.de præbend.quamobrem concludunt isti, neutiquā distinctioni alicui locum relinqui,sed in proposita facti specie vacationem beneficiorum,per ante dictum diploma impediri,vt quæ vacatio, consecrationem planissimè consequatur, atque per eam vel propter eam maximè inducatur,quibus q̄dem ita sentientibus,ego quoque assentior. Sed de episcoporum causa,atque ratione, quod ad hanc quæstionem ptinet, satis superque dictum.Nunc transeamus ad alterum quæstionis caput,quod positum est in scriptiõe huiusce tituli, in quo quidem quæstionis capite quærebatur,quid iuris statuēdum, in dignitatibus,muneribus,præfecturis,magistratibus,& generaliter in omnibus diuini iuris possessionibus, quæ inferioris sunt ordinis,nec Pontificio gradui æquantur,atque in hac quidem quæstione multa sunt quærenda,multaque disceptāda,quæ sese sponte suo quodam consequutionis ordine offerunt,præstantissima sane omnia,& ad huius sententiæ cognitionem admodum necessaria.Et primò quærendum,an p̄ accessionem vnius istius inferioris minorisque generis beneficij,vacent ante possessa beneficia: † atque in eo quærendo, p̄spicienda est primùm explanandaque natura omnium sacerdotiorum,vt quum quæstio de horum aliquo hac in causa inciderit,ex vi naturaque sacerdotij,de quo quæritur, apte congruenterque respondeatur.Principiò igitur prodeant in medium beneficia,quibus ineſt in vniuersum animorum procuratio,tum dignitates, & eę præfecturæ,quas uocabulo, & si minus latino,claro tamen & recepto, p̄sonatus appellamus, atque in his omnibus habetote,pro varietate temporum,iura etiam quæ horum vacationis causam statuebant variasse, diuersisque modis fuisse constituta, quæ omnia differere mihi est animus.Repetenda igitur primo loco Alexandri † Romani Pontificis tempora,quibus temporibus, qui duo accipiebat sacerdotia,atque ea non sociabilia,vel(vt communib. verbis vtamur)incompatibilia,neutro horum,indicta causa,hoc est,ipso iure,excludebatur: at ei dabatur delectus, sacerdotiis exhisce duobus,vtrum mallet,eligendi, retinendique eoque tranquille potiebatur quod elegerat.cap.præterea.& cap.refe rente. extr.de præbend. quo Concilio uetitum est, itidem,ne quis prorsus duobus pluribusve oneraretur paroeciarum fanis,neu quis ipsa acciperet,si fieret contra, q̄ duo simul accepisset huiusmodi fana, spoliandus erat altero,non tamen cõfestim, id est, ipso iure contingebat huiusmodi spoliatio: idē quoque eodē in Concilio de dignitatibus sacris constitutum, ne duæ sc3 aut plures vlli darentur,homini,eadem pœna,quę de curatis sacerdotiis dicta est, in hisce dignitatibus irrogata. cap.quia nonnulli.ext.de cleri. non residen. Subsequutum est tertio loco tps Innocentij † summi Pontificis, quo tempore cautum est,gñali Concilio, vti si quiuis sacratus homo curato vni aut absolute paroeciali quod trāqullle possideret, sacerdotio dignitatique aut personatui,alterum quoque paroeciale vel curatum sacerdotium dignitatem, p̄sonatumve adiūgeret,hoc ipso facto,confestim,id est,iure ipso, priore q̄d possideret,curato,aut alius positi modi sacerdotio,dignitateve,aut personatu excluderetur.cap.de multa.ext.de præb. q̄ quidem oĩa,ipso itē iure,suo vacare antiquo dño censerentur, nec ad id quidē requirebatur vlla,q̄ antecederet,admonitio. Venere poſteà & quarto loco tpa Ioannis † vigesimi secundi,q̄ hāc legem ex seueritate Christiana tulere,vti si quisquam ex clero, ordineque sacerdotali post primum obtentum paroeciale curialeve sacerdotium,dignitatem aut personatum,ſm quoque istiusmodi generis possidendum reciperet, ne is priori statim post obtentā tranquille possessionem secundi, decederet renuntiaretq̄; & ipsum re ipsa,ac testibus quidem eam ad rē adhibitis publicis hominibus, dimitteret,utriusque statim iactura faceret,ipsoque iure ambo actutum ab eo abscederent, & in quosvis alios ab ordinario Antistite cōferri,iure vacationis possent.Extraua. execrabilis.Non p̄tereunda quidē quinti tpis constitutio,qua assumptus est ad Pontificatū Bonifacius, † in cuius pōtificatu statutum fuit decreta Ioānis vigesimi secundi,& Innocenti j, mō relata,ad prioratus quoq; monasticos,quos regulares appellamus extendi, ita vt in his ēt, sit ponendū.Qui post priorem obtentum prioratū,assecutus est alterū, ipso iure priore priorati decuti depellique:tū & illud statutum,vt nisi quē priore loco prioratū assequutus est,post accessionē secūdi,sponte statimq; eo quo diximus mō, is dimittat,vtroq; plane deijci:vacationem.n.amborum ipso iure hac in specie indici.cap. cum singula.de præb. in 6. Adiuncta sunt & sexta tpa,Vienensis nempe Concilii † celebrati dum Clemens quintus Apostolicam sedem regeret,Quo in Concilio, supradicta à nouissimis illis prioribus pontificibus cōstituta, ad prioratus ēt,quos manuales uocant, porrigi protendique placuit,vti scilicet in his quoque sacerdotiis,qui susceptо pri

17

18

19

20

21

22

23

mo,in possessionem secundi consultò veniret,is ipso iure,ex cā vacationis primùm perdat.clem.quia regu.de supple.neglig. prælat. Prodiere item septima tempora, eodem in Viennensi
24 Concilio,† Quorum ea fuit ratio,vti quod ius,quæve causa, uacatiõis inducta sint,ob multitudinem beneficiorum simul acceptorum, quæ beneficia sint illius generis insociabilis, de quo superius facta est mentio, idem ius eademque vacationis cā,in hisce sacerdotiis obseruaretur,quæ vicariæ perpetuę nomen obtinent,in qua vicariæ ædis sacræ designatione, constitutioneque,sacerdos vicariam perpetuò impendens operā animorum curationem habeat,clem. 1.de offi.vicar.ita,vt his quoq; sanxerint patres temporibus per adeptionem huiusmodi sacerdotii vicariæ perpetuæ, & curatæ nomen obtinentes,primum eiusdem generis antea obtētum,omnino statimque uacare.hi quidem sunt septem temporum status,quibus temporibus,pro varietate Conciliorum,& Pōtificum, variæ quoque hac in re,& hoc in beneficiorum genere,introductæ fuere leges.

Sequitur nunc alia q̄dam disputatio, copiosa illa quidē, sed paulò abstrusior,atque concertationi addictior,in qua disputatione,exponendum,an in sacerdotijs,† quę simplicia appel-
25 lantur,vacantque omni animarum,curiali,vel alia quapiam, siue in functione,siue in expiatione,siue item in re,siue in titu li nomine,accuratione,idem statuendum sit,quod in superioribus diximus,usque eò, vt in his quoque per adiunctionē secundi,primum perdatur,atque in vacationis cām abeat, Et sane glo.cap.fin.ext.de cleri.non resid. videtur censuisse in hisce sacerdotijs aliquanto mitius,lenioreque iure agendū,nec abscissiore utendum iusticia:q̄ quidem abscissior,& durior iusticia,in paroeciali causa,& simili genere sacerdotiorum rigide obseruetur,Itaque illius glossatoris sentētia fuisse videtur, in hisce sacris beneficiis, q̄ à capessenda animorum procuratione,sunt libera,adeptione secundi, haudquaquam primi vacationem irrepere,cui sententiæ Innocentius fauet adhibito tamen huic sñiæ hoc temperamento, nempe vt ea res diserte
26 intelligatur,in eo genere beneficiorum simplicium,† q̄ commorationem beneficiarii præsentiamque haudquaquam requirunt,vel eam requirunt,q̄ assidua perennisque non sit, at temporaria solùm,uel in his sane beneficiis, q̄ assiduitatē huiusmodi ministerii desiderant,ob solam duntaxat multæ irrogationem,priuationis scilicet fructuū, q̄ beneficiatio infligetur,si non adsit, moreturque in beneficio. Cæteroqui putat
27 idem Doctor,in aliis omnibus simplicibus beneficiis, † quæ præfectum postulant assiduum,eumque, q̄ perenne sedulò in administrandæ sacræ suæ functionis ratione, obsequium præstet,non aliter,quoad hanc causam de qua agimus,remque p̄tinet,iudicandum,atque de sacerdotiis supra relatis,q̄bus ineſt animorum curatio,est iudicatum decisumque, ita quidē, vt q̄ tale secundo loco est adeptus sacerdotium, primū quod possidebat,haud dubie uacationis iure perdat, causam adfert in hisce simplicibus,quod eorum natura sit, vti assiduū in his ipsis perenneque sit præstandum obsequium,ob idque perpetuò ibi commorandum,perinde ac in illis, q̄ curata dicūtur: commorationem autem duplicem assiduitatemque nemo quisquam homo,vno corpore quit præstare.

Panormitanus.c.fi.de cleri.non resid.huc se infert, remque adhibita distinctione,nititur explanare, cuius hæc est sentētia. Aut q̄ritur,inquit,disceptaturque,de iure,quod quis habet ad rem euenturam, cuiusmodi est ius in mandatis indultū apostolicis,tuncque plane fatendum,concludendumque per assecutionem cuiusvis beneficii,assiduum obsequium,assiduamque commorandi causam,requirentis,ius illud pontificię gratiæ,ab eo statium recedere,gloss.clemen.gratiæ, de rescriptis.
28 nam ius † quod quis habet ad rem, tollitur longe facilius, quàm ius illud quod quis iam est in re assequutus, Aut uerò ponitur quæstio in iure quod clericus iam habet in beneficio simplici,qualis est illa, q̄ in hoc capite p̄ exemplo subiecta est species,& tum proculdubio animaduertēdum esse, an istud secundum simplex, quod clericus possidendum accepit, sitū sit in ea diœcesi in qua situm est primum,quod iam is trāquille obtinet,nam si utrumque in eadem est diœcesi,per adeptionem secundi,etiam perpetuam desiderantis operam, assiduāque beneficiarii præsentiam,neutiquam uacare primum, sin huiusmodi secundum beneficium,simplex quidem, & perenne habens secum morandi causam, collocatum est in alia quapiam diœcesi,aliud statuendum: nam in ea specie,& per acceptionem istius secundi,abdicationem primi resignationemque tacite induci, nisi constet clare & nominatim, perq; aliquam præcautionem disertam, clericum istum aliud habuisse in animo,ac nihilominus quàm de eiuratione resignatoria prioris sacerdotii cogitasse.

Hę sunt antiquorum doctorum hac in re distinguētes sententiæ, quarum ego nullam approbo saltem quod attinet ad huiusmodi fana simplicia, quæ aliquis sacratus homo obtinet,in quibusque ius habet in re, ut qui uideam hasce omnes

senten-

Source : BIU Cujas

ſententias Pōtificijs decretis repugnare, nec eſſe aliquam harum, quæ aliqua Pontificia lege poſſit confirmari, Quod vt appareat, clarumque fiat, repetenda hic ſunt paucis ſupradicta ſeptem tempora, quibus temporibus nullam prorſus legem, nullam omnino rogationem, à Pontifice vllo factā, aut aliquo in Concilio dictatam, reperiemus, qua in rogatione, quave in lege aut decreto, aut canone, hæc ſimplicia beneficia, quo ad id de quo quærimus, comprehenſa ſint, quinimmo expreſſa Romanorum Pontificum reſponſa omnino cōtradicunt. Atque in primis adducantur, ex primo decretaliū conſtitutionum iure Alexandri Romani Pontificis cōſtituta, cap. præterea. & cap. conquærente. extr. de præbend. quæ hac de re perlata fuere, nonne conſtituta illa clare innuunt, ex acceptione ſecundi beneficij, primum neutiquam mox perdi? nec à ſuo poſſeſſore, per vacationem ipſo iure auelli? quæ tamen conſtituta, aliqua ex parte poſteà emendata fuere, Quare videndum, quibus in ſacerdotiorum generibus interuenerit hæc emendatio: vt in quibus correctio † nulla acceſſerit, 29
illa antiquo iure cenſeantur, perſiſtantque in ea lege, quæ & harum rerum initio, & tempore ipſius Alexādri Romani Pōtificis, obſeruatur: igitur illa lex, quæ præſidēte in eccleſia Alexandro, hac in re vigebat, correcta primùm fuit per Lateranē ſe Concilium, cap. quia nonnulli. de cleri. non reſid. extr. deinceps ſubſequutum, atque ſub eodem Alexandro celebratum, quo cōcilio ab ea lege, atque antiqua obſeruatione excepta fuere parœcialia curataque beneficia, tum dignitates, perſonatuſque: aliud præterea nihil nec in his quidem ipſis vixdum inflicta eſt, improuiſa, minuſque feſtinata priuatio, Dehinc ſubſequuta eſt altera emendatio, dictata in Concilio generali, Innocentii Pontificis tempore cap. de multa. extr. de præb. quæ ad ius antiquum, & ad Lateranenſe Concilium, addit, in eo quidem ſacerdotiorum genere quæ animorum habent procurationem.

Tum & in dignitatibus, perſonatibus, præfecturiſque magnis, & momentoſis properatam ipſam atq; præciſam excluſionem, fauorum accumulationi plane, moxque & præfracte obſiſtentem.

Alia & poſteà prodiere tempora, quæ ad prioratus monaſticos relata item fuere, vt ſcilicet in his quoque ceſſaret, antiqua Alexandri Romani Pontificis laxa nimis conſtitutio. ca. cum ſingula. de præbend. in 6. clem. quia regulares. de ſuppleg. negli. prælato. At nuſquam numquamque ſupradictis temporibus ſupradictiſque conſtitutionibus, de ſacerdotiis ſimplicibus facta eſt vlla mentio, præſcripta que lex vlla, quæ diceret in hiſce antiquum Alexandri ius emendari, quod cum ita ſit, conſequens eſt, in hiſce ſimplicibus ſacerdotiis antiquas Alexandri conſtitutiones vigere planeque obſeruari debere, Qđ conſequens corroborabo, hac item validiſſima ratione, Recentioribus quidem Conciliorum decretis, ad emendationē iuris antiqui ſtatutum fuit, per adeptionem ſecundi curati pa-
30 rœcialiſve beneficii, † ipſo iure in vacationis cauſam, primum quod poſſidebatur, incidere. concilium vero quodcumque ſit illud, diſertè de curatis ubique ſacerdotiis, dignitatib. prioratib. monaſticis, & curialibus, paroecialibuſque templis, hac in correctione iuris veteris, verba facit. Ergo cætera fana, quę ſunt in alio genere beneficiorum cenſentur hinc excludi, atque ad antiqui iuris obſeruationem reiici. L. cum prætor. ff. de iud. nam ſi patres iiſdem in Conciliis, uoluiſſent antiquum ius, in hiſce quoque ſimplicib. corrigi, cur nominatim de curatis, dignitatibus, perſonatibus, monaſticis prioratibus, idq; genus templis aliis, mētem ſuam, quod ad hanc attinet emendationem, expreſſiſſent: at non potius de omnibus cuiuſcumque generis ſacerdotiis, fanis, templis, leges has antiqui iuris emendatrices, generaliter pertuliſſent, cùm illorum expreſſio, claraque in hiſce conciliis inductio, horum ſit, id eſt, ſimplicium beneficiorum, manifeſta, planaque ab ea noua lege excluſio, qua, ſignificare voluerunt, iſta ſimplicia beneficia, à correctione, quam inducebant, excipi par eſſe: præterea, illęle-
31 ges, † correctrices ſunt, & mulctæ ſimul, pœnęque inductrices, quarum legum illius nempe modi, raro, aut nunquam, fit extra ſuas ſpecies egreſſio, & ad ea, de quibus nominatim nō fuit dictum, extenſio, aut interpretatio: Addo vnum, quod maxime ad rem facit, videlicet, ſi hæc ipſa in ſimplicib. fanis aſſiduitatem, perennemque morandi cauſam poſtulantibus, ita ſe haberent, vti prædicti doctores cenſuere, vſqueadeò ut in ipſis per adeptionem, acceptionemque ſecundi, primum templum, ex vacatione dominum mutaret, quid opus erat Vienenſi in Concilio adiungere vacationem huiuſmodi, nēpe quæ fit, per acceptionem ſecundi ſacerdotii, etiam ad ea ſacra beneficia referendam eſſe, quæ vicariæ ædis perpetuæ, nomen obtinerent? in quibus, animorum eſſet itidem habenda cura: nam cum certum ſit, eas omnes ædes tales aſſiduum ſacerdotem, quique miniſterio quotidiano alligatus, perpetuò ibi degat, requirere: certe ea ipſa ratione, ſub prędictis legibus quæ antiquum ius emendarunt, intellectæ comprehenſæque, fuiſſent, qua, iſti putant, beneficia ſimplicia in legibus illis concluſa, atque complicata fuiſſe, ob aſſiduitatem ſcilicet quam requirunt miniſterii: ſed id certum eſt, ſi patres eo in Vienenſi concilio non exiſtimaſſent, per ſuperiores Lateranenſis, & aliorum Pontificum leges, quod ad correctionem antiqui iuris attinet, de huiuſmodi vicariis perpetuis, nihil cautum fuiſſe, nunquam ea de cauſa legem vllam nominatim, apertiſque verbis fuiſſe laturos, Qua lege ſancirent, id genus ſacerdotiorum, in quo perennem vicarius, perenni pro animorum procuratione, impendit operam, ad præcedentium conciliorum iura, quod ad hanc vacationis cauſam attinet, deduci debere: ineptum namque fuiſſet, atque ſuperuacaneum, quæ iam cōciliis & Romanorum pontificum conſtitutionibus, ſancita fuiſſent, tanquam dubia & noua, iterum nouo iure, & plane ſuperuacaneo, eadem de re ſancire: Quam opinionem quandoque Panormitano placuiſſe comperio, reiecta ſua, quā poſtea adiecit diſtinctione.

Nec ſtare poteſt ſanè, argumentum, quod pro ſua conſtabilienda ſententia huc adferunt noſtri iuris pontificii cōſulti, cuius argumenti talis eſt ratiocinatio. Beneficiarius † cura-32
tus aut parochus (inquiūt) quia aſſiduam debet operam, ſuo perpetuò commorari debet in ſacerdotio, & quia duobus in locis, eodem tempore nequit conſiſtere, neque duas quidem, eodem tempore poſſidere poteſt parœcias: quod ſi ſecundā accipit, priorem ex vacationis cauſa ipſo iure perdit. hac eadē ratione, præfectus ſacerdotio cuiuis ſimplici, aſſiduam functionem requirenti, quia eodem tempore, duo nequit præſtare obſequia, eodem quoque tempore, duo talia fana, nō quit retinere. Quæ argumentatio ex paribus, vt ipſi inquiūt, ducta cauſis, mihi non placet, quòd nulla iuris autoritate fulciatur, nulla enim lex, canon nullus hoc innuit, eaque de cauſa præter leges induci vacatio nequit: neque par eſt, cauſa neque ratio ſimilis parœciarum, & horum ſimplicium fanorum, nam in perœchiis agitur de ſalute animarum, quæ haud dubie in periculum poſſunt incurrere, ſi qui eas procurant, ſuo nō fungantur aſſiduo officio, quæ ratio in his ſimplicibus fanis ceſſat, vt pote, quibus parœciis præter aſſiduam immorandi cauſam, adiuncta eſt quoque, aſſidui officii, animarum ſcilicet, procurationis, momētoſa ratio, quæ ratio ſimplicia illa fana, quātumvis perennem feſſoris ſedem exigāt, neutiquam reſpicit. Et quidem perpetuò vſpiam deſidere ſatis id ipſum per ſe leue eſt, ſi cæreroqui non adeſt, curationis animorum, ponderoſa, & æterna cauſa.

Reſtat adhuc quoddam genus ſacerdotiorum, de quo in hac materia nihil dum eſt dictum, quod tamen minime prætereundum videtur: ea ſunt Antiſtitia, & religioſa, monaſtica-que cœnobia, quæ vulgo abbatias appellamus, dicendum igitur in hiſce, quid hac in ſubiecta quæſtione iuris ſtatuendum: veluti, Ecce quidam qui abbatia donatus eſt, cum anteà nonnulla poſſideret ſacerdotia, Quærendum, à quo tempore per adeptionem iſtius monaſtici Antiſtitii, vacent illius priora be-
33 neficia, † an ex quo benedictione fauſtaque & auſpicata (vt latini loquuntur (precatione, per ſuperiorem magiſtratum, ob cauſam adepti Antiſtitii, luſtratus eſt, an verò ab eo die, quo in cœnobii poſſeſſionem tranquille venit: & profectò, hæc quæſtio aliqua dubitatione non caret, nam ſi referamus, vt certe referendum eſſe concludetur huiuſmodi antiſtitia & genus cœnobiorum, ad cauſam rationemque qua cenſentur aliæ minoris inferioriſque ordinis ſacratæ dignitates, præfecturæ, magiſtratus, aliaque vulgaria, & popularia ſacerdotia: tum ſatis deciſum erit, per ſubſequutam abbatiæ poſſeſſionē tranquillam, vel culpam abbatis, qua factum ſit, quominus poſſeſſio illa tranquillè ſubſequeretur, vacationem priorum ſacerdotiorum in medium prodire, propterea quod, in hiſce inferioribus ſacerdotiis, ſolius adminiſtrationis, quæ vel iure, vel re ipſa aduenerit, habetur ratio, modò anteceſſerit ex collatione non inanis titulus. Certe idem quoque, in hiſce monaſticis cœnobiis, de quibus incidit quæſtio, conſtitui debe-
34 re putandum, nam nec † cœnobiarciſſæ abbateſque conſecrantur, glo. cap. ordinationes. 2. quæſtio. 2. & ideo ad rationē cauſamque epiſcoporum, quorum propria eſt conſecratio, referri & adduci nequeunt, duntaxat manum ipſis imponit epiſcopus, & tum inſtar quoddam, & quaſi facienſ conſecrationis accipiunt, at non veram vtique cōſecrationem. Quod verò attinet ad luſtricam illam benedictionem, qua ſunt abbates à ſuperiore poteſtate inſigniendi, ipſa quidem exornatio quædam eſt, ea, pro ceremoniis decoreque Antiſtitii introdu-
35 cta, Verùm ſine ea abbas † vere abbas efficitur: poteſtque ſi epiſcopus, cuius eſt, illam benedictionem dare, protrahit, differtque in aliquot dies, nihilominùs monachis ſuis luſtricam ſuam benedictionem, tanquam verus abſolutuſque abbas impartire, capitu. ſtatuimus. de ſuppl. negligen. prælato. At epiſcopus ni adſit conſecratio, quæ illum inaugurarit, abſolute perfecteque non ſit epiſcopus. cap. tranſmiſſa. de electio. capitu. niſi de autho. & uſupalii. Quare in re de qua agimus Abbas

Source : BIU Cujas

bas cum Episcopo nequit componi comparariqne: hinc relinqui, vt quo ad hanc item rem, cum inferioribus ecclesiastici ordinis prefectis commode congruenterque comparetur. Quod si hæc res secus ac diximus sese haberet, sequeretur perinconsequens: nam cum clari iuris sit nullum tempus huic auspicandæ lustricæ benedictioni Abbatibus per leges præfinitum esse, profectò eueniret, si ad tempus illius benedictionis initæ priorum beneficiorum referretur vacatio, ante verò non: abbates vacationem illam eleganter possent eludere, dum moræ nectentes, vel etiam vltrò accersentes causam, lustricam illam benedictionem, (cui petendæ, ineundæque nullum per leges assignatum est tempus,) de die in diem ducerent, nunquamque ad illam peruenirent.

Et postremò vt clarius dignoscatur, quanta sit inter epis-
36 coporum consecrationem, † & hanc abbatum benedictionem differentia, atque distinctio, ne eas inter se committi componique atque comparari hac in re posse putes, Accipe tu in primis, in consecratione, dum ea episcopus inauguratur, sacratũ caracterem, sacratamque inunctionis sanctæ figuram in ipso episcopo imprimi, d. cap. 1. de sacra vnctione. notatur. ca post translationem. extr. de renuntia. adfigique, modò is anteà in sacerdotum ordinem fuerit relatus, capitul. ex literis, extr. de exceptio. At in hac abbatum benedictione, nihil horum fit, nullus sacrosanctus caracter adipingitur, nulla sacrati ordinis nota datur, nulla inunctio, ipsa namque nihil habet in se sacratorum ordinum, tantùm solennitas quædam est. Hugo. 69. distinctio. capitu. quoniam. & cap. manus. prima, quæst. prima, & fausta auspicataque vti diximus, precatio, qua abbates ad benè agendum sancteque ac religiosè munus suum, tum capessendum, tum etiam administrandum, quibusdam pijs & sãctis orationum precationibus, auspice autoreque Deo, per præsulem superiorem incitantur, id quod ipsum subtilius atque altius Oldradus aliquando & disputauit & explicuit, Oldrad. consilio 14. incipien. cum quærit. igitur colligendum, idem ius quo ad hanc rem in abbatiis vigere, quod in aliis viget inferiorib. tum templis, tum sacerdotijs.

Porrò quæ superius diximus omnia inducuntur in ea spe
cie, in qua pro exemplo proponitur sacratus homo, cui, cum vnum is haberet beneficium, datum est & alterum: maior vtique abditiorque, in eo est difficultas, in quo, proditidem sacratus homo, qui duobus oneratus sacerdotijs, tertio subinde
37 superobruitur. Et certè si clericus † iste, cui tertium aut quartum non sociabile sacerdotium tribuitur, destitutus prius est diplomate pontificio, quo diplomate, ei ad hoc tertiũ vel quarrum recipiendum non sociabile sacerdotium, facta sit aduersus leges gratia, non ambigendum, tunc factam illi de hoc tertio aut quarto sacerdotio collationem in irritum plane cadere, cap. ordinarij. §. in conf. de offic. ordinar. in sexto, hac etiam illi adiuncta pœna, si in possessionem istius tertii, aut quarti sponte consultoque & citra controuersiam ueniat, simul ac in eam tranquille venit, illis omnibus, quæ ante possidebat, sacerdotiis, per meram vacationem omninò vt concidat, clem. si plures. de præbend. in clemen. capit. eum qui. de præbend. in sexto, ita vt meritissimò, per vim auctoritatemque legis, confestim ob ipsum factum, cui repugnabat canonica lex, illis iam dictis omnibus antea possessis sacratis beneficiis, vnà cum nouissimi tertii, vel quarti, cassa planè irritaque collatione, penitus deturbetur, glo. Cardina. & cæteri dic. clem. si plures, iureque, & summi æqui, summique boni contemplatione depellatur: insaturabilis quidem vir, & homo profligatæ ambitionis, qui quum vni stationi, vt hominum communis est captus vix queat esse satis, tot sibi tamen temere obeundas statuat, qui pol quidem certe, hacce ætate nostra, ac memoria maiorum complures sui habet, habuitque hac in re vna viros, consimiles: at de hoc iam satis.

ARGVMENTVM.

De subrogatione controuersi beneficij, atque lite, quæ de eo adhuc est sub iudice, in alium quempiam, uel per mortem, vel per cessionis causam tabulamque resignatoriam, transcribenda, aut transcribi petenda.

SVMMARIVM.

1 *Morte, uel eiuratione morientis, uel resignantis eiurantisque beneficiarij, perit omnis, quem eo in beneficio, habuit, titulus, nec illius quicquã abit in successorem.*

2 *Qui iure trimæ possessionis innititur, ex capite de pacificis possessoribus, illi opus est trium annorum tranquilla possessione, nec illi eam in rem, potest quicquam prodesse decessoris sui possessio.*

3 *Contendentium in fano, moriente possessore, altero verò litem persequente, non dabatur ulla olim, ex ordinaria antistitis ordinarij potestate, in ius locumque obeuntis, subrogatoria suffragatio.*

4 *Cui in alterius locum tribuitur subrogatoria tabella, necesse habet omniũ quæ obtinet, sacerdotiorum meminisse.*

5 *Hodie moribus gentis nostræ, si in iudicio contendentium de fano vllo alter obit, siue is sit in fani possessione, siue non sit, in illius utique partes, vicemque, alius quidam ex ordinario præscripto subiicitur, impetrato eã in rem a principis cancellaria subrogatorio codicillo.*

6 *Qui sic per subrogatoriam tabellam, sufficitur, uestigia litis relictæ repetit, statumque ueteris causæ, uti apud suum fuit decessorem, in manus sumit, nec illi, ulla opus est alia nouæ litis institutione.*

7 *Isti subrogato petitori nihil est necesse, ob petitionem subrogatoriam, aduersæ parti nominatim diem dicere, sat quidem est, si procuratori qui in antecessorem, pro aduersario steterat, nouationem litis denuntiet, subrogatoriamque controuersiam formula forensi indicet.*

8 *Petendæ subrogationi præstitutus est annus, nisi petitor subrogationis in possessione sit fani controuersi.*

9 *An qui per subrogationem in ius litemque sufficitur mortui, censeatur itidem in possessionem, quam defunctus habuit, suffectus esse.*

10 *Estne subrogatus iste, qui hanc in causam, uel ex capite resignationis, uel ex mortis causa succedit, siquidem causa postea cadit, restitutioni fructũ obnoxius, quos suus percepit decessor.*

11 *Ad quænam, quantaque onera ex sui decessoris causa, uel alio ex capite, teneatur iste subrogatus, qui sese hic ex formula subrogatoria, litigatorem succidaneum apposuit; dictauitque aduersario subrogatorium iudicium.*

Cap. 6.

HAec tota subrogationum, vel transcriptoria actionum causa, quum in medium proponitur, quæriturque quid ea nata sit agere, efficere, dictare, quid item pati, in quæ diuidi, in quæ dispesci, quæ sit eius origo, qui vsus, quæ causa, quę actio, qui tum casus, quæ vè exemplorum species in eam incidant, denique quid habeatur hic conclusum, diffinitum, præscriptum, atque plurima alia huiuscemodi, pro disceptatione huiusce loci, sicuti poscit artis ratio, causæque institutio, in rẽ præsentem cùm veniunt: statim obiici potest, totum hunc locum à re sacra & Sacerdotali plane explodendum, abarcendumque, neque per veterum instituta fieri posse, vt vnquam vel in actum via ordinaria, vel in vsum legitimæ actionis deducatur, quare superuacaneam videri omnem de re ea quæstionem disceptationemque, vtpote de causa minus canonica, quippe quæ hæreditariam rationem suboleat, referatque plane naturam imaginemque causæ successoriæ, quam improbat funditusque tollit sacer Canon, capit. Moises. octaua quæstione prima, nec eam spectari sinit vlla in causa spiritua-
1 li & beneficiaria: hinc haberi, ius omne titularium, † quod quis vllo modo habet, in fano, per mortem ipsius omnino extingui, nec aliquid illius, in successorem transgredi, Ioan. Andr. capit. ex parte. extr. de arbitra. Panormita. capit. cura. extra de iure patrona. Io. Monach. c. de indennitatibus. de elect. qui successori, à se solo pendere debet, suoque innitti capite, omnem scilicet causam, à noua, quam in id fanum sibi quæsiuit collatione, possessioneque plane deducens, nihil prætereà, quod alienum sit, spectaritque ad alterum, hac in causa respiciens: præsertim quum liqueat, beneficiariam rationem omnem iuris prorsus esse (vti diximus) personalis atque adeò personalis more veterum, vti decedente persona, vel à se illud abalienante, ipsum quoque illico pereat, atque subuertatur, nec in vllum quenquam alium hominem, vna alia quaq; ex causa, actionevè ab alienante vel moriente, successionis iure, vim capiente vnquam transeat. Innocent. in capit. quia Guillermus. extr. de iudi. & ca. dilectus. de res. cr. Roma. consilio 374. hinc fieri etiam, vti sit decisum, in omni hac Sacerdotiorum causa, à possessione vnius quæsita, etiam bono cum titulo, non iuuari vllum alterum, neque ab ea, suum posse quenquam hominem, ullo pacto titulum (ut pote rem singularem quæ suum solum respiciat dominum) suffulcire, uel paulò quidem modo adminiculari: ita ut posita specie in homine, qui biennium, totum potius tranquille beneficio, hac ex uita decedat, in cuius locum, ad id beneficium succedit alter, totidemque dies, hoc est, alterum biennium, eo itidem tranquille beneficio potiatur, non posse tamen sibi quicquam de tempore illius superioris præmortui, in cuius deuenit fanum, desumere, adhoc, vt ex capite de
2 pacificis possessoribus, quod integrũ requirit † trienniũ, sese tutũ, eo in fano queat conseruare, oẽmque eius controuersiam, submouere præscriptione tpis, quippe quia in ea præscriptione temporis, trimam exigente diem, id solum tempus quod suum fuit, sit ab eo deducendum, non item alienum, cuius hac in causa, nulla habeatur ratio. Glo. pragmati.

sanct.

Source : BIU Cujas

ſanct.tit.de pacif.poſſe.verbo poſſedit.Gome.regu.poſſ. quæſtione vigeſimaſexta, propterea quod in beneficijs, proprij ſpecialeſque ſunt tituli,propria & peculiaris ratio, propria cauſa,propriaque & peculiaris poſſeſſio, tantumque ſibi, de his quiſque poteſt addicere,adſcribereque quantum ſuo ex capite,in cauſam per ipſum quit deducere, nihil prætereà aliud,alia ex aliena cauſa,aliovè ex homine adiectitium ſibi apponere, vnde bene patet conſtatque quidò, in beneficiaria cauſa,non poſſe quemquam,alterius titulum,adſe traducere: quæ res,nempe traductio omnis talis, antiquis legibus adeò diſplicuit: quæ voluere cum omni perſona aboleri planeque extingui omnem titulum,vt ſi acciderit,è duobus ſuper fano
3 vno contendentibus alterum litigatorem, † in poſſeſſione obire,alterum porrò ſuperſtitem eſſe,eumque per ſe autoritate ſui innixum tituli, cauſam perſequi, non poſſet tum per eaſdem veteres leges.capitu.hi contra quos,vt lit. penden.in ſexto,id fanum,ordinario à collatore ſeu vacans tribui, cuiquam ſuperuenienti alteri,quin nec quiſquam alius, peridē ius, in cauſam locumque demortui, eam adſacrā ædem,ſub legi,vel ſubrogari.clementi.ſi verſic. cum interim. vt lite penden.in clementi.quod ſi ita res habet,ſequitur clare, verum eſſe, quod initio poſitum eſt, videlicet, totum hoc quæſtionis caput, quod ad ſubrogationes liteſque,rebus in ſacris trāſcriptitias pertinet,veteribus legibus non valde placuiſſe.Rota deciſio.308.incipien.nota quod ſecundum. & deciſio. 429. incipien.nota nunquid.in antiq.

Quia tamen vſu venit,vt in contrarium hodie res verterit, immo non ſit cauſa,fere alia,vel in foro crebrior,vel etiā plauſibilior,& ad omnem iudicialem diſceptationem accommodata magis,diſcutienda ſunt nimirum ſuperiora theſis capita, de origine ſcilicet illius,vſu,cauſa, ſpecie, & ratione,aliiſque ſuprà poſitis. Atque vti negotium in pauca conferam,ſciendum porrò habendumque eſt,his omnibus, & cauſam & initium,Pontificem ſummum dediſſe:omniaque hoc in negotio,ab eo dependiſſe,vt qui primus, illud in actum ſpeciemq; deduxerit, dic.clementina prima,vt lite penden.nam euenit, vt petentibus ſeſe hac in ſpecie,in locum iuſque defuncti litigatoris ſuffici, reſcribique ſuam ille gratiam non denegarit, huicque Pontificiæ gratiæ non obſtitit re ipſa vetus canonū ius,ſummum ordinariumve præſcriptum, Rota deciſio 411. quæ incipit,item ſi lite pendente, & deciſio. 274. quæ incipit item quod ſic.vnde accidit,procedente dein tempore,ſicuti rebus in omnibus fit, vti ea gratia pluribus poſteà ſenſim poſcentibus non denegata,modum acceperit viæ ordinariæ,trā ſieritque ueluti in ius ſcriptum, & quodammodo quotidianum,ita vt ea gratia, vim adepta collationis ordinariæ, omnibus cauſis, quibus innititur immittiturque ipſa collatio ordinaria,vel Papæ, fuerit ſuffulcienda.gloſſ.pragmati.ſanct. titu.de pacifica.poſſe.verbo poſſedit. Ruzeus tracta.rega.in quinto priuileg.Rebu.titu.de manda.Apoſtol.verbo ſucceſſo
4 res. hinc reſponſum per doctores, huic ſuccidaneo, † & ſubnuncupato litigatori,ſua in ſubrogatione,& ſubnuncupatione,neceſſe eſſe,beneficiorum quæ iam obtinet, mentionem facere,ſicuti fit in omni beneficiariæ impetrationis, Pontificio diplomate,quod ni fiat,impetrationem illam,vti rem plane obreptitiam cenſendam.Rota deciſio. 411. quæ incipit,itē ſi lite pendente,& deciſio.274.Innocen.& Philip.Franc.dic.capitu.ſecundo,vt lite pendente.hoc igitur fuit harum ſubrogationum,in litigioſis ſacerdotiis,ſuffectionumque, & tranſcriptionum, de vno in alterum approbationis initium: nam videns æquitas,quotidie per Pontificum ſummam autoritatē, hiſce locum dari, ſubrogationes tribui cauſæ mortuorum, in iudiciis ſuccedi,ſubdiſceptatores quotidie in rationem abeuntium enaſci,id vt minore cum damno, minoreque cum prouincialium diſpendio,fieri poſſet,ſua ſit,vel ſaltem permiſit, vt id quoque tribuendæ ſubrogationis ius, ad ordinarios collatores,uel alios legitimos,hanc ad rem Antiſtites in prouincia quoque noſtrate vel alia dilaberetur: hocque paſſim iure vtimur.

Quare pro concluſione huiuſce loci,hæc nunc pono,hanc in rem,ordinaria moribuſque noſtris receptiſſima axiomata,
5 nempe ſic, Altero ex contendentibus de fano, † decedente, in illius ius & cauſam,ordinarius Antiſtes,alium legitime ſubſtituit,confertque.porrò qui ab eo Antiſtite in id ius, per viā collationis eſt ſublectus,vel qui per mortui aut ſuperſtitis, reſignationem,in id ius per Pontificem deuenit, literas tum iuſtitiæ,à regia cancellaria,Ruze.tractat.regal.priuileg. octauo, Modern.regu.de publ.numero 314. impetrat,quarum autori
9 tate,in defuncti vel cedentis ius,† omnemque cauſam, rei litigioſæ ſubiiciatur,& eundem ipſum,quē habebat mortuus, ea in controuerſia locum plane obtineat,hac ille ſuffultus codicillari autoritate,litem quidem non inchoat,nec illi neceſſe eſt,tantùm procuratori ſuperſtitis,Rota deciſione tertia.in Antiquis.Felyn.capitu,quia quinto,de iudi.litigatoris,contro
7 uerſiam denunciat,citraque vllam partis,ea de re,in ius nocā-
7 tionem,Rota deciſio. 440. in nouis. litem illi indicit,† uel per obitus cauſam,vel per reſignatoriam eiurationem agnoſcendam,atque eo in ſtatu cauſæ repetendam, in idque omninò ius continuandam,quod defunctus habuit,& ſecundum hęc omnia, iuxtaque hanc obſeruationis formulam, ius illi hodie, hac in ſubrogationum materia, moribus noſtris dicitur.

Item aduertendum, propterea quòd ciuili regioque foro, vbi de poſſeſſoria beneficiorom cauſa, per interdictum hodie agitur,contenditurque, ea quidem interdicti cauſa, ſum-
8 māque rationis poſſeſſoriæ,annalis eſt, † nec vltra progredit, ſubrogatum iſtum hominem,ſi intra annum, ſua in iudicium non profert ſubrogationis diplomata, horumque vi, in cauſam mortui,tranſcribi non petit,non eſſe poſteà eam in rem admittendum.Galli.Areſt.363.Rebuf. titu de manda.Apoſtoli.verſic.ſucceſſores,vt qui,controuerſiam morte, uel ceſſione, iam primùm (quod attinet ad ius defuncti) ſopitam, intra annuum ſpatium, hac in cauſa poſſeſſoria, in foro regio triburum, pro eo defuncti iure, quo ſolo innititur, non curarit vlla ratione refocillandam, ſciueritque ſuperſtitem litigatorem,ſeſe aduerſus ſubrogationis vim,annali poſſeſſione, eaque tranquilla muniuiſſe,propterea quod,neque illi,ea de re, per id tempus,indicium mouit, neque poſſeſſioni alio modo incubuit:nam ſi alterutrum fecerit,aut re ipſa venerit in poſſeſſionem,tunc ſecus eſt.Modern.dic.regu.de pubi. & dic.numero 344.Rebuff.dic.rubric.de mand.Apoſt. verſi. ſucceſſores ſtatuendum,dicendumque,quandocumque voluerit,aut potuerit,hunc in caſum,permiſſum eſſe,ſuperſtitem litigatorem,uel de ſubrogatione,uel de repetita controuerſia, in iudicio appellare,tum quia poſſeſſori,in ſuum detrimentum, tempus nunquam currit:quin, quò poſſidet ſine lite diutius, eò hac in re Sacerdotali,cauſam ſuam potiorem efficit, tum quia quoquomodo huic iſte inſiſtat poſſeſſioni, ſeu occupator, ſeu verus poſſeſſor,modò poſſideat ſuo nomine, cauſam ſubit hac in poſita ſpecie ueri,& non ficti poſſeſſoris, taliſque etiam ſi non prædicet quicquam huiuſce rei, proponatque per præſumptum iuris iudicium exiſtimatur. Ioan. Andr. & Geminia.dic.capitu ſi hi contra quos Gloſſ. & doctor. l. ſtipulario iſta,habere licere.§.hoc quoque. de uerborum obligationi.

Nunc ſubſequitur quæſtio,quæ à ſuperiore dependet,ſcili-
9 cet,qui tranſcribitur in ius, † controuerſumque defuncti iudicium, an in omnem quoque poſſeſſionis rationem quam defunctus habuit, hac ſubrogatoria tranſcriptione ſuffectus fuiſſe cenſeatur,hæc quæſtio,eſt pars atque acceſſio quædam, tractati capitis, nec hic tamen eſt minor controuerſia, nec minore explicatione res indiget. Poterat quidem uideri Rota,omnem exemiſſe ſcrupulum, cùm ſuo in iudicio pronuntiauit, ſuffecto iſti,& in ius defuncti ſubrogato, omnem addici defuncti titulum, poſſeſſionis uerò cauſam tum demū dari ſi id nominatim ferat tabella ſubrogaroria, ſitque dictū: ſin minus, poſſeſſionis certe cum hoc ſubrogato nullam habendam eſſe rationem.Rota deciſio.385.in Anti.huic quæſtionis ſolutioni, hoc forſan Rotæ iudicium ſatisfeciſſet, ſi in eo acquieuiſſet recentium Doctorum ſchola. Atiſti recentiores, dum adhibita maiore quadam (uti putant) moderatione, rem nituntur euoluere, illam magis inuoluunt, conteguntque obſcuriore uerborum inuolucro, ſua cum allata moderatione, ac temperato proloquio aientes, per modum neſcio cuius formæ, diſtinctioniſque, ſic extricandum negotium, vti habita ſcilicet ratione, quomodò concepta ſit ſubrogationis tabula, ad eum modum, ad eamque uerborum rerumque formulam, qua illa fuerit concepta, res tota ſit dirigenda, nempe ſi uerba tranſcripti iuris,tranſcriptæque controuerſiæ, ſic habeant,ut indicent plane gratioſam eſſe ſubrogationem, ferantque in ſe gratificationis eximiæ iudicium: tunc illa ad poſſeſſionem quoque protendantur, eo quòd tributa ſummo fauore, ſummum etiam fauorem complecti debeant, capitu. ſi pluribus. de præbend. & poſſeſſionem quæ eo a fauore maxime pendet, plane includere, atque in eam ſucceſſorem nuncupatum ſublectumque, fauorabili nuncupationis ſuæ ui, acciuiſſe cenſeri: nam ſiid non fieret, quid haberet gratioſa illa ſubrogationis tributæ, nullam præcipuam denuntient gratiam, tantummodò mandatum habeant de attribuenda in ius demortui nuncupatione, conceptum quidem ſimplici, & vulgato more: qualem morem modumque fert ſtricta ſubrogationum lex & vulgaris, communiſque attributionum formula, hunc in caſum, haud dubie eſſe ſtatuendum, per hanc communem tranſcriptionis ſubrogatoriæ tabulam, poſſeſſionis ius neutiquam uenire, Gomeſi.regu.de ſubro. collitigato. quæſtione nona, neque eam poſſeſſionem in hunc uere reſcribi poſſe ſic ſubrogatū litigatorem, uel ob id maxime, quòd quum hæ attributiones

omnes

Source : BIU Cujas

omnes, mandatiq; ſubrogatorij tabulę, ſtricto anguſtoq; iure cenſeantur, nihil certe in his ſit extendendum, capit. P. & cap. diſpendi. de reſcrip. in ſexto, quin coarctanda omnia ſtrictimque etiam, anguſtiſſimeq; ac intra ſuos modos accipiẽda, ita vt quantũ in his ſit expreſſum tantundem intelligatur, nihil præterea aliud, atque hoc in ſubrogatorio gñali mãdato, nulla de poſſeſſione fuit noïatim appoſita cła, nullum in id coniectũ verbũ, de iure tm̃ & titulo demortui facta fuit generaliter mentio, cautumq; eo duntaxat noïe iſti homini ſubrogato: igitur eo in defuncti titulario iure, attributio ipſa remaneat, nec cancellos ſuos egrediatur: hæc adferunt iſti. Gomeſi. de ſubro. colli. quæſt. 1. pro cõfirmatione opinionis ſuę, non contenti priore illa Rotæ ſententia.

Mihi verò, vt quod ſentio, dicam liberè, nec admodũ placuit Rotæ ea in re iudicium, nec iſtorum ẽt poſitæ diſtinctioni ſubſcribo, nam perpendenti Rotæ iudicium ſtatim ſubibit, nihil attinuiſſe de facta in nũcupatione ſubrogatoria, vel non facta poſſeſſionis mentione diſcrimen ponere, id enim ad rem non facit, nam ſubrogatoria tabella, quantumcumq; vt volunt iſti recentiores, arcto cõtractoq; (vt re vera eſt,) iure ſit cenſenda, nec ultra ſuos efferenda terĩos, inſtar oĩum aliarũ extraordinem attributionũ, quarũ parcè hñda eſt rõ, tũ iſtius maxime, ut q̃ bona ex parte repugnet iuri antiquo, tm̃ ut id ipſis concedã, unoq; breui contextu diſcutiatur Rotæ iſtorũq; cenſura, non uideo qd ob id uetare poſſit, ut non utrobique in poſita ſpecie, cenſeatur in ſubrogatũ, translata poſſeſſionis rõ, ſiue nuncupatoria ſubrogationiſq; in tabella, id ſit noïatim dictum, ſiue non, uel itẽ, ſit illa tributa in fauorabilẽ q̃tumuis gr̃am, uel in mandati ſolũmõ vulgaris cõiſq; formulã, nam quocunq; res uertatur, in hac ſubrogatione, mea quidẽ ſnĩa, cõprehendetur poſſeſſionis cã, perpendaſ. n. ſubrogatio, in q̃uis concepta gñalem mandati formulam, indicabit ea quidẽ certe, uel clare diſerteq;, uel tacita quadam atq; ea inexpugnabili interpretatione ſui, atq; ꝓprietate, ſcriptionem nihilo ſecius ſp in litem, tũ mancipii titulique, tum ipſius poſſeſſionis, atq; utrũque, in æquã partem reſpiciet, atque eo, qd̃ ad poſſeſſionem attinet, ęquiorẽ quidem fm nos, ꝓpea qd̃ morib. noſtris, Gallorum ſolo iudicio poſſeſſorio, hoc eſt interdicto in re bñficiaria, ſp contendatur, unde fit, uti ſtatuam nõ inani rõne, in hiſce q̃ dicta ſunt, iſtũ ſublectũ in ius, litemq; defuncti, p hanc ſuã tranſcriptionẽ ſubrogatoriam q̃tumuis gñalem, ſublectũ ſp cenſeri in cãm oẽm, itẽq; in ius oẽ deceſſoris ſui, iõ non ſolum mancipio iudicioq; titulario certare poſſe, uerum, & uti poſſidetis, ex capite qdẽ eiuſdẽ deceſſoris interdicto, pinde petere quidẽ uindicias, q̃ fm defunctorum aut ceſſorẽ fuerũt dictæ, ſibi adiudicari, ex eiſque iuxta poſſeſſionẽ fiduciariã, bona ſacerdotii oĩa fructuſq; poſſeſſum & ꝓceptum tũ ire, tũ mitti iure optimo poſtulare poſſe. Qd̃ ut ita cenſeã, moueor ẽt auctoritate Vlpiani iuriſconſulti, ſuo in claro rñſo. l. cum quaſi de fid. cõmiſſ. liber. ad ſuperiora ẽt confirmanda multũ faciente, innuit. n. is ea in ſpecie, qua in ſpecie proponitur, pro aliquo hoïe, quadam ex cã interpoſitũ decretum fuiſſe, qui hõ ſit poſtea mortuus, decretũ illud in hr̃dem ipſius plane transferendumque, ipmque hr̃dem eõ oĩno loco, eoq; ipſo in rerũ ſtatu, cauſaq;, & rõne, qd̃ attinet ad ipm decretũ oĩbus ex partib. futurũ, ac ſi pro ipſo hr̃de, decretũ illud, peculiari p̃cipuoq; ipſius qdẽ noïe, interueniſſet. qua ex iuriſconſulti deciſione, ſuperiora nr̃a liquido itẽ conſtituuntur, firmanturque, cui & adiũgẽda Alpheni item iuriſconſulti rñſio, plurib. exẽplis, & rõnib. ſua in lege allatis, planè corroborata, cũ ait ſubrogationẽ uel partiũ, uel iudicũ, ſubdiſceptatorũq;, q in cõtrouerſo iudicio, in locũ aliorũ ſubleguntur eandẽ oĩno rẽ, idẽq; plane iudiciũ, qd̃ fuerat añ, efficere, ac in eãdẽ uenire cãm, rõnemque, qua in cã, & rõne, priores, in quorũ iſti venere locũ, extiterunt, nihilque oĩno hac in tranſcriptione immutari. p̃ter litigatorũ, & iudicũ noïa, cætera rata, firmaque, & eundẽ, quẽ antea ſtatum cãæ obtinentia pmanere. l. ꝓponebatur. ff. de iudi. Atq; ſic, ex utriuſq; potiſſimũ iuriſconſulti rñſo, nr̃a mõ poſita rata maneat ſnĩa, q̃ & Baldus cõprobaſſe vr̃. Bald. l. unica §. 1. in fi. C. de cad. tol. nec putandũ, cũ hic ago de poſſeſſione, eã me poſſeſſionẽ ſolã, intelligere, quã realẽ uocant, hoc eſt apprehẽſionẽ factã corpore, pediſq; uel per ſe, uel p procuratorẽ illationẽ in ſacerdotiũ, nã illa, cũ occupando corpore, ueniendoq; uel p ſe, uel p ꝓcuratorẽ in rẽ pñtem ſolũ fiat, meri utique eſt facti, idcirco ad ſubrogatũ neutiq̃ trãsfunditur, ni eã ipſe p ſeipm aut delegatum, in id, hoïem, re ipſa capiat. l. cũ hr̃des. ff. de acq. poſ. factũ. n. ea in re mortui, qui in poſſeſſionẽ ipſe deuenit, req; ipſa fanũ apprehẽdit, iſti ꝓdeſſe nequit, niſi re uera poſſeſſionem ipſe quoq; apprehendat, ex parte ſua. Hoc extricato qõnis capite, aliud nũc ſeſe offert, an. ſ. ex hoc
10 ſubrogationis capite, litigator tranſcriptus, † ſi cadit cã, mulctandus ſit, reſtõne fructuũ, quos is percepit, in cuius eſt cãm tranſcriptus, hic locus ad ſuperiora pertinet, ab hiſque cãm oẽm ducit. Eſto igitur, ut breui expediatur rota qõ fac, vt cõ petitorũ in fano alter obierit, uel ceſſerit, prius tm̃ percepto emolumento fructuũ, occupariq; illius locũ alter quidã, p formulã codicilli ſubrogatorii, iſq; cã exciderit, tenebiturne is reſtitutorio fructuũ iudicio, quos fructus decerpſerit ceſſor ſuus, aut is, a quo ex alia rõne cãm ſubrogationis habuit, & quidẽ hac in ſpecie, id unũ dubitationẽ adferre vr̃, quod æquũ ſit eum qui ſpe lucri, controuerſum ambiuit iudiciũ, damnũ quoq;, ſi qd̃ hinc ſuboriatur, æquo aĩo perferre, atq; in utrunq; paratũ eſſe, ſeu ſors iudiciorum bene ceciderit, ſeu in ꝓrium uerterit, nam quũ ſponte quidẽ, cogente certe nullo, in litẽ irrepſit, ſcire debuit, ancipitẽ eẽ iudiciorũ aleã, & unde cõmoditatem ſpectauit, incõmoditatem quoque ſi eueniat, eſſe ab ea parte ſuſtinẽdã: hæc quidẽ perbella eſt rõ, quã tm̃ facilè obruet, qui dixerit, huic rõni locũ eſſe poſſe, ſiquidẽ tranſcriptus iſte, ab auctoris ſui iure, i. ab eo, cui ſuffectus eſt, hac in controuerſia, totus penderet, nã tum dictarit æquitas, ut cuius lucrũ, exuuiaſque, in ancipiti cã ſequutus ẽ, eius quoq;, ſi ferret caſus, eadẽ ex cã ſubire dẽat incõmoda, hr̃dum more, qui cũ cernunt dãnoſam, uel dubiã hr̃ditatem, dãnis quoq;, ſi qua ſint, aut caſib. aliis dubiis obiici cogunt. At hic longe aliter hẽt rõ, nã ſuffectus iſte, nihil oĩno, uel paululum admodũ, a ceſſore, uel aliàs mortuo, ſua in cõtrouerſa cã dependet, quin illã oẽm aut potiorẽ melioremq; partem ad collationem refert Antiſtitis ordinarii, uel Papæ: quã collationẽ, uel ius quodcunq; aliud bonũ, canonicũq;, mortuo, uel cedente auctore ſuo, ſibi q̃ſiuit, perinde atq; fit, quum beneficiarius quis, ſuũ qd̃ tranquille habuit, in aliũ uel p mortem, uel p ceſſionẽ, bñficium trãſmittit, nec hic reſpicitur auctoris cã, niſi per obliquã viã, nempe ut p̃ſpiciatur, an in uacuũ bñficium, uel p mortẽ, uel p ceſſionẽ ceciderit collatio, iõ non mirũ, ſi hic ſubrogatus, oĩ ære, qd̃ a p̃deceſſore ſuo, in cuius eſt locũ ſuffectus, dẽbaſ. Io. And. c. ex parte. ext. de arb. Io. Mona. c ſi tibi. de p̃b. in 6. Probus addi. ad Io. Mona. c. pñti. de offi. dele. ſit liberandus, ut pote a cã, quã ipſe ſuo ex capite nõ ꝓxit, & quam ad ſe neutiq̃ ſpectare magno cum iure p̃t dicere, idq; adeo uerũ eſſe putatur, ut a multis doctis uiris rñſum ſit, ipm auctorem, hoc eſt, anteceſſorem ſubrogati, tũ pro fructib. tum p cæteris litis impendiis, & acceſſionib. q̃ ad id q̃ti intereſt referuntur, obligatũ ex ſuo ſp capite p̃ſtere, atque in nexu litis, hiſce pro rebus remanere, atq; eũ litis nexũ, pro eaq; impendiorũ & fructuũ cã, obligationem, non qdẽ ad ſubrogatũ, ſed ad hr̃dem ſuum tranſmittere. Quin ẽt, ſunt ex noſtratibus, qui pro hac parte, quoddam ſenatus placitũ interceſſiſſe aſſerant. Rebuf. tit. de manda. apoſto. §. declarantes. uerbo ſucceſſores. ut cumque res hẽat, ſic in utranq; partem diſceptata, ego tm̃, quod frequenti in ſenatu, hac in fructuum cã, & agitatum, & deciſum obſeruaui, hic adferã, qd̃ fuit hmõi, ut in ſimili propoſita ſpecie, adhibita diſtinctione quadam, deciſum iudicatumq; ſit negotium, uidelicet, ſiquidem qui in litem per codicillos ſubrogatorios tranſcriptus, atque in locũ abeuntis ſuffectus eſt, teſtificatus ſit palã, ſe eam litem, ita demũ agnoſcere, in eamque cõdõnem, eam in ſeſe recipere, uti ex ea, nolit, quod attinet ad fructus, ab anteceſſore decerptos, vllam ſuã captionem fore, vllamvè obligationem ad ſe trãsfundi: quicquid eſt huiuſce rei, omne id à ſe plane abijcere, in eumq; duntaxat modũ, hoc cõtrouerſum ſubire iudiciũ, qd̃ non ſubiret, ſi apud ſe putaret horũ fructuũ rõnem remanſuram: tum quidẽ ſenatus, ob eam iudicialem teſtificationẽ, conſueuerit tranſcriptoriũ iſtius ſubrogati diploma pronè exhauriendo, poſtulatiſq; ſubſcribendo, ipſum ſubrogatum, in eam litẽ trãſcribere, mandareque, ea, quam is ſubrogatus teſtatò dixerit condõne, in acta referẽdum, cęteroqui, illum alterũ qui anteceſſor fuit, aut ſi quidem mortẽ obiit, hæredem ipſius in priſtino controuerſiæ nexu pro fructuum quos ille deceſſor decerpſerit, reliquatione retinere: ſed ſi accidat, vti ſuffectus iſte in cauſam ſubrogationis, pura ſimplicique via, ſit tranſgreſſus, neque quo ad fructus attinet ſui anteceſſoris, quicquam huiuſmodi, quod dictum eſt, teſtatò reclamarit, tunc illum haud dubiè, cum omni nexu, omnique præſtatiõe fructuum, de quibus agitur, litem ſuſcepiſſe cenſeri, ad omnemque præſtandum iudicij euentum, quem, is à quo cauſam habet, præſtitiſſet ſe planè obligauiſſe, atq; ea prorſus obligatiõe teneri, ſicq; rẽ ipſam vidi, adhibita hac prudenti æquaque moderõne in curia temperari.

Sequitur nunc alia, hac in materia diſceptatio. Quid porrò de oneribus cenſendum, quibus oneribus, eo in fano controuerſo, obnoxius erat anteceſſor. An & ea, in ſubrogatum
11 tranſfundentur, † ab eo quidẽ, poſtquam, & liti ſucceſſit, & in ius anteceſſoris trãſijt, præſtanda exoluendaque omnia & certè, hanc in diſceptationẽ, pro ea parte, quæ ſubrogatum hunc oneribus hiſce exoluendis, quæ ſuum autorem cõtingebant, obligatum quoque & planè nexum velit, adferri poſſent, quæ ſuprà de fructibus allata ſunt: nam illa etiam

Source : BIU Cujas

hanc cauſam reſpiciunt, tamen ſublata maiore cõtentione, uerborumque colloquutione, breuiter meam hacce de re, habeto ſententiam, atque dicito, tum ſecundum rationem legis, tum iuxta doctorum ſenſa, onera illa atque debita nomina, nexus, obligationes, atque cætera huiuſmodi, quæ in cauſam æris alieni ueniunt, ſiquidem ipſa rem reſpiciãt, ſintque fano naturaliter, atque ex perenni obligatione innexa, eorum quoque cauſam rationemq; omnem ſubrogato plane addici, reſidereque penes ipſum obligationem, nam is fano ſuccedit, & eæ res ipſæ, ex capite cauſaque fani, non autẽ ex ratione anteceſſoris proueniunt, proinde hic ceſſant cauſæ ſupra poſitæ, quæ innuebant obligationem auctoris ſuum ſubrogatum non contingere, hic enim obligatum eſt ipſum fanum, quod cuicunque addicatur, ſuam ſecum habet cauſam, obligationemque fert perpetuam: At è diuerſo, ſi ſupradicta ſint eiuſmodi, uti non ad rem, ſed ad perſonam atti neant, tum hiſce ſubrogatum non teneri, at penes anteceſſorem auctoremque, qui ea contraxit, aut ipſius hæredem ipſa omnia remanere. Ac pro huius cauſæ deciſione, audi quid Pariſienſi in ſenatu, quod & uidi ipſe, ſit iudicatum, in cauſa ſucceſſoris cœnobiarchæ diui Ioannis, in agro, uel oppido Senonenſi, is quidem ſucceſſor cœnobiarcha, eo ſenatus iudicio mulctatus fuit grandi pecunia, cuius ſumma erat quadringenæ noſtrates libræ, ad quas, ob ſumptus litis, qua ceciderat, dependendas, fuerat damnatus Abbas anteceſſor, idque propterea, quia de iuribus cauſiſque litigarat, quæ ad ipſum ſpectabant cœnobiarchium, quæ iura eorumque acceſſiones omnes, obligationes, nexus, onera, nomina, cuicunque tandem addicitur ipſa cœnobiarchij dignitas, ad eum ipſum, tranſmitti debere dictat, ſicuti modo eſt oſtenſum, ipſa iuris æquitatiſque ratio.

ARGVMENTVM.

De ea ſpecie quæ caput ducit a ſacerdotiorum unitate & copulatione. Elenchus horum, quæ hic tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Cuilibet fano, & cuiuis ædi ſacræ attribuendus eſt peculiaris rector ſuus.*
2 *Duplex cauſa facultatem epiſcopo tribuit per copulam unionis fana connectendi. Altera ducitur ex neceſſitatis imminentis capite. Alteram porrò concinnat euidens fanorum utilitas.*
3 *Ne Romano quidem pontifici, citra cauſam iuſtam, rationique congruã, licet fana copulare.*
4 *Vnio quam induxit falſa cauſa, eſt ne ipſo quidem iure nulla, an per cauſæ diſcuſſionem euertenda?*
5 *Quinam ſunt unionum recepti probatique effectus?*
6 *Quæ in uniuerſum cenſendæ ſunt perſonæ, quibus unionum tributa ſit faciendi poteſtas.*
7 *Non adhibito capituli & ſodalitij conſenſu, neutiquam ſunt per unionem copulanda, quæ alicui ædi ſodalitiæ, aut epiſcopali, adſcripta ſunt fana.*
8 *Nulli fas eſt epiſcopo templa per unionem colligare, quæ beneficiario iure alteri ſunt attributa, niſi iſte alter, cuius collationi ea ſunt obnoxia, eam in rem ſuum interponat aſſenſum.*
9 *Eſtne neceſſe ad firmitudinem unionis, ut ei ipſi unioni adſtipuletur accedatque, qui copulati uel copulandi fani præfectus eſt aut dominus?*
10 *An in copulandis his eccleſiis, quæ exemptitio & priuilegiario iure cenſentur, ſatis ſit, ſi copulationi accedat epiſcopi auctoritas & ſuffragatio?*
11 *Cœnobiarchæ, & inferiores antiſtites, habentne ius, beneficia in hanc unionis cauſam firmiter inducendi?*
12 *Eſt ne in copulatione fanorum, quam conſignat epiſcopus, neceßario facienda actionis tractatuſque (ut nunc loquimur) per formulam præſcriptio, perque ſolennem, & annotatam ſcripturam?*
13 *An unionem antecedere debeat, capituli, quæ requiritur conſenſio. An uerò ſatis ſit initæ iam copulationi, eam ipſam dein conſenſionem accedere?*
14 *Vbi de omni ſolenni, iuſtaque formula quam fanorum poſtulat copulatio, non plane liquet, ualetne ibi, ſatisque eſt, ex diuturnitate temporis, ad oſtendendum ſolennium interuentum, præſumpta ductaque probatio?*
15 *In ſpecie, in qua ponitur de facta quidem fanorum unione, non alioqui liquere, tantum, certum eſſe, poſt hominum memoriam, ea ſemper fana, tanquam ex iuſto copulationis unionisque capite, poßeßa fuiſſe, an ne ea in ſpecie id ſufficiat, ſatque habeatur, ad hanc unionis cauſam probabiliter confirmandam?*
16 *Quænam ſunt cauſæ a iure explicatæ, quibus idonea ſuppeditetur ratio, ſacras ædes, per hanc unionis cauſam copulandi.*
17 *In omni negotiorum genere, a legibus, pro licita & profanorum copulatoria cauſa, nominatim conſignato, non ſolum licet epiſcopo fana copulare, uerùm etiam, ſi id non facit, poteſt, ut id faciat, adhibita cauſæ cognitione, urgeri & compelli.*

Caput 7.

HAec cauſæ ſpecies, a fanorum copulatione, rõnem caputq; ducens, quæ nunc ordine ſuo in manus incidit, iuri eſt diſſentanea, ppea coarctanda, anguſtoq; circumſcribenda mõ, inſtar aliarum cauſarum, q̃ in uniuerſum, quum iure reclamante inducuntur, anguſtiſſimo itidem iure, atq; admodũ ſtricto ſunt cenſendę. Porrò in hacce ratiocinatione, inductionis primæ cã, omnium eſt in oculis. Cuius.n. iniquitatis eſſet, uel ineptiæ, uni homini plurimũ rerum onus imponere, quarum rerum uni, uix omni in uita ſua, ſi mõ ſuum probe vult facere officium, par eſſe queat. tu quidem (clerice) uel auaritia, uel ambitione mala incitata, plura tibi cupis fana coniunctim addici, ædium ſacrarum copulationem affectas, onera quidem unũ ſuper aliud, capiti tuo accumulas, eadem opa, quum hæc facis, prouinciã duram, neq; uirib. tuis æqualem, tibi imponis, faſcis molem cui ſuccumbes aĩo tuo iniicis, nec id tibi, in re
1 pſertim ſacra licere puta, in qua re, ſacra, q̃que ædes † ſuum ſigillatim rectorem deſiderat. Anacletus in epiſtola relata ab Iſidoro ſuper ordinatione, & ordine primatuum. c. ſanctorũ. 70. diſt. qui eã curet, adminiſtraretq;, & in ea ſit functione aſſiduus, id qđ ab uno, eodemq; hoĩe, plurib. in fanis, nequit cõmode præſtari, pp quam rõnem, placuit ẽt Placentino cõcilio, uti ſua cuique adminiſtro, peculiariter ſp attribueretur ſacra ædes, qui oẽm ſuam opam, in eam impenderet, ibiq; hæreret perpetuo, quare factum eſt item, ut hinc ſinodus Toletana. c. unio. 10. q. 3. eccleſię in qua, dena noſcuntur, ẽt ſola, ineſſe Chriſti mancipia, hoĩumq; curialiũ capita, ſuum tñ proprium eccleſiæ illi, & quidẽ tam paucorum hoĩum exñti, peculiaremque atq; aſſiduum paſtorem adſcripſerit, unde patet ambitioni ponendũ modum, conſiſtendumque eſſe intra æquos terminos, nec quicq̃ in eccleſia Dei, per malas artes de normandũ. hoc iacto fundamẽto, ſequitur uti diſpiciamus, poſſit ne gñale iſtud axioma mõ poſitum, aliqua exceptione circuncidi pſertim cum iuriſconſultus dicat, oẽm diffinitionem, hoc eſt, ſicuti docte exponit Placentinus, oẽm gñalem traditionem, periculoſam eſſe, patum.n. eſſe, uti fere ſp non ſubuertatur, & aliqua exceptione non circuncidatur, adferat huic igitur q̃dã ſpẽs, qua in ſpecie, duas uel plures paroecias, uel quaſuis alio in genere ſacras ædes ſimul iungi, eccleſiarũ
2 poſcat utilitas, † id uelit clerus. id cupiat populus, epi quoq; adſtipuletur ſuffragatio, nonne hunc in caſum permittetur iſthęc unitas (quã unionem appellari receptum eſt) & q̃dem certum eſt, mõ illa concurrant oĩa, permitti: quia rõ ſuperior q̃ id prohibebat. c. pcipimus. 16. q. 1. ceſſat quidem hic, uſus. ſ. eccleſiæ, qui in ꝓrium uertit, utpote in unionem fanorũ inclinat, ppea quod, q̃ ſeparatim in aliis ſunt adminiſtranda, hic per unũ, ob uicinitatem, uel q̃uis ob cãm aliam, epo cleroq; probatã, & cognitam, melius cõmodiuſq, fiunt oĩa, & ppea hac in ſpecie, in qua inſunt prædicta oĩa, copulationem iura permiſere, atque in epi plærunque arbitriũ, auctoritatemq; cõtulere, ab axiomate generali, hunc peculiarem caſum, pp cãm magnam excipientia, ſi tñ accideret, ut quid deeſſet ſupradictorum, nec probaretur copulatio, iuxta legem Cõſtantienſis concilij, quadra. tertia ſeſſione. titul. de unionibus. certe tunc ea peſſum quoque iret: nam Cõſtantienſi lege dictum eſt, iſtiuſmodi unitates, ſi probabili ueraque cã non innitantur, & mõ poſitam rationem ſecum non adferant, haud conſiſtere quantumuis eas firmarit Apoſtolicæ ſedis ſuffra-
3 gium, quinimo iuſtitia dictante, cõſcindi reuocariq; dẽre, uel ex eo maxime, quod non obſeruato mõ, hoc eſt, non appellato eo, cuia intererat, cenſeatur Pontifici in ea copulatorij fanorum dipolmatis impetratione eſſe obreptum, cui Pontifici, ſi patefacta eſſent omnia, uerò haud eſt ſimile, eum fuiſſe permiſſurum, auctoritateque ſua, rem comprobaturum.

Qua ex concilii rogatione, decidenda item nobis eſt ſumma quæſtio, quæ hac in unitatum materia prima uenit ad
4 manum, uidelicet, An facta, † falſa ex cauſa, & non probabili, beneficiorum copulatio, ipſo iure concidat, ſitq; prorſus nulla? An uerò non concidat quidem, neque ſit ipſo iure nulla, at per ipſam iuris & iuſtitiæ ſententiam ſit poſtea obruenda, qua in quæſtione, uaria occurrunt, in ancipitem partem, eaque urgent omnia. Porrò mihi libet, ea ipſa, pro inſtituto meo huc paucis adferre. Igitur pro ea parte, quæ hoc in poſito caſu, plurium fanorum, diuerſorumq; in unum corpus copulationem non dicit nullam, at per iudicem euertendam, faciunt multa argumenta perſuaſibilia. Atque imprimis adferuntur uerba ipſius Cõſtantienſis rogationis, quę ad literam ſic habent. Conſt. conci. dict. ceſſio. 43. tit. de unio. (Niſi uniones ex ueris & rationabilib. cauſis factæ fuerint, uocatis his item quorum intereſt, quamuis Apoſtolicæ ſedis interuenerit auctoritas, reuocabimus, iuſtitia mediante) quæ uerba plane inclinare uidentur, in hanc iſtam ſententiam, vrget dehinc Rotæ deci. 59. in nouis. iudicium, quo deciditur, huiuſcemodi

Source : BIU Cujas

scemodi vnitatem factam ex falsa concinnata causa,non quidem mero iure in irritum cadere,quinimò consistere,uerum postea si videtur,demonstrato,falsam esse causam,æquum est,uti diruatur,reuoceturque in pristinum statum,huic Rotæ decisioni,adstipulari etiam potest iuris præscriptum, quo habetur,in his quæ sunt stricti iuris, cuiusmodi hæc unitatũ causa,si dolus dederit causam contractui,ipsum quidem cõtractum ipso iure non esse cassum,at causa cognita,circundu cendum,tollendumque.l.si quis cum aliter. ff.de verb.oblig. nam si nulla omnino,ne quidem falsa,nec inepta, nec etiam vera interfuisset causa,at res solum ex abrupto facta narraretur,tũc bene uerum esse,tale factum dici nullum. Rota deci. 168.& deci.169.in Anti. At hic quidem interuenit causa,verum ea falsa fuit,ergo per hæc iuris præscripta, actum petere non esse nullum,sed rescindendum,atque isthæc sunt ꝓ hac parte, cui parti subscripsere ex Doctoribus nostris plærique, Guido papæ consi.134.Deci.consi.233.

Alij ut Card.cle.1.de elect.& cle.2.de of.ordi.Abbas sicu. cap.sicut unire.de excess.præla.Ripa lib.2.resp.c.10.num.2.uerò,quibus & ipse accedo, plane dissentiunt, maxima quidẽ cum ratione,aientes hac in thesi proposita,copulationes fanorum,quas fecerit falsa causa,prorsus nullas fore,pro quib. stat primum causa iuris,innuens,qua in actione requiruntur plura,uti eam necessario forment, atque efficiant,si quid horum deest,actionem omnem plane corruere,neque enim illorum vnum,potest figillatim,rem in actũ uerum, firmumque deducere.l.si unus.C.de testam. l.cum hi. §.prætor.ff.de transact.l.2.§.nam.C.de rei uendi.l.licet. C.de acq. poss. cum natura rei,essentiaque non illo solo,uerum suis aliis cum adiunctis, innitatur. Atqui hæc fanorum copulatio, † pro suo habet naturali fundamento, causam primam vtilem, & neneſſariam,coniungendorum fanorum.capi.exposuisti.extra de præb.capitu.dudum.de re.eccle.non alien.in 6.atque eam perspicuam,tum & solemnem modum, formamque,qualia sunt,vocare quorum interest.clem.2.de reb.eccle.non alien. clem. 1.§.adhæc.de statu mona.& id genus alia,quod si quid horum abest,quæ quidem istius rei naturale sint fundamentum.Quid causæ adferri potest quin actus omnis prsus corruat,sitq; nullus per ipsum ius: nam sine omnibus, quæ rem naturaliter formant,uelle actum consistere,perinde est ac putare,citra maris & fœminæ coniunctionem partũ posse concipi,aut sine bono fundamento, constitutaque fultura, cœmentitiam domum,ueluti in aere pendentem,substrui. Nec vrget aduersa ratio,deducta a regula iuris, de dolo dãte causam contractui,nam illa in ciuili loquitur actione.l.1.de rescin.uend.cum glo.uerbo irrita. docto. l.interpositas. C.de transact. hic porrò agitur de re sacra, in qua omnia quæ iuri ordinario repugnant,summo iure sunt censenda,& ad supremam vsque rigoris lineam,perducenda,ita ut quod in illis ciuilibus rescindendum sit,hic pro rescisso habeatur.capitu in nomine.23.dist.cap.vbi periculum.§.cæterum. de elect.in 6. cap.cum locum.de sponsa.cap.peruenit.de iureiu. iuncto.c. si sine.12.quæstio.2.cap.1.de re.eccle.non alie. hoc certe posscit templorum charitas, ædium sacrarum unicuique attendatur prospectio.

Explicata hac quæstione,discussisque aliis,quę etiam sunt huiusce capitis,veluti positum fundamentum,necessario uidetur faciendum,ut secundum minima quęque,quæ restant, quęq; figillatim possunt occurrere, tota fusius illustretur materia. Igitur, cum de diffinitione causę satis constet,nempe quid sit vnitas,vel vnio,nunc ratione logica, discutiendũ more nostro,quid ea agat, quidue efficiat. agit porrò atque efficit,vti plurium fanorum, in vnum fiat coitio, vnique personæ,vel per sese agenti, vel alicuius corporis, collegiique nomine, rem sustinenti, demandetur eorum fanorum, quibus ante suus quisque sigillatim adhibebatur curator, procuratio,hoc quæsito,cognitoque,discutiendum, quis eam fanorum copulationem, † sua firmet auctoritate,in promptu respondetur, sicuti iam est obiter perstrictum, ad Romanum Pontificem eam auctoritatem potissimum spectare, etenim imperium summum in ecclesia Romanus habet Pontifex. Latè Hosti.in cap.quanto.de excess.prælat.faciat quod volet, nemo vnquam illi,ea in re,rationem facti est reposciturus.capitu.2.de transla.pręla.Bald.lib,de præci.impe. offe.quę si uera sunt,sequitur plane,non solum,quod positum est uerum esse(illum nempe copulare posse fana, è multis quidem possessionem vnam constituere,huicque possessioni,pluribus aliis conflatę,auctoritatem fundamentumque adiicere, uniq; homini,aut vni in ecclesia corpori,plurium templorum curationem,ministeriumque,hac copulationum uia, impone re) uerum & cum is hæc fecerit,nullam esse huiusce facti requirendam causam, statimque, vt copulatio vnioque sanorum Pontificia videtur auctoritate conflata,in ea esse acquiescendum,nec ultra quicquam examinandum,adducendũq; in dubitationem,aut iudicium, ab eaque sententia stat omnis propemodum doctorum nostrorum schola. Pan.c.sicut unire.de exce.præl.Guido papæ consi.134.quę forte aliqñ uera fuit? Sed nunc in ꝓrium flexit Constantiensi Concilij rogatio,quæ facit,ut cum ego fatear istorũ opinionem, quod ad hanc præsentem rem pertinet, iure Pontificio quandoq; firmari potuisse,ita plane negem, post Constantiense concilium,eam sacro canone inniti posse, quippe quia,in quadragesimo quarto illius Constantiensis synodi confessu,titul. de vnionibus.uideam, de absoluta illa summaq; Romani Pontificis potestate,hac in vnionum & copulationum causa, aliquid fuisse limatum & circuncisum,ibique nominatim cautum,nisi vnitas facta fuerit cognita cum causa,veraq; & pro
7 babili,& ni vocata pars omnis, † cuia interest,ea vnitas,ne rata firmaque esset,huicque auctoritatem roburque, Romana sedes ne adderet: nam in re tanti momenti, recipi non debere oblatiua diplomata,hoc est,motu proprio, nullaque probata,aut explicata causa expedita, hinc fieri,uti more gentis nostræ Gallicanæ,quoties aliquod vnitatum negotium proponitur deduciturq; in forum,quod videtur a Constantiensis decreti formula,præscriptoque recedere, cognitor illicò regius, intercessionis prouocationisq; solemnem clausulam iniiciat,testeturq; abusum,& factum in leges,atq; concilia,tũ & diplomatum executionem remoretur,dum res in accuratiorem examinationem venerit, qua in causa notũ est istiusmodi copulationum,quæ repugnant aliqua in re synodo Cõstantiensi,a curiarum iudicibus rationem non haberri. Porrò hac ex disputatione, cum sit factum, uti plane discutiatur caput illud,quo quæsitum est,qui possit vnitatem inducere.Sequitur quęstio altera,supra quidem tacta,sed non plane suis in omnibus numeris explicata,videlicet. An episcopo-
8 rum sit, † hoc quoq; genus copulationum,vnionumq; in ecclesia firmare, pro qua re explananda aduertendum primũ, episcopum qdem,quod attinet ad isthæc, suo in episcopatu, eodem penè iure, quo summus Pontifex in vniuersa ecclesia censeri.capit.sicut vnire.extra de excess.prelato.clem.1.§. adhęc.de sta.mona.quare non dubium esse,illum quoque sana suæ diœcesis copulare posse,idque,vetere etiam more, ante Constantiense concilium obseruato, in hoc vno differebant,hac in ratione,Pontifex summus & episcopus,quod in illo nulla causa,cur copulasset exigebatur.Panor.dict.cap.sicut.in hoc, copulationis factæ reddenda erat probandaq; ratio.d.ca.sicut. nec enim vlla in re ecclesiastica,tam liberas habenas potuit vnquam habere episcopus, quã Romanus Pontifex. Addidit quoq; alias differentias Vienensis synodi rogatio hac in re,nempe tales, episcopo scilicet copulare fana non licere,nisi accedat sui capituli assensus.clem.2.de re.ec. non alie. Tum & itidem hoc, sic, Episcopus,Fana,Templa, neu iungat,neu copulet,quæ sunt alterius Antistitis in beneficio,eique subsunt ditionis collationisque iure, ni Antistes ille,huic vnitati adstipulerur.clem.ne in agro.§.ad hęc.de sta tu mona.hic tum olim quęrebatur, vt id quoque necessariũ quiddam alterum,videlicet, An in hac copulatione, quæ auctoritate innititur episcopi,interuenire debeat rectoris copu
9 landi fani uoluntas, † quæ quæstio decidi potest,ex Vienensi concilio,atq; in promptu responderi, istius rectoris interuentum,hac in re non esse necessarium.d.clem.2.de re.eccle.non ali.cum ei nullo modo sit fraudi hæc vnitas,vt qui,quoad viuet reditus fani copulati, emolumentaq; oĩa sit collecturus, nec de illis qcquam possit ei detrahere inita copulatio.ca.cõsultationib.ext. de do. & fanũ alioqui ad hęredes ille non est trãsmissurus,cũ igitur hac in copulatione,nihil illius interfit, non conuenit illũ hunc in rẽ appellare: hæc quidẽ probabilis, ut cũ maxime est ratio, Vienensi quoq; cõprobata concilio, d.cle.si vna ij.de re. ec. non alie.ego tñ Vienense iudiciũ hac in parte sic duco capiendũ, vti posita cãæ species, ita demũ sua in decisione vera sit,siquidem hanc eꝑalem vnitatem,an tecesserit probatæ & rõnalis causę cognitio: nam dũ res sic agitur, ẽt reclamãte rectore, peragitur copulatoriũ negotiũ, sed si ea probata cã non antecesserit, æquũ est item,vti rectoris cõquerentis habeatur rõ, possitq; huius vnitatis effectus, ab eo interpellari,impediriq;. Car.d.cle.si vna. Addo hic diserte,isthęc, q̃ de eꝑali dicta sunt copulatione,locũ qdem habere in fanis,primatibusq;,& reliquo beneficiorũ genere, q̃ intra regularẽ ordinariamq; iurisdictionem consistunt: nã in
10 exemptitiis, † iureq; eximio, & priuilegiario innixis, longe alio more utimur,hęc.n.nisi adsit noĩatim Pontificis Romani q uniat summa auctoritas,copulari nequeũt. c.cũ nullus. de tempo.ord.in 6.c.auctoritate.de pri.c.ueniens.de uer. sig. tũ quia in ea sacerdotia, nihil sibi arrogare potest eꝑalis potestas, tũ ẽt quod Vienensis lex hoc clare uideatur excepisse, dũ dixit,per locorũ ordinarios,unitates,ut decernant. d.cle. ne in agro. §.ad hæc. de sta.mo. aganturq;,nam nominatim sic loquens, ea excepit templa in quæ non agit uis ordinaria, qualia sunt isthæc exemptitia & priuilegiaria,quam rem doctores nostri fusius disceptant.d.§.ad hæc.

Source : BIU Cujas

Adferenda nunc tertia huiuſce loci quæſtio, quę ſic habet. Quidnam in Abbatibus hoc in cauſæ genere, conſtituendū,
11 copulentne † etiam iſti, fana, iuſque habeant, ea in re, epiſcopalis functionis? Breuiter ſic habeto. Cœnobiarchas, inferioriſque ordinis Antiſtites, auctoritate ſua ordinaria, ſibiq; per leges attributa, non poſſe in hoc copulationum ius, poteſtatemque, pedem inferre, propterea quod, hæc poteſtas, tanquam magna res, excelſaque, & ad grauem relata cauſam, ſolius ſit muneris epiſcopalis, & tamen ſi qui Abbas, aut quiuis aliorum minorum gentiū Antiſtes, proponeret ſe ius iſtud, rationemque copulandi, ex legitima præſcriptione quæſiuiſſe, modo ea ſit præſcriptio extra memoriam hominum concinnata, nihil certè tum vetat ſuo in unitatis faciendę iure, audiendum eſſe. glo. clem. ne in agro. §. ad hæc, de ſtat. mona. Guido papæ conſilio 134. Archid. capitu. cum ſingula. de præbend. in 6. quod quidem ius iſtud unionum, cum iuriſdictionem reſpiciat, præſcriptioni iſti eſt plane obnoxium. ca. auditis. & capitu. cum olim. extra. de priuileg. Quamobrem, qui Abbas quiue præſul inferior, ex præſcriptionis cauſa ſibi in eccleſiis iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, iuſte compara uit, certum eſt, eum hiſce in eccleſiis, copulationis quoq; munus exercere poſſe. Panormita. capitu. ſicut. de exceſ. prælat. Innocen. cap. 2. de tranſ. gloſſ. clem. 1. de re. eccle. non alie. attexenda quoque & alia ſpecies, qua ut idem copulandi ius, ad Abbatem vel inferiorem dilabitur, antiſtitem, uidelicet, ea in eccleſia, quæ pleno abſolutoq; iure, huic inferiori ſubditur antiſtiti. cuius rei deciſio, ex ſuperiore ratione ducitur ſcilicet eo quod, in tali fano, talique eccleſia, minor iſte antiſtes, uel abbas, quaſi epiſcopali pollet imperio. capitulo quoniam. & ſequen. de priui. capitu. uno. de cape. mona. in 6. unde copulandi idem fanum, ducendique in unionem non poteſt illi negari ius. Panormita. d. capit. ſicut prædictas. extra quas poſitas in inferioribus præſulibus cauſas duas, ac extra in vniuerſum prædictas, probataſque rationes, copulare fana, tēplorumque beneficia unione colligare, nulli licere, ex ſuperioribus colligi, clareque liquere poteſt: iis enucleatis, nunc ſeſe aliud offert dubium, in hanc rationem.

Vtrum in hac quidem unionum actione, quam epiſcopus
12 conſignat, neceſſaria ſit aſcripta pactio, † rerumque connectendarum, inita tum conditio, tum tractatus per ſcripturā, appoſitio? uertitur ſane in hac quæſtione cauſa, quā non vno modo diſceptant doctores, quin uaria, more ſuo, controuerſaque huc adferunt: Rota deci. 166. in auth. inci. nota quod ubi, primum ſuo in foro pronunciat, in ea, quam init, facitq; epiſcopus, fanorum coniunctione, unioneque, nullam utiq; requiri apponendam tractatus conditionumque, aut actionis, uel pactam, uel deſcriptam tabulam, nam ex Vienenſi rogatione habetur, iſti unioni epiſcopali, adeſſe quidem debere, capituli publicam communemque conſenſionem, at nihil præterea aliud quicquam deſiderari. clem. 2. de reb. eccle. non alie. quanquam in omni alia diſtractionum eccleſiaſticarum abalienationumque cauſa, concinnanda ſit actionis, pactorumque & fœderis conſcriptio. capitu. tua. de his quæ fi. a præla. & alienationis imago quædam ſeu ſpecies ſit, hæc unionum cauſa, nihil tamen tale quicquam, aut ſolēne aliud, fœderis appoſiti adſcriptitium, uel maximè ob id exigens, quod in ea nulla ſit fanorum trāsformatio, uel excidium nullum, mutant quidem ipſa, relinquuntque priſtinam præfectorum ſuorum curam, ſumuntque pro prioribus adminiſtris qui plures erant, alium quendam, uel miniſtrum, uel dominum ad eandem tamen curationis, ſacrorumque tractationis curam recidunt, ideo non mirum, ſi quum hæc noſtra ſit cauſa, ut quæ intra eoſdem ſacrarum rerum terminos conſiſtat, nec quicquam mutet, præter adminiſtratorem, & œcumenicum mancipium, nihil tale aliquid pactionum appoſitarum, initique tractatus, hac in ſpecie, ſibi adiici uelit. Atque ab hac parte, ab hacque ſententia ſtetit Burdigalenſis ſenatus. Boe. deci. 345.

In contrarium eunt plerique huiuſce pontificiæ ſcientiæ homines, quibus ſuperior opinio non ſatis probatur, uolunt enim omnino, hac in unionum cauſa, non minus quàm in aliis eccleſiaſticis quibuſuis cauſis, pactionem tractatumque ſcriptum intercedere. Oldr. conſi. 260. Abbas ſicu. conſi. 106. Dec. 232. hac innixi ratione, quòd niſi accedat magna quædā probataque cauſa, neutiquam liceat eō ulli, antiſtiti ulli, prę ſuli ulli, regulari quidem & communiter recepto more, rem unius fani, alteri fano attribuere. c. 1. de re. eccle. non alie. qa hæc commixtio, rerumque confuſio, rebus a ſacris citra aliquid ualde magnum, rarumque, quo id ſuadeatu, prrocul ut abſit, ſacrarum rerum poſcit cauſa, iuriſque æquitas, ne ordo decorque perturbetur eccleſię, eadem quoque ratione fieri, uti ab hoc templo, ab hacque eccleſia, in aliud templum, aliamque eccleſiam, omne onus, omnem præfecturam, rerū ſacrarum tractationem, & miniſterium transferri, æque duobus curionatibus, unum efficere, uel plures ſacras ædes, ædi uni per copulationem annectere, haud fas ſit. c. percipimus. 16. quæſtio. 1. niſi item adferatur euidens quapiam, perque magna huiuſce fanorum, & rerum copulationis ratio, quæ ex deducta appoſitaque conuentionis ſcripta tabella, plane pateat. At uerò, hæc qō, ſic utrinq; agitata, aliam nunc nobis trudit diſceptationem, datque in manus. Quæ ſic habet poſito eo, quod Vienenſi traditum eſt concilio. d. cle. 2. de re. eccle. non alie. tum iure etiam communi receptum. c. paſtoralis. extra de dona. uidelicet in copulandis, colligandiſque per unionem, ab epiſcopo fanis, requiri conſenſum capituli,
13 † an nimirum debeat hic conſenſus antecedere, an utique ſit ſatis, initę iam copulationi, aliquo poſt tempore, interiectoq; interuallo, conſenſum iſtum accedere, qua in expedienda q̄ſtione, mihi prorſus (ut dicitur) hæret aqua. nā uideo ius pontificium aliud prorſus hic ſtatuere, interpretes autē noſtros aliud penè cenſere, etenim ſic loquitur Vienenſe concilium, Epiſcopus adhibito capituli cōſenſu, fana copulare poteſto. Et Romanus pontifex ſua in pontificia deciſione, ita in uniuerſum edicit, epiſcopus, niſi totius capituli interueniat, tum adſtipulatio, tum inita & conformata conuentio, de rebus eccleſiæ quicquam ne donato. c. tua. de his quæ fiunt a præl. quicquam. ne permutato, quicquam denique in alienationis ſpeciem ne deducito. d. c. paſtoralis. extra de dona.

At ſanè, ad hoc ut firma ſit ab epiſcopo, de re eccleſię, facta diſtractio, uel abalienatio, habeatque iuris robur, ante adhibendus eſt publicis capitularibus in comitiis, capituli legitimus aſſenſus. Porrò hic Doctores alia quędam adferunt, quę uidentur in diuerſum quoddam ius recedere, aientes clare, iſtum capitularem aſſenſum, poſt iam initam copulationē, & epiſcopali agitatam auctoritate, planeque abſolutam, accerſi poſſe, ac nihiloſecius, eo tunc accedente conſenſu priſtinam copulationem unionemque plane manſuram. Tū igitur ab æquiori parte ſtato. Alex. conſ. 219. uol. 6. Dec. 44 Boe. deci. 348. quæque tibi uidebitur rationibus, ac iuri magis cōgrua. His diſcuſſis, expeditoque communi loco, qui ad reqſitam in beneficiorum coagmentatione uel unione, formulam, ſolemnemque modum & ſpeciem reſpicit, nunc ſubiicitur quoddam aliud quæſtionis caput, quo differitur, ſiquidē de hoc ſolemni modo, & aliis huiuſcemodi, quæ poſtulat
14 unio, non bene conſtet, an fieri poſſit, † uti ex temporis diuturnitate iſthæc omnia anteceſſiſſe, factamque fuiſſe legitima nota fanorum copulam, præſumi præcipique queat. Et quidem ad hoc expediendum, ponatur regula, qua habetur, in hoc omni cauſæ genere, per quod ſcilicet plura ſimul beneficia tanquam partes, atque membra coagmentantur, ut unum modo corpus repræſentent, uel efficiant, ſolis in uerbis epiſcopi, qui hæc copulauit, deduxitque in unitatem, neutiquam conquieſcendum eſſe. c. quatuor. in fi 12. q. 2. Arch. c. hoc ius. neque illa, pro inexpugnabili indubitatoque fundamento, hac in cā hñda. hac poſita regula, ſequitur vti clarè decidatur, ei, qui unionem proponit, defenditque, ipſius quidem unionis cām clarā & manifeſtam probandi onus incumbere, quo cognito, reſtat diſcutienda dubitatio, ecquid nimirum, in ſolemnib. ſtatuendū (nā & ipſorum quoq;, q̄ minus urgent, quā illa euidentis & claræ cauſæ interceſſio, in hunc unionis defenſorem, haud dubie transfertur probatio.) c. cōſtitutionem. in 1. de uerb. ſig. Old. conſ. 251. An ergo iſtorum ſolemnium probationem, ex magno quopiam & diuturno tpis lapſo curſu, queat ipſe deducere, ſatiſq; illi ſit, ad firmandam cām ſuam, talis probatio. Et quidem nonnulli opinant, ſatis eſſe. Ale. conſi. 219. Ludo. Ro. conſi. 265. quippe qa dicatur, ex vulgaris iuris præſcriptis, iſthæc omnia iuſta ſolēnia, q̄ unicuique actioni reique debent ineſſe & euenire, longinquitate tēporis, tacito quodam iuris præiudicio, concipiatque præſumi. l. ſi filius. C. de pet. hęre. l. q in aliena, de acq. hær. Ego tñ contrarium prorſus colligo, neq; id iuris præſcriptū, ad hanc noſtram ſpeciem, deduci, aut accommodari poſſe puto, qua in ſpecie inducitur quippiam a iure cōmuni & ordinario prorſus alienum, qualis plane eſt vnionum cauſa, ſicuti eſt ſupra explicatum, iuris normæ ſeſe directo opponēs, ergo coarctanda, ergo ad hoc, de ſolemnibus modo poſitū iuris præſcriptum, minime producenda. Quamobrem bene mihi uideor facere, ſi concludo, hunc iſtum vnionum defenſorem, ſuam, hunc in caſum cauſam per claras potenteſque probationes alias, iudicibus nominatim neceſſario expedire debere, nec eſſe q̄ ſua in vnione defendēda, quod attinet ad iſthæc ſolemnia, & alia huiuſmodi omnia, ſoli confidat diuturnitati temporis, atq; pro iſthac deciſione extat etiam Burdegalenſe ſenatuſconſultum, & ego frequenti in foro & ſenatu vidi, procuratorem regium, ſua in interceſſione, prouocationeq; admiſſum, quum ille veluti abuſum teſtatus, aduerſus executionē cuiuſdā diplomatis, fanorū copulatorū, diſerte iniecerat, q̄ diceret id pōtificiū diploma, aduerſus cōcilij ſcita, impetratū, tametſi iā inde ab eo, hoc ē, a diplomate executioni tradito, abiiſſet tempus triginta annorum, q̄ tēporis

ſpatium,

Source : BIU Cujas

ſpatium,ſatis alioqui,aliis in legitimis cauſis uidetur eſſe diutinum,at uero,iſthæc cauſa,quum,ſicuti eſt dictum,ſit planè extraordinaria,neſcio quid etiam magis extraordinarium videtur ſemper poſtulare, nec ad vllum quidem regulare iuris præſcriptum,dirigi poſſe.

Porrò iſti deciſioni ſubditur hic veluti appendix quæpiã, controuerſus quidam locus alius, cuius adiudicatio diffinitioque,huic modo poſitę cognitoris regii interceſſioni uidetur quodammodo repugnare,res autem ſic habet,Age,poni
15 tor,de legitime facta unione nihil dũ liquide conſtare,† dun taxat certum eſſe,duo quædã fana, tanquã ex vnitatis cauſa, tandiu fuiſſe colligata,quandiu cõi hominum opinione, ue luti per unionis rationem in hoc colligationis ſtatũ iuncta, ſuis a præfectis poſſeſſa fuere, atque ita hanc in vnionis cãm poſſeſſa,uti horum omnium initij atque originis nulla prorſus extet hominum memoria. An nimirum hæc tanta tẽporis diuturnitas,unionis cãm de qua aliter non conſtat,firma reprobareque queat? Dubitationem quidem vt dixi,adferre videbatur,ſuperior deciſio,poſita de interceſſione & prouocatione regiorum hominum, ſed tamen quũ tota res appenditur diligentius,pol hic lõgè alia eſt ratio, quia ponitur ſpecies aliquanto diuerſior,quare ius item ſtatuendum aliquanto diuerſius,reſpondendumque,haud dubitanter nihil obſtare,quin præſumptum iuris iudicium, hac in modo poſita vnione locum poſſit habere,eamque ualidiſſime. cle.1. iuncta glo.de exce.præla.uerbo ad menſam.Ant.reg.q contra iura. de re.iu.in mercu.Fel.c.cum contingat.de foro compe.Rota deci.160.& deci.205.& deci.375.in anti.Ab.Sic. conſ.106. firmare,quum &(quodquidem pluris eſt ducendũ) crebrior fere doctorum noſtrorum calculis habeat, ad firmandã hac in præſenti ſpecie copulationem,quadragenarium tempus ſatis eſſe poſſe.Fel.c.ſi diligenti.& c.cauſam.de præſcri.& c.cũ contingat.de for.compe. Card. conſi.131.inci.uidendum.of. conſi.297.Ia.l.ſciendum.de verb.obl. item ut poſt id temporis ſpatium, de firmitatis vnione non amplius ſit q̃rendum, neque uero diſputandum, eam ne tum anteceſſerit, aut illi admota fuerit,vlla idonea cauſa, qa ipſam per ſe ſatis firmat corroboratque vetuſtas, q̃ quidem vetuſtas tanti præſertim temporis,abunde eſſe poteſt,vel ad oẽm,cuiuſcunque beneficij ſtatum formamque,& effigiem, non immutandam modo,verum & penitus deformandam. c. cum de beneficio.de præb.in 6.modo ſua ſemper rei ſacræ ſtet,conſiſtatque, tum cauſa,tum materies, quæ duo ab eccleſia vix queũt vnquã intercipi,aut alio auerti,ne vlla quidem quàm maxima, atq; longiſſima temporis diuturnitate. Nunc videndum,quęnam
16 ſint cauſæ,† quæ hanc vnionũ rationem,in ſpeciẽ poſſunt inducere,& profecto multæ ſeſe offerunt ſpecies,in qbus videri poteſt,atque planè intelligi,ad copulanda & per unionis rationẽ,annectenda fana, legitimã cauſam multifariã accedere poſſe,vtpote exiſtit fanum quoddam paroeciale, uel alius cuiuſuis ſacri generis,quo in fano deſideretur,q̃ prius fuerat multitudo populi. ca.& temporis qualitas.16.q.1. q̃ quidem populi multitudo,ob uarios caſus hominũ,uel penitus ſit interciſa,vel alio quopiam dilapſa & auerſa,tantaque nunc ibi laboretur plebis,& cleri penuria,vt decem illa Chriſti mancipia hominesq; curiales,in paroeciali tribu concluſi (quẽ ſaltem denum numerum,eam ad rem, requirit Toletanum cõcilium) uix ibi queant reperiri,haud dubie,tunc vult publica religionis vtilitas,vti ad id deſertum fanũ, addatur ex aliqua inita ratione,æqua quidem,& bona, iuſtum ſupplementum hoĩum.c.unio.10.q.2.quo tum plebs,commode poſſit in cõgregata,uti par eſt,multitudine ſacra percipere, tum curio, vel præfectus ipſis, eo in ſacro negotio cõmode dare operã, nec enim ſingula fana,pro adminiſtrandis ſingulis ſolum hominibus tribui ſolent. Cum igitur alicubi id deficit, nempe iuſta hominum corona deeſt, tunc exigit ratio, ut illi defectui medicina adhibeatur,ea autẽ commode adhibetur per iſtud copulationum genus.d.c.unio. ſucceditq; tum poſtea, ac altero loco,alia cauſa quæ a paupertate pendet, & rerum anguſtia,ecce tibi plura fana,unum,duo,uel tria,quæ ſigillatim neque queunt ſuum miniſtrum alere, neque plebi commodiſſime ob inopiam & rerum indigentiam,ſacra ſeorſum exhibere,ruit qdem templum,deeſt ueſtiarium,deformantur altaria,certe rationi eſt congruum, ut tum quod ibi ſingula commode præſtare nequeunt,collecta ſimul,& in vnũ deducta corpus,cle.ne in agro.§.adhęc.de ſta.mo. d.c.unio. id ipſum prẽſtent,cum bona commoditate.nam & cõmoditatis plebis,& eccleſiarum decoris, habenda eſt potiſſimum ratio,nec negligenda item ipſorum miniſtrorum (quanquã ipſa per ſe,ad copulandum parum valeat,vel nihil omnino,ſi ſola ſit) priuata & familiaris cauſa, nam & naturalis eſt quædam ratio,quæ dictat,neminem debere, ſuis militare ſtipendiis, cui rationi hac in eccleſiaſtica militia quodãmodo adſtipulatur fauetque dictum Domin. aientis, operarium quẽuis,ſua dignum eſſe mercede. Adfertur & alia ratio, aliaque cauſa. Nempe ſi proponatur euidens quędam cauſa alia, aut neceſſaria, ædium coniungendarum vtilitas, quæ ita pateat in oculis eccleſiæ,vt eam negligere, eius non ſit hominis, q̃ rem ſacram,ſartam,tectam,omnisq; damni, & incommodi expertem eſſe cupit,tunc enim ad hoc extraordinariũ vnionum prędidium,quin confugiatur,nulla adferri poteſt. c.expoſuiſti.extra de præb.ca.nouit.ne ſe vaca.probabilis cauſa. Annectitur & alia cauſa copulandorum templorum,quę ducitur a paucitate,non qdem plebis,& hominum,ut illa ſuperior,ſed miniſtrorum,vt quia quadam in ſodalitia eccleſia,tã paucos apparet ſodales eſſe,& canonicos,vt illorum exiguus numerus,cultui diuino,præbeat difficile miniſterium, adferatque non ſatis ornatam,& decentem ſacrarũ rerũ adminiſtrationem,tum enim haud dubie proſpiciendũ, perq; hanc copulatoriam rationem,dãda opera,vt ibi, ex dignitate ſuus rei diuinæ præſtetur honos.ca.pe.de cle.non reſi. ca.cum eccleſiæ.extra de elect.aſciſcatur ſuis unà cum miniſtris,ex vicinioribus,templum alterum, atq; ambo decenter tum iũgantur. Poſtremo ſubdi poteſt,eam eſſe quandoq; ædium ſacrarum aliam uiciniam & propinquitatem,vt illæ, maximo cũ rerum ſacrarum vſu, maximoq; cum bono & commoda cã, tum cleri tum populi, vnum corpus effici queant, ſimulque poſſint iungi,& coagmentari.c.& temporis.26.q.1.

Ante omnia tamen,hoc vnum hac in vnionum cauſa, potiſſimum habeto. Vbi quidem quęritur,poniturq; in medio, de copulatis vel copulandis fanis diſſertatio, ibi ſemper proſpici debere,eanè vnio,vtilitatem fanorum,rerumq; ſacrarũ uſum,& commoditatem,ad quem ſemper iſthæc cauſa redigi debet,reſpiciat,poſthabita ubique, uel non magni æſtimata,perſonarum,quæ hiſce ex templis,priuatum quæſtum colligunt,ratione utilitateq;.ca.nouit.verbo maxime,ne ſe.uac. quod ea,ex numero ſit rationum,quas exteriores,cauſamq; per ſe minime efficientes uocant logici,atque inartificiales, & extrinſecus de longinquo quidem loco ductas,atque petitas. In ſumma,id ponatur axioma,in unaquaque prædictarũ
17 cauſarum † probabili ſpecie, non ſolum epiſcopo licere, fana copulare,& ad hanc unionis rationem deuenire, uerum, etſi is quidem id facere nolit,uel negligat,poſſe ipſum,ad id faciendum,iuſte appellari,compellique.

ARGVMENTVM.

De iuriſdictione quam obit capitulum, deque ea quam habet,poteſtate, dum ſedes ſuo uacat paſtore.

SVMMARIVM.

1 *An confectio iuriſdictionis,vacante ſede,addicatur capitulo, tum quæ iuriſdictio illi tum tribuatur,ſacrane an ciuilis? An porrò ea,quæ utranque,uel omnem utique aliam reſpicit in diœceſi iuris dicendi ſpeciem, & rationem?*

2 *Exiſtente ſedis uacatione,obeunturne in capitulari comitiatu ea munera, quæ ad functionem pertinent ordinis pontificalis?*

3 *Qua in rerum ſpecie,quoue in caſu, ex diſpenſationis capite, uenia legum ſolutiua,iurisque ſcripti & poſiti facienda gratia epiſcopo per leges attribuebatur,illane,omni in ea ſpecie,omniue in caſu ad capitulum, ſede uacua,reſcribitur?*

4 *Aede magna,ſeu primaria ſuo pontifice deſtituta,ſuppletne tunc capitularis ſocietas,uicem pontificalem,puta in his,nempe in lege ſancienda, rogatione perferenda,edicto concipiendo, denique conſtitutione per diœceſim promulganda,earum ſcilicet rerum,quibus de rebus, legem ſciſcere, rogationem perferre, ædictum concipere, denique conſtitutionem ſuam totam per diœceſim promulgare, pontifici, dum uixit, per canonicum ius licuit?*

5 *Tranſitne diœceſis luſtratio,cleri recognitio,populi ſacra uiſitatio, deniq; totius prouinciæ,pontificalis obitio,in capitulare collegium,dum ſedes paſtorem non habet?*

6 *Competitne capitulo,ſede uacante,poteſtas tradendi,clericis diœceſis, dimiſſorios codicillos, ut inde libere ab alio Antiſtite, extra diœceſim, ſacra conſequi poſſint?*

7 *Annè ſitum eſt in ſodalitate regulari,dum ſedes uacua,non habet cęno biarcham,gregi ſuo ſodalitio,gregales nouos,regulareſue ſodales, aut canonicos, adſcribere, eoſque aggregare in ſuum monachorum & canonicorũ cętum,conuentumque regularium ſociorum?*

8 *Sede uacua,daturne capitulo aduerſus epiſcopum præſcribendi ius,aut ante cępram præſcriptionem continuandi?*

9 *Beneficiorum collatoria erogatio,quæ iuris erat pontificalis,utrũne tranſfertur mortuo ædis pontifice,tantiſper dum ſedes uacat,in capitulum?*

10 *Quid porrò hac in collatoriæ erogationis ſpecie cenſendum? Quando illa addicebatur pontifici cum conſilio capituli, poſſintne tum, quicquam in eam, ſede uacua,capitulum ſibi præcipere?*

11 *Quid denique,quando ea, & pontifici & capitulo dabatur in commune. An tunc capitulum per uacuitatem ſedis,illam quoque ſibi præſumat?*

Source : BIU Cujas

12 *Postremo, quid ibi statuendum, ubi collatio est quidem episcopi, uerum adhiberi opus est, capituli ad sensum. An eam quoque capitulo addicat sedis uacuitas?*

13 *An instituunt, uacante sede, capitulares sodales, hisce in beneficijs, quibus in beneficijs, ad patronorum nuncupationem instituebant eorum Antistites?*

14 *An item & destituunt ijdem sodales, uacantis sedis tempore, clericos ab ecclesijs, a clericisque & ministris fana?*

15 *An in Abbate, potestateque id genus maiores, & præfecturæ, abrogationis, destitutionisque ius, sede uacante, sibi capitulum, suam per diœcesim, uindicet?*

16 *An pro rebus pontificalibus potest capitularis ædis societas, per tempus pontificalis interregni, in iudicio contendere, siue per intentionem, actionemque, siue per depulsionis, uel defensionis formulam, in iusque adire utrobique?*

17 *An uicarij constitutio, datioque iuridici officialis, capitulo, per uacantem sedem competit?*

18 *Quomodo in pontificio iure, sit uicarij nox, officialisque iuridici, tum accipienda, tum diffinienda, quotque partibus, quantaq; significatione uaria constituenda.*

Caput 8.

PRimò quærendum est ne ex præscripto ordinarij iuris, vacante sede attributa capituto iurisdictio, ea quidem conficienda, tam in eis quæ sacrarum sunt rerũ, quam in eis, quæ prophanæ & temporali ciuilique addicta sunt tum causæ, tum dñio. Hoc uero thematis caput auctoritatem suã constituit, ex morte antistitum, præsulum, episcoporum, quibus diem obeuntibus, solium põtificale incidit in causam uacui, deduciturq; ueluti ad interregnum quoddam, (nam & in sacris bibliis, sacerdotium quoque regale dicitur) quo quidem interregno, quaue solij vacuitate durante, quænam re-
1 rum actio, quænamue causa, tum quæ iurisdictio, † quæue potestas deuoluatur ad capitulum, hoc est, ad sodalium canonicorum consessum, est hac in thesi explicandum, sigillatimq; discutiendum, quid illi sodales, tunc temporis, publicis suis in capitularibus comitiis, queant decernere. Quid porrò statuere, edicere, an utranque iurisdictionem, tam eam, quæ sacra & spiritualis est, quàm, quæ ad causas ciuiles pertinet, p attributionem communis iuris atque ordinarij conficere? Denique, cuinam negotiorum generi possint in uniuersum, auctoritatem suam interponere. Atque primum a iurisdictione exorsi, quę potissima rerum agendarum actio est, reliquas dein species gradatim expediemus, igitur hac in parte, mihi ponatur istud theorema. Decedẽte episcopo, ad capitulum recidit sede vacante, iurisdictionis ordinariæ confectio, possuntque sodales canonici, tam in ciuili & temporario, quod erat episcopali auctoritati attributum, quàm in sacra ecclesiasticaque iurisdictione, quam episcopus conficiebat, toti diœcesi ius dicere. cle. 1. & 2. de hære. in cle. c. duobus. de ap. c. 2. extra de delic. puero. ca. ad abolendam. extra de hære. gl. cap. 2. ne præla. uices suas. tantisperque per legitimi iuris constitutionem, ea in potestate, utrumque scilicet forum agẽdi, residere, dum in sedem sublectus sit, & introductus nouus epi-
2 scopus. Quo ex axiomate patet, capitulum tum in alienatione bonorum non mouentium, quę quidem bona, sunt adolescentum, orphanorum qui in diœcesi cõsistunt, uel aliorum id ætatis puberum, æquaque distractione substantiæ & pecuniæ, quæ minorum uigintiquinque annis est, posse suam publici decreti auctoritatem quemadmodum, ac quatenus poterat uiuens episcopus adhibere, tum de clericorum emancipationibus diiudicare, tum impuberibus curatores, gestoresque ad expediendum litem, ineundumque & instruendũ totius causæ concilium constituere, denique pro tribunali iudicare, decernere, statuere, totamque iurisdictionem, & iustitiæ munia, in omni negotiorum genere, adscripto episcopo peragenda plane absoluere, uicariorum, eporum, exemplo. c. fi. de iud. in 6. In. Host. & Io. An. c. sua. đ of. vic. l. 2. de of. illi, qui vi. alter. ger. qui cum ad hæc pertractanda, generaliter aut ad unum quicque horum nominatim, sunt ab episcopis dati, hæc quoque omnia obeunt & pertractant, atque hęc hactenus de obeunda per capitulum, dum uacat sedes pontificali iurisdictione.

Succedit tunc alter locus, qui munus respicit, quod ordi-
2 nis est epalis, † cuiusmodi isthæc esse censentur, chrisma solenni more, statoque die conficere, nempe quotannis in die festo cęnæ dñi, dum sacrum missæ, solenni cum apparatu primarioque misterio peragitur. c. referente. de cele. missa. c. inter corporalia. de tra. præla. Tum & hoïes sacro ecclesiastico ordini addicere, tribuereq; ius sacerdotaliũ infularũ, tum & aras, atq; altaria inaugurare, locumq; sepulcrorũ per recõciliationẽ piacularem, religiosum facere. Postremo Antistites Antistitasq; benedictione consecrare, dicare. Tum & cœmiteria expiare, repurgare lustrare, ac reliqua eius gñis facere, q̃ ad functiones pertinent ordinis epalis. Et quidem hac in qõne illustranda, iam primum cõstat, nihil horũ posse capitulo, per se conficiendũ tribui. c. his qui. ubi gl. & doc. de maio. & obe. quippe quia sunt munia, q̃ præcipuo quodã iure, soli addicuntur pastorali & pontificali baculo. Relinquitur igitur, ut non sit q̃rendum, possuntne res hmõi, dum sedes uacat, p sodales in cõe exerceri. At id mõ differendum. An capitulare comitium, orbatum pastore, qui saltem, quempiam epm, ad isthæc ipsa peragẽda munia, aliunde accersere, & sane hac in re bifariam est a doctorib. concertatum, quidam. n. sunt opinati, nec eam qdem facultatem, s. epm aliquem, ad isthæc facienda asciscendi, nec vllam aliam q̃uis, in hoc rerum gñe, capitulo, sine proprio pastore existenti, ullo pacto relinqui. Vincen. c. cum olim. de maio. & obe. Archi. c. fraternitatem. 71. dist. pp hasce rationes, tum primum, quod mortuo epo, ea solum, tantisper dum sedes uacat, ptãs conceditur canoni corũ concessui, q̃ illi est per leges adscripta. ca. irrefragabili. de of. ordi. c. pterea. de test. cog. Atqui certum est, nihil oĩno in iure reperiri, quod istiusmodi, durãte hoc interregno Põtificali, permittatur capitulari comitio. Ergo quod in hoc genere leges neque tribuunt, neq; conniuent, isti sodales hoïes sibi in cõe ne arrogent, quum præsertim, vbi epales sedes relinquitur suo pastore, ibi quandiu illa derelicta manet, clericorum ordinatio, & ad sacra addictio. ca. presbyteri. 24. dist. ab alia maiore ptãte, nempe a legato Põtificio, uel ẽt a Papa ipso, peti soleant, quod si superiora illa, ad capitulum tunc reciderent, uideretur æquiori potiorique iure statuendũ, hãc ordinationis sacrorum ptãtem, ad superiorem ordinariũ in prouincia Antistitem, utpote, primatem, aut id genus, alios, tunc item reuolui, q̃d tñ non fit. Igitur nec ea iam dicta, capitulo addici posse cẽsendum, a minori ad maius, nempe a capitulo, ad id genus augustiorum, sublimiorumque archiepalium ptãtum, deriuata argumentationis artificiali ratione, ac per isthæc & similia, suam isti stare credunt opinionem.

Alteri compost. c. suffraganeum, de elec. Domi. c. 1. de ma. & obe. in 6. è diuerso sentiunt, quorum crebrior est, probataque magis snĩa, qui statuunt plane, hac in posita qõnis thesi, non quidem uacante sede, capitulo licere, q̃ ministerio cõsecrationis egent, sacrorumque ordinationem respiciunt, & characteris dicationisque munus continent, per se obire, at permitti tñ, ad isthæc obeunda, uicinos Põtifices euocare. gl. c. de his. de ma. & obed. per c. pontifices. quæ. 1. eorumque, ad hæc administranda, auctoritatẽ appellare, hñtque isti pro sua decisione, clarũ Romani Pontificis rñsum, cum §. epo. de tẽpo. ordi. quo ex rñso, fixa certe, quantum ipse queo iudicare, rataque manet istorum opinio, nam dicere, nihil tunc capitulo licere, nisi id duntaxat, quod illi noïatim tum lex pscribit, id quidem, hoc axioma non concutit, neq; diruit, quo axiomate, isthæc capitulo, ne obeunda qdem dantur, at uenia solum fit, pro illorum obitione, ad eos confugiẽdi, q ea facendi ius hñt, per legesq; capessendi in ecclesia talia munera, id quod nullo iure reperitur interdictũ, nulloq; abnegatum senatusconsulto Pontificio. Et hæc qdem sunt, quoad functionem ordinis, quum priore loco, dictum sit de iurisdictione.

Porrò supereſt, uti nunc quoq;, de alio negociorum actionumq; genere, alia ẽt excutiamus controuersa capita, uideli-
3 cet an capitulum, † quum uacat sedes, ius habet legibus soluendi, faciendique ex dispensatione ueniam, ea in omni rerũ specie, qua in specie, id ipsum poterat, per ius cõe, eps, p quo, habeto ex receptiore scriptorum snĩa, Io. And. c. cum ex eo. de elec. in 6. & c. 1. de maio. & obe. in 6. Fede. de Sen. tract. permura. deci. 11. & 30. nihil hmõi, in hoc posito exempli gñe, canonicorum consessui, qui epm amisit abdici, prohiberiq;, ppea quod talia iurisdictionem respiciũt, nec ad ordinis munia q̃quam spectant. c. transmissa. extra de elec. & ex superioribus liquet, iurisdictionem oẽm, tum sacram, tum prophanam ciuilemq;, q̃ in manu fuit mortui epi, ad capitulum plane transire, ibiq; residere. c. pe. & fi. de sup. neg. pla. in 6. donec nouus alius adueniat eps. Itaq; hæc qõnis decisio, paucos hẽt
4 q reclament. Succedit altera, uidelicet, qd in morum, † statutorũq; ; pmulgatione sit censendũ? potestne corpus sodaliũ, amisso capite, q̃quam recẽs statuere, decernere, sciscire, edicere, qđ diœcesi toti cedat in cõe bonũ quodq; sua in oĩ prouincia vim hẽat, sitque instar cõstõnum, quas uiuens eps, suo in territorio, pro publico vsu hoïum suorum poterat sancire. c. fi quis. de maio. & obe. c. nullus. 3. quęst. 4. deniq; an hoc in genere, perinde queat statuere, ac sua faceret in sede, præsens si adesset pastor, proque imperio decerneret, & Pontificalem conficeret iurisdictionem. Tu quidem, hac in explicanda quæstione, summatim colligito, quæ posita sunt paulò antè, vbi est dictũ, cõfectionẽ omnem iurisdictionis, tam sacræ, quàm temporariæ, in capitulum decedente pastore transmitti: vbi item est decisum, potestatem solutoriæ legis,

quæ

Source : BIU Cujas

quæ episcopo concedebatur,eo defuncto,capitulo etiam tribui.c.si quis.de ma.& obe.c.1.de consec.dist.3.atqui, pro eo quod ponitur priore loco,constat statuta cõdere,leges figere,ac uti publica poscit utilitas,refigere,iurisdictionis esse.c. fi.de const.in 6.c.uestra.de loca.quo ex iurisdictionis capite, fas est episcopo,legem quoque rogare,& edicere,quæ lex ad usque successoris tempora permaneat,igitur, cui cõceditur iurisdictio,non negabuntur ea,quæ pendent a iurisdictione, quare ratum manet,concluſumque quod quærebatur. Succedit & alia quædam quæstio, utrum scilicet cum uacat sedes,datum sit capitulo,† prouinciam sedis lustrare,recognoscere,sacræque visitationis munia obire, tum & de rebus sedis dare mandata,nempe pro expediendis illis,atque tractãdis. Hæc quęstio dissertationem habet nõnullam,sunt enim, qui autumant,non licere capitulo,c.ecclesiæ.de supp.neg.p̃la.eo uacationis tempore capessere proposita munera. Porrò alii.Arch.c.si episcopus.eo.tit.in 6.& in c.1.de maiorit.& obed.& sanè plerique reclamant,partesque uisitationis, hac in uacationis episcopalis specie,ad capitulum deferunt,etenim aiunt,obire prouinciam,mores introspicere populi, emendare,corrigere,(quæ visitationis sunt munera) a iurisdictione plane pẽdere,in quam iurisdictionem, quum sede uacante,appelletur capitulum,cum olim.de maio.& obed.sequitur item,ut ad uisitationis partes asciscatur, maxime quum nisi partes eas obeat,periclitetur prouincia, priuata tunc pastore,ex impunitate,licentiaque scelerum,& omissione castigationis populi,non mediocre capere detrimentum,cum ẽt ex talium munerum salubri,atque necessaria accuratione nihil officiatur futuro Pontifici. Actio certe quidem est,q̃ cum utilitatem maximam adferat ecclesiæ,nihil tamen,de iure illius,qui ad eam ecclesiam pastor est uenturus,uidetur detrahere,neque inique deliberare, hæc quidem isti, pro sua sñia dictant. Tertia sese opinio subiicit.Ioan.An.clem.1.de hæret. utriusque prædictæ,per distinctionis cãm,conciliatrix, & rẽ hoc modo temperans,nimirum si agatur de obeũda,lustranda que,per uisitationis munus, tota diœcesi,ea uisitatio tum plane sit extra auctoritatem.c.ecclesiæ.de supp.neg. præla.in 6.capituli,sin autem adferatur in medium, peculiaris q̃dam uisitatio, instituta commode ad emendandos certorum hominum mores,coercendaque pro re nata,quorundam,q̃ deliquerint,uitia,illa nimirum,capitulo orbato pastore, durante orbitate,ne interdicatur,quippe quia necesse sit, in peccata assiduo animaduerti,si enim remittatur,aut pteletur animaduersio,& augeantur in dies necesse est,ob sibi propositã, per has moras impunitatem,uideturque ea sententia, & frequentior.Domi.c.1.de maio.& obed.flo.clem.1.de hęret. & melior.His discussis,sequitur expedienda altera pars thesis p
6 positæ, sic habens,liceatne capitulo, † dum est sine pastore, clericis suæ diœcesis,schedam dimissionis impertire,qua uidelicet scheda, liceat alio abire petitum sacrorum ordinum insignia, putant sane multi.Ioan.Mona.& Io.And.c.si Abbatem.de elec.in 6.Bal.d.c.cum olim.capitulo id licere,tum qa in contrarium,nullum decretum Pontificium inclinat,neq, hanc permissionis faciendæ ueniam, sede uacante,ulla ęqua legis ratio,abdicit capitulo,tum etiam quòd id maxime ex appendicibus sit,quæ insunt in conficienda iurisdictione.c.si religiosus.de elec.in 6.huicque sententiæ accessit etiam Rota dec.311.in nouis.in qua puto conquiescendum, clericisq;, si videtur capitulo tunc permittendum,ab alieno Antistite, ac extra diœcesim,ordinum insularumque sacerdotaliũ ius petere. Inest & in hac parte,altera consectaria quæstio,uideli
7 cet. An datum est capitulo † regulari,sodalitioque,uel seculari,& quidem in æde primaria,& cathedrali,durante sedis uacatiõe,monachos nouos,regulareſue sodales aut seculares, sibi asciscere,creareque,& sublegere. Quæ quæstio,sic breuiter deciditur,ut p̃ certo habeatur,ea in specie, qua ponetur, esse solius episcopi & Cœnobiarchæ, Canonicos aut monachos sodales, suam in sacram ædem transcribere, adlegere, idque ipsum sit datum, aut ui consuetudinis, aut priuilegij, aut constitutionis,ea quidem in specie,uacante sede,id facere nequeat capitulum,c.fin.de reg.in 6. neque ullos tunc suũ in sodalitium adoptare gregales, quanquam consuetudo etiam habuerit,uti monachorum canonicorumque creatio, adhibito totius collegij uel conuentus concilio, sit ab Antistite concinnanda.capitu.dilectas.de supp.neg.prælat.Porrò hacce in decisione,adiectum est diserte,siquidem consuetudo,priuilegium,aut constitutio, id ius soli tribuant Antistiti, nam ex præscriptione iuris,cõis adlegere sodales,uel monachos in conuentum aggregare, inscribereque, & pręsuli, & Cœnobio,collegioue,aut capitulo, competit in commune.Ioan.Mona.Archid.Ioan.And.& Ce.cap.fin. de reg 1.ca. ea noscitur.de his quæ fiunt a præl. Spe.de sta.mona.uers.21. Huic etiam loco commodissime attexi potest tertia, hac ex thematis parte,dependens quæstio,quæ differit. An per vaca
8 tionem sedis,in manu sit capituli, † quædam sibi iura, rerũq; causas & actiones,ex capite præscriptionis quærere,eaque episcopali functioni & ecclesiæ eripiendo,sibi addicere,a quibus alioqui plane excludebatur,ueluti beneficia,ex causa uacationis,erogare,& reliqua agere huiusce generis,quæ ad solum episcopum & Antistitem pertinebant,pro quo enucleãdo ponatur axioma succinctum, breueque, hanc in sententiam. Vacante sede,prescribendi consignandique,ex præscriptione quæ per (gloss.ca.primo.de rescrip.) diuturnitatem fit temporis,isthæc talia:nulla quidem competit capitulo ratio, quantumuis cępta esset viuẽte episcopo præscriptio propter regulam iuris,quæ habet, de omni aduersus ecclesiam præscriptione,tempus quo uacat sedes,esse deducendum,neque cum alio præscriptionis tempore,ullo pacto cõiungendum. cap.auditis.c.2.de quarta.cap.cum nostris.de præscriptio. At uerò,ecclesiæ partes,episcopalis persona,ueluti caput pręcipuum,sustinet,quodque hic de uno horum cauetur,nempe, quodcunque de ecclesia aut episcopo constituitur, hoc in loco,id ipsum,haud dubio quidem iure, producitur ad alterum, neutri ergo,rebus in prędictis, officit capituli uacante sede,prescriptio, atque huc aliquando inclinauit Rota suo in iudicio.Rota deci.308.Innocen.inci. in hoc, insurrexit dubiam.Subditur tum hic,& alia quædam disceptatio,his con
9 clusa finibus,addicitne sedis vacatio, liberæ † capitulari collationi ea beneficia,quę in erogationis collationisque ius,sibi poterat ex sui episcopatus ratione, defunctus episcopus uindicare? qua in disceptatione,ex uariis,omnem in partem huc allatis,tandem colligo,eam collationem,per causam uacantis sedis,capitulo minime obuenire.capit.illa. ne sede vacan.utpote,quæ nunquam antea, uiuente pastore in illius cõgregationis ius deuenerit,solique defuncto episcopo,ex iure episcopalis auctoritatis,fuerit plane dicata,quam in erogationem fanorum soli episcopo addictorũ,nulla vult lex pontificia,nullumq; ius,ut capitulum unquam suam falcem immittat,nimirum in rem non suam,at penitus alienam,a qua, manus abstinere debet,quum præsertim, nec ullo legis canonicę scito,permittatur,ut uacante sede, capitulum inhiet vnquam collationi beneficiorum, quæ ad sese non pertinuerunt fungaturque ea in re,pontificalem per mortem pontificali vice. capitulo, inter corporalia.de tran.præla. ca.primo.
10 de insti. Adhæc,† cum isthæc conferendorum fanorum prærogatiua,& gratia in parte episcopalis fructus,emolumentique esse censeatur.capitulo,cum olim.de maioritate & obe. quam in partem fructus,emolumentique nunquam capitulum,per causam uacantis sedis vocatur.capitulo, quia sæpe. de elect.in 6.& cle.statu.eodem titulo. nihil esse igitur potest, cur eam sibi illo tempore, collationis gratiam arrogare q̃at, quę plane est, instar aliorum fructuum futuro illius ecclesię pontifici conseruanda,nec id successori pręripiendum,quod uere ad ipsum pertinet.quin & hoc amplius pono,ex sententia iuris & doctorum,si adfertur.tunc temporis fani uacatio, obnoxij quidem collationi episcopi,at in quo concilium ea quidem in collatione facienda totius sodalitij cętus, ab episcopo sit adhibendum,non tamen posse capitulum, per causam vacantis sedis eam collationem sibi desumere.capitulo cum ecclesia vul.de elect. capitu.nouit. & ea quando. de his quę fiunt a prælat. Rota deci.380.in anti.si tamen contigerit fani tunc dari vacationem,cuius natura esset,ut illius ex capite collationis,erogatio ad episcopum & capitulum, coniunctim in communeque spectaret, proculdubio aliud tum esset statuendum,profitendumque, prædictum axioma, hac in posita specie locum non habere,propterea quod hunc in casum,pontifex sedis,ponitur ceu caput totius sodalitię coronę.capitulo,requisiti de testa.sodalitia uerò corona imaginem membrorum exhibet, inter quę duo, tanta censetur esse copula,tantaque unitas,ut ea tunc, speciem ueram reddat spiritualis coniugij,efficiatque ob tale societatis coniunctionisq; uinculum,uti de uno, in alterum reciproce deoluui queat,fanorum istius generis.ca.fin.65.dist.l.1. C.quando non pet.par.Domi.ca.fin.de appel.collatoria erogatio, præbeantque inter se,eps & capitulum, quoties quiddam huiusmodi incidit,uicariam mutuamque commodissime operã. Quod plerique existimarunt eodem iure debere iudicari, quum ad epm,cum interpositione quidem adsensus,adstipulationisque capitularis suffragij, collatio ea attineret, profitendumque hac etiam in specie capitulum posse,fana quæ in hanc speciem incidunt,iure proprio,destituta tum sede pastore,conferre.Ioan.And Fran.late tracta.de offi.& pote.c.sede
11 uac. Verum enim, hic dubitatur,an hac ipsa in specie, † qua in specie, ponitur ea,quę dicta est, episcopi & capituli connubialis coniunctio, atque in conferendo fano communio, & mutua utriusq; eam in rem collatoria operatio, si accidit tunc mortuo pontifice,fani uacui erogationem ad capitulũ transcribi,poteritne inquam capituli uicarius,iure & ui suæ potestatis uicariæ,fanum illud uacans,in aliquem ex eo cętu sodalitio hominem erogare? certe deciditur id eũ minime

Source : BIU Cujas

posset. Io. And. ca. 1. de insti. & regu. in tota. de reg. iur. in 6. in mercu. facere, istud enim esset leges ludificari, & obliquo tramite, canonicis in possessionem sanorum, dominiciq; peculij, iter parare, estque hac in decisione consistendum. Hic po
12 stea disceptatur, an uacans sedes † transcribit in capitulū, ius instituendi clericos beneficiarios, his in fanis, ad quæ fana, eos ex præsentationis causa, nuncuparit designaritque, suus vel clericus, vel laicus patronus, siquidē ea institutio toli defuncto præsuli erat addicta, qua in disceptatione, itē melius deciditur, institutionem huiusce positi modi, in capitulum, per vacantem sedem omnino deuolui. c. 1. de instit. c. cum illis. §. cum autem. de præb. in 6. tum quod ea causa, ex earum sit genere, quæ ad iurisdictionem pertinent, cuius iurisdictionis confectio, mortuo episcopo, competit sine dubitatione capitulari cœtui. ca. ad abolendam. extra de hære. tum quod vicario, & officiali iuridico, ea institutio minimè denegetur, etiam si sub generali mandato, beneficiorum collatio eis nō mandetur. c. ex frequentibus. extra de instit. a quorum homi num ratione, hac in specie, quæ species non minus quā confirmatio, iurisdictionem respicit, capituli, ratio diuersa esse non debet, nec obstari, quin vtrobique, sua in specie, nempe a capitulo, tum a vicarijs, suo in tempore, hæc institutionū functio capessi queat. Et tamen hic adhuc disceptatur, quid
13 statuendum, in destitutione, † seu depositione, abrogationeque beneficiariorum, tum in eorundem a sacris interdictione, ordinisque & administrationis ad tempus submotione, suspensione, atque exauguratione, referūturnè item hæc omnia, sede uacante, in arbitrium iudiciumque capituli, ita ut tunc, suo in publico capitularique comitiatu, ea possit cū discussione legitimæ causæ, & obseruatione iuris solemnium, in noxios, & sontes dirigere, atque intorquere. Quæ tamē disceptatio, si superiora rectè sint perspecta, facilè, dilucideque excutietur, amouebitur enim omnis disputatio, per id unum certum, ratumque pronunciatum. quo est demonstratū om
14 nem ordinariam iurisdictionis † tum sacræ tum temporalis confectionem, per obitum pastoris, in corpus collegij, tantisper dum uacabit sedes, rescribi, transfundique: nam pro indubitato est, proque nō ambiguo, quin destituere, abrogare, priuare, tum sacris interdicere, tum mulctare, ordineque & ministerio submouere, tum & alia in eo genere obire, & pro potestate, magistratuque exercere, ex foro sint omnia cōtro uersæ, contentioseque iurisdictionis, ꝙ cum ita res habeat, patet planè nostra thesis positæ intentio, qua colligitur, uacāte sede, ist hæc omnia munera, quæ destitutionem, & reliqua mulctarum proscriptionumque ecclesiasticarum genera respiciunt, capitulo omnino rescribi, uti ea penes illius sint potestatem, dum ædi & sodalitio gregi, fuerit suus pastor attributus, ab hacque parte stetit, Rota. Verum enim, quid cēsen
15 dum, † in mulctandis priuandisque cœnobiarchis, & id genus maioribus sacratis potestatibus. An capitulum, vacante sede, eodem, quo in alios præfectos ministrosq; minores, uti potest imperio? hic sanè paululum hęretur, atque subsistitur: nam plærique in ea sunt opinione, hac in specie, quę grauiorum est maiorumque causarum, capitulum potestate dilabi, Domi. c. 1. de pœ. & re. in 6. Car. Flo. cle. 2. de pę. nec illi, rem tantam a sede uacante posse tribui, ut hi magni magistratus, magnique præfecti, apud ipsius tribunal, queant ullo modo, ex crimine compellari damnarique, Alij porrò dicunt cōtra, ita ut bifariam huiusce loci scindatur disputatio, tu vide, cui magis accedas. Archi. c. fi. ne sede vacan. suum enim cuique liberum relinquitur iudicium, per me quidem tum hic, tum
16 ubi uolet, alibi vspiam. Nunc quæro, an per pontificale † cuiuspiam ædis interregnum, quit capitulum, in causis actionibusque sedis, & uacantis ecclesiæ, aut diem alijs dicere. Aut diem sedi dictam obire, tumque agendo, tumque defendendo, in iudicio consistere? Certum est, & indubitatum, dū priuata est, uiduataque ædes suo pastore, resque redijt in pontificale illius ædis interregnum, ædem illam pro quacunque re, quæ ad se suumque fanum, & ecclesiam attineat, neque conuenire alios posse, neque ab alio ullo quoquam, conueniri. glo. c. fi. ne se. uac. & glo. c. 1. de præscrip. eo quod suum amiserit legitimum defensorem, tutoremque, & dominum: quo primum cognito, & discusso, sequitur plane axioma, in œconomum, curatoremque, aut rerum ecclesiæ sequestrum, inq; cœtum capitularem, nihil eorum, quæ in causis sedis uacuæ, ad actionem fori cui ipsa est ædes, in cōtrouersijs rerum suarum obnoxia, quæque ad uentilationem iudicij spectāt, posse recidere, aut deuenire, uel ob id maximè, quod tunc temporis, nihil ab ullo horum fieri queat, quod possit uel in malum, uel in præiudicationem damni ullius, anticipationemq; ecclesiæ uacanti detrimentosam, erumpere: ergo nec pro ratione vlla, quæ ad eam respiciat, in iudicium, iusque tunc ambulare, vbi semper dubius est rerum euentus potestque causa, uel in bonum, uel secus uertere. Itaque ex sententia Ioannis Andre. statuendum est axioma, quo dicitur pro indubita to, uacante sede forum, pro rationibus ecclesiæ nullum capitulo competere, consistere quidem axioma, in omni ecclesiæ actione, tam cœpta, quam incipienda, condicendaque, an te fatum præsulis defuncti. Ioan. And. c. fi. ne se. uac. per c. dilecta. de fo. compe. ubique enim pro rebus sedis cessare debet forum, silereque iudicium, donec uenerit qui eo in iudicio, suam potest pro sua sede pontificali pontificalem personam accommodare. A quo tamen thesis enunciato, una excipit species, uidelicet in qua, proponeretur imbellica testium ualetudo, ætasque decrepita, ita ut metuendus esset sinister aliquis casus, puta mortis, aut alio quopiam, in rem malam, malumque infortunium testium abitionis, aut similium rerum, quib. cōtingentibus, periclitaretur sedes uacans, probatione sua defici, tunc enim nihil impedit, in vsu hēre, permissum, scitumque pontificium, quem permissum, quodue scitum, in simili specie, similique personarum genere, in rem pręsentem posse deduci, ipse pontifex, cum indigetur, indulsit. cap. quoniam. ut lit. non contest. Ioan. And. d. c. fi. nimirum super testificatione testium, senio, aut morbo, causariorum, antici panda, faciendaque etiam ante litem institutam, diplomatica quidem uenia. quæ fidem obtinet, inquisitionis factæ, iudicio iam constituto in formam scilicet probabilis, ac bonæ coniecturæ. Duntaxat, quod attinet ad eos testes, qui iterum interrogari nequeunt, pragmatici quidem nostri, ut ait Budæus, testimonia vocant repræsentata. Nunc deinceps, hoc in themate uenit differendum, potestne capitularis congrega-
17 tio, † dum existit sine pastore, sineque duce, suis in publicis comitiis, vicarium sedi attribuere, aut iuridicos officiales cōstituere, a quibus iuridicis tam in causa ciuili, temporalique, quàm in sacra, ius petatur, & cętera, quæ ad sedem utrobiq; spectant, obeantur, quam in partem, axioma concinna hunc
18 in sensum. Durante sedis orbitate, fas est capitulo, † eum vicarium vacanti sedi attribuere, qui idem officialis iuridicus appellatur, nimirum quòd is iuridicus ad actionem fori pontificalis sacrique tribunalis, pro sui officij functione attineat, cuius fori tribunalisque iurisdictionem, ordinariamque potestatem, sede uacante, in capitulum commigrare, visum est in superioribus, porrò iurisdictionis est, potestatisq; ordinariæ, dare iudices, qui iurisdictionem cōficiant. Igitur patet axioma & quidem a capitulo, sede vacante, ponetur recte iudex vicarius, qui forum sedi addictum, agat, iurisdictionemque ordinariam pro suo imperio delegato, sibiquo attributo conficiat.

ARGVMENTVM.

De eo loco, qui ductum habet, ab eo qui beneficium uiuentis, sibi ex impetrationis capite, dari ambiuit, nempe, quid hic censendū, quid statuendum, qua porrò pœna plectendus, qui in eam impetrationem, ex mala causa irrepserit.

SVMMARIVM.

1 *Propinqui in sacris rebus qui dicantur.*
2 *Beneficij iustus dominus, tituloque innixus, suo dominio circa causam antiquitus non priuabatur.*
3 *Beneficium viuentis impetrans qualiter olim mulctabatur. & num. 6. & quid in collatore. nu. 13.*
4 *Societas hominum per malam artem conuellitur, aperiturque in re aliena grassandi occasio.*
5 *Connubium spirituale in sacerdotio contrahitur.*
7 *Credulitas, dummodo non sit crassa, nec affectata, excusat.*
8 *Impetrans beneficium eius qui publica forma reputabatur mortuus, an excusetur. & quo etiam alio casu excusetur. numero 9. & in alio casu. nume. 10.*
11 *Beneficium ex mala causa obtinens, licet ulterius non progrediatur, nec posessionem capiat, non tamen statutas a canone pœnas euitat. & assignatur ratio cum exemplo. nu. 12.*
14 *Tractatus omnis de quouis beneficio uiuentis conferendo interdictus est, non tamen collatio inde sequuta est ipso iure nulla, nec collator suo iure priuatur. nu. 15. assignatur ratio. nu. 16.*
17 *Collator uel electior scienter disponens de beneficio uiuentis qualiter puniendus sit. & nu. 19. 23.*
18 *Relatiua in pari re parem constitutionem desiderant.*
20 *Donans bona uiuentis in quæ aliquando erat successurus, indignus successione habetur.*
21 *Pactum & conuentio de beneficio uiuentis improbatur.*
22 *Institutio an ualeat quam uitiosa præsentatio antecesserit.*
24 *Clausula, aut aliàs quomodocunque uacet, quid operetur. & numero 25.*

Caput

Caput 9.

NVnc ad locum, manus admouenda, qui manat ab iniuriis mortalium, amplus quidem is est ut mala sunt tempora, & plus satis attritus, frequenti propeq; quotidiano vsu hominum. At verò q̃d iniquius, quàm exuuias captare superstitis sacerdotis? quid porrò improbius minusque Christianum, q̃ inhiare ad sacram viuorum hæreditatem, cumque incõmodo alterius sua velle commoda comparare? ibi maxime, vbi vigere debet charitas, vigere dẽt dilectio ꝓpinquorum. At
1 certe hi propinqui † sunt omnes, qui uno consensu in uerba Christi iurauere, sacro delubro, sacraque lauatione perfusi: ubi, ubi, illa secula? quibus in seculis, sanctissimi Patres, ne ad sacras possessiones accerserentur, se è corona populi subripiebant, abdebantque in latebras? At nunc, quo iure, qua iniuria, illo contenditur, illo aspiratur, illo ambitiose, & per malas plerunque artes prorumpitur? Illius itaq; ambitionis, cã, cœpit hic malus locus prodire in consuetudine hominum, atque in agrum alterius cœptum est perfidiose inuadi, & tamen ius antiquum hẽbat, & quidem commune & positiuũ (nam q̃ attinet ad vetus illud primigenium, vbi in peculium domini nondum venerat ambitio, ma aque ars, ibi terte, tũc nullo, eam in rem opus erat scito, aut consulto) iuris inquã, positiui, antiqua & communis ferebat lex, vti nemo quisquã
2 beneficij † iustus dominus, nemo quisquam re in sacra titulario innixus mancipio, suo dominio, suaque mancipij possessione, citra causam magnam priuaretur, Aiebat item illa lex antiqua, quod & recens confirmat traditio, beneficia sacra uti scilicet essent perpetua ei quidem, qui titulario inniteba tur mãcipio, non precaria, non ad certum diffinitumq; tempus concessa, neque ullo circumscripta dierum spatio (de titulis beneficiorum loquor, non de commendis, & fiduciariis possessionibus, quę quidem commendæ, ut semper olim, ideſt, cum primum in ecclesia institui cœpit, hæc beneficiaria ratio, ita hodie quoque certo tempore spatio plerunque a Pontifice summo possidendæ, regendæ q̃ traduntur.) Aiebat ergo, uti dicebam lex antiqua, quam sequitur scitum ẽt recens, vti beneficiarius absque discussione sedula, tum claræ, tum legitimæ rationis suo ne mulctaretur unquam, submoueretur que sacerdotio, quæ omnia iura, ea in specie, qua in specie, quis se procurat in beneficium viuentis improbe transcribendum, uiolantur: tum & maxime iuris decus, & sacra præscriptorum constitutio laceratur, q̃ constitutio ideo & factum, & factorem temerarium, acri pœna prosequitur, seseque vindicem præstat tam audacis turpisque facinoris, nec sinit istum malum ambitiosumque hominem, suo ab ambitu suaque ab actione nefaria, vt q̃ per hanc subſtitutionis transcriptionisque uiam, captarit rem uiuentis, impune abi-
3 re. Etenim eum primum, † interdictione sacræ communionis multat, deinde suspensionis abrogationisque, & depositionis pœnã ipsi irrogat, deinde infamiæ notam infligit, denique, eum fœdum, turpemq;, sacrorum extorrem, ambitus manifestarium furem, prædonemque, ac fraudatorem proclamat, & propalam proscribit, quæ quidem constitutio, prę dictaque scita, si qui roget, quo tendant, tendunt nimirũ uti clare liquet, uti clericos & sacerdotes (trãqui lum genus hominum, pacisque studiosum) omni a turba, omnique ab iniuria fraude, & uiolenta securos reddãt, eosque suis in sacris possessionibus, suoq; in iusto sacro dominio, indemnes, sarctosque, tectos præstent, & non obnoxios maleficio iniurio-
4 sorum tum uti omni mali arti, per quã malã artem, † cõuellitur societas hoĩum, aperiturque in re aliena, grassandi occasio, claudatur porta, quæ, neuè huic, neuè illi, neuè cuiquam hoĩum, sit ullo pacto in ouili domini per talem ullam scelestam uiam, patefacienda, quod si Socrates uir gentilis eũ teste Cicerone, uide Budæum in annot. in pandectas. detestat, perhorrescitque hoĩem, qui primus, in cõmercium humanum, artem modumque induxit, tum acquirendæ sibiq; peculiariter addicendæ pecuniæ, tum nanciscendæ dominationis rerumque perperam quærendarum, tanq̃ rem istum adduxerit, societatis, fœderisque hoĩum distractricem, pacis turbatricem discordiarum, q̃d nos, q̃ Christi lumen accepimus, est facere æquum? nonne manus, oculos, mentemq;, ab alieno prorsus abstinere, neque nos cupide, in bona, cuiusq̃ effundere, ac per iniuriam, rem nobis facere, quo uno, maxime periclitaſ subitq; discrimen magnũ, humanæ uitæ tũ cõiunctio, tum charitatis humanæ obseruatio. At uero, si in re clara, licet uti maiore subtilioreque argumentatione, certũ est, non magis permitti, in beneficiũ uiuentis inuadere, q̃ spõsam suo ab sponso, legitimoque uiro abducere, utrobique enim, & in nupta sponsaque, & in sacerdotio cõtrahitur con
5 nubium, † c. sicut vxor. 7. quæst. 1. c. inter corporalia. de tran. præla. illic q̃dem uxoriũ, & carnale, (ut nunc logmur) hic uero spirituale. sacrumque, utrobique in manũ item conuenit, nempe ibi, in manum uiri, sponsæq;, hic porro in manum ad ministri, q̃ nupti sustinet personã, & in manum ipsius ecclesiæ, quæ sponsam agit, utrobique igitur, de uno ad alterum, utpote de spirituali ad uxorium coniugiũ, bona est, æquaq; secundum nostros iuris doctores, & alibi usquam, in re simi-
6 li ratiocinatio † quare tantum abelt, ut tu, malus homo, & in uasor ambitiosus q̃ in viuentis alterius sacram, uel carnalem coniugem, uiolentas manus re ipsa intentas, uoto tuo nefario, rapacique, tunc potiaris, ut ne mortuo q̃dẽ sponso priore, uel nupto, alterutram, seu sacram, seu carnalẽ, possis post ducere, tibique vindicare, vtpote cui, viuente suo vero nupto, fidem clandestinam dedisti coniugij. c. 2. & c. cum ea. c. ex tuarum. de eo q̃ dux. in mat. quã poll. per adulterium. aut etiã uiolasti, q̃n & vtraque, tibi, ob tuum malũ, ac præproperum facinus, in omne tps plane interdicitur. cap. post elec. de conce. pre. Dec. le. fi. nu. 7. C. de pa. nec est, quod sacris in rebus causeris, adducasque, te cũ q̃sito aliquo titulo, huc, hoc est, in ecclesiã uiuentis pedẽ intulisse, suffultum nimirũ, te deuoluto iure, illo ueniſſe, cuius deuoluti iuris auctoritate, in hoc fanum, ueluti, in rem, q̃ in causam uel uacui, vel caduci ceciderat, ex capite institutionis, aut subſtitutionis consulto prorepseris, nam nihil tibi, hanc ad rem ualet ea fucata rõ, quippe qui nihilo secius, hac ab æde, quã mala arte, affectasti perpetuò venis excludendus. c. 1. ubi Panor. de conce. præb. quæ cum sint veriſſima.

Tamen dantur casus, rerumque species, quib. in casibus, q̃busque in rerum formis, nõ est ædicti huius pœnarij, tamersi generalis, causa perpetua, vtpote, cum iſte, alicuius sacri beneficij affectator, sacerdotiorumq; cupidus, fanũ impetrauit, eo q̃d fani possessorem crederet, vitam cum morte commutasse. l. q̃dem. §. fi. de dona. ff. iuncta l. nec. ff. de cap. l. si q̃s infi-
7 ciatus. ff. depo. excusat enim eum, credulitas, † modo ea nec sit crassa, nec affectata, Pa. c. post elect. de con. præb. excusat dico eũ talis constansque, & approbata de morte beneficiarij. cuius fanũ impetrauit persuasio, quominus in supradictam inuasorum, captorumque rei alterius, punitionis causam, incurriſſe videatur, nec enim alioqui, bono cum titulo, bonaq; cum causa, & sine vlla vllius hominis iniuria, ad sacras ædes aspirare, & eas, quum obueniunt, lubenter suscipere, offensa est, aut criminatio.

8 Verum hic modo quæro, famane popularis, † & publica existimatio q̃ habetur de morte beneficiarii, satis est ad excusandum hoc in loco, hunc nouum impetratorem, q̃ viui hominis, ex istius impetrationis non bonę capite, se intulit in beneficiũ? respondeo, ex sententia legis, & doctorũ, hunc rumorẽ, hancq; famã, de obitu rectoris impetrati fani, quum sit naturę consona, & conformis. l. siquidẽ ff. solut. matr. l. 1. §. eiusdem. ff. de testa. (humanum est enim, naturę concedere, & diẽ suum obire,) supplere, hac in excusatione specie, vicẽ liquidę perfectęq; de innocentia impetrantis probationis, ita vt offensa nulla, criminisq; ob supradictam cãm macula, hũc bonę fidei, hunc in casum impetratorẽ minime subeat. Adfertur & alia q̃dam species, qua in facti specie, cessat etiam superioris, axiomatisq; pœnalis cã, videlicet vbi iſte impetrator, per Pontificium dipolma, culpæ, ea in impetratione beneficij, cuius dominus erat adhuc viuus & superstes, admis-
9 sę, veniam obtinuiſſet: nam Pontificius codicillus † datus ad id nominatim, eum noxæ prorsus eximit, Panor. d. c. post electionem. abrogatq; omne multationis, hac in re, iudiciũ, q̃q̃ aliqui contra sentiant, dicantq;, nec Romani Pontificis, legatique, legis hac in re solutionem innuant, q̃quam profuturam. Rebu. in praxi. tit. de re. bene. viue. impe. nu. 17. Sed male, meo q̃dem iudicio. Adfertur item & alia species, cessan-
10 tis axiomatis, nempe si illius beneficiũ † impetraretur, q̃ per iudicis sententiam cãæque iustæ discussionem, inde motus esſet, subiisſetque depositionis censuram, vel alioq̃ illius retinendi, aut adipiscendi non esſet capax, cuius q̃dem rei multa in iure traduntur exemplа, nam tunc, quid uetat in locum vacuum, aut perperam iniqueq̃; detentum vel violenter, & nefarie occũpatum canonice concedere, uadereq;. ca. eos. 7. quæst. 1. quæue culpa, in eo esſe potest, qui ecclesiam destitutam ministro, sibi legitimè propoſcit, petiuitque loco abeuntis, ad capeſſendum sanctum, honestumq; munus, subſtitui. Extra quas tamen, & paucas aliàs, hoc in rerum genere, vulgo cognitas species, adeo est semper ædicti axiomatisque cã uer. ut aduersus eum etiam hominem sibi locum uindicet, qui homo, cum probabili tituli alicuius cã, beneficium uiuẽtis exorat, & accipit, nedum fore q̃s putet, ut in eum hoĩem locum non habeat, q̃ uiolenter, nulloque suffultus titulo, solaque, ut aiunt, facti uia, in rem uiuentis sacrã effusus obstrususque, eam postea uti cupiditati suæ, malæque uiæ colorem obducat, impetrat peruiam utrobique, & hic maximè, cap.

eum.

Source : BIU Cujas

cum. de prẽb. in 6. prostrata, quatefactaque impetratione, aduersus eum suã vim, prædictum axioma exercet, excutiturq; is homo, & abigitur, a male concupita sacra æde perpetuo. Pan. c. cum iamdudum. extra de præb. & c. 1. de conce. præb. Itaque tam late patet hoc axioma, caputq; suum effert, & producit fines, vt etiam in eos homines sanciatur, qui homines, non solum consulto, maloque concilio, in sacrum viuentis agrum, ex malæ impetrationis capite inuolantes, in illius agri corporalem possessionem, ex eo malæ impetrationis titulo, scienter irrepsere, uerum & in eos etiam, qui ex mala causa, collationem nacti † in ea sola acquieuere, neque ultra progressi, illic, ob rei iniquæ conscientiam, restitere, in nullamq; possessionem uenerunt, nam nec iis quoque delicti sui, ullam nihilominus gratiam lex facere uidetur, neq; pœnæ axiomatis eximere, sicuti liquere potest, ex responso Pontificio. ca. qui in uiuorum. ca. post electionem. de conce. præben. quod quum loquatur de his, qui se sunt passi, viuentium sacerdotum, in eorum fanis successores adhiberi, eosq; ob talem puniat voluntatem, & accommodatam ea in re patientiam, tametsi in vsum impetratæ rei, & possessionem nõ accesserint corpore, patet bene, in eos quoque voluisse iustius animaduerti, qui non modo se hãc in culpam induci permisere, sed & collationem culpatam, sponte sibi procurarunt, quanquã collationis illius vi, nulla sit sequuta corporalis possessio, nimirum utrobique plectenda est mala mens, malus animus, & patefacta illius uoluntas, qui uiui Christiani fratris sui, improbe bonis inhiauit, † cuius præcepti, in simili facti specie, uiolator is, qui viuum Aaronem fratrem Mosis, expeliere uoluit, sacerdotio, sibiq; illud addicere, pœnas ex diuino dedit iudicio, quas recenset bibliorum Pentateuchus, adeo curæ semper fuit Deo, & legislatoribus, ne in alienam hæreditatem, alienumue uiuẽtis bonum, liceret impune grassari. Sed iam satis de pœna improbi impetratoris.

Nunc de causa quæro improbi quoque collatoris, † q sese sæpe eadem improbitate, in conferendo viuentis alieno bono, alligat, quid de causa illius censendum? videlicet, an quũ par sit delicti ratio, pari pœna plectendus. Et quidem hic locus est diligenter animaduertendus, & multa distinctione cõpungendus, nam & alioqui, in hoc, & alio rerum genere, plures frequenter adferuntur species, in quibus, quum par cẽsetur esse causa, diuersa tamen statuatur decisio, quocirca illustretur res, cum appositione exemplorum, formarumque, & causarum disiunctiuarum, ac primum, prodeant electionis uel collationis causæ, loquamurque de actione, consultatione, tum sodalium, tum collatorum, super eligẽdo, superque sufficiendo, & adsciscendo præfecto, aut administro, ex electionis, aut collationis capite, in fanum beneficiarij, nondum extincti, qua in exempli specie, ita duco censendũ, simplex, in hunc euentum rei, sodalium, uel collatoris collocutio, quæ sit duntaxat, de futuro casu, consultrix & ad inopinata casuum, quędam uerbo tenus præcepta ratio, nullo potest iure improbari. c. si transitus. 79. dist. ca. in nomine. 23. distin. modo intra suos consistat terminos, neque ad ullam traendi alteri beneficij, ullamue prouisionis causam, sese afferat, è contrario sic per leges item statuo, ponoque. Omnis deliberatiua urgensque actio, † omnisque sodalium, aut collatoris consultatio, quę, sacerdotium viui adhuc præfecti, quantumuis debilis, & infirmi, præroget cuiquam alii ulli homini, uel quæ de fano alio, quouis modo, ante fatũ possessoris statuat, aut præfiniat, iure omni interdicta censetur. Inno. Hostien. & Panor. c. bonæ. ij. extra de elect. ergo hunc in casum, neq; ob eam rem conueniant sodales, fratresque, neque comitium indicent capitulare, neque statuant, neque suffragium cõcinnent, neque certum ullum hominem, fano illi per electionẽ, uel collationem præficiendum designent, denique nihil quicquam agant, quod respicere queat futuræ electionis iudiciũ, non quidem designetur comitiorum locus, non fiat absentũ eam ad rem in cõuentum uocatio, quod item collatori injungendum, ne is quoque tunc aliquid agat, neu designet, neu diffiniat, quod spectet ad præiudicationem præfecti successuri, uel ad futuræ de illa uiuentis sacra æde prouisionis prærogationem, quod si secus ab alterutro horum fit, quod utrobique sit, perperam fit. doct. d. cap. bonæ ij. extra de elec.

Verum hic disceptatur, anne quod tunc male est factum, † subsequentem dehinc electionem, aut collationem plane euertit? ipsoque iure illico subruat, ita ut ea sequẽs prouisio, perferat pœnam antecedentis actionis, quæ suo non tempore rem diffinierit, aut concluserit? & sane hoc loci in id conueniunt Doctores. Innocen. & Panor. in d. c. bonæ. ij. extra de elect. ut propter hanc antecedentem actionem malam, quæ inde post interitum beneficiarij, facta sit collatio aut cõcinnata, per ius suffragiorum, iam tũ uacui fani prouisio, ea ne sit prorsus ipso iure nulla, at conuellenda quidem & rescindenda, neque id propterea, elector, aut collator suo mulctetur, ea in sacra æde eligendi conferendiue suffragio, propterea quod, actus † immaturus, & alieno ueniens tempore, causam alioqui bonam, & suo consignatam tempore, haud debeat, citra causæ discussionem plane quatefacere, lectorique, aut collatori, suffragiorum, colationisque ius, eo in fano, abrogare, satis quidem habendum, si ipse actus p se malus, per se quoque ipsum, ad irritum deducatur, q̃ quidem Doctorum sententia omnis, hac in re prolata, ita a me in omnem casum accipitur, ut eam tum demum profitear esse ueram, siquidem ad electionem, collationem, uel beneficij uacaturi promissionem, non est tunc aut re ipsa, aut turba ulla rerum motrice, aut alio ullo pacto peruentum. Cætero qui perpetuo statuendum putem, ubi collator, † uel elector, de beneficio uiuentis, sciens disponit, ibi utrunque, ob noxiam, contra superioris axiomatis causam, admissam, esse ea in æde, de qua perperã disponit, electione, collationeque mulctandum. dicto cap. q in uiuorum. quod si hic uterque, consciũ adiunxerit impetratoris, remque alienam ambientis, quia isthæc species in causa est earum rerum quæ reciprocationem habẽt mutuã, suntque in numero relatiuorum, q̃ relatiua † in re pari, parẽ, sibique respondentem constitutionem desiderant. l. 1. de cu. præ. lib. 10. C. quum igitur collator, & impetrator, electorque, & electus, sese inuicem respiciant. Alterque ad alterum non secus conferatur, ac patronus ad clientẽ, suffragator ad candidatum, cumque ambo, hic in pari sint delicti causa, quippe alter rem uiuentis sciens poposcit, alter sciens detulit, & dedit. Quid adferri potest causæ, quo minus uterque in supra axiomatis positi cãm, æquo iure offenderit. Quocirca, quum impetrator perpetua illius ædis adeptione mulctetur, quòd eam nefarie impetrarit, collator quoque, uel elector collatione est, aut electione, in eadem æde mulctandus, quod vterque nefarie, & contulerit, & elegerit.

Quæ opinio, aliis quoque causis confirmatur, vtpote scitis conciliorum, & legislatorum responsis, in re simili, nam habet Lateranensis synodus, collationem, † quę dictata est aduersus iuris formam, collatorem sua in specie, male collati fani, collatoria fani illius erogatione plane priuare. capit. cum in cunctis. §. fi. extra de electio. q̃a ab obseruatione legũ recessit, & in culpam incidit, hic uero q̃s apertum dolũ malitiamque nõ uidet, penes istum, seu collator sit, seu elector, residere. Cum & Papinianus. l. quædam. & l. nam &. ff. de donatio. censuerit, cum successione indignum, † qui bona uiuẽtis, in quæ erat aliquando successurus, donasset, quod nõ de suo, sed de alieno esset, viuente adhuc domino, largitus, remque ausus tum contra bonos mores, tum contra iuris gentiũ, iurisque humani præscripta, committere: cur ergo, & hic idẽ pari in causa non statuemus? vbi collator, cum alterius iniuria, nihil tamen de suo largitur, ut acrius sit etiam plectẽdus, q̃ is, q̃ citra alterius iniuriam, fanum uacuum, non satis appensa illius, cui contulit, qualitate, tribuerit, q̃ quidem solũ tunc priuatur, pro ea specie vacationis, in qua errauit, sua ipsa tum potestate, tum causa conferendi. dict. cap. cum in cunctis §. fi. Atqui iste noster præfectus, tanto magis pœna est afficiendus, quo, & quidem in re sacra plus deliquit, exemplo illius positi a Papiniano, rei q̃dem temporarię (quod multo est minus) iniusti donatoris, & tamen quidam ex nostris sine magna probabili ratione, contraria sunt in sententia. Rebuf. in pra. tit. de repro. bene. uin. impe. nu. 19.

Amplius hic addo, per hoc axiomatis caput, omnem plane beneficiorum, suo superstite præfecto, non modo interdictam eẽ collatoriam erogationem, uerum & omnem de eis erogandis, conferendisque in euentum morituri præfecti, pollicitationem. † capitu. 2. extra de concess. prebend. Itaq; quod vtrobique in hanc causam fit, nihil fit, idquod ipsum per præcedentem ratiocinationem, ad præsentationum quoque causam produco, ut ille etiam hunc in casum neque fieri debeant, nec si fiant, vllius sint momenti. capitulo illud. de iure patro. ex quo deciditur disceptatio, cuius species fuerat quodammodo, paulo supra delibata, & quæ tota nominatim sic habet. Vnum aliquod fanum, quo tempore ex capite præsentationis oblatum est a patrono, in vacuitatẽ non inciderat, euenit tamen vt, quum ea ex præsentatione sequuta est institutio, suum uere tum amiserat præfectum, quæro, ualetne talis institutio, † quam vitiosa, iniquaque præsentatio antecesserat, breuiter duco respondendum, si illa institutio a sola tali patroni præsentatione, nuncupationeque ductum habet, eam stare non posse, tum quia a uitioso maloq; capite manat, tum quia fundamentum aliud firmum non habet, quo queat suffulciri, nam institutor suam institutionis collationisque causam, alio non retulit, quàm ad præcedentem patroni præsentationem, qua euersa præsentatione, tanquam a mala causa ducta, æquum est, inde sequutam quoq; institutionem collationemque euerti, per rationem supra positam, de electione † & collatione, ob deliberationem factã ante, iniquo quidem tempore, & diffinitionem negotij, quę perperam antecesserat, in nihilum recidenda, uerum enim

(qui

Source : BIU Cujas

(qui casus est alius paulo sequioris notæ) si ad inferioris præsentationem, suo itidem non factam loco, sequutæ tamē post institutioni, quum verè quidem tū decessisset beneficiarius, adiuncta sit quoque, hic a superiore collatore, illa formula, in aula quidem, Romanaq; curia, adpingi solita, at alibi nus-
24 quam temere, quæ clausula † solennis sic habet (aut alias quo modocunque vacet) ita ut ad omnem uacationis euentum, superior collator suam retulerit collationē, institutionemque, siquidem per eam clausulam solemnem, id facere potuerit, de quo paulò post dicetur in transitu, quidpiam dignum annotatus. At si id bene recteque is fecerit, eam tum collationem uel *institutionem* proculdubio autumarem consistere, quia si deest præsentationis causa, quod ea sit inique facta, præpropere quidem, & non suo tempore, habet tamen hæc institutio, vel collatio, aliam hac in re sedē, in qua, possit non incommode confidere, quam rem alibi doctores fusius atq; explicatius disceptauere. Deci. consi. 172. Rebu. d. rub. de repro. bene. uiuen. impe.

Porrò, dictum est modo considerate, atque cogitate, de so-
25 lenni illa clausula † (aut aliàs quouis modo uacet) illā nimirum fere nunquam, nisi a collatore apostolico, ut habet stylus formulariorum, solitam collatoriis in schedis apponi, nā si alibi, utpote ab antistitibus ordinariis adpingitur, id (aiunt multi frustra) fit, de hoc ui. Rebuf. in pra. beneficiaria. quod præsules ipsi nequeant, in omnem uacationum euentum prospicere, suamque designare ad omnes causas rationem erogatoriam, quid enim si in curia uacat fanum? ca. de præben. lib. 6. glo. & docto. in 6. de elect. in 6. & c. 2. & 3. de concess. præben. ibid. quid utique si iure deuoluto, in causam quidem caducorum, idque decurso lapsoque conferendi in eam rationem tempore? quamobrem abstineant præsules ordinarii ab hac solemni clausula, quæ ab ipsis consignata, nihil proficit, quanquam etiam, nihil putetur officere, & eam pragmaticis Romanæ aulæ integram relinquant: de qua re, uide item fusius, glossatores pontificiorum, qui id caute (ut innuunt) differteque, ordinarios antistites, ne faciant neue hac utantur formula admonent, quàm recte, uero, & æquabiliter, lectorum esto iudicium, cum & alioqui, pontifices ordinarii, eā etiam num adpingentes, si non ibi positam, ubi nihil queunt, attamen eo relatam possint opinari, quo, uim proferre habēt collatoriæ, atque beneficiariæ potestatis, cumq; vnum uacationis modum, in quo quidem ordinaria & legitima uirtute, possunt ac ualent, nominatim designarint (quippe qui ipsum pro expresso habere, ut facit sæpe Papa suis in schedis pontificiis) haudquaquam queunt, Rebuf. in forma mandati. in gl. pro expressis. in concor. & in prax. bene. in capitu. requisita. in literis colla. tum ad alios, ubi duntaxat ualent, ui clausulæ iurisdictionem ea iu re, suam uideantur expromere atque promouere, sed de hoc, pro digressione, iam nimis multa, nam etiam, utrauis placeat magis obseruatio, non ita admodum publici refert exempli. De quo, item aliàs forsan accuratius, atque subtilius.

ARGVMENTVM.

De officio & potestate huius generis hominum, qui in re sacra vicariam aliis dant operam.

SVMMARIVM.

1 *Agitatur prima hic ista hæc causa, quæ scilicet fuerit, tum origo, tum ratio vicariorum, deprompta quidem illa, ex utraque tum ueteris, tum noui fœderis, uel testamenti tabula.*

2 *Agitatur tum & hæc altera causa, nempe (vicarium) esse dictionem, multiplicis significationis, uarieque pro causa, loco, & tempore, in hocce nostro iure pontificio, accipi, tum & declarantur nomina, quæ sunt huic uicariæ functioni, atque officio, per ius nostrum positiuum, perque iuris interpretes, attributa.*

3 *Agitatur, uicarius habeat dignitatem necne? & an hoc hominum genus, in illustri, excelsoque, & claro loco, inque functione, tum honorifica, tum nobili, positum esse censetur?*

4 *Differitur, a uicario, ad suum non prouocari Antistitem, ita ut, quod uicarius pro sui delegati tribunalis officio dixerit, iusserit, pronunciarit, id omne prouocationi, apud delegantem suum pontificem agitandæ, neutiquam obnoxium esse, debeat is quidem nosse, ac iure optimo ita sentire.*

5 *Ponitur axioma hanc in sententiam. Qui datur vicarius ad hoc, ut is conferre fana queat, necesse est, uti generalis atque in uniuersam diœceseos causam plane detur, cum adscriptione, adiectioneque peculiaris clausulæ, quæ collationem omnium fanorum nominatim ipsi irroget.*

6 *Valetne, uicaria functio, isto mandata modo, uidelicet, (huic quidem vicario meo, omnia generaliter negotia sacra, quæ in ecclesiastica insunt prouincia mea, exercere, obire que ius esto.) Tum & in hanc formam, (itemque vicario huic meo templa erogare, conferre que omnia, quæ meo episcopatui, aut cœnobio, obnoxia, in hac insunt, certa designataq; diœcesis parte, liberum fasque censetur.)*

7 *Ad erogandam, conferendamque uacuam sacram ædem, recte rescribi potest, speciatimque dari peculiaris uicarius.*

8 *In fundanda constituendaque sacra aliqua cella, templo uel ecclesia, inq; assignandis illi reditibus, obuentioneque bonorum annua, potest quidem rite, de conferendo certo aliquo fano, huic sacræ cellæ, fauorabiliter cauere, atque in arbitrium futurorum cellæ præfectorum, futura ista hæc reseruati fani erogatio, præsentatio seu collatio conferri, ita ut fanum illud, tāquam appendix, sacræ huius cellæ inhæreat, sitque consequenter in præfecti cellæ donationis beneficio.*

9 *An per alteram uicariam de legationem, prior censetur abrogata, etiam si, in hac altera, nulla sit iniecta abrogatoria formula, nec quidpiā aliud, quod id clare consignet?*

10 *Collator ordinarius, si deierat, uicario mandatum nunquam abrogaturum. An is tum, abrogandi postea, reuocandique habenas liberas habet?*

11 *An quæ, ab abrogato uicario, qui suam abrogationem haud scierit, facta est fani collatio, iure consistit?*

12 *Quonam pacto, quoue ritu, sua significanda est, atque patefacienda vicario abrogatio, ad hoc, ut quæ postea, hac in uicariæ functionis ratione, is fecerit, non iure fecerit.*

13 *Quæ dantur formæ, rerumque genera, quibus in formis, rerumque generibus, uicarius, tametsi rite abrogatus, quit nihilo secius, fana rite conferre.*

14 *An adigi compellique queunt, Antistites, Præsules, Pontifices, ad mandandam vicariam functionem.*

15 *Competitne episcopali vicario, diœcesis lustratio, tum & templorum, quæ sunt in pontificali illa prouincia, recognitio, tum & cleri, plebisq;, & populi, sacra uisitatio?*

16 *Vtrum pontificalis vicarius, possit extra diœcesim, fana diœceseos, dum uacant, erogare, tum & reliqua suæ uicariæ delegationis munera extra territorium capessere? an porro hæc talia tum faciendi, omni prorsus excludi tur munere? ita ut ipsi, solos quidem intra fines diœceseos, horum munerum consistat agitatio.*

17 *Qui, qualesue esse debeant, istiusmodi uicarij, quonam uitæ instituto, quoue genere, & qua morum præscriptione.*

18 *An generali vicario, ad fana eroganda generaliter dato competit eorundem fanorum admittenda, comprobandaque resignatio, tum & ex admissa resignatione, uacantium facinorum, concinnanda, faciendaque, quibus uidebitur, erogatoria collatio?*

19 *Vicarius, cum, in unum aliquem indignum, & non probatum hominem, fanum vacuum contulit, obstatne per istud, quominus ordinarius Antistes, idem postea fanum, possit tribuere, digno alicui, & probato homini?*

20 *Vicarius, qui dedit indigno, beneficium, uiroque non idoneo, potestne idem ipse hacce retractata datione sua, ipsum beneficium, in alium postea probatum hominem erogare.*

Caput 10.

VSus hominum huiusce generis, a necessitate pendet, manatque, hoc est, a necessaria ratione functionis, necessariique ministerij. Etenim, quum sæpe contingat, præsulem, aut valetudine impediri, aut distineri legitima causa alia, quominus suum p sese possit munus administrare, stareque presens in officio, quum etiam sæpe accidat, uti obrutus negotiorum mole, ac multitudine, omnia non queat coram exhaurire, nulla uetat
1 tum ratio, † nullumque ius, quin utrobique, probis hominibus, suas prestādas uices queat committere, idque, Deo optimo & maximo approbante, & ipsa suadente iustitia, hoc est, diuini, humanique iuris æquabilitate. Et certe Moses, in Exodo afflatu numinis, socerique Ietronis consilio, quum nō posset, suo in regali sacerdotio, omnia, quæ eam ad rem pertinerent, per se capessere, uiros bonos delegit, sibiq; vicarios constituit, qui populo, in re sacra, ius dicerent, non modo q ciuilia pertractarent, haneque sui sacerdotii, non solum principatus partem, in alios vtique transmisit, id ipsum fecit etiam in sacerdotio Aaron pontifex, sibique delegit, & suffecit, in ministerio socios, idipsum quandoque fecere omnes fermè ueteris fœderis, ueteriq; testamenti pontifices, id ipsum fecit euangelicus & sanctissimus apostolorū cœtus, qui ea de cā, teste Luca, suis in actis, primum celebrauit in ecclesia Christi conuentum, quo in conuentu, delegati sunt ab Apostolis, uiri, q administrationi mensarum, & aliorum quorundā munerum, Apostolorum uice, incumberent, interim dum ipsi Apostoli, rerum satagerent euangelicę prędicationis, quēad modum eo in actorum capite, fusius enarratur. En ergo tibi, prima origo uicariorum, delegatorumq; in sacrata functione hoīum, ab utraq; tabula, legeque tum uetere, tum noua ductum habens. Atq; utinā uerò enm ad finē, hodie usus uicariorum haberetur, quē ad finem, eū habuere antiqua illa & religiosa tempora, eademque ratio, & præscriptio in eis constituendis

ſtituendis teneretur. At uereor, ne umbrā modo habeamus, rem uerò ipſam, reique inſtitutionem plane reliquerimus, niſi q̄ ea, uti negligentiæ deſidiæque obtendatur color, abuti mur. Verum id mea, (qui in eccleſia, neq; cenſorem ago, neque morum emendatorem, opus tantum, operiſque mei, vt quiſque locus incidit, contextum perſequor) non admodū intereſt, modo planum hic fiat, quæ fuerit huiuſce cauſæ, de qua præſens eſt hypotheſis, origo. Quæ forma, quæ ratio, qui finis, utque omnia a diuina inſtitutione, uti teſtatur ſcriptura ſacra, manarint, ne quis putet uicariorum nomen, cauſamq;, ſolo inductam poſitiuo iure, ſoloque cognitam.

Hoc ergo pro fundamento materiæ ſtabilito, fixoque, eſt deinde excutiendum, uti ſciatur de uaria multiplicique, per multa uocabula huiuſce cauſæ appellatione, ne quid erroris ſit in nomine, neu, quod in eadem re, cauſaque eſt conſtitutū dum per dictiones uariatur, ad uarias quoque cauſas resque putetur referendum. Igitur hæ ſunt uoces quidem barbaræ, ſed hac in arte receptæ. quibus uario modo in iure no-
2 ſtro, ab ipſis iuris conditoribus, ſignatur uicariorum † appellatio, quippe quia, hi quandoq; deputati, & commiſſarij. c. inſinuante. de offi. deleg. cap. dilectus. de appe. cle. & ſi principalis. de reſcr. nuncupantur, hoc eſt, recuperatores, rerumque legati ſpiritualium, & temporariorum, interdum etiam officiales. c quāquam. de uſur. in 6. §. interim. de man. prin. in aut. nempe iuridici, ab antiſtibus, rebus diœceſis aſſignati vocantur, ſunt qui eos uicegerentes. c. 2. de regu. ca. 1. de tri. & ma. c. 3. de inſti. nominent, ſunt qui item locum tenentes. ca. præcipimus. 94. diſt. uidelicet ſuppræfectos fiduciariamq; ab epiſcopis obtinentes operam dicant, utque omittam, uel breui tranſcurram, nomenclaturam illam omnem aliam, ecce tibi nunc os, dominicos miſſos, ſubſtitutos, cle. 1. & 2. de hær. in cle. uiſitatores. c. fin. de ſupp. neg. pr. ſuffectoſ, idem hac in re ſignare proponito, omneſque concurrere in ſignificationem uicariorum, quāquam me non latet, inter uicarium, & ſuffectum, per doctores noſtros nonnihil ſubeſſe poſſe differentiæ. Albe. l. 2. C. de offi. illius qui uic. alte. ger. At nunc ſatis eſt, ſi habeatur, per ſuperiora nomina, a pontificiis legislatoribus uſurpata, uicarij, uicariæque delegationis, ſignificationem, multifariam. c. petitio. de procu. habetur per docto. in cle. & ſi principalis. de reſcri. deſignari, nec in eo maius terendum tempus puto, aut collocutionis uim accuratiorem adhibendam.

Quocirca explicanda demū uenit rerum, hac in theſi poſitarum, tum deciſio, tum diſputatio, & primum de cauſa q̄rendum, nempe cui rei nata ſit ipſa agēdæ, & efficiendæ agit ſanè, & efficit, ut cum homini, ea legitime adſcribitur, man-
3 daturque uicaria rerum diœceſis tractatio: is homo, † dignitatem plane habeat, poſlitq, claro ſeſe dicere magiſterio exornatum, ſiue eam delegationis prouinciam, ab Archiepiſcopo obtineat, ſiue ab epiſcopo, ſeu etiam ſede uacāte, a comitio capitulari. cle. & ſi principalis. de reſcript. in cle. modo is uicarius, uicanus uel externus officialis, quem foraneum dicunt non exiſtat, nam huic uicano officiali, non competit ſane dignitas. dic, cle. & ſi principalis. Efficit deinde hæc præ-
4 ſens cauſa, † uti eam qui habet, quique uicaria antiſtitis per delegationem fungitur opera, non ſit ad ipſum antiſtitem, in ſibi commiſſo tribunali, ſuaque fiduciaria & uicaria opera, prouocationi obnoxius, propterea quòd eodem ſedet loco, eademque eſt in poteſtatis cauſa, qua in cauſa, quoque in loco, conſidit is ordinarius præſul, qui ſuum ad eum, per uicariam operam, reſcripſit imperium, ſuamque iuris dicendi, & rerum per diœceſim agendarum, functionem delegauit, cap. 2. de conſue. lib. 6. iuxta tamen diſiunctionem Rotæ de eccl. & deci. 371. cumque ambo eodem loco ſedeant, eandemq; uel parem, in re delegata, poteſtatis perſonam, ſuſtineant, ineptum plane eſſet, ab uno appellari ad alterum, neque hoc aliter cenſeretur, atque ſi ab cuiuſpiam iudicis ſententia, ad eundem ipſum iudicem qui eam tulit, prouocandi daretur locus.

Efficit deinde, ac tertiò, hæc præſens cauſa, ut quiſquis in eam incidit, ſumitque in aliqua diœceſi uicarij perſonam, is
5 generale † mandatum, peculiaremque omnium beneficiorum, ex capite modo collationis, erogandorum curationem, & uicariam operam habeat, neceſſe ſit, ſiquidem quicquam habet, hoc in collatorio genere, ſibi adſcriptum: proinde non auditur, qui in conferendo, uel præſentando, uel inſtituendo, uno aliquo fano, ſuam profitetur uicariam, peculiariterque, & præfinite delegatam operam. capitulo conſtitutus. cap. fi. de conceſ. præb. niſi eam, in omnibus item diœceſis ſacerdotiis, eodem tractandis modo, aſſerat generalem, abſolutamque iactet omnium, quæ ibi ſunt, fanorum
6 collatoriam erogationem: ſi tamen hoc vnum diceret, † ſibi videlicet mandatam, in vna aliqua diœceſis prouincia, generalem omnium, quæ ibi ſunt, fanorum collatoriam erogationem, nihil tunc vetaret, eum, ſuo in tali mandato, ſuaque in tali vicaria opera recipi: quippè quæ, non ad certum quoddā dirigatur ſacerdotium, ſed omnia, in quadam diœceſis parte, regioneque ſita fana excutiat: quæ quidem talis delegationis vicariæ forma, generalem ſuo in loco, ſuaque in ſpecie & diœceſis parte, cauſam reſpicit: id quod & memini confirmatum, placito ſenatus Pariſienſis, dum in altera inquiſitionum claſſe, (cui tum præſes ſedebam,) renuntiante Domino Martineo, litis enarratore de poſſeſſione prioratus ab Egurando, controuerteretur. cum enim vicario abbatis diui Michaelis de Leſcluſa, (cuius quidem Abbatis, prioratus ille erat in beneficio, iureque collationis) obiiceretur ab aduerſa parte delegationem vicariam, qua pars altera, ſuam cauſam omnem ſuffulciebat, non potuiſſe iure conſiſtere. eo quod, non quidē generalis, vt debebat, verùm ſpecialis, ad ea beneficia, quæ in Aquitania erant ſita, referretur: cum alibi multa quoque alia eſſent fana, illi addicta cœnobio, ad quæ mandatum illud, vica-
7 riæque opere delegatio, † nullam vim ſuam exerceret, quia generalem cauſam neutiquam complecteretur: ideoque nullam eius habendam rationem: tamen placuit ſenatui, æquam eſſe, iuſtamque illius cauſam, qui ea in controuerſiæ ſpecie, à vicario ſtabat, exemplo tutoris, qui tametſi ad vnam aliquā rem certamque cauſam tutor dari non queat. §. certę. qui teſt. da. poſſunt in inſtit. ſi tamen rei Italicæ, vel Gallicanæ, tutor detur, reſponſum eſt, eum recte dari. l. ſi teſtamen. de teſt. tut. l. ex facto. magna. de hære. inſtitu. Atque hac ex cauſa, prædictoq; Senatuſconſulto, hæc, ſine dubitatione res conſiſtit, quæ ab hoc axiomate ſuperiori excipitur, dictante quidem, vicariū, non, niſi generalem, omnibuſque ad vnum erogandis conferendiſque templis ſuffectum, rectè dari poſſe quin & adferuntur aliæ quædam ſpecies, ubi ceſſat idem axioma, ſuuſque certo conferendo fano tribuitur vicarius.

Eſto enim, ecce vacat fanum ex inſperato, † certe nihil im-
8 pedit, ad fanum illud, quod de improuiſo cecidit, iam in cauſam vacui, vicarium tunc peculiarem ſublegi, qui vacuum de repente tale fanum conferat. glo. & docto. dic. capit. conſtitutus. Pone item cellam quandam ſacratam prioratumque, ſacro in aliquo loco religioſoque, vel etiam quoddam ſacellū ſubſtrui, vel ius ſportulæ, ſacræ præbendæ, certe huic omni tali ſacro, religioſoque loco, illiuſque ſacri loci religioſique præfecto, ſpeciatim nominatimque tribui quit poteſtas, certam illam ſacram ædem conferendi, vel prærogandi ex nuncupationis præſentationiſque capite, cap. ad audientiam. de eccle. edifi. cap. cum veniſſent. de inſtitu. cap. viſis. 16. quæſtio. 2. cap. paſtoral bus. de iur. patro. prout faciendum epiſcopo loci, p re nata, ac tempore uidebitur.

Sed iam ſatis ſit dictum, de his, quæ in hac cauſæ theſi (nempe quid ea poſſit aut agere aut efficere) ſunt apud omnes in confeſſo, nunc cōtrouerſa & dubia diſceptemus. diſceptatur
9 quidem primò. An per alteram † vicarij dationem cenſetur prioris uicarij datio, tum euerſa, tum reuocata, tum infecta plane rēddita: hercle hic locus magnam habet dubitationem magnamque doctorum, & lubricam (ſi quis alius quiſquam) concertationem, ita vt vix ſciatur, vtrò mēs eorum crebriùs, probatiusque inclinet: quidam diuidicant, per alteram vicariam delegationem, cenſeri omninò reuocatam priorem. Fede. Lap. Gemi. Philip. Franciſ. cap. licet. de off. vicar. in 6. Nicol. de Mil. reperto. ſuo verbo vicarij duo. Alij negant, Abbas Sicul. cap. volentes. de offic. lega. Ludo. Roman. ſingu. 57. incip. fuit quæſt. glo. pragma. tit. de colla. uerbo vicario. Barbat. dict. cap. volentes. Alij ampliùs deliberandum cenſent. Qui reuocatam aiunt, hæc adferunt, atque ita ratiocinantur. Mandatū alteri procuratori datum, vel ad lites, uel ad negotia: prius mā datum tributum ad eaſdem lites, alteri cuidam ante homini infectum plane facit, reuocatque tacito quodam modo. Curator item, aut ſyndicus, actorue cuiuſdam corporis, uniuerſitatis, uel collegii. Quod attinet ad reuocationis cauſam, & tabulam, eodem iure cenſetur: ſi id fit in procuratore, item in ſyndico collegii, nimirum conſequens eſt, argumento à comparatione ſimilium deriuato: id ut itidem fiat, in hoc uicariæ delegationis homine, eiuſque uicarium mandatum, per ſecūdum quod interceſſit iure putetur proſtratum, & inductum. l. ſi quis cum procuratorio. §. final. ff. de procura. cap. non iniuſte. eodem titu. Porrò qui hoc negant. Abbas & Barbati. dic. cap. uolentes. Ludouic. Roman. dic. ſingul. 57. gloſſ. pragmat. dic. uerbo, uicario. id utique ſine multiplici probabilique ratione neutiquam faciunt. adducunt enim imprimis exemplū Apoſtoticæ ſedis legatorum, gloſſ. cap. in galliarum. 25. quęſt. 2. Albe. dic. l. ſi quis cum procuratorio. §. final. uer. ſi quid in legatis. tum proferunt in medium cauſam tutorum, aientes, utrobique ſecunda datione, delegationiſque attributione, priorem, neque dirimi, neque ullam in abrogationem recidere. l. ſecunda. C. de teſt. tute. tum & hoc ipſum multis aliis Iuriſconſultorum reſponſis, & auctoritatibus comprobant. l. prima. de offic. præfect. urb. cap. uolentes. de offi. leg. quæ videntur huic opinioni ſuffragari, quam dicunt, per ea, quæ de

procu-

Source : BIU Cujas

procuratore,reique cuiuſdam publicæ curatore, geſtoreue ſunt allata, minime poſſe dirui,quod diuerſa in vtraque ſpecie ratio,diuerſam quoque adferat conſtitutionem,nam ibi, hoc eſt,in cognitorio omni,uel procuratorio munere, idcir co id fit,quia cum plures in idem negotium dantur procuratores, videlicet, paulo ante unus, pauloque poſt alter,mox deinde reliqui,ſi omnes eam in rem intendant,impediant ſæpe alter quidem alterum,unus nimirum affirmãdo, alter porrò,vt ſæpe fit negando.capit.penul. de elect.in 6.eoque contrario concurſu, diuerſaque tum actione, tum diſceptatione,cauſam plerumque efficiant implicatiorem,& non paruas tenebras offundant negotio, id quod fraudi eſt partibus magnoque ſæpe damno, ideo non mirum ſi huic ut fraudi, circonuentionique obuiam eatur,per conſtitutionem ſecundi procuratoris,priorem ex tacita quadam mandantis, pſumptaque uoluntate,caſſam prorſus irritamque uiſum eſt cenſeri,cui rationi,quum in multiplici hac uicaria delegatione locus eſſe non queat,igitur nec iſthæc plurium uicariorum cauſa, pari iure parique ſcito eſt ſancienda, quum nihil hic ob eam uicariorum multitudinem,collatorumque cœtum plurium interturbetur, nam ſemper hac in omni tali cauſa, urget ordinarium præſcriptum,quo habetur,qui in collati ſibi fani legitima ratione,antecedit tempore, cum iure potiorẽ eſſe,ergo iſtorum uicariorum facta ſeſe non collidunt,neque beneficiorum canonicæ cauſæ officiunt: præterea, quod attinet ad alterum munus uicariorum,quum ordinariis Antiſtibus in ſolidum ſit iuriſdictio attributa, qua in iuriſdictione, multa obiri capeſſique ſoleant munia, certe quo plures erunt,ea ad munia attributi uicarii, eo meliusad conficiendam iuriſdictionem,ſuumque vnicuique ius reddendum,in illo tribunali,& diœceſis plebi,& populo illius prouinciæ,cõſuletur.l.uni.de offic.conſul.& ibi Barto.& Saly.Bald. conſil. 278.quod ut fiat,Reipublicæ Chriſtianæ ualde ſemper intereſt,cui & ſententiæ ego quoque ſubſcribo?

Diſceptatur poſtea,poſita fixaque vicarii muneris reuocabili cauſa,quæ omni competit antiſtiti,ſiue ea plana ſit, & aperta,ſiue tacita,uel præſumpta, quin etiã ſi iuraſſet antiſtes,
10 † nunquam ſe,reuocaturum uicarium, haud tamen ei ea facultas reuocandi eſſet deneganda.Ioan.And. & Butri. capit. ſuam.de offi.uica.ergo,eo poſito,nunc quæritur,an collatio ab hoc reuocato vicario dictata,qui ſe tamen neſciuerit re-
11 uocatum,iure conſiſtit, † dico,exhauſta omni (quæ non parua eſt) difficultate, tandem eſſe concludendum, collationẽ eam ſtare debere: quia,qui eam fecit,ignorabat ſuæ reuocationis tabulam, quare delegato ſibi, fidens mandato, illius vi,vacuum fanum conferendo,in bona fide ſemper conſtitit. l.ſolent.§.ſicut.ff.de offic.procon.ubi Bald.l.ſi forte.de offic. præſi.gl.prag.ſancti.uerbo vicario.tit. de colla.per l.1.§.ſi ego. ff.quod iuſſu.Itaque,tam eſt hoc axioma verum,& probabile,ut etiam in re ancipiti,dubiaque, ſciuerit uicarius abrogatum ſibi mandatum necne,ab eo tamen ſtet præſumptũ hac in re,iuris iudicium, quo uicarium plane neſciuiſſe affirmatur,niſi ſciuiſſe clare liqueat.capitu.audita. de reſtitu. ſpoliat. Albe.l Barba.phil.ff.de offi.præto.pro. Diſceptatur tertiò,
12 quonam pacto fieri debeat,† iſtius reuocatæ delegationis uicariæ ſignificatio,ad hoc,ut uicarius delegato ſibi officio, legitime amplius fungi nequeat, hic a multis hæretur, tum & conſtituendo,etiam quid cenſendum, dum antiſtes ſuo ipſe nomine,mandatum renunciat uicario,aitque coram ſe non amplius illius uelle ea in re uti fiduciaria opera, plurima ſane adfertur utrobique dubitatio, ego tamen, hac in poſteriore ſpecie,diutius,hærendum eſſe non cẽſeo, quia deciditur plane, ſi antiſtes ſolo etiã uerbo, ſuum ipſius uicarium miſſum fecerit, miſſionem quidem ualere, nullumque deinceps, in uicaria opera,ius ipſi relinqui uicario.

Maior eſt ergo difficultas,in eo, quod priorem reſpicit generaliter theſim,nempe quid iuris ſtatuendum, quum idipſum antiſtes non per ſe facit,ſed per procuratorem quem ad id faciendum,nominatim delegit, ea in facti ſpecie plus uere profecto ſubſiſtitur,dubitaturque,quia inde oritur ſcrupulus,debeatne is reuocatoriæ tabulæ procurator,ſuo de mandato per claram, ſcriptamque exhibitionem mandati uicario fidem facere? An porrò ſit ſatis, reuocatoriam uoluntatem maudantis, illi quoquomodo declarare,in quo uno diſcutiendo,hoc demum opus, hic labor eſt, nam confligitur inter doctores diuerſo modo,nam nonnulli aiunt, hac in re mandati ſcripturam eſſe oſtendendam,ſicuti in re ſimili iuriſconſultus faciendum reſpõdit,dum inquit, qui tanquam hæres, uel procurator, aliquid teſtato reclamat, intercedit, uel obnuntiat, aut quicquam aliud in eam teſtificationis agit rationem,operepretium eſſe illi tabulam, qua in tabula, ſcriptus eſt procurator,aut hæres,in apertum proferre,ædereque, alioqui ſua in proteſtatione, enunciationeque eum nihil prorſus agere,neque negantem, morem illi uelle gere-
re,in ulla damnoſa mora collocare,quia niſi legitimã actionis ſuæ ſcriptionem proferat,non eſt ei habenda fides.l.ſi qs. in prin.& ibi Barto.Bald.& Fran.Are.ff.depo. & ſanè alioqui iure regulari, eſt præſcriptum, ubi mora detrimentoſa, cuiquam eſt affigenda,ibi profecto neceſſe eſſe,uti fiat fides,de mandato indicendæ teſtificandæque moræ,alioqui teſtificationem hanc, denunciationemque,procraſtinatori,& moratori,aduerſus quem illa fit,nihil obfuturam.Cyn.Bald.Albe. Sal.in l.mandatum.C.manda.

Atque magnus Doctorum numerus, hac eſt in ſententia. glo.dict.capitu.cupientes.uerbo notitiam.de electio.in 6.& ibi Gemi.Fel.dict.capitu.cæterum. cui tamen ſententiæ, alij plærique non adſtipulantur, quibus & ipſe accedo, dicoque cum illis,probabiliter,atque cum cauſa,nihil opus eſſe, hac in re,ulla reuocatorii mandati,reuocatoriæque tabellæ, ſcriptura prolata, aut ædita quin ſatis eſſe, uicarium ſuum, per quempiam,aut reuocãtis amicum, familiaremque, aut per quemuis etiam alium,huic rei,ſublectum hominem, ſua de reuocatione certiorem factum fuiſſe,nec eſſe illi, de mandato ad reuocandum,curioſius ultra,ſcrupuloſiusque inquirendum,ſat putandum, ſi ſibi quoquomodo ſciat abrogatam uicariam operam,quaſi poſthac utatur,omne quod facit,fruſtra quidem fiet, in hancque partem inclinauit aliquando Burdigalenſis Senatus ſuo in placito, uti teſtis eſt Nicolaus Boerius,deciſione 347. in hanc etiam partem inclinauit Pariſienſis curiæ inquiſitoria claſſis quarta, me ibi præſidem agente,dominoque item Martinæo litem exponente, in controuerſia,in qua,planum erat,cœnobiarcham Beati Michaelis a leſcluſa,cuidam homini uicariam ſuo in cœnobio nouam operam demandaſſe,cum tabuia,uel clauſula priorum vicariorum omnium reuocatoria, quam tamen delegationem nouam,cum clauſula illa, priorum delegatorum inductrice, & reuocatrice,non conſtabat fuiſſe nominatim vnquam ſignificatam antiquo cuipiam uicario, id modo afferebatur,mandatum illud recẽs,quo nouum a cœnobiarcha conſtituebatur munus uicarium, & tollebatur vetus, æditũ quandoque fuiſſe quodam in iudicio,quod erat illi antiquo cuipiam uicario ſuper cuiuſdam poſſeſſione fani,cum quibuſdam aliis litigatoribus controuerſum, quærebatur tum ſufficeretne ea æditio, ad demõſtrandum huic antiquo cuipiam uicario,ſuam reuocationem notam fuiſſe, de cuius qdem reuocationis notione, nihil liquebat, alio quoquam modo,ad ipſum quicquam omnino perueniſſe,neque conſtabat item,æditionem illam,ad eum finem, ad eamue cauſam,aut rationem,in iudicio factam fuiſſe,aut agitatam, ſolum id agebatur,ut de alterius recentis hominis, uicaria cõceſſa ab Antiſtite opera,conſtaret, de antiqui uero uicarij reuocatione,tum non agebatur,neque illa clauſula, lite in illa, aliquid efficiebat.quæ clauſula, prioribus uicariis mandatũ generaliter abrogabat, ſolummodo per conſectariam quandam & obliquam rationem, unà cum ea,quæ ad rem faciebat ſcriptura præcipua, quia ſimul cum ipſa erat conſcripta in eo iudicio, illa exhibebatur. Et quidem tum eſt nihilo ſecius reſponſum,deciſumque,æditionem illam priorem, ad eam rem,de qua tunc in præſens quærebatur ſufficere,reuocatoriamque tabellam ſatis antiquo uicario per hæc denunciatam cenſeri. Diſceptatur deinde, utrum ſupradictum axioma quod habet, per reuocatoriam uicariæ operæ tabulam,de qua uicarius ſit factus certior,munus uicarium prorſus abrogari,ſit perpetuo uerum, an utique quandoque concidat,tu tibi breuiter firmum habe, illud axioma quandoq; dilabi,atque concidere: nam adfero tibi hãc cauſam,in qua
13 cauſa,ipſum certe concidit,uidelicet,ſi uicarius,† poſt ſibi ſibi ſignificatam reuocatoriam tabulam, nihilo ſecius, in ſua fanorum conferendi uicaria delegatione perſeuerat, idque ipſum facit ſciente, ferenteque Antiſtite: nam ex eo, quod ſcit,ex eoque quod fert & patitur ille Antiſtes, uidetur mandatum quod antiquarat,& abrogarat, ſuo prorſus renouaſſe uicario, ſic, & qui procuratori ſuo fidem,mandatumque abrogat,ſi eum poſtea ſcit,patiturque gerere negotia,procul dubio cenſetur illum ſibi repoſuiſſe, ac de integro addixiſſe. capitul. qui mutuam.§.non ideo, in fine.ff.mand. Alexand.late conſilio 128.6.uolu.Ludo.Roma.conſilio 76.incip.in cauſa nobilis.ideoque,quæ tum is procurator geſſit, quia ea dominus rei uidetur tacite approbaſſe, ualent quidem, ipſumque obligant dominum. l. ſemper qui non prohibet.ff.de regulis iuris.

14 Diſceptatur adhuc poteſtne cogi Antiſtites, † ad delegationem uicariorum, & fiduciariam uicis ſuæ mandandam operam,his in muneribus,quibus, nõ quit ſemper intereſſe, Panormitano placuit,cogi poſſe. Panormita.capi.quoniam. de offi.ordi.Felinus ſubſtat,dicitque id ſibi nuſquam alibi lectum,interdumque refragatut,interdum amplius deliberandum cenſet,tandem propter auctoritatem Panormitani tãti

hominis,

Source : BIU Cujas

hominis, ſuum cuique liberum hac de re relinquit iudiciũ. dicto capitul. quoniam, recentiorum tamen noſtrorum ſchola, in Panormitani ſententiam clarè deſcendit. gl. prag. ſanct. §. ſtatuit. uerbo uicariis. tit. de colla. & ſanè Senatus Pariſien ſis conſuluit aliquando, Archiepiſcopo iuſſum Burdigalenſi, uti lis limini Pictonum, quæ urbs, ſacro illius Archiepiſcopi attribuebatur imperio, iuridicum officialem poneret, reſcriberetque.

Diſceptatur præterea de poteſtate functioneque iſtius uicariorum muneris, an utique ea poteſtas, † eo uſque poteſt 15
extendi, ut diœceſis quoque obitionem, & recognitionem prouinciæ, luſtrationemque tum cleri, tum plebis, quæ quotãnis epiſcopo capeſſenda incumbit, complectatur, ita ut ad ſe trahat omnia plane munia Pontificalis uiſitationis, quam quęſtionem, omiſſa ueterum controuerſia, & hęſitatione, ita dico ex mente canonicæ legis, & Doctorum explicandam, ut eam autumem, a uoluntate arbitrioque Antiſtitis, prorſus dependere, ac eo uſque ſemper produci uicarias, hac in re, partes, quoad eis, ſuus præſul habenas laxarit, quoadque functionum harum iuriſdictionem tribuerit. Ergo ſi in delegatione uicarii muneris, Antiſtites diſerte nominatimque addit, uelle ſe uicarium, ea uiſitationis capeſſere munia, ea tum quidem uicarius munia recte obeat, capitu. epiſcopum. decima quæſtio. prima. capitulo, inter cætera. extra de offic. ordi. capitu. ſi epiſcopus. illo titu. in 6. ſin generalis fuerit quidem delegatio, at nihil appoſitum quicquam nominatim hac de re, neque uicario ea in parte ſit ſpeciatim cautum, ea tum parte vicarius abſtineat, neque ſibi arroget, quod non eſt tributum luſtrationis munus, quod ſi facit, fruſtra illi eſt futurum, quod ea in parte facit, glo. & docto. clem. prima. uerbo capitali. de hær. qua ex deciſione, conſtituitur item alia quæſtionis ueteris diffinitio, quæ habebat, an ui generalis uicarij muneris ad conferendum delegationis, ſibi poteſt uicarius poteſtatem beneficia ex unionis cauſa copulandi, addicere: ſtatuiturque, hanc item quæſtionem ſuperioris exemplo ſanciendam eſſe. Igitur uicarius datus ad conferendum, generali abſolutaque cum clauſula, unionem ſibi ne uindicet, niſi ad id faciendum ſpeciali mandato ſuffulciatur, vel ob eam maximè cauſam, quod clauſulam conferendi quantumuis generalem, & generali in mandato adiectam ad maiora expreſſis porrigi haud ſit æquum. capitul. qui ad agendum. de procura. in 6. & ſanè clarum eſt, copulandi per unionem munus, maius quiddam eſſe, ſplendidiuſque, atque potentius, quàm ex collationis capite fana erogare, quia ibi, ſcilicet copulando, requiritur Pontificalis functio. capitu. ſicut unire. de exceſſ. præla. nec munus eſt per ſe, minoris quidem epiſcopo magiſtratus, hoc uerò, ideſt fana conferre, quit cõ petere cuiuis inferiorum Antiſtitum coronæ. capitu. cum & plantare. de priui. idcirco ineptum eſſet, neque par, per ſpeciem minoris cuiuſdam ſibi tributæ cauſæ, uelle ſibi maioris imperij poteſtatem adſerere, & oblique promouere fines ad ſibi non debita. Adde, quod copulare per unionem, eſt quodammodo abalienare. Vnioque ſpecies quædam diſtractionis eſſe cenſetur. Quæ omnia, abſque peculiari ab epiſcopo delegatione, incumbunt prorſus nemini?

Diſceptatur deinceps, utrum iſte legitimo modo, & accommodata peculiarique ad conferendas ſacras ædes ratione, uicarius † datus, ſuam poteſt extra diœceſim ea in re, vica- 16
riam operam exercere. An porrò intra diœceſim circunſcripto tenetur imperio. Tum vtrum quit is uicarius homò hoſce inſtituere, quos a patronis oblatos habet, perque præſentationem deſignatos clientes, in eccleſia, ad quam deſignantur ordinare, tum & academicarum nuncupationum, prerogationumque, quas dicimus nominationes, tum & graduũ, quæ inſignia Academicorum ſunt, æditionem ſeu inſinuationem recipere, eamque in acta referendam mandare, in quo omni diſputationis genere, & potiſſimum primo in capite, adeo litigatur inter doctores noſtros ut penè nõ queat conſtitui, quam in partem frequentiori calculo finiatur controuerſia: nam pars magna putat. Bald. late de offic. proconſ. Phy. Franc. cap. cum in generali. de offic. uic. in 6. Benedi. de plumb. l. apud conſulem. de ma. uin. Abbas Sic. ea nouit. de offi. lega. Henr. Boi. titu. de offi. uica. in capitulo primo. Roc. de curte tract. de iure patro. quæſtio. 24. & quæſ. 31. nihil quicquam tale primò poſitum extra diœceſim uicario licere illiuſque ea in re poteſtatem diœceſis prouinciæque limire circunſcribi, eo quòd ab ullo quoquam magiſtratu, qui infra principem ſummum ſit, omnis emanans delegatio, eã ſit clarũ & certum, intra ſolũ territoriũ delegantis cõtineri, nec vltrà porrigi vnquam. late Bar. in l. cunctos popuos. de ſumma trinita. ſicuti, exempli gratia, vel patere poteſt, in vrbi præfecto, cui, ne vltrà cẽteſimum lapidem, vel miliare, iuriſdictionem conficiat, aut mandet, eſt plane ininnctum. l. prima, §. in initio. ff. de offic. præf. vrb. quin & idipſum Pontificia conſtitutione videtur quoque deciſum, atque patefactum, cum põtifex illa ſua in lege, ſic loquitur, collationem inquiens, beneficiorum, per generales vicarios, qui ſuis exiſtant in diœceſibus, legitime obiri poſſe. Igitur extra diœceſim, nequaquã, vti conſequens eſt clarumque, ex hiſce pontificiis verbis. ca. ſtatutum. in fine, de præbend. in ſexto. Contrarium verò ſentit doctorum quædam alia pars magna, Geminia. capitu. in generali, de offic. vicar. in ſexto gloſſ. pragmati. ſanctio. §. ordinarijs. titu. de collat. verbo, iuriſdictio. & §. quia in ipſo. verbo. vicar. de colla. Io. de Selua trac. benefic. partes. q. 13. atq; exiſtimat munera illa, ẽt extrà diœceſim vicario neutiquã denegari, quia iſthæc ſunt voluntariæ iuriſdictionis, non quidem contentioſæ, aut iudicialis. Porrò quæ voluntaria ſunt munia, nihil eſſe quod probibere queat, illa vbique admiuiſtrari: Ergo & extrà territorium, & extrà diœceſim capeſſi poſſe, huicque parti, cum Burdigalenſi ſenatu. Boer. deciſio. trigeſimo, in ſecunda parte. adſtipulatum eſt quandoque Rotæ iudicium, Rota. tit. de offi. vicar. vltima.

Sequitur & huius cauſæ, pars alia quædam, quæ quidem non debet prætermitti, vt quæ iſtorum hominum, qui vica- 17
riam † nauant operam, reſpiciat qualitatem, formam, & modum, nempe quales eſſe ij debeant cuiuſque generis, & modi, quæ quidem omnia in omni diſcuſſione cauſæ, & agitatione quidem ad officium hominis ſpectante, ſunt inter fundamẽta præcipua. Ergo habe, iſtud uicarium genus hominum, quia eccleſiaſtica ſacraque tractat, à quibus, regulari more arcentur prophani & ſecularis conditionis homines, cleri conditioniſque ſacratæ eſſe debere, iuxtà antiquum prouerbii capitulum (ſacra tractent ſacrati, prophana prophani, ſuũ quiſque, ſua in conditione, uitæ munus capeſſat, ab altero prorſus abſtineat,) capitu. in noua. vigeſimo ſexto, quæſtione ſeptima, capitu. ſecundo, extr. de iudic. Igitur vicarii iſti clericali tõſu ſint inſigniti, clericalique habitu exornati, tum viuant caſto in cœlibatu. Etenim laicorum non eſt per collationem erogare fana, capit. ſi quis deinceps. & capit. ſequen. vigeſimo ſexto, quæſtione, quod quidem munus, pars huiuſce vicariæ operæ eſt. Quin & clericus, ſi vllivxori, quantumuis unicæ uirgini, ſeſe addixerit, hinc abigitur, ſitque erogatoriæ beneficiorum collationis capeſſendæ prorſus exors. par. conci. incipien. quamuis. Rebuff. tracta. vica.

Hoc poſito, uidelicet de qualitate & conditione uicariorũ adiungitur nunc, uti diſpiciatur, de forma modoque uicariæ delegationis, qua in re, eſt ſedulò attendendum, quonam pacto, quibuſue mandati uerbis, & qua oratione, ea ſit concepta delegationis, uicarię forma, & tabula: † etenim euenit, ut 18
quandoque per eam, detur poteſtas, eiurationes, reſignationeſque templorum recipiendi quidem, agendi uerò ea in re, nihil præterea aliud, quare caueat tunc uicarius homo, ne quid excedat in ſibi uicarię delegationis commiſſo negotio, ac iuxta præſcripta, tabulam fani eiuratoriam recipiat quidẽ, at eum in finem, eamque in eiurationis reſignatorię rationem nihil conferat, neque enim ſuo in mandato tantum eſt illi tributum. capit. final. de offic. ordina. in ſexto. At uero accidit interdum, ut uicaria delegatio, utrumque nominatim adferat, uelitque clara & expreſſa oratione, & teſignationes accipi, admittique, & ea ex reſignatoria cauſa, reſignata quoque fana conferri, quod quum fit, nihil obſtat, quin uicaria quoque perſona utrunque qneat tum, petentibus rite expedire. cap. dudum. de præbend. in ſexto Rota deciſio. quadrageſimaquarta, incipien. nota quod uicarius. in antiqui. Ioan. de Selua tracta. benefi. 2. parte. quęſt. 4.

Itaque hac in negociationis ratione, ſua ſæpe cauſa, ſuaq; ſpecies, ſuam ſanè requirit ſpecialem delegationem. Quinimmo tanta eſt hac in omni fanorum, per ceſſionis, eiuratamq; cauſam, conferendorum ratione, adhibita cautio, tamq; diligens proſpectio, ut ſit alicubi deciſum, in ſpecie, in qua poneretur, cuidam epiſcopo irrogatum per peculiarem legem, uel per conſuetudinem, priuilegium, conferendi ſacram ædem, ſitam alterius in diœceſi, eandem tamen ædem eiuratam reſignatamque, nequeat is per approbationem admiſſionemque reſignatoriæ tabellæ, ſui in acta tribunalis, in caũſam eiurationum receptarum, admiſſarumque referre, neq; eiurationem eam apud ſe recipere & confirmare, quin opus eſt, ut ea tum fiat, ſuo coram Antiſtite ordinario, cuius collationi, eiuratum fanum, per præſcriptum iuris communis ſcitum, addicebatur. gl. & Car. cle. una. de rerum permu. Quod quidem enunciatum, ad permutationis quoque cauſam eſt deducendum ſtatuendumque, ut ea etiam ad præſulem, cuius in prouincia ſitum eſt fanum permutandum, pertineat, q eam expediat, & confirmet, non item ad eum, cuius eſt ea ſacra ædes, per extraordinariam cauſam, collationis in beneficio. Rota. deciſ. 348. in nouis. inci. ſi aliquis epiſcopus. & deci. 218. in anti. glo. cle. uni. uerbo locorum. de ſupp. neg. præla. hinc eſt factum, ut emanarit a Rota unum aliquod iudiciũ,

quo,

Source : BIU Cujas

quo, aliquando dixit eius ſolius Antiſtitis eſſe, permutationes fanorum recipere admittereque, cuius in manu ſunt inſtitutio,ac deſtitutio,hoc eſt,poteſtas inſtituēdi, abrogandique,aliqua in ſacra æde beneficiarij,non autem ad illum, rē eā pertinere,cui fana conferendi, ius eſt, Rota. deciſi.311.in no.inci.fuit dubitatum,peculiari lege indultum,& addictū, unde ſequitur,quum inſtituere, & deſtituere, epiſcoporum ſit peculiare propriumque munus. cap.cum ex iniuncto.extra de hære. cōſequenter non queat permutationum cauſa, poteſtati ſubiici uicariorū, niſi ea de re ſit eis ſpeciatim cautum, nam in permutatione conſignatur quidem deſtitutio, atque inſtitutio,utpote deſtitutio unius, ab una æde miniſtri, & eiuſdem miniſtri in altera æde inſtitutio. At iſtorum uicariorum,nullum eſt in eccleſia ius deſtituendi,niſi id itē ius abrogatorium ſuo nominatim conſequantur ab Antiſtite.cap.ſecundo.de offic. uica. in 6. id quod alicubi fuſius diſſeruimus in ſecunda,puto,huius tract.aut alia quadam diſſertatione, propterea, rem pluribus hic non repono,ut interim etiam arripiam aliam nonnullam hoc in loco diſceptationem,quam tibi uolo breuiter expoſitam,ea autem ſic eſt.

An,ſi uicarius ſuæ ui delegationis, fanum tribuit indigno
19 homini, † ea mala collatoria attributio obeſt deleganti Antiſtiti,eumque ſua conferendi prærogatiua poteſtate deiicit, dic plane non obeſſe, neque deiicere. c.ſi compromiſſarius. de elect.in 6.tum quia alienus dolus,alteriuſue ſocordia, inſcienti inculpatoque pontifici, necnon huiuſce rei, nullam cauſam ſuſtinenti,nullum debet detrimentum adferre, nam putans bonum ſibi adſciuiſſe pro uicario hominem, more hominum,ſua falſus eſt opinione,ideo nihil eſt cur priuatione conferendi pœnas huiuſce rei dare debeat. Sed tamen,ut ius cuique cōſtituatur recte ſuum,res uidetur ſic temperanda,eoque modo,ut is quidem uicarius, ꝙ tum fecit, fruſtra fecerit,reſque de integro Antiſtiti reponatur,qui fanum malè collocatum,alio quopiam bene collocet & traducat, addicatque probo cuidam homini,quodque ſuus hac in re egerit uicarius,ratum non habeat, quod ſi habuerit,ratum eſt illi,proculdubio ſua tum in illa ratihabitione ſtatuendum. d. c.ſi compromiſſarius.turpe enim eſſet tali uiro, & Antiſtiti, conſtantiam non retinere?

Atqui difficilior, uti uidetur, hic ſeſe ſubiicit diſputatio, puta,quid in uicario,in alia quadam ſimili ſpecie ſit decidendum,exemplum tibi pono.Quidam uicarius,malus quidem uir,uel non ſatis prudens,in hominem contulit beneficium, qui eo beneficio neutiquam erat dignus. Ecce oritur querela,uel ob hanc mali exempli rem, publica offenſio, ille tum uicarius,uir ſcilicet acutus,ut mendam corrigat,probo cuidam homini eoque digno fano,id iterum fanum erogat, ua
20 letne,† quòd hic iterum is fecit? dic prorſus non ualere,quia ſuo iam,cum primum contulit, perfunctus eſt officio, ideo illud nequit de integro capeſſere, ſic nec iudex,qui perperā primo iudicarit,poteſt eam in cauſam denuo inuadere, atq; iudicare, quòd ſuum iam hac in parte munus adminiſtrarit. Ergo hæc concidit,atque in irritum it ſecunda uicarii collatio,& culpæ uitium,ſicuti paulò ante diximus,ordinarius antiſtes ſi vult,emendet.cap.ſi electio.de elect.in 6. temploque huic proferat meliorem adminiſtrum, cui antiſtiti tantum abeſt,ut facere id denegetur,ut etiam,ſi ipſemet antiſtites ordinarius,non ſcienter quidem fanum male collocaſſet,dediſſetque uiro non idoneo,qui tamen idoneus propalam putabatur.Non ideo tamen propter occultum illius uiri uitium, quatefacta quidem ſua prima illa datione,malaque collatione,prohibetur ullo pacto, ut non commode riteque poſſit, illam iterum conferendi poteſtatem ſuam a ſe,uel a uicario, ad ſeipſum retrahere, eamque denuo rite exercere,& in probatum alium uirum,ædem illam ſacram, legitime tum erogare.dicto capitulo,ſi electio.quod tamen idcirco uicario nō conceditur,quia inter delegatum,& delegantem non pauca ſemper eſt differentia,ille ſiquidem ab alieno capite pendet, cuius mandatum cum exhauſit,ſeu bene,ſeu perperam,nihil, quod attinet ad eam rem,quam perfecit, ſibi fecit reliqui, in quod ſuam uicariam uim amplius exerceat.

At hic delegans,plenam habet, ſolidamq; iuriſdictionem & poteſtatem,quam,dum vult poteſt obire,atque conficere, unde, quod hoc in negotio perperam eſt citra malam ipſius mentem,malumque animum,aut ullam agitati peccati culpam,uel per ſe,uel per uicarium factum,rite corrigit,per denuo retractam ad ſe poteſtatem, & ſibi, per ſe addictam iuriſdictionem: ſic nimirum, & in electionum ferendis ſuffragiis, ſi qui conſulto peccarint, ad eos qui huiuſce peccati ſunt expertes,quia in dolo nō fuere,deuoluitur ius ſuffragiorum.Panormita.& cæteri in cap.cum in cunctis.§. fina. extra de elect.

ARGVMENTVM.

Quomodo ſolenni, moreque noſtro, probetur hodie, dum res probationem exigit uicarijs muneris delegato.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij mandatum ſcriptura probari.*
2 *Mandata principum ex ſcripto probari.*
3 *Probatio per teſtes de iure communi æquiparatur probationi per ſcripturas.*
4 *Vicarium munus & delegatio conſtare debet in actis publici actuarij.*
5 *Mandatum uicarij teſtibus non ſubſignatum habetur loco priuatæ ſcripturæ.*

Caput II.

HIc quoque ordine conſequenti uenit differendus in ſcriptus locus, neceſſarius quidem & utilis cognitu,ac frequens, ſed tamen ob ueterū concertationem ſatis difficilis explicatu, nā qualem nobis quæſtionem illam deciderent, diu fuit controuer
1 ſum, quandoquidem alii ad eam mandati uicarii, † probationem,ſcripturam deſiderabant,quod niſi (aiebant ipſi) res ex ſcripto adferretur,non eſſet,cur ulla alia in probatione putaretur acquieſcendum,ſic enim & reſcriptum principis.l.1. C.manda.& diploma Pontificis Romani,probari,conſtitutū eſt. Atqui alii rationem hanc poſthabentes, pro certo habebant,non eſſe ſcriptionem iſtam hocce in uicariarum rerum genere,ſcrupuloſius requirendam,nam ut ſit concedendum,
2 illa magnorum auguſtorumque principum mandata,† iuſſaque,& legationes ex ſcripto probari debere,eo quod talia a tanta poteſtate manantia,debent ſibi fidem,per ſcriptā chartam patefacere,ne dum res malè nutat, reiiciturque ad maiorem aliam inquiſitionem probatio, differatur interea loci iuſſus principum ſummorum, reddaturque, ob maieſtatem eorum,ad quam non ſolet eſſe aditus,nec præſens,nec facilis,nec expeditus,rei de qua fit mandatum, difficilis percontatio, ita quoque hiſce inferioribus in magiſtratibus, qualis eſt ordo totus,minorum pontificum,præſulum,& epiſcoporum ad quos,facilis,ut cum plurimū,pro re inquirenda,proque illorum,hoc in negotio,quod ad eos pertinet,expromēda uoluntate,vel,ad illam,per fidem aliorum hominum,qui eam notam habent,claram reddendam,aditus patefit, ad nihil quicquam, putandum ſcripturam eſſe ſcrupuloſius exigendam. At negotium omne reducendum ad præſcripta iu
3 ris communis, quibus præſcriptis,probatio,† quæ fit per teſtes,eſſe cenſetur cuiuis alii,per quamuis ſcriptionem,probationi,in hac quidem omni & ſimili hominum ſpecie, rerūq; forma,par & æqualis. l.in exercendis. C. de fi.inſti.l. pactum quod bona fide.C.de pact glo.cap.1.de cenſi. in 6. quorū ſententiam uidetur quandoque probaſſe Rota. deci. 347.in no. inci.ſi epiſcopus. Sed tamen Henricus noſter princeps, oēm ut dubitationem ſubmoueret, iretque obuiam fraudib. hominum, quæ inde paſſim naſcebantur,damno item plurimorum vt occurreret, & præcaueret, quod damnum ibi dabātur, ubi indies veniebat in controuerſiam,eſſetne qui contulit uicarius, eſſet ne liquidis eam in rem uel literis,uel probationibus aliis ſuffultus. An porrò reuocatus eſſet necne. An non legitime præſcriptus, & aliud tale mille quæſtionum genus vt tolleretur,nimirum, vtanſa quoque uera cōtrouerſioſis(quod hominum genus, late ubique patet,maxime in noſtra Gallia)ad ſerendas lites, hac in re ſacra, & ſacerdotali, omniaque turbanda,hinc procul faceſſeret, legem de conſilio Galliæ procerum,ſanxit,hanc in ſententiam, qua de lege, omnique ſua,quo ad rem ſacerdotalē nouiſſima alia,tametſi ſuo,& deſtinato loco,dicam inferius,prolixius: tamen, quia res præſens ſic poſcit,pauca hæc,interim, hoc in rerum genere,ſic habentor,ab eo,& ſancita,& promulgata. Omne uica
4 rium munus, † omniſque epiſcopalis,aut antiſtitiæ cuiuſuis alius functionis, uicaria delegatio, attributa quidem, aut ad nominandum, aut ad præſentandum, aut ad conferendum ſacras ædes, faciendumque omne aliud quod in hoc erogatorij templorum negotij genere requiritur,in pontificalem, actuariam cellam relata ſunto,
Ibi,in tabulario eduntor,
Inciduntor,
Inſcribuntor,
Omnis eorundem uicariorum,earundemque uicariarū operum reuocatoria tabula,in eadem Antiſtitum pontificiorū tabula redigitor,
In eoſdem pontificū publicos commentarios tranſcribitor:

Idque

Source : BIU Cujas

Idque omne, his in dioeceſib. faciundum curator, quibus in dioeceſibus, locata ſitaque ſunt cœnobia, collegia, prioratus, fana, reliquumque genus omne templorum, quæ templa collationi illius uicarij obnoxia ſunt futura, ex delegatione uicarij muneris.

Idque item ipſum, Antiſtites, Archiepiſcopi, præſules, cæteraque pontificum natio, quorum eſt in arbitrio fana erogare, conferre, in actuariis, tabulariis cauſarumque promptuariis, ſua quiſque pro ratione, proque officij cauſa, & functione, referendum, mandandum, regerendum, curanto, iubēto: Ni faxint, id ipſis fraudi planè eſto,

Porro uicarij cuicumque incubuerint faciendæ collationi, ea ipſa in collatione, nomen ſuum, cognomentum ſuum, adſcribunto,

Adpingunto,

Adponunto,

Ni faciant, illis item, necnon & collationi, id fraudi eſto.

Itaque, nulla poſthac uicaria delegatio, nullum deinceps demādatum uicarium munus, ni prius munus illud uicarium iuxta præſcripta, relatum ſit, omni ex parte, præſulum prædictorum in actuaria, & in conſignationem literarum inciſum, uim habeto.

Neu efficacitate ulla ſancitor,

Neque ex illo, legitima collatio tribuitor,

Neque nominatio, neque præſentatio, neque quicquam, uitalis muneris, aliud ullum, hoc in genere agitator.

Ita ſanxit, edixit, iuſſit, ſuo in ædicto Henricus ſecundus, Rex noſter Auguſtus, anno 1553. menſe Martio. Quod quidem bonum, fœlixque ſit toti, omne in tempus, Gallicano populo, totique omne in tempus, Gallicanæ eccleſiæ.

At uerò, quod quidem attinet, ad probandam hanc uicariā delegationem, uti ea, nulli prorſus homini, aut fraudem, poſthac aut damnum, aut fraudis, damnique cauſam, inferret, utque tolleretur hac ex ſacerdotiorum cauſa (cuius magnam partem ſibi uindicat iſthæc uicaria delegatio) omnis mala fides, omniſque improba, quoad fieri poſſet, circumuentio, ea quidem nimis olim uſurpata, multo iam fuerat ante, per Pariſienſe † ſenatuſconſultum proſpectum, quo in ſenatuſconſulto, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono, ad Iulij menſis vigeſimum nonum diem, placuerat ſenatui, uti omiſſa ueterum hac in re, longa diſſertatione. capit. ſecundo. & cap. poſt ceſſionem. extra de fide inſtrumen. diſputationeque, omne uicarium munus expeditum traditumque (ueluti olim fieri ſolebat) ſine ullius teſtis præſentia, at adhibito ſolum ſuo, a quoque epiſcopo, alioue præſules, familiari ſcriba, & ſigillo, id vt uicarij muneris mandatum, eo ſcriptum concinnatumque ſolo modo, fide careret, cenſereturque iure priuatarum rerum, priuatarumque, & familiarium, tum ſcripturarum, tum collocutionum, reliquarumque id genus negotiationum, quæ, per ſeſe, nulla alioqui, uel ea debili admodum, imbecillaq; fide ſanciuntur. l. inſtrumenta. & l. rationes. C. de probatio.

ARGVMENTVM.

De ea theſi, cauſæque poſitione, qua in theſi, de legitimo modo acquirendæ fanorum poſſeſſionis diſſeritur, ſecundum præſcripta iuris, & obſeruatum morem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio beneficij ut ſit legitima quid requiratur. & nu. 5. 6.*
2 *Beneficiarius an non adepta poſſeßione poſſit ea quæ ad beneficium pertinent exercere. & nu. 3.*
4 *Rem ſibi per ſententiam adiudicatam nemo poteſt auctoritate propria capere.*
7 *Beneficium a ſummo Pontifice obtinens poteſt ſine ordinarij auctoritate in corporalem poſſeſſionem mitti.*
8 *Beneficiarius ſi alium inueniat poſſidere beneficium, etiam iniuſte & per occupationem, non poteſt illum propria auctoritate deijcere. Si autem uacuum inueniat, quid iuris. nu. 9.*
10 *Poſſeſſio beneficij, alteriuſue rei quomodo capiatur.*
11 *Clauium traditione transfertur rei poſſeßio.*
12 *Sacræ ædis cenſentur illi propinqua, licet ſint extra.*
13 *Poſſeßio beneficij per quos tradi poßit, & qua ratione & forma æquiparatur. nu. 14.*
15 *Laici poßunt conſtitui procuratores ad permutandum reſignandumque beneficia.*
16 *Beneficiarius intra quod temporis ſpatium debeat beneficii poſſeſſionem inire.*
17 *Poſſeßio triennalis quid operetur.*
18 *Titulus iniquus nunquam uerum beneficii dominum efficit.*
19 *Negligens in re ſua familiari non præſumitur idoneus ad regendum beneficium.*
20 *Reſignatario donec reſignans uiuit non præſcribitur tempus ad beneficii poſſeßionem capiendam.*
21 *Menſes ſex reſignationi in curia factæ aßignati quando currere incipiant.*
22 *Pontifex an poßit diſpenſare & derogare legi de publicandis reſignationibus.*
23 *Henricus Rex Gallorum regulam de publicandis approbauit, uoluitque ut ea toto in regno reciperetur.*
24 *Principis conuentio cum populo, interpoſita maxime rebus in ſacris auctoritate papali, ſeruanda eſt.*
25 *Obſeruatio publica, taciti conſenſus, tacitæq; pactionis et obligationis uim effectumque habet.*
26 *Poſſeſſio fani an tribuat titulum in ipſo.*
27 *Poſſeſſionis miſſio, traditio & collatio ſunt quiddam plane diuerſum.*
28 *Poſſeßionis traditione cenſetur collatum dominium. Declara ut. numero 31.*
29 *Miſſio in poſſeſſionem quid operetur.*
30 *Miſſio in poſſeßionem quomodo inducat collationem.*
32 *Collatione papali & ordinaria concurrentibus, non conſtito de prioritate, quæ præferatur, & nu. 39.*
33 *Collatio ab epiſcopo duobus eadem die de eodem beneficio facta, ſi non apparet de prioritate, utraque uitiatur, & quid in hoc ſeruandum. numero 35. 36.*
34 *Sententiæ duæ in contrariam ab eodem iudice rationem latæ, ob earum conflictum, non conſtito utra fuerit prior, ſe inuicem elidunt.*
37 *Collationibus duabus ab eodem duobus factis, eius qui poſſidet cauſa præualet.*
38 *Poſſeßionis prioritas in beneficiis quid operetur.*
40 *Collatione Pontificis, & eius legati concurrentibus, pontificia præualet.*
41 *Delegans eiuſque factum maior eſt delegato, eiuſque facto.*
42 *Collatio Antiſtitis præfertur collationi eius uicarij. declara ut numero 44.*
43 *Collatio a legato facta quando præferatur collationi factæ a Pontifice.*
45 *Collatio ordinarii prior ratione horæ, prefertur collationi Pontificis. & nume. 46.*
47 *Probatio generalis quid operetur.*
48 *Pontifex primum & maximum gerit magiſtratum, & pro eius facto ſemper eſt præſumendum.*

Caput 12.

VIuis vllus, de ſacro clero homo, cui ſit quacūque vlla ex canonica cauſa, quocunque vllo ex canonico titulo, à quouis item vllo antiſtite, præſule collatore, electore ſodalitio irrogatum tributumque fanum ullum, vel ædes vlla magna, vel templum, vel cœnobium, aliuduè quiduis hoc in ſacrorum genere receptum bonum, is homo, in primis caueat, tributi ſibi, eo canonico modo fani, ędis, templi, poſſeſſionem auctoritate illicita corporalem apprehendere. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de ac. poſſeſſio. caueat quidem illò, per ſeſe ipſum, ſoloque nutus ſui præſidio, ſicuti præſcribit, vetatque lex, & vulgatior opinio pedem inferre. cap. 2. ne ſede vac. c. cum veniſſent, de reſt. ſpoliat. nihil planè, ea in re, via qđ aiūt facti attentet: iure agat, iure rem ſuam experiatur, iure æquū ſuum poſtulet, obſeruetque tradita eo in rerum negotio, ſolennia, ni facit, ni in tradito more, conſtituta que hac in re, lege acquieſcit, quicqd ſanè ibi egerit, nihil hercle egerit, prę terea temeritatis ſuæ, & non obſeruatæ legis, quę habetur de rite accipienda poſſeſſione fanorū grandi aliqua multa, grandem pœnam. dic. cap. 2. & dic. c. cum veniſſent. & d. l. ſi ex ſtip. luet: ergo cum ſuffragatione ordinariæ poteſtatis, magiſtra-
1 tuſque de ſuperiore loco ius dicentis, † in poſſeſſionem veniat, & iſthæc quidem vult, quædam doctorum pars. dic. cap. 1. de regu. iu. Petr. de Ancha. c. ſine poſſe. de reg. iur. in 6. & c. in literis & c. quærente. de offi. deleg. c. cum noſtris. de conceſſ. præb. l. qui reſtituere. ff. de rei ven. de offi. iudi. in Inſtitu. ſuam ciuili lege, in re ſimili, fulciens ſentētiam. At verò hodie à nouiſſima Henrici regis, ſuis in ædictis (de hiſce ædictis atque hoc omni regiarū legum genere alibi accuratius) præſcriptione, ne latum quidem unguem, hac in re, eſt diſcedendum. hic, nunc ſtatim obtruditur diſſertatio, de qua eſt quærendum, explicandumque, ſcilicet.

An antiſtes, an beneficiarius, an fani p̄fectus, ſine apprehē-
ſa antiſtitij, uel cœnobij, uel beneficij, aliuſuè reliquo in ſa-
2 crorū genere, fani, corporali poſſeſſione, † poſſit antiſtes quidē, iā antea cōfirmatus, adminiſtr̄onē antiſtitij capeſſere, bñficiarius uerò ſimplex quiuis alius poſitus ȳ. magnos antiſtites,

ſine

Source : BIU Cujas

ſine attracta corporali fani poſſeſſione, ex ſua ſola collatiõis inſtitutioniſque ui, aut reliquæ ordinationis, functionẽobire pſonæ ſuę, hoc eſt, cũ ſacro ſui fani miniſterio, re ipſa, rationem habere, quam quæſtionem mihi alibi poſitam, & plurib. uerbis diſputatam, noſtri homines uariè & controuerſę nobis explicant: equidem opiniones eorum & diuerſa iudicia, hic breuiter percurram, contentus nunc admonuiſſe, duntaxat horum, ac ſummam paucis perſtrinxiſſe.

Cæterùm, quod attinet ad explicatam fuſiùs atque certius deciſionem, ſuo illam loco, quem iam, vt dico aliàs, expedio relinquam. igitur fuere permulti, qui tenuere, non licere, anti
3 ſtiti, vel alij cuiuis beneficiario, † fani vel cœnobij, in quo qui dẽ fano aut cœnobio innititur, vero cum titulo, adminiſtrationis, functioniſque, aut vſuariæ perceptionis quidquam rerum, fructuſvè & emolumentorum, ſine legitimo modo capta poſſeſſione, attrectare, porrò eandem poſſeſſionem, prædictis ijſdem hominibus non permitti, citra perdendi fani perdendique cœnobij, & ab vtriuſque, vel hac in fanorum ſpecie, cuiuſvis alius beneficij iure, cadendi periculum, ſua ſibi ipſorum peculiari auctoritate adijcere. Calderi. conſilio 13. titul. de verborum ſignifica. Felyn. in capit. veni. extr. de accuſa. gloſſ. regu. can. 38. Adferunt enim exemplum tale, eſto, pro aliquo, lata ſit, in controuerſia cuiuſdam rei, diffiniens ſententia, non licet tamen ipſi quamuis ea in cauſa fuit ſuperior, rẽ
4 ſibi adiudicatam, † propria auctoritate arripere, quin, ſua illa iudiciali fretum ſententia, eum nihiloſecius oportet, intercedente iudicis ſuffragatione, qui iudex mandet nominatim lege agendum, & exequendum iudicatum, vel qui iudex, lege ipſe agat exequaturque iudicatum in poſſeſſionem rei venire. l. miles, qui iudi. ff. de re iudi. cap. veniens. extr. de teſtibus. Igitur & in hac noſtra poſita theſis ſpecie, quæ a ſubiecto exemplo haud eſt abſimilis, pari modo parique ſcito ſanciendum, & vſq; adeò ex plurimorum ſnīa, ſanciendũ, vt credant multi eam in rem, corporalis ſcilicet in fanorum poſſeſſionis vſucaptionem, nunquam deſcendendum, niſi appareant, ſintque ad manum, idin negotij expedita, ſolenni bullatoque & obſignato more Põtificia diplomata, quibus diplomatis pateſcat, de mandato conficiendæ executionis, quæ item executio, illorum vi auctoritateque diplomatum, peragatur: eoque iuſto & legitimo modo, ineatur ſacrarum ædium poſſeſſio,
5 † quam poſſeſſionem nec putant, ijdem iuſte iniri poſſe, ſi quis ſola ſuffultus papali ſcheda, & vulgari ſimplici ſignatura, in eã inferatur, tunc enim eum ſeipſum plane obtrudere, alligareque intruſionis vitio, & ea propter intruſo multandum ſacerdotio. Calder. dic. conſil. 13. tit. de verbor. ſignifica. Felyn. d. ca. veniens. glo. regul. cancel. 38. Alij hercle id totum pernegant nec cenſent, dum ſic agitur, veniturque in fani poſſeſſionem,
6 intruſioni vlli, vlliuè alij noxæ, locũ eſſe poſſe, ſchedã † enim illã ſimplicem, de voluntate Pontificis abunde teſtari, qui Põtifex voluit iſti homini tribui beneficium, eamque ad rem, canonico, per ſchedam illam ſuffulciuit eum titulo. Porrò bullata diplomata ad quæſtum curialium & cohortis aulicæ Romanæ prorſus vergere, quæ, vti multis in rebus ſint plane neceſſaria, ita nullam vtique, ſi abſunt, poſſeſſioni, cui nanciſcendæ prædicta ſcheda ſatis eſſe queat, moram inijcere, Probus, in addi. ad gloſſ. pragma. ſanct. tit. de pacifi. poſſ. verb. coloratum. Quin adſtruunt iſti, induci, per alienamque mitti
7 operam, opemque poteſtatis † ordinariæ in corporalem fanorum poſſeſſionem, non eſſe alioqui ad capeſſendam rerũ functionem admodum neceſſarium. Namque vbi primum quiſquam vllus donatus eſt ritè à ſuperiore collatorio vel inſtitutorio, vel ſuffragiorum confirmatorio magiſtratu, quoquam vllo fano, ibi tum ſtatim functionem eum poſſe, rerũque adminiſtrationem & prouentum emolumentorum, etiã non inita corporali poſſeſſione, capeſſere, nimirum in dominium bonumque rei ſuæ, iuſto ſibi quæſitæ iure, & approbato titulo, vti iuſtum dominum, exporrecta (vt aiunt) apertaq; fronte venire. Innocent. Hoſtien. Compoſt. Ioan. Andr. capit. tranſmiſſam. extr. de electio. Accedunt tertij, qui vtrunque ſuprà dictum, neque valde probant, neque item prorſus improbant. Sed extrema mediis temperant, adhibentque ſolitum di
8 ſiunctiuum proloquium, nam ſic aiunt, ſi beneficiarius † iſte, cui ex canonica quauis cauſa datum eſt templum ædeſvè aliqua ſacra, dum illò accedit, reperit locum ab alio quodam, ſeu poſſeſſore ſeu iniquo graſſatore occupatum, neutiquam ei licere, iniuſtum quamuis occupatorem, ab iniuſta ſeu poſſeſſione ſeu occupatione proprio quidem nutu, & auctoritate deturbare, rerumque templi vel cœnobii, vel ædis cuiuſcunque ſacræ functioni per ſeſe, & miniſterio incumbere, vtpote prouentus obire, rem ſacram facere, fana, ſi quæ huic templo inſunt præſentare aut conferre, & alia huiuſcemodi attingere. At neceſſe habere, antequam hæc attrectet, magiſtratus manu, eum in poſſeſſionem illius templi, ædiſvè immiti, quippe qui ſecus agens, vim, re in ſacra, adhiberet, ſpoliareque ſuo pro arbitrio, & auctoritatis propriæ arrogatione, iſtum vel poſſeſſorem vel occupatorem, id quod facere, haud eſt permiſſum. capitu. eum qui, de præbend. in ſexto, capitu. placuit. ſexageſima, quæſtione ſexta. Verum enim (quæ eſt altera diſtinctionis pars) ſi is idem beneficia-
9 rius, † poſt ſibi legitima via donatum templum, vel ædem, eò accedens, locum offendit vacuum, & à nemine quoquam, vel occupatum, vel poſſeſſum, tunc proculdubio nihil impedire, modo ſit literis ſuæ prouiſionis bene ſuffultus, quin rerum functioni adminiſtrationique ſtatim inſiſtat, ſacrum faciat, fana, ſi quæ inſunt, ſuo conferat præſentetve tempore, tum & vicariam delegationem deſignet atque conſtituat, aliiſque omnibus incumbat templi ædiſque negotiis. Panormitan. capitu. Noſti, & capitu. tranſmiſſa. extra de electio. Ioannes de Selua tracta. de benefic. ſecunda parte, quæſtione vigeſimaſexta, quæ omnia, quia mihi ſunt, vti initio dixi, aliubi & deciſa & pertractata, illa, tu lector, ſi libet, ibi videto, equidem, in præſentia, ampliore narratu diſcuſſuque, mihi duco de hiſce ſuperſedendum, dum tamen iterum dicam, atque admoneam, quod vbi incidet negotium, de eo, cui, ex cauſa recognatoria attributum eſt collatumque fanum, in poſſeſſionem veniendo, mittendoque, forma tum ab Henrico rege, ea in re, ſuis in ædictis præſcripta & iuſſa, obſeruetur ſedulò, de qua forma, regiaque lege, in acquirendis fanorum poſſeſſionibus, multa item obiter in hiſce, quæ poſteà alicubi ſequuntur, verba feci, credo ſcilicet, dum materiam omnem eiuratoriam omnemque cauſam, & ſpeciẽ omnem reſignationis templorum, explico & diſcepto. Quare hic nihil opus eſt, hac de re plura.

Nunc de alijs item modis quærendæ fanorum poſſeſſionis & per quod genus hominum, quis in eam fanorum poſſeſſionem mitti debeat, dicendum. Et certè poteſt aliis modis iſthęc fanorum templorumque corporalis iniri poſſeſſio,
10 † vtpote, ſi ad eam accedenti & poſtulanti, eo quidem animo vt eam ineat obeatque, ei traditur peſſulus, cloſtrum, vectis, vel ſo um ianuæ templi quodvis repagulum aliud, Rota, deciſio. centeſima quinquageſima tertia, in antiqui. ita enim
11 à ſimilium rerum exemplo, ſi traditur † clauis horreorum cellæve promptuariæ & penuariæ, efficitur ſane, vt horreorum quoque, cellæve promptuariæ & penuariæ poſſeſſio tradita tralataque eſſe cenſeatur. l. clauibus. ff. de contra. emptio tametſi ianua quidem non pateat, nihilque horum ſit apertum, cum & alioqui receptum ſit, vt ſub ferramento, ſeraque ædis ſacræ, contineantur quæ in æde ſacra inſunt omnia. Bartol. l. item apud Labeonem. §. ceratium ff. de iniur nec non liquet, eum qui quidquam prædictorum putà vectis, ſeræ, & id genus repagulorum, quæ adſunt in fore templi, ar ripit manuque capit, in ipſam templi partem intraſſe uideri
12 nam, quæ propinqua ſunt ædi ſacræ, † adiacentque & cohærẽt, tametſi extima ſint, nec poſita intra limen, tamen ipſius ædis, ſacræ cenſentur quota pars, itaque & religioſa & dicata ſacraque habentur, non ſecus, ac ipſius ædis interiores cellulæ, & quidem violari non queunt citrà nefas, nec profanari, aut pollui, nec rerum ciuilium, temporariarumque promiſcuo iure cenſeri, nec ſunt item mancupi, nec nexilia, nec huc, illuc, pro arbitrio uſuque mortalium, pignoris, aut conducti, aut empti cauſa, tralatitia. Denique non ulli hominum addicenda, prophano quidem commercio: quare nou mirum, ſi qui ea poſſidendi animo apprehendit, ipſum quoque templum apprehendiſſe, poſſeſſionemque illius commode obiuiſſe debet exiſtimari: uerum hac de re tota, aliàs per doctores tum fuſius, tum ſubtilius atque explanatius. Guido Papę, conſ. 71.

Venio ad alteram thematis partem, ubi quæritur de genere hominum, per quos tradi poſſit beneficiorum poſſeſſio,
13 † per quoſque iuberi, bona templi, prouentus & emolumenta poſſeſſum ire, poſſeſſumque, & perceptum mitti, ergo dic, & pone, curionem magnum, qui & archidiaconus (is olim a doctoribus cor. epiſcop. appel. quem ut minus neceſ. qui. põ. ſuſtu. quidam in ordi. redegit, quidam uerò repoſuit. appellatur, capit. adhoc, de offic. Archidia. & Decanum. capitu. poſt electio. de conceſſio. præbend. tum & alium hominem, huic negotio à Papa iudicem delegatum, capit. ſi quando. & capit. ſuper eo. de offic. delegat. iubere poſſe in poſſeſſionem mitti fanorum, ipſamque poſſeſſionis miſſionem planè conficere, quam etiam iure, commodeque conficit alius quiuis de ſacro clero homo, ſi id eſt illi, ab epiſcopo mandatum, & præceptum: hoc utroque diſcuſſo, ut tota excutiatur materies, uenit utique differendum de ratione & forma queis ipſa initur poſſeſsio, † corpore quidem & animo, ſicuti par eſt, ut fiat
14 tur. Initur hercle, uel per beneficiarium ipſum, qui præfectus ædi poſsidendæ, illam aliquo prædicto modo, uel coram præſenſque obit ipſe, uel ad id faciendum per tabulam mãdati dat nominatim procuratorẽ, qui procurator, uel clero ſit addictus,

Source : BIU Cujas

vel ex genere laicorum hominum, nec enim refert, utrius ſit vitæ conditionis, vtriuſve generis hominum, cum & habeat,
15 laicos † quoque, & ad permutandum reſignandumque fana, procuratores poſſe tum dari, tum deſignari. Rota deciſi. 104. in antiq. incip. nota quod vbi aliquis. Collect. c. decernimus. extr. de iudi.

Hic nunc ſubditur dubium ſane magnum, cuius clara explicatio multos torſit, & fuit diu lis ſub iudice, ſuas ob appendices, acceſſioneſque cauſarum, quæ difficultatem, reique implicationem, magis quàm ipſa res, paſſim afferebant, tandem tamen ipſa quidem res, ſuis cum appendicibus, omnibuſque aduentitijs cauſis, modum inuenit, certoque concluſa eſt & circumſcripta fine, ea autem ſic habet: intra quod tēporis ſpa-
16 tium, debeat beneficiarius † quiuis poſſeſſionem beneficii inire, obire. Porrò in ea quoque bipartitò diſputatur, nempe ſi præſens fuerit, cum illi collatum eſt fanum, quid tum cenſendum: ſin autem tunc abſens extiterit, quid tum quoque diudicandum, ſcilicet vtrobique, quæ dies illi præſtituenda, quodq; præfigendum ſpatium, collati beneficij & accipiēdi & poſſeſſum eundi, pro quo bene explicando, id vnum primò pro certo eſt habendum, cum a duobus caſibus eſt diſceſſum, nullā præterea adferri ſpeciem, qua in ſpecie, fani vacantis, & ab ordinario antiſtite, aut à Papa, collati, vel accipiendi, vel poſſeſſum eundi, præſcripta ſit certa dies, certumque temporis præfinitum à iure ſpatium, quod alioqui neceſſe ſit vel vtile obſeruari: quoque non obſeruatum, noxam damnumque adferre queat. Abbas Sicu. & Barba. in cap. capitulum. ext. de reſcr. Io. de Selua in tract. benefi. quæſt. 21. in 3. parte. proinde omiſſa òmni alia ſpecie, hos tibi exceptos caſus duos nunc explico, hi quidem tales ſunt.

Primus, ſi ponitur quiuis alius ſacratus homo, idem fanū vacans impetrauiſſe, eumque liquet, illo, vel bono, vel colora
17 to titulo innixum † triennium totum, nullo interpellante, impetratum fanum, bona fide poſſediſſe, tunc enim ſic eſt deciſum, vt hic qui ita cœpit poſſidere atque aduerſarium in adeptiōe poſſeſſionis, commode iuſteque anteuertit. ita iam certam fani poſſeſſionem legitimamque habeat, vt omnem eius controuerſiam ſummouere, temporis præſcriptione poſſit, ſeu poſſeſſio, ſeu mancipium ſacerdotij, in diſcrimē vocetur, niſi ab initio, inanem prorſus iniuſtumque prætexiſſet titulū:
18 nam ea † tituli iniquitas, nunquam, cum fani verum dominū efficeret. glo. & Panormita. in cap. contingit. de dolo & contuma. Ioan. Andr. Regul. ſine exceptione. de regul. iuris in ſexto. Porrò id omne eſt conſtitutum, vt ſua, diligenti profit, re in ſacra, ſedula diligentia, bona præſertim fide ſuffulta. Et è diuerſo, ſua, negligenti illi, qui tanto tempore cauſæ ſuæ indormiuit, obſit vel ſocordia, vel inertia, quantocumque bono innixus fuerit titulo: nam ſi quæ vlla res alia ſacra profectò requirit miniſtrum ſedulum, & diligentem, contraque ſegnem abhorret, inertem, & oſcitantem. Etenim qui ab re ſua eſt re-
19 miſſior, † quique ceſſat in ratione familiari, & emolumentorum cauſa, qui fieri poteſt vt diligens futurus ſit, in procurando fanorum bono, habendaque ratione officij. Ergo, hic, vt caueatur damnum, vel vtilitatis ratio habeatur, atque proſpectio, præfigitur neceſſaria ad adipiſcendam & poſteà continuandam poſſeſſionem, temporis ratio.

Altera eſt vtique facti caſuſque poſitio, vbi exigitur eadem quoque, vti noxa detrimentumque præcaueantur, ad ineundam poſſeſſionem, temporis ratio, quum ſcilicet quis exiſtit in eiuratoria reſignationum cauſa, ex eoque titulo, ad fanum venit. Nam tunc ſic eſt conſtitutum, vt iſte, fanum ſibi ex re-
20 ſignatoria adſerens cauſa, † quamdiu, viuit eiurator, nullo alio qui accipiendæ poſſeſſionis circumſcribatur præfinito, certoque tempore: Itaque ſuperſtite reſignante, nihil illi, quod ad hanc poſſeſsionis cauſam, pertinet, eſt metuendum, nullaque pertimeſcenda moratio, vel temporis in tempus protractio. At verò, ſi accidit, reſignantem poſt diem quidem præfigit cā cellariæ regula obire, ſiquidem non eſt ante apprehenſa ab iſto beneficiario, ex eiuratoria cauſa veniēte, corporalis poſſeſsio, magnum periculum eſt, magnumque exinde illi malū ſucceſſurum: Eapropter, ne ſcilicet magnum illi malum detur fiatque proſpectio futuri diſcriminis, cautum eſt conſtitutūque, hanc in ſententiam. Fani eiurati candidatus, ſuffultus quidem probæ reſignationis titulo, ſiquidem ſuam is eiurationē, ſuumque reſignatorium titulum, ad aulam Romanam profeſſus eſt, & approbauit, eoque nomine nactus eſt, expeditum diploma, vel Pontificiam ſchedam, poſſeſsionem is eiurati fani, intra ſemeſtre ſpatium amplectitor. Sin autem, illud ipſum eiurationis negotium, coram ordinario tribunali & agitauit & perfecit, intra quidem tunc menſem, eidem poſſeſsioni incumbito: ni facit, in multam, damnumque magnum regulæ ſcilicet, de publicandis, incidito, regul. cancell. 34. Galli, Areſto. recitato. Fel. 126. Super vtriuſque interpretatione Boeri. deciſ. 311. in 2. parte. Eique planè obnoxius, & obſtrictus, ſiquidem reſignās, poſt in poſſeſsione obierit, eſto, hoc eſt poſt præfinita illa apprehendendæ poſſeſsionis tempora hinc migrarit.

Hic nunc hæret appendix illa difficilis, & mala, de qua paulò ſuprà dixi, eam, duplici ſuo cum capite, duplicique cum acceſsione, torſiſſe, vel potiùs enecaſſe. Primum quidem caput
21 fuit, primaque acceſsio, nempe, à quo die ſex illi menſes eiurationi Romanæ attributi, incipiant cedere, debeantque numerari, quod quidem caput, alibi & fusè diſcuſsi & aperte explicui, ideoque illò eat, qui id ſibi voluerit aperiri. Alterum vtiq; caput, mihi adhuc intactum, & in quo vidi non ſemel hæſitari dubitarique, habebat, poteſtne videlicet Romanus Pontifex,
22 † hac (de publicandis) cancellariæ lege, hominem, qui hāc eiuratoriam inſtat viam, quandoque, prout res tulerit, ſoluere, atque ex veniæ, & diſpenſationis capite, efficere, vt illi homini, ſemeſtre illud tempus neque currat, neque eo lapſo ſpatio, veteretur is, in poſſeſsionem poſtea commode venire, quātumvis etiam, poſteà ſuus defunctus ſit deceſsor, neque illi damno ſit fraudive vlli, decurſus illius temporis, cum ex peculiari indulta, & tributa gratia per Pontificem ſit protracta productaque dies. Denique poſt ſex illos menſes in eadem iſte exiſtat cauſa, quod attinet ad poſſeſsionem, in eademque iuris ſui, & boni tituli ratione, in qua ante fuiſſe probabatur. Et ſane plērique illicò pronuntiant, id Pontifici licere, quia is imperium habeat ſuprà omnem legem, ſupraque omnem iuris ſcriptionem. nec queat in ordinem redigi, circunſcribique vlla poſitiua lege, tanto quidem minus putandum, vt teneatur vel obſtringatur vna aliqua cancellariæ ſuę regula, vel poſitione, quam figere atque in dies refigere, pro ſuo quit ſummi magiſtratus in eccleſia arbitratu: in capit. propoſuiſti. extr. de conceſ. præben. hacque cauſa & parte ſtetit quandoque, vt tradūt aliqui Burdigalenſis ſenatus, Nicol. Boeri. deciſio. 311. quo in ſenatu, dum iſta ſcribo, præſidem ago, neque tamen huic parti aſſentior, quia me in diuerſam cauſam, partemque rapit, & traducit, partim multiplicis rationis conſideratio, quæ facit vt huic regulæ, æquæ bonæque, maxime faueam, partim huc ducit, ædictum Hērici regis noſtri, quod, vt ita faciam, meipſum
23 obligat adſtringitque regali iure: etenim Henricus † Rex ſuo in ædicto, illam regulam nominatim clareque approbauit, voluitque, vti ea toto in regno reciperetur, quodque illa præſcriberet ius vbique ratumque eſſet, quòd cum fecit, iuſsitq; ſuis cum ædictis & accipi & publicari, nimirùm, populum, ſuū ad illius obſeruationem plane obſtrinxit, deuinxitque ex quadā veluti pactionis contractione, quam quaſi pactionem, quēve quaſi contractum, infringi, aut per reſcriptum contrarium vllum, aliquamve gratiam, ei derogari, aut vllo alio pacto, vllove à quoquam homine, diſſolui, aut elidi aut concuti, aut in vlla ſui parte reſecari, præſertim quòd attinet ad poſſeſſoria fanorum iudicia (quorum omnis in hac noſtrate gallica patria, diffinitio, atque excuſsio iudicum eſt regiorum) vix cre-
24 dendum, eſt, vt poſſe recipiatur: Nam quòd princeps † ex cōpacto contractuque agit cum populo, interpoſita maxime rebus in ſacris, Papali auctoritate, id procul dubiò inuiolandū duci debet, vti liquet per fœdus concordatorum, quæ cōcordata, quia pactionis formam, & vim habent, adeò tenent obſtringuntque gallicanum populum, regemque ipſum & Pontificem, vt aduerſus ea, nihil quicquam fiat: huc accedit quod iam antiquo receptoque more, ante nouiſsimam Henrici le-
25 gem regiam, † regulæ illi (de publicandis) & conſequenter, de poſſeſsione intra ſex menſes adipiſcenda. euulgandaque reſignatoria eiuratione, ita dabatur locus in Francia, vt nulla nō in curia, nullos non apud proceres, populumque, regionem, aut prouinciam, ſanctiſsime inuiolateque obſeruaretur, quæ publica obſeruatio, taciti conſenſus, taciteque & pactionis, & obligationis, vim effectumque haud dubie habuit, cui quidē vtriq; hoc eſt, tam tacitæ per veterem morem, quàm expreſſæ patefactæque, per Henrici conſtituta, regulæ pactioni acceptioniqne detrahi poſſe, aut quicquam derogari, ſalua religionis & probati animi conſcientia, quis eſt, qui velit credere? probaque huiuſcæ ſententiæ aſtipulatione extat etiā certum quoddam præiudicium, latum magno in prætoriano concilio, anno domini 1537. eo conſidente Lugduni, in cauſa, quæ de fano, paroecię de Lagena, eo in prætoriano iudicio agitabatur. Itaque ab hac parte, hac in quæſtionis ſpecie, non puto recedendum, ne latum quidem vnguem.

Hoc conſequenter loco, ſubiiciuntur nonnullæ aliæ excuſſiones cauſarum, quę haud valde pertinent, quarum hęc pri-
26 ma, tribuitne inita fani poſſeſſio, † titulum in fano. Et quidē non tribuere adeò eſt certum, capit. primo, de reg. iur. in ſexto capit. ex frequentibus. extr. de inſtit. vt ex noſtris hominibus plerique in ea fuerint ſententia, vt pronuntiarint, ex ſola ſimplicique poſſeſſionis fani traditione, eiuſdem fani collationem, dationemque erogatoriam, neutiquam induci, Oldradus conſil. centeſimo quadrageſimo tertio, in fin.

nec

Source : BIU Cujas

nec consequens, uideri necessarium, uel penitus urgẽs, quod in hanc cõcinnatur rationẽ: hic ordinarius Antistites, mihi fani possessionẽ præbuit, uel præbendam, iussit, igitur & contulit, donauit vel erogauit, Falsa quidem est, aiunt isti, hæc ratiocinatio, collectioque, nec tu, qui eam sic ductas, recte accipis, propterea quod, nulla lege, nulloque consulto, aut decreto, eam suffulcis, sed ne firmas quidem, ratione satis bona, aut
27 æqua, cum possessionis † missio, vel traditio, & collatio sint quiddam plane diuersum, tantum abest, vt sibi ita mutuò respondeant, vt posita vna, censeatur vtique posita altera, quin vtraque sua in peculiari causa substat, suaque censetur speciali ratione, nec ex eo, quod facta est fani collatio, censetur vtique tradita fani corporalis possessio, aut e diuerso, quod possideri mandatur, non idcircò conferri putatur, ni conferatur nominatim. Denique altera iuris est, altera porrò à mero pene pendet facto, liquet enim possessoriam omnem corporalem rationem, in actione facti consistere, & hæc quidem pro hac sunt parte: cui plane refragatur pars quædam altera, Ioã. de Sel. tract. benefi. quæst. 4. & 13. in 3. parte. quæ dicit, ex tradi-
28 tione possessionis, censeri collatum dominium, † vnde cum antistes aut quæuis alia, eam ad rem legitima & ordinaria persona, hæc profert verba, (Ego te in possessionem fani mitto aut bona fani, possessum ire iubeo) censeri quidem ipsum, per talem dictionum formam, quæ magni effectus est, cum ab illius ore exit, cuius est fanum conferre, collationem tunc quoque tribuisse, cur enim possidendum iuberet, si titulum, quo innititur suffundaturque possessio, non censeretur erogare, ageret quidem magnas nugas, nec dignas bono viro, aut antistite, clericum scilicet implicare negotio, unde nihil aliud sequeretur, quam clerici ignominiosa frustratio, & in alios etiamnum antistitis iniurioſum ludibrium.

Hæc item isti pro sua adferunt sententia: vtraque sane pars, magna dicit & probabilia, quæ omnia vt conciliem, tale adfero temperamentum, ut dicam, ubi proponeretur, collationẽ antecessisse, sed eam tamen, aut uitiosam fuisse, aut non satis firmam innixam causam, tunc quidem, si ordinarius fani collator, iuberet, istum cui non admodum ualida uel infirma plane adesset collatio, bona fani possessum ire, aut illum, cum supra posita formula, in possessionem mitto, mittẽdum ue iubeo & mando, tum proculdubiò hac ex possessionis immis-
29 sione, tacite illum censeri, collationem † alioqui uitiosam, uel non ratam, bonam quidem eam, firmamque effecisse, & pbo suffulciuisse titulo, unde consequens esse, uti possessionis traditio facta eo modo, eaque in posita specie, causam bonã adijciat firmi probatique tituli, qui titulus, per se alioqui non consisteret. glo. pragma. sanct. §. fruſtra enim. uersicu. tolerand. de coll. in pragm. sin autem, contingeret, ut hæc uerborũ dictio, uidelicet, in possessionem te fani mitto, uel mittẽdum iubeo: à uero quidem & ordinario fani collatore emanaret, sed ei diceretur, cui alioqui nulla prorsus, adesset collatio, nec bona, nec infirma, nec inepta nec fucata, nec quæuis ulla alia, in eũ quidem casum, minime existimandum, ex prædictis uerbis ex istaque in possessionem missione, collationem, attributionẽque firmi tituli inductam fuisse, cùm & iurisconsulti dicant. l. si quis hac lege. §. iudicium. de oper. libert. in re non absimili, ex petitione operarum, uel præstatione, non protinus censeri ipsas inductas operas, nisi has prius inductas esse constaret. Ergò nec ex possessionis petitione, aut in possessionem missiõe
30 † putandum utique, ipsam collationem induci, Oldrad consi. 143. nisi ea item quoquomodo antecessisset, eoque pacto, cũque hac distinctionis uia, temperatus est, explanatusque hic dissidens locus.

Cui adiungitur alius certus quidem & clarus, quo habeẽt, tametsi sola fani possessione non tribuatur beneficiarius canonicusque titulus, tamen si illi accesserit hæseritque bonus
31 alioqui quispiam titulus, † id tunc effici, ut ea possessio titulo innixa, possit alium quemuis titulum, sibi oppositum & aduersantem obruere, planeque cõterere, etiam si utriusque par sit causa, parque ratio, & concursio æqualis temporis. cap. si a sede. de præb. in 6. Idque adeò creditur uerum, adeoque fixum, ut allata facti specie, in qua, quis sibi à Pontifice Romano collationem cuiusdam fani, factam adstrueret, alter porrò com-
32 petitor, idẽ sanum sibi ab ordinaria potestate tributum, † collatumque adsereret, nec constaret quidem, utra horum causa prior esset tempore, uterue suam probaret collationem ante cessisse, tum nimirum sit respõdendum, decidendumque, eũ, qui in possessionem controuersi fani prior uenisset, iure item & causa potiorem atque superiorẽ censeri. d. ca. si a sede. diserte tamen, magnaque cum causa, posita est exempli species, in eodem fano, à duobus collatoribus, nempe pontifice, & Antistite ordinario, duobus hominibus collocato. Nam si diceretur idem fanum, ab uno eodem Antistite, duobus erogatum collatumque fuisse, nec appareret utri prius id datum esset, tunc haud dubie res alio quodam diuerso iure, diuersaq; rõne sanciretur, de quo quidẽ, alibi per doctores, Bal. l. 1. C. quand. prouo. non est necesse. Anch d. cap. si a sede. & per me quidẽ ipsum, hic paulo post fuse differitur. Ergo quam instituimus, recta peragatur uia. Ecce quidem primùm perspecta est, in modo posito paragdimate, allataque thesi, magna quædam possessionis initæ efficacitas, cui adiunctus titulus, alium quẽuis canonicum titulum, & quidem alioqui potiorem ea qua posuimus ratione, exuperet, huic porrò efficacitati, quam adfert & titulus probus, vel tolerabilis, & in ita vi illius tituli, possessio, adiunguntur & quædam aliæ, hic neutiquam prætereundæ, nam tota explicanda est mihi hæc satis alioqui implicata materies. Igitur potioris iuris hac in re, potioriſque causæ, rationem omnem, tribus axiomatis extrico atque elucido.

Vnum est, hanc in sententiam, vbi ab eodem Antistite, pro-
33 dit diuersa collatio † num rõ, & ea quidem sub eundem diẽ, diuersis hominibus concinuata, nec scitur, vtra antecesserit, ibi, ob rei incertę pplexitatem, cuius difficilis est, vel ẽt impossibilis explicatio, conuellitur quidem atque vitiatur vtraque collatio, Bald. d. l. 1. C. quando prouo. non est nec. sic enim, &
34 sententiæ † quædam duæ, in contrariam ab eodem iudice rationem latæ, ob earum conflictum, & discrepantiam, quum præsertim, non noscatur, vtra fuerit data prior, sese inuicẽ elidunt, atque ita consauciant, vt ambæ cadant in irritum. late Bald. l. 1. C. de fur. Et tamen putatur æquum, vti, in hoc primo posito axiomate, antequam corruat vtraque collationum
35 ratio consulatur collator, † rogeturque, vtri censeat, à se prius erogatum fanum, quod duobus in eandem diem contulerit, atque ex eius responsione & explanatione decidatur negotium. Io. Andr. & Geminia. d. cap. si a sede. Pet. de Anch. & Abb. in cap. final. de offic. deleg. Feli. in cap. capitulum. ver. fallit primo. verb. adde. de rescript. tum quia, qui sic erogauit, facti sui testis est idoneus, & de antecedente temporis ratiõe, probus claruſque diiudicator. cap. 2. extr. de pact. Ioan. de Sel. in tracta. benef. quæst. 15. in 3. parte. Tum etiam, quod Antistitis actio, non est vtique, vel temere, vel citrà causam magnã aliquam, perplexitatemque, cuius iniri non queat explicatio, diruenda, aut labefactanda: hic vnum interiicio, quòd est sum moperè attendendum. Nam cum dixi in superiore axiomate
36 fano ab Antistite, duobus erogato, † si quidem modo vllo nõ patet, qui antecedat tempore, utriusque causam obteri, atque concidere, id nimirum dico, esse verum vt accidit quidẽ cõmuniori via, ac secundum vsitatioris crebrioriſque tum magis regularis iuris, magisque ordinarii præscripti constituta, quum scilicet nihil accessit aliud, quod causam alterius melio rem efficiat. Nam extrà ordinem, ecce tibi speciem adfero, & quidem in iam inita retentaque ab alterutro competitorum beneficii utrique collati, erogatique incerta diei hora, possessione, ubi axiomati isti locus uix ut relinquatur credi potest, esto enim, quidam in possessionem uenit fani, ab ordinario sibi Antistite erogati. Itaque possidet, utitur, fruitur, sacra ministrat, suasque obit omnes, ea in ecclesia, ecclesiastici muneris partes. Aliquo post tempore accedit quidam alter, ab eodem Antistite, eandem adferens sibi tributam fani collationem, huicque possessori, dicam impingit, certatque interdicto
37 possessorio, nec apparet quidem utra collatio † alteram præcesserit, utpotè utraque sub eundem facta diem, certe haud dubie tum decidendum possessoris causam potiorem uideri, nam quum actor iste, qui neutiquam possedit, & cum possessore de iure manu consertum uenit, petitionem suam super perplexa admodum & difficili facti probatione suffulciat, nimirum sua ne sit prior, quæ cum altera eodem concurrit die, collatoria erogatio, idque ipsum clare liquideque non pbet, quid causæ adferri potest, ut non secũdum eum, qui possidet bona cum fide, bonoq; cum titulo, detur lis absolutoria; submoueaturque petitor ille: cuius, cum suam is nequeat, probationem adferre, de antecedente uidelicet collatoria sua erogatione, in ancipiti semper obscuroque ius relinquitur. capit. in præsentia. de proba. Paul. de Castr. l. fin. C. de re iudic. quum interim ratio suadeat & probabilis ueri similitudo, eum, qui hoc in exemplo, in possessionem uenit prior, in collationem quoque priorem ueniſse, eaque ipsius probabilis causa, dubiam plane esse aduersarii rationem, actionemque semper de monstret: Atque huic causæ decisioni subscripsere Imola & Geminianus. dicto capitulo, si a sede sicque planum fit, dari posse speciem, qualis est ea, quam subiecimus, in qua specie, præter ordinarium præscriptum, in exemplo quidem superioris axiomatis. habeatur quoque pohessionis initæ ratio, ad efficiendum, e duobus titulis, ab eodem præsule, sub eundem diem emanantibus, potiorem superioremque alterũ uideri.

Secundum axioma, hac in tractatione, hoc effertur modo. De quo quidem, tametsi paulò suprà, sit mihi posita decisaque species, hic tamen facienda est commodissime ipsius adiunctio, vt inde alterum axioma constituatur, hunc ergo in modum habet. Quando non planum est e duo-
38 bus uel pluribus beneficiariis, † quorum suũ quisq; à diuersis

Source : BIU Cujas

antiſtitibus nactus eſt,in eodem fano,collatoriū titulum, qui eorū ante eat tēpore,illius tum meliorē cām haberi, qui omniū primus poſſeſſioni ſacerdotii incubuerit,ſicuti apparet,in ſuprà ſcripta exempli ſpecie,de vtroque horum, quorum alter Pontificis Romani, alter verò ordinarij antiſtitis collatione innitebatur,in pari quidem vterque paris æqualiſque temporis ratione, vti ille, qui tum prior, venerat in fani poſſeſſionem,palmam reportarit.dict. c. ſi a ſede. Itaque talis iſthæc poſſeſſio,cum bono copulata titulo, aduerſus alium quemuis titulum,cuius par ſit,quod attinet ad rationem temporis, æqualiſque cauſa,quædam eſt ſemper ad cauſam bonam prærogatiua,iuriſque potioris conſtitutio,atque firmitudo.

Tertium ſic conſignatur axioma,è multis litigatoribus,cādidatiſque à diuerſis collatoribus, in idem deſignatis fanum, in pari æqualique tum temporis,tum legitimi tituli,tum nullibi acceptæ poſſeſſionis, cauſa & ratione, qui Pontificis Ro-
39 mani collatione,† ius ſuum cauſamque fulcit,is ſuperior abito,potioreſque partes ſibi auferto.cap.1.in fin.vt lite penden. cap.hi qui auctoritate.de præbend.in 6.d.cap.ſi a ſede. huicq; cauſæ cedant,debetque locum tum legatus à latere,tum quiuis alius Pontifex vel ordinarius collator,qui fanum illud, eodem,quo Romanus princeps,tempore,eademque die,vel tēporis momento,in alios contuliſſent homines,quia æqua exigit ratio,vt in pari tituli cauſa,maiori imperio,à reliquis magiſtratibus faſces ſubmittantur,nec mihi quis dixerit,dum le-
40 gatum à latere,huic adieci deciſioni,collationem legati † apoſtolicam,cap.hi qui.in fin.de præbend. in 6. cenſeri, quòd legatus à latere Apoſtolicæ ſedis ſit vicarius.Idcircò, hac in collatione,parem illius & Pontificis ſummi,cuius vice is fungit, cauſam videri.Ideò neutram,in æquali,tum tituli tum temporis ratione,alteri anteponendam,nam negabit nemo, maiori ſemper poteſtati honorem omni in re eſſe deferendum, cap. dudum verſ. nos igitur. de præbend. in 6. Igitur delegantem
41 † delegantiſque factum plus ſemper delegato delegatique facto pollere.

Hicque diffinitur controuerſia quædam altera, (quid nimirum in quouis alio Pontifice,atque eius vicario cēſendū?) iudicaturque tunc in pari temporis & tituli cauſa, collationē
42 Antiſtitis,† quæ de vno facta eſt fano, collationi vicarii, qui idem fanum, contulit in alium quendam hominem, ſemper præferri Geminianus & Phil,Francus.d.capitu. ſi a ſede. vndè etiam maius quiddam hac in re exiſtimauit Geminianus,qui aſſeruit,iſta in ſpecie,nempe,cum in idem collationis tempus concurrunt Antiſtites & vicarius,in eandemque legitimi alio qui tituli cauſam incumbunt, ad poſſeſſionem nihil tum reſpici,quin,is q à vicarii collatione,cauſam habet,tametſi poſſeſſionem prior contigerit,poſteriores ſemper ferat partes,& Antiſtitis collationi caput inflectat.Geminia.d.capit. ſi a ſede. in final.verb.cui equidem Geminiani ſententiæ non tamē adſtipulor,qui ſciam,in eadem parique facti ſpecie,collationem
43 † legati,in æquali nempè temporis cauſa, eam vincere,quæ facta ſit à Romano Pontifice,ſiquidem à legato ſteterit, prior corporalis poſſeſſio.Non videam autem,cur hac in re,plus legato Pontificis ſit tribuendum, quàm cuiuſvis alterius pontificis delegato vicario,cum vterque in pari tituli, parique temporis ratione,à ſola antecedente poſſeſſione,per prędicta aliquot axiomata,potiorem collatiōis ſuæ auctoritatem firmet, & ſuffulciat,aut iure & ex analogicæ æquæque cauſæ ratione, illa priore quidem poſſeſſione,queat ſuffulcire.Quare contra Geminianum,idem quod in legato, hic quoque in Antiſtitis vicario ſtatuo, teneoque eius hac in re ſemper potiorem eſſe cauſam,ſeu à legato,ſeu ab Antiſtitis vicario proficiſcatur, q in dari cum Pontifice Romano,in parique cum Præſule quouis alio, collatore ordinario,& temporis & tituli excuſſione
43 poſſeſſionem † prior corpore & animo, legitimoque modo eſt complexus,in eaque firmo hæſit pede,ac reſtitit.

Verùm enim,inſpiciendus eſt adhuc hic locus,poſitus hac in cōtrouerſia,necnon vlterius excutiendus,ne quid omninò relinquatur dubii.Igitur cùm quæritur è duobus beneficii cādidatis,& ædis ſacræ competitoribus, quorum vtrique ius eſt
45 ad ædem ſacram,per ſuamque cuique collationem, † factam eadem quidē die,horum vtrique,ſed diuerſis à collatoriis Antiſtibus,nempe,exēpli cauſa,alteri quidē à Præſule ordinario, cui id fanum collationis eſt in beneficio. glo.in c.penul.verb. non appareat.de re.cre.in 6.gl.l.ſi ex pluribus.§.fin.ff.de ſolut. Bald.l.imperator.in 1.ff.de ſtat.homi.& l.præſcriptione,ſi contra ius vel vtili.public.Andr.Sicul.in cap.paſtoralis. extr.de reſcrip. Alteri porrò à Papa vel Romano legato. Quid tum decernendum? quoque iure vtriuſque cauſa ſancienda? Dic ſane,& decerne, ſi vterque ſuo in imperratori codicillo horam habet appoſitā qua hora facta ſit illi fani erogatio, eū, q prior eſt in hora,priorē quoq; in iure eſſe, quia quando, vel p adictionē,in vtraque collatoria tabula,claramq; expreſſionē, vel alio quoquo modo,de anteceſſione cōſtat tpis, tū hercle dubium eſſe nequit, quin in omni alia pari cauſa, q tempore antecedit,bonitate quoque cauſæ,rationeque, merito antecedat.Si uerò,altera quidem pars.Apoſtolicæ impetrationis adferat diploma,ſcriptum certa cum die, ſed nulla horæ ap-
46 poſitione. † Et a parte altera edatur collatorius Antiſtitis codicillus, cum hora & die,hac ſane in diiudicanda cōtrouerſia,hic demum labor,hoc opus eſt. Nā qui ſtant in parte præſulis ordinarij,ita ratiocinantur,certum quidem eſt, in pari tituli cauſa,& ubi ſoli locus eſt antecaptioni,uel ut clarius loquimur præuentioni,temporis ralionem, cum de illius conſtat anteceſſione,pro potiore cauſa maximè haberi.cum ergo præfinita hora unius,hoc eſt Antiſtitis ordinarii, reddat ancipitem dubiamque pontificii temporis, quo tempore ſola eſt explicata dies,conſtitutionem, quid nimirum obſtat, cur in cætera cauſa pari,pro re clara,certaque aduerſus incertam non feratur iudicium.Nonne is ſemper vincit, qui certiore fulcitur probatione,nam licet ea talis generaliter pro-
47 batio † non concludat neceſſario, efficit tamen, ut per eam, altera quæ minus certa eſt concutiatur, aut cōcuti debeat ex probabiliori æquiorique certè coniectione. Nam reuera, nec hic quidem,per appoſitionem horæ,colligitur ſanè, neceſſaria quædam & irrefragabilis argumentatio,uel concluſio rata & ineluctabilis,collationem ſcilicet hanc,anteceſſiſſe alteram. Sed tamen tam ualidam inde duci æquum eſt uerisimilitudinem,ut niſi de contrario liquide appareat,pro ea quæ iam certè apparet,par eſt ut ſemper ſtetur. Ergo diffinitio (ut aiunt iſti)horæ,quam ordinarius ſua in collatoria expreſſit ſcriptione,quę iam certam habet & explicatam rationem temporis,diplomati Romano, in quo non ita certa eſt temporis adiectio (diem enim duntaxat deſignauit,nec certius tempus magiſque diffinitum (inquiunt) per ullius inductionis firmiorem collectionem quit oſtendere. Iuſtum eſt, ut hac in cauſa, præpolleat, ſiquidem uerum eſt,ut quoties de temporis ratione hoc in rerum genere diſputatur, is qui probationem adfert certi præfinitique temporis,aduerſus eū ſemper obtineat,qui minus certo, minuſque præfinito innititur tempore,quantumuis,iſte,minus certi temporis collationem promens,fieri poſſit ut re uera prior extiterit,uerum ut tum fert negotium,alteri cedat neceſſe eſt,qui alter cū horam habeat explicatam certiorem utique adfert,magiſq; explanatam rationē temporis,qua una re, hoc eſt,certioris probatione temporis, ſtat omnis huiuſce negotij deciſio, & ab hac parte ſtetiſſe quandoque Rotam,ſuumque illi tuliſſe uocis ſuffragium,teſtis eſt Ia.in l.1.ff.ſolu.matri.qui hanc item, ueriorem firmioremque adſerit?

At pro contraria plærique alii ſentiunt, Socin. conſi.67.4. uol.conſil.Fel.in ca.paſtoralis,extra de reſcrip. Alci.l.1.ſolu. matri.quibus & ego accedo, nec nobis, qui huic contrariæ fauemus ſententiæ deſunt rationes,& ante alias omnes, una hæc potiſſima,atque in primis probabilis,quæ colligitur hūc in modum. Cum eſſe potuit vt fanum a Pontifice Romano erogatum,anteceſſerit ſua erogatoria collatione horā illam, quā ordinarius dum ipſe itē contulit,præfiniuit,atque appoſuit,proculdubio efficitur,uti res tota ancipitis ſit ambiguiq; iudicij. Porrò,quis non uidet,in omni ancipiti & media cauſæ diſcuſſione,quæque in utranq; partē uera poteſt eſſe, aut
48 falſa,potiores ſemper pontificis † ſummi,qui primum & maximū in eccleſia gerit magiſtratum,partes eſſe debere.Bart. l.non ſolum.de oper.nouī nuncia.proque eo, eiuſque actione omni,& facto,tunc ſemper pronunciandum.ca. ſi a ſede. ſic enim imperator,ſic Princeps, Rex, magiſtratuſque ſummus,ſummaque populi maieſtas,qualis fuit olim Romanorum, ſic denique ſummum imperium, in ſuperiore ſemper, dum res proponebatur ambigua,cauſa fuit.Sic item publicę poteſtati tributa eſt,quando negotium fuit ancipiti in alea, potioris rationis latio,huc accedit,quod conſcriptus canon, dum hanc cauſam conſtituit, de ſolo die mentionē iniicit, ſic ponens,cum inciderit duplex aut etiam multiplex multorum Antiſtitum collatio,eodem facta die,præferendū Pontificiam collatoriam gratiam, cui debeant cedere omnes, En,diem ſolum ſimpliciterque canon memorat, neque horam ſcrupuloſius diſquirit,aut diſtinguit, quod cum non facit,quid attinet ab illis interpretibus, nodum in ſcirpo quæri, mentemque canonis rimari ipſos quid oportet ſubtilius, l.ſi duas. de excuſatio. tutor. ubi Bald.iſtud profecto eſt canonum ſenſa aucupari, uel peruertere, atque contextum ipſorum omnem, per hæc attexta gloſſemata, plane corrumpere.

Quare nihil eſt, quòd huc recipiatur talis ſcrupuloſa, & minime neceſſaria diſtinctio. Præterea canon ibi ſubdit, profertque talem ſententiam, ſiquidem, inquit, neuter litigatorum, poſſeſſioni corporali incubuit, nec alioqui patet, utra horum collatio prior extiterit,pontificiam quidem & papalem magis ſemper uideri præcipuam, aliaſque omnes,ea in re ancipiti, atque dubia, præſe, plane deterere, & labefactare, nec habendam utiquē rationem horæ, cuius

adiectio

Source : BIU Cujas

adiectiõ nihil dum proficit ad demonſtrandum, liquideque probandum ordinarium collatorem, ſua in hac collatoria erogatione, priores ſibi partes temporis antecepiſſe, & Romano Pontifici, eo in negotio præuertiſſe: cum nihil impediat, quin ſicuti ſuprà eſt dictum, Romanus ipſe Pontifex, potuerit & hac quidem in re, anticipaſſe, ordinarioque antiſtiti in ipſa præoccupatione temporis, re vera præſtitiſſe, tametſi horæ in impetrationum quidem diplomatibus ſchediſque & codicillis Pontif. (vt habet mos Romanæ aulæ, horæ nõ ſolent deſignari, at tantum annus & dies) articulum, præfinitamque rationem, minimè deſignarit, quæ hora quum non alioqui excutiat, prorſuſque tollat dubitationem, quæ hac de re, hoc eſt ratione incerti temporis haberi poteſt, plane relinqui, pontificiam cauſam meliorem ſemper cenſeri, in eamque opinionem, meritò inclinauit ſchola recentiorum iureconſultorũ, Soci. Dec. & Alci. vbi ſup. quæ, vti meus fert ſenſus, tutior eſt, etiam atque probatior.

ARGVMENTVM.

De nothis, in vniuerſum, atque ſpeciatim, de prole ſacerdotali, quonam ſcilicet pacto illa ſit in hanc beneficiorum cauſam admittenda, introducenda, recipienda: itemque quanam ratione, ſpurij alij omnes, naturaleſque ſolum filij, cuiuſque ſint modi, huc queant aſpirare, deque iure omni, quo hac vtimur in theſi.

SVMMARIVM.

1 *Gradus nulli antiquitus prohibiti erant in matrimoniis contrahendis. declara ut num. 3.*
2 *Filius eſt quem nuptiæ demonſtrant.*
4 *Graduum conſideratio in matrimoniis quando originem habuerit. & numero 5.*
6 *Liberi nati ex non legitimis uel inceſtis nuptiis dicuntur nothi uel ſpurii. & de iure pontificio a quibus rebus excludantur. nume. 7. & 71. & an & quomodo a paternis bonis. num. 72. 73.*
8 *Romulus Romanæ urbis conditor fuit nothus.*
9 *Themiſtocles Athenienſis nothus putabatur.*
10 *Herculi tanquam notho Deo & nothorum principi omnes ſacrificabant.*
11 *Filii nothorum excluduntur a ſacratis honoribus.*
12 *Calixtus Pontifex omni ſacerdotum nationi matrimoniis, uxoriaque humanæ copula interdixit,*
13 *Collatio beneficii facta notho a Pontifice, non facta expreſſa de natalibus mentione, non ualet.*
14 *Illegitimi & nothi a quibus ordinibus ſacris excludantur.*
15 *Veſtalis romana ſacerdos eße nequibat quæ patrem & matrem uiuos, legitimos, & uxorio nexu coniunctos non poſſet demonſtrare.*
16 *Sacerdotes omnium hominum maxime decet uiuere continenter.*
17 *Illegitimi & nothi qua ratione ab bonoribus arceantur. & num. 19.*
18 *Vxoris incontinentia, maluſque luxus maritum infamat.*
20 *Religio monachatus ſiue regularium natalium illicitorũ maculam abluit, & irregularitatem inde contractam tollit. Declaratur. numero 21. 22. 23.*
24 *Archiepiſcopus quibus concurrentibus poſſit cum notho diſpenſare ſuper natalibus.*
25 *Hominem a mundo, mundaniſque cogitationibus abducere ad diuina & cæleſtia, egregium eſt.*
26 *Ordinarius ad quos ordines poſſit cum notho diſpenſare ſuper natalibus. & num. 30.*
27 *Sacerdos nil aliud eſt in ſacerdotio, quam in miniſterio collega epiſcopi.*
28 *Epiſcopus diœceſes ad quæ non poſſit diſpenſare cum notho ſuper natalib. & num. 29.*
31 *Epiſcopus an notho gratiam facere poſſit ad obtinendum beneficium quod pater proxime, uel aliquando poſſederit. & num. 32.*
33 *Pontifices ſummi diſpenſant cum nothis ſuper natalibus ad epiſcopatus, et alias eccleſiaſticas dignitates. & id quomodo. num. 34. in quo quid ſenſerit Archid. num. 36.*
35 *Grati a Pontificis diſpenſantis ſuper natalibus lato modo interpretanda eſt. & num. 37.*
38 *Permutanti an liceat ad primum beneficium, amiſſo ſecundo, redire. & num. 39.*
40 *Titulus de pacificis poſſeſſoribus quomodo tueatur poſſeſſorem a controuerſia ſibi mota ſuper beneficio. & quem titulum requirat. numero 45.*
41 *Prohibentur multa a principio, quæ poſt facta tenent.*
42 *Dictionis, quicumque, quæ ſit natura, & uis. num. 46.*
43 *Reſcriptum Pontificis ſuper natalibus cum notho quãdo illi proſit ad quæcunque beneficia. & num. 44.*
47 *Proloquium omne exceptorium ad ſimiles caſus produci poteſt propter æqualitatem rationis, uel iuris analogiam.*
48 *Poſſeſſio triennalis quantum proſit in beneficialibus. & num. 50.*
49 *Interpretatio literalis quo caſu locum non habeat.*
51 *Natalitia nota quanti ſint effectus.*
52 *Nothus licet continuum triennium poſſederit beneficium cum titulo, non tamen iuuatur titulo de pacificis poſſeſſoribus, niſi initio eſſet natalibus legitime reſtitutus.*
53 *Notho an poſſit moueri quæſtio ſuper canonicatu cõſequuto poſt ueniã natalium obtentam a dioceſano.*
54 *Dioceſanus poteſt ſpecialiter indulgere notho, ut inſeri poſſit ordini clericorum, non obſtante labe primigenia. contra num. 55.*
56 *Canonicatus in eccleſia cathedrali uel collegiata maior eſt dignitas quàm parochialis eccleſia.*
57 *Acceſſorium ſemper eſt minus ſuo principali; minus habens dignitatis et muneris.*
58 *Epiſcopus licet notho per reſtitutoriam ueniam generaliter aditum daret ad beneficia, non tamen ex hoc conſequi poſſet canonicatum in eccleſia cathedrali.*
59 *Canonici ſunt uelut pars corporis Epiſcopi, qui eſt caput.*
60 *Diſpenſatio Epiſcopi ſuper natalibus quando diſpenſato proſit ad canonicatum, uel non. & num. 61.*
62 *Aduentitium & extrinſecus obiectum non attenditur in ponenda regula generali, uel conſtituendo aliquo axiomate uniuerſali.*
63 *Animum propius reſpicientia cui uis alii rei, functionique longe præſtant.*
64 *Gratia diſpenſatoria ſui natura coarctanda, quando dilatetur.*
65 *Nothus an in omni pontificio reſcripto teneatur inſerere ſuam diſpenſationem natalium, quam ſemel in primo reſcripto expreſſit. & nu. 66. 67. 69. & quid ſeruet uſus curiæ. num. 70.*
68 *Signatura duplici pontificia, nec duplici diplomate quis de eadem re vti debet.*

Cap. 13.

HOc poſitionis caput, olim ad modum fuit varium, & controuerſum, nec diutino magnoque tempore, quitum eſt, fere vnquam, regulis vllis hac ſuper re concludi, certiſque & præſcriptis axiomatis negotium vix tandem potuit diffiniri: id porrò accidebat ob uarietatem conſtitutorum, connubialiumque legum, & rogationum, quæ, vti ferebat temporum cauſa, ætas, mores, ritus, principumque & magiſtratuum voluntas, tum & ratio populorum, viuendique modus, regionum, & puinciarum, ita mutabãtur, figebantur, refigebantur, & ad quãcumque præſentem conditionem, pro libito, arbitrioque legislatorum, accommodabantur, vnde eueniebat, vti, iam inde ab initio ſeculi, in Geneſi vide iſthæc, nulla certa auctoritas vllo in populo, præſcripta reperiretur, quæ coniugiorum modum, legemque diſcernens longo temporis interuallo, intra ſuos fines conſiſteret, quin accidebat inter homines, vt quam quiſque ſibi uolentem quidem illam, nec inuitam pro matri-
1 monio † depoſceret, cum ea coniugaretur, nulla habita ratione ordinis, gradus, ſtatus vitæ, ſcilicet, ſacerne is ſtatus an prophanus eſſet. Nulla item magna adhibita obſeruatione, conſanguinitatis obliquæ, tranſuerſæque, & à latere uenientis cognationis: quocirca contingebat, vti qui ex talibus naſceban-tur promiſcuis, nullaque certa lege ſanguinis, aut ordinũ, circuncluſis nuptiis, legitimi omnes cenſerentur, nec hac nota diſtingueretur natio ſpuriorum, & nothorum: nam, quũ filius
2 † ſit, (vt inquit iuriſconſultus) quem nuptiæ demonſtrant, (ſiquidem filii, niſi in nuptiis, iuſti oſtendi non poſſunt, at Thelemachus homericus, in odiſſa ait, ne ibi quidem, de quo alibi vſpiam), de nuptiis autem vt ad rem redeam planiſſime conſtaret, non quærebatur: eſſent ne illę legitimæ, an inceſtæ, propterea quod hac de re nondum erat poſita lex, quæ ordinem
3 ab ordine, cognationemque à cognatione, † dum à fratribus modò, & ſororibus diſcederetur hoc in nubendi ritu admodum ſtricte, diffiniteque ſecerneret, ſicuti hunc magnum frequentemque locum, fuse quidem, & explicate alibi, hoc in tractatu, diſſeruimus: & quidem ab vltima origine mundique initio per hæc primordia rerum & prima tempora, ne fratrum quidẽ aut ſororum hac in re habebatur ratio, quæ cœpta eſt poſt haberi, de quo alibi item fuſius.

Nunc, quod ad rem præſentem attinet, haud dubium eſt, in eo indiſtincto, nulliſque vel paucis graduum, aut ordinũ cancellis circunducto matrimoniorum vſu, homines manſiſſe, vixiſſeque, ad vſque longe productiſſima Pontificum tempo-
4 ra, quos inter Pontifices tandem uenit Innocentius † tertius qui rem omnem, certis præfinitiſque regulis, atque linearũ, in cognationum & affinitatum iure, diſtinctionibus, circunſcripſit, cap. non decet. de conſang. & affinita. poſuitque in omni connubiali lege, certa, & ad pudorem, honeſtatemque accõmodata diſcrimina, quemadmodum, & alio in loco, hãc quoque cauſam, plixe ſatis diſcuſſimus, dũ ſcilicet, enarrata ſunt Euariſti conſtituta.

Ergo, omiſſa repetitione poſitorũ. Nunc tantùm dico ad rẽ

Source : BIU Cujas

cœptam duobus quidem pontificibus, scilicet Fabiano, ca. de propinquis. 33. quæstione secunda, & Innocentio tertio, acceptà duo referenda esse hac in materia theoremata, quoniam horum causam, potissimamque rationem, lege sanxerunt. nã quum connubiorum ritum certa cognationum linea, certisque & diffinitis graduum cancellis, quos citra nefas incestumque prætergredi non liceret, terminauissent, alter quidẽ latius, alter verò strictius, & coarctato magis modo, sicuti est suo a nobis explicatum loco, effecerunt quidem, vti primum theorema, in hac, huiusce nuptialis negotij disceptatione, cõ-
5 stitueretur, quod sic habet. Coniugia † in cognationum gradu, qui gradus (per legem Fabiani, cap. de propinquis. 33. q. 2. aut Innocentij tertij, cap. non decet. de consangui. & affinita.) connubialis non est, celebrata quidem & contracta, ne legitima sunto, incesta dicuntor. Ex quo fit, vt qui sic nupsere, pœnæ, quæ de incestis est, ex constitutione conciliorum Vermerianis. cap. si quis. 35. quæstio. 3. atque Agathensis. cap. de incestis. 35. quæstio. 3. obnoxij censeantur. Ea autem pœna grauissima est, grauissimæque tum multationis, tum turpitudinis inustæque ignominiosæ notæ.

Vnde consequitur alterum theorema, vel axioma huic q̃stioni appositum, scilicet, qui ex his vel non iustis, vel incestis
6 nuptiis, gignuntur liberi, † eos legitimos minus censeri, diciq; nothos, & spurios, vnde item efficiuntur: reliquę appendices, themati suprà positio, tum propriæ, tum re ipsa, subiectæ, uel suppositæ, quarum hæc est sententia, atque positio, Filios ta-
7 les, † hoc est ex incesto, vel non legitimo concubitu, aut sic properam acto coniugio procreatos, tum à successione, hæreditateque paterna per isthæc Põtificum constituta, tum & à iure legitimorum filiorum, tum ab omni iusto honore alio, quem sua in familia consequuntur iusti liberi planissime abigi, non eo quidem modo, quo ciuiles leges constituere. Nam & hæ hac in re modum quendam adhibuere, & alias ciuiles dignitates, & nonnihil etiam bonorum, habita ratione, qua erant nati isti nothi filij permisere, eo pacto quo dicetur in sequẽtibus. At verò, vel ex admonitione Sarræ Abrahami vxoris inquientis ad virum. Non succedet filius nothus, natusque ex ancilla cum filio familias & herili, par sanè fuit hanc non legitimam prolem non eodem iure cum iustis liberis censeri, Cum & id quoque habuerint gentium leges, nempe Atheniensium à Solone latæ, Romanorumq́ne, (quanquam Romani auctorem gentis suæ, conditoremque vrbis habebant
8 nothum quidem Romulum, † vti patet ex Liuio & historicis aliis.) tum & aliorum fere populorum omnium, de quo qđ attinet ad Solonem, legendus est Plutarchus in vita Themistoclis, dum commentum refert, quo idem Themistocles,
9 † qui nothus putabatur, hanc legem, eleganti quidem ingenio elusit, quod signum, specimenque fuit illius magni, qui posteà in eo emicuit, animi: referunt quoque quædam Græcæ historiæ, Herculem, cui nothi omnes sacrificabant, tan-
10 quam notho Deo, † & nothorum principi, vide Pausaniam, & reliquos, ac Alciatum in Parergis: referunt ergo, quia in classem nothorum referebatur, nũquam fuisse in cœlum ascensurum, neque Deorum impleturum numerum, nisi Iuno vxor legitima & materfamilias, quæ in manum conuenerat victa precibus Iouis, illi infanti vbera admouisset, quo ex verbum suctu natalibus restitueretur, fieretq́ue legitimus, & ingenuus, quam rem alicubi, ex aliquo auctore Græco excerptam enarrauit clarissimus Iurisconsultus, in omnique summus, eruditionis politissimæ genere, Andreas Alciatus, præceptor olim meus, idque in libris puto, Parergon. Si ergo huiuscemodi liberi, quos veræ, iustæque nuptiæ non demonstrãt, ab hæreditate bonorum paternorum, iustoque sua in familia honore alio quouis abarcentur, tantò magis par fuit, vti à beneficiorum quoque sacrorum, præfecturarum, ailorumque ecclesiasticorum honorum, consequutione excluderentur: vnde effecta est, hæc altera appendix, huic peculiariter dedicata materiæ, in qua ponitur, hosce consequenter omnes, ex no-
11 thorum † classe homines, neque posse ad sacra fana sacratosque honores aspirare, neque, si aspirent, in eis recipi debere, quam quidem appendicem, vel axioma, confirmarunt legeque sanxerunt ecclesię concilia, atque in primis, Lateranense. cap. cum in cunctis. extr. de elec. & cap. ad prẹsentiam. de filijs prẹsby. & cognotuit. de elect.

Nunc hanc in classem, reponendi etiam sunt prẹsbyterorũ filij: nam & hi quoque nothi, atque non legitimi censentur,
12 ex quo, Calistus † Pontifex, omni sacerdotum nationi, matrimonijs, vxoriaque humana copula interdixit. d. cap. primo, d. cap. in prẹsentia. Nam exinde quoque effectum est, vti in synodo Pictauiensi, nominatim sanciretur, tales homines qui sunt à sacerdotibus procreati, instar nothorum aliorum ab omni arceri sacra dignitate, neque idoneos esse consequendę, uel parœciarum, vel prẹfecturarum, vel honorum cuiusvis alius generis, vtpote personatuum, aut aliorum ecclesiasticorũ erogationi: denique illis, ad sacra fana, recta via, adipiscenda clausum esse planè aditum, cap. primo, de filijs præsbyterorum. extra nisi fortasse ea essent simplicia, instarvè rerum temporalium, qua tamen in decisione inest locus, maiori & peculiario ri indigens explicatione, id quod fiet suo in ordine, suoque in loco, in progressu quidem thematis huiusce, dum speciatim notabitur, quid inter ius ciuile interfit & Pontificium, hoc quidem in nothorum negotio, causaque consequendarũ dignitatum, à quibus eos, si modo dignitates hę ciuiles sunt, non. l. 2. §. nullum. & §. spuri. ff. de decurionibus, omnino arcet, iuris ciuilis constitutio sicuti diximus, dicemusque infra prolixius, modo vacet per tempus: interim id habendum. Eos ita iure sacro, exagitari, repellique, communi, & ordinaria via, omni ab ecclesiastico honore, beneficioque adipiscendo, vt tametsi
13 Romanus Pontifex, † qui summum, supraque omnes ius in ecclesia habet imperium, cuidam notho, beneficium erogarit, non sit valiturum diploma erogatorium, vel impetrationis codicillus, si in eo nothus orator impetrans de natalib. suis haud legitimis mentionem clare aperteque non fecerit, ipseque his per gratiam à Pontifice non sit restitutus, quia existimatur is id vnum tacens & omittens, in Pontificis tum gratiã clandestinò obrepsisse. capitul. ad prẹsentiam. extr. de filijs prẹsbyterorum.

Verumenimverò, vt totum quęstionis thematisque præsentis, caput clare excutiam, suisque partibus absoluam & diffiniam. Est quidem sane nobis suo quidque ordine, vti hactenus in alijs fecimus, explanandum, ne confusè congesta villa, aut vsquam non bene digesta, inuolucro sui obscuritatem adferant, veniantque lectori, in fastidium. Igitur, hoc in primis excutiendum, atque quęrendum, quinam scilicet sint in re sa-
14 crata ordines, † a quibus excludi debeat nothus, exque non legitimo coniugio progenitus. quinam item sint ordines in eadem re sacra, quibus is idem homo nothus, & spurius quandoque recipi queat, quo in quęstionis genere, hoc apertum diffinitumque axioma pono, nothos scilicet, & natos ex congressione venerea, quę iusta non fuit, sacrę ordinum functioni, addici non debere, neque ordinaria communique via, eò posse per uenire, cap. primo, de filijs prẹsbyterorum. in anti. & in sext. Causam autem huic axiomati dedit, turpitudo, ignominiosaque nota, stirpis adulterinę, quòd eam constet semper fœdam, infamemque habitam esse, propter innatam ipsi natalium spurcitiem, quam à parentum congressu fœdo tales filij accepere. Atqui par est honesto tantùm loco natos addici sacræ ordinationi, inque clericorum classem rescribi. Non item infames, hominesque originis ignominiosæ. Etenim, si plerique populi, & quidem gentiles, id suis in sacris obseruarunt, nothos scilicet ad ea tractanda, ne admitterent, at inge-
15 nuos modò; ortosque bono ex coniugio. Et si Vestalis † Romana sacerdos fieri nequibat, quæ patrima, matrimaque nõ esset, hoc est, quæ patrem viuum, matremque & quidem ambos legitimo vxorioque nexu coniunctos, non posset demonstrare, quantò magis est æquum, hanc in cultu veri, & summi Dei, inque statu hominum adj sacra Christi obeunda, admittendorum, haberi rationem, videlicet natalium ingenuorum & legitimorum causam respici. Adest, & alia quoque ratio, spectans ad parentes, & boni publici causam propius respiciens, nimirum vti auferatur ansa occasioque hominibus libidini turpi sese dedendi, sectandique non licitas mulierum tactiones, concubitusque alios citra verum quidem iustumque connubium. Nam quum vident hanc labem in prolem suam redundare, tum ipsi continentiæ studiosi efficiuntur, tum alios incitant ad eandem virtutem colendam, claudendumque aditum omni turpi veneri, ne scilicet in eandem recidant ignominiam atque immeritos liberos, immerita, certòque obuentura turpitudine ne-
16 farie inuoluãt. Quæ ratio maxime respicit sacerdotes, † quos cum deceat, omnium maxime hominum viuere continenter, quia tamen sæpe luxui sese dedunt, effunduntque in incontinentiam, hinc par est exemplum vti castè viuendi accipiant, ne se, miseramque prolem afficiant dedecore perpetuo, atque in magnum malum, omniq́ue perspicuum homini dent præcipites.

Quæ vna potissimùm causa adeo mouit legislatores pa-
17 tresque conciliorum, vt, tametsi liqueret filios † huiusce generis, nulla in re deliquisse, ob quam rem tantæ pœnæ forent obnoxij, tantaque ignominia notandi, tamen ad coercendam parentum malam libidinem, iniiciendumque frænos in omne genus hominum atque inprimis cœlibum, & sacerdotum, quibus frænis retineretur castitas & continentia, hanc uoluerint in publicum multationem mali concubitus emanare, qua deuinctus infœlix partus parentes quoque suos reuinciret, in ipsosque suã regereret infamiam, tacite dicens, monstransque per hanc multam suam, omni in populo, hæc scilicet. Vestra est, (ò parentes) non quidem nostra isthæc culpa, q̃ nos ab obeũdis sacris arcet ignominiose, nã qa non licet hoĩem vllum in hoc magnum sacrorum veneran-

dumque

Source : BIU Cujas

dumque adsciſci miniſterium, niſi is idem integer ſit, originiſque non culpatæ, nos quidem propter vos, quia id non ſumus, hinc depellimur, id vitii namque non à nobis, ſed à vobis cõtraximus, qui effeciſtis vti naralibus iuſtis deficeremur. Nam labes veſtra in nos tranſmittitur, afficitque ignominia,
18 Non ſecùs atque maritum, † incontinentia maluſque luxus vxoris infamat, cap. literas, & cap. final. de fil. præsbyte. Non ſecus item ac honeſtos alioqui homines peracta cum ancillis, ſeruis, cumque meretricibus coniugia, vera dedecorant. cap. ſi quis uiduam. 44. diſtinctio. quanquam hoc poſtremum charitatis etiam cap. inter opera. de ſponſa. & matri. poſſit adſcribi operi. Itaque qui omni ex adulterino coitu, maloque cõnubio naſcentur, omnes quidem arcebuntur, à ſacris, ad quæ, q admittitur, ne labeculæ quidem, aut corporis, aut animi, vel p ſe contractæ, vel alinnde allatæ, nec etiam origini uitioſæ obnoxius eſſe debet, neque bono vllo ingenuitatis, liberæque ditionis vlla in re deſtitui. Quia aræ Chriſti, ſummique Dei altaria nihil admittunt non purum, non caſtum, non omni ex parte, quod attinet ad iſthæc, abſolutum. Hæ ſuut igitur magnæ cauſæ, ſummæque rationes, quæ mouerunt pontificii iuris conditores, auctoreſque conciliorum ad hæc, de quib. nũc agimus, canone ſancienda. Cuius canonis hæc ergo lex erit, hoc ſupra poſita modo, rurſuſque hic repetita, q a res poſcit,
19 Omnis homo adulterinæ † conditionis, & ex ſtatu nothorũ hominum, ac ſpuriorum, à ſacrorum obitione, a ſacerdotali ordinatione, à ſacri cleri collegio, denique ab eccleſiaſtici honoris adeptione, per ſcitum præſcriptionis ordinariæ, cõmuniſque legis, abarcetor, recta illuc via, abigitor. Illò aditũ planum ne habeto: totis rubricis, de filijs præsbyterorum. in anti. & in ſext. hæc igitur poſita lex eſt in vniuerſum, in genere ſpuriorum, vti nimirum, ſicuti partis optimæ, de bonis paternis, auten. ex complexu. C. de inceſtis nuptiis. ita quoque partis ſacratæ, de bonis eccleſiæ, mortali, humanaque ope & largitione obuenientibus expertes forent.

Verumenimuerò, quandoquidem accidit ſæpe olim, vti ex tali nothorum hominum grege prouenerint homines quidã in omni virtutum genere excellẽtes, alii quidem prædíti ſummo ingenio, alii eruditione magua imbuti, alii etiam, à fortitudine animi, atque cõtinentia maximè laudati, alii porrò ſamma in gerendis publicis rebus dexteritate pollentes, ita vt eos ad publica munia admiſiſſe, rem publicam haud pœniteat, quin & horum multi fama ſui, magnitudineque rerum geſtarum, orbem totum impleuerunt, cuius rei pleni ſunt libri exẽplorum, ita vt videretur, diuinitus effectum, vti quod natura eis denegaſſet, ipſis tribueret induſtria, atque ignominiam generis clara probataque virtute abſtergerent. Quia igitur hæc contingebãt, certe, ſicuti iuſtum fuit, has ſummo iure, quç ſupra enarratæ ſunt, hoc in rerum genere, leges primum conſtituere, ita quoque æquum fuit, hiſce excellentibus ingeniis, q tanta virtute, tantaque dote animi, maculam ſuam, patrumq; ignominiam eluebant, aliqua in parte conſulere, rationemq; inire, qua ratione p extraordinarium præſidium his ad ſacra aditus pateret, quemadmodum patuerat magno cum publico bono, ad publicam rem capeſſendam, ciuiliaque exercenda munera, dicta l. 2. §. nullum. & §. ſpurii. de decuri. hæc ergo ſane magna cum cauſa, eam ad rem inita eſt ratio, & inuenta æqua uia quæ hiſce aditum illò patefaceret, eaque conſignata eſt multifariam, multaſque in claſſes, diſtributa.

Primùm, ſi in cœnobium aliquod ſeſe abdant, tradantque
20 monaſticæ, & religioſæ vitæ, nam hæc religio, † ſiue ſit monachatus ſine ſodalitas, quæ dicitur regularium canonicorum, omnem hanc abluit ſordem, maculamque natalium illicitorum, tollitque prophanationis vitium, vel vt loquimur, irregularitatis labem, quam ipſis ſua inflixit origo adulterina, Ita vt iſti natalibus per hoc reſtituti ſacra poſtea ordinatione donari queant, cap. 1. de filiis præsbyterorum. ext. modò, duo cõ-
21 currunt. † Vnum, vti, nothus, quum primum ſeſe tradidit huic religioſæ vitæ ſuam ſtatim religionem modumque uiuẽdi regulam, ſolennibus conceptiſque ſicuti ea in re fit verbis, p fiteatur, atque in perpetuum, huic cœnobio, huicque ſodalitati auctoretur. quod ni facit, nihil quidem agit, quod ei, ad quod aſpirat uel videtur adſpirare, ſacræ ordinationis bonũ ſit profuturum: Nam ſolus alioqui, ſimplexque & nudus reli-
22 gionis † ingreſſus, ſatis eſſe nequit ad abluendam illi ſordem natalitiam, eumque adſequendis ſacris idoneum efficiundũ. Cald. in tract. de eccle. in ter. in 2. membro, q. 27. niſi ſubſequatur illa religionis profeſſio. Alterũ eſt, quod, hac in re adeſſe debet, vti nimirum ſponte is propriaque inductione aĩ, huic ſe dedat religioni, profiteaturque verè, ac per ſe ipſum incitatus hunc regularem viuendi modum. Cæteroqui, ſi id neceſſitate aliqua adſtrictus agit, vtpote quod ſe alligarit aliqua noxiæ, irretieritque quopiã facinoroſo malo pœnæ ſcilicet hãc noxiam ſubſequuturæ vitãdi gratia, vel ſi id facit, vt quum id quod cupit ſit aſſequutus, religionẽ poſtea eludat, nihil certe cum tum effeciſſe, quod attinet ad hanc nataliũ reſtitutionẽ, exiſtimandũ eſt, ſaltem quod queat proficere. glo. cap. hac nequaquam. 7. quæſt. 1. Nam eo modo neutiquam videtur hac ſibi innata macula relinqui ob hoc ſimulato pacto aſſumptũ
23 cuculum, quia religio † cultuſque Dei, nihil fictum nihilque non ſyncerum, factumque, ſimplici, & aperto animo, ſibi poſcit deuouerit adiicique, uerum ſi eo intrat pia mente, eadem quidem pia mente legitime tandem profeſſurus, redditur capax ad ſacratam, tũ præsbyteratus ordinationem. Verum interim, ni aliud accedat, ad cæteros eccleſiaſticos honores, antiſtitia, præfecturas, & reliqua id genus, per hanc ſolã monachatus, regulariſvè ſodalitii profeſſionem, non admittetur, quippe quia in huiuſcemodi rebus, alia res aliud euoque ius, aliamque poſtulat maiorẽ gratiam, ſicu ti paulò poſt patebit

Altera eſt inita ratio, per quam notho aditus datur, receptuſque ecclenaſticã in ſorte. Nempe per epiſcopalem codicillum: Nam ſolet nothus, ſua in diœceſi, diœcetẽ ſacrũ, qui
24 Pontifex † ea eſt in prouincia adire, ab eoque impetrare natalium veuiam, eo vſque protẽdendã, dum in ſacri cleri cohortem per ſimplicem tõſuræ ſacræ characterem, reſcribi queat, ablataque primigenii natalis macula, omnique lota ſorde, ad ſanorum quidem ſimplicium conſequutionem aſpirare. Id quod non abnuunt diœcetæ, ſi modò, uel ob mores, vel ob doctrinam dignus eſt nothus, cui id tribuatur gratiæ. Etenim ea eſt diœcetarum antiſtitumque functio, vti de plebe, populoque ſuo, quoſcunque putarint bonos in miniſterio, eos ad ſeſe vel etiam alliciant, addicantque ordini cleri. Et ſi quis adeſt obex qualis hic, in genere nothorum, vel alius quiſpiam, huiuſcemodi illum, quod poſſunt, amoueant: eoque amoto tradant hominem, functioni templorum, & addicant Chriſti mancipio. Nam quid melius, quid porrò egregium magis,
25 quàm virum † quemcunque, à mundi, mundanorumque cogitatione, ad diuina & cœleſtia abducere. Id facere patres olim primi naſcentis eccleſiæ, id item fecit præcipue Paulus, q inter alia huluſce generis opera Philemonis, amici, & familiaris ſui, ſeruum quidem, & fugitiuum & compilatorem heri ſui, in miniſterum tamen ſeruitiumque tranſdidit magni dñi, nec eũ poſtea dubitauit, ad Philemonem ſcribens, & fratrem, & conſortem, & conſeruum religionis magni Chriſti appellare, ſeque pro eo ſpõſorem polliceri, id ſcilicet faciens, vti quẽcunque ſuo lucrifaeeret domino, traderetque in ordinis ſui mancipium, atque eo quidem modo, per magnam miniſtrorum ſolertiam, diligentiam, ſedulitatem, cum gratia Dei, creuit eccleſia domini.

Ergo, epiſcopi diœcetæ, non inuiti, hominibus plebi ſuæ, & quidem nothis, uiam patefaciunt ad ſacra. Sed tamen quod hoc in rerum genere faciũt, id quidem neque perpetuum eſt, neque abſolutum, Nam deſunt illi epiſcopali gratiæ multæ partes, & quidem perfectiores, ad quas diœcetarum auctoritas nequit penetrare, quia deeſt id faciendi poteſtas, quod vt ſigillatim atque explicatius excutiatur. (Nam thematis huiuſce noſtri, poſiti in capite tituli, potiſſima iſthęc eſt pars) id omne per axiomata quędam, rata, certaque, colligo, omiſſis ſpinis diſputationum, & controuerſiarum, quas huc congerunt alij interpretes, ne materies obſcuritate inuoluatur: præterea ad alias res propero, & in primis, in explicanda re quaq; ſtudeo facilitati.

Ergo, hoc ſit pronuntiatum primum, uel axioma, Diœce-
26 tę antiſtiti, † licitum eſt, notho homini ius tribuere, dareque ueniam, in cleri ſacri ſortem ſimplicem, ſacrorumque minorum conſequutionem aſpirandi: atque ea omnia ſi libet, ei poteſt ordinaria auctoritate impertire: ordinationẽ quidẽ ſacerdoralem non itẽ, neque etiam aliorum graduũ, qui ſunt ſupra minores, attributionem. Nam ſatis eſt, ſi tales homines mancipiet Chriſto, alios verò honores, q pertinent ad cõſortium ſui miniſterii, ſuntq; in quadã ęquabili ẽpalis functionis proportione, dũtaxat legitimis viris impertiat, quid eſt. n. aliud in
27 in ſacerdotio ſacerdos, † q̃ in miniſterio collega ẽpi, igit̃ ſibi parẽ in ſacerdotio, nequit ẽps ſpãli gr̃a extraordinariaque via adſciſcere. Minores aũt q ſunt quatuor nihil impedit, quin eadẽ extraordinaria via. c. 1. de fil. præsby. in 6. queat erogare, hiſque hoĩem quẽuis, tũ & p̃dicto ſimplicis tõſus ſacro, p fauorabilẽ iuris sũmi ſolutionẽ donare. Hoc nũc ex axiomate, eo poſito mõ efficiũtur cõſectaria multa, q̃ ſic habẽt. Diœcetes ẽps
28 † notho ad ẽpatũ viã. c. innotuit. ext. de elec. c. fi. de poſtu p̃lat. nequit p nataliũ reſtõnem patefacere, neq; itẽ, ad paroeciale fanũ, cui fano ſubſit aĩarũ, plebis, populiq; accuratio. ca. fi. de fil præsby. ext. & c. 1. eod. tit. in 6. Neq; itẽ, ad dignitates, honoreſque magnos tẽplorũ, vt pote, p ſonatus, curionatos maximos id genus alia mũera hãc, q̃ impertit reſtitutoriã nataliũ gr̃am nothũ euehere, Archi. dict. c. 1. Pan. dic. c. fi. Deniq; obtinẽdi ſacras ędes, q̃, vel p p̃ſuetudinẽ, uel per ius municipale, legẽque ſtatutorũ, ſacratã ordinationẽ deſiderant, non quit, per ingenuitatis attributionem ipſis nothis dare ueniam, quæ om-
29 nia ab hac vna pendent cauſa, quia, cum diœcetarum † non ſit hunc adulterinorum gregem per ſpecialem gratiam ſa-

Source : BIU Cujas

cerdotali dignitate ornare, beneficia uerò ſupra poſita, ſacerdotalem functionem, vel natura, vel more, municipalique rogatione, depoſcant. Sequitur planè collectio, rataque & fixa, ſupradictorum concluſio. Archid. dic. capitu. 1. Panormi. dic. cap. final.

Alterum eſt axioma, hanc in ſententiam prolatum.

30 Epiſcopo, † facere gratiam notho per eam quam tribuit ſordis natalitiæ reſtitutionem, conſequendi fanum ſimplex, cuique fano, nulla ex ſupra poſitis inſit qualitas, nihil omnino obſtat, nam ordinaria epiſcopalis auctoritas, id illi extraordinarium addicit, dic. cap. 1. de filijs præsbyte. in ſext. quo in axiomate obtruditur quæſtio magna, nempe quid cenſendum in præbendis, iureque percipiendæ annonæ, aliqua in magna & cathedrali æde, ſodalitioque collegio, an ſcilicet eodem, cum hoc axiomate, iure debeant hæc cēſeri, ſunt enim ex eorum beneficiorum genere, ex eorumque claſſe, quæ appellantur, itemque ſunt, ſimplicia. Quam quæſtionem fuſius poſtea explicabo poſt Panormitanum quidem & Archidiaconum, qui eam, & prolixe, & explanatè ſatis diſſeruerunt.

Adeſt & alia quæſtio, hoc in enuntiato efferenda, videlicet, quid conſtituendum in beneficio huiuſce ſimplicis gene-
31 ris, quod beneficium nothi pater, † proxime, vel aliquando poſſederit, an ad id obtinendum, poſſit illi notho epiſcopùs facere gratiam? & quidem communi omnium calculo receptum eſt non poſſe, ca. dilectus. de filijs præsb. At verò, (quod plus eſt) olim quandoque dubitatur, eratque magna in ea cō trouerſia. quando ſcilicet aliquod fanum proxime habuerat parens cuiuſdam legitimi filii, quem filium ante ſacrorum ſuſceptionem, beneficiorumque adſequutionem, parens is, ex iuſta vxore genuerat, ad illudne beneficium nullo hominis alterius interuentu, qui aliquo inter patrem & filium interuallo, poſſeſſor fuiſſet medius, quiret filius per epiſcopalem gratiam admitti? & quidem tandem etiam concluſum, id illi lici-
32 tum † non eſſe niſi, dic. capitu. dilectus. adferatur magna aliqua cauſa, vtpote, euidens vtilitas eccleſiæ magnumque bonum, tum cleri, tum plebis, & populi, quæ id fieri velit: Hoſti. & Panormita. dic. cap. final. nam tunc hæc multa concurrunt quæ vnà ſimul plurimum hanc rem adiuuant, videlicet prolē hanc primum, quæ prenſat petitque id ſibi apponi gratiæ legitimam eſſe: præterea id poſcere res fani, & alias, quæ poſitæ ſunt, adeſſe cauſas, vbi in primis vtget vtilitas fani, quæ ſi non adſit, reliqua ceſſant, fitque, vt id omne eiuſmodi, hoc in rerū genere, poſitaque proxime ſpecie, ſit prorſus extra poteſtatē Antiſtitum diœcetarum. Relinquitur tamen, vt vbi ceſſat horum diœcetarum in omni ſupra poſita ſpecie auctoritas, ad tribunal pontificis ſummi, aulamque Romanam confugi queat, vbi, ad horum quidque præſidium adfertur, hocque iure vtimur nuuc generaliter in omni Chriſtiano orbe, qui pontificio ſubeſt imperio, & peculiariter, maximeque in noſtra Francia: itaque habentur quotidie è Roma diplomata Apo-
33 ſtolica auctoritate ob ſignata, per quæ nothi † ad ſacram ordinationem conſequutionemque beneficiorum omnis generis, Epiſcopatuum, Antiſtitiorum, præfecturarum, aliarumque dignitatum, & eccleſiaſticorum honorum in vniuerſum idonei, natalibus per Papam reſtitutis, attributaque ingenuitate, efficiuntur. Eaque diplomata pōtificia modò ſint plana, veraque & aperta, nunc ſine dubitatione quoq; in Senatu noſtratis Galliæ recipiuntur: neque vlli horum modo ſit purum, putum, clarumque & abſolutum, ſit vſpiam excluſio, ſicque cadit, vt per ea omne genus nothorū & adulterinorum, viā, aditumque habeat, ad adipiſcēda ſacerdotia, fanaque, omnis ſacrati generis, omniſque ſacratæ dignitatis.

Quia tamen ſuper explicatione horum diplomatum, quæ ſunt plerumque non vera, at impetrata per Oratores, vel ex obreptione, vel ex obtruſa falſitate. Et poriſſimum ſuper eorū interpretatione, coarctione, vel dilatatione, incidunt magnæ, longæque controuerſiæ, magnæque item ob varia rerum negotia difficultates, hic nunc nobis eſt locus exeutiendus, explanandaque omnis materies, omniſque cauſa, breuiter quidem, & ſuccincto claroque modo, obtentorum hoc in genere diplomatum Pōtificiorum, maximeque, ac imprimis, qua-
34 tenus illa † ſint protendenda, vel intra quid circuncludenda. Igitur in excuſſione horum diplomatū Pontificiorum, q̄ nothis adferunt reſtitutionis natalitiæ gratiam, dantque aditum magnū, tum ad ſacra, tum ad ſacrorum fanorum oīum, cuicuimodi ſint, conſequutionem, multa ſunt q̄renda, multa quidē examinanda, multa introſpicienda. Atque id in primis, an ea, quæ eſt principis ſacri in Republica Chriſtiana ſummi gra-
35 tia † in hoc rerum tributa genere, eſt quidem interpretanda lato modo, propterea quòd, fauor principis proſequēdus ſit, atque accipiendus ſumma cum liberalitate meraque vti ſolidum integrumque ſit ipſius beneficium. An porrò intra ſuos ſolùm ea eſt concludenda terminos, hiſque & quidem coarctatis conſtringenda: quia agitur item de odioſo genere hominum, natoque haud ciuili, ſed malomodo, gratioſo efficiū do, atque id ſacratam Rempublicam, adytaque ſacratæ ouiariæ intromittendo, qua in re publicus vſus exigit, vti diligens fiat animaduerſio, ne ominoſis natalibus, atque inauſpicatis orti, ſi viiſtorum diplomatum temere atq; indiſcriminatim inducantur in cuſtodiam gregis, in gregem ipſum aliquid etiam inferant inauſpicatum & ominoſum, tantumque dent malum, vt poſteà ſero malo huic nequeat adferri ſalubris medicina.

Ea propter Archidiaconus, poſt magnam Doctorum alter-
36 cationem, concluſit, † huiuſcemodi diplomata (coarctatio ad modum interpretans modo) eò vſque duntaxat porrigi, vt reſtitutus per ea natalibus nothus, & ad beneficium per hāc reſtitutoriam papalem veniam deſignatus, idoneus quidem efficiatur, ad primum quod ei obuenturum eſt recipiendum ſacerdotium, nō item ei liceat eo dimiſſo Sacerdotio, ad aliud, vel permutationis nomine, vel alia quauis ex cauſa iſtius Pontificię reſtitutionis vi & auctoritate poſteà adſpirare, Arch. in cap. 1. de filijs præsby in 6. cap. non poteſt. §. illud. de præbend. in 6. ſed illo primo ſit contentus, maneatque intra cancellos ſimplices reſtitutionis. Nihil vtique aliud affectet, memor cōditionis ſuæ, atque primigenii turpis ſtatus. Hæc quidem cenſuit, Archidiaconus, ſcilicet, Pontificios huiuſce generis codicillos, ſuis circūſcribens & aucupans verbis, nec alio quoquā protendens, quia forſan videbat Reipublicæ intereſſe, ne promiſcue omnis generis homines in ſacra, ædiumque ſacrarū adminiſtrationem prætextu gr̄arum irrumperent. Ideoque ſic præſcripſit, ex ſua opinione, notho per Papam natalibus reſtituto vnum duntaxat primūque, quod ei, fors fortuna obtulerit, accipere fas eſto beneficiū, quo accepto, in eo acquieſcito, diploma ſuum vlteriùs ne promouento, neque pro eo aliud ſibi adſciſcere conator, nā ſi facit, nihil agit, quia abſoluta & extincta eſt in primo accepto beneficio diplomatis huiuſce vis omnis.

Alij prorſus contrà, in queis eſt Ioannes Monachi, Io monachi, in d. qui iſtud Pontificium diploma tanquam principis
37 gratiā, † liberali munificoque interpretatus modo, ommē coarctionem quæ fieri poſſet hoc in genere plane reſpuit: hincque adſtruit, nothum vi ſuæ primæ gratiæ non ſolùm primū fanū quod ei obiecerit bona cā conſequi poſſe, verùm & eo primo dimiſſo aliud recipere, eiuſdem quidē ſuæ gratiæ beneficio, idque ipſum vel cōmutationis nomine, uel ob aliā cauſam ex genere canonicarum non prohiberi. Cui ſententiæ adſtipulatur etiam Ioan. Andr. in Nouel. ¶ Ad Archidiaconū tamen acceſſit Rota, illiuſque opinionem non ſemel ſuo ſanciuit præiudicio, Rota deciſ. 339. in nonis. titu. de fil. præsbyter. Atque ita effectum eſt, ut huc, hoc eſt ad ipſum Archidiaconum hac in deciſione inclinarit frequentior Doctorum omnium calculus, Egid. de Bellame. deciſio. 756. Felin. in cap. fina. de treuga & pace. Iaſ. l. diuortio §. quod ſi in anno. ff. ſolu. matrimo. quia exiſtimatur, id magis è Pōtificis eſſe mente, ipſiuſque uerba in diplomate reſtitutorio eò magis ꝑpendere, Prę tereà uidetur putaturque coarctionem in iſthoc rerum genere, ubi de extraordinario agitatur pręſidio, tributori gratię impenſius placere, hocque iure utimur crebriùs.

Porrò hæc quæſtio aliam nobis parit, quæ ut clariùs conſtituatur, hac facti ſpecie eſt breuiter illuſtranda. Nothus obtē to reſtitutionis ſuæ diplomate, ui & auctoritate illius, ſibi quę ſuiit ſacerdotium, hoc poſteà dimiſſo, ex permutationis cauſa aliud recipit. Tum inſcribitur ei lis, ob iſtud acceptum alterum, quia ei dicitur, (idque eſt modò deciſum) in primo
38 † quod accepit, ſopitam & conſummatam fuiſſe reſtitutoriā gratiam, nec ad iſtud alterum, quod ſecundo loco accepit fanum, protendi potuiſſe. Nunc ergo quæritur, quid faciet hic nothus, deſtitueturne utroque, tum priore illo ſuo quod temere dedit, tum altero quod accipere non potuit. Anne aliquo illi modo conſuletur? Et quidem poſt uarias multorum diſputationes concurſationeſque, tum ſcripto, tum uerbo, quas hic, quia non ſunt neceſſariæ, omitto, tandem ſuo in Senatuſconſulto dixit aliquando Rota, iſti notho, ad primum ſuum fanum, quod pro aſciſcendo altero dimiſerat, reditum utique dari. Rota deciſione 339. in nouis. titul. de fil. præsbyterorum. nam miſer ille, qui ſuo confiſus diplomate, humanè errauit, non eſt ſua in miſeria infœliciter relinquendus, & quidem extat Rotæ illud Senatuſconſultum, eſtque ſane pium, magnaque innixum æquitate: itaque huic adhærent, hac in facti ſpecie, plerique omnes. Alter etiam, qui ſuum notho bona fide ob permutationis cauſam ceſſerat beneficiū, illò nimirū reſtitui debet. Atque ita horū quiſq; in priſtinū ſuū ius reddire. An uerò eā in rem exigatur noua erogatio, nouuſque collationis titulus, quem ſibi uterque à ſuo ordinario Antiſtite, Pontificeue ſummo debeat petitum ire, quæſtio eſt, quæ à nobis alibi diſputata eſt, ſuaque in ſpecie plane deciſa, quare hac de re non opus eſt plura: hic nūc annota, nothos omnis generis, hac in diplomatū diſcuſſione, harum diſpunctionum horumque ſcrupulorum, quo ad

hanc

Source : BIU Cujas

hanc rem,dimissionis priorum fanorum, & consequutionis aliorum securos esse posse,Si modò habent sedulos expertos que Romana in aula procuratores, per quos ij suum expediãt diploma.Nam curabunt in diplomate, vel Pontificia scheda, apponendam solennem illam,quæ fere ibi adponitur semper, permutationis clausulam, in hanc scilicet formulam conceptam, (cum clausula permutandi latissimè extendenda,) vel alijs conscriptam verbis,tantundem significantibus,vti habet
39 mos formulariorum. Nam cum hac clausula † poterunt nothi,diplomatarijque omnes, dimisso primo, alterum quoddam per permutationem,vel alium canonicum modum, recipere.Ea autem clausula fere semper datur,si dignus est orator(vel ob scientiam,& aliquod adeptum,in liberalibus artiũ disciplinarumbue studijs,gradus insigne,vel ob parentum nobilitatem, vel aliam ob laudabilem causam) quem pontifex, fauore prosequatur, itaque non vidi temere vsquam hodie schedam,aut talis generis pontificium codicillum, designatũ quidem & exaratum a cauto consultoque scripturario, vbi non inesset quidpiam huiuscemodi,quod ad hanc referretur fauorabilem clausulam,qua existente, & in talibus schedis apposita,cessat omnis ista hæc in vtraque supraposita disputatione controuersia.Audiebatur tamen,sub initium pontificatus Pauli quarti,qui,cum hæc scribo, rerum potitur in ecclesia, hanc permutationis clausulam circunciſum iri, planeque sublatum,nec amplius in diplomatis istis aut codicillis illi locũ futurum: tamen in regulis cancellariæ quæ ab hoc pontifice emanarunt,nihil memini quicquam hac de re verbum esse factum,hoc est,de sublatione talium verborum in schedis pontificijs. Itaque apponitur hæc clausula,vti solebat, daturque etiamnum cuique oratori,quem aliqua virtus,aliquodve doctrinæ specimen commendat.Huc confertur alia quædam,in isthoc genere,disceptatio, insignis quidem, & in vtranq; partem,non carens probabilitate, sic autem habet, Ennothus quidam, vel a Papa,vel ab alio ordinario antistite,sibi per collationem aliamvè iustam &canonicam causam fanũ aliquod adsciuit,quæsiuit, illudque totum triennium, vel eo amplius possedit,quum tamen ab initio quæsitionis fani,neque natalibus per pontificem esset restitutus, factusque idoneus consequendæ sacræ ædis:neque item in diplomate pontificis, illius fani erogatorio,de hac domestica,& natalitia sorde sua, verbum vllum feciſſet,at vtrobique omnia illa tacitus dimisisset: accidit verò,consequente tempore,vt super eo fano sic quæsito,ex eo quidem titulo, atque ex eadem causa, continenter per prædictum tempus,citra vllam controuersiam,possessio, nunc demum,lis illi inscribatur.Quærendum ergo hìc, an ex
40 præscriptione,† quæ ex capite de pacificis possessoribus emanat,se tutum prẽstare queat,sartumque tectum,ab aduersarij dica,& controuerso negotio. Et quidem Rota dixit, suaque diffiniuit in sententia,præstari posse, suaque in possessione tãti scilicet temporis,tutum vtique esse,Gomesius reg.de triennali possessore.q.2.atque hac in parte plane securum, quid.n. obstat,quo sit minus cum omnia adsint, quæ competũt huic capiti,huicque causæ,de pacificis possdssoribus,in primis, bonitas(inquit) canonici tituli,qua maxime suffultus, in possessionem venit fani,non clam,non violento modo, non per latrocinium,furum aut prædatorum more,deinde adest illi per legitimum præscriptionis,hac in re, tempus, continuata possessio,non intermissa,non accisa,non a quoquam vllo homine per controuersiam vllam,hucusque interpellata.Ergo iniquum plane esset, & inhumanum, hominem talem, qui per ostium in ouiariam est ingressus,immissus quidem eo a magistratu legitimo,nempe a Papa, qui immittendum suo diplomate iussit,aut alio ordinario,a præsule,sic misere,& ignominiosè,post tempore recte ductum gregem,extrudi,& ab ouilis ministerio deturbari,per causam, quod dicitur eum suam innatam, neque sua culpa contractam infamiam reticuisse, vel de ea non periuisse, vti debebat, dispensatoriam veniam, Quid si erubuit hæc proloqui,propalamque effundere parentum turpitudinem? Nonne honesta,atque adeò ingenua excusatio est,deinde Christianus est,& clericorũ ordini inscriptus, cæteroqui nihil aliud habens quod sciatur,vitij,aut prophanationis,neque in animo,neq; in corpore, quod eum hinc deijciat.Nam hoc quidem domesticæ sordis naturale malum,cuius ipse nullam causam sustinet, potuerit sane ipsum initio ab adsequutione fani repellere,sed ab obtento, & tãdiu legitime possesso nunc demum submouere, neque fas,neque æquitas sinunt.Et id quidem dicere,censereque,atque pro corroboratione huiusce sententiæ,huc modo inducere,haud sane absurdum est,ineptum falsum unum habeatur, per præscriptũ vul-
41 gare,atque legitimum. Multa a principio non sint, † quæ tamen post facta æquum est vti tolerentur, suoque consistant in robore. Deinde,si appendantur verba capitis, quod est de pacificis possessoribus,perspicietur, ea plane, seu ducantur a regula cancellariæ,seu a iure concordatorum,pro notho benencij possessore facere. Nam vtrobique loquitur Pontifex,
42 in eo sanciendo capite,per dictionem † (quicunque) cuius ea est natura, atque vis,vti generalem significationem referat, nulla exceptione,nisi eam nominatim expresserit post Pontifex,circuncludendam:c.solito de maioritate & obedientia.c. sciant cuncti.ext.de electio quicunque.C.de ser.fugi. quin & summe alioqui semper,absoluteque accipiendam,& ea continentem, quæ cætero qui non caperet simplex constitutio, vel specialis,de aliqua re peculiari,speciatim,per legem,vel rogationem,vel etiam sanctionem fœderis, concinnata dispositio.gl cle.2.de ui.& hone.cler.glo.cle.1.de iudicijs.Abbas ca. super.de offi.deleg.Ergo quum Pontifex,sic dixerit,(quicunque homo per spatium triennij beneficium tranquille possederit & cętera) omnem vtique complexus est beneficij iustũ possessorem,nempe eum quemuis,qui innixus aliqua canonica causa,vel etiam cuiuspiam colore tituli, modo non prorsus inanis suffultus,eò deuenit,nimirum voce(quicũque)vsus omnem enunciationem generaliter,vti est dictum, complectente,glo.extra.execrabilis.de præbẽ. non item relata solum ad peculiaria.Igitur & nothos huc quoque retulit idem pontifex, concluſitque consequenter cum alio genere hominũ, sub beneficio huiusce capitis possessorum pacificorum, cum præsertim eos nulla postea lege, nulloque decreto hinc nominatim exceperit, abarcueritque, quod putandum est factum fuisse,nisi eos hac voluisset sanctionis gratia perfrui.

43 Sic item simili specie,simile quoque quidem aliud est constitutum,quo deciditur,nothum, † tametsi virtute diplomatis Pontificij,quo & natalibus restituitur, & ad consequenda beneficia efficax fit,non queat alioqui dignitates, & præfecturas magnas consequi,posse tamen eum eas tum demum consequi,atque legitime obtinere. Siquidem verba diplomatis habeant,vti ad quæcũque accipienda beneficia sacra idoneus reddatur,Rota decision.2.de filiis præsbyterorum in nouis.& deci.2.de offi.ord.in anti.Io.de Selua tractat.benefic. in 3.q.1. par.q̃ id ferat dictionis,(quicunque) vis & significatio,omnia quidem ad vnum vsque,comprehendens, nihil porrò excludens,vel circuncidens Et hæc quidem sunt,quibus Rota,partim suffulciuit, partim suum suffulcire potuit iudiciũ,possent & adferri quædam alia,quæ omnia summa viderentur probabilitate inniti,summaque tum æquitate, tum iustitia, quæ tamen nequeunt prorsus obstare,quominus meliori firmioriq; iudicio in contrariam eatur sententiam, pp sequentes rõnes, rataque & solida enthimemata,quibus, & eleuantur superiores argumentationes, & nostra ista hæc confirmatur sanciturque opinio,in primis, nothus † veniens in possessionem fani
44 sine iusto diplomate natalium suorum restitutorio, illo quidem stetit absque vllo vel bono firmoque,vel etiam satis colorato titulo,propterea q̃ naturaliter ab omnibus sacris prorsus arcetur,nullique potiundo fano, est idoneus. Porro hoc
45 caput,† possessorum pacificorum, bonum in primis, vel aliquo colore obductum exigit titulum,ad hoc vt vi sui omnem possit submouere superuenientem cõtrouersiam. At nothus iste vtroque deficitur,vtpote destitutus fundamento, & consequenter haud capax beneficij:Ineptum autem esset dicere, vlla temporis præscriptione hanc naturalem notam elui posse,atque ex non idoneo idoneum ipsum cui natiua est macula effici.c.fi.de consue.Quando verò supradicebatur nothum hunc,neque violenter neque clandestino,vtputa per intrusionem intrasse in ouile domini, id quidem fateor, at eum non minus arte mala,minusque improbanda,eo irrupisse quis neget? semper per obreptionem, ac non expressam veritatem. At verebatur,motus ingenuo pudore, ne suam scilicet & parentum infamiam retegeret, id quidem non satis est, nam si eum suæ pudebat intestinæ & domesticæ infamiæ. tanto magis vereri debebat,ne sua natiua illa infamia, quæ absterſa nõ
46 esset,pollueret templum dei. At capitulum † de pacificis possessoribus,habet dictionem(quicunque,) cuius vis quum generalis sit,generalem quoque conceptionem enuntiat, dein generalis illa enuntiatio nulla in nothis circunscripta est exceptione,Nam cum sequens coarctatio duo genera hominum a beneficio legis pacificæ excepisset,scilicet violentos aut grassatores,tum & intrusos, vel clandestinos fures,nullũ de alijs, verbum extulit,ergo alios omnes censetur admisisse,cuius ẽt classis nempe admittendorum nothi esse possunt hac in posita specie,id quidem non sequitur, nam constat ex præscripta
47 iuris vel regula,vel interpretatione, omne proloquium † exceptorium,ad similes casus posse produci,pp æqualitatem rationis,vel iuris analogiam,quæ vult.vti omnis dictio taxatiua, vti nunc loquimur,omnisque specialis enuntiatio, quæ generale aliquod axioma sua in specie diruit, similes quoque, vtl. ob es.C.de prædijs minorum,c.cum dilecta, de confir.vti.ad eandem causam relatas species haud excludat, vti etiam huic rei adstipulatur schola philosophorum,alioqui si ita verba cõtextus,hic,& alibi vsquam,vbi quid tale incidit,aucuparemur, vti a literæ aut enunciati propria & grammatica significatione non esset vnquam recedendum, induceremus vtique pat-

sim

Source : BIU Cujas

sim multas ineptias,atque hic has præcipuas,nempe,eum,qui
48 tonsu clericali † non esset insignitus, tum eum qui digamus
fuisset,tum eum,qui nunc vxorius,tum etiam,qui prophanatus ob aliquam insignem noxiam, receptitiumque crimen, quem hominem dicimus irregularem,inniti posse hoc pacificæ possessionis decreto,modò tranquille per triennium possedisset, tametsi dum titulum nactus est,irretitus esset aliquo, ex supra positis,vel impedimento,vel crimine, propterea qđ nullus horum,nominatum ab hac pacifica lege,sit exceptus, & sub dictione(quicunque)comprehendi queat, quod tamẽ quàm absurdum sit,quis non videt?quis item nescit, nullum horum hoc decreto iuuari, quia quum sunt collationem nacti,ea prorsus erant indigni,vt pote,prophanati,& irregulares homines, & haud idonei ad exercendam functionem officij, idcirco quæ illis fit collatio,eam nullam esse prorsus,nec vllo posse successu,vel interuallo temporis,conualescere : Itemq; simili ratione, nothos huc esse referendos, ac tantundem de his iudicandum,quanquam & sub dictione(quicunque)queant comprehendi,ex regulis quidem grammaticorum,interpretationeque facta,ad sensum literæ,& verborum,& eos nulla hinc nominatim excepterit lex pontificia. Nam ob causas
49 supra positas,hæc literalis,vt ita dicam,interpretatio, † vel potius aucupium,debet hinc facessere, cum vtique nec semper locum habeat,nempe vbi dissuadet rõ, & decisum alioqui sit exceptionem omnem ad casus trahi similes. Præterea, quæ maior est prophanatio,vel irregularitas, quàm hæc natalitia nota,quæ vti prophanos, suum crimen, suusque obex alius malus,ita suos ist hæc, adulterinos,a sacris arcet: Ergo nulli
50 horum vtilis esse potest facta collatio, † vtpote facta, prophanato,& irregulari homini, vnde sequitur, vt nullum adferre queat titulum,ne coloratum quidem,& si quẽ affert, is prorsus inanis est:igitur sine fructu, quod attinet ad hanc pacificã causam,quæ nisi colorato saltem suffulciatur titulo,silet prorsus,nec se vllo pacto quit promere. Præterea hæc natalitia no
51 ta † per se est tanti, vt satis esse queat ad submouendam hanc omnem pacificæ possessionis gratiam,quum præsertim eam natalium maculam Moses a sacris itidem suis plane abarcuerit,Sic inquiens in Deuteronomio suo ex præcepto dei, Non recipiatur filius scorti,neu admittatur, neu inducatur ad tractanda sacra,capessendamque religionis functionem, ne ad decimam quidem vsque generationem scilicet verebatur prudens legislator,ne stirps adulterina parentum redoleret incõtinentiam,non secus,ac fœtus radicis malæ,vitijs imbuuntur germinis sui:Inde videmus quoque hodie effectum,vt idem ipsum verentes quoque pontifices, quum nothum natalibus restituunt,& ad beneficia designant,hanc in nullato diplomate adijciunt admonitionem,quæ nothis sit quædam veluti prę cautio,in hæc scilicet verba,(modò nothus iste orator parentum non imitetur incontinentiam,) Igitur ex supra ctis con-
52 clude breui, nothũ, † quantumuis canonico alioqui suffultus titulo,possessionem inierit sacerdotij, atque illud cõtinuũ triennium citra vllam controuersiam tenuerit, non tamen iuuari admodum posse hoc,de quo agimus, possessionis pacificæ decreto,nisi initio quum ad illud venit fanum,natalib. esset legitime restitutus,atque ab hac parte idoneus effectus ad consequenda tum sacra,tum sacrorum fanorum possessiones,& ministeria.Rebuffi.tit.de pacificis possess.

Sed quid censendum,in alio proponendo controuersæ speciei genere, quod in hanc quoque nothorum classem adfertur,hic enim disputatur multifariam, ob multiplicem, variãque negotiorum syluam, quæ passim hac in causa enascitur.
53 Ergo,ad propositum,Quidam nothus,† obtenta a suo diœcete episcopo,natalium venia, & per eam designatus ad participandam sacra fana,illius vi effecit, vti canonicatum sodalitiũ, iusque præbendæ sportulæ,vel annonæ,in quadam cathedrali ecclesia consequeretur,Accidit postea,vti super eo acquisito iure,a quodam altero impeteretur, eo quod is quidam alter,eum diceret adsequendo tali sacrato muneri, haudquaquam idoneum, propter causam natalium adulterinorum, qui natales,eum prorsus arcerent,ab ecclesiasticis honoribus, ecclesiasticorum porrò honorum,canonicatum esse, vel inter præcipuos,& quò non liceret aspirare,nisi ei, qui integer esset tum corpore,tũ ẽt,(quatenus fert humana imbecillitas & mẽte purus,& ornatus animo. At contrà nothus se diceret ea natalitia labe restitutũ,effectumque iam pridem capacem sacrorum munerum, quæritur ergo, vtra horũ cã sit potior.

Archidiaconus stat quidem pro notho,putatque nihil obstare,quominus ille,suo in præbendæ & sodalitij canonicatus iure omni ex parte queat esse tutus, Arch.c.1.de fil.presbyt. in 6.Calder.consi.1.tit.de fil.presby.nisi aliud impedimentum aliaque impedimenti causa adferatur. Nam quod attinet ad natales,illi satis hac in parte cauit diœcetes Antistes suus, qui & natalium illi,& consequendi beneficij talis fecit veniã,quin verò id facere potuerit diœcetes ẽps pes'suam autoritatẽ ordinariam,nothoque ad consequendum canonicatum facere gratiam,id sibi dubium non videri:nam quum planum sit,ne
54 controuersum quidem,licere diœcetæ † nothis speciatim indulgere,vti inseri possint ordini clericorum, non obstante labe illa primigenia, constet autem hosce canonicatus ab hominibus simplici tonsu insignitis vt cum plurimũ haberi posse quid aliud vtique in notho cui donatns est,& legitime quidẽ, a suo diœcete clericalis character, quod hanc attinet rẽ exigendum?& hæc quidem adiungẽda est rõ Archidiaconi quĩ hac in specie stato pro notho sententiæ. Ex aduerso, contra nothum Ioannes monachi censuit,Io.monac.1.de filijs præsbyt.in 6. suamque causam duxit ab episcopali impotentia,
55 aiens;† episcopum nihil hoc in genere nothis posse attribuere,per hanc quam adfert ratiocinationem in hanc sententiã. Certum est nothum per episcopum non posse vsque adeò natalibus restitui,vti curiale fanum, parœcialemque ecclesiam consequi queat,quia id supra episcopalem potestatem est, d.c.1.de fil.presby.in 6.nimirum ob magnitudinem,functionẽque momentosam sacerdotij.Atqui curiali fano,ædeque parœciali,excellentiorem constat esse,multoque maioris hono
56 ris,maiorisque rei & dignitatis, canonicatum † in aliqua magna æde,cathedralique ecclesia sodalitium.Igitur,si quod minus est nequit tribuere episcopus, relinquitur plane vt quod in eodem genere censetur maius nequeat item erogare, per præscriptum iuris cõis, quo id sancitur, nempe cui non licet minus, non licere vtique quod in eadem specie maius est. Probatur verò,quod hic est assumptum,hoc potissimùm argumento,quod videamus canonicatui sæpe annexũ esse templum,parœciale,ab eoque dependere,ac esse veluti consectarium.c.extirpandæ.§.quia vero.ext.de præben. Nunquam autem accidit,vt contrarium fiat, scilicet, fano parœciali vti in-
57 sit canonicatus.Porrò omnis appendix,† sua re principali semper est inferior, minusque habens dignitatis,& muneris,Huc accedit quod receptum est, canonicatũ omnis magnæ ædis, cathedralisque templi,præcipuo semper iure censeri, ideoq; peculiarem notã,specialemque designationem exigere, hinc fieri,vti in omni consignata publica auctoritate, edicto, sanctione,vel alio quopiam in eo genere edictionum, prouisionumque politicarum,quod refaratur ad templa,oĩa, fana,sacella alicuius vel diœcesis,vel ciuitatis, non tamen in ea designata auctoritate, existimetur comprehensa illius diœcesis vel ciuitatis ædes magna,tanquam ea sit quiddam maius,quid damque excelsius,c.quamuis de præb.in 6. vnde præcipuo iure,peculiarique expressione censeri debeat.Ex quo itidem fieri,(vti æqualitas postulat rationis) vt etiam si notho episco-
58 pus † per restitutoriam veniam, generaliter aditum daret ad, beneficia, non tamen eo in aditu canonicatus ædis magnæ notho illi quiret patere Atque in eam Ioannis monachi sententiam,iuit Rota,decisi.136.in nouis tit.de fil.presbi.nothũque per episcopum duntaxat restitutum,& ad beneficium sacrum designatũ,ab assecutione canonicatus magnæ ædis excluſit,pp excellentiam dignitatemque sacerdotij, quod scilicet super alium simplicem omnem ordinem clericorum ist hæc canonicatus functio emineat, quum in omni ecclesiasti-
59 cæ ciuitatis,sacræque œconomiæ corpore, canonici † sodales,sint velut pars,membrumque præcipuum corporis,ponti fices verò tanquam caput summum,c.requisisti, de testa.cap. nouit.& c.quanto.de his quæ fil. a præla.

Vernm enim hac in magna horum vtriusque disceptatione interuenit Ioannes Andrè. Ioã.And.add.ad specula.tit.de fi.presbi.vtque more suo dissidentes conciliet,negotium omne,quadam nescio temperat distinctione hunc in modũ, aut
60 huic(inquit) notho episcopus † diœcetes viam fecit per legitimæ ingenuitatis restitutionem,ad sacrum fanum, ecclesiasticumque beneficium, nullo addito alio, nec expresso,nec explicato,& tum non dubitandum, quin hæc venia sic generaliter concinnata,eum ad canonicatum ædis magnæ,prouehere non queat, in eoque constitui Ioannis monachi sententiam. Aut verò venia illa episcopalis restitutoria canonicatũ magni templi nominatim etiam explicat,& designat,& in eũ casum non esse item ambigendum quin iuxta diploma illud episcopale notho eo modo restituto ad canonicatum via aperiatur.Nam ineptum vtique esset auctoritate hac in re episcopi dubitare,quem constat sicuti est dictum,caput esse,principemque canonicorum,ac reliqui,sua in diœcesi,sacri ordinis clericorum,qui clerici simplices,neque participes sunt,neque consortes,episcopis in ministerio, id quod tamen sunt alij sacerdotes,& qui accurant animos, ac parœcialia templa, hæc quidem ita ab istis postremis disputantur.An vero id magna cum causa equidem non video,qui perspiciam, clareque noscam,rem omnem esse citra vllam distinctionis appendicem, pontificio responso liquide decisam. Quum ati ipse,episcopis
61 nothorum † gregi licere per restitutionem natalitiam ad ea fana iter pandere,quibus in fanis non inest animorum curatio.d.c.1.de filijs præsbyt.in 6.quo in genere quis non conspicit esse canonicatus omnes cuiuscuis ædis quãtumuis magnæ,

idque

Source : BIU Cujas

idque a propria natura primigeniaque ipsorum, & natiua institutione, c. super. de præben. quod si secus obseruatur, id quidem fieri per aliud quidpiam aduentitiū, & extrinsecus obiectum, † ad quod sane, in sancienda regula generali, vel ponendo quopiam axiomate vniuersali, nunquam attenditur, nunquamque eo respectus habetur.

Ergo probanda in vniuersum hoc in posito præsentis speciei exemplo, Archidiaconi sententia, cui etiam accedit magna quædam pars doctorum nostratium, Oldr. consi. 215. Gemin. d. c. 1. cēsetque nihil impedire quin ēps possit nothis hoc in rerum genere & canonicatuum obsequutione liberè cum tribuenda ipsis natalium restitutione gratificari. Nam tametsi insit huiusmodi beneficio honos magnus, in specie quidē humanarum magnificentiarum, non tamen communi vulgatoque more iunctum habet animarum onus, ideo quum non tanti polleat, quanti paroeciale fanum, quia quæ animum † prius respiciunt (vt potè rem immortalem,) cuiuis alij rei, functionique, longe præstant. Non est consequenter de vno ad alterum, ceu in pari causa, aut argumento, de negato minori ad maius quoque denegandum constructo, bona quidem ratáque aut firma ratiocinatio, qua is supra contra nothū hac in specie adferebatur. Huc accedit, atque maxime pertinet, quod omne genus dispensatiuæ gratię, † tametsi reponatur in genere angustorum, & quodammodo inuisorum, quod ordinarium præscriptum conuellat, tamen cum alijs detrimentū non adfert, sicuti hìc, vbi ab initio noxium est nemiui, salutare porro atque vtile ipsi est tributum, non est tum sane, ita admodum coarctandum, quinimmo, ad æquas causas omnes, & producendum & quadam cum analogica ratione pertrahendum, nam & illius vi nothi in familiam sacri cleri aggregātur, & citra vllius iniuriam, incommodumque, ad capessenda simplicia ædis magnæ munia accersunt, vbi magno esse possunt sæpe usui, prodesseque sacræ Reipublicæ, quo quid melius, atque dignius potest contingere? contra quid magis iniurium, quàm illis ædis portam claudi, ad quam præcipuus ædis præfectus eos censuit intromittendos, eumque ad finem ℣ illis obstabat impedimentum naturale remouit? Et sane quidem, in re omni gratiam est æquum iniuriæ præferri, quocirca cum Archidiacono, vti modo est dictum, in ista positione plane sentio. Sed certe nunc aliud tibi suboritur certamē hoc in negotio, quod, quia crebrum est, & anciditis plerumque iudicij, iō opus est excussō, explicatoque, præsertim cum pertineat ad diplomatis pontificij horum generum excussionem aliam, explicationemque, de quo item mihi initio propositū fuit dicere. Nam hisce in diplomatis pleraque ponuntur, scilicet ob ignorantiam scripturariorum, quæ poni non admodū erat necesse, & rursus pleraque omittuntur, quæ omissa valde officiunt, dantique postmodum magnas turbas, idque accidit ab auaritia ferme horum formulariorum romanæ aulæ, in quos eo nomine non semel a magnis, probatisque auctorib. est inuectum, sicuti videre est in hocce quod ponetur exemplo, vbi omissio isthæc natalium, de qua nunc agitur, vti illa ne plane noceat, neue omnino opus habeat maiori vbique peculiariorique expressione, id quidem in aula auro, ab illustri genere ortis nothis redimitur, Ad rem venio, exemplumque pono. Quidam homo conditione nothus restituto per pontificium diploma legitimo natali, designatur per idē diploma adduo triaue, prout ipsius meretur uirtus, aut alia præclaræ rei commendatio ad sequenda, retinendaque cuiusuis generis, quod attinet ad aliquod horum, atque ordinis fana, quę quidem fana bona illi sors per canonicam cām post obiecerit. Nunc quærendum in specie nostra, an nothus iste in adsequutione cuiusuis horum fanorum necesse habet in erogationis impetrationisque ea de re pontificijs codicillis, de sua natali restitutione, deque restitutionis specie, & qualitatis diffinitione, nominatim, explicateque mentionem facere? Et sane multi putauere, † omnino illi necesse esse suamque illam adulterinæ conditionis notam debere vbique ipsum in diplomatis omnibus pontificijs propalam facere, idque diffinite, atque explicate, scilicet vel de sacerdote, monachove, aut de homine cum alia iusta vxore iugato, aut de cœlibe, aut porro de moniali, vel alia puella, quæ vel nupserit, vel coniugij sit expers, prout res tulerit, se genitum profiteri: ni faciat, omne diploma quodcunque extulerit, isthoc in genere dilapsum iri, planeque quatefactum atque subuersum, quia id ex mēte est (inquiunt isti) pontificum, vt per hanc vbique explicandam notam admoneantur ecclesiastici continentiæ, tum & proles ista quæ fanis ornatur meminerit, a parentum malis moribus esse recedendum, sitque ipsi isthec sua nota passim explicata, quædam veluti castigatio, atque iusta animaduersio, ℣ vt fiat, publici exempli valde interesse, vnde haud dubie diffiniunt, hac in re semper explicato opus esse, vel obreptionis suspitione periclitatum iri. Quod verò ad me attinet, ego neque ab illis in totum discedo, neque item plane illorum sententiæ ad stipulor, verum negotium distingo bipartitò. Dicoque pro priore parte, si quidem agitur de diplomate fani alicuius impetratorio pro notho, per alterum quoddam diploma Pontificium iam ante legitimo facto, capaceque beneficiorum, tū sane nihil opus esse hoc in secundo diplomate, quantumuis a Pontifice summo ductum habente de illa prima natalium restitutione, deque adulterina nota, odiosè verba facere, quia iste secundus Pontificius codicillus, † quo a notho impetratum est fanum, nihil est aliud quam quędam prioris diplomatis natalium restitutorij exequutio, & ad effectum finemque perductio. Cùm igitur notho per primum diploma sit plane impertitum ius natalitiæ restitutionis, factaque ad adeptionē templorum dispensatiua gratia, quid attinet iterum eandem rem inutiliter inculcare? cuius iam ante adsequutus est amplā veniam, & ad id quod post re ipsa obtinuit, Pontificiam prærogationem, tributionemque legitimi iuris, id certe ineptum esset, Pontificisque auribus obstrepens, & sese ipsum, veluti ex professo, & affectatè dedecorans. Alioqui si reciperetur superior istorum opinio, vide quæ nugæ sequerentur, quantūque superuacanea & inanis negotij exaggeratio. Ecce, nothus diploma Pontificium obtinuit, quo & restituti sunt illi natales, & pansus aditus ad sacra, sacrorumque ordinum, & fanorum adeptionem, denique abstersa omnis idque diffinite & explicate naturalis macula, postea dum beneficium vel ordines adsequitur, eandem maculam maculæque restitutionem sciēter consultoque iterat, & eandem restitutionem rursus per hunc alterum impetratorium codicillum a sciente Pontifice vel alio ad id idoneo Antistite, obiter elicit. Nonne ℣ hic secundo obtinuit, videlicet in suo beneficij impetratorio, † vel ordinum tributorio diplomate, tacita quædam est, atque frustra iterata dispensatio? l. quidam consulebant. ff. de re, iudic. l. seruus. de bonor. poss. l. bonorum. C. qui admitt. l. imperiales. §. 1. C. de nupt. quasi prior, quæ explicata erat, amplaque, & expressis diffinitisque nerbis concinnata non satis fuisse videretur, nec habuisse ad id quod quęrebatur abunde tum virtutis tum efficaciæ, cum tamen ab eodem Pontifice vel æque hac in re pollente suo in tributionis genere Antistite emanasset, quo quid ridiculum magis, magisque absurdum? ac etiā frustra magis factum, vitanda sunt autem, atque abhorrenda, cū vbique, tum in ista maxime diplomatum sacrorum adsequutione, omnia isthæc inania quidem, & incassum repetita iterationum genera, late Bal. in rubr. decōtra emp. q. 12. quæ & p̄p̄, & Antistiti cuiuis adferunt tædium. Itemque sunt omni lectori, exequutorique, cum fastidio magno, tum etiam ludibrio. Nam bene curata semel plaga in isthoc rei exemplique mō, sicuti est dictum, non recrudescit, mitto quod receptum plane est, neminem † de eadem re duplici scheda signaturave Pōtificia, nec duplici item diplomate vti debere, vteretur autem proculdubio, tacite quidem & quadam consequenti ratione, si in secnndo Pontificio codicillo restitutionem suam inaniter insereret, atque ita, si non quidem aperte, occulte tamē & obliqua via eluderet receptum hunc & obseruatum in hisce diplomatis vbique morem. At verò quæ posterior est pars suprapositæ mihi distinctionis si pontificium diploma † obtentum secundo loco nō tendit directo atque omni ex parte ad exequutionem diplomatis prioris, at habet additamētum varij finis, respicitque ad diuersa quædam alia negotiorum genera, vtpote quum primum super natalium restitutione impertitum esset, hoc nunc alterum dispensatiuam veniam dat consequendi plura fana, eaque sese inuicem collidētia, quod quidem censeri non potest ad exequutionem efficaciamque prioris esse tributum, quia ergo ad alia, vti videri potest, istud alterum diploma plane spectat: tum quidem fatendum est necessarium esse hoc in secundo diplomate plurium fanorum attributiuo, prioris natalium restitutionis, prioriśque diplomatis ad cuius exequutionem & effectum non est nominatim datum hoc alterum, clare quidem & explicate, tum in suo ortus genere, tum in sua item specie, & qualitate, mentionem fieri. Alioqui atque in antepositō exemplo superuacuam plane videri, nihilque profuturam huiuscemodi rei odiosam repetitionem. c. 2. de fil. præsby. in 6. Oldr. consi. 215. Aduerte tū, atque annota, formulariorum † Romanæ aulæ vsum esse, hāc notam eiusque speciem in omnibus Pontificijs diplomatis, si quidem de hac certiores sunt facti, attexere, quin dicere absq; illius expressione, atque explicata diffinitione non valiturum in vniuersum diploma, hinc fieri, vti diximus vt nothi illustris generis, vel alicuius præclaræ commendationis, qui ad multa magnaque & opima aspirant sacerdotia, soleant omnem hāc natalium iustam omissionem ab aula Romana redimere, per diploma eam ad rem nominatim concinnatum, quod quidē diploma non minoris centum cameræ ducatorum repræsentatione suo stat impetratori. Id porro faciūt persuasi his quas modò diximus vocibus scripturariorum & tamen, si quodāmodo ad omnem euitandam controuersiam nec esse non putaretur, non tantùm puto in id impenderetur nummorum. Sed ego, quum supradicta pono, de vsu loquor, & nō de abusu

aulicorum

Source : BIU Cujas

aulicorum & pragmaticorum: atque æquitate & iustitia, axioma illud meum colligo, firmoque, morem vtique formularioꝝ, & cohortis cancellariæ, vti cuique visum fuerit, obseruandum relinquens.

Enim verò proposueram quidem, dixeramque initio, differentiam excussurum perscripturumque me, quæ in omni hac nothorum causa, inter ius ciuile inest, iusque Pontificium, interque parentes aut addictos sacris, aut nullo iugo colligatos, sed plane solutos: Inest autem profectò multa atque varia, maxime quod attinet ad succedendum in nonnullam bonorum partem, quæ vel sacra vel prophana fuerit parentū defunctorum, ad petenda item alimenta, vt expertes rerum patriarum penitus ne sint, coganturque miserabilem in modum stipem ostiatim corrogare, aut alio infœlici modo victum sibi parare: quod quàm ab humanitate Christianaque pietate sit alienum viderint ipsi qui eos genuere parentes, quos non pudet prolem quam illicite procrearint, ipsam sæpe omni ope destitutam inhumaniter relinquere, atque desertam inopemque, & omnium rerum egenam, misericordiæ cognatorum, affinium, nouercarum subijcere, qui omnes quàm parùm hos curent, tractentque item duriter, immisericorditerque, atque ēt illiberaliter, nos admonet quotidianorum exemplorū cā, quæ ideo huc attulit, quod hoc poscebat, mea instituti huiusce libri rō, qui subinde si qñ in locū incurro, qui ob abusum sui in actionibus humanis, admonitionem mereat, in eam libenter christianeque pro virium modulo atque negotiatiuncula mihi concrediti talenti diuerto: atque vtinam corruptos multis in rebus mores liceret emendare, facerem id quidem libentius, attamen quicquid est huiusce rei & similium, relinquamus demum in summa prouidentia atque curantia domini, qui plus scit quid facto opus est, & quibus indigemus, nūc ad rem redeatur. In hac igitur tota dijudicanda controuersia quæstionis huiusce nothorum, id vnū in primis habetor axioma, quod iam a me vel positum est in cōtextu superioris materiæ, vel vt poneretur cogitatum in hanc vtique sn̄iam. Ab omni sacra parentum possessione, cuiuscunque illa sit generis, ab omnibus sacratis bonis quæ in patrum partefuere, oīs
71 nothorum † soboles per ius pontificium penitus excluditor, hoc est, & nothi oēs liberi, & qui ab illis nascentur hinc abarcentor, turpe namque visum est prolem haud legitimam in quacunque præfectura sacra quam parens obtinuerit, atque in cuiusuis generis sacerdotio, reue sacrata posse sedem constituere, functioniſque sacerdotalis pro præfecto ibi, administroque fungi officio. Itaque adeo id verum cēsent, vt etiam pontificium diploma per quod in gratiam quorundam peculiaremque fauorem, istius legis sit facta solutio, multi planè reijciant, dicantque omni iure cassum esse debere, quod tñ qōnis caput equidem hic fusius nec excutio, nec prosequor, quod sciam omne id genus diplomatum, quæ eam in rōnem pro nothis impetrantur, diligentissime a doctoribus huiusce ætatis explicatum fuisse sua in praxi beneficiorum, atque totum excussum & explanatū negotium, a quibus & notæ oēs recensentur, ad quarum notarum regulā indicemque exploranda sint oīa diplomata, vide d. Rebuff. in praxi beneficiorū. quæ in isthoc rerum genere romana in acula expediunt, quare illos studiosus lector videto, mihi sat fuerit hic te pro tpe proque cursu subiectæ materiæ de eo admonuisse. Quod vero attinet ad aliud genus prophanorum bonorum. Nam de ciuili honore, munere, dignitate, quid hisce in nothis statuerit distinxeritque lex ciuilis, dicendi fusius tps non habeo, sed
72 tñ quod attinet, † ad paterna bona, vtpotę ciuiles hæreditates, supellectilem substantiam, pecuniamque & familiam, quæ patres vel testatò vel intestatò defuncti possedere, breuiter quoad ius oē succedendi, vel capiendi quidpiam ex eis quæ parentes, dum vixere, hoc in genere habuerunt, quid hac in re sciuerit, quidue statuerit ciuilis lex, qō certe est multiplicis distinctionis, tum per ius ipsum allatæ, tum per iuris item interpretes, & repetitæ & amplioribus ēt verbis, dum nituntur rē oēm conciliare, atque claro axiomate concludere, exagitatæ. Nam adferunt huc multiplex genus & nothorum, & naturaliū duntaxat liberorum, spuriorum ex incestoque concubitu natorū atque vnicuique horum pro sua natura suam peculiariter legem sanctionemque attribuunt. Quosdam horum in totum excludunt, alios admittunt quidem, verùm in quandam portiunculam pro genere rei natorumque, tum & parentum, qui quæue eos, & genuere & peperere. Rem sane immēsam atq; positam in inuolucro multarum rerum, & decisionum, haud satis explicatarum. Quin & adferuntur huc quoque leges mu-
73 nicipales, † ius, mos, atque consuetudines prouinciarum & regionum, quarū vnaquæque pro more rituque gentis suæ, sua item habet hanc in rem peculiaria constituta, vt artis cancellis præscribi certisque finibus terminari istiusmodi ius omne haud sane sit facile, quantumuis in id maxime nitantur nostrates glossatores, & perscriptores consuetudinum, ad quos scilicet lector ito. Ego enim vlterius hic me non implico, remque toties & a tam multis, tamque copiosè enarratam, non excutiam verbosius, fuerit mihi abunde ostendisse loca vnde cuiq; licet talia isthæc omnia affatim desumere, atque perspicere quanam rōne, omni isti stirpi, satu conceptuque editæ adulterino, in adsequutione nonnullorum bonorum, atque ēt amplificatione fortunarum, pro sua cuique ortus conditione caueri, atque ipsis a parentibus, qui uoluerint humanitatis naturæque non deesse officio, prospici queat. Tum & contra cernere, quot item modis illa ipsa eadem stirps, naturalis quidē, at noniusta, nec ciuilis, veluti subdita soboles & expositicia, ad ludibrium proijciatur & fortunæ & casuum futurorum, quam exortem faciat tum iuris cōis summa lex, tum morum & consuetudinum obseruata præscriptio: Sed manum de tabula, adest interpellator, si quæ hic restant, dum vacabit, absoluentur perpendenturque etiam accuratius, quæ iam posita sunt supra isthoc in capite.

ARGVMENTVM.

De resignatoria beneficiorum eiuratione in vniuersum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij resignatio necessario requirit authoritatem & consensum maioris.*
2 *Beneficij vacatio inducitur per resignationem factam cum consensu superis. & nu. 24. 25.*
3 *Beneficij resignatio tacite & expresse fieri potest.*
4 *Beneficij resignatio facta in gratiam certæ personæ, tanquam simoniaca improbatur.*
5 *Resignans beneficium cum clausula, in fauorem talis, nonaliter nec alias, se simoniæ alligat.*
6 *Resignatio facta in fauorem certæ personæ quando non censeatur simoniaca.*
7 *Resignationes beneficiorum libere sine pactionibus fieri debent. & nu. 8.*
9 *Superior quale arbitrium habeat in resignationibus admittendis.*
10 *Papa non ligatur iure communi, nec legibus suorum præcessorum.*
11 *Clausula in resignatione posita (non aliter nec alias &c.) nihil redolet simoniacum, quoties in ea re Romani Pontifices interponitur authoritas.*
12 *Papa non potest absoluere aliquem in his quæ prohibita sunt, quia per se sunt simoniaca.*
13 *Papa quo casu digetur vitio simoniæ.*
14 *Papa potest admittere & approbare resignationes in fauorem certę personæ factas.*
15 *Papa an beneficium in fauorem certæ personæ resignatum alteri conferre possit.*
16 *Conditio explenda perficiendaque est vti præscripta est.*
17 *Procurator non potest nec debet excedere fines mandati.*
18 *Legatus Pontificis non potest admittere resignationes in fauorem certæ personæ factas, cum clausula non aliter nec alias.*
19 *Resignationes beneficiorum non possunt in fauorem certæ personæ fieri apud antistites & ordinarios collatores. & nu. 22. 23.*
20 *Resignationes beneficiorum conditionales tanquam simoniā redolentes reijciuntur. ratio nu. 21.*
26 *Ecclesia resignata non prius vacare dicitur quam eius possessionem acceperit resignatarius.*
27 *Beneficium non dicitur vacare ex sola resignatione, nisi fuerit a superiore antistite comprobata.*
28 *Resignans bennficium, si aliud impetrat a Papa, necesse habet de resignato mentionem facere, aliàs non valet impetratio.*
29 *Mandatum procuratorium ad resignandum in manibus Pontificijs potest re integra reuocari.*
30 *Resignans non prius amouetur a titulo beneficii, quàm constiterit ad eam resignationem accessisse superioris antistitis authoritatem.*
31 *Resignans apud non suum antistitem an & quomodo mulctetur, & nuni. 32. & 34.*
33 *Titulo, obtenta ab antistite missione, renuntiare nemo potest.*
35 *Resignatione apud laicum facta quid statuendum sit. & an & quomodo firma sit. num. 36.*
37 *Resignatio siue tacita siue expressa non officit iuri superioris magistratus.*
38 *Beneficio quis renuntiare non potest absque superioris antistitis authoritate & consensu.*
39 *Expressi maior est vis quam taciti.*
40 *Resignatio possessi beneficij tacita consistere potest, etiam si non fiat apud ordinarium collatorem.*
41 *Resignationes apud suos antistites fieri debere, quomodo intelligatur.*
42 *Iuri quærendo potest quis apud quemlibet notarium renuntiare, etiam absque ordinarii licentia.*
43 *Beneficium patronatum potest quis sine superioris authoritate abnuere.*
44 *Iuri incerto & ambiguo potest quis vt ei videbitur renuntiare, non impetrata etiam superioris Antistis venia, secus si beneficium sit litigiosum.*
45 *Resignatio apud quem fieri, & a quo approbari debeat.*

Epi-

Source : BIU Cujas

46 *Episcopus non potest disponere de beneficio patronato absque assensu patroni.& nu.47.*
48 *Episcopi nominatos & præsentatos a patronis in ecclesiis instituunt.*
49 *Episcopi non possunt disponere de beneficiis ad monachos indulto pontificio spectantibus.*
50 *Ecclesia non præsumitur de iurepatronatus alicuius,nisi probetur.*
51 *Episcopus an solus possit aliquem instituere in beneficio vel destituere, vel teneatur capituli consensum requirere,& unumquenque sententiam suam rogare.*
52 *Resignationes beneficiorum ratas habere & approbare, eorum est, ad quos de iure eorum collatio & institutio spectat.*
53 *Instituendi ordinandique in ecclesiarum rectione clerici aut sacerdotis qui iure quodam speciali potestatem sibi vendicant, instituto clerico præfecturam,ministeriumve non iure abrogant.*
54 *Beneficium non est apud collatorem quemque promiscue indifferenterque resignandum.*
55 *Episcopus qui ui præscriptionis beneficium in aliena dioceſi conferre potest,non potest illius beneficii resignationem confirmare, quia eatenus præscriptum quatenus possessum.*
56 *Instituendi iure præscripto,non est præscriptum ius destituendi.*
57 *Vicarius cui mandata est ab Episcopo beneficiorum collatio, non potest illius mandati ui resignationes ex causa permutationis recipere.*

Caput 14.

1 IN resignatoria † eiuratione sacerdotiorum necessaria est iure moreque cõi potestatis maioris autoritas,c.admonet.c.fi.de renuntia. c. deniq; 6.q.4.c.Abbas.18.q.2.quæ consensu suo, atque approbatione,abdicationem illam confirmet sanciatue,nam cũ clericus sacrataque persona venit in possessionem cuiuspiam fani,curamque illius suscipit,haud dubie se fano illi plane deuincit alligatque,ca nisi,versi.verum.de renuntia.hoc est procurationi illius, ac oĩum rerum quæ cum illo sunt coniũctæ, firma astrictus obligatione in omne tps se addicit, qua quidẽ obligatione nexuque eximi non põt, venia a superiore Antistite non impetrata.l.fi.de off præsi. c. non oportet. Itaque vt generaliter loquar,qui homo ex sacro clero,muneri,prefecturæ,sacerdotio, aut cuiuis diuino ministerio sese ecclesiasticæ functionis,ergo & obeundi sacrati muneris, ordinisve gratia implicuit,cura semel susceptа,defungi ei non licet citrà maioris magistratus autoritatem,consecutamque ab eodẽ id agendi licentiam,qua data,eiuratoque sacerdotio, aut munere eo cesso,statim eiurans ipse & cedens priuatur. c. super hoc.& c. ex transmissa.de renuntia.c.quam periculo sum.7.q. 1. nam a
2 possessore suo tunc vere censetur vacare fanum,† & ab administro ministerium,cùm vtrumque eiuratum est, vel renuntiatum,& Antistes superior eam eiurationẽ resignationemq; ratam fecit.Porrò eiusce eiurationis seu resignationis,duæ in
3 primis numerantur species, † Quarum prima fit verbis aperte nominatimque conceptis,quam expressam dicũt. Altera est, quæ latenter & occulta quadam iuris interpretatione peragitur,Quam ea de causa tacitam etiã nominant,quod in ea non requiratur resignantis manifesta declaratio, qua se significet oratione apertis verbis enuntiata,sacerdotiũ aut munus apud superiorem Antistitem deponere, sed a sola occulta vi, quæ ineſt iurì initium ducit, roburque accipit ac firmamentum. c.de multa.ext.de præb.cle.gratiæ.de rescrip.cle.si plures.de rescrip.in cle.Prior in duas species seu mauis dicere partes,rursus dispertitur,quarum vna dicitur a nostris Iurisperitis, pura, simplexque,nam per eam simpliciter pureque eiuratur beneficium. Altera conditionem recipit,ob idque conditionalis appellatur, de quibus omnibus in continuatione contextuq; sermonis sigillatim differemus,suo quidque ordine disponentes.Igitur ad rem.

Sacrorum quidem Canonum vetus constitutio,abdicatio
4 nes beneficiorum,† quæ fiunt in gratiam vsumve certi hominis nominatim dicti,accitiue ab eo qui se sacro magistratu sacerdotiove sponte abdicat,adeò semper auersata est,vt impietatis lebisue Simoniacæ,ac vt loquar apertius,sceleſtæ & sacrilegæ nundinationis eas insimularet, priuaretque optato fine eos,qui his rationibus ad huiusmodi sacerdotia vocãtur, prouidens suo modo, vt hæ effectu plane carerent, in irritumue omni ex parte caderent.c.fi.ext.de pact.c.cũ inter.ext.de elec. Nec mirum,functiones enim rerum sacrarum,dignitatum,& magistratuum,curæ alicuius hominis demandandæ, omnem prorsus conuentionem,pactionemque respuunt,ca.super.de transact.ob idque contractus omnes(sicuti vocant innominatos)ab eiusmodi eiurationibus seu renuntiationibus procul abesse maiores illi nostri,qui rem sacram procurarunt,constituerunt:d.c.cum inter.&d c.super eo.hinc sancitum est, eum
5 † qui quemuis alterum in locum suum cooptat, traditque illi per manus, munus, vel sacerdotium,idque nominatim adiecta in cessione(sicuti diserte fit,) peruulgata illa clausula,(in fauorem,non aliter nec aliàs,)sese veluti simoniæ omnino tum alligare,c.ordinationes,& c. sunt nonnulli.1.q. 1. Id aũt ego a principio verũ fuisse vtique annuo, vbi appositа erat oratio, quæ quandam veluti manifestam pactionem in ea facienda, consignandaque resignatione redoleret,nempe si sit veluti ex compacto dictum,aut tale quidquam quod eodem referret, scilicet vti ea cessio,resignatioue, non alio modo sit vim habitura,nec in alium finem facta censeatur,nisi vt fanum,aut beneficium quod eiuratur, illi vni certo homini qui profert abeiurante possidendum tradatur, omnibus alijs præcise denegatum: quasi verò ex contractu id ab initio fuisset agitatum.

At si,vt agatur res exemplo,proponitur in medio quiuis ho
6 mo,† qui non quidem ex pacto, sed solùm sacerdotio quod habet velit sponte ac syncere cuidam alteri cedere, quem scit huic gerendo muneri valde idoneum,eaque de causa,eũ sibi quodammodo deligit in ministerio successorem,Censebitur ne ille nundinarium commercium exercere?si ab alio rite maioris & sublimioris ptãtis homine id agendi ius petat, prærogetque vt sibi fas sit munus quod gerit exuere,sacerdotiumq; apud superius tribunal deponere,suppliciter orans,vti sacerdotium quidem illud quo se ipse vltrò abdicat,ei conferat cui illud ipse perlubenter vult cessum, ego certe in hac ipse quæ proponitur specie,vtrumque horum, videlicet cedentem,& eum cui ceditur,simul & superiorem, ab omni crimine simoniæ libero,c.123.&48.q.1.glo.c.quibusdam.& ca.q.1.Moder. reg.cancella,de infir.resi.nu.73.liberandumque censeo, ẽt si istorum hominum alter alteri sit sanguine propinquitateve coniunctus.c.tua.de simonia.gl.c.moises.8.q.1. Verumenim verò, quia sacratis legibus sanctissimisque canonibus seuere admodum atque grauiter prouisum est, omnique via cautũ,
7 quò tales sacerdotiorum † eiurationes cessioneſve sine pactionibus vllis emittereutur.c.cum pridem,c.fi.de par.ext.ca. ex parte de off.deleg.c.dilecto.de præb.consequens fuit,eum qui iure suo,siue perpetuo,siue translatitio,beneficia ecclesiastica conferre potest, quales sunt ij quos dicimus collatores ordinarios,aut summi Pontificis legatos de latere,nihil quicquam aduersus illam veterem iuris sanctionem facere posse, hoc est,eiusmodi cessiones a beneficiarijs factas,adiecta conditione vlla,ne alteri scilicet conferrentur,ratas habere.glo.& Pan.c.ex part.de offi deleg. Quoniam ita factæ cessiones pactiones quodammodo censentur esse, quæ cum natura resignationum cessionumve omninò pugnent,nam oĩs sacerdo
8 tiorum resignatio,† eorundemque donatio,aut collatio, grauita planeque munifica esse debet,& a libera voluntate manare,tum eiurantis,tum & illius qui eiuratum beneficiũ confert in alterum,nec vlla ante capta conuentione, siue directa, siue transuersa, & tacita, vllo quidem pacto adstringi, aut occupari. Cùm igitur ij,quos nunc protulimus, id præstare ob positas causas minime queant,iõ,quoties res illa vsu venit,toties ad Romanum Pontificem est confugiendum,Is si quidẽ,
9 † cuius arbitrium quæ rerum ecclesiasticarũ permissum est,c. proposuit.de conc.præb.põt pro suo arbitrio,suaque supra tales leges omne is humanas potentia,preces eiurantiũ,ẽt si conditiones,modos,vel expressas hasce pactiones contineant,admittere,his assentiri,legibusve in ea re hoĩes soluere, ac dum eas ratas facit,vtrumbue supplicantem,hoc est tã eum qui cedit,quã eũ cui ea fit cessio, impuritatis simoniacæ ,p iure suo summo,si qua illius impuritatis simoniacæ ea in re subest, ob talem conditionẽ suspitio,absoluit, id quod haud dubie facere põt,nã vetatio quæ omnẽ conditionẽ in eiusmodi resignatorijs eiurationibus reijcit est veteri iure Pontificio, seu antiqua quidem positiua lege edita promulgataque,cui omn iuri Pontificio tanquam a paribus conscripto summus ipse Pon-
10 tifex † nunquam fere est obnoxius, atque ob id simoniæ prauitas quam inferre posset talis conditio, eum neutiquã respicit,nec ea is infici põt aut vllo pacto suo in tribunali in isto rerum positiuarum genere commaculari.Nam qui simoniaco flagrant crimine ea sola de cã,quia quæ iure scripto & positiuo oẽm conditionem in posita specie respuente vetita sunt agunt ipsi,& consignant,eos certe commodissime alius pontifex summus contraria posita hac in re iuris constitutione liberare quiuit,& liberat,cũ ipsa simoniæ dũtaxat sint suspecta, quod ea vetuerit positiua lex,cui derogat ipse,Idcirco clausu
11 la † illa in prædictis fanorum abdicationibus apponi solita, videlicet(non aliter nec aliàs & cætera)nihil redolet simoniacũ, quoties in ea re Romani Põtificis interponitur autoritas,qui suo consensu,& suffragio rem ratam faciat, comprobetque. Card.c.1.de simo.feli.c.ad ãudientiam.2.de rescript. Id quod tñ statuendum non esset in his quæ ob eam causam vetita sũt quia per se sunt simoniaca contagione coinquinata,nam ista contrario tum iure censentur,nec in his tam põt hoc in beneficiorum sacrarumque rerum genere vllus summus Pontifex
12 † legem abrogare,aut Canonum sanctione, a maioribus suis posita,vllum hominem, nam cum beneficio sacro insit ptãs, ac ecclesiastica quædã iurisdictio,& ordinis (vt hodie loquimur)executio,quæ vnà cum beneficio attribuitur ipsi beneficiario,

Source : BIU Cujas

ficiario, Romanus Pontifex si beneficiarium sub conditione vel clausula quæ plane ob pellenda remouendaque a Christi ecclesia omnia isthæc scelestæ ac nefariæ nundinationis commercia fontesque illius omnes ne inde emanare queant vlli ruuli, prorsus obruendos summa ratione vetita sit, quia nempe sex se simoniaca contage polluta, in possessionem beneficij diplomate suo mittendum tum iuberet, sese haud dubie
13 simoniæ alligaret,† Beatus Thomas secunda secundi. q.c.lo. de turre cre.iit.de pot.pp.q.65.atque de cā legum solutio omnisque abrogatoria iuris dispensatio in hisce quæ interdicta sunt ob id omnino, quia simoniaca censentur, Panor.& cæteri c.1.de simo.& c.quia vero.§.extirpanda.de præb.plane silet, nec se sinit spectari, nec eam tum vix temere vnquam irrogāt romani Pontifices: Et cū hæc, quæ diximus omnia ita sese habeant ex sententia quidem doctorum frequentiore: Visum tñ est Hostiensi (cui mea quidem sententia in ea re fere omni adstipulabitur quoquomodo optimus quisq;) vt in his, ēt, quæ simonia non irretiuntur, nisi ob id ipsum, quia vetita sunt, in quibus summum Pontificem asseruimus posse pro suo summo imperio quemcūque cupit positiua legum sanctione soluere, quod neque posita sua neque superiorum suorum legis promulgatione, ità astringatur, quin possit, quicquid vult, pro arbitrio in hisce quandoque decernere, sit tñ ipse pontifex facturus operæpretium magnum, si ab eiusmodi legum solutione, summique imperij prolatione quæ quandoque mera est impotentia se præ cæteris duxerit abstinēdum, digna l.vox. C.de legi.nam licet ex se, vt cum plurimum, hoc neque malū sit neque flagitium, tñ enim ob positionem legis suspectum fit simoniæ, vt supra declaratum est, est tñ quædam veluti male facti species, quædamque appendix malo implicata, quam vt omnem Christianus homo euitaret, præcepit Apostolus.c. & si illa, 1.q.7.c.nouit.100.dist.Host.& Pano.d.c.1. de simo.c. ab omni.de vita & hon.clerico. Sed posito verè concessoque præcedenti axiomate, Romanum scilicet Pontificem posse,
14 †pro suo summo imperio legibusque superiore huiusmodi sacerdotiorum eiurationes factas ab resignatore in gratiam bonumque cuiuspiam certi hominis, & approbare & permittere, & eas citra scelus vllum simoniæ ratas authenticasque facere, ēt vbi est interposita prædicta clausula, quæ sic habet, verbi quidem gratia: Eiuranti non est animus neque consiliū, aliter, aliorsumvè beneficiū, quod eiurat, eiurare resignareve quàm si in hunc vnum hominem certum, cuius gratia illud
15 eiurat, conferatur, anne poterit idem pontifex, †sacerdotium illud eiuratum eo modo, excluso illo cui cessum est, alij cuiuis in vsum titulumve aut fiduciam erogare? Certe, tū ex his quæ dicta sunt tum ex alijs quæ dicentur, apparet id ab eo minime fieri posse, quod si fiat, ratum, firmumque non futurum, nam eiuratio isthæc resignatoria, illa quidem conditione, vel modo tali adstricta est ob adiectam hanc orationem, (non aliter nec alias) Bal.auth.ingressi, de sacro.eccl.aduersum quē modum si quid fiat temere fit, nec valere pōt, d.& Bal.l.si quidē. c.de except.explenda enim est perficiendaque, vti præscripta
16 est, conditio.† Præterea eiurans, qui per procuratorem beneficium eiurati adijcit in mandato certa quædam verba quæ omnino vult obseruari, vt pote, se illi vni certo homini, quē designauit, beneficio cedere, non facturum id, nisi exploratū haberet, eum ipsum, & non alium quemuis beneficio eiurato donatum iri, quod ni fiat per procuratorem, neutiquam cer-
17 te mandato suo censebitur vnquam procurator †ille perfunctus, quod mandatum, cum sit definitum circunscriptumque certo termino, ea est sane qua datum est, conditione penitus exhauriendum, constantique mente peragendum, sin minus nihil profecto agitur.

18 Sed quid censendum in Romani Pontificis legato, † collatoreve ordinario, quos supra asseruimus, id minime præstare posse, hoc est, iurationis eiusmodi factas in gratiam cuiuscunque hominis, apposita illa formula (non aliter nec alias) recipere non posse, illisque autoritatem dare. Quid igitur censendum, si accidat quempiam apud eos sub ea ipsa conditione (nec aliter nec aliorsum beneficium deponere) poterunt ne ipsi conditionem illam velut turpem, aut moribus bonis aduersantem, & quam etiam ipsi præstare, vel bonam facere nequeunt, tum plane repudiare, & nihilo secius abdicatum fanū arbitrio suo cuiuis alij regendum committere, atque possidē dum? Et profectò ea res iudicio meo dubitationem probabilem non habet, cum enim iam dixerimus, tales eiurationes
19 cessionesque beneficiorum † apud antistites ordinariosque collatores minime valere, omnia item quomodocunque inde emanarint nullam vim firmitatemve prorsus habeant necesse est: ex re enim, quę per se nulla est nihil omnino gigni potest, ob idque quidquid contemplatione eiusce abdicationis fit, perinde habendum est, ac si nihil omninò penitus actum esset, atque vt id ità decernendum videatur, multis permouentur qui id dicunt rationibus. Primùm, satis apparet ex his
20 quæ narrata sunt, sacerdotiorum eiurationes, † conditionib. eiusmodi circumductas, vt pote, nonnullam speciem criminis simoniaci præ se ferentes, tum legib. positiuis moribusq; nostris in ordinario tribunali.c.fi.ext. de pac.c. ordinationes. q.1.reijci, tum has ipsas etiam conditiones impossibiles existimari, tanquam sacrosanctæ canonum positorum sanctioni aduersantes. Inn.c.tua.de simo. Host.& Butr.in c.fi. de simon. Quod cum sit ita, sequitur & eiurationē ipsam eo pacto apud tabularia antistitum ordinariorum enuntiatam improbari, & conditionem appositam veluti turpem simoniacamque & impossibilem repudiari, l.non solum.de actio.& oblig.l.certi. §.quoniam.ff.si cer.peta & breuiter quicquid inde emanarit abrogandum rescindendumque: Quì enim firma esse possunt quæ initium ducunt ab ea beneficiorum abdicatione, in qua apposita est prædicta illa apud ordinarium tribunal clausula, (non aliter nec aliàs) quæ ibi per seipsam omnem vitiat sacrarum rerum resignationem, ac quæ censeatur resignato-
21 riæ naturæ plane contraria, talium enim rerum abdicatio †pura simplexque esse debet, d.c.fi d.c.ordinationes. ac nulla tali, vti diximus, conclusione circunclusa, alioqui non quidē eiuratio resignatiove dicenda erit, sed potius conpacta quædam negotiatio, cuius d.c.fi.d c.ordinationes. nomine non aperte nec gratuitò accipitur beneficium, at clam, at mercede, at pactione, eo irrepitur, pactio enim ac nundinatio, in hunc casum quodammodo exercetur, quod ne prorsus fieret, rebus in sacris vetuit posita sacra lex, d.c. ordinationes. 1.q.1. Idcirco improbanda est vitiosa clausula, improbanda & eiuratio, improbandum denique quicquid inde fuerit in lucem emissum. c.fi.de condit.app. Deinde cum suprà ostenderimus, resignationem apud Romanum Pontificem eo modo factam, sacra quidem sedis apostolicæ, ob vim imperij autoritate sola corroborari firmarique, sed beneficium interim eiuratum nihilosecius ei omnino tradendum, quem eiurans nominatim eiusce rei causa expresserit, protuleritque, quod si secùs fiat, atque alij cuiuis concedatur, quod factum est, non valiturum. cle. 1.de rer.permu. Tantò magis hercle statuendum vī
22 in ordinarijs collatoribus,† dicendumque, eorum in hunc casum potestatem circumscriptam definitamque cēseri, ac quodam veluti fine, & termino circunductam, a quo eis egredi minime liceat, ob id eiurationem omnem aliam, simplicem quidem, & pura resignatione circunscriptam, quam possunt, debent recipere, ac comprobare, si fas æquumque eis videat. Eam verò eiurationem conditionalem cuiusmodi ea est de qua hic incidit sermo, cui ob suam impotentiam, imperijque acfacultatis egestatem, ius autoritatemque tribuere nequeunt, illam penitus par est ipsos reiicere, non autem beneficia
23 sic resignata,† ad voluntatem, arbitriumque suum, tanquam pure ac simpliciter abdicata, cui bonum eis videbitur, confecre. l. Aurelius. § idem quæsijt. de libe. leg. etiā si Nicolaus Boer. tract. de digni. lega. q. 2. in contrariam & diuersam sententiam ierit, consueritque, collatorem ordinarium, repudiata in totū ea de qua nunc agimus conditione, ius habere, in quemcunq; velit sic resignatum sacerdotium conferendi, qua in re ab opinione doctissimorum etiā hominū Panor.c.ex parte. de offi. deleg nescio quo innixus rationis fundamento dissentit, iam verò in omni resignatoria (vt ad interiora materiæ procedamus) eiuratione huiusce generis danda est in primis opera, & elaborandū, vti ea fiat apud superioris potestatis hominē, c.fi.de renunt.c.denique, 6.q.3. quis autem is sit demonstrabitur inferius, diceturque postea. Interim censendū est, ac pro-
24 nuntiandum, eiurationem, † vbi primum sacerdotium apud superiorem eiurauit, illud peculdubiò amittere, illiusque possessionem, & titulum protinus perdere, c.accepta.de rest.spol. Anfre. latissime decisi. 493. idque adeo pro certo habetur, vti in casum quo ederentur, in apertumque proferrentur super eiuratione confectæ tabulæ, a publico perscriptore tabullario que descriptæ, quamuis in eis ne verbum quidem vllū fieret, de resignatione illa a superiore antistite approbata, sed tñ diceretur, eiurantem sponte simpliciterque & libere beneficium apud superiorem deposuisse. Rota fere omnium qui tū assederunt calculo decreuerit renuntiationem sic factam officere eiuranti, ac ita officere, vt is iam censeatur beneficium de manibus amisisse. Rota deci. 352. glo. §. statuit, verbo renū. de sibla. cle. literis. Gomesi. reg. de infir. resi. q. 29. Quamuis cæteroqui illa ipsa resignatio viam superiori non præcludat, retinendi, si velit, eiurantem etiam inuitum in possessione eiurati sacerdotij, l. legat. de offi. præsid. ff. Bar. l. 1. de peti. bono. subl. Immo & Host. c. super hoc. ext. de renun. & c. non oportet. q.
25 1.& c. mulier. 33.q.5. nam approbatio & authoritas, †quā maior antistes interponit in abdicatione cuiusdam fani, præfecturæ, aut ecclesiastici ministerij, nihil aliud esse censetur, quàm quædam veluti emancipatio, dimissioque, qua ille maior antistes suæ ipsius iurisdictioni eximit eiurantem beneficiarium: qui quidem beneficiarius beneficio quod possidet obstrictus c. nisi, de renunt. est tanquam mancipium glebæ, aut cuiuis alij nexui, & quidem ab ea sacrifani, sacrique dominij nexili ser-

uitute

uitute haud poteſt diſſolui, niſi, vt iam dictum eſt, cum bona ipſius domini venia, a quo libertate doneretur. Rota deci. 216. in nouis, & d. deci 352. in aut. inci. ſi appo. ſpoliat. gl. d. §. ſtatuit. De qua tñ omni re infrà proximo paragrapho dicetur. Atq; ita hæc intelligenda ſunt in eiuratione, quæ ſimpliciter pureq; fit, apud tribunal magiſtratus ordinarij, hoc eſt epi, aut antiſtitis, & ſacrati beneficiorum diſtributoris, non item in ea eiuratione iam ſupra poſita quæ dr in fauorem: in qua beneficium abdicatur in bonum cuiuſdam amici ab abdicante nominatim delecti, in ea enim diuerſum quoddam ius ſtatuitur, quod
26 ſic ſe habet, vt abdicans † non prius priuetur poſſeſſione tituloue abdicati beneficij quã illius fani ſit ab eo cui ceſſum eſt, nominatim ſuſcepta procuratio. Rebuff. verbo ratione perſonæ. nu. 19. in praxi. benef. poſt interpoſitam ceſſioni illi Romani Pontificis autoritatem, c. ſi tibi abſenti. de præbẽ. in 6. Id q; comprobatum eſt, areſto vel placito huiuſce ſenatus, in cã canonici Bochetellij, apud Auaricum Biturigum, in æde Pontificia ſodalis adſcripti, Moder. regu. de publi. nu. 150. Rebuffi. regula. de publican. in gl. 18. nu. 30. qui Bocherellius cum præbendam, vel ſportulam vel annonam ad quotidianum victũ ex eo ſodalitio obuenientem nepoti ceſſiſſet, per eiurationẽ apud Romanum Pontificem ab eo noïatim factam, in commodum gratiamque commemorati nepotis, (non aliter nec aliàs) eique eiurationi Romanus Põtifex iſto modo, ſicuti fit, ſubſcripſiſſet, dicebatur ipſis ſodalibus, quid tibi amplius negotij hic eſt, cũ te ſponte ex hoc loco exemeris, & nepoti tuo, foro iſto capitulari, choroque ſacro, curiaque ſacra omni ceſſeri? abſtine deinceps poſſeſſione, vſuque, ſicuti mancipio iam abſtitiſti, priſtino enim iure tuo, teipſum, ſciens, ac ſponte, per eiurationem reſignatoriam ſpoliaſti, q; ſi ſubijcias, nepotem tuum tibi rem reſtituiſſe, ac oïa per ſpontaneam eiurationẽ reſignationemque, quam is denuò in gratiam tui, apud Romanum Pontificem fecerit, redditam tibi eſſe annonam, ſportulamque, præbendam & canonicatum omnem: vtere igitur hoc nouiſſimo iure ab hac iſta nouiſſima nepotis tui eiuratione tibi ſumpto, cuius gratia, licet quidem vltimo ſedere loco, veluti recens adſcriptus collegio. Hæc cum ab eis allegarent, Bochetellius aũt ille obniteretur contrà, ac vetuſtate iuris, poſſeſſioniſque diuinæ, non ex inani, at firmiſſimo titulo quæſitæ ſeſe defenderet, in ius procurſum eſt. Deciſumque in frequentiſſimo ſenatu (quia conſtabat nepotem ceſſionẽ illius præbendæ ſibi factam a patruo nunquam acceptaſſe, quinimo ſeſuper quoad fieri poterat repudiaſſe, tum ſi quid iuris in ea eiuratione ceſſioneque adeptus eſſet, illud poſtea eidem patruo reſignaſſe) Bochetellium illum in poſſeſſione canonicatus retinendum, ac ſarctum, tectum, ſaluum, & integrum, in eadem conſeruandum, ita vt ſicuti anteà poſſederat, ſic ei in poſterum poſſidere citra vllum negotium controuerſiamvè ius eſſe: Quod & recentes Biturigum doctores memoriæ tradiderunt. In enuntiata tñ hac diſtinctione non eſt axioma illud primum firmum ſtatuendum, nam profectò non vr abſolute verum, neque illa item diſiunctiua enuntiatio vſquequaque abſoluteque recipienda. Quod ex Rotæ plurimorumque Doctorum hominum ſnïa ſancimus, Rota deciſ. 352. gl. prag. ſanc. §. ſtatuit. verbo renuntiaſſe. de ſuba. cle. literis. Gome. regul. cancella. de infir. reſig q. 29. Sed veriùs vr, vt ſublata omni diſtinctione, hoc eſt, ſiue ſit pura, ſiue ſit ſimplex eiuratio, ſiue talis, quæ conditione præſcribatur, non ex ea prius amittatur
27 beneficium, †quàm fuerit a ſuperiore Antiſtite comprobata, Panor. c. ad aures. nu. 7. de eo quod met. cau. Fely. c. in noſtra. corella. 34. de reſcrip. idcircò ſi accidat interea, id eſt, priuſquã a maiore Antiſtite fuerit approbata reſignatio, beneficiariũ poſſeſſorem a quouis vel de poſſeſſione deturbari, vel in iure ſuo interpellari, poterit ſane is interdicto certare cũ interturbatore, ſpoliatoreque, ac ei tanquam iniuſto vel turbatori, vel occupatori, interdicendum curare, poteritque ſe temere deiectum, aut exturbatum aut impeditum ex decreto, vi interdicti reſtitui petere aduerſus eum qui in poſſeſſionem perperam inuaſit, vel diutino poſſeſſori turbã dedit, vel ſeſe ipſum in alienam rem inique aut violenter, Moder. regula de infir. reſi. nu. 4. intruſit. Quanuis enim ſuperior Antiſtes poſſit, dum volet, reſignationem illam ab eiurante factam ratam habere, c. ex tranſmiſſa. de renunt. tñ quia nondum id fecit, ac donec id facturus eſt, ius ſaluum ac integrum reſidet ſemper penes eiurantem beneficiarium, Inn. c. quod in dubijs. de renuntia. non quidem ante ſpoliandum eum, deijciendumve, quàm ad eam eiurationem acceſſerit (vt diximus) ſuperioris Antiſtitis comprobans autoritas: Qua ſola autoritate legitima amittit ipſum eiurati ſacerdotij mancipium titularium, ante verò nõ, quantumcunque facta ſit eiuratio, quæ quidem a maiore poteſtate non confirmata ius poſidenti non adimit, id quod ſane probabile eſt, multiſque ſuffultum rationibus, videmus. n. vt qui poſt vnum abdicatum ſacerdotium, aliud a Papa impe
28 trat, †exoratve, neceſſe habeat de abdicato illo, cui nondum acceſsit ſuperioris ſacri magiſtratus calculus in illius petitione, quod recens poſtulat, mentionem facere, quod ſi non facit, impetrationem Romanam non admodum firmam futuram. Rota deci. 573. inci. quidam Card. Fel. d. c. in noſtra. eodẽ quo ſupra corre. Præterea nonne manifeſto iure ſancitum eſt,
29 eum, † qui procuratorem dedit ad deponẽdum nomine ſuo apud Romanum Pontificem pure ſimpliciterve ſacerdotium poſſe mandato nondum a procuratore plane confecto, mandatum illud plane infectum reddere, ac, vt loquar apertiùs, rẽ integram reuocare, quod cum fecerit, tranquille vt antea potietur iure ſuo, nec decedet ſacerdotij poſſeſſione, aut titulo. cle. cum illuſio. de renunt. in cle. Quare in hanc opinionem, tanquam veriorem, æquioremque, inclinat animus, vt nulla habita diſtinctione, ſiue fuerit pura, ſiue conditionalis eiura-
30 tio, generaliter decernam, abdicantem † non prius de titulo abdicati beneficij dimoueri, quàm conſtiterit ad eam abdicationem, acceſſiſſe ſuperioris Antiſtitis, cuius ſacerdotium illud fuerit beneficiarium, autoritatem. Quod verò ad poſſeſſionem in vniuerſum pertinet, infra paulo poſt apertius tractabitur. Atque hæc quidem quæ diximus oïa recipiẽda ſunt in ea ſacerdotium eiuratione, quę fit apud eos Antiſtites, quorum beneficij & collationis eiurata ſacerdotia eſſe cenſentur
31 ſed quid ſi fiat hæc eiuratio, † apud non ſuum Antiſtitẽ? Quid tum cenſendum? Et profectò hac in re magnus ineſt ſcrupulus, in quo diſſoluendo conſtituendum eſt id bifariam contingere poſſe. At enim eiurat quis ſacerdotium apud eum, cui confirmandi approbandique eam abdicationem non ſuppetit autoritas, qui tamen clericus exiſtit, eque genere, ordineq; ſacratorum, tuncque certum eſt, eiurantem illum poſſeſsione ſacerdotij apud non ſuum ſuperiorem eiurati mulctandum quidem, Inn. & Panor. c. quod in dubijs, de renunt. Card. cle. j. de renunt. Nam ſimplex huiuſmodi poſſeſsio, †corporaliſque
32 iuris plane prophani cenſetur, nec ei ſacratum quicquam, & ſpirituale fere ineſt, aut aliquid illius nexus indiſſolubilis, de quo ſupra loquuti ſumus, ideoque ad voluntatem nutumq; poſſeſſoris citra magiſtratus cui ſacerdotium obnoxium eſt autoritatem aut licentiam deferi poteſt. l. ſi quis 6. §. differentia. ff. de acq. poſſ. titulo verò non item mulctandum ipſum,
33 cum ei titulo † obtenta ab Antiſtite miſsione renuntiare nequeat vllus quiſquam homo. c. Gonſaldus. 17. q. 2. c. admonet. de renunt. Quod ſi fecerit, poteſt deſertor ille veluti fugitiuũ mancipium a ſacro ſuo magiſtratu ad eccleſiam ſuam retrahi. c. non oportet. 7. q. 1. Et tamen ſi Antiſtes ſuperior vult dimiſsionem illam ſeu reſignationem a non ſuo Antiſtite efflagitatam ratam facere, poteſt quidem, ac tum eiurator ille, & deſertor ſacerdotij, ob crimen fugæ deſertioniſque ſacerdotio eiurato plane priuatur. cle. 2. de pœnis. Sed vtrum id ei ac
34 cidat continuò, † an alia quædam antequam id fiat ſint neceſſaria in hoc, non ſatis aperte loquuntur noſtrates homines, quidam enim ſentiunt, neceſſariam eſſe ſententiam, qua, cedens beneficio ſic eiurato nominatim priuetur, Inn. d. c. quod in dubijs, & Card. d. cle. 1. de renunt. Alij vero in ea ſunt ſentẽtia, ſatis eſſe vti ordinarius Antiſtes ſacerdotium illud ſic eiuratum conferat in alium quenuis idoneum hominem. Nam eo ipſo tempore (inquiunt) quum ordinarius ille collator beneficium temere, & non vt par fuit, abdicatum donat alij, cui eſt viſum, ſane quidem abdicationem illam quantumuis non iure factam, approbare, ratamque habere cenſetur, ſicque titulum eiurantis reſignantiſque etiam ad id non vocati, plane abrogare, tollereque, ac omni iure caſſum inanemque reddere Card. d. c. quod in dubijs. Mihi porrò valde placet in hunc ſequentem modum conſignata hac de re tota ſententia, vt cũ ſupra ſcilicet oſtenderimus, in fraudem præiudiciumque ſuperioris præſulis, reſignationes, quæ ſic perperam fiunt vergere, & in eum finem factas cenſeri, Et tamen quod attinet ad præiudicationem vel etiam damnum eiuratoris ipſas quidem tum valere, ſi quidem Antiſtes. glo. c. fi. de renunt. ſuperior eas aliquo poſt tempore vt videbitur ratas faciat, neceſſe ſit item vt huiuſmodi fani ſic eiurati vocatio interim dum manet iudicium ſuperius, hæreat, ſitque in ſuſpenſo, vnde ante ratam habitam a ſuperiore Antiſtite eam eiurationem, ſacerdotium illud tanquam vacans cuilibet alteri conferri nequeat, Dominicus conſi. 115. Panor. d. c. quod in dubijs, Rota deci. 269. Io. And. c. ignorantia. de re. in 6. Niſi dicatur ex opinione ſuperiore, præſulem ordinarium eam tum ſtatim ratam habere cẽ ſeri, quum fanum reſignatum confert in alium hominem, de quo poſtremo iſto viderint eruditi. Quando autem, (quæ altera eſt reſignationis apud non ſuum magiſtratum factæ a me
35 poſita ſpecies) eiuratur † ſacerdotium, apud laicum prophanumue hominem, quid iuris ſit tum ſtatuendum? obſcurior eſt quæſtio. Oritur autem obſcuritas ex perplexa Romani Põtificis voluntate, conſtitutioneque enuntiata in citato capitulo (quod in dubijs) loquitur enim ibi ſummus Pontifex perplexe, & obſcure, hinc fluctuant Doctores. Innocentius pronuntiat quidem, quãtumuis facta ſit apud perſonam prophanam eiuratio, eiurantem nihilo ſecius beneficium in totum non amit-

Source : BIU Cujas

amittere,d.c.Gonsaldus.17.q.2.possessione quidem, quod(vt dictum est)ea iuris sit prophani, mulctãdum esse:titulo verò, quem citrà superioris antistitis legitimam authoritatẽ dimittere non potuit,minime dimotum, nisi snĩa super eo feratur, planeque spolietur.Vincentius verò censuit,eum qui sic illicite beneficium abdicauit,posse re integra facti pigere,ac quodammodo suppœnitere,c.eos.7.q.1.l.is cui.ff.de cessio.bono. indeque iuri suo cõmode forsan restitui. Panormitanus opinatur,eiurationem apud laicum factam ipso quidem iure nullam esse, eiurantem tamen, vt temeratiæ eiurationis pœnas det,ipso item iure abdicato sacerdotio priuatum plane censeri,atque ita priuatum, vt nihil amplius ad absolutam ab alienationem opus sit præter ipsam possessionis spoliationem. Panor.d.c.quod in dubijs.nu.2 & nu.8.Mea quidem sententia est,vnum & idem ius in eiuratione apud laicum facta statuendum esse,atque id quod statuẽdum est in ea quæ fit apud clericum non suum antistitem, cum vtriusque eadem sit rõ, nec lla.meo quidem iudicio, queat esse differentia, maximè vbi agitur de firmitate eiurationis,nempe valida sit ea necne, in quo ego simpliciter dico ita statui posse, scilicet eiurationẽ
36 † quomodocunque facta sit, hoc est vel apud laicum hominem,vel apud clericum non suum antistitem,firmã esse,quãtum attinet ad ipsum eiurantem,c.ex transmis. de renun.non item quantum spectat ad ipsam ecclesiam, quæ non apte eiuratur,vel ad eum ipsum præsulem, apud quem eiurari debebat,neutra enim illarum eiurationem quoad fanum,quoadque ipsum præsulem,verum ordinariumque tenet,idcirco si ille verus antistes eiurationem talem non ratam faciat,approbetve,qui eiurauit, sublata prorsus & quatefacta futili eiuratione,permanet in firmo stabilique iure possessi sacerdotij,actunc perperam abdicati. Sin superior ille antistes eiurationẽ malefactam comprobat, ratamque habet,ius profecto omne ab eiurãte beneficiario abscedit,ita vt tali resignationi semper tacita insit conditio,nempe si ad eam accessura est ordinarij antistitis authoritas,qua quidem authoritate non accedente,irrita cassaque fit eiuratio,accedente verò antistitis veri authoritate,rata contrà firmaque, etiam tum reclamante ipso eiuratore,manet,intereà tamen is qui eiurauit cadit a possessione corporali; & sic perdit ius administrandi bona ad illud sacerdotium pertinentia,Panor.d.c.quod in dubijs.& Domi. consi.125.cui tamen administrationis iuri,vsuique,& fructui, poterit postea suo restitui tempore. Quod ego ẽt accipiendũ esse censeo in eiuratione tacita,hoc est in ea quæ fit a lege,ob acceptum alterum cum possessio non sociabile sacerdotium, scilicet,vt tunc per adeptionem fani illius haud locabilis cum iam possesso,ita demum vacet possessum abeatque a possidente,secundum Lateranense concilij decreta,c.de multa.de præben.c.si plures.illo tit.scitaque iuris positiui. Si superior antistes,aut alius legitimus maior enm tacitam eiurationem legitime ratam habuerit,nempe vel conferendo fanum in alium, vel alio claro modo voluntatem declarando suam. Itaq; quo ad ius,remque superioris sacri magistratus, nihilò magis vnquam officit,damnoque est, tacita, quàm expressa nomina-
37 timque facta abdicati † sacerdotij eiuratio,Inno.c.admonet, de renun.Panor.& Zabar.d.c.quod in dubijs.Cuius rei ea potissimum adfertur ratio, quia cum omnis sacratus homo qui recipit sacratum beneficium illiusque procurationi se addicit,
38 † prohibeatur impediaturque,lege sacra,& canonica, suscepti semel onus citra superioris antistitis veniam & permissionem,aliò quouis ablegare,desereque,l.pen.de offic.præ. c.non oportet.7.q.1.c.nisi pridem,uersi.verum,de renun possit quidem is,legem eam quæ hoc sanxit, diserte quidem semper eludere,præsulemque suum plane fallere, dum acciperet aliud quoduis in alia diœcesi sacerdotium,quod cum illo suo, cui iam addictus esset, sociari nequiret, nam eo accepto, a priori tacita quadam consensione,iniussu Antistitis sui, sed di siungeret d.cap.de multa.ex eoque sequeretur, vt rei tacitæ,
39 † maior vis inesset quàm expressæ,quod iniquum existeret,& præscripto iuris communis dissentaneum l.cum quid,ff.si cert. peta.Eaque de causa, equidem sic, vt nunc a me enuntiatum est,interpretandum censeo, quod protulere nostri hoïes, dũ
40 annuunt,eiurationem † possessi sacerdotij tacitam posse consistere,iureque innixam esse,etiam si non fiat apud eum Præsulem,seu collatorem ordinarium, cui eiuratum illud tacite sacerdotium beneficiarium esse censetur.glo.c.ex ore, de his quæ fiunt a maio.parte capituli,glo.prag sanct.§.statuit,verbo renuntiasse.de subla.cle.literis. Nunc id aduertendum, nẽpe enuntiata illa de quibus loquuti sumus, quæ innuunt eiura-
41 tiones seu resignationes † sacerdotiorum ab eiurãtibus apud suos superiores Antistites fieri debere,intelligenda esse in his sacratis beneficijs quæ abdicantur ab ipsis beneficiarijs qui ea iam obtinent,possidentque,& in quibus (vt inquiunt nostrates Iurisconsulti) habent ipsi ius in re,non item in his in quib. habent ius ad rem, & quæ primo quoque expectant tempore,Rota deci.exc. vtpote ad quorum futuram procurationẽ
sunt quidem designati,sed nondum ad eam gerendam admissi,institutique, hi enim
42 † possunt iuri illi iam indulto, factæq; & attributæ præiudicio quodam gratiæ,apud quemlibet publicum perscriptorem & notarium, etiam absque data a superiore Antistite id faciendi potestate,pro nutu arbitrioque renuntiare,Rota decisi.328.sicut & is cliens beneficiarius qui á
43 patrono, † ad consequendum aliquod sacerdotium accitus est,potest eam nominationem,vel quam vltro accepit præsentationem,citra superioris præsulis autoritatem post abnuere, planeque renuntiare,& sic partam, quæsitamque & relatam ex ea nominatione prærogatiuam sponte amittere. Adiungẽda in transitu (vt nihil non dicatur perpendaturque quod ad hanc materiam attinet) & alia quædam facti species, in qua fas est etiam apud non suum superiorem Antistitem eiurare, resignareque sacrum beneficium.Quando scilicet de eodem sacro beneficio inter alios litigatur, idque dubijs,& vt tum fit euariantibus auspicijs, quippe cùm non satis liqueat, sciaturque, cuius sit vel esse debeat illius litgiosi sacerdotij titulus,sed ea de re dubijs(quod aiunt) auibus ancipitique alea, iudiciale certamen initur, nam tũc integrum liberumque est litigatorum cuiuis,dubitanti quidem,& bonitati cãæ suæ non nihil diffidenti,iuri illi suo incerto,atque ambiguo, vt ei videbitur,renuntiare,
44 † Io.And c.constitutus. de appell. atque obscurum perplexumque sacerdotij titulum plane abdicare, nõ impetrata etiam superioris Antistis venia, id quod tamen eidem litigatori facere neutiquam liceret, quum satis liqueret cuium esset beneficij,de quo certatur,mancipium, tum enim requireretur superioris Præsulis autoritas & consensus. gl. §. æatuit,uerbo renun iasse,de subla cle.literis. At quinam sit superior ille Antistes,penes quem deponi debeant eiuranda seu
45 resignanda sacerdotia, † quique eiurationem illam ratam habere queat,atque illi suffragari, non parua est in iure nostro concertatio.Etenim Episcopi ea in re constitutione iuris cõis innituntur,c.ex iniuncto.ext.de hære.c.multis.16.dist. in c.decretum,& per totam illam quæstionem.10.q.1.c.ex frequentibus,ext.de iudi.c.Zenodochus,ex de re.Domin.c.1.de capell. mona. Qua sancitur, Episcopos in sua quemque diœcesi ius habere clericos,& sacerdotes, fanis & ecclesijs,præficiendi, ordinandi,instituendi,alligandi,per collationis, institutionis, collocationis prærogatiuam potestatem,quam sibi lege ordinaria vere dicunt tributam.Itemque rursus, dum ratio id exigit,eosdem ipsos homines illinc amouendi,destituendi,præfecturam quandoque abrogandi, mutandi, denique collatum beneficium auctoritate fulciri.Quod si accidit,vt sæpe fit, illo loco ecclesiam esse, vt in constituendo illi administro voluntas consensusve patroni requiratur, toto tit.de iu. patro.late Phi.Franc.c.1.de capel,mona.in 6.vtpote quę iuri patronatus sit obnoxia ex eoque plane dependeat,assensus tum ipsius pa
46 troni † desiderabitur. Quo tamen alioqui non reclamante, nec contradicente, libera princepsque in ea ecclesia administros constituendi,potestas est episcopo,eaque is vti potest aduersus quemcunque alium,nam præcipue liberas(quod aiũt) ædes,vel habenas, ante alios quosuis habet,patrono hinc excepto, l loci corpus.§.competit.si ser.uend.Patroni verò ea in
47 re autoritatem minime debet contemnere,† nec de illius iure quicquam vel derogare,vel etiam delibare, cùm sit patronorum ordinandos in eiusmodi ecclesijs administros aut bene-
48 ficiarios nominare,præsentareque. Ad episcopos † vero spectet,eos ipsos a patronis nominatos editioque in ipsis ecclesijs ordinare, aut vt notiori & magis domestico verbo vtamur,instituere,toto tit.in antiquis,& 6.& cle.de iu. patro. Sed si ea ecclesiæ ordinatio,præfectique creatio,aut institutio,pertinet summo plenoque iure ad ipsos sacrarum familiarũ sodales vel monachos,idque priuilegio ipsis a Romano Pontifice in ea re nominatim indulto,quid tum censendum?& constat certe,si eodẽ vel altero diplomate populi cura est eis monachis commissa tunc illis liberum esse ecclesiæ illi,quem delegerũt administrum præficere,ordinareque,ac pro suo summo ea in ea re iure instituere quemcunque volunt. cle.frequens.versi.quidam.de excess.præla.c.16 q.1.c.cum & plantare.§.in ecclesijs.de priui.& ibi glo.& Panor.alioqui rei illi idoneum hominem aduocareque, tum ad habendum curæ populum,tum ad accurandam administrandamque rem eccle-
49 siæ,nec episcopo, † quicquam horum incumbere, Io.And.c. veniens,de verb sign.phi Franc.d c.1.de capit. mona. summa enim harum rerum agendarum,hoc est instituendi,ordinandi,ac in locum demortui sufficiendi administri,ad ipsos solos monachos in eum casum spectat.c.1,vbi Gemi.& Phi.Franc. de capel.mona.in 6.Indeque fit,vt vbi exceperis has duas propositas species, nempe vbi non prodibit quispiam horum cui ius sit nominandi,ac præsentandi,vel etiam instituendi,& summo iure ordinandi beneficiarij,ea cura munusve,pro ordinario imperio,summaque Pontificialis Antistitij potestate, episcopum plane absoluteque respiciat.10.q.1.per totam quæst Addo item hic hoc ipsum quod prætereundum non est,nẽpe

in re

Source : BIU Cujas

50 in re incerta aut ambigua, fanum nullum,† Car.c. cum eccle-
sia.de elect.iuri patronatus obnoxium censeri, ob idque ius
illud claris manifestisque, indicijs probādum, cùm sit res quę
tota in facto consistat, factorū verò nulla sint præsumpta, vel
anticipata iuris indicia.l.quæcumque.§.fi.de publ.c.cum in iu
51 re.de iu.patr.Sed (roget nunc aliquis) habet ne ēps † hac in re
necesse (scilicet in instituendo, ordinandoque vel confirman
do, aut destituendo beneficiario, ecclesiæque præfecto) coge-
re comitium canonicorum conciliumque, & vnumquenq;
sñiam suam rogare, vt de oīum sñia, consensuque res transi-
gatur, & hoc quidem aliàs differet. Pan. Card. & c.c. cum eccle
sia vulterana.ext.de elect. Nunc quæ in rem veniunt explican-
da sunt, & ea oīa vno concludenda axiomate, scilicet, eorum
52 esse eiurationes seu resignationes † sacerdotiorum ratas hre,
approbareve, quorum est, fm præscripta iuris cōis, eorundem
vacantium procurationem clericis demandare, hoc est, in eis
præfectos instituere, ordinare, atque eos ētinuitos ab ea cu-
ra, & præfectura, dū res monet, & vrget, dimouere, donatoq;
53 & collato depellere beneficio, qui verò eam ptātem,† nempè
instituendi, ordinādique in ecclesiarum rectione clerici, aut
sacerdotis, iure quodam spāli, peculiarique sibi vindicāt, hoc
non item possunt, c.cum ex iniuncto, de hære. Pan. & Card. c.
quod in dubijs.de renun. Arch.c. ex deliberatione. de off. de-
leg.in 6.nec instituto clerico præfecturam, ministeriumvè iu-
54 re abrogant: Hinc sequit, beneficium † non esse apud collato-
rem quemque promiscuè indifferenterq; eiurandum, Rota
deci.311.& resignandum, sed apud eum duntaxat, cui cōi iure
indultum est, beneficiarios & quidem reclamantes, beneficio
possesso eijcere, ac, dum cā adest, destituere, & alio quouis, p-
bato mō abigere, prout videmus iure moribusque recipi &
55 obseruari, vti ēps ille,† qui vi præscriptionis, & sic iure spāli, ac
sepositō, beneficiū in aliena diœcesi conferre pōt, c.1.de pscr.
in 6.non possit item illius beneficij eiurationem, resignatio-
nemque a beneficiario factam confirmare, autoritatemque
illi, & ius attribuere, Io.de Imo.cle.1.de renun. Fel. c.auditis,
de præsc.quia eatenus præscriptum est quatenus ab eo posses-
sum vsurpatumque.c.cum in tua.de dona.d.c.auditis. Esto er
56 go, præscriptum sit ius conferendi,† non idcirco prę scriptum
est ius dimouendi, abrogandive, aut destituendi, sicuti nec is
qui vicariam ēpo dat operam, cuique mandatum sit ab ēpo,
57 † eiurantes ad eiuranda beneficia admittere, pōt vtique illius
mandati vi ita circunducti, eiurationes factas ex cā permuta-
tionis recipere, nec item is ipse vicarius, cui simpliciter cōces-
sum quidem est ab ēpo beneficia conferre, poterit vllis sacer-
dotiorum eiurationibus resignatorijs suffragari. Cald.cons.3.
rub.de renūt. Egid.dec.94. Rebuff in praxi.verbo rōne psonę.

ARGVMENTVM.

Quænam ad tribunal vel augustale summi Pontificis di-
cantur possessoribus vacare beneficia. Deque omnibus, quę
in vniuersum vacant in curia.

SVMMARIVM.

1 *Procuratore dato in partibus ad resignandum beneficium in manibus Pontificis, beneficium ipsum in vrbe vacare censetur.*
2 *Procuratoris factum vi mandati censetur factum domini.*
3 *Beneficium resignatum censetur vacare in loco vbi est, factum mandatum, & vbi habitans resignat.*
4 *Beneficium ecclesiasticum ex mente Rotæ censetur vacare in loco vbi fit eius priuatio.*
5 *Locus & tempus absoluti negotij, non autem inchoati attendenda sunt.*

Caput 15.

1 IN curia, aulaque Pontificia censetur sacrū beneficiū possessore vacare:† atque
ita translatitio vel illapso iure a summo Pont. donan
dum, et si vacet per eiurationem illius, qui habitans in aliqua
prouincia se beneficio, possessioneq; abdicat, & ea de cā dat
procuratorem, quem confectis in ea prouincia, in qua com-
moratur, tabulis, deligit ad eiurandum noīe suo apud Rom.
Pont. sacerdotium: mō illius ipsius mandati vi, quod in prouin
cia & in partibus datum est, eiuret, nec certe ibi loci censef va
care, vbi datus est procurator, & confectæ descriptæve in eā
rem sunt mandati tabulæ, nec in prouincia vbi situm est sacer-
dotium ipsum, quod eiurāt. gl. & Car.cle.1. vt lite pend. Pan.c.
cū in cunctis.ext.de elect. Cā aūt eiusce rei ea est, quia gestum
2 † per procuratorē mandantis noīe, ab eoipso mandatore ibi-
dē censet gestū, vbi procurator qui datus est, acceptū mādatū
conficit, peragitq;. Fel. late.c.fi.de fo. cōpet. & in eam sñiam a
doctorib. nr̄is frequenter, crebroq; itur, quāuis Rotæ cōsessus
diuersum quid videat cēsuisse, nempe, sic eiuratū sacerdotiū,
3 † censeri in eo loco vacare, vbi eiuratio nis, vel mādati ad eiu-
randū cōfecta est & descripta tabula, q; ibidē sit facta eiuratio,
vel vbi eiurator ipse qui abdicat possessum sacrum beneficiū
inhabitat, Io. And. Dom. Anch & cæteri c.2.de pb. in 6. Rom.
cons. 342. incip. quoad primū. alibi tñ decreuit sanxitq, eadē
4 Rota, ecclesiasticū beneficiū, † ibi vacare, vbi fit ipsius benefi-
cij priuatio, Rota deci. 86. in antiq. Atqui in eo loco censenda
est fieri priuatio vbi maior Antistes & in eo honore superior,
quisquis is sit, eiurationē, quæ apud se p procuratorē fit, appro-
bat: eamq; sancit assensu & suffragio, & nō alibi vsquā, quia lo
5 cus,† & tps consummati gestiq; & absoluti negotij, nō aūt in-
choati cæptiq; attendenda sunt. l.qui absenti, de acq. poss. l.cū
furiosus. ff.de iud. vnde si p procuratorē, ēt mandati tabulis in
prouincia confectis perscriptisque, eiurāt apud Romā. Pont.
beneficium, censef haud dubie (mōipse procurator munere,
q; sibi iniunctū erat functus sit) in aula Romana, in curiaque
vacare, at de hoc hactenus ob exclusionem temporis.

ARGVMENTVM.

Anne interdicto possessionem sacerdotij, vel repetēti, vel
defendenti, obesse pōt spontaneæ eiurationis exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Resignans beneficiū apud maiorem Antistitem suum, illud, eiusque possessionem prorsus amittit.*
2 *Spoliatus & possessione beneficij deturbatus, antequam quicquam aliud agatur, restituendus est.*
3 *Exceptio factæ resignationis omnem iudicij concertationē elidit, siue agatur petitorio, siue possessorio.*
4 *Resignans non solū cadit titulo, sed ēt possessione decedit. declara vt nu.9.*
5 *Sesinæ & nouitatis casus quis sit intransit.*
6 *Deiectus possessione ante possessi beneficij resignationem, potest cōtra deijcientem agere ad possessionis restitutionem.*
7 *Beneficium qui abdicauit, si post diu mansit in eius pacifica possessione, tutus est in iudicio recuperandæ.*
8 *Possessor violentus si statim deiiciatur non potest interdictum restitutorium intentare.*

Caput 16.

Nunc cōmode differendū, cui iusnā vis & momenti sit,
eiuscemodi sacerdotiorū abdicatio, & in primis
1 scitote, qui sacerdotiū apud maiorē antistitē suū eiurat,† resi-
gnatq; eiuratione ab eodē Antistite approbata, & cōfirmata,
illius sacerdotij sic abdicati possessionē & mancipiū protinus
amittere, c.accepta.de resti.spol.c.super hoc.de renun.c. cōsul
tationib. de off.deleg.atq; ita amittere, vt illinc possessione de
iectus exturbatusve, aut illò veniēs nō admissus, se spoliatū, iu
reue suo interpellatū dicere nequeat, coq; noīe aduersarium
ex iure manu cōsertū vacare, ac cū eo cōtendere, qđ in alienā
possessionē temere irruerit, seu ñ. agat tunc interdicto retinē-
dæ possessionis, seu petat ex decreto vi interdicti restitui, vtro
bique intētione sua cadet, hic.n.si postulet in possessionē repo
ni, dicatque aduersariū vi bona possessum ijsse actione sua sta
tim excludet, aduersario exceptionē illi, spōtaneæ abdicatio-
nis ob oculos ponēte, nec ei ad ea q̄ quærit intēditque quicq̄
tū proficijt pscriptū iuris quo cauet, spoliatū & possessione de
2 turbatū,† antequā quicquā aliud agat, in possessionē restituē-
dum (mō eiuscemodi exturbatio nō sit talis, q̄ inferentē in pę
nā capituli, cū qui: nec in pœnā legis, si quis in tantā: nec in pœ
nā edicti Regij in hanc rē pscripti, deturbatorē conijciat. Illo
enim qui iuuari pōt: cū exceptione factæ eiurationis oī pror-
sus petitione excludat, eā.n.vim habet eiuscemodi exceptio
3 † vt oēm plane iudicij concertationē obterat, elidatque, siue
agat petitorio iudicio, siue de possessione cōtendat, nā vtriq;
promendi uiā oīnò pcludit. gl.§.ad tollendū. verbo libere.de
elect. in prag. sanct. Ioānes de selua q.32. in 3.par. & cū vtrumq;
eiuratio cōplectat, vtriusq; ēt sit exclusoria oportet. Nec mi-
4 rū, cū eiurans † non solū cadat titulo, sed ēt possessione dece-
dat, iō qui in hunc casum spoliatus est possessione sacerdotij,
nullā cām afferre pōt, cur se vi deiectū, deturbatumque dicere
queat, aut interdicto ob turbā sibi factā contendere, late Go.
reg.de trien.poss.q.24. Nic. mil. in repertorio. verbo permut.
nimirū, cū plane conciderit defeceritque iure titulario. c. cō-
stitutus. & c.qñ, cū ibi not.de fil.pbit. In altero uerò proposi-
to iudicio, quo agit de retinēda possessione, nihilo plus eiura-
tor iste audiri aut admitti debeat ad inteudendū interturbato
ri vindicias, experiendūque iudicio retinēdæ possessionis: cu
ius quidē iudicij instar in Francia quærela rerū nouarū, iurisq;
nuper interpellati queribūdū iudiciū, vel (vt uernacule dr̄) ca-
5 sus † sesinæ & nouitatis, qa cū p eiurationē possessione se ab-
dicarit, qđ ei negotij cū hoc interdicto possessorio amplius es-
se pōt: Neque tñ id ppetuo verū est, quinimo adferri possint
multa, in quib. nō obseruaret. Ecce n. quidā possessione deijci
6 tur sacerdotij, deinde apud superiorem Antistitem eiurat,
nonne aduersus spoliatorem priorem deturbatoremque in-
terdicto certare pōt, c. solicite. de rest. spol. vt in possessionem
qua male deturbatus est, nondū. n. eiurauerat, restituat, & pro-
fecto pōt, nec ei tunc oberit spontaneæ eiurationis exceptio,
cā est, quia exceptio illa quæ obijcit eiuranti ei qui cum de-

Source : BIU Cujas

ſpoliatus eſt nihil dū eiurarat haud quit officere. De hinc exceptio illa maxime reſpicit hac in ſpecie ius titularium, & vix fere ad poſſeſſionem quicquam ſpectat, qua tum perperā ēt ille iā deiectus erat, iō p eiurationē illā poſſeſſionē neutiq̄ amiſerat, cum ea tunc nō potiretur, q̄ ſi tpe eiurationis illa potiebat, diuerſo contrarioq; iure res tū facienda foret. d. c. accepta. de reſti. ſpol & d. c. ſuper hoc. de renun. Secūdus caſus eſt, in quo non obſeruat prędictum axioma, videlicet, cū is qui beneficiū
7 abdicauit † longo poſt tpe in poſſeſſione illius ſine turba permanſit, nā ob tranquille continuatā vetuſtā illā poſſeſſionē, cenſet eiur ans, in iudicio ſaltē recuperādæ poſſeſſionis, ad vtē dum fruendumq; iure quodā, & quidem iuſto innixus fuiſſe, p̄ſertim cū minimè ſit exiſtimandū ei p ſuperiorē Antiſtitem, licuiſſe tā longo tpis interuallo, ſine vllo titulo poſſeſſionem beneficij ſibi aſſerere, & eo potiri: Sic & iuris ciuilis conſtōne
8 receptum eſt, vt qui vi cœpit poſſidere, † ſi ſtatim poſſeſſione deiiciat, nō poſſit quidē tū in eā, ex interdicto reſtitui, nec de ea cā actionē vllā intendere, quod ſi accidat vt poſſeſſionē illā vi quæſitam longa poſtea tpis intercapedine obtineat, poſſit haud dubie, ſi ea deturbat, aduerſus tum deturbatorem interdicto certare. l. 3. §. cum igit. de vi & vi arma. c. cum arma, c. cū olim, de reſt. ſpol. Panor. d. c. ſolici. Tertius eſt caſus, in quo poſitum concluſumq, axioma non recipit, qñ. ſ. nō eſt facta apud
9 Antiſtitem ſuperiorem ſacerdotij abdicati eiuratio, † Aufre. deci. c. Tholo. 422. nec eam poſt approbarit ſuus verus antiſtites: ſed de his, vt nunc res habet, iam p us ſatis, aliquando adferentur fuſiora, tum & ſuperiora accuratius limitabuntur.

ARGVMENTVM.

Poteſtne minor viginti quinque annis in iudicio contendere, vt reſignato reſtituatur ſacerdotio.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio quo caſu non obſtet agenti in iudicio, & ſuum beneficium repetenti.*
2 *Minor ad eiuratum ſemel beneficium redire non poteſt.*
3 *Minor vigintiquinque annis in beneficialibus omnes litigioſi negotij partes ſuſtinere poteſt, & de eo tunc ſtatuitur ac ſi maior eſſet. & num. 12.*
4 *Minor in prophanis non poteſt in iudicio ſtare ſine interuentu curatoris. ratio aſſignatur num. 5.*
6 *Minor qui beneficium apud ſuperiorem reſignauit non poteſt amplius ad illud alteri vigore illius reſignationis collatum redire. & num. 9. 10. 11. contrarium nu. 13 pro prima nu. 15.*
7 *Minori re non integra ſuccurri non poteſt.*
8 *Minor poteſt religionis uoto ſe obſtringere in ſuis & inuitis parentibus & curatore.*
14 *Minori tractanti de lucro non datur reſtitutio.*
16 *Minori quando detur reſtitutio aduerſus beneficiū reſignatum. & nu. 17.*

Caput 17.

SVnt & aliæ permultæ facti ſpecies, in quib. agēti
1 in iudicio, & ſuum beneficium repetēti, nō debet officere abdicati beneficij eiuratio, † neq; agētem actione ſua, poſtulatique adeptione explodere, quæ quidem ſpecies ſunt a nobis ſigillatim efferēdæ. Atque in primis, finge nobis aliquem, qui viginti quinq; annis minor ſit, beneficium q̄ (venia ætatis a ſummo Pont. noīatim impetrata) obtinebat, apud ſuperiorem Antiſtitem depoſuiſſe, deinde facti pœnitentem, pigentemque, velle illud mutato conſilio vel retinere, vel repetere, inſtareque, vt id ſaltem ſibi deē ex capite legis, quæ minorib. reſtōnem indulſit, num voti cōpos erit? hic quidem, quia nonnulla concurrunt quæ contra pugnāt, obſtātq;, videret proculdubiò id illi præciſe denegandum, atq; ita gñali
2 ter firmeq; ſtatuendū minorē, † ad eiuratū ſemel ſacerdotiū neutiquā redire poſſe, nec eo caſu reſtōnis beneficio vllo mō iuuandum: nam primum, norma iuris eſt, regula, ac p̄ſcriptio,
3 vt quiuis homo quantumvis † minor ſit, quā viginti quinque annorum, poſſit per ſe quidē in cauſis ſacris, & (vt aiunt) beneficialib. oēs litigioſi negotij partes ſuſtinere, c. ſi annū. de iudi. in 6. vt pote diem alicui dicere, & viciſſim ab eo in ius vocari, vadimoniumq; p ſe obire, & ſele in iudicio coram ſiſtere, nec magis neceſſe habeat quā quiuis alius confirmatæ & maturæ ætatis vir, amicos qui ſe pro eo ad tribunal exhibeant aduocare: perinde. n. quo ad forenſe iudiciū attinet, de eo minore tūc
4 ſtatuit, atq; ſi maior eſſet, licet † in alijs reb. quæ ſacræ nō ſunt, nec ad beneficij ſacri ius ſpectant, cā cum id ætatis hominib. in iudicio agitata, non interpoſita curatorū perſona, non ſit vl ius momenti. l. acta. §. fi. ff. de re iudi. l. vniuerſis. qui da. tuto. Rō aūt diuerſi iuris in vtriſq; cauſis ſtatuendi fuit, quia in reb.
5 prophanis & ſecularib. † qui minor eſt viginti quinq; annis, cenſet ſemper vt eſt re vera imbecillo ingenio, nec ſatis per ſe opportuno ad his perfungendū quæ in iudicum ſubſelijs pertractant: at beneficiarius qui eadem ætate minori ceu iam maturus animi a ſummo Pont. ſacro donatus eſt beneficio, ſane tum ob eā ipſam Romani Antiſtitis hac in re interpoſitā autoritatem, omni rei quæ pendet ab illo cui p̄fectus eſt eccleſiaſtico miniſterio diſpenſandæ, tractandæ, adminiſtrandæ, & in foro ēt decidendæ, idoneus accommoduſq, cenſet. Quod ſi hoc ei dat in forēſi iudicio agitando, vbi multa opus eſt excuſſione animi atq; maturitate conſilij, cur itidē ei non dabit in alijs reb. extra iudicium expediendis? cuiuſmodi eſt eiuratio, & donati beneficij ſpontanea abdicatio? Præterea, minor
6 † qui beneficium apud Antiſtitem ſuperiorem reſignauit, illiuſq; reſignatoriæ eiurationis vi alij cuiuis erogatū eſt beneficium, nihil tunc pōt amplius priſtino ſuo iure inniti, cū res integra non ſit, ſacerdotium. n. donatione ſuperioris Antiſtitis aliò quopiam abijt, confectumq; eſt, ac plane exhauſtum eiurationis negotium: Et vbi res integra non eſt, ibi ſane gñali legis p̄ſcripto, † minori vix ſuccurri pōt. l. quod ſi minor. §. Scæuola. ff. de mino. l. fin. C. de redu. hæred. Præterea habenda eſt
7 hac in re maior rō vtilitatis eccleſiæ, quàm illius, qui minorē ſe profiteē, qui profectò (ſi attendendū eſt veritati) illius gerendæ, adminiſtrandæque incapax eſt, minoris. n. aīus maturo nō dum ſuffultus eſt iudicio, niſi quatenus beneficio Rom. Pōt. id ei eſt ſpeciatim indultum, cui beneficio, cum renuntiat, ad cōe publicumque ius reuertitur. Igitur prima illa gratia, & legum ſolutione, quæ odioſi iuris eſt, c. quamuis. de reſcri. in 6. meritiſſimò excludendus, & alij idoneo homini demandāda
8 abdicati beneficij gubernatio. Adde, quòd ſi minor † ſe voto religionis gratia vult obſtringere, pōt. c. 22. q. 1. id quidem inſcio vel ēt reclamante patre, aut curatore, atque in manum illius antiſtitis, aut ſacrati religioſorum hominum cuſtodis, conuenire, cuius mancipio ſe ſponte addicit, nec illinc extrahi debet quacunque de cā prætextuque, poſtquam ſemel voti aperte profeſſi factus eſt reus, quantuncunque alleget cauſeturque minorem ætatem. Poſſent & alia plæraque adferri, quæ huc pertinent, multis enim & forte validioribus argumētis hoc ipſum innititur, ſed ego ea nunc prætermitto, dicam tm̄, doctores nr̄os, diuerſis ſententijs hanc rem ſanxiſſe, quatuor enim potiſſimæ enumerantur, quarum prima fuit Accurcij, l. ait prætor. ff. de mino. qua minor viginti quinque an-
9 nis † ab omni reſtōne eiurati ſacerdotij exploditur, nimirum cum ſe (inquit Accurſius) non magis læſum, circunuentumq; poſſit verè dicere, quam graui releuatum onere, grauique cura, & laborioſa occupatione relaxatum. Secunda fuit opinio
10 Hoſtienſis, quæ annuit, commodum fani † de quo agitur, cuicunque bono minoris præferendum, atque ad id vnum, hoc in negotio in primis reſpiciendum, itaque ſi e re ſit illius eccleſiæ, minorem abdicatæ præfecturæ reſtitui, c. qui epiſcopatum 8. q. pr. reſtituatur, ſin illic eccleſiæ ſit detrimentum, penitus excludatur. Tertia adfertur ſententia, in quam itur frequentius. glo & frequentius docto. c. ex parte. de reſt. ſpolia. Nico. Boer. deci. parla Burde. 350. eam aūt rem totam tali diſtinctione extricat, vt a minore facta eiuratione, & a ſuperiore Antiſtite confirmata quidem & admiſſa, ſed nondum vi illius donato vlli beneficio, † minorem tunc cenſeat abdicato
11 ſacerdotio reſtituendum. Quid enim obſtare poteſt quominus id fiat, non enim ſancitur vllo iure, minores in hiſce rebus ſacris ſpiritualibuſque nullo adiuuandos beneficio, ſi ſe probent vel læſos, vel circunuentos, nec ſatis cōſtat qua lege contrarium diſputatur, nec obeſt ſi dicatur, quod dictum eſt,
12 videlicet, vult lex ſacra minores † poſſe & arceſſere, & arceſſi iudicio dum id res poſtulat, non tñ propterea reſtitutione, qm̄ damnum ob ætatis imbecillitatem contraxerunt, illos excludit, ſic eccleſia ipſa, ēt ſi ad agendum & omni iudicio experiundum, pro conſeruando iure ſuo admittatur, non ob id tū reſtitutione exploditur, cum iacturam rei ſuę fecit, vel in contractu, uel in quouis iudicio, immo vtrobique, inſtar minoris viginti quinque annis, in priſtinum locum ſuum reſtituitur, c. i. de in inte. reſt. ext. & c. pen & 2. de in integ. reſt. in 6. Minori igitur beneficiario ſimile ius non eſt denegandum, quoties illi damnum illatum eſt, licet alioqui gerendæ rei eccleſiaſticæ (ob veniam ætatis impetratam) capax cenſeat. Quod tñ viam ad obtinendum, in hac de qua loquimur ſpecie, reſtōnem ei neutiquā præcludere debet, gl. Bar. & Bal. l. pen. c. ſi de momē. poſſidque adeo firmum hac tertia in ſnīa conſtituitur, ut exi-
13 ſtimet in hunc caſum, nihil eiuratori, qui minor † beneficium abdicauit, neceſſe eſſe nouam & recentem eiurati fani donationem collationemve ſibi procurare, verum antiqua ſua collatione. c. quāuis. cum gl. de reſcrip. in 6. Panor. ca. ex parte. de reſt. ſpol. aduerſum oēs ſe poſſe tueri. Et hæc quidē mihi dicta ſunt quoad eā diſtinctionis ſpeciē, q̄ priori loco hic poſita eſt. Quantum uero attinet ad alterā, nempe qñ dimiſſio beneficij apud ſuperiorē antiſtitē a minore facta eſt, & illud ipſum beneficiū ab eodē antiſtite in aliū quendā itidem collatū, tū ſanè
14 iſti ſua item in tertia ſnīa innuunt, minori † illi reſignatori nullum haud dubie reſtitutionis beneficium ſuppeditari poſſe, propte-

Source : BIU Cujas

propterea quod minor iste eiurator contendere tunc vī de lucro sibi apponendo, reque sacra, ēt cū ablatione iuris quæ siti alteri, (ꝙ plane iniurium est) ad seipsum retrahenda, & nō de sarcienda alioqui, quam nullam hac in re fecit patrimonij iactura. Huic quidem tertiæ istorum doctorum opinioni sic distinctæ crebrius a nr̄is iureconsultis subscriptum putaī. gl. & doct. d. c. ex parte. Nic. Boer. deci. parla. burde. 350. Adiūgitur quarta Panormitani, in c. ex parte. de rest. spol. quæ rem magis distinxit, censuit enim diligenter animaduertēdum, nempē si abdicato a minore sacerdotio antistes superior confirmata eiuscemodi abdicatione, illud cuiquam alteri contulerit, tūc
15 que oēm restōnem minori † illi eiuratori denegat. Quod si confirmata quidem a superiore antistite abdicatio fuerit, nō tñ alteri donatum collatumve sacerdotium, inspiciendū rursus, antequā minori restō detur, an minor sit affectus magnis difficultatibus, adeoque fortunis omnib. læsus, & diminutus, vt vix ei quicquam superfit aliud, quo victū sibi parare queat, nam hoc solo beneficio vitam suam sustentabat, atque tunc quidem, quia manifesto constat eum eiuratione illa magnum incommodum accepisse, haud dubie restituendum. Quod si aliunde sit vt viuat tunc contra restōne eiurati sacerdotij excludendum. Alij plæraque alia huc attulere, sed his quæ dicta sunt non absimilia. Quod ad me attinet, quia oēm rem sacrā, & ecclesiasticam a dolo procul esse volo, existimoq; illā debe re minus quàm prophanam fraudibus esse obnoxiam, c. cum vniuerso. ext. de re. permuta. video item hmōi minorum res commendatas esse tutelæ ecclesiæ, atque in fidem ipsius receptas, c. 1. & 2. 87. dist. Censeo in proposita facti specie, si eiurator ille nondum plenos pubertatis annos attigerit, factam ab
16 eo eiurationē † sacerdotij prorsus nullam esse, ca. fi. §. si uero. de iudi. in 6. c. ex rōne. iuncta gl. uerbo ætatem. de æta. & qual. quia licet authoritate summi Pōt. fano illi præfecti sint id ætatis adolescentuli, nondum tñ regendi, administrandi, accuran dique arripuere plenam copiam, ab his enim abest animi ma turitas, ingenijque & consilij, §. præterea. inst. quib. nō est per. fa. testa. nec vlla iuris fictio, aut præsumptum legis iudicium, quicquam horum illis elargitur, quod ipsa plane aufert veritas. c. ex eo. de elect. in 6. etenim valde ineptū esset, vel iniquū potius, adolescentulum, qui dū vix satis pubes est, ac non pōt tum in his ēt rebus quæ ab beneficium spectant, sine tutoris auxilio adesse ad iudiciū, d. §. si vero. posse suo ipsius nutu atque arbitrio extra iudicium (vbi sanè maior est fraudis & leui tatis suspicio) abalienare sibi pontificia gratia donatum beneficium, & hoc quidem in puero nōdum satis pubere. Quod
17 uerò † attinet ad eos, qui puberes quidem sunt plane, nondū tamen ad vigesimum quintum ætatis suæ annum peruenerunt, mihi valde probatur Panormitani sententia.

ARGVMENTVM.

De incesta beneficiorum nundinatione, quam simoniacam resignationem, vel prouisionem appellamus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum licitatio ambitiosa improbatur, etiam si vnius tantum noxa interuenerit. nu. 5.*

2 *Electio simoniaco ambitu facta ipso iure cadit, etiam si electo ignorante facta sit. nu. 3. ratio. nu. 4. 7.*

6 *Potestatem qui habeat soluendi a simonia perpetrata, remissiue.*

8 *Resignatio simoniaca labe infecta penitus concidit, nec ulla nititur firmitate. non tamen est ipso iure nulla, sed simoniacus uenit per sententiam expellendus. nu. 9.*

10 *Resignatio simoniaca eum non valeat, potest resignans beneficium iterum resignare.*

Caput 18.

1 SEd nec valet in iure nr̄o incesta hęc sacerdotiorum licitatio, † siue illa hęc eiurationē vel resignationem gignat quæ nummaria sit, siue aliā quācunque nundinariā collocationē, ordinationemve pariat, c. super hoc de renun. c. præsby. 3. q. 1. adeò enim id ambitus semper odiosum fuit, tum deo ipsi optimo maximo, tum hominibus probatæ vitæ, vt qui pontificias leges condidere, omne sacrilegum huiusce generis cōmercium vltrice pœna sint acerrime persecuti: sed quia materia ista ab oībus fere doctoribus nr̄is fuit hactenus fusè perbelleque tractata, faciundū duxi, vt ea a me breuiter & electe cursum describeret. itaque & trib. ad summū axiomatib. distingui, aut enucleari posse cēsui. Primū, ad suffragia, & comitia spectat, partemque electionum respicit, in qua parte hoc gñaliter effabimur, nempe electionē
2 oēm † ambitu factā simoniaco nullius esse momēti, c. de test. uer. per electiones, de elec. in ex. cōi. quinimmo ad irritū ipso plane iure cadere, id ꝙ ipsum sancitum ēt fuit, Constantiensi concilio. d. ein Basil. c. licut. §. quod aliter, de elect. in prag. ob-
11 seruaī, ēt si inscio eo ipso qui electus est hoīe simonia electionem conflarit, ita vt licet qui electus est nundinariū quidquā
3 † suo noīe, suaque de cā, suffragijs illis adfuisse prorsus ignoret, non pōt tñ illius electionis vi beneficiū ad quod vitiosè ac citus est obtinere, c. si alicuius, de elect. nec id quidem ēt si illo continenter & sane legitimo iure post donaret, Pan. d. c. si alicuius. Cā est, in promptu, quia contages simoniaca, † q̄ electio
4 ni cām dedit, vel adiumento fuit, candidatū electumq; ita isto beneficio indignū reddidit, vt illū hac interregni vacationisq; vice ab eo protinus consequendo oīnò submouerit, nec nisi labe illa q̄ rei inest, planè obtrita purgatoq; scelere sacerdotio illi præfici vnquā pōt, Pan. d. c. si alicuius. de elect. in anti. Censebit aūt abijsse scelus, si interim quisquā alius ex ea illa vacatio nis cā beneficio illi alligef, & tunc demū poterit ipse posteà di luta sic simoniæ labe istud ipsum consequi sacerdotiū, mō id tū fiat, iusto legitimoq; iure. doct. d. c. si alicuius. Obseruaī itē primū istud & gñale axioma in eo ēt casu, quo labes ista vnū quempiam eligentiū attigisset, & quidē eū solū, ex oī ea sacratorū hoīum corona qui viritim ferunt suffragia, c. nobis. ext. de simo. nā vnius solius noxa, q̄ sit eius generis, vitiaī tota ele-
5 ctio, † adeò semper odio flagrauit in reb. diuinis nundinaria isthæc licitatio: q̄ facit, vti vitiū unius ad cæteros & quidē illius vitij ignaros atque inconscios pertineat, licet alioqui in casu non multum dissimili diuersum quiddam sanciaī. Ecce. n. qui diro prograāmate tenebaī, autoritati cuidā in publico cōuētu hoīum, vniuersitateq; cōsignatæ interfuit, nū pessum ibit, ob hmōi hoīs p̄sentiam, cōsignata ibidem autoritas & respōsum est, eā nullo mō pessum ire, nisi si homo is qui abdicatus erat à parente ecclesia, illo fuerit ab alijs illius cœtus hoīb. scienter admissus. c. fi. de procu. c. in illo. de elect. Attamē sua quædam alia adferī facti species, ad quod factum supradicti axiomatis proloquium nr̄m referri non pōt, quum videlicet specie piaculum istud simoniacū admittiē, vt fraudi sit illi, qui eligi speraī, nā tunc, quia dolus is exhibeī, vt electionē euertat, & cādidatū sperata p̄fectura defraudet, electio illa salua firmaq; ma-
6 net, c. nobis. ext. de simo. † Qui aūr sit is, qni ius habet, quoad simoniam perpetratam hoīes lege solnendi, dī alibi cōmodius. Pan. c. simoniacæ. ext, de simo. Nūc reliqua duo axiomata prosequenda. Sequitur ergo ꝙm, præcedenti non dissimile admodum, ita hñs. Oīs nummo, vel mercede quauis alia, q̄ ab illicita
7 nundinatione ortū ducat, sacerdotij facta collatio, † ne cōsisti to, at penitus euertitor, c. p̄sbyter. 1. q. 1. c. constitutus. uer. cæterū. de reli. domi. idque ipso iure, nā ita receptū est, licet qñque hac in re hoc est, sitne nulla ipso iure sic facta collatio, an circunducēda, tollendaq; decreto sit, aliqñ inter Doctores nr̄os cōtrouersum, glo. c. sicut. §. qđ si aliter. de elect. in prag. sanct. Quæ cōtrouersia, atq; dubitatio terminata fuit, Constantiēsi atq; Basiliensi concilijs, d. ca. sicut §. qđ si aliter. de quib. paulo ante meminimus, queis cautū, statutumq; est, oīa, q̄ simoniæ gratia geruntī ipso iure nullius esse momēti, sublata prorsus distinctione, vtrū is cui donaī ea de cā fanū quoduis eā labē sciuerit necne, c. exhibita. de re. permut. Pan. d. c. si alicuius, quem admodū in electione excussum est, & cōclusum. Supereſt tertiū axioma, ad eiurationes & resignationes spectans, quod in hāc proferī snīam, Quæcumq; simoniaca labe infecta fuerit
8 eiuratio & resignatio, † penitus illa cōcidat, nec vlla firmitate nitaī. c. ordinationes. 1. q. 1. nā sicuti ex ea cānon vī nec quit vllo pacto cōsistere, ne paululū quidē facta collatio, ita nec eiuratio eo noīe procuratà valere pōt, quia vitiū qđ in re sacerdotali adeptionē pessundat tituli illius quoque dissolutionem euertit. c. 1. de iur. in 6. Inn. c. super hoc. de renū. & c. cū uniuersorū. de re. permu. Arch. d. c. ordinationes. & id quidē verū est, ēt quoad eiurantē ipsum, ita vt illius dāno, incōmodoq;, nulla sit eiusmodi eiuratio, Rot. deci. 236, in anti. Inn. & Host. c. tua. de simo. Aufr. deci. capellæ tholo. deci. 449. ad vnum tamē intendendus animus, nempe, cùm sic facta eiuratio nulla dicaī, & quidem detrimento maloque eiurationis, sequitur tñ eiu-
9 ratorem † non censeri ipso iure, vi talis eiurationis, quæ nulla est, exactū esse priuatumque abdicati beneficij mancipio aut titulo, sicuti nec aliæ generaliter a beneficiario admissæ noxię, ipso iure eos beneficiorum titulo deijciunt, sed sunt dehinc damnatoria tabella, ob admissum facinus, illinc expellendi, Inn. & Panor. c. cum in nostris. ext. de conce. præben. & Fely. c. quærelam. de iure patro. Deci. consi. 166, Quāuis Baldus aperte adstruat, eiurationem simoniacam, non quidem valere, sed tñ priuationem abdicati beneficij secum plane adferre, inducereque, Bald. c. quod in dubijs. de renunt. ita vt omne ius ab eiurante protinus abeat, Inferunt tñ ēt nonnulli ex antedictis, cum eiuratio, cui simonia cām vel adiumentum dederit, non
10 valeat, integrum tum liberumque esse eiuratori † beneficium illud iterum eiurare resignareque, Rebuffi. in praxi. de modo amittendi beneficia. nu. 35. Galli. aresto. 340. quod & sancitum vī huiusce senatus præiudicio, cùm maxime talis eiurator debeat iudicis sententia priuari, Domi. consi. 125. Pano. & Imo. d. c. super hoc. in gl. in verbo pecuniæ. Id propterea nemini mi-

Source : BIU Cujas

rũ videri debet,aut ineptum, aut falsum, si intereà loci valeat resignatoria eiuratio in gratiam cuiusdam hominis aliùs, absque vllo simoniaco vitio, rursus ab eo consignata qui iudicis sententia,beneficio quod antea,perperam, & simoniace resignarat,priuandus quidē erat,at nondum sane priuatus, quo tempore hanc alteram eiurationem canonice dictauit.

ARGVMENTVM.

De eiuratione vel resignatione metu facta, est ne ipso iure nulla,an rescindenda iudicij calculo.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij per metum facta non valet. & quod ab initio valeat, sed resignans restituatur num. 2.*
3 *Argumentum ductum a speciali validum est.*
4 *Metu gesta valent mero iure,sed rescindenda sunt, & assignatur ratio. Declaratur num.9.*
5 *Resignatio sacerdoti facta vi vel metu nullo modo consistit,& nu. 10. Declaratur num.11.*
6 *Argumentum ductum a contrarijs valet.*
7 *Matrimonium vi vel metu initũ stare non pōt,sed omnino cadit & soluitur.*
8 *Negotium spirituale vel sacrum vi metuut decisum aut gestum nullo iure subnititur,sed perinde habetur ac si nihil omnino actum esset.*

Caput 19.

EXcipitur item a prædicto iuris præscripto,quo dicebatur per resignationem abire statim ius a resignatore, 1 excipitur inquam,resignatio,† quæ per metum fit, quam certum est firmam diutinamqu e esse non posse,cap.ad aures.c.abbas,de eo quod met causa. Sed huc ingens quædā obtruditur hæsitatio,non vt dubitetur, num illiusmodi eiuratio vim vllam firmam habere queat, clara enim res est vim tandem habere non posse,c.ad audientiam de eo quod met. cau.d.c.abbas.d.c. ad aures. neque longo tpe quire consistere.Sed quæstionis est,vtrum illa mox non consistat, an consistat quidem primò,sed postea sit tollenda, vel iudicis officio, vel ea actione,quæ ex præscripta cōceptaque, de eo quod metus cā,formula,intendi solet.Et certe in hac enucleanda quæstione, adeò in varias contrariasque snias distrahuntur iuris nostri præceptores,vt vix concerni queat,in quam partem sit frequentius itum,ita vt quodammodo ineptum videatur,vel male firmum,quicquam pro certo hac in re adferre. Etenim illorum quidam gl.c.super eo.de renun.inn.c.ad audientiam. de eo quod me. causa.Rota deci.374.in nouis.inci.fuit dubitatum c.multorum.de pœ.in cle.Aufre.deci. capel. Tholo.280. 2 censuerunt,huiuscegeneris resignatorias eiurationes,† quæ per metum fiunt,valere quidem initio,sed eiuratorē postmodum in pristinam rem suam plane restituēdum,id quod multis rationibus confirmarunt. Primo enim loco innituntur ex Rom.Pont.constitutione,qui Pontifex vī id ipsum clare statuisse,c.abbas.de eo quod met.cā.nam cùm ad tribunal illius proposita facti specie concertaret de quodam beneficio per metum eiurato,ipse tum noīatim ob cām metus huius,qui in eam eiurationē beneficij iniectus erat,gñaliter super tota metus cā,quacunque in re ille metus adhiberetur pronuntiauit, sanxitque,vt ea,quæ vel vi,vel metu facta probarent, in irritū recideren, reponerenturque in eo statu, in quo prius fuisse clareiceret,& sic eiurator ille qui vi,vel metu eiurasset,abdicato restitueretur sacerdotio Sic igitur restituendus dici nō pōt quin aliquo pacto valuerit eiuratio: sed illa posteà in nihilum 3 est redigēda.Præterea argō † ab eo loco deriuato qui ab speciali peculiariq; appellatur,vt scilicet quod vna in re speciatim consistat,atq; in alijs ne valeat, vī sanè id clarè decidi:nā cùm idem summus Pontifex decreuerit, cle.2.§. sane,de pœ. in cle.statueritque,beneficiorum eiurationes,vtpote quę ab eis extorquentur, qui eam ob causam à potentioribus, uel magistratibus,uel prophanis laicisque dñis magnis in carcerem indignissime rapiuntur,atque illic tantisper asseruantur dum resignauerint,ipso plane iure non cōsistere, idque factū, sit odio,atque inuidia huiusmodi hominum,qui sui magistratus potentia,tyrannidem in beneficiarios exercebant,eosque vi & metu omnis generis, ac plerumque comprehensione corporis ad abdicanda compellebant beneficia manifeste constat,hoc ipsum in eum speciatim casum ita sancitum,ad alios casus qui etiam in metum ab alijs quibuscunque priuatæ conditionis hominibus adhibitum incidi possunt minime diducendum, quia peculiariter in eam ipsam facti speciē quā enarrauimus inductum est. Insuper hæc opinio vī iuris cōis 4 sanctione plane inniti,qua cautum est,quæ metu † gerunt, valere quidem mero iure,sed rescindenda,l.1.C.de resci. ven.l.interpositas.C.de transact. quia ab eo quod metu fit non plane abest illius cui metus incutitur voluntas. l. si mulier.§.si metu. ff.quod met.causa. vnde res p metū gesta sua quodammodo innitit substantia,tametsi voluntatem quæ huic rei substantia sit metus expresserit:ob id quoq; diruta substātia, quia minus firma,diruitur ēt ipsa res,quæ tñ initio aliquantulum steterat, quæ quidem si sunt vera,vt isti protulerunt, sequeret ergo statuendum esse, eiuratorem quemuis qui per metū beneficiū eiurat,necesse hre aliam sibi denuò beneficij eiurati collationem, Probus addi ad Io.mona.Rub.de renun.nu.26.procurare,nam per factam pristinam eiurationem ius oē ab eo abcessit,l.cum precib.de re.permuta.& in eum cui vi talis eiurationis collatum est beneficium planè transit, vnde non benea superiore præscripto gñali hic casus esset exceptus. Verū enim verò,istorum snia certe citra magnam velitationem & cōtroversiam recipi non pōt,nec n.vī absolute vera, quin plerique contrarium adijciunt calculum,atque oīno sentiunt, eiuratio 5 nem † sacerdotij factā vi vel metu nullo mō cōsistere, sed ipsa iuris tum æquitate,tum mera summaq; iustitia decidere, omnique plane columine & fundamento cassam esse, Rota deci. 203.in anti. Ant.d.c.super hoc.Hen.Bo.c.quod in dubijs.de renun.gl.§.ad tollendum.verbo libere.de elec.in prag. sanc.Probus addi.ad Io.mona.in rub. de renū. Mod.parisiensis reg.de infir. resig.idque maxime confirmatur,argumēto a contrarijs 6 deducto,† quorum eandem vulgò dicunt esse disciplinā,præceptionemque.Videmus ergo electionē eo mō factam nullā vim hre,sed primo statim inspectu præcipitem exturbari,quia suffragiorum libertas neque vim admittit, neque metū vllū. c.in nomine.23.dist.c.vbi periculum.§.cæterum. de elec.in 6. Quod igit in electione,per quam ius acquirit sacerdotij statutum est cur id ipsum in eiuratione qua acquisitū perditur beneficium,non statuendum:per contrariorū vt dicimus,assumptionem traditionem ve,quorum eadem in iure nro solet esse rō.l.1.de his qui sunt sui vel alie.iur. Præterea vt a similib.(vel quod magis dicere par est) a minorib.ad maiora ratiocinationē ducamus, quò diuina excelsiora sunt humanis,magisque 7 præstant,nonne planum est,vi vel metu initum coniugiū † humanum stare non posse,sed omninò cadere, soluique.c.cum locum.de spons.quæ(malum)igitur inuidia est quod in matrimonio mulieris & viri (quæ quidem res ad corpus pertinet) decisum est,idipsum in eo mrimonio, quod ad aīos spectat, diciturque spūale, itidem obseruari:præsertim cùm quædam ēt analogica rō id suadeat,cunque item gñaliter præscriptum 8 sit,negotium † omne spūale,vel sacrum, vi, metùue decisum, aut gestum,nullo iure subniti posse,sed perinde habendum ac si nihil oīno actum esset:vnde non consistit abalienatio rei sacræ,vel ecclesiasticæ,quam vis aut metus induxit. c. peruenit, de iureiu.iuncto c.si sine.12.q.2.c.1.de re.eccl.non alie.Et certe pontifex ipse Romanus in d.clem.2. §. sane.de pen.in cle.id ipsum vī expressisse aut aperte cōstituisse,si locus ille citrà cauillum accipiatur,nam cum ibidem scriptura clara sit,annuēs quæ metu aut vi eiurant sacerdotia non recte eiurari, ac eiusmodi eiurationem nullam esse,cur illam scripturam,ad illum tm̄ specialem casum, qui supr à enarratus est de potentiorib. hominibus,publicisque magistratib.strictim cōtrahemus ? cū verisimilius sit,in eo loco regulam gñalem a pōtifice cōstitui, quàm peculiarem casum decidi : Nec satis firmæ sunt quæ in contrariam cām adferuntur rōnes,nam cum dī legibus cautū 9 esse,gesta † per metum valere quidem mero iure,sed rescindēda,d.l.pen.de resc.uend.d.l. interpositas.de transac. voluntatē enim quæ oīum rerum agendarum columen est,ac fundamētum, ab eis plane non abfuisse,id quidem dictum decisionem istam iure suo non concidit, nam ad eos oīnò actionū casus pronuntiatum illud referri debet, in quib. requiritur simplex, vel cuicumodi agentium consensio, non item ad eos qui vt firmi sint, non solum assensionem, sed & liberam etiamnum postulant voluntatem candidi animi, tāquam necessaria duo fundamenta:quorum alterum est eis veluti materia quędam, ac substantia qua gignūtur & fiunt, alterum verò ceu forma, & qualitas,qua & informantur, & firmitudinē accipiunt, cuiusmodi sunt oīa spūa ia negotia.c.pisanis. de rest.spo.gl.c.notificasti.33.q.5.Pan.d.c.cum locum. Quare mea quidem snīa 10 est haud dubie concludendum,curātem in hoc casu,† ad eiuratum per vim vel metum sacerdotiū mox redire posse, nec necesse habere restitutionē aut collationem donationemve sibi ab integro procurare.Pau.Cast. si vero. de iureiu. & c.ex parte,de rest.spol.& c. Abbas.nu.2.de iureiu. Nā quid opus est periodis,& circuitionibus in re clara ? quidue tanta vel concursatione, vel in iudicio contentione pro isto iuri suo restituendo quod nunquam a se amiserit: præsertim ēt quum in hac snīa quam dico, nulli alteri fiat vere neque fraus neque iniuria,& parcatur rei familiari, vitatur enim impendium,q̄ sine cā in parandam nouam collationem conferendum esset ab eiuratore illo,qui absque ea pristino iure suo firmo bonoque inniti pōt,cum eo quidem iure per eiurationem illam fa- 11 ctam vt aut metu,nullo mō censeatur exactus.Metum † autē

hic

Source : BIU Cujas

hic accipiendum Labeo, nõ quemlibet timorem inanem, sed maioris mali, l. metum. 1. de eo quod met. causa. ff. nam talis metus eiurationem haud euerteret, qui vanum hominem perterrere posset, sed talis metus desideratur, qui constantissimũ hominem turbare. l. metum. 2. l. nec timorem. ff. de eo quod met. causa. c. ad audientiam. illo tit. queat, sicque relinquitur, ab illo magno generali præscripto quod supra dudum positum est, hanc quoque facti speciem isto in capitulo disputatam, rectissime eximi posse.

ARGVMENTVM.

Vtrum qui publicum admisit crimen, statim priuetur possesso sacerdotio, an expectandum, vsque dum iudex, hac in re vel decreuerit vel pronuntiauerit.

Tum quærendum, an interim dum iudex cognoscit de crimine, beneficiario quidem qui reus est, liberum censetur esse, sacerdotium apud maiorem Antistitem eiurare.

SVMMARIVM.

1 *Crimen non inducit beneficij priuationem ipso iure, sed expectatur sñia.*
2 *Iudicij non licet clericum reum criminis sacerdotio deturbare, nisi id a iure nominatim ei mandetur.*
3 *Clericus quibus casibus consummato scelere ipso iure beneficio priuetur.*
4 *Clericus scelere damnatus nõ priuatur sacerdotio, si prouocauit. & nu. 6.*
5 *Clericus criminosus, au causa super crimine pendente, beneficium ad fauorem certæ personæ in manibus Pontificis resignare possit.*
6 *Resignatio a clerico de crimine dãnato valet, si prouocauit. fallit vt nu. 7.*
8 *Collatio beneficii clerici pro crimine delati ualet, non tamen potest nouus beneficiarius eius apprehendere possessionem, nisi sequuta cõdemnatoria sententia.*
9 *Clericus pro crimine damnatus uel damnandus non potest beneficium in manibus Pontificis in alicuius fauorem resignare. & nu. 12.*
10 *Condemnati & de propinquo condemnandi idem fit iudicium.*
11 *Conclusum esse in causa, & pronuntiatum iudiciũ, par fere in iure est rõ.*
13 *Alienatio irreuocabilis cuilibet post contractum crimen interdicitur.*
14 *Capitulum, Dudum. de elect. perpenditur.*
15 *Resignatio beneficii sponte facta ab existente in uinculis, sequuta absolutio ne valet, & quomodo.*

Caput 20.

1 QVod ad primam quæstionem attinet, certum est, beneficiarium, † qui criminis cuiusquam publici reus est, & affinis, non ipso iure, hoc est, mox & momento temporis, post admissam noxiam, possessio expelli sacerdotio: at necesse est vt hoc iudiciali fit calculo, idque clari & aperti iuris putatur, cap. clericis qui cler. vel uouen. c. dudum. 1. ex. de elect. c. ex literis. & c. fi. de excess. præla. c. per tuas. ext. de simo. Inn. & Pan. c. in nris. de conce. pb. Pan. & Fel. c. quærelã de iureiu. deci. capel. Tho. deci. 436. soletq; ex graui delicto, a clerico perpetrato eiusmodi priuationis sñia, nõ ex leui culpa, vel delicto, c. inuentum. 17. q. 7. c. peruersum. 56. dist. Pan. c. ex tue ext. de pæ. nec passim ad arbitriũ iudis ferri, nisi, quatenus a le-
2 ge expresse decidit, neq; enim iudici licet, clericũ † reũ cuiusdã criminis, sacerdotio deturbare, nisi quã id ipsum a iure noĩatim in hãc rẽ cõscripto ei demandat, vt §. cũ igit. ibi. nec quæli bet lex est id dicẽs. de nõ eligi. 2. nub. in Aut. l. at si quis. §. diuus in verbo, pœnã. ff. de reli. & sumpt. fu gi. & Pan. c. fi. de iu. patr. c. illũ. nu. 12. de coll. habet uniuersum iuris pscriptũ: Plerique tñ casus, spãli nota, ab hoc gñali iuris pscripto demunt, in eisq; peculiari legis constitutione fit statim cõsummato scelere, sacerdotij ipsius, ab eo reo possessi adẽptio † cuiusmodi fit, ĩ crĩmine perduellionis a clerico beneficiario perpetrato, c. felicis de pæ. in 6. Eadẽque vr̃ cã hæreticæ impietatis, c. cũ secũdũ. de hær. in 6. c. ad abolendã. illo titiin anti. in his. n. ẽt nõ expectata sñia, vr̃ mãcipiũ ipsius sacerdotij titularium, de manib. delinquentis abijsse, ita vt libera donatio, seu collatio, ad superiorẽ Antistitẽ, lite ẽt super hmõi crimine nondũ finita, deferat. d. c. cũ secundũ leges. de hær. in 6. Io. Fabri. §. 1. in instit. quib. alie. nõ licet. Io. And. c. cõmissa. de elect. in 6. ꝙ & cõcil. Lugd. in famosis latronib. receptũ est. ti de homi. in 6. alias regulare est, vt an-
4 te sñiam sacerdotio clericus † nõ priuet, nec itẽ dãnatus censeat qđ attinet ad priuationẽ, si quidẽ ꝓuocatione interpellet iudiciũ, ꝙ Eleutherius c. quãuis. 3. q. 6. & Sixtus c. accusatus. 3. q. 6. sapientissimi pontifices, legib suis cõstituerũt, & Sardicẽsi, Cõcilio patres cõfirmarũt, nec adhuc satis inter nos cõuenit, si in perduellionis crimine, nõ expectata sñia, mancipiũ ipsius sacerdotij, de manib. delinquẽtis abeat, ita vt nulla ꝓuia declaratione, collatiõ ad superiorẽ antistitẽ deuoluat, alijs, nullam sñiæ declarationẽ necessariã fore ante collationẽ sacerdotij, ꝙxistimantib. Io. And. c. cõmissa. de elect. in 6. alijs porrò in ea re dissentientib. Fel. c. cũ abhoĩe, ext. de iudici. Quæ cã, tota alibi discutiẽt. Sed in alia, q̃ sequit, qõne decidẽda maius inest ne-
5 gotiũ, an videlicet si beneficiarius ille, † qui sordidatus cãm dicit in iudicio põt interim dum instituta apud tribunal publica actio iudicat, & nihil dũ pronuntiatũ est, quod eũ excludat ab obtento beneficio, beneficiũ illud qđ possidet apud Roman. Pont. in gratiã cuiusuis alius hoĩs, resignare, hic nõnihil hærẽdũ est: & tñ frequẽtiore Doctorũ nostrorũ schola decidit eiurationẽ a beneficiario qui priuationẽ beneficij ob admissum scelus cõmeruit, nondũ tñ est condẽnatus, nullo affectã vitio censeri, sed esse firmã & validã. gl. c. 2. uerbo finite, vt li. pẽd. in 6. gl. prag. sanct. §. itẽ in super verbo dispo. de colla. Domi. cõs. 105. Anfre. deci. c. Tho. 436. Nic. Boe deci. bur. dec. 206. idque existimat, quatuor potissimũ Rom. Pont. decisi. innixum esse, quib. rei scelerũ appellati, interim dũ de crimine cognoscebat stabatque accusatio, admissi sunt ad eiurãda q̃ possidebãt sacerdotia c. dudũ. 2. de elect. c. ex literis. & c. fin. de exce. præ. c. p tuas. de simo. Idque adeò verũ censet, vt quidã illorũ quorũ in hãc opinionẽ inclinat aĩus senserint, valere quidẽ eiuscemodi eiurationẽ, ẽt si facta sit, cũ de crimine priuationeve sacerdo-
6 tij iã pronuntiatũ esset, † mõ ad arã (qđ aiunt) prouocationis sit confugitũ, Pro. ad gl. ad prag. san. d. §. itẽ in suo. uer. dispone re. addi 12. Reb. in sua praxi. rub. de mõ amit. bene nu. 52. quod instituta, & denuntiata appellatio, cognitionem iudicis, a quo prouocatũ est plane diremerit, & suspẽderit, vnde reo integrũ sit, quousq; sit factus disceptãdi finis, & terminatio, quocunq; legitimo mõ explicare se obtẽto sacerdotio, atq; ita aiunt iudicatũ esse, placito huiusce nr̃i Parisien. Senatus. Prob. d. add. gl. prag. sanct. verbo disponere. atq; ea est vulgatior, crebriorque doctorum nostrorũ, quantum spectat ad hãc secundã qõnẽ,
7 opinio. Quod tñ ad eos casus pertinere non põt, † in quib. lege ipsa noĩatim inducta est beneficij priuatio, nã tũ inefficax planeque inutilis esset quæcunq; eiuratio, potestque superior Antistes, non expectato iudicũ dãnatorio calculo, beneficia huiusce generis in aliũ quẽuis pro nutu, atq; arbitrio cõferre. c. licet canon. c. cõmiss. de elect. Rota deci. inci. accusatus corã ordinario tit. de re iud. Reb. ti. de mon. amitt. bene. in 1. in sua
8 praxi. Boe. deci. 205. in fi. Eamque, vulgatiorẽ quidã & frequẽtiorẽ doctorũ decisionẽ, altero magni cõcilij placito cõfirmatã tradũt, Rebuff. in sua praxi tit. de mo. amitt. be. num. 52. & ipsam senatui Burdeg. aliqñ placuisse autor est Nicol. Boer. deci. 206. Sed tñ adferf & alia quædã nonnullorũ sñia, q̃ dissidet ab ea q̃ iã a nobis recensa est opinione, nã illi, quos nũc subijcimus, Barb. cons. 11. uoli. Fel. c. p tuas, de simo mo. paris. reg. de infir. resig. opinant rẽ distincta quadã moderatione, & dria aliqua ita tẽperandum esse, vt multa in hoc iudicio sint aduertẽda, nã inquiũt ipsi, pone exẽpli cã, qui crimination in iudicio premebat, post atrocẽ aduersum se factã petitionẽ, intentatãque aduocationis publicæ & regiæ postulationẽ, post itẽ conclusionẽ in cã, quæsitionisq; scriptæ cõstitutũ in curia iudiciũ, vel post ipsa aut patefacta iteratave, aut cõmissa secũ ac recognita testimonia, cũ iã condẽnationi propinquus sit, nec vlla vel inficiatione facti, vel tergiuersatione crimẽ põt obterere, vult beneficio apud Rom. Pont, amico cuidã cedere, nũ exau
9 diẽdus est? nõ quidẽ certe, aiunt ipsi, † vel multis iurisconsultorũ responsis id dictũ prope confirmantib. & primo prodeat lex Marcelli, l. qui pænę. ff. de ma. tit. ge. qua in una cta responsum est, libertates ab eo datas, qui se vel l. Corn. dãnatũ videret, vel prospiceret fore vt intra paucos dies dãnaret, non consistere, neq; seruis licere ex hmõi libertatis datione liberos esse: videl? vti qđ factum est, & qđ in pro cinctu est vt fiat, ita inter se illo Marcelli respõso æquant, vt q̃ mox futura est condẽnatio, ꝓ iã facta habeat, vnde illinc deducta argumẽtatione, confirmationeq; colligi põt, beneficiario nõ magis licere post cõstitutũ cognitumq; de crimine cuius arguit iudiciũ, postq; testes sibi ipsi reo altrinsecus cõmissos, & post ipsam ctæ, quę solẽni mõ, cãm concludit, iactã aleã, beneficiũ qđ obtinebat resignare, q̃ si iã dãnatoria tabula ab eodem plane seclusus esset. Facit ad hanc rẽ Põponij quoq; consultũ, quo non secus censet, iudi-
10 caturq; de eo, qđ post dãnationẽ fit, † atq; de eo, qđ factũ est, quũ reus iã prope a condẽnato esset, cũ hæc duo idẽ fere esse censeant. faciũt & iurisconsultorũ enuntiata, quib. assertũ est, quæ fiunt ab eo, qui capitis cõdẽnatus est, & ab eo, qui nõ qdẽ dãnatus est, sed prope est, vt damnet, eo dẽ iure cẽseri: ita, vt ex quo quis incipit scelere suo exagitari, ac planè se videre põt propediem pœnas daturũ, ius dãdæ libertatis videat amisisse, non tã ob dãnationẽ cui proximus est, q̃ ob conscientiã pœnæ futuræ, atq; inde magnã ægritudinẽ animi quib. stimulãte scelere, totus fluctuat, nec suæ mentis satis cõpos esse putat. Quare (aiunt) idem quoque in resignatione sacerdotiorũ statuendum, animaduertendũque summopere, quo in statu res sint eiuratoris, tpe quo eiurat, & quanã in parte sit capitale de eo constitutũ iudiciũ, vt cum in cã conclusum sit, nihil tũ reo liberum relinquatur ad eiurandum, quo potiebatur, sacerdotium. Id quod (itidem inquiunt) summa nititur alia rõne, cum
11 scilicet ferme par sit in iure nro, iactam † esse conclusionis

Source : BIU Cujas

ſummam,& terminatum finitumque ac pronuntiatum iudicium.Bal.l.error.de iu.& facti igno.c.1o.mon.c.fi. de in inte. reſt.in d.l.error.Quid enim re vera aliud eſt cãæ præfinita con cluſio, quàm diſceptationis omnis litis exitus & terminatio? Igitur qui plane cernit,reſpicitque aĩo,ſe mox damnatum,de ſtitutum,ac mulctarum iri poſſeſſo ſacerdotio, ſi tum eiurat, cenſendum dicunt eum oĩno nihil agere,alia ẽt rõne, quia id ab eo tunc fieri videretur,vt fraudi eſſet ſuperiori Antiſtiti.c. 2.de renun.in 6. Ergo ne apud ſummum quidem Põtificem, eo mõ poſſe eum in gratiã cuiuſuis alterius reſignare æquũ putandum, & reſignet,admittaturque & confirmetur Romæ
12 reſignatio † eiurationem illam,ac collationem veluti per obreptionem,captionemque & rei (vt ſeſe habebat) ſuppreſſionem,impetrata penitus infringenda,nam eiurator, vel cuius gratia & bono eiuratur,in Pontificem planè tunc erepſit,eiq; perbelle impoſuit,vt iudicem,& iudicium ipſum quod impẽdebat,inſtabatque,malo quidem aĩo ea in re eluderet,iõ iuris ſemper eſſe,ac æqui & boni, eum ſucceſſu rei per fraudẽ queſitæ plane carere. Hæc ſunt quæ pro confirmatione ſuæ opinionis colligunt Doctores iſti,(quibus ego, niſi obſtarent curiarum & ſenatus,quæ ſuprà recenſuimus placita, planè aſtipularer) ſtatuũtque omninò illi ipſi interpretes, huius generis
13 eiurationis nullam rõnem habendam eſſe, attento maxime quod talis beneficij eiuratio alienatio † irreuocabilis cenſef, quæ,cuilibet homini poſt contractum crimen iure interdicit. d.l.qui penæ.Bar.l poſt contractum.nu.12.ff. de don. Itaq; refelluntur eo mõ,qui contrariæ ſubſcribunt ſnĩæ, nã quod inquiunt quatuor Rom.Pont conſultis, reſponſiſque ſancitum fuiſſe,eum,qui ſcelus admiſit,interim dum cognoſcitur de crimine,admittendum ad eiurandum ſacerdotium,id manifeſtò
14 falſum eſt,(pace dictum ſit tantorum hoĩum) nam in capitulo † dudum,de elect.quod primò citatum eſt,ne verbum quidem vllum fit de eiurante beneficiario, qui criminis vllius in iudicio capitaliter ſit appellatus,non enim criminoſe ibidem contenditur, & multò minus in capitulo quod ſecundo loco eſt allegatum, c.per tuas de ſimo. vbi non item ſcribitur dica quæ publicæ cãæ ſit,hoc eſt, quæ ad crimina,& capitalia pertineat:ſed intenditur ciuilis actio,qua ciuiliter agitur, vti Abbas ſimoniacus pellatur gradu ſuo. quod itidem vĩ ſtatuendum, in ca.ex literis.de exceſſ.prælat. vt illic ciuiliter ẽt contẽ datur,quo ille eps deijciatur Antiſtitio, qui iure maioris imperij autoritatem ſolùm ſuam præſentia ſua interpoſuiſſet in exequenda capitali quadam ſententia quam tuliſſet prophanus iudex,qui ab eodem epiſcopo præfectus erat, vt in imperio ſeculari, iureque promendi gladij quod ius habebat ipſe Antiſtes,iuriſdictionem eo in epiſcopatu conficeret coerctionis quidem capitalium cauſarum:Igitur, ad propoſitum axiomatis,ſi reus ille poſt factam dum in vinculis cauſam dicebat,
15 eiurationem,tandem abſoluatur, valet ſane quidem reſignatio † illa ſponte facta, quod & obſeruandum, quando eiurator ille criminis reus non eiuraret quidem in fauorẽ, at ſimplici puroque modo tum beneficium dimitteret, Tantoque magis hic conſtituendum eſt, hanc poſtremam reſignationem valere,quod omnis ceſſat ſuſpicio, quæ fuerat allata de fraude, quæ per huiuſmodi reorum eiurationes fit collatori ordinario, nam hunc in caſum liberas ordinarius is habenas habet cui vult beneficium donandi, cùm talis ſimplex reſignatio ab ipſius arbitrio.c. admonet. & cap.quod in dubijs. ex de renunt.atque auctoritate plane pendeat,vt quæ nullum certũ hominem nominarit, cuius bono illa cedat, cui alioqui nominationi,quam dictarit in fauorem certi hominis, concinnata reſignatio, vel Romanus ipſe antiſtes magnus ſit obnoxius:vti patet ex his quæ alicubi ſupra poſuimus.

ARGVMENTVM.

An poteſt Clericus poſtulare a Romano Pontifice ſibi attribui beneficium alterius clerici criminis quidem delati rei, ſed nondum conuicti, confeſſi, nec comperti, interim dum ea dere diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum Pontificis,quo iubetur beneficium clerici pro crimine detenti alicui conferri,impedit ipſum clericum reſignare poſſe.*
2 *Reſignatio beneficij facta a clerico pro crimine detento ignorante Pontificem de illo beneficio alicui prouidiſſe valet, nec obeſt reſcriptum.*
3 *Reſeruationes & expectatiuæ gratiæ, quæ in euentum futuræ rei reſpiciunt,ſublatæ ſunt in Gallia.& num.4. & ratio aſſignatur nu. 5.*
6 *Imperator Põtificius de beneficio clerici carcerati pro homicidio, ſequuta condemnatione,an,mortuo clerico ante condemnationem, poterit inſtare vt mortuus damnetur, ad effectum vt ſua impetratio effectum ſortiatur.*
7 *Mortuum ad iudicium retrahere inhumanum eſt.*

Caput 21.

IN propoſita hypotheſi,ſunt ex noſtris iureconſultis,qui exiſtimant, ſi interim dum de crimine cuiuſdam beneficiarij conſtitutum eſt publicũ iudicium,nec dum tamen finitum,prodeat a Ro-
1 mano Pontifice reſcriptum,† quo iubeatur beneficium cum primum a reo fuerit ob commiſſam noxã abiudicatũ,conferri in quẽquam alterum, qui illud diplomate iam exorauerit, adeò valere diploma, vt ſi clericus ille de cuius ſcelere apud ſubſellia cognoſcebat certior factus de diplomate beneficiũ ciuret,obteraf plane ob reſcriptũ iã expeditũ ſic facta reſignatio,ac nullius prorſus iuris eſſe cenſeat,vimque & executionẽ obtineat diplomataria iſthæc impetratio. Ant. de Butr.conſi. 44.Anfre.deci.capel.Tho.deci. 436. Sin reus ille beneficiarius reſignet,cũ ignoraret beneficiũ a Rom.Põt. donatum alteri,
2 ciuratio tunc ſit e contrario vim habitura,reſcriptumq; † Papale iure caſurum,æquioris.n.iuris eſſe aiũt,eũ, cui ceſſum eſt a reo beneficiario nondũ dãnato, nec voluntatis Pontificiæ conſcio beneficiũ,Imperatori Pontificio in hũc caſum anteponi.Fel.c.in nra.de reſcrip. Nic.Boe.deci.parla.burdeg.deci. 205.in fi.Verùm enim verò hodie apud nos,hac de re contendere eſt de lana(vt habet Horatianũ prouerbiũ)caprina decer-
3 tare,cũ morib Francorũ receptũ ſit,hmõi reſcriptis † præmaturis atque p̃rogatorijs,nullũ locũ prorſus eſſe poſſe:id quod illuſtraẽ ſequenti rõne. Aut.n.mandat a Rom. Pont. cuidam delegato iudici, poſſeſſum a clerico qui cãm capitaliter dicit, vbi primùm ſit dãnatus,ſacerdotiũ donari cuidã alteri, & conſtat mandatũ delegationemve illius generis nõ cõſiſtere, quin p̃ decretũ (de cauſis) funditus it peſſum,atq; in irritũ cadit.decreto de cauſis in concil.Baſil.& eo.ti.de cauſis in cõcordatis. Aut verò Pont.ipſe Romanus nemini quidẽ iudici delegato mandat id negotiũ,ſed noĩe maioris imperij, in euentũ dãnationis,hoc eſt qñ reus condẽnatus erit,confert quidẽ iã tũ beneficiũ in quendã alterũ, qui id gratiæ interea curauit ſibi ap-
4 poni,& eo ẽt caſu valere non p̃t donatio,nec ipſa gratiæ † ſic factæ impetratio,obſtat.n.ac contra it decreti ſanctio,qua reſeruationes itẽ & expectatiuæ gratiæ q̃ in euentũ futuræ rei reſpiciũt,ſublatæ ſunt & inducte.decreto de reſerua.ſubla.& tit. de mãda.apoſto.co.li. Nec mihi ꝓbat hac in ſpecie diſtinctio, qua noſtrates hoĩes rẽ inuoluunt, quin exiſtimo, cenſeoque, Rom.Pont.ſiue gñaliter, ſiue ſpeciatim ſibi ſeruet integrã donationem amiſſuri præfectum ſuum ſacerdotij,ſeu ẽt illud iã donet,certo homini vel donari mandet, gratiã ſemper expectatiuã feciſſe,uel merã beneficij vacaturi reſeruationẽ indulſiſſe,vtrumque aũt ab eo fieri ꝓhibitũ eſt iure Gallorũ peculiari,decreto de reſer.ſubla. & decreto de mãda.apoſt. tam in
prag.quã in conci. nã hmõi vacaturi beneficij cõceſſa expecta-
5 tio,† quid aliud erat, quã captatio quædã exuuiarũ ſacerdotis aut clerici viuentis,mortiſq; ipſius, aut caſus mali inhumana affectatio,quarũ rerũ occaſionẽ dare, aut viã patefacere,bonis morib.admodũ repugnabat,quod cum ſit clarũ,nihil iam attinet nodũ in ſcirpo quærere,& rem perſpicuã diſtinctionis inuolucro circũſcribere.Atque ex his quę dicta ſunt colligit, explicatũ videri aliũ quendam iuris nodum,qui ad anteceden tem qõnem eſt veluti quoddam additamentum, vt aũt nodus is explanet, exemplum fiat.En papalis quidã impetrator inſtabat,contendebatque iudicio,vti beneficiarius qui reus homicidij poſtulabat,beneficio quod obtinebat dãnatorio calculo ſubmouereẽ,& id ipſum impetratori qui ſub hoc titulo illud a Rom.Pont.impetrauerat,attribueret,inter moras,fato cõceſſit,cui intendebat criminoſe actio, quæritan mortuũ homicidã poſſit impetrator iſte perſequi in iudicio,& contendere,vt qui reus cædis appellabat,poſt mortem ẽt, iudicum ſnĩa con-
6 damnet,† & ab eo,vt ab hoĩe ſicario ſacerdotiũ abiudicatum donet impetratori põtificio,ita vt Antiſtiti vero facultas illud ſacerdotiũ cuiuis alteri conferẽdi,cenſeat erepta fuiſſe.Dubitationem adfert regula cãcellarię ab Vrbano Papa quinto ſancita,& dein a poſteriorib.Romanis põtificib.plane cõfirmata, qua in hanc ſnĩam cautum,quoties Rom.Pont.pro iure ſummorum faſcium quadam veluti manus iniectione, de aliquo ſacerdotio ſtatuit,ſi non valeat, qđ tũ fecit decreuitve,& aliquam ob cãm effectu careat,tñ,vti iã paulo ſupra adferebat,ſacerdotiũ illud ad arbitrium ſummi pontificis reuocatum cenſetur,ita vt nulli alij de illo ſtatuendi ius eſto,Innoc.Abbas ſiculus.& compoſt.capitu. inter dilectos. de exceſſib. prælato. Videtur enim Papa ex eo die voluiſſe integram huiuſce beneficij donationem ſibi reſeruare, ſed tamen ego hanc rem, nodi in poſito exemplo conſcripti,& vbi in hoc rerũ genere, oĩno viuitur ad præſcriptas iuris canonici leges, & dubij, & frequentis,vlterius hìc excutere ſùperſedeo,tum quia ſuperuacaneum eſt,iure hoc toto reſeruationum,moribus noſtris & Baſilienſi concilio ſublato,huiuſcemodi de re,dicere prolixius,tum etiam quia in re tali, tametſi nodus dubius putetur
7 eſſe,tamen quia inhumana, † & a moribus chriſtianis aliena,

mihi

Source : BIU Cujas

mihi non videtur cæteroqui tantopere concertandum: cur enim qui mortuus est, ad iudicium retrahendus? cur dies iterum illi dicenda? extinctum interitu crimen, cap. accusatus. §. pen. de hære. in 6. l. 1. si ex noxa. causa aga. l. si pater tuus. ff. si pend. appell. abrupta est fato inuidia, istud esset cum laruis pugnare. Quantumuis sæuè alleget diplomatarius, obtinendi beneficij gratia, de crimine adhuc in mortuum agendum esse, atque sic legitur iudicio quandoque decisum cõstitutumque. deci. capel. Tholo. deci. 436.

ARGVMENTVM.

Annondum exhausto perfectoque Romæ mandato procuratorio, quod a beneficiario datum erat, de eiurãdo apud summum pontificem beneficio, in gratiam alterius cuiusdã, interea fas est mandanti, illud ipsum beneficium authoritate antistitis ordinarij, dimittere & resignare.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem constituens ad resignandum beneficium in manibus Pontificis, potest eo non obstante, illud in manibus ordinarij resignare. & Resignatio postea facta vigore procuratorij in manibus Pontificis corruit. num. 2.*
3 *Clementina. 1. de renuntiat. quo casu locum habeat. & quare edita sit. numero 6.*
4 *Mandatum procuratoris mandante re integra moriente cessat.*
5 *Resignatio est mors quædam ciuilis, quæ naturali fato in beneficialibus comparatur.*
7 *Legis aut legislatoris voluntas ex proemio vt plurimum deprehenditur.*
8 *Legis ratio vbi amplior est ipsa lege, ad omnem rationis speciem protendi debet.*

Caput 22.

IN proposito apud thema, quæstionis genere, videtur prima inspectione re-
1 spondendum esse, mandanti † licere deponere sacerdotium apud antistitem ordinarium, licet antea mandauerit procuratoria seipso delecto, illud idem beneficiũ apud supremum pontificem eiurare, modo procurator nondum illud eiurauerit: nam dum id præsens agit, authoritate ordinarij officij, quod Romæ facere decreuerat, vbi, procuratorem eiusce rei causa dederat, censetur tacita quadam voluntate mandati tabulas reuocasse, id autem, quin ei facere liceat mõres integra sit, dubium esse non potest clem. pen. de renunt.
2 Quocirca dicendum, eiurationem, † quam resignans (mandatum anteuertens) apud ordinarium antistitem fecerit, illam, quæ postea Romæ apud pontificem summum, vi mandati facta est, plane obruere. Quod si apponatur, præscripto iuris constitutum esse, procuratori, cui ad resignandum datum est negotium, tantisper permitti officio suo perfungi, dum nihil quicquam exploratum habet de mandato sibi renuntiato renocatoque, d. cle. 1. facile refellerim, si dicam pronuntiatum
3 illud iuris, † locum habere in procuratore, qui functus est officio, cum mandans adhuc beneficium possideret, non item in eo qui mandatum confecit, quum mandans ipse partes illius iam præoccupasset, ac sese apud subsellium ordinarium beneficio exuisset. sicuti fit, in ea quam proposuimus facti specie, vbi beneficium dictum est possessore vacasse, simul ac beneficiarius illud apud suum peculiarem magistratum eiurauit. Igitur quid relictum est procuratori, quod ea in re possit agere? licebit ne illi beneficium obtentu illius mandati resignare, tum, quum iam possessore censetur vacuum? id dicere profectò esset ineptum, vacauit autem vere, cum eiuratũ est apud antistitem eiuratoris ordinarium. Propterea quod tunc tẽporis penes eiuratorem erat adhuc sacerdotij titulus, quia procurator Romæ nondum mandatum peregerat: hinc de-
4 cisum est, eo casu hoc est mandato † Romæ nondum gesto, si mandans de vita decederet, procuratori nullum amplius ad eiurandum, vi illius mandati, quod a mortuo dum viueret acceperat, locum posse. c. susceptum. de resc. in 6. Quare argumẽto deducto a simili, constituendum idem esse cùm facta & cõfirmata apud præsulem ordinarium eiuratione vacat beneficium, vt ne tũc quidem iterũ in aula Romana vacare queat.
5 sitque eiuratio, † mors quædam ciuilis, quæ naturali fato hac in specie comparetur. ca. ecce. 7. q. 1. Atque hanc opinionem habuit quandoque Fel. clientique hac in re consilium petẽti in eam sniam respondit, quam postea prælectionibus suis cõfirmauit. c. ex parte, decani. nu. 16. ext. de rescrip. Et tñ multa vetant, quominus sit in eam faciendã discessio, ac in primis Imperatoris Iustiniani rõ. l. pen. §. sed & qui. C. de lati. libert. toll. quam in sancienda quadam lege ita vt adferre, iniquum (inquit) est, simulatione beneficij hoĩes deludere, quare nolo quenquam (& quidem de prophanis laicisque hominib. loquitur) liberalitatem suam propalam iactare, atque fingere se vel le alteri benefacere: vt ab eo quem se ostentat prosecuturum munere grati animi officia interim accipiat, & postea tñ munificentiam suam clam subducens, illum vana spe lactatum decipiat, in quam improbæ atque illiberalis simulationis speciẽ certe incideret qui dato procuratore ad eiurandum in aula põtificis suum sacerdotium in gratiam cuiusdam amici, illud inter moras apud suum antistitem deponeret, idcircò imperatoria rõne illi minime tolerandum, illi inquam qui homo est ex clero sacro, vbi multominus licent hi ludificãdi modi: huc itemq; spectat planeq; facit, quod ipse ẽt Rom. Põt. in eiusmodi eiurationum genere rescripsit, sanxit reuocato scilicet mandato necesse esse procuratorem de abrogata sibi prouincia certiorem fieri, alioqui quicquid is reuocationẽ ignorans egerit ratum esto. d. cle. 1. de renunt. num si rõ perpendat cur ita
6 in pontificia Clementis lege sit constitutũ, † planũ fiet id non alia de cã factum qnàm vt tollatur ansa eludendi procuratoris, & ipsius ẽt Pont. Rom. quod nefas est, ludibrio habendi, id q; frequenter antea accidebat, dum beneficiarij dato ad eiurandum in aula Romana mandato illud posteà rescindebãt, nec de rescisso & reuocato negotio quicquã ꝓcuratori significandum ducebant, atq; ita fiebat vt ꝓcuratori verba darent, & ipsi pontifici summo os (vt cum Plauto loquar) male sublinerẽt. Quod aũt cã fuerit potissima sanciendæ clementinæ liquet manifeste ex eiusdem proœmio, voluntas. n. cuiusuis le-
7 gis, † aut legislatoris ex prologis vt plurimũ deprehenditr. l. 1. in prin. ad macedo Bar. l. cũ quid. si cer. petat. sicuti innuũt plerique doctores nr̃i, aientes rõnem quæ in proœmio cuiusq; decreti adijcit illius decreti cãm censeri quã finalẽ vocant, hoc est, ad quã veluti ad finem referẽ decretæ legis cõstitutio. Bal. l. vt liberis. C. de colla. & l. hæc verba. de falc. cau. adiec. lega. c. Car. flor. c. pen. de cle. coniu. Cum igit certum sit ex prædicto prologo hanc fuisse rõnem illius rogationis sanciendæ, vti. s. fraudib. & inconstantiæ crebræque inĩarum hoĩum cõmutationi in oẽ tps obuiam iretur, cãm quiuis nõ attulerit, quominus eadem rõ in hac insit proposita facti specie, nam quid obstat quin alio quidem mõ, sed tñ per mili, fraus in eodem rerum genere dato procuratori fieri dicat, & pontifici ipsi qui deludit summa inferat iniuria, ecce qui tabulas mandati obsignauerat, quib. volebat possesso beneficio apud Rom. Pont. per procuratorem abscedere, nescio qua posteà re incitatus decedens snĩa illud idem nondum peracto Romæ mandato apud antistitem ordinarium resignat, nonne procuratorem deludit, & põtificem ipsum summum maligne ludificatur? dũ conuenta retractat, dum fidem mutat, dum priorẽ orationẽ, si non aperte, at clanculum, quod improbius est, perque certã consequutionem rei retexuit, quod quum ei per reuocationẽ apertã, nisi ea ipsa procuratori re integra nota fiat facere non permittit. d. cle. 1. de renun. Idque decisum ob tollendã varietatem, mutabilitatemque clericorũ, qui tempestatũ instar huc & illuc voluebant, tum ẽt ad abolendam occasionem faciendi doli. Cur id ipsum hic, hoc est in supposito exemplo id fieri non prohibebit? vtrunque a morib. nr̃is procul ablegandum, interdicendumque, vel iam interdictum vna eademque narrata lege, si nõ verbis apertis, at ipsa rõne quæ legi cãm de-
8 dit existimandũ, dictante regula iuris, Vbicunque rõ † sancitę legis vel dicti amplior est ipsa lege, dictione, vel utroque genẽralior, tum legem strictiorib. sancitom verbis ad oẽm rõnis q̃ plenior est & vberior speciem protendi debere, l. nõ possunt. ff. de legi. gl. & doct. cle. 1. de elect. & ibi expresse. Io. mon. atq; ad oẽs illius fines & terminos propagari. Quare in hac snĩa cõsistendum video. Barb. consi. 48. uol. 4. nec in hac parte, standũ Felino summo alioqui homini, atque vt id censeam, adducor rationibus enarratis, quæ mihi probatissimæ videtur, nec me mouent in alteram partem adductæ cãæ, nempe quod primo & potissimo loco ita aiunt, qui procuratorẽ vt dictum est ad eiurandum Romæ dedit retinet adhuc in beneficij eiurãdi dominio, nec ab eo abit titulus, donec apud Papam confectum absolutumque sit eiuratorium negotium, quid tũ? minime certe consectarium est, sed in primis fallax vanumque, putare ob id posse post datum mandatum ad rem in aula Romana tractandam, illam in prouincia apud suum Antistitem recte peragi, nam eo mõ vt frequenter repetitum est illudere ẽ procuratori Romæ ex fide mandatum exequenti, & summus ipse Pontifex eiurationem confirmans, approbãsque, ludibrio, ac circunscriptione manifeste læderet, frausque huic Pontificiæ Clementis constitutioni fieret, non minus certe quàm in superiore casu quo de reuocatione narratum est, nostramque & receptiorem hanc snĩam aiunt quidã ex nr̃is qui hæc Pontificia tractarunt gemina pĩudicatione confirmatam, altera quidẽ Tholosani Senatus, Ioan. de Selua tract. benefi. 3. par. q. 16. alter vero sed posteriore loco Burdegal. Nicol. Boerius decision. parla. burde. decision. 207. supremæ curiæ.

Source : BIU Cujas

Christoph. Roffiniaci De Beneficijs.

ARGVMENTVM.

An cui Per eiurationem seu resignationem cessum est ecclesiasticum beneficium potest auspicijs suis, nec interposita vllius hominis qui publicum gerat munus autoritate, nec adhibito vllo alio quidem solenni ritu, sed velut in rem suam veniat, possessionem illius recta inire, tum corpore, tum animo, remque sacram tractare, & quæ ad prouentus eiurati beneficij pertinent sibi per sese adserere, atque in summa rē omnem gerere, quæ functionis est iusti verique, ac omni legitimo iure subnixi possessoris & Domini.

Tum altera quæstione disputandum, diffiniendumque, nō ne interim dum abest is cuius gratia eiuratum est sacerdotium, dumque in possessionem sibi cessi beneficij nō adhuc vi eiurationis legitime pedem intulit, liceat antiquo possessori, & eiuratori, continuata veluti possessione functiones omnes obire: quas antequam se beneficio illo abdicasset solitus erat in eo pertractare, & an ea quæ tum gerit in eiurato sacerdotio sunt perinde valitura ac si a vero & canonico iure constituto vllo alio possessore gererentur.

SVMMARIVM.

1 *Titulo canonico innitens, potest propria authoritate sacerdotij possessionē capree. contra. nu. 4.*

2 *Hæres ex testamento ualido potest propria authoritate hæreditatem capere.*

3 *Antistes, Præsulue, potest ex sola electione & confirmatione, absque eo quod vllius authoritate possessionem apprehendat, omnia quæ ad Antistitium & Præsulatum spectant exercere.*

5 *Sententiam qui pro se obtinuit non potest rei sibi abiudicatæ possessionem propria authoritate capere, sed id iudicis authoritate facere debet.*

6 *Emptor non potest rem emptam propria authoritate capere, sed venditor requirendus est vt eam tradat.*

7 *Confirmatio electionis, & decretoria litis sententia æquiparantur.*

8 *Beneficiarius non potest gerere se pro domino ante adeptam possessionem. & id quomodo. nu. 9. 12.*

10 *Resignans beneficium potest omnia ad ipsum pertinentia gerere, donec resignatarius possessionem adeptus sit.*

11 *Possidens iuspatronatus, licet non sit patronus, potest ad illud pertinentia exercere.*

13 *Vicarius episcopi legitimo iure beneficia confert, si nondum norit abrogatam sibi ab Episcopo id faciendi prouinciam.*

Caput 23.

1 VO ad primam propositę speciei quęstionem, vide ri pōt vt habet pars vna, cum † qui in mancipio sacerdotij canonico innitit titulo, posse suis ipsiusmet auspicijs, in possessione quæsiti iuris collocari: exemplo tutoris, qui vbi primum se nouit tutorem datum, rem pro potestate tutelari administrat, l. 1. ff. de admi. tuto. sic
2 & hæres † scriptus testamento quod nec rasum est, nec expunctum, nec in vlla parte sui suspectum, hæreditatē obit adit certe, ac ius illius omne pro suo ipsius vsurpat imperio, l. fi. de ædict. di. Adr. toll. l. cū hæredes. ff. de appos. l. gerit. de acq. hæred. beneficiarius autem rerum sacerdotij est veluti quidā tutor. c. 2. de don. cle. quia contingit. de reli. dom. ergo qui antistes præsulvè in ecclesia designatus est electus, &
3 confirmatus, † vel sicut alicubi fit per annulum inuestitus, ius habebit mox ab electione, confirmationeque, non interposita vllius magistratus authoritate, qua in possessionē ire iubeatur, nec adhibito vllo alio installationis, aut inuestituræ solenni ritu, iura tractare Antistitij, tum sacra secularia ve, tum iudicij, si qua lis suboriatur diem obire, tum extra iudicium, rem omnem pro nutu arbitrioque gerere. Inn. Host. Io. And. c. trāsmissam. & c. nostri, de elect. Quid enim obstat, quo minus qui autoritate iusti tituli in quæ sito hui usce generis beneficio suffultus est, eodem iure vti queat quo tutori & hæredi vti legibus est permissum. Itaque sunt etiam, qui existimant id ipsum ad oēs generaliter ecclesiasticas personas quæ functionem habent officij referri posse, Io. And. d. c. transmissam.

Ex altera parte prodeunt multi, Arch. ca. cum qui. de præb. in 6. Ancha. regula. sine possess. de regu. iur. in 6. qui beneficia-
4 rio, † vlliue alij Antistiti ad sacrum beneficium recens promoto id licere negent, quin aiunt asseuerantque si qui id faxit & autoritatem vtendi fruendi sua sibi ipsius potestate addicit, tanquam temerarium occupatorem iure quod habebat cassum. c. eum qui. de præb. in 6. l. si quis in tantam. c. vnde ui. ædicto regio. censeri. Pro cuius rei confirmatione argumentum etiam a similitudine, vel ex eo comparationis loco qui sic habet. Quod in re minore non valet nec valeat in maiore: ita duci potest: Non potest qui litem vicit iusque suū in iudicio ob-
5 tinuit, † etiam si de sacerdotio agatur, rem iudicatā suis exequi auspicijs, sed habet necesse ea in re authoritatem iudicis adhibere, qua in possessionem rei veniat, l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. c. veniens. ext. de testi. Nec emptori ius est in rē em-
6 ptam manus inijcere, † & pro potestate rem illam sibi possidē dam arrogare, sed qui vendidit vt eam tradat requirēdus est, l. si ex stipulatione. ff. de acq. poss. l. nec ex vera. c. eod. tit. l. eum qui. §. 1. ff. de furt. Igitur non magis id facere licitum erit clerico aut sacerdoti, qui electione, confirmationeque, beneficiū ecclesiasticum obtinuit, æquiparantur enim huiusce generis
7 electionum confirmatio, † & decretoria litis sententia, c. fi. de elect. in 6. & multò pluris est adipisci sacerdotium quàm emptionis titulo, rem prophanam acquirere. sic d. c. transmissam Domi. d. c. eum gl. prag. sanct. c. licet. §. censuit. verbo promotus. de colla. in prag. His in vtranque partem disputatis, quidā alij suum interponunt iudicium, aiuntque, vt dissidentiū concordent sententiæ, disiunctiuo opus esse proloquio, quod adferunt in hæc verba, Aut alius quispiam (inquiunt) est in possessione sacerdotij, licet ex inani titulo, quo tempore ascisciī nouus beneficiarius vel Antistes, tuncque beneficiario huic
8 vel præsuli nouiter electo, † quantocumque legitimo confirmationis iure subnixo fas non est tamen gerere se pro domino, & sacerdotij rem administrare, nisi prius legitimo iure in possessionem venerit, & occupatorem iure remouerit. Nam aliter si fiat, istud sit priorem possessorem loco in quo est autoritate priuati imperij depellere, id quod facere datur nemini, ne contra quidem iniquum occupatorem, c. cum de pbē. in 6. l. si quis in tantam. c. vnde ui. Alioqui ius, cæteroqui bonum, plane abit ac concidit, nisi id fiat iudicis suffragatione interposita, namque in omni hoc possessorio genere iudicis auctoritas ius semper possessorium conseruat, Aufre. decisi. capel. tho. decisi. 444. Aut verò (quod alterum est distinctionis caput) sacerdotium præfecturave & Antistitium tunc cum eligitur Antistes, aut beneficiarius ordinatur, vacat omnino quocumque possessore, qui se asserat Antistitem præfectumuc: Et tunc vera est, quæ supra statim ab initio enarrata est opi
9 nio adscripta Innocentio magno iuris sacerdoti, nam tunc liberum est Antistiti electo, † illico a confirmatione rem publicam priuatamque illius sacerdotij sui administrare, ac beneficiario omni alij in rem beneficij sui huic incasum protinus incumbere: Et in summa, nihil tum vtrumque impedit bono suffultum titulo, possessionis sibi ius proprio nutu arbitrioq; plane adiungere. gl. prag. sanctio. d. §. censuit. Anfr. d. deci. 444. Et hæc vsque adeò vera sunt, vt & si dictum sit alicubi supra, per eiurationem a superiore Antistite confirmatam regulariter amitti eiurati beneficij possessionem & dominium, firmissime tamen sit statuendum, eiurantem res eiuratæ ecclesiæ
10 tantisper administrare † posse, tum & sacerdotia quæ beneficiario & nominationis collationisque iure ad illam eiuratam ecclesiam pertinent tantisper conferre, dum is cui cessum est sacerdotium in possessionem cessi beneficij legimo iure sit admissus, hocque non minus concedi debet quàm ei homini qui se adserens, cum tamen non sit ecclesiasticum patronum,
11 possessionemque patronatus tenens, † permittitur secundum id possessionis ius ordinandum in ecclesia nominare, maiorique Antistiti offerre præficiendum illi fano, cuius se patronum. c. consultationibus. ext. de iu. patro. falsò asseuerat, idq; illi datur possessionis sola gratia, ius enim re vera ad aliū quendam pertiner, qui cùm nondum plane sit notus, haud æquum est interim in ecclesia Dei suum cessare ministerium; & patronatus iuri, cuiuscunque tandem id sit, præiudicatū aliquid inferri, quod ipsum, l. meminisse. de off. proconſ. obterat vel interpeller. Etenim si imperatores tam iniquum duxerunt prouinciam iudice orbam relinqui, vt id censuerint nec fieri debere, nec quidem posse, §. fi. in auth. de administr. quanto magis peruertum esset atque ēt intolerabile, ecclesiam quamuis rectore omni destitui, vel a sua clientela fideque patronatus vllo pacto auelli, quare cum homini illi cuius gratia eiuratū
12 ed beneficium † fas non sit rem tractare beneficij, nisi illo iusta possessione introierit, relinquetur extrauaganti. iniunctæ. de elect. in extrauag. comu. vt necesse sit eiuratori continuata veluti possessione interea loci rem gerere, ac solitas functiones obire, alioquin fanum illud viduaretur ministro homine, quod (vti est dictum) iniquum esset, nam & in simili, vel fortè minore cā sed pari rōne præses prouinciæ manumittit, datque tutores, vel reliqua vt res exigit capesit munia, cū nondum scit sibi in prouincia successum esse, hoc est successorē aduen
13 tasse, l. si forte. ff. de off. pfid. sic & vicarius † cuiusuis Antistitis legitimo & valituro iure beneficia confert si nondum norit abrogatam sibi ab Antistite id faciendi prouinciam. Roman. sing. 57. Cald. consi 4. de off. dele. Quid igitur mirum, si in proposito exemplo idem facere permissum est eiuratori, hoc est rei sacræ tantisper dum verus abest præfectus rationem habere, nam licet per eiurationem quam comprobauit maior potestas, eique autoritatem dedit, ius ab eo ac suffragium abierit, tamen donec adueniat qui veri partes possessoris peragat,

non

Source : BIU Cujas

non licet eiuratori functione cui præpositus auctoritate publica erat se ipsum extricare.

ARGVMENTVM.

De resignatione per procuratorem facta, quam mandans antea resignandi potestate priuaret. Quid iuris statuendum?

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij facta a procuratore nesciente se reuocatum, ualet. & num.11.*
2 *Procuratoris factum regulariter non tenet, licet reuocationis notitiam nõ habuerit. & num.5.11.*
3 *Pecuniæ mutuo acceptæ dominium non trãsfertur in accipientem, & quo modo.*
4 *Mandati procuratorij mutati ignorantia nullius est considerationis.*
6 *Procurator speciatim datus ad coniungendum alicuius nomine matrimonium, si id iungat tempore mandati retractari, incassum id facit.*
7 *Argumentum a comparationis loco crebrius ducitur.*
8 *Causa vbi dispar est, ibi dispar ius est statuendum.*
9 *Matrimonio per thori separationem soluto, non potest alia superinduci vxor.*
10 *Comparatio inter matrimonium carnale & spirituale non ualet cum tractatur de dissociatione.*
12 *Episcopus non potest reuocare beneficium a se alicui donatum.*
13 *Mandati ad beneficium resignandum reuocatio debet & procuratori & Antistiti in cuius manibus est facienda resignatio intimari. idem in constituto ad permutandum.*
14 *Dictio, quomodolibet, quid importet.*
15 *Procurator primus per constitutionem secundi reuocatus censetur.*
16 *Resignatio facta a procuratore clam reuocato an ualeat.*
18 *Mandatum datum ad beneficium permutandum quomodo dicatur reuocatum.*
19 *Dolus malus a re sacrata & sacerdotali prorsus abesse debet.*
20 *Reuocatio mandati de resignando in fauorem alicuius an sufficiat ei innotescere, & num.21.22.*
23 *Resignatio in gratiam alicuius censetur conditionalis.*
24 *Mandati abrogatio significata ei cuius bono facienda est resignatio eandẽ vim habet ac si procuratori ad resignandum significata esset.*
25 *Mandatum de permutando reuocatum sufficit re integra significari ei cũ quo facienda est permutatio.*
26 *Mandatum de beneficium resignando pure & simpliciter, si fuerit reuocatum, an sufficiat reuocationem innotescere ei ad quem post transiuit beneficium.*
27 *Mandatum de resignando reuocatum apud notarium tandem uim habet ac si resignatio, seu reuocationis significatio procuratori uel antistiti facta fuisset.*

Cap. 24.

IN hoc quæstionis genere, hoc pono enũtiatum necessarium, sacerdotium
1 quodvis,† siue præfectura, siue dignitas, si eiurat à procuratore qui rite eiusce rei causa sit constitutus, valet quidem optimo iure quod eiuratum est, amittitque qui eiurari mandauit quodcumque sic eiuratum sacerdotium: licet procuratori antequam rem conficeret fuerint perscriptæ reuocatoriæ mãdati tabulæ: modò is eas nec receperit nec factas sciuerit: aut antistites quisquis is sit legitimus quidem, apud quẽ eiurandum est beneficium, nihil quicquam de abrogata procuratoris potestate exploratum habuerit. Quum tamen cęteroqui sit regulare secundum præscriptum iuris commuuis: vt vbi agitur de transferendo ciuili dominio: quodcumque fit p
2 procuratorem,† cui mandans tabellam procuratoriam abolleuerat, nullo iure fiat, nec transferatur ex eo facto dominiũ, etiam si procurator abrogatum sibi prius mandatum penitus ignorarit, nam vt id pressius sigillatimque percurratur,
3 non transfertur acceptæ ex mutuatione pecuniæ,† in accipiẽtem dominium: si is qui mandarat, antequam quicquam huiusmodi conflaretur, fato concesserit: procuratorque cum eam mortem ignoraret mandatum peregerit: habet enim ea mors expuncti retractatique mandati speciẽ. l. cius qui in puincia. §. quas vero. ff. si cert. petat. Nec dirimitur item coniugiũ
4 † sicuti legib. est sancitum: si alter ex cõiugibus quũ mandatũ primum dedisset de remittendo repudio postea facti pœnitens illud antiquarit induxeritque: tametsi procurator ignorans vlterius sit progressus: ac cui mandatum erat mandãtis nomine remiserit nuntium. l. qui pœnituit. ff. de diuort. sicque apparet ignorantiam mutati mandati nullius esse considerationis: nec ob eam ignorantiam rebus in hisce negotium magis firmari, quod per procuratorem tabulæ abrogatoriæ inscium gestum est: quam si sciens reuocationem mandatum peregerit.

Quin omne id, siue nouerit siue ignorarit procurator se reuocatum, pari iure censeri breuiter sciat, nõ sciat æque statuẽdum, nempe. Quicquid hac in re procuratorio agit nomine, ratum non fore, nec mandantis fidem vllo modo obstricturum. Huc pertinet quod de filio quoque decisum est, cui pa-
5 ter † potestatem permiserat serui manumittẽdi, quam posteà ad se reuocarat: nam eo casu filius manumittens, etiam si id sibi à patre postea interdictum abrogatumque esse nesciat, nihil tamen omninò agit. l. si pater. de manu. uindic. Huc quoque spectat quod claro iure constitutum est, nempe procura-
6 torem qui speciatim datus est † ad coniungendum alicuius nomine matrimonium, si id iungat eo tempore quo qui mãdaret mandati tabulas retractarat, incassum id facere: exturbatur enim dirimiturque sic iunctum matrimonium, ac nullũ fit, etiam si copulator ille qui quod egit mandati nomine cõfecit de contraria mandantis uoluntate nihil antea sciuerit. c. fin. de procu. in 6. In quo, mirum sane uideri potest, vt cũ corporalis cõiugij & spiritualis eiusque generis, quod functionẽ copulationemque animorum respicit, frequens sit in iure nostro similitudo, nec fere alia ex re à comparationis loco
7 ducatur crebrius argumentum, † hic tamen quod in uno statutum est, in altero non ualeat. In proposito enim exemplo is cui mandatum erat iussumq; eiurauit Romæ sacerdotiũ, & firmum est quod fecit, quia de contrario iussu certior nõ est factus, & è diuerso qui in coniugio uiri & mulieris idem plane egerit nihil tum egisse censetur. Igitur ne ea res, ac diuersitas negotium alicui faciat, cum plena sit generis huiusce comparatiouum iuris nostri lectio, admonitum lectorẽ obiter uolui, ut quod ad hanc rem conciliandã pertinet, certo sciat in hisce quoties agitur de iungẽdo matrimonio, eandem prope esse rationem unius quę est alterius, parique iure matrimonium corporale, & spirituale, ut cum plurimũ censeri, respicitur enim in vtroque uoluntas, & compar est tum utriusque ratio. ca. si tibi absenti. de præb. in 6. & in l. nuptias.
8 ff. de reg. iur. At quoties agitur de dirimẽdo, † dispar est vtique semper causa, ideo non mirum si dispar quoque tunc iusciendum, nam & alioquin uidemus, si ecclesiæ rector fiat incapax illius administrationis ad illius administrationem deligi alterum. cap. postquam. l. dist. & quandoque ex causa fit, ut uni profecto mandentur regenda duo fana, altero fanorum a suo ob causam auulso cõiuge & domino, ita ut uni tunc spirituali marito iungantur nuptæ duæ sacræ, nẽpe duæ ecclesiæ, horum autem nihil cõtingere potest mulieri unquã
9 aut uiro, qui simul nupserunt, † nec ullus horum soluto tantum quo ad thorum matrimonio, nubere iterum potest, nec uir duas uxores simul ducere, nempe cum sua illam quæ alterius fuit adiungere, nec item uxor duobus uiris nupta esse. cap. Christianum. 33. distin. cap. quomodo 21. quæst. 1. Igitur, cum non sit eadem in disiungendo ratio, ne in copulando qdem semper, ut apparet ex prolatis exemplis, horum unius quæ fuit alterius, id propterea miretur nemo, nõ idem ius in utroque semper obseruari.

Deinde quod pertinet eòdem in subiecta facti specie, quę recitata est, non disceptatur potissimum de donando ecclesiæ marito, at de eo quem illa iam habet, ab ea dissociando, ad quòd in primis est respiciendum, cũ in dissociatione nun-
10 quam fere ualeat inter hæc, † eadem rationis comparatio, uti est uisum, agitur autem de eiuratione hic, hoc est de cõnubii spiritualis disiunctione. Prẽterea, quod ab aliis exẽplis quæ multifariam item adduximus, istud diuersum quiddam sanciatur, facit item peculiaris quędam ratio, qua constitutũ est, ut tametsi in reliquis formis ciuilium exemplorum, quæ
11 connumeratæ sunt, abrogatum mandatum † procuratori ẽt abrogationis inscio uiam omnem ei prẽcludat quicquam vi mandati agendi, nihilominus in hac ipsa specie quam initio pro themate supposuimus id ipsum non seruetur, quin è diuerso decidatur, quod gestum est per procuratorem abrogatione facta mandati, uitio ullo non affici, neque actum corrumpi, nisi re adhuc integra, reuocatas interlitasque mandati tabulas uel procurator ipse sciuerit, uel is Antistes, apud quem deponi mãdatum est sacerdotium, ea autem est peculiaris ratio, de qua superius alicubi mentionẽ fecimus, quæque ab ipso Pontifice Romano in eo iure statuendo adferri in illius Clementinæ exordio plane uidetur, nempe ut in huiusmodi sacratis rebus, in quibus omnia sunt agenda simplici apertoque animo, nec fucus aliquis in hisce factitãdus, nec illudendi, aut vllius doli machinandi locus vllus relinquat, cum præsertim hisce strophis, dolosisque conuersionibus, sugilletur sacrata sedis apostolicæ maiestas. Rota. deci. 32. titu. de præ. in anti. illudatur augustus senatus. Quare omne tale genus tum fraudum, tum illusionum abarceant. Bald. l. 1. §. sed & qui. C. de lati. liber. toll. pontifices summi, abhorreant Cardinales, præsules, antistites, hoc in rerum sacrarum gene-

rc,

Source : BIU Cujas

re,tum & generaliter auerſentur omnes magni religionis no
12 ſtræ præfecti,hinc eſt, ut qui antiſtes † ſacerdotium alicui do nauit,uoluntatem mutare nequeat,nec vt homo vario incõſtantique animo donationem reuocare.Felin capitu. ex parte Decani.extr.de reſcrip.& cap.cum olim.de re iudi. Quod ſi in hiſce ſacris proceribus eiuſmodi quidpiam hoc in negotio ſemper ſtatuitur, non debet ſane hoc in eodem negotio aliorum quoque clericorum diſpar eſſe conditio, verum ab his etiam remouẽdus omnis ludificationis eſt modus, ita vt nec quenquam eludant vnquam,nec à quoquam item. c.cum autem.de iur.patro.eludi queant.

Atque vt tota hęc ad amiſſim explanetur abrogationis mãdatorum tractatio, norit is,qui huc oculos diuertit,id quod
13 hic de abrogando mandato pronuntiatur, † illud nempe uel procuratori planum faciendũ eſſe, vel Antiſtiti illi apud quẽ mandatum eſt, vt eiuretur, alioquin abrogantes tabulas nihili plane putari. Ad eos quoque caſus, quibus in eiurationis mandato, dati ſunt duo tresvè, aut plures etiam procuratores,ita referri,vt tamen omnibus ſit ſigillatim retractati expũctiquę mandati facienda ſignificatio:quod ſi cuiquam eorum non fiat: is cui facta non erit,ius concedit iurare poſſe ſacerdotium,ac mandati tabulas peragere,nec quod faciet irritum fiet.cap.ſi duo de procu.in 6.Sed tamen interim ad dandum uires huic abrogationi: ſat eſſe putatur abrogantiã abrogationem vel expreſſiſſe, vel tacito quodam conſenſu(hoc eſt actione quadã quæ priori mãdato quodãmodo aduerſetur) deſignaſſe:id quod innuiſſe videtur,ac ſatis aperte declaraſſe Clemens Pontifex.Dic.clemen.1.dum in ſanctione ſua appo
14 nit hoc verbum † (quomodolibet) demonſtrans nihil intereſſe, quouis modo de reuocatoria mandantis voluntate appareat,ſeu id quidem fiat verbo, hoc eſt coram, ſeu nuntio, ſeu etiam per epiſtolam, nam his omnibus modis iſtud fieri poteſt,gloſſ.& docto.dicta clemen.1.Nec refert denique quo modo fiat,modo conſtet de voluntate abrogantis:quæ multifariam apparere poteſt.ecce enim,verbi gratia, qui procuratorem ad reſignandum dederat, in eadem poſtea cauſa ac re dat cuidam alteri idem mandatum, aliquo tamen interiecto tempore,nonne cenſetur prius mandatum induxiſſe obliteraſſeque ac poſteriori omnem voluntatem ſuam accommo-
15 daſſe? & id nemini dubium eſſe poteſt abrogationem † ſcilicet primi mandati eſſe tacite tum factam.capitu. non iniuſte. extr.de proc.& notatur.l.cum ſemel.ff.de tutel. Igitur in hoc firmiter conſiſtendum,procuratorem, cui, ſiue iſto quidem nunc adducto modo,ſiue alio quolibet renuntiatum ac expũctum eſt mandatum, idque habet quoquomodo exploratũ, omni tum via,in hoc eiurationis genere ad eiurandum mandantis nomine beneficium excludi.

Quod cùm ſit veriſſimum,ac innitatur ſummæ æquitate,tamen ne ſpecie vnquam æqui bonique fraudi ſit locus,eximendus eſt ſcrupulus quidam alius,qui ſeſe huc ingerit obtruditq; de quo nonnunquam à doctoribus noſtris diſceptatum eſt, ſcilicet an obſeruetur enuntiatum axioma in mandati abrogatione quæ fit clandeſtinò,ueluti, vt facti ſpecies ob oculos
16 ponatur,dat quidam mandatum alicui procuratori † de eiurãdo nomine ſuo beneficio,mox ſeipſum reuocans procurator: quæſtionis eſt,an ſi is homo cui reſignare mandatum erat,cedat poſtea mandantis nomine vi illius mandati quod furtim retractatum fuit,valitura ſit ac firmitudinem habitura ſic facta eiuratio. Et certò Antonius & Baldus in cap. ex parte Decani.extr.de reſcrip.cenſuerunt, haſce reuocatorias tabulas, nullius prorſus momenti eſſe,his enim ſic vt narratum eſt cõfectis fucus fit Romano Pontifici: verba dantur principi in eccleſia magiſtratui, ſummæque aulæ eluditur autoritas, quæ in admittenda confirmãdaque omni tali reſignatione in gratiam certi hominis facta neceſſario debet interponi: Cui Baldi opinioni equidem accedo,maxime quod firmata ea ſententia abigitur eiurantis dolus,qui per contrariam clandeſtinam tabellam vult quod coram publico grammatæo & perſcriptore aperte profeſſus eſt maligne deludere. arcetur item inconſtantia ac mobilitas clericorum, atque in hac etiam parte poſitioneque ſic extenſa & producta ſtat communis doctorum noſtrorum ſententia.Ioan.de Selua quæſt.16.parte tertia tracta.de bene. Quantumvis Felinus, dum verba nimis ſcrupuloſè attendit, & ſcripturam legis ſuperſtitioſius quàm par ſit,aucupatur,coarctatque,hac in deciſione plus æquo quantum ego ſentio hæſitauerit,dic.cap.ex parte Decani.de reſcri.
Id axioma ad ea quoque mandata refertur quibus eiurantur
17 permutationis nomine beneficia,† vt ſcilicet qui mandatũ ex ea cauſa datum cupit retractari,tot habeat neceſsè præceptiones obſeruare,quot diximus neceſſariò ſeruandas ei eſſe, qui contraria tabella reuocat mandatum quod conſignarat de eiurando pure,aut in gratiamque alterius ſacerdotio. Igitur vtrobique,ſiue mandatum ſit de eiurando ex permutationis cauſa beneficio, ſiue de renuntiatione ſimpliciter abſoluẽda, qui mandatum illud vult mutata voluntate fieri caſſum,& cõtraria tabula cadere in irritum, curare debet aduerſam illam & reuocatoriam tabulam vel procuratori prius daro planam fieri,vel illi ipſi Antiſtiti apud quem tractandum erat & abſoluendum ciurationis permutationiſque negotium, quod ni fiat integro quidem adhuc negotio,quæ agũtur ex priori mãdato de cedendo,deque permutando conſcripto, ualent pol optimo iure, nec habetur ratio vlla abrogationis factæ poſtea.La.& Domini.cap.fin.de procu.in 6.Sed quid ſtatuendũ ſi fiat reuocatoriæ re integra tabellæ ſignificatio,non quidem illi qui mandatum accepit de reſignando, vel permutationis nomine,vel bono & gratia cuiuſdã alterius hominis, nec itẽ magiſtratui idoneo apud quem hæc ſunt peragenda.Sed eos duntaxat hac de readmonuit quorum potiſſimum in hac cã intereſſe videtur, nempe aut eũ cui gratuito vult eo cedere. Quid inquam ſi id accidat ſtatuendum;& quidem in hac quæſtione quæ hic neceſſario annectitur primum exempli caput, quod ad permutationem pertinet, clari & aperti iuris eſt. nã recipitur omnium calculo,La.& Gemi.dic.cap.fin.de procu.
18 in 6.Felin.dic.cap.ex parte Decani. de reſcrip. ſi illi † cum quo agebatur de permutando ſacerdotio ſe id conſilij mutaſſe declauerit compermutans, priuſque mandatum quod dederat de permutando altero mandato contrario plane abrogaſſe ſignificauerit,idque nondum confecto permutationis negotio ſignificationẽ ſane illã ſufficere ad infringendũ & omni iure priuandũ quicquid vi prioris mandati reuocatoria tabella poſteà obnuntiati ſit cõfectũ, tametſi obnuntiationẽ illã ſeu reuocationẽ ignorarint tũ procurator delectus ad eiurandũ ex permutatione beneficium,tum & Antiſtes præpoſitus eiurationi illi admittendæ,confirmandæque.Cuius rei ratio eſt, quia is cuius potiſſimum hic negotium agitatur, ac cuius cõpertus eſt alterius qui mutata voluntate permutare nunc nolit animus, ſcitque ipſum ea de cauſa prius mandatum abrogaſſe, ſi vlterius tacita ſuppreſſaque abrogatione quam notã habet rẽ perducendam curet,finiendamque ſecundum prioris mandati tabulas quæ fuerant ante vtriuſque nomine con
19 ſignatæ, doli mali manifeſtò conuincitur. Et dolus malus † ab hac re ſacrata,& ſacerdotali prorſus abeſſe debet.cap. cum dilecti.de elect.cap.dudum §.nos igitur. de præbend. in 6. Ideò nõ eſt iniquum ſi is eo non potitur,quod dolo malo ſibi procuraſſe omni præſumpto iuris hominumque iudicio exiſtimari poteſt:cum enim is qui cum altero ſatagit de permutandis inuicem ſacerdotiis præcipuas vbi eſt dictum in eo negotio vel agentis vel paciſcentis partes ſuſtineat,Rota deci.8.tit. de procu in anti.nonne is eſt ad quem ea res potiſſimum pertinet; id quidem clarum eſt, & certum. Cum igitur illi facta ſit mutatæ ab altero voluntatis,ſublatique prioris mandati ſignificatio. Quid impedit quominus generali alioqui deciſione iuris teneatur; qua inter doctores concluſum eſt. Gemin. dic.cap.fin. ſatis eſſe in tali agitationis ſacerdotiorum negotio vnum quempiam ex his qui aſſenſerant & expectabant finem,interim de reuocata atque immutata alterorum voluntate certiorem factum eſſe,ad hoc vt ex ea re procuratoris mandato cenſeatur derogatum.

At in altera quæ adiungitur ſpecie maior obtruditur difficultas,maiorque dubitatio,nempe cum datum eſt mãdatum ad eiurandũ in gratiam bonumque alterius hominis ſacerdotium,quod quidem mandatum à mandante poſtmodum ex-
20 pungitur reuocaturque. † An tum quoque ſit ſatis reuocationem illam,re integra auribus illius accidere,cuius gratia, bonoque,facienda mandabatur eiuratio. Et vtrum ex ea reuocatoriæ tabellę ſignificatione facta ſolùm homini illi qui beneficium expectabat cenſeantur procurator & antiſtes abſoluendi negotii poteſtate ſubmoti, perinde quaſi vtrique horũ particulatim facta ſit retractati mandati declaratio: ob idque ſi quid ab eis poſteà actum irritum,decernendum, atque idẽ ius ſtatuendum,quod in altera exemplo eſt conſtitutum: Et certe Felinus,dic.cap.ex parte Decani.extr.de reſcrip.in huiuſce rei tractatione,innuit in diſpari cauſa diſparique ratione diuerſum ius ſtatui debere,diſpar porro eſſe videri permutationis & huiuſce eiurationis negotium,diſparem item rationem omnem,diſparemque cauſam. Idcirco tali reuocati mandati ſignificatione ei duntaxat facta cui cedebatur beneficiũ, priores mandati tabulas non abrogari: itaque valere quicquid poſteà ſit geſtum à procuratore reuocationis inſcio. Ego tamẽ Felino ſic generaliter hac in re ſtatuenti non aſſentior multis
21 adductus rationibus,in primis † mandatum datum in hac eiurationis ſpecie quæ fit alterius bono & gratia, videtur quaſi vim & naturam conuentionis habere,gloſſ.& Panormi cap. ex parte.de offic.deleg. Cenſeturque quodammodò inter mãdantẽ eiurare, & eũ cuius noĩe cauſaque mandatur eiurari, tuenda eiuſmodi pactio,ſcilicet vt vnius nomine eiuret. & alter eiurationẽ beneficii accipiat,ratamq; habeat.Cuius pactionis vis ab abſolutione perfectioneque conuentorum, hoc eſt ab admiſſa, & à Romano Pontifice comprobata reſignatione plane pendet,hinc fit,vti inſtar aliorum contractuũ. † qui
22 non

Source : BIU Cujas

non nisi consummata pactione, contrahentes obstringũt, nec ante vi, & columine, aut substãtia firma suffulciuntur, hęc eiu ratio neque hosce quodammodò pacisćentes pactorum obseruatione liget, neque vim vllam, aut efficacitatem accipiat, antequam illi consummationem authoritatemque suffragio suo, hoc est eiurationis approbatione, dederit Romanus Põtifex, quod ante non censeatur absoluta esse perfectaque negotij ratio, ideo priusquam id accidat, certum est ad nutũ horum duorum, qui præcipui conuenire debent, in id causę, hoc est ad arbitrium vel mandantis resignare, vel eius cuius gratia fieri debet eiuratio rem posse retractari. Quæ cum ab eis potissimum duxerit initium, non autem a procuratore, nec à Romano Pontifice, cur non inter eos quoque, inducto subla toque priori mandato, terminabitur; nihil certè adferripõt, quin id optimo quidem iure fiat, ac terminatio, quæ cum prę cipuis negotij capitibus fit, æque sit valitura, ac si cum procuratore, aut superiore illo sacrato magistratu trãsigeretur, hoc est, si alterutri istorum duorum significaretur retractati man
23 dati abrogatio: præsertim cùm hoc genus eiurationũ,† quod fit in alterius gratiam conditionale semper censeatur, Ias. cõsil. 162. vol. 2. & cons. 86. vol. 3. habet enim inclusam conditionem, quæ innititur actione tum illius hominis qui eiurato donandus est beneficio, tum Romani Pontificis, qui eiurationẽ admissurus est, voluntatis declaratione, quæ conditio perfectionem cõsummationemque negotij impedit: quare donec perficiatur, licet eiuratori mutato consilio mandati tabulas retractare, modò procuratori inquiunt omnes innotuerit reuocatio.

Verùm quæ ratio adferri potest, quare ea mandati abroga
24 tio† significata ei cuius bono facienda est eiuratio non sit eã dem vim habitura, atque si procuratori ad eiurandum significata esset: licet enim Clemens in ea constitutione, dic. clem. 1. de renunt. solum meminerit significationis, quæ fit vel procuratori, vel superiori Antistiti, non tamen excluśit eos casus, in quibus maior tantumdem sanciendi adfertur ratio. Cuiusmodi species præsens hæc censeri debet, tum maximè, cùm in superiore, & paulò ante explicato exemplo, quod de reuocatione quæ in ꝓmutationis negotio fit, omnium, atque ipsius Felini sententia decisum, ac constitutum sit, satis haberi abro
25 gatum mandatum,† quod datum fuerat de resignando ꝓmutationis nomine sacerdotio illi ipsi re integra, significari cum quo conflanda erat permutatio. Domi. & La. cap. fin. de procu. in 6. Felin. dic, cap. ex parte Decani. Nec satis meo quidem iudicio adferri potest causæ, cur dispar inter hasce duas species constituti possit ratio, & quænam reperiri queat dissimilitudo, in vtraque enim beneficiarius eiurandum mandat sacerdotium, in vtraque item accedit quædam persona cuius contemplatione fit eiuratio, & in quam personam transit id qđ eiuratur, vel permutationis quidem causa, vel etiam gratuito beneficio, sacerdotium. tum & in ambabus necessaria est horum duorum hominum, hoc est cedentis, vel eiurare mandãtis, & illius cui cedendum est, mutua consensio, quæ si in altero deficiat, vel integro adhuc mandato mutetur, & quo dictũ est modo, de mandato abrogato appareat, quicquid vtrobique fiet, cadet sane in irritum. Sicque huius senatus iudicio decisum esse autor est Philippus probus. in addi. ad Ioan. Mona. in rub. de renunt. in 6.

Supereſt, quid iuris decernendum, cum consignatum est mandatum de resignando beneficio, non permutationis nomine, aut bono, gratiavè alterius, sed pure simpliciterque. Itaque cum de duobus primis statuerimus dixerimusque, ex æquo & bono, quæ visum fuit, restat etiam hoc vltimum enucleandum cogitandum semel atque iterum in hac tertia facti specie. quod sane longe difficilimum, abstrusissimumque videri ooteſt. Illi enim nulla apponitur conditio, nulliqúe cancelli circumscribuntur, sed datur absolute mandatum, ad eiurandum, cedẽdumque pure & simpliciter beneficium: Atque ob
26 id oritur dubitatio magna. An satis sit,† si illud reuocetur retracteturque, reuocationis tabulam ei homini ex quadam veluti certa pręceptione coniecturaque futurorum adlatã esse, ac declaratam, ad quem eiuratum beneficium trãsisse posteà cognoscitur: atque illius eiurationis vi illi tributum. hic videretur multum hærẽdum, nam quidam ex neotericis nostris Iurisconsultis Philippus probus rubr. de renun. addi. ad Ioã. Mona. existimarunt satis esse abrogationis mandati significationem, re adhuc integra, illi factam esse, qui postea ex ea cessione donatus sit eiurato simpliciter sacerdotio. Alii contrariũ censuerunt. Felin. dic. cap. ex parte Decani. Ioan. de Selua tractatu bene. tertia parte. quæst. 16. quibus plane hoc est alteris illis neotericis qui huic contrariæ opinioni resistunt non adhibita alioqui maiori argumentatione, neque allata huc accuratiore indagatione, ego non assentior. Quæ enim allata sunt in præcedentibus duabus quæstionibus mihi satis contra neotericos illo s videntur collocari in hac parte posse, pro ea quã nunc hic adstruimus sententia, sicuti nec ea confutatione aduersæ partis acriore, mihi quidem pro iam illustrato negotio egere videtur.

Quare hoc satis discusso, arripio quandam alteram in hac materia doctissimorum nostri temporis hominum sententiã,
27 qua existimatum est, significationem† reuocationis mandati quæ publico grammatęo & perscriptori, qui eiurationis tabulas vi publici officii exceperit facta sit, eandem vim habituram, atque si procuratori ad eiurandum delecto vel superiori Antistiti facta fuisset, Rebuff. titu. de reuo. procura. in proxi. Atque constitutioni Clementis Pontificis, hac significatione abrogationis putant satisfactum. Quæ tamen sententia ex his quæ supra retulimus plane concidit, atque obruitur, ideo in ea plenius insistendum non existimaui, cum enim eiuratiõis simplicis & puræ retractatio sat mature ei facta, ad quem eiuratum beneficium postea transisse comperitur, alicuius tamẽ non sit momenti. Fely. dic. c. ex parte. Decani. Io. de Selua dic. quæstio. 16. Prob. dic. Rub. de renun. qua ratione plus virium sibi assumet ea quæ perscriptori & notario significata est; cum ei notario nullum post consignatum eiurationis negotiũ relinquatur ministerium, quinimmo autoritate publica cõpelli tur, eum contractum cui satagens suo muneri interfuit eiuratori, & ei, cuius bono eiuratur exhibere, nec quæ perscripto eiurationis negotio contrahentes, depacisćentesque, seorsum molimntur, turbant, miscent, ad eum qui iam suo officio sit perf nctus quicquam pertineant.

ARGVMENTVM.

Qui per interualla insanit, si sacrum quod habet beneficium eiurat, idque vel simpliciter, vel alia quacumque legitima specie, quonam tempore censendum est id feciſe, An ne in accessu insaniæ? An verò in recessu morbique alleuatione; tum si ea de re inter aliquos controuersia exoriatur, cuinam eorum rei probandæ munus iure iniungendum.

SVMMARIVM.

1 *Mentecaptus quacunque insania laboret contrahere prohibetur.*
2 *Mentecaptus non tenetur ad pœnam delicti in furore commissi.*
3 *Resignatione facta a furioso habente dilucida interualla, cui talis qualitatis incumbat probatio.*
4 *Affectus animi præsumuntur in eo durare qui semel iis sit correptus.*
5 *Malus qui semel fuit, probabili coniectura in ea malitia existimatur persistere.*
6 *Argumentum a consuetudine ualidum est in iure.*
7 *Voluntate in ea quis censetur perseuerare cui se primum assueuit, nec fere unquam existimatur eam abiicere, nisi nominatim id probetur.*
8 *Factum a furioso habente dilucida interualla quomodo præsumatur uno uel alio tempore factum.*
9 *Alleganti aliquem quid in demẽtia feciſe incumbit onus probandi. et in simili. num. 10.*
11 *Resignatio facta a furioso habente dilucida interualla præsumitur a iure facta tempore quo furor propter interualla conquieuit, ex Gomes. sentẽtia, quæ improbatur.*

Cap. 25.

IN primis nemo nõ nouit,
1 vecordem menteque† captum quocunque tandem insaniæ genere laboret (nam id multis fit modis sicuti aiunt, qui rem medicam tractant) ab omni pactione conflanda, faciendaque conuentione, legibus prohiberi, l. in negotiis. ff. de reg. iur. earum quidem rerum causa, quas egerit post accensum in eo primum furoris seminarium, nullaque promissione tum obligari posse. Quin si deliquerit quo
2 que, sceluśque aliquod admiserit, & talis sit mentis uel cõmotio vel alienatio, vt furorem plane arguat, pœna quæ delicti causa infligi solet nullo modo teneri. clem. 1. de homi. l. furiosum. qui test. fate. pos. Ratio autem horum per se patet, quia nihil ab eo est exigendum qui mente non constat. l. diuus. ff. de offic. præsby. At enim in themate. de quo nunc agendum, in eo hæret scrupulus, quòd desipiens iste, qui subiectus est in exemplum nõ desipit perpetuò, sed solum per interrupta momenta temporum, hinc fit, vt quandoque ad se redeat, mente que consistat, (quales esse solent ex Philosophorum & medicorũ sententia, phrenetici, melancholici, & omne genus limphatorũ hominũ qui falsa apprehensione inuaduntur, quibusque deperit vis memoriæ.) Fac igitur quendam horum, vel pure simpliciterq; vel gratia bonoque alterius sacerdotium resignasse: certè potest id feciſe, dum delirio, vel furore agitabatur, & è cõtrario põt etiam dici, eo tpe id feciſe, quo furor
3 cõsederat, seque ipsum remiserat.† Si ergo ea de causa inter aliquos oriatur controuersia, quorum alter factum impugnet

Source : BIU Cujas

gnet vti actum tempore insipiẽtiæ grauioris, alter verò tuea tur, obsisterque impugnationi, à quo namtum illorum stet p̃sumptum iuris iudicium & qui ex his duobus, dilucidandæ ac explicandæ rei probatione releuetur, ac è diuerso in quem transeat id probandi planumque faciendi negotium; Et quidem aduertito primùm, magnam partem hominum qui ius interpretantur, censuisse eiuratorem ex quo eum iam cõstitit furore corripi, existimandum eo tempore dementem fuisse, insanique animi, quo se beneficio abdicauit, hinc consequens esse, vt qui pro facta eiuratione propugnat, necesse habeat p̃bare resignantem, qui non, nisi per interualla desipit, sedata tunc fuisse mente quum resignauit, quo confirmato & probato, resignationem quidem posse consistere.

Hæ autem pro ea firmanda sententia probationes adferun
4 tur, quia primum omnes affectus animi † non consentur facile ab eo qui semel ijs sit correptus abire, quin durare, hærereque, nisi planum fiat sedatos esse, & potissimum ea affectio q̃ hominem mente deijcit: Quæ cum medicorum sententia exi stimetur curatu difficillima, certè cum primum hominem in uasit, in eo semper inesse videtur, & continuata accessione eũ corripere, nisi per probationem contraria res appareat: Ad-
5 hæc, † qui vel semel nequam fuit (qui morbus est etiã animi) cum probabili coiectura in ea malitia atque improbitate exi, stimetur persistere, cap. qui semel. de reg. iur. qui fiet minus, vt qui item desipuit, & tanto morbo, qualis est furor, agitatus est, haud censeatur semper eo teneri: maxime iuris coniectu-
6 ra, præsumptione, quæ † à consuetudine frequenter sumi solet, à qua in hac nostra iuris scientia, validissima argumenta ducuntur. Itaque fuere multi ex antiquis Pontificiæ disciplinæ professoribus, Petr. de Ancha. & Cardi. clemen. 1. de homi. q in vniuersum probato semel in homine furore, censuerunt non satis esse, si vlla omnino in re, vlloque in negotio ostenda tur eum aliquando resipiscere, nec furere perpetuò. Sed opor tere etiam demonstrare, ad hoc, vt valeant vllo pacto, quæ po stea fecit, dixitque vel consignauit: illum eo tempore ea dixisse, fecisse, ac consignasse, quo quidem tempore, mente plane ac animo constitebat. Quia sicuti (inquiunt) in ea quiuis cen-
7 setur voluntate † perseuerare, cui se primum assueuit, nec fere vnquam existimatur illam abijcere, nisi nominatim id probe tur. Ita qui consueuit furore arripi, nisi probetur sedatus furor, iudicatur eo semper agitari, secundum id quod tributũ est etiam prouerbio cõsuetudinem alteram esse naturam, id est quibus qui assueuit, ab illis eum, vix temere vnquam relinqui diuellique. & hæc hactenus pro hac parte.

Prodeunt alii, Ange. Fulgo. Roma. dic. l. furiosum. qui rem moderantur, censentque diligentissime inspiciendum esse, quid in illa rei actione loquutus sit actor ille qui furoris argui tur, nam si quæ dixit, sermonem redolent vesani & furiosi ho-
8 minis, † actionem non consistere, sin eius oratio constans est, & sapientum sermoni non absimilis, vt quæ tota composito, aptoque otdine sibi respondeat, illum haud dubie non fuisse tunc deprauati iudicij, nec mentis abalienatæ cẽseri, ideò quæ tum fecit dixit, non esse eo nomine, scilicet per obtensam, ob iectamque dementiæ causam, improbanda aut infringenda.

Tertia adfertur opinio, Gemi. cap. 1. § si vero. de cler. ægro. in 6. tunt enim qui alia distinctione hac in re vtendum putẽt, quæ sic ab eis profertur. Aut (inquiunt) is de quo nunc fit ser-
9 mo † nunquam antea furiosus fuit, tuncque, qui dementiam obiectat, eam probet necesse est: aut certum est eum mente excuti, sed id fieri per interualla, & eo casu videndum, an eo tempore rem egerit quo solitus est eum furor relinquere, atque is ex ea furoris intermissione, quieto iam multo tempore ante rem actam cœperit esse, an imo, & tunc nihil impedire, quominus in ea morbi relaxatione, quæ verè tum præsumenda est, ac præiudicanda, valeat quod fecit dictauitque: At si protinus à furore, vel interiecto paruo quidem temporis momẽto id fecisse dictasseve probetur, tum nihil prorsus obstaturum, quin quæ tum fecit, irrita fiant, nisi is, qui pro eiura tione stat, sanam tum mentem probauerit, nam dubiò p̃cul existimandum fore, ac animo præcipiendum, eum ne tũc qui dem fuisse furore satis expeditum, mentique bene restiturũ, nisi id liquidò appareat. Hæc atque huiusmodi alia isti p̃ hac sententia tua proferunt.

Accedit quarta sententia, quæ censet, vt si allegetur furor
10 † aut in ania actoris, factorisve, cuius actio, aut factũ petitur vt improbetur, animaduertendum sedulò, qualisnam furor, qualisve insania proponatur: nam si dicatur, non quidem sem per, sed vno illum die, vel alio quouis breuis temporis spatio cœpisse conturbata ratione esse, id profectò nihil esse, quo ad firmandum intentionem allegatoris, qui quod actum est re scindi cupit. Esse enim potest, vt vlterius dementia non p̃cesserit, nec repserit in longam diem. Sin autem obiiciatur, constetque continuatam diutius fuisse insaniam, sic tamen vt illa nonnunquam se remiserit, habueritque homo demẽs ille cir cuitus nescio quos alleuationis, certe tum existimandum es se, eum quæcumque vel egerit vel dixerit egisse dixisseq; fu-
11 roris tempore, nec circuitus illos, aut interualla allegationis satis esse ad acta illius dictaque comprobanda, vel confirmanda, nisi illa sint eius generis, vt eum indicent, cum illa cõsignauit, fecitque, fuisse plane integri, nitidique non concussi, aut furore agitati animi: quippe quæ à cõsilio, dictoque vel facto sanorum alioqui mente hominum non dissideant. Bar. tract. de test. cap. quod incipit opposita prudentiæ. Ia. dic. l. furiosum. Et istud quidem proloquium vltimum, ab ea quæ loco primo recitata est, opinione, non admodum est dissimile, eò fit, vt magis huc inclinem: sitque item consequenter vt mihi
11 non satis probetur † Gomesij sententia, regu. de infirmi. resi. quæstio. 10. qui eiurationem eo tempore factam præsumptione legis existimat quo furor propter interualla conquie-uerit. cap. super hoc. de renun. huic enim sententiæ obstat, & communis doctorum traditio & præsumpta cęteroqui regularis iuris ratio: eiuratio enim sacerdotii, tum propter frequẽtem hominum malitiam, tum ob iacturam rei familiaris, quã inde accipit eiurator, vix est, vt fere unquam sponte fieri censeatur. vnde tum & ex rationibus latius supra productis, mihi videtur verior Bartoli, & eorum quorum meminimus in hac prima opinione sententia. Alex. consil. 141. incip. matureq. in 4. vol. & consil. 86 incip. viso themate. in 2.

ARGVMENTVM.

Potest ne is, qui post, omnibus modis absolutam sacerdotij eiurationem, triennium continuum, nullo interpellante potitus est sacerdotio, decreto iuuari, quod de pacificis possessoribus inscriptum est, tantique temporis præscriptione, secundum decreti vim, sanctionisque præscriptum, controuersiam omnem submouere, quam huic homini faceret vlla ex causa quiuis homo.

SVMMARIVM.

1 *Decretum de pacificis possessoribus cum triennali possessione, occupatorem, & merum detentorem non respicere.*
2 *Resignans electus de possessione post admissam & confirmatam resignationem non potest certare interdicto restitutorio contra eiicientem.*
3 *Ecclesia vnita alteri per summum Pontificem non potest ab alio tanquã vacans obtineri.*
4 *Regula de pacificis possessoribus, requirit triennalem possessionem, & titulum saltem coloratum. & num. 5.*
6 *Tituli retroceſi præsumptio an inducatur ex triennali nullo modo interpellata possessione.*

Cap. 26.

NEc mihi hac in re hęsitãdũ videretur, nec ego quicquam huiusmodi huc induxissem, nisi plane liqueret de eo quandoque in foro dubitari, vidissemque in eo enucleando apud plerosque ambigi, & titubanter rem concuti, distrahique varijs aliquãdo sententiis, id quod etiam affirmat Gomesius reg. de trien. pos. qui in Rotæ concessu semel atque iterum uidisse ait, hac de re non paruam habitam fuisse altercationem. Igitur ut nihil non decisum relinquatur, quod possit alicui scrupulũ mouere, tres perfunctorie rationes adferam, quibus permotus autumo, istiusmodi eiuratorem beneficio dicti decreti vti nõ posse, quanquam triennio continuo ab admissa, confirmata que, & omni ex parte absoluta eiuratione cessum beneficiũ, citrà controuersiam possederit. Et primum certi iuris est id
1 decretum, † occupatorem merumque & iure cassum detentorem, non respicere, neque illi adiumento esse posse: nimirũ ad eos spectans, qui cum titulo saltem colorato totum triennium possederunt. At qui resignauit, vti habetur in themate nostro, eiuratione apud superiorem Antistitem admissa, & comprobata, omni titulo se plane exuit, submouitque, eiurati beneficii tum possessione, tum mancipio, ita vt si dehinc vti tur, fruitur, merus sit occupator, occupatione tamen iure nõ improbata, quousque cui cessum est venerit, sed tamen tali, vt caput haud respiciat, possessorum pacificorum, quamuis illam possessor firmarit trienni tẽporis spacio, ad hoc vt hinc quosuis alios valeat dispellere. Ad fertur alia pro hac sententia ratio. Quia si eiurator is post admissam iureque firmatam
2 resignationem † ex possessiõe resignati beneficii abstrahatur in qua quidem possessione permanserat, interdicto possessorio certare non potest neque iure contendere, vt in eam possessionẽ ex decreto, vi interdicti, restituatur, capit. accepta. de restitu. spo. in no. & cæteri cap. in literis. de restitu. spolia. quia qui hoc interdicto innititur, illovè iuuari cupit, necesse habet planum facere, se iure possidere, in his maxime sacratis negotiis, & se legitima possessione deiectum fuisse. Id autem post admissam

Source : BIU Cujas

admissam ab Antistite superiore eiurationem, perfectamq; & omni numero absolutam resignationem, allegare nequit eiurator, quippe qui possidendi (aduenientе eo in cuius gratiam eiuratum est sacerdotium) ius nullum habeat, & quod possidet eò duntaxat possidet vt rem integram seruet. Alex. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possessio. potiori, ne interea fanum destituatur administro. Vnde fit, vt simili quoque in causa similique ratione decisum sit, vt qui ædem aliquam
3 † sacram per mortem beneficiarij tanquam possessore vacuã sibi dari procurat, quæ quidem ædes sacra copulationis iure à summo Pontifice anteà concessio cum altero quodam fano moriente præfecto adunata est, operam planè ludat, nec iure eam constet firmari posse, quantumvis triennio continuo, eam possideat, bonisque illius vtatur fruaturque, & pro arbitrio eam regat. Nam præscripta formula de pacificis possessoribus nunquam iuuabitur, deficitur enim omni titulo, q titulus defuncto nouissimo possessore, in aliud templum cõsociationis iure ex pontificio diplomate abijt, in illiusque tẽpli cui tandem iunctum est vsum bonumque, morte quidem beneficiarij expectabatur. Igitur cum ex ea morte beneficium possessore non vacauerit, impetratio illa impetranti nullum ius adferre potuit, ex quo fit, vt sicut iste decreti præ dicti de pacificis possessoribus opem implorare nequit, cum nullo suffultus sit titulo, ita alter ille noster resignator, penes quem post eiurationem iure omni confirmatam ne vestigiũ quidem residet tituli, eadem ope minime iuuari possit. Vtriusque enim horum hominum, siue vniti, siue resignati beneficij, possessionis, quæ titulo omni vel est destituta, vel caruit semper, nullam par est rationem haberi.

Denique ratio qua vel maxime inuitor hanc in partem sic
4 habet, certum est, decreti † de quo nunc agitur, constitutionẽ ad eos solùm spectare, qui non solùm tres annos continuos, sine negotio & turba possederunt, sed vt possiderent, titulo q colorem iuris in possidendo adferret, sunt suffulti: nam hanc. n. causam, scilicet possessionis triennio nunquam interpellatę,
5 turbatæve, duo copulatiuè concurrant † necesse est, nempe ius primum bonum, vel color tituli, iurisque, deinde triennij citrà vllam interpellationem cõtrouersiamque possessio: quod si alterum horum deficiat, vel præposterum sit, id est titulus non præcedat, & possessio dehinc nõ subsequatur, quicquid in hac re fit aut proponitur inaniter fit, proponiturque, nec ad prędictam decreti formulam referri potest. Splẽdor enim tituli in hac causa est veluti columen quoddam, fundamentumque possessionis. Ideoque iaci debet antequam cõstruatur ipsa possessio, quæ postea in tres annos nullo interruptos cuiusquam legitimæ interpellationis discrimine perducenda est, & si omnia hæc simul non iungantur, incassum vtique accersitur prædictæ sanctiõis auxilium. Nostro autem huic eiuratori, illa quidem non adsunt, nam & si citrà cõtrouersiam possederit triennio, nullus tamen titulus qui possessioni colorem induxerit, nempe per eiuratiõem supra positam suo planè vetere deiecto ipsi supersit.

Nunc confutandaque ab eo opponi possunt, cui forsan in mentem venerit nobis in hac re clara opponere, nam si dicat
6 is, ex triennij nullo modo interpellata possessione, † præsumptionem facile induci retrò cessi tituli, hoc est retrogressi, vnde abierat, id ego actutum propulsabo. Ostendens perspicue, huiusmodi præsumptum iudicium, huic nostro eiuratori in hac causa non competere: nimirum ne cẽseantur ex hac triẽnij possessione, quæ tametsi non reprehendenda, nullo tamen subnixa est fundamento, duo extraordinarij iuris specialia induci, quibus iuuetur hic eiurator, scilicet acquisitio tituli, & exceptio prædictæ formulæ (de pacificis possessoribus) quæ præscriptione prædicti temporis suffulcitur, quę quidem duo huc nequeunt erumpere, nam & omnis abest titulus, & prædicta exceptio, hic se, salua regula iuris, non sinit spectari. Prę terea ad quid in huiusce facti specie valere potest præsumptio isthæc retro cessi, ob triennij possessionem non turbatam, ad resignatorem tituli? cum satis constet (vti declaratũ est) in istius decreti, de pacificis possessoribus, auxilio duo coniunctim sita esse ad hoc, vt quis eo vti queat, videlicet ius primum vel causam speciemvè requiri tituli, de hinc prędicto tempore continuatam sine vllo negotio & lite possessionem, quæ iure illo & colore primo tituli sit suffulta, quod si alterũ desit, vel præposterum sit, nihil agi, non enim ex istiusmodi possessione quęri titulum, sed ex titulo possessionem fulciri. Ergo nec sola possessione iuuari quit noster hic eiurator, quã nullus antecedit, qui eam firmet, titulus, nam abijt iamdudũ ab eo antiquus suus, nec titulum, q vel perijt, vel nullus fuit, quantumvis longa possessione quærere sibi potuit: qui ergo hoc in casu locus erit præsumpto illi iudicio, quod ab aduersario possit huc induci?

ARGVMENTVM.

Vtrum tempus semestre, quod eiurationi, quæ apud Romanum Pontificem fit, publicandæ, per regulam præstitutum est, cedat, excurratvè ab admissã continuò in aula Pontificia resignatione. An verò ab ea die qua resignationi illi consensus dicitur accessisse.

SVMMARIVM.

1 *Tempus regulæ de publicandis resignationibus quando currere incipiat & num. 13.*
2 *Consensus resignationi accedens, veluti causa efficiens formam materiamque adfert negotio.*
3 *Beneficij possessio non apprehenditur ex sola signatura, sed literis expeditis.*
4 *Alexandri sexti extrauagans circa regulam de publicandis resignationibus perpenditur.*
5 *Concedentis solo verbo, quo petitum annuitur beneficium, postulata perfici. & num. 6.*
7 *Tempus datum mensis ad publicandam resignationem facta coram ordinario currit a die admissæ resignationis.*
8 *Resignatio facta in manibus Pontificis fauore & gratia alicuius, odiosa, & nonnihil simoniacum redolens est. & quando valeat necne, numero nono.*
10 *Ius vigilantibus, & non desidiosis scriptum esse dicitur.*
11 *Beneficium uiuentis, domino inscio & si sciuisset reclamaturo, impetrans qualiter puniatur.*
12 *Regula de publicandis resignationibus perpẽditur, & qualis fuerit in ea Pontificis mens, & quando tempus in ea præfixũ currere incipiat, nunc decisum per bullam Iulij. 3. ostenditur. num. 14.*

Cap. 27.

HÆc quæstio multos torsit ex veteribus, tantasque inter eos controuersias conciuit, vt pro reconciliandis rebus, consociandisque opinionibus, quæ in illius decisione varias in partes diducebantur, necesse fuerit nostra ætate Pontifici magno, voluntatem suam ea in re enucleare, adscripta concinnataque declaratione, qua palam faceret, quid aperti iuris in huiusmodi specie statuendum esset: Igitur vt ad hanc discussionem deueniamus, fuere qui opinati sunt, tempus (ex mensium publican
1 dæ eiurationi, † à regula cancellariæ præfinitum ab ea die dinumerari, qua factæ resignationi accessit ea consensio, de qua fertur sermo in regula illa quadragesima tertia Innocentii. reg. cancel. de bene. resi. in cancel. & de resignan. benefici. Nec vnquam excurrere illud semestre tempus, quod eidem agendæ rei ex præscriptis Pontificiis datum est, nisi ex quo à cõsensu vero illo absolutoque eiuratio robur acceperit: cur ita inquies? quia (vt ipsi aiunt) si aliter fieret, videremus quotidie multas ecclesiastico hominũ generi factum iri iniurias, sequutura multa incommoda, ac fraudibus aperte locũ futurum. Nam ecce, vt exemplum ponatur, huius atque istius nomine, curaretur à malitiosis hominibus, supplicationẽ beneficii eiuratoriam falsò confingi, eamque Papali autoritate confirmari, cum interim neque is neque iste aut beneficium resignassent, aut si resignassent, eos facti cum pigeret, voluntatem commutassent, atque ita fieret, vti inscius quiuis, vel inuitus suo spoliaretur sacerdotio.

Ergo ne id fiat, æquum esse, immo necessarium, eiurationi
2 factæ, † consensum accedere, qui veluti causa efficiens (vel vt inquiunt dialectici, causa, cuius vi, aliquid est) formam materiamque adferat negotio, per quam formam illud adornetur, perficiatur, conuestiatur, absoluaturque omnibus suis numeris: quæ si non adsint omnia, postulationem illam falso nomine decretam, subscriptam, & obsignatam, ad irritum plane, pessumque prorsus ituram, vt quæ facta sit, & expedita, cum nondum de voluntate eiuratoris satis liqueret: cum etsi, confecta sit de eiurando mandati tabula, atque etiamnum iã eiuratum sit, possit tamen accidere, vt antequam aperto consensu offirmetur eiuratio, atque adhuc integrum sit propemodum, quo ad id negotium certe nondum plene absolutũ, eiurator vel voluntatem tum mutet, vel mortem etiam obeat, antequam plane constabiliat aut det procuratorem, qui ipsius nempe eiurantis nomine eiurationi consensum præstet: nam ante iussum consensum illum ab eo procuratore in aula pontificia præstari, dici non potest plane, firmeque constabilita ipsa eiuratorii mandati datio. Quod si interea loci alterutrum horum quæ modo sunt posita eueniret, irrita fierent omnia, sicque inaniter pro diuulganda resignatione impenderetur pecunia, laborque in id omne incassum sumeretur. Igitur ne id item contingat, absolutum consensum præcedere necesse est,

Source : BIU Cujas

est, atque ab eo solo incipere tempus illud à cancellaria præscriptum, de quo nunc agimus.

Præterea certum est (vt ipsi inquiunt) antequã quis in possessionem beneficii venire possit, operepretium esse, expeditas esse bullas, † nam vi solius simplicis schedæ (quam dicimus signaturam) in possessione beneficii collocari tutum nõ esset, Nico. Mi. in reperto. verbo lite. Rota deci. 17. titu. de prę ben. in nouis. Atqui bullæ istiusmodi, vel codicilli papali bulla oq̃signati, nemini dantur Romæ, aut expediuntur nisi planum fiat, adhibitum esse eo nomine ab eiuratore vel eius ꝓ curatore consensum: igitur sine hoc consensu signaturam nihil agere, solamque & per se nullum effectum habere. Ergo liquere ab illo consensu tanquam a rei cardine quo innititur eiuratio pendere omnia, sine quidem illo fieri nihil: ob idque ab illo auspicandam item esse temporis publicandæ eiurationi pontificio præscripto assignati dinumerationem.

Adhæc cum planum sit eiurationis factæ consensum post multos eiuratiouis menses posse accedere, eique robur & firmitudinem addere, vt habetur in sanctione rescriptoque Alexandri Sexti (cui nomen est extrauagans) certe supernacuam inutilemque promulgationem illam Alexandri Pontificis dicipar esset, si interim ei, cuius gratia facta est admissaque & confirmata Romæ eiuratio, illius diuulgandæ tempus procederet, inciperetq; iam numerari. Nam fieret inde absurdum quiddam magnum, absonumque, & ineptum, quod esset huiusmodi. Cautum quidē est prædicta Alexādri sanctione istud tale, videlicet obsignata hodie, verbi gratia, eiurationis supplice scheda, posse expleto postmodum anno, atq; etiam eo à morte eiuratoris finito, eiurantis consensum per procuratorem iam ante datum interponi. Fac igitur consensum tũc, hoc est post mortem eiuratoris, expleto vno anno per procuratorem datum antea eiusce rei gratia interpositum fuisse: Rogo te si interim tempus edendæ diuulgandæque eiuratiõnis ei cuia interest processerit cœperitque dinumerari, nonne apparebit manifeste, tempus illud spatium suum multo ante confeciſſe, quàm eiuratoris accesserit firma illa de qua nunc agimus consensio? Quod si ita est, quid attinet amplius consensum eiuratoris post decursum illud tempus adiungi, cum integrum non sit, eiurationem atque diploma publicare, decurso iam completoque id faciendi tempore, inutiliter certè & cum vana profusione impendiorum atque detrimentosa curaretur illum tunc interponi, & consequenter inutilis dicēda esset, futilisque, ac nullius, in hanc quæ crebrò potest contingere speciem, momenti, Alexandrina constitutio. Quæ
4 vult, † eum adhiberi posse, anno etiam vti diximus integro vertente post mortem illius qui beneficium eiurauit. Nam si interim cucurrit regulæ tempus, attigitque metam suam, & terminos expleuit, quonam euadet illius constitutionis cautio? qui eius affectus? qui finis? quæ vtilitas? quid porro attinuit hanc facti spẽm ab ipso Alexandro Pontifice designari; quid de morte & tanto post tpe consensu ꝑ procuratorẽ adhibendo mentionẽ fieri; quid hoc lege sanciri; siquidẽ iam ipsum est tps. Adferũtur & aliæ plurimæ rõnes, quib. adiuuatur hæc istorum snīa. Atque ita in Rotæ consessu iudicatum fuisse autor est Gomesius. reg. de publi. resig. Et hæc sunt quæ tamen potissimùm huc adducunt qui pro ea stant opinione.

At qui repugnãt adferunt item multa quibus sibi credi volunt, quorum præcipua hic recensere non fuerit incommodum, nec alienum ab instituti nostri ratione. Dicunt ergo im primis, atque ita ratiocinantur, cum certum sit solo concedẽ
5 tis verbo † quo petitum annuitur beneficium, postulata perfici, cap. institutiones. 25. quæst. 2. vbi glos. & ca. dudum. § nos enim. de sepul. atque ita perfici vt obsignata simplice schedæ, qua id conceditur, quod gratiæ loco petitum est, ius statim verum absolutumq; attribuatur beneficiario. Bal. l. impetrata. C. lent. rescind. non posse. Bal. l. humanum. C. de lega. Non igitur iniquum videri, si spatium semestre, de quo fit mentio in illa regula de publicandis ab eo die cedat, excurratque quo concessa perfectaque est gratia. Confirmatur intentio, quia generaliter paret, & hoc adeò verum esse asseritur, prolatio-
6 ne vocis annuentis † gratiam vsque adeo perfectam fore, qđ attinet quidem ad substantiam fundamentumque & basim gratiæ, maximè in hoc munerum, vel gratiarum genere, vt facta sic gratia, ne per mortem quidem concedentis, & beneficii datoris, qui decesserit, nondum expletis eo nomine codicillis, illa irrita fiat, expiretve. Rota deci. vlt. tit. de rescrip. nu. 382. in Anti. Accedit, vt ex cõparatione minorũ in re pari ad maiores deducatur argumentatio nempe in beneficii eiuratiõe, quæ purè fit & simpliciter apud quẽuis ordinarium Antistitem, vbi primũ is eam cõprobauit admisitque, & eo noīe in alterum contulit eiuratum sacerdotium, spatium illud mẽ-
7 struum † qđ publicandæ eiurationi factæ admissæque apud proprium & peculiarem Antistitem præstituitur, cedere, decursumque suum auspicari. Nam si id ibidem fit, multò magis conuenire vt id ipsum fiat in eiuratione quæ apud summum Pontificem concinnatur: atque ita censeatur vtrumque tempus, videlicet semestre istud apud Pontificem Romanum, & illud apud præsulem ordinarium quemuis menstruum, ab ad missa statim & comorobata à maiore potestate, vtpote Romana Pontificia, aut alia quauis antistitia resignatione, dinumerandum: quin hic quoque hoc est, apud summum Pontificem æquiori iure id seuere obseruandum. Quod hæc eiura-
8 tio † quæ apud eum gratia & bono alterius fit, odiosi iuris esse censeatur, propterea quod nonnihil simoniacum quibusdam redoleat, tantique criminis omnibus propalam suspecta esset, nisi id totum augusta Romani Pontificis præsentia, & interposita absoluta autoritate abstergeretur, amoueretur que suspitio. Cum igitur ea sit huiusmodi, hoc est odiosi iuris eiuratio, proculdubio coarctandam censent, & quãto breuissimo fieri poterit tempore circumducendam, atque consectaria omnia quæ ab ea dependent, angustiore etiam fine circumscribenda, quàm ea quæ spectant ad illam alteram quæ alii cuiuis suo præsuli simpliciter pureque commendatur, illiusque ordinario committitur officio. Ob idque iustissimum videri, atque omni iuri consentaneum, in ista Romana, quæ quidem conditionalis est, potius etiam, quàm in illa ordinaria, quæ pura simplexq; fit, diem statim ab admissione factaque gratia cedere, decurrereque vel vtranque, quod ad hoc nempe ad numerandam diei cessionem pertinet, vt cuique suum datum est tempus, æquali iure censeri, hoc est ab utriusque eiurationis cõfirmatione approbationeque facta vel in aula Romana à Romano Pontifice, vel alibi à præsule superiore horum dierum de quibus nunc verba facimus decursum statui, tempusque illinc plane incipere curriculo suo progredi.

Adiiciunt item ij has disiunctiones, sic ratiocinantes. Aut
9 candidatus iste † qui perit sui gratia bonoque eiurationem à Romano Pontifice admitti, ab eiuratore id faciendi consensum in id negotii adhiberi, curandi mandatum habet, tuncq; si actutum non curauerit consensum necessarium accedi, id quidem factum esse patiatur malo suo, damnoque & iactura imputandum enim ipsius socordię, qui rem expeditam & minoris negotii quàm sit supplicis schedæ exoratio cõfectio que ita neglexerit tandiuque prolatarit. Quem sanè consensum si mature procurasset adhiberi, nihil restabat quod illi expeditionem adeptionemque diplomatum fuisset remoraturum, sed quia id non fecit negligens fuit, idcirco eò magis cẽ-
10 sent gratia excludendum, quod ius † nostrum vigilantibus, & acutis propitium, non autem oscitantibus & desidiosis scriptum esse dicatur. Aut verò candidatus idem nullum mandatum ab eo quem finxerat eiurasse apud summum Pontificẽ tractandi id accurãdique habuit, & tunc dolum manifeste nexuit, eaque de causa deterius cum eo agendum: nam cum be-
11 neficium viuentis, † domino inscio, & siquidem scisset haud dubie reclamaturo, sibi apponi postularit, nõ solùm id quod optauit consequi non debere, verum etiam indignum gratia, veluti hoīem exautoratum, suoque morum ordine, quod attinet ad adeptionẽ tituli, mancipiique illius sacerdotii, quod perperam affectauit, iudicandum. c. 1. & 2. de concessio. pręb. in anti. & cod. tit. in 6. in 6. in c. 1. & 2. & cap. post electionem. cod. tit. in anti. Subdunt quarto loco quiddã aliud quod summopere videtur urgere, aiunt enim, inspiciatur finis effectusque, ad quem tendit Pontificia constitutio in prædicta regu-
12 la † de publicandis, si bene perpendatur, res clara fiet, nam ꝑspicietur, Papam eò intendisse, scopumque direxisse, ut occultis uel clandestinis eiurationibus beneficiorum occurreret, obuiamque iret fraudibus hominum, quibus ne locus esset, uoluit eiurationes certo præfinitoque tempore diuulgari. Scilicet ut clarescceret illinc q̃ nouissimus in beneficio possessor, ueruque præfectus moreretur, tum quęnam essent ueręiurationes, quænam item adulterinę, factæque ad circumscribendos hoīes, atque ita falsum à uero distingueretur: Cũ igitur ea fuerit in cõdenda ea lege mens Pontificis id propositi eaque legis cã efficiẽs, certum est eam causam illico ab admissa eiuratione locum sibi uindicare, & iam inde ab eo die tempus de quo disceptatur excurrere.

In tanta hominum discrepãtia, equidẽ pluribus uerbis calculum meũ non adiiciam, neque ulterius quid legitimi iuris hac in re fuerat statuẽdum disputationẽ protẽdam, dicam tãtum, ut omnis uno uerbo scrupulus dimoueat, amplius hac in re deliberandũ non esse: hanc enim proximam snīam, quæ vult à tẽpore oblatę conceſsęque supplicis schedę, hoc est, à
13 tẽpore datę supplicationis semestre † illud decurrere, & vt ęquiorẽ saniorẽque duobus iudiciis confirmatã esse. Alterum profert Ruzeus factũ ab hoībus libellorum palatinorum prę fectis. Ruzeus tract lega. Alterum uerò in senatu in consensu vniuersę curię latum est: & ut huic addã negotio finẽ, Iulius tertius, qui ius nũc dicit in Christi ecclesia, suffragationẽ adiecit, uidens enim Pontifex tot difficultatibus rem hanc intricari, sequẽtem snīam prędictę regulę cancellarię adiunxit, quę

sic

Source : BIU Cujas

13 sic habet.(Sex intra menses à data quidē supplicationis, † nō à die prestiti consensus computandos) quæ sententia ad uerbum plane expressa,omnem controuersiam submouet, nec posteà de hac quidem re futurum est uti ambigatur.

ARGVMENTVM.

Si qui infirmus sacerdotium resignauit apud Pontificē,ante uiginti posteà dies in prouicia sua fato concesit(quo casu non per resignationē,sed p mortem indicitur haud dubie sacerdotii uacatio.) Quæritur, an ordinarius Antistites, cui sacerdotium illud collationis iure beneficiarium censetur, possit huiusmodi beneficium ceu per obitum uacans donare alteri: An uerò illius donandi ius Pontificē summum respiciat,illique sit soli addictum,quippe cum existimetur in ipsam aulam Pontificiam tunc uacationem incidisse.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium pro cuius prouisione Pontifex rescripsit non potest ab ordinario conferri.nec etiam a Pontificio collatore.num.2.*

3 *Beneficium resignatum apud Rom.Pontif. dicitur in curia,non in partibus uacare.*

4 *Regula de infirmis resignantibus per procuratorē in curia, subijcit beneficium collationi Pontificiæ.*

5 *Beneficium resignatum ab infirmo uel eius procuratore in manibus Ponti. resignante mortuo intra uiginti dies,quomodo uacare dicatur,& ad quē spectet eius collatio.& num.6.*

7 *Reseruationes beneficiorum Pontificiæ non habent locum in Gallia, uigore concordatorum.*

8 *Regulæ de infirmis resignantibus ratio perpenditur.& num.9.& 10.& late.11.*

12 *Gomesij distinctio quædam in reg.de infirm.resign.q.33.reijcitur.*

Cap. 28.

IN hac causa, quæ sicut plærēque aliæ fere omnes ad sacerdotiorum distributionem spectantes, multos habet vitiligatores, estque iuris controuersi,ac plena inter doctos dissensionis:Sunt qui existimāt,Ludoui.Roma. cōsil.242.sacrdotij sic(vt dictum est)vacantis donationem Pontifici summo inscriptam reseruatamque fuisse, nec ad alium quempiam spectare nec alterius iuris esse, nec præsulem aliū quemuis,posse in illud,(vt vulgò dicitur)falcem suam immittere,nec conferre,aut donare.Nimirum(argumento ferè ducto à simili) 1 si Pontifex idem Romanus † super beneficio in prouincia quapiam uacaturo literas commendatitias dederit,illud item ab alio quouis quàm ab hoc Pontifice summo, qui scribendo commitendo, commendando ordinariorum Præsulum futuram hac de re donationem anteuertisse,sibiq; illam censetur addixisse,Inno.& Abb.cap.inter dilectos.de excess.præla.Oldr.cons.57. atque ea affectione beneficium notauisse,donari nequeat,Gome.q.13.Reg. de infir.resig. nec aliud quicquam in eo statui.Igitur in re propè pari atque simili,qualis est hæc proposita thesis,vel causa,idem decidendū : nulla est enim ferme inter hæc duo exempla dissimilitudo. Vtrobique certe Pontifex voluntatem ante suam declarauit, vtrobique quod fieri uelletiam præcepit, illic quidem commendando,Federic. de Sen.in tract.permu.quæst.15.hic verò eiurationem admittendo:& in vtraque facti specie beneficiū quidem speciali nota peculiari qualitate prærogatiua præiudicio afficiendo,quibus rebus censetur indixisse, præcepisse, mandasse,ne quiuis alius,inferioris magistratus homo,quicquam haberet in eo decernere, in illudque irrepere, aut vllū quid vindicare,sibique attribuere,quippe quod Pontifex totū sibi asseruisset, nihilque alijs feciſſet reliqui:hinc fieri, vt nec 2 ordinarii Antistites † aliquid in eo statuendi ius habeant.Calde.cons.9.tit.de pre.Ludouic.Roman.cons.160.incipit,in proposi.calu.nec ipsi mandatarij(hoc est qui ad nanciscendas sacerdotum & beneficiariorum exuuias ius habent ex mandato Pontificio diplomatarium)possint beneficium tale recipere,sibiq; hac in positi facti specie vi mandati collatum vllo legitimo pacto accipere desumereque.

Adducuntur in hanc rem nonnulla alia quæ sic habent,clari iuris est,per eiurationem factam apud Romanum Pontificem, 3 † beneficium in aula vacare,Archid.cap si elect.& c.cōmissa.de elect.in 6.& non in partibus, aut,vt multi loqnuntur nostræ ætatis,in prouincia, sicuti à nobis plane supra explicatum est,atque ample discussum: vbi enim quis beneficio priuatur,ibi sane beneficii priuatio atque vacatio inducitur.Rota deci.86.incip.nota.

Igitur cùm eiurator,vel per se vel per procuratorem,quem 4 ea de causa nominatim dat,† in aula Pontificia beneficium eiurat,qd adferri potest,cur si idem intra viginti dies postmodum decedat, beneficii sic vacantis collatio, vel donatio ad summum Pontificem non spectet? tanquam in ipsius aula, & non alibi vsquam tūc vacantis, atque ob id nullius alterius donationi obnoxij:Id aiunt quidem pro indubitato habendū taleque beneficium soli Pontificio iuri,ad cuius tribunal dicitur vacare,adferendum,illinc solùm petendum, illic solū cōferendum. Atque huic opinioni adstipulatus est quandoque Ludouicus Romanus,cons.342. à qua tamen videtur discessisse Gomesius,vt ex illius verbis apparet.quæ tamen, si qui rectè appendat, perspiciet illum hanc superiorem sententiā magis etiam nescio quomodo quàm ipsum antea Ludouicum Romanum per sua verba confirmasse, dum adhibito quodā distinctionis fœdere eam nititur temperare &dissidentes opiniones coniungere,Gome.reg.de infir.resi.q.33.Ait enim sic aut eiuratur,eiurationisque cōficitur tabula ab eiuratore vel eius procuratore,nam ab vtro id fiat parum refert coram Romano Pontifice:& non dubium est,quin tum eiuratum bene 5 ficium,† ad Pontificis summi collationem solam pertineat, ēt si per mortem præmaturam præfectum amittat, & non p eiurationem,quam consignarat,vbicumque tandem præfectus ille eiurator sit,mortemve obeat, atque ita à nullo alio Antistite,vel collatore, extra Romanum pontificem donari illud possit: Aut eiuratur (quæ altera est distinctionis Gomesianæ species) decerniturque eiuratoria tabella in prouincia,partibusque,& sic procul ab aula:& tunc contrarium statuendum 6 nempe beneficium † sic eiuratum, quomodocunque tādem vacet, Pontificis Romani iuri reseruatum non censeri, nec illius donationi addictum, id enim ipsum nulla lege cauetur.

At verò,quod ad me attinet,& si durum sit,mihique imprimis graue,à tantis viris dissentire,tamen opiniones hasce nulla ratione innixas esse censeo,sicut etiam ante nos nostri temporis Parisienses idem existimauerunt:Nam si loquimur iure nostro,hoc est in Gallia recepto more,certum est quod sequamur:constatque supradicta omnia pro ea quæ allata est, sententia,locum habere minime posse,obstat quippe & contrait,decreti sanctio,qua tolluntur abrogantur expunguntur 7 Pontificiæ reseruationes,† nostro que peculiari iure, autoritate pontificia comprobato, omnibus istius generis prærogatiuis,designationibus, præiudiciis ad beneficia per mortē possessorum vacatura, obuiam itur: Quod vt firmissimo vinculo corroboraretur,concordia dudum inter sedem Apostolicā, & Gallici imperii coronam inita,magna sane ratione prospectum est,eodem titu.de reser.subla.in concorda.Sicque fit,vt quæ pro allegata sententia allatæ sunt rationes, nunc magna ex parte obsoleſcant, atq; hinc domestico iure nostro abeāt: Si verò loquamur communi iure, adhuc affirmandum censeo, prædictam doctorum præceptionem veram esse nō posse. Quomodo id? audies. In primis attendatur ac diligenter ponderetur finis,cuius gratia præscripta est à Romano Pon- 8 tifice † regula Cancellariæ decimaoctaua, qua indictum scitūque,eiurationes omnes factas ab infirmis, qui ad vigesimum postea diem à die dati consensus connumerandum vitam nō produxerunt,sed expirarunt intra id tēpus nullas putari:Quinimmo sic resignata sacerdotia nunc demum per mortem p̄fectorum,qui quidem legitimo non vixere tempore,dici vacare, nō item per antea factam eiurationem vacuisse censeri: viden regulam? quò tendat illa,quemve ad finē sit posita nūc accipe.

In Romano Concilio Hilarii Romani pontificis tpe celebrato,Canone illius Concilij quinto, delata est q̄rela,dū sacerdotes vbi videbant summam adesse sibi supremāque vitę diē, successores sibi in ministerio deligebāt,eosq;nōatim designabant,inde fiebat,vt non legitima expectaretur optatio,legitimū suffragium,legitima cōquisitio, vnde vt huic morbo mederentur patres illo Concilio cautū fuit,† vt eæ defunctorum 9 prærogatiuæ tollerentur,his anticipatis delectib.locus ne daret.c.pleriq, sacerdotes. 8. q.7. Quæ concilii cōstitutio multis postea annis ad amussim conseruata, p resignationes quas in fauorē vocant ad irritū cecidit,nā licet in his resignationibus in fauorē certi hoīs factis interueniat sanctæ sedis authoritas, non tñ libere calculū suū adiicit,sed necesse habet huic negotio ab eiuratore cœpto finem,f̄m eiuratoris voluntatē,adhibere: Alioquin,si alii cuipiā & non hoī ab eiuratore delecto, beneficiū donarit,nihil profectò agit:hinc factū est,vt Bonifa 10 cius octauus † rīam hanc cancellariæ sciuerit sancieritq;,qua saltē tēperaretur aliquoquetēporis curriculo circumscriberetur modus p̄quem fraus fiebat concilio Romano, volens uti omnes eæ sacerdotiorum eiurationes ab infirmis factæ, nisi uiginti dies post earū expeditionē superuixissent,ratas nō hīi.Quam cancellariæ rīam post Bonifaciū confirmauit Martinus,& oēs q dehinc consecuti sunt Romani pontifices,idq; ipsum pol quidē rectè, ac admodū considerate, beneficiarii enim multi,cum morbi,mortisue propinquæ doloribus op-

prime-

Source : BIU Cujas

primerentur, à proximis circumueniebantur, & fraude, arte, dolo, & quandoque comminatione, ad eiurandum inducebantur, atque ita fieri poterat, vt tum ipsi eiuratores fraudib. irretirentur, dum quos persæpe nolebant, quosque sedato à proxima morte animo, nunquam delegissent, successores habere cogerentur, tum etiam (quod maximè fuit considerandum) Antistites ordinarij, quibus hac in re lex potissimùm indulget, vultque imprimis prospectum, iure suo conferendi passim ac temere fraudabantur: Id igitur omne, ne posthac eueniret, sancit, est ac promulgata illa regula sanctissima, vacationem beneficij in hac facti specie beneficiarij scilicet intra tam paucos dies post morituri, tum quidem per obitum inducens, ac eiurationem ante factam hac pœnali lege, sanctione neque resignationis abrogatrice tollens de medio, liberã vtique relinquens, tacita quadam inductæ legis mente ac ratione, permissionem eis ad quos iure communi per mortem spectabat eo tum in beneficio statuendi: Graue quippe ducebat Pontifex ordinario Antistiti hanc tam crebram eiurationum viam fraudi esse: ideo hanc quodammodo hac ratione substrinxit. Ergo vtrisque, hoc est tam infirmo eiuratori, quàm ordinario beneficiorum datori, tum etiam ecclesiastico omni sacratorum hominum ordini, aduersum fraudes, ad uersum dolos, per hoc æquissimum iuris præscriptum cautũ esse voluit idem Pontifex. Alexand. in l. filiæ mea. ff. solut. matrimo. Cuius quidem præscriptihæ certe, quæ nunc prolatæ sunt, veræ fuere rationes, nec minus est hæc causa, hæcvè ratio sic accipienda, quàm si verbis expressis, claris & apertis, dictata ita fuisset, cum ex mente vt diximus sit, exquè viua legis illius anima. Quamobrem generaliter accipiendus est item illius sensus, generaliterque dilatandus.

Adhæc, cum liqueat hunc uacationis per obitum modum fuisse in ea regula, cui nomen est de infirmis resignantib. no-
11 uo quodam iure inductum, nam anteà † beneficium quod p eiurationem semel vacarat, non dicebatur ampliùs per mortem vacare, etiam si eiurator infirmus intra viginti dies, ex illa infirmitate decessisset: Cum igitur summus Pontifex id nouo quodam iure sciuerit rogarit, confirmarit, ac per dictam regulam tum nouitiam nominatim decreuerit, quæ regula ob summam sui æquitatem vbique obseruatur, ac in omni iudicio, in omni Senatu, in omni totius Galliæ decuria agnoscitur, & recipitur: profectò existimandum est, summum Pontificem per eam clarè tum publico bono, tum ordinariorum Præsulum iuri, tum vniuersæ Christianæ rei consultum esse voluisse, & non id in propriam vtilitatem peculiariter detorsisse, ac talem legem conscribendo, per quam sublata & irrita facta eiuratione beneficium in aula sua vacare censeretur: Sicque iuri suo & peculiari donationi adscriptum esse, sibi vni cauisse, nulli item alteri, nec consuluisse nec prouidisse. Nec enim pium est, nec æquum, tam male de Pontifice existimare, vt eum censeamus ad suam duntaxat vtilitatem referri velle quæ præscripsit omnia: hicque multo minus, vbi nec de reseruatione, nec de vacatione in curia verbum vllũ fecit. In summa, hac in regula nihil tale peculiaris scilicet pontificii emolumenti iudicandum est: Nam si id factum, sique in ea regula præscribenda, se vel suum tantummodo cõmodum, vel fructum respexisset pontifex, non etiam vniuersum totius Christiani orbis atque ordinis ecclesiastici hominum commodum sibi proposuisset, non tanto me hercule cũ plausu, tantoque suffragio, tantaque hominum approbatione, tanta vbique in hoc regno contentione illa reciperetur, atque in hunc vsque diem inuiolate cõseruaretur, retineretur, coletetur: Quare in hac quam nunc profero consistendum puto interpretatione atque sententia sublata porro distinctio
12 ne illa Gomesiana, † cuius caput prius ad Ludouici opinionẽ refertur. Alterum vero nescio cur hìc debeat spectari, vbi non in partibus, vt ait, at in pontificia aula eiuratur uel eiurandum fanum mandatur, vti habet inscriptum thema, inscriptaque totius disceptationis causa. Sed de hoc iam plus satis, poterit enim alias accuratius excuti, atque refelli.

ARGVMENTVM.

An lex illa dici vicenariæ, quam proxima regula præscripsit, ad ordinarios quoque antistites respiciat, & aduersum eas aut etiam pro eis, quæ apud eorum tribunal fiunt, eiurationes, & collationes, vim suam exerat: itemque An ad institutores spectet, quorum non est plene vtique conferre, at duntaxat instituere? Denique an vtrobique, perinde ac in Romana aula Pontificia, hoc regulæ caput sanciatur, siue agatur de commodo ordinariorum, siue de illorum incommodo damnoque.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis resignantibus an respiciat ordinarios collatores. & num. 14.*
2 *Clerici sine causa probabili, aut etiam manifesta non sunt suis beneficijs spoliandi.*
3 *Edicta seu statuta quæ non alia ratione nituntur nisi quia sic statuenti placuit, ad alias res pares uel similes non sunt protrahenda. & numero quarto.*
5 *Regulæ cancellariæ non habeant locum extra curiam.*
6 *Regula de infirmis resignantibus non habet locum in beneficijs patronatis. & num. 20.*
7 *Collator verus quis dicatur.*
8 *Collationis, & institutionis seu nominationis ius quomodo differant.*
9 *Antistites tenetur instituere a patrono præsentatum seu nominatum.*
10 *Vicarius Episcopi visu officij habet facultatem instituendi præsentatos a patronis, secus conferrendi, si id sibi specialiter nõ demandetur. nu. 11.*
12 *Capitulum, sede episcopali vacante, potest instituere, non autem conferre.*
13 *Regula de infirmis loquens de collatione, quod non habeat locum in institutione seu ordinatione.*
15 *Collator ordinarius apud quem ab infirmo resignatum est beneficium, si illud conferat, & resignans intra viginti dies moriatur, potest de nouo illud vi ordinariæ collationis conferre.*
16 *Collõ sine collatoris culpa cadens non aufert collatori ius denuo conferẽdi.*
17 *Conferens beneficium absenti, si absens illud repudiet, potest alteri de nouo conferre.*
18 *Regulam de infirmis niti iuri & æquitati naturali.*
19 *Regulam de ueri simili notitia extendi ad quemuis ordinarium.*
21 *Regula de infirmis effectum suum protẽdit ad omnes actus ordinariorum.*

Cap. 29.

IN his enucleandis quæstionib. uariæ adferuntur sententiæ. Quidam bene docti homines nec mediocri inter scribentes autoritate, sentiunt, regu-
1 lam † decimam octauam, super eiuratis à quouis ægrotante beneficiis constituram, ordinarios collatores minime respicere, tantùm abesse vt ad eos spectet, quos beneficiorum institutores dicimus, quique ex patroni designatiõe necesse habent in ecclesiastico ministerio hominem ordinare. Phil. Deci. consil. 223. Cur enim (inquiunt) ordinario beneficiorũ dãtori, inferiorique magistratui, hæc Cancellariæ regula, quam Pontifex ipsorum bono videtur induxisse, officeret, eorumque vel collationes, vel institutiones vi simplicis eiurationis, ab ægrotis factas euerteret, vel quoquomodo contemplatio neque aliùs rei ad eos pertineret: Si enim hoc fieret, liquidò appareret omnem istius regulæ constitutionem iuri fere cõmuni præsulum ordinariorum aduersari. Quare non eo usq; dilatandam, non certe ad tantum ipsorum incommodum p ferendam. Patet vtique intentio vel maior, vt uocant dialectici, propositio, quia cum re vera, sacerdotium p eiurationem simpliciter factam vacauerit, sitque iam addictum alteri. ca. p. de re in 6. gloss. cap. si propt. verbo vacab. de rescrip. in 6. & c. quia sæpe. verbo vac. de præb eodem lib. cui ordinarius præsul suus illud contulit, lex in hac rẽa ponit, vel fingit, illud iam nunc demũ per mortẽ eiuratoris, vero dño veroque suo possessore destitui. Quod cũ id facit, ius tollit ab eo cui iam p eiurationẽ probatam, & legitimo ac promulgato iure à pontifice ordinario suo cõfirmatã, & collõne, donationeve inde subsecuta, roborata, quæsitum erat: quæ res procul dubio conuincta esse plane videtur cũ publica iniuria, vtpote q̃ sit cleri-
2 cis detrimentosa, † q̃ sine cã probabili, aut ẽt manifesta beneficijs suis, minime sint spoliandi iure ante parto. c. conque. de rest. spol. c. iuuen. 26. q. vlt. Et q̃ item sit ipsis collatorib. contumelioſa, qui quod statuerant, fuerantq; largiti, uideant cõscindi: q̃ cum fiant, aut fieri censeantur per hanc regulam, duram vtique esse ipsius cãm, & iuri cõi dissentaneam. Igitur, uti est dictũ coarctandã. Igitur suis finibus, & expressis terminis circũscribendam. c. cũ dile. de consu. l. si qñ. de ma. testa. Omnino aliò quouis promiscuè non extendendã. Addunt & quiddam aliud in eandẽ ferè rõnem: certũ est, aiunt, ex iuris cõis p̃scri-
3 pto, edicta, statuta, † sancita, q̃ non alia maiore, uel ueriore innitũtur rõne, p̃terquã hac una, scilicet quod placitũ sit legislatori ita statuere, edicere, promulgare, ad alias res, pares, uel similes, haud quaquã, circunferenda, protrahendaque nec propaganda. Bald. leg. 3. col. 2. de iu dot.

Atqui regula hæc (inquiunt isti) de infirmis resignantibus, quantumuis eam bono fine tulerit Pontifex, nihilominus tamen in isto est genere, quippe cui causam præcipue dederit pontificia uoluntas, à qua tota pependet: Quod uerò obijcitur, optima quidem & æquissima ratione, pontificem eam tum uoluisse, rum sanxisse, quod per eam fraudi mortalium obuiam eatur, quam qui resignat ægrotus dicitur censetur

Source : BIU Cujas

turque fere iure noſtro ex eo ſtatim ipſo quod beneficium eiurat uel innectere. Alexand. l. filiæ meę. ff. ſolu. matrimo. uel ea ipſe implicari. Quod cum ita ſit dici debere, ut fraus omnis tolleretur, atque a Republica faceſſeret, conſtitutum fuiſſe hoc præſcriptum, unde minime uerum eſſe, ſolo illud inniti placito pontificio, ſed optima quadam ratione, qua dolo occurritur hominum, fundatum conſtructumque appare re, facili herclè negotio diluitur (inquiunt) obiectum iſtud, cum perſpicuum ſit, huic fraudi ſatis antea iure noſtro pontificio occurſum fuiſſe. Bonifacius enim Pontifex, lege dudum lata, huiuſce generis dolo nominatim obſtitit, uoluitq; hominibus hac in re multum ſane prȩcautum eſſe, ac ſuo decreto ample prouiſum conſultumque, ſicuti patet in eo libro, quẽ edidit de renunciatione, in ſecundo capitulo, quod eſt cap. ſecund. de renunc. in 6. Quamobrem non videri, huiuſce regulæ ſanctionem ob coercendam modo reprimendamque fallaciam, iam antea per Bonifacium ipſum in hac ſpecie, ſatis coercitam repreſſamque potiſſimum induci, qn ſolam illius cauſam adferri uere, eſſeque uoluntatem utique pontificiam, quæ præter ius commune, uigeſimum diem, pro omni temporis ſpatio, huc induxerit. Nam hercle ſi quȩreretur cur uicenos dies potius quàm tricenos iſti rei præſcripſerit idque præcisè. Quid quæſo aliud reſponderi poſſet, quàm id unum, ſic uiſum Pontifici ſummo, ſic placitum ordinatori, quæ ratio, uel cauſa, in talibus iſtis certum temporis ſpatium, certamue ætatem, unicuique ad aliquid agendum præfinientibus, fere ſemper promulgato iure uiguit. gloſſ. l. prima. §. pueritiam. uerbo ratus. ff. de poſtula. nec alia ferme unquam eſt allata ratio. Quare concludendum, obiectum minus ualere, regulamque † ſola Pontificis uoluntate conſtitutam, ſuo cancello circoncludendam, hoc eſt, ſoli Pontifici ſummo addicendam, non item propagandam ad alios.

Addunt aliud, fac (inquiunt) ob depellẽdam fraudem, hoc maxime præſcriptum emanaſſe, quid tum? non certe ob id cẽſendum, ad ordinarios collatores hoc referri, qui his fraudibus non ita facile patent, ſuntque obnoxii. clem. 1. de offi. ordinar. nam ij cum degant, uel degere debeant in ſua quiſq; prouincia, quid in ea quoque agatur, miſceatur, turbetur, exploratum habent. Hinc fit, ut pro ſua in gregem ſuum vigilantia, omni dolo obſiſtant facillime, nec tam facile decipi aut circunueniri queant, quàm ipſe Romanus Pontifex, qui longe abeſt gentium, nec tam facile etiam eos, obreptitii doli exceptio contingit, quàm ipſum eundem Romanum Pontificem, qui quum abſit longe, ſerò audit omnia. Quare mirũ nihil, ſi iura quæ tollunt in hoc genere fallacias hominum, ſuntque præſertim ob id unum inducta, plus illum ea ſummum Pontificem, quàm ordinarios Antiſtites reſpiciãt, nec tam facili aut æquo iure ad eos, qui in prouincia partibuſq; ætatem exigunt, ſint referenda. Proinde colligendum, ſeu damnum, ſeu emolumentum proponantur, quæ hic dicãtur antiſtibus facta, nihil tamen regulam in ſui temporis præſcriptione ad eos attinere.

Addunt amplius, Certum eſt (aiunt) regulas cancellariæ,
5 † in aula pontificia ſanciri a Romano Pontifice, ibidem præſcribi, ibidem promulgari, igitur illic potiſſimum eſſe obſeruandas, non item in prouincias extendendas, non ad prouinciales Pontifices demittendas, non ad eos, eorumque vſum aut utilitatem, uel etiam præcautiones, nec item ad eorum damnum, aut aliud incommodum referendas. Ancha. conſilio 297. qui & ſibi ipſis poſſunt, ut dictum eſt, tum commode conſulere, præcauere, dareque operam, ne ulla in re huiuſce generis circunſcribantur, fallanturque, aut incõmodo, damnoue afficiantur. Quod ſi non faciunt, ſuæ id uertendum ſtultitiæ, uel ſocordiȩ, qui tam male prouidi, tamque ſocordis ſint in re ſua animi, & hęc eſt iſtorum qui in hanc quã nunc recenſuimus eunt ſententiam ratiocinatiua collectiuaq; deductio. Qui quidem afferunt item alia multa, quibus haud dubie ſibi credi uolunt, regulam hanc ad collatores ordinarios non porrigi, nec eos reſpicere, nec eis damnum, commodumue afferre. Nam quod pertinet ad eos Antiſtites,
6 † qui ui ordinarii iuris ſui in eccleſia dũtaxat inſtituunt, ideſt a patronis nominatos clericos præficiunt, ordinantque in locum obeuntium, uel alio modo abeuntium a beneficiis, illis proculdubio cum hoc pontificio præſcripto multominus rem eſſe poſſe, cui præſcripto, nec expreſſis uerbis addicantur, nec tacita mente legis eo poſſint concludi, comprehendique. Nam imprimis, præſcriptum loquitur in collatione nominatim ſacerdotiorum, quæ fit admiſſa comprobataq; eiuratione, ſeſeque illac nominatim concludit, vtpote cum pleno abſolutoque iure beneficium confertur. Is enim de-
7 mum dicitur uerus collator † Abbas, capit. ex frequentibus. & capitu. authoritate. de inſtitu. qui citra ullius arbitratũ dat beneficium, deſignat, nominat, ordinat in eccleſia præfectũ, non qui ad nutum alterius, aut ob cauſam ullam cum altero coniunctam, horum quippiam facit. Qualis eſt is, qui uel ſolum inſtituit, hoc eſt, ordinat ab alio nominatum, uel ordinandum ab alio duntaxat nominat, uel deſignat. Quorum neutri, cum collatore tum uero, tum abſoluto, nihil conuenit, quippe cum inter collationem, & inſtituendi nominan-
8 dique ius, multum interſit. † Illa nimirum eſt libera, q̃ agit libere, quod cui vult gratificatur, quem vult prȩfert, hinc fit, ut donare, & donandi ius habere collator uere cenſeatur. capitulo, cum acceſſiſſent. de conſtitu. cap. eam te. de reſcript. ac ut ſemel dicam, hac in re, poteſtatem ſummam habeat, nihil enim accepto fert alteri. At alter ille, hoc eſt, inſtitutor, nempe qui deſignatum a patrono, nominatumque prȩponit ſacerdotio, multum diſtat ab eo quod dictum eſt, nam neq; prȩficiendum deſignat, neque deſignatum a patrono, oblatumque, & exhibitum, repudiare vulgariter poteſt, quin ſcilicet neceſſe habeat illum omnino ad arbitrium deſignantis beneficio prȩficere. dict. capitu. authoritate. toto titu. de iur. patro. & in ſumma, nihil quod ad hanc rem attinet, uel paulum admodum ſpontis liberæ uoluntatiſque in eo inſtituto re perſpici poteſt, nam ita diſtincta ſunt in eccleſia hęc duo
9 functionum genera, ut patroni † quidem ordinandos edant, ſponte & libere, ſuperior uerò Antiſtes editos habeat, etiam ferme coactus, ac ex neceſſitate ad ſacerdotium & præfecturam promouere, ordinare, inſtituere. Inde fit, ut acceptum in hac beneficii gratia ſemper habeatur, & referatur patrono, inſtitutori uerò uel ordinatori nihil fere acceptum fiat, qui nihil etiam huc per ſe ſponteque ſua contulit. Nam uelit nolit neceſſe hic habet uoluntate nominantis ſubſcribere. Sicuti eſt iam excuſſum, hoc enim cum illius officio eſt coniun
10 ctum, atque adeo, ut cum aliquem in Antiſtitio † ſuo delegat, qui illi uicariam in rebus ſacris nauet operam, illud item ſacrum officium faciendi, hoc eſt inſtituendi poteſtatem cẽſeatur dediſſe. capitu. ex frequentibus. extra de inſtitu. etiam ſi nihil hac de re expreſſerit. Nam, quia hoc functionis munus eſt neceſſarium, & quodammodo coactũ, uicario cuiuis generali competit. Quod tamen ipſum de conferendi iure non ſtatuitur, nam illius nemo liberas habenas habet, quan-
11 tumuis præſulis mandato generalem agat uicarium. † cap. fi. de offi. uica. in 6. niſi id ſibi conceſsũ, uoluntateque Antiſtitis adſerat demonſtretque nominatim tributum. Hinc fit item, ut ſede uacante, hoc eſt indicto morte Antiſtitis eccleſiæ uoluti quodam interregno, ſedens, uacans, comitiumque & ca-
12 pitulum, † inſtituendi ius habeat, conferendi non item. cap. primo. de inſti. in 6. Nec enim conferre poteſt quæ pertinent ad epiſcopum, quod tamen fuit etiam epiſcopi munus, ſcilicet inſtituere, poteſt quidem id ipſum, ac deſignatum a patrono, fano uacanti præficere. Quæ cum ita ſe habeant, nul-
13 lam cauſam eſſe, cur hæc regula, † quę de collatione uerba facit, ad inſtitutionem, ordinationemque aptari attribuiue queat. Cumque uti narratum eſt, conferendi ius, nominandique & inſtituẽdi, quamplurimum inter ſe, hoc iure noſtro diſſideant. cap. cum in illis. §. ſi autem. de præben. Quid magis ineptum eſſet, aut abſurdum, quàm quæ de collatione dicta ſunt, ad inſtitutionem paſſim nominationemque quadã ueluti ſimilitudine, aut etiam translatione uel relata cenſeri, uel traducenda exiſtimari, maxime in regula eiuſce generis, quæ communi iuri odioſe aduerſatur, inuidioſe quidem (ut aiunt) ius commune emendat. Hęc ſunt, quæ pro ſua ſententia proponunt iſti.

Enimuerò ſunt plȩriq; alii, quib. non probaf p̃dicta opinio,
14 quinimmo eunt plane in ꝯriam ſnĩam, ſtatuuntq;, regulã † cãcellariç decimã octauã, q̃ de infirmis ægrotiſq; eiuratorib. legem ponit, de qua nunc incidit mentio, ordinario cuiuis Antiſtiti, uel bñficiorum ſacrorũ cuilibet datori cõpetere, ac tã ipſi, qđ attinet ad hanc rem, q̃ Pontifici ſummo, & ſuffragari, & ꝯ, quũ euenit, ẽt obſiſtere. Rebuf. trac. noĩatio. q. 17. num. 5. Adeo, ut in eo, iure noſtro ponendũ ſit hoc axioma firmiſſi-
15 mum, nẽpe ſic. Ordinarius collator † apud quẽ eiuratũ eſt ab infirmo ſacerdotiũ, ſi illud ui eiurationis confert, hoc eſt donat, tanq̃ p̃ eiurationẽ uacuũ, & eiurator ad uigeſimũ poſtea diẽ ſpũm non producat, atq; ex ea infirmitate decedat, atq; ita cancellariæ p̃ſcripto locus relinquatur, p̃t quatefacta illa, & eiuratione ſimplici, & collatione prima, ipſe q̃dẽ collator, ex integro tanq̃ nouo mõ, uacans illud ip̃m erogare in alterum, & qđ per eiurationẽ vni dederat, nunc demũ ob mortẽ tribuere cuiuis alii, uel ẽt eidẽ ipſi cui iã ex alia illa cã fuerat largitus. Confirmant iſti hoc enunciatũ multis argumẽtis, & rõnib. Imprimis dñt p̃uulgatũ eſſe, ut patet ex regulis cõis iu-
16 ris, collationẽ, † electionem, ordinationem oẽm, uel beneficiorũ diſtributionẽ, q̃ citra culpã collatoris, datoris, electoris concidit, caditq; in irrirum, iſtorũ qui dedere, elegere, contulere, iuri reſtitui, ita vt ſit illis denuo liberũ conferre, eligere, tribuere. c. ſi cõpromiſſarius. de elect. in 6. idq; cuicũq; voluerint idoneo hoĩ, hoc eſt, eo, cui primũ fruſtra ſunt gratificati, ſi lubet, p̃termiſſo, aliũ quẽ uolunt, ad id beneficium aſci-

Source : BIU Cujas

ſcere. Nam cum donationis reſciſſæ, nullam culpam, nullamque cauſam ſuſtineant, iniquũ eſſet eos donandi iure, quod a legibus habent indultum, ſine cauſa priuari. Quod cum ita res habeat, & planum ſit, in hac regulæ ſpecie, erogationem prius vi eiurationis factam, non per culpam erogatoris, ſed ob defectum præfiniti temporis, nempe quia eiurator uigeſimum poſtea uitæ diem non attigerit, concidere, ac penitus infirmari, nihil certe impedire, quominus ipſe collator, iuxta præſcripta iuris communis, queat hoc ipſum beneficium uacans nunc noua uia, per caſum ſcilicet eiuratoris, cui cupierit dilargiri, ſicque ſeruari in re ſimili, ut qui in abſentem
17 contulerit vacuum per mortem poſſeſſoris beneficium, † ſi ab abſente cui donatum eſt repudietur, poſſit illud idem donare alteri. Domi. capitul. ſi tibi abſen. de præbend. in ſexto. & utriuſque horum hanc unam eſſe rationem, quòd prior donatio non culpa donantis, ſed alio quouis vitio conſcindatur.

18 Adhæc aiunt, regulam iſtam cancellariæ † inniti iure naturali, æquitatemque ſummam habere, tametſi dicatur alioqui aduerſum ius commune poſitiuum conſtituta, ſed tamẽ conſtare, legi cuiuis, tum honeſtæ, tum bonæ conſentaneam eſſe, vt quæ publicam utilitatem reſpiciat, a ratione que ſumma ductum habeat, ſumma ſit in ea æquabilitas, ſumma prouidentia, ſumma fraudis malæ præcautio, vt a nobis latiſſime ſupra diſceptatum eſt in proxima quæſtione. Igitur dilatandam, extendendam, nam tales conſtitutiones ſemper iure noſtro dilatantur & producuntur. Sic enim in reparı̃
19 ſcriptum illud cancellariæ, † de ueriſimili notitia, ad quemuis porrigi antiſtitem ordinarium. Ripa c. 2. in fi. de reſcr. de quo tamen alibi amplioribus uerbis diſſerendum. Hæc & plæraq; alia pro hac ſententia adferuntur.

Adfertur tertio loco alia quorundam opinio, quæ tota hac in materia diſtinctione quadam opus eſſe ait, in hanc vti que diffinientem ſententiam, quæ utrumque caput complectens, tum inſtitutorum, tum collatorum, eadem fere dicit, quæ quidam ſuperiorum attulere, ſic dictitans. Aut (inquit) ab ægrotante eiuratum eſt ſacerdotium, & de eo a patrono, cui illud erat obnoxium, facta, ui ſimplicis eiurationis, denominatio, atque inde ſequuta, per ſuperiorem Antiſtitem, ſicuti ius poſcebat, uel inſtitutio, uel ordinatio, tumque ſemper, quod factum eſt, haud dubie ſtare, nec ullo pacto poſſe in irritum cadere, ſeu moriatur eiurator intra uiginti dies, ſeu longo poſt tempore. Nunquam enim hunc in caſum fore, ut putetur poſſe huic regulæ locum fieri, Gome. reg. cancel. 18. cui nomen, de infir. reſi. quæſtio. decima ſeptima. ut po
20 te, cum hæc ſpecies, † quæ eſt de patronorum nominatione, & maiorum præſulum ordinatione, nulla ex parte, ad prę̃ſcriptum iſtud Cancellariæ, quod illam nullis nominatim uerbis deſignauit, eſtque complexum, pertinere queat. Aut uerò, ſacerdotium, a collatore ordinario uel a legato pontificio, ordinaria & ſumma ac apoſtolica poteſtate, nulli quidẽ patrono obnoxia, confertur, atque tunc dicunt iſti, regulam Cancellariæ haud dubitanter obſeruari, & perinde de hac collatione ordinaria ſtatuendum, atque de illa quæ a Romano Pontifice fit & concinnatur. Gome. reg. de infir. reſi. quæſtio. vigeſima ſexta.

Prodit quarta, quæ & ſi per ſe ſit, uidetur tamen in idem etiam cum ea, quæ ſecundo loco allata eſt, recidere, impugnatque proxime recitatam differentiam, aiens, nihil hac in re diſtinguendum eſſe, nam quomodocunque ſtatuatur ab ordinario collatore ſuper eiurato ab infirmo ſacerdotio, ſeu inſtitutionis, ſeu donationis abſolutæ, plenæque collationis
21 iure, regulam ſemper Cancellariæ, † ſpectantem ad ægrotorum eiurationes locum ſibi uindicare, ac non ſecus omnia, quo ad eam, eiuſque effectum, tunc cenſenda, quàm cum ab ipſo Pontifice Romano in ſpecie dicti præſcripti erogatur, conferturque beneficium. Probus c. cum in illis. de præben. in 6. in ad. ad Ioan. Mona.

Hæc ſunt quæ diſputantur in omnem partem, nec mirum cuiquam videri debet, uariare ſic noſtrorum hominum, de hac re ſententias, atq; adeo fluctuare. Eſt enim profectò quæſtio ancipitis admodum & cõtrouerſi iudicii, in cuius diſceptatione, explicationeque, non minus concertatum eſt inter ipſos iudices ſupremi tribunalis, quàm inter iuriſconſultos uariatum fuiſſe protulimus, diuerſis, ac plane contrariis, & in uicem pugnantib. hac in re, factis olim ſæpe a ſenatu hocce, iudiciis: nam adferuntur huiuſce curiæ placita, & pro affirmatione, & item pro negatione, præſcripta eſt tamen pro parte negatiua recentioribus decretis, areſtiſque ſenatus magna quædam authoritas, cui acceſſerunt alia ſenatuſconſulta, facta in magno ſeu prætoriano conſilio. Pro qua item ſententia, atque, ne poſtea ea de re dubitaretur, decima quarta die Auguſti, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo, latum publice fuit areſtum nouiſſimũ, recitatumq; per dominum Aegydium Magiſtri in cauſa agitata inter Clementem Meſtiuier, & Ioannem Botier, ob iudicium poſſeſſorium parœciæ la Bo yſſiere Andegauenſis diœceſis, atque ab ea ſtandum cenſeo. Et hæc hactenus, ſi tamen dant occupationes iſta hæc aliquando poſſe recolere, atque perpolire, alia quædam forſan adferemus hoc in rerum genere ſubtiliora, atque accuratiora. Tu interim poſtremum placitum Senatus reuoluito.

ARGVMENTVM.

De ſubſtantia, forma, & modo, ſolemniue præſcriptione, & id genus aliis, quæ nunc moribus noſtris Gallorum, iureque gentis adeſſe debent, in omni ſacerdotiorum reſignatione, ad hoc vt illa ſtare queat, ſaltem quod attinet ad iudicia poſſeſſoria. Quorum quidem iudiciorum cognitio omnis, excuſſio, atque diffinitio, lege item noſtrate, eaque antiqua, Regiorum iudicum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Henrici Francorum Regis lex circa beneficiorum reſignationes.*
2 *Diplomatariorum officio qui & quomodo fungantur in Gallia.*
3 *Forma procuratorij ad beneficia qualis ſit in Gallia.*
4 *Collatio & alia quæuis prouiſio facta, in Gallia intra quantum tempus ualeat.*
5 *Procura generalis, & obſcura ad reſignandum beneficium non ualet.*
6 *Reſignatio ſiue alia quæuis prouiſio beneficij a Pontifice Romæ facta uirtute procuratorij ante confectum uel conſignatum procuratori mandatum non ualet in Gallia.*
7 *Poſſeſſorij cauſa in Gallia regiorum tribunalium eſt, petitorii uerò cauſa tractatur ſecundum leges pontificias.*
8 *Forma capiendi poſſeſſionem beneficiorum in eccleſia cathedrali, in Gallia, item beneficij curati uel alicuius prioratus. nu. 9.*
10 *Forma procedendi in Gallia circa beneficialia uigore concordatorum, & pragmaticæ ſanctionis.*

Caput 30.

QVoniam verò in omni ſacerdotium eiuratoria tabula, uel factitanda, admittendaque, uel diuulganda, aut etiã reticenda & ſupprimenda, intercedebant fere ſemper fraus & ambitus, tantaque aderat paſſim hac in re malignitas, ut neque legi ulli pontificiæ, neque ſanctiſſimis decretis, quibus præſcripta olim fuit ad haſce eiurationes accedendi, beneficiaque ex ea cauſa obtinendi, honeſta ratio, iuſtuſq; modus, ſua reſtaret auctoritas, ſuuſque locus. Quin malis artibus eò ſibi quiſque uiam faciebat, incumbebaturque in id unum mõ, quo excogitaretur quippiam, illò quauis ratione, æqua uel iniqua, perueniendi: huic igitur hominum improbitati, atq; ſceleſtæ ambitioni eſt hodie a principe noſtro Henrico per edicta ſanctiſſima itũ obuiam, quibus edictis ſua cuiq; fraudi, atque malæ arti, hac de re abſciſſa eſt cauſa, exhauſtuſque plane fons omnis mali, hũc in modum, quo & obtrita eſt uetus malefaciendi materies, & omnis mali inuenti circũciſa poſthac anſa. Ergo, ſcitur in primis, tot olim fuiſſe hocce in regno perſcriptores pontificios, apoſtolicoſque notarios, vt horum immenſus ac plane innumerabilis numerus, obſcurum plærumq; nomen, ignota patria, genus, mores, habitatio, huiuſce mali cauſa fuerint præcipua. Nam hi perſcriptores, ad conficiendam eiuratoriã tabulam, dum res exigebat, quouis ex loco accerſiti, quum nec eiuranti, nec vlli ſuorum bene noti eſſent, nec quandoq; illi ipſi cui eiurabatur ſatis perſpecti, eueniebat, vt, accepto eiurationis mandato, in loca ignota ſeſe reciperent, ubi dum a nullo probo homine quirent obſeruari, dabatur, tum anſa, tempus, locus, facultas, tabellas haſce, tum corrumpendi, tum falſis inurendi notis, tum perſæpe auertendi, deniq; pro libidine, fauore, gratia, ære, ut libebat, utq; eos rapiebat corruptio, eas tractandi, agendiq; perſæpe contra, ac reſignator, uel is cui fuerat reſignatũ ſenſiſſent. Hæc igitur erat in hocce reſignationum negotio, prima, atque præcipua mali labes:
1 huic ergo ſua eſt ab Henrico, † lege occurſum, qui ſic dixit. Perſcriptorum beneficiorum, quaq; in ciuitate, uel diœceſi, certus, atque diffinitus numerus eſto. Hi nomina, atque prænomina, apud ſuorum quodque pontificum tabularium danto.

Ibi ſacramento adiunguntor.
Ibi nominatim autorantor arti,
Ibi coram ſuo quiſque antiſtite, vel delegato, ſolenni conceptoque

Source : BIU Cujas

ceptoque modo iurato, se ex fide, atque iustitia, munus suũ administraturos.

Ibi item inscribuntor, Inseruntor, Designantor,

Qua in parœcia, Qua in tribu,

Qua in regione velint, possintq; artem suam exercere, planum faciunto: Atque in primis rogantor,

Norintne bene formulas, atque notas, sintque in ea, cui uolunt dare operam, scripturæ ratione, probe instructi, tum manu, tum fide, tum rebus aliis. Denique bene in omnibus idonei, factique ad id officium cui sese tum addicunt, nimirum his de rebus omnibus, antequam auctorentur, fidẽ faciunto, His de rebus omnibus, tyrocinium edunto.

His de rebus omnibus a legitimis Antistitib. aut uicariis, uel sacris iuridicis, accuratè rogantor, quæruntor,

Tum demum iidem nomen suum, & auctoramentum, ad tribunal iudicum huiusce regni præsidialium deferunto. Ibique edunto.

Postremò habitationem suam in locis ciuitatis, uel diœcesis conspicuis, notis, atque peruiis, qua in ciuitate artem sint facturi, prout tulerit sua cuiusque episcopi aut Archiepiscopi lata in hanc rem acceptaque lex sibi deligunto, Qui horũ hæc non faxit, Qui horum hæc minus obseruarit, Qui nõ sit eo pacto in hanc artem, institutus, auctoratus, conscriptus: Quamcunque is descripserit tabulam in re bñficiaria, Quodcunque hoc in genere omni annotarit mandatum, ea tabula id mandatum infectum esto.

Nulla auctoritate subsistito.

Omni prorsus fide careto.

Additum ad hęc, dictumque post sic, mandatum & iussum episcopi, archiepiscopi, primates diœcesani, sua quisq; in prouincia, & diœcesi, de sententia & consilio suorum clericorũ, sacrorumque hominum: quorum clericorum hanc in rem competens aliquis iustusque adsit & euocetur numerus, perscriptores notariosue designanto, In ordinem certum describunto, Numerum assignanto, Cathalogum adscribi iubento, Intra modum, intra cohortem quãdam, constitutam, & diffinitam, concludunto: huic soli perscriptorum, notariorumue cohorti, auctoritate episcopali, sua quaque in prouincia, certo circumscriptæ numero, tabulas beneficiorum eiuratorias, atque alia omnia eam in rem mandata, accipere, describere, annotare, consectaria, auctoritates, appendices, accipere, describere, annotare, formare, atque ius auctoritatemq; his addere, per publicam scripturam, fas, licitumque esto. Nulli item alij.

Huic sic diffinito notariorum numero, nihil a quoquam ullo, uel antistite, uel ab alio quouis magistratu, superadditor. Adiungitor.

Intra hunc modum stator.

Si qui tamen horum eo certo circunscriptorum numero, uel mortem obeat, uel alia de causa ordine submoueatur, in illius locum alius sufficitor, adscribitor. Porrò abrogationis iudicium, quo iudicio qui abrogatus est, notarius esse desiit, in suum cuiusque pontificis tabularium redigitor, Ibi editor, scribitor, Tum & ad iudicum prędidialium actuarium etiam defertor, Ibi item editor, Exscribitor.

At uerò nullus quisquam horum, cui hoc datum est, diffinitum, & sua quaque in diœcesi circumscriptum munus perscriptorium, uel notariatus, suam, extra diœcesim artem exerceto, Neu facito, Si facit, si exercet, Quod facit fide careto, falsi nota inuritor, expugnitor, circunducitor. Perscriptores, notarij, ea qua dictum est solemni præscriptione, in hunc ordinem adlecti, alboque tribunalium pontificiorum, præsidialiumque inscripti.

Quamcunque postea tabulam descripserint, quodcumq; susceperint annotandum mandatum, ea in tabula, eoque in mandato, legitimam ex edicto qualitatem, ordinem item suam eo quo dictum est modo, sibi obuentum, ea regia præscriptione sibi appositum, ea rogationis sanctione, accurata exactaque obseruatione, sibi adscriptum, attexunto inscribunto, ponunto Tum habitationem, & auctoramẽtum suũ, nempe qua in ciuitate, oppido, urbe, auctorati fuerint huicque ordini inscripti, ea in tabula, ac eo in mandato, ac ea in auctoritate, inserunto, scribunto, Ni id fit, ni id omne nominatim apponitur, si quid horum tacetur, ea tabula, id mandatum, ea auctoritas, ubi id tacitum est, nulla sunto, nihil iuris, nihil auctoritatis, nihil rati, firmi, habento.

Perscriptores notarii ita suæ quisque inscripti arti, in quauis postea eiuratoria tabella, in quouis ad resignandum susci piendo mandato, testes duos, nec minus, asciscunto, adhibento, roganto: hi testes certi homines sunto, recti, probi, atque ibi cogniti, ubi consignatur mandatum, excipiturque procuratoria ad resignandum tabella, hi testes sedem certam, habitationem stabilem, habento: hi testes, nec in ascendentium gradu in eiurantis, cognatione propinquitateue, nec in eius gratiam cuius eiuratur, cognationi propinquitateue numerantor, nec utrobique alterutrum eorum in transuersa etiam sanguinis linea prope contingunto, ut pote, pater, auus, aut supra hos ne existunto, neu patruus, neu auunculus, neu item frater, non consobrinus, quem dicimus germanum: Aduersaria, & autographa cuiusuis tabulæ eiuratoriæ auctoritatisque & ad resignandum mandati, quam notarii minutam appellant, manu propria resignantium obsignantor. Chirographo exprimũtor, ea in re prædicti duo testes præsentes sunto, id uidento.

Porrò si accidit, eiurantẽ, resignantemue, ita laborare corpore, ut nequeat manu sua nomen sibi apponere, subscribereque, ibi tum notarius & perscriptor illius casus, atque impedimenti, sua in scriptura, aut graphoque eiuratorii mandati mentionem facito, diffinite explicato, aperte exprimito, Tum & adscitos testes huic nominatim rei subscribere, & ipsorum nomen, ad auctoritatis fidem, adiicere, accurato, iubeto, Quæcunque alio modo hacque non accurate obseruata regia præceptione descripta sit a notario hoc in genere tabula, ea tabula reiicitor, fidei omnis expers esto.

Perscriptores notarii, quamcunque susceperint procuratoriam ad resignandum tabellam, quodcunque hanc in rem mandatum annotarint, illius tabulæ, illius mandati, exemplar unum in memorialem librum suum redigunto, illuc ex fide transcribunto,

Tum eo in memoriali libro (regiſtrum id appellatur) tempus quo alterutri parti tradita ab ipsis est procuratoria quæuis huiusce eiuratorii generis annotata tabella, certum quidem illud, annoque, & die diffinitum adponitor, adscribitor, Is memorialis codex, volumenque regestorum, pro uno quoque negotio, ab ipsis probe diligenterque conficitor.

Accurate conseruator, quum opus erit, editor, exhibetor.

Tum anno quoque, exemplar uerum, & fidum, cuiusq; annotati procuratorii, ad resignandum mandati, in tabulariũ pontificum, iidem ipsi perscriptores deferunto, illic edendũ, incidendum, annotandum præbento.

Porrò, argentarii, collybistæ, diplomatumque pontificiorum accuratores, atque in genus omne hominum, qui expediendæ scripturæ bullatæ, hucque deferendæ, suam impendunt operam, ad suum quidem quisque ordinarium tribunal, iudicemque loci, quo in loco artem exercent, sese, sacramenti causa, atque auctoramenti iureiurando firmandi exhibento, sacramentum, iurisiurandumque tale esto, Sese ex fide artem suam facturos, staturos probe in officio, nihil perperam in se eo in munere admisturos, hoc dato iureiurãdo, apud iudicum ordinaria subsellia, arti tum addicũtor, argentariorum ordini adscribuntor, rei quum volent, operam danto, At ubi primum negotium susceperint expediendę procuratoriæ ad eiurandum schedæ, illius schedę summa statim ac necessaria capita suum in familiarem acceptorum regestorumque codicem referunto, exscribunto.

Summa autem talis schedæ ac necessaria capita hac in re hęc sunto, Qua die, quo anno hæc sit data scheda, susceptaue an notata, Qui perscriptor hanc susceperit, annotauit, qui vocabatur, ubi artem exercebat, qui testes interfuere, horum nomina, locus, habitatio, designantor.

Quo item in loco sit ea accepta annotata.

Hæc omnia ab ipsis in rationale volumen transferuntor, inciduntor, tum & diem, qua die hanc schedam expediendã susciperę, Romamue, aut ad legatum, ea de causa misere, Tũ & quod de ea responsum, suis a procuratoribus, negotiorũque gestoribus accepere, ibidem apponunto, opportunè annotanto, si qui horum hęc non facit, omni damno, omni impendio, quod ea ex re pars cuia interest acceperit, fecerit, multator, damnator.

Donec is luerit, persoluerit, nexui traditor, in custodiam coniicitor, Enimuero sacratus quisquam homo ecclecastica persona, sacerdotalique ordini addicta, hanc argentariam ne posthac facito, Ab hac arte submouetor trapezitarum bullatæ scripturæ, huic ne addicitor, huic ne se immisceto, laicorum hoc solum munus esto, hi soli huic describuntor,

2 accinguntor ordini collybistarum diplomatariorum † ante tamen apud tribunal iudicum præsidialium iidem ipsi satisdanto. Vade, prædibusque idoneis artem suam sanciunto. Porrò ea satisdatio mille aureorum esto: eo nomine, vades, prædes, adstringuntor, expromissores obligantor, quos hac sua in causa dederint mensarii, & accuratores huiusce generis pontificiorum. Oberantor quidẽ isti appromissores, rem a se, etiam in solidum præstitum iri, nec oratori apostolico quicquam fraudi futurum, neque prius quisquam vllus hanc artem facito, neu huic officio addicitor, quin isthæc omnia obseruarit.

3 Porrò allato in senatum edicto, † vt ibi de more recitaretur, conscriberetur, promulgaretur, tum & incideretur in officinam actuariam, additum est a senatu, dictumque sic

Source : BIU Cujas

amplius. Si quando lis posteà, quæstio, dubitatio incidet super nomine, habitatione, qualitate, notitia testium, tum aliorum, hisce in procuratoriis ad eiurandum schedis positorũ, clariori explanatione ea tum quæstio atque lis in secundum iuris possessorii, summæque ac plenioris controuersiæ iudicium reiicitor, reseruator.

Neu ius uindiciarum, fiduciariæque possessionis, omne id huiusmodi, quicquam remorator, neu obturbato, neu ad impediendum, uel bona sequestro committi, vel hoc ex primo, minusq; pleno possessorio iudicio, possidenda addici, parte ab vlla, opponitor. Denique nihil quicquam tale ibi tum cõtrouertitor: Id porrò factum, additumq; in Parisiensi senatu anno Domini Millesimo, quingentesimo, quinquagesimo, die vigesimaquarta mensis Quintilis.

Itemq; paulò post adscripta est in hac nostrate rogatione, per aliam quoq; regiam legem, Henriciq; edictum, appẽdix
4 † hæc continens, quæ sequuntur capita cõpluria. Beneficiorum eiuratio, omnisq; hoc in genere, pontificia prouisio, ordinatio, atq; præiudicatio, tum quæuis alia collatio, uti mandati procuratoriæque tabulæ, post annum quidem q̃ datum est mandatum, prescriptaque & annotata, procuratoria tabula, tum Romana in aula, tum alibi vspiam admissa, firmitatem ne habeto,

Irrita, vana prorsus esto, lex enim mandatorum huiusce generis annalis est.

Eiuratio beneficiorum, omnisque hac in re dispositio facta quidem uirtute procuratoriæ tabellæ. Quæ procuratoria tabella, † generaliter aut obscure beneficia mandat eiurari, non item quæ eiuranda sunt, quæque vult eiurator suo nomine eiurari, clare nominatimque exprimit, ponitque, ne consistito, neu valeto. Eiuratio sacerdotiorum, omnisq; hac in specie pontificia erogatio, dispositio, quæ Romæ quidem ante, ex procuratoria ad eiurandum tabula, quàm illo ad procuratorem qui ibi ex mãdato beneficium eiuraturus est, allata sit, procuratoria illa ad eiurandum tabula fit aut consi
6 gnatur† ne stato. Præmatura illa actio funditus subruitor, intempestiuum factum, cui suum præsens non adfuit procuratorium mandatum, nihil firmi, nihil rati habeto.

Atque, id quidem quod attinet ad diffinitionem, discussio nemque iudicii possessorii, cuius omnis in re sacerdotali co
7 gnitio † tribunalium est regiorum: nam quoad petitorium, titulariumque iudicium, leges quidem Romanæ, ac Pontificiæ ueteres hac in re locum suum semper tutantur, conseruantque, nec eis quicquam detrahit dirimitque hoc in negotio lex Regia, quę item sequentia sanxit hunc in modum, Eiurata ita vti dictum est beneficia, collata, donata, certo item modo, solemnique præscriptione, suo quæque possessori traduntor, addicuntor, Is modus ea præscriptio talis esto.

8 Cui, ex eiuratione, † donatum fuerit beneficium, erogatum, collatum, quod ex illorum sit genere, quæ in ecclesia quauis primaria, cathedraliue collegiata, aut conuentuali, constituuntur, is illius beneficii possessionem uirtute donationis, ac prouisionis legitime, propalam, atque in corona proborum multorumque hominum, accipito, inito, non ui, non clam, non furtim, aut dolo: De sic inita possessione publicas tabulas obsignatas quidem manu actuarii & perscriptoris, prædictæ cuiuis ædi sacræ attributi, petito, testator, Si actuarius is, & perscriptor, id se facturum negat, si tabulam possessionis adeptæ testatricem nolit obsignare, aut obsignatam possessori beneficiario tradere, possessor tum beneficiarius, ea de re hoc est de actuarii perscriptorisue repulsa detrectationeque, publicam auctoritatem consignandam curato publicas tabellas id testantes sibi dari fieri a quouis alio perscriptore & notario iubeto. Hæc tabella recusationem actuarii testata duobus quidem testibus eam in rem nominatim accitis, obsignata, tantum, quantum supra posita actuarij signatura, acceptæ possessionis testatrix & index polleto, efficito.

At uerò cui ex aliqua canonica causa erogatum est benefi
9 cium, cui beneficio cura insit animorum, † vel præfectura, prioratusue dicatur, is in possessionem item illius beneficij appellato publico aliquo eam ad rẽ perscriptore notarioue, tum & testibus, uel ædituis adhibitis, ui quidem legitimi tituli, iurisque, propalam uenito, idque omne auctoritate antistis ordinarii agitator, concinnator.

Sic inita ex eiuratione fani ędisue sacrę possessione, ex collatione ue, aut alia quauis legitima erogatione, ea possessio, eo in fano, ædeue sacra, in publico missarũ præconio, ad frequentem populi consessum tum editor, diuulgator, recitator, aut apud ordinarium forũ illius fani ædisue iurisdictioni addictum, & adscriptum, aut publica in platea, campo, loco, curia, solemni forma, celebri modo, iuxta præscripta, pronuntiator, publicator, edicitor,

Aut ad tribunal quoduis regium, subselliaq; iudicum præsidialium, defertor, expromitor, programmate annotator. aut ea denique ordinario cœnobii, præfecturæ, fanique collatori, aut patrono, aut cuiuis horum uicario, delegatoque, a quo fano, præfectura, cœnobio, dependet sic eiuratum, erogatumque beneficium, ostenditor, denunciator, indicitor. Tum & iisdem ipsis exemplar pontificiæ, aut alius cuiusuis erogationis tum sic initæ, & acceptæ possessionis publicitus annotatum traditor, exhibetor, in apertum profertor. Quæ alio modo inita fuerit possessio, accepta, quæsita, ea hoc in genere omni iure cassa esto, reiicitor. Qui uerò alius, quàm supra posito solenni modo conscriptus, consignatusque grammatæus, notarius, istud formulari generis quicquam ullum annotarit, descripserit, suamque prò publica persona præsentiam accommodarit, id omne ut improbum, ut subdole agitatum, ut clandestinum, habetor, immutator, inducitor: Et hactenus hac de re.

Itaque possunt uideri hæc ipsa hic non satis (ut iam initio paucis admonui dixique) commodo congruoque loco apposita, propterea quòd librum ex „pfesso mihi sepositeram „ destinaramque, ubi omnia in isthoc pertractarem genere. dũ scilicet, de iure nostro municipali, moreque gentis Gallica-
10 næ, qui scilicet mos, † quodque ius, in hac omni sacerdotiorum materie apud nostrates homines peculiariter, atque in uniuersum obseruatur, tum ex fœdere concordatorum, tũ ex rogatione pragmaticæ sanctionis, ac nouissima edictorũ principis editione promulgationeque differrẽ, sed quia paulò hic ante ad materiam eiurationum, tractationemque resignatoriæ beneficiorum tabellæ descenderã, visum est quoque ex contextu dissertationis, causæq; coniunctione, hæc q̃ modo sunt hac in re mihi posita, quodam ueluti præludionis modo delibare, quæ faciliorem uti & ea quæ in hoc itidem quod attinet ad mores nostros rerum genere, de uicariis vicariæque functionis probanda & expromenda hodie p scripturam, aliumue modum similem tabula superius præmisimus, aditum quidem patefacient. Quo in libro isthæc omnia ex instituta operis causa fusius certe, atque subtilius, tum disputabuntur, tum suis concludentur finibus, & terminis.

ARGVMENTVM.

De ea causa quæ ducitur a beneficiorum permutatione.

SVMMARIVM.

1 *Permutationes a iure gentium originem habuerunt.*
2 *Permutationis descriptio.*
3 *Permutationes ecclesiarum prohibuit Turonense concilium.*
4 *Permutationes ecclesiarum ad quid inuentæ & probatæ.*
5 *Permutationes ecclesiarum a quibus confirmentur, admittanturque.*
6 *Concessa quæ alicui specialiter sunt, ab his alios ius excludit.*

Caput 31.

1 HAec causa à iure gentium primum enata, † ad contractus deinc ciuiles deducta est, idque ratione, tum utili, tum in cõmercijs hominum necessaria, nam a primo, ut altius more nostro, res repetatur, neque empti causa, neque uenditi nota fuit, quin omnia inter homines mutua rerum commutatione, prout suus cuiusque ferebat usus, agitabantur, merx mutabatur merce, pretium pretio, æs item ære, (quanquam nec tum quidem adhuc aut æs percussum esset ullum aut stips vlla ex auro argentoue conflata) cuius rei habemus testem antiquissimum uatem Homerum, a quo ueluti a fonte primigenio tum deducta sunt philosophorum scita omnia, tum omnis ratio institutioque ciuilis cœpta. Is igitur Homerus in iliade sua commutationem rerum recensет, vti patet ex uersibus, quos hanc in rem citat Paulus iurisconsultus. l. prima. de rerum permutatio. eueniebat enim tunc, vt cum tu rem haberes, cuius ego maxime indigerem, ego vicissim rem haberem, quæ tibi valde opus esset, quia nondum percussum erat nomisma, quo intercedẽte fieret ea de re aut emptio, aut uenditio, ego rem quæ mihi erat, cum ea quam abs te desiderabam commutarem, sicque ex permutatione ambo voto nr̃o potiremur. Sicuti nunc fit in conuentione empti & uenditi, quæ duo postea in vsum hominum irrepserunt, cœpereque tum demum his de reb. duo fieri relatiua nomina, quæ mutuo sese respicerent, alterumque referretur ad alterum, merx scilicet, & pretium, cum antea merx ad mercem, pretium ad pretium, hoc est res ad rem referretur. Hinc habe-

tur

tur ut in hanc propemodum ſententiam aliquando iuriſcon
3 ſultus † permutationem eſſe deſcripſerit, ſcilicet vnius rei p altera præſtationem vicariam, quæ diffinitio aut deſcriptio, ex exemplo ſuprapoſito, de conuentione qua gens antiqua in oī mutua rerū ſuarū alterius in alterū collatione, pactioneque, ſp utebatur, cum nondum eſſet aut uēditi cā, aut empti, ſatis illuſtratur explicaturque. Igitur ex ſuperiorib. conſtat pmutationem iuris primū eſſe gentiū, aut naturalis, quā ēt ſolam hodie cognoſcunt hoīes orbis noui, nauigatione Hiſpanorū nunc primū noſtra memoria in altero qdem ſolſtitio ad alterumq; polū reperti, aurū cū ferro permutantes, neque qcquam in cām empti, aut uenditi conferentes, ſicuti conſtat ex hiſtoriis Bembi & Pauli Iouii atque aliorū qui orbem illū deſcripſerunt. Serò tādem (ut ad id demū peruenia-
mus pp qđ ſuperiora præluſimus) in cām ſacerdotiorū appli cata hæc permutationū rō fuit, & nihilominus, ut ibi quoq; applicaretur, certe quodammodo neceſſe extitit, ſed tamen initio, ita eā in ſacra cā, auerſam habuere patres noſtri, ut cō ſultis & decretis multis illā hinc penitus exploſerint. Quod potiſſimū concilio Turonenſi clare cerni pōt, quo in Turonenſi concilio, ſacrarū dignitatū præfecturarumque permu-
3 tationem † oēm, factam noīatim ea de cā, clara apertaque rogatione, ab eccleſia patres prorſus ſuſtulerūt, eamq; oī ſacro clero accurate interdixere. ca. maiori. ext. de præb. Atq; progreſſu tpis, ſicuti rebus in oībus fit, quę cum ipſa die ſeſe ſubij ciunt & pateſcunt, eam cōi conſenſū in eccleſia poſtmodū recepere multi quoque conſcripti patres, exiſti. naueruntq; illius vſum a re ſacerdotali non abiiciendū, atque ſuprapoſi tam iuriſconſulti diffinitionem ita ſunt interpretati, ut rei appellatione beneficiū etiam eccleſiaſticum comprehenderet. Vt cum dixerit iuriſconſultus, permutationem eſſe rei vnius cū altera mutuam præſtationem, reſilla (nam etiam rei nomen generale eſt) ſacerdotia quoque complecterētur, ſicuti Romani Pontifices totis rubricis de rerū permutatione in volumine tū decretalium tū clementinarū ſatis ſuperq; planū fecerunt. Eam igitur ſic in eccleſia receptam, & ad hæc uſque tempora ſine dubitatione obſeruatā ampliſſime explanandam duxi, oēſque eius cauſas, atque negotia proſequēda ſecundum rationem inſtituti mei, qui decreuerim oēs cās, qbus ex cauſis quæritur in fano ullo canonicus titulus, & is q̄ſitus dimittitur, ob oculos hominū ponere. Ex ex his cauſis eſt hæc de qua nunc differimus permutatio, concilio quidē Turonenſi, atque aliis, uti dictum eſt, primū prohibita, nunc
4 uerò propter ſummum operæpretium † in eccleſia uti etiam diximus, & frequens & crebra, & quotidiano propemodum vſu iam ſatis approbata, partim ab utili, partimque a neceſſario ducta. Initaque approbatione, quæ & authoritate pontificii iuris firmata poſtmodum fuit. c. mutati. & c. ſcias. 7. quæſtio. 1. totis rubricis. de rer. permu. in lib. decre. & cle. c. quæſitum. ext. de re. permu. late Hoſt. in ſumma de rer. permuta. §. qualiter. uerſ. ſed nunquid. Arch. c. licet. de rer. permu. in 6. atque omni iure, omnique robore donata, factumque, ut beneficia hoc quęſita partaque modo perinde cenſerentur q̄ſita, partaque, ac quæuis, ex alia in eccleſia recepta cā, & approbato canonibus titulo, cui tñ adiūcta eſt q̄dam modificatio, reſque, magnam ob cām temperamento concluſa, nam ita id
5 cauiſſe Pontifices, ſicque permutationem in eccleſia † recepiſſe cēſentur, ut eam ſolis ab epiſcopis & archiepiſcopis confirmandam admittendamque permiſerint. Cæteros porrò inferiores antiſtites ab eo iure ab eaq; auctoritate ſecluſerint. d. c. maioribus. factumque fuiſſe uideatur, aut certe colligendum axioma, uel caput legis, in hanc ſententiam. Omnis beneficiorum legitime facta permutatio auctoritate epiſcopali firmator. Suffragio pontificali expeditor, Calculo. c. quæſitum. ext. de rer. permu. maiori probator. Qui infra epiſcopū ſunt minores Antiſtites, permutationem beneficiorum ne recipiunto. Admittendi iſthæc ius ne habento. Quippe quia, cum ab eccleſia hac in rei ſacerdotalis materia abigatur, arceaturque generaliter per ueteres canones permutatio, eaq; poſtmodum exigente neceſſario utiliq; rerum uſu, certis in cauſis caſibuſque inueniatur epiſcopis indulta, aut ſaltē permiſſa, æquum eſt certe ut eadem ipſa cæteris qui inferioris ſunt ordinis denegata prorſus cenſeatur. gl. in clem. 1. de rer.
6 perm. uel in primis ob regulā iuris, ſic hñtem. Quæ † ſpeciatim quibuſdam conceduntur, ab his alios excludi iuris eſſe.

ARGVMENTVM.

Poteſtne pontificius antiſtes, hoc eſt epiſcopus quiuis ordinarius, permutationem beneficiariam tum admittere, tū omni cauſa omnique robore atq; auctoritate ſuffulcire, non appellatis eam in partem vllam patronis nuncupatorib. collatoribuſque aliis ordinariis, qui ſunt infra Pontificalem dignitatem, neque item ipſis electoribus in hiſce ſacerdotiis quæ ad iſtos maxime pertinent, utpote in quibus habeāt ipſi, aut ſuffragiorum aut ius ordinarię collationis nuncupationiſue & præſentationis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis interdicta eſt poteſtas recipiendi reſignationes beneficiorum iuriſpatronatus, niſi interueniat conſenſus patronorum.*
2 *Epiſcopi non poſſunt diſponere de beneficijs ad alios aliquo iure pertinentibus, niſi eorum adſit conſenſus ſiue ante collationem, ſiue poſt. numero 3.*

Caput 32.

ERgo non ita liberè hac in re epiſcopis ſunt conceſſæ habenæ, quin iure pontificio interdicta eiſdem ſit beneficiorum, quæa patronis aliiſque collatorib. uel electoribus dependent, commutationē
1 recipiendi admittendiq; poteſtas † niſi huic rei, beneficiorumque commutationi, acceſſerit eorundem patronorum, capitu. decernimus. decimaſexta, quæſtio. ſeptima. quibus obnoxia ſunt ea beneficia, conſenſio. Itemque aliorum ſuffragatio, utpote collatorum, eorumque. capitu. ſecundo. de exceſſ. prælato. omnium, qui in permutanda beneficia ius habent ex electione ferendi ſuffragii. capitu. quarto. de offic. legat. late Gemini. capitu. primo. de rerum permutatio in 6. cuius rei patet etiam ratio. Nam cum epiſcopi nō
2 ſit, † neque electionum ſuffragia collegio ulli demere, neq; ordinarium collatorem quenquam iure conferendi ſuo excludere, neque patronos a prærogatiua patronatus præſentationiſque auctoritate abarcere.

Nam id facere, falcem eſſet alienam in meſſem arroganter temereque demittere. Cum igitur id per legem non poſſint ipſi epiſcopi, ſi eis tamen permitteretur, permutationem quamuis indiſcriminatim admittere, neque ea in re prędicto rum patronorum collatorum, & eligētium haberetur ratio, ſequereretur abſurdum magnum, magnuſque ad iniuſtitiam obtentus, nam daretur anſa pontificibus faciendi fraudem legi, & permutationis interceſſione electorē ſuo ſuffragio, patronum nuncupatione ſua, collatorem item ſuo conferendi iure, obliqua uia defraudandi. Igitur bene quidem id factum, nempe ut prædictis perſonis hac in re caueretur legib. pōtificiis, uti ſcilicet omni in permutatione, niſi prædicti collatores & patroni appellentur, ſuumque adferant in id conſenſum, permutatio illa ſit omni iure euertenda, utpote reclamantibus eiſdem perſonis, ac iuſte conquærentibus, ſeſe quarum potiſſimum intererat, eam ad rem non appellatas, ſed poſthabitas neglectaſque. capitu. cum Bertoldus. de re iudica. capitu. ea noſcitur. de his quæ fiunt a præla. capit. decernimus. 16. q. 7.

Qui tamen electores, patroni, & collatores ordinarii, ſi iā facto conſignationis actui poſtmodum ſponte ſua accedāt, & quod factum eſt ſuo comprobent aſſenſu, firmatur rataque fit haud dubie ea permutatio † indeque fit, ut colligatur, permutationem quæ non interuenientibus patronis aut collatoribus facta ſit non idcirco tamen ſtatim prorſusque ipſo iure nullam eſſe, at reſcindendā, eo quod facta eſt haud debite, uidelicet non accitis qui potiſſimum erant accerſendi. Ergo ponatur hic hoc enunciatum. In permutatione neceſſaria eſt tum patronorum, electorum, collatorum, ſuo cuiuſque in obnoxio beneficio aperta aſſenſio, ſiue ea quidem ante actum interuenerit, ſiue poſtea actui acceſſerit. Fede. de Sen. & ibi Lap. in additio. titu. de rerum permu. deci. 92. tum epiſcoporum, ſuperiorumque præſulum approbatio, quod actus is ab epiſcopali, & ſuperiore potiſſimum ſede & auctoritate dependeat, ēt ſi alioqui permutati beneficii, aut permutādi collatio ad epiſcopum uel ſuperiorē minime pertineat, quæ tamen epiſcopalis & ſuperior auctoritas, inferioris ius hac in re non negligat, ſi facit contra, ſciat quod agit, non illico prorſus nullum futurum, quia uti eſt dictum, cum actus ille ipſius epiſcopi nitatur auctoritate, a qua potiſſime depēdet, non deſtituitur quidem ab agentis parte robore, neque deficitur iure & fundamento, ſed ſciat tamen, pro certoque habeat idem epiſcopus, & ſuperior, fore vt factum hac in re ſuum iure poſtea concidi poſſit, propterea quod quorum intererat eos non appellarit. Quare eos hoc in negotio ſi ratum id eſſe vult, nullioque pacto infrigendum, admittat. Et quum hæc ita ſeſe haberent. Quidam cenſent morib. noſtris & actionibus hodie factum eſſe, vti crebro vſu diœceſani, & patroni eccleſiaſtici, in permutationis negotio, iure ſuo plane deciderint, illi quidem, hoc eſt diœceſani, ſua permutationes admittendi firmandiq; auctoritate, hi uerò, nempe

Source : BIU Cujas

patroni, ſua ad eaſdem permutationes prærogatiua, nuncupatione conſenſioneque ac venia, id propterea permutationis negotium, hodie ſola inferiorum collatorum ordinariorum ſuffragatione, omni ex parte expediri poſſe, neque appellatis etiam eam ad rē ſacris patronis, neq; diœceſanis, ſed poſthabita planè eorum omnium hanc in rem ratione, neq; ob id vllam eis cenſeri factam iniuriam, nam cum hodie, ob prærogationum præuentionumque cauſam, Romā paſſim curratur, tum in permutatione omni, tum in alia quauis eiu ratione, illincq; prærogationes præuentioneſque, omni plane ex cauſa qua quæritur beneficiū & accerſantur, & ueniāt, idque tam crebro, ut nullus aliis ordinariis Antiſtibus eadem faciendi hoc in omni rerum genere ſuamq; auctoritatem interponendi locus fere relinquatur. Adhæc, cum accedat etiā crebro legatorum a latere interuentus, quibus legatis hanc in cauſam eadem ſæpe, quæ Pontifici ſummo eſt ab eodem Pontifice ſummo tribuitur auctoritas, certe non iniquū eſſe ſi quod Pontifices Romani, & ſępe a latere legati, antecaptionis præoccupationiſque iure, patronis uolentibus nolentib. paſſim præriperent. ca. dilectus. de offi. lega. demerentque. Id ipſum cum minori prouincialium damno, minorique impēdio, ab ordinario collatore, citra diœceſanum, citraq; patronum fiat & cōſignetur. Nam ecce, vt id exemplo illuſtretur. volunt quidam in permutationem beneficii conuenire, Romam quidem illi ea de cauſa paſſim mittunt, ſuasq; conuentiones, legesque procurant Romę ea in permutatione auctoritate firmari pontificia, affertur illinc, hoc eſt, è Roma, vel a legato agitata concinnataque permutatio, non accerſito appellatoue eam in rem, neq; patrono, neq; diœceſano. Quid igitur contumeliæ, aut iniuriæ? quid porrò damni detrimentique fit patronis diœceſanisque, ſi permutatores illi, quod Romæ uel apud Legati tribunal factitant tam frequenter, id ipſum faciant coram ordinario collatore, præſertim cum vtrobique poſthabeatur poſtputeturque, ut nunc fit hac in crebra exempli ratione, tum patronorum, tum diœceſanorum ipſorum auctoritas, & eo magis æquum ſit hac in re indulgeri collatoribus ordinarij, quòd apud eos cum minori prouincialium impenſa expediatur in prouincia partibuſque negotium.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtne qui infra Epiſcopum eſt Antiſtes ſibi per præſcriptionem temporis ius quærere permutationis beneficiariæ, tum admittendæ, tum recipiendæ, tum legitima etiam auctoritate firmandæ?*

2 *An, cum paſtore uacat Pontificalis ſedes, capitulum quò ad permutationes beneficiorum, quæ iuris erant pontificij, in partes, cauſamque & rationem ſuccedat epiſcopi.*

3 *Vtrum cœnobiarchæ, qui ſuis in cœnobiis utuntur iure exemptitio, atque eximio, ius illud ſummum, & epiſcopale, in recipiendo hoc permutationis negotio, abſoluendoque, & omni auctoritate confirmando queant exercere? an utique ab hac in ea cauſa ſuprema poteſtate ſemper arceantur?*

4 *An, dum uiget aliqua in pontificali ſede regaliorum lex, utpote ſede ipſa cui inſunt regalia uiduata paſtore, poſſit rex, ex iure regaliorum, quo ad permutationes, uices omnes obire epiſcopi.*

Caput 33.

Vm igitur poſitū ſit ſupra axioma veriſſimum, quo generatim talis affertur ſententia, non liceret ſcilicet ēpo cuiquam, de eo beneficio cuius ordinarius dator non eſt collatorq;, non adhibita collatoris ordinarii voluntate, vel aſſenſione permutationem, neque recipere, neque vlla auctoritate firmare, nō licere rurſus inferiori collatori, q̄q̄ ſit ordinarius, citra ēpi, cui, eſt ſua in collatione obnoxius, ſuffragationem ullam de permutando beneficio conuentionem admittere, eamque omnibus ſuis numeris omnibuſq; partibus abſoluere. Hoſt. Io. And. & Arc. c. vno. de rer. permu. in 6. Aegi. de bellamera deci. 7. & 9. in prima parte ſui tract. Nihiloſecius adferri pñt q̄dam rerum exemplorumq; ſpecies, quib. in exēplis appareat,
1 eum ipſum, qui infra ēpm eſt, Antiſtitem, † permutationi de beneficio, uel factæ, uel factitandæ, poſſe robur omne auctoritatis firmitudiniſque adiicere, huicque permutationis negotio eo in caſu extremam manum imponere. Age. n. fac tu mihi (uerbi gratia) capitularem aliquam ſodalitatem, aut cœnobiarcham quendam, in ſibi obnoxiis ſuppoſitiſque fanis, ex diutina & legitima præſcriptione, hoc ius permutationes ſcilicet admittendi ac per ſeſe firmādi, ſibi comparauiſſe, certe haud dubium quidem eſt, eo in exemplo eaq; in facti ſpecie, quin horum quiſque præfectorum (ſiue ſodalitia ſit ſacra communitas, ſiue abbas aut curio ſummus) ſuis in fanis, præſcriptione ea vti queat, atque ea ſuffultus & nixus permutationes eorundem fanorum omni ex parte per ſuam ſuffragationem tum conficere, tum citra interuentum cuiuſquā alius ſacri magiſtratus comprobare. c. auditis. extra, de præſcr. c. cū olim. de exceſ. præla. Quia quod is hac in re pręſcripſit id ordinis haud dubie non erat epiſcopalis, cum permutationum admiſſio haud quaquam ordini epiſcopali ſupponatur, uērum ex his potius eſſe cenſeatur, quæ a dignitate iuriſdictione neque pendent pontificia, & ēpali, quę quidem præſcribi per inferiores antiſtites poſſe nulla uetat ratio, nullaque iuris cōſtitutio. Fede. de Se. trac. permu. q. 23. Aegidius de bellamera. ſimili tract. q. 2. quanquam ea quæ ſunt ordinis præſcriptioni neutiquam concedunt, neque ullo pacto huic omni eripiendi iuri ſunt obnoxia.

Altera eſt hac in re exempli ſic hñs ſpecies. eſto, quædam pōtificalis ſedes ſuo uiduetur paſtore, & interim dum vacat ſedes, factitetur quędam beneficiorum permutatio, eam permutationem ſine dubitatione admittet uacante ſede capitu
2 lare comitium, † & cōis ſodalium ſuffragatio, atq; firmabit ipſam oīa auctoritate & robore. Nec mihi quiſquam huc adferat, quod tñ hac in ſpecie videbatur dubitationem adferre poſſe uacante ſede, ex clara apertaque iuris diſpōne, bñficiorum eiurationes reſignationesq; a capitulo non recipi. capi. uno. §. cum vero. ne ſede vac. in 6. Nam rñdebo dictante rōne, id verū eſſe in eo reſignationum gñe quæ minime ſunt neceſſariæ, quaſque fieri nulla publica eccleſiæ poſcit probabilis vtilitas, at in permutationum cā alia res eſt, quippe cū earum ſępenumero cauſa neceſſaria adferatur, requiratq; publicus fanorum vſus, perſæpe pfectorum cōmutationem, vt qui vno in fano non ſunt cōmodi, in alio quod frequenter accidit frugi vtileſq; eſſe queāt, vult nimirum tum ratio, ne ea res differatur, q̄ in vſum vergit eccleſiæ, neu expectetur Pōtificis noui creatio & aduentus, qui eā permutationē comprobet. eam ob rem a ſede uacante oē id permutationis negotium, quoties ceciderit, & admitti & firmari poſſe æquum eſt. glo. cle. una. de re. permu. Inn. & Fel. c. cum olim. de maio. & obe. Bal. c. ne pro defectu. ext. de elec Quod tñ poſterius cōnis caput, neque dum clare aperteque deciſum eſt, ob varias hanc in rem iuriſconſultorum noſtrorū opiniones, nam quidam putāt id ipſum, hoc eſt admittere permutationes ſacerdotiorum, dum vacat epiſcopalis ſedis, poſſe quidem capitulum recipere, & firmare, niſi vtrunque, aut alterum permutandum beneficium ad collationem ſolius epiſcopi ſpectaret, eo enim caſu, eaque in ſpecie, cum in eorum collationem, quę ſolius ſunt epiſcopi, non ſuccedat capitulum, ęquum itidē eſſe, ac par, ne huic quoq; tum permutatoriæ rei ſeſe immiſceat, aut ſuffragetur, ne quod vna via vetitum eſt, altera permittatur. Corra. titu. de reſig. quę fit ex cauſa permu. Alij verò putant, capitulum permutationes beneficiorū recipere, firmareque poſſe in omnibus paſſim ſacerdotiis, quæ ſua ab diœceſi pendent, ſine ullo diſcrimine, ſineque vlla diſtinctione. Fede. tract. permu. quæſt. 43. Rebuf. tract. deuolut. 24. in praxi. ſint ne ſolius epiſcopi, an non. Tertia adfertur quorundam ſententia, neutri ſupradictæ adhærens, deneganſque præciſe ulli capitulari comitio, vlliue collegio datum eſſe, regulariter permutationes, aut beneficiorum ex permutandi cauſa eiurationes, cuiuſcunque tandem generis, cuiuſue modi iuriſque ſint, vacante ſede, admittere, vllaue auctoritate aut firmitudine ſuffulcire, quia hoc ſolum epiſcoporū munus ſit. Aegi. de bellamera. tracta. permuta. quæſtio. quarta. Sed ego tamen hoc de negotio, ampliore profuſioreq; narratu nunc ſuperſedeo, quia locus huic rei proprius peculiariſque mihi eſt alibi ſepoſitus cum ſcilicet agam de poteſtate quam vacante ſede, ſibi poteſt arrogare capitulum, quare illò lectorem reiicio.

Nunc ad propoſitum. dico ad ſuprapoſitas exemplorum ſpecies, quibus in ſpeciebus, qui inferior eſt Antiſtes, permutationi ſuum omne tribuit fulcimentum, addi & tertiam ſpeciem, qua in ſpecie tertia abſoluitur etiam plane, omnibuſque ſuis ex numeris concinnatur permutatio, ſine adhibita quidem auctoritate, aut etiam conſenſione diœceſani Antiſtitis, idque ipſum per ius pontificium: Prodeat enim
3 in medium quidam cœnobiarcha, † ex eorum genere qui ſuis in cœnobiarchiis iure vtuntur eximio, ſeſeque aſſerat ſpeciali lege, ditioni ordinariæ, iurique epiſcopali ac poteſtati, ob præcipuam quandam qua iſti in eccleſia funguntur, dignitatem, rebus in ſuis perpetuo, legitimeq; eximi eripique. Quales ſunt (exempli cauſa) Cluniacenſis Ciſterciensque archimandritæ, & id genus alii, in quo ēps nullum prorſus habet imperium, nullam in eorum monaſtica ſede iuriſdictionem conficit. c. ea quæ. de ſta. mo. ext. Eſto igitur apud horū cœnobii tribunal eiuretur permutationis gratia bñficium, quod bñficiū pleno collationis iure ſit ipſis oī ex parte obnoxium, certè receptum eſt frequentiori doctorum calculo hac in ſpecie, eiurationem talis beneficij ex permutationis quoque cauſa eiurati, ab eodem cuiuſuis horum abbatum tribunali

Source : BIU Cujas

tribunali & prætorio, auctoritate quidem propria & absolu ta tum admitti posse, tum omni iure suffulciri, comprobarique, non appellato hanc ad rem præsule diœcesano, cum & abbates illi suo in ptorio pontificali fungantur munere, nec pontifici vlli præter summum Pontificem sint ulla in re obnoxij. Quanquam Aegidius a bellamera. tracta. permu. quæstio. j. censuerit hoc in casu quoties is incidit, ut tutius res cõ stabiliatur firmeturque, ad Romanum Pontificẽ confugiendum esse, utpote, solum exemptorum episcopũ Antistitemque, & iudicem eorũ ordinariũ, cum præsules magistratusq; cæteri ab omni in hos abbates magnos iurisdictione excludantur. At interim vnum hic admonendum in hac quidem peculiari specie archimandritarum exemptorum, nempe ui carius quisquam epi diœcesani hoc munus permutationũ scilicet admittendi, sibi ne unquam arroget, neue addicat. Nec enim ad eum pertinet hæc causa, quæ supra dignitatem supraque potestatem est, omnis ordinarij uicarij, omnis etiã iuridici sacri, uel officialis. cap. fi. de offi. uica. in 6. cum etiam permutationum alioqui admissio simplicis haud iuris sit, uerum tum eiurationem resignationemque, tum collationem iuxta complectatur. ca. licet. de rer. permu. Quæ duo ne factitare quidem recipereque potest uicarius, hisce etiam in sacerdotiis quæ episcopali collationi sunt nominatim addicta. l. 1. de offi. eius cui man. est iuris. cap. fi. de offic. lega. nisi quid aliud res peculiaris & ab episcopo nominatim tributa demã dataque poscit.

Additur & quarta species, qua in specie non adhibita auctoritate præsulis diœcesani absoluitur, & omnibus suis par
4 tibus consignatur permutatio, † nempe durante regaliorum iure, tum enim rex potest admittere resignationes beneficiorum, q̃ in ea regaliorũ lege uacant, non solũ simpliciter, uel per obitum, sed etiam ex causa hac permutationis. Id. n. sibi vindicat meritò quidem, principalis, ac regia dignitas, quæ in ea regaliorum causa iure omni potitur pontificali.

ARGVMENTVM.

Potest ne de duobus fanis agitari absoluique permutatio per unum eundem hominem, qui homo ab utraque dictante & paciscente parte habeat in eam permutationis causam procuratorias mandati tabulas.

Vtrum in expedienda, contexendaq; de duobus aut plurib. fanis permutatione, possit intercedere interuallum temporis, an utiq; uno & eodem tempore una & eadem ex causa, momẽto. s. temporis peragi debeat totum istud de permutatione plurium ædium sacrarum negotium.

SVMMARIVM.

1 *Forma quæ ex quouis iure in beneficiorum resignationibus seruanda sit.*
2 *Procurator potest quis constitui ad permutandum ab utraque parte.*
3 *Forma seruanda a procuratore in beneficiorum permutatione.*

Caput 34.

EXplicata, ac iã satis superq; demõstrata huiusce primæ hoccæ in permutationum negotio qõnis causa, qua nimirum ex cã fusissime, uti mihi vr̃, tractata, discussaque, clare apparet, apud quosnam Antistites agitandæ sunt, tum ẽt admittendæ, atq; legitima iustaq; auctoritate, constabiliendæ hę permutationum sacris de beneficiis conuentiones. Supereſt, ut id nunc suo quoq; ordine explanemus, ꝙ hacce in expedienda mate
1 ria vr̃ impense necessarium, nempe, quinam † id hisce facien dis omnib. absoluendisque permutationib. tenendus sit modus, quæ forma, q̃ uia, quæ, ex consuetudine, pontificioque iure, solemnis rerũ agendarũ obseruãda p̃scriptio, tum &c. huiusce generis, q̃ in usum uti uidemus deducuntur quotidianũ, sigillatim discutiamus: Ergo imprimis (nam a mandati tabulis q̃ sunt huiusce negotij fundm̃ incipiendum est) id pro certo habetor, estoq; firmum, & fixum, unum eundemq; ꝓcuratorem, † ab utraque permutantium parte in id datum
2 negotij, posse utramque de eo negotio resignationem, utriusque partis cã, atque nomine, legitime riteque facere, uiq; vnius eiuratorii mandati utroq; a permutatore approbati totum negotium omni ex parte absoluere, atque utrique permutationi robur, firmamentumque, auctoritate legitimi rei utriusque Antistitis iniicere, siquidem hanc q̃ subsequit, for
3 mam adhibet, uerborũq; prolationem, utpote sic aiens: † Ad tribunal tabulariũq; alterius legitimi Antistitis, Ego, in mandatis mihi de permutãdo tabulis, datus procurator, a Petro, D. Ioannis fani (exempli cã) possessore, virtute harũ tabularũ, id ipsum fanum Petri noĩe apud dñm Antistitẽ depono, eiuroque, atq; ex permutationis cã faciundæ cum Matthæo de tali fano altero, cui ipse Matthæus p̃fectus est, non aliter quidem, nec alia quauis de cã, nunc plane ipsum resigno. Tum idem procurator hæc ipsa postea subdens, apud p̃tulem legitimũ, hunc in modũ, eamq; in planam & coniunctam rõnẽ. Ego item idem ipse hõ, ab eodem uicissim Matthæo acceptis in hoc idem permutatoriæ eiurationis negotiũ mãdati tabulis, ui uirtuteque harũ tabularũ hoc Matthæi fanum, huiusce permutationis gratia uicissim agitandæ absoluendæq; sacra cũ illa æde prædicti Petri, non aliter nec alio mõ apud tribunal ltĩmi hac in parte antistitis dimitto atque renuntio. Itaque sic atque his conceptis uerbis consignata ab uno eodemque procuratore duorũ noĩe permutatoria eiuratione, eaque a suo utriusque ltĩmo Antistite rata habita, receptaq;, & admissa, tum idem Antistites pro complemento p̃fectioneque negotii alterũ fanum, nempe pro Matthæo erogabit illi homini, qui tabulas attulit, p̃curatorias. Alterum porrò confert ẽt Petri noĩe, in eũdem. i. hominem, qui a Petro quoque eadem in cã stetit, egitque hoc in uno negotio utriusq; horum cã procuratoriam personam. Atque ita ambo hi permutatores hac posita uia mutuo sibi tributis bñficiis ltĩme potientur, nihilque prorsus adferri poterit, qđ permutationẽ eo pacto conceptam, factamque, & approbatam, ltĩmi magistratus iudicio possit quatefacere. Admonet tñ hoc loci, caute atque prudenter, Ioannes Andre. isto in permutationis negotio oĩa ut de repẽte fiant, peragaturq; momẽto t̃pis, ac cõsignetur una utriusque fani, q̃ minima t̃pis intercapedine tũ eiuratio, tum collatio, siquidem commode ita, i. puncto t̃pis unaque & eadem opera isthæc cuncta confici queant. Cæteroqui si obstat incommoditas, neque festinato, simulque res quit expediri, ꝑpea quod ea beneficia de quibus in permutatione agitur sint diuersorum Antistitũ collationi obnoxia, tunc utriusque beneficii eiuratio atque erogatio, & ex ea permutationis causa collatio, a legitimo quæque suo admittat̃ fiatque Antistite, in idque ipsum tantum eat temporis, quantum necesse est, idque aliquando plus, aliquãdo item minus, pro interuallo locorum, rerumque dissidentia, & utriusque collatoris Antistitis causa rationeque.

ARGVMENTVM.

An qui in fano habet quidem non ius præsens, sed ius ad futuram rem, futurumque titulum, possit pro iure illo obuenturi in beneficio tituli, cum eo qui iam adest, præsensque est in beneficio, commutationem contrahere atque rite concinnare.

Vtrum qui titulario suffultus est iure, necdum tamen possessor re ipsa est beneficii, in permutationem eo de beneficio possit legitime descendere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium in quo quis habet ius ad rem non potest permutari. contra numero 7.*
2 *Personalia soli personę inhærent, nec ad alios transeunt.*
3 *Beneficium, in quo quis bono & canonico iure innititur, licet nondũ eius possessio apprehensa sit, permutari potest, secus si in eo nullo aut inani suffultus sit titulo. nu. 4.*
5 *Beneficium simoniace & malis artibus quæsitum permutans quas pœnas incurrat. & nu. 6.*

Caput 35.

ID vnum modo hac in ma-
1 teria animaduertendum, habẽdumque pro certo, eum hominem † qui sacerdotio nimirum præsenti non potitur, sed qui sperat tamen, confiditque plane se potiturum, utpote ius habens ad rem, at in præsentia nihil præterea habens aliud, talem quidem hominem haud posse ius illud, causamque quam habet ad obuenturum beneficium in hoc permutationis negotium deducere, neque cum alio ullo homine hoc de iure, per hanc causam sacrarũ conuentionum contrectare. Ioan. And. Phi. Franc. dic. ca. primo. Flo. & Im. dic. cap. quæsitum. de rer. permu. patet ratio, quippe quia quum alioqui exploratum sit, certumque, eos qui ad beneficia prærogationes quas dicimus expectatiuas sunt nacti, nihil aliud eadem in re esse adsequutos, quàm diplomata quædam merè personalia, hoc est codicillos literasue in gratiam solum, ac beneficium personæ prærogatæ expectantisque attributas. cap. fin. de concess. præben. in 6. sequitur bene, clare-
2 que, id personale beneficium uel personale diploma, † quod solum est expeditum, arrogatumque personæ uni, minime posse transfundi in alteram. c. cui de non. de præb. in 6. per regulam iuris, quæ personalia sunt soli personæ inhærere, non

Source : BIU Cujas

item ad alios translatitia, transcriptitiaque esse dictantem. c. 10. & 9. & c. cum olim. de offic. deleg. At uerò qui ius habet ad obuenturum beneficium, in ea porro causa est, ut qui nihil habeat in præsentia, ad futuras tãtum inhiet exuuias: hac tamen exceptione temperanda res, ut si proponatur species, qua in specie aliquis homo iure quidem bono ac canonico
3 innitatur in quoddam fano, † nondum tamen in illius fani possessionẽ corpore reque ipsa deuenerit, tum ea in specie nõ obstare queat quod modò dictum est, positumque axioma, quominus is in permutationem de eo fano cum altero possit vltro citroque recte descendere. nam cum iure fulciatur, quod dicitur in re, atque in præsentia mancipio fruatur sacerdotii titulario, perinde est censendus, quod attinet ad agitandam, absoluendamque permutationem, atque si omni ex parte, beneficij illius foret dominus, possessionemque corporalem plenamque & absolutam omnem aliam, cum iam obuento canonico firmoque titulo coniunxisset.

4 Sed nec is tamen qui in beneficio, † nullo aut inani prorsus suffultus est titulo in hãc permutationis causam quit de eo descendere, quod si facit, quicquid hac in re facit, decutitur subruiturque, nempe de re, quæ ad se non pertinet transi gens, & quod non habet in permutationis deducẽs negotiũ, quod fieri haud æquum est eoq; habetur, ut responsum sit,
5 Simoniacos, † & qui mala arte, sibi quæsiuerint sacerdotiũ, si illud cum alio commutant, nihil eos plane facere, nec posse iure ullo ad beneficium, ad quod ex tali permutationis cã irrepsere, suffulciri, utpote, qui pro eo beneficium dederint, ad quod nullo, uel penitus vano maloque innitebantur titulo. Quocirca eò etiam quod pro eo accepere, ipsos excidere, planeque deturbari iustum est, permutationemque illam omni ex parte conuelli, quod ni fieret, induceretur mala via in hoc permutationis negotium, daretur que occasio, quo iure qua iniuria ac contra fas ad beneficia aditum patefaciendi. En tibi, verbi causa, homo qui incẽsta Simoniæ nundinatione, vel alia arte improba, beneficium est nactus, is sibi, mali cõscius, videns quod hac quæsiuit uia, non posse saluo decore, saluaq; animi rectitudine apud se diuturnum fore, huc statim confugiet, quodque male habuit, conabitur cum re bene parta, per legitimam speciem commutare, & ex scelesto titulo sibi hac permutationis causa, bonum rectumq; ius parare, atque ita in res sacras, obliqua grassari uia, prædatoremque tacitum agere, quod certe haud fuit tolerandum. c. ecclesia vt lit. pend. Quare fuit vtiq; conclusum responsumq; permutatorem hunc quod ex permutatione cœpit sibi nullo pacto posse addicere, minusque ad ipsum redire quod dederat in hoc pmutationis negotio, largitus enim erat quod non erat suum, & ideo de eo, per permutationem pacisci nequiuerat. Verum enim, ne alter etiam permutator qui suum bona fide ea ex causa dedit beneficium detrimentum accipiat ita res temperanda est, vt quatefacta plane prostrataque in proposita specie omni ista permutationis cõuentione, quũ
6 fraudis atque sceleris ars fuerit detecta, Simoniacus † vtroq; excidat beneficio, tum eò quod dederat, ad illud enim redire nequit vtpote non suum, nempe nefaria comparatum licitatione, tum etiam eo quod acceperat, cum enim nihil deesset, nihil etiam iure potuit per permutationem accipere: At ille alter qui sine fraude doloque malo in hanc permutationis causam conuenerat, a Simoniaco quidem illo quod acceperat, abductus auulsusque suo, tum æquum est restitua tur pristino beneficio. cap. si beneficia. de præben. in 6. quo in beneficio vero & canonica ex causa parto ante hanc permutationem innitebatur titulo, & eo pacto neutri fiet iniuria, neque uere habenti quicquam iniuste adimetur, neq; item non iuste habenti addetur aliqd contra fas: Ergo ex consequutione necessaria, rataque conclusione, quisquis in vniuersum in mancipio, dominioque beneficij vero haud est innixus titulo, haud quibit de eo permutationis iustum agitare negotium. Id quidem sane ex supra positis necessario consequtur, & tamen res adhuc simpliciter clara non est, firmeque & indubitate decisa, quin de ea etiamnum ancipiti uarioque cõcertatur iudicio: nam re vera fuere qui certò opinati sunt, talem hominem in proposita thesi de tali beneficio nullã prot sus permutationem contrectare posse, quod si facit, qcquid in eo facit, ut haud recte factum proruendum, neq; id ipsum posse vllo iure consistere. Gemi. Phi. Franc. &c. in ca. 1. de rer. permuta. in 6. Alii sentiunt contra, putantque id non esse absolute generaliterque verum, quin opinantur hanc permutationem legitimè agitari posse, ac plane crebroque valere, ẽt si permutans id fanum deducit in permutationis negotium, quod minime suum est, ideſt in quod auctoritate vtique nõ clari, sed incerti & ambigui tituli pedem intulit. Quia quem-
7 admodum † prætensum, adsertumque quoduis ad fanum qt eiurari, in causamque legitimæ eiurationis adduci, ita ipsum quoque & idem ius in permutationem venire posse æquum sit, quum non ita admodum inter se dissideant permutatio atque eiuratio, vtpote res quæ sub vno ambæ resignationis genere comprehendantur, licet suam quæque speciatim causam, præscriptionemque rebus in nonnullis tum & peculiarẽ rationem & formam contineat. Quocirca, cum vtrobiq; resignetur, nullam esse posse differentiam, quo ad tractandam permutationem inter ius prætensum, adsertumq; in fano, & verum clarumque illius fani titulum vel dominium: tamq; de vno per hunc commutationum cõtractum agi posse quã de altero. Verò verò inclinandum, colligi potest ex superioribus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium cum hospitali sacro, & præstimonio permutari potest. secus in hospitali prophano. nu. 2. & pro primo dicto. nu. 3. rationem uide nu. 4. & de hoc nu. 6.*
5 *Titulus est caput & fundamentum permutationum.*
7 *Ius decimandi, & funerandi licet sint spiritualia & quasi sacra, non potest emi, uendi, nec cum sacerdotij titulo permutari.*
8 *Clericus cum clerico, aut prophanus cum prophano permutare possunt.*
9 *Monachi diuersis in cœnobijs professi an monacatus iura abbatum suorũ permissione inter se commutare possint. & nu. 10.*
11 *Religiosi quomodo & ad quem effectum possint ab uno monasterio ad aliud transire.*
12 *Pontificis Romani in beneficialibus summum est, & legibus positiuis solutum imperium.*
13 *Beneficia plura an cum uno commutari possint, ponitur casus, & declaratur. nu. 15. 16. 17.*
14 *Permutationi rerum sacrarum doli uel fraudis, quid non debet admisceri.*
18 *Regressus datur ad beneficia permutata quando permutantes non sunt in dolo.*
19 *Collatori ordinario quando competat disponere de beneficio permutato.*
20 *Cadenti culpa sua in aliquod discrimen iura non subueniunt.*

Caput 36.

IAm primùm quod attinet ad quæstionem primo loco propositam, itemque secũdo loco, indubitati iuris est, permurationem
1 de beneficio sacro † cum hospitali domo sacra, cumque ea possessione, quæ dicitur præstimonium, agi concinnarique posse, quodque ea in specie agitur, & permutationis nomine consignatur, plane firmari, modo tum fanum hospitale, tum præstimonij possessio eius sit generis, vt hominibus sacri cleri tribuantur in beneficium, beneficiique titulum, vel perpetuam fiduciam sacratam Nam si laicis dantur (vt quandoq;
2 fit) prophanisque viris, † ab his prorsus abscedet ius omne cum rebus sacris fanisque & ecclesiastica æde permutandi. c. qa contingit. §. vt autem. de religio. domi. Ioan. Andr. c. 1. de rer. permu. gl. cap. 1. verb. beneficia. de rer. permu. & id cũ per seipsum sit clarum, extraque controuersiam omnem, tũ in aperto est ratio, & vnicuiq; obuia, qa prophanum cum sacro minime commutandum, neque res hæ commiscendæ, neq; vllo pacto hac in specie inter sese committendæ. Oritur nunc dubitatio, quid cẽsendum, quum prædicta duo, hoc est hospitale fanum, & præstimonium, non qdem prophano tribuuntur homini, nam tũ res decisa est, verum cuidam clerico quidem addicũtur, eiq; ipsi committuntur, vt viro bono, & qui rem eam probe atq; cũ animi rectitudine sit dispensaturus, perfuncturuſque, neque tamen illi irrogatur qcquam horum in beneficiũ, sicuti in superiore thesi, at cuiusdam veluti depositi solum delegationisque nomine, quam delegationem temporariam & fiduciariam factam in hoc genere bono viro non improbat Vienense concilium. dic. clem. qa contingit. Quid ergo quum id tale accidit statuendum? po-
3 teruntne res hæ † altera cum altera, aut ambæ, vnaue earũ, cũ re quapiam alia beneficiaria, sacraq; in iustũ permutationis venire negotiũ? Ambigunt qdem variantq; doctores, sunt q opinantur venire posse. Fede. decis. 14. Pet. de Ancha. ca. 1. de rer. permu. nihilq; impedire quin hac in specie, id hospitale fanum idque præstimonium commutari queat cum sacerdotio, vtpote quasi sacra res vel certe non profana cum
4 sacra re, nam quod obiicitur, hospitale fanum † quoad titulum, non esse beneficium ecclesiasticum, id qdem hanc ad rem nihil est, quam constet rei quodammodo ecclesiasticæ adiici, nec prophanarum prorsus iure censeri, quippe quod nec uendi queat, nec in cãm commercalem, citra simoniacã nundinationem. Addunt isti pro hac causa, quod hisce fanis hospitalibus, & præstimoniis, accedunt spirituales sacræque causæ, aiunt enim sic, reuocetur res ad causam primigeniam,

sicuti

Source : BIU Cujas

ſicuti in omni actione fieri debet,nonne quæ cauſa produxit eccleſiaſtica beneficia, eadem ipſa & domos haſce hoſpitales induxit,inſtituitque, tum & ea ipſa huiuſce generis præſtimonia dedit,nempe religio, humanarum diuinarumq; rerum amor,quid igitur attinet,q̄ ab eodem fonte ducta ſunt, & eadem ex cauſa incrementum accepere, ſintque re uera idem unum,hoc eſt in eundem,uel ſimilem finem recidant, & tendant,diuerſo ipſa iure,diuerſaque appellatione cenſeri?Nonne utraque dicantur,inaugurantur,ſacrantur,cedũtque in uſum humanæ charitatis, ac pauperum, ac ueluti res diuinæ,præcipua,eximiaque auctoritate, in conſeruando iure ſuo,ſupra rem prophanam utuntur?

Hæc cum pro opinione ſua dicant iſti, aliquid ſanè uidentur dicere,& tamen multorum & mea quidem ſententia,qđ attinet ad deciſionem huius rei,nihil magnum dicunt.nam in diuerſam partem impellunt potiora.Gloſſ. clem.1.uerbo beneficia.de rer.permut. Quibus refragari nolo nec debeo, præſertim cum pateat cauſa urgens,quæ hiſce in rebus,permutationem fieri plane uetat,nempe defectus in altera parte tituli,qui titulus † eſt omnium harum permutationum.l.j. §.Pedius.ff.de rer.permu.capit.1.uerbo ſua beneficia.de rer. permu.cap.cum uenerabilis.extra de exceptio.caput,& fundamentum,nam in hiſce permutationibus titulus datur pro titulo,aut fiducia perpetua,pro eiuſdem generis fiducia, cõmutantesque ſuum ultro citroque alter alteri, ſuo quiſq; in beneficio tradunt,tum iuſtum ſacerdotij quam canonicam habent cauſam. Idque unum eſt imprimis neceſſarium, nec ſine eo quit fieri ulla huiuſce generis permutatio, in qua id primum reſpicitur, ut de re ſua ad ſeque uerè ſpectante ipſa concinnetur,ſicuti uolunt iura,quæ cum ita ſint,qui fieri poterit,ut qui potitur uero titulo & canonica cauſa,in hũc contractum cum eo deſcendat, qui nullo ſuffultus eſt titulo? in unumque conueniant,in re haud pari, tam diſſimiles quoq; perſonæ, cuiuſmodi ſunt iſti duo qui in hac adhibentur ſpecie, ſcilicet p̃fectus hoſpitalis domus,& ſacri fani titularius alter,uerusque ac perpetuus rei ſuæ poſſeſſor. Ille quidẽ,hoc
6 eſt hoſpitalis præfectus † præſtimoniorumque temporarius accurator,nullo innixus eſt iure tituli, diſpenſator eſt ſolum, miniſterque depoſitarius.Oldr.conſil.81.col.1.& conſil.140. Rebuf.in concor.de pacif.poſſeſ.hic porro, hoc eſt poſſeſſor fani titularius omni iure titulario,omnique canonica cauſa ſuo in beneficio eſt præfultus, & dare quidem poteſt quod habet,nempe titulum plenumque ius,ſed quia quod alter nõ habet ab eo nequit item accipere, uidelicet titulum iuſque abſolutum poſſidendi perpetuo, utendique fruendi, & hæc conuentio ex earum ſit genere,quæ mutuam paremque relationem habent,alioquin fieri prorſus cõſignarique nequeat, certe haud dubium eſſe poteſt,hiſce de rebus imparib. utpote titularia una iuriſque poſſeſſionis perpetuæ, altera porro neutrum horum habente,permutationem neque ſeri,neque putari poſſe.ca.ad diſſoluendum.de deſpon.impub.& d.c.1. de rer.permu.in 6.Nec huic cauſæ officit ratio, qua dixerint illi alteri hoſpitalem domum rem haud eſſe prophanã quãuis non tribuatur in titulum hac quidem in poſita ſpecie,minusque præſtimonii accurationem,ergo prophanarum iure quoad permutationem neutram cenſendam, immo potius eccleſiaſticarum.nam id ipſum protinus refellitur, quia non ſtatim ſequitur, ſi res quępiam prophana non eſt, eapropter cum beneficio eccleſiaſtico poſſe ipſam ſemper permutari,
7 ſicuti in re ſimili,nec ius decimandi,†nec ius exfuneratione, prouentum percipiendi,prophana quidem iura ſunt, immò ſpiritualia,& quaſi ſacra,nam nec in cauſam empti,nec uenditi poſſunt cadere, & tamen ſeorſum permutari ea cum ſacerdotii titulo res non patitur.Im.& Flor.ca.quæſitum.extra de rer.permu.quia rei,quæ uere beneficium nõ cenſetur, ad rem uere beneficiariam,nulla eſt æqua relatio, nec cum huiuſmodi conſocianda permutatio,nempe imparis cum non pari ſuo,nec hac in cauſa quod uere non eſt beneficium fingi põt uice beneficii.Quòd ſi proponatur exemplum,uti eſt primò factum in hac ipſa ſpecie,quo in exemplo clericus cum
8 clerico, aut ꝓphanus cum ꝓphano, ſuam † alter cum altero commutare uelit hoſpitalem ędem ſibi utriq; ut probo uiro commiſſam,non uidetur tunc quidem denegandum,qn eorum quodammodo recipienda ſit cauſa,& petitio, & ratio eſt.In æquabili uterque cauſa,in par & non abſimile,deuenire uolunt, tunc quidem ipſi commercium, resque ambo in medium adferunt,quæ ſimilitudine ſui in hanc enallagen vtique poſſunt committi.

Diſcuſſo utroque hoc quæſtionis capite,ſequitur ſuo ordine explicandum tertium,quo quærebatur,an monachi † di
9 uerſis in cœnobiis nomen ſuum profeſſi poſſint inter ſe,quę ſuis a monaſteriis obtinent monachatus iura,in id ſaltẽ,ſuorum abbatum auctoritate permiſſione & uenia habita,commutare, ſiue ipſi hiſce in cœnobiis ea monachatus iura habeant,quibus in cœnobiis certus præſcriptusque & definitus ſodalium monachorum eſt numerus, atq; ita præfinitus, ut abeunte uno,è uiuisque excedente, monachatus inducatur uacatio, ſitq; alter quidam illius in locum, utpote uacuum, ex præſcripto præfinitoque ſufficiendus,ſeu porro cœnobia ſint aliùs cuiuſcunque generis,ubi non præſcripta ſit alioqui ea numeri obſeruatio,eaque diſciplina. Et quidem in hac q̄ſtione expedienda, non attinet huc adferre uariam doctorũ noſtrorum concertationem,quin,ea prætermiſſa, melius eſt rem concludere ex ratione magis probata, q̄ tale nobis hac
10 in theſi enunciatum profert.Monachos † pro iure monachatus,& quidem cum ſuorum Antiſtitum uenia,in nullam permutationis ultro citroque faciendæ pactionem regulariter conuenire poſſe. Collec.cap.cum olim.3.quæſt. & cap. exhibita.17.quæſt.de rer.permu. Aegid. de bellamera trac. pmu. deci.11. quippe quia, cum ſeſe primum cœnobio addixere, idque ex uoto,ut ibi ſolitariæ uitæ mancipati,ſoli Deo, ſoli religioni,ſoli ſacro cultui darent operam,nec curarẽt opes, nec alia rerum mortalium commoda.c.licet.extra de reg. c. cum ad noſtram.& ca.offi. extra de elect. æquum eſt ipſos in ea voti ſententia ad extremum vſque permanere,nec ad ullã unquam lautiorem humanam fortunã aſpirare, ſed uti pauperes reiectis mundanarum diuitiarum cupiditatibus malis huc uenere.c.quos.de ſta. regula. ita pauperes quoq, ſine cupiditate maioris humani boni ibi patienter perſeuerare, qđ enim turpius,quàm propter aſſequutionem caducæ rei, conſtantiam in re tam honeſta & pia non retinere? quod ſi,utplerumque fit, religioſo & ſimplici animo † quidam horum a
11 monaſterio,cui ſe primum dedidere, in aliud monaſterium ob quandam quam malunt duriorem,ac ſeueriorem fortaſſe quotidianæ uitæ cõſuetudinem,aliamue cauſam piam, migrare uolunt,migrent quidem, ſed id faciant, pura item religioſa & ſimplici uia.cap.licet.de regula.nec vllum permutationis commercium, nec ſpem etiam conſequendi uel occaſionem arripiendi in alio monaſterio opimioris boni opulentiorisq; beneficii,huic tam diuinæ pięque rei admiſceãt, nec enim patitur æqui iuſtique ratio, ut hoc animo migrantes, adipiſcendi ſcilicet ex cauſa permutationis alio in cœnobio beneficii,vllum ex cauſa permutationis alio in cœnobio adipiſci ualeant beneficium.cap.cum ſingula.de præbẽ.in 6. neque tamen id ita ad viuum reſecari uult eadem legum ratio, quin hiſce in rebus excipiatur Romani ſemper Pontificis poteſtas,quæ nulla in re huiuſmodi in ordinẽ redigi põt,
12 † nam ſummum eſt,& legibus poſitiuis ſolutum illius imperium. Itaque eum quoque in hac ſpecie poſſe in ſacerdotiis diuerſi generis,per commutationes monachorum,& cœnobiorum,& priſtinæ uiuendi normæ immutationem,aliamue ob cauſam,migrationes recipere, atque admittere nihil uetat.Aegi.de bellamera. deci.11.

Reliquum eſt,uti huc nunc adducatur quarta quæſtio poſita in hacce theſi,quidque ea ferat,agatque,paucis explicet, nec enim magnum eſt,nec ualde dubium quod in ea quæri
13 tur,puta,queantne plura beneficia, † cum uno commutari, hoc enim quum per ſe patens eſt, tum uerò clara deciſione annotatum,diſcuſſumque:qua deciſione habetur,id quidem ſimpliciter in uniuerſumque fieri poſſe. ca. cum uenerabilis, ubi omnes docto.extra de exceptio.faciunt nota.in ca.2.de mu.pet.nec cauſam adferri cur impediri debeat talis pluriũ ſacerdotiorum cum uno commutatio.In quo eſt item ſummopere aduertendum,habendumque pro comperto, q̄ homo pro uno dato beneficio alia beneficia huiuſce cõuentionis nomine accipit compluria, ſiquidem ſibi aliquod ex acceptis,& q̄dem unum modo,tanquam a non ſuo datum domino poſtea tollatur,euincaturque,eum hominem, ex redhibitionis,uel regreſſus aut euictionis cauſa, ad ſuum priſtinum beneficium,quod pro his compluribus tradiderit,è q̄bus euictũ unum fuit,iure optimo redire poſſe.ca.ſi beneficia.de præb.in 6.Rota deci.23.& melius. deci.63. in nouis. nimirum ut ex euictionis natura,ius ſuum æquũque obtineat, nec enim ſinit iuſtitiæ decor,ut huic ſacrarum rerum ꝓmutationi † aliquid doli quidquamue fraudis, aut malicioſæ ia
14 cturæ admiſceatur,quodque ſponte,& bona fide eſt cõuentum,& confirmatũ non plene ratũ fiat, nam ſi uſquam alibi, hic certè locus eſt formulæ fiduciæ. Quæ inter bonos bona fide ſine fuco ullo omnia agier abſoluteq; perfici vult. Præterea vt cũ plurimũ apponitur in huiuſmodi conuentione clauſula, qua fit repromiſſio auctoritatis præſtandæ in rẽ q̄dem concepta.Adiicienda quoq; eſt ad id enuntiatũ generale q̄dam moderatio,ſicuti fit in omnib.axiomatũ generib. nec enim tam generali ſimpliciq; modo,quàm dictũ fuit,eſt accipiendũ,beneficiũ vnũ cũ plurib. permutari poſſe. Atid
15 ita demũ verũ eſſe cenſendũ, † ſiquidem homo ille,q̄ plurib. potitus beneficiis,ipſa pro uno permutationis noĩe vult tradere,ea obtinet, potiturq;, iuris cõmunis ſuffultus præſidio, ut q̄a inter ſe connecti pñt, non item ſi ſpeciatim ex diplomate pontificio,a quo ea ſit facta illi gratia,ut lege ea in reſoluta,

luta, beneficia illa pluria haud quaquã inter se sociabilia, qn incompatibilia plane, nec apta uni simul addici personæ posſidere quiret, nam in hunc casum nullus huic contractui locus esse posset, neq; unum cum plurib. eo obtẽtis modo, hoc est per gratiam aduersus uim legis cõis pontificiam in pmutationem cõi quidem ac regulari more, & lege quiret unq̃ deduci. Pan. in c. cum uenerabilis. ext. de exce. Gemi. in d.c. 1. de re. permu. in 6. Fed. in trac. permu. deci. 1. Aegi. de bella-
16 me. deci. 10. Idcirco qui auctoritate uique talis gratiæ † pluribus potitur sacerdotiis, ipsa ea cum altero hoĩe pro uno si commutat, qui alter homo talẽ non habet gratiam solũ id efficit ut cũ in alterum cũ quo permutat suam nequeat trãsfundere pontificiam gratiam. c. sane. de pri. ca. petisti. 7. q. 1. tunc certe ille alter, qui plura, quorũ non est retinendi capax (utpote lege pro hac re non solutus,) unius loco accipit beneficia, oĩum sibi horum, quæ hac ex permutatione temere capit, uacationem, priuationemque, mero & plano iure inducat, atque id quidem ipsum clarum est, & apertum. Cle. ca. si plures. de præb. c. non potest. illo titulo in 6. c. ordinarii. §. in conferendis. de offi. ord. ext. execrabilis.

At in eo existit quædam subdifficilis dubitatio, utrum sci-
17 licet hac in specie ex parte illius, † qui permutationẽ de uno tantum accepit beneficio, cuius quidem possidendi, si solum caperetur, erat permutans uterque idoneus. Verum propterea quod alter is cum quo commutauit sese hoc permutationis interuentu plurib. beneficiis nulla ad id suffultus Pontificali uenia, contra ius fasq; implicuit, uanam sibi effecit permutationem, atq; uacationem obtrusit, eorũ beneficiorum, vtrum igitur is ille alter, qui quod ad se attinet, iure quidem egit, quod egit nihilosecius ob uitiũ sui condictoris, permutatorisq;, iure itidem sibi ex ea pmutationis causa quæsito, concidat? Et quidem pro hac tota eximenda dubitatione, duo ponam axiomata decerpta ex iure hoc nostro, quibus dirimetur oĩs hæsitatio. Quorum unũ erit in hanc sententiã,
18 ubi quæ agitata factaque inter aliquos permutatio, † ea post modum conuellitur fitque nulla, siquidem neuter permutatorum, & pacisscentium in culpa fuit, uti ea conuelleretur, caderetque. Ibi certe utrique horum ad pristinam sacrã suam ædem redeundi tribuitur facultas c. si beneficia. de præben. in 6. Ioan. And. c. vno. de rer. permu. eodẽ libro. quia cum neuter huiusce rei, hoc est permutationis conuulsæ, irritæque factæ, culpam vllam sustineat, non item æquum est, alterutrum ex nulla culpa, suo mulctari sacerdotio. Alterum est axioma, hoc positũ sensu, quũ ex permutatoribus alter, in eã culpam hoc in negotio incidit, impingitque, quæ culpa uacationẽ beneficiorũ sibi obtrudat, tum proculdubio nihil dici põt,
19 quin euersa ab illius parte permutatione, locus detur ordinario collatori, beneficia illa quæ culpa istius in causam uacui cecidere, alteri cui uolet conferendi erogandique, nã quorũ iste culpæ se alligauit, iustũ est item ut ex ea culpa sua det meritas pœnas, decidatque hoc iure suo pp uitiũ peculiare, qđ sibi temere adiecit. late Aufre. deci. capellæ Tholo. decis. 260. Atque hoc ex posteriori axiomate illustratur maximè supra posita qõ, omnisque dirimitur controuersia, ibi. n. alter solũ permutator culpã sustinet, ut qui ex permutationis interuentu multitudine beneficiorũ nullo ad id subnixus extraordinario pontificiæ gratiæ pręsidio sese sciens implicat, ob eam causam quia solus peccat, solus ẽt pœnã luet, perdetque beneficia, quæ sponte, quum non potuit, arripere uoluit, & iura
20 † illi homini qui se alicui culpæ sciens, alicuique discrimini ultro allisit, neutiquã subueniunt, neque tñ interim est ęquũ, ut uitium suum, suaque solius culpa contractũ cũ altero, qui nihil ex eo causæ sustinet, communicet, & per hęc decisa nobis fit isthæc omnis quæstio.

ARGVMENTVM.

An litem intendenti, aut aliàs in iudicio disceptanti pro sacerdotio ex permutationis causa quæsito, satis sit ad ius obtinendum proponere atque differere, eũ hoĩem a quo ex permutatione id accepit sacerdotiũ, fuisse, tum cum ipsum tradidit, illius sacerdotii habitum ex canonica causa, iureq; titulario dominum, tum & eo ipso tempore in illius sacerdotij tranquilla claraque possessione extitisse.

Quid postea in simili parique specie & positione, sit in adeptione impetrationeque per obitum, aut eiurationis resignationisque causam statuendum? sufficitne item ad auferendã litem, deducere, monstrareque eum a quo uel per mortem uel per resignationem obtinetur beneficium, putatũ uisumque tum habuisse, quum obiit, aut eiurauit, titularium illius beneficii mancipium, & nihilo secius certam iustamque, nec vllo perturbatam interdicto possessionẽ tunc obtinuisse.

SVMMARIVM.

1 *Permutaus suum cum alterius beneficio non tenetur docere de titulo eius cum quo permutauit.*
2 *Obligari an quis de euictione possit in materia permutationis beneficiorum.*
3 *Promittens permutare adhibito iuramento, an ad seruandum compelli possit.*
4 *Mandatum procuratoris de permutando iuramento firmans, an illud re integra reuocare possit.*
5 *Resignanti bona fide cum homine malæfidei datur regressus ad suum beneficium.*
6 *Lucrari quem non debere cum alterius damno naturalis ratio non patitur.*

Caput 37.

VTraq; quæstio, vno eodẽq; contextu est qsita, uno itẽ eodẽ cõtextu dissoluenda, nec est mihi magnopere in ea elaborandũ, nã eius, ut mea fert opinio, clara est, atq; plana decisio, tametsi eã doctores nostri more suo uarie exagitent, sed prætermissa quæ huc adfertur oĩ disputatione collocutioneque, vtrãque
1 speciẽ hac conclusione sic extrico. Ei oĩ, † qui pro permutato beneficio in iudicio contendit nulla noĩatim imponitur lex, necessitasque demonstrandi uel probandi, eum hoĩem a quo ex permutatione id accepit beneficiũ, uero certoq;, eo in beneficio, tũ cũ illud tradidit, suffultũ fuisse titulo. At modo probet, eũ ipsum hoĩem cum dedit pro permutatione beneficiũ habitum putatumq; vulgo fuisse illius beneficii & legitimum dñm, & in illius beneficii tranquilla possessione tũ extitisse, id quidẽ ipsum ei abunde est, nihilq; prætereà aliud pro iure suo hac ex causa obtinendo ipsi est quod ad hanc rẽ attinet in iudicio deducendũ, sicuti & frequentiore doctorum calculo tum est decisum, & Rota quidẽ multis in id factis pręiudiciis, latisque in celebri confessu ea pro re multis sententiis cõprobauit, quod ipsum in oĩ alia adeptione impetrationeque, aut ex mortis causa, aut ob eiurationem, uel aliter concinnata, obseruari, eodẽq; plane modo statui debere, tum alius iudiciorũ, tum frequens ẽt iurisconsultorum assensus, declarauit, nobisque omni ex parte id planum fecit. deci. capel. Tholo. & ibi Aufre. deci. 457. ita ut nemini posthac homini hac de utraque decisa re sit ullo pacto dubitandũ. Quare relinquitur vt multis iste uerbis cõtextus titulus, duo continens capita, omni sublata disceptatione, ex hac posita collectione, auctoritatumque conscriptione excussus certo diffinituſque pateat.

In priore quæstione, ut multa quæ sunt possent adduci prętereamus, breuique axiomate rẽ colligamus, ex instituti nostri ratione, id pro indubitato proque vniuerso sumitor. Eũ,
2 qui cum alio de permutando ultro citroque beneficio conuenit, si paciscatur mutuo, curatũ bona fide iri, quò hæc mutua permutationis conuentio ab hisce recipiatur, admittaturque, quorũ est hasce permutationes, & recipere, & admittere, & iure auctoritateq; firmare, haud dubie hac in specie, ita egisse, ut existimare debeat, certoq; scire, permutationem consistere, ualereque è contrario, si id unum simpliciter promittitur, nempe permutatum iri, in idque solum cõuenitur, ex quo promissio ab obligatione exoritur, auspicaturq; rẽ, certe in ea specie certus item esse queat permutationẽ haud firme cõsistere, nullãque hinc pro obseruando hoc cõpacto obligationẽ contrahi. c. cũ vniuersorum. extra de re. permu. Et hæc quò ad primũ dissertationis caput. Ad fm, quo ponebatur vtrãq; partẽ in permutationis pactionẽ legitime cõuenisse, fidẽ utrimque datã, datũ utrimque esse iusiurandũ, agi-
3 tata ex ordinatione iuris oĩa. An hunc in casum † possit pars alterutra, uel utraq;, si fides data obstrictaq; iureiurando nõ præstatur, ad eã præstandã fidem, iusiurandumque seruandũ cõpelli, & quidem hac item in quæstione citra longam concertationem breui dicitor habetorque. Ad seruandã iurisiurandi fidem paciscentes hosce plane cogi posse, cogi quidem per superiorẽ potestatẽ, superioremque Antistitẽ. Siquidem is superior Antistites ad id ire vult descẽdereque, nempe ut stetur conuentis iureiurando firmatis, ab hisce, qui iurarunt, quique fidem post mutare uolunt, oĩno ex officio vt par est, prouidere, atque præcipere, id ne faciant, hoc est fidem iuro obstrictam ne fallant. Causa porrò præcipua ratioque axiomatis huius ex obseruatione iurisiurandi ducitur, & hæc pfecto tenenda ubique, nec unquam fallenda, iurisiurandi so-
4 lenniter cõcepti obseruatio facit, ut si ex cõpacto † paciscẽs de permutando eiuratorium eo nomine in tabella procuratoria mandatũ dederit, hancque tabellam iureiurãdo firmarit, addito cum sacri verbis, se eam non reuocaturum, haud queat,

Source : BIU Cujas

queat,etiam re integra,ab ea reſilere,neque vllam poſtea obtrudere reuocatoriam tabulam,quod ſi aliq̃ obtrudit,ea plane irrita eſt,nihilque põt priori mandato officere. c. dilecto. de præb. Arc.c.1.deci.in 6.Id nimirum vult ſacri ſanctitas,atque religio,cui plane eſt ſtandum,nam quicquid q̃ agitatur, id ſanè nullum eſt, atque ita hac in ſpecie parique cauſa Rota aliquando etiam inducauit.deciſi.104.in ant. incipi. nota quod ubi aliquis.

Quòd ſi proponatur exemplum, quo in exemplo ex his q̃ conuenerunt in permutationem alter eo noīe beneficiū bona fide,pactique obſeruatione apud ſuperius ordinarium tribunal reſignauit,& alter mala in fide,immemorque,uel mutator promiſſi, noluit eiurare, aut forſan morte occupatus, 5 p̃reptuſq; id facere non potuit,in hunc certe caſum, † qui iurauit fidēque præſtitit, priſtino ſuo quod dimiſerat reſtituendus eſt beneficio,nec ullo ea ex re præmendus incommodo vel damno,adeo legibus ſacris propoſitum fuit, adeo porrò iuſtitiæ æquitatique fuit amicum, hanc unam promiſſorū iuriſiurandi fideique religionem,inuiolabiliter, firmeque ratā eſſe,cauereque,ne illius obtentu,atque ſpecie, alteri emolumenti quidem quid accidat.Alteri uerò in eadem cauſa ex illius pacti fiducia detrimentum ullum infligatur.Sicu.c.cum uniuerſ.de rer.permu.Aufr.dic.addi.ad capel.deci.160. cum 6 alioqui non patiatur naturalis ratio, † ut cum alterius damno quiuis ullus quicquam ullum lucrifaciat.

ARGVMENTVM.

An qui ob permutationem eiurauit,euerſa poſtea proſtrataque permutatione, reſignato ſuo, ex redhibitoria,vel regreſſus cauſa, citra nouam collationem, queat reſtitui ſacerdotio?

SVMMARIVM.

1 *Permutationis contractus reciprocam habens præſtationem non poteſt regulariter ſolui quin utrinque ſoluatur, niſi culpa permutantiū aliud inducat.*
2 *Permutatione euerſa an detur regreſſus ei qui non fuit in culpa euerſionis,uel egeat noua collatione,& primo arguitur quod non detur regreſſus.contra nu.4.ratio.nu.5.*
3 *Beneficium per reſignationem uacare dicitur.declaratur nu.9.*
6 *Conditionalia iudicantur a futuro euentu.*
7 *Permutatio conditionalis conditione non exiſtente cadit.*
8 *Circuitus uitandi ſunt in omni re ad quam recta uia deueniri poteſt.*

Caput 38.

PRo hac theſi, quæ ſatis magnam olim habuit uelitationem, ponendum eſt imprimis hoc axioma neceſſarium, quo eſt dictū, 1 hunc permutationis contractum,† qui reciprocā mutuamq; hēt præſtationem, non poſſe regulari iure diſſolui,euertique,quin utrinque diſſoluatur,atq; euertatur. l.fi.& ibi.Bar.de accep.l.cum empto.de reſcin.uen. c.cum uniuer. de rer.permu.niſi culpa obexque permutatorum aliud inducat.Hoc poſito,iactoque fundamento,ponatur theſis huiuſce ſpecies hunc in modum. Quæ agitata inter quoſdam fuerat permutationis ratio poſt eiurationem ſubuerſa eſt.Porrò 2 ex permutantib.alter † nullam huiuſce ſubuerſionis culpam ſuſtinuit,poteritne is igitur, cum culpa uacet,in ſuum eiuratum,permutationis nomine ſacerdotium, abſque ullo nouæ collationis præſidio pedem referre.

Et quidem a parte negatiua,nempe eum minime poſſe,q̃n de integro noua collatione indigere, hæc faciunt. In omni hac permutationum abſoluenda pactione neceſſe eſſe ut mutua uidelicet adſit eiuratio, mutuaque apud tribunal ordinarium uel aliud legitimum beneficiorum reſignatoria dimiſſio,ſicuti ſupra eſt plurib.uerbis oſtenſum.Porrò cum ſic 3 dimittitur bñficium, hoc eſt per reſignatoriam cām † planū eſſe tum ipſum prorſus uacare, nam qui reſignat per reſignationem plane a ſe abdicit titulum,toto ti.de renun.late a nobis dictum ſupra in tit.de bene.eiura.quod quum ita fit,iſque permutationis eiurator ſeſe per hanc eiurationem ex hac p̃mutationis cauſa factam omni exuerit titulo,bene concludi ſiquidem is ad id quod ſemel eiurauit,eo quod euerſa ſit permutationis conuentio,ſatagit redire, neceſſe itidem habere ſibi nouum ad id ipſum accerſere titulum,nam a priore quo fulciebatur plane abiit & ſine ulla tituli inſtõne,fulcimentoque,in ædem ſacram, pedem inferri iura non patiuntur.c.1. de reg iur.toto titu.de inſti. Accedit huc,quod ab hac parte Rota ſtetit multis ſuis iudiciis,dixitque clare, hac in negotii ſpecie,recenti collatione opus eſſe.Rota deci.24. & deci. 63. in nouis.nec citra illam in eiuratū beneficiū eſſe redeundū, id enim eſſet res ſacras cõfundere,& diuinorum œconomiā iuſq; diſtributiuum plane tollere,ſi abſque titulo daretur paſſim ad ea acceſſio,uel reditio, & ſua ſibi quiſque auctoritate in ipſa irrumpendum cenſeret,accedit huc quoque,quod in hanc ſententiam inclinauit doctorum magna pars.Panor.& Fel.in c.cum venerabilis.ext.de excep.Barba.in d.c.cum uniuerſorum.Ioan.de Selua q.24.in 3.parte.Aufr.cape.deci.260. Rebuf.in tract.de paci.poſſ.

At uerò in diuerſam,atque adeo affirmatiuam partem rapiunt hæ quoq; nimium bonæ rationes, ab aliis ēt doctorib. hanc in cām allatæ,quæ plane uolunt,nullā hac in ſpecie aſci- 4 ſcendam eſſe recentem collationem, † at fultura ueteris in beneficiū remeandum, & q̃a hoc ſuadet æquitas,cauſæq; bonitas,hoc vult fides,hoc ēt requirit innocentia.Io.And.in c. licet.de rer.permu.in 6.Io.de Im.in ca.1.de rer.permu.Fede. trac.permu.q.8.Nam iſte qui in hac eſt rõne nullā culpam in ſe admiſit, ob quam ab agitata abſolutaq; permutationis cā ſit receſſum,& quia ēt id ipſum quodāmodo generaliter annuit dictitatque clara iuris diffinitio, qua hr̃, ubi permutati 5 beneficii ulla accidit euictio † ob quam non oī ex parte conuenta abſoluantur,ut quia (uerbi cauſa) apud alterutrum p̃mutatorem non permanet acceptum beneficium,nā ab alio euincitur, ibi quoque ex præſumpta iuris æquaque fictione, cenſeri beneficium,quod pro euicto alter reſignauerat, reſignatum ab eo dimiſſumque nunquam fuiſſe. ca.ſi beneficia. de præb.in 6.in eaque cauſa exiſtere,quod attinet ad titulum, in qua fuit ante factam ex permutatione eiurationē. ex quo ſequi,præciſeque concludi,huic permutatori a quo euictum eſt acceptumque ex permutatione beneficium, citra aduocationem obuentionemq; noui tituli, ad ſuum priſtinum reditionem legitime concedi. Atqui poſita ſuperius exempli ſpecies in hunc caſum fere conuenit.

Accedit huc,quòd omnis hæc permutatio,eiuratio,dimiſſioque tituli,in tacitam condõnem fit,nempe iſtā,mõ cõuenta oī ex parte abſoluantur, nihilque deſit, qā in pactionē ſit coniectum.Ineſtque ſp̃ huic eiurationi latitans hæc, nulloq; pacto dirimenda conuentio.cle.1.de rer.permu.q̃ conuentio fundm̃ eſt,arxque totius negotii,nec ſine illa ad eiurationem fuiſſet unq̃ deuentum. Cum igitur condõnalis modificataq; 6 ſit hæc eiuratio,certe iure aliarum cārum condõnalium,† & modificatarum cenſeri prorſus dēt, quarum abſolutio atq; infirmatio ab euentu pendet, quin & ipſa modi & condõnis rõ ſeſe liquido demoſtrat in uerbis,quib. iſta concipitur eiuratio,nam ita hñt eiurationis uerba. Hanc utiq; meā ſacram ædem reſigno dimittoque ex permutationis duntaxat noīe, in huncque condõnis euentum,uti facta eſt eiuratio,ita quoque in eundem ip̃m conditionis euentum ab ipſo Antiſtite recipitur,admittiturque,nõ aliàs quidē nec alio pacto, unde clare conſtat condõnem ex permutatorū uoluntate eſſe ap 7 poſitā,† qua non eueniente uel firma non exñtente nec eiuratio nem quidē conſiſtere.Accedit amplius, q̃ iſthæc recens collatio nihil aliud adferret q̃ circuitionem q̃dam,ac diuerticu 8 lū illo quo poſcit ius p̃ueniendi.Quæ nimirū circuitio † anfractuſque,& ſuperuacanea prolatatio, in oī re uitanda eſt, ad quam recta compendioſaque uia deueniri poteſt.

Accedit poſtremo, q̃ per iſtam ſnīam tollitur impendiorū ſumptuſque faciendi occaſio, nam in nouam collationem impendenda eſſet pecunia, quæ melius ſane æquiuſque erogabitur in pauperes,ac alia pietatis charitatiſque officia, præterea nulli hic fit iniuria,& ſuum unicuique ius conſeruatur. Hæc ſunt quæ utranque in partem pro tractatione huiuſce theſis diſputantur,magnos certe utraq; cauſa authores habet magnoſque duces.Ego tñ huic poſteriori palmā do, nam ut id faciā me mouet æquitas,& conuentorū fides,ac pro ea,ſe natuſconſultum ēt in Burdegalenſi ſenatu aliq̃n extitiſſe,author eſt Nicolaus.deci.97.Bœrius,nam q̃ obiiciunt iſti alteri pro firmanda ſua opinione,& hac obterēda, bñficiū, de quo 9 hoc in themate agitur, p̃ reſignationē plane uacaſſe,† cū permutator ex permutatoria eiuratione illùd apud antiſtitē depoſuit,id p̃pea abſceſſiſſe ab eo permutatore,oēm prorſus titulū,atque funditus extinctū hēri,iō alio opus eſſe p̃ redeūdo in bñficium titulo,cum ſine eo nequeat hēri bñficium.Id ip̃m quidem nihil eſt,nā refellitur facile, partim ex ſuprapoſita iuris fictione,qua eſt dictū,hunc in caſum,ſ.quatefactæ ſic permutationis, bñficium pro non reſignato cenſeri, iō non abiiſſe a priori dño titulum,partim confutatur ēt ex optima Ioannis Monachi,in c.1.de re.permu.in 6.ad hanc iuris fictionem adiectione rõneq;,qua ille diſerte ait,hac in ſpecie, nõ uideri vacationem contigiſſe,at interceſſiſſe ſolū cõmutationem q̃dam illius qui miniſterio eo in fano eiurato p̃ſidebat, q̃ miniſtri commutatio facile quum cauſa ſubeſt redit unde prodiit.Et quidem adde eam permutationem, vt ſupra dixi mus,tacitam condõnem habuiſſe,& ea modificatione concluſam,qua ſtāte, ſtat quidem, cadente porrò protinus item ut concidat quam æquum tam neceſſe eſt.

ARGV-

Source : BIU Cujas

Christoph. Roffiniaci. de Beneficijs.

ARGVMENTVM.

Qui homo aſcititius pro aliis quibuſdam hominibus, qui in permutationem conuenere, reſignat, cediq; uel horum alteri, uel cuidam alij in id etiam aſcito, per vulgatam illam compacti clauſulam in conuentione poni ſolitam ſequentē in modum, (uel perſonæ per alterum ex permutantibus nonandæ) & cætera, an homo ille aſcititius, qui ſic pro permutantibus reſignat, perſonam permutātium in his quæ ſunt iuris ſuſtineat, ſuccedatque, aut quod attinet ad euictionē, aut quod ad alia, in omnem iſtorum permutantium rationem. Quid item dicēdum, de altero illo aſcito cui pro permutantibus reſignatur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio facti alieni, & in euentum, inepta eſt, & reiicitur.*
2 *Suſpicio omnis mala abeſſe debet a rerum ſacrarum negotiatione.*
3 *Permutatio non dicitur quando de alterius quàm permutantium perſonis tractatur. & ubi res alienæ quàm eorum interueniunt. nu. 4.*
5 *Diſpenſatio pontificia & gratia derogatoria legis eſt reſtringenda.*
6 *Appendicem a principali dependere, quomodo intelligatur.*

Caput 39.

ENimuerò, vt id thema melius percipiatur, ſic fingatur ſpecies. En tibi duo q. dam pacti ſunt de permutando in idq; ſunt confectæ publicę tabulæ, quib. in tabulis poſita eſt cōi vtriuſq; horum conſenſu vulgaris illa cla, quæ ſic hēt, (uel perſonæ p alterum ex permutantib. noīandæ iuxta conuenta, &c.) En ergo tibi aſciſcitur quidam alter, ab alterutro horū duorū, q alter, ut conuentis ſatisfiat, ſuum alteri permutatori, aut hoī per eum, eam in rem appellato, bñficium dimittit eiuratque, nunc qōnis eſt, eiuratione ille, uel ēt is, cui eſt eiuratum, (qui duo hac in theſi vūr ſolum eſſe aſcititii, amboque uel ſaltem horum alter, utpote eiurator, ſuū nomen mō remque & operam huic conuentioni pro priorib. accōmodauiſſe.) An ergo eiurator ille aſcititius, qui rogatu alterius permutatoris hic interuenit, oī iure, oīque lege, & rōne, permutantiū, uelut i permutatores ipſi teneatur, itēque, an idem de altero illo aſcititio, cui eſt eiuratum, ſit ſtatuendum, ita ut ambo non ſecus ac permutatores ſint potiſſimū in hoc obnoxii, ut ſi bñficiū qđ horum alter eiurauit alteri uel p̄cipuo p̄mutatori euincatur dicenda ſit ipſis videlicet aſcititiis, tum & ipſis p̄cipuis p̄mutatorib. ex æquo. ſ. euictionis lex, ex eaque lege ius mutuò accipiēdum. Et certè pro hac huiuſce exempli qōne reſoluenda, multa dici poſſent, multa quidē adferri, ſed nihil potius, nihilque melius quā hoc unum, uidelicet conuentionem talem eſſe plane iure cōi reiectaneam, nec poſſe quoad ſaltē euictionem p̄mutationis vim accipere, tum quia ꝙ ipam permutationis q̄ de re tm̄ ſua fieri amat. c. licet. de re. permu. in 6. l. 1. §. Pedi. ff. eodē. naturā, eſſentiamq;, eſt agitata, tū quia
1 p̄miſſum eſt in ea alienū item factū, q̄ promiſſio † inepta futi liſque in iure hf̄, ut quæ in euētum reiiciatur, qui fieri poteſt aut uanus aut ēt impoſſibilis, quid. n. ſi perſona illa noīanda aſciſcendaq; nolit ex ea cā recipere beneficium, cogeturne? quid ſi item altera accerſenda recuſet ſui fani dimiſſionem, num ēt compelletur? quare talium factorum utpote alienorum, cum certo p̄ſtari nequeat promiſſio, non potuiſſe conſequenter ullam probam ex ea permutationem conſignari.

Accedit huc poſtremo, quod tale negotiū, taleq; pactum uideatur redolere quodammō ſymoniam, quis. n. non ſuſpicabitur perſonas haſce, q̄ ab alienū factum ſe le hic implicāt, emptitias prorſus fuiſſe, nam quis unq̄ ſuum gratuito cedit alteri ſacerdotiū? uel aliena re, ſine tacita fiducia, aut quęſtus ſpe alicuius? quis unq̄ ſeſe onerat, aut a quonam ferè unquā gratis his in rebus accipit bonū? Et hæc ſanè oīa uel ēt horū
2 oīum ſuſpitio † ab hac ſacra negotiatione procul abeſſe debent, qua in ſacra & ſincera negotiatione id mō agendū, ut res ſacra ſua, p ſua re ſacra, ab altero mutuò detur alteri, idq; fiat inter hos duos, qui primò in id conuenere, ac ſi aſciſcunt alii, pro pactione p̄mutationis abſoluenda, quod ad eos quidem qui ſic aſciſcuntur attinet, tum ea nō eſt permutatio, at in aliam abit ꝙctus ſpeciem. Certum eſt. n. in ſimili exemplo, quod ſi ego ex permutatione reſigno meum fanū, ut tu illud hēas, & pro eo per eandem permutationem des tuum meo
3 nepoti iam non ꝙhi permutationē: † agitari quidem pactionem quandam, quæ præſe ferat imaginem ſpeciemque cuiuſuis potius ꝙctus alius, q̄ hiſce in ſacris rebus receptæ commutationis. Io. And. c. 1. de rer. permu. in 6. Fede. de Se tract. perm. q. 67. in fin. Proinde eſt & receptum, cum ita inter nos agimus, ut ego meū cum tuo cōmutans bñficium, quia meū quod attinet ad fructuū emolumentū plus ualet tuo, pro ſupplemento æqui emolumenti, accipiā per te, tuamq; opam, ab alio quopiā, vel ſacellum uel ædiculā ſacram, ab eo ipſo, uel mihi reſignandam, uel hoī, quē delegero, nuncupaueroq; ſicuti fert noſtra conuentio, cum bona quidē Pontificis ſummi gratia atque uenia dimittendā, talem utiq; conuentionē, quod attinet ad ædiculā illam, huic ꝙctui inſititiam, atq; ad-
4 iectitiam, permutationis † uim non obtinere Cauſa eſt ſupra dicta ratio, nempe, quod huiuſce permutationis abſolutio, p parte alterius permutatoris uel ēt utriuſque, ac abſolutū cōplementum de re fiat aliena, & nō de ſua, uti fieri debuit: ædicula. n. illa quæ ad alterum permutatorem non ſpectabat, adiecta eſt pro ſupplemento pretii, ut res aliena huic quidem ꝙctui, ſuperque hæc promittitur aliena uoluntas, id qđ fit oē ꝙ naturam, contraque primigeniā eſſentiam huiuſce ſacrorū, uti dictum eſt permutationis, quare in permutationem uenire non potuit, cum nec alioqui generaliter factū alienū, vlla in pactione ciuili ſicuti item dixi, p̄mitti queat. Et præterea hic adiungitur quædam propemodum ſymoniaca nundinatio, propter rationes, quas ſupra poſui.

Quamobrē nihil mirum, ſi cum hæc q̄ poſui uitia in hac interceſſerint conuentionis ſpecie rñſum ſit, eā pro permutatione ſtīma hēri nō poſſe, & ꝙñr noſtram quoque, hac in poſita theſi, quæ huic iſti oī ex parte eſt cōſimilis, nullā itidem, quoad ſuū euictionis effectū, exiſtimari dēre, nam quod ea quidem, a bona pontificis gratia, ſi ea diſerte utrobiq; in pactione appoſita fuit, ſuſtinetur, uimq; capit, talē ſane uim hac in re accipere dēmus, ut ædiculæ hac ex cā datæ ualeat ob pontificiā quæ in contractu interceſſit ueniam ipſa ſimplex datio, iusque retinendi eam, ipſi ex improbato a iure compacto accipienti, propter auctoritatem eiuſdem ſummi Pontificis adferat, ſicuti eſt ſcriptum, non item ut in caſum quo euincatur, id ea de cauſa tributum ſacerdotium, euictionis legem ipſa Pontificis gratia, eo quo dictum eſt modo appoſita inducat. Satis eſt enim, uti ſimpliciter permittat, faciatq; ſacellum quod ex mala cauſa alioqui datum eſt bene datum cenſeri, non etiam alia permutationis commoda, iuraque, q̄ ſunt ueluti quædā conſectaria atque permutationis appendices, huc ubi permutatio uera non fuit adferat, præſertim ēt,
5 quum generaliter habeatur, diſpenſationem † oēm pontificiam, & gratiā derogatoriā legis eſſe ualde ſtricto iure cēlendam, nec temere unquam protēdendā. Quare iterum ſentio concludendum, ſacerdotium ab illo tertio utrobique eiuratum, ob extraordinariam magni Pontificis ſuffragationem, ſuam quidem eiurationis vim conſequi, at euictum poſtea nul ā euictionis aduerſus vllum legem, vtraque in propoſita ſpecie, indicere, niſi tamen adiecta eſſet cum bona item Pontificis uenia ſpecialis clauſula, qua in caſum euincendæ ædiculæ, euincendique ſacerdotii hoc modo dati, de euictione nominatim caueretur, deque diſſoluendo hūc in euictionis ſpecialem euentum contractu, nam tum, propter diſſertam ſpecialemque cautionem, quam noīatim Romanus Pōtifex ſua in gratia approbauit, ſpāliter quoque paciſcenti cautum cenſeretur, illique adferret hæc ſpecialis clauſula, quod adferre non potuit ea, q̄ quidem eſt in oī talium rerū permutatione, tacita alioqui & ſubaudita generalis cautionis oīo, qua dictum ſimpliciter, latentique illarum pactionū vi, ſp̄ fuiſſe cenſetur, nempe ſi quicquam conuentorū, atq; inter depaciſcentes conſignatorū deſit, uniuerſum vtiq; permutationis cōpactum euerſum iri, atque in priſtina ſua vtrunque p̄mutantem, ſine noua collatione reuerſurum, nimirum tacita ea generaliq; clauſula cancellos ſuos generales atque fines principales contractus haudquaquā egrediente. Qui fines hi fuere, uti ſ. quæ ego tibi ipſi tuque ipſi mihi vltro citroq; damus ambo, non litigioſa ſint, neque dubia beneficia, ſed ſuo quæque poſſeſſori ſint in tranquillo. Quod ſi alterutrum horum euincatur, dicatur certe, ex hiſce generalis clauſulæ cancellis euictionis lex c. cum uniuerſorum. de re. permu. ſed ſi alia accidant, quæ haſce duas permutantium perſonas, hæcque mutuo danda ſacerdotia egrediantur, in hanc tacitam generalēque clauſulam ipſa non veniant, quo in genere ſunt, vel ſacerdotium, vel ædicula quæuis alia ſacra, quæ a tertio illo adpoſititio homine adſciſcuntur, uel in tertium illum alterum adiectitium hominem conferuntur, de quibus, ſi in caſum euictionis, voluntas erat vti caueretur, hac certe de re euictionis lex nominatim in conuentis, idque appellata, obtentaq; Pontificis Romani uenia, dici debuit, adiicique expreſſa diſertaque oratione.

Quòd ſi quis in contrariū adferat, meq; hic roget, ecquid
6 ergo facit illud iuris p̄ſcriptum, quo dī, a principali † appendices oīno dependere, ſi plane non facit, dictitatque hic infirmata principali permutationis cōuentione, vel a parte mea, uel a parte illius, quem iuxta compactum nomino, cæteras quoque illius partes, veluti appendices, acceſſionesque, quæ a ſuo pendent capite, infirmari debere. c. acceſſorium. de rer. permu.

Source : BIU Cujas

permu.in 6.equidem id obiectum omninò refellam, quum dicam,eam iuris regulam,videlicet a principali partes pẽdere,non ſic accipiẽdam,ut euerſa parte,acceſſioneque,uel appendice,totum quoque deſtruatur, id enim neq; patitur natura,neque æquitas,at è diuerſo eam regulam ſic bene intelligẽdam,diruto ſcilicet,proſtratoque, uel toto uel principali, partes etiam membraque,quæ naturam totius uel principalis ſequuntur,decuti,atq; plane iacere.l.cum principalis. vbi late Dec.de re.iur.l.ſi patronus.§.patronum.ſi quis in fraud. pat. Atqui noſtra ſpecies de ædicula aut ſacerdotium tertiũ illum aſcititium reſpiciente in parte quidem conuentionis eſt,ſicut ſuperius late eſt diſcuſſum, non item ad totum, aut principale ſpectat,quare ea etiam parte diruta, appendiceq; deturbata,quæ principale ſuum nequit infirmare,neque confirmare,non mirandum, ſi nihiloſecius principale illud ſubſtat,neque propterea conuellatur. atque huic rei prudenter ſubſcripſere docteque Pariſienſes iuriſconſulti.

ARGVMENTVM.

Vtrum curio non ſacerdos,at in ea exiſtens cauſa,ut decurſo propemodum anno, quo debebat ob ſacerdotium ſacris addici,nequeat intra eos dies,qui ſuperſunt legitime profiteri,eoſque ſacros ordines adipiſci, quos requirit hanc ad rem Lugdunenſis concilii rogatio,eaque de cauſa, prope ſit a neceſſaria fani ſui uacatione,poſſit tum interim & legitime permutare, & permutando eiurandoque vacationem impẽdentem uel interturbãre uel prouiſionẽ ſuper ea præpedire collatoris ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ob non ſuſcepta intra annum ſacra uacare dicitur.*
2 *Solutio exigi nequit,quum ceſſit dies,necdum tamen uenit.*
3 *Eccleſiaſtici miniſtri quare ſint inſtituti.& nu.4.*
5 *Via ſemper in melius aperiẽda eſt,& ad deteriora,quoad fieri poterit, omnis aditus præcludendus,*

Caput 40.

HAec quæſtio quæ multos habuit, habet adhuc, & habitura eſt uitilitigatores,dubitationis haud quaquam expers eſt, quin habet certe uel maximam,nam ex una parte ſtat prima quidem inſpectione,ipſa ſane iuris legiſque communis & poſitæ ratio, quæ commutationem ex eaque eiurationem hunc in caſum abnuere neutiquam uidetur.Porrò iuris ratio hic ſeſe aperit,hunc in modum,certum eſt,per non ſuſcepta intra an
2 51. diſt. Nec eſt nouum pp inſignē vitæ integritatem † contra iuris regulas, aliqua conſtitui. l. ſi à bonæfidei. ff. de rei vendi. cap. in literis. de teſtib. Licet enim conſanguineorum, familiarumque iudicium & teſtimonium ſuſpectum ſit l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. l. idonei. cum vulg. ff. de teſtib. nec ſoleant ſubornationis metu, poſt publicata teſtimonia recipi teſtes: Aut. at qui ſemel. C. de prob. clem. ſi. de teſtib. notæ tm̄ probitatis homo, & iudex, & teſtis, in cognatorum atque adeò fratrum negotijs poterit eſſe. Specu. titu. de iud. deleg. §. ſupereſt. Imol. c. cum R. de offic. deleg. Nec publicatis licet atteſtationibus in eius cauſa teſtes recipi prohibentur. Bald. ca. præterea. de teſt. cog. Quando non ſit veriſimile, integræ, & exploratæ fidei hominem, teſtes ſeduxiſſe aut ſubornaſſe. l. non oēs. §. à Barbaris. ff. de re mil. d. l. ſi à bonæfidei. quod & alijs multis Iaſon comprobat. laſ. l. iubemus. C. de iud. doctorum authoritatibus duntaxat pro more ſuffultus, quæ tm̄ nec ſatis fundatæ ſunt, nec vt arbitror, in iudicijs reciperentur. Et quæ ex hiſtoria, de Nicolao, Seuero, & Ambroſio prodidimus, per Dei de Nicolao reuelationem, aut ſubitā colūbæ ſuper Seueri caput quieſcentis, terræque pro cathedra Ambroſio exurgentis viſionem contigerunt. Arch. d. §. his oībus. Vnde diuina ſunt, & admiranda quædam miracula, quæ in humanæ actionis exem
4 plum produci non debent. c. fi. §. fi. in fi. 4. quæſtio. 3. Clericatus aūt qualitatem non præſumi, cum non à natura, ſed extrinſecus veniat manifeſtum eſt. Inn. c. ſuper his. de accuſa. Proindeque allegatam probare oportebit. l. ſi per alium. §. fin. ff. ne quis eū. doc. c. ſi iudex laicus. de ſen. excom. in 6. Non quidē teſtibus, iure ciuili, ſed literis Epiſcopi, l. ſi qua. C. de epiſc. & cleri. quas teſtimoniales vocant. Guid. Pap. q. 582. Licet Pōtificia
5 lege ſit receptum, clericatum † teſtibus. cap. 2. & 3. de cler. pe. reg. doct. d. l. ſi qua. atque adeo vnico teſte. Bald. & Felyn. ca. licet vniuerſi. de teſtibus. Boer. q. 171. probari poſſe. Sed nec ſa-
6 tis eſſet ſacerdotii, ſeu præsbyteratus † proferre literas. Bar. l. illud. ff. de acqui. hæred. niſi priores oēs ordines, nempe, tonſura, ſubdiaconatus & diaconatus à proprio Antiſtite, aut ab alieno cum literis dimiſſoriis, ſuſcepti quoque probentur. Inn. & Fely. d. c. ſuper his. Chaſſ. tit. des iuſtices. §. 6. Alioqui per ſaltum promotus præſumetur. Butr. ca. 1. de cle. pereg. quo caſu non valet prouiſio ei facta, quomodocunque de beneficio. Præpoſ. c. ſolicitudo. 52. diſt.

De ſpuriis non promouendis.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi beneficiorum incapaces.*
2 *Spurius quandoque Papa creatur.*
3 *Gratianus ex adulterio natus.*
4 *Monachiſmus omne vitium purgat.*
5 *Epiſcopus an cum illegitimis diſpenſet.*

Cap. 2.

EX his patet, ſpurios, & alios nō ex iuſtis nuptiis natos, per ſequens matrimonium. c. tanta. qui fil. ſint legiti. aut Papam. §. fi. qui
1 bus mo. nat. effi. ſui. coll. 7. non legitimatos. † gl. §, inter eos. de nume. & quali. Cardin. in prag. ſecularium dignitatum quantumuis capaces. l generaliter. §. ſpurios. & l. ſpurii. ff. de decuri. ab eccleſiaſticis tm̄ beneficiis repelli. c. innotuit. de elect. c. 1. & 2. 52. diſt. Cum nec ad ſacros ordines, etiam minores, citra diſpenſationem. c. 1. de fil. præsb. in 6. promoueantur. c. 1. eod. tit. in ant. Tum ob ordinis prærogatiuam, & excellentiam, quam indignum nimis eſſet, turpiter natis cōferre. c. inter dilectos. de exceſſ. præla. tum in deteſtationē paternæ incontinentiæ, c ecclesia. 1. q. 4. cuius exemplum in filiis lex non ſine cauſa timet. l qſquis. §. filii. C. ad le. Iul. mai. Recepto vulgo diuerbio. *Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.* gl. c. fi. de fil. præsby. in 6.

Tanta fateor pōt eſſe morū honeſtas, & uitæ ſanctimonia, ut non tm̄ ſacris initiari, ad eccleſiaſticumque beneficium promoueri. c. literatæ. eo. ti. in aut. uerūetiam ad ſupremam Papa
2 tus † dignitatem ſpurius euehi poſſit. c. Oſius. 56. diſt. Idq; Gra
4 tianus, (qui & ipſe ex adulterio natus † perhibetur) multis cōfirmat exemplis. d. ca. Oſius. Spurius præterea, qui Monachiſmum, aut regularem ordinem profitetur, iure ſacris initiatur
4 c. 1. de fil. præsb. c. 2. 57. diſt. Cum † abſtergat humanam omnē maculā monachalis uita. §. 1. in princ. de mona. col. 1. in auct. Adeo quidem, ut per eam in gratitudinis uitium deleri. à Gratiano, ex nouella proditū ſit. c. fin. 19. q. 3. Quo noīe Gratianus Monachus in monachorum cauſa pleriſque ſuſpectus eſt. Alciat. Parerg. 4. c. 23. Cum nullū in nouella Iuſtiniani tale caput legatur. Sed pōt utrumq; defendi, Gratiani ſnīa, ex iam dicta Iuſtiniani conſtitutione. d. §. 1. de monach. Denique cum ille
5 gitime natis Epiſcopus † diſpenſat. c. ueniens. c. ex tranſmiſſa. de fil. præsby. gl. d. c. 2. 56. diſt. Pręterquam in ēpatu. c. innotuit. de elect. & eccleſia paterna. c. dilectus. de fi. pſb. Ad q̄ ex ſolius Rom. Pont. diſpenſatione ſpurius promouetur. gl. d. cap. 2. & d. c. dilectus, Panor. c. fin. de fil. præsbyt.

De

Source : BIU Cujas

De ætate beneficiandorum.

SVMMARIVM.

1 *Ætas legitima in beneficiariis.*
2 *Impubes non est canonicus.*
3 *Impubes quando capax primæ tonsuræ.*
4 *Cathedralis & collegiata Ecclesia.*
5 *Canonicus qua ætate suffragium ferat.*
6 *Præsbyteri ætas.*
7 *Abbatis & Abbatissæ ætas.*
8 *Prioratus conuentualis qui.*
9 *Episcoporum ætas.*
10 *Inquisitor quadragenarius.*
11 *Hæreticorum iudices quales.*

Caput 3.

PRorro non satis est, quē ex iustis nuptijs æditū esse, nisi legitimæ sit ætatis.c.cum in cunctis.de ele.cle.1. de ætat.& qual.Neque enim pueri cùm iudicio careant, l.cū prætor.§.pen.ff.de iud.nec stabilem habeant mentem.l.fin.C. de test.mili.vt pote rationis expertes.c.firmissime. 15.q.1.idonei sunt ab beneficia † obtinenda quibus deseruire non possunt.ca.super inordinata.de præb.Indecorum esset quippe vt Alex.3.dicebat.c.3.de æta.& qual.eos ecclesijs præficere, qui non nouerunt gubernare seipsos. Quærō, cum in simplicib. quoque beneficijs militet,canonijs præsertim,(ad quas promoueri debent,qui ecclesijs consulere possint:) Card.Alex.c. de his.29.dist.aduersus plerosque.glo.c.si eo tpe.de rescrip.in 6.d.c.super inordinata.verius existimo,impuberes † canonica tuum cæterorumque beneficiorum simplicium,nedum curatorum iure prorsus incapaces esse. Canoniæ enim,& curata beneficia dignitatem redolent.c.statutum. in prin. de rescr.in 6.d.c.cum in cunctis. §. inferiora.impuberes aūt ad honores admittendos non esse,tametsi cogat necessitas, iam diu receptum est.l.2.§.fi.ff.de iu. immun. Nisi tñ ex p̄p dispensatione, c.ex eo.de elec.in 6.aut si talia sint beneficia, quæ nullam cōsilij maturitatem exigant. Vt minora,pro seruitio aliquo tpali ordinata,Pan.d.c.super inordinata.quæ idcirco laicis, (vt suo loco dictum est)assignari possunt.gl.c. cum M. de cōstit. Nec obstat quod impuberes † post septennium primam tonsurā recipiat.c.fi.de temp.ord.in 6. & ad minores ordines promoueātur.c.in singulis 77.dist.cum enim ordinari omni ex parte non possint,vt pote prohibiti ad sacros,veluti subdiaconatū, diaconatum & præsbyteratum, c.a multis. vbi Pan.de æta.& quali.promoueri.c.pueri.1.q.1.cle.fi.de æta. & qualit. hoc neeessariò nihil infert.quanquam non me fugit, canonicatuum † ecclesiæ Collegiatæ,non Cathedralis,ex Reg. Cancellariæ, Reg.Cancel.17.pueros,decem annorum capaces esse.Cathedralis aūt ecclesia,& si de iure oīs collegiata sit.c.nouit.c.quāto.de ijs quæ fi.a præl.vt & regularis.c.2.de stat.monac.non tñ oīs collegiata est Cathedralis.Car.cle.2.col.4. de æta.& quali. Sed ea dī,in qua est collegium canonicorum, arcam.l.1.ff.q̄ cuiusque vniuer.nom.tractatumque cōem.c.3. loco.de p̄ba. & cōe sigillum.c.significauit,de app.habentium.Fel.c.accedētes.ad prin.de præscr.gl.c.sicut. §. quibus.de elect.in prag.Puberes verò quæcunque simplicia beneficia,licet rectoriæ sint, statim post 14.annum obtinere iure possunt.c.indecorum.de æta.& qual.Licet hodie † canonicatum adepti,suffragium seu vt dicunt vocem,non habeant in capitulo.glo.cle.fi. de æta.& qual.nisi post 17.annum.Curata verò beneficia,ante 25.annū habere nequeunt.c.cum in cunctis.§.inferiora.de elect.Cum curam aīarum non exerceat,nisi præsbyter.c. licet canon. de elect.in 6.Et ad præcbyteratus ordinem.25. annum dumtaxat nactus promoueatur.cle.fi de æta.& qual.idque hodie gratiosè indultum est.Nam nouella lege §.clericos. de sanctiss.episc. colla.9.in auct.Iustiniani,35.annis minores ad sacerdotiū ordinari prohibebantur.Ex Bonifacij verò constitutione † saltē 30.annor.eos esse oportuit.c.1.cum seq.78.distin. Et olim. 40. Theoph.§.proponebant.de iu.natur.in Instit.Idemque in Archidiaconatu,Decanatu,Præpositura, alijsque inferiorib.ministerijs ecclesiasticis traditum est.d.§.inferiora.Quibus cum abbatia connumeretur, consequens est in abbate † 25.annū sufficere.Pan.d.c.cum in cunctis.in prin.Tametsi in abbatissa, quam olim virginem sexagenariam esse oportebat.c.iuuēculas.20.q.1.triceſimus annus exigatur.c.indemnitatib. de elec. in 6.At hoc ad abbatem nihil infert.Cum enim exemplo turpissimum Pompo.dicat.l.si ita scriptum.ff.de leg.2.fœminino vocabulo masculos contineri: credendum non est,legem de abbatissa loquentem,ad abbates extendi. Cle.attendentes. cū gl.de sta.mona.In prioratibus quoque conuentualibus,† hoc est in quib.plures collegialiter intersunt,c.nobis. cum glo.de iurepatro.quamuis non cligant,Oldra.cōsi.281. quia forte est prioratus manualis,25.annus desideratur.Clem.1.§.cæterum. de stat.mona.Licet in curatis non conuentualibus, viceſimus sufficiat.d.§.cæterum.Sed & in illis per concordata. 34. completum esse sufficit.Vt per regem Rom.Pont. nominatio fieri possit.§ monasterijs.de reg.ad præla.no. fac. in concord.At † verò in episcopatu,superioribusque dignitatib. Pontificiæ leges,annum triceſimum exigunt.d.c.cum in cunctis. & §. 1. de nu.Card.in prag.Cum & ea ætate Christus baptizatus fuerit, & cœperit prædicare.c.p̄sbyt.78. dist. cuius legatione ep̄i funguntur.c.in nouo.21.dist.c omnis.7.q. 1. Sane in inquisitorib. hæreticæ prauitatis,† quadrageſimum desiderant.Cle.nolentes.de hære.Quod mirum plerisque non iniuria visum est, cū 30.anni in ep̄o sufficiant.d. c. cum in cunctis. qui tñ & ipse inquisitor est.c.p hoc.de hæret.in 6. Nec aliud posse dici video, quàm quod Panor.d.c.cum in cunctis. censuit, ep̄m solenniter eligi,magnaque cum rerum oīum disquisitione,apud Romanum Pont.in Cardinalium collegio promoueri. Cuius fides,& grauitas sic explorata nemini suspecta esse aliqua ex parte debet.l.vn.in fi.ff.de off.præfec.præt.Inquisitores verò, qm̄ cā non tam exacte cognita, sed tumultuarie quodammodo creant̄, ætate maturiores lex esse voluit, quò intelligant oēs, non temere,non iracunde,non inexplorate,in insimulatos hę resis irrumpendum,sed sapienter, & cum summa animi prudentia,tractandum esse tale negotium.cle.1. de hæret. Quāto enim maius est periculum,tanto cautiores † & prudentiores iudices esse oportet.c.vbi periculum.de elect.ne(quòd nonnū quam fieri vidimus,) specioso huius criminis prætextu, a syco phantis, & nequissimis hominibus, pios & innocentes viros opprimi contingat.d.cle. 1. vt & alibi admonui. lib. 5.Miscel. cap.18.& 19.

De coniugatis, & Bigamis.

SVMMARIVM.

1 *Coniugati non tenent beneficia.*
2 *Bigamus beneficiorum in capax.*
3 *Bigamus quis.*
4 *Vxorem adulteram cognoscens,an bigamus.*
5 *Castimonia præsumitur.*
6 *Deus ignorantes non punit.*

Caput 4.

SIne vxore præterea eum esse oportet, † cui de beneficio prouidetur.c. diuersis.de cler. coniug. Ideoque coniugati, qui ordinari prohibentur.c.præterea.28.dist.beneficiorum sunt incapaces c.2.c.cum decorem.de cler.coniug. obtentaque ante nuptias beneficia dimittere coguntur.c.1.c.diuersis.eo.tit. pariterque bigami, † hoc est (vt compositum ex proprio,& peregrino, vocabulum indicat,) qui secundas nuptias inierunt, cum ad sacros ordines promoueri summa rōne non possint.c.1.c.2.c. maritum.13.dist.gl.in sum.26.dist.ex ep̄i ēt dispensatione.c.2. vbi glo.& Pan.de biga.mereque laici existimentur.c.vnde. de biga.in 6.beneficia Ecclesiastica,tenere nequeunt.d.cap.vn.de big.in 6.Illum aūt proprie,& vere bigamum † dici cōstat, qui duas vxores diuersis temporibus habitis cognouit.c. deinde. 26.dist.quasi binæ vxoris maritum.c.aperiant.31.q.1.Sic enim Monogamum vnius vxoris virum dicimus.ca.vnius.26. dist. Et trigamum,qui tres: octogamum, qui octo habuit vxores. d.c.aperiant.Cæterum legis interpretatione, is quoque bigamus intelligitur,qui viduam a priore marito cognitam.c.seriatim.32.dist.aut puellam vitiatam, c.præcipimus. 34.distin. vxorem duxit,quiq; secundum matrimonium de facto contraxit.c.nuper.de biga.vel vxorem adulteram † cognouit.c. si cuius.c.sicut.34.dist.ēt ignoranter, vt Doctor. existimant.Cū hic non agatur de vitio ordinandi, in quo scientia requiritur, sed de sacramenti defectu,quem quicunque licet ignorans pati potest:proinde Host. non sine periculo promoueri coniugatum dicit,quando paucæ sint admodum mulieres, quæ ab iniuria turpium libidinum liberæ sint. Illud Ouidianum citās.

Casta est, quam nemo rogauit.

At hæc præsumptio non tñ sinistra est, atque iō fugienda.l. merito.ff.pro soc.sed ēt contra legem, quæ præsumit quemcunque castum,† sobrium & bonum,in omni (vt dicunt) bonitate naturali, cum qua videlicet homines nascuntur. c. vni. vbi Pan.de scrut.c.si fortè.vbi gl.de elect.in 6. nisi euidentissimis argumentis contrarium demonstretur.capit. dudum.de præsum. Vnde a communi sententia facile recesserim. Cum nec priuet Deus suis † sacramentis nisi scienter delinquentes. c.ex literis.de eo qui cog. consang. vxo, cessentque hic rationes Bigami promotionem impedientes,quas alibi Docto.gl. in summa.26.distin.Panor.rub.de big.& in c. sane, de clemen. coniuga.accurate scriptas reliquerunt.

De

De scientia.

SVMMARIVM.

1 *Scientia in promouendo necessaria.*
2 *Monachi imperiti.*
3 *Collatio illiteratis fit nulliter.*
4 *Papa contra Dei legem nihil potest.*
5 *Scientia quæ in clericis exigatur.*
6 *Iurisdictionem qui clerici habeant.*
7 *Eminens scientia quæ.*
8 *Papa omnium doctissimus.*
9 *Oriundus cur in beneficio præferendus.*
10 *Patriæ dulcis amor.*
11 *Impetrans originem exprimit.*
12 *Exterus in Gallia non habet beneficium.*
13 *Regularis quando secularibus præficiatur.*
14 *Monachus creatur Episcopus.*
15 *Mendicantes quando incapaces beneficiorum.*

Caput 5.

1 SCientia deinde, † quæ in spiritualium administratione potissimum necessaria est.c.nisi.§.pro defectu.de renūt. in promouendo exigitur.c.cū in cunctis.in prin.de elect.Viris quippe doctis indiget ecclesia.Io Mon.c.fi.de ver.sig in 6.& in d.c. cū ex eo.nō,vt ille dicebat, Nepotulis& asinis deferratis. Cū nō possit illiteratus sacris officijs aptus eē.c. illiteratos.36. dist.Vnde quod dr̄,expertem literarum Monachum esse posse
2 † gl.c.legi.16.q.1.ad ius antiquum referendum est: quo Monachi clerici non erant.c.generaliter. 16. q. 1. At hodie cum oēs promoueantur.Pan.c.cum illorum.col.pen. de sen.excō. (tametsi plures idiotæ,& ignari sint,c.ex multa.de vot.& vot. locumq; diuerbio plerumque faciant, Monacho indoctior.) literati dubio procul esse debent.c.fi.de temp.ord.in 6. Cum
3 illiteratos † ab ordinibus ēt lex Pontificia repellat., c.præcipimus.34.dist.c.promittentes.55.dist.& d.c.fi. & multo magis a beneficijs.d.c.cum in cunctis.d.c illiteratos. Adeò quidem,vt si conferantur imperitis beneficia,nulla sit ipso iure collatio. Inn.& Panor.c.cum nostris de conces.præb.Fel.c.per tuas.de simon. Cum & iam promotos inexcusabilis ignorantia deijciat.c.fi.de æta.& qual.Idque diuinæ legis authoritate.c. oēs. in fi.38.distin.Ait enim dominus: Oseæ 4. Conticuit populus meus,eo q̄ non habuerit scientiam, quia tu scientiam repulisti,repellam te,ne sacerdotio fungaris mihi.Et alibi.1.Tim.4. Attende lectioni,exhortationi,doctrinę.his verbis Timotheo iniungens,vt sacris literis vacet:quibus vniuersos rem omnē edoceat,ad salutem consequendam spectantem. Quo facile
4 intelligimus,Papā† qui contra legem Dei nihil potest. c.sunt quidam.25.q.1.dispensare non posse,vt prorsus illiteratus promoueatur:alij licet contra.Fel.c.si quando.col.pen. de rescr. Multoque minus ep̄s,Inno.& Host.d.c.cum in cunctis.nisi in promouendo,egregia indole prædito,magna futuræ diligentiæ spes subesset.Imol.cle.1.de ætat.& qualit. Eruditos aūt clericos
5 † esse oportet,non improbatæ lectionis studijs,vt Magicorum, Ariolorum,Mathematicorum, Alchimistarū, Astrologorum, hoc est, eorum qui prognosticis suis oīa turbant. Non item in figmentis Poetarum,aut secularibus disciplinis, nisi quatenus,ad vsum sacrorum librorum conducunt. c.legimus.1.c.turbat.c.relatum & c.iō.37.dist. sed in lege Domini. c.qui Episc.24.dist.ca.si quis artem.37.dist.(quam qui ignorat, Christum vtique ignorat) c.si iuxta.38.dist.& Pontificū con-
6 stitutionibus,si tales sint clerici,qui ius dicere debeant. † Vt ep̄i.c.de persona.11.q.1.& Archidiaconi, præpositique iurisdictionem habentes.Inn.Pan.& alij.d.c.cum in cunctis.Cum.n. secundum quod Canones censent,iudicare eos oporteat.c.j. de off.ord.in causis præsertim matrimonij, & alijs spūalibus, statuta Canonum ignorare non debent.c.1.de consang.& aff.
7 Neque † verò putandum est, exigi in eis eminentem scientiā. c.nisi.§.pro defectu. de renunc. hoc est, vt cæteris excellant, perituresque habeantur:(quo placet mihi scientiam eminētem describere,non cum vulgo,Inn.Pan.& cæteri.d.c.cum in cūctis.vt ea sit,qua instructus propositas oēs qōnes ex tpe dissoluit,absque vlla librorum reuolutione.) sed competentem, d.§.pro defectu.quam is hr̄e dr̄,qui commode pōt, quæ officio suo incumbunt explicare.Pan.d.c.cum in cunctis.Doctissi
8 mus aūt oīum esse debet Rom.† Pont.Cui vniuersæ reipublicæ Christianæ cura demandata est Pan. ibid.quod posteaquā legitimè creatus est,& electus, in dubio præsumimus. c.licet de vitanda de elect.quum & ab eo tpe oīa iura in scrinio pectoris habere censeatur.c.1.de const.in 6.Licet eum nonnunquam capiat obliuio.c.præterea.23.distin.c.fin.30.q.4.Verum enim vero,quamuis clerico literato, vndequaque originem ducat,(eius tamen ep̄o concedente,) c.fi. de cler. pereg.c.cle-
ricum.72.dist.possit conferri beneficium.c.ad decorem.de institit.si tñ sit doctrinæ, & alterius idoneitatis paritas inter plu-
9 res Clericos,† debet qui est ex loco beneficij præferri. l. in Ecclesijs.C.de epis.& cler.c.nec emeritis.c.nullus.61.dist.tum ob residentiam,ad quam dulcedine patriæ allecti,facilius indigenæ,quàm exteri,inducuntur.Panor.d.c.ad decorem.in fi.(pro
10 pria si quidem patria,† maior cuique vr̄, suauior, & præstantior alia.l.qui habebat.ff.de l.3.Accurs.l.fi.C.si ser.expor.Non quia magna,vt Seneca.lib.9.Epistol.dicebat,sed quia sua.),vnde Ouid.de ponto.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit, & immemores non sinit esse sui.

Tum propter linguæ, & idiomatis similitudinem. Regul. Cancel.15.& 19.qua mores conformari putantur.c.qm̄.cum ibi not.de off.ord. Etenim expedit Clericum idioma loci Ecclesiæ intelligere,illudque intelligenter loqui, quo plebeculā edocere possit quæ ad salutem aīæ pertinent. Quibus rationibus factum putamus,vt data paritate impetrationum,indigena beneficij aut vt dicunt,oriundus,extero præferatur.Regu. Cancel.15.Et gratia surreptitia censeatur,qua forensis impe-
11 trans,† suæ originis mentionem non fecit.glo.& Pan.c.si proponente.de rescri.Hoc enim expressum Papam retardare potuisset.c.postulasti.eo.ti.quem credendum non est extraneos præficere velle quamdiu indigenæ idonei reperiūtur.c.bonæ. 2.ad fi.de postul.præla.c.hortamur.71.dist.c.nullus.61.dist.Ad hæc nostrum Galliarum regem priuilegio subnixum ferunt,
12 ne possit quispiam extraneus,in regno,† eo non concedente, & sine literis(vt vocant)naturalibus,assequi beneficium. gl.§. nam ecclesiarum,præ.prag. At verò qm̄ indecorum est,disparis conditionis hoīes Ecclesijs præficere.Clem.1. de elect.aut in eodem collegio sociari.c.in noua.16.q.7. non poterit Mo-
13 nachus,† quantumlibet doctus in Ecclesia collegiata seculari Canonicatum, aut aliud simplex obtinere beneficiū. c.super eo.de regul.Etiam vt Cald.c.quod Dei.de stat. monach. dicebat,ex Episcopi dispensatione.Regularia enim regularibus,vt anteà diximus, & secularia secularibus conferri debent.c.cū de beneficio.de præb.in 6.Nisi tamen vrgeat necessitas, quia fortè seculares idonei non reperiantur.cap.inter quatuor.de stat.mon. Ad ecclesias verò curatas potest quicunque regularis,ad concionandum idoneus,& aptus,singulari prædicationis fauore promoueri.c.in paroch.vbi gloss. 16.q.1.d.c. quod Dei.vbi Pan.& alij.Tametsi eæ Cathedrales, id est,Episcopales sint.Clem.7.de elect.Possunt siquidem, in tantæ dignitatis gratiam.Panor.d.c.quod Dei. & ne periculum aliquod ex diutina vacatione contingat.Card.cle.1.col. pen. ad id dignitatū
14 culmen, † Monachi,aut alij regulares euehi.c.statutum.18.q. 1.d.cle.1 ēt si Abb. sint.c. si abbatem.de elect.in 6. Vel ēt mendicātes,vt Dominicani.Franciscani.& Augustiniani.c.quorū dā.eo.tit.Quos tamen aliorum quorumcūque beneficiorū se-
15 cularium,† cle.exiui.de verb.sig.vt temporalium rerum etiam ex dispensatione Papæ.c.cum ad monast.in fi. de stat. monac. incapaces esse constat.Benedic.latè.c. Raynut. uerbo, & vxorem.nu.218.de testa.Cùm enim hi omnes eligi possint.c.n religiosus.de ele.in 6.d.c.si abbatem.d.c.quorundam.idonei cē seri debent.c.fi.de postul.præl.c.innotuit.de elect.

De corporis & animi vitijs.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vitijs carere debet.*
2 *Vitiatus corpore quis.*
3 *Homicida dicitur & qui non occidit.*
4 *Matthæi locus expositus.*
5 *Deformitas quando promotionem impediat.*
6 *Epilepticus cur non promoueatur.*
7 *Infirmitas non priuat clericum beneficio.*
8 *Coadiutor qualis dandus.*
9 *Accusatio non priuat quem honoribus.*
10 *Histriones & mimi arcentur beneficiis.*
11 *Periurus beneficiorum incapax.*
12 *Periurium non priuat ipso facto.*
13 *Crimina quæ priuant ipso iure.*
14 *Homicida ipso iure non priuatur.*
15 *Homicida an resignare possit.*
16 *Parricida priuatur ipso iure.*
17 *Hæreticus ipso iure priuatur.*
18 *Schismaticus quis.*
19 *Schismaticus omnibus beneficiis priuatur.*
20 *Simoniacus quando hæreticus dicatur.*
21 *Simoniacus incapax beneficii.*
22 *Apostata inhabilis ad beneficia.*
23 *Falsarius literarum Papæ.*
14 *Vsurarius est infamis.*
25 *Sacrilegus beneficii incapax.*

Sacri-

Source : BIU Cujas

26 *Sacrilegorum diuersæ pœnæ.*
27 *Concubinarii beneficiis arcendi.*
28 *Concubinarius celebrans, irregularis.*
29 *Suspensus ab officio, quando a beneficio.*

Caput 6.

OPortet deniq; promouẽdũ, neque corporis maculis.c.2.de cler.ægrot. Leuit.21.
1 neque alicuius † infamiæ nota conspersum esse.c.fi.de furt.c. laici.33.dist.Neque enim conferri possunt beneficia nisi validO,integroque corpore,clericis.c.hinc etenim.49. dist. & benemoratis.c.cum in cunctis,de elect.non item corpore vitiatis.Tot.ti.de corp.vitia.aut infamibus.d.c.fi.de furt. quib.portæ dignitatum pater non debent.l.2.de dignit.lib.12.C.c.infa-
2 mibus.de reg.iur. in 6. Corpore † aũt vitiati significanter dñr, qui propria voluntate abscisi sunt.c.pœnitẽtes.55. dist.vt qui pudenda vltro sibi execuerunt,licet credentes obsequiũ præstare Deo.c.significauit.de corpo.vitiat.c. his qui.54.dist. Aut iusto ẽt timore superati.c.maritum.33.distin.Sunt enim suijp-
3 sius hmõi hoïes homicidæ.c.si quis absciderit. 55.dist.non qa iam mors sequuta sit:sed qm̃ virilium sectione mortis periculum conflari putatur.c.fi.87.dist.Nec Matthæi locus Matt.19.
4 Eunuchos esse dicens,qui se castrauerunt pp regnum cęlorũ, de ijs accipiendus est,qui verenda sibijpsis amputant(maledictum enim hoc) sed de ijs,qui continẽtes sunt,ob amoremq; Christi affectum veneris deuitant.Hinc aũt.d.ca. significauit. admonendi sunt obiter iudices,tam seculares,quàm Ecclesiastici,ne temere in iudicium sanguinis prorumpant, neque n. iudices hmõi sanguinarij,tametsi credentes hoc noïe se gratificari,& obsequium præstare Deo coram Deo viuente(in cuius manus horrendum est incidere.Hebræo.10.) vllatenus excusabuntur.d.c.significauit.Qui verò non sua sponte,sed casu, aut per vim, seu insidias hoïum (quibus non male,sectos in cunabulis,comparauerim.c.ex parte.1.de corp.vitiat.c.Eunuchus.55.dist.) vel a medicis dissecantur, promoueri possunt, & in clero reperti non abijciuntur.c.ex parte.2.de corp.vitia. c.si quis.2.3.& 4.c.qui partem.cum seq.55.dist. Idemque gñaliter dicendum in ijs qui casu quocunque mõ percussi sunt, si non insignis inde contingat deformitas.c.2.& c.fina. de corp. vitia.nec immineat scandalum.c.præsbyterum.de cler. ægrot. c.1.de corp.6.Quarum rerum iudicium , promouentis arbi-
5 trio lex committit.d.c.2.de corp.vitia.Constat igitur , † eos q corpore insigniter deformati sunt,aut sibi sua sponte ferrum iniecerunt,cùm sacris ordinibns ornari nequeant, beneficia obtinere non posse,quæ sacrum ordinem requirunt, vt Abbatias.c.expoluisti.de corp.vitia. Episcopatus. c.a multis,de æta. & quali.& quæcunque Curata beneficia.c.licet canon.de elc.
6 in 6.c.præterea,de æta.& qual.Cumque Epilepsia,† hoc est comitiali,seu caduco morbo laborantes,valido corpore nõ sint, nec sine scandalo ob subitariam totius corporis conuulsionem,diuinis possint deseruire.c.in literis. 7. q. 2. dicendum ad eiusmodi beneficia Epilepticos promoueri non posse.c.cum inter canonicos.de elect. licet ob eam aut grauiorem ægritu-
7 dinem superuenientem non debeat clericus † suo priuari beneficio.c.1.de cle.ægrot.c.scripsit.c.cum percussio.cum seq.7. q.1.qñ iniustum sit tã grauẽ afflicto afflictionẽ addere.l.diuus. ff.de off.præs.vt ob molestiam corporis,suo pellatur honore, l.1.§.casum.ff.de postu.l.Caius.ff.de iud.c.indicas.3.q.9. d.cap. scripsit. Quamuis si tam grauis, & vehemens sit ægritudo, vt clericum diuinis inseruire impediat,paralypsi fortasse,nodosa podagra,aut alio perpetuo morbo laborãtem.c.fi. de cler. ægrot.c.vn.eo.tit.in 6.gl.c.si quis in infirmitate.55.dist. Aut af-
8 fectus morbo clericus,sine horrore,&abominatione populi, templum ingredi non possit,ei coadiutorem † dari oporteat. virum prouidum & honestum,per quem ecclesię consulatur, vt ita non honoris sui titulis, sed eiusdem duntaxat exercitio clericus priuetur.c.de raptorib.c.tua.c.pen.& c.fin.de cle.ægr. Denique diximus,oportere clericum, cuius opinio vacillare non debet.c.laici.32.dist.nulla criminis,aut infamiæ nota,neq; iuris,neque facti respersum esse.c.fi.de furt.Pan.c.super eo.de electio.Si enim ad seculares honores famosis, aut notatis hominibus,non pateat aditus.l.2.de digni.lib.12.c inter dilectos.
9 de excess. prælat.accusatione præsertim † criminis pendente, l.reus.ff.de muner.multominus ad ecclesiastica ministeria. c. fi.de testib.c.omnipotens.de accus.quæ maiorem promouendi dignitatem exigunt.c.miramur.in fi.61.dist.c.per venerabilem.ad prin.qui fil.sint legi.Itaque licet officij,aut beneficij honoribus,exercitiove accusatione pendente. Et quod amplius est sequuta sententia , (si sit prouocatum,l.vn.§ pen.ff. nil no. app.pend.) reus non priuetur.gl.c.sæpe.de app. Commoditate tamen nouæ dignitatis obtinendæ, accusationis pendentia delatum priuat.d.l.reus.d.c.fi.& d.c.omnipotẽs.Ex prædictis,
10 permulta specialius inferri possunt,in primis mimos,† histriones,cæterosque artis ludicræ causa in scenam prodeũtes, qm̃ infames sunt,l.1.ff.de infa.atque moribus commendabiles nõ existunt.d.c.cum in cunctis. ecclesiastica beneficia obtinere non posse.c.pe.de vit.& hon.cler.d.c.fin.de fur.d.c.laici. Cum & clericorum vestibus illis vtilex districtè prohibeat.l.mimę.
11 C.de epis.aud.§.fi.de sanct.epis.coll.9.in auct.Periuros † item qui ecclesias regere non merentur.c.quærelam.de iureiu.non tm̃ obtinendorum beneficiorum incapaces esse, c tua nos.de iureiu.sed& obtentis priuari constat.c.2.de rescrip.c.accedẽs. de accusat.nec ijs duntaxat,in quibus peierarunt.d.c.quærelã. sed etiam cæteris quibuscunque.d.c.tua nos.Nam & ob periu
12 rium clericus deponi debet.c.cum non ab homine.de iud.ipso facto aũt,non priuari periurium † verius est.Inn.c.inter dilectos.de excess.prælat. cum crimen quantumuis execrandũ, & detestabile,(vt homicidium insidiosum, super quo vix Papa dispensat.c.miror.50.dist.doct.c.sicut dignum. de homic.) priuationem,ipso iure non inducat.c.clericis.ne cler.vel monach.c.ex literis.de excess.prælat.& priuationis pœna, nisi lege nominatim caueatur , imponi non debeat. §.finautem.de non elig.secun. nub.coll.1.l.at si quis.§.diuus.ff.de reli. Crimi
13 na † autem quæ ipso facto clericum suis priuant beneficijs, atque adeò episcopatu,sunt hæc,hæresis.c.cum secundum. de hæret.in 6.c.quo iure ubi gl.8.dist.simoniæ labes,quæ in collatione aut alia prouisione beneficij interuenit.c.ordinationes. 1.q.1.Pan.c.cum clerici.de pact.Fel. c. insinuatum. de Simo.c. fi.ubi Card.19.dist.violenta manus iniectio in Cardinalem,c. fi.ad prin.de pœ.in 6.(idemque si in clericum fiat, vt suo renũtiet beneficio, aut citatus ad Romanam Curiam nõ accedat. Cle.multorum.eo. tit. denique violenta beneficij apprehen-
14 sio.c.cum qui.de præb.in 6. Solum verò homicidium, † rõne qua diximus, non priuat quem ipso iure beneficio. d. c. clericis.Inn.c.cum nostris.de concess.præbẽ. Vnde poterit,ẽt post înam resignari,Præpos.c.studeas.l.dist.si præsertim ab ea fuerit appellatũ.l.qui a latronib.§.fi.ff.de test.d.l.vni.§.pen. nil no. Et ita iudicatum,in supremo consi. Rebuff. noster refert. Rebuff.de pa.pos.nu.262.Quæ tamen ita accipi debent, si nõ fue
15 rit homicidium (vt uocant) qualificatum , † hoc est,si non ex circunstantijs factum sit enormiter grauissimũ.c. in quibusdã
16 de pœn.quia puta assassinatus sit.c.1.de homic. in 6. aut † parricidium.Fel.cap.inquisitionis.de accusat.Sane homicida, qui nec ad ordines promoueri potest.c.fi.de temp.ord.c. de cætero.de homicid.& ante promotus, sacris ministrare prohibef, c.fi.de cler.pug.in duel.c.suscepimus. de homic. beneficium, cap.fina.de resc.6.q propter officium datur, obtinere nequit. c.3.& c.diuersis.de cler.coniug.c.cum secundũ. de præb. in 6. Virum enim sanguinum,& bellatorem abominabitur dominus.Psal.25.& 54.a quo domum suam neque ædificari,neque
17 habitari vult. Paralip. 28. Hæreticorum † quoque sacrificia Deus odit,& a se proijcit.c. Odit. 1.q. 1. Vnde si obtentorum quemadmodum diximus beneficiorum,titulo & possessione ipso iure priuantur.d.c.cum secundum. & d.c.quo iure.multoque magis facultate obtinẽdorum.c.2.§.hæret.de hær.in 6. cum facilius quis obtinendo, quàm obtento repellatur. c.superhis.de accu.Nec videtur hoc quicquam habere dubitatio nis,quandoquidem hæretici non modo infames sunt. c.infames.6.q.1.sed & excommunicati.c.excommunicamus. de hæret. Quibus beneficia conferri non posse exploratissimũ est. c.postulasti.de cler.excom.Qui autem propriè hæretici dicãtur,& de hæreticorum pœnis alibi diximus.3.Miscell.c.8. ea-
18 demque ratione dicendum,schismaticos † quo nomine vocãtur qui se ab vnitate Romanæ ecclesiæ separant,antipapæ adhærentes,cum ab hæreticis parum absint. c. inter hæresim.24. q. 3.& excommunicati sint,c.licet de vitanda.de elect.c firmissime.de hæret.si non probabilis error eos excusat.Pan.rub.de
19 schisma. nec conferre beneficia,† c. 1. & fi.illo tit.nec obtinere,tametsi ad ecclesiæ vnitatem redierint, citra dispensationẽ posse.c.quia diligentia.de elec.c.nos autem.12.dist. Simoniaci
20 itidem,† hoc est,qui de spiritualibus negotiantur. c. saluator. §.1.1.q.3.licet hæretici proprie non sint,nisi gratiam Spiritus sancti pretio quæri posse credant.c.conuenientib. in fin. 1.q.7. Inn.Pan.c.quoties.de simo. propter tamen huius criminis immanitatem,quæ tanta est,vt cætera delicta ad simoniæ comparationem pro nihilo reputentur.c.sicut.de simo.c. fi.1.q.7.hæreticis annumerantur.d.c.quoties.c.cum liqueat.c.eos qui.c.
21 fertur.1.q.1.gl.c.si quis pecuniam.79.dist.vnde infames † sunt, c.fi.1.q.3.gl.c.1.de testib.in 6.infamia iuris c.sane.15.q.3.Pan.c. ex diligenti.de simo.& beneficijs per Simoniam obtentis,quãuis ignoranter,non tantum priuantur.cap.pen.de elect.c.insinuatum.c.exinsinuatione & c.seq. de simo.,sed etiam ad alia
22 quæcunque beneficia,† redduntur inhabiles.c.cum clerici.de pact.Nisi cum eis fuerit dispensatum.glo.d.c.ex diligenti. Nec
23 diuersum in apostatis † dicendum , cum & hi infames sint.c. infames.6.q.1. Sacrumque ordinem, & clericatum recipere prohibeantur.c.fi.de apostat.c.pen.& fi.50. dist. Quibus pœnis pariter afficiuntur falsarij literarum pp, ea.ad falsariorum.de
24 cri.falsi.& fœneratores, seu vsurarij manifesti, qui & infamia notantur.

Source : BIU Cujas

notantur,c. quanquam. de vsu in 6. & prohibentur ad sacros ordines promoueri.c.depe. 47. dist. Multoque magis sacrile-
25 gi † quos non tm̃ infamia consperſos.c.fi.de fur.d.c.infames. & ad sacros ordines prohibitos promoueri,constat.c. si quis præsbyt.50.dist. sed & anathemate feriendos. c. conquæstus. de foro compet.Quin si in personam ecclesiasticam.ca. cum pro cã.de sen.excom.c.si quis suadente.12.q.4. aut ecclesiam
26 † ipsam.c.non minus.de immu.eccl.c.conquæsti.de sen.excõ mu.cap.canonica.11.q.3.cum violentia deliquerint,ipso iure Anathematis vinculo subiecti, ab omnium consortio fideliũ eliminantur.Quod Doct.alibi plenius disputant.Pan.& alij.d.
27 c.conquæstus. Scortatores † verò manifesti,seu vt vocant publici concubinarij,quia ab officio (quod ab eis audire prohibitum est.c.nullus.& c.seq.32 distin.cùm conuertatur eorum benedictio in maledictionem,& oratio in peccatum.)c.si qui sunt.81.distin.suspensi sunt.c.præter.32.dist.atque ideo diuina
28 exequentes,† contrahant irregularitatem.c.1.de re iud in 6.c. 1.§.fi.de sen.excom. beneficio quod propter officium datur. c.fi.de reser.in 6.suspensi quoque intelligi debent.Panor.c.vestra.de coha.cler.vbi enim ex magna cã ecclesiæ communio denegatur, ecclesiastici prouentus sunt meritò subtrahendi.
29 † c.pastoralis.§.fi.de app.gl.cle.fi.de pœn. Et si ab ep̃o moniti scortatores clerici concubinam non dimittunt, omnibus beneficijs priuari debent.§.necnon.de concub.in prag. & ad futura quæcunque inhabiles efficiuntur.c.quæsitum. de tẽp.or. Nisi post manifestam vitæ emendationem cum illis fuerit humaniter dispensatum.§.& nihilominus. de concub.in prag.§. 1.de pub.concub.in concord. Nec ignoro alios casus a recentioribus,Pet.Rebuff.extensein ti.de pa.possessõ,num.174.memorari,quibus clericus beneficiorum sit incapax:At ego lectorem iam expleuisse mihi videor:cum cæteri omnes, ex superioribus decidi, terminarique possint, atque hæc quidem hactenus.

Valentiæ 17. Nouembris. 1547.

PARAPHRASIS IN TRACTATVM Sacerdotiorum, Pars quarta.

Quibus modis beneficia clericis concedantur.

De collatione.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio verbum generale.*
2 *Collatio quid.*
3 *Collatio simoniaca, nulla ipso iure.*
4 *Preces quando simoniam inducant.*
5 *Collatio sub conditione an fiat.*
6 *Collatio intra sex menses faciunda.*
7 *Clandestini actus suspecti.*
8 *Collatio occulte facta, valet.*
9 *Collatio coram testibus fieri debet.*
10 *Patroni consensus in collatione necessarius.*
11 *Ordinarius collator quis.*
12 *Deuolutio ad quem fiat.*
13 *Collatio nulla an confirmetur.*
14 *Ius ad rem, & in re, quando quæratur.*
15 *Institutio quid.*
16 *Inuestitura propria, & abusiua.*
17 *Intrusus quis dicatur.*
18 *Signatura an ad possess. sufficiat.*
19 *Possessio apprehenditur per signaturam.*
20 *Signatura perficit gratiam.*
21 *Gratia quando dicatur informis.*
22 *Executor quando habeat iurisdicti. exercitium.*
23 *Reg.Cancell.de non iudicando. declarata.*
24 *Expositum.c.primum.de elec.in Extrauag.*

Caput 1.

1 DE beneficio varijs, multisque modis ,uideri pōt, sed his præcipue,collatione,postulatione,electione, præsentatione,nominatione,& gratia.c.cum in illis. §.cũ aũt. de præb.in 6.qui oẽs,vno prouisionis verbo continentur.glo. cle.fi.de elect.collatio autem quantum ad rem nostram per-
2 tinet,sic mea sententia finiri potest, Vt sit gratuita † quædam beneficij vacantis assignatio,ab habente potestatem, idoneo Clerico legitime facta.Gratuitam imprimis eam esse oportet, hoc est sine præmio,non mercenariam.c.si quis.c. ego.1.q.6. non prætio,precibus c.ordinationes.1.q.1.pactionibus. c.cũ pridem.c.fi.de pact.c.quam pio.1.q.2.obsequijs aliaque humana gratia factam.c.Moyses.8.q.1.alioqui simonia contrahere
3 tur,† qua nulla redditur ipso iure collatio.d.ca. ordinationes. Pan.Nisi simoniam ignoraret prouisus. Fely.c.insinuatam.de simo. Quo tamen casu, oportebit eum abdicare se beneficio, quamprimum simoniæ labem contractam cognouerit. cap. Matthæus.c.nobis.eo.tit.Nec prædictis obstat,quod dici solet
4 preces † simoniam non inducere.c.cum M.ubi Doct.de cõst. c.tua nos.de simo.c.si motu.de præb. in 6.hoc enim in precib. ex honesto aliquo affectu procedentibus,ex merito puta promouendi,recipiendum est:secus si ex carnali affectu, ratione videlicet consanguinitatis,amicitiæ,aut lucri gratia.gl.c.tuam, de ætat.& qualit.& in d.c.ordinationes. Abesseque a collatione beneficij diminutio.c.vn.§.pen.vt eccl.benefi.per reseruationem pensionis,aut alium modum facta.c.extirpandæ.§.fin. de præb.& omnis surreptio debet, vt gratuita dicatur.c.cum olim.de re iud.c.sententiam.35. q. 9. Nam & indignum nimis esset & exemplo perniciosum per surreptionis astutiam ad sacerdotium promoueri.c.cum dilectus.de elec.Debet item fie
5 ri purè collatio,† non sub conditione.c.2.de elect.in 6. nec alternative, vt Titio vel Mæuio assignetur. Arch.c.pastoralis.7. q.1.nec copulatiue.Felyn.c.2.col.fi.de app.hoc ideo casu,quia duos in eadem ecclesia intitulari,(vt dicunt) vetitũ est. c.sicut. 7.q.1.illis verò,quia per conditionem & alternatiuam collatoris voluntas incerta redditur, & dubia,cum tamen oporteat beneficij prouisionem ex puro conferentis consensu procedere.d.c.2.de elec.in 6.a solo Romano Pontifice facta,ad tps, c.veniens.de fil.præsb.sub cõditione d.c.pastoralis. vbi Arch. Fel.d.c.2.de app.alternatim,aut coniunctim.c.2. de præb. in 6. cle.fi.vt lit pend.beneficij collatio, ex suprema quam habet in beneficijs potestate,defenditur,sed & sub conditione quæ de iure inest,puta(si vacat beneficium,)ab ep̃o & quocunque ordinario,collatio fieri potest.gl.d.c.2.de elect.in 6.licet collationem vterque,& collator,& prouisus ignoret.Io.Mon.c.si tibi absenti de præb.lib.Hæc enim adiectio si vacat, admonitionem in se magis,quàm conditionem habere videtur.l.muto. §.1.ff.de tutel.& dici vulgo solet, conditiones extrinsecus venientes,id est quæ tacite insunt, expressas nihil operari.l.3.ff. de leg.1.l.aliquando.ff.de cond.& demon.gl.& Pan.c.significasti.de electio.Non potest præterea beneficium, nisi vacans, (quod supra declaratum extitit) & intra sex menses conferri,
6 † c.2.de cõcess. præb. nisi ex cã permutationis resignatũ sit, ad cuius collationem,tps præstitutum non est.Pau. Leaza.cle.1. de re.permut.Sicuti nec in hospitalibus.Fred.tract. permut.q. 29.in ordinarijs præterea Lateranense Concilium loquitur d. c.2.de concess.præb.Vnde executor, qui Papæ vice fungitur, c.sane.de off.deleg.c.fi.94.dist.semestri tempore non arctatur ad conferendum.gl.cle.si de beneficio.de præb.& §.item circa de colla.in prag. Sed an palam collatio fieri debeat qõnis est. Et quoniam pro ijs quæ palam fiunt,& aperte lex præsumit.l. non existimo ff.de admin. tuto. contraque actus clandestini,
7 † suspecti sunt.c.consuluit de off.deleg.gl.l.1.C. de interd.mat. Tutius est non in occulto conferre beneficium. c. quia pp.§. fi.de elect. Neque enim clancularia collatio suspitione caret.
8 c.vn.§.1.vt eccl.benefi.quę licet mero iure defendatur.† l. nõ minorem.C. de transact.accedentibus tamen alijs adminiculis infirmari facile potest.Panormi.cap.1.de cland.despon.vbi præsertim alteri damnum irrogaretur.c.si tantum.6.q.2.Qua ratione stylus curiæ Romanæ introduxit.Rot.22.& 348.no.& vsus Gallorum comprobauit, ne in impetrantis, aut alterius
9 præiudicium factæ sine testibus collationes † recipiantur,licet alioqui stetur omnino literis autentico sigillo annotatis, in ijs quæ ad officium sigillantis pertinent.ca.post cessionem. de prob.c.2.de off.ord.in 6.Præter hæc fieri debet de patroni
10 consensu collatio,† si beneficium sit patronatum.cap.illud de iur.patr.c.decernimus.16.q.7.Quod a doctoribus alibi plenissimè disputatum.Pan.Fel.& alij.c.cum Berth.de re iudic.loco magis idoneo paulo infra tractabimus.Oportet denique & eũ qui confert,& eum cui confertur,vt supra accurate probauimus,capaces esse.Eum qui confert,scilicet cõferendi potestatem habere,quia sit Papa.c.2.c.si a sede.de præbẽ.in 6. Legatus,Cardinalis.c.1.de off.leg.in 6 eps.c.omnes basilicę.16.q.7. aut alius ordinarius collator, cuius potestas non sit ad superiorem deuoluta.c.licet.ubi Pan.de sup.neg.præla. Ordinarij
11 autem nomine continentur,† quicunque suo iure conferũt, siue id lege communi,siue ex priuilegio habeant. c.a iudicib. 2.q.6.gl.§.item quod omnia.de collat.in pragm.licet ep̃o inferiores.c.ordinarij.cum gl.de offi.ord.in 6. Qui si indignis conferant beneficia, aut intra præscriptum a lege tempus negligant conferre, pro ea vice potestate conferendi priuantur,
12 † c.cum in cunctis.§.fi.de elect.facta eius facultatis,de prælato ad capitulum,ob magnam quæ est inter eos communionem, c.requisisti.de testa.aut ad proximum superiorem deuolutione.c.licet.de sup.negl.præl.c.2.de conc.præb.& d.§.fi.facta autem collatio † nulliter,excommunicato puta.c.postulastis.de
13 cler.excom.aut aliter incapaci.d.c.cum in cunctis.persequentem

Source : BIU Cujas

tem absolutionem, aut dispensationem superuenientem, in foro saltem contentioso, non conualescit. Arch. c. nullus. 63. dist. Fel. c. cum dilectus. col 2. de accus. Neque enim firmat ex
14 postfacto, quod initio nullum fuit. c. auditis de ele. c. si eo tpe. de rescrip. in 6 Vbi vero collatio, † omni ex parte legitime facta est, ius ad rem id est ad beneficium, clerico tribuit. gl. c. fi. de concess. præb. in 6. Sicuti electio electo. c. fi. de transl. episc. præsentatio præsentato. c. dilectus. de off. leg & gratia expectatiua præbendæ, recepto in canonicum. c. si postquam. de præb. in 6. Postquam verò acceptauerit Clericus, ius in re acquirit. c. si tibi absenti. eo. tit. ēt ante adeptam possessionem. d. c. fin. de
15 concess. præb. quam præcedere debet † institutio corporalis, hoc est approbatio, & confirmatio collati tituli. cap. ad hęc. de off. ord. vlitatiore paulò vocabulo, inuestitura dicta, facta si quidem verbali collatione inuestitur clericus de beneficio p annuli, pilei, calami, aut alterius cuiusuis rei traditionem. c. cū olim. de re iu. c. ex ore. de ijs quæ fi. a prælat. ab Archidiacono, qui iure communi hanc facultatem habet. c. ad hæc. c. vt nr̄m.
16 de offi. Arch. cum autem verbalis hæc inuestitura † impropria sit, & abusiua, non in possessionis substātia, sed in signo, & quodam præambulo duntaxat consistens. c. 1. vbi Bald. quid sit inuestit. in feud. possessionem non transfert. l. non statim. ff. de pecul. c. per tuas. de dona. tametsi possessor consentiat. Inn. d. c. ex ore. nisi forte in rei, hoc est beneficij, ab alio non possessi, conspectu, & præsentia facta sit. l. clauibus. ff. de cont. emp. l. 1. §. fi iusserim, & l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acq. possess. Aut diuersum receperit consuetudo. ca. 2. de consuet. Itaque missione in possessionem corporali opus erit. gl. c. pro illorū. de præb. & cap. authoritate. de inst. Quam adipisci ex Cancel. Reg. Cancel. 34. intra sex menses oportet. Licet ius cōe certū tps non diffiniuerit. Auriol. c. eam te. nu. 267. de rescrip. Missione vero neglecta beneficij, possessionem Clericus apprehēdere nō potest. c. pastoralis. de priui. alioqui diceretur intrusus. c. cum qui. de præb. in 6 Sic enim ius Pontificium eum appel-
17 lat † qui suo sensu, spreta superioris authoritate, beneficij possessionem inuadit. c. ad aures. de excess. præl. c. quia diuersitatē. de concess. præb. licet, vt plerique omnes existimant, titulum
18 habeat clericus. Adeò quidem, vt crebro traditum sit † clericum, qui cum simplici signatura, non leuatis, (vt dicunt) bullis possessionem beneficij nactus est, iutrusum, & violentum esse. Fel. c. ueniens. de accusat. Ideoque omne ius amittere. d. c. eum qui. Idque Bonifacij constitutione. c. 1. de elect. in ext. 1o. expressum nonnulli putant, quos etiam iuuerit ratio. Ante cō fectionem quippe literarum nōdum videtur perfecta gratia, cùm executor, literis nō confectis, eam exequi prohibeatur. Rot. 458. Et qm̄ potest contingere super tali signatura non expediri literas, aut sub alijs clausulis, ob insolitas in supplicatione expressas. Bella decisio. 609. Gomes. reg. de non iud. iux. for. supp. Nam & alioqui frustra, & otiosè nimis tot officiales Cācellariæ præposuisset Rom. Pont. certam illis formam præstituens, literas expediendi, si sola supplicatio, sine bullis sufficeret. Bellame. consi. 34. Alijs verò hæc sententia meritò displi-
19 cuit, verius existimantibus, possessionem † ex simplici signatura, iure adprehendi posse, nullumq, ex hac possessione, intrusionis vitium contrahi. Gomes. d. reg. de non iud. iux. for. supp. q. 5. Idque in Gallorum moribus esse docti viri testantur. Reb. de pa. poss. uu. 51. Et huic sententiæ nos adstipulamur. Intrusus quippe dicitur, qui non per ostium intrat, sed aliunde conscēdit. c. relatum. de iur. patronat. vt qui sine titulo, vel colore, sua authoritate beneficium occupat. d. c. ad aures. d. c. eum qui. gl. c. nisi. §. 1. de renunt. aut cum titulo iniusto, & non canonico. c. veniens de accus. Cald. consi. 13. de uerb. sign. obtento puta a superiore suspenso, excommunicato. c. fi. de excess. præla. d. c. quia diuersitatem. aut alia ratione, potestatem conferendi non habente. c. 2. de in integ. rest. cap. ex frequentibus. de institutio. quibus casibus, non omnino effugit intrusionem clericus. Li-
20 cet superioris authoritas intercedat. gl. c. cum super. de causs. possess. & propriet. Atqui supplicatio, seu signatura, † titulus est. Cassiado. decisi. 6. de rest. spo. gratiamque perficit. nam eo ipso vt Cald. c. quisquis. de elect. dicebat, ꝙ Papa dicit, fiat, non expectato alio literarum adminiculo, gratia facta est. Neque enim literæ ad esse, sed ad probationem requiruntur. c. institutionis. 25. q. 2. Idque vel eò constat, quia non expirat gratia, tametsi moriatur Papa ante literarum expeditionem. Panor. c. in nostra. col. fi. de rescr. Arch procæ. sext. sed a successore expediendæ sunt literæ, in forma, rationi congruit. Reg. Cancel. 8. Bal. l. humanum. in fin. C. de legib. Et vacat beneficium per mortem impetrantis, solam signaturam habentis. Rot. 882. in at. Et a sola signatura dispensatio ad duo incompatibilia effectum accipit. gl. Reg. Cancel. 13. col. fi. Gomes. reg. de non iud. iux. for. sup. q. 5. Quamuis Reg. Cancel. 53. dicat, dispensationē non suffragari, nisi literis expeditis, cum itaque clericus signaturam habens, titulum canonicum saltem coloratum habere dicatur, poterit cum sola supplicatione beneficij possessionē obtinere. Cassiod. decisi. vlt. Neque enim de substantia gratiæ sunt literæ, sed ad probationem tantùm desiderantur. l. 1. C. de mand. princ. Panor. d. c. in nostra. Vnde quod Rota dicebat,
21 † Rota. d. decisi. 458. gratiam informem esse, & imperfectam,
22 ante literarum expeditionem: in executoribus † de quib. agit, sane recipiendum est, qui iurisdictionis exercitium sine literis non habent. Cum omnis eorum authoritas a literarum forma pendeat c. pastoralis. §. fi. de rescrip. Quocirca licet iurisdictionem acquirant a tempore datæ, illam tamē ante receptas literas non exercent. c. super eo. 2. de app. 1o. And. c. eam te. in
23 fi. de rescrip. Nec etiam me mouerit cancell. Regula, † de non iudicando secundum tenorem supplicationis, quā Rota semper intellexit, in petitorio, & adiudicatione tituli, non vbi de possessorio agitur. Cassiod. d. decisi. 6. Gomes. d. q. 5. Denique
24 non obstat Bonif. Constitutio. c. 1. de elect. in extra. 1o. quæ in Abbatijs, episcopatibus, alijsque maioribus dignitatibus, ob grauitatem impendentis periculi. c. vbi periculum, de elect. in 6. & d. c. 1. in prin. specialiter loquitur. Quare in minoribus beneficijs diuersum constitutum intelligi debet. l. maritus. C. de procur.

De postulatione.

SVMMARIVM.

1 *Electiuis beneficijs tripliciter proundetur.*
2 *Postulatio quid.*
3 *Postulare qui possint.*
4 *Indigni ad postulandum.*
5 *Postulantium concordia qualis.*
6 *Maiorem partem consentire quandoque non satis est.*
6 *Gratiam an capitulum faciat.*
8 *Postulantes quando varient*
9 *Postulari qui prohibeantur.*
10 *Nuptiæ inter Episcopum & Ecclesiam.*
11 *Clericus cum ecclesia non contrahit.*
12 *Cardinalis an postuletur.*
13 *Cardinales pars corporis Papę.*
14 *Abbas eligi potest.*
15 *Postulantes indignum, an priuati ipso iure.*
16 *Argumentum de elect. ad postulationem.*
17 *Postulationem quis admittat.*
18 *Confirmatio in postulatione non necessaria.*
19 *Postulatio innititur gratiæ.*
20 *Postulatio non solennis.*

Caput 11.

1 PEr collationem † de qua mox diximus collatiuis beneficijs ꝑ uidetur. gl. cle. quia contingit. §. vt autem. de religio. do. Electiuis verò, triplici via. Postulatione videlicet, electione, & nominatione. c. bonæ. 1. in fi. de postul. præla. Nihil aliud
2 autem est postulatio, † quàm supplex quædam petitio, personæ, (non propter vitium,) eligi prohibitæ per Capitulum ad prælaturam vacātem, apud superiorem vnanimiter facta. c innotuit. §. habito. de elect. c. bonæ. 2. & c. fi. de postul. præla. Quæ finitio demonstrat, in postulatione tres personas considerandas esse, quibus totus hic tractatus continetur, & claudi tur, postulantis, postulati, & eius apud quem fit postulatio. Po
3 stulare eos imprimis posse, † certum est, qui eligendi facultatem habent. d. c. bonæ. 2. §, cæterum. Vt canonicos, & alias collegiales personas, quibus ius eligendi futurum prælatum iure communi competit. c. fi. 16. q. 7. Et eos per contrarium cōstat
4 indignos † ad postulandum, qui sunt indigni ad eligendum. gl. fi. & Bal. c. 1. de rest. spol. Cùm enim per postulationem, vt vulgo creditum est, ad electionem deueniatur: quibus interdicta est electio: inhibita quoque postulatio intelligi debet. l. oratio.
49 tur.cap.si tibi absenti.eo.tit.& spoliatio,† non titulum,sed beneficij possessionem tantummodo auferat.cap. conquærente c.in literis,de resti.spol.l.si id quod.§.fi.ff.de acquir.possession. viget quoque his casibus ratio legis, quia expressum potuisset vniuersitatem a concedendo retardare.d.cap.postulasti.Qua paulò ante diximus,hospitalia,leprosarias,pensiones, & similia,quæ nec beneficia sunt,nec beneficij verbo veniunt. d.cap. quamuis.de præben.in 6.d.clem.per literas. exprimenda esse: multomagis igitur verum & proprium,eadem ratione vigente,exprimendum erit.Auth.multomagis.C.de episc.& cleric.

huc

Source : BIU Cujas

huc pertinet, ꝙ crebrò & rectè traditum est, apostolicum impetrantem, de beneficio quo spoliatus est, debere mentionem facere. Panor. c. in nostra. de rescrip. & in cap. cum teneamur. de præb. Amplius existimatum est, posse nominandum subti-
50 cere beneficia, quæ a se possidentur, † non pacifice, (hoc est non sine lite, & controuersia iudiciali gl. clem. vn. de sequest. poss.) quorum veluti recredentiam habuit, lite tamen adhuc pendente, superpleno (vt vocant) possessorio. glos. d. §. item quod. quæ sententia in hoc regno non vera esse non potest: cùm eo iure vtamur, vt obtinens in vindiciarum lite (quam
51 victoriam vulgus recredentiam † vocat. Bud. l. 2. ff. de origin. iur.) nec quidem simpliciter possidere dicatur, sed sub manu, sic loquuntur pragmatici, Regis, & curiæ. Exprimere autem, ꝙ non ipse per se possidet nominandus non obstringitur. d. §. volumus. nisi in eo ius certum habeat, & indubitatum. vt de collato & eo, quo quis vi deiectus est, mox ostendi. Verum quoniam nominationes, vniuersitas, & collationem ordinarius, beneficia redditus ducentorum aureorum de camera habenti, iuste denegat. d. §. volumus. sanctissime constitutum est, vt in nominationibus, verus possessorum beneficiorum
52 † valor exprimeretur. d. §. volumus. Et in apostolicis impetrationibus, ex pontificum Vrba. 6. Rot. 292. no. Ioan. 22. Anch. consi. 138. & Inn. viij. Regul. cancell. 61. constitutione, & curiæ Romanæ stylo. Panor. & Fely. c. ad aures. de rescrip. multò ante tempore receptum erat, nulla tamen pontificij iuris expressa lege suffragante. glo. clem. 1. de præb. siue de valore obtenti siue obtinendi beneficij, tractemus. Panor. d. cap. ad aures. Et quamuis hoc rationis velamento vsum Romanæ curiæ scriptores confirment. Panor. Fely. & Dec. d. c. ad aures. Quoniã potest expressa reddituum beneficij æstimatio Papam a concedendo retrahere. d. capit. postulasti. de rescript. Galli tamen aliam rationem esse putant. Ne Romanus Pontifi. Annata,
53 † hoc est, fructibus primi anni sacerdotij vacantis, aut certa eorum parte defraudari possit. §. 1. de annat. in prag. & con-
54 cord. | Vnde nec hanc † veri valoris expressionem recipiunt, æstimationem 24. ducatorum de camera, in quibuscunque gratijs ad beneficia, cuiuscunque valoris duntaxat exprimentes. gloss. §. final. de mand. Apost. in concor. Generaliterque
55 constitutiones Papæ Bursales, † hoc est ad implendos Romano. Pontificum loculos æditas, Galli reijciunt. Quibus cõcordati lex, de vero valore in nominationibus exprimendo, annumerari non potest. Cum nec Papæ, nec vniuersitati, annatæ nomine quicquam præstetur. Quocirca hoc iure etiamnum vtimur, vt nominationes verum possessi beneficij valorem exprimant. Rebuff. tract. nom. q. 9. num. 33. In quibus præterea sicut in gratijs. Cle. si Romanus. a contrario. de præb. constituit Basilien se concilium §. item quod vniuersitates. de collatio. in
56 prag. vt præsignes & notabiles beneficiorum qualitates † inserentur. Veluti, an dignitates sint, aut personatus. c. ad aures. de rescr. An curam habeant animarum. cap. cum in illis. in princ. de præbend. in 6. clem. 1. eod. tit. continuamve ex statuto, vel consuetudine residentiam requirant. c. fina. de cler. nõ resid. quarum & similium qualitatum expressio, specialis esse debet. clem fi. de offi. ordin. Vnde generalis per hæc veluti, verba, non obstante ꝙ alia beneficia habeat, etiam si fuerint dignitates, personatus &c. non sufficeret. gloss. d §. item quod vniuersitates. nam & hæc vniuersitatem a concedendo. capit. quamuis & cap. is cui. de præbend. in 6. & collatorem a conferendo. gloss. d. §. item quod. retrahere possunt. Qua ratione licet de qualitate ordinis annexi. cap. ei cui. de præbend. in 6. aut de beneficio accessorie vnito, cum super eo dispensatio necessaria non sit. cap. super eod. tit. mentionem fieri non oporteat, vbi tamen ecclesiæ æque principaliter vnitæ essent, & annexæ; ita vt alteri altera non accederet, quia eiusdem potestatis, & dignitatis essent. l. generaliter. ff. de fideiusso. capit. vn. de consc. eccle. in 6. annexa pariter foret exprimenda. Clem. 1. de
57 præben. Et generaliter, qualitates † insignes, quæ ratione priui legij consuetudinis ecclesiæ, aut aliter de facto insunt, sine surreptionis vitio taceri non possunt, licet inhærentes de iure communi, necessariò exprimi non debeant. Felyn. in capit. in nostra. corell. 4. de rescrip. Veluti de cura animarum, quam Archidiaconus ipso iure habet. cap. ad hæc. de offic. Archid. cum enim princeps omnia iura in pectoris sui scrinijs habeat. l. omnium. C. de testam. capitu. 1. de constit. in 6. deceptus dici non potest taciturnitate eorum quæ lege continentur. Accurs. & Bald. l. 2. C. si contra ius. Fely. d. cap. in nostra. Sane con-
58 cordati lege, † qualitatis expressionem minime necessariam nouissimi credunt. Rebuff. q. 7 num. 47. cum de ea in lege verbum nullum. l. de pretio. ff. de publ. Quorum sententia pragmaticæ correctionem inducens vix defendi potest. Quod enim non mutatur, iure præsertim communi adiutum. clem. 1. clem. si Romanus. de præben. cap. cum in illis. eod. titu. in 6. curstare prohibetur. l. præcipimus. in fin. C. de appel. Nec me fugit, antiquata esse per Concordatum pleraque pragmaticæ sanctionis capita. §. quod ad ea. in procem. concord. cæterum hac in parte, ei legi derogatum non legimus, quin potius ea a Concordato interpretationem „ & confirmationem recipit. d. §. quod ad ea. iuncto §. volumus. de colla. in concor. Vnde secundum eius terminos concordati lex intelligenda. §. pe.
59 de fil. ante dotal. inst. nat. coll. 3. Nec † correctio legis diminutorie induci debet gloss. capitu. cupientes. §. quod si per 20. de elect in 6. aut ad capitula separata produci, quæ aliqua ratione saluari possunt. gloss. §. 1. de hæredib. ab intest. colla. 9. Porrò
60 autem † impetrata in hunc modum nominatione, ne iustam alieni facti ignorantiam collatores prætendant. d. l. fina. ff. pro suo. debet nominatus per se, aut per procuratorem. l. 1. §. 1. C. de bo. mat. coram notario, & testibus. cap. quoniam contra. de proba. nomen suum. § statuit. de colla. in pragm. §. teneantur. eod. titu. in concor. cognomen, literas, gradus, nominationũ, & temporis studij, nobilitatisque, (si nobilis fuerit,) ordinarijs collatoribus, aut patronis ecclesiasticis seu eorum vicarijs, si illi absentes fuerint, semel in anno, tempore quadragesimæ insinuare. l. Iubemus. C. de emancip. libe. id est, exhibere, ostendere, & præsentare. Cle. causam. de elect. Debet præterea ordinarijs petentibus. cap. cum personæ. de priuileg. in 6. duplica-
61 tas literas, † hoc est originales, cum exemplo, seu copia, suis sumptibus & expensis. d. §. teneantur. dare. glo. d. §. teneantur. non quidem vt ambas literas collator retineat, sed vt copia cõ seruata, authenticam, seu originalem visam, & perlectam reddat. d. §. teneantur. Hæc si neglexerit facere, nominatus nequibit eo anno quo negligens fuit, vacans etiam diffinito tempore beneficium in vim gradus aut nominationis petere. §. ita tamen. de colla. in prag. Si verò diligenter hæc omnia expleuerit, occurrente vacatione beneficij, debebit collatorẽ, aut eius vicarium requirere vt sibi conferat beneficium. Ille autem graduum aut nominationum ordinem sequi non astringit. §. statuimus. 1. eod. tit. in concord. sed ex graduatis, vel nomi-
62 natis quem volet, poterit † gratificare. d. §. ita tamen. non prouisum tamen. d §. statuimus. vitandæ fraudis gratia. c. quia nõnulli. de cler. non resid. & ne vnus vendicet sibi stipendia plurimorum. c. fi. de consue. in 6. nisi nominati diuersorum annorum essent. Tunc enim antiquiori, hoc est primo nominato. d. §. ita tamen. & d. §. statuimus. si tamen idoneus sit, & cessante gradus prærogatiua, conferre tenetur. l. quoties vtriusque. ff. de reg. iur. c. qui prior. eo. tit. in 6. Locusque fit antiquæ iuris reg. Qui prior est tempore, potior est iure. §. quod si quis. vbi gl. de colla. in prag. §. si quis vero. eo. tit. in concord. Quòd requisitus collator nominato conferre recuset, adeundus est proximus superior, ad quem fit deuolutio. c. cuncta per mun-
63 dum. 9. q. 3. aut Rom. † Pont. cum quocunq; siue proprio, siue deuoluto iure conferente, concurrentes. d. §. si quis vero. Alligatumq; est interim ordinarij os, vsq; adeò vt si alteri quàm graduato, aut noĩato conferat, sit ipso iure nulla collatio. l. si dari. ff. de ver. obl. c. non præstat. de reg. iur. in 6. Vnde cùm nõ prestet impedimentum, quod de iure effectum non habet. ca. fi. de iur. patr. gl. §. quod si quis. 1. collat. in prag. traditũ est, posse collatorem retrocedere, noĩato cum effectu cõferendo. l. nonnunquam. ff. de coll. bono. c. magnæ. 22. q. 4. Nec. n. eius uarietatem lex aspernatur qui mutauit in melius consiliũ. c. post electionem. §. qm̃. de concess. præb. c. inter dilectos. de excess.
64 prælat. Et quod dici solet, per primam collationem † impediri secundam, donec prima cassata fuerit, intelligi volunt, nisi prima notorie nulla sit. c. cum terra. in fi. de elec. Aut non eodem iure ambæ procedant. l. tutorem. ff. de ijs qui. vt indi. c. qa diuersitatem. de concess. præb. Vt in proposito, cum prior voluntatis fuerit, & posterior necessitatis. glo. d. §. quod si quis. 1. Sed vtcunque, ex æquitate defendi possit hæc sñia, vix est, vt stricto iure recipiatur. Cum ordinarius, qui primo cõtulit nõ capaci, officio suo oĩno functus. Pan. c. accedens. nu. 3. de pb. per delictum ptãte conferendi priuatus sit. c. cum in cunctis. §. fi. de elect. factaq; mox ad superiorem deuolutio. c. licet. & c.
65 fi. de sup. negl. præl. post deuolutionem aũt facta collatio † nullius est momenti. c. licet. & c. fi. de sup. negl. præla. Illud prostremò notandum noĩationis vim, ad oĩa oĩno beneficia nõ protendi. † Neque. n. electiua. §. monasterijs. de reg. vacantia ex cã
66 permutationis. §. volumus. de collat. eod. lib. patronata laicorum. §. præfati. 1. eodem. titul. post datam nominationum creata. Clemen. final. de rescript. regularia in nominationibus secularis, secularia in nominationibus regularis. §. volumus. de collat. in concord. vacantia in curia. ca. 2. de præbend. in 6. aut aliter reseruata. c. execrabilis. eod. tit. in extra. Cõ. nominationibus continentur. Et generaliter, quæcunque mandatis non comprehenduntur, quæ nos paulo inferius suo loco referemus. Nec tamen ignoro, inter nominationes, & mandata, quantum ad hãc rem pertinet, illud interesse, quòd
67 mandatario † beneficium simplici resignatione vacans de iure, cap. dudum. de præben. in 6. c. final. de renun. eod. lib. (licet diuersum Gallorum mores receperint) debeatur, non item nominato. §. item quod omnia. de collatio. in pragm. Sed potest illud per ordinarium libere cuicunque conferri. d. §. volu-

Source : BIU Cujas

mus.nisi in fraudem nominatorum, vel graduatorum facta probaretur renuntiatio.c.2.de renun.in 7.Quæ fraus multifariam,multisque modis detegitur: quos copiosè iuxta,ac erudite Rebuff.noster in d.§.volumus.congessit. Qui alibi præterea differentias & similitudines multas inter nominationes & mandata,nominationumque materiam, diligētissime perstrinxit.Rebuff.in §.declarantes. de mand. apost. in concord. & in tractat.nominatio. ad eum igitur auidum lectorem, cui hac nostra paraphrasi factum satis non videbitur.relego. Ego enim in hoc tractatu plus æquo prolixior mihi fuisse videor.

De mandatis Apostolicis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatuum prouisio ad quem spectet.*
2 *Decreti liber quando editus.*
3 *Mandatorum origo.*
4 *Episcoporum carnalis affectus.*
5 *Executor duplex.*
6 *Literarum triplex forma.*
7 *Literæ gratiæ.*
8 *Literæ iustitiæ.*
9 *Literæ cum secundum.*
10 *Literæ in forma communi.*
11 *Literæ dignum arbitramur.*
12 *Literæ facultatis.*
13 *Literarum facultatis vis.*
14 *Literæ rationi congruit.*
15 *Literæ si neutri.*
16 *Mandatis pluribus ecclesia non grauatur.*
17 *Clausula, si pro alio.*
18 *Numerus pluralis in singularem.*
19 *Mandatorum grauamen in Gallia.*
20 *Gratia tertia qnando effectum habeat.*
21 *Clausula optionis.*
22 *Mandatarius primum vacans acceptat.*
23 *Rescripti verba expendenda.*
24 *Clausula Decreti.*
25 *Pœna contra ignorantes nulla.*
26 *Annullatio actus an pœna.*
27 *Clausula anteferri.*
28 *Celestini Papæ imprudentia.*
29 *Clausula motu proprio.*
30 *Motus proprius quando nihil operetur.*
31 *Motus proprius inferioris.*
32 *Motus proprius non præsumitur.*
33 *Mandati forma apud Gall.*
34 *Forma mandati an substantialis.*
35 *Clausulæ a Gallis non receptæ.*
36 *Mandatum generale esse oportet.*
37 *Exprimenda in mandatis.*
38 *Ignorantia an excuset a surreptione.*
39 *Coniecturæ surreptionis.*
40 *Mandatum iu tribuit ius ad rem.*
41 *Afficitur multis modis beneficium.*
42 *Mandatarijs concurrentibus quis præferatur.*
43 *Hora inducit prioritatem.*
44 *Impetrans posterior, quando præferatur.*
45 *Negligentia quando impetranti imputetur.*
46 *Beneficia mandatis non comprehensa.*
47 *Beneficia noue creata.*
48 *Suppressa beneficia.*
49 *Monoculum beneficium.*
50 *Relatiuum, aliquo.*
51 *Regularia regularibus, & cætera.*
52 *Mandata quando expirent.*
53 *Papa reuocat gratias.*
54 *Mandata an morte Papæ reuocentur.*
55 *Fulminare processum.*
56 *Renuntiatio quando in manu superioris.*
57 *Renuntiatur tacitè gratiæ.*
58 *Galli mandata generalia recipiunt.*
59 *Mandatarius vacans acceptat.*
60 *Litigiosum beneficium nemo acceptare tenetur.*

Cap. 5.

INitio nascentis Ecclesiæ, episcopatuum prouisio ad solum Rom.Pont.c.oēs. 1 22.dist.pertinuit,† qui summa rōne, eam non multo post tpe,transtulit in collegia singula Cathedralium ecclesiarum.c.fi.16.q.7.Pan.c.cum ecclesia vulterana.deelec.De inferioribus vero sacerdotijs epi soli disponebant libere. gl.c.quā quam.de elec.in 6.quos nec premere, nec grauare in beneficiorum collation e veteres pontifices voluerunt,ecclesiasticū ordinem confundi rati,cùm sua unicuique epō iurisdictio,& authoritas non seruat.c.peruenit.11.q.3. Vnde nec beneficia conferebant nec ius tribuebāt ad vacatura, tum ne epis inferrent iniuriam,Pan.c.olim.in fi.de verb.sig. tum ne ad alterius mortem captandam hoc prætextu ansam præbere viderent. c.1.2.3.& c.post electionem,de concess.pb. Qua in snīa diutissime permanserunt.Nam anno 1150. mandatorū vsum prorsus incognitum fuisse,coniectura ducimur. Quod in decreti 2 † libro(q circiter eum annum a Gratiano monacho æditum perhibet:) gl c.post appellationem.§.forma.2.q.6. nullæ similes gr̄æ legant Io.And.c.duob.de rescri.in 6.Excrescente verò hoīum cupiditate,Pont. Rom. ineundæ (vt nonnulli putant, Polid.de inuen.rer.li.8.c.2.)rōnis studiosi, qua rem angustā domi iuuarent,concedere mandata † cœperunt,taxationes con 3 stituentes,per quas & taxatis lr̄is,& æstimatis sacerdotijs, quæ ipsi vacantia contulissent,aut promisissent vacatura,certū caperet inde vectigal Nos verò aliam rōnem originis mandato 4 rum fuisse dicimus:cùm enim epi, † consanguineorū aut alio carnali affectu obcæcati(quo morbo vetere, graui,& periculoso,antistites nr̄i nondum leuati vident. gl.c.peruenit.1.q.3.) ptāte conferendi beneficia abuterent, indignos idoneis præferentes.c.graue de pb.sacrisque ordinib.a se initiatos,iniuriosè repellentes.c.accepimus.de æta.& qual. cœpit admonere Papa primum epos,vt idoneos ecclesijs pficerent. c. cùm ex eo. de elec.in 6.præsertim quos ad sacros ordines sine titulo promouissent.c.2.& c.eps,de pb.d.c.accepimus.Nonnunquā certam personam exprimens,quam ob insignem virtutē, singularem eruditionem,aut collatum aliquod in Romanam sedē meritum,hoc præmio remunerare iustum putabat.c.cum dilectus.de cler.non resi.l.iurisperitos in prin.ff.de admi.tut.Deinde si cunctabant ordinarij,scribebat eis summus Pont.præcipiendo,vt designatæ personę conferrent, crescenteq; epo- 5 rum peruicacia,† exequutores deputabat, q vel collatores cogerent:& hi ad compellendum dicti.c.si capitulo.ubi gloss.de concess.pb.in 6.vel conferrent ipsi,& hi ad prouidendum appellati:c.abbatē.de rescr.c.proposuit.de concess. præbē.d. c.si capitulo.Hocque colore mandata de prouidendo quæ apud maiores, patresq; nr̄os non fuerunt in ecclesiam Christianā irrepsisse mihi videntur.Pan.ca postulasti.3.not. de rescr.Inde 6 tres illæ literarum † formulę in pontificio iure frequētatæ,monitoriæ,pceptoriæ,& exequutoriæ.c.constitutus.c.ex insinuatione.c.capitulum.c.mandatum.c.lr̄is,de rescrip.Ex quib.duæ primæ(præterquam cū pro receptione monialis Papa scribit) Pan.d.c.ex insinuatione.ab aula recesserunt,solęq; sunt in vsu 7 exequutoriæ.Pan.d.c cōstitutus.& d.c.capitulū.quæ lr̄æ † gr̄æ dicunt.c.tibi qui.de rescr.c.si super gr̄a.de off.deleg.c.si plurib. & c.quamuis.de pb.in 6.d.c.mandatum. quod ex mera Rom. Pont.gr̄a,& liberalitate,procedant.Cle.gr̄ę. ubi gl.de rescrip. 8 Pan.c.sedes.col.2.eod.tit.Iustitiæ † lr̄æ tum appellatę,cùm pro pauperib. clericis ab epo sine titulo ordinatis Papa rescribit. Lap.alleg.79.quod & æquum,& iustum sit,sacris initiatum,& sine certo titulo clericum,a suo epo beneficium cōsequi. c.2. & c.eps.de præb.eumque vt dicit Apost.2.ad Corint.9. qui altario seruit,de altario viuere. Cū autem in ea constitutione, quæ incipit, cum secundum. de præbend. hæc sententia relata sit,factum est,vt hæ literæ † in forma cum secundum, interdum appellentur.Pan.d.c.postulasti. nonnunquā vero in forma pauperdm,propterea q eo mō pro pauperib.duntaxat cle 10 ricis rescribat.c.si pauper.& c.si pro clericis.de præb. † Aliquā do in forma cōi.d ca.postulasti. & quandoque in forma spāli. Rot.106.in no.463.in Ant vt aulicis placet. Sanè ubi nō in paupertate fundatæ sunt lr̄æ,sed ex mera concedentis gratia profectę,sub conditione tn̄,si impetrans idoneus repertus sit.cle. 11 vn.de off.dele.cle.1.de concess.præbē.vocant in forma,† Dignum arbitramur.Rot.631. in Ant. cuius in Gallia nullū esse vsum moderni testant. Rebuff.in form.mand.Apost.Quod si sup beneficijs reseruatis, vel alia rōne ad curiā deuolutis lr̄æ dirigant Ordinarijs vt idoneis personis conferre possint.c.dudum.c.quamuis.2.de præb.in 6.Literæ facultatis,† dn̄r.c cum 12 aliquib.de rescr.in 6.c.si cui.de præb eo.li.Inter quas, & superiores,longa est dr̄ia:hæ enim fauorabiles sunt.d.c.si cui.Anc. consi.131.vt quæ ecclesiam non grauent, sed magis ad primarium ius epm restituāt.c.ab exordio.35.dist. Quarum virtute iō receptus,nō apostolica,sed ordinarij authoritate, admissus intelligit.d.cap.cum aliquibus.Illæ verò ambitiosæ, & odiosæ sunt.c.quamuis.1.de præb.in 6.ecclesiam admodum grauātes. gl.d.c.cum aliquib.Pan.c.olim.in fi.de verb. sig. Ex quibus receptus authoritate apostolica ascitus intelligitur.ca. hi qui.in fi.de præben.in 6. Atque ideo data tēporis paritate,quia vtraq; prouisio eadē die facta reperiatur,& neutro possidente,Apostolicus impetrans nominato per literas facultatis, sine controuersia pferret.c.si a sede.eo.tit.d.c.hi qui.Licet ubi noīatio 13 † per lr̄as facultatis,apostolicā prouisionē pcederet,diuersum

dici

dici debeat. Anch. conſi. 215. Expediuntur porrò nonnunquã
14 literæ, in forma, Rationi † congruit, a Papa ſucceſſore, de beneficio impetrato a prædeceſſore, a quo ſola ſignatura fuerat obtenta. Reg. Cancell. 8. Cùm enim ſola Papæ voluntas perficiat gratiam. Cald. c. quiſquis. de elect. in 6. ideoque non expiret morte Romani Pontifi. ante bullarum ſeu literarum expeditionem contingente. Panorm. c. in noſtra. col. fi. de reſcri. rationi certe congruit, & honeſtati, vt ſucceſſor exequatur quæ de gratia prædeceſſoris proceſſerunt. l. cùm a matre. C. de rei vend. Denique ſi duo de beneficio contendant, exiſtimetque tertius, nullum ex his litigatoribus, ius habere in be-
15 neficio, a Papa impetrare poteſt, † vt ſi neutri ius in eo quæſitum ſit, ſibi conferat. Quæ gratia ideo, ſi neutri, aut (ſi tres fuerint litigatores,) Si nulli, appellatur: nobis ſanè vſitatiſſima. In qua cùm noua prouiſio ſit, nouum tribuens titulum, beneficij qualitas, vacationis modus, & generaliter omnia exprimẽda ſunt, quæ Papam ad concedendum, vel mouere, vel retardare poſſunt. Rot. 238. in not. Felyn. dicto c. in noſtra. num. 17. At vero hæ duæ literarum formæ, Rationi congruit, & ſi neutri, licet gratiæ ſint. glo. clem. gratiæ. de reſcri. Panorm. c. ſedes. eod. tit. non tamen expectatiuæ dici poſſunt: cum de vacante beneficio concedantur. Inter gratias autem ad vacatura, & ad vacantia, plurimum intereſt. c. ſi ſuper gratia. de offic. delegati. in 6. gloſſ. & docto ca. cum qui. & c. ſi cui. de præbend. eod. lib. Ne autem collatores ordinarij mandatis de prouidendo nimium premerentur, declararunt Roman. Pontifices, ſe nol-
16 le eandem Eccleſiam † pluribus mandatis grauare ca. mandatum. c. literis. & ca. abbatem. de reſcr. Ideo ſolita inſerit gratijs
17 clauſula. Si pro alio ibidem † non ſcripſimus. Quæ tametſi adiecta non ſit, exaudienda eſt. c. ex parte. 1. de offi deleg. d. c. mandatum. in fin. Et effectum habet, licet plurali numero Papa vſus ſit. Si pro alijs &c. Et pro vno tantum eum anteà ſcripſiſſe conſtet. Gemin. c. quamuis. 1. de præben. in 6. Cum vtrobique ſit eadem ratio. c. prudentiam. §. adijcimus. vbi Dec. de offic. deleg. ne videlicet duobus mandatis Eccleſia prægraue-
18 tur. Et numerus pluralis, ſi non ſubſit rationis diuerſitas, in ſingularem reſoluatur. l. Publia. §. fina. ff. de condition. & demonſtr. Ergo vim ſuam perdit hæc clauſula, ſi primus impetrans, (citra beneficij aſſequutionem,) gratia ſua excluſus fuit per adeptionem, puta ſecundi incompatibilis, clem. gratiæ. de reſcrip. renuntiationem mandati. cap. ad audientiam. 2. de reſcrip. aut eiuſdem factam, a cõcedente reuocationem. capit. quamuis. eod. titul. in 6. Cùm ceſſet ratio. Neque enim per primam gratiam eccleſia grauata fuit, & verba cum effectu accipienda ſunt. l. 1. §. hæc autem. ff. quod quiſque iur. cap. relatum. de cleric. non reſiden. Quocirca in Gallia credide-
19 rim, † aduerſus collatorem ordinarium habentem collationẽ quinquaginta beneficiorum, & vltra, qui ex Concordati lege, duobus tantùm mandatis grauari poteſt. §. 1. de manda. Apo-
20 ſtol. in concord. tertiam gratiam † effectum habere, ſi primæ vires euanuerint. Reb. dicto §. 1. Cùm priores dici non poſſint, cap. factus. 7. quæſtio. prima gloſſ. capit. cum in noſtris. de conceſſion. præbend nec impedimentum præſtare debeant, quæ viribus caruerunt. l. ſi dari. ff. de verbor. obliga. capit. non præſtat. de regul. iur. in 6. Adijci quoque ſolet mandatis, clauſula
21 † optionis. Conferas, quod duxerit acceptandum. capitu. 1. de
22 conceſſione præbend. in 6. Quæ efficit, vt mandatarius † ex pluribus beneficijs, ſimul vacantibus pinguius eligeret. cap. ſi pluribus. de præbend. in 6. & qui primum beneficium citra fraudem vacans. cap. 2. de renunt. eodem lib. quantumuis exiguum, alioqui acceptare tenebatur. capitul. ſi clericus. & cap. mandato. de præben. in 6. non ſibi præiudicet, quin omiſſo primo ſecundum acceptare poſſit. Rot. 37. in Ant. niſi clauſula certi temporis determinationem habeat. Veluti conferas beneficium quod intra menſem a vacationis notitia duxerit acceptandum. Quo caſu, quia ad tempus permiſſum, poſt tempus prohibitum intelligitur. l. ſi ita quis. ff. de vulgar. poſt menſem beneficium adhuc licet vacans, non poterit optare. gloſſ. clem. vn. de conceſſio. præben. Rot. 192. in Ant. Si tamen acceptationi, & poteſtati executoris, vt in ſpecie propoſita, tempus adijciatur. d. clem. vnic. Secus ſi inhibitioni, & decreto. gloſſ. d. clem. vnic. veluti quia mandetur prouideri Titio de beneficio quod duxerit acceptandum, inhibendo, ne intra menſem poſtquam de vacatione ei conſtiterit, aliquis de illo quacunque authoritate diſponere præſumat. Geminian. cap. tibi qui. col. 2. de reſcrip in 6. gloſſ. d. cle. vnic. Et ita inſpici diligen-
23 ter oportet reſcriptorum † verba. capit. porrò. de priuileg. In dubio tamen, ſi conſtet de acceptatione, præſumetur intra
24 menſem facta. Rot. 94. in Anton. Eſt & clauſula Decreti † irritantis, mandatis adijci ſolita. Cuius tanta eſt vis, & poteſtas, vt inſerta literis a Papa, dicto cap. tibi qui. aut ab eius exequutore. cap. 1. §. ex parte. & cap. ſi ſoli. ad fin. de conceſſ. præben. in 6. beneficium afficiat. d. c. tibi qui. & d. c. 1. ligetque collatorem, etiam ignorantem. cap. dudum. & cap. pen. de præb. in 6. c. ſi eo tempore. de elect. eo. lib. Nec tantùm inferiorem. d. c. ſi eo tempore. ſed etiam Papam ipſum, & eius exequutores, ſi non aliud exprimatur. cap. pen. vbi Gemin. in fi. de præben. in 6. d clem. vn. de conceſſ. præbend. quantum tamen ad rem ipſam, hoc eſt beneficium, vt in contrarium facta eius collatio non teneat, non item quantum ad pœnam. gloſſ. clem. nolentes. de conceſſ præbend. qua contemnentes exequi manda-
tum affliguntur. cap. prudentiam. §. adijcimus. de offi. delegat cap. dilect. 2. de præb. in 6. de qua alij. Reb. trac. nom. quæſt. 19.
25 alibi copioſe tractant. Cùm pœnæ † aduerſus ſcientes duntaxat paratæ ſint. l. fina. ff. de decret. nec obſtat, q̃ annullatio
26 actus, † pœna dicatur l. ſenatus. ff de contrahen. emp. c. ſi religioſus. de elect. in 6. hoc enim larga quadam appellatione recipitur. Innocen. cap. ſi vero. de ſenten. excommun. Propriè autem, irritatio actus non eſt pœna. l. eius qui. ff. de iur. fiſc. quæ tunc ſignificanter dicitur, cùm corporalis, vel pecuniaria imponitur. Fely. c. 2. de conſti. Inno. d. c. ſi uerò. Vſitata eſt prætera mandaris, † clauſula Anteferri, qua prærogatiuam conſe-
27 quitur impetrans, vt contra naturam literarum ad beneficia. c. capitulum. de reſcr. c. eum cui. de præbẽ. in 6. & d. c. tibi qui. prioribus in data, qui tamen non acceptauerunt. Rot. 640. in in Anti. quibuſque a Papa canonicatus collatus non eſt. c. ſi clericus. §. verum. de præben. in 6. Felyn. d. ca. capitulum. col. 7. præferatur. cap. quamuis. de reſcr. in 6. d. c. penul. non quidem expectantibus authoritate concedentis ſed prædeceſſorum. cap. authoritate. de conceſſio. præben. in 6. Et ita aduerſus im-
28 prudentiam † Celeſtini Papæ curiæ Romanæ vſus recepit, vt eiuſmodi clauſulam, contra expectantes authoritate prædeceſſorum, non propria, Papa concedat. Geminian. d. ca. penul. 1. quæſt. de præben. in 6. De qua ſcriptores alibi pleniſſimè dicunt. Felyn. d. cap. capitulum. Cardin. conſi. 137. Solet denique
29 inſeri mandatis clauſula † Motu proprio, omnem habens virtutem, & effectum. clem. ſi Romanus. vbi Cardin. 3. quæſtio. de præben. pleniſſimamque interpretationem recipiẽs. c. ſi pluri. eod. tit. Reſpectu tamen eorum, quæ in iure expreſſa leguntur, Veluti, vt impetrantem a ſurreptione excuſet. ca. ſi motu proprio. cod. tit. Nam contra ius commune. glo. clem. per literas, de præb. aut præter, hoc eſt reſpectu eorum, quæ lege expreſſa non ſunt. Panor. c. quia circa. de conſang. & affi. clauſula mo-
30 tus proprij † nihil operatur. Vnde nec tollit ius tertij. Pan. & alij. c cauſam quæ. 2. de teſta. cui quantumuis modico princeps præiudicare velle non præſumitur. c. quamuis. de reſc. in 6. glo. c. cum olim. de conſue. Nec incapacitatis diſpenſationẽ inducit. glo. d. clem. ſi Rom. Cùm Papa diſpenſare non credat, niſi id exprimat nominatim. c. non poteſt. de præben. in 6. Sed
31 nec motus proprius † inferioris a Romano Pont. ſurreptionem aufert. Arch. & cæteri. d. c. ſi motu proprio. Etiam legati a latere. glo §. item quod vniuerſitates. de colla. in prag.) Cum iura ubique de motu proprio Papæ loquantur. d. c. ſi motu. d. cle. ſi Romanus. atque ita reliquos tacendo excludant. l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne. de præſump. Et generaliter traditum ſit, taciturnitatem obtenti beneficij legati collationem vitiare, c. fin. de off. leg. in 6. cle. fi. de offi. ord. legatique poteſtas ſit extraordinaria, ordinarijs grauiter præiudicans, vnde reſtringenda. gl. d. cle. fi. Pan. c. ſi quis contra. 2. not. de foro comp. ad hãc
32 clauſulam. Poſtremò notandum, motum proprium † literis non expreſſum non præſumi. d. c. ſi motu ſed magis credendum ad partis poſtulationem, literas emanaſſe. l. 1. de petit. bo. ſubl. lib. 10. C. niſi geminatę ſint. §. & hoc verò iubemus. vt nul. iud. col. 9. in auct. aut impetrantis benemerita præceſſerint. l. ſi uerò. §. idem Papi. ff. manda. alijſque certis caſibus, quos alibi doct. plena manu conceſſerunt. Alexan. Ia. Dec. l. 3. ff. quod quiſque iur. Et hæ ſunt præcipuæ reſcriptorum Clauſulæ, quę vt alię infinitæ, pro aulicorum captu, & induſtria excogitatę, varias mandatis dederunt formas. Geminian. capitul. ſi ſoli. de conceſſion. præbend. in 6. Neque enim certam lex pręſcripſerat. Ancharan. clemen. prima. eod. titul. inde autem cum lites paſſim oborirentur, & iurgia implacabilia: exoratus Leo Papa a Franciſco Galliarum Rege, vt obuiam litibus iretur. §. 1. de
33 mand. Apoſt. in Concor. Gallis † certam mandati formam conceſſit. For. mand. Apoſt. in Concord. Quę an ſubſtantialis
34 ſit, † vt ab eius verbis nullatenus diſcedi poſſit, an verò exemplaris, diu, anxieque, quęſitum eſt. Adeò quidem, vt principes conſulti diuerſa reſponderint: Clemens enim Pontifex. ſeptimo. Anno. tertio Pontificatus. texto. Id Ianuar. exemplarem, Franciſcus vero Rex Galliarum ſeu hanc declarationem fecit. 29. Martijs. 1527. ſubſtantialem, & neceſſàriam eſſe uoluit. Quo iure nos vtimur. Neque enim mandatum, clauſulas in mandati forma non expreſſas, vt optionis, anteferri, & Decreti, irritantis, continens, in Gallia
35 † recipitur. Ordin. Ludo. 12. articul. ſeptimo, in poſterioribus. Idemque ſi aliud non præſcriptum compræhenderet, veluti, quia crearet canonicum ſub expectatione præbendæ: cùm ex iam dicta forma, de canonicatu & præbenda, aut de alio beneficio vacaturo, mandetur duntaxat prouideri, nec canonicatus ſimpliciter coferatur, ſed tantùm ad effectum

Source : BIU Cujas

obtinendi dignitatem.d.forma mandati. Aut si particulare esset mandatum,ad dignitates puta,præbendas, beneficia curata, aut aliam certam speciem beneficiorum . Mandatum
36 † enim generale ad omnia beneficia,communes Regis & Pōtificis pactiones esse voluerunt. d. forma mandati. vt captandæ mortis votum tollatur. Declaratio regis hac ratione vitur.Quod magis induci constat,ex expressa,& particulari beneficiorum distinctione: cùm vnum vel minimum beneficium,citra fraudem.c.2.de renun.in 6.primò vacans,mandatario debitum,gratiam extinguat.c.si clericus. & c.mandato. de prębē.in 6.Nec prædictis obest Clemen. 7. declaratio, cùm enim formam hanc dederint communia Regis & Pontificis pacta.d.forma mand. Principesque contractu obligati sint. Non potuit Pontifex sine Rege, a forma data recedere.l.ab emptione.ff.de pact.l.6.C.quand.lic.ab empt.nec contractum Leonis prædecessoris legitimum reuocare.cap.fina.ne prælat.
37 vices suas.& d.c.1. Quæ verò in mandatis † exprimi oporteat, ne gratia surreptitia reddatur,Doctor.alibi fusissime tractāt, Felyn.c.in nostra.de rescript.Rebuff. in for.mand. versi.gloss. pro expressis.nos illud generale non omittemus,quò omnes pene particulares casus continentur. Exprimenda non tantum ea esse,quæ Romanum Pontificem ad concedendum retardare possunt.c. postulasti. de rescr.aut difficiliorem reddere.Sed etiam quæcunque lege nominatim cauentur.Tametsi eorum expressione non valde concedens moueatur. Gemin. c.dudum.colum.pen.de præb.in 6. vt beneficium minimum. c.si proponente.de rescrip.c.si motu.de præbend.in 6.nisi pro
38 babilis ignorantia † impetrantem excuset.cap.gratia.vbi doc. de rescrip.in 6.ne alioqui detur prætextus ordinario, modicū beneficium absenti conferendo,mandati vim, & Papæ collationem impedire.Panor.Felyn.& alij.ca.super literis de rescr. Nec obstat,quod ignorantia numeri canonicorum nō iuuet impetrantem.c.constitutus.eodem titu. hoc enim ideo,quia præiudicium tertio,nempe canonicis, irrogaretur. Docto.d. cap.super literis. Quoniam autem ius ipsum non præscripsit qualitates, quibus morosior, & difficilior princeps reddi po-
39 test,recurrendum docet Lappus allega. 89.ad † coniecturas, quæ vel ex principis consuetudine.l. vel vniuersorum. ff. de pigno.action.l.si seruus plurium.§.final.ff.de legat.1. (an aliàs scilicet,non idem concedere voluerit,aut concesserit,sed difficulter) vel ex curiæ Romanæ stylo,Felyn.dicto cap.super literis.Lap.dicto alleg.89. quem ius facere receptum est. capit. ex literis.de consti.cap.literis.de iur. calum. capit. quam graui. de crim.fals.desumendæ sunt.aut cui a Papa canonicatus col-
40 latus est.Impetratum porrò mandatum,† nullum ius spirituale tribuit impetranti.glos.cap.ad audientiam 2. de rescri.nec in re,nec ad rem.gloss.§.volens itaque.de collat.in pragm.nisi in canonicum recepto.cap.pen.de præbend. in 6. cap.final.de concess.præbend. eodem lib. Sed acquirit duntaxat potestatem implorandi officium executoris, vt occurrente beneficij vacatione prouideat.cap.postquam.de præbend. eodem libr. aut faciat per ordinarium prouideri.glo.capit.veniens. de renuntiat.Falluntur itaque qui per mandatum, ius ad rem quæri putant Rebuff.in form.manda.gloss.pro expressis. grauiusque,cum talem vim nominationibus tribuunt. Rebuff.tract. not.quæstio.4.Quod nos pluribus suo loco ostendimus. Vnde auidus lector, quod etiam ad hanc rem pertinet, se poterit explere. Mandatum præterea non afficit beneficium.nec impedit,quominus facta ab ordinario,alteri quàm impetranti collatio valeat.capitul.dilectus.2.de præben. Licet collator Roman.Pontificis authoritatem spernens, grauissimis pœnis sit mulctandus.cap.prudentiam.§. adijcimus. de offic.delega. cap.si soli.de concessio.præben.in 6.quas recentiores Rebuff. tract.not.quæst.10. accurate prosequuntur. Nisi præcedat inhibitio executoris.c.si soli.de concess.præben.in 6.aut insinuatio executoris dati ad prouidendum.cap.1.§.ex parte.eod.tit. Multo magis igitur collatoris manus legarentur, si Papa rectā & expressim, ordinario mandaret, ne alteri conferret beneficium.Panorm dicto capit.dilectus.in fin.Si enim facta aduersus executoris mandatum collatio nulla est,dicto capit.si soli.multò magis contra ipsius Papæ præceptum. Auth. multomagis.C.de episcop. & cleric. & vt gesta contra legem scriptam,nullius momenti sunt.l.non dubium.C.de lega.ita contra præceptum principis qui lex animata est in terris §.fina.de consul.colla.4. Cuiusque placita legis vigorem habent.l. 1. ff. de constit.princip.Rursus afficeretur dubio procul beneficiū,
41 † si inserta esset mandato clausula Decreti.capitul.tibi qui.de rescrip.in 6.dicto capitul. 1.§.ex parte. & dicto capitul.si soli. Aut impetrans sub expectatione præbendæ in canonicum iam receptus esset.capit.dudum.& dicto cap. si post quam.de præbend.in 6.dicto capi.si soli. in fine.vel etiam mandatum ei dirigeretur , qui conferendi beneficia (nisi in vim huius gratiæ) potestatem non haberet. Panormitan.dicto cap.dilectus. tumque, quia formam,& tenorem mandati,(cuius fines diligenter custodiendi sunt.l.diligenter.ff.mandat.) collator negligere,excedereve non potest.capitul.cum dilecta. de rescri. capitul.venerabili.de offic. delegat. Porrò autem concurren-
42 tibus pluribus mandatarijs, † eius causa prævalet, qui primo impetrauit.capit.eum cui.& capit.quia sæpe.de præbend.in 6. capit.tibi qui.& capit.duobus.de rescript.eodem.lib. respectu etiam vnius momenti vel horæ, si de eo constet. gloss. dicto capit.duobus.Et quamuis impetrans secundus primò præsentauerit,priusquam in canonicum fuerit receptus. dicto capit. tibi qui dicto cap.cum.vt vera sit regula, qui prior est tempore,potior est iure.capit.qui prior.de regu.iur.in 6 Nam etiam
43 ratione horæ † actus altero prior esse dicitur. Accurs. l.si ex pluribus.§.final.ff.de solut.Sunt fateor certi casus, quibus im-
44 petrans † secundus præfertur primo. Velutisi clausulam,Anteferri,de qua suprà satis multa diximus,literæ suæ contineāt. cap.quamuis.de rescript. in 6.capitu. penul. de præbend. eod. lib.Aut ex persona tertij impetrantis secundus hoc ius prælationis nactus sit capitul.penul.de concessio.præbend.in 6.Vel etiam,si primus ratione ordinis beneficio annexi sit incapax: quia præbenda sacerdotalis vacat , nec in ea ætate primus existit qua possit ad sacerdotium promoueri.capit.ei cui.de præbend.in 6. Idemque si collato a Romano Pontifice duobus canonicatu primus ad præbendam, secundus ad præbendam & dignitatem, personatum,vel officium mandatum habeat, & præbendam vacare contingat dignitati, personatui, vel officio annexam.dicto capit.quia sæpe. vt ratione vnionis consequatur,quod principaliter non posset obtinere.capit. super eod.de præbend. in 6. Denique si primo impetranti notabilis
45 negligentia † imputari possit,præfertur secundus. capit.si clericus.de præbend.in 6.dicto cap. tibi qui. in fin. Et licet certos casus scriptores designent , quibus primus negligens dici potest.Felyn.capit.capitulum.colum.3.de rescript. magis tamen puto id omne iudicis arbitrio dirimendum. l. 1. ff. de iur. deliberan.Cardin.clem.vn.§.final.3. quæst. de concess.prabend.
46 Sed videndum,quæ beneficia † sub mandatis de prouidendo includantur:& constat omnia , quæ nominatim excepta non reperiuntur,comprehendi.cap. mandatum. de rescrip. Doct. cap.dilect 2.de præbend. Cum gratiæ dentur ad beneficia, & beneficij verbo omnia contineantur.capit. 2. de præb.in 6.gl. cap.1 de reg.iur.co.lib.Excepit autem cum primis lex dignitates electiuas.c.cum in illis.§.1.de præbē. in 6. rursus beneficia patronata laicorum.c.cum dilectus.de iure patro. Cum non præsumatur Rom Pont.iuri patroni laici derogare velle.Lap. alleg.96.Quod pluribus Felyn.comprobat. Felyn tract.quando lit.Apost. Idque ne laici a fundatione ecclesiarum retrahantur.cap.decernimus.16.q.7.gl.d.c.cum dilectus. Nec dissi-
47 mili ratione dici potest, excepta quoque beneficia , † creata post datam literarum.cle. fi. de rescrip.ne Christiani videlicet a beneficiorum fundatione reuocentur,si intelligant ea simul atque creata sunt,impetrantibus deberi.gl.d.cle.fin. Demum
48 non continentur † suppressa, aut de ecclesia legitime sublata. c.cum accessissent.de const.cum morte non vacent,vt suo loco probatum est.Eademque ratione, nec quæ de mensa prælati existunt.Clem.vn.§. quædam etiam. de excess. prela. Aut præbendę ecclesię non numeratę , in quibus similiter non cadit vacatio.cap.dilecto.de pręb.c.ex parte. de concess. pręben.
49 Deinde non comprehenduntur Monocula † gloss.clem.1. de pręben.Rot.216.Inno. hoc est ad prouisionem eorum spectātia,qui vnius tantum beneficij collationem habent. Rot.261. in Ant.Mandat enim Papa de beneficio aliquo prouideri, re-
50 latiuum autem,aliquo,† rerum plura itatem supponit. glo. d.
51 cle.1.Prętera non includuntur regularia,† sub mandato secularis,aut secularia,sub mandato regularis.§. volumus. de mād. Apost.in Cōcor.Quando,vt sępe dixi, regularia regularibus, & secularia secularibus conferri oporteat.c.super eo.de regula.c.cum de beneficio.de pręb. in 6.nō item vacantia incuria. c.2.in fi.de pręb.in 6.aut ex causa permutationis, cùm ea solis permutantibus debeantur.c.vn.de re.permut.in 6. sed nec cō tinentur in Gallia quę vacant per simplicem resignationem. §.item quod omnia.de colla.in prag §.volumus.eo. tit. in Cō cord.aut alio modo, quàm per mortem naturalem. Rebuff. q.15.trac.no.licet de iure contra.c.2.de renuu.in 6. c.dudum. de pręb.eo.lib. Denique beneficia ex consuetudine ecclesię, per antiquiorem canonicum optata.c.fi.de consue.in 6.deuoluta ad capitulum per episcopi negligentiam.Cle.si. de beneficio.de pręb paternaq; beneficia, ne in sacerdotijs successio induci videat.c.2.& c.ex transmissa,de fil. pbr. mandatis nō in
52 cludunt.Postremò tractādū qñ mādata † finiant & expirēt?Et costat imprimis,reuocatione concedētis. c. quāuis.de rescri. in 6.aut successoris.c.si is.& c.pe.de pb.in 6. c. fi de cōcess. pb. eo li.gratiā extingui.Solent aūt Rom. Pont. in crastinum sųę
53 promotionis, † oēs gratias expectatiuas,a prędecessore cōcessas reuocare.d.c.fin.ubi Doct. Sola verò concedentis morte
54 non reuocant.† Vbi dirigunt,(vt fieri solet)executorib.c. si super gratia.de off.deleg.in 6.c.si cui nulla.de pb.eo.lib Licet secus,si collatorib.tm.Bal.l.mādatū.4.opp.C.mād. Sed nec hoc

casu,

Source : BIU Cujas

casu,in regno verũ est,mãdata morte expirare cum p vim cõ
tractus sub p̃scripta forma concedantur.For.mand.Apost.in
Concord. Quod cũ effectu accipiendũ est.l.j.§.fi.ff.quod quis-
que iur.gl.§.1.de mand.apost.in Concor. idque præsertim ob
tinere debet,vbi ad aliquem actum pro cessum est, tẽdentem
ad effectum mandati.gl.§.item voluit.de colla.in prag. Velu-
55 ti,si collatus sit canonicatus,aut fulminatus † (vt dicunt)pro-
cessus,per ostensionem, & præsentationem Bullæ executori.
Gemi.c.si cui nulla.de præbẽ.in 6.Rursus extinguitur manda-
tum,si mandatarius gratiæ renuntiet.cap.ad audientiam.2.de
rescrip.c.sane.c.veniens.de accu.Licet enim vnicuique ex an-
tiqui iuris regula, his quæ pro se introducta sunt renuntiare.l.
si iudex.ff.de mino.l.pen.C.de pact. Et cum leges in renuntia-
56 ne† beneficij superioris authoritatem desiderant.c.admonet.
c.fi.de renun.c.denique.6.q.3. de beneficio possesso, aut saltẽ
acceptato,non etiam de obtinendo loquuntur.d.c.ad audiẽ-
tiam.Illo quippe casu obligatus est clericus beneficio.c.nisi.§.
verum.de renun. vnde se tali vinculo soluere, nisi de cõsensu
superioris,nequit.l.legatus.ff.de offic.præfect.c. non oportet.
7.q.1.Per literas verò ad beneficia, nullum ius impetranti tri-
buitur.glo.c.veniens. de renun. Vnde superioris (cuius nihil
interesse potest)authoritas,necessaria non est.d.c. ad audien-
tiam.sanè non tantum expresse,sed etiam tacite,mãdato quis
57 renuntiare potest.† Cle.gratiæ.de rescri.veluti per cõtractum
matrimonij.cap.1.c.diuersis.de cleri.coniug.aut alium actum
clericatus professioni repugnantem.c.ex transmissa.de renũt.
c.cum renuntiatur.32.q.1.per assecutionem pacificæ possessio
nis beneficij incompatibilis cum impetrato.c.de multa.de p̃b.
& d.clem.gratiæ. Pacificamque possessionem is habuisse vr̃,
per quem stetit quominus haberet. c. commissa. de elec.in 6.
c.licet eps. de præb.eo. lib.Id aũt cum in gratia, ad dignitatẽ,
beneficium curatum, aut aliam certam beneficiorum speciẽ
recipi necessario debeat.gl.§.quod si quis.2.de coll.in prag.qñ
in mandato gñali ad quæcũque beneficia,simplicis beneficij,
cum alio incompatibilis vacatio occurrere possit,conseques
58 est,apud Gallos,† qui gñales duntaxat ex Concordati lege.For
ma mand. Apost.in concor.gratias admittunt.Clementis con
stitutioni.d.cle gratiæ.locum non esse. Deinde si mãdatarius
59 beneficium primo loco vacans † non acceptet,gratia expirat.
c.si clericus.de præb. nisi in fraudem impetrantis contingeret
vacatio,quia tenui beneficio renuntiatũ sit,ne pingue & opu
lentum moribundi sacerdotium impetrans consequatur.c.2.
de renun.eo.lib.Tumque ne hoc calliditatis commento prin
cipis liberalitas eludatur.l.filiæ.ff.sol.mat.l.3.C.de repud.Simi-
60 liter nec beneficium ab alio † occupatum,aut litigiosum,im-
petrans acceptare tenetur.Rot.608.in Anti. nec inculpandus
est,qui se litibus noluit implicare.l.quia poterat.ff. ad Treb.Et
hæc ad mandatorum introductionem dicta sufficiant,quæ sic
tradita putamus,vt horum vestigijs reliqua quantũuis recon-
dita venari liceat.

De iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Patronus quis.*
2 *Ius patronatus.*
3 *Iuris patronatus acquisitio.*
4 *Ius patronatus quid.*
5 *Ius patronatus spirituali annexum.*
6 *Laicus cur tenet ius patronatus.*
7 *Patronus ab ecclesia alendus.*
8 *Patronus laicus & ecclesiasticus.*
9 *Tempus ad præsentandum.*
10 *Variare quando possit patronus.*
11 *Modi quærendi ius patronatus.*
12 *Fundare quid.*
13 *Acquisitio iuris patronatus.*
14 *Patroni plures eodem iure fruuntur.*
15 *Mulier quærit ius patronatus.*
16 *Vxor an præferatur marito in præsentando.*
17 *Tutor non præfertur pupillo in præsentando.*
18 *Præsentatio non fit de absente.*
19 *Pater an filium præsentet.*
20 *Pater & filius, vna persona.*
21 *Patria potestas quando non spectetur.*
22 *Collatio fructus.*
23 *Electio fructus.*
24 *Præsentatio fructus.*
25 *Institutio spreto patrono nulla.*
26 *Consensus an sufficiat ex postfacto.*
27 *Taciturnitas quando habeatur pro consensu.*
28 *Scientia & patientia, quando pro consensu.*
29 *Permutationi sine patrono, an Episcopo authoretur.*
30 *Negligentia patroni.*
31 *Præsentatio indigni.*
32 *Patronatui laico Papa an deroget.*
33 *Legatus an deroget patrono laico.*
34 *Papa non præsumitur laicis derogare.*
35 *Peroratio.*

Cap. 6.

EXtremum est, vt de iure patronatus dicamus:non quidem libertorum,quod quidem manumissione seruorũ dñi sibi quærunt.c.liberti.c.8.12.q.2. & tot. tit.ff.de
1 iur.patr.sed de eo iure quod habent patroni, † (sic in iure Põ tificio dñr, qui alicuius ecclesiæ extruendæ, aut alterius cu-iuscunque fundationis ecclesiasticæ authores fuerunt,) præ-
2 sentandi † videlicet,& offerendi clericum,quem ecclesiæ va-canti præesse,& in eam collatis redditib. frui velit. Acquirunt
3 aũt hoc ius,† qui de ep̃i consensu, vel fundant ecclesiam, hoc est locum in quo templum extruat̃ assignant. c. 3. c.nobis.de iur.patr.vel ecclesiã ædificant.c.monasteriũ.16.q.7.d. c.nobis. vel ẽt constructas ecclesias,ante consecrationem dotant. c.cũ abbatem.18.q.2.c.piæ mentis.& c.filijs.16.q.7. Vt nõ valde sit
4 obscurum,ius patronatus † quo de agimus finire,ius esse p̃sen tandi clericum ad ecclesiam vacantẽ,ex gr̃a ei cõcessum, qui consentiente ep̃o,vel fundauit,vel cõstruxit,vel dotauit eccle siam.d.c.piæ mentis.Dico imprimis ius esse,non quidem mere spũale,cum a laicis possideatur.c.quærelam. de elec.in hæ-redesque transeat.c.1.de iur.pat.c.filijs. 16.q.7. Et spũalia nec a laicis tractentur.c.decernimus.de iudi.c.cãm. de præsc.nec in eos successionis consanguinitatisvè iure descendant. ca.1.de
5 præb.sed tpale † potius spũali tñ cãæ coniunctum annexumq; c. quanto.de iud.c.de iure. de iur.pat. Vnde nec nisi cum vni-uersitate.c.ex literis.c.cum seculum.de iur.pat.vendi põt.c.ne mini.16.q.7.& d.c.de iure.alioqui contraheret simonia.c.quæ relam.de simo.quæ non tñ inducitur,si pactiones super spũa libus fiant:sed ẽt si super annexis.c.quæsitum.de rer.permuta. Vt annexorum eadem sit rõ,idemq; iudicium.l.cum actum. ff.de neg gest.c.transla.de consti.dr̃ aũt ius patronatus iõ anne xum spũali.d.c.quanto.d.c. de iure. quia pp ecclesiam produ-cit̃,& ad eius institutionem,usumque sacrum ordinat̃.Pan.c. consulere.de simo.& in d.ca.quanto.qñ aũt spũalib.annexa, spũalium naturam redolent.l.quæ religiosis ff.de re.vend.d.c. quæsitum.laicus iuris cuiuscunq; spũalis prorsus incapax.d.c. decernimus.d.c.cãm.nõ põt summo iure possidere ius patro-
6 natus.Pan.c.1.de præb. Cæterum gratiose laicis † quoq; idlem concessit.c.q aũt.vbi Pan. de iur.patr. tum vt cæteri ad eccle-siarum constructionem inuitentur.gl.c.nobis & c. cum dile-ctus.eo.tit.tum ne illis beneficium perijsse videret̃,qui in sacrũ vsum aliquid contulissent.c.cum in officijs.de test.c.ita nos,in fi.25.q.2.vnde vt perpetua quædã memoria, & gratitudo ex-tet, habent & hoc prærogatiuæ fundationum ecclesiasticarũ authores vt si forte premant̃ inopia ipsi,vel eorum filij,ex red
7 ditibus ecclesiæ ali debeant.ca.quicunque.16.q.7. † moderate tñ.d.c.nobis.de iur.patrona.vt non tã videlicet qualitatis per-sonæ facultatumque habeatur rõ,quàm ecclesiæ.Vt ministris qui deseruiunt aliquid supersit.c.fi.ad fi.25.q.2.gl.d.c.quicunq;. Vicissim tamen hoc oneris incumbit patronis,eorumque li-beris,vt solerter animaduertant, ne res suæ fundationis dilapi
8 dentur.c.filijs.16.q.7.Neque verò putandum, solos laicos † iu risp̃atronatus capaces esse:quandoquidem ecclesiasticæ perso næ id quoque iuris hr̃e possunt.c.cum autem.& c.illud.de iur. patr.Quę si rõne proprij patrimonij illud nact̃ fuerint,patro nis laicis nihilominus annumerãtur.ca.cum dilectus.vbi Pan. eo.tit.nam patroni ecclesiastici ij tantum dici debent, qui ra-tione ecclesię quam tenent,eo iure fruuntur. Pan.c.eam te.in fi.illo tit.inter quos, & laicos patronos discriminis plurimum lex Pontificia constituit:nam sicut collator ad conferendum sex menses habet. capitul. secundo, de concession. prębend.
9 ita ecclesia, ad prębentandum, † cum tamen laicus quadri-mestre tantum habeat.capitul.vnic.§.verum. de iure patron. huic verò minus tempus indulgetur,quia licet indignum præ-sentet,non tamen priuatur potestate prębentandi.capitu.cum
10 vos.vbi glossi.de offic. ordin. prębterea variare potest † ante in-stitutionem episcopi,alium prębentando. capit. quod autem. capit.cum autem pastoralis.& capit.fina.de iur.patron.non vt a primo prorsus recedat, sed vt posteriore, priori accumula-to,magis idoneum episcopus eligere possit. cap. cum autem. ubi Panor.eod titu.Ioan.Andr.capit. in re communi. de reg. iur.in 6.Cum tamen ecclesiasticum patronum iudicio maio-re,ac solidiore,esse oportear. Clem. cum illusio.de renunt.In-dignum si quidem prębentans, prębentandi pro ea vice pote-statem amittit.cap.cum in cunctis.§.fina.de elec.glo.d.c.cum vos.nec uariare potest, secundum licet accumulatiue pręben-tando.glossi.d.cum uos.Cardin.clemen.vn.13.quæstion.de re-rum permuta.Vnde fit quędam sicuti pontificij dicunt, com-pensatio,vt onerati in tempore laici in cęteris subleuent̃,con

Source : BIU Cujas

traque subleuati in tempore clerici in cæteris onerentur. l eũ
11 qui. ff. de iureiu. gl. d. c. cum vos. Acquirunt † autem hoc ius patronatus tam laici quàm clerici tribus modis potissimum. Fũdatione videlicet, extructione, & dotatione. glo. c. piæ mentis. 16. q. 7. Non quidem vt putandum sit, vno ex his tantum quæri ius istiusmodi, nisi & alij intercedant. Panor. cons. 106. col. 2.
12 volu. 2. Fundare ecclesiam † proprie dicitur qui fundum assignat, in quo de episcopi voluntate. §. 1. de monac. coll. 1. in auc. §. 1. vt null. fab. orat. do. coll. 5. in aucten. templum extruatur. c. nobis. de iur. patro. c. Abbatem. 2. 18. q. 2. Quamuis & vulgo fundatores ecclesiarum dici soleant, qui construxerunt ecclesias, nec sit pro subiecta materia respuenda hæc interpretatio, c. 3. vbi Ioan. And de testa. existimandum enim nõ est, vt mox attigimus, sola fundatione, hoc est fundi assignatione, ius patronatus quæri. Panor. d. consi. 106. Ne sequatur absurdum, quem dici patronum ecclesiæ quæ nondum est, torqueque nũquam est futura. c. ad audientiam. 2. de eccl. ædificand. Sed ita, si sequatur operis extructio, dotatioque, vel ab ipso fundatore, vel ab alijs. Panor. vbi supra. Vnde quod præterea diximus
13 ab his quoque ius patronatus † acquiri, qui de episcopi consensu. d. §. 1. vt null. fab. suis impendijs & sumptibus in assignato fundo ecclesiam ædificant. c. monasterium. 16. q. 7. glo. d. c. piæ mentis. accipiendum est, si ipsi, aut alij, congruam ecclesiæ dotem assignent glos. ca. quicunque. 16. q. 7. Ex qua dotatione acquiri quoque constat ius patronatus. cap. filijs. 16. q. 7. glos. d. c. piæ mentis. Non tantum vni, sed (etiam si plures dotem constituerint,) pluribus. capit. ad audientiam. 1. vbi Pan.
14 3. not. de eccle. ædis. Et ijs quidem æqualiter † licet alij alijs minus contulerint. glo. in sum. 63 distin. Quod & in fundatione, constructioneque obseruandum est. Panor. in rub. de iur. patro. ad fin. Cum autem masculinus sermo fœmininum contineat. l. si quis. ff. de iurisd. l. 1. ff. de uerbo. signific. dubium non
15 est, quin hoc ius præsentandi fœmina † quoque acquirere possit. c. fi. de concess. præben. cap. ex literis, & vtrobique Pan. de iur. patro. Ampliusque traditum est, vt si maritus, (cui villa forte in dotem data fuit, in qua est ius patronatus) & vxor in
16 præsentando dissentiant, præsentatus ab vxore, † præferatur. Rot. 422. in not. Licet enim maritus, tanquam rei dotalis dominus. l. doce ancillam. C. de rei vend. si nõ contradicat vxor, præsentare possit. Rot. vbi supra. d. c fina. quia tamen vxor naturalis est, & vera dotis domina. l. in rebus. C. de iur. dot. imaginarium quedam tantum dominium maritus habet. d. l. doce ancillam, nec eidem rei dotalis administratio, fructusque, nisi pp onera matrimonij conceduntur. l. si pater mulieris. in fine. ff. de iur. dot. cap. salubriter. de vsur. fructum autem quo nuptiarum oneribus succurratur, ex præsentatione non potest maritus consequi: probabilius videtur vxori hoc ius præsentandi conseruare. Rot. d. q. 422. Nec dissimile est, inquiunt, quod
17 de pupillo, tutore que legimus. † vt præsentatus a pupillo septennium egresso præferatur præsentato per tutorem. glo. & Gemin. in c. ex eo. de elec. in 6. Verùm hic casus propter lubricum ætatis. l. cum prætor. §. pen. ff. de iud. §. præterea, quibus non est permiss. in Insti. dubitabilior mihi videtur. Fred. consi. 43. Quapropter in eo amplius deliberandum reor. Porro autem præsentari debet clericus idoneus, hoc est ipsi episcopo offerri, & exhiberi. Pan. c. cum parati. de app. Vnde de absente,
18 † non iure sit præsentatio. glos. cle. dudum. §. statuimus. de sepult nisi forte perspecta esset & cognita episcopo qualitas absentis clerici. Pan. c. ea noscitur. de ijs quæ fi. a præla cum enim rei demonstratæ frustra adijciatur demostratio. l. 1. ff. de in integ. resti. nihil prohibet, quominus possit præsentari clericus absens, cuius qualitates superior notas habet. Pan. d. c. ea noscitur. nam ea ratione video absenti posse conferri beneficiũ. c. accedens de præb. c. si tibi absenti eod. titu. in 6. Sed an pater
19 † filium præsentare possit, plerique dubitant: cum patronus seipsum non præsentaret. c. per nostras. de iur. patron. Et Iustinian. dicat vocem patris tanquam vocem filij esse §. ei verò. de inut. stipular. in instit. alioque loco, patrem & filium eandem personam pene esse. l. final C. de impub. Et rursus alibi, filium esse partem quodammodo corporis paterni. Vt vbi sit pater, videatur & filius esse. l. cum scimus. de agr. & cen. lib. 11. C. deinde, quoniam quicquid acquirit. l. 1. ff. si a parent. filius, patri quærit etiam hodie, saltem respectu vsusfructus. l. cum oportet. & l. fi. C. de bon. quæ lib. Verum contraria sententia & meritò obtinuit. glos. & Pan. in c. consuluit. de iur. patr. Cùm ex Pomponij sententia, Vlpian. l. illud. ff. quod cuiusque vniuers. responderit, suffragium patris filio prodesse, & econtra. Quod
20 autem pater † eadem persona cum filio intelligatur, humana legis interpretatione, & per fictionem, non etiam secundum veritatem constitutum est. d. l. fi. & d. l. cum scimus. At nos veritatem in spir. tualibus, magis quàm fictionẽ, sequimur. Arch.
21 cap. vn. de vot. in 6. In quibus etiam † vim patriæ potestatis nõ attendimus. Atque ideo nihil acquirit patri, sed totum sibi filius vendicat. c. fi. de iud. in 6. Huius ergo iurispatronatus, quo de agimus, hæc est vis, & potestas, vt ius habeat patronus præsentandi & offerendi clericum, quem præesse ecclesiæ velit,
22 sicuti enim † collatio fructus est episcopatus. glo. c. cum olim.
23 de maio. & obed. & electio † fructus canonicatus: Inn. c. literis. de rest. spol. ita præsentatio † fructus & effectus iuris patronatus. gl. c. cum Bertholdus. de re iud. Vnde non potest alium
25 episcopus, spreto patrono, instituere, † c. illud. in fi. de iur. patr. procedensque de facto, absque patroni consensu institutio nulla est ipso iure. c. decernimus. 16. q. 7. Etiam si credebat episcopus alium verum patronum esse. d. c. cum Bertholdus. vbi Panor. num. 13. Patrono tamen conquærente, & institutionẽ ob sui contemptum impugnante. Doct. d. c. cum Bertholdus. potest siquidem patronus institutioni absque suo consensu
26 ab episcopo factæ postmodum consentire. † Host. in summa. de iur. patro. Sic enim dicimus, consensum epi, qui in constructione ecclesiæ necessarius est. §. 1. vt null. fab. orat. coll. 5. in auct. postea interuenire posse. Rot. 873. Anton. Et generaliter proditum legimus, vbi consensus alterius requiritur, si non peccat actus in substantia, c. auditis. de elec. non referre, an precedat, vel sequatur actum. cap. cura. de iur. patr. in continenti, vel ex interuallo. l. fi. C. ad Macedon. Licet in mandato. l. si vero. §. si post. ff. manda. iussu. l. si quis mihi. §. iussum. ff. de acq. hæred. & authoritate diuersum obtinuerit. l. obligari. §. pen. ff. de auth tut. §. tutor. eo. tit. insti. Qua de re Doctores. Bartol. & alij. d. §. iussum. alibi plenissimè. An autem habeatur pro
27 consensu, patroni præsentia, † & taciturnitas, quæstionis est? Et nisi intercessissent actus tacite approbatiui collationis, cap. ex ore. de ijs quæ fiunt a maior. pa. cap. plerique putant. Felyn. post multos. c. cum Bertholdus. col. 4. de re iud. patronum non videri consentire, sed magis contradicere. l. pen. ff. de furt. Cùm inuitus, & repugnans, in damnosis, dicatur non tantum qui contradicit, sed etiam qui consensisse non probatur. l. filiusf. §. inuitus. ff. de procur. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. Consensisse autem non videtur patronus, & si sciente eo beneficium alteri contulerit episcopus, cum nemo iuri suo renuntiasse censeatur. l. cum de indebito. ff. de probat. c. super hoc. de renunt. Et ideo potius verisimile sit, passum patronum se præsente conferri beneficium ex pudore quodam, & magna verecundia. d. l. pen. de furt. Quòd præsertim sciret, vsque ad quadrimestre, vel semestre tempus. c. vn. §. verum. de iur. patron. in 6. cõtradicendi ius sibi saluum esse. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. sol. Ego verò contra, nam præterquam quod dici so
28 let, scientiam, † & patientiam, eius qui prohibere potest, haberi pro consensu. l. sæpe. ff. de re iud. l. labeo. cum vul. ff. de aqua plu. tractamus hìc de actu publice utili, nempè, vt celerrime vacanti ecclesiæ prouideatur. ca. ne pro defectu. de elect. Non solum autem, quoties de commodis agitur, tacens habetur pro consentiẽte. l. qui patitur. ff. manda. glos. ca. sicut. de elec. in 6. sed etiam vbi tacentis damnum versatur, si materia fauorabilis sit Reipublicæ, is videtur consensisse, qui nominatim non contradixit. l 2. §. 1. ff. ad municip. l. 1. de filijsfa. lib. 10. C. nec ob uerecundiam, aut nimiam episcopi reuerentiam. l. ad inuidiam. C. de ijs quæ ui. metusve capitu. final. patronus præsumitur in dubio tacuisse, nisi alia probentur. Bartol. l. 1. §. quę onerandæ ff. qua. re. act. aut non tacendo irrogaretur superiori infamia. d. l. penul. ff. de furt. Verum enim verò, quod diximus, episcopum non posse sine patroni consensu conferre beneficium. cap. illud. de iur. patron. capit. decernimus. 16. qõ. 7. Doctor. intellexerunt. Rot. 23. in not. Felyn. cap. cum Bertholdus. col. 5. de re iud. in collatione voluntaria, non etiam in ne-
29 cessaria. Vt quæ sit, ex causa † permutationis, cui dicunt, Cle. vn. de rer. permu. episcopum posse authorari, patrono etiam vocato. Ego uerò in effectu parum discriminis esse video, quandoquidem omnes dimittunt, patrono contradicente, & de contemptum postmodum agente, retractandam permutationem. Frede. tracta. permutat. quæst. 30. Imol. cap. final. de rer. permut. Felyn. d. cap. cum Bertholdus. Sunt & alij certiores quidem casus, quibus facta sine patroni præsentatione in-
30 stitutio consistit. Veluti si patronus † intra præfinitum a lege. cap. vnd. §. verum. de iur. patron. tempus in presentando, negligens fuerit. capit. 2. de sup. neg. prælat. quo casu potestas conferendi deuoluitur ad episcopum. d. cap. 2. Panorm. d. capit. illud. de iure patron. Aut alium, ad quem ius instituendi pertinet, etiam episcopo inferiorem. glos. clem. vnd. de supp negl. Panor. capit. 2. in fin. de concess. præbend. Idemque si scienter
31 indignum, † patronus præsentauerit. §. si quis oratorij. de sanctiss. episcop. colum. 9. in auctent. Paria namque videntur, nullum offerre, vel minus idoneum. cap. 2. sed neque. de translat. episcop. Et si iure communi, collationem, aut electionem habentes ob illam causam iure suo priuantur. c. cum in cunctis. §. fi. de elect. quanto magis patroni. l. eius militis. § si militia. ff. de test. mil quibus ex priuilegio, & gratia præsentandi facultas competit. c. quod aũt de iur. patron. quique scienter indignũ offerendo prærogatiuã præsentãdi amittere merent, cõcessa sibi ptãte temere abutẽtes. c. gratũ. de postul pl. c. priuilegiũ. 11. q. 3. laicis tñ pp eorũ (vt puto) ignoratiã. Inn. c. ppositit.

de

de fil.p̃sb.peperciſſe viſus eſt Rom.P̃ot.c.cũ vos.vbi gl.de off. ord.cõſtituens,cũ minus idoneã perſonam laicus præſentat, debere Epiſcopum eccleſiæ vacanti, œconomum duntaxat præponere. Denique quoniam Papa in beneficijs plenitſimã poteſtatem,atque ideo omnem habere ſe profitetur.c.2.de p̃ben.in 6.clem.1.in fin.vt lit.pend.dubium non eſt, quin vires
32 habeat facta ab eo collatio † ſpreto etiam laico patrono. glo. clem.per literas.de præb.Pan.cap.3.& c.cum dilectus. de iure patro.modò de patronatu laici in literis mentio fiat.glo.§.cæterum.in proœ.prag.Panor.d.c.cum dilectus.Hanc quippè p̃ſentandi facultatem patronis ius poſititium,vt ſæpe diximus, gratioſè conceſſit.c.quod autem.de iur.patron.cui legi ſummus Pontifex non ſubiacet.c.propoſuit. de conceſ. præbend. Cæterum,non eadem authoritate reliqui funguntur. Archi. c.hortamur.71.diſt.gloſſ.d.clem. per literas. quamuis à latere
33 legati † qui beneficia clericorum patronata, non item laicorum conferunt.d.cap.cum dilectus.vbi gloſſ.d.clem. per literas. Ne laicos ab eccleſiaſticis fundationibus retrahi contingat.glo.cap.cum dilectus. Quæ ratio cum in iure patronatus præſcriptione,aut priuilegio quæſito ceſſet, receptum eſt, legatum Cardinalem ei derogare poſſe.Panor.in c.dilectus. in fin.de offi.leg.Card.d.clem.per literas.3.q. Sanè verò non præ
34 ſumitur vnquam Papa † conceſſis à ſe literis iuri patroni laici derogare velle,niſi de eius voluntate cõſtet euidenter. Lap. alleg.96.Vnde nec ſub gratia,mandato ve, quantumvis generali,patronata laicorum beneficia comprehenduntur.c.dilectus.3.de præben.glo.d.§.cæterum.niſi tale ius,præſcriptione priuilegio,aut conſuetudine laici quæſijſſent.Caſſiodo. deci. 4.de iur.patro. Ratione quam mox diximus. Quæ omnia diffuſius Fely.alibi pertractat.Felyn.in tract.quando lit. Apoſto.
35 præiud.patro.eccleſ.Et hæc ſunt † quæ de iure patronatus attingere mihi placuit:non ignarus, alia multa congeri potuiſſe,quæ cum nõ valdè neceſſaria putem,ab alijſque diffusè tractentur,hic repetenda non duxi. Ex prædictis autem omnib. quantuliſcunque explicitus nobis videtur ſacerdotiorũ Tractatus:ſuis vtcunque numeris,ac partibus ſibi conſtans. Quo cũ iuris ſtudioſis aliqua ex parte ſatisfeciſſe nobis uideamur, in vigiliarum noſtrarum gratiam illud Vergilianum intorquere non grauabimur. Hæc noſtra interpretatio, hæc in vniuerſum ſacerdotiorum Tractatum cùm breuis, tum luculenta Paraphraſis.

Collectasque fugat nubes, ſolemque reducit.

Ioannes Coraſius Toloſas Valentiæ. 19. Decembr. 1547.

TRACTATVS.

NOMINATIONVM.

PETRI REBVFFI.

SVMMARIVM.

1 *Nominationum cauſæ efficiens, formalis, & finalis.*
2 *Nominationis acceptiones.*
3 *Filiatio an per nominationem probetur.*
4 *Nominatio an præſumptionem inducat.cum num.ſeq.*
5 *Filius ex antiquo nominatus præſumitur filius. item quo ad legitimationem.*
7 *Seruus à domino filius nominatus efficitur liber.*
8 *Præſumptio nata ex nominatione transfert onus probandi in aduerſarium.*
9 *Nominatio papæ aut epiſcopi,an ius tribuat.& ibi, quod inſtitutio canonica in beneficijs requiritur, quæ non fit per nominationem,& nominatio prolata propter aliud non probat.*
10 *Renuntiare iuri ſuo quando quis videatur nominando.*
11 *Practica notabilis.*
12 *Metus cauſa geſta,rata non habentur.*
13 *Ius parti non quæritur per nominationem ſine canonica inſtitutione.*
14 *Item nec ex confeſsione aduerſarii & probatio dubia ſuppletur, & coadiuuatur per confeſsionem aduerſarii,& confeſsio aduerſarii iuuat titulum:ſed non viſo titulo poſſeſsio adiudicari non debet.*
15 *Confeſsio illius qui dicit ſe renuntiaſſe,non prodeſt alteri parti.*
16 *Nominatio pro quadam publicationes & nominatio an probet excommunicationem.*
17 *Nominatio pro garentigio.*
18 *Poſsidens rem furtiuam,illum à quo habuit,nominare debet. & ibi,quod falſarius præſumitur qui falſa inſtrumenta apud ſe habet,niſi nominauerit,à quo habuerit.ubi etiam,quod hæreticus præſumitur is apud quem libri hæreticorum reperiuntur.*
19 *Nominatio quæ fit in alienatione officiorum peculiarium an ius tribuat & num.ſequen.*
20 *Appellari an poſſit à nominatione quæ fit poſt deliberationem,vt in recto eligendo,&c.*
21 *Nominatio facta à facultate, facit electionem,& confirmationem,& tribuit ius perfectum.*
22 *Nominatio facienda per ſenatores.*
23 *Conſuetudo parlamentorum quo ad præſides.*
24 *Nominantes & eligentes iurare debent:& conſcientiæ alicuius quando relinquitur, is iurare debet, quando conſcientia ſua ita ſibi dictat, uel quòd iuſte aget,&c.*
25 *Prælatum eligere uolentes iurare debent,quòd utiliorem eligent.Idem in doctoribus regentibus eligendis.& ibi,quod doctores iurare debent, & quilibet in ſuo ordine eligere.*
26 *Nominatio ad beneficia vacantia an tribuat ius.*
27 *Nominatio in ſcrutinio,ubi exprimitur conſenſus de præſenti, & poſtea publicatur,tribuit ius nominato.*
28 *Nominatio facta Papæ de pluribus,vt unum eligat,ius tribuit,vt ea pendente non procedatur ad electionem.*
29 *Nominatio poſtulatio & electio differunt,& num.30.*
31 *Nominatio quæ fit a rege Franciæ in prælaturis &c. an ius tribuat. & num.33.*
32 *Doctores ad epiſcopatus nominari debent,& quare.*
34 *Nominatio quam Rex facit pro iocundo aduentu in eccleſiis quas reges fundauerunt ius nominato tribuit.*
35 *Nominatio Papę ad uacatura per uiam mandati.*
36 *Rex franciæ non poteſt nominationes graduatis concedere:cùm hoc tantũ ſit permiſſum uniuerſitatibus.*

Prima quæſtio.

Quot modis nominatio accipiatur.

MAteriam nominationum in forẽſi iudicio indies vſu venire mente mea reuoluens, à noſtriſque doctorib. neglectam, uel parum tractatam,queſtiones aliquas à me frequentius petitas, in vnum cogere conatus ſum. Imprimis ſciendũ eſt,quæ fuerit cauſa efficiens formalis & finalis, in his nominatio-
1 nibus.† Reſpon. vniuerſitates cauſam eſſe efficientem forte non male quis dicere poteſt.Nempe ab illis fiunt,& concedũ tur nominationes. & cauſa materialis eſt ſtudium quinque annorum, vel trium in nobilibus,ac gradus acceptus. §.præterea.de colla.in concord. Formalis eſt data forma.in dicto, §. præterea.& §.ſtatuimus.1.& §.teneantur.de collat. in concorda finalis cauſa eſt beneficiorum prouiſio,quæ illis nominatis fit ob ſuos gradus & nominationes,uel fieri debet.& rationes inferius ſubijcio,queſ.3.ijs iactis,materiam aperiamus olim ignotam,nunc verò facilem,& omnibus obuiam.

2 Nunc videamus. Quot modis † accipiatur nominatio. Reſpon.multis.Primò dicitur nominatio, qñ exprimitur nomẽ & cognomen alicuius,vel aliud æquipollens.l.1.& ſeq.ff.de liber.& poſthu.& l.certum.ff.ſi cer.pet. & ſic accipitur in Concord.in rub.de regia facultate primum menſem graduatis debitum nominandi,& tex.in ca.multi.§.ſi quis autem. & §.ſeq. 2.q.1.& regula cancel.Iulij ſecundi.in 4.par.& in l.1.§.1. ff. de magiſtra.conueniendis.l.1.§. cum quis.de quæſt. l. libertus.§. in quæſtionibus.& § nominati.ad municipa.authen.hoc amplius.C.de fideicomm.& teſtator hæredem ſibi nominare debet.l.iubemus.C.de teſta.

3 Aliquando quis † nominat extraenum filium ſuum, & illa nominatio non probat illum eſſe filium nominantis.l.nõ nudis.& l.non epiſtolis.C.de proba.glo.in c. Michael. de filijs p̃ſby.& c.per tuas.de prob.c illud.de præſump.no.in c.tranſmiſſæ.& c.per tuas.qui filii ſint legit.laſ.in l.neque profeſſio.C.de teſta.quia illa verba cenſentur prolata propter aliud, ideo nõ probant.l.ex his.C.de teſta.mili.plenè Iacob.de ſancto Geor. in l.quidam.ff.de probat. Ideo ſi præsbyter vel alius nominet aliquam ſuam commatrem,non propterea probat hoc eſſe. cap.per tuas.de probatio.quia hoc ſæpius faciunt in coniugibus,vt peccatum eorum cooperiatur.Innoc.verbis utor, Panor.& aliorum in cap.ex parte.in fin.de reſti.ſpolia.Dec. conſil.462.viſa.colum.2.

4 Nec talis nominatio † quo ad præiudicium tertij inducit ẽt præſumptionem.Iaſ.conſil.81.factum ſic ſe habet.colum.1.in 1.vol.& conſ.102.Ser Benedictus colum.1.in 3.vol.ideo dicitur.1.Ioan.3.c.Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii Dei nominemur,&c.

5 Primò fallit † quando ex antiquo ſic nominatus eſſet.cap. cùm cauſam.& ibi gl.& doct.de proba.Barba.conſ.6 ſapienter.in 2.vol.& Dec.conſ.35.ad iuſtificationem.Hippo.in rub. C.de prob.fol.24.colum.tertia,cum ſequen. quia non præſumitur quòd tamdiu fuiſſet ſic nominatus. niſi filius eſſet nominantis.

Secundò

Source : BIU Cujas

6 Secundò † fallit,quo ad legitimationem.authen.ſiquis libe ros.C.de naturalib.liberis.Alber.in l.non idcirco.C.de iur. & fact.igno.Alex.conſ.150.in cauſa.in 5. volum.Benedict.in repe.ca.Raynutius,in verbo,& vxorem.nu.204.de teſt.vbi intel ligit per nominationem naturalem patris tantum legitimum hæredem nominantis fieri, quando mulier quæ pepererat filium erat digna tali viro,de quo filium ſuſcepit:alioqui cõtra, vt ſi mulier eſſet meretrix,&vilis conditionis,pater erat diues & nobilis.Ang.in §.ſed & aliud.per illum tex.in auth. quibus mod.natu.effici.legit.col.6.Alium caſum tradit Bart. in l.1.§. idem per contrarium.ff.de liber.agnoſcend. Hoc tamen non ſeruaretur in forenſi iudicio, ſi aliter non probaretur matrimonium, vt ſcripſi in praxi beneficiali in reſcripto legitimationis.

7 Tertiò † limita fauore libertatis,vtpote ſi dominus ſeruum ſuum ſcienter nominauerit filium ſuum, tunc efficietur liber. §.fin.inſtitu.de adop.& in alijs caſibus traditis per Feli.& Dec. in c.per tuas.vbi nominatio probat in caſibus ibidem traditis. de probatio.

8 Item ex iſta nominatione † naſcitur præſumptio,quæ trãſfert onus probandi in aduerſarium.gl.in cap.Michael. de filijs præsbyterorum.Calca.conſ.36.viſis.num.21.

9 Idem ſi Papa † aut epiſcopus nominaret aliquem archidiaconum,decanum,vel alio beneficij nomine, propter hoc nõ probaretur talis dignitatis aut tituli collatio,nec per talem nominationem cenſetur dignitas,aut beneficium illi ſic nominato acquiri, nec aliquid iuris eidem tribuitur. text. ſolennis in clem.vlti.de ſenten.excom.Roman.conſ.18.admittimus.col. 1.Lappus allegat. 7. diſceptat.quia in beneficijs requiritur canonica inſtitutio.c.1.de regu.iur.in 6. quæ per hanc nominationem non fit,nec colaltio,nec alia ,puiſio, vt patet ergo,&c. quia illa nominatio eſt prolata propter aliud, tum quia ſuper hoc narrato non fundatur intentio diſponentis, tum etiam, quia tales collationes ſunt faciendæ idoneis, qui ob hanc nominationem non cenſentur, nec voluntas Papæ per hoc diſcernitur.Bonifac.in d.clem vlt.niſi exprimeret ſe velle cõferre,vt ibidem dicitur.Fely.in c.nonnulli.col.17.& ſeq. de reſcr. & ca.ſi aliquando.de ſenten.excommu.Iacobi. l. quidam.col. 2.ff.de probatio.

10 Fallit,† qñ collitigans nominaret eum cum quo litigat, ſub nomine dignitatis vel beneficii ſuper quo litigat,vel ad illum ſic ſcriberet,vt Archidiacono tali, vel canonico, tunc illi ſic nominato uidetur ius ſuum renuntiare.tex. ſolennis in c. ex ore.de his quæ fiunt a maiori parte cap.& ibi Panor.in 4.nota.& in c.cùm ad noſtram.de elect.in 1.not.D.Boe.in additio. ad Dyn.in regul.1.de reg.iur.in 6.circa fin. Ideò ſolet in ,pceſſu apponi,contra talem aſſerentem ſe decanum,vel vt aſſerit, & iſta eſt notabi.practica, qua vtuntur cauti aduocati,vt indies video.

11 Et ideo dicit Speculator † in titulo de libelli concept.§.fin. verſ.item càutus ſit actor.vt ſe nominet rectorem talis curæ, vel dominum talis rei, & tunc reus poteſt petere vt detrahat illa qualitas.& ponatur rector,vt aſſerit, vel poteſt petere, ꝙ illa nominatio non afferat ſibi præiudicium, quod iudex facilè ſibi concedere poteſt. quod bene nota in forenſi iudicio.

12 Intelligeuerum † quando ſponte nominaret, & eidem reuerentiam tanquam decano,uel tali N. exhiberet.ſecus ſi coacte hoc faceret.quæ enim metus cauſa geſta ſunt,rata non habet prætor,per totum titu.ff.quod met.cau. & illo titul. in decreta.ſi tenet.Domi conſ.15.reuerendæ.2.dubio.

13 Secundò, † intellige ꝙ per talem nominationem non acquiratur ius nominato ſine alia canonica inſtitutione. d.regula.2.& per Ioan.de Selua.in tracta.de benefi.in 3.parte.q.10.p c.dilecto.de præbend.nam quandocunque quis priuatur beneficio,tamen collitiganti non acquuiritur,niſi per collationem aut aliam canonicam inſtitutionem.c. olim.in fin. de reſcrip.Dom.conſ.38.pro clariori.col.2 dixi plenius in praxi beneficiali.

14 Item nec ex confeſſione † aduerſarij acquiritur ius mihi:qa nõ dependet à parte dare titulum in beneficio. gl.in rubri.de pacific.poſſeſſ in verbo triennio. ſñ dubia probatio facta ſup titulo põt ſuppleri & coadiuuari per conceſſionem aduerſarii.gl.ſingu.in c.pen.in uerbo,ſi non appareat, de reſcrip. in 6. quam ſing.notat Barb.in c.tuæ.col.10. ut lite non conteſta. & conſ.45.colum 4.in 1.uolum.nume.9.& conſ.62.colum.9.ibidem.& in cõſ.8.col.11.in 2.uol.& conſ.70.col.2.ibidem.ac cõſil.10.col.2.in 3.uol.ac conſ.40.col.13 & col.17.in eodem uol. & conſ.26.col.7.in 4.uol.& Fe i.in c.olim.col.pen.& ſeq.de reſcrip.plene tradit Aufrer.in deciſio.capel.Tholoſa.q.473.utrũ in cauſa,&c.ubi dat aliam limitationem.

15 Præterea ſi quis depoſuerit † contra decanum, inſtãte procuratore fiſcali,non ob hoc uidetur renuntiare iuri,quia hoc tendit ad fidem faciendam,non ad renuntiandum.per tex.in argñ in l.Gaius. ff.de pig.actio. & confeſſio illius qui dicit ſe renuntiaſſe,non prodeſt alteri parti.Et ſic male iudicatũ fuiſſe per iudicem, qui nõ uiſo titulo unius partis poſſeſſionem adiudicauerat alteri parti dicenti ſe non habere ius in beneficio.aſſerit Boer.in quæſtio. 89.moto & pendente in deciſio. Burdegalen.

16 Secundò accipitur nominatio † pro quadam publicatiõe, ut quando excommunicatus nominatur in eccleſia per preſbyterum parochialem, & tunc nominatio etiam in pãlo eccleſię facta non probat,ſi de graui ageretur præiudicio,ut poteſt ſi ageretur de amittendo beneficium.gl.in cap.1. in uerbo, nomen.de excep.in 6.gl.in c.licet.in fin.de ſenten. excom.eo. lib.gl.in uerbo,denuntiata.de excom.non uitand.in pragma. dictum eſt in interpre c.poſtulaſti.num.76.in 2.notab.de cle. excom.miniſtran.hic non repeto.

17 Tertiò,† accipitur noïatio,qñ quis conuenitur actione reali,& is nominauerit auctorem ſuum, à quo rẽ habuit,ut cauſam defenderet,& vt practici dicunt,garentiret.l.2.C.ubi in rẽ actio.l.authore,de euict.Bar.in l.officium.ff.de rei uendi.Soc. plene in cap.fin.§.quòd ſi ſuper.ut lit. non conteſt.de qua ſcripſi in tract.de dilatio.arti.2.gl.1.in 3.tomo commenta.in conſti.reg.Gal ic.

18 Item qui poſſidet rem furtiuam,† ut furti ſuſpiciõem uitet, nominare eum à quo rem habuit,tenetur.l.ciuile,& l.inciuilem.C.de fur.Bar in l.ſi.col. 2. ff.de quæſtio. & qui falſa inſtrumẽta habet apud ſe,præſumitur falſarius, niſi nominet à quo habuerit.l.maiorem.C.ad leg.Cor.de fal. Alexan.conſ.265.põderatis.in 6.uol.Hippo.conſ.52.miſericordia.num.33 cum ſequen. Idem ſi libri Lutheri,uel alii libri hæreticorum reperiãtur apud aliquem,nam ille præſumitur hęreticus. Arch.in c.ſi. 24.q.2.per illum tex.Roma.ſing.322.eo.ipſo, ubi corrupte allegat.uide.

19 Alia eſt nominatio † quæ fit in officiis ſecularibus, utpote qñ agitur de eligendo conſules in Montepeſſulano, uel capitularios Tholoſanos,ſeu iuratos Burdegalæ,de quibus in c.ſi. de procurat. Idem quando ageretur de eligendis ſcabinis in Francia,de quibus in c.1.de immunita.eccle.in 6.Aut ſi agatur de eligendo ad aliud officium,tunc ſi extraneus fuerit ad cõſilium,& nominauerit aliquem ualde idoneum,ac conſulibus ſuaſerit,ut illum nominatum per eum eligant,tunc illa nominatio nil iuris tribuit, & ſic non grauat quenquam.l.1.§.ſolent.& ibi Bar.ff quando appellam.ſit.ideo non eſt neceſſe ab ea appellare.l.nominationes.C.de appella.can.ei qui.§.nominationes.2.q.6.

20 Quædam eſt alia nominatio,† quæ fit poſt deliberationem ut in rectore eligendo,uel in ſcabinis,ſeu aliis, & tunc tribuit ius,licet non perfectum, ſi à ſuperiore debeat confirmari, ut in rectore Montiſpeſulani,& Valentiæ:& dicitur quædam electio.§.poſtea,in authen.ut iudices ſine quoquo ſuffrag.col.2. l.nominationum.C.de decur.lib.10.& rub.de pericul. nomina.eod.lib.l.1.C.de tuto.uel cura.illuſtrium. Et ab iſta nominatione poterit appellari, ſi iure non fiat: ut ſi nominatus rector ſit de facultate artium,& debeat eſſe de facultate canonica,uel theologiæ.l.una.& ibi Barto.& Rebuff.C.de portio.ad munera nomi.li.10.uel ſi fiat ab inimico.l.una. C.ſi pp inimicitias facta ſit creatio libr.10. & ſic nominatus uel alius tenẽt intra decem dies appellare.l.ſi adſcribatum.C.de appella. & l. hi qui ad ciuilia.ibidem.uel ſi aliquis ſcabinus,aut conſul,ſine confirmatione gubernatoris,aut locum tenentis,& procuratoris regii adminiſtrauerit.nam electio gentibus regis preſentibus Bailliuis,aut aliis magiſtratibus ſolet præſentari, quam ſolent confirmare.tex in authen.de defenſo.ciui.in prin.colla.3.& ibi not.

21 Nominatio illa eſt, † quæ tribuit ius perfectum ſine cõfirmatione,vt in rectoris nominatione,quę in hac Pariſiẽſi uniuerſitate fit,& alibi in Francia, ubi non eget confirmatione, tunc nominatio facta à facultate facit electionem & confirmationem,ſicut in decreto decurionum.Bartol.in l.1.§.ſolẽt. ff.quando appellan.ſit.Fely.in cap.eam te.col.3.uerſ.4. extende.de reſcrip.

22 Eſt & alia nominatio,† qñ uacat officium conſiliarii,aut p̃ ſidentis,tunc conſiliarii ad unum congregati nominare unũ regi idoneum ad illud officium uacans debent, ut habetur in ordina.Reg.rub *des elections & nominations*.artic.3.& ſeq. Et ſic fui nominatus per egregium hũc Pariſi. ſenatum, & Rhothomagen.anno 1536.die 23.Nouembr. etiã per metuendiſſimũ ſenatum Tholoſ.anno 1541.die 27.Auguſt. quibus quantum debeam,exprimere non poſſum,ſed chartis commendare intendo beneficium mihi per eos factum, & gratias immenſas uerbis,ſi facto non potero agere:cum me tantorum conſortio dignum iudicauerint.

23 Et ex conſuetudine † parlamẽtorum quando uacat officiũ ſecundi præſidentis,tertius nominatur, & aſcendit ad officiũ ſecundi,& quartus ad officium tertii. primus uerò præſes & quartus libere per regem creãtur.in aliis tamen etiam poteſt rex diſpenſare,ſed non inuenitur in Pariſi. ſenatu diſpẽſatum.

Idem,

Source : BIU Cujas

Idem,ſi vacet officium locumtenentis, iudicis, aduocati regiit,aut procuratoris.nam ſolet à curijs ſic nominari,vt ordina.regiis cautum eſt.artic.3.in rub.*des offices de iudicature*. licet multoties pecunia nominet virum. contra text. in authen.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.collat. 2. & etiam contra ordinationes regias.

24 Et in nominatione † requiritur ꝙ nominantes iurent,vt in dictis ordinationibus dicitur, & etiam de iure vbicunque relinquitur conſcientiæ alicuius,tunc oportet quod is iuret,qđ conſcientia ſua ita dictat,uel quid iuſte & recte aget.arg. tex. in l.hac edictali.§.is illud.C.de ſecund.nup. Lucas de Penna. in l.1.C.de nauic.lib.11.Alex.& Iaſ.in l.de pupillo.§.qui opus. ff.de oper.noui nuncia.Præpoſi.in rub.de appella.colum. 15. Alexand conſ.118.viſis verbis.in 2.volum.& conſ.45.in 6.vol. Bolog.conſil.47.nobiles.col.2.Iaſ.in l. admonendi.in lectura. num.111.ff.de iureiur.& in §.ſed iſte.num.121.inſtitu.de actio. & in l.apertiſſimi.in fin.C.de iudic.Hippoly.in l.1. §.præterea. num.111.ff.de quæſt.

25 Sic iurare debent † volentes eligere prælatum, ꝙ vtiliorẽ eligent,vt habetur in Pragma.ſanct.in c.1.de electio. idem in doctoribus regentibus,vt debeant iurare quando eligere uolunt aliquem in locum demortui,ſic fuit pronunciatum in hoc venerabili ſenatu areſtum. Vnde electio non ſpectat ad theologos quando aliquis eligitur ad officium regentiæ iuris ciuilis,vel canonici,nec ad doctores facultatis decretorũ ſpectat electio theologorum, vel medicorum, quia cùm iurare habeant,ꝙ eligent magis idoneum,& doctum, ac auditorib. & ſcholaticis magis utilem,non poſſent doctores medici iurare,quod vnus eſt magis idoneus, doctus,& vtilis in alia facultate, & ſic vera electio eſt, vt illi de facultate tantum eligant.quod hodie etiam Tholoſæ ſeruatur dictante ſenatuſcõſulto,quia multi fiebant abuſus per alias facultates in his electionibus.

26 Alia eſt nominatio † ad beneficia, & quædam reſpicit beneficia vacantia, altera vacatura:prima poteſt dici conſultoria,ſeu tractatoria,vt quando canonici inuicem conſulunt, & nominant aliquos ante ſcrutinium.& tractant an talem N. bonũ ſit eligere,& poſtea proponunt in collegio.ex illa nominatione nullũ ius nominato acquiritur.c.quod ſicut. in prin. de elec.glo.in §.uolens.in verbo, nominationes. de collat.in pragma.quia exprimitur conſenſus de futuro:& ſicut per hęc verba,de nomino te in mulierem,non contrahitur matrimonium,ſic nec per hanc nominationem in beneficiis fic factã. glo.in c.quanto.63.diſt.& in c.conſtitutis.in 2.de appella.Bal. in c.illud.per illum tex.de præſnmp.

27 Aliquando † quis nominatur in ſcrutinio, & exprimitur conſenſus de præſenti, & poſtea publicatur. talis nominatio tunc à maiori parte capituli facta valet,& ex ea acquiritur ius nominato,& dicitur electio.tex.in c.cum olim. de re iudicat. glo.in dicto cap.quanto.& in cap.contra.16.q 7.Bald in rubr. de poſtul.præla.in fi.Panor.Imol.& alij in d.c.ſicut.Et hoc intellige,quando publicato ſcrutinio põt ſequi electio, alioqui non.glo.& docto.in c.publicato.de elect.capit.perpetuo. illo titu.in 6.& capitu.penultim.ibidem.Innocen.in cap. bonæ.in 1.de poſtul.præla.

28 Item fit nominatio † Papæ de pluribus inhabilibus, uel habilibus,vt unum eligat,ſeu aſſumat,de qua eſt tex.in c.1.diſt. 85.Archid.in c.nulla.de elect.in 6.& c.quanto.col.263. diſtin. vbi dicit,qñ ſunt duo uel tres excellẽtiores in eccleſia, nominantur omnes Papæ,vt vni prouideat.q.c.1.& ex tali nominatione ius acquiritur.16.q.ulti.c.contra. uidelicet ut ea pendente non procedatur ad electionem.

29 Et differt à poſtulatione † in qua vnus tantum poſtulatur, & plures nominãtur. & poteſt fieri nominatio alternatiue, licet poſtulatio non.Ioã.Andr.& Imol.in dicto cap. bonæ.in fi.de poſtula.præla.Domi.& Peruſ.in c.2.de ele.in 6. Et in his primo nominatus cenſetur dignior.cap.quorundam.de elec. lib.6.Fely.in c.cum dilecta.num.5.de reſcr.& maior. l.1.ff. de albo ſcriben.ac magis dilectus.Bald.in rubri. C.ſi quis omiſſa cau.teſta.col.vlti.Dec.in c.Nicolao.de appella.

30 Et ex hac ſola nominatione,ſi non fuerit perfecta,non priuantur nominantes poteſtate nominãdi,etiam ſi nominauerint indignum,quod ſecus eſt in eligẽtibus.ca.cùm in cunctis. §.fi.de elect.c.perpetuò,illo titu.in 6.& dixi in repet.capit.poſtulaſtis.in 4.notab.de cleri.excommu.miniſtran. Aequiparãtur tamẽ poſtulationi, quia ante præſentationem poterit uariare,poſt non.cap.bonæ.in 2.de elect.Barto.in l.abſenti.ff. de dona.Ioan.de Selu. in tracta. de benefic. in tertia parte. quæſtio. prima.

31 Hodie quædam nominatio † ſit à rege Franciæ in prælaturis.nam vacantibus archiepiſcopatibus vel abbatiis,& prioratibus,in quibus ſeruatur forma.cap.quia propter. de elec. tũc enim Rex nominare debet Papæ vnum grauem magiſtrum, ſeu licentiatum in theologia,aut iurium doctorem, ſeu in altero,vel licentiatum in famoſa vniuerſitate creatum,& in 27. ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum,intra ſex menſes à die vacationis eccleſiarum computãdos. Quòd ſi minus idoneũ nominauerit,adhuc intra tres menſes à die recuſationis computandos,poterit alterum nominare.vt habetur in concord. in tit.de regia.ad prælatur.nomina.faciend.§.1.& ſeq.vbi ſcripſi quomodo intelligatur.facit tex.in c.cum longe.& c.Adrianus.63.diſt.

32 Et quòd doctor ad epiſcopatum † nominari debeat, & eligi,probatur in ſumma.80.diſt.vbi ſic dicitur,Doctorem autẽ epiſcopum oportet eſſe,ne inferiorum culpæ in eum refundantur,qui docendi officium accepit,quod exequi neſcit.De Rota deciſ.5.incip.Papa Innocentius.de priuileg.in antiq.Io. Lupus in repeti.cap.per veſtras.col.4.& ſeq.de dona.inter virum & vxor.Hodie multi ſunt doctores in adulatione,luxu, & venatione.

33 Erat & alia nominatio † quæ conceſſa fuit regi Franciæ ab Inno.6.vt poſſet nominare ad præbendas in triginta,tam metropolitanis, quàm cathedralibus & collegiatis eccleſiis ſui regni,vt citat glo.in §.placuit.in verbo,facultates.de colla. in prag.quæ non eſt ſortita effectum.

34 Alia eſt nominatio, † quam rex facit pro iucundo aduentu in eccleſijs, quas reges fundauerunt, & hic nominatus eſt alijs præferendus,interdum rex nominat veteranum quendã, quem uocant oblatum,& hæc etiam in monaſterijs ſuæ fundationis. vt fuit litigatum in parlamento, anno 1539. die 12. Aug.& in vigil.noſtræ Dominæ. & hoc declaro in praxi benefi.inter reſcripta mixta.titulo de oblatio.

35 De alia nominatione † idem per Stepha.Maleret in tracta. de elect.limita.8.fol. 36. interdum fit nominatio ad beneficia vacatura,a Papa,& per uiam mandati de prouidendo, & de ea loquitur.capit.mandatum.de reſcript.& capit. mandatum. de præbend.in 6.dico ſupra de manda. Apoſtoli. & in forma mandat.

36 Aliæ ſunt nominationes † quæ conceduntur ab vniuerſitatibus regni, graduatis.& debito modo qualificatis, ut eiuſdẽ prouideatur.& de his erit ſermo noſter.& loquitur tit.de colla.in concorda. Et ſuper his affixi concluſionem, regem Frãciæ non poſſe nominationes concedere:uerum eſt, intellige non poſſe concedere nominationes, quę ab uniuerſitatibus cõceduntur graduatis tantum, quia tantum data eſt poteſtas uniuerſitatibus,ut patet in concord.in rub.de coll. §.præterea.ibi,per uniuerſitates nominatis.& §. uolumus autem ꝙ nominati literas nominationis ab uniuerſitatibus in quibus ſtuduerint,obtinentes,&c.& §.monemur.ibidem poſtea poſui.Imò regem poſſe nominare,eo iure utimur, uidelicet ad epiſcopatus, archiepiſcopatus,& alias dignitates, de quibus ſuprà dictum extitit: hoc etiam fuerat conceſſum Carolo regi Franciæ,ut patet in c.Adrianus.& cap.ſeq.63. diſtin. & etiã fuerat eidem data poteſtas eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem.vt ibi dicitur. Sed iſti priuilegio olim renuntiarunt,ut patet in cap.ſacrorum.63.diſt.ſex tempora ſcripſi in concord.de elect.deroga.in princ.

Quædam ſunt aliæ nominationes, per quas rex ſuos nominat conſiliarios Pariſi.ad primum beneficium,quas dicũt quidam utiles & bonas,ſi per eas nemini fieret præiudicium, & rex ſuis conferret beneficia,quæ iure regali confert, & ouem unicam nominatis addictam per uniuerſitates non auferret. de his ego fuſius ſcribam in praxi benefici. nunc huic primæ quæſtioni finem imponens.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatum nominationes quo tempore inuentæ.*
2 *Concilium Baſilienſe procurante Eugenio 4. congregatum.*
3 *Concordata inter Regem Francæ Papam & buando facta.*

QVAESTIO 2.

Quo tempore fuerunt nominationes introductæ.

1 SEcundo † principaliter quæritur, quo tempore fuerunt iſtę uniuerſitatum nominationes inuentæ? Reſpond. ꝙ anno 1438.regnãtibus Eugenio 4 Pontifice maximo, & Caralo 7. rege Franciæ,ut licet uidere in proœmio pragm.ſanct.Pluribus tamen placet nominationes ligaſſe à Paſcha anni 1439.quia uſque ad illud tempus fuerunt toleratæ gratiæ expectatiuæ.glo.in §.inſuper.in uerbo uacatura.& tex.in §.illi uerò.uerſ.datum,&c.

2 de coll.in pragma.nam procurante Eugenio † concilium generale Baſileæ fuit congregatum,quod per multa & animę & corpori ſalubria ſtatuta fecit, quæ Eugenius ad Carolum, tũ Franciæ regem per oratores miſit,rogauitque regem prædictum,ut eadem reciperet,& perpetuò in ſuo obſeruari regno non grauaretur. quibus auditis oratoribus,rex concilium apud Bituriges in ſacro Sacello,congregauit, ſtatutaque p eõcilium

Source : BIU Cujas

cilium Basilien. ecclesia Gallicana cum aliquibus modificationibus approbauit, quas licet videre in pragma. & per Gagui. lib. 10. fol. 226. & seq. in vita Caroli septimi. versic. apud Basileam. Et sic nominationes ab ecclesia Gallicana fuerunt inuentæ in hoc regno, mediante tamen concilio Basilien.

3 Demum Pontifex † summus Leo decimus cum Christianissimo Francisco rege Franciæ Bononiæ, anno 1516. Calend. Ianuarij Pragmaticam sanctionem aboleuit, concordataque fecit, in quibus nominationes vniuersitatibus regni Frãciæ, Delphinatus, & Comitatus Dien. ac Valentinen. reseruauit. vt licet videre in concordat. & scripsi in præfatione ad rubri. de colla. in eisdem.

4 Fuerunt tñ alia concordata † inter Sixtum tertium olim Pontificem maximum, & Ludouicum 11. Franciæ tum regẽ, quæ non fuere sortita effectum, vt est tex. in extrauagan. 1. de maiorita. & obedien. in communibus. & citat Gagui. in vita Ludouici vndecimi. lib. 10. versic. fama ante hos dies ferebatur, &c. glos. in §. non volumus in verbo quatuor. de collat. in pragma. Sequitur Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verbo, si absque. in 2. de fideicommis. substit. num. 44. de testa. & patet in concord. rub. de constitu. §. vnde.

SVMMARIVM.

1 *Nominationes vniuersitatum ad quid introductæ.*
2 *Ecclesia indiget viris literatis, & non asinis, aut porcis.*

QVAESTIO 3.

Nominationes quam ob causam inuentæ sint.

1 TErtio principaliter q̃ritur † quare nominationes inuentæ sint, & in hoc regno introductę? Respon. Primò, vt prouideatur ecclesijs Franciæ de viris literatis, quibus & aliæ quàm maximè indigent. cap. cum ex eo. de elect. in 6. vbi dicit Ioan. Andr. in Nouel. in princip. quòd ecclesia † indiget viris literatis, & nõ porcis, vel asinis deferratis: quod fuit originale dictum Ioan. Mona. ibi, & in c. sicut. num. 10. de verb. signi. eod. lib. & vtrobique latius D. Probus apud eundem Io. Monach. Secundò, vt post studium perfectum (quod est posi quinquẽnium, vt habetur in prooemio. ff.) studentes aliquo munere donentur, in compensationem tam laboris quàm bonorum in studio expensorum. no. in authen. habita. per illum text. C. ne filius pro patre. vbi plenè scripsi. Tertiò, vt pauperibus scholaribus, qui nullũ aut minus sufficiens beneficium habent, prouideatur. §. quod si quis. de colla. in pragm. Quartò, vt vniuersitates regni tueãtur, & foueantur. §. item placuit. de colla. ibidem. Quintò, ne prætextu beneficiorum habendorum Galli homines cogantur deserere studium, & circa alia inuigilare, ut in prooemio concord. ibi, simul ad ea accedebat deformitas, vt literarum studiosi & disciplinis liberalibus incumbentes, aut sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent, literarum studium abijcere, aut certe deponere cogerentur, passimque per vrbes errabundi vagari, vt id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor & scientia per incuriam exolesce rent, & ibi trãduntur aliæ rationes. vide ibi, & in c. pe. de magistris. & quæ scripsi in præfationibus ad rub. de collat. in concordan.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio quid sit.*
2 *Ius est nomen generale.*
3 *Ius nominato acquiritur per nominationes & illarum insinuationum.*
4 *Nominationes gratiæ probant.*
5 *Clausula decreti afficit, & ius quæritur ad rem quando beneficium afficitur.*
6 *Præsentatione etiam à laico patrono facta ius ad rem quæritur.*
8 *Ius ad rem datur ex literis gratiæ, & gratiæ appellatione quid veniat.*
9 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione ualet & ius rei, in re, & ad rem quid.*
10 *Nominatus & mandatarius habent ius petendi beneficia eisdem debita & ius nullum spirituale ex literis ad beneficia quæritur.*
11 *Iuri ad rem facile derogatur.*

QVAESTIO 4.

Nominatio quid sit, quantum attinet ad materiam.

VArto principaliter quæritur † quid sit nominatio? Respon. quantum attinet ad materiam præsentem, est ius quoddam nominato legitimè qualificato bñficia certo tempore eidem præstituto vacantia petendi & acceptandi competens.

2 Primò, dico ius † quod est nomen generale, teste Christo. Porco in §. 1. institut. de vsufructu, vt comprehendat omnes nominatos legitimè qualificatos, habentes ius petendi, & acceptandi beneficia certo tempore vacantia, vt infra declarabitur, licet glo. in §. uolens, in verbo nominationes, in fin. & in § ꝙ si quis cuiuscunque. in verbo irritum. de colla. in prag. renuerit, per nominationes non acquiri ius in re, nec ad rem instar gratiarum expectatiuarum, sed consequitur tantũ quoddam ius præparatorium ad beneficium cadens in turno obtinendo, sicut præsentatus: & illam gl. sequitur Io. de Selu. in tracta. de benefi. 3 par. q. 56.

3 Ego verò teneo ius † nominato acquiri p̃ nominationes, & illarum insinuationem. Quod sic probatur, primò per cap. vlt. de concess. præb lib. 6. vbi ex reseruationibus & alijs gratijs acquiritur ius ad rem impetranti illas.

4 Sic ex istis nominationibus, † quæ sunt gratiæ, vt etiã vult glos. in §. item quod ad dictas, in verbo nominare. de colla. in prag. & in verbo poterunt. ibidem.

5 Secundo sic suadetur, facta iure insinuatione per nominatum, beneficium vacans tempore eis stato est illis affectum p̃ illam clausulam decreti appositam in §. si quis verò. de colla. in concord. nam clausula decreti afficit. cap. tibi qui. de rescri. in 6. c. 1. de concess. præbend. eo. lib. & c. si soli. ibidem. glo. in §. & similiter. in verbo censeatur. de colla. in pragm. & quando afficitur beneficium, dicitur ius quæri ad rem. ca. si postquam. de præb. in 6. ergo per nominationes ius quæritur.

6 Tertiò † p̃ præsentationem etiam à laico factam patrono quæritur ius ad rem. c. dilectus. de off. leg. ubi Bald. dicit quæri potius ius ad factum. c. cum autem. & capit. pastoralis. de iure patro. glo. & doct. in clem. auditor. de rescrip. adeo quòd præsentatus à patrono, si non fuerit uariatum, potest petere confirmationem & institutionem: & si episcopus eum idoneum non admittat, potest ad interesse agere. glo & doct. in d. c. dilectus. Panor. & alij in c. cum Bertholdus. per illum tex. de re iudi. de Ripa. in rub. de iud. num. 70. cum sequẽ. Bald. in Marg. in verb. patronatus. quæst. 2. Roch. Curtius. in tract. de iure patr. in uerb. ius. q. 4. Idem forte erit in nominato, vt possit beneficium certo tempore vacans petere sibi conferri, alioqui non posset, nisi haberet ius aliquod ad petendum.

Hocuerum esse Io. de Selu. declarat in trac. de benefi. in 3. parte. quæst. 11. in 25. qualitate, quando præsentatio fuisset superiori facta, aliàs non, quod sequitur Gomes. in regul. de nõ tollendo ius quæsitum. q. 1. ubi ponit decem modos, quibus ius ad rem quæritur.

7 Quarto probatur, † ex literis gratiæ datur ius ad rem. capit. quamuis. 1. & ibi glo. de rescrip. lib. 6. cap. in nostra. illo titu. in decreta. Sed appellatione gratiæ uenit gratia siue per Roma. Pontificem concessa, siue per alium. glos. in clemẽ. gratiæ. de rescript. nec quo ad hoc uideo differentiam inter mandata & nominationes. ergo idem ius erit. l. illud. ff. ad legem Aquil. Et expressè in mandato de prouidendo tradit Bonifa. in clemẽt. 1. in princ. de elect. & pro hoc est tex. formalis in extra. unam. vers. nos. ibi, ius ad rem expectantibus. de offic. deleg. in communibus. ubi expressè Papa dicit expectantes habere ius ad rem, cuius dicto est stãdum, nisi quis uellet insanire. & ibi est etiam gl. Et Imol. in c. literis. in 1. glos. de rescrip. dicit, ꝙ non semper quæritur ius ad rem affectiuum beneficii, licet interdum tale ius acquiratur, ut quando in literis est apposita clausula decreti, uel interuenit aliud simile, habens afficere beneficium, sed per concordata sunt affecta beneficia nominatis, ergo per nominationes ius ad rem acquiritur.

8 Quintò † ex contractu etiam conditionali acquiritur nobis ius, quod ad hæredem etiam transmittitur. §. ex conditionali. insti. de verb. oblig. Io. de Ana cons. 19. uisis instrumẽtis. facit tex. in l. interdum. ff. de verb. obli. fortius in nominationibus ius acquiretur. Licet quidam dicant nominationes esse gratiam conditionalem, quod non est uerum, vt probatur in cle. unic. & ibi per gl. & doc. de offic. dele. & in c. fi. ubi Fely. de præsump. & alibi declaraui.

9 Sextò † bonum est argumentum à sufficienti partium enumeratione. §. omnium. instit. de actio. sed per nominationes non acquiritur ius in re, ergo ad rem, alioqui nullum, & si nullum ius ex illis acquireretur, non possent nominati uigore illarum beneficia petere, & consequi, licet contrarium dicatur in concorda. in rub. de colla. uide Bald. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cogan. ponentem ius rei in re, & ad rem. Ius rei dicit directum dominium, utile, & quasi dominium, quod uentilatur in publiciana. Ius in re uocat ius hypothecæ, iura seruitutum: unde ususfructus formalis, cũ sit seruitus, dicitur ius in re, non rei. Ius ad rem traditur in dicta in l. sciendum §. diuersa. hæc ille. De iure in re, & ad rem uide gl. in cap. cum qui. de præb. in 6. & gl. in c. fi. de concess. præbẽ. eod. lib. & Decium cons.

Source : BIU Cujas

conſ.147.col.2.Card.conſ.62.caſus.vbi non dicitur ius quæſitum in re per quemcunque actum citra collationem,electionem vel aliam prouiſionem,cum effectu factam, nec ſufficeret acceptatio cum requiſitione, ſecundum eos, vide ibi-
10 dem.& ſic patet nominatum, † vel mandatarium habere ius petendi beneficia eiſdem debita per clem. auditor, de reſcri. & ſic ius quoddam ad rem petendam, id eſt, ad beneficium eiſdem debitum petendum,& conſequendum:non tamen dico illos habere ius ſpirituale,vt quidam falſo aſſerunt me dixiſſe:quia nulli ius ſpirituale ex literis ad beneficia quæritur. vt vult gl.in uerb.renuntiantes.cap.ad audientiam.2.de reſcr. vbi Panor.& Fel.alij autem aſſerunt nominationes nõ tribuere ius ad rem,ſed ius implorandi,cùm vacat beneficium, officium ſuperioris.ſed vellem ab illis ſcire, vnde prouenit illud ius,niſi à nominationibus,& in quo differt à iure petendi beneficia,de quo ſuperius ſcripſi, & ſuperior debet implorari, debebat dicere quis ſaltem ius implorandi collatoris officiũ & ſuperioris.per §.ſi quis verò.de coll.in concorda.ſed cũ iſta ſit in uerbis diſputatio,eam miſſam facio. tamen uide Felinũ in c.cum Berthol.col.1.de re iudicata.

11 Vltimò,† facit tex.in c.dudum.in verſ. nos igitur. de præbẽ. in 6.ubi priuilegio generali de conferendis beneficijs derogatur per ſpecialem gratiam alteri factam,quia in primo priuilegio agebatur de iure ad rem,cui facilime derogatur. Pan. & alii in c.1.de reſcrip.cap.ueniens.& ibi nota.de præſcrip.Decius dicto conſ.147.& pro tenui.col.2.& poſtquam ex priuilegio acquiritur ius ad rem, ergo & per nominationes. ſicut ex aliis gratijs,poſt inſinuationem & acceptationem ius ad rẽ acquiretur.cogita & concorda opiniones ex his quæ Cardi. tradit.& alij in c.mandatum de reſcrip.& in clem. vlti.illo tit. Imol.in c.dilectus.in 2.de præb.& nominatio alio modo diffinitur in alijs materijs,prout ſubiecta materia patitur, ſed nõ proſequor niſi nominationes uniuerſitatum. Et reliqua diffinitionis uerba ſatis per ſe facilia ſunt, & inſequentibus declarabuntur:ea igitur non hic proſequar amplius.

SVMMAIVM.

1 *Nominationes uniuerſitatum quibus concedantur. vbi, quod lex loquens de viro non comprehendit mulieres.*
2 *Tempus competens quod dicatur quantum ad nominationes.*
3 *Studuiſſe in utroque iure quis an debeat, uel in altero tantum ſufficiat.*
4 *Theologi ante ſex annos nominationes iure quòd obtinere poſſunt, quomodo intelligendum.*
5 *Baccalaurei s ante quinquennium iure dantur.*
6 *Studuens in vno iure an poſſit uariare,& ad alterum ire.ubi, quod illuſio & variatio prohibita:& teſtator in dubio videtur grauare hæredem minus quam poſſit.*
7 *Medicina parum cum legibus commune habet: & iuriſconſultus cum omnibus ſcientijs participat.*
8 *Studens in vtroque iure in quo debeat promoueri, uniuerſitatis eſt electio & debitoris eſt electio in alternatiuis.*
9 *Studens in altero iure tantum,& in utroque promotus, an utroque gradu gaudebit, uel altero tantum.*
10 *Priuilegiis doctorum non debet gaudere promotus doctoribus corruptis.*
11 *Officium emens priuilegio officii gaudere non debet.*
12 *Studens in utroque iure per quinquennium, & in utroque promotus, an ſuo gradu gaudere poſsit, & quòd utile per inutile non debet uitiari, maxime in ſeparabilibus.*
13 *Vitiare non ſolent quæ ſuperabundant.*
14 *Ius ciuile & canonicum ita ſunt connexa, ut unum ſine altero nix intelligi queat:& leges ſacros canones non dedignantur imitari, nec canones dedignantur iura ciuilia adducere.*
15 *Leges Pariſiis publice poſſe legi,& traditur intellectus cap. ſuper ſpecula.de priuileg.& num.17.18.19.20.cum ſeq.uſque ad fin.quæſt.*
16 *Lex quando dicatur canonizata.*
17 *Lex ſemel canonizata,licet per Imperatorem tollatur,adhuc tamen in foro canonico ſeruabitur.*
18 *Priuilegia regni in ordinationibus regiis incorporata, ſunt effecta lex regni:intellige tamen ſi per Regem ſunt incorporata.& permiſſo aliquo omnia uidentur permiſsa per quæ peruenitur ad illud.*
19 *Superfluum aliquid non dicitur,licet bis repetatur, quando materia cõuenit duobus titulis.*
20 *Legis una pars uel conſtitutionis debet intelligi & interpretari ſecundũ aliam præcedentem.*
21 *Præcedentium quadruplex uirtus.*
22 *Lex noua ad interpretationem antiquæ refertur.*
23 *Clauſula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretante, etiam ſi eſſent diuerſæ conſtitutiones:& legis una clauſula declarat aliam ambiguam.*
24 *Ratio legem limitat, reſtringit,& ampliat.*
25 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*
26 *Gaili legibus non utuntur.*
27 *Cap. ſuper ſpecula. de priuileg. tantum loquitur de perſonis eccleſiaſticis, nec in laicis locum habet.*
28 *Comparatiuum naturam poſitiui ſapere debet.& ibi, quod ſtudio Theologiæ non eſt ita fauendum, ut legum ſtudium deſtruatur.*
29 *Geminata uerba quid operentur.*
30 *Pariſiis, quare exprimatur in cap, ſuper Specula.de priuileg.& perſona quando exprimitur ratione frequentioris uſus, non per hoc uidentur excludi aliæ perſonæ.*
31 *Idem, ſi aliarum rerum fiat mentio ratione frequentioris vſus, obſeruabitur,& quaſi neglecta uidentur quæ maximè digna ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur.*
32 *Pariſienſis ciuitatis laus.*
33 *Dictionis (quiſquam) uis.*
34 *Verbum, præſumat, quid denotet.*
35 *Diſpenſare ad audiendas vel legendas leges Pariſiis, quis poſsit.& num. ſeq.uſque ad fi.& ibi quod inferior legem ſuperioris non tollit.43.*
36 *Epiſcopus diſpenſat in caſibus à iure expreſsis.*
37 *Epiſcopus canones ſeruare tenetur.39.*
38 *Qui de uno dicit, de alio negat.*
40 *Inducta ad communem utilitatem perpetuò remanere debent.4.*
41 *Conceſſa omnia videntur, niſi ſint prohibita.*
42 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus niſi à iure prohibeatur, niſi immutaret ſtatum eccleſiæ.*
44 *Papa cum ſacerdotibus diſpenſat, vt leges audiant.*
45 *Mutanda non ſunt quę ſemper certam interpretationem habuerunt, niſi ex cauſa, uel niſi errore inducta eſſent.& ibi, quòd nouitates pariunt diſcordias & nouitates inducens reprehendendus eſt.*
46 *Vtilitates vt Pariſiis leges legantur: quia ſtudium extra patriam non poteſt continuari ſine magnis ſumptibus.*
47 *Ciuitas nobilitatur,& locupetatur per leges. Lex in dubio intelligenda, vt minus obliget:& ſenſus delicti excluſiuus recipiendus.*

QVAESTIO 5.

Nominationes quibus concedi poſſint,& quibus non.

1 VInto † principaliter quæritur, quibus concedi poſſint nominationes? Reſpon. graduatis,& debitè qualificatis qui per tempus cõpetens in vniuerſitate famoſa ſtuduerint.§.pręterea.de colla.in concord.viris, & non mulieribus. §.præfatique ordinarii.vbi ſcripſi.in o tit.nam dum lex loquitur de viro,non comprehendit mulieres.l.1.& ibi no.ff.de legib.l.ſcripturas.C.qui potiores in pigno. habeant. Dec. in l.2. ff.de reg iur.ſcripſi in l.1.ff.de verb.ſignifi.

2 Primo quæro, † quod dicatur tempus competens? Reſpõ. decennium in magiſtris, ſeu licentiatis, uel baccalaureis formatis in theologia.Septennium vero in doctoribus ſeu licentiatis in iure canonico,vel ciuili,aut medicina. Quinquenniũ in magiſtris ſeu licentiatis in artibus cum rigore examinis a logicalibus incluſiuè,aut in altiori facultate.Sexennium in Baccalaureis ſimplicibus in theologia. In iure verò ciuili aut canonico ſeu medicina,quinquennium,quo tempore cenſetur peritus.§.diſcipuli.in proœmio.ff.ex quo publica lætitia, patruus meus Rebuff.in l.vna.C.publicæ lætitiæ.lib.12.

3 Secundò quæro † quiſpiam ſtuduit tres annos in iure ciuili,& duos in iure canonico,poſtea promotus eſt in altero, q̃ro an valeat? videtur q̃ non,quia tempus quinquennij requiritur in altero,vt ſupra dictum eſt:ergo non ſufficiet quinquẽnium,ſed requireretur decennium in utroque.Contrariũ arbitror verius:quia in vtroque ſtudendo ſatis in altero iure videtur ſtuduiſſe,quia utrunque faciens,bene alterum cenſetur facere.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem.ff.de uerb. obligat. Bar.& Soci.in l.ſi is qui ducenta.§ utrum.de rebus dub.& laudandum eſt eius propoſitum,dicit in ſimili tex.in l.1.C.de repud. Item hoc probatur per tex. formalem in §. uidelicet. de colla.in pragma.ibi,uel in utroque vel in altero iurium baccalaureis,qui per triennium,ſi nobiles ex utroque parẽte, & ex antiquo genere:aliàs aũt per quinquennium conſimiliter in aliqua uniuerſitate priuilegiata ad minus ſuum ſtudium fecerunt. Poſtquam ergo ibidem eſt ſtatutum, & non inuenitur correctum per concordatum, ergo illi tex.cur ſtari prohibebitur.ut dicit tex.in l.præcipimus. C.de appella. hoc etiam probatur in concorda.§.tempus autem competens ibi,à logicalibus incluſiuè,aut in altiori facultate,vbi magiſtro artium cõputatur tempus quo ſtuduit in altiori facultate, utpote in medicina,uel in iure canonico,ſeu in theologia.ſic ergo coniungetur tempus,quo quis ſtudunt in iure ciuili, & canonico, q̃ iura adeo fraternizant, ut dicam infra, ut in uno non poſſit quis eſſe perfectus ſine altero.

4 Et ſic affixi concluſionem hanc † uidelicet,theologi etiam ante ſex annos nominationes obtinere iure ualent, quod eſt intelligendum quando ſtuduerunt in theologia,& iure canonico,poſtea perfecto quinquennio ſumpſerunt gradum baccalaureatus in iure Pontificio, poterunt uigore illius gradus

in

Source : BIU Cujas

in quinquennio nominationes impetrare. nam tempus quo ſtuduerit theologiam,computabitur ſibi, & coniungetur cū tempore quo ſtuduit in iure Pontificio, & ſic iure obtinebit nominationes ante ſex annos & iſta eſt notabilis cautela pro theologis,vt celerius aſſumant nominationes, ꝙ ſtudeāt ius canonicum,& in eo ſumant gradum, tamen non præferētur alijs in theologia graduatis,vt dico infra. Nec refragatur tex. concordati, vbi ſexennium requiritur etiam in bacalaureo ſimplici in theologia, quia hoc intelligendum eſt quando in theologia vellet ſumere gradum, ſecus ſi in iure Pontificio, vt dixi.

5 Suſtinui etiam aliam concluſionem,† videlicet, baccalaurei non nobiles, etiam antequam quinquennium in iure canonico ſtuduerint, nominationes recte impetrant. quod eſt intelligendum vt prædixi,quando ſtuduerat antea in iure ciuili, ꝙ poteſt ſumere nominationes etiam antequam ſtudeat per quinquennium in iure canonico,quia illud tempus computabitur,quo ſtuduit ius ciuile,& vtrunque coniungetur ad faciendum quinquennium.

6 Nec obſtat quòd poſtquam † cepit in vno iure ſtudere, nō poteſt variare,quia illuſio,& variatio eſt prohibita.clem. vna de renun.& vix longiſſima vita hominis ſufficit ad unam ſciētiam acquirendam. Bal.conſ.412.verba teſtamenti.vol.2.quia vita breuis,ars verò longa.vt habetur iu prin. Aphoriſmorū. Reſpon. ꝙ non poſſet variare in præiudicium alterius, ſed qñ nullus haberet præiudicium principaliter,poſſet, vt in caſu in quo conſuluit Bald.conſ.412.vol.1.vbi concluditur, ꝙ ſi teſtator reliquerit libros legales alicui,ſi fuerit idoneus ad leges,ſi in medicina,libros medicinæ, ſi primo elegerit ſtudiū medicinæ,& illius adeptis libris uelit uariare, & accedere ad ſtudiū legale,non poterit petere libros legales, quia hæres grauaret duplici onere,& teſtator in dubio uidetur grauare hæredem minus quam poſſit.l.vnum ex familia.§.ſi rem tuam. ff. de lega.2.Electione etiam per legatarium facta non licet variare.l. ſerui electione.ff.de leg.1.Sed quando nullus haberet præiudicium,poſſet.& ita intelligo concluſionem.

7 Item etiam dictum Bald. intelligitur † quando ad diuerſa volebat accedere,vt de medicina ad leges, quæ nihil aut parū commune habent inter ſe,licet bonus iuriſcōſultus communicet cum omnibus ſcientijs, & cum omnibus participet, & leges & canones inuicem communicant ſibi actiones & paſſiones,ſicut vir & vxor,vt infrà fuſius dicam. Et ſic etiam nō obſtat,qui ad utunque feſtinat, neutrum bene peragit. l. fina. C.de aſſeſ.hoc verum,qñ ſunt diuerſa:ſecus ſi omnino fraternizent,vt ius canonicum & ciuile, & ius canonicum cū theologia. quia ius canonicum eſt practica theologiæ & dirigit animas in Deum, ſicut theologia.gl. in cap. cùm contingat. de iureiurand.

8 Tertiò,quæro poſtquam tempus † cōiungitur quo ſtuduit in utroque iure,uellem ſcire in quo iure, vel in qua facultate poſſit promoueri? Reſpon. eſſe in electione vniuerſitatis admittere illum in facultate, uel in iure, in quo eſt magis idoneus,&benemeritus,quia in alternatiuis eſt electio debitoris. l.3.ff.de eo quod cer.loco.l.plerunque.de iur. dot. & uniuerſitas debet conferre gradum benemerentibus.clem.2.de magiſt.Alex in addi.ad Barto.in l.1.C.de digni.lib.12. & ſcholaris debet ſe pſentare in iure illo,vel facultate, in qua plus pſtat, arg l.quæritur.ff.de ſtatu ho.Si in neutro præſtat, tunc qualitas perſonæ eſt inſpicienda,iuxta.l.plenum.§.equitij. ff.de vſu & habi.nam ſi haec eat beneficia,vel vult ſacerdos fieri, ſumat gradum in iure canonico conueniente ſacerdotibus. ſi vero vult ducere vxorem, tunc ſumat in iure Cæſareo,in his tamē libera facultas datur præſentato ob pecunias quas offert, vt ſumat gradum in quo iure vult.& nobilior eſt facultas canonica,quàm ciuilis:promoueatur ergo in nobiliori,ſi bonum ſibi videatur.

9 Quartò,quæro † quid ſi ſtuduit in altero tantum per quinquennium,& promotus eſt in vtroque,& ſic ſumpſit nominationes,an valeat vterq; gradus, aut neuter? Reſpō.ille gradus in quo ſtuduit ualebit,alter non,ꝑ nota.per Barba. & alios in cap.clerici.de iud.& per Anch.in c.1.col.2.de paroch.ubi dicunt ꝙ ille qui ſatis mediocriter ſtuduit in una facultate, & ſumpſit gradum in altera ſibi incognita. ut hodie fit cā honoris,vt ſunt legiſtæ,qui doctorantur in canonibus, licet prorſus ignorent canones,& rubricas,tamen non debent ob hoc præferri doctoribus ſolis iuris canonici. Sic nec talis promotus in utroque præferri debet,ſi ſolùm ſtuduerit in iure ciuili, baccalaureo iuris canonici,qui bene ſtuduit in illo.

10 Immo promotus† corruptis doctoribus ad doctoratum, non debet priuilegijs doctorum gaudere.l.1.C.de Athletis li. 10.& ibi glo.

11 Sicut emens † officiū priuilegio officij gaudere non debet. tex.ſing.in l.vniuerſi C.de lega.lib.10.ſm docto. ibi. & Ioan. de Pla.in l.eam.de excuſa.mu.ciuili.eo lib.20.& in l.1.de prin. agen.in reb.libro 12. & l. una. de perfectiſſima.digni. ibidem.

quod eſt notandum contra emptores officiorum.

12 Quintò,quæro † quidam ſtuduit in utroque iure per quinquennium,& effectus eſt baccalaureus in utroque,an illi pro ſit gradus? videtur ꝙ non,quia in altero tantum requirūtur quinque anni.ergo in utroque requirentur decem.d.§.præterea.nam quod noluit,potuit,videlicet adipiſci in altero tantū & quod.uoluit,adimplere nequiuit,uidelicet in utroque iure nequiuit adipiſci gradum,probatur in l.multum.C.ſi quis alteri uel ſibi.c.cum ſuper.de off.delega. Item facit clemen. generalem.de æta.& qualita.ubi in ſubdiacono requiruntur de cem & octo anni,in diacono uiginti,in ſacerdote uigītiquinque.& ſi quis habeat tempus ad aſſumendum unum gradū, uidelicet diaconatus,utpote habet uiginti annos, non cenſet tamen ob id habere tempus ſufficiens ad utrunque gradū,uidelicet & diaconatum,& præsbyteratum:ſic qui ſtuduit quinquennium,licet in uno poſſit promoueri,non tamen in utroque. Contrarium eſt uerius quia utile per inutile non debet uitiari.regul.utile.de regu.iur.in 6.l.certi condictio,§.quoniã ff.ſi certum petatur & ibi ample Barto.maxime in inſeparabilibus.gl.in l.pecuniæ.ff.de uſu.ut eſt hic.

13 Item quæ ſuperabundant † non ſolent uitiare. l. teſtamenta. C.de teſtamen.Licet ergo unus gradus ſuperabundet,tamen non debet uitiare alterum.

14 Adde ꝙ ius canonicum † & ciuile ſunt adeò connexa, ut vnum ſine altero uix intelligi poſſit.unde dicit Bal.ī prooemio decreta.quod iuris canonici ſanctitas iuris ciuilis ſublimitate decoratur:& iuris ciuilis maieſtas canonum authoritate firmatur:& qui non ſapit in utroque,non habet tantam dulcedinem.Ideo laudandus eſt is,qui in utroque ſtuduit, potius q̃ uitio dandus,nam unum propter aliud coruſcat, & magis timetur.Barb.in rub.col.1.de teſta.& ſicut ex medicina & philoſophia fit ꝓfectus medicus,ita & ſciens ius canonicum & ciuile efficitur perfectus iuriſconſultus: & niſi quis ſciat canones cum legibus,nō poteſt practicam iudiciorum cognoſcere.Bald,in c.cum cauſam.colum.2.de probat. facit dictū Roma.ſingul.654.habens funem. *Io te dico, que legiſta ſenza capitulo vale poco, ma lo canoniſta ſenza legge, vale niente.* Hinc uidemus, quod leges non dedignantur ſacros canones imitari.c.clerici.de iud.& canones non dedignantur iura ciuilia adducere. cap.1.& per totum.de cauſa poſſeſ.& ſtatuta ſacrorum canonum principum conſtitutionibus adiuuātur.c.1.de ope.noui nun.& in quibus caſibus Papa alleget leges,cumulat Rauē.in alpha.in uerbo lex,in 2.Imò audaćter dico, ꝙ ius potificium perfectè non poteſt intelligi ſine legibus,cum ſit medulla legū & ius canonicum eſt practica.uris ciuilis,teſte Barb.in c.con quæſtus.col.3.de foro compe.Et Cicero lib.3. de Oratore.dicit,nudos ad gerendam rempublicam eos uenire, qui ſolum legalem habent ſcientiam,niſi ius pontificium nouerint, qđ eſt coniunctum.Imò tantùm diſtant ſacri canones à legibus, quantum diſtat perpetuum à corruptili,& tantò altiores ſūt canones legibus quanto cœli gubernacula diſtant à mortalibus.teſte Bald.in conſ.464.quædam ſcriptura.in fin.uolum.4. licet ignari quidam hodie hanc ſacratiſſimam contemnant ſcientiam.

15 Ideo ſuſtinui concluſionem † ciuib. Pariſien.gratiſſimā hāc, uidelicet,Leges Pariſijs publicè legi,iure non prohibetur. & ideo.cap.ſuper Specu.de priuil.hactenus nō ſpeculato,nouus dabitur intellectus.

16 Prima concluſio pōt intelligi, † ꝙ canonizatæ(eas noſtri uocant)non prohibentur Pariſijs legi,alioqui decretum nō poſſet legi.& dicuntur canonizari, quando per aliquem Papam ſunt approbatæ,& in canonibus inſertæ & incorporatæ. ſed ſi Gratianus ex capite ſuo hoc fecerit,non diceretur ob hoc canonizata.gloſſ. ſingul.in capit.in primis.in uerb. capitali.2. quæſtione 1.

17 Vnde quando lex † eſt ſemel canonizata, licet poſtea tollat̃ per imperatorem tamen adhuc in foro canonico ſeruabit̃, ut tenet Gerad.de petra ſanct ſing.28.facit glo.in l.una, in uerbo anniuerſarię.C.de colla.donario lib.10.Immo imperator illam legem canonizatam non poterit reuocare,ſicut nec Papa priuilegia regni in ordinationib. regijs incorporata,& deſcripta,quia lex regni eſt effecta Benedict.in repe. ca.Raynutius.in uerb.ſi abſque.in 2.de ſubſti.fideicom.nume.42.de teſta.Quod eſt intelligendum qñ eſſent incorporata per regem ſecus ſi per alium ſine uolūtate regis,ut ſupra dixi. Panormi. in c.ſuper eo.2.not.1.de appel.Vnde inferri pōt, & hoc uidet̃ mirabile,qđ ēt leges fforum,aut codicis, non eſt legi prohibitū Pariſiis,& hoc intelligendo,ut dixi,uel de his legib. ex quibus decretales ſunt elicitæ,ut pote,ſi quis uellet legere & interpretari legem,nulli. C.de iudi.antequam interpretaretur. ca. primùm.de cā poſſeſ.dicerem hoc poſſe,ut melius intelligantur ſacri canones. & ita not.doct.in cap. non magnopere. ne cleri uel monach.& dict.cap.1. alioqui non bene poſſent intelligi iura canonica:ideò quando permittitur aliquid omnia uidentur permiſſa per quæ peruenitur ad illud.l. ad rem:&

l.ad

Source : BIU Cujas

l.ad legatum.ff.de procura.Sed per leges peruenitur ad intellectum canonum.ergo leges permittuntur legi ad intellectū canonum,ex quibus dicit glo.in c.episcopus.37.dist. episcopum.posse audire leges,vt sacros canones melius intelligat. & sic permittitur etiamnum publice legi titul.de verbo.significa.ff.& C.& de regu iur.& ego ipse publice legi, anno 1535. & seq partem aliquam scolasticis nostris titu.de verbo.signi. ff.super quo multa scripsi,vt aliquando videre licebit, & demum perfeci illum interpretando reuerendissimis Cardina. Vindomiem.& Lotorig.cum quibusdam alijs libellis,quod illis fœliciter,& ex animi mei sententia successit,mihi verò minimè hactenus.

18 Pro intellectu.† c. super specula. de priuileg. præmittendū est quod disposuit Alexand. tertius, in concilio Turonen. in cap.non magnopere.ne clerici vel monac. ubi prohibetur cuilibet post votum religionis, & post professionem factam ad physicam legesve mundanas audiendas exire : si verò exierint, & ad claustrum suum intra duorum mensium spatium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus euitētur.& in nulla cā(si patrocinium præstare voluerint)audiantur reuersi autem in choro,capitulo,mensa,& cæteris,ultimi fratrum existant,& (nisi forte ex miscricordia sedis Apostolicæ)totius spem promotionis amittant.Ratio assignatur ibi,ne occasione scientiæ, spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur.Superuenit Honorius tertius,qui edidit decretalem, super specu.ne cler.vel mon.& decret. super Spec. de magi.& c. super specu. de priuil.in prima citauit concilium Turo.contra regulares,& uoluit quō d ipso facto sententiam excommunicationis incurrant,sic dicens,quia nonnulli ex talibus,videlicet regularibns propter quorundam opiniones diuersas excusationes aliquas sumebant, ideò statuit ut studiū theologiæ amplietur. d cap. non magnopere .extendi ad Archidiaconos,decanos,plebanos,præpositos,cātores , & alios personatus habentes,nec non præsbyteros. Verum enimuero quia Parisijs quidam ex prædictis docebant leges, & audiebant,ideo idem Hono. tertius edidit decretalem, super Specula.de priuilegijs.in hæc verba,super Specula. & infrà. Sane licet sancta ecclesia legum secularium non respuat famulatum,quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur, quia tamen in Francia & nonnullis prouincijs laici Romanorum imperatorum legibus non utuntur,& rarò occurrunt ecclesiasticæ causæ tales,quæ non possint statutis canonicis expediri,vt plenius sacræ paginę insistatur,& infra, firmiter interdicimus & districtius inhibemus,ne Parisijs, uel in ciuitatibus proximis quisquam docere,uel audire ius ciuile p̄sumat:& qui cōtra fecerit,non solum à causarum patrociniis interim excludatur, verum etiam p ep iscopum loci excommunicationis vinculo innodetur.Ecce ergo verba d.cap. super spec.de priuil.Primò,sciendum est q̄ hęc constitutio super specula. de priuil.est pars decreta.super Specu.ne cleric. vel mona. & sic vna constitutio ab vno eodemque edita, tamen duæ partes fuerunt factę per conditionem,eo quia duobus titulis cōueniebant.primò conueniebat rubricę,cleri.vel mona.quia interdicitur ne monachi,sacerdotes & religiosi leges audiāt seculares,ne immisceant se negotijs secularibus.Item quia cōueniat etiam rub. de priuil.eo quia datur speciale priuilegiū theologiæ,vt amplietur,ne religiosus, vel secularis sacerdos, vel quiuis alius dignitate vel sacerdotio curato præditus : leges doceat,vel audiat.

19 E sic non dicitur illud superfluum † licet bis repetatur, etiā ad verbum, quando materia conuenit duobus titulis, & in duobus titulis lex fuerit sita.gl.& ibi patruus meus Rebuf. & alij in l.mulieres.C.de digni.lib.12.& in l.mulieres.de incol.li. 10.idem probatur.in l. si quis in conscribendo. C.de episcop. & cleri.& in l.si quis.de pact.

20 Secundò, p̄mittendum est † q̄ vna pars legis uel constitutionis debet intelligi & interpretari secundum aliam partem prę cedentē. vel sequentem.l.hæredes palam.§.sed si notā.ff.de testa.l.si seruus plurium.§.fi.de lega.1.ergo hæc decretalis super specula. intelligetur secundum præcedentem partē decretalis super specula. ne cleri.vel monac.& ad illas personas tantum.ibi expressas referetur.

21 Nam p̄cedentium † quadruplex est virtus,scilicet declarandi.d.l.si seruus plurium.Secundò supplendi.l.item.§.idē Iulia. ff.de pact.Tertiò ampliandi.l.rā.§.fi.ff.de iur.& fact.ignoran. Quartò p̄cedentia habent ptātem restringendi. l.si cū fundū. ff.de verb.signi.Bal.cons.357.no.pro duce,&c.in 5.volu. ergo illa p̄cedens pars.ca.sup specula.ne cle.vel mona. restringet hanc decretalē ad p̄sonas ibidem expressas, quia à primordio tituli posterior formatur euentus.l.1.C.de impo.lucra.de scrip.lib.10.

22 Itē cōstitutio noua † ad interpretationē antiquæ facta habet locū in eisdem casib.in quibus lex interpretata, & non in alia tex.in auth.de filijs ante dota.instru.natis.coll.3. circa fin.ibi, cū oībus manifestum,oportere ea, q̄ adiecta sunt p̄ interpretationem in illis valere,in q̄bus & interpretatis legibus sit locus.& ibi Bar.no.q̄ oīa q̄ habent locum in lege interpretata habēt locū in lege interpretāte.gl.in c.is qui ꝙ.& in c. p̄cur.de elect.in 6.igitur p̄sonæ positæ in c non magnopere.& in c.super specula. ne cleri.vel mona.censebuntur esse repetitæ in c. super specula.de priui. & illæ tm̄ p̄sonæ erunt prohibitæ iura ciuilia interpretari,vel audire Parisijs,non aliæ. Nam clausula

23 † adiecta in lege interpretata,videtur repetita in lege interpretante.Bart.in l.nihil.p illū tex.ff.de coniun.cum emanci. libe. ēt si essent diuersæ constitutiones.Bar.in l.p̄tor.§.eritque hęc differentia.ff.vi bono.raptorum.& vna clausula legis declarat aliā ambiguā.l.vtrū.& ibi Bal.& Ang.ff.de petitio.hæredi.Soci.in l.vlt.in fi.ff.de reb.dub.immo præcedens clausula est maioris potentiæ ad determinationē sequētium, quàm sequens ad determinationem p̄cedentium.Bar.in l.quisquis.ff.de leg. 3.facit.l.filium.ff.qū dies lega.ced ergo cla posita in ca.super. ne cleri.efficatius transibit ad istud cap quàm si in hoc c.fuisset cla apposita,quāuis dicta in p̄cedentibus non censeant̄ repetita in sequentibus ex interuallo,tm̄ ex illis suscitur declaratio sequentius Imol.in l.si quis cū a iter.ff.de uerbo.oblig.refert.Soci.in d.l.fi.Barba.cons.4.scribitur.colum.5.in fin. vol.1. & cons.sequen.colum.2.igitur in hoc tm̄ c. repetet p̄sonas in alia parte expressas.& sic Parisijs tantum prohibent̄ audiri & legi iura ciuilia à religiosis,& alijs in dicto ca. super specu.ne clerici.expressis,& non alijs,per prædicta.

24 Tertiò p̄mitendum est,† quod rō legis limitat,restringit, uel ampliat dictū p̄cedens ad eū casum tm̄ ad quem extēditur rō legis.l.si is qui animo.& ibi Albe.& alij.ff.de acq.possess.l.1. de autho.tuto.l.1.C.quæ sit longa consuetudo.Ias.in cons.2. col. 8.uers.7.prædicta.in 2.uol sed in c.non magnopere. ne clerici uel monac.assignatur ratio,ne spūales uiri occasione scientię mundanis actionib. inuoluantur. Igit̄ ratio loquitur tantum de uiris spūalibus , & sic de religiosis, & alijs uiris ecclesiasticis,& non de laicis,qui non sunt spirituales viri.ergo ad laicos non extenditur ꝓhibitio,vt censeantur ꝓhibiti audire uel legere leges Parisijs.nam in dicto c.super spec.ne cleri. assignatur alia rō,quia nonnulli ex talibus,p̄p quorūdam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant.& ideò qa cupit studiū theologię ampliari,extēdit dispositā in d c.no magnopere,ad sacerdotes.& alios clericos,dignitates uel p̄sonatus habētes,ueruntamē quia Parisiis(quo ex oībus mundi partibus homines confluunt)hoc non seruabatur, igitur fecit constitutionem specialem.c.super specul.de priuilegiis. ne quisquā Parisiis docere leges,uel audire p̄sumat, eadem ratione motus,vt scilicet theologiæ studio plenius insistatur.& sic istos tā tum expressos noluit hic Parisiis ꝓfiteri posse iura ciuilia , uel audire.nec ampliaret̄ p̄p communem ꝓhibitionem legū,studium theologiæ:quia laici non audiunt , nec docent theologiam, ergo constitutio gñaliter ꝓhibens ne audiantur leges , uidetur referri ad illos,qui non poterant,& tamen uolebant, quia nitimur in uetitum.clement.in plerisque. de elect.immo putarem theologiam melius fugere,si hic leges interpretarē tur,quàm nunc:quia quælibet facultas uellet suam p̄cipuam esse , & sic quilibet legeret:ideò illa mater theologia semper excelleret,quia oppolita iuxta se posita magis eluceścunt.l.fi. ff.de leg.3.& est dictum Philosophi.

25 His præmissis † probatur.cap.super specul.de priuile, intelligi debere tantum,de sacerdotibus,et aliis expressis supra in capitu.super specula.ne cleric. uel monachi. Primò dum dicitur in d.cap.super specula. de priuilegiis. sane licet sancta ecclesia legum secularium non respuat famulatum,quæ ęquitatis & iustitiæ uestigia imitantur,tamen in sup. expressis p̄sonis imitant̄,tamen in sup.expressis p̄sonis ꝓhiber. alioqui si generaliter prohiberet Parisiis, & in locis circumuicinis leges interpretari,resoueret legum famulatum,& esset sibi cōtrarius quia dicit se nolle respuere:nam si arguit, postquam ecclesia non respuit leges seculares,ergo nec nos debemus respuere , tamen ut studiū theologiæ magis vigeat,Parisiis maxime, interdicimus ne aliquis ibidem ex prædictis suprà docere , uel audire iura ciuilia præsumat,& sic in his respuimus legum famulatum,non in alijs,alioqui Papa reprobaret leges , quas in adiutorium inducit.cap.1.de noui ope.nuntia.& in aliis infinitis locis.

29 Secunda ratio tex.est,quia † tam in Francia, & nonnullis ꝓuinciis,laici Romanorum imperatorum legib.non utuntur: ideo & fortius sacerdotes , & alii viri spirituales non debent vti , & sic nec legere,nec audire.& ita concludit hæc ratio. cū ab ecclesiasticis uiris non sit secularium literarum quærenda peritia.cap.legimus.37.distin.alioqui ratio non concluderet. nam Pictauis & Aureliæ non utuntur legib.Romanorum,ergo ibidem non deberent legi leges,secundum illam rationē. nec in tota Francia,cùm non vtantur legibus , nisi tanquam rationabilibus.Ias.in l.illam.C.de collat. dixi in 11.not.numero 14.repe.l.unicæ.C.de sentēt.quę pro eo quod interest.ideo intelligi debet vt dixi.

Tertia

Source : BIU Cujas

27 Tertia ratio † posita in d.cap.super specula. de priuileg est, quia rarò occurrunt ecclesiasticæ causæ tales,quæ nõ possint statutis canonicis expediri.Igitur ecclesiasticæ personæ cũ rarò habeant alias causas,quàm ecclesiasticas,non debent legibus insistere. hoc vult dicere, vt referat causas ecclesiasticas ad personas easdem.laici verò cùm habeant alias causas, quã ecclesiasticas,& quæ non possent expediri per ius canonicũ, debent leges etiam publicè Parisijs audire,& docere, vt causæ iplorum decidi possint, alioqui si Papa uoluisset generaliter prohibere hic Parisiis iura ciuilia interpretari, dixisset,qa occurrunt rarò causæ.non dixisset ecclesiasticæ quare uoluit tantum intelligere de personis ecclesiasticis. alias quomodo potuissent aliæ causæ contractuum,tutelarum,legatorum,& aliæ infinitæ decidi per ius canonicum. certè esset tollere iustitiam & æquitatem in causis non ecclesiasticis. Igitur non sic debet intelligi,sed tantum, vt dixi, in illis personis quæ habent rarò alias causas,quàm ecclesiasticas. & de his quæ rarò eueniunt non fit lex.l.ex his.& l.nam ad ea.& l.iura. ff.de legibus. Imò ego legi in quibusdam decretalibus antiquis ista verba,occurrunt rarò ecclesiasticæ causæ talium,quæ nõ possent canonicis statutis expediri.Et sic clarius esset exprimere, ꝙ intelligatur tantum de talib. in dicto ca. super specu. nec cleri. vel mona. expressis. quia ibi ẽt dicit, quia nõnulli ex talib.

28 Quarta ratio traditur † ibi,& vt plenius sacræ theologię studio insistatur,debet intelligi,quàm legibus. Igitur si leges nullo modo Parisiijs legerentur non insisteretur plenius theologiæ, sed in totum. & male esset facta comparatio de verbo plenius,cum comparatiuum debeat sapere naturam positiui l.iubere.& ibi not.ff.de iurisdi. omnium iudi. Item hæc ratio refertur ad aliam rationem positam in d.c.super.ne cleri. ubi dicit uelle studium theologiæ ampliare,& tamen non extendit nisi ad sacerdotes,& ibi nominatos, ergo nec hic:quia non debemus ita fauere studio theologiæ, ut studium legum destruamus,argumen.c.ex tenore.de foro compet.

29 Quinta ratio † potest sumi in secunda parte,ibi, firmiter interdicimus,& districtius inhibemus.nam hic prohibet geminate,quod simpliciter prohibuerat.Et verba geminata multũ operantur.l.Balista ff.ad Trebel & Corset.in suo tractatu, de geminatis,inserto in tracta. de potestate regia. ideò denotans hic Papa quod aliàs prohibuerat sacerdotibus & aliis nominatis,ibi,audire iura ciuilia: tamen contrarium fiebat Parisiis, maximè:ideo statuit ne quisquam audire uel docer Parisiis,ubi maxime contrarium fiebat,præsumat.

30 Nec obstat † ꝙ ibi nominat Parisi. ergo non debent ibidẽ leges interpretari seculares.respõd.per rationes supra expressas restringi debet ad illas personas.& ideò expressis Parisis ratione frequentioris usus, quia frequentius sacerdotes legebant leges Parisi. quam alibi.ideo Paris. expressit, licet idẽ seruari debeat Aureliæ,Tholosæ,& alibi.Et regula est,ꝙ quãdo persona exprimitur ratione frequentioris usus,quia hoc frequentius accidit in ea,non tamen per hoc uidetur excludere alias personas.glo.in clem.1.in verbo præsidentes. de rescrip. & l.vna.in verbo sponsam.C.de rapto.virgi.vbi dicit mulierẽ puniendam esse si rapiat virum,etsi tex. non loquatur nisi de viris,quia in eis frequentius accidit, quòd raptant mulieres, quàm contra.

31 Vnde si domius feudi † fecerit pactum cum colono, quòd haberet quartam partem vini de uitibus per eum plantãdis in fundo,si plantet alias arbores,debet habere ex illis quartã; quia de vitibus fuit expressum propter frequentiam.Istud no. Ioan.And.in addit.ad Specula.in titu.de loca.§. 1. refert Corset.in singu.incip.frequentia.vbi addit alia iura. vltra eum addo tex.iuncta glo.in l.2.in verbo filio.ff.de vulga.& l.in facto. ff.de condi.& demonst.l.3.de public.in rem actio.Barba.in c. abbatem.not.1.de rescrip.& in rub.de rebus eccles. non alienan.colum.42.num.172.& seq.Ias.consilio 149.in ista colum. vltima,volum. 2. Item quando in lege vel constitutione est expressus locus propter frequentiam, tunc non excluditur alius locus.tex.in l.1.C.de Nili aggeri.non rumpend.& ibi dicit glo. idem in aggeribus aliorum fluminum. melior text. in authen.Cassa.C.de sacrosanct.eccle.vbi dicitur,cassa & irrita esse,& denuntiari per totam Italiam præcepit statuta contra libertatem ecclesiæ.& ibi dicit glo.Italiam ideò dixit, quia ibi maximè fiebant.si tamen alibi fiunt, idem ius & æquitas est. ecce ergo licet ibi nominetur Italia:tamen idem erit in aliis locis.facit gl.in proœmio decretal.in uerb Bononiæ. quæ dicit,& si tex.dicat Bononiæ propter frequentiam studij, tamẽ illa constitutio ad omnes uniuersitates extendetur.Ias. consi. 166.punctus.in fin.volum.4.Sic & licet hic nominet Parisijs, tamen etiam habebit locum alibi,vt sacerdotes & alij expressi non possint audire nec legere iura ciuilia Parisijs, alibi p supradicta,nec uoluit plus Parisien.ligare quàm alios. item quę maxime digna sunt, nisi specialiter exprimantur, uidentur quasi neglecta.Item apud.§ hoc edictum.ff.de iniur.

32 Sed Parisiorum ciuitas est † maxime digna, vtpote mundi totius præcipua,tam in scientia quàm in aliis bonis, ergo fuit bonum exprimere eam,sicut facit Papa cum intendit cardinales comprehendere,eos specialiter nominat, propter eorũ amplam dignitatem & prærogatiuam.cap.1.de schismat.in 6. & capit.1.& cap.fœlicis.de pœnis.in 6.Barba.cons.23.scripsit colum.8 in primo volum. sicut etiam dicitur in Euangelio, Dicite discipulis eius, & Petro. Item in textu prohibet etiam in ciuitatibus & locis uicinis iura humana legi, non quod velit in alijs locis sacerdotes & alios iuta humana docere posse, sed ne fiat fraus per istos religiosos,vt legant in ciuitatibus proximis,& sic fieret fraus,vt notat.in capitu.si ciuitas. de senten. excommunicatio. in sexto, alioqui mirandum esset de summo Pontifice, cur prohiberet leges interpretari Parisi. & tamen Romæ,ubi maxime debet theologia uigere, dicit uelle habere studium generale iuris diuini,& humani,canonici videlicet,& ciuilis.cap.2.de priuil.in 6.& hoc statuit, quia de diuersis mundi partibus multi confluunt ad sedem Apostolicã sic multo maiores nunc ad ciuitatem Parisi.ergo ibidem debet esse studium generale,& utrunque ius legi,vt sit mora fructuosa habitãtibus, nec quod Papa in sua ciuitate admittit,debet in alia reprobare.

33 Nec refragatur † tex.ibi,dum dicit,ne quisquam, qui uidet tam laicos quàm clericos comprehẽdere.Respon.ꝙ tm̃ vr̃ cõprehendere illos,de quib. in prima parte locutus est.sed in c. super. ne cleri. locutus est de religiosis,& sacerdotibus,& alijs ibi scriptis ergo de illis ĩtelligit tex.ẽt si usus sit verbo quisquã tex.in capitu.sententiam.ne clerici vbi in princi. dicit de cleri. in fine verò suggerit,ne quisquam &c.& tamen vult intelligere de clericis:sic & in hoc tex.& ille tex.bene facit.& in ca. dura.§.fin.de crimi.falsi.

34 Item tex.utitur verbo præsumat † quod debet intelligi propria authoritate, ergo non excludit habitam licentiam à superiore.Ita loquitur tex in capitu.decernimus. de iudicijs. & ibi glos.tex.in capitu.final.nona quæstio.tertia,ibi,non simpliciter dictum est,nihil agat,sed cum determinatione, nil præsumptiue assumat absque episcoporum consilio.& facit. ca. primum.& capitu.monasteria.de vita & honesta.cleri.capit. precarie. 1. ibi, sine licentia & regio consensu facere præsumat.decima quæstione secunda,quando quis facit authoritate superioris,non dicitur præsumere.capitul. final. de electio. capitu.cum laici.de iure patronat.capitu.omnis.de pœniten. & remiss.Barb.consilio 29.illud.colum.octaua volum. tertia, & consilio 123.scripsit.numero 17. inter consilio Alexand. in quarto uolumine. Felyn.in cap. Iudæi.in fi.de testi.ergo text. locum non habebit.

35 Quæret, quis cuius authoritas † requiratur? Videt quòd Papæ: quia eius est soluere, cuius est ligare l. si puellæ ff. de sponsa.

Secundò, inferior non potest tollere legem superioris.clementi.ne Romani. de electio. capitul. primo & 3. 10. distin.

Tertiò,constitutio.cap.non magnopere. ne cleric.uel monach.est conciliaris,& contra constitutionem concilii non dispensat inferior à Papa.glos.in cap.cum dilectus. in uerbo in ætate.de electio.quam sequitur Felyn. & alii in dicto capitu. at si clerici.§.final.colum.2.de iudi.& in cap.nonnulli. colum. tertia,de rescriptis.etiam legatus.glossa penul.in cap dilectus. in primo,de præben.Panormi.in cap.dilecto.ibidem.Ias.consilio 98.col.2.vol.4.

36 Quartò,in casibus à iure expressis † est permissum episcopis dispensare.ergo in aliis est prohibitum,argu. l.1. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris.& insti.illo titul.in princ.& pro hoc est tex.formalis in c.dilectus.de tempo.ordinan.

37 Quintò,eps † tenetur canones seruare.c.ego N.de iureiur.& 4.di.c.fi.in fin.& c.hac consona.25.q.1. & sic non debet facere contra canones,nisi expresse sibi concedatur.sed in hoc casu hoc non conceditur.ergo non poterit.

38 Sextò,† qui de uno exprimit,de alio negat.c.qualis.25.dist.c. nonne.de pũm.l.cũ prętor.ff.de iudic.sed dispẽsatio in aliquibus casib. exprimitur, ut possit fieri ab episcopo,ergo in aliis non expressis negatur,quòd ab eo possit fieri.

39 Septimò † eps uel alius inferior non põt facere contra canones,nisi sibi expresse concedatur.no.in cap.uno, de natis ex libero uentre.cap.dudum.in 2.de elect.

40 Octauò † q̃ ad cõem utilitatem inducta sunt,perpetuò remanere debẽt.c.1.2.& seq.25.q.1.& fm illã epi & inferiores iudicare debẽt.c.in istis.4.dist.Sed non legere leges Parisiis, inductũ est ob utilitatẽ theologiæ, ergo istud debet perpetuò remanere,& sic eps non poterit dare licentiam legendi iura ciuilia ibidẽ. ¶ In ꝙtrarium † vr̃ illa rta gñalis ex c. nam concupiscẽtiam.extr.de consti.ubi oĩa vñr concessa, nisi sint prohibita.l.necnon.§.qđ eis.ff.ex quib.cau.maio. sed non inuenitur à iure prohibitum quin eps Parisien.det licẽtiam legendi iura ciuilia, ergo erit eidem permissum. facit.c.milites. 23.q. 5.

41

Secundò,translato sacerdotio in episcopos, necesse fuit ut vt fieret legis translatio.c.translato.de constitu.

Tertiò

Tertio facit dictum apostoli, in cuius locum sunt epi instituti, dicentis: omnia mihi licent. ca. aliud. 11. q. 1. & primæ ad Cor. 6. ergo omnia licēt epis, & sic licebit episcopo Parisiēsi dare facultatem legendi iura ciuilia hic Parisiis.

42 Quarto, † quando conditor canonis specialiter sibi non retinuit, eo ipso uidetur facultatem aliis dedisse. tex. formalis in c. nuper. de sentent. excomm. & ibi glo. dicit episcopos posse dispensare, ubi specialiter dispensatio nō est prohibita. tex. in c. cum apud. de desponsat. cap. sunt nonnulli. 16. q. 1. at si clerici. §. de adulteriis. de iudi. ca. miror. 50. distinct. & ista est communis opinio, quam notant doct. in ca. dilectus. de tempo. ordi. & cap. excommunicamus. 1. §. sane. de hæreti. ubi dicitur q̄ episcopus potest dispensare ubicunque non prohibetur. nisi immutaret uniuersum statum ecclesiæ, ut ibidem dicitur. ergo in hoc casu poterit, cum tex. uideatur eidem permittere, tum quando dicit, præsumat, tum etiam quia tex. pę nam excommunicationis eidem committit. ergo & absolutionem concedere uidetur, ut infra dico, & scripsi in §. 1. de colla. in concord.

43 Quinto † probatur hoc c. super specula. ubi episcopo Parisien. relinquit pœnæ impositionem. ibi, per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur, ergo & absolutionem. & intelligo epm posse innodare clericos sacerdotes legentes iura ciuilia hic ante duos menses, quia postea sunt a iure excommunicati. c. super. ne cleri. uel monachi. & hoc probatur in hoc c. dum dicitur, interim innodetur: & sic ante duos menses. Nec obst. primum, q̄ eius est soluere, cuius est ligare, quia hoc est uerum regulariter, attamen, vt dixi, qñ specialiter papa sibi non reseruat, aliis concedere uidetur. d. c. nuper. Nec obest q̄ non possit tollere legem superioris, qa inferior dispensando non uidetur eam tollere. arg. c. excommunicamus. 1. §. sanè. de hæret. & sic solutum est quintum, q̄ canones seruare teneatur. quia ex causa dispensare, & etiam modificare potest. d. clemen. ne Romani. Nec refragatur q̄ contra constitutionem concilii nō potest episcopus dispensare. fac esse, & sic non poterit dispēsare quòd religiosus audiat leges, uel doceat, quia hoc prohibetur, in d. ca. non magnopere, sed quia aliæ constitutiones non sunt conciliares, ideò poterit dispensare. Nec me mouet aliud q̄ in aliquibus tantum casibus sit episcopis permissum dispensare, quia imò dispēsare in omnibus, nisi a iure prohibeatur, potest, ut prædixi. Nec debet quis conturbari propter octauum, q̄ ea quæ inducta sunt ad utilitatem debent perpetuò remanere, quia hoc est verum, nisi episcopus uiderit maiorem utilitatē, qa tunc poterit dispensare. tex. singu. in l. si hominem. ff. mand. & ibi multa addidi.

44 De consuetudine † tamē aditur curia Romana, vt dispensetur tam cum sacerdotibus, quàm cum religiosis. Arch. in ca. non dicatis. 12. q. 1. Perusi. in ca. 2. ne cleri. uel monachi. & est tutius tenere stylum & consuetudinem curię Romanę, licet de stricto iure præcedens opinio possit quo ad intellectum. c. super specula. sustineri, & disputando, tamen communis opinio est, ut papa tantum hoc possit, nihil tamen dicūt de dispensatione, vt Parisi. legantur leges. nam hoc potest episcopus facere, ut dictum extitit.

45 Institit D. Floretus, † in vtroque iure florens. & de l. minime mutanda sunt quæ semper certam interpretationem habuerunt. Item in rebus nouis constituendis euidens utilitas esse debet. l. penultima ff. de constitu. principium. Adde etiā q̄ nouitates pariunt discordias. cum consuetudinis, de consuetu. & reprehendendus est qui nouitates inducit. c. fi. 11. distinct. & sic is nouus intellectus non est sequendus secundum eum nouitates reprobantē. Respon. non esse mutanda nisi ex causa, nam statuta ab apostolis ex causa mutata fuerunt. ca. cor episcopi. 78. dist. & ibi Arch. c. non debet. de consangui. Vel non mutanda sunt, quæ habuerunt interpretationem ueram, non errore inductam, secus si illa interpretatio fuerit erronea, ut hic. Alb. in d. l. minime, uer. quod non ratione. ff. de legib. sed intellectus doctorum fuit erroneus, vt quilibet doctus uideri poterit. ergo mutari debet secundum præcedentem intellect.

46 Præterea euidēs est vtilitas, † ut hic Parisiis legantur leges, primo ut iustitia seruetur, & æquitas augeatur, ut patet in hoc text. & tolle leges imperatorum in ciuitate Parsi. quas Deus per imperatores & rectores sæculi distribuit humano generi, & nemo audebit dicere, hæc uilla est mea. Si autem ut teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerūt, vultis vt retineamus leges, ut gaudeatis. c. quo iure. 8. di. ubi sunt hæc uerba August. & c. fin. 10. distinc. Vestram flagitamus clementiā, ut sicut hactenus Romana lex uiguit absque diuersis procellis, & quæ pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita & nunc suum robur, propriumque uigorem obtineat. & sic non dēnt prohiberi legi, nisi certis personis. Itē euidens erit utilitas ex studio legū, tā in uniuerso quā in particulari. In uniuerso, quia per leges quæ legentur hiç, totus mundus illuminabitur. authen. habita. C. ne filius pro patre. Et hęc ciuitas replebitur sapientibus & doctissimis iurisconsultis. Etiam in particulari erit vtilitas, quia quilibet poterit audire illos legentes leges, tam procuratores, sollicitatores, quàm alij, quòd non facerent, si non hic legerentur, imò erit amissio temporis valde hominibus damnosa. Hosti. in summa. de feriis. §. fi. vers. quid si magister. Panor. & alij in c. fi. de iudic. Proh dolor, quot euasissent in magnos iurisconsultos, si hic leges interpretatæ fuissent, qui fuerunt desides, nihil audientes, sed toti voluptatibus addicti fuerunt, quas substulisset scientia legalis. c. nunquam. de consecra. dist. 5. & minoribus expensis fierēt doctiores ciues hic, quàm alibi, quia studium non potest continuari extra vrbem magnis sine sumptibus. l. fi. C. de alimen. pupillo præstan. & ibi Bal. ad quos ciues quidam non sunt pares extra ciuitatem, & tamen in dicta ciuitate essent, & etiam quia alibi extra parentes scholastica ferula liberati, voluptates, & hæreses potius sequuntur, & malos mores, quàm studia, quod non facerent, si hic leges interpretarentur.

47 Item ciuitatis † per leges efficeretur locupletior, & nobilior. l. quis tam inueniri. vbi glo. & Doct. C. de decur. lib. 10 & alia multa commoda inter priuilegia scholariū inserui. Præterea dixi publicè in conclusione, quia leges apud vrbes regias publicè legi debent. §. hæc autem tria. in prooe. ff. & c. tuæ. de cleri. non residen. Vide Archi. in c. saluator. 1. q. 3. vbi quærit, si monachus clam audiat leges, & alij prohibiti, an sit excommunicatus, & concludit q̄ sic, quia istæ scientiæ religiosis non congruunt. Item in dubio decretalis, vel lex debet intelligi, vt minus obliget, quàm magis. capit. ex parte. 1. de verb. sign. Geor. Natha. post Ancha. in §. fin. col. 3. cle. sæpe. illo tit. Neuisa. in silua nuptia. fol. 25. col. 4. in magno volu. Sed minus obligabit intelligendo tantum de religiosis, & supra nominatis, ergo iste intellectus debet recipi. Item sensum delicti exclusiuum recipere debemus, sicut est iste. Barba. consil. 12. col. 2. in 2. volum. & sic intellectus tamdiu sepultus ad dictum cap. super spec. de priuilegijs. excitatus est. Cogita, lector doctissime, quia ista sunt valde subtilia, & nondum per Doct. adducta. Laus Deo optimo maximo.

SVMMARIVM.

1 *Nominationes a quibus dentur, & ibi, quòd præscriptio contra priuilegiū consistens in uoluntate priuilegiati non currit, licet non fuerit eo usus, dū tamen alij sint usi.*
2 *Nominationes quare potius ab uniuersitatibus quàm aliis dentur.*
3 *Literati non præsumuntur uitiis dediti, licet paupertate opprimantur, & ratio omnium quæ a maioribus constituta sunt reddi non potest.*
4 *Nominationes quæ uniuersitates concedant.*
5 *Vniuersitas Cadomensis in Normania concedit nominationes, ubi, quòd accessorium naturam sequitur principalis. regnum est quid uniuersale.*
6 *Vniuersitates extra regnum an nominationes concedant, & priuilegium personale personam non egreditur.*
7 *Nominationes ad beneficia extra regnum sita non dantur. & nu. 8. 9. & limitata causa limitatum parit effectum.*
9 *Vniuersitas Franciæ nominat ad beneficia sita per totam Franciam, & Delphinatum: & contra vniuersitas Delphinatus ad beneficia sita per totam Franciam.*
10 *Argumentum de persona ad locum, & contra valet.*
11 *Vniuersitas de nouo erecta an nominationes concedere possit.*
12 *Facultates nominationes dare non possunt, nec tempus studii.*
13 *Vniuersitas sine rectore est acephala.*
14 *Vniuersitas non habens omnes facultates, nominationes concedit.*
15 *Vniuersitas non nominat in illa facultate sibi non concessa.*

QVAESTIO 6. principalis.

1 SExto principaliter quæritur, † a quibus cōcedi possint nominationes? Respō. q̄ de quib. loquimur, ab uniuersitatib. regni, Delphinatus, & comitatus Dien. ac Valen. ut patet in rub. de elect. in prin. & in §. præfati. 1. de collatio. ibidem. & in uersi. beneficia uerò. & alibi, per totum titulum. Nec curret p̄scriptio q̄ uniuersitatem, licet nō sit solita concedere, quia q̄ priuilegiū consistens in uoluntate priuilegiati non currit p̄scriptio, si non fuerit usus priuilegio, dum tñ alij sint usi. ut no. in c. priuilegia. de priui. Cald. consi. 1. rub. de præscr. hodie ex regis præcepto concordatum in delphinatu seruatur.

2 Quæret quis, † quare potius ab uniuersitatib. q̄ ab aliis dētur? Resp. quia cū uniuersitates hēant graduatos ab eisdē notos, vtpote quia eos approbarunt ad gradū. l. nemini. C. de aduocat. diuerso. iudicio. l. magros. & ibi Bar. & patruus meus Rebuf. C. de profes. & medicis. li. 10. conuenientius ergo fuit, vt ipsi doctores eos ad beneficia approbent, quos dignos ad honores iudicarunt, nec est uerisimile, q̄ indignos tam uniuersitatum doctores excellentes nominent, & hoc ex reuerentia studiorum. l. quicquid. C. de aduocat. diuerso. iudicū.

Source : BIU Cujas

3 Nec has passiones affectionis tantas, † nec alias præsumuntur habere uiri literis præditi, sicut ignari. c. fi. de præsump. licet multa ab amica eorũ paupertate patiantur, & Gens ignara boni nescit succurrere doctis. Item sicut uniuersitatis causa expẽsum est, ut quis studeret, & postea efficeretur graduatus, ita uniuersitas gratia compensationis studii debet esse, videlicet concedendo nominationes. argu. §. fi. in prœmio instit. & sic placuit conditori, vt in simili dicitur in §. furtiuæ, instit. de usucapio. & non omnium quæ a maioribus nostris constituta sunt ratio reddi potest, l. non omnium, ff. de legib. uel etiam concessum est uniuersitatibus, ut nominationes concedant. ne res diuerso iure censeretur, si uniuersitas concederet gradus, & alius nominationes, ergo uniuersitatib. cõcessum est nominare, postquam ad gradus admittere poterant. Ex his elige cui dicas, tu mihi sola places, uel inuenias meliorem rationem, & ego facilè illi acquiescam.

4 Primo quæro, † quæ uniuersitates? Resp. uniuersitates regni Franciæ, delphinatus, & comitatus Dien. ut supra dictum est. quod probatur in §. 1, de regia ad præl. nomina. facien. in concord. & in rub. de pœna temere uenientium cõtra concordat. & alibi sæpe per concordat.

5 Hoc tamen † anno 1534. in magno consilio fuit pronuntiatum arrestum, per quod conceditur uniuersitati Cadomẽsi in Normania, nominare, & nominationes cõcedere, licet cõcordata de ea non loquerentur, tamen quãdo prouincia, uel uilla adiicitur regno uel comitatui accessorie, ita ꝙ sit unum regnum, debet regi secũdum regulam regni cui accedit, & eisdem legibus & priuilegiis est gubernanda, quibus regnũ. Bar. in l. si conuenerit. in 2. §. si nuda. ff. de pig. act. per illũ text. Pan. in c. quia monasterium. de reli. domi. Curt. consilio 57. Item quia regnum est quid nniuersale, ergo omnes accessiones sibi contingentes sequentur regni naturam. l. peculium. in prin. ff. de leg. 2. Et beneficium concessum regno, tãquam principali, trahitur ad eius augmentum. c. quia circa. de priuileg. facit l. fi. C. de alluuio. multa tradit Albe. Brunus in trac. de augmento. in 9. conclu. prin. in prin. Et bonum esset, quod uniuersitates prouinciæ etiam concedere possent nominationes, & his iuribus in concordatis expressis uterentur, ac his prerogatiuis gauderent, dum tamen electiones secũdum iuris dispositionem retinerent.

6 Secundo, an uniuersitates † extra regnum, ut Auinionen. Aquen. Dolana, Italiæ, Britan. uel Angliæ, possint noïationes concedere suis graduatis? Resp. cum sit tm̃ hoc priuilegium noïandi concessum vniuersitatibus supradictis, non extẽdetur ad alias, sicut priuilegium personale. regula priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Et sic affixi cõclusiones. Nominationes vniuersitates concedere prohibentur. Item, Vniuersitates extra regnum, uel ẽt uniuersitates regni prohibentur concedere incapacib. uel ad beneficia extra regnũ. ar. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. quia limitatũ est priuilegiũ, cui nil dẽt addi. ar. l. in agris. ff. de acq. rer. do. Item si uniuersitas esset suspensa, iuxta §. monemus. de collat. in concor. Posui aliã conclusionem, uideliçet, concedere posse, ẽt iuris est explorati, intellige ut supra.

7 Tertiò dubitatur † an uniuersitates regni possint cõcedere nominationes ad beneficia sita extra regnum? Resp. non, tum quia extra territorium illarum præceptum non hñt, nec authoritatem. arg. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. c. fi. de consti. lib. 6. not. in l. 1. C. de sum. trinit. & territorium quo ad hoc est illis datum: ergo non possunt. tum ẽt quia eisdem non est cõcessum, nisi limitatè, vt habetur in prœmio concord. ergo illi priuilegio limitato nil addi debet. l. in agris. ff. de acq. rer. do.

8 Facit † quod not. Anchar. & Perus. in c. fi. notab. 1. de uerb. signi. ubi dicit, ꝙ episcopus non potest concedere indulgentiam subditis porrigentibus manus adiutrices operi in alterius diœcesi construendo, ex quo concernit opus faciendũ extra diœcesim, licet eius effectus deriuetur in subditos.

9 Sic debet dici in nominationibus, † ut non possint concedi ad beneficia extra regnum, sicut ẽt si illorum perueniret collatio iure deuoluto ad episcopum, uel archiepiscopum in regno existentem, etsi D. Chassa. in catal. considera. 32. partis 10. reliquerit cogitandum, quia prima causa inspicitur. ꝑ cle. 1. de suplen. neglig. præla. poterit tamen uniuersitas Franciæ nominare ad beneficia sita per totam Franciã, & in Delphinatu. & uniuersitates Delphinatus nominare ad beneficia Franciæ, a contrario, & ita seruatur.

10 Item quia bonum † est argumentum de personis ad locũ, & econtra. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius uoc. est, vi eximat. las. in l. uinum. not primo. in fi. si cer. peta. Sicut ergo exteris nõ possunt nominationes concedi, ita nec ad beneficia exterorum, & sic extra regnum.

11 Quartò † quæro quid sit erigeretur uniuersitas de nouo in regno Franciæ, an nominationes concedere posset? Videtur quod sic, quia uniuersitatibus regni hoc est concessum, & ipsa est de regno, ergo eidem uidetur cõcessum. Item quando eriguntur uniuersitates, conceduntur eis priuilegia talia, qualia competunt aliis vniuersitatibus regni Frãciæ, & ꝙ in omnibus, & per omnia gaudeant priuilegiis aliarum uniuersitatum, sic ergo priuilegis aliarum gaudere poterunt, per l. 2. §. furiosi. ff. de iure codicil. nota. doct. in l. 1. ff. de lega. 1. ergo, & nominationes concedere possent, & huic opinioni starem, si sic esset constructa, & a papa, & a rege uniuersitas erecta, ut dixi, secus si terra de nouo acquisita, quia tunc extensio a papa requireretur, ut eadem iura obseruẽtur ibi, quæ in regno. & ita fuit nuper factũ. vide Curtium Senio. consil. 57. Item si concessum fuerit priuilegium, ꝙ in regno Franciæ non soluatur pedagium, & contingat comitatum accedere regno, ꝙ tale priuilegium competet etiam comitatui regno adiuncto. Alber. Brunus in trac. de augmento, in 9. conclusio. prin. per ea quæ tradit Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. act. & in l. senatorum. C. de dignita. lib. 12. Sic, & illa uniuersitas addita aliis nominationes concedere posset, & priuilegia aliarum haberet, tum quia esset regni vniuersitas, de quibus loquitur concordatum, & uniuersitatibus regni concessum est ut nominationes dent. uide tamen quæ tradunt doctores in cle. fi. de reseri. & quæ superius dixi.

12 Quinto † quæro, an facultates possint nominationes concedere? Respondeo non, etiam si omnes essent cõgregatæ sine rectore. d. §. præfati. 1. ibi, per uniuersitates nominatis. sequitur glo. in prag. sanct. rub. de collat. §. ita tamen, in uerbo uniuersitatibus. ubi dicit, quod facultates post denegationem factam ab vniuersitate, non poterunt dare nominationes, quia non uiderur uniuersitas, etsi omnes facultates essent cõgregatæ, ac oẽs cõsiliarii uniuersitatis, nisi rector adsit.

13 Nec tunc sine rectore † esset formosa, sed Acephala, quia caput est de esse corporis. c. nulla ratione. 93. dist. Bal. in auth. habita. col. 10. in. 42. C. ne filius pro patre. Dec. & alii in ca. ex literis. not. ult. de consti. imo caput est principale membrum corporis l. cùm in diuersis. ff. de religo. & sumpt. fun. ideo caput debet in nominationibus adesse. Idem puto in tempore studii, ut etiam vniuersitas debeat attestari, nec sufficeret, ꝙ rector, & facultas attestaretur, quia non est uniuersitas, a qua debent certificatoriæ literæ emanare. d. §. præfati. ideo bonũ esset, quòd uniuersitates, quæ hunc habent stilum, ut Tholosan. & Cadurcen. hoc corrigerẽt, & ponerent, rector, uniuersitas, & facultas, & hoc fuit factum Biturigibus me instigante, & ibi regente. uide quæ dico infra quæstio. 11. & dixi in §. p̃fatiq; graduati. in gl. manu scribæ. de collat. in Concor. ubi dixi apud Parisios nõ seruari, nec in hoc concordata recepta.

14 Sextò quæro † aliqua vniuersitas non habet omnes facultates, ut hæc Parisien. & Aureliana, an possint nominationes concedere? Videtur ꝙ non, quia non uidetur uniuersitas. Cõtrarium est uerum, cum doctores, & scholares faciant uniuersitatem, ut habetur in prœmio decret. & in prœmio. 6. alioqui uniuersitates Parisien. & Aurelianen. nõ possent eas nominationes concedere, cum non habeant omnes facultates, quod contrarium obseruatur, nec requirit concordatũ, quòd uniuersitas omnes habeat facultates, ideo nec ego requiram, & non minus dicitur uniuersitas, etiam si omnes facultates non sint concessæ. ibid.

15 Septimo, † an uniuersitas possit nominare graduatum in illa facultate, quam non habet, ut baccalaureum in iure ciuili hæc uniuersitas Parisiensis? Respon. non, quia non potest attestari illum studuisse in iure ciuili in hac uniuersitate, cũ nõ ibidem legatur. Item esset extra suam iurisdictionem, quod est reprobatum in c. fi. de const. in 6. Item quia non potest nominare graduatum alterius uniuersitatis, ne causæ continentia diuidatur, contra legem, nulli. C. de iudi. glo. in §. item qđ ad dictas. in verbo, suorum. de colla. in prag. & dicam infra. & in hac uniuersitate nullus sumit gradum in iure ciuili, ergo baccalaureum, uel alium īn iure ciuili graduatum non põt nominare, nisi illi conferret gradum in iure canonico. Vide tamen quæ dixi supra.

SVMMARIVM.

1 *Nominationes quo tempore concedantur.*
2 *Quadragesima triplex.*
3 *Nominationes an concedantur diebus festis: & iurisdictionis uoluntariæ quæ sunt, possunt diebus festis exerceri.*
4 *Noïationes an in ecclesia concedãtur, & argumentũ de tpe ad locũ ualet.*
5 *Consuetudo seruanda.*
6 *Noïationes in quo loco dentur: ubi hẽs, uniuersitatũ statuta seruãda esse.*
7 *Vniuersitates an compellantur dare nominationes. & ibi, quòd uerbum potest, liberam concedit facultatem, & non necessitatem.*
8 *Nominationes dicuntur gratiæ. 13. & liberalis in necessitatibus nemo.*
9 *Dispensatio precibus petitur: & prælatus degans dispensationem iusta causa existente peccat.*
10 *Vniuersitas Parisiensis nominationes denegare non debet, etiam legistis. ubi, quòd argumentum a contrario sensu ualidum.*
11 *Iudex suum denegans officium dicitur inferre iniuriam parti, si tamen iuste petatur, & potest appellari a tali denegatione.*
12 *Vniuersitates nemini claudũt gremium, et datur intellectus c. p̃carie, 10. q. 2.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO 7.
principalis.

SEptimo principaliter quæ-
1 ro,quo tempore cõcedantur nominationes? † Respon (quia vulgata est,paucis finietur.l.1.ff.pro do te/de consuetudine nominationes cõceduntur tantum tempore quadragesimæ.gl in §.statuit. in verbo quadragesimæ. de collatio.in prag.ubi dicit esse triplicem quadragesimam, & has bene sciunt Cordigeri,& Cartusienses.

2 Quadragesima † propriè illa dicitur, quæ est ante pascha, de qua.C.de feriis.l.quadraginta.& ca.quadragesima.de consecra.dist.5.Extra tamen consuetudinem nõ uideo q̃ sit prohibitum vniuersitatibus eas concedere etiam extra quadragesimam, instar aliorum rescriptorum, quæ omni tempore concedi possunt,ut not.in rub.de rescriptis.

3 Primo quæro, † an diebus festis quadragesimæ concedi possint? Videtur q̃ non,quia omnis iudiciorum strepitus in illos dies cessare debet.l.fi.de feriis.c.1.illo titu.Contrarium arbitrior verius. quia ea quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis possunt etiã diebus festis exerceri.l.actus publi. C. de feriis. Spec.eo.tit.§.sequitur.uers.quid si in feriis.Ange. in disputa. inci.duo.col.2.sicut sunt nominationes, ideo etiam diebus dominicis uidi in aliquibus uniuersitatib.eas concedi.Quippe etiam festis quædam exercere diebus, Fas & iura sinunt, dicit Virg.in Greg.

4 Secundo quæro, † an in ecclesia concedi possint? Resp.cũ sit bonum argñ de tempore ad locum.gl.in cle.ad nostrum. in uerbo regularem.de censib.sicut possunt dieb.feriatis cõcedi, ut supra conclusum fuit, ita,& in loco sacro,uidelicet in ecclesia.Ias & alii in l.uinum.ff.si cer.pe.Tutius tamen est, q̃ diebus profestis,& extra ecclesiam concedantur.

5 Tertio quæro, † Parisien.uniuersitas erat consueta concedere nominationes in ecclesia S.Maturini, alibi tamen concedit,an ualeant? videtur q̃ non,quia consuetudo est seruanda.l.de quibus.ff.de legib.Contrarium sentio,quia cõcordatum non astringit,nisi ut concedantur ab uniuersitatibus regni,ut supra probaui:ergo in quocunque loco fuerint cõces-
6 sæ,non vitiabuntur,dum tamẽ sint † uniuersitates regni quæ concedant.Nec obstat,q̃ in uno loco erant solitæ concedi, quia hoc non astringit in futurum, nisi forte statutum esset in illa uniuersitate,uidelicet vt congregationes alibi non fiant, quàm apud prædicatores,uel in ecclesia S.Ioãnis,ut est apud Bituriges, tunc quia uenirent contra statuta, alibi faciendo cõgregationem,forte non ualerent quia dicit concordatũ, statuta uniuersitatum esse seruanda, in §.monemus.de col. in concord.

7 Quarto quæro,† an uniuersitates possint compelli dare nominationes? Resp non,vt habetur in prag.sanct.§.item quod ad dictas.de colla.in uerbo poterunt.quia uerbum potest, liberam tribuit facultatem,nõ necessitatem.l.sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentem,hac rescriptione,cum qui prouinciæ præest,adire potes,nõ imponi necessitatẽ proconsuli,&c. ff.de offi præsi.Bar.& alii in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& posth. c.faciat.22.q.2.

8 Præterea nominationes † dicuntur gratiæ,ut sæpius dicit gl.& maxime in uerb.nominare.d.§.item quod ad dictas.Et illa dicitur gratia quę gratis datur.c.gratia.& ibi Arch.1.q.1. nec proprie dicitur gratia,si necessitati occurrat. Anch.cons. 295.pro clariori euidentia.co.pen.& in necessitatibus nemo liberalis existit.l.rem legatam.ff.de admen.leg.nec de suo cogitur quis beneficium facere.c.præcarie.1.10.q.2.Malè tamẽ facerent uniuersitates si eas denegarent graduatis benemeritis.c.ut constitueretur.& ibi gl.50. dist.instar dispensationis,
9 † quæ licet non possit peti nisi precibus.arg.c.quanto.2.q.5. tamen peccat prælatus eam denegans causa utilitatis existẽte,uel necessitatis,seu alia iusta causa.c.alligant.26.q.7.Feder. cons.40.super.cod.ideo affixi conclusionem hãc,uidelicet,
10 Parisien.uniuersitas † nominationes denegare non debet,ẽt iegum studiosis,cum leges ibidem publice legi iure non prohibeatur,ut supra dixi,q.5.imò posset implorari officium iudicis contra uniuersitates nominationes denegantes. arg.gl. in rub.ff.de interrog.actio.ponderatur tex.in d.§.monemus. de collat.ibi,non habeant aliquos nominare, nisi eos qui secundum præfata tempora studuerint. ergo si studuerint per prætata tempora,habent eos nominare.& hoc sumendo argumentum a contrario sensu,quod est ualidum in iure.l.1.ff. de offic.eius cui mand.est iurisd.

11 Et si iudex denegaret † suũ offiñ, diceretur inferre iniuriã parti,si iustè peratur.l.1.§.permittit.& ibi Bar.ff.de aqua quoti.& æstiuà.& p̃t ab illa denegatione appellari.l.C. si sæpius in integr.resti.postu.not.in l.1.ff.de iurisd. omn.iud.l.non quicquid.de iud.Bar.in l.4.§.hoc autem iudicium. de damno infect.Fel.in c.super his.col.4.cum seq.de accus.Ias.inst.de act. in prin.nn.66.col.9. ideo potest haberi recursus ad superiorẽ per ca.nullus.& ibi Pan.de iure patro. Archid.in c. primates in fi.71.distinct.Pan.in cap.tuæ.de cleri non resid.& consilio 44.& consi.84.in 2.uolu. & ita appellauit facultas decretorũ Parisa denegatione facta per uniuersitatem,& fuit prolatũ arestũ in hoc venerabili senatu hoc anno 1535. ante Pascha, in mense Martio pro d.facultate,quo dictum fuit, q̃ uniuersitas teneretur nominare, & recipere graduatos in facultate decretorum, licet aliquib. de uniuersitate durum uisum fuerit exercentibus materiam.Rub.de lege.fusia.&c.

12 Hodie non oportet ista inquirere † quia sicut ecclesia nemini claudit gremiũ, ita nec uniuersitas afferenti pecunias, nisi per inuidiã q̃q; q̃rium fiat,ut dixi.nec ob.c.precarie.10. q.2.ubi nemo cogitur de suo facere beneficium,quod intelligit ibi gl. non procedere, q̃ aliquis alij prodest,& sibi non nocet,ut in hoc casu per l.in summa.ff.de dam.infect.

13 Nec refragatur,q̃ nominationes † dicantur gratiæ,& gratia dicitur quæ gratis datur.c.gratia.& ibi Arch.1.q.1.Anch. consi.95. dico quòd & si gratis non detur, non minus dicetur gratia,eo quòd dari gratis debet.

Nec obest,quòd nemo dicatur liberalis in necessitatibus. l.rem legatam.ff.de adimen.leg.quia ibi gloss. respon.vel posse sum dicere,quòd saltem est liberalitas in cui conferendo.gl. in c.relatum.de præbend.& ca.quamuis.illo titu.in 6.de hac q.hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Nominationes diriguntur collatoribus ordinariis,& patronis ecclesiasticis.5.& collatores qui proprie dicantur, & contrariorum eadem disciplina.*
2 *Collatores ordinarii qui dicantur.*
3 *Collatio beneficiorum quos spectare possit. & nume.4. cum seq.usque ad nume.11.*
6 *Conferre potest non constitutus in sacris.& datur intellectus clem. ut hi qui.de æta.& quali.& ibi,quod electio,nominatio, collatio, præsentatio inter se differunt.*
7 *Collatio beneficiorum potest spectare ad capitulum, & episcopum alternis uicibus.*
10 *Collatio spectat ad laicum ex priuilegio apostolico.*
11 *Legatus an conferat graduatis,& an ipsi nominationes dirigantur. 13. ubi,quod regnicola leges regni seruare tenetur.*
12 *Concordatum habet uim contractus, & ibi,quòd legatus a latere dicitur ordinarius.*
14 *Nominationes an Cardinalibus dirigantur.ubi,nota speciali qui sunt digni, si non exprimantur,non comprehenduntur.*
15 *Tex.§.si quis uerò.de Collatio.in Concord.*
16 *Dispositio quantumcunque generalis, si sit odiosa, non comprehendit superlatiua,aut maiora expressis.*
17 *Episcopi minores ætate comprehenduntur in concordato,& eis nominationes diriguntur.18.& uerba generalia restringuntur ratione ætatis.*
18 *Historia de necromantico:& nomen qui habet,& effectum debet habere, & datur intellectus.l.promittendo.ff.de iure dot.*
19 *Fœminis an dirigi possint nominationes.ubi,quod uerbum,quis,tam masculos quàm fœminas comprehendit.*
20 *Nominationes an dirigantur capitulo.*
21 *Conferens iure deuoluto tenetur prouidere nominatis, & graduatis, & res transit cum suo onere.24.30.*
22 *Ius eligendi transit cum eadem qualitate.*
23 *Succedens in alterius locum eo iure debet uti,quo ille uti debeat.*
25 *Fiscus posteriori creditori succedens eo iure utitur quo usurus erat ille cui successit.*
26 *Subdelegatus eiusdem debet esse qualitatis,sicut delegatus.*
27 *Ponte refecto an uectigal impositum debeatur, & res transit cum suis uiriis.*
28 *Superior conferens non potest aliter conferre, quàm natura beneficii requirat.*
29 *Licet a persona recedatur,non tamen a forma.*
30 *Initium spectandum. & ibi,quod legatus non potest conferre beneficia extra prouinciam uacantia.*
31 *Collatio ad quem iure deuoluto spectat,an si conferat alteri quàm nominato,uel graduato,puniatur. & affertur declaratio.§.fi.de collationib. in concordat.& quod actus omnis regulariter de primo intelligitur,& pœnæ restringendæ.*
32 *Clausula in fine posita ad omnia præcedenti a refertur, & indefinita æquipollet uniuersali,& extensio in pœnalibus licita,quando aliàs dispositio redderetur illusoria,& inhabiles admittuntur deficientibus idoneis.*
33 *Papa in beneficiis plenam habet potestatem.*
34 *Patronis laicis an dirigantur nominationes.& nu.37.cum seq.*
35 *Patronus ecclesiasticus,uel laicus quis dicatur.*
36 *Verba generalia non comprehendunt laicum,nisi exprimatur.*
37 *Papa potest quoad suum forum tollere ordinem iudiciarium.*
39 *Præcedentia declarant sequentia,& contra.*
40 *Legatus non potest conferre beneficium spectans ad præsentationem patroni laici.*

Source : BIU Cujas

41 *Nominationes an poſſint dirigi prælato habenti priuilegium, ne alius ſua beneficia conferat.*
42 *Nominationes an poſſint dirigi commendatariis.*
43 *Nominatis an teneatur conferre exiſtens in poſſeſſione de facto.*
44 *Coadiutori an nominationes dirigantur, & alienatio neceſſaria, & uoluntaria differunt, per diuinum miraculum.*
45 *Perpetuum quid poteſt dici, licet poſſit tolli per diuinum miraculum.*
46 *Vicario an poſſint dirigi nominationes.*
47 *Vicarius quando poſſit epiſcopo beneficia conferre.*
48 *Viſitatori an dirigantur nominationes.*
49 *Capitulum ſede uacante confert nominatis.*
50 *Capitulum poteſt commendare beneficia.*
51 *Nominationes directæ capitulo an comprehendant ſingulos canonicos.* 52.53.54.
54 *Nominationes quomodo dirigi debeant.* 55.
55 *Nominationes an ſufficiat dirigere capitulo non exprimendo caput. & ibi, quod prælatus non comprehenditur ſub capitulo.*
56 *Rector an comprehendatur uniuerſitatis appellatione.*
57 *Nominationes, quando collatio ſpectat ad epiſcopum cum conſenſu, & conſilio capituli, cui dirigantur.*

QVAESTIO 8. principalis.

1 OCtauò † principaliter quæro, quibus dirigi poſſint nominationes? Reſpon. collatoribus ordinariis, & patronis eccleſiaſticis. §. præterea. & alibi ſæpe. in illo tit. de coll. in concor. & intellige collatores illos, qui quoquo modo iure pñt conferre beneficia, ſiue per electionem, extra tamen confirmationem, ſiue prouiſionem, ſiue alio modo, ut not. in ca. cum in illis. §. 1. de præb. in 6. Et ſic generaliter illis poſſunt dirigi nominationes, ſicut mandata apoſtolica. no. in c. mandatum. de reſcri. & habita notitia iſtius articuli, quib. dirigi poſſint, intelligitur alius, quibus dirigi non poſſint, ut no. in l. 1. de his qui ſunt ſui uel alie. iuris.

2 Primo † quæro, qui dicantur collatores ordinarii? Reſpõ. omnes clerici, qui a papa, uel lege, ſeu conſuetudine habent poteſtatem conferendi beneficia eccleſiaſtica. arg. cap. a iudicibus. 2. q. 6. no. in c. fi. de of. leg. lib. 6. & in c. ordinarii. de offi. ordi. eo. lib. & ca. ſi ſoli. de conceſſ. præb. ibidem. cle. 1. ut lite penden. & ibi Card. q. 14. & ſic in d. §. præfatique ordinarii. & §. præterea. dicũtur ordinarii nedum epiſcopi etiam, ſed alij, tam ſuperiores quàm inferiores, ad quos beneficiorum collatio, ſeu alia prouiſio ſpectat, etſi non habeant iuriſdictionẽ, per gl. in d. cle. 1. ut lite pend. Dec. in c. poſt ceſſionem. in 1. no. de prob. Card. in cle. 1. §. ad hæc. & cle. 2. de ſtat. mona. & dixi in §. 1. in gl. ordi. de coll. ſupra.

3 Notandum eſt, † ꝙ infraſcriptis perſonis poteſt collatio beneficiorum, ſeu præbendarum ſpectare. Primò ad epiſcopum, & capitulum ſimul de iure communi. cap. poſtulaſtis. de conceſ. prẽben. Feder. conſi. 1. & aliàs ample conſului. non hic repeto.

4 Secundo ad ſolum epiſcopum, † uel ſolum capitulum de conſuetudine. cap. cum eccleſia ulterana. de elect. & ibi glo. & doctores.

5 Tertio, ad unum canonicum † ratione ſuæ hebdomadæ. c. mandatum. de præb. in 6. uide Rotam deciſ. 49. no. in diœceſi. de conceſ. præben. in antiq. qui uice capituli confert. Fely. in c. eam te. col. 9. uer. mandatum factum. de reſcrip. & ca. cau ſam. col. 11. ibid.

6 Vnde conſului, canonicum † etiam non conſtitutum in ſacris conferre poſſe per hebdomadas, ſicut alii, nec ob. cle. ut hi qui. de æta. & quali. quia ibi priuatur tantum ſuffragio, & ſic electione, nõ autem nominatione, uel collatione, ſeu præſentatione, cum inter iſta ſit longa differentia. c. cum in illis. §. 1. de præb. in 6. & quia cle. eſt pœnalis, & ſic non extendẽda. l. interpretatione. ff. de pœnis.

7 Quarto, poteſt ſpectare † ad capitulum, & eꝑm alternis vicibus. cle. plures. de iur. pat. c. cum in illis. §. fi. de præb. in 6. & ſi unus impediatur conferre rõne mandati, uel noïationum in ſuo turno, an poterit poſtea conferre libere, tradit gl. in §. item ꝙ oïa, in uerbo faciendæ. in fi. de colla. in prag. Io. An. & alii in c. cum in illis. de præb. in 6. Rot. deciſ. 21. no. ꝙ ubi ex ſtatuto. de præb. in antiq. Io. de Ana. conſ. 43. ſtãte. dico in tit. de mand. Apoſto. in uerb. quinquaginta. in Concord.

8 Quinto, pertinet collatio † ſiue inſtitutio facta præſentatione. c. 1. per totum titu. de inſti.

9 Sexto, poteſt competere † ad aliquem clericum authoritate Apoſtolica. c. cum aliquibus. de reſcrip. lib. 6. cap. is cui. de præben. ibid.

10 Septimo ſpectat collatio † ad laicum ex priuilegio Apoſtolico. c. dilectus. in 3. de ꝓb. Et tunc laicus non ꝑt dare duas ꝑbendas, uel duo bñficia incõpatibilia uni ſine papæ diſpenſatione. Collecta. in c. dudũ. 2. col. ult. de elec. Et his ferme omnibus, demptis laicis, poſſunt noïationes dirigi, ut inf. latius deducetur. Rota deciſ. 21. de præb. nota ꝙ ubi ex ſtatuto. in antiq. quando collatores ſunt ordinarii, ut hic dicitur.

11 Secundo quæro † an comprehendatur legatus a latere? vẽ ꝙ non, cum authoritate Apoſtolica procedat. gl. & doct. in c. ſi abbatem. de elec. in 6. Sed Ro. Põtifex non cõprehenditur, ergo ipſe. Reſp. legato non habenti eꝑatum, uel abbatiã, ſeu alias collationes in regnõ, non pñt dirigi noïationes, ut hẽat prouidere, ſed licet illi nõ ſint directæ, tenetur tñ qualificatis prouidere, iuxta ſtatuta in concordatis, tum ꝙ ſolus papa uoluit ut ipſe, & ſucceſſores iure præuentionis libere conferre poſſent, ut patet in §. declarantes. de man. apoſtolicis. in Cõcord. ergo alii non habent ptãtem illã, tum ẽt quia papa hãc facultatem præuentionis non conceſſiſſet, regnicolæ nõ paterentur legatum alteri quàm nominato conferre, quia regnicola leges regni ſeruare debet, & ſemper recipitur in Frãcia cum modificationibus regni, & reſtrictionibus, & non aliàs, ut patet in ſua receptione.

12 Item concordatũ † fuit inter papã, & regem, ꝙ concordatum hẽt uim cõtractus, ut ſupra in prin. dixi, & contractus ligat ẽt legatũ, & principem. c. 1. de prob. & ibi plura addidi.

13 Præterea §. ſi quis uerò † cuiuſcunq; ſtatus. de colla. in Cõcor. vẽ legatũ a latere ſubiicere his legibus regni, & ita tenetur. Conſequens eſt ẽt ꝙ d. §. ſi quis uerò. exprimit Cardinales dẽre conferre uoïatis, ergo & is ipſe, cũ ſit Cardinalis, & ẽt quia d. §. ſi quis, exprimit aliud uerbum, uel alterius cuiuſlibet dignitatis. Item dr ordinarius in c. 2. de of. legat. lib. 6. tñ eius ptãs eſt extraordinarie inuenta, ut tenet gl. in clem. fi. de of. or. gl. in §. uiſum. in uerbo legatorũ. in fi. de colla. in prag. Et ſic ei non diriguntur noïationes rõne ſuæ legationis, ſed ſi habet eꝑatum, uel archiepiſcopatum, rõne illorũ poſſunt eidem dirigi, & etiam tanquam legatus tenetur graduatis, & legitimè qualificatis beneficia eis præſtituta conferre.

14 Tertiò † quæro an comprehendantur Cardinales? videtur ꝙ non, nempe, qui ſunt ſpeciali nota digni, ſi non exprimãtur, non comprehenduntur. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. tex. in c. 2. de offi. deleg. in 6. uide Fel. in c. cum in iure. de of. deleg. c. quod ſuper. de fide inſtr.

15 Tamen in d. §. ſi quis uerò, † exprimuntur, cuius uerba infero, ſi quis uero cuiuſcunq; ſtatus, ẽt ſi Cardinalatus, Patriarchalis, aut pontificalis, uel alterius cuiuslibet dignitatis contra prædictum ordinem, & qualificationes ſuperius ordinatas, de dignitatib. perſonatibus, adminiſtrationibus, uel officiis, ſeu quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis hmõi, aliter q̃ modo prædicto diſpoſuerit, diſpoſitiones ipſæ ſint ipſo iure nullę, collationeſque, & prouiſiones, ac diſpoſitiones illorũ ad immediatum ſuperiorem deuoluantur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere teneatur, &c.

16 Alioqui non cõprehendentur † Cardinales, niſi exprimantur, ut pulchre conſuluit Petrus Anch. conſ. 295. pro clariori. ubi dicit, ꝙ diſpoſitio quantumcunq; generalis, ſi ſit odioſa, non cõprehendit ſuperlatiua, uel maxima, aut maiora expreſſis. ca. ſedes. de reſcri. alioqui fruſtra eſſent ibi expreſſi. Item exprimuntur in ca. uno. §. omnem. de ſchiſma. in 6. Sic conſuluit Barb. conſi. 23. ſcripſit propheta. col. 8. in 3. q. uolu. 1. ac in c. in noſtra. nu. 6. & ſeq. de reſcri. & Ro. conſ. 498. in caſu quo. col. 1. & ſic Cardinalib. poſſunt dirigi nominationes, ſi collationes in regno habeant, & ipſi tenentur nominatis ſic prouidere, & graduatis. prout ſtatutum eſt eod. tit. in concor. etiam ſi haberent indultum, quod non poteſt tollere iura regni, ut dico in d. §. ſi quis uerò.

17 Quarto † an comprehendantur eꝑi ætate minores? videtur quod non, quia per uerba generalia cuiuſcunque ſexus cõditioniſue ſit, non cõprehenditur minor, niſi exprimatur. text. iuncta. gl. in l. promittendo. ff. de iure dot. ſequitur Ale. & Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. col. 5. ff. de operis noui nuncia. ubi dicunt, quod uerba generalia reſtringuntur ratione ætatis, quia defectus iuris naturalis nunquam cenſetur ſublatus, etiã ſi lex loquatur cum termino uniuerſali, & geminatione uerborũ. Iaſ. in l. 2. §. prætor ait. ff. qui ſatiſd. cog. facit l. emptor. §. fin. de pact. Contrarium teneo, quia tertia pars benrficiorum eſt affecta nominatis, & graduatis. §. præfati. in 1. de collat. in concor. Iõ ſiue collatores ſint minores, ſiue maiores, tertia pars beneficiorum remanet affecta, ad quemcunque ueniat collatio. arg. l. uenditor. ff. de iud. Itẽ hic ligantur epiſcopi, & poſtquam minor habet illam dignitatem, ergo debet in hac conſtitutione comprehendi. nam ligantur collatores ordinarii, ergo quicunque ſint, ſiue maiores, ſiue minores, imo potius debent hi aſtringi, quàm maiores ex mente cõcordatorum, ut conferant graduatis & nominatis.

18 Alioqui cum nil ſciant † aut ſcire præſumãtur. l. fi. ff. de iur. & fact. igno. ſuis ſimilibus ignaris & iuuenibus omnia beneficia conferent, etiam ſi haberent præceptores doctos. Memini me legiſſe, quòd quidam Necromanticus habebat diſcipulum

Source : BIU Cujas

ſum nobilem qui ſibi maria & montes promittere ſolebat, quem uolens tentare præceptor. Necromanticus, per artem fecit, vt diſcipulus videretur electus in impetratorem. Magiſter id temporis rogabat eum, ut ſibi daret bona iamiam toties promiſſa. at ille diſcipulus ſuo præceptori non erubuit dicere, neſcio quiſnam es, tunc magiſter, ego ſum ille, inquit q̃ tibi omnia dedi, & ẽt tollã. & ſunt hodie multi diſcipuli ſuis præceptoribus ingrati, ut omnibus eſt notum. Præterea qui habet nomen, & effectum debet habere. l. a nullo. C. de feriis. ſed minor epiſcopulus habet epiſcopatũ, ergo comprehenditur. inſuper minor ætate factus cum diſpenſatione epiſcopus poterit beneficia conferre, ut no. in ea. cum nobis olim. de elect. & plene Ioã. de Selua in tract. de beneficio, in 2. par. q. 6. ergo & ei dirigi poterunt nominationes, alioqui epiſcopuli (ut ita loquar) cum ſuis nucibus eſſent melioris conditionis, quàm ſapientes. contra. cap. eum qui. de præb. in 6. de quibus dicitur eccleſiæ. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. Pſalm. 44. ꝙ dictum exponit B. Aug. in c. fi. 68. diſt. ſic inquiẽs. Patres miſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolicis filii nati ſunt, & conſtituti epiſcopi, &c. pro hoc bene facit text. in l. 3. iuncto §. pupillus. ff. de neg. geſt. ubi edictum generaliter loquens cõprehendit pupillum. Nec obſtat gl. in d. l. promittendo. quia poteſt intelligi, quando materia non caderet in minorem, vt pote in delicto, tunc minor non comprehenderetur, alioqui ſic, tex. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, uel conditionis. vbi dicit minorem cõprehendi, dum tamen ſit in tali ætate in quam delictum cadere poſſit. c. 1. de delictis puero. c. fi. de reb. eccl. non alie. lib. 6. extra. cum deteſtabile. de ſimo. in cõmunib. Corne. conſil. 152. licet in hac. col. 1. uol. 1.

19 Quinto † quæro, an comprehendatur fœmina habens collationem beneficiorum? uidetur quod non, quia hoc expreſſiſſet concordatum, ſi uoluiſſet. c. ad audientiam. de decl. & potius faceret ſe ſarracenam quàm vt uoluntati ſuæ non obtemperaret. pulcher tex. in c. tua nos. de iureiur. Tamen contrarium credo, per illa uerba in d. §. ſi quis uero. in uerbo cuiuſcunque ſtatus. & ibi, cuiuslibet dignitatis, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina. exponit glo. in d. extrauag. ad reprimendũ. in uerbo conditionis. Barba. conſi. 23. ſapientiſſimus. coln. 4. in 2. uol. Facit etiam uerbum, quis. quod comprehendit, tam maſculos quàm fœminas. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iudi. l. 1. de uerb. ſign. & ibi plene dixi. cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & dixi in tract. de pacifi. poſſeſ. in prin. Ideo quando abbatiſſa confert beneficia ex priuilegio, eidem poterunt nominationes dirigi, & quod abbatiſſa conferat beneficia eſt tex. in cap. dilecta. de maio. & obedien. & in cap. dilecto. de teſti. Ita tenet in propriis terminis Cardi. in c. cum dilectus. 3. q. col. 5. de conſue. doc. in c. fi. de conceſ. præb. Maleret. in trac. de e e. in 5. limita. fol. 21. col. 3. Roch. de Curte in tract. de iure patr. q. 1. in uerbo competens. ubi pulchre concludit, etiam meretrici poſſe competere iuſpatronatus, rationibus multis, quas ibi uidere licet.

Hodie in Francia quædam matres iſtorum epiſcopulorũ, & abbatum, regunt, & recipiunt redditus epiſcopatuum, & abbatiarum, & inter clauſtra religioſorum reſident, & mala quæ non audeo exprimere ibidem committuntur, quibus Deus optim. max. prouidere velit oramus, de inſatiabilitate prælatorum regni, & eorum peſsimo regimine alibi abunde tractabo.

20 Sexto † an capitulo dirigi poſſint noïationes? & breui reſpon. quod ſic, qñ collatio beneficiorum ad illud ſpectat, q̃a & mandatum poteſt dirigi. c. cam te. de reſcri. ca. ſi capitulo. de conceſ. præb. in 6. dixi in §. præfatique ordinarii. in gl. quicunque. de colla.

21 Septimo † quæro, an comprehendatur is qui confert iure deuoluto? tex. in d. §. ſi quis uero. hoc exprimit, ibi prouiſiones ac diſpoſitiones illorum ad immediatum ſuperiorẽ deuoluantur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere teneatur, & ſi contra uenerit, ad alium ſuperiorẽ deuoluatur prouiſio & præſentatio huiuſmodi gradatim, donec ad ſedem apoſtolicã fiat deuolutio, &c. Ecce ergo quomodo ſuperior iure deuoluto tenetur eiſdem conferre perſonis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem. igitur ſi beneficium erat conferendum regularibus per primũ conferentem, religioſis conferri debebit, per ſecũdum ad quem eſt facta deuolutio, ſi nominatis conferre debebat primus,
22 & ſecundus tenebitur eiſdem prouidere, alioqui non ualebit collatio in contrarium facta. text. elegans in cle. una. de ſupplen. negli. præla. glo. in §. ſi quis. in uerbo ſimiliter. de collat. in prag. quia res tranſit cum ſuo onere. l. alienatio. ff. de contrahen. empt. c. ſi quis laicus. & ibi gl. 16. q. 1. tum quia ſubrogatum debet ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. tum quia ius eligendi tranſit cum eadem qualitate. Romanus ſing. 478. pone quod arbitrium, quod facit pro conſulib. Montiſpoſulani, qui intra certum tempus habent eligere doctorem licentia, tum, aut nobilem in primum conſulem, ut ſi intra id temporis non elegerint, deuoluatur electio ad proximum ſuperiorem. ideſt ad gubernatorem. qui debebit eligere eoſdẽ, quos conſules tenebantur, uidelicet doctorem, aut nobilem, licet grauare hoc faciant.

23 Item qui in alterius locum † ſuccedunt, eo debent iure vti, quo ille uti debebat. Regula, is qui. de regu. iur. in 6. ut pote ſi monachi de gremio eligere debebant, & non eligant, ad ſuperiorem fiet deuolutio cum eadẽ qualitate. Io. And. in mercuria. in regula contra eum. de reg. iur. in 6. Alb. in l. in cõtrahenda. ff. illo titu. Roma. in repet. l. ſi uero. §. de uiro. fal. 20. ff. ſoluto matri.

24 Facit † quòd ſi alicui eſt relicta res cum hoc onere, ut non poſſit eam alienare, ille poſtea ad quem tranſiuit per ius accrescendi, etiam non potrerit eam alienare. l. vna. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Iaſ. in repe. l. re coniuncti. col. 2. nu. 3. ff. de lega. 3.

25 Itẽ ſi poſteriori † creditori fiſcus ſucceſſerit, eo iure utetur quo is vſurus erat, cui ſucceſsit. l. nõ intelligitur. §. ſi poſteriori. ff. de iure fiſci. facit lex prima. §. is ẽt. ut legato, ſeu fideicõm. nom. cauea. Præterea, ſi quis hẽat expedire actũ cum cõſilio alicuius, & ille delegauerit actum, delegatus tenebitur requirere conſilium, ſicut primus tenebatur. tex. in c. cũ in uetern. notab. 3. de elect. Panor. idem dicit in iudice, ibi, quem ſequitur Fel iu c. cum dilecta. col. 12. amplia. 7. de reſcri. ubi iudex eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudicis ſecularis, debet procedere ſummariè, ſicut ſecularis tenebatur.

26 Adhæc † ſubdelegatus eiuſdem debet eſſe qualitatis, ſicut delegatus. c. ſtatutum. §. in nullo. de reſcri. in 6. & eadem tempora concedi debent ſubdelegato, quæ delegato uel ordinario, qui delegauit. l. ſi iudex, cui certa. ff. de iud.

27 Conſequens eſt, quòd ſi nobilis † colligat pedagium ſupra pontem, & eo deſtructo alius reficiatur, idem uectigal poterit exigi, cum pons cenſeatur eſſe conſtructus cum eadem qualitate, ſicut primus erat. Bald. in l. ſi plures. colu. 4. uer. uidi dubitari. C. de cond. iuſer. & in l. 3. in fi. de priui. fiſ. Maleret. in tract. de elect. fo. 47. in 5. q. Vlterius res tranſit cum ſua cauſa, ſuiſque uitiis. l. Pompo. §. cum quis. & ibi Io. Crotus plene in 1. notab. ff. de acq. poſſ.

28 Non abſimile eſt, ꝙ ſi patronus † propter negligentiã perdat ptãtem præſentandi, tñ ſuperior conferens non põt aliter conferre, quam natura beneficii requirat, ut pote ſi ſacerdos debeat præſentari per patronñ, epiſcopus ſacerdoti conferre debebit. Io. de Selua in trac. de benefi. in 3. part. q. 49. & Boer. in addi. ad Mandag. in tract. de elec. c. 1. in fi. primæ partis.

29 Et idem ſi patronus † tenebatur præſentare aliqnem de familia fundatoris. Poſtremo ſi teſtator dederit formam diſtribuendi bona ſua ad cauſas pias, & executore negligente deuolutio fuerit facta ad epm, is debebit exequi ſecundũ formam a teſtatore traditã, quia licet ſit a perſona receſſum, non tamen a forma. ita expreſsè tenet Bal. in l. ſi puella. C. ſi mancipium, ita fuerit alie. vt manu. Barb. in c. venerabili. col. 3. de of. dele. & in c. poſſeſſiones. col. 2. de reb. eccl. non alie. Corſet. in ſing. incip. conſilium. & ſic eps, uel archiepiſcopus ẽt iure deuoluto beneficia conferens, tenetur conferre iuxta concordata. faciunt multa alia quæ hic poſſem congerere, quæ adduxit Fel. in c. 1. uerſ. declar. nu. 9. de reſcrip.

30 Fallit quando ille, a quo † deuoluitur, tenebatur, aliàs non, iõ ſi ab eõ extra regnum fit deuoluta poteſtas ad archiepiſcopum regni non tenebitur conferre graduato uel qualificato: quia cũ beneficiũ extra regnum nõ habeat onus nominationum nec archiepiſcopus in illis habebit aliquod onus, quia res tranſit cum ſuo onere, quando habet: alioqui ſine l. alienatio. ff. de contrah. emp. Initium. n. eſt ſpectandum. gl. in c. dudum. 1. de elec. & poſtquam primus conferens non eſt grauatus, nec ſecundus, probatur in §. ſi quis uero. de collat. in concor. facit quod legatus non poteſt conferre beneficia extra prouinciam uacantia, etiam deuoluta ad prelatum ſuę prouinciæ. gl. in §. uiſum, in uerbo, legatorum. de collatio in pragm. & latius Brunel. in trac. de digni. legat. in 19. concluſ. in 2. declarat.

31 Octauo † quæro, an is ad quem collatio iure deuoluto ſpectat, alteri q̃ nominato uel graduato conferat, puniri dẽat pęnis contentis in d. §. fi. de colla. in concord. vbi ſuſpenditur à collatione beneficiorum per octo menſes? & uidetur ꝙ non, quia. d. §. loquitur de collatoribus ordinariis, & ſic vr intelligendus de his qui primo loco conferunt, cum omnis actus debeat regulariter intelligi de primo. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. c. non poteſt. de præb. in 6. & utrobiq; dixi. & quia pœnæ ſunt reſtringendæ. l. cum quidam. ff. de liber. & poſth. l. at ſi quis. §. diuus Marcus. ibi, pœnã tñ in eũ ſtatutam
32 non eſſe. ff. de religio. & ſumpt. funer. In contrarium uidetur d. §. fina. qui omnes collatores aſtringit ad eandem pœnam, etiam §. ſi quis vero, præcipitur, vt ſic conferunt, & cum

Source : BIU Cujas

iſta qualitate. Ideo clauſula in fine poſita ad omnia referetur. l. talis ſcriptura. §. fi. ff. de leg. 1. dixi in repe. l. unic. in gl. & nō ex quibuſdam. C. de ſentētiis quæ pro eo quod intereſt. Nec obſt. ſi dicatur q̄ eſt ſecundus collator, quia eidem conferre debet ſicut primus, ut ſupra dixi.. ideo cum ſit collator eadē pœna aſtringetur, cum tex. non loquatur de primo, nec de ſecundo potius q̄ de alio, ideo omnes comprehendentur, qa indefinita æquipollet vniuerſali. c. ut circa. de elec. in 6. Item quia diſpoſitio. §. fi. redderetur fruſtratoria, ſi non cōprehenderentur illi qui iure deuolutionis conferunt. & nunquā cōferrent graduatis, ergo pœna ad illos extenditur, quia etiam in pœnalibus licita eſt extenſio, quādo diſpoſitio legis uel ſtatuti poſſet reddi illuſoria. l. 1. §. pecuniam. & l. ſeq. ff. de calumnia. ſequitur Iaſ. in d. l. cum quidam. in fi. huic tamen opinioni contradicit dictus §. fin. ibi, quibus graduati & nominati debite, &c. cui ſtandum eſt. poſſet tamen altera opinio ſuſtineri, quando nullus eſſet nominatus, uel graduatus, uel ſi nō inſinuaſſet, tunc collator alteri conferendo non puniretur, p ea quæ notat Bonifacius in d. cle. una. in fi. prin. ubi dicit, qñ non inuenitur aliquis idoneus ad regimē eccleſiarum vacantium, tunc recipietur alius, ut pote ſi religioſus Sancti Benedicti debebat eligi, & nullus inuenitur idoneus ibi, tunc ex alio monaſterio aſſumi debet alius, arg. c. ſi pro defectu. de elect. & no. in c. cum ſingula. in fi. de præb. in 6. Nam deficientibus idoneis. inhabiles admittuntur. l. ut gradatim. §. 1. ff. de muneribus & honorib. & hoc procedit tam in primo collatore, quàm in eo qui iure deuoluto cōfert. c. graue. de præb. & ibi notatur.

33 Secundò † fallit in Papa. is ſibi retinuit. in §. declarātes. de mandat. apoſtoli. in concord. & quia plenam in beneficiis habet poteſtatē. c. 2. de præb. in 6. & ſi Papa nollet conferre qualificato, poſſet quis impetrare tacita qualificatione. gl. in §. q̄ ſi quis, in uerbo pontificem. de colla. in prag. ſequitur Io. de de Selua. in tract. de benefi. in 3. par. q. 50. in fi. Iſtud tamen eſt ſuperuacaneū, quia non ſolet Papa recuſare collationes idoneis peritiſq;, cum ſit liberalis. c. ſedes. de reſcri.

34 Nonò † dubitatur, an nominationes poſſint dirigi patronis laicis? videtur q̄ ſic, per d. §. ſi quis uerò. ubi vult omnes teneri cuiuſcunque ſtatus aut dignitatis ſint, ſed iſta uerba comprehendunt tam laicos quàm clericos. glo. in l. promittendo. ff. de iure dot. quàm ad hoc no. Barb. conſi. 23. ſapientiſſimus. col. 4. in 2. vol. & conſi. 21. clementiſſimum. col. 4. & in 4. uol. & conſi. 41. immortalem Deum. col. 2. eod. uol. glo. in uerbo conditionis. in extrauag. ad reprimendum. quomodo in læſę maie. crimine proceda. Item ponderatur uerbum, cuiuslibet dignitatis, in

biguitatem.C.de vſufruct.argu.l.inter bonorum. ff. de admi niſtrat.tuto. & tunc poſſent dirigi epiſcopo & ſuo coadiutori.nam licet coadiutor non poſſit alienare.c.1.in fi.de cler.ægro.lib.6. tamen cum collatio beneficiorum ſit alienatio ne ceſſaria,poterit per hunc coadiutorem fieri,quia uoluntaria tantum prohibetur,inter quas multum refert.l.alienationes. ff.familiæ herciſ.l.1.de fundo dota.non alienan. Oldr.conſil. 44.quæritur ſi epiſcopus.glo.in §.ordinariis.in uerbo iuriſdi ctio.de colla.in pragm.Aliquando coadiutor datur ſuſpecto de dilapidatione,ut in c.uenerabili. de offi. dele.uel leproſo. c.tua.de cleric.ægro.uel datur alteri impedito exercere officium propter infirmitatem,aut ſenectutem.c.ex parte.de cle ri.ægro.& debet eſſe perpetuum impedimentum.c.1. de cle
45 ri.ægro.lib.6. † Et dicitur perpetuum, licet tolli poſſit per diuinum miraculum.cap. fraternitatis.de frigi.& maleficia.& tunc ſi coadiutor datus eſt ad ſpiritualia & temporalia, videtur habere generalem & liberam poteſtatem.ca.1.in 7.q.1.& c.quamuis ſit triſte.& c.petiſti.ibidem. c.grandi. de ſupplen. negli.prælat. in 6. & hoc caſu non confert beneficia, ſed epſ confert cum conſenſu coadiutoris.arg.d.eccleſiæ.§.fi.de ſupplen.negli.prælat.in 6.Archi.& Philip.in d.c.1.ſicut nec curator adulti nuptias contrahit.arg.l.in copulandis.C.de nup.& aduerte q̃ ex cauſis ſupradictis datur epiſcopis inuitis,& aliis ſuperioribus a ſolo Papa.d.c.unico.de cleri.ægro.in 6. inferioribus uero datur coadiutor ab eo qui habet poteſtatem inſtituendi,& deſtituendi.c.1.& 3.de cler.ægrot.epiſcopus tamen uel archiepiſcopus poteſt cum cõſenſu capituli aſſumere ſibi coadiutorem,uel cum aſſenſu maioris partis, non capitulo inuito.d.c.uno.de cleri.ægro.li.6.ubi uide. & licet his coadiutoribus non eſſent directę nominationes, tamen ipſi tenerentur prouidere iuxta mentem concordatorũ. Primo, quid ſit coadiutor.Secundò unde dicatur. Tertiò quis detur. Quartò cui detur.Quintò qualis detur.Sextò per quem. Septimo quod ſit eius officiũ. Octauò quæ poteſtas. Nono an expiret poteſtas coadiutoris mortuo illo cui datus fuit. Decimo an detur inuito.Vndecimo cuius expenſis alatur.Duodecimo an plures uni,uel vnus pluribus pari poſſit. has quæſtiones uide lucidè tractatas per Card.in d.c.fi.de cleri.ægro. ubi etiam Ioan.Andr.& alii tractant.uide ibi,ſi libet.

46 Decimoquarto quæro, † præſuli ab hoſtibus uel ſchiſmaticis capto, vel exuli, datur vicarius a Papa in temporalib. & ſpiritualib. vſquedum durat impedimentum. c.ſi epiſcopus. de ſupplend.negli.prælat.lib.6.clem.1.de foro compe.nonne huic vicario generali poſſint dirigi nominationes? Reſpond. ſic copulatiue,uidelicet epiſcopo Aurelianenſi, & eius uicario.& is etiam tenetur nominatis prouidere,& graduatis, ſicut epiſcopus ſi eſſet, tum quia tertia pars eſt affecta, ut dixi ſupra, tum etiam quia collator eſt, & quia omnẽ curam dẽt gerere quam ageret prælatus,ſi præſens eſſet.c.1. & c. quamuis.7.q.1.ſic conſuluit Oldr.conſi.208.quoniam ex tempore. col.2.dicens poſſe beneficia cõferre, quando eſſet a Papa cõſtitutus.ſecus ſi ab alio.per c.eccleſiæ.§.fin.de ſupplen. negli. præla.lib.6. quia procurator Cæſaris poteſt hæreditatem adire,quod non poteſt alterius procurator.l.1.§.ult.ff. de offic. procu.Cæſar.l.per procuratorem.de acquir. hæred.& ſic iſte vicarius tenebitur etiam ſecundum formam concordatorũ prouidere,licet eidem non eſſent directæ nominationes, ſed epiſcopo tantum, dummodo inſinuatio eidem facta fuerit, inſtar eius qui ſucceſſit in epiſcopatu, qui etiam tenetur prouidere nominatis,cum ſit epiſcopus, & epiſcopo fuerunt directæ nominationes.quæ dignitas tranſit in ſucceſſorem. ca. quoniam abbas.de offic.deleg.& non moritur. c.ſi gratioſæ. de reſcri.lib.6.

47 Et hic vicarius † bene poteſt conferre beneficia etiam epiſcopo.ſecus in uicario ab epiſcopo conſtituto, quia cum iure epiſcopi conferat,non poſſet eidem epiſcopo conferre.c. per ueſtras.de iur. pat.inter enim inſtitutum & inſtituentem debet eſſe diſcrepantia.c.fi.de inſt. Soc.in l.1.§.ſi autem.ff.ad Treb.ſic conſuluit de Ripa,conſ.23.Iulius.col.2.lib.2.reſpon. ſed ſubſtitus a uicario habente poteſtatem ſubſtituendi poteſt uicario conferre, quia ſubſtitutus capit poteſtatem ab epiſcopo,non a uicario.c.non indiſcrete.de procur.ubi gl. dicit,quod ſubſtitutus cenſetur eſſe a domino datus.tex.in c.1. de offi.uica.in 6.& ibi doct.Auriol.in addi.ad Guiel.de monte Lauduno,in c.ſuper eo.de præb.in 6.doc.in cle.religioſus. poſt gl.ibi,de procu.dixi in gl.conferre.in §.præfatiq; ordinarii.de colla.uide ibi.& plenius quàm aliusiſtam uicariorum epiſcoporum materiam tractaui in praxi beneficia.tit. de uica.archiepi.epiſc.

48 Decimoquinto dubitatur, † quia eccleſiæ cathedrali vacanti datur qñq; procurator cum libera ptãte adminiſtrandi in ſpũa lib.& tpalibus,& hic ſolet a Papa dari, & dr uiſitator. c.is cui.de elec.lib.6.Ale.per illum tex.in ca.obitum. 61.diſt. & is põt cõferre beneficia ſpectantia ad collationem epi,ſm Peruſ.& alios ibi,an huic poſſint dirigi noiationes? Et breui reſpon.q̃ ſic, quia omnib. collatoribus eccleſiaſticis pñt dirigi,ſicut eſt hic.no.Pan.in c.cum nobis.ult.not.de elec.& is viſitator & adminiſtrator tenebitur conferre ſecundum qualificationes prædictas,etiam ſi nominationes eſſent directæ epiſcopo ſuo prædeceſſori.& ita ſeruatur.

49 Aduertendum eſt,quòd licet † capitulũ uacante ſede non poſſit beneficia conferre. c.illa ne ſede uacan. quia in fructibus computatur collatio.gl.in c.cum olim.de maio.qui dẽt reſeruari futuro ſucceſſori.c.quia ſæpe.de elect.in 6. & clem. penul.illo tit. nec poteſt recipere reſignationem alicuius beneficii animo permutandi,quia recipere reſignationem,gratioſum eſt,& epiſcopale.c.admonet. de renun. ca.quæſitum. de rer.permu.& ea quæ ſunt gratiæ & diſpenſationis,non deuoluuntur ad capitulum.Inno.& Bal.& c.cum olim. de maior.facit quod notat Pan.in c.uerum.colum. 2. de foro competen.Nec poterit capitulum ſede uacãte recipere profeſſiones.ut doct.ſcribunt in cap.licet.& ca.porrectum.de regula. tamen ne diutina uacatio contingat, poterit facere adminiſtratorem ſeu uicarium, qui poterit prouidere de beneficiis, quorum collatio eſt neceſſaria.Panorm.in d.cap.cum uobis olim.colum.tertia. qui tenebitur prouidere iuxta qualificationes poſitas in concordat.uidelicet nominatis,uel graduatis ſimplicibus,prout eſt ibi expreſſum.Ioan.And.in ca.uno. ne ſede uacan.lib.6.Et iſti adminiſtratori poterit fieri inſinua
50 tio,ut infra dicam,& quando eccleſia† patitur defectum miniſtrorum,uel alia ſubeſt cauſa rationabilis poterit etiam capitulum beneficia dare in commendam.Card. in d.ca.illa.in fi.hoc plene tracto in praxi benefic.faciendo regulam cum limita.in titu.de deuolutio.Hoc ſimpliciter tenet Præpoſ.in c. presbyteri.in fi.24. diſtinct. Imò etiam ſine alia cauſa poterit capitulum ſede uacante beneficia uacantia commendare,& œconomum ponere,donec p ſuperiorem fuerit prouiſum, quod eſt ſing.ſecundum Panorm.& Peruſ.in ca.bonæ.de appel.& miror quod non ſeruetur. Et an taciturnitas beneficii faciat collationem huius uiſitatoris nullam,ſicut legati, dicitur in c.fi.de offic.leg.lib.6.quòd non tenet.Auriol. in addit. ad Guliel.de monte Laudu.in d.c.is cui.uide ibidem. & archiepiſcopus an poſſit dare hunc uiſitatorem,quod ſic, cum cauſæ cognitione,& uocatis quorum intereſt. in c.fi.de ſup. negligen.præla.in 6.

51 Decimoſexto quæro, an † nominationes directæ capitulo,comprehendant ſingulares canonicos? Et in hac quæſtione facias caſus ſeq.

Primus eſt,quòd nominationes directæ capitulo nõ comprehendunt ſingulares canonicos, niſi uice capituli conferrent.per tex.elegantem.in c.cum in illis.§.fin.& c.fina. de præben.lib.6.quia aliud eſt capitulum, aliud ſinguli.l.ſed ſi hac. §.qui manumittitur.ff.de in ius uocan.ubi libertus uniuerſitatis poteſt uocare in ius ſine uenia ſingulos de uniuerſitate, licet non uniuerſos. & actor uniuerſitatis non dicitur actor ſingulorum.l.2.ff.quod cuiuſque uniuerſita. nec procurator uniuerſitatis dicitur procurator ſingulorum, nec unius facultatis ſolius dicetur procurator,per ſupradicta,quia etiam quod uniuerſitati debetur non debetur ſingulis.l.ſicut.ibidẽ.

52 Secundus caſus eſt, quando † nominationes diriguntur capitulo ſinguliſq; canonicis cum clauſula coniunctim uel diuiſim,tunc comprehendantur ſinguli canonici,qui conferũt uice capituli per menſes uel hebdomadas, per d.c.fi. Idem ſi non conferant uice capituli per menſes uel hebdomadas, per d.cap. fin. Idem ſi non conferant uice capituli,ſed vt antiquior canonicus ex fundatione beneficii collationem habet,tunc etiam adſtringitur,quia ratione canonicatus de capitulo eſt.Pan.in c.pro illorum.de præb.in gl.ult.per ca.cam te.de reſcr.in 6.ibi,de capitulo ipſo eſſes,&c.

53 Tertius caſus,qñ collatio † ſpectat ad canonicum iure ſpeciali,ratione forte dignitatis,aut alia,non uice capituli, tunc noiationes capitulo etiam cum clauſula,coniunctim uel diuiſim, directæ, non adſtringunt illum ſingularem canonicũ. gl.& doc.in d.c.fi.Dom.de Rot.deciſ.49.no.in diœceſi,de cõceſ.præb.in antiq.& deci.10.ſub rub. de conceſ. præb.in antiquior. quia non intendit Papa grauare alteram dignitatẽ extra capitulũ,per c.cũ in illis.§.ſi uerò.illo tit.lib.6.Ideo eſt neceſſe quod noiationes expreſsè illi dignitati dirigantur, uel mandatũ.gl.in tit.de colla.in §.ſtatuit.in verbo ſpectar.Nam hñtes dignitatẽ in eccleſia de iure non ſunt de capitulo, niſi aliàs ſint canonici.ſoli n.canonici faciũt capitulũ, & unũ corpus cum epo.c.nouit.& c.quanto.de his quæ fiunt a præl.Panor.in 3.nota.c.auditis.de elec.& in d.c.dilecti.no.primo.de maiori.Dec.in c.eã te.2.no.de reſcri. nã rõne illius dignitatis nõ eſt de capitulo,ſed rõne canonicatus,ut dicit Pan.in c auditis de elec.gl.in §.1.in uerbo collegiũ.de elec.in prag.quare ſolent dirigi noiationes † decano & capitulo, ſinguliſq;
54 canonicis,& perſonis eccleſiæ,ac dignitatib.ut uidi fieri,ideo ſi alicubi reperiantur hñtes dignitatem ſine canonicatu habere uocem in capitulo,illud eſt iure ſpãli,quare ſi nominatio-

Source : BIU Cujas

nes dirigantur capitulo,etiam communiter vel diuiſim, non comprehendetur iſte habens dignitatem.glo. in d.§.ſtatuit, quia epiſcopus poteſt eſſe vt canonicus in capitulo, & tunc antiquior canonicus eum p̄cedit,quia non cenſetur ibi tanquam epiſcopus.glo.in cap.a collatione.de appellationi.in 6. igitur inſinuatio (ut infra dicam) facta capitulo nō ligat iſtū epiſcopum canonicum,niſi fiat illi ſub epiſcopatus qualitate, & ſingulariter Domi.Blaſ.Auriol.in repet.cap.eam te. num. 1545.cum ſeq.de reſcrip.

55 Vltimò † quæro,an ſufficiat dirigere nominationes capitulo,non exprimendo caput? Reſpondeo nō,ſed ſic debent dirigi, decano & capitulo.c.cum inter.de conſue. in ſupraſcriptione,ibi,decano & capitulo,uel præpoſito & capitulo.de poſtulat.prælat.vel Archidiacono,& capitulo.ca.cum nobis olim.ibi,Archidiacono & capitulo Capuano.de ele. Et hoc uerum eſt,quando iſtæ perſonæ ſunt capituli caput.c.eam te. & ca ex parte decani.de reſcrip. ubi Anto. Panor. & alii notant,quòd appellatione capituli non poteſt comprehendi caput principale ipſius,niſi ſpecialiter nominetur.per c.poſt electionem . de conceſ. præbend. ubi probatur contra,uide ibi Imol.& in rub.de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu capituli.facit.c.inter corporalia.ibi, decano. & capitulo Audegauen.de transla.epiſcopi.c.conſtitutus.de reſcrip.capit.propoſuit.in ſupraſcriptione.de conceſ.præbend.cap.dilectus. 3.de præbend.cap.fin §.1.de rebus eccle.non alienandi. in 6.Ideo ſi quis impetret beneficium ad collationem capituli ſpectās, non comprehendetur ſi ſpectet ad prælatum , quia prælatus non comprehenditur ſub capitulo.ut notat.in cap.fi.de ſim. cap.poſt electionem.de conceſ.præbend.hoc pulchre proſequitur Collecta.in ca.eccleſia.col.6.uerſi.quid ſi quis impetret.de ſortileg.tamē ſi ſit expreſſus epiſcopus & capitulum, valebit reſcriptum,uel mandatum,quia caput, & mēbra ſunt expreſſa.cap.nouit.de his quę fiunt a præla.[& ſic putarem valere mandatum & nominationes,ſi dirigantur capitulo, uel epiſcopo & capitulo,ſeu abbati & capitulo,licet non exprimatur alius,quia non poſſunt eſſe duo capita in una eccleſia, ergo ſufficit exprimere epiſcopum & capitulum,& iſta ratio ſcripta eſt in antiq.in d.cap.poſt electionem.facit c.dilectus. 2.de præbend.Imol.in proœmio decre.Greg.colum.2.& ibi plene Fel. ſed beneficia quæ decanus confert ratione ſuæ dignitatis,uel altera, quæ eſt caput capituli, niſi conferat coniunctim cum capitulo,non comprehenduntur,ſecus ſi caput exprimeretur,ut decano & capitulo Pictauen.communiter & diuiſim &c.

56 Et ſicut appellatione † capituli non uenit prælatus,per iura prędicta,ita appellatione uniuerſitatis nō uenit rector,nec appellatione ancianorū uenit vexilifer iuſtitiæ, qui eſt caput ipſorum,& iſta eſt communis doctrina ſecundum Barb.in 1. nota.in d.cap. ex parte. ubi limitat in fauorabilibus appellatione capituli & large, prælatum venire,per glo. ſingu.in clemen.vt hi qui.in uerbo,in eiſdem.de æta.& qualita.facit ca. cum conſuetudinis.ibi,capitulo Pariſien.& cap.cum uenerabilis.ibi,conuentui Corbienſis monaſterii. de conſuetu.cap. eccleſia ueſtra.ibi,Rothomagenſi capitulo.& cap. Cumana. ibi,Cumanenſi capitulo.&c.ut præteritæ.& ca.cum inter vniuerſas.de elect.ubi in ſupraſcriptionibus patet,& per Panor. & Fel.in proœmio decreta. & per Barba. in tract. de præſtan. Cardina.in q.7.partis.1.col.2.& in c.1.col.10. de iudic. & cle. 2.col.31.de elect.c.dilectus.in 2.de præbend.Etiam dicerem in receptione facti ſufficere exprimere capitulū , licet caput non exprimatur,per tex.in d.c.poſt electionem. ubi eſt caſus expreſſus.Et ſic patet quibus dirigi poſſint nominationes,qa collatoribus ordinariis habentibus collationem trium beneficiorum ad minimum,aliis verò collatoribus non habentibus collationem trium beneficiorum non dirigentur. dicto §. præfatique ordinarii . nec patronis laicis, ut dictum extitit.

57 Poſtremò quæro , ſi collatio † ſpectet ad epiſcopum cum conſilio & conſenſu capituli, an nominationes dirigi dēant, tam capitulo,quàm epiſcopo? reſpond.epiſcopo tātum eſſe nominationes,uel mandatum dirigendum.per tex.in c.uno. §.1.ne ſede uacante. in 6. nam quando collatio ſpectat ad vnum cum conſilio & aſſenſu alterius, ad illum ſolum ſpectat collatio,& non ad conſentientem.per illum tex.ubi hoc etiā docet Dom.& Peruſ.in c.cum in illis.in fi.de præb.in 6.gl. in uerbo decem.in fi.§.non tamen . de collat.in Pragm. nam aliud eſt conferre,aliud conſentire. l. aliud. ff. de regulis iuris. Ioan.And.in cap.a collatione.de appellatio.plene Felin. in c. eam te.col.13.uerſicu.ſi Papa.ibi,præterea.de reſcrip. plus dicens, non uideri collationem ſpectare communiter cum illo,qui habet conſentire,ſed eſt propria epiſcopi,ut conſului. Item nominationes diriguntur collatoribus , & patronis eccleſiaſticis,& hi grauari tantum poſſunt. §.præfati.primo. de collatio. in concordan. & quamuis, ut grauentur conſentientes non ſint collatores, tamen diriguntur eis mandata, & nominationes , alia in ſequentibus dicentur. de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Exprimenda in nominationibus.*
1 *Beneficia per nominatos poſſeſſa ſunt in nominationibus exprimenda. & num.3. & pluralis locutio duorum numero,& non minori contenta eſt, niſi identitas rationis aliud inducat 3.*
3 *Conſtitutio loquens in plurali an habeat etiam locum in ſingulari.*
4 *Nominati an teneantur exprimere dignitates.& nu.5.*
5 *Beneficij nomine continetur præbenda, & quodcunque aliud beneficium, non tamen hoſpitale.nu 9.& diſtributiones quotidianæ non ueniunt nomine beneficii. & procurator conſtitutus ad acceptandum beneficia etiam curata,acceptabit & dignitates. & expreßio generis tantum ualet in ſuo genere,quantum ſpeciei in ſua ſpecie.19.*
7 *Error in nominationibus an eas uitiet.*
8 *Vicaria an ſit exprimenda in nominationibus, & an hoſpitalia. numero 9.*
10 *Nominatus an teneatur exprimere in ſua nominatione leproſariam uel eleemoſinariam.*
11 *Poſſidere & tenere quid ſignificent. & poſſidens beneficium de facto, illud in nominationibus debet exprimere.*
12 *Mentio de poſſeſſis non pacifice,an in nominationibus facienda ſit. & nu. 13.ubi,quod uerba cum effectu ſunt intelligenda.*
13 *Indefinita æquipollet uniuerſali.*
14 *Beneficia de nouo collata necdum poſſeſſa in nominationibus an exprimenda. & qualitas iuncta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.*
15 *Mentio in nominationibus an ſit facienda de beneficio unito.*
16 *Negans ſe poſſediſſe,quis probare debeat.*
17 *Spoliatus an teneatur illud beneficium quo fuit ſpoliatus,in nominationibus exprimere.& nu.18.*
18 *Actionem ad rem qui habet,rem ipſam habere uidetur, & delinquendi materia auferri debet.*
19 *Beneficia in genere an ſufficiat exprimere in nominationibus.*
20 *Beneficium quod quis deſiit dolo poſſidere, tenetur exprimere in nominationibus.*
21 *Beneficium de nouo poſſeſſum in nominationibns exprimendum.*
22 *Poſſidens unam rem beneficii,an beneficium dicatur poſſidere.*
23 *Numerus beneficiorum eſt exprimendus in nominationibus, etiam ſi extra regnum ſint. & nu.24.*
25 *Beneficia etiam extra regnum poſſeſſa,in nominationibus exprimenda.*
26 *Nominatus an teneatur exprimere beneficia quæ habet in commendam, & commenda eſt titulus canonicus.*
27 *Beneficia quæ quis habet ad nutum ſuperioris, an ſint exprimenda in nominationib us.*
28 *Intellectus cap.poſtulaſti.de reſcrip.*
29 *Capellanias modici ualoris an teneatur quis exprimere in nominationibus.*
30 *Tacenti beneficium quod habebat tempore impetrationis nominationum non ſuccurritur.licet illud poſtea reſignauerit,& uitioſum ſemel,tractu temporis non conualeſcit.*
31 *Vacationis tempus quando attendatur in nominationibus,& quando tempus datæ nominationum.44.*
32 *Verus ualor beneficiorum in nominationib.debet exprimi, & quare. ubi, quod præſagus puniendus, & ignorantia in facto alieno eſt probabilis.*
33 *Forma & ſubſtantia debet ad unguem ſeruari.*
34 *Nominationes in quibus uerus ualor non eſt expreſſus, an iure ſubſiſtant.*
35 *Valor beneficiorum in impetrationibus quare exprimendus.*
36 *Gallorum ſtylus quoad expreſſionem ualoris beneficii.*
37 *Burſales conſtitutiones Galli reprobant.*
38 *Valor uerus beneficiorum dicitur deductis oneribus & impenſis, & habere proprie dicitur quis,quod ad eum peruenit deductis oneribus.*
39 *Penſio an exprimenda in nominationibus, & penſio non uenit appellatione beneficii,& eſt quid temporale. ubi, quod conſtitutio debet ex limite rationis ampliari.*
40 *Valor temporis caritatis non attenditur.*
41 *Nominationes dantur habenti beneficia uſque ad ducentos aureos.*
42 *Diſtributiones quotidianæ an computantur in ualore beneficiorum.*
43 *Decima papalis non ſoluitur ex diſtributionibus.*
44 *Verus ualor quando non eſt expreſſus an nominationes ualeant,& gratiæ per uacationem,& realem prouiſionem ſortitur effectum,& tempus extantis conditionis attenditur in conditionibus.*
45 *Modica omiſſio in nominationibus facta non uitiat.*
46 *Beneficium quantum ualeat in loco exprimendum eſt.*
47 *Nominatus an ualorem quem expreßit,probare teneatur.& ibi,quod creditor probare tenetur pecuniam numeratam,quando debitor negat.*
48 *Valor maior expreſſus an uitiet nominationem.*
49 *Qualitas beneficiorum in nominationibus exprimenda.*
50 *Beneficium obtentum quòd ſit curatum exprimi debet.*
51 *Niſi cura acceſſorie annexa ſit.*
52 *Mentio beneficii curati in ſpecie, non in genere fieri debet, & generalitas*

Source : BIU Cujas

litas obſcuritatem parit.
53 *Beneficium quando dicatur curatum.*
54 *Qualitates notabiles beneficio de facto inhærentes debent in nominationibus exprimi.*
55 *Diœceſis in qua ſitum eſt beneficium, an ſit exprimenda, uel diœceſis originis.*
56 *Extero in regno non debet prouideri.*
57 *Oriundis facilius prouidetur quàm exteris.*
58 *Conſueta debent exprimi, & mentio in reſcriptis ad beneficia non debet fieri niſi de his qualitatibus quæ a iure reperiuntur expreſſa.*
59 *Exprimenda etiam, ſi collator non redderetur difficilior.*
60 *Minor an poſſit acceptare beneficia curata ſi ſit idoneus tempore uacationis.*
61 *Nominationes ſunt gratiæ quaſi expectatiuæ.*
62 *Seculares ad regularia an poſſit nominari.*
63 *Poteſtas nominandi cenſetur ordinaria.*
64 *Expectans apoſtolicus præfertur nominato etiam antiquiori.*
65 *Intellectus.l.fin.C.de teſta.milit.*
66 *Diſpenſatus ad beneficium curatum tenetur promoueri.*
67 *Gradus ante primam tonſuram habitus an proſit. Et quid in nominationibus.*

QVAESTIO 9. principalis.

NOnò principaliter quæritur, † quæ ſint in nominationib. exprimenda? Reſpond. ſex, quæ inferius annumerãtur. Primò beneficia per nominatos poſſeſſa. §. volumus. rub. de coll. ſupra. Ratio eſt, vt vniuerſitates inſtruantur, an impetrantes nominationes habeant duas præbendas in eccleſia cathedrali, collegiata, aut metropolitana, ſeu dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia uſque ad ducentos florenos auri de camera. nam his caſibus non debent vniuerſitates nominationes iſtis concedere, nec collatores eiſdem prouidere. ordina. regiis Ludoui. 12. primò publicatis ita cautum eſt, articulo 7. quæ eſt in aliis ordinationibus in rubr. *des graduez.* ſimples, articulo 5. & probatur in cap. ad aures. & cap. ſi proponente. de reſcri. ubi quis tenetur in impetrationibus apoſtolicis exprimere beneficia, quæ habet, etiam ſi unum minimũ haberet, d. c. ſi proponente. & cap. ſi motu. de præben. lib. 6. & cap. non poteſt. ibidem. nam hoc non eſt tacendum, quòd poſſet mouere concedentem ad non concedendum, uel is ipſe concedere nollet, ſi ſciret. cap. ſuper literis. & capit. poſtulaſti. & ibi plene doct. de reſcrip. De hac expreſſione in impetrationib. Apoſtolicis facienda, multa tradit Felyn. in capit. in noſtra. de reſcript. quæ reaſſumit de Selua. in tracta. de beneficio. in tertia par. quæſtio. 11. & ſequen. dico in forma mandati Apoſto. in glo. pro expreſſis. ubi trado triginta quæ debent exprimi in impetrationibus, & in mandatis Apoſtolicis. ibi plenè licet uidere.

1

2 Primò, quæro an teneatur † exprimere beneficium, ſi hẽat tantum unum? Videtur ꝙ non, quia tex. in dicto § uolumus. loquitur in numero plurali, beneficia, &c. Ergo in uno non habebit locum, quia pluralis locutio, duorũ numero, & non minori, contenta eſt, regula pluralis. de regulis iur. in 6. cap. is cui. de prẽb. cod. lib. l. falſa. §. fin. ff. de conditionib. & demon. Item mandatum papæ de prouidẽdo alicui de beneficio ſpectante ad collationem quorumcunque, non habet locum in beneficio ſpectante ad collationem unius, puta epiſcopi, ſed in eo quod ſpectat ad collationem plurium, puta epiſcopi cũ capitulo. ſic conſuluit Bald. conſilio 42. factum tale. in tertio volum. Item iuri exoſum eſt habere plura beneficia. ca. quia nonnulli. de cleri. non reſid. cap. quia in tantum. de præbẽ. & facilius prouidetur habenti unum tantum, quam duo. cap. is cui. de præb. lib. 6.

3 Contrarium teneo, quia † quando eſt eadem ratio in uno, ſicut in pluribus, tunc lex uel ſtatutum loquens in pluribus, habet locum in uno, uel ſi loquatur in plurali, habet locum ẽt in ſingulari, & contra. l. ait prætor. §. negotia ſic accipere debemus, ſiue unum, ſiue plura. ff. de neg. geſt. l. 1. §. item hoc edictum licet ſingulariter ſcriptum ſit, ſi tamen plures interuenerint, qui tutores non erant, tamen locum habere dẽre Põpon. ſcribit, ꝙ falſo tut. l. ſingularia. ibi ꝙ in duabus perſonis recipitur, hoc & in eadem perſona recipiendum. eſt. ff. ſi cer. peta. facit l. hæredes. §. cum ita. ad Trebellia. l. prætor. §. homines. ui bono. rapt. Iaſ. in l. Gallus. §. quid ſi is. in 1. lectura. ff. de liber. & poſthum. plene Felyn. in c. omnes leges. 1. diſt. cap. accepta. de appella. Item facit ꝙ ſi Papa mandat prouideri de beneficio in eccleſia Pariſien. ſi pro aliis non ſcripſerit, non habebit locum mandatum, etiam ſi pro vno tantum ſcripſerit, tex. & ibi Bald. & Imo. in capitu. mandatum. de reſcri. Archid. & Domi. in cap. quamuis. 1. de præben. lib. 6. dico in forma mandati Apoſtolici in gl. ſi pro alio. facit tex. iuncta glo. in cap. quia propter. de elect. Et ſic ſatis per ſupradicta reſpondetur ad contraria, ꝙ regulariter pluralis locutio non uerificatur in uno, per iura adducta pro prima parte, niſi identitas effectus, & rationis aliud inducat, & ſic intelliguntur iura nouiſſime allegata. Ita concludit Iaſ. in d. l. Gallus. §. quid ſi is. colum. 2. ff. de iib. & poſthu. Deci. conſi. 471. iuridican. colu. vlti. & conſi. 484. æquitati. Nec obſtat uerbum, beneficia. in d. §. Volumus, poſitum. quia poteſt referri ad plures nominatos, videlicet, ꝙ quilibet nominatus teneatur in ſuis nominationibus beneficium quod habet, uel beneficia, ſi habeat plura, exprimere. & hoc innuit uerbum noĩati, & uerbum per eos, & uerbum, teneãtur, poſita d. §. volumus. & ſic ſingula ſingulis referemus, ut teſtatur gl. faciendum eſſe, in c. ſi quis pecunia. 79. diſt. & c. cum ſingula. de præb. lib. 6. gl. in l. qui futurũ. ff. de pact. uel expone, ut infra dicetur.

4 Secundò quæro, quid ſi nominatus † obtinuerit dignitatem, vel perſonatum, officium ſeu adminiſtrationem, an teneatur illa exprimere, uel unum illorum? Videtur, ꝙ non, qa tm̃ exprimit tex. beneficia, ergo non intelligetur de dignitate, uel præbenda. arg. c. nonne. de præſump. quia tex. expreſſiſſet ſi uoluiſſet, ut expreſſit in §. præfati. in 1. de colla. Item qđ non dicit concordatum, nec noſtrum eſt dicere. l. ſi ſeruum. §. prætor. ff. de acquir. hær.

5 Reſpon. uerius eſſe beneficia in d. §. uolumus, largè accipi, vt comprehendat omnia ſupradicta. & quodlibet aliud beneficium, ſicut dicit gl. in regula, beneficium. de reg. iur. li. 6. gl. & doct. in c. ſi gratioſe. & c. ſi propter. de reſcript. eo. lib. & c. uno. de rer. permu. eo. lib. glo. in c. poſtulaſtis. de reſcri. text. & ibi doct in cle. una. de renun. etiam comprehendere põt altaria. Barba. in cle. gratiæ. col. pen. de reſcri. quando eſſent ſpiritualizata, ut noſtri dicunt, ſecus ſi tantum ſonarent in uim legati pij, diſtributiones tamen quotidianæ appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum non comprehenduntur. Dom. conſi. 85. ſuper 1. dubio. col. 3. gloſſ. in extrauag. execrabilis. in prin. in uerbo beneficiorum. de prẽben. in extrauag. Ioan. 22. Et quis de iure in mandatis apoſtolicis, & aliis impetrationibus tenetur exprimere dignitates. c. ad aures. de reſcri. Sic & in nominationibus, & nomine beneficii etiam cõtinetur põbenda, per tex. in c. ſi quis dator. ibi, eccleſiaſtica beneficia, q̃ quidam præbendas uocant. 1. q. 3. cap pro illorum. de præbẽ. ca. tua. de uerb. ſignifi. & deciſio Rotæ. 8. habens gratiam. de conceſ. præbend. in nouis. plene Domi. in capit. alienationes. col. 2. in 12. quæſt. 2. & etiam appellatione beneficii uenit dignitas. glo. in clem. auditor. in uerbo beneficio. de reſcript. & Barb. plene. in d. clem. gratiæ. ibidem. Fel. & Deci. in dicto ca. poſtulaſti. Ideo uicarius generalis, cui eſt data poteſtas conferendi beneficia, poteſt conferre etiam dignitates. de Rota deci. 7. nota utrum uicarius. de offic. uicar. in antiq. Fel. in ca. cauſam. col. 10. nu. 52, uer. ſimiliter. de reſcr. gl. & doc. in c. dudum. de præb. in 6.

6 Et procurator † conſtitutus ad acceptandũ beneficia, poterit acceptare curata, & non curata, etiam dignitates. Imo. in c. accedens. col. 3. de præb. quia talis conſtitutio tanquam fauorabilis eſt ita intelligenda, ſecundum eum. Ideo ſufficit nominato conſtituere procuratorem ad acceptandum beneficia, licet alia non exprimat, quod not. Fel. in ca. poſtulaſti. col. 16. uer. facit etiam. de reſcrip. Nec obſt. ꝙ tex. non exprimat in ſpecie. nam eſto ſanè, tamen in genere ſic, cum appellatione beneficii ueniat (ut dixi) omne beneficium. ideo tantum expreſſit genus. nam tantum ualet expreſſio generis in ſuo genere, quantum ſpeciei in ſua ſpecie. l. ſi duo. ff. de adm. tut. alioqui dixiſſent conditores, qui omnia iura in ſcrinio pectoris habent. l. omnium. C. de teſta. c. 1. de conſti. lib. 6. & non niſi fuiſſent uerbo generali, beneficia, niſi ſciuiſſent omnia illa ſub illo uerbo includi. per adeptionem tamen ſecundi beneficii factam per iſtum procuratorem non uacabit primũ. de Rota. deciſione decimaſeptima. habens gratiam. de reſcrip. in no.

7 Quæro, quid ſi nominatus † errauerit in ſui beneficii expreſſione, ut pote, habebat beneficium Sancti Pancratij, dixit ſe habere beneficium Sancti Pancrati, an uitientur nominationes? Breui reſpondeo ꝙ non, quia error in ſyllaba non nocet. l. qui habebat. ff. de manumiſ. teſt. nec error in litera. c. ex parte. & ibi Pan. & alij de fide inſtrum. dummodo ſenſus non mutetur. c. inter dilectos. de fide inſtru. & idem dicerem in literis tõſuræ, & aliis per prædicta. Tutius tamen eſt, quòd reficiantur literæ, & ſic vitabis proceſſus, ſed ſi refectæ non fuerint, non nocebunt. Si tamen erraret in nomine ſancti, nõ etiam vitiarentur nominationes, per gl. in c. quamuis. 1. in verbo non extendit. de præb. in 6. Card. in c. cum ſecundum, illo titu. Fel. in c. ſignificauit. col. 2. de reſcri.

Tertiò, an comprehendatur uicaria perpetua, ad hoc ut nominatus † teneatur exprimere eam in nominationibus, ſi eã poſſidet? Breui reſpond. quòd ſic, quia continetur appella-

8

tione

tione beneficii,ut no.supra.& Fel.& alii in c.postulasti. & Nicol.Milius in reperto.in uerbo beneficium.§.6.Dominic.& Philip.Perus.in cap.fi.de offi.vicarij.li.6.vbi dicit q̄ potestas conferendi beneficia data vicario generali, comprehendit dignitates,& alia quæcunque beneficia, quum materia non sit ambitiosa.& quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua.tex.in cle.una.de offic. uica. latè Pan.in c.extirpandæ.in rep.§.qui uero.de præb. & ibi dixi hoc anno in interpretatione illius.§.

9 Quartò † quæro, an nominatus in sua nominatione tenea tur exprimere hospitale quod habet? Videtur q̄ non, qa hospitalia non ueniunt appellatione beneficiorum. cle.2.de p̄b. ꝙrium concludit glo.in §.item quod uniuersitates. in uerbo beneficiorum.de coll.in pragm. dicens quod si nominatus exprimeret hospitale,nō sic de leui obtineret nominationes, uel forte non obtineret,utpote,si ualeat ducentos aureos.& hoc tenet Brunel.concl.19.tract.de dignita.l.4.decla. ubi dicit impetrantem beneficium a Papa,uel a legato,teneri facere mentionem de hospitali,quia de omni eo, qđ posset mouere Papam ad denegandū uel concedendū gratiam, facienda est mentio in literis gratiæ. Sic concludit Nic.de milis,in verbo beneficium.§.9.uide gl. in cle.dispendiosam. in uerbo beneficiis.de iudi.ubi dicit, q̄ licet appellatione beneficii nō ueniat hospitale,tñ quando parificantur ecclesiæ & hospitalia,quod in beneficiis statuitur,habet locum & in hospitalibus.probat tex.iuncta gl.in uerbo beneficium.in cle. una. de rer.permu.ubi gl.extendit tex.loquētem in beneficiis ad hospitalia quæ cōceduntur in titulum.& ibi sequitur Card.q.6. uide Fel.in c.de quarta.col.3.& seq.de præscr.multa tradentē de hospitalibus.facit tex.iuncta doctrina doct. ibi in ca.1. de eo qui mittitur in poss. ubi extendunt illum text.loquentem in beneficio,ad hospitalia.& qñ materia in qua profertur beneficium est proportionabilis ad hospitale,tunc comprehendetur hospitale,Barb.in c.ex literis.col.3.& seq.de consue.Fely.in c.in nostra.in 22.corre.a.de rescr. & in hanc opinionem facile descenderem,qñ daretur in titulum, & esset ecclesiasticum,non tpale, quia beneficia ecclesiastica tñ sunt exprimenda in nominationib.ut patet in d.§.uolumus.Multa hic possem effundere de hospitalibus, quæ licet uidere per doctores supra allegatos. & ego ipse multa congessi in d. cle.2. de præbend.

10 Quintò quęro,an leprosariam † uel eleemosinariam tenea tur noīatus exprimere. Breui per supradicta conclude, quòd non,qñ non erat beneficium ecclesiasticum, alioqui contra. cle.quia contingit.de religio.domi.uide quæ plene dico inf. q.15.nu.15.

11 Sextò quæro,si nominatus † possideat beneficia, de facto sine titulo,an teneatur exprimere in nominationibus? Videt q̄ non,quia uidetur cessare ratio text.ergo & dispositio. l.qđ dictum.ff.de pact.Item iste qui de facto tenet,non dicitur p̄ prie possidere:quia uerbum possidere ad ius refertur, tenere ad nudum factum.l.possessio.ff.de acq.pos.l.stipulatio ista.§. hæc qnoque.de uerb.obl.Petrus Ferra.in pract. in prima forma libel.uerbo nam dictus Ioan.&c.Ale.consi.35.in fin.in 6. volu.l.1.§.quod ait.ff.quorum legat.allego tex.ultra eos.in l. 2.ibi.possessores non conuenit appellari,qui ita tenent. C.de præsci.30.ann.& l.pe.§.1.ibi tenuerit ibidem,uide glo.in l in rebus.C.de iure dotium.nisi addatur q̄ de iure tenere possit. gl.in c.gratia.de rescript. in 6. Contrarium arbitror verius in odium uiolenti.c.eum qui.& ibi glo.de præben.libr.6.Felyn. post Ioan.And & alios.in cap.in nostra.uersi.spoliatus,de rescrip.Prouinciale omnium ecclesia. fol. 55. quia non interest utrum iure legitimo possideant,an non.tex.in l.1.§. non quærimus.ff.si quis omis.causa test.Alioqui stultus & intrusus esset melioris conditionis,quàm peritus, contra.d.c.cum qui. de præben.lib.6.Nec obstat quod non possideat, quia large & in odium suum dicitur possidere,nec refert iusta uel iniusta sit possessio arg.d.c.cum qui.l.2.ff.de interdict.glo.in uerbo possidebunt. de colla. in pragma. §.item quod uniuersitas.hoc etiam tenet Card. in clem.2.quæst.5. ut lite penden. & quod tenere aliquando accipiatur pro possidere,est tex.in c.si beneficia.de pręben.in 6.ibi quæ illi tenebant antea.l.cū proponas.in 2.C.de pact.Do.Paulus Parisius in cap. causam. colum.penulti. de præscript.ideo dicit solemnis gloss.in §.si tres.de pace tenen.& eius uiola. Beatus qui tenebit. hoc refert glo.in regula cancel.15.l.fina.C. de rei uendica. uide Lucam de Penna.in l.1.colum.3.C.de deserto.lib.12. igitur si uniuersitates sciuissent hunc scelestum alios spoliantem, eidem non concessissent nominationes. ideo illa taciturnitas uitiabit eas.

12 Septimò quęro,an de his quę † nō pacifice possidet,tenea tur in nominationibus facere mentionem? gloss. in propriis terminis in §.item quod uniuersitates.in uerbo possidebunt. de colla.in pragma.tenet quod non.argu.c.licet.de pręb. in 6.capit.commissa.de elect.eo.lib.cle.si plures.de præbend.& in extrauagan.execrabilis.§.qui vero.Ioā.22. quia verba sunt intelligenda cum effectu.l.1.ff.quod quisque iur.ca. relatum. de cleric.non residen.

Ex quo infert, quod nominatus non tenetur facere mētionem de beneficio,cuius recredentiam habet,& pendet adhuc lis super pleno possessorio,quia per recredentiam non efficitur quis pacificus possessor,quia per primum decretū in realibus non consequitur missus veram possessionem sed custodiam,aut,vt alij uolunt, possessionem commutabilem, quia intra annum venienti,& cautionem præstanti de parendo iuri debet restituere fructus perceptos.l.si quis emptionis.in fi. C.de præscrip.30.vel 40.anno. cap. pastoralis. §. præterea. de offic.ordi.cap.1.& 2.de eo qui mittitur in possessio.hæc ille.

13 Ego contrarium teneo, quia postquam de eo quod possidet de facto,tenetur facere mentionem, vt supra dixi, à fortiori & de illo,quod non possidet de facto,tenetur facere mentionem,vt suprà dixi,à fortiori & de illo,quod non possidet pacificè.Item tex.tantum dicit,possessa,ergo siue fuerint possessa pacificè,siue non,oportet ea exprimere. Nam si uoluissent tantum beneficia pacifice possessa esse exprimenda, hoc dixissent conditores.cap.ad ad audientiam.de deci.& quia hoc non dixerunt,non est nostrum addere ad tex. illud verbū,pacifice. Immo addens peccat in sanctum spiritum. Porcus, & ibi Ias.in §.1.instit.de patria potesta.& in l.Gallus.ff.de libe. & posthu.Item indefinita æquipollet uniuersali.cap. vt circa.de electio.lib.6.l.si pluribus.ff.de leg.2.Et sic dum dicit possessa, debet intelligi quomodocunque siue pacifice,siue non. Præterea potest ea per sententiam declarari ad se pertinere,& pacifice postea possidere incipiet,& tunc haberet vltra ducentos florenos auri de camera, & tamen impetraret nominationes, quod est prohibitum. Insuper fieret fraus legi, quia habentes beneficia vsque ad ualorem ducentorum aureorum, facerent sibi moueri litem super illis,& postea impetrarēt nominationes,& acceptarent alia beneficia.quod est prohibitū. Nec minus dicuntur possessa in effectu,licet sint litigiosa. no. per Cardi.in cap.de multa.§.1.colum.1.de præb.& sic teneo, nec iura pro glo.allegata probant suam opinionem, nisi intelligas gl.in eo cui mouetur lis super possessorio, quia licet obtinuerit recredentiam,siue vt dicunt tenutam,adhuc non dicitur,in hoc regno maxime,possidere simpliciter, sed sub manu regia,ideo non tenetur illud quod non possidet exprimere secundum quosdam,nos autem etiam dicimus teneri exprimere,per suprà allegata, & quando staret per eum qui habet recredentiam,quominus possideret,vt pote,quia non p̄sequitur litem super pleno possessorio: tunc potest dici possessor.hoc expresse tenuit gl. ī §.item q̄ uniuersitates.in verbo possidebūt.de colla.in prag.quia paria sunt possidere,vel stare quominus possideatur ar.cā. commissa.de elect.in 6.& tutius est exprimere.uide Alberic. in tracta. stat. in prima parte. q. 177. item quæritur, &c.

14 Octauo q̄ro cuidā † collatū est beneficiū, cuius possessionem nondum adeptus est,vult noīationes impetrare, an teneat exprimere illud beneficium? Respondeo breui,non: qa illud non possidet,& beneficia possessa tm̄ debent exprimi, q̄uis per solam collationē iuris q̄ratur absenti in beneficio. ca. sitibi,de præb.in 6.Inn.in c.inter cætera.de præb.gl. in §. itē qđ vniuersitates.in verbo possidebūt.de colla.in prag.nisi in fraudē hoc faceret,& tutius & æquius est,vt mentionē facias, ne postea processib. inuoluaris,& hoc si sciueris,alioqui diuinare non teneris.ar.l.si putator.ff.ad leg. Aquil.facit.c.gra.de rescri.in 6.nā qualitas iuncta uerbo,d3 intelligi f̄m tēpus uerbi. l.in delictis.§.1.ff.de noxa.actio.sed ista qualitas,vc3,possessa, est iuncta verbo exprimere, ergo oportet q̄ sint possessa tp̄e noīationis impetratæ.Nec refragatur, q̄ in beneficialib. non consideratur possessio.c.1. & per totum. de eo qui mittitur in possess.sed solus titulus.c.si tibi absenti.de præb.in 6.quia respon.hoc esse verū, nisi lex figat pedē super possessione, vt in c.si à sede.de præb.in 6. & licet in mandatis & impetrationib. de iure ad rē sit facienda mentio,vt patet per Fely. in c.in nostra.de rescri.p̄ illū tex.tm̄ secus est in noīationib.in quibus est expressum,beneficia possessa tm̄ esse exprimēda,& sic nondū acceptata,nisi fraus esset,vt sup. dixi. Quicquid dicant iuniores in hoc,dicentes eandem esse rōnem, & quia uniuersitates potuissent à concedendo retardare, & ista potuissent allegari a cōditoribus,sed tex.iam facto,uolenti possessa tm̄ esse exprimenda non est addendum,& non possessa, & in certis non est tunc opus coniecturis.l.continuus. §.cum ita.in fin. ff. de verbo.obliga.

15 Nonò q̄ro,an tā † de beneficio principali, q̄ de unito sit facienda mentio in noīationibus? Respon. nō de beneficio vnito.ar.c.super eo de præb.lib.6.Ita expresse tenet Io.Brunel. in trac.de dignita.leg.in concl.19.post gl.in §.item quod uniuersitates,in verbo qualitates.de colla.ī prag.ubi limitat qñ vtraque ecclesia esset æque principalis, tunc utraq; debet exprimi,arg.cle.1.de pręb.c.1.de conse.eccl.uel alta.Anc.cōs.114.

pro

Source : BIU Cujas

pro impetrante. Item nec de bñficio ignoranter sibi collato. c. gratia. de rescr. li. 6. nam is non possidet, qui ignorat. l. 3. §. Neratius ff. de acq. pos. ut supra dixi. Et aduertendum, est,
16 † ꝙ si nominatus neget se possedisse, id tēporis, uidelicet dū nominationes impetrauit, asserens ꝟrium probare debet. l. 2. ff. de prob. Tamen si probetur noīatum a icuius agri fructus illius ecclesiæ ante recepisse, præsumitur ꝙ illo anno possede rit illud beneficium. singu. est dictum Bal. in addi. ad Spec. in tit. de prob. uersic. sed quæro qualiter. quod est notandum teste Franc. Cremen. sing. 132. si probo. nil tamen interest, siue possideat ecclesiam existentem infra terram, siue supra terrā. l. peregre. ff. de acquir. possess. siue per se, siue per alium, quia is possidet cuius nomine possidetur. l. quod meo. ff. de acq. pos.
17 Decimo quæro, an spoliatus † suo beneficio in nominatio nibus teneatur exprimere id beneficium quo fuit spoliatus? uideiur quod non. per §. uolumus. de colla. in concord. ubi tantum tenetur exprimere beneficia possessa, sed non possidet illud quo fuit spoliatus. c. in literis. de restit. spolia. ergo il lud exprimere non tenetur. Secundo facit, qui de uno dicit, de alio negat. l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne. de præsump. c. qualis. 25. dist. Tertio est tex. in c. si tibi concesso. de prēb. in 6. ubi quando quis non recipit fructus, non dicitur habere beneficium, ad hoc ut primum dicatur uacare per adeptionem secundi. c. si propter. de rescr. in 6. & hanc opinionem tenuit gl. in §. item quod uniuersitates. in uerbo possidebūt. de colla. in prag. Quarto, in concord. dicitur quod beneficia possessa exprimere beneficiatus tenetur ergo nō tenetur exprime re non possessa, & illa quibus est spoliatus.
18 In contrarium facit, ꝙ qui habet † actionem ad rem ipsam, rem hēre vr̄. l. qui actionem. ff. de regu. iur. Et id apud se quis hēre videtur, de quo hēt actionem. hr̄ enim quod peti p̄t. l. id apud. ff. de uerb. sig. sed istud est per fictionem. Secundo, per spoliationem non perditur titulus, nec beneficium. Pa. Imol. & Fel. in c. in nostra. de rescr. Tertio, in mandatis apostolicis, & aliis literis impetrationis spoliatus suo beneficio tenetur facere mentionem sui beneficii spoliati, quando intendebat illud prosequi. doct. in d. c. in nostra. Pan. & alii in c. cū teneamur. de præb. ergo & in his nominationibus, cū ratio diuersitatis non assignetur. Quarto, hñti beneficia usq; ad ualorē ducentorum aureorum, non dantur uominationes. §. uolumus. eo. ti. in concor. sed is qui est spoliatus, hēt saltem titulū, ergo &c. Quinto, auferri debet materia delinquendi. l. cōuenire. ff. de pac. dot. sed posset nominatus procurare, ut spolia retur suo beneficio, ut postea impetraret noīationes, & uigo re illarum hēret beneficia, ergo &c. tñ qñ stat per aliquē quo minus possideat, dicitur possidere. c. licet. canon. & c. cō missa. de elec. lib. 6. Sexto, vbi spoliatus primo beneficio, accepit ſm incompatibile pacifice, dr̄ primum uacare. Inn. & alii in c. de multa. de præb. ergo ante adeptionem secundi illud pri mū hēbat? Resp. aut quæris an spoliatus suo beneficio teneatur in noīationibus exprimere beneficia, quibus, uel quo fuit spoliatus, & dic ꝙ non, per supradicta in 1. parte, quia nō sunt possessa, & beneficia tantum possessa quis tenetur exprimere, secundum concordatum, a cuius uerbis non est recedendū. l. non aliter. ff. de lega. 3. & quoquo iure possessa sint, non quæ rimus dicit tex. in l. 1. §. non quærimus. ff. si quis omissa causa testa. ubi ēt dicitur, si forte quasi prædo possideat, teneri, fingēs sibi aliquem titulum possessionis quocunq; modo lucri facturus quis sit. Si tñ postea illud recuperet, & uelit nunc pe tere beneficium uacans in uim nominationis, hoc non pote rit, per d. §. uolumus. ubi dr̄, ꝙ si nominatus obtineat benefi cium, quod ad valorem ducentorum florenorum auri de ca mera ascendat, tunc beneficium petere, seu consequi non po test. Ecce ergo quòd licet impetrauerit nominationes tem pore spoliationis, ei non proderūt, si tempore uacationis ob tineat beneficia vsque ad prædictum ualorem, ēt si in nomi nationibus illud beneficium expresserit. Et sic concludendū, ꝙ nominationes valent, etiam si non fuerit facta mentio de beneficio, quo fuit spoliatus, tamē si illud recuperauerit post impetrationem nominationum, aliud beneficium ratione il larum consequi non poterit, si illud beneficium usque ad ua lorem præstitum ascenderet: alioqui contra, per prædicta. & sic uides opiniones conciliatas, notes perpetuò quia etiā hoc casu uellem exprimere, ad uitandam processum.
19 Vndecimò quæro, an sufficiat † in nominationibus exprimere beneficium in genere. ut, non obstante ꝙ alia beneficia habeat? uidebitur ꝙ sic. in c. non potest. §. ulti. de præb in 6. & quia tantum ualet expressio generalis in suo genere, quantū specialis in sua specie. l. si duo. ff. de admi. tuto. Cōtrarium ar bitror uerus, quia in concord. §. uolumus. dicitur quod no minatus tenetur exprimere beneficia quæ habet, & uerū co tum ualorē, quod non faceret, si in genere exprimeret. & hoc tenuit glo. in §. item quod vniuersitates. in uerbo, qualitates. de colla. in prag. pro hoc facit textus in clem. 1. de præbend. ubi nō sufficit expressio ista generalis, vt animarum cura nō negligatur. Et ꝙ non sufficiat in genere exprimere. tradit Pa nor. & Dec. in c. ad aures. de rescrip. & cle. vlti. de officio or dina. Felin. in c. in nostra. de rescrip. Nec obstat d. ca. non po test, prout ibi doct. declarant. Et vide sexdecim limitationes ad illam regulam d. l. si duo. per Bald. in l. sed & si quis. §. quæ situm. col. 2. ff. si quis cautio. imò tenetur exprimere, etiam si motu proprio nominationes impetrarentur, ut differit gl. in d. uerbo qualitates. & Brunel. in tracta. de dignita. leg. 19. con clu. 4. decla. non tamen solent vniuersitates sic nominationes concedere.
20 Duodecimo quæro, quid si dolo † deficit possidere aliqd beneficium, an illud teneatur exprimere? uidetur ꝙ nō, quia non possidet, & beneficia possessa tantum quis tenetur expri mere. Respond. imò etiam si dolo desiit possidere quia is ꝙ possessore habetur, qui dolo desiit possidere. l. is qui. ff. de rei uendi. & l. quòd si dolo possessoris fugerit, damnandum eum quasi possideret. ibidem, regula qui dolo. & regula, parem. ff. de regul. iur. Ias. & alii in §. 1. institu. de actio. c. pro possessore. de reg. iur. lib. 6. & dispositio loquens de possessore, habet lo cum in eo qui dolo desiit possidere. Bar. in l. una. C. de aliena. iud. mut. causa facta. Alberi. in 1. parte statuto. q. 154. Ioan. And. in d. regula pro possessore. Et Alberi. ad uerbum refert in l. qui dolo. ff. de reg. iur. & non minus delinquit is, qui non incipit possidere, quam is qui desinit. l. prima. §. sanè. ff. si quis omissa causa testa. Et quid si lata culpa desinat quis possidere, an comprehendatur. vide Io. Fab. & Ias. in §. omnium. inst. de actio. Tenetur tamen dolum probare is, qui illum allegaret. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba.
21 Decimotertio quæro, an beneficium † de nouo possessum, per sex mēnses forte, uel per aliud modicum tempus, sit in nominationibus exprimendum? Respond. quòd sic, dummo do tempore nominationum possideat, siue possederit longo tempore, siue non, siue possederit per annum, siue minus, tū quia in cōcord. tantum requiritur, ut beneficium possessum exprimatur, nō distinguens de tempore: tum quia ratio con cordato. locum hēt, siue possederit per annum, siue minus, ut pote, ut uniuersitates instruantur, an ille qui impetrat noīa tiones, habeat vsq; ad ducentos florenos auri de camera, sed ille qui de recenti possidet beneficium habet id tēporis ultra ducentos aureos, ergo oportebit illud bñficium exprimere.
Non obstat ꝙ possit molestari intra annum super possessio rio, quia fac esse, attamen hic non consideratur ille euentus. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligatio. nam de iure potest quis in beneficio perpetuo molestari, regula beneficium de regul. iur. in 6. cap. cura. de iure patrona. glos. in verbo triennio. de pacificis possessionibus. in pragmaticis. Et etiā in hoc regno Franciæ quis potest molestari intra trien nium, ergo ante triennium beneficium possessum quis non teneretur exprimere, si consideraretur ꝙ quis posset moles tari. Nec refragatur. glo. in verbo pacifice. de pacifi. possess. in pragm. vbi dicit, ꝙ multi non reputant illum beneficia paci fice possidere nisi per annum possederit sine lite: cum intra an num possit inquietari super possessorio retinendæ in casu sai sinæ, & nouitatis, & beneficium sequestrari ex stilo Franciæ, per iura ibi allegata: quia ibi recitat opinionem aliquorum, q̄ non approbat. vel ibi quoad titulum de pacifi. possess. nō quo ad nominationes. uel dic vt statim dicetur per glo. in c. com missa. de elect. in 6. vbi oportet ꝙ aliquandiu possederit ante quam dicatur pacifice possidere, quia hoc est verum in casu illius capit. & c. licet canon. ibidem. nam posset quis ordinari. & postea auferretur ei beneficium & cogeretur postea mē dicare. cap. diaconi. in 5. 93. dist. secus est in impetratione no minationum, quia si impetrat nominationes, & in eis exprimit beneficia quæ nunc possidet, si ascendant vsque ad ducē tos aureos, uniuersitas recu sabit. expectet ergo an beneficiū euincatur, & postea nominationes impetrabit. Si verò nō as cendat vsque ad summam taxatam, impetrabit & obtinebit nominationes, igitur expressio in nominationibus nullius, aut parui est nocumenti, secus in promotione uel adeptione secundi beneficij.
22 Decimoquarto, quid si possideat † vnam rem beneficij an beneficium dicatur possidere? respon. non, nisi omnia bona, uel maiorem partem rerum beneficij. c. 1. de restit. spolia. lib. 6. & sic spectatur possessio rerum corporalium, & non tantū spiritualium, arg. 1. q. 3. c. si quis obiecerit, cum spiritualia nō possideantur c. conquestus. de foro competent. Cardi. in cle. si. quæst. 11. ut lite penden. Nec obstat. l. & si non totam. cum l. seq. ff. si quis omis causa testam. quia hoc habet locum quo ad illum titulum, secus quo ad concor. & mediocriter etiā doctus rationem diuersitatis luculenter ex his eliciet: alia nunc missa facio.
23 Secundo, requiritur quòd numerus † beneficiorum expri matur, ut in dicto §. uolumus. ibi, beneficia, alio modo pon derando quàm supra, vbi si habeat beneficia, & sic plura, ut probatur in cap. is cui. de præbend. in 6. ea debet exprimere,

cum

cum sit maior ratio in pluribus,quàm in uno. c.quia nonnulli.de cleri.non resident.c.quia in tantum,de præb.nam plura possunt ascēdere vsque ad ducētos aureos florenos facilius, quàm unum.

24 Primo quæro, pone nominatum † habere unum bñficiū in regno,aliud extra regnum,an teneatur utrunque exprimere? uidetur ꝙ non, quia postquam non potest ad illa quæ extra regnū sunt noīari : ergo nec exprimere ea tenebitur. Idē de his quæ foris sunt,quid ad uniuersitates? arg.c.gaudemus. de diuor.Contrarium uidetur uerius,per illam rōnem,ut vniuersitates sciant,an is qui vult nominari, hēat usq; ad ducentos ducatos,siue ergo hēat extra regnum,siue intra, interest uniuersitatis non concedere nominationes illi habēti beneficium, ergo oportet illud exprimere, cum sit eadem ratio. & eadem erit iuris decisio.l.illud.ff.ad legem aquiliam.& qa concordatum non distinguit,nec nos.l.de pretio.ff.de publicia.in rem actione.

25 Item tex.dicit exprimenda † beneficia,ergo ubicunq; sint, dum tamen possessa sint a nominationes impetrante. qa beneficium est,ideo posui conclusionem.Beneficia ēt extra regnum possessa in nominationib.exprimenda sunt,& si ad beneficia extra regnum nominationes concedi non ualeant. Nec obstant in contrarium adducta, quia non est eadem rō concedendi noīationes,& exprimendi.nam potestas limitata data est uniuersitatibus regni,ut nominent, ergo non dēt extendi ad beneficia extra regnum.l.in agris.ff.de acq.rer.domi. Sed habent beneficia prohibet concordatum concedere nominationes,nisi ea exprimat.d.§.uolumus.si ergo hēat extra regnum,& non exprimat, non satisfacit concordato, uolenti beneficium exprimi,ergo suæ nominationes nō valebunt. Nec obstat dict.cap.gaudemus. quia loquitur de his quæ sunt extra ecclesiam, & non in casu isto, & ista opinio est tutior.

26 Secundo quæro,an nominatus † teneatur exprimere beneficia quæ in commendam habet? & uidebatur ꝙ non,quia ea uidetur detinere,cum sit tanquam depositarius.glo. in c.nemo.de elec.lib.6.Videtur contra,quia non potest negari,qn ea possideat,siue in titulum habeat,siue in commendam,siue unum in titulum,& alterum in commendam. nam commēda est titulus canonicus.c.dudum. in 2. de elec.dixi in tractatu de pacificis possesso.in 5.extensio.nam nō quærimus quo iure possideat,sed an possideat.ita dicit tex.in l.1.§.non quærimus.ff.si quis omis.cau.rest.Et sic tenetur noīatus exprimere beneficia quæcunque,siue ea habeat iure noīationum, siue mandatorum,uel alio modo, cum tex.generaliter loquatur in d.§.uolumus.ubi plenius scripsi.

27 Tertio quæritur, quid si ad nutum † abbatis monachus vnum beneficiū habet,& possidet, an teneatur illud exprimere,eo ꝙ non est perpetuum? non uidebatur, qa beneficia perpetua esse debere testatur.c.præcepta.55.dist.Item facit c. postulasti.de rescrip. ubi fit differentia inter titulum tpalem, & perpetuum,& alia multa quæ possem allegare, quæ tamen serio omitto.

In contrarium me trahit,cum hoc possit esse perpetuum, pro perpetuo iudicabitur.arg.l.sufficit.ff.de cond.inde. imò si abbas ex malitia remoueret monachum,is ipse posset supplicare superiori abbatis,& ipsum superior debebit tueri,instar serui.l.1.C.de precib impera.offeren.Inn. in c. insinuate, qui cleri.uel uouentes.gl.in §.& idem ordo. in uerbo perpetuis.de coll.a.in prag.ubi concludit, hæc manualia ēt posse pmutari.citat Fed.in trac.de permu.benefi.q.16. uide quæ dixi in trac.de pacifi.possess. in 6. limita. Item hic non exprimit perpetua,ergo ēt non perpetua tenetur quis exprimere, quia de beneficio quod quis obtinet in titulum,debet facere mētionem de iure.c.si proponente.de rescri.si motu.de præsi.in 6.nec hoc casu ius distinguit,an sit temporale, an perpetuū, nec etiam nos distinguemus.l.de pretio. ff de publicia. in rē actione.ius ergo considerat an detur in titulum uel non, sed manuale datur in titulum.cle.quia regulares.de supplen. negli.præla.cum ibi notatis,ergo de eo debet fieri mētio,& ita concludit in impetrante apostolico,Calde.consi.9.an impetrans.& idem in nominationibus puto concludendum.

28 Nec obstat primum, † quia iam est ei responsum,nec c.postulasti.quia ibi fit differentia inter perpetuam & temporalē uicariam,non ratione temporis,sed respectu tituli,quia in tēporali non datur titulus.secus in perpetua.notatur in c.cum ex eo.de electio.in 6.& in c.si gratiose.de rescrip.eod.lib.non tamen tenetur facere mentionem de loco collegiali, ubi in singulos annos datur uictus tantum usque ad decem annos, uel aliud tempus,non perpetuo,uel si darentur fructus alicuius altaris vsque ad decem annos.Calde.consi.6. an si episcopus. rubri. de præbend. quia non est beneficium ecclesiasticum.Idem Calderin.ibidem,consil.30. an si sacristæ. secus si perpetua, ut dixi supra quando essent (ut dicunt) spiritualizata.

29 Quartò quæro,quid si habeat † Capellanias pauci valoris? Respondeo,tenetur exprimere, per ca. si motu proprio, de præben.in 6.quia hic dicit beneficia,ergo intelligit quæcunque beneficia,siue maiora,siue minora. Et quę dicantur maiora vel minora, arbitrarium esse dicit Gemin.consi.85.super primo dubio.circa finem,sequitur de Ripa in c.ad aures,col. 1.de rescrip.licet aliqui contra teneant. Item parum & magnum in iure differentiam non inducunt.l.1.§. cum dicitur. ff.si cui plus quàm per legem Fal.l.quamuis minima.vt in possessio.legat.l.si proprietarius. de dam.infec.Et quia beneficiū etiam modici commodi requirit residentiam. c.conquerente.de cleri.non residen.Oldra.consi.140. in ecclesia.colum.1. cū singula officia in ecclesijs assiduitatem exigant personarum.cap.ad hæc.de præb.

30 Quinto quæro, quid si impetrans † nominationes tempore impetrationis habebat beneficium,quod in nominationibus non expressit,postea consultus resignat id,uel per sentētiam amisit illud beneficium,quod non expresserat,demum aliud uacans beneficium acceptat uigore nominationum, an ualeat? Videtur ꝙ sic, quia in noīationibus attenditur tps uacationis,ut concordat.§.uolumus.ubi potest prouideri ei, qui non habet ducentos florenos auri in beneficiis tpe uacationis.ita tenet gl.in pragm.in §.ꝙ si quis.de collat. in hac snīa permanebo nunquam,quia quod semel uitiosum est,tractu temporis non conualescit : regula est iuris. Sed noīationes ab initio fuerunt nullæ ꝓp beneficium non expressum, ergo illa resignatio nil facit, quo magis noīationes ualeant, maxime quando est defectus in substantialib.ut hic Deci.in regula,quod in initio.ff.de reg.iur.facit c.primum.& ea.si eo tempore.de rescri.in 6.c.1.de spon.impub.ibidem.tradit Specul.in tit.de rescri præsenta.§.ratione autem impetrantis.colu.3.uersi.quid si impetrans.

31 Nec obstat † ꝙ tps uacationis attendatur in noīationibus, uerum est,quando noīationes semel ualent.tunc enim inspicitur tps uacationis beneficii,an noīato sit competens beneficium necne,id temporis,s.uacationis.sed quando sunt nullæ,non conualescunt postea,nec inspicitur tps uacationis.facit,quod si archipresbyter non ualens habere copiam epi,resignauit in articulo mortis in manibus presbyteri recipientis resignationem nomine epi,& canonici statim elegerūt,post duos dies uita functus est archipresbyter, demū eps electionem canonicorum confirmauit, ꝙ non ualet electio de beneficio non uacante,& sic nec confirmatio.Io.And. in regula non firmatur.de reg.iur.in 6.in mercurial.& ibi Philip. Perus.Item speciale est in c.is cui.de præb. in 6. ut quis possit dimittere beneficium,& postea erit idoneus. secus erit in aliis casibus.l.ius singulare.ff.de legi.& pro hoc est tex.in c.dudū. §.nos igitur.de præb.in 6.Io.Mouac.in d.c.is cui.hoc expresse tradit Archid.in c.si motu.in fi.de præb. in 6. & idē in mandatis apostolicis concludit Compostel.in c.in nostra. col.2. de rescriptis.

32 Tertiò, exprimitur in nominationib. † uerus ualor beneficiorum.d.§.uolumus.Old.consi.216.circa.Barb. c.ad aures. nn.40.de rescri. vbi dicunt impetrationibus apostolicis ualorem beneficiorum exprimēdum.sic ergo erit in nominationibus,ut hic dicitur in tex.ratio est,vt vniuersitates instruan tur an is qui uelit obtinere nominationes,habeat vltra ducētos aureos,uel usque,ad illam summam,& tunc eidem denegari poterunt & debebunt,nominationes,si non exprimeretur ualor uerus, hoc non possent scire uniuersitates, nec diuinare tenentur,cum nullus hoc debeat. l. si putator.ff. ad legē Aquiliam. Imò punitur præsagus.l.nemo.C.de malefi.& mathe.& cap.contra.26.q.5.Roma.singu.660.tu scis,&c.& hæc ignorātia est probabilis,cum sit in facto alieno.l.fi.ff.pro suo. Secundò,etiam interest collatoris hoc scire, ne etiam impetratis nominationibus habenti summam ducentorum florenorum auri de camera prouideat,cum non teneatur,sed nō habenti,ut in regula cancella.61.& d.§.uolumus. de collatio. in concorda.

33 Adhæc, quia hoc † præcipitur in concord. ut verus valor exprimatur,& sic hoc exprimere,uidetur de forma & substātia, quæ debet ad unguem seruari. l. cum hi.§.si prætor.ff.de transa.& l.1.& ibi doct.ff.de libe.& posth. alioqui nominationes sunt ipso iure nullæ.Pan.in c.ult.col.2.de præsumpt.ubi ēt

34 Fely.Ego uerò † sustinui conclusionem hāc,videlicet.Nominationes,quāuis uerus ualor in eis non sit expressus,iure subsistunt.intellige si eo anno quo impetraui nominationes,propter sterilitatem non ualuit beneficium nisi uiginti, & ego expressi æstimationem communem, videlicet quòd valebat quinquaginta,tunc puto ꝙ nominationes ualebunt, ut infra dico, cum communis ualor sit attendendus. l.pretia rerum. §.fin. ff.ad legem Falcidiam, vel si expresit beneficium esse pluris,quàm esset,quia quod pluris est,utique tanti est. tex.expressus.in l.cum furti.ff.de in litem iurād.in eo quod plus. de regul.iuris.& ibi Deci.Vide tamen Fely. & alios in capitulo

ad

Source : BIU Cujas

ad aures.de reſcript.& infra quæſt.7.

35 Et hodie ſtilus curię Romanę † inualuit,ut in impetrationib.beneficiorum exprimatur ualor.gl.& doc.in cle.1.de p̃ben.Barba.& Fely.in d.c.ad aures. Et hoc ut annata ſoluatur Romano Pontifici,ut patet in rub.de anna. in prag. & in concor.& ita Vrbanus 6.ordinauit,ut in deciſ.Rotæ cauetur,deciſio.20.licet impetrans.de præbendis.in nouis . & in regula cancel.61.

36 Galli hunc uerum † exprimendi ſtilũ non receperunt,imò licet beneficium ualeat mille aureis, non exprimunt ualere, niſi 24.ducatos,ſic, cuius fructus,&c. 24. ducatorum auri de camera ſecundum æſ.co.an.ualorem non excedunt.

37 Dicunt enim † burſales conſtitutiones in regno extirpandas . hæc tamen non eſt burſalis quo ad nominationes . quia ob hoc non dantur annata papæ,nec uniuerſitati,ergo uerus ualor eſt exprimendus in eiſdem.

38 Idem ſeruatur † etiam in Francia in unionibus , ut uerus ualor tam beneficii uniti quàm uniendi exprimatur. de quo in regula cancel.21.quod eſt notandum ſecundum Fel.in c. ad aures.col.ult.de reſcr. Et per hoc dixi,quòd ſi quis habeat beneficium ducentorum florenorum auri & ultra, deductis tamen oneribus & impenſis non remanent habenti niſi centum, ꝙ ille poterit nominationes impetrare , quia verus valor eſt ei ad centum,& ille eſt exprimendus ſecundum concordata.Et hoc uidetur concludere Bart.in eo qui impetranit a papa.in l.quotiens.ff.ad legem Falc.Bal.in l.1.col.2.C.de fructi.& litium expen.Fel.in d.c.ad aures.col.pen.conclu. 12. & Iaſ.& alii in l.non amplius.col.2.ff.de lega.1. & in l.illud.in prin.C.de colla.l.cum quædam.§.fi.ff.de iuriſd.om.iud. Dec. conſi.159.ſtatutum.Fel.in c.ad noſtram.1.poſt gl.ibi col.2.de iureiur.quia peruenire & habere proprie dicitur,ꝙ deductis onerib.ad aliquem peruenit.l.ueniſſe.ff.de uer.ſig.ubi ſcripſi. l.cogi.§.1.ff.ad Treb.intellige tamen ut dico infra eo.in 5.q. ut hic intelligamus de alio onere,uidelicet neceſſario quàm ibi.Item bona dñr ære alieno deducto.l.ſubſignatum.§.1.ff. de uerb.ſig.ſic & uerus ualor deductis neceſſariis onerib.dicitur.vide Caſſado.deciſio.19.de præb.

39 Primo,quæro an de penſione † teneatur facere nominatus mentionem? Videtur ꝙ non,quia non uenit appellatione beneficii.c.quamuis.1.de præb.in 6.c.ad audientiam.in 2.de reſcrip.Item penſio eſt quid mere temporale, quæ non põt permutari cum beneficio.c.uno.de rer.permu.li.6.& ibi not.docto.& dixi in trac.de pacifi.poſſ.in 18.amplia. Reſpon.ꝙ ſi data eſt in titulum,tenetur eam nominatus exprimere, alioqui non.Io.And.& alii in c.poſtulaſti.& c.ad audientiam. 2.de reſcrip.Do.in c.ſi pauper.de præb.lib.6.gloſ.in clem.2.in uerbo quodcunque.de uita & hone.cler. ubi concludunt in impetrationibus apoſtolicis exprimendam.idem ergo & in nominationibus dicetur. Et hodie quælibet penſio ſuccedit loco beneficii, quia ad uitam recipientis frequentius datur, ideo tenetur habens eam facere mentionem, etiam in mandatis apoſtolicis.gl.in regula cancel.61.in fin.Ioan.Brunel.in trac. de dignita.leg.conclu.19.declara.4.& iſtud eſt æquitatis plenum, inſpiciendo mentem concordatorum , in quibus pauperibns uolunt conditores ſcholaribus prouidere,& non habentibus ad ducentos florenos beneficia. Et parum refert an habeant in beneficiis,aut in penſionibus perpetuis. conſtitutio enim ex limite rationis debet ampliari,uel reſtringi.l.cũ pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2.Lanfrancus in trac.de interpretatione ſtatutorum,in interpretatione extenſiua.in 2.concluſione.& ibi dixi in additionibus ad eum.glo.in §. item quod uniuerſitates.in uerbo beneficiorum. de collationib.in pragmaticis. dicit hoc eſſe æquum,licet penſiones non dicantur beneficia eccleſiaſtica,quæ qualificatus tenetur in nominationibus exprimere,ideo dicerem ante factum ſupradicta p-cedere uide in deci.capellæ Thol.quæſt.472.& Rotam deci. 1.rub. de præb. ubi dicit,titulum ſuper aliquibus bonis darũ non debere exprimi, quia non eſt beneficium eccleſiaſticũ .

40 Secundo quæro , beneficium † ualuit hoc anno propter caritatem frumenti ducentis aureis, uel plus,aliis tamen annis non tanti ualuit,quæritur quid debeam exprimere? Reſpon. quod communiter ualet,exprimendum eſt.per tex.in §. fina. ibi,ſecundum communem æſtimationem. de manda. apoſtolic.in concor.facit cle.ult. de deci. nec inſpicitur , ꝙ plus ualuit uno anno.l.pretia rerum.§.fi.ff.ad leg.Falc.nota.in l.2. C.de reſc.uen.dixi in repe.l.unicæ.in gl.ſubtilitatem , in probatione intereſſe.C.de ſenten.quæ pro eo ꝙ intereſt.no.in c. 1.de emp.& uend.& in cle.ſi beneficium.de deci. Ideo poſui concluſionem.

41 Etiam hñti beneficia † ualoris ducentorum aureorum nominationes iuſte dantur,hoc caſu prædicto:quia de his quæ raro ueniunt, non fit regulariter lex.l.de his.ff.de legi. uel ēt intellige,ut ſpra eadem quæſtione,dixi;nu.35. uide ibi.

42 Tertio , quæro an diſtributiones † quotidianæ ſint cõputandæ in iſto ualore ? Videtur ꝙ non, ſed fructus tñ qui ſunt ſoliti percipi de corpore beneficii,ut tenet expreſſe Ancha. in cle.2.de deci. Et illi groſſi(ut uocant) fructus cõputantur, qui ueniunt in portatis,vt in propriis terminis eſt tex.in regula cancel.60.& quia diſtributiones quotidianæ nõ percipiũtur de corpore beneficij,ſed ratione perſonalis ſeruitii, ideo non computantur in ualore,teſte Oldr.conſ.118.ex uirtute. de Bellamera conſil.34.ſuppoſito.in 4.dubio. Rota. deciſi.8. quando impetratur.de præbendis.in nouis.Anc.in cle.una. q.5.de conceſ.præb.Fel.Deci.& alii in d.c.ad aures.per ca.licet.de præb.vbi appellatione fructuum & reddituum nõ veniunt diſtributiones quotidianæ.uide tamen tex.in extraua. nonnullæ.1.de præb.in communibus.

43 Ideo † decima papalis non eſt ſoluenda ex illis.gloſſ.in extrauaganti,ſuſcepti.in uerbo conſueuit de elect.in extrauag. Io.22.ſequitur Geminia.in conſil.85.ſuper.1.col.penul. Item mortuaria anniuerſaria & quæſtæ non computantur in ualore,teſte Oldr.conſil.216.circa primum.niſi tales redditus ſoleant quotannis locari pro certa pecunia.Fel.& Mod.in d.c. ad aures.Gomes.in tract.expecta.in 9.forma.in fin.Sed iſta licet ſint iuris,tamen nominatus tenetur exprimere verum valorem etiam conſiſtentem in diſtributionibus quotidianis, ut habetur in d.§.uolumus.in concor.ubi hoc præcipitur,licet regulariter contra,per ſupradicta.uide Io.Andr. in addi. ad Spec.in rub.de conceſſio.præb.col.6.uerſic.demum quærebatur,&c.

44 Quarto quæro quidam † impetrauit nominationes,& expreſſit in eis certum ualorem ſui beneficii obtenti, tamen id temporis non erat uerus ualor , tempore tamen uacationis alterius beneficij reperitur uerus ualor ille expreſſus , an nominationes ualeant? Videtur quod ſic, nec ob hoc uitiantur. nam gratia per uacationem, & realem prouiſionem ſortitur effectum.arg.l.quoties.& ſeq.ff.de uerb.obli. & l. ſi calendis. de re iudi.item dicitur habere conditionem. arg l.unum ex familia.ff.de leg.2.circa princ.& l.cum ita .de optio.lega.l.3. qui & a quib.manu.liber. & in conditionibus tempus extantis conditionis attenditur.l.eas.ff.de condi.& demon.l.ſi deportati.de legat.3.& per iſta ſic conſuluit Oldr.conſi.168.ad primam quæſtionem.Sequitur Barba.in d.c.ad aures. nu.38. Tamen contrarium tenet Bald.ibi, ꝙ inſpiciatur ualor tempore impetrationis.qualitas enim iuncta uerbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in dilectis.§.1.ff. de nox. actio. ſic tenet glo.in §.item ꝙ uniuerſitates,in uerbo præſentationis.de colla.in pragma. Ipſeque huic ſententiæ ſubſcribo,qa non eſſet ſatisfactum tex.uolenti uerum ualorem exprimendum,nec poterat præſagire nominatus ad tempus futurum. arg.l ſi putator.ff. ad legem Aquil. Et ideo tempus datæ nominationum quo ad hoc attẽdi debet, ſicut in aliis reſciptis. ca.eam te.de reſcr.c.ſi eo tempore.illo tit.in 6. Siue ergo fuerit auctus ualor,ſiue diminutus poſt nominationes,nil obſtabit, quia narratio eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis.Specu.in titu.de reſcrip.præſentatio.§. ratione autẽ cauſæ,col.2.verſic item quid ſi expreſsit.per tex.& ibi Panor.in 3.notab.in c.quia circa.de conſangui.Plenè diſputat Anch.in cle.vna.q.4.de conceſ.præb. Nec obſtãt ſupradicta, quia loquuntur de gratia ad beneficia certi ualoris,ut ſic uarietur ualor,attendatur tamen tempus uacationis, ſed hic loquitur de eo qui expreſſit nõ uerum ualorem beneficii quod obtinebat,quod ſecus eſt,quia tps impetrationis debet inſpici,teſte Pau.in d.c.quia circa.Idem concludit Bal.conſi.491. Petrus de Feſſa.in 1.uol.in impetrante beneficium,ac ſi familiaris papæ eſſet,tamen tpe impetrationis non erat, ſed tempore uacationis ſecus,ut beneficium iſti non debeatur.uide ibi multa allegata per eum, per quæ hic magnos poſſem reddere commentarios,ſed ibi licet uidere.

45 Imò ſi beneficium † ualeret decem,& ego ſolum expreſſero nouem, non ob hoc uitiantur nominationes in modico. arg.l.ſcio.ff.de reſti. in integ.& ita in gratia in forma pauperum concludit de Bellamera.in deci.601.in cauſa.& iſtud eſt æquum,maximè quando dolo non eſt factum .

46 Quinto quæro , ſcholaris † habet beneficium in Hiſpania , quod eſt redditus ducentorum ducatorum ibi,attamẽ ut pecunia deferatur huc, diminuuntur viginti aurei, an debeat exprimi,ꝙ ualeat tantum centum octoginta,an ducẽta? Reſpondeo, debet exprimere uerum ualorem, uidelicet quantum ualet in illo loco ubi eſt.d.§.uolumus.Anch.in cle.una. q.6.de conceſ.præb. Et quòd debeat cõſiderari locus in quo eſt beneficium,facit l.uinum.in fi.ff.ſi cer. peta. & l.ulti.de tritica.Et ita expreſſe cõſuluit Oldr. d.conſi.168. & ratio traditur ibi, quia actus cuius expeditio in certum locum confertur,in illo loco cenſetur celebratus.l.hæres.§.ult.ff.de iudic. l.contraxiſſe.de act. & obli.& quia in beneficio reſidere quis tenetur.c.1.& per totum.de clericis non reſiden. ideo ualor illius loci in quo morari debet,inſpicietur . quod eſt notandum,quia quotidie contingit.Et quid ſi plus ualebat aureus in loco beneficii,quàm in uniuerſitate in qua impetrauit nominationes.

Source : BIU Cujas.

minationes.uide Ioan.And.in addi.ad Specu. in rub. de con cef.præb.col.pen.uerſi.ad aliam quæſtionem.& doc.in l.cum quid.ff.ſi certum petatur.

47 Sexto quæro,an nominatus † teneatur probare illum ualorem quem expreſſit,uerum,ſi ab alio opponatur,non eſſe uerum ualorem? Videtur ꝙ ſic,quia impetrans omnia in ſuppli catione expreſſa probare tenetur.nec opponenti incumbit onus probandi.c.quia circa.& ibi Panor.in 2.notab. de conſangui.& affi.Fel.in c.conſtitutus.col.1.de reſcri. dicẽti enim incumbit onus probandi.l.ei.ff.de prob. Contrarium teneo, quia ſufficit ꝙ nominatus dicat beneficium eſſe ualoris centum aureorum,& non pluris,iuxta glo.in l.cum de lege.ff.de probat.quam ſequitur Iaſon in l.fi.§.licentia.col.1. C.de iure delib.Curtius conſilio 27.col.8.uerſi.ſed contra,&c. Et aſſerens plus ualere oportet quòd probet.l.quotiens.§.1.ff.de proba.plene Fel.in c.ex literis.col.pen.& ſeq.de proba.& hoc de facto dicit ſe habuiſſe Barb. in d.c.ad aures.& obtinuiſſe ſecundum conſilium Bal.licet ibi Panor.& aliqui uideantur tenere contra,uidelicet,quòd quãdo opponitur quòd impetrans expreſſit falſum, tunc impetrans habet probare narrata,ſicut creditor, quando debitor dicit pecuniam non fuiſſe numeratam,probare debet.l.4.C.de non nume.pecu. Si uero excipitur quod tacuit uerum,tunc excipiens, qui allegat dolum,illum probat.notatur in c.1.de litis conte. in 6.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba. & an patronus teneatur probare ſe præſentaſſe intra tempus a iure ſtatutum,tradit Curtius in tract.de iure patro.in uerbo honorificum. q.49. allegat Fely. in c.quod ad conſultationem.de re iud. Aegi. de bellamera. conſi.43.ſuppoſito,col.2.

48 Septimo,nominatus † dubitans ne exprimeret uerum ualorem,expreſſit maiorem ualorem,quia expreſſit ſuum beneficium ualere centum,& non ualet niſi quinquaginta,quæritur an nominationes ſint nullę,eo ꝙ non expreſſit uerum ualorem,uidetur quòd ſic,per c.cui de non ſacerdotali. de præben.lib.6.& per d.§.uolumus.de colla.in concord. ubi uerus ualor exprimi debet.ſed uerus non eſt expreſſus, ergo. Imò modicum mendacium expreſſum denigrat totum factum, non enim dicitur modicus defectus,qui ex falſi expreſſione oritur.arg.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minoribus.Bal.in c. ſi proponente.col.1.de reſcrip.In contrarium me trahit,quia quod pluris eſt,utique tanti eſt.l.cum furti.ff.de in litem iur. l.in eo.& ibi ample Decius de regulis iuris.ergo cenſetur uerus ualor expreſſus.l.1.§.ſi ſtipulanti.de uerb. oblig. ubi Bart. & docto.Item ſi uniuerſitates ſciuiſſent minoris eſſe ualoris, facilius conceſſiſſent,ergo illa expreſſio quòd erat pluris,nõ debet uitiare,abundans cautela non nocet.l.teſtamẽtum. C. de teſtam. nam notarii & alii dictantes ſic debẽt ſcribere ample,ut tollatur malignorum ſpecifica interpretatio, quia adhuc non poſſunt nimis ſpecificare ſpecificanda. ſunt uerba Aut.de Butr.in cap.nimis.ult.oppo.de exceſſ.lib.prælato.Nec ob.d.c.cui. nam ibi non comprehenditur beneficium minoris ualoris, quia erat intentio Roma. Pontificis prouidendi de beneficio illius ualoris tãtum,ideo alius ualor,etiam minor,non comprehenditur.hic uero agitur de excludendo a nominationibus illum,qui habet ultra ducentos aureos,ſed quoniam expreſſit maiorem ualorem,ob hoc non habet,erno non excluditur,not.Domi.& Philip.in d. c.cui de non ſacerdotali.uide ſupra eod.uerſ.3.exprimitur,&c.& Card.conſil.31.cum inter.Quid ſi taceat impetrationem nullam, uide Domi.conſi.140.caſus talis.

49 Quarto, exprimitur † in nominationibus qualitas beneficiorum.uidelicet an ſit dignitas.ca.ad aures. de reſcri. Rota deciſ.37.nota quòd quis non tenetur.deci.41.nota quòd ubi papa,& deci.85.dominus Vrbanus.de reſcrip. in antiq. & ita in propriis terminis declaratur in ordina.regi.rub.*des graduez*. arti.5.& in prag.§.item quod uniuerſitates.in uerbo qualitates. licet concordatum non dicat qualitates beneficiorum exprimendas,attamen iuxta ordinationes regias & iura, exprimendas quidam putant.

50 Item oportet exprimere † an beneficium obtentum ſit curatum.per cap.cum in illis.de præbend. in 6.& clem.1.& ibi no.illo tit.& gl. in regula cancell.63.alioqui gratiæ ſunt nullæ.Rota deciſ.20.licet impetrans.de præben.in nouis.Nicol. Milis in reper.in verb.gratia. qõ.5. & licet iure cautum non eſſet, ſtylus tamen hoc vult.Imol.& Fel.in ca.in noſtra.in fi. de reſcrip. Ioan. de Selua. in tract. de beneficio.in 3.parte q. 11,in 23.qualitate. Ratio eſt,quia ſicut hæ qualitates poſſunt mouere papam ad non concedendum.c.quamuis.& in ca.is cui.de præben.in 6,ita etiam uniuerſitates ad non concedendum nominationes, uel collatores poſſunt moueri ad non cõferendum beneficium iſti nominato, ſed alteri nullum habenti beneficium, ut habetur in d. regu.cancella.15.ubi ponit has prærogatiuas. Limita, niſi illud beneficium haberet curam de iure annexam,vt archidiaconatus.Fel.in ca.in noſtra,correla.4.de reſcript.& deciſ.Rotæ 37.de reſcrip. incip. nota quòd quis.in antiquis.

51 Secundo fallit, niſi cura † acceſſoriè annexa ſit, quia tunc non reputatur beneficium.c.ſuper eo.de præb. in 6. & ibi dicit Domi.ad iudicandum curatum nõ attenditur illud quod ex accidenti competit, ſed eius natura conſideratur. Oldr. conſ.102.factum tale,per text.in l.ſi quis nec cauſam.ff.de rebus creditis.

52 Tertio, intellige præmiſſa, † ꝙ talis mentio fiat in ſpecie, non in genere.cle.fi.de of.ordi.Pan.& alii per illum tex.in d. c.ad aures. ideo non ſufficeret ſi diceretur, cura animarum non negligatur.cle.1.de præb.quia generalitas obſcuritatem parit.l.ita fidei.ff.de iur.fiſci.& ꝓp generalitatem, & verborum inuolucrum effugitur mens deliberata Pontificis.Bald. in c.cum dilectus.de reſcr.ut dixi ſupra eod.

53 Item dicitur curatum † beneficium, ſiue habeat curã fori contentioſi, vt archidiaconi & alii inferiores prælati. ca.1. de of.arch.ſiue fori pœnitentialis,ut curati,no.Inn.& Pan. in c.dudum.in 2.not.9.de elect.& c.de multa.in ulti.col. de p̃b. & glo.in extrauag.execrabilis.in verbo.curam animarum. in extra. Io. 22. Propriè tamen, & ſtrictè cura animarum eſt in foro pœnitentiali,& nulli conuenit,niſi ſacerdoti.Inn. & Anto.in c.cum ſatis.de of.Arch.Card.conſi.48.at dubia. & utra ſit dignior,diſputat Card. & Imol.in d.cle.1.ubi licet uidere. uide glo.in uerbo impendant.in cle.dudum.de ſepul.

54 Item aliæ qualitates † beneficij notabiles beneficio de facto inhærentes debent exprimi,ſecundum gl.in d.§. Item qđ uniuerſitates.in uerbo qualitates. de colla.in prag. Quod eſt notandum,& prædicta procedebant tempore prag.ſanct.ſed quia conditores remouerunt uerbum,qualitates, noluerunt eſſe exprimendas,quia duntaxat rationem habuerunt ad uerum valorem beneficiorum: & non ad qualitates,ut patet in d.§.uolumus.& ſic ſufficit exprimere beneficium,& eius uerum valorem, licet non exprimatur qualitas. Vbi dicit aliqui nominationis literæ nullæ ſunt, ergo ſi exprimam beneficia,& eorum verum valorem,non ſunt nullę nominationes, ſumendo argumentum a contrario,quod eſt ualidum.l.1.ff. de offi.eius.c.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à prælato. Nõ obſtant uerba prag.quia ſunt correcta per tex.in §.uolumus. nouiſſimum.nec refragatur ordinatio regia. quia fuit facta cauſa declarandi prag.ut patet in ordi.rub. *des graduez ſimples*. arti.5.& in modum prouiſionis, donec aliter fuerit declaratum,ut ibidem art.ult.dicitur,ergo eſt declaratum in d.§.uolumus.igitur non poteſt allegari ordinatio.& faciunt quæ dixi in ſeq.requiſito. Nec eſt ueriſimile,ꝙ ſi rex voluiſſet eum papa exprimendam qualitatem,ꝙ non expreſsiſſet, ſicut expreſſit in ordinat. ideo dicerem nominationes ualere etiã ſi qualitas non ſit expreſſa,ante factum tamen conſulerem exprimendam,ad uitandos proceſſus.

55 Quinto, non eſſet inconueniens † exprimere diœceſim illius,cui noĩationes conceduntur,ut uniuerſitates inſtruãtur, an eidem concedere poſsint,vt pote ſi Germanus homo,Hiſpanus, uel alius exterus uelit in regno ſuſcipere noĩationes, non poteſt ei vniuerſitas concedere,cum non poſſint beneficia in hoc regno habere ſine literis naturalitatis a rege conceſſis.gl.in uerbo exterorum,in proœmio prag. Benedi.in repe.c.Raynutius.in uerbo,& uxorem.nu.144.de teſt.& d. Bonaud.in panegeryco poſt trac.Ioan.de terra rubea,contra rebelles regum.& ita diſponitur in ſtilo parlameti. rubr. de p̃b. ordi.3.nec ſufficeret exprimere diœceſim, in qua habet domicilium,uel beneficium: ſed oportet exprimere diœceſim originis, licet contra teneant do. de Rota deciſ.76.ſi aliquis eſt oriundus.de reſcri.in antiq.

56 Alioqui vniuerſitas † in his exteris non eſſet certa,cũ eiſdẽ concederet nominationes, & hic exterus licet habeat domicilium in regno,tamen non deſinit eſſe exterus, quia etiã bona acquiruntur regi.teſte Bened.ubi ſupra, quamuis quo ad ordines conferendos epiſcopus domicilij dicatur illius ſuperior.c.cum nullus.de temp.ord.in 6.ſed non quo ad nominationes concedendas,ut dixi.Ideo regnicola, licet non exprimeret,diœceſim originis,ſi exprimeret diœceſim domicilii, non male faceret.ſic eſt intelligenda d. deciſ. Rotæ 76. ſecus in extero, & nominato in regno. & ſic intelligatur hæc opinio,ut dixi in glo.pro expreſſis.uerſicu.21.in forma mandati. in concord.

57 Imo etiam de iure facilius † prouidetur oriundis, quàm exteris.l.in eccleſiis.C.de epiſ.& cle.c.neminem 70. diſt.gl.in c.ſi proponente.de reſcri.quam ſing.dicit Corſet.in ſing.inciente ſubreptio. Roma.in repet.l.ſi vero,§.de uiro.fallen.14. col.14.ff.ſol.mat.Barb.in c.eam te.nu.28.de reſcr.& conſ.26. ſcripſit.col.5.in 1.uol.conſi.57.præclare.eo.uol.& conſil.30. bene.in fin.vol.3. Et ita diſponitur in reg.cancel.19.uidelicet ut oriundus non oriundo præferatur.Non tamen ob nõ expreſſam diœceſim vitiarentur nominationes impetratæ per regnicolam,quia tex.concordati non adſtringit nos eam exprimere, ideo non debemus dicere ultra quàm concordatũ

Source : BIU Cujas

nos astringat,nec iustiores lege nos oportet esse.

58 Sexto exprimantur alia, † quæ consueuerunt exprimi per uniuersitates, uel ea quæ statuta uniuersitatum cogunt exprimere.nam §.monemus.de colla.in concor.dicit, ꝙ uniuersitates non debent nominare nisi illos, qui promoti fuerunt secundum statuta uniuersitatum. si ergo in statutis uniuersitatis aliquid erat exprimendum in nominationibus,dico illud non esse omittendum,ut statuta seruentur. alioqui non ualeret gradus,nec nominationes,non seruatis statutis, per d.§.monemus. Alia verò non sunt exprimenda,quia in rescriptis ad beneficia non debet fieri mentio nisi de his qualitatibus,quæ a iure expressæ reperiuntur, ut de eis fiat mentio.gl.in cle.si dignitatem.de præb. ꝙ gratia sit nulla est pœna, & ubi ius non imponit pœnam, eam imponere non debemus.gl.in c.fi.de iure patr.no.in reg.in pœnis.de reg.iur.in 6.& sic consuluit Cal.consi.10.in rescriptis.sub tit. de rescri. & consi.1.col.2.de filiis presby. Item non debemus requirere plusquam requirant uerba legis,uel statuti. l. Gallus.§.uidendum. ibi, nihil enim addidit quo significaret tempus.ff. de libe.& posthu.& uerba legis,uel statuti non requirũt certum tempus,nec nos requirere debemus.& sic nõ debemus esse iustiores lege, sed in concordatis expressa tenere debemus,& ultra non adiicere.

59 Notandum est tamen, † quòd ea quæ hic reperiuntur esse exprimenda,necessario exprimi debent,etiam si essent talia, quibus superior nõ redderetur facilior,uel difficilior ad cõcedendum,uel denegandum per tex.in c.si motu.ibi, quantumcunque modicum.de præbend.in 6.& l.prospexit.ff.qui & a quibus.ubi lex licet dura sit,seruanda est,ita Dom. in c. dudum.col pen.de præb.in 6.Fel.in c.postulasti.col.4. uersic. declara.& in c.in nostra.corrolario.3.& 20.de rescri.dixi in glo.pro expressis.

60 Quæro,quidam minor 25. annis † obtinuit nominationes ad beneficia etiam curata, ad quæ ratione ætatis erat inhabilis,& antequam uacaret beneficium, reperitur in ætate legitima ad curatum, an illi uigore nominationum possit prouideri? uidetur ꝙ nõ.c.si eo tempore.de rescri.lib.6.ubi si mandetur prouideri de beneficio cum cura,uel sine, si ille impetrans erat minor,& sic inhabilis ad curatum tempore impetrationis, nõ tamen eidem debebitur curatum ratione illius subreptionis,sic non per nominationes uidetur.

61 Secundo, nominationes sunt gratiæ † quasi expectatiuæ. glo.in § item quod uniuersitates. in uerbo gradus.de collat. in pragm. Et sic per eas expectant quidam tandiu,ut sine beneficiis moriantur.ergo debet secundum ius expectatiua interpretari.c.causam. de rescr,sicut aliꝙ gratiæ interprerantur.

62 Tertiò,facit † gl.in §.illi uerò.de colla.in prag.in uerbo religiosis.ubi,gl.tenet regulari non deberi beneficium regulare,si tempore nominationis erat secularis,licet tempore uocationis sit regularis,si dixerit in nominationibus, ad seculana,& regularia.idem tenet Brunel.in trac.de dignit leg.conclu.19.declaratio.6.quę clausula hodie non apponitur per uniuersitates, cum sit per concordata prohibitum ad regularia secularem nominari,etiam prætextu dispensationis apostolicæ,& contra.§.uolumus.eod.tit.in concod.contrarium tenet d.Auriolus ille miles Tholosanus in repet.c.eam.de re

63 scrip.tum quia potestas † nominandi data uniuersitati censetur esse data à lege,cum sit perpetua, & ideo dicitur ordinaria,& non delegata,secundum eum per glo.in cap.si contra. de offi.deleg.glo.in l.& quia.ff.de iurisdi.omnium iudicum tex.iuncta gl.in l.2.C.de of.eius qui uicẽ alterius gerit. ideo non cadit in nominationum literas surreptio,secundũ eum. per gl.in c.irrefragabili.§.cæterum. de offi.ordina. in uerbo super hoc,nisi in his quæ posui supra.

64 Secundo, is uominatus † non dicitur impetrans apostolicus,ergo surreptio in eum non cadit. vt not.in ca.fi.de offic. leg.lib.6.& cle.ult.de offi ordi.ubi glo.& in §.non tamen. in uerbo effectum.de colla.in pragm.Rota decis.6. nota, quod vbi aliquis.ex rescrip.de præb. in antiq. ubi ex priuilegio papæ potest quis ad uacatura nominare, & ille nominatus per tale priuilegium non præfertur impetranti apostolico. alioqui si primo impetraret nominationes,præferretur secundo impetranti etiam a papa.c.tibi qui.de rescrip.in 6 quod non uidetur uerum,ut in rub.de mand. apost. dicitur,uidelicet, quòd apostolicus impetrans nominato etiam antiquiori præfertur.

Præterea in nominationib. debent exprimi illa quæ supra in proxima quæstione dixi, ad alia exprimenda non astringit.§.uolumus.& §.statuimus.de coll. in concor. ergo ad alia non erit surreptio,licet dicatur in nominatione ad beneficia curata,& non curata. si Papa voluisset aliud exprimi, dixisset.Item mens papæ fuit uiris literarum studiosis,& disciplinis liberalib.incumbentibus prouidendi, vt attestatur in proœmio concor.sed iuuenes studeant ante 25.annos.nam postea non præsumitur, ꝙ bene adiscant.l.1.& ibi Barto. C. qui ætat.lib.10.ergo illis potest prouideri de nominationib.etiã ad curata,dummodo fuerint ætatis perfectæ,quando beneficium vacabit.nam cogitauit papa, ꝙ simul atque quis est nominatus non adipiscitur beneficium,sed oportet,quòd expectet se esse antiquiorem, ergo bene cogitauit,quod illa impetratio nominationum fieret ante 25.anuos, & sic antequã essent ad curata habiles, alioqui sequeretur quòd iuuenes studiosi haberent suas nominationes ferme eluforias,quia tantum ad simplicia beneficia, & sic grauarentur multis expensis,ut aliàs impetrarent ad curata post ætatem perfectã,quod non fuit mẽs papæ,vt interim senes, qui non ita bene adiscũt sicut ipsi iuuenes,eos præcederent, etiam in data antiquiores,& sic beneficiis principum,& suis nominationibus deciperentur in curatis,quod non est dicendum,ut not.Imperator.in l.1.C. de his qui veniam ætatis impetraue. Item facit c.ei cui.de præb.lib.6.ubi attenditur tempus uacationis.sic & in nominationibus.§.si quis verò ex dictis.ibi,tempore uacationis.eo.tit.

65 Præterea facit l.fi.C.de test. mili. † ubi si princeps pupillũ creet tribunum,non ob hoc poterit testari, sed expectabitur ætas: sic quãdo nominationes conceduntur graduatis minoribus 25.annis,non poterit eis durante minori ætate prouideri de beneficiis curatis,sed post legitimam ętatem sic:nam suspenditur prouisio in curatis usque ad legitimam ætatẽ,sicut dicimus in minore ordinato ad presbyteratum, ut nõ possit celebrare ante legitimam ætatem 25.annorum, post sic, etiã sine alia ordinatione.cle.fi.de ætate,& qualita.sic in nominatis.& ita tenet in propriis terminis Auriol.in d. repet. c.eam te.nu.218.cum seq.vsque ad 332.de rescri.ubi multa alia fundamenta adducit.illa uideto,non addo alia nunc,sed quãdo operæpretium fuerit:amplius discutiam.

66 Vltimo,pone quòd minor † est dispensatus ad obtinendũ beneficiũ curatum,intra quod tempus teneatur promoueri? Resp.ꝙ in 18.anno ad subdiaconatũ,in 20.ad diaconatum,in 25.ad presbyteratus ordinem.per cle.fin. de æta.& qualita.ita concludit Petrus Anch.consi.293.vltra.& consi.304.ista. nisi in dispensati one esset adiecta clausula, quòd ad nullos ex sacris ordinibus teneatur promoueri ante 25.annos. ita cõcludit Io. de Ayma. dicens, se habuisse ter de facto.in rubri.de regia ad prælaturas nomina.in uerbo scientia, in concor. qa dispensatus de non promouendo ad sacerdotium, nõ censetur dispensatus,ut non teneatur promoueri ad ordinem subdiaconatus.c.cum ex eo.de elec.in 6.scripsi in praxi benefic. in dispensa.de non promo.

67 Postremò,quidam fuit † promotus in magistrum artium, vel fuit effectus baccalarius, sed non habebat tonsuram id temporis,quæro an ualeat gradus? Respond.ex suprascriptis sic,cùm inspiciatur tempus uacationis,ut dixi supra per c.ei cui. de præbẽ. in 6. Quid si nominationes impetrauerit ante tonsuram,an ualeant? cogita.vide Imol. & alios in c.2.de institutio.& Perus.in c.si eo tempore,de rescri.in 6.Feder.consil.290.quia in prẹsenti.col. 5.versic.videatis, &c. Feli. & alios in ca.cùm adeo.de rescri.Paul.Pris.cons.125.in 4.vol.

SVMMARIVM.

1 *Requisita in nominationibus.*
2 *Gradus qualis requiratur in nominationibus.*
3 *Gradus debet esse habitus in uniuersitate famosa,uel priuilegiata, & non sub bulla.& nu.4.*
5 *Graduatus extra regnum,an beneficia in uim gradus obtinere possit. cum num.seq. usque ad nu.20.& dispositio generaliter loquens generaliter debet intelligi.*
6 *Actus factus in uno loco habet uires etiam extra illum locum, in quo est factus.*
7 *Priuilegio specialiter concesso alicui uniuersitati aliæ non utentur.*
8 *Argumentum de personis ad locum ualet,& contra.*
9 *Consequens cui prohibetur,& antecedens ad illud.*
10 *Res una non debet diuerso iure censeri.*
11 *Priuilegia concordatorum ad quid concessa.& numero 12.13.14.& 18.*
15 *Attestatio gradus debet assumi in uniuersitate regni, instar nobilitatis.*
17 *Consuetudo loci celebrati contractus inspicienda.*
19 *Priuilegia concordatorum,dantur graduatis in uniuersitatibus regni.*
20 *Scriptura in nominationibus requiritur.*
21 *Scriptura in gratia apostolica non requiritur.*
22 *Collatio conseruatur sine literis nominationum.*
23 *Nominationes cui conceduntur, debet esse actu residens in uniuersitate, in qua eas sumit. Scholares absentes a studio ultra sex menses non gaudent priuilegio scholarium,quamdiu sunt absentes.*
24 *Literæ gradus,& nominationis manu scribæ uniuersitatis signari debent, & instrumentum sine signo notarij non probat.*
25 *Locum tenens scribæ,an possit nominationes signare.cum nume.seq.usque ad nume.31.*
26 *Substitutus non potest interuenire quando aliquid debet fieri per propriam manum.*

27 *Iurari*

Source : BIU Cujas

27 *Iurari per alium non potest quando requiritur quòd propria manu alicuius fiat: nam actus quando requirit propriam personam, non potest illa persona delegare aliam.*
28 *Facere propriè dicitur, qui per alium facit.*
29 *Comunitas etiam per procuratorem contrahitur.*
30 *Actus quando possit per alium fieri: & actus non seruata forma valet, quando imminet necessitas.*
31 *Subscribens pro alio debet protestari se nomine illius facere. & quare.*
32 *Nominationes in quo loco debeant signari.*
33 *Signum duorum, an requiratur, quando sunt duo scribæ. & nu. 34.*
34 *Consuetudo vt duo notarij conficiant instrumentum, valet.*
35 *Notarius quo signo vti debeat.*
36 *Nominationes per signa incognita non debent signari.*
37 *Nominationes debent sigillari sigillo vniuersitatis.*
38 *Instrumentum sigillatum sigillo regio sine notarij subscriptione non habet executionem paratam.*
39 *Literis episcoporum an, & quando credantur requisita in sigillo.*
40 *Sigillum multiplex.*
41 *Sigillum quid debeat continere. & nu. 42.*
43 *Nominationes debent sigillari sigillo ad eas destinato. Vtendum est re ad vsum eius destinata.*
44 *Voluntas datur intelligi ex natura actus.*
45 *Nominationes sigillatæ sigillo facultatis non valent, & nominum diuersitas rerum inducit diuersitatem, & forma omissa reddit actum nullum.*
46 *Nominationes sigillatæ sigillo priuato rectoris non valent.*
47 *Annus in nominationibus apponendus. & quare.*
48 *Dies & mensis in nominationibus debent apponi.*
49 *Item & alia quæ adhibentur in instrumentis publicis.*
50 *Quatuor requisita in instrumentis.*

QVAESTIO 10. principalis.

1 DEcimò, principaliter quæro, † quæ in nominationibus requirantur? Resp. primò, requiritur gradus. §. præfatique ordinarii. & §. præterea. & per totum. de colla. in concor. Et sic scholaris quantocunq; tempore studuerit, est incapax nominationum, nisi habeat gradum. §. teneautur. de colla. ibidem. hoc tenet gl. in §. insuper. in uerb. graduatis. de coll. in prag. & in hoc conuenit omnis prope turba regnicolarum.

2 Primò quæro, qualis † gradus requiratur? Resp. gradus doctoratus, licentiæ, uel baccalaureatus in theologia, in iure canonico, uel ciuili. In medicina requiritur gradus doctoratus, uel licentiæ, in artibus uerò magisteriũ. d. §. præterea. de colla. in concord. Et in his quæ iuris sunt positiui, licitum est dicere quod not. glo. in §. furtiuæ, insti. de usuc. sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. & inter istos gradnatos quidã dicif graduatus simplex, alius graduatus nominatus, de quibus infra dicetur.

3 Item requiritur † ꝙ gradus sit habitus in uniuersitate famosa. §. præfati. 1. & §. præterea. de colla. in concord. uel ꝙ in aliqua uniuersitate priuilegiata gradum adeptus fuerit. §. statuimus. ibidem in concor. & in ordinat. reg. rub. *des graduez simples* art. 9. ibi, *& qu'ilz ont estudie en uniuersite priuilegee, &c.*

4 Ex quo infertur, ꝙ graduatus † sub bulla non potest obtinere nominationes, nec beneficia uirtute gradus, quia bullati doctores in hoc regno non sunt habendi pro doctorib. nec priuilegiis aliorum doctorum gaudent, tanquam per saltum promoti. l. nemo. C. de aduoc. diuer. iudi. Guido Papæ. q. 388. in decis. Delphina. Roma. in rep. l. si uerò. §. de uiro. col. 9. fallen. ead. ff. fol. matr. Ias. in l. si quis maior. in fi. C. de transa. & Tho. Parpaliæ in repe. l. placet. col. 20. C. de sacrosanct. ecc. Dec. post alios in c. clerici. de iudic. nec sunt maioris momenti q̃ bulla. gl. in regula cancel. Iulii secundi. in 6. parte. & asini, qui non possunt sumere gradum ratione ignorantiæ in uniuersitatibus famosis, recipiunt a comitibus palatinis.

In Hispania etiam nullus debet sumere gradum, nisi ab vniuersitatibus, aliàs non reputabitur graduatus, nisi fuerit examinatus in dictis uniuersitatibus, & remissus postea ad commissarium, & hoc concessit Ale. Papa, anno 1493. 6. Calend. Augusti, pontificatus sui, anno primo, ut in constitutionibus Hispan. est uidere.

5 Quæro, quidam Gallus † sumpsit gradum in Italia, quem insinuat cum tẽpore studii episcopo Aurelianensi, vacat beneficium in mensibus graduatorum, quod episcopus gratificando confert isti promoto in Italia; graduatus in vniuersitate Franciæ, qui etiam insinuerat illud requirit, & acceptat; cui debeatur? uidetur quod graduato in Italia possit conferri beneficium in mensibus graduatorum uacans. per §. statuimus. de colla. in concord. ubi collator in mensibus deputatis graduatis potest graificare unum ex his, quem uoluerit, ergo istum graduatum in Italia, & aliàs extra regnum, nam dispositio generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. Sed concordatum generaliter loquitur de graduatis, ergo vbicunq; sint promoti, non refert, dum tamen modo in uniuersitate famosa, & priuilegiata, ut in d. tit. de coll. in concorda. sed uniuersitates extra regnum sunt famosæ, & priuilegiatæ, ergo ibi graduatus priuilegio sui gradus frui debet. Item ratio & mens concordatorũ conuenit isti graduato extra regnum, uidelicet ut prouideatur peritis, sed hic istam qualitatem habet, ergo non erit reiciendus, argum. notat. in auth. habita. C. ne filius pro patre. ubi alioqui doctores dicunt priuilegia scholarium concedi tantũ studentibus alibi quàm in patria. ibi dixi in priuilegiis scholarium, an sit uerum.

6 Præterea actus † iure factus in uno loco, habet vires etiam extra illum locum in quo est factus. unde si notarius creatus in ciuitate, fecerit instrumentum extra, ualebit. Bar. & Bald. in l. nec ei. §. satisdatio. q. 5. ff. de adop. Barto. & alii in l. 1. C. de summa tri. sic & gradus assumptus in Italia habebit uires ẽt in Francia sicut legitimatus Romæ, vbique est legitimatus, & hoc tenet g'o. in regu. cancel. Iulii secundi. in 3. parte. & hoc in propriis terminis tradit Ioan. Dayma, doctor Tholosanus. in rub. de elec. in uerb. in uniuersitate famosa. ubi hoc expresse firmat. Mihi tamen uidetur contraria opinio, uerior, quia graduatis tantùm in vniuersitatibus regni concessit priuilegia nominandi, & gradum dandi quoad beneficia habenda in uim illorum. probatur in proœ. concorda. & in §. monemus, ibi, vniuersitates regni, ergo aliàs extra regnum excluſit, argu. c. nonne. de præsumptio. Hoc etiam probatur in ordin. regiis rubri. *des graduez simples*, aticu. 1. vbi sic dicitur, *Item enioignons aux uniuersitez de nostre dit royaume, & Daulphine*. & postea semper ad easdem uniuersitates se refert, maximè artic. 5. ibi, *esdites uniuersitez*, &c. & in §. præfati. ibi, huiusmodi graduatus, &c.

7 Secundò, quando priuilegia † sunt specialiter concessa alicui uniuersitati ultra alias, tunc alię non utentur illo priuilegio. not. in l. 1. ff. de leg. 1. sed speciatim uniuersitatibus regni est concessum, ut possint regnicolas ad gradus promouere quo ad beneficia habenda in regno, ergo hoc priuilegio, nõ utentur aliæ uniuersitates extra regnũ, quæ non habent hoc concordatum, nec priuilegium.

8 Tertiò bonum † est argumentum de personis ad locum, & econtrario. l. 1. & 2. ff. ne quis eum qui in ius uoc. est, ui exi mat. Ias. & recentiores in l. vinum. si cer. pet. Claud. Cantiun. in topica iuris, fol. 68. sed personæ exteræ non possunt etiam in uniuersitatibus regni sumere gradum ad habendum beneficia in uim illius in regno, ergo etiam regnicolæ non poterunt gradum sumere extra regnum quoad hoc priuilegium regni.

9 Quartò, cui prohibetur † consequens, videlicet nominare, & antecedens ad illud, uidelicet gradum dare prohibitum censetur. l. illud. ff. de acqui. hæred. cum similibus allegatis in l. 1. per Claud. seyse. ff. de iust. & iur. Sed prohibetur uniuersitatibus extra regnum dare nominationes regnicolis, saltem non est concessum illis, ergo nec poterunt concedere gradũ quo ad beneficia regni.

10 Quintò, una res † non debet diuerso iure cẽseri. l. eum qui ædes. ff. de usucapio. nec duplici iure. c. cognouimus. 12. q. 2. sed vniuersitates extra regnum non possunt cõcedere nominationes, etiam regnicolis. §. monemus. de collat. in concor. ergo nec ẽt gradus quo ad beneficia habenda in uim illius.

11 Sextò, hæc priuilegia † data in concordatis sunt eo concessa, ne res nummaria Galliæ exhauriretur, ut patet in primis literis regiis, positis in prin. concor. Franciscus, &c. uers. ideoque. Sed respublica Franciæ nummis exhauriretur, si quilibet scholasticus Gallus studeret extra regnum, & ibi sumere gradum posset. ergo, &c.

12 Septimò, Papa † in suis primis literis ad concordata, dicit feciſſe concordata pro cõi, & publica utilitate regni. Cõis, & publica vtilitas regni est, ne regni Francię scholastici extra regnum promoueantur, tum ut sciamus, an per saltum promoti sint, quod solent facere vniuersitates Italiæ, tum etiam propter collatores, ut sciant, an tales promoti sint literis præditi, & moribus, ac sint tales, quibus possint collatores sacerdotia committere. ad hæc etiam, ut uniuersitates habeant commoda illius gradus, ut sequitur.

13 Octauo vult Papa † (vt dicit) ingenti hoĩum regni dispendio obuiare, uersi. postremo, sed ingens dispendiũ est uniuersitatibus regni, & quodammõ uilipendinm, quòd homines Galli relictis tam famosis & excellentissimis Franciæ uniuersitatibus, alibi sumant gradum, ergo non debet permitti saltem quo ad priuilegia concordatorum.

14 Non ò, prohibetur ibi, ne † per vrbes errabunde uagentur scholastici Galliæ, si concederentur hæc priuilegia promotis extra regnũ, scholastici regni uagarentur, & præberetur istis materia uagationis, quæ summopere à iure improbatur. ca. quia intantum. de præben.

Decimò,

Source : BIU Cujas

15 Decimò, ſicut atteſtatio † nobilitatis debet fieri à iudicibus regni. § cum verò de coll. in concord. dico infrà. q. 12. num. 17. ita & atteſtatio gradus, & ipſe gradus debet aſſumi in vniuerſitate regni.

16 Vndecimò, quædam requiruntur † in literis gradus in Frãcia per concordata, & ordina. regias, quæ non requiruntur in Italia, de quibus infrà dicetur in eadem quæſtione, & ſeq. & illa requiſita non ſeruarent vniuerſitates Italiæ: quia non ſolent aliquem facere baccalaureum, ſed licentiatum, & doctorem. ergo is ſic promotus, in hoc regno per ſaltum promotus cenſetur.

17 Duodecimò, inſtrumentum † ſigillatum ſigillo regio factũ in Montepeſſulano non habebit executionem hic, quamuis ſit conſuetudo vt habeat: tamen in hoc inſpiciemus celebrati contractus loci conſuetudinem. Bald. in l. vna. in fine. C. de confeſ. Iaſ. in l. pen. in fi. prin. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Sic iſte graduatus in Italia, vbi non ſunt hæc priuilegia concordatorũ, non habebit ea in hoc regno ratione ſui gradus.

18 Vltimò, hæc priuilegia † dantur vt ſtudia, & regni vniuerſitates foueantur, & augeantur. §. item placuit ipſi cõgregationi, vt tanto magis ſtudia, & vniuerſitates regni, & Delphinatus cum ſcientiarum augmento foueantur, ꝙ ſuppoſitis vniuerſitatum prædictarum conferantur duæ partes præbendarum, &c. ergo ſuppoſitis, & graduatis in alijs vniuerſitatibus non debentur beneficia in vim gradus, argumento à contrario ſenſu, ſed concordata ſucceſſerunt in locum pragmaticæ ergo in eiſdem terminis debent intelligi in his, in quibus non eſt immutatum per ea.

19 Non refragantur ſupra in contrarium adducta. Primum, ꝙ generaliter dantur priuilegia graduatis, in vniuerſitatibus famoſis. Reſpondeo dari priuilegia nõ ſimpliciter graduatis in vniuerſitatibus, ſed graduatis in vniuerſitatibus regni, probat. d. § monemus. & ordinationes regiæ ſuprà allegatæ. ideo non loquitur generaliter. & ſi loqueretur generaliter, tamen debet intelligi ſecnndum præfationem, in qua tantum loquitur de graduatis in regno. & quia ẽ regni, & localis, ideo ad alios non extendetur. Non obſtat ſecundum ꝙ ſit eadem ratio in promotis extra regnum, quia ſunt literis prædita, ſicut in regno promotis. Reſpondeo, etſi haberet locum vna ratio, tamen aliæ (quas ſuprà dixi) refragantur. ideo non habebit locum. argum. §. affinitatis. inſtit. de nupt. Minus obeſt, ꝙ diſpoſitio ritè facta in vno loco, vbique ſortitur forum. Reſpondeo hoc eſſe verum, vt ſit doctor vbique, nõ tamen habebit priuilegia illorum qui promoti fuerint in Gallia, ſed iuris cõmunis priuilegia habere poterit. de quibus in authen. habita. C. ne filius pro patre. Vide q. ſeq. 12. Et quamuis D. Dayma hoc tenuerit, quia erat in vniuerſitatibus extra regnum promotus, hoc fecit vt ſuam defenderet promotionem, ideo ei non puto credẽdum, cùm cauſam ſuam ageret. Ex his conludo, epiſcopum non poſſe gratificari promotum extra regnum, nec ei eſſe cõferenda beneficia in vim gradus.

20 Secundò, in nominationibus † requiritur ſcriptura. §. prefati. ibi, per literas parentes. & §. uolumus ibi, in nominationum literis. de collatio. in concord. alioqui quomodo poſſet dare literas duplicatas collatoribus nominatus, ſi eas nõ haberet? Certe non poſſet, quia non dat, qui non habet. l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. dicit Bar. in l. ſi vniuerſæ. C. ad leg. et ſi ad hoc adſtringantur in §. teneantur, de coll. in concord. ibi, literas duplicatas dare. &c. Licet regnlariter ad validitatem actus non requiratur ſcriptura. l. pactum quod bona fide. ff. de pac. quod fallit quando ex lege, vel ſtatuto requireretur ſcriptura, vt in emphyteoſi. l. 1. C. de iure emphyt. & alijs caſibus traditis per glo. meliorem iusis, in c. 1. de cenſib. lib. 6. & Bar. in verbo ſcriptura de ſubſtantia. & in hoc regno Franciæ propter concorda. mandata etiam requirunt ſcripturam, vt patet in rub. de mand. Apoſt. vbi dixi in §. 1. in Concord.

21 Licet de iure in gratia Apoſtolica † non requiratur ſcriptura, quia ſtatim habet effectum diſpoſitionis cap. inquiſitionis. 25. quæſt. 2. l. contrahitur. ff. de pign. & in gratia Apoſtolica, ꝙ ſcriptura requiratur, hoc expreſsè tenet Archid. & alij in prooemio 6. lib. circa fin. Bald. in l. ſi qua. colum. 2. C. de epiſc. & cle. doc. in rub. de conſti.

22 Quæro, quidam nominatus † acceptauit beneficium quod ſibi ratione ſuæ nominationis per epiſcopum fuit collatum, perdidit ſuas nominationes, quæro an poſſit beneficium cũ ſola collatione retinere? tradit Anton. in ca. in noſtra. in princip. de reſcrip. & ibi Felyn. in verſic. ſpoliatus. in fin. vbi dicunt quod ſic, quia collatio cõſeruatur ſine literis nominationum. per capitu. cum olim. in primo, de priuileg. gloſſ. in cap. ſane. de renuntia.

23 Tertiò, requiritur † quod is cui conceduntur, ſit actu reſidens in vniuerſitate, in qua vult ſumere nominationes, vt habetur in ordin. reg. rub. *des priuileges des eſcholiers*, articu. quinto, & etiam in alia ordinatione dicitur, quòd ſcholares nõ gaudent priuilegijs, ſi ſint vltra ſex menſes abſentes à ſtudio. quãdiu ſunt abſentes: quod fuſius tractaui in priuilegiis ſcholã ſufficit tamen quòd fuerit reſidens tempore quo eidem conceduntur, & ſic per procuratorem eas non poſſet impetrare obſtantibus illis ordinationibus, licet de iure ſecus. gloſſ. in ca. nonnulli. §. fin de reſcrip. & ſi doctores eas concedere uelint, nil obeſt. adeo ꝙ nominationes nõ eſſent ob hoc nullæ: quia iure hoc non eſt cautum, nec per concordara.

24 Quartò requiritur † ꝙ illæ literæ tam gradns, quàm nominationis ſint manu ſcribę vniuerſitatis (quem ſecretarium vniuerſitatis in Montepeſſulano vocant) ſignatæ. d. §. præfatique graduati. ibi, manu ſcribæ. l. diuus. 2. ibi, literas incluſas atque obſignatas. ff. de cuſto. reorum. nam ſicut acta iudicis non faciunt fidem, ſi non habeant iudicis ſignum. Dynus in l. in fraudem. § quoties. ff. de iure fiſci. ſic nec inſtrumẽtum ſine ſigno notarij probat. l. final. §. nec calidis. C. de aſſeſſo. Bartolus in l ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ff. de teſta. Guido Papæ in ſtatu. ſi quis per literas. in verbo propria manu. in fi. Felyn. in ca. ſcriptura. col. 4. de fide inſtrum. hoc tamen dicunt doctor. de conſuetudine eſſe, vt ſignum ſit de ſubſtantia in inſtrumento Panormi. & Deci. in cap. 1. de fide inſtru. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. Corne. conſ. 22. licet. 3. uolu. & conſ. 70. duo. colum. 1. in 4. volum. & conſ. 118. placet. col. 2. ibidem.

25 Quid ſi ſcriba † uel ſecretario vniuerſitatis abſente, literæ gradus & nominationis fuerint ſignatę per locum tenentem. ſeu per ſubſtitutum ſcribæ, quæro an valeant; Videtur ꝙ nõ, quia tex. dicit in dicto §. præfati. manu ſcribę: ergo non manu alterius: quia qui de vno dicit, de alio negat. ca. nonne. de præſump. l. cùm prætor. ff. de iudi.

26 Item quando aliquid debet fieri † per propriam manum, ſubſtitutus non poteſt interuenire. text. notab. quem ibi ponderant Barto. & patruus meus Iaco. Rebuffus, & alij in l. pen. C. de erogat. militaris anno. lib. 12. cap. periculoſæ. de pœnitẽ. diſt. 1. cap. 1. de verbo. ſingu. lib. 6. glo. ſing. in verbo publicæ. in clem. 1. de vita & honeſta. cleric. c. licet. & ibi doct. de deci.

Item facit tex. in l. ſingulos. ff. de teſt. vbi dicit, ſingulos teſtes qui in teſtamento adhibentur, proprio chirographo annotare conuenit. dicit glo. ergo vnus pro alio non ſubſcribit. cap. quicunque. in prin. de hæret. lib. 6. & ibi glo. in uerbo propriis manibus.

27 Præterea † qñ iuramentum requirit ꝙ propria manu alicuius fiat, non poteſt iurari per alium. cap. licet ex quadam. ibi, proprio iuramento. de teſti. & ibi plene Fely. col. 2. & ca. 1. de iureiur. lib. 6. clemẽ. 1. illo titu. quia importat propriam induſtriam. Barba. conſ. 76. ſapienter. colu. 3. & conſ. 88. ſapienter. col. 6. in 4. volum. vbi concludit de teſtamento, ꝙ non poſſit ſignari per alium, etiam nomine illus perſonę, quæ ſignare debebat. Immo quando actus requirit propriam perſonam, nõ poteſt illa perſona delegare aliam. Aret. in l. 1. §. 1 & ibi laſ. & alij. ff. de acquiren. poſſeſ. Item quando lex uel ſtatutum mandat, vt certi notarij, uel hominis ſubſcriptio apponatur, tunc eſt de forma. l. 1. C. de conueniend. fiſci debitor. lib. 18. Roma. cõſ. 203. quoad primum. & omiſſio illius formæ uitiaret actũ. l. inf. de liber. & poſthum.

28 Veritas in contrarium ſe habet † nam qui per alium facit, perinde eſt acſi ipſe faceret. regula, qui per alium. de regu. iur. lib. 6. & proprie dicitur facere, qui facit per alium, tex. ſing. & ibi multa addidi in l. certe. §. primo. ff. de pręca. cui nounm de di intellectum uide tamen Bartol. in l. ſed ſi unius. §. ſeruus. ff. de iniur. & Dynum in d. regula, qui per alium. Alioqui ſequeretur, ꝙ ſcriba, ſeu ſecretario abſente, uel ualetudine impedito, non poſſent concedi nominationes, quod eſſet irrationabile. nam quando notarius nõ poteſt propter ſuam infirmitatẽ ſignare protocollum, committit alteri notario. l. quędam. §. is autem. ff. de eden. Bal. in cap. 2. colum. 3. de fide inſtrumen. Sic dicemus in nominationibus, vt ſcriba cuidam committere poſſit.

29 Non obſtant quæ ſupra diximus, † quia in concordato non apponitur verbum, propria manu ſcribæ, ideo poterit ſignari per alium, etiam ſi diceretur propria manu. quod ſic probatur. Propriis manibus debet leuari infans in baptiſmo. cap. ad limina. 30. q. 1. Et tamen compaternitas contrahitur per procuratorem ſecundum communem opinionem poſitam in cap. veniens. de cognatio. ſpiritua. Felin. in c. licet. col. 3. de teſt. facit c. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. iuncto cap. mulieres. de ſententia excom. Pan. in c. fi. de iuramen. calum. hoc tenet Albert. in tracta. de forma & ſolen. actus. rub. ex quibus conſiſtãt forma & ſolennitas. fol. 27. colum. 3. ubi dicit non importari per ſonalitatem, uel induſtriam, quando dicitur tantum, manib. uel manu ſcribæ, ut in concorda. ergo per ſubſtitutum poterit fieri. vt plene tradit Barba. in cap. 1. num. 25. & ſequen. de libel. obln.

30 Item etiam ſi in concordato † eſſet propria manu, adhuc poſſet fieri per alium, per regulam quam tradit Cardin. in clemen prima, de iureiuran. ubi dicit, quando actus non eſt præ-

iudicialis,vel non eſt electa induſtria perſonæ, poteſt fieri per alium,licet dicatur proprijs manibus. Bald.in l.vna. §.ne autē. C.de caduc.tollend.probatur per Felin.in cap.licet ex quadā. col,2.& ſequen.de teſti. Item valet actus non ſeruata forma, quando imminet neceſſitas. Alexand.& Socy.in l.1.ff.de libe. & poſthum. Bald.in proprijs terminis in rub. C.de fide inſtru. col.8.num.23.

Præterea ſtatuto Delphinali cauetur,ꝙ propria manu debent ſubſignari literæ à iudice, tamen valebunt ſi fuerint ſignatæ à locum tenente,ſecundum Guido.in ſtatuto ſi quis. in verbo propria manu ſignatas.verſ.ſed quid ſi dictæ.

31 Oportebit tamen ꝙ ille † qui ſic ſubſcribit, proteſtetur ſe facere nomine ſcribæ. Bar.in l.ad teſtium.§.ſi ab ipſo.ff.de teſtam.vbi dicit teſtem ſignantem annulo alterius, debere proteſtari. Ratio eſt,quia ſi vteretur ſigno alterius tanquam proprio,incideret in falſum.l.eos.& l.lege Cornelia. ff.de Falcid. §.item lex Cornelia.inſtitut.de publi.iudi.Moder.in §.poſsūt. inſtitu.de teſtamen.

32 Primò,quæro in qua parte † debent ſignari? Reſpon.in fin. arg.l.hac conſultiſſima. ibi, finem autem teſtamenti ſubſcriptiones.C.de teſta.l.ſubſignatum.ff.de verb.ſing. Spec. in titu. de inſtru.editio,in fi.nam ſcribæ ſubſcribere debent nomen ſuum & cognomen in nominationibus,vt in aliis inſtrumentis.vt ibidem dicitur,& Guido Papę in dict.verbo propria manu.in prin.Spec.in §.vt autem.verſ.notarius.rubr. de ſenten. in 2.parte.Paul.in l.cum antiquitas.in fin.C.de teſta Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium.circa fi.ff.de edend.licet Bald. in l.non enim aliter.ff de adoptio. dicat non eſſe determinatum locum à iure, in quo loco debeat apponi ſignum notarij.plus dicit in l.ad teſtium.§.ſi quis ex teſtibus.ff.de teſta.non eſſe curandum an ſignum notarij apponatur in principio,vel in fine inſtrumenti,tamen ſubſcriptio in fine debet poni,& ēt ex conſuetudine ſignum:& ille locus eſt magis conueniens. Bauer.in §.poſſunt.colum.3.& ſeq.inſtitu.de teſta.& ſic de cō ſuetudine ſeruatur, ita ꝙ ſi contra fieret non ualeret inſtrumentum, nec nominationes, quia minimè mutanda ſunt, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. l.minimè. ff.de legib.

33 Secundò quæro,quid ſi fuerint † duo ſcribæ, an vterque debeat ſubſignare? Videtur ꝙ ſic,quia cùm duo notarij recipiūt vnum inſtrumentum,non ſufficit ꝙ vnus illorum ſignet, ſed requiritur utriuſque ſignum,niſi inſtante neceſſitate. Albe. p illum tex.in l.1 ff.de offic.conſul. Guid.Papæ deciſ.122.Et qui libet in ſua ſubſcriptione debet facere mentionem alterius. Rebuff.in l.nulli.in fi.C.de numerariis & actuar.lib.12.quod
34 non ſeruatur.& talis † conſuetudo,vt inſtrm̄ nō proſit, niſi ſint duo notarii,valet,vt not.Deci.in cap.2.num. 6.de probat. & qñ conficiunt varia inſtrumenta,neutri creditur, quia ſibi inuicem derogant.l.ſcripturæ.C.de fide inſtrumē. ſic conſulnit Bald.conſ.392.in primis.ver.vltimus.Si tamen tempore peſtis,vel alterius neceſſitatis non reperiretur niſi unus, ille ſolus poſſet conficere inſtrumentum adhibitis duobus teſtib. & valebit,non obſtante conſuetudine contraria. Ang. per illum tex in §.quod autem.in auth.de non alienand.rebus eccl. colla,2.allegat.l.fin.C.de teſta.Idem arbitror in nominationibus,quia §.præfati.2.dicit manu ſcribæ. ergo ſufficiet unus, & ita ſeruat uniuerſitas Tholoſana, quia quilibet cenſetur eſſe datus in ſolidum,ideo valet ſine ſubſcriptione duorum.ſecus ſi eſſent duo collegæ electi. patruus meus in d l.nulli. Bal.in l. juriſiurandi.colu.2.C.de teſtib.Si tamen ex conſuetudine vel ſtatuto requiritur ſignum ſcribæ & Bidelli generalis in nominationibus,vt apud Bituriges,tunc non ualebunt,niſi ſignum vtriuſque interuenerit,ita tenet Guido in d. q. 122. an inſtrumentum.Sed hoc eſt plus,quàm ſit à concordatis expreſſum, requirere,& ex cauſa valet:vt quandoque in uniuerſitate Bituricen.dum ibi profiterer,dixi.

35 Tertiò quæro, quo ſigno † debeat ſcriba ſeu notarius vti in nominationibus; Reſpon ſigno cōſueto,aliàs ſi mutauerit ſignum ſuum,falſi tenetur.Bald.& alij in 1 conſtitut. C. & in l. comparationes.col.vlt.C.de fide inſtrum.& c.ſignificauit.de appella.& ibi uerſ.& alij.Lanfran.in c.quoniam contra.in verbo inſtrumentorum.col.2.de proba.per l.fin.C.de aſſeſſorib. & §.item lex Cornelia.inſti.de publi.iudi.Feli.in c.1. de fide inſtru.Ratio eſt,vt poſtmodum ex iſtis inſtrumentis ad alia fiat facilior cōparatio.§.oportet.in authē.de inſtru. cautel. & fide colla.6.gl.in d.§.iuē lex Cornelia.quod recte fieri non poſſet,ſi diuerſis vteretur ſignis notarius.gl.in §. ſed ſi inſtrumenta.in verbo adiiciatur.d.authen.de inſtru, cautel. & fide. Bauer. in d.§.poſſunt.notab.2.inſti.de teſta.

36 Ideo vitiarentur nominationes † ſi ſcriba vniuerſitatis eas ſignaret per duas literas,vt P.R.volens dicere Petrus Rebuffus,vel per duas ſyllabas incognitas,vel per literas, aut notas, quia tales notæ nec literæ ſunt, dicit text. in l. ſed cum patronus.§. fin.ff.de bono.poſſeſ.& ibi gloſ. & hoc intellige quādo ſcriptura de ſubſtantia erat,uel de forma, alioqui quando eſſent tales literæ,licet nòn probent,tamen non uitiant, ſed perinde eſt ac ſi ſcriptura earum rerum non eſſet facta. argum. l.1.ff.de iniuſto rupt.l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere.de inſtitor. actio.Baldus & Imol in l.quoties.§.1.ff.de hæred.inſti. Alber. Brunus in tracta.de forma & ſolennitate.uerſi. 44.ibi, quædā verò ſunt,&c.

37 Quintò,requiritur † ꝙ ſigillo uniuerſitatis ſint ſigillatę.d.§. præfati.ibi.ſigillo vniuerſitatis,&c.nec ualerēt,niſi eſſent munitæ ſigno ſcribæ,& ſubſcriptione,ac ſigillo uniuerſitatis. Specul.in titu.de inſtru.editi.§.inſtrumentum ergo publicū. ver. item ꝙ non eſt ſignatum. & verſ. item quod non eſt ſigillatū. vbi ſigillum & ſubſcriptionem requiri dicit. idem tenet Guido papæ.quæſt.175.literæ.& 481.literis.in ſuis deciſ. Bar. in l.ſi procuratorem.ff.de procurato.Docto.cap.2.de fide inſtr. Panor.& alii in c.poſt ceſſionem.de proba.

38 Item inſtrumentum † ſigillatum ſigillo regio, ſine notarii uel notariorum ſubſcriptione non habet executionem parata,niſi conſuetudo aliud habeat,vt dico in tracta.meo de literis obligatoriis regio ſigillo vel alio authen.ſignatis. artic.1. & ſeq.in 1.tomo.conſtitu.regia.uide tex.in l.fi.§. ſinautem hi. C.de bonis authoritate iud.poſ.

39 Facit,ꝙ nec creditur literis † epiſcoporum ſigillatis,ſine teſtibus & ſubſcriptione notarii,circa prouiſiones factas de beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus in præiudicium Apoſtolicorum impetrantium.Rota deciſ.17.not. ꝙ non creditur.de probatio.in antiq Panor.& alii in d.ca.poſt ceſſionē. facit tex.in c.cum à nobis.ibi,nec ſcriptum eorum, niſi teſtiū adminiculo fulciatur.de teſti.Quid in aliis caſibus,tradūt docto.in d.c.poſt ceſſionem.Ca'.conſ.vlti.rub. de fide inſtru. & Bald.in conſ.319.ſuper 1.& conſ.ſeq.in 3.vol. quia impetrātes Apoſtolici ſunt ordinariis exoſi: ideo ordinarii facile uti ſolent antidatis,& ſigillum eorum apponunt ad libitum, teſte Bonifa.in clem.vltim.col.fi de ſenten.excom. ſcripſi in præfa. ad rub.de collatio.in concord. Et in hoc ſigillo requiritur actus,aptitudo,uoluntas,& character.Bald.in cap.2. colum. 3. de fide inſtrumen.

40 Primò quæro, Quotuplex † eſt ſigillum; Reſpondeo multiplex:quoddam eſt ſigillum authoritatis,vt ſigillum Papæ, regis,epiſcoporum & dominorum temporaliū.c.nobiliſſimus. 96.diſt.& ibi notat.& clem.vna.in fin.de iureiurand. Aliud eſt ſolennitatis,vt ſigillum teſtium in teſtamentis.§.poſſunt.inſti. de teſta.& quod ius ciuile annulum uocat, ius canonicū ſigillum appellat,teſte Innoc.& Imol.in c. 2. de fide inſtrumē. Eſt tamen text.egregius loquens de ſigillo.in l.uideamus.§.q vinum.ff.loca & in l æquiſſimum.§.ſed ſi ædium. de uſufru.& l.cætera.§.item prohibentur.de leg.1.Aliud eſt ſigillum teſtimoniale.vt l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.& cleric.l.Caius.ff.de pign.actio. vt eſt iſtud quod in nominationibus apponitur,ideo in eis ſolet apponi,in quorum fidem & teſtimonium,&c. Aliud eſt ratificatiuum.l.2.C. de rebus alienis non alienand. & ibi Bald. & in Margarita in verbo ſigillum. q.2. Aliud ponitur in ſignum conſenſus.c.1.de procura.vt quando agitur de preiudicio ſigillantis.Bal.in d.c.2.colum.3.Aliud ſigillum datur in ſignum confirmationis.c inter dilectos.§.1. de fide inſtru.Imol.in c.2 col.penul.de fide inſtrum. Alia ſigil la ſcripſi in tract.de literis obligat.in glo ff. 6.in ordin.regu.in 1.tomo.

41 Secundò quæro, quid debeat † continere ſigillum. Reſpō. debet continere quandam impreſſionem.l. 1. uerſ. ſinautem ſocius.ibi,ſigillo impreſſo.C.de communi ſeruo manu. & ibi Bal.not.illum tex.facit l.decernimus.C.de aquæ duct.libr. 11. §.ſi pecunia.l.1.ff.depo.c.inter dilectos.de fide inſtrum.c.præſentata. de teſt.glo.in cap.nobiliſſimus.96.diſt. in qua impreſſione debet eſſe imago principis,ſeu rectoris,uel arma regis, aut ſigillantis,vel eius imago,ſeu alicuins ſancti,ſicut in mone ta.l.fin.C.de ueter.numiſma.poteſt.lib.11.Bal.conſ.376. caſus talis eſt,domini de laſcalla.in 3.volu.

Item debet continere characteres ſeu literas circum, ut ſigillum vniuerſitatis,uel ſigillum regis,uel alias literas aptas & conuenientes ſigillo. tex.in capitul.ſignificauit.de appellat. & ibi doctor.capitu.inter dilectos.de fide inſtrument. Et ſigilla debent apparere orbita, & characteres, vt ſit forma. gloſſ.in d.capitu.inter.in uerbo dimidia.& nomen ſigillantis. d.l. decernimus. C. de aquæ ductu. libro vndecimo, ideo ſi quis uellet ſigillare cum re non habente characteres, uel literas legibiles, puta cum corrigia, non poſſet. §. poſſunt. ubi Ioannes Fabri.inſtitu.de teſt. l. ad teſtium.§. ſignum. ff. illo. titul.

42 Ex quo infertur, quòd defectus † formæ impreſſionis ſeu characteris impedit rei eſſentiam, vt non ualeat actus factus ſine illis,immo defectus uitiat,vtpote ſi figura,ſeu imago amplius non appareat, uel character ſigilli.d.capit.inter dilectos. vbi ſi ſigillum frangatur pro ea parte, vt non dignoſcatur imago,uel tantum atteratur,uel caſſetur,ut non cognoſcantr̄ lr̄ę, nec cuius ſit ſigillum, non faciet fidem, & verè non eſt ſigillum,

Source : BIU Cujas

lum propter formæ omissionem. Spec. in tit. de instru. editio. §. instrumentum. versicul. item quod imago. & in titulo. de procura. §. ratione autem formæ. vers. item quod non sunt sigillo, &c. Guido Papæ in statuto si quis per literas. in verbo, propria manu. vers. sed quid si in, &c. Sequitur Alber. Brunus in tract. de forma & solennitate actus. rub. ex quibus cõsistãt forma & solennitas. ver. 48. dicens quando actus requirit sigillationem, tunc sigillum est de forma. Bal. in l. si quos. §. si quos iurauerit. ff. de iureiur. ideo cum hic sigillum in literis nominationum & gradus requiratur, non valebunt tales literæ nõ sigillatæ, nec literæ attestatoriæ temporis studij, vt infra dicet.

43 Tertiò quæro, an sufficiat † quocunque sigillo vniuersitatis sigillare nominationes? Respon. non, sed oportet q̃ sigillo destinato ad nominationes sigillentur, si aliquod sit, & non valeret si esset sigillum destinatum ad nominationes & gradus, & alio diuerso sigillo sigillarentur, per d. cap. significauit. ibi, sigillum capituli ad citationes tantum. de appel. quod est notandum, quia vtendum est qualibet re ad eius vsum destinata. c. ad nostram. & c. suggestum. de appel. Bald. & Perus. in d. cap. significauit. Et per hoc dixi, q̃ si nominationes consueuerant sigillari magno sigillo, & rector apposuit paruum sigillum, q̃ non valent, per suprà adducta. nam sigillum ad vnum actũ deputatum, non facit in alio actu fidem, per d. capit. significauit. nam limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. Aret. in d. ca. post cessionem. & Dec. in d. c. significauit. Immo nominationes redderentur suspectæ, si figura apposita in sigillo esset valde difformis sigillãti, vt pote si episcopus, doctor, vel vniuersitas haberet sigillum, ī quo est impressa imago doctoris, aut episcopi, nam illud sigillũ debet esse, vt in notionem sigillanẽ deducat. l. stigmata. C. de Fabricen. lib. 11. hoc tenent expresse Porcus & Bauer. in d. §. possunt. instit. de test. quia nomen rei conueniens esse debet. §. est & aliud. insti. de dona. sic & sigillum.

Si tamen vniuersitas promiscue uteretur magno & paruo ad nominationes, tunc essent validæ, & sic possent saluari cõtra opponentem non esse recte sigillatas, secundum docto. in d. c. inter dilectos. In Montepessulano sigillantur magno sigillo cum retro impressione minoris: quod si non fiat non valent, quia ita est solitum fieri, argum. l. certi condictio. §. si nũmos. ff. si cer. peta. & ibi Iason multa ad hanc rem facientia adducit. Et idem fieri consuetum in uniuersitate Parisi.

44 Ideo in nominatiõibus † solet apponi, in quorum omnium fidem & testimonium, sigillum nostrum consuetum apponi iussimus, &c. Nam in literis debet exprimi ad quid sigillum apponatur. Et si non exprimatur, videtur apponi ad id, quod natura causæ desiderat, quia ex natura actus datur intelligi uoluntas. l. si stipulatus. ff. de vsur. Bald in capit. 2. colum. 3. de fide instrumen.

45 Quartò quæritur, an valeant † nominationes, si sigillo tantũ facultatis legalis, vel canonicæ, seu theologiæ sigillentur? Clarum est q̃ non, quia tex. dicit sigillo uniuersitatis, & facultas non est uniuersitas. nam diuersitas nominum inducit diuersitatem rerum. l. si idem. C. de codicil. etiam si sigillarentur sigillis omnium facultatum, & omitteretur sigillum uniuersitatis: quia forma omissa redderet actum nullum. l. 1. ff. de libe. & posthu. Et ista opponi possunt ꝫ nominationes, nec possunt euitari, si probentur. Si tamen per inuidiam vel malitiam rector recusaret sigillare nominationes alicuius facultatis, posset instante necessitate suo vti sigillo. per l. 1. ff. de offic. consul. & ca. si quis propter. de fur. & vt malitijs hominum obuietur. ca. fedes. de rescrip.

46 Nec etiam ualerent † nominationes si sigillo rectoris priuato sigillarentur, cùm non sit sigillum vniuersitatis. ideo hæc qualitas, videlicet, uniuersitatis, debet interuenire, per ea quæ probat Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. lib. 6. in Nouel. vbi dicit, si probatum fuerit aliquem occidisse hominem, qui occidẽs accusatus fuerat occidisse tanquã assayssinus, si illa qualitas ñ fuerit probata, non dꝫ condemnari. Bar. in l. 1. p illum tex. ff. ne quid in flu. publ. & Bald. in l. si qs non dicã. C. de episcop. & cler. Et qñ sigillo authentico debẽt sigillari instra, dꝫ probari illud esse authenticum. Dec. in c. post cessionẽ. col. 3. de proba. Sic in noiationibus dꝫ probari esse sigillũ uniuersitatis, & hoc probabitur, si in noiationibus fuerit expressum, vt solet apponi. In quorũ oĩum fidẽ, & testimonium has nras noiationum lras sigillo uniuersitatis communiri iussimus, &c. Posset tamẽ probari contrarium. sed esset difficile, & oporteret eas falsas probare, ad quod est ante cogitandum.

47 Quintò † requiritur in noiationibus annus, ad hoc vt antiquior quis sit, appareat, quis debet præferri. §. statuimus. de collatio. in concord. & infra dicetur. & in instrumentis regulariter requiritur annus, & alia quæ tradit gloss. in leg. generali. C. de tabula. libro 10. & doctor. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edend. plene Barto. in repeti. rubric. de fide instrum.

48 Sextò, dies & mensis † vt appareat, quo tpe concessę sint, & an extra tempus permissum. nam de consuetudine non conceduntur extra tempus quadragesimæ, licet nullum tempus sit præstitutum, vt concedantur, per concordata, ut supra scripsi. q. 7. ideo consuetudo, quæ est optima legum interpres, erit attendenda. l. de quibus. cum. l. seq. ff. de legib. ideo poterunt ista opponi contra nominationes: sic data sententiæ in sententiis est scribenda. cap. tum ex literis. & ibi no. Imola, de restitu. in integr.

49 Alia etiam quę adhibentur † in instrumentis publicis, utpote locus, & alia tradita per gl. in d. l. generali. C. de tabul. lib. 10. ferme solent in nominationibus interuenire, quæ magis per stylum inducuntur, uel per cõsuetudinem uniuersitatis, quã scripto possint declarari.

50 Item notat Bald. in rub. C. de fide instrum. col. 5. nu. 15. qd̃ ad hoc vt notarius possit conficere instrumentũ, requirũtur quatuor. Primo, facti commissio, id est, q̃ sit rogatus, ut in authen. de tabel. colla. 4. Secundò, rei cognitio, id est, ut qualitatem apprehendat p sensum corporis. Tertiò, requirit iuris pmisso, id est, q̃ instrm̃ conficiat de permissis, non de prohibitis. l. iubemus. §. his tabellionib. C. de sacrosan. eccles. §. scriba. de prohibita feud. alie. per Fede. Quartò, testiũ præsentia, & rogatio, quæ prosequitur Bald. in d. rub. ibi uidere licet, ut nunc claudam hanc utilem quæstionem, & aliam prosequar.

SVMMARIVM.

1 *Requisita in literis certificatorijs temporis studij.*
2 *Testes duo attestari debent de tempore studij: & testes deponentes de tempore studii quales esse debeant.*
3 *Acta in scholis per scholares ibidem existentes probantur.*
4 *Testes & adiunctus iurare debent: aliàs non faciunt fidem.*
5 *Probari an possit contra literas studii.*
6 *Literis episcoporum, uniuersitatis & apparitoris an credatur.*
7 *Testes super tempore studii quomodo debeant deponere. ubi, quod testes nõ est necesse deponere de tempore continuo, cum præsumatur.*
8 *Tempus studii an debeat coniungi. 9.*
9 *Probationes imperfectæ non coniunguntur.*
10 *Literis certificatoriis quibus fletur: & testes contrarii repelluntur et scripturæ repugnãtes & coutrariæ nõ probãt, & demõstratio falsa nõ uitiat.*
11 *Vniuersitas non attestatur de tempore studii alterius ciuitatis. & nu. 13. fallit num. 15. & permissum censẽtur, quod non est prohibitum.*
12 *Iudex testes alterius prouinciæ audit, etiam de eo quod est in alia prouincia factum.*
13 *Suo quilibet debet esse contentus, & non aliena quærere. & ibi, qd̃ scholastici in uniuersitatibus franciæ debent 22. solidos cum dimidio suis doctoribus.*
14 *Tẽpus studii nullius poterit probari ī loco ubi scholaris studuit, quã alibi.*
16 *Attestatio generalis de tempore studii an sufficiat, & testes nõ possunt deponere per uerba iuris.*
17 *Ex æquipollentibus quid fiat, non refert: & declarans an de nouo facere uideatur.*
18 *Tempus quo quis studuit extra regnũ, an possit cõiungi cũ eo quo studuit in regno et uniuersitates omnes possũt certificare de studio sui scholaris.*
19 *Tempus studii ex uniuersitate extra regnum habitum nominato prodest.*
20 *Studium medicinæ an possit coniungi cum studio legum.*
21 *Studium domi factum an computetur.*
22 *Tempus lecturæ cõputatur in tpe studii, ut quis possit noiationes obtinere.*
23 *Legentes studere dicuntur.*
24 *Magistro artiũ regenti an illud tẽpus computetur: & ibi, quod correlatiuorum uno prohibito alterum uidetur prohibitũ & difficultas nõ excusat.*
25 *Matricula an attestari debeat & ibi, quod scholaris non matriculatus nõ gaudet priuilegiis scholarium: sic nec miles. 26. & 29.*
27 *Ciuis non descriptus in libris ciuitatis non gaudet priuilegiis ciuitatis.*
28 *Tabellio non descriptus in libro non potest suum officium exercere.*
29 *Idem in aduocato.*
30 *Literæ non designantes tempus an ualeant, & actus in dubio interpretatur vt ualeat.*
32 *Tempus studii non ualet, si dicatur, studuit per quinque annos, uel circa. quia dictio, circa, est ambigua & tempus quinquennii expressum et completum esse debet.*

QVAESTIO 12. princip.

1 VNdecimo principaliter q̃ritur, q̃ † requirãtur in lris certificatoriis tporis studij, Respõ. scripturam, sigillũ, subscriptionem scribæ uniuersitatis, & illa sex q̃ sup. in proxima qõne dixi in noiationib. requiri, ut est tex. in d. §. pfatiq́; graduati. & sic nõ ualerent attestationes qñ rector & facultas certificarent, qa non est uniuersitas, quę requiritur. ut supradictũ est in noiationib.

2 Item requiritur q̃ duo testes † ad minimum de tẽpore studij attestẽtur uniuersitati uel facultati, qa vbi numerus testiũ non adijcitur, duo sufficiunt. l. ubi numerus. ff. de testib. ca. l3 ex quadã illo tit. vbi dicitur q̃ unus non sufficit etiam si præsidiali fulgeret dignitate, quia regulariter non facit plenã fidẽ. l. iurisiurandi. C. de testibus. & nominati & graduati teneantur

Source : BIU Cujas

l.iurisiurandi.C.de testibus.& nominati & graduati teneãtur plenam fidem facere de tempore studij.d.§. præfati. ibi, fidē facere teneantur,quod non esset si per vnum tantum probarent,nec vniuersitates certificarent quendam studuisse, nisi prius audirent testes,& sic vidi seruari.

3 Primò quæro quales debent † esse tales testes de tempore studij deponentes? Respondeo,probatæ vitæ,& opiniouis.c. licet vniuersis.cum seq.de testi.l.3.in prin.ff.eo.Ideo solēt Tholosates apponere in literis certificatorijs hæc verba,pro vt nobis fides facta extitit per testes fide & testimonio dignos.licet hæc non debeaat apponi,quia non statur scripturę referenti, nisi producatur ea,ad quam fit relatio.text. in auth. si quis in aliquo.C.de eden.ideo simpliciter uniuersitates Franciæ certificant quem studuisse,nulla habita mentione testiū. & istud est tutius. Requiritur etiam ꝙ scholares pro scholaribus deponant,non faber,vel cerdo,nam quæ in scholis aguntur,nō possunt facile aliter probari,quam per scholasticos ibidē existentes,sicut nec illa,quæ fiunt in cap.possunt probari aliter q̄ per canonicos.c.veniens.2.in fin.de testi.Idem de his quæ domi fiunt,dicitur in l.consensu.§.super.C.de repu. si tamē omnes scholares causa pestis,vel belli,ab vniuersitate discessit sēt, poterit tempus studij probari per bidellū,vel vicinos, qui in dies viderunt illum scholarem ingredientem scholas, vel per suum hospitem,in cuius domo habitabat,arg.d.l.consensu.§. super.& ibi addidi.vel doct.poterunt concedere literas, si notitiam habeant scholasticorum,& Parisijs quælibet facultas literas concedit certificatorias suis scholasticis, si sint matriculæ adscripti illius facultatis.

4 Requiritur etiam ꝙ illi testes † sint iurati,nam testi non iurato non adhibetur fides.l.iurisiurandi.C.de testib. c. tuis,illo titu.etiam si fuerit religiosus obseruantiæ. c. nuper.de testib. ēt si esset sanctæ vitæ.Barb.in tract.de præstan.Card.in 2. q. 2. partis,in fin. sic vidi iudicari de adiuncto, qui datur consiliario,vel alij commissario,vt iurare etiam debeat, vt fuit in senatu decisum anno 1534.die 4.Martij,per tex. in l.hac edictali.§.his illud. vbi Salice. C. de secund. nup. scripsi in tracta de adiunctio.in 2.tomo constitu.reg.

Intellige quo ad præsumptionem, quam bene faceret, sed non probationem plenam regulariter.glo. in cap. cum olim. de priuileg.Iaſ.in repe.l.admonendi.col.70.num.189. ff.de iureiurand.Alex.consi.131.perspectis.& consi.237.in 6.volu.Ideo solet apponi in literis certificatorijs, testes iuramento medio examinatos. Si ista non opponerentur, præsumeretur falsitas contra has literas,maxime apud Tholosates, & in Montepessulano,vbi hoc vtūtur stylo, quamuis sufficiat vniuersitatem certificare studuisse tali tempore nulla facta mētione testiū, vt supra dixi.Non possum tñ probare, vt literæ certificatoriæ temporis studij concedātur ex schedula, seu quadam papiro scripta,nos subsignati,&c.quia datur materia falsum fabricādi.nam vnus poterit diuersis literis illam papirum signare,vel facere signare ab his qui in doctorum præsentia iurare nō auderent,vnde fit,vt is qui nunquam studuit,inueniat sæpius se studuisse.tanto tempore,quo vult:ob id sæpius dixi docto.Parisi sed non potni obtinere,hoc tamen est dignum reformatione,& non debet concedi tempus studij nisi testes à doctore recipiantur, & iurent, deponantque coram illo,præsente scriba uniuersitatis,vel bidello facultatis, qui postea cōficiet ad mandatum doctorum literas.

5 Secundo quæro, uniuersitas † certificat istum Titium studuisse per quinquennium,vt facta fides extitit eidem p testes, ego volo probare contrarium, videlicet ꝙ non studuit quinquennium,& ꝙ testes nō sunt fide digni,nec omni exceptione maiores,vt testes esse debent.gl.in §.item verborum. insti. de verb.oblig.c.1.de consanguini. & affini.an possim probare? videtur ꝙ sic,quia de veritate semper debet inquiri, vt fides veri constare possit.l.2.& l.non est nouum. C.de edend. Item quando lex vel statutum dicit standum esse iuramento alicuius,poterit tamen contrarium probari per legitimas probationes,tex.& ibi Panor.& alij in capitu.proposuisti.de proba.cap.continebatur.de desponsa.impube.Bald & Sali. in l.1. C.de reb.cred.item quando dicit,standum dicto alicuius, intelligitur nisi probetur contrarium.gl.& docto.in l.2. §.si absens.ff.si ex noxa.cau.agatur.

In contrarium videtur, quia vili seruienti creditur in his, quæ eidem commissa sunt ratione officii.cap. quoniam contra.& ibi Lanfranc.& alii.de proba.Barto.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo per nuncium.quomo. in læsæ maiesta. crim.proced.c.ad audientiam. de præscript. Fortius creditur toti vniuersitati attestanti de tempore,quia non est uerisimile quod uniuersitas admitteret testes viles, & falsum deponentes.Ideo illis debet sine dubio stari.

6 Item creditur literis † episcoporum sigillatis, in his quæ ad suum spectant officium cap.post cessionem. de probat. Item creditur literis examinatorum.cap.cum secundum.& ibi Card.2.notab.de prębend.ergo & fortius vniuersitati credetur alioqui quotidie sic nominationes impugnarētur,& uia fraudibus pateret,cōtra.l.in fundo.ff.de rei vendi.cap.sedes. de rescript.nisi eas literas falsas allegaret & ꝓbaret, quod maxime vitare debet,nisi hoc facile probare possit,quia difficile commissum esse falsum probari potest, & indago accerrima fieri debet ad probandum illud.l.vbi.C.ad leg.Cornel.de falsis. & quando testes hoc modo allegantur in literis, illæ literæ non probant,nisi testes relati producantur.authē.si quis in aliquo. C.de eden.quod maximè uitandum est.

7 Tertiò quæro quomodo † debeant illi testes deponere? Respon.de quinquennio vel de triennio in nobilibus,& requirit quòd sint concordes in tempore,alioqui non probant.Vnde si vnus deponeret de quinquennio,alter de quadriennio,non valerent literæ certificatoriæ nisi in quadriennio, quia in alio sunt singulares,qui non probant.ca.bonæ.in 1.de elect.no.in c.licet.de probat.l.ob carmen.§.final.de testibus. dixi plene in tractatu meo de reprobationibus &saluationibus testium,in verbo singulares.Tamen si testes tantum deponerēt de quinquennio,ualeret,quia licet non sit dictum continuum, tamē præsumitur.l.si usufructus in biennium.ff.de usufruct.lega. & l.si cum Hermes,ubi Bald.C.de loca.uide Alex.in l.si procuratori.in fin.ff.de verbor.oblig. ubi quando fit mentio de tēpore,in dubio intelligitur de continuo.no.in l.eum qui Calēdis.ff de uerb.obli.& sufficit quod maiori parte temporis studuerit.ut tradit Bald.in l.Mutianæ.§.primo. ff. de conditio. & demon. declaro inter priuilegia scholasticorum quomodo intelligatur.

8 Quarto qnæro, pone duos † posuisse Titium studuisse ꝑ biennium,& alios duos posuisse eundem alio triennio studuisse,an ualeat ipsorum depositio;uidetur ꝙ non,quia quinquennium requiritur,& non frustratim, sicut lupus comedit frustatim agnum.c.1.§.nos sumus.13.quæst.1.Inno.in ca.qualiter.in 2.colum.1.de accusa.Vnde dicit Bal.in l.obseruare. colum.fin.C.quorum appel.non recipiuntur.ꝙ si statuto caueretur,ꝙ si quis iuerit de tali loco ad talem,pede mulctetur. & duo testes dicunt,ꝙ uiderunt ire usque ad dimidiam partem, alii usque ad aliam dimidiam,hæ probationes non coniungūtur,nec perfectum accessum probant,nisi deponant quod uiderint principium & finem,sequitur Iaſ.in repet. l.admonēdi. num.253.cum sequen.ff.de iureiur.Refert Catellia. Cotta.in 1.parte memora.in uerbo,indicia.Iaſ.consil.25.colum. 5.in 3. uol.Respon.depositionem testium ualere,&coniungentur tēpora,arg.l.unicæ.& ibi multa addidi.C.qui numero tutela.plene Præpo.in c.quorūdam.23.dist.facit quod diuersitas simulquę iungi pōt,non facit testes singulares, utpote, uolo probare prescriptionem decennalem,probo per duos testes de primo quinquennio,per duos alios de sequēti quinquēnio,optime probo ex coniunctione testium,ex quo resultat probatio continui temporis decennalis ex coniunctione testificationū: sic in tempore studij.Bald.in l.testium.nume.12.C.de testibus

9 Anch.consi.276.visa.Nec obstant † suprà in contrarium adducta,ꝙ debent intelligi in probationibus imperfectis, quæ nō coiunguntur. secus quando probationes per se sufficienter sunt probatę,& ita unumquodque indicium,per se sufficienter probatum potest cum altero cōiungi.Bal. in l.si quis ex algentariis.§.1.ff.de eden.Barb.in tract.de præstan.Cardin. in 2. quæst.primæ partis.col.ult.Fel.& alii in c.causam notab. 1. de off.deleg.Alex.consi.13.ex his.colum.ulti.in 1.uol. Cotta ubi sup. in uerbo probationes.Hippol.consi.20.degeneris.nu.47. cum seq.siue lōgum tempus intermedium fuerit,siue breue, cum tex.tantum requirat quinquennium,& eadem ratio militat in eo qui duos annos studuit,anno 1512.usque ad decimū quartum. & postea obruptus negotiis intermisit studium usque ad annum millesimum quingentesimum uicesimumseptimum,& postea studuit tres annos. dico posse coniungi ꝑ supradicta,& infra dicetur.& probant doct. per illum text in c.fin.de succes.ab intesta.& in c.præterea.de testib. uide Collect.in c.ex parte. de cleric. non residen. ubi in pœnis dicit nō coniungi,ut si religiosus audiuerit leges per unum mensem, & postea destiterit,demum audinerit per alterum mensem, non erit excommunicatus,ut not.in ca.non magnopere.& c. super Specula ne cleri.uel monac.quia ibi in odiosis,secus in fauorabilibus.pro hoc est tex.in l.Paulus.§,fin.ff.de libe.caus. ubi seruus, qui continuò triennio seruire debebat, antequā consequeretur libertatem,si fugiat ante triennium completum, & postea reuertatur & seruiat, dicitur continuò seruiuisse,& obtinebit libertatem.sic scripsit Iaſ.in l.si idem. nu.7. ff.de iurisd.omn.iud.

10 Quintò quæro, quidam † habet literas certificatorias temporis studii de triennio, quo studuit Tholosæ, & de biennio quo studuit hic Parisiis. In literis tamen gradus dicitur ꝙ studuit per quinquennium iu hac nostra Parisien.uniuersitate, & tamen non studuerat nisi per biennium. Quæritur quib. literis stabitur; Videtur ꝙ nullis,quia quando testes sunt cōtrarii,omnes repelluntur.l.eos.& ibi Bart.ff.de fal. l. qui falsa.

de

de testi.cap.licet.de proba.& scripturæ repugnantes, & contrariæ non probant.l.scripturæ.C.de fide instrumen. Contrarium dicerem,standum esse videlicet literis certificatoriis tẽporis studii,quæ sunt factæ principaliter ad hoc vt certificẽt, literæ verò gradus vt probent gradum,ergo si incidenter faciant mentionem de tempore studii, non debent derogare alteri instrumento super tempore studij confecto,cùm prolatum sit enuntiatiuè,& sic non probat.l.ex hac.ff.de dona.cle. vna.de proba. & plene in titu. de subla.cle. literis. in concorda.Et istæ literæ gradus debent intelligi secundum alias literas certificatorias, videlicet ꝙ studuit per quinquennium in nostra vniuersitate, computato tempore quo in altera studuit,& sic partem pro toto sumendo.Et hic error vniuersitatis nõ debet nocere graduato ritè qualificato,quin possit corrigi.argum.l.1.& per totum.C de erro.aduoca.& demonstratio falsa non vitiat.l.demostratio.ff.de condit. & demonst. & ibi Barto.& Socyn.& fuit hoc à me in palatio sæpe petitum, & ita respondi.

21 Sextò quæro,pone † ꝙ studui triennium Tholosæ,& biennium in Montepessulano, & nominatus sum in Montepessulano,an vniuersitas Montispessulani possit certificare de tempore studii Tholosæ? Videtur ꝙ sic, quia illud censetur permissum,quod non est prohibitum.l.præcipimus. C.de appellatio Item omnia potest vniuersitas, sine quibus nominationes haberi non possent.l.2.de iurisdi.omnium iudic.c.præterea.de offi. delega.

22 Item iudex † testes alterius prouinciæ audit, etiam de eo quod est in illa prouincia factum.l.iudices.C.de fide instrum. Item cui conceditur consequens, & antecedens, vnde si cui concedatur aquæ haustus,videtur esse concessum iter ad illũ fontem vel puteum.l.2.§.fin.ff.de seruit.rust.prædiorum.Pan. in cap.cum liberum.col.2.de sepult. l. olympico.ff.de seruitu. vrbano.præd.Sed vniuersitatibus regni est concessum vt nominationes possint dare,ergo & tempora studii poterunt facere,sine quibus non valerent nominationes.

23 Veritas in contrarium se habet,quia † vna uniuersitas non certificat de tempore studii alterius,nam confunditur ordo, quando vnicuique sua iurisdictio non seruatur.ca. peruenit. 11.q.1.alioqui præeminentiam & vtilitatem vnius altera vsurparet,quod iure prohibetur, quia quilibet suo debet esse cõtentus,non aliena quærere,l.fin.C.vnde vi.Nam in his vniuersitatibus Franciæ scholastici debent viginti duos solidos cum midio singulis annis suis doctoribus, vnde si quis studuerit quadriennium Paris.& Aureliæ vno anno, si postea Aureliæ sumat gradum,vniuersitas metet,quod non seminauit. & exiget quinque libras cum duodecim solidis ꝑ tempore studii, licet quatuor libræ cum decem solidis sint debitæ uniuersitati Parisii,quod non est faciendum,immo soluens ei cui nõ debet,non est liberatus,maximè soluens inuito creditore.l.inuito.C.de solu.l.soluendo.ff.de neg.gest.& l.verò. cum alijs. de solutio. Item quis debet habere literas certificatorias ab illa vniuersitate in qua studuit. si ergo studuit in plurib. à qualibet debet habere literas certificatorias.d. §. præfati. 2. Igitur cum istud pro forma datum sit,debet seruari, & eius omissio vitiabit.c.cum dilecta.de rescript.

24 Item verisimile est † ꝙ tempus studii melius poterit probari in loco vbi scholaris studuit,quàm in alio.l. 1. §. 1.ff. de flumi.§.si res.& ibi Aluaro.vltim.not.de pace tenend.& eius violat.c.scriptum.ibi,per Venetias.& ibi expressè Bal.de elect. per legem.2.C.vbi de ratiocin.

Nec obstat ꝙ non sit prohibitum, quia imò est prohibitũ in concorda.sed non iudici,ideo conceditur ei.Nec refragat ꝙ omnia sunt concessa,sine quibus,&c.Nam vniuersitas potest certificationis lras facere de tempore, quo studuit in eadem vniuersitate,non in alia.Et sic illud antecedens censetur esse concessum qualificatiue, & per hoc non obstant in contrarium adducta,& ita seruatur.

25 Fallit qñ illa uniuersitas † esse vacans ob bellum,vel pestem, vt fuit Papien.tunc crederẽ aliam vniuersitatẽ posse certificare ẽt de illo tpe necessitate instante,q̃ non habet legem.l vna. ff.de offi.consul. alioqui pauper scholaris non posset obtinere nominationes,ac ex causa subueniri debet scholaribus.l.1. ff.ex quib.caus.maior.Et bonum est quòd hoc inseratur in literis temporis studii.

Secundò fallit, qñ ab utraque parte hret lras studii certificatorias,tunc illa adiectio credo qđ non uitiaret, siue habeat ante,siue post,per rlam,vtilẽ.de reg.iur.in 6.Item si studuisset quinquenniũ Tholosæ,& apud Bituriges per annum,non vitiantur lrę,si apponat Biturigibus,dummodo habeat lras certificatorias ex utraque vniuersitate.quod est notandum. per l.testamentum.C.de testa.vbi superflua non uitiant.

26 Sextò quæro,vniuersitas † exprimit nominatum studuisse per tps præstitutum requisitum tam per concordata, quàm per ordinationes.an sufficiat? Videtur ꝙ non,quia testes non possunt deponere per verba iuris.Anch.cons.296.vilis. cum multis ibidem adductis.Contrarium dicerem, quia paria sũt dicere certum tps,vel se referre ad certum.l.ait præror. §.1.ff. de re iudi.ideo paria sunt dicere per quinquennium vel per tẽpus competens & præstitutum,quia concordatũ dicit opus esse probare tempus studii,non dicit quinquennium,ergo.itẽ vniuersitas non fungitur uice testium,sed superioris. nam potest esse ꝙ testes deposuerunt de quinquennio,& vniuersitas dicit studuisse per tempus requisitum,& sic non debet scholari esse fraudi.Probatur,quia non refert † quid ex æquipollentibus fiat.l.cum seruus.ff.de verbo.obli.l.si mater. C.de instit, & substi.& in æquipollentibus idem est iudicium. l.mulier.in princi.ff.ad Trebel.c.in his.de verb.significa. ista sunt ęquipolentia per tempus requisitum in concordatis,vel ꝑ quinquẽnium,ergo ualebit.ita dixi in palatio,plene manu scribam, si operæ precium fuerit. Poterit vniuersitas etiam ex interuallo declarare intentionem suam,videlicet ꝙ sensit de quinquẽnio,& istud declaratum habetur ac si à principio fuisset dictũ Pau.ibi per illum tex.in l.hæredes palam.§.sed si notam.ff. de testa.ubi qui declarat nil noui dat,quod est uerum, nisi ex tali obscuritate redderetur dispositio inutilis, tunc declaratio illius obscuritatis,quæ redderet dispositionem nullam,non poterit fieri,quia qui declarat censetur de nouo facere,quod nõ esset permissum in præiudicium tertii.glo.& doct.in d. §.sed si notam,Fely.in cap.edoceri.col.5.de rescrip.Refert Albe.Bru. in tract.de forma & solennita.actus.fol.90.col.3. & sequen. & ideo non posset collator postea in sua collatione addere ista uerba,tanquam graduato,per supradicta.

27 Octauo quæro,nominatus † studuit Auenione, uel in Italia triennium, & Valentiæ per biennium,vult nominari Valẽtiæ,quæro an illud tempus,quo studuit Aueniõe, & sic extra regnum,ei suffragetur? Videtur quod non, quia sicut uniuersitas Auenionen. non potest concedere nominationes, ita nec literas temporis studii:quia prohibito uno, uidetur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud.l. oratio. ff. de sponsa.dixi in repe.c.postulastis.in prin.de cleric. excom.ministr.Contrarium uidetur.nam omnes uniuersitates tam regni quàm extra regnum possunt certificare de studio sui scholaris.l.nemini.§.1.C.de aduoc.diuerso.iudicio. Et licet plus sit concessum uniuersitatibus regni,uidelicet nominare,aliis tñ non est detractum,quò minus possint de tempore deponere, vt in dicto.§.1.dicitur,Iurisperitos etiam doctores eorum iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere esse eum,qui postea subrogari uoluerit,peritia iuris instructum. Nec obstat ꝙ prohibito uno, &c. quia uniuersitatibus extra regnum non est prohibitum nominare,nam eis nunquã fuit concessum, sed est de nouo concessum uniuersitatibus regni nominare,& ob illam concessionem non uidetur prohibitũ aliis uniuersitatibus non concedere tempus,quo quis ibi studuerit,& certificare, & hoc uidetur conueniens concordato,in quo sufficit certificari studuisse in uniuersitate famosa, & priuilegiata.Sic excluditur is,qui studuit domi,uel ruri,ubi
28 nulla erat uniuersitas.cap.tuæ.de cleri.non resid. Et sic † posui conclusionem, ꝙ nominato tempus studii ex uniuersitate ẽt extra regnum habitum, prodest. uide tamen quæ dixi supra. q.10.num. 6. ubi dixi certificari posse quo ad priuilegia concordatorum.Si tamen in forma auth.concederetur,arbitror in practica & in forensi iudicio,etiam quo ad concordata,tẽpus studij prodesse posse,quia praxis supradictas subtilitates non recipit quo ad tempus studii,de gradu autem nil uidi de cisum contra prædicta.

29 Nonò,dubitari uidi in Montepessulano,† quidam studuit in medicina per biennium, postea conuolauit ad secũda vota,videlicet ad ius ciuile,vel contra, in quo studuit trienniũ, sumpsit nominationes, an ei suffragari possunt? Breui videt ꝙ sic,inspiciendo rationem concordati, quæ est ut ecclesia uiros habeat literatos,& de eisdem ecclesiis prouideatur.sed hic qui studit in medicina, est literatus, ergo eidem potuit prouideri in nominationibus.

Secundò, hoc probatur in concordato. in §. tempus. ubi computatur tempus quo quis studuit in artibus à logicalib. inclusiue, fortius computabitur illud tempus quod cõsumpsit in medicina, & utrunque coniungetur ad quinquenniũ peragendum,& istud uidetur æquum,licet contraria opinio posset tueri, quam probaui suprà, quæstione quinta. Etiam concordatum vult, ut studium medicinæ prosit in §.præterea. de collat. in concorda. si separatim prosit, ergo & cum alio coniunctim, nec est diuersa ratio, & hoc est tenendum.

30 Decimò qd si biẽniũ † domi studuerit,ubi nulla erat uniuersitas,& trienniũ in uniuersitate,an possit noiationes hre; Respon.nõ,quia studẽs extra uniuersitatẽ nõ gaudet priuilegiis. c.tuæ.de cleri.non resident.doct.in auth.habita. C.ne filius ꝑ patre.& ibi dixi.itẽ cõcordatũ dicit in uniuersitate, ergo studendo domi,nõ est studere in uniuersitate,imo nõ sufficeret studere ĩ uniuersitate nõ famosa,ubi nullæ ꝛ sẽt lectiões,ut in

Source : BIU Cujas

quibuſdam contingit vniuerſitatibus.vt dixi in dicto. §.præterea.& in priuilegijs ſcholarium.

22 Vndecimò quæro,ſtuduit † quis Tholoſæ triennio, & poſtea legit biennium,an tempus quo legit, debeat eidem computari. Videtur ꝙ non,quia tex.dicit,ſtuduit,non dicit, legit, quod dixiſſet,ſi voluiſſet.cap.ad audientiam.de deci. Alibi dicitur.Multo tempore diſce,quæ poſtmodum doceas.c.ſic viue.16.quæſtio.1.alioqui culpandus eſt,ſi dux eſſe uoluit, qui tyro adhuc eſſe non meruerat.& docere,qui diſcere debebat cap.ſi officia.59.diſtin.ideo dicit text.in cap.qualis.8.quæſtio.1.Qualis erit ædificatio diſcipuli,ſi intelligat magiſtro ſe eſſe maiorem; & ibi dicit gloſ. ꝙ quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram,& dum delectantur in loco gloriæ,fiunt alijs authores ruinæ.cap.quoniam.48.diſt.Prætea culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti. Regula, culpa.de regu.iur.in 6.ergo ex ſua culpa non debent lucrum ſentire.Et contra illos qui nimis feſtinant ad legendum in illa facultate,in qua non audierunt,uel parum,clamat.gl.in d.ca. qualis.8.q.2.& ibi nota.

Contrarium teneo, quia concordatum conceditilli, qui ſtuduit quinquenium,vt poſſint nominationes ſumere, ſed is qui legit,dicitur ſtudere.l.vna.C.de excuſa.artific lib.10.vbi gl.dicit, Diſcere ſi quæris, doceas, ſic ipſe doceris.& alibi traduntur alij verſus.

Condita decreſcit,vulgata ſcientiæ creſcit,
Creſcit & augetur,minuitur ſi retinetur.

Alber.& Moder.in §.nos verò.in proœm. ff. Ideo dicitur ꝙ Bart.legendo & docendo optimus factus eſt.Bald.in l. 1. col. 8.num.39.C.qui accu.non poſ.ideo ſunt qui legunt,vt diſcant Panorm.in cap.1.de ferijs. Et hic non eſt culpadus,quia omne artificium per exercitium recipit incrementum.l.ſeruis legatis.§.ornatrciibus.ff.de leg.3.

Item,vbi eſt neriſimile ꝙ ſtatuens in caſu omiſſo ſtatuiſſet id,quod ſtatuit in caſu expreſſo, ſi de eo cogitaſſet, tunc caſus omiſſus habetur pro expreſſo.text. iuris melior in l. mulier.1.in prin.ff.ad Trebel.& ibi Moder.Aquen. glo. ſingu.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact. ſed ſi conditores fuiſſent interrogati de hoc caſu, ſic reſpondiſſent, ergo & nos reſpondebimus.

23 Preterea appellatione ſtudentium † veniunt legentes & cõprehenduntur etiam proprie,quia legens intendit ſtudio.§.illud.in proœmio.ff.& hoc in fauorabilibus, ſicut hic, & inſpiciendo mentem conditorum.Anto.Panorm.& alij in proœmio decre.& in cap.non magnopere : ne cleri. uel monachi. nam verbum,ſtudere,eſt indifferens ad docendum,& audiẽdum,ſeu dicendum:& determinatur & ſpecificatur ſecũdum materiam cui adiungitur,vt Barba.not.in addi.ad Panormita.in proœmio decreta.in verbo, ſtudium.

24 Duodecimò,quidam † ſtuduit in artibus per triennium cũ dimidio,& effectus eſt magiſter artium;poſtea rexit in artib. per biennium,docendo pueros,an illud tempus debeat eidẽ computari; Videtur ꝙ ſic,vt proxime dixi, quia docens gaudet eodem priuilegio quo diſcens.

Præterea erat pauper,qui non valebat conuolare ad altiorem facultatem ſine libris:nam dicitur,Haud facile emergũt, quorum virtutibus obſtat, Res anguſta domi. & ſine libris non poterat fieri doctior,uel in altera facultate altiori ſtudere.l.penul.ff.ad exhib.Et ratione neceſſitatis hoc debet ei permitti,vt plera que alia quæ not.doct.in l vna.ff.de officio eõſul Gerard.ſingu vlt.Reſpond. ſi docuerit à logicalibus ſupr. vel in altiori facultate,tum quia humi non repit, ſed aſcendit ad altiorem ſcientiam,& mens concordatorum eſt, vt ad altiora hos in artibus ſtudentes pelliciat,cùm ſint ſemper circa infima ſoliti reſidere, tunc gauderent nominationibus,& illud tempus computaretur alioqui dicerem ꝙ non,prætextu defectus concedentis.argumẽ cap.cui de non ſacerdotali. de præb.lib.6.& quia Roma. Pontifex non erat eius intentionis. c.cùm in illis,in prin.illo titu.Poſtquam ergo non intẽdit priuilegium concedere diſcentibus artes à logicalib. infra, ergo nec docentibus,cum iſta ſint correlatiua,& vno prohibito, alterum cenſetur etiam prohibitum.l.2.C.de indic.viduita.alioqui oẽs ſic docerent,& ſub ſpe modici lucri non aſcenderent ad altiorẽ facultatem theologiæ,vel alã.& qa docendo ẽt videntur ſtudere, vt proximè dixi.& ſi ſtuderent grammaticæ non gauderent hoc priuilegio, ſic qñ regunt. Nõ obſtat ratio paupertatis,quia difficultas non excuſat.l.continuus.§.illud. ff.de verb.obligat. nam alternis horis docere,& alijs horis in altiori facultate diſcere poterit, & ſic ſuis neceſſitatibus ſuccurrere.nam quidã philoſophi laborabant interdiu,noctu verò ſtudebant,vt poſtea poſſent viuere: Textor in ſua officina teſtis eſt.Et pro hac parte interuenit arreſtum ad vtilitatẽ magiſtri Michaelis Bellenger, contra magiſtrũ Ioannem del Eſpine,qui ſic rexerat. licet vniuerſitas Pariſien. iuncta cũ iſto Ioanne de l'Eſpine plures rationes deduxiſſet, tamen curia minimè habuit reſpectum ad dicta per uniuerſitatem.& fuerunt hæc prolata anno 1537.die 18.Maij.

25 Vltimò requiritur,ꝙ † certificatoriæ literæ certificent de matricula: quia ſcholaris non matriculatus non gaudet priuilegijs ſcholarium.l.ſi duas.§.decet.ff.de excuſa. tuto.l.matriculam.& ibi patruus meus Rebuff.C. de agentib.in reb. libr. 12. Bauer.in §.ſed hactenus.col.2.inſti.de teſta.mili.glo.2.§.item quod ad dictas.in verbo vniuerſitates.de colla.in prag.

26 Sic miles † non deſcriptus in matricula militum non gaudet priuilegijs militum.l.ex eo.ff.de teſta.milit.l.ſcrinarios.C. eod.gl.in rub.inſtit.eod.& in l.eos.C.de offic.magiſtr.mili.ſingu.ſecundum Barba.in proœmio cle. in uerbo ſalutem. col. 3.in 2.lectura.

27 Ita nec ciuis † gauet priuilegijs ciuitatis, niſi ſit in libris ciuitatis deſcriptus,nec conſul reari debet,ſeu ſcabinus, aut capitularius uel ad aliud officium ciuitatis uocari. Lucas de Pẽna in l.vna.C. non licere habitatoribus Metropo.lib.10.quod obſeruatur Tholoſæ,vt licet videre in conſuetu.Tholoſanis. rub.de elect.cap.Tholoſæ.articu.2.& Caturci,vt vidi ibidem, dum illic doctor regens eram, & ibidem iura tam ciuilia quã canonica profitebar.

28 Item tabellio † non deſcriptus in aliorum libro, non põt ſuum officium exercere,ſed loco priuatæ perſonæ habetur. Bald.in dicta.l.ex eo.Porcus & Baue.in rubr.inſtitu. de teſtamen.milit.

29 Idem in aduocato † diſponitur in l.iubemus.C.de aduoca diuerſ.iudic.quod bene ſeruatur in hac ſuprema curia.Sic nõ debet gaudere nominationibus,qui non eſt in matricula deſcriptus,& à die matriculæ oportet quod ſtuduerit quinquẽnium.& hoc ſeruat egregia Montiſpeſſulani vniuerſitas. hodie parum momenti habetur hęc matricula, adeo ꝙ ſi probetur aliquem quinquennium ſtuduiſſe ſine matricula, ſufficit vel ante vel poſt,cum in concordato non exprimatur, ſed tãtum tempus ſtudij,ergo ſine ea valet ſtudium.& ſic ſeruat ſacratiſſimus ille ſenatus.

30 Poſtremò quæro, quid ſi in literis † certificatorijs dicatur quempiam ſtuduiſſe quinque annis,non exprimẽdo à tali tẽpore vſque ad tale, an ualeat? videtur quòd non, per ea quæ firmat Bartol.in l.Celſus.ff.de vſucapio.in fi.ubi dicit, quòd ſi teſtes deponant Titium poſſediſſe decem annos,non probãt pręſcriptionem,quia vnus potuit deponere de vno tempore, alter de altero,& niſi teſtes de eodem tempore certo & limitato deponant, dicuntur ſingulares.& ſic non probant.capitu..licet.de probatio.gloſſ.in l.ob carmem.§.final. ff. de teſti. Bald.in l.fina.15 oppoſit.C.de edict. diui Adrian.tollend.Aretin.conſilio 122.in pręſenti.columna 2. Felyn.in capitu.inter columna tertia,de fide inſtrumento. Immo plus dicit Bartol. & alii poſt eum in dicta.l.Celſus.quod ſi teſtes dicant, quòd Titius poſſedit iſtis decem annis proximis,non probant, qa poſſent intelligi, etiam ſi vna die dicti temporis poſſediſſet, iõ debẽt dicere,quòd poſſedit à decem annis citra, & per ipſum tempus.

31 In contrarium inclino,† quòd ſufficiat vniuerſitatem atteſtari ſtuduiſſe per quinquennium,tum quòd in §.prętera.de collat.in concorda. ſufficit aliquem ſtuduiſſe quinquenniũ, non dicit ante gradum uel poſt,vt ibi dixi. ergo ſufficit quòd ante nominationes ſtuduerit, & perfecerit illud quinquennium. Nec debemus requirere vltra, quàm concordatũ requirat, & onerare graduatos, vt probent de proximo quinquennio,vel de remoto,cum ad id nos non adſtringat cõcordatum, ſufficit igitur nominato probare ſe ſtuduiſſe, ante nominationes,quinquennium,quandocunq; fuerit, non requiro aliam expreſſionem extra tex.nam in dubio debemus cõcludere,quòd actus ualeat potius,quàm pereat. l.quoties. ff.de reb.dub.& fauere graduatis, & intellectum fauorem regni & graduatorum reſpicientem recipere,vt non ſemel dixi in proœmio concorda. Nec refragantur iura ſupra adducta, quia intelliguntur de præſcriptione probanda per teſtes, hic agitur de tempore iam probato vniuerſitati,longa eſt differentia inter probationem probandam,& probatam,nã uniuerſitati datum eſt atteſtari de ſtudio ſui ſcholaris,quod non certificaret uniuerſitas,niſi ſic eſſet,ergo non poteſt reprobari.argu.l.cum precibus.C.de prob.niſi de falſo velis agere,qđ eſt periculoſum. imò quando tempus eſt ſimpliciter inſertũ, uidelicet, certificamus Titium ſtuduiſſe per quinquenniũ, & ultra, non datur tanta materia aduerſariis calumniandi tempus, nam quidam ſuapte natura maligni intendunt probare ſcholaſticum tali tẽpore fuiſſe in tali loco, quod potuit eſſe, quia forte tempore uacationum iuit ad patriam cauſa quærendi pecunias, ut poſtea in hyeme melius ſtuderet, & ob hoc non tollitur quinquennium, ut inter priuilegia ſcholarium, priuileg.23.plene ſcripſi in repeti.auth.habita. C. ne filius pro patre.

31 Non tamen † ualeret tempus ſtudij, ſi diceret,ſtuduit per quinque annos ſeu circa, quia tempus debet eſſe completũ. §.præterea.de colla.in concor.& tñ illa dictio circa, eſt ambigua.

bigua.glo.& docto.in cap.continebatur.& in cap. atteſtationes.de deſponſa.impuber.ſcripſi in verbo circa.in trac.de reproba.teſtium & ſalua.& ita fuit iudicatũ in hoc ſenatu, nec etiam ualeret,ſi diceret ſtudiuiſſe per quatuor annos, & vltra per tex.in ca.literæ.de dilatio. quia tempus quinquennij expreſſum & completum eſſe debet.vide Paul.conſ.26.certum eſt.col.2.in 1.volum.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita in nobilibus,vt nominationes illis concedantur.*
2 *Nobilibus quare deferatur, vt breuiori tempore gradum conſequantur quam alij.*
3 *Cibus nobilium perdices,ruſticorum fabæ.*
4 *Nobilibus ante quinquennium fruſtra nominationes conceduntur:intelligeſi non ſunt ex utroque parente nobiles.*
5 *Nobilis ex utroque parente quomodo poteſt quis dici.*
6 *Mulieres an ſint nobiles.*
7 *Nobilis ex matre an aliquis dici poſſit.*
8 *Conſuetudo an ualeat vt quis ex parte matris ſit nobilis.*
9 *Beneficia villæ muratæ an debeantur tantum nobilibus. & ibi,quod priuilegia uon ſunt extendenda,ſed ſtricte interpretanda.13. & ex diuerſis non fit bona illatio.*
10 *Nobiles luxurioſi & ſuperbi,&c.*
11 *Tempus in nobilibus an ſit abreuiatum in omnibus gradibus iurium:& qualitas in vno poſita,in alio non debet repeti.& ſpecialia duo non debent in eodem concurrere.*
12 *Diſpoſitio ad neceſſaria conſecutiua extenditur.*
13 *Abbreuiatio temporis data nobilibus,an proceedat in alijs facultatibus.*
14 *Nobilitas probanda ab eo qui dicit ſe nobilem.quæſtio,ſi eſt compromittenda inter conſanguineos, oportet conſtare illos eſſe conſangnineos. & ibi,quod ſacrilegij pœnam incurrit uſurpans honorem ſibi indebitum.*
15 *Mentiens ſe clericum vel doctorem quomodo puniri debeat.*
16 *Teſtes quot requirantur ad probationem nobilitatis.*
17 *Teſtes deponentes de nobilitate,in iudicio,debent deponere.& aliquid ſieri apud acta quid profit:iudicy effectus remiſſiue.*
18 *Probatio nobilitatis ſiue fiat in iudicio ſummario, ſiue plenario, non refert.*
19 *Probatio nobilitatis facta extra iudicium non ualet.item renuntiatio iuris de futuro non valet facta extra iudicium.*
20 *Probatio nobilitatis non requirit quòd pars fuerit uocata.*
21 *Probatio nobilitatis non ſit illis diebus quibus iudicia non exercentur & iudicio prohibito cenſetur prohibitum quod in eo ſit.*
22 *Nobilitas probatur coram iudice ordinario ſeculari, non autem coram eccleſiaſtico.23.*
24 *Teſtamentorum inſinuationes coram iudice ſeculari fieri debent.*
25 *Epiſcopi non debent uocari domini locorum.*
26 *Verbum,ordinarius,de quo accipiatur & iudicum appellatione veniunt ſeculares.*
27 *Scholaris probat nobilitatem ſuam coram quo iudice ſeculari uelit,quando ſunt duo uel plures iudices ſeculares, inter quos eſt locus prauentioni.*
28 *Ordinarius cauſam probationis nobilitatis delegare poteſt.*
29 *Delegatus nihil proprium habet.*
30 *Aduocatus antiquior in Francia ſedet pro iudice ordinario.*
31 *Nobilitatis probatio non ſit coram commiſſario deputato ad audiendos teſtes.& quare.*
32 *Item nec coram arbitro,& confeßio facta coram arbitrio cenſetur facta extra iudicium.*
33 *Arbiter non dicitur ordinarius loci.*
34 *Nobilitatis probatio poteſt fieri coram patre,uel fratre ordinario loci.nã iuriſdictio uoluntaria etiam inter ſuos exercetur,& publice quæ fiunt, non preſumuntur fraudulenta.*
35 *Rege mortuo iudex probationem nobilitatis admittit & ibi,quod officia à Rege habita ſunt perpetua.*
36 *Officia an Rex confirmare teneatur.*
37 *Officia emanata ab illis qui ſunt de ſanguine regio ſunt perpetua.*
38 *Inſtitutus ab habente poteſtatem à Rege, inſtitutus cenſetur ab ipſo Rege.*
39 *Teſtes quomodo debeant deponere ſuper nobilitate & num.40.& 41.cum ſequen.*
40 *Tẽpus cuius initij memoria non extat,obtinet uim priuilegij:& uetuſtas uicem legis obtinet.num.41.*
42 *Conſuetudo quod natus ex matre nobili ſit nobilis,ualet.ubi probatio quæ non neceſſariò concludit,non ualet.*
43 *Depoſitiones teſtium de nobilitate regiſtrari per iudices,aut eorum ſcribã debent.*
44 *Monachus tanquam nobilis nominationes impetrat.et num.ſeq. ubi quod ius ſanguinis immutabile eſt.*
45 *Religioſi poſſunt obtinere beneficia regularia.*
46 *Monachus quoad ſpiritualia nobilitatem perdit:& nobilitas ex nouẽ cauſatur,remiſſiue.*
47 *Nobilis qui ſtuduit triennio in artibus aut theologia uel medicina,ex hoc non conſequitur nominationes.*
48 *Tempus completum eße debet in nominationibus.*
46 *Legitimatus an gaudeat prærogatiuis nobilium,& legitimatus non habet ius primo genituræ.*

QVAESTIO 12. principalis.

1 DVodecimo principaliter † quæro, quæ requirantur in nobilibus? Reſpõ. non omnia quæ in ignobilibus, immo in multis defertur nobilibus. Primò in tempore, vt poſt triennium gradũ baccalaureatus iuris canonici,aut ciuilis,&nominationes aſſumere poſſint.§.præterea.§.cum verò.de colla.in concord.

2 Primò quæro quæ ſit ratio † cur citeriori & breuiori tempore nobiles poſſint aſſumere prædictum gradum quàm alij? Reſpond.ratio vulgo iactatur,quia in nobilibus non requiritur tanta ſapientia ſicut in ignobilibus, cum nolint uiuere ex ſcientia,vt dicunt,ſicut procuratores & aduocati faciuur.Barba.conſ.34.præclare.col.18.& conſ.ſeq.ſapiẽter.col.2 in 2.volum.dicit in nobilibus non requiri tantam ſcientiam, ſicut in ignobilibus,quia ſola gloria & nobilitas reddunt eos ſatis elatos.vnde dicit glo.ſingu.in clem.2.in verb.excedunt. de magiſtris.quòd nobilitas ſupplet defectum ſcientię: & deriſiue loquitur ſecundum Cardina.ibi. Ego verò rationem aſſignarẽ, quia conditotes voluerunt fauere nobilibus. Et iſtud eſt priuilegium nobilium, vltra quinquaginta ſex tradita per Bonũ de Curtili in tractatu nobilita.in 5.parte.per totum.& hoc pbatur in §. cum verò de colla.in concord.ibi, vt nobiles gaudere poſſint beneficio minoris temporis, ergo hoc datur eis in beneficium & priuilegium, hoc ſtatuerunt conditores, ut nobiles alliciant ad ſtudium, quod ſuapte natura cõtemptui multi habent.

Nempe hi nobiles electi fuerunt,vt cuſtodirent patriam,& plebem,ob id tot priuilegijs honeſtati ſunt ut uidemus.

3 Aliam rationem aſſignant quidam † dicentes nobiles habere melius ingenium. ideo breui addiſcere poſſunt,& citius quàm alij.Nam nobiles bõas eſcas,vtpote perdices, faſianos & alias id genus carnes comedunt.quæ generant bonum ſanguinem & intellectum,vt dicit Raſis ad Almanſor.& not.Platea.in l.prima.C.de erogat.milita.anno.libro 12. Ruſtici verò veſcuntur caſeo,fabis & cebis.gl.in l ſeruis Vrbanis. ff.de leg. 3.Ergo breuiori tempore ſi uelint ſtudere, poterunt nobiles eſſe perfecti & docti in ſcientijs,quàm alij,& etiam fere ſemper nobiles habent præceptores, ideo breuiori tempore poſſunt addiſcere & uti diplomate,vt de Barba.dicitur in l.continuus.§.1.ff.de verbor.obliga.Sed hanc rationem uidi reprobari,tum quod filij diuitum comedunt aliquando meliores eſcas,quàm obiles pauperes,& habent præceptores ſicut nobiles,ideo hoc priuilegium deberet illis impartiri, ſi ſupradictam rationem ſequaris: ideo tene rationem quam ſupra dedi,uel meliorem aſſignes. Tamen requiritur quòd ſit nobilis ex utroque parente.d.§.tempus. quod poteſt probari in cap. venerabilis.ibi,ab vtroque parente illuſtrem.de præbend.hic non apponitur illud verbum pragmat. & ordina.uidelicet ex antiquo genere. Et an in hoc text. ſufficiat noua nobilitas, concludit Dom.Probus quòd non.in cap. nullus.de electio. 4.in 6.in Ioan.Monach.addi.ubi uide fuſius. tamẽ ego teneo contrarium in §.cum vero.in gloſſ.ex vtroque.ſupra de collatio.licet quanto plus uteraſcit, tanto nobilior habetur. l. tam dementis.& authen. ſequen.C.de epiſcop.audien.Bonus de curtili.in dicto tract.nobili. in tertia parte, ideo affixi con-

4 cluſionem hanc,Nobilibus † tamen ante quinquennium nominationes fruſtra conceduntur,intellige quando non eſt nobilis ex utroque parente.

5 Quæret quis quomodo poteſt † dici nobilis ex utroque parente; cum nobilitas non cauſetur ex parte matris. l. nullus. in 2.C de decurio.glo.de collatio.in pragma.§.inſuper.in verbo utroque.dicit improprie dici nobiles ex utroque parente, cum ad hoc ſequantur conditionem patris,non matris,licet ex hoc quòd mater ſit nobilis,magis honeſtẽ:hęc ille.Attamẽ ego puto etiam dici proprie nobiles ex utroque parẽte, quando tã pater,quam mater eſt nobilis,per tex.in d.ca.venerabilis.ibi,ab utroque parente illuſtrem, de præben. & Oſeæ. 6.ca.Gloria eorum à partu,ab vtero,& à cõceptu.Vnde dicit Bald.in d.lege fina.C.de ſeruis fugiti.quòd loquendo ſimpliciter & pręciſſe,non dicitur quis nobilis reſpectu matris,ſed bene ſecũdum quid,quia oẽ cõpoſitum participat de forma & materia,iõ natus ex utroq;nobili,poterit dici nobilis ex vtroque:ſic concludit Bonus de Curtili.in d.tracta.nobilita. in 4. parte.numero29.alioqui ſequeretur,quod par eſſet, is qui naſceretur ex parte nobili, &(vt vulgo dicitur)ex villana, illi q naſcęretur ex patre nobili,& ex matre etiam nobili, quod nõ videtur uerum,nam duo uincula ſunt vno fortiora. c.vno,de treuga & pace.

6 Item ſequeretur quòd nulla † mulier eſſet nobilis, quod eſſet peccatum à mulieribus irremiſſibile ſic tenere, ſicut dicitur de peccato contra ſanctum Spiritum, vt

Source : BIU Cujas

habetur in Euangelio. Et quod mulieres sint nobiles, donec nubant ignobilibus, est text. in l. fœminæ. ff. de senatoribus. ibi, Parentes verò, donec plebeis nuptiis fuerint copulatæ, clarissimam dignitatem tribuũt. Ergo si fuerint copulatę clarissimis & nobilib. sint nobiles. facit text. in l. 1. ibi clarissimis nupseritis, claritatem generis retinetis. C. de dignitatib. li. 12. Postquam ergo sunt nobiles, si nubant nobilibus, nobilitatẽ filiis suis dare possunt. facit tex. sumendo ibi comparatiue in l. 1. ibi, maior est dignitas ex sexu uirili. ff. de senator. Et magis decorus redditur filius ex matris nobilitate. teste Francisco Mingon ex, consuetudinib. Andega. rubric. *des douaires*, artic. 300. num. 11.

7 Nec obstat, quod hactenus † docto. tenuerunt nullum dici nobilẽ ex parte matris, verum esse dico ex sola matre, qa postquam nupsit plebeio, perdidit nobilitatem. d. l. fœminæ. quam non potest dare, cum non habeat, quia non dat quod non habet. l. traditio. ff. de acqui rer. dom. & priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obli. §. seruus. insti. de cap. dimi. & loquitur tex. in d. l. nullus. 2. ibi, nullus solius materni sanguinis uinculis alligetur: sed quando nupsit nobili, nõ perdit, ergo natus ex illis dicetur etiam proprie ex utroque parente nobilis, & ita debet intelligi, quicquid doctores hactenus tenuerint.

8 Immo non ualere statutum nec † consuetudinem, vt quis ex parte solius matris sit nobilis, tenet Bartol. in d. l. exemplo. C. de decurionib. lib. 10. & ibi hoc sequuntur patruus meus, & Io. de Platea, ꝙ reprobat Feli. in c. super eo. col. 2. de testib. & in c. nouit. de iudi. & ibi Deci. & in reg. fœminæ. ff. de regul. iur. & Benedict. in repe. ca. Raynutius. in princip. de testa. Bonus de Curtili. in trac. nobilita. in 4. parte. col. 6. num. 28. Chassa in catalo. gloriæ mundi. in 8. consideratione octauæ partis Ego tñ sustineo opinionem Bartol. quod non possit consuetudo facere, vt quis sit nobilis ex matre: quia ex non ente fieret, sed bene potest consuetudo facere aliquem nobilem, etiã si pater non sit nobilis, si tñ mater sit nobilis, non tñ facit eũ nobilem ex matre, sed consuetudo eum facit nobilem, quod potest facere, & sic docto. hactenus satis perperam intellexerunt, ẽt Curt. in repet. cap. fi. col. 16. vers. 7 infertur, de consuetu. vbi dicit ualere consuetudinẽ, cum sit iuris positiui. & statutum valere firmat Deci. in c. nouit. 6. nota. de iudi. attamen intellige vt dixi, quia si faceret nobilem ex parte matris, esset q̃dam contrarietas, videlicet quòd ex ignobili quis esset nobilis quod non potest esse: & ita conciliabuntur iura. Notent nobiles, quia nõ uiderunt iura sic intellecta, & hic uidetur germanus intellectus, & dic ꝙ omnibus nobilibus nobilior est sapientia. ca. 7. Sapien.

9 Itẽ quæro, an hęc † tpis abbreuiatio concessa nobilib. quo ad gradum & nominationes, procedat quo ad ecclesiam villæ muratæ? Nam oẽs qui studuerint per triẽnium in theologia, uel in altero iure, deficiẽtibus graduatis sunt capaces illorum bñficiorum. §. statuimus, de colla. in concordat. non exprimit de nobilibus quid iuris; & vr̃ ꝙ tñ nobiles possint habere beneficia uillarũ muratarũ: quia statuendo triennium vr̃ se ad eos retulisse, qui p ttiennium sunt capaces. Contrariũm credo verius, & arbitror hunc tex. generaliter loquentẽ generaliter debere intelligi. l. 1. §. & gñaliter. ff. de lega præstan dis. & ubi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. l. de prætio. ff. de publi. in rẽ actio Item hæc temporis abbreuiatio fit tñ quo ad gradum & nominationes, ergo in illis tñ intelligetur, qa priui egia non sunt extendenda, sed stricte interpretanda. Fel. & alij p illum tex. in cap. cãm. de rescript. c. olim. de verbo. signi. Bart. & alij in regula beneficium. de constitutionib. principũ. Præterea nobiles in casib. tñ à iure expressis sunt priuilegiati, vt sup. dixi, & hic nõ inuenit expressus, ergo iure aliorũ utẽtur. nã in. §. pterea exprimit tñ in baccalaureis iuris canonici & ciuilis, ergo ad alios casus non extẽdet. Nec obstat ꝙ se referat ad tẽpus triennij. ergo ad personas, non se quit, quia ex diuersis nõ fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & separatorum separata est ratio. l. fi. ff. de calumnia.

10 Immo dicebant quidam, nobiles † non esse capaces ecclesiarum parochialium uillarum muratarum, cum sint superbi, luxurioſi, guloſi, & inimici popularium, ergo eorum rectores esse non debẽt. Bald. in l. p adoptionem. ff. de adoptio. Benedict. in repe. capitu. Raynutius. in princip. de testam. tamen in contrarium est tex. in l. 1. ibi, nobilis prudens, & c. C. de conditis in publ. horreis. lib. 10. ubi nobiles debẽt ad officia eligi. nec obstat ꝙ in uillis muratis debẽt esse periti, qui illos doceant. arg. c. statutum. de rescript. in 6. Respon. nobiles etiam sunt magis capaces, quàm ruricolæ. l. scire. ff. de excusa. tutorum, nec refragatur quod nobiles communiter non sunt docti, ut dixi supra. Respon. quòd immo sunt docti, sicut alii, ideo docti admitti debent, ignari non, & quandoque nobiles sunt aliis ignobilib. doctiores, vt vidi in multis.

11 Quæro an hęc temporis † abbreuiatio procedat in nobilib. quo ad alios gradus, ut in quinto anno possint gradum licẽtiæ, & doctoratus adipisci? Videtur ꝙ non, tum quia hic non est expressum, tum etiam quia qualitas in vno posita, in alio non debet repeti. l. doli clausula. & ibi Bar. ff. de uerb. obl. & dispensatio in uno non extenditur ad aliud, nec priuilegiũ. c. 1. de filiis presby. lib. 6. & quia duo specialia non debent cõcurrere in idem. l. 1. C. de dotis promis. & hoc reperi teneri D. Probum in additio ad Ioan. Monach. in c. uno. de æta. & qualita. in 6. qui idem repetit in addit. ad pragm. in §. insuper. in uerb. nobiles. de colla. quãuis non respondeat his quæ hic scripsimus. Contrarium de iure uidetur uerius per illam regulam, quando duo se habent inuicem gradatim, ita quod vnum commensuratur alteri. tunc facta mutatione in uno, cẽsetur etiam facta & in altero, utpote determinatum est certũ tempus ordinis subdiaconatus, & aliud tempus ordini diaconatus, & certum tempus ordini presbyteratus. nunc si fiat mutatio in uno, etiam in aliis facta videtur. gl. in cle. generalem. de æta. & qualita. Anto. in ca. fi. de consuet. Lanfranc. in tract. de interpreta. statuto. 8. concl. interpreta. extensiuæ. Idẽ ergo erit in hoc casu. nam certum tempus, uidelicet quinquennium est præstitutum baccalaureis utriusque iuris. Certum tempus, uidelicet biennium post gradum est concessum licentiatis & doctoribus iurium. nũc fit mutatio temporis in nobilibus in vno gradu, videlicet in baccalaureatu, ut uidelicet triennio completo possint promoueri, ergo etiam poterunt post biennium ad gradum licentiæ & doctoratus aspirare, per illam regulam iam dictam. & hoc sequitur D. Chassa. in 17. conclu. in fi. consuetu. Burg. gl. & doct. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. ubi de iure antiquo licebat donare certam quantitatem laico sine insinuatione, & duplum ecclesiæ, & nunc lex noua auget donationem quæ fit laico, & statuit usque ad quingentos solidos posse donari sine insinuatione. sic etiam ampliabitur summa quæ donari potest ecclesiæ: hoc sequitur Ioan. Crotus in repet. l. omnes. in interpreta. exten. cõclu. 13. ff. de iustitia & iure. Barba. in c. 1. col. 52. uersic. 22. de elect. Nec debent esse deterioris conditionis nobiles quàm alii, qui post biennium a gradu baccalaureatus licen. gradũ sumere possunt. nam quod fauore illorum introductum est, nõ debet in illorum odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Item, hoc est introductum in priuilegium nobilium. §. cum uero. de collatio. ibi, vt nobiles gaudere possint beneficio minoris temporis studii, sed si oportet nobilem expectare usque ad septennium, antequam sumeret gradum licẽtię, ipse non uteretur beneficio minoris temporis quàm alii, & sic nullum fere consequeretur priuilegium, quod esset contra concordata.

Præterea quando lex prouidet aliquib. in plus, ut nobilib. & aliis in minus, ut ignobilibus, per nomina respectiua, tunc eo ipso quod augetur uel minuitur in persona vnius, fiet etiã augmentũ uel diminutio in persona alterius. l. si ita. in prin. ff. de liberis & posthum. l. Clemens. de hæredi. instit. Barto. in d. l. fin. & quia etiam studium legale perficitur quinquẽnio, in procem. ff. §. duabus. glosla in capitu. cum ex eo. de electionibus. in 6.

12 Nec obstant in contrarium adducta, † quia cõditores exprimendo unũ gradũ, satis expresserunt aliũ per supradicta, & dispositio ad consecutiua necessaria extenditur. gl. sing. in c. quia in tñ. de præb. & gl. in c. non potest. illo titu. glo. in c. si quis in clero. 7. q. 1. nec repetetur qualitas in alio, sed in eodẽ, ut pater, quod non est prohibitum, imo priuilegium licet sit stricte intelligendum, tñ quando unum uenit cõsecutiue ad alterum, & est connexum, tunc immutatio in uno, etiam ex iure stricto ad aliud extenditur. Verba sunt Imo. in d. cle. fin. de æta. col. 3. nu. 9. qui allegat. c. translato. & ibi no. de constit. & prouidendo de primo gradu, tacitè uidetur prouidisse de aliis cap. cum nostris. & ibi Pan. 1. notab. iuncto cap. nulla. de concess. præb.

13 Quæro, an hæc temporis abbreuiatio † procedat in aliis facultatibus? Videtur ꝙ sic, saltem in theologia, quæ alias scientias excedit, ut infra dicam, & est nobilior, ideo magis debet esse priuilegiata.

Contrarium teneo, quia in d. §. tps, sic dicitur, in quib. baccalaureis iuris canonici, aut ciuilis, si ex utroq; parente nobiles fuerint triennium esse decernimus, an ergo, ꝙ tps tñ abbreuiatur in iure canonico & ciuili, secus in aliis facultatib. quia lex suum aliis denegauit auxilium, ut dicit in simili gl. in l. siue apud. C. de transa. & in l. 1. si aduersus uendi. Et ideo licet in aliquib. sit magis priuilegiata theologia, non tñ in hoc casu, quia hic non exprimitur, & priuilegia non debẽt extendi, ut no. in c. causam. de rescri. & l. fi. ff. de consti. prin.

14 Aduertendum est tamen, quia † aliquis non debeat admitti ut nobilis, nisi probet se talem. l. non ignorat. C. qui accus. non possunt, & ubicunque aliqua priuilegia conceduntur actui uel personæ, oportet primò constare illum actum factum fuisse, vel illam personam esse. l. diuus. ff. de testamen. milit. ubi testamentis militum concessa sunt priuilegia,

tamen

Source : BIU Cujas

tamen constare debet a milite factum esse.§.plane.institut de testa.milit.Vnde dicit ibi Platea & Mod. ℘ si causa mercantiæ debeat tractari summarie,debet prins constare eam esse talē, & causa prouisionalis debet mitti executioni,non obstantib. oppositionibus vel appellationibus, vt est cernere in ordinationibus regijs,rub. *dens sentences executoires*. & ibi dixi. debet tamen prius constare esse prouisionalem. Et si quæstio inter consanguineos est compromittenda,debet constare eos esse consanguineos.Bal.consi.362.multum.in 2.uolu.Ias. in l.non solum.§.sciendum.ff.de oper.noui nunt. & in l. si quando. C. vnde ui.Vnde alleganti se nobilem incumbit onus probandi. §.si miles.& ibi Card.de pace tenen.arg l.uerius.ff. de proba.l. actor.C.illo tit.Bonus de Curtili.in tract.nobilitatis. in 6. parte.in princ.Et hoc voluit Bal.in §.si rusticus. de pace tenen. & eius viola.Nempe vsurpans sibi indebitum honorem & dignitatem,sacrilegij pœnam incurrit.Bart.in l.1.C.vt dignita.ord. seruetur.lib.12.asserens se doctorem,cum non sit, pœna falci coercetur.Bar.in l.eos.§.fi.ff.ad legem Corn.de falsis.Petr.Anchar.in c.vt apostolicæ.de priuil.in 6. & infamis efficitur. Rebuff.in l.una.col.1.C. de professo.qui in vrbe Const. comita.
15 meruer.lib. 12. mentiens se clericum, † cum non sit, punitur pœna extraordinaria officio iudicis relinquenda. Bal.in l.qui sub prætextu.C.de sacrosanct.eccl. si tamen fecerit actus clericales,falsi pœna punitur, vt notat Bonus de Curtili ubi sup. quod est notandum contra asserētes se nobiles,vt pœna falsi puniri possint,si aliquos actus nobilium,fecerint,alioqui arbitrio iudicis.Fel.in c.tertio loco.col.1.de prob.vide gl.in c.nulnus præsbyter,de consecr.dist.1.

16 Imprimis videndum est quot † testes requirantur ad probationem nobilitatis? Respondeo quatuor. §. cum vero. de collat.in concor.licet in ordina. regijs Ludouici duodecimi, publicatis anno 1512. sufficerent tres. Et quales testes,dic vt supra dixi in probatione temporis studuit,& in ordinatio. dr̄ *personnes dignes de foy*.

17 Secundò, requiritur † vt testes deponentes de nobilitate in iudicio deponant.in d.§.cùm verò.quia propter calorem iudicij omnis dispositio fortificatur.text.singul.& ibi Bar. in l.iura.C.de omni agro desert. lib.11, secundum Corset. in singu. incip.confessio.in 5.vbi si rem meam confiteor in iudicio esse tuam,mihi præiudicio.Sic confessio in iudicio facta valet,ēt sine causa,quæ extra iudicium non valeret.glo. solennis in l.1. §.fi.ff.de interrogatorijs actio.gl.in l.sicut.C. de repudiāda hæreditate.facit.l.cū ostēdimus.§.fi.ff.de fideiu.minorū. Hipp.in rub.C.de probationibus.fol.12.col.4. uersi.intellige ēt prædicta,vbi dicit, quod si actus requirat subscriptionem duorum notariorum,vt hic Parisijs,sufficiet si ille actus in iudicio fiat, & conscribatur apud acta.quod est notandum.Dec.in c.sicut. & ibi addidi.col.5.de probationibus.& contra mandatum factum apud acta non potest aliquid opponi. Ang. in §. sinautem.colu.2.institut.de satisd.per textum in l.1. C. de satisdan. Ideò consuluit ℘ facias procuratorem tuum coram iudice sedente pro tribunali,& præsente aduersario tuo,quia postea nil poterit opponi.Septem effectus iudicij tradit Ias. in l.pacta nouissima.in 4.notab.C.de pactis.& Guido Papæ in sing.342. pactum nudum.

18 Ex quo infertur † ℘ siue fiat hæc probatio iudicio plenario,siue summario, quod valebit. cùm textus tantum requirat vt fiat in iudicio.& de his iudicijs vide Alex. & Ias. in rub. C.de iudic.moder.in decreta. in exordio,eiusdem tituli.

19 Secundò infertur,quod non † valeret hæc probatio nobilitatis,si fieret extra iudicium, domi, vel alibi,sicut renuntiatio iuris de futuro extra iudicium facta,non valet.l. qui superstitis.ff.de acq.hæred.& l.si ita scriptum. §. si sub conditione. de legatis secundo.Tamen in iudicio valet.glo.in l.1.ff.de curat. bonis dando.gl.vlt.in l.plurium.ff.de acq.hær.Bar.& alij.in l.1, & l postquam.C.de pact.Iason in d. l. siue apud acta. sequitur Bened.in repe.c.Ray.in verbo,si absque.2.de fideicom.substi. nu.116.de testa.vide tex in l.eum pro quo. ff. de ius vocan.

20 Tertio infertur,℘ valet † hæc probatio,siue fiat parte vocata,siue non, dum tamen modo in iudicio fiat,vt patet in text. d.§.cum verò.ibi,etiam in partis absentia.

21 Quartò infertur,quòd illis diebus † quibus iudicia nō exercentur, vt pote diebus festis non posset fieri hæc examinatio, quia prohibito iudicio censetur prohibitum quod in eo fit. notat in l.2.ff.de iurisd.omn.iud.per illum texi

22 Tertiò requiritur † quod fiat coram iudice ordinario loci, in quo natus est ille de cuius nobilitate constare debet. d. §. cùm vero.de colla,in concord.

23 Primò quæro,coram † quo iudice? Videtur quod coram iudice ecclesiastico,cum sit loci ordinarius,c. quanquam ibi, ordinario loci.de usur.in 6.c.ordinarij locorum.de offic.ord. ibid.c.post cessionem.de probat.c.1.d e religio. domib. lib.6. cum alijs similib.

Contrarium arbitror verius, videlicet vt fieri debeat corā iudice seculari ordinario illius loci in quo natus est ille, de cuius nobilitate tractatur.& hoc declaratur in ordinario. regijs. rubric. *des graduez simples*, articul.2.ibi, *Deuant nos iuges ordinaires*. Ecclesiastici non sunt ordinarij iudices regis, ergo corā
24 illis non debet fieri hæc probatio nobilitatis,tum † ℘ insinuationes testamentorum coram seculari fieri debent.l.repetita, C.de episco.& cleri.l.consulta diualia, de test. Aufrer.in tract. de potesta.seculari super eccl.& perso. in 2.regu. Benedict. in repet.c.Raynut.in verbo.& vxorem.num.420.& seq.de testa. tum etiam quia Romanus pontifex constituit protectorem, defensorem,ac executorem regem Franciæ, vt licet videre in rub.de protecto. concord. ergo suis iudicibus videtur etiam commisisse,cum hæc potius concernant seculares, quàm ec-
25 clesiam. Et quia † dominus loci dicitur princeps secularis, nō episcopus,ut dicit Helias Raynier.in c.cum episcopus,de offi.ordi. lib.6 dicēs episcopos male uocari dominos talis loci, sed bene episcopos illus loci.facit text.in c.esto subiectus.95. dist.ibi,episcopi sacerdotes sciāt se esse,non dominos,&c.licet incontrariū inualuerit consuetudo, ut episcopi loci in quo
26 prę̄sunt domini dicantur,cuius meminit de Bellamera cōs.3. circa.co.2. & quādo uerbum ordinarius profertur a Papa,intelligitur de episcopo:& ita intelligitur rubr.de offi.ordin. quā do est a rege,de ordinario regis.Soc.in c.nullus.de for. comp. col.2.vbi dicit appellatione iudicum venire seculares. per illum text.maximè quādo materia subiecta patitur, vt hic,quia ecclesiastici potius dicuntur prę̄lati vel officiales,quā iudices; & hoc ex cōmuni vsu, qui attēdi debet, vt hr̄ in proœ. decre.

27 Secundò quæritur,quid si sint † duo iudices ordinarij vel plures,coram quo debet fieri ista probatio nobilitatis. Respon. scholaris poterit eligere quem uelit.arg. authen.habita. C. ne fi.pro patre.ubi,quādo quis habet plures iudices,potest eligere.glo in l.fi.C.ubi in rem act.exerceri debeat, quod est verū, quando erant duo iudices,inter quos erat locus præuentioni l.si quis postea.ff. de iudicijs. secus si vnus post alterum deberet adiri,quia tunc coram primo fieri deberet.not.in c.Romani § contrahentes.de foro compet.in 6.arg.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sign.& c.non potest. de præb.in 6.

28 Tertiò,quid si vnus est tantum † ordinarius, qui vult delegare causam alicui,an possit? Videtur ℘ sic, tum quia hæc non sunt indelegabilia,ideo poterunt committi.authē. apud.C.de fide instru. tum quia qui mandatam iurisdictionem suscepit, nil proprium habet,sed eius qui mandauit, iurisdictione vtit. l.1.§.fin.ff.de officio eius, & quia in locum iudicis ordinarij subrogat̄,videtur vti potestate ordinaria.argu.l. filia.§.1.ff.de cond.& demon.Bal. in l.apertissimi.C. de iudi. d. Io.Saynxon in ordina.Turon.artic.10.in fi.

29 Nec refragatur.§.cum vero.dum † dicit, coram ordinario loci fieri debere. nam licet fiat coram delegato ordinarij, cū delegarus nil proprium habeat,vt dixi, non minus dicetur fieri ab ordinario,& ita in hoc resideo.

30 Idem putarem, si fieret hæc probatio † in iudicio corā aduocato antiquiore,qui in Francia solet sedere pro iudice ordinario,vt vidi sæpius in castelleto Parisiensi.

31 Quartò, an valeat probatio † nobilitatis facta coram loci commissario deputato ad recipiendum testes? Respond.non, quia commissarius non est loci ordinarius, quod requiritur, in d.§.cum vero.& quia non potest fieri in iudicio per commissarium,vt requirit concordatum: sed oportet ℘ fiat corā iudice ordinario,& commissarius non est ordinarius, nec iudex, ideo coram eo facta attestatio nobilitatis non valet quo ad hoc,nec facta coram duobus notarijs, aut aliàs quam hic sit expressum.

32 Quintò quæro,an ualeat † coram arbitro ? Videtur quod sic,quia quandoque arbiter vocatur iudex. l. si ab arbitrio.ff. qui satisd.cogan.cum multis similibus.

Mihi videtur non valere, quia non cēsetur facta in iudicio, prout requiritur,& hoc dicit Petrus & Cynus in l. vna q. 5.C. de confessis.& in l.1.de arbitris. ubi dicunt quod licet confessio facta in iudicio valeat etiam fine causa. gl. singularis in l.1, §.fi.ff.de interrogato.actio.& suprà dixi.tamen quando fit coram arbitro,non valet, quia nō censetur esse facta in iudicio, sed extra iudicium.sic consuluit Alex.consi. 13. ex his quæ,in col.3.in 1,uol.& consi.19.in his col.3.in 4.uol.

33 Item non dicitur ordinarius † loci arbiter, & probatio nobilitatis debet fieri coram ordinario loci.ut dict. §. cum vero. ergo,&c.

34 Quæro,quid si pater † nominati vel graduati. uel frater est iudex ordinarius loci, vel dominus, & habet suum iudicem, an poterit fieri coram isto? videtur quod non, per l.qui iurisdictioni.ff.de iurisd.omn.iudic.& C.ne quis in sua causa iudicet,contrarium uidetur verius, quia ista est iurisdictio quasi voluntaria,quę etiam inter suos potest exerceri,ut ibidem dr̄, & in l.si consul.& seq.ff.de adoptio. & ēt propter colorem iudicij,vt dixi suprà.& quia publice fit, non præsumitur fraus.l. non existimo.ff.de administra.tutor. & istam opinionem pro vera amplectitur egregius ille consul. domin. Arnol.Ferron,

in

Source : BIU Cujas

in commentarijs ad consuetudines Burdegalen. §. 2. in fin. rubr. 1.

35 Sextò quæro, an rege † mortuo possit seneschalus vel alius regis iudex ante confirmationem hanc probationem nobilitatis admittere? Videtur ꝙ non, quia mandatum videtur expirasse morte mandantis. l. mandatam. C. manda. Ego teneo contrarium per ea quæ nota. in l. hactenus. ff. de constit. pecu. & l. si quis. §. si impubes. de institu. & ita tenet expressè Iacob. de Bello visu in sua pract. rubr. de senten. crimi. in fin. vbi dicit hæc scripsisse cum erat iudex Arelaten. Item sicut sedes apostolica non moritur, in c. si gratiosè. de rescrip. in 6. ita nec sedes regalis Frãciæ, & etiam quia officia a rege habita sunt perpetua ad vitam recipientis. Benedict. in repeti. cap. Raynut. in verbo duas habens filias num. 38. & seq. de test. vbi dicit ꝙ nouus rex † semper consueuit confirmare officia habentib. ea,
36 nisi fuisset cã legitima destituendi, & tunc ante nonam institutionem exercere possunt, & continuare pristinam iurisdictionem, donec nouiter creati aduenerint, & in prouincia habitauerint, instar proconsulis. l. meminisse. ff. de offi. proconsul. Item quia decet a principe cõcessum beneficium esse mansu-
37 rum. reg. decet de reg. iur. in 6. Et nedum illa quæ a rege vel regina emanant officia sunt perpetua, sed etiam ex consuetudine illa quæ dantur ab his qui sunt de sanguine regio, & ita seruatur, & posset illorum officialis petere se manuteneri, si destitueretur, vt sæpius seruatum extitit in hoc regno. Et sic extra mortem, renuntiationem, & delictum destitui non solẽt, & in lingua occitana & in Delphinatu sunt priuilegia, quod officiales, nisi in tribus casibus prædictis reuocari nõ possint, vt asserit Francisc. Marc. in decisi. delphina. q. 19. partis 2. hodie est figura histeron proteron, alia conticeo, dicens nunc ò tempora, ò mores, ò homines maligni. ne plura.

38 Item qui est institutus † ab habente potestatem a rege, institutus a Rege esse censetur l. item eorum. §. 1. ibi, parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotiũ dedit. ff. qđ cuiusque vniuersit. nomi.

39 Septimò quæro, quomodo † debeant testes deponere super ista nobilitate? Bar. & alij in l. 1. C. de dignit lib. 12. circa fi. multa dicit. Ego vero paucis expedio sic, primo, ꝙ ille testis qui deponit de nobilitate debet deponere, quod ille scholaris est nobilis; & pro ratione debet dicere, se cognouisse patrem, auũ, & maiores eius omnes nobiles, & nobiliter viuentes, qui pro talibus se tenebant, & reputabant, nobilium actus, mores, status, & conditiones facientes, gerentes, exercentes, & pro talibus sunt habiti & reputati inter omnes de eisdem cognitionẽ habentes, & hoc probatur ex his quæ not. Imo. & alij in c. de multa de præb. vbi dicit illam dici dignitatem, quæ pro dignitate in illa ecclesia reputatur, vel in illo loco, not. in cap. 1. de consue. lib. 6. c. cùm accessissent. de constitut. & haberur. 1. ad Corin. 4. capitul. Vos nobiles, non autem ignobiles vsque ad hanc horam. Ioan. Raynand. in comprehenso. feud. in tracta. nobilita quæstio. 8. facit tex. in c. licet ex quadam ibi, pro consanguineis se habere. de testibus.

40 Potest etiam testis addere, † ꝙ non extat memoria in contrarium, quòd parentes & eius maiores sunt habiti & reputati nobiles, & hoc propter ordina. Lud. 12. rubr. *des graduez simples.* artic. 2. & 3. quæ dicit requiri nobilitatem ex antiquo genere. Et quia illud tempus de cuius initio memoria nõ extat, obtinet vim priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea. de ver. sign. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. Et vicẽ legis obtinet vetustas l. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcend.

41 Item potest testis dicere, † ꝙ ille scholaris est natus de tali domo de Claromonte ergo est nobilis, & etiam est pro nobili habitus & reputatus, & adhuc habetur. Socy. consi. 246. eleganter. col. 1. in 2. uol ubi dicit, non sufficere si dicat de tali nobili domo esse natum nisi addat, & pro nobili reputatur, quia potest esse a nobili natus, & tamen non est tanquam nobilis a populo acceptus. facit quod not. Bar. in l. 1. C. de testam. Bonus de Curtili in tract. nobilita. in 6. par. vbi uide latius.

Præterea ad probandum quem esse in possessione officij, non sufficit probare quod se gerat pro tali quia fortè non reputatur talis, nec est re vera ideo oportet probare ꝙ se gessit & gerit pro tali, & ab alijs tenetur & reputat̃, per ea quæ not. Inn. in c. fi. de eo qui furtiue ordines recepit. Imol. in c. in nr̃a. col. 1. de procura.

42 Octauò quæro, stante tali † consuetudine, quod natus ex matre nobili sit nobilis, testes deponunt coram ordinario loci talem N. scholarem nobilem, & pro ratione dicunt, cognouisse patrem & matrem istius nobiles, & nobiliter viuentes. Insuper dicunt cognouisse auiam, hoc est matrem patris nobilem, & sic ex consuetudine partus erat nobilis & etiam dicũt cognouisse patrem matris nobilem, & nobiliter viuentem, ac pro tali reputatum, & se tenentem, & gerentem pro nobili. an valeat hæc attestatio? Videtur quod non, quia probatio quæ non necessario concludit, non valet. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probationib. c. in præsentia. illo titu. sed deponendo cognouisse patrem matris nobilem, non concludit matrem fuisse nobilem, cum consuetudo faciat nobilem ex parte matris, quia semper certa est. l. quia. ff. de in ius uocã. In contrarium uidetur attestatos recte fuisse de nobilitate, cùm dicant patrem & matrem nobiles, & in hoc conueniãt, ergo scholaris ex eis natus est nobilis, argu. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Nec obstat quod deponant de patre, qui nil ex consuetudine facit ad nobilitatem, quia esto sane, tamen satis probata est nobilitas, postquam probatur patrem & matrem nobiles, & concordatum non adstringit probare nobilitatem ex antiquo genere, ergo hæc sufficiet. si tamẽ requireretur probatio antiquæ nobilitatis, tunc crederem non sufficere has depositiones. Alia scribam si operæ pretium fuerit, nam ista quæstio mihi fuit in palatio petita, & ex tempore ista scripsi.

43 Item requiritur † quòd depositiones illorum testium registrentur, seu describantur per iudices, seu scribam illorũ, quos Galli dicunt Graferios. sic dicitur in d. ordina. art. 11. ibi, *Et d'icelle affirmation sera faict registre par nosdictz Juges ordinaires, ou leurs greffiers.*

44 Vltimò, quidam religiosus † vult tanquam nobilis impetrare nominationes, opponitur contra eum ꝙ non est nobilis, tum quia nobilitas perditur per ingressum religionis gl. ult. in c. 1. de purga can. o. & cap. ult. de statu monach. quas sequitur Rom. singul. 37. vtrum nobilis. gl. in c. scripsit. 27. q. 2. dicit, primo quoque tempore quo quis efficitur monachus, desinit esse rex, vel imperator, vel episcopus. per c. hoc nequaquam. 7. q. 1. gl. in uerbo comite. 22. q. 3. tum quia c. nitetur mortuus. c. placuit. 2. in 16. q. 1 not. in auth. ingressi. C. de sacrosc. eccl. Fel. in c. inter dilectos. col. 2. de fide instr.

Contrarium teneo, quia ius sanguinis est immutabile. l. ius agnationis. ff. de pact. l. iura sanguinis. de regul. iur. & sic fuit decisum per Rotam, decisi 1. de consue. in nou. vt refert Roman. sing 37. ideo ipsi religiosi ferunt testimonia. ca. nuper. de testi iurando ad pectus de consuetudine, teste Guido. decisio. 615. religiosi.

45 Item possunt religiosi † obtinere beneficia regularia, vt nemini non patet. clem. ne in agro. § cæterùm. cum alijs similibus, de statu monacho. ca. cum singula. de præb. in 6. & si quis impetret beneficia illorum per annum possessa, debet exprimere eorum nobilitatem, quod nõ fieret, si eam perdidissent, alioqui non valet impetratio. reg. cancell. 32. Si tamen nobilis impetret rescriptum apostolicum, non solet dici nobilis, nec nobilitas generis pro eo exprimitur. sed in prosecutione ponitur, qui (vt asserit) de nobili genere, &c. procreatus ex istis, Prouinciale. fol. 62. uersi. nul. us.

Nec obstant suprà adducta, quia intelligẽtur quo ad Deũ. Hieron. in epistola ad Cellantiam. Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas, nec obscuriores quasque & humiliore loco natas te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animas respicit singulorum. sequitur Corset. in tractatu de potesta. regu. q. 29. col. ult. & in repet. c. grandi. num. 21. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. Benedict. in repet. c. Raynut. in verb. & vxorem. nu. 210. seq. de testa.

46 Facit quod in simili † dicit Felyn. in c. cum deputati. col. 1. de iudi. ubi dicit per ingressum religionis perdi irregularitatem quo ad actus spirituales, secus in temporalibus: per gl. ibi, ergo etiam, quo ad actus spirituales nobilitas perdetur, quia repugnaret statui monachorum perfectorum, nec esset secundum Lucam, ꝙ vnus alio diceretur nobilior in monasterio, & quo ad diuinum seruitium nobilis diceret missam maiorẽ, & omnes alios præcederet, hæc sustulit Christus, dum dicit Mar. 10. c. & Luc. 22. cap Qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est. sicut ministrator, &c. ergo si loquamur in alijs actibus, nobiles per ingressum religionis consequuntur priuilegia, quæ citat Fel. in d. c. cum deputati. & alia priuilegia aliorum nobilium alioqui si nobiles ingredientes religionem nõ possent obtinere nominationes, essent deterioris conditionis, quàm alij non nobiles, quod non est dicẽdum. Imo. §. volumus. de collat. in concordantiæ. dicens, Regularia regularibus, intelligitur etiam de religiosis hominibus nominatis. Vide nouem ex quibus caussatur nobilitas, per Lucam de Penna. in l. mulieres. col. 2. & seq. C. de dignita. lib. 12. ubi late prosequitur.

47 Postremo quidam nobilis † studuit triẽnio in artibus, vel in theologia, aut medicina. an possit suas nominationes habere? Videtur ꝙ sic quia triennium in nobilibus sufficit. Contrariũ est verum, nam triennium est præstitutum tantum baccalaureis iuris canonici & ciuilis. secus in alijs. vt §. præterea. ibi, in quibus baccalaureis iuris canonici aut ciuilis triennium esse decernimus. de collatio. in concordatis. secus in alijs facultatibus.

48 Idem dicerem, † si studuerit biennium in artibus, & annum in altero iure, vt nõ possit obtinere nominationes, quia post-

quam

Source : BIU Cujas

quam dicit triennium,intelligitur completum in iure canonico vel ciuili.glo.in reg.cancel.Iulij secundi.in 4.parte.& superius dixi.

49 Quid in legitimato † an is gaudeat prærogatiuis;videtur q̃ sic.quia nil a legitimis differt.§. & quoniam.& §. illud.in aut. quib.mod.nat.effi.sui.collat.7.& §.oportet,ibidem.& hoc expresse in prærogatiua regulæ cancell.tenuit de Vbald.in tract. de successio.ab intest.in vlt.modo legitimandi.facit quod no. Bal.in l.fi.C.de his qui veniam æta.impe.& ibi Ange.& l.2.C. de iure aureo,annulo. Contrarium tamen videtur, quia non sunt nobiles.c.si gens Anglorum.56.distin.l.una. C.de mulie. quæ proprijs seruis se iunxerunt.Item legitimatus non habet ius primogenituræ,vt plenè tradit egregius senato. do. Ioã le Cirier in suo tract.de iure primogenitu.lib.1.q.13.Docto,in l. Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de libe.& posth.Deci.consi.258. in calu.Curt.in consi.74.super memorata.col.2.& pleniſſimè Albert.Bru.in tract.de statu.excludentibus fœminas.q.4.art. 12.per quos poteris decidere hãc quæstionem;si ea iudigeas, videto illos.

SVMMARIVM.

1 *Collatores an sint vocandi quando nominationes conceduntur.& num.2. & ibi,quod Actus factus non vocato eo cuius interest, non valet.*
2 *Collatores nominatos odiunt.*
3 *Examinatio idoneitatis fit absente eo cuius interest.*
4 *Equum locatum accipiens,si equus casu fortuito moriatur, poterit facere examinari testes de casu illo absente parte: & tales attestatione. facient fidem.*
5 *Nobilitas vt probetur, requiruntur quatuor testes, licet aliàs regulariter duo sufficiunt.*
6 *Rescripta impetrantur sine citatione,ac beneficia conferuntur.*
7 *Beneficium vacans confertur sine alicuius vocatione.*

QVAESTIO 13. Principalis.

1 DEcimotertio, † principaliter quęritur,an illi quibus diriguntur nominationes, sint vocandi quando conceduntur, vel quando audiuntur testes tam pro tempore studij,quàm nobilitatis;Videtur quod sic,quia omnis cuius interest, vel interesse potest,est vocandus antequam actus fiat,alioqui actus non valebit.lege,nam ila.ff.de adop.l.de vnoquoque.de re iud.Sed collatores possunt lædi, quia perdunt fructum collationis liberæ,quam collationem liberam habent.glo.in c.relatum.de præb.& c.quamuis.illo tit.lib.6.& dicitur fructus illa collatio per glo.in c.cum olim.de maio.& obed.

2 Immo audeo dicere,quòd collatores † gratius intuerentur fulgura extra illos cadentia,quã nominatos,nisi aliquos suos propitios habeant,qui polliceantur eisdem reddere beneficia illis collata,sicut de auaris dicit tex.in c.sicut hi.47.dist. & quidam episcopus mihi retulit nominatum nunquam habuisse beneficium ab eo,nec a prædecessore.Crede mihi, res est iniuriosa sibi.Tu tamen nobilis,ac doctissime præsul,eis prouides foues,& diligis,ignaroſque profligas, vt fieri debet.

Secundò facit c.licet episcopus.de præbẽ.lib.6.c. inter quatuor.de maior.& obed.

Tertiò quando producuntur testes contra aliquem, debet is citari, alioqui non valet productio. l. si quando. C. de test. c.2.illo tit.

Contrarium deciditur, nam quando Papa concedit beneficia ecclesiastica,vel scribit vt alicui conferantur, nullus citatur.c.cum secundum apostolum.de præb.not.in c.dudum.de præsumpt.& ca.cum olim.de re iud.Alber.in d.l. nam ita.col. vlt. Sic ergo est dicendum quando conceduntur nominationes ab vniuersitatibus,vt nulli collatores sint vocandi.

3 Item quando fit examinatio † super idoneitate nominati, vel alterius,potest fieri in absentia.Inn.sing.in cap.fi.in fin. de translat.episcopi,vbi dicit,si mandatur alicui vt prouideat Petro si est idoneus,executor non debet vocare aliquem ad opponendum, si velit eum dicere non idoneum, sed examinabit,an sit idoneus, vel nõ,antequam prouideat, absente eo cui dirigitur mandatum,idem tenuit gl.sing. in cle. 1. de offi.dele. & ibi Card.colu.3.& consi.132.archipræsbyter.col.ult. sufficit enim in his extraiudicialibus probationem concludere soli examinatori,videlicet vniuersitati.Bald.in l.neque. natales.in fin.C.de prob.& in l.fin.col.2.vnde legiti.Alexand. consi.218. visis verbis.col.2.in 2. volu. quod est repetitum, cons.45.vlsis verbis.in 6.vol.Panor.& alij in c.2.de test.Fel.in c. fin. col.6.de præsumpt.Rota decisi.9.purificatio gratiæ,& decisi.18.fuit dubitatum,vtrum executor.de concess.præb.in nou. & decisi.7. nota,quod vbi sunt tres.de præb.in antiq. Vitalis in tract.clausula.in clausula,si ita tibi constituerit.fol.15.cum seq. Hipp.in l.de vno quoque.4.fall.ff.de re iudic.

4 Ad hæc,si scholaris,† aut alius acceperit equum locatum, & is fortuito moriatur,poterit facere examinari testes de casu illo,& illæ attestationes, etiam parte absente factæ facient fidem coram iudice competente. Bart.& patruus meus Rebuffus in l.2.C.de naufr.li.11.per illum tex.& l.scire.§.sufficit. ff.de excus.tutor.Corset.in singu.incip.testis in loco, quod est sing.notandum.

5 Insuper quo ad nobilitatem † decisum est in d. §. cum vero.ibi,etiam in partis absentia probari possit. Sed in alio nobilis grauatur, vt quatuor testes debeat adhibere, & si in alijs actibus communius sufficiant duo,l.vbi.ff.de testib.& duo de patris nobilitate,alij duo de matris, vel promiscue deponent. vt dixi in d.§.cum verò.

6 Item in impetratione rescriptorum,† priuilegiorum,indulgentiarum,& aliarum concessionum, non est necesse citari aliquem,quando conceduntur, vt late explicant Panorm.Felyn.& alij in c.cùm olim. de re iudi. & c.causam. de rescriptis, vt dixi in praxi benefic.

7 Poterit etiam ordinarius collator † conferre beneficium vacans non facta alicuius vocatione.c.de multa. de præbẽd.c. cum ecclesia.de elect not.gloss.in c.fi. de elect. in 6. ita in proprijs terminis tenuit Anton.Nicellus in concordantia.52.fall. 85.vbi fusius tradit:ibi videre licet.

Superest insinuationum materiam explicare, vt sequitur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio quæstionis de insinuationibus nominationum.*
2 *Insinuatio quid sit.*
3 *Definitio authoris.*
4 *Insinuationes cur inuentæ.*
5 *Actus factus in absentia partis ei debet notificari & insinuari, si eam lædat.6.*
6 *Arbitrorum prorogatio adstringit litigatores, si eis notificetur, & insinuetur.*
7 *Vnio non est insinuanda illis qui beneficia possident.*
8 *Insinuatio & exhibitio nominum cur fiat.*
9 *Literæ gradus, & aliæ quo tempore fiant. & Tempore vno multa licent, quæ alio prohibentur.*
10 *Intellectus.§.teneantur.de colla.in concor. Determinatio vna quando respitit plura determinabilia, ea debet vniformiter determinare.*
11 *Tempus expressum in lege vel statuto inducit formam.*
12 *Collatio sacrorum ordinum facta extra tempora a canonibus præfixa caret debito effectu.*
13 *Insinuationes cur fiant tempore quadragesimæ. ubi quod voluntas pro ratione sufficit in his quæ sunt iuris positiui.*
14 *Quadragesima triplex.& ibi, quod vsus communis loquendi attendẽdus.*
15 *Insinuationem tempore quadragesimæ factam,quis teneatur probare.*
16 *Actus in dubio præsumitur tempore habili factus. 17.*
18 *Tempus probare debet qui se fundat in tempore.*
19 *Tempus depositionis probetur.*
20 *Furiosus tempore contractus quis probari debet.*
21 *Idem in fornicatore electo.*
22 *Idem de filio sacerdotis.*
23 *Excommunicatum qui sedicit post appellationem,probet.*
25 *Insinuationem tempore quadragesimæ factam quomodo probetur. & ibi, quod paria sunt aliquid exprimere per se, vel per relationem ad aliud. & probatio leuis insinuationum admitti solet.*
26 *Insinuatio an diebus festis fieri possit,& qui actus. cum nu.seq.*
27 *Iudicij indaginem quæ non requirunt,anni tempore possunt expediri.*
28 *Nuntiatio omnibus diebus fieri potest etiam feriatis.*
29 *Libellus quolibet tempore offerri potest.*
30 *Visitatio per episcopum festis diebus fieri potest.*
31 *Insinuatio an de nocte fieri possit.& collatio beneficij noctu fieri potest.*
32 *Nominationes intra quod tempus debeant insinuari.cum numero sequenti,vsque ad num.43.*
33 *Res intra decem annos præscribuntur inter præsentes.*
34 *Priuilegium de sua natura debet esse perpetuum.*
35 *Dictio tantum,est taxatiua,cuius natura est restringere.*
36 *Pœna duplici quis puniri non debet ex vno & eodem actu.*
37 *Intellectus l.1.ff.de nundin.& mora non est,vbi non est petitio.*
38 *Priuilegium non perditur per decem annos,dum incertum est quando casus eueniet.*
39 *Nominationes dicuntur rescripta gratiosa.*
40 *Actiones expirant per triginta annos.*
42 *Iuri suo potest quis renuntiare,non tamen in præiudicium alterius.*
43 *Insinuatio in quo loco fieri debeat. 44. & iurisdictio voluntaria non circunscribitur loco.*
45 *Legatus existens extra legationem potest conferre beneficia vacantia in sua prouincia.*
46 *Episcopus potest extra diœcesim conferre, & vicarius generalis.*
47 *Ordinarii possunt conferre beneficia in curia Romana, dum non vacent ibi.*
48 *Præsentatio potest fieri vbicunque fuerit instituere debens.*
49 *Episcopus suis subditis tonsuram in alieno territorio concedere potest.*
50 *Insinuationes in ecclesia fieri possunt.*

Tems-

Source : BIU Cujas

Petri Rebuffi. de Nominationibus.

51 *Temerarius abbas ad multam condemnatus quia percuſserat nominatum.*
52 *Inſinuari quæ debeant.*
53 *Nominatus in ſingulos annos debet exhibere nomen, & cognomen tempore quadrageſimæ. & ibi traditur. cautela pro inſinuantibus.*
54 *Clericatus per vnum teſtem probatur: & quando.*
55 *Remiſſus clericus ad epiſcopum, licet non oſtendiſſet literas tonſuræ.*
56 *Nomen, & cognomen quomodo inſinuetur.*
57 *Agnomen an ſufficiat exhibere in inſinuatione, cum num. ſeq.*
58 *Nomina inuenta ad recognoſcendos homines.*
59 *Rei demonſtratæ fruſtrà adiicitur demonſtratio.*
60 *Nomen & cognomen exprimenda, quando requiruntur pro forma. & num. 61. Actus in contrarium factus quando anullentur, tunc dicitur de forma, & forma dat eſſe rei, & eam conſeruat in eſſe.*
61 *Omiſſio formæ vitiat actum.*
62 *Intellectus l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. face. poſſ.*
63 *Mandatum quando poteſt per æquipollens impleri. & mandatum obſeruare dicitur qui facit illud quod eſt proximum mandato.*
64 *Inſinuatio nominis, & cognominis, de quibus in literis nominationum cõ ſtat, non ualet. & cauſa appellationis ab interlocutoria nominatim exprimenda.*
65 *Inſinuatio hoc modo, inſinuo nomen iſtius, oſtendendo cum digito, non ualet. & Demonſtratio ad oculum facit rem certam. & error nominis appellatiui non uitiat, quando res digito demonſtratur.*
66 *Inſinuatio expreſsis nomine, & agnomine, omiſſo cognomine non ualet.*
67 *Inſinuandum quid ſit, ſi mutatum ſit cognomen.*
68 *Literæ matriculæ inſinuantur.*
69 *Literas tonſuræ inſinuare bonum eſt. & Qualitas extrinſeca non præſumitur, niſi probetur.*
70 *Tonſura ab alieno epiſcopo data, an ualeat, & quæ practica ſeruanda. 71*
72 *Cautela pro non promoto a non ſuo epiſcopo.*
73 *Prothocollum notarii mortui, an probet clericatum.*
74 *Diſpenſatio an debeat inſinuari.*
75 *Dictio, ſeu, quandoque ſtat ampliatiue. & diſiuncta pro coniunctis, & contra interdum poni.*
76 *Literæ omnes certificatoriæ an debeant inſinuari.*
77 *Literas doctoratus graduato an ſufficiat oſtendere abſque literis aliorum graduum.*
78 *Literæ omnium graduum, an ſint inſinuandæ.*
79 *Nominationes & gradus quomodo debeant inſinuari.*
80 *Nominatus ſalutare epiſcopum debet, & ei honorem impendere. nam minores maioribus honorem præbere debent.*
81 *Canonici exempti epiſcopo reuerentiam debent.*
82 *Honor quatuor modis exhibetur.*
83 *Honor decretalis ſiue edictalis quis.*
84 *Facta plus æſtimantur quàm uerba.*
85 *Inſinuans de quibus commendare debeat collatorem. cum num. ſeq. & Collator commendandus de fide.*
86 *Item de timore Dei.*
87 *Et de ſapientia & prudentia.*
88 *Item de ſcientia.*
89 *Breuitatis uis & effectus.*
90 *Armis & lapidibus nominatus uti poteſt.*
91 *Inſinuationis forma.*
92 *Epiſcopus quando ſibi inſinuantur nominationes, quid facere debeat.*
93 *Epiſcopus quid inſinuanti reſpondere poteſt.*
94 *Inſinuationis inſtrumentum nominatus debet retinere.*
95 *Inſinuandum quibus præſentibus ſit.*
96 *Inſinuatio coram notariis apoſtolicis an ualeat.*
97 *Epiſcopo uel collatori an credi debeat quo ad inſinuationem. & eſt fraus tollenda, & ei obuiandum.*
98 *Inſinuatio in Gallicis, an Latinis uerbis fieri debeat.*
99 *Inſinnationes quibus fiant.*
100 *Inſinuationes collatoribus abſentibus, an eorum uicariis fieri poſſunt. ubi quod litis motæ denuntiatio fieri poteſt procuratori domino abſente.*
101 *Inſinuatio facta uicario, an liget epiſcopum.*
102 *Epiſcopus extra ciuitatem non eſt quærendus, cum teneatur creare uicarios, & eos in ciuitate relinquere.*
103 *Inſinuatio cui uicariorum facienda, quando ſunt plures: & an uni ſufficiat. & num. ſi q. 105.*
104 *Vicarii habent iuriſdictionem inſolidum.*
106 *Intellectus l. ſi. ff. in ius uoc. ut eant. & l. ſed & ſi. ff. qui ſatiſd. cog.*
107 *Deuolutio fit de uicario ad archiepiſcopum.*
108 *Intimatio nominationis cui uicariorum facienda, quando ſunt plures. ubi, quod debitoris eſt electio in alternatiuis.*
109 *Inſinuatio facta uicario extra diœceſim ualet. & iuriſdictionis uolũtariæ quæ ſunt, poſſunt extra territorium exerceri.*
110 *Sacerdos parochianum extra parochiam poteſt abſoluere.*
111 *Intellectus capituli, ſtatutum. de præb. lib. 6.*
112 *Inſinuans epiſcopo qui eſt uicarius alterius epiſcopi, uel archiepiſcopi, an cenſeatur illi inſinuaſſe, & ut epiſcopo, & ut uicario, &c.*
113 *Collatione ſpectante ſeparatim ad archidiaconũ, illi ſeparatim eſt inſinuatio facienda.*
114 *Inſinuatio facta capitulo non ligat uicarium epiſcopi.*
115 *Duæ literæ duplicatæ an dari debeant.*
116 *Inſinuationes factæ uicario reuocato, quando ualeant.*
117 *Collatio beneficii facta per uicarium reuocatum quando ualeat. & ſententia lata a primis iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis ualet.*
118 *Inſinuantes uicariis ad quid teneantur. & ibi, quòd mandatum non præſumitur.*
119 *Inſinuatio an conductori fructuum fiat.*
120 *Ius præſentandi tranſit cum uniuerſitate ad locatorem: non tamen ius cõferendi, niſi ſit ei ſpecialiter conceſſum. 122.*
121 *Simoniacus collator eſt qui plus locat propter collationes.*
123 *Coadiutari dato epiſcopo an ſufficiat inſinuare.*
124 *Coadiutor tenetur prouidere illis, quibus epiſcopus.*
125 *Inſinuare quomodo oporteat capitulo, quando nominationes ei diriguntur. & Diſpoſitio quando tangit plures in uniuerſo, requiritur quod congregati illum actum faciant: aliàs actus non ualet.*
126 *Mandatum quomodo inſinuandum capitulo. & canonicis non congregatis, quid ſit faciendum inſinuanti uel mandatario.*
128 *Inſinuationes an poſſunt fieri ſequeſtro.*
128 *Præſentatio & collatio inter fructus computantur. & lite pendente uter litigantium conferat.*
129 *Lite pendente cui ſit inſinuandum.*
130 *Epiſcopo mortuo cui ſit inſinuandum. ubi, quod capitulum repræſentat epiſcopum, & ſuccedit in his quæ ad epiſcopum ſpectant.*
131 *Capitulum gratificat in menſibus graduatorum.*
132 *Collatio nominatorum, & graduatorum non debet diuerſo iure cenſeri.*
133 *Collatio ſpectat ad capitulum epiſcopo mortuo, quando collatio ſpectat ad epiſcopum, & capitulum ſimul.*
134 *Collatio quando ſpectat ad duos, an ſufficiat vni inſinuare. & num. 136.*
135 *Interpretatio vni ex duobus reis debendi facta, nocebit alteri.*
137 *Inſinuatio an ſit facienda ſucceſſori. cum num. ſeq. & ſucceſſor iuſtam ignorantiæ cauſam habet.*
138 *Iuramentum fidelitatis præſtitum prælato ligat ſucceſſorem.*
139 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis ad ſucceſſorem tranſit.*
140 *Literæ nominationis an oſtendi debeant ordinario collatori eas requirenti in vacatione beneficij. & priuatio non imponitur, niſi in iure exprimatur.*
141 *Intellectus c. cum contingat. de reſcrip.*
142 *Collator ordinarius dicitur ligatus etiam ignorans, quando beneficium eſt affectum.*
143 *Collator quando non vult oſtium aperire, vel claudit, an nominatus redire teneatur ad illum pro inſinuatione.*
144 *Forma clementinæ, cauſam. de electionibus in nominationibus ſeruatur. item & in mandatis.*
145 *Collator diſcedens ne inſinuationem audiat, an ſibi proſit.*
146 *Collatori quomodo ſuccurratur, ſi nominatus nolit dare exemplum nominationis. ubi, quod citatus non tenetur comparere, ſi copia citationis ei non detur.*
147 *Exemplum nominationis, an debeat eſſe a notario reſcriptum.*
148 *Exemplum nominationis dari debet expensis inſinuantis, ſiue nominati. fallit. num. 149. 151. 153. 154.*
149 *Copia exempli nominationum peti debet. & Sponſalia de futuro etiam iurata diſſoluuntur per adulterium, volente, & petente ſponſo, non aliàs.*
150 *Nominatus contra alium nominatum non opponit exemplum non eſſe datum.*
151 *Tertius non poteſt allegare aliquem ex eligentibus eſſe contemptum.*
152 *Decretum irritans ita demum operatur, ſi impetrans vti velit.*
153 *Patrono & non inſtituenti exemplum nominationum dari debet.*
155 *Procurator, actor, negotiorum geſtor, vicarius, ſyndicus, non multum differunt.*
156 *Inſinuatio per quos debeat fieri.*
157 *Reſignans, an admiſſa reſignatione conferre poſſit.*
158 *Nominatus poteſt eligere, an per loci procuratorem uelit inſinuare.*
159 *Specialis procurator, an generalis requiratur in inſinuatione. & procurator generalis omnia poteſt, quæ diligens paterfamilias. & inſinuatio non eſt de caſibus requirentibus ſpeciale mandatum.*
160 *Procurator quis.*
161 *Procurator laicus an poſſit inſinuare.*
162 *Procurator laicus poteſt conſtitui ad acceptandum beneficium certum uel incertum.*
163 *Laicus non poteſt cauſas eccleſias ſuo nomine tractare, ſed nomine clerici prohibetur.*
164 *Literæ procuratorij, an ſint exhibendæ.*
165 *Proteſtans tanquam procurator, uel tanquam hæres, debet facere fidem per inſtrumentum, quòd ſit talis.*
166 *Procurator promittens indemnitatem: tenetur oſtendere ſe eſſe procuratorem.*
167 *Ratibabitio an ſufficiat in inſinuationibus.*
168 *Mandatum non præſumitur ex temporis diuturnitate. & oſtenditur forma inſinuationis faciendæ a procuratore.*
169 *inſinuatio poteſt per alium fieri præſente nominato.*
170 *Preſentia perſonæ cum patientia inducit tacitum mandatum.*
171 *Inſinuatio poteſt fieri mixtim, id eſt, per ſe & per procuratorem.*
172 *Inſinuatio ualet, etſi epiſcopus nihil dicat. & ſtatutum tantum diſponit, quantum loquitur.*
173 *Nuntius an poſſit inſinuare.*
174 *Procurator dicitur tripliciter. 175.*

Ceſſæ

175 *Gesta per nuntium in his quæ ad ius referuntur, dicuntur per dominum proprie fieri.*
176 *Substitutus procuratoris an possit insinuare. & quod substitutus procuratoris censetur procurator, & a domino constitutus.*
177 *Inhabilis an possit constitui procurator ad substituendum habilem.*
178 *Persona coniuncta, an possit insinuare. & coniunctus procuratori æquiparatur. & quod coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mandati.*
179 *Amicus pro amico non insinuat.*
180 *Negotiorum gestor, an insinuare possit.*
181 *Habens literas sine mandato non insinuat, licet mandatum censeatur habere.*
182 *Literas deferens præsumitur is de quo loquitur.*
183 *Procurator an censeatur procuratorio nomine insinuare.*
184 *Procuratorium ad acceptandum, & postea permutandum non ualet.* 185.
186 *Excommunicatus an pro se, uel pro alio insinuare possit.*
187 *Insinuatio facta ab eo qui non habet potestatem non ualet.*
188 *Asserens se habere mandatum, quod non habet, falsi tenetur.*
189 *Dictio, tanquam, fictionem inducit.*
190 *Insinuandum tantum semel: fallit nu.* 191. *& seq.*
191 *Casus in quibus ultra semel insinuandum est.* 192.
193 *Collatoribus scientibus an insinuandum.*
194 *Denuntiatio quando scienti sit facienda.*
195 *Probatio iudici est facienda de his quæ scit ut priuatus.*
196 *Literæ nominationum an coram collatore sint legendæ.*
197 *Mandatum de prouidendo an debeat legi.*
198 *Literæ patentes quæ dicantur.* 199.
199 *Insinuatio de exemplo facta non ualet.*
200 *Insinuatio literarum, prout in sacco continetur, non ualet.*
201 *Pœna non insinuantium.*
202 *Medicus, & iurisconsultus obseruant tempora.*
203 *Insinuandum an sit pro habendis beneficijs in uillis muratis.*
204 *Paria sunt non esse, & non appareret.*

QVAESTIO 14. Principalis.

1 DEcimoquarto, principaliter quæritur, † de insinuationibus nominationum. Et primo, quid sit insinuatio, dicitur infrà, num. 1.

Secundò, cur insinuationes inuentæ sunt, num. 4.

Tertiò, quo tempore nominationes insinuantur, nu. 9.

Quartò, intra quod tempus debeant inuuari. nu. 32.

Quintò, quo in loco debeant insinuati, nu. 43.

Sextò, quæ debent insinuari, & quæ in insinuationibus requirantur, num. 52.

Septimò, quomodo debent nominationes insinuari, & gradus, ac aliæ literæ, num. 79.

Octauò, quibus præsentibus insinuandum sit, nu. 95.

Nonò, quibus nominationes insinuentur, nu. 99.

Decimo, per quos fiat insinuatio, nu. 156.

Vndecimò, quoties insinuentur, num. 190.

Duodecimò, an collatoribus scientibus insinuentur, numero 193.

Decimotertiò, an insinuans debeat literas, quas insinuat, aperire. num. 196.

Vltimo, quomodo puniantur non insinuantes, nu. 201.

Et super qualibet quæstione tangentur obiter aliæ illi conuenientes.

2 Primæ quæstioni, quid sit insinuatio, † respondet Lucas de Pœna in l. 2. in fi. C. de petit. bono. subla. li. 10. sic, quod insinuatio est alicuius scripturæ editio. hæc tamen est nimis generalis quo ad materiam nostram. ideo Ant. de Cana. in tract. de insinuatio. q. 1. sic diffinit. Insinuatio est donationis præexistentis in scripturam redactæ, eodem tempore, vel diuerso apud cõpetentem iudicem facta publicatio. sed non deseruit proposito nostro, cùm tantum donationis insinuationem diffinire velit, de qua in l. sancimus. C. de donation. & in orne. reg. rub. *que toutes donations soront insinuees.* artic. 1. ubi scripsi in 2. tomo.

3 ad constitu. regu. Ego vero † quantum ad præsentem nominationum materiam attinet, sic definio, insinuatio est literarum gradus, nominationis certificationis temporis studij, ac attestationis nobilitatis, seu nominis, & cognominis, vel alterius rei necessariæ, ordinarijs collatoribus, vel patronis ecclesiasticis, seu eorum vicarijs, legitimè per graduatos, vel nominatos, & qualificatos facta exhibitio. & probatur in §. præfati. in 2. & §. teneantur. de collatio in concord. insinuare demonstrare est. l. iubemus. iuncta gl. C. de emancip. libero. hæc definitio declarabitur satis superque per totam hanc quæstionẽ infrà. ideo venio ad secundam quæst.

4 Secundo, quæro, cur insinuationes. † istæ inuentæ sint? Respon quia gradus, & nominationes absentibus collatoribus conferuntur, vt suprà dixi, quorum ignorantiam possunt collatores prætendere, si non exhiberentur. Nam omnis actus

5 † factus in absentia partis, debet ei insinuari. c. si tibi absenti. & ibi Perus. de præb. lib. 6. vnde quando actus potest fieri in absentia partis sine citatione, eo perfecto debet parti intimari. Bar. in l. pen. ff. de iureiur. Bal. in l. eos. §. Apostolos. col. 2. nu. 6. C. de appell. ubi per glo. in clem. 1. de app. vbi quando termini assignatio facta parte non citata potest aliquem lædere, debet

6 ei terminus solenniter notificari. Et ideo † si arbitri ex potestate eisdem data possint prorogare compromissum absentibus partibus, tamen nisi prorogationem notificetur partibus, videntur arbitri dolosè processisse, nec talis prorogatio adstringit litigatores, quia ita demum valet, si insinuetur. Bald. consi. 101. lex. & consi. seq. in 3. uol. Idem in l. 1. col. pen. C. de sentẽ. ex breuicu. recitan. auth. ei qui. C. de temp. appell. Alex. consi. 34. viso themate. col. pen. in 1. uol. consi. 63. in causa & lit. col. vlt. in 3. lib. & consi. 87. viso themate. col. ult. uol. 5. Rom. consi. 336. circa propositam. in fi. Dec. consi. 39. col. 1. & consi. 632. ℘ sup. col. 2. Fely. in c. cum olim. col. 8. uersi. not. tertio. de re iud. & in c. 1. nu. 52. de constitu. Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum. col. 9. num. 56. cum seq. ff. de off. proconf. Nathan in rep. cle. sæpe in prin. col. 53. de uer. sign. Hipp. in l. de vnoquoque. num. 1. & seq. de re iud. facit tex. vltra doct. in l. si quis per. ibi, intimare debet. C. de aquæductu. lib. 11. & l. pe. in §. nullo. ibi, postquam fuerint ei intimata. de reb. cred. Lanfran. in verbo dilationes. col. 2. c. quoniam. de prob. Curt. consi. 31. Factum tale. & seq. Sic solet senatus dicere respondendo supplicationi partis, fiat, & significetur parti, datum, &c. quod limitat Dec. consi. 160. & diligenter. col. 2. uersi. 3. non obstat. quãdo actus non potest absenti præiudicium inferre.

7 Secundo fallit in vnione † quæ non est insinuanda illis, qui beneficia possident. doct. in clem. fi. de reb. eccl. non alien. hoc expressim tradit Io. Gallus in q. per aresti. q. 147. vide alias limitationes per Ias. & alios suprà citatos.

8 Item exhibitio nominum † & cognominum fit, vt collator ordinarius cognoscat diligentes, & qui non diuertunt ad matrimonium, vel ad alios actus per quos possint nominationes admitti, vt dicam infrà q. ult. ideo eidem fieri debet.

9 Tertiò qnæritur † quo tempore literæ gradus, & alię insinuentur? Respon. tex. in concord. in §. teneantur. de coll. ℘ tpe quadragesimæ. Idem disponitur in ord. reg. Lud. 12. 2. public. artic. 8. quæ est in rub. *des graduez.* simples. arti. eo. cui standum est: nam multa vno tempore licent, quæ alio prohibentur. l. furem. ff. ad legem Corn. de sica. c. capellanus. de ferijs. c. si pecauerit. 2. q. 1. ca. decreuit. 22. q. 5. c. ad honorem. de author. &

10 vsu palli. tamen † ille §. teneantur. secundum quosdam loquitur de nomine & cognomine, quæ debent in quadragesima insinuari. secus in literis, vt in d. §. præfatique graduati. & hoc tenuit gl. in §. qui de prædictis. in verbo facere. de coll. in prag. sed dico d. §. teneantur, etiam debere intelligi de literis gradus, & alijs necessarijs, ne diuerso iure censeantur. l. eum qui. ff. de vsuca. & quando vna determinatio respicit plura determinabilia, ea debet vniformiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & ibi Ias. & alij. & clausula posita in d. §. teneantur. etiam refertur ad literas gradus, & alias. per. c. inquisitionis. & c. 2 requiris. de app. dixi in repet. l. vnicæ. in gl. in uerbo, & non ex quibusdam. C. de senten. quæ pro eo quod interest. etiam de consuetudine, & literæ, & nomina, & cognomina tempore quadragesimæ insinuantur. Et sic cõsuetudo interpretatur insinuationem fieri debere tempore quadragesimæ, quæ est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legib. &

11 etiam assignari potest ratio, † quia quando tps est in lege, vel statuto expressum, prout est in concordatis, tunc censeri debet appositum pro forma. tex. in auth. quæ supplicatio. ibi, sub hac forma. C. de præcib. impera. offe. & ideo necesse est custodire constitutum tempus. dicit tex. in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excu. tut. latè Alber. Brunus in tract. de forma, & solennita. actus. rub. quando aliquid censeatur esse tradi. pro forma. fol. 43. col. 3. in 16. conclu. & qui non obseruat tempora, non dicitur seruare formam: & per consequens actus est nullus. Bal. & Sal. in d. auth. quæ supplicatio. Paul. in l. si in lege in prin. ff. loca. Ias. in l. qui Romæ. §. Callimachus. col. 4. de uer. obl. & consi. 53. circa. col. 1. uol. 3. & consi. 132. statuto. in prin. uol. 4. & qui recedit a tempore, recedit a forma actus. Bal. in l. obseruare. §. fi. q. 3. de off. procon. & l. liberti. col. 5. C. de operis libert. alibi dicit Bald. in l. ordo. circa medium. C. de execu. rei iud. ℘ si statuta disponunt aliquid in tempore, ℘ sunt seruanda ad vnguem: & si contra fieret, esset irritum ipso iure, Iason consi. 166. uideretur. col. 4. uersi. 7. ibi. confirmatur. in 2. uol. & idem dicit in consi. seq. col. ult. & consi. 191. placet. colu. 2. in 2.

12 uol. Sic etiam † collatio sacrorum ordinum facta extra tempora a canonibus præfixa, licet tempus non sit de substantia, caret debito effectu. c. 1. & 2. & c. pen. de temp. ord. Felyn. in c. cùm dilecta. col. 8. uersi. octauum signum. de rescript. & ideo quando statutum requirit tempus, & tu require tempus. Bal. in l. omnes populi. col. pen. uersic. item not. ff. de iustit. & iure.

13 Si quæratur, cur statutum est, † vt fiant insinuationes tempore quadragesimæ. Respon. forte quia necessario id tempo-

ris

ris quis tenetur confiteri, & omnia peccata ſacerdoti exhibere.c.cum omnis.de pœn.& remiſ. ſic illo tempore exhibitio nominationum gradus,& aliarum literarum debet fieri. Vel quia præſumitur, q̃ tẽpore qnadrageſimæ bonus paſtor oues paſcet,& non erit ab ouili abſens, licet omnes fere hodie abſint,quæ (malum) tanta abſentia & prælatorum quorundam voracitas? hodie noſtri niſi habeãt duos vel tres epiſcopatus, cum duodecim abbatijs, & prioratibus, quieſcere non poſſunt,nec tunc quidem, ſed miſerè & ſuperbe quidam viuunt, orabo pro illis,vt videant,cæci ſunt, & cæcorũ duces qui hæc agunt.Vel poteſt dici,quia ſic voluerunt conditores.nam hęc ſunt iuris poſitiui, in quibus voluntas pro ratione ſufficit.§. furtiue.inſti.de uſuca.cle.fi.de ſenten.excom.& non omnium quæ a maioribus noſtris ſtatuta ſunt,ratio reddi poteſt.l.non omnium.ff.de legi.nota.in c.ſi quando.de reſcrip.literas tamẽ duplicatas collatori dare poterit quocunque tempore, cùm in textu tantùm teneantur dare literas duplicatas, & ſufficit collatori eas habere ante vacationem. tutius eſt tamen in prima inſinuatione literas duplicatas dare,& ſic obſeruatur.

14 Primo quæro, de qua † quadrageſima loquatur? cum triplex ſit.c.1.22.q.5.Prima eſt bnte paſcha. Secunda, ante feſtũ S.Ioannis Baptiſtæ. Tertia, ante feſtum natiuitatis domini.& quando textus in c.accuſaſti. de accuſa. dicit per tres quadrageſimas debet pœnitere,intelligitur de his tribus quadrageſimis,& non de quadrageſima trium annorum, ſecundum Archi.poſt gl, 1.in d.c.1.quam ſequitur Corſet. in verbo quadrageſima,in ſing.Reſpon.intelligi de ea quæ eſt ante paſcha, quia illa propriè dicitur quadrageſima.c.quadrageſima. de conſecra.diſt.5.& etiam appellatur illa quadrageſima ſecundum cõmunem vſum loquendi, qui debet attendi.l.Labeo. ff. de ſupel.leg.c.ex literis.de ſponſa.& in l.1.ff.de operis noui nuntia. nuntia.per doct gloſ.in verbo quadrageſima. in §. ſtatiut. de colla.in prag.gl.tamen in extra. 1. in extra.communib. de peniten.& remiſ.tradit duplicem tantum,vnam deletiuam mali,vt pote illam quæ eſt ante paſcha:alteram,quę operatiua boni,quæ eſt poſt paſcha.vide ibi.

Tamen ego intelligerem per tres quadrageſimas propriè, videlicet per tres quadrageſimas trium annorum, ſcilicet ante paſcha:cùm d.c.accuſaſti.de accuſat loquatur de annis, & poſtea de quadrageſima,ergo de quadrageſima cuiuslibet anni,vt alibi fuſius explicabo.

15 Secundò quæro, an negans † inſinuationem eſſe factam tempore quadrageſimæ teneatur probare, vel nominatus:Videtur q̃ negans, quia actus in dubio præſumitur iure factus, arg l.ſciendum ff.de veb.obl.

16 Item actus † in dubio præſumitur celebratus tempore habili.gl.ſing.in verbo,creatum.in cle fin. de reſcrip. vbi ille qui negat beneficium creatum fuiſſe tempore datæ reſcripti, debet probare, quia illa negatiua habet reſolutam affirmatiuã, quæ probari poteſt.conſuluit Iaſ.conſi.178.in cã.in 2.uol.

17 Tertiò facit, † q̃ ſi per ſtatutum prohibitum ſit nobilib. intrare palatium,niſi tempore conſilij, & accuſatur nobilis intraſſe in menſe Maio,ipſe probauit eo menſe eſſe factum cõſilium,debet abſolui. quia in dubio debemus intelligere factũ eſſe tempore quo licuit.arg.l.merito.ff.pro ſocio.Bart.in l.nõ ſolùm.§.ſed vt probari.ff.de operis noui nunt.Panor. & Fel.in c.auditis.de præſcr.Soc.conſi.67.in cauſa.col.3.uol.3. & quando vnus inſurgit contra alium ratione temporis, ibi oportet probare tempus.Bal.in l.de rebus.C.de don. ante nupt.

18 Contrarium videtur verius † quia vbi certum & limitatum tempus,vel certa pars loci,vel alia qualitas eſt fundamentum intentionis ſiue actoris,ſiue rei, oportet q̃ illud tempus & illa qualitas probetur per eum qui ſe fundat in illa. Bart. in d.§. ſed vt probari.vbi dicit, q̃ ſi vſque ad medium menſem Martij licebat tenere beſtias in pratis, poſt non, & aliquis accuſat̃ q̃ in menſe Martij ſua animalia paſcebant in pratis, nõ debet ſequi condemnatio,niſi probetur illa pars temporis quo erat prohibitum.Sic nominatus & graduatus fundat ſe in tempore,ergo debet probare tempus.tex.in l.matrem.C de proba.l. cum actum.ff.de neg.geſt.l.qui iuraſſe §. ſi pater.ff.de iureiur. Fel.in c.auditis.col.pen.in uerſic.2.concluſ.de præſcrip. Hipp. conſi.7.ſummi cœli.nu.60.& ſeq.l.2.C.de pet. hæred. Barb.in conſi.29.illud.col.14.uol.1.& in repet.rub. C. qui admi. col.2.

19 ubi dicit † q̃ ſi opponatur contra teſtem q̃ erat infamis, debet probari q̃ tempore depoſitionis,aliàs non repellitur. hoc probat Calc.conſi.79.licet dubia.nu.12.Iaſ.conſi. 178. in cauſa.vol.2.

20 Item probans quem furioſum, † non obtinet, niſi probet q̃,tempore contractus erat furioſus.Cardin.conſi.56.caſus,& doct.in l.furioſum.C.qui teſta. facere poſſunt.

21 Præterea ſi probetur contra † electum, q̃ eſt notorius fornicator,tamen non obtinebit excipiens & probans, niſi probet q̃ tempore electionis erat.Oldra. conſi.286. in electionis negotio.ſequitur Fel.in d.c.auditis.col.vlt. de præſcrip.

22 Ad hæc non ſufficit probare † quem eſſe filium ſacerdotis, niſi probetur quod tempore ſacerdotij cum genuerit. Ioan. And.in addi.ad Spec.in rub.de filijs præsb.Pano.& alij.in c.inter cæteras.de reſcrip.

23 Inſuper, ſi quis dicat † ſe excommunicatum poſt appellationem,habet hoc probare.glo.in c. venerabilibus. in gl.pen. de ſenten.excom.quam ſing.no.Fel.in c.cum tu.col.3.de teſti. & c.apoſtolicæ.col.8.in uerſi.adde etiam.de excep. & in ca.in præſentia.col.6.de probat.Præpoſi.in cap.ſuper eo.2.colum.1. de appell.

24 Nec obſtant in contrarium adducta, † quia intelliguntur quando quis non fundat ſe in tempore, vel quando eſt præſumptio pro eo qui ſe fundat in tempore,tunc non opus eſt, q̃ is qui habet præſumptionem, probet, vt in delictis docet Bar.in d.§.ſed vt probari.ubi dicit de nobili, qui non poterat intrare palatium,& iſtud late examinat Dec.in d. c. in præſentia.notab.12.de proba.& ibi Pariſius. ſed pro nominato † vel graduato nulla eſt præſumptio q̃ tempore quadrageſimæ inſinuauerit, ergo is ipſe debet probare inſinuationem tempore quadrageſimæ factam.& hoc probatur oſtendendo inſtrumentum inſinuationis, quod cantat tali die Martij factã fuiſſe,& illo die erat quadrageſima.& ita vidi fieri.nec vitiatur inſtrumentum,licet in eo non dicatur tempore quadrageſimę, dummodo contineat tempus quadrageſimæ, quia paria ſunt aliquid exprimere per ſe,vel per relationem ad aliud.l. ait prætor.§.1.ff.de re iud. Leuis etiam probatio inſinuationum admitti ſolet,vt fuit concluſum,& (vt fertur) in mente curiæ retento anno 1513.die vltima Aprilis.licet multotiens in eis falſum committatur.

26 Tertiò quæro,an poſſit inſinuatio † fieri etiam diebus feſtis quadrageſimæ ſicut diebus profeſtis. Reſpond.ſic, tum q̃ ſit actus iuriſdictionis voluntariæ,qui quolibet tempore fieri poteſt.l.actus.C.de ferijs,& ſupra dixi in 7.q.prin.tum q̃ non exigat cauſæ cognitionem,ideo quolibet tempore expediri pot. l.2.§.dies.ff.quis ordo in bono poſſ.ſeruet.& idem in inſinuatione donationis, quod etiam diebus feſtis poſſit fieri, tenuit Alber.in l.illud.col.3.uerſi.circa teſtium.C. de ſacroſanc.eccl. Oldr.conſi.253.factum tale.in 3.q.

27 Item ea quæ iudicij † indaginem non requirunt, poſſunt omni tempore expediri, vt collationes,diſpenſationes, tranſactiones,& ſimilia. vnde curia Ro. facit ſolemnes proceſſus, vt plurimum diebus ſolennibus. cle. 1. de iudi.& executores gratiarum omni tempore ſuos faciunt proceſſus generales ſententiam latam continentes,& contra faciens incidit in ſententiam.Fed.conſi.11.quæritur.col.ult.

28 Item nuntiatio † omnibus diebus fieri poteſt,etiam feriatis tex.iuncta gloſſ.in l.1.§.item nuntiatio.ff. de operis noui nunt.

29 Præterea libellus † quolibet tempore offerri poteſt.l.miles. §.ſexaginta.ff.de adult.Spec.in tit.delibell.concept.§.nunc videamus.& ibi Io.And.in addi.ad eum.& Bal. in Marg.in uerbo libellus.q.7. Sic & inſinuationes iſtæ. Item viſitatio † per epiſcopum feſtis diebus fieri poteſt, cùm ad correctionem pertineat,& ad eleemoſynam ſpiritualem, & plerunque fiat pro pace & concordia inter clericos & religioſos, ac etiam laicos inducenda.per c.fi.de ferijs.Soc.in tract. de uiſita.lib.7. Et hæc opinio conſuetudine recepta eſt, licet melius eſſet qñ inuenimus in ſingulos dies epiſcopum vel collatorem diebus profeſtis intimare,tamen in contrarium factum tenet.

31 Quartò quæro,an de nocte † facta inſinuatio ualeat? Breui reſpon.q̃ ſic,quia omnia poſſunt noctu fieri, quæ ſpecialiter non ſunt prohibita.l.non minorem. C. de tranſact. Dec.in c. conſuluit.col.4.de off.deleg.& quia non inuenitur prohibita, cenſetur permiſſa.arg l.præcipimus.C.de appel. doct.in l.non ſolum.§.morte.ff.de ope.no.nun.Item ſicut beneficij collatio poteſt fieri de nocte.c.vno.vt eccleſiaſtica benefi. licet contra talem collationem præſumatur.Hoſt.in §.fi. de conceſſ.præb. in ſua ſumma.ergo & fortius inſinuatio valebit. Non tenebit̃ tamen collator de lecto ſurgere.& relinquere ſomnũ, vt huic inſinuationi ſui copiam facit.arg.l.1.§ dies.ff. quando appe.ſit Iacob.in l.more.ff de ferijs. attamen inſtrumentum inſinuationis de nocte confectum eſt ſuſpectum, licet valeat.Bald.in c.1.col.2.de fide inſtru Felyn.in c.ego.de iureiu. Sed notarius conficiens inſtrumentum, non dicet, noctu factum, ſed tali die,&c.ut docto.ſcribunt in d.l. non minorem.C.de tranſact.

32 Quartò, intra quod tempus † nominationes debeant inſinuari? Videtur q̃ intra decem annos,alioqui amittũtur, quia priuilegium perditur decem annis non vtendo.l.1.ff. de nundinis.

33 Secundò, res intra decem annos præſcribuntur inter præſentes.§.1.inſtit. de uſucap. & ideo in hoc regno poſt decem annos non poteſt peti reſciſio cõtractuum, vt eſt ſtatutum in ordina.reg. ſuper qua plenè ſcripſi in tracta.meo de reſciſion. contractuum,& intra quod tempus peti debeat.in 2.tomo.ad conſtit.regias.

Tertiò facit.l.ſancimus.C.de teſta.ubi ſi quis condiderit teſtamentum perfectum,& poſtea declarauerit nolle illud teſta-

mentum

Source : BIU Cujas

mentum ſtare,& decennium elapſum fuerit,tollitur prius teſtamentum iure perfectum:ſic & nominationes debent tolli per decem annos,quia non inſinuans,eas videtur habere pro derelicto.facit quod not.Guid.p̄p.in deciſio.Delphina.q. 200. Eymardus.&c.

34 Contrarium tenetur,quia † priuilegium de ſui natura debet eſſe perpetuum.c.decet.de reg.iur.in 6.ſicut reſcriptum. l.falſa.C.de præcib.imper.offer. Arch.in c. priuilegia. 25. q.2.facit tex.in l.ſeruus. C. de pœnis. etiam priuilegium non faciendi. Alex.conſi.33.ponderatis.col.2.in 5. vol.

35 Secundò,probatur in §.teneatur.ibi, & eo anno quo præfatam inſinuationem omiſerint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiuſmodi petere non poſſint.facit ordina. Regia Lud.12.rub. *Des graduez, ſimples.* artic.9.ibi, *ilz ſeront ſeulement priuez de pouuoir requerir, ou accepter les benefices qui vacqueront eſdictes annees, qu'ilz n'auront inſinue, ſans autrement perdre les priuileges & prioritez de leurſditz degrez & nominations.* ecce tex.clarum,quo probatur nominatum vel graduatum, licet non inſinuauerit per viginti annos,non perdere gradus nec nominationes.nam dictio *ſeulement*, ſignificat,tantum,& eſt dictio taxatiua,& idem eſt dicere quod ſolum, ſiue ſolummodo.Lidē Pomp.ff.de recep.arbi.l.2.de vſu& habitatio.l.cum notiſſimi. & ibi gloſſ.& doct.C.de præſcrip.30.vel 40.ann. natura dictionis taxatiuæ eſt reſtringere.Bald.in l.1.C.de bono.poſſ. contra tab.& ibi laſ.& alij.Bart.in l.1.in prin.ff. ſi quis ius dicenti non obtempe. & l. 3.§.cùm Tit.de adimend.leg. ergo tantum reſtringet, vt puniatur quis eo anno quo non inſinuauit, & non vltra.

36 Item,non debet † quis duplici pœna puniri ex vno & eodē actu.c.at ſi clerici.in fi.& ibi glo.alleg.plena.de iud. Sed ſi quis perderet nominationes per non inſinuationem,puniretur duplici pœna,ergo &c.nec priuatur quis niſi in caſibus a iure expreſſis.gl.ſing.in c.fi.de iur.patr.hic caſus non eſt expreſſus,ergo, &c. Immo in contrarium eſt ſtatutum q̄ non priuet niſi illo anno quo non inſinuauit fructus nominationum, ergo ſua nominatio alijs annis valebit.

37 Nec refragantur in contrarium † adducta & l. 1.ff.de nundinis.loquitur in priuilegio faciendo, quod per decem annos non vtendo amittitur,quando eo vti potuit. ſecus ſi non potuit vti,quia occaſio ſe non obtulit,tunc non perditur priuilegium,etiam per centum annos.l.& Attilicinus.ff.de ſerui.ruſt. prædio.gl.iu c.abbate ſancti Syluani.in gl.ult. de uerb.ſign.probatur,per Bar.in l.in filijs.C.de decur.lib.10.vbi ſi ciuitas tenet facere exercitum quando princeps facit:ſi princeps non fecerit per centum annos,quia non fuit neceſſe,per hoc nō perdit princeps ius ſuum.Bar.in l.cum ſcimus. C. de agric.& cēſi. lib.11.Fel.& alij in d.c.cum acceſſiſſent.& Iaſ.in l. beneficium. circa fi.ff.de conſt.prin.& in l.falſo.C.de diuer.reſcrip.vbi confirmat per quinque ſimilia,nam qui nequit vti non eſt in mora.nec culpa.& vbi non eſt petitio, ibi non eſt mora.l. lecta.ff. ſi cer.peta.ſed nominatus ſimul atque eſt nominatus,non poteſt vti ſuo gradu vel nominatione acceptando beneficium, quia alij ſunt eo antiquiores, quibus primo oportet prouidere: ergo illis non debet(ſi non inſinuauerint) imputari. Ioan. Fran. in tract. de præſcr. in 4.par.5. par.principalis.q.4.

38 Item dum incertum eſt,† quando caſus eueniet, vt quis poſſit vti ſuo priuilegio, tunc priuilegium non perditur per decē annos.gl.in c.vt priuilegia.de priuil.quam ſic intelligit Claud. de Seyſello. in l.fi.col.pe.ff.de conſt.prin.ſed quando nominatus habet ſuas nominationes, incertum eſt quando veniet caſus vacationis beneficij, & quando erit antiquior:ergo ſi non inſinuauerit per viginti annos non eis priuatur.

39 Præterea nominationes † non dicuntur priuilegia ad aliqd faciendum,quæ bene tolluntur per decem annos, ſed dicūtur reſcripta gratioſa,quæ perpetua ſunt.c.ſuper gratia. de off.deleg.in 6.Iaſ.in d.l.falſo.C.de diuerſ. reſcrip. Et literæ beneficiales difficilius exquirant quàm aliæ.Io. And. & alij in c. capitulum.de reſcript.quia maius eſt præiudicium eas perdere, quā reſcripta ad lites,ſecundum Fely.ibi,colu. 3. Immo poſtquam eſt vna appoſita pœna, alia cenſetur ſublata.l.cùm prætor.ff. de iud.ſed in concor.eſt appoſita pœna, vt illo anno non poſſit habere beneficium in vim nominationis, ergo in alijs annis quibus inſinuauit,poterit,& hoc eſt notorium.

40 Item poſtquam † non eſt præſtitutum tempus ad inſinuandum,reſidet in facultate nominati,vt ſtatim poſſit inſinuare,ſi velit,vel quando voluerit,& ſic facultati, nunquam præſcribitur.l.viam.ff.de via pub.& ita fuit in hoc ſenatu ſupremo iudicatum in magna atteſtationum camera,prout magiſtro Ioāne Sanſon ſubrogato in locum dom.Michaelis Moriſſet,theologiæ doctoris,contra magiſtrum Petrū Riotte, Anno 1541. die 5.Aprilis ante paſcha.debet tamen intra triginta annos inſinuare,alioqui forte nominationes amitterentur, quia actiones per id tempus expirant.l.omnes.C.de præſcrip. 30.vel 40. ann.nam ſic negligendo,videtur illis renuntiare.arg.l.licet.C. de iure delib.nota.in c.tibi qui.de reſcrip.in 6.Latè Fel.in c.capitulum.illo tit. Si tamē poſtea inſinuaret ceſſaret illa præſumptio, & obliuio, & aliud eſt amittere poſſeſſionem, & aliud proprietatem,quia poſſeſſio facilius perditur.Bart. & alij in l. naturaliter.§.nihil.ff.de acq.poſſ.

41 Fallit quando nominatus † quis eſſet ad tres epiſcopatus in eiſdem nominationibus, quia tunc inſinuando in vno nunquam perduntur nominationes in alijs, nam tunc apparet inſinuando vni, q̄ non vult renuntiare dictis nominationibus, donec fuerit eidem prouiſum ad ſummam taxatam. in §. volumus.in concor.hoc etiam probatur per tex.in l.is qui vſumfructum.ff.quib. mod. vſusfruct. amitta. ubi per uſum partis ius in totum conſeruatur.tex.in l.voluntariæ. C. de excuſ.tut. vbi qui utitur priuilegio in vno actu,non perdit in alijs.

42 Idem in priuilegio † dato toti populo Pariſien. quia ſi aliq contraueniant priuilegio,non per hoc alij perdunt priuilegiū. arg.eorum quæ not.Inn.in cap.accedentibus. de priuileg. ubi quis poteſt renuntiare iuri & fauori quatenus tangit perſonā ſuam,non alterius.ſic docet Panor.in conſi.61. factum ſuper quo.vol.2.& Dec.conſi.271.ſuperiori anno.nume.17. nam ſi in alijs diœceſibus perderet ſuas nominationes ob non inſinuationem ibi factam,pederentur pro parte, & pro parte nō.

Item non poſſet eidem prouideri vſque ad ſummam taxatam,& ſic eſſet diſpoſitio illuſoria,contra l.ſi prætor.ff.de iud. nam ſi habuerit beneficium ab vno valoris centum aureorū; accedet ad alium epiſcopum, qui adhuc eidē prouidebit vſq; ad ſummam ducentorum aureorum, quod non poſſet facere ſi perderentur nominationes per non inſinuationem.Item eſt introductum in fauorem nominationum, & retorqueret in eorum odium,contra l.quod fauore.C.de legib.nam fortè ob paupertatem non potuerunt in ſingulis epiſcopatibus inſinuare per viginti annos,vel 30.ideo eis ſuccurri debet,arg.c. cum Romana.de appel. Nec obſtant alia iura in contrarium adducta, quia in diuerſis caſibus loquuntur, vt patet ſi bene intelligantur.Licet quidam iudices contrarium iudicauerint.

43 Quintò quęro,quo in loco † inſinuatio nominationum & gradus fieri debeat? Reſpond.ſicut inſinuatio donationis pōt vbique fieri,in loco tamen honeſto.l.voluit.in fi.& ibi not.ff. de interroga.actio.& de manumiſſ.uindict.l.non eſt. Alberi. in l.illud.col.2.C.de ſacroſanct.eccl.ita inſinuatio nominationis,& gradus,quia iuriſdictio voluntaria non circunſcribitur loco.Bal.in l.emancipari.ff.de adop.Ant.de Cana. in tract.inſinuatio.q. 6. Item extra territorium exerceri poteſt.l.1.ff.de offi.proconſul.Iac.de bello viſo repetitio.c.1.§.contrahentes nu.85.de foro compet. in 6.

44 Ex quo infertur, q̄ hæ † inſinuationes nominationum, ac nominum & cognominum,poſſunt fieri collatoribus,ſeu eorum uicarijs etiam extra diœceſim.gl.in §.item uoluit.in verbo,vicario.de coll.in pra.Brunel.in tract.de digni.leg.conclu. 20.in fi.hoc in proprijs terminis concludit.Immo etiam extra regnum,cum nihil obſit,& non inueniatur prohibitum, ergo permiſſum.arg.l.percipimus. C. de app. ideo valeret inſinuatio facta Paduæ,ſi epiſcopus regni ibidem ageret.

45 Sicut legatus † exiſtens extra terminos ſuæ legationis, poteſt beneficia conferre,quæ vacauerunt in prouincia ſibi cōmiſſa.Alber.in d.l.emancipati.ff.de adopt.

46 Et epiſcopus † extra diœceſim.gl.& doct.in c. nouit.de off. leg.de Selua.in tract.de beneficio. in 3. parte q.40.& 63.Sic & vicarius generalis.c.fi.de off.uica.& ibi Peruſi. & alij.de Rota deciſi.ult.de off.uic.in antiquior.q̄ uicarius non poſſit extra diœceſim conferre,probat Iacob.de Bello uiſu in d.§.contrahentes.num.86.de for. compet. ſed prima opinio ſeruatur,& eſt uera per c.ſtatutum,arg.a ſpeciali.de præb.in 6.

47 Immo poſſunt beneficia † conferri ab ordinarijs etiam in curia Romana,dummodo non vacent ibi. Io.Franc.in tract. de off.& poteſtate c.ſede vacant.in 1.q.2.partis.colu. 5.tamen communiter epiſcopi vadunt extra urbem ad conferendū, ad hoc ut dicatur in aliena diœceſi. & ſic practicatur Romæ, vt habetur in Prouinciali omnium eccle.fol.56. uerſi.an epiſcopus.Fallit quando collatio competeret de iure ſpeciali.tex. ſing.in c.ſtatutum.in fi de præb.lib.6 ſecundum Rom.ſing.48. tu habes.Domi.& Philip.Peruſ.in d.c.fi.gl.& doct. in c.nouit. de off.leg.ſcripſi abunde in praxi beneficia.

48 Item præſentatio † poteſt fieri ubicunque fuerit inſtituere debens.Roch.Curtius in tract.de iure patro.in prin. uerſi.ſed circa hanc quæſtionem.

49 Sic epiſcopus † tonſuram ſuis ſubditis in alieno territorio concedit.Alber.in d.l. emancipari. multo fortius inſinuatio fiet ubique. q̄ eſt vtile pro reſidentibus Pariſijs,quia multi epiſcopi ſolent ibi tempore quadrageſimæ reſidere,vt vidi,relictis proprijs ouibus, quas ſaltem prædicationibus & exemplo in quadrageſima inſtruere debebant.ſed veh illis,qui non poſſunt relinquere mulierum conſortia, ad inferos eas, ſi nō reſipiſcunt,ſequentur.

50 Secundò infertur q̄ poteſt † fieri in eccleſia.c.decet.de immun.eccle.Ant.in d.q.6.tract.de inſinuatio. multo fortius in

domo

Source : BIU Cujas

domo episcopali,& loco priuato,etiam dum episcopus audiret missam: dum tamen,non diceret.arg.l.2.ff.de in ius uoc.debet tamen nominatus expectare opportunitatem,& in missa non molestare collatorem.alioqui posset collator præcipere, vt expectaret postmissam, & ipse tunc respondebit. Immo dicit Matthæ.de afflictis in tracta.de iure patr.§.ut infrà. col.5.q̃ consanguineus habens retractum ex consuetudine potest denuntiare se velle retrahere vbicunque inuenerit emptorem, etiam si inueniret eum in propina, vel lupinari.l. si cum dies. §.fi.ff.de arbitr.sumendo arg.a contrario.nam in iudicijs & arbitrijs est prohibitum,ergo in alijs est permissum.Sic ergo insinuationes poterunt ubique fieri, cum collatores eas non
51 graanter uideant.† Et audiui per senatum Tholosanum, Abbatem quendam condemnatum ad magnam summam pecuniæ,eo quod virga percusserat nominatum insinuantem, ac si vellet eum vindicta manumittere, qui iam erat liber. quod perbelle factum extitit,ne tãta temeritas inuadat collatores.

52 Sextò vidēdum est, quæ sint † illa quæ debent insinuari.tex. in §.præfatique graduati.de collat.suprà, tenet literas gradus, certificationis temporis studij, & literas nominationum per nominatum exhibendas,& si fuerit nobilis,præter hæc,literas attestationis nobilitatis.Idem dicitur in ordin.regis Ludo.12. primò publ.art.8.& in rubr. *des graduez, simples.* artic.3.si fuerit graduatus non nominatus, debebit exhibere literas gradus, & certificationis temporis studij,& sic declaratur definitio supra posita in 1.q.quid sit insinuatio.

53 Item debet in singulos † annos exhibere nomen & cognomen tempore eodem,scilicet quadragesimæ,vt in d.§.præfati. & legitimè,quia quotiens vitiosè facta est insinuatio,pro non facta habenda est.l.quotiens.ff.qui satisda.cogan.Cautela igit notabilis est,quòd insinues primò literas, & illam insinuationem consilio tuo ostendas, super qua si dubitet, aliam etiam literam facias,etiam tertiam donec plene insinuaueris.nam si prima iure impugnetur,secundam ostendes,si secunda tertiã, ob id obtinebis,& semper literas duplicatas afferas, & facias. vt in instrumento inseratur insinuationis, q̃ dedit literas duplicatas,vel obtulit,sed episcopus recipere noluit, tunc cùm per te non stet,insinuatio valebit l.in iure.ff.de reg.iur.

54 Nec sufficeret † probare collatori gradum per vnum testem,licet aliàs sufficiat.Ias.in l.huiusmodi.§.legatum.ff.de legat.1.nec per duos,quia in concor.requiruntur literæ dari duplicatæ,quæ aliàs non possent dari,vt in concor. dicitur.

Item clericatus potest probari per vnum testem, quia talis actus de se & sui natura,inspecta qualitate,nemini, aut parum præiudicat.Bal.& Fel.in c.licet vniuersis.in fi de testibus. Gui. Papæ in decisi.Delphina.q.474.Ias.in repeti.l.admonendi col. 7i.num.198.ff.de iureiur.& consi.120.iuridicam.col.2.uolu.4. Matthæ.de afflic.in constit.Neapol.Rub. de apostа.fol.27. qđ verum esse intelligerem,quando nemini præiudicaret, & extra iudicium, secus in iudicio quando litigatur super aliquo beneficio,tunc saltem per duos testes probatio fiet,qui regulariter in quolibet actu necessarij sunt.ca. in omni.de testib.c. nuper.isto tit.ideo non potest præsbyter se talem probare,nisi per literas,quia semper solet de eo fieri scriptura nisi probare tur impedimentum,quare illa scriptura haberi non possit.Nicolaus Millus in verbo,probatio capellanatus, valeret tamen probatio, si instrumentum ordinum diceret, episcopum vltramontanum,quem vocant portatilem de licentia & mandato episcopi illi ordines contulisse, quia potuit tunc in actu ordinum interuenisse, maximè si sigillatæ sunt literæ sigillo episcopi,qui mandauit,vt solet fieri.Card.in d.c. Alber. de testib.& Fel.in c.sicut.col.12.de re iud.

55 Et anno 1414. die 27. Martij ante † Pascha fuit remissus Ambrosius Mabrisset tanquam clericus ad episcopum Paris. licet non ostendisset literas tonsuræ, sed per informationes & testes de illa apparebat,alioqui de praxi & stilo curiæ Franciæ est,quòd si beneficiatus non probet se clericum, a iudice repellitur,etiam parte non opponente,vt asserit Boer. in decisio.suis.q.171.si super.col.pen.vbi etiam dicit partem negãtem aliquem esse clericum non teneri probare, sed is,qui se dicit clericum.c.si forte,de elect.in 6.

56 Quomodo debeat insinuari nomen † & cognomen? Resp. sic vidi insinuari,Vobis reuerendo Patri dom.epō Parisi.insinuo & exhibeo nomen meum,& cognomē, quod est Petrus Rebuffus, requirens mihi prouideri de beneficio, vt in mea prima requisitione continetur.& extense debet suum nomē scribere,& cognomen,non per literas,sic,Petr. Rebuff.vt suprà dixi.

57 An sufficiat exhibere per † æquipollens,videlicet,alicui est impositum aliquod nomen ab euētu, per quod melius dignoscitur,quàm suo nomine & cognomine, videlicet aliquis lusit per ciuitatem sub nomine *Male bouche*. nunc semper vocatur eo nomine : vel repetit in carnispriuio inhonesta, apud omnes vocatur Repetens, seu Nasardus apud Biturigines,is exhibet sic,vobis insinuo nomen& cognomen,quod est Repetens,vel *Male bouche*, vel Nasardus.quæro an sufficiat? Videtur q̃ sic,per tex.in l.hac consultissima.C. qui test.facere possint.vbi cæcus tenetur exprimere nomen hæredis.

58 Et ibi glo. communiter † approbata tenet q̃ sufficit exprimere æquipollens,vt Gallopressum,& sic nomen notorium. nam nomina sunt inuenta ad recognoscendos homines. l.ad recognoscendos.C.de ingenuis & manumiss. c.2.& ibi gl.de rescrip.in 6.& satis recognoscitur per hoc nomen elegans, ergo videtur sufficere.

59 Secundò probatur,† rei demonstratæ frustra adijcitur.demonstratio.l.1.in fi.ff.de dote præleg & notoria expressione non indigent.l.emptorem.in prin.ff.de act.empt.

Tertio,sufficit mandatum per æquipollens impleri.l.fin.in fi.ff.mand.

Quartò,quando habemus certitudinem personæ, non curamus de modo.l.quid sit nominatim.ff.de liber.& posthu.in l.2.in verbo,vocabula.C.de const. pecu.

Quintò,hoc expresè tenuit gl.in §.statuit,in verbo, nomina.de colla.in prag.ubi tex. dicit nominatos & graduatos teneri ad exhibendum nomina.gl.dicit,& cognomina,vel æquipollentia demonstrationi, taliter q̃ cognoscantur a collatoribus,arg.l.certum.ff.si cert.pet.l.si in rem.in fi. de rei vendi.c. significante.de rescr.

60 In contrarium me monent sequentia.† Primò, q̃ quando lex,vel statutum,vel alia dispositio requirit nomen & cognomen pro forma,tunc non sufficeret nomen elegans & notorium sine cognomine.Alex. & alij in l.hac consultissima. per illum tex.C.qui testa.facere possunt.& doct. in l.1.ff. de liber. & posth.Sed exprimere nomen & cognomen, est de forma, ergo non valet expressio per æquipollēs. Et q̃ sint de forma, patet,quia concordatum & ordinatio regia procedit vltra annullando,vt est videre in d.titu de colla. & in rub. de firma & irreuocabili concor.stabili.uersic.necnon irritum & inane. quicquid secus super his,vel eorum aliquo a quoquam quauis authoritate contigerit attentari: & quando actus in contrarium factus annullatur,tunc dicitur de forma, vt in proprijs terminis tenet Fel,in c.cum dilecta.col.13.amplia.10.de rescrip.& sic insinuare nomina & cognomina, est de forma, quæ dat esse rei,& eam conseruat in esse.l.Iulia.§. si quis.ff.ad exhib.& non est nostrum mutare formam.l.constitutionib. in fi.ad munic.Bal.in l.1.ff.de liber. & posth.

61 Vnde si statutum requireret † q̃ in instrumento debeat apponi nomen proprium & cognomen, item nomen partis, aliàs contractus sit nullus tunc & si nomen singulare apponatur,non sufficeret, postquam pro forma statutum ita requirit.Ang.& Imola in l.quotiens.§.si quis nomen. ff. de hæred. instit.Alex.& Ias.in d.l.hac consultissima. Alber.Brunus post Bal.in tract.statuto.in verbo instrumentum.q.15.Alex.consi. 98.viso & considerato.col.pen.in 4.uol. & consi. 27. viso themate.col.1.in 6.uol.& Soc.consi.24.visis.col.7.in 1.uol.omissio enim formæ vitiat actum.l.cùm hi.§.si prætor. ff.de transact.ergo supradicta insinuatio,in qua est omissum cognomē vel nomen,seu vtrunque, & est adiectum nomen notorium, non valebit.ita tenet Fely.in c.cum accessissent.col.4.Inu. 8.de constitu.

62 Non obstat d.l.hac consultissima :† quia ibi assignatur rō, ne sola omnium commemoratio quicquam ambiguitatis pariat:sed quando fit per æquipollens,non parit ambiguitatem. ergo illi legi satisfactum est, quod secus est in nominationib. & in insinuationibus illarum quæ fiunt ad alium effectum,vt supra dixi.& ita respon.ad Ias.in d.l.hac consultissima.in fin.& etiam nomen & cognomen insinuatur, nedum vt collator sciat illum esse nominatum,sed & vt illi prouideat.Non refragatur secundum & quartum, quia respondetur, nisi lex pro forma requireret denunciationem,& insinuationem, vt concordatum facit.Vel respon.ut d. glo. ult.dicit in d.l.1.& Socy. consi.2.in prin.in 4.uol.

63 Nec obest q̃ mandatum † potest per æquipollens adimpleri,quia fateor,quando non est de forma substantiali,sed sufficit seruare mandatum in effectu,licet non in forma substantiali.l.si quis mihi bona §.sed quid si mandauit. & ibi Bal.ff.de acquir.hæred.& ita intelligitur d.l.fi. quam Bald.notat.in c.cũ veniissent.col.3.de iudi.c.1.in fine, vt lite non contest. Et is dicitur fines mandati obseruare, qui facit aliquid quod nō multum differt a mandato.gl.in c.innocens.in verbo, clemētior. 22.q.4.Immo dicitur seruare mandatum,qui facit illud quod est proximum mandato.l.iam tamen.§.in hac.ff.iudica.solui. ibi,quasi iuxta mandatum,& si non mandatum fuerit.glo.in c.cùm olim.in uerbo,protinus de off.deleg.Ias. consi.202.magnificus col.pen in 2.uol.per quæ patet gl. in d. §. statuit.procedere secundum tex.quem declarat, non secundum concordatum,quia in prag.nomina tantum expressit, hic & cognomina,& annullantur in contrarium facta.

64 Et per prædicta patet non ualere † insinuationem, si quispiam diceret,exhibeo & insinuo meipsum,vel nomen meum

& co-

Source : BIU Cujas

& cognomen,quod non ignoras, tunc non eſſet ſatisfactum tex.uolenti noīa & cognomina exhiberi.Idem ſi diceret,exhibeo nomen meum & cognomen,de quibus in lris nominationum conſtat,& prout in illis continetur.& hoc ſic probaſ, quia ſicut in appellatione ab interlocutoria requirit pro forma,q̄ cā appellationis noīatim exprimatur.c.1. de appella.in 6. & non ſufficit quòd exprimatur per releuationem ad acta, ut allego oēs cauſas de quibus in actis.Alex.& alij in l.1. ff.de liber.& poſth.& in l.ubi.§.illud.ff.de uerb.obl. & conſi.80.uiſo.col.4.lib.1.Io.Maria.dictus Riminal.in l.hac conſultiſſima. C.qui teſta.facere poſſ.& quamuis demonſtratio facta per relationem ad aliud tantum valeat,quantum expreſſio nominis proprij quo ad demonſtrationem.l.certum.ff.ſi cert.pet.non tū in inſinuationibus nominationum ſiue nominū & cognominum.& ratio ſupra ſæpius fuit dicta,rōne formæ, niſi diceret,inſinuo nomen meum & cognomen,quod eſt Petrus Rebuffus,de quibus latius continetur in prima inſinuatione,tūc valeret,& hæc crederem ex ſtricto iure procedere.

65 Secundò,infertur non valere† etiam inſinuationē, ſi quiſquam dicat,ego inſinuo nomen & cognomen iſtius,oſtendēdo eum digito,quia pro forma,vt dixi,requiritur expreſſio, licet demonſtratio facta ad digitum faciat rem certam,& maior videatur certitudo,quæ ad oculum demonſtratur.§.fi.ibi,oculata fide.inſtit.de grad.Azo in ſumma.C. ad legem aquiliā. Io.And.in declaratione arbor.conſanguinit. ideo error noīs appellatiui non vitiat,qñ res digito demonſtratur.gl.ſing.in l. quæ extrinſecus.ff.de uerb.obl.doct.in l.Stichum qui.de leg.j. tñ quando forma data eſt,hoc non procedit, vt hic.

66 Tertiò,infertur non valere† inſinuationem ſi quiſpiam exprimeret nomen & agnomen,omiſſo cognomine,quia requiritur nomen & cognomen in d.§.teneantur.Et idem ſi exprimeret alterum & non vtrunque, quia forma nō eſſet ſeruata. nam ad veritatem copulatiuè utrunque requiritur, l.ſi hæredi.ff.de cond.inſt.c.2.& ca.inter.de reſcript.Ex iuris rigore ſupradicta procedunt.

67 Primo,non procedit qñ† iamdudum conſanguinei mutaſſent cognomen,vt pote p̄p ſucceſſionem relictam, ſi deferat nomen & arma domus,vel p̄p turpe nomen quod eſt licitū, dummodo non in fraudem,vt patet in l.una.C. de muta.nomin.Benedic.late in repet.c.Raynut.in princ.de teſta.tunc ſi illud cognomen inſinuaretur, valeret,quando vulgo ſic vocarentur. Sed ſolet exprimi & cognomen proprium, & adiunctum.

Secundò fallit ſi haberet duo nomina,vel cognomina, tūc ſufficeret,ſi inſinuaret vnum.argu.l.forma.in prin.ff.de cēſib.

Nec obſtat quod in d.§.teneantur,dicatur quòd noīa & cognomina exprimere tenetur,quia verum eſt in pluribus noīatis,vt ibi dī,teneatur nominati nomina & cognomina exhibere,hoc eſt dicere, quilibet nominatus & graduatus teneatur exhibere nomen & cognomen, ſingula ſingulis referendo.c. cum ſingula.de præb.in 6. Tutius eſſet noīa cognomina exprimere,ne poſtea per hoc inſinuatio impugnetur.

68 Secundò,ex honeſtate† inſinuantur literæ matriculæ,vt inſtruantur collatores quòd is non eſt per ſaltum promotus,& quia non matriculatus non gaudet priuilegijs, vt dixi ſuprà q.2.in fi.Ideo conſulerem ſcholaribus, vt primo quoque tpe quo ingrediuntur ſtudia, faciant ſe in matricula deſcribi,& proderit eiſdem, vt dico in priuilegijs ſcholar. & an ſimul debeant inſinuari.uide in §.teneantur.in gloſſ.tempore.rubr.de collat in concord.

69 Tertiò bonum eſt inſinuare† literas tonſuræ,quia non tonſurato non debent conferri beneficia.c. cum adeo. de reſcrip. c.ex literis.de tranſact.& quia eſt qualitas extrinſeca, quæ non præſumitur niſi probetur.glo.in cap.ſi forte.de elect.lib.6.doc.

70 in l.ſciendum.ff.de uerborum obliga. Item† ſi fuerit ei prima ſua tonſura collata a non ſuo epiſcopo ſine literis dimiſſorijs, illa ordinatio eſt nulla, ſi alienus epiſcopus eum tonſurat tanquam ſuum,quia nititur eum uſurpare a plebe aliena.capitul. primatus.71.diſt.& ibi Ioan.de turre cremat.quod cognoſcitur ex literis tonſuræ,ſi dicant,Petrum Rebuffum noſtræ diœceſis oriūdum charactere clericali inſigniuimus.nec talis gaudet priuilegio clericali,prout vidi iudicari. do. Chaſſaneus in in conſuetud.Burgund.in rubr.*des iuſtices* glo. *ſont croux*. in fi. alioqui contra c.nullus.& ibi in addi.ad Guiel. demonte Laudun.de tempo.ord.lib.6.

71 Nec obſtat quod non inuenitur† canon qui annullet,vt dicit Guido p̄p in deciſio.Delph.q.449.laicus, quia quando lex vel canon prohibet actum fieri, licet non annullet, tamen ſi actus fiat,eſt nullus,tanquam factus contra canonem,& legē. per l.non dubium.C.de legib.& ibi doct.ſed d.c.primatus.prohibet.& c.primum.& per totum de tempor.ordina.ergo,&c. quod eſt notandum, nam multum inſtruitur collator ex hac inſinuatione tonſuræ.

72 Et is qui tonſuram† accepit ab alieno epiſcopo, debet a Papa impetrare literas uocatas,perinde ualere,vt impetrantus ordinatio perinde valeat,ac ſi a proprio epiſcopo recepta fuiſſet, & ſufficiet ſignatura, nec tunc poterit ei quicquam opponi. quod poterit fieri antequam beneficium acceptet, nam poſtea in præiudicium alterius non ualeret,per not.in captu.quāuis.de reſcrip.in 6.

73 An prothocollum† notarij mortui probet clericatum?qđ non,concludit Aegid.de bella mera,conſi.10.factum colu.2. quia prothocollum non habet omnia ſubſtantialia neceſſaria in inſtrumento, & maxime quādo caret ſubſcriptione notarij.& quia prothocollo notarij mortui non creditur,donec de mandato iudicis per alium notarium publicum, cui commiſerit prothocollum notarij, redactum fuerit in formam publicam ſecundum eum, per nota.in l.contractus. C. de fide inſtru.& in authen.de tabel.collat.ergo ex authoritate ordinarij probabit.

74 Quartò,ſi nominatus† habeat beneficium curatum, vel dignitatem incompatibilem cum ſecundo beneficio, bonum eſſet quòd oſtēderet diſpenſationem ad aliud incompatibile, alioqui ordinarius conferre eidem aliud beneficium non tenetur.c.ordinarij.§.in conferendis.de off. ord.lib.6.dixi in §. ſtatuimus.glo.antiquiorem.de colla.ſupra.tamen hæc tria poterunt inſinuari quolibet tempore, cùm in eis nō aſſignetur tempus.nec concordatum adſtringit ad hæc inſinuandum. Ideo ſi non eſſet iſtorum facta inſinuatio, non ob hoc irritaretur,ſicut alia facta de requiſitis ex neceſſitate.

75 Nec obſtat tex.† concordat.in d.§.præfati.ibi, ſeu nominationis. uolens inuertere q̄ literas nominationis alternatiuè, non coniunctiue,debeat nominatus inſinuare. Quia reſpon. q̄ non ſtat,diſiunctiue,ſed ampliatiue, ut in ſimili ponitur in c.ego Ludouicus.63.diſt.glo.in §.uidelicet. in uerbo, ſeu.de collat.in prag.tex.in l.ſi quis ita.de auro & argen legat.Peruſi. in c.licet.de off.vicar.lib.6.Sic conſuluit laſ.conſi.64.facti contingentia.col.3.uol.1.Iacob.in l.plerunque.in fi.ff.de iure dotium.quia ſæpè compertum eſt, vt coniuncta pro diſiunctis, diſiuncta pro coniunctis,ſoluta pro ſeparatis ponantur.l.ſępe. ff.de uerbor.ſignifica.& ibi dixi,& in forma manda. apoſto.in glo.ſeu.

76 Quintò quæro, quid ſi ſtuduit in pluribus uniuerſitatibus, & habet certificatorias temporis ſtudij ex qualibet uniuerſitate,an debeat omnes illas certificatorias exhibere collatoribus?quod uidetur, quia indefinita æquipollet uniuerſali. c. vt circa.de elect.lib.6.& indefinite loquitur concordatum in d. §.teneantur ergo,&c.

Contrarium arbitror, ſufficit enim exhibere literas illas, ex quibus conſtat,graduatum & nominatum eſſe habilem ad illum gradum,quemadmodum quando plura remedia, ſeu exceptiones peremptoriæ competūt, ſufficit proponere vnam, quæ ſufficit ad victoriam cāæ, licet plures non prohibeatur proponere.regula,nullus.de regul.iur.in 6.ſi ergo nominatus ſtuduerit per quinquennium Tholoſæ, & habeat literas certificationis temporis ſtudij, ſi poſtea apud Caturcum ſtuduerit per duos annos, licet non inſinuet literas uniuerſitati Caturcen.non minus valebit,cùm primæ literæ ſufficiant, & reddant eum habilem ad gradum baccalaureatus. ſecus ſi tanquam doctor vellet admitti, ut infrà dicam: vel ſi non ſtuduerit niſi Tholoſæ per tres annos, & apud Montempeſſulanum per duos annos,tūc oportet vtrunque inſinuare:quia utrunq; requiritur antequam ſit habilis. dixi in §. præfatique graduati. in gl.uniuerſitatis.de coll.

77 Sextò quæro,quid ſi eſt† doctor, an ſufficiat præſentare literas tantum doctoratus cum certificatorijs temporis ſtudij? Reſpon.crederem q̄ ſic,per ea quæ not.Panor.in c.1.col.2.in fin.de cler.pereg.ubi dicit ſufficere ſacerdoti oſtendere literas ordinum ſuperiorum,etiam ſi non oſtendat alias literas de inferioribus ordinibus, quando ille qui ordinauit eſt tantæ diſcretionis,quòd non ſit præſumendum illum ordinatum fuiſſe præsbyterum,niſi conſtitiſſet ordināti de alijs prioribus ordinibus,quia tunc omnia præſumuntur ſolenniter acta. c. nobiliſſimus.96.diſtin.c.in noſtra.de procurato.l.ſciendum.ff.de uerbo.oblig. Sic eſt dicendum in vniuerſitatibus Galliæ. nam non eſt præſumendum, quòd promoueant ad doctoratum ſine inferioribus gradib. per ſaltum, cùm ſint maximæ diſcretionis,& quia venirent contra §.monemus. de collat.in concor.Ego fui in tribus uniuerſitatibus Frāciæ regens, & in alijs ferme iura profitens,& tamen nunquam vidi aliquem admitti per ſaltum, & hoc maxime habent exoſum uniuerſitates Franciæ, ergo ſufficit exhibere literas doctoratus cùm literis certificatorijs,vt dixi in glo.de literis. §. præfatique graduati. de collat.in concor.dummodo tempus ſufficiens ad doctoratum inſinuet,vt dictum fuit ſuperius.

78 Septimò quæro, † quid ſi habeat omnes gradus, an literas omnium graduum inſinuare debeat? Et breui reſpond.quod non, ſed ſufficit exhibere literas gradus illius quo vult ſe iuuare, ſi ſit doctor iurium, ſufficit exhibere literas baccalaureatus, vel licentiæ, ſeu doctoratus, cum literis certifi-

Source : BIU Cujas

catorijs temporis ſufficientis illius gradus. vnde ſi tanquam baccalaureus velit obtinere beneficium, ſufficit ſibi exhibere literas gradus baccalaureatus cum certificatorijs, licet non exhibeat literas doctoratus, quia non quaſi doctor hoc facit, ſed quaſi baccalaureus, vt in ſimili dicit tex. tim l. item eorum, in prin. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomi. & quando quis venit vt baccalaureus, debet ſe probare baccalaureum. argu. l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſunt. & ſe ſtuduiſſe quinquennium, vel aliud tempus competens, vt ſuprà dictum extitit. Et ſi inſinuauerit literas baccalaureatus & licentiæ, tamen non inſinuauit niſi quinquennium de tempore ſtudij, ualebit inſinuatio quo ad baccalaureatum, non quo ad licentiam, & literarum licentiæ ſuperflua non vitiabit inſinuationem per legen. teſtamentum. C. de teſt.

79 Septimò ſupra quæſito, † videlicet quomodo inſinuari debeant nominationes & gradus? Reſpon. receptis nominationibus, & alijs literis neceſſarijs debet nominatus & graduatus adire epiſcopum humiliter, non ſuperbè. Deus enim ſuperbis reſiſtit. 1. Pet. cap. ult. & Salomon, Humilis ſermo, & humilis homo triumphant in domo. Spe. in tit. de aduoca. §. hic dicendum, quia nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi domine, ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Iudic. 9.

80 Et primo ingreſſu, † vt ineat gratiam ab epiſcopo, ſalutare eum debet. l. publia. §. fi. ff. depoſ. l. Neſennius. de nego. geſt. ſæpe enim quidam prælati ſalutationes quęrunt in foro, ac Rabbi vocari. Matth. 23. c. l. 1. C. de ſenten. paſſis. l. 1. de uete. numiſma. poteſtate. lib. 12. & pileo depoſito reuerentiam & honorem eidem impendere debet tum propter dignitatem, & ratione excellentiæ ob quam conſtitutis in dignitate honor debetur, vt declarat beatus Thomas in ſecunda ſecundæ. q. 81. diſt. 4. & q. 102. diſt. 1. & tex. in l. fin. C. de offi. diuerſo. iudi. tum quia minores debent præbere honorem maioribus. c. ſtatuimus. de maiorita. & obed. & ibi gloſſ. ult. & in l. potioris. C. de offi. recto. prouinciæ. glo. in l. 1. §. ſicut. in uerb. ſeruitutem ff. de aqua pluuia arcen. glo. in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. maximet ſi epiſcopus ſit in ſua diœceſi, quia tunc etiam dignior impendere honorem inferiori debet. glo. in l. apud. ff. de manumiſſio. l. nihil. C. de pala. ſacra. largi. lib. 12. quas gloſſ. not. Gaſpar. Portugallen. in repet. l. imperium. col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. dom. Chaſſa. in catalogo glor. mundi in 2. parte. conſide-

81 ratione. 13. † Etiam ſi eſſent canonici exempti, adhuc ſuo archiepiſcopo uel epiſcopo honorem & reuerentiam præſtare debent. c. conquærente. de off. ordi. Bal. in l liberti. col. 3. uerſi. honorificentia. C. de operis liber. & in l. fi. in fi. de bonis libe. Rom. ſing. 480. epiſcopus. Felin. in c. cùm liceat. col. 1. de præſcrip. Dec. in c. ult. in 3. nota. de confirma. uti. Ioan. Franciſc. in tract. de præſcr. in 5. parte princ. q. 12. in fi. Henric. Boic. In tractat. de ſynodo epiſcopi. in 3. parte. num. 54. cum ſeq.

82 Qui honor † exhiberi poteſt quatuor modis. Primò verbo, vt dixi & iſte multum prodeſt ei cui infertur, licet parum gra uet honorantem, Nam dicitur communi adagio, *Honneur de bouche vault aſſez, & peu touche*.

83 Secundò, † exhibetur honor edicto, & dicitur honor edictalis ſiue decretalis, & eſt quādo quis dedicat alicui opus ſuum, vel cum nominat in opere ſuo, tunc ille honor eſt perennis propter famam, quia poſtea arbitrabitur fuiſſe talis, qualem ſcripta declarant. arg. l. cum precibus. C de prob. l. fi. de re iud. licet hodie hæc declaratio parum utilis ſit dedicantibus, vt expertus fari poſſum, ſed Deus vt ſpero, erit noſter retributor.

84 Tertiò, exhibetur honor † literis, vt pote quando mittitur epiſtola. ſed hic honor non eſt ita perennis ſicut præcedens. nota. in clem. fin de ſenten. excō. facit auth. qui ſemel. C. quomod. & quando iudex. Alius eſt honor realis, ſiue actualis, & iſte eſt pinguior, quàm uerbalis, inquantum plus æſtimantur facta quàm verba, iuxta illud, ubi opus eſt facto, verba nō ſufficiunt l. Iul. §. offerri. ff. de actio. empt Bonif. in d. ele. fi. col. 3. expreſſe declarat.

85 Poſtea debet inſinuans habere † modicam orationem. nā magna uirtus eſt in linguæ complacentia, & multas dirimit quæſtiones, ſi alter alteri loquatur verbis diſcretis, & pacificis, & in hoc nunquam ſunt feriæ. Bal. in rubr. de iudic. in decreta. col. 1. in eaque oratione commendet collatorem primo de fide, ſine qua non poteſt ſuperædificari. cap. cum Paulus. 1. q. 1. & nihil eſt quod in præſule magis præfulgeat, quàm recta fides. epiſtola. inter claras. C. de ſum. trinit.

86 Item debet commendare † collatorem de timore dei. Pſal. 127. Beatus vir, qui timet dominum. & alibi, Initium ſapiētiæ timor domini. Eccleſiaſti. 25. c. Timor dei per omnia te ſuper poſuit. & ibidem. c. 25. Nihil melius eſt, quàm timor dei.

87 Præterea, de ſapientia † & prudentia. ſapiens enim nūquam inanis eſt, ſed ſemper in ſe habet amictum prudentiæ. c. ſapiēs. de pœni. diſt. 2. Eccleſ. 24. c. Sapientia laudabit animam ſuam, & in deo honorabitur, & in medio populi ſui gloriabitur, & c. ſeq. Quam magnus dominus qui inuenit ſapientiam, & ſciētiam. & Sapien. 7. capitul. Omnibus nobilibus nobilior eſt ſapientia.

88 De ſcientia etiam † commendari debet, quæ epiſcopis & collatoribus eſt ualde neceſſaria. c. cum in cunctis, in princ. de elect. Viliſſimus computandus eſt, qui alios honore præcedit, niſi præcellat ſciētia, moribus, & ſanctitate. c. Viliſſimus. 1. q. 1.

89 Ad hæc, quod ſibi ſimiles, † videlicet literis præditos diligit, eos fouet illiſque prouidet, prout tenetur c. ad decorem. de inſti. indignos & ignaros profligat. In alijs etiam uirtutib. quibus collator inſignitus eſt, breui eum commendare poterit, dicens non poſſe alias virtutes (quibus eſt honeſtatus) lingua nuncupare. Caueat tamen a ſuperfluitate. l. fi. §. in refutatorijs. C. de appel. Breuitas enim locutionis gratiam parit, & moleſtias, ſiniſtramque ſuſpitionem fugat, immenſitas contra, arg. c. diffinimus. 18. q. 2. l. 1. ff. quod met. cau. Spec. in tit. de aduoc. §. nunc de exordijs. Si uera ſint, dicat ſuperiora: alioqui aurib. collatorum ſeruire erubeſcat. Triſtitiam enim pariunt quando ea apud nos non inueniuntur, quæ de nobis iactantur. ca. inter uerba. 11. q. 3. Famæ etiam detrahitur alicuius, dum plus quàm expediat commendatur. c. ecce. 99. diſt.

90 Debet ergo nominatus † prius vti uerbis. c. 1. de iud. herbis deinde, poſtea lapidibus. & ubi non ſufficit uirtutis ingeniū, ibi valeat armorum præſidium. Bald. ſingulariter in c. olim. in fi. de reſcript.

Primò ergo verbis utatur in prima inſinuatione, de quibus ſuprà. Secundo herbis. nam ſicut herbæ ſunt uirides, ita in ſingulos annos nominatus debet inſinuare nomen & cognomē. Tertio lapidibus nam ſicut lapides mittuntur in alterum, ita nominatus debet mittere literas duplicatas ad epiſcopum: & ubi ingenium nominati iſta facientis non ſufficit erga collatorem, tunc ualeat armorum præſidium. nā arma ſunt actiones. §. 1. inſti. de exceptio. Et ſic nominatus producet arma & actiones contra prouiſum per ordinarium. ſic poteſt intelligi d. Bal. quo ad hanc materiam nota. quia in verbis, herbis, & lapidibus eſt virtus. tex. & ibi expreſſe Arc. in c. nō licet. 16. q. 5.

91 Inſuper literas † collatori præſentare debet ſic dicens, Alma Parien. uniuerſitas tuam R. dignitatem ſalutat, & has noīationis literas, gradus, & alias mittit ſupplicatque, & ego ipſe, vt digneris mihi prouidere de beneficio tempore præſtituto in cō cordatis vacaturō, proteſtans in caſum contradictionis & negligentiæ (quod abſit) de pœnis tam in concordatis quàm in ordinatio regijs contra inobedientes ſtatutis, & de habendo recurſum ad ſuperiorem, & tunc oſtendat ei literas gradus, & alias, quas tenetur eidem exhibere, de quibus ſuprà dictum extitit. vide Spec. in tit de reſcrip. præſen. in princ. petatque inſtrumentum nominatus de hac inſinuatione a notario, quem debet ſecum ducere, ut poſtea poſſit probare feciſſe inſinuationem. cap. quoniam. de proba. glo. in uerb. beneficio. in cle. cauſam. de elect.

92 Demum epiſcopus † vel alius collator humiliter ſalutare illum debet, pileo etiam parum leuato, quia nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius fulgeat oportet, quàm ipſa humilitas. ca. contra morem. 100. diſt. Debet enim prælatus ſeruare præcepta Philoſ. ſic inquientis, cunctis eſto benignus, cunctis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus, omnibus prodeſſe debet, nulli nocere, hæc Arch. in c. hoc habet. col. 2. diſt. 46. Et dicitur ad Roma. 3. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui uectig. uectig. cui honorem, honorem, nam impetrator Anto. ſaluratus a præfectis, aliquantulum proceſſit, & eis mutuam ſalutationem dedit l. 1. C. de ſenten. paſ. ēt maior minori ſalutem porrigit. ca. 1. de feud. cognit. & adagio dr̄, Par pari referto, & gratia gr̄am parit. Hier. ad Mepotia. ep̄i honorent clericos quaſi clericos, illis ep̄is a clericis quaſi ep̄is honor deferat. Cur ergo (inquit) te habeā ut principē, cū tu me non habeas ut ſenatorē? & ſi prælatus nō ſeruet reuerentiam ſubdito, nec ſubditus ſeruare eidē tenet. c. cū beatus. 45. diſt. c. ſignificaſti. de ele. c. ad decorē. de inſtitutio. & ſi mariti ab uxorib. honorari uelint, eas tanquam uxores reuereri non grauentur. Hoc eleganter & pulchrè more ſuo tradit doctiſſimus D. Andr. Tiraq. in 2. lege connubiali. fol. 144. uerſi. igitur.

93 Item reuerenter eas recipere † debet, & ꝙ mandat̄. exequi. c. ſi qñ. de reſcr. cū ſint emanatæ tā authoritate apoſtolica q̄ regia, ſaltē mediate. ut patet in cōcor. & eſt text. in l. itē eorum. §. 1. ff. quod cuiuſq; uniuerſi. nomi. cuius uerba ſunt, ſi decuriones decreuerunt actionē p eū mouendā, quem dumuiri eligerent, is vr̄ ab ordine electus, & iō experiri pōt. parui n. refert, an ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negotiū dedit. Et illas lr̄as ſic oblatas poterit collator inſpicere, ſi uelit, & legere, petens lr̄as duplicatas, promittēs ſe facturū, prout eidē p̄cipit̄, & ꝙ iuris fuerit. & nō debet excādeſcere in noīatum, quia nil eſt laudis turpia uerba loqui. Si tñ nil dixerit noīato inſinuāti, nō minus ualebit intimatio, q̄a uerba ep̄i in inſinuatione, nō ſunt de ſubſtātia, ſicut ſunt in mr̄imonijs, in ualētib. loqui gl. in l. fi. C. de p̄ſcri. 30. uel 40. & c. tuæ. de ſpōſ. ut inferius deſcribit̄. nu. 101

Aduertat

Source : BIU Cujas

94 Aduertat notatus † vt instrumentum insinuationis a notario recipiat, & penes se retineat, quia fortè, si postea eo indiget, inuenire non posset, vt not. in c. significauit. de testi. d Boe. in addit. ad Mandag. in ult. parte in forma. 4. qualiter appellans denuntiare habet appellationem. & in illo instro faciat inscribere insinuationem factam tpe quadragesimæ, quia qñ tps (vt suprà dixi) in atiquo actu requiritur, non sufficit probare actũ factum, nisi probetur q illo tpe fuit factus. l. eum actum. ff. de neg. gest. Fel. in c. q ad consultationem, col. antep. in 2. conclu. de re iudic. vbi dicit non sufficere probare appellasse, nisi probetur appellatum intra decẽ dies. & si in insinuatione fiat mẽtio de literis gradus, non creditur quo ad gradum rite datum nisi ad verbum literæ fuerint descriptæ. Rom. consi. 336. circa. Ideo debet dicere, talis insinuauit literas gradus uniuersitatis Parisiẽ. incip. uniuersis. & c. & sic finientes, datum anno 1540. die tali, vsque ad finem scribat, & idem in alijs literis faciat.

95 Octauò quæritur, quibus † præsentibus sit insinuandum? Respon. notario præsente, & duobus testibus. nam notario sine testibus non crederetur. c. qm̃ de proba. uel præsentib. duobus notarijs in illis regionibus, vbi consuetudine requiruntur, vt hic. & valet illa consuetudo, de qua Dec. in c. 2. col. 5. de prob. Et plus creditur notarijs quàm alijs testibus. gl. in uerbo tabellarijs. in §. si uero absunt in auth. de hæred. & falc. coll. 1.

96 Nec distinguo † quo ad hoc siue sint notarij regij, siue apostolici, licet in aliquibus materijs distinguatur. vt dixi in art. 2. tract. de literis oblig. sigillo regio signatis. in 1. tomo constitutio. regia. Vide Bal. in prooemio decreta. Greg. nu. 20. & an valeat si fuerit notarius imperialis, tradit Bella mera in cons. 42. dominus. col. 1. q sic. sed reprobo in d. artic. 2 per ord. regiam hoc expressè prohibentem, quam infero in d. art. 2.

97 Nec crederetur epo, † vel alteri collatori asserenti sibi factã insinuationem, si aliàs non probaretur, quia forte volebat ei gratificare, & multi collatores in preiudicium eorum, qui insinuauerunt hoc possent dicere, & fraus fieret, quæ est tollenda. per gl. no. in c. si qui sine. 81. dist. vbi episcopo dicit non credendum, quando dicit se dispensasse, multò fortius, nec quan-

98 do dicit sibi insinuatum fuisse, † nec distinguo in hoc, an insinuatio conscribatur verbis latinis, vel gallicis, seu idiomate communi patriæ, quia sufficit q intelligatur, vt scripsi in repet. l. quod iussit. in glo. mag. nu. 44. ff. de re iud. per l. iudices. C. de sent. & interlo. omn. iud. & ordinatio illa, vt omnes actus gallicis conscribantur verbis, non includit actus ecclesiasticos, & beneficiales, vt dico in 2. tom. comenta. in constit. regia. in illo tract. & doct. probant in c. ecclesia. de constit.

99 Nonò quæro, quibus fiant † insinuationes de quibus loquimur? Respon. his, ad quos beneficiorum collatio spectat, seu præsentatio, siue conferant, aut eligant, aut de beneficijs alio modo prouideant, siue sint cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, capitula ecclesiarũ, vel quiuis alij ecclesiastici collatores. tex. in §. teneatur. de collat. in concorda. & in ordin. regis iam citatis. artic. 10. & artic. 8. & seq. siue ius conferendi spectet ad ad aliquem de iure, siue de consuetudine, seu ex præscriptione, quod potest esse, vt tradit Panor. in c. cùm contingat. de foro competen. Fely. in c. auditis. de præscript. de Selua q. 8. partis 2. idem in mandatis arbitror. c. tibi. & c. duobus, de rescript. in 6. cap. si capitulo. de concess. præbend. eod. lib.

100 Primò quæro, absentibus † collatoribus an hæc insinuatio possit fieri eorum vicarijs? Respondet tex. in d. §. teneantur. q sic, in absentia collatorum. & hoc declaratur in ordina. reg. & in prag. in § statuit. in uerbo uicarijs. vbi dicit eptscopos teneri ad constituendum vicarios generales, vt in eorum absentia re possint nominationes insinuari, & alia fieri coram eis. c. quoniam. de offic. ord. c. quia in quibusdam. 89. dist. c. in nona. 16. q. 7. Nam domino absente procuratori potest fieri litis motæ denuntiatio. l. si dictum §. si præsente. & ibi glo. in verbo procuratori. ff. de euictio. facit. l. procuratoris. de tributo. action. tex. in c. si soli. ibi, ordinario ipsi factam. de concess. præb. in 6. & ibi lo. And. dicit non sufficere quando præsentia episcopi facilè haberi posset, per l. item §. petitam. ff. de petition. hæred. l. mora. ff. de vsur. Si verò episcopus esset multitudine aftãtium impeditus, vt uidi in cardinali, valeret insinuatio facta vicario, & ubicunque reddit se difficilem episcopus, ut plene de hoc constitui. Et in absentia vicariorum poterit fieri officialibus, uel assessoribus, uel prioribus, claustralibus, aut subprioribus ordin. reg. artic. 9. rub. *des graduez simples*. facit glo. & quod ibi nota. doct. in clem. vna. in uerb. diœcesanis. de foro compet.

101 Et talis exhibitio facta vicario † ligat episcopum, in tãtum q si nostra episcopus conferat alteri. non valebit, licet dicat se ignorare insinuationem vicario factam, alioqui nil operaretur. De Rota decision. 6. nota vtrum episcopus. de offic. uica. in antiq. glo. in §. item uoluit. in verbo uicario. de collation. in pragma plus dicens, sufficere etiam mandatum vicario insinuare in episcopi absentia. cap. eam te. de rescript. & ibi doct. glos. in §. qui de prædictis. in uerbo collatori. de collation. in pragma. facit quod notat Archid. in cap. Reatina. 63. distinct. ubi dicit fuisse obtentum, quod quando requiritur consensus regis, uel episcopi, si sint absentes extra prouinciam, sufficit cõsensus eorum vicariorum, qui aliàs non sufficeret. sequitur Bald. in cap. cùm venerabilis. de consue. per cap. cum nullus, ibi, episcopo autem in remotis agente. de tempor. ordinand. lib. 6. Licet contrarium teneat Roman. consi. 693. ex longæua. Primam tenet Ias. in l. in prouinciali. §. si ego. col. pen. ff. de operis noui nuntia. Præsenti ergo epõ, uel alij collatori est insinuandum. Barb. plene in c. uolentes. num. 12. cum seq. de offi.

102 leg. Et dicitur præsens, † qui est in ciuitate, uel in continentibus ædificijs, quia illi qui in continentibus ædificijs sunt in ciuitate esse intelliguntur, l. qui in continentibus. ff. de uerbor. signifi. non tamen tenetur nominatus collatorem adire, vel quærere extra ciuitatem. argumẽ. illius, qui tenetur adhibere medicum alicui, vt non teneatur extra ciuitatem quærere. nota. in l. si ab hostibus. ff. solut matrimon. Alex. consi. 91. num. 5. in 7. uolumin. cum teneatur creare vicarios, & eos in ciuitate relinquere, si tamen episcopus sit in tali loco, qui de facili possit adiri (quod boni uiri arbitrio relinquitur) fortè non esset omittendus. glos. in d. §. item uoluit. in uerbo absentia, de collatio. in pragm. Isto tamen iure non utimur, si fiat vni, sufficiet.

Nec me mouet d. §. teneantur. ibi, aut eorum uicarijs, quia ibi dictio, aut, est alter natiua ordinis, vt in l. cum pater §. pen. ff. de legat. 2. & ita ponitur in d §. statuimus. 2. de collat. in concord. licet regulariter non sic accipiatur. glos. in capitul. cum plures. de offic. delegatio. in 6. & ibi Dominicus & Philipph. Perusi.

103 Secundò quæro, quid si sint † plures vicarij. an sufficiat vni insinuare? Videtur quod non per l. fina ff. in ius uocat. ut eant. & l. sed si. qui satisd cogan. ubi si quis promiserit duos sistere, non liberatur si alterum sistat.

104 Item quia sunt † ordinarij. Ioan. Andr. & alij in cap. tua. de offic. uicar. & capitul. 2. eod. titu li. 6. & habent iurisdictionem insolidum, & quilibet potest separatim procedere, nisi aliter fuerit in constitutione expressum. argu. l. 1. ff. de offic consul. l. imperatores. ad municip. glo. in cap. 2. de arbit. lib. 6. & ibi Panorm. & Bar. in l. uni. ff. de re iudic. Ex quo tamen causa est coram vno inchoata, alter non potest se immiscere, nisi primus sit impeditus, per d. l. si uni. igitur cum unus sine altero possit procedere, omnibus est intimatio facienda, ad hoc vt omniũ impediatur collatio, instar procuratorum. cap. si duo. de procura. in 6.

105 Contrarium est uerum. quia omnes † vicarij, etiam si essent quinque uel sex (vt apud Bituriges) representant unam personam, uidelicet constituentis, a quo est eorum potestas. c. 2. de consuetud. unde sicut insinuatio facta vicario ligat dominũ, multo magis debet ligare alterum uicarium.

106 Nec me mouet † dicta l. final. nec l. sed & si. quia est casus diuersus, & loquitur in debitore qui duo debet copulatiue: hic contra, quia insolidum cõstituti sunt regulariter. nempe cùm duo sunt constituti, insolidum constituti censentur. c. 2. de off. uicar. in 6.

Nec refragatur aliud, quia loquitur quando plures habent potestatem conferendi insolidum, nec unius potestas dependet ab alio, nec repræsentant personam unius. hic contra, glo. in d. §. item uoluit. in uerbo, vicario.

107 Tertiò quæro, quid si uicarius conferat inhabili, an potestas deuoluatur ad constituentem, vel ad superiorem episcopi, uidelicet ad archiepiscopum. Videtur quod ad constituentem, per § si quis uero. in uerbo ad immediatum superiorem deuoluantur. de coll. in prag. ubi deuolutio fit ad immediatum superiorem, sed immediatus superior uicarij est episcopus, ergo ad eum fiet deuolutio.

Contrarium uerius arbitror, tum quia non fieret deuolutio ad immediatum superiorem, sed ad eundem capitul. 2. de consuet. in 6. Et concordatum vult ut ad immediatum superiorem episcoporum, vel archiepiscoporum, & id genus collatorum deuoluatur potestas, ergo sic fiet. Item quando delegatus in totum delegat ad primum delegantem appellatur. c. super quæstionum. de offic. delega. capit. duo ex tribus. & c. is cui. illo tit. in 6. & episcopus de se quæri debet, qui talem vicarium sibi elegit. §. fi. instit pro socio.

108 Quarto quæro, cui istorum † vicariorum intimatio fieri debet. Respond. poterit nominatus eligere unum ex istis cui exhibebit nominationes, & alia requisita, argum. authen. habita. C. ne filius pro parte. ubi quando ille cui dantur plures iudices, habet optionem glos. in l. final. C. ubi in rem action. sic & hic uidetur. Item in alternatiuis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo quod cert. loco. l plerunque. de iure dotium. regul. in alternatiuis de regul. iur. in sexto. Sic & in pluribus quibus est facienda insinuatio: si tamen fieret collatio ab episcopo & uicario eodem die, nec de prioritate appareret, ualebit collatio facta per episcopum propter eius maiorem prærogatiuam. capitul. dudum. & capitul. si a sede. de præbend. libro 6.

Source : BIU Cujas

dico plenè in tractat. de pacificat. possesso. in 17. limita.

109 Quintò quæritur † an valeat insinuatio facta vicario extra diœcesim? Videtur quod non. c. statutum. de præb. lib. 6. extra enim territorium ius dicenti non paretur impune. c. fi. de constit. lib. 6. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud.

Contrarium vr verius, quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt ēt extra territorium exerceri. l. 2. ff. de off. pro consul. & sic posset vicarius extra diœcesim cōferre, sicut epūs. c. nouit. de off. leg. & ibi notat. & de Rota decis. vlt. de offi. vic. in antiquior. c. post electionem. de concess. præb. nam vicarius legati pōt extra limites suæ iurisdictionis & legationis beneficia conferre, dummodo vacent in territorio suæ legationis. Betrand. consi. 205. quæsitum. in 1. uol. secundum nouam impressionem, & ita vicarius episcopi.

110 Item sacerdos † parochianum suum extra parochiam, & vbicunque confitebitur, absoluere pōt, cum sit voluntariæ iurisdictionis. Host. in summa, de pœnitent. & remissio. §. cui cōfitendum. uersi. & nunquid extra territorium. Potest ēt epūs extra territorium conferre suis subditis ordines. Barbat. d. c. nouit. dicens epūm Asten. multis scholaribus sua memoria contulisse Bononiæ, vt dixi suprà. num. 29.

111 Nec obstat d. c. statutum. † quia loquitur in beneficijs vacātibus in curia, in quibus est speciale. & d. c. fi. loquitur in actib. iurisdictionis contentiosæ, hic voluntariæ. Quamuis domin. Probus in §. Item uoluit. in gl. vicario. de collatio. in prag. voluerit cōtrarium, videlicet quòd extra territorium vicario fieri non possit nihil allegat, nisi quòd vicarius datus est in subsidium. id est in absentia prælati, certè si in cōstitutione vicarius esset datus in absentia prælati, ēt posset ei fieri insinuatio: nam vicarius est, & vicario pōt fieri insinuatio, & postquam tex. nō distinguit ubi fiat sed episcopo, vel vicario, ergo nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. in rem actio. Item dicit, non debet vicarius tale territorium habere sicut prælatus, nil adducit. Respond. si in creatione vicarij territorium nō fuerit limitatum, ubique erit vicarius, sicut & excommunicatus in vno loco ubique erit excommunicatus, adducit ēt qđ tex. dicit, in absentia, salua pace dixerim, tex. concordatorum hoc non dicit, sed in §. teneantur, dr̄, insinuationem collatoribus aut vicarijs faciendam. ergo cum ille text. hoc non dicat. tex prag. eum decepit, qui hoc habet, vt plene scripsi in praxi. benef. in materia vic. epis. & hæc opinio seruatur in curijs. vt refert Boer. in decis. Burde q. 30. quæritur an vicarius col. ult. ubi sic fuisse iudicatum in parla. asserit, nam vicarius extra diœcesim regulariter pōt cōferre, ut dixi. ergo & quod minus est, videlicet insinuare illi pōt, & cui committitur consequens, vt collatio, ergo & antecedens, uidelicet insinuatio. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura.

112 Sextò quæro, quidam epūs † est uicarius archiepiscopi, vel alterius epi. quidam eidem insinuauit, quæro an censeatur illi insinuasse, & vt epō. & vt uicario? uidetur q̄ sic. si nominationes dirigebantur utrique epō, vt res ualeat. l. quotiens. 2. ff. de rebus dub. c. inter. §. cæterùm. de fide instru. Contrarium arbitror uerius, ut tm̄ censeatur eidem facta insinuatio tanquam epō, & non tanquam uicario, nisi dixerit, ēt tibi tanquam uicario insinuo. per tex. in l. de pupillo. §. nuntiationē. ff. de oper. noui nuntia. ibi, & gn̄aliter ei nuntiari nouum opus potest, q̄ in re præsenti fuerit domini operis noīe. Ecce ergo quòd requiritur ut nomen uicarij exprimatur, alioqui in dubio censetur insinuatio facta eidem tanquam epō, ut omne analogū in sua famosiori si et significatione. §. sed ius quidem ciuile. instit. de iure naturali.

113 Item in mandatis † apostolicis si collatio spectet ad archidiaconum separatim, non sufficeret insinuatio facta publicè, sed oportet q̄ illi separatim fiat. c. fi. de præb. in 6. quod est uerum, si rōne suæ dignitatis conferat: secus si tanquam uicegerens capituli conferret, utpote quia est in turno suæ hæbdomadæ ut suprà dictum est, sequitur dom. Ruseus in tract. de mandat. Apostolicis. 3. par.

114 Ideo si insinuatio fuerit † facta capitulo, & unus canonicus erat uicarius epi, per hanc insinuationem capitulo factam nō ligatur epūs, nisi illi canonico intimatum fuerit tanquam uicario epi. Et an teneatur † dare duas duplicatas lr̄as, uidelicet unas tanquam uicario alterius epi, alteras tanquam epō? & crederem q̄ sic, qñ hoc requiret, alioqui si tm̄ lr̄as duplicatas daret, non uitiaretur insinuatio facta sub duplici qualitate uni personæ, quia per eas solas lr̄as ita certus est, ac si duas haberet. quod sufficit, & uidetur satisfactum concordato. fusius aliquando dicam.

115

116 Septimo, † quæro, epūs reuocauit tpe quadragesimæ uicariū ut deciperet noīatos, quæro an insinuationes eidem uicario postea factæ uiribus subsistant? Respon. subsistere, si nominati & uicarius ignorant istam reuocationem: nam gesta per uicarium ualent si ignorat reuocationem, text. sing. in l. si forte ff. de off. præsi. cuius uerba insero. Si fortè præses prouinciæ manumiserit, uel tutorem dederit priusquam cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata. & per illum tex. singul. dicit Rom. sing. 57. fuit quæstio Romæ.

117 Quòd ualet collatio † beneficij facta per uicarium reuocatum, antequam sciat, quia sicut antequam sciat, non dicitur habere iurisdictionē. ita ēt non censetur reuocatus antequam sciuerit. Inn. in c. ex conquæstione. de restit. spol. Perusi. in c. super eo. 2. ult. nota. de appella. Et sententia lata a primis iudicib. reuocatis, ante notitiam reuocationis, ualet. c. audita. de restit. spol Panorm. & alij in c. cæterum. de rescript. consuluit Deci. consi. 395. in causa istorum. col. 2. Debet etiam quis habere salarium quamdiu ignorat successorem aduenisse. Rom. in l. diē functo. ff. de assesso. Et priuilegium tamdiu durat alicui, quandiu sciuerit successorem aduenisse. tex. & ibi gl. 1. in l. tribunus. ff. de test. milit. quam las. not. in l. more maiorum. num. 8. ff. de iurisdict. omn. iud. & Roman. sing. 266. quod l. si fortè. & facta post reuocationem non sunt nulla, antequam is a quo reuocatur, sciuerit reuocationē, & ei fuerit intimata. ca ecclesia. in 2. ut lite pendēn. Vnde etiam fit, ut non ualeat reuocatio procuratoris ante intimationem. clemen. una. de renunt. c. ex parte Decani. de rescript. Imò etiam si uicarius sciuerit, & dolo tacuerit, ualebit insinuatio, ne uia pateat malitijs. l. in fundo. ff. de rei uendicat.

118 Aduertendum est † q̄ is qui insinuat uicario, debet quærere instrumentum uicariatus, nam si negetur uicarius, ille qui dicit eum uicarium, probare hoc tenebitur. l. actor. C. de probat. & l. 2. ff. illo tit. Et si non possit instrumentum constitutionis uicarij habere, quia non solent facile illud exhibere, sufficit probare, q̄ ille erat habitus & nominatus uicarius, & talis reputatus communiter iuxta l. Barbarius. ff. de offic. prætor. hoc expressim scribit Fel. in c. sicut. col. 16. num. 31. de re iud. & Docto. in l. sciendum. ff. de uerb. obl. mandatum enim non præsumitur. Bal. in l. 1. C. de rebus alie. non alienan. uide Lud. Roman. sing. 687. nunquid per productionem, & uidi cōdemnari ad interesse illos, qui non ostendebant instr̄m uicariatus, quia sunt in culpa se gerendo pro talibus, nisi dicant se non esse uicarios, alioqui si nil dicat is, cui insinuaui, præsumetur uicarius, & si non sit, ad id quod interest condemnari debet, & idem si conferat tanquam uicarius, & postea non ostendat instrumentum uicariatus, ut alibi plene scripsi.

119 Octauò quæro, an conductori † fructuum epatus possit fieri insinuatio? Videtur q̄ sic, quia conductor oēs fructus habere debet, si sic conuentum est, & collatio est fructus. gl. in c. cū olim. de maior. & obed. ergo illi debet fieri insinuatio ad hoc ut teneatur conferre.

120 Item ius præsentandi † transit cum uniuersitate ad locatorem. c. ex literis. de iure patro. ergo postquam pōt præsentare ad beneficia, illi debet fieri insinuatio. Contrarium est uerum, quia in conductorem, etiam si conduceret spūalia & temporalia, non transit ius conferendi, nisi spāliter sit ei concessum, ut conferat. c. fi. de off. uic. in 6. ita tenet de Selua in tract. de beneficio, in 2. par. q. 11.

121 Quod solent quidam simoniaci † epi facere, ut pluris locentur fructus episcopatus, quod est abominandum tam epō, quàm conductori, & illis lepra Naaman adhærebit, & semini illorum in perpetuum, nec ob id tenentur noīati suas exhibere noīationes isti conductori simoniaco, sed sufficit epō intimare, uel uicario, & tenebitur hìc conductor conferre nominato, quia authoritate episcopi confert. c. fin. de præb. in 6. dixi superius in 8. q. princ.

122 Nec obstant in contrarium adducta, † quia esto q̄ fructus temporales transeant in conductorem, non tm̄ collatio nō cōcessa, quæ est ius spūale, licet in fructu. & si p̄sentatio transeat cū uniuersitate bonorū, tm̄ nō collat. not. in c. quæro. de iud. e. quærelā. de simo. nec p̄sentatio trāsit in cōductorē ad modicū tps. Pan. in d. c. ex lr̄is. & Fel. in c. cū Bertol. col. pen. de re iudic.

123 Nonò, an sufficiat insinuare † coadiutori dato epō, uel epō sit facienda insinuatio. Et breui respon. q̄ coadiutori pōt fieri, qñ habet collationem beneficiorum. gl. in §. item uoluit. in uerbo uicario. de coll. in prag. & tunc habet collationē beneficiorum, qñ datus est illi, qui perpetuo impedimento est detentus, utpote mentis alienatione, uel intellectus, quia epūs est demens, nel furiosus. alioqui ecclesiæ diutius uacarent, si expectaremus, quod moreret, uel respiceret. l. ambiguitatem. C. de usufruc. aliàs coadiutori nō pōt fieri, ut dixi suprà in 8. q. prin. ibi, q. 10. & gl. in tit. de coll. in uerbo iurisdict. in pragm. nisi epūs esset lepræ morbo percussus, tunc ēt putarem, q̄ coadiutori insinuatio esset facienda pp̄ periculum communionis. c. de rectoribus. & c. seq. de cler. ægro. c. 1. de coniuga. seruo. Idem si peste esset infectus, contra quam non ualent medici, nec medicinæ. Pau. in l. si ab hostib. ff. solu. matr. De Ripa in tract. de peste, plene tradit. ibi uidere licet multa ad hanc rē facientia. Et quāuis hoc nō placeat Philippo, Probo in §. Itē uoluit. in uer. uicario, de coll. in prag. sed cùm nullo iure, nec quidē rōne in contrariū moueat, saltē nullā adducit, ei iō nō respō. nam esto q̄ conferre nō possit illi, saltē epō absente uel impedimēto detento,

tento,poterit insinuari,quia saltem tanquam ẽpi vicarius erit, si alius non sit ab ẽpo constitutus,& mortuo ẽpo succedit capitulum,& finitur ptãs coadiutoris.Bal in l.quæsitũ.ff. de tut.

124 Et quamuis noïationes † non sunt directæ coadiutori, tenebitur tñ prouidere illis,quibus ẽps.par clem.vnicam.de supplend.neglig.prælat.vt superius scripsi.q.8.

125 Decimò,quando diriguntur † noïationes capitulo, tunc debent insinuari capitulo congregatis canonicis vel monachis, non aũt valeret insinuatio , si separatim in domo cuilibet frãe præsentarentur,arg c in Genesi.de elect.gl.& doct. in c.si capitulo.de concess.præb.in 6. nam qñ dispositio tangit plures in vniuerso,tunc requiritur ꝙ congregati illum actum faciant, aliàs actus non valebit.ca.pisanis.de rest ōne spoliatorum.l.2. C.de decurio.li. 10.ẽt qñ maior pars præiudicat minori, debet fieri in uniuerso,non sigillatim.Istud tradit Bar.in l.oẽs populi.in 3.q.2.q.princ.ff. de iustitia & iure.facit ẽt quod notat idẽ Bart.in l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis.tex.in l.semper.§.si in sepulchro,quod vi aut clam.

126 Et sic ẽt debet mandatum † præsentari, si tñ duobus competeret ius conferendi , qui non facerent collegium. vel capitulum,tunc sigillatim põt illis fieri exhibitio.Panor.in ca.3.de iure patro.Et quid si canonici non sint congregati?debet expectare noïatus vel mandatarius diem , quo solent congregari: cum bis in hebdomada soleant de consuetudine congregari, vel debet requirrre illum,qui habet ptãtem congregandi, vt congreget:ꝙ si recuset congregare,vel canonici nolint,ꝙ mãdatarius seu noïatus ingrediatur , tunc facta illa diligentia habebitur, ac si præsentatio facta fuisset ca.Fed.cõsi.190.& doc. in d.c.si capitulo.& sufficit facere tunc insinuationem in loco vbi capitulum consueuit cõgregari,Decano, Archidiacono, vel Præposito,seu maiori parti illorum canonicorum,qui ibidem inueniũtur.nec oportet ꝙ noïatus probet ꝙ maior pars interuenerit,teste Collecta.in c.dilectus.2.col.ult.de præb.per not.in c.bonæ.1.de elect. Et si decanus nolit conuocare capitulũ,vel conuocet ad tps longum,poterunt canonici vel maior pars illorum conuocare,& decano nolente capitulum ad breuius tps congregare,& possunt terminum mutare,vel abbreuiare, vt consuluit Aegid. de bellamera , consi.7.factum. col.pen.

127 Vndecimò,an sequestro sit insinuatio † facienda? Videtur ꝙ non, quia sequester maxime necessarius id est authoritate iudicis positus,non possidet.l.interesse.ff.de acq.poss.l.vna.C. de sequestra.poss.& fruct. Ant.& Pano.in c.examinata.de iud. & ibi Henric. dicit ꝙ manus regis apposita rei contentiosæ non priuat aliquem possessione sua , & talis sequester colligit fructus noïe alieno,quos habet restituere victori.cap.2.de sequest.poss.& fruct.sic non põt præsentare nec conferre. ergo nec illi insinuare debebit, cum non sit collator vel patronus, quibus tantum insinuari opportet.

128 Contrarium † tenet Inno.in d.c.examinata.vbi dicit sequestrum posse præsentare,& conferre. Idem tenet Fel. in c.cùm Bertoldus.in fi.de re iud.quem sequitur Do. Ruse.in tract.iuris regalio.in 10.priuilegio, quia fructus colligere põt, inter quos est præsentatio,& collatio.glo.in c. cùm olim. de maior. & obed.& pro hac opinione latum fuit arrestum,vt eidem insinuari possit,vt citat glo.in §.item voluit.in verbo uicario.circa finem.de collat.in prag.Quod est intelligendum qñ sequester esset voluntarius,id est de cõsensu partium electus,vel voluntarius & necessarius , id est datus per iudicem de partium consensu,vt cõis fit, & ille poterit & conferre , & præsentare. Roch.de Curte in tract.de iure patro in verbo ipse vel is.q.36. Io.de selua in tracta.de benefi.in 2.par.q.9. ego vidi sequestrũ voluntatem cui conferendum esset requirentem amborum litigantium , & si conueniebant in vnum , illi conferebatur a sequestro, si disconueniebant,idoneior eligebatur ex duobus nominatis per litigantes,& istud est tutius. Vel pars quælibet hodie soler lite pendente præsentare, & postea patebit vter illorum præsentatorum debeat obtinere,nempe ab eo præsentatus,qui obtinebit , super iure patronatus ẽt obtinere debebit,nisi alter probasset possessionem se habere per c.consultationibus.de iure patr.c.pen.de causa poss.

129 Duodecimò,† dubitatur lite pendente cui contendentium possit insinuatio fieri?Breui dicerẽ, ꝙ si alter esset in possessione,illi posset fieri,quia confere põt.notat iu c.cùm ecclesia sutrina.de cã poss.& d.c.consultationibus.de iure patr. Ioan. de Selua in tract.de benefi.in 2.par.q.7. & ibi declarat qñ dicatur esse in possess.post Cald.in consi.12 in rubr.de iure patrona.si neuter possideat,vel uterque dicit se possidere , tunc ante sequestrum factum ego insinuarem vtrique propter dubium , per no.in l.de pupillo.§.si plurium dominorum.per illum tex. ff.de ope.nou nun.Quando electio vel præsentatio fieri possit lite pendente vide per gl.& doct.in c.2.de in integ.rest.cap. ex literis.de iure patro.

130 Decimotertio, cui fiet insinuatio † episcopo mortuo? Respond.capitulo cum ad illud deuoluatur collatio , quæ fit ex necessitate,secus ex voluntate.c.illa.ne sede vacante. & collatori debet fieri insinuatio : ideo capitulo fiet. & hoc probatur.in cap eam te.de reser.Quod verum dicit gl.in §.Item voluit.in verb.absentia.in fi.de colla.in prag. si electus episcopus erat de capitulo.per d.c.eam te.sed ego etiam dicerem,siue esset,siue non,quia capitulum repræsentat episcopum,& succedit in his quæ ad episcopum spectant.ca.1.ne sede vacan. cap. cum olim.de maiori. alioquì si nullus esset episcopus in quadragesima.nominati illo anno beneficia petere non possent, nec consequi,& necessitas legem non habet.l.1.ff.de offi.consul.& facit ordina.reg rubr.*des granduez simples*,artic.9.

131 Et potest fieri collatio † per capitulum siue beneficia vacent in mensibus nominatorum , siue graduatorum , quia dicuntur de necessitate conferri , licet sit quædam liberalitas in cui conferendo,videlicet gratificando.gl.in ca.relatum. de præb. non tamen est mera liberalitas,sed quædam necessitas. vt ibidem dicitur in §. præfatique. 1. ibi conferre teneantur.probat text.in c.penult.in fi.ibi,.alterum quem voluerint eligere teneantur.de rescript.in 6.vbi gratificatio est necessaria,ita hic. alioqui dispendiosa contingeret vacatio.cap.quàm sit.de electio.in 6.facit tex.in l.vnum ex familia.§.1.ff.de legat.2.ibi, nõ enim facultas necessariæ electionis,propriæ liberalitatis beneficium est,&c

132 Item ista collatio † noïatorum & graduatorum non debet diuerso iure censeri.l.eum qui.ff.de vsucap.& quia habet conferre graduatis dicitur esse necessitatis , sicut illa quæ habent conferre noïatis.nam licet antiquiori debet esse noïato, poterit esse ꝙ non erit idoneus,& sic alterum noïatum gratificare poterit,sic graduatum,quia non vr̃ dria inter eos , vel admodum parua. Item qui facit illud,ad quod per legem obligatur, non dr̃ conferre beneficium.Ial.in l.arrogator.in 5.nota.ff.de

133 adop. Adhæc qñ collatio † spectat ad ẽpm & capitulũ simul ẽpo mortuo collatio spectat ad capitulum.c. uno. ne sede vacante.in 6.& tunc rectè fit insinuatio eidem capitulo, vt cõcludere vr̃ Franciscus in tract.de off. & potest.c.sede uacante in 2. parte.q 1.insuper collatio quæ graduatis fieri debet, nõminus dr̃ necessaria,& si gratificari unus ex graduatis possit, ut not. in l.legato gñaliter.ff.de lega. 1.ubi si relinquatur optio seruorum,non minus dr̃ necessarium legatum l.seruo.ibi , teneri.ff. de op.leg.paria sunt deberi vni Titio,vel vni ex pluribus. not. in l.si ita.ff illo tit.quia totum necessarium est.sic & collatio facienda graduatis,& illa optio ẽt transit ad hæredes.l.illud.ff.de optio legat.quod est notandum, quia vidi dubitari in palatio. Et hoc casu põt graduatus requirere capitulum, & postea habere collationem iiure deuoluto a superiore, licet habuerit collationem a capitulo,& hoc erit securius.

134 Decimoquarto.quid si collatio † uel præsentatio spectat ad duos simul,videlicet ad ẽpm & capitulum , an sufficiat vni illorum insinuare? Respon.sic arg.l.de pupillo. §. si plurium.ff. de operis noui nuntiat.qui sic dicit , si plurium res sit , in qua opus nouum fiat,& vni nuntiatur:& rectè facta nuntiatio est, omnibusque dñis nuntiatum videtur. nam quotiens potestas uni adimitur , sine quo collatio facta non ualet , alij ẽt adempta videtur,cum collatio ab altero facta non ualeat,vt concludit Feder.consi. 1.& consi.232. casus.in fin. sic ipse consului. & de Selua in tract.de beneficio.in 3.parte. q. 7. Sic in mandatis apostolicis tradunt doct.in c.si capitulo.de consess.præb.in 6. tutius est tamen utrique insinuare ne processibus in uoluaris.

135 Item † si fiat interpellatio vni ex duobus reis debendi , nocebit alteri.l.pen.ff.de duo.reis.l.fi.C illo.tit. & si unus ex pluribus iudicibus uel arbitris impediatur , alij non possunt procedere.l.si in tres.& seq.ff.de arbit.l.duo ex tribus.ff.de re iud. c.uno delegatorum.de offi.deleg. Idem in procuratoribus. c. si duo.de procura.lib.6.facit l.ædiles.2.§.si forte.ff.de ædilitio. edict.quod intellige quando coniunctim ad eos spectabat collatio.& unus sine altero non poterat conferre.

136 Si verò collatio † spectaret ad duos insolidum, qui conferebant alternis vicibus tunc insinuatio alteri facta alterum non impediret,quò minus cõferret,& ualeret collatio,per ea quæ notat Io.And.in clem.una de renun.& expresse gl.in §.statuit in uerbo.spectat.de colla in pragm.Sed quid si ille cui est facta insinuatio,sit ualetudine aduersa detentus, & permittit alteri, cui non fuit exhibitio facta, vt conferat, an ualeat facta non graduato,uel eo mortuo alter conferat.uide in c.uno.ne sede uacan.lib.6.Hæc quæstio in palatio fuit a me petita , ego cùm operæpretium fuerit decidam.interim cogita, & ambobus,si sapis,insinua.

137 Decimoquintò quæro,insinuatio † rite facta est uni collatori de oĩb literis,ẽt datis duplicatis.eo mortuo,an suo successori sit iterũ facienda?Respon.nõ est dubiũ, quin in singulos annos sit exhibitio noïs & cognominis faciẽda.ut disponit in cõ cor.in d.§.teneant.Sed quid de lr̃is iã insinuatis?Et vr̃ ꝙ sic,qa fit exhibitio,ne collatores ignorantiã prætẽdere possint.clem.

Source : BIU Cujas

cām §.verùm.de elect & vt uideant an īræ gradus & noīationis valeant, & an graduatus sit per saltum promotus: quod non posset successor cognoscere, nisi per literarū exhibitionem, ergo est ei faciēda. nec posset successor diuinare insinuationem suo prædecessori factam, cum successor habeat iustā ignorantiæ cām l.1.in fi & l.2.ff.depos.l.qui in alterius.de reg. iur.& istud esse æquius testatur gl in uerbo spectat.in §.& similiter.de col. in prag. Et Brunel.in tract.de dignit.legati. cōcl.9. in fine.

In contrarium facit quod concordatum nō ligat noīatum ad insinuandum successori, ergo nec ego.vt hī in d.§.teneantur.& § si tamen.vbi loquitur in singulari, videlicet in insinuatione facienda & semel tantum.

138 Item iurm † fidelitatis præstitum prælato, trāsit ad successorem c.veritatis.de iurei.sic & insinuatio semel facta vni ad successorem transibit, qui censetur vna persona cum defuncto. in auth.de iureiu.a morien.præstito.§.1.colla.4.

139 Idem in delegatione facta † sub noīe dignitatis. vt ad successorem transeat, probat tex.in c. qm̄ abbas. de off.deleg.c.si gratiosè.de rescrip.in 6. Et in concordatis est decretum irritans, quod ēt ignorantes ligat.c dudum.de præbē.lib.6. & pro hac parte dicit gl.in d.uerbo spectat. interuenisse arrestū Parisijs. Ego dicerem q̄ si vacante beneficio noīati peterent illud beneficium sibi conferri, q̄ ille successor posset ab eis petere instrm insinuationis sibi exhiberi, cum iustam ignorantiam prætendere possit, vt suprà dixi. si tñ non peteret, non teneret noīatus hoc iterum insinuare. nam iterū ex cā edere prætor iubet.l.si quis ex argentarijs.§.fi.cum l.seq.ff.de eden. illa tamē editio peti debet, vt ibi.

140 Si tñ qualificatus † ordinario petenti noīationes sibi iterū exhiberi non ostenderit: non ob hoc, iure, quod in vim illarū habet, priuatus erit: tum quia concordatum non priuat, nec est aliqua lex eum priuans: ut in simili dicit tex.in §.sinautem. in auth.de non eligendis secundo nuben collat. 2. tum q̄ priuatio non imponitur nisi in iure exprimatur gl.sing.in c.fi.de iure patronatus.& nil pōt imputari qualificato, qui in lege dispōsita obseruauit: alioqui collatores semper, vt caperent nominatos verbis, hanc insinuationem in vacatione beneficij peterent, & dolo uidentur petere, quod intus habent per aliam insinuationē. nec est in ptāte collatoris grauare qualificatos altera exhibitione vltra concordatum, sed eōs debet recurrere ad libros suorum prædecessorum, & ibi videbit, vel debet sciscitari a uicario sui prædecessoris, alioqui est in culpa: & si nominatus esset in aliqua culpa, compensabitur cum ista, sicut dolus cum dolo.l.si duo.ff.de dolo.

141 Nec refragatur c.cùm contingat.† de rescrip. ubi Papa iubet exhiberi Respon.ibi loqui in rescriptis, qñ ultimum tollit primum, & qñ nulla vnquam fuit facta exhibitio, & in iurisdictionalibus, secus in noīationibus, quæ semel fuerūt exhibitæ, nec ibi priuat rescripto per non ostensionē, sed non exequet mandatum, ita faciet ordinarius si noīatus, vel qualificatus non ostendat ei noīationes, non conferet ei, sed a superiore qualificatus collationem obtinebit, alioqui esset per indirectum priuare noīatos suis noīationibus, nēpe si litiget & produxit suas noīationes Tholosæ, vacat hic beneficiū, si oportet eas exhibere, quot vexationibus inuoluerentur hic qualificatus, quisque uidet, iō æquum est, vt ista noīatis seruent, & cum non teneantur iterum insinuare, si nolint sed respondeant insinuationem esse factam singulis annis secundum statuta, iō non debent alia prohibitione grauari ultra concordatum, si tñ liberum esset noīato, consulerem vt ostenderet, ad conuincendam malitiam petentium, vel ad satisfaciendum bonæ fidei illorum.

142 Item qñ † beneficium est affectum, ordinarius collator dī ligatus, ēt ignorans.c.si eo tpe.de elect.lib.6.c.si postquam. de præb.eo.lib. Sed si mulatque fuit p̄sentatio facta collatori, affectum fuit beneficium vacans tpe in concordatis præstituto, ergo non requirit alia insinuatio. Car.& Imol.in ca.eam te.in fi.de rescrip.& licet personæ denuntiatio siue insinuatio facta sit, tamen is ad conferendum est obligatus, qui eum locum possidet.arg.l.fi.ff.de oper.uouinunt.

143 Decimosextò quæro, quid si collator † nolit ostium aperire noīato volenti insinuare? Respon.dolo facit. l.1.ff.de eo p quem factum erit. Imò si collator latiret, vel alias impediat ne fiat eidem exhibitio, perinde est atq; si facta fuisset, quia pro citato hī qui se occultat, vel impedit, ne possit citari.c.qm̄.§.porrò.ut lite non cōtest.clem.1.de iud gl.in c.capitulum.de rescr. l.fulcinius ff.ex quib.cau.in possessi.iō si præcluderet ianuam noīato volenti ingredi, hī acsi insinuatio facta ei esset. argu.l. uim facit.ff.quod ui aut clā, nec tenebit noīatus iterum redire ad illum pro insinuatione, quia hoc iterū illi facere posset, & pluries grauare noīatus insinuare, quod non est dicendū, vt sup.dixi. sed hæc in instro insinuationis contineri, & describi debent, & hoc est intelligendum qñ loco & tpe congruis vel let noīatus insinuare, vt suprà dictum extitit, alioqui contra.

144 Hoc tñ casu facienda erit † exhibitio secundum formā, cle. cām.de electionibus.glo.in §.statuit in uerbo spectat.de coll. in pragmat. Seruatur ēt dicta clementina, cām.in insinuatione mandati. Sunt tñ sex casus in quibus mandata afficiunt immediatè beneficia, adeò q̄ collatio alijs facta non tenet, quos tradit D.Ruseus in tract.de mand.apost.in 3.par.circa finem. Qui non seruantur in hoc regno, nam ante mensem post præsentationem non est affectum beneficium mandatario, vt sup.in forma mandati patet, vt ibi dixi in gl.post mensem, & seq.

145 Et si collator † statim atq; noīatus vel graduatus vult insinuare, discesserit, vt quandoque vidi, quia non est quod imputet noīato, valebit talis insinuatio per illam regulam quod per me non stat, mihi non est imputandum, regula, in iure ciuili. ff.de regul.iuris.l.in executt.§ fi.de verbo.obl. ubi traditt vna limitatio solennis per glo. facit quod dicit Barbatias post Car. in d.clem.cām.ubi dicit, q̄ si dum appellans parat se ad legendum appellationem, & dum appellatus hoc cognoscit, statim discedit, q̄ hī, ac si totum legisset in præsentia, cum non possit appellanti imputari quin legerit.l.si fundus.§.fi.ff.de lege commisso. Idem ergo erit in noīato. alioqui quotidie fieret fraus per collatores sic discedendo, & noīatos relinquendo, cui est obuiandum.cap.sedes.de rescriptis.& quia ius collegij in uno residet.cap.1.ubi doctores.de elect. scripsi in l. Neratius. ff.de uerb.sign.

146 Item tenetur noīatus, † & graduatus simplex dare collatori literas duplicatas, id est exemplum siue copiam literarum, quas insinuat.d.§.teneant. & si noluerit dare, non tenebit collator sibi prouidere, nec quod in noīationibus sibi mandatur, exequi.d.clem.cām.instar eius cui non exhibet secundum rescriptum. iō non tenet exequi quod ei mandat c. cum contingat.de rescr. Et si citato non detur copia citationis, non tenebit comparere. Nic.Millus in reper.in uerbo copia. in vlt.q.&

147 hæc † copia debet esse manu alicuius notarij subscripta, vt faciat fidem. Bonif.in d.cle.cām. in fi prin.c.licet secus sit in appellatione.d.c.appellatio.de appella.in 6.& hoc si ordinarius petat, alioqui dicam insinuationes non vitiari, quia tex.cōcor. nil dicit de subscriptione duplici siue exempli, ideo non hoc addam, vt etiam dixi in gl.concor.in verbo duplicatas.

148 Et hanc copiam † facere tenetur suis scilicet noīati, expensis.c.cum personæ.de priuilegijs.in 6.gl.& Barba.in d.cle.cām Gemin.& Philip.in c.2.de litis conteſt.in 6.& dico in gl. dare.

149 Fallit, qñ collator † nollet.vel non requireret quia sua cā dī introductum, ideo pōt ei renuntiare.l pe.C.de pact ut expresse dī in ordina.regijs.rubr. *des graduez simples*, artic.2 ibi, *seront tenuz leur laisser les doubles: si lesditz collateurs le requierent.* quod nō video correctum per concordatum, ergo illi debet stari, & hoc seruari, arg.l.præcipimus.C.de appell. Probatur ēt per tex. in l.2.& ibi Ias.in 5.notab. C. de iure emphy. ubi emphyteota priuati non soluens censum intra triennium, priuatur re emphyteoticaria, ita demum, si dominus hoc voluerit.ca. potuit. de locat.glo.in l.2.ff.si ager vectig. & sponsalia de futuro etiā iurata dissoluuntur per adulterium, volente & petente spōso, non alias, Panor.in c.quemadmodum.de iureiur. Contractus etiam dolo imitus est nullus, si contrahens petierit.gloss.in l & eleganter.in uerbo nullam.ff.de dolo.not. Panorm. & de Burgos.in cap.cum dilecta.de emptio.& vendit.l.2.ibi, si venditor eum ineptum esse uelit, quia id uenditoris causa cauetur.ff.de lege commisso. Et sic est prima limitatio, q̄ insinuatio non sit facienda successori.

150 Et sic non poterit nominatus † contra alium nominatum, vel graduatus contra alium apponere, q̄ is qui insinuauit, nō dedit literas duplicatas siue copiam, vt dicunt, quia fortè collator noluit sicut dicitur de canone non soluto, vt tertius nō possit opponere antequam dominus declarauerit se uelle. Alex.consi.82.in causa.col.2.uolum.7. Barba.plene in c.mandatum. colum.16. de rescriptis. licet hodie opponi soleat, sed frustra.

151 Item quando aliquis † ex eligentibus fuerit contemptus, hoc nō potest tertius allegare, quia forte contemptus nō vult. sic consuluit Federicus consi.227.si potero & quando fit ipso iure priuatio, & non cum effectu, tertius non potest opponere. ut in bonis ipso iure in fiscum translatis, quæ non vult acceptare fiscus, & sic cum effectu non inducitur priuatio. l. his consequenter.§.1 ff.familiæ herciscund. Socinus consi.78. Visis actis.in 5.uolum Sed hic fit priuatio ipso iure, non cum effectu, si collator nollit, ergo tertius non poterit opponere, quod est bene notandum, quia vidi doctos in hoc errare, & contrarium tenere.

152 Nec obstat decretum irritans † appositum in d. concord. quia ita demum operat, si impetrans uti uelit. Io. Monach.in c.statutum.de preb.in 6. Alex.consi.173.uiso themate.circa fi. in 2.uol Bald & Moder in l.fi.C.de reuocand.donat. Bened.in repet.c.Raynut.in uerbo, in eodem testamento in 1.num. 87. cum seq.de testa.dicens se in casu mirabili aliàs consuluisse, vt ibi per eum uide si lubet.

Tertiò

Source : BIU Cujas

153 Tertiò fallit,qñ primò dediſſet † exemplū patrono poſtea eṗo habenti inſtitutionem:non tenetur aliud exemplum dare, cū ſufficiat dare habenti collationem liberam vel patrono alternatiuè.d.§.teneanť.de cuius natura ſufficit alterum.l.ſi hę redi plures.ff.de cond.inſt.ca.inter.de reſcriptis. & cùm exprimat patrono eſſe inſinuandum,vr̃ negare de inſtituente.arg.l. cùm prætor.ff.de iud.c.qualis.25.diſt.gl.in §.& ſimiliter.in verbo diſpoſitio.de coll.in prag.& ſufficit ſemel dare lr̃as duplicatas,vt infra dicam.arg.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſign. ergo non tenebitur dare patrono & inſtituenti.

154 Quartò,non procedit † in eo qui iure deuoluto cõfert, cui inſinuatio fieri non debet rõne illius qualitatis, quia ad eum deuoluitur collatio qualificate.§.ſi quis verò.de colla.in concor.clem.vna.de ſupplen.neglig.prælat.& ſuprà dixi.

155 Decimoſeptimò vidi dubitari † de noīato,qui inſinuauerat vicario eṗi (vt ferebatur) tñ inſtr̃o vicariatus non nominabat vicarius,ſed conſtituebat eum eṗs procuratorem,actorẽ,negotiorum geſtorem,ac ſindicum in oĩbus negotijs eṗatus,& non erat alius conſtitutus, ob id dicebat̃ inſinuationem non rite factam.§.teneanť.de coll.in concor.Sed ego exiſtimarem ualere inſinuationem, eo ꝙ non fiat dr̃ia inter hæc noīa.per tex.in c.petitio.de procur.& c.fina.de uoto.c.accedentes. ubi Pan.& alij,de præſcri.Bart.in l.1.§.1.ff.quod cuiuſq; uniuerſi. nomi.Iaſ.in l.inſulam.de prę ſcriptis uerbis.alioqui fraudis materia daretur.

156 Decimò quæro, ꝑ quos fiat † inſinuatio?Reſp.per noīatos uel graduatos,uel per procuratores eorum,tex. in d.§.teneantur.ibi,per ſe,uel per procuratorem.facit tex.in l.1.§.ibi,per ſe, uel per procuratorem poſcere.C.de bon.mater. Nam intimatio in cā appellationis per procuratorem pōt fieri.gl.in uerbo ſpāliter.in cle.cām.de elect.& ibi late doctores.ſic & iſta.Quid ſi aliquis ſit procurator, & tñ non receperit adhuc mandatū, ſed affectione ductus inſinuat antequā ſciat ſe procuratorẽ, an ualeat talis inſinuatio?uide Franciſcinum Curt.in cõſi.63. præſupponit.col.pen.& ſeq.Quod facit ad qõnem eṗi habẽtis indultū,an ante receptionem ſui indulti alius conferre beneficia ad ſuam collationẽ ſpectantia poſſit,non decido, ut partes conſilia quærant.

157 Vidi dubitari de eo † qui reſignauit abbatiā in fauorẽ alterius in curia Romana,an admiſſa reſignatione,&antequā fuerit præſentata reſignāti,poſſit reſignans,cõferre, ꝙ ſic probat tex.in l.ſi forte.ff.de offi.procon.quem no.Ro.ſing.57.& ſing. 566.ac Iaſ.in l.more.col.3.ff.de iuriſd. omn. iud.& Dec.conſi. 295.nu.5. Et quia reſignans facit fructus ſuos,antequam ei intimet̃ admiſſio reſignationis,cum ſit in bona fide, & bonæ fidei poſſeſſor lucrat̃ fructus.l.certū.C. de rei uend. & collatio, ac præſentatio eſt in fructu.gl.ſing.in c.cùm olim.de maio.c. conſultationib.de iure patr.gl.ult.in fi.in §.uolumus.de colla. in concor.

158 Quæro,cuius ſit optio,collator † vult ut noīatus per ſe exhibeat,noīatus,uel graduatus vult per procuratorẽ inſinuare, an poſſit.Reſp.ſic,quia in alternatiuis electio eſt debitoris.l.3. ff.de eo quod certo loco.l.plerunque.de iure dotium. Itẽ hoc beneficium ei a iure concedit̃.uidelicet,ut per ſe,uel per procuratorem inſinuet.d.§.teneanť. ergo ei non poterit auferri per collatorem.reg.indultum.de reg.iur.lib.6.Et ſic inuito collatore nominatus inſinuabit per procuratorem,& graduatus quod eſt notandum.

159 Secundò,quæro † an requirat̃ procurator ſpāliter ad illum actum deputatus,uel ſufficiat gñalis.Reſpō. ſufficere gñalem, cum tex.loquat̃ gñaliter de procuratore, ergo gñaliter debet intelligi.l.1.§.gñaliter.ff.de lega.præſtan. & indefinite loquit̃, quæ indefinita æquipollet uniuerſali.c.ut circa.& ibi gl. nota. de elect.in 6.Item nomen habet, ergo & effectum;hr̃e debet. l.à nullo.C.de fer.ad;hæc.procurator gñalis oĩa pōt facere, q̃ diligens paterfamilias faceret.l. procurator cui.ff.de procur. facit.l.vero.de ſolutio.Bar in l.ſi procurator. de cond. indeb. Procurator gñalis pōt denuntiare.gl.& Bar.in l.1.§.1.ff.de lib. agnoſc.Et hæc inſinuatio non eſt de caſibus requirentib.ſpāle mandatum,de quibus in c.qui ad agendum. de proc. in 6.Bal. in §.1.inſtit.de his per quos agere poſſum.Bar.in d.clem.cām.

160 col.3.Et procuratorem ẽr eum † accipere debemus,cui mandatum eſt,ſiue huius rei tñ mandatum ſuſceperit,ſiue vniuerſorum bonorum.l.3.§.procuratorem.ff.iudic.ſolui.tutius eſt tñ ꝙ procurator conſtituat ẽr ad inſinuādum, ad requirendū collatorem,& acceptandum,& ita ſolet fieri per cautos noīatos, beneficium tñ non poterit acceptare ſine ſpāli mandato. §.ſtatuit.in verbo procuratorem.de coll.in prag. Licet cõtrarium teneat Car.in clem.una.§. quem ẽt. q.3.de cõceſſ.præb. & Peruſ.in c.ſi tibi abſenti.de præb.in 6. & ſufficit ꝙ ſit conſtitutus ad acceptandum quæcunque beneficia, licet non ſit expreſſum ad tale beneficium acceptandum.Anto.Imol. & alij in c.accedens.de præb.

161 Tertiò dubitatur,an debeat † conſtitui laicus uel clericus? Videtur ꝙ debeat eſſe clericus,quia per laicos cāæ eccleſiaſticæ non debent tractari.c.decernimus.de iud.Secundò facit,ꝙ capitulum non pōt compromittere in laicum,vt eligat prælatum noīe capituli.Pan.in c.cām.q.1.de elect. Tertiò,laicus nō pōt conſtitui procurator ad eligendum,quia deducere negotium ſpūale de non eſſe ad eſſe non poteſt laicus. Dom. in c. 1.de procur.lib.6.Cōtrarium dicerem verius, nam laicus pōt conſtitui procurator ad reſignandū.gl.not.in cle.vna.in uerſi. procuratorem.de renunt.Bar.in c.olim.nu.13.cū ſeq.de reſcr.

162 Item pōt conſtitui laicus † procurator ad acceptandum beneficium certum,vel incertum.Panor. & alij in c.accedens.de præb.quia talis ꝓcurator in illo actu acceptationis ſe habet vt nudus miniſter,& vt pica,declarando voluntatem domini. Iō cenſetur factum ab ipſo conſtituente,vt not.in l.multum.C.ſi quis alteri,vel ſibi.glo.in §.ſtatuit.in verbo, procuratorem.de coll.in prag.Fel.in c.apoſtolicæ.col.3.de excep. plene Cardin. conſi.1.de præbē.Poteſt ẽt laicus conſtitui ſyndicus.c.vno.de ſynd.& ibi no.Dec.

163 Nec obſtat † quod nō poſſit cās eccleſiaſticas tractare.hoc verum ſuo noīe, ſed noīe clerici non prohibeť, ſicut filiusfamilias non pōt eſſe in iudicio ſuo noīe contra patrem.l.lis nulla.ff.de iud.tñ noīe alieno,& ſic procuratorio pōt. Idem in liberto contra patronum.l.quæſitum.ff. de in ius uocan. Ioan. And.plene in regula,ꝙ alicui.de reg.iur.in 6.

Nec alia obſtant, quia ſi laicus habet nudum miniſterium exhibere,nec habet reducere ius ſpūale ad aliquod eſſe,& tūc poterit eſſe procurator.rō eſt,quia ſpūalia trāſeunt per manus laici tanquam aqua per canale lapideum.c.ſi iuſtus.1.q.1.aliàs contra:no.in d.c.decernimus.per moder. Tutius tñ eſſet conſtituere clericum ſecun.Io.And.in d.c. accedens. & ibi Card. q.3.& ſeq.Si tñ laicus ſit fidelior,tibi eum eligere poteris.

164 Quartò,an ille qui inſinuat † tanquam procurator, debeat oſtendere literas procuratorij? Videtur quòd cautio de rato ſufficiat.l.1.C.de proc.& ſic ꝙ non teneatur exhibere.

Contrarium dicerem,nam qui aliquid facit noīe procuratorio,debet oſtendere procuratorium.arg.l. hæres.ff.ad Treb.l. ſi fundum.ubi Bal.3.oppo.C.de rei uend.Bar.in l.ſi quis inficia-
165 tus.ff.de poſtul.Vbi dicit.ꝙ qñ † tu proteſtaris mihi tanquam procurator,vel tanquam hæres,ut ego ſoluam tibi,debes mihi facere fidem per inſtr̃m, ꝙ ſis procurator, vel hæres,alioqui ego non conſtituor in mora.& hoc ſequitur Alex. conſi. 78.uiſo & diligenter.col.3.in 5.uol.Fel.in c.cum contingat. 6. concluſio.de reſcrip.D Boer.in addit. ad Mandagot. in tract. de elect.ult.parte in forma 6. qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denuntietur, quia reus non tenetur excipere de mandato in extraiudicialibus,ſed actor tenetur oſtẽdere.Bald.in rub.C.depoſi.& in deciſi. Neap.q.316. Caliotus, & c.col.1.

166 Item procurator † promittens indemnitatem, tenetur oſtẽdere ſe eſſe procuratorem.Barto.in l.pater.ff.de dot.prælegat. Soc.conſi.29.uiſis puncto.col.2.in 3.uol.quia qui dicit ſe talẽ, tenetur hoc probare.l.non ignorat. C. qui accuſ.non poſſunt. & ibi addidi alia ad hanc rem pertinentia, & ſic non ſuffice-
167 ret ratihabitio, † quia quando requiritur conſenſus certo & determinato tempore pro forma actus, ratihabitio poſtea ſuperueniens non ratificat actum.c. auditis. de elect.ſed hic requiritur mandatum ab initio,ergo poſtea approbatio non valebit, & quia hic debet eſſe procurator uerè,non ficte.de quo plene Fel.in c.nonnulli.§.fin col.3.uerſi.amplia. 3. cum ſeq.de reſcr.vbi etiam videbis in uerſ.amplia quartò,an ſufficiat,ſi in inſtrumento inſinuationis vicatur,talis N.procurator inſinuauit literas nominationum,& alias pro tali, &c.vide ibi.Et per hoc patet,ꝙ qñ procurator requirit beneficium intra ſex mẽſes,debet oſtendere literas ſui mandati,ſi petatur, aliàs non valebit requiſitio, ſicut non ualet præſentatio facta per procuratorem,qui non oſtendit literas intra tempus,quo poterat prę ſentare. ſic in proprijs terminis ſcribit Lappus allegat. 22.an ſufficiat.

168 Nam mandatum † non præſumitur etiam ex temporis diuturnitate.l.final.ff.de vſucap.pro empto.Bald.& Salicet.in l.1. C.de rebus alien. non alienand. etiam lapſu mille annorum. Bald.in l.2.C.ſi ex falſis inſtrumen.refert Felin.in capitu.ſicut. colum.16.numero 31. de re iudic.docto. in l. ſciendum. ff.de verbo. obligatio. Et ideo cautus nominatus in inſtrumento inſinuationis facit deſcribere inſtrumentum procuratorij,ſic inſtrumentum inſinuationis dicet,talis procurator talis nominati,cuius procurationis inſtrumenti tenor talis eſt, & deſcribetur inſtrumentum procuratorij ad verbum, demum quomodo inſinuauit,& quæ in inſinuatione geſta ſunt:iſta vidi fic dictari,quæ docti notarij extendere ſciunt.Vide tamen Auffr. in ſtilo parlamen. arreſto 129. Item nota ꝙ certa & requiſita in inſtrumento inſinuationis,ſcripſi in glo.inſinuare. de colla. in §.teneautur.

169 Quintò quæro, quidam † inſinuat nominationes præſente nominato nihil dicente, an ualeat inſinuatio? Videtur quòd non, quia per ſe oportet quòd faciat, vel per

Source : BIU Cujas

procuratorem,quod hic non facit,ergo nō valebit.Vnde dominus comparendo cum aliquo in iudicio, quē dicit esse suū procuratorem,non videbitur eum constituere procuratorē, nisi expresse eum cōstituat.Sal.in l.non ideo minus.C.de procu.& Guido Papæ in decisi.delphina.q.40.quæritur.

170 Contrarium est verum, †nam præsentia personæ cum patientia inducit tacitum mandatum.l.1.§.magistrum. ibi,cæterum si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi,ipse eū imposuisse vī.ff.de exercito.actio.l.1.ubi Aret.C.de errore aduoca.gl.notab.& ibi Bal.in l.1.in prin.de neg.gest. Inn.& alij in c.ex parte decani.de rescrip.decisio Neap.308 Franc.Barto.& alij in l sæpe.ff.de reiud. Alex.consi.157.viso. col.3.in 2. uol.licet tacitum mandatum non sufficiat ad hoc,sed quia insinuatio fit eo præsente,dicitur ipse facere,etiam propriè.per tex.in l.certe.§.1.ibi,proprie habere dicor.ff.de preca.& sic præsentia sufficiet,licet viderim multos dubitare. Et fuit latum arrestum valde huic materiæ accomodum Anno 1534. die verò vlt.Iunij.

171 Præterea licet textus dicat † per se, aut per procuratorem, tñ poterit fieri mixtim,id est per se, & per procuratorē simul. gl.in l.certi condictio.§.qm̄.ff.si cer.pet.& ibi plenè doct. Bald. in consi.270.ad euidentiam.in 1.uol.& alibi dixi.

172 Idem si ep̄s nihil dicat † qñ fit insinuatio, non enim minus valebit,instar eorum quæ not.Bar.Bald.& alij in l.oīum.C.de testa.per illum tex.ibi, nihil de eadem voluntate respondērūt. vbi dicit Bar.Nota tu Perusine, q̄ sufficit vt testim̄ producatur coram iudice cā insinuandi,licet iudices nihil dicant.& ita practicant aduocati Perusini.& ibidem dicit Bal.idem esse in omnibus, in quibus ex forma statuti sufficit sola productio, satis est facere quod dicit statutū.statuta enim tm̄ disponunt, quātum loquuntur,& non plus.Bal.in l.testim̄ non ideo. in fi.C.de test.Ias.consi.51.tota dubitatio.col.3.in 1.uol. ideo sufficit facere quod dicit concordatum,videlicet insinuare, licet collator nil dicat.vt suprà dixi.

173 Sexto, an possit fieri insinuatio † per nuntium? Videtur q̄ non,quia non est procurator,& per se, vel procuratorem debet fieri insinuatio. Sed vī quod sic, quia nuntius procurator dī per gl.sing.in l.multum interest.C.si quis alteri,vel sibi.secūdum Bald.in Margari.in verbo procurator.55.q. qui actus factus a nuntio,postquam est in esse deductus, vere vī a dño,& non per fictionem celebratus.l pater.ff. de manu.uind.Bar.& alij in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuc.Bar.in rubr.C.de exercito.actio.col.3.

174 Vnde dicit Bal.in d.l.multum.col.5. † q̄ procurator dī tripliciter,large,vt contineat oēs administratores, prælatos,& syndicos.nil allegat.adduco tex.in c.2.de dona.ibi.cum ep̄s,& quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator,& nō dominus.c.si.12.q.1.Lucas de pœna in l.2.colu.2. C. de præd. curial.fine decreto non alien.lib.10.

Secundò dicitur procurator,vt strictè contineat, & procuratores,& nuntios,vt d.l.multum.

175 Tertiò,strictissimè,† vt contineat procuratores prout differunt a nuntijs,nedum a prælatis & syndicis,secundum eum.& quis dicatur nuntius,declarat gl.in d l.multum. & ibi doct.Ias. in l.qui Romæ.§.Callimachus.col.pen.ff. de verb. obl.Immo fortius dico in his quæ ad ius referuntur, gesta per nuntium dicuntur per dominū vere & proprie fieri,non ficte.l.1.§.oīa. C.de vter iur.enucleand l.pater.in fin.ibi, cæterum ipse manumittit.ff.de manumissio. Item in his quæ per actus naturales acquiruntur,nihil, vel admodum parum differt procurator a nuntio,quia acquisitio dominij & possessionis vere, fit mediāte procuratore.l.quod meo §.procurator.ff.de acq.possess.in his verò quæ acquiruntur per actum ciuilem,gesta per procuratorem,censentur esse gesta per dominum ex quadā fictione.l.si pater.ff.quæ in fraudem credito. Io. Crotus in repet.l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca. col.49.& seq.

Tamen quia vere procurator non est in forensi iudicio, insinuatio nuntij vix reciperetur, nisi a domino mandatum haberet,& ostenderetur,quia text.per se, uel procuratorem dicit,& nuntius proprie non est procurator. vt in d. l.multum. Quamuis contrarium teneat d.Prob. in §.statuit.in verb.procuratorem,de coll.in prag.dicens ratihabitionem ēt sufficere quod non placet,vt suprà probaui nu.98. & ipse nihil probat, ideo illi non respon.

176 Septimo quęro,an per substitutum † possit insinuatio fieri? vī q̄ non.tex.loquitur tm̄ de procuratore, & non de substituto procuratoris,ergo substitutus non poterit, quia hoc non dicit prætor.text.ita loquitur in l.si seruum prætor. ff. de acq. hæred.

Contrarium teneo,quia substitutus a procuratore, censeē procurator.c.1.§. .c.is qui.& c.si duo.de procura.li.6.& censetur a domino cōstitutus,qñ procurator a domino habebat speciale mandatum substituendi,alioqui non.de Rota decis.8. substitutus.de proc.in nouis.per tex.in l.item eorum. §.si decuriones.ff.quod cuiusque uni.nomi.& decis.414.si aliquis in eisdem.& decis.454.fuit dubitatum,ibidem.Sic dicerem si procurator non haberet potestatem substituendi a domino, q̄ non valet insinuatio facta ab isto substituto, cùm non possit substituere ante litem contestatam.d.ca.1. & etiam quia non esset procurator, vt requirit concordatum.

177 Et an inhabilis † possit constitui procurator ad substituendum habilem? Super hoc facio sex conclusiones,quarum prima est.Potest constitui nuntius inhabilis,ut constituat & substituat procuratorem habilem.quia tm̄ præbet nudum ministerium,vt pica & organum.l.qui autem.§.fi.ff. de const.pec. Bar.in l.1.§ item acquirimus.in fi.ff.de acq.poss. & quis pōt facere per alium,quod potest facere per seipsum.regula, potest quis,de reg.iur.in 6.

Secunda conclusio,qñ quis constituit procuratorem inhabilem ad substituendū habilem,& in constitutione dī, ex nūc prout ex tunc dñs eligit substituendum,tunc constitutio ēt ab inhabili valebit, quia inhabilis tm̄ præbet nudum ministeriū. ita Io.Cald.in c post cessionem.in fi.de prob. inferens, q̄ substitutio facta hoc casu per excommunicatum, ualebit: quia est nudus minister,& fungitur vice nuntij, & non procuratoris,quod non est prohibitum.Mod.in d.l si is qui.per c. iudex. de off.deleg.lib 6.

Tertia conclusio,inhabilis procurator constitutus ad sustituendum certum & habilem,potest illum substituere, & ille substitutus a procuratore,cēsetur a domino substitutus.l.unū ex familia.§.si de falcidia.ff.de leg.2.l.pater ex prouincia.in fi. ff.de manu.vindic.no.in d.c.post cessionem. Domi.in c.si gratiose.col.3.de rescrip.li.6.nam licet quis in codicillis non possit,hæres instituī, tm̄ si instituatur in testō is qui nominabitur in codicillis,ualet institutio, quasi censeatur in testō noīatus & institutus l.institutio.ff.de cond. inst. & vicarius creatus cū potestate substituendi,si substituat, substitutus censetur uicarius ep̄i,non vicarij. Arch.& Anch.in d.1.& sic substitutus poterit conferre beneficia substituenti, cum nullam ab eodem habeat ptātem,sed ab ep̄o,per supra adducta, per c.non indiscrete de procur. Auriol.in addi. ad montem Laudunum, in c.fi.de offi.uic.lib.6.& c.super eo.de præb. eo. lib.

Quarta conclusio,procurator habilis constitutus cum potestate substituendi,si postea fit inhabilis, ut pote excommunicatus,poterit tamen alium substituere. Aret.in d.c.post cessionem.quia procuratoris constitutio est quidam actus extra iudicialis,qui excommunicato non est interdictus. c. si uere. de senten.excommun. Inno.& alij in c.ueritatis.de dolo. Dixi in repet.c.postulasti.in 1.notab.de cleric.excomm.ministran. Ista etiam conclusio procedit in alio inhabili.l. cū pater.§.hę reditatem.ff.de leg.2.

Quinta conclusio,qñ quis constituit procuratorem inhabilem ad substituendum alium in locum suum, tunc non ualebit substitutio,si alius penitus erat inhabilis,secus si habilis, licet per exceptionem potuisset inhabilitari.gl.in cle.religiosus. de procur.Bar.in d l.1.§.item acquirimus.ff. de acq. poss.quia substitutio vī radicata in persona procuratoris. ideo cum nō sit habilis non pōt habilem facere in locum suum. d. cle.religiosus.probatur per gl.in l.eam quam.C.de fideicom.ubi incapax non pōt hæres instituī,ut restituat habili, ex quo institutus semper remaneret hæres.l.1.ff.ad Treb.

Sexta conclusio,procurator inhabilis constitutus simpliciter cum potestate substituendi alium,poterit substituere illū, & ualebit substitutio. Ant.& Aret.in d.c.post cessionem. Soc. in d.§.item acquirimus,quia electus ab isto a domino censeē electus,& habere mandatum,non a substituente.l. item eorū. §.1.ff.quod cuiusque uniuer.nomi.glo.in cap. 1. de proc.in 6.

Octauò,an persona coniuncta possit insinuare? Videtur q̄ sic,quia eas impetrare potest.gl.in c.ad aures.& c.nonnulli.de rescr.gl.in § statuit,in uerbo procuratorem.de coll. in prag.& quia non inuenitur prohibitum,ergo permissum. arg.l.præcipimus.C.de appellat.& coniunctus procuratori æquiparatur. l.exigendi.C.de procur. & summa est æquitas, ut hoc possit.

178 Contrarium teneo,† cum tex.in d.§.teneantur, & ēt ordi. regiæ suprà allegatæ uelint,ut per se uel per procuratorem insinuet.ergo excludit coniunctum,quia lex non facit hunc procuratorem.immo sicut in nominatione est diuersitas, sic & diuersitatis effectus.Bal.in c.ex parte decani.col.3. de rescr.l.si codicilli.C.de codicil. & licet coniuncta persona admittatur ad agendum pro coniuncta.l.exigendi C.de procura. non est tm̄ procurator.l.3.§.1.ff.iud.solui.ubi Bar. & Pan.in c.pen.col. 2.q.4.de re iudic.quia non vult lex eam coniunctam personā facere procuratorem, qm̄ procurator a solo domino constituitur.Bal.in l.1.colu.2.C.quibus res iudi.non nocet.sed insinuatio debet fieri per procuratorem. ergo non poterit fieri per coniunctam personam,cum non sit procurator, & coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mandati.l.patri.ff.de min.Inn.& Pan.in c.accedens.de præb.Fely.in c. nonnulli.§.fi.col.2.& 12.de rescrip.Item lex loquens in una persona,nō extendit ad aliā.gl.& ibi doct.in l.pen. ff. de ius uocan.

Præterea

Præterea hoc dixissent conditores, si voluissent. cap. ad audientiam, de decimis. & quia tantum expressérunt per se vel per procuratorem, ergo illi expressioni stabo. Fallit quando consuetudo vel statutum vellet & statueret, ꝙ coniuncta persona esset procurator: tunc quia habet mandatum à lege, possét. Bald. in dict. l. 1. quod dicit esse valde notandum: vide eundem Bald. in c. insuper. notab. 2. de testi.

179 Idem dico in amico, † etiam si maxima amicitia esset cum amico nominato iunctus, vt non possit insinuare, quia nō habet mandatum, nec est procurator, quod requiritur in d. §. teneantur, licet amicus multa possit facere sine mandato, q̃ tradit Alex. Iacob. & Ias. & alij in d. l. exigendi & in l. cum alienā. C. de legat. Fely. in c. coram. colum. 2. de offi. deleg. quę scripsi in scholastic. priuileg. 104. etiam si diceret se insinuare tanquā procurator, quia per cautelam verborum non potest rerum natura immutari. Bald. in c. licet de uitanda. de elect. Ias. consi. 236. præsupponitur nr. col 2. in 4. vol.

180 Item dicerem de negotiorum gestore, † quia non est ꝓcurator, qui negotia mandato domini administrat. l. 1. ff. de ꝓcurat. Fely. & alij in c. cum M. de cōstitutio. negotiorum gestor mandatum non habet, & licet in spiritualibus possit interuenire. glo. in verbo petere, in c. quam sit. de elect. lib. 6. & dominus poterit habere ratum suo nomine gestum intra tempus, intra quod actus poterat fieri. l. bonorum ff. rem ratam haberi. Panor. in d. c. accedens. de præb. tamen hic non sufficit ratihabitio nominati vel graduati post insinuationem per supradictas personas factam, quia vbi requiritur mandatum prꝛcedere, ita ꝙ hoc sit statutum pro forma actus, ibi ratificatio nil operatur. l. si vero non remunerandi. §. si verò post creditam. ff. manda. quia est præposteratio quæ vitiat. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæred. Bald. in cap. ex parte decani. col. 2. de rescrip. Item forma non procedit in casu ficto: iō licet ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur: reg. ratihabitionem. de regu. iur. in 6. non tamen est mandatum, quod requirit tam concordatum, quàm ordinationes regiæ. & quando est aliquid pro forma introductum, vel qñ sunt expressæ certæ personæ, non procedit casus fictus. Alberti. Brunus in trac. de forma & solennita. actus. rubr. ex quibus consistant forma & solennitas. quæst. 45. licet de æquitate fortè posset contraria opinio sustineri. sed non quo ad insinuationem.

181 Nonò, ego tradidi literas † gradus & nominationis alicui, qui insinuat sine alio mandato, an valeat; Videtur ꝙ sic, quia traditio literarum habet vim taciti mandati. ideo qui habet literas gradus, & nominationum, præsumitur habere mandatum glo. singul. in l. fi. C. de pact. conuen. vbi maritus habēs instrumentum bonorum paraphernalium vxoris, præsumitur eius procurator: & qui habet instrumentum cautæ penes se, præsumitur procurator. Bart. in l. vulgo. per illum tex. ff. de admin. tutor. Guido Papæ. cons. 68. circa processum. colum. 1. vbi concludit, ꝙ si quis dederit rescriptum regium alicui, uidetur dedisse potestatem petendi interinationem illius, ac verificationem & executionem, maximè quando probat instrumenta ab ipso domino tradita. nam illa probatio traditionis inducit probationem mandati. Roma. cons. 446. primus propositæ. in 2. q.

Contrarium teneo, quia non sufficit tacitum in insinuationibus istis mandatum, sed requiritur expressum: & quia is qui habet tacitum mandatum non est procurator, ergo non potest insinuare. & licet traditio instrumentorum præsumat tacitum mandatum, vt supra probatum extitit, tamen illud non sufficit.

182 Bene fateor † ꝙ si procurator constitutus à nominato deferret instrumentum procurationis, & obijceretur eidem, ꝙ non esset is, de quo instrumentum loquitur, certe præsumeretur esse ille, de quo cantat instrumentum, postquam deferat literas nominationis, & alias. arg. l. si qua per calumniam. & ibi Bald. in fin. C. de episc. & cleric. sicut quando nuntius literas iudicis portat, præsumitur nuntius illius. Soc. in tract. de citationibus, 24. q. 5. in fin. ad hoc vt non possit contra eū opponi. quod non sit seruiens illius iudicis. ita loquitur glo. prædictæ. l. fin. & doct. supra allega Cepola. consilio 11. casus. in 2. quæstio. Boer. in decis. Burdeg. quæstio. 154. aliud ortum fuit. in fine.

183 Decimò, an procuraror † innsiuans videatur suo, aut procuratorio nomine insinuare; Respon. si semel ostenderit literas procurationis, cēsetur procuratorio noīe intimare, licet non dicat se facere noīe alterius. Nā si dico, ego ꝓcurator insinuo: sequit ꝙ procuratorio noīe. vt no. in l. qua rōne. ff. de proc. hoc docet Bal. in c. edoceri. nu. 2. de rescrip. Idē si dicat, insinuo pro tali. l. post dotē. in verbo filiæ uolūtate. & ibi Imo. ff. sol. matri. l. 1. §. nuntiatio. & ibi Bar. & alij. de operis noui nūtia. & l. si ita stipulatus §. Grysogonus. de verbor. obliga. Soc. in cap. 1. in 7. artic. q. 7. de libelli oblatio. Alberi. in l. 1. in fin. ff. de administra. tutor. Bald. in l. si patruus. colu. 2. C. communia utriusque iudi. ubi concludunt doct. ꝙ quando actus potest intelligi gestus duplici nomine, tūc præsumitur gestus eo nomine, secundum quod poterit valere, vt actus potius valeat quam pereat. l. quotiens. 2. ff. de reb. dub. Felyn. in cap. cum ex officij. de præscript. post Panor. in cap. nisi de præb. & si possit valere pro utroque, in dubio inspiciemus literas duplicatas, vel nomen & cognomen quod dedit: si non apparerent, nomine suo videtur insinuare. argum. l. de eo. ff. de iure fisci. Guido Papæ singul. 700. agendo. vbi dicit, ꝙ agendo simpliciter dicitur nomine suo agere. uide tex. sing. in l. fi. ff. qñ ex facto tutor. l. Titium. §. præfectus. ff de administr. tuto. & Signorel. cōsilio 190. in nomine, &c. & Alciat. in tracta. præsump. fol. 280. in 24. præsump. 2. regulæ. 3. partis. vbi tractat, & istud probatur instar legati, qui si conferat, in dubio vt legatus, & legationis authoritate videtur conferre. c. hi qui. & ibi Philip. Fran. de p̄ben. in 6. & item probata insinuatione facta per procuratorē, præsumitur facta expensis facientis. Bald. in l. fi. §. in computatione. no. 2. C. de iure delibe. Guido sing. 702. probato. & advtilitatem constituentis. l. penul. ff. si quis cautio.

184 Vndecimò nominatus † constituit procuratorem ad præsentandum literas gradus & nominationis, & ad acceptandū & ad resignandum, postea collatum fuit isti nominato beneficium, an illud possit procurator ratione huius procuratorij resignare; Et breui respondent dom. de Rota decisio. 26 vtrū possit. de procurato. in antiq. ꝙ non dicentes non valere procuratorium ad acceptandum, & postea permutandum, quia constituens non erat dominus beneficij tpe constitutionis. Ideo non firmatur quod de iure ab initio non subsistit. regu. non firmat. de reg. iur in 6. & nō potest quis priuari beneficio quod non habet. l. traditio ff. de acq. rer. domin. Bar. in l. si vniuersæ. C. de leg. priuatio enim p̄suoponit habitum. l. decem. ff. de verb. obliga. §. seruus. inst. de capi. diminutio. Et etiam qa ad renuntiandum debet interuenire speciale mandatum certi beneficij. clem vna, de renun. facit. l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acqui. hære. vbi iussus debet esse specialis de adeū do certam hr̄ditatem: sic in repudiando. ita in propriis termi nis tenet Io. Dayma sup. in proœmio concord. in verbo adiūctum fol. 104. col. 4. & fol. seq. & ibi plus dicit, non ualere constitutionem ꝓcuratoris, si est constitutus ad acceptandū, vel p̄sentandum ad beneficium viuentis, ne captandæ mortis occasio p̄beatur. c. ne captandæ. de concess. p̄ben. in 6. nam sicut non valet repudiatio hæreditatis superstitis. l. qui superstitis. ff. de acqui. hæred. Et is potest repudiare q̃ pōt acquirere. l. is pōt ibidem plene Ias. in l. is qui hæres. ibidem. ita non valet constitutio ꝓcuratoris, vt quis repudiet quod non habet: & sic postea habito, & acceptato beneficio requirit̄ aliud speciale mandatum ad resignandum, uel ꝓmutandum. & sicut hæres constitutus sub conditione, si repudiat, interim nil agit. ita & iste ꝓcurator, sine nouo mandato. l. is qui hæres. in princ. ff. de acqui. hæred. & si sub conditione, uel ex die certa, nobis legatum sit, ante conditionem uel diem certum, repudiare nō possumus: nam nec ꝓtinet ad nos, antequam dies ueniat, uel conditio existat. l. si ita scriptum. §. 1. ff. de leg. 2. glo. & docto. in c. 3. de deci. nec valet concessio religioso facta ad consentiendum electioni faciendæ. clem. si de elect.

185 Nam sicut non posset † resignare de p̄senti beneficium sibi acquirendum, ita non potest constituere ꝓcuratorem, vt resignet illud quod non habet, nec potest fieri vere, nec ꝑ fictionem, quæ requirit duo extrema habilia. Bartol. in l. si is qui ꝓ emptore. ff. de vsucap. & extremum à quo non est habile, iō non potest fingi, & secundum hanc opinionem fuit iudicatū in magno consilio in p̄sentia domini cancellarij, & plurium magistrorum libellorum relatore domino Molinerio consiliario Tholosæ, anno 1536. die 20. Ianua. ꝓ p̄bēda Agenen. & ita etiam fuit iudicatum in supremo Burdegal. senatu, vt testat̄ Boe. in decisi. suis. q. 308. utrum quis posset. nempe quod quis, si uelit hr̄e non potest, id repudiare non potest. l. qui non potest facere. in fin. ff. de regu. iur. Item si ꝓcuratori conferat̄ beneficium. & is petat sibi fieri instr̄um, non ob hoc vr̄ acceptare, quia contradicens potest petere sibi fieri instrumentū. Calde. cons. 2. de p̄b. nec probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. C. de proba. & pulchrè tradit D. Bonet. in repe. illius legis.

186 Duodecimò, an excommunicatus † insinuare possit literas gradus & alias; Videtur ꝙ non, quia communio prohibetur cum eo. cap. 2. de except. Contrarium respondeo. quia per insinuationem nihil iuris quærit̄ graduato aut nominato in certo beneficio, ante vacationem, ergo nominatus poterit insinuare, tam ꝓ se quàm ꝓ alio, & talis insinuatio ualebit, ꝑ ea q̃ scripsi in §. si quis verò. in uerbo disposuerit, de col. in cōcord. immo fortius poterit nominatus, uel graduatus vacans beneficium acceptare, & ualebit hæc acceptatio facta per excommunicatum, cum non sit nisi quædam uoluntatis declaratio, quam excommunicatus non ꝓdit, vt concludit de Rota. decisio. vltim. de senten. excommu. & Cardin. in cons. 103. casus

super

Source : BIU Cujas

ſuper quo.colum.4.plene dixi in repe.c.poſtulaſtis. 2.not. de cleric.excommunic.miniſtra.

187 Decimotertiò,quidam conſtituit † procuratorem ad inſinuandum literas gradus,& nominationis, non expreſſit literas temporis ſtudij,an valeat inſinuatio facta per iſtum procuratorem?breui dicerem non valere, quia non eſt conſtitutus ad hoc,nec eſt procurator, niſi ad inſinuandum duas literas expreſſas, ergo ad alia non reperitur conſtitutus, nihil enim limitato,& expreſſo addi debet.l.in agris.ff.de acquir. rer.domi.& conſtitutus in vno non eſt in alio conſtitutus,immo vnum exprimendo aliud prohibere videtur.arg.l.cum prętor. ff.de iud.niſi dixiſſet,& alias literas ad hoc neceſſarias,qđ ſemper debet conſcribi à notario.

188 Vltimò quæritur,quidam † aſſerit ſe habere mandatum p̃ſentandi nominationes,& alias literas, cùm nullum mandatum habeat,qua pœna veniat plectendus; Reſpon.pœna falſi. tex.& ibi doc.not.in l.ſi autem.§.item ſi fundum. ff.de nego. geſt.hoc expreſse dicit Rom.conſ.446.primus.col.1.

189 Nota vnum ſingulare dictum,† ℭ ſi ſtatutum dicat, ℭ aliquis puniatur tanquam falſarius,tamen non debet puniri pœna legis Corneliæ de falſis,ſed alia pœna arbitrio iudicis. Bal. & Fely.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.de reſcrip.& Feli. in c. ſolitæ.col.2.de maiorit.& obed. Refert & ſequitur Hipp.ſing.236. dictio tanquam.& ita intelligitur ord.regia.rub.*des notaires*,artic.12.ibi, *comme faulſaires*, & ibi plene dixi aſſignando rationem.

190 Vndecimò videndum eſt † quotiens inſinuandum ſit. Reſpon.ſemel tantum literæ gradus, nominationum, certificatoriæ temporis ſtudij,& nobilitatis.tex.in § præfati. 3. ibi, ſemel ante uacationem.de colla.in concord.facit tex.in l.Titia Seio.§.vſuras.ibi,quam ſufficit ſemel interueniſſe.ff.de lega.2. l.cum procurator.§.1.ibi,nam & ipſi domino,cùm ſemel nũtiauit,non pemittitur iterum nuntiare.de oper. nou.nuntia.l. 3.§.illud ſciendum.ibi,ſed ſemel inter initia facta,quod vi aut clam.l fin.§.& hæc quidem.in fin.ibi,ſemel enim & nõ ępius eam peti concedimus.C.de iure delib.& ſi hæc non ſufficiãt, alia tradit Matth.de Affli&is in trac.de iure prothomiſeos. §. vt infra triginta.col.5.& Iaſ.in l.ſi duobus.§.ſi ei qui.& l.qui p ſalutem.ff.de iureiur.& l.prætor.§.deinde.de operis noui nũtia.omitto.l.boues.§.hoc ſermone.de verb.ſigni.& cap. non poteſt.& quæ ibi vtrobique addidi,de præbẽd.in 6.& l.videamus.ff.ℭ met. cau. & quæ tradit Geor.Nata in repe. clemen. ſæpe.in princ.colum.53.de verb.ſing.& quæ dixi in 1.notab. l. vnicæ.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. Et ℭ ſufficit ſemel profiteri in vna religione,nec tenetur iterum facere profeſſionem,ſi ad aliam religionem transfertur, vt cõcludit Federi.in conſ.5.quidam monachus.q.1. ℭ eſt intelligendũ quo ad hoc vt,monachus fiat alterius monaſterij,ſecus quoad ſubſtantiam regulæ.Dec.in cap.præterea.de præb.

Amplia ℭ niſi ſemel non eſt inſinuandum, etiam ſucceſſori.in ordina.regijs rub. *des graduez ſimplex*.artic.3.in fin.ibi.*En faiſant vne fois apparoir auſdictz collateurs,ou patrons d'icelle nobleſſe:* & quamuis loquatur de inſtrumento nobilitatis, idem tamẽ eſt in aliis,nec debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui. ff. de uſucapi.& ſupra dixi,& an ſi canonici qui elegerunt,moriãtur antequam electus per eos confirmetur, ſucceſſores teneantur electum confirmare,vide Rofred.in q.ſabbati.q.5.

191 Primò fallit,quando prima inſinuatio non eſſet rite facta,utpote extra tempus quadrageſimæ,tunc iterum debet rite fieri,quia quod nullum eſt habetur ac ſi factum non eſſet.l. quotiens.ff.qui ſatiſd.cog.& quando teſtes non ſunt rite examinati,poteſt peti iterum eos examinari, licet ſint publicati. tex.ſing.in l.ueluti.ff.de edendo ſecũdum Bal.in Marg. in ver. teſtis,in 8.q.& additio non rite facta, habetur pro non facta. Iaſ.conſil.127.dubitatur.in 4.vol.multa dixi in l.4.§.cõdemnatum.ff.de re iudica.

192 Secundò fallit ex cauſa. nam edi † iterum iubet prætor ex cauſa,vtpote ſi dicat collator perdidiſſe literas duplicatas.l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.cum l.ſeq.ff.de eden. l.fi.de bonis auct. iud.poſſi.& ibi Bart.Dec.in cap.1.col.30.de prob.ver.circa p̃dicta duo no.

Tertiò limitatur quando plures impetrarent nominationes, vtpote in ſingulos annos, vt fit in hac patria conſuetudinaria,tunc etiam in ſingulos annos poſt impetrationem tenetur eas exhibere collatoribus, etiam ſemel tantum:& hoc probatur in dict.§.teneantur.

Quartò non procedit in nomine & cognomine, quod in ſingulos annos debeat inſinuari.d.§.teneantur, vt collator uideat diligentes,& illos qui non renuntiauerunt ſuis nominationibus,vt ſunt multi,tam per matrimonium, quàm p̨ alia, de quibus in vlt.q.dicetur inferius.

193 Duodecimò,an collatoribus † ſcientibus inſinuetur nominationis gradus,& aliæ literæ? Videtur ℭ non, quia certus non debet certiorari.l.1.in fi.de acti.emp. Regula,eum q̨ certus.de reg.iur.in 6.

Contrarium eſt uerius, quia quando inſinuatio eſt de forma,non ſufficit ſcientia.d.reg.eum qui.Bart.in l.denuntiaſſe. ff.de adul.ſed iſta inſinuatio eſt de forma: quia ubicunq; decretum annullatiuum eſt poſitum,ibi eſt data forma.Bald.& alij in l.1.ff.de liber.& poſthum.Anch.in reg.ea quæ fiunt. de reg.iur.in 6.ſed decretum annullatiuum eſt poſitum in d. §.teneantur.in fin.uidelicet vt nominatus non poſſit acceptare beneficium illo anno,quo inſinuationem omiſit, & ſi acceptauerit, acceptatio nullius eſt momenti: & ideo conſenſus partium nihil operaretur.glo.in verbo committatur.ca. ſtatutum.de reſcrip.lib.6.Fely.in c.cum dilècta.colum.7. in 5. ſigno,illo titul.

194 Nec obſtat ℭ denuntiatio † in dubio non præſumitur eſſe de ſubſtantia,ſed de ſcientia:quia denuntiationes & inſinuationes fiunt ad certiorandum.l.item ueniunt.§.petitam. ff.de per.hæred. l. aut qui aliter. §.ſi forte ℭ vi aut clam. &ideo in dubio ſola ſcientia ſufficit.Dyn.in dict.regula,eum qui certus eſt.Cy.in l.emptor.C.de euict.hoc tamen non procedit,quãdo lex requirens denuntiationem procederet vltra:dicens actum factum aliter non valere,vt in concordant.quia tũc denuntiatio erit de ſubſtantia,& non ſufficiet ſcientia. Bald.in l. 1.ff.de libe. & poſthum.& in ca.1.colu.2. ſi de feudo vaſſallus ab aliquo interpella fuerit,ut refert Alexand. conſil. 27. uiſo themate,co.1.in 6.vol.vbi dicit, quod quando lex exigit denũtiationem,non ſufficit ſola ſcientia,quia tunc eſt de forma,ſecus ſi requirat tantum ſcientiam,quia tunc ſcienti non eſt denuntiandum.vide plenius conſ.138.viſo puncto.in 7.uolu m. Colle.in c.dilectus,2.col.2.de præben.quia vbicunque denũtiatio fit non ad certiorandum modo,ſed vt aliquid fiat, uel non fiat,tunc debet etiam fieri ſcienti.Barto.& alij in l.nõ ſolum.§.morte.ff.de oper.noui nuntia.Pan.& alij in ca. cum M. de conſtitu.Fel.in c.cum contingat.colum.5.conclu.4. cũ ſequen.de reſcript. Sed iſta intimatio fit non ſolum vt collator ſciat nominationes,ſed vt in tempore cõferat:ergo debet fieri etiam ſcienti.hoc tradit expreſsè glo. in verbo exhibere. in §.ſtatuit,de coll.in prag.Dom.& Fran.in ca.ſi capitulo, & ſeq. de conceſ.præb.lib.6. vbi requiritur quòd fiat præſentatio ei cui mandarum dirigitur,etiam ſi ſciat.

195 Et quando † preſbyter ſcit peccata ſui parochiani, vtpote quia vidit committi,tamẽ adhuc requiritur cõfeſſio.no.Beat. Thomas,in 4.ſent.diſt.17.quæſt.3.artic.2.ante medium, per c. ſi ſacerdos.de offic.ordin.dixi in c.omnis utriuſqne ſexus, de pœnit.& remiſ.Sic dicitur de iudice,quando ſcit vt priuatus, adhuc eſt eidem probatio facienda.c.1.de offi. ordi.& c. 1. de re iudi.in 6.Alex.conſ.27.uiſo.in 6.volum. & ſic licet collator adponeretur teſtis in gradu,vel nominationibus,adhuc eſſet eidem facienda inſinuatio,per prædicta.facit gloſſ.in l.nomẽ. C.quæ res pigno.obligar.poſſunt.vbi dicit debitori eſſe denũtiandum,etiam ſi eſſet certus.

Fallit quando ſcirent per ſcientiam inſinuationis, quæ fuiſſet facta vicario collatoris,tunc non teneretur collatori iterũ inſinuare, niſi in caſibus quos in proxima quæſtione ſupra ſcripſi.

196 Decimotertiò,an inſinuans † debeat literas gradus & alias aperire & legere coram collatore,dum eas illi inſinuat; Videtur ℭ ſic,vt patet in d.§.præfati.ibi,per parentes literas.de collat.in concord.& gloſ.videtur innuere in §. ſtatuit. in uerbo exhibere. de colla.in prag.vbi dicit,exhibere,id eſt præſentare,vt legant & videant.text.eſt in cle.cauſam. de elect. ibi,uel perlecto.

Contrarium videtur verius,& ſic eſt tenendum, argu.tex. in c.appellatio.de appel.lib.6.vbi ſic dicitur.Appellatio,quam in ſcriptis iudici à quo appellare uolebas, te porrexiſſe proponis,non poteſt ex eo quòd coram ipſo lecta non fuerit,rationabiliter impugnari.& tex.in d.clem.cauſam.ibi,in princ. porrecto,uel perlecto.de electio.vbi glo. in verbo perlecto,dicit, per hoc patet,quod primo caſu cum porrigitur, non eſt legi neceſſe,per illam alternatiuam,uel,in tex.poſitam, ſic nec in hoc caſu.

197 Idem crederem in mandato † de prouidendo, cùm ijſdem fere regulis determinetur:nam ſufficit quòd detur exemplũ mandati,uel quòd legatur & quando non traditur exemplũ, tunc debet legi, vel non debet ſtare per mandatarium quo minus legat,quod probat Soc.in tra.fallen.reg.79.vbi dicit, ℭ ceſſionarius exhibens inſtrnmentum debitori, debet illud legere. not. doctor. in l.non ſolum.§ morte. ff. de operis noui nuntiatio.

198 Nec obſtat.d.§.præfati.2.ibi,† per patentes literas, quia debet exponi,id eſt publicas.nam quod publicum eſt,omnibus patet.§.conſequens.inſtit.de ſuſpec.tuto. literæ publicæ & authenticæ,licet ſint clauſæ,patentes dicũtur,& faciunt fidem, quãdo ſigillum non eſt fractum,vel remotum.Io.Andr.poſt Hoſti.in c.patentibus literis.de priuileg.Card.in clemẽ. vna.§. nos itaque.6.not.de iureiuran.& patentes literę principis probant.clem.vna.§.porrò. & ibi Imol.colum.2.de iureiurand.ſic

&pa-

Source : BIU Cujas

& patentes literæ episcopi. cap.1.de tempor. ordinat. in sexto.ad hæc canonicorum patentibus literis creditur. cap.si canonici.de offi.ordina.in sexto. sic & patentibus literis uniuersitatis stabitur.

199 Et per hoc dicerem † non ualere insinuationem de exemplo,siue transumpto nominationum, & aliarum literarum, cum non sint literæ patentes,nisi originale insinuetur. l.sancimus.vt authentica ipsa,atque orig nalia rescripta non exempla eorum insinuentur.C.de diuers.rescript. & illa lex est canonizata in c.dicenti §.sancimus.25.quæs.2. sequitur patruus meus Rebuffus,& Platea in l.probatorias. C. de diuers. offic. lib.12.Alex.cons.95.visis processibus.colum.pe. in 2.volum. vers.supereſt.nam vbicunque aliquid intimatur præcessisse alicui propter quod tenetur ad alicuius actus explicationem, tunc semper ei cui fit intimatio, debet fieri per originale, & authenticum instrumentum,alioqui insinuatio censetur illegitima.ista est regula tradita in dict.§.morte.per Doct. & expresse per Rom.cons.336.circa fin. Præterea fidem nominati & graduati collatoribus de suis literis facere tenentur. d. §. teneantur.quam non facerent per transumptum, siue exemplum.l.2.ff.de fide instrum,quia intelligitur,fidem,scilicet plenam tex.iuncta glo.in clem. constitutionem,de elect. Alexã. cons.147.visis.in 6.volum.Dec.& alij in rubr.de probat. in decreta.

Vel potest exponi,patentes,id est apparentes quia si nominatus eas insinuaret,non debet eas operire, sicut nec monachus suum habitum: alioqui dicitur apostata. gloss. singul.in clementi. secunda, in verbo extrinseci. de vita & honestate cleric.

200 Ex hoc infertur parum valere † insinuationem factam per nominatum vel graduatum sic,insinuo literas gradus, nominationis & alias,prout in hoc sacco continentur,nisi eas postea ostenderit collatori.& hoc per doctrinam Bart. in l. cum seruus. ff.de condi. & demonstra. vbi dicit non valere oblationem pecuniæ factam clauso marupio Bald. & alij in l. acceptam C.de vsur.Barba.cons.8.scribitur.colum.penultim.in 1.volum. vbi dicit non valere productionem à parte factam, si saccum scripturarum produ cat. & hoc verum si pars oppo nat.& si pars confiteatur positionem, prout in tali instrumento continetur, si in illo instrumento non sic continetur, illa confessio non valebit.tex in l.2.C.de error. aduo.& ibi Bald. sic pulchre consuluit Alexan.cons.8.visis.colum.4.num.13.in 3.volum

Item si quispiam habeat terminum ad excipiendum & producendum iura sua,& postea ea producat,prout in sacro cõtinentur in illis punctis quæ pro eo faciunt,nõ valet. Io.And. in addit.ad Spec.in tit.de instrumen editio. §. uidendũ restat. vers.item non exhibeas.Anto.& alij.in c. imputari. de fide instru.laf.in l. Titiæ textores.colum 2.ff.de leg.1. sic nec insinuatio nominationum uel gradus, quod est notandum. igitur non sic insinues.

201 Vltimo quomodo puniantur † non insinuantes; Breui respond.tex.in d.§.teneantur,q̃ eo anno,quo præfatam insinuationem facere omiserint,beneficium in vim gradus, aut nominationis petere non possunt.& idem dicitur in ordina. regijs,rub. *des graduez simplex.* artic. 3. & 9. q̃ ob insinuationem omissam in vno anno,non perditur prioritas, vel alia priuileg a,si sequentibus annis insinuet.nam sicut,si,statuto dictante, insinuatio donationis debeat fieri intra mensem, & non fiat,donatio caret effectu.l.fi.C.de donati.ante nuptias. Bald. in l uniuersa.de prẽcibus imperat.offerend.Anto. de Cana.in tracta.de insinuatio.q.28.sic & gradus & nominationum insinuatio si non fiat tempore quadragesimæ, illo anno quo nõ est facta,caret effectu,quia non satis fit iuri requirenti insinuationem,& concordatis factis inter Papam & regem.

202 Idem si insinuauerit,† sed non tempore quadragesimę.qa sicut agri sator obseruare anni tempora debet,alias perdit semen suum.& ager non fructificat,verba sunt no.Bald. in cap. 1.colum pen.de postula.præla.Sic & nominatus:alioqui nominationes eidem non afferunt fructum.Item sicut medicus obseruat tempora,sic & iurisperitus.Bald.in l.vna.in princ. in 2.col.C de caduc.tollen.Et quando lex uel dispositio apponit tempus,qui non obseruat tempus,non seruat forman. Bal. in authen.quæ supplicatio.circa finem.C.de præcib.impetra offer.per tex.in l.scire.§. consequens.ff.de excusat.tuto.ibi, non aliter audiri,si non fuerit conseruatum constitutum tempus. Feli in c.cum contingat.col.8.de rescrip. Paul.in l. si in lege.in fi.prin.ff.locati.Albert.Bru.in tract. de forma & solẽni. actus, rub.ex quibus consistant forma & solennitas.vers.27. & superius fusius scripsi.

203 Quæro † an idem sit in graduatis,uel his qui uolunt obtinere villam muratam,seu beneficia in villa murata,& gl.in §.statuit.in verbo hoc, de collatio in pragmat tenet q̃ sic, alioqui quomodo sciret collator aliquem graduatum esse,nisi eidem insinuaretur, vide quæ dico infra,quæstione 16.& in §. statuimus.secunda,collation.in concordatis.

204 Quæro,beneficium † vacauit in mense Iulio, is nominatus qui insinuauerat, non requisiuit intra sex menses, quare per ordinarium cuidam graduato,qui nou insinuauerat, fuit facta collatio,an valeat? Breui respondeo q̃ sic,quia paria sunt non esse insinuatum,& non apparere.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.sed is qui insinuauit, non apparet, cum non ueniat intra sex menses,ergo collatio alteri facta valebit.

Nec obstat quòd quamdiu est aliquis qui insinuauit nõ debet alij non insinuanti beneficium conferri, quia hoc fateor, quando alius qui insinuauit, requisiuisset, aliàs secus.nam sicut post sex menses potest conferri beneficium vacans in mẽsibus præstitutis nominatis non nominato, sic & multo fortius in hoc casu.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ in nominationibus comprehendantur.*
2 *Beneficia patroni laici debeantur nominatis,nec graduatis,nec mãdatarijs. & nume.3.& 6.*
4 *Mandatarius nominato præfertur.*
5 *Mandatum omissa forma est nullum.*
7 *Legatus non confert beneficia sub patronatus laicorum existentia.*
8 *Beneficium quod iure regali confertur non comprehẽditur in nominationibus,nec Papa illud conferre potest.9.*
10 *Ius regaliorum quando fuit concessum.& in quibus ecclesiis consistat. Episcopus promotus in cardinalem, facit vt iure regali vacent beneficia.*
11 *Beneficium laico debitum non comprehendunt nominationes.*
12 *Hospitalia nominatis non debentur,fallit nu.14.& 15.& hospitalarius dicitur habere officium,et non beneficium,instar tutoris.*
13 *Hospitalia non tenentur ad decimas.*
14 *Hospitalia concessa in titulum, ut beneficia reguntur,& comprehendũtur in nominationibus.*
15 *An præsumatur hospitale.*
16 *Leprosariæ & eleemosynariæ an comprehendantur in nominationib. & leprosariæ & eleemosynariæ non ueniunt nomine beneficij.*
17 *Præceptoriæ sancti Ioannis Hierosolymitani nominatis non debentur.*
18 *Altaria & legata pia non debentur nominatis.*
19 *Officium operariæ non est nominationibus subiectum.*
20 *Operarius tenetur ad rationem,instar tutoris.*
21 *Laicus potest esse ecclesiæ operarius.*
22 *Loca collegialia nominatis non sunt affecta.*
23 *Fallit si dentur in titulum.*
24 *Beneficia regularia non comprehenduntur in nominationibus secularium.*
25 *Beneficium consuetum regi per seculares non comprehenditur in nominationibus regularium,uel contra.*
26 *Beneficia quæ dicantur regularia.*
27 *Beneficia causa permutationis vacantia an comprehendantur in nominationibus.& num.seq.*
29 *Beneficia permutata non possunt optari.*
30 *Permutans an teneatur ostendere titulum sui prædecessoris.*
31 *Beneficia electiua an debeantur nominatis.& num.32.*
32 *Beneficia quæ proprie dicantur electiua.*
33 *Beneficia electiua non comprehenduntur in mandatis Apostolicis.*
34 *Beneficia uacantia in curia Romana,non comprehenduntur in nominationibus:quia illa solus Papa confert.fallit num.36.37.& 38.*
35 *Beneficia quando censeantur uacare in curia.*
39 *Beneficia annexa qualitatibus,nominati non possunt acceptare.41.*
40 *Beneficia nobilibus debita an nominatus non nobilis acceptare possit.ubi quod doctor iudicatur nobilis.*
42 *Beneficium datur propter officium.*
43 *Beneficia unita mensæ episcopali,uel capituli,an debeantur nominatis idẽ si alio modo unita sint.*
44 *Beneficia creata post datam nominationum non sunt nominatis affecta: et qualitas iuncta uerbo secundum tempus uerbi debet intelligi.& beneficium ecclesiasticum non dicitur ante confirmationem episcopi.*
45 *Beneficium uacans tempore nominationis an debeatur nominatis.& uerbum futuri temporis includit præsens & præteritum.*
46 *Dispensatio an prosit in beneficijs iam obtentis ante datam dispensationis.*
47 *& legitimatio non trahitur.*
48 *Beneficium tempore datæ nominationum suppressum, si postea reparetur, an debeatur nominato.*
49 *Beneficia quæ optari possunt, uigore consuetudinis nominatis non sunt affecta.*
50 *Beneficium quod unus canonicus speciatim conferat ratione sua præbẽdę, non comprehenditur in nominationibus,nisi expressim apponatur:& uniuersitatis quæ sunt,non singulorum sunt.*
51 *Dignitates ecclesiarum, cathedralium non debentur nominatis obstante consuetudine.*
52 *Papa in ecclesijs ubi Rex habet ius regaliorum, an possit creare canonicum.*
53 *Consuetudo ut canonicis tantum conferantur dignitates,ualet.*
54 *Nominationibus an possit grauari habens unicum beneficium in sua collatione*

Source : BIU Cujas

latione: & conditores uoluisse priuare illum qui tantum unius beneficij habet collationem non est uerisimile. & factum legitime non debet retractari.

55 *Nominationibus an possit granari habens unum beneficium in regno, & plura extra regnum. & cumulatio summarum non fit, quando agitur de exclusione iurisdictionis: & quando est odiosum & grauamen, sicut uidetur respicere totum patrimonium, sic & grauamen beneficiorum omnia beneficia.*

56 *Granari nominationibus an possit collator extra regnum existens, ad beneficia regni.*

57 *Beneficia extra regnum sita non comprehenduntur in nominationibus & argumentum de personis ad locum ualet.*

58 *Beneficia per mortem unius ex nominatis collitigantibus uacantia adbeantur.*

59 *Collatio quando spectat ad duos, uni tantum non sunt nominationes dirigendæ: idem in mandatis Apostolicis.*

60 *Nominationes non diriguntur ecclesiæ in qua non est certus numerus præbendarum.*

61 *Beneficia per negligentiam ad episcopum deuoluta non debentur nominatis.*

62 *Vicariæ temporales non sunt affectæ nominatis: secus in perpetuis.*

63 *Pensiones quæ cum persona habentis extinguntur, non possunt impetrari uigore nominationum.*

64 *Beneficia uacantia per simplicem resignationem non debentur nominatis: secus in mandato Apostolico. num. 65.*

66 *Beneficia curialium etiam extra curiam uacantia non subiiciuntur nominationibus.*

67 *Oratoria non debentur nominatis.*

68 *Beneficia in mense Iunio uacantia si conferantur absenti, qui mense Iulio recusauit, non debentur nominatis.*

69 *Beneficia quæ per cessum uel decessum supprimi deberent, non sunt affecta nominatis.*

70 *Beneficia reseruata per extrauagan. execrabilis. non afficiuntur nominatis.*

QVAESTIO 15. princip.

DEcimoquintò, principaliter quæritur, quæ beneficia
1 † in nominationibus comprehendantur. & quæ non, quia cognito vno contrariorum, cognoscetur & reliquum. l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. & institu. illo titu. in prin docto. in rub. ff. de acquirē. possessi Barba. cons. 23. scripsit. q. 3. vol. 1. Ideo uideamus quæ beneficia non afficiantur nominatis, nec graduatis, vigore nominationum, uel gradus, &c.

2 Primò, dico non comprehendi † beneficium spectans ad præsentationem patroni laici, quia tex. in d. §. præfati. 1. de collat. in concord. loquitur tantum de patrono ecclesiastico, iō laicum patronum videtur excludere, argumen. capit. nonne. de præsumptio. Ita tenet glo. in §. item q̄ ad dictas. in uerbo ecclesiastico & in §. statuit. in verbo, præsentario. de collat. in pragma. Facit quod notant Docto. in cap. 2. de præbend. in 6. vbi beneficia spectantia ad patronos laicos in curia non dicūtur vacare. Panor. in cap. dilecta. de maior. & obed. Barba. in cap. dilectus. de offic. lega. quia laici retraherentur à fundationibus ecclesiarum. Archid. in cap. 2. de præbēd. in 6. Immo ex consuetudine Franciæ receptum est, vt etiam Papa hęc beneficia non conferat, per rationem supradictam.

3 Idem in mandato Apostolico † vt non comprehēdat hæc beneficia. nor. in cap. cum dilectus. de iure patronat. Do. Ruseus in tract. de mandat. Aposto. in 2. par. vide quæ dixi sup. q. 8. num. 22.

4 Secundò, non comprehenditur † beneficium affectū mandatario, nam vacante beneficio etiam in mensibus nominatis præstitutis, debetur mandatario excluso nominato. in tit. de manda. Aposto. in concord. vbi ita fuit inter sanctissimū Papam & regem nostrum Christianissimum concordatum, quia hi qui authoritate Apostolica veniunt, vt sunt mandatarij, omnibus alijs sunt præferendi c. cum cui & cap. hi qui. de præb. in 6. Item certa forma in hoc Franciæ regno constituta fuit ad mandata impetranda. quia de iure plures sunt formæ. vt dixi in rubr. de mand. in verbo, in forma.

5 Ideo si quis impetrauerit † mandatum non seruata forma concordati. mandatum erit nullum. ita affixi conclusionem, & sustinui de qua dico in forma manda. Aposto. sup.

6 Tertiò, non comprehenduntur † beneficia quorum p̄sentatio spectat ad clericum & laicum simul, sicut nec in mandatis Apostolicis, quia clericus habens presentationem cum laico, gaudebit priuilegio laici, argum. l. si communem. ff. quēadmodum seruit. amitta. vbi non prescribitur maiori propter minorem. facit glos. ff. cap. 1. in fin. de iure patro. lib. 6. vbi si laicus habeat ius patronatus cum clerico, habebit sex menses ad præsentandum ratione clerici. Panorm. in cap transmissæ. & l. cap. cum te. de iure patro. in verb. ius. in 7. q. D. Sainson in consue. Turonen. in rub. *des succeßions de roturiers*. artic. 5. facit cap. per tuas. de arbitris. Bauer. in §. testes. colum. 6. insti. de testa. & sicut vniuersitates non possunt grauare beneficia spectantia ad præsentationem laici tantum, sic nec quando spectant ad clericum & laicum simul, quia non debet fieri deterior conditio laici propter clericum. capitul. sacris. de sepulturis.

7 Sic nec legatus † poterit illud conferre. c. cùm dilectus. de iure patro. Pa ior. & Bart. in c. dilectus. de offic. leg. Et hoc tenet expressè Maleret. in tract. de elect. fol. 16. ver. 4. amplia. & quia nominationes respectu collatorū sunt odiosæ. sicut gratiæ expectatiuæ, & sic restringendæ. regula, odia. de regu. iur. lib. 6. gl. in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. & in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. & in §. itē quòd omnin. in verbo faciendæ. de coll. in pragm. ita expressè tenet Brunel. in tracta. de digni. lega. in conclu. 23. in 3. declar. ratio est vltra eum, quia præiudicaretur præsentationi laici & clerici simul, sed mixtum & compositum assumit naturam illius speciei, secundum quam iuri minus derogatur. Panormi. in c. super quæstionum. §. si verò. ult. notab. de offic. delega. ergo ista assumetur, uidelicet vt non comprehendantur beneficia ad præsentationem laici & clerici simul spectantia.

8 Quartò, non comprehenduntur † beneficia iure regali cōferenda. glo. in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. de collat. in pragm. & in §. item quod dicta in verbo regaliæ. de annat. ibidem. quia regi tanquam laico competit collatio. in c. generali. de elect. lib. 6. & supra dixi beneficia laicorum in nominationibus non comprehendi. facit quod habetur per Ioan Gallum in quæstio. per arestа q 113 item inter.

9 Vbi beneficia quæ sunt sub iure † regaliorum, non confert Papa, etiam si vacent in curia. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte. q. 23. Maleret. in tracta. de elect. fol. 23. vers. 3. infertur. & istam declarationem habuit rex, anno 1339. vt citat Dom. Ruseus in tract. de iure regalio. in 9. priuile. nec in mandatis Apostolicis comprehenduntur, vt in d. capi. 2. de præben. & propter regis prærogatiuam, q est ecclesiarum regni protector, teste Ioan. Feral. in trac. de iuribus & priuilegijs regis Frāciæ, in 8. priuilegio.

10 Et quando fuerit † concessum istud ius regaliorum, vide p Gagui. in uita Philipp. pulchri. fol. 123. & sequen. vers. eodē tēpore. Benedic. in repetit. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. num. 370. cum sequen. de testa. Aufre. in repet. clem. 1. de off. ordi nec habet rex illud ius regaliorum in omnibus ecclesiis regni, sed in illis quæ sunt citra Ligerim, *Loire*, loquēdo apud Parisios, ita à quibusdam notæ viris accepi esse declaratum in camera computorum Parisien. Not. tamen q̄ quamuis laicus habeat ius cōferendi beneficia ecclesiastica ex priuilegio Papæ, iuxta c. Adrianus. 63. dist. tamen conferendo beneficiū, non tribuit aliquod ius spirituale, quia ipse non habet. sed inuestitutus consequitur ius spirituale à confirmatore, uel ab alio ministro ecclesiastico, quod est not. pro rege Franciæ secundum Bonif. in clem. vna. col. penul. de concess. præb. Ioan. Andr. in c. accedens. colum. 1. de præben. an quando episcopus promouetur in Cardinalem, vacent sua priora beneficia iure regali tradit Collecta. in cap fin. colum. 1. de concess. præbend. q̄ sic. & idem quando eligitur ad summum Pontificatum, vt dicit euenisse tempore Clementis sexti. quod est notādum. Idem quando habet prouisionem alterius episcopatus. arg. c. nisi cùm pridem. de renuntiatio. Idem dicunt si hostis sit & rebellis regi, & regni inimicus, in illis ecclesijs quibus ius regaliorum datur regi.

11 Quintò, non comprehenditur † officium vel beneficium, q̄ cadit in laicum. de quo per glo. in c. cùm M. in verbo, receperunt, de consti. vel si per laicum est regi consuetum, qa post quam scribitur pro clerico, prę̄sumitur mādari de beneficio ecclesiastico in §. insuper. in verb. beneficia ecclesiast. de coll. in concord. Felin. in c. fin. in nostra correla. 22. de rescrip. Barba. in clem. causam. colum. 51. de elect. vbi declarat quando dicatur beneficium ecclesiasticum, & dico in tract. de pacifica possess. in limita. 10 nam hęc non comprehenduntur in aliis gratiis. Ioan. And. & alij in d. c. quia sæpe. de præb. lib. 6. de Rota deci. 67. de rescrip. incip. nota q̄ vbi in antiq. glo. in verbo, officium. de pacifi. poss. in pragm. nam exprimūtur beneficia ecclesiastica, ergo alia nō comprehenduntur, nec officia. text. in §. præfati. & in §. si quis verò. in verb. beneficiis ecclesiasticis. de coll. in concorda tex. in ca. si quis episcopus. ibi. aliqua officia ecclesiastica. 1. q. 3. cap. saluator. ibidem. glo. in §. in dignitatibus. in verbo. officiis. de colla. in pragma.

12 Sextò, non comprehenduntur † hospitalia. clemen. per literas. de præb. quia non sunt beneficia ecclesiastica, licet sint religiosa. clem. quia. de religio. domi. & ibi Bonif. notab. 17. nam hospitalarius dicitur habere officium non beneficium, instar tutoris. l. orphanotrophos. C. de episco. & cle glo. in uerbo, beneficijs. in clem. dispendiosam. de iudic. Bald. in l. beneficium. colum. vltim. ff. de consti. princ. & quia bona eorum sunt deputata

Source : BIU Cujas

putata pauperibus,& ſic ad alium vſum non debent transferri.l.1.ff.de adminiſt.rerum,& laicis debent committi. d.clem. quia ergo non ſunt adminiſtrationes eccleſiaſticæ. cap. bene quidem.96.diſtin.cap.decernimus.de iudi.Calderi.conſ.vno. de ſupplen.neglig.prælat.hoc expreſsè tenuit glo.in ca.ſi pauper.de præbend.in 6.& glo.in §.ſi autem illi.in verbo, beneficiorum de colla.in pragm.ſequitur de Selua in tractat. de legib.connubia.in verbo,expreſſi limita.8.Brunel.in tract. de digni.leg.concluſio.19.in 4.declaratio.Felyn.in c.de quarta. de præſcriptio.etiam ſi in eis eſſet clauſula,non obſtantibus. De-
33 cius conſ.165.viſo tenore.vbi concludit,habentem † hoſpitale non teneri ad ſoluendum decimas Papales, ſi mandentur ſolui de beneficijs eccleſiaſticis. licet hodie exactores neminem reſpiciant in animarum ſuarum perniciem. itaque hoſpitalia non comprehendunrur,etiam ſi eſſet clauſula motus proprij.glo.& ibi Doct.in d.clemẽ.2.de præben.dicentes,idẽ in mandato Apoſtolico,& literis datis in forma pauperũ ſecundum prædictos. Vide Barba.in c.nulli.colum.2. de rebus eccle.non alienan.& Franciſ.Curt. conſil. 20. præſupponitur. in fine.

34 Primo fallit † quando hoſpitalia concederentur in titulũ, quia tunc vt beneficia reguntur,& beneficia ſunt Ioan. Franciſ.in tract.de offi.& poteſtate capi.ſede vacan.in 1.q.2.partis. & tex.in d.clem.quia. §.vt autem. tamen vt melius prouideat iſtis locis,ſtatutum eſt ex ſpeciali prouiſione, vt non comprehendantur per literas generales.d.clemen.2. & ita tenet Bonif.ibi,colum.2.poſt Paulum & alios. & ſic niſi expreſſa facta eſſet mentio in mandatis,vel nominationibus,non deberen. tur etiam hoc caſu, per gloſſ. in d.clementi.ſecunda, in verbo prouideri.

35 Secundò,fallit quando eccleſiæ † eſſet vnitum.arg. cap.ſuper eo.de præbend.in 6.de Selua in tract de beneficio. in prima parte.q.4 num.9.& Ioan.de Pauinis in d.q.1.ſecundæ partis.col.3.vbi dicit ꝙ quando non apparet an ſit hoſpitale, vel beneficium,præſumi debet hoſpitale.glo. in clem. ſi de beneficio.de præb.vel attendetur vltimus ſtatus.argum. cap. conſultationibus.de iure patro.c.cum de benefidio. de præbend. lib.6.uel ſi appareat poſſeſſio & denominatio,præſumẽt hoſpitale,quia ſic nominatur, ſecus ſi eccleſia denominetur. gl. & Doct.in clementi.ſecunda,in verbo, eccleſias. de præben. vide plene Franciſc. Curtium, conſilio 20. præſupponitur, &cæt.

Limita quando eſſent vnita eccleſiæ iure principalitatis, hoc eſt, ꝙ vtrunque eſſet principale,& vnum non accederet alteri.argum.l.generaliter.ff.de fideiuſſo.not.Bonifa.in d. clement.2.colum. 2. & ibi dicit impetrantem teneri ad probandum eſſe vnitum iure acceſſionis. Vide Feder.conſ. 111. quæſtio talis eſt,an diœceſanus.& conſ.280.caſus talis,&c.Barba. in c.ex literis.colum.3.cum ſeq.de conſuet.& quę addidi in d. clemen.per literas.multas quæſtiones tradit Archiepiſcopus Floren.in 3.parte ſummæ,titu.11.c.2.& de Selua in 11.q.3.partis,in 11.qualita.& q.57.

16 Septimò,non comprehenduntur † leproſariæ,nec elemoſynariæ,quæ ad hoc fundatæ ſunt,vt pauperes lepra infecti ibi dem recipiantur,& de prouentibus nlantur.tex.in clem.quia contingit.de religio.domi.& quia nomine beneficij non veniunt.De Rota deciſio.50.quidam in ciuitate.de conceſſ præbend.& deci.3.nota ꝙ vbi religioſus.de regular.& tranſ.ad religio.in antiq.not.in clemen.fi.de decim. Sed inſtar tutoris & curatoris ſunt gubernatores illorum locorum.d.clem. quia. §.1.nec faciunt fructus ſuos,ſed tenentur de eis reddere rationem.Cardi.in clem.per literas.colum.2.& ſcripſi in dicta cle. quia contingit.hodie multi viuunt ex lepra pauperum,& eos fame perire patiuntur,vt uidi in multis ciuitatibus,quibus lepra Naaman adhærebit,& ſemini eorum in æternum.

Fallit quando eſſet vnitum officio vel beneficio eccleſię cathedralis.aut alteri beneficio eccleſiaſtico, vt proximè dixi. & tenet Egid. de Bellamera in deciſione 387.ſi contra petentem.

Secundò limitatur quando eſſent conſueta conferri religioſis in titulum,vel alijs, tunc etiam nominatis deberi poſſent.Rota d.deciſio. 3. nota ꝙ vbi.de regularib. ſequitur de Selua in tract de benefic.in 1.parte.q.4.num. 9.& in 3.parte. q.57.per cap.cum de beneficio. de præbend.in 6.& dicta ele. quia.§.vt autem.

17 Octauò, non veniunt † in nominationibus Præceptoriæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani, licet dicantur beneficia eccleſiaſtica.Barba.in clem.cauſam.colum.51.de elect.uide eũ in cap.in noſtra.de reſcrip.num.80. & in iſtis militibus non habet locum.c.auaritiæ.de electio.in 6.quia priores electi in administrationibus ſine confirmatione adminiſtrant, teſte Domi. conſ.15. reuerendę.colum.3.& 6.Docto.in cap.tranſmiſſam.de elect.nec præceptoriæ ſancti ſpiritus, vt audiui ſæpius à multis,licet parum iure fundetur,ſi eſſent fratres illius ordinis,alioquin non,quia regularib. ſunt conferenda.§.volumus. de colla.in concor.facit cle.quia contingit.§.præmiſſa.de religio.domi.vbi iſta excipiuntur ab alijs.

18 Nonò, non comprehenduntur † altaria ſeu cappellaniæ non ſpiritualizatæ,vt dicunt noſtri,de Selua in tracta.de beneficio.in 3.parte.q.57.clem 2.de iud.clem.vltim.de decim. nec beneficia proprie dicuntur eccleſiaſtica, ſed loca pia ante approbationem epiſcopi.Felin.in cap.ex parte S.colum.1.de reſcrip.uide tradita per Petrum Subertum,in tract.de cultu vineæ domini.4.parte.art.12.Anto.de Burrio conſil.3.& conſ. 51.ſuppoſita.& Doct.in clem fin.de decim.vide Felyn.in cap. cum venerabilis.colum.11.& ſeq.de excep.de Milis in verbo beneficium §.49.& plene Paul.de Citadi.in tracta de iure patro.in 3.parte.q.32. dicentem idem in oratorio.Bonifac.in clemen. final colum.1.de reſcrip.& quando capellania poſſit conferri in titulum,vide per Decium conſil.135. ad iuſtificationem.

19 Decimò non venit operaria † in quibuſdam enim eccleſijs præficitur vnus, qui uocatur magiſter operariæ,& hoc officium non eſt nominationibus ſubiectum, quia in hac eadem ratio eſt,ſicut in hoſpitali,& Ieleemoſynaria, & quia ad nutum traditur,& beneficia ſunt perpetua.c.præcepta. 55. diſtin.& mens pontificis ſummi & regis fuit prouidendi graduatis & nominatis,de beneficijs quæ perpetuò durent. Ioã. Andr.& Peruſ.in c.quia ſæpe.de præb.in 6.

20 Item operarius † tenetur reddere rationem,inſtar tutoris & curatoris.glo.in clem.2.de iudic.nec datur operaria nomine beneficij,ſed diligens paterfa.eligitur.Card.in d.clemẽ.2. col.pen & poteſt eſſe ꝙ noĩatus vel graduatus non eſſet eiuſdem qualitatis,& ſic eidem non debebitur, per ea quæ infra dicam.& not.in c.ei cui.de præb.in 6.

21 Item laicus † poteſt eſſe operarius eccleſiæ.Dec.in c.decet nimus.numero.11.verſ.ſecundo, quæritur. de iudi.& ſi conſuetum fuerit in eccleſia per quinquaginta annos, vt laicus ſit operarius vnius eccleſiæ,an clericus poſſit elegi, quòd ſic, not.Calder.conſ.primo.rub. de conſuetu.& conſ.12. Rubr. de conceſſio.præben idem in fabricis eccleſię. etiam vt non comprehendantur,declarat gl.in cle.2. in verb. eleemoſynarijs de præb.

22 Vndecimò, nõ comprehenduntur † in noĩationibus loca collegiata,quæ ad tempus ſcholaribus dantur rõne ſtudij, vt audiant iura,ſicut fit in Montepeſſulano, Tholoſæ, Auinione,& Caturci,& hic Pariſijs vt ſtudeant grammaticam, & in ſciẽtiis primitiuis,quia nõ ſunt ꝑpetua. ſicut beneficia eccleſiaſtica.c.præcepta.55.diſt.c.1.de capell. mona. lib.6. & mens conditorum fuit,vt ſupra dixi,prouidendi graduatis & nominatis de perpetuo beneficio,poſtquam amore ſciẽtiæ exhauſerunt totum ſuum patrimonium, tam in victu quàm in libris,& aliis expẽſis.de quibus dico in priuilegiis ſcholarium. Item quia non dicuntur beneficia eccleſiaſtica de quibus loquitur concordatum,vt proxime dixi.

23 Fallit in locis collegialibus † quę dãtur in titulum,quę ſunt perpetua, vt in eccleſia ſancti Saluatoris in ſuburbiis Mõtiſpeſſulani ſita, & in eccleſia ſanctæ Trinitatis Maguelonę, & aliis ſimilibus,ſi aliud nõ ſit quod repugnet,ſi nominatus qualitates habeat requiſitas,quin comprehendantur.arg.l.ſi quæramus.ff.de teſtamentis.

24 Duodecimò,nõ cõprehendi † beneficia regularia in nominationibus clerici ſecularis,etiam prætextu diſpẽſationis Papalis,receptum eſt:quia regularia regularibus ſunt cõferenda.§. uolumus.de colla.in cõcord.facit.c.cum de beneficio.de ꝑb. in 6.plene Fely.in c.in noſtra.correla.vlti.de reſcript. de Selua in tract.de beneficio.3.parte.quęſt.58.& idem contra,vt in regula cancella.41.gloſ.in propriis terminis in §. vſum, in verbo legatorum.de colla.in pragm.Idem in mãdato Apoſto.d. c.cum de beneficio.& tradit D.Rute.in tract de manda.Apoſto.in 2.parte.num.29.nec etiam in d § volumus prohibetur, quia unus nõ põt à cõtractu inuito altero diſcedere. l.1.& ꝑ totum C.quando liceat ab emptio.diſcede. & per hoc reſpõdi cuidam, qui habuerat nominationem à rege cuiuſdã abbatiæ regularis in commendam vſque ad annum, & intra annum debebat ſumere habitum, & poſtea abbatiam habebat in titulum,nõ valere diſpenſationem à ſolo Papa vt nõ teneatur ſumere habitum,alia multa dixi,quę cum operę pretium fuerit tradam:ſi tamen tempore nominationis erat ſecularis, & tempore uacationis regularis, uide gloſſ. in § illi verò. in uerbo religioſis.de collat.in pragma.& in cap. ei cui.de prębend.in 6.

25 Decimotertiò,non comprehenditur † beneficium cõſuetum regi ꝑ ſeculares in nominationibus regularium,uel contra.c.cum de beneficio.de ꝑb.in 6. vbi in mandato de prouidendo conceſſo ſecularibus, non ueniunt beneficia conſueta regi per regulares,uel contra.

26 Et dicũtur beneficia † regularia illa, in quibus in fundatione dictum eſt,ac ſtatutum ꝙ regantur per religioſos, uel sũt conſueta regi per religioſos,per quadraginta annos.d.c.cum

de

de beneficio.glo.in §.& idem ordo.in verbo regularibus.de coll.in pragma Fallit si idonei non reperirentur. c.inter quatuor.de religio.dom.Panor.in c.relatum. ne clerici.l.vt gradatim.ff.de mun.& hono.

27 Decimoquarto,non † comprehenduntur beneficia causa permutationis vacantia.§.volumus.de colla.in concor. quia alijs extra permutantes conferri non debent.cap.vno,de rerum permuta lib 6.glos.in §.item quod omnia.in verbo permutationis.de coll.in pragma.vbi limitat si permutatio esset fraudulenta.cap.fin.de renuntiatio.in 6.& ca. vno. de rerum permuta.eod.lib.vide Ioan.de Selua in tracta. de benefi. in 3. parte.q.54.

28 Secundò,si Papa mandet † prouideri alicui de certo beneficio,si vacat:vel quamprimum vacabit, certè si beneficiatus, de cuius beneficio est scriptum,resignet.etiam causa permutationis,nihilominus poterit prouideri impetranti,cū uacet, & fit affectum,& sic ius quæsitum est impetranti quod nō debet auferri per permuttationem istius.arg.glo.in c.quamuis.2.in verb.in genere.de præb.in 6. hoc expressius not. Staphil. in tract.de literis gratiæ.fol.64.quod non obseruaretur in Frā cia,cum sit excepta permutatio, & resignatio. vide clausulā quæ solet in permutationibus apponi,in regula cancel.38. & scripsi in praxi benefici.in rescripto permutationis.

29 Item beneficia permutata † non possunt optari.Fede. consil 62.verius,quod declara vt per Imol.in c.fi.num.40. versi 2. quæritur.de rerum permuta. & si collator præsumat vacare simpliciter,& conferat nominato, non valebit collatio. Fed. cons.164.licet semper.quia sunt affecti permutantibus.d.cap. vno.de rer.permu.in 6.

30 Nec requiritur ꝙ permutans † habeat titulum illius qui secum permutauit, sed sufficit de permutatione fidem facere, cum sit canonicus titulus.ca.1.de rerum permu.in 6.cle.vna. illo tit.Calde.cons.10.an suffician.rub.de rerum permu.1.qđ est verum,quando compermutans fuerit in possessione pacifica beneficij, & habitus & reputatus pro vero beneficiato. Pan.& Felyn.in cap.illud.de præsump. Auffr.in decis. Thol.q. 467.Item,&c.an agenti.Rom.cons.465.in re præsenti.Boer.in deci.Burdegal.q.265.tractatu de permutandis.

31 Decimoquinto, non † comprehenduntur beneficia vere electiua §.monasterijs.de regia ad prælat nomi.faci.in cōcor da.facit.c.cū in illis.§.cum autem.de pb.lib.6.cle. 1. illo tit.gl. in §.in dignitatibus.in verbo dictarum.de colla.in prag.dicēs expresè non cadere sub nominationibus,vel sub gradu,quia de beneficijs collatiuis intelligitur concordatum velle prouidere,& non de illis ecclesijs, in quibus electiones canonicæ & seruata forma.cap.quia propter.de electio.fieri debent.Felyn.in c.in nostra.de correla,32.de rescr.Tñ ad præbendas, quibus prouidetur ēt per electionem,absque confirmatione, nominationes ac mandata bene referuntur, per quarum vacationem ecclesia non dr viduata, quia potius collatiuæ quàm electiuæ dicendæ sunt.tex.in c.cum nostris.de concess.prēben. vbi episcopo & capitulo Lausan. ecclesiæ spectabat electio præpositurę in illa ecclesia, & tñ Papa mandat vt conferant. gl.in cle.quia contingit,in verbo electionem. de relig. domi. gl.in d.§.in dignitatibus.in verbo dignitatibus.de coll.in pragma.Oldr.cons.146.factum talc.col.2.vnde gl.in d.cle.quia cōtingit in §.vt aūt.de relig.domi quā sequit de Ripa.in li.2.Re

32 spon.de rescri.c.34.vbi ēt firmat ꝙ beneficia † dicuntur ꝓprie electiua,qñ proceditur in eis per electionē,quæ requirit confirmationē superioris,per gl.in d.cle.quia contingit. & illa nō comprehenduntur in nominationibus. Alia beneficia dātur per uiam electionis,non tñ requiritur confirmatio, & tunc dicuntur collatiua,& in nominationibus comprehēduntur, & gradu.Rota decis.1.no.quod vocetur, de electio. in antiq. Io.Dayma in proœmio concor.in ver.electiua.fol.78. & ibi ego ipse etiam scripsi.declarat Fely.in d.cap. in nostra.correla.31.de rescrip.

33 Idem in mandatis,vt non † comprehēdant beneficia electiua,per supradicta,quia in electiuis contrahitur matrimoniū. c.inter.de transla.episcopi.& sicut ex rescripto principis non fit matrimonium carnale.l.1. C.si nuptiæ ex rescripto petantur,ita nec spirituale,ne inuitæ detur sponsus.c.nullus.61.dist. ne deterius inde contingat c.2.de sponta.

34 Decimosexto, non comprehenduntur † in nominationibus beneficia vacantia in curia,quia illa solus Roma. Pontifex confert.c.2.de præb.li.6.propter reseruationē factam ibidem & si reseruationes regulariter in Francia sunt sublatæ, vt in concord.in titu.de reseruatio.Tamen illa reseruatio.ca. 2.non est sublata:& ideo nominatis beneficium non est affectum sic vacans,sed liberè Papa confert, etiam non gradua-

35 tis,vt dico in titu.de manda.Apost. vbi videre licet.† Et tunc censetur vacare in curia,siue ibi moriatur is, qui obtinet beneficium,siue non moriatur, sed remanens in dicta curia nō est promotus intra annum.Collecta.in cap.fin.in fin.de sortileg. Immo si decesserit is cui absenti facta est collatio, antequam ueniat ad suam notitiam beneficium,adhuc dicetur in curia vacare,quia non prouidit cum effectu.Collecta vbi supra.col.3.Secus si contuletit etiam inhabili, qui acceptauit, tunc redit potestas ad ordinarium,tum quia suum est sortita effectum.c.si tibi.de præb.in 6. quantum ad Papam attinet in effectum dicitur contulisse per acceptationem,& reseruatio illa est odiosa,vt collatio Papæ reseruetur,& reseruationes in regno sunt odiosæ.vt dixi in rubr.de reseruatio.in concordatis,huius sententiæ est Ioan.de Selua.in tracta de benefi. in 3. parte.q.72.& gl.in verbo causa.de elec.& reseruatio.in pragma.& Ruseus de iure regalio in 3.priuileg.

36 Fallit, quando ordinarius † post mensem conferret beneficium,quod tempore prędstitu o nominatis uel graduatis vacasset,quia tunc illis esset conferendum. c.statutum.de præb. in 6.iuncta clem.1.de sup.negli. præla. quia is qui confert iure deuoluto tenetur conferre cum illis qualitatibus, quæ illi beneficio inhærebant,per d.cle.& § si quis verò cuiuscunq; gl.in §.item quod omnia.in verbo scilicet. de collat in prag.

Item quia in d.§.prędstati.& d.§. si quis verò. omnia beneficia spectantia ad collationem ordinariorum collatorum, sunt affecta illis,si uacent tempore prædstituto eisdem.

37 Secundo fallit in c.si Apostolica.† de prēb.in 6. vbi ordinarius potest conferre beneficia vacantia in curia sede vacante.& si non fuerit prouisum ante pontificis obitum. sed illa decretalis debet intelligi vt conferre teneatur qualificatis, si vacent in mēsibus illis præstitutis,quia non est nouū vt priores leges ad posteriores trahantur.l. non est nouum.ff. de legibus & quia hic casus non est exceptus, in concordatis, immo omnia beneficia tempore præstituto vacantia eisdem nominatis & graduatis sunt conferenda per §.præfati primum.& §.si quis verò cuiuscunque de collat. in concord.& etiam si vacarent alio tempore, & hoc si erat ecclesia parochialis sita in villa murata,vt in dicto.§.statuimus.

38 Tertiò fallit quando in curia vacarent in fraudem, quia tūc etiam ordinarius potest conferre,vt concludit Oldra. consil. 324.factum.col.4.vers.nec obstat quod dicitur.asserens. d.ca. 2.debere intelligi quando vacant in curia sine fraude.argu.l. res quæ.§.lites.ff.de iur.fisci.nec calumniæ facultatē ex principali maiestate capere oportet.l.pen ff.dehęred inst.pulcher tex.in l.idem.§ fi.de excusa tuto.

39 Decimoseptimo,non † ueniunt beneficia qualitatibus annexa,uel ex statuto,uel ex consuetudine,vel alio quouis modo,quia habenti,tantum illam qualitatem debentur. ca.cum in ecclesia.de præbend.in 6.nam non intendit concordatum huic priuilegio uel consuetudini seu statuto derogare. §.per præmissa.de reg.ad pręla.nomina facienda.in d.concord.ubi non intendit derogare statutis & consuetudinibus ecclesiarum quo ad ius eligendi secus tamen est in alijs,vt in rubr.de firma & irreuoca.concor.stabili.

40 Ideo si ex statuto † ecclesiarum prębendę, seu alia beneficia debeātur nobilibus,non debētur nominato ignobili, nō habēti illam qualitatem,per supradicta: nec potest episcopus dispensare contra institutionem: ideo non posset vna ecclesia etiam cum authoritate Papę afficere certa beneficia cantoribus,aut alijs in præiudicium qualificatorum. vt scripsi in verb.dispensationis.§.volumus.de col.in concord. & ita fuit iudicatum in magno consil.contra ecclesiam Thol. pro domino de Sarta.fallit quādo nominatus esset doctor, quia doctor iudicatur nobilis.Barto.in l.iudices.de dignita. C.lib.12. Bonus de Curtili in tract.nobili.in 3.parte.num.97. facit.l.prouidendum.C.de postula.glo.in l.societas.ff.pro socio,& quæ ibi addidi dixi in priuilegijs scholarium. Et ista sunt notanda, quia sępius uidi dubitari in palatio.

41 Idem si sacerdotalis præbenda vacet;& nominatus non sit sacerdos:si tamen hoc ex fundatione requiritur,tunc non debebitur nisi sacerdoti.capirul. cui,de non sacerdotali. de prębend.in 6.

42 Idem puto in mandato † Apostolico intelligendum,ut no. Felyn.in c.nonnulli colum.26.uers 9.conclusio, de rescri. lib. 6.& iste non potest exercere officium prębyteri, ergo non dabitur ei beneficium nisi per clausulas mandatorum esset fundationibus derogatum, nec posset episcopus contra institutionem beneficij dispensare, uel eam immutare, ut tradit Felyn.post Cald.in cap.cum accessissent.col.7.num.17.de cōstitu.Rochus Curtius in tract. de iure patro.in uerbo honorificum.q.4.in fin.

43 Decimooctauò, non † comprehenduntur beneficia unita mensę episcopali, uel capituli, quia mortuo uicario non uacant.clem.una.uersic.quidam etiam.de excessib. prędlator. Idem si alio modo unita sint, quia debentur ei, qui beneficium obtinet,cui sunt unita de iure, uel de cōsuetudine, nec dicuntur uacare.Ideo acceptari non possunt, uel requiri per nominatum.c.cum accessissent.de constitutio.glos. in uerbo uacauerint.in §.item quod omnia.de colla.in pragm.Federi. consil.187.casus talis est,dominus.& cons.200.quod permu-

tatio.

Source : BIU Cujas

tatio.nam vbi beneficium est vnitum alteri,perdit nomẽ beneficij,& exemptionis,si vniatur non exempto.Domi.in cap. cum personæ §.fin.colum.vltim.de priuileg.in 6. sequitur Felyn.in c.in nostra.correl.33.de rescrip.si tamen fieret vnio de beneficio, quod vacauit in mensibus præstitutis nominatis, adhuc posset nominatus vti suo iure,per glo.in d.verbo vacauerint. quia ius erat iam nominato acquisitum, saltem affectum erat illi beneficium, ideo non poterat vniri per episcopum Idem si non erat legitimè vnitum. Vide tamen quæ dixi in cap.sicut vnire.de excessib. prælat. & in praxi beneficiali in rescripto vnion.& Petrum de Perus.in tract.de vnio.beneficio.Item quando vacaret beneficium per mortem rectoris in cuius fauorem est facta vnio in mensibus nominatorum, posset nominatus illud requirere,& vnire vtrunqne glo.fing. in cap.gratia.in verbo de iure.de rescript.in 6.gloss. in regula cancel.11.& etiam vicaria perpetua posset acceptari,vt supr. dixi.

44 Decimononò, non debentur † beneficia post datam nominationum creata.clem.1.de rescrip.quia non erat intentio mandatoris,dicit tex.in cap.mandatum.de rescrip.capit.quia sæpe.& cap.cum in illis.de præbẽ.in 6.Nam forsitan fundatores ab illis creandis retrahentur, si simul atque creata essent, deberentur,vt dicit glo.in d.clem fi. & quia non erant in rerũ natura tempore nominationum.l.si à colono.in fin. ff.de verbo.oblig.l.Aurelius.§.testamento.ff.de libera lega. nec erant beneficia tempore datæ nominationum. Ideo non entis nullæ sunt qualitates, & qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus uerbi.l.in delictis.§.1.ff.de noxa.Immo etiã si tempore nominationum erat ordinatum per testatorẽ vel alium,& nondum confirmatum, & approbatum per episcopum,adhuc non deberetur nominato vel graduato ante cõfirmationem:ita expresse tenent Domin. de Rota decisio.11. quidam patronus de iure patio.in antiq.argum. l.cum syllanianum. C. ad syll.quia ante confirmationem episcopi non potest dici beneficium ecclesiasticum.cap.nemo.1. de consecra.distinct.1.cap.ad hæc.de religiosi.domi.Felyn.in ca.cum adeo.colum.3.de rescrip.de Rota decisio.17.quidam patronus.rubr.de præben.in antiquior. Præterea, rescriptum non extenditur ad lites futuras.cap.fin.de rescript. nec alia rescripta ad beneficia futura,sicut nec priuilegium concessum monasterio vel ecclesijs extenditur ad ecclesias postmodum acquisitas.c.cum cappella.de priuileg.Alex.cons.178.in occurrenti.in 2.colum.volum.2.& si Papa concedat alicui vt conferat primum beneficium vacaturum, non poterit conferre beneficium de nouo creatum Collecta.in c.in nostra.colum. 1.de rescript. Nec in donatione omnium bonorum veniunt futura.Bart.& alij in l.stipulatio hoc modo. ff.de verbo.obli. & l.fi.C.de pact.facit.l.nam & Seruius.§.si viuo. ff. de negot. gest.clem.1.in fi.de censi.Geminia.cons.69. Dominus noster. Sed postquam beneficium fuerit authoritate episcopi approbatum debebitur his,qui postea nominationes sument, quia beneficium est,& tertia pars beneficiorum est affecta graduatis & nominatis.§.præfatique graduati de colla.in concorda.

45 Item nominationes bene † comprehẽdunt beneficia, quæ vacauerant in mensibus statutis graduatis & nominatis, si erant vacantia tempore quo nominationes concessę fuerunt. glo.in §.si autem.in verbo inane.de coll.in pragm.Brunel.vbi supra declarat.vlti.conclusio.19.Alexand. & Ias.in l. Titius.§. Lucius.num.11.ff.de liber.& posthum.Socy.in l.si iam facta, ff.de conditio.& demonstr.tum quia non definit vacatio, & sic verificatur uerbum vacantia,vel uacatura,seu dum vacabit,quia verbum futuri temporis includit præsens & præteritum.l.uerbum oportebit.ff.de verbor.significat.quia uacans nunc,etiam vacabit de futuro, nisi conferatur: tum etiam qa gratia facta de beneficio vacaturo,comprehendit etiã beneficium id temporis vacans, quod facilius Papa concessisset, quàm ius daret ad vacatura.glo.nota. in cap. si postquam. de præben.in 6.& ibi Perus.eam notat.& gloss.in cap.si capitulo. in verbo capitulo.de concess.prebend.eod. lib.gl.est alia in clevna.in uerbo notitia.de concess.præb.

46 Immo si habens † beneficium curatum obtineat aliud simile,& postea à Papa impetrauerit dispensationem,ut duo curata possit tenere, talis dispensatio proderit etiam in beneficiis obtentis ante datam dispensationis.Pau. in proprijs terminis, in l.& milibus.C.de test.milit.per l.si quis filio.§.irritum. ff.de iniusto rupt.testa.de quo plene Spe.in tit.de lapsis. §.dicendũ. uers.sed pone.de quo Ias.dubitat, licet plures decisiones tradat in l.quo minus in 21.q.Bar.ff.de flu.

Ego sic conciliarem,qꝙ dispensatio simplex, non facta mentione illorum beneficiorum,quæ habet,non extẽderetur ad illa beneficia iam obtenta,per scripta à Panormi. & alijs in c. ad aures.colum.penul.& per Felyn.in capitu.postulasti. circa fin.de rescript. nam legitimatio sobolis non firmat electionẽ illegitime nati,nec purgatur uitium eligentium,quia nõ trahitur retro.Bald.in Marga. in uerbo legitimatio. quæstio. 15. probatur in capitu.si gratiosè. in uerbo retinere. de rescript. in sexto.

47 Si autem verba † ad dispensationem etiam habeant mẽtionem de obtentis & non obstante ꝙ illa habeat, tecum dispensatur, tunc dispensatio etiam prodesset super obtentis, & ita intelligitur opinio Paul.Castren.in l.si iam.ff.de condit.& demonstra.Anch.in c.non potest.de præbend.in 6.& sic respondendum erit secundum uerba dispensationis,& illis uisis,quia si de futuris tantum intelligantur, utpote quia in dispensatione dicitur,quod deinceps,uel postea possit duo recipere beneficia,& ea retinere,tunc ad obtenta non extẽdetur,aliàs secus si mens pontificis possit elici, ut etiam super obtentis dispensauerit,quod est notandum.Intelligo tamẽ quando nullus alius erat graduatus,uel nominatus, alioqui alteri qui insinuauit, debebitur per § præfatique ordinarij. & ibi dixi in gl.ante uacationem de col.in concord.

48 Et quid si beneficium † tempore datæ nominationũ erat suppressum,& postea fuit reparatum,an debeatur nominato uide Barb.in cap.cum accessissent.num.89.uersic.circa istud. de consti.& Bonifa.in d.clemẽ.fin. colum. 3. concludentes ꝙ sic,per d.cap.cum accessissent. quia reficere non est de nouo facere.l.1.ff.de riuis.l.3.§.reficere,detinere actuque priua.intellige prout notat Bart.& alij in l.1.§. si quis ædificium. ff. de noui operis nuntia. & Felyn. post alios in cap. consuluit. de Iudæis. Ias.in dicta.l.quo minus.in fin. Allego gloss.in capi. de monachis.18.q.2.dicentem in reparatione ecclesiæ nõ requiri consensum episcopi, sicut si de nouo construatur. faciunt nota.per Socy.in d.l.si iam facta.colum.ultim.& quod tradit dom.Rus.in tract.regalio. in 8.priuilegio, ubi concludit sufficere tempore uacationis beneficium esse,ad hoc ut sub iure regaliorum comprehendatur.

49 Vigesimò,non † comprehenduntur beneficia,quæ possũt optari per antiquiorem uigore consuetudinis,uel statuti.ca. ultim.de consuet.lib. 6. quia in nominationibus non tolluntur consuetudines aut statuta ecclesiarum,nec in eis dicitur, non obstantibus statutis,uel consuetudinibus, sicut in mandatis,in quibus etiam non comprehẽduntur, ut ibi. & in cap. cum in ecclesia de præb.in 6.Rota tamen decisio.5. si mandetur.de consuetu.in not.dicit per clausulas derogatorias tolli consuetudinem optandi. Vltima tñ nõ optata remanebit affecta nominato, uel graduato. gloss.in §. ltẽ quod omnia.in verbo uacauerint.de collatio.in pragm. sicut est in mandato de prouidẽdo,ut in d.cap.fin.de consuetu. Sic est dicẽdum in resignatione simplici,vt non impediat optionem. cap. fin.de præb.in 6.ibi,cum dicit tex. dum uacant. sed vacare dicuntur etiam per resignationem.tex. expressus in cap. susceptum. de rescrip.in 6.gloss.in c.si propter.ibidem, etiam si fuerit admissa de legatum,quia non potuit derogare statutis ecclesiarum à Papa confirmatis.glo.& Docto.in cap.pro illorum.de præben.quia inferior non tollit legem superioris.clem.ne Romani.de elect.nam quando fit resignatio causa permutationis ad utilitatem partium,adhuc optio procedit,teste Perus.in d. cap.fin post Imol.in cap.fin.num.40.de rerum permutat. secus si ad utilitatem ecclesiæ,vt ibi.si tamẽ duo beneficia conformia nihil differẽtia in illa ecclesia in qua est ius optandi uacarent,non poterit tunc antiquior optare.Roma.singu. 487. legat testator. vbi dicit se lucratum fuisse plusquam sexaginta ducatos.& hoc p tex.mirabilem & singul.in l.cum aurum. §.sed si argẽti.& ibi gloss.& Barto.ff.de auro & argento lega. multa addidi in d.c fi.ibi videre licebit, vbi istud non passim approbo.

50 Vigesimoprimò,non † comprehẽditur beneficium quòd vnus canonicus confert ratione suæ præbẽdæ speciatim, nisi nomine capituli conferret,uel nisi in nominationibus apponatur. R. decano & capituio Parisiẽ. singulisq; canonicis, & psonis ecclesiæ tam coniunctim quàm diuisim. sicut in mandatis Apostol.dicit tex.in cap.mandatum.de præbend.libr.6. glo.in §.statuit.in uerbo spectat.de collat.in pragm.Bal.cons. 242.factum.in 3.uolum. ubi si mandetur prouideri de beneficio spectante ad collationẽ capituli, non comprehẽditur is qui iure speciali confert:quia quæ sunt uniuersitatis, nõ sunt singulorum.l.in tantum.§.uniuersitatis. ff.de rerum diuisio. l. secunda,& l.sicut.quòd cuiusque vniuersita.no. Et tunc etiam nõ comprehẽderetur beneficium in nominationibus,si collator tria non habebat beneficia.§.præfatiq; ordinarij.de colla.in concord.nec in mandatis nisi haberet decem. §. primo, de manda.ibidem.

51 Vigesimosecundò, non † comprehẽduntur dignitates ecclesiarum cathedralium, quia ex consuetudine huius regni debẽtur tantum canonicus illarum ecclesiarum.gl.in §.quòd si quis cuiuscunq;,in uerbo similiter.& in §.item cẽsuit.in uerbo requireret.de colla.in pragma.de Selua in tracta.de beneficio.in 3.part.q.49.Benedic.in ca.Raynutius.in uerb.si absq; num.10.in substitutio.fidei commissa.de testam. Extra tamẽ consuetudinẽ, uel statutum à Papa confirmatum, deberẽtur

gradua-

Source : BIU Cujas

graduatis,& nominatis, ſi vacarent in tempore illis præſtituto: vt tenet glo. in §. item placuit. in verbo parochialibus. de colla. in pragm.

52 Fallit, quando eſſet creatus canonicus à Papa ad illum effectum, ſcilicet obtinēdi dignitates. & iſtud fit à cautis nominatis, vt poſſint dignitates conſequi. & hoc ſibi retinuit Roma. Pontifex, vt patet in concord. in rub. de reſeruatio. §. in cathedralibus. & ibi dixi quid facere poſſit ille canonicus. ſic Papa etiam de iure poteſt, in cap. duobus. de reſcrip. lib. 6. c. eū cui. & c. hi qui. de prēben. illo lib. Etiam poteſt creare canonicum in eccleſijs, vbi rex iure regali confert, quia ita concordatum eſt in d. §. fin. de reſerua. & quia hoc tendit potius in cōmodū regis, quam in præiudicium, vt plures habiles & idoneos habeat, quibus conferat. Adhæc licet Papa non intendat illa cōferre, tamen ad illa habilitare poteſt: & magna differentia eſt inter hæc, vt dico in ſimili repet. l. q̄ iuſſit. in 6. q. Bart. ff. de re iudic. & poſtquam hic erit canonicus ad effectum creatus à Papa, rex non tenebitur ob hoc eidem prouidere, ſed ſi velit, plurium habebit optionem. ſic dicunt Doct. in cap. 1. de filijs præsby. lib. 6. q̄ Papa poſſit legitimare naturalem tantum, vt poſſit habere beneficia etiam ſpectantia ad præſentationē laici, quia laicus non ob hoc tenebitur illum ſic legitimatum p̄ſentare, & ſic erit potius commodum patroni, quàm præiudicium. Benedict. in repe. c. Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 198. de teſta. quod eſt notandum.

53 Et valet illa conſuetudo, † vt canonicis tantum conferātur dignitates in eccleſijs cathedralibus. Peruſ. in cap. ſi is cui. per illum tex. in vlti. nota. de præb. in 6. Barb. in c. cum conſuetudinis. de conſuetu. immo ſi ſimpliciter mandetur prouideri in eccleſia cathedrali, non comprehendūtur canonicatus, ſi alia ſint beneficia, & non ſit in literis expreſſum de canonicatib. & hoc propter honorem illius. c. quamuis. de præb. in 6. Fely. in cap. 1. colum. 4. & ſeq. de reſcrip. de Selua. q. 3. primæ partis ſui tractatus de beneficio. & ſic in mandatis Apoſtolicis conceſſis ſecularibus ad beneficia ſecularia & dignitates, ſolet creari à Papa mandatarius canonicus ad effectum, vt patet in forma manda. Apoſto. alioqui idem eſſet vt ſuprà dixi, nec valeret ibi impetratio dignitatis, niſi illius ſtatuti uel conſuetudinis effectum exprimeret. Io. Colo. in c. ſi is cui. de præbē. in 6. quod eſt notandum.

54 Vigeſimotertiò, † nō comprehenditur unicum beneficiū, quando tantum quis illius ſolius habet collationem. §. præfati. 1. de coll. in concor. vbi dicitur q̄ tertia pars beneficiorum debetur nominatis & graduatis, & in vno non dicitur tertia pars, ergo vnum non debetur.

Item non eſt veriſimile conditores voluiſſe priuare illum qui tantum vnius beneficij habet collationem, ſeu præſentationem, quia fortè in vita ſemel tantum vacabit. gl. in §. item quod parochialis. in verbo triēnium. de colla. in prag. Domi. conſ. 36 caſus talis. Nico. Millus in verbo gratia. q. 48. Fely. in c. 1. num. 9. & in c. in noſtra, correla. 24. de reſcr. Archid. & alij in c. ſi pro clericis. de præb. in 6. gl. in clem. 1. in verbo incerta. illo tit. Et ibi Boniſa. dicit ſic fuiſſe iudicatum in audientia, ſua memoria, licet multa in cōtrarium allegata fuiſſent: ne tenuis vitæ homines vnico lumine priuentur. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præſid. licet Catellia. Cotta. in 2. parte memoraliū, in verbo limen, dicat ibi legendum limine. Si tamen habenti tria beneficia, vel decem, directæ fuerint nominationes, uel mandatum, licet poſtea vnum illorum ſit unitum, tamen nō nocebit impetranti, quia tempus datæ debet inſpici in hoc. c. ſi eo tempore. ve reſcri. in 6. & factum legitimè non debet retractari. regula, factum. de reg. iur. in 6. ſic concludit Imol. in clem. 1. in fi. de præbē. Et ita iudicauit ſenatus anno 1514. die 2. Iunij pro Renato du Voirie, contra Stephanum Boiſrond. ſuper eccleſia parochiali de Haubert. Cenomari. diœceſ.

55 Quid ſi vnum tantum habeat † in regno, plura extra regnū an nominationes poſſint dirigi ad illum? Videtur q̄ ſic, quia plura habet beneficia, nec curandum eſt vbicunque ſint. In q̄trarium tamē vī, tum quia duplici onere grauaretur, nempe in regno grauatur nominationibus, & in beneficijs regni, & in illo quod eſt in regno, cēſetur monoculum: & ſi in illo grauaretur, duplici onere grauaretur. Item cumulatio ſummarum non fit, q̄n agit̄ de excluſione iuriſdictionis, & ſi quando eſt odioſum. l. ſi idem. in prin. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. ſed iſtud eſſet odioſum, ergo non fiet cumulatio. Hæc quæſtio fuit mihi petita in palatio, & ita reſpondi, dum erit operę pretium, decidā. Interim cogitandum eſt, quia ſicut grauamē videtur reſpicere totum patrimonium. l. ſi fideicommiſſum. §. primo. ff. de iudic. & hoc grauamen beneficiorum reſpicit omnia beneficia, & ſic illud beneficium regni non cenſebitur monoculum. Videtur contrarium tenere gloſſ. in §. placuit in uerbo tollerentur. de colla. in pragm. vbi dicit nominationes non poſſe concedi, quando gratiæ expectatiuę, nec contra, ne nimium grauentur ordinarij: & ſic requirit̄ quòd collator habeat ſaltem beneficia in regno, tria, vt ſit tertia

56 pars. §. præfatiq́ue ordinarij. de colla. Et ſic licet † abbatia uel epiſcopatus ſit extra regnum, dummodo beneficia ſint in regno, poterunt grauari collatores, quia affecta eſt tertia pars beneficiorum, quæ in regno eſt §. præfatiq́ue ordinarij. de colla. & ideo non curo vbi ſit collator, dummodo beneficia in regno ſita ſint: tēdant ergo retia ſua nominati, id eſt nominationes ad quoſcunque collatores etiam extra regnum, dum tamen modo in regno ſita ſint beneficia, nam qui in vno alleuiatur, in alio grauari poteſt, vel e contrario. l. eum qui. ff. de iure iurand ſed hic collator eſt alleuiatus expectatiuis, ergo nominationibus grauari poterit.

Et per prædicta putarem nominationes poſſe dirigi abbati habenti collationes decem beneficiorum, inter quæ ſunt duo regularia, & octo ſecularia, vt regularis nominatus dirigere poſſit illi nominationes, licet non habeat tria regularia, quia poſtquam habet vltra tria, tam regularia quàm ſecularia poterit nominationibus grauari tam à regularibus, quàm à ſecularibns, vt dixi in mandatis. in verbo decem. in §. 1. de mā da. Apoſt. cum tex. in d. §. præfati. nō diſtinguat, & quia tertia pars, quæcunque ſit afficitur tam nominatis quàm graduatis quando vacat in tempore illis præſtituto, ideo ſi illa regularia vacent in tempore eiſdem ſtatuto, illis conferri debebunt quod eſt notandum.

47 Vigeſimoquartò † non comprehenduntur beneficia extra regnum ſita, cū concordata ad ea nō extendantur, & nominationes ad ea nō poſſint dirigi, vt dixi ſupra. q. 8. etiam ſi beneficia eis annexa eſſent in regno cum omnibus parochianis. nam poſtquam principale eſt extra regnum, nō debet̄ nominatis nec graduatis in vim nominationum uel gradus. hoc expreſsè tradit Do. Chaſſan. in cōſue. Burg. rub. *des cenſes*. §. 1. gl. *retenue*. num. 6. uide Roman. in conſil. 361. in caſu. ubi cōcludit, legatum Franciæ poſſe conferre beneficia in Francia ſita, etam ſi collatores eſſent in Hiſpania. Item q̄ bonum eſt argumentum de perſonis ad locum. l 2. § eadem. ff. ne quis eū qui in ius uocat. eſt, vi eximat. laſ. in l. vinum. in notabi. in fin. ff. ſi cer. peta. & conſilio 185. in iſta colum. 4. volum. ſecundo, ſed perſona extra nō poteſt habere beneficia in regno, ſic nominationes regni non comprehēdent beneficia extra regnū & extra locum limitatum.

58 Vigeſimoquintò, non † comprehenduntur beneficia quæ per mortem unius ex collitigantibus uacant, quia lite pendē te conferri non poſſunt. cap. ſi hi. vt lite penden. in 6. clemen. 1. illo titu. & ibi Bonifac. de Rota deciſio. 582. utrum. cap. ſi hi qui. in antiq. Hodie ſic crederem deberi, cum lite pendente q̄ferri poſſint in Francia, nec ſeruantur illa iura, vt ſæpius uidi: & ideo ſi ille collitigans mortuus ſit in tempore graduatis p̄ſtituto, uel nominatis, & habebat ius in illo beneficio, debet nominato conferri, ſi requirat, & euentus litis demonſtrabit, qui eſt dubius. l. quod debetur. ff. de peculio. Vide quæ dixi in gloſſa comprehenſa. §. declarantes. de manda. Apoſtoli. in cō cordatis, videlicet an beneficium litigioſum ſit affectum mādatario.

59 Vigeſimoſexto, non † comprehenduntur beneficia ſpectā tia ad collationem duorum, ſi vni tantum nominationes directæ ſint. cap. cùm in illis. §. fin. de præbend. in 6. Rota deciſ. 61. nota gloſſ. in cap. mandatum. de reſcrip. in antiq. quia nominationes quando diriguntur epiſcopo Magalon. nolunt grauare alium epiſcopum: ideo ſi collatio ſpectet ad epiſcopum Magalonen. cum alio, non comprehenditur illud beneficium. facit. l. legatis. ff. de leg. 2. vbi legatum factum vxori de his quæ parata erāt ad ipſius uſum. non intelligitur de paratis ad communem uſum ipſius & viri. Idem in mandatis Apoſt. per d. §. fin. & Doct. ibi tenent. Tamen ſi mandetur prouidere de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi Pariſienſis, poterit prouidere de beneficio quod ipſe confert cum conſenſu capituli. not. in c. uno. ne ſede vacan. in ſexto.

60 Vigeſimoſeptimo, non † comprehenduntur præbendæ quando in eccleſia non eſt certus numerus. Baldus conſilio 472. in cauſa. in quarto volum not. in capitu. conſtitutus. de reſcrip. tex. in capitu. ex parte. de conceſſio. præbend. Dom. in capitu. ſi propter. col. 3. uerſ. ſed an habeat locum. de præb. in 6. quia in illis non datur uacatio. cap. dilecto. de præbend. Item quando aliquid impetratur, uel conceditur, quod in rerum natura non habet formam eſſe, nec ſperatur habere, diſpoſitio eſt pro non ſcripta, quia non habet ſubiectum in quo fundatur. l. non moriturum. C. de contrahenda & commttten. ſtipul. & not. Bald. in d. conſilio 472. At communius in regno præbendarum & canonicorum eſt certus numerus conſtitutus, alioqui fatuus eſſet nominatus tendere ſua retia in illa eccleſia, cum obtinere ibi præbendam non poſſit. vnde melius faceret, ſi ſe ſumptibus in anib. non uexaret, cum obtinere ſpem non haberet. l. 1. ff. de inofficioſo teſtam.

61 Vigeſimooctauo, nō † debentur nominatis beneficia p̄ negligentiā ad eōm deuoluta, quę in ſuis menſibus uacauerunt

& nunc

Source : BIU Cujas

& nuuc liberè ad eum deuoluuntur: nam liberè cui vult po teſt conferre. gl. in §. item ℣ omnia. in verbo conferenda. de coll. in prag. quia poſtquam nominati illa in ſuis vacãtia mẽſibus non requiſiuerunt, perdiderunt ius quod habuerũt, & libera diſpoſitio deuoluta eſt ad ſuperiorem, ac ſi nullus eẽt nominatus. nec obſtat. §. ſi quis verò. ℣ fiat deuolutio ſimilis qualitatis, quia hoc verum eſt quando nominatus primum requiſiuit, ſed quando non requiſiuit, liberè poterat primus collator cõferre, ſic & is ad quem deuoluta eſt poteſtas. An ſecundus nominatus habeat alios ſex menſes intra quos denuo poſsit petere, infrà dicetur. quæſtio. 17. num. 15.

62 Vigeſimononò, non † comprehenduntur vicariæ tempo rales, licet in perpetuis ſit ſecus. clem. vna. de offi. vica. ca. extirpandæ. §. qui vero. de præben. temporales in titulum non danter. d. c. G. perpetuus. de fide inſtru. Ant. de Butr. conſi. 3. in facto. alioqui duorum eſſet eccleſia. quod reprobat text. in c. cum non ignores. de præben. & de his vicariis vide in d. cap. extirpandæ. §. qui vero. de præbẽ. Et quæ plenè dicit D. Aurioli. in addit. ad Guliel. de monte Laudu. in c. ſuper eo. illo titu. in 6. vbi plenè diſcutit ille miles Tholoſanus. & Aegid. bellamera, conſi. 38. ſcripſi in tract. de congrua portione.

63 Trigeſimo, non comprehenduntur penſiones, quæ cum perſona habentis extinguuntur. nota. in c. ad audientiam. 2. de reſcrip. c. niſi. de præbend. cap. quamuis. illo titu. in 6. dixi in tractatu de pacifi. poſſeſſoribus. in 8. amplia.

64 Trigeſimoſeptimo, non † debentur beneficia vacantia ℣ ſimplicem reſignationem, ſed per ordinarium liberè conferri poſſunt. §. volumus. de coll. in concor. & in prag. in §. item ℣ omnia. & hoc quia expreſſum eſt non comprehendi.

65 Secus ergo in mãdato apoſtolico, † vt etiam benefi icium vacans per reſignationem ſimplicem debeatur mandatario. c. dudum. de præbend. in 6. ca. vno. de rerum permut. eo. lib. c. ſuſceptum. de reſcript. eo. lib. Collect. in ca. ex tenore. col. ultim. de conceſſ. præb. quod eſt intelligendum niſi tales reſignationes fierent in fraudem. ca. vno. de renunt. in 6. & ibi. declaratur quomodo probetur illa fraus, vide quæ plenè dixi in gl. vacantia. §. volumus. de coll. in concor. bonum eſſet tamen & æquum, ne etiam in mandatis comprehenderẽtur propter fraudes, quas in dies faciunt ordinarij. Et ita declarauit Leo decimus, quod beneficia per obitum duntaxat, & non aliàs vacantia mandatariis affecta ſint, anno domini milleſimo quingenteſimoquarto, decimoter. Kal. Octob. pontificatus ſui anno 2. & arreſto fuit deciſum pro collatione legati facta alij quàm ipſi mandadtario de beneficio uacante per reſignationem pro præbẽda Carnoten. anno 1537. in uigilia Penthecoſtes.

66 Trigeſimoſecundo, non † ueniunt beneficia curialium, ẽt extra curiam uacantia, cum dicantur eſſe reſeruata collationi Papæ, extrauag. ad regimen. de præben. in communibus. & regula. 5. Inno. 8. & regula. 1. Clem. Papæ modern. & regu. 62. & ſi deſierint eſſe curiales, an cõprehendantur, uide Philip. Peruſ. in c. ſtatutum. col. 2. de præb. in 6.

67 Trigeſimotertiò, non † debentur oratoria nominatis, ita ℣ ſint eis per concordata affecta, quia non dicuntur beneficia eccleſiaſtica. c. authoritate. de priu. in 6. ſiue ſint publica, ſiue priuata. de quibus per Card. conſi. 11. quædam ſocietas. col. 2. dixi in tract. de pacifi. poſſeſſo. decima limi. nu. 286.

68 Trigeſimoquartò, non † cõprehenduntur quando vacaſſent in menſe Iunio, uel alio libero: nam ſi collata fuerint abſenti, qui in menſe Iulio recuſauit, nõ debebuntur nominatis, cum de nouo non uacent recuſando acceptare, text. & ibi doct. in c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. gl. in uerbo comprehenſa. §. declarantes. de manda. apoſt. in concor.

69 Trigeſimoquintò, non † debentur beneficia, quæ per ceſſum canonicorum, uel deceſſum ſupprimi deberẽt. ut ſi ex viginti præbendis ſtatutum fuit ℣ fierent quindecim, tunc noũatus illas præbendas non acceptabit, quia ſunt ſuppreſſæ, & ℣ non eſt, non debetur. c. dilecto. de præb. c. ad diſſoluendũ. de deſpon. impub. Nec illa beneficia impetrari poſſunt. Tamen ſi in fraudem nominatorum hoc fieret deberentur illa beneficia, ut ſcripſi in §. uolumus. in fi. de colla.

70 Vltimò, non † comprehenduntur beneficia reſeruata per extrauagan. execrabilis, uel alia reſeruatione. Roma. conſil. 342. quoad primum. in primo dubio, ubi dicit beneficia uacantia in curia, uel aliter reſeruata, non cõprehendi ſub gratiis expectatiuis. Sic dicerem in nominationibus, & ſub gradu etiam non comprehẽdi. alia multa inuenies, quæ hic addere poteris, hæc tamen ſunt utilia & principalia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia uacantia quo tempore nominatis uel graduatis affecta ſint.*
2 *Tempus menſium nominatorum & graduatorum quomodo computetur.*
3 *Præbenda theologalis quocunque tempore uacet, eſt affecta theologis.*
4 *Parochiales eccleſiæ in uillis muratis, aut ciuitatibus ſitæ, qualificatis debentur.*
5 *Subrogatum debet ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
6 *Beneficia ſua in uillis muratis &c. quocunque tempore uacent, nominatis aut graduatis debentur. & nu. 8. & quid ſi muri ſint deſtructi. 14. uide limitationes a nu. 21. uſque ad nu. 35.*
7 *Collatores beneficia idoneis conferre teuentur. & idoneus quis dicatur.*
9 *Eccleſia parochialis quæ dicatur, & quomodo cognoſcatur. & nu. 10.*
10 *Ciuitas quæ dicatur. & quæ uilla murata.*
12 *Graduati extra regnum an poſſint habere parochiales eccleſias.*
13 *Eccleſiæ parochiales in ſuburbiis exiſtentes graduatis debentur, quia urbis appellatione & ſuburbia continentur.*
14 *Muri ciuitatum quando facto tyranni aut hoſtium deſtruuntur, nihilominus ciuitates retinent ſua priuilegia, ſecus ſi ob delictum.*
15 *Villa an in dubio debeat murata iudicari.*
16 *Vicariæ perpetuæ ciuitatum graduatis affectæ ſunt, & in quibus competentur beneficiis curatis.*
17 *Prioratus an requirat qualificationem.*
19 *Plebania an ſit affecta graduatis, & Plebania quæ dicatur.*
20 *Gradus an requiratur ſemper in uillis muratis, etiam his qui per triennium ſtuduerint.*
21 *Inſinuatio an requiratur ad habenda beneficia in uillis muratis.*
22 *Epiſcopus tenetur conferre beneficia nominatis affecta, etiam ſi eidem nõ inſinuauerint.*
23 *Papa per mandatum uel præuentionem confert non qualificato. & numero 24.*
25 *Beneficium ſimplex aut præbenda an qualificatis debeantur.*
26 *Parochialis actu debet eſſe eccleſia antequam debeatur qualificato. & haberi dicitur quod cum effectu habetur.*
27 *Graduati ſub bulla non poſſunt habere eccleſiam parochialem ut ſui gradus.*
28 *Licentiato in artibus, uel qui ſtuduit in medicina, non debetur eccleſia parochialis.*
29 *Parochialis annexa alteri non exiſtenti in uilla murata, non eſt affecta nominatis.*
30 *Diſpenſatus ad beneficium ſimplex, cui eſt annexum curatum, eſt capax & annexi.*
31 *Eccleſia parochialis collegiata non eſt affecta nominatis.*
32 *Idem ſi eccleſia parochialis uacaret in curia.*
33 *Idem ſi conferretur ex cauſa permutationis non qualificato.*
35 *Recredentia an debeat adiudicari nominato, etiam ſi negetur beneficium uacaſſe tempore eidem affecto.*

QVAESTIO 16. principalis.

1 † DEcimoſextò principaliter quæritur quo tempore beneficia uacantia nominatis uel graduatis affecta ſint? Reſpõ. breui, ſi uacent in menſibus Ianuarii & Iulii, nominatis debentur, ſi uerò in menſibus Aprilis & Octobris, graduatis ſimplicibus. & hoc hĩ in concor. rub. de regia facultate. &c. Dixi in repe. l. unicæ. notab. ulti. C. de ſenten. quæ pro eo qđ intereſt. Et hæc eſt optima & clara prouiſio quã optauit gl. prag. ſanct. in §. item placuit. in uerbo ordo. in fi. de colla. nã turnus turbabat & collatores, & noĩatos: hodie uerò iſta tertia pars temporis eſt clara, inter nominatos tantum & graduatos controuerſa.

2 Et hoc tempus computatur † à media nocte ultimi diei Decemb. vſque ad mediã noctẽ ultimi diei Ianuarii. l. more Romano. ff. de feriis. & qđ uacauit ad mediã noctem ultimę diei Aprilis, debetur graduatis ſimplicib. no. in c. cõſuluit. de offi. dele. & Bal. in c. 2. de feriis. & ſic qui iurauit ſoluere die dominica, poteſt ſoluere uſque ad mediã noctẽ. Bal. & Fel. in c. ego N. de iureiur. Vide Catellia. Cottam in 2. par. memorialium. in uerbo diẽ. Tamen ſolutionem de nocte poterit recuſare creditor ſi damnũ aliquod p̃tenderet, & fuiſſet paratus dilationẽ prorogare in diem craſtinum. gl. ſing. in d. l. more. ſecundum Bal. in Marga. in uerbo oblatio. q. 2. & Iaſ. in l. non ſolum. §. more. nu. 43. ff. de no. ope. nun.

3 Fallit in præbenda theologali, † q̃ eſt conferenda theologo, quocunq; tpe uacet, cũ §. primus, de colla. in concor. nõ præfigat tempus, ſed afficiat præbendam. ergo quocunque tpe uacet, quia eccleſia cathedralis debet ſemper hẽre theologum. c. ſuper ſpecula. de magiſt. quem non haberet ſi præbenda libere poſſet per ordinarios conferri.

4 Secundò, fallit in eccleſiis † parochialib. in ciuitatib. exiſtentib. aut in uillis muratis per §. ſtatuimus. 2. de col. in concor. qui non repetit qualitatem menſium. ergo quocunque tpe vacent nominatis, ſeu graduatis, aut illis qui ſaltem per triennium in theologia, uel in altero, aut in utroq; iuriũ ſtuduerunt, uel magr̃is artium dẽntur. Itẽ hæc deciſio. §. ſtatuimus, eſt negatiua, uidelicet ut nõ cõferatur niſi graduatis, &

Source : BIU Cujas

ſupra expreſſis, quæ totum negat. gloſſ. in l. hoc genus. ff. de cond. & demon. nam quando lex vel ſtatutum loquitur vniuerſaliter negatiuè, tunc omnia excludit, etiam actum piũ, & aliàs fauorabilem. l. obligari. ibi, ex hoc autem quod pupillus nullam rẽ ſine tutoris authoritate alienare poteſt, apparet, nec manumittere eum ſine tutoris authoritate poſſe. ff. de authoritate tutorum. Iaſon conſil. 182. in præſenti. col. 1. eolu. 2. ergo à contrario illis eſt conferendum, quocunq; ẽt tempore vacent.

5 Tertio, ſubrogatum† debet ſapere naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi cum. §. qui injuriarũ. ff. ſi quis cautio. ſed concordatum eſt ſubrogatum in locum. pragm. ſanct. vt patet in proœmio concord. Franciſcus. ibi ſaltem vice illius. & poſtea ibi. prag. ſanctio. vicem. & in fine ibi. Ita vt ſanctionis vicem, inſtarque plenum habeant. & in rub. de approbatione conuentorũ, ibi, loco prag. ſanctio. & in aliis locis: ſed in pragm. præbenda theologalis & eccleſia parochialis non faciebãt turnum, ſed vltra tertiam partem confrre debebãt graduatis. glo. in §. inſuper. & in §. item placuit. de collat. in pragm. Sic vltra tertiam partem temporis in concor. graduatis præſtituti, eis debent conferri hæc beneficia, & ſic quocunque tempore vacent. Tertio, ratio dicto §. ſtatuimus. eſt vt prouideatur literatis de hac eccleſia parochiali, & vt inſtruatur populus, qui eſt maior & idoneior in ciuitatibus & villis muratis, quàm ruri, ideo debent eis prẽfici viri ſcientia & moribus præditi, qui poſsint eos inſtrũere: & tales præſumuntur eſſe huiuſmodi qualificati. & ſi non conferretur quocunque tempore graduatis, ceſſaret ratio concordatorum, nam prẽfici poſſent ignari in illis eccleſiis, ergo, &c. ita tenet gloſſ. in §. in eccleſiis. in verbo parochialibus. de collat. in pragma.

6 Ideo affixi concluſionem,† & defendi ſic, beneficia quoquocunq; tempore vacent, nominatis aut graduatis debentur. intelligevt ꝓximè dixi, uidelicet ſita in uillis muratis, & quando ſunt eccleſiæ parochiales, uel p̃bendæ theologales.

7 Item epiſcopi† & alij collatores tenentur conferre beneficia idoneis. capit. graue. de præbendis. & idoneus dicitur, qui eſt idoneus moribus, ſcientia & ætate. capitulo cùm in cunctis. in princip. de elect. ut maximè ſunt graduati. ergo eis debentur beneficia de iure, quocunque tempore uacẽt, non tamen ſunt illis affecta per concordata, niſi uacent in quatuor menſibus ſuprà deſignatis, & ſic poteſt inteligi cõcluſio, unde tex. iuncta gloſſ. in capitu. 1. de ſpon. impub.

8 Regula ergo eſt, quod eccleſiæ † parochiales in uillis muratis, ſeu ciuitatibus exiſtẽtes, debentur uiris qualificatis, ſeu graduatis, aut ſaltem qui per tres annos in theologia, uel altero iurium ſtuduerint. uel magiſtris artium. d. §. ſtatuimus. quocunque tempore uacent, quia ibidẽ commorãtes ſunt maioris intellectus capaces ad inſtruendũ, quàm alij ruſticani: ideo habere debent peritiores, qui eos inſtruere poſsint, c. ſtatutum. in principio. de reſcriptis. in 6. & ſupra dixi.

9 Sciendum eſt ꝙ eccleſia † parochialis dicitur, quæ habet parochiam ad eius curam deputatam. Pan. in c. extirpandæ. §. qui uero. de præbend. in repeti. colum. 3. uerſi. uenio nunc ad aliquas. Vel parochiales dicuntur id eſt curam habẽtes. Card. in quia. col. 2. q. 3. de cleric. non reſiden. quod nõ eſt uerũ ſimpliciter ut dico in d. §. ſtatuimus. 2. in glo. parochiales,

10 Et cognoſcitur, quãdo † quis in ea tenetur miniſtrare, uel recipere ſacramenta eccleſiaſtica, ut baptizare, confiteri, ſepeliri, & alia. Panor. in ca. de multa, col. pen. de præb. per glo. in uerbo impendant. in cle. dudũ. de ſepul. Et ut parochiani diebus dominicis miſſam audiant. c. vt dominicis. de parochiis. & ex aljis quæ doct. tradunt in rub. illius tituli, & Roma. conſi. 56. circa primum conſultationis. colu. 1. Et fuerũt diuiſæ per Dionilium Papam, anno 266. c. 1. 13. q. 1. ca. paſtoralis, de his quæ fiunt a prælat.

11 Item dicitur ciuitas, quæ habet † eꝑm. c. epiſcopi. 80. diſt. c. 1. de priuileg. & uilla murata accipitur pro loco populoſo muris circundato, vt glo. tradidit in d. §. in eccleſiis. in uerbo, uillis. & ſic beneficia municipiorum, & vt vulgò dicitur, villagiorum, etiam muris circundatorum, nõ debentur graduatis. ut ibidem dicit glo. quia in eis ceſſat ratio tex.

12 Amplia, ſiue ſit graduatus † in regno, ſiue extra, cum d. §. ſtatuimus, tantum requirat gradum, ſtudium uel qualificationem, & lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. l. 3. de offic. præſid. gl. in regula cancella. Julii ſecundi. in 3. parte. dummodo ſint promoti in uniuerſitatibus, ſecus ſi ſub bulla. Item quia vna & eadem eſt ratio in illo, ergo & iuris deciſio procedet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. ut dico ſupra in q. 10. princ. ubi licet plenius uidere. circa finem.

13 Secundo, extende ſiue dictæ † eccleſiæ parochiales ſint intra ciuitates, ſiue extra in ſuburbiis, quia eſt eadem ratio, & quia appellationeurbis & ſuburbia continentur. l. 2. ff. de verb. ſignific. not. in ca. ſi ciuitas. de ſen. exc. in 6. & gl. in §. in eccleſiis. in uerbo exiſtunt. de colla. in prag. dicit interueniſſe arreſtum pro eccleſia S. Laurentij in ſuburbiis Pariſiorũ exiſtente, facit quod ſtatutũ ciuitatis ſimpliciter diſponens, extenditur ad totum comitatum. ſic permulta cõſuluit Panor. conſi. 52. in qõne col. 2. uol. 2. quia eccleſiæ quæ ſunt in continentibus ciuitatis, in ciuitate eſſe uidentur. l. ædificia. ubi ſcripſi. ff. de uerb. ſig. ſiue reſideant, uel maior pars intra ciuitatem, ſiue extra, dum tamen iuxta ciuitatem in continentibus ædificiis, quia rationes ſupradictæ in iſtis habent locum. nam ſunt capaces doctrinæ illi qui reſident in ſuburbiis ciuitatis, ita ſicut ciues, ſecus in ruſticis longe diſtantib. a ciuitate, & ita reſpondiſſent conditores, ſi de hoc fuiſſent interrogati, inſequendo rationem legis, ita & nos debemus dicere. gloſ. in l. tale pactum. §. fi ff. de pactis. & iſta etiam tenduntin commodum epiſcoporũ, ut graduatis idoneis conferant, & animabus ſuis prouideant.

14 Tertiò amplia, etiam † ſi muri eſſent bello uel alia ex cauſa iniuſta deſtructi, quia tunc nõ ceſſat ratio, nec diſpoſitio legis ceſſabit, ſecus ſi authoritate ſuperioris fuerint deſtructi ob delictum. Lucas de Penna in l. fi. C. de quib. munerib. lib. 10. ubi uidebis 26. qõnes iu materia murorum publicorum notabiles. Vide gl. hoc expreſſe decidentem in d. §. in eccleſiis. in verbo exiſtunt. ubi dicit quòd quando facto tyranni, uel hoũium, muri ciuitatis deſtruuntur nõ perdit priuilegia, ſecùs ſi per delictum deſtruantur. Idem ſi muri ceciderunt uel maior pars ob ueſtutatẽ ut Melgorii iuxta Montempeſſulanum, quia iſtud priuilegium non cõceditur propter muros, ſed ob frequentem populum ibidem inhabitantem, & dicitur quod locus non facit uillam muratam, ſed materia, arg. l. vrbana. 2. ff. de verb. ſig. & bonum eſſet quod declararetur expreſſe de uilla murata. quia ſæpius in lingua Occitana dubitatur propter burgos muris uallatos.

15 In dubio debet potius † iudicari villa murata, vbi muris eſt circũdatus locus. & numerus magnus populi, quàm nõ, quia hoc fauorabile eſt, ut doctis committantur & idoneis eccleſiæ parochiales. ca. grauè. de præben. & ſupra in proœmio concor. & in dubio fauendum eſt tam graduatis, ut fieri debet. auth. habita. ubi ſcripſi. C. ne filius pro patre, quàm parochianis, vt dixi in d. §. ſtatuimus.

16 Quarto extende etiam † in uicariis perpetuis eccleſiarũ, cum regantur eodem iure quo parochiales, & illis æquiparentur. cle. vna. de offi. uica. glo. in uerbo parochialibus. d. §. in eccleſiis. facit quod notat Rota dec. 2. fuit dubitatum. de exceſsib. prælato. in nouis, vbi dicit, ꝙ ſicut epiſcopus non diſpenſat cum rectore ſuper ætate, ita nec cum perpetuo uicario.

Item per adeptionem ſecũdæ vicariæ, vacat prima. d. cle. una. de of. uica. ẽt ibi dicitur, quod ætas requiſita in curato, & in uicario requiritur. & hic tenetur intra annum promoueri. iuxta. c. licet. de elect. in 6. ẽt tenetur reſidere. c. fi. de of. vica. Nec poteſt deſtitui mortuo priore. c. adhæc. de offic. vica. & cum illis poteſt eꝑs diſpenſare ſecundum formam. ca. cũ ex eo. de elect. in 6. Fel. in d. c. G. perpetuus. de fid. inſtr. & debetur eis quarta canonica. Card. in cle. dudum. §. verum. q. 22. de ſepul. & põt ordinari ad titulum ſuæ uicariæ. c. poſtulaſtis. de reſcri. Card. in d. cle. una. qõ. 8. & æquiparatur uero rectori. c. conſtitutus. & c. Michael. de filiis presbyterorũ. ſed an rector uel uicarius ſit fundatus de iure cõi ſuper decimis & oblationibus. uide c. ex trãſmiſſa. de reſcr. c. in noſtra de ſepul. glo. in conſtitutio. Angliæ. rubr. de inſtitutio. uica. in 1. gloſſ. & Aegid. conſi. 30. col. 13. & an prior dicatur habere curam. cle. ne in agro. §. cæterum. de ſtatu mona. de Rota deciſ. 5. not. ꝙ cum uicarius, de offic. uica. in antiq. plene no. in c. extirpandæ. §. qui uero. de præb. ſcripſi in trac. de congrua portione. q. vltim.

17 Tamen non requiritur, † ꝙ ille qui hẽt prioratum, ſit graduatus, uel qualificatus, quia non habet curam niſi habitu. Panor. in c. extirpandæ. in repe. §. qui uerò. col. 4. uerſ. quæro penes quem. de præb. & infra in 5. limi. dico eccleſiã habentem curam habitu, non comprehendi. uide tamen Fel. in c. poſtulaſti col 2. & ſeq de reſcri.

18 Quinto amplia ẽt † in oppidis muris circundatis, cum ſit eadem rõ. de quibus in l. pupillus. ff. de uer. ſig. Ale. in l. 1. §. ſiue autem. de noui ope. nunt. glo. in uerbo Lombardiæ. in extrauag. qui ſint rebelles. & Fel. in c. Rodulphus. de reſcrip. quia ex cõi uſu loquendi ẽt uilla murata dicitur. qui debet attendi. l librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legat. 3. l. Labeo. de ſuppel. lega. & d. §. ſtatuimus. loquitur de uilla & de ciuitate. a iqui tenent non dici uillam muratam, niſi ſint ibi nundinæ, aut mercatum. quod non eſt uerum, ſed frequentia populi cum muris facit uillatam muratam.

19 Sexto, amplia † ẽt in plebania. Fed. conſ. 80. factũ eſt tale, legatus. uide eum conſ. 86. caſus talis eſt, prior. in fin. allegat tex. in c. 1. ne cleri. uel monach. iu 6. ubi ſicut hñs eccleſiam parochialem nõ põt audire iura ciuilia, ita nec plebanus. ca.

ſuper

Source : BIU Cujas

ſuper ſpecul.nè cler. vel monach. quod intellige quando illa plebania eſſet intra ciuitatem,& eſſet parochialis, & curata, vt plebania ſancti Firmini in Montepeſſulano, alioqui contra. quia §. ſtatuimus. loquitur de parochialibus eccleſiis tantum,& plebania dicitur quæ ſub ſe habet capellas in quibus inſtituuntur clerici perpetui.text. in capitulo primo.in fin.ne clerici vel monachi.in ſexto.plenè Paulus de citad.in tractatu de iure patronatus,in tertia parte.q.32.in 1.cauſa acquirendi.

20 Septimò,procedit † ſiue ille qui ſtuduit triennium, ſit bac calaureus, ſiue non, cum d.§.ſtatuimus,hoc non exprimat, ergo nec ego debeo addere. nam primò dicit quod cõferantur modo præmiſſo qualificatis,ſcilicet graduatis vel nominatis,ſi ſint. ſi vero tales non reperiantur, ſaltem his qui ſtuduerint per triennium, & ſic dictio ſaltem (vt infrà dicam) diminuit,& etiam quia non repetit gradum, præterea, quia ſuprà ſtatuit quinquennium ad aſſumendum gradum. in §. præterea.& §.tempus competẽs: ergo hic non intelligit qđ ſit graduatus ante tempus quinquennij competens,quia nihil prodeſſet quo ad impetrãdum nominationes, vt clericis impetrentur, nec poterit beneficia in vim gradus habere aliis qualificatis exiſtentibus,etiam per gratificationem. d.§. ſtatuimus.2.

Item hoc dixiſſet text.ſi voluiſſet, tamen cõtrarium tenet gl.in verbo qui ſi ſit.in §.in eccleſiis.de coll.in prag. quæ fortè potuiſſet procedere per verba pragm. ſecus per hæc verba concordatorum.Fallit in magiſtro artium,qui habere debet gradum. d.§. ſtatuimus.nec ſufficeret ſtuduiſſe etiã per per quinque annos ſine gradu.

21 Primo, limita † quando vnus non inſinuaſſet,& alius ſic: tunc ille qui inſinuauit,præferri debet.d.§.ſtatuimus.ibi,modo præmiſſo qualificatis. & ibi dixi in glo. & ſuprà q.14.in fi. At ſi nulli eſſent qui inſinuauerint, tamen tempore vacationis vnus acceptat, illi dicerem tunc deberi propter illam alternatiuam,aut, & illam dictionem ſaltem in d.§.ſtatuimus poſitam. dum tamen probaret ſe triennium ſtuduiſſe: quia melius eſt vt his etiam non graduatis aut qualificatis conferantur,quàm aliis ignaris. Et iſta videtur mẽs cõcordatorũ, vt literatis prouideatur.quod optimè fiet ſi procedatur vt dixi.& etiam quia in dicto §. non repetit qualificationes, ſed tantum ſtudium.

22 Et ſic affixi concluſionem. † Quod epiſcopus,& alius collator beneficia nominatis affecta, etiam ſi non eidem inſiua uerit conferre tenetur.intellige,vt dixi, vel quando inſinuauit prædeceſſori, vt etiam ſuprà dictum extitit, vel quando confert iure deuoluto, quia beneficia deuoluuntur cum illa qualitate,vt graduatis,& nominatis cõferantur.§.ſi quis uero.de collat.in concord.in cle.una.de ſupplẽ.negl. præla.uel intellige in præbenda theologali nullo theologo exiſtente q inſinuauerit,licet regulariter inſinuare debeant graduati,aç nominati,ut ſuprà dixi.

23 Secundo, fallit quando eſſet † mandatarius, quia ille præfertur etiam in eccleſia parochiali in uilla murata exiſtente ſecũdum quoſdam. rubric. de mand. apoſt.§.1,in concord, quia apoſtolicus alteri præferri debet.ca.hi.de præben. in 6. & hoc probatur ibi,quomodocunque qualificata, quod ibidem reprobaui per multas rõnes.quas ibidem uide, ſi luber.

24 Tertio,reſtringe quando Papa † præueniendo confert nõ graduato,uel non qualificato, quia hoc ſibi retinuit. d. ti.de mandat.apoſto.§.declarantes.ſed ibi in glo.qualificata, reliqui cogitandum,quia uidetur peruerti ſtatus eccleſiæ Gallicanæ, quem ſtatum Papa cum rege conſtituit eccleſiis parochialibus uillarum muratarum.Ideo per alterum nõ poteſt immutari & iſtud uidetur eſſe iuſtum,& æquum.

25 Quarto limita † quando beneficium ſimplex eſſet intra ciuitatem,aut aliqua cappellania,tunc non comprehẽderetur. quia ubi uerba & mens nõ cõueniũt, nõ cõuenit eius diſpõ. l.4.§ toties.ff.de dam.infec.& tex.in d.§.ſtatuimus.loquitur de eccleſiis parochialib. non de beneficiis ſimplicibus in qbus ceſſat rõ d.§.ſtatuimus. Idem in præbendis in ciuitatib. exiſtentibus,vel in villis muratis, ut non debeantur graduatis,quia tex.in d.§.ſtatuimus, tm̃ loquitur in eccleſiis parochialibus.& ſic non habet locum in præbendis.Fallit quãdo vna eſſet deputata curæ,tunc graduato eſſet conferenda, ut hic patet, cum ratio ſupra aſſignata in hoc caſu procedat. quod eſt uerum principaliter,ſecùs ſi acceſſoriè. capi. ſuper eo. de præben.lib.6.

26 Quinto fallit quãdo † eſſet parochialis habitu, ut pote qa ibi nullus remanſit parochianus. nam tunc ceſſat rõ dicti §. ſtatuimus.ergo & diſpoſitio ceſſabit.c.cùm ceſſante.de app. glo.in d.§.in eccleſiis.in uerbo parochialib. hoc in propriis terminis tenet,& communiter approbatur,quia deficientibus perſonis collegii,deſinit eſſe cõllegium. Sic deficientib. parochianis,deſinit eſſe parochalis eccleſia notat. in l.ſicut. ff.quod cuiuſque uniuer.nomine.Arch.& alii in c. licet canon.de elect. in 6.ubi concluditur,q̃ hñs iſtam eccleſiam nõ tenerur promoueri intra annum.gl.in extrauag.execrabilis. Io.22.iu prin.in uerbo habentia.de præb. Pan.& Dec.in ca. paſtoralis.§.fin.de reſcri. Barba.in conſi.17.præclarè.col.5.in 1.uolu.ubi dicit iſtam opin.eſſe cõem, per ea quæ notantur per illum tex.in clem.una.de offi.uicarii,inquantum loquitur de eccleſiis curam animarum habẽtibus, quia illud dicitur haberi,quod cum effectu habetur.l.nomẽ filiarum. §.habere.ff.de uerb.ſig. Etiam dicitur quod uerba accipi debent cum effectu,l.1.§.1.ff.quod quiſque iuris.de Bellamera conſil.38.ſuppoſito.co.3.verſi.nec obſtat quod benedicet,&c.& pro hac opinione facit tex.in l.uinaria.ibi,tandiu in ea cauſa eſſe,quandiu uinum haberent,cñ ſine uino eſſe,cœperint, deſinerent in eo numero eſſe.ff.de uerb.ſig.Arch. in c.ſi apoſtolica.de præben. in 6.niſi eſſet ueriſimile quòd parochiani breui eſſent reuerſuri. utpote quia ſuperſtites erant in alio loco,& domus eorum remanebant adhuc conſtructæ in loco curæ,ſecus ſi erant dirutæ.Colle.in cap.de multa.col.1.de præb.arg.c.paſtoralis.7.q.1.

27 Sexto,fallit quando eſſet † graduatus ſub bulla, quia text. in d.§.ſtatuimus.dicit in uniuerſitate priuilegiata, ergo non poſſent habere illam eccleſiam hoc genus graduati,quia nõ ſunt in uniuerſitate promoti. Item quia non ſunt promoti in uniuerſitate famoſa,de qua textus intelligitur. & quia nõ gaudent priuilegiis aliorum in hoc regno.ut infra dico,q.vltim.& ſupra dixi.q.10.plenius.

28 Septimo, fallit in licentiato in artibus, uel in illo qui ſtuduerit triennium in medicina, cum tm̃ exprimatur in d.§. ſtatuimus.ille qui ſtuduit in theologia,uel in altero iurium, & magiſter artium,ergo alii excluduntur,arg.l.cum prætor. ff.de iudiciis.

29 Octauo, non procedit, † quando eccleſia parochalis eſſet acceſſoriè annexa alteri non exiſtenti in uilla murata, uel in ciuitate,tunc qui eſt capax principalis, erit etiam capax acceſſorii,nec conferri debet,ut hic.arg.tex.in c. ſuper eo. de ptæb.in 6.hoc expreſsè tenet gloſſ.in d.§. in eccleſiis. in uerbo parochialibus. in fine. quia acceſſorium ſequi naturam principalis conuenit.l.cum principalis.ff.de reg.iur.& dicta regula acceſſorium.

30 Facit, quod ſi cp̃s † diſpenſaret cum illegitimo ad beneficium ſimplex,ſi illis eſſet annexum curatum, erit diſpenſatus capax & annexi.Domi. & Peruſi. in c.1.de filiis presbyte. quia ubi beneficium eſt unitum alteri, illud annexũ perdit nomen beneficij Rota decis.11.no.quod ubi beneficium eſt unitum,de rebus eccle.non alien.in antiq.nec in eo tenetur rector reſidere,nec ad ſacerdotium intra annum promoueri.ca.extirpandæ.§.qui uero.& ibi dixi.de præben. Nicolaus Millus in uerbo eccleſia parochilis ulti. Si tamen uniretur in fraudem nominatorum, poſſet nominatus poſt mortem poſſeſſoris illam requirere,& acceptare.per not.in ca.fin. de reb.eccle.non alienandis.

31 Nono limitatur † quando eſſet eccleſia parochialis collegiata,tunc non procederet quod hic dr̃.per c.ſtatutum.iuncto.c.licet canon.de elect. in 6.& ibi multa addidi,tum quia ſunt diuerſa,tum quia noĩando minus, non comprehendit maius,ſiue dignius.c.ſedes.de reſcr.gl.in uerbo parochialib. in fi.in d.§.in eccleſiis.

32 Decimo,non procedit qñ † uacaret in curia, quia tunc libere ſolus papa confert.c.2.de præbeu.in 6.limita ut dico ſupra,q.15.nume.27.& ſeq.

33 Vndecimo, fallit qñ † conferretur ex cauſa permutationis non qualificato,dum tm̃ modo ſit graduatus iure. nam tunc ſufficiet,quia ubi eſt eadem rõ,& idem ius eſt ſtatuendũ. l.illud.ff.ad leg.Aquil.ſed eadem ratio procedit in hoc caſu,qñ confertur graduatis, ẽt qui non inſinuauerunt, quæ in aliis qui inſinuauerint,nam inſinuatio nil addit ad doctrinam: ergo ſufficiet conferre beneficium in uilla murata ex cã permutationis rite graduatis. Secundo,bñficia uacantia cã permutationis ſunt excepta in §. uolumus.ſupra de colla. ergo & in §.ſtatuimus.immediate ſeq.excipient,uidelicet ut conferri poſſint graduatis tantum,etiam non inſinuatis.

Tertio,fortè non maior fauor parochianorum erit habere non inſinuatum,quàm cum qui inſinuauit,dummodo vterq; ſit graduatus; nam populum uno tenore unus & alter inſtruere poterit.

Quarto, beneficia non poſſunt conferri aliis quàm pmutantib.c.uno.& cle.una,de rer.permu.in c.inter. & ibi doct. de præb.ſi ergo quis permutet cum rite graduato, illi eſt cõferenda eccleſia parochialis uillæ muratę,& maxime a papa. Non obſt.quod non ſit præmiſſo modo qualificatus, quia per æquipollens poteſt dici modo præmiſſo qualificatus,ut tradit gloſſ.in §.in eccleſiis.in uerbo qualificatæ.de collat.in prag.ubi exponit tex.ut ſuprà qualificatæ,puta magiſtri,aut docto.uel licentiati in theologia, in iure,uel medicina, & nihil dicit de inſinuatione,uel ẽt p̃t dici,qđ illa qualificatio nõ

Source : BIU Cujas

requiritur in beneficio uacante ex causa permutationis, idē dico in theologo, ut possit permutare cum licentiato, uel baccalaureo formato, ēt non insinuato, postquam permutat cū idoneo, & capace. ut ēt notatur in §. 1. in gl. alteri. de colla.

34 Duodecimo, regula † perdit officium suum, si dicta parochialis ecclesia uacaret in mensibus ordinariorum, quia tūc poterit ordinarius conferre graduato, ēt non insinuato. per d. §. præfatique ordinarii. ibi, liberè cōferantur. de coll. alioqui non diceretur ordinarius liberè conferre, quod concedit eidem tex. Item ibi dicit, possint libere, ergo illa ptās omnino non vī sublata. Secundo, conferendo graduatis ētnon insinuatis, satisfit rationi legis, satisfit & graduatis, & parochianis, & ordinariis, ergo iste intellectus conformis omnib, debet teneri. Tertio, per hæc concordata intendunt conditores grauare ordinarios minus quàm possunt. arg. text. in l. unum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. Ias. consil. 109. in 2. uol. sed minus grauantur in hoc casu, quando in suis mensib. uacant ut liberè conferant, graduato tamen, & eligere ex pluribus possunt unum. Quinto, in §. statuimus, primo. de colla. dicitur, quòd ordinarius poterit conferre his qui insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus deputatis uacantia. ergo in mensibus ordinariorum poterunt conferre idoneo, & capaci, licet nō insinuauerit, quia capax est istorum beneficiorum graduatus.

35 Vltimo, fallit quando † non apparet beneficium uacasse tempore statuto nominatis, & qualificatis, paria enim sunt non esse, & non apparere. l. duo. ff. de test. tutel. & nominatus qui fundat se in tempore, dicēs beneficium suo tempore uacasse, debet hoc probare. l. eum actum. ff. de nego. gest. & supra dixi in 14. q. nu. 9. & seq. nisi fuerit ecclesia parochialis q̄, ut supra dixi, debetur graduatis quocunque uacent tempore. Ex quo infertur, quod si negaretur beneficium uacasse in tempore nominatis, & graduatis præstituto, tūc qualificatus hoc tenebitur probare, & sic cum in recredentia non admittantur probationes, sed ex titulis adiudicatur, noīatus non obtinebit recredentiam, nisi probaret literatoriè, ut docet ordinatio regia ex publica. 1539. art. 50. quod est uerum, q̄ collationes factæ fuerunt, & requisitiones in tempore libebero, tunc præsumitur, q̄ eo tempore uacauerit, ut pote in mense Maio. uel alio non affecto qualificatis, secus q̄ nominatus requisiuit beneficium sibi conferri uacans in mēse eis affecto, & collator responderit prouidisse, tunc qualificatus plures habet pro se præsumptiones, q̄ non qualificatus, ideo probare non tenebitur, quo ad recredentiam. Prima p̄sumptio qualificati est requisitio, non. n. præsumitur delictum. l. merito. ff. pro socio. & sic non præsumitur q̄ nominatus deliquerit requirendo beneficium uiuentis. Secunda est p̄sumptio scientiæ, non enim est malum præsumendum in gradato. quis enim de facili crederet, q̄ uir præditus scientia literarum propriæ salutis oblitus ad eam passionis ignominiā se conuerteret, ut beneficium uiuentis requireret? text. in c. pen. de præsum. c. in nostra. de procu. Tertia præsumptio est confessio episcopi, quæ dicit prouidisse: non debemus præsumere, quòd eps dixisset, si non esset uerū, cum uiri sint prouidi & honesti. c. nisi essent. de præb. licet p̄rium soliti sint alii facere. Quarta præsumptio est, q̄ collatio facta est in tpe affecto qualificatis, non præsumitur quòd episcopus cōtulerit beneficium uiuentis, & non uacans, cum a iure sit p̄hibitum. c. 1. de concess. præb. Nec ad recredentiam adiudicandam nominato, uel graduato requiruntur omnes istæ præsumptiones, sed sufficit una, uel duæ pro arbitrio iudicis arg. l. 1. ff. de iur. delib. Alioqui si contrarium diceremus, daretur materia delinquendi, quia prouisus ab ordinario, semper negaret beneficiū uacasse tempore affecto nominatis, & semper recredentiam haberet, ideo iudices super hoc debent aduertere, & in dubio literatis fauere, per ea quæ dico in glo. nominatis. in uers. 8. differunt. supra, de manda. apost. Imò acceptatio beneficii præsumitur facta intra tps debitū, quia præsumptio est, quòd quilibet uelit sibi acquirere. arg. l. si defunctus. C. arbitrium tutel. iuncta gl. l. cum de indebito. ff. de prob. hoc expressum sentit Roch. Curt. in tract. iuris patro. in uerbo honorificum. q. 49. Et ad regulam, quod quis ſp præsumatur uiuere, facit l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodū testa. aperian. ubi gl. quam limitat Soc. in l. si inter uirum. & l penulti. ff. de reb. dub. ubi uidebis multa. & in praxi beneficiorum graduatus edidi.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia dum uacant in tempore nominatis assignato, quid agere dēant nominati. ubi, quod papa potest adiri omni tempore iure concursus.*

2 *Nominatus si requirat sibi conferri iure deuoluto, si sic non uacat, non ualebit collatio.*

3 *Nominatus uel graduatus intra quod tempus debeat petere sibi conferri beneficium.*

4 *Intellectus l. in omnibus. ff. de reg. iur. & ibid. intellectus clemen. unicæ. de conces. præbend.*

5 *Collatio ab archiepiscopo facta non requisito prius episcopo non ualet, & deuolutio ad superiorem quando dicatur facta.*

6 *Magistratus excusatur non puniens delictum sibi non notificatum.*

7 *Requisitio in notoriis non exigitur, nec item citatio.*

8 *Ordinarius conferens nominato, an possit uariare. cum num. seq. usque ad nume. 13.*

9 *Mutare consilium in alterius iniuriam nemo potest.*

10 *Collatio prima, an impediat secundam, donec prima sit irrita & annullata. & de intellectu. nu. 20.*

11 *Collatio facta post deuolutionem potestatis ad superiorem, ubi deuolutio fit ipso facto, est nulla.*

12 *Ius per collationem confertur ei, cui confertur beneficium.*

14 *Corrigere seipsum melius est quàm ab alio corrigi expectare.*

15 *Impedimentum non præstitit, quod de iure non sortitur effectum.*

16 *Mora potest purgari quando non est adiecta dies, uel quando est adiectæ ante diei lapsum.*

17 *Beneficium resignatum si collatum sit, & resignans moriatur ante uiginti dies, poterit iterum conferri.*

18 *Regula de uiginti diebus, an habeat locum in ordinario, & regulæ cancellariæ quando habeant uim legis.*

19 *Regula de uiginti diebus quare facta.*

21 *Præsentatio secunda, prima nulla notorie existente, ualet. & iudex ordinarius sententia postquam est nulla, iterum cognoscit.*

22 *Patronus clericus potest uariare, quando nulliter præsentauit.*

23 *Collator si contulit secundo nominato, & postea primus requirit, & facit fidem de prioritate, an isti poterit conferre.*

24 *Ordinarius non confert secundo sine requisitione qualificati.*

25 *Electione facta, an liceat uariare.*

26 *Refutatio uicarij an sufficiat, ut potestas conferendi deuoluatur ad superiorem. & requiri non debet qui non potest conferre.*

27 *Requisitio gradatim fieri debet.*

28 *Deuolutio ad superiorem, a quo tempore fiat.*

29 *Nominato non prosequente, an collatio alteri facta ualeat.*

30 *Collati o est actus legitimus qui in pendenti non potest esse.*

31 *Collatio spre to patrono, an & quando ualeat.*

32 *Collatio ante deuolutionem, an confirmetur.*

33 *Emphiteuta non soluens canonem intra triennium priuatur iure suo si dominus uelit. & testamentum in quo filius est præteritus, est nullum si filius uoluerit & prosequatur.*

34 *Collatio facta secundo nominato, an ualeat non prosequente primo. 37. cum seq.*

35 *Gesta pendente aliquo obstaculo quod postea tollitur, non ob hoc reddūtur ualida.*

36 *Hæreditas, & beneficia non conceduntur ad tempus.*

37 *Ius quoties pluribus gradatim competit circa idem, altero non utente, ualet quod interim fit per alium.*

39 *Contemplatione alicuius quando quis remouetur, illi debet acquiri cuius contemplatione remouetur.*

41 *Nominati omnes, an simul sex menses habere debeant. 42.*

42 *Annus qui datur ad petendum tutorem pupillo currit omnibus, qui ad successionem pupilli uocantur.*

43 *Collatio facta non requisito primo collatore, an ualeat. & est iudicium idē de his quæ sunt, & quæ non apparent.*

44 *Legatus in mensibus graduatorum an possit gratificare. 45. & gratificatio datur collatoribus ordinariis.*

45 *Legatus concurrit cum ordinario.*

46 *Episcopus quid agere debeat quando duo nominati simul requirunt.*

47 *Requisitio iunioris nominati prodest antiquiori instar filii præteriti.*

48 *Collatio inualida præuenit papam.*

49 *Præuentio quando dicatur.*

50 *Collatio facta & ab ordinario & a papa secundo nominato, ualet facta ante collationem primi.*

51 *Pupillus uel tutor, an debeat præsentare, & si tutor, & pupillus præsentauerint diuersos, quis præferetur. 52.*

53 *Consuetudine stante, quod tutor durante tutela faciat fructus suos, an poterit præsentare. 54. 55. 56.*

54 *Præsentare est fructus iurispatronatus.*

55 *Vxor relicta usufructuaria, an possit præsentare.*

56 *Maritus præsentare potest ratione bonorum quæ habet ab uxore.*

57 *Præsentatus quando præsentationem docere teneatur, & resignatarius procuratorium.*

58 *Originale procuratorium, quando quis teneatur ostendere.*

59 *Collatio facta a uicario an ualeat, si qualificato fiat, licet ab episcopo alteri facta sit. & nu. 60. 61. & papa potest prænenire ordinarios, & conferre.*

61 *Collatio uicarii facta authoritate apostolica ualet.*

62 *Error in acceptatione an uitiet.*

63 *Clausulæ quouis modo, effectus. & ostenditur practica curiæ Romanæ, ut in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo, &c.*

64 *Falsa demonstratio quando constat de corpore, non uitiat.*

65 *Acceptatio non est nisi quædam uoluntatis declaratio, & tendit ad executionem gratiæ.*

Nominatus titulum sui prædecessoris probare non tenetur.

67 Nomi-

Source : BIU Cujas

67 *Nominatus an possit se opponere, uel appellare, ne episcopus conferat. & appellatio non tollit effectum possessionis.*
68 *Appellatio nunquam deuoluit potestatem eligendi, uel conferendi.*
70 *Legatus an primo uenienti conferre debeat, & dispensare. cum nume. seq. usque ad fin.*
71 *Fraudibus & malitiis obuiare debemus. et iurare se nihil habuisse, an possit is qui secreto restituit pecuniam, quam mutuo ab alio receperat.*
72 *Legatus in Francia quasi contrahit, & quomodo.*
73 *Reseruationes Galli exosas habent.*
74 *Curia reformat abusus legati.*
75 *Cautela pro petentibus collationem a legato qui recusauit.*
76 *Resignationes recipere non est mera gratia: & peccat interdum prælatus, si non dispensat.*

QVAESTIO 17. principalis.

1 DEcimoseptimò † principaliter quæritur, quid agere dēant nominati, uel graduati, dū beneficia uacant in tempore eisdem assignato? Resp. debent requirere illa beneficia sibi conferri intra sex menses a die uacationis cōputandos, & ut dicunt summare collatorem, uel eo absente suum uicarium, ut eisdem conferat tale beneficium uacans. §. teneantur. in fi. de colla. qui si conferre recusauerit, ad superiorem immediatum debet accedere, & ab eodem collationem petere sibi fieri iure deuoluto. hanc practicam tradit glo. non ita plane tamen, in §. quòd si quis cuiuscunq;. de colla. in uerbo eo ipso. in prag. Et si ille superior recusauerit conferre, accedat gradatim ad alium proximum superiorem, & postea ad legatum, uel ad papam, hoc tradit tex. in §. si quis uerò cuiuscunque. de colla. in concord. ubi dixi papam posse adiri omni tempore iure concursus.

2 Aduertendum est tamen, quòd † si nominatus requirat sibi conferre iure deuoluto, licet non sic uacaret, & archiepiscopus sic confert, non ualebit collatio, etiam si ex alio capite illam collationem facere potuisset. tex. no. & ibi Panor. & alii in c. ex parte de concess. præb. Deci. consil. 129. & pro tenui. col. 3. ubi dicit, q̄ quando episcopus facit actum ex iure sibi deuoluto, & illud non sit uerum, ille actus est nullus, etiā si ex alio capite illum actum facere potuisset. uide tamē ibi, quia hodie in singulis collationibus solet apponi clausula, uel aliàs quouis modo uacet, & sic cessat dubium.

3 Quæro, intra quod tempus † nominatus, uel graduatus debeat petere sibi conferri beneficium? Videtur q̄ simul atque scit uacare. arg. l. in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur præsenti die debetur. ff. de reg. iur. Et sic statim debet acceptare & requirere, saltem intra mensem. cle. una. de concess. præb.

Item, quia ecclesiarum uacatio diutina est dispendiosa. c. quam sit. de elect.

Contrarium est uerius, quod possit requirere, & acceptare intra sex menses, intra quos ordinarius potest conferre, uel patronus præsentare. c. uno. de iure patr. in 6. c. 2. de concess. præb. quia postquam in concordatis tempus requirendi non est statutum, erit arbitrarium. arg. c. si clericus. de præb. in 6. gl. in uerbo, scilicet. §. item quod omnia. de coll. in prag. Et ita debet arbitrari, ut infra tempus quo potest per ordinarium conferri, requiratur. Brunel. in tract. de dignita. leg. 19. conclu. in 6. decla. alioqui collatio ad superiorem libere deuoluitur. Et ita cōiter tenetur. nam sicut bonorum possessio competens alicui debet intra tempus a iure statutum peti, alioqui repellitur is qui uult petere. l. pen. ff. quis ordo in bo. poss. seruer. & l. 2. C. qui admitti. sic erit in requisitione nominati, & graduati.

4 Nec obstat, † quod in contrarium allegatur, uidelicet d. l. in omnibus. quæ loquitur in contractu, in quo aliquis promisit decem, uel aliam rem. tunc enim uidetur uoluisse dare statim, quia in potestate sua erat exprimendi aliud tēpus, si uoluisset. l. ueterибus. ff. de pact. nec obstat. d. cle. una. quia loquitur in expectante apostolico cum clausula acceptādi. nam illi datur tantum mensis, hic de alio expectante, utpote denominato, uel graduato. Nec obest quod uacatio sit dispendiosa, quia permittitur usque ad sex menses, postquam illud tempus est præstitutum a iure ad conferendum. Quid in exemptis? uide gl. in d. §. quod si cuiuscunq;. in uerbo gradatim, in prag. & in c. cupientes. de elect. & ibi not. plene dixi in §. si quis uero. in uerbo ad alium superiorem. de collat. in concord.

5 Secundo quæro, pone † q̄ nominatus iuit ad archiepiscopum, non facta requisitione primi conferentis, & facta est eidem collatio, ordinarius cōtulit alteri, utra collatio ualeat? Videtur quod superioris, propter eius prærogatiuam. ca. si a sede. de præb. in 6. Item quia in collationibus attenditur tempus datæ, c. eam te. de referi. c. si eo tempore. illo titu. in 6.

In contrarium me trahit tex. in d. §. si qnis uero cuiuscunque. ubi primo requirendus est primus conferens, quia non dicitur facta deuolutio ad superiorem antequam primus recuset, uel male conferat, uel tempus sex mensiū sit elapsum. sed non recusauit qui non fuit requisitus, nec malè cōtulit, ergo non fuit intra sex menses facta deuolutio. quia ibi non est mora, uel nec petitio. l. eius qui. ff. si certum peta. hic non erat mora per ordinarium primum, quia non fuit ab eo petitum. ergo non ualet, nec potest dici deuolutum.

6 Facit † quod dicit Bal. in l. 1. §. magistratibus. ff. de magist. conuenien. ubi dicit, q̄ si per statutum puniatur potestas nō inquirens, excusatur tamen si nemo eidem denuntiauerit. sequitur Las. consi. 168. statuto. colu. 1. in 2. uol. hoc etiam est introductum in fauorem ordinariorum, ut conferant antiquiori, & ei qui insinuauit, quod nō perquirit is qui iure deuoluto confert, sed primo petenti regulariter confert, & sic anfractibus, & expensis onerantur nominati, quod ius reprobat in c. dispendia. de reser. in 6. imò etiam si notoriè cōstet, quod episcopus contulit alicui, adhuc debet requiri, ut tenet gl. in §. quod si quis cuiuscunq;. in uerbo, eo ipso. de colla. in prag. dicens ita teneri de consuetudine, quæ est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de leg. sequitur Brunel. in tract. de digni. legati. 19. conclu. in 6. declar. quia si contulerit indigno, & non nominato, poterit nunc cōferre nominato, secundum eos.

7 Sed contrarium infra dicam, ergo est requirendus. † Non esset tamen os ponere in cœlum, dicere, quando notorium esset collationem esse factam a primo collatore qualificato indigno, uel quando probatur fuisse factam, an sine archiepiscopi requisitione, collationem archiepiscopi ualere, & requisitionem primi non requiri, tum quia in notoriis non requiritur citatio, ergo minus requisitio. Deci. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ca. cum sit Romana. de ap. post Bal. in marga. in uerbo citatio. q. 69. & Nic. de milis in uerbo citatio. q. 86. Barb. consi. 70. col. 5. in 4. uol. tum etiam, quia si primus collator conferret illi secundo nominato requirenti, ista collatio eidem non prodesset. ergo frustra requireret, ideo non esset malum in notoriis adire superiorem, etiam sine requisitione primi collatoris: nam concordatum non adstringit nos ad hoc faciendum, sed requirit tantum, quòd primus disposuerat, sufficit, quia deuoluta erat potestas ad superiorem, & sic potuit conferre iure. & hoc in his casibus, in quibus non potest uariare, alioqui cōtra, ut proxime sequitur, tutius est ante factum, ne processibus inuoluaris, ut primum requiras collatorem, post factum non annullarem collationem habitam sine requisitione, si iam erat facta collatio a primo, quia hoc est æquum.

8 Tertiò quæro, quid si episcopus † beneficium uacans in tempore debito nominatis, uel graduatis, conferat non nominato, uel non graduato, an postea nominato requirenti possit conferre, uel graduato? Videtur quod non, uariatio enim est prohibita, maximè episcopis, & personis ecclesiasticis. clemen. una. de renuntia. ergo non uariabit alteri conferendo.

9 Secundo facit, quia nemo † potest mutare consilium suū in alterius iniuriam. regu. nemo potest mutare. ff. de reg. iur. sed per collationem est quæsitum ius illi, cui est collatio facta, etiam absenti. c. si tibi. de præb. in 6. ergo in præiudicium illius non mutabitur collatio illi facta.

Tertio, collator conferendo incapaci functus est officio suo, sicut iudex quando iudicat, siue bene, siue male iudicet. cap. in literis. de offic. delegat. dixi in repet. l. quod iussit. ff. de re iud.

10 Quarto, prima collatio † impedit secūdam, donec prima sit irrita, & annullata. c. post electionem. de concess. præb. ergo, & hic. c. nostri. & c. consideramus. de elect.

11 Quinto, collatio † facta post deuolutionem potestatis ad superiorē, ubi deuolutio fit ipso facto, ut in hoc casu, est nulla. c. licet. & c. fi. de supplen. negli. prælato. sed deuolutio fit ipso facto. per §. siquis uero. de coll. in concor. igitur, &c.

12 Sexto, per collationem † confertur ius ei, cui cōfertur beneficium. probatur per locum a speciali. in ca. si tibi absenti. præb. in 6. c. gratia. de referi. eod. lib. ubi non acquiritur ius absenti, ut suum dicere possit ante acceptationem, ergo pāti sic, sumendo argm̄ a contrario sensu, quod est ualidum. l. 1. ff. de offi. eius. sic qui contulit non nominato, postea nominato conferre non poterit, alioqui quotidie sic uariaret, & infinitas collationes faceret, & nominatos processibus inuoluere t, quod maxime est uitandum.

13 In contrarium † uidetur ca. fi. de iure patronatus. ubi capitulum Eboracen. contulit ecclesiam eligendo, & quia ad eos spectabat tm̄ ius patronatus, post appellationem factam uoluerunt præsentare. quod concedit ibi papa, sic ēt hic concedendū est, ut si collatio fuerit facta nō qualificato, quod fiat
14 postea qualificato. Secundo facit, qđ † melius est seipsum

Source : BIU Cujas

corrigere,quàm ab alio corrigi expectare.§.1.in authen. de nup.colla.4.& ſapientis eſt in melius mutare conſilium. glo. in l.nonnunquam.ff.de coll.bon. ac magnæ ſapientiæ eſt reuocare quod male egeris.cap.magnæ.22.q.4.dixi plene in rationibus dubitandi,in repe.l.quod iuſſit.ff.de re iud.

15 Item non præſtat impedimentum, † quod de iure non ſortitur effectum.reg.nō præſtat.de reg.iur. in 6.ſed hæc prima collatio eſt nulla ratione decreti poſiti in concor. in §. ſi qs verò proſequente nominato, ergo non præſtabit impedīm ad ſecundam collationem faciendam.Probatur etiam in §. ſi.de colla.in concor.ubi aſtringit collatores ad conferendū nominatis uel graduatis,ſub pœna ſuſpenſionis,quādo ipſi requirent, uel quando conſtat aliquos eſſe nominatos, ſed quando primus collator contulit,non apparebat eidem eſſe aliquem nominatum qui uellet beneficium, ergo quando conſtabit,poterit conferre, quia de nouo peruenit ad notitiam ſuam eſſe aliquos nominatos,vel nominatum,& illa notitia multum prodeſt.ca.ut circa.de elect.in 6.cap.paſtoralis. de exceptionibus.

16 Inſuper,quando † non eſt adiecta dies,poteſt mora purgari,uel quando eſt adiecta ante diei ipſum.l.Celſus.ff.de arbi. l.& ſi poſt tres.ſi quis cautio.l.ſi inſulam.de verbor.ob.ideo vt euitet pœnam collator,poterit rite cōferre nunc,licet primo defecerit alteri conferendo,quia executor mandati apoſtolici ſi contulerit beneficium non debitum mihi, poterit iterum conferre etiam ſine nouo mandato ei cui debebatur.Ita Card.in ca.capitulum.q.18.de reſcrip. ſic & collator in caſu iſto.

17 Idem puto dicendum, ſi collator † contulerit beneficiū coram eo reſignatum,quia ſi poſtea non uixerit reſignans p 20. dies, poterit ordinarius illud beneficium alteri de nouo conferre,cum alio iure uacet,uidelicet per mortem,& quādo ſine culpa collatoris collatio irrita fit,vel electio, tunc reuertitur ad eoſdem,& poſſunt uariare,& eligere alium. tex. eſt expreſſus in c.ſi compromiſſarius.de ele.in 6. ſed iſta collatio prius facta de beneficio coram eis reſignato eſt nulla per regulam cancella. diſponentem beneficium vacare per mortem,ſi reſignans ante 20.dies moriatur.ergo,&c.

Præterea facit.d.c.non præſtat.de reg.iur.in 6.& dicit Domi.in c.ſi tibi abſenti.de præb.in 6.quod ſi ordinarius contulerit Bernardo beneficium, & is recuſauit,quòd ordinarius poterit iterum alteri conferre.ſic & in hoc caſu dico,ut Ioannes de Selua in trac.de beneficio.in 3.patre.q.33.refert.& ſic ordinarius qui in menſe Iulio contulit beneficium uacans per reſignationem non nominato, ſi reſignans moriatur ante 20.dies,in dicto menſe Iulio, poterit iterum & debebit conferre nominato.ſi uero contulerit in menſe Auguſti beneficium uacans per reſignationem, & reſignans moriatur ante 20. dies poterit idem ordinarius alteri conferre, uel eidem beneficium illud quod nunc uacat per mortem, per prædicta.

18 Nec refragatur conſilium † Dec.224.in caſu. in fi. ſatis leuiter datum,ubi dicit illam regulam cancel.18. non habere locum in ordinario, quia regulæ cancellariæ non ſunt leges generales,ſed tantum ligant reſignantes coram papa.nam in pontifice eſt maior præſumptio ſurreptionis, quàm in ordinario.allegat clem.1.de offi.ordi.debet allegare.cle.ult. ibidem. ergo in papa tantum habebit locum. Contrarium teneo,uidelicet, quod illa regula habet etiam locum in ordinario, quia regulæ cancellariæ extractæ ex rationibus iuris naturalis,ciuilis,uel canonici,a populo receptæ habent uim legis,& ligant omnes,ſicut ratio legis,etiam ſi non eſſet regula,& ſunt ſeruandæ,præſertim uiuente earum cōditore.ubi non ſunt iuri contrariæ,nec decretis ſanctorum patrum.Io. And.in regu.nemo poteſt.de reg.iur.lib.6.in Mercuria.ut refert Aufrer.in deci.capel.Tholoſa.q.444.an regulæ.& ſapiūt naturam legis.Io.Franciſc.in præfati.ad extraua. Io.22.& ligant omnes.c.1.de conſtit.ne ordinarius ſit melioris conditionis quàm papa,etiā in ordinario procedet d.regula.Ideo concludit de Ripa in c.2.in fi.de reſcri. regulam de ueriſimili notitia habere locum etiā in ordinario,quia extracta fuit de corpore iuris,uidelicet de c.deteſtanda.de conceſſ.præb. dixi in gl.iure prœuentionis.in §.declarantes.de manda.apoſto.in concord.Item hæc regula, de 20.diebus eſt extracta a ca.1.de præben. ergo habebit locum etiam in ordinario,ne in beneficiis fiat teſtm̄, & ne ſucceſſio detur in illis. nec aliquid facit ſurreptio,quia non agitur de ſurreptione in illa regula.& Gomeſ.in prooemio reg.canc.q.2. ibi, multis modis.

Item ſi regulæ cancellariæ loquantur de actu expediendo in curia,non habebunt locum extra curiam, ſed qñ loquuntur ſimpliciter,ſic Fel.in d.c.2.col.pen.ſed iſta regu.loquitur ſimpliciter,ergo habebit locum tam in curia quàm extra,& tam in papa,& legato,quàm in ordinario.

19 Præterea eſt facta † ad obuiandum malitiis & ſuaſionibus illorum,qui inducunt aliquos ſemimortuos ad reſignandū, & quodammodo ad faciendum teſtm̄ de ſuo beneficio, qđ ſecum moriendo ferre non pñt,ut tenet gl.in d.regula.& licet curiales dederint cauſam faciendi, tñ non minus hēbit locum in aliis.l.1.ff.de poſtulan.& ſic recepta eſt a parlamentis.& ad euitandum iſtas opiniones, papa modernus Paul.3. addidit dictæ regulæ, quauis authoritate conferatur. Et ſic hodie non eſt amplius dubitandum, quin habeat ēt locum in ordinario.& ita teneo,quamuis multi dubitent.& ſic fuit iudicatum pro magiſtro Franciſco de Borges, contra Bricon,anno 1539.in uigilia aſſumptionis diuæ Virginis,& pro latum in ſenatu Pariſien. ita q̄ hodie non eſt dubium, q̄uis multa ſuper hoc ſcribat Do.Gomeſ.in comment.huius regulæ.q.17.& quæſt.26. ubi mecum conuenit:& ita etiā dicit fuiſſe in Rota iudicatum.& Caſſado.in deciſ.31. ſuper regulis cancel. tamen dubitat, quando beneficium eſt ſub præſentatione,& dicit non hēre locum, ſed tñ eadem eſt ratio in utroque caſu. & ſic fuit iudicatum in hoc ſenatu, anno 1536.die 2.Iunii, pro magiſtro Gofrido *le tainturier* defenſore.contra peregrinum Roſſellet actorem ſuper capella in eccleſia ſancti Andreæ Caſſiduni. Procedit etiam in collationibus factis a rege,ut fuit in ſenatu concluſum, anno 1495. die prima Decemb. in proceſſu ſuper poſſeſſorio pendente ſuper capella S. Laurentii in eccleſia Malden. ut a quodam fide digno accepi. Non obſtant ſupra allegata, uidelicet, q̄ uariatio ſit prohibita:nam quando tendit ad bonū non prohibetur.d.c.magnæ.nec dicitur uariare,qui a facto quod notoriè non ualet recedit.d.c.cum terra.per l.2.ff.de optio. lega. Pan. in c.cauſam. de elec. nec dicitur collator uariare in iniuriam non nominati, quia eidem non poterat fieri collatio proſequente nominato.ideo quando apparebit nominatus,& proſequetur,collatio erit irrita,ideo mutabit conſilium in commodum nominati,lege hoc dictante.& maius eſſet incommodum non qualificato,ſi proſequeretur collationem nullam. nam ſuperior etiam conferret ſi ordinarius primus recuſaret.

20 Nec obſtat, q̄ prima † collatio impedit ſecundam,quia uerum eſt,quando ambæ collationes fierent ab eodem ordinario, & eodem iure,ſed prima fit iure ordinario, ſecunda fit coacte,uidelicet reſpectu nominationis,uel gradus, iō prima nulla non impedit ſecundam.gl.in d.c.conſideraui mus. de elect.& d.c.ſuper eo. ubi etiam collatio nulla non impedit,quin ſecunda fiat,etiam prima non annullata. Pan.in c. auditis.col.2.de elect.tex.in c.dudum.& ibi Peruſ.in 4.nota. de præb. in 6. & idem quando collatio ſecunda fiebat a diuerſo collatore,& cenſetur etiam diuerſus,quando unus diuerſo iure confert,quia prima non impedit ſecundam.c.qa diuerſitatem.de conceſ. præb. hoc firmat in propriis terminis glo.in §.q̄ ſi quis cuiuſcunque.in uerbo eo ipſo.de colla. in prag.quam ad uerbum trāſcribit Selua in tract.de benefi. in 3.parte.q.47.& infra dicetur. Vel non obſtat, q̄ nō ualeat ſecunda collatio,uel electio,prima non caſſata. Reſp.uerum eſſe quando non conſtabat notoriè primam uiribus nō ſubſiſtere,& ita intelliguntur iura prædicta, ſecus ſi cōſtaret primam eſſe nullam,quia tunc electio ſecunda fieri pōt,uel collatio,ēt non caſſata prima.c.cum terra.in fi.ibi,tandiu in electione,&c.& c.auditis.de elec.c.illud.& ibi Anch.1.not. de iure patro. Vnde, quando collatum fuit ignoranter beneficium indigno, tunc qa notoriè non conſtat de illa indignitate, & ignoranter conferens non eſt priuatus ptāte cōferendi,uel eligendi,iō pendente illo dubio non p̄t iterū cōferre, uel eligere,& ſic loquitur.d.c.inter dilectos.& ibi Pan. col.3. dicit iſtū eſſe uerū,& clarum intellectū,ſed in hoc caſu notoriè conſtat collationē primam,uel electionem factam per reſignationem eſſe nullam rōne regulæ cancel.quia ius eſt certū,& notorium.l.ornamentorū.ff.de au.& arg.leg. & ēt extrauagans recepta.c.paſtoralis.de fid.inſtr. ubi not. & idem in regula cancel.recepta, q̄ pro iure hr̄,ut ſupra dictum eſt.

21 Ideo ſi primo præſentatio † fiat uicario non hñti ptātem inſtituendi,ſecundo fit eō,ualebit ſecunda præſentatio, cū prima ſit notorie nulla.no.in c.1.de iure patro.Item litis conteſtatio coram iudice incōpetenti facta,pro non facta hr̄.l.ſi pater.C.ne de ſtatu defuncto.& ibi gl.& Bar.in c.Raynaldus. col.35.de teſta.Item iudex ordinarius poſtquam ſententia eſt nulla,denuo cognoſcit.l.ſi ut proponis.1.C. quomodo, & quando iudex.l.ſi accuſatoribus.de accuſa.Quando contractus ſuper una re initus eſt nullus, p̄t ſuper dicta re contractus utilis & efficax celebrari,ēt in perſona eiuſdem,& dicitur poſſidere ex ſecunda conceſſione.tex. in c.continebatur.& ibi Anch. 4. not. de his quæ fiunt a prælat. Et ſi prima collatio uel electio ſit ipſo iure nulla, ualet ſecunda electio, non tanquam ſecunda,ſed tanq̄ ſola, quia quod nullum eſt, nullius eſt authoritatis,uel ordinis. Bald. in d.c.conſideraui mus.in prin.1.collatio,non dicitur prima,ſed nulla. c.factus. 7.q.1.ibi,nam non ſecundus,ſed nullus eſt.dixi in gloſſ.duobus.de manda.apoſto.§.1.

Nec

Source : BIU Cujas

22 Nec obeſt quòd functus† erat officio ſuo, quod eſt uerum quando iure contulit, ſecus ſi nulliter quia non præſtat, &c. ut ſupra dixi. Item patronus clericus poteſt uariare, quando nulliter præſentauit, licet aliàs non poſſit. Card. & Imo. in clemen. 1. de iure patro. quos refert, & ſequitur Roch. Curt. in tract. de iure patro. in uerbo honorificum. q. 9. uerſic. 3. Sic & ordinarius poterit conferre, quando prior collatio eſt nulla.

Vltimo reſpondetur in glo. diſpoſuerit. & gl. diſpoſitiones. de colla. in concord. an ſi uicarius epiſcopi, unum inhabilẽ præſentauerit, & poſtea die ſequenti epiſcopus alterum, ualeat ne præſentatio prima, uel ſecunda, decidit glo. in §. Item uoluit. in uerb. uicario, fol. 101. & ſeq. de colla. in pragm. uide Rochum, q. 9. in uerbo honorificum.

23 Quarto, quæritur † ſi collator cõtulit ſecundo nominato, poſtea primus requirit, & facit fidem de prioritate, an poſſit conferre idem ordinarius iſti antiquiori nominato? Et breui reſpon. uideri ꝙ non, quia hoc caſu non differt diuerſo iure, ergo non poteſt. ut in c. poſtulaſtis. de conceſ. præben. ideo primo non debet cõferre, niſi appareat de antiquitate & prioritate nominati. Et ſic bonum eſt, quod collator uideat omnes nominatos, qui inſinuauerunt illo anno, & collationem in aliquod tempus extrahat, ut poſtea iuxta antiquitatẽ eorũ illis prouideat, & hoc mõ faciunt cauti collatores. uide quæ dixi in d. §. ſi quis uero. in uerbo diſpoſitiones, &c.

24 Fallit etiam quando collator † uellet conferre iterum ſine requiſitione qualificari, quia tunc non poſſet, cum collationem ſuam non poſſit reuocare, niſi inſtigante nominato, probatur in c. 2. de preca. & ibi Barb. in fi. dicit per illũ text. quod contrahens cum eccleſia non poteſt petere reſcindi contractum inualidum, ſi eccleſia hoc nollit, quia cum eccleſiæ beneficio ſit nullus, non poteſt contrahens uti illo beneficio cõtra eccleſiam, per l. ſi iudex. ff de minoribus. ſic nec ordinarius collator poterit conferre alteri etiam qualificato, nõ petente nominato, quod eſt bene notandum, & facit l. 2. ff. de lege commiſſo.

25 Quinto quæro, † quid ſi in menſibus graduatorum, ſemel eligit unum, & gratificauit, ac illi contulit, an poſſit alium eligere, & conferre? Reſp. non, arg. l. ſerui electione legata. §. ſemel optare poſſumus. ff. de leg. 1. quia ius eſt iam illi quæſitũ, ideo non poterit in illius præiudicium reuocari. Notant docto. per illum tex. in c. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.

Item facit c. duobus. cum gl. de reſcri. in 6. ubi ſi duo impetrant eodem exemplo canonicatum in eccleſia Pariſien. & concurrunt in præſentando, capitulum uel alius collator poterit eligere alterum, & ſemel facta electione non poterunt poſtea alterum eligere, & hoc approbant ibi docto. & plene Anch. conſi. 214. Franciſcus, & doct. in c. gratia. de reſcri. in 6. & qui ſemel eligit unam actionem, non poteſt habere regreſſum ad aliam. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. act.

26 Sexto quæro, an ſufficiat † requirere uicarium generalem, & in refutationem illius ad ſuperiorem accedere? Breui reſpon. quod non, quia is non debet requiri, qui nõ poteſt conferre: quia fruſtra peteretur ab eo, cum non poſſit dare, qđ non habet. c. quod autem, de iure patr. c. Daybertum. 1. q. 7. ſed ipſe uicarius etiam generalis non poteſt conferre. c. fi. de offic. uica. ergo refutatio uicarii non habentis ſpecialem poteſtatem conferendi non deuoluet poteſtatem conferendi ad ſuperiorem, quia contrariorum eadẽ eſt diſciplina. l. 1. ff. de his q ſunt ſui uel alieni iuris. & ubi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt refutatio. l. ſi pupillus. ff. de uer. obl. l. nulla intelligitur, de reg. iur. priuatio enim preſupponit habitum. l decem. ff. de uerb. ob. cap. ad diſſoluendum, de deſpon. impub. ita tenuit gl. in §. item uoluit. in uerbo uicario. de collatio. in pragm.

Imò dicerem refutationem vicarij generalis etiam cum poteſtate conferendi, non ualere, quãdo epiſcopus eſſet præſens, uel commode poſſet eius præſentia haberi intra ciuitatem, uel in continentibus ædificiis, quia prius eſſet collator requirendus, quàm uicarius: nam poteſtas uicarij ceſſat præſente epiſcopo. Ideo non fiet per hanc requiſitionem ad ſuperiorem deuolutio. cum text. in d. §. ſi quis uerò, loquatur de epiſcopis & aliis collatoribus: ideo ad illos primo opus eſt accedere, quando commode haberi poſſunt, quia ſunt in ciuitate. c cum eccleſiis. de præb. in 6. Si tamen nominatus requiſierit illum uicarium, & in requiſitione ignorauerit defectum poteſtatis conferendi, & nil eidem fuerit dictum per uicarium, tunc dicerem collationem iure deuoluto factam noĩato poſſe ſuſtineri, ne uia detur fraudibus, etiã illa ignorantia eſt probabilis. l. fin. ff. pro ſuo. ſi communiter habebatur pro uicario habente poteſtatem conferendi, uel ſi alius non erat.

27 Septimo, quid ſi antiquior † nominatus requiſiuit abbatẽ, qui recuſauit conferre, poſtea deuolutio fiebat ad epiſcopũ, ipſe adiuit archiepiſcopum, & obtinuit ab eo collationem, an ualeat? Videtur quòd ſic, poſtquam primus collator fuit requiſitus. Contrarium eſt uerius, quia gradatim dẽt fieri requiſitio, ſicut deuolutio. d §. ſi quis uerò. Ideo dũ abbas recuſauit, ad epm immediatum ſuperiorem erat facta deuolutio, & non ad archiepm. quare archieps non potuit cõferre, quia ad eum non erat poteſtas deuoluta. igitur collatio ab eo facta eſt nulla, & quia non eſt ſeruata forma requiſitionis, quæ facit actum corruere. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſa. dixi in glo. diſpoſuerit. §. ſi quis. de colla. ſupra.

28 Octauo, quidam requiſiuit † prima die Iulij beneficium ſibi conferri ab epiſcopo ordinario, qui recuſauit, poſtea hic nominatus permiſit labi tempus octo menſium, ut uideret an aliquis eo eſſet antiquior. uidens neminem uadit ad archiepm iure deuoluto, a quo obtinuit collationem, opponitur eidẽ, quòd ſunt lapſi octo menſes a die requiſitionis, & archiepiſcopus non potuit conferre, ſed erat iam deuolutum ius ad ſuperiorem archiepiſcopi, quid iuris? Videtur collationem eſſe ualidam, nec iſta diligentia nominati tollit, quin epiſcopus habeat ſex menſes ad cõferendum, quia indultum a iure beneficium nemini eſt auferendum. regula, indultum. de regu. iur. in 6. niſi eps conferat, quia tunc ſtatim erit facta deuolutio ad archiepiſcopum. ſi nominatus voluerit, & collationem ab eo impetrauerit, ſed non impetrauit, niſi poſtq̃ ſciebat ad eum de iure eſſe deuolutum ius, uidelicet poſt ſex menſes, ergo ualuit. Item poterat nominatus iterum requirere ordinarium eũdem, & ordinarius poterit variare, vt dixi ſuprà. Ideo expectauit nominatus ut ſecundo requireret iſtum collatorem, & ut uideret an mutaſſet ꝓpoſitum, ſicut ergo eps potuit poſtea conferre intra tempus iuris, ſi nominatus non iuit ad ſuperiorem, ita ergo noĩatus potuit ad illũ ire, & ſic a die primæ requiſitionis nominato nolente non eſt ius deuolutum, ut dico in §. ſi quis uerò. de colla. in concor. Nec ibi dicitur, ꝙ ſtatim a die requiſitionis fiat deuolutio, ſed intelligi debet, deuoluatur intra terminum iuris, alioqui non poſſet eps variare, nec bis requiri, iſtud ẽt in odium nominatorum & graduatorum retorqueretur, licet in fauorem eorum eſſet introductum contra leg. quod fauore. C. de leg. & diligentia nominati eſſet ei nociua, quando requiſiuit anteſex menſes primum ordinarium, quod non eſt dicendum.

Intelligerem prædicta, quando unus tantũ nominatus requiſierit, uel graduatus, ſecus ſi plures, quia deuolutio cenſetur facta ad ſuperiorem a requiſitione primi nominati, aut graduati, aliàs ſuperior haberet decem, vel undecim menſes ad conferendum, quod non eſt dicendum.

Item & qũ eps, qui contulit poſſet uariare. de quo ſcripſi in d. §. ſi quis vero. Nam ſi primo ordinarius contuliſſet nominato uel graduato, poſtea nõ poteſt uariare, nec requirenti cõferre, ergo deuoluta erat tũc poteſtas ad ſuperiorem, qđ eſt notandum. Fuit enim in ſenatu iudicatum a tempore refutationis ſex menſes currere, in una præbenda ſepulchri Pariſien. Etiam inter M. Stephanum Alard. & Chriſtoph. Guyet appellãtes, & Nico. le uaſſetur intimatum, & idem in magno concilio iudicatum fuit, & hoc obſeruatur in praxi.

29 Nonò, facta eſt collatio † non nominato de beneficio vacante in menſe Iulio, nominatus non proſequitur, an illa collatio ualeat? Videtur ꝙ non, per l. ſi ſeruo. ff. qui & à quib. manu. liber. non fiant. vbi ſi quis dedit libertatem ſeruo alieno, licet poſtea ſuccedat domino ſerui, non confirmatur illa libertas. Sed collatio facta non nominato, non debet confirmari tempore quo debebat nominatio conferri. Secundo, nominationes concernunt præbendam nulli de iure debitam, ſicut alia gratia, capitulo, ſi poſtquam. de præbend. in ſexto. interim ergo cum dubium eſt an nominatus velit acceptare, conferre non potuit, non nominato, quia non erat ſibi debitum beneficium, ex quo erat debitum qualificato.

Tertiò, facit c. ſi. tibi abſenti, de præben. in 6. vbi ſi collatio fiat abſenti, ius quæritur ei, donec conſtet, quod non vult acceptare, & tamen ſi collatio interim fiat alteri, non valet, vt ibidem dicitur, ergo nec hic.

Quartò, facit c. quodam. illo titu. in 6. ibi, prima enim collatio poſt & contra decretum interpoſitum facta, licet ab ignorantibus, etiam ignoranti, non obtinet firmitatem.

30 Quinto, collatio † eſt actus legitimus, qui in pendenti non põteſſe. regul. actus legitimi. de reg. iur. & ibi doct. c. 2. de electio. & ibi gl. nam eccleſia, quæ eſt ſine macula, diu uota ſua eluđi non eſt paſſa. l. 2. C. de ſponſa. Ioan. Monach. in d. c. 2. de elect. in 6. ſed ſi fiat collatio non nominato, incertum eſt dubium, uidelicet an primus requiret, necne. ergo, &c.

Vltimo eſt tex. in clem. vna. de conceſ. præbendæ. & ibi docto. ubi dicitur quòd collatio facta ſecundo intra menſem acceptandi non ualet. facit l. prima. §. quod ait prætor. 2. ff. quorum legato.

Contrarium tenuit gloſſ. in §. quòd ſi quis cuiuſcunque. de collat. in pragm. in uerbo eo ipſo, & in uerbo irritum. quã ſequitur D. Auriolus in additio. ad Guilel. de monte Laudu. in capitu. ſi tibi abſenti. de præbend. in ſexto, & idem Brunel.

Source : BIU Cujas

in tract.de dignita.leg.concluſio.decimanona. in quinta declaratio.

31 Quia collatio † facta ſpreto patrono, licet ſit nulla eo proſequente.cap.decernimus. 16.q.7.tamen ſi patronus non præſentet intra tempus à iure ſtatutum, vel cõſentiat collationi, ea valebit.l.1.§.prodeſt.ff.quorum legato.Fel.in ca.cum Bertoldus.colu.5.de re iudi.de Selua in tract.de benefi.in 1.parte.q.6.nu.10.Latè D.Probus in addit.ad Ioan.Monacum.in cap.ſtatutum.de præben.in 6.qui contrarium uidentur tenere.Dom.Steph.Bertrand.in conſi.38.in 3.uolu.Aegi.conſilio 10.in 6. dubio, & Bertach. in tract.de epiſcopo. lib.4.parte 2. q.26. Tamen prima opinio ſeruata, & approbata fuit ſæpius in curia,ut ualeat collatio intra tempus quo patronus poterat præſentare, ſi poſtea ipſe non præſentet, vel inhabilem præſentauerit,& fuit concluſum, & in mente curiæ retentũ in proceſſu moto inter Ioannem de Pepine, appellantem a præpoſito Pariſ.& Belangerium intimatum.

Secundò,ſi archepiſcopus contulerit beneficium uni, antequam ſit poteſtas ad eum deuoluta,facta deuolutione, nõ poteſt alteri conferre,ſed illa collatio conualidatur, quando ad eum fuit deuoluta poteſtas.Panor.& Fel. in c.cum ex officii.col.pen.de præſcri.per l.ſi rem alienam.2.ff.de pig. actio. hoc tamen non firmo,licet adducant ea quæ not.Barto.in l. cum vir.ff.de uſucap. ubi ſi quiſpiam uendiderit rem alienã eccleſiæ,& uenditor ſuccedat domino, ſtatim trãſit vtile dominium in eccleſiam.ratio,quia ibi non requiritur traditio. l.fi.C.de ſacroſan.eccle.& intererat uenditoris contractũ confirmari cum ex ſuo contractu obligatus eſſet,&c.Imò fuit iudicatum in ſenatu Burdegalen.collationem primã tanquam nullam tractu temporis non ratificari,ut firmat Do.Boer.in Deciſ.Burdegal.q.70.quæritur,& ita ſeruatur.

Tertio facit,quòd ſi pater legauerit ſeruum qui erat in peculio caſtrenſi filii,& poſtea filius moritur, & ei pater ſuccedit, antequam filius contradixerit, ualebit legatum patris.l. ſeruum filii.1.reſpon.ff.de leg.primo.facit l.proponebatur.§. idem.de caſtren.pecu. Item ſi ſit optio ſeruorum legata alicui,& antequam legatarius optet, unus ſeruus ſit manumiſſus, ſi poſtea alius optatur,remanet ille liber. l.ſi cum optio. ff.de optio.lega.not.in cap.fina.de conſue.in 6. facit l.ſeruus. C.de pact.

Quarto,facit quod notat Io.Monachus in ca.2.de præb.in 6.ubi ſi ordinarius conferat beneficium intra menſem,quod fuit ſpecialiter impetratum cum clauſula decreti,& inhibitio 39
nis,tenet collatio,ſi impetrans ſua non utatur gratia,& ſi habens clauſulam anteferri,ei renuntiet, ualebit collatio prius facta,quia eo repulſo ſublatum eſt impedim̃,quo ad primum. Io.An.in c.pen.de conceſ.præb.in 6. glo.in uerbo irritum.in §.ꝙ ſi is cuiuſcunque,de colla.in prag.Soci.conſil. 117.in fãcto.in 3.uolum.

33 Quinto proceſſus † iudicis a quo non tenet ſi appellãs proſequutus fuerit appellationem,at ſi renuntiauerit appellationi,tenet proceſſus.capit.ſuper. de appel.lib.6.& emphyteota priuati non ſoluens canonem intra triennium,priuatur iure ſuo,ſi dominus uoluerit.l.2.& ibi Iaſ.& omnes.C.de iure emphyt.Etiam teſtamentum in quo filius eſt præteritus eſt nullum,ſi filius hoc uelit & proſequatur.l.filio præterito.ff.de iuſto rupt.

Sexto,ſi infra decennium fiat executio, licet fieri non debet,ſi poſtea non appelletur remanet ualida.gl.in c.uenerabilibus,uer.porrò.de ſen.exc.li.6.quam ſequitur Fel. in c. quod ad conſultationem,concl.5.de re iudi.facit l.obſeruare. §.fi. ff.de offic.proconſul.

Vltimo,extat regula cancella.Bonifacii octaui,facta anno quinto ſui pontificatus.ubi ordinauit, quòd ſi ſint duo uel plures expectantes in eadem eccleſia, omnes poſſunt beneficium uacans intra menſem uigore gratiæ acceptare a die notitiæ uacationis beneficii,& ſibi de illo prouideri facere, ſaluo iure prioritatis,ſcilicet quòd ille qui eſt in iure prior, ſi acceptauerit,& ſibi conferri fecerit,poſterioribus in aſſecutione beneficii præferetur. & hanc regulam non uiderat Card. qui contrarium tenet in c.dilectus.2.nu.16. de præb.& uide reſpon.ad contraria in ſequenti quæſtio.

34 Decimo, dubitatur † uacans beneficium in tempore aſſignato nominatis, epiſcopus confert ſecundo nominato, & tamen debebat conferre primo, & antiquiori,an ualeat? Si antiquior non requirat,uidetur quòd non, quia actus geſtus tempore incongruo tali incongruitate, quæ reſiſtit ſubſtantiæ actus,eſt ipſo iure nullus, etiam ſi ſuperueniat tẽporis habilitas.l.j.§.fi.& l.unde.§.ſi quis.ff.de itinere actuque priuato, ſed collatio facta ſecundo,eſt facta tempore incongruo, utpote intra tẽpus quo poterat antiquior requirere beneficiũ, & acceptare.ergo collatio eſt nulla,& ſic poſtquam eſt ab initio nulla,non poteſt tractu temporis cõualeſcere. regula nõ firmatur.de reg.iur.in 6.

35 Secundo,geſta pendente † aliquo obſtaculo, quod poſtea tollitur non ex hoc redduntur ualida,unde ſententia excommunicationis lata pendente appellatione ualida,licet poſtea deferatur,non propterea redditur ualida.c.licet.de ſent.ex c. in 6. & tamen per deſertionem fingitur appellans retro non appellaſſe, adeo quod damnatus furti,ſi appellationem non proſequatur, retro notatur infamia.l.furti.ff.de his qui nota. infamia.Sic collatio facta ſecundo nominato pendente obſtaculo primi,eſt nulla,nec ualidatur, licet ex poſt facto appareat de non proſecutione antiquioris.

36 Tertio,ſicut hæreditas † non conceditur ad tempus.l.hæreditas ex die.ff.de hære.inſti.ſic nec beneficia.c.præcepta.55. diſt c.ſi gratioſæ.de reſcri. in 6. ſed ſi antiquior noĩatus intra ſex menſes acceptet illud beneficium, & petat ſibi conferri, collatio facta ſecundo reuocabitur. poſtquam ergo tenuit medio tempore,ad tempus fuit illi iuniori datum beneficiũ, quod eſt prohibitum,ut ſupra dixi.ſequitur Card.conſi.105. ſuper præmiſſo caſu.

37 Contrarium tenetur, quia † quotiens pluribus graduatim competit ius circa idem, altero non utente ualet quod interim fit per alium.c.ſi qua.12.q.2.c.Lugdunen.9.q.2.cle.ſæpe. de appel.l.proinde.ff.ſi cer.pet.igitur ualebit collatio facta ſecundo,ſi primus non requirat, nec proſequatur, ſicut reuocantur attentata poſt ſententiam intra tempus appellandi, ſi aliquis appellet, ſecus ſi non appellet. capitu. non ſolum. de appel.in 6.

Secundo facit c.ſi clericus.de præb.in 6.& quod no.Ioan. And.in c.pen.ibidem.ubi dicit, quòd ſi habens clauſulam anteferri,non uelit ea uti,primus habebit præbendam, etiam ſi primo derogaretur per illam clauſulam, ut ſupra dixi. facit l.ſi iudex.ff.de minori. Anch.in clem. una.quæſtio.2.de conceſſ.præben.

38 Tertio,facit † quod dicit Roman.& alii in l.fi.C.qui admitti.ubi dicit, quòd ſi exiſtens in ſecundo gradu properantius agnouerit bonorum poſſeſſionem intra tempus primi, ſi contingat primum repudiare, illa agnitio ſecundi ualebit,ac ſi eſſet ſuis curriculis facta,per tex.in l.1.§.quibus.ff.de ſucceſſ.edicto.nam quando primus repudiat,fingitur, ac ſi ex eo numero non eſſet, ergo acceptatio ſecundi debet conualidari, & ita expreſſe tenet glo.in d.uerbo irritum,de col.in pragm. Et de mandatariis duobus loquũtur doc.in d.l.fi.ſic cõſuluit Iaſ.conſi.104.circa quatuor.in 1.volu. Card. conſi.105.ſuper Bertrand.conſi.38.in 3.uol.

Quarto,quando quis remouetur † alicuius contemplatione,illi debet acquiri,cuius contemplatione remouetur.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de leg.1.l.poſt legatum.§.amittere. ff.de his quib.ut indignis.l.2.§.fi.de collation.bonor.l.ſi legatarius.C.de lega.Iaſ.pulchre in conſi.61.nobilis,colu. penult. uerſi.confirmatur.in 3.uol.Sed hoc in caſu primus remouetur contemplatione ſecundi, qui proſequutus eſt ius ſuum, ergo illi acquiretur, ſi primus non fuerit proſequutus. laſ.d. conſi.104.circa.in fi.uol.1.facit.gl.pen.in c.fi.de conſue.in 6. & Bellamera in deciſ.468.ſi primus.

40 Nec obſtant iura † in contrarium adducta,quia loquũtur in caſibus diſſimilibus. nam hæ qualificationes ſunt introductæ in fauorem nominatorum, ergo illi fauori poterunt renunciare.l.penul.C.de pact. cap.ad apoſtolicam. de regula. nam clauſula decreti appoſita in d.§ ſi quis uero.intelligitur ſi nominatus ea uti uelit.Inno.in c.1.de conceſ. præben. in 6. glo.in d.uerbo irritum.ſi ergo non utatur,habetur ac ſi non eſſet qualificatus, & ſic collatio ſecundo facta tenuit, quia ſublatum eſt impedimentum quo ad ordinarium,ergo ualebit ſua collatio, nec requiretur noua collatio poſtquã ſecundus eſt excluſus.Vnde dicit Benedict.in repeti.ca.Raynutius. in uerbo,in eodem teſtamento.1.nu.89.& ſeq.de teſt.de epiſcopo,cui papa dederat facultatem acceptandi, & retinendi beneficia uacatura uſque ad certam ſummam in ſua diœceſi, & ut ea poſſet retinere tanquam unita menſæ ſuæ epiſcopali propter reparationes quas fecerat ibidem,prouiſo tamen,ꝙ intra ſex menſes a die acceptationis annatam ſoluat cameræ apoſtolicæ,aliàs tempore elapſo diſſoluta eſſet dicta unio,& pro non facta habeatur,contingit quòd epiſcopus aliqua beneficia acceptauit,& eis pacifice gauiſus fuit, in uita tamen minime ſoluit annatam, an beneficia uacent per mortem epiſcopi,uel per priuationem factam, eo quod non ſoluit annatam?& reſpondet per mortem uacare, cum papa non declarauerat pœnam priuationis,quæ erat in fauorem ſuum introducta,per ea quæ notantur in l.fin.C. de reuocand. donatio. Nec obſtat ꝙ beneficium datum erat ad tempus ſecundo, quia non eſt uerum : nam illud cenſetur eſſe perpetuum, qñ poteſt eſſe perpetuum, licet dubitetur an erit temporale an perpetuum.l.ſufficit.ff.de condict.indeb.gloſſ.in dict. capit.ſi gratioſe.uide Ioan. de Selua,in tract.de beneficio. in 3.parte quæſtion.9.

41 Vndecimo quæro † plures ſunt nominati, an omnes ad requirendum beneficium habeant ſimul ſex menſes, an uerò primus

Source : BIU Cujas

primus nominatus ſex, ſecundus alios ſex menſes, & ſic deinceps? Reſponde ꝙ tantum dantur ſex menſes omnibus nominatis, & non ſingulis, quod probatur in clem. una, de conceſ. præbend. ubi quando ſunt plures expectantes apoſtolici cum clauſula acceptandi, omnes habent unum menſem tantum, quod ſequitur Ioan. Andr. in additio. Specul. rubr. de conceſſ. præbend. ubi plene diſputaui. & in ca. ſi pluribus. de præbend. in 6.

Item omnes mandatarii unum tantum habent menſem. Do. de Rota deciſ. 68. nota. Paulus. de reſcrip. in antiq. plene Ancha. in clem. una. per illum tex. q. 3. de conceſ. præb. Collecta. in c. cum noſtri, de conceſ. præb. quod non procedit in Francia, ubi ſex menſes dantur mandatariis. Item ad optandum dantur uiginti dies, ſiue ſint plures optare uolentes, ſiue unus. c. fin. de conſue. in 6. Item conſanguineis omnibus ad retrahendum datur annus, uel tempus a conſuetudine taxatum, teſte domin. Boer. in §. 2. de conſuet. retract. in conſuetu. Biturig.

42 Inſuper annus, † qui datur ad petendum tutorem pupillo, currit omnibus, qui ad ſucceſſionē pupilli uocantur. l. ſciant. C. de legitimis hæredi. Lucas de penna, in l. prima. colu. 2. de agent. in rebus. libr. 12. & multa addidi ad dictam l. ſciant. Et hoc eſt, ratione diutinæ uacationis quæ eſſet, ſi cuilibet darentur ſex menſes, & eſſet valde periculoſa. cap. quamuis. de elect. in 6. Vide Cardi. conſil. 105. & ſeq quia quilibet poteſt acceptare, ſi ſibi iure debeatur, ut gloſſ. ibi. in cap. 2. de reſcri. in 6. ſcribit.

43 Duodecimo quæro, aliquis † nominatus habuit collationem a legato, de beneficio uacante in menſe Iulio, uel altero menſe deputato nominatis, non requiſito tamen ordinario, qui ordinarius contulit nominato antiquiori, uel forte alteri, uter præferri debeat? Reſpond. uidetur quòd prouiſus ab ordinario, quia poſtquam non apparebat de primo nominato, potuit ordinarius conferre ſecundo nominato, ac ſi nullum habuiſſet qualificatum alium, quia de his quæ non ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium. l. duo ſunt. ff. de tute. 10 collatio facta a legato contra qualificationes, non ualuit, ergo collatio facta ab ordinario tenuit. argu. l. Pomponius. §. ſed & is. ff. de procu. etiam ſi ſecundo nominato facta fuerit. nam poteſtas conferendi non erat deuoluta ad legatum nulla facta requiſitione ordinarii, & legatus in hoc Franciæ regno non habet præuentionem in iſtis beneficiis qualificatis. Nam ſolam præuētionem ſibi in his Papa retinuit, ut patet in rubr. de manda. apoſt. Receptus eſt enim ſaluis modificationibus regni, ſed non eſſent ſaluæ, ſi ſic conferret, nā indies conferet non qualificatis ergo, &c.

Item ualde diminueretur poteſtas ordinariorū: nam qualificati ſemper adirent legatū neglectis ordinariis, & ſic confunderetur ordo, cum ſua iuriſdictio cuilibet non ſeruaretur, dicit ca. peruenit. 11. q. 1. & nunquam antiquiori prouideretur per legatum, ſed primo uenienti, & ſic eluſorium videretur concordatum.

44 Idem eodem tenore dubitari poteſt, † an legatus poſſit in menſibus præſtitutis graduatis gratificare? videtur ꝙ non, qa contra ordinem concordatorum, & ipſorum mentem uenire non poteſt, ut ſupra dixi quæſtio. 8. & §. ſi quis. de collat. ſed uniret contra ordinem poſitum ſupra in §. ſi quis uero, ergo &c.

Secundo, requiſitio faciēda eſt a primo antequam fiat deuolutio. d. §. ſi quis uerò. & ante requiſitionem primi nō fit deuolutio, ergo collatio fieri non poterit per legatum.

Tertio collatoribus ordinariis datur gratificatio, §. ſtatuimus. 1. de collationi. ſed legatus non eſt collator ordinarius, ergo gratificare non poterit, quia eorum poteſtas, licet ſit ordinaria. c. 2. de offi. leg. in 6. tamen eſt extra ordinem inuenta, gl. in cle. ulti. de offi. ordi. Multa ad hanc rem facientia tradit d. Renal. Chandonius, iuriſ utriuſque egregius doctor, in ſuo reſpon. de facultatibus legati.

Quarto, ſi legatus poſſet gratificare in his menſibus, ſemper prouideret ſuis, & pauperes graduati in ſuis ſtudiis exiſtentes nil haberent, & ſic concordatum quo ad graduatos, redderetur illuſorium, quòd non debet permittere ſenatus, argu. l. ſi prætor. ff. de iudic.

Quinto, etiam ordinarii collatores priuarentur iſta gratificatione, quæ eſt eis commodo, quia dicitur eſſe in fructu. gl. in c. cum olim. de maio. & obed. in quantum poſſunt prouidere ſuis graduatis idoneis, quod non facerent. In contrariū facit, quia legatus in regno Franciæ poteſt conferre beneficia regni ſaluis modificationib. alioqui manis fere & friuola eſſet ſua poteſtas, ſed quando confert graduatis, debite inſinuatis, & gratificat, confert ſaluis regni modificationibus, ergo collatio ualere debet.

45 Secundo, legatus † concurrit cum ordinario conferendo beneficia ſpectantia ad collationem ordinariorum. c. ſi a ſede. de præb. in 6. Intantum ꝙ dicit Panor. in c. fin. colum. 2. de confir. utili. legatum in legatione ſua concurrere cum quolibet ordinario ſuæ legationis, ſiue ille collator ſit archiep̄s, ſiue epiſcopus, ſiue abbas, ſiue quicunque alius, ita ꝙ ꝙcquid iſti poſſunt in iuriſdictionibus, tam ex iure communi, quàm ex conſuetudine, poterit & legatus. Ergo poterit concurrere conferendo qualificatis, & inſequendo leges regni, quia non derogatur legato, niſi in qualificatione. ergo eam inſequendo poterit conferre. Bertrand. conſi. 73. legatus, uolu. 1. ſecundum no. impreſſio.

Tertio concordata iſta, uidelicet, ut prouideatur graduatis, facta ſunt in fauorem graduatorum & literatorum, ut dixi ſupra, ſed iſte eſt fauor graduatorum regni, ꝙ eis conferatur, ergo iis poterit conferri etiam per legatum, & etiam eſt in fauorem regni, ne pecuniæ a regno extrahantur, & ne res nummaria (quibus ueluti neruis reſpublica ſubnixa eſt) exhauriatur, ut ſupra in prooemio patet.

Quarto, quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? l. ſancinus. C. de teſt. ſed non mutatur in legato, niſi ut præuentiones non faciat non graduatis, ergo ut faciat graduatis, & qualificatis, uel nominatis antiquioribus, uidetur æquum, & iuri conforme, ergo & antiquiori nominato, & graduato rite qualificato poterit conferre tam in menſib. nominatis præſtitutis, quàm graduatis, & etiam eccleſias parochiales in villis muratis ſitas qualificatis conferre poterit, per ſupradicta. & quòd legatus poſſit conferre & gratificare graduato, qualificato, iudicauit ſacrum regis magnum conſilium pro magiſtro Petro de Poleſtron, cōtra Ioannem Pichon, & alios, Anno 1540. die 17. Auguſti, etiam ſi prius idem legatus contuliſſet non qualificato, ut ſic fuit cōcluſum 22. Februarii. 1534. in hoc ſenatu inter D. de Gouy, præſidem inquiſitionum cameræ, & Ioannem Girardum, & idem dictum fuit in eodē anno, die ſeptimo Septembris, in caſu præbendæ ſanctæ Radegundis Pictauen. pro magiſtro Germano Cornuto, cōtra Triſtandum Fretart, & quid in Papa, vide in §. ſtatuimus. 1. in glo. gratificare. de collat. in concorda. Et an legatus facta requiſitione primi collatoris poſſit omiſſo medio conferre? dixi in §. ſi quis uerò. in uerbo ad alium. de colla. ſupra.

46 Decimotertio quæro, duo † nominati requirunt ſimul epiſcopum, is ipſe ignorat uter ſit antiquior quid agere debeat? Reſp. faciat ſibi exhiberi literas nominationum ab utriſque. Cardina. in cap. mandatum, col. 5. q. 9. de reſcrip. ubi dicit, ꝙ ſi duo habent mandata de prouidendo eiuſdem datæ, & petunt idem beneficium, tunc prouiſores facta eis copia de iuribus utriuſque, conſulent peritos, & conferent ius habenti, & ſi eſt dubium, parebunt mandatis utriuſque cum poteſtationibus. Imò poſſunt recipere ad præbendā unum ſine præiudicio alterius: & pro hoc facit cap. cum contingat. de reſcrip. ſic epiſcopus facta ſibi exhibitione nominationum cō ferret antiquiori, tamen cum epiſcopus habeat exemplū omnium nominationum, non poteſt iure prætendere ignorantiam prioritatis, uel poſterioritatis, poſſet tamen ſupradicta facere, uide tamen quæ dixi ſuperius. q. 14. nu. 82.

47 Decimoquartò, vacauit † beneficium tempore nominatis præſtituto, ſecundo nominatus acceptauit, & requiſiuit ordinarium, qui contulit non nominato. Papa alteri; demum Archiepiſcopus iſti ſecundo nominato iure deuoluto. Primus nominatus requirit, & ei fit collatio per ſuperiorem, quis habeat ius in beneficio? Reſpon. primus nominatus beneficio requiſitionis ſecundi nominati poterit uenire, ſicut filius in poteſtate beneficio filij præteriti admittitur. argum. l. filium. ff. de bono. poſſ. contra tabul. l. 3. §. plane. iuncta glo. ibidem. ſicut inſinuatio unius aliquando prodeſt alteri. tex. in l. cum quidam. §. ſimili. C. de iure dotium. ſic & requiſitio. uide Auriol. in c. penult. de conceſ. præbend. in 6. & ita fuit prolatum (ut accepi) arreſtum Pariſiis, per l. ſi mater. in fine. C. de inof. teſtamen. Sic ergo in caſu iſto dicimus, quia poſtquam ſecundus nominatus requiſiuerat, non poterat Papa (ut ſupra dixi) præuenire, ideo antiquior nominatus præfertur ſecundò nominato, & ſecundo nominatus apoſtolico, ergo & primus nominatus præferetur apoſtolico, per illam regulā, ſi vinco vincentem te, a fortiori uincam te, c. penult. de conceſſ. præbend. in 6. nam uincens, cui prima facta fuit collatio, ſuccedit in ius uict. glo. in l. uſucapi. C. de pigno. Refert & ſequitur Soci. conſil. 28. fuit quidam. nume. 4. in 4. volum. & iurſcōſul. ait, cum ego te ſuperaturus ſum, multo magis aduerſus te obtinere debeo. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & tempo. præſcriptio. & idē ſi Papa vni contulerit ſine derogatione indulti Cardinalium, & poſtea Cardinalis, demum nominatus requirat, poſtquam ſecundus uincit apoſtolicum, & graduatus ſecundum, ergo graduatus vincet apoſtolicum per prędicta, & idem ſi collatio primò fuerit a Cardinali facta nō graduato, & à Papa alteri, & graduatus ultimò ueniens iſtis etiā præferetur, ut in ſeq. dicetur.

Nec obſtat quòd collatio prima eſt anullanda proſequente primo nominato, & ſic collatio Papæ ualere debet, nam illud

Source : BIU Cujas

illud non eſt uerum, quia in fauorem antiquioris nominati eſt introductum, vt non ualeat prima collatio, & ſic non debet retorqueri in eius odium. l. quod fauore. C. de legibus. quod fieret ſi collatio papæ ualeret. Idem dicerem ſi primus nominatus inhabilis requireret, & poſtea aliquis nominatus a papa impetraret, deinde nominatus ſecundus habilis ab archiepiſcopo collationem obtineret, ut iſta collatio ſecundo nominato facta ualeat, per ſupradicta.

48 Decimoquinto quæro, vacans † beneficium in menſe Ianuarii epiſcopus contulit non nominato, papa alteri: nominatus poſtea intra ſex menſes requirit, & obtinet iure deuoluto collationem, quænam iſtarum ualeat? Reſpondeo, collatio facta nominato eſt præferenda, per illam regulam, ſi uinco uincentem te, a fortiori uincam te. in d.c.pen. de conceſſ. præben. in 6. glo. in auth. licet. C. de natura. libe. Nam nominatus uincit primum uon graduatum, nec qualificatum, & primus uincit apoſtolicum, quia licet papa poſſit præuenire, vt ſupra dixi, in rubr. de mandat. apoſtolic. in gl. iure præuentionis, tamen hic non præuenit, quia collatio erat facta per ordinarium non nominato, ergo papa non potuit conferre iure præuentionis, quia locus erat repletus, & ipſe erat præuētus per ordinarium.

49 Nam præuētio dicitur † ſi fiat collatio ante papam, uel papa ante ordinarium, ut eſt hic, ſicut fit præuentio per citationem. in l. ſi quis poſtea. ff. de iud. c. propoſuiſti. & ibi plene Soci. de foro comp. dico in rub. de mandatis apoſtolicis, in uerbo iure præuentionis. Item, quia collatio facta per ordinariū erat ualida reſpectu apoſtolici, ſed rōne nominati erat nulla, quod poteſt eſſe, ut probatur in l. uir & uxor. ff. ad uelleia.

50 Si tamen ſecūdus † nominatus uel graduatus obtineat collationem ab ordinario, & a papa ante requiſitionem primi nominati, non excludetur per antiquiorem nominatum poſtea uenientem, quia ius habet duplex, & duo uincula ſunt uno fortiora. c. 1. de treug. & pace. dummodo utranq; collationem habuerit ante graduati vel nominati requiſitionem.

Et quia ordinatio regia dicit, iſti nominato uel graduato requirenti nō fieri præiudicium per præuentionem, & ſic nō vult excludere, quod iſte requirens nō poſſit præuenire, nempe quæ inducta ſunt in fauorem illius, nō debent in odiū retorqueri. l. quod fauore. C. de legibus. Et ita fuit deciſum in hoc ſenatu, anno 1544. & in uigilia purificationis virginis Mariæ pronuntiatum. vide Boer. in deciſ. Burdega. 3. quæſt. 308. utrum quis, & c.

51 Decimoſexto quæro, uacante † beneficio in mēſe graduatorum, tutor vult præſentare unum, eò ꝙ omnes fructus bonorum pupilli ex conſuetudine lucratur, pupillus alium, qd iuris? Duæ ſunt quæſtiones. Prima, an tutor præſentare dēat, an pupillus. Secunda quęſtio eſt, an ſtante cōſuetudine quòd tutor lucretur fructus bonorum pupilli durante tutela, poſſit idem tutor præſentare excluſo pupillo. Ad primam cōcludit Panormitan. in cap. fin. de cōceſſ. præben. quòd tutor præſentabit, ſi pupillus ſit minor ſeptem annis. Idem tenet Io. And. in c. ex eo. de elect. in 6. Pan. in c. 1. de iure patro.

52 Si uero pupillus ſit maior infante † poterit præſentare pupillus, & ſi tutor & pupillus præſentāt diuerſos, præfertur præſentatus a pupillo, per gl. in d.c. ex eo. Arch. in c. decernimus. 16. q. 7. tum quia pupillus poteſt facere conditionem ſuā meliorem ſine tutore. inſti. de authoritate tutor. in princi. & qñ eſt diſcordia inter tutorem & pupillum, quo ad illam nō habetur pro tutore, quia ſua res agitur, ideo datur curator. §. fi. Inſti. de autho. tuto. Feder. conſi. 102. nobilis. De Rota deciſ. 321. in antiq. Cæſar. Lambert. in trac. de iur. patr. in 9. art. 2. q. prin. primæ partis. 2. libri. in fi. & art ſeq.

Imo etiam poterit hic pupillus maior infante præſentare ſine tutoris authoritate, teſte. Ant. de But. cōſi. 29. uiſis punct. in fine. Tum ꝙ pupillus ſit dominus illius iuris patronatus, tū etiam quia ille pupillus poteſt contrahere ſponſalia. c. literas. & per totum. de deſpon. impube.

Item poteſt aſſumi ad beneficium ſimplex ſine tutore. c. ſi eo tempore. de reſcr. in 6. c. ſuper inordinata. de præbē. Hoc tenet Roch. Curt. in tract. de iure patro. in uerbo competēs. q. 3. & ſeq. ubi plene uidere licet. Nec obſtat c. ex eo. de elect. in 6. ubi non poteſt eligere, quia licet ſponſalia contrahere poſſit, non tamen matrimonium, Inſti. de nup. in prin. ſed per electionem cōtrahitur matrimonium ſpirituale, c. inter corporalia. de tranſa. epiſcopi. quod eſt in præſentatione ſecus. c. quod autem. in uerbo inchoatum. de iure patro. Pau. de Citad. in tract. de iure patr. in 6. parte, art. 3. q. 40.

53 Quæro, ſtante conſuetudine † quod tutor faciat fructus ſuos durante tutela pupilli, vt eſt in conſuetu. Biturg. in §. 11. de conſue. iuris & ſtatus perſona. An tunc poſſit præſentare? Et uidetur ꝙ non, quia creditor non poteſt præſentare. c. cū Bertholdus. de re iudi. etiam ſi faceret fructus ſuos, ut ibi Panor. & in c. contingit. col. 5. de dolo aſſerit.

Secundò, quia tutor non eſt verus patronus, & qui eccleſias obtinent ſine patrono, eas reſtituere debent. c. ex inſinuatione. de iure patro.

Tertiò, malæ fidei poſſeſſor, qui habet rei alienæ conſcientiam, non lucratur fructus. c. conſultationibus. de iure patro. prout eſt in iſto tutore, & no. in l. quemadmodum. C. de agricolis & cenſitis. lib. 11.

Quartò, conductor ad modicum tempus non poteſt præſentare. cap. ex literis. de iure patr. multo magis hic tutor, qui nil iuris habet, niſi regimen tantum in bonis pupilli, & perſonæ.

54 In contrarium videtur † quia quando quis lucratur fructus, ſicut bonæ fidei poſſeſſor, ut in d.c. conſultationibus. & c cum eccleſia. de cauſ. poſſeſſ. tunc nō tenetur ad reſtitutionem, ſicut in hoc tutore dicitur. §. ſi quis a non domino. inſtitu. de rerum diuiſio. c. grauis. de reſtitu. ſpolia. & tunc poterit præſentate tutor, quia præſentare eſt fructus iuris patronatus. d.c. conſultationibus. & d.c. cum Bertholdus. & ca. ex literis. & præſentare dicitur fructus induſtrialis: quia requiritur induſtria hominis in eligendo idoneum. ca. decernimus. 16. q. 7. & intra prętitutum tempus. c. 1. de iure patr. in 6. par. q. 3. art. 3. deciſi. Rotæ 7. colla. de iure patr. in no.

55 Item nil vel parum † prodeſſet conſuetudo, volens vt omnes fructus lucraretur tutor, niſi & eos haberet, cū etiam & uxor relicta uſufructuaria hos habeat, & poteſt pręſentare, ut docet Paul. Piccus in repe. l. Titia. §. Titia. q. 39. ff. de legat. 2. & Rochus ubi ſupra. q. 28. ergo & hic tutor, licet contrarium teneat Ioan. Crotus, in repeti. l. frater. quæſt. 23. ff. de condictio. indebiti.

56 Item ad maritum ſpectat † ius præſentandi, cum ſit dominus rerum dotalium. l. docē ancillam. C. de rei uend. & quia percipit fructus rei dotalis. c. per veſtras. de don. inter uirum & uxorem. c. ſalubriter. de uſur. Pan. in d.c. fi. de conceſſ. præb. lib. 6. Fel. in c. quoniam. in fi. de teſtib. Rochus Curt. in uerbo ipſe uel is. q. 28. & Ioan. Lupus in repe. cap. per ueſtras. fol. 76. §. 43. de dona. inter virium & vxo. vide plenè Paul. de Leazariis in quæſt. 4.

Præterea tutor eſt dominus bonorum pupilli. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empto & ex cōſuetudine lucratur fructus, ergo poterit præſentare, cum præſentatio in fructu conſiſtat, ut ſupra dixi. Nec obſt. quod ius patronatus ſit quidam honor, & nō fructus proportionabilis, uel commoditas, quā habere debeat tutor, quia cum conſuetudo loquatur generaliter de omni fructu, de iſto etiam intelligi debet, cū tranſeat cum uniuerſitate benorum. d.c. ex literis. quam habet tutor, & dicitur uerus poſſeſſor, ergo faciet fructus ſuos ſicut maritus.

Nec obeſt de creditore, quia non facit fructus ſuos ſed extenuant ſortem, & debent in ſortem computari. cap. primò. & per totum, de uſur. cap. illo uos. de pigno. ſed ratione conſuetudinis tutor facit fructus ſuos, ideo eos non tenetur reſtituere, & diuerſus eſt a tutore creditor hic.

Nec refragatur quòd non ſit verus patronus, imò reſpondeo eſſe uerum quo ad hoc: nam inuenio poſſeſſorem bonorum poſſe præſentare, quando lucratur fructus, ſic & iſte tutor, vt d.c. conſultationibus. & d.c. ex literis. & ca. cum eccleſia lutrina. de cauſa poſſeſſio.

Præterea nil facit dum dicitur, quòd malæ fidei poſſeſſor non lucratur fructus: quia hic non poteſt dici malæ fidei, cū uigore conſuetudinis faciat fructus ſuos. Nec eſt æquiparatio bona de conductore ad modicum tempus, ad iſtum tutorem, ſed ſicut ad longum tempus cōductor præſentare poteſt, ita & hic tutor, vt in d.c. ex literis. Ex his concluditur, ꝙ tutor qui uigore conſuetudinis, ut in nobilibus communiter eſt conſuetum, lucratur fructus, poterit præſentare, & non pupillus, quod eſt notandum, quia fuit a me petitum ſæpius in palatio, & ſic reſpondi, cogitandum tamen rellnquo.

57 Sed an præſentatus † ſuam præſentationem oſtendere teneatur? Dicebatur quòd non, poſtquam oſtendit inſtitutionem. quia non eſt ueriſimile quòd epiſcopus inſtituiſſet nullo præſentante, imò verius contuliſſet pleno iure, per not. in c. authoritate. de inſtitutio. quod eſt uerum parti prætendenti habere ius ex impetratione, vel aliàs quàm ex alia præſentatione patroni, nam ſi ex patroni præſentatione negantis ſe præſentare, eo quòd ſua intereſt, & non alterius, ob id oſtendere tenebitur patrono, uel alteri inſtituto. per not. in authē. ſi quis in aliquo. C. de edendo. nec dicitur pars tituli præſentatio, poteſt enim epiſcopus conferre ſine præſentatione, & ualebit collatio patrono non reclamante. c. illud. de iure patro. ſicut dicitur de illo, qui dicit † procuratoriū eſſe falſum datum ad reſignandum, nempe ſi is qui dicitur reſignaſſe opponat, & dicat falſum, debet produci, quia ſua intereſt, ſecus ſi tertius hoc dicat, quia tūc tm̄ ſufficiet exhibere prothocollum notarii, & non procuratorium, qđ Romæ remanſit, ſi tamen illud oſtenderit, non tenetur notā & aliud originale producere, ut fuit dictū in ſenatu pro Raudim, anno 1531. die 4. Decembris,

Source : BIU Cujas

Decembris, contra Chiuard, qui dicebat se non resignasse.

59 Decimoseptimo quæro, vacante † beneficio in mense nominatorum, eps confert non nominato, postea nominatus requirit, eps recusat conferre, dicens se fecisse quod in se erat, nominatus requirit uicarium existẽtem in urbe, ubi erat eps, qui uicarius ignarus collationis factæ ab epo, confert nominato, postea aliquis impetrat à papa, quis istorum præferatur? Videtur q̃ primus, quia in collationibus attenditur tempus datæ. c. eam te. de rescrip.

Imò uidetur q̃ apostolicus, quia papa potest præuenire ordinarios, & conferre. c. 2. de præb. & hic uidetur præuenisse, postquã collatio prima non ualebat pro sequente noïato.

Item non ualebat secunda facta per uicarium, per l. pe. ff. de offi. proconsul. ubi proconsul deputatus ad regendã prouinciam, simul atque urbem ingreditur, deponit imperium pp principis præsentiam & reuerentiam. facit c. uolentes. & ibi gl. de offi. lega. gl. in §. uisum. in uerbo absentia. de collat. in prag. ubi pp præsentiam epi uicarius non potest conferre, nec alios actus iurisdictionis facere. nam facta collatione per episcopum erat facta deuolutio ad superiorem. §. si quis uerò. de collatio. in concordat. ergo non potuit uicarius conferre.

60 In contrarium tamen q̃ ualeat † collatio facta per uicarium, patet, quia uicarius authoritate concordatorum confert, nam uicarii sunt executores concordatorum. §. teneantur. de colla. in concord. ergo bene cõferendo poterunt supplere moram domini epi, nam licet uicarius nõ possit expedire ea quæ sunt meræ gratiæ, potest tamen expedire ea quę sunt iustitiæ, & necessitatis. Guil. de monte Laudu. in clem. una. de offi. uica. & doc. in c. fin. illo titu. in 6. sed ista collatio nominatis facienda est necessaria, ergo poterit per uicariũ epi fieri. glo. in §. uisum. in uerbo uicario. de col. in pragm. item quia episcopus poterat iterum conferre, ut supra dixi. sic & eius uicarius.

61 Et huic sententiæ acquiesco, † nec refragatur, quòd episcopus conferendo videatur eũ in hoc reuocare: quia in isto sanè, licet reuocata sit ordinaria potestas, non tamen apostolica. postquam ergo vicarius authoritate apostolica cõfert, ut in d. §. teneantur. de colla. in concor. ualebit sua collatio, habet enim in collatione istorum beneficiorum duplex ius, uidelicet ordinarium & apostolicum: quod est notandum.

Idem putarem si ordinarius contulisset iuniori noïato, & uicarius antiquiori, vt collatio antiquiori facta a uicario ualeat, per prędicta, quia est eadẽ ratio, & sic eadem debet esse dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Nõ refragatur q̃ episcopus non potest. Respon. verum esse, quia suo functus est officio, sed uicarius non, quia nemini contulit. igitur quia tanq̃ concordatorum executor est superior suo episcopo. arg. c. cum aliquibus. de rescript. in 6. & sic cõferre poterit, ad euitandũ tamen dubia, assumas semper a superiore collationẽ, & hoc erit tutius, uel a papa signaturam, & bono signaberis iure.

Hæc quæstio in palatio fuit mihi petita, & nil eius causa recepi, ideo eam cogitandam relinquo. Vide etiam de duplici acceptatione domini & procuratoris, utra prę̃sumatur præcessisse, per Roma. consil. 353. quo ad primum. in princ.

62 Decimooctauo uidi dubitari, † nominatus acceptauit beneficium, & requisiuit sibi cõferri, dicens vacare per obitum Petri, & tamen nacabat per mortem Ioannis, an ualeat illa acceptatio? Videtur q̃ non, quia non valet impetratio, si hoc modo fiat, uidelicet, quidam impetrauit beneficium uacãs per mortem Ioannis, tamen uacabat per mortẽ Petri, etiam si opponeretur clausula, & quouis alio modo uacet, tamen nõ debetur impetranti, quando uacat per alteram personã, quàm expressam, nam expresso uno modo uacandi, alius nõ uenit. c. susceptum, de resc. in 6. nec expresso vno loco venit alius, vt si dicatur in Montepessulano obiit, nec una persona expressa uenit alia, quia mors unius non est mors alterius, nec mors vno loco & tempore, est mors alio loco & tempore.

63 Ideo illa clausula, quouis modo, † concernit omnes modos, & vacationes, sed non qualitates modorum. Rota deci. 1. si mandetur. de resc. & decis. 1. fuit dubitatum utrum habens. de seq. test. possess. & fruct. & utrobique in addit. in nouis. quia sicut modus uacationis expressus, & locus, & tempus referuntur ad personam expressam. arg. not. in ca. abbate sane. de re iudi. in 6. ita & illa clausula quouis modo uacet, refertur ad personam expressam, & non ad extrinsecam. l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. ff. de uerb. obliga. de bellamera decis. 610. licet palatium. argu. l. fi. §. 2. ff. de trit. uino & oleo leg. Bonif. in cle. ult. col. 2. de senten. excom. Card. consi. 30. in hac colu. 2. & istud seruatur ex stilo curiæ Romanæ, ut patet in prouinciali. fol. 54. Et ideo inuenta est practica in curia Romana, ad tollendum istam dubitationem, uidelicet ut in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo uacet, uel ex alterius cuiuscunque persona, seu loco uel tempore, uel alio quocunque genere uacationis. Pan. & alii in cap. ex parte. col. 3. de concess. præben. Ita tradit Perus. in cap. susceptum. colu. 3. de rescri. in glo. in §. uisum. in uerbo aliàs quouis modo de causis. in prag. Millus in uerbo gratia. §. secundo. Rota decis. 12. incipien. papa. de præben. in antiquio. dixi in forma manda. aposto. in gloss. aliam quãcunque dispositionem.

64 Contrarium teneo, videlicet † acceptationem nominati, uel graduati, quãdo constat de corpore beneficii, ualere, qa falsa demonstratio, quando constat de corpore, non uitiat. l. demonstratio. de cond. & demon. l. si quis in fundi uocabulo. ff. de leg. 1. §. si quis in nomine. insti. de leg. nam quando in corpus, quod traditur consentimus, in causis uerò dissentimus, nõ animaduerto cur inefficax sit traditio. l. cum in corpus. ff. de acq. rer. do. & Domi. consi. 119. punctus, &c.

Hanc opinionem tenuit glo. in §. item quod ad dictas. in uerbo nominatorum. de coll. in prag. Rota in deci. 16. errori, de rescri. decis. 7. licet impetrans. de concess. præb. deci. 23. si expectãs. de præbend. in nouis. & decis. 4. quidam obtinuit de rescri. decis. 2. no. q̃ ca. susceptum, de præb. & decis. 19. nota impetrans. de cõcess. præb. in antiq. Fel. in c. significante. colu. 1. de rescri. ubi licet uidere limitationes, idẽ tenuit Nicol. Millus in uerbo beneficium. §. 62.

65 Non obstant suprà allegata † quia loquuntur in prouisione, secus in acceptatione, quæ non est nisi quædam uoluntatis declaratio, & tendit ad executionem gratiæ. Ideo nõ mirum, si erretur in modo vacationis, quod nõ impediatur acceptatio, dummodo sequatur postea uera & effectualis prouisio, quæ dat ius. c. si tibi. de præb. in 6. decis. Rotæ 7. licet impetrans. de concess. præb. in nouis. nempe si nulla fieret collatio, acceptatio non afferret fructum, per reg. primam. de reg. iur. in 6. præsertim quando nominatus acceptaret beneficiũ in certo loco constitutum, utpote beneficium uacans in tali ciuitate, uel in tali loco sic nuncupatum, tunc quia satis constat de corpore beneficii acceptati, cum nullum aliud ibidem uacauerit, dicetur certum, & valebit collatio, per l. certum. ff. si cert. peta. Io. Monach. in c. si tibi absenti. de præb. in 6. declara ut per Fel. in d. c. significante. Quamuis Probus in d. gl. nominatorum. dicat me aliud hic scripsisse, tamen si me intellexisset, hoc non scripsisset. Sed fortè aliud habebat in libro suo, quid si in uno die fuerit erratum, uide Calder. consi. 1. rub. de fid. instru.

66 Decimonono quæro, † an teneatur noïatus p̃bare titulũ sui prædecessoris. Respon. non, sed sufficit q̃ probet illũ prædecessorem in possessione beneficii decessisse, & quòd in vita reputabatur verus beneficiatus, & erat possessor beneficii pacificus. aliàs secus. Pan. & alii in c. illud. de prætum. Cassad. decis. 2. & seq. de causa possess. abundantius supra dixi. Pan. & Fel. in c. cum uenerabilis. de excep. allego text. vltra eos, in cle. 1. vt lite penden. ubi Imol. no. quod ex possessione præsumitur titulus, nedum in fauorẽ possessoris, sed & tertij: possessor enim præsumitur dominus. l. fin. C. de rei uend. Feder. consi. 13. clericus. colu. 2. ubi pulchrè tradit. illum uidere, & gl. in uerbo inquirant, de pacifi. possess. in prag. Lappus alleg. 86. in Dei nomine, & c. col. 7. uers. sed quicquid sit. & aliàs fuit in senatu decisum.

67 Vigesimo quæro, quid si nominatus † uel graduatus requirat collatorem, vt sibi conferat beneficium in præstitutis uacans mensibus, opponendo se, ne alteri cõferat, uel appellando, an non obstante oppositione possit collator alteri cõferre? Respondeo quòd sic, quia eps nõ debet priuari sua possessione conferendi propter oppositionem nominati uel graduati, sicut nec lite penden. c. 1. ut lite penden. nec etiam appellatio extraiudicialis impedit potestatem ordinarii collatoris, ut tenet gl. in c. non solum. de app. in 6. doct. in c. bonæ. illo tit. Expresse Panor. in cap. pen. col. 2. in gl. 1. de cã pos. ubi tenet, q̃ si canonici appellarent ne eps conferret, nõ tenetur episcopus supersedere, quia appellatio non tollit effectum possessionis, ut not. in c. fi. de supplen. neg. præla. uide Panor. & alios in c. significauerunt. de exceptio. & maxime D. Paris. in 4. not.

68 Et notandum est q̃ licet † in beneficialibus appellatio deuoluat ad superiorem potestatem cognoscẽdi, & retractandi grauamen, & irritandi attenta, tamen nunquam deuoluit potestatem eligendi vel conferendi, ẽt si pronuntiaret appellationem legitimam. no. Io. And. in c. cum M. de constit. Inn. in c. dudum. 2. de elect. prout refert eos Perus. in c. bonæ. nu. 32. cum seq. de app. ubi licet uidere fusius. dicam in tract. de appella. in constitu. reg. 3. tomo.

69 Item curia Romana † non solet cõcedere literas facta collatione contra episcopum qui contulit, quia functus est officio suo, sed contra eum cui collatio facta est. sic not. Collecta. in cap. pastoralis. in princi. de iure patro.

70 Vltimo, quid si legatus † resignationẽ factam in mensib. graduatis & nominatis, vel aliis, admittere nolit, vt pote qa

est

eſt epiſcopus, & ſuos habet noïatos propicios, quibus vult prouidere, ſi uacet per mortem, uel habet famulos nominatos & graduatos, quibus vult conferre, uel aliis, vel non vult diſpenſare regulæ de viginti, ut per mortem ſuis conferat, qũo ſuccurretur. gl. in §. quod ſi quis, in uerbo pontificem. de colla. in prag. dicit, ꝙ nominatus obtinebit collationem iure deuoluto, tacita qualificatione, dicendo ꝙ beneficium tanto tpe uacauit, ꝙ eius collatio eſt ad ſedem apoſtolicam deuoluta, uel ꝙ collator male prouidit, aut incapaci, & tũc ualebit collatio: ſed loquitur in papa, nihil dicit de legato, ideo ego dicerem ex æquitate beneficium eſſe affectũ deferenti reſignationem. ita ꝙ ſi legatus nolit admittere reſignationem, uel derogare regulæ, ꝙ is facta diligentia de hñdo collationem ab eodem, poterit poſtea ire ad papam, & iſta collatio papæ, licet ſit vltima, quia fortè is, cuius reſignationem deferebat, interim ſit mortuus, tamen eo quia erat affectum primo deferenti reſignationem, ideo alteri nõ potuit conferri, hoc probo ſequentibus rationibus.

71 Primo, ut obuietur † fraudibus & malitiis, quib. maxime eſt obuiandum. l. in fraudem. ff. de rei uend. c. ſedes. de reſcr. Et maxime debet obuiare ſacratiſſimus ſenatus, qui abuſus reformat in hoc regno, adeo malitiis obuiant iura, ut aduerſus malitiam poſſit quis ſe defendere, etiam cum calumnia. gl. ſing. in c. cupientes. in uerbo malignantium. de elec. in 6. tex. in l. cum pater. §. Titio. ibi, nec dolo uidetur feciſſe, cum fraudem excluſerit. ff. de leg. 2. Imò ſi decem mutuaſti, quæ tibi ſecreto reſtitui, iterum petis, potero iurare me nihil habuiſſe, quin ſoluerim, teſte Ant. de Butr. in c. 1. de mutuis petitio. multa adducit Hippo. ſing. 177. malitiis, multo fortius poterit ſuprema curia illius malitiis legati obuiare.

72 Secundo, uidetur legatus † quaſi cõtrahere, quia recipiendo legationem & iurm in Frãcia, uidetur promittere ſe executurum ſuam poteſtatem, ergo tenetur ex quaſi contractu expedire, quod promiſit. arg. l. vnicæ. ibi, promiſſa reſtituant. C. de ſuffra. & bonum eſſet, quãdo in Francia legati recipiuntur, quòd ſub iſta modificatione reciperentur, uidelicet ut omnibus & primo uenientibus cõferant habilibus, & quòd illud iuraret, aliàs ſuis reſeruabunt.

73 Tertio, aliàs daretur materia † delinquendi, & reſignandi omnia beneficia regni, contra titulum de reſeruatio. quas reſeruationes Galli tam exoſas habent, ut nullam uelint nõ in corpore iuris clauſulam admittere, ſed ſi iſto paterentur, legatus conferret omnia beneficia uiuentiũ ad eum ſuis conſanguineis & famulis, quæ res eſt peſſimi exempli.

Quarto multi ad inopiam venirent, qui ad eum magno ſumptu currerent, & ipſe poſtea reſeruaret illud beneficiũ, & diceret, Dum tu ſectaris apros, ego retia ſeruo. intereſt rei publicæ vt ſubiecti ſint locupletes. §. fi. Inſti. quib. manumittere licet, uel non.

74 Quinto, intereſt ẽt reipublicæ † ne quis re ſua malè vtatur, vt ibidem ſcribitur, ſed legatus ſic faciendo malè uteretur poteſtate ſibi data. ergo ſenatus dẽt reformare, alioqui paruus abuſus in principio erit maximus in fine, ſi non extirpetur antequam alii ſic utantur.

Sexto, prohibentur prælati ad quæſtum trahere ſuam præſaturam. c. irrefragabili. §. prouideant. de offic. ordi. Et ſuper his uidi prouidere per metuendiſsimum ſenatum: ſic etiam poterit ſuper aliis abuſibus legati, alioqui omnia beneficia regni ad quæſtum famulorum legati trahentur.

Septimo, cõſtitutio reformatur quando infert grauamen notorium ſuis ſubditis. c. fi. de reb. eccle. non alie. c. cum omnes. de conſtitutio. ſed iſta geſta per legatum inferunt notabile grauamen ſubditis, ergo ſunt reuocanda, nam in bonis beneficiis ſemper datarius diceret prouidiſſe, licet non eſſet prouiſum.

Octauo, turbaretur ſtatus uniuerſalis Franciæ, quia nullus extra famulos legati poſſet habere beneficia in legatione, & quando turbatur ſtatus uniuerſalis põt etiam ſummus Pontifex reformari, a fortiori & legatus, & quòd ſummus Pontifex poſſet, gl. eſt ab omnib. approbata. in c. propoſuit. de cõceſ. præb. & in c. ſi Papa. 40. diſt.

Nono, legatus contrarium faciẽs venit contra mentẽ papæ, qui eum conſtituit, nam papa conſtituit eum legatum ad conferendum beneficia legationis non expreſſis perſonis, igitur noluit ꝙ ipſe reſeruaret ſuis famulis.

Decimo, acceptationẽ in euangelio prohibitam, & in ca. nouit. de iudic. papa approbare noluit, ergo voluit ut beneficia petentibus idoneis cõferrẽtur, & ideo putarem dicen-
75 dum, ꝙ ſi legatus † nollet conferre primò acquirenti, uel regulæ de uiginti derogare, videtur illlud beneficium ſibi reſeruare, uel ſuis, & quaſi contractum frangere, nam ſic receptus cenſetur in Francia, ob id poſt requiſitionem beneficia per legatum conferantur famulis ſuis, uel eodem die præſumitur facta potius requiſitio, & illa collatio annullabitur, & is qui primo requiſiuit a legato, cui legatus conferre recuſauit, ſi poſtea obtineat a papa collationem, præferri debet etiã primo prouiſo per legatum, per ſupradicta. & alia quæ dum operæpretium fuerit adducam.

Dicet quis, non prouidebitur famulis legatorum, nec cõſanguineis, cui reſpondeo melius eſſe non prouidere, quàm ſi eiſdem ex rapto, uel cum præiudicio alterius prouideretur, quod fieret, ſi ſupradicta ſuſtinerentur, nec refragatur
76 quod non tenetur quis facere gratiam, nã non eſt mera † gratia reſignationes recipere. c. vno. de rerum permut. in 6. imò cauſa exiſtente peccat prælatus non diſpenſando, licet ſubditi non habeant ius cogendi. arg. 2. q. 5. c. quanto. ita expreſsè tenet Silueſt. in uerbo diſpenſatio. q. 1. gl. in c. domino. 50. diſt. Barb. conſi. 40. col 3. in 4. uol. Perut. in c. licet. 3. no. de electio. in 6. alia non ſcribo, ne excitem crabrones.

SVMMARIVM.

1 *Collationes beneficiorum uacantium temporibus nominatis & graduatis præſtitutis facta aliis extra eoſdem an ualeant.*
2 *Deuolutio fit a patrono ad inſtituentem.*
3 *Deuolutio ad quem fiat in exemptis.*
4 *Collatio beneficii quod uacauit tempore nominatis præſtituto facta alteri quàm nominato, etiam in tempore non præſtituto, non ualet. fallit nu. 5. & ſeq. uſque ad fi.*
6 *Papa iure præuentionis confert etiam in menſibus præſtitutis nominatis.*
7 *Papa iuri iam quæſito non uidetur uelle derogare.*
8 *Papæ collatio iure præuentionis quando ualeat. clauſulæ de ueriſimili notitia quando derogari poſſit.*
9 *Nominatus poteſt beneficium uacans dimittere: & tunc collatio alteri facta tenet.*
10 *Translatus an ſit a primo monaſterio abſolutus.*

QVAESTIO 18. principalis.

1 DEcimooctauò, principaliter quæritur, † an collationes beneficiorum uacantium temporibus nominatis & graduatis præſtitutis factæ aliis extra eoſdem valeant? text. in §. ſi quis uerò cuiuſcunque. de colla. in concord. dicit ꝙ non ualent ipſo iure collationes, prouiſiones, vel diſpoſitiones illorum, ſed ad immediatum ſuperiorem deuoluuntur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere tenetur, vt ibidem patet, & dixi ſupra 8. q. prin. uerſi. 7. quæro. & ſi ille ſuperior cõtraxerit, ad alium ſuperiorem fit deuolutio, donec ad ſedem apoſtolicam fiat.

2 Et ſi patronus eccleſiaſticus † cui directæ ſunt nominationes, preſentet non nominatum, ad inſtituentem deuoluitur ius inſtituendi, ſiue ſit dieceſanus, ſiue alius, qui tenebitur inſtituere nominatum. tex. & gl. ſing. in cle. 1. in uerbo diſpoſitionem. de ſupplen. negli. præla. quam ſing. dicit Card. & Panor. ibi. & Panor. in c. 1. nu. 10. de elect. & c. 2. de condeſ. præb. Roch. Curtius in tracta. de iure patr. in uerbo honorificum. q. 33. glo. in regu. cancel. 40. ratio eſt, quia quando lex uel ſtatutum aliquid requirit ad actum, & ulterius procedit annullando, illud cenſetur eſſe traditum pro forma, adeò ꝙ actus eſt nullus ex defectu eius quod requiritur ad actum. Bald. Imo & Ale. in l. 1. ff. de lib. & poſth. Bal. & Sal. per illum text. in l. ſtatutis. C. de. ſenten. ex breuic. recitan. Albert. Brunus in tract. de forma & ſolennitate act. rub. quid & quãdo aliquid cenſeatur eſſe traditum pro forma. in prin.

3 Primò, amplia ſiue fuerit collator † exemptus, ſiue non, ga ſemper fiet deuolutio ad immediatum ſuperiorem, & non ualebit prouiſio. d. § ſi quis verò. & probatur in cle. una. de ſup. neg. prælat. & collator immediatus exemptorum quis dicatur, vide quæ dixi in gl. vlti. §. ſi quis verò cuiuſcunque. de colla. in concord.

4 Secundo, amplia † etiam ſi beneficium conferret in menſe nõ deputato nominato, uel graduato, quia poſtquam beneficium vacauit in tempore eiſdem præſtituto, aliis nõ potuit conferri, ẽt tpe permiſſo. arg. l. qđ ſponſæ. C. de do. ante nup. & quia res tranſit cum ſua cauſa, & onere ſuo, vulgatis iurib. l. alienatio. ff. de contrah. emp. c. cum non ſit. de decci.

5 Fallit caſibus traditis † ſupra in 15. quæſtione. quia poſtquam in nominationibus non comprehenduntur, ideo collatio alteri facta ualet.

6 Vlterius fallit, qñ fieret collatio † per Papã. nã ipſe ſibi hoc retinuit, in tit. de man. apoſto. iõ iure p̃uentionis in p̃ſtitutis menſib. uacantia confert ẽt aliis q̃ noïatis, uel graduatis. gl. in §. item ꝙ omnia. in verbo. ſ. de colla. in prag. q̃ idem dicit in legato, quã opinionẽ tamdiu ſecutus ſum, q̃ diu ꝙrium verius viderim, & ſi potuiſſet ꝓcedere tpe prag. nõ tñ hoc tpe, tum quia concordata ligarent Ro. Pontificẽ, nec forte potuiſſet

Source : BIU Cujas

tuisset præuenire alios nisi sibi retinuisset,cũ contractus uim hẽant,ut patet in proœmio concord. & contractus ligant ẽt papam,& principes,imò Deum ipsum,ut est tex.& ibi Barb, post alios in c.1.de proba.& dixi in præfa.ad rub.de coll,tum etiam quia legatus est receptus,modificationibus regni sal uis,ut patet in sua receptione. ergo legibus regni derogare non potest,nec parlamenta admitterent,ut concordatis derogaret,& sic non potest iure præuentionis non qualificato conferre,saltem iure.restringe quando papa conferret beneficium post requisitionem nominati seu graduati, cum eisdem censeatur affectum.

7 Et Papa† iure iam quæsito non videtur velle derogare.c. quamuis.& c.tibi.de rescr.in 6.ẽt quia non dicitur præuenisse,& non confert nisi iure pręuentionis.d.rub.de mand.apo sto.& concursus. vide in rub. *des preuentions apostoliques*, in ordina.reg. & sic debent iudicare iudices regni seculares. Idẽ de clausula,dummodo alteri non sit ius quæsitum,vt nõ tol lat ius ex acceptatione prætẽsum.Rota decis.17.licet de more.de præb.in nouis.Fel.in c.nostra.correl.18. & c. capitulũ, de rescrip.

8 Intellige valere collationẽ Papæ† iure præuentionis,quãdo erat uerisimile q̃ impetrans potuit a die mortis uel resignationis accessisse ad Papam,aliàs non, ut regula cancellæ 28.& dixi in §.declarantes.rub.de mand.apost. in uerbo iure præuentionis.nec admittitur derogatio illius regulæ etiã à papa in Francia,vt aliàs fuit conclusum, & in mente curiæ retentum,ut dicitur tempore legati de ambasia,die ultimo Aprilis,anno 1513.nisi in uim resignationis Romam iuisset, quia tunc sufficit tempus esse uerisimile a die resiguationis, regulæ derogando. secus si nulla sit resignatio.quia tũc a die mortis computabuntur, & derogatio nil faciet quo minus tempus debeat esse uerisimile a die mortis ad collationem papæ,quod est not.

9 Fallit, quando nominatus† nollet vti sua nominatione, vtpote,quia beneficium est tenue, & contemnit illud acceptare,tunc collatio alteri,non nominato uel graduato facta tenet.glo.in §.quod si quis cuiuscunque. in uerbo irritũ. de colla. in prag. priuilegio enim in fauorem suum introducto põt renuntiare.c.si diligenti. de foro competen.l.penult.C. de pact.intelligitur enim beneficium esse nominato affectũ, si is ipse velit.§.fi.ibi,nominatis illa prosequentibus. de coll. in concord.& ibi dixi,& in ordina.regii.rub.*des graduez simples*,art.14.gl.in §.ordinarii.in uerbo alio.de colla.in pragm. Do.Aurioli.in c.si tibi absenti.de præb.li.6. inuito enim nõ datur beneficium,l.inuito.ff.de reg.iur.potest renuntiare beneficio iã acquisito.c.admonet.c.quod in dubiis, de renun. Fortius & acquirendo.cle.gratiæ.de rescript.de Selua in tracta.de benefi.q.84.partis tertiæ.sic ualebit collatio beneficii facta primo. quando secundus habens clausulam anteferri renũtiauerit ante collationem factam primo. Io.And.in c. statutum.de præb.in 6.in not.& in c.pen. de concess.præben. eodem libro.glo.in §.cui rei.in verbo antelationem. de colla.in pragma.

10 Item si papa transtulerit† eũm absentem,& absoluat eundem a uinculo priori,tamen non vacat prior ecclesia, si trãslatus nolit,quia illa absolutio non est pura, sed condõnalis, si translatus consenserit.Io.Monac.in c.in generali.col.pen. de elect.in 6.ubi dicit sp intelligendam condõnem,si placuerit,seu uoluerit,per c.si tibi absenti,de præb.in 6.facit l.si ita legatum.§.illi,si uolet.ff.de lega.1.l.inuitum. C. de contrah. empt.l.nec emere.de reg.iur.sic expressè tenet Dec.in c.cum in cunctis.§ cum uero.col.2.de elect.

11 Vlterius,fallit quãdo† noĩatus esset inhabilis & indignus, de quibus satis superque dixi in tracta. de pacific. possesso.in 4.limita.ubi enumeraui triginta personas inhabiles.

12 Fallit etiam quando† non haberet qualitatem requisitã in beneficio,vt in cap.ei cui.de præb.in 6.& dixi supra. Et an cum non habent eam qualitatem possit fieri permutatio,vide gl.in uerbo alio.§.ordinariis.de colla. in prag. de Selua in tracta.de beneficio in 3.parte.q.54.& quæ scripsi in §. statuimus.2.de colla.in concord.

13 Item fallit quando prouisio† fieret vigore mandati de prouidendo,quia mandatarii pferuntur noĩatis, iõ collatio eisdem facta valet.rub.de man.apost.§.1.ubi dr̃ procedere qñ mandatarii prosequebantur sua mandata,alioqui contra.

14 Præterea limitatur qñ† nullus noĩatorum eo anno insinuasset,tunc collatio alteri facta valet.§.teneatur.versic.& si collatoribus.de colla.in concor. nisi esset ecclesia parochialis in ciuitate,uel uilla murata,vt superius in 16.q.dixi.

SVMMARIVM.

1 *Collaterales beneficia uacantia temporibus nominatis præstitut a, conferentes aliis,quàm ipsis nominatis,quibus pœnis afficiantur.*

2 *Conferens,euicto beneficio, tenetur prouidere ei a quo est euictum, quod intellige,ut nu.3.*

3 *Ignorans non delinquit.fallit nu.4.*

5 *Collator denegans beneficia prouenientibus tenetur nominato prouidere, donec ei de beneficio prouideat.*

6 *Et priuatur potestate conferendi per octo menses.*

7 *Collator qui sine causa noluit implere mandatum papæ tenetur stellionatus,& indignationem papæ incurrit.nu.8.*

9 *Periuri an sint infames.& infames qui dicantur.*

10 *Mandatis regis uel papæ non obtemperans quomodo puniatur.& numero 13.*

11 *Hæreticus est qui asserit ecclesiam non habere potestatem.*

12 *Collator non conferens nominatis est deponendus.*

14 *Collator ad omnes expensas damna et interesse quæ passus est nominatus, eo quia sibi non fuit facta collatio,tenetur.*

15 *Lex pœnalis loquens in reo extenditur ad actorem.*

QVAESTIO 19. principalis.

DEcimononò principaliter

1 † quæritur. Quomodo puniantur collatores alteri quàm nominato uel graduato conferentes beneficia temporib.eisdẽ assignatis vacantia? Resp. Primò,collatio est nulla,ut supra dixi.& quando annullatur actus in odium personæ facientis contra præceptum sibi factum,dicitur pœna.c.si religiosus.de elect.in 6.tex. iuncta gl.in c.decet.de immu.eccle.in 6.gl.& ibi doct.in c.2.de constit.Bal.& alii in l.non dubium.C.de legib.Perusi.& alii in c. fi.col.1.& seq.de elect.in 6.Malaret.in trac.de elec.fol.52.co. 2.uers.utrum nullitas actus.Ias.& alii in l.non dubium.C.de legi.Soc.consi.112.quod collatio.in 3.uol. dixi in gl.nullitatis pœnam.in §.monemus.de colla.in concordat.

2 Secundo,quia remoto† beneficio a nõ nominato,cui collatum erat in mensibus assignatis qualificatis, tenebitur is, qui contulit,eidem prouidere de alio,per tex.sing.in c.inter cætera.in fi.de præb.Auffre.in decis.Tholo.q.71.si Titius. & Ias.in l.si domus.§.de euictione.col.3.ff.de leg.1.vbi dicit eẽ casum mirabilem,in quo donator tenetur de euict.licet regulariter contra,ut in l.Arist.ff.de dona.nam vulgo dr̃,equi donati dentes respicere noli.l.ad res donatas.ff.de ædil. edi. gl.in cle.2.in verb.gratiose.de censib. Ias.in l.quoties.nu.13. C.de rei uendi.

3 Intellige nisi episcopus† ignorasset, vtpote quia insinuatio eidem facta non fuisset,sed prædecessori, uel uicario in ẽpi absentia, quia tunc non teneretur episcopus prouidere illi,cui contulerat beneficio euicto.Panor.& Imo.d.c.inter. glo.not.in §.statuit.in uerbo inane.de colla.in prag.quia cessaret fraus,quando esset ignorans,& scientiam, & non ignorantiam volumus obligari.l.generali.C.de tab.li.10.& ignorans non delinquit.gl.not.in l.ex maleficiis.ff.de act.& obli. in uerb.ignorans.quam auream not.Bald.in l.1. C.qui accu. non pos.vt refert Ias.in l.mora.col.6.ff.sol.mat. & Decius in c.2.de excep.Barb.consi.51.illud.col.2.in 3.uol.& consi. 51. illud.col.1.in 4.uol.ac consi.62.Paulus.col.7.ibidem. & consil.74.scripsit.col.7.& consi.seq.col.penul.& consi.77.col.penul.ibidem.

4 Fallit,quando ignorantia† esset crassa,quia tũc paria sunt scire,uel scire debere.l.quod te.ff.si cert.pet. & semper collatores allegarent ignorantiam.hodie, quia tot sunt noĩati, & ubique,vt ignorare non possint se habere.nam vulgò dicitur: Gargara quot segetes,tot templum nominatos,atque indoctos doctis prætulit hic, similis,adhuc posset episcopus ignorare insinuationem factam,quę etiam vix excusaret eũ, & caueat ab ignorantia affectata.c.2.de tempo.ordi.in 6.

5 Tertio tenetur collator† alteri q̃ nominato cõferens beneficia eidem debita, puidere in singulos annos illi de suis prouẽtibus,donec de beneficio nominato prouideat. c.dilectus filius.in 1.& 2.de præb.& hoc est justum & rationabile ut puniatur in quo deliquit.ca.postulastis. vbi dixi de cleri. excom.minist.uide late Federicum consi.290.quia in parte. in fin.& doct.in d.c.dilectus.in 2.q.8. & postquam malitiosè idoneum recusauit admittere.tex.in c.pastoralis. in fi.de iure patro.& ibi glo.& doc.tradunt quando præsumatur malitia in episcopo recusante nominatum idoneum,quod uix posset obtineri, cum prosequente nominato collatio sit nulla ut superius dixi,& uide Siluestrum de Prierio in sua summa.in verbo beneficium,in 2.q.8.

6 Quarto, priuatur potestate† conferendi per octo mẽses, quos liberos ad collationem habebat.§.fi.de collat. in concor.dixi fusius in 4.notab.in repe.d.c.postulastis.& in d.§.fi.

7 Quinto,qui sine cã noluit† implere mandatum papæ, in præiudicium impetrantis,crimine stellionatus tenetur. l.1. ff.de

Source : BIU Cujas

ff.de crimi,ſtellio.& l.1.de pig.act,& accuſationem criminanem, uel denuntiationem ciuilem proſequitur impetrans. Inn.& alii in d.c.dilectus.2 in fi. quia pro hoc crimine nō eſt expreſſa pœna in iure canonico,licet poſſit ampliari pœna.c. nulli. de rebus eccle.non alien.l.iubemus. §.œconomus.C. de ſacroſan.eccl. ideo relinquetur arbitrio iudicis.l.1.ff.de effract.declaratur in concord.rub.de pœna temere uenientium contra concord.

8 Sexto,indignationem † ſummi Pontificis incurrit, ut patet in concord.rub.de conclu.Latera.concilii, in fin. & aliis plurib.locis,& qui principis incurrit indignationē,debet feudo quod ab eo tenet,priuari.glo.in §.porrò.uerſi.ſed ſi delator.in verbo perdet.quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi.& ibi Bal.dicit,ꝙ qui incurrit indignationem papæ, meretur priuari beneficiis eccleſiaſticis. quē ſequitur ibidem Aluarot.Idem tenet Bal.ibi,& Io.Baptiſta.in repe.l.cunctos populos.C.de ſumma trini.Fel.in c.ueniens. col.1.de præſcrip. Soc.conſi.87.uiſis inueſtitura.col.3.in 3.uolu.text.in §. item qui dominum.quæ fuit prima cauſa beneficii admittendi.l. 2.C.de peti.bono.ſublat.lib.10.cle.fi.de celebra.miſſa.Iacob. in tract.de feud.in uerbo dictique vaſalli.in 13.cauſa. Domi. Ioan.Sainſon in conſuet.Turonen.rub.*des amendes*,arti.2. ubi extendit ad murmurantes contra indulgentias. ideo hic nō conferendo nominato uel graduato tēpore eis præſtituto, collator incurrit indignationem tā papæ, quàm regis, ergo & beneficiis debet priuari,& feudo ſpectante ad regem,licet Bar.in extrauag.qui ſint rebelles.in fin. dicat ſe huius clauſulæ,indignationem ſe,&c.nullum effectum inuenire:quem ſequitur Ias.in l.1.ff.ſi quis ius dicen.non obtempera.no. tamē quæ ſupra dixi,eſt etiam excommunicatus qui nō ſeruat cōſtitutiones papæ.c.generali.25.q.1.

9 Septimo,ſunt periuri:† nam ueniunt contra iuramentum quo ſeruare conſtōnes,& præcepta Ro. Pontificis promiſerunt.c.ego N.de iureiu.& ibi Fel. co.3. & periuris eſt infamus. l.ſi quis maior.C.de tranſa.glo.tamen diſtinguit in l.Lucius. ff.de his qui notant.infamia.Bald in marga.in uerb.infamis. q.11.Barto.& alii in l.quotiens.C.de dignita.lib.12.Paul.in l. iuſiurandum quod.§.fi.ff.de iureiur. Domi.& alii in c.generali.de elect.in 6.textus expreſſus in ca.infames.6.q.1.qui ſic loquitur,Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notant infamia, id eſt omnes qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt. facit tex.in c.ſi autem.11.q.3.cuius,uerba ſunt, ſi autem nobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri,& reliqui clerici tā maioris ordinis,quàm minoris,atque reliqui populi,non ſolum infames,ſed etiam extorres a regno Dei,& conſortio fidelium,& a liminibus ſanctæ Dei eccleſię alieni erunt.Barb. in rubr.de iureiu.in cle.col.5. & propter periurium clericus ſaltem eſt ſuo priuandus beneficio.tex.in c.2.de reſcri.c.que relam.de iureiu.ſic & collatores qui beneficia nominatis & graduatis debita non conferunt.dixi in tract.de pacifi. poſſeſſo.in 4 limi.uerſi.23.periurus,&c.

10 Octauo, peccant mortaliter, † quia non obtemperāt mandatis papæ,nec regis,& dicitur ad Roma.13.ca.Qui autē reſiſtunt ipſis,ſibi damnationem acquirunt. ca.qui reſiſtit.11.q. 3.ca.quod præcipitur.14.q.1.ſumma Angel. in uerb. lex.§.3. & ibi Silueſter.quæſt.8.Panormitanus & alii late in cap.nam concupiſcentiam.de conſtitutio.Aſtenſis in ſua ſumma.titu. 20.rubrica.de partibus iuſtitiæ.art.ult.glo.in c.2.de conſtitu. in 6.Panorm.& alii in cap.clerici officia.de uita & honeſtate clericorum.& c.nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, uel diuinas cōſtitutiones,uel apoſtolicæ ſedis decreta temerare. 25. q.1.& qui hoc facit,blaſphemat in Spiritumſanctum. c.uiolatores.ibidem.

11 Nono,qui contemneret † ſeruare canones,& papæ præcepta ex malitia,dicens papam non habere prātem ſtatuendi, nec ligandi,puniri deberet tanquam hæreticus.glo.ſingul.in uerbo inhibemus.de elect.in 6.per tex.in d.c.nulli fas.19. diſtinct.ſequuntur doct.in c.1.de conſt.gloſſa penultima,in extrauaganti,execrabilis.Ioannis 22.Barbatia in cap.quod quibuſdam.de fideiuſſoribus.clemen.2.colum.41.de electionibus.tex.in cap.ſunt quidam.25.quæſtio.1. Caſtellio. in diſputatio.incipiente,ſtatuto ciuitatis. Iaſon in l.1.column.1.ff.ſi quis ius dicenti non obtemperaue.& ille dicitur contemnere,qui contrauenit ſine cauſa.gloſſa in ca.Metropolitanam. 3.q.7.Fel.in d.c.ego N.columna 2.Item infidelis eſt.Hieronymus in c.ſi apud.23.quæſt.5.ibi,quomodo enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia Dei,qui carnali domino fidem exhibere non potuit?c.ſi.25.quæſtio.1.& de dolo tenetur.l.1. in prinp. ff.de dolo.

12 Decimo,ſine ſpe ueniæ eſt † deponendus.c.oīa.25.q.1.cuius uerba inſero,oīa decreta p̄deceſſorum noſtrorum conſtituta,quæ de eccleſiaſticis ordinib.& canonū ſunt promulgata diſciplinis,ita ab omnibus ep̄is, ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quiddam in illa commiſerint, ueniam ſibi honoris deinceps nouerint denegari.

13 Vndecimo,morte debent † plecti.Deutero. c.17. Qui aūt ſuperbierit nolēs obedire ſacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur hō ille.c.abſit.11.q.3.& qui nō obedierit principi,morte moriatur.c.2.de maior.ubi dicunt doct. poſſe ēt excōicari.c.ſi quis omnem.1.q.7. Ad quod aduertant collatores ordinarii,& noīatis,& graduatis,ut tenētur prouideāt, ēt in hoc recuſantes conſiliarii animaduertere dēnt,ut pœna unius ſit metus multorum. l.1. C. ad legem Iuliam reputunda.unde dicit Bal.conſi.271.quæritur.in 2.vol.ꝙ contemptor mandati regis eſt capitaliter puniendus, tanquam uiolator legis.l.ſi.C.de ueter.numiſma.poteſtate.lib.11. & gl.in uerb.immortalitate.rub.de legib.in lib. placitorum ſeu conſtit.neapoli.Et 1.Eſdræ. c.7.in fi.& omnis qui non fecerit legem regis diligēter,iudicium erit de illo,ſiue in mortē, ſiue in exilium,ſiue in condēnationem ſubſtantiæ eius, uel certè in carcerē.Incurrit ēt ſacrilegii crimen.l.1.& 2.C.de crimine ſacrilegii,& idem Bal.conſi.159.ſuper eo.col.pe.in 3. uol.& conſi.367.uenerabilis.col.2.in eod.uolu.

14 Vltimo,dico collatores † teneri ad oēs expenſas, damna, & intereſſe,q̄ noīatus paſſus eſt,uel expoſuit,eo quia non eſt eidem facta collatio,probatur in §.fi.de colla.in concor.ubi dicitur,nominatum teneri ad intereſſe,damna,& expenſas, ſi ordinarium moleſtauerit. Idem dici debet ſi collator moleſtauerit nominatum,correlatiue.per l.ſi.C.de indict.uidui. tollen.hoc ēt ſuadeo ex d.§.fina.ibi,eodem uinculo collatores,&c.& §.dño.ſi de feudo cōten.ſit inter do. & agna.uaſſa. & §.dominus.de noua forma fideli ubi ſi dñs delictum commiſerit, propter quod uaſallus,ſi in dñm commiſiſſet,perderet feudum,debet feudo priuari rōne correlationis. d.l.ſi.C. de indict.uidui.tollen.& iſta deciſio eſt ſancta, & iuſta ſecundum Bal.& Aluaro.ibid.Barb.conſi.62. illud in mediū. col. 13.in 1.uol.tex.& ibi gl.in c.de forma.22.q.5.Iacobi. in tract. de feud.in uerbo qui quidem inueſtit.colu.4.uerſic.ſed nunquid econtra.facit tex.in l.ſi.C.de fructib.& litium expenſis. ubi ſi quis habet priuilegium ſuper expenſis litis non ſoluendis,extenditur ad aduerſarium propter æqualitatē. facit texiuncta glo.in c.2.in uerbo reus.de cōfeſſis.in 6.ubi dicit Do. ꝙ lex pœnalis † loquens in reo,extēditur ad actorem, & qui obtinet aduerſarium compelli ad iudicium uenire perſonaliter,idem pariter tenetur.ca.1.de iudi.in 6. Rota decil.2.de dolo Domi.in c.1.col.2.de dolo.lib 6.c.2. & ibi Fely.late,de mutuis peti.l.1.& ibi doct.ff.quod quiſque iuris.

Ergo ſicut nominatus ſi moleſtet ordinarium, punietur ad expenſas,damna & intereſſe, ita & ordinarius moleſtans nominatum.& hanc opinionem tenet Io.And.& Imo. in c. dilectus.2.de præb.c.ſane.&c.ueniens. de renun. ubi dicunt ꝙ ille,cui non eſt collatum beneficium ſibi debitum,poteſt agere ꝙ conferentem ad omnes impenſas, & maxime in cōſcientia,in qua damnum quod tua cauſa patior,teneris mihi ſarcire.Exodi 21.c.& dico in præfa.ad l.unam.q.1.C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur.ſi non potuero exigere ab eo cui collatum erat collitigante.Et ſic aduertant ordinarii,ut graduatis & nominatis conferant temporibus eiſdē præſtitutis,& non ſuis inhabilibus.uide Card.in c. mandatū. q.28.& ſeq.& 33. de reſcri. alias pœnas in præſentiarum miſſas facio,ne irritem crabrones.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus & graduatus intra quod tempus petere debeant beneficia uacantia ſibi conferri.*

2 *Nominatus non negligens non perdit beneficium ſibi debitum.*

QVAESTIO 20. principalis.

1 VIgeſimò,principaliter quęritur, intra † quod tp̄s debeat noīatus & graduatus petere beneficium uacans ſibi conferri, & illud requirere,& acceptare? Reſpō.per gloſſam in §.itē quod omnia.in uerbo.ſ.de colla.in prag.ꝙ non inuenitur a iure tp̄s præſtitutum,ideo arbitrio boni uiri relinquendum eſt. arg. l.1.ff.de iure delib.cap.ſi clericus. de præb.in 6.bonus autem iudex arbitraretur, ꝙ petere debeat intra ſex menſes, intra quos ordinarius poteſt conferre.c.2.de cōceſ.præb. & patronus clericus habet ſex menſes ad præſentandum,laicus quatuor.c.uno.de iure patr.in 6.Igitur ſi,noīatus non petat intra ſex menſes, reputabitur negligens quo ad illud beneficium, ideo non poterit illud poſtea petere, etiam a ſuperiore, ad quem eſt ius deuolutum,ut no.in c.tibi qui.in fin.de reſcrip. in 6.de Selua in tractatu,de beneficio.in 3.parte.quæſt.64. & Brunel.in d.conclu.19. decla. 6. & ita ſe hēt conſuetudo ſm eos.

Source : BIU Cujas

2 eos. Fallit qñ fuiſſet abſens, † uel fortè captus per ſex mẽſes, & procurator medio tpe quem dimiſerat, mortuus fuerat, tunc cum non dicatur negligens, non perdit beneficium ſibi debitũ, arg. c. quia diuerſitatẽ. de conceſ. præb. ita expreſsè tenet gl. in d. uerſi. ſi in fine, quæ eſt not. & gl. & doct. in c. ſi clericus. de præb. in 6. dixi ſupra, ultra non proſequor. Quia uix eidẽ hoc caſu ſuccurretur, niſi de induſtria collator nominatum in carceres detruſerit, uel eo procurante factũ ſit.

SVMMARIVM.

1 *Nominatis pluribus concurrentibus antiquior præfertur. & nu. 8. 9. cũ multis ſeq. fallit nu. 22. cum ſeq. & tempus datæ in reſcriptis attenditur.*
2 *Claues apud antiquiorem eſſe debent.*
3 *Antiquior aduocatus præfertur iuniori, fallit nu. 4.*
5 *Collatio nominato & graduato quomodo fieri debeat.*
6 *Antiquior quis dicatur. & nu. 8. & antiquior de collegio conuocare debet capitulum deficiente rectore, priore, ſeu decano.*
7 *Antiquior conſiliarius quis dicatur.*
8 *Magiſtri artium quoad ſacerdotia theologis præferri debent, ſi ſunt antiquiores, ſecus quo ad honores. & paria ſunt non eſſe, & inhabilem eſſe.*
9 *Præſentatio prius facta non nocet antiquiori, nec receptio. nu. 10.*
11 *Nepos collatoris non præfertur antiquiori nominato. & nobilis data paritate, ignobili præfertur.*
12 *Collatio facta intra ſex menſes poſteriori, non nocet antiquiori.*
13 *Scholaris excellentis doctrinæ, præcedit doctorem indoctum.*
14 *Doctor indoctus non debet gaudere priuilegiis doctorum. & doctus quis.*
15 *Collator iurans conferre primum uacans, non tenetur conferre beneficiũ nominatis debitum. & authoritas ſuperioris ſemper uidetur excepta.*
16 *Antiquitati non derogant nobilitas, diuitiæ, nec uiri ſanctitas. 17.*
18 *Vniuerſitates regni quoad nominationes ſunt æque priuilegiatæ.*
19 *Promotus ſub doctore famoſo doctus præſumitur.*
20 *Filius doctoris non præcedit antiquiorem nominatum.*
21 *Doctor factus a Papa uel Rege non præcedet antiquiorem nominatum quoad beneficium.*
22 *Papa confert iuniori nominato iure præuentionis.*
23 *Priuatus nominationibus & poſtea reſtitutus perdit prioritatem, quia reſtitutio fit ſine præiudicio tertij.*
25 *Nominatus quibus ex cauſis repulſus dicatur.*
26 *Primo negligente, ſecundus nominatus admittitur.*
27 *Ordinarius optionem habet, quando eodem momento uacant beneficia.*
28 *Antiquiori nominato quando eſt prouiſum de beneficiis uſque ad 200. aureos, ſecundo nominatus admittitur.*
29 *Idem ſi primus eſſet nominatus ſub conditione, quæ tempore uacationis beneficii non eſſet purificata.*
30 *Antiquiori iunior præfertur, ſi antiquior non inſinuauerit.*
31 *Renuntiatio primi nominati an proſit.*
32 *Nominationes multæ nullam prioritatem inducunt.*
33 *Antiquior non habens qualitatem excluditur.*
34 *Ordinarius non uidetur grauatus, ut bis uni conferat.*
35 *Primus nominatus iurans non acceptare primum an ligetur.*
36 *Impetrans beneficium uiuentis illius eſt incapax.*
37 *Nominatus procurans mortem beneficiati, ab illius beneficio excluditur.*
38 *Ordinarius quando gratificare poſſit in uillis muratis.*
39 *Saltus quid ſit.*
40 *Promotus per ſaltum quis dicatur. & nu. 42. 44.*
41 *Sententia per ſaltum lata quæ.*
43 *Vniuerſitas an ſuper tempore poſſit diſpenſare.*
45 *Statuta uel eorum ſolennitatem qui dicit non ſeruata, probet.*
46 *Nominati quando ſunt in data pares, quomodo beneficia habere debeant.*
47 *Doctoribus pluribus concurrentibus in diuerſis facultatibus, doctor theologus præferri debet.*
48 *Doctor iuris canonici præfertur doctori iuris ciuilis: & doctor iuris ciuilis, doctori in medicina. 49. fallit nu. 51.*
50 *Idem in licentiatis & baccalaureis, quod in doctoribus obſeruandum.*
52 *Conſuetudo ut doctor antiquior præferatur, ſeruanda.*
53 *Gratificare quos debeat collator. & actus debet intelligi de habili.*
54 *Prælatus collator gratificans in menſibus graduatorum debet non beneficiatum beneficiato &c. præferre. & nu. 55. 56. & 57. cum ſeq.*
57 *Legens gratificandus, & is qui libros compoſuit. & nu. 58.*
60 *Collator gratificans meliorem præferre debe.*
61 *Vir bonus rarus ſicut Phenix.*
62 *Verbum uoluerint, quid importet.*
63 *Papa licet habeat in beneficiis pleniſſimam poteſtatem, indiſcrete tamen & ſine cauſa non poteſt diſponere.*
64 *Papæ circa beneficia plena poteſtas in quibus conſiſtat.*
65 *Beneficiis priuari etiam a papa ſine cauſa quis non poteſt.*
66 *Cauſa in principe præſumitur, intellige condendo legem generalem, ſecus quando ſcribit ad alicuius ſupplicationem.*
67 *Rex Franciæ in beneficiis habet plenariam poteſtatem in ſpiritualibus a papa.*
68 *Intellectus can. ſi quis deinceps. 11. q. 7. & ibi quod laicus beneficia non confert.*
69 *Papa beneficia temporalia etiam in curia uacantia non poteſt conferre.*
70 *Laicos beneficiorum eſſe capaces iuris non eſt ambigui, intellige beneficiorum temporalium.*
71 *Beneficia temporalia clerici non poſſunt habere.*

QVAESTIO 21. principalis.

VIgeſimaprima principalis quæſtio eſt, pluribus nominatis † concurrentib. quis præferatur? Regula eſt, ꝙ antiquior. §. ſtatuimus. de coll. in concor. quia in reſcriptis tempus datæ attenditur. c. eam te. de reſcr. & c ſi eo tempore, illo tit. in 6. facit l. ſi permittente. C. ad Maced. & qui prior eſt tempore, in dignitate debet eſſe potior, regula, qui prior. de reg. iur. in 6. l. qui balneum. in prin. & l. qui potior. ff. qui potiores in pign. habeãtur. unde dicit Bal. in l. ſi plures. col. 1. C. de cond. inſer. ꝙ qui habet primum eſſe, habeat primum frui, & primum gaudere, refert Ias. conſi. 192. exorta. colu. 4. uerſ. 3. facit. in 2. uol. Et pulchrè Ant. Neguſantius in tract. de pign. & hypothe. in 2. membro quintæ partis.

1

2 Item ualde abſurdum eſt † ꝙ iuuenes antiquis præferantur. c. ſtatuimus. 61. diſt. & apud antiquiorem debent eſſe claues, & remanere. l. procurator. & ibi doct. C. de edendo.

3 Item antiquior aduocatus † præfertur iuniori. l. prouidendum. C. de poſtulan. quia dicitur melior in pract. licet ſit minoris interdum ſcientiæ, ſecundum Alber. ibi dicentem, cauendum eſſe a medico iuuene, quia eſt peſtis in patria.

4 Si tamen iunior aduocatus † fuerit doctor, debet præcedere antiquiorem aduocatum, non doctorem. text in l. una. uerſi. ad iſtũ, ibi, & uir illuſtris ex magiſterio, & iuris doctor in hac alma urbe Theophilus, uiri etiam diſertiſſimi fori tuæ ſublimitatis Dioſcorus. &c. C. de Iuſtinia. Cod. confir. ubi ſumendo argumentum ab ordine literæ, hoc probatur, quia ibi prius nominatur doctor quã aduocatus. & hoc expreſſe dicit Signorel. Homodeus conſil. 129. col. antepe. per illum tex. clamans cõtra aduocatos antiquos uolentes præcedere doctores.

5 Notandum eſt, quòd quando † confertur antiquiori nominato, uel alteri, debet exprimi, tibi graduato & nominato conferimus. vel tibi tanq̃ noĩato & graduato, aut aliud æquipollens. aliàs non ualet collatio, quia uoluntas & ptãs non vĩr concurrere, ut ius requirit, in c. cum ſuper. de offic. deleg. ſed uoluntas conferendi graduato noĩato non appareret, cum quælibet collatio ſolebat fieri, tibi tanq̃ idoneo, ergo non ualebit. Item hoc eſt introductum partim in fauorẽ aliorum noĩatorum, ne eis per iſtas collationes fiat præiudicium, & ut ſi uideant nõ ſic eſſe factam collationem, requirant ſibi conferri. partim ẽt, ut iudices regii protectores concordatorum ſciant an ſit concordatis ſatisfactum. nec admittetur probatio iſtius qualitatis per teſtes, ſi non eſſet in literis collationis expreſſum, argu. tex. in c. ſi motu proprio. de præb. in 6. Alioqui indies cogitaretur materia fabricãdi falſum, & inueniendi teſtes hoc deponentes. In menſib. tĩ graduatorum, quia eps põt gratificare unum ex graduatis, ſufficit ſi eps conferat, tibi idoneo, quia alter graduatus nõ põt quæri, licet non expreſſerit illam clauſulam, tibi tanquã graduato, ſi ille cui facta eſt collatio, erat graduatus, & rite qualificatus. & idem ſi cõferatur beneficium parochiale in uilla murata exiſtens extra menſes noĩator ũ. ita arreſto cõcluſum extitit ab hoc uenerando ſenatu in cã magiſtri Guilelmi Eſcliſſon, appellantis, contra magiſtrum Leonardum Marin, hoc anno 1536. circa feſtum Penthecoſtes. ideò iuribus non aliter probabo, quia mihi ſufficit tãti authoritas ſenatus. Quod eſt uerum, niſi collatio ſe referret ad certum, vt pote ad inſtĩm refutationis: uel diceretur, prout requiſiſti, conferimus, uel aliàs, ut iudicauit ſenatus, anno 1549. die 7. Decemb. pro Thoma Cuely, contra Beguir. in 2. inquiſitionum camera: quia paria ſunt aliquid exprimere, uel ſe referre ad aliud certum. l. ait prætor. §. fi. ff. de re iud.

6 Et antiquior † dicitur non ætate maior. § ordinatione. in auth. de mona. colla. 1. alioqui quilibet diceret ſe antiquiorem, & plures annos quam haberet. Nec gradu: videlicet vt qui prius ſumpſit gradum, is præferatur. ſed tempore, i. qui prius fuit noĩatus. tex. in c. fi. 17. diſt. & ibi glo. dicit generale eſſe, ut qui prius dignitatẽ receperunt, aliis præferantur. glo. in uerbo antiquiores. in c. fi. de conſu. in 9. c. epo. 74. diſt. l. 1. & l. pe. C. de dignit. lib. 12. l. 1. de præpo. ſacri cubicu. eo. lib. Brunel. in tract. de dignita. leg. in conclu. 22. quod eſt uerum ſi oẽs ſint põtes, alioqui ille dr̃ antiquior inter põtes, q prius inſtitutus & receptus eſt, licet alius abſens fuerit prius inſtitutus,

Source : BIU Cujas

ſiam,videtur renuntiare liti quam habet ſuper alia.quod euitatur quando illud beneficium ſecundum poteſt retineri cū primo ſuper quo litigat,alioqui non.cap.ex parte.in 3.de decimis.vide quæ ſuper hoc docui in dicto.§ volumus.

Item non videtur liti renuntiare.ſi pendente lite ſuper primo beneficio nominatus recepit ſecundum etiam incompatibile,ſuper quo etiam ſibi mouetur lis, cum hoc non fit iure cautum,quia poſſeſſio pacifica requiritur. ca.de multa.de præb.& d.cle.gratiæ.dixi tamen ſuprà.q.9.

12 Vndecimo,opponitur † quod erat ordinatus ab alio epiſcopo quàm à ſuo,& ſic ordinatio non valebat.c.ſanctorum &c,neminem.70.diſt.nec in beneficialibus gaudebit ſic ordinatus priuilegio clericali.cap.1.& ſeq.de tempore ordinar. in 6.& ſic vidit iudicari Chaſſa. prout in conſuetudinib. Burgū. refert in §.6.gl. *ſoni creux.* in fin.per tex.& ibi Panorm.in capit. nullus.de paroch.& in cap.veniens.colum.2.de prę ſcrip.licet contrarium teneat Guido Papæ in Deci. Delphina. quæſtio. 449.vide Aegidium Bella.in c.cum adeo.colum.1. de reſcrip.

Poteſt euitari quando de licentia ſui epiſcopi hoc fecit, vt ſcripſi ſup.q.14.num.42.

13 Item non ſufficit eſſe in poſſeſſione † clericatus ad iuſtificationem.Bald in c.dudum.in 1.colu.vlti.de elect.nec obſtat cap.ſi iudex laicus.de ſenten.excommu.in 9.quia non loquitur in iſto caſu,ſed in foro ſortiendo,quo caſu ſufficit, vt quis dicatur eſſe de foro eccleſiaſtico,quod antea fuerit in poſſeſſione clericatus,& temporedeprehenſionis,vt ibi.

14 Item clericatus † poteſt probari per vnum teſtem.Bald. & Felyn.in cap.licet.in 1.de teſti.Guido Papæ,quæſtio.474.Iaſ in repet.l.admonendi.col.71.nume.198. ff. de iureiurand.quod eſt notandum,dixi ſuperius.

15 Duodecimò opponitur contra † nominatum quòd eſt inhabilis,vt pote hęreticus,ſimoniacus,& alia quæ trado in trado. de pacifica.poſſeſſ.in 4.limitat.nec poteſt euitari,ſi probatum fuerit.

16 Decimotertiò opponitur † ꝙ is qui impetrauit nominationes erat Italus,vel exterus,& ſic non potuit beneficia vel nominationes in hoc regno impetrare.gl. in verbo exterorum. in proœmio pragm.dixi ſupra.quæſt.6.verſic.25.Hoc euitari poteſt quando literas naturalitatis ante nominationes à rege obtinuerat,vt patet in rub. *des preſidens,* in ordi.regijs. Adhuc tamen eſſet cogitandum,quia hæc priuilegia ſunt introducta pro oriundis regni,vt patet ſuprà in proœmio concord. tam in literis ſummi Pontificis,quàm regis,ergo alijs non proderunt,videlicet exteris.

17 Decimoquartò,cōtra nominatum † etiam opponit quòd non eſt graduatus,uel ante tempus,& ſic per ſaltum(vt declaraui ſupra.q.10.& q.21.) vel eſt graduatus ſub bulla, cōtra ea quæ dixi in 10.q.principali.per gloſ. in §. item quod addictas. in verbo ſuorum.de colla.in pragm. Et hæc non poſſunt euitari,ſi contrarium non fuerit probatum, videlicet quod poſt gradum ſtuduit per tempus requiſitum.in §.præterea.de collat.& ibi dixi.uel niſi fuerit graduatus in iſta uniuerſitate, in qua obtinuit nominationes.& iſta eſt cautela, vt ſi fueris graduatus in iure ciuili Tholoſę,& uis hic Pariſijs ſumere nominationes,vt ſuſcipias hic gradum in iure canonico, & poſtea facilè impetrabis nominationes, & idem in alia uniuerſitate dicendum eſt.

18 Decimoquinto, opponit † qđ licet fuerit matriculatus,tamē ſtetit p quinquēnium extra ſtudiū.& ſic perdidit priuilegiū.l. fi. de primicer.& no.C.lib.12.l.3.de domeſti.ibidem Bar.in l. pen.ff.de teſt.milit.& Doct.in l.ſcriniarios.Cillo ti.Are. & Bauer.in §.ſed hactenus.inſti. de teſta.milita. & ſic non ſtuduit canonico.

Euitari pōt,ſi ſcholaris ante quinquēniū fuerit reuerſus, & iterū continuauerit ſtudiū, qa id tps quo primo ſtuduit dꝫ ꝙiungi cū iſto tpe nouiſſimo.p tex.in argu.in l.pen. C.de conſul.Rom.ſing.336.vbi dicit,ꝙ ſi poſt quinquēniū ſcholaris reuertat,dꝫ reponi iterū in matricula,& nil dꝫ ſoluere, ſic ēt illud tps poterit iungi,vt ſup. dico,ſiue venerit ante,ſiue poſt, computatur tempus.& coniungitur ex conſuetudine ſeruata in Francia.

Item facit gl.in rſa,eum qui certus eſt.de reg.iur.in 6. vbi ſi quis ingrediat religionem,& ibi ſteterit per ſex mēſes,poſtea egrediatur,ſi poſtea iterū ingrediat & ſtet ibi per alios ſex mēſes,tunc primi ſex menſes coniunguntur cum ultimis. Spec. in titu.de ſtatu monach.in §.1.uerſ.38.Alexand.conſ.54.viſo puncto.col.3.in 4.volum.

Præterea cui conueniunt verba,conuenit & diſpoſitio.l.4. §.totiens.ff.de damno infect.ſed verba concordatorum conueniunt,cum tantum requirant quinquennium,non dicunt continuum,ergo continuum tempus non requiretur.

19 Decimoſexto opponitur † ꝙ gruaduatum, & nominatum, quod non eſt graduatus in vniuerſitate famoſa quod requiritur in §.præterea.de collati.in concorda.

Euitari pōt,quòd omnis vniuerſitas regni,in qua publicè iura profitentur,eſt famoſa vt not.d.Io.Dayma.in verbo famoſa.in rubr.de elect.in concord.& dixi in concord.d.§.ꝑterea.

20 Decimoſeptimo opponitur † quod nō inſinuauerit illo anno,vt debet fieri,& literas tam gradus quàm nominationū, & temporis ſtudij.§.teneantur.de collat.in concorda. & plena manu ſcripſi,quæſt.14.& iſtud probatum non poteſt euitari,niſi probaret procuratorem inſinuaſſe.

21 Decimoctauo,opponitur † quod extra tempus quadrageſimæ inſinuauit.d.§.teneantur.& hoc non uitatur,ſi fuerit probatum vt dixi,d.quæſt 15.

22 Decimonono,quod inſinuauit † ei cui non debuit,& ſic nō valet inſinuatio.§.præfati.2.de colla.in concord. Saluatur, vt dixi in d.q.14.vbi elici poſſunt vltra quinquaginta quæ cōtra inſinuationes opponi poſſunt.

Vigeſimo,opponi poteſt quod acceptauit, beneficium ante uacationē,iō factus inhabilis ad illud habendum.c.1.de cōceſſio.p̄b.Guido,cōſ.107.& 189.circa.Dec.cōſ.398. qđ euitari pōt,ſi iuſta ignorantia deceptus fuit, vt pote qa fama publica erat illum eſſe mortuum.p l.fi.ff.de decret.ab ordi. faciēd. Gomeſ.in regula.20.q.3.ſcripſi in praxi benefi.in 3.par.tit. de reprobata benefici.uiuen impetratio.

23 Vltimo poſſunt opponi illa triginta q̄ dixi in 15.principali.q. & ꝙ antiquiorem nominatum. ea quæ dixi in q.21. ſup. nam poſtquā illa beneficia in noīationibus non comprehendūtur ſi noīatus acceptauerit illa, opponetur cōtra eum illa ſibi nō deberi,& uix poſſunt illa probata euitari. uide ibi alia multa. Adderem hic etiam alia ſexcenta,quæ poſſunt opponi, ſed ea de induſtria miſſa facio,ne materiam calumniandi & opponendi prębeam. Quicunque uiderit quę ſupra dixi,poterit recte opponere,& non recte oppoſita uitare.Rogo ne quid cōtra conſcientiam opponas, ne animam perdas, quam Deus optimus maximus ſuo ſanguine precioſo redemit,eam ergo illi conſeruare debemus. Vide quæ poſſunt opponi cōtra puiſiones Apoſtolicas,& diſpenſationes minoribus cōceſſas, per Oldr.conſ.325.thema.& conſ.ſeq.& pro minoribus,uide conſ.329.has allegationes.

SVMMARIVM.

1 *Nominationes quot modis perdantur.*
2 *In proceſſu poſitus quandoquis dicatur.*
3 *Intellectus cap.vt ſuper,de appell.lib.6.*
4 *Moleſtia quomodo intelligatur.*
5 *Nominatus an perdit gradum cum nominationibus.*
6 *Priuatus ſemel nominationibus an poſſit iterum impetrare.*
7 *Priuatus beneficio in vna eccleſia poterit ad aliud in eadem eccleſia promoueri.*
8 *Intellectus.c.commiſſa.de elect.lib.6.*
9 *Nominationibus priuatur habens duas prębendas in eccleſia cathedrali: intellige ut num.10. vbi pauper non dicitur qui in reditibus habet ducentos florenos.*
11 *Habens quadringentos aureos in bonis adhuc nominationes impetrat.*
12 *Nominationes amittuntur non expreſsis ijs quæ debent exprimi.*
13 *Irregularitate & inhabilitate perduntur nominationes & mandatum.*
14 *Contrahens matrimonium an & quando priuatur beneficio & nominationibus.*
15 *Nominationes habere pro derelicto uidetur, eas per 30. annos non inſinuans.*
16 *Nominationes perduntur quando uniuerſitas reuocat: & argumentum à ſolitis ualidum.*
17 *Renuntiare nominationibus quis pōt expreſse & tacite.& num.18.19.*
19 *Tacite renuntiare nominationibus quibus modis quis dicatur.*
20 *Nominationes perduntur forma concordatorum non ſeruata.*
21 *Item quando moritur nominatus.*
22 *Rex & Papa an poſsint nominationes reuocare.*
23 *Princeps pro officio pecunias recipiens,non poteſt dantem deſtituere.*
24 *Nominationes perdūtur ſi eccleſia regularis erigatur in ſeculare,et cōtra.*
25 *Magalonenſis eccleſia regularis in ſecularem redacta,& translata ad Mōtepeſsulanum anno 1736.*

QVAESTIO vlt. Principalis.

1 VLtimo, Quæritꝫ,qūo perdantur noīationes † vel gradus? Reſpō.primò ſi noīatus aut graduatus in menſib.deputatis collatorib. beneficiū vacans in proceſſu poſuerit, vel aliter moleſtauerit ordinariū.§.vlti.de colla. in concorda. vt puniant in quo deliquerūt,vt dixi in repeti.c.poſtulaſtis.in vlt.no.p illum tex.de cleri.excomm.miniſtr.licet in ordi.regiis Loui.12.primo publica.art.10.mitius puniantur, tamen quod hic ſtatuitur,tanquam nouiſſimum tenendum eſt.

2 Dubitat quis,qñ dicatur † poſitus in proceſſu; Videtur quādo ſnīa eſt lata.c.vt ſuper.de appel.in 6.Rñ. tunc dr in proceſſu poſitus,vꝫ per citationē,& litis contestationē,quāuis ſnīa nō ſit lata.Bar.& alij in rub.ff.de in ius uocād.& Paul.in l.libertus.illo titul. vbi dicunt proceſſum non eſſe inchoatum per

Source : BIU Cujas

rationem,quando actor non comparuit, quia citatio est circūducta.l.& post edictum.§.℔ si is.ff.de iud. & quia actor nō comparendo,videtur tali citationi renuntiare.Bald.in c.consuluit.colum.2.de offic.delegat.& quia citatio non habet suū perfectum esse,secundum eum:si comparuerit, & in causa ꝓcesserit tunc processus dicetur inchoatus.nota.in capit.si iudex.de senten.excommu.in 6.tñ non dicetur in processu positus,ad hoc vt nominationibus vel gradu sit priuandus,& iō si nominatus in primo termino liti renuntiauerit,non perdit nominationes,quia non dicitur posuisse in processu.sed ponere voluisse.l.amplius.ff.rem ratam haberi.probatur.in l.quidam hyberus.& ibi dixi.ff.de ser.vrb.præd. vbi si in primo termino quis confiteatur, non debet in expensis condemnari. Felyn.c.licet Hely.colum.3.de simonia.Iaſ.in §.sic itaque. de actio.institu.& in l.certi,in princip.ff.si cert.peta. & in l. ꝓperandum.§.sinantem alterutra.colum.3.in 7. limita. C.de iudi. Licet appellatione processus veniat tam processus iudicis, q̄ partis.Bald.in d.cap.consuluit.col.3.tamen ante litem contestatam non punietur nominatus vel graduatus. Immo dicit tex.puniendos,qui vsque ad finem litis oppugnauerunt testamentum,sic dicemus hic.l.edicto.in fi.ff.de iure fisci.

3 Nec obstat.d.c.vt super. vbi † appellatione processus uenit sententia diffinitiua,quādo profertur in materia,quæ ipsi sentiæ adaptatur.Dom.& alij in d.cap.vt super.per glo. in clemē. appellanti.de appella.cap.cùm.I.& A.vbi Bald.col.2.de re iudicat. Et etiam comprehendit omnia, quæ ante sententiam fiunt.Fely.in c.quoniam contra.col.6.de proba.

Item quando in constitutione est facta mentio processus, non venit sententia.Dec.per illum textum in c. prudentiam. in vlt.not.de off.delega.

4 Item in tex.concordatorum habetur, † & taliter molestauerit:& intelligerem de molestia quæ fit per processum,uidelicet si nominatus molestauerit ordinarium per processum, ꝓ fructu suarum nominationum vel gradus priuetur. Et si nominatus vel graduatus molestauerit ordinarium de facto extra processum,non perdet suas nominationes secundū hunc intellectum,quia in tex.dicitur,in processu posuerit, & taliter molestauerit,videlicet per processum,argu.c.2.de tempo. ordinan.& c.ex frequentibus.de institu.

Item si molestauerit etiam per processum,iure tñ,quia impetrauit beneficium inhabi i collatum,nō priuabitur suo gradu,vel nominationibus,quia hic tex. debet intelligi de molestia facti,& quando nominatus vel graduatus in vim nominationum molestat,vt puniatur in quo deliquit, secus si alia rōne molestarit,quod probatur in c.in præsentia.de probatio.& l.quidam.ff.de verb.obli.per d.Bald.in l.1.C.de vsufruct. vbi si testator priuet hērēdē, si molestauerit vxorē suam in vsufructu, nihilominus poterit hæres exigere cautionem ab ea de vtendo arbitrio boni viri,quia testator de molestia tātum facti intellexit secundum eum.& Alexand. in l. quòd de bonis. §.1.ff.ad l.Falcid.Barb.consil.56 à Ioue.col.5.in 3.vol.

Idem si hæres priuetur hæreditate,si molestauerit vxorē testatoris,intelligitur de molestia facti,non iuris.Bald. in l.1.C. de his quæ pœnæ nomine.per glo.singu.in l.si seruum.§. prætor.in verb.abstinet.ff.de acquirē.hæredi. sequitur Corset. in singu.incipiente,molestia.Sic & in hoc. §.intelligitur de molestia facti.ponderando verba dict.§.si quis autem. de collat. in concordā.ibi,in vim gradus, aut nominationis. Ergo si in vim alterius impetrationis,non ꝑdit nominationes, nec gradum,alioqui nullus graduatus posset impetrare beneficia inhabilium,& esset in hoc deterioris conditionis quàm nō graduatus.quod non est dicendum, quia in fauorem eorum est introductus gradus,ergo non debet in odium eorum retorqueri.l.quod fauore.C.de legib. Et ideo multa priuilegia confert gradus,quæ licet videre per Barba. in proœmio clemen. & per Alexand.in addit.ad Bartol.in l.1.C.de dignita.libr.12. Fel.in rub.de magist.Bologni.in repet.authent. habita. C. ne filius pro patre,& per Petrum de Iesnaudiere,in opusculo de doctorib.per totum.

Alij habent in eodem.§.si quis,& aliter molestauerit,& tūc intelligetur aliter quàm per processum,quia tex.dicit in processu posuerit,& aliter molestauerit,&c.iō si nominatus de facto expulerit eum,cui ordinarius contulit in suis mensib.dicens beneficium ratione nominationis sibi deberi,licet male tunc priuabitur fructu suarum nominationum. probatur in cap.1.& in c cum seculum.de iure patron. cap. prohibemus. de censi.alia secundum hunc intellectum scripsi in d.§. final. Aliquando intelligitur de molestia tam iuris quam facti. l.vna C.de nundin. Alex.cons.52.viso testamento.in 2. uolumi. & cons.151.viso themate.in fin.cod.vol.& consil.177.viso testamento.in 5.volum.Iaſ.in l.ubi,circa fi.C.de transac. & hoc statutum esse reor,vt audacia graduatorū reprimatur tam in iudicio,quàm extra, quia sæpius perpetrant plurima mala & abusus.Nūquam tamen vidi seruari, vt nominati fuerint suis nominationibus priuati,aut graduati suo gradu,per hāc molestiam,posset tamen fieri,si bonum videretur, & hoc intelligesi in vim gradus vel nominationum, vel in uim utriusq; in processu poneret ordinarium, per l. certi condictio. §.quoniam.ff.si cert.peta.& d.§.fin.

5 Dicerem etiam, ꝓ licet † nominatus(ut suprà dixi)molestando suas perdat nominationes,uel graduatus suum gradū simul.& si tex.dicat à fructibus sui gradus, & nominationis priuandum esse,quia singula sunt singulis referenda, ut uideli cet nominatus sua nominatione, graduatus suo gradu priuetur.glo.in l.fin.C.de fideicom.cap.cum singula.de præben.in 6. & sic postea nominatus suis nominationibus priuatus beneficia ratione sui gradus adhuc obtinere posset,videlicet beneficia in uillis muratis,quia pœnæ molliendæ sunt, & restringendæ.l.interpretatione.ff.de pœnis.cap.pœnæ.de pœnitent. dist.1.regula.in pœnis.de reg.iuris.in 6.Dom.cons.126.Martinus,&c.& quia duplici pœna non debet quis puniri.c.atsi clerici.in fine.de iudic.& ibi glo.allegat alia iura quæ licet uidere.dixi in §.mouemus.de colla.in concord.in gl.suspēdemus. nec si habeat plures nominationes,omnibus priuabitur, sed tantum illis quibus abusus est,ne pœna extra delictum extendatur.not.in c.fraternitatis.de hære.

Item talis molestans est priuandus per sententiam, & non est ipso iure priuatus,per text.in concord.in uerbo priuandū quod denotat sententiam.c.vno de sagitta.glo. & Doct. in l. in criminali.C.de iurisdi.omniom iudi.Fely.in c. Rodulphus. uersult.de rescrip & dixi in d.§.fin.

6 Quæro an semel priuatus † nominationibus(quod rarò euenit)alias possit impetrare? Videtur ꝓ non, ne ludibrio fiat priuatio.c.commissa.de elect.in 6 clemē.in agro.§.cæterum. de statu monach.facit.l.si prætor.ff.de iud.& ne lex uerbis imponatur.l.2.C.communia de lega.

Contrarium est uerius,quod probatur per extrauag. execrabilis.§.statuimus.de præben.in extraua.Ioan.22.ubi dicit̄, ꝓ si quis fuerit adeptus beneficium secundum incompatibile cum primo,ipso iure est priuatus primo, ad quod nunquā potest redire sine noua collatione.ergo sumendo arg.à contrario,cum noua collatione poterit redire per c.2.de renuntia.sic & cum nouis nominationibus poterit iterum impetrare beneficia.

Item si quis renuntiauerit bonis paternis cum iuramento, poterit illa petere non obstante iuramento,si instituatur hæres.Alex.& alij in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb. oblig.Docto.in l.pactum quod dotali.C.de pact.& de coll.& cap quamuis.de pact.in 6 Benedi.in repe.c. Raynutius.in uerbo duas.num.286.cum seq.de test.

7 Adde ēt ꝓ priuatus † beneficio in una ecclesia poterit ad aliud in eadem promoueri.c.lras.de concessio.prēben & ibi Imol.nota.3. & si quis per subreptionem uel obreptionē priuet̄ rescripto,tamē postea poterit aliud impetrare,in quo ueritatem imprimet.l.2.C.si contra ius c.super literis.& ibi not. de rescr.& rescriptum ab excommunicato impetratum,licet sit nullū c.1.de rescrip in 6.tñ eo absoluto poterit aliud impetrare,ut ibi.not.Idem ergo in noīato, vt licet suis sit priuatus noīationibus ꝑꝑ molestiam ut possit alias impetrare, ut una pœna contenti simus,prout dicitur in c.at si clerici.§ fina.de iud.& dupliciter puniret, si annullarentur nominationes, & ꝓhiberetur ne amplius impetrarentur,ideo quia hoc non dicit tex.ergo non extendetur.l.cum quidam.ff.de lib. & posth. igitur poterit alias impetrare,licet primis sit priuatus.

8 Nec obstat.c.cōmissa.† de elect.in 6.Quia respond.ꝓ ista priuatio nō est ludibrio,licet alias noīationes impetret, q̄ perdet prioritatē tpis,q̄ magna est.reg.q̄ prior.de reg.iur. in 6. & postea uigore noīationū secundo loco impetratarū fortè nū quam obtinebit beneficiū,tanquā antiquior.Et sic dicerē, ꝓ l3 qs suis priuet̄ noīationib.uel gradu,tñ non ꝑdet beneficiū, si qđ ex illis aliàs consecutus fuerat,arg.c.tibi.de rescr.in 6.& c.si clericus.de ꝓb cod.lib. ubi qñ clericus priuat̄ gra ꝑꝑ negligētiam suam, tñ si rōne illius grā fuerit in ecclesia canonicus receptus,illū non ꝑdet, nisi fuerit sibi collatus ad effectū ꝑsentium dūtaxat.sic ī noīationib.arbitror.facit qđ dicit Ancha.in cons.171.casus est talis,q̄dam.in fi.vbi concludit feudum posse cōcedi ei qui semel fuit priuatus,propter inuestituram non petitam,ut ibi per eum.

9 Scđo,priuat̄ † qs suis noīationib. qñ h3 in ecclesia metropolitana,uel cathedrali,seu collegiata,duas ꝓbēdas,seu dignitatē cū ꝓbenda,uel unam ꝓbēdā,seu alia beneficia, quorū fructus ascendūt usq; ad ducentos flore. auri de camera.§.uolumus. de collat.in cōcorda.q̄a grē.tuæ renuntiare uideris, si beneficiū pacificè adeptus es.cle grē.de rescri.& c.si pauper.de ꝓbē. in 6.Nā mens eccl esię Gallicanę,ac ēt Papæ,& regis fuit,ut ꝓ uideret̄ pauperib. scholarib. q̄ exhausto suo pr̄imonio in acquirēdo sciam sumpserūt noīationes & gradus.Et nō dr̄ pauper,q̄ in redditib.habet ducētos flore.auri, siue habeat beneficia in titulum,siue in commendam, & ideo honestè ex illis poterit uiuere.not.in capitulo,postulasti,de rescript.

Intel-

Source : BIU Cujas

Intellige tamen, vt dixi in d.§.declarantes. in glo. prosequentes.de mandat.Aposto.in concord.

Et intellige quando haberet duas præbendas in ecclesia cathedrali, † vel metropolitana, etiam si non ascenderent ad valorem ducentorum aureorum, tamen non poterit is nominationes impetrare, nec impetratis vti, vt tenet glos.in § q̃ si quis ex dictis, in verb.duas.de colla.in pragma.q̃ rarò contingit. Et hoc procedebat per prag. sed per concordatum posset nominationes impetrare, & eis vti, qui duas haberet præbendas minoris valoris, vt patet in concorda. in §. si quis verò ex dictis, vbi se refert ad dictam summam tam in præbendis quã in alijs beneficijs. & hoc probatur in d.§.volumus.ibi, quorũ insimul. & quia ibi est tantum vna clausula, in pragma. secus, quod notes, quia multa erant vera tempore pragm. quæ nũc non sunt, ideo non confidas glo. pragm. quæ licet bene dicat secundum sua tempora, & tex. cui addidi glosemata, non tamẽ nunc, & aliàs fecit me errare, dum sequerer suam doctrinam simpliciter, ideo tu debes videre nunc text.concordatorum, si dissideat à prag. & secundum illum concor. text. iudicare.

11 Notandum est, q̃ si quisquam † haberet redditus in bonis secularibus vsque ad quadringentos aureos, vel vltra, poterit adhuc impetrare nominationes, & viuere ex fructibus beneficij, licet habeat amplum patrimonium, quia postquam altari seruit, de altari viuere poterit. c. cum secundum. de præbẽ. latè Barba. in tracta. de præstantia Cardina. in prima parte. q. 6. hic tantum excludit habentem redditus beneficiorum, secus si in patrimonio, vt patet in dicto.§.volumus.

12 Tertiò, amittuntur nominationes, † si non sint expressa ea, quę debẽt exprimi. de quibus dixi sup. q. 9. & in d. §. volumus. & idem in mandatis asseritur in capit. ad aures. cap. in nostra. de rescrip.

13 Quartò, si nominatus † vel graduatus efficitur inhabilis, vel irregularis, quia etiam sic perditur mandatum. Ancha. consil. 58. circumscriptis.

14 Quintò, quando nominatus † contraheret matrimonium, aut sponsalia de præsenti, tunc suis videtur renuntiare nominationibus. glo. & Doct. in c. vno. de cleric. coniuga. in 6. Pan. in c. 1. illo titu. Aufrer. in suis decisionibus quæst. 239. Ias. in l. vbi pactũ. col. pen. C. de transact. Etiam si sponsalia essent nulla. Quia fecit, quod in se est, & contrarium actum clericatui, ob id renuntiauit literis, & quia non debet esse melioris conditionis quàm peritus. ca. cum qui. de præb. in 6. Ias. in d. l. vbi. Si tamen contraxerit matrimonium, & non tenuerit, sed spõsalia tm̃ de præsenti interuenerunt, tunc dicerem beneficium quod obtinet, non vacare, per regulam, non præstat impedimentũ, q̃d de iure non sortitur effectũ, de regu. iur. in 6. & difficilius p̃ditur acquisitũ beneficium, quàm acquirendum, & ius in re quàm ad rẽ. cle. gr̃ę. de rescri. & ibi hoc firmat Cardi. & sic conciliari possent opiniones q̃riæ. & in l. cãs. in fin. C. illo tit. vide Imol. in cle. gr̃ę. col. pe. de rescrip. imò vxore mortua non licet vti mea gr̃a. Io. And. in d. c. vnico. Ang. & alij in §. 1. insti. quib. mod. ius patriæ potesta. soluitur. Ex his fere modis amittuntur mandata Apostolica, de quibus vide in tracta. de manda Aposto. in vlt parte, per dom. Ruseum. dico in rub. de mand. Apost. in concorda. §. declarantes. in gl. prosequentes.

Sexto, si ex aliqua causa suo priuaretur gradu, quod potest fieri, vt probatur in c. ex literis. de consti. & ibi plene traditur per Fely. & alios.

15 Septimo, si eas nõ insinuaret † per triginta annos, quia tũc eas videtur habere pro derelicto, & eis renuntiare. argu. l. licet. C. de iure deliberan. dixi sup. in 14. q. principali, vbi ample videre licet.

16 Octauò, perdũt † q̃n ex cã vniuersitas reuocaret nominationes, q̃d põt, vt tenet gl. §. item quod ad dictas, in verbo nominare. de colla. in prag. sed non est solitũ fieri, & bonũ est argumentũ à solitis. l. si qs donaturus. ff. de vsufructu. l. certi cõdictio. §. si nummos. si cer. pet. Rõ est, quia postulantes re integra à postulatione recedere possunt. c. bonæ. in 2. de postu. p̃la. Si vniuersitates sine cã nominationes reuocarent, posset ab eis tanquã ab abusu appellari, q̃ à senatu reformaretur. Itẽ legatus q̃ reseruauit beneficiũ pro aliquo, põt reuocare, & alteri prouidere Host. in c. cũ dilectus. de iur. patro. Io. Andr. in c. p̃senti. de off. leg. in 6. & limitat̃ tribus modis p̃ Perus. vt ibi cernere licet. & idẽ si Papa reuocaret mandatũ concessum. c. pe. de preb. in 6. & c. vlt. de concess. preb. illo lib. vide Hippol. sing. 166. in constantia.

17 Nonò, q̃n noiatus † eis renuntiauit, vt in c. audita. de restitu. spolia. facit tex. in l. filio p̃terito. ff. de iniusto rupt. nam põt qs priuilegio in fauorẽ suũ introducto renuntiare. l. si qs in conscribendo. C. de episcopis. & cle. C. de pact. c. si diligenti. de foro compe. Io. And. in c. pen. de præb. in 6. clem. gr̃ę. de rescrip. Card. cons. 105. super præmisso gl. in verbo irritum. §. si quis cuiuscunque. de coll. in prag.

18 Intellige siue expresse † renũtiauerit suis noiationib. siue tacitè, qa hoc casu tm̃ operatur tacitum sicut expressum. arg. l. cum quid. ff. si cert. peta. & ibi ample Ias. & aliàs consului pro venerabili dño Ioanne de Lausergio sacrista Magalonen. mihi consanguineo colendissimo ac doctissimo, & obtinuit in senatu Tholosano. Et censetur renuntiare, q̃n est sibi p̃uisum ab vno, quo ad illũ, quia ille qui semel vni prouidit, non tenetur amplius eidem prouidere. arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. & sup. dixi. Nec põt eum gratificare, alioqui oĩa beneficia ei conferret eps̃, & ille ebrius esset, & alij esurirent, & si haberet nepotẽ graduatum, eidẽ conferret oĩa beneficia, & ille semper ea resignaret, & alij nihil haberent, quod valde est absurdum, vt dico in gl. gratificare. §. statuimus. 1. de coll. in concord.

19 Itẽ tacite dr̃ renuntiare, † si fuerit effectus miles. arg. 51. dist. c. 1. & 2. ca. eos. 20. q. 3. nã tunc si arma militaria exerceat, p̃dit priuilehiũ clericorum, quia facit actum q̃rium clericatui, quibus cõuenit, nobis non licet interficere quenquam. no. Inno. in c. 1. de Aposta. & c. in audientia. de sentẽ. excom. Chassa. in consuetud. Burg in rub. *des iustices*. §. 5. glo. *s'il n'a grace*. nume. 52. & seq. vers. 4. fallit. uel habitum clericalem reiecit cap. 1. de Aposta. l. professio. C. de muner. b. patrimo. libr. 10. idẽ si snĩa annullans noĩationes contra nominatum lata fuit, cui acquieuit. gl. sing. in c. 1. de concessio præbẽ. Idem si concludat cũ aduersario super vno beneficio, quod poterat obtinere, sed composuit cum illo, tũc quia p̃ eum stetit quominus haberet illud, ei imputatur l. in iure. ff. de regul. iur. & qui actionem ad rem habet, ipsam hr̃e vr̃. l. qui actionem. de reg. iur. Panor. in c. ad audientiam. 2. in 4. not. de reser. Idẽ si renuntiauerit ius quod per nominationes habet, tunc licet is cui renũtiauerit, succumbat, adhuc vr̃ excluſus. argu. l. quod dictum. §. si cõpromisero. ff. de euictio. vide q̃ scripsi in §. uolumus. de collatio. in concord. Card. in c. mandatũ. col 3. q. 1. de rescript. dicens ijsdem fere modis mandatum amitti, & ideo seruiet ad intellectum tituli de mandatis Apost. in concordatis. ubi scripsi in gl. prosequentes. §. declarantes. & quot modis tacite qs renuntiet, docui in praxi benefic. in 3. parte. titul. de tacita renuntia.

20 Decimò, perduntur noĩationes, † q̃n forma non est seruata q̃ est posita in concordatis, qa factum corruit nõ seruata forma. c. cũ dilecta de rescri. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. Et illa est, q̃ dat esse rei, & eam in esse conseruat. l. Iulia. §. 1. ff. ad exhibend. Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus fol. 3. rub. de generali cognitio formæ. & rubri. de potentia & effectu formæ. fol. 44. col. 3. cum seq. sic dixi quando quis impetrauit mandatum non seruata forma, vt sit nullum. in forma de mand. Aposto.

21 Vndecimò q̃n morit̃ † noĩatus. Ancha. cons. 58. circumscriptus. vbi tradit sex modos finiendi rescriptum, quia mors oĩa soluit. §. deinceps. in auth. de nup. colla. 4. Et si uelis uidere casus in quibus mors soluit, vide per Hippo in l. fi. nu. 30. cum sequen. ff. de quæstio. nec dubitatur hoc etiam casu solui mandatum, per prædicta.

22 Duodecimò, q̃n Pnpa † cũ rege eas reuocaret, cum eorum sit destruere, quorũ est condere. l. omni. C. de sacrosan. eccles. summus Pontifex reuocat gr̃as per eum concessas. ca. pen. & fi. de concess. p̃b, in 6. Vnus verò sine altero non posset, cũ cõcordatum habeat vim contractus, vt patet in rubr. de robore & firmita. concorda. & unus altero inuito à contractu nõ discedit. l. sicut. C. de actio. & oblig. & rub. C. ne liceat ab emptione discedere. tex. sing. in c. 1. & ibi omnes Doct. de p̃bat. vbi Bal. ampliat ẽt ad successorem, vt solus contractum reuocare non possit iam perfectum. Domi. cons. 56. inter Roman. cons. 352. quæritur. col. pe. & seq. & cons. 325. col. pen. Ias. cons. 1. in 1. vol. & cons. 227. Carolus in 2. vol. colu. 5. dico in præsat. ad gl. concorrub. de colla. ubi licet fusius videre.

23 Idẽ est in principe recipiẽte † pecunias p̃ aliquo officio, vt ñ possit dantẽ destituere. c vno. de natura feudi. Bal. in l. q̃ se patris. col. 8. C. vnde libe. Boe. in deci. Burdeg. q. 549. an rex Franciæ. Barb. in c. 1. nu. 14. de p̃ba. l. 3. ff. de obsequijs Anch cons. 366. Ias. cõs. 56. in cã. in fi. vol. 1. & cõs. 105. col. 3. ibi. Bened. in c. Raynu. in verbo duas habẽs. nu. 36. cũ seq. de test. qa recipiẽdo pecunias vr̃ secũ q̃here vt amplius eũ sine cã nõ destituat. Et sic p̃dest dare pecunias p̃ officio, vt nõ possit destitui. sed à tali p̃dess̃e liberet nos Deus, dicit gl. in simili in l. si seruus. §. fin. in verbo corri. ff. de condict. furtiua. l. si qs cũ totũ. §. plane. de excep. rei iud. Sic dr̃ de paupertate, q̃d prodest. l. si qs ad. C. de episco. & cler. §. 1. insti. quib. manu. licet uel nõ, sed à tali p̃dess̃e liberet nos pater & filius & spiritus sanctus. & ab hoc munere vellem esse immunis, cum filiolis meis. ita in propriis terminis dicit Barb. in c. significauit. num. 22. de offi. deleg.

24 Vltimo. p̃dunt̃ noĩationes † si eccl̃ia rlaris erigat̃ in secularẽ, vt nuper eccl̃ia S. Saturnini Tholos̃ę, tũc noĩationes rlariũ expirãt. & deinceps seculares poterũt illi eccl̃ię noĩari. idẽ c̃rio tex. in c. ad audiẽtiã. 2. de eccle. ędifi. late Peru. in trac. de muta. status eccl̃ię. c. 1. Sic tpe Caroli Calui regis Frãcię eccl̃ię sancti

Source : BIU Cujas

Martini Turonen. multis opibus abundans in ſecularem erecta fuit, cuius temeritatis canonici mox pœnas luerunt, nam miſſa in eos cœlitus peſtilẽtia omnes (præter vnum Vedaſtũ qui in numerum ſanctorum relatus eſt, & nomini eius ibidẽ ſacellum dicatum) extincti fuere, quo facto audito canonici diui Martialis Lemouicen. relicto ſeculari habitu ſe ad monaſticam vitam conuerterunt. teſte Gagui. lib. 5. paulò poſt
25 principium. ſic hoc anno 1536. eccleſia Magalonenſis † regularis redacta eſt in ſecularem, & translata ad Montempeſſulanum, quod fauſtum felixque viris Peſſulanen. ſit, & eorũ vxoribus. Circa hoc tamen fuſius dicendum eſſet, ſed multis obrutus negotijs & lectionibus, non ſupereſt latius inueſtigãdi opportunitas, at dum per ocium licebit, hæc maturius fortè digerentur. Interim lectores, boni æquique conſulite, vt animum meum ad maiora incendatis: quod fieri facile poterit adiuuante Deo, qui in trinitate perfecta viuit in ſecula. Amen.

M. ANTONII MARSILII
COLVMNAE, BONONIENSIS. I.C. ARCHIEPISCOPI SALERNI.

De eccleſiaſticorum Reddituum Origine, & iure.

TRACTATVS.

PARS PRIMA.

ARGVMENTVM.

Vnde antiqnitus apud Hebræos, aliosque itidem populos nonnullos, ſacerdotibus neceſſarij ſumptus ſuppeterẽt, & qua ratione Chriſtus, Dominus noſter, dum inter homines ageret, ſibi ſuisque ad uictum neceſſaria pararet.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes uaria uictus ratione uſi ſunt.*
2 *Aegyptij generis uetuſtate cæteris ſeſe antecellere iactabant.*
3 *Aegyptii ſacerdotes ex publicis horreis alebantur.*
4 *Soli ſacerdotes apud Aegyptios tempore famis fuerunt immunes à poſſeſſionum ſuarum uenditione.*
5 *Romani ſumptus in rebus ſacris neceſſarios ex publico ſuggerebant.*
6 *Sacerdotes apud Romanos primitias ante omnes libabant.*
7 *Sacerdotium ſub lege naturæ erat apud primogenitos.*
8 *Spiritualis portio, quam præter temporalem, primogeniti habebant, incerta erat.*
9 *Decimas tres ſoluebant Hebræi, unam Leuitis, alteram in ſacras epulas, pauperibus tertiam.*
10 *Primitias inſuper ſoluebant ſacerdotibus.*
11 *Delictorum mulctæ ſacerdotibus adiudicatæ apud Hebræos.*
12 *Chriſtus, Seruator noſter, propriàs habuit facultates.*
13 *Eccleſiaſticę pecunię conſeruandæ forma quando primùm inſtituta.*

Caput primum.

DE fructuum eccleſiaſticorum iure tractaturi, nihil rectius facere nos poſſe arbitrati ſumus, quàm vt eorũ antea originẽ indagaremus, cùm minimè dubitandum ſit, quin multò facilius hac in re veritatẽ ſit aſſecutur⁹, qui antiquitatem omnem breuiter antea animo perluſtrauerit, ac ſingulis ętatib. animaduertit, vnde ſacerdotibus neceſſarij ſumptus ſuppeterent, & quomodo res paulatim ad eum, quem videmus, ſtatum perducta fuerit, quàm q harum rerum omnium ignarus nudum tantùm corticẽ, ſolamque eam, quæ cuiuſque oculis obuia ſit, præſentium rerũ formã intueatur. Atqui certe hoc ipſum explicatu tantò dif-
1 ficilius eſt, quanto magis in hoc variatum reperitur: † ſiquidẽ ſacerdotes uaria uictus ratione, prout temporum tulit conditio, fuiſſe vſos; vel ſi nulla ex re alia id appareret, tamen ob miram rerum humanarum varietatem & inconſtantiam credibile admodum eſſet. Verum hoc per ſe tam apertum eſt, tam que perſpicue ex totius antiquitatis ſerie intelligitur, vt nullus cõiecturæ locus eſſe poſſit. Apud Aegyptios (vt ab Ethni-
2 cis exordientes atque ab ijs potiſſimum, † qui generis uetuſtate (vt autor eſt Iuſtinus) cæteris nationibus ſeſe antecellere iactabant, ad ueræ religionis cultores mox deſcendamus)
3 eum fuiſſe morem accepimus, † ut ſacerdotibus ſuis ex Prytanæo, ſeu publicis horreis, certa quædam cibaria præberent. Qua ex re factum eſt, ut cum fame Aegyptij aliquando præmerentur, ac cogerentur cæteri omnes pro frumento agros
4 quiſque ſuos Pharaoni adiudicare, † ſoli ſacerdotes poſſeſſionum ſuarum dominium retinuerint, Geneſ. 47. Ioſeph. Lib.
5 2. antiquit. Iudaic. cap. 4. † Non abſimile fuit veterum Romanorum inſtitutum, qui ſumptus ſacris in rebus neceſſarios iã ĩde à Numæ temporibus ſuggerere ſacerdotibus ex publico
6 cæperunt, vt Liuius Libr. 1. commemorat. † Hinc & Plinius Lib. 18. cap. 2. § Ac ne deguſtabãt quidem, inquit, nouas fruges, aut vina, antea, quàm ſacerdotes primitias libaſſẽt. § Nec minus etiam in Virgines Veſtales ſe munificos Romani præbuerunt, quas propterea diligebant, publicisque ſumptib. alebant, vt templo eæ ſemper aſſiſterent, Deoſque illos ſuos perpetuo venerarentur: quos autem Deos? commentitios nimirum ac ludicros arculiſque & thecis aureis, argenteis, plumbeis, aut ligneis concluſos, vt non immeritò ſtomachentur Lactantius in libris diuinarum Inſtitutionum, & Arnobius contra gentes, quòd videant tantam hominum, alioquin non cõtemnendorum, cæcitatem extitiſſe, vt quaſi cimerijs (quod aiunt) tenebris inuoluti ſuum ipſi errorẽ nulla ex parte agnoſcerent. De Veſtalibus autem ita Liuius. § Numa, inquit, Virgines Veſtæ legit Alba oriundum ſacerdotium, & genti cõditoris haud alienum; his vt aſſidue templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit, virginitate alijſque cæremonijs venerabiles ac ſanctas fecit. § Sed miſſa vmbratili, commẽtitiaque illiorum religione, qui tenebris vndequaque obſidebantur, ad veritatis lucem iam deueniamus, ac de ijs loquamur ſacerdotibus, quos verè ſacerdotes poſſumus appella-
7 re. † Satis conſtat primis illis temporibus, quibus extabant Patriarchæ, ac ſub naturæ (quam vocant) lege homines viuebant, fuiſſe ſacerdotium apud primogenitos, qui præter proprium patrimonium, ſpiritualem etiam portionem obtine-
8 bant: † ſpirituali verò huic portioni nulli certi limites erãt circumſcripti, cùm & ſacerdotes, quicquid ipſis dabatur, poſſent accipere, & dantibus nulla imponeretur neceſſitas, ſed ſponte id daret unuſquiſque, quod ſibi libitum eſſet, Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 87. artic. 1. ad 3. Sot. de iuſt. & iur. libro 9. q. 4. articu. 1. ad 3. Tiraquell. in tract. de iure primogen. in præfatio. num. 18. Atque huc ſpectat ꝙ legimus, Abrahamum prophetico quodam inſtinctu Melchiſedech ſacerdoti decimas dediſſe, Geneſ. capit. 14. Item & Iacob Deo decimas nouiſſe: ita enim ipſe loquitur Geneſ. 18. § Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via, qua ambulo; cunctorum, quæ dederis mihi, de-
9 cimas offeram tibi. † Porrọ ueteris legis ſuccedente tẽpore, cùm à duriſſima Aegyptiorum ſeruitute Hebræus tandẽ populus liberatus eſſet, atque in terram vberrimam ampliſſimãque diuino bñficio traductus, binas decimas iuſſus eſt quot annis, Leuitis alteram, alteram in ſacras epulas pendere; quib. mox acceſſit & tertia, q̃ tertio quoque ſoluebaẽ anno, atq; in
10 egenos, uiduas, pupilloſque diſtribuebaẽ. † Præter decimas verò primitiæ in ſuper ſoluebantur, ſi quidẽ inſtitutum illud paſſim inualuerat, vt primos quoſque fructus, cuiuſcunq; ij generis eſſent, cogeret vnuſquiſque ꝓferre in tẽplum, ac pro accepta terra, quæ eos tulerat, Deo gratijs actis, & ſacrificiis rite peractis, primitias ſacerdotib. offerre, Deu. cap. 5. Ioſeph.
11 Libro 4. antiq. Iudaic. c. 8. † legimus inſuper delictorum mulctas Aaroni, eiuſque filiis Dei mãdato fuiſſe aſſignatas, Num. capit. 18. quo loci habentur hæc verba, § Omnis oblatio & ſacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedet in ſancta ſanctorum, tua erit, & filiorum tuorum. § Cum igitur ſacerdotum eſſet ea pecunia, propterea in templum nequaquam ſolebat inferri, vti ea inferebatur, quam ſponte quiſque offerebat, vtpote quæ in templi reſtaurationem conuertenda erat, libro quarto, Reg. capitu. duodecimo. Hoſce Hæbreorum ritus ſubinde exceperunt Seruatoris noſtri tempora, qui veluti Eoum, nitidiſſimumque ſydus lucis ſuæ ſplendore caliginem plane omnem ho-
12 minum mentibus procul amouit. † Pertenues ille quidem ſed tamen aliquas habuit facultates: neque enim eam ſibi uitæ rationem inſtituendam putauit, vt præ inopia mendicare cogeretur, id quod ſacræ paginæ perſpicuum redunt; à quibus, cum quidam aliquando non minus ſtultè quãm impie diſſentirent, iure optimo illos damnauit Io. XXII. extrauagan. Cum inter nonnullos, & extrauagan. Quia quorundam, de verbor. ſignifica. vbi Zenzilinus. Etenim ſolebat clementiſſimus illæ naturæ humanæ redemptor oblatam ſibi pecuniam, aut quoquo modo quæſitam cuſtodire, ex qua victum veſtitumque tam ſibi, quàm ſectatoribus ſuis compararet: propterea Euangeliſta, cũm

de

Source : BIU Cujas

de Iuda loquitur,in quem protinus accepta bucella Sathanas introiuit, poſtquàm retulit uerba magiſtri ipſum alloquentis, § Quod facis, fac citius,§ ita ſubijcit; § Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei: quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, qđ dixiſſet ei Ieſus: eme ea,quę opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis vt aliquid daret.§ Vnde Auguſtinus c.15.de mendacio ad cõſcientiam Tom. 4. § Habebat,§ inquit, § loculos Dominus a fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus & alijs indigentibus tri
13 buebat.† Tunc primum Eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta,& vt intelligeremus, qp præcipit non eſſe de craſtino cogitandum,non ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur a ſanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur. § Atque hæc totidem verbis retulit Gratianus in c.habebat, 12.q.1.

ARGVMENTVM.

Quam Eccleſię formam,ac quærendi victus rationẽ poſt Chriſti ad patrem aſcenſum Apoſtoli inſtituerint.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtoli ante omnia Epiſcopos ordinarunt,eiſque parochias aſſignarunt, quæ diœceſes poſtmodum fuerunt appellatæ.*
2 *Clerici quo primum tempore inſtituti.*
3 *Clerici partim præsbyteri, partim Diaconi conſecrati.*
4 *Animarum cura præsbyteris commiſſa.*
5 *Diaconis pupillorum,& viduarum cura demandata.*
6 *Apoſtolorum tempore omnia communicabantur.*
7 *Venditarum rerum prætia ante pedes Apoſtolorum ponebantur.*
8 *Apoſtolorum in viuendo inſtitutum retinuit Clemens Pontifex.*
9 *Eccleſiam futuram in gentibus præuidebant Apoſtoli, ideo neceſſarium non ducebant in Iudæa poſſeſſiones comparare.*
10 *Præsbyteri & Diaconi, quorum antea incertus erat numerus, ad certum numerum redacti.*
11 *Parochiæ præsbyteris diuiſæ,ac ſinguli ſingulis præfecti, moxque in eadẽ ob credentium multitudinem plures conſtituti.*
12 *Vitæ communio nulla cogente lege ſeruabatur.*
13 *Dominia incerta non erant communis vitę tempore.*

Caput 2.

POſteaquam verò relictis terris Seruator noſter in cœlũ diuinitus euolauit, non eadem prorſus, quæ antea,tunc viuendi ratio ſeruata fuit.Quocirca vt clarius explicet, quod ad Apoſtolorum hac in re inſtitutum attinet, altius aliquanto res no
1 bis repetenda eſt. † Epiſcopos Apoſtoli ante omnia crearũt, interque illos Iacobum iuſtum Alphæi & Mariæ Cleophæ filium, Iudæ Thadæi fratrem,qui & minor,& frater Domini,& Oblias,hoc eſt murus, & Nazaræus, ideſt ſanctus, dictus eſt, primum Hieroſolymorum Epiſcopum ordinarunt. Porrò Epiſcopis ipſis omnibus aſſignarunt parochias,quæ nunc diœceſes appellantur, vt ex canonibus Apoſtolorum licet perſpicere,c.14.uariſque itidem ex conciliis, Nicæno c. 16.Antiocheno c.5.Arelatenſi 1.c.3.Agathenſi,quod a ſuperioribus illis deſumptum eſt c.34.& 53.c.ſi quis præsbyter, 12.q.2.tradi-
2 turque hoc idem in c.Apoſtolica, de donatio.† eodem tempore & clerici inſtituti ſunt:cum enim Beatiſſimus Apoſtolorum Princeps Petrus Catholicæ Eccleſiæ Pontifex in orientalibus Eccleſijs, præcipueq; Hieroſolymitana, & Antiochena ſacerdotio primùm inſtituto,in vrbem ſe recepiſſet,vt Romanam Eccleſiam,cæterarum omnium caput,conſtitueret,ibiq; firmiſſima fidei noſtræ fundamenta collocaret, ex omnium fidelium multitudine,religioniſque noſtræ præcipuis cultoribus,ſeniores quoſdam ſpectatæ fidei, ac probitatis viros plenos ſapientiæ,& ſpiritu ſancto, rectèque non apud ſuos ſolũ, ſed & apud exteros audientes,ſtudioſè delegit, quod etiam in Hieroſolymitana,cæteriſque Eccleſijs factum antea fuerat.Hi
3 verò ſunt, quos clericos diximus fuiſſe appellatos. † Hos Petrus Rom. Eccleſiæ Pontifex, per manuum impoſitionẽ partim præsbyteros,& partim Diaconos conſecrauit,ut illorum adiutus opera primæ Eccleſiæ præberet rudimenta, atq; eius
4 in dies tum creſcentis prima quaſi incunabula firmaret.† Prę sbyteris quidem ſummam rerum commiſit:hoc enim ijs tradidit negotium,vt animarum curam gererẽt,utque Eccleſiaſtica ſacramenta plebi Dei adminiſtrantes orationi pariter ac
5 prædicationi unà cum Epiſcopo uacarent. † Diaconis autem viciſſim uiduarum,pupillorum,aliorumque id genus,quibus ſubueniri oporteret, pauperum fidelium curam demãdauit, muneriſque etiam illud ininnxit,vt præsbyteris ſacra facientibus præſto eſſe tenerentur. Hæc paucis, ac quaſi prætereuntes,perſtrinxiſſe nos ſatis erit, nam & per ſe apertiſſima ſunt. Nec defecerunt,qui accurate,ſummoque ſtudio illa explicauerint,ut Michael de Medina de ſacroſ homin.orig.li.1.c.13. & 26.& Laurentius Villauincẽtius decœcono.paupe.Onuphr. in ſuis chronicis,aliique præterea, quos hic omnes referre nõ
6 eſt neceſſe.† Iam verò,ut propius ad rem propoſitam accedamus,cum uerè tunc dici poſſet multitudinis credentium cor unum animamque vnam eſſe,nemo erat,qui proprium quic quam iactaret ſe poſſidere,ſed cuncti Apoſtolicis reliquiſque Chriſti fidelibus prompto hilarique animo ſua omnia com-
7 municabant.† Qua ex re fiebat,vt inter eos plane nullus egue rit, ſed abundè omnium neceſſitatibus ſubueniretur: quod vt commodius fieret,quas quiſque domos, aut poſſeſſiones antea habuiſſet,protinus uendebat, eorumque prætia ponebat ante pedes Apoſtolorum, ut ex Act. 4 fuſius refert Vrbanus I. in Epiſtola de com.iu.& oblatio.fidel.ad omnes Epiſco
8 pos,Tomo Concil.1.fol.105.† Hanc ipſam uerò uiuendi regulam pariter retinuiſſe Clemẽtem Pontificem eundemque martirem,qui ſedit anno poſt Chriſtum natũ 68.ab eius verò ſacratiſſima paſſione, 35. indicat ipſius Epiſtola ad Hieroſolymitanę Eccleſię Clericos, quam inter Decreta retulit Gratianus in c.dilectiſſimis,12.q.1. § Conſilium,§ inquit,§ dantes veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras intelligentes,quæ bene nouiſtis, adimplere ſatagatis. § Cuius Apoſtolici inſtituti eam attulit rationem Melchiades Pontifex,
9 † qp cum præuiderent Apoſtoli Eccleſiam in gentibus eſſe futuram,ſuperuacaneum eſſe putarunt, in Iudæa poſſeſſiones bonaque immobilia ſibi comparare. Et quoniam de Clericorum inſtitutione mentio nobis facta eſt, non cenſeo hic prætereundum, paulò poſtea tempora circa numerum clericorum aliquantiſper uariatum eſſe; cum enim antea incertus eſſet clericorum numerus, certum hac in re modum ſtatuere Cletus Clementis ſucceſſor, & Euariſtus tertius poſt Petrum
10 Rom.Pont. † Cletus enim (vt ex Damaſo Bibliothecarius refert)præsbyteros ad certum numerum redegit: de Diaconis verò idem fecit Euariſtus,eodemque retẽto numero, quem antea ſtatuerant Apoſtoli, ſeptem tantum in Eccleſia Roma-
11 na Diaconos eſſe uoluit.† Idemque mox circiter an num a Chriſto nato centeſimum, titulos, ſeu parochias(vt ſæpè appellamus) in Vrbe Præsbyteris diuiſit,quò poſſent ipſi cõmodius a ſe inuicem ſecreti, in ſua quiſque Vrbis regione,titulo, ſeu parochia ſacramẽta fidelibus exhibere,ſingulis uerò parochijs ſingulos præpoſuit præsbyteros, ſi quidem ob credentium paucitatem ſatis ſuperque id fore arbitratus eſt. Manſit uerò hoc iugiter vſque ad Higinij Pontificatum,qui poſt,octo & triginta circiter annos, cùm creſcente in dies credentium multitudine vnius curam præfecti, toti vni parochiæ haud quaquam ſufficere animaduerteret, priorem numerum adauxit, ac plures in unoquoque titulo
12 tum Diaconos,tum pręsbyteros eſſe uoluit. † Inter hos verò omnes,ut dixi,communio ſeruabatur,& ſeruabatur nulla cogente lege,ſed mira omnium conſenſione,inter quos zizania nondum excreuerat:Nec quiſquam erat, qui non ſponte, hilarique animo,ob ſummam in Deum pietatem, ſuadente ſpiritu ſancto id uitæ genus amplecteretur, ita vt inuitos compellere minime neceſſarium eſſet; Quod exijs etiam uerbis licet intelligere, quibus Ananiam Petrus eſt allocutus, cùm is de agri a ſe uenditi prætio Eccleſiam faudaſſet, nec veram eis quantitatem Apoſtolis retuliſſet, § Cur tentauit,§ inquit, § Sathanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de prętio agri? Nonne manens tibi manebat ager,& venundatus
13 erat in tua poteſtate?§ † Neque uerò exiſtimandum eſt incertainter ipſos tunc temporis fuiſſe dominia, ſuum namque vnuſquiſque poſſidebat,vt habetur ex can.apoſt.39.c. ſint manifeſtæ, 12.q.1. Veruntamen ea omnes,in Apoſtolos ac veros Dei cultores,animi propenſione erant, ut cùm perſpectiſſimum ipſis eſſet Domini eſſe terram, eiuſque plenitudinem, Pſal.23.c.tua, 2.de deci.ſua quiſque omnia perinde habebat, ac ſi illa communibus neceſſitatibus,vel arctiſſimo legis præcepto eſſent addicta.glo.in c.dilectiſſimis,uer.poſſidebant, 12. q.1.Sed(heu)improuidum parẽtem noſtrum,humanique totius generis protoplaſtum, quàm magnam is lapſu ſuo nobis omnibus perniciem attulit.Video quidem ex nobis, quaſi ex nobis, bonum ailquod prouenire non poſſe, niſi accedente diuinæ acceptationis clementia, iuxta illud,§ Iuſtitiæ noſtræ ſunt velut pannus menſtruatæ,§ Iſa.cap.46.ubi egregie inter cæteros Dionyſ. Carthuſ. At parentis noſtri peccatum illud amplius effecit, vt ne commonſtratis quidem nobis boni veſtigijs diutius inſiſtere poſſimus. Seruabatur ſub Apoſtolis Dauidicum illud.Pſal.33. § Inquire pacem,& perſequere eã.§ Atque hoc ipſo pacis prætioſiſſimo munere ſumma cum trãquillitate mundus perfruebatur, quod apprime inter cætera Seruator noſter ſuo quaſi teſtamento nobis reliquerat, iucũdiſſimis illis uerbis,atq; omni ſuauitate pleniſſimis; § Pacem

meam

meam do vobis, pacem meam relinquo uobis. § Io.14.Diutius tamen hoc perpeti non potuit antiquus ille ſerpens, malorum omnium ſator, inſidiatorque noſter aſſiduus, atque acerrimus humanæ naturæ hoſtis. Itaque auream hanc quietē Chriſti uitā, morteque partam, moxque etiā ſanctiſſima Apoſtolorum diſciplina aliquandiu retentam, vi omni atque conatu labefactare ſibi in animum induxit.

ARGVMENTVM.

Progrediente demum tempore, vitę communionem paulatim labefactari, ac loco prætij hæreditates a Chriſti fidelibus tradi cœpiſſe, diuerſaſque laycorum in viuendo ſectas exortas.

SVMMARIVM.

1 *Credentium ardor cœpit tepeſcere poſt Apoſtolorum obitum.*
2 *Non eodem iure habebantur omnes, qui ad Chriſti fidem conuenerant.*
3 *Initio a Gentilibus nihil aliud requirebatur, quàm ut ab immolatitijs Idolorum, ſuffocato & ſanguine abſtinerent.*
4 *Libertas, quæ primùm Gentilibus tantùm erat indulta, cauſam præſtitit, vt communis vitæ uinculum laxari cœperit.*
5 *Ceperunt loco prętii a Chriſti fidelibus tradi hereditates, & agri Epiſcopis, quoue tempore id initium habuerit. nu. 6.*
6 *Vrbanus I. floruit anno 224.*
7 *Nulla lege cogente hereditates & agri Epiſcopis tradebantur.*
8 *Laici in tres ſectas diuiſi.*
9 *Monozentes qui.*
10 *Anachoretæ qui: eorum uitę genus primus inſtituit Paul. Theb. nu. 11.*
11 *Sarabeytę qui.*
12 *Monachorum quorundam impium genus.*

Caput 3.

1 VIx dum Apoſtoli inter homines degere deſierant,† cum ecce priſtinus ille credentium ardor paulatim cœpit tepeſcere, ac pro communi illa quiete, diſcordiæ ac contentiones Diabolico
2 conſilio exortæ ſunt. † Cuius rei illa potiſſimum occaſio fuit, quod non eodem omnes planè iure habebant, qui ad Chriſti fidem conuenerant: ſi quidem ab ea multitudine, quæ ex alienigenis, & gentibus diuerſis confluebat, eccle-
3 ſia iam uſque ab Apoſtolorum temporibus, † nihil amplius expetebat, niſi ut ab immolatitijs idolorum, & fornicatione, ſuffocatis & ſanguine temperarent; Id enim pro ſtabiliendis fidei fundamentis, ac tollenda Gentilitatis inueterata conſue-
4 tudine expedire iudicatum eſt.† Fecit autem hæc libertas, quę non omnibus, ſed Gentilibus tantùm ea, quam diximus, ratione indulta eſt, vt Hieroſolymitanæ quoque Eccleſiæ perfectio contaminaretur; ſi quidem creſcente magis indies indigenarū ac aduenarum numero, eo paulatim res redacta eſt, vt non tantum in ijs, qui ad fidem Chriſti recens confluxerant, uerùm etiam in ijs, qui erant Eccleſiæ Principes, cōmunis antea vitæ uinculum laxari cœperit, ſic enim ſecum unuſquiſque ſtatuebat, nihil ſe magnopere, ac reprehenſione dignum admittere, ſi (quod gentibus conceſſum eſſe uidebat) retentis ſubſtantijs, ac facultatibus ſuis fidem Chriſti, confeſſionemque ſequeretur. Qua de re fuſius Caſſianus Chryſoſtomi Auditor in ſuis collationibus de vita, & origine Cœno-
5 bit. c.5.col.18.† Quo circa, ne latius ſerperet hoc malum, magiſque in dies ad diſcordiam animi incitarentur, hac ratione primùm tāto huic periculo occurſum eſt: ſi quidem communi ſacerdotum, atque adeo etiam fidelium omnium conſenſu magis probatum eſt, vt loco prætij, quod pro uenditis agris ſolui conſueuerat, hæreditates ipſæ, ac agri. Epiſcopis traderentur. Quod ipſum vt conſultius fore exiſtimarent, maxime ēt Ananiæ, & Zaphiræ exemplo perſuaſi ſunt, cum ſic mentiendi in poſterum omnis plane occaſio demeretur. Huic accedit, quod (vt inquit Vrbanus I. in c. ſcimus. ibi, & maxime, & c. uidentes, 13.q.1.) cautius erat agris ipſis potiri; Rectęq; ſummi illi Sacerdotes atque Leuitæ, & reliqui fideles animaduerterunt plus utilitatis conferre poſſe, ſi hæreditates & agri, qui uendebantur, Eccleſijs, quibus præſidebant Epiſcopi, traderētur; ꝙ ex fructibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus cō-
6 munem vitam ducentibus. † Quare anno a Chriſti natiuitate 224. agrorum Eccleſiæ tradendorum inualuit conſuetudo, quo tempore Vrbanus I. D. Ciliæ magiſter, & 18. a Petro Pontifex, ad Eccleſiæ ſedebat gubernacula. Quod & Onuphrius in ipſius vita adnotauit Hæc igitur diſtribuendarum in Eccleſia oblationū
7 ratio dum cęps inducta eſt, † Nec quiſquam tamen lege vlla lata ad huiuſmodi oblationes cogebatur, cum tantùm conſuetudini quicquid ſuper ijs fiebat, tribuendum eſſe Vrbanus idē

Anno Chriſti 224.

teſtatus reliquerit in c. videntes, ver. ceperunt, 12.q.1. cuius ex verbis facile colligere eſt eo uſque Chriſti fideles in communi vixiſſe, quamuis aliquod (vt paulò ante annotauimus) ſchiſma inter eos iam tū oriri cæpiſſet d.c uidentes, & c. ſcimus, 12.q.1. Ex qua ſola animorum diſſenſione tota hæc mutatio pro
8 fecta eſt. † Illud hoc in loco non eſt prætereundum, quod & ipſum eadem hęc diſſidia pepererunt, ijs enim factum eſt, vt laici, quorum antea eadem plane uiuendi ratio erat, in tres pau-
9 latim ſectas diſtincti fuerint.† Nonnulli enim, quibus Apoſtolicus adhuc feruor inerat, priſtinæ illius perfectionis memores a ſuis ciuitatibus diſceſſerunt, vt ab illorum conſortio, remouerentur, qui negligentius agebant, ac remiſſiore quodā (vt ita dicam) vitæ genere utebantur. Itaque ſecretiores quaſi latebras ſtudioſius quærentes in agris uitam ſimul degebant, atque ea, quæ ab Apoſtolis fœliciori illa ætate in vniuerſo eccleſiæ corpore quaſi componendo fuerant inſtituta, ſancte atque inuiolabiliter obſeruabant, neque a cōiugijs modo abſtinebant, ſed etiam aparentum atque mundi prope totius cō ſortio remoti erant, id quod uel ipſa uox perſpicuum reddit: ſi quidem non alia ratione, niſi quod ſolitariam vitam agerēt,
10 Græco uocabulo Monozentes appellati ſunt. † Præter hos fuerunt & alij, qui ne hoc quidē cōtenti, ſanctius adhuc quoddam ac longe perfectius vitæ ſibi genus inſtituerunt, quippe qui in eam cogitationem adhuc magis intenti nihil in hac hominum imbecilli, ac rerum humanarum uarietate eſſe tam expetendum, quàm vt terrenis omnibus deuictis cupiditatibus liberius cœleſtia cōtemplari poſſimus, id ſibi in animum induxerunt, vt ſpreta illa uictoria, quam bene etiam inter homines viuendo comparare potuiſſent, nobiliorem quendam in modum, ac quaſi comminus Dęmonibus congrederentur, internoſque illos animorum motus, quibus maxime uexantur, qui maxime ab hominum commercio plane omni ſe moti ſunt ſumma conſtantia in ſe ipſis cohiberent. Quocirca agrorum ac villarum ſolitudine non contenti, ad abditiſſimos eremorum receſſus penetrarunt, ibique per totum vitæ tempus permanſerunt. Beati illius nimirum Ioannis Baptiſtæ per illuſtre exemplum ſequuti, aliorumque item nonnullorū, vt Heliæ, & Heliſæi, de quibus Apoſtolus, § Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, errantes, & in montibus, & in ſpeluncis & in cauernis terræ. § Fuit hæc Ana-
11 choretarum origo, quos a ſceſſu uocatos palam eſt † Primuſque hoc ſibi uitæ genus delegiſſe fertur Paulus Thebanus ſub annum Chriſti 257. qui perſecutionis occaſione cupide arrepta, non vt impie quidam crimi- Anno Chriſti
nati ſunt puſillanimitatis vitio, ſed deſiderio ſublimio- 257.
ris profectus, in uaſtā Aegypti receſſit ſolitudinem, ibique orationibus ac diuinæ naturæ contemplationi aſſidue intentus ad centeſimum uſque annum fęliciſſime uitam per-
12 duxit. † Verùm vt primis ſecundi præſtiterunt; ita quoſdam fuiſſe reperio, qui ita uixerunt, vt uel a primorum illorum laude, quos diximus uocari Monozentes, plurimum abfuerint, atque hos Sarabeytas Aegyptia lingua dictos refert Caſsianus col.18.c.5.& 6. Aluarus Pelagi. de planctu Eccle. li.2.c.51. Cùm enim Ananiæ ac Saphiræ, quorum exemplum pleriſque aliquandiu terrori fuerat, paulatim memoria exoleuiſſet, cœpit
13 auaritia uel inter Monachos inualeſcere. † Quo factum eſt, vt multi ſolo Monachorum loco ac nomine contenti, id ſolum ſeruarent, ut ab hominum conſpectu procul viuerēt, etenim quibus uiuebant in locis, cellas ſibi multas, quas uocabant Monaſteria, conſtruebant, eoque neceſſaria omnia ſtudioſe comportantes, commodis ſuis apprime ſeruiebant. Ideoque nec ſenioris ullius regimen patiebantur, ſed ut libere pecunias poſſent acquirere ac diuitias vndecunque non alijs, ſed ſibi ipſis aceruatim congerere, ſuperioris plane cuiuſcunque imperium detrectabant. Hæc de Monozentium, Anachoretarum, ac Sarabeytarum ſectis hactenus dicta ſunt.

ARGVMENTVM.

Vitæ communis ratio quo primùm tempore exoleuerit, atque Eccleſiaſticorum reddituum in quatuor partes diuiſio facta fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Dyoniſius ſedit anno Chriſti 260.*
2 *Parochiæ amplificatæ, ac præsbyteris iterum diuiſæ, quibus cæmeteria fuerunt adiuncta.*
3 *Circa Sylueſtri primi tempora laici a communi vita cum clericis diſceſſerunt.*
4 *Syluester omnium primus ſanxit reddituum Eccleſiaſticorum quatuor partes eſſe faciendas.*
5 *Communis vitæ tempore, a pauperibus diuites non deſcernebantur.*
6 *Tertia Synodus Romana a Syluestro anno 328. celebrata.*
7 *Mira Dei prouidentia & benignitas erga Eccleſiam ſuam.*

Conſtan-

Source : BIU Cujas

8 *Constantinus a lepra mundatus, ac à Syluestro baptizatus Ecclesiarum ædificandarum Christianis licentiam præbuit.*
9 *De Constantini donatione, remissiue.*
10 *Decem grauissimæ persecutiones, quas catholica Ecclesia ante Constantini tempora passa est.*
11 *Nicæna synodus aduersus Arrianam hæresim sub Constantino magno coacta.*
12 *Germania venit ad fidem tempore, quo Asia & Aphrica defecerant anno Christi 200.*
13 *Morauia & Boemia ac Polonia anno Christi 1000. fidem susceperunt, quo tẽpore Asia minor & Syria Maumethanis spurcitijs infectæ sunt, ac Græciæ magna pars abscissa.*

Caput 4.

CVm magis ac magis in dies diuini spiritus aura
1 fœliciſſimè aſpirante Chriſtianorum numerus augeretur, ſubinde anno Chriſti 260.† Dyoniſius Ro. Pontifex poſt Petrum 25. Euariſti exemplum ſecu-
2 Anno Chriſti 260. tus,† Parochias Vrbis Romæ a ſe quoque auctas, & amplificatas denuo preſbyteris diuiſit, eorumque curæ, & cæmeteria adiunxit, vt martyrum ſepulturas tanto ipſi accuratius aſſeruarent: Nec propterea tamen dici poteſt redditus inter Epiſcopos, & Clerum antea cõmunes ab eo diuiſos, aut quę inter laycos Chriſti fideles, & clericos couſque extiterat, vitæ communionem ſuſtuliſſe. Hoc enim quantum ad laycos nullibi traditum eſt, quantùm verò ad clericos aliquo poſt temporis ſpatio conſtitutum fuiſſe le-
3 gitur.† Rectè autem coijcere mihi poſſe videor circa Syluestri primi Pontificis ſummi tempora laicos a cõmuni, cum clericis vita deſtitiſſe, cum uideam ipſius Sylueſtri de Eccleſiaſticorum reddituũ inter ipſos quo-
Anno Chriſti 315. 4 que ſacerdotes diſtributione decreta extare.† Is enim ſanxit, quatuor Eccleſiaſticorum reddituum partes eſſe faciendas, atque ex ijs vnam Epiſcopo, alteram Clero, tertiam pauperibus, quartam denique Eccleſiarum reſtaurationi eſſe applicandam, ideo autem tum pauperum, tum etiam clericorum hoc potiſſimum tempore habenda ratio fuit, quia dum fidelium communio uigebat, pauperibus optime cõſul-
5 tum erat;† quin vero nec a diuite tunc pauper dignoſci poterat, clericis pariter nulla dabatur occaſio, cur uel pro ſuis laboribus præcipuum aliquid haberent, cum quæ ad uictum erant neceſſaria ſingulis abunde ſuppeterent; At communione hac ſublata, pauperum ecce luctus, ac ſimul clericorum quæreiæ protinus exortæ ſunt. Itaque ſummus Eccleſiæ Pontifex Syluester, vt commiſſum ſibi munus ea, qua par erat, diligentia exequeretur, ac naſcenti latiuſque in dies ſerpenti huic malo in tempore remedium afferret, quatuor illas, quas dixi-
mus, partes conſtituit, tertia ſynodo Romæ coacta,
6 Anno Chriſti 328. †quam anno Chriſti 328. celebratam Onuphrius ẽt conſentit.† Operæpretium eſt hoc in loco ſummam Dei Opt. Max. prouidentiam animaduertere, tum & admirandam benignitatem, quia ille ſuam ſemper ecclesiam complexus eſt, ac tunc maxime, cum ad deſperationẽ res adducta videri potuiſſet. Priſtinus ille Chriſtianorum ardor cæperat iã tepeſcere, inter ipſos odia iam propè inualuerant, deſidijs ac contentionibus totum Eccleſiæ corpus quatiebatur, ita ut Chriſtianorum nomen paſſim omnibus deſpectui fore merito dubitaretur, cum ecce in hac tanta tempeſtate, ui uentorum vndique læuiente, duo illa ſalutaria ſydera fluctuanti Petri nauiculæ illuxerunt, nimirum Pontifex ille ſanctiſſimus, quem modo diximus, Sylueſter, item & magnus Cõſtantinus, quorum uterque Chriſtianorum Eccleſiam certa-
8 tim amplificauit, ornauit, illuſtrauit.† Cum a Syluestro Conſtantinus, lepra primum mundatus, mox & Chriſtianæ religionis ſacris initiatus eſſet, multa, variaque in Chriſtianã Remp. contulit ornamenta, edicto enim cauit vt pro ſolito quiſque Eccleſiam poſſet ædificare, ſummumque ipſum Pontificem ampliſſimis donis decorauit, ſeu potius quæ illa debita erant, quæque ipſe antea vt depoſita detinuerat non grauate reſti-
9 tuit.† Qua de re late Ionaras in principio Conſtantini Magni inter Bizantinas Hiſtorias, Iuo Carnutenſis Epiſcopus in ſuo decreto, titulo de prima. Roman. Eccleſ. c. 49. Gratianus cap. Conſtantinus 96. diſt. Auguſtinus Steucus de dona. Conſtantini contra Vallam, Platina in uita Syluestri, Reſtaurus Caſtal-
10 dus tract. de Imp c. 61. ac plerique tradiderunt.† Conſtat verò ante id tempus ſuperiorum Imperatorum, opera eorum, qui prouincijs præſidebant, Eccleſiam per annos plus minus trecentos uarijs fuiſſe uexationibus agitatam, quarum prima ſub Nerone fuit, ſub Domitiano altera, tertia ſub Traiano. Quartam M. Aurelio imperante furentium populorum ac præſidum culpa Chriſtiani perpeſſi ſunt; Seuero quinta tribuitur, ſexta Maximiano, ſeptima Decio, Valeriano Octaua,

Anno Chriſti. 56. 82. 100. 220. 224. 227.

Nonam omnium acerbiſsimam inſtaurauit Diocletianus ac maxime diuturnã, vtpote quæ ad duodecimum vſque annum protracta eſt. Quam mox aſperrima Maxentij Maximini, Licinijque tempora ſubſequuta ſunt: Quibus demum deuictis, necatiſq;, Conſtantinus optatiſſimam quietem uniuerſis Chriſti Eccleſijs, quæ in toto orbe Romano erant, non ſolùm attulit, ſed etiam optimis legibus, & ſanctio-
11 nibus† (coacta nimirum aduerſus Arrianam hæreſim Nicæna ſynodo) ſepſit, ac communiuit. Qua ex re facile eſt intelligere, quod diximus paulo ante, Deum ſummum, & optimum, Eccleſiæ ſuæ ſemper in tpe præſtò eſſe, & quod ex una parte Chriſtiano cultui ademptum videtur, ex alia reſtituere. Quod ipſum & a ſacrarum literarum peritis quandoque animaduerſum eſt, & quiſque optime perſpiciet, qui ad totam hiſtoriæ ſeriẽ, quæ ad res Eccleſiaſticas attinet, animum intenderit. Vix dum Iudæi diuino patrocinio ſe ſe indignos præſtiterant, cum ad verum Dei cultum ſe ſegentes contulerunt, atque ex ijs quoties natio aliquando defecit, alias atque alias ſubinde ſuggerere nunquam deſtitit diuina clementia, vt ſemper eſſet, quæ in
12 prioris deficientis locum quaſi ſufficeretur.† Itaque quo tpe Aſiæ maioris, & Aphricæ iacturam fecit Eccleſia, Germania, quæ ad illud uſque tempus in Idolatriæ tenebris quaſi cæcutierat, ad veritatis lucem ſe cõ-
13 tulit annum Domini circiter 200.† quãdo Aſia minor, & Syria Maumethanis ſpurcitijs fuerunt infectæ, Morauia & Boemia fidem Chriſti ſuſceperunt, & mox Polonia ſub annum Chriſti Milleſimum, ubi magna pars Græciæ ſe ab Eccleſia ſciderat. Quod late pieq; in primis Ioannes Ecchius inter ſuas homilias aliquando in medium adduxit, Homil 5. contra Turcam, in fi. prin. Tom. 3. ſic ergo, vt ad Conſtantinũ redeam, cum primum communis vitæ conſuetudo, ac Charitas ipſa cœpit diminui, poſt Chriſtianorum diſſidia, uariaſque clades ipſis illatas, tanta per Conſtantinum Imperatorem acceſſio Religioni Chriſti facta eſt, ut quantum ex priſtino illo charitatis ardore fuerat detractum, tantum ipſi authoritatis acceſſerit: cuius ope ij, qui iam ſponte minus parebant, legib. ac decretis, in officio, uel inuiti, retinerentur.

Anno Chriſti 233. 256. 286. Anno Chriſti. 669. Anno Chriſti 335. Anno Chriſti 200. Anno Chriſti 1000.

ARGVMENTVM.

Inter Clericos diutius, quàm inter laycos communis vitæ inſtitutum perduraſſe; licet clerici non eodem omnes modo, ſed alij alijs ſanctius perfectiuſque hanc communionem ſeruarint.

SVMMARIVM.

1 *Clerici manſerunt in communione, licet layci receſsiſſent.*
2 *Leuita quidam a D. Hieronimo reprehenſus, quòd propria poſsideret.*
3 *Clericus uictu, & ueſtitu contenti, debeant omnia habere communia.*
4 *Portio, quæ pauperibus præſtabatur, ad clericos non pertinebat.*
5 *Communis uita non eodem modo apud omnes clericos ſeruabatur.*
6 *Multi erant clerici, qui nedum fructus communicabant, ſed etiam rerum proprietates, idque ſeruabatur potiſsimum in Cathedralibus Eccleſijs. num. 7.*
8 *Cœnobia ab Apoſtolis originem traxerunt.*
9 *Canonici cœnobiorum tempore D. Baſilii.*

Caput 5.

CVm laycos preſertim attingunt, quæ proxime tradita ſunt, explicandum deinceps nobis eſt, num clerici, laicis ſecedentib. in eodem vitæ communis ſtatu permanſerint:
1 † Quod plane affirmandum eſſe crediderim; Plura enim ſunt, quæ huic coniecturæ (quando præter coniecturam nihil habemus in tanta rerum antiquiſſimarum obſcuritate) fauere admodum videntur: Tameſi etiam ſaris fortaſſe illud eſſe poteſt, quod ijdem, qui laycos a priſtina communione autumãt receſſiſſe, de clericis nihil tale affirmant; ac ne de ipſis quidem mentionem vllam faciunt. Sed maxime etiam hoc ratio confirmat, cùm auaritiæ motus illos, a quibus tota hæc laycorum ſeceſsio profecta eſt, non ita facile inter eos inaluiſſe credibi-
2 le ſit, qui diuino cultui ſeſe penitus addixerant.† Accedit inſuper D. Hieronymi teſtimonium, qui Leuitam aliquando quẽdam ſui temporis acriter increpauit, ꝙ propria bona obtineret; At certe ſi id paſsim licuiſſet, non ea is reprehenſione dignus fuiſſet. inquit ergo Hieronymus, † § Illi autem, nempe clerici, victu, & ueſtitu contenti, debent omnia habere communia, § cap. duo ſunt, 12. q. 1. Cum Hieronymo hac in re cõſentit Auguſtinus, qui clericos ſuos Hypponenſes, eodẽ hoc nomine

Source : BIU Cujas

nomine incuſat, ut ex ſermone ad populũ Hypponenſem 52. refert Gratianus in c.nolo, 12.q.1. § Qui habuerit proprium, vel habere voluerit, parum eſt, vt dicam, non mecum manebit. § Et paulò poſt, § Quomodo ergo cuicunque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerem clericatum ei? § Nec ſanè huic ſententiæ quicquam aduerſatur, quod ſupra diximus de Syluestri partitione, qui quatuor de redditibus eccleſiæ partes fieri ſanxit, atque ex ijs vnam clero, pauperibus alteram, tertiam fabricæ aſſignari, atque vnam ſibi epiſcopũ retinere; ſi quidẽ cum clericis ſua portio eſſet aſſignata, æquo illa iure, inter omnes ita diuidebatur, vt cuiuſque neceſſitatibus ſubueniretur. Nec propterea proprium aliquid quenquã habuiſſe concedimus, aut alium alio ditiorem, pauperiorem
4 ve extitiſſe.† Etenim portio, quæ pauperibus addicta erat, nihil ad clericos pertinebat, vt potè quibus aliunde, ut diximus, proſpectum erat; Verùm laycis præſtabatur, qui cum a generali illa fidelium omnium communione receſſum eſt, nihil proprium erant aſſequuti, vel certe non tantum, vt quotidia-
5 no victui neceſſaria parte poſſent.† Communis ergo vita inter clericos adhuc ſeruabatur, at non inter omnes eodem modo: cum enim paſſim a cæteris fructus tantùm communicarẽ tur; agrorũ verò proprietates, ſingulis peculiares eſſe poſſent;
6 † extitiſſe nonnullos legimus, qui ſanctiori propoſito, arctiori communioni, ſeſe ex uoto obligabant, ac præter fructus communicata etiam rerum ſuarum omnium proprietate eodem plures in loco uitam degebant. Quem morem ab Vrbani I. vſque ætate a nonnullis inſtitutum, c.ſcimus, & c.ſeq 12.q 1. Ad Auguſtini, Gregorij I. & VII. vſque tempora traductum fuiſſe multis in locis teſtatum reperio, c.nolo, c.certè, c. quia tua fraternitas, ea.q.& cau.c.quoniam, de vit.
7 & honeſt.cleri,† Quod ipſum vitæ genus in cathedralibus præſertim Eccleſijs ſeruatum fuiſſe, teſtis eſt Gulielmus Durandus, Speculator appellatus, li.6.de diuin. offic.de ſeptem dieb.poſt Paſca, num.6. ſæpiſſimè autem apud ſcriptores Eccleſiaſticos horum mentio reperitur, qui non ſolis fructibus, ſed rebus plane omnibus communicatis cõmuni loco uiuebant. Nec mirum; ſi quidem iam inde ab Apoſtolis, cœpit hoc inſtitutum, quod ſequentibus mox temporibus ab his modò, modò ab illis prout ſeſe offerebat occaſio, receptũ fuit; factũ eſt hoc a laycis, vt ſupra diximus, cùm de Anachoretis alijſque ſimilibus ſermonem habuimus: Fecerunt hoc pariter clerici, vt proxime diximus, mox etiam in poſterũ alios,
8 atque alios feciſſe legimus.† Hinc cœnobia inſtituta ſunt, quę propterea ab Apoſtolis traxiſſe originem facile conceſſero: illi enim de ſeipſis dicere ſoliti ſunt, ecce nos reliquimus oĩa, & ſequuti ſumus te. Quod & recte animaduertit Pet.Sot.de inſt. ſacerd.lib.2, Lec.2.& Franciſ.Turria.lib.5.aduer. Centuriat.p
9 Epiſtolis Pont.c.2.† Vbi & de Canonicis cœnobiorum meminit, ad quos D.Baſilius ſermones conſcripſit, eumque uiuendi morem, tempeſtate ſua in Garolitana, ſeu Garopolitana eccleſia fuiſſe ſeruatum atteſtatur. Hinc & variæ Monachorũ coitiones & regulæ exortæ ſunt, de quib. nos inferius, vt ſe ſe nobis offeret occaſio, varijs in locis agemus.

ARGVMENTVM.

Demum etiam inter clericos communionem ſublatã eſſe, ſed ita tamen, vt primò bonorum patrimonialium, deinde Eccleſiaſticorum diuiſio fuerit inſtituta, ac non Eccleſiaſticorum quidem omnium, ſed mobilium tantùm, cum rerum immobilium communio diutiſſime permanſerit.

SVMMARIVM.

1 *Temporalium rerum diuiſo a clericis non ſtatim tentata, & obtenta.*
2 *Chriſtianorum duo genera apud Hieronymum, clerici nimirum, & layci.*
3 *Quæ clericum vitæ ratio deceat.*
4 *Auguſtinus conceſſit clericis ſuis patrimonialium rerum proprietatem.*
5 *Hypocrita qui eſt, mortuus eſt.*
6 *In Concilio Agathenſi anno Chriſti 435. ſub Sixto III. conceſſum clericis, ut propria poſſent habere bona patrimonialia.*
7 *Poſt permiſſionem poſſidendi bona propria, clerus adhuc communem victum ex quarta parte habebat.*
8 *Simplicius I. ſedit anno Chriſti 467. qui quatuor partium diuiſionem approbauit.*
9 *Gelaſius I. anno Chriſti 494.*
10 *Non ſtatim atque clericis ex bonis Eccleſiaſticis proprium habere permiſſum eſt, beneficia fuerunt inſtituta.*
11 *Multò ante conſtitutionem beneficiorum cœperunt clerici decimas & oblationes habere.*
12 *Cœperunt clerici decimas & oblationes ut proprias habere, tertia parte Epiſcopis ſoluta, quod Taraconenſi Concilio primo fuit approbatum. 13.*
14 *Felix III. Gregorii magni atauus, ex familia Anitia, quæ Fregepanĩ poſtea fuit dicta.*
15 *Cathedraticum, præter tertiam decimarum, Parochi ſoluebant Epiſcopis in ſignum ſubiectionis.*
16 *Enthioniaſticum ſoluebant Epiſcopi, cum munus adminiſtrationis auſpicabantur.*
17 *Tertia decimarum a Parochis ſoluebatur, ut Epiſcopi ſarta tecta Eccleſiæ tuerentur.*
18 *Epiſcopi, ob negligentiam Eccleſiarum reparandarum, tertia decimarum priuati, ac decimæ integræ parochis dimiſſæ nu. 20.*
19 *Archipræsbyter uel Decanus ſolebant diſtribuere quartam pauperibus, vt fraudibus obuiaretur.*
21 *Decimarum tertia Epiſcopis reſtituta a Concilio Toletano 4. ſiue Eccleſia reparatione egeret, ſiue non.*
22 *Glo. opinio in c.de his, 10.q.1. exiſtimantis Epiſcopos ex parochialibus nihil vltra tertiam recipere ſolitos, reiicitur.*
23 *Intellectus ad c.de his, 10.q.1.*

Caput 6.

VIdimus inter clericos diutius aliquantò, quã inter laicos, retentam communionem: Verum quia, ne clericos quidem ipſos in ea conſtanter perſeueraſſe palam eſt, quo primùm tempore, hæc vitæ ratio ab ijs fuerit immutata indagare operæpretium eſt. Quod, quia neque ita protinus eodem tempore, neque quantum ad omnia bona factũ fuiſſe uideo, vt planius hoc totum aperiatur, de bonis primum patrimonialibus agemus. Demum veniemus ad bona Eccleſiaſtica, quæ cum noſtræ huius tractationis magis propria ſint, in
1 illis diutius non perſiſtere neceſſe erit. †Temporalium rerum diuiſionem, non eodem tempore, & tentam & obtentã eſſe reperio, ſed illud hac in re contigiſſe, quod & in alijs reb. vſu euenire ſolet, quas aduerſus Principes ac moderatores ſuos attentat multitudo, vt non niſi, poſt magnas diuturnaſque contentiones, voti demum illa ſui compos efficiatur. Huius contentionis teſtis eſt Hieronymus, qui a rerum propriarum cupiditate clericorum gregem his uerbis reuocare intendit, oſtẽdens, quæ illum vitæ ratio maxime conueniat, qui ſe clericum
2 profitetur.†§ Eſt autem, inquit, vnum genus, quod mancipatum diuino officio & deditum cõtemplationi, & orationi ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, vt ſunt clerici. Aliud verò genus eſt Chriſtianorum, vt ſunt layci, his licet tẽporalia poſſidere, § c.duo ſunt, 12.q.1. Quod ipſum & alibi idẽ
3 Hieronymus inculcat inquiens,† § Quod clericus quippiam aliud habuerit præter dominum, pars eius nõ erit Dominus: uerbi gratia, ſi aurum, ſi argentum, ſeu poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem, cum iſtis partibus non dignatur dominus fieri pars eius, c.clericus.eadem q.& c.§ Atque ibidem paulo poſt. § Sed quaſi Leuita & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens ab altaris oblatione ſuſtentor, habens uictum & veſtitũ,
4 his contentus ero, & nudus nudam crucem ſequor† Sed Auguſtinus haud diutius, multitudini acrius in dies id efflagitanti obſiſtendum ratus ſeſe illi aliquanto faciliorem præbuit. Is enim ſermone. 52. Hipponenſem populum ſic alloquitur, § Qui volunt habere proprium, quibus non ſufficit Deus, nec Eccleſia ſua, maneant vbi uolent, & vbi poſſunt, non eis aufero clericatum, nolo habere hypochritas. Malum enim eſſe qs neſciat? Malum eſt cadere a propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum, c.nolo, & c.certe, 12.q.1. § Et paulo poſt, § Dixerã enim, & ſcio me dixiſſe, quod ſi nollent ſuſcipere ſocialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum, ſed ſeorſum manerent, & ſeorſum uiuerent, quoquomodo noſſent Deo viuerent, & tamen ante oculos poſui quantum mali ſit a propoſito cadere, malui enim habere cæcos vel claudos, quam plange-
5 re mortuos,† qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. § Tandem verò, quia clerici profeſſioni non aduerſari iudicatum eſt q
6 propria quis bona obtineat, † apertius id clericis permiſſum eſt in Concilio Agathenſi. Quod ſub Sixto. III. in Gallis, Regnante Clodio, celebratum eſt anno Chriſti. 435. Theodoſio II. Orientis, Valeriano autem III. Occidentis imperium obtinente, quod & a Genebrardo in ſua Cronologia animaduerſum eſt. Eius Synodi uerba hæc ſunt, § Vt de rebus Epiſcopi proprijs uel acquiſitis, uel quicquid epiſcopus de ſuo proprio habet, hæredibus ſuis ſi uoluerit derelinquat, c.Epiſcopi, 12.q.1. Pet.Sot de inſt.ſacer.Lect.2. & Dom. Sot.de Iuſt.& iur.lib.10. q.4 art. 1. Proximum eſt, ut de bonis Eccleſiaſticis dicamus, quæ communicari ſerius deſiere. Vt enim clerici diutius in cõmunione, quàm laici permanſerunt, ita conſentaneum quodammodo fuit, ut bona Eccleſiaſtica diutius communia inter
7 clericos ipſos permanerent.† Itaque poſt illud quoque tẽpus, quo clericis proprium habere patrimonium permiſſum fuiſſe adnotauimus, maxime protractam reperio fuiſſe illam Eccleſiæ obſeruationem, vt ex quarta parte bonorum Eccleſiaſticorum, clero victus communis ſuppeditaretur. †, Videó enim Simplicium
8 quoque

Anno Chriſti 223. Anno Chriſti 590. & 1073. Anno Chriſti 435. Anno Chriſti 467.

Source : BIU Cujas

quoque I. anno Christi 467. eandem hanc distributionem
9 expressim approbasse,c.de redditibus,12.q.2. † Item & Gela-
10 sium I.anno Christi 494. c. uobis,& c.concesso, 12.q.2. † Verum quoniam eò tandem deuentum est, vt ex bonis quoque Ecclesiasticis liceret clericis proprium habere,cauendum maximè est,non statim tũc beneficia instituta: beneficij enim nomen tunc vsurpari cœptum est, cum pristina illa obseruatio
11 de quatuor partibus ab Episcopo faciendis exoleuit.† At multò ante cœperunt clerici tum decimas,tum & alia,quæ Ecclesiæ offerebantur,tanquam propria sibi retinere: subesse enim ratio videbatur, cur clerici iuste conquærentur, quod ea sibi epi uendicarent,quæ non epis ipsis seu cathedralib. Ecclesijs, sed Parochijs,quibus ipsi prœerant,obligata essent,cum prœsertim reparandarum Ecclesiarum non epis, sed illis ipsis onus incumberet,iustissimumque esse uideretur, vt quod cuiq; Ecclesiæ oblatum fuisset,in ipsius id reparatione impenderetur.
11 † Hoc ergo nomine obtinuere clerici, vt suæ quisq; Ecclesiæ oblata retinerent,uixque illud persuaderi potuerunt, vt decimarum atque oblationum tertiam partem episcopis persol-
13 uerent.† Atque hoc cum antea consuetudine receptum esset, tamen etiam expressim probatum est Taraconensi Synodo
14 prima,c.8. quæ anno Christi 482. coacta est † sub Fœlice III. illo,inquam, Foelice ex Anitia familia orto Fregepanum postea dicta,si Onuphrio credimus Gregorij Magni atauo. † Verùm quia sub hæc tempora Cathedratici mentio habetur, nempe sub Gelasio I. anno Christi 494. ex hoc colligitur rationabile fuisse iudicatum, vt ultra tertiam decimarum aliquid etiam Parochi in Ecclesiæ ac cathedræ principalis honorem persoluerẽt, ne decimas illi & oblationes proprio sibi iure vendicare viderentur. Qđ idem Gelasius cauit in c.nec numerus,in fi.10.q.3. & deinde Pelagius I. annum Christi circiter, 555. c.fi.11.q.3. † vt & contra epi Enthioniasticum honorarium tum largiebatur Ecclesiæ, cum munus auspicabantur,cuius Enthioniastici meminit Iustinianus Nouel. 123. sed
17 hoc obiter dictum sit.† Verùm in eo, quod de tertia decimarum dictum est,uariatum sæpe fuisse reperio: Nam quod diximus decimarum & oblationum tertiam epis Parochos concessisse,id ea conditione factum est,vt Cathedralium Ecclesiarum sarta tecta integraq; epi tuerentur.† Quare cum minus di-
18 ligenter id eos præstitisse compertum esset,ipsa tertia,quę hoc solo nomine ijs concessa fuerat, epi priuati sunt in Bracharensi Concilio 2.cap 2.sub Ioanne III. anno Christi 564. vt recte aduertit doctissimus ac diligentissimus Couarruuias de uet. collat. numisma. c. 2.nu. 9.† Nec mirum,si quidem legimus in Bra-
19 charensi Synodo 1. c.25. non absimili ratione cautum fuisse, vt non amplius epi,sed loco illorum Archipræsbyter, vel Decanus,quartam illam pauperibus destinatam distribuerẽt,reddita tamen epis ipsis ratione, vt fraudibus undequaque occurreretur:sicque vt ad tertiam decimarum reuertamur,† Pa-
20 rochi post secundum illud Bracharense Concilium hac ipsa tertia epis adempta, integras sibi decimas & oblationes retinebant. Vt tamen & ipsi in officio permanerent, suarumque Ecclesiarum reparationi incumberent, epis ipsis rationem
21 reddere iubebantur,c.placuit,ubi gl.uer.tertiam, 10.q.3.† At neque hoc semper postea obtinuit, si quidem demum Concilio 4. in c.unio, 10.q.3.anno Seruatoris nostri 631. sub Honorio I.hæc ipsa tertia epis restituta est,ac licet prœmoniti ipsi fuerint,vt sarta tecta Ecclesiæ diligenter seruarent, tamen tertiæ huiusce partis recuperationi nõ ea conditio adiecta est, cum vel si Ecclesia reparatione non egerit, tamen epis tertiam hanc
22 exigere sibique retinere concessum sit. † Quæ cum ita se habeant non passim assentiendum est Glossatorii in c. de his, 10. q.1.ubi in uer.parochialibus autem, præterquam quod tempora mirifice confundit,existimat etiam epos de Parochijs nihil ultra tertiam atque aliquando nihil ultra dimidiam percepisse;Immo enim præter decimas, & oblationes,quæ ad parochiales Ecclesias pertinebãt, bona omnia in eporum erant potestate,ita vt,quod de tertia epis soluta dictum est, ad decimarum tantùm oblationumque tertiam pertineat,vt liquidò apparet ex Concilio Bracharẽsi in c.placuit, 10.q.1.ubi de tertia decimarum tantùm habetur mentio, cum dicitur, solam illam epis permissam fuisse, reliquas uerò decimarum partes parochis relictas,vt ex ijs possent Ecclesias instaurare, quod & confirmatum est Aurelianensi Synodo prima, quæ sub Honsmida primo celebrata est anno Christi 514. c.16.& 17.10 c. omnes basilicæ, & c.nullus, 16.q.7.& c.de his,ibi, antiquorum Canonum statuta, 10.q.1.Quanquam illud satis argumenti est, qđ nihil hac in re immutatum reperiatur,arg.l.præcipimus, C.de
23 appel.l.sancimus.C.de Testa.† Turbauerat illud forsan Glossatorem,quod legitur in d.c.de his, uersi. antiquorum Canonũ statuta,ubi cauetur medietatem episcopos, aliam clerum accipere. Verum hoc accipiendum est, ut ad eas res pertineat, quæ altari episcopali offerebantur, id enim ex ipsius Concilij uerbis non obscure perspicitur si partium attendatur enumeratio.

ARGVMENTVM.

Porrò immobilium rerum communionem haud perpetuò mansisse, sed certis eas quoque possessoribus assignari cœpisse, ac præcipue religiosorum cœnobijs, quo in numero Anachoretæ, Monozentes, Sarabeytæ, atque id genus alij censentur.

SVMMARIVM.

1 *Res immobiles ad solos Episcopos pertinebant.*
2 *Res Ecclesiasticæ immobiles collegijs primum concessæ.*
3 *Cœnobia,& monasteria cur sic dicta.*
2 *Monastici ordinis origo unde primum fluxerit.*
5 *Anachoretæ, & Monozentes laici erant.*
6 *Monasticus ordo sub Totila a D.Benedicto in Occidente inclitus, quem in Aegypto D.Antonius,& in Orientali Ecclesia D.Basilius inclituerat, num.7.*
8 *Diodorus,& Eutropius Monachi illustres quo tempore floruerint.*
9 *Anachoretæ Monachi dicti sunt.*
10 *Anachoretæ in maxima hominum existimatione fuerunt.*
11 *Decani apud monachos sic dicti,quod denis præpositi sint.*
12 *Io.Cassianus claruit anno Christi 436.*
13 *Oratio,quies, & manuum labor,uti propria Monachis a Pelagio tribuuntur.*
14 *Monachus,qui non laborat, latroni comparandus.*
15 *Monachus quidam sexaginta annis neque risus, neque cum aliquo locutus.*
16 *Monachi olim sacerdotes non erant,sed ad aliquam Ecclesiam se conferebant,ut sacramenta perciperent, & missam audirent.*
17 *Monachi clericis ac parochis suberant,ac illis longe inferiores erant.*
18 *Cœperunt in monasteriis præsbyteri ordinari,non tamen poterant ad alienas Ecclesias accedere.*
19 *Monachus aliquando pastoris, & Doctoris officio functus.*
20 *Episcopus quidam a Gregorio reprehensus, quod liturgiam in monasterio celebrari prohibuisset.*
21 *Canonici primo dicti, quos nunc canonicos appellamus,a communi uita.*
22 *Canonicis res immobiles concessæ,ex quibus præbendas haberent.*
23 *Canonicorum duo genera,regularium,& non regularium.*
24 *Olim tota diœcesis Parochiæ nomine continebatur.*
25 *Romæ quarta pars reddituum clero distribuebatur, ac Roma.Pontificibus pecuniæ insuper aliquot clero extra ordinem erant elargitæ.*
26 *Deus dedit,nonnullique alii Rom.Pontifices clero nummos omnes uiritim distribuendos reliquerunt.*
27 *Consuetudo pecuniæ uiritim distribuendæ interrupta, ob alias expensas necessarias,iterumque restaurata sub Zacharia primo, num.28.*
29 *Rom.Ecclesiæ calamitas tempore Exarchatus Rauennæ.*
30 *Exarchatus Rauennæa Flo.Longino anno Christi 569. constitutus sub Ioãne Quarto:durauitque annos 221.nu.31.*
32 *Longobardorum Regnum sub Stephano Quarto defecit anno Christi 773.*
33 *Hadrianus I. Vrbis Basilicas,Titulos, & diaconias instaurauit.*

Caput 7.

HActenus de rerum Ecclesiasticarum proprietate ita diximus, vt ex tota hac nostra serie intelligatur
1 † res immobiles singulis clericis, at ne collegijs quidem proprias esse potuisse, sed ad solos
2 epos pertinuisse. † Verùm & hoc aliquando concessum est quod quidem hac occasione factum fuisse reperio: Etenim fuere nonnulli,qui cùm neque in abditos speluncarum secessus uolebant se recipere, nec tamen palàm in Vrbe, atque in hominum frequentia uersari, sed medium quoddam vitæ genus delegerant,vt in Vrbe quidem, sed ab hominum conspectu semoti,intra certa claustra se continerent;& cum certis legibus,& regulis,tum etiam senioris alicuius imperio sese omnes pariter subijcerent. Porrò his nullo iure denegari potuisse iudicatum est, quin certa prædia reliue alias immobiles possiderent,quarum redditus communem ipsis victum suggereret.Itaque institutum hoc probauit Iustinianus, ut eius Nouella 133. & confirmatum est Agathensi Concilio c.38.& Au
3 relianensi c.18.† Ac ea loca appellata fuere cœnobia de quib. paulò ante dictum est,a communione vitæ,verius quàm a solitudine, monasteria,quibus professionis huiusce uiri continerentur. Sed monachi appellationem nihilo secius hi retinuerunt, quòd ea conuersatio non multum adhuc abesset a solitudi-
4 ne: † Ex his quasi radicib. prima monastici ordinis origo pullulauit,qui mox latissime per uniuersas Christiani nominis regiones propagatus est. Obijciet fat scio mihi quispiam hoc in loco,

Source : BIU Cujas

loco, Anachoretas, Monozentes, Sarabeytas, quorum originem longe antiquiorē fuiſſe ſupra adnotauimus: Ab ijs enim potius monaſticum ordinem fluxiſſe non immerito quis dixerit, quod vt non prorſus inficior, ita nec prorſus affirmare
3 audeo. † Video enim fuiſſe illos laycos, at ex ſacerdotibus mo
6 naſticum ordinem conſtare. † Facilius conceſſero hunc ordinem, quem his temporibus, vt dixi, in Occidentali Eccleſia Benedictus inſtituit ſub Totila Baduilla, Gothorum Rege ſeptimo, anno Chriſti 542. Item & Maurus eius diſcipulus in Tranſalpinis præſertim regionibus dilatauit, ann. Chriſti 582. † Hunc,
7 inquam, ordinem, uel eius ſaltem veſtigia in Aegypto ab Antonij uſque temporibus extitiſſe anno Chriſti 357. Tum in Orientali Eccleſia Baſilij tempeſtate anno Chriſti 369. vtrunque eiuſmodi ho-
8 minum conuentus inſtituiſſe, neminem prēterit, † circa quæ tempora, inſignes illos duos illuſtreſque monachos floruiſſe Diodorum Gregorij Nazianzeni contemporaneum, anno Chriſti 372. Et Eutropium Hiſtoricum anno Chriſti 377. teſtis eſt in faſtis Onuphrius.
9 † Tametſi uerò inter monachorum ordines Anachoretæ non numerentur, tamen & ipſi monachi dicti ſunt: Quin & ex iis, qui Ordinibus erant addicti, nonnulli Anachoretæ fuerunt appellati. Quod adnotaſſe hoc in loco neceſſe fuit, ne cuiquam fortaſſe afferat obſcuritatē, ꝙ videat ſæpenumero ſcriptores Eccleſiaſticos promiſcuè his nomini
10 bus vſos eſſe. † Quicquid uerò ſit, ipſi quoque Anachoretæ in maxima fuerunt hominum exiſtimatione: vt Auguſtini, aliorumque teſtimonio oſtenditur: quorum uerba, ꝙ lectori non fore id ingratū exiſtimaui, libuit hoc ī loco ſubnectere. Apud Auguſtinum de moribus Eccleſiæ. c. 31. leguntur hæc uerba: § Quis non illos miretur ac prędicet, qui contemptis atque deſertis mundi huius illecebris, communem vitam caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregati ſimul ætatem agunt. viuentes in orationibus, in diſputationib. nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentra liuida, ſed modeſti uerecū di pacati concordiſſimam vitam, & intentiſſimam in Deum gratiſſimum munus illi offerunt, a quo iſta poſſe meruerunt? Nemo quicquam poſſidet proprium, nemo cuiquam onero ſus eſt; operantur manibus ea, quibus & corpus paſci poſſit, & a Deo mens impediri non ualeat. Opus autem ſimul tradunt
11 eis, † quos Decanos uocant, eō ꝙ ſint denis præpoſiti, vt neminem illorum cura ſui corporis tangat, neque in cibo, neq; inueſtimento, neque ſi quid aliud opus eſt, uel quotidianæ neceſſitati uel mutatę, vt aſſolet, valetudini: illi autem Decani cū magna ſolicitudine omnia diſponētes, & præſto faciētes quicquid illa vita propter imbecillitatem corporis poſtulat; rationem tamen etiam ipſi reddent vni, quem Patrem uocāt. § Pulchrè etiam de Anachoretis Io Caſſianus, collā. 18. lib. 5. ca. 36. qui tamen hoc nomine, vt & paulò ante admonui, monaſtico quoque ordini addictos cōplectitur: § Nonnulli uero § inqt, § cariſmata æmulantes meliora, in Sarabeytarum cōtemptum, ac confutationem, ſanctiſſimum quidem Anachoretarum genus inſtituere, eorum ſcilicet, qui in cœnobijs primum diutiſſimè commorati, omni patientiæ ac diſcretionis regula, & humilitatis pariter, ac nuditatis virtute poſſeſſa, atque ad purum vitiorum uniuerſitate conſumpta, diriſſimis cum Dæmonib. pralijs congreſſuri, eremi profunda ſecreta penetrare cœperunt. Quorum aliquos citra Nili fluminis alueum commoratos reperimus, deſertiſſimaſque terras, qui ab omni hominū penitus conſortio ſeparati, pane ſolo, qui eis, per certa temporum interualla afferebatur, & aqua cōtenti colloquio Dei, cui
12 puris inhærebant mentibus, incolebant. § † Caſſianus verò ipſe ab Auguſtini temporibus non longe abfuit; uixit enim anno Chriſti 436. ut Proſper in Euſebij chronica autor eſt. Vt autem Caſſianus, Anachoretarū nomine Monachos indicat, ſic alij ſunt, qui Anachoretas Monachorum appellatione complectūtur. Vnde Hieronymus ad Paulinum, § Si cupis eſſe quod diceris, Monachus, ideſt, ſolus, quid facis in Vrbibus, quæ non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. § c. ſi cupis. 16. q. 1. Vbi etiam Pelagius, c. præſentium, de ipſorum officio ita diſſerit,
13 † Vt hæc tria illis tribuat, nimirum orationem quietem, & ma
14 nuum laborem. † Hinc latroni comparandum eſſe monachū, qui non laborat, traditur in Hiſtor. Eccleſia. li. 8. c. 1. Huc ēt Iuſtiniani uerba nouel. 133. § Duabus, § inquit, § potiſſimum in rebus operam, & diligentiam reponere oportet Monachos, vt uel ſacris uacent Scripturis aut, quas manuarias uocare ſolent, artes Monachos decentes, meditentur, exerceantque: ſi quidem mens inerti otio detenta, haud quicquam ſane bonorum operum peperit. § Memoratu dignum eſt quod de his
15 Theodoretus ſcribit lib. 4. c. 28. † Monachum quendam ſexaginta annorum ſpatio neque locutum cum vllo, neque con-
16 ſpectum ſuiſſe. † Iam uerò ex his, quę diximus ſatis conſtat, nō illud neceſſario conſequi, vt qui monachi dicti ſunt, ijdem &
17 clerici fuerint, cum immo Anachoretas, alioſque ſupra numeratos, ex laycis cōſtitiſſe apud omnes exploratum ſit. Verum, quia illud ſequebatur incommodi, ut quoties illos ad eccleſiæ miniſteria contigerat accerſiri, monaſticum inſtitutum deſerere cogerentur; tum & illud, vt Sacramentorum percipiendorum nulla ipſis facultas eſſet, niſi proprijs e cancellis exeuntes ad ſacram ædem aliquam ſe conferrent, quæ alijs quoque vulgo patebat: uel ſacerdotem accerſirent, qui eis liturgiam, quā Miſſam uocamus, ſolemnē celebraret; quod a Monachis Scithiæ quoque factum fuiſſe D. Hieronymus refert in c. Hinc
17 eſt etiam, in fi. 16. q. 1. † Ideoque clericis ac Parochis ſuberāt, longeque illis inferiores habebantur. ca. a ſubdiacono 93. diſt.
18 c. generaliter, 16. q. 1. † Qua ꝓpter, vt hac ſe moleſtia liberarēt, cœperunt aliqui in Monaſterijs præsbyteri ordinari, quibus tū non ad aliēnas Eccleſias accedere, ſed in cœtu tantùm ſuo, Sacramenta miniſtrare cōcedebatur; Idque ſub Leone I. conſtitutum eſt anno Chriſti 440. vt ipſius indicat Epiſtola ad Cypri Epiſcopum Theodoretū, cuius meminit Gratian. in c. peruenit. 16. q. 1. Quod ipſum & alij mox renouarunt: ut enim de Iuſtiniano ſileam, qui feciſſe hoc legitur Nouel. 133. Extat hac in re Paſchalis ſecundi, aliorumque Pontificum approbatio c. 1. c.
19 peruenit. 16. q. 1. † Quo circa mirari non debet, qui forte reperiat, Monachum aliquando paſtoris ac doctoris officio functum ut legitur in Eccleſiaſtica Hiſto. libr. 8 capitul. 12. 1. part.
20 † Legimus etiam Gregorium, Epiſcopum quendam, eo nomine increpuiſſe, ꝙ liturgiam (quam Miſſam uocant) in Monaſterio celebrari prohibuiſſet, cap. Agapetus 16. q. 1. ubi & Bonifacius idem feciſſe legitur in c. ſunt nonnulli: Iam uerò quoniā hāc quaſi ſyluam ſumus ingreſſi, ut de ijs dicere exordiremur
21 qui in cœtus congregati, ſeorſum a cæteris habitabant, † Non ignorandum eſt, qui hoc vitæ genere utebantur, eos non oēs monachos fuiſſe. Fuerunt enim qui monachorum inſtar eundem locum ſimul plures incolebant, unoque omnes refectorio, & Dormitorio utebantur, qui a communi uita, quam ducebant, Canonici appellati, Canonici poſtea dicti ſunt. †
22 Atq; ij pariter (quod de Monachis ſupra diximus) res immobiles poſſidebant, unde ſingulis præbendæ ſuggerebantur. Extatq; hac de re Gregorij I. conſtitutio anno Chriſti 592. cap. quia tua fraternitas, 12 q. 1. & Eugenij I. anno 654 c. neceſſaria. 12. q. 1. eiuſque a Gregorio VII. facta approbatio, anno 1073. c. quoniam, de uit & honeſt. cler. quod ioi poſt glo. ſic accipiunt Hug & Archid. & cæteri interpretes frequentiori conſenſu. Huc ſpectant uerba illa Synodi Toletanæ quartæ cap. 23. § Ob hoc conſtituendum oportuit, ut ſi qui in clero puberes, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in uno conclaui atrij commorentur, ut lubricæ ætatis annos in diſciplinis Eccleſiaſticis agant, deputato probatiſſimo ſeniore, quem teſtem uitę ac magiſtrum diſcipli
23 næ habeant. § c. omnis ætas, 12. q. 1. † Horum duo genera extiterunt, unum eorum, qui præter communia bona, ipſi etiam ſinguli proprium aliquid obtinebant; qui, quoniam non certæ alicui regulæ erant addicti, non Regulares canonici dici poterant: ideoque paſsim ſimpliciter, Canonici fuerunt appellati. Alterum eorum, qui cōmuni uitæ, paupertatis inſuper votum adiunxerant. Vnde rebus omnibus relictis, præter quas in dies ex communi totius & cætus ſubſtantia ad uitæ ſuſtentationem percipiebant, diuino cultui ſeſe totos dicauerant. Et quia arctiori uitæ generi atque inſtituto erant addicti, Canonici Regulares dicti ſunt. His verò exceptis inter reliquos omnes, eandem, quam ſupra diximus, uiuendi normam adhuc ſeruabāt, ut ab epiſcopo, in cuius erant omnia poteſtate, cleri-
24 cis quarta communiter diſtribueretur; † Quò fiebat, ut tota plane diœceſis huius communionis ratione unius tantum Parochiæ inſtar obtineretur, uereque appellaretur. Vt in Concilio Toletano III. quod anno Chriſti 595. ſub Gregorio Magno coactum eſt, cap. Bonæ rei, 12. q. 2. Hac eadem loquendi formula uſus eſt Innocentius III. in c. Apoſtolicæ, de donation. At hoc certe non conueniret, ſi diœceſes in plura beneficia pluresque parochias fuiſſent iam diſtinctæ. †
25 Atque hoc quod ſæpius iam inculcatum eſt, quartam partem redditiuum Eccleſiaſticorum ab epiſcopo inter clerum diſtribui ſolitam, non dubito quin & Romæ a Pont. Rom. ſeruatum ſit. Illud tamen de Rom. Pont. amplius reperitur ex ipſis aliquot cum clero liberalius egiſſe, ac pecunias nonnullas, quaſi extra ordinem inter clericos diuiſiſſe, alioſque etiam, qui inter uiuos hoc non
26 feciſſent morientes id ipſum fieri mandaſſe. † Fecit hoc Rom. Pont. Deus dedit (hoc enim nomine uocabatur,) qui ſub annum Chriſti 515. ipſo mortis articulo nummos omnes clero uiritim diuidendos reliquit. Fecit autem hoc uiuus Bonifacius V. anno Chriſti 622. Idem feciſſe legitur Eugenius I. anno 654. Tū & Adeodatus anno 672. & Ioannes V. anno 685.
27 † Quòd uerò hæc conſuetudo diſtribuendarum in-

ter

Anno Christi 672. ter clericos pecuniarum non ita passim a reliquis omnibus Pontificibus seruata sit, sed sæpissime postea interrupta, id causæ fuisse arbitror, ꝙ summis ipsis Pont. maximarum quotidie expensarum necessitas imminebat. Ab hostiũ obsidione sępe Vrbs defendenda fuit, quandoque etiam muri reficiẽdi, aliaque prouidenda, quæ temporum illorum calamitas ferebat: Vt, cùm sub Gregorio III. Romanã Vrbem Longobardi hostili impetu adorti sunt.
28 † Verùm & intermissa hæc cõsuetudo, ita nõ prorsus sublata est: si quidem legimus post hæc tempora Zachariam I. anno Domini, 741. maximum donatiuum singulis præsbyteris fecisse. Templaque q̃ plurima restauasse, vt in uita Zachariæ, testis est Onuphrius. Quibus ex rebus omnibus facile intelligas diuisa adhuc beneficia minime fuisse. Idque sane rationi consentaneum est; quid enim in tanta rerũ perturbatione singuli clerici proprium obtinere, sibique defendere potuissent, cum uix possent id episcopi, qui auctoritate inter cæteros præstabant?
29 † Nemo est quem prætereat, quæ Rom. Ecclesiæ calamitas tunc præsertim extiterit, cum Fl. Longinus patritius Constantinopolitani Imperatoris nomine exarchatum statuit in Italia † anno Domi 569. cuius sedem Rauennę collocauit, sub Ioanne IIII. Alexandrino, cùm reliquiæ Italiæ partes sub Lon-
31 gobardorum ditione essent. † Itaque per annos 221. quib. ea dignitas in Italia decies terque a diuersis VV. CC. ac quandoque Imperatorum cubicularijs, obtenta est, nunquam Ecclesiæ suum obtinuit, sed misere semper uexata fuit. Nec sane magis quieuit, cum Aistulphus Longobardorum Rex Rauennã occupauit, ac Fl. Scholasticus eius Ciuitatis magistratum obtinuit anno Christi 715. sub Constantino I. Pontifice summo: circa quæ tẽpora, ea exarchatus dignitas exoleuit, sub Leone
32 IIII. anno 751. † Verum cum tandem, capto Longobardorũ Rege Desiderio anno Christi 773. sub Stephano IIII. Longobardicum Imperium Francorum uirtute defecisset: idem & Francorum Regno, & uniuersalis Ecclesiæ quieti securitatiq; initium fuit. † Itaque pacatis iam Ro. Ecclesiæ rebus, legimus Hadrianum I. circa ea tempora omnes ferme Vrbis Basilicas, templa, Titulos, Diaconias, Monasteria, Oratoria, cęmeteriaque, partim restituisse, partim a solo ædificasse, vt in eiusdem Adriani uita Onuphrius animaduertit.

Anno Christi 685.

Anno Christi 731.

Anno Christi 741.

Anno Christi 751.

Anno Christi 773.

Anno Christi 772.

ARGVMENTVM.

Apud quos primùm peculiares, cuiq; clerico redditus cœperint assignari, & quo primùm tempore beneficiorum, tũ & commendarum vsus fuerit inductus.

SVMMARIVM.

1 *Parochis cœperunt peculiares redditus, præter decimas, assignari in Germania primùm.*
2 *In Vormatiensi Synodo statutum, vt quisque præsbyter mansum iugerum duodecim haberet.*
3 *Portio quæ cuique competebat, cœpit dici beneficium de rebus Ecclesiæ.*
4 *Beneficij Ecclesiastici mentio primùm in Concilio primatiali Moguntiaco habetur.*
5 *Antinomia ex Moguntiaco & Vormatiensi Concilijs, dissoluitur nu. 6.*
7 *Vormatiense Concilium Moguntiacum præcessit.*
8 *Congiarium clero a Rom. Pontificibus præstabatur.*
9 *Congiarii duo genera.*
10 *Panes honorarii hodie qui.*
11 *Clerici præter congiarium habebant certos redditus.*
12 *Gregorius 4. omnium primus statuit, ut quæque Ecclesia suos redditus haberet, ex quibus clerici uiuere possent.*
13 *Beneficiorum prima institutio sub Gregorio 4.*
14 *Commendæ in gratiam commendatariorum a Leone 4. institutæ.*
15 *Statuit Leo neminem plures, quàm duas Ecclesias habere posse, unam in titulum, alterum commendatam.*
16 *Antinomia ex Concilio Triburiensi dissoluitur, nu. 17.*
18 *Argumentum a lege correcta sumi potest.*

Caput 8.

IAm verò, vt institutum narrationis cursum prosequamur, atque ad eum, quẽ nobis proposuimus, scopum paulatim rem deducamus. Video post hæc tempora protinus beneficiorũ
1 quædam quasi gemina pullulare cœpisse; † si quidem opera præstantissimi Regis Caroli, vt paulò ante memorauimus, pacatis Reip. Christianæ rebus, auctisque ecclesiarum bonis, peculiares quidam redditus præter decimas, cœperũt parochis assignari, idque in Germania præsertim factũ fuisse legitur sub Leone III. anno Christi, 796. vt est in Vormatiensi Synodo ca. 50. & in c. sancitũ
2 est, 23. q. 8. ubi ita constitutum fuisse traditur, ut singuli præsbyteri mansum iugerum duodecim haberent. Quod ipsum probasse etiam uidetur Synodus Arelatensis annum circiter octingentesimum celebrata, dum his uerbis utit., § Quicunque beneficiũ de rebus Ecclesiæ habuerit ad sarta tecta curanda teneatur. § Beneficium, inquit, de rebus Ecclesiæ, non autem Ecclesiasticũ.
3 † Qua ex re licet intelligere non Ecclesiastica bona omnia beneficium comprehendisse, sed de bonis Ecclesiæ portionem aliquã beneficiarium habuisse, ac non omnes certos tantùm aliquos parochiæ redditus, ut puta Mansum, percepisse. Quod ipsum ex eo etiam colligitur, quia ea quoque
4 tempestate quatuor partes facere episcopi iubebantur. † Tandem uerò profecta reddituum omnium assignatio parochis facta legitur in Concilio primatiali Maguntiaco I. cap. 7. & 47. circiter annum Christi 813. cuius verba referuntur in cap. 1. de Ecclesijs ædifi. § Quicunque inquit, Ecclesiasticum beneficium habẽt, omnino adiuuent ad tecta Ecclesiæ restauranda, uel ad ip-
5 sas Ecclesias emendandas. § † Sed hic forsam aliquis obijciet in Concilio Varmatiensi, quod Maguntiacum est subsecutũ de redditibus Ecclesiasticis in quatuor partes diuidendis mentionem haberi, siquidem c. 7 leguntur hæc uerba, § De redditibus uerò Ecclesiæ, & de oblatione fidelium, quatuor fiant portiones, quarum unam sibi retineat episcopus, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiã pauperib. & peregrinis, quartam Ecclesiasticis fabricis nouerit reseruandam. § Quibus ex uerbis liquidò constare uidetur, ad illud usque tempus nullam reddituum distinctionem fuisse fa-
6 ctam. † Sed tamen hoc obiectum nõ admodum mouere nos
7 debet, neque enim pro comperto illud habetur, † Maguntiacum Concilium Vormatiense præcessisse; cum immo is qui Concilia in ordinem redigit, Vormatiensis illius Synodi tempus ignorari asserat. Ideoque in eum locum nonnulla cõgeri Concilia, quoniam sub Carolo Magno multa leguntur fuisse coacta, quæ tamen quo ordine disponi debeant, ignoretur, ita ille. Nos uerò, ni fallor, uerius affirmare possumus, Vormatiense Concilium præcessisse, quod ut probabilius existimem, hæ faciunt coniecturæ. Primum enim Vormatiense Diœcesanum fuisse non ignoratur, Maguntiacum prouinciale, prouincialia uerò non quotannis, vt diœcesana, sed tertio quoq; anno celebrabantur, præcessisse autem uerisimilius est, quod & citius, & sæpius fieri consueuit, quodque etiam ob minorem illorum numerum, qui in eo interueniũt, facilius cogi potuit. Accedit præterea in solo Maguntiaco Concilio beneficij Ecclesiastici nomen usurpari, si quidem in Arelatensi dicitur beneficium de rebus Ecclesiæ; in Vormatiensi, Mansus appellat, c. 50. Tom. 2. Quare omniũ illud postremum esse credibilius est, ꝙ ijs utitur nominibus quæ postremo inualuisse, passimq; hodie usurpari non ignoramus. Hæc, ut dixi, in Germania primum obtinuerunt. Romæ uerò, quid hac in re seruatum sit, quoniam longiorem progressionis seriem Romanorum habuit obseruatio, aliquãto plenius explicandum uidetur.
8 † Circa hæc tempora, quibus in Germania præter portiones cœperunt assignari, seu Mansus, seu beneficia de rebus Ecclesiæ, siue alio quocunque nomine appellentur, non nisi congiariũ
9 Romæ a Sum. Pontificibus datum reperitur. † Congiarij uerò duo fuisse genera accurate ij docent, qui Reip. Rom. commẽtaria scripseruut, VVolphangus latius, lib. 4. fol. 550. Alterum in pecunia consistens, a congio quod certæ mensuræ uas est nuncupatum. Alterum uerò munus est, quo populũ princeps afficere consueuit, de quo meminit Herodianus in hęc uerba. § Postea verò quàm in Templum Iouis ingressus est, omniaq; sacrificia de more peregit, reuersus in Palatium magno congiario populum Romanum uictoriæ nomine prosecutus est, & nummos militibus largitus est. § In hunc sensum nos congiarium accipimus, cùm dicimus illud a Sum. Pont. clero dari
10 solitum fuisse, dabant enim quandam uictus portionem; † nõ secus atque hodie panes illos, quos vulgo honoris panes uocamus, de quibus fusè Gomes. in regu. de impetran. benefi. uacan. per obi. famil. Card. q. 13. col. antepen. & pen.
11 † Quod cum ita se habeat, eò ipse feror coniectura, ut temporibus illis, quibus congiarium clericis persoluebatur, haberent ipsi insuper certos redditus singulis peculiariter destinatos, ex quibus si necessaria ad uictum non prorsus suppetebant, quasi supplemento congiarium erat, ita, ut clericis tunc quoque non minus prospectum esset, ac cum sua ipsis quarta iam olim erat assignata. id uero ita esse ex eo facile intelligitur, quia nisi pprios tunc clerici redditus habuissent, congiarium ipsis haud quaquam satis esse potuisset. Contra uero fuisse sane superuacaneum, si adhuc ex bonis omnibus Ecclesiasticis quarta pars

clero

Anno Christi 796.

Anno Christi 800.

Anno Christi 813.

Source : BIU Cujas

clero fuiſſet deſtinata. Congiarium inter alios ſoluiſſe legitur Paſchalis eius nominis primus, anno Anno Chriſti 818. 12 Chriſti 818.† Decẽ uerò poſt annis Gregorius IIII. clericis plenius proſpexit, curauitque ſuos quamque Eccleſiam habere prouentus, ex quibus uiuerent ſacerdotes, ne illi præ inopia (forte enim ab epiſcopis debita ſibi portione fraudabantur) quæſtui ſe dedere, ac diuinum cultum deſerere cogerentur: quod Anno Chriſti 828. 13 & Platina iu eiuſdem Gregorij uita adnotauit.† Hãc primam fuiſſe puto beneficiorum inſtitutionem, vel ſaltem eorundẽ vſuram inſtitutorum confirmationem: poſtquam tamen congiarium adhuc pręſtitum fuiſſe uideo, ut a Leone IIII. anno Chriſti 847. Vnde intelligitur id qđ diximus paulò ante, fuiſſe Congiarium quoddam veluti ſubſidium extra ordinem, cuiuſmodi ſunt hodie quos honoris panes uocamus.† Præter ipſa 14 verò beneficia, commendarum quoque uſus in gratiam commendatariorum eiuſdem Leonis temporibus inductus eſt. 15 Nam beneficijs inferioribus ita Leo cauiſſe legitur.† Nimirum, plures Eccleſias, quàm duas habere poſſe, vnam in titulum, alteram verò commẽdatam, c. qui plures, 12. q. 1. Rebuff. in prax. benefi. c. de commen glo. 7. nu. 6. poſt Ruger. in trac. de commen. q. 1.† Non eſt hoc in loco prætereundum, videri 16 nobis hac in re aduerſari, quod in Triburienſi Concilio diſerte traditur, quatuor de redditibus Eccleſiaſticis faciendas eſſe partes, ex ijſque vnam clero tribuendam, quod ſanè neceſſe non fuiſſet, ſi iam clericis ſui redditus ex quibus uiuerent fuiſſent aſſignati. Neque uerò dici poterit Concilium Triburienſe Leonis conſtitutionem anteceſſiſſe, cùm perſpicuum ſit, longe poſtea coactum illud fuiſſe, nimirum ſub Formoſo primo, Imperante Arnulpho circiter annum Chriſti 895. licet Triburiense alterum Concilium fuerit antea celebratum anno 811. quod cùm Arelatenſis & Maguntiaci tempora propius tetigerit, mi- Anno Chriſti 895. 17 nime ab ijs diſſonare exiſtimandum eſt.† Verùm ad hoc reſpondeo, eos qui ita argumentantur, falsò illud ponere, quod affirmant, Triburiense Concilium quatuor partes fieri præcepiſſe, neque enim is ſanctæ Synodus ſenſus fuit, ſed cum laycos ad decimas perſoluendas patres hortarentur, ab anteriori illa lege, quantumuis exoleta argumentantur, quæ quatuor partes ideo fieri præcipiebat ut eſſet unde pauperib. ſubueniri & Eccleſiæ reparari poſſent; quæ ratio adhuc uigebat, licet quatuor partes non amplius fierent, ſed bona clericis aſſignata realiter (vt ita dicam) a reliquis bonis diſtinguerentur.† Nec ſanè nouum apud nos eſt argumentum a lege cor- 18 recta ſumi poſſe. c. quicunque 11. q. 1. iuncto. c. nouit. de iudic. vbi Doct. & Glo Hoſt. Io. Monach & Gemin. in cap. 1. de reſt. ſpol. in 6. uer ſubſtantia. Butr. Card. Imo. Abb. & Fely. in glo. 2. c. 1. de conſti. Faber. & Aret & alij Inſt. de teſta. in princip. ubi Thobias Nonius latiſſime, num. 45. cum multis ſeq. Huc accedit, non œcumenicam, ſed diœceſanam eam Synodum fuiſſe: quo fit, ut ab unius diœceſeos inſtituto non rectè argui poſſit, quatuor partium diuiſionem apud omnes tum fuiſſe ſeruatam. Atque, ut paucis complectamur, quæ fuſius a nobis to to hoc capite tradita ſunt, uidimus in Germania primùm de rebus Eccleſiæ beneficium Parochis tribui cœptum. Iudque etiam alio nomine, Manſum, fuiſſe nuncupatum, ac Romæ congiarium, ea tempeſtate præſtari ſolitum: Vidimus & apud eoſdem Germanos miſſo manſo, plenius beneficia fuiſſe erecta: Moxque etiam Romæ ſub Gregorio IIII. Leoneque itidem quarto nedum erecta fuiſſe beneficia, ſed & commẽdas inſtitutas, retenta tamen adhuc congiarij præſtandi conſuetudine, quæ tamen ipſa haud multo poſt obliterata eſt.

ARGVMENTVM.

Beneficij Beneficiariorumque nomen unde fluxerit, ac quàm multa templa, quibus hodie præficiuntur Beneficiarij, Idolorum fuerint antiquitus domicilia.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij nomine, ea omnia comprehenduntur, quæ illius eccleſiæ ſunt, cui quis præficitur.*
2 *Beneficium dicitur, nedum quod benefice præſtatur, ſed actio ipſa quoque benenola.*
3 *Beneficiarij milites olim dicebantur ij, quibus prædia, ſeu fundi limitrophi aſſignabantur.*
4 *Beneficiarii non eadem prorſus ratione hodie appellantur, ac olim milites beneficiarii, & in quo conueniant, nu. 5.*
6 *Beneficiarii noſtri temporis nedum in nomine, ſed in templis Gentilium ſuccedere.*
7 *Quænam templa Vrbis Romæ idolis olim dicata, ſub Sanctorum nomine uenerantur.*
8 *Eccleſia ſanctæ Crucis in Hieruſalem, Veneri, & Cupidini antea dicata.*
9 *Templum inſigne omnium Deorum ab Agrippa extructum, hodie ſancta Maria Rotunda nuncupatur.*
10 *In Diocletiani Thermis inſigne templum Beatæ Mariæ Angelorum a Pio IIII. extructum.*
11 *Redditnum eccleſiaſticorum originem, cur auctor perquiſierit.*

Caput 9.

ANteà, quàm de Beneficijs ea dicamus, quæ ſcitu neceſſaria eſſe ducimus, operępretiũ eſt paucis aperire, qua ratione huic ipſi reddituum aſſignationi, cuius originem paulò ante indicauimus, nomen hoc inditum fuit, ut beneficia Eccleſiaſtica appellarentur, diximus enim, ita tuliſſe vſum loquendi, vt qui antea Manſus dicebantur, mox dici cœperunt Beneficia de rebus 1 Eccleſiæ, ac demñ beneficia Eccleſiaſtica.† Quo nomine paſſim cuiuſque Eccleſiæ, cui quis præpoſitus fuerit, bona omnia canones complectuntur c. 1. de Eccleſ. ædifi. c. Beneficium, de reg. iur. in 6. c. cum ſecundum, de præb. Habemus hac in re grauiſſimi uiri Senecæ teſtimonium de beneficio. ca. 34. & lib. 3. c. 8. & 19. & lib. 5. c. 9. 10. & 20. quibus in locis aſſerit, Beneficij nomen ſermonis penuria ad hunc ſenſum tractum fuiſſe; 2 † putatque ipſe non modò quod benefice præſtatur, ſed illam ipſam quoque beneuolam actionem per quam alicui benefit, recte communi hoc nomine beneficium appellari. Hinc porrò 3 beneficiarij dicti ſunt, & obtineant beneficia;† quemadmodum & antiquitus milites beneficiarios dici ſolitos non ignoramus, quibus prædia, ſeu fundi (ut uocant) limitrophi, ob eorum merita tribuebãtur, vt in ti. paſſim. C. de fund. limitroph. 4 lib. 12. ibique Lucas de Pen. in rubr.† Quamuis non eadẽ prorſus ratione & hi, & illi beneficiarij a beneficio nomen traxerint, ſi quidem milites beneficiarij ideo dicebantur, & tradito ſibi beneficio abſolute frui poſſent; clericos uerò propterea dicimus beneficiarios, & beneficia regant, & adminiſtrent. Quo fit, ut illa ipſa, quæ regutur paſſiue beneficia Eccleſiaſtica, vſurpentur, arg. eorum quæ tradit gloſſ. in Auth. ut ſponſal. largit. 5 † At in eo certe conueniunt noſtri clerici cum militibus beneficiarijs, & ut illi temporali, ita hi ſpirituali bello ſeſe exercent, atque vt illis iam emeritis, pro beneficio certi fundi tanquam proprij addicebantur, ita his redditus Eccleſiaſtici tunc demũ aſſignantur, cum ſpectati mores ac doctrina bonis omnibus 6 eos probauerint.† Conſentaneum uero certe fuit, vt non tantum a temporalibus Ethnicisque militibus ſpirituales hi noſtri milites beneficiariorum nomen aſſumerent, ſed etiam illis ipſis phanis, templiſque præficerentur, quæ prius Diaboli, Idolorumque, fuerant domicilia; at ex hoc etiam apertius intelligeretur fortem illum armatum, qui tandiu quietè uniuerſi terrarum orbis dominatum obtinuerat, adueniente demum alio longe ualentiore, deuictum proprijſque e ſedibus eiectum eſſe. Itaque non ſine maxima Dei ſummi & opt. prouidentia factum eſſe exiſtimandum eſt, vt quæ Vrbs idolatriæ caput extitit, in ea potiſſimum ueræ religionis firmiſſima iacta fuerint fundamenta. Quin uero ijs ipſis in locis, quæ inaniſſimis ſuperſtitionibus, ac teterrimis Idolorum cæremonijs erant deſtinata, ueri nunc Dei, Redemptoriſque noſtri ſanctiſſimum nomẽ 7 inuocetur, celebretur, excolatur.† Nemo eſt enim, quem prętereat, tum alijs quàm plurimis in locis, tum præſertim in hac fœliciſſima Vrbe, ex uarijs Idolorum phanis multas Eccleſias factas, pulcherrimaque ædificia, quæ antiquus ille Serpens, diuinæ laudis æmulus, maximis impenſis ſibi extrui curauerat, 8 rite mox Deo fuiſſe conſecrata.† In hoc numero eſt Eccleſia ſanctæ Crucis in Hieruſalem, iuxta fines Cœli montis, quam Veneri, ac Cupidini antea erectam, Conſtantini mater uero cultui dicauit ſacroque Crucis titulo inſigniri iuſsit. Videmus etiam Diui Andreæ nomine celebrari Eccleſiam, quam olim ex uoto poſt uictoriam de Sabinis partam Statori Ioui a Ro- 9 mulo extructam fuiſſe legimus.† Non ſecus magnificentiſſimum illud templum ſpherica forma compactum, quod vulgo Rotundam uocamus, in gratiam Idolorum initio conſtructũ eſt, ſi quidem Cybelæ Deorum matri, cæteriſque omnib. Dijs dicatum fuit: qua ratione Pantheon appellatum eſt, moxque huic Agrippa præter porticum mira impenſa extructũ, aliud inſuper templum a tergo iunxit Bono euentui ſacratum, & illud quidem tam exiguum, ut præ magno illo cui iũctum erat, quaſi terra cœlo ſubiecta uideri poſſet, in quod ueluti in inferiorem hunc Terræ globum bonos euentus Dij cœlitus dimitterent, nimirum a ſuperioris illius auguſtioriſque templi plaga, quod tanquam cœli formam præſeferens, ac cęlitibus dicatum, cęlitum ipſorum domicilium uideretur. Fuit deinde tota hæc moles Beatæ Virginis, Martirumque omnium cultui dicata, ut pro inani Cybelæ nomine, Virgo Beatiſsima, ac pro falſis Gentium Dijs, ſanctiſſimi Martyres ſalutarius inuocarentur, quibus propterea Bonifacius IIII. Anno Chriſti 608. Phoca imperante, certam diem ſtatuit Kal. Nouẽb. quam ſolenniter celebrari iuſſit, ſubinde uerò Gregorius

gorius IIII. insigni huic templo honoris hoc addidit, vt non Martyrum tantùm, sed Sãctorum omnium titulo illud ipsum
10 decorandum existimarit. Postremò (vt cæteras omittam) † in Exquilijs hodie Ecclesiam & uetustate & magnitudine insignẽ conspicimus intra ipsas Dioclitiani thermas, quæ a
Anno Christi 1561. fæ. re. Pio IIII. Beatissimæ Virgini dicata est, & vulgo sub titulo S. Mariæ Angelorum celebratur; erectumque ibidem est Carthusiẽsium Monachorum cœnobium; vt quo in loco Idolothitarum cõmunia erant lauacra, ibi nunc ad communem omnium salutem Eucharistiæ sacrificium a ueris religionis cultoribus. omnique labe mundatis, vero ipsi Deo quotidie offeratur. Quo circa in templi ipsius altari desculptum legitur distichõ, quod qualecunque sit, libuit hic adscribere.

Quod fuit idolum, nunc templum est Virginis, Author
Est Pius ipse pater, Dæmones aufugite.

11 Satis † iam intelligi posse arbitror, non temere nos quasi ab ouo exordientes, primorum sacerdotum instituta indagasse: hunc enim scopum nimirùm spectauimus, vt quomodo ex redditibus Ecclesiasticis constituta demum fuerint beneficia, tota ipsa antiquitatis serie ante oculos proposita, dilucidius aperiremus: quod ipsum vel si alij tetigerint, ut Præpositus Alexandrinus in c. 1. 44. dist. Feltren. in tract. an sacerdo. temp. qona possid. Pet. Sot. de inst. sacer. lectio. 2. tamen, quia parcius ipsi nonnulla tradiderunt, quæ cognitu necessaria, ac non iniucunda nobis uisa sunt, aliquanto nos latius totum hoc argumentum dilatauimus.

PARS SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ecclesiasticarum gradus personarum inter se distingui, atque ordinem in ijs certum institui, quàmmaxime decuisse.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticarum personarum varia conditio.*
2 *Clerici in minoribus Ordinibus constituti.*
3 *Monasteria virorum, ac mulierum.*
4 *Præsbyteri.*
5 *Sacerdotes seculares monachis sunt præferendi.*
6 *Vni personæ quantumlibet exercitatæ, duarum rerum officia eodem tempore committenda non sunt.*
7 *Tot beneficiorum genera constituenda erant, quot sufficerent ijs, qui Ecclesiæ inseruiunt.*
8 *Hierarchia cælestis in supremam, mediam, & infimam diuiditur.*
9 *In veteri lege erat ordo Patriarcharum, Prophetarum, Sacerdotum, & Pontificum, quine in us ordinibus primi omnium fuerint.*
10 *Sub Christo saluatore nostro fuit ordo Discipulorum, Euangelistarum, Martyrum, ac Apostolorum.*
11 *Gentilium ritus ad confirmationem nostram allegare licet.*
12 *Apud Romanos distincti erant sacerdotes, ab ijs, qui sacra exercere dicebantur.*
13 *Pontifices quatuor ex patritijs, & quatuor ex plebe Numa creauit.*
14 *Pontifex maximus cæteros omnes re & nomine antecellebat.*
15 *Rex sacrificulus quis.*
16 *Flamines Diales.*

Caput 10.

1 EOrum, † qui diuino cultui mancipãtur, varia conditio est. Quamuis enim ad vnum, eũdemque finem omnes tendant, per diuersas tamen alij ab alijs semitas incedunt, ita vt ex eo-
2 dem pietatis veluti fonte plures riuuli scaturiant. Sunt † qui nec uxorum consortio iungi velint, nec propterea tamen maioribus (quos uocant) Ordinibus curant initiari, sed clericali tantùm charactere insigniri solis minoribus susceptis Ordinibus, ut ad sacros ipsos Ordines hac ratione præmuniãtur. His, vt ad Dei Optimi Maximi cultum magis commoueantur, nõ debuit Ecclesia facultatum Ecclesiasticarum retẽtionem omnino prohibere. Quare illis præstimonia, altaria in Ecclesijs,
3 Capellanias, portiones, siue mansiones permisit. † Sunt etiam, qui sacratissimam Domini nostri Iesu Christi passionem, nuditatem, angustias, labores, erumnasque meditãtes, in zelo Religionis afficiuntur, ut nec illis Clericos esse sufficiat, sed arctioribus sub statutis, regulis, ac sanctionib. concludi libenter exoptent. Debuit his certe ecclesia necessaria suggerere, atque reditus aliquos Ecclesiasticos assignare, ex quib. tã Monasterijs uirorum, quàm mulierum opportunis remedijs victus suppe-
4 teret. † Sunt præterea, qui media ueluti incedentes uia, diuino cultui inuiolabiliter per characteris indelebilis susceptionẽ deputari uolunt, non tñ proprijs renuntiare bonis, nec claustris includi, aut cancellis angustari intendunt. Hos quoq; debuit q̃ maxime alere Ecclesia, cùm eius professionis uiri ab ea Christi ministri, ac gr̃æ dispẽsatores constituant̃, & in sublimi loco
5 collocent̃; † ita ut illos ẽt Monachis præferẽdos Petrus Sotus aliquãdo post alios Theologos affirmarit, de Inst. Sacer. lec. j. Quo circa Parochiæ, aliæq; hmõi reddituum portiones, quas beneficia dicimus, illis assignatæ sunt. Verùm sicuti in castris non oẽs seruant eundẽ militiæ locũ, sed uarijs distribuunt̃ ordinibus; ita inter eos, quib. ij redditus sunt cõmissi, ordo appositus est. Hoc. n. officium uni, aliud alteri erat in Ecclesia cõmit-
6 tendum. † Nam, ut Gregorius dicit, quantumlibet exercitatæ uni personæ uno tpe duarum rerum officia committenda nõ sunt: quia si totũ corpus est oculus, ubi auditus? sicut. n. uarietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinẽ repræsentat; ita uarietas personarũ per diuersa officia distributa, & fortitudinẽ, & uetustatem S. Eccl. Dei manifestat. c. singula. 91. di. Cùm itaq; beneficia & redditus ecclesiastici pp officium conferenda forẽt. c. cum secundũ Apo-
8 stolum. de præb. † Sane tot beneficiorum genera, ac noĩa constitui necesse fuit, quot personis in ijs officijs deseruientib. sufficere possent: † In cœlesti Hierarchia admirandum ordinẽ qs non contempleẽt, si Diuum Dionylium illam diligentissimè cõscribentem legat. lib. 6. suprem̃a. l. mediam, & infimam, in quarum qualibet tres ordines Angelorum, seu spirituum beatorũ comprehẽdi noscunt̃? In suprema quidẽ Seraphin, Cherubin, & Throni; in media Dominationes, Virtutes, & Potestates; in infima Principatus, Archãgeli, & Angeli: quod D. Thomas an
9 notauit prima parte passim, & super secunda, Sentẽ. dist. 9. † In ueteri lege inter eos, q̃ sacris incũbebãt. ordies distincti fuere: ordo quidẽ erat Patriarcharũ, in quo primus Abel fuit, ad cuius munera Deus respexisse legit̃ Genes. 4. Erat ordo Prophetarum, in quo primus fuit Enoch: unde in lib. Iudicũ, secundo
„ legit̃, Prophetauit aũt hic septimus ab Adã, Enoch. Erat ordo Sacerdotũ, in quo primus fuit Melchisedech, Rex Salem, Sacerdos Dei summi; & ordo Põtificũ, in quo primus fuit Aarõ,
10 vt ex Leuitici patet hist. c. 28. † Sub Xpo diuersorum quoque ordinũ gradus extitere; Discipulorum, quorum primus Nathanael, quẽ ad Iesum Philippus adduxit. Ioã. 1. Euangelistarũ, in quo primus Matthæus fuit, Luc. 5. Martyrum, in quo primus Stephanus, Acto. 7. Apostolorum denique, quẽ cæteris excellentiorẽ ordinib. fuisse Dionysius de Ecclesiast. Hierar. scribit
11 † Et qm̃ ritus Gentilium ad confirmationẽ nr̃am allegare quãdoque non dedecet, ut testis est Augustinus in Libro contra
12 Manichæos, & Hierony. lib. 1. contra Iouinianum: † Illud omittendum non est, q & apud ipsos Gentiles, Sacerdotes eorum
13 ab alijs qui sacra exercere dicebant̃ distincti erant. † Quare cũ Pontifices primum a Numa Pompilio e patritijs quatuor, ex plebe deinde totidem creati fuissent; inter eos vnus re & nomine maximus erat, reliqui uerò minores Pontifices appellabantur, ut Plutarchus in Numa tradidit: † Ille sacra oĩa exscripta
14 habebat, & obsignata, hostias, dies, ad quæ templa res diuina esset facienda, cætera denique sacra, tum publica, tum priuata.
15 † Creabat̃ præterea Rex Sacrificulus, qui Pont. Max. subiectus
16 erat. † Tum & flamines, nempe Dialis, Martialis, Quirinalis, Viminalis, Vulcanalis, Carmentalis, Palatinalis, Pomonalis, inter quos maximæ dignitatis Dialẽ extitisse, minimæ uerò Pomonalem Flaminem D. Augustinus recensuit. lib. 2. de Ciuit. Dei. Itaque æquum, ac longè magis rationi cõsentaneum fuit sub noua perfectiori lege Christi, constitutis beneficijs inter ipsos beneficiarios, ordinem statui, ac delectum adhiberi: quis aũt is fuerit, mox intelligetur, cum & beneficiorum naturã enarrabimus, eosque percensebimus, quibus ea conferuntur.

ARGVMENTVM.

Quænam beneficia administrationem & iurisdictionem habeant, & qui illa obtinent, quibus uocabulis nuncupentur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia, alia sunt regularia, alia sæcularia.*
2 *Beneficiorum sæcularium tria genera, cum administratione, & iurisdictione, cum administratione sine iurisdictione, & quæ iurisdictione & administratione carent.*
3 *Beneficiorum aliæ diuisiones.*
4 *Quænam beneficia dicantur habere iurisdictionem, & administrationem.*
5 *Beneficia cum administratione & iurisdictione, dicuntur obtinere Abbates sæcularium Ecclesiarum.*
6 *Episcopi dicuntur habere beneficium.*
7 *Beneficij appellatione non uenit Episcopatus.*
8 *Beneficia inferiora, Episcopatus membra soleut appellari.*
9 *Episcopi vnde dicti.*

Source : BIU Cujas

10 *Epiſcopi apud Atheaienſes dicebantur, qui miſſi erant, vt hominum mores ſpecularentur.*
11 *Scipio Aphricanus Epiſcopus gentium, Regumque miſſus.*
12 *Cicero totius Campaniæ Epiſcopus.*
13 *Epiſcopi quo ſenſu accipiuntur apud Iuriſconſultos.*
14 *Archiepiſcopi dignitate, non ordine epiſcopos præcellunt, & unde dicti.*
15 *Patriarchæ unde dicti, & qui olim erant.*
16 *Patriarchæ in quatuor Orbis partibus initio conſtituti, quinue ii ſint.*
17 *Patriarchæ quidam minorum gentium primis quatuor additi.*
18 *Venetus Patriarcha Gradenſi ſuffectus eſt.*
19 *Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ beneficia, cum adminiſtratione & iuriſdictione obtinere dicuntur.*
20 *Summus Pontifex beneficium obtinere dicitur.*
21 *Summi Pontifices in cæteros abſolutam poteſtatem habent, ſuntque, uocati in poteſtatis plenitudinem.*
22 *Cæteris Epiſcopis pares in ordine ſunt, atque ideo illos fratres appellant.*
23 *Habent poteſtatem regitiuam ſuper uniuerſalem Eccleſiam, atque Epiſcopalem poteſtatem.*
24 *Epiſcopi antiquitus Papæ nomine decorabantur.*
25 *Papa unde dictus eſt.*
26 *Papæ nomen cæteris antea epiſcopis commune, ſoli Pontifici Romano tributum eſt.*

Caput 11.

1 BEneficiorum prima diuiſio eſt, atque hæc cæteras alias omnes comprehendit, ut dicamus Sæcularia quædam reperiri, alia verò Regularia. De Sæcularibus autem, quorũ fuſior tractatio eſt, nos prius agemus.† Secularium igitur beneficiorum tria genera ſunt: ſunt 2 enim nonnulla cum adminiſtratione, & iuriſdictione; alia cũ adminiſtratione, abſque tamen iuriſdictione; Alia uerò adminiſtratione pariter, ac iuriſdictione carent. † Præter hanc verò, quæ, vt diximus, omnium potiſſima eſt, extant & aliæ bene 3 ficiorum diuiſiones: Quædam enim ſacerdotalia ſunt, quædã perpetua, quædam manualia, quædam commendata dicunt, quædam in titulum data: Commendata præterea uel ad commodum Eccleſiæ pertinent, vel ipſius commendatarij: Ex eadem hac (vt ita dicam) radice prodeunt, quæ officia, ſeu perſo 4 natus, ac dignitates appellantur:† Superioris ſubdiuiſionis primo capite illa beneficia complexi ſumus, quæ adminiſtrationem ſimul & iuriſdictionem habent, quo in genere plures, 5 qui illa obtinent, numerantur. † Primò quidem Abbates ſæcularium Eccleſiarum, de quibus in cap. ex tranſmiſſa, de renuntia. Huius uerò nominis rationem tũc explicabimus, cum 6 de regularibus agemus.† Sunt præterea epiſcopi, qui & ipſi beneficium dicuntur obtinere, vt in capit. fœlicis. §. quod ſi quis, 7 de pœn. in 6.† Tametſi beneficij appellatione epiſcopatus, vtpote qui dignitatum culmen eſt, non ita paſſim continetur. c. penul. de præbend. capit. 2. ubi gloſſ. eod. titu. in 6. Ipſorum Dominicum munus eſt, dignitatum culmen, caput omnium ordinum, ſacerdotale faſtigium, & ordinis ſublimitas. capit. non autem. cap. uenerabilis. 2. quæſtion. 1. cap. illud. 80. diſtin. capit. 8 reperiuntur. 7. quæſtion. 1. cap. 1. 32. diſtin.† Ideoque præbendas, Archidiaconatus, & alia quæcunque Eccleſiaſtica, vel officia, vel beneficia, Canones ſolent Epiſcopatus membra nun 9 cupare. capitul. ſi quis epiſcopus. 1. quæſtion. 7.† Epiſcopi ἀπὸ τῆς ἐπισκοπῆν, quod eſt ſuperintendere, dicti ſunt, ꝙ exploratores inſidiatorum gregis, excubitores, ac ianitores veluti ſint conſtituti. capitul. cleros. 21. diſtinctio. & obſeruauit accurrate Fr. Michael de Medina. lib. de Origi. ſanctorum hominum. 10 cap. 2.† Athenienſes, quos ſpeculatum mittebant, quid in vnaquaque ſubditarum ciuitatum boni, malive, æqui, aut iniqui 11 ageretur, Epiſcopos, hoc eſt, ſpeculatores vocabant,† inde Plutarchus refert, Scipionem Aphricanum a Senatu in Aſiam 12 miſſum eſſe epiſcopum gentium, Regumque.† & Cicero ad Atticum ſcribens, Me (inquit) Pompeius eſſe voluit, quem tota Campania, & ora maritima habeat Epiſcopum, ad quem 13 delectus, & negotij ſumma deferatur.§ † A Iureconſultis etiã eodem hoc ſenſu nomen hoc accipitur in l. Munerum. 2. §. 14 ijdem epiſcopi. ff. de muner. & honorib.† Hoc in genere cenſentur & Archiepiſcopi, qui iuriſdictione, licet non ordine, epiſcopos antecellunt, & ab epiſcopis ad eos appellatur. cap. primo, de offic. ordin. Ideo verò uox illa ἀρχοὶ præponitur, quod Principem inter epiſcopos locum obtinent Archiepi- 15 ſcopi. d. cap. cleros. 21. diſtinct.† Sunt & Patriarchæ hoc nomine nuncupati, ꝙ inter patres ſublimiorem locum obtineant. d. cap. cleros. Porrò eorum nomen ante veteris legis tempus vſurpari cœpit. Vnde legimus Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, & Ioſeph Patriarchas fuiſſe, Dauid quoque Prophetam, & Patriarcham, Petrus Apoſtolus appellauit. Act. 2. & Sanctus Ioannes Baptiſta Patriarcha, & Propheta fuit. Luc. primo. 16 ‡ In quatuor ianè tantùm Orbis partibus initiò conſtitutire- periuntur, a quibus nomen accepere. Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, de quibus in capitul. antiqua, de priuileg. capitul. ſacroſanctæ. capitulo. Conſtantinop. cap. Renouantes. capit. diffinimus. 22. diſtinct.
17 † Ijs poſtmodum nonnulli minorum gentium Patriarchæ
18 ſunt adiecti, Aquileienſis, Cantuarienſis, Biturgienſis, †& Gradenſis, cui hodie qui Venetus nuncupatur, ſuffectus eſt, vt Brixienſis docuit in reper. uerb. Patriarcha, uerſi. de Patriarcha Gradenſi, de quibus Speculator aliquando meminit, titul. de diſpenſat. & Cardin. Iacobatius tracta. de Concil. lib. 1. artic. 12. fol. 23. eorum locum in Concilio exactiſſime perquirens, & in ipſis Canonum Decretis haud rara mentio habetur, vt Archidiaconus, Dominicus, & cæteri animaduerterũt in cap. conquæſtus, cap. nunc vero. nona quæſtion. tertia. capit.
19 erubeſcant. 32. diſtin.† Hi quidem omnes, Abbates ſcilicet, epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ, quos ab infimis ad ſupremos conſcendentes, numerauimus, beneficia cum iuriſdictione ſubditos ipſos corrigendi, & contra eos inquirendi habẽt, ac rerum pariter Eccleſiaſticarum obtinent adminiſtratiõnẽ. capit. primo, & paſſim, de offic. ordin. capitul. 1. eod. titul. in 6. capitul. ut officium, de hæret. eod. lib. capitu. præcipimus. cap.
20 Epiſcopus. 12. quæſtion. 1.† Summi Pontifices poſtremò beneficium obtinere dicuntur, ac eo nomine Clemens tertius Pontificatum appellaſſe legitur in capitu. ſecundo, ibi, in de-
21 poſitionem officij, & beneficij noſtri. de maledicis.† Illi adminiſtrationem, & iuriſdictionem in cæteros omnes abſolutam habent, cum ipſi in poteſtatis plenitudinem vocati fuerint, cæteri uerò in partem ſolicitudinis. capit. ad honorem, de aut &
22 uſupal.† quamuis enim ordine cæteris epiſcopis pares ſint, eaque de cauſa illos fratres appellent, capi. quam graui, de crim.
23 fal. cap. in nouo. 21. diſtin.† poteſtatem illi tamen Regitiuam, vt uerbo diui Thomæ vtar, tertia part. quæſt 40. artic. 6. ſuper vniuerſalem Eccleſiam, atque Epiſcopalem poteſtatem, qua vnaquæque Eccleſia particularis, ac ſpecialis regitur, obtinent; quam qui negat, tanquam Eccleſiaſticæ vnitatis lacerator ſchiſmaticus appellandus eſt. c. ſchiſma. 24. quæſtio. 1. Vnde in Concilio Conſtantinopolitano primo, c. quinto, ea verba leguntur; Veneramur ſecundùm Scripturas, & ſecundum Canonum ſtatuta, ac diffinitiones, ſanctiſſimum antiquæ Romæ Epiſcopum primum eſſe, & maximum Epiſcoporum. § Alio
24 nomine ſummus Pontifex Papa dictus eſt; † quo nomine & antiquitus honoris maximi gratia, epiſcopi decorabantur. Eius rei exemplum eſt apud Hieronymum in ſuis Epiſtolis, qui Auguſtinum Hypponenſem epiſcopum, ſubinde Papam, hicque Athanaſium, Epiphanium, Eugenium, Alypium, Chromatium, Theophilum uocaſſe animaduertimus; Martinus etiam Bracharenſis Epiſcopus paſſim a Gratiano Papa dicitur in cap. Epiſcopus. 8. quæſtion. 1. & ſæpe Concilium Martini nominatur, Cyprianus itidem Papæ nomine ſæpius decoratur, in cap. abſit. 50. diſtin. cap. omnis, de conſecr diſtin. 1. capit. 1. de
25 conſecr. diſt. 2. παπάς † Suida authore in hiſtoricis verbo παπάς, pater eſt, quod & ex Ariano in Bithyniacis colligitur: aſſerit ille ſolitos Bithynios Iouem Papam, quaſi patrem appellare. Nomen id præterea deductum uidetur a dictione Papæ, quæ admirantis eſt, uel a duobus dictionibus corruptis, ꝙ pater ſit patrum, vt Iacob. Spiegel. notat in Lexi. iur. ciui. uer. Papæ;
26 † quod nomen antea cęteris epiſcopis commune, ſummo Põtifici tantum ob ſpecialem notam tribui poſtmodùm cœpit. Atque hæc quidem ſunt beneficia ſæcularia, quæ iuriſdictioni adminiſtrationem annexam habent.

ARGVMENTVM.

Eſſe & beneficia cum adminiſtratione quidem, ſed quæ iuriſdictione careant; Rectèque hoc diuiſionis capite officia quoque contineri. Porrò eos, qui illa obtinent, variis nominibus appellari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ſæcularia, quæ adminiſtrationem habent, iuriſdictione tamen carent, quæ ſint.*
2 *Parochiæ nomen aliter hodie atque olim accipitur.*
3 *Parochiæ nomine olim tota diœceſis continebatur.*
4 *Parochia hodie capitur pro certa diœceſeos parte ſingulis præsbyteris aſſignata.*
5 *Parochus, & Parochia, quo ſenſu apud ueteres acciperentur.*
6 *Parochianorum nomen vnde.*
7 *Parochiæ nominis alia deriuatio, & num. 8.*
9 *Curiales unde dicti,*
10 *Parochia non minus quàm decem diſtinctas familias continere poteſt.*
11 *Domus quæ ſub parochia continebantur, olim mancipia dicebantur.*
12 *Parochus beneficium obtinere dicitur.*
13 *Officia numerantur inter ea beneficia, quæ ſolam adminiſtrationem habent.*

Source : BIU Cujas

14 *Custos dicitur habere officium.*
15 *Cimiliarca habet officium, qualeve id sit, Reuerendissimus a Iustiniano appellatur. nu. 16.*
17 *Plebanus officium habet.*
18 *Archidiaconus ex collatione dicitur habere officium.*
19 *Primicerius officium habet, vnde sit dictus. nu. 20.*
21 *Secundicerius.*
22 *Ceræ pro libris accipiuntur.*
23 *Primicerii nomen idem significat, quod primum.*
24 *Primicerius olim summo Pontifici assistebat, legebat octauam lectionem in matutinis festorum solemnium. nu. 25.*
26 *Præcensor, lector, & alii similes officium habent.*
27 *Officia ex consuetudine Ecclesiarum dignitates effici, & iurisdictionem habere possunt.*

Caput 12.

1 BEneficiorum secularium, quæ administrationem quidem, non tamen iurisdictionem habent, quædam sunt, quæ parochiæ nuncupantur.
2 † Sed cauendum est, longe aliter hodie accipi parochiæ nomẽ atque antea soleret. Etenim cum uigeret clericorum cum epi
3 scopis communio illa, de qua superius tractatum est, † tota Diœcesis pro Parochia assumebatur. ca. si quis ordinatus. 92. distin. & seq. duobus. capit. vltimo, & penul. 6. quæst. 3. cap. sicut alterius. 2. quæst. 1. cap. bonæ rei. 12. quæstio. 7. cap. apostolicæ, de dona. cap. 2. de Magist. facta verò sectione Ecclesiasticorũ
4 reddituum, cœpit vsurpari † Parochiæ nomen pro certa Diœceseos parte, quæ singulis præsbyteris, sub episcopi tamen potestate constitutis curanda committitur, toto. tit. de Paroch.
5 † Parochiæ porrò nomen inde dictum est, ꝙ ex ea præstarentur necessaria viatoribus, & ijs qui publica causa proficiscebãtur. Parochus autem is apud ueteres dicebatur, qui Parochiæ præfectus uiaticum ijs præstabat, quem Archadius Imperator composito vocabulo Xenoparochom, hospitum, & peregrinorum susceptorem appellauit. l. ult. ff. de mun. & hono. celebre olim munus, vt animaduertunt Acron, & Porphirio Satyra 5. Horatij lib. 1. Sermo. Qui nobis itaque pastor est a pascen
6 do, a præbendo grege παροχος dictus est; † indeque Parochiano rum nomen prodijt, eos significans, qui in Parochia habitarent, atque in ea sibi domicilium constituissent. ca. 2. de sepul. in 6. Hostien. in sum. tit. de Parochijs. Ab hac antiqua denominatione fluxit nomen Parochi, quo nunc vtimur. Et ijs, qui apud Gentiles viatoribus ad corporis sustentationem necessaria præbebant, Parochi succedere, hoc est, sacerdotes qui animarum curam gerentes Ecclesiasticæ Sacramenta exhibent ijs, qui in commissa sibi Parochia commorantur. ca. 1. de cap.
7 Monach. † Nonnulli Parochiam παραοικος dictam putarunt, ꝙ domus sacræ ædi contiguæ illius nomine significentur, vt d. Augustinus de Ciuit. Dei, libro. 14 & Budæus in Pandectas
8 part. 7. fol. 195. authores sunt. † Parochiam Latine dici posse
9 Curiam, indeque Curiales, † & Curiones nũcupari, alij etiam existimarunt, ut testis est Onuph. in interpetr. uocum ecclesia-
10 sticarum, uerbo Parochia: † Eam verò non minus, quàm decem distinctas familias domusvè constituere posse sancitum
11 est; † quæ prisca lingua mancipias dicebantur. c. unnio. 10. q. 3. Nec mirum, cum domos illas iure quodam spiritualis dominij sibi subiectas, proprias, ac perpetuas Parochus habeat. Is quidem, Parochus nempe, quo expeditius pensum seruitutis fuæ exoluat, peculiares sibi assignatos obtinet redditus, ex qui
12 bus uictum sibi comparare possit. † Vnde beneficium obtine re dicitur. cap. 1. de Eccle. ædific. ac administrationem reddituũ habet, & Parochianis quidem præest; nullam tamen in illos iurisdictionem exercet, cùm omnis iurisdictio penes episcopos,
13 ac cæteros maiores Prælatos, resideat. † Officia quoque nume rari posse uidentur inter ea secularia beneficia, quæ solam administrationem conferunt: inter eos autem, qui officium ha-
14 bere dicuntur, est † Custos, qui signis tintinnabulorum inuigilans, lampades, ac laternas accedendo, & extinguendo peruigil esse sacris Canonibus iubetur. c. 1. de offi. custo. † Præterea
15 χιμιλιαρχος, seu Thesaurarius, qui & Sacrista dicitur, toto titulo, de Offi. sacristæ, ad quem spectat Ecclesiæ χιμιλια, hoc est, Thesauros custodire, & seruare. l. sacra. ff. de rerum diui. eique loco in templo præstet, in quo sacra reponuntur, quem Iustianus sa-
16 crarium appellat. l. Iubitus. C. de agri & censi. lib. 11. † Eundem Chimiliarcham idem Iustinianus aliquando Reuerendissimũ
17 dixit in l. fi. C. de bon. aut. iud. possiden. † Plebanus etiam officium obtinere dicitur, qui & Pastor nuncupatur. ca. quod Dei
18 timorem, de stat. Monach. Io. Selua tractat. de benefi. 3 par. q. 2. uer. decimum beneficiũ. ca. si plebibus. 63. dist. Archidiaconus quoque, si ex collatione Archidiaconatum assequatur, officium habet. c. quorũdam. 74. dist. tradunt Doct. in c. decernimus. ubi Abb. Panor. num. 16. de iudic. Is ueluti Diaconorum ac Leuitarum Princeps Euangelium cum vult præ alijs legit, aut legendum committit. capitul. primo. de Offic. Archidiaco. Et oculus episcopi in singulorum iurgijs audiendis dici con-
19 sueuit. cap. ad hoc, de offic. Archidiacon. † Primicerius quo-
20 que officium obtinet, toto titul. de offic. Primicer. † Is eo nomine dictus est, ꝙ primus ceris esset præpositus, post quem
21 etiam † Secundicerius in ultimò Iustinianei Codicis libro me
22 moratur, cui secundo cerarum cura commissa esset. † Ceræ autem pro libris accipiuntur, in quibus ceratis olim scribebatur, ut apud Suetonium in Iulio Cæsare; Hæredes, inquit, in ima cera scripturæ, Siquis itaque in Ecclesia curam gerat ritualium librorum, eorum nempe, qui ritum ac morem sacrorum administrandorum edocent, quorum Gratianus meminit in cap. quæ ipsis. 38. distinct. is antiquo uocabulo primice-
23 rius nuucupatur. cap. unio, de offic. primice. † Existimarunt alij Primicerij nomen idem significare, quod primum, legitur enim Primicerius Notariorum, Protectorum, domesticorũ, & similium, pro primo inter illius generis personas: cuius rei exemplum extat apud, Annianũ Marcellinũ, quamuis a Cereo Græce πρωτοτακτος D. Hieronymus, & Cassiodorus in Epistolis, Primicerium dictum uelint, & Onuphrius tradit in interpræt.
24 uocab. obscur. uerbo Primicerius. qui & illud addit, † Primicerios qui olim inter Cardinales essent, Pontifici assistere con sueuisse, quod hodie primi Cardinales Diaconi faciunt; nihilque sine eis, quod alicuius momenti esset, Papam transigere so
25 litum, † qui & in matutinis festorum solemnium, octauam le-
26 ctionem legere solebant. † Præcentor insuper, Lector, & qui similes sunt, quos consulto omittimus, officia habere dicuntur: de illis uerò fusius Gratianus dicto cap. Cleros. 21. dist. Hi omnes, quos hactenus recensuimus, officium, quod & communi nomine beneficium dicitur, obtinent cum administra-
27 tione quidem, sine iurisdictione tamen. † In multis autem locis particularium Ecclesiarum consuetudo recepit, ut ea quæ retulimus, officia dignitates sint, ac iurisdictionem habeant: quod ipsum vsus efficere potest, Doct. in c. de multa. de præbẽ. & in c. cum accessissent, de constitut.

ARGVMENTVM.

Cuiusmodi beneficia sint, quæ dignitatem præbent: & an Cardinales dicantur dignitatem obtinere, indeque plura de Cardinalium origine, nomine, & titulis.

SVMMARIVM.

1 *Dignitatis, & personatus nomina promiscue accipi solent.*
2 *Persona Ecclesiastica accipitur quandoque pro Rectore.*
3 *Galli Clericos, personas nuncupare solent.*
4 *Archidiaconus si quis fiat per electionem, dicitur habere dignitatem.*
5 *Archidiaconus quandoque iurisdictionem habet.*
6 *Decanus habet dignitatem.*
7 *Decani castrensis officij nomen est, & unde dictum, nu. 8.*
9 *Decuriones apud Varronem, & Vegetium pro decanis sumuntur.*
10 *Decani apud Hebræos ij erant, qui populo ius dicebant.*
11 *Decanus hodie dicitur quisquis alicuius Collegii principem locum tenet.*
12 *Scholasticæ dignitas quæ.*
13 *Pantenus, Origines & Archilla, viri clarissimi scholasticæ fuerunt in Alexandrina Ecclesia.*
14 *Dignitates ex usu iurisdictionem acquirunt.*
15 *Cardinalatus medium locum tenet inter dignitates, & officia.*
16 *Cardinales secundum communem sententiam, simplex officium habere dicuntur: uerius tamen est, ut dignitatem habeant, cui officium annexum sit.*
17 *Cardinales sunt Senatores Ecclesiæ.*
18 *Pars corporis ipsius summi Pontificis.*
19 *Non possunt mittere sanguinem sine Papæ licentia.*
20 *Sunt filii primi gradus.*
21 *Cardinalium originem qui explicauerint.*
22 *Cardinalium origo quæ, secundum autorem.*
23 *Cardinales curatorum regionum loco suffecti.*
24 *Cardinales a regionibus sese subscribere solebant.*
25 *Cardinales a præsidibus Asiæ, qui principes Cardinales appellabantur, nomen sumpserunt.*
26 *Canonicus Cardinalis, Diaconus Cardinalis, & Sacerdos Cardinalis, qui apud Gregorium.*
27 *Princeps Cardinalis Vrbis Romæ.*
28 *Cardinales cœperunt subscribere a templis, & Martyrum memoria, a ti. & bonis legatis simul, nu. 29.*
30 *Diaconiæ diaconis, tituli præsbyteris assignabantur: is ordo a Sixto IIII. primum non seruatus, nu. 31.*
32 *Optionis titulorum lex, quam Cardinales seruant, unde effluxerit.*
33 *Cardinales olim dignitate episcopis inferiores erant.*
34 *Episcopi quando primum in Cardinales cœperunt assumi.*
35 *Cardinalatus dignitas antea, Monachis, Abbatibus, Decanis, & Priorib. conferebatur.*

Source : BIU Cujas

36 *Cardinalatus nomen cæteris antea commune, ſolis R.o. Eccleſiæ presbyteris tribui cœptum eſt.*
37 *Cardinalibus pileum rubrum primus conceſſit Innocentius IIII.*
38 *Pileus apud antiquos ſacerdotij ſymbolum.*
39 *Cardinalium inſignia excogitauit, & auxit Clemens, V. & Paulus II.*
40 *Cardinales ante Paulm II. non niſi ſedendi ordine à cæteris diſcernebantur.*

Caput 17.

INter ea beneficia, quæ adminiſtra
tionem habēt,
1 iuriſdictione tamen carent, dignitates quoque, ac perſonatus (quos vocant) recenſentur. † Hæc quidem nomina, dignitatis ſcilicet, & perſonatus, promiſcuè accipi ſolent, vt & perſonatus dignitatem, & dignitas perſonatum ſignificet, vt tradit Archid. in capit. primo, de conſuet. in ſexto.
2 † & quandoque perſona Eccleſiæ pro illius Rectore ſumitur.
3 capit. ex literis, de iure patron. † in quem ſenſum Galli olim clericos perſonas vocabant: quo loquendi modo vſus eſt Vrbanus Pontifex in cap. quæſitum, prima, quæſtion. tertia. Porrò
4 qui huiuſmodi dignitates obtinent, ij ſunt: † Archidiaconus, dumtamen per electionem aſſumatur, cùm, vt ſuperius dictū eſt, ſi ex collatione quis Archidiaconus fiat, officium potius,
5 quàm dignitatem habere cenſeatur. † is quādoque iuriſdictionem habet, ut de Parmenſi Archidiacono animaduerſum eſt. cap. legimus. 93. diſtinctio. Ioan. And. in cap. de multa, de præbend. Bernard. in capitul. ex parte, de cleric. non reſidend.
6 † Habet præterea dignitatem Decanus, capit. dilectis filijs, de appellation. De eiuſmodi Decanis in antiquis Canonibus nul
7 la mentio reperitur. † Caſtrenſisque potius officij uocabulum eſſe ex Iuſtiniani decretis colligimus. C. de Decanis. libro 12.
8 † inde ſumptum φ, vt quidam opinantur, ea ſignificet, qui decem militibus, vel, vt alij exiſtimant, militum turmę præſit; ij
9 fortè † Decuriones Varroni, & Vegetio ſunt, φ militum de-
10 curias ducant. † In ſacris autē literis habetur, eos, qui a Moyſe conſtituti fuerant, vt populo ius dicerent, Decanos fuiſſe
11 appellatos. Exod. cap. 18. † Denique quiſquis alicuius Collegij princeps, aut caput eſt, Decanus nuncupatur. Vnde & Archipræsbyteri quandoque ea ratione Decani ſunt appellati. capit. ad hæc, de offic. Archid. & Decanos Monachorum ſupra ex
12 Auguſtino retulimus. † Reperitur etiam dignitas Scholaſtæ, quæ in Eccleſia Hiſpana potiſſimum uiget: eam, qui obtinet, li-

Anno Christi 1145.

teras ac liberales ſcientias in ſcholis docere ac profiteri debet. c. de quibuſdam. 37. diſt. ex decreto Eugenij III. qui ſedit circa annū Chriſti 1145. Is Scholarcus quoque nominatur, de cuius dignitate habetur in cap. 3. de Magiſt. ubi Theologalis illi ptæbenda, quæ & Magiſtralis dicitur, ab Innocentio III. eſt tributa, capitul. 4.
13 † Eo munere in Alexandrina Eccleſia Pantenum, & Archillā, viros clariſſimos, atque & Origenem fuiſſe functos, Euſebius commemorat in Eccleſiaſtica hiſtoria, lib. 6. cap. 3. & lib. 2. capitul. 29. quod & de Didimo Alexandrino Ruffinus ſcribit,
14 lib. 1. Eccleſi. hiſt. capit. 7. † Hæ, quas modo diximus, dignitates, & ipſæ ex uſu iuriſdictionem acquirunt, cuius rei exemplum Doctores afferunt in Decano Altiſſiodorenſis Eccleſiæ, in c.
15 dilectis, de appellat. Quod & de officijs ſupra diximus. † Illud hocloco prætereundum non eſt, Cardinalatus inter dignita-
16 tes, & officia medium locum tenere, † quamuis enim in eam ſententiam crebrius itum ſit, φ Cardinales officium ſimplex habere dicantur, vt tradit Bald. cap. 1. de poſtulat. præla. Felyn. alios referens, in rubric. de offic. delegat. Martinus Laudenſis tract. de Cardin. part. 1. quæſtio. 19. & in 2. quæſtion. 17. Barbat. conſi. 1. uolum. 1. & alij per eos relati: Nihilominus Illuſtriſſimus Cardin. Albanus, quem & nos ſequimur, validiſſimis rationibus eos dignitatem obtinere, cui officium annexum ſit, defendit, ac comprobat in ſuo tract. de Cardin. quæſt. 6. Quoniam verò in Cardinalium ſermonem incidimus, non ab re fore exiſtimauimus, ſi aliqua de illis quàm breuiſſime explica
17 remus. † Cardinales Senatores Eccleſiæ ſunt. capitu. Conſtanti-
18 nus. uerſi. iuris autem. 96. diſtin. † & pars corporis ipſius ſum-
19 mi Pontificis exiſtimantur. capit. fælicis, de pœn. in 6. † ita ut ſine eius licentia ſanguinem illos mittere non poſſe, quandoq; Hoſt. dixerit in Sum. de pœniten. & remiſſ. §. cui confitēdum, uerſi. cui Cardinales, & in capitul. Eccleſia veſtra, il ſecundo. de elect. & poſt illum Gomeſ. in prooem. regul. Cancel. cap. de ordin. Protono. colum. 4. Ab his libera decet prodire conſilia. ca-
20 fundamenta. §. decet autem, de elect. in 6. † Eos autem ſummi Pontifices, filios primi gradus appellant, φ primum amoris gradum apud illos obtineant, cæteroſque omnes longe antecellant, qui & Pontificem creāt, ut ab eodem ſpiritualiter dein de recreentur, conſeruentur, & augeantur, vt Roman. inquit conſi. 498. de quorum prærogatiuis fuſius Gomeſ. in prooem. reg. Cancel. Andr. Barbat. in tract. de præſtant. Cardina. & Gi-
21 gas aliqua in tract. de penſion. q. 9. num. 8. † Originem eorum multi ita copioſe explicuerunt, vt cæteris uix aliquid addendum reliquerint. Ioannes Echius in ſuo Enchiridio, Thomas Vualdenſis tom. primo libro ſecundo, articul. tertio capitul. 54. Martinus Laudenſis, Andreas Sicul. Hieronym. Manfred.
22 Onuphrius, & poſt alios doctiſſimè Cardinal. Alban. † Quapropter quæ ab ijs dicuntur conſultò prętereuntes, non multa tamen hac ipſa de re breuiter perſtringemus. Sunt qui Cardinalium munus, ac conditionem ſimilitudine ſaltem aliqua a Romanorum Magiſtratuum ratione non inſcitè duci poſſe
23 exiſtiment. † Quemadmodum enim præter Vrbis Præfectum erant antiquitus, qui Vrbis regiones curabant, atque illi ipſi Regionum curatores ſoli Vrbis Præfecto ſubijciebantur: ſic poſteaquam uerſa in Eccleſiaſticam ſæcularis poteſtas fuit, ac Reipub. adminiſtratio ad Eccleſiam translata, prętęr Romanū ipſum Pontificem, qui cùm ubique Chriſtianorum omnium Princeps eſſet, tum certe in Vrbe Præfecti inſtar obtinebat; Curatores quoque regionum conſtituti ſunt Epiſcopi, Præsbyteri, Diaconique, qui ſoli Pontifici Romano ſubiecti, ſingulis Vrbis regionibus ſinguli præerant, ut quæ ad religionem ſpectabant, ibi curarent; ſubiectorumque animos

Anno Christi 495.

inſtituerent, atque diuinūm cultum excitarent: cui rei maxime conuenit, quod in Decretis Symmachi Papæ, ſub annum Chriſti 495. obſeruatur, Car-
24 dinales † ſeſe a regionibus inſcribere conſueuiſſe, vt, Cyprianus Diaconus S.R.E. regionis ſeptimæ, his ſubſcripſi, Anaſtaſius Diaconus Regionis primæ, ſubſcripſi. Cum uerò hi, quos diximus, Regionum Curatores, inter cæteros, tùm Præsbyteros, Diaconoſque eminerent; maxima iuris ratione Cardinales appellati ſunt, cum nemini incognitum ſit, & in perſonis, & in rebus quoque omnibus ita fieri, vt quod in quoque gradu maxime emineat, excellat, ac quaſi præcipuum ſit,
25 conuenienter hoc nomine nuncupetur. † Videmus non alia de cauſa Præſides Aſiæ, Principes Cardinales appellatos, a quibus hoſce noſtros cœpiſſe primùm Cardinales appellari, author eſt Vuolphangus Lazius, lib. 2. Comment. Reip. Rom.
26 capit. 2. In eum ſenſum Canonicum † Cardinalem, & Diaconum Cardinalem Gregorius dixit lib. 1. Epiſto. 81. in dict. 9. & Epiſto. 15. & 77. & 79. quod & Volaterranus animaduertit lib. 22. Comment. Vrbano. fol. 665. ſic aliàs Eccleſiæ Terracinenſis paſtore defuncto eidem Gregorius Fundēſem Pontificem præfecit, ut inibi ſacerdos Cardinalis præeſſet. ut in eius Epiſtola 13. lib. 2. cap. illud. 12. quæſtio. 1. & de Squillatino epiſcopo, Sacerdote Cardinali conſtituto, habetur apud eundem Gregorium libro ſecundo. Epiſto. 25. capitul. paſtoralis. ſeptima quæſtion. prima. Nomen illud quoque ijs quandoque tributum uidetur, qui in Cathedrali Eccleſia primum locum tenent, & Canonici paſſim dicuntur, ut in capitul. ſecundo, de
27 offic. Archipræsbyt. † Erat & olim urbis Romæ Princeps Cardinalis, cuius meminit Magnus Aurelius Caſſadorus, capitul. De formula principatus urbis Romæ, libro ſeptimo, variarū. § Cùm in vrbe Roma (inquit) plurima fieri cenſeamus, & neceſſe ſit ibi poteſtatem eſſe Comitialis officij, vt vtilitates publicę videantur impleri, noſtro more proſpeximus, vt quia Principem Cardinalem obſequijs noſtris deeſſe non patimur, in eius locum Vicarij nomen in vrbe Romana ſolemniter debeas continere, quatenus & ille Primatus ſuis laboribus perfruatur, & tu in alterius honore poſſis diſcere, quod in tuo
28 debeas fæliciter exhibere. † Cœperunt procedente tempore Cardinales, non a regionibus, quibus præerant, ſed paſſim a templis, Martyrumque memoria, ſeu tumulis, ab

Anno Christi 490.

ædificijs denique, & patrimonijs ſedi legatis, diſcriminis cauſa, nuncupari: Vnde ſub Symmacho Papa, anno Chriſti 490. ita ſubſcribebant, Epiphanius titulo Apoſtolorum, Petrus titulo Sancti Clementis. A legatis bonis, titulo Equitij, titulo Vizantis, titulo Iulij, titulo Aemilianæ, titulo Veſtinæ. Et ſub Gregorio Magno ſeſe
29 humiles præsbyteros ſanct. Roman. Eccle. † a titulo, & bonis legatis ſimul uocabant, ea forma: Seſenius humilis præsbyter Sanctę Roman. Eccleſ. tituli Sancti Laurentii, qui appellatur
30 Lucinæ, his conditionibus a nobis propoſitis ſubſcripſi. † Cardinalium olim, qui Diaconi erant, cùm in præsbyteros promoueri uellent, Diaconijs relictis, quæ fine animarum cura ſacrę ædes erant, titulum nanciſceban

Anno Christi 1473.

tur. Nec Cardinalibus Prębyteris, niſi a Sixti quarti temporibus ſub annum Chriſti 1473. Diaconiæ
31 commiſſę fuerunt. † Is primis Præsbyteris Cardinalibus Diaconinias; Primus item Alexander ſext. titulos Diaconis conceſſit. †
32 Optionis uerò legem, quę hodie in uſu apud illos eſt, Alexandri ſexti, temporibus habuiſſe initium, teſtatur Onuphrius in Libello, de Prębipuis urbis Romę ſanctionibus Baſilicis, capit. ſecundo & tertio. Verius certe dixiſſet ſub Martino quinto, ex Columenſium familia, quo tempore, cum adhuc eccleſia perniciosiſſimo ſchiſmate laboraret, plures erant Cardi. obedientię Auinionēſis, pluresque Romanæ ad eoſdē titulos adſciti. Cùm uerò Martinus ipſe ob vitę ſanctitatem,

atque

Source : BIU Cujas

atque in rebus agendis dexteritatem. Oecumenici Concilij electione esset in Pontificem Maximum assumptus, maxima in Ecclesia Dei quiete parta, ac commoto prius schismate penitus extincto; necesse fuit, vt vnus ex duobus, qui in schismate Episcopatum (exempli gratia) Tusculanum obtinuerat,
33 & alteri dimisso, Sabinum tunc uacantem cooptaret. † Initiò Cardinales dignitate Episcopis inferiores erant, & in Synodicis constitutionibus subsignandis, post omnes episcopos subscribebant: cuius rei exemplum extat in Concilio Romæ celebrato sub Gregorio Magno; ubi postquã ordine episcopi Italiæ Synodalia decreta probauerant, post Sinodorium episcopum ex Hispania, Sedelium ex Scotorum, Sergustum ex Pictonum gentibus, Cardinales postremi subscripserunt, idque ita obtinuerat, vt per annorum ferè ultra mille spatium nullus ex episcopo Cardinalis creari consueuerit; eorũ deinde sub Gregorio septimo, atque Vrbano secundo, authoritate summum Pontificem eligendi, ex Imperatoribus auocata, maxima esse
34 cœpit existimatio. † Tunc primùm episcopi in Cardinales as-
35 sumi cœperunt, † cùm antea usque ad Clementem tertiũ, sub annum Domini 1190. ea dignitas nõ nisi Monachis, Abbatibus, Decanis, aut Prioribus conferretur. Huic rei Conradus Germanus, Frederici Imperatoris affinis initium dedit, cum enim ex Archiepiscopatu Maguntino, quem obtinebat, exactus esset, eũdem episcopum Cardinalem Sabinensem creauit Alexander tertius, sub quo Romana Ecclesia ad maximum in terris fastigium euecta fuit, Friderico Aenobarbo Imperatore potentissimo, & Romanæ Ecclesiæ infestissimo hoste conculcato, victo, pacemque ab Ecclesia petere coacto. Et quamquam Conradus postmodum Maguntinam ecclesiam recuperasset, retinuit tamen Sabinensem vsque ad mortem, vt Onuphrius eo
36 dem libello refert. † Cùm verò antea nomen hoc Cardinalis, cæteris etiam præsbyteris commune esset, qui in aliqua ecclesia præcipui erant, solis Romanæ ecclesiæ Præsbyteris κατατῆν ἐξοχῆν tributũ est; Illudque ratio omnis postulare videbatur, vt ij soli Principes Cardinales dicerentur, qui nniuersalis ecclesiæ Antistiti, ac totius Christianæ Reipublicæ
37 Anno Christi 1244. Principi propius assisterent. † Eius ordinis viris pileum rubrum, vt illorum proprium insigne esset, concessit Innocentius quartus, Ianuensis, e domo Flisca, anno Domini 1244. in vigilia Natalis Domini, Lugduni in Concilio duodecimo. Cardinalibus, viris excellentissimis creatis, vt authores sunt Guagni. lib. 7. Aemilianus lib. 7. Platina in vita Inn. quarti. Genebrandus in Chronologia sub eodem: Volaterran. lib. 22. Commenta. Vrbano. fol. 665. & alij consultò omissi, præter Martinum Polonum, qui nihil de hoc attigisse mihi visus est; quamuis quandoque in eius rei te
38 stimonium adducatur. † Porrò pileum etiam apud antiquos Sacerdotij symbolum semper extitisse, Pierius in suis Hieroglyficis notat. †
39 Reliqua uerò Cardinalium insignia cæteri Põtifices excogitarunt, inter quos præcipuè Clemens V. memorat, ac etiam Paulus secũdus, qui vt Iacob. Cardinalis Papiensis est author, lib. 1. Comment. eisdem mitras sericeas ex Da-
40 maseeno, ac capitia rubra, subselliaque altiora tribuit; † cùm antea a cæteris non nisi sedendi ordine dignoscerentur: quod tradit etiam Iulia. Taboetius I. C. Clarissimus in Epheme. Histori. titul de Varia Pontificij magistratus conditione. Et hæc hactenus.

ARGVMENTVM.

Varias itidem esse species beneficiorum, quæ nec iurisdictionem, nec administrationem habeant.

SVMMARIVM.

1 *Præstimonia quæ sint.*
2 *Altaria, siue beneficia simplicia quæ.*
3 *Actio in simplum.*
4 *Interdicta simplicia, & duplicia.*
5 *Simplares, & duplares armaturæ.*
6 *Simplares venditiones.*
7 *Cappellæ sunt in duplici differentia.*
8 *Canonicatus, & Canonici unde dicti. & nu. 11.*
9 *Regula iuris, & regula Catoniana.*
10 *Regularium Canonicorum nomen unde.*
12 *Canon præstationem certam annuam significat, quo sensu dicitur canon frumentarius, & largitionalis in iure.*
13 *Canonicus sine præbenda esse non potest.*
14 *Præbenda quid sit.*
15 *Præbendæ aliæ temporales, aliæ sacerdotales, quædam non sacerdotales.*
16 *Portiones beneficia sunt.*
17 *Portionarij, Mansionarij, & Assisij idem sunt. Et capitulum non constituunt. num. 18.*

Caput 14.

TErtio subdiuisionis capite continentur ea beneficia, quæ nec administrationem, nec iurisdictionem habent, quorum plures species numerantur.
1 Ea verò sunt, † Præstimonia, quæ cum proijs, qui literarum studijs incumbũt instituta sint, paruum, aut nullum annexum seruitium habent, capitul. final. de concession. præbend. in 6. Staphil. de lit. grat. in quinta, expect. forma. post Oldrad. consil. 81. & 140. †
2 Eiusmodi etiam sunt altaria in ecclesia, cum authoritate episcopi fundata, capitu. quæsitum, prima quæstion. tertia. capit. recolentes, de stat. Monach. clementin. secunda, de decim. quæ simplicia beneficia vulgò appellantur, ꝙ nullam iurisdictionis. administrationisve mixturam habẽt:
3 † sicut in simplum actionem dari dicimus, cùm lex merum & simplicem rei ualorem persolui iubet; in duplum uerò, cùm
4 duplex rei æstimatio præstatur: † sic & interdicta simplicia, ac duplicia uocantur, 1 §. tertio Insti. de interd l. 2. ff. eod. & apud
5 Vegetium † simplares, ac duplares armaturæ leguntur. † In iu
6 re etiam simplares venditiones dicuntur. l. si tamen. ff. de ædil.
7 edict. † Ad has beneficiorum species, Capellæ etiam referuntur. Eæ uerò in duplici differentia sunt; aliæ enim in Ecclesia sitæ Capellaniæ dicuntur, ideoque ad perpetuos Capellanos, qui eas obtinent, Apostolica rescripta dirigi consueuerunt. aliæ uerò cum corpus separatim ipsæ constituant, Capellæ nũcupantur, eod. titul. de capell. Monacho. eorum uerò Rectoribus sic rescribi solet: Nic. Rectori Capellæ, ut tradit Rebuff. in
8 praxi benefic. capitul. de benefic. sæcular. numero 14. † Canonicatus etiam beneficia sunt sine iurisdictione, ac administratione, quos qui possident, Canonici sunt appellati, ea ratione, ꝙ alicuius ecclesiæ sodales & collegæ, eiusdem Canonis, ac regulæ obseruatores sint. Canon enim Græcè, Latinè regula nuncupatur. capitul. primo distinction. tertia. vnde subiecti regulæ in decretis dicuntur, capit. saiuator. prima quæstion. tertia, quemadmodum enim regula Philosophiæ, mediocritatis, & temperantiæ Latinis appellatur, ita & regulæ dicuntur, quæ certam uiuendi normam præscribunt, ad eamque obseruandam astringunt. capitul. regulæ, distinctione tertia,
9 † sic & regula iuris, & regula Catoniana dicta est, quæ ius ipsa constituit, aut iam constituti iuris breuem quandam narrationem continet. Qua significatione uniuersum ius regula
10 dici posset. † inde & regularium Canonicorum nomen prodijt, illos denotans, qui ex uoto, & professione certæ se regu-
11 læ subiecerunt, quorum supra meminimus. † Nuncupantur etiam Canonici a Canone, hoc est, pensitatione, quæ illis sin-
12 gulis annis ex fructibus ecclesiæ quotidie persoluitur. † Canõ namque præstationem certam, & statutam significat, quæ fisco, alterive penditur, quo sensu frumentarium Canonem Vrbis Romæ dixit aliquando Iustinianus, Cod. libro undecimo. ubi Ioan. Fab. Bald. Ioan. de Plat. Luc. de Pen & alij not. & canonem largitionalem libro decimo, & Canonicam illationem, in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. Ab huiusmodi itaque Canonis perceptione existimarunt nonnulli Canonicos
13 appellari, ꝙ & inuerisimile non est. † Porrò sine præbenda Canonicus esse non debet. capitul. relatum, de præbend. & præbendæ ac Canoniæ nomen promiscue accipi consueuit. capit.
14 ex multis. prima quæstion. tertia, † Ea, verò est annona, quæ sodalibus, siue alicuius ecclesiæ Canonicis in sui ministerij compensationem præstari solet. capitul. si monachus, 16. quæstion. prima. Quo uerbo & magnum Aurelium Cassiadorum in Epistola ad Appelium, usum legimus, libro quinto, variarum. † Præbendarum autem notissima partitio ea est, ꝙ aliæ
15 temporales existunt, Docto. in capitu. cum M. ubi Dec. & Rip. post alios, de constitut. quædam rursus Sacerdotales, a sacris Ordinibus illis annexis nuncupantur, quæ non nisi ijs, qui eisdem Ordinibus initiati sunt, uel initiari possunt conferuntur. Quędam uerò non Sacerdotales sunt, quæ sacrum præsbyteratus ordinem minime requirunt. capitul. cui de non Sacerdotali, de præbend. in sexta, † Portiones quoque, sic vulgo dictæ, & ipsæ beneficia sunt, quæ iurisdictione, & administratione carent; sunt autem veluti cibaria, quæ Diaria Vlpianus ap-
17 pellat in l. antepenul. ff. de alimen. & ciba. legat. † Eas, qui obtinent, portionarj nuncupantur, uel Mansionarij, ꝙ semper in Ecclesia maneant. Qui & Assisij a Summis Pontificibus solent appellari, ꝙ semper in ecclesia assideant. capitu. penul. de cler.
18 non residen. † Hi capitulum, aut Collegium non constituunt. cap. cum dilecta, de excession. Prælat. & hæc quidem sunt beneficia secularia, quorum tractationem primo diuisionis capite polliciti sumus.

Source : BIU Cujas

M. Antonij Marsilij, de Ecclesiast. reddit.

ARGVMENTVM.

Regularium beneficiorum quot genera sint, tum & de Sacerdotalibus temporalibus ac perpetuis beneficijs, itemque commendis nonnulla scitu necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Regularia beneficia aut duplicia sunt, aut simplicia.*
2 *Prior iurisdictionem nullam habet in monachos.*
3 *Canonici regulares, & Monachi, dicuntur habere beneficia, sine administratione, & iurisdictione.*
4 *Abbates monachorum dicuntur obtinere beneficia duplicia.*
5 *Abbatis nomen unde.*
6 *Abbatis nomen cur apud monachos vsurpari primùm cœperit.*
7 *Abbates obtinent dignitatem.*
8 *Abbatissa Ecclesiæ Todrensis præest omnibus clericis.*
9 *Archimandritæ habent beneficia regularia duplicia.*
10 *Vnde dicti sunt.*
11 *Archimandritæ Reuerendissimi a Iustiniano appellantur.*
12 *Beneficia omnia aut Sacerdotalia sunt, aut non Sacerdotalia.*
13 *Layci penitus incapaces sunt beneficiorum Sacerdotalium.*
14 *Hospitalia etiam laycis conferri possunt.*
15 *Beneficia secularia omnia perpetua sunt.*
16 *Beneficia regularia per se manuaria sunt, præter electiua, & curata.*
17 *Qualitas beneficij regularis, uel secularis si reticeatur, gratia redditur subreptitia.*
18 *Beneficia temporaria, consuetudine effici possunt perpetua.*
19 *Qualitates beneficiorum, quædam respiciunt naturam, quædam accidentia.*
20 *Beneficia intitulata sunt, quæ in titulum dantur.*
21 *Beneficia aliqua sunt commendata.*
22 *Commendæ initio gratia Ecclesiarum constitutæ.*
23 *Commendatarius olim de fructibus rationem reddere tenebatur.*
24 *Commendatarius olim ad nutum constituentis remoueri poterat.*
25 *Commendæ in gratiam commendatariorum constitutæ.*
26 *Commendæ Titulus frequens, sicut aliorum beneficiorum.*
27 *Innocentius VI. commendas omnes aboleuit, sed eius constitutio exoleuit.*
28 *Commendarum usus maxima ratione institutus.*
29 *Commendæ Testatorum uoluntati non repugnant.*
30 *Expressum censetur, quod statuentes verisimiliter essent responsuri.*
31 *In quacunque hominis dispositione semper censetur excepta maiorum auctoritas.*
32 *Testatorũ voluntates ita interpretari debent, vt animatę legis dispositioni sint conformes.*
33 *Commendarum usus necessarius est, habita ratione consuetudinis, situs Ecclesiæ, & qualitatis personarum.*

Caput 15.

1 REgularia beneficia in duo genera diuidũtur.† Nã aut simplicia sunt, aut duplicia: simplicium quædã sine iurisdictione, cum administratione tamẽ sunt; quædam iurisdictione, & administratione carent. Primò sub
2 diuisionis capite censetur † Prior simplex, cui quędam reuerentia tantùm præstabatur, ac rerum Monasterij administratio tribuitur, non tamẽ in Religiosos iurisdictionem vllam haber. Secundo capite numerantur Monachi, & Canonici regulares, qui beneficia obtinent iurisdictione, atque administratione carentia. c. quod Dei timorẽ. c. fi. de stat. Monach. Clem. Ne in agro. § cæterum. eo. tit. Duplicia beneficia sunt, quæ iurisdictionem & administrationem habent. † ea obtinent Ab-
3 bates. † Hoc autem nomen Abba, † siue Abbas Hæbraicum,
4 Siriacum ve uocabulum Græcis ac Latinis Patrem significat,
5 ex duabus primis Hæbreorũ elementis, Aleph & Beth, dictione composita, quod D. Hieronymus docuit super Epist. ad Galatas. c. 4. Tom. 6. fol. 190. litera H. & fol. 191. litera A. Eo nomine usus est Christus Patrem orans, Marci. cap. 14. & Paulus ad
6 Romanos 8. † Apud Monachos verò nomen istud vsurpari cœpisse mirum non est, cùm in Syria atque Aegypto, ubi uocem istam significare Patrem diximus, prima Monachorum initia cæperint, vt superius meminimus. Vnde uidemus hodie vulgò duplicato nomine nuncupari, Patres Abbates, quod illam Euangelistæ duplicationem imitari uidetur, Abba pater. Hi, quos modò diximus, Abbates, Monachorum Antistites
7 sunt, quorum Iustinianus meminit. Nouel. 133. † Idem dignitatem obtinent. c. indemnitatibus. de elect. in 6. quod & in Ab-
8 batissa traditum est: † præsertim in Ecclesia Todrensi, in qua Abbatissa clericis omnibus præest. c. dilecta, de excess. prælat.
9 † Archimandritæ etiam regulare beneficium duplex obtinẽt;
10 † ipsi autem dicti sunt ab ἀρχὸς & μανδρὰς hoc est Spelunca, siue Caverna, quod Monachorum Regulariũ Duces sint, qui initio, ut supra dictum est, eremos ac speluncas incolebãt. Acursius uerò a mandra, hoc est ouium caula dictos existimauit, q; Monachis præsint, qui mansuetudine ac humilitate oues referunt, gl. in l. Victor. C. de sum. Trin. & fid. cat. Extat in decretis ad Archimandritam quẽdam presbyterum Epistola a Gra-
11 tiano relata. c. dispensationes. 1. q. 7. † hos & Reuerendissimos Iustinianus appellat Epistola, inter claras. C. de sum. Trin. & fid. cat. Et hæc sunt, quæ beneficia regularia noĩantur. Tertio diuisionis capite superius complexi sumus eas beneficiorum qualitates, quæ tum secularibus, tum regularibus cões sunt.
12 † Illæ aũt sic commode explicari posse uidentur, vt dicamus, nonnulla beneficia esse Sacerdotalia, alia uerò non Sacerdotalia. Sacerdotalia sunt, quæ Sacerdotalem ordinem, ut obtineri possint, omnino requirunt. c. cui de non Sacerdotali. de pb.
23 in 6. † Eorumque laici plane incapaces sunt. c. cum adeo. ca. ex literis, de rescrip. nisi intra debitũ tps ad sacrum Præsbyteratus Ordinem se promoueri curent, iuxta Lugdunensis statura Cõcilij. c. licet canon. de præb. li. 6. Beneficia uerò non Sacerdotalia sunt, quæ ordinem sacrum annexum nõ habent, nec ut obtineri possint, illum exigunt. Cuiusmodi sunt Hospitalia, in quibus Ecclesia quidem esse solet, in qua Capellanus officia diui-
14 na celebret, non is qui hospitale ipsum obtinet. † Quæ laycis ẽt conferri posse, Clemens V. permisit in Clem. quia cõtingit, de relig. domib. Alia rursus beneficia perpetua sunt, alia tpalia, q̃
15 manualia vulgo dicuntur † Perpetua quidẽ oĩa secularia esse debere sancitum est c. precepta. 55. dist. c. ueniens, ubi gl. de fil.
16 præsb. Lap. alleg. 9. † Ex regularib. uerò, ea tm̃ placuit esse perpetua, quæ curata, aut electiua essent; cætera uerò regularia be-
17 neficia oĩa manualia sunt. c. 2. de stat. Monac. ubi Abba. † Hæc aũt beneficij qualitas si retineatur, gratia Pontificia subreptitia redditur. Rot. decis. 4. tit de præb. in no. Quod fusius explicabimus in libello, quem propediẽ edemus de subreptione, & ob-
18 reptione. † Porro beneficia hæc quãuis temporaria sint, si propriã ipsorũ naturã spectes, consuetudine tm̃ possunt effici perpetua. Nic. Milit. uer. beneficiũ. q. 19. But. in c. porrecta, in fi. de
19 confirmat. util. uel inut † Quas mõ retulimus, qualitates beneficiorum, illæ naturã intrinsecè magis respiciunt, quemadmodum & beneficium seculare, uel regulare, naturali ipsa conditio facit, quæ cum eo oritur. Regulare constituit, cum certa præscripta uota habet annexa; cõtra uerò seculare, q; nulla habeat regularia instituta, reliq̃ uerò quas mox explicabimus, beneficijs accidunt. † Solent. n. beneficia in titulũ dari, quo fit, ut vul-
20 go beneficia intitulata appellent̃, cum quis perpetuo alicui Ecclesiæ præficiatur, ut illius titulũ habeat. c. dudũ 2. de elect. quarõne Sum. Pont. tuum beneficium sæpissime dicunt c. pro illorum, de præb. c. audita de rest. spol. c. si tibi absenti, de præb. in
21 6. c. auaritiæ, & seq. c. nisi. c. præterea, de pb. † Alia rursus in cõmendã concedunt̃, atque iccirco commẽdata uocant̃, sed qũ de commendis sermo incidit, operæ pretiũ nos facturos duxi-
22 mus, si aliqua de eis explicaremus. † Initiò commendarum genus gratia Ecclesiarum institutum fuerat, quod commẽdare, uerbũ indicat, a quo cõmendæ nomẽ deriuat̃, nihil n. aliud est, q̃ rei commendatæ procuratorẽ ac custodẽ constituere. l. cõmendare. ff. de uer sig l. Lutius, deposi. c ex eo. c. nemo, de elec.
23 in 6. † Vnde de fructib. beneficij, quod quis commendatũ habeat, antiquitus rõnem reddere tenebat̃, argumento. c. placuit. 10. q. 3 non. n. beneficiarius dicebat̃, sed potius procurator simplex. c. obitum. c. Catinensis. 61. dist. & quãuis ille legitimã reddituum Ecclesiasticorũ administrationẽ hret, † tm̃ si is, qui com-
24 mendatarium præfecerat, reuocare illũ uoluisset, nullo iure id facere prohibebat̃. c. relatio. 21. q. 1. c. cum nobis olim, de elec. in 6. Hoc primũ fuit cõmẽdis initiũ anno Xpi 555. sub Pelagio 1. cuius est tex. in c. Catinensis. 61. dist. Anno Christi 555.
Gregorius deinde Magnus anno Christi. 595. eundem commendandi morem seruauit in Panormi-
25 tana, & Terracinẽsi Ecclesia, li. 2. Epist. 13. & 70. d. c. obitum. 61. dist & c. illud 12. q. 1. † Procedente verò tpe cœperunt commendæ in vtilitatem ipsorũ cõmendatariorum institui, anno Christi. 847. sub Leone IIII. c. qui plures. 12. q. 1. qđ & supra tradidimus. Anno Christi 847.
26 † Quo factum est, vt cõmendæ titulus, sicut & aliorum beneficiorum vsu frequens exiterit. c. dudum, il 2. de elect. in 6. & c.
27 nemo deinceps, ubi Io. And. not. † Quæ res vsque ad tpa Innocentij VI. anno Christi. 1352. statum non mutauit: Is commendas oẽs reuocauit, & aboleuit gñali lege lata, quæ Extrauagãs vulgo dr̃, cui initiũ erat, Pastoris, &c. Et quamuis inter cæteras non reperiatur, eius tamen meminit Io. Nicol. Gimonte. tract. de benefi. tit. 3. c. 10. sed illa constitutio tunc forte usu non recepta, Anno Christi 1352.
28 hodie penitus exoleuit. † Huiusmodi autem commendarum vsus maxima cum ratione a Summ. Pont. fuit inductus: cùm enim redditus Ecclesiastici, ne dum Ecclesiarum causa instituti sint, sed vt ex eis etiam clerici, & Sacerdotes, & qui cum illis sunt, alantur, non solùm autem illi, sed & alij, qui Ecclesiasticis muneribus occupantur: quæ res maximam habet pietatis causam. c. diaconi sunt. 63. dist. in cap. studeat. 50. dist. Curarunt.

Summi

Summi Pontifices pro eorum more, vt Eccleſię quidem debitum ſeruitium non deſereretur, & ijs, qui cęteris Eccleſiaſticis officijs vacabant, conſuleretur. Quod ea ratione fieri poſſe iudicarunt, ſi aſſignata certa reddituum portione Sacerdotibus, qui & animarum curam gererent, & diuina officia in Eccleſia celebrarent, reliquos omnes alicui emerito in eius vtilitatẽ commendarent. Nihil certe in huiuſmodi pia inſtitutione cõſiderari poteſt, quod quempiam offendat, ſatis enim fit Eccleſiæ ſimul & reliquis, qui de Apoſtolica ſede ſint optime meriti: & cum ij redditus in alios uſus eſſent erogandi, in hunc certe qui pijſſimus eſt, a Summo Pontifice illorum domino magna cum ratione deſtinantur. † Sed & hoc voluntati defuncto
29 rum, qui bonam horum reddituum partem aliquando relinquunt, nequaquam obſiſtit. Tantùm enim abeſt, ꝙ id ipſi improbarent, ut magis aliquando id euenturum fore rati, ſi fuiſ-
30 ſent interrogati eſſent conceſſuri; † quod expreſse uim in iur[illegible] obtinet. l. tale pactum. §. fi. ubi gl. uerſi. pro exceptione. ff. de pa-
31 ctis. & ibi Bar. Bald. Alex. & Iaſ. † His accedit, ꝙ in quacunque hominis diſpoſitione maiorum authoritas excepta ſemper intelligitur. c. ueniens, de iur. iur. a quibus facti rationem exige-
32 re ſacrilegium eſt. l. ſacri affatus. C. de crim. ſacrileg. † Rurſus teſtatorum uoluntates ita interprætari debent, vt animatæ ipſius legis diſpoſitioni ſint conformes. l. hæredes mei. §. cumita. ff. ad Treb. ubi Bar. Cuma. Alex. nu. 8. Soci. num. 35. Rip. nu. 77 l. ſi duo. ff. de acq hæred. ubi gio. Dyn. Bartol. Alber. & Caſtren. nu. 3. Vnde ꝙ in ea re uniuerſalis Eccl. paſtor ſtatuerit, ab ipſis omnino probatum cenſeri debet. Hæc omnia eo magis comprobantur, ꝙ alicui prædaro uiro unius tantùm beneficij reditus ad eius uitam honeſte ſuſtentandam aliquando nõ ſufficiunt. Nec cogendus eſt, vt vno loco reſideat, ſi alibi commo-
33 rans, uniuerſali Eccleſiæ vtilior eſſe poteſt: † Quare nemo nõ videt, neceſſarium fuiſſe commendarum vſum, cõſuetudinis, Eccleſiæ ſitus, & perſonæ qualitate perpenſa, arg. gl. c. 1. 21. q. 1. c. erit autem. 4. diſt. c. Abbate, de verb. ſign. gl. c. extirpandæ, de pręb. Vt quod ijs, qui de Chriſtiana republica benemeriti ſunt aliunde tribui non poterat illud per eas præſtaretur.

ARGVMENTVM.

Quibus temporibus plures religioſorum Regulæ, & Congregationes a ſede Apoſtolica deinde approbatæ, exordium ſumpſerint.

SVMMARIVM.

1 *Varia hoſpitalium nomina.*
2 *Religioſorum conuentus multi habent reditus Eccleſiaſticos, non tamen dicuntur habere beneficia.*
3 *Regulæ Monachorum omnes ad quatuor rediguntur.*
4 *Prima Regula eſt Sancti Baſilii.*
5 *A regula Sancti Baſilii fluxerunt plures familiæ.*
6 *Cluniacenſis.*
7 *Camaldulenſis.*
8 *Vallis vmbroſæ.*
9 *Grandimontenſis.*
10 *Congregatio Humiliatorum, ab exulibus Mediolanenſibus cœpta.*
11 *Humiliati aliàs cõdemnati a Lucio Papa, ſuppreſſi in totũ a Pio V. nu. 12.*
13 *Secunda regula eſt Sancti Auguſtini.*
14 *Ab ea fluxerunt congregatio Sancti Saluatoris.*
15 *Ordo militiæ Sancti Iacobi de Spata.*
16 *Ordo Canonicorum regularium.*
17 *Ordo Prædicatorum.*
18 *Ordo Carmelitarum.*
19 *Ordo monachorum ſancti Hieronymi.*
20 *Tertia regula eſt Sancti Benedicti. ab ea.*
21 *Congregatio Sanctæ Iuſtinæ.*
22 *Ciſterſienſes.*
23 *Cœleſtini.*
24 *Quarta regula eſt Sancti Franciſci.*
25 *Sub ea ſunt conuentus Minorum.*
26 *Cappucinorum.*
27 *Ordo Monialium Sanctæ Claræ.*
28 *Ieſuati a quo inſtituti.*
29 *Societas Clericorum regularium nominis Ieſu.*
30 *Theatini.*

Caput 16.

QVoniam religioſę domus permultę ſunt, virorumque, & mulierum cœtus, qui Eccleſiaſticis quidem redditibus fruunt, nec tamen beneficia obtinere dicuntur. capitu. li quis omne, 1. quæſtion. 7. Clemen. 2. de præbend.
1 & Clemen. 2. de relig. domin. † Non ab re fore exiſtimauimus, de his aliqua hìc ſubijcere, quorum a beneficijs haud abſimilis ratio eſt: cuius generis ſunt, quæ varijs nominibus Iuſtinianus appellat Brephotrophia, Noſocomia, Xenodochia, Orphanotrophia, Gerontoſomea, Orthodoxochia, Procotrophia. l. Orphanotrophos, & toto titu. C. de ſacroſanct. Eccle.
2 † Hoc eodem genere cenſentur conuentus ij Religioſarum perſonarum, qui inſtituti ſunt ſub varijs Sanctorum regulis. Quorum, quia frequentiſſimus vſus eſt, non erit (arbitror) alie-
3 num de ijs hoc in loco fuſius aliquanto dicere. † Ad quatuor
4 potiſſimum regulas regulæ iſtæ omnes rediguntur. † Prima eſt Sancti Baſilij, qui Græcorum Monachorum cõgregationem inſtituit, quam deinceps in Occidentem Diuus Benedictus ad tria, paupertatis, caſtitatis, ac obedien- Anno
tiæ uota reduxit; Idq; ſub Totila Baduilla, Gotho- Chriſti
rum Rege Septimo, circiter annum Chriſti 542. 542.
quorum & ſupra mentio habita eſt † Ab ea fluxere
quàmplures deinde familiæ, † ut Cluniacenſis in Anno
Gallis ab Othone Muſcio inchoata paulò ante Io- Chriſti
annis XI. creationem, annum Chriſti circiter 913. 913.
7 † Camaldulenſis, a S. Romualdo in Italia inſtituta
8 poſt annum ſalutis circiter 1012. ſub Benedicto VII. † Vallis Vmbroſæ a Sancto Ioanne Gualiberto, in Italia, ſub Ioanne
9 XIX. anno Chriſti 1030. † Grandimontenſis in Gallia, a Beato
10 Stephano conſtituta, ſub annum 1076. † Congregatio Humiliatorum, cui ab exulibus Mediolanenſib. initium datum ferũ, Calixto III. eo, inquam, Calixto, qui in ſchiſmate
contra Alexandrum III. fuit electus circiter an Anno
num Chriſti 1170. quæ ſub Innocentio III. anno Chriſti
11 Chriſti 1200. confirmationem accepit; † eos con- 1170.
demnatos a Lucio Papa, ꝙ iurantes damnarent ac deinde a Clemente reſtitutos Bernardus Gloſator tradit, in c.
12 olim, primo, de reſti. ſpol. uer. Humiliatis: † tandem verò ſub fœ. re. Pio V. ſic temporum exigente conditione, prorſus extincta, & religio eſt, & aboleta, quod in eius ſuppreſſionis di-
13 plomate latius eſt uidere. † Secunda ex quatuor regulis eſt Eremitarum S. Auguſtini, ab eodem mul Anno
tis ſanctiſſimis præceptis inſtituta, poſtea ſub Inno- Chriſti
centio IIII. circiter annum Chriſti 1255. cõfirma- 1255.
14 ta; † a qua Congregatio Sãcti Saluatoris Bononiæ,
15 anno 1409. Sub Gregorio XII. fluxit. † Et ordo Militiæ Sancti Iacobi de Spata, in Hiſpania, auctore Petro Ferdinando ſub
16 Calixto IIII. anno 1470. emanauit. † Ad hanc ordo Canonicorum Regularium refertur, Lucæ apud Sanctum Fridianũ, & Romæ ab Alexandro II. anno Chriſti 1062. reſtitutus, ac Man-
tuæ in Eccleſia Sancti Marci, anno Chriſti 1231. po-
17 ſteà inſtitutus. † Ordo quoque Prædicatorum a Sã- Anno
cto Dominico, anno Chriſti 1205. inchoatus ſub Chriſti
Ioanne IX. ab Honorio deinde III. anno Chriſti 1205.
18 1216. cõfirmatus fuit. † Ordo Carmelitarum ab Al-
berto Hieroſolymitano Patriarcha reſtitutus, ac ſub Ioanne
19 IX. opera Fr. Bertoldi, anno Chriſti 1205. reformatus. † Ordo Monachorum Sancti Hieronymi, qui & ipſi ſub regula Sãcti Auguſtini degunt in Hiſpania, ab Vrbano V. anno Chriſti
20 1365. inſtitutus. † Tertia regula eſt Sancti Benedicti, ſub qua multi Monachi militant, ac præcipue ij, quos nigros vulgus di-
21 cit, † qui ab antiqua uiuendi regula aliquando relaxati, reformati fuerunt in ſpeciali Congregatione, vulgo San
ctæ Iuſtinæ appellata, quæ Congregatio a Ludoui- Anno
co Barbo Veneto, ſub Gregorio XII. Veneto, an- Chriſti
no Chriſti 1409. inſtituta ab Eugenio IIII. anno 1409.
12 Chriſti 1430. confirmata fuit. † Florent ſub eadem
Ciſterciẽſes multis priuilegijs a ſede Apoſtolica ornati; quos
23 & D. Bernardus mirùm in modum dilatauit. † Cæleſtini præterea nuncupati a Petro Cœleſtino Papa eius nomi-
nis Quinto, qui ordinem eundem fuerat profeſſus. Anno
24 † Poſtrema regula eſt S. Franc. anno Chriſti 1210. Chriſti
ſub Innocentio III. cœpta, demùm uerò poſt ordi 1210.
nem Prædicatorum ab Honorio III. circiter annũ
25 Chriſti 1216. confirmata, † ſub qua Conuentus Minorum degunt, quorum ordo a S. Franciſco de Paula Calabro inſtitu-
26 tus, a Sixto 4. primùm anno 1473. confirmatus fuit. † Capucinorum etiam, qui in extrema mendicitate maxima cum uniuerſi Orbis admiratione ſanctiſſimè degunt, quorum & ſacrũ
27 Concilium Tridẽtinum meminit Seſſ. 25. c. 3. de reform. † Sub hac regula militat Ordo Monialium Sanctæ Claræ. D. Franciſci conciuis, quæ ab eo edocta, eum Ordinem auſpicata fuit, anno Chriſti circiter 1215. quod Volaterranus aduertit lib. 21. ſuarum Hiſto. ac deinde ab Alexand. 4. anno Chriſti 1255. in Sanctarum Virginum numerum eſt relata, vt teſtis eſt inter alios Genebrard. in ſua Chronologia. Manarunt ex eiſdem regulis, & aliæ, Spiritu ſancto inſpirante, celeberri-
28 mæ, ac maximi in Religione fructus congregationes, † ueluti Ieſuatorum Senis a Ioanne Columbino inchoata, atque ab Vrbano Quinto circiter annum Chriſti 1365. confir-
29 mata. † Clericorum Regularium Societatis Ieſu ab Ignatio Loyola Hyſpano uiro ſancto inſtituta, quam ſanctiſſimæ

Source : BIU Cujas

Anno Christi 1540. memoriæ Paulus Tertio anno Christi 1540. confirmauit, & de ea meminit statuendo Concilio Trident. Sess. 25. c. 16. de regularibus † Clericorum etiam Regularium, Theatinos uocant, quos vitæ sanctimonia, morum puritas, & in orãdo deuotio plurimum commendat, quam Ioan. Petrus Carafa deinde Pontifex summus Paulus IIII. appellatus fundauit. Equibus insigne veluti sydus emicans Paulus de Aretio ob miram eius sanctitatem, & doctrinam, vel inuitus in amplissimum Cardinalium Collegium a Sanctissimo Pio V. fuit adscitus. Floruit, floretque, ac viget tam sanctis germinibus Ecclesia Spiritus Sancti rore assidue irrigata, in qua quotidie ad Vrbis cœlestis illius exemplar viui lapides, ac gemmæ rite suis coaptantur locis; & quamuis uaricolor sit exterior apparatus, nihilominus qui sub eius gremio sanctis, Religionis statutis Deo militant, eo tantùm tendunt, vt nomen Domini laudent in idipsum, Dauid Psal. 33. Ex his, quibus, & quomodo Ecclesiastica beneficia, Ecclesiasticiq; redditus conferri soleant, ac in quos eorũdem distributio partita sit, constare potest: sed quoniam non ea passim omnib. cõferenda sunt, quæ Deo potissimùm sunt pia deuotione dicata; iccircò uarijs Synodis, atque Concilijs celebratis multa requisita sunt in eis, qui admittendi essent ad eiusmodi redditus obtinendos, vel promoueri cuperent ad sacerdotium, cuius præcipuè causa instituti sunt. De quibus omnibus prout res ipsa postulabit, mox dicemus.

ARGVMENTVM.

Dignitate Sacerdotes, vel ante hac semper cæteris hominibus præstitisse, maximoque illos in prætio apud omnes pene nationes habitos esse.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotis munus eximium est, atque præclarum.*
2 *Sacerdos secularis monacho cuiuis præcellere debet.*
3 *Plato quanti faciat sacerdotes.*
4 *Rex apud Aegyptios non potest sine sacerdotio imperare.*
5 *Sacerdotes apud Aegyptios secundum post Regem locum tenent.*
6 *Panchæi populi, Sacerdotes omnium duces constituebant.*
7 *Galli Sacerdotum, quos Druidas appellabant, arbitrio omnia committebant.*
8 *Apud Germanos idem honor habebatur Sacerdotibus, ac Regibus.*
9 *Aethiopium Reges semper Sacerdotes erant.*
10 *Melissus Cretensium Rex, primus apud eos Dijs sacrificauit.*
11 *Romani legum interpretandarum potestatem Pontificibus concesserunt.*
12 *Regum nomen Ro. exosum in rebus sacris remansit.*
13 *Sacerdotes Deos appellat Dauid: dicuntur etiam Christi. nu. 14.*
15 *Salomon solum Sacerdotem amicum uocauit, cùm cæteri aulici Principes uocarentur.*
16 *Sacerdotes in sacris literis quoque accipiuntur pro iis, qui Regibus a secretis erant, ac magis familiares.*

Caput 17.

CVm necessariò explicandũ nobis sit, cuiusmodi esse debeant, quibus Ecclesiastici redditus conceduntur, cõmodissimè hoc facere posse arbitrati sumus, si de illorum dignitate nonnulla præfati essemus, qui sacris Ordinibus initiantur. Præcipui enim ij sunt, quibus ad redditus huiusmodi obtinendos aditus pateat. † Sacerdotis munus eximium 1
est, adeoque præclarum, vt nihil nobilius illustriusve excogitari possit. Nam si qui Regibus mortalibus inseruiunt, maximo in prætio habentur: quinam, quæso, ijs, qui Christo ministrãt, sat dignus honos tribui potest? Nimirum prætiosissimi uasis, & ad omne bonum opus parati instar obtinet Sacerdos; † præ- 2
sertim Clericus, quem debere Monacho cuiuis præcellere, docent inter alios D. Dionysius de Cęlesti Hierarch. c. 6. Rabanus c. 1. de instit. cleric. ac Beatus Thomas 2. 2. q. 184. art. 8. quod ipsum & doctissimus Petrus Sot. tradit in tractat. de inst. Sacerd. par. 2. lect. 1. † Atqui certe uel Plato, quamuis ueri Sacerdotij 3
præstantiam ethnicus homo non plene fuerit assecutus, tamẽ in lib. de Regno, Sacerdotes maxime nobilitat his uerbis. § Figura namque Sacerdotum, magnanimitate, intelligentiaque, & claritate abundat, propter eorum, quæ aggrediuntur, tractantque magnificentiam. † Quapropter apud Aegyptios nõ 4
licet Regẽ absque Sacerdotio imperare. Quinimmo si ex alio genere quispiam Regnum vsurpat, post Regni assumptionem debet sacris initiari, ut Rex denique sit, & Sacerdos. Propterea in plurimis Græcorum ciuitatibus reperies præcipue sacra a 5
Magistratibus instituti. § Hæc Plato. † Quibus maxime conuenit, quod tradit Diodorus Sicu li. 2. & 7. apud ipsos Aegyptios 6
secundum post Regem locum Sacerdotes obtinuisse. † Panchæi olim populi, Sacerdotes eorum omnium Duces constituere, quibus & controuersiarum iudicia, & publicarum rerũ 7
arbitria permiserunt. † Galli quoque antiquitus eorum Sacerdotes, quos Druidas appellabant, dignos æstimabant, quorum fidei publica & priuata committerent: quod Strabo recensuit, lib. 4. Cornelius etiam Tacitus scribit, in lib. de Moribus Ger- 8
manorum, † Sacerdotes apud veteres Germanos tantum authoritatis habuisse, ut ipsis, ac Regibus idem honor habere cõsueuisset: cumque in aciem prodijssent, nemini neque animad uertere, nec uincire, neque uerberare, nisi sacerdotibus per- 9
missum erat. † De Aethiopibus etiam legimus, eorum Reges semper Sacerdotes existere solitos. Et Lactantius tradidit, li. 1. 10
Inst diuinarum. † Melisium, Cretẽsium Regem, primum apud eos Dijs sacrificasse, ac ritus nouos, Sacrorumq; pompas in- 11
troduxisse. † Gloriossimi omnium gentium, & populorum Romani fuerunt, qui legum duodecim tabularum interprætã licentiam Pontificibus concesserunt, vt in iure Ciuili relatũ est, l. 2. §. omnium autem horum, ff. de orig. iur. Vnde Cicero ipse diuinitus Romanis institutum esse dicit, vt ijdem Religionibus Deorum immortalium, & summæ reipublicæ præessẽt. 12
† Et quamuis exosum Regum nomen haberẽt Romani, illud tamen in Sacris manere uoluerunt: siquidem, ut est apud Liuium, Fenestellam, & alios, Rex Sacrorũ, Iunio Bruto, & Marco Valerio Consulibus, creatus est, qui Rex Sacrificulus appellabatur: si talis erat Ethicorum dignitas, ac maiestas, quanti debemus nos Christianos Sacerdotes existimare, qui cæteris nõminus præstant atque vmbræ corpus, lux tenebris? ac veluti Sol inter sydera omnia clariùs emicat, sic ipsi cæteros longe 13
omnes splendore, ac dignitate mirifice antecellunt. † Hos certe Deos Dauid appellare haud veritus est: Ego, inquit, dixi, Dij 14
estis, cap. duo sunt, 12. q. 1. c. solitæ, de maio. & obed. † Alibi ẽt Christi sunt nuncupati, 1. Paralipom. 16. & Psal. 104. Nolite tangere Christos meos. & in eo loco Sacerdotes oleo, & affluentia Spiritus sancti unctos intelligi D. Dionysius Carthusianus post Lyranum, & alios aduertit. Nec sanè immeritò & Dij, & Christi appellati sunt, cum Sacerdotibus super alios generis sui proximos, qui alioquin naturæ lege ijs æquales fuissent, potestas, imperium que vitæ, & necis datum sit, dum ligãdi, ac soluendi potestas est attributa. Itaque Dei sunt Vicarij glorioss, Deo proximi, vt super illis uerbis (Dij estis) Titelmanus, Iacobus de Valentia, & pie Ioannes Baptista Folengius, ac reliqui 15
animaduerterunt. † Notatu illud certe dignum est, Salomonẽ, cui Deus sapientiam, prudentiamque dedit, quem nimis Deus dilexit, & per Nathan, amabilem Domino uocare uoluit, solũ Sacerdotem amicum uocasse: is enim in Prouerbijs dixit, causam tuam tracta cum amico tuo. quem uerò amicum intellexerit in libris Regum explicatum est, 3. Reg. 4. in quibus, cùm cæteri Salomonis aulici, Principes dicti reperiantur, solus Sacerdos Sabud filius Nathan, eius amicus dictus est, ut facile intelligas sanctissimum Sacerdotum nomen extitisse: Sanctitate nimirum adductus est Salomon, vt Sacerdotem sibi socium, atque amicum assumeret, non ꝙ illius bonis indigeret. Nullus enim profectò Regum fuit, qui argenti æque, ac lapidum poscentibus copiam facere potuerit. Non alius fuit, cuius ætate argentum nihili fieret. Is super omnes Reges Terræ diuitijs, ac sapientia magnificatus est; eius vultum omnis terra videre desiderabat; Eum iussit Dominus postulare, quid uellet, atque is 16
tamen Sacerdoti se amicum professus est. † Porrò Sacerdotis nomen in sacris literis, pro ijs etiam accipi consueuisse, qui Regibus a secretis erant, ac familiares, docuit eruditissimus Fran. Forer. in Isaiam, cap. 61. uer. Sacerdotes Domini.

ARGVMEMTVM.

Quibus rebus potissimùm præditos esse oporteat, qui sacris initiari uelint.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates, quæ in clericis requiruntur, quædam sunt intrinsecæ, quædam extrinsecæ.*
2 *Natalium claritas requiritur in promouendis.*
3 *Spurii quàm plures extitere clarissimi.*
4 *Gratianus decretorum compilator, fuit spurius.*
5 *Iephte, Sanctus a Paulo appellatus.*
6 *Albanus Martyr.*
7 *Summi Pontifices quamplures illegitime nati.*
8 *Cardinalis Paleotti præstantia & laus.*
9 *Illegitimi repelluntur a Sacerdotio absque speciali dispensatione.*
10 *Aetas in promouendis necessaria.*
11 *Presbyter non ordinatur quis ante uigesimum quintum annum.*
12 *Clericus non potest obtinere beneficia simplicia ante annum decimum quartum.*
13 *Episcopus quis esse non potest ante trigesimum annum exactum.*
14 *Iuuenis prudens esse non potest.*
15 *Adolescentes plures maximæ virtutis.*

Salomon,

Source : BIU Cujas

16 *Salomon, Dauid, Ionathas, Daniel, Timotheus.*
17 *Laici cur ab ordinibus statim repelluntur.*
18 *Laici & impuberes arcentur à beneficiis consequendis.*
19 *Michael Imperator à Nicolao I. grauiter reprehensus, quòd militem Cõstantinopolitanæ Ecclesiæ præfecisset.*
20 *Laici plures, prabatæ tamen uitæ, ad Episcopatum uocari.*
21 *Diui Bernardi pulchra uerba de beneficiis impuberibus non conferendis.*
22 *Promouendus ad sacros ordines Ecclesiasticum beneficium, aut sufficiens patrimonium habere debet.*
23 *Corpore uitiati ad sacros ordines non sunt assumendi sine dispensatione Apostolica.*
24 *Qui sibi virilia amputauit, ordinari non potest.*
25 *Origenes suspitionis uitandæ causa seipsum castrauit.*
26 *Castrati per vim, vel à Medicis ob infirmitatem ordinari possunt.*
27 *Eunuchus natus ordinari potest, vt fuit Dorotheus Antiochiæ Episcopus.*

Caput 18.

PRorsùs omni studio enitẽdum fuit, vt rerum omnium creatoris cultui ij potissimum addicerentur, quorũ de virtute & sanctitate maxima esset omnium opinio, quiq; Sacerdotij dignitatem nõ tueri modò, sed etiam augere quo dammodò possent. Cùm autem quàmplurima sint, quibus præditos esse illos oportet, videntur mihi ea omnia ad duo
1 genera commodissimè redigi posse. † Quædam enim sunt, q̃ à nostra voluntate minimè pendent, sed vel casu obueniunt, vel si naturalibus ex causis proficiscũtur, nullum tñ animi nostri assensum habent: contrà verò, sunt nonnulla, quæ nostris animis penitùs insident, atque in propria vniuscuiusque uolũtate posita sunt; quæ quidem, quamuis non nisi ex ijs, quæ exterius aguntur, cognosci possint, nihilominus voluntatem,
2 animumq́ue nostrum penitùs attingunt. † Primi capitis exẽpla illa sunt, claritas natalium, quam vel Oecumenica Concilia in Sacerdotibus maximè requirunt, vt Lateranense Concil. sub Alexandro I I I. anno Domini 1280. cap. 1. ca. cum in cunctis. §. 1. & §. inferiora, de elect. ac nuperrime Tridentinum. † Nec
3 equidem inficias iuero, quin ex spurijs multi extiterint omni virtutum genere ornatissimi, quiq́ue præcipuam ingenij, ac morum sanctitatis laudem ita promeruerint, vt vel si spurij vere dici possint, tamen hoc nominis vitio, naturæ præstantia, lausq́ue diminui non potuerit, vt recte Euripides.

Anno Christi 1280.

Fac namq́; ingenio ualeant, fac moribus, ipsum
Haud unquam poterit natura inuertere nomen. Et Statius
Vidi ego transertos aliena in arbore ramos
Altius ire suis.

4 Inter hos censetur † Gratianus, Decretorum compilator, itẽ
5 † Iephte, quem in Sanctorum numero Paulus recensuit; Al-
6 banus Martyr, † ex incestu patris cum filia procreatus; plurimi insuper † Pontifices illegitime nati, quos accurate Gratia-
7 nus ipse refert. 56. dist. sed multò fusius, & accuratius in tracta-
8 de not. & spur. † Illustrissimus Cardinalis Palęotus, Bononiẽsis Ecclesię Pastor vigilantissimus, cuius qui vitam, mores, sanctitatem attentius inspexerit, non grauate concesserit nobilissimo illius exemplo totam Christianam Rempub. maxime illustrari. Verùm, tametsi hæc ita se habeant, tamen cùm in Ecclesiastico cœtu nihil nisi purum, atque ex omni parte sincerum recipiatur; † non sine ratione factum esse existimari põt,
9 vt absque speciali dispensatione ij, qui illegitime nati sunt, à Sa-
10 cerdotijs excludantur. cap. 1. & 2. de fil. presbyt. † Aetas quoq; hoc eodem capite censetur, quæ & ipsa in sacris ordinib. con-
11 ferendis necessaria admodum habita est. † Quo circa statutum fuit, ne quis promoueatur ad sacrum Præsbyteratus ordinem antequàm vigesimumquintum ætatis suæ annum at-
12 tingat: neve inferiora beneficia obtinere possit, † si ad 14. non peruenerit, ad Episcopatum verò nullatenus assumeretur,
13 † ante trigesimum, quem exegisset, cap. cum in cunctis, §. 1. & §. inferiora, de elect. Hoc ipsum nouissime Tridentinum Concilium confirmauit sess. 23. cap. 12. § Nullus, inquit, in posterum ad Subdiaconatum ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 23. Ad Præsbyteratus ante 25. ætatis suæ annum promoueatur. § eiusmodi vere constitutio maxima cum ratione ab Ecclesia edita est, cum huius generis viros prudentia potissimũ deceat, quæ cùm nisi longo rerum vsu non acquiratur, ætatẽ
14 summopere expostulat: † etenim scientem iuuenem esse posse, minime verò prudentem, testis est Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 8. l. fi. C. de minor. 25. ann. Neminem certe præterit, parũ interesse senex, iuuenisque sit quis ætate aut moribus: quod idem Aristoteles affirmat, lib. 1. Ethic. cap. 3. & multos ex iunioribus senes præcellere moribus, antiquorum tempora pũ-

uenire meritis; & quod ætati deest, compensare virtutibus. Senectus enim venerabilis est, non annorum numéro, sed ma-
15 gis morum meritis computata, Sap. 4. † Atque idcircò plures
16 recensentur maximæ virtutis adolescentes; † Salomon, q ado lescens adhuc in Regem est salutatus, 3. reg. 1. Dauid illius pater, qui adolescentiam vix ingressus, iubente Domino, in Iudæorum Regem vnctus est; Ionathas, qui magnam olim in prælio virtutem fecisse memoratur. Machab. cap. 9. & seq. Daniel itidem, quamuis iuuenis, dignus habitus est, qui prophetico Dei spiritu donaretur; Thimotheus, qui Episcopus ab Apostolis electus, adolescens tamen erat: quod Pauli verba indicant Epistola. 1. cap. 4. § Nemo, inquit, adolescentiam tuam contemnat, sed esto exemplum fidei in verbo, in cõuersatione, in fide, in charitate, & castitate. § Sed hæc ipsa exempla frequentia non sunt: vnde ab Ecclesia maxime prospiciendum erat, vt perpetua quadam ratione in commnni hominũ statu ea decerneret, quæ in sacris viris deligendis potissimũ erãt necessaria. Quod quantum ad eorum ætatem ita assequi posse existimauit, si in vno quoque ordine selegisset eum annorũ
17 numerum, cuius supra meminimus. † Quod causæ fuit, cur ætate tenera ad sacros ordines non assumerentur, illud etiam efficit, vt laici citò ad eos ascendere prohiberentur, quos satis iuuenes Ecclesia iudicauit, q̃ nullis essent Ecclesiasticis antea ordinibus initiati. Extat ea constitutio inter decreta Gelasij Primi, cap. 4. quam obseruari omninò præcepit Cœlestinus Primus in Epistola tertia ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ.
18 † Quamobrem, & à beneficijs consequendis arcentur laici, &
19 impuberes. † Quocirca Nicolaus Primus ad Michaelem Imperatorem scribens, illum grauiter reprehendit, q̃ Photium militem, Ignatio viro optimo damnato, in Patriarchatu Cõstantinopolitano suffeciisset. ea Epistola est sub datione diei
20 18. Martij, Indictione nona. † Tametsi verò Nicolaus etiam num laicus ad Episcopatum promotus est, Seuerus ex Lanificio ad Archiepiscopatum vocatus, Ambrosius nondum sacra tinctus aqua Archiepiscopus electus fuerit. c. statuimus, 61. distin. Theod. lib. 4 Eccl. histor. cap. 6. Nouorum tamen (vt ait Poeta) exempla factorum contra veteres Canones, Ecclesiasticamq́ue disciplinam non temere ad consequentiam tra
21 hi debent. cap. non exemplo, 26. q. 2 † De impuberibus verò libet D. Bernardi verba non iniucunda subijcere. is aliquando a Theobaldo Comite rogatus, q̃ operam suam præstaret, vt filio eius paruulo beneficium ab Eugenio Pontifice conferretur, Epistola 271. ita respondit: § Quis enim ego sum, vt de metantillo tãtus Princeps curetis, nisi quamdiu Deum in me esse creditis? Ergo, vt offendam eum, fortassis nec vobis expedit: offendo autem procul dubio, si facio quod requiritis. Nã honores, & dignitates Ecclesiasticas non ignoro deberi his, qui eas digne, ac secundùm Deum administrare & velint, & possint. Porrò eas acquiri paruulo filio vestro precibus meis, vel vestris, nec vobis iustum, nec mihi tutum esse noueritis. Sanè Vuillelmulo nostro cupio bene per omnia, sed ante omnia Deum. § Prudẽtissima, ac Christianę Religionis, & sanctis-
22 simi zeli plena responsio. † Ad hæc & illud adiectum est, vt sacris initiandus ecclesiasticum habeat beneficium, vel cõgruũ patrimonium, quod sibi ad vitam honeste sustentandam sufficiat, illudq́ue ne alienetur absque Episcopi licẽtia, statuit nouissime Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 2. § Patrimoniũ, inquit, vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possint, nisi prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem ab eis obtinere, taliaq; esse quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licẽtia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant vnde vi-
23 uere possint. † Postremò qui diuino ministerio adscribi cupiunt, corporis defectũ aliquem pati non debent: sicut enim sincero animo ac vitijs non commaculato sacrificia Deo offerenda sunt, ita conuenire existimatum est, vt manchi, claudi, lusci, aut alterius membri defectu turpes ac deformes ab eorum oblatione, sine speciali Apostolicæ sedis indulgẽtia repellerentur, capitu. 2. & eod. titu. de clerico egrotante, & debilita. Eadem ratione prohibent Apostoli. ἀχροτηριάζον, ideſt,
24 † vt vulgò interpretãtur, qui sibi virilia amputauit, ne clericus efficiatur: is enim sui ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei, c. si quis absciderit cap. hi qui. cap. si quis pro ægritudi-
25 næ. 55. dist. c. significauit, de corp. vitia, † quanquam Origenes suspitionis vitandæ causa se ipsum castrauerit, vt tradit Eusebius lib. 6. Eccl. histo. Grati enim sunt Deo eunuchi, quos castrauit voluntas, non necessitas, ait Hieronymus. ca. qui sitit.
26 33. q. 3. † Excipiuntur verò, hi qui ob infirmitatem à Medicis secantur, vel vim à barbaris, aut latronibus patiuntur; tunc. n. ordinari non prohibentur. cap. si quis a Medicis, 55. distin. ca. ex parte, de corp. vitia. Cano. Apostolorum 20. & Nicenæ Synodi, cap. 1. † Idem iuris est, si quis eunuchus natus sit, cuius-
27 modi fuisse Dorothæum, Antiochiæ Episcopum, scribit Eusebius lib. 7. Eccle. histo. cap. 28. is enim morbus cùm oculis

non

Source : BIU Cujas

non pateat, non niſi certis caſibus impedimentum præſtare placuit. Et hæc quoad ea quæ in Sacerdotibus requiſita ſunt, non tamen ab eorum uoluntate pendent, dicta ſufficiant.

ARGVMENTVM.

Præter ea, quæ hucuſque tradita ſunt, alia etiam in Sacerdotibus requiri, quæ ab ipſorum voluntate prorſus pendēt: tum de eorundem barbis nonnulla.

SVMMARIVM.

1 *Scientia in Sacerdotibus requiritur.*
2 *Cæcum animal Deo offertur, ubi ille dux eſſe deſiderat, qui nondum didicit eſſe tyro.*
3 *Morum, & vitæ probitas quàm maximè in Sacerdotibus elucere debent.*
4 *Continentes debent eſſe Sacerdotes.*
5 *Vaſa in ſacris literis, pro hominum corporibus accipiuntur.*
6 *Incontinentes tanquam ſcabiæ infecti, panes Domino offerre prohibentur.*
7 *Scabiem habere dicitur is, cui carnis petulantia dominatur.*
8 *Nadab, & Abiu incontinentes Sacerdotes, igne percuſſi.*
9 *Pœna, qua incontinentes Sacerdotes puniebantur in primitiua Eccleſia.*
10 *Epiſcopus ſi incontinentibus Sacerdotibus pœnam remittebat, ab officio ſuſpendebatur.*
11 *Delitiæ nimiæ clericis interdictæ.*
12 *Sobrij debent eſſe clerici.*
13 *Præsbyteri vaccinam, vel veruecinam carnem cū aceto comedere debēt, & lac bibere, ne rubentibus buccis ieiunium prædicent.*
14 *Epiſcopus vltra tertiam uicem bibere non debet.*
15 *Conditiones, quibus Sacerdotes præditi eſſe debent ex Diuo Paulo.*
16 *Varicolor habitus, commeſſationes, cauponarum frequentationes, clericis interdictæ.*
17 *Clerici nec barbam, nec comam nutrire debent.*
18 *Barba an clericis radenda.*
19 *Intell. ad capitu. clericis, & capitu. clericus, de vita, & honeſtate clericorum.*
20 *Græci multa ſuppoſuerunt Concilijs in ipſorum fauorem.*
21 *Canon Textius ſecundi Cōcilij Conſtantinopolitani ſuppoſititius, & à Græcis confictus.*
22 *Nicolaus primus cōqueſtus cum Michaele Imperatore, quòd multa in eius Epiſtolis addita, multa dempta fuiſſent.*
23 *Nazaræorum hæreſis, quia in barba, & coma vim omnem conſtituebant.*
24 *Romanorum nimius cultus circa comam.*
25 *Hypocriſis omnino fugienda: ac proinde multa in eius deteſtationem.*
26 *Grauius eſt peccare per hypochriſim, quàm manifeſtè.*

Caput 19.

ALterum genus eorum, quæ ab Eccleſiaſticis viris exiguntur, plura continet, quorum nonnulla ſubijciemus, cum ſi omnia perſequi vellemus, longius, quàm præſens tractatio patitur, noſtra protraheretur oratio. Eorum autem exempla hæc ſunt, † Scientia, q̄ & ſi pendeat ab eo virtutis ſtudio, quod cuiuſque animo inſidet, illa tamen ad actionem inſtituitur, atque iccirco ex eis, quæ aguntur manifeſta ſit. Ea vero quàm cenixe à Sacerdotib. poſtulentur, Oſeas Propheta indicat, c. 4. § Quia tu, inquit, ſcientiam repulisti & ego te repellam, ne Sacerdotiō fungaris mihi, § ca omnes. 38. di. Miſerum quippe eſt, eum Magiſtrum effici, qui nondum nouit eſſe diſcipulus. cap. miſerum, 61. diſt. c. cum in magiſtrum. de elect. † Cæcum namque animal Deo offertur, vbi ille Dux eſſe deſiderat, qui nondum didicit eſſe Tyro. c. Sacerdotes, 49. diſt. Et idcirco ignorantiam tanquàm cunctorum errorum matrem in Sacerdotibus eſſe omnino uitandam ait tex. in c. ignorantia. 38. diſt. § Ignorantia, inquit, cunctorum errorum mater, maxime in Sacerdotibus Dei vitanda eſt, qui regendi, docendique officium in populo Dei ſuſceperunt: tradunt inno. But. Panor. & alij, in d. cap. cum in cūctis. § inferiora. de elect. Quoniam verò omnis ſcientiæ laus, vt diximus, in actione conſiſtit, moralem enim non auditorē tantùm, ſed factorem eſſe debere docuit in Ethicis Ariſtoteles, & per ſe perſpectiſſimum eſt. Illud præterea Sacerdotibus maxime conuenire exiſtimatum eſt, vt ea primùm ipſi exequantur, quæ cæteros docent. † Quocirca morum ac uitæ probitas illos perſpicuos in Eccleſia reddere debet, cuius rei gratia multa à ſacris Canonib. ſtatuta ſunt, vt clericorum actiones cæteris viuendi exemplum præbeant. † Inter cæteras vero virtutes, maxime omnium illis continentia præcipitur. Decet enim ſacros viros ab omni carnis labe prorſus eſſe immunes: in quam ſententiam Eſaias ſummopere incontinentiam deteſtatur. cap. 52. § Polluitum inquit, nolite tangere: mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini. † § Quo loco vaſa nō tam fictilia ac humano opere confecta intelliguntur, quàm hominū corpora, quæ vaſa Domini in ſacris literis appellant pr, iuxta illud Pauli, 1. ad Theſſalonicenſes, cap. 3. § Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum, vas ſuū poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij. & 2. Corin. 4. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus: § quod animaduertunt D. Dyoniſius Carthuſianus, & Aimon Alberſtratenſis Epiſcopus in ſupra citato Eſaię loco. † Quamobrē incontinentes tanquam ſcabie infecti, panes Domino offerre prohibentur, Leuitici cap. 21. † Scabiem enim habere dicitur is, cui carnis petulantia dominatur: in ea namque feruor uiſcerum ad cutim trahitur, per quam rectè luxuriam deſignari dixit Gregorius in Paſtorali, cap hinc etenim. 49. diſt. in cuius rei exemplum † Nadab, & Abiu incōtinentes Sacerdotes, dū turibulis ignem imponerent, diuino ictu percuſſi interierūt, Leuit. 10. Eo nomine huiuſmodi Sacerdotes ſic Deus increpat apud Malachiam, cap. 1. § O vos ſacerdotes, inquit, qui ſallitis nomen meum, & dixiſtis, In qua re ſallimus nomen tuū? quib. reſponſum eſt, offerentes ad altare meum panes polluti, non eſt mihi uoluntas in vobis, dicit Dominus. § † Tanti verò fiebat continentia Apoſtolorum tempore, vt ſi quis in carnis lubricum incidiſſet, huiuſmodi illi pœna infligeretur: Deponebatur, ac inter laicos pœnitētiam acturum perpetuo reijciebatur. c. oportet, 71. diſt. paulò poſt Apoſtolorum tempora decem annis incontinentes iubebantur pœnitentiā agere, tribus quidem menſib. in pane, & aqua, à veſpere in veſperas. Dominicis ac ſolemnib. dieb. exceptis, quibus modico vino ac piſciculis recreari illis erat permiſſum. Induti vero ſacco humi iacebant, noctes ac dies Dei miſericordiam implorantes, c. præsbyter, 82. diſt. Tranſactis tribus menſibus aliquanto mitius cum illis agebatur, vt per ſequentem annum cū dimidio pane, & aqua tantùm veſcerentur, exceptis Dominicis, & aliis feſtiuis dieb. quibus vino ſagimine ouis, & caſeo illis vti concedebatur, aliis deinde ſequentib. annis tribus feriis vnaquaque hębdomada in pane & aqua ieiunare iubebātur, quod fuſius explicatur in d. c. præſbyter. 82. diſt. † Quòd ſi Epiſcopus ſibi ſubditis præſbyteris aut Diaconis præcio aut præcib. pœnas eiuſmodi condonaſſet, ab officio ſuſpendebatur. cap. ſi quis epūs, 83. diſt. † Nimiæ quoque delitiæ clericis interdictæ ſunt, ne illis laſciuiēdi cauſa præſtetur. Vnde Amos Propheta, § Vę, inquit, ijs qui uenerunt ad diem malum dormiētes in lectis eburneis, quod ibi differte explicauit Benedictus Arias Montanus, & Marcuardus de Suſanis tractatu de cœlibatu Sacerdotum par. 1. ca. † Sobrii præterea debet eſſe Sacerdotes: vbi enim temulentia eſt, & venter ſaturatur, ibi cacodę mones exultant † iccirco præsbyteri uaccinam, uel veruecinam carnem cum aceto commedere debent, & lac bibere, ne rubentib. buccis ieiunium prædicent. glo. in c. illud, 10. q. 3. † Sic & epiſcopus bibere vltra tertiam vicem prohibetur. c. quādo præsbyter. 44. diſt. † Lubet hic ſubiicere pulchra Diui Pauli uerba quib. & epiſcoporum & Sacerdotum cōditiones elegantiſſimè exprimit. § Oportet, inquit, epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ſobriem prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem, non uinolentum: Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpe lucrum ſectantes. § prima ad Timor. 3. & ad Titum prima. ſed quę breui uerborum compendio D. Paulus expreſſit, fuſius, & iuxta ſacrarum literarum mentem, & Canonicas ſanctiones explicuit doctiſſimus, ac eruditiſſimus Pet. Folle. in ſua praxi. cano. par. 1. Moral. Continentiam uerò ſacrorum hominū multa præterea concomitari debent: † inde clericis uaricolor habitus interdictus, commeſſationes prohibitę, ac cauponarum frequentationes prorſus uetitę. cap. pen. de uita & honeſt. cler. c. à crapula, eod. tit. & tot. titu. diſt. 44. Concil. Triden. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform. & ſeſſ. 14. cap. 6. † Illud præterea adiectum eſt, ne Clerici comam, aut barbam nutriant. cap. Clericus, ca. Clericis, de ui. & honeſt. cleri. † Quę prohibitio aliquib. ita ad unguem obſeruanda uiſa eſt, ut Clericis omnino barbam radendam exiſtimauerint. Eius rei argumentum ſumunt ex Alexandrii III. reſcripto, ad Cantuarienſem Archiepiſcopū, in d. cap. Clericis, cuius uerba ſunt: § Clerici, qui comam, aut barbam nutriunt, ab Archidiaconis etiam inuiti tondeātur. § † Sed hoc Alexandri reſcriptum nullam prorſus probationē facit. Verba enim illa ex Agathenſi Concilio, cap. 20. deſumpta ſunt, in quo penitùs barbę mentio non habetur. Sed manifeſtiſſimus fuit impreſſoris error, qui ſicut uerbum, Radant, à Carthaginenſi Concilio dempſit, cap. 44. in d. ca. Clericus ita uerbum, Barbam, adiecit Concilio Agathenſi. Cuius uerba ſunt: § Clerici, qui comam nutriūt, ab Archidiaconis, etiam ſi noluerint, tondeantur. § Ita reſtituendus omnino eſt tex. in d. c. Clericis. Tantùm igitur abeſt, ut hanc ſententiam textus ille probet, q̄ potius nulla barbę mentione habita, contrariā firmet, barbam ſcilicet non eſſe radendam: quæ conſtitutio Carthaginenſis Concilii fuit d. cap. 44. relata in d. cap. Clericus cuius ea ſunt uerba: § Clerici neque comam nutriant, neq; barbam

Source : BIU Cujas

bam radant. § Vnde manifestum fit, impressoris errorẽ fuisse,qui vtrique Concilio vim fecit,ne contraria compaginare
20 videretur.† Nec certè mirum id videri debet; quando & in alijs Concilijs multa suppositia legantur, cuius rei duo illa exẽpla sufficiant.Primùm est,ꝙ Concilio Niceno, canone sexto, decretum fuerit,vt Romana sedes primum locum, secundũ Alexandrina,& tertium Antiochena obtinerent: Constantinopoli verò condita,in Concilio generali secundo, in ea Vrbe,sub seniore Theodosio congregato cautum est, vt Constantinopolitana sedes secundum post Romanam locum, & ante Alexandrinam haberet,ꝙ Constantinopolis esset noua
21 Roma: ita eius Concilij vulgatus Canon tertius habet,† quẽ tamen suppositititium,& à Græcis fictum fuisse apertè in Concilio Calcedonensi proclamarent Legati Leonis Papæ, & S. R.Eccl.qui in Concilio Ecclesiæ nomine præsidebant, vt ex
22 eiusdem Synodi act.16.liquet.† Secũdum est, ꝙ Nicolaus Primus,ad Michaelem Imperatorem scribens, grauissime conquæritur,multa in eius Epistola dempta, multa item addita fuisse,vt idem indicat in Epistola,sub datione die.18. Martij, Indictione 9.quod etiam aduertit Ioannes Valentinus in præfatione ad acta sextæ Synodi. Solemni itaque Concilij Carthaginensis edicto,Sacerdotibus pręcipitur,ne barbam radãt, vt viri sint,& videantur,& quandam præ se ferant sui(vt ita dicam)generis maiestatem.† Quòd si verba illa legenda nõ sint
23 videntur eæ constitutiones Nazaræorum hæresim respicere, quorum tantus erat,& barbæ & capillorum cultus, vt in illis vim omnem Sampsonis argumento collocarent, vt tradunt Epiphanius contra 80.hæreses,lib.2. in fin. & post illũ Gabriel Praeolus de Vitis & sectis hæreticorum, verbo, Nazaræi. Damnant itaque Canones superstitiosum barbæ cultum, vel
24 eius nimiam curiositatem:† qualis olim comæ fuit apud Romanos,quam detestatur Seneca,lib.1.de breuitate vitæ, cap. 21.his verbis: § Quis est istorum, qui non malit Rempublicã turbari,quàm comam?hos tu ocioſos vocas inter pectinem speculumque occupatos? Non tamen iccircò ab ijs constitutionibus barbæ vsus prohibitus intelligi debet; sed hæc fusius Ioannes Pierius Valerianus, in eo quem edidit de Sacerdotũ barbis libello,& Fr.Franciscus Georgius in tract. de harmo-
25 nia mundi,tom.3.cap.6.in fi.† Maximè verò omnium clericis fugienda est hypocrisis,quæ multos obcæcat, lipposque reddit dira colluies: nedum illis,sed Christianis omnib. penitus interdicta,continet enim malorum genera omnia, cùm tamen boni speciem præ se ferat:qua si quis detinetur, is nihil aliud agit,quàm Luciferi prudentiam imitando, Dei ipsius quodãmodo deceptorem se profiteri,quo nihil immanius,atrociusque cogitatione comprehendi potest. Fermentum vetus Pharisæorum est hypocrisis,quibus ita minatur Christus: § Vę vobis hypocritæ,quia similes facti estis sepulchris dealbatis, quę foris quidem apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum. § Matthæ.23.Hos pariter detestatur Isaias a Matthæo relatus,capit. 15.cum inquit: Populus hic labijs me honorat,cor autem eorum longe est à me. De his Iob.c.13.Non veniet in conspectu Domini omnis hypocrita,& laus impiorum leuis est, & gaudium hypocritæ instar puncti.& alibi gl.in cap.certe,ver.malum,12.quæstio.2.anno-
26 tauit,† grauius esse per hypocrisim,quàm manifeste peccare. Hos oppidò,quàm eleganter pingit Horatius his uersibus.

Iane pater clare, Iane, cùm dixit, Apollo
Labra mouet metuens audiri pulchra Lauerna;
Da mihi fallere, da mihi iustum, sanctumq; uideri,
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.

Hos etiam elegantissime describit Dantes Aligerius in Inferno, cantu 23.lepidissimis quibusdam versiculis, quos videre unicuique in promptu esse potest.Hypocritę ij sunt,qui cum ab illa interna, & secretissima luce ueritatis ceciderint, nihil est,unde uelint placere superbi,nisi fraudulentis simulationibus.& eorum hi multum cordati uidentur,qui quem uoluerunt fallere,ac decipere,potuerunt:Itaque primi parentes ut iam non essent simplices,fecerunt de foliis fici sibi succincto ra,tanquàm tegentes pudenda sua,hoc est, occultantes simplitatem,de qua iam erubescebat astuta superbia,ut totidem uerbis tradit Augustinus contra Manichęos,lib.2.cap.15. in fin.Eos idem Augustinus in sermone 59.de temp.2.fer.6.post Dominicam in Quinquagesima, tomo 10. comparat iis, qui spectaculis tecta facie incedunt, distincti cęruleo niueoq. colore,cæterisque pigmentis, habentes item simulacra oris linea,gipsata,& uario colore distincta,nonnunquàm colla, & manus perungentes, ut ad personæ colorem perueniant,& populum,dum in ludis agunt,modò sub specie uiri,modò fœminę fallant.Sinceri itaque,ac puri Sacerdotes esse debẽt, ut Deo,cui inseruiunt,qui purissimus est,placeant. De his, quoniam nobis in præsentia dicere propositum non est, siquis plura uidere uelit, adeat Isidorum, libro de summo bono, capitu.24.ac D.Thom.secunda secundæ, quæstio.111.& hæc hactenus.

ARGVMENTVM.

Reliquis porrò clericis omnibus debere Prælatos uita & moribus præstare: & quæ in iis uirtutes præ cæteris elucere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Residentia Episcopis,& parochis,ac aliis, qui regendi officium in ecclesia habent,quàm maxime necessaria.*
2 *Residentia an sit de iure diuino,remissiue.*
3 *Prædicatio Episcopis necessaria.*
4 *Cur Deus præcepit,vt Sacerdos Tabernaculum ingressurus,tintinnabulis ambiretur.*
5 *Episcopus imperitus eligendus non est,quòd mutus præco censeatur.*
6 *Episcopi imperiti,canes non valentes latrare,vocantur ab Esaia.*
7 *Lenitas & mansuetudo in Episcopo esse debet:& in eam rem multa recensentur.*
8 *Seueritas nimia à Canonibus improbata.*
9 *Imperium seruorum.*
10 *D. Gregorij lenitas in gubernando, pluraque de eo exempla non iniucunda.*
11 *Gregorii XIII. Pontificis laus in regenda Dei Ecclesia.*
12 *Auaritia clericis,vt pestis fugienda.*
13 *Auaritiæ vis quanta sit.*
14 *Multi ex auaritia occasione sumpta,ac inuidia moti,prælatorum potestatem impie in dubium reuocant.*
15 *Auaritia causam dedit quæstioni de iure reddituum Ecclesiasticorum.*

Caput 20.

CVm ecclesiastica beneficia ijs potissimum conferri debeant, qui sacris Ordinibus sint initiati.c.cum secundùm Apostolum, de pben.ex ijs, quæ superius dicta sunt,satis apparere potest,quibus reb.præditi esse debent, qui se se illis non indignos præstare uelint. Quæ cum quis adeptus fuerit, alia præstare velint. Quæ cùm quis adeptus fuerit, alia sunt, quæ sibi incumbunt, & ab ijs q̃ maxime exiguntur,qui aut Episcopi,aut parochi sunt;Eius ve
1 rò generis aliqua recensebimus.† Residentia primum necessaria est,vt Paulus testatur, § Attendite, inquit, uobis, & uniuerso gregi,in quo uos posuit Spiritus sanctus Episcopos re-
2 gere Ecclesiam Dei.† Illam uerò diuino iure pceptam nõ pauci censuere. Sed cum nobis ea de re in pśentia tractandũ non sit,q de ea plura uidere cupit,adire poterit Caietanũm, Ambrosium Catherinũ,Franciscũ Torrensem,Thomam Campegiũ,& Hieronymũ Gigantẽ trac.de resid. Episc. Dominicum Sotum de iust & iur.lib.10.q.3.art.1.& post alios Naclantium
3 Clugiensem epm.q.12.ad Patres in Concilio Tridẽtino.† Prędicatio quoq; requiritur,& ideò dñs pceperat,ut Sacerdos ta-
4 bernaculũ ingressurus,tintinnabulis ambiret,† qđ meminisset prædicatoris officiũ se hre, neue iccircò superni inspectoris officiũ suo silentio offenderet,Exod.c.28. hanc ob rẽ epm
5 imperitũ eligendũ non esse, † qđ is mutus pco cẽseret, cautũ
6 est.c.si rector,43. dist. † Eiusmodi uerò imperitos epos canes
7 non ualẽtes latrare appellat Esaias.c.56.† In oĩbus uero modẽ rãdis lenitas,ac mansuetudo summopere laudat, ac requirit: namq; castigati,ait tex.in c.cũ beatus Paulus.45.dist. reuerentiã exhibent castigãti: † seueritatis aũt nimiæ increpatio, nec
8 correctionẽ recipit,nec salutẽ. Hinc dicebat August. Epist. 64.ad Aureliũ epm,relatus in c.commessationes.44.di.§ Seueritas aũt exercenda est in peccata paucorũ,itaque mouebuntur spũales,aut spũalib.proximi,quorũ authoritate, & leniss imis quidẽ,& instantissimis admonitionib. cæterorũ multitudo frangat. Hæc ille. Rudis.n.& seuera correctio cæcũ nõ illuminat,non sanat ęgrotũ,non curat infirmũ,sed magis occidit.atq; in desperationẽ periclitantẽ mittit. Boni namque Rectores ex sua aliorũ infirmitatem pensantes, magis per mãsuetudinem, aut humilitatem peccantes ab erroris laqueo eme re student,quàm per austeritatem mutantes in foueam pro-
9 pellere.cap.recedite.45.distin.† Hæc potissimum ijs prædicãda sunt,qui cum obscuris sint orti parentib. nec admodum ingenue educati, Magistratus quandoque gerunt ac imperiũ seuere nimis,ac superbe exercent,de qnibus Claudian. lib.1. in Euthio,his uersibus.

Asperius nihil est humili cum surgit in altum.
Cuncta ferit,eum cuncta timet,desęuit in omnes,
Vt se posse putet:nec bellua terrior ulla est,
Quàm serui rabies in libera colla furentis.
Quam subijt,domiuiq; memor quem uerberat,odit.

Leni-

Source : BIU Cujas

M. Antonij Marsilij, de Eccleſiaſt. reditib.

Lenitatẽ uero maxime cõmendat Leo Eps ſcribens Ruſti co Narbonenſi epo Epiſt.90. Odio, inquit, §habeant peccata, nõ hoies; corripiant tumidi, tolerent infirmi, & quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, nõ ſequentis plectatur aio, ſed medentis, § c odio. 86. diſt. Libet hic Toletani Concilij XI. cap. 7. Tom. 2. Concilio. in eam rem pulcherrima uerba adſcribere. Cum, inquit, §iuxta antiquæ conſtitutionis edictum, plus erga corrigẽdos agere debeat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio, quàm commotio, plus charitas, q̃ ptãs. Relatum eſt nobis, quod quidam ex fratribus plus liuore odij, quàm correctionis ſtudio ſubditos inſequentes, dum ſe ſimulant ſpiritualem eis exhibere correctionem, indiſcretã eis ſubitò afferunt mortem, cùm inauditos a ſe proijciunt, & illicitis eos iudicijs ſub pœnitentia puniunt.§ Quanta cum lenitate olim diuus Gregorius mores hominum moderatus fuerit ea teſtantur, quæ ab
10 ipſo literarum monumentis tradita ſunt.† Inter alia cũ eccleſiam Anchonitanam uacare contigiſſet, ad quam Florẽtinus eius eccleſiæ Archidiaconus electus fuerat, cui auaritiæ crimẽ obijciebatur, non aſpere in eum inuectus eſt, ſed inquiri leuiſſime mandauit, an quod ſibi relatum fuerat domum Archidiaconi nullum vnquam hoſpitem amicum fuiſſe ingreſſum, uerum eſſet; idque an ex neceſſitate, aut ex tenacitate proueniret. Cum etiam de Ruſtico Diacono ad eandem eccleſiam aſſumendo ageretur, eique illud imperitiæ, q̃ non omnes pſalmos recitare ſciret, obijceretur; mitiſſime item inquiri iuſſit, quantos pſalmos teneret. Inſuper cùm Florentinus Rauennatenſis Archidiaconus ad eiuſdem Anconitanæ eccleſiæ regimen proponeretur, non confeſtim illum a Rauẽnatenſi eccleſia auocauit, ſed cum eiuſdem epiſcopo agi præcepit, ut eum concederet, niſi aliud obſtaret canonicum, ne cõtra ſuam vo-
11 luntatem eum aſſumere uideretur. c. 1. 85. diſt.† Probatiſſimæ huius lenitatis exemplum maximum prębet tota terrarũ Orbi Sanctiſſimus Gregorius XIII. qui ſeueritatem magna cum humanitate coniungens, cuncta prudentiſſimè prouidet, optimè regit, ac ſanctiſſime moderatur: ita Deus diutiſſime nobis illũ incolumem ſeruet. Quòd ſi quandoque ſeuere cũ aliquo actũ ſit, ut ad lenitatem reditus detur, docet Auguſtinus Epiſt. 109. ad Monachos, his uerbis:§ Quãdo neceſſitas diſciplinæ in moribus coercẽdis dicere vos dura verba compellit, ſi etiam ipſi modum uos exceſſiſſe ſentitis, non a uobis exigitur, ut vos a ſubditis ueniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas: & tamen petenda eſt uenia ab omnium Domino, qui nouit eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis,§ c. quando. 86. diſt. Hæc potiſſimum ex multis,
12 quæ ijs qui eccleſijs præſunt, neceſſaria ſunt, elegimus.† Illud verò nedum Sacerdotibus, ſed & alijs inferiorum Ordinum clericis, cum aut ad epiſcopatus, aut cætera beneficia Eccleſiaſtica aſſumuntur, ſummo ſtudio cauendum eſt, ne ſe turpi lucro auaritiæ dedãt, quæ idolorum eſt ſeruitus. c. auaritiæ de præb. ſuffarcinatos enim auro Chriſtum nudum ſequi maxime abſurdum eſt vt teſtis eſt domin. Hieroymus ad Nepotianum de Vita Clericorum; relatus in cap. gloria epiſcopi. 12 q. 2. cupiditas enim Prælatis quàm longiſſime arcenda eſt: malorum cũctorum eſt radix, c. bonorum. 47. diſt. de pœnit. diſt. 2. §. quia radix, in Auth. ut iudic. ſine quo. ſuffra. in cuius execrationem multa inter cæteros Franc. Petrarcha eruditiſſime ſcripta reliquit in ſuis dialogis de remedio improſperæ fortunæ, dialog.
13 105. Et in Epiſtolis Famil. lib. 6.† Teterrimæ autem huiuſce peſtis, nimirum auaritiæ, tanta uis eſt, ut multos quotidie cernamus, qui illa ipſa quaſi obcæcati, in omne nequitiæ genus proni ruunt, nihil non audent; ac dum rapere ad ſe omnia ſtudẽt, diuina humanaque iura peruertunt. Qua ex re fit, vt maxime attollatur laudibus, quiſquis a lucri cupiditate alienus eſt, quin & ad Superum fælicitatem proxime accedere uideatur. Salomon in Eccleſiaſtico:§ Beatus, vir,§ inquit, §qui poſt aurum nõ abijt, nec ſperauit in pecuniæ Theſauris. quis eſt hic, & laudabimus? § Torſit ſemper, torquetque adhuc mortaliũ animos pecuniæ ſtudium, & cum ſeculares viri illud affectãres officio ſuo deeſſe exiſtimẽtur, tum uero maxime Eccleſiaſtici in quibus non immerito auaritiæ crimen ſordidius habetur. Atqui
14 certe hoc ipſum tanto magis dolendum nobis eſt,† q̃ uideamus multos hinc audaciores factos, nõ auaritiam modò prælatorum criminatos fuiſſe, ſed eorum poteſtatem per quàm impie, ſolaque ad id inuidia adductos in dubium reuocaſſe. Propterea multæ paſſim excitantur quæſtiones, quarum (vt pleręque deteſtabiles odijque, ac liuoris pleniſſimæ ſunt) ſic il-
15 la certe probabilior,† Num beneficiarij reddituum Eccleſiaſticorum dominium, an uero uſum fructum, ſeu potius nudum uſum habere exiſtimandi ſint. Quoniam uerò hæc quæſtio, ſi quæ unquam alia, tum ſacrarum literarum, tunc etiam Pontificij iuris interpretes ſolicitos habuit, neque id immeritò cùm clericorum plane omnium hic negotium agatur; faciendum nobis eſſe duximus, ut illam accurate tractaremus, Quam re facilliorem certè ad ueritatem obtinendam aditum aperient, quæ de redditum Eccleſiaſticorum origine, de variis beneficiorum generibus, deque moribus, ac qualitate perſonarum, quæ iure illa valeant obtinere, hactenus cõſultò præfati ſumus.

PARS TERTIA.

ARGVMEMTVM.

Inter has duas quæſtiones plurimùm intereſſe, an beneficiarij reddituum Eccleſiaſticorum domini ſint: & an ſi eos uane conſumpſerint, ad eorum reſtitutionem teneantur: multaſque in hac tota controuerſia Doctorum ſententias extare, quæ omnes commodiſſime ad tres tantum rediguntur.

SVMMARIVM.

1 *Diſcrimen eſt inter hæc duo, an clerici domini ſint reddituum: & an ſi illis abutantur, ad reſtitutionem teneantur.*
2 *Non ſequitur neceſſario, Clerici domini ſunt, ergo reſtituere non tenentur.*
3 *Poteſt alicuius rei quis dominus eſſe, quam tamen reſtituere teneatur.*
4 *Maritus rerum dotalium dominus eſt, tamen ſi ad inopiam uergat, ſi prodigus ſit, & ſoluto matrimonio, illas reſtituere tenetur.*
5 *Fideicommiſſarius dominus eſt, tamen reſtituere hæreditatem tenatur.*
6 *Serui ſub conditione legati, pendente conditione in dominio hæredis ſunt.*
7 *Emptor dominus effectus, ex pacto legis commiſſariæ reſtituere tenetur.*
8 *Non recte arguitur, clericus reddituum dominus non eſt, ergo male conſumpta, pauperibus, uel ſimpliciter reſtituere tenetur.*
9 *Si pauperibus, aut Eccleſiæ reſtitutio facienda eſſet, illorum dominiũ prius eſſet probandum.*
10 *Monachi dominium non habent, nihilominus ad reſtitutionem non tenentur.*
11 *Commodatarius dominium non habet, non tamen tenetur reſtituere rem commodatam ante tempus præſtitutum.*
12 *Vſufructuarius fructuum dominus eſt, & illos uendere poteſt, ſicut Emphiteota.*
13 *Is, cui liberæ diſpenſationis arbitrium eſt commiſſum, dominus non eſt, nec tamen tenetur reſtituere.*
14 *Reſtituere non tenetur is, qui reſtituendo nõ ſatisfaceret, peccato, in quod incidit.*
15 *Non tenetur quis Officium, quod omiſit, dicere.*
16 *Obligatio pauperibus danti, indigentiæ tempus reſpicit, eoque elapſo reſtaurari non poteſt.*
17 *Clericum non dominum ad reſtitutionem teneri, aliunde quàm ex non dominio eſt probandum.*
18 *Sola rei alienæ conſumptio, ſiue bona, ſiue mala, obligat ad reſtitutionem.*
19 *Opus quantumuis bonum ex alieno fieri non poteſt.*
20 *Pauperes ſi domini reddituum ſint, recte conſequitur, ut iis a beneficiario reſtitutio facienda ſit.*
21 *Mala conſumptio quomodo accipienda ſit.*
22 *Expendere in malos uſus ſimpliciter inducit peccatum tantùm, non reſtitutionis uinculum.*
23 *Clericus ſi ob male actam uitam condemnetur, reſtitutio non dicitur.*
24 *Diues, qui uidens pauperes in neceſſitate, bona ſua in mare proiicit, nulli reſtitutioni obnoxius eſt.*
25 *Deo non fit reſtitutio rei materialis, ſed animi dolore ſatisfit.*
26 *Omnes interpretum ſententiæ in hac diſpoſitione ad tres tantum redigũtur, ac quæ illæ ſint, late uſque ad fin.*

Caput 21.

CVm igitur ad eum locum peruenerimus, vt illius quæſtionis ueritate, prius agendum ſit, ad quam nos huiuſce prope totius tractationis curſus ducit; vtrum ſcilicet beneficiarij reddituum Eccleſiaſticorum domini ſint, an verò in illis uſumfructum, uel uſum tantùm obtineant: vt id commodius fiat, duo præmuniẽda eſſe duximus. Primùm, ea hìc permiſcenda non eſſe, ac pro eodem accipienda, quæ vere inter
1 ſe diſtincta ſunt.† Nam quod quæritur de reddituum Eccleſiaſticorum dominio, putant plerique eò ſpectare, vtrum ſi Clericus hiſce utaẽ redditibus, nec inter pauperes illos diſtribuat, ad reſtitutionem, vel ipſis, vel ſaltem ſimpliciter teneatur. Nã, cùm ad rationes deueneris, facile animaduertas non modicũ inter has duas quæſtiones diſcrimen elucere, quamuis ita affines & contiguæ illæ ſint, ut ab unius explicatione, alterius quo
2 que veritas pendere videatur.† Credunt ipſi ita neceſſariò in utranque partem argui poſſe, vt ſi Clerici reddituum Eccleſiaſticorum domini ſint, minime illos reſtituere teneantur. Teneantur uerò, ſi dominium ad eos non ſpectare cõcedamus. Cæterùm nec ita firma argumentatio eſt, ut illicò una propoſitione poſita, alterius ueritas eluceſcat: ſi nanque affirmatiue arguatur,

Source : BIU Cujas

arguatur,Clerici ſunt domini Eccleſiaſticorum prouentuũ, igitur ad reſtitutionem non tenentur; non vtique neceſſariò
3 hoc ſequitur. † Poteſt enim quis alicuius rei dominus eſſe, quam tamen reſtituere teneatur, cùm adiecta reſtituendi cõ
4 ditione illam ipſam acceperit. † eius rei in marito habẽt exẽplum,qui rerum dotalium dominus quidem eſt.l.doce ancillam.C.de rei vendi.& nihilominus multis caſibus illas reſtituere tenetur,vt ſoluto matrimonio, vel cùm ad inopiã vergit,vel cùm is prodigus eſt.l.2.l.ſi cum dotem. l. diuortio.l. ſi conſtante,& toto titu.ff.ſolu. matri. ſuntque aliæ cauſæ ſimiles,propter quas id fieri debet, vt no.Doctores omnes in d.l.
5 ſi cum dotem.§.ſinautem in ſæuiſſimo. † Idem in fideicommiſſario apertè conſpicitur:is enim dominus poſt teſtatoris mortem efficitur:ideoque illi rei vendicatio competit, quãuis poſtmodum reſtituere teneatur. § Nam non ideò minus recte,quid noſtrum eſſe vendicamus,quod abire à nobis dominium ſperatur,ſi conditio legati,vel libertatis extiterit.§ Vl-
6 pian.inquit.l.non ideo minus.ff.de rei vendi. † Ad eum quoque modum,ſeruos ſub conditione legatos, conditione pendente hæredis eſſe,non vno in loco traditum eſt. l. generaliter.§.ſub conditione.ff.qui,& à quib.ma.lib.non fiũt,facit.l.fi. §.ſinautem ſub conditione. C. commu. de leg. l. ſtatuliberos uenundari.ff.de ſtatulib.l.pen.§.pen.ff.qui ſatiſd. cogand.nec q conditione exiſtente deſinant hæredis eſſe, efficit quo-
7 minus interim illius eſſe videantur.l.1.§. ſerui.ff. ad Syllani. † Itẽ etiam in pacto legis commiſſoriæ apparet,qua res inempta eſſe iubetur,& tamen dominus emptor effectus reſtituere tenetur,tot.titu.de in diem addict.l.3.ff.de contrahend. empt l. 2. §.ſi in diem.ff.pro empto.Rimin. conſil. octuageſimoſexto, num.1.volum.1.Pura enim dicitur eſſe venditio, quamuis in euentum conditionis reſoluenda. Quæ omnia exempla perſpicue demonſtrant,non recte poſſe nos ita argumẽtari, Dominus eſt beneficiarius,ergo ad reſtitutionem non tenetur: poteſt namque eſſe dominus, & inſtar eorum,qui modo adducti ſunt,ad reſtitutionem, atque pauperibus, cum ratio tu-
8 lerit,diſtributionem faciendam obligari.† At nec econtra, ita licet argumentari: Clericus Eccleſiaſticorum reddituum dominus non eſt,igitur male conſumpta pauperibus tenetur re-
9 ſtituere, vel ſimpliciter ſaltem reſtituere tenetur. † Etenim ſi dicas,pauperibus maleconſumpta reſtitui oportere, hoc nõ recte ex eo dicitur,q Clerici dominium non obtineant, vt & illud probare neceſſe eſſet, earum rerum dominium nimirũ ad pauperes pertinere:ſi eccleſiæ reſtitutionem faciendã eſſe aſſeritur,prius probandum eſt, eccleſiæ horum reddituũ dominium eſſe. Nam, vt quis alicui reſtituere teneatur, non ſat eſt,q dominus non ſit,ſed vlterius requiritur, vt aliunde alteri id deberi demonſtretur.Facilius quidem admiſeris illum teneri ad reſtitutionem,qui dominus non ſit, quàm qui dominium obtineat: ſed per ſe illud ſatis eſſe haud recte conceſſeris.† Quod ipſum optime(ni fallor)hoc exemplo demonſtra-
10 tur:quibus rebus vtantur Monachi, earum non ad ipſos, ſed ad Monaſteria pertinet dominium.cap.quia,capitu.Prælatũ, 19.q.1.Doctor.in Authenti.ingreſſi, & Authenti.ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& in cap.in præſentia,de probationib.& c.ad Monaſterium,de ſta.Monach.& canon.regul.nec
11 tamẽ cuipiam tenentur reſtituere. † Sic qui rei vſumfructum habent,quique pignoratam rem,vel commodatam obtinẽt, domini non ſunt, nec tamen ad reſtitutionem teneri eos dixeris,niſi elapſo tempore,quod his contractibus præfinitum erat,rem ſuam dominus repetat.Non hìc conſidero,q ſi dominus beneficiarius non eſt,vſufructuarius eſſe, uel vſuarius
12 poteſt,ita vt ad reſtitutionem non teneatur : † quoniam vſufructuarium,ac vſuarium, q ad ipſos fructus iuſte ſibi obuenientes,dominos eſſe non dubito, ideoque fructus huiuſmodi vendere poſſe animaduerſum eſt,& in emphyteota latere ſpondit Alex.conſ.18.num.5.vol.5. Huc accedit, q non om-
13 nis,qui non eſt dominus,ad reſtitutionem obligatur. † In ijs enim id procedere non videtur, quibus liberæ diſpenſationis arbitrium ſit commiſſum : quod D.Tho. quoque innuit.2.2. quæſt.185.artic.7.in corpore,& in quod lib.6.ar.12.in corpore q.6.Cum igitur fructus beneficiorum ſint in libera diſpenſatione eorum,qui ea obtinent, videtur q, quamuis illorum domini non ſint,ad reſtitutionem nihilominus non teneãtur. Illud rurſus, q qui dominium rei non habet, ad reſtitutionẽ
14 non tenetur,in ijs etiam locum hãre exiſtimatum eſt, † q peccato,in quod inciderunt,reſtituẽdo non ſatisfacerent. Et hoc argumentum non aſpernandum Hadriani VI. fuit in quarto trac.de teſti. quæſt. An Eccleſiaſticus vltra victus decentẽ
15 neceſſitatem,concluſio. 2.† Quemadmodum enim præcipui Theologorum diffiniunt, non teneri quempiam officiũ, qđ omiſit,dicere,cum ad diei lapſæ munus ꝓprie ſpectabat, quę quidem,vt ille dixit,neſcit lapſa reuerti;& idcircò pœnitentia peccatum illud ſoluendum eſſe,S.Thom.quodl.3. q.13.artic. 29.Card.Caieta.in ſum.ver.uotum.cap.de ommiſſ. quãdo ſit vitioſa.ſic recte dicam beneficiarium ad reſtitutionem non
16 teneri:† cum ea obligatio,qua ad pauperibus ſubueniendum aſtringitur,indigentiæ tempus reſpiciat:eoque elapſo reſtaurari non poſſit, & ideò illi de commiſſo reatu pœnitentiam agere ſat erit. Adde,q ſi ſimpliciter argumentum conſtituat,
17 † Clericus dominus non eſt,ergo ad reſtitutionem tenetur:illud nequaquam conceſſero,ſed id tãtum inde ſequi,ut in aliquo caſu ad reſtitutionem teneri poſſet, qui quidem probari debeat;ſi verò illum caſum ponas, quando clericus pauperib. debita non elargitur,tum illum ad huiuſmodi largitionẽ teneri,aliũde erit probandum.Quo fit,vt primum illud,ſ.dominum non eſſe,reſtitutionis neceſſitas non conſequatur,ſed q ſequi poſſit,ſin rurſus illud adijcias,tunc quidem reſtitutionis
18 onus impoſitum cẽſeri,cum Clericus redditus eccleſiaſticos perdite conſumat,dixerim,adiectionem hanc malæ conſumptionis non magis reſtitutionem inducere: ſi enim beneficia rium dominum non dicimus,† ſola rei conſumptio, tãquam
19 alienæ à non domino facta reſtitutioni locum facit:idque ꝓbatur:† nam ſit quantumvis bonum opus,ſi ex alieno ſit,ſem per reſtitutionis vinculum inducitur,propter alieni conſumptionem.D.Thom.2.2.q.31.art.3.ad tertium,& q.32.artic.7. & in 4.diſt.15.q.2.artic.4.Vrgebit ſane quiſpiam, nullo pacto bonam conſumptionem hoc caſu ad reſtituendum obligare: quia tunc bona erit cõſumptio,cum pauperibus debita erogabit.Sed ſi hanc donec bonæ, uel malæ conſumptionis tractationem ingredimur,atque illud ſpectamus, quando dicant clerici debita elargiri,quæve illorum ſit porrio,nemo non uidet longe nos à propoſitæ argumentationis terminis diuagari:ac inde manifeſtum fieri,vim non in eo conſiſtere, q clericus dominus non ſit,ſed in eo potius, q eius rei dominiũ ad alium,puta pauperes,ſpectet. Hoc autem ſola ea argumentatione non probatur, ſed canonum ſanctionibus eſt probandum,nimirum portionem illam, quã clericus non diſtribuit in pauperum dominio eſſe. Vnde liquidò conſtat argumentum huiuſmodi deſumptum à non dominio clericorum, reſtitutionis obligationem non inducere, ſed illam induci potius ex eo,q pauperes,uel eccleſia domini ſunt non diſtributæ portiõis,quæ in illorum dominio eſſe iure probetur.Quo quò igitur te vertas,parum firmam reperies hanc argumentationem,cum ĩ duorum alterũ incidere neceſſe ſit, vt vel antecedens ꝓ certo ponat̃,qđ minime certũ eſt,uel ſi illud ponat̃, quod pro certo affirmari poteſt, tum nequaquam ſequatur
20 illud,quod ipſe velis:nam ſi ita argumenteris, † Pauperes domini ſunt,ergo pauperibus reſtitutio fieri debet, recte quidẽ hoc ſequitur:verũ illud antecedens probare mihi velim, pauperes dominos eſſe.Si autem argumenteris hoc pacto, Clerici domini non ſunt,ergo tenentur pauperibus reſtituere, nõ rectè ex hoc antecedenti conſequens illud ducitur,cum aliud prætermittatur,ex quo recte duci hoc potuiſſet,& quòd ante omnia debuiſſet probari, nimirum earum rerum dominos pauperes eſſe, quas debere ijs reſtitui contendis. Cum verò hoc Pontificum decreta requirant,quid illa contineant, dili-
21 genter erit indagandum. † Rurſus in mala conſumptione, q poſſet perpendi,illud animaduertendum eſt in re de qua agitur,malam tum dici cum quis alteri tradere obligatus in ma-
22 los vſus quid expendat. † In malos enim vſus expendere, per ſe reſtitutioni non obligat,ſed peccati reatum tamen inducit. Et ex huiuſmodi pecuniarum,& rerum profuſione,quę à clerico fit,illud tamen oritur,vt correctioni ſubiaceat , ac cõdẽnationi:† quo caſu,condemnationis ſententia ad reſtituendũ
23 cogit,ac non ea ſola ratio,q qui dominus non eſt, reſtituere teneatur:Quanquam ſane in illa,vel ſi reſtitutio vere ſit, non tamen reſtitutionis formam attendo,ſed malæ actæ vitæ punitionem,quæ ſicut ibi ex iudicis volũtate cõſumptorum reſtitutionem continet,ita & quodcunque aliud, ſi propriam ipſius naturam ſpectes, complecti potuiſſet. Quod ſi quis in eã conſiderationem veniat,vt mirum omninò videri debeat, eũ qui rem non ſuam perdite conſumit, aliquo modo ad reſtitutionem non teneri:ſi contrà conſideret, reſtitutioni tum eſſe locum,cũ alter dominus rei conſumptæ ſit, vt hactenus demonſtratum eſt,deſinet mirari. Nec idcirco is à reſtitutione immunis eſſe poteſt,nam Deo omnino reſtituere tenebitur,
24 † quemadmodum de diuite dicitur, qui multos videns pauperes oppreſſos,bona ſua omnia in mare proijciat, quæ eo neceſſitatis caſu communia cum pauperib. erant. c.peruenit. Vbi Card.Alex.18.di.cap.ſi quis propter neceſſitatem,de fur. S.Thom.22.q.32.ar.7.ad 3.& 8.ad primum,& in 4.di. 15. q.2.
25 argumen.5. † Deo aũt rei materialis(vt ita dicam)reſtitutio non fit,ſed pœnitentia,ac animi dolore ſatisfit Sat igit̃ erit ei, q Eccleſiaſticos redditus in malos vſus expendit, ſi pœnitentiam agat,vt latiùs inferius dicemus.Huc vſque ergo ſatis demonſtratum eſt,non eam vim,quam prima facie videbatur, argumentum hoc obtinere. Quibus ex reb. intelligit̃, qõnes haſce,maximè ĩter ſe differre,ſint ne beneficiarij domini reddituum Eccleſiaſticorum;& an ſi male illos conſumant ad reſtitutionem teneantur. Ideoque per ſe vnamquamque ſeorſum

Source : BIU Cujas

ſum tractari oportere. Alterum, quod præmonendum diximus, illud eſt: † omnes interpretum ſententias, quæ in hac dubitatione plures adducuntur, commodiſſimè ad tres tantū redigi poſſe, ceteræ enim vel in iſtarum aliquam coincidūt, vel eos caſus complectuntur in quibus ipſarum aliqua locū non habeat, aut in qubus magis peculiari ratione procedat. Eę verò ſunt: Prima, quæ continet clericum, dum ſanus eſt, beneficij, cuius adminiſtrationem habet, vſufructuarium cenſeri; cum verò infirmari cœperit, Vſuario cōparari. In beneficio autem, quod adminiſtrationem non habet ſiue ſanus, ſiue infirmus ſit clericus, eum vſufructuarium exiſtimari. Altera cō ſtituit, clericos tantum vſuarios Eccleſiaſticorum prouentuū eſſe, ijſque nihil licere vltra uictum atque veſtitum aſſumere. Tertia, & poſtrema cum præcedenti e diametro pugnans, clericos Eccleſiaſticorum prouentuum dominos affirmat. ſi qui verò conſuetudini in hac quæſtione nihil prorſus tribuēdum cenſent, ij in ſecunda opinione ſunt collocandi: adeò. n. firmum exiſtimāt, clericos Eccleſiaſticorum reddituum dominos non eſſe, vt & illud adijciant, conſuetudinem quæ cōtrarium induxiſſet, penitus non attendendam. Qui rurſus opinatur, clericos, ſi redditus eccleſiaſticos, vt tenentur, nō diſtribuant, ad reſtitutionem omnino teneri, & ipſi clericorum dominium abnegant, ac reſtitutionis etiam vinculum addunt. Ij verò, qui exiſtimant clericos quidem dominos non eſſe, conſuetudine tamen dominos effici poſſe, eiuſdem ſecundæ opinionis cenſendi ſunt, vt inde tum excipiāt conſuetudinis rationem. Sunt præterea qui clericos dominos putent, idque conſuetudine receptum eſſe: qui, quoniā tertiæ opinioni conſuetudinem inſuper addunt, in eadē ſunt reponendi. in eadem etiam collocandi ſunt, qui arbitrantur clericos ita reddituum Eccleſiaſticorum dominos eſſe, vt & ſi prophane proſus illos effundant, reſtitutioni tamen obnoxij non ſint. extendunt enim eandem ſententiam, vt reſtitutioni locum nullo pacto eſſe affirment. Et hæ potiſſimum videntur eſſe interprætum ſententiæ, quæ in hac dubitatione adducuntur: Quas omnes in tres potiſſimum idcircò deduximus: quoniam illarum omnium rationes in vnaquaque ex tribus erant omnino explicandæ. Quanquàm, quæ de reſtitutione dicenda erant, ea, quam ſuperiùs diximus, de cauſa in alium locum reiecimus. Et hæc quidem ſunt, quæ præmunienda eſſe duximus. Cæterùm, quoniam ſupra demouſtrauimus, diſcrimen intercedere inter quæſtionem dominij, ac reſtitutionis, ac idcircò ſeorſum tractandus, primùm quæſtionem dominij abſoluemus: deinde verò ad eam quæ de reſtitutione eſt, deueniemus. Veniam tamen nobis dari petimus, ſi quandoque propter illarum maximam, quam habent, connexitatem in vnius tractationem, aliqua, quæ alterius peculiaria ſint, adducantur. Nobis enim rei, & loci opportunitati, quàmmaximè erit conſulendum.

ARGVMENTVM.

Hoſtienſis opinio, Clericum modò vſufructuarium, modò vſuarium aſſerentis reijcitur, vt incerta, & quæ tractationis noſtræ ſcopum non prorſus attingat.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius cum adminiſtratione, ſecundum Hoſt. in vita eſt vſufructuarius, in morte vſuarius: ſi adminiſtrationem non habet in uita; & in morte comparatur vſufructuario. nu. 4.*
2 *Vſufructuarius tenetur ſatisdare de utendo arbitrio boni uiri: ſecus beneficiarius.*
3 *Clericus dum infirmatur eleemosynam de redditibus Eccleſiaſticis facere poteſt.*
5 *Cenſuit Hoſtienſis, ut plurimùm, clericos reddituum Eccleſiaſticorum dominos eſſe.*
6 *Hoſtienſis opinio, ut nimis uaga à cæteris poſthabita.*
7 *Beneficiarius terram prædialem uineatoriam facere poteſt.*
8 *Vſufructuarius rem precioſiorem reddere non poteſt.*
9 *Differentia conſtituēda eſt fructus beneficij, cum adminiſtratione, & ſine adminiſtratione.*
10 *Sententia Hoſt. uidetur habere locum in bonis, quæ aliunde obueniunt, quàm ex iuribus Eccleſię.*
11 *Salarium debetur ſeruis, quamuis infirmis.*
12 *Lex Fuſia Caninia.*
13 *Latini libertini, qui.*
14 *Fructus exacti, uel inexacti, ad quem pertineant, hodiè per Summum Pont. eſt declaratum, & ex locorum etiam conſuetudine.*
15 *Teſtandi prohibito, an tollat dominium clericis.*
16 *Clerici uſumfructum cauſalem habent, ſecundum Hoſtien. non formalem, prouenientem ex libera fructuum diſpenſatione.*

Caput 22.

EX tribus opinionibus, quas ſuprà recenſeuimus, primam tenuit Henricus Cardina. Hoſtien. in cap. final. de pecul. cleric. verſ. poſſideat. † Is ita cenſuit, quod aut clericus beneficium cum adminiſtratione habet, & tūc dum viuit, ac ſanus eſt, vſufructuario æquiparatur: vnde & donare poteſt, ſed moderate. cap. cę terum, de donatio. plus quippiam nihilominus eum hoc caſu habere, quàm vſufructuarium. Beneficiarius enim de vtēdo
2 † arbitrio boni viri ſatisdare non tenetur, vſufructuarius tamen ad id obligatus eſt. cap. fin. de pign. l. 1. ff. de vſufruct. Inſti. eod. in prin. Quòd ſi beneficiarius in aduerſa valetudine conſtitutus ſit, vſuario comparatur: adhuc tamē, quid pluſquam
3 vſuario illi competere exiſtimauit, † q ſcilicet eleemoſynam de Eccleſiaſticis redditibus facere poſſet. cap. relatum. 2. de teſta. At ſi Clericus beneficium obtineat, quod adminiſtrationem non habeat, † eo caſu vſufructuario in vita, & in morte
4 comparari idem author docuit, adeò, vt de huiuſmodi beneficii fructibus teſtari poſſe illum duxerit. Sentit Hoſtienſis,
5 † vt plurimum, clericos reddituum Eccleſiaſticorum dominos intelligi, dum tamen viuerent. & hanc quidem ſententiā Conſtantius tenet. in cap. de multa, ver. deuoluatur, de præb. in quo, dum ſuos fructus dicit textus, ipſi in hæc verba ſubdit: § Tu dic, ſuos, ideſt, beneficij, quos ſuos facit quamdiu viuit: nec in hoc inteligo puniri Eccleſiam, ſed perſonam, de cuus burſa diminuetur: & ipſemet, ſi ab eo quæras, idem reputabit: & alibi, in c. licet nobis, verbo, ſuos, de pb. Rurſus, inquit, ſuos fructus appellat Pontifex, quia tam beneficiorum, quàm præbendæ ſuos facit, vt inde viuat, & comedat, & in ſuos conuer
6 tat vſus neceſſarios, quandiu viuit. † Verum hæc opinio adeò multas difficultates perpeti viſa eſt, vt reliqui Doctores ea relicta, ad alteram ex ſuperius alļatis opinionem confugerint: nihil enim firmi opinio hæc continere videtur, quæ modò vſufructuarium, non tamen proprie, modò vſuarium, nec tamen adhuc proprie clericum facit. Si namque vſufructuario æquiparetnr clericus, qui adminiſtrationem nō habet, cur de illis teſtari non valeat, nulla ratio videtur: tamē id clerico nō licere ſancitum eſt, c. quia nos, de teſtamen. & idem Hoſt. aduertit, in cap. fin. de pecu. cle. Sic e contra, qualitates, quæ clerico beneficiario competunt, nequaquam vſufructuario con-
7 ueniunt: cuius rei illud exemplum eſt; † Beneficiarius terram prædialem, vineatoriam facere poteſt. d. cap. fin. de pecu. cleri.
8 cap commiſſum, de decim. † Id tamen vſufructuario minime licere non dubitatur, quamuis res domini pretioſior redderetur. l. æquiſſimum. §. vſufructuarius nouum. & l. quamuis.
9 ff. de uſufr. † Præterea hæc ſententia, dum differentiam conſtituit inter fructus beneficii, quod adminiſtrationem habet, ac illius, quod ſine adminiſtratione eſt, non vſquequaque tuta eſt, cùm in his nullum conſiderari poſſit diſcrimen: utriuſque enim beneficii redditus Eccleſiaſtici ſunt: ac eodem iure cenſentur, ar. l. eum qui ædes. ff. de uſucap. l. iam hoc iure. ff. de uſucap. l. iam hoc iure. ff. de vulga. cum præſertim illud, quod rei naturam attingit, ſpectandū ſit, nimirū an redditus Eccleſiaſtici ſint, nō qđ accidit, nempe an adminiſtrationē habeāt,
10 uel non, vulg. l. qui habet. ff. de tutel. † Videretur quidem hæc ſententia habere locum in iis, quæ beneficiario aliunde obueniūt, quàm ex bonis, aut iurib. Eccleſiæ, vt ſi is adminiſtrationem habeat in iis, & in vita, & in morte, vſufructuarium illorum cenſeri, morientem verò vſuarium: ſin autem adminiſtrationem nō habeat in iis, & in uita, & in morte, uſufructuarium omnino eſſe, qđ & idem Hoſt. aduertit in cap. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. uer. intuitu perſonæ, & hæc ꝓbatione opus habent, an ut tale beneficium obtinenti, an ut particulari perſonæ data ea ſint. Quanquam hęc locum habere poſſunt in eo, q beneficium ſine adminiſtratione obtinet. Rurſus illud eius opinionis caput, quod continet, clericum infirmū, cūve infirmari incipit, vſuario comparari, nulla ratione munitum videtur, cùm etiam infirmi fructus percipiāt, vt notiſſimū eſt, nec illis, quin eos in horrea condant, nullo iure prohibitum legatur, nec exiſtimandum eſt durius cum beneficiariis agere ca-
11 nones, quàm Ethnici legūlatores cū ſeruis, † quibus quamuis infirmis ſalaria, expenſas, alimentaque deberi voluerūt l. ſi hęres. §. Stichus. ff. de ſtatu liber. l. diem functo, vbi Bart. & Doct. ff. de offi. aſſeſſo. gl. & Doc. ꝑtim F. lor. in l. arborib. ff. de vſufru. Quare cū beneficiarius Eccleſiæ ſibi cōmiſſæ inſeruiat, atque iccircò fructus beneficii in eā collati ꝓcipiat. c. cū ſecundū Apoſtolū, de ꝑb. & ſecūdū Hoſt. dum ſanus eſt ſuos faciat: multò magis ſuos facere debere vī, cū infirmari cœpit, ne ſeruo gentili deterior ſit, neve afflictio afflicto addatur, quod iu-
12 re ꝓhibetur. l. iure ſuccurſum. ff. dē iure dot. † Mitior ſane, q opinio hęc, erat antiquitus lex Fuſia Caninia, q viuis quidē licentiam totam ſuam familiam libertate donandi cōcedebat, eam tñ morientib. adimebat. At hęc ſnīa & in uita dandi licē-

tiam

tiam reprimit,& cùm infirmari cœpit Clericus, ei facultatẽ ſibi prius conceſſam prorſus adimit, quod ſatis inhumanũ videtur. § Infœliciſſimum namque genus infortunij eſt,fuiſſe fœlicem, § vt inquit vir Illuſtis Boethius de Conſolatione,li.2.proſa.4.in prin.& alibi Plautus, § Miſerum iſthuc verbum eſt,habuiſſe,& nihil habere.† Beneficiarij ad eum modum Latinis libertinis ſimiles redderentur, qui in vita erant liberi,ac ſuorum bonorum domini, in morte verò libertatẽ ſimul,ac bonorum ſuorum amittebãt, cùm patroni omnia vendicarent; quod ſi abſurdum in libertinis exiſtimatũ eſt, tanto certe abſurdius in clericis eſſe debet. l.1. C. de latin.liber.toll.§.fin. Inſtitu.de ſucceſſ.liber. cùm etiam opinio hæc nimis vaga & incerta ſit,non immeritò reijcitur.§.curare.Inſti.de actio.Porrò in illius veritate diſcutienda nobis immorandum non eſt: nam propoſitæ quæſtionis ſcopum haud prorſus attingit.Quærimus enim, num beneficiarij domini ſint,an vſufructuarij, vel vſuarii:cui quidem dubitationi viuentibus illis tantum locus eſſe poteſt, vt intelligatur, An ſi dominium obtineãt,à reſtitutione propterea immunes ſint: quod certe ex his,quæ Hoſtienſis tradit,minime colligas, cũ enim infirmitatis,ac mortis caſus ipſe conſideret, iam de reſtitutione amplius tractare ſuperuacaneum eſt.his enim caſib. illud tm̃ quæri poteſt, quod & ipſe quærit. † An clericus poſſit teſtari,aut aliter de redditibus diſponere. † Illud etiã, quod à multis animaduertitur,in his,quæ idem Hoſtien.docuit.ſ.in caſu mortis,an fructus ſiue exacti,uel non, iuxta tradita in cap.præſenti,de off.ordi.in 6. locorum conſuetudine plerunque eſt deciſum,& apud nos apertè, Iulii III. conſtitutione eſt diffinitum,vt ex eiuſdẽ diplomate latius licet uidere. Quo fit,vt hæc à iure,vel conſuetudine deciſa in dubitationem non ueniant. Quod autem attinet ad teſtãdi facultatem, dum ad eum locum perueniemus, apparebit quam uim obtineat prohibitio hæc teſtandi clericis indicta, quò ad illorũ dominium in fructibus. † Non enim pugnant hæc inuicem, ut clerici domini ſint,nec tamẽ teſtari poſſint: quia tum in mortis, uel infirmitatis euentum canones dominiũ reuocant,ut inferius uidebimus. Videtur tamen idem Hoſt. ſenſiſſe aliquid non penitus alienum à diſputatione hac. Excepto enim infirmitatis,aut mortis caſu,quo uſuarios tantũ beneficiarios conſtituit,in uita uſufructuariis illos compara ri contendit, ac fructus ſuos facere:quicquam tamen nõ affirmauit,nec ipſe in animum induxerat rem hanc exacte tractare,ſed cum multa in beneficiariis dominorum inſtar uideret,eos pluſquam uſu fructuarios dixit, ſat ſibi fore exiſtimans,ſi inde caſum,in quo uſuarii tãtum ſunt,diſtingueret, ar.tit.C.de ſecund.nup. † Quod ſi quis ex eiuſdem ſententia dominos reddituum beneficiarios dicat,illi cõtradicet. Vſufructuarios enim late dixit,qui plenum ſiue cauſalem uſum fructum haberent ex libera ſcilicet Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratione, & diſpenſatione, quæ eorum libero penitus eſt,arbitrio,fideique conceſſa: non autem formalem,iuxta l.ſi uſusfructus.ff.de iur.dot.& l.1.& ibi Bal.ff.de uſufruc. Bar.l.1.ff.de condic.ex lege. quem ſenſum ſequuta eſt Rota deciſ.1.de ſolution.& deciſ.41.de probat.in antiquis.Hęc circa hanc opinionem diximus,ne uideremur ex iis, quæ ſuperius adduximus,reprehenſionis notam tanto uiro inurere, cum is rem de qua agitur,plene noluerit attingere.Erant tamen omnia in eadem ſententia conſideratione digna. Nũc ad alias tranſeamus.

13

14

15

16

ARGVMEMTVM.

Quibus potiſſimum argumentis uideantur Archidiaconi partes defendi poſſe, & quibus ea reſponſionibus commodiſſime refellantur.

SVMMARIVM.

2 *Prælati ſecundùm Archidiaconum, tantummodo diſpenſatores ſunt, ac vſum duntaxat reddituum habent.*
2 *Archidiaconus ſibi ipſi parum conſtans.*
3 *Lex quantumvis dura ſeruanda eſt.*
4 *Res Eccleſiæ non vt proprie,ſed vt communes diſpenſandæ.*
5 *Non pugnant hæc, vt res propriæ ſint, non tamen, vt proprie ſint habendæ.*
6 *Verba accipienda ſunt ſecundum ſubiectam materiam.*
7 *Alia reſponſio ad.c.res Eccleſiæ,12.q.2.*
8 *Bonus rerum ſuarum uſus etiam dominis conſuli, imò præcipi poteſt.*
9 *Conſilij ac præcepti leges notiſſimæ.*
10 *Intell.ad c.Res eccleſiæ.12.q.2.*
11 *Tempora,quæ ſecuta ſunt priores illos canones,obliterarunt.*
12 *Aſſeſſorem accipere delegatus nõ debet,niſi eo egeat,alioquin de ſuo proprio tenetur illi prouidere.*
13 *Text.in c.Statutum. §.aſſeſſorem. Archidiacono non ſuffragatur.*
14 *Inter ſocios datur furti actio,& rei perſecutoria.*
15 *Abſurdum eſt ſi verba in diſpoſitionibus non operentur.*
16 *Intell.ad cap.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcr.in 6.*
17 *Epiſcopi poſſunt bona propria,uel acquiſita, cui uolunt relinquere, & num.37.*
18 *Epiſcopus rebus Eccleſiæ tanquam commendatis, non tanquam proprijs vti debet.*
19 *Reſponſio ad tertium Archidiaconi argumentum.*
20 *Epiſcopus de fructibus Eccleſiæ non collectis, hæredibus relinquere non poteſt: ſecus de collectis.*
21 *Poſſe de bonis poſt mortem diſponere,ex beneuolentia conceſſum eſt.*
22 *Lex de indubitabili eſſe non debet.*
23 *Maxima ratio eſt,quæ pro Eccleſia & religione facit.*
24 *Legis diſpoſitio ultra quàm uerba illius patiantur,trahenda non eſt.*
25 *Fideicommiſſarius,licet dominus ſit,tamen in vltima uoluntate nihil relinquere poteſt,*
26 *Intellectus uerus ad cap.Epiſcopi.12.q.2.*
27 *Manichæi negabant licere clericis temporalia poſſidere,ac ea propria retinere.*
28 *De prouiſione Eccleſiæ eſſe,quæ debent intelligi.*
29 *Dictio,quæ,declarat atque reſtringit.*
30 *Leo I.ſedit anno Chriſti 440.*
31 *Tex.in c.ſine exceptione.12.q.1.quomodo intelligatur.*
32 *Dictio,tanquam,improprietatis nota eſt.*
33 *Generalis ſermo ad terminos habiles eſt referendus.*
34 *Deo dicatum,ad alienos uſus conuerti non debet.*
35 *Intell.c.ſi prinatum.12.q.2.*
36 *Dictio,quodammodo,improprietatem ſignificat.*
38 *Epiſcopus conſtituens monaſterium de rebus Eccleſiæ,debet illud Eccleſiæ tradere.*
39 *Sextæ Synodi acta probanda,nec de eis dubitandum.*
40 *Clericus poteſt redditus eccleſiaſticos,qui ſibi obueniunt,ſi non egeat,in lucro ponere.*
41 *Quæ dicuntur eſſe in peculiari iure Eccleſiæ.*
42 *Facultatis uerbum,bona immobilia reſpicit, vnde prouentus percipiuntur.*
43 *Intellectus.c.Apoſtolico.in fi.12.q.2.*
44 *Verbum,redditus,fundos,ex quibus redditus percipiuntur,ſignificat.*
45 *Salarij verbum,ponitur aliquando pro eo vnde ſalarium prouenit.*
46 *Conſanguineis, vt pauperibus dari poteſt,ita tamen, vt bona eccleſię nõ uendantur.*
47 *Epiſcopi in alienationibus,& diſtributionibus cleri conſenſum adhibere tenebantur.*
48 *In Monaſteriorum ædificatione quid antea conſtitutum.*
49 *Præpoſitus alicui eccleſiæ,omnium quæ habuit eccleſia, efficitur diſpenſator.*
50 *Diſpenſatio,ſub dominio continetur.*
51 *Quæ in poteſtate alicuius ſunt,recte dici poſſunt in eius dominio.*
52 *Verbum,expedit,ad conſilium refertur.*
53 *Intellectus.c.præcipimus,& c.expedit.12.q.1.*
54 *D. Proſper quo tempore claruerit.*
55 *Quod dicitur,clericum uictu,& ueſtitu contentum eſſe debere, ad perfectionis legem refertur.*
56 *Diuites à pauperibus non iure actionis, ſed Euangelicæ denuntiationis cogi poſſunt,vt ſibi ſubueniant.*
57 *Præsbyter nec ſuo nec alieno nomine de facultatibus eccleſiæ res poteſt comparare.*
58 *Rei uendicatio competit eccleſiæ pro emptis à præsbytero de eccleſiæ facultatibus.*
59 *Dictio,vel,ſolet expoſitiue,& exemplificatiue accipi.*
60 *Exempla regulam non reſtringunt, ſed illam declarant.*
61 *Poſito genere,ſi aliquæ ſpecies ſubijciantur,ad illas refertur.*
62 *Immobilium iure cenſeri poſſunt oblationes,& uota fidelium,quæ iccirco traduntur,vt perpetuò in eccleſia ſint.*
63 *Prędia à clerico comparata poſt promotionem, ſi nihil antea patrimonii habebat,in iure eccleſiæ ſunt conſeruanda,intellige in dubio, niſi proprio nomine comparaſſet,num.64.& 66.*
65 *In pari cauſa præſumptionis,pia cauſa priuilegiata eſt.*
67 *Clericus habens patrimonialia,& eccleſiaſtica, in dubio uidetur emiſſe de rebus eccleſiæ.*
68 *Intell.c.Sacerdotes.12.q.1.& c.2.de pecul.clerico.*
69 *Res,quas poſt conſecrationem clericus emit,eccleſiæ relinquere debet.*
70 *De fructibus beneficiorum ad bona immobilia, non recte infertur.*
71 *Intell.ad c. inquirendum,de pecul.cleric.*
72 *Cautela inſolita arguit fraudem.*
73 *Interpretatio in deteriorem partem ſumitur fauore animæ.*
74 *Dominium comparatorum ex fatultatibus eccleſiæ, & ſi clerico quæratur,reuocatur illud tamen,tanquam ſordide quæſitum: ſi tamen res extent.*
75 *Fructus,aut pecunia conſumpta a clerico,nullo iure uendicari.*
76 *Aduerſus prælatum omnia iura clamant,eum fraudem facit eccleſię.*
77 *Si redditus dati a prælato conſanguineis conſumpti ſunt, eccleſia repetere illos non poteſt.*
78 *Prædia empta a conſanguineis ex redditibus ſibi a clerico datis, ab eccleſia uendicari non poſſunt.*
79 *Tempus traditionis ſpectandum eſt.*

Longe

Source : BIU Cujas

80 *Longe aliter æſtimat cibaria, & alimenta diues, & magnanimus, quàm pauper, & humili genere natus.*
81 *Actiones noſtræ omnes à fine ſumunt ſpeciem boni, uel mali.*
82 *Contraria hæc non ſunt, vt quis alicuius rei dominus ſit, & tamen dominio priuetur, ſi male utatur.*
83 *Meliorationes, quas clericus pro ſua ſuſtentatione ecit, poteſt repetere, etiam ſi ad aliam eccleſiam transferatur.*
84 *Bona conſideratione eccleſiæ quæſita, quæ ſint.*
85 *Intell. c. quia nos, de teſtam.*
86 *Quatuor portiones de eccleſiaſtic is redditibus aciendas, qui Roma. Pōtifi. ſtatuerint.*
87 *Communio dominium non tollit.*
88 *Per diuiſionem cenſetur renuntiatum omni iuri quod competebat in parte alteri contingenti.*
89 *Siue communia, ſiue diuiſa ſint eccleſiaſtica bona, tamen portionis ſuæ beneficiarius dominus eſt.*
90 *Quatuor partes an hodie faciendę ſint ex redditibus beneficiorum.*
91 *Benefictarius eccleſiæ fabricam adiuuare tenetur ex eo quod ſupereſt.*
92 *Dominium rerum eccleſiaſticarum omnium, apud Chriſtum eſt.*
93 *Dominium multis modis conſideratur.*
94 *Chriſtus rerum omnium Dominus creatione.*
95 *Redemptionc.*
96 *Dominium perpetuum, ac ſempiternum apud ſolum Deum.*
97 *Dominium iuxta legum determinationem, quid ſit.*
98 *Iſtud Saluatori noſtro tribuere abſurdum eſt.*
99 *Dominium humana ratione conſideratum, penes plures eſt ſubordinate.*
100 *Penes uniuerſalem eccleſiam Summum Pont. eccleſiam particularem & Prelatum.*
101 *Dominia ſubalterne conſiderata, ſe inuicem non tollunt.*
102 *Penes uniuerſalem eccleſiam dominium eſt protectione, & ſic penes Sūmum Pont. num. 103.*
104 *Per quancunque Pontificis diſpoſitionem nunquam intelligitur derogatum dominio ipſius prelati.*
105 *Dominium penes eccleſiam particularem eſſe, quomodo intelligatur.*
106 *Vtendi modus in aliqua re præſcriptus, dominium non tollit.*
107 *Decimę in pauperum ſuſtentationem inſtitutæ, quomodo intelligantur, num. 109.*
108 *Decimæ in Clericorum uſum introductæ, & num. 111.*
110 *Decimæ una cum poſſeſſionibus, & alijs facultatibus ſuperfluę non ſunt.*
112 *Sacerdotes comedere peccata populorum, quomodo intelligatur.*
113 *Compendium eorum, quę adducta ſunt proſolutione argumentorum Archidiaconi.*

Caput 23.

Ius opiniōis, quæ ſuperius ſecundo loco relata eſt, Archidiaconus author fuit in cap. Epiſcopi de rebus proprijs, verſic. de
1 frugibus. 12. q. 1. quo loci tradidit, † Prælatos reddituum Eccleſiaſticorum tantummodo diſpenſatores eſſe, ac vſum dū taxat, non autem proprietatem habere, citans Innocentium (licèt perperam, vt poſtea oſtendemus) in c. indecorum, de æta. & quali. Idemque Archidiaconus in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem, num. 13. de reſcrip. in 6. contrariam ſententiam vſque adeo improbauit, vt hæreticam illam in iure eſſe audac-
2 ter affirmauerit; quamuis alibi hæſitare viſus ſit; † quin verò ſibi ipſi haud obſcurè fuerit aduerſatus in cap. alienationes, in glo. ibi. ad modicum, num. 15. 12. quæſt. 2. dum cenſuit clericum beneficiarium eos omnes ſuos fructus facere, quos conſumeret: ac licet ſubijciat, non debere omnes conſumi ſed victum ac veſtitum ſatis clericis eſſe debere, tamen hoc conſilij non præcepti eſſe docuit ipſe in capit. clericus. in fin. 12. quæſtio. prima. Vtcunque tamen hæc ſe habeant, Archidiaconi opinio, qui in hac dubitatione non ieiune pertranſijt, diligenti ſtudio eſt examinanda. Verū quoniam ubi aper
3 ta eſt legis deciſio, nulli dubitationi locus eſſe poteſt, † cum lex quantumuis dura, ſeruanda ſit. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. cap. in memoriam. 19. diſt. Iccircò prius iura in medium afferenda ſunt, quibus ille ſuam probari ſententiam putat. Mouetur ille primum Epiſtola Vrbani I. ad omnes Epiſcopos ſcripta, primo Tomo Concilio. fol. 165. vbi ita inquit:
4 †§ Res Eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed vt communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore, non in alios quàm p̄fatos vſus, ſunt fideliter diſpenſandæ. cap. res Eccleſiæ, duodecima quæſtio. prima. ſed hæc Vrbani uerba Archidiaconi
5 ſententiam parum iuuant; † inuicem enim hæc non pugnāt vt res Eccleſiæ alicuius ſint propriæ, non tamen ut propriæ habendæ ſint, ſed ut communes diſpenſandæ, quo loquendi modo Diuus Paulus vſus eſt. 1. Corinth. 6. § Sicuti egentes, inquit, multos autem locupletantes, tanquam nihil habētes, & omnia poſſidentes. & alibi. 1. Corinth. cap. ſeptimo. Et qui uxorem habent, tanquam non habentes ſint, & qui flent, tāquam non flentes. Potuit igitur ſentire Vrbanus, ut quæ propriæ ſunt clericorum, res Eccleſiæ ſcilicet, non quaſi propriæ habeantur, ſed tanquam Domino oblatæ, non in alios, quàm præfatos vſus, quos ipſe dicit, ſint diſpenſandæ, ſed an iure dominij, uel nudæ adminiſtrationis diſpenſandæ ſint, id
6 non explicat: † ita ut ſecundum ſubiectam materiam accipi ea uerba debeant. l. ſi uno. ff. loc. l. ſi inſulam. ff. de præſcript. uerb. l. prima. C. de ſacroſan. eccle. l. ut gradatim. ff. de muner.
7 & hono. quod aūt illa requirat, aliūde ꝓbari debet. † Rurſus, ea uerba conſilij, non præcepti legem reſpicere uidentur: ait enim, res eccleſiæ ſummo cū timore eſſe diſpēſandas. Quòd ſi præcepti uim ea habere Pontifex uoluiſſet, alia loquendi formula vſus fuiſſet, ac potius pœnam, quam Dei timorem, qui ad forum animæ pertinet, conſideraſſet. Probabiliter itaque dici poteſt, Vrbanum clericis conſuluiſſe, quo pac-
8 to rebus Eccleſiæ uti deberent, † bonus uerò vſus etiam dominis conſuli poteſt. immo & præcipi, cum id reipublicę interſit, nec tamen ab illis idcirco dominium auferri quis dixerit. §. primo. Inſtitut. quibus ex cau. manum. non lic. §. ſed &
9 maior aſperitas. Inſtitu. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. † hæ uerò conſilii, ac præcepti leges notiſſimæ ſunt, Doctor. in
10 capitu. nam concupiſcentiam. de conſt. † Præterea Vrbanū Pontificem ea tempora reſpexiſſe nemo non uidet; quibus certè, ſi beneficiarios ſpectamus, illi domini reddituum ſuarum Eccleſiarum non erant, cùm omnia in Epiſcoporum eſſent poteſtate; quòd ſi Epiſcopos reſpicimus, ij redditus omnes in communes vſus diſtribuere tenebantur. unde nec dominii alicuius effigies apparere poterat, quamuis illud penes Epiſcopum eſſet. Hoc uere ſenſiſſe uidetur Vrbanus, cum adhuc illa communis ſeruaretur uita, anno Chriſti 224. quo ipſe ſedit, & cuius primū tempore, prædiorum, quæ uendebantur, prætia Epiſcopis exhiberi deſierunt, atque eorum loco prædia ipſa tradi cœperunt, ut ſupra fuſius tradidimus. idcircò ſanctus ille Pontifex, ut auaritiæ labem omninò tolleret, monebat ea bona non quaſi propria retinenda, ſed uti communia habenda eſſe, nec ab Apoſtolica communicatione diſcedendum. Anno Chriſti 224.
11 † Quòd ſi adhuc Canō ille quicquam urgere poſſet, obijcimus illi tamen, ſequentia tempora, quibus comunis uiuendi modus exoleuit, canonē illum penitus obliteraſſe, ita ut poſteriorum temporum leges, uſu ipſo exigēte, cōditæ, prioribus derogauerint, l. ſed & poſteriores, ff. de legib. l. final. C. de pact.

Secundò allegat Innocentii IIII. reſcriptum in capitul. ſtatutum. §. aſſeſſorem, de reſcriptis. libro ſexto, cuius
12 uerba ſunt; § Aſſeſſorem autem, ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter, niſi eo egeat, quod conſcientiæ relinquatur eiuſdem, ſibi nequaquam adiunget; alioquin de ſuo proprio prouidere teneatur. Inde Archidiaconus conſiderat, Eccleſiaſticos redditus proprios clericis non cenſeri. ut enim indicaret Pontifex de redditibus Eccleſiaſticis aſſeſſori prouidendum, dixit, De ſuo proprio prouidere teneatur. qui locus opinionis huius fortiſſimum propu-
13 gnaculum exiſtimatur. † Sed qui totam eam conſtitutionem perſpiciat, iuxta. l. ſed vtrum. §. primo. ff. de petit. hæredi. l. inciuile, ff. de legat. nullum inde argumentum ſumi poſſe videbit. Primùm enim, ſi ex eo quod dicitur, teneri Epiſcopum de ſuo proprio, colligatur de redditibus Eccleſiæ non teneri, quia illi non ſunt ſui, negabitur collectio hæc, quæ abſque petitione principij, quòd redditus eccleſiaſtici proprij epiſcoporum, aut beneficiariorum nō ſint, inde colligi non poteſt. At ſi dicatur, eos prouentus beneficiariis, epiſcopiſve cum pauperibus eſſe communes, iam aliunde ſumitur argumentum, & tamen communio
14 hæc dominium haudquaquàm immutat, † quandò inter ſocios furti actio, & rei perſequutoria datur. l. furti actio. ff. pro ſocio. l. illud. ff. de ritu nupt. gloſſ. in capitu. final. verſicu. meum, duodecima quæſtione prima, ſed de hoc infrà. Obijciet forte quiſpiam, ſi verba illa ad differentiam eccleſiaſticorum reddituum non cenſeantur appoſita, nullum poſſe
15 effectum operari, † quod abſurdum eſt. l. hæc ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. nom. caue. capitul. ſi Papa, de priuilegi. in ſexto. Sed id nihil obſtat. Nam dici poteſt, ea uerba potuiſſe accipi ad differentiam portionis illius, quæ fabricæ ex particulari aſſignatione, aut pauperibus, ſit applicata, & idcircò in proprio iure epiſcopi non eſt, itaque ambigua lex neutri fauebit parti. l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis. Illud enim expreſſit ex propria ſibi obueniente portione ſalariū
16 aſſeſſori ſolui debere. † Verùm omnis prorſus dubitatio tollitur ex ſequentibus illis verbis, § Cùm autem indiget epiſcopus, faciat à partibus de competenti ſalario illi prouideri, & ſic non de ſuo proprio. Quid igitur ſuum proprium Pontifex acceperit, conſtat, nimirum, illud quod

partium

Source : BIU Cujas

partium litigantium non esset: quin autem, quod ex ecclesiasticis prouentibus sibi obuenit, suum proprium dicatur, nullibi negatum reperio, cum præsertim alibi suum appellatur, quod & Hostiensis aduertit uers. suos, cap. de multa, de præben. c. cætetum, de donat. capit. peruenit, de fideiuss.

Pro eadem sentētia tertio loco adducit Archidiaconus,
17 decretum Concilij Agatensis, c. 48. cuius verba sunt; † Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habēt, hæredibus suis, si voluerint, derelinquant, quicquid vero de prouisione suæ Ecclesiæ fuerit, siue de agro, siue de fructibus, siue de oblationibus omnia iure Ecclesiæ reseruare censuimus. cap. episcopi res ecclesiæ, 12. q. 1. dum tex. inquit, Siue de fructibus, aperte innuere uidetur, fructus bonorum ecclesiasticorum ad ecclesiæ ius pertinere, quamuis usus aliquis pro suis necessariis beneficiario in eis competat quod & alia Diui Augustini uerba confirmant. Si priuatum, inquit, Possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, quorum procurationem quodammodo gerimus; non proprietatē nobis vsurpatione damnabili vendicemus, cap. si priuatum, 12. quæst. 1. Idem confirmatur ex epistola Leonis Papæ ad episcopos per vniuersam Siciliam constitutos, in qua habentur hac verba; Sine exceptione decernimus, ne quis episcopus de rebus ecclesiæ suæ quicquam donare, uel commutare, uel uendere audeat. & paulo
18 infra. † Episcopus rebus ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis vtatur, cap. sine exceptione, 12. quæst. Ex iis eadem sententia comprobatur, cum ea iura vix usum episcopis, aut beneficiariis in rebus ecclesiæ permittere vi-
19 deantur. † Sed hæc parum obstant: nam Concilium Agathense præterquam quod ex œcumenicis non est, sed Diœcesanum; dum ait, De fructibus agrorum ecclesiæ nihil pos-
20 se suis hæredibus episcopum relinquere; † ad non collectos adhuc fructus pertinere potest, vt aduertit gloss. in d. cap. episcopi; verbo, frugibus. & ibi Bellam. post Guid. quem citat. Cum autem ex aliis iuribus appareat collectorum fructuū dominium ad beneficiarios pertinere, ut iidem sentiunt; ea verba sunt referenda ad collectos fructus, qui cum pendentes sint, fundi pars esse dicuntur, l. fructus, ff. de rei vend. ne iura pugnantia sint, c. cum expediat. de electio. in 6. Rursus, si illud verum esset, quod beneficiarij fructus suos non facerent, non erat cur Cōcilium tantopere illis in ipso mortis ariículo vetaret, ne suis hæredibus eosdem relinquerēt. Si enim clericus viuens, de fructibus ecclesiæ disponere libere non potest, quis non videat ipsi morienti id multo minus licere? arg. Aut. multo magis, C de sacrosanct eccl. l. qui indignus, ff. de mun. & honor. c. cui non licet, de reg. iur. in 6.
21 † Cum eo tempore vix de bonis propriis posse disponere ex beneuolentia concessum sit, l. in tempus, ff. de hæred. inst. In tempus, inquit Modestinus, capiendæ hęreditatis, instituri hæredem posse, beneuolentiæ est. Confertur enim dispositio in tempus, quo quis in rerum natura nō est, ac mortuus
22 de rebus suis loquitur, & in illis legem dicit. † Ne igitur id tanto studio cautum dicatur, quod dubitatione carebat, id tantum iis verbis comprehensum censeri debet, quod expressum est, ne scilicet beneficiarij de fructibus etiam si illi percepti censeantur (quod non concedimus), testari vllo pacto possint, argu. l. quod Labeo, de Carbo. edi. & not. Dec. in l. fin. in prin. colum. 1. C. de inst. & substit. Existimauit enim Synodus illam beneuolentiæ rationem, quæ in prophanis rebus admittitur, non esse considerandam in iis, quæ ex ec-
23 clesia proueniunt: † cuius maxima ratio est, l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. fun. Tiraq. suo tract. de pia causa. Atqui non repugnat, quin domini beneficiarij sint ecclesiasticorū redditūum, quod ex eadem Synodo recte uidetur colligi: dum enim in morte id tantum prohibet, in vita videtur prorsus concessisse, argum. l. cum lex. ff. de legib. & quod singulari ratione in morientibus statutum est, ad uiuentes trahi non debet, argu. l. ius singulare. ff. de legi. cap. si gratiose. de rescrip. in 6.

24 † Nec eiusdem Synodi dispositio ultra quàm uerba illius patiantur, trahenda est, l. in agris. ff. de acquirend. rerum do-
25 mi. l. cancellauerat. ff. ad Trebel. † Confirmantur prædicta fideicommissarii exemplo: qui, quàmuis rerum, quas alteri restituere tenetur, dominus sit. l. fin. C. commun. de lega. nihil tamen ex eis in ultima uoluntate relinquere potest. l. deducta. §. fin. l. quidam. §. si quis. ff. ad Trebel. Sic & beneficiarii, quamuis domini sint, illis tamen testandi licentiam interdictam fuisse, non est absurdum, quod & gloss. sensisse uisa est, in cap. duo sunt. uer. proprietatem, in fin. duodecima quæstio. prima.

26 † Præterea longe alia uidetur fuisse illius Synodi mens, quàm Archidiaconus arbitratus sit: cùm enim eo tempore inualuisset error existimantium, non licere clericis tempo-
27 ralia possidere, ac ea propria retinere, † quem Manichæis tribuit Petr. Sot. tract. de instit. Sacerdo. lect. 2. & Domin. Sot. libro decimo. de iust. & iur. quæstio. 4. ar. primo. ad summouendum errorem hunc (ut memorati auctores tradunt) ne dum statuit Synodus illa temporalia episcopos retinere posse, sed etiam illis liberam concessit facultatem, ut eadem, quibus ipsi uellent relinquerent. Propria igitur episcopus libere relinquere potest, inter quæ & redditus ipsos ecclesiasticos connumerandos autumo. Quòd si obicias, id expresse prohiberi iis uerbis. Quæ de prouisione ecclesiæ &c. dixerim alium esse illorum uerborum sensum, nimirum, ut ea tantum comprehendant, quæ de prouisione ecclesiæ sunt.

28 † De prouisione autem ecclesiæ intelligo esse, quæ quotidiano vsui diuini cultus aut necessaria sint, aut peculiariter illi tributa, ut putà, quæ pro luminaribus, aut Sacerdotum ornamentis, aut stipendiis destinata essent, id enim indicant
29 uerba illa, Quæ de prouisione ecclesiæ &c. † Quæ Synodi mentem manifeste declarant, atque restringunt, argumen. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ubi Bartol. Caccialup. & alii. l. cunctos populos, ubi Iaf. & reliqui. C. de summa Trini. & fide Catho. Denique si attendatur, decretum illud editum fuisse anno Christi 435. paulò ante Leonis Primi tempora,
30 † qui sedit sub anno Christi 440. facile apparebit nullum nobis illud negotium facessere. Eo enim tēpore, cùm iam laici à uita, quam eousque cum clericis communem duxerant, destitissent, & nihi lominus clerici inter se eandem uictus rationem retinerent, illud tantum Synodus illa permisit, ut ea, quæ ex patrimonio propria episcopi haberent, quorum redditus dum uiuebant communicabant, in morte quibus uellent possent relinquere; exinde enim communis uitæ uinculum non relaxabatur, quamuis eis uideretur permitti illud, quod diuisionem quandam saperet: relinquebantur enim ea laicis, quæ dubio procul communib. cæterorum usibus non erant communicaturi. Anno Christi 440.

Fuit autem maxime rationi consonum: nam & si arctiori uinculo quàm consuetudinis, communi illi uitæ adstricti essent, morte tamen illud dissoluebatur. §. soluitur. Institut. de societa. res uero ecclesiæ uetuit omninò in alios distrahi, ne inde communis uita aliquo pacto labefactaretur. Hęc uerò omnia una cum tempore usu ipso sic exigente mutatio
31 nem penitus habuerunt. † Eandem responsionem admittunt supra citata Leonis uerba, in dict. capitu. sine exceptione. duodecima quæstio. prima. episcpi non utantur rebus ecclesiæ tanquàm propriis, sed tanquam commendatis, respiciunt enim priora illa tempora, quibus clerici omnes communem uitam ducebant, & quæstione hac, de qua in præsentia agitur, opus non erat; sed tantùm monitione, ne subdole, quid secus ageretur, quàm communis uitæ ratio exigeret. Verum, & alia interpretatio accommodari potest, quod legem consilii epistola illa respiciat, ideoque, inquit, episcopi rebus ecclesiæ tanquàm commendatis utantur, quasi eæ reuera commendatæ non sint, sed tanquam si
32 commendatæ fuissent eis, uti deceat. † Dictio enim illa. Tanquam, improprietatis uota est. l. prima. §. primo. ff. quod cuiusque uniuer. nomin. authenti. de hæred. falcid. §. primo.

33 Alio etiam pacto responderi potest, † quòd generatis ille sermo ad terminos habiles sit referendus. l. prima. §. lex autem. ff. ad legem Falcid. l. prima. C. de sacrosan. eccle. ut dum dictum est rebus ad immobilia tantum, uel immobilia ec-
34 clesiæ perpetuò dicata referatur. † Deo enim dicatum ad alienos usus conuerti non debet, cap. semel Deo. de regu. iur. in 6. De fructibus autem Leonem non sensisse existimari potest, cum inter hæc sit maxima diuersitatis ratio, ut res ipsa
35 docet. † Nec sane tamen magis obstant Augustini uerba. Si priuatum possidemus, nō ea nostra sunt, quorum quodammodo procurationem gerimus; non eorum proprietatem damnabili usurpatione vendicemus. Siquidem recte respōdetur, quod eo adhuc tempore communis uita clericorum uigeret, ut suprà traditum est, uel quòd is legem Consilii respiciat. Vnde subdit: Non damuabili usurpatione eorum proprietatem uendicemus, sed laudabili bonis, nimirum usibus eiusmodi ecclesiastica applicando: Vel quòd non abneget Diuus Augustinus, proprietatem, cum imò uerbis, quæ fictionem notant usus fuerit, inquiens. Quorum quo-
36 dammodo procurationem gerimus. † Dictio enim, Quodammodo, improprietatis uocabulum est. l. si me in uacuam. ff. de acquiren. possess. l. si pater impuberes, ff. de uulg. & pupil. Adde, quòd immobilia respexisse videtur, magisquàm redditus, qui seruando seruari non possunt: nullum igitur ex eius uerbis argumentum colligi potest, quod firmitatem obtineat.

Quartò pro eadem sententia citatur Concilium Hispalense primum, capitu. 1. Fixum, inquit, abhinc, & perpetuò
37 māsurum esse decernimus, † ut episcopus res sui iuris, quas

Source : BIU Cujas

ante epiſcopatum, aut certe in epiſcopatu hæreditaria ſucceſsione acquiſiuit, ſecundum auctoritatem canonicam, cui vult conferat, & quicquid vult de eis faciat. Poſtquam autē epiſcopus factus eſt, quaſcunque res de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, uel alterius nomine comparauerit, decernimus, ut non in propinquorum, ſed eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniant. cap. fixum. 12. quæſt. ulti. dum ait tex. Omnes res, etiam fructus beneficiorum complectitur, & tamē eos in eccleſiæ, & non beneficiariorum iure eſſe præcepit. Idem probare uidentur uerba ſextæ Synodi uniuerſalis, quæ Conſtantinopoli in Trullo habita eſt. Qui uerò, inquit, ceperit, aut emerit aliquid ex prædictis Cimiliis, uel ſalariis, & non reſtituerit eccleſiæ, uel non redierit ad incidendum cartam uenditio-
38 nis, uel emphyteoſeos, ſit anathema. & paulo infra. † Si autem epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe monaſterium de eccleſiaſticis redditibus, tradat eidem eccleſiæ ipſum monaſterium. cap. Apoſtolico. in fin. 12. quæſt. 2. Apparet igitur quicquid de redditibus eccleſię comparatur, eidem reſtituendū eſſe, nec beneficiariorum effici, ſi enim illud beneficiarii eſſet, in eo moderator foret, & arbiter, vulg. l. in re mandata.
39 C. mandati. † De fide autem actorum eiuſdem ſextæ Synodi dubitandum non eſt, quicquid aliquando Albertus Pighius ſenſerit, prout multis comprobat Ioannes Valentinus, qui Canonicas ſanctiones maxima diligentia in vnum redegit, ac etiam Franciſcus Torrenſis de ea re peculiari edito libello, cui titulus eſt, De veris actis, 6. 7. & 8. Synodi. Vrgent quidem hæc ipſa iura, ſed commode tamen ad illa reſponderi poteſt: Credibile enim eſt, ea verba hoc ſenſu eſſe prolata, vt eos tantum redditus iudicarent, qui in peculiari Eccleſiæ iure ſunt. illud enim innuit Hiſpalenſe Concilium. dum ait, Res, quas de facultatibus Eccleſiæ emerit, ad clericum non pertinere. Quod autem omnes redditus ſint Eccleſię, id non affirmat. Itaque de iis tantum redditibus accipi ea verba poſſunt, quæ peculiari iure ad Eccleſiam pertinent, vt cum ſaltem neceſſaria ab Eccleſia beneficiarius deſumere poſſit, eo
40 dem Archidiacono teſte: † quæ, ſi non egeat, in lucro ponere poſſe, communis opinio eſt. Tamen ſi verba hæc Hiſpalenſis Concilij indiſtincte intelligetentur, ſecus colligi viderentur. Cum enim ij redditus, ex quibus beneficiario neceſſaria huiuſmodi ſuppeditantur, ſint Eccleſiaſtici, viderentur & ipſi in Eccleſiæ iure reſeruandi. † Ea vero accipio in
41 peculiari Eccleſiæ iure eſſe, quæ præcipuo quodam iure Eccleſiæ ſunt adſcripta, vt in Lumina, Miniſtrorum tum ornamenta, tum ſtipendia, Eccleſiæ inſuper reparationem impēderentur. Confirmantur hæc, quia Eccleſiaſticarum rerum donationem valere, iuribus cautum reperitur, cap. cęterum, de dona. quod minime dici poſſet, niſi hæc interpretatio reciperetur. Præterea dici poteſt, Concilij prædicti uerba, nō redditus, hoc eſt, prouentus eccleſiaſticos reſpicere; ſed bona ſtabilia, uel mobilia: perpetuo tamen uſui eccleſiarum dicata. Inquit enim canon ille: Quę de eccleſiæ facultatibus
42 emerint. † Sane facultatis uerbum, nō fructus, ſed bona ipſa immobilia reſpicit, ut cum Iureconſultus dixit; Quod ſi idoneum exegerit, quamuis poſtea facultatibus lapſi ſint Tutores, nihil eſt, quod ei, qui dedit, imputetur; & quampluribus in locis facultates a Iureconſultis dictæ ſunt, bona, unde prouentus percipiuntur, nō prouentus ipſi, l. 1. §. ſi magiſtratus, ff. de magiſt. conuen. l. 2. §. ſi eodem, ff. de admin. tutor. l.
43 4. ff. ut in poſſ. leg. † Sic texta Synodus, dum de redditibus mentionem facit, referri poteſt non ad redditus, hoc eſt, prouentus; ſed ad bona, ex quibus redditus ſumuntur, id quod uerba præcedentia indicant: dictum enim erat non licere epiſcopo ruſticas poſſeſſiones uendere, atque ea ratione redditus eccleſiaſticos minuere, intelligo perpetuos, ac in fundis conſiſtentes. ſubiiciuntur poſtea illa uerba, Vnde ſi redditibus eccleſiaſticis epiſcopus Monaſterium conſtruxerit eccleſiæ reſtituatur. De redditibus eccleſiaſticis Monaſterium conſtrui ibi intellexero, cum ruſticæ illæ poſſeſſiones, de quibus in eodē tex. ſupra habetur mentio, ea ipſa de cauſa alienentur. Cum uerò beneficiorum fructus Synodus conſiderauit, qui ex fundis, quos redditus appellauit, colliguntur, ſubiecit, Quos ad utilitatem propriam, ſcilicet, epiſcoporum, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe dicernimus. Si ad propriam utilitatem epiſcoporum, igitur ſub eorum dominio: quod enim quantumue pauperibus deberi, illiſq; peculiariter tributum docebitur, dubitatione carebit, ſi iure illud probetur: quod ex eo loco
44 minime colligi poteſt. † Nec uerbum illud, Redditus, eam intepretationem abhorret, ut fundos, ex quibus redditus habentur, ſignificet: in ea enim ſignificatione plerunque tam in iure Ciuili, quam Pontificio accipitur, cap. auaritiæ, ibi, redditus eccleſiæ minoraſtis, extra de præbend. §. licebit autem, & ibi glo. uerb. Redditus, Authen. ut ij, qui oblig. ſe perhib. Licebit autem (ait Iuſtinianus) tutori, cum omni ſubtilitate perſcrutari, ſi aliquos forſan inuenire caute potuerit redditus, & comparari minori; redditus ibi pro fundis accepit, ut Albericus, & Iacobus Spiegel. animaduertunt in diction. uerbo, Redditus. & ita ſemper accepiſſe uiſus eſt Cardi. Turrecrema. in cap. 1. 12. quæſtio. 5. in 5. concluſio. ibi prędia, redditus, ad primum, & ad ſecundum, in reſponſione ad
45 ſecundum. † Sic & alibi ſalarij uerbū ponitur pro eo, ex quo illud prouenit. cap. quiſquis, ubi Turrecrem. uer. ſalaria, 12. quæſtio. 2. Illud præterea animaduertendum eſt, quod nullibi in 6. Synodo legitur Canon ille modo relatus, ſi quis eam in Trullo, hoc eſt, Imperatorij palatij Conſtantinopolitani ſecretario, ſic dicto, celebratam perlegat. Sed in Nicęna ſecunda, quæ uniuerſalium ſeptima fuit, capit. 12. quæ & in decretis relata eſt, in cap. quiſquis, 12. quæſt. 2. illud tantum ha-
46 betur, † conſanguineis, ut pauperibus quidem dari poſſe, ita tamen, ut bona eccleſiæ non uendantur: de fructibus autem ne uerbum quidem ibi habetur. Huc accedat, quòd uel ſi maxime canonē illum admitteremus, tamen quod ibi præcipitur conditioni temporum uitæque communioni, quæ tunc extabat, tribuendum eſt: ſiquidem ea Synodus ſub Bono Pontifice conuocata fuit anno Chri Anno
ſti 677. ac deinde ſub Agathone, circa annum 679. Chriſti
continuata, atque ſub Leone Primo, anno 682. fi- 677.
nita. Ea uero tempeſtate adhuc omnia inter clericos ipſos erant communia; Epiſcopique diſpenſatores habebantur, cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.

47 † Ideoque in alienationibus, & diſtributionibus cleri cōſenſum adhibere prorſus iubebantur, quod idem Leo Pri-
48 mus ſextæ Synodi confirmator ſtatuit. † Vt ergo planius hęc omnia explicentur, animaduertendum puto, huic Monaſteriorū ædificationi, & dotationi, cuius modo meminimus, multo antea certam legem dictam fuiſſe ſub Martino Primo, anno Chriſti 647. quo tempore ſtabili Anno
tum eſt, quota portio pro monaſterii ſuſtentatio- Chriſti
ne aſſignari deberet in Concilio Toletano. 9. cap. 647.
5. cap. bonæ rei. 12. quæſt. 2. cuius rei Innocentius Tertius meminit, in cap. Apoſtolicæ. de donatio. Quibus ex rebus uideor mihi rectè conii cere, canone illo ſextæ Synodi, monaſteriorum conſtructionem non prorſus atque indiſtincte prohiberi, ſed eo tantum caſu, quo forma illa, cuius proxime meminimus, ſeruata non fuiſſet. Toties autem ab eo epiſcopus recedebat, quoties propria authoritate ædificabat, ſpretoque conſenſu cleri ac Diaconorum præſertim, quibus ea cura demandata fuerat, ne ullam ab epiſcopo fieri fraudem paterentur, licet & ij tenerentur ipſi epiſcopo rationem reddere, ut in canonibus Apoſtolorum. cap. 41. cap. pręcipimus. 12. quæſt. 1. Itaque mirum uideri non debet, ꝙ uideamus eo caſu epiſcopum id, quod pręter formam ipſi præſcriptam impenderit, eccleſię reſtituere. Etenim cum re, cuius uſus communis adhuc erat, quaſi propria uteretur, furtum quodammodo committebat, argumē. l. furti actio. l. rei communis. ff. pro ſocio, ſubinde uerò temporum conditione, rerumque ſtatu immutato, non eſt quoſt abſonum iudicemus iurium quoque tenorem fuiſſe immutatum, c. non debet. de cōſan. & affi. Qua de re plenius infrà dicemus.

Quintò illud maxime urgere Archidiaconus putat, quòd ex canone Apoſtolorum, epiſcopi tantum diſpenſatores ecclеſiaſticorum prouentuum conſtituti uideantur. iis ita cautum eſt. Præcipimus, ut in poteſtate ſua res eccleſiæ epiſcopus habeat, ita ut poteſtate eius omnia indigentibus diſpenſetur per presbyteros ac diaconos. capit. præcipimus. 12. q. 1. Huc etiam pertinet quod Proſper. dicit lib. 2. de uita cōtemplatiua. cap. 9. Expedit, inquit, facultates eccleſiæ poſſidere, & proprias, perfectionis amore contemni, non enim proprię
49 ſunt, ſed communes eccleſiæ facultates. Et paulò infra. † Cū quis præpoſitus fuerit eccleſiæ, omniū quę habuit eccleſia, efficitur diſpenſator, cap. expedit. 12. quæſt. 1. Prædicta confirmat quod D. Hieronymus ad Nepotianum ſcribit epiſtola 2. Tomo 1. Clericus a κλῆρος Græce, Latine ſors appellatur, propterea clerici dicuntur quia de ſorte Domini ſunt, & inferius. Habens victum, & veſtitum, his contentus ero. & nudam Crucem nudus ſequar, capit. clericus. 12. q. 1. Quibus ex omnibus probari uidetur, beneficiarios non dominos, ſed diſpenſatores eſſe redditуum eccleſiaſticorum, ex quib. nihil præter uictum, & ueſtitum aſſumere poſſint. Sed & his facilè reſpondetur: nam quod ad canones Apoſtolorum attinet, illi omnia eſſe in poteſtate epiſcoporū, aſſerunt, quod autem ſubiiciunt, ad epiſcopos ſpectare, ut illa diſpenſent, negotium minime faceſſit.

50 † Nam diſpenſatio ſub dominio continetur. omnis enim, qui dominus eſt, diſpenſat. Dum itaque diſpenſandi munus epiſcopis tribuunt, dominium nō abnegant, cum immo ſu-
51 perius omnia in eorum ptāte eſſe aſſeruerint; † quæ uerba ad dñium facile referri poſſunt. l. alimenta. ff. de lib. agno. gl. l. cum prętor. §. fi. ff. de iudic. Azo in Sum. de pat. pote. Quod uerò Proſper dicebat, Expedit facultates &c. ad conſiliū referri

Source : BIU Cujas

52 ferri potest: † idque indicat uerbum, Expedit. capit. non solum. de reg. iur. in 6. cap. cum expediat, & ibi Archi. de elect. eod. li. d. §. sed & maior. quod deinde subdit. Omnium, quæ habuit ecclesia, dispensator fit, ad immobilia referri potest, quorum alienatio episcopo est interdicta, cap. nonnulli, &
53 tot. titu. de rebus eccle. non alienan. † Sed quod omnia hæc fundamenta euidenter tollit, illud est, quod secundum suorum temporum conditionem loquantur, quibus omnia Sacerdotibus erāt communia, quemadmodum autem, cum circa illud uariari cœptum est, Augustinus dixit, Si qui volunt habere proprium, non eis tollo clericatum. ita mutata temporum conditione aliud fuisse statutum non inconue-
54 nit. † Prosper sane Rhegij Flaminiæ in Italia episcopus, natione Aquitanus, Leonis Papæ Primi quondam Notarius, sub Leone Magno Augusto, anno Domini CCCCLX. claruit, multo post quæ tempora beneficiorum sectio facta est, atque alia ratio
55 ecclesiasticorum reddituū haberi cœpta. † Quòd autem D. Hieronymus, victu ac vestitu contentum Sacerdotum esse iubet, ad perfectionis consilium referri debere, res ipsa testatur, ut Archidiaconus ipse aliquando probauit in capitu. clericus. 12. quæstio. 1. Hyperbolicè dicta hæc sunt, ac ex feruore religionis a sanctis uiris prolata, non quòd ad vnguem obseruanda proponatur. Sic legimus, D. Ambrosium dixisse sermo. 18. Neque enim minus criminis est habenti tollere, quàm cum possis, & abundans sis, indigentibus denegare. & alibi, Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorū redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terram defodis,
56 cap. sicut. 2 47 dist. ex quo glo. ibi censuit, † diuites a pauperibus non iure quidem actionis, sed euangelicæ denuntiationis cogi posse, ut sibi subueniant. Sic D. Hieronymus in reg. Monachorum, c. de paupertate. Aliena, ait, rapere conuincitur, qui ultra necessaria retinere probatur. Erat patrum illorum tum ea pietas, ut quicquid superflueret, commune reputaretur, quoad vsum. s. vt Frater Dominicus Sotus aduertit, lib. 10. de iust. & iur. quæstio. 4. Omnia itaque ea placita tribuenda sunt conditioni temporum, quibus illa præcepti uim habere potuerunt, mutato autem rerum statu, ad cōsilium ea potius referenda uidentur.

Sexto adducuntur Remensis Concilii uerba, quæ sunt.
57 † Inquirendum est, si aliquis presbyterorum de redditib. ecclesiæ, uel oblationib. vel votis fidelium alieno nomine res comparauerit: quia sicut nec suo, ita nec alieno noīe presbyter fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis debet, quoniam hoc sacrilegiū est, & par crimini Iudæ furis, qui sacras oblationes asportabat, & furabatur. capit. inquirendum. de pecul. cleri. Si redditibus ecclesiæ non licet quippiam beneficiario comparare, aperte colligi uidetur, ipsos redditus beneficiarii non fieri, aliàs ea, quæ ex iis a beneficiario suo no-
58 mine emuntur, ecclesiæ non fierent, † nec illi rei uendicatio competeret speciali quidem fauore contra præscriptas iuris regulas. in l. si ex ea. C. de rei uenicat. l. si patruus tuus. C. commu. utriusiud. l. si de tua. C. de donatione inter uirum & uxor.

Accedunt his uerba Concilii Toletani noni, c. 4. Sacerdotes, inquit, quæcunque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis, uel uile, uel carum habuerint, ad ecclesiæ, cui præsunt, utilitatem, chartarum instrumenta confi cere procurent. cap. Sacerdotes. 12. quæst. 4. Quibus tamen responderi facile potest Primum enim animaduerto in Remensi Concilio nullibi ea uerba legi, quæ modo retulimus, ac in multis Codicibus legi, de rebus, non de redditibus, ut Cardinalis Zabarella aduertit, in d. c. inquirendum. in princ. inquiens, de redditibus, alias, de rebus, sed utcunque res sese habeat, uerba illa de redditibus, uel oblationibus, uel uotis eum sensum recipere possunt, ut dictio, Vel, stet expositiue, ut nomine generali reddituum prius posito uoluerit canon deinde explicare, de quibus eorum speciebus intellexerit, quod satis declarat, inquiens. Vel oblationibus, uel uotis fi-
59 delium. † Et enim dictio, Vel, multis in locis pro, Ideſt quandoque etiam exemplificatiue accipitur. l. si quis priorib. C. de fund. pat. lib. 12. capitu. unio. §. uerum. de stat. mona. lib. 6. cap. 1. de offic. ord. eod lib. quo casu accepta in eo sensu mi-
60 nime obstat, † quamuis autē exempla regulam non restringant. l. damni. ff. de dam. infect. l. regula. ff. de iur. & fac. igno.
61 illam tamen declarant. §. hactenus. Insti. de grad. † Accedat, receptissimum esse, posito prius genere, si aliquæ species subiiciantur, ad eas tantum illud referri. l. 2. circa princip. ff. eo. docto. in rubri. C. de serui. & aqua. Cum igitur Remense Concilium ait, non licere clerico de redditibus, uel oblationibus fidelium, uel uotis quicquam in fraudem ecclesiæ comparare, ad oblationes fidelium, ac uota tantum pertinet, reliquos uero redditus minime comprehendit, quod comprobari potest ex sequentibus Cōcilii uerbis. ait enim, qula presbyter non debet nec suo, nec alieno nomine fraudem facere de facultatibus ecclesiæ, facultatum uero nomen ad immobilia, uel mobilia perpetuo ecclesiæ addita
62 refertur, ut supra dictum est, † quo iure censeri possunt oblationes fidelium, uel uota, quę idcirco a fidelibus traduntur, ut perpetuo in loco conseruentur, in quo si collata tenentur, manet gratia offerentis, si frustrātur, imminet pernicies defraudantis, inquit Concilium Toletanum nonum. cap. 1. Sed illud etiam dici potest, q̄ textus ille ad terminos, in quibus loquitur, referendus est, cum enim dicat de redditibus ecclesiæ, illos uidetur respexisse, q̄ in ecclesię dominio sunt, non illos qui ad beneficiarii dominium pertineant, quod illius genitiui natura innuit, si enim redditus omnes comprehendere uoluisset, non dixisset, redditus ecclesiæ, sed ecclesiasticos, sicut inferius, ecclesiasticas quoque facultates appellauit. Non illud ergo compertum est, omnes redditus, qui ex beneficiis proueniunt, esse ecclesiæ, cum id ipsum sit, de quo potissimum dubitetur, & ut magis uera hæc esse cō probentur, subiicit textus. Quia presbyter nec suo, nec alieno nomine de facultatibus ecclesiasticis fraudem facere debet. loquitur ergo Concilium, ubi fraus cadere potest, at in fructibus simpliciter acceptis fraus cadere posse nō uidetur, cum beneficiariorum aliqui sint, prout alia firmat opinio. Intelligi itaque debet de ea tantum portione, quæ peculiariter quauis ratione, uel diuisione, uel fabricę contemplatione, uel ex uoto, aut oblatione ecclesiæ effecta est, in eiusque iure seruanda inuiolabiliter uenit, quo sensu accipitur in capitulo res ecclesiæ, prima quæstio. prima. Sed obiiciet quispiam, eam restitutionem non esse admittendam, cum
63 in Concilio Arelatensi cautum legatur, † prędia quæ presbyter postquam promotus est, emerit, si ipse ante promotionem nihil patrimonii habuerit, in iure ecclesiæ intelligi, ca. primo. de pecul. clerico.

Vnde colligi uidetur comparata ecclesiasticis ex redditibus, quicunque illi sint, ecclesiæ esse debere, neque hanc reddituum distinctionem admitti. Verum ad hoc respicari potest. Concilium enim id tantum perpendit, an quid patrimonii presbyter habuerit, & dumnodo ex redditibus ecclesiæ paratum suspicetur, eidem applicandum statuit. Nam in ea facti specie diuersa constituendi ratio considerari potest.

64 † Si quid enim presbyter nullum habens patrimonium, comparat, nisi proprio nomine comparasse appareat, ad uti
65 litatem ecclesiæ comparasse uidetur, † in pari enim causa præsumptionis pia causa maxime priuilegiata est, cū & maxima ratio sit, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpt. fune. Quin autem dominus comparatorum bonorum clericus esse possit, si pro se emisse constet, Concilium illud non abnegat. † In dubio uerò, cum presbyter sit,
66 tanquam talem emisse ad utilitatem ecclesiæ pie uenit interpretandum, † quod secus foret si de patrimonialibus redditibus comparare potuisset, tunc enim cum duplicem personam sustineat, dubia erit interpretatio, argumen. capitu. a collatione, de præb. in 6. lib. l. quæro. ff. de eo, qui pro tutore.
67 quamuis adhuc eo casu de rebus ecclesiæ emisse sit præsumendum, quod illius fauore factum tradunt Abbas, Anch. Zaba. Anania, Barb. & alii in d. c. inquirendum. de pecul. cle. sed & alia rōne Canon ille Arelatensis euitari potest. Nam cum aliqui sint redditus, qui spāliter ecclesiæ sunt, ut paulò ante dictum est, sint & alii, qui beneficiariorum esse possint, de quib. controuertitur, induxit oīno id præsumi, ut quæsita prædia censerentur de portione, quæ ad ecclesiam pertinet, comparata, cum tñ patrimonium ptesbyrer non habuisset: q̄q̄ & in dubio omni casu pro ecclesia concludendū sit, ut no. gl. uersi. debent. & alii doc. in d. c. inquirendū. Nec rursus dicat aliquis uerbum illud, redditus, in d. c. indistiucte accipiendū esse, ut quoscunque fructus comprehendat, quod Arelatensi Concilio paulò inferius gñaliter cautū sit, presbyterū de eis, quæ superemerit, scripturam noīe ecclesiæ cō ficere dēre, aut ab eius ordinatione discedere. ca. 2. de pecu.
68 cler. † Nam præter ea, quæ supra diximus, si adhuc gñalius Cōcilium loqueretur, ab aliis tñ canonib. passim interpretationem recepit, ut nimirum ex iis fructib. empta complectatur, quæ ecclesiæ sunt, non aūt beneficiarij: qui aūt sint ij, ex documentis ecclesię ipsius apparere pōt, quib. constabit, an fabricæ ecclesiæ uestitui clericorum, paramētorum refectioni, aut similibus sint adscripti, & cum oportune sese nobis offerat tex. in d. c. Sacerdotes. 12. q. 1. eandē illi accōmodamus rñsionem, ut. s. & ipse ab aliis iurib. declarationem recipiat, ut modo diximus, q̄uis dici possit, Toletanum illud Cōcilium fuisse celebratum eo tpe, quo uita cōis adhuc seruabatur inter clericos, qui & patrimonialia cōferebant. Vnde quæcunque illi emissent, in iure ecclesiæ erant reseruanda, quæ in eōrum potestate erant, ut inde ab eis Sacerdotibus ipsis, & aliis clericis uictus præstaretur. Ne igitur Episco-

Source : BIU Cujas

po fraus fieret, empta à Sacerdotib. in iure eccleſię, cui præerant, iubebantur prę ſeruari, & idcirco de Sacerdotibus tantùm loquitur: quia ij parochiis præſidebant, quibus ſolam adminiſtrationem tribuit. Nec obiiciat quis denuo, quod
69 Pius Pontifex ſtatuit, in ca. 3. de pecu. clericor. † res quas poſt conſecrationem presbyter emiſſet, eum eccleſiæ ſuæ relinquere debere. Id enim ad res, bona ſcilicet immobilia referendum eſt, ut ibidem glo. aduertit, uerb. acquiſiuerit. quæ ſi occaſione eccleſiæ comparata ſint, utique nullo titu. ac non teſtamenti quidem genere vllo alienari ſunt permiſſa, toto
70 titu. de reb. eccl. non alien. † Ex iis autem ad fructus beneficiorum, quorum diuerſa ratio eſt, nō recte arguitur, ut Cardina. Zabarel, tradit in d. cap. inquirendum, & ſeq. de pecu.
71 cleric. † Alia præterea poteſt dari reſponſio ad tex. in dicto cap. inquirendum, ut dicamus, Concilium illud dominium clericis non negare, ſed in caſum illum reuocare, ſi ſit ſordide quæſitum. Nam cum cleticis donare permiſſum ſit, cap. cæterum. de dona. ac ſi redditus etiam aliis dati conſumpti ſint ab illis in rerum aliquarum emptionem, nulla ab eis ratio exigatur, manifeſte illorum dominium argui uidetur. Quòd ſi aliquando eueniebat, ut clericus auaritiæ inhians, rem p ſuppoſitam perſonam, ut ſuo nomine comparaſſet, ut inde forſan uel conſanguineis, uel aliis, quibus uellet, & cum uoluiſſet, relinqueret, ac eos ditaret; quia ingratus uidebatur eccleſiæ, a qua beneficium receperat: optima rōne ſtatuit Concilium, ut dominium illud, quod antea in redditibus eccleſiaſticis habeat, tanquam in fraudem deſtinatū, ab illo penitus auocaretur, & quicquid eo nomine emptū eſſet, in eccleſiæ ius cederet. Indignum profecto exiſtimatū eſt, ut uariis confictis nominibus detrimentum pateretur eccleſia, quæ & dignitatem & redditus ſuppeditat beneficiario, argu. l. ſi. C. de reuo. dona. quæ manifeſta fraudis præſumptio tunc quoque locum habet, cum alieno nomine aliquid clericus emit, ut poſtea quibus ille uelit, relinquere poſſit,
72 † cautela enim illa alieni nominis interponendi, fraudem omnino arguit, l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. Vnde ſummopere decuit Canonum conditores, quibus animarum ſalus præcipuus eſt finis, cap. ut animarum, de conſtitu. in 6. capi. poſſeſſor. in gloſſ. magna, de regul. iur.
73 eod. libr. tutiorem animę uiam eligere, † ob quam etiam in deteriorem partem præſumptio admittitur, capit. iuuenis, capitu. is qui fidem. de ſponſa. ca. ad audientiam, ubi Maria. Soc. num. 5. de homi. uolunt. Vel caſu, ut quocunque modo comparatio illa facta eſſet, ex eccleſiæ rebus facta intelligeretur, ne uia fraudibus, doliſque, ac ſacrilegiis aperiretur. Clemen. ut calumniis, de ſenten. & re iud. Sed obiiciet quiſpiā, eandem rationem eſſe cum Prælatus alicui donauerit, eaque pecunia conſumpta fuerit, uel eam ipſe uoluptuoſe cō ſumpſerit, atque inde probari dominum non eſſe beneficiarium. Verùm id parum obſtat: nam hic longe diuerſa eſt ratio, donec enim illud uiget, quod ex eccleſiaſticis prouētibus à Prælato improbe comparatum eſt, a beneficiario illius dominium reuocari poteſt. Cum uerò illud conſumptum ſit, ſecus: non enim eſt quid reuocetur, niſi dixeris illum, quia dominus non ſit, ad reſtitutionem teneri; & hoc firmari non poteſt, cum tex. id nō determinet, ac de eo controuertatur.

74 † Reuocari dominium diximus, reuocatione enim opus eſt, cum prius beneficiario ex ſua, quam diximus, pecunia quæſitum fuiſſet, l. ſi ex ea. C. de rei vendica. Quare, ut deinceps competat eccleſiæ vendicatio, nulla alia ratione id fieri potuit, quàm ut dominium à Prælato reuocaretur, duo enim inſolidum domini eſſe non poſſunt. Id uerò eſt maxime rationi conſonum, cum res extat quæ empta eſt, etenim huiuſmodi emptiones furtum ſapiunt, ac manifeſtam intention
75 eccleſiam ſpoliandi præ ſe ferunt. † At ſi conſumpti ſint fructus à clerico, illi nullo iure uendicari poſſunt, argumento, l. ſi alieni nummi ff. de ſolut. Afflic. deciſion. 190. per totam. nec tanta adeſt ratio, ut ij recuperentur, potuerunt enim prodige nimis a beneficiario effundi, nec intentione aliqua, ut eccleſiæ fraus fieret, quo caſu ſufficit illum de cō-
76 miſſis pœnituiſſe. † Itaque aduerſus Prælatum omnia iura clamant, cum deprehenditur ita illum auaritiæ deditum, ac de craſtino ſollicite nimis cogitantem, ut ſub iis confictis nominibus occulte etiam ac clandeſtine uiā inuenire procuret, qua de huiuſmodi fructibus teſtari impune poſſit, qđ illi prohibitum eſt, cap. quia nos, de teſtamen. Nil ergo mirum ſi ab eo dominium dicatur tunc auocari, cū quo haud pugnat, quòd antea illud habuiſſet. Sed poſtquam hæc ſtatuta ſunt, cum ſibi ſuo, uel alieno nomine beneficiarius prędia comparat. Quid ſi, puta, propinquis a Clerico eccleſiaſtici prouentus collati ſint? & tunc duo caſus conſiderari poſſunt. Alter ſi ij conſumpti ſint; Alter uerò, ſi in prædiorum
77 emptionem ſint collati. † & priori quidem uidetur, ꝙ eccleſia repetere non poſſit, nec diſpoſitio dicti capi. inquirendū, locum habeat, ar. d. l. ſi alieni nummi. Nam ſi alieni nummi inſcio, uel inuito domino ſoluti ſint, manent eius, cuius fuerunt, ſi mixti ab alijs ita fuerint, ut diſcerni non poſſint, fiūt eius, qui accepit, ut Iabolenus inquit, d. l. ſi alieni numm'. etenim cùm aliquid extat, facile aduerſus hanc legis diſpoſitionem fauore eccleſiæ reſcribi poteſt, cùm uero nihil extat, illa obſeruanda eſt, ne ſpecialia multiplicentur. l. 1. C. de
78 dot. promiſſ. † poſteriore verò caſu diuerſa adeſt ratio, ne ab iis empta in eccleſiæ ius reuocentur. Pro clerico enim regula eſt, qui cum affinibus egentibus nedum dare poſſit, ſed etiam teneatur, quod & Archidia. ipſe admittit, ut Canon. Apoſtolorum 37. & 39. & Synodo Nicæna 2. cap. 12. ca. non ſatis. 86. diſt. quod præter egeſtatis caſum, redditus illis fuerit elargitus, probandum eſt, cumque non ſatis facile probari poſſit, certa regula à Sac. Canonibus uix tradi potuit, qua
79 dominium illud ab eis auocaretur, † etenim tempus egeſtatis eſt ſpectandum, quo traditio facta eſt. l. 2. C. de reſcin. uendi. ubi Cagno. nume. 213. capit. cum cauſa. de teſti. & ibi glo. in uer. tempore, glo. Innocen. Ioan. And. & alij in cap. ad aures, de reb. eccle. non alien. Pariſ. conſil. 24. nume. 7. uolu. 4.
80 qualitas quoque perſonarum eſt dimetienda, † cum longe aliter magnanimus diuitias ſuas, ac cibaria, & alimenta æſtimet, quàm uilis, & humili genere natus. l. is cui legatur. ff. de leg. 1. Flor. in l. ſed & ſi quid. §. mancipiorum. ff. de uſufru. Signoro. de Homod. conſilio 149, Vnde hæc difficilem reddunt probationem, ut præter regulam uideatur beneficiarius dediſſe. Cùm præſertim epiſcopus, aut beneficiarius potuerit decipi, & quamuis ſe egenti putarat dare, diuiti tamē poſtea reperiatur tradidiſſe, quo caſu is reprehendi nō poſ-
81 ſet, † cum omnes noſtræ actiones à fine ſpeciem boni, uel mali ſumant. Sanct. Thom. 1. 2. quæſtio. 18. & quæſt. 20. ar. 1. & 2. & quæſtio. 73. arti. 7. ad primum. Quocirca hæc omnia, cùm certa lege comprehendi non potuerint, iudicis arbitrio relinquenda fuerunt, ut is rerum, ac perſonarum qualitate penſata, uideat an fraus eccleſiæ facta ſit; ac ſi arbitretur, compellat, ut empta ex redditibus eccleſiæ reſtituantur, iuxta d. cap. inquirendum. Tunc uerò pœnam magis dixerim commiſſæ fraudis propter auaritiam, quàm ut tanquam a non domino data reſtitui debeant. Hæc uerò obiter dicta ſint, noſtræ enim intentionis non eſt, hos omnes caſus in præſentia exquiſitius pertractare, cum nec illos complectatur text. in d. cap. inquirendum, cuius uerba eo tantum reſpiciunt, cum nempe uel alieno nomine, uel proprio in fraudem eccleſiæ beneficiarius prædia comparaſſet. Vtcunque igitur hæc ſe habeant, ſat nobis illud eſt, Concilii Remenſis diſpoſitionem beneficiarios eccleſiaſticorum reddituum dominos non inficiari, ſed ſi abutantur certis caſibus, ab eis
82 dominium auocare. † Non enim hæc pugnant, aliquem dominum rei eſſe, & illius dominio priuari, cum male utatur, ſicuti cum donationem inter uirum & uxoem lex ciuilis prohibet, ac alienationem in creditorum fraudem interdicit. quibus plane caſibus dominium reuocat. Cùm igitur auaritiæ non inhiat prælatus, nec in fraudem eccleſiæ aliquid commentatur, tunc dominium à beneficiariis mini-
83 mè reuocat. † Quò fit, ut donare non prohibeatur, & meliorationes, quas pro ſua ſuſtentatione fecit, etiam quòd ad aliam transferatur eccleſiam, eius uita durante ad illum ſpectent, capitu. fina. de pecul. cleri. Sic cùm pro alio fideiubet, cùm ibi furtum, neque in intentione, cadat eas promiſſiones illum implere, etiam cum eccleſiæ damno canones iubent, cap. peruenit, de fideiuſſo. Quibus ex omnibus liquido conſtat, Concilium illud Archidiaconi ſuntentiæ minime infſragari.

Septimò, eadem ſententia confirmatur reſcripto Alexandri III. ad Vigilenſem epiſcopum, in capi. quia nos, de teſtam. ubi ea verba leguntur. De iis autem, quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum. Si igitur de iis, quæ conſideratione eccleſiæ beneficiarii percipiunt, teſtari non poſſunt, recte colligitur, eorum dominos non eſſe. Cæterum hoc argumentum facili
84 negotio tollitur. † Loquitur enim Alexander de iis, quæ conſideratione eccleſię percipiuntur, ideſt, ut penes eccleſiam perpetuo maneant, quòd in uotis, oblationibusq; fidelium Remenſe Concilium ſtatuiſſe, ſupra dictum eſt, ſecus uidetur innuere in iis, quæ beneficiarius ſuorum ſeruitiorū contemplatione percipit, eccleſiaſticis enim utilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gau-
85 dere. cap. eccleſiaſticis. 12. quæſt. 2. † Nec ſine myſterio uidetur vſus uerbo. Percipiuntur, potius, quàm acquiruntur, noluit enim ea omnia, quæ ex eccleſia acquiruntur, denotare, ſed quæ percipiuntur, ut inpeculiari tātùm iure eccleſię permaneant. Confirmantur hæc, nam uerba ea generalia ad habiles terminos reducenda ſunt, ut eam portionē non cōplectantur, quæ beneficiariis ſuorū ratione ſeruitiorū eſt debita, ſpeciali enim nota illa deſignari debebat, ut cōprehende-

retur.

Source : BIU Cujas

retur.l.item prætor edixit.ff.de iniu. Huc accedat, quòd ex hac testandi prohibitione non consequitur beneficiarium dominum non esse. Fideicommissarius enim, qui dominus est,& cui tanquàm domino rei vendicatio competit, vt supra diximus,nihilominus testari non potest. Sed quoniam argumentum hoc cum tertio superius allato coincidit, ad ea, quæ in illius explicatione dicta sunt, est recurrendum. Adiicimus,& illud initio sanctissime constitutum esse eo casu,quo beneficiarius ipse non eget, nec sui, non licere ad vtilitatem alterius aduersus ecclesiam, a quo tot habuit cõmoda,testari: quod vix ius ciuile,vbi tot rationes non aderant,ex mera beneuolentia concessisse apparet. Sed & circa hanc testandi prohibitionem considerari possunt ea, quæ tradunt Docto.in cap.præsenti.de offic.ordin.in 6.quæ constitutio posterius edita modum simplici huic prohibitioni dedit.

Octauo eandem opinionem confirmare videntur decreta Sylvestri in Cõcilio Romæ celebrato, & Simplicij,ac Gelasii primi,c.4.quibus cautum legitur, † quatuor portiones de redditibus ecclesiasticis esse faciendas, quarum vna episcopo,alia fabricæ, tertia pauperib. reliqua clero tribuatur, cap.de redditibus. cap. vobis. cap. concesso capit.quatuor. 12.q.1.ex quibus colligitur expresse, beneficiarios non esse dominos fructuum beneficiorũ suorum. Dominus enim qui est, de re ad libitum disponit. §.disponat.in Authen.de nupt. Beneficiarii igitur,cũ tot portiones facere teneantur, domini esse non uidentur. Sed hæc argumẽtatio multas patitur dubitationes. † Nam communio dominium non tollit.l.furti actio.ff.pro soc.l.illud.ff.de rit.nupt. glos.cap.finauer.meum. 12. quæst. 1. † Diuisio illud magis roborat,cum per diuisionem omni iuri renuntiatum censeatur, quod in parte ex diuisione alicui cõtingente,alteri competeret, aut competere potuisset. Docto.in l.qui Romæ. §.duo fratres. ff.de uerbo.obliga. † Aut igitur bona ecclesiastica, quo ad ecclesiam,cum reparatione egeat, quo ad pauperes, & clerum,iuxta prædicta decreta,dicuntur cõmunia,& inde non sequitur,quin beneficiarius pro sua portione,quam obtinet, dominus sit. Aut diuisa existimantur,& sequitur tantum,q portionum,quæ reliquis contingunt,nõ sit dominus beneficiarius, quin uero suæ sit dominus,inde non sequitur,cum nulla diuisio statuta sit,nec declaratum est,quando pinguior sit,quàm deceat,vt in eo,quod superest, dominium beneficiarius non habeat, vnde clariori reddi videtur intellectus, de quo supra meminimus,ad ea iura, quibus cauetur, ne in redditibus ecclesiasticis fraudem Prælatus committat, in quarta scilicet parte,quæ non sibi,sed ecclesiæ,pauperib.aut clero est deputata. † Accedat, quòd illud etiam dubitationem habet, an hæ quatuor partes de iis prouentibus sint faciendæ,quæ hodie beneficia appellantur, cum potius ea loco ipsius quartæ partis, quæ a Prælato clericis præstari solita erat,assignari videantur,siue ecclesia, in qua beneficium erectum est,statutas pauperibus, & fabricæ portiones habeat, siue non. Ea nanque Sylvestri, Simplicij, ac Gelasii decreta tunc temporis edita fuerunt, cum communis uita clericorum uigebat,quæ postea absoleuit. Ita vt quatuor illæ partes etiam penitus euanuerint, cum clericis tributa sint beneficia,fabricæ autem ex generali canonum dispositione,uel cuiusque ecclesiæ consuetudine,aut statuto constituta portio sit,denique pauperibus ipsis per Hospitalium,Xenochiorũ, & aliorum piorum locorum constructionem.quod ad ecclesiç fabricam attinet, probatur manifeste ex Alexandri tertio rescripto.in cap.1.de eccles.ædific.dum is beneficiarios monet,non vt fabricę portionem assignent, sed vt sarta ecclesiæ tecta conseruanda adiuuent. † Quinimò de eo, qđ supereſt,tantum conferre iubentur, cap. de his,eod.titu.ut tradidit Innocen.cap.fin.de his,quæ fi.a ma. par.cap.& Abba c.pe.de eccl.ędif. sed & de his latior inferius a nobis habebitur sermo.

Nono eadem opinio muniri posse uidetur, † quòd omne rerum ecclesiasticarum dominium penes Christum saluatorem nostrum esse dicatur. Doct.in capit. cum super.de cau.poss.& prop.& ibi præcipue Innocen.Abb.Panormi.in cap.cum esses.num.29.testam. Quo fit,ut Prælatis ipsis vsus tantum remanere uideatur,non dominium aliquod. Nonnulli arctius eodem argumento urgent,quòd si Christus saluator noster bonorum omnium ecclesiasticorum dominus est,profecto nullo alio iure,modoue beneficiariis uti illis licebit,quàm eo,quem Christus ipse præscripsit, qui illis ita utebatur,ut necessaria tantum sibi,& suis assumeret,cætera uerò omnia in pauperes elargiretur. Sed argumentum hoc,quamuis magnam uim obtinere uideatur,si tamen adamussim consideretur, nihil penitus huic sententiæ suffragatur. Et ut planius fiat quòd dicturi sumus, istud animaduertendum est.

† Dominium multis modis considerari, ac illud ueluti genus quoddam in plures species diuidi, quarũ una alteri (ut Dialectici inquiunt)subalternatur. † In primis,quod ad Christum saluatorem nostrum attinet, nemo ambigit illũ creatione omnium esse dominum, cum ex eius participatione, quod est ens (ut Theologi inquiunt) per essentiam, infinitum,& incomprehensibile,cætera consistant singula,in quã sententiam Psaltes cecinit,psal.23. Domini est terra, & plenitudo eius: Deum nanque(ut ibidem Steuchus dicebat) ire per omnes.

Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum,
Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarum,
Quenque sibi tenues nascentem accrescere uitam.

† Redemptione item is omnium dominus est,qui nos proprio sanguine redemit,atque fœlicitati ęternæ regenerauit, dum sua sanctissima passione, ac cruce perditum humanũ genus, Diaboloque,ac perpetuis inferni flammis addictum liberauit, chirographumque maledictionis cruci affixit. † Dominium,ut perpetuum,ac sempiternum cõsiderari potest,illud uero penes nullum mortalium existit. Non enim, ut Paulus inquit,habemus ciuitatem permanentem,sed futuram inquirimus. Et hoc quidem nomine penes Christũ rerum omnium dominium est,atque ea ratione, ecclesiastici prouentus Christi patrimonium dici possunt,cap.cum ex eo, de electio. † Præterea dominium consideratur iuxta humanarum legum determinationem, ut is illud habere dicatur,qui de re aliqua libere disponere potest.Bar.& alii,in l.1. ff.de acquir.rer.dom. † Hanc uero dominii speciem Saluatori nostro tribuere absurdum uidetur, cũ ea ratione apud mortales tantum sit,& ita ubique illud sacri Canones accipiunt. Itaque dominiũ ecclesiasticarum rerum penes Christum esse creatione,dubitandum nõ est. † Quod uero ad humana hæc attinet iura,illud penes plures est,subordinate (ut aiunt.)† Primum penes uniuersalem, deinde penes Summũ Pontificem,qui illius caput est. Item penes ecclesiam particularem,ac demum penes prælatum. Quæ omnia ferè Bonifacius tertius commemorasse uidetur, dum de Christi patrimonio, uniuersalisque ecclesiæ mentionem fecit, quod postea ecclesiarum prouentus dixit,sicq; in particularis ecclesiæ dominio. Et tandem subdit, prælato necessaria ex eis ministranda fore.in cap.ex eo,de electio in 6.† Illud uero liquido constat,dominia hæc, sic subalterne considerata, se inuicem non tollere,nec Christo Saluatori nostro,eam dominii formam tribuendam esse,de qua in quæstione proposita agitur. Etenim ea non eget,vt homo neque ut Deus, ut talis nanque æqualiter tam clericorum,quàm laicorum,nec minus bonorum,quàm personarum est dominus, ut docte Cardin.Turrecrem.explicauit,in capit.uidentes.12.quæst.1. & Dominic.Sot.lib.4. de iust. & iur.ar.2.quæstio.3. Quò ad creationem,ut diximus,redemptionemque,ac cõseruationem penes Deum Optimum maximum omnium rerum, nedum ecclesiasticarum,dominium est. † Penes uniuersalẽ ecclesiam, quò ad protectionem, quod & de Imperatore tradunt Docto in l.bene a Zenone.C.de quadrien.præscrip. l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod.de iact. Id dixerim exceptis casibus,in quibus uniuersale hoc dominium,quod ueluti in habitu est,ad actum deducere liceat,de quib.Doctores mentionem faciunt, in cap. quæ in ecclesiarum,de constitutio. Paris. consil.11.nume.77.volu.1.& consil.82.nume.22.in 4. † Penes Summum ipsum Pontificem eadem ratione dominium esse perpenditur. Nec huic repugnat, ut alii eius permissione domini sint. † Quocirca per quamcumque illius prouisionem nunquam particulari dominio ipsius prælati derogatum intelligitur,cap.dudum il 2.de præbend.ca sug gestum,de decim.Docto.in capitul.mandatum. de rescrip. † Penes ecclesiam particularem si dominium esse dixerit quis, quo ad proprietatem, concedi poterit. Quod autem ad fructus attinet de his nostra proposita est quæstio, & si diuisionem quis consideret, præter ea,quæ superius diximus,fusius de illa inferius agetur. Quoquo igitur te uertas,argumẽtum hoc a Christi dominio desumptum,& quæ ab eo fit illatio, de usu ab illo præscripto penitus subsistere nequit: † utendi.n.modus in aliqua re præscriptus,illius dominium non tollit,sicut in fideicommissario, & marito uidemus,quod manifeste comprobatur, si animaduertamus prohibitionem illam, ne quis re sua male utatur, dominiũ nullo pacto interuertere.

Postremò pro eadem Archidiaconi sententia illud adducitur, quòd bona pars reddituum ecclesiasticorum in decimis consistat, † quæ cum in pauperum sustentationem institutę sint,ut dicit S.Thom.secunda secundę quæstio.87.articu.3.inde sequitur,ut ex eis clerici non nisi necessaria desumere possint. Vnde illorum domini esse non censentur, cũ

Source : BIU Cujas

immo in pauperum dominio ſint, ſaltem quo ad decimas, ſed argumentum hoc, illud tantum probare poſſet, beneficiarios decimarum dominos nō eſſe, reliquos uero fructus eccleſiaſticos nō reſpicit. Verum nec quoad decimas, quicquam urget. Nam ſi decimæ ad certum vſum deſtinatæ, ſi ſunt inſtitutæ, vt pauperibus ſubueniatur, non repugnat ꝙ illarum ſint domini beneficiarii, ſicut de fideicommiſſario
108 marito, ac cæteris ſuperius eſt dictum. † Adiicio præterea nō tantum ad ipſorum pauperum ſubuentionem, decimas inſtitutas eſſe, ſed etiam potiſſimum ad ipſius beneficiarii ſuſtentationem, atque ob eius continuas in eccleſia vigilias,
109 ac orationes dari, † & cum decimæ, quæ tertio quoq; anno in pauperes erogabantur, ad quas forte argumentum illud referri poteſt, penitus exoleuerint, reliquiæ ipſorum clericorum ſunt, atque ideo id tantum dicitur, ꝙ ex eis pauperi
110 bus ſubueniri deceat; † qua ratione illas una cum poſſeſſionibus, ac aliis facultatibus ſuperfluas non eſſe, D. Thomas dicebat. 2.2. q. 87. argumen. 3. ad primum. Non tamen quòd pauperes ex decimis ali deceat, illarum dominium beneficiariis denegatur, ſicut nec illud tollitur. Cum Deū de ſua ſubſtantia honorandum præcipitur. Honora, inquit, Deum
111 de tua ſubſtantia. Prouerb. 3. † ſed quòd in beneficiariorū ſuſtentationem potiſſimum decimæ conſtitutæ ſint, probatur Leuit. ca. 18. Filiis Leui dedi, inquit, omnes decimas pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis, ut alii ad illud non accedant. & alibi. Vt legi diuinæ vacare poſ-
112 ſint. Paralipom. cap. 31. quo ſenſu apud Oſeam, ca. 3. † Sacerdotes commedere peccata populorum dicuntur, nimirum quod eis decimas illi dant, ut ſuis orationibus Deum Optimum Maximum deprecantes, remedium eorum peccatis impetrent, cap. ipſi ſacerdotes. 1. quæſt 1. Inde patet beneficiariorum decimas eſſe, nec vſum deſtinatum arbitrio ipſorum, illi dominium adimere. Nec conſiderandum videtur, an pauperes ij præ oculis habeantur, qui in extrema neceſsitate ſint, uel minori, ut primo caſu ſuæ magis decimæ intelligantur, quàm ſecundo, cum plus, & minus ſpecienō differant, nec diſtinctio hæc maioris, aut minoris neceſsitatis, ad effectum vt in dominio pauperum decimæ collocentur, eſt adducenda, nullibi enim probatur. Vtroque ſane caſu non magis clericus, quàm laicus, quibus tum iccirco dominium ſuarum rerum ademptum non cenſetur pauperibus ſuccurrere tenentur. Paſce fame morientem (dicebat Ambroſius) Si non paueris, occidiſti. cap. paſce. 86. diſtinct. Ex his igitur omnibus, quæ habenus pro Archidiaconi ſententia adducta ſunt, nullum ita firmum ſumitur argumentum, vt illam ſequi debeamus. Vt autem commodius quæ pro ſolutione argumentorum Archidiaconi adducta ſunt intelligantur, eorum compendium ſubiiciemus.

113 † Diximus præfatam ſententiam Pontificum ſanctionib. nō probari cum illarum verba aut variè accipi poſſint, aut eam portionem reſpiciant, quæ in peculiari eccleſiæ iure ſit, aut ad res immobiles, vel quæ illarum loco ſint, referantur, de quibus controuerſia nulla eſt. Diximus item nō eſſe conſtituendam uim in his, quæ ex nimio pietatis feruore a Sanctis ueluti per hyperbolem quandam dicta ſunt. Demōſtrauimus etiam ea quæ de teſtandi prohibitione adducebantur, ac quod a clericis empta in eccleſiæ iure conſeruanda ſint, nihil quicquam vrgere, cum illa non tam probent dominium eccleſiaſticorum reddituum penes beneficiarios unquam fuiſſe, quàm ipſo mortis articulo ab eis illud ſpeciali ratione auocari. Hæc autem tunc ſibi locum vendicare, cum alia viget ratio, quàm quod clerici domini ſint, vel non domini, nimirum cum auaritiæ ſtudentes, fraudē eccleſiæ commentantur. Vel cum ea in emptionem cōuerunt, quę particularibus eccleſiæ vſibus erant deſtinata. Adiecimus vſum in iis rebus præſcriptum, dominium non tollere, cum bonus rerum vſus etiā domino rei indici poſsit. Illud etiam declarauimus, quæ de Dei Optimi Maximi, ac Chriſti dominio conſiderabantur, ad propoſitam quæſtionem minime pertinere, cum ea humanis tantum iuribus dimetienda ſint. Ac iccirco deſcendendū eſſe nobis, nō adeo aſcendendum, vt illud quàm rectiſsime obiici poſsit, quod dici ſolet, finiti ad infinitum nullam eſſe proportionem, vulga. ca. nouit. de iudic.

Quæ inſuper de quatuor partibus reddituum faciendis adducebantur, oſtendimus ad ea referri tempora, quibus communis inter clericos ſeruabatur uita. Tum uerò hæc in cleros cadere non potuiſſe, cum ij omnes ab epiſcopo communem uictum haberent: epiſcopos autem res eccleſiarum omnes in poteſtate habuiſſe, atque ab his quàm maxime tum requiri ob communis uictus rationem, vt in quatuor illas partes, uel potius neceſſarios vſus redditus eccleſiaſticos omnes elargirentur, non quidem Arithmetica (ut uocant) proportione, ſed Geometrica, aclegali, de qua inferius latior nobis ſermo erit, & ita illos diſtribuerent, prout clericorum, ac pauperum ſtatus, & fabricæ neceſsitas expetere uideretur. Hæc uero quominus redditus ij in epiſcoporum dominio eſſent, non efficere: ſubiecimus procedere demum tempore, quatuor illas partes exoleuiſſe, ob beneficiorum erectionem, quibus victui cuiuſque clerici cautum eſt. Hoſpitalium conſtitutionem, quibus unà cū fidelium eleemoſinis pauperibus proſpectum eſt, ac deniq; particularem eccleſiæ cuiuſque cōſuetudinem, aut ſtatum, uel generalem canonum diſpoſitionem, quibus eccleſiarū reparationi ſaluberrime fuit cōſultum. Hæc autem quæ de communi illa priorum temporum uita tradita ſunt, in primis ſtatuenda eſſe cenſuimus, vt in tota hac quæſtione, ut firmiſsima retinerentur. Sic enim multo facilius ij canones explicabuntur, qui nos admodum perplexos reddere poſſent, ſi confuſe, ut Archidiaconus, ageremus, nullamq; temporum rationē haberemus. Poſtremò adiecimus decimarum conſtitutionem, quæ tertio quoque anno in pauperū ſuſtentationem erant elargiendæ, ab vſu receſsiſſe, & quamuis ex aliis decimis pauperes ali deceat, non tamen hinc effici, quin illarum domini beneficiarii ſint. Reliquum eſt modo, vt tractationem alterius opinionis accedamus, quæ cū Archidiaeono ex diametro pugnat, ac a nobis ſupra tertio loco relata eſt.

ARGVMENTVM.

Facili etiam negotio dilui poſſe, quæ contra Archidiaconi ſententiam afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianas non lucrantur, qui ſacris non interſunt, & ſi quid receptum eſt, reſtitui debet.*
2 *Argumentum a contrario ſenſu in iure ualidum eſt, niſi ſequatur abſurdum. nu. 6,*
3 *Præbendæ fructus plerunque ſunt ita pingues, ut victus neceſſaria excedant.*
4 *Specialis ratio laboris uidetur conſiderari in præbendis, cur earum dominium clericis quæratur.*
5 *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.*
7 *Clerici ſi fideiubeant, tenentur ad ſolutionem etiam ex redditibus beneficiorum.*
8 *In fraudem creditorum alienata reuocantur.*
9 *Epiſcopus ſi quid exigat de prouentibus unius eccleſiæ, quod ſibi non competebat, tenetur ſoluere de prouentibus eccleſiæ, ad quam eſt trāslatus.*
10 *Archidiaconi reſponſio ad cap. peruenit. de fideiuſ. reijcitur, defenditur. nume. 12.*
11 *Pontifex conſultationi reſpondens, de iure reſpondere exiſtimatur.*
13 *Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit.*
14 *Præparatoria, & præparatum, parem habent iuris rationem.*
15 *Ei, qui ſe in neceſſitate poſuit, ſuccurrendum non eſt.*
16 *Alia reſponſio Arch. & Panor. reijcitur. nu. 18.*
17 *Vnum caput legis, declaratur per aliud.*
19 *Reſponſio Card. Zabarellæ, reiicitur. nu. 20.*
21 *Alia reſponſio ad prædictum. c. peruenit. reiicitur. nu. 22.*
23 *In eleemoſina facienda, habenda eſt diſcretio perſonarum.*
24 *Clericus fideiubere non poteſt.*
25 *Iniuriæ naſci non debent, unde iura naſcuntur.*
26 *Alia reſponſio auctoris, ad c. peruenit.*
27 *Debita, de alieno ſoluenda non ſunt.*
28 *Intellectus nouus ad c. peruenit. de fideiuſ.*
29 *Laici clericis oppido ſunt infeſti.*
30 *In pari cauſa priuilegij is præfertur, qui ſpecialem obligationem habet.*
31 *Intell. c. cum olim. 2. de reſti. ſpolia.*
32 *Priuilegia in pari cauſa confringuntur.*
33 *Alia conſideratio circa tex. in c. peruenit.*
34 *Abbati cum cap. licet eccleſiaſticos redditus obligare: ſimplici aūt religioſo non, niſi probetur pecuniam in utilitatem eccleſiæ uerſam fuiſſe.*
35 *Beneficiarius poteſt ſimpliciter redditus omnes in utilitatem eccleſiæ erogare.*
36 *In communibus rebus tunc obligatio contrahitur cum in collegij, aut ciuitatis utilitatem res geritur.*
37 *Qui altari ſeruit, de altari uiuere debet.*
38 *Beneficiorum redditus in ſtipendium laboris traditi.*
39 *Ordinati tandiu ab ordinatoribus, & eorum ſucceſſorib. ali debent, quādiu de eccleſiaſtico beneficio non ſint prouiſi.*
40 *Epiſcopus uicedominum, & maiorem domus conſtituere debet, qui tamen diſpenſatores ſunt. nu. 41.*
42 *Diſpenſator diſpenſatorem conſtituere poteſt.*
43 *Patroni eccleſiarum quandoque uicedomini appellantur.*
44 *Laicis rerum eccleſiæ cura demandanda non eſt.*
45 *Quem ſenſum habeant illa uerba, quæ paſſim leguntur, eccleſia noſtra, eccleſia tua, & c. nu. 49.*
46 *Clericis competit rei uendicatio pro rebus eccleſiæ, non tamen proprio, ſed eccleſiæ nomine. nu. 47.*

Diſtio,

Source : BIU Cujas

48 *Dictio, Suum, dominium denotat.*
50 *Episcopus suus dicitur, qui alicui præest.*
51 *Beneficiarij, extantium rerum procuratores sunt.*
52 *Admissio unius, est exclusio alterius.*
53 *Eleemosynas si clerici præstent tanquam procuratores, redditum dominium transferunt.*
54 *Portionis illius, quæ episcopo competit, dominium apud ipsum est.*
55 *Quicquid habent clerici, pauperum est.*
56 *Diuisio gratia commodioris usus, aut culturæ aliquando fit.*
57 *Quatuor partes, an legales, uel Arithmeticæ fuerint.*

Caput 24.

QVoniam Archidiaconi sñia non satis probari uisa est, non defuere, qui contrarium penitus senserint, existimantes beneficiarios ecclesiasticorum reddituum dominos esse. Quod ipsum, ut comprobent, multa afferunt, quæ a nobis sigillatim explicabũtur. Primũ, adducunt Bonifacii octaui rescriptum in cap. 1. de cleric. non resident. lib. 6. ubi cum statuisset quotidianas distributiones, ac præbendarum fructus iis tantum tribuendos esse, qui diuinis officiis interessent,
1 subdit. † Qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit, rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eos suos, immo ad omnium restitutionem, quæ contra hanc nostram constitutionem receperit, teneatur. Vnde aperte colligi uidetur, quòd si diuinis officiis, qui præbendas obtinent, interfuerint, distributiones suas faciant.
2 Id enim a contrario sensu probatur, † quod argumentum in iure ualidissimum est. l. 1. §. huius rei. ubi omnes, ff. de offi. eius. Euerard. in Topic. cum similibus. Inter præbendarũ uerò, ac beneficiorum fructus discrimen aliquod esse non uidetur. †
3 Argumentum hoc efficacius reddi potest, si perpendatur, præbendas aliquas esse ita pingues, ut eorum qualitate attenta, qui illas obtinent, eis multa præter victus necessaria, supersint. Porrò si, quod archidiaconus sentit, ueritate communiretur, non ita simpliciter Bonifacius dixisset, dominium transire in eos, qui præbendas obtinent, dummodo diuinis intersint officiis. †
4 Et quamuis aliqua maior ratio in præbendis esse possit, q̃ in cæteris ecclesiasticis redditibus, cum speciali magis iure earum dominium iis, qui eas obtinent, quæratur, illa nimirum, quod ob laborem personalem acquirantur, nihilominus cum & ipsæ peccatorum redemptiones, pauperum alimenta, ecclesiæ denique bona sint iuxta prædictam sententiam, uidetur non ultra ex illis posse acquiri, quàm personæ ipsius necessarius usus exigat, vt limita-
5 ta causa, quod aiunt, limitatum pariat effectum. † Habentes enim alimenta, & quibus tegamur, inquit Paulus, his cõtenti simus, 1. ad Timoth. cap. 6. Si igitur præter necessaria ad uictum beneficiarius ex præbenda iure assumit, idem in quocunque beneficio erit dicendum, cum nulla diuersitatis ratio considerari queat. Huic argumento, & aliis, quæ adducuntur responsiones non desunt. Et ut in hac sententia discutienda eundem ordinem seruemus, quæ in contraria secuti sumus, post singula argumenta suas solutiones annectemus, ut ex his apparere possit, quid in hac quæstione sit statuendum. Quod ad præsens igitur attinet, ad illud respondeti
6 potest, † q̃ a contrario sensu desumptum argumentum, nullius momenti sit, si inde absurdum aliquod sequatur, vt tradunt Docto. l. conuenticulam. ubi præcipue Bald. C. de episco. & cleri. & in d. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius. At uerò absurdum reputatur, beneficiarios fructuum ecclesiasticorum dominos esse. itaque argumentum illud hoc casu locum habere non potest. Præterea, & si demus ex eo textu a contrario sensu, argui posse, tamen recte intelligi debet, ut scilicet clerici domini fiant eius portionis, quæ eorum uictui est necessaria, reliquæ autem in illorum dominio nullo pacto sint, fauor enim proprii laboris, quibus ille in præbendis consideretur, necessaria excedere non debet, ita ut nulla ratio subesse uideatur, quin cætera, quæ supersunt, in reliquas ex quatuor partibus sint distribuenda.

Secundo hanc sententiam probare uidetur rescriptũ Lucii tertij, ad Elienſem episcopum, & Archiepiscopum Norwicensem. cap. perueuit. de fideius. in quo, cum quidam clerici fideiussissent, ac is pro quo fideiussetant, solutionẽ subterfugeret,
7 rescripsit Pontifex in hæc uerba. † Mandamus, itaque, & inferius: Alioqui de redditibus eorum præscripta debita faciatis exolui; & damna etiam, quæ ppter hoc pertulit, resarciri, aut prædictos redditus sibi assignetis, tandiu sine molestia detinendos, donec ipsa damna resarcita fuerint, & debita sine diminutione soluta. Si redditus ecclesiasticorum clerici domini non essent, non ita facile in eum modum Pontifex statuisset. Cum enim fideiussio non tendat ad ecclesiæ commodum, cur earum rerum, quæ pauperum sunt, obligatio permissa censeri debeat, quarum itẽ dominium penes Christum saluatorem nostrum esse dicitur?
8 cum & ciuilia quoque iura † reuocationem eorum concedant, quæ in fraudem creditorum sunt alienasta, tot. titu. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. & quod alicuius est, absque eius facto auferri ab eo nõ debere, senserit uulga. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Item hoc quod diximus, colligi uidetur ex ed quod Innocentius tertius rescripsit in c. olim 2. de
9 resti. spol. † statuens Ouetensem episcopum ad restitutionẽ fructuum ex Zamorensi diœcesi perceptorum de ecclesiæ Ouetensis prouentibus teneri, quod nequaquam rationi cõsonum fuisset, si redditus hi in clericorum dominio non essent, cum itaque debita contracta mandat de redditibus alterius ecclesiæ persolui, illorum dominium apud episcopũ esse, plane sentire uidetur. Sed ad priorem argumenti partem pluribus modis respõderi potest, ex quibus & ad secundam responsio apparebit. Primum id ita cautũ fuisse ex speciali Pontificis illius indulgentia, atque iccircò in exemplũ trahi non debere, argumen. ius singulare. ff. de legi. ca. si grauiose. de rescrip. in 6. & ita respondet Arch. in c. statutum. §.
10 assessorem, de rescript. in 6. † Sed huic responsioni replicari
11 potest, † quod cum Pontifex consultationi respõdet, de iure responderi existimatur, ut tradit glo. in ca. consultationi, de tempo. ord. uer. episcopus. & cap. ex tua, de fil. presby. Vnde ad specialis rationis locum confugiendum nõ est, quod miserorum refugium nuncupari consueuit. glo. in l. filium. quem habentem. C. fem. here. uer. hæreditaria, in prin. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Deinde lex illa, cum generalis sit, non est cur generaliter accipi non debeat, & eo magis, ne pro unico tantùm illo casu lex edita dicatur, cum ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptari soleat, vulg. l. nam ad ea.
12 ff. de legi. † Sed instari adhuc potest, sensisse forte Archidiaconum, quòd secundum iuris dispositionem Summus Pontifex responderit, illud tamen ius constituisse exceptionem ad regulam, quam ipse exploratissimam habebat. l. clericos regulariter fructuum dominos non intelligi, quo sic constituto, generaliter iuxta suos terminos canon ille intelligi potest, nec tamen ultra illos in consequentiam trahendus. Regula itaque, q̃ clerici non sint domini fructuum beneficiorum, sed in aliqua illorum parte pauperes dñium habeant, locum non habet (ut Arch. existimat) cum pro aliquo fideiubent, tunc enim speciali ratione domini existimantur, ut de eorum redditibus integrè debita persoluantur. Sed adhuc Archidiaconus non expressit, quænam specialis ratio sit in eo casu. Et forsan afferri nõ absurde potest. Nam dum à clerico non satisfit, creditor pauperis rationem habere uidetur, cum ius suum consequi non possit, †
13 inanis enim actio est, quam inopia debitoris excludit. l. itaque fullo. ff. de fur. c. olim. 2. de restit. spol. ibi inanis &c. Creditorem igitur tãquàm pauperem Lucius considerasse uidetur: quocirca pauperum generali obligatione postposita, illius potior erat habenda ratio, qui clericum specialiter obligatum habebat, argum. l. in toto. ff. de regu. iur. cap. generi. eod. titu. in 6. Nec is tempore posterior dici poterat, q̃ pauperibus assignata quarta portio fuisset, cùm & ipse tum eorum nomine cõprehenderetur. Sed quod magis est, dũmodo pauperes sint, quibus tribuatur, nulla potest considerari prælatio. Itaque eo casu Lucius tertius rescripsit creditori clerici de bonis ecclesiasticis satisfaciendum, esse quòd is pauperis loco esset, de eo enim (ut ita dicam) depauperando agebatur. Parẽ
14 autem iuris dispositionem † præparatoria, ac præparatum habere consueuerunt. l. nulli. C. de iudi. Bald. capitu. tuæ. nume. 5. de proba. omnes in rubr. fol. matr. in quæst. de oſculo. Sed adhuc dici potest, quòd statuisset id Summus Pontifex, si casus euenisset, non autem legem in hanc partem condidisset, qua occasio fideiubendi, atque ad eum modum ecclesiasticos redditus consumendi daretur: imò cõtrariam edidisset sanctionem. Tunc enim creditori succurrendum non
15 erat, cùm clericum in fideiussorem acceptasset, † ei enim, qui se in necessitate posuerit, subueniendum non esse, Vlpian. respondit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog.
16 † Aliam præterea responsionem adducit Arch. in dicto §. assessorem. & Pan. in cap. cum esses, num. 27. de testam. Quòd enim dicit Lucius Pontifex, eorum redditus facias assignari, nõ de redditibus, qui ex clericorum beneficiis percipiuntur, intelligendum existimant, sed potius illa uerba ad eos redditus esse referenda, qui ipsorum clericorum proprii, patrimoniali, secularive quocunque iure existant. Reliqui enim eorum esse non dicuntur. confirmatur id. Nam cum inferius de beneficiis agere uoluit, Summus Pontifex, illud expressit, inquiens. Si repereris clericos huiusmodi religionem fidei, ac iuramenti uiolasse, eos ab officio, ac beneficio suspẽdatis: quasi superius de beneficio nihil actum esset, nec de ulla suspensione, quæ tamen superius inducta uideretur, si redditus, de quibus suprà text. meminerat, ex beneficio

Source : BIU Cujas

intelligerentur. Nec diuinationem intellectus iſte continere uidetur,cum ex aliis iuribus comprobetur, quibus nititur eorum opinio,qui dominium eccleſiaſticorum prouē-
27 tuum clericis non concedunt: † unum nanque caput legis ab alio interpretationem recipere debet,d.l.ſed & poſterio
18 res,ff.de legib.cap.cum expediat,de reg.iur.in 6. † ſed intellectus iſte inde improbatur,quòd tribuat reſcripto illi deciſionem,quæ prorſus dubitatione caret.Quis enim ambigit, cogi poſſe clericum de eius patrimonialibus bonis creditori ſatisfacere? ea igitur interpretatio recipienda non eſt,argum.l.quod Labeo.ff.de Carb.edict.inter ſuſpenſionem uero ab officio,& beneficio,ac reddituum aſſignationem plurimum intereſt: ideoque inferius in eodem reſcripto ſubiectum eſt, ſi clerici religionem iuriſiurandi uiolaſſent, a beneficio ſuſpendendos, ne ſcilicet ullam penitus illius adminiſtrationem haberent,quæ ex aſſignatione reddituum creditori facta,non omnino adimebatur, ut ordinarij arbitrio ſuſpenſione longiore, quàm debitorum exſolutio poſtulaſſet,punirentur.Hæc igitur Archidiaconi & Panormitani re
39 ſponſio uſquequaque tuta non uidetur. † Cardi. Zabarel.in d.c.cum eſſes,de teſtam.ut huius reſcripti obicem tolleret, ita cenſuit reſpondendum: nimirum, ut illud procedat in his tantum debitis, quæ clericus eccleſiæ intuitu contraxiſ-
20 ſet. † At quis non uideat maximam diuinationem ſenſum hunc continere, cum nulla huiuſmodi diſtinctionis mētio in eo textu habeatur? Nec abſurde forſan dici poſſet, textū ita intellectum indubitābilem prorſus deciſionem continere. Nam ſi in utilitatem eccleſiæ debita contracta ſunt, cur ea non ſoluat eccleſia,quæ iuſtitiæ cultrix eſt? cap. ſuam,de pœn.& multo minus ipſa cum aliena iactura locupletari de-
21 bet.l.meminerint. C. unde ui. † Reperio præterea aliam reſponſionem ad hoc reſcriptum fuiſſe datam,ſubtilem illam quidem: nimirum, quòd eo caſu clerici ipſi pauperum loco habentur.Quò fit,ut tanquàm tales,pecunias,pro quarū ſumma fideiuſſerunt,ſibi retinere poſſint. Dum enim ij,pro quibus promiſerunt, ſoluere recuſant,clerici profecto, qui ſoluere obligati ſunt, in egeſtate quodāmodo collocari uidentur. Vnde mirum non eſt,ſi de eccleſiaſticis redditibus ſatisfacere,ac inde ſibiipſis ueluti pauperibus ſubuenire per
22 mittantur. † Verum hæc interpretatio non undique tuta uidetur,cum enim(ut Ambroſius dicit in lib.de Offic.) miſericordia, quamuis omnibus debeatur,nihilominus multo
23 amplius iuſto debetur, † & in eleemoſyna facienda, diſcretio perſonarum habenda ſit,cap non ſatis. 86. diſtinct.gloſſ. uer.inopiam.cap.quæ in eccleſiarum,de conſtitu.ca.ex parte,ubi glo.uer.prodigalitatis,de conſuetu. Alex.in l.quamuis.ff.ſoluo.matrimo. iuſtius certe hoc caſu pauperibus ſuccurrendum uidetur, quàm beneficiario ipſi, qui ſeipſum in
24 neceſſitate poſuit, † ac rem iure improbatam fecit,ca.1. de fideiuſſo.l.bona fides. ff. depoſiti.l.ſi fideiuſſori.§.pen.ff.qui ſatiſd.cog.& cap.fruſtra inuocat,de regu.iur. in 6. Et quamuis conſiderari aliquando poſſit,clericum iuſta,aut neceſſaria cauſa ad fideiubendum moueri: non tamen in eam partem debuiſſet legislator regulam ac legem conſtituere,qua eccleſiaſticarum facultatū dilapidationi uia aperiretur, ſed contrarium potius ſtatuere,ac caſus quoſdam excipere, ſi beneficiarii domini fructuum beneficiorum non eſſent,cōtra quam reſcriptum illud ſentire uidetur. Itaque ſi ſenſus hic admitteretur,uia (ut mox dictum eſt) fraudibus undiq; aperiretur, & hoc ipſo nomine poſſent clerici ad bona eccleſiaſtica conſumenda ſibi aditum præparare, atque cæteras omnes leges eludere,quod a iure prorſus diſſonat, ca.ciuitas.de ſentent.excommu. in 6. l.fraus.ubi Bald.& alii.ff.de legib.Dicerent nanq; clerici,Pauperes ſumus, quia fideiuſſimus, potuiſſent autem eandem ſummam a debitore, pro quo fideiuſſerant, accipere, ac in ſuos uſus etiam prophanos conuertere. Præterea, dictam interpretationem uerba illius reſcripti non admittunt. Inquit enim,Ne inde damnū recipiat,unde præmium conſequi debuiſſet.Ecce non paupertatem beneficiarii conſiderat, ſed rationem potius natu
25 ralem, † ne inde iniuriæ oriantur, unde iura, ac beneficia prodire debent,d.l.meminerint.C.unde ui.illud potius dici poteſt,quod & paulò ante dictum eſt, creditorem eo caſu pauperis loco haberi,cum de eo(ut ita dixerim)depauperando, ſibique quod ſuum eſt adimendo agatur, fauor autem clericorum ſiquis conſiderari poteſt, tanq̄ accidens quoddam attendendus non eſt,argum.tex.in cap.cum R.Canoni
26 cus,de arbit.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.peta. † Sed huic reſcripto aliis modis,mea quidem ſententia, reſpōderi poteſt. Primum,illud non declarare, an poſtquam ſoluerit beneficiarius pecuniam,pro qua fideiuſſit,tantundem eccleſiæ reſtituere teneatur, quòd ſi teneretur, nullum certe negotiū faceſſeret. Videtur autem illum ad reſtituendum teneri, ſicut cum bona eccleſiæ alienat, aut de illius rebus teſtatur, fundoſue comparat,cap.fixum,cap.ſi epiſcopus.12.quæſt.5.

Deinde uidetur ille tex.eum ſenſum admittere,ut dicamus, eſſe quidem creditoribus de redditibus clericorum ſatisfaciendum,ita tamen ſi ex portione ſua,deducto ne egeat,aliquid ſuperſit, clerici enim redditus ad ſuam tantum portionem referuntur,ut iura iuribus cōcordentur.Nec enim creditori ſatisfieri debet cum pauperum atque egenorum iactura.Auth.quomodo opor.epiſcop.§.ſi uero non fecerit. cap.cum cauſam,de præbend.cap.locupletari,de regul.iur. in 6. proſpicere enim ſibi debebat creditor in indaganda diligentius conditione eius, quo cum contrahebat.l.qui cum alio.ff.de reg. iur. Quòd ſi fuit negligens,unum altare detegendum non eſt,ut aliud cooperiatur,quod canones aiunt:
27 † de alieno enim debita ſoluenda non ſunt,nec eleemoſyna facienda.cap. eſt conſideranda.1.quæſtio.1. Cum itaque reſcriptum hoc ad iſtos terminos recte trahi poſſit (de redditibus enim clericorum loquitur, nec de cæteris tractat, qui pauperibus,fabricæ, cleroue aſſignati ſunt) conſequens eſt,
28 ut fateamur,parum,aut nihil illud obſtare.† Denique ſiquis facti ſpeciem illam diligentius intueatur, facilior forſan erit reſponſio,quàm hactenus exiſtimatum ſit. Video enim nihil aliud reſcriptum illud continere,quàm ut clerici, qui pro aliis clericis fideiuſſerūt,ad ſolutionem de eccleſiæ,cui præſunt, redditibus compellantur,ac ij clerici,pro quib. fideiuſſio facta eſt, ut indemnem clericum fideiuſſorem ſeruent,ex eccleſiarum ſuarum redditibus omnino cogantur. eorum autem maxima ratio eſt, niſi enim clerici pro clericis ſponderent,commercio quodammodo carere poſſent, cum uix in earum rebus gerendis laici pro ipſis unquam fi
29 deiuberent,† quibus illi oppido ſunt infeſti. cap.laici.2.q.7. cap.cum P.Manconella,de accuſa.Neque uerò,cum clerici inuicem ſpondent, fraus aliqua cōſiderari poteſt,ſi aliunde non probetur, q̄ ſi fidem datam ſeruare aliquando compelluntur,rationi certè quàm maximè conſonum eſt,ut is, pro quo fideiuſſio præſtita eſt indemnitati fideiuſſoris conſulat. Nec in conſiderationem ueniat,ſi de redditibus eccleſiaſticis id facere debeat,cum fideiuſſor pro illo de eccleſiaſticis
30 etiam redditibus ſatisfecerit, † & in pari priuilegii cauſa,ut is potior ſit,qui de damno uitando agit,ſpecialemque alterius beneficiarii obligationem habet: receptiſſima iuris regula eſt. §.commodum.Inſti.de interd.l.in toto. ff.de regu. iur.Ne fideiuſſor diſpendium patiatur, unde beneficiū conſequi debuiſſet. † Et hanc rationem aperte ſentire uiſus eſt
31 Innoc.in d.c.cum olim,il 2.de reſtit.ſpolia.in quo inter clericos etiam res agebatur,cum forſan aliud dici poſſet,ſi pro laico clerici fideiuberent, quo caſu de ſuo tantum patrimonio illos teneri forte reſcriptum fuiſſet,ſi enim illud nō ſuffi ciat,laico imputandum eſt,qui,ut modo dictum eſt,debuiſſet conditionem illius recte inſpicere,quocum ſibi negotiū erat. Quibus ex omnibus conſtare uidetur,non illud ſtatutum fuiſſe,quòd clerici eccleſiaſticorum reddituum domini ſint,ſed ut eccleſiæ cōſuleretur, ne ex beneficiarii ſui promiſſione, ac in alium collata beneficientia,damnum ſenti-
32 ret. † quo caſu priuilegia,quæ conſiderari poſſent, in pari cā confringuntur,illiuſque ius potius eſt, qui de damno uitando,ut diximus,agit.Auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccl. ubi omnes.Bar.in l.uerum.§.item quęritur.ff.de mino.Itaq; hoc reſcriptum huic opinioni non ſuffragari perſpicuum
33 eſt. † Srd ulterius cogitando,ille tex.nedum huiuſmodi ſententiam probat,ſed aperte contrarium ſentire uidetur.Quis enim non uidet nullam habere illum dubitationem, ſi cenſuiſſet Summ.Pontif.clericos reddituum dominos eſſe? nā cum domini eſſent,ſatis conſtabat illos ex redditibus etiam teneri creditoribus ſatisfacere.At quia contrarium potius ſenſit Lucius, nimirum clericos dominos reddituum non eſſe, idcirco ex cauſa iudicati, ut ibi glo.aduertit, mandat Pont.per reddituum aſſignationem creditoribus ſatisfieri. Veruntamen & illud dici poteſt,q̄ cum forſan in eo reſcripto dubitari poſſet,an deberēt tedditus aſſignari, cum ij in quatuor partes eſſent diuidendi, ne per aſſignationem huiuſmodi eccleſiæ fabricæ, aut pauperibus præiudicium fieret;Rom.Pont.ut plane in clericorum dominio redditus eccleſiaſticos eſſe oſtēderet,mandat eos creditoribus aſſignari.Ratio enim illa,ne diſpendium &c.nō tanti erat, ut ſi clerici domini non eſſent, de alieno ſatis creditoribus fieret. Vnde apparet textum illum non parum Archidiaconi ſententiæ aduerſari. Quod ſi probabilem eum ſenſum quis exiſtimet,quem ſuperius retulimus,ut reſcriptum illud rē,quæ inter clericos tantum agebatur,inſpexerit, huic conſiderationi erit ſatisfactū. Cæterum alii acutius uideant,qūo textus ille explicari poſſit.

Tertiò, eādem opinionem adiuuare uidetur reſcriptum Innocentii tertii.in Concilio generali, c.quod quibuſdam,
34 de fideiuſ. † quod ſtatuit, licere Abbati cum Capitulo eccleſiaſticos obligare redditus, nec tum ullam requiri probationem, quòd in eccleſiæ utilitatem pecunia uerſa fuerit, ſimplici

Source : BIU Cujas

ſimpliciautem Religioſo, dum tamen in rem eccleſiæ illa uerſa probetur. Idem igitur licere uidetur beneficiario, qui uicem Abbatis, & Capituli ſubit, ut poſſit eccleſiæ redditus arbitrio ſuo alienare atq; obligare, dum uiuit quidem ſimpliciter, poſt mortem uerò, † dummodo id in eccleſiæ utilitatem fuerit actum, quod aliàs cautum eſt in ca. 1. de ſolu. Dominus ergo uidetur beneficiarius eccleſiaſticorum redituum, qui de illis ita liberè diſponere poteſt. Sed hæc parũ obſtare uidentur, nam cum ex Capituli, & Abbatis interuẽtu ad utilitatem eccleſiæ geſtum præſumatur negotium, nil mirũ, ſi obligare licet redditus eccleſiaſticos. † In his enim tunc obligatio contrahitur, cum in ciuitatis, aut populi, aut eccleſiæ rem pecunia uertitur. l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. l. fin ff. quod cum eo. Quod uerò id beneficiario liceat, tum demũ inferri poteſt, cum negotium in eccleſiæ commodum tendit, quod quamuis ex præſumptione, quæ pro beneficiario eſt, coniici poſſit, non idcirco tamen dominus ipſe conſtituitur. hæc enim in adminiſtrationem etiam cadere poſſunt. Vnde & ſi ſolus poſſit in utilitatem eccleſiæ, illius redditus obligare, quamuis etiam, dum obligat, concedatur in eius commodum contractum præſumi, nihilominus non inde dominus colligitur, ſed adminiſtrator iuris præſumptione munitus, quæ pro iis qui ad aliquod publicum munus eliguntur ſumi ſolet. capit. bonæ, de elect. l. 2. C. de offic. ciuil. iud.

Quartò, eadem opinio ſuaderi uidetur ex text. in ca. cum ſecundùm Apoſtolum, de præbend. cuius ea uerba ſunt. Cũ † ſecundum Apoſtolum, qui altario ſeruit, uiuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur repelli non debeat à mercede: patet à ſimili, ut clerici uiuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur, ut ipſa nominis rõ perſuadet. † Cum itaque beneficiariorum redditus beneficiariis in ſtipendium laborum ſuorum tributi ſint, uidentur in eorum liberum tranſire dominium. illud inde confirmatur, quod idem Innocentius III. canit; † tandiu per ordinatores, uel eorum ſucceſſores ordinatis prouideri debere, donec ij eccleſiaſtica beneficia cõſequantur, quaſi ea in uſum beneficiariorum tantùm, non pauperum, aut eccleſiæ ſtatuta ſint. Sed nec reſcripti iſtius uerba adeò urgent, ut euitari non poſſint. Quamuis enim in clericorum uſus beneficiorũ prouentus aſſignati dicantur nihilominus id rectè accipiendum eſt, ne ijs ſcilicet clerici abutantur, ſed neceſſaria tantũ ſibi aſſumant, ut idem Innocentius innuiſſe uidetur: ne dicamus reſcriptum hoc reliqua magnis confecta uigiliis penitus euertere, argum. l. ſi quando. C. de inoff. teſta.

Quintò eidem opinioni fauere uidentur iura, in quibus habetur, † Debere epiſcopum, uicedominum conſtituere, quò fit, ut ipſe dominus probetur, cum dominij uices alteri demandet, quod ex epiſtolis D. Gregorii licet abunde colligere. Inquit ille libr. 1. Epiſtola. 11. ad Clementinam Patritiã: Vicedominum enim eum conſtituimus, cuius arbitrio epiſcopum duximus diſponendum, capitu. Diaconum. 49 diſt. & alibi ad Anthemium Subdiaconum ſcribens Epiſtola 66. lib. 6. Volumus, ait, ut frater noſter Paſchaſius, & uicedominum ſibi, & maiorẽ ordinet domus, quatenus poſsit, uel hoſpitibus ſuperuenientibus, uel cauſis, quæ eueniunt idoneus & paratus exiſtere, capitu. volumus. 86. diſt. † Sed hæc ipſa negotium nullum faciunt, cum ij vicedomini ad diſpenſandũ tantùm conſtituantur, quo ſenſu Gregorius dixit eorum arbitrio epiſcopum diſponendum, hoc eſt, adminiſtrandum, & uicedominum maiorem domus etiam nũcupauit. † Nec repugnat, ut diſpenſator, qui eſt, diſpenſatorem conſtituat q etiã vicedominus appelletur, ea enim pars dominij aſſignatur vicedomino, quæ penes reſignantem eſt, † quo ſenſu patronos ipſos eccleſiarum vicedominos quandoque Lucius tertius. appellauit in cap. præterea quoniam, ibi, patroni, uel vicedomini, de iure patr. quod poſt Specul. titu. de vicedomino. Spiegelius ac Pratæius animaduertunt, nullum igitur adminiculum huic ſententię iura illa afferunt. Eoque maxime, cum non vno in loco rerum eccleſiaſticarum diſpẽſatores epiſcopi, & cæteri beneficiarii appellentur, atq; ſpiritualium rerum procurationem tantummndo gerere dicantur, ca. conuenior. ibi, quorum procurationem gerimus, 23. q. 7. capitu. penult. & fin. 12. quæſt. prima, capit. primo, & cap. edoceri, de reſcrip.

Sextò, in eãdem ſententiam tendere uidentur Gregorii uerba, li. 7. Epiſt. 66. ad Ianuarium Caralitanum epiſcopum. Indicatum, inquit, eſt nobis, quòd laicis quibuſdam curam ueſtri patrimonij commiſeritis. & paulo inferius. † De cætero uerò cauendum eſt a fraternitate ueſtra, ne ſecularib. uiris, atque ſub regula ueſtra non degentibus cuiuslibet res eccleſiæ committantur, cap. indicatum, 12. quæſ. 1. Quas eccleſiæ res poſtea dicit, antea Gregorius epiſcopi patrimonium appellauerat, vnde coniici poteſt earum dominium penes epiſcopum eſſe. Cæterùm, nec id urget quippiam, ſi nanque patrimonium epiſcopi forẽt eccleſiaſtici redditus, non ab eis requireretur, quibus eorum adminiſtratio committẽda ſit, cum rei ſuæ quilibet modum ac legem dicere poſſit. Potius igitur patrimonii nomen aſſumptũ eſt, uel quòd epiſcopo bona illa vicem patrimonii referre uideantur, quo ad id, ut ex eis neceſſaria ſibi aſſumere poſſit, uel ſuum patrimonium eſſe dicuntur, quòd illius eſt ad miniſtrationi commiſſum, † quo ſenſu accipiuntur uerba ca. eccleſia veſtra. de ſortil. c. eccleſia ueſtra, 1. & 2. de electio. non quid illius eccleſia ſit, cuius ſua dicitur, ſed ſit, uel ſub illius cuſtodia, uel adminiſtratione, quæ dominii vicem quandam repræſentat. Eundẽ ſenſum ſequentia indicant uerba, dum Gregorius, quod patrimonium Caralitani epiſcopi dixerat, res eccleſiæ poſtea appellauit: una enim pars conſtitutionis alteri declarationem præbet, uulg. l. Sed utrum. ff. de peti. hære. l. qui filiabus. ff. de legatis primo.

Septimò, † cum ij, quibus beneficia aut epiſcopatus conferuntur, pro rebus ad eccleſiam pertinentibus, rei uendicatio competat, cap. cùm ſuper, ubi Abb. de cauſ. poſ. & prop. cap. propoſuiſti, in fin. de præben. Inde manifeſte colligitur, dominos beneficiarios eſſe, cum non dominis uedicatio rerum non tribuatur,, toto tit. ff. de rei uendic. & C. eod. † Verum ad hæc reſponderi facile poteſt, ſi conſideretur nõ proprio nomine, ſed eccleſiæ ſuæ tanquam illius procuratori rei uendicationem competere, ita, ut nihil firmi inde colligi poſſit.

Octauò, illud conſideratur, quòd non uno in loco ſacri Canones ea loquendi forma uti conſueuerunt, ut eccleſias ſuas, ideſt beneficiariorum dicant, ita Alexander III. cap. pro illorum. de præbend. ibi, in aliqua eccleſiarum ſuarum, & cap. niſi eſſent, ibi eccleſia ueſtra, cap. præterea. eod. tit. ca. audita. de reſtitu. ſpol. & Bonifacius VIII. in capit. cum in eccleſia tua, capit. ſi beneficia, de præbend. in 6. Si ſua beneficia dicuntur ſuæ eccleſiæ, illud profecto non niſi ad fructus referri poteſt, ut ij, ſcilicet beneficiariorum eſſe intelligantur. Dictionem † enim, Suum, Dominium denotare nemo ambigit, l. pupillus. §. fi. ff. de uerborum ſigni. §. cum in ſuo. ubi glo. inſtitu. de rer. diui. l. ſi cui, cum tribus ſequen. ff. de lega. 3. † Sed dum ſuæ dicuntur eccleſiæ, quas conſtat ſuas nõ eſſe, apparet uerba illa non accipienda eſſe reſpectu dominii, ſed ſuas lato uocabulo intelligi adminiſtratione, gubernatione, ac procuratione. l. 1. C. de Theſau. Barto. in l. is, qui duos. ff. ad municipal. ſicut & patrimonium ſuum, & epiſcopatuum redditus nuncupari ſuprà dictum eſt, quemadmodum etiam legitur dici † epiſcopum ſuum, non quòd in alicuius dominio epiſcopus ſit, ſed imò quòd is, cuius eſſe dicitur, ſub illius cura ſit conſtitutus, capit. ſi tibi. in princip. de præbend.

Nonò, dum Beneficiarii † extantium tantum rerum atq; immobilium procuratores dicuntur, ut in capit. fraternitatem, de donationibus. cap. cum nobis. gloſſ. uer. procuratorem, de election. innui uidetur fructuum illos non procuratores, ſed dominos eſſe, † cum ſi unum admiſeris, reliquum uidearis excludere, cap. qualis. 25. diſtinct. cap. nonne. de præſumpt. l. ſi maritus. ff. de procura. Sed ſi ea loca, quæ ſuperius adducta ſunt pro contraria opinione in memoriam reducantur, facile erit argumentum hoc tollere, cum ex iis conſtare uideatur etiam reddituum procuratores, ac diſpenſatores tantum beneficiarios exiſtimari. cap. inquirendum. de pecul. cleri. ca. primo. 12. quæſtio. 3. Non hic illud latius proſequor, inde poſſe clericorum dominium argui, quòd in alios illud transferant, puta eleemoſynas largiendo, & nemo in alium transferat, quod ipſe non habet. uulga. l. Daibertum. 7. quæſtio. 1. l. nemo plus. ff. de regul. iur. † Nam ſi clerici tanquàm eccleſiaſticorum reddituum procuratores ex eis eleemoſynas conferant, nihil prohibet eos dominiũ transferre, & quamuis ipſi illud proprio nomine non habeant, alieno tamen nomine obtinent, nimirum eccleſiæ aut uniuerſalis, aut particularis, aut Chriſti ipſius, ut fuſius ſuprà tradidimus.

Decimo & ultimò, hęc opinio comprobari poteſt ex eo, quòd cum concedatur redditum eccleſiaſticorum quatuor eſſe partes faciendas, † nemo unquã negabit, portionis illius, quæ epiſcopo competit, dominum illum eſſe, cum diuiſio dominium transferat. l. 1. C. commun. utri. iudi. L. cum pater. §. hęreditatem. ff. de lega. 2. Id uerò in beneficiariis magis obtinet, ꝙ beneficia ipſa in eorum partem, quæ ex diuiſione illis debebatur, aſſignata ſint. De huius argumenti efficacia latius infra agendum erit. Quare illud in præſentia ad monuiſſe ſat erit, argumenti uim debilitari poſſe, quòd diuiſio dominium tranſtuliſſet, ſi eſſent capacia dominii eccleſiaſtica bona, aut redditus, ſed illa dominium non admittunt, cum ea, quę ſemel Deo dicata ſunt, alienis uſibus applicari non debeant, & bona eccleſiarum Dei ſint, ac Chriſti, & pauperum patrimoniũ. † Quicquid enim habent clerici,

pauperum

Source : BIU Cujas

pauperum eſt, cap. quoniam quicquid. 16. q. 1, cap. quod autem. 23. quæſt. 7. Quæ cum ita ſint, exiſtimandum eſt potius huiuſmodi diuiſionem gratia commodioris vſus fuiſſe cõ
56 ſtitutam, non quòd dominium daret, † ſicut & aliàs gratia commodioris culturæ fieri ſolet. l. cũ pater. §. Caius, ff. de le ga. 3. commodius enim poterant, ac tutius epiſcopi, portione ſua uti, ſi reliquæ ab ea ſeparatæ eſſent, quanquam iſthæc tunc locum habere poſſent, ſi Arithmeticæ fuiſſent portiones illæ, ac æquales. Quòd ſi portiones hæ non æquales, ſed legales ſint, epiſcopi tamen illam potiorem arbitrabimur, quam iura iudicare uidentur, ut ea ſit, quæ ad epiſcopi uitã honeſte ſuſtentandam tantum ſufficiat. Et hæc uiſa ſunt pro hac ſententia magis urgere, quæ cum & ipſa firmitudinem aliquam non habeant, ualde ambiguum uidetur quid in hac tota diſceptatione ſtatuendum ſit. Curabimus propterea eius ueritatem, qua maxima fieri poterat diligentia, inueſtigare. Quod ut facilius præſtemus, ante omnia putamus ea referenda, quæ ad veterum temporum conditionem pertinent, vt eorum, quæ poſtea ſublequuta ſunt diuerſam rationem veluti ob oculos ponamus.

ARGVMENTVM.

Quonam pacto in hac tota controuerſia dominium accipiendum ſit, & an recte a priſtina illa quatuor partium diuiſione, quæ poſt erecta beneficia planè iam ab vſu receſſerit, argumentum ſumi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Plurimi refert cuiuſmodi ſit, quocum ineunda ſit diſputatio de redditibus eccleſiaſticis.*
2 *Mens noſtra pulcherrima inter mulieres a Salomone dicitur.*
3 *Rerum omnium is dominus eſt, qui earundem auctor & creator fuit.*
4 *Diues aliquis efficitur a Deo, ut bonæ diſpenſationis præmia cõſequatur, pauper, ut patientiæ brauijs decoretur.*
5 *Si Dei dominium conſideretur, non minus clerici, quàm laici rerum ſuarum dominium habent.*
6 *Quæcunque ſunt, idcirco ſunt, quia Dei eſſentiam participant.*
7 *Si hominis imbecillitas conſideretur, uix homo appellari poteſt.*
8 *Solus Chriſtus uerè homo dici poteſt.*
9 *Naturæ lege dominiorum diſtinctio incognita.*
10 *Meum, & tuum, hominum improbitate dici cœptum.*
11 *Leges ad coercendam hominum malitiam primum inſtitutæ.*
12 *Dominium in propoſita quæſtione ex legibus eſſe dimetiendum.*
13 *Leges Ciuiles, & Pontificiæ certos dominij quærendi modos inuenerunt.*
14 *Quot modis quæri poſſit de dominio clericorum.*
15 *Clerici capaces ſunt dominij.*
16 *Potuerunt Summi Pontifices certis legibus in clericos reddituum eccleſiaſticorum dominium transferre.*
17 *Tota de redditibus eccleſiaſticis controuerſia ad quid redigitur.*
18 *Ex re legitimo titulo poſſeſſa fructus acquiruntur poſſeſſori.*
19 *Bona fides etiam ſine titulo ad fructus acquirendos ſuffragatur.*
20 *Beneficijs an inſit titulus donationis, ſicut feudis.*
21 *Summopere aduertendum eſt, quibus ex legibus in hac dubitatione argumentum ſumatur.*
22 *Veteres canones cum recentioribus non confundendi.*
23 *Canones, qui de quatuor partibus loquuntur, urgent.*
24 *Compendium eorum quæ in primitiua eccleſia ſeruari circa victus rationem dictum eſt.*
25 *Chriſtiani ob nimiam charitatem etiam Iudæos, & Paganos alebant.*
26 *Chriſtianorum perſecutiones primis illis temporibus.*
27 *Sedatis perſecutionum procellis, certæ leges bonæ eccleſiaſticis dictæ ſunt, quibus ſancitum eſt, ut pie ac moderate clerici uiuerent.*
28 *Maxime proſpiciendum erat pauperibus, & egenis, qui recens ad Chriſti fidem conuenerant, ne ex Idolothitis cogerentur comedere.*
29 *Actici Conſtantinopolitani Pontificis ſanctitas, & liberalitas.*
30 *In Nicæam Orientis ciuitatem aliquando pluſquam decem millia pauperum confugerant.*
31 *In magnis neceſſitatibus ſi piorum eleemoſinæ non ſufficiebant, tenebantur epiſcopi conſultis presbyteris immobilia eccleſiæ bona, ueſtes ſacras, & alia uendere, ut pauperibus ſubuenirent.*
32 *Priora eccleſiæ tempora reſpiciunt ſanctorum patrum dicta de rebus eccleſiaſticis, ac quatuor partibus faciendis.*
33 *Conſtitutio quatuor partium non efficiebat, quin redditus eccleſiaſticorum dominium ad alios præter epiſcopum pertineret.*
34 *Epiſcopus in quatuor partes, ideſt, uſus, ſiue fines redditus diuidebat, non autem in quatuor partes Arithmeticas.*
35 *Illud ſolum erat clericorum, quod probabili ratione poſſent conſumere.*
36 *Epiſcopus non in eo, quod ultra quartam, ſed in eo, quod ſyndereſi repugnante retinebat, furtum dicebatur committere.*
37 *Epiſcopus, cum tenues habet facultates, poteſt nulla pauperum aut fabricæ ratione habita illas totas ſibi retinere.*
38 *Quatuor illi fines ſiue vſus bonorum eccleſiaſticorum, epiſcopi arbitrio erant permiſſi.*
39 *Nullibi legitur epiſcopos furti nomine fuiſſe damnatos, quòd redditus in quatuor partes non diuiſerint.*
40 *Multa ſpectare debebant epiſcopi in redditibus elargiendis.*
41 *Præceptum quatuor partium diſtribuendarum ad noſtra tempora non pertinet.*
42 *Poſt beneficiorum erectionem, quorum antea nomen incognitum erat, & neceſſitas, & forma quatuor partium ſublata eſt.*
43 *Clericis nulla lex præſcripta de quatuor partibus eorum beneficiis.*
44 *Clerici cæperunt nouo titulo poſſidere beneficia.*
45 *Poſt beneficiorum erectionem non debet neceſſitas, niſi a lege ſtatuta, induci.*
46 *Alex. Tertius in c. 1. de eccl. ædif. iubet ad ſarta eccleſiæ tecta ſeruanda clericos teneri, nec ullam portionis fabricæ mentionem facit.*
47 *Plurimi canones ſunt, in quibus pro comperto habetur, quatuor partium diuiſionem amplius in uſu non eſſe.*
48 *Io. Fantutius, & alij quamplures grauiſſimi interpretes ſentiunt etiam, quatuor partes exoleuiſſe.*
49 *Clerici ex nouo titulo, & noua poſſeſſionis cauſa, reddituum eccleſiaſticorum dominium habent.*
50 *Attentata lite pendente non reuocantur, ſi poſſeſſor titulo ſuperueniente poſſeſſionis cauſam mutare potuit.*

Caput 25.

VT demum hac de re tota ſententiam noſtram explicemus, illud ante omnia animaduertendum putamus † plurimi referre,
1 cuiuſmodi is ſit, quo cum hanc ſuſcipias diſputationem, ſæpe enim fit, vt quæ eadem per ſe ſunt, variè tamẽ ab aliis, atque aliis accipiantur, qui uariè, ac quaſi diuerſis oculis illa intuẽtur. Sunt qui ea mentis acie prædíti ſunt, ut propoſitas ſibi res non ſecus accipiant, ac ſi illorum intellectus ab hoc corporis nexu ſolutus eſſet, ceu puriſſimus ille intellectus (vulgo Philoſophi agentem appellant) de quo multa Ariſt.
2 lib. 3. de ani. † Horum ſanè puriſſimę menti recte illud conuenit, quod tradit Salomon. 1. Cantic. cap. 8. O pulcherrima ĩter mulieres, ſi ignoras te, egredere, & abi poſt ueſtigia gregum tuorum. Verè, enim pulcherrima illorum mẽs eſt, quæ ne ſe ipſam ignoret, ab hiſce tenebris egreditur, ac ſenſuum fœditatibus, poſt veſtigia relictis, ad diuinæ naturæ contemplationem ita erigitur, ſoliq; ipſi ita iungitur, ut præter Deũ ipſum, nihil præ oculis habeat, nihil curet, nihil expetẽdum arbitretur, ad Deum omnia referat, Dei omnia eſſe ſtatuat. Nec proprium quicq̃ cuiuſquam eſſe iudicet, cum omnia à Deo eſſe profecta, ipſique omnia iure optimo deberi animaduertat. Si cuiuſmodi aliquis nobis occurat, cum quo de reddituum eccleſiaſticorum iure ſermo habẽdus ſit, videor mihi illum illico exclamantem audire. Non niſi impie du-
3 bitari poſſe, † quin ſolus rerum omnium dominus ſit, quẽ rerum pariter omnium auctorem, ac creatorem eſſe conſtat. Itaque perperam nos dominos appellari, quibus nihil, ſiue eccleſiaſticum, ſeu profanum illud ſit, peculiare propriumque eſſe poſſit, ſed tantum rerum, quas obtinemus, cuſtodes eſſe, ac diſpenſatores. Vt cum res, & occaſio poſtulet, rectè iuſteq;, inter quos oportet, illas diſtribuamus. In hanc ſententiam uidetur mihi loqui Baſilius, cum interpretaturus uerba illa Luc. cap. 12. Deſtruam horrea mea. & Diuitẽ auarum ſic alloquitur. Si fateris diuitias tibi diuinitus proueniſſe, an iniuſtus eſt Deus, inæqualiter res nobis diſtri-
4 buens? † cur tu abundas, ille uerò mendicat, niſi, ut tu bonæ diſpenſationis merita conſequaris, ille uerò brauiis patientiæ decoretur? Eſt panis famelici quem tu tenes, nudi tunica, quam in conclaui conſeruas, diſcaltiati calceus, qui penes te marceſcit, indigentis argentum, quod poſsides inhumatum. Hactenus Baſilius, cuius uerba, uti uerè aurea, D. quoq; Thomas adnotauit, 2. 2. quæſt. 32. arg. 5. ad ſecundum. Non ſanè auſim inficiari, quin piè, ſancteq; exiſtiment, q̃ ita ſentiunt. Sed intrepide tamen affirmo, qõnem hanc nr̃am, minime in hunc ſenſum accipi poſſe, quæ de reddituum ec-
5 cleſiaſticorum iure proponitur. † Etenim ſi rõnem illã attendimus, qđ Deo Opt. Maximò accepta omnia referamus, nõ clericis potiuſquã laicis rerũ ſuarum dñium denegãdũ erit. Neque enim in Deo diſtinctio ulla adhibenda eſt, ut minus harum, q̃ illarum rerum dñs dicatur, cum æque ab illo oĩa
6 pendeant, † ac q̃cunque ſunt, ꝓpea ſint, quod illius ipſius eſſentiam participant. Quare diuinitus Hieremias: Cœlum, &
7 terram ego impleo. † Quid. n. quæſo, hoĩ tribuemus, ſi attente eius & miſeriã & ſordes, & naturæ imbecillitatem conſideremus, cũ uix ſit, ut hõ ſui ipſe dñs, aut uel homo quidem dici poſſit. Vnde Regius ille vates, qui certè, ſi alius unquã, hoĩs nomen promeruiſſet, ſeſe hoĩem appellare non audet. is enim Pſal. 21. Ego aũt, inquit, ſum uermis, & non homo,
8 opprobrium hominum, & abiectio plebis. † Cogitabat ille nunirũ uerè ſolũ illum hoĩem dici poſſe, quem indicat nobis

Source : BIU Cujas

bis Ioan. cap. 19. Cùm, inquit, Ecce homo seruator noster. Vt ergo ad institutum tractationis nostrę cursum reuertamur, facilè, ut dixi concesserо, hominem, qui uix sui ipsius dominus sit, multo minus cæterarum rerum dominum di-
9 ci posse, si solā ipsam Dei naturæve legem spectemus.† Quo circa nemo ignorat primis illis naturæ humanę quasi incunabulis, quorum uestigia uix in sanctis hominibus postea retenta sunt, dominiorum distinctionem incognitam fuisse.
10 † Si quidem tūc demum, cum à naturæ simplicitate declinatum est, fuit hominum improbitas, ut meum, & tuum dici cœperit, quod sanè rerum discrimē ante illud tempus ignorabatur, ca. dilectissimis. 12. quæst. 1. Eadem ratione factum est, quēadmodum & Gregorius in procemio Decretalium
11 animaduertit, † ut cum ex dominiorum distinctione iurgia quotidie orirentur, magisque ac magis habendi cupiditate homines incenderentur, leges condere necesse fuerit, quæ assiduos contentionū impetus reprimerent, ac coercerent,
12 cap. factæ sunt autem. 4. distinct.† Ex hac porrò rerum serie, quam propterea haud inconsultò proposui, facilè, ut arbitror, perspicere est, non ex sola aut diuinæ, aut humanæ naturæ ratione hoc, qđ q̄rimus in prę̄senti a, metiri nos oportere, sed ex legibus ipsis, quibus dominia distincta, ac mei,
13 tuique, differentiam inductam esse, docuimus. † Vt uerò ciuiles leges certos modos statuunt, quibus dominia acquiri possint. §. singulorum. cum mult. sequē. Inst. de rer. diuis. tot. tit. ff. de acquiren. rer. dom. l. Traditionibus. C. de pact. l. Cluibus. ff. de contrahen. emptio. atque alijs multis in locis, ità minimè dubium est, quin & leges Pontificiæ, certam dominij acquirendi rationem inducere potuerint.† Qua ex re fit,
14 ut cum duobus modis hoc quęri possit, quod de clericorū dominio uocatur in controuersiam, nempè, possit ne clericus esse dominus reddituum ecclesiasticorum, & an verè dominus sit, primum illud ita pateat, ut de altero tantùm di-
15 sputare necesse sit.† Neminem enim futurum arbitror, qui iam negare audeat, in clericos dominium cadere posse. cū potuerit sacrorū canonū authoritate in eos dñiū trāsferri, cumque ij, qui aliquando id negare ausi sunt, Concilio Agathensi dānati fuerint, ut & supra nos adnotauimus, Maneat hoc igitur, atque in hac tota tractatione ut firmissimum retineatur, clericos ipsos, haudquaquam dominij incapaces
16 esse. †Maneat itidem illud, potuisse canonum conditores, nimirum Summos Pontif. certis legibus in clericos reddi-
17 tuum ecclesiasticorum dominium transferre.† Ad id certe redigitur controuersia, vt uideamus quid leges ipsæ statuerint, & an beneficiorum titulum eiusmodi esse uoluerint, ex quo fructuum quos ex beneficio clericus perceperit, sibi
18 dominium acquirere possit,† est enim compertissimum, ex re, quam quis legitimo titulo possideat, semper fructus ac-
19 quiri, ubi persona possessoris haud incapax sit.† Quin uerò satis constat solam hac in re possessori bonam fidem suffragari, etiam si à non domino, interdumque etiam si absque titu. rem possideat. l. bonæfidei. ff. de acquir. rer. domi. l. ex diuerso, in prin. ubi Accursius, ff. de rei uend. l. sed & si sine. §. consului. ff. de peti. hæredi. l. ult. ff. pro suo. Verùm ad hoc
20 in prę̄sentia confugere necessarium non est, †in eo, enim potissimum uersari debemus, an titulus beneficii hanc possit acquisitionem inducere, quasi Principis beneficientiam, ac liberalitatem contineat, sicut & iis beneficiis quæ feuda appellamus, donationis titulus inest, qui si minus proprietatis dominium transfert (utilis, ac directi dominii distinctionē uti minimè necessariam hìc omittā) at certè acquirendorū fructuum præbet facultatem. Iam (ni fallor) uerum totius huiusce quæstionis cardinem tenemus, hinc enim proculdubio illa pendet, cuiusmodi beneficiorum titulus sit. Tituli autē efficacia legū authoritate æstimatur, itaq; illud unū
21 spectandū est, quid hac in re tota leges ipsæ statuerint.† Verùm, ut hic quoque omnis planè tollatur æquiuocatio, etiā atque etiam animaduertendum censeo, quibus ex legibus argumentemur. Non idem semper ecclesiæ status fuit, uaria temporum, uaria personarum conditio extitit. Itaque, ut aliis multis in rebus, ita in bonorum ecclesiasticorum iure
22 mirificè uariatum est.† Quo fit, ut qui veteres canones, nulla temporum ratione habita, uelit cum recentioribus confundere, maximas huic toti materiæ tenebras inferat. Atqui certè hac ratione maxime perneceſſarium esse duxi, vt ab ipso huius tractationis exordio, per complura capita hanc temporum seriem accuratè per censerem, & quid quaq; ætate seruatum, quidque immutatum fuerit sigillatim ostendere. videbam enim ad propositæ quæstionis veritatem obtinendam, quantum huius uelut historiæ cognitio esset profutura. Præmonendum ergo in primis est, vt dixi, nō omnes canones, qui hac de re loquuntur, ita accipiendos esse, ac si quod in iis traditum est, nostris temporibus statueretur, cū perspicuum sit, multa pro temporum cōditione fuisse olim constituta, quæ mox temporum ipsorum ratione immutata, immutari necesse fuerit. Ex hoc uero illud inter cætera colligimus, quod in hac tota disputatione adeò magni momenti est, ut qui hoc non animaduertunt, ob hanc rem ma-
23 xime a ueritatis semita aberrauerint, † nimirum illos canones, qui de quatuor partium diuisione loquuntur, nō modo non ita vrgere, vt a nonnullis existimatum est, sed nec etiam ad rem nostram magnopere pertinere. Quod quanquam ex iis, quæ diximus, intelligi potest, dum ueterum temporū historiam recensuimus: tamen hoc quoque in loco nonnulla dicam, ac superiora omnia, quasi verborum compēdio cōcludam, ut ex hoc intelligatur, primò quidem nullam hoc tempore eius diuisionis rationem haberi oportere, deinde non ex ea necessariò reddituum ecclesiasticorum episcopis dominium denegari, quod vbi fecerimus, atque hac ratione ad sententiæ affirmatiuæ, quæ clericis dominium cō cedit, quasi aditum aperuerimus, tum multò accuratius, & rationibus, & auctoritatibus eam ipsam sententiam cōpro-
24 babimus.† Vt ego missa faciamus, quę de Aegyptiis, Romanisque itidem sacerdotibus superius diximus, quib. ex publico victus suppetebat, ea tantùm in memoriam breuiter reuocāda sunt, quæ ad Christianæ ecclesiæ, & exordium, & progressionem pertinentia præfati sumus. Primum omniū satis constat, caput ipsum ecclesiæ Christum, propriis rebus vsum fuisse, quod sane maximè consentaneum fuit, ut in eius vitam tanquam in lucidissimum speculum posset intueri, qui cum aliarum uirtutum omnium, tùm præsertim moderationis, ac temperantiæ in propriarum rerum vsu exemplum quęreret. Illo verò in cœlum reuerso, haud absimilem viuendi rationem Apostoli secuti sunt, quos quidem ppria possidere dubitari nō oportet, cùm perspicuum sit, eos, qui ad Christi fidem conueniebant, ante pedes Apostolorū sua proiicere consueuisse: posteaquam vero Apostoli in humanis esse desierūt, propria itidē bona habuit ecclesia, quorum possessio communis erat. Quod si propriis rebus ecclesia caruisset, illud euenisset incommodi, vt non modò peregrinis necessaria suggerere sacerdotes non potuissent, sed fideles ipsi ab infidelibus, ac Paganis, Christiani à Iudæis victum quærere coacti fuissent. sed quia propria bona Christianorum cœtus obtinebant, nec Paganis, Iudæisque molesti erant, & illis ipsis, quoties opus erat, piè ac liberaliter subue-
25 ueniebant. † Itaque Iulianus Apostata, Christianorum inuidens laudi, quos contemptus gratia, Galilæos appellat, dicitur suos aliquando hisce verbis increpuisse. Turpe nanq; est, vt Iudæos quidem non abiiciant, sed potius nutriant impij Galilæi, & suos pariter, nec non etiam nostros, nostri uerò nostrorum solatio deserantur. ut ecclesiastica refert Histo-
26 lib. 6. cap. 29. † Hic verò considerandum est, protinus ecclesiæ calamitates, ac Christianorum persecutiones exortas esse, cùm enim non deessent viri optimi, qui ad Christi fidem quotidie confluerent, bonaque sua in communi conferrēt, ex hoc fiebat, ut parentibus, ac propinquis odio essent. itaq; dictu credibile est, quàm multa dissidia inter liberos, & parentes, inter fratres, alioſque arctissimo necessitudinis uinculo coniunctos quotidie orirentur, & quàm multi eo solo nomine, quod Christi fidem sequerentur, bonis omnib. spoliati, pnpriis domibus propè nudi eiicerentur. Neque uerò a priuatis solum, sed quod multo infestius erat, ab Imperatoribus, magistratibus, prę̄sidibus, aliisque qui cum Imperio vbique erant, miseris Christianis minæ, terroresque vndiq; imminebant, atque in iis fugandis, uexandis, trucidādis nullum crudelitatis genus prætermittebatur, proscribebantur bona, optimi sanctissimique viri ad carceres rapiebātur, his manus, illis pedes, aliave membra abscindebantur, discerpebantur alii, alii igne, ferro, cruce, variisque, multis, & inauditis modis crudelissime necabantur. Eo paulatim rem deduximus, ut quorsum hæc fusiùs fortasse quàm uideatur fuisse quàm uideatur fuisse necesse, a nobis relata fuerint, iam quiuis facilè perspicere possit. Faciebat nimirum tanta hæc Tyrannorum in Christianos crudelitas, vt dum pro se quisque sibi sedulò caueret, in eas potissimum ciuitates incredibilis Christianorum multitudo conflueret, in quibus tutius degere se posse arbitrarentur, ibique episcoporum fidei, ac protectioni sese cōmitterent. Verū sicut torrētis alicuius impetu sedato, qui antea fractis repagulis fortè erupisset, ac circū stantes agros late occupasset, solent agricolæ, qui prius consternati huc illuc aufugerant, aīum recipere, ac paulatim aggeres munire, castella conficere, atque id genus alia parare, quæ tutiores illos in posterū reddere possint, nō secus Christiani homines, infestantium Tyrannorū rabie tandem aliquantisper sedata, cum non modo quiete viuere cœpissent, sed & opes paulatim acquirere, magnaq; apud optimū quē-
27 quem in exstimatione essent, † nihil tā necessariū esse iudicarunt, quàm vt certis legib. iisq; præsertim, quæ ad bonorū ecclesiasticorū distributionē pertinerent, rerum suarum statū stabilerent, remque publicā sanctissimis institutis cōfirmarent.

Source : BIU Cujas

rent. Hisce verò legib. is poptissimũ scopus propositus erat, ut pie ac moderate clerici uiuerent, ac ne debito subsidio fraudarent pauperes, quorum incredibilis tum erat multitudo. Antea enim quandiu inter Christianos extitit commu-
28 nio, uix ab aliis pauperes dignoscebantur,† Posteaquàm uerò ab ea uiuẽdi ratione recessum est, cum multi quotidie ad Christi fidem egeni,& pauperes sese conferrent, in hanc potissimum curam incumbendum fuit, ut illis ipsis oportune subueniretur, ne cum maximo totius ecclesiæ dedecore de Ydolothytis comedere, ac relicta ueritaris luce, ad tenebras redire, idolorumq;, sese seruituti subiicere cogerentur, quod cauẽdum in primus fuisse Nicolaus Lyranus animaduertit, Deuteron. 14. Itaque tempore mox procedente, diaconos, & œconomos in ecclesia fuisse constitutos legimus, qui gratiã, & communicationem ministerii in Sanctos exhiberent. sic enim inquit Paulus, 2. Corint. cap. 8. τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας qua de re late Frater Michael Medina, li. 1. de origi. fac. hom. cap. 25. & sequẽ. Neque uerò soli cuiusque ciuitatis episcopi confugientem eò Christianorũ multitudinem opibus suble uare cogebantur, sed & aliarum Ciuitatum episcopi in ea pẽsertim loca in quibus maxime opus esse intelligebant se le munificos ac liberales prębebant, ut ex Nicephoro intelligi
29 tur lib. 14. cap. 24. quo loci refert † Atticum Constantinopolitanum Pontificem, uirum sanctitate, & doctrina apud vniuersas Orientis regiones percelebrem, certam coronatorũ
30 summam ad Calliopolium Nicææ presbyterum misisse,† siquidem ad Niceam Orientalem Ciuitatem tantus undique quotidie Christianorum concursus fiebat, ut amplius quàm decem millia pauperum eò aliquando confluxisse, compertum sit, cuius rei ea quoque causa fuit, quòd uel si Christianorum uexationes superiores aliquando cessassent, certis tamẽ temporibus mutatis prẹsertim Romani Imperii rebus, aliæ atque aliæ subinde oriebantur, quapropter Christi fideles vbique terrarum sedulò faciebant, ut pro se quisque quantum in ipso esset, & quantum facultatum suarum ratio pateretur,
31 egentibus fratribus, certatim subueniret. † Quòd si nec priorum hominum eleemosynæ, nec episcoporum bona, quæ illi omnia ex officio in hunc usum tenebantur impẽdere, pauperum alimentis satis fuissent, bona ipsa ecclesiæ cuiuscunque tãdem generis illa extitissent, consultis presbyteris aliisque ecclesiasticis uiris, ab episcopo uendebantur, nimirum hæreditates, domus, agri, quin & uasa sacra diuinis rebus destinata, uestes aliaque Sacerdotum ornamenta, ut ex earum
32 rerum pretio egentibus Christianis victus suppeteret. † Iam verò, qui horum ipsorum temporum conditionem attente considerauerit, facile intelliget, quorsum spectent illi canones, atque illa sanctorum patrum præcepta (omnia enim propemodum hæc tempora respiciunt) quibus clerici ita iubentur ex bonis ecclesiasticis, pauperibus subuenire, quasi solis pauperibus omnia debeantur. exigebat enim tunc Christianæ reipublicæ status, ut præcipua quædam pauperum ratio haberetur. Quo circa non mirum est, si Syluester cùm bona ecclesiastica in quatuor partes diuidi debere statuit, suã pauperibus partem assignauit, cuius constitutionis si uim, & effectum ad ea quoque tempora referat, quibus beneficia constituta sunt, totam is proculdubio temporum seriem ac rationem confundet. Et in hunc sensum prædictam constitutionem, & si qua alia eiusmodi iura sunt, accipi debere, recte ẽt aduertit Caieta. super. 2. 2. quæst. 183. ar. 7. & in respons. ad primam quæstio. in fin. Et quia res magni momenti est, non erit alienũ ipsius Caietani uerba hic apposuisse. Videtur, inquit, quòd in casu necessitatis pauperum, posset portio ecclesiæ fabricę, nõ multum indigentis debita, pro pauperibus dispensari. & hoc uidetur Augustinus seruasse, qui fabricis uacare horrebat. Et paulò inferius, Et crediderim ego esse uerum, quia iura illa ad statum antiquum ecclesiæ, in quo uiuebant
33 clerici in communi directe respiciũt. † Verùm quidquid hac de re sit, illud præterea aduertendum censeo, quod & suprà polliciti sumus, non efficere hanc constitutionem, ut propterea possimus affirmare ecclesiasticorũ reddituum dominiũ ad alios, quàm ad episcopos pertinuisse: siquidem ecclesiæ cuiusque bona ipsius episcopi potestati permittebantur, qui partium illarum modum pro ipsius arbitrio stature poterat, ac prout res exigebat, hanc minuere, illam verò augere. Atque huc spectat, quod ab Apostolis constitutum est. Res ecclesiæ in episcopi esse potestate, cap. præcipimus. 12. quæst. 1. Sic & Concilium Antiochenum, cap. 25. episcopus, inquit, ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, cap. episcopus
34 habeat. ea. quæst. & ca. † Itaque episcopus eo ipso, quòd quatuor partes statuere iubebatur, quatuor sibi fines uidebatur proponere, hoc est, in quatuor usus res ecclesiasticas impendere, non autem arithmeticè, ut ita dicam, æquales illas partes constituere, ac propterea uidemus & canonum, & sanctorum patrum uerba in usum ipsum sonare, ut in c. res ecclesiæ. ibi, non in alios, quàm in præfatos usus, &c. quod &
35 ibidem indicat gl. dum inquit, † illud solum esse clericorũ, quod probabili ratione consumunt: quibus uerbis non obscure ostendit clericis non totam integramq; quartã fuisse debitam, sed illud tantùm, quòd probabili ratione cõsumere debuissent. Quod ergo reliquum erat, uel si clericorum quartam respicere alicui forsan uideatur, tamen non ad aliud, quàm ad episcopum pertinere poterat, quod & de aliis
36 quartis eodem modo affirmandum est. † Quo circa episcopus non in eo, quod ultra quartam suam, sed in eo tantùm, quod synderesi repugnante sibi retinebat, ex prædictis regulis fecisse furtum dici poterat. Neq; ab hoc sensu abhorrent uerba D. Tho. quodlib. 6 quæstio. 7. artic. 12. ad tertiũ, in princip. Vnde secundum Canones, inquit, bona ecclesiastica debent diuidi hoc modo, ut aliqua pars cedat in usus pauperũ, & aliqua pars in usus ministrorũ, & cultum ecclesiæ. Atque ita debere hoc totum accipi, sentit etiã Caieta. super 2. 2. q. 185. artic. 7. in respon. ad secundam quæstio. uersi. Et subtiliter perspiciendũ est. † Vbi cũ tenues episcopo facultates
37 sunt, ei non grauate permittit, ut nec pauperum, nec aliorũ habita ratione totas illas sibi retineat, quãuis opulento, ac diuiti id ipsum minime concedat. At certe, nisi bona hæc omnia episcopi arbitrio permissa essent, non posset episcopus alienas partes eo sibi nomine retinere, quòd illis ipse indigeret. Quòd si iuste hoc casu id facit, certe ubi non hæc, sed alia iusta, uel fortasse etiã iustior causa extiterit, iure optimo hanc sibi facultatem uendicabit. Etenim iam dictum est, non arithmetice hanc partiũ distributionẽ accipi debere, ut quotæ, ac certæ illæ partes dici possint, sed idcirco de quatuor partibus haberi mentionem, quòd quatuor fines episcopo deberent esse propositi, ad quos bonorũ ecclesiasticorum usum dirigeret. † Quæ sanè usus ratio cũ episcopi arbitrio permissa sit, eius ipsius dominio minime aduersatur: neque enim certis regulis arbitriũ illud erat ita coangustatũ, quin pro rebus, causis, & personis uariari posset, ut
39 perspicue docemur, arg. cap. si quæstiones, de Simo. † Quocirca nullibi reperies episcopos furti nomine damnatos, q̃ quæ pauperib. clericisve, aut fabricæ debuerint, in proprios usus conuerterint. Licet illos sæpe admonitos legamus, ut tũ sanctè, & moderatè, tũ prudenter etiã illo ipso arbitrio
40 uterentur. † Multa enim spectare illos oportebat, siue propriæ ipsorũ, siue aliorũ portioni modũ statuerent, nimirùm dignitatem propriam, & conditionẽ, loci naturã, regionis consuetudinẽ, reficiendarum ædium sacrarum necessitatẽ, in pauperũ personis non egestatẽ modo, sed egestatis causam, tũ & illorũ familiam, atque honestatẽ. Quod cũ aduerteret D. Tho. in loco præalleg. prudenter fecit, & cautè, ut non quartam partem diceret, sed aliquam partẽ in pauperũ usus cedere. Quid enim si ipsis quarta satis non fuisset? cur non uel ex propria, uel ex fabricæ portione posset aliquid detrahere, unde eorum egestati plenius consuleret? Liquidò iam constat, ut opinor, non eiusmodi fuisse diuisionem illam quatuor partium, quæ clericorum dominium infirmaret.

41 † Verum haud magnopere hoc nobis præsidium in præsentia necessariũ est, cũ satis superq; sit, quod & suprà ostendimus, præceptũ illud partium harum constituendarũ temporibus illis tantúm conueniisse: ad nostra uerò tẽpora, quibus ecclesiæ status, ratioque mutata est, haudquaquã pertinere. † Quod, ut ita esse clarius perspiciatur, considerandũ
42 est exinde constituta esse beneficia, quorũ antea uel nomen ipsum fuerat incognitũ, beneficiis uerò constitutis cœpisse clericos habere unde uictui necessaria pararent, ac propterea pristinæ illius distributionis necessitatẽ, atque formam fuisse sublatam. Neque uerò aut pauperũ, aut ecclesiæ portiones obiicias, quarũ adhuc necessitas uidetur mansisse.
43 † Etenim si priuatis clericis, quibus beneficia assignabãtur, nullã legimus præscriptã fuisse legem, qua cogerentur certas in partes beneficiorũ redditus diuidere, non uideo cur potius episcopi lege hac adstringi debuerint, aut cur debuerit hæc mutatio ad reliquos potius clericos, quàm ad epi-
44 scopos pertinere, † siquidem nouus tum status, noua ecclesiæ forma, noua uiuendi ratio esse cœpit, nouo titulo cœpe-
45 runt ecclesiastici omnes ecclesiastica bona obtinere: † post quam mutationem, quod non expressim lege aut consuetudine inductum est, nos minime ad necessitatem reuocare debemus, aut non permissum id existimare, quod prohibitum nullibi reperimus, argum. l. Nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maio. cum facile fuisset Canonum conditorib. si quas uoluissent, in constitutione beneficiorum conditio-
46 nes adiicere, † ut uidemus ab Alexandro tertio fuisse factum, in capitu. 1. de eccle. ædifi. ubi statuit. Quicunque beneficium ecclesiasticum obtinent, eis sarta tecta ecclesiæ esse adiuuanda, nec de quarta portione, quæ fabricę olim debebatur, mentionem ullam facit: cuius sanè portionis, uel aliarum, sicut antea fuerat, tunc quoque distincta ratio

fuisset,

Source : BIU Cujas

fuiſſet, de ſarctis tectis nihil ſpeciatim ſtatuere opus habuiſſet, ut pote quibus ex portionis illius aſſignatione ſatis ſuperque proſpectum fuiſſet. Porrò autem, ſicuti non ab Alexandro, ita nec ab aliis poſt illud tempus, mentionē de quatuor partibus vllam factam eſſe reperimus, licet prælatos vti cæterorum vitiorum, ſic & tenacitatis atque auaritiæ nomine ſæpe reprehenſos eſſe uideamus.

47 †Quin uerò canones quamplurimi ſunt, in quibus pro comperto habetur, quatuor partium diuiſionem non amplius in vſu eſſe, vt in cap. fin. de his, quæ fi. a maio. par. capit. Vbi certe non fuiſſet neceſſe, vt quilibet canonicus eccleſię reſtaurationi partem aliquam ſuorum reddituum deputaret, quemadmodum ibi a maiori parte capituli ſtatutū eſſe aſſeritur, ſi priſtinum illud ius adhuc obtinuiſſet, quo fabricæ quarta portio debeatur. Quod ipſum perſpicue colligitur, & ex c. uni. circa fi. ut eccl. benefi. ſine dimi. confera. ubi Archiepiſcopus ille Mediolan. reſeruatis ſibi prouentibus, alteri beneficium contuliſſet, reprehendit illum Sum. Pont. non eo quidem nomine, quòd uel pauperes, uel clerum, uel fabricam ſuis portionibus fraudaſſet, id quod certe feciſſet, ſi portionum illarum diuiſio fuiſſet adhuc in vſu, ſed ea tantum de cauſa reprehendit, ꝙ ex diſcreto potius iudicio, q̄ ex affectu carnali debuerit eccleſiaſticum officium, & beneficium in perſonam magis idoneam conferre. Cuius rei ratio illa eſt, quia, ut diximus, poſt conſtituta beneficia, ita rerum, poſſeſſionumque ſtatus, & forma mutata fuit, ut ueteres illæ leges exoleuerint, quæ ad priorem eccleſiæ ſtatum pertinebant, ita factum eſt, ut quatuor partium diſtributioni locus eſſe deſierit. Mecum autem hac in re ſentiunt ſummi, ac grauiſſimi interpretes: quorum auctoritatem, uel ſi maximè res dubia eſſet, ſequi tamen deberemus, argu. l. minime, & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. faciunt no. per Doct. præſertim Fel. in ca. 1. de treug. & pac. Ita poſt Hoſt. &
48 Inno. in c. fin. de his, quæ fiunt a maio. par. ca. Sentit † Io. Fantutius doctiſſimus, ac ſummæ auctoritatis interpres, cuius commentaria manu ſcripta in Vaticana bibliotheca aſſeruantur, in cap. quatuor. 12. quæſtio. 2. Ita etiam Panormita. in cap. 1. de eccleſi. ædifi. cui adſtipulatur Dec. conſi. 118. nume. 5. uerſi. Hodie tamen non fiunt. Crauet. conſil. 116. nu. 1.
49 † Sed ne diutius in re aperta commoremur, iam tandē concludamus paucis, poſt conſtituta beneficia, reddituum eccleſiaſticorum dominium nouo ex titulo nullæque legi obnoxio in clericos translatum fuiſſe, ac propterea illos conceſſione Apoſtolica tutos eſſe, ita ut ad illorum reſtitutionem nullo iure compelli poſſent, quaſi hoc ſibi titulo poſ-
50 ſeſſionis cauſam iuſtè mutauerint. † Ac ſanè perſimili illo exemplo confirmari hoc poteſt, ꝙ uidemus in eo, qui lite pendente poſſeſſionem adeptus fuerit, attentata non reuocari, ſi is titulo ſuperueniente, puta breui Apoſtolico, poſſeſſionis cauſam mutare ſibi potuerit, ut tradit Soc. in l. 3. §. ex pluribus. de acq. poſſ. & in conſi. 132. uol. 2. Put. in recollectis deciſionibus, quæ manu ſcriptæ circunferuntur, deciſ. 17. lib. 3. ut lit. penden.

ARGVMENTVM.

Eccleſiaſtico rum reddituum uerè dominos eſſe clericos variis rationibus demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Nulla probabilis afferri poteſt differentiæ ratio inter diſtributiones quotidianas, ac cæteros beneficiorum fructus.*
2 *Diſtributionum quotidianarum dominium ijs, qui diuinis interſunt officijs, acquiritur.*
3 *Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur, ubi abſurdum aliquod ſequeretur.*
4 *Priuationem omnem habitus antecedit.*
5 *Integræ diſtributiones clericis debentur, non ea tantum, quæ ad uictum neceſſariæ ſunt.*
6 *Generalis clauſula in fine appoſita, ſuperiora omnia complectitur.*
7 *Diſtributiones quotidianæ a cæteris fructibus beneficiorum diſtinguuntur (ut aliqui exiſtimant) quia illæ ob perſonalem laborem præſtantur, hi uerò non.*
8 *Reijcitur differentiæ ratio inter diſtributiones, & alios redditus.*
9 *Conſentaneum non eſt, quempiam ſuis ſtipendiis militare.*
10 *Beneficium datur propter officium.*
11 *Quàm multos labores ſubeant prælati.*
12 *Ars artium, eſt animarum cura.*
13 *Beneficiarij reſidere tenentur.*
14 *Difficilius indulgentur diſtributiones in abſentia, quàm cæteri beneficiorum redditus.*
15 *Ratio cur difficilius concedantur diſtributiones in abſentia, quàm cæteri fructus.*
16 *Diſtributionum una ueluti maſſa eſt, præſentibuſque iure non decreſcendi abſentium portio acquiritur.*
17 *Ius alteri quæſitum tolli non debet.*
18 *Diſtributionum clerici dominium habēt, ergo & reliquorum reddituum, cum nullum probabile afferri poſſit diſcrimen.*
19 *Hoſpitalium redditus, pauperum ſuſtentationi ſunt deputati.*
20 *Hoſpitalarii poſſunt victum & veſtitum ex hoſpitalium redditibus aſſumere.*
21 *Beneficiorum fructus clericis ſunt deputati.*
22 *Clerici ſi ad victum neceſſaria tantum poſſent aſſumere, nihil ab hoſpitalariis differrent.*
23 *Hoſpitalium erectio declarat quatuor partes obſoleuiſſe.*
24 *Hoſpitalia adeo a cæteris bonis epiſcopi, & clericorum ſeiuncta ſunt, ut in beneficii titulum concedi nullo pacto poßint.*
25 *Vnica ratio, quæ afferri poteſt, pro expreßa habetur.*
26 *Commendatarij fructuum dominium non habent, ſed neceßaria tantùm ad victum.*
27 *Si beneficiarii fructuum dominium non haberent, à commendatariis nihil differrent.*
28 *Commendatarius non dicitur Prælatus, nec beneficiarius.*
29 *Commendatarium, ac Viſitatorem, quo ad dominium fructuum attinet, eodem iure cenſeri.*
30 *Commendatarii hodiè diſponunt de fructibus tanquàm beneficiarii, quia id ſibi à Papa conceditur.*
31 *Hoſpitalarii tenentur quotannis Ordinario rationem reddere.*
32 *Bald. & Anch. mirantur, cur in uniuerſo iure Pontificio cautum non ſit, beneficiarios teneri ad redditionem rationis.*
33 *Coadiutores, qui dementi epiſcopo dantur, de prouentibus Prælatorum ſunt alendi.*
34 *Prælatorum prouentus dicuntur, qui in eorum dominio ſunt.*
35 *Genitiuus denotat dominium.*
36 *Vſucapiones, & præſcriptiones, ne rerum dominia incerta eſſent, potißimum introductæ.*
37 *Hoc ipſo, quòd nihil de reddituum eccleſiaſticorum dominio cauerint legũlatores, manifeſtè oſtenditur illud eße penes beneficiarios.*
38 *Iura omnia, quæ dicunt res eccleſiæ, prælatorum arbitrio, & poteſtati committi, illorum dominium apud illos eße probant.*
39 *Poteſtatis uerbo, dominium ſignificatur.*
40 *Intellectus ad c. cum uenerabilis, de excep.*
41 *Suum illud dicitur, quod in cuiuſque dominio eſt.*
42 *Concilii Tridentini auctoritate demonſtratur, clericos reddituum eccleſiaſticorum dominos eſſe.*
43 *Conſilium a præcepto differt.*
44 *Poſſe male agere, ſiue peccandi poteſtas, impotentia eſt.*
45 *Clerici poſſunt cenſum imponere ſuper redditibus eccleſiaſticis.*

Caput. 26.

VIdemur nobis id hactenus aſſecuti, ut iam non alienum, ſed probabile uideatur, in clericorum dominio & poteſtate reddituſ eccleſiaſticos eſſe. Nunc danda nobis opera eſt, ut nō probabile modo, ſed ueriſſimum id eſſe intelligatur. Quapropter miſſis multis, quæ dici poſſent, ea tantum argumenta in medium adducemus, quæ ueritatis ſcopum proprius
1 attingunt. † Primò quidem uidetur mihi huic ſentētiæ maxime illud ſuffragari, quòd nullam video conſentaneam rationem afferri, cur de beneficiorum fructibus ſecus, ac de
2 quotidianis diſtributionibus exiſtimemus. † Atqui certe diſtributiones ipſas in clericorum dominio eſſe, perſpicue demonſtratur in cap. uni. de cler. non reſid. in 6. quo loci dū negat Bonifacius diſtributiones iis acquiri, qui minus ea ſeruauerint, quæ ibi ipſe præcipit, haud obſcure nos docet in eos, qui a præſcripta forma non receſſerint, ipſarum dominiū transferri. Qui uerò, inquit, aliter de diſtributionib. &c. rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas. Nec enim quicquam nos mouere debent nonnullorum altercationes, qui nō hoc ſentire ibi Bonifacium de-
3 monſtrare contendunt, † ut cum dicunt, ſumi non poſſe argumentum a contrario ſenſu, quoties abſurdum quippiam ex eo ſequi poteſt. Nam qui attente illa cōſiderant, quæ nos ſupra docuimus, facile (ut opinor) intelliget commētitiam eſſe hanc abſurditatem, nec firmo vllo niti fundamento, id quod infra apertius demonſtrabimus. Hue accedit, ꝙ dum reddituum horum dominio Rom. Pont. priuat illos, qui ſacris non interſunt, hoc ipſo certe ſtatuit, ac pro comperto habet, ad illos eorundem fructuum dominium pertinuiſſe,
4 † cum ita compertum ſit, ut nulla poſſit dici priuatio, quam habitus non antecedat. l. decem. ff. de uerb. oblig. l. manumiſſiones. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. Quòd ſi obſtinate cō tendas, non fuiſſe hos fructus clericorum, quamuis Bonifacius eos fieri neget illorum, qui ſacris non interſunt, eo ſtatim ipſe decurram, ut dicam ſuperuacaneum, ac plane inutilē fuiſſe ipſius conſtōnem, quæ interpretatio minime recipienda

Source : BIU Cujas

pienda est,l.hæc stipulatio. §.Diuus.ff.ut leg.non caue. cap.si Papa,de priui.in 6.Quia & illud considerandum est, uerba il
5 lius capitis generalia esse, † ita ut non possis obiicere, solam eam partem distributionum clerico acquiri,quæ ipsi ad uictum necessaria sit.l.1.§.generalier. de lega.præstand.l.1.§.q autem,de aleæ lusu,& alea. Et certè, cùm ibi Bonifacius, & de integra distributione, & de parte distributionis mentionem faciat, in determinatione etiam idem seruasset, ac de parte expressim locutus esset,nisi id quod ibi ipse tradit,gene raliter accipi uoluisset,cùm dicit:Qui uerò aliter de distribu tionibus quicquam receperit, rerum sic perceptarum domi nium nõ acquirat,intelligendo non acquiri dominium, nec
6 pro parte,nec in totum,† cum minime incognitum sit,post-quam speciatim aliquid expressum est,generalem clausulam subijci solere,quæ superiora omnia cõplectatur, l.doli clausula.ff.de uerbo.obli. cap.cum dilectus}. de donatio. Abb. in cap.secundò requiris, de app.in cap.causam quæ.nume.5.de rescrip. Itaq; cùm in distributionibus hoc, quod quærimus, compertissimum sit,ad illud unum certè tota hæc redigitur controuersia,quod initio tetigimus. Num inter distributiones hasce quotidianas ac beneficiorum fructus, consona ul-
7 la differentię ratio afferri possit. † Sunt qui inter unum,& alterum fructuum genus discrimen illud esse statuant, ut qui ex quotidianis distributionibus percipiuntur,quasi personalibus clericorum laboribus debiti,maiorem quendam,præcipuumq; fauorem mereantur, quod cùm secus sit in fructibus beneficiorum,cumq; nihil ij præcipuum habeant,cur debeant uti proprij clericis adiudicari,propterea illos ex com
8 munibus tantùm regulis extimari debere statuunt.† Sed non uideo ego,cur non & beneficiorum fructus ob laborem, ac
9 personale seruitium clericis tribuantur: † cùm minimè consentaneum sit, suis quempiam stipendiis militare, ut inquit Paulus 1.ad Corinth.capit.9. Debeantque ijs qui altario seruiunt,ex altario sumptus suppetere. ca.cum secundùm Apo
10 stolum,de præbend. † Neque enim ob aliam causam, quàm propter officium beneficium datur,cap.ult.de rescrip.latiusque hoc prosequitur Domin.Sot.lib.3.de iust.& iur. quæst.6.
11 ar.2.in secunda conclusione. † Cui autem, quæso, prælatorũ labores incogniti sunt,qui nedum choro adsunt,diuinisque
12 officiis intersunt? † Sed & animarum curam gerunt, quam artem artium Gregorius appellat,in cap.cum sit ars artium, de æta. & qualita. Idemque hoc onus omnium iudicio gra-
13 uissimum illi pariter subeũt,qui Parochiis præfecti sunt.† Neque uero affirmari potest, in beneficiarijs absentiam tolerari,cùm imo residere ipsi teneantur ac nisi id faciant,certis pę nis,fructuum nempè subtractione,demumque etiam priua-
14 tione coerceantur. † Non me latet,eos, qui hanc differentiæ rationem defendunt, ac distributiones magis quotidianas ob seruitium personale, quàm fructus beneficiorum deberi contendunt, potissimum moueri, quòd uideant difficilius illis,hos uerò facilius concedi absentibus, qui nullum in ser-
15 uitijs ecclesiæ personalem laborem assumunt. † Sed considerandum est, aliam causam esse, cur difficilius distributio-
16 nes absentibus concedantur: illam nimirùm † quòd cùm tota una quodammodo massa sit ex qua sumitur quod singulis iis præstatur,ad quos ea distributio pertinet,si unus desit, atque è medio recedat,uidetur portio ipsius iure quodammodo non decrescendi ad reliquos pertinere,argumen.l.re coniuncti, de leg.3. iuncto titu.de cler. non residen. Longe uerò alia ratio est beneficiorum,quę distincta inter se sunt, neque eorum fructus ex communi aliquo aceruo desumuntur. Quo fit,ut quamuis in distributionibus quotidianis ratione huius coniunctionis singuli in singulorum portionibus iuris non nihil habeant, de fructibus tamen beneficiorum non idem affirmari possit. Itaque in distributionib.quotidianis difficilius parcitur absentibus,cum illis non possint
17 iure amissæ portiones condonari, quin cæteris ius quæsitũ auferatur,† quòd minime fieri debere,& leges ubique,& interpretes omnes exclamant. l.non fraudantur. ubi Dec. & Dagnol.l.id quod nostrum,de regu.iur l.fin.de iur. codicillo.l.fin.C.de acq.poss.l.2.§.merito.ff. ne quid in loco publi. quæ late congerunt Gomes. & Mandos. in reg. de non toll.
18 iur.quæsi. † Vt uerò tandem,quæ fusius hactenus dicta sunt, paucis concludamus: cum perspicue eo capite probetur, quotidianas distributiones clericis acquiri,cumq; etiam liquidò hasce ipsas distributiones usqueadeo pingues esse posse,ut victus necessitatem excedant,consequens est,ut fateamur in beneficiis quoque, quorum eandem rationẽ esse demonstrauimus,non solum usum clericis concedi,sed fructuum palnè omnium in eos dominium transferri.

Secundo adducit me in hanc sententiam hoc argumentum sumptum ex coniunctione duarum legum. Video enim Clementem in clemen.Quia contingit,de religio. domi.as-
19 serentem † hospitalium redditus pauperum sustentationi
20 esse peculiariter deputatos.† Quamuis & hospitalarij victũ. & vestitum sibi inde possint assumere,ut docet ibidem glo. in uer.usus. Video præterea Innocentium III. in cap.à crapula,&
21 in cap.cum ab omni, de uit. & honesta.clerico. † affirmantem, beneficiorum fructus esse clericis deputatos.
22 † Itaque si diceres, ex fructibus beneficiorum posse sibi clericos ea tãtum assumere,quæ ad uictum necessaria sunt, nulla in re certe ab hospitalariis differrent beneficiarii, neque ulla plane ratio esset, cur potius clericis fructus beneficiorum, quàm hospitalariis hospitalium fructus fuisse deputatos docere possemus.Illud præterea animaduerto, quod dicit Roma.Pontifex.d.Clemen.Quia contingit. Idcircò hospitalia fundata fuisse,& fidelium erogationibus dotata, ut iis pauperes,infectique lepra reciperentur, atque ex eorum
23 prouentibus sustentarentur. † Qua ex re optime colligitur id,quod ab huius sententiæ confirmationem antea præmuniumus,nempe antiquam illam quatuor partium diuisionem penitus hodie obsoleuisse.Etenim si pauperibus portio sua nunc quoque necessario esset assignata,cum pauperum ipsorum numerum diminutum, potiusquam auctum fuisse, perspicuum sit;non uideo, cur necesse fuisset erigendo hospitalia, nouam præsidii formam iis ipsis afferri, aut cur bona potius hospitalium a cæteris episcopi, clerive bonis seiuncta essent, si cætera quoque ipsius episcopi bona, quæ modò eius necessitatem excedant,pauperibus deberentur. Certe enim satius fuisset,atque expeditius, bona hæc simul omnia confundere,cum præter ea, quæ episcopi usibus seruirent,cætera plane omnia eiusdem prorsus iuris essent. Essent porrò sui iuris,etiam si episcopi potestatem spectes,cũ hospitalium quoque bona eius potestati subiecta esse,nemini incognitum sit.Vt facile intelligas,hanc differentiam nõ ad potestatem, sed ad dominium pertinere:nam cùm omnia in episcopi potestate sint,non in ipsius tamen dominio omnia sunt, sed ea tantum, quæ episcopi sunt, non quæ in
24 hospitalibus pauperum uictui speciatim sunt deputata.† Atque hæc usqueadeo a cæteris,tum episcoporum, tum clericorum bonis seiuncta esse canones uoluerunt, ut expressim ibidem Clemens prohibeat, ne ex eiusmodi locis ullus clericis in beneficium conferatur, ac contrariam quãcunque consuetudinem penitus infirmet,cuius sane prohibitionis nulla alia ratio assignari potest,nisi quia,si clericis eiusmodi loca in beneficium concederentur, tunc clerici etiam præter necessaria sibi ex iis bonis acquirerent, quod ibi Sum.
25 Pont.plane abhorret, ac detestatur. † Quocirca, cum sola hæc ratio afferri possit,perinde haberi debet, ac si fuisset expressa.l.eam quam.ubi Bal.& Ale. C.de fideic. l. is qui opus. ff.locati.

Eodem prope modo à commendatariis argumẽtum duci potest, quo ab hospitalariis proxime ductum est, † cum
26 enim palam sit, commendatarios fructuum dominium nõ habere, sed illud tantùm, quod victui, ac vestitui satis esse possit, vt ex secundo Bracharensi Concilio traditur, in cap. placuit. 10.quæst.3.Doctor.in cap.nemo.vbi gl.in uer.commdare.de elect.in 6.quos refert Rebuff.in prax.benefic.glo.7.
27 in ver.commenda. † Si de beneficiarijs idem sentiremus,ac præter uictum,& vestitum, cæterorum fructuum potestatẽ, ac dominium iis denegaremus,frustra certe a beneficiarijs distinguerentur commendatarii.At distingui eos compertissimum est,cuius rei nulla alia ratio esse potest,nisi quia beneficiarius fructuum dominus est, commendatarius uero nullum in fructibus ecclesiæ ius habet,nisi vt colligat,guber
28 net,sibique ac ministris prouideat. † Quam ob causam prælatum,seu beneficiarium dici commendatarium non posse censuit gl.in d.c.nemo.de electio.in 6.in ver.commendare.
29 † Non dissimili iure,quantum ad hoc attinet,commendatarius censetur,ac visitator.cap.obitum.& cap.Catinensis.61.
30 dist.Host.in c.dudum.de elec.† Quod verò hodie secus esse videamus,ex eo proficiscitur,q Summi Pontif. vt cum ipsis commendatarijs benignius agant, solent in diplomatib. clausulam quandam adijcere,quę in hęc verba concipitur. Vt commodius sustentari ualeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupientes,tale Monasterium, uel beneficium auctoritate Apostolica concedimus, & commendamus,ac prouidemus,per te quandiu vixeris, tenendum, & possidendum,ita quòd durante commenda huiusmodi, de fructibus,redditibus,& prouentibus ipsius disponere, & ordinare valeas, sicut veri priores ipsius prioratus,qui fuerunt pro tempore,ordinare, & disponere potuerunt, & debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium, & mobilium pretiosiorum ipsius prioratus tibi penitus interdicta.

Verum nisi clausula hæc apponeretur, de fructibus commendæ non posset commendatarius disponere, imò tene-
31 retur quotannis de iis rationem reddere Ordinario:† quod & de hospitalariis canit Clemens Quintus in d.clemẽ.Quia contingit, de relig. domi. & Concilium Tridentinum nu-

perrime

Source : BIU Cujas

perrime innouauit,ſeſſ.24.cap.9.Atque ex hoc maxime noſtra ſententia confirmatur,quia cum de Prælatis,ac beneficiariis nihil tale uſpiam legatur (†ut non ſine admiratione
32 animaduertit Bald.in l.Orpha otrophos,nume.6.C.de epiſcop.& cler.in fin.& Ancha.in d.clemen. Quia contingit,nume.15.) Ex hoc certe intelligitur,Prælatos fructuum dominos eſſe, atque ea de cauſa liberam prorſus eorum adminiſtrationem habere.

Quarto,mouet me maxime conſtitutio Bonifacij in cap. 1.de cleri.ægrotan.lib.6. quo loci poſteaquã ſtatuit Epiſco-
33 po dementi coadiutorem dandũ eſſe,ſubiicit verba: †Præſenti quoque adiicimus ſanctioni,vt coadiutores huiuſmodi de prouentibus prælatorum, in quorum aſſumerentur auxilium, ſumptus recipiant moderatos. Attente conſiderandum eſt hoc,quod dicit, de prouentibus prælatorum coadiutores ſumptus poſſe recipere, illudq; ante omnia videndum: quosnam prælatorum prouentus eſſe intelligat. Nam ſi cum Archidiacono eos tantum ſtatuit eſſe prouentus prælatorũ, qui ſunt ipſis neceſſarij, quomodo poterunt coadiutori ſumptus ex eo ſuppetere, quod Epiſcopo neceſ
34 ſarium eſt,quin ipſorum alteruter eſuriat? †Neceſſe eſt ergo,eos ibi Prælatorum prouentus appellari, qui in prælato-
35 rum dominio ſunt: †cui interpretationi, vel genitiui ipſius natura maxime conuenit,l.2.§.locum, ff. de relig. & ſump. fun.Doct.in repe.c.grãdi,in ver.Regis Portugalliæ,de ſuppl. negl.præla.Abb.in cap.1.nume.26.de poſtula.præl. Doct. in rubr.ff.de no.ope.nunc.

Quinto operæpretium eſt conſiderare, quàm veriſimile eſſet, legislatores, qui tanto ſtudio ſemper curarunt,ne do-
36 dominia rerum in incerto ſint; †eaque de cauſa vſucapiones, præſcriptiones, & ſi quæ alia eiuſmodi ſunt, remedia introduxerunt, non expreſſim ſtatuiſſe penes quem eſſet reddituum eccleſiaſticorum dominium, ſi (quod ſentit Archidiaconus) penes prelatos illud eſſe noluiſſent, cum præſer-
37 tim eiuſmodi hoc ſit,in quo de animę ſalute agitur.†Verum hac de re nihil expreſſim cauere neceſſarium eſſe duxerũt, cum ſatis in eo oſtẽdant, prælatorum dominium eſſe,quod liberæ ipſorum diſpoſitioni omnia commiſerint, ſi quidem domininm, (vt neminem præterit) ius eſt de re corporali libere diſponendi,quod ſalua legum prohibitione fiat,vt docuit Bar.in l.ſi quis vi.§.differẽtia.ff.de acquiren.poſſ. Alcia.
38 in l.traditionibus,C.de pac. †Hinc porro fit, vt noſtra hæc ſententia probetur neceſſariò illis omnibus iuribus,quæ poteſtati, atque arbitrio prælatorum res eccleſiæ permittunt, quæ ſane plurima ſunt, vt per ſe quiſque poterit animaduertere,qui ſacrorum Canonum libros diligẽter euoluat: quorum ego induſtriæ ne prorſus defuiſſe videar, nonnulla hic loca recenſebo.Primo id aperte colligitur ex canone Apoſtolorum,41.vbi leguntur hæc verba: Præcipimus,vt in poſtate ſua res eccleſiæ, epiſcopus habeat,ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per Presbiteros, & Diaconos, cap. percipimus,12. q.1. Iiſdem prope verbis vtitur Concilium Antiochenum, cap.35.ſeu,25.cum inquit: Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatẽ ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerentia,
39 & timore,capit.Epiſcopus,12.q.1. †Poteſtatis autem verbo dominium ſignificari, teſtes ſunt multis in locis Iuriſconſulti,vt in l.qui in littore,l.Pomponius,l.in laqueum ff.de acquiren.rer.dom.l.ſequitur,§.ſunt in poteſtate, ff. de vſucapion.
40 † Huc etiam reſpicit quod tradit Rom. Pontifex in c. cum venerabilis, de exceptio, quo loci poſſeſſionem legitimam quorundam bonorum penes Epiſcopos Sabinenſes fuiſſe ita demonſtrat, vt dicat illa ipſa bona Sabinenſes Epiſcopos poſſediſſe, ac de eis pro ſuæ voluntatis arbitrio diſpoſuiſſe: quibus verbis, ſicuti proprietatis poſſeſſio, ita & fructuum dominium ſignificatur. Hinc videmus, ſuam eccleſiã,ſuum beneficium paſſim dici,capit.pro illorum,de præben.in 6.c.
41 fin.de his, quę ſi.a maio.par.capit. †ſuum vero cuiuſque eſt, quod in illius dominio eſt,Bar.in l.is qui duos,ff.ad munic.
42 l.1.C.de Theſau.lib.12. †Quo circa negari non poteſt,quin maxime ſuffragetur Concilium Tridentinum ſeſſione 24. cap.12.de reformatione: vbi dum negat illos facere fructus ſuos, qui vltra duos menſes, poſteaquam prouiſi ſunt, fidei profeſſionem differunt, liquido oſtẽdit iis,qui præſcriptam temporis metam non excedunt fructuum dominium acquiri,prout etiam ſeſſ.23.cap.1.de reformatione.in illis verbis: Si quis autem contra huius decreti diſpoſitionem abfuerit, ſtatuit eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere. Item ſeſſione,25.cap.1.de reformatione,vbi leguntur hæc verba: Omnino ſancta Synodus interdicit, ne ex redditibus eccleſiæ cõſanguineos familiaresve ſuos epiſcopi augere ſtudeant. His iuribus omnibus nihil aliud video reſponderi poſſe,niſi id quod ſæpe contrariæ opinionis fautores inculcant,facere clericos quidem fructus ſuos,atque etiam de iis poſſe pro ipſorum voluntate libere diſponere; ſed voluntatem illam certis regulis modiſque reſtrictam eſſe, neque inordinatam eſſe debere; quod ipſum vti nos facile concedimus, ſic intrepide negamus, ex ea re do-
43 minium clericis auferri, cum id potius conſilij ſit, †quod a præcepto differre, & per ſe notum eſt, & doctores paſſim tradunt, vt in cap.nam concupiſcentiam. & in cap.cognoſcentes,de conſtitut.vt & Aegidius Bellamera animaduertit in d.cap.cum venerabilis, in 6.notab. Nec ſane quiſpiam niſi abſurde dixerit, idcirco dominium aut poteſtatem im-
44 minui, quod dominus male agere impediatur, † cum hoc ipſum poſſe male agere, non ſit aliquid poſſe, ſed impotentiæ potius argumentum ſit,vt docemur in cap. non nos,40. diſt.Non nos (inquit ibi Rom.Pont.) cum ſucceſſione Beati Petri, peccandi licentiam ſuſcepimus, quod peccandi poteſtas impotentia potius ſit,cap.charitas, de pœnit.diſt.2. retinẽt ergo clerici dominium fructuum eccleſiaſticorum; licet moneantur ne illos in prauos vſus conuertant. Qua in re illud certe maxima conſideratione dignum eſt, quod in toto iure Pontificio nuſquam videmus furti nomine clericos accuſari, nuſquam reprehendi,quod eccleſiaſtica bona in quatuor partes non diuiſerint, aliorumve portiones ſibi vſurpauerint, licet illi ſępe auaritiæ inſimilentur, ſæpeque etiam quòd vetitis commeſſationibus indulgentes,aliisque vitiis ſeſe coinquinantes ſuo ipſi exemplo aliorum mores corrumperent, eſt animaduertere,cap.a crapula,cap.clerici. de vita,& honeſt.cleric.cap.auaritiam, de præben.in 6.cap. vt noſtrum,vt Eccleſiaſt.benef.ſine dimi.confera.immobilium tantum rerum alienationi certam fuiſſe formam præſcriptam paſſim de reb.Eccle.non alie.Reddituum vero alienationem non modo non prohibitam, ſed ne vlla quidem
45 ſolemnitate fuiſſe reſtrictam: †Quinimo poſſe illos ſuper huiuſmodi redditibus cenſum imponere,pluribus comprobat doctiſſimus Petr.Tollet.in ſua praxi cenſuar.in verſ.Huiuſmodi cenſualia ſuper rebus,num.17. quem ſequitur Guliel.Red.in tract.de reb.Eccleſ.non alie.in Rubr. de conſtitutio.annu.cenſ. in rebus eccleſiæ,nu.1.folio 101. Vt facile intelligas horũ ipſorũ reddituũ dominos clericos plane eſſe.

ARGVMENTVM.

Duabus ex rebus potiſſimum conſtare bona Eccleſiaſtica, nimirum decimis, & piis legatis: vtrunque vero huius diuiſionis caput huic opinioni maxime ſuffragari,quę fructuum Eccleſiaſticorum clericis dominium concedit.

SVMMARIVM.

1 *Duabus ex rebus potiſſimum bona eccleſiaſtica conſtant, nimirum decimis, & piis legatis.*
2 *Decimarum origo antiquiſſima eſt,ac diuina lege inſtitutæ illæ ſunt.*
3 *Decimæ in clericorum vſus inſtitutæ.*
4 *Verbum,Vſus,non neceſſaria tantum,ſed etiam vltra neceſſaria complectitur, niſi ſumatur pro ſeruitute formali.*
5 *Quæ de pauperum decimis conſiderari poſſunt, dominium clericorum confirmant.*
6 *Pauperum decimæ cur inſtitutæ.*
7 *Tertiæ decimæ, quæ pauperum erant,in vſu eſſe deſierunt.*
8 *Secundæ decimę ad ſacrificia pertinebant, quæ & ipſæ noua lege abrogatæ ſunt, num.9.*
10 *Decimæ in clericorum vſus deſtinatæ remanſeruut.*
11 *Ex decimis pauperibus ſubuenire, non niſi ex generali præcepto dandi eleemoſynam ex eo,quod ſupereſt, compellimur.*
12 *Præceptum dandi eleemoſynam ex eo,quod ſupereſt,tam decimas,quàm alia omnia complectitur,ac tam clericos, quam laycos.*
13 *Decimas eſſe tributa egentium animarum,quomodo intelligantur, ac intellectus ad c.decimæ, 16.q.1.*
14 *Superflua,vt erogentur in pauperes,ad animi præparationem attinet.*
15 *In neceſsitate quem conſtitutum eſſe, arbitrio prælati committitur, cum nulla certa regula dari queat.*
16 *Senſit D.Thomas decimas in clericorum vſus eſſe conſtitutas.*
17 *Caietani ratio de decimis,quæ hodie ſoluuntur, reiicitur,num.18.*
19 *Decima dicitur quicquid decimæ nomine datur,etiã ſi minus ſit, varieq; ſoluitur ex locorum conſuetudine, num.20.*
21 *Clerici maiorem hodie ſubeunt laborem,quàm olim Leuitæ.*
22 *Presbiteri, qui bene præſunt duplici honore digni ſunt.*
23 *Bout trituranti os alligandum non eſt.*
24 *Mercedem maiorem conſequi debet, cui maior incumbit labor.*
25 *Duplex decimarum cauſa, altera, quæ dantem, altera quæ accipientem reſpicit.*
26 *Recognitio vniuerſalis dominij ipſius Dei,reſpicit dantes decimas.*
27 *Peccant grauiter, qui tardius decimas ſoluunt.*
28 *Diuitiarum affluentia Chriſtianæ religioni non aduerſatur: pluraque de ea re afferuntur exempla,num.29.*
30 *Sacerdotes diuitiarum vſu non modo non prohibiti, ſed & hac in re cæteris antepoſiti.*

Sacerdotes

31 *Sacerdotes nouæ legis longe antecellunt Sacerdotibus ueteris legis.*
32 *Quo ſenſu accipiendum ſit, a laicis in pauperes decimas tranſmitti.*
33 *Decentis ſtatus clericorum ratio omnino habenda eſt.*
34 *Pie legata ad duo tempora, quod ad clericorum dominium attinet, referri poſſunt.*
35 *Pie legata ante beneficiorum erectionem cenſebantur relicta ea conditione, quam temporum ratio exigebat.*
36 *Teſtator cenſetur iuris diſpoſitioni uoluntatem ſuam accommodare.*
37 *Pie legatum dici poteſt, quod eccleſiæ legatum eſt.*
38 *Euentus triſtis conſiderandus non eſt.*
39 *Accidentia rei naturam non mutant.*
40 *Non cenſetur teſtator eam conditionem adiicere, ut prælatus redditus in pauperes elargiatur, niſi hoc exprimat.*
41 *Conſequitur quis meritum eleemoſinæ, etiam ſi pie legata effectum non habeant.*
42 *In eleemoſina facienda, loci, temporis, perſonarumque ratio haberi debet.*
43 *Neceſſitatis tempore rerum uſus communis eſt, ideoque furari licet.*
44 *Monachus ſine Abbatis licentia ſummæ pauperum neceſſitati ſubuenire poteſt, idem poteſt uxor ſine licentia mariti. nu. 45.*

Caput. 27.

HActenus hãc quæſtionem ita tractauimus, ut abſolute, ac generatim eccleſiaſtica bona omnia complecteremur, eorumq; fructus in clericorum dominio eſſe demonſtrauimus. Nũc uerò, ut ſcrupulus plane omnis tollatur, pleniuſque intelligatur, ſententiam hanc noſtram omni ex parte ueritati conuenire, operæpretium eſſe duximus magis ſpeciatim eadem
1 hac de re agere. † Et quando perſpicuum eſt duobus potiſſimum uelut è fontibus eccleſiaſtica bona ſcaturire, nimirũ decimis, ac pie legatis, aliquanto accuratius hæc duo ſigilla
2 tim conſiderare. † De decimis ergo prius agamus, quarum & antiquior origo eſt, cum a primis uſque temporibus diui
3 na lege inſtitutas illas fuiſſe non ignoramus. † Iam uerò ad clericorũ uſus introductas eſſe decimas ſatis oſtendunt uerba, quæ leguntur in numeris, cap. 18. Leuitæ decimarum oblatione contenti ſint, quas in uſus eorum, ac neceſſaria ſeparaui. Quibus ex uerbis apparet per decimas, clericorum non neceſſitati modo, ſed aliis quoque uſibus, de quibus poſtea
4 fit mentio, fuiſſe proſpectum: † ſiquidem, cum dicimus Vſum, non neceſſaria modo complectimur, ſed & quæ præter neceſſaria nobis uſui eſſe poſſunt, niſi quando pro ſeruitute formali uſus aſſũmitur, iuxta glo. in clemen. Quia contingit, uerſic. vſus ſuos, de religio. domi. Hinc etiam Num. cap. 18. leguntur illa uerba. Filiis Leui dedi omnes decimas. Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in Tabernaculo. Hinc pariter uidemus, in cap. 1. & tot. titu. de deci. ſolum laborem miniſtrorum eccleſiæ Rom. Pontifi-
5 ces reſpexiſſe. † Neque uerò obiicias, de pauperum ẽt decimis interdum mentionem haberi; ſi quidem id potius ſententiam noſtram confirmat, cum uideamus in ſacra pagina id ſeruari, vt cùm pauperibus ex decimis Deus erogari quippiam uult, apertiſſimis uerbis hoc ipſum exprimat, vt in Deuter. cap. 14. Anno (inquit) tertio ſeparabitis aliam decimam, uenietque Leuita, qui non habet aliam poſſeſſionem, nec partem tecũ, & peregrinus, ac pupillus, qui intra portas tuas ſunt, & comedent, & ſaturabuntur. Cuius rei cauſam expreſ-
6 ſit ibi Dionyſius Carthuſianus his uerbis. † Hæc uocabatur decima pauperum, quam Deus ſic iuſſit reponi, & communicari, ne inopes Hebræi, aut Leuitæ compellerentur mendicare, aut miniſtrare gentilibus, aut idolatris, ſicque cum illis comedere, & idolothyta ſumere, atque ex conſequentia in idolatriam labi, quemadmodum in Iudicum libris legitur, c. 17. contigiſſe leuitæ Ionathæ, filio Gerſon, filii Moyſis. Idem Diony. paulò inferius. Poſtremo ſecundum gloſam, hiſtoriamque ſcholaſticam, non licuit Iudæis de hac paperum decima aliquid in proprios uſus conuertere. Porrò ex hac ueluti exceptione nõ obſcure colligitur, regulariter decimas ad clericorum uſum fuiſſe inſtitutas, cum hæ, q̃ pauperũ decimæ dicuntur, expreſsim ac peculiariter ipſis pauperibus fuerint deſtinatæ, ut teſtis etiam eſt, ſuper Ezechielem. D. Hieronymus, c 45. Tom. 4. relatus in cap. 1. de decim.
7 Atque hæ decimæ appellabantur tertiæ. † Quæ tamen poſtea perſolui deſierunt, vt res ipſa edocet, & D. Tho. animad-
8 uertit. 2. 2. q. 87. art. 1. in 4. argumento. † Erant & ſecundæ, quę ad ſacrificia pertinebant, de quibus in Deutorono. ca. 14. his uerbis mentio fit. Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis, quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit
9 Deus. † Atque hæ pariter noua lege abrogatæ ſunt, cũ & victimæ offerri deſierunt, ut idem D. Tho. ibidem tradit. art. 1.
10 ad 4. † Itaque manent priores illæ tantùm, quas clericorum
11 fuiſſe vſib. deſtinatas proxime docuimus. † Quo fit, ut quantum ad legem nouam attinet, nihil ſit, quod ex decimis ſubuenire pauperib. nos cõpellat p̃ter generale illud præceptũ, quo iubemur. Ex eo quod ſupereſt, date eleemoſinam, Luc.
12 11. † quod præceptum non decimas tantùm, ſed & alia, quę ſuperſunt, omnio oĩa complectitur, ac nedum clericos, ſed laicos attingit, quorum propterea dominium nõ aufertur, certe nec clericorũ dñium eadem hac de cauſa auferetur. Nec ſane quicquam prædictis aduerſantur Auguſtini uerba in Homi. 1. poſt tertiam Dominicam, de Trini. tom. 10. deci
13 mę, tributa ſunt egentium animarum. c. decimæ. 16. q. 1. † Neque enim horum uerborum is ſenſus eſt, quem nõnulli exiſtimant, nimirum, vt egentib. decimæ tribuendæ ſint, ſed ſenſit potius Aug. decimas tributa eſſe, quæ ab iis ſoluũtur qui animarum ſalute cũ egeant, ad ueniã commiſſorũ obtinendam decimis perſoluendis faciliorem ſibi aditum præmuniant, iuxta illud. Peccata tua eleemoſinis redime. Dan. c. 4. Itaq; non dicit Auguſt. decimas eſſe corporum tributa ſed animarum. Maximeque etiam hoc confirmat id, quod ipſe poſtea ſubiicit: quòd ſi decimam dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem animæ & corporis conſequeris. Atque hunc verum eſſe Auguſtini ſenſum, q̃quid cæteri exiſtimẽt, plane crediderim. At obiiciet rurſus aliquis, haſce ipſas decimas, vel ſi maxime ob clericos inſtitutæ ſint, atque eccleſiaſticarum miniſtris perſoluuntur, debere tamen ab iis in vſus pauperum diſpenſari. Verum illud hic conſiderandum eſt, quod ſupra ſæpe inculcauimus, non idcirco certam fuiſſe partem præfinitam, quę pauperibus debeatur, cum clericorum potius arbitrio permiſſum ſit, ut pauperibus præſtent, quæ ſibi ſuperflua, minimeque neceſſaria eſſe intelligant: atqui certe, uel ſi facere id omittant, non tamen ſemper mortalis peccati rei ſunt.
14 † Hæc enim atque huiuſmodi alia conſilij potius ſunt, atque animi præparationem indicant, cuiuſmodi eſſe par ſit, quippe cum debeant clerici eo animo eſſe, ut ſimul ac neceſſitas
15 exigat pauperibus haud grauate ſubueniant. † Eius porro neceſſitatis cum nulla certa menſura præfiniri queat, ſolius prælati iudicium erit, ut pro ipſius prudentia, ac fide, ex perſonis, tẽpore, & cauſis multo facilius eſtimari poterit, quantum, quando, quibuſve ſuggerere illum oporteat, ut recte aduertit D. Thom. quodlib. 6. art. 10. ad primum, & ſecundum. His ergo ſublatis, quæ primo aſpectu cuipiam forte ſcrupulum iniicere potuiſſent; minime dubitandum eſſe arbitror, quin decimæ ad eorum ſuſtentationem, atq; uſum inſtitutæ ſint, qui eccleſiæ miniſterio ſeſe addixerunt. Nam præterquam, quod probatur hoc optime iuribus ſupra ad-
16 ductis, † idem ſentit etiam D. Thom. multis in locis, ut in quodlib. 6. artic. 10. ad primum, ubi: Alio modo, inquit, poteſt dici, quod neceſſitas ſuſtentationis miniſtrorum fuit ratio eccleſiaſticę conſtitutionis de decimarum ſolutione. Vt etiam 2. 2. q. 87. ar. 3. paſſim, & ad ſecundum, ubi ita inquit: Paſtori aũt, qui in diuerſis temporibus, in diuerſis parochiis gregẽ paſcit, dẽt proportionabiliter utraq; eccleſia decimas ſoluere: & qa ex paſcuis fructus gregis proueniũt, magis debetur decima gregis eccleſię, cuius territorio grex paſci-
17 tur, quàm in cuius territorio ouile locatur. † Verumtamen unum adhuc aduerſari nobis uidetur, quod cõſiderat Card. Caiet. d. q 87. ar. 3. Animaduertit ipſe, ueteris Teſtamenti tẽporibus, Leuiticã tribum, qua ſacerdotes cõtinebantur, totius populi partem duodecimam fuiſſe: nunc uero clerum uix partẽ totius populi centeſimam occupare; & tamen eaſdem, quę Leuiticę tribui ſoluebantur, nunc quoque clero decimas perſolui: quod nulla alia de cauſa fieri putat; niſi ut clerici, quibus tãto plus tribuitur, quàm antea tribuebatur, hoc ipſum, quod nũc amplius aſſequuntur, in pauperũ uſus
18 conuertant. † Sed quo magis attente hoc conſiderabis, eo minus aduerſari id perſpicies: ſiquidem ante omnia cõſiderandũ eſt, nihil certe hac in re Caietanũ afferre, ſolamque, ut mihi uidetur, coniecturã ſequi, quod tamẽ ipſum haud multum referret, ſi probabilis ſaltẽ eſſet hæc cõiectura. Verum facile unuſquiſque, iudicio meo, poteſt animaduertere, hãc ipſam coniecturã omni ex parte infirmã eſſe. Minor, inquit, hodie clericorum numerus eſt, quàm Leuitarum antea fuerit, & tamen eadẽ adhuc clericis decima præſtatur. Primum hoc mihi probari uelim, eandem nunc clericis præſtari decimam. Nam uel ſi decima appelletur, tamen Mathema-
19 tice decimam eſſe illam non eſt neceſſe: † cum ita receptum ſit, ut quicquid datur, ſiue paruum illud ſit, ſiue magnum, decimę appellatione contineatur, cap. cum in aliquibus, de deci. Soc. conſ 298. colum. pen. uolum. 2. Quomodo autem certo illud affirmari poteſt, bonorum omnium de-
20 cimam partem ſolui, † cum pro cuiuſque loci conſuetudine uarie ſolui uideamus, ut etiam aduertit D. Thom. 2. 2. quęſtio. 86. art. 4. ad ultimum? Quin uero multis in locis nihil ſoluitur, in multis etiam ſoluitur quidem, nõ tamen cle-

ricis,

Source : BIU Cujas

ricis', ſed Regib. magna ſaltem ex parte, quod ſolutum eſt, applicatur. Qua ex re fit, vt qui recte rationem ſubducat, nõ decimam, ſed quadrageſimam, aut fortaſſe etiam ſexageſimam partem eſſe reperiat totum illud, quicquid eſt, quod decimarum nomine clericis adiudicatur. Sed fac vere ipſas decimas reddituum omnium decimam partem occupare, fac etiam plus hodie ad clericos quàm antea ad Leuitas decimarum nomine peruenire; non certè video, quomodo ex hoc efficiatur, vt minus id quod hodie percipitur à clericis, clericorum fiat, quàm fieret Leuitarum, quod à Leuitis percipiebatur. Nam ſi minorem hodie clericorum numerum eſſe contendis, cùm ab ijs aſſidue ſpiritualia munera laicis tribuantur, illud quoque concedas neceſſe eſt, plus laboris nunc clericos † aſſumere, longeque maioribus nũc eos occupationibus diſtringi. Itaque non tantopere abſurdum eſt, vt exiſtimat Caietanus, quòd maiora nunc ijs, quàm antea ſolerent, ſtipendia præbeantur, argum. capitu. cum ſecũdùm, de præbend. & capi. qui eccleſiaſticis, duodecima quæſtio. prima. Hinc Paulus, 1. ad Timo. cap. quinto. † Qui bene, inquit, præſunt, præsbyteri, duplici honore digni ſunt, vt eis ſ. ſpiritualiter obediatur, & carnaliter miniſtretur. latiuſque hac de re. D. Thom. quodli. 7 ar. 28. in corp. Atque idem Paulus. 1. ad Corinth. capitu. nono. Quis militat ſtipendijs ſuis? quis arat, & ſeminat de ſeminibus ſuis? Quo circa cum Saluator noſter Apoſtolos in vniuerſum Orbem, quaſi in meſſem operarios mittit, hiſce illos verbis alloquitur: In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius mercede ſua, Luc. 10. Alibique etiam dictum eſt. † Boui trituranti os alligandum non eſſe Deutero. cap. 25. Eam ob rem cum ex prædictis perſpicue intelligatur, propter officium dari beneficia, cap. fin. de reſcript. neque alia ratione tributa ijs fuiſſe beneficia, niſi ob laborem, quem diuino cultui, ſacriſque ritè faciẽdis, impendunt. vt late Domi. Sot. de iuſt. & iur. libro 30. quæſtio. 6. argum. 2. in 2. concluſio. † hinc conſequens certe eſt, vt quo magis grex adauctus eſt, quò plura nunc templa erecta, ac quò pauciores beneficiarij ſunt, eò maiorem ipſis, qui plures paſcunt, tribui mercedẽ conſentaneum ſit; arg. Authen. vt iud. ſine quoq. ſuffra. §. illud, vbi glo. in ver. exemplaria, lib. 12. Roma. conſ. 26. circa fin. † Atque hæc, quæ diximus, ad eã decimarum cauſarum ſpectant, quæ reſpicit accipientem.

† Altera etiam cauſa eſt decimarum, quæ dantem reſpicit, ſed de hac nihil eſt, quod dicamus in præſentia, niſi decimas omnino dari oportere: id enim exigit vniuerſalis illius domini recognitio, quod in rebus omnibus obtinet Deus Summus & optimus. iuxta illud Machab. 3. Indigetne Deus decimis tuis? inferte decimas in horreum meum. Date mihi decimas meas: & ſi non dedero vobis abundantiam terræ, redarguite me: propterea penuria laboratis, quia decimas nõ datis. Quorum verborum explicatio ab ijs, quæ in eum locum ſcribit Hieronymus, omnino petenda eſt. Hinc diuus Auguſtinus homel. 36. Dominica, 12. poſt Trinitatẽ, ſermo. 1 tomo, 10. Dominus noſter, inquit, qui totum dignatus eſt dare, decimam non dedignatur repetere: non quærit prẽmiũ ſed honorem. Honora Dominum Deum tuum de tuis laboribus, non ſibi, ſed nobis profuturum. capitu. decimæ, 16. q. 1. Decimas ergo omnino ſoluendas eſſe, perſpicuum eſt, † ac ſi peccant, ij qui Deo tardius decimas offerunt, iuxta illud Exod. capitu. 22. Non tardabis decimas tuas offerre, quanto grauius ii delinquunt, qui omnino decimas nõ ſoluunt? Sic & alibi præcipit Dominus inquiens, volo decimam partem Ego Dominus: & decima pars dabitur mihi in templo, & Sacerdotibus, vt in odorem ſuauitatis, &c. Habes alterã decimarum cauſam, quæ dantem reſpicit, atque hæc certe nihilo magis recipit illam diſtinctionem temporum, quã adhibebat Caietanus: qui enim hoc ipſum debitum prę oculis habuerit, quo Deo Opt Maximo tenemur omnes, perſpicue ĩtelliget, nihil referre vtrum maior, vel minor hodie clericorum numerus ſit. Etenim, vel ſi maxime mutentur oĩa, remanet tũ ſemper vis eadem pietatis, & religionis, q̃ nos aſſidue intus admonet, vt à quo oĩa accepimus, eidẽ oĩa accepta feramus. vt & D. Thom. d. quodlibet, 6. art. 1 10. ad primũ. aduertit. Iam puto ita ſublata eſſe oĩa, q̃ nobis hac in re videbãtur aduerſari, vt nihil reliquũ ſit, in quo hęſitare poſſumus niſi qs forſan obijciat, quod à multis vſurpari ſæpe audio, diuitiarum affluentiam Chriſtianæ religionis inſtituto minime conuenire, multoque etiam minus illorum hominum condõni, qui diuino cultui ſeſe addixerunt. † Quod ipſum tamẽ ſanctiſſimorum hoĩum exẽplis, varijſque ſacrarum lr̃arum auctoritatib. facile infirmari põt. † Ditiſſimũ fuiſſe Abrahamũ nemo non cõcedit, atq; is tñ à Dño verba illas audijt, Ambula coram me, & eſto perfectus, Geneſis, 17. Nec ſane ab hac pfectione abfuit Hieremias, q̃ tamen emiſſe agrum legitur, cap, 32. Perfectiſſimus fuit & Iob, atque is certe ditiſſimus aliquando fuit. Quid autem Dauid, fuerunt nę impedimento Regiæ diuitiæ, quo minus de ipſo verba illa Deus proferret: Inueni hominem ſecundùm cor meum? Nonne etiam veteris legis Leuitæ diuites erant, vtpote quibus particulares vrbes aſſignari. ac ſuburbana pro pecorib. reſeruari Moyſes præcepit, moxque & Ioſue quod Moyſes præceperat, executus eſt? Nu. cap. 18. 21. & 35. Habebant inſuper Leuitæ decimas, & primitias, Nu. 28. Nec propria induſtria honeſtas ſibi diuitias parare prohibebantur. Ac ne omnia conſecter, quæ prope innumerabilia ſunt, paucis cõcludo, † Sacerdotes non modò diuitiarum vſu non fuiſſe ꝓhibitos, ſed cæteris omnibus hac ipſa in re anteponi conſueuiſſe. Siquidem Sacerdotes erant primogeniti: Ipſi verò primogeniti naturæ (quam vocant) lege, duplicem portionem aſſequebantur, vt poſt alios D. Thomas. 2. 2. q. 87. articu. 1. ad tertium. Hoc ſecus à gẽtilibus ſeruatum eſt, apud quos Sacerdotes cũ nobiles, tum & diuites fuiſſe perſpicuum eſt, ex Liuio præſertim, lib. 10. c. 1. Quæ cum ita ſe habeant, non video cur noſtri temporis Sacerdotibus diuitiæ debeant tãtopere exprobari. Cur enim ipſi magis propria habere prohibeantur, ex quibus ſibi indies abunde ſuppetant, quæ ad bene, atque honeſte viuendum neceſſaria ſunt, ſi ea ſibi propria induſtria in dies parare non poſſunt, quippe qui ab omni negotiatione, & ſæcularibus negotijs plane omnibus iubentur abſtinere: Age verò, nõ ſolas ipſorum Sacerdòtum perſonas ſpectes, ſed & aliorum, à quibus hæc bona in Sacerdotes proficiſcuntur. Quidnam poteſt afferri, cur minus conſentaneum eſſe videatur, noſtris Sacerdotibus ea præſtari, quàm veteris legis Sacerdotibus † quibus ſane noſtros dignitate longe antecellere teſtis eſt Paulus. 2 Corinth. cap. 3. Vſque in hodiernum, inquit, diem idipſum velamen in lectione veteris Teſtamenti manet nõ reuelatũ: quouſque enim legitur Moyſes, velamen poſitum eſt. & paulò inferius, Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam Domini ſpiritu. Neque verò reſponderi poteſt, maiorem hodie in Chriſtianis, quàm olim fuerit in Hebræis, perfectionem deſiderari, cum immo apud Matthæum. cap. 5. inſignia illa verba legantur. Si non abnndauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorũ: quod & D. Thomas ad hãc rẽ ſatis appoſite adnotauit in ſecunda ſecundę, quæſt. 87. artic. 1. in corp. Quid ergo, inquies, itane clericorum proprias decimas eſſe contendis, vt ab ijs plane pauperes excludantur: iniquus certe eſſet, qui ab hoc præſidio ita pauperes excluderet, vt omnino negaret, inter pauperes decimas diſtribui debere. Vere enim pia, atque omni rationi conſentanea eſt hæc diſtributio, non quia non omnino, ad clericos decimarum dominium pertineat, ſed quia generatim hoc præcipitur, ſemperque ita fieri æquum eſt, vt quodcunque ſuperſit, id quam maxime fieri poſſit, pie, ſancteque erogetur. † Atque hoc ſenſu dicebat D. Doctor a laicis in pauperes decimas tranſmitti, in primo ſcripto ſuper quarto Senten. diſtinctio. 15. quæſtio. prima, artic. primo, ad tertium: quod nõ eò ſpectat, ut in pauperes decimæ ſint erogãdæ, aut certa illarũ portio ipſis pauperibus ſit aſſignata, ſed ut moneantur clerici (cogi enim illos nulla lege reperio) quicquid poſt decentem uſum ijs ſuperſit, inter pauperes potius diſtribuere, quàm alia ratione abſumere. † Quod ſi certam aliquã portionem erogare prorſus cogerentur, nõ ſane uideo quomodo decentis eorum ſtatus ratio haberi poſſet, prout illã omnino habendam eſſe teſtatur D. Thomas in 2. 2. q. 32. artic. 6. in corp.

Satis hactenus de decimis: nunc reſtat, ut (quod ſumus polliciti) de pie legatis deinceps agamus, à quibus pariter uelut ab altero fonte manaſſe eccleſiaſtica bona perſpicuum eſt, ac demonſtremus, nec etiam ex hac cauſa recte ullum argumentum deſumi, quo recte probetur horũ bonorũ reddi tus ad clericos non pertinere. Id uerò hac ratione commodius oſtendi poterit. † Conſiderandum eſt ad duo tempora poſſe pia hæc legata referri, nimirum ad illud, quo nondum beneficia fuerant inſtituta, tum & ad illud, quo ſublata communione ad formam beneficiorum eccleſiaſtica bona redacta fuere. Si primum tẽpus ſpectes, expeditior erit huius quæſtionis explicatio. Nam cum initio inter clericos rerum omnium communio eſſet, actu potius atque exercitio, quàm certa iuris forma, redditus eccleſiaſticos clerici obtinebant, ac ſi formale aliquod dominium poterat conſiderari, illud proculdubio penes Eꝑm reſidebat, in cuius omnia erant poſita ptãte, qua de re, cũ ſupra pleuius egerimus, eadem hic repetere neceſſariũ non eſt. † Quicumque ergo in pios uſus tunc aliquid relinquebat, certe credendus non erat alia conditione reliquiſſe, quàm temporum illorum ratio exigebat, argum. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edic. l. ſemper in ſtipulationibus, ubi Bartol. Dec. & alij. ff. de regul. iur. l. Paulus, in princip. ubi Bartol. de ſolut. Si uerò ad

Source : BIU Cujas

poſteriora tempora animum conuertas, poſteaquam beneficia fuerunt erecta, cum iam multis & rationibus, & authoritatibus demonſtratum à nobis fuit, redditus ipſos eccleſiaſticos ipſis clericis, vti proprios fuiſſe adiudicatos, nō eſt qđ hic voluntatem illorum obijcias, à quibus hæc legata proficiſcebantur: † cum ipſi pariter, ut proxime dictum eſt, iuris diſpoſitioni, ac conditioni temporum cenſerentur uoluntatem ſuam accōmodare, argumen. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. At (dices) non ſatis hæc ſimul conueniunt, ut legauerit quis ad pias cauſas, & rei legatæ fructus clerici fiāt, fortaſſe etiam aliunde habebit, vnde commode viuere poſſit. Quod ipſum tamen nihil nos mouere debet: † ſemper enim ad pias cauſas, ſiue ad pios uſus legatum id fuiſſe dixero, quod eccleſiæ legatum eſt: at eccleſiæ legatū dici poteſt illud quoque, cuius redditibus eccleſiæ miniſtri aluntur, & ſuſtentantur, cū proprietas ipſa perpetuò penes eccleſiam ſit permanſura. † Quòd verò his ipſis redditibus eccleſię miniſter abutatur, cum ſit triſtis euentus, vix eſt, vt à nobis conſiderari debeat. l. inter ſtipulantē. §. ſacrā. verſ. ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. obli. † Nec ſane debēt, q̄ ex accidenti fiūt, verā rei eſſentiā immutare, arg. l. & habet. ff. de tute. ca. cū R. Canonicus, de tranſac. † Itaque minime illud probandū eſt, quod nonnulli dicūt, eā tacite condōnem cēſeri à teſtatore adiectā, vt legatorū bonorū fructus teneat Prælatus pauperibus elargiri, qñquidem ſi id uoluiſſet teſtator, facili negotio exprimere hoc potuiſſet, arg. l. vni. §. ſin aūt ad deficiētis. C. de cad. toll. c. ad audientiā. de decim. potuiſſetq; ēt hoſpitali potius alicui ea bona legare, cū ſciret, q̄ hoſpitali relinquūtur, magis pauperib. eſſe debita, quod qa non fecit, ſed eccleſiæ potius relinquere voluit, conſuetudini, (vt diximus) actorum condōni voluiſſe ſeſe accomodare exiſtimādus eſt. † Nec minus idcirco eleemoſynæ meritū eſt aſſecutus, q̄ optato effectu caruerint legata, cū ab ipſius legantis volūtate meritū pēdeat. D. Thom. quodlibet. 6. arg. 12. & 13. in corpore. Quin verò neque ſemper effectu carere eleemoſyna dici pōt, plus. n. plerunque in eccleſiæ reparatione impēditur, minus verò in pauperū ſuſtentatione, idque arbitrio prælati q̄mittitur, vt ſæpius iam dictū eſt, vereq; hæc eleemoſyna dici pōt, † in qua t̄pis, loci, p̄ſonarūque rō haberi debet. S. Tho. 2. 2. q. 185. arg. 7. ad tertiū, & q. 71. arg. 1. Quid aūt, īquies, ſi forte ea t̄porum inciderit calamitas, ut pauperes in extrema ſint neceſſitate cōſtituti, non ne ipſis potius pauperibus, quā p̄latis eccleſiaſticis fructus debebūtur? Sane debebūtur, non quia illorum dñium auferat prælatis, ſed qa ob neceſſitatem cōem nulla propemodum domin ij ratio hr̄. † Sed rerū oīum neceſſitate cōis quodammodo uſus dici pōt, cū & furari licea. c. ſi quis p̄ neceſſitatē, de fur. ſilēt. n. tūc ferè leges, † unde & Monachus quamuis dominij capax non ſit, tñ domini loco hr̄, & abſque Abbatis licētia pauperib. ſubuenire poteſt. c. puenit, ubi Card. Alexandrinus, 8. diſt. † Sic & uxor de mariti rebus abſque eius licētia ſummæ pauperū neceſſitati ſuccurrere pōt. D. Thom. 2. 2. q. 32. argum. 8. ad primū, & argum. 7. ad tertium. Vt ergo ex longa quaſi nauigatione iam tandē uela colligamus, cum perſpicuum ſit partim ex decimis, partim ex legatis ad pias cauſas, bōa eccleſiaſtica fluxiſſe, cumque hactenus a nobis demonſtratum ſit, neque ex decimarum, neque ex legatorum piorum natura quicquam deſumi poſſe, q̄ clericorum dominio aduerſetur, intrepide iā concludamus, quomodocunque bona eccleſiaſtica fuerint eccleſijs acquiſita, redditū ipſorum dominium ſemper ad beneficiarios pertinere.

ARGVMENTVM.

Quid ſi clerici per luxum Eccleſiæ ſuæ fructus effundāt, an tunc ſaltem reſtitutioni obligentur: id quod multis rationibus primo aſpectu affirmari poſſe videtur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis tractatio à dominij tractatione ſeiuncta.*
2 *Quæ ob cauſam recipiuntur, cauſa non ſecuta, reſtitui debent.*
3 *Beneficiarij uidētur bona eccleſiaſtica recipere eum onere inter pauperes illo diſtribuendi.*
4 *Homicidij coram Deo reus eſt, ſi quis nō præſtans decimas, pauperes mori patiatur.*
5 *Penuria, & egeſtas uenit in mūdum ob nō præſtationem eleemoſynarum pauperibus.*
6 *Quic quid ſupereſt, in cauſis piis eſt erogandum.*
7 *Apoſtoli ſuperflua omnia in pauperes erogabant.*
8 *Apoſtolorum traditiones diuinæ legis loco habendæ ſunt.*
9 *Diuiſio adiunctum onus non tollit, ſed commodiorem tantum uſum præſtat.*
10 *Argumentum a dominio clericorum ſumptum non urgere.*

Caput 28.

VIdimus hucuſque, redditū eccleſiaſticorum clericos dños eſſe, poſſeq; de illis pro animi ſui arbitrio libere diſponere. Nunc verò alterū huius qōnis caput reſtat, vt videam nunquid ſaltē, ſi p̄luxum malè eos conſumpſerint, ad reſtitu-
1 tione m teneant. † Siquidē hæc duo capita maxime inter ſe differre ſatis ſuprà à nobis demonſtratū eſt. Et qm̄ hæc quæſtio multorū diſputationibus celebrata eſt, operępretiū eſſe duxi, accurate quidē, ſed breuiter hic referre, q̄ pro vtraque ſnīa adduci ſolent. Qui ergo affirmatiuam ſnīam defendunt
2 ita fere argumētatur. † Quoties, inquiunt, ea lege aliquid recipis, vt certa rōne id diſtribuas, nec facis tñ, ad reſtitutionē teneris. l. 2. C. de dona. q̄ ſub mo. toto tit. de cōd. cau. da. cau. nō
3 ſecu. † At beneficiatij vñr cū eo onere accipere bona eccl'aſtica, vt eorū redditus inter pauperes diſtribuāt. Itaq; niſi id p̄ſtent nullo colore à reſtitutiōe excuſari poſſunt. Porrò aūt huic oneri ſubiectos eſſe beneficiarios, p̄ter id, qđ de quatuor partiū diuiſione ſæpe iam ſuperius repetitū eſt, iux. c. de redditib. c. vobis. c. conceſſo. c. quatuor. 12. q. 2. Oſtendit etiā D. Auguſt. ſerm. 119. de tēp. ſiue Dñi. prima poſt Trinitatem.
4 † Et quāti pauperes, inquit, in locis ſuis, vbi ipſe habitat, illo decimas non dāte fame mortui fuerint, tantorū homicidiorum reus ante ęterni iudicis tribunal apparebit: quia rem à Deo pauperib. delegatam, ſuis vſib. reſeruauit. c. decimæ. 16.
5 q. 1. † Sic & D. Hierony. in Cōmen. in Malachiam. c. 3. Si qñ fames, & penuria, & rerū oīum egeſtas opprimit mundū, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, q̄ ſe in pauperibus, ſi eleemoſynam non accipiant, frandari loquit. c. Reuertimini. 12. q. 2. Idemque alibi ad Damaſum Papā: Quicquid, ait, habēt clerici, pauperū eſt. c. qm̄ qcquid. 16. q. 1. Et Paſchalis III. lā de faciēdis, inquit, portionib. vel exhibēda hoſpitalitate, vel adimplēda miſericordia, nobis qd erit loquendū? cū oē, qđ
6 ſupereſt, † in cauſis pijs, ac religioſis erogādū ſit, dicēte Dño Luc. 10. Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce oīa munda ſunt vobis. Quæ oēs autoritates aperte declarant, nō ſimpliciter bñficarijs hæc bona tradita fuiſſe, ſed ea lege potius, vt quicquid eis ſuperſit, inter pauperes diſtribuant, vt ēt animaduertit D. Tho. 2 2. q. 62. ad quartū. Conſequēs ergo eſt, vt niſi id faciat, ad reſtitutionē teneant. Scđò huic ſnīæ maxi-
7 me ſuffragatur Apoſtolorum exēplum: † certe. n. ipſi ſuperflua oīa pauperib. elargiebātur, vt in canone Apoſtol. 40. & 41. c. ſint manifeſte. c. ſeq. 12. q. 1. c. videntes, c. futurā, eo. ca. &
8 q̄. † Negari verò non pōt, quin Apłorum traditiones, diuinę legis loco habēdæ ſint, quinve illorū actiones oēs ſtudioſè amplecti atque imitari debeamus. c. in his. c. catholica. 11 di. c. ſunt quidā. 25. q. 1. Nec ſane redditū diuiſio bonorū cōditionē debuit immutare, ſed illud tm̄ dñium, quod prius clerici habebant, illis p̄ſeruare: non enim adiunctū onus diuiſio
9 tollit, ſed cōmodiorē tm̄ uſum p̄ſtat. l. cum pater. §. hæreditatē. 2. de leg. 2. l. q̄ cum tutoribus. ff. de trāſact. Manebit ergo, hærebitque bonis eccleſiaſticis, ēt poſt eorū diuiſionē, eadē condō. ut ex ijs clerici (id quod faciebāt Apłi) nō niſi neceſſaria poſſunt aſſumere, arg. l. Caius Seius. §. Titius. ff. de lega. 2.

Tertiō, qui reſtōni clericos adſtringunt, illo ēt argumento utuntur, q̄ redditū eccleſiaſticorū eos dños eſſe negāt.
10 † Quod ſane argm̄ apud eos oīum potiſſimū eſſet, ſi, quod ipſi ponūt, clericos horū redditū dñio carere, firma ulla ratione, aut lege probare poſſent. Sed quia nos ꝯrium ſupra non poſuimus ſolū, ſed & aperte demōſtrauimus, in huius argumēti reprobatiōe, nihil erit quod hoc tempore elaboremus. Solēt & alia nonnulla pro hac opinione adduci argumenta, q̄ tñ, quia propoſitæ qōnis ſcopū non attingunt, conſultò p̄tereo: ſiquidē eò tm̄ ſpectant, ut probēt beneficiarios reddituū eccleſiaſticorū dños nō eſſe: de hoc uerò ſatis multa, aplura ēt fortaſſe, q̄ par erat, à nobis hucuſque tradita ſunt.c

ARGVMENTVM.

Nonnulla illi eſſe præmunienda, qui recte hanc de reſtitutione quæſtionem explicare uelit.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, alijque beneficiarij licet redditib. eccleſiaſticis abutantur, ad reſtitutionem minimè tenentur.*
2 *Quæ conſideranda ſunt, vt prælatus abuti redditibus dicatur.*
3 *Alius alio ſplendidius uiuere poteſt, pro perſonarum qualitate.*
4 *Ad peccata, licet minuta, refert Auguſt. ſi pauperibus nimis delitioſa cibaria parentur.*
5 *Abbas melioribus debet uti veſtibns, cùm cæteris monachis præſit.*
6 *In taxandis ruſtico expenſis, equus computari non debet, quia debebat pedes incedere.*
7 *Victus & veſtitus pro perſonarum qualitate variatur.*
8 *Cardinales maiorem quàm cæteri habere poſſunt familiarium numerum, & ędium apparatum,*
9 *Sumptuoſus ſtatus, ſumptuoſas requirit expenſas.*

Præ-

Source : BIU Cujas

10 *Præsentium rerum vsus qualis esse debeat, pulchre docet Augustinus.*
11 *Superstitiosos Caietanus appellat, qui minus prętiosis uestibus, & ornamentis utuntur, quàm exigat mos regionis.*
12 *Ex solo conscientiæ scrupulo potest quis ad restitutionem obligari.*
13 *Erronea conscientia est deponenda.*
14 *Possidens rem ecclesiæ ut propriam, satisfacit, si eandem, ut ecclesiæ incipiat possidere.*
15 *Non pugnant hæc inuicem, ut male quis expendat, & tamen alteri se non teneri arbitretur.*
16 *Non statim ac prælatus prćter naturalem necessitatem expendit, male vti dicendus est.*

Cap. 29.

QVicquid alij hac in re sentiant, puto ego contrariam sententiam longe
1 uerior em esse, atque intrepide affirmari posse, † Prælatos, aliosque beneficiarios, licet redditibus ecclesiasticis abutantur, ad eorum tamen restitutionem minime teneri: quod ipsum (vt planius à nobis explicetur) ac plane omnis tollatur æquiuocatio, commodissimũ esse duxi, antea nonnulla constituere, quibus quasi gradibus
2 ad ea, quæ uolumus, paulatim perueniatur. † Primò ergo cõstituendum est, nimis iniquos illos iudices esse, qui si quando Prælatum videant largius aliquid expendentem, continuò illum reprehendunt, ac quasi luxui nimis deditum, immo & quasi furem, & sacrilegium restitutioni obnoxium illum esse statuunt: considerare enim isti deberent, non eodẽ
3 prorsus iure omnes homines censeri oportere. † Sed pro personarum qualitate, alium alio splendidius uiuere, lautioribusque etiam cibis vti posse: quod & sanctissimi Scriptores haud grauate concedunt, vt D. Thom. secunda secund. quæstio. 32. ar. decimo ad tertium. Quocirca Augustinus sermo. 4. de ani. defunct. siue 41. de sanctis, alias diuitum, alias paupe
4 rum escas debere esse statuit: † atque ad peccata, licet minuta refert, quòd pauperibus nimirum delitiosa sumptuosaque
5 cibaria paren tur, cap. criminis, vigesimaquinta, dist. † Hinc monachorum Abbatem, quod cæteris ipse psæsideat, melioribus vti uestibus debere putat Bald. in l. sed & si quid. ff. de vsufru. Atque huius rei ratio in taxandis etiam litium expẽsis haberi solet. † Rustico enim, gratia exempli, equus cõputari non debet, cùm eius conditio poscat, vt pedes incedat.
6 Accursius in l. Idemque. §. Idem Labeo, versicu. cum oporteret. ff. manda. & in l. seruis Vrbanis. ff. de lega. tertio, in versic. cibaria. vbi prćterea addit hæc verba. Non vtitur familia rustica pullis alijsve delicatis cibarijs, sed caseo, cepis, & fa-
7 bis. † Ac denique in re omni pro personarum qualitate, & victum, & uestitum variari receptissimum est, capitu. non cogantur, quadragesimaprima, distinctio. ca. & si quæstiones, de simo. gloss. in capitu. clericus, vigesimaprima, quæstione prima, capitu. Vulteranæ, duodecima quæstione prima, Abba. in capitu. statuimus, de maior. & obedien. Bald. in capit.
8 ad aures, de rescript. † Nec dubium est, quin de numero familiarium, de ædium apparatu, cæterisque ornamentis idem recte concludatur, quæ omnia certe Cardinalibus maiora, splendidoraque licet habere, nec propterea reprehendendi sunt, quod vitæ cultus splendore cæteris præfulgeãt. Summa.
9 Tabie. ver. restitutio. versic. decimonono quæritur: † Sumptuosus namque status, sumptuosas requirit expẽsas. Ioann. Gerson in suo triper. de præcep. Decalog. capitu. decimo in sexto prćcepto. Non furtum facies. Qua de re pulchre ex Augustino D. Thom. quodlibet. decima, argum. 14. Hęc ita, inquit, peragenda sunt, vt ne dum ea fiunt, quæ ad autoritatem conseruandam spectant, in superbiam degeneretur; & nedum nimium seruatur humilitas, regentis frangatur auto
10 ritas. † Memoratu etiam digniſſima sunt q̃ tradit idem Augustinus libro tertio, capit. 22. de doctri. Christiana. tom. tertio. quare ipsius verba non alienum erit hoc loco referre; Quisquis, inquit, rebus prętereuntibus restrictius vtitur, quã se habeant mores eorum cum quibus viuit, aut temperatus est, aut superstitiosus. Quisquis verò sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido in culpa est. Quod igitur locis, & temporibus, & personis conueniat, diligenter attendẽdum est, nec temere flagitia reprehendantur. fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens vtatur, insipiẽs autem fœdissima gulę flamma in vilissimum olus ardescat; & sanius quisque maluerit more Domini piscę uesci, quàm lenticula more Esau, nepotis Abrahæ, aut ordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleręque bestiæ, quia vilioribus alantur escis. Nam in omnibus eiusmodi rebus, nõ ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum est quod facimus, capitu. Quisquis, quadragesimaprima, distinctio. Eadem hęc docuit D. Thom. secunda, secundę quæst.
11 169. † quo loco Caietanus in responsione ad 2. argum. eos qui minus precioſis uestibus cęterisque ornamentis vtantur quàm mos exigat regionis, non dubitat superstitiosos appellare. Ex quibus omnibus intelligi potest hoc, quod quęrimus, de restitutione non ad eos omnes referri posse, qui large ac splendide viuunt.

Alterũ illud p̃terea ad Quęstionis huius intelligentiã pręmuniendum est, nimirum hac de re duobus modis quęri posse. Primò enim possumus absolute disputare, ac simpliciter, vtrum clericus, qui redditibus ecclesiasticis, non eo, quo par erat, modo vsus est, ad restitutionem teneatur. Secundò, an tunc saltem teneatur, cum quibusdam quasi stimulis conscientiæ impellitur, vt male cõsumpta restituat. Quæ duo inter se plurimum differunt, cum ibi vsus ipse (rectius dixerim abusus) restituendi obligationem induceret, hic verò non abusus, sed conscientia ipsa ad restituendum obligaret.
12 † Et certe, si de conscientia loquamur, facile concesſero, eũ, qui sibi in animum induxerit, debere se male consumptos ecclesię redditus restituere, nec posse, absque mortali culpa, id prætermittere, vel ex hoc solo ad restituendum obligari.
13 † Nam vel si maxime quis consideret erroneam esse hãc existimationem, tamen anteaquam vt erronea deponatur, errantem ipsum arctare poterit; sita enim video sacrorum canonum conditores existimasse, vt Innocentius Tertius, in capitu. per tuas. secundo, de Simon. vbi ait, eos, qui contra conscientiam aliquid faciunt, ad gehennam ædificare, ac statim postea hæc verba subiungit: Licet, inquit, ex eo quod conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus, quam vtique non euadet, nisi deponat errorem. ac multo etiam apertius loquitur Alexander III. in capit. & si quæstiones, eodem titu. Et si quęstiones tuas de feruore religionis ad nos perferri nullatenus ignoremus, non tamen sibi est in his vltra quàm oporteat dubitandum, cum leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione sacramenta etiam necessaria exhibere contemnunt, tenuem religionem vocantes, quę in talibus hęsitat, vbi non est aliquatenus necessarium. Itaque maxima cum ratione Clemens in capitu. ad aures, de æta. & qualita. ad eum rescribens, qui medicamentis exhibitis, mortis periculum nonnullis sese intulisse significauerat, admonet ipsum, vt conscientiam consulat propriam, eaque reclamante, ad sacros Ordines minime ascendat. facit. capitu. literas, de restitu. spolia. & capitu. quoniam omne. de præscrip. & capit. omnes de inceps, §. ex his. 28. quæstione prima, capitu. Inquisitioni, de sententia excommunicatio. Doctor. in capitu. vigilanti, vbi Ioan. de Lignano, de præscript. Bald. consilio 298. numero septimo volum. primo. Verùm, vt dixi hæc obligatio, quam ex conscientia cuiusque fluere demonstratum est, ad pauperum dominium nulla ex parte pertinet, nec ex eo proficiscitur, quòd res alienas prælatus in proprium vsum conuerterit. Quæ ratio non magis ecclesiasticos redditus, quàm cæterorum omnium facultates complectitur. Quo circa hanc existimationem deponat oportet, qui eiusmodi obli-
14 gatione solutus esse velit. † Idem enim hoc consilium illi quoque, qui rem ecclesiæ, vt propriam, possidere cœpisset præbet D. Thom. secundę secunda, quæstione sexagesimasecund. ar. quinto ad quintum, nimirum, vt mutata intentione illam ipsam in posterum ecclesiæ nomine incipiat possidere. At non potest hoc fieri, inquies, vt ueram quis opinionem animo deleat, semper enim ante oculos hoc uersabitur, portionem, quam malè ipse expendit, pauperibus
15 debitam esse. † Sed respondeo non pugnare hæc duo, vt sciat quis se male expendere, & tamen id quod expendit, non esse pauperum arbitretur. Quare, licet ex eo quod male expendat, peccati reus efficiatur, non propterea tamen obligatur restitutioni, quòd pauperum, aut ecclesiæ substantiam in proprios vsus conuertat. Maneat igitur hoc firmum in hac tota disputatione, nos de eo non loqui in præsentia, qui propriæ conscientiæ stimulis ad restituendum impellitur, atque obligatur: sed de ea tantùm obligatione, quæ ex malo vsu reddituum ecclesiasticorum proficiscitur. † Rursus, & illud maneat, nos malum
16 vsum non eo modo accipere, quo multi solent, qui beneficiarios tum semper malè vti arbitrantur, cùm præter naturalem necessitatem aliquid impendunt: id enim longe secus esse satis iam à nobis paulò ante demonstratum est.

Source : BIU Cujas

M. Antonij Marsilij, de Eccleſiaſt. redditib.

ARGVMENTVM.

Minimè quidem dubitari poſſe, quin parce clerici, ac moderate bonis eccleſiaſticis vti debeãt, verùm ſi id minus faciant, nihil eſſe tamen, cur propterea reſtitutioni obnoxios eſſe illos exiſtimemus.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, ſi redditibus eccleſiaſticis abutantur, grauiſſimè quidem peccãt, non tamen ad reſtitutionem tenentur.*
2 *Malus uſus ſolus reſtitutioni non obligat.*
3 *Reſtituere non tenetur auarus, ſi uidens pauperes in neceſſitate poſitos, bona ſua in mare proijciat.*
4 *Teſtatores non videntur reſtituti onis conditionem adieciſſe, cùm paſſim conſpicerent clericos reditus in proprios uſus conuertere.*
5 *Voluntas teſtatoris ita interpretanda eſt, vt cenſeatur ſe accomodaſſe probatæ conſuetudini, & Pontificum conſtitutionibus.*
6 *Beneficiariorum arbitrio reddituum diſpenſatio commiſſa eſt.*
7 *Pugnant inuicem, vt aliquid libero alicuius arbitrio permiſſum ſit, & quòd certo modo diſtribuere teneatur.*
8 *Vt eleemoſyna præſtetur pauperibus, diuini iuris eſt, tamen quantitas iuris poſitiui eſt.*
9 *Baptiſmus diuini iuris eſt, modus autem baptizandi iuris poſitiui.*
10 *Confeſſio ſacramentalis diuini iuris eſt, modus autem & ratio eſt iuris poſitiui.*
11 *Ieiunium eſt de iure diuino, quomodo autem ſit ieiunandum, eſt iuris poſitiui. Idem de oratione, num. 12.*
12 *Concilium Tridentinum videtur ſentire clericos ad reſtitutionem non teneri.*
13 *Hoſpitalarii male verſantes in adminiſtratione hoſpitalium, tenentur ad reſtitutionem ex innouatione Concilii Tridentini.*
14 *Quæ à lege non dicuntur, neque a nobis dici debent.*
15 *Reſtitutio cum neque eccleſiæ, neque pauperibus, neque ipſi Deo facienda ſit, apparet beneficiarios illi obligatos non eſſe.*
16 *In eccleſiæ dominio reditus eccleſiaſtici non ſunt.*
17 *Beneficiarius quòd ad eccleſiæ fabricam compellatur, pœna magis, quàm reſtitutio eſt.*
18 *Pœnæ non obligatur quis, niſi præcedat condemnatio.*
19 *Aleator ludo quæſita reſtituere non tenetur antequam ad id ipſum condemnetur.*
20 *Quem ſenſum recipiant iura, quæ dicunt, beneficiarios quandoque ad reſtitutionem fuiſſe compulſos.*
21 *Pœna temporibus Apoſtolorum Prælatis erat impoſita, qui eccleſiaſtica bona, ut propria uendicabant.*
22 *Pauperibus reſtitutio fieri non debet, quia illorum reditus nunquam fuerunt.*
23 *Qui digni promotionem impedit, ad reſtitutionem non tenetur.*
24 *In reſtitutione habetur ratio commutatiuæ iuſtitiæ, non diſtributiuæ.*
25 *Elapſo tempore inſtantis neceſſitatis, quo quis dare tenebatur, oritur noua obligatio, quæ reſtitutioni locum non facit.*
26 *Conſideranda eſt ratio, quæ excuſat à peccato.*
27 *Deo reſtitutio facienda non eſt, cum pœnitentia ſola illi ſatisfiat.*
28 *Reſtitutio uſu recepta non eſt.*
29 *Reſtitutio, vt pœna deſuetudine tolli poteſt, ut in ludo, & ſacrilegio etiam fit. num. 31. 32.*
30 *Conſuetudine licitum fieri non poteſt, quod per ſe illicitum eſt.*
31 *Prælatus, ſi improbe utatur redditibus, grauiſſimum peccatum committit, propter quod deponi poteſt.*
32 *Alia ratio eſt peccati, alia reſtitutionis.*
33 *Pauper, cui facta eſt eleemoſyna, ut oret, ſi omittat orare ad reſtitutionẽ non tenetur.*

Caput 30.

QVoniam verò, vel ſi beneficiarij beneficiorum fructibus verè abutantur, † in ea nihilominus ſentẽtia ſum, vt quamuis grauiſſimè peccent, tamen hoc nomine ad reſtitutionem nõ teneantur; reliquũ eſt, vt exponam, quibus præſertim rationibus exiſtimem hanc ſententiam confirmari poſſe. Prima ratio, eaq; iudicio meo validiſſima, ſumitur ex eo, quod pleniſſimè ſupra demonſtratum eſt. Beneficiarios redditũ eccleſiaſticorum dominos eſſe: Neque eorũ nomine cuiquam obligatos eſſe, neque enim conſentaneum eſt, vt qui plane dominus eſt, ad reſtitutionem teneatur, cum immo, ſi res apud alium reperiretur, illi ipſi reſtituenda eſſet. l. qui reſtitue
2 re. ff de rei vendic. † Neque enim ſola illa ratio reſtitutioni adſtringit, quòd male quis proprijs rebus vſus fuerit: ſiquidẽ hac ratione inſpecta, quilibet auarus & diues, qui neglectis pauperibus bona ſua in mare proijceret, ad reſtitutionẽ te-
3 neretur. † At clarum eſt non teneri eum, licet à peccato haud quaquam immunis ſit, vt ſentit Hadrianus in quarto tracta. de reſti. in illa quæſtione, An eccleſiaſticus vltra victus decentem neceſſitatem. 2. concluſione, in vltim. verbis.

Illud præterea (quod & ipſum ſupra tetigimus) videtur mihi hanc ſententiam maxime confirmare: diximus enim, veriſimile eſſe, eos, qui ad pias cauſas legarũt, eo animo fuiſ-
4 ſe, vt communi conſuetudini ſeſe accommodarent. † Quare cùm paſſim conſpicerent à beneficiarijs hoſce reditus in proprios vſus conuerti, non poſſunt videri hanc conditionem tacitè legatis adieciſſe, vt male conſumpta beneficiarij reſtituerent: quod enim tam ſæpe accidit, id facile ipſi præuidere potuerũt. Idemque hoc animaduertit, atque ad Monachorum fauorem accommodat Card. Caieta. 2. 2. quęſtione 187. artic. 4. § Nec eſt, inquit, euentus iſtius fraudis omnino inopinatus benefactoribus: quoniã facile noſſe poſſunt donantes propria immobilia, & fluxu temporis cadit ſtatus religioſorum, cum humana omnia caduca eſſe cõſtet. & ſic videtur, quod donando abſque prouiſione, quòd deuoluantur ad alios inſeruientes alijs religioſis actibus, implicitè acceptarunt ſe fruſtrandos quandoque ſuo intento: ſcienti autem, & volenti non fit fraus, nec iniuria. § Sic & Driedonus,
5 lib. 2. de Liberta. Chriſtia. cap. 4. tom. 3. † conſiderabat defunctorum uoluntatem ita accipi debere, vt & probatæ conſuetudini, & Pontificum conſtitutionibus, quæ rei, loci, & temporis qualitate mutari ſolent, ſeſe illi ſubieciſſe uideantur.

Tertiò, illud accedit, quòd quicquid ſenſerint defuncti,
6 negari non poteſt, † quin arbitrio beneficiariorum ſiue domini illi ſint, ſiue minus, reddituum eccleſiaſticorum diſpenſatio permiſſa ſit: quod ipſum quoque ſupra plenè demon-
7 ſtrauimus. † Pugnant autem hæc ſimul, quòd libero alicuius arbitrio permiſſum aliquid ſit, & quòd niſi certo modo diſtribuatur, teneatur ipſe ad reſtitutionem. Nec dicatur diuini iuris eſſe præceptum, vt pauperibus illi ſubuenant, iuxta illud Luc. 11. § Quod ſupereſt, date eleemoſynam. atque illud, Paſce fame morientem, ſi non paueris, occidiſti, capit.
8 paſce, 87 diſt. † Nam vel ſi abſolutè hoc acceptum iuris diuini ſit, pauperibus elargiri, tamen quid huic, vel illi elargiaris, à iure poſitiuo ſumendum eſt. ſic etiam ſtipẽdia præbere ijs, qui ſeruiunt altari, diuini iuris eſt. § Quis enim (inquit Paul. 1. Corinth. 9. gregem paſcit, & de eius lacte non mãducat? tamen ſtipendiorum quantitatem non diuinum ius, ſed poſitiuum conſtituit. Atque eiuſmodi quamplurima exẽpla
9 ſunt, quibus hoc facile demonſtrari poſſit. † Ecce enim baptiſmus ipſe diuini iuris eſt, modus autem baptizandi, nimirum, quòd vel aſpergatur puer, vel aqua immergatur, quòd ſemel, aut ter, quodque hæ potius, quàm illę cęremoniæ, vel in templo, vel extra templum adhibeantur, Eccleſiaſtici, ac
10 poſitiui iuris eſt. † Confeſſio item ſacramentalis diuino iure præcipitur, confeſſionis verò modus, & ratio nimirum, q̃ ſemel in anno fiat, quòd non alio potius, quàm Paſchæ tempore, totum hoc eccleſiæ diſpoſitioni relictum fuit: ſicut & Euchariſtiæ ſumẽdæ, & tempus, & modum Eccleſia ipſa de-
11 finiuit. † Definiuit & ipſa ciborum delectum in ieiunijs, quã uis ieiunia ipſa ipſius Dei præcepto contineantur. Vnde Auguſt. ad Caſulanum Epiſtola 86. de ieiunijs ita loquitur: Ego in Euangelijs, & Apoſtolicis literis totoque inſtrumento, quod nouum appellatur Teſtamentum, animo id reuoluens, video præceptum eſſe ieiunium: quibus autem diebus nos oporteat ieiunare, & quibus non oporteat, præce-
12 pto Domini, vel Apoſtolorum, nõ inuenio definitum. † De oratione idem vere affirmare poſſumus, cuius neceſſitas diuino à iure pendet, modus autem eccleſiaſtica conſtitutione definitus eſt.

Quartò, negare non poſſumus, quin negligentiæ nomine (ſi modò ita loqui licet) accuſanda foret eccleſia, quæ debitam reſtitutionem non diligentiſſimè exequeretur. Sacrilegi enim eſſent omnes beneficiarii, ſi ad reſtitutionem tenerentur, cum id à nemine propemodum præſtari videamus. Itaque ſanè mirum eſſet, nullibi cautum eſſe iure Pontificio, poſſe illos ad reſtitutionem compelli, † eoque magis, quòd cùm proximè ſancta Tridentina Synodus ea omnia accuratiſſimè perſecuta ſit, quæ ad peccatorum coercitionem, atque eccleſiæ reformationem neceſſaria eſſe animaduertit, hac tamen de re nihil cauit, immo verò ita locuta eſt, ſeſſ. vigeſimaquinta, capitu. primo, de reform. vt non obſcurè inde colligi poſſit, beneficiarios ad reſtitutionem eorum, quæ male impenderint, minimè cõpellendos eſſe: ſiquidem affinibus de bonis eccleſiæ dare prohibuit, nec tamen adiecit, quę data fuerint reſtitui debere: ſicque abuſum tantùm correxit, abutentibus verò
14 nullam reſtitutionis pœnam inflixit: † ſicut aperte id ſtatuit, cum de hoſpitalariis loqueretur, qui in hoſpitalibus adminiſtrandis male verſarentur, ſeſſ. 25. capit. 8. de reformat. Neque verò dici poteſt ſenſiſſe hoc quidem ſanctam Synodum,

ſed

Source : BIU Cujas

sed id minus exprimere voluisse: siquidem cum id sibi eo in loco ipsa proponeret, vt quin in Ecclesię bonis iuris esset, nobis exprimeret, certe si voluisset beneficiarios ad fructuũ ecclesiasticorum, quos male ipsi consumpsissent, restitutionem compellere, aliqua ratiõe saltem id ipsum expressisset, quod cùm fuerit prætermissum, non potest à nobis affirmari, cum legis autoritate destituamur, † iuxta l. illam. C. de collatio. §. consideremus, Authen. de trien. & semis. Authen. de non eligen. secund. nuben. ver. nec est quælibet lex tale dicens.

† Quintò, si redditus ecclesiastici à beneficiarijs restitui debent, necesse esset dari aliquem, cui facienda esset restitutio: quinam verò is sit, si accuratius rem totam uelis inspicere, nullo modo reperire poteris, cum neque ecclesiæ, neq; pauperibus, nec denique ipsi Deo Opti. Maxi. restitutio fieri debeat. Nam si dicas ecclesiæ restitutionem fieri debere, nulla ratione poteris hoc defendere. † Cùm & illi, qui à nostra opinione dissentiunt, facile concedant in ecclesiæ dominio hos ipsos redditus non esse, licet aliquãdo ecclesiæ sua portio, & illa quidem incerta fuisset assignata. Incertam dico, quia vt supra sæpe admonui, solius beneficiarij arbitrio illa committebatur. † qui, quãquam ecclesiæ fabricã tenebatur adiuare. cap. primo. de eccles. ædif. ac nisi id faceret certa ratione compelli poterat, tamen pœnæ potius adscribẽda erat compulsio illa, quàm restituendorum reddituum obligationi. Pugnant enim hæc duo, q̃ ecclesiæ certum aliquid restitui debeat, & quod portio ipsius esset incerta, quodque beneficiarij arbitrio penitus permissa. Potest quidem, vt dixi, ratione pœnę esse debita restitutio, sed tunc certam peculiaremque causam habet hæc obligatio quæ ad restituendum compellit. † Nec consistere potest, nisi adsit condemnatio † sicuti videmus, neque aleatorem teneri restituere quæ ludo quæsiuit anteaquam ad id ipsum condemnetur, vt post Richardum in 4. dist 25. quæst. 8. & Hadria. in 4. tracta. An ecclesiasticus teneatur restituere lucratum alea, diserte tradit Couaru. in regula. Peccatum, de regul. iur. in 6. † Atque ita censeo accipienda esse iura quæ ostendunt, quandoque beneficiarios ad restitutionem fuisse compulsos, vt in quarto argumento, quod pro Archidiaconi sententia supra allatum est. † Quandoquidem legimus Apostolorum temporibus pœnam interdum prælatis impositam fuisse, qui in graue scandalum ecclesiæ bona ipsa ecclesiastica sibi tanquam propria prorsus vendicare non uererentur, cap. Apostolicos, capitu. fin. 16. quæstio. secunda. † Proxime sequitur, vt uideamus, nũ pauperibus restitutio fieri debeat, quod intrepide iudicio meo negandum est, idque pluribus rationibus. Prima ratio illa est, quam & proxime tetigimus, cum de ecclesia locuti sumus; nimirum, quia nunquam pauperum redditus isti fuerunt. At operæpretium erat, inquies, pauperibus illos elargiri. Fateor: sed non satis hoc argumenti est, vt quia pauperes debito subsidio fraudauerit, propterea ipsis pauperibus ad restitutionem teneatur. † Nam & qui digni hominis impedit promotionem, honore illum pro merito fraudat atque emolumento, neque idcirco tamen restituere illi quicquam tenetur, quandoquidem beneficium ipsius effectum nondũ fuerat: itaque commutatiuæ iustitiæ locus esse non potuit, quæ id tantum, quod ablatum est, restitui iubet, non quod tribui tantummodo consentaneum fuerat. † Distributiuæ enim iustitiæ munus hoc est, cuius in restituendi obligatione nulla ratio habetur, sed tantum commutatiuæ, D. Thom. 2. 2. quæstio. 62. argumen. 2. ad quartum. atque ibi Caietanus, quibus & Sotus adstipulatur. lib. 4. de iust. & iur. † Præterea elapso instantis illius temporis momento, quo quis pauperibus dare tenebatur, protinus ecce insurgit noua dãdi obligatio, moxque alia, atque itidem alia: sic fit, vt nouis assidue emergentibus, ac quasi ingruentibus obligationibus, quæ ex integro dare compellunt, restituendi obligationi nullus possit esse locus: quicquid enim pauperibus elargiaris, nõ tam restitutum, quàm datum uidebitur: nec obligationi ad restituendum tribui recte poterit, cum subsit semper aliqua ad dandum obligatio quæ præstationem illam sibi potius uendicare uideatur. Quod si obligationem ad dãdum nullam subesse magis probes, certe restituendi obligationem multo magis deficere concesseris: atque in hunc ferme modum argumentatur Hadria. in quarto tracta. de restitu. in quęstione, An ecclesiasticus vltra uictus decentem necessitatem. secunda conclusione. in vltimis verbis. Huc accedit, quòd nec certi vlli pauperes demonstrari poterunt, quibus restitutio fieri debeat. Nec dicatur extare quandam pauperum quasi vniuersitatem, quæ nunquam deficiat, cuiq; omnibus temporibus restitutio fieri possit. Nam posset forsan hęc ratio aliquo modo admitti, si pauperibus tantum ipsis dare beneficiarius teneretur, ac non etiam in loca pia, aliosque vsus religiosos bona ecclesiastica erogare, aut si certa vlla prę[illegible]scripta esset pauperum portio: ac non totum quid pauperibus præstari oporteat, ipsius beneficiarij arbitrio penitus permissum esset: quod sępe iam à nobis inculcatum est. Nec sane immeritò, cum nihil sit aliud quod magis restituẽdi obligationem excludat. † Eoque magis, quòd hinc etiam maxime excusantur beneficiarij, qui non ita præcisam ipsis pauperibus portionem assignant, vt multi fieri debere arbitrãtur: qua de re D. Thom. 2. 2. quęstio. 185. artic. 6. ad secundum. in fin. & quodlibet. secundo. artic. octauo. quæstio. 4. Butr. in capitu. cum super, ad fi. de cau. pos. & proprie. Caieta. in secunda secundæ quęstio. 185. argum. 7. in prima quęstione.

Restaret ergo, vt diceremus Deo faciendam esse restitutionem: quod ipsum tamen minime dici potest, † cum sola pœnitentia summo illi rerum omnium factori, ac nonnulla re alia immediate restitutio fieri queat, vt prudenter animaduertit, ac firmissimis rationibus comprobat Hadrianus, in quarto Tracta. de restitut. conclusio. quarta. ac nos quoq; supra latius explicauimus. Quanquam verò satis firmis rationibus subnixa est nostra hęc sententia, † tamen multo etiam firmius obtinebit, si nostrorum temporum consuetudo attendatur, quę hanc restitutionem iam plene reiecit. † Restitutio autem in ijs, non nisi pœna est, quæ desuetudine non difficili negotio tolli potest, † vt in ludo animaduertit Couaru. in reg. peccatum. §. quarto. numero tertio, post glo. in cap. primo. 20. distin. cap. multę. 25. q. vlti. † ac de pœna sacrilegij idem hoc legitur in capitu. quisquis, 17. quest. 4. † Neque tamen hoc ita accipi volumus, vt putemus posse aliquid consuetudine licitum fieri, quod per se illicitum sit: nã vel si hoc argumento restituendi obligationem plane tolli contendimus, † non tamen credimus vllam prelato consuetudinem suffragari, quin si redditibus ecclesiasticis male vtatur, in peccatum, & illud quidem grauissimum, incidat, propter quod & aliquando deponi illum debere Rom. Pontifices iusserunt, capitu. 3. de pecul. clerico. † sed longe aliã peccati, aliam restitutionis rationem esse compertissimum est, idque vel ex laicis licet prospicere, qui si contemptis pauperibus proprijs abutantur rebus, peccãt illi quidem, sed tamẽ ad restitutionem minime tenentur. † Quod ipsum ex eo etiã maxime comprobatur, quòd apud omnes exploratum est, pauperes, quibus intuitu orationis facta fuerit eleemosyna, etiam si non orent, non tamen ad restitutionem teneri, cùm iam dominium eius, quod datum est, in ipsos translatum fuerit, Ioan. Driedo. libro secundo, de liber. Christia. capit. tertio tomo 3.

ARGVMENTVM.

Nulla ex parte huic ipsi sententię, quę proxime comprobata fuit, contraria argumenta aduersari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarij non ea ratione beneficia acceperunt, ut certa ratione fructus distribuerent, sed ut ipsorum arbitrio omnia essent permissa.*
2 *Sanctorum patrum dicta h ac in re, aut hyperbolem, aut admonitionem continent.*
3 *Pium æ rationabile est egentibus subuenire.*
4 *Diuites dispensatores à Deo constituuntur.*
5 *Nugas in ore Sacerdotum sacrilegium esse, per hyperbolem dictum.*
6 *Quomodo intelligatur, Deum in pauperibus defraudari.*
7 *Præceptum de actu uirtutis, intelligitur prout cadit uirtus in actu.*
8 *Præcepta affirmatiua resoluuntur in promptitudinem voluntatis, nec minus laicos, quam clericos comprehendunt. num. 9. debitæque requirũtur circunstantiæ. num. 10.*
11 *Eodem iure censet cterico*s*, & laicos. D. Thom. quantum ad restitutionem attinet.*
12 *Non omnia, quæ ab Apostolis seruata sunt, diuini iuris uim habent.*
13 *Præcepta aliqua Apostolorum immutata.*
14 *Potest Sum. Pont. in multis dispensare, quæ in epistolis Pauli continentur.*
15 *Papa dispensat cum bigamo, licet Paulus uetuerit illum assumi ad sacros Ordines.*
16 *Ecclesiasticæ constitutiones ex tempore mutationem accipiunt.*
17 *Non pugnaret hæc, quòd constitutiones humanæ sint, diuino tamen iure parere illis teneamur.*
18 *Non recte a traditionibus Apostolorum ad nostra in re hac argumentum sumi.*
19 *Tituli beneficiorum sunt iuris positiui.*
20 *Decimæ diuino iure debentur, tamen quantitatem ecclesia statuit.*
21 *Diuisio non immutat dominii formam, quando id expresse actum est: secus si contrarium actum sit.*

Source : BIU Cujas

22 *Diuiſionem rixarum tollendarum cauſa inſtitutam.*
23 *Diuiſio, emptionis vicem obtinere ſolet.*
24 *Et ſi eccleſiaſticorum reddituum dominium ad beneficiarios non pertineret, vt reſtituere tenerentur, probandum eſſet dominium pauperum, uel præceptum aliquod legis coactiuæ.*

Cap. 31.

VIdetur iam mihi noſtra hæc opinio tam claris rationibus eſſe confirmata, vt nihil aliud iam reliquum ſit, niſi vt ad illa argumẽta accurate reſpondeamus, quæ paulò ante pro contraria ſententia adduximus. † Ad primum argumentum reſpondeo, falſum eſſe id, quod, vt clarum, ponebatur, ea lege beneficiarios accipere bona eccleſiaſtica, vt certa ratione diſtribuere illa tenerentur. Etenim à nobis iam dictum eſt, ſæpiusq; repetitum, totam hanc diſtributionem, beneficiariorum ipſorum arbitrio permiſſam eſſe; atque ijs quoque temporibus, quibus quatuor partium diuiſio ſeruabatur, partes illas tamen fuiſſe incertas, ac prælatorum arbitrium tunc quoque maxime valuiſſe. Nec ſane reclamant Sanctorum Patrum autoritates, quæ nobis obijciebantur. † Partim enim hyperbolem continent, vt quod ex Hieronymo traditur in d. cap. quoniam quicquid. 12. quæſtio. 2. Si tamen Hieronymus vſpiam dixit. Quemadmodum & illud, Nemo ꝓprium dicat, nudi calceus eſt, quem diues cuſtodit. Quod & D. Thom. animaduertit. 2. 2. quæſt. 32. artic. 5. ad ſecundum, & quæſtio. 185. artic. 7. in primo argumento. Partim verò continent admonitionem. † neque enim negari poteſt quin pium, ac rationabile ſit, modeſte, temperateque viuentem egentib. ſubuenire, ac bona a Deo tradita (ita enim vere dici poteſt) ſedulo, ac pro cuiuſque meritis liberaliter diſtribuere, quod ipsũ tamen, non de ſolis clericis, ſed & de alijs omnibus dici põt. † Si quidem omnes homines, quos ditat Deus, diſpenſatores conſtituit, dominicæ facultatis, ita vt creditæ illi potius diuitiæ, quàm conceſſæ videantur, vt recte Caietanus etiam ſenſit. 2. 2. quæſt. 118. artic. quarto, ad ſecundum: cuius verba hic adſcripſiſſe non ab re futurum exiſtimaui. § Nam ſecundum doctrinam, inquit, Sanctorum, diuitiæ ſuperflue non ſunt diuiti, niſi vt diſpenſatori conceſſæ, vt bonæ diſpenſationis meritum habeat: Vnde Ambroſ. ſerm. 82. Sed recordare, inquit ò homo, qui eſt, qui largitus eſt tibi, teipſum, qui ſis in memoriam reuoca. Seruus es Dei, & diſpenſatio tibi cõmiſſa eſt dominicæ facultatis. Et paulò inferius. Nec exiſtimes ꝙ omnia ventri, & delitijs tuis terra producat: quæ in manibus habes, commiſſa tibi magis, quàm conceſſa. † Sic & alibi idem Hieronymus per hyperbolem dixit, nugas in ore Sacerdotum ſacrilegium eſſe, quod a D. Thom. obſeruatũ eſt. 2. 2. quæſt. 99. artic. tertio ad tertium. † Quatenus verò dicebatur, Deum Opt. Max. in pauperibus defraudari, ſi decimæ clericis non ſoluantur: reſponderi recte poteſt, primò quidem, hoc referri ad priora illa tempora, quibus omnia erant communia, propterea non ex hoc effici, vt clerici teneantur ad reſtitutionem, quamuis decimas pauperibus non fuerint elargiti: vere enim defraudantur pauperes, ſi clericis decimæ non ſoluantur, quia non poterunt clerici decimas ſibi antea non ſolutas pro ulla parte in pauperes erogare: ſolutas uerò poterunt. ſed quòd facere id teneantur, & ita quidem teneãtur, ut niſi id fecerint, obligentur ad reſtitutionem, nulla lege probari poteſt. immo enim omnia, quæ clericis præſtantur, ipſorum arbitrio permiſſa ſunt, nec certam earum rerũ partem præſtare tenentur, ſed quòd ipſi congruum ex loco, tẽpore, & perſonis iudicabunt: † præceptum enim de actu uirtutis, intelligitur prout cadit uirtus in actu, ut per D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 5. Itaque non poſſunt clerici obligari ad reſtitutionem, cum nihil certum ſit, quod uel præſtare antea debuerint, aut mox reſtituere teneantur. At negari non poteſt, inquies, quin præceptum hoc ſit beneficiarijs, ut pauperib. ſubueniant. Eſt ita ſanè, ſed præceptum illud tamen ita accipiendum eſt, ut prompti ſint beneficiarij, quoties tulerit occaſio, pauperum neceſſitati ſubuenire. ſic enim poſt Auguſtinum docuit D. Thom. in quodlibe. ſexto. articu. 12. ad primum, & ad ſecundum, † nimirum præcepta hęc affirmatiua reſolui in promptitudinem uoluntatis. Quare, quod dicitur (gratia exempli) teneri unumquemque petenti tunicam dare, Matth. 5. non alio ſenſu intelligendum eſt, quàm, ut cum uſus euenerit, pauperibus ueſtitus ſuppeditetur. Porrò autẽ conſilij potius hæc ſunt, quàm præcepti, niſi quatenus præcipitur nobis animo ſimus pręparati. Ideoque Dom. Thom. dicebat d. quodlib. ſexto, articul. duodecimo, ad ſecundum † hæc habere uim præcepti, quantum ad animi præparationem, nec minus laicos, quàm clericos comprehẽdere. † Illud que in primis requiritur, ut debitæ concurrant circunſtãtię. Idem Dom. Thom. 2. 2. quæſtio. 32. artic. ſexto. † Sed fac præceptum eſſe, & non conſilium, nihil tamen hoc ad reſtituendi obligationem momenti habet, cum neque laici reſtituere teneantur, quos tamen eodem iure cenſeri uiſus eſt ſentire D. Thom. d. quodlibe. 6. artic. duodecima, & d. quæſtio. 32. artic. 6. quo loci quærens, an peccent clerici pauperib. ſuperflua non erogantes, utitur auctoritate illa Luc. 11. Quod ſupereſt, date eleemoſynam. quæ cum uerbis generalibus cõcipiatur, non clericos tantum, ſed & laicos complectitur. Quare ſicut laici rebus ſuis abutentes, non tenentur ad reſtitutionem, nec propterea fures dici poſſunt, ſatis ex hoc intelligitur, non recte ſentire illos qui exiſtimant toties clericos furti ſe alligare, quoties, quæ Chriſti, & pauperum ſunt, in ꝓphanos uſus conuertunt.

Ad ſecundum argumentum, ſudum nobis Apoſtolorum exemplum obijciebatur, reſpõdetur ualere hoc quidẽ apud eos, qui euangelicam perfecti onem ſtudent imitari, atque humanis àc uris omnib. ſe ſe exoluere: ſed quantumad qõnem noſtram, parum obſtare. † quãdoquidem non omnia, quæ ab Apoſtolis ſeruata ſunt, diuini iuris uim habent. Nam licet omnino obligent, quæ Apoſtoli ipſi diuino Spiritu dictante tradiderunt, non tamen immutabilia ſunt, ut quæ uel Dominus ipſe mãdauit dum inter homines ageret, uel eius iuſſu, atque illius ipſius nomine ſunt promulgata. Quæ omnia eam obtinent firmitatem, ut nulla ſit in terris ptãs, q̃ illa ualeat diſſoluere, ut docet D. Bernardus in tracta. de pręcep. & diſpenſa. † Poſſe uerò illa mutari, quæ Chriſti nomine nõ ſunt promulgata, facile uel ex eo comprobatur, ꝙ uidemus hodie cum gratiarum actione citra peccatum comedi ſuffocatum, & ſanguinem, licet Apoſtolorum ſynodo expreſſim id fuiſſet interdictum, act. capit. 15. Etenim pręceptum illud non diuini, ſed Apoſtolici humánique iuris fuit, quod ab eccleſia poſtmodum, cùm uitandę hæreſis gratia, tum alijs etiã de cauſis remiſſum fuit, ut apud omnes diuini iuris profeſſores in confeſſo eſt, atque inter cæteros Franciſc. Victorienſis animaduertit in relect. ſua, de temperan. † Atque idem in tracta. de poteſta. Papæ, & concil. tradit, Sum. Pontificem poſſe in multis diſpenſare, quæ uel in Epiſtolis Pauli continentur: quod & apud alios interpretes receptiſſimum eſt. † Itaque, licet Apoſtolus uetuerit bigamum ad ſacros Ordines aſſumi, poteſt tamen Sum. Pontifi. cum illo diſpenſare, D. Tho. quodlibe. quarto, art. 13. & in quarto. di. 27. quæſt. tertia. Sco. in quarto, diſtinctio. 17. quæſtio. prima, articu. 1. B. Anton. in Sum. 3. par. titu. 28. cap. 3. Docto. poſt glo. in capitu. ſuper eo, de bigam. Atque hęc ſententia frequentiori calculo approbatur, ut fatetur Ioan. Montaigne. tracta. de bigam. quæſt. 7. † Quin & eccleſiaſticę conſtitutiones mutationem ex tẽpore accipiunt, quamuis illę quoque dictante Spiritu ſancto ęditę fuerint. Etenim diuinæ ſunt quidem ac ſanctæ ratione finis, inſpectaque poteſtate dirigentis, & afflantis Dei: uerum quia ea poteſtas homini tributa eſt, à quo illę poſtmodum emanant, propterea etiam humanę conſtitutiones uere dici poſſunt. † Nec pugnant hęc, quòd diuino iure parere illis teneamur, & tamen illę humanæ ſint. Siquidẽ homini harum conſtitutionum autori diuina iura parere præcipiunt. D. Thom. quodlibe. quarto. quęſtio. 13. Naclan. Clugien. Epiſcopus in explicatione, quòd ſit ius diuinum. & Franc. Vargaſ. in tract. de iuriſdictio. Epiſcoporum, axioma. decim. † Quod cum ita ſe habeat, cumque iam demonſtratum ſit, Apoſtolorum traditiones mutari poſſe, ſatis hinc colligitur, non recte illos argumentari, qui quod traditionibus Apoſtolorum continebatur de redditibus diſpenſandis ad noſtra hęc tempora neceſſariò referri debere exiſtimant. Mutari enim hæc potuerunt, uereque mutata ſunt, ut ex ijs, quæ ſupra copioſe adduximus, licet facile perſpicere. † Atque idcirco non ſine ratione noſtri interpretes, beneficiorum titulos poſitiui iuris eſſe cenſuerunt. Panormitan. in capitu. conſtitutus. de religio. domi. Ioan. de Selua tract. de benefic. part. prima, quæſtione quarta. † De decimis idem ferme dici poteſt, quæ uel ſi diuino iure debeantur, capitu. tua nobis, capit. cum ſit, de decim. capitu. placuit. 16. quæſtio. prima, cap. reuertimini, capitu. decimæ & q. ſeptima, capit. decimas, & cap. quicunque. Inno. in capitu. primo, de decim. Io. Andr. eodem titu. in ſexto, gloſ. ſecunda. tamen iuris poſitiui magis ſunt, cum ſola eccleſia ſtatuat quantam portionẽ illarum nomine ſoluere neceſſe ſit, ut poſt alios tradit Petrus Belluca in ſpecu. principum, rubr. uigeſimotertio. §. tractemus. ſiquidem hoc ipſum nouo Teſtamento cautum minime reperitur, D. Thom. quodlibe. ſecundo, articul. octauo. & quodlib. ſexto. articul. decimo, & ſecunda. 2. quæſtione 87. articu. primo. Sicque & in decimis mutatio potuit contingere. Ad illud verò, quod dicebatur non potuiſſe bonorum eccleſiaſticorum diuiſionem, aut beneficiorum erectionem eam dominij formam mutare, quæ tempore Apoſtolorum erat: † Reſpondeo, tunc non

Source : BIU Cujas

non fieri hãc mutationem,cum id expreſſe agitur ne fiat.Verùm in beneficiorum diuiſiõe actum eſt,vt dominij pariter fieret mutatio,vtque beneficiarij de portione illis aſſignata libere poſſent diſponere. Huc enim præcipuè ſpectat diuiſio,vt quod commune antea fuiſſet, proprium efficiatur: quod fieri non poſſet,ſi eadem dominij ratio maneret.

22 †Nec ſanè rixarum tolleretur occaſio, qua potiſſimũ gratia inſtitutam eſſe diuiſionem,nemo eſt, quem prætereat.l. fin.ff.com.diui.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2. Rixabatur forte clerus,diſſidijſque tota diſtributionis ratio ſubuertebatur,deſerebatur fabrica eccleſiæ,ornamenta negligebãtur,non beneficiario cordi erant pauperes, cùm is plus ſibi fuiſſe opus,quàm vere fuiſſet,ſemper poſſet affirmare. Quo circa diuiſio facta eſt, quæ his diſſidias finem imponeret.

Itaque hac diuiſione mutari dominia neceſſe fuit, quod vt
23 plurimùm diuiſio facit:† quæ propterea emptionis uicẽ dicitur obtinere,vt Antoninus reſcripſit ĩ l.1.C.commu. vtriu. iudi.Hæc quo ad ſecundum argumentum.

In confutatione tertij argumenti dum dicebatur, beneficiarios eccleſiaſticorum reddituũ dominos eſſe; nihil neceſſe eſt hoc tempore cõmorari,vt & ſupra admonuimus, cum hæc ipſa poſitio iam multis argumentis fuerit labefactata,ac contraria poſitio confirmata,nempe ad ſolos beneficiarios eccleſiaſticorum reddituum dominium pertinere.

24 †At vel ſi maxime non pertineret, non ſatis tamen hoc eſt, vt propter ea debeamus concedere,fieri debere reſtitutionẽ cum illud inſuper probandum eſſet,pauperes,alioſve dominos eſſe,quibus reſtitutio fieri deberet: vel præceptum ſaltẽ extare aliquod legis(vt uocant)coactiuæ,quæ certam reddituum rationem illis aſſignaret,vel denique beneficiarios nõ ſimpliciter, ſed ea lege hoſce redditus accepiſſe, vt certa ratione illos diſtribuerent,ſibi verò nullo modo retinere poſſent. Quæ omnia a veritate prorſus eſſe aliena,ex his,quæ hactenus diximus,liquidò conſtare poteſt.

ARGVMEMTVM.

Vtrum clerici ſororibus cæteriſve conſanguineis,ex redditibus eccleſiaſticis dotes præſtare valeant.

SVMMARIVM.

1 *Dos inter neceſſaria computari poteſt.*
2 *Mulieres,vt facilius nubere poſſunt,dotes conſtitutæ ſunt, atque inde dotium fauor effluxerit.*
3 *Qui ſuos deſerit,infideli deterior eſt.*
4 *Dos ſuccedit loco alimentorum.*
5 *Beneficiarij propinquos alere non modò poſſunt, ſed etiam tenẽtur, quando ſunt pauperes.*
6 *Pater naturalis cogitur alere filiam, & idcirco illam dotare.*
7 *Beneficiarii poſſunt ex fructibus beneficiorum dotes conſanguineis præſtare, & hæc communis eſt ſententia.num.8.*
9 *Simoniaca pactio non eſt, ſi quis promittat tertiam partem fructuum beneficiorum ſuorum tam collatorum, quàm conferendorum pro dote ſuæ ſororis.*
10 *Fructus bonorum eccleſiaſticorum cenſentur quid profanum.*
11 *Legatum factum pauperibus,intelligitur de pauperibus,qui ſunt in parochia ipſius teſtatoris.*
12 *Diligere nemo præſumitur eos, quos nec generatim vnquam cognoſcit.*
13 *Beneficiarius ius eligendi hos, vel iſtos pauperes non habet,niſi à teſtatore ſibi relinquatur.*
14 *Lex præſumptam teſtatoris voluntatem ſemper exequitur.*
15 *Pauperes illius loci alendi ſunt,ex quo decimæ colliguntur, ſed peregrinis etiam facienda eſt eleemoſyna.num.16.*
17 *Alimenta præſtari ſolent annua,menſtruave.*
18 *Dos, quæ vnica vice traditur conſanguineæ, plures poſſet alere pauperes.*
19 *Dos data filiæ ſpuriæ,an ſuccedat loco legitimæ, uel alimentorum. communis ſententia eſt ſuccedere loco alimentorum.num.20.neque ad hæredes tranſit,num.21.*
22 *Dos à Prælato conſanguineis præſtita, an tranſeat ad ſucceſſores.*
23 *Alimenta morte extinguuntur.*
24 *Dos a patre profecta,ſi filij non extent, ſecundùm Martinum, ad patrem redit.*
25 *Conſuetudinis ratio non facile attenditur,nec extenſio fit in his,quæ eccleſiæ,præiudicant.*
26 *Cautela,vt dos tradita filiæ ſpuriæ tranſeat ad hæredes, eſt, vt declaret pater,uelleſe illam tranſire ad ſucceſſores.*
27 *Ratio dilectionis deſcendentium,multò magis uiget in remotioribus, qui diutius defuncti memoriam conſeruant.*
28 *Pietas in ſuos nedum laicis conuenit, ſed clericis etiam.*
29 *Chryſoſtomi aurea ſententia de uitanda curioſitate in ſubueniendo pauperibus.*

Caput 32.

EX ſuperiori quæſtionis deciſiõe,decidit & altera, q̃ huic ipſi maxime affinis eſt,vtrũ ſcilicet beneficiarij de redditibus Eccleſiaſticis, eorum conſanguineas dotare licite poſſint. Nam ſi beneficiarij domini ſunt,neque ad reſtitutionem tenentur, vt pleniſſime, iam demonſtrauimus, conſequens certe eſt, poſſe illos neptibus, alijſque ipſorum conſanguineis recte dotes iiſdem ex redditibus conſtituere:cur enim ipſis pium vſum earum rerum interdicamus, quibus vel ſi fuerint abuſi,haudquaquam tamen ad reſtitutionem obligantur? Huc accedit quòd ſi neceſſaria poſſunt ſibi aſſumere beneficiarii
1 vt nemo non concedit;† maxima cum ratione hæc ipſa dos, quæ conſanguineis deſtinatur,inter neceſſaria numerari poteſt, ſpectat enim ad tuẽdam augendamque familiæ totius exiſtimationem,qua nullus prætioſior eſt theſaurus: immo quæ nullo prętio æſtimabilis eſt.l.iuſta. ff. de manum. vind. Quod ſi indotatas beneficiarii conſanguineas ſuas deſtituerent,vel etiam non ita dotatas, vt illarum dignitas & conditio poſtulat,earum honeſtati non ſatis proſpicerent:ſemper enim vitæ honeſtas in diſcrimen adducitur, quoties matri-
2 monii conditionem fœminæ non inueniunt. † Atqui certe illum ſine dote non facile inuenire poſſent. Qua ex re potiſſimum dotis fauor effluxerit.l.prima.ff.ſolu.matri.l.Pomponius Philadelphus. ff.famil.erciſc.l.Titio centum.§. Titio genero.vbi Bart.Imo.Cuman.& Caſtr.ff.de condi.& demõ.
3 † Nec obſcurum eſt,quod Paulus dicit,infideli deteriorem,
4 cum qui ſuos deſerat, meritò haberi poſſe.† Vulgatum eſt apud noſtros,dotem ſuccedere loco alimẽtorum.d. §.Titio
5 genero,cum ſimil.† At nemo dubitat, quin beneficiarii alere propinquos non poſſint modò,ſed etiam teneantur,quoties vident non aliunde iis conſultum eſſe, ita ut recte illos
6 inter pauperes percenſere poſſent.† Quo argumenti genere paſſim utuntur interpretes etiam in patre naturali: Vt quia cogitur alere filiam, propterea etiam dotare teneatur. Bart. in l.fin.C.de his quibus,vt indig.Auth.ex complexu.C.de inceſt.nupt.Bald in l.Mæuius.§.duobus.ff.de legat.2. eandemque hanc conſequentiam frequentius cæteri probant,vt teſtantur Imol in l.vltima.§.ſi ſocero.ff.de his,quæ in frau.credi.Bald.Nouel.in tract.dot.6.par.priuil.16.& poſt omnes Io. Bolognetus ſummæ eruditionis interpres,in l.prima,nume.
7 40 ff.ſolu.matrimo.† Quare & in beneficiariis eodem modo poſſumus argumentari, vt quia poſſunt alere conſanguineas,eaſdem pariter dotare poſſint:quod ipſum etiam Leonis Noni conſtitutione in cap.omnino.31.diſtinct. tam clare probatur, vt non uideatur poſſe hoc in dubium reuocare,qui non & Rom.Pont.authoritati aduerſari audeat. Itaque cum hoc tam apertum ſit, tantum abeſt,vt ex dominio clericorum hoc ipſum probare neceſſe ſit, vt immo potius ex hoc maxime illud confirmetur,quod de clericorum do-
8 minio paulò ante affirmauimus.† Veriſſimam hanc puto eſſe huius quęſtionis deciſionem, quam & receptiſſimam eſſe uideo:ſiquidem paſſim etiã interpretes dotium conſanguineis præſtandarum facultatem beneficiariis concedunt. Butrig.& Abb.in capitu.primo,de cohabit.cleric.& mulier. numero quarto. Abb.in capitul.peruenit, de arbit. numero primo,Iaſ.in l.prima.ff.ſolut.matrimo. numero 30. & in Authẽ.Res quę.num.vndecimo,verſic.item inquantum.C.cõmu.de leg.glo.pragma.ſanctio.titu.de concubi.§.qui etiam ex tali,uerſic.cohabitare,colum.3.Campeg.tract.de dot.par. 1.q.23.Illuſtriſſimus Albanus in prima, conſtitu.fforum nu. 68.Cappell.Toloſa.deciſio.290.num.9.uerſ. quid de fratre, & uerſ & idem dicendum in clerico; Boer. deciſ.129. num. 8.ſum.Angel.in ver.Dos.nu.5.ibi,utrum frater, qui tñ ad cõditionis neceſſitatem non ad põpæ faſtigiũ dotis modũ ſtatui debere arbitratur.Sẽſit hoc idẽ Romana Rota,q̃ propte-
9 rea aliàs decidiſſe legit̃,† ſimoniacã pactionem non cenſeri, qua quis promittit tertiã partem fructuũ beneficiorum ſuorum,tã collatorũ,q̃ conferendorũ pro ſuę ſororis dote, ac neptium ſuſtentatione,ut eſt apud Chiſanen.deciſ. 181 paſſim inter eas,q̃ manu ſcriptę circunferuntur,ubi non tm̃ licitum eſſe putat beneficiariis propinquas perſonas dotare, atque alere,ſed omnino etiam neceſſarium:quod & Dec.ſen-
10 tire uiſus eſt conſ.118.Nec mirum hoc uideri poteſt,† cum Eccleſiaſticorum bonorum fructus profanum quid eſſe cẽſeantur,ut Panormi.docuit in c.in noſtra,de loca.

Quę uerò pro contraria ſententia afferuntur, facili negotio tolli poſſunt. ſiquidem nituntur omnia illo fundamento, quòd contrarię ſententię aſſertores, ubique ſtatuunt, beneficiarios reddituum Eccleſiaſticorum non eſſe dominos.Dicunt primò(& hoc primum argumentum ſpe-

Source : BIU Cujas

ctat ad piè legata) hac intẽtione teſtatorem legaſſe, ut legata
11 ipſa in pauperes diſtribuerunt. † De pauperibus verò illis putant hoc eſſe accipiendum, qui è parochia ipſius teſtatoris ſint, vt tradunt Docto. in l. ſi quis ad declinandã. C. de Epiſcopis & cler. c. ſi pater. ubi glo. in uer. pauperes, de teſta. in 6. Alex. conſ. 105. nu. 2. ver. comprobatur etiam, vol. 1. Et hoc apertè ſtatuit Iuſtinianus in Conſtitutione X X V I. quæ incipit, Cùm in multis teſtamentis, &c. inter eas cõſtitõnes, quas ex Græcis collegit, ac latinas fecit Anto. Auguſt. Eps Illerdẽ ſis, vir de legali diſciplina optimè meritus, ac omni doctri-
12 næ genere ornatiſſimus. † Quod ipſum & rationi conſentaneum eſſe dicunt, cùm nemo eos dilexiſſe exiſtimari poſſit, quos non modò de facie, ſed ne quidem generatim unquã cognouerit. Pariſ. conſ. 41. num. 5. 3. volu. Concluderet certe hoc argumentum, ſi clericis harum rerum dominium prorſus denegaremus: non enim dici poſſet, ipſorum arbitrio fuiſſe permiſſum, vt hos, vel illos pauperes eligerent, vt conſiderant Panormi. Gemin. & Ioan. And. in d. c. ſi pater. gl.
13 in ver. pauperes. de teſtam. in 6. † ſiquidem electionem habere non poſſent, niſi ipſis à teſtatore relicta eſſet. l. ſunt quidã. in primo reſpon. vbi Doct. de leg. 2. Quocirca electio ad iuris intellectum referenda eſſet. Iuris autem intellectus pauperes illos minime complecteretur, qui beneficiariorum propinqui eſſent, ipſi verò teſtatori prorſus extranei: ſunt enim hæc inter ſe connexa, iuris intellectus, & teſtatoris voluntas. † nam ſicut cenſetur teſtator iuris diſpoſitioni voluntatem ſuam conformare. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. ita lex præſumptæ teſtatoris uoluntati ſemper fauet, ac quantum in ipſa eſt, illam exequitur. Auth. hoc amplius. C. de fideicom. §. ſiquis autem non implens. Auth. de hæred. & Falcid. Attamen corruunt hæc omnia, ſi recipiamus illud, quod pleniſſimè à nobis iam ſtabilitum eſt, Beneficiarios ipſos dominos eſſe, quo fit, vt illorum libera ſit electio. ſicque non illis tantùm, qui ex parochia ſint teſtatoris, ſed & alijs, qui modò verè egeant, conſulere poſſent. Nihil ergo aduerſatur nobis hoc argumentum, quod ſpectat ad piè legata. Quantum verò ad decimas, argumentatur ex eo potiſſimũ, quod legitur in Deuteron. cap. 14. § Anno tertio, inquit, ſeparabis aliam decimam ex omnibus, quæ naſcuntur tibi eo tempore; & repones intra ianuas tuas, venietque Leuita, qui aliam non habet partem, neque poſſeſſionem tecum, & peregrinus ac pupillus, ac uidua, qui intra portas ſunt, & co
15 medent, & ſaturabuntur. † Intra portas, inquit, non extra, ergo ex loco debent eſſe pauperes, ex quo decimæ colligunt, non autem aliunde accerſiri, vt plerunque fieret, ſi beneficiariorum conſanguinei cæteris pauperibus anteponerentur. Neque huic argumento aduerſantur verba illa Pauli, § Qui ſuos negligit, deterior eſt infideli § nam de ijs loquitur Paulus, qui ſua, non qui aliena diſtribuunt. Sed hoc quoque argumentum, vt licet vnicuique perſpicere, relabitur eodem, atque illud retinet, quod ſatis ſuperque à nobis iam reprobatum eſt, clericum in bonis Eccleſiaſticis dominium non ha-
16 bere. † Præterea falſum eſt, tantùm pauperes alendos eſſe, qui intra portas ſunt; cùm imò ſpeciatim pauperibus peregrinis eleemoſynas tribui oportebat, tradit D. Clemens libr. 8. de Conſtit. Apoſtoli. c. 36. & lib. 2. ca. 29. Generale eſt enim, quod dicitur, Paſce fame morientem; ſi non paueris, occidiſti. ca. paſce. 86. diſtin. Non equidem inficior, quin ijs in locis alio quodam modo peregrini accipiantur, nempe pro illis, qui peregre proficiſcuntur, quorum maximus erat numerus, ipſius Clementis temporibus, cùm pro Chriſti fide multi eſſent, qui omnia relinquerent, patriam, parẽtes, bonaque omnia, atque ad ſolum Epiſcoporum præſidium confugerent, vt ſupra fuſius explicatum eſt. Verum tamen illud ſatis eſt nobis in præſentia, non portis ipſis, aut mœnibus concludi clericorum liberalitatem; quòd verò libere vagari & quoſcunque complecti poſſit, ex eo quod de eorum domi-
17 nio diximus, proſpicue oſtenditur. † Tertiò videtur contraria ſententia primo aſpectu ea ratione iuuari poſſe: quia qđ dicitur, poſſe prælatos, immo debere pauperes alere, ita accipiendum videtur, vt annua, menſtruave præſtentur alimenta, iuxta. l. pecuniæ. ff. de liber. agnoſ. Dotis autem longe alia ratio eſt, quæ vnica præſtatione ſoluitur: nec negari poteſt, quin Eccleſiæ multum interſit, alimenta potius minutatim præſtare, quàm vnico aceruo tantam pecuniæ quantitatem exponere. ar l. hæredes. §. idem Iuris. ff. famil. herciſ. l. tutor. §.
18 Lucius. ff de vſu. † ſiquidẽ de eo, quod in dotem hodie trades conſanguineæ, plures hoc toto anno pauperes ali potuiſſent. Quare multis pauperibus perſpicue aufertur, quod vni illi conſanguineæ traditum eſt. Quod ex eo etiam confirmatur, quia hoc modo aperiretur via Prælatis, qua res Eccleſiæ ad proprios ſucceſſores tranſmitterent, ſi quod proprijs conſanguineis tribuunt non alimẽtorum tantùm, ſed
19 etiam dotis nomine præſtare poſſent. † Hinc videmus Docto. in l. eam quam. C. de fideicommi. præſertim verò in l. 1. ff ſol. matrimo. de eo altercari, vtrum dos data filiæ ſpuriæ, vere, vt dos, data ſit, hoc eſt, num legitimæ; an verò alimentorum loco ſuccedat: cuius quæſtionis eam afferunt vtilitatẽ, quia priore caſu ad hæredes tranſiret, poſteriore nequaquã.
20 † Et quia receptior ſententia eſt alimentorum vicem obti-
21 nere dotem ſpuriæ traditam, † ideò ad hæredes huiuſmodi dotem non tranſire frequentius noſtri concludunt: & facit. l ex animo. ff. de dona. inter vtr & vxo. l. ſiqui animo. ff. de acquir. poſſeſ. & ita ſentit Socin. ſen. conſil. 2. num. 5. volum. 4. poſt Bart. in l. final. §. ſi a ſocero. ff. de his, quæ in frau. credi. & Abb. conſil. 115. num. primo, verſicu. ſed profectò aliud, & conſilio 50. volum 2. & hanc eſſe communem opinionem fatetur Io. Bologne. in d. l. prima. ff. ſolut. matrimo. num. 114. Non ſecus ergo & hìc dicendum eſt, multum referre, vtrũ quas pecunias prælatus dederit propriæ conſanguineæ, alimentorum loco tantùm præſtare poſſit, vt ſcilicet ex fructibus alatur conſanguinea, an verò etiam dotis nomine. Nam ſi dotis nomine, non reuerteretur ad Eccleſiam, ſed tota ipſa ſumma ad ipſius conſanguineæ hæredes, ſicque ad proprios prælati ſucceſſores tranſmitteretur: quod fieri nõ poſſe tradit. Butr. inc. cum ſuper. de cau. poſſe. & proprie. Iaſ. cõſil. 75. volum. 3. Verùm huius quoque argumenti ſolutio eòdem illo à fonte deriuat, quo & ſuperiorum; nos enim in eo ſemper perſiſtimus, quòd videmur abunde iam probaſſe, prælatos, aliosque clericos redditu um Eccleſiaſticorum dominos eſſe, poſſeque illos ad libitum diſtribuere. Quod cũ ita ſe habeat, non uideo, cur tãtopere abſurdum ſit, ita fieri hãc diſtributionem, vt quod cuiq; fuerit traditum, ad ipſius ſuc-
22 ceſſores etiam perueniat. † Atque hinc claram eius quæſtionis deciſionem habemus, quæ aliquibus forſan dubia alioquin videri potuiſſet, vtrum dos à prælato conſanguineis pẽſtita, ad illarum hæredes tranſeat. Etenim ſi dos alimentorum vicem obtineret, ad hæredes mulieris dubio procul nõ
23 tranſiret, † cùm alimenta morte extinguantur, vtpote, quæ mortuis minime neceſſaria ſint. l. Mela. ff. de alim. & cib. lega. l. hæreditatem. ff. ad l. Falcid. l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſactio. l. dominus. §. final. ff. de vſufru. † Quare ſi dos à patre profecta, defuncta muliere ad patrem redit, dummodo filij non extent, vt Martino placet adiiciendum eſſe, quæ tamen dos ipſius mulieris effecta erat. l. dos à patre, vbi gloſſ. & Docto. C. ſolu. matrimo. l. poſt dotem. vbi Bartol. ff. eo. multò magis certe concedendum eſſet, dotem à prælato traditam conſanguineæ ad ipſius hæredes non tranſire, ſi daremus alimentorum tantùm loco dotem ipſi præſtitam. † Nec conſuetudinis ratio prorſus habenda eſſet, cum nõ ita facile extendi poſſint, quæ Eccleſiæ præiudicium afferunt: quod in filia ſpuria Matheſila. animaduertit notab. 146. Illuſtriſq; itidem interpres Andreas Alciatus, in l. prima, num. 24. ff. ſolu-
26 matrimo. † Parumque hoc caſu prodeſſet cautela illa, quã adhibent Bartol. Panormita. & Matheſila. locis proxime adductis, nimirum, vt qui dotem præſtat, declaret velle ſe illam ad mulieris hæredes tranſire: nam quicquid ſit in patre dotante filiam ſpuriam, non certe videtur hoc admittendum in prælato dotante conſanguineam, vt de craſtino tam anxie cogitet, quemadmodum Diuus Thom. animaduertit, 2 2. quæſtio. 32. articu. 3. ad tertium. § Nec oportet, inquit, quòd conſideret quis omnes caſus, qui in futurum poſſunt contingere: hoc enim eſſet de craſtino cogitare. § Verum, vt dixi, hæc omnia obtinerent, ſi loco tantùm alimẽtorum poſſet prælatus dotem conſanguineę, ac non tanquam dotẽ conſtituere, prout certe non poſſet, ſi redditu um eccleſiaſticorum dominus non eſſet. At ſi contrarium ponamus, vt iã plane ponimus, corruunt protinus hæc omnia, & contraria ſententia vel ex hoc ſolo optime munitur. Si enim dominus eſt prælatus, ergo quæ in dominio ipſius ſunt, pro animi ſui arbitrio diſtribuere poteſt. Quòd ſi ipſius arbitrio permiſſa eſt diſtributio, non eſt ipſius ſolicitudo reprehẽdenda, quod ita diſtribuat, ut non modò filiabus, neptibuſve, ſed & ipſarum hęredibus ac deſcendentibus conſultum uelit: pium nanque id ipſum eſt, ac naturæ etiam conſentaneum: charitas quippe naturalis non filios ſolùm, ſed nepotes, neptesq;
27 complectitur. l. liberorum. ff. de verborum ſignifica. † Quin verò, ſi ideò poſteros diligimus, quod memoriam illi noſtram conſeruaturi, ac quodammodo propagaturi ſint, certe in remotioribus deſcẽdentibus multò magis uiget hęc ratio, vt conſiderat Mar. Mantua. Benauidius, vir ſane de lega li diſciplina optime meritus, conſilio 198. numero 24. volum. primo, poſt Panormita. in capitu. nonnulli. §. ſunt & alij, num. 10. de reſcrip. & Maria. Socy. conſilio 128. numero
58 54. volum. 1. † Neque verò dicas, naturalem hanc in poſteros beneuolentiam, ac pietatem laicis tantum conuenire; immo enim illam & in clericis probandam eſſe, recte tradit Illuſtriſſimus Albanus in ſuis ad Bart. elucubrationibus in l. 1. num. 4. & 5. ff. de poſt. & in Auth. quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccl. gloſſ. in cap. quieſcamus, diſt. 24. Ita enim Prę-

lati-

Source : BIU Cujas

tum beneficum, ac liberalem esse oportet, vt egentes nõ facile quocunque prætextu eijciat, aut eorum qualitatẽ scrupulose admodum inquirat, quorum necessitati subueniri
29 oporteat:† quod ipsum admonet nos etiam D. Chrysostomus homil. 11. ad cap. 6. Epistolæ ab Hebræ. verbis illis vere aureis, ac perpetuò adnotandis, quæ referuntur in cap. quiescamus. 24. dist. § Quiescamus inquit, ab hac absurda curiositate, & diabolica & peremptoria, si pro nutrimento postulat, ne in his examines: inquire quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat: si scrutator fuisset, circa refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putasset eos Angelos, & repulisset: sed quia omnes recipiebat, recepit & Angelos. § Habemus iam huius quoque quæstionis decisionem, quę ad dotes consanguineis constituendas attinet, quam ita comprobauimus, vt ex his, quæ proxime etiam diximus, maxime confirmetur nostra sententia in principali illa quæstione, ad quam totius nostræ tractationis cursum instituimus, nempe beneficiarios de redditibus ecclesiasticis tam libere posse disponere, vt ad ipsorum restitutionem, quæ liberius, aut supra etiam quàm par fuerat, impenderint, minime teneantur.

ARGVMENTVM.

Archidiaconi sententiæ tunc locum esse posse, cum ita luxui clerici se dedunt, vt propterea iniunctum sibi munus deserant. Mox Caietani suspecta quædam reijcitur distinctio, qui monachis suis nimium fauens, melioris eos hac in re conditionis, quàm cęteros clericos esse voluit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quamuis regulariter ad restitutionem non teneatur, fallit tamen, quando officium ecclesiæ prorsus desereret.*
2 *Residentia duplex; altera corporalis, altera uirtualis.*
3 *Ad restitutionem tenetur non solùm, qui officium deseruit, sed etiam is, qui eo animo est, vt in posterum uelit deserere.*
4 *Beneficium recipiens, vt illud aliquando dimittat, tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum.*
5 *Quando sibi locum uendicare possit Archidiaconi sententia.*
6 *Quando accipienda sint, quæ à plerisque interpretum in hac quæstione perplexè sunt tradita.*
7 *Si cui eleemosyna detur tanquam pauperi, qui tamẽ pauper non sit, illi non acquiritur.*
8 *Omittens aliquando dicere horas canonicas, ad restitutionem non tenetur, nisi per sex menses continuos omisisset, nu. 9.*
10 *Clericus deserens officium, arbitrio Iudicis potest fructibus priuari.*
11 *Existimauit Caietanus clericos, si redditibus abutantur, ad restitutionem teneri, Monachos verò non.*
12 *Reijcitur prædicta Caietani sententia.*
13 *Monachis relinquuntur tot eleemosynæ, ut instãtius orent, non vt inde pinguius uiuant.*
14 *Quæ Caietanus pro religiosis considerat, etiam in clericis sibi locum uendicant.*
15 *Prælati ad eleemosynas præstandas sunt astricti.*
16 *Abusus in reditibus ecclesiasticis peccatum quidem inducit, sed nõ eiusmodi, ut restitutioni beneficiorum obliget.*
17 *Omittens dare eleemosinam, uel orare ex contemptu, materialiter & formaliter peccat mortaliter: secus si non ex contemptu.*
18 *Peccatum esse non potest, ubi debitum non antecedit.*
19 *Charitatis debitum in præstanda eleemosyna consideratur, non iustitiæ.*
20 *Facultates ecclesiis donatæ ex munificentia principum, uel aliorum fiunt religiosorum, & clericorum.*

Caput 23.

HVic porrò sententiæ, quã alioquin perpetuò retinendam esse censeo, vnã tantum affero limitationem, vt quamuis clericus non teneatur ad restitutionem, vel si maxi-
1 me rebus ecclesiæ abutatur, † tamen hoc non procedat, quãdo ipse prorsus officiũ deserit. Quod probat Bonifacij Octaui constitutio, capit. vni. de cleri. non residen. lib. 6. qua cauetur clericos non residentes fructus suos non facere, quinimò ad illorum restitutionem teneri: si quidem peccant du-
2 pliciter. duplicem enim deserunt residentiam, corporalẽ vnã alteram virtualem, quæ in pabulo doctrinæ, vitęque exemplo, ac sacramentorum administratione posita est, vt Driodonus tradit libro 2. de liber. Christia. capitu. 4. tomo tertio.
3 † Nec solum qui officium deseruit ad restitutionem tenetur, sed etiam qui eo animo est, vt in posterum velit deserere, vt docemur eiusdem Bonifacij sanctione in cap. commissa. §. cæterum, de electio. in 6. § Cęterum, inquit, si promoueri ad Sacerdotium non intendens, parochialem receperis ecclesiam, vt fructus ex ea per annum accipias, ipsam postmodũ dimissurus, nisi uolũtate mutata, promotus fueris, teneberis ad restitutionem fructuum eorundem, cum eos acceperis fraudulenter: illum autem qui eam tibi contulit, cum te nõ crederet ad huiusmodi ordinem promouendum, præter diuinam, quam inde incurrit, offensam, ad seruandam indemnem eandem ecclesiam decernimus obligari. † Quo circa,
4 qui ita affectus, vt beneficium velit aliquãdo dimittere, quò plus in dies accipit de ecclesiastica pecunia, eò grauius peccatum admittit, ac magis ad restitutionem obligatur, cũ maxime grauia illa sint peccata, quę & maxime diuturna sunt, cap. cum haberet, de eo qui dux. in vxo. quam pollu. p adul. cap. fi. de consue. Atque ita sentit Gabriel Biel. in 4. dist. 15. q. 8. artic. 3. Itemque Hadria. Sextus. in trac. de resti. ibi pro chariori intelligentia dictorum, in solu. tertij, vers. pro respõsione ad quæsitum, fol. 128. In his terminis potest intelligi opi-
5 nio Archidiaconi, qui putauit clericos teneri ad restitutionem. † Eodemque hoc sensu videntur sumendę multorũ tra-
6 ditiones, q non satis clare, sed perplexe hac de re locuti sunt, vt Decij, in cap. Episcopus, num. 13. cum duobus seq. de pręben. & Fely. in ca. de quarta, num. 33. vers. quid autem de clerico distribuente, de pscrip. § Quid aũt, inquit, de clerico distribuente fructus in vsus nefarios, an teneatur ad eorum restitutionem? & paulò inferius subijcit. Inuenies tremenda verba contra clericos male viuentes, sed communiter mors eorum terribilis. Quibus verbis videtur mihi Fely. eos innuere voluisse, qui vitam nefariam ita degunt, vt proprium officium deserant. Quod apertius idem declarauit in cap. postulasti. num. 6. de prębscri. quo loci. Et scias, inquit, q si clericus consumat redditus beneficij uoluptuose, tenetur ad eorum restitutionem. § Nec sane de eo agit Fely. qui partem aliquã reddituum male cõsumit, sed de eo q redditus oẽs improbe protinus effundit, & debitũ ecclesię seruitium deserit, vt ibi in additionibus aduertit Benedictus de Vadis litera B. incip. si clericus, ita inquiens: Et hoc vr esse maxime uerum in clericis, qui non dicunt officium suum, vt voluptatibus vacẽt: & ideo isto casu teneo, q teneãtur ad restitutionem. § atque ita sentire Fely. testatur etiam Bello. cons. 56. num. 3. cui adstipulatur eruditissimus Iulius Clarus lib. 5. recepta. senten. §. fin. col. pen. quod sensérat prius Bal. in l. 1. num. 1. C. de his quib. vt indign. & post eum Ripa in l. si unquã, quæst. 66. nu. 222. C. de reuoc. donatio. Huc etiam respexit Henri. Boyc. in cap. cæterum, numero quarto. versic. & quid de Prælatis, qui consumunt, de donatio. & Ioan. de Friburgo in sua Sum. cõfesso. libro secundo, titul. 5. de rapina clericorum, versicul. quid de prælatis. quæstio. 14. Huc pariter spectat quod dicit Cardina. Turrecrema. in cap. 1. ad 2. conclus. verbo his habitis. 12. quęst. 5. ver. & isto modo. vbi ita opiniones simul cõciliat. Et hanc intelligentiam ad Archidiaconi & sequaciũ opinionem coadiuuant, quæ tradit Panorm. quæst. 4. incip. Titius. in 4. dubio, ibi secunda solutio huius est. & Fran. Mar. deci. 428. par. prima. Cum enim propter officium detur beneficium, certe si quis officij sui oblitus alias potius quascunque res agit, perinde est, ac si collatum ei beneficium nõ fuisset: † vt si cui eleemosyna detur tanquam pauperi, qui tamẽ
7 pauper non sit, sed ociosè viuendi occasionem captet: huic enim nõ uere acquiri eleemosynam docet Caieta. 2. 2. quęst. 187. artic. 5. ibi. in eod. 5. articu. dubium occurrit. Optime etiã confirmantur prædicta autoritate B. Antonini, Archiepiscopi Florentini, in Sum. in secunda par. titulo secundo, cap. 2. fin. & §. 18. in tertia par. titulo 15. §§ 18. Vbi sic, inquit. Item quæritur, vtrum clerici teneant restituere illos fructus, quos uoluptuose consumunt, non facientes seruitium in ecclesia. s. officiando. Atque ibidem hoc ita Archidiaconum accepisse ostendit. Quod si quis erit, cui fortasse hæc sententia durior videatur, is animaduertere debet, non de eo clerico nos loqui, qui quandoque horas Canonicas intermittit,
8 † quem ad restitutionem non teneri censuerunt quàm plures, quos refert Fernand. Vasq. in tracta. de succes. creatio. libro tertio. §. vigesimosecundo, limita. 16. numero 56. & sentit Io. Gerson. in tracta. de temperãtia in victu. & uestitu clericorum. sed de eo, qui officium plane deseruit, ita vt ab ecclesiæ seruitio prorsus alieno animo sit, vt intelligit Hadria. Sextus loco supra citato. Præposi. Alexandrinus in Summa. duodecima quæstione tertia, ac Ioan. Gerson. in regul. moralibus, capitu. de auaritia, litera Q. Si verò hoc modo intelligatur hæc conclusio, non potest uideri non maxime rationi consentanea. Etenim si beneficiarius ita semper male versetur in re ecclesiastica, ut officij sui pene immemor sit, aut non nisi facto ipsò, sibi fructus usurpare potest, aut si illorum dominium acquirit, uix est ut tuta conscientia sibi illos ualeat retinere. longe uerò alia illius ratio est, qui interdum male aliquid expendit, qui uel si à superioribus coerceri & possit & debeat, non

ita

Source : BIU Cujas

ita tamen ad reſtitutionem compelli poteſt: vim enim obtinet maximam pertinacia illa, ac perſeuerantia, quæ non hic modò, ſed & alijs multis in rebus momenti plurimum ha-
9 bet.† Hinc videmus nouiſſimo Lateranẽ. Concilio ita fuiſſe conſtitutum, ut qui horas Canonicas obſtinata quadã pertinacia per ſex menſes omiſerit, fructuum amiſione puniretur. §.ſtatuimus, ſeſſ.9.de reformat.curię.fol.645.tom.3.licet alioquin ad reſtitutionem minime teneri conſueuiſſent, Doct.in
10 c.1.de celebra.miſſa.ſpectauit nimirum hæc ſancta Synodus, eo temporis ſpatio poſſe dici officium deſertum;† deſerto autem officio poſſe clericum iudicis arbitrio fructibus priuari, compluribus in locis traditum eſt, c.uni.de cler.non reſid. in 6.& per Panor.& Cald.in c.1.nu.8.de celebr.miſſa. Dom. & Arch.in ſumma diſtin.44.col.1.Cald.in c.cum tu, de vſu. Domi.in c.Canonici.§.ſcituri.de off.ord.in 6. Abb.in c.diuerſis fallacijs, per illum tex.de cler.coniug. Bell.d. conſi.56. Præter hanc limitationem nullo alio modo reſtringi debere cẽſeo concluſionem ſupra a nobis firmatam, dũ multis & rationibus,& cauſis demõſtrauimus, beneficiarios malè fructi
11 bus eccleſiaſticis utentes ad reſtitutionem non teneri. † Nõme latet ſolere aliam limitationem ex Caietani ſententia afferri.2.2.q.187.artic.4.quam hoc loco præterire nolui, non quia ulla ex parte veritati conſentanea mihi videatur, ſed quia ob Autoris grauitatem reticenda nõ erat, atque etiam ut a nobis haud immeritò improbaretur. Concedit Caietanus id, quod diximus, quãtum ad ſolos monachos, quos exiſtimat ad reſtitutionem non teneri, in reliquis vero clericis, in quibus multò magis id fuerat concedendum, ſecus eſſe
12 contendit.† Sed non uideo, qua ratione hæc Caietani ſententia defendi poſſit, cum rationes omnes, quas in clericis ipſe conſiderat, ſi modò illæ eſſent recipiendæ, multò magis in Monachis concluderent, cũ de clericis loquitur Caietanus, § Non eſt præſumendum, inquit, tot ipſis eleemoſynas dari,
13 ut inde pinguius clerici uiuant.† Sed negari nõ poteſt, quin multo magis hoc totum in monachos conueniat: nam cur magis ipſis eſt concedendum, qui proprijs renuntiauerunt, vt ex aliorum eleemoſinis pinguius viuant, quas non alia de cauſa ipſis relinqui credibile eſt, quàm vt inſtantius orẽt? quæ ex re fit, vt tacite quodammodo huic conditioni, & quaſi ex uoto ſeſe adſtringant, non ſecus ac miles ſacramento, quod niſi ſeruet, ac niſi promiſſo muneri ſatisfaciat, ad ſtipendij reſtitutionem tenetur. Videt ſane ipſe quoque Caietanus, duram eſſe hanc ſentẽtiam, durumque omnino eſſe huic obiecto reſpondere tamen reſpondet ipſe in hæc uerba: § Durus eſt hic ſermo, & tot eccleſiæ declinaſſe videntur a religioſa vita, & oporteret magnam damnationem inducere. § Sed nõ uideo, cur hanc reſponſionem non & in clericis admittat, & cum uideat tot clericos declinaſſe, cur in ijs facilius damnationem inducat, quos tamen laxiori uinculo alligatos eſſe, inficiari non poteſt. Itaque Caietanus, dum enixe clericos oppugnat, religioſos uero ſtudio è defendit, proprijs ſemet
14 ipſum telis confodit.† Quare, quas ipſe defenſiones pro religioſis affert, nos etiam in clericis recipiamus, vt dicamus, bona eccleſijs relicta fuiſſe, eorumque fructus eleemoſynæ gratia prælatis liberaliter præſtitos: eos uerò qui præſtiterunt, potuiſſe facile præuidere fore aliquando aliquos, qui acceptis abuterentur. ſi quidem in tanta humanarum rerum & uarietate, & imbecillitate omnino id coijciendum fuit. Quare ſi hac cognitione a propoſito amoueri non potuerunt, quominus ea relinquerent, quæ relinquere propoſuerant, videt eſſe locus illi regulæ, quæ ſtatuit, volentibus, ac ſcientibus iniuriam non inferri l.1.§.1.ff.de iniur. cum ſimil.l. Id quod ẽt Caietanus animaduertit ubi ſupra in eod. argumento. 4. in
15 fine.† Cauendum tamen eſt, non ea me in ſententia eſſe, vt putem prælatos, alioſque clericos tũm orationibus, tũ eleemoſynis non eſſe adſtrictos. Aſtringuntur enim obligatione illa, quam Græci προσαναπλήρωσιν vocant, qnę cum ad exigendũ ineficax ſit.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hęred.nec etiam ad reſtituendum compellere poterit: qui enim non reſtituit, non aliena vſurpare, ſed proprijs tantùm abuti exiſtimãdus
16 eſt.† Nunc porrò abuſum peccatum eſſe non inficiabor, dummodo mihi concedatur non eiuſmodi peccatum eſſe, quod reſtituendi obligationem ualeat inducere; ſeu ueniale, ſeu etiam mortale peccatum illud ſit. Video enim, hac in re ſolere diſtingui, vtrum ex contemptu orationes eleemoſynæque omittantur, an verò ex fragilitate, aliaque de cauſa:
17 † Nam ſi abſit contemptus, ueniaIiter tantùm, ac materialiter peccatur. Si uero contemptus accedat, non tantùm materialiter, ſed etiam formaliter (vt Caietanus inquit) mortaliter peccant: cui Caietano hac in re adſtipulatur Ioan. Drie-
18 donus, lib.2.de libertat.Chriſtia.cap.4.tom.3.† Quod ſi dicas, ibi peccatum eſſe non poſſe, ubi debitum non aliquod antece-
19 dat: Fateor debitum hic ſubeſſe.† Sed charitatis tamen (vt D.Tho.dicebat) hoc debitum eſt, non iuſtitię, quæ neminem compellit, vt res proprias reſtituat, poſtquam illis fuerit abuſus, quamuis etiam earum nomine ad remunerandũ teneatur. Admittit Caietanus in religioſis hæc omnia, in clericis autem reſpuit, nec huius tamen differentiæ ullam rationem aſſignat. Atqui certè animaduertere potuiſſet, hãc ipſam dif-
20 ferentiam a D.Thom.ſententia prorſus alienam eſſe.† Ille.n. 2.2.quæſt.185.ar.4.de clericis hac in re idem quod de monachis ſentit, cum dicit, ex munificentia principum, uel quorũcunque fidelium, facultates eccleſijs donatas religioſorum fieri, ac clericorum; quod tamen quantum ad fructus beneficiorum intelligitur, ſi collatio præcedat, ut D.Thom.ibidẽ in corp.in prin.perſpicue declarat. Et certe non ſatis conijcere poſſum quæ res Caietanum, virum ſane alioquin doctiſſimum, mouere potuerit, ut clericos, quos conſtat minus arctis canonum uinculis conſtringi, arctius ipſe ſua ſententia uoluerit alligare: Religioſorum autem nexus arctiores illos quidem; proculdubio, ſi Canonum autoritatem attẽdimus, propriá ipſe autoritate relaxare non dubitauerit. Exploſa igitur Caietani differentia, noſtram hanc ſentẽtiam generatim tam in clericis quàm in monachis retineamus, atque intrepide concludamus, pariter utroſque a reſtitutionis obligatione immunes eſſe.

ARGVMENTVM.

Quæ animaduertere illum oporteat, qui inter cõmunes ſententias rectè valeat dijudicare, quoties de illarum pondere quæſtio oritur: Quive ex Pontificijs, ac ſacris interpretibus Archidiaconi ſententiam probauerint.

SVMMARIVM.

1 *Quod crebrius receptum eſt, id verius exiſtimari ſolet.*
2 *Senatus ac collegia plerumque in decidendis quæſtionibus inter ſe diſſentire. quinimmo idem doctor ſolet ſibi ipſi aduerſari. nu. 3.*
4 *Varietas & inconſtantia interpretibus maxime abſurda.*
5 *Rectiſſime inſtitutum, vt Iudex communem ſententiam in iudicando ſequatur, niſi minus communis firmioribus rationibus muniretur. nu.6.*
7 *Plerumque interpretes primi cuiuſque ſententiam (quæcunque illa ſit) amplecti ſolent.*
8 *De communi ſententia non temere omnibus credendum.*
9 *Romæ citari ſolebant deciſiones Rotæ, quæ non inueniebantur, vt quis mendacium foueret, vt Alexander refert.*
10 *Plures auctores, qui aliquid tradunt non communicato conſilio, communem opinionem conſtituere ſolent.*
11 *In communi ſententia æſtimanda non ſunt conſiderandi doctores, qui aliquid per tranſennam dixerunt, ſed plus tribuitur ijs, qui re perpenſa ſententiam ſuam explicant. nu.13.*
12 *Quamplures ſunt, qui Archidiaconi ſententiam curſim ſequuntur.*
14 *Quæſtionis noſtræ capita tria ſunt.*
15 *Tenentur ad reſtitutionem clerici, quoties officium deſerunt.*
16 *Qui in ludo fraudem adhibet, ad reſtitutionem tenetur.*
17 *Beneficium procurans, vt illud alteri renuntiet, ad reſtitutionem fructuũ tenetur,*
18 *Archidiaconi in clericos inuidioſa verba, quæ indicant fuiſſe eum illis infenſum.*
19 *Panormitanus ſibi contrarius.*
20 *Innocentius pro Archidiaconi ſententia nullo modo adducendus.*
21 *Hæres, defuncti turpitudinem allegans, non audiendus.*
22 *Si non conſtet de quibus rebus expenſas fecerit Epiſcopus, credẽdum eſt de patrimonialibus, propter eccleſiæ utilitatem.*
23 *Verbum, Debet, ad ea ſolet referri, quæ conſilij ſunt.*
24 *Albericus, Decius, & Felynus. non conſiderant primum quæſtionis caput.*
25 *Io.Fantutius non probat ſententiam Arch.*
26 *Aluarus Pelagius, Archidiaconi diſcipulus.*
27 *Iudex, qui magiſtri ſui ſententiam ſequitur, excuſatur in ſyndicatu.*
28 *Alexander Halenſis non videtur probare Archidiaconi ſententiam; neque Pet.Sotus.nu.29.*
30 *Diſpenſatio pro regulato dominio capi ſolet apud Theologos, idque fuſius declaratur. num.31.*
32 *In dominio duo conſiderantur ſecundum Theologos, proprietas, & prærogatiua finis.*
33 *Doctores triginta quatuor, computatis Theologis, Archidiaconi ſententiam ſequuntur.*

Caput 34.

IAm verò, vt intelligamus noſtram hanc explicationem non iuribus tãtum, & rationibus (id quod ſatis hucuſque demonſtratum eſt) ſed etiam frequentiori noſtrorum ſententiæ conuenire; non alienum fore exiſtimaui, eos hìc interpretes recenſere, qui uel hanc, vel illam partem am-
1 plexi ſunt,† cùm præſertim apud nos illud iam inualuerit, vt quod crebrius receptum eſt, id & uerius cenſeatur. Quod ipſum

Source : BIU Cujas

ſum tametſi nonnulli conentur improbare, mihi tamen nō abſonum,ſed & multis in rebus omnino neceſſarium eſſe videtur.Quis enim non videt noſtrum hunc iuris campum,tā late patentem,tamquam rerum omnium feracem , & aiēri, & neganti pariter materiam ſuggerere,vt in eo,quemadmodum poſt Caccialupum ſcite tradit Neuiza.in trac. de mod. ſtud.in tertio documen.circa med.num 12.circa fine. & bos herbam,& canis leporem,& ciconia lacertam facili negotio reperiri poſſit? Mira ubique opinionum eſt varietas, & quot
2 capita,tot plerunque ſententiæ ſunt. † Neque uerò tantùm ſinguli interpretes inter ſe,ſed & Senatus , collegiaq; vniuerſa, ſæpiſſimè diſſentiunt; vt a Bononienſi Mediolanenſe in quæſtione illa inſigni , quæ inter Caſſinenſes Monachos, & Canonicos regulares Congregationis Lateranē.tamdiu agitata eſt.Eſto autem ab alijs alios diſſentire,quod excuſari ali
3 quo modo poteſt;† illud verò certe indigniſſimum eſt,quod tamen & ipſum perſæpe conſpicitur,eundem ſibi ipſi & in le
4 cturis,& in Conſilijs,& in Tractatibus aduerſari.† Itaque hāc tantam varietatem,& inconſtantiā non immeritò notat Bal. in c.1.de alie.feu.col.3.Iaſ.in l.ſciendum.num.33.ff de uerb. oblig.Neuiz.in Sylu.nuptia.li.5.num.4.uerſi. & ſic contigit, & nu.9.poſt princ.Soc.iun.conſi.158.num.70.2.uol.Purpu. in l.cum quid.nu.33.ff.ſi cert.pet.Grat.conſi.8.num.4.uol.2.
5 Portius Imola conſi.42.num.2. † Quocirca nihil rectius tutiuſque inſtitui potuit,quàm ut Iudex eam potiſſimum partem ſequeretur,quam plurium auctoritate ſub nixam vide-
6 ret.† Eſt tamen interdum cum a communiori ſententia non peruera recedatur, ac paucorum ſententia maius apud Iudices pondus habeat,vt potè quæ firmioribus rationib. munita ſit.l.2.§ hoc autem.C.de vet.iu.enuclean.Sic ſolius Caſſij opinionem Attilicinij,Neruæ, ac Sabini opinioni prælatā
7 fuiſſe legimus in l.Plautius.ff.ad l.Falc.† Nec ſane immeritò, perſæpe enim ita fieri videmus,vt noſtri interpretes caſu potius,quàm conſilio,aut ratione ulla aceruatim in eius ſentētiam concurrant , cuius magnam eſſe auctoritatem intelligunt.Non ſecus atque aues,aut oues,quæ,ſi vnam aliquò tēdentem forte conſpicient , eò ſtatim ſimul omnes curſum intendunt quod notat Sum.Pontifex in c.cum in iuuentute. §.unde nos de purga.cano. ac paſſim etiam Doct. ipſi fatenī, vt Dec.conſi.494.num.15.Nicol.Bello.conſi.59.num.11.& Rol.a Valle conſi.ult num.50.uolu.2.Quo circa communis opinionis auctoritatem minime vereri debet,qui eam ſe validis argumētis videat rectè poſſe refellere,ut tradit Io. And. c.1.de conſt.Alex.in l.prolatis,col.fi.de re iudic.Abb.in c.capellanus,de fer.Ang.conſi.110.Curt.conſi.59.Barbat. conſi. 10.uol.2.Dec conſi.23.& in c.1.de conſt.& Soc.iun.conſ. 79.
8 in 3.uol.† Quoties uero inquirimus quid frequentiori calculo recipiatur , non temere cuiuslibet teſtimonio debemus acquieſcere,cum multi ſæpe ſoleant citare communem ſen
9 tentiam,quæ uere communis non eſt.† Nec diſſimile eſt qđ Romæ fieri ſolitum refert Alex.in l.ſi cum dotem. §. eo aūt tempore,col.2 ff.ſol.matr.ut cum mendacium aliquod ſoluere quis ſtudet,deciſionem Rotæ aliquam afferat, quæ pp
10 numerum mox inueniri nunquā queat.† Satis verò conſtat, communem opinionem cōſenſu effici plurium autorum, qui diuerſis temporibus non communicato conſilio,nec diligenti veritatis indagatione præmiſſa,hanc,vel illam pro eorum arbitrio,amplectuntur ſententiam,id quod plurib.oſtēdit Gomeſ.in proœm reg.cancell.2.q.in quarto fundamento partis affirmatiuæ.Vt autem eo reuertamur,unde digreſſi ſumus,nos in hac quæſtione ea de re parum ſolliciti eſſe debemus,vtrum cōis ſententiæ autoritas rationibus præferenda ſit,an verò illas potius ſpectari oporteat,cùm & rationes , & interpretum numerus nobis pariter ſuffragentur.Et quoniā rationes noſtræ ſententiæ pleniſſime explicuimus, reliquū eſt,ut iam oſtendamus hanc ipſam ſententiam communiori interpretum conſenſu receptam eſſe : quod ut cōmodius
11 fiat,nonnulla præmonuiſſe libet.Primò † enim animaduertendum cenſeo in communibus opinionib. æſtimandis nō æquè illorum rationem haberi oportere , qui per tranſennā (vt fertur) ac quaſi pertranſeuntes aliquid attingunt; atque illorum,qui conſultò ac diſcuſſis hinc inde rationibus tandē hanc illam partem amplectuntur.Abb.in c. bonæ, il 2.nu.3. de poſtula.prælato.Barb.conſi.64.col.9.uol.1.Riminal. conſilio 64.num.20.uol.1.Pariſi.conſi.91.col.fi.uol.3.Grat.cōſi.
12 20.nu.35.& conſi.55.nu.35.uol.1. † Quo circa licet in propoſita materia multi ſint qui in huius quæſtionis mentionem incidentes , cum Archidiaconi ſententia curſim pertranſeant non propterea tamen Archidiaconi ſententia cōis habenda eſt,cùm non modò plures ſint,qui ab ea recedunt,ſed multo etiam iſti accuratius,quàm illi,re perpenſa,ſententiā
13 ſuam proferunt. † Quo fit,ut hiſce multò plus,quàm illis tribuendum ſit,quemadmodum & Io.Cephal.quandoque reſpondit conſi.278.nu.10.lib.2.
14 Illud præterea præmonendū eſt, † tria eſſe huius quæſtionis capita,quæ ſi diſtincte a nobis conſiderentur, facile reperiemus,non eam eſſe in ſingulis communem opinionē,quæ ita confuſe minuſque accurate hanc rem totam ſpectantib. cōis fortaſſe uideri poterit.Primum eſt caput, Nunquid beneficiarij reddituum eccleſiaſticorum domini ſint. Secundum, An ſi præter neceſſaria aliquid impendent, ut etiā redditus omnes in alios erogent vſus,quàm in ſubuentionē pauperum,ad reſtitutionem teneantur.Tertium, An ij ſaltem teneantur,qui non modò pauperibus non ſubueniunt, ſed turpibus uoluptatibus quaſi mancipia nexi, eccleſiæ officium prorſus deſerant,atque in meretrices,& ſcurras , alioſque id genus homines,ſeſe totos profundunt . Etenim quæſtiones hæ ſingulæ peculiares habent rationes,nec ab una omnes deciſione pendent.Et quamuis ſecundum caput cum primo affinitatis non parum habeat , uere tamen ab eo diſtinctū eſt : tertium verò a primis duobus penitus eſt ſeiunctum;a quo ſi ſuperiora penderent,carerent ſane ipſa quoque oīa prorſus
15 dubitatione:†,cum omnibus compertiſſimum ſit, teneri clericos ad reſtitutionem,quoties officium ſuum deſerunt,ca. unic.de cler.non reſid.nec cuiquam dubium ſit pp officium dari beneficium.c.diaconi.93.diſt.& c.ſecundum, de præbē. Qua de re egimus ſuprà pleniſſime, cum diximus illam reſtituendi obligationem aliunde manare, quàm ex reddituum cōditione,& natura. Tenetur enim ad reſtitutionē clericus, qui tale ſibi uitæ genus inſtituit , non ꝙ licite ijs vti non po-
16 tuiſſet;ſed ꝙ paſtoris officium deſeruerit; † non ſecus ac de illo,qui in ludo fraudem adhibuerit,cenſuit Hadrianus VI. Rom.Pont.in tract.de reſt.§.conſequenter quæro vtrū indi
17 ſtincte,quicquid ſimulatæ ſanctitatis,uer.ex his infero , † Qđ ipſum ſentit & Gabriel.Biel.in 4.diſt.15.art.2.q.8. cum de eo loquitur,qui beneficium obtinere procurat eo animo,vt aliquando illud dimittere,aut alteri rennntiare uelit . Reliquū eſt igitur, ut Doctores, qui ſub quaque claſſe continentur, enumeremus.

Ab ea parte,quæ beneficiarijs reddituum eccleſiaſticorū dominium denegat , primus ac quaſi ſignifer prodit Archidiaconus in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.nu.13.de reſcript. in 6.
18 † qui tamen (ſi verum fateri licet) non tam certo iudicio hoc affirmaſſe mihi uiſus eſt , quàm inuidia quadam atque odio in opulentiores,cum ipſe forſan non admodū diues eſſet.Id quod ex eius verbis non obſcure colligitur in c.1.uerſi.loco rum 44.diſt.ubi in epiſcopos tam acerbe inuehitur,vt illis ſe ſe infenſum facile oſtendat.Argumentum,inquit, contra vē tres epiſcoporum,quibus deſeruit multitudo coquorum.Et infra.Sed o Baccalar glorch , nonne olet os tuum ex ingurgitatione? Quomodo ergo dabis pacem in altari , cum habeas os hircorum? Sed mittamus quærere in præſentia quo animo locutus fuerit Archidiaconus, & reliquos percenſeamus,qui in eandem ſententiam iuerunt. Archidiaconum ſecuti ſunt Bartolom.Brixien.quanquam perfunctoriè,in c.1. 12.q.2.ut Geminianus retulit in c.preſenti.nu.13.de off. ord. in 6.Bal.& Iacobus Butrig.non quidem ex profeſſo,in l.2.C. de Epiſ.& cler.Philipp.Franc.in d.c.præſenti.nu.6. vbi ita oēs tenere aſſerit,quanquam & ipſe rem plenius nō attingit. Io. de Lignano in clem.quia cōtingit.de relig.domi. & in clem. gratiæ,de reſcrip Gem.in d.c.præſenti.nu.13.& Butr.in ca. in cauſa.nu.17.de cauſ.poſſ.& proprie.Cald.in c.fi.de pecul. clerico.& conſi.2.eod.tit.Hug.in c.ſi epiſcopus 15.q.5. quē Cardina.Zab.refert in d.c.fi.de pecu.cleric.Abbas Panor.in c.cū eſſes.nu.21.& ſeq.de teſta.in c.cum ſecundum.nu.2. de præb. in c.1.de eccleſi.ædifi.& in d.c.fi.de pecul.cler.ibique in additionibus.& in c.reprehenſibilis,de app.num.18. quibus omnibus in locis perſpicue probat hanc ſententiam : † licet in
19 quæſtionibus contrarium ſentiat,vt poſtea dicemus. Pet. de Vbaldis in tract.de ſucceſ.ab inteſt.par.ult.nu.19.circa med. Imo.in c.fi.de pecul.cler.Barb.in tract.de præſtan.Card. q.4. & Fuſius in c.fi.de pecu.clericorum.Aluarez.in Specu.Summo Pont.c.6.paſſim.Ant.Burg.in c.1.nu.28.de empt. & uēd. Mil.in uer.prælatus.fol.291.Soc.Sen.conſi.32.uerſi.circa ſecundam dubitationem.uol.1.Iaſ.conſi.75.uol.3.Fran. Mar. deciſi.197.ſecunda par.Coraſ. in tract.de Sacerdot.nu.10.& ſequē qui ſe cum paucis ſentire faſſus eſt:nouiſſime aūt has partes ſumma contentione defendit uir & doctrina , & vitæ ſanctitate inſignis Martinus ab Azpiqleta in ſuo tract.de red
20 dit.eccleſiaſticis.† Sūt qui inter ſententiæ huius fautores numerent Innocentium, quibus tamen ego hac in re non adſtipulor:ſiquidem Inn. in locis,quæ ipſi adducunt , quamuis hac de re loqui uideatur, nullum tamen huius quæſtionis caput attingit.Quod vt plane intelligamus, operæ pretium erit eius verba in prædictis locis aliquanto accuratius conſiderare.Vtitur ergo Inn.his uerbis in c.cum in officijs,nu.4.uerſi. Item omnes,de teſta.Item omnes uanas, & delicatas expenſas prius deducet de bonis clerici ; ſolas autem expenſas approbabit iudex de bonis,quæ factæ fuerunt in alimoniā ſuā, & pauperum,uel in redemptionem captiuorum., vel in hoſpitale,

Source : BIU Cujas

ſpitale, & alias pias cauſas. Quorum verborum ſenſus is eſt, vt cum defunctis beneficiarijs, patrimoniales acceſſiones ab eccleſia ſeparandæ ſint; cumque dubitare cõtingat, quid inter eccleſiaſtica bona computetur, detrahantur expenſæ, non quidem vanæ, ac uoluptuoſæ, ſed illæ tantum, quæ in ſuam & pauperum alimoniam, aliaque eiuſmodi opera pia, vel ad vitæ uſum neceſſaria factæ ſint: cuius rei non illa eſt ratio, q̃ non potuerit beneficiarius alijs etiam in rebus redditus eccleſiaſticos impendere, ſed quia eiuſmodi impenſæ non præſumuntur factæ, cum quilibet officij ſui memor exi
21 ſtimetur, † & propterea: non audiantur hæredes, qui defuncti turpitudinem allegant. l. rem alienam. ff. de pigno. action. Bar. conſi. 65. Factum tale. Caſtren. conſ. 306. uol. 2. Cor. cõſi. 145. in 1. uol. Bal. conſi. 258. uolu. 4. Crauet. conſi. 125. uolu. 1. Huc accedit, q̃ cum haud ſatis conſtet, num de redditib. eccleſiaſticis, an de bonis patrimonialibus eiuſmodi expenſæ
22 ab epiſcopo factę fuerint, † eam in dubio coniecturam ſequi debemus quæ eccleſiæ reſpicit vtilitatem, nimirum vt ex redditibus patrimonialibus cenſeatur epiſcopus erogare voluiſſe, ar. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fune. Creditur præterea Innocentius hanc opinionem ſecutus eſſe in ca. indecorum. in fi. de æta. & qualit. quo tamen in loco monere tantũ nos uoluit, quid beneficiarijs faciendum eſſet, ut recte eccleſiaſticis facultatibus vſi dicerentur. Hoc, alio, inquit, modo debet diſpenſare res eccleſiæ, niſi in ſuos neceſſarios. & eorũ qui ſeruiũt ſibi, cuilibet tamen inter viuos donare licet pro remuneratione ſeruitij. Quibus uerbis uidetur mihi potius Innocentius clericos conſtituere dominos dum ipſis donan
23 di facultatem permittit. Nec obſt. uerbum, Debet, † quod vŕ præſcriptio illi donandi modo neceſſitatem imponere, ſi quidem ad ea etiam ſæpe uerbum hoc refertur, quæ ſolius conſilij ſunt. l. non ſolum. §. 1. ubi no. ff. de iuſt. & iur. & tradit Fel. in c. nam concupiſcentiam. nu. 5. de conſt. Itaque cenſeo Innocentium omnino è numero illorum eximẽdum eſſe, qui opinionem hanc negatiuam ſecuti ſunt, quam tamen non inficior perſpicue ab illis omnibus receptam eſſe, quos ſupra
24 commemorauimus. † Conſultò etiam hìc prætereo Albericum, Dec. & Fel. qui hoc ipſum quæſtionis caput mihi haud quaquam reſpexiſſe videntur, vt ex ijs, quæ ſupra diximus, li-
25 quidò conſtare poteſt. † At nec Ioan. Fantutium inter hos recte cenſeri puto. Nam quamuis eum pro hac ſententia negatiua citet Gemin in d. c. præſenti; tamen is cõtrarium potius ſenſiſſe videtur in c. quatuor, & in c. res eccleſiæ. 12. q. 2.

Quin uero non tantùm Pontificij iuris interpretes, ſed & Theologi permulti huic ipſi ſentẽtiæ adſtipulati ſunt. Richardus de Mediauilla. Io. Maior aſſerens, licet temere, nullũ vnquam oppoſitum ſenſiſſe. & Paludanus in 4. diſt. 45. ar. 1. Monaldenſis in ſua Summa. Angelus itidem in ſua Summa, quã vulgo Angelicam vocant in verſi. clericus. 15. num. 1. Roſell. in uer. reſtitutio 14 & Raymundus in ſua ſummula. 4. par. de
26 pœnit. c. quis poſſit facere eleemoſynam. † Aluar. Pelagius, lib. 2. de planctu eccleſiæ. ca. 28 in ult. quæſt. cui tamen minor fortaſſe fides perpetua adhibenda eſt, q̃ Archidiaconi diſcipulus fuit, cum magiſtri auctoritas tantum apud pleroſque
27 ponderis habere ſoleat, † vt propterea receptum ſit, exculari in ſyndicatu, qui magiſtri ſententiam ſecutus fuerit. A mod. Iuſtinus, tract. de ſyndica. nu. 123. Soc. iun. cõſi. 44. nu. 7. vol. 1. Henricus de Gandaue. quolibet. 8. q. 25. Frater Fran. de Platea Bononien. tract. de reſtit clerico. & ſimoniac. uerſic. ſed cui fiet reſtitutio ab hiſtrio. Card. Caieta. in 2. 2. q. 185. quamuis de Monachis ſecus atque de aliis clericis ſentiat, ut ſupra a nobis relatum eſt. Frater Michael a Medina. lib. 7. de recta in Deum fide. c. 21. qui hanc partem ita mordicus tenet, vt contrariæ partis defenſores ſacrilegos appellet, pio quidem, vt crediderim, animo, ſed tamen conſilio non admodũ prudenti, cum potius Summi Pontificis hac de re ſententiam debuiſſet expetere, quam in clericos ita ſtomachari. Quamuis enim non prorſus negari poſſit, id quod ipſe inquit, clericos hac de ſua cauſa in Principum inuidiam atque odium ſolere adduci: tamen non multum ad rem facit, tum quia in malis tantum principibus hoc cõtigit, tum etiam, quia quæ accidunt extrinſecus, neque ipſius rei ſubſtantiam attingunt, nulla ex parte veritatem immutare poſſunt, ar. l. naturaliter. §. apum. ff. de acq. rer. domi. l. pro uolũtarijs, de impen. in reb. dotal. faciend. Alij præterea inter huius ſententiæ aſſertores numerantur, qui tamen haud prorſus ita ſenſiſſe uidentur,
28 † vt Alexander Halenſis in tertia parte. q. 36. ar. 2. cuius uerba ad intentionalem potius reſtitutionem videntur mihi eſſe inferenda; idque ex eo colligo, q̃ laycos quoque diuites, niſi pauperibus ſuccurrant, fures eſſe, atque ad reſtitutionem teneri aſſerit, cum tamen negari non poſſit, quin layci rerũ ſuarum dominium obtineant: ſed forte conſiderauit, ipſos intentione quadam fures eſſe, cùm recta eorum nequeat eſſe intentio, qui ſecus ac par ſit commiſſas ſibi a Deo facultates expendunt. † Ex hoc numero ẽt cenſetur Fr. Petrus So-
29 tus in tract de inſtit. ſacerdo. 2. par. de uita ſacerdo. lect. 3. de bonis eccleſiaſticis, in prin. Sed nec ipſe uidet mihi huic ſentẽtiæ adſtipulari. Etenim cùm initio dixiſſet, non licere eccleſiaſticos redditus aliter, quam in vſum eccleſiaſticum erogare, ac qui ſecus facerent, grauiſſime peccare; demum in dicto capite de bonis eccleſiaſticis, uerſi. rurſum, &c. propius hanc quæſtionem attingit; num clerici ad reſtitutionem teneantur. & citat D. Tho. tenentem (vt ipſe refert) reſtitutionem non conſiderari ullam in portione, quæ epiſcopo aut prælato præcipue contingat. Sicque in eo, quod quæſtionis noſtræ proprium eſt, a nobis ipſe non diſſentit, ſicuti neque nos in eo quod ipſe aſſerit, illi non reclamamus, cum perſpectiſſimum ſit, id, quod ſemel Deo dicatũ eſt, ad alienos uſus conuerti non debere. c. ſemel deo. de reg. iur. in 6. Credũtur etiam huic ſententiæ fauere Io. Arboreus. lib. 3. ſuæ Theologiæ, c. 25. Item Io. Driedonus lib. 2. de liber. chriſtia c. 4. to. 2. quos tamen ita ſentire non crediderim, cum videam illos in portione epiſcopis, prælatiſve aſſignata contra ſentire, cuius
30 liberam clericis diſpenſationem concedunt: † diſpenſationẽ, pro regulato dominio accipiunt, quod Theologos ſolere ſtatim dicemus, in quem ſenſum eos cum D. Tho. ſecutus eſt Io. de Friburgo in ſua Summa confeſſ. lib. 2. titu. 5. de rapina clericorum, uer. quæro etiã, utrum epiſcopi. q. 16. Habemus iam quinam & inter Pontificios interpretes, & inter Theo-
31 logos ſententiam hanc negatiuam fuerint amplexi. † Neque verò illud turbare quemquam debet, quòd Theologi non de dominio, ſed de diſpenſatione mentionem faciant; ſi quidem diſpenſandi facultatem pro eo accipiunt, quod cæteri dominium appellant: idque non immeritò, cum dominium nihil aliud ſit, quam libera facultas de rebus corporalibus diſponendi. Bar. in l. ſi quis, in §. differentia. ff. de acq. poſſ. no. in l. traditionibus. C. de pac. Sanè autem Theologi gali modeſtiæ conſentaneum fuit, vt a dominij uocabulo abſtinerent, vel eo ſaltem parcius vterentur. Itaque pro dominio diſpenſationem ſumma cum ratione vſurpare ſolent. Quod ipſum recte etiam colligitur ex verbis Thomæ Valdenſis, uiri ſane præſtantiſſimi, qui doctrinæ ſuę ſplendore Carmelitarum Ordinem mirifice illuſtrauit, in lib. doctrinal. fidei. quarto. art. 3. c. 43. tom. 1. cuius propterea libuit hìc uerba ſubnectere: † Re vera quantum ad radicem dominij cõtinet duo, pro
32 prietatem, & prærogatiuam finis. primum eſt quaſi materiale in dominio, quia dominus verus non eſt ſine hoc, quod ſit ſuum proprium cui dominatur: ſecundum eſt formale, ſcilicet q̃ ipſe dominus ſit finis rerum propriarum, vt omnia, ſcilicet diſponantur ad commodum, & bonum domini. Hinc Paulus ad Romanos. c. 14. uolens verum Chriſti in fideles dominium probare, dicebat: Nemo ueſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur, ſcilicet finaliter, & principaliter propter cõmodum proprium: ſiue enim viuimus Domino viuimus; ſiue morimur Domino morimur. Et paulò inferius, Cõcorditer negatur a clero, q̃ Prælati eccleſiæ, ſint vere domini eccleſiaſticarum rerum, primò propter carentiam prærogatiuæ finalis, quia omnia bona eccleſiæ non ſunt propter Prælatos, ſed propter eccleſiam. Secundò propter carentiã proprietatis, vnde Auguſtinus homil. 6. ſuper Io. Columba eccleſia eſt, quid clamas? non deuoramus alas, columba alas habet, non noſtis fratres chariſſimi, quòd alæ iſtæ non ſunt Auguſtini. & inferius: Itaque proprietas, & verum dominiũ eſt penes communitatem eccleſiæ, non Prælatos. ſubdit: ſed ideo fideliter dicitur, quòd Prælati ſolum ſunt domini extenſiue, diſpenſatiue, puta, quia ex hoc a ſcripturarum loquendi more non deuiant. Nam Sanctus Ioſeph ſic legitur fuiſſe dominus Aegypti, Gene. 45. non quia dominus proprietarius totius Aegypti eſſet, ſed diſpenſator tantùm, & Procurator eius. Dominos rerum immobilium eſſe clericos negat Vvaldenſis, q̃ prærogatiua finis careant, tamen large dominos eſſe concedit ratione diſpenſationis, quamuis careant proprietate, cùm fructus libere diſpenſare poſſint. Hæc volui dixiſſe, vt intelligeretur, non ſine ratione vocari a Theologis diſpenſatores, quos nos dominos appellamus; neque ob id credendum eſſe, aliter a Theologis, atque a cæteris accipi hanc quæſtionem, q̃ diuerſis uocabulis utantur, cũ verborum ratio in eiuſmodi rebus habenda non ſit. ar. cap. quia
33 in tantùm, de ſimon. † Conſtat ergo, ſententiæ huius aſſertores triginta quatuor numerum non excedere, ſi utranque nempe & Theologorum, & Canoniſtarum claſſem ſimul iungamus. Verùm, vt ex canoniſtis uix decem ſunt, qui ex profeſſo hanc partem fuerint amplexi, ita ex Theologis fortaſſe neminem reperies, cum obiter tantùm, ac quaſi prætereuntes hanc quæſtionem prædicti Theologi omnes attigerint.

ARGV-

Source : BIU Cujas

ARGVMENTVM.

Longè maiorem illorum esse numerum, qui Archidiacono aduersati sunt.

SVMMARIVM.

1 *Non omnes interpretes eodem vocabulo vtuntur, sed aliqui dominos clericos dicunt, alij usufructuarios, plerique promiscuè ea nomina vsurpant.*
2 *Rationes, quæ ab ijs, qui usufructuarios clericos dicunt, in dominio rectè concludunt.*
3 *Butrius sibi contrarius.*
4 *Henrico Boych magna in hac re auctoritas.*
5 *Hugutio parum sibi constans.*
6 *Beneficiarij fructus possunt pro debito sequestrari.*
7 *Panormitanus sibi contrarius.*
8 *Fructus beneficij sunt in societatem conferendi.*
9 *Theologi regulatum dominium clericis tribuunt.*
10 *Vlrici de Argentina laus.*
11 *D. Bernardi pulchra uerba de bonis ecclesiasticis.*
12 *Quinquagintaquinque interpretes Archidiacono aduersantur.*

Caput 35.

NVnc proximum est, vt eos referamus, q contrariam sententiam amplexi, clericos reddituum ecclesiasticorum dominos esse crediderũt.

1 † Illud tamen præmonuisse libet, non ijsdem hac in re verbis scriptores omnes vti; sunt enim qui usufructuarios clericos appellent: sunt qui dominos; nec desunt etiam, qui promiscue utrunque uocabulum usurpent. atque id non immeritò, quia cum de fructuum dominio tantùm, non etiã proprietatis agamus, clarum est, eundem, & fructuum dominũ, & vsufructuarium rectè dici; cũ præsertim euenit, ut ab vsuario distinguere usufructuarium oporteat. Nos verò, vt ambiguitatem planè omnem tolleremus, clariori uocabulo vsi,

2 vbique dominos appellauimus: † si quidẽ animaduertimus rationes ab ijs adductas, qui vsũfructuarios clericos nominant, sicut in usufructu, ita in vero fructuum dominio, quod iudicio meo tantumdem est, recte coucludere. Longe ergo plures extitere, ac non minori auctoritate præditi, qui sententiam affirmatiuam amplexi sunt. glo. in c. duo. uersi. proprietatem. 12. q. 1. in c. 3. de prob. & in c. possessiones, de reb. ecclesiæ non alienan. ubi usufructuarios beneficiarios dici. & in c. alienationes, uer. præbendam. 12. q. 2. & in c. res ecclesiæ, uersi. propriæ. 12. q. 1. dum se remittit ad not. in c. expedit, ead. q. ibique clericum vsufructuarium asserit, uersi. cões, & in c. episcopi. uersi. de fructibus. 12. q. 1. Et in Sum. prima q. 1. Ioannes, & Laur. in c. duo sunt, in gl. rerum. 12. q. 1. quos Ancharanus refert in c. præsenti. col. pen. ff. de off. ord. in 6. Ioan. Fantutius in c. quatnor, & c. de rebus. 12. q. 1. & in c. alienationes. 12. q. 2. Anchar. in c. statutum. §. Assessorem, in 3. notab. de rescrip. in 6. ubi quæstionem hanc fusius tractauit. Aegid. Bellamera, siue de Bella matre in c. cum uenerabilis, nu. 21. uersi. 1. opponitur. usque ad nu. 32. de except. Quamuis in c. episcopi. 12. q. 1. se suspectum fateatur, q aliàs in propria cã scribens, hanc opinionem sit secutus. Idem Bellamer. in c. res ecclesiæ. 12. q. 1. & c. si non sunt. 32. q. 4. Beneficiarios extantium rerum dispensatores esse statuit; atque alibi, procuratores esse illos affirmat in rerum extantium dispensatione, nẽ-

3 pe in c. cum super. in princ. de cau. poss. & proprie. † Butrius non omnino sibi constans in c. 1. in secundo notab. de eccl. ædifican. & ante hos omnes Hostiensis in c. de multa, de pb. in c. fi. uersi. possideat. de pecul. cleric. in c. cum in officijs, & in c. relatum, il 2. §. seu. uer. nomine autem, de testa. Zenzelinus in extrauag. Io. XXII. suscepti, super uerbo Deberent, de election. Car. Zabarella late in clemẽ. quia contingit, de religiosis. Card. Turrecremata in c. gloria episcopi. uersi. sacrilegiũ. 12. q. 2. & apertius in c. 1. 12. q. 2. & in c. 1. 12. q. 5. in 7. & 10. conclusione, nu. 8. & 11. ad primum, & secundum, in responsione ad quartum, & secundum uersi. his habitis. ubi Innocẽ ab Host. dissentire ait, & Hostiensis sententiam, vt ęquiorẽ amplectitur. Idem in c. si priuatum; in fi. 12. q. 2. & in c. duo sunt. 12. q. 1. Card. Alexandrinus in c. 1. 44. distin. ubi & D. Tho. ita

4 sentire animaduertit. † Henricus Boich. in c. peruenit, nu. 19. de fideiuss. cuius hac in re autoritatem plurimi facit Bellam. in d. c. uenerabilis. & miratur quomodo vir laycus clericis tã impense faueat. Goffredus in Sum. de testa. ubi haud obscure in hanc sententiam inclinat. Gulielmus de Monte Laudu no post Garsiam, quem ipse citat in c. hoc consulti ff. de reb. ecclesiæ non alie. in 6. qui uel si morientes clericos statuat esse usuarios, eos tamen dum viuunt, vsufructuarios esse con-

5 stanter affirmat † Hug. parum sibi constans in d. c. duo sunt. uersi. nullam partem. ubi pariter clericos in uita facit usufructuarios, in morte autẽ vsuarios. Ioã. Gaufredi Collectarius

6 nuncupatus in c. Odoardus, de solutio: † dum simpliciter asserit pro beneficiarij debitis posse beneficiorum ipsiũs fructus sequestrari: quod & Gigas probauit in tract. de pensio. q. 39. uer. sed si uelimus tenere opinionem plurium. Capell.

7 Tolosa. decisi. 246. † Abb. quoque licet inter contrariæ sentẽtiæ fautores, ut uidimus, nomen aliquando suum detulerit, tamen cùm magis serio hanc tractauit quæstionem, pro hac parte stetit. in q. 4. incip. Titius clericus, in quarto & ultimo dubio. præsertim col. fi. circa prin. finis, vt facile animaduertet quisque uim perpenderit argumentorum, quibus eo loci ipse utitur. Hoc idem sentit Gemi. consi. 17. dum ait commẽ datarios facere fructus suos. Bal. consi. 298. uol. 1. Stepha. Bertran. consi. 49. nu. 4. uol. 2. par. 2. & cons. 266. num. 6. uol. 3. par. secunda. Idem hoc pluribus comprobat aduersus Barb. Mãtua in c. cum M. nu. 28. de const. Rebuff. in prax. benefic. trac. de commenda. passim, præsertim num. 26. Fran. Duarenus in trac. de sacros. ecclesiæ minist. aliàs de benefic. lib. 2. cap. 4. ubi diram existimat esse opinionem contrariam, & contraria iura ita interpretatur, ut ad Sacerdotũ πλεονεξίον referenda sint. Domini de Rota deci. 41. tit. de probat. in antiq. & decis. 1. de solutio. in antiq. Aug. Bero. consi. 51. num. 11. & 18. in fi. uol. secundo, ubi ex facto consultus respondit huiusmodi reddi-

8 tus † esse in societatem conferendos. Illustrissimus Car. Albanus in l. sacrosanctæ. per tot. C. de episco. & cleri. Didacus Couarru. uir eruditionis laude admodum insignis, Regijque Hispaniarum Consilij, hoc tempore Præses. in c. cum in officijs, num. 3. de test. Franc. Viuius opinione 41. Emanuel Soarez. in Thesau. recepta. sententiarum, in uersi. clericus. num. 103. Villalob. in litera, C. num. 92. Io. Donatus a Fina. in Enchiri. concluſi. lib. 2. uersi. usus fructus. sentit idem eruditissimus Pet. Foller. dum uoluit posse clericos super fructib. ecclesiasticis censum constituere, in praxi censuar. in uersi. huiusmodi censualia super rebus, num. 17. quẽ sequitur Guliel. Redoa. in tract. de reb. ecclesiæ. nu. 1. fol. 101. Senatus Pedemonta. decisi. 32. Fernand. Vasq. tract. de succession. creatio. §. 22. limi. 17. nu. 56. & 57. Io. Copus tract. de fruct. lib. 4. tit. 3. c. 1. & 2. Laurentius Kirchouius comm. opin. centur. 1. uer. clericus. hanc sententiam frequentiori calculo receptã affirmãs, & nouissime Franciscus Sarmientus Roma. Rotæ Auditor omnium prædicatione clarissimus, nunc episcopus Astoricen. in tractat. suo de redd. ecclesiasticis. Gulielmus quoque Redoanus non minus certe diligens, quàm eruditus, hac de re multa scripsit, atque Hostiensis secutus uestigia, casus nõnullos distinxit: sed quia propositum illi tantùm id fuit, vt de spolijs ecclesiasticis ageret, suæ magis tractationis scopum spectauit, quàm ut in hac quæstione præcipuum aliquid statueret.

Vt verò Legistarum, ita & Theologorũ, qui hanc sequuntur sententiam, maiorem numerum reperio; si quidẽ Theologi dum reddituum dispensatores faciunt beneficiarios,

9 † eosque negant teneri ad restitutionẽ; nihil aliud egisse existimandi sunt, quàm ut regulatum dominium ipsis tribuerent, D. Antoninus Florentinus Archiepiscopus in Sum. 3. par. tit. 10. c. 3. §. 14. Astensis in Summa lib. 6. tit. de pecul. cleri. Hadrianus Sextus super 4. Senten. tracta. de restit. Gabr. Biel in 4. dist. 15. q. 8. in quinta conclusione, dum ait ita posse responderi ad motiua contraria, vt dicamus clericos esse dominos fructuum perceptorum, & collectorum: atque huius sententiæ fuisse D. Thom. affirmat Sum. Tabie. in uer. restitutio. §. 10. in prin. dicens, posse clericos de redditibus Ecclesiasticis disponere. Vlricus de Argentia quem ita citat Cardin. Turrecremat. in d. §. si priuatum, num. 1. ibi, & dictum Vlrici

10 in sua Sum. 12. q. 2. † quem scriptorem miris laudibus prosequitur D. Dionys. Carthusian. in libello. quem contra beneficiorum pluralitatem edidit. eundem citat ad hoc propositũ Turrecremata in c. 1. 44. dist. & in cap. duo sunt. 12. q. 2. Syluester in Summa. uer. clericus 4 q. 3. uersi. Quarto quando &c. ibi, Nota uerò practicam. & quæst 4. ibid. & uer. restitutio 3. q. 5. Io. Arboreus Theoseph. lib. 3. c. 25. circa med. qui his vtit verbis: Possunt clericus, Episcopus, seu Curatus habere aliquid proprium, puta suam quotam. Quotam verò nos interpretamur beneficium, & quicquid non peculiariter alteri sit assignatum. Petrus Sotus, ubi supra, versi. rursum, vbi agens de portione, quæ ad Episcopum seu prælatum pertinet, in illius dominio eam esse ait: huiusmodi uerò portionem nos dicimus beneficium ipsum. Io. Driedo. lib. 2. de libert. Christia. c. 4. tom. 3. in 1. quod constituit bonorum genere. Ioan. Gerson. non modicæ uir auctoritatis, Parisiensis Cancellarius, quem & Driedonus uidit. Gersonis verba hæc sunt in sermone de uita clericorum: Ecclesiastici impœnitentes, inquit, si officium propter quod datum est beneficium, adimpleant, faciunt fructus suos, nec tenentur ad restitutionem: obligantur tamen in foro conscientiæ aliter recompensare

benefa-

Source : BIU Cujas

benefactoribus ac fundatoribus, præsertim faciendo sibi amicos de mammona iniquitatis, vt per alios suppleant redemptionem & satisfactionem, quam ipsi sine gratia permanentes insufficienter agunt. Cùm de impœnitentibus loquatur, dubium nō est, quin de cæteris multo magis hoc sentiat. Eandem hanc sententiam probauit D. Tho. vt testis est Bielius in 4. dist. 15. q. 8. in 5. conclusione. Turrecremata in ca. 1. & in c. gloria Episcopi 12. q. 2. & 5. in 10. & 7. concluſi. & in c. si priuatum, nu. 1. 12. q. 2. vbi. Hanc credimus, inquit, esse Sancti Thomæ. Card. Alexandrinus in c. 1. 44. dist. Easdē has partes accuratè defendit Fr. Dominicus Sotus lib. 10. de iusti. & iur. q. 4. art. 3. uersi. 6. concluſio. D. etiam Bernardus adstipulari uidetur lib. 2. de consideratione, ad Eugenium: quod vt facilius intelligatur, non alienum erit eius hoc in loco verba
21 referre. † Non est locus, inquit, otio, ubi sedula viget sollicitudo omnium Ecclesiarum. Nam quod tibi aliud dimisit Sanctus Apostolus, quod habeo, inquit, hoc tibi do. Quid illud? vnum scio, non est aurum, & argentum. cùm ipse dicat: Aurum, & argentum non est mihi: cum tamen habere contingat, vtere non pro libito, sed pro tempore. Sed sic eris vtens illis, quasi non vtens: ipsa quidem quantum ad illud, quod ad animi bonum spectat, nec bona sunt, nec mala; vsus tamen horum bonus, abusio mala, sollicitudo peior, quæstus turpior. Sicque vt videmus, pecuniarum dominium, diuitiasq; clericis non denegat Bernardus, dummodo πλεονεξία, abususque absit: haud dissimile est, quod scribit D. Augustinus serm. 31. ad Fratres in Eremo. de triplici genere monachorum, quamuis eos libros nonnulli apochriphos arbitrentur. Nam consanguineos, inquit, habeo & nobiles se esse nō erubescunt, & ad me Episcopum veniunt aliquādo cùm minis, aliquando cum blandimentis dicentes, Da nobis aliquid Pater: caro enim tua sumus: & tamen Dei gratia, & vestris orationibus mediantibus, consanguineum aliquem me ditasse non recolo. Ditasse illos se negat Augustinus, dedisse verò
22 se illis non negat. † Ex hac parte ergo quinquaginta quinq; cēsentur, canonum quidem interpretes triginta & nouem, Theologi verò sexdecim, qui redditiuum Ecclesiasticorum beneficiarios dominos esse existimauerunt. Neque verò dānare nos quisquam verè potest, cp ex his duos bis numerauimus, nimirum Cardinalem Turrecrematam, & Card. Alexādrinum. Cùm enim ijdem, & Theologi & Canonum interpretes sint, meritò in utranque classem eorum nomina deferri potuerunt. Eò igitur iam rem deduximus, vt quæ sit communior sententia, dubitare nemo possit, cùm eos qui partē affirmatiuam sequuntur, contrariæ partis fautores viginti, & vno votis superare liquidò ex prædictis liceat intelligere.

ARGVMENTVM.

Iam multos esse interpretes, qui communi inspecta consuetudine, redditiuum Ecclesiasticorum clericis dominiū tribuunt: vt, si consuetudinem attendamus, de communi sententia multò minus dubitare possumus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, attenta consuetudine, nedum domini sunt redditiuum Ecclesiasticorum, sed de illis etiam testari possunt, eaque consuetudo ualet. num. 2.*
3 *Constitutio Caroli Sexti, Gallorum Regis, circa consuetudinem testandi.*
4 *Non est sumenda interpretatio, quæ multorum damnationem inducat.*
5 *Communis sententia est, clericos esse dominos redditiuum Ecclesiasticorū, septuaginta trium interpretum auctoritate recepta, si consuetudo admittatur.*
6 *Doctores, qui contra Archidiaconum sentiunt, auctoritate præstant ijs, qui illum sequuntur.*
7 *Glo. tribuendum magis est, quam cæteris.*
8 *Romanæ Rotæ auctoritas, & laus,*
9 *Rotæ Rom. decisio constituit communem sententiam.*
10 *Communis sententia contra Archidiaconum totum habet, nedum si clerici honeste viuant, sed etiam si liberiorem vitam agant. Et qui contrarium sentiunt. nu. 12.*
11 *Theologis, & iurisperitis simul in decidendis quæstionibus arduis magis creditur.*

Caput 36.

DEmonstrauimus huc vsque commūnē esse hanc nostram sententiam, ita vt cōsuetudinis nullam rationem haberemus. At verò si consuetudinē attendimus, quam clericis hac in re maximè fauere, negare nemo potest, multo etiam maiorem eorū numerum repericmus, qui affirmatiuæ sententiæ adstipulātur. Multi enim sunt, qui propositā sibi cōsuetudine, eius solius gratia è priori sua sententia, & negatiua, ad hanc ipsam trans-
1 fugiunt. † Atque ita quidem, vt propter consuetudinem ipsam, clericis nedum viuentibus dominium, sed morientibus etiam testandi facultatem concedant. Ij uerò sunt, Io. de Lignano in c. fi. de pecul. cleri. Io de Fantutijs, quem Lignanus ipse refert. Hug. & Laurentius in c. alienationes. 12. q. 2. Ioā. And. in reg. Nemo plus potest, de reg. iur. in 6. & in cap. cùm in officijs, de testa. Gemin. in c. præsenti. nu. 13. de off. ord. in 6. Io. ab Ana. in c. fi. nu. 8. in fin. de pecul. clerico. Bellame. qui Hugo. & Laur. refert, in c. testamenta verò, nu. 2. q. 12. 2. Panorm. in c. cùm esset, & c. relatum. de testa. Imol. in d. c. fin. de pecu. cleric. Io. Faber. in §. His verò, Instit. de rer. diuisi. Gul. de Benedi. in repet. c. Raynut uersi. Vxorem nomine Adelasiam, par. 2. nu. 264. Glo. pragm. sanctio. tit. de Agnatis. §. Itē cp si Ecclesia. tom. 2. fol. 120. Ferdinan. Vasq. in tract. de succeſſ. progress. tit. qui testamenta fac. poss. lib. 1. §. 1. num. 122. ibi, Præsertim cum sit consuetudo. & de succeſſ. creatio. li. 3. §. 2. nu. 40. Guido Papa. decisi. 115. Philipp. Prob. in addit. ad Io. Mona. in d. c. præsenti, de offi. ord. in 6 Ioan. Papponus. in consuetud. Burbonijs. tit. de succeſſio. § 320. circa fi. Cassan. in consuetud. Burgund. Des successions de bastardz. rub. 9. §. 5. num. 58. 61. & passim. Summa Pisanella ver. vtrum clerici possint facere testamentum, ibi, de consuetudine tamen. & Summ. Tabiena ver. clericus. 4. nu. 2. ubi, consuetudinem
2 ualere firmat. & ver. Restitutio. §. 19 † Atqui certe ijsdem his in locis demonstratur, valere eiusmodi consuetudinē, eamq; apud Hispanos, itidemque Gallos, atque Burboneos vsu re-
3 ceptam esse. † Refert autem Gulielmus ipse constitutionem quandam a Carolo Sexto Gallorū Rege editā anno 1385. de reparandis diuinis domibus: quæ ad id quod diximus de consuetudine, maxime pertinet. Licet de iure, inquit, vsu, cōsuetudine, & communi obseruantia, notorie obseruatis, Episcopis Regni nostri testamentis in suis exequutores ordinare &c. & paulo post, prædicta bona hæredibus Episcoporum sic decedentium qui ditioni inde nobis honestius, guerris. & alibi, iuxta status eorum possent, & deberent seruire. Quibus ex verbis licet intelligere, quę fuerit apud ueteres eius cō suetudinis obseruatio, quid uerò recentioribus temporibus seruatum sit, quid ve hoc tempore seruetur hac de re, declarant varia Pontificum diplomata, vt Iulij Tertij, Pij Quarti, & Pij Quinti, quæ varias huic consuetudini afferunt declarationes. Nouissime verò eandem consuetudinem probauit sac. Romana Rota, vt testantur Guidobonus decision. 51. & Caputaquen. lib. 2. decisi. 24. in ijs decisionibus, quæ manuscriptæ circumferuntur. Cum ergo tot tantorumque virorum auctoritate hæc consuetudo recipiatur, cauendum est in primis, ne plus sapere nos velimus, quàm oporteat. atque illos omnes, vel inscitiæ, vel improbitatis nomine damne-
4 mus, æternoque etiam supplicio addicamus; † quo potissimū argumento ad excusationem eorum, qui ecclesiæ decimas non rogati non soluunt, vtitur Butrius in c. cum super. ad fi. de caus. poss. & proprie. & D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 6. ad secun-
5 dum, in fin. & Quodlibe. secundo, ar. 8. quæst. 4. † Iam uerò si hos quoque, qui propter consuetudinem nostræ fauent sententiæ, quasi subsidiarios milites reliquorum præsidijs addamus, totam reperiemus hanc classem septuaginta duorum Doctorum numero constare, quorum aliqui (vt & satis diximus) nedum viuentibus clericis, sed & morientibus dominium tribuunt: ita vt de rrdditibus ecclesiæ testari illos posse concedant, Immo verò, si accurate scriptores omnes euoluamus, qui de hac materia loquuntur, perpaucos forsan reperiemus, qui posita consuetudine, parti negatiuæ prorsus assentiant, quam qui probant solent fere omnes in calce subijcere. Cæterùm, stante cōsuetudine & c. vel alia eiusmodi verba. Et quia præter Doctorum numerum alia insuper duo diximus in communibus opinionibus dijudicandis spectari oportere, nempe utrum per transennam, vt aiunt, an consultò deliberate, cōstanterque Doctores aliquid affirmauerint; Item quantum quisque illorum autoritate ualeat, qui sentētiam aliquam amplexi sunt; vtranque rem nobis maxime suf-
6 fragari facile possumus animaduerrere. † Qui enim contrariæ opinioni fauent, Archidiaconi potius autoritatē sequuti videntur, quàm rationibus persuasi, aut propria moti sententia. Qui verò nobis suffragantur, cùm magis deliberate loquuntur, tum certe autoritate longe alijs præfulgent, si quidem in his censentur (vt cæteros sileam) Hostiensis, Cardinalis Zabarella. Cardin. Turrecremata, tum uerò & Glossator,
7 † cui plusquam cæteris tribuendum esse fatentur vbique nostri interpretes, vt Bar. Bal. Alex. & alij in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Fanar. caut. 17. magna est quæstio, num. 1. Franc. Viuius, tract. commu. opin. lib. 1. opi. 183. ante fi & Illustrissimus Cardinalis Albanus in lucubrationibus ad Bar. in l. certi condi-
8 ctio. nu. 5. ff. si cert. pet. † Extat etiam pro hac parte Dom. Rotæ autoritas, quæ in tam illustri & excelso loco posita est, vt
9 ab ea recedere nefas quodammodo videatur. † Qua ex re fit, vt ipsius Rotæ decisio communem sententiam cōstituat,

vt

vt tradunt Imo.& And. Sicu. in c. olim.primo. col.11. de lit. contest. Gomes. qui fuse hanc rem prosequitur, in procem. reg. cancell. q. 2. in 4. fundamento partis affirmatiuæ, nu. 10. Vant. in tract. de nullita. tit. de nullita. senten. ex defect. iurisd. deleg. nu. 20. qui & ipse ad hanc rẽ multa congerit. Neq; hoc sanè a ratione alienum est, cum semper in illud collegium lectissimi viri cooptentur, qui non temere aut casu, vt sæpe alij Doctores, aliquid affirmant, sed communicato consilio ac re diligentissime examinata propositas sibi dubitationes explicant, atque decidunt, sicque continuis discussionibus vel docti per se, alioquin doctiores in dies fiunt, neque secus atque aurum in fornace, quodammodo deputantur, vt rectè animaduertit Galiaula in l. centurio. nu. 94. ff. de vulg. & Purpura. in l. 1. nu. 292. ff. de off. eius.

Verùm enim verò, ne quis fortasse existimet prædictos omnes, qui in nostram veniunt sententiam, tunc tantùm, clericis dominium tribuere redditùum ecclesiasticorum, qñ ij sancte honesteque viuunt: secus autem de illis sentire, qui voluptatibus dediti inhonestam, nimisque liberam vitam de-
10 gunt: † Placuit hìc nonnullos referre, qui expressim hoc caput attingunt: ac quamuis clericos ¦ peromnio lasciuiẽtes sibi proponant, non propterea tamen a sententia affirmatiua recedunt. Hi uero, sunt in præallegatis locis, Card. Turrecremata. Card. Zabarella, Bellamera, Summa Tabiena, Dominicus Sotus, Petrus Sotus, qui ambo vnà cum Turrecremata, Alexandrino, & Couarruuia, idem hoc sentire, D. Thomam affirmarunt. Vbicus in sua Summa, quem Turrecremata citat in c. si priuatum, nu. 1. 12. q. 2. In quam sententiam maxime conueniunt verba Io. Gersonis, viri vnde quaque eruditissimi, qui in suis moralibus. c. de auaritia, ita inquit: Multa faciunt ad hoc, ꝙ aliquis faciat fructus beneficij sui esse suos in foro exteriori; Immo & ꝙ restituere non teneatur; quæ animam a peccato mortali non liberant: Quod paulò post apertius comprobat, inquiens: Si beneficiatus certa bona habeat instituta, non pauperibus, & illa consumit, ad restitutionem obligatur: secus si commissum sit totum fidei suæ; vbi & si peccet grauiter, & sacrilege quo que abutendo bonis illis luxuriose, tamen restituere non tenetur: Ac dum posthea de Prælatorum temperantia agit, non ausurum se definire dicit, ꝙ Beneficiarij ad restitutionem teneantur. Idem hoc aperte sentit, si modò demus redditus inter se distinctos esse, quod per beneficiorum constitutionem fuisse factum supra demonstrauimus. Driedonus, lib. 2. de liber. Christian. c. 3. tom. 3. Clerici, inquit, qui de huiusmodi bonis quicquam prodige consumunt, aut immoderatum, aut indecenter exponunt cognatis, non pauperibus, non tenentur ad restitutionem, modò adimpleant onera, seu officia, propter quæ data sunt beneficia. Adde Cardinalem Caietanũ ex D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 5. ad quintum. In his verò autoribus, quos proxi-
11 me recensui, præter numerũ, accedit & pondus; † sunt enim ex ijs complures Theologi pariter, & iurisperiti, vt Cardin. Turracremata, & Præpositus Alexãdrinus, quibus in arduis quibusque decidendis quæstionibus primus locus deferri solet, ut tradit Petr. de Anch. in quæst. incip. Antiquis, & modernis temporibus Viri Catholici. Alex consi. 1. num. 10. uol. 2. Ioan. de Anania. in cap. in ciuitate. car. 4. de usur. & Dec. consil. 111. nu. 6.

12 Sunt quidem, † & a contraria parte, qui hoc caput specialim attingunt, ac putent teneri clericos ad restitutionem, qñ fructibus ecclesiasticis male vtuntur: sed lõge pauciores numero sunt: nimirum Archidiaco. in d. ca. statutum. §. assessorem, de rescrip. in 6. ac Panor. in c. cum esses, de Testa. Burgẽ. in d. c. de emptio. & venditio. & ex Theologis Alex. Halensis, Ioan. Maior, Paludanus, Summa Angelica, Rosella, Raymundus. Vricus de Argentina in Sum. in c. 1. vbi eum citat Card. Turrecremata, in 10. conclusione. 12. q. 5. & Io. de Friburgo in sua Sum. confesso. lib. 2. tit. 5. de rapina clerico. uer. quid de Prælatis, q. 14. Monalden. Franciscus de Platea. Speculum Pontificum, Aluarus lib. 2. c. 28. de planctu ecclesiæ, & Caietanus, qui, vt supra, animaduertimus, sibi ipsi parum consensit. Horum verò numerum, illorum numero, qui cõtrarium sentiunt, lõge inferiorem esse facile vnicuique licet animaduertere.

Quod verò attinet ad postremũ illud caput ex tribus, quæ fuerant a nobis distincta, nimirum, quando clerici officium suum deserunt; nihil est, quod in eo nũc instamus, ¦ tum quia negantium opinioni nos quoque hac in re assentimus, tum etiam, quia superiori, vbi hoc plene tetigimus, capite, autores omnes, qui ea de re locuti sunt accurate recensuimus.

ARGVMENTVM.

Licet vtriusque sententiæ fautores, D. Thomę verba captare, ac certatim ad se quisque trahere studeant; perspicuè tamen illum hac in re loqui, & clericos non modò dominos facere, sed etiam ab omnis restitutionis onere liberare.

SVMMARIVM.

1 *Sensus verborum D. Thomæ a multis pro libito acceptus.*
2 *Considerat prius D. Tho. diuisionem bonorum ecclesiasticorum in genere, deinde in specie.*
3 *Prælatus, si bona distincta siue specialia, & alienas portiones sibi vsurpat, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, secus si inter se distincta non sunt. num. 4.*
5 *Episcopus abutẽdo sua portione, non secus ¦ peecat, ac si proprijs bonis abuteretur.*
6 *Quod de Prælatorum portione affirmat D. Thom. de beneficijs quoque dicendum est, & nui 8.*
7 *Si bona reali distinctione, siue potius arithmeticè distincta non sunt, cẽsentur omnia commissa arbitrio Prælati: qui si illis abutatur, peccat quidem, non tamen tenetur ad restitutionem.*
9 *Prælatus tripliciter potest rem ecclesiæ subripere.*
10 *Prælatus dupliciter se habet ad res ecclesiæ, vt custos, & vt dispensator.*
11 *Quæ de redditibus ecclesiasticis statuit D. Tho. ad omnes redditus in confesso pertinent.*
12 *Nullam esse statuendam differentiam inter præbendam ac cæteros redditus.*
13 *Intellectus D. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 8.*
14 *Subtilitas nimia legibus improbata.*
15 *Communis opinio est D. Thomam sensisse, clericos dominos reddituum ecclesiasticorum esse; neque si ijs abutantur, ad restitutionem teneri, eumque habere sensum quem autor exposuit.*
16 *Quę de redditibus ecclesiasticis autor tradidit, quomodo ea accipi velit.*

Caput 37.

IN cęteris quidem auctoribus dijudicandis, qui vel hanc, vel illam partem sequuntur, parum habuimus negotij; si quidem tam aperte omnes locuti sunt, vt quæ ipsorum sit sententia,
1 nemini dubium esse possit. † vnus tamen est D. Thomas, de cuius sensu dubitari posse existimatum est: & quia permagni refert cuinam ipse faueat parti, propter summam tanti scriptoris doctrinam, & auctoritatem, operæpretium erit illius dicta ante oculos legentibus hìc proponere, vt ex verbis ipsis verborum sententiam per se vnusquisque commodius valeat elicere: ita ergo ipse inquit. 2. 2. q. 185. ar. 7. in corpore: Sunt autem bona ecclesiæ, nõ solùm in vsus pauperum, sed etiam ad cultum diuinum, & necessitatem ministrorum expendenda. vnde dicitur de redditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium, sola episcopo ex his vna portio mittitur. deinde subijcit, Si ergo distincta sint bona, quæ debent in vsum episcopi cedere, ab his quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui ecclesiæ eroganda, non est dubium, ꝙ contra fidem dispensationis agit, si ea non elargiatur, & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. Addit & illud præterea, De his autem, quæ sunt specialiter suo vsui deputata, videtur esse eadem ratio, quæ est de proprijs bonis, vt scilicet propter immoderatum affectum peccet quidem si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis. Hæc D. Thomas: ex cuius verbis nonnulli putant colligi posse prælatos in portione ipsis assignata ad restitutionem teneri: quod
2 tamen mihi ¦ longe secus videatur. † Animaduerto enim D. Tomam in primo limine, cum de bonorum diuisione locutus est, generatim tantùm illam considerasse; hoc est quatenus hæc bona ad quatuor vsus sunt destinata: postea verò huius generalis diuisionis bonorum duas quasi species proposuisse, primam scilicet quando iuxta præfatos vsus bona realiter inter se distincta sunt; secundam quãdo quatuor istæ partes re ipsa confusæ sunt, solo verò fine, ac sola destinatione separatæ. Loquitur quæstio primùm (vt dixi) de diuisione generatim ac quasi in modum præmij, vsque ad versiculum. Si ergo distincta re, ibi autem, cum videat fieri posse, vt bona ista iuxta quatuor hosce fines realiter inter se distinguãtur, ita, vt portio episcopi iam non amplius commixta sit cum ijs partibus, quæ tum ad pauperes, tum ad ministros, & cultum ecclesiæ pertinent, hoc casu statuit quod de episcopo sentiendum sit, qui vel alienas partes, uel etiam portionem vsui suo destinatam secus ac par sit distribuat, atque dispen-
3 set. † Et quod attinet ad portiones alienas, aperte concludit, prælatum non tantùm mortaliter peccare, sed etiam teneri ad restitutionem, si ea, quæ pauperibus, & ministris, & cultui ecclesiæ erogãda sunt, non ijs ipsis elargiatur, sed in proprios vsus conuertat. inquit enim, Si ergo distincta sunt bona, quæ debent in vsum episcopi cedere, ab his, quæ sunt pauperibus ac ministris, & cultui ecclesiæ eroganda, non est dubium, ꝙ contra fidem dispensationis agit, si ea non elargiatur, & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. Circa quorũ verborum interpretationem duo ¦ sunt aduertenda, primò ita demum velle D. Thomam, prælatos, qui contra fidem dispẽ

sationis

Source : BIU Cujas

sationis agunt, ad restitutionem teneri, si bona distincta sint,
4 vereque, & realiter inter se diiūcta: † ergo in illo casu secus existimat, quando quatuor istæ partes verè inter se distinctæ non sunt, licet in quatuor vsus fuerint destinatæ, quod argumentum iudicio meo, optimè concludit. Secundo aduertendum est loqui ipsum in his verbis proxime relatis non de dispensatione portionis episcopi, sed portionum alienarum, quando scilicet pauperes, & ministri, & ecclesia fraudantur bonis, quæ debebant ipsis erogari: tunc enim intrepide vtrūque affirmat, nempè, & peccare episcopum, & ad restitutio-
5 nem illum teneri. † Cum vero postea de eo loquitur episcopo, qui propria abutitur portione, neutiquam dicit restitutioni illum obnoxium esse, sed tantùm peccare, non secus ac si proprijs bonis abuteretur, cū propter immoderatū vsum alijs non subueniat, vt charitatis debitum exigeret. Itaq; prædictis aduersando subijcit, De his autem quæ sunt specialiter suo vsui deputata, videtur esse eadem ratio, quæ est de proprijs bonis, vt scilicet propter immoderatum affectum, & vsum peccet quidem si immoderata sibi retineat, & alijs nō subueniat, sicut requirit debitum charitatis. peccet quidem, inquit, non tamen ad restitutionem teneatur: quod etiam colligitur ex ijs verbis, Sicut requirit debitum charitatis. quæ quidem verba adsunt in postremæ impressionis codicibus, qui opera Illustrissimi Cardinalis Iustiniani, Ordinis Prædica-
6 torum Generalis, haud multò ante emissi fuere. † Quod autē affirmat D. Tho. de portione prælatis assignata, de beneficio affirmandum est, cùm vere nihil aliud sit beneficium, quàm quod clerico, seu beneficiario suis vsibus, in reali bonorum ecclesiasticorum diuisione assignatum est. Nunc uicissim cō fert, se D. Thom. ad alteram diuisionis speciem, cum scilicet bona Geometrice tantummodo diuisa sunt, tanquam destinata ad varios fines, atque hac sola destinatione, non autem
7 rationaliter atque Arithmetice inter se distincta. † sic ergo ipse inquit, Si verò non sunt prædicta bona distincta, eorum distributio fidei eorum committitur: & si quidem in modico deficiat, uel superabundet, potest hoc fieri absque bonæ fidei detrimento: quia non potest homo punctualiter in talibus accipere, quod fieri oporteret: si verò sit multus excessus, non potest latere: unde videtur bonæ fidei repugnare. Hæc verba videntur, mihi tam aperta, vt nullum disputationi locum relinquant: nemo enim non videt, secus hoc casu statuere D. Thomam, ac superiore casu affirmauit, quando scilicet realis distinctio facta est, ac cæterorū portiones prælatus aliqua ex parte in suos vsus conuertit: tūc enim de prælato tria hæc perspicue traduntur, & agere illum contra fidē dispensationis, & mortaliter peccare, & ad restitutionem teneri. Posteriori uerò hoc casu, quando scilicet bona realiter non sunt distincta longe aliter loquitur D. Thomas. tunc. n. bonorum distributionem prælati fidei committit, sicque dispensationem illi tribuit. quæ uerò Theologis est dispēsatio, eam vere dominium appellari posse supra diximus. Sed quia consentaneum est huiusce dominii clericos regulam aliquā ac modum habere ita vt regulatum eorum dominium dici possit, propterea D. Tho excessum illis quidem non tamen multum excessum permittit; quin verò, si multus ab eo fiat excessus, non restitutioni obligat excedentem, sed tantū admonet eiusmodi excessum peccato non carere, cùm is bonę fidei aduersetur. Hinc iam puto intelligi posse nullum plane argumentum ex uerbis D. Thom. pro parte contraria posse sumi, sed totum hunc verborum contextum a fronte vsque
8 ad pedes sententiæ nostræ fauere. † Quod ipsum recte etiam affirmatur quocunque tandem modo nostri temporis beneficia velis accipere. Nā si ponas beneficia idcircò fuisse erecta, ut essent portiones clericorum a reliquis tribus portionibus distinctæ, iam audisti D. Thomam non obligare clericum ad restitutionem, qui assignata sibi portione abutatur. Si uerò ponas in singulis beneficijs, & pauperū, & ministrorum, & fabricæ confusas simul portiones includi, quāquam hoc perspicue fallum, vt supra, demonstraui; tamen adhuc D. Thom. nobiscum sentit; si quidem, quando bona nō sunt realiter distincta, peccare tantùm prælatos asserit, qui legitimi vsus modum excedunt, tamen neque ex multo excessu teneri illos ad restitutionem existimat. Quanquam verò satis esse debet demonstrasse nobiscum hoc in loco sentire D. Thomam, nec necesse est cætera omnia prosequi loca, in quibus
11 ipse hac de re locutus est, cùm credibile non sit virum doctissimum atque sanctissimum a se ipso dissentire: tamen, vt scrupulus plane omnis tollatur, operæpretium erit animaduertisse, quibus & alibi uerbis ille utatur, cum in eius rei mētionem incidit. Idem ergò D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad quintū
9 loquitur in hæc verba: † Prælatus potest rem Ecclesiæ subripere tripliciter, vno modo si rem Ecclesiæ non sibi deputatam, sed alteri, sibi usurparet, ut puta, si episcopus usurparet rem Capituli. clarum est, quod de prima hac subreptione dicit D. Thom. nihil nobis aduersari, cum eo casu loquatur, quo prælatus subripit bona, quæ uere & realiter ab ipsius portione iā distincta sunt. Nūc ad reliquas subreptionis species ab ipso constituras deinceps pergamus. Alio modo, inquit, si rem Ecclesiæ, suæ custodiæ deputatam, in alterius dominium transferat, puta consanguinei vel amici, & tunc debet restituere Ecclesiæ, & sub sua cura habere, vt ad successorem transeat. Tertio modo potest prælatus subripere animo incipiendo rem possidere vt suam; & tunc debet restituere, talem animum deponendo. Plus dubitationis videntur habere hæc uerba. Primo enim quod dicitur, rem ecclesiæ prælati custodiæ deputatam esse, eò uidetur spectare, ut demonstretur, prælatum prouentuum Ecclesiasticorum non dominum, sed custodem esse. Sed longe secus res se se habet, neq; enim de prouentibus Ecclesiasticis intelligit D. Tho. sed de bonis immobilibus, de Thesauris, & si quæ aliæ id genus sūt. Atque ita intelligit Card. Caietanus, qui: quoniam eo loci, ea tradit, quæ nostræ sententiæ plurimum fauent, verba ipsius hic uolui præterijsse: Nota, inquit illud verbum, Suæ cu-
10 stodiæ deputatam † habet nanque se Prælatus ad res Ecclesiæ dupliciter, scilicet vt custos, & vt dispensator. est si quidē custos rerum immobilium, & aliorum, quorum alienatio est sibi prohibita: Est autem dispensator fructuum, & prouētuum ad suum quasi stipendium pertinentium. Posteaque statim subijcit, Et quoniam, vt autor met dicit in Quod lib. 6. art. 1. Prælatus male utens, & dispensans portionem illā, quæ est quasi stipendium eius, non tenetur ad restitutionem, sed ad solam pœnitentiā, ideo, ut præseruaret se ab his, quæ sunt suæ dispensationi pro suo vsu commissa, dixit, Custodiæ suæ deputatam: Quæ sane uerba sunt eiusmodi, vt de illorū sententia nullo modo dubitari possit, cum perspicue dicatur, non teneri prælatum ad restitutionem, etiam si plane dissipet portionem illam, quæ ipsius quasi stipendium est. Nec dicas Caietanum intelligere de portione illa, quæ soli usui episcopi sit necessaria. Nam cum de fructibus ipse loquatur, & fructuum certam portionem constet prælato esse assignatam, de tota illa portione Caietanum intellexisse dubitari non oportet. Dixit vero illam pro suo usu Episcopali Episcopo ipsi esse commissam; quod non de usu necessario accipias, si quidem hoc modo de dispensandi ratione nullus dubitationi locus esset. Atqui certe tam perspicuis mox ipse verbis utitur, ut quis eius fuerit sensus minime ambigi possit. ita. n. inquit, Tenentur ergo in duobus casibus ad restitutionem. Primo, si usurparet sibi rem deputatā alteri particulari quā multitudini, ut particularibus &c. propter quod qui præsunt hospitalibus, aut sunt cōmissarij in huiusmodi, caueant, quā mundas seruent manus: cum enim hæc bona aliorum sint, rapina pauperum in domo eorum est, si hæc sibi applicant; secundò, si alienaret rem suæ custodiæ deputatā, & sub hoc claudūtur tam immobilia, quàm prohibita alienari, quàm Thesauri. Duos tantum casus excipit Caietanus, quibus solis asserit prælatum teneri ad restitutionem. primò, quando rem alteri deputatam sibi vsurpat, secundo quando alienat rem custodiæ suæ commissam. Quare dubitandum non est, quin cæteris omnibus casibus contrarium statuat. Quod ipsum alibi qnoque perspicue sentit Caieta. ut in 2. 2. q. 185. artic. 7. in responsione ad tertium, ubi ait Prælatum, & Episcopum in sua præbenda ex abusu peccare tantum. Vt uero ad D. Thom. reuertamur, uideo ipsum non minus aperte nobis adstipulari, Quodlibe. 6. q. 7. art. 12. ad primum, ubi sic inquit, Aliter ergo dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, q̄ principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicut bona hospitalium, & alia huiusmodi; & aliter de illis bonis, quæ sunt principaliter attributa usibus ministrorum, sicut sunt præbēdæ clericorum; & alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsarū rerum conditione, dum aliquis in suos usus assumit quod est alterius; & ideo tenetur ad restitutionem tāquam defraudator alienæ rei. In secundis uerò bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut de bonis patrimonialibus dictum est, unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solū ad pœnitentiam peragendum. Nihil aliud ad hæc uerba, ne probabiliter quidem, responderi potest, nisi quòd ex aduerso respondetur, respexisse D. Thomam solas præbendas, quæ
12 uerius ac magis proprie stipendium laboris dicuntur. † Sed hoc quoque a ueritate alienissimum est, uere enim ipse in confuso Ecclesiasticos redditus omnes complexus est, ut ex eius uerbis liquido apparet. & ita etiam accipit Caietanus in præcitato loco, nihil minus cogitans, quàm ut de præbenda speciatim aliquid statueret, ac in cæteris fructibus Ecclesiasticis. † Quæ differentia tantominus a nobis statuenda est, q̄ nulla plane ratione tuari illa potest, cum etiam præbenda tam pinguis esse possit, ut uictus necessitatem excedat; nec ratio ulla sit, cur minus ad restitutionem teneatur, qui illam, quàm qui beneficij redditus male consumat. Nam si dicis,

clerici

Source : BIU Cujas

clerici ſtipendium eſſe præbendam; de beneficio certè idem verè affirmari poteſt: Nam & beneficium quaſi in ſtipendium clericis eſt conſtitutum, capit. ſecundo, & capit. cum
13 ſecundùm Apoſtolum, de præbend.† At inſtabis adhuc, in eo ſaltèm nobis aduerſari D Thomam, qui quandoque aſſeruerit bona Eccleſiarum prælatis fuiſſe commendata, non ſecus ac conſulibus Reip. bona, 2.2. quæſtio. 43. articu. octauo. Sed reſpondeo, ad bona immobilia id referri oportere: verè enim illa prælatorum cuſtodiæ commiſſa ſunt, vt proximè adnotauimus ex Caietano ſecunda ſecundæ. quæſt. 62. artic. quinto, ad quintum. Perſpicuum eſt igitur iam, vt opinor, fruſtrà illos inſudare, qui D. Thomæ autoritate beneficiariorum dominium, quantum ad reditus Eccleſiaſticos impugnare conantur, licet cauillis, & ſubtilitatibus apertiſſima
14 eius verba, quantum in ipſis eſt, ſtudeant inuertere;† neque animaduertant ſubtilitatem nimiam non Pontificijs ſolùm, ſed Ethnicis etiam legibus vbique admodum improbari. l. ſed & hæc nimium ſcrupuloſa ſunt ff. de excuſat. tuto. l. pen. C. ad Trebel. ibi, nedum nimia ſubtilitate. & capit. dilecti, de iudi. cap. hinc etenim. 49. diſtin. Quoniam verò permultos fore auguror, qui, tametſi fateantur accuratè nos, quin & uerè D. Thomæ verba fuiſſe interpretatos, plus tamen communis interpretationis autoritati, quàm noſtræ tribuant diligen
15 tiæ,† propterea illud etiam libet admonuiſſe, noſtram hanc interpretationem frequentius a cæteris ijſque grauiſſimis autoribus receptam eſſe, qui hoc ipſum quod diximus ſenſiſſe D. Thomam non dubitanter affirmarunt. Bellame. in capit. venerabilis, de exeept. numero quadrageſimoſexto, in fine uerſi. pro, & contra faciunt. Turrecremata in capitul. gloria epiſcopi, uerſic. ſacrilegium, & in capit. primo 12. quæſtion. ſecunda, in ſeptima, & decima concluſione, numero octauo & undecimo, in reſponſione ad prim. & ſecund. & in reſponſione, ad quarto, & ſecundo uerſi. his habitis. Cardinal. Alexandrinus in capitulo 1. 44. diſtin. Albe. in ſuo dictio. uerbo Clericus. Caietanus ſecunda ſecundæ, quæſtio. ſexageſima ſecunda articul. quintũ. ad quinto Petrus Sotus tractat. de inſtit. ſacerdo. capitul. de bonis eccleſ. uerſicul. Rurſum an ad reſtitutionem teneantur. Dom. Sot. lib. 10. de juſt. & iur. quæſtion. 4. artic. 2. uerſi. ſexta concluſio. Gabriel. Biel in quarta diſtin. 15. quæſtion. octaua in quinta concluſione. Sum. Tabiena uer. reſtitutio. 19. nu. 20. uer. tamen melius eſt dicendum ſecundum D. Thom. & ne multos damnemus, & cum ſit pœna &c. Itaque communi ſententiæ non tantùm aduerſatur, qui clericos negat reddituum eccleſiaſticorum dominos, ijſque conſumptis ad reſtitutionem teneri putat, ſed etiam qui ſecus exiſtimat ſentire D. Thomam, de cuius ſententia accuratius differere non ab re eſſe duximus, cum ille & ingenio, & ſanctitate, vſque adeo præcellat, vt Angelici Doctoris agnomen maxima cum ratione miro Theologorum omnium conſenſu fuerit aſſecutus.

Hæc de fructibus eccleſiaſticis dixiſſe volui, non vt doctiſſimis grauiſſimiſque iuris æmularer, qui eadem hac de re accurate ſimul, & copioſe ſcripſerunt: ſed quia uix poteram æquo animo ferre eam a multis ſententiam, vti prorſus erroneam, improbari, quam ego ueritati omni ex parte conſen-
16 taneam ſemper iudicaui. † Illud præterea omnibus teſtatum eſſe cupio (ne quis forſan ſecus ſententiam noſtram accipiat, atque illam ego accipi velim) me nihilo ſecius clericorum nonnullorum licentiam deteſtari, quàm qui eos reſtitutioni obnoxios eſſe contendunt. Etenim parum ea in re momenti eſſe ſtatuo, quòd per luxum effuſa, reſtituere non compellantur, ſi Deo, quem tantopere in ſe munificum experti ſunt, contra ipſi ſe ſe ingratos præbent, ſi, vt rectè Gerſon aduertit in ſermone de vita clericorum, rebus ijs improbe abutuntur, quæ illos ad pœnitentiam potius deberent excitare, ſi aſſiduas prædicationes, ſi ſanctiſſimorum virorum exemplum pro nihilo habent: quæ non ſolùm ad intuendum, verum etiam ad imitandum ipſis propoſita ſunt: ſi denique remedia, quibus animarum noſtrarum labes diuinus ille Medicus ſanare ſtudet, non auertunt modò, ſed etiam laſtidiunt atque contemnunt.

FINIS.

TRACTATVS DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS.

FRANCISCI SARMENTI HISPANI.

Pars prima.

De natura Eccleſiaſticorum bonorum, & dominio, atque eius acquiſitione, & poſſeſſionis etiam amiſſione, & recuperatione.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum Eccleſiaſticorum vſus qualis eſſe debeat ex Apoſtolorum obſeruatione.*
2 *Per Apoſtolos non fuit Eccleſiæ ordinata paupertas.*
3 *Conſilia Euangelica quando, & quomodo obligent.*
4 *Vtrum Apoſtoli paupertatem ſeruare fuerint obligati, & emiſerint paupertatis votum.*
5 *Quare Eccleſia in Iudæa non poſſidebat prædia, & poſtea cæpit in gentibus poſſidere.*
6 *De Paupertate Apoſtolorum, & an uotum emiſerint.*
7 *Apoſtoli habebant Dominium eorum, quæ ſibi offerebantur.*
8 *Dominium non aduerſatur perfectiſſimo Paſtorali ſtatui.*
9 *Epiſcopus an poſſit intendere augmento temporalium bonorũ Eccleſiæ.*
10 *Paupertatis voto an ſoluantur Fratres facti Epiſc.*
11 *Panis, quo ueſcuntur Fratres Minores an ſit in eorum dominio, & quòd in hijs rebus non poſſit dominium ſecerni ab uſu.*
12 *In his quæ vſu conſumuntur vſus, & vſusfructus a dominio non differunt.*
13 *Votum, vel lex non poteſt dominio naturali aliquem prohibere.*
14 *Dominium rerum conueniens eſt Epiſcopali perfectiſſimo ſtatui.*
15 *Dominium rerum Eccleſiæ apud quem ſit. & in parte 4. cap. 1.*
16 *Magis inſpicitur perſona in cuius utilitatem datur, quam perſona cui datur.*
17 *Dominium rerum Eccleſiæ non eſt apud pauperes.*
18 *Clerici poſſunt uiuere de redditibus beneficiorum, & conſernare bona propria.*
19 *Pauperes non conſtituunt Collegium, nec uniuerſitatem.*
20 *Intellectus. §. & unum hominem. inſti. de legatis.*
21 *An dominium ſit apud Eccleſiam, uel vniuerſalem, uel particularem.*
22 *Dominium rerum Eccleſiæ an ſit apud Chriſtum.*

Caput primum

In quo de Origine, & natura rerum Eccleſiæ agitur, & apud quem ſit earum dominium, & quomodo acquiratur.

LICET titulus, & argumentum huius libelli vſumfructuum bonorum Eccleſiaſticorum, nõ proprietatem eorum vocet in controuerſiam, tamen quia & vſus, & fructus aliquando pars dominij eſt, aliquando vero dominium eſt eorũ cauſa. ideo operæ pretium erit promiſcue bonorũ eccleſiæ originem, & naturam breuiter demonſtrare.

Bonorum igitur eccleſiaſticorum natura ab initio naſcẽtis eccleſiæ ab Apoſtolis conſtituta, & per manus ad poſteros tranſmiſſa duplicem vſum proſpicere† videtur, diuini
1 ſcilicet cultus exhibitionem, & pauperum uictum fidelium, ille vt ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ, & verbi Dei & diuini cultus inſtrumenta complectitur, ita latriã erga Deũ, & opera Charitatis ſpiritualia erga homines reſpicit, & amplectitur, hic vero ſubueniendo pauperib. in corporalibus Charitatis operibus verſatur, prior vſus ſemper præcedere debet, & anteferri, cum ſpiritualia corporalib. ſint potiora. Ideo in Cõcilio Carthaginenſi 4. omnia fere opera Charitatis corporalia epiſ interdicuntur, vt lectioni, orationi, & verbi Dei, prædicationi, quæ in priori gradu connumerantur, melius vacare poſſint, vt infra latius oſtendemus. Qui ordo vt in miniſterio perſonarum, ita in diſtributione bonorum tẽporaliũ eccleſiæ ſeruãdus eſt, ut potius neceſſaria diuino cultui, & miniſtris tribuant, ſi rei quantitas non ſit ſufficiens ad vtriuſq; vſus neceſſaria miniſtrãda, vt in c. qa tua fraternitas. 12.q.1. Greg. apertiſſime ſentit. ibi, oẽ qđ ſupereſt neceſſitati-

Source : BIU Cujas

bus,in cauſis pijs ac religioſis erogandum eſt, Domino Magiſtro dicente, omnibus, quod ſupereſt date eleemoſynam. Illud certiſſimum eſt,illa,quæ neceſſaria non ſunt, licet maxime ad ornatum diuini cultus,& elegantiam pertineant, neceſſitatibus pauperum debere cedere,vt Beatus Ambroſius probat in canone.aurum habet eccleſia.12.q.2.& diuus Hieronymus in cap.gloria epiſcopi.ead. cauſa.& quæſtion.alia tamen ratione in ipſo eccleſiæ exordio, quàm nunc eccleſia vtitur,rebus eccleſiaſticis,& Deo oblatis vtebantur Apoſtoli.tunc enim fideles bona vendebant propria, & pretium eorum ad pedes Apoſtolorum deferebant, vt in actis Apoſtolorum legimus,& a poſſeſſione immobilium eccleſia abſtinebat, ſed pecuniam ex venditionibus Prædiorum oblatam in alimoniam egentium erogabant,nec vt propriam eã Apoſtoli poſſidebant,non vt ſucceſſoribus ſuis,uel eccleſię
2 eam legem conſtituere velint; ad ea † enim quæ ſupererogationis ſunt,nemo,niſi ex propria voluntate,& voto aſtrin
3 gitur, quia Conſilia Euangelica † ſolum volentem ligant quoad opus,licet mentaliter ad illa omnes obligentur:ſemper enim non ſolum epiſcopi,& Clerici,qui ſtrictiori obligatione tenentur:verum quilibet fidelis ea mente, & propoſito eſſe debet,vt,ſi neceſſarium ſit,pro Dei amore, & animæ ſuæ ſalute,patrem,& matrem, vxorem, & liberos, bona,honorem,& vitam contemnat,& perdat,fac.ea quæ dicit ſanct. Tho.2.2.q.184.artic.7.ad primum, & ideo martyrium eſt de præcepto ſecundum animi præparationem, licet non abſolute,ut probat idem S.Tho.22.q.124.artic.1.ad 3. & in addit. ad 3.patet quodlib.4.q.10.art.20. re enim ipſa niſi ea neceſſitas ingruerit,ut animæ ſalus periclitetur,ſolus is tenetur, qui ad id uoluntate,& voto expreſſo,vel tacito,ordine, vel officio ad id ſe obligauerit,ex mente S.Thom.in quodlib. 6.art. 12.ad primum, & ſecundum.mentaliter tamen,vt diximus ſeruari debent conſilia,quibus adeo ſunt connexa præcepta, vt ſeruari nullo modo poſſint,niſi mentaliter ſeruentur conſilia,& ita quantum ad animi præparationem cõſilia, ab omni fideli ſunt ſeruanda, non tamen ſemper per exequutionẽ operis, ſed quando neceſſitas ſe offerat, vel ſi ſpeciali voto ad ea ſe obligauerit,vt poſt S. Auguſtinum in lib. de Sermone Domini in Monte,dicit S.Thomas ſecũda ſecundæ q.43. artic.8.ad quartum,& ideo, licet Apoſtoli aliquo tempore, ita paupertatem ſeruauerint, & ſancta Mater Eccleſia, vt a poſſeſſione bonorum abſtinerent,id tamen non eo conſilio factum eſt,vt ſemper futuris temporibus obſeruaretur:ſed,
4 vel quod eo tempore prædicationi euangelij, † quo & conſilia,& præcepta continebantur, id obſtare videretur, cum difficile fuerit alijs,quod ipſe non præſtes perſuadere,vel ob alias cauſas,quæ colligi poſſunt ex S. Tho. 3. parte.quæſt.40. artic. 3.uel ꝙ Apoſtoli ad id propria voluntate ſe aſtringerent, ꝙ uideantur.uouiſſe pertinẽtia ad perfectionis ſtatum, vt aſſerit S.Thomas ſecunda ſecundæ.quæſtio. 88. artic.4.ad tertium.in fine.& Pelagius de planctu eccleſiæ lib.2. capit.60. colum.7.qui allegat Augu. de ciuitate Dei.lib.17. capitul. 4. vel quod eo tempore, & conſiliorum neceſſitas ſe oſtendebat, & ob id a Domino præcepta eis ſpecialiter erant, dum eis dominus ad prædicandum miſit,dicens Matth.10.Nolite poſſidere aurum,nec argentum, nec pecuniam in zonis veſtris,non peram in via,neque duas tunicas,nec calciamenta, nec virgam &c.& Luc.9. & poſtea Petrus nomine ſuo, & aliorum Apoſtolorum dixit, ecce nos relinquimus omnia &c.Math.cap.19.Vel quia(vt inquit) Melchiades Papa futuram eccleſiam Apoſtoli in gentibus præuidebant. Idcirco
5 † prædia in Iudæa minime ſunt adepti: ſed pretia tãtummodo ad fouendos egentes,vt dicitur in c. futuram. 11.q.1.vbi ſubdit Vrbanus Papa in canone ſequenti. videntes autẽ ſummi ſacerdotes,& alij atque leuitæ & reliqui fideles plus vtilitatis poſſe conferre,ſi hereditates,& agros,quos vendebant, eccleſiis quibus præſidebant epiſcopi,traderẽt,eo ꝙ ex ſumptibus eorum tam præſentibus,quàm futuris temporib. plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam ducentibus,quàm ex pretio ipſorum, cæperunt prædia & agros quos vendere ſolebant, matricibus eccleſijs tradere,& ex ſumptibus earum uiuere; Ipſæ vero res in ditione ſingularum Parrochiarum Epiſcoporum(qui locum tenent Apoſtolorum)erant,& ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus.& notandum eſt ſecundum Aluar. de Pelag.de planct.Eccl.lib.2.cap.55.col.5.quod Melchiad.in
„ dicto cap.futuram.intellexit, quod Apoſtoli non ſunt ade-
„ pti prædia pro eccleſia ipſa, quam præuiderunt futuram in
„ gentibus:non pro ſe ipſis, quia Apoſtoli pro ſe ipſis nõ plus
„ ſunt adepti prædia in gentibus, quàm in Iudæa, ſed nec illa
„ fuit cauſa principalis,& vniuerſalis;ſed particularis,& acceſ-
„ ſoria,quia ratio principalis,& litteralis fuit, vt ſolius uitæ ne-
„ ceſſarijs alimentis,& tegumentis cõtenti,prima ad Timot. 6.
„ 12.q 1.c.Epiſcopus.deo liberius vacarent, euangelio expe-
„ ditius inſtarent,mundo exemplarius coruſcarent,& vniuer
„ ſorum neceſſitatibus promptius miniſtrarẽt,& prouiderẽt,
„ hæc ſunt uerba Pelagij, qui hoc latius proſequitur, & inter alias rationes col.ſequen.dicit, ꝙ ſtante apice apoſtolicę perfectionis Apoſtoli non poterant pro ſemetipſis in ſpeciali, nec in communi,quantum ad ipſorum cõmoditatem propriam,prædia recipere, nec retinere in Iudæa, nec in gentibus:quia ſi vis perfectus eſſe &c.& etiam allegat illud Lucæ. 9.& Matth.10.nolite poſſidere &c.ubi Chriſoſtomus appellat illud præceptum, & dicit ꝙ ſpecialiter fuit impoſitum diſcipulis,dum ad prędicandum Iudæis mittebantur: uel ꝙ(vt ſupra diximus) ingruente neceſsitate illa, quæ aliàs erant de conſilio, efficiuntur de præcepto, uel quia ratione officij, quod acceperant, ꝙ alio modo eo tempore miniſtrari non poterat,illa inerant tunc,quæ poſtea, illa neceſsitate ceſſante,non obligabant,& ita eccleſia, & eius miniſtri bona potuerunt habere,& licite ea poſſederunt,& poſsident:ut poſt S.Tho.ſecunda ſecundæ.q.185.artic.6.& optime explicat R. P.Dominicus de Soto lib.10.de Iuſt.& Iur.q.4.artic.1.ſed vt hæc res plenius explicetur,non omittam dicere quid ſentiã, cum uideam uarie ſupradictos patres in varias ire ſententias,nec autoritatibus ſatisfieri, maxime cum pontificalibus decretis aliqua ex parte repugnare ſupradicta uideantur: nã in extrauaganti,cum inter nonnullos,de uerborum ſignificatione.Ioannes 22.apertiſsimis uerbis determinat eſſe hæreticam opinionem affirmare,redemptorem noſtrum, ac Dominum Ieſum Chriſtum, eiuſque apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua,nec in communi:item hæreticum eſſe affirmare Redemptori noſtro, & eius apoſtolis nequaquam ipſis rebus vtendi ius competiſſe,nec ius uendendi,vel donandi eas res habuiſſe,aut ex ipſis alia requirendi, de quo latiſsime Card.Turrecrem.in cap.exemplum.12.q.1. ubi Alexan. tranſcribit(ut ſolet) eius dicta,& ante eos latiſsime Aluar. de Pelagio dicto loco, & licet uideatur hoc contrarium fuiſſe uoto, quod emiſiſſe Apoſtolos S. Tho. ſupra allegatus aſſerit, quia videtur quod ſi vouiſſent non poſſent dominium rerũ habere,nec donare, vel vendere res ſic habitas poſſent, ſed ego puto, ꝙ quamuis uouiſſent apoſtoli,uel firmiter propoſuiſſent ſeruare omnia ea,quæ ſunt ſtatus perfectionis,nõ tamen paupertatem in ſpecie uouiſſe, quia nõ ſemper ea ad ſtatum perfectionis eſt neceſſaria, quia paupertas nõ eſt perfectio,ſed perfectionis inſtrumentum,ut S. Tho.etiam fatetur in 2.2 q.184.art.3 in reſponſio.& ideo dicit idem S. Tho. in d.q.184.art.7.ad primum,ꝙ abrenuntiatio propriarum facultatum dupliciter conſiderari poteſt, uno modo ſecundũ
„ quod eſt in actu, & ſic in ea non conſiſtit eſſentialiter perfe-
„ ctio,ſed eſt quoddam perfectionis inſtrumentum, vt ſupra-
„ dictum eſt,& ideo nihil ſtatum prohibet perfectionis eſſe ſi-
„ ne abrenuntiatione propriorum, ſicut etiam dicendum eſt
„ de alijs exterioribus obſeruantijs.alio modo poteſt conſide
„ rari ſecundum præparationem animi,vt ſcilicet homo ſit pa
„ ratus,ſi fuerit opus,omnia dimittere,uel diſtribuere, & hoc
„ pertinet ad perfectionem,(hæc ſunt uerba ſan.Thom.) & ita
„ iſto modo credo uouiſſe apoſtolos, uel firmiter decreuiſſe ſeruare ea,quæ ſunt ſtatus perfectionis, non autem paupertatem perpetuam ſpecialiter vouiſſe, nec hoc eſt alienum a mente San.Thomæ d.q.88.art.4 ad 3.in fin.qui dicit, ꝙ apoſtoli intelliguntur uouiſſe pertinentia ad perfectionis ſtatũ, quod non infert vouiſſe paupertatem in ſpecie; & ideo licet
6 apoſtoli ſequuturi Chriſtum omnia reliquiſſent,† & quando miſsi ſunt ad prædicandum eis præceptum a Domino fuerit vt nec aurum,nec argentum poſsiderent:quod id,eo tempore conueniens erat:ſequuturis enim Chriſtum ab eo in euãgelio dicitur,ut ſi uelint eſſe perfecti,dimittant omnia ſua,vt melius nudi nudam Crucem ſequantur, ut inquit diuus Hieronymus ad Nepotianum in c.clericis.12.q. 1. ſiue id ex præcepto Chriſti:ſiue ex propria uoluntate, ſiue utraque rõne fuerit impoſitum:tamen poſtquam a Chriſto Domino noſtro poteſtas ligandi,ac ſoluendi eſt conceſſa, & ex diſcipulis Magiſtri ſunt conſtituti, & paſcendi gregem cura eſt eis commiſſa, uidetur eis dominio bonorum non fuiſſe interdictum,nam ut Ioan.Dried.lib. 3. de regul. & dogmat. ſacr. ſcript.pagin.216.loquendo de baculo,& pera,optime inquit, manifeſtum eſt & in rebus alijs Chriſtum primitus dediſſe
„ præcepta quædam, quæ poſtea relaxauit, qui prius dixit, in
„ uiam gentium ne abieritis,poſt reſurrectionem dixit, ite &
„ docete omnes gentes &c. ubi etiam ponit alia quę confirmant hanc intelligentiam, & ideo quamuis adoloſcenti dixit. Si uis perfectus eſſe &c. Petro, dum Paſtor inſtituitur, nulla exigitur paupertas, ſed charitatis culmen, ut dicit Frater Dominicus de Sot. dicta quæſtion.4.articul. primo.ideo etiam ſtatim ipſo in limine naſcentis eccleſiæ dominium plurimorum Apoſtolos acquiſiuiſſe apparet: quod etiam a
7 fidelibus ipſis offerebatur,† nonne erat in eorum dominio? ſaltem in communi,ut late per Cardin.Turrecrem. in capit. dilectiſsimis. 12. quæſtion. 1. numero 11. ad quartum. & in

lib. 2.

Source : BIU Cujas

lib.2.de eccleſia.cap.112.ad 12. ubi late per ipſum, & in particulari,nonne huius dominij ratione pauperibus diſtribue bant,nonne fraudantes bonis oblatis morte mulctabantur? vt Ananias,& eius vxor Saphira morte temporali & perpetua experti ſunt,vt in actis Apoſtolorum legitur,& 12.q.1.in dicto capit.dilectiſſimi.Beatus Clemens explicat, licet enim ipſi ea mente acciperent,vt in pauperes erogaretur, & licet dantes etiam eo animo fuiſſent,& licet expreſſe hoc conuentum eſſet,dominium tamen ad eos tranſibat, vt in l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum quis.ff.de cond.ob cauſ.ubi not.glo.maxime,quia ex his bonis ſeipſos alere potuiſſe nemo non fatebitur.Dominium ergo Apoſtoli habebāt effecti Magiſtri, licet quando diſcipuli ſub Magiſtro Chriſto erant aliquando eorum uoluntate, aliquando præcepto paupertatem profitebantur,hac tamen obligatione facti Magiſtri, fuerunt liberati,etiam ſi votum perpetuæ paupertatis emiſiſſent, quatenus officio pontificali repugnaret, & in aliquo impediretur ad exercendum Pontificale officium, quod eſſet ſi dominium bonorum non poſſent habere, vt pauperibus ſubuenirent,& egentibus.vt ex S.Tho.colligitur 22.q.185.articu.8.in reſponſione,& vt ipſe dicit expreſſe, vt ſint tanquam diſpenſatores in 22.q.8.artic.11.ad quartum. Statui enim magiſterij,& paſtoralis curæ gregis non aduerſatur dominium, immo vtile eſt inſtrumentum, † vt neceſſitatibus ſubditorum 8
prouidere poſſint epiſco. huic ſententiæ conuenit, quod de Beato Paulino refert Proſper in Canone,expedit.12.q.1.cuius verba ſunt.Denique S.Paulinus,vt ipſi melius noſtis, ingentia prædia,quæ fuerunt ſua,vēdita pauperibus erogauit: ſed dum factus eſſet Epiſcopus non contempſit eccleſiæ facultates:ſed fideliſſime diſpenſauit,& paulo poſt. Quid Sanctus Hylarius?nonne ipſe omnia ſua, aut parētibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? is tamen cum merito ſuæ perfectionis fieret eccleſiæ Arelatenſis Epiſcopus, quæ illa tunc habebat eccleſia, non ſolum poſſidebat,ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit.Hæc exēpla hodie ſeruat Eccleſia Catholica, vt qui paupertatem expreſſe vouerunt, ad culmen magiſterij epiſcopalis erecti,ea lege quodammodo ſint liberati, alios enim ea dignitas mores poſtulat,alia enim lex eſt perfecti diſcipuli,aliæ leges Ma- 9
giſtrum decent, & ideo licet † Epiſcopo, dummodo id fiat ſine ſpiritualium damno,& paſtoralis proprij officij, (quod in oratione,prædicatione,& ſacramentorum miniſtratione conſiſtit) anxia ſolicitudine remota,intendere multiplicationi temporalium eccleſiæ ſuæ, vt per Cardin. Turrecrem.in cap.epiſcopus.tertio.88.diſtinct.de conſeruatione enim nulla poteſt eſſe dubitatio, cum ex officij ſui obligatione ad id teneatur,vt in dictis Canonibus.& ex præſc. S. Tho.ſecunda ſecundæ quæſt.43.art.8. deniq; huic perfectiſſimo ſtatui dominium nō poteſt eſſe in culpa ſed vſus.ad quod facit, quod dicit S. Tho.ſecunda ſecundæ.quæſt.32.arti.5.ad ſecundum, vt qui emunt, vt inquit Apoſtolus.1.ad Corintios. capit. 7. Tamquam non poſſidentes.& qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, & ita perfectio euangelica in epiſcopis eſt,vt tot rerum Domini conſilio apoſtolico vtantur.ad Timoth.1.capit.6.qui ita inquit. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur contenti ſumus. Nec his obſtat, quod Beatus Thom.ſecunda ſecundæ.q.185.artic.8.& Cardin. Turrecrem.qui eam tranſcribit in cap.de Monachis.16.quæſtio.1. velint monachum epiſcopum † factum nō ſolui a voto pau- 10
pertatis,nec ſummum Pontificem diſpenſare in voto paupertatis,vt in cap.cum ad monaſterium. de Stat.Monach.in fi.& S.Thom ſecunda ſecundæ.q.88.artic.8. ad quartum, & q.185.art.8.not.glo.in dicto cap.de Monachis, quia vt ex ipſo San.Thom.colligitur, quatenus votum monachale impediret officium Pontificale,eſt ſublatum per aſſumptionem ad epiſcoparum.impediret vero, ſi epiſcopi facti non poſſent habere dominium eo modo, quo ſupra dictum eſt de dominio,quod habebant apoſtoli,vt ſic eo utantur ac vtebantur apoſtoli ad prouidendum egēnis, & ſicut diſpenſatores, vt per S.Thom.ubi ſupra & Card.Turrecrem.cap. non dicatis. num.2.12.quæſt.1.licet Sōtus in d.lib.q.5.artic.7. amplius eis concedat,ſed non ex mente S. Thomæ. ex his uana mihi videtur illa quæſtio Pelagij,an veſtes Petri, quibus indui eum Angelus iuſſit,eſſent Petri quoad dominium, vel vſum tātū primo,quia Petrus non emiſerat votum paupertatis in ſpecie,item,quia etiam ſi emiſiſſet, eo tēpore, quo alloquutus eſt eum Angelus,ſolutus prædicta lege paupertatis erat,quatenus diſpenſationi,& miniſterio gregis bona erant, uel neceſſaria,uel erant vtilia pietatis inſtrumēta, vt infra dicemus. quinimmo, etiam ſi non eſſet ab obligatione paupertatis liberatus, tamen veſtium, quibus induebatur, dominus erat 11
Petrus,& panis,quo veſcebatur,& hodie fratres Beati † Franciſci veſcuntur,(licet eorum ordinis Alua.de Pelag. in dicto tract.de planctu Eccleſiæ cap.56.per plures,& plures columnas nimis hanc rem vrgeat)in dominio Petri tunc erat,& fratrum S.Franciſci hodie eſt, niſi uelis eius panis,qui ipſorum dentibus teritur eo tempore non eſſe eos dominos, quod naturali rationi manifeſte repugnat. quod ſi eo tempore in eorum dominio eſt, & antea, cum ad hoc manibus capitur erit,& per conſequens, cum in eorum præſentia in menſa ponitur,& cum a fidelibus eleemoſynæ cauſa traditur. alioquin cuilibet a manibus eorum eripere liceret cum ea,quæ in nullius bonis ſunt,cuilibet occupare permiſſum ſit. quod ſi fures,& latrones,ſacrilegos, qui a talibus ſupradicta eriperent iure quis appellet, ergo eos dominos eſſe conſequitur, & neceſſarium eſt;& licet his rebus uti poſſint fratres a ſuperioribus prohiberi,& eis auferri poſſint,id tamē ratione obedientiæ,quam vouerunt, magis, quàm ratione paupertatis eſt.nec hoc facit,quin interim domini ſint.vt in l.2.ff.de in d. addict.& apparet ex his,quæ dicemus in 4.parte in capitu.5. num.11.nec obſtat text.in l. id veſtimentum. ff. de peculio, quia ibidem dominus eſt capax, ideo apud eum poteſt reſidere dominium veſtimenti ſeruorum, ſed in monachis non magis eſt capax ſuperior,quàm cæteri fratres,ideo dominiū harum rerum,quod in vſu conſiſtit,eſt apud eum, apud quē 12
eſt vſus. in ijs enim rebus, in quibus non facile uſus † a proprietate ſecernitur, conceſſo vſu, & proprietatem concedi neceſſarium eſt, vt multis notabilibus argumētis probat elegānter ſummus Pontifex Ioannes 22. in extrauaganti, ad cōditorem.de uerbo.ſignific quæ colliguntur in l. ſi tibi uini.ff. de uſufruct.earum rerum,quæ vſu conſumuntur, ubi inquit Caius.Si uini,olei,frumenti, vſusfructus legatus fuerit, proprietas ad legatarium debet transferri,quod naturali neceſſitate contingere probat idem Caius in l.2.§. nec enim naturalis.eod.tit.& probatur in §.conſtituitur,inſti.de uſufruct.vbi text. inquit. Nam hæ res naturali ratione, nec Ciuili recipiunt vſumfructum &c. Nec in his ſpeciebus differt vſusfructus ab uſu, vt probat Vlpianus in l. hoc Senatuſconſultum. in §.fina.ff. eod.titul.& ita uſus, vel vſufructus harum rerum proprietas eſt, cum non poſſit vſus a dominio ſeparari, vt etiam probatur in l.ſi a furioſo & in l.nam & ſi fur, & in lege ſi filiusfamil.in l.non omnis.in §.ſi pupillus. ff. ſi certum pet. & in l.ſi quis pro eo.§.ſi nūmos.ff.de fideiuſſ.& licet in rebus alienis ante conſumptionem non detur dominium, vt in dictis ll.probatur,tamen in his,in quibus domini voluntate cōceditur vſus,dominium cum vſu tranſire neceſſe eſt, vt in dicta.l.ſi tibi.& licet ipſe Ioannes. 22. uerbo, dominium, non utatur,utitur tamen uerbo, iuris, quo uerbo dominium ſignificatur, nullo apud alium quàm utentem dominio conſtituto:ſed ea ratione uerbo,dominij,abſtinere uoluit,ut fratres minores intelligant hoc dominium, quod ipſi habent, ita ſola neceſſitate naturæ inniti,adeoque a legis poſitiuæ dominio eſſe ſemotum, ut uix dominij nomen poſſit uendicare,& ideo pecunia,quæ inuentio eſt hominum, non naturæ, ob eam enim cauſam (ut inquit Ariſtoteles) nomen induxit, Φ non a natura ſed a νόμω, ideſt lege,numus ſit ortus, abſtinere omnino uoluit,etiam ſi ad comparanda ea,quę natura ipſa neceſſaria ſunt,ſit inſtituta,aliarum autem rerum, quæ ad uictum,& ueſtitum omnino ſunt neceſſaria, dominium conceditur.Nec huic dominio obſtat uotum quodlibet,uel obligatio paupertatis.Votum enim, uel obligatio talis om- 13
ne dominium reſpuit,quod lege poſitiua poteſt induci,† uel tolli,dominium autem tale,quod lege naturę eſt neceſſariū, non lege,uel obligatione poteſt impediri. nulla enim ratione effici poteſt,ut quis obligetur,ut a fame, & frigore,& ab alijs humanæ naturæ hoſtibus non ſe defendat. Nam aduerſus periculum(inquit Caius) naturalis ratio permittit ſe defendere.in l.itaque.ff.ad l.aquiliam.ideoque ſi dominus pannis,& ſimilium ad famem,& frigus expellendum,eſt neceſſarium prædicto uoto non cōpræhenditur,nullum enim poteſt fieri paupertatis uotum, quo a neceſſario uictu,& ueſtitu quis prohibeatur,ut in cap. exijt. §. porro.uerb.profecto. de uerbor.ſignificat.lib.6.Omnia enim, quę legi naturę directo opponuntur, ab omni lege, uoto, & obligatione uidentur exempta,ut infra latius dicemus. ex quo fit, ut neque dominium harum rerū, eo tempore quo ſunt neceſſariæ, prohibeatur;in futurum tamen ſibi prouidere, cum naturæ neceſſitas præſens ſolum tempus reſpiciat,ut infra dicemus,uoto poterit excludi, ſi ſpecialiter in hoc emittatur.& ſupradicta colliguntur ex dicta extrauaganti,ad conditorem quic quid Aluaro.de Pelag.in dicto capitul.56.cum ſequentibus, dicat.& præcipue in capitu.59. ubi nititur concordare dict. extrauagantem,ad conditorem.Ioan.22. cum dicto capitu. exijt.de uerbo. ſignificatio. lib. ſexto Nicolai. III. cuius in hoc nanus eſt labor,cum idem Ioā.uigeſimuſſecundus, in extrauaganti quia quorumdam.eo.tit.de uer. ſignif. per plures columnas id proſequitur ex cuius dictis apparet fieri nulla rōne poſſe,uſum facti ita eſſe remotū a iure,ut ſine eo iuſte poſſit reperiri.nec ijs obſtat de ſtipul. ſeruo. in inſt. §. ſed cū factū,quia nec ibi illud factū eſt remotū a iure, cū ex obliga-

Source : BIU Cujas

tione,& ciuili,& naturali foueatur.Si.n.oīno iure deſtituere tur,impune poſſet ſeruus ille vti prohiberi,quin immo prædicti dominij naturalis capax ſeruus videtur.vt in l.ſeruos.ff. de aliment.leg.iunct.l.quod attinet.de regul.iur. & l.nec ſeruus.ff. de pecul. ex quibus prædictum monachorum dominium ſatis probari videtur. Dominium ergo, quod vitæ humanæ neceſſarium eſt, & lege ſola naturali nititur, nulli eſt prohibitum in eccleſia Dei: dominium vero humano iure, & gentium excogitatum, & non ſolum ad ſuſtentationem naturæ,ſed ad commoditatem ciuilem, ſiue politicam, ſolis illis interdictum eſt,qui propria voluntate,& voto ſe incapa-
14 ces reddiderunt. quod non ſolum non eſt contrarium † eccleſiæ inſtituto,& epiſcoporum perfectiſſimo ſtatui, ſed ijs, quibus cura gregis commiſſa eſt,maxime conueniens,& neceſſarium: ideo & iſtud dominium apoſtoli habuerunt poſtquam ex diſcipulis Magiſtri a Domino noſtro fuerunt effecti,& ita iure, opes, ſacerdotes, & epiſcopi poſſident, vt etiã eccleſia declarauit damnando contrariam impiorum Hæreticorum ſententiam ſuperioris temporis,quam tenuit impijſſimus Ioan. Vuicleff. & eius diſcipulus Hieronymus de Praga. quem ſemel abiurationis iam factæ expreſſe pœnituit,& ita combuſtus in hoc mundo arrham æternæ damnationis accepit.habere igitur poteſt eccleſia bona mobilia,& immobilia vt habet,immo neceſſarium eſt, vt fidelium neceſſitates ſubleuare poſſit,& miniſtros, & diuinorum miniſterium ſuſtentare. quorum dominium varijs ex cauſis acquirere ſolet, aliquando iure ſibi deferuntur, vt in decimis videmus.capit.eccleſias.decimatertia quæſtion. prima. Aliquando largitionibus conferuntur fidelium, vel ex cæteris contractibus, quibus omnes alij vtuntur per ſuos adminiſtratores acquirit. Horum autem bonorum adminiſtratio, & poteſtas epiſcopis ab illis temporibus, quibus eccleſia cepit bona conſeruare,eſt conceſſa,vt in capit.uidentes,uerſic. ipſe uero,cuius verba ſupra recitauimus, & probatur etiam eod.titul.capit.expedit.ubi dicit tex.Cum Præpoſitus factus fuerit eccleſiæ,omnium,quæ habet eccleſia efficitur diſpenſator,& in cap.quiſquis Epiſcopus.duodecima quæſt.ſecunda,idem dicitur in capit.Epiſcopus,& ex canone Apoſtolorum cap.præcipimus.Præcipimus,vt in poteſtate ſua res eccleſiæ epiſcopus habeat. Si enim animæ eorum præcioſiores illi creditæ ſunt, multo magis oportet eum curam de pecu.agere,ita ut poteſtate eius in digentibus omnia diſpenſentur per Præsbyteros, & Diaconos, & cum timore,& omni ſollicitudine miniſtrentur. Apud quem autem harum rerũ dominium ſit, non eſt apud noſtros parum controuerſum: gloſſ.enim in capit.expedit.duodecima quæſtion.prima,ponit varias opiniones, pro quarum intelligentia repetendum
17 eſt,quod ſupra diximus in principio, ℊ bona eccleſiaſtica in hoc deſtinata ſunt,vt ex eis,tam eccleſiæ ædificia, quàm ornatus neceſſarij conſeruentur,item vt Prælati,& miniſtri ſuſtententur,& pauperibus ſubueniatur, vt probatur per plures tex.12.quæſtion.ſecunda,vt in cap.uobis,& capit. Vulterana.& capit.conceſſo,& cap.quatuor,& cap.de redditibus, & cap.cognouimus,& cap.mos eſt,& capit.ſancimus. Cum igitur omnibus iſtis uſibus,& miniſterijs res eccleſiæ ſint de-
15 ſtinatæ,apud quem dicatur eſſe dominium, † Doctores varijs in locis diſputant,tam in dicto capit. expedit, quàm in c. cum ſuper. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. ubi poſt Innocen. Abb.& alij:idem Abb.in repetitione cap.cum eſſes,numero vigeſimonono,de teſtamen.Fab.§.nullius. de rerum diuiſi. in inſtit.late Cardin.Turrecrem.in capit.uidentes, duodecima quæſtion.prima,& in cano.quiſquis, cuius dicta tranſcribit,vt ſolet, Cardinal. Alexand.in dicto capit.expedit.ponit etiam idem Card.Alex.cap.1.44.diſtinct.& erant, qui dominium rerum eccleſiarum apud pauperes eſſe dicebant, vt gl. dicto cap.expedit,refert.per text.in cap.quoniam quicquid. 16.quæſt.1.ubi Hieronymus inquit.Quicquid habent clerici pauperum eſt,& infra. Qui autem bonis parentum, & opib. ſuſtentari poſſunt,ſi quod pauperum eſt accipiunt: Sacrilegium profecto incurrunt,& in capit.decimæ. eadem cauſ.& quæſt.dicit diuus Aug. Decimæ tributa ſunt ęgentium animarum,& inferius. Decimæ etenim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint res alienas inuadunt,& quanti pauperes in locis ſuis vbi ipſe habitat illo decimas non dante,fame mortui fuerint,tãtorum homicidiorum reus ante æterni Iudicis tribunal apparebit,quia rem a Deo pauperibus delegatam ſuis vſibus reſeruauit.& tex.in d.cap.Epiſcopus. 12. quæſtio.2.cuius uerba ſupra ſunt poſita.facit etiam tex. in c. futuram.12.quæſtio.1.ubi inquit Melchiad. quòd prætia prædiorum apoſtoli accipiebant ad ſubueniendos egentes.& ita videtur pauperum cauſa bona ab eccleſijs fuiſſe accepta, vt egenis prouideretur. innumerabilia ſunt ſanctorum Patrũ ſimilia decreta,quæ bona eccleſiæ bona pauperum appellãt. ex quibus videtur dominium harum rerum apud pauperes eſſe,nec hoc impedit,ℊ bona hæc a fidelibus in eccleſia,non in pauperum poteſtate ponantur quominus pauperum fiãt. Nam & ſi filiæ nomine genero, aut ſponſo dotem dare quis iuſſerit,non gener,aut ſponſus,ſed filia habet actionem, cuius maxime intereſt indotatam non eſſe,vt inquit tex.in l.ſeruo legato.§.ſi teſtator. de legat. 1. Non enim inſpicimus cui
16 datur,† ſed cuius cauſa,& contemplatione datur, ut ibidẽ, & in concordan.in glo.allegatis,optimus text.in l. cum dotem.ff.ad legem Falcid.Vbi inquit Marcellus, & ſane in pleriſque ita obſeruatur,vt omiſſa interpoſiti, capientis perſona expectetur. Vbi concordan.in gloſſ.bonus tex.in authẽ. vt de cætero non fiant commut.rerum eccleſiæ, uerſi. de cætero.colum.5.text.in l.cogi §.hi qui ſolidum.ff.ad Senat.cõſ. Trebelli.optimus text.in l.3.§.item ſi quis,& §. ſed ſi proponas,& §.hoc amplius.ff.de lega.præſtand.bono. poſſe.contr. tabu.peti.ubi concordan.in gloſſ. optimus text. in l.ſeruitutem. in §. non utique.& in §. præterea. ff. de bon. libert.facit etiam tex.in l.Sulpitius.ff.de donation. inter uir.& uxor. ex quibus poſſemus ſatis ornare, & dilatare hoc argumentum, ſi non ſolius utilitatis rationem haberemus.Bartholom.Socyn.aliqua huic conſona ponit conſi.49.uolum.4. num. 12. cum ſequen.Iaſon in l.Marcellus num.34. cum ſequen. ff.ad Senat.conſul.Trebelli. & Emanuel de Acoſta eruditiſſimus Luſitanus in repeti.l.cum tales. §. ſi arbitratu.5.ampli.ff.de condition.& demonſtration. qui ſe remittit etiam ad repe. capit.ſi pater.de teſtamen.lib.6.in verbo Trebellianicæ, cuius lectura nondum ad manus noſtras peruenit. his conſonare vidẽtur verba cuiuſdam conſtitutionis Iuſtiniani, quã cum alijs habemus diligentia R. P. Antonij Auguſtini Epiſcopi olim Alifani in Auditorio Sacri Palatij collegæ noſtri clariſſimi, nunc Illerdenſis Epiſcopi meritiſſimi totius antiquitatis paratiſſimi promptuarij,quæ conſtitutio eſt in titulo de Sacroſan.Eccleſ.num. 26.incipiens, cum in multis. ubi Iuſtinianus approbans inſtitutiones de Ieſu Chriſto Domino noſtro factas interpretando per eas eccleſiam uocatam, ſubdit hæc verba. Ea autem omnia deferuntur eccleſijs,vt in pauperum educationem diſtribuantur, ex quo apparet eccleſiam mediam perſonam eſſe,per quam pauperibus acquiratur.Supradicta autem,ut inſpiciatur perſona,in cuius vtilitatem fit diſpoſitio, non illa quæ expreſſe in diſpoſitione vocatur,procedunt,non ſolum quoad actionem perſonalem, verum etiam quoad uendicationem: & ſic quoad dominiũ, vt in l.quoties C. de donatio. quæ ſub mod.cum multis quæ trad.recentiores poſt Bartol.l.qui Romæ.§. Flauius hærmes, de uerbor.obligatio.& in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet.Si ergo cauſa pauperum hæc bona eccleſiæ conferuntur,pauperibus dominium eorũ acquiretur.Sed iſta opi-
17 nio non poteſt eſſe uera † ex pluribus rationibus. Primum, quia, cum hæc bona non ſolum ſint deſtinata pauperibus, ſed etiam in alios vſus,vt miniſtrorum eccleſiæ, non eſt cur magis ſit hoc dominium apud pauperes, quàm apud dictos miniſtros:maxime quia prima cauſa miniſtrorum eſt, ut ſupra probauimus;ergo ſi pauperibus præferuntur in vſu,quare non præferantur in dominio?nec poteſt dici, quod etiam Miniſtri,pauperum numero ſint habendi, cum diuites miniſtri non debeant bonis eccleſiaſticis ali.vt.1.quæſt.2.c.Clerici ubi inquit Hieronymus. Clericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt, ſi quod eſt pauperum accipiunt,ſacrilegium profecto committunt, & per abuſionem talem iudicium ſibi manducant,& bibunt. & eleganter Proſper in cap.ſequen.incipien.Paſtor,& in cap. ſi quis propter, & in capit.Sacerdos,idem Proſper in c.illi autem. 12.q. 1. & Augu.in cap.fina.eadem cauſa,& quæſtione, & ex canonib. Apoſtolorum in c.ex his,eadem cauſa, & quæſt.quia illa decreta procedunt ante factam diuiſionem, uel etiam poſt diuiſionem,quando in communi ſub regula viuebant clerici, quo tempore adeo non licebat poſſidere bona temporalia, & uiuere de bonis eccleſiæ,ut diceret Auguſt.in cano.certe. 12.q.1.qui uolunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus,& eccleſia eius,maneãt ubi uolũt, & ubi poſſunt, non eis aufero clericatum,nolo habere Hyppocritas. de his etiam ſequitur Hieronymus in ca.Clericus. & in c.duo ſunt genera.12.q.1.& in c.qm̃.16.q.1. ex quo apparet clericos eo tpe fuiſſe regulares,& uixiſſe in cõi, ſed clerici, qui non ſunt Regulares,&quib.portio ſua eſt aſſignata,ut hodie factũ eſſe reperiẽ erectis beneficijs,poſſunt ẽt ſi diuites ex patrimonia
18 libus bonis ſint,uiuere de fructib. ſuorum beneficiorũ,† ẽt retenta opinione illorũ,qui tenent, quod clerici tenean̄ ſub peccati,& reſtitutionis uinculo,quod ſupereſt a ſua cõgrua ſubſtẽtatione in pauperes,uel pias cãs elargiri,ut poſt Inn. tenet Abb.& alij in c.eps.de pb.& ſequiẽ dom.Mart. Nauarrus in ſuo tract.de Redditib. beneficiorum eccleſiaſticorum. q. 1.num.78.& Reuerendiſſ.epiſcopus Segobien. Iuris cõſultorum nr̃æ Hiſpaniæ facile princeps in ſuis eruditiſſimis Cõmẽ

tarijs

tariis extra de testamen. in cap. 1. numero 2. & in cap. cum in officijs. etiam in num. 2. uersi. 3. & Reuerē. P. Dominicus de Soto. de Iustit. & iur. lib. 10. quæst 4. artic. 2. Cum ergo clerici, etiam non pauperes possint. sine peccato de fructibus Ecclesiasticis sustentari, non potest dici, ad solos pauperes dominium rerum † Ecclesiasticarum pertinere. præterea cum pauperes incerti non constituant uniuersitatem, nec Collegium, vt sentit Bald. in l. id, quod pauperibus. C. de episco. & cler. non potest esse dominium apud eos tamquam vniuersos, quod efficere solet, vt dominium semper sit apud eandem vniuersitatem, vel Collegium, vt est elegantissima lex, proponebatur. ff. de Iudicijs, in qua inquit Alphenus. Nam & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subiecti essent, & populum eumdem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret, itemque nauem, si adeo refecta esset, vt nulla tabula eadem permaneret, quę non noua fuisset, nihilominus eamdem esse existimaui. quòd si quis putaret partibus commutatis aliam rem fieri, fore, vt ex eius ratione nos ipsi non idem essemus, qui ab hinc anno fuissemus. propterea ꝙ, vt Philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis consisteremus, eædem quotidie ex nostro corpore decederent, aliæque extrinsecus in earum locum accederent &c. Apud singulos autem pauperes dominium esse nō potest, quia nec in varias personas & incertas dominium, nec per varias & incertas res est ambulatorium, vt in l. apud Aufidium. in fi. ff. de optio. legat. uersi. quin etiam, & per recent. in l. 1 de legat. 1. ubi Ripa. num. 53. 54. 55. & in specie nostra est text. in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cler. & in l. nulli maxime, quia paupertatis qualitas non est certa lege diffinita, vt qui vere sint pauperes dicere possimus. & ita
20 potes respondere ad tex. in §. † & vnum hominem. Instit. de hæred. instit. maxime, quia id, quod tex. dicit in infinitum, nō eo pertinet, vt infinitum quicquam admittatur, quod legibus reprobatum est, & natura ipsa repugnat, sed vt intelligatur non esse præfinitum numerum eorum, qui possunt hæredes instituti, & ita cessabunt, quæ ibi glo. ponit, & quod peius Angel. licet id ualde commendet ibi in fin. contra notissima Iuris principia, quæ ponit Dinus in regu. qui prior est tempore. de regul. Iur. lib. 6. Quod sæpissime ei contingit. nec etiam supradictis obstant sanctorum patrum decreta supra allegata, quæ bona clericorum, & ecclesiæ pauperum esse toties inculcant, & nobis ante oculos repræsentant, adeo vt in prouerbium iam hoc abierit, vt inquit Reueren. P. Dominic. de Soto. ubi supra, quæstio. 4. articul. 2. in princip. uel si verius dicere volumus, procul verbum hoc a nobis abierit. Nam non dominium, de quo quæstio est, significant, quia hæ authoritates, quę bona ecclesiæ, & clericorum bona pauperum appellant, prius ea ecclesiæ, & Clericorum uocant, nec potes dicere esse clericorum quoad administrationem, vel possessionem, pauperum autem quoad dominium. Nam omissa ui illorum uerborum, ecclesiæ, & clericorum, quæ dominium solent significare, vt in l. 2. ff. de relig. & sumpt. funer. non est, cur magis domini sint pauperes, quàm prędicti, qui ex his bonis etiam sustentari debent, ideo autem pauperum maior habetur ratio, & crebrius fit mentio, quia videbant, & præuidebant Sanctos esse pauperes neglectos, & negligendos magis in futurum, charitate refrigiscente. Ecclesiarum autem, & ipsorum clericorum non ita defuturos, qui curam gererent, quòd ij in suis rebus adeo diligentes admonitione non indigeant. Ecclesiarum autem indemnitati clericos ipsos, uel ex auaritia, nelaicos ab eleemosynis, & 22
oblationibus, & donarijs auertant, uel ꝙ in eis continuo versari debeant facile prospecturos, ideo sæpe abundantiam, & curiositatem legimus exprobatam, vt in capit. aurum habet ecclesia. & in capit. gloria Episcopi. 12. quæstio. 2. ubi maxime in hoc urget diuus Hieronymus, at nunquam legimus largitiones, vt nimias in pauperes non laudatas, sed assidue commendatas, vt in cap. si quis. 42. distinct. & pauperes semper, vt dominos rebus nostris superimpositos, vt eorum non obliuiscamur, non autem hęc Sancti Patres adeo repetunt ꝙ existiment dominium harum rerum apud pauperes esse, item quia vt hæc optime prosequitur, & explicat R. Frater Dominic. de Soto. in dicta quæst. 4. artic. 3. colum. pen. ad primum, est quædam Sanctorum Patrum Hyperbole, vt auaritiam contra liberalitatem, & misericordiam magis exprobent. quæ verba non importare dominium ex eo apparet, quia dicti sanctissimi Patres etiam bona laicorum ultra sibi necessaria pauperum esse dicunt, ut ex diuo Ambrosio in cap. sicut hi. 47. distin. & ex alijs locis per Reuerend. F. Dominic. de Soto. probatur, & ita etiam ex his respondetur ad ea, quæ dicta sunt per l. cum dotem. ad legem Falcidiam. quia non est verum, pauperum tantum contemplatione, & causa, dicta bona ecclesijs conferri, vt dictum est. nouellæ autem Iustiniani eamdem interpretationem reciperent, si & ille liberaliter

thoritatem haberet, non enim eo consensu, & approbatione constitutiones illæ sunt recæptæ, nec in compilatione quę Iustiniani voluntate est facta, sunt compræhensæ, licet ad antiquitatis cognitionem magni sint æstimandæ. præterea authoritas Iustiniani in hac re parum promouere potest, etiam si eandem illis constitutionibus, quam. C. quem habemus, & maiores nostri sunt interpretati, cōcederemus: quia in his rebus, quod sacri Canones, non quod Principes seculi, etiam pijssimi statuant, est obseruandum: In re tamen obscura, & ambigua scire, qualiter vulgo illis temporibus acciperetur, non esset res negligēda, sed hæc sacris Canonibus adeo tractata sunt, vt nullius exteri auxilium sit perquirendum, & hæc quantum ad opin. posita in gloss. circa dominium rerum eccles. Secunda opin. recitatur ibidem per glo.
21 ubi ait, † potest dici, ꝙ ecclesia sit domina. 16. quæstio. 3. cap. inter memoratos. sicut hæreditas est domina, vt ff. de acquirend rer. domin. in l. hæreditas. hæc autem opin. in duas scinditur opiniones. Nam alij dominium rerum omnium ecclesiarum esse ecclesiæ vniuersalis, alij vero illius solius ecclesiæ, cui sunt specialiter applicatæ, alij vero, apud ecclesiam materialem, seu lapideam, prout muris compræhenditur, dominium esse volunt, quod gloss supradictæ contrarium est, cum, sicut hæreditas habet dominium, quæ etiam sine vllo corpore iuris intellectum habet. ff. de pet. hæreditat. l. hæreditas. & ff. de bono. poss. l. 3. in §. hæreditas, ita habeat dominium ecclesia, vt dicta gloss. vult, & licet alias dicatur, rei etiam materiali, & inanimatæ seruitutem deberi. ff. de negoges in l. qui in aliena §. fina. ibi sententia prædio datur, not. Bartol. in diffinitione seruitutis realis, quàm ponit in l. 1. ff. de seruitutibus, & probatur in l. 2. §. 1. ibi fundo debeatur. ff. si serui. uendic. Tex. notabilis in l. sed & loci. §. si alter fundus. ff. fini. regund. ibi. quoniam magis fundo, quàm personis adiudicari fines, vel partes intelliguntur, non tamen receptum est, ut quod de seruitute dicitur, de dominio dici possit. maxime quia nec seruitus adeo res fundi dici potest, vt remota ab omni persona ius illius seruitutis reperiatur: cum ex persona domini prædiorum, vel extinguatur, uel sustineatur, vt in l tria prædia ff. de seruitut. rusticor. prædio. faciunt etiam quæ not. Bartol. in l. si prius, colum. 8. numero 13 ff. de nou. oper. nuntia. & quæ ibi Iaso. nume. 11. Ideo hæc intelligentia, ꝙ dominium sit ecclesiæ materialis, ab omnibus explosa est. Prior autem intelligentia, ꝙ dominium sit apud ecclesiam uniuersalem, dominium inquam rerum omnium ecclesiarum particularium, non autem apud ecclesias particulares, non est uera, vt ex ijs, quæ dicentur in sequenti opinione apparebit: quia potestas, seu dominium, quod est in vniuerso non impedit, nec comprehendit dominium singulorum. Imperator enim, qui dicitur dominus Orbis sibi subiecti, ut in l. depræcatio. ff. ad le. rod. de iact. & notatur in l. prima. C. de summa Trinitate, non est Dominus particularium rerum suorum subditorum, nec in locis liberis Respublica, quæ hoc dominium tenet, est domina rerum singularium sibi subiectorum, vt patet: ideo alio modo intelligitur dicta opinio scilicet quòd ecclesiæ particulares habeant dominium: facit tex. in cap. Pontifices 12. quæstion. tertia, quod patet, quia una ecclesia præscribit contra aliam, vt in capitu. illud. de præscription. per Ioan. Fabr. in dicto §. nullius. item vna ecclesia est subiecta alij, & inter eas datur seruitus realis, quod non esset, nisi daretur dominium in particulari, vt in dicta l. tria prædia ff. de seruitu. rustic. prædio. & hæc est opinio in gloss. posita, quæ an sit uera, uel non infra declarabimus. Tertia opinio est, ꝙ dominium † horum ecclesiastico rum bonorum sit Christi, quę opinio videtur magis communis: quia licet omnia Dei sint, quia Domini est terra &c. tamen hæc magis specialiter uidentur ad Deum pertinere, vt dicit Abb. in dicto capit. cum esses. qui allegat tex. in capitul. cum ex eo. de elect. lib. 6. ibi. Patrimonio Christi, & in capit. quæ Christi, & in capitul. qui abstulerit. 12. quæstio. 2. tamen mihi videtur, quod hæc opinio non satis explicet id dominium, de quo quærimus. nam si volumus ꝙ dominium sit apud Deum: quia Domini est terra, & plenitudo eius, & hoc dominium Dei non aduersatur dominio directo, nec vtili iure gentium, & legibus humanis introducto, immo ideo Domini sumus, quia Deus dominus est, & eius largitate hęc habemus, ut in capitul. Saluator. prim. quæstione tertia. ibi, dei dona, quæ a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, & in capitu conuenior. uigesimatertia quæstion. octaua & licet hæc præcipue sint Dei, cum ei sint oblata, tamē nec hoc impedit dominium harum rerum, iquia Christus, qui caput est ecclesiæ, concedit hæc membris suis, & ita redimus ad dictam opinionem, an sint ecclesiæ uniuersalis, vel particularis. item quia quæ proprie Dei sunt, extra commertium sunt, vt res sacræ, & religiosæ; sed res ecclesiæ non sacræ in cōmertio nostro, & uendibilia sunt, & ideo istud dñium Dei vel Xpi non impedit speciale dominium. Alia est opinio, ꝙ sit apud

Source : BIU Cujas

clericos, vt res uniuerſitatis ſunt ciuium, non tamen ſun ſingulorum, ita dicta gl. in dicto cap. expedit, ſed hæc opinio non eſt vera in omnibus bonis, nec poteſt eſſe: nam rebus aſſignatis clerico pro ſuo beneficio, & epiſcopi menſæ, non poſſunt eſſe iſtius naturæ. Quia pleniori modo clerici utuntur his rebus, quàm ciues rebus ciuitatis, ideo in hoc noſtrã ponemus opinionem, ad cuius explicationem multa ex his quæ infra dicentur, deſeruiunt. Ideo non eſt hic oportunus locus, vt explicetur. Alij dicunt, ꝙ dominium rerum eccleſiaſticarum ſit apud ſummum Pontificem, ſed hãc opinionem repr. Cardinalis Turrecrem. & bene, quia non eſt dominus, ſed diſpenſator ſecundum S. Thom. ſecunda ſecundæ q. 100. art. 1. ad ſeptimum. facit tex. in cap. non liceat Papæ. 12. qõ. 2. ſed verius eſt harum rerum dominium in his, quæ non ſunt alicui perſonæ applicata, eſſe apud eccleſiam particularem (vt infra dicemus) fructibus ad eoſdem vſus, quibus res ipſæ tempore Apoſtolorum ſeruiebant, deſtinatis, ad pauperes ſcilicet, & miniſtros eccleſiæ alendos, & ipſarum eccleſiarũ, & diuini cultus conſeruationem, & alia opera charitatis; res autem ipſæ, immobiles præcipue, adeo diligenter debent cuſtodiri, vt hoc ſit valde epiſcopis commendatum, vt per tot. tit. 12. quæſt. 1. & 2. & ſpecialiter prouiſum, vt perpetuo conſeruentur, ideo alienatio earum eſt interdicta. vt in cap. ſeq. differemus.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſolennitate eſt nulla, etiam ſi utilis ſit eccleſiæ, & ponitur ratio.*
2 *Quomodo eccleſia ſuum præſtet conſenſum.*
3 *Quando lex ciuilis non approbans obligationem naturalem opponat ſe Iuri naturali.*
4 *Poſſidens rem ex contractu nulli minoris tenetur ad reſtitutionem in cõſcientia.*
5 *Quando minor donare poſſit.*
6 *Quando contrahens cum minore ſine ſolennitate poſſit in conſcientia nõ reſtituere.*
7 *Donec reſtitutio in integrum petatur tutus eſt in conſcientia contrahens cum minore, ſi contractus a principio ualuit.*
8 *De intellectu legis, cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tranſ.*
9 *Iurisconſulti legem de nouo ſtatuendi non habebant poteſtatem.*
10 *Eiuſdem rationis eſt, minor, & eccleſia in contractibus ſuis, contra Fœlinum.*
11 *Non tenet contractus minoris, etiam ſi fiat locupletior.*
12 *Conſequens eſt, minor tenetur quatenus factus eſt locupletior, ergo non tenuit contractus.*
13 *Reſolutio circa textum in §. eam tranſactionem. & l. non ideo minus, & eorum intellectus.*
14 *Donatio facta a minore ſine curatore, an ualeat.*
15 *Minor poteſt authoritate curatoris, uel tutoris donare, ſed non tutor, vel curator ſolus.*
16 *Intellectus l. non ideo minus. de procuratoribus. C.*
17 *De l. Iulianus. §. ſi quis a pupillo. ff. de actio. empt. & uend.*
18 *Quando poſſit claudicare contractus fauore minoris, uel eccleſiæ, & numero ſeq.*
19 *Obligatio paſſiua non eſt poteſtatiua.*
20 *De intellectu extrauagantis Pauli. II.*
21 *De decreto irritante quod non habet uires, niſi parte uolente.*
22 *Iterum de intellectu. §. ſi quis a pupillo. l. Iulianus ſupra alleg.*
23 *§. Si quis a pupillo. non habet locum in eccleſia, quia ſtatim agi poteſt.*
24 *Eccleſia poteſt prouocare ad diuiſionem licet minor non poſſit.*

Caput 2.

In quo tractatur, quæ ſint neceſſaria ad rerum eccleſiaſticarum alienationem.

IN præcedenti capitulo naturam rerum eccleſiaſticarum, & apud quem ſit earum dominium oſtendimus, & qua ratione, & quibus uſibus dicta bona debeant conſeruari. Nunc, quãdo poſſint alienari videamus. In hoc notiſſimum eſt, ꝙ bona eccleſiaſtica alienari non poſſunt, niſi ex cauſa neceſſaria; vel vtili, & cum ſolennitate a Canonibus ordinata, ut in cap. ſine exceptione. 12. q. 2. & in c. nulli, de rebus eccleſ. aut. hoc ius porrectum. C. de ſanctoſan. eccleſ. neceſſariam autem cauſam præſeruando effectum eſt vt apoſtolici Canones non violentur. Si enim pauperum neceſſitas urgeat, cui ex fructibus nõ poſſit ſufficienter prouideri, non tanti bona eccleſia habet, vt eos pati permittat, ut in c. aurum habet eccleſia, in c. gloria epiſcopi. in cap. Apoſtolicos, in cap. Sacrorum, & cap. Sicut omnino. 12. quæſtio ſecunda. utilitatis etiam cauſa excipitur, ut auctis Eccleſiæ rebus melius pauperibus prouideri poſſit, & alijs rebus neceſſarijs. & ita Sancta, & Catholica Eccleſia ab Apoſtolorum uia non receſſit, ſed diligenter eorum mentem, & exempla ſequendo, & pauperibus, ſicut & ipſi proſpiciendo, quæ vſu, & experientia conuenire uidit. Sanctiſſime ordinauit, & vt miniſtrorum vel negligentiæ, vel malitiæ occurrere poſſit (futuros enim tales aliquos ſentiebat) & cauſam alienationis, & ſolennitates determinauit, vt fraudibus occurreretur, nec cauſa ſola ſufficeret, niſi quis cauſæ huius cognitor, & approbator diligens adhiberetur, nec ille ſolus ſine cauſa, quia non poterit dici talis, niſi geſtionis ſuæ rationem legitimam oſtendat, ne vt ſibi libuerit, ſed (vt debet) in alienis his rebus uerſari poſſit. non ergo ſufficit, vt alienatio rei Eccleſiaſticæ† utilis Eccleſiæ ſit, niſi cum ſolennitate, & interuentu eorum, quibus a iure hæc res cõmiſſa eſt, alienatio fiat, quod ſi non interueniat, actus nullus cenſetur. ut contra gloſſ. in l. cum hi. §. eam tranſactionem, verbo alimentarius. ff. de tranſactio. tenuit Bartol. & Alber. num. 2. Bald. Angel. & Fulgo. & Docto. communiter ſecundum Iaſibidem num. 2. de quo late per Tiraq. poſt ll. connubiales in glo. 6. num. 56. cum ſequen. & Pinellus eleganter in repetit. l. 1. C. de bon. mater. 3. part. nume. 311. cum ſequenti, non tamen deſunt, qui contrariam ſententiam teneant, vt patet ibidem, & per Tiraq. in dicto loco. nu. 62. ſed dubium non eſt, opinionem contra gloſſ. eſſe ueriorem, vt ex ſola vtilitate contractus non ſubſiſtat; Nam (vt bene aduertit Pinellus in loco ſuperius allegato) in alienationibus rerum minorum requiritur appoſitio decreti, quod decretum tunc demum debet interponi, ſi contractus utilis ſit minori, ut in l. magis puto. de reb. eorum per totam l. & ſic requiritur utilitas quæ ſi inueniatur, interponitur ſolennitas, vt in dicto ca. ſine exceptione. apparet igitur, ꝙ primum, ſolum nõ ſufficit, ſcilicet utilitas, alioquin fruſtra requireretur ſecundum, qđ eſt ſolẽnitas, & ita decretum, & ſolẽnitas fruſtra deſiderãtur, ſi utilitas ſola ſufficeret. & hoc manifeſta ratione oſtẽditur, nam a ias ſequeretur, quod Eccleſia inuita poſſet compelli uendere ubicunque utilis conditio ſibi, uel melior res, uel prætium magnum offerretur. hoc tamen nullus admittit, quia ſi priuatus emere, vel vendere non compellitur. C. de contrahen. emption in l. inuitum. Quare Eccleſia eſſet compellenda? nec enim cogi quis poteſt mutare dominium, vel obligationem etiam in melius. in l. ſi mandato meo. in §. 1. uerſi. at ſi nolit. ff. mandati. cum his, quæ ibi notat Alberic. tradit Iaſ. in l. debitorum pactionibus. C. de pactis. num. 5. & in l. 2. col. 1. ff. ſolut. matr. poſt Bartol. ibi num. 12. & 13. Philip. Decius in l. plus cautionis. ff. de regul. iur. eſt optimus tex. in l. quia poterat. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. tex. in l. fina. ff. de uſu. & habitat. bonus text. in l. vſufructuarius la. 1. & 2. ff. de uſufruct. Tiraquel. in præfatione ad tracta. de retract. numero uigeſimoquinto. refert plures Doctores: quod in ſpecie propoſita contingeret, ſi contractui facto ſine ſolennitate ob ſolam utilitatem Eccleſia ſtare cogeretur. quia cum Eccleſia † ſit perſona myſtica non poteſt præſtare conſenſum, niſi mediante actu, & voluntate eorum, quibus hoc explicare a lege eſt commiſſum, & eo modo, & forma, quibus eis conceditur. ꝙ ſi aliter fiat, ſine conſenſu ſufficienti Eccleſia obligaretur; quod nimis abſurdum eſſet. idque etiam in contractibus minorum contingit. nam licet in eis detur conſenſus, non tamen talis eſt, vt legibus approbatus ſit, quæ leges non ſe opponunt naturali obligationi, † cum etiam naturali iure conſenſus ille minoris debilis ſit, & imperfectus; Ideo nec effectus naturales producit, ſecus eſt in obligatione naturali perfecta, licet ei ex cauſa ſe opponat ius ciuile nolens ei ſuas uires conferre, vt in pacto nudo, in teſtamento duobus teſtibus celebrato, in quarta Falcidia, uel Trebellianica contingit, in quibus, cum perfecta ſit naturaliter obligatio, a iure ciuili eius effectus naturalis non impeditur; licet ſuas ciuiles uires lex ei nolit conferre. ſic uidemus ꝙ ſi obligatus pacto nudo ſoluat, non repetit, ut in lege, iuriſgentium. § ſed cum nuda ff. de pactis, uel ſi hæres non detracta falcidia, uel Trebellianica ſoluat, niſi in facto erret, vt C. ad l. Falcid. l. error, per Doctor. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignoran. at ſi minor ſoluat etiam ſciens id, quod promiſerat repetit, quia non ſolum Iure Ciuili eius obligatio non ſouetur, verum & naturaliter eſt imperfecta: & hoc caſu iuri naturali non ſe opponit lex Ciuilis, immo adiuuando ius naturale procedit. ex his manifeſte apparet optime loquutum Innocen. licet ſit corruptus, in capitul. quia pleriqué. de immunit. † Eccleſiarum. colum. penult. qui vult ꝙ ſi quis poſſideat rem ex donatione minoris, vel ex alio contractu, qui non tenet ipſo iure, vt ſi in alienatione defuerit authoritas tutoris, vel decretum Præſidis, reſtituere tenetur; quia (ut ſupra diximus) iſte poſſidet ſine domini legitima uoluntate rem alienam, ergo reſtituere tenetur. quod veriſſimum eſt, & licet Antonius ibidem columna penultima. & Abba. ſequens cum numero uigeſimooctauo. cum ſequen. vſque ad numero

Source : BIU Cujas

mero 31.reprobent Innocentium; tamen (pace eorum dictum sit) ipsi loquuntur extra terminos Innocentij, & opinio eorum, quam ipsi non satis defendunt, non refragatur Innocen. opinioni. Antonius enim ponit quæstionem de emente ab Ecclesia, vel pupillo sine solennitatibus legitimis, cum vero tamen prætio, & causa legitima subsistente, an teneat rem ita comparatam cum bona conscientia; quia (vt dicit) adest lex naturæ, & repugnat lex positiua, postea subdit; „ Innocen. dicit, ꝙ restituere tenetur, credo contrarium; lex „ enim positiua sic iudicat, vt non certa de veritate, & quia sic „ præsumitur: ideo ueritate stante causæ vere legitimæ, hic „ enim cum bona conscienria tenere est iudicandū: hæc sunt verba Antonij, licet sint imperfecta. Sed ego nō video quòd Innocen. tenuerit contrarium, cum in altero membro loquatur de donatione minoris in qua non cadit iustum prætium, quo compensetur, nec iusta causa, cum affectione fieri donatio simplex soleat: in altero vero membro, in quo non loquitur de donatione, non additur, causa legitima subsistente, nec fuit eius mens, vt in l.1.ff.de rebus dub. Ideo doctrina Innocen. est verissima. Denique in terminis Innocentij verum erit, eum, qui rem donatam a minore possidet, vel vēditam, etiam si eum non induxerit, nec fraudem aliquam adhibuerit, immo & si importunitate minoris contraxerit, non esse securum in conscientia, sed ad restitutionem teneri, idemque si ex ludo ab eo lucratus fuerit, & hoc est exmēte omnium, licet aliquando securus sit, si ex quantitate pecu-
5 niæ,† diuitijs, & nobilitate id facere possit. nec intelligas hæc de minima adeo quantitate, quæ a peccato furti excusaret, sed de maiori etiam, in qua furtum mortale committeretur, exempli gratia. Si quis uel a ditissimo decem aureos furetur, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, Sed si ab eodem, minori quis viginti aureos per donationem accipiat, uel in ludo ab eo lucretur, nec ad restitutionem tenetur, nec peccat, etiam si Theologi aliquanto scrupulosius in hoc loquantur. idemque in filiofamilias, vel uxore, quibus diues pater, vel maritus in alimenta soleant notabilem quantitatem concedere, donationes enim a talibus factæ, quæ nō sint magnæ quātitatis, maxime si sunt tales, quæ nec patrem, vel maritum amplius grauent, poterunt sustineri, vt probatur ff.de donatio.in l.si filiusfamilias, vbi quærendo, an filiusfamilias rem peculiarem donare possit, inquit eleganter Vlpianus. Nonnunquam etiam ex persona poterit hoc colligi, pone eum filium esse Senatoris, vel cuiusuis alterius dignitatis, quare non dicas videri patrem (nisi ei specialiter donandi facultatem ademerit) hoc quoque concessisse, dum liberam dat peculij administrationem: quod maxime pro filijsfamilias scholaribus est notandum, & ad intelligentiam doctrinæ sanctæ Thomæ. 2.2. quęstio. 32. artic. 7. ad secundo, & Turrecrem. in capit. Episcopus 35. distin. ar. tertio numero sexto, & septimo, facit text. cum ibi notatis in l. cum filiusfamilias viaticum. ff. si cert. petat. & in l. si longius. ff. de iudi. gloss. clementin. secunda, in uerb. conuertendum. de uit. & honestat. clerico. Anan. num. 4. in capit. si quis propter. extra de furtis. Abb. in capit. secundo, de decimis. numero tertio, & gloss. in capit. non dicatis duodecima quæstio. prima. Felin. in capitu. ex parte. de accusation. numero tertio, & est de mente San. Thomæ dicta quæstion. 32. articu. octauo, in fine „ ibi. Nisi forte alicuius rei esset sibi a patre dispensatio com- „ missa. & est tex. singularis in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administra tuto. cuius verba, & aliarum legum, quæ facere uidebuntur, nunquam omittemus: quia iuris nostri prudentia ex textibus, & Doctorum aliquorum scriptis solum addisci potest, recentioribus ad repertorij vsum reseruatis. Inquit igitur ibi Paulus Iurisconsultus. Cum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præponatur, in primis mercedes præceptoribus non quantas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet, & alimenta seruis, libertisque nonnunquam exteris (si hoc pupillo expediet) præstabit, solennia munera parentibus, cognatisque mittet: sed non dabit dotem sorori pupilli alio patre natæ, etiam si aliter ea nubere non possit: Nam etsi honeste, ex liberalitate tamen fit, quæ seruanda arbitrio pupilli est. Ex quo tex. probatur, non semper minori donationem interdictam, de quo plures allegat Tiraquel. in tracta. de nobilitate cap. 37. num. 35. & Arius Pinel. in repetitione l. 1. C. de bon. mater. 3. part. nume. 56. cum sequen. Ex his doct. Innocen. quæ verissima est, debet interpretari. Videamus nunc an doctrina Antonij de Butr. & Abb. defendi possit, qui volunt ementem a minore, uel Ecclesia securum esse in conscientia, si in eo contractu sola deficiat solennitas, non prætium iustum deficiat, & dolus malus absit: Nam cum (vt supra probauimus) deficiat consensus, qui rem alienam sine domini uoluntate possidet ad restitutionem teneatur necesse est. Item quomodo dolus malus abesse potest in eo, qui contra legum interdicta mercatur, vt dicit gloss. in l. 1. in uerb. mala fide. C. de fide instrument. & iur. hast. fisc. lib. 10. & text. in l. quemadmodum. C. de agri. & censit. lib. 11. & in regul. iuris, qui contra iura mercatur. vbi concordan. per Dinum. Sed
6 ego puto opinionem Antonij, † & Abbatis ueram esse, non ex rationibus ipsorum, sed ex his, quæ nos adducemus, scilicet, quia etiam si contractus non ualeret, non tamen possessor restituere rem tenetur, nisi a minore, uel Ecclesia prætiū restituatur quatenus sint locupletiores effecti, ut probatur. C. de. reputat. quæ fin. in iudi. & paulo inferius dicemus. non ergo tenebitur in conscientia, donec pecunia sua ei restituatur, scilicet si minor locupletior effectus sit, tex. notabilis in l. fi. C. de usucapio. pro emptore. cum concordan. ibi positis in glo. quia licet compensatio non soleat de specie ad quantitatem admitti, tamen hæc magis est retentio, quàm compē satio, quæ per ll. conceditur. C. etiam ob chirogra. in l. unic. maxime quando ex eadem causa descendit, vt ff. de condiction. indeb. l. si non sortem. §. si centum. uersic. ager tamen. cum sua glos. tex. in l. fina. cum ibi notatis. C. commod. & ff. de negot. gest. in l. 2. & ff. de procurator. in l. quæ omnia. §. fin. ubi Bartol. de quo Nicolaus Boer. decision. 15. si uerò minor, uel Ecclesia non sint effecti locupletiores, sed pecuniam perdiderint, tenebitur emptor rem gratis in foro exteriori, & conscientiæ restituere. & hoc casu non erit uera opinio Antonij, & Abbat. cum sit falsa ratio Anto. ꝙ hoc casu non sit uera præsumptio, qua lex fundatur, illa scilicet, contractum a minore sine solennitate in eius damnum gestum esse: quia cum perdituro sit data pecunia, non solum non cessat præsumptio, sed ueritas etiam efficitur. facit ff. de minorib. in l. ait prætor. §. non solum, in fin. Non ergo dicta opinio Antonij, & Abba. uera erit simpliciter, sed si minor sit effectus locupletior. Si enim non sit locupletior factus, lex ciuilis, quæ etiam naturali innititur æquitati, omnino obligabit in conscientia, in qua specie proprie loquitur Innocen. cum de donatione loquatur, uel non absimili contractu, ut supra dictum est. Quæ sunt ualde notanda, quia nostri Doctores non satis hæc interpretantur. quæ omnia uera sunt & procedunt in contractu ipso iure nullo, in ualido tamen, licet sit ta-
7 lis, ut minor, uel Ecclesia possint aduersus eum restitui, † securus est contrahens cum eis, quousque restitutionem petierint, secundum Innocen. Anton. & Abbat. ubi supra, idem Abb. in cap. 1. de in integ. restitu. pro quibus est tex. l. 4. ff de fideicommiss. libertatib. §. si is qui, de quo plura optime congerit (vt solet) Tiraquel. in tractat. de utroque retract. prima, parte. §. 32. in gloss. uni. nume. 58. & 59. & num. 64. & 65. contractus igitur a minore gestus, uel ab Ecclesia sine solennitatibus a legibus inductis nullus est, & in foro exteriori, & conscientiæ, etiam si in eorum vtilitatem celebratus sit, nisi iure retentionis, ut dictum est, possidens defendatur. Ex quibus apparet uerum esse, quod dicit Felin. in cap. auditis. num. 16. de præscrip. ꝙ consuetudo alienandi rem Ecclesiasticam sine solennitatibus certo modo non extenditur ad alium modum etiam utiliorem Ecclesiæ, allegat Bartol. in authen. qui rem. in fin. C. de Sacrosanct. Eccles. qui nihil dicit de vtiliori, nec Baldus, quem allegat, in authen. si quas ruinas. C. eod. titul. nec Calder. alias authoritates non perquisiui, quia non erat hæc res tāti momenti: credo esse eiusdem notæ alia per eum allegata: sed his omnibus (vt ad Bart. & gloss. dictæ legis
8 cum ij. §. eam transactionem, † tandem reuertamur) obstare videntur duo tex. quibus male Doctores respōdent, alter in dicto §. eam transactionem, alter in dicta l. non ideo minus, C. de procurato. In utroque enim, actus sine solennitate factus ualet, si sit utilis ei, cuius gratia solennitas est introducta. postquam enim Vlpian. in princ. dictæ l. cum hi ita dixisset. diuus Marcus oratione in Senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quàm authore prætore facta, in dicto §. eam transactionem. subiungit. Eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræsentatam pecuniam consumat. Quid ergo si quis citra Prætoris authoritatem transegerit, vt quod per singulos annos ei relictum erat, mox consequeretur per singulos dies? quid deinde, si ita qđ consummato anno acciperet, vt initio anni consequeretur, & puto eam transactionem ualere, quia meliorem conditionem suam tali transactione alimentarius facit, noluit enim oratio alimenta per transactionem intercipi. ecce tex. ubi transactio super alimentis, quæ per orationē Diui Marci decretum requirit, ualet sine decreto, si melioris conditionis per eam alimentarius efficiatur. omissio igitur solennitatis nihil impedit, si actus utilis sit illi, cuius bono solennitas est inducta, quare ergo non idem in minore, & Ecclesia dicetur? Doctores aliqui illi tex. respondent, sed melius facit Iason, qui hoc alijs cogitandum reliquit. Pau. de Cast. uoluit ꝙ id in ea specie obseruandum sit, quia ibidē expressum est per. l. sed ob hoc iure repræhenditur a Tiraq. in d. glo. 6. supra allegata post. ll. connubia quia tex. ibidē procedit interpretando Orationem Diui Marci, non statuendo.

Source : BIU Cujas

quare igitur lex, quæ requirit in alienatione rei minoris decretum, & in alienatione rei Eccleſiaſticæ tractatus, & alias ſolennitates, eandem interpretationem nō recipiet? vt ualeat ſine eis contractus, ſi vtilis ſit Eccleſiæ, vel minori. Item Pau. de Caſt. qui vult ibi non eſſe interpretationem, ſed nouam legem, errat in quodam notiſſimo iuris principio, in quo ſæpiſſime alij etiam Doctores errare ſolent, qui præſupponunt Vlpiani, & aliorum Iuriſconſultorum eam fuiſſe authoritatem, vt leges condere poſſent, cum tamen interpretandi tan
9 tum, † non corrigendi, uel emendandi, uel de nouo ſtatuendi fuerit eis cōceſſa authoritas vt in §. reſponſa prudentum. inſti. de iur. natura. gēt. & ciuil. quod memini me legiſſe apud Marium Salomonium, qui in hoc Doctorum errorem optime conſiderat in eodem §. reſponſa prudentum, quem interpretatur in l. Gallus. ff. de lib. & poſthum. quod & nos alibi oſtendemus, ſi Deus nobis otia aliquando fecerit, interim hoc oſtendit Vlpian. qui in l. proſpexit. ff. qui, & a quibus manu. liberi. non fiant. adducens quandam legem in tractatu legis Iuliæ de adulteris, quam iniquitatem continere dicit, non eam mutat, uel corrigit, ſed ita inquit. Quod quidem perquàm durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. hæc verba ſubditi legi, non ſuperioris ſunt, qui iniquè feciſſet legem, quam iniquam fatetur non abrogando, ſi id facere potuiſſet, facit 4. diſtinct. in cap. erit autem lex. in §. ideo. ſolutio ergo Paul. de Caſt. ad dictum §. eam tranſactionem, & ex defectu intentionis, & ex defectu poteſtatis Iuriſconſulti Vlpiani falſa eſt. Secundam ſolutionem ad dictum §. eam. ex Ioanne fabro in §. & ne huius, inſti. de eo cui libert. cauſa bon. addic. ponit Tiraquel. in dicta gloſſ. 6. ꝙ ille tex. procedat vbi ſolennitas, vel forma eſt requiſita a lege in fauorem priuatum, vt eo caſu actus valeat, etiam ſi ſolennitas, vel forma non obſeruetur, ſi vtilitas adſit eius, in cuius fauorem ſolennitas eſt introducta, ſed, vbi ſolennitas eſt inducta in fauorem publicum, contra fit. & ita procedant ſupradicta in alienatione rei Eccleſiæ, vel minoris. ſed hæc ſolutio nō eſt bona, quia leges, quæ reſpiciunt alimenta, vel dotem, publicam utilitatem dicuntur reſpicere, licet priuatorum commodum ſecundum varias ſpecies contineant, & idem in minorum priuilegijs dicendum eſt. item ſicut minor ſine decreto contrahere prohibetur, ita & maior in alimentis ſine decreto tranſigere. nō ergo poteſt maior ratio conſiderari, maxime quia ſine vlla diſtinctione omiſſio formæ, vel ſolennitatis vitiare ſolet, vt notat. per recentiores. ff. de lib. & poſth. in l. 1. & in c. cum dilecta. de reſcrip. ideo dicta diſtinctio non placet. Alia ſolutio colligitur ex dictis per Felyn. in c. cauſam. nu. 8. de iudi. vt diſtinguamus inter minorem, & Eccleſiam, vt ſolennitas ſit inducta pro forma in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, & ita ea non ſeruata, etiamſi adſit Eccleſiæ vtilitas, actus ſit nullus, in minore autem & alimentario, ſolennitas non ſit pro forma inducta, ſed ſolum in meram vtilitatem, & fauorem contrahere ſine ſolennitate prohibiti, ideoque tunc omiſſio ſolennitatis, non vitiat, ſi actus geratur utiliter, vt in d. §. eam tranſactionem, & in l. non eo minus C. de procuratori. ubi iudicium, in quo minor nō eſt legitimè defenſus valet, ſi pro eo ſententia feratur. ſed hæc diſtinctio Felini magis ſono verborum, quam re ipſa aliquid continet. quare enim
10 decretum in alienatione rei minoris, † uel in tranſactione a lege requiſitum, non ſit pro forma, & in alienatione rei Eccleſiaſticæ pro forma ſolennitas dicatur requiſita, ego non uideo, & licet gloſſ. in l. ſi fundus, ff. de reb. eorum. uideatur conſtituere differentiam inter minorem, & Eccleſiam, non tamen id ad propoſitam de qua agimus quæſtionem, ſed eo pertinet, ꝙ res Eccleſiæ immobiles poſſunt alienari ex duabus cauſis, vel ex euidenti utilitate, quod in rebus ſterilibus ſolet contingere, vel ex cauſa neceſſitatis: ſed prædia minorum ſolum ex neceſſaria cauſa poſſunt alienari, quod ob hoc ſolum prætor alienationem permittit. ut in dicta l. magis puto. per tot. l. & C. de prædio. minor. in l. ob æs alienum: non tamen facit differentiam, vt in altera ſpecie decretum ſit pro forma, in altero non ſit. Ideo in quæſtione noſtra nō eſt opus quærere exemplum quoad minorem, quando alienat rem immobilem, ſed quando contrahit, ut emendo, vel uendendo res non immobiles ſine tutore, an ſuſtineatur contractus ſine ſolennitate geſtus, ſi vtilis ſit minori, in qua ſpecie authoritas tutoris adeo formalis eſt, vt non ſufficiat ſuperueniens tutoris conſenſus, ut in l. obligari. §. tutor. cum l. 2. ff. de authori. tutor. falſum igitur eſt, quod Felin. vult, quo ad minorem non eſſe ſolennitatem pro forma, in Eccleſia uero eſſe pro forma. ideo ſi contractus Eccleſiæ etiam ei vtilis, ſine ſolennitate non tenet, idem in minore erit ſtatuendum. & quamuis nonnulli teneant, quòd quando eſt ſibi vtile poſſit minor ſe obligare ſine tutore, ut refert Tiraquell. in dicta gloſſ. 6. num. 65. & 66. per l. neque. C. de contrah. & committend. ſtipulat. & in l. ſi pupilli. ff. de nego geſt. & tex. in l. pupillus §. 1. de autho. tutor. & in l. final. C. de vſucapion. pro empt. & glo. in l. 2. ff. de acceptila. & tex. qui videtur expreſſus in d. l. non eo minus, tamen iſta opinio falſa eſt, & contra doctrinam Doctorum ſupra relatam tenentium contra glo. in d. l. cum hi. § eam tranſactionem. nec enim poteſt fieri diſtinctio inter Eccleſiam, & minorem (vt ſupra probatum eſt) nec inter alimentarium, de quo in d. §. eam tranſactionem, nec prædicti tex. aliquid in contrarium faciunt, quod enim dicunt, ꝙ ſi quis contrahat cum minore ſine tutoris authoritate minor obligatur quatenus locupletior factus eſt, † hoc
11 ipſum oſtendit, non eſſe differentiam inter minorem, & Eccleſiam. Quis enim negabit? ꝙ ſi Eccleſia rem uendidit mille, quibus mille locupletior facta eſt, ꝙ ſi rem repetat, mille debeat reſtituere; Quis inquam hoc negare poterit? ne Eccleſia cultrix iuſtitiæ, cum aliena iniuria lucretur: & vltra rationem iſtam euidentem habemus tex. expreſſum, Nam ad omnia ſemper ſunt tex. ſi in ipſis (vt conuenit) non in doctoribus verſaremur, textus inquam expreſſus in capit. quod quibuſdam extra de fid. eiuſſo. ibi, Niſi forte in vtilitatem domus ipſius manifeſtè conſtiterit redundaſſe. & in capit. quicunque 12. quæſt. 4. facit tex. in cap. 1. ext. de in integr. reſtitu. not. per gloſſ. in c. cum pro cauſa. extra de procura. & ita ſupradicti tex. qui loquuntur de minore, in Eccleſia locum habent, quæ etiam ſi contrahat ſine ſolennitate, uel ſi quis ſine eius uoluntate negotia gerat, tenebitur quatenus locupletior effecta eſt, & pecuniam, quam recepit reſtituere tenetur, ut dictum eſt de minore in dictis ll. & in l. uni. C. de reputat. quæſi. in iudi. in l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. tranſactio, & l. apud Celſum. in §. item quætitur. 2. uerſic ſi minor. ff. de dol. exception. & l. furioſus. ff. de action. & obligation. & l. antepenultima. in §. Denique ff. commun. diuidun. fac text. in l. eleganter. in §. qui reprobos nummos. in fi. ff. de pignor. action. & eleganter Vlpian. in l. 1. ff de autho. tuto. inquit loquendo de minore ſine tutore contrahente. Diuus Pius Antoninus reſcripſit, iure pupillam non teneri, ſed inquantum locupletior facta eſt dandam actionem. ecce tex. ſingularem, qui probat non ſequitur, tenetur quatenus locupletior factus eſt minor Ergo ualet contractus. immo ſi recte aduertatur, conſequētia debet in contrarium fieri, tenetur † quatenus locupletior
12 factus eſt, ergo non tenuit contractus: quia ſi contractus valeret, non quatenus locupletior factus eſt, ſed in ſolidum teneretur. quod probatur in dicto capit. quod quibuſdam, tex. expreſſus, qui iſta conſequentia eſſe oſtendit in d. l. final. C. de vſucapion. pro empt. ubi dicit tex. ꝙ contractus factus cum minore ſine tutore, adeo nullus eſt, ut nec præſtat titulū ad vſucapiendum; ſed tamen minor quatenus locupletior factus eſt, tenetur: & ideo ſi minor rem uendicet, exceptione doli mali repellitur, niſi prætium, in quo locupletior factus eſt reſtituat, vt in l. pen. §. fin. ff. de reb. eorum, ubi inquit Pau. Doli exceptionem obſtare, ſi lucrum capiet pupillus ex damno alieno. Sed quid in hoc plura? cum habeamus in primis inſtitutionum Elementis tex. clarum ꝙ contractus geſtus a minore ſine tutoris authoritate eſt nullus, etiamſi ei ualde utilis ſit. in § neque tamen. inſti. de author. tuto. ubi dicit tex. Nec tamen hæreditatem adire, nec bonorum poſſeſſionem petere, neque hæreditatem ex fideicommiſſo ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris authoritate, quamuis illis lucroſa ſit, nec vllum damnum habeat. Cuius ratio eſt, quia adeundo hæreditatem quis ex quaſi contractu obligatur. ff. de action. & obligatio. in l. ex maleficijs. §. hæres, & de acquiren. hæredi. l. more, per quam obligationem, etiam ſi ſibi vtilis ſit, minor ſine tutore non poſſit contrahere, vt mirandum ſit Doctores allegatos a Tiraquel. in re adeo clara aberraſſe. & quod aliqui diſtinguunt inter hæreditatem locupletem, & opulentam, ut hanc minor ſine tutore adire, illam non poſſit, ſomnia ſunt, & contra dictum §. licet non deſint huius diſtinctionis authores, quos refert Tiraq. in d. glo. 6. num. 77. & 78. ſuffi cit enim vt lex non deficiat, ꝙ ratio legis, quæ noluit minorem obligari etiam in contractu ſibi vtili, in hæreditate regulariter uerſetur, licet in aliquo ſpeciali caſu ab omni periculo, & damno omnino eſſet ſecurus, vt in dicto. §. exprimitur, qnod perpetuum eſt, vt non recedatur a lege, etiam ſi aliquo ſpeciali caſu ratio eius deficiat, vt expreſſe ibidem probatur. & expreſſius in l. 1. ff. de mino. uigintiquinque annis, ubi inquit eleganter Vlpian. loquendo de prætore. Apparet minoribus annis uigintiquinque eum opem polliceri; nam poſt hoc tempus compleri uirilem conſtat. Ideo hodie in hanc vſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debet: quamuis bene rem ſuam gerentibus. ecce ꝙ etiam ſi in minore rem ſuam bene generente ceſſet ratio legis, non tamen ceſſat ipſamet lex, facit tex. notabilis in §. literæ, & in §. ſequ. ubi hoc ſubſenſit Ioan. Fab. num. 4. Inſti. de rerum diuiſio. glo. in §. his uerbis. Inſti de lege aquil. tex. notabilis in l. 1. in princ. uerſi. licet nonnunquam. ff. de appellation. facit, quæ tradit optime more ſuo Tiraq. licet ſupradictas leges non alleget, in tracta-

ceſſan.

Source : BIU Cujas

ceſſan. cauſ. 1. parte, num. 160. cum ſequen. præcipue, nume. 168. & quæ infra dicemus quarta parte in cap. 2. num. 8. Verum igitur eſt, quòd contractus geſtus a minore, vel eccleſia ſine ſolennitate a iure requiſita nullus eſt, etiam ſi eis vtilis eſſet, vt in dictis. ll. eſt expreſſum, nec etiam aliquam in hoc differentiam eſſe conſtituendam inter minorem, & eccleſiã, ſiue obligatio cõtrahatur ſine facto ipſius, vt in dicta l. ſi pupilli, & dicto. c. quod quibuſdam, & quod notatur in dicto. c. cum pro cauſa, ſiue ex expreſſa volũtate, vt in dicto. §. nec tamen. Quid igitur reſpondebimus ad dictam. l. non eo minus de procurat. quibus Doctores non ſatisfaciunt, & videntur omnia ſupradicta deſtruere; ego exiſtimo ꝙ ſi prima iuris principia recte conſideremus, res eſt adeo clara, vt nullã dubitationem poſſimus habere, & ideo puto, Bart. & Albe. ibidem, & alios antiquos hæc vt leuia omiſiſſe, in quibus Paul. de Caſtr. & alij plures hærent. Nam ſi quærimus vtrũ actus,

13 † ſeu contractus geſtus ab Eccleſia, vel minore ſine ſolennitate, vel alia perſona prohibita contrahere ſine certa ſolennitate, vel alia perſona prohibita contrahere ſine certa ſolennitate, vt in caſu dictæ. l. cum hi, valeat, ſi ei vtilis ſit actus, ille: dico, aut ille actus eſt talis, in quo eccleſia, vel minor, vel cõtrahere prohibitus non ſe obligat, ſed alium obligat, vt quãdo ſibi ſtipulantur, vel eis donatur, & tunc ſine dubio valet talis actus, etiam ſi nulla ſit ſolẽnitas obſeruata, nec enim in ea ſpecie aliqua per legem eſt ſolennitas introducta, text. eſt in §. pupillus. Inſti. de inutili. ſtipula. vbi tex. loquens de pupillo inquit, nam alium ſibi obligare etiam ſine tutoris authoritate poteſt, idem probatur in l. pupillus. §. 1. ff. de authoritate. vbi loquendo de pupillis inquit tex. Si quid dari ſtipulentur, non eſt neceſſaria tutoris authoritas, ꝙ ſi alijs promittãt pupilli neceſſaria eſt tutoris authoritas, namque placuit meliorem quidem ſuam conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris authoritate, deteriorem verò non aliter quàm cũ tutoris authoritate. in iſta ſpecie loquitur tex. in dicta. l. non eo minus. C. de procura. vbi ſententia lata pro minore etiã non legitime defenſo valet, quia per illam ſententiam non minor alij, ſed alius minori obligatur, & ita procedit text. ſine difficultate in dicto. §. eam tranſactionem, ibidem enim nihil fiebat, quo alimentarius obligaretur, ſed alium meliori modo, quàm ex legato obligatus eſſet, ſibi obligabat, nec repugnat ꝙ textus ille de trãſactione loquatur, in qua ſolet, & debet aliquid hinc inde intervenire, hoc ſaltem, vt a lite diſcedatur, vt ff. de tranſactio. in l. 1. quia dico quod diſcedere ibi a lite, in nihilo obligat alimentarium, quia hæc diſceſſio à lite neceſſaria eſt, non voluntaria; cum id, quod ſibi debetur, vel amplius potius ſibi ſoluatur vt probatur. ff. de procura. in l. ſi reus paratus. & l. fi. in §. fi. in fin. ff. ſi cert. peta. & in l. hoc edicto. in principio. ff. de publica. & vectigal. & hoc eſt, quod dici ſolet, omnia iudicia debitore volente eſſe abſolutoria. vt Inſtit. de perpe. & temporal. actio. in §. ſupereſt, ecce qualiter in dicto. §. eam tranſactionem, valuit tranſactio ſuper alimentis ſine Prætore. idque ſummo iure ſtatuitur, nec in aliquo oratio Diui Marci violatur, quæ in ſe obligante, vel de iure ſuo dimittẽte, non in acquirente loquitur. & in iſta ſpecie non verſatur quæſtio noſtra. Secundus eſt caſus, quando minor, vel Eccleſia contrahit ſine ſolennitate ſe tantum obligando, non autem obligat eum, cum quo contrahit, & tunc nulla eſt difficultas, quod actus eſt nullus, cũ iſte actus ſui natura damnum afferat minori, vel Eccleſiæ, & ita eſt nullus ꝙ nulla indiget reſtitutione, vt in l. 1. cum ſua gl. C. de in integ. reſtitu. tex. in dicto princi. inſti. de authori. tutor. & etiã iſte caſus non eſt quæſtionis noſtræ, & in eo nulla eſt obſcuritas, aut dubitatio adeo vt mirandum ſit de Fran. Areti. viro doctiſſimo, & acutiſſimo qui in l. ſi curatorem habens. C. de in integrum reſti. mino. 2. colum. velit, ꝙ licet adultus curatorem habens non poſſit ſine eo cõtrahere, quia comparatur pupillo, vt ibidem notatur, tamen quod poterit donare, ea ra-

14 tione, † quia, cum ius donandi non cadat ſub curatoris facultate ut. C. de tranſactio. in l. præſes, & in l. pactum Curatoris. G. de pact. iudicetur in ea, tamquam ſi curatorem non haberet, & ita in donatione defectus authoritatis curatoris non vitiet. quæ opinio, licet eam multum commẽdet, tamquam rem nouam, & a Doctoribus non inueſtigatam, nullum habet veritatis colorem, cum erret in multis. nam licet datio curatoris non impediat minorem in his, quæ ipſe de ſe perfecte poteſt, vt eſt in contrahendo matrimonio, vt in l. in copulandis. C. de nupt. carnali, vel ſpirituali, uel alio actu reſpicientem ſtatum perſonæ, & in teſtamenti confectione, vt notatur in l. 1. in § fuit quæſitum. ff. ad Trebellia. & in l. Aurelio. in §. idem quæſijt. ff. de libe. lega. & in caſu in ca. ſi annum quartũdecimum. de iudi. lib. 6. & in materia tex. in l. fin. C. de his, qui legi. perſo. hab. ſtand. in iudicio, & ſi qui ſunt alij caſus in iure, qui non occurrũt, tamen in his, quæ minor ex ſe perfecte facere non poteſt, non eſt dubium, quod datio curatoris (cum ſi quid ipſe poteſt extra dictos caſus, alterius poteſtati ſubijciatur,) ipſum magis impediet, adeo, vt actus, qui aliàs valeret, ſi curatorem non haberet minor, licet reſtitueretur, efficiatur nullus, per dictam. l. ſi curatorem. ſi authoritas ſibi dati curatoris nõ interueniat. & contra Aret. eſt tex. expreſſus in l. 1. C. ſi aduerſ. donatio. vbi in donatione de qua ipſe loquitur, tex. facit differentiam. an interuenerit authoritas curatoris, vel non, contra quem etiam eſt gl. expreſſa in verbo res iud. in l. ſi curatorẽ. Nec etiam eſt verum, ꝙ facultas cu-

15 ratoris † non extenditur ad donandum, quia aliquando extenditur (vt ſupra dictum eſt) per. l. cum plures. in §. cũ tutor. ff. de adminiſtr. tuto. extenditur inquam authoritas curatoris, non vt ipſe de ſe donare poſſit, hoc enim non poteſt, vt in dictis. ll. ſupra allegatis, ſed vt minori donanti authoritatẽ præſtet, quo caſu ſi malefecit, ipſe tenebitur, & etiam reſtitutio competit, vt in dicta. l. 1. C. ſi aduerſ. donatio. & ita in materia donationis cadit reſtitutio, quæ valere actum preſupponit, alioquin, ſi eſſet nulla donatio, non daretur reſtitutio, q̃ reciſſionem actus validi operatur. vt. ff. de minorib. in l. in cauſæ. 2. ff. de iniuſto rupt. in l. nam & ſi ſub cõditione. in §. poſt defectum autem, & hæc aperte probãtur in dicto principio de author. tutor. vbi dicitur, ꝙ authoritate tutoris minor in damnum ſuum obligari poſſit, vt illis verbis, quæ ſupra retulimus. Quod ſi alijs promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris authoritas: namque placuit meliorem ſuam conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris authoritate. Deteriorem verò non aliter, quàm cum tutoris authoritate. ergo & donare cum tutoris authoritate poterit, vel curatoris, & ſine ea non poterit, vel curatoris, & ſine ea non poterit adultus habens curatorem, contra Aret. & ſi eius eſſet vera opinio, ſequeretur, ꝙ cum non ueniat in adminiſtratione curatoris, vt minor immobilia alienet ſine decreto, & neceſſitate, id ſolus efficere minor poſſit, quod nullus ſane dicet, & expreſſe contrarium tenet gl. ſupra allegata in dicta. l. ſi curatorem. & ad ſupradicta facit tex. in l. poſſeſſionem pupillus. ff. de acquiren. poſſeſſio. & hæc quoad ſecundum caſum, qui etiam nõ pertinet ad quæſtionem noſtram. Tertius eſt caſus, de quo loquimur, in contractibus, in quibus hinc inde ſolet obligatio induci, vt in emptionibus, locationibus, & ſimilibus, quæ proprie ſunt contractus, ut de uerbo. ſigni. in l. Labeo libro primo. in §. contractum autem ff. de uerbo. ſignifica. ubi dicit Vlpia. Contractum autem ultro, citroque obligationem eſſe, quod Græci συναλλάγματα vocant, veluti emptionem. nam illæ, de quibus duobus præcedẽtibus caſibus loquuti ſumus, obligationes non proprie contractum conſtituunt, cũ non vtrinque obligatio conſtet, ideoque donatio non dicitur proprie contractus. quæ res maiorem inſpectionem deſiderat, quàm hic poſſit explicari, quia in cõtrarium eſt text. in l. ſi nõ donationis. C. de his, quæui metus ve cauſa fiunt. textus etiã in l. fin. C. de litigioſ. glo. in l. contractus. C. de fid. inſtrument. late per Tiraquel. in dicto lib. poſt. ll. connubi. in glo. 3. nume. 37. cum pluribus ſequentibus numeris. in quæſtione igitur noſtra, quæ in contractibus propriis verſatur, ſi minor, uel Eccleſia ſine ſolennitate uendat, uel locet, uera eſt opinio cõmunis Bart. & aliorum contra gl. in dicto §. eam tranſactionem, ꝙ actus ſit nullus, etiam ſi utiliter geſtus ſit, quia nõ ſufficit ſola utilitas ſine ſolennitate, vt minor, uel Eccleſia obligentur, ut eſt expreſſum in dicto. §. nec tamẽ. de autho. tuto. & aliis ſupra allegatis. quod etiam uidetur expreſſum in cap. tua nuper, ubi notat Abb. extra de his, quæ fiunt à Præla. ſine conſenſu. cap. ubi utrumque requiritur, ut id, quod fit, ſit Eccleſiæ utile, & cum cõſenſu ſolius capituli, nec utilitas cũ conſenſu ſolius Epiſcopi ſufficit. quod idem probatur in capitu. ſine exceptione. duodecima q. 2. & eſt etiam expreſſum in cap. 1. de reb. Eccle. non alien. lib. 6. & clemen. 2. in eod. tit. & recte pro iſta ſententia iſtos tex. perpendit Tiraquel. in dicta glo. 6. num. 57. nec illorum ſunt obliti Doctores antiqui, quibus textus erant notiores, quàm proprii digiti, nam eos allegat Alberic. de roſat. in dicta. l. cum hi. in §. eam trãſactionem. & quod ſupradicta diſtinctio ita debeat fieri iter actus, ĩ quib. ex una tm̃ parte, & inter eos, in quib. mutua obligatio producitur, eſt tex. in dicto prin. de autho. tut. ubi uerbis ſup. recitatis ſubiungitur. Vnde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emptionibus, uenditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, ſi tutoris authoritas non interueniat, ipſi quidem, qui cum eis cõtrahunt obligantur, ad inuicem pupilli non obligantur, ex qui-

16 bus ultra Doctores manifeſte deducitur, † ꝙ dicta. l. non eo minus. C. de procurato. ſolum procedit ubi ſententia in nihilo minorem obligat. Si enim in aliquo obligaret, ut ſolet fieri in iudiciis duplicibus, communi diuidundo, familiæ herciſcundæ, uel finium regendorum, ut C. communi diuid. in l. ad officium, & inſtitut. de offic. iudic. uel ſi per ſententiam minorem hæredem pronuntiaret, non procederet d. l. ſed hoc caſu intraret tex. in dicto. §. nec tamẽ, in iſtis enim caſib. petẽda eſt diſtinctio, quam infra ponemus, ut ad ſenſum apparebit. Sed opponet quis dicens, ſi actus eſt nullus, etiam ſi

vt his

vtilis ſit Eccleſiæ, vel minori ex defectu ſolennitatis, ergo inuentio ſolennitatis, quæ eorum fauore à lege inducta eſt dãnum eis pariet, ſi vtilis ad modum contractus reijciatur. qđ eſſet contra iuris notiſſimas regulas. item vt dicit Deci. qui in hac materia ſibi, & alijs eſt contrarius in c. quę in Eccleſiarum. colum. 3 de conſtituto. & conſ. 124. colum. 2. ſolennitates hoc operantur, vt exiſtimemus contractum ſolenniter celebratum, vtilem Eccleſiæ, vel minori eſſe: quid ergo in claris his coniecturis ſuperfluis oneramus minorem? quę ratio non videtur leuis Tiraquello vbi ſupra num. 64. ſitem cũ habemus effectum, quem ius quęrit, vtilitatem ſcilicet Eccleſiæ, vel minoris, quid curamus, hoc, vel illo modo id cõtingat? vt. C. de inſtit. & ſubſtitutio. ſub condi. fac. in l. ſi mater. & ff. ad Senat. Conſult. trebell. in l. mulier, &; ff. de liber. & poſthum. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, & ff. quando dies leg. ced. in l. ſi ita. cum concordan. quas ſi bene memini, ponit gl. vbi tex. ſingularis in l. fin. C. de donatio. quæ ſub mod. ſed ijs facile reſponderi poteſt. primo, quia difficile eſt in cõtractibus vltro, citroque obligatorijs, immo impoſſibile alio modo intelligi vtilitatem Eccleſiæ, niſi per legitimas perſonas ad id conſtitutas, & ordine iuris ſeruato appareat. ſed ne in hoc contendamus, reſpondeo ſecundo, ꝙ nullum præiudicium fit Eccleſiæ, vel minori ex hoc, cum non fraudentur ſua vtilitate, ſi vtiles ſint his contractus. Nam licet Eccleſia, vel minor non obligentur, & nullus contractus, vt diximus, ſit, illi tamen, qui cum eis contrahunt, obligati remanent. nõ vt ipſi pecuniam perdere, & rem Eccleſię uendicare cum lucro poſſit, ſed vt ſit in optione Eccleſiæ, vel minoris, cum au-
17 thoritate ſuorum adminiſtratorum, vel ſtare contractui, & eum perficere, vel non ſtare, † vt eſt expreſſum in l. Iulianus, in §. ſiquis à pupillo. ff. de actio. empt. & in dicto principio. de author. tutor. ꝙ ſi recedere velit à contractu, pecuniam, quam accepit, quatenus locupletior factus eſt vel pupillus, vel Eccleſia, vel ille, qui dolo aduerſarij deceptus eſt, vt d. §. ſiquis a colludente. d. l. eleganter. §. qui reprobos nummos. in fin. de pigno. actio. vt ſupra dictum eſt, reſtituẽt, & in hoc obligantur, non ex contractu, qui nullus eſt, ſed ex receptione pecuniæ, & re ipſa, repetitio enim pecuniæ non ex cõtractu, ſed contra contractum oritur, vt verum ſit, quod dici ſolet, repetitionem pecunię extra id, quod actum eſt, oriri, vt in l. ſi is qui. in §. fin. ff commod. vbi ſingulariter inquit Pomponius. plerunque enim accidit, vt extra id quod agitur, tacita obligatio naſcatur. facit tex. in l. ex maleficijs. in §. is quoque. ff. de actio. & obligatio. tex. in §. item is cui, quib. mod. re. cõtra. obligat. & in §. item is quoque. de obligation. quæ ex quaſi contract. Bar. notanter in l. 3. in §. idem ſcribit. ff. de pecul. colum. penul. num. 52. & in l. naturalis. § primo, num. 2. ff. de præſcrip. verb. & idem Bart. in l. ſi pecuniam. §. fin. ff. de condictio. ob cauſ. & glo. fina. in l ſiue apud acta. C. de tranſactio. Bartol. in l. 2. colum. prima C. de condit. ob cauſ. per Deci. in l. non omnis numeratio. ff. ſi cert petat nume. quarto, & Fortu. Garſ in l. iuris gentium. in §. primo, de pac. quod longam diſcuſſionem requireret, propter tex. notabi. in l. ex empto. in §. ſi quis virginẽ, & in §. is qui vina. ff. de actio. emp. & tex. in l. quod ſi forte. de ſolutio. ſed non eſt hic locus his ſubtilitatibus, alibi forte explicabimus. Denique in poteſtate Eccleſiæ, vel minoris eſt, vel ſtare contractui, vel non ſta-
18 re, quando ſolenniter non eſt celebratus † & ita poteſt claudicare contractus, vt claudicat, ſi in contractu, etiam inter maiores celebrato ex parte vnius interueniat fraus, vel dolus. nam in poteſtate fraudati, vel circumventi eſt, vel ſtare, vel non ſtare contractui, vt in d. l. Iulianus. §. ſi quis a colludẽte. ff. de act. empt. quod etiam notat glo. in l. iuris gentium. in §. prætor ait, vbi Doctores. ff. de pact. & gloſſ. in verbo, quod magis eſt. in l. prima. in fin. ff. de pignor. actio. gloſſ. in capitu. in illis. i. extra de deſponſat. impuber. glo. fin. quæ allegat plures tex. vbi ad hoc etiam eſt tex. notabi. in cap. primo, in fine. de eo, qui duxit in matrimo. vbi matrimonium poteſt etiam claudicare, & ibi glo. fin. allegat concord. eſt etiam. bonus tex. ad hoc in l. prima, in fin. C. ſi Rect. Prouin c. licet glo. ibidem male interpretetur, eſt etiam tex. notabilis in l. cum interdictæ. C. arbit. tutel. facit tex. in l. ſed & ſocius. in §. primo. ff. pro ſoci. & quæ notat Bartol. numero tertio, in fin. poſt glo. ibidem in l. eleganter. ff. de dol. idem Bartol. in l. in cauſæ. 2. ff. de minori numero quinto, & quod notat Bald. in l. prima. C. plus vale. quod agi. hoc autem, quod dicimus, quod fauore minoris poſſit claudicare contractus, eſt verum, quãdo contractus agitur a duobus, minore vno & alio maiore, ſed quando fit a minore ſolo, vt in aditione hæreditatis, tunc in diſtincte eſt nullus actus deficiente ſolennitate, nec aditio claudicat. vt in dicto. §. nec tamen. quia non datur conſenſus alicuius, qui minori obligari poſſit minore inualide adeũte. ideo aditio hæreditatis non eſt contractus, ſed quaſi contractus, vt in §. hæres. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. & ff. de actio. & obligatio. in l. ex maleficijs. in §. hæres, & in iſta ſpecie ceſſat ratio dictæ. l. Iulianus. ĩ §. ſi quis a pupillo, & tex. in dicto principio de authori. tutor. & ita ſentit, Fab. in dicto. §. nec tamen num. 2. vbi eſt tex. qui ita debet concordari cũ dicto. §. ſiquis a pupillo, & cum dicto princi. & Fab ponit optimam rationem, quoniam eſt, quod imputetur contrahenti cum minore, ideo ex hac culpa ipſe obligatur, & minorem non obligat: debitoribus autem hæreditatis nihil poteſt imputari, cum illis inuitis, & ignorantibus hæreditas adiri poſſit, nec conſenſus eorum in ea re aliquid promoueat obligationem paſſiuam, quæ ex parte debitoris non eſt poteſtatiua, † ſola enim actiua eſt in uoluntate creditoris, vt in l. no-
19 minis uenditio. C. de hæredi. vel actio. uendi. & in l. debitorũ pactionibus. C. de pact. Bald. elegantiſſime in conſ. ſchiſmatis ſub ti. C. ſiquis aliq. teſt. prohibuer. 2. colu numero 2. clarius autem, & perſimilitudinem hoc oſtendi poteſt, nã quaſi contractus non duos pedes, ſed unum tantum habet, cũ ab una tantum parte fiat, ideo claudicare non poteſt, ſed ut cadat neceſſe eſt, ſi in eo defectus reperiatur. Item notãdum eſt ꝙ eleganter R. Dominic. de Soto libro quarto, de iuſt. & iur. in q. 5. art. 2. colum. pen. vult, ꝙ in ludo dicta claudicatio non admittatur, vt qui perdere non poteſt, vt filius familias, & minor, neque lucrari cum bona conſcientia poſſit. quod videtur contra ſupradicta, cum ſibi imputare debeat, qui cũ talibus ludere non erubeſcit. ſed ego exiſtimo verã eſſe eius opinionem, quia in his, quæ ex euentu pendent dicta. l. Iulianus. non procedat, in illis enim initium nõ autem quod poſtea ſequitur attendendum eſt. ut probatur in l. ſi pater puellæ. C. de inofficio. teſtam. & in l. de fideicommiſſo. C. de trãſac eſſet enim maxima iniquitas. ſi ex euentu iudicaretur, ut ſi lucratus fuerit minor iure luſiſſe dicatur, ſi uero uictus fuerit non id ſibi licitum fuiſſe, tunc enim actus duplex ultro, citroque geſtus ſimplex redderetur contra negotij naturam, & partium conuentionem. quod non eſt in d. §. ſi quis a colludente. & d. §. ſi quis a pupillo. in quo claudicatio, quæ admittitur non diuidit contractum, ſed integrum probari, uel improbari a minore permittit; in ludo autem contra eſſet. nec obſtat. l non eo minus C. de procurato. quia licet in his, quæ ex euentu dependent, loqui uideatur, cum dubius ſit euentus litis. ut in l. quod debetur. ff. de pecul. diſpar tamẽ eſt ratio ſententiæ, & ludi, cum illa iuris præſumptione pro ueritate habeatur, & ita minori, quod ſuum eſt tribuit. Ludus uero non propria, ſed aliena largitur, ideo nihil cauſari poterit, qui cum minore litigauit. denique fauore minoris cõtractus claudicare poſſunt, qui certi ab initio ſunt, non autẽ illi, qui dependent ab euentu, in quibus, cum conſtet male ab initio rem minorem gerere, non opus eſt ex futuro euẽtu id iudicare. quod eſt notandum, quia, ſi contrarium ſtatueretur maxima eſſet iniquitas, ut contra conſenſum partium actus, & obligatio ex una parte, & pro una tantum parte conſiſteret, quod in d. l. Iulianus. in §. ſiquis a pupillo. non permittitur, immo expreſſe prohibetur. ſed hęc ſolutio, & concordia, licet mihi aliquando placuerit, nunc tamen uidetur non eſſe ſine difficultate, nam hanc diſtinctionem uidetur deſtruere tex. in l. ſed & ſocius in §. ſi abſenti. ff. pro ſocio. ubi in contractibus, in quibus vtilitas, vel damnũ ex futuro pendet euentu, admittitur claudicatio ex culpa vnius ex contrahentibus, inquit enim Paulus iuriſconſultus. ſi abſenti renuntiata ſocietas ſit, quod is ſcierit, quod is acquiſiuit, qui renuntiauit, in commune redigi debet: detrimẽtum autem ſolius eius eſſe, qui renuntiauit, ſed quod abſens acquiſiuit, ad ſolum cum pertinet, detrimentum ab eo factũ commune eſt. ideo verius puto,, ſi opinione ſupradicti Dominici De Soto tenere velimus, dicẽdum eſſe in ludo etiam non prohibito non eſſe ſubiectum tale, vt in eo aliquis priuilegio ſit muniendus. ſed iure communi vti debeat, vt qui nõ perdere, nec lucrari poſſit. nam licet ludus non ſit prohibitus (in prohibito enim nulla caderet controuerſia) tamen magis naturam quodammodo prohibiti ſortiri videtur, in quo minor a maiore non diſtat. vt. ff. de minor. in l. auxilium. §. in delictis. & C. ſi aduerſ. delictum. per totũ, nec enim ſicut de emptionibus, & venditionibus, & alijs cõtractibus commercio hominum neceſſarijs, ita de ludo ius conſtituitur: qui licet non prohibeatur, magis tamen id indulgentiam, quàm ius continet. nec ſatis moribus conuenire videtur, ut in hoc aliquod priuilegium minori concedat, ideo edictum de minoribus ad ludum trahi nõ debet, ut minor lucretur. Satis eſt ut indemnis conſtituatur, & ſola hac ratione dicta opinio niti poteſt, quod ſiquis contrariã ſententiam probet, eam tam ex dictis legibus, quàm alijs rationibus facile poterit comprobare. quod autem dictũ eſt de minore, quod eius fauore claudicet contractus ſine ſolennitate celebratus, ut in poteſtate ſua ſit ſtare ei, uel non ſtare, procedit ſimiliter in Eccleſia, ut poſſit contractum ſine ſolẽnitate factum inuito etiam eo, cum quo ſine ſolennitate contraxit, ſi uideat id ſibi utile eſſe, & utilitati uelit adijcere ſolẽnitatem.

Source : BIU Cujas

nitatem,ſeu approbationem ſuam.ita vult glo. ordinaria in cap.primo,extra,ne Sede vacante. in verbo,Sede vacante, q̃ ibi ſequitur Hoſtien.& Imol.num.10.vbi hoc diſputat, & reſpondet allegatis in contrarium,& Abb.num.8.candē opinionem tenuit Innocen.Ioann.Andr.Cardinal.Zabarell. & Abb.Panormi.in cap.1.de his quæ fi.a Prælat. ſine conſenſu capituli. Anton.de Butr.in c.ſi quis præsbyterorum.extra de reb.Eccleſ.non alienan.col.1.in fi.Deci.in c.quæ in Eccleſiarum.colum.3.num.9.in medio.de conſtitutio.Fulgoſ.& Iaſ. in dicto.§.eam tranſactionem.Carolus Ruin.in conſil.113. num.6.volum.4.vbi dicit,q̃ cum Innocen.tranſeunt alij Doctores.nec his obſtat,q̃ conſtitutio † Pauli ſecundi, incipiēs ambitioſe.improbet contractus factos de rebus Eccleſiæ ſine Romani Pontificis authoritate,& ponit excommunicationis pœnam cum decreto,etiam irritanti,quod uocant. Quia primo aduertendendum eſt,q̃ illa conſtitutio extraua gans non vbique recepta eſt; ideo excommunicatio ceſſat in locis,vbi nō conſtat fuiſſe expreſſe receptam,vt bene aduertit Caieta.in ſumma Verb.excommunicatio.caſu.75.& Silueſter in verbo excommunicatio.7.verſ.47. ſecundo etiā conſiderandum eſt,q̃ illa conſtituito improbans prædictos contractus, ſolum procedit Eccleſia volente eos haberi ꝓ inualidis,ſed ſi Eccleſia velit per legitimas perſonas impetrā do ſedis apoſtolicæ aſſenſum,& authoritatem, ſtare illi contractui,poterit hoc facere etiam inuito eo, cum quo cōtractum eſt,quia,vt ſupra eſt declaratum, contrahens cū minore,vel Eccleſia obligatur,licet ipſi non obligentur, ideo admittit̄ ratihabitio,vt dicemus infra.c.proximo, nec decretū irritans hoc impediet,nec enim aliquam vim habet, niſi eo
21 Eccl.vti velit,quod eſt commune † omnib. ſimilibus decretis,vt dicit Ioann.Monach.Ioan.And.& Domini.in cap. ſtatutum,vbi etiam Franc.colum.fin.de præben.lib.6.cum pluribus allegatis a Tiraq.in repeti.l.ſi vnquam.in verbo reuertatur.num.331.in verſ. illud autem. in poſteriori impreſſione.C.de reuocan.donatio.Felyn.in c.cum dilecta.4.colum. de reſcrip.Tiraq.etiam in dictis ll. connubial. in dicta glo.6. num.93.Notandum tamen eſt q̃ ille,qui cum Eccleſia, uel minore ſine ſolennitate contraxit,ne cogatur eſſe in ſuſpenſo,poteſt agere,vt minor,vel Eccleſia compellantur,vt ſolēniter declarent,an uelit ſtare contractui,vel ab eo diſcedere, tex.eſt.qui iſtum modum agendi inducit in dicta.l.Iulianus. in §.ſiquis a colludente,ut notat Bar.ibidem.& in l.Pomponius.5.colum.num.15.ff.de nego.geſt.& alibi ſępe doctores, quos allegant recenti.ut ſtatim dicemus,qui modus agendi contra minores,& Eccleſiam,non admittit̄ contra pupillū,
22 ſed expectandum eſt,ut pubes efficiatur: Nam tex. † in §. ſi quis a pupillo,non repetit in pupillo id,quod in minore dixerat in præcedenti.§.ſi quis a colludente,intelligens in adulto;& ita aduertit Bar.& Bene Ari.Pinel. in dicta repetitione. l.1.C.de bon matern.3 par.num.35.nec eſt nouum,ut faūor pupilli efficiat,ut cauſa aliquando in eius pubertatem differat, ut in Carboniano edicto uidemus,& aliàs in l.apud Iulianum in §.1. ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eatur, & imputare ſibi debet,qui cum puero contrahere non erubuit. poſt pubertatem uerò non impeditur agere, etiam antequam minor ad uigeſimumquintum annum peruenerit,& ſic durāte minori ætate,ut in dicto. §. ſi quis a colludente,ut bene notat Pinel.loco ſupra allegato num.36.contra Io.de Imol.clem. 1.num.38.de in integ reſtitu. & uide omnino Pinel ibid. in num.30.q.aliqua latis cum iudicio (ut ſolet) ponit in iſta materia,licet ſupradicta non ita examinet, nec aliquis ſcribētiū.
23 In Eccleſia autem,† quæ iure minoris cenſetur, cum nō ſperetur q̃ ex progreſſu temporis fiet aliqua mutatio,non eſt, quare emptor expectare aliquid debeat,ſed ſtatim poterit agere,ut Eccleſia declaret,an ſtare uelit contractui,uel ut ſtatim ab eo diſcedatur:ex quo etiam exiſtimo Eccleſiam ad diuiſionem prouocare poſſe,quamuis id minori non liceat, cum diuiſio ſit alienatio,ut in d.inter omnes. C.de præd.mino.& in l.u.§.ſi communis;& in l.magis puto.§ fi.& in l.ſi pupillorum.in prin.ff.de reb.eor.quia licet communio nō ſoleat eſſe utilis,& remanere in communione perpetuò,quòd cauſa rixarum ſit,nullus poſſit cogi,etiam ex conuentione, ut in l.in hoc iudicium.§.ſi conueniat. ff. commu. diuid. de quo per Decium in l.fin.num.29.C.de pact. & conſ.264. per Iaſ.in §.quædam.inſti.de actio.Hipp.ſing.9.& Ioan.dilectum in trac.de arte teſtan.lib.8.caut.8.facit.ff de lega.2, in l.cū pater.in §.dulciſſimis,tamen in minore, ne ad diuiſionem poſſit prouocare,ſtatutum eſt, quia non ſufficit ad rerum alienationem utilitas,ſed neceſſitas,cum tempore, quo maior erit,hoc efficere poſſit.licet male Bar.in l.ſi pignore.numc. 7.ff.famil.her.uelit, minorem,ſi ſibi utile ſit, ad diuiſionem prouocare poſſe,contra dictas.ll.& omnia ſupradicta, quia in edicto de reb.eorum ſola cauſa neceſſitatis excipitur, nō autem utilitas ſola ſufficit, & eadem ratione non eſt uerū, q̃ ait ipſe Bar.in l.ſi cōuenerit,pro ſocio,& in l.inter pupillos.
24 ff.de authori.tuto. in Eccleſia † uerò contra uerum erit, ut ſemper ad diuiſionem prouocare poſſit. Primo,quia nō poteſt expectari tempus,in quo debeat eius ſtatus mutari,ſicut expectatur in minore.ſecūdo, q̃ in Eccleſia utilitas ſola ſufficiat,etiam ſi neceſſitas non ſubſiſtat,& ut ſupra dictum eſt; cum utile ſemper ſit a communione diſcedere.vt dictis.ll.cū etiam res communes faciles negligantur, naturale quippe uitium eſt negligi quod communiter poſſidetur,ut dicit textus in l.2.C.quand.& qui.quart.pars debeat. lib.10. & ita uidetur expreſſum in l.ſi pupillorum. in princip. ff.de reb.eorum. ubi gloſſ.non conſiderauit,q̃ utilitatis cauſa res Eccleſiæ alienari poteſt.quæ utilitas ſemper in diuiſione, legis interpretatione uerſatur,minoris uerò res ex ſola neceſſitate, ſi immobiles ſint,alienantur,ut in dictis.ll.probatur,& in l.ſi fundus ſit ſterilis.ff.de reb.eorum,& ibid.not. glo. per tex. in aut item prædictum.C.de Sacroſan.Eccleſ.& eſt tex. expreſſus in c.ſine exceptione.12.q.2.

SVMMARIVM.

1 *Contractus inualidus Eccleſiæ, uel minoris poteſt ratihabitione confirmari.*
2 *Quod procedit etiam lite iam cæpta,cum minore,uel Eccleſia.*
3 *Non debet eſſe in poteſtate actoris præripere optionem a lege conceſſam.*
4 *Ratihabitio tacita non ſufficit in contractu Eccle.*
5 *Qui præſupponit,non diſponit.*
6 *Animus continuandi quando producat actum de nouo.*
7 *Ratihabitio procuratoris tacita nihil operatur,niſi id conſulto fiat.*
8 *Diſpenſatio non inducitur tacite,& in conſequentiam,ſed debet expreſſe fieri.*

Caput 3.

De ratihabitione contractuum Minorum, & Eccleſiæ, qui fuerunt ſine ſolennitate celebrati.

VIſum eſt ſupra quonā modo contractus Minorum,& Eccleſiæ ſi ne ſolennitate geſti obligent contrahentes cum ipſis, licet ipſi obligati non ſint, nunc id declarandum eſt, niſi mi-
1 nor factus maior, uel adhuc exiſtens minor, † uel Eccleſia cum ea ſolennitate, quæ ab initio debuit fieri, contractum ratum habuerit.ſi enim id fiat ſecurus erit emptor, & in exteriori,& in conſcientiæ foro, ut per totum. C. ſi maior factus,facit tex.in l.obſeruare.§.fi.de offi. Proconſul. cum ibi notat.& nota.per Alberi.in l.fin.C.ad ſena.conſul. Macedonian.& ex ratihabitione ſolenniter facta confirmabitur, licet Bald.in l.obſeruare.§.& poſt hæc.2.lect.fi.colum.q.14.dicat,q̃ ubi eſt peccatum in forma ratihabitio non operatur, & cum ſequatur Carol.Ruin.conſ.123.num.8.libr.1.tamen id non eſt uerum,ſi ratihabitio ſolenniter fiat, & ab ijs omnibus,per quos oportuit ab initio actum geſtum fuiſſe,arg. l.prim. C.qui admi.ad bonor.poſſ.& in l.qui aliena. ff.de acquir.hæredi.& eſt de mente omnium reprobantium. glo.d. l.cum ij.in §.eam tranſactionem,qui neceſſario ratihabitionem admittunt,cum minorem, uel Eccleſiam poſſe approbare contractum, & ex eo agere poſſe concedant. nec obſtat, quod dicit Guill.Specula.in titulo,de his, quæ fiunt, a Prælato,numero 2.cum ſequen. nam ibidem Specul.ſolum quærit, an iudicium ſemel male, & ſine actione cæptum a Prælato ſuper re ab eo ſolo, ſine capitulo alienata, poſſit ex ſuperuenienti capituli ratihabitatione firmari, & non negat ius ex ſuperuenienti ratihabitione ſuperuenire, immo neceſſario id præſupponit,cum dubitet,an ius ſuperueniēs firmet iudicium ſemel ab initio inualidum conteſtationis tēpore.iuxta tex. in l.non poteſt uideri. ff. de iudic. ubi inquit Paulus,non poteſt uideri in iudicium ueniſſe id, quod poſt iudicium acceptum accidit;ideoque alia interpellatione opus eſt,& ita Speculator poteſt pro iſta parte allegari, quem
2 omnino uide,namque ex eo colligitur,q̃ etiam lite † iam cępta,& pendente,poſſit dicta ratihabitio in præiudicium contrahentis fieri,nec mirum,cum ex dicto contractu cum Eccleſia non ſolenniter geſto,contrahens,ut dictum eſt,ſit perfecte obligatus.quod non eſſet,ſi in ſua conſtitutum ſit poteſtate ab obligatione reſilire, ut.l.ſi ſub hac. ff. de action. & obli & l. in ementis.C.de cōtr.empt.& in diffinitione obligationis in princip.de obligationi.inſt.alioquin eſſet in poteſtate illius, qui cum Eccleſia,uel minore contraxit, agendo eis
3 præripere ius optionis,† & uanum eſſet eorum,priuilegium quod eſt contra mentem,d.l.Iulianus §. ſi quis a pupillo. ff. de actio.emp.iunct.l.ſecunda,§.fin.ff.de eo,quod cer.loc.& in l.ſi quis rem.ff.de arbitris.facit tex.notabi.in l.ne in aliena.

ff.quod

Source : BIU Cujas

ff.quod vi,aut clam. vbi inquit Venuleius iuriſconſultus,ne in aliena poteſtate ſit conditionem meam nihil delinquentis deteriorem facere, intelligo tamen ſuprad. ſi ratihabitio expreſſa Eccl.interueniat,tacitam enim,quæ vel ex traditione rei,vel cenſus receptione,vel ſimili facto colligatur, credo non ſufficere,licet ratihabitio aliàs poſſit,& tacite, & expreſſe induci,vt in l.Paulus.ff.rem rat.habe.per Tiraquell.de iure conſt.3.par.30.limitat.num.11.cum ſequen.ubi allegat plures concordan.cum facto cognoſcatur voluntas, vt in l. repræhendenda.cum gl.comprobaſti.C.de inſtitutio.& ſubſti.& in l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.ff.de bono. poſſeſſ. con.tabul.& in l.ſi auia.C.de iur.deliberand.& in l poſt diē. ff.de lege commiſſo.& in l.pro hærede. §.ſed quod Papinianus.ff.de aequir.hæredi.in l.rem legatam. ff. de adimen. lega. & iu l.nihil intereſt.ff.de inofficio.teſtamen. Iaſ.in l.de quib. 8.colum.ff.de legi.Deci.in c.dilecti.2.de appellatio. & in l.nō vult hæres eſſe.ff.de regul.iur.& ratihabitio a nuda uoluntate dependeat,vt per Bar.in l.Pomponius.1.ff.de nego.geſt.& ideo ex ſupradictis actibus inducitur, vt probatur in l. 2. C. de his quæ vi,met.ve cauſ.& in l.cum fidem. C.de nō nume. pecu.Immo & leuius ad odioſam exceptionem excludēdā, vt in l.ſi filiusfamilias. ff.ad ſen.conſul.Macedon.tamen, vbi requiritur ſolennitas,& deliberatio,vt in Eccleſia, & ſic plus
4 quàm nuda voluntas,non credo tacite ratihabitionem † ſufficienter induci,quia, qui præſupponit ubi amplius quā nu-
5 da voluntas requiritur,† non videtur diſponere, etiam ſi diſpoſitio in eius voluntate conſiſtat.tex.eſt notabi.in l.hæreditas ad Statium.ff.de hæred.inſti.optimus text.in l. Titia cum teſtamento.in princ.ff.de lega.2 facit,quod vult Bart.& cōmuniter Docto.licet quoad illam legem habeat difficultatē. in l.is qui putat.num.4.in fin.ff.de acquiren.hæredita.vbi factum continuationis non inducit diſpoſitionem,quod ſemper verum eſt,vbi poteſt inducere damnum, vel obligationem,ſecus vero ſi actus eſſet talis, in quo de mera acquiſitione agatur,& ita debet intelligi communis opinio. cōtra glo.in l.3.in principio.in ver.animo,in fine.ff.de acquir. poſ-
6 ſeſſio.vbi animus † cōtinuandi, qui præſupponit acquiſitam iam poſſeſſionem, efficit acquiſitionem de nouo. quod eſt notandum,quia Doctor. non ſatis hoc explicant,vt patet ex Areti.in d.l.is,qui putat.2.col.ratio eſt, quia non datur ſatis deliberata voluntas in præſupponente, per ſupradicta, quæ deliberatio in Eccleſiæ contractibus requiritur, cum ad hoc requirantur tractatus, vt in cap.ſine exceptione. 12.quæſtio. 2.vt per Abb.in cap.nulli.de reb.Eccleſ.non alienan.Ideo ex traditione rei, vel receptione cenſus, vel pecuniæ non inducitur ratihabitio ſufficiens in Eccleſia,niſi conſulto, & deliberato animo ratificandi fiant actus prædicti: aliàs autem id, quod ex dictis actibus infertur, vel præſupponitur, non eſt deliberatio ſufficiens,cum magis præſupponatur, qnam cōſtituatur obligatio,ad quod etiam facit,quod prudentiſſime maiores noſtri Rotæ Auditores iudicarunt in deciſio. 38.in
7 cip.fuit dubitatum,de procurato.in nouis,† conſtituendam eſſe differētiam inter ratihabitionem tacitam,& expreſſam, vt hæc facta a procuratore operetur, non autem illa. quod debet per ſupradicta declarari,niſi conſulto,& deliberato ratificādi animo id efficiatur. ſic etiam videmus in ordinario
8 † non induci diſpenſationem ex actu in conſequentiam,niſi expreſſe diſpenſatio concedatur,vt eleganter not.Innocē.in cap.veniens.extra de filijs præsbyterorum vbi ponit ſingularem rationem, quia requiritur ſummaria cauſæ cognitio, quæ,vt ſupra diximus,non interuenit in præſupponente, nō enim datur deliberatio ſufficiens cum aliud agendo, & perfunctorie παρεργον que id egiſſe certū ſit.de quo per Abba. in c.cum in cunctis.§.inferiora.3.col.ex.de electio. ubi limitat in ſupremo principe, ad quod eſt tex. in l. quidam conſulebat.ff.de re iudi.licet etiam in ſupremo principe ſola nominatio non ſufficeret,vt in clem. ſi.ſummus Pontifex. de ſenten.excommuni.vbi etiam probatur, q̄ princeps, qui præſupponit,diſponere non videtur,licet verba principum, quā priuatorum conſultius prolata eſſe credendum ſit. denique in inferiore a principe non fit legitimatio inconſequentiam, ſed opus eſt,vt principaliter fiat. De quo late per mod.in tracta.de literis Apoſtoli.num.110.cum ſequen.15.volum.tract. diuer.dd. facit in ſimili,quod no.gloſſ.in l.interrogatam.C. de liberal.cauſ.Bar.in l.cum ſcimus.C. de agricol.& cenſi.libro vndecimo,cum his,quæ no.Hippol.poſt Barto. in l.1.§. diuus Adrianus ff.de quæſtio.& in ſingula.581. & Tira.de retract.in 1.par.§.36.in gl.1,num.55.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ voluntas quomodo explicetur.*
2 *Poteſtas,& voluntas in quolibet actu requiruntur.*
3 *Remedium retinendæ,& recuperandæ concurrere poſſunt diuerſis rationibus.*
4 *In poſſeſſorijs leuior probatio requiritur.*
5 *Facto adminiſtratoris Eccleſia amittit poſſeſſionem.*
6 *Qualis qualis uoluntas ſufficit ad amittendam poſſeſſionem.*
7 *Coacta uoluntas,quando operetur.*
8 *Mandatum conceſſum per uim eſt nullum ipſo iure.*
9 *Metus uitiat contractus innominatos.*
10 *Pœnitentia nihil operatur in contractibus iam perfectis,& ſi incontinē ti ſuperueniat,contra modernos.*
11 *De remedio canonis,reintegranda.3.q.1.*
12 *De condictione ſine cauſa,& indebiti,quoad poſſeſſionem, quòd non ſint remedia poſſeſſoria,licet dentur ad poſſeſſionem.*
13 *Remedium nullitatis & reſtitutionis in integrum poſſunt cumulari conditionaliter,& ſimpliciter.*

Cap. 4.

Vtrum omiſſio ſolennitatis in contractibus Eccleſię, & minoris inducat defectum voluntatis, & an poſſeſſio amittatur ex tali contractu, & de remedio canonis reintegrandæ,& alijs vtilioribus remedijs ad recuperandum res male alienatas.

EX dictis præcedentibus capitulis ſatis apparet,alienationem rei Eccleſiaſticæ,vel minoris ſine ſolennitate, licet utiliter fiat, inualidam eſſe,quaſi uoluntas deficiat, vtilitas enim poteſtatem quodammodo reſpicit, non enim fieri debet, niſi utilitas,vel neceſſitas(vt ſupra diximus)adſit. Solennitas verò vo
1 luntatem explicat.† nam Eccleſia,cum ſit perſona myſtica, aliter velle non poteſt, niſi mediante eorum perſona, quib. hæc res commiſſa eſt,nec minor perfecte, niſi & tutoris uoluntate ſui adminiſtratoris adiuuetur uoluntas, quo fit, ut altero deficiente inualidus actus efficiatur,cum actus cuiuſlibet perfectio duobus fundamentis nitatur, atque firmet,
2 † poteſtate ſcilicet,& uoluntate,vt in cap.graue nimis, & in cap.extirpandæ.in §.qui vero,ibi.velint, & poſſint.extra de præbend.& dignita.& in cap.ſuper inordinata.eod.titu.& in cap.cum in cunctis.extra de electio.probatur optime in ca. cum ſuper.extra de offic. delega.tex. notab.in l.nolle adire, vbi notat Bald.ff.de acquir.hæredi.idem Bal.per tex. ibidem in l.cum te.C.de do.ante nupt.tex. in l.ſi uoluntate Domini. C.de fideicommiſſa.liberta.in prioribus uerbis.text. notabi. in l.1.C.ſi in cauſ.iudi.pignus cautum ſit.ibi,ſi eius iuſſus cuius iubendi fuit.facit tex.in l.in re mandata.C.manda.ideo, ſi ex his alterum tollas,actū corruere neceſſe eſt, vt in l.multum intereſt.C.ſi quis alteri,uel ſibi.in l.prima.ff.de iur. codicill.in l.3.C.de contrahen.ſtipula.& in l. ſiue emancipatis. C. de dona.vt enim inquit Bald.in tract.ſchiſmatis. ſub tit. C. ſiquis aliquem teſt.prohibu.colum.4.actus, qui ſine uoluntate fit,informis eſt,indifferens,& inanimatus, & idem Bal.in l.1.num.4.C.plus valere,quod agitur.dicit, q̄ ubi conſenſus remouetur ab actu,actus remanet tāquam corpus ſine anima,& inquit Boet.quem Lancello.deci.refert in l.1.colum. 4.ff.de condictio.indeb.omnis humanorum actuum intentio ex duobus conſtat,poteſtate ſcilicet,& voluntate.& licet Ariſtotel.quem refert Bald.in l.cum teſtamentum.C.de iur. & fact.Claud.de Saiſelo in l.pacta nouiſſima.colum. prima. C.de pact.& Lancell. Deci.in l.certi condictio.§.fin. in fin. ff. ſi cer.pet.tria requirere uideatur,poſſe,uelle,& ſcire,tertium tamen hoc ſub primo comprehenditur, vt recte ut ſolet cōſiderat Deci.in dicto cap.cum ſuper Abbatia.extra de offic. delega.4.notab ideo ex dictis contractibus ſine ſolennitatibus nomine eccleſiæ,uel a minoribus factis(ut de poſſeſſione rerum eccleſiæ aliquid attingamus) cum ſine animo, ſeu uoluntate poſſeſſio non amittatur, vt.ff.de acquir. poſſ.in l. 3.§.in amittenda,& in l.quemadmodum.cum alijs, ſi poſſeſſio naturaliter capiatur,non ſolum res uendicari ab eccleſia vel minore poſſunt,uerum & poſſeſſorijs remedijs poſſe experiri uidetur,uel recuperandæ ratione naturalis, quæ traditione,vel apprænſione amiſſa eſt,uel retinendæ, reſpectu ciuilis,quæ retinetur,vt turbatio,quæ naturaliter fit, prohi-
3 beatur.diuerſarum enim † poſſeſſionum reſpectu remedia retinendæ,& recuperandæ non ſunt contraria, ideo ex eodē facto oriri poſſunt,vt recte interpretatur glo. in l.vni. C. uti poſſide.& in l.clam poſſidere. in §.primo,& in l.naturaliter in §.nihil commune.ff.de acquiren. poſſeſſ. quinimo & adipiſcendæ poſſeſſionis interdictum,licet non ſoleat dari poſſidenti,ut in §.ſi quis,inſtit.de interdict.& notat glo.in l. prima.ff.de fideicommiſſ.hæredi.petitione,& in cap.primo, de confeſsis.lib.6. concurrit tamen aliquando cum interdicto retinendæ reſpectu alterius poſſeſsionis,quando ipſo iure p ſtatutum transfertur poſſeſsio,ut Doctores noſtri uarijs locis determinant,quos refert R.epi.Segob.libro 3. uaria. reſol.

Source : BIU Cujas

fol.cap.5.num.6.per totum,Iuarez interpres noſtrarum Hiſpaniæ legum non imperitus in l.3 de las hærencias. num.12. cum ſequen.libr.3. ſed hæc materia poſſeſſorij iudicij in his rebus Eccleſiæ,vel minoris uenditis,vel alienatis, non ita leuiter eſſet attingenda,cum valde præiudicialis ſit,& nõ momentaria, ſed perpetui forte præiudicij, in qua non leuiter peccetur, vt Celſus adoleſcens in l.ſi ſernum ſtichum. in §. ſequitur.ff.de verbo.obligatio.eſſe qoæſtionem de bono, & æquo,quo in genere plerunque ſub authoritate iuris ſcientiæ pernitioſe,inquit,erratur. licet enim momentariæ poſſeſſionis quæſtiones,& leuiſſimæ in iure noſtro iudicentur, vt in l.momentariæ.C.vnde vi, & ea ratione, vt in re parui momenti in his poſſeſſorijs, appellationis effectus iure ciuili ſit impeditus,vt in l.vni.C.ſi de momentar.poſſeſſ. fuer. appell. adeo,vt minor vigintiquinque annis in poſſeſſorio iudicio tanquam de re leui etiam omiſſo curatore admittitur, vt in l.fin.C.qui legi.perſ.habent ſtand. in iudi. ideoque & leuio-
4 res probationes,† vt in re leui præſumptiue, vel ſemiplene, uel indicia ſufficiant,vt per Bar.in l.prima,numero decimo. C.quorum bono.& eumd.Bart.in l.2.C. vbi in rem actio in §.ſin vero,vbi etiam Bal.quos ſequitur Franc.de Are. conſil. 66.num.10.de quo per Deci.conſil.56.colum. 1. idem Deci. conſ.663.& alij plures quos refert Hippo.de Marſ. ſing. 620. Curt.in l.admonendi.num.68. ff de iure iuran. licet Alexan. male dicat commun.opi.in contrarium conſ.139.num. 14. libro 6.conſ.allegando gl.in l.prima,quorum bono. C. quã dicit ſequi dd.primò enim Bar.ibid.expreſſe dicit contrariũ eius,quod ibid.Alexan.ſecundò quia glo.in verb.filium eſſe uerſic.tu dic.in qua ſe fundat Alexã. quæ dicit, tu dic quod plene probat,vult dicere,ideſt non ſummarie,vt in præcedẽti articulo,vel gl.vt aperte ſentit, loquitur de legitimanda p̃ſona,quæ etiam in poſſeſſorio debet olene legitimari,vt ibidem dicitur expreſſe,& per gl.& omnes in l.2.C.de edict. di ui Adria.& probatur.ff.de nou.oper.nuntia. in l.de pupillo. iuncta.l.prima.tradit Iaſin rub.C.qui admit.ad bono.poſſe. plures refert Hippol.in l.ſi quis nec quæſtio.num.5.ff.de quæſtio.non tamen poſſeſſionis plena probatio requiritur,quia rei momentariæ eſt præiudicium,ideoque interdicta, & p̃ambulum,& preludium petitorij iudicij erant,ut in §.retinẽdæ.inſt.de interdict.& poſſeſſio parum duratura dicebatur, quia cito per dominum debet auferri,vt in glo. fi.in l.3. in §. fi.de vi,& vi arm.glo.& Bald.in d.l.vni.C.ſi de momen.poſſ. Sed cum hodie eo deuẽtum ſit, vt iudicia ea poſſeſſoria nõ momentaria ſint, ſed longiora etiam iudicio proprietatis non in triennium tantum,vt iure ciuili ſtatutum erat,ſed in longius tempus protrahi ſoleant, non leuis cauſa poſſeſſorij ab aliquibus iudicatur.& verum eſt,vt per Rip.in l.interdicto.pe.colum.num.8.ff.quo.bonorum.& in cap.ſæpe.colu. 2.extra de reſti.ſpolia poſt Abb.& alios, quos ibi allegat, iõ ſapientiſſime maiores noſtri,& nunc etiam eruditiſſimi Rotæ Auditores,ex quorum numero, licet eorum impar meritis,ego ſum,in ſupremo Palatij Sacri auditorio non ſine diſtinctione leuiores probationes in poſſeſſorijs admittũt,ſed alio modo in vno poſſeſſorio,quam in alio iudicant, licet re vera in omni poſſeſſorio hodie grauiſſimum præiudicium, & fere totius negotij ſumma verſetur,cum petitorij diffinitio ſoleat in longum protrahi, quamuis id omnibus diſpliceat maxime,litium natura,ne dicam calumniantium, hoc malum parturiente, ſed huic medendo malo Sanctiſſimus Dominus Noſter pro ſua pietate incumbit, & remedia generalia omnibus litibus per reformationem,& ſigillatim ẽt, prout res expoſtulant,adhibet,dum Sanctiſs.reſcriptis ſuis ſæpiſſime,cum ita breuiter poteſt de veritate dominij cõſtare, poſſeſſoria iudicia relegat,& extingũit,in quo tantum abeſt, vt aliqui ex noſtris Doctoribus,qui diſputant, An Princeps poſſit in poſſeſſorio facere præiudicium,ſint audiendi,vt aliquando,& ſæpiſſime principem id debere facere,non ſit dubitandum? ſed ad rem noſtram,& contractus rerum Eccleſiæ,& minorum reuertamur,in quibus defectum volũtatis ex omiſſione ſolẽnitatum adeſſe oſtẽdimus, ex quo nec poſſeſſio amiſſa eſſe videtur,cum id ſine animo fieri nõ poſſit: quod ſi de facto amiſſa reperiatur, Eccleſia tanquam ſpolia
5 ta reſtituenda ſit.ſed non ita hoc ſimpliciter† eſt admittendum, ſed quando nec ſolennitas, neque uolũtas legitimi adminiſtratoris,in ipſa poſſeſſione tradenda, vel continuanda interuenerit.ſi enim interueniat, poſſeſſoria remedia ceſsabũt,ueluti ſi Epiſcopus rerum Eccleſiæ adminiſtrator, Abbas,vel Parochus,vel pupilli tutorem Eccleſiæ, uel minoris ſine ſolennitate uendant,vel in ſolẽnitate ſit aliquis defectus, licet contractus inualidus ſit,non tamen ut ſpoliata Eccleſia agere poterit,quia ex contractu nullo transfertur poſſeſſio, ſi ad traditionem perueniatur vt in l.prima.§.ſi uir uxori.de acquiren.poſſeſſio.nam licet prædicti adminiſtratores non liberam habeant uoluntatem quoad dominum,tamẽ quoad poſſeſſionem,ſi facto eorum Eccleſia ceciderit a poſſeſſione,non poterit tanquam ſpoliata in poſſeſſorio recuperandæ obtinere, nam hoc videmus in minore, cuius tutor alienare immobilia non poteſt,tamen,ſi id faciat, & poſſeſſionem transferat,eam pupillus,qui aliàs poſſidere ſolus definere non poteſt, amittit.tex. in l. poſſeſſionem pupillus. ff. de acquiren.poſſeſſ.vbi Vlpian. aperte hoc vult, qui fatuus eſſet,ſi de re cum decreto iudicis alienata loqueretur, ſicut etiam Marcellus in l.pupillus.de acq.rer.domi.nec enim eſt bona conſequentia,titulus,& poſſeſſio eſt iniuſta, ergo, qa iniuſte amiſſa eſt,vt ſpoliato remedio recuperandæ eſt reſtitoenda,nam iſtam conſequentiam deſtruit tex. qui ſupra dicta decidit in l.ſi rerum.ff de vi,& vi arma.ubi inquit Vlpian. Si rerum tibi poſſeſſionem vi tradidero, dicit Pomponius vnde vi interdictum ceſſare, quoniam non eſt vi deiectus,
6 † qui compulſus eſt in poſſeſſionem inducere,& ita vides,q̃ qualis qualis uoluntas ẽt coacta ſufficit, ut facto ſuo quis a poſſeſſione cecidiſſe videatur,& ſpolij remedia ceſſent,licet uoluntas illa coacta non ſit perfecta uolũtas, nam ut uoluit Ariſt.in lib.3.Ethicorum.cum coactus quis agit,uoluntaria, ac non uoluntaria dicenda eſt actio,& S.Thomas in prima 2.q.6.ad 3.in fin.ſentit, q̃ magis habet inuoluntarij actus p̃ metum factus,ſed ſecundum uarias ſpecies actus ualet, uel
7 non ualet,uel eſt reuocandus.† ualet, nam in materia ſacramentorum,ubi actus eſt ita perfectus,ut imprimatur character,ſufficit ille conſenſus,qui eſt in ui conditionali, ut in ca. maiores.§.item quæritur.extra de baptiſmo.item. ubi actus eſt ita per ſe malus,ut ei non debeat quis pro aliquo damno uitando,ueluti infamiam,conſentire ut in c. ſacris.de his, q̃ ui,metus ve cauſa fiunt.in quo tamen circa communicationem cum excommunicato D.Thomas diſcrepat a Canoniſtis in quodlibe.2.art.9.licet ſit metus iuſta cauſa ad pœnam temperandam,ut per Tiraquel.in tract.de temperã.pæ.cauſ. 36.aliàs aũt aliquando metus uitiat,ut eſt in actu, in quo nõ imprimitur caracter: ſed ſi ſemel firmaretur, eſſet actus irrevocabilis.ideo,ne ex imperfecto,& non uoluntario conſenſu perficiatur,ex metu redditur nullus,ut in matrimonio. c. cum locum.extra de ſponſa. uel quando actus de ſe eſt imperfectus,quia tunc,ſi metu fiat, penitus redditur nullus, ut in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uend.uerſic.per uim,ubi iuramẽtum minoris per uim præſtitum eſt nullum ipſo iure, quod ſi præſtitum eſſet a maiore per uim ualeret. ut in cap.2.extra de iure iura.licet debeat concedi abſolutio: in minore autem eſt nullus ipſo iure,quia conſenſus imper-
8 fectus ratione† uis, uel metus concurrit cum alia imperfectione conſenſus,quæ ex minori ætate prouenit,ita etiã mãdatum per uim cõceſſum eſt nullum ipſo iure, ut inquit Hoſtien.in cap.Abbas.extra de his,quæ ui, metuſve cauſa fiũt, quem ibi ſequuntur Doctores,& inter alios Abb. Panormi. colum.pen.ratio eſt, licet eam Doctores non ponant, quia mandatum per ſe non eſt actus perfectus,cum in eo finis negotij non conſiſtat,ſed ſit medium ad finem; ideo tanquam actus imperfectus uitiatur,ſi metus interueniat,tex.eſt nota bi.in l.2.ff.de iudi.ibi.aut,ſi cum reſtitiſſet,quiuis ex litigatoribus uiribus pręturæ compulſus eſt,nulla iuriſcitio eſt. Item etiam,eſt alia ratio, quam Doctores non conſiderant, quia in mandato eſt locus pœnitentiæ, ut notatur in l. ſi pecuniã. ff.de condict.cã data,& ibi notatur, & põt reuocari expreſſe,uel tacite,ut probatur in c.quamuis.de procurato.libro 6. ſi ergo pœnitentia mandatum reuocatur, nonne multo magis pœnitentia præcedens,quæ in coacta uoluntate ineſt,impediet,ne mandatum ab initio ſubſiſtat? argumento tex.in l. patre furioſo.ff.de his,quæ ſunt ſui,uel alieni iur. faciunt uerba tex.notabilis.l.pen.C.per quas perſo.nob. acq. ibi, quare non ab initio,& ita erit notabilis opinio (licet doctores non
9 ponant) quod contractus† innominati, in quibus eſt locus pœnitentiæ,ut l.ſi pecuniam.ff.de condictio. cauſ.dat ſi uis, uel metus interueniat,ſint ipſo iure nulli, quaſi pœnitentia in ipſo actu interueniente,& præueniente ipſius actus perfectionem,& licet non deſint,qui uelint, non ſolum in innominatis contractibus,uerum & in nominatis locum eſſe p̃nitentiæ,ut ſi incontinenti aliquem ex contrahentibus pœniteat,poſſit a contractu recedere,etiam altera parte inuita,
10 † uel ei nouas cõditiones adijcere,quod idem eſt, ut expreſſe uoluit Soc.conſ.66.colum.fi.uolum.prima,conſ.& Frãci. de Ripa in lib.3.reſponſ.cap.primo,& Reuerendiſs. Epiſcop. Segobien.in primo lib.uaria.reſo.ca.14.in prin.ex eo, quod l.perfecta donatio.C.de dona.quæ ſub modo.dicit,perfecta donatio conditiones poſtea non capit,quaſi uelit, ſi non poſtea,ſed incontinenti adiiciantur, contra eſſet: tamen errant aperte,quia,quod ibi dicitur poſtea,debet interpretari,ideſt poſt perfectionem etiam incontinenti,cum,ſi id poſſit pœnitentia ſtatim ſecuta,multo magis id poſſit ea;quæ præcedit, & ineſt in contractibus per metum initis, ut dictum eſt: ſed metus non reddit nullum regulariter contractum, ergo, dicta opinio non eſt uera. præterea contra opinionem prædictorum,

Source : BIU Cujas

ctorum, ſunt duę leges expreſſę, altera in l. quamuis. C. de trā ſactio. vbi inquit lex quamuis eum, qui pactus eſt, ſtatim pœ niteat, tranſactio tamen reſcindi, & lis inſtaurari non poteſt; & qui tibi ſuaſit, infra certum tempus licere a tranſactione recedere, falſum aſſeuerauit, altera eſt in l. non idcirco. C. de contrahen. emptio. ibi, nec enim, licet incontinenti facta pœ nitentiæ conteſtatio, conſenſu finita reſcindi. probatur etiā ind. l. perfecta donatio. ibi, poſt aliquātulum temporis, quod ſignificat incontinenti, vt patet ex ſupradictis legi. ecce tex- tus expreſſos, qui iſtam mutationem voluntatis incontinē- ti in contractibus nullius eſſe effectus oſtendit, quod enim dici ſolet, quæ incontinenti fiunt in eſſe uideri, eo pertinet, vt ſi utriuſque partis conſenſus accedat meſſe uideantᵉ, qua- ſi id, quod denouo actum eſt in priori actu contineatur, nō autem, vt unius voluntas altero inuito rem perfectam poſ- ſit immutare, ita glo. in d. l. perfecta donatio, & ibi Bald. & Sa li. ideo melius Bald. in cap. ex parte decani num. 33. de reſcr. vult, ꝙ in actibus, in quibus non ſolet eſſe locus pœnitentiæ etiam ſi ſtatim pœnitentia ſuperueniat, nihil officere actui ſe mel abſoluto. actus enim perfectus nullum requirit tempo- ris interuallum, vt firmus, & irreuocabilis conſtituatur, vt patet ex his, quę dicuntur de contractu matrimon. in mortis articulo, & alijs ſimilibus, vt infra dicemus. 3. parte. cap. 3. qa tempus non eſt modus tollendæ, uel inducendæ obligatio- nis, ut in l. obligationum fere. in §. placet. ff. de acti. & obliga- tio. ad quæ facit tex. nota. l. uxoris abortu. C. de poſthu. hære di. inſt. uxoris abortu inquit lex teſtamentum mariti nō ſol- ui, poſthumo uero præterito, quamuis natus illico deceſſe- rit, non reſtitui ruptum, iuris euidentiſſimi eſt. text. etiam in l. quod certatim. eodem titul. ibi ſancimus, ſi viuus perfecte natus eſt, licet illico poſtquam in terram cecidit, uel in mani- bus obſtetricis deceſſit, nihilominus teſtamentum rumpi, hoc tantummodo requirendo, ſi viuus ad orbem totus pro- ceſſit. licet Fulgoſ. in conſil. quodam. & Hippol. qui eum re- fert in ſingul. 106. in fin. contra illos tex. aperte reſponderint temporis breuitate innitentes. facit tex. in l. cum uxori, ubi no. Bald. C. quan. dies leg. ced facit tex. notab. cum ibi tradit. per Bar. in l. fin. ff. de cond. inſtitutio. nam, vt inquit Bal. tem- pus eſt concomitantia actuum humanorum, non cauſa, & producere effectus attribuitur cauſis, non temporibus. ita Bald. in l. vni. colum. 3. C. quand. non peten. par. & ideo verū eſt, ꝙ in contractibus nominatis pœnitentia, vel mutatio vo luntatis, etiam incontinenti nihil operatur, in innominatis vero, quandocunque licet pœnitere, & ideo, cum in metu pœnitentia inſit, contractus innominatus uitiabitur ipſo iu- re ſi metus fuerit. denique vbi actus de ſe eſt infirmus, & de- bilis, metu interueniente nullus efficitur ipſo iure. ſic aliena tio rei Eccleſiaſticæ, ſi metus interueniat, ipſo iure erit nulla, vt per Abb. in dicto c. Abb. & ita ſicut uoluntas coacta, & im perfecta ſufficit ad amittendam poſſeſſionem, vt in allegata. l. ſi rerum, ita etiam uoluntas imperfecta prælati, vel tutoris efficiet vt amittatur poſſeſſio, cum faci ius poſſeſſio, quam dñium amittatᵉ ut in l. qđ meo. §. ſi furioſo, ubi gl. alias. ll. alle gat. ff. de acq poſſ probatur in l. quod meo. §. ſi furioſo, vbi gl alias ll. allegat. ff. de acq. poſſ. pbatur in l. 3 in §. ſubtilius. ff. de condi. cau. dat. & in l. ſi aliquam rem cum ibi not. ff. de ac qui. poſſ. & ita ſentit Bar. in l. indebiti. & licet Bar. uideatur di- cere ꝙrium in l. 1 §. ſi vir uxori. ff. de acq. poſſ. num. 3. tamen intelligi debet, vbi nec tutoris, nec ꝑlati legitimi uoluntas in teruenit, tent. Aluer. in d. l. pupillus. de acquir. rer. domi. & eſt glo. expreſſa, quam ibi no. Io. de Imol. pe. col. 1 fi. in l. 2. §. ſi a pupillo. ff. de uſucap. pro empto. ubi, ſi pupillus authorita- te tutoris rem immobilem alienet ſine decreto, transfertur poſſeſſio, q̄ alienari ſine decreto poterit, qđ ēt ſequitᵉ Alexā. in d. § ſi uir uxori. col. fi. & idem dicendū erit in Eccleſia. qđ autem hæc opinio, ꝙ ex contractu ita geſto ſine ſolennitate poſſeſſio amittatᵉ, uera ſit, manifeſte apparet, nā, ſi aliter dice- retur, nunquam fieri poſſet, vt Eccleſia poſſeſſionē ſine do- minio amitteret. cū, ſi contractus eſt legitime factus, utrum- que ſequuta traditione uera transferatur, ſi vero in aliquo deficit, neutrùm trāsferri neceſſe ſit: quod maxime abſurdū eſt, cū facilius poſſeſſio, ut dictum eſt, quàm dominiū amit- tatur, & transferatur. item cum præſcriptio ſine poſſeſſione ciuili procedere non poſſit, vt eſt tex. in l. acquiritur. in §. fin. ff. de acquiren rer. domi. & in l. 1. §. per ſeruum, qui in fuga. de acquir. poſſ notat gl. fi. in l. 1. C. de ſeru. fugiti. in fin. text. in §. idem placet. Inſt. per quas perſ. nob. acqui. quem not. Fab. in §. de his. num. 3. cum ſeq. eodem titu. & Dyn. in regul. ſine poſſeſſione. de regul. iur. libro ſexto, latiſſime Balb. in l. Cæl- ſus. 2 par. num. 10. ff. de vſucapio & in tracta. de præſcript. 6. part. in 3. illius parte prima quæſtio. numero ſexto, ſequere- tur, quod nunquam res Eccle. præſcribi poteſt, ſi enim poſ- ſeſſionem ciuilem amittere non poſſet niſi cum dominio, ex contractu legitime celebrato, conſequentia eſſet mani- feſta, & tamen pia mater Eccl. iure, quod alijs præſcripſit, ut litium finis ſit, & ne in incerto dominia ſint rerum, uti vult: cum contra Eccl. præſcriptiones admittat. Sequitur ergo Ec cle. poſſeſſionem ex contractu minus ſolenni amittere. Nec his obſtat tex. in l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. quia non loqui- tur in tutoribus, nec ſimilibus adminiſtratoribus, quibus cū libera a lege datur facultas, licet ad Prælatum etiam illum tex. doctores paſſim adducant, vt per Ioan. Andr. in ca. cum cum in officijs. colum. pen. extra de teſta. & alibi ſæpe, cum tamen in tutore contrarium dictis. ll. ſit ſtatutum, de quo de induſtria dicere omiſit, tex. in dicta. l. fi. cum etiam. hodie mi- nor in poſſeſſione poſſit ſine tutore ſibi facere præiudiciū. vt. C. qui legi. perſo. habeant ſtand. in iud. in l. fina. & ſupra dictum eſt. ſed quod peius eſt, & magis de Doctoribus noſtris maxime antiquis mirandum erit, ꝙ inuenerunt quoddā re- medium ad omnes iuſtos poſſeſſores ſpoliandos, & inquie
11 tandos, quod remedium canonis, reintegrandæ. † 3. q. 1. ap- pellant. non ſolum Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis, ſed & laicis. & pro rebus profanis, & non ad tempus, ſed perpetuo etiam poſt mille annos concedunt, in quo remedio ſufficit me probare aliquando, uel prædeceſſores meos poſſediſſe, ut poſſim rem a quocunque iuſto poſſeſſore bonæ fidei, & cum titulo, etiam ſi res vitio non ſit affecta reali, vel ab alio auellere, etiam ſi ego malæ fidei poſſeſſor fuerim, dum ta- men antiquior mea poſſeſſio, uel meorum prædeceſſorum ſit, quàm poſſeſſio aduerſarij, vt late declarat Bartolo. Socin. per 12. quęſtiones in l. rem quę nobis. ff. de acq. poſſ. & Fran. de Rip. in c. ſæpe. ex. de reſtit. ſpolia. & nunc latiſſime Iacob. Menoch in trac. de remed. recuperand. poſſ. remed. 15. ubi per plures col. quo fit, ut hoc remedio admiſſo omnes leges & canones, qui de preſcriptionibus loquuntur, fruſtra mē- branas occupent, quod abſurdum eſt, cum canones de præ- ſcriptionib. loquentes ſint illi canoni poſteriores, maxime quia, ſi uerba tex. conſiderentᵉ, nihil minus ſignificant, quàm quod ſibi imponunt Doct. inquit enim textus, Reintegrāda ſunt omnia ſpoliatis, uel eiectis Epiſcopis præſentialiter or- dinatione Pontificū & in eo loco, unde abſceſſerant fundi- tus reuocanda, quacunque condōne temporis, aut captiuita te, aut dolo, aut uiolentia maiorum, & per quaſcunque iniu- ſtas cauſas Eccleſiæ, uel proprias, id eſt ſuas ſubſtantias perdi diſſe noſcuntur. Ecce textus, ex quo tot mirabilia Doctores colligunt, & tot hominibus tendiculas machinantur, primo enim textus ille nihil ſpeciale diſpont ſed generalia quædam præcepta in eo ponuntur. ſicut etiam in l. iuſtitiæ. ff. de iuſt. ubi dicitur iuris præcepta ſunt, hęc honeſte uiuere, alterum non lædere, ius ſuum unicuique tribuere. ex quo textu ne- mo dixerit præſcriptiones, & alia iuris remedia eſſe ſublata, cum gñalia hęc nihil poſſint in his, quę ſpecialem habēt cō- ſtitutionem, ut in l. doli clauſula. cum ſuis concordan. ff. de uerb. obliga. maxime quia exiſtis interpretationibus nō ſo lum ſpecialia iura ſubuertuntur, & multa remedia poſtea in uenta redduntur inutilia, & ſuperflua, ut eſt remediū. cap. ſæ pe. de reſtitutio ſpolia ſed apertiſſime iniuſtitia fouetur & in ducitur, prętęrea eſto ꝙ uerba illius textus eam uim habeāt, ut ea ſola non alij canones eſſent obſeruanda, nonne, quę Doctores ex illo textu inferūt, uerbis illius textus aduerſantᵉ- tur? Tex inquit, reintegranda ſunt omnia ſpoliatis, uel eiectis Epiſcopis. tex. de ſpoliatis, uel eiectis loquitur. Doctores ue- ro inquiunt, his, qui aliquando etiam iniuſte poſſederint, li- cet non ſint ſpoliati, uel eiecti, fiat reſtitutio. ait textus, Epiſco pis, ipſi dicunt etiam non Epiſcopis, uerum & laicis prędo- nibus, & iſto caſu etiam ſi cum titulo poſſeſſor bonę fidei p centum annos poſſederit. Dicit ulterius textus, per quaſcun que iniuſtas cauſas res Eccleſię, uel proprias, ideſt ſuas ſub- ſtantias perdidiſſe noſcuntur, Doctores uolunt etiam ſi non noſcantur per iniuſtas cauſas perdidiſſe, ſed ſolum ꝙ aliquā do etiam iniuſte poſſederint hoc ſufficere, hę ſunt interpre- tationes, quas Doctores noſtri non unus, aut alter, ſed om- nes ferè noſtræ, & ſuperioris ętatis illi tex. tradunt: quę quā iniquę, & abſurdę, & contra legum, & canonum mentem, & communem ſenſum hominum ſint, alij iudicabunt, cum tex. ille nihil contineat, quod communib. regulis non com- prehendantur, cum uelit ꝙ ſpoliatus, ſeu deiectus Epiſco- pus ſit reſtituendus ad res proprias ſuas, uel Eccleſię, nullo ſpatio temporis obſtante, quia, cum uiolentia ſit uitium rea le, impeditur iure communi pręſcriptio. ut §. furtiuæ. cum aliis. inſti. de uſucapio quod ſi uis, uel uitium reale non fuerit illatum, & quis iuſto titulo, & bona fide poſſideat, cur prę- ſcriptio impediatur, iure, uel ratione, non uideo, nec tex. hoc cogitauit, item quòd ille textus in prędonis fauorem etiam intelligatur, ut prędo contra bonę fidei poſſeſſorem reſtitua tur, neſcio unde colligi poſſit, niſi uerba textus, qui idē uo luit dicere, quod dicit etiam Caius Papa in cap. Epiſcopis, & Fabianus Papa in cap Epiſcopi. eod. titul. manifeſtiſſime cor rumpantᵉ, & cū ſoleat in pari cā eſſe melior conditio poſſi- dentis, vt eſt in regula iuris, & in d. l. ſi ſeruum ſtichum. §. te-

qūitur

Source : BIU Cujas

quitur.ff.de verb.obligatio.vbi inquit Paulus. Nam cum q̃ritur de damno,& par vtriusque causa est, quare non potior sit qui tenet,quàm qui persequitur?& ibi glo. alleg. concordantes,& est tex.in l.3.ff.de condictio.ob turp.caus.& in l. si alius.§.bellissime.ff.quod vi, aut clam, vbi gl. allegat multas leges.tex.& gloss.in l.secunda.C.de condictio.ob turp. caus. vbi concordan.in specie tamen proposita, non solum dicta regula uitiatur, uerum contraria ex diametro constituitur, vt potior sit iniqui petitoris, & prædonis causa, quàm iusto cum titulo,& bona fide possessoris.hæc volui tetigisse, licet aliquantulum videar ab instituto principali digressus,quia & possessionem bonorum Ecclesiæ respiciunt, & Doctorũ dicta maximam continent iniquitatem,& ita optime Inno. in cap.cum ad sedem.in num.6.extra,de resti.spoli.& Franc.de Rip.in d.cap.sæpe,eod.tit.num.20.tenent. d. c.reintegranda nihil noui inducere.nec putet quis Ecclesiam grauari in rebus suis male alienatis recuperandis,q̃ his remedijs possessorijs sublatis difficile sit probare dominium, quia respondeo quòd ille,qui ab Ecclesia titulum habet, uel eius successor, non poterit Ecclesiam probatione dominij onerare, etiam si Ecclesia rei uendicatione ageret,ut dicit optime Paul. de Castr.in l.quidam in suo.ff.de cond.institu.num.6. & Nicol. Boer.decis.42.num.septimo,sed quia hęc opi. licet sit vera,
12 est controuersa,erit succursum,cum Eccl. † condictione indebiti,uel sine causa agens inutili existente contractu possit possessionem auocare,licet condictio possessorium remedium non sit,ut in l.indebiti solut.in §.sed & si nummi.ff.de condictio.indebi.& in l.prima,in fi.ff.de condictio.sine causa. vbi inquit Vlpian. constat id demum posse condici alicui, quod vel ex non iusta causa ad eum peruenit, uel redit ad non iustam causam.ecce remedium breue,& facile,quo, probata mala alienatione,rem suam Ecclesia, uel minor sine probatione dominij poterit recuperare,neque ob id aliqua regula iuris violabitur.quod in priuatis etiam locum habere poterit,iniquo illo remedio a doctoribus nostris inuento penitus eliminato,quod si illud remedium passim admitteretur,nullum regnum,vel imperium esset securum,nullusque rerum status cõstitui posset, & dominia in incerto semper vagarentur.contra legum prouidas sanctiones. ff.de vsucapio.l.prima,& dum nimium iusti esse doctores volũt,plurimi iniustissime spoliarẽtur,& iurgia,& lites,quæ Reip.mala sunt,& societati ciuili maxime contrariæ, vt inquit Arist. in Politicis, innumera excitarentur. & notandum est quòd hæc remedia,condictionis indebiti,vel sine causa(omissa tricisiaria condictione, quæ nõ ita vtilis est)licet possessionem auocent,vt volunt glo.in prin.insti.de interdict. & in rubric. ff.eod.tit.nec in eis de iure dominij quæratur, non tñ sunt remedia possessoria,cum apta sint per se & dominium recuperare,si amissum est:immo sunt ad hoc inducta. & iure ciuili inuenta,vt in §.sic itaque.insti.de actio.facit tex.in l.fi.ff.usufruct.quemadmodum cau. sed ex accidenti dantur ad possessionem,vel quando non Dominus erat,q̃ indebite soluit, vel solam possessionem nulla habita ratione dominij, uelit auocare,si possidẽs rem alienam esse,nec illius, a quo illam habuit, fuisse prætendat.sicut & actio ex empto ad possessionem aliquando solum prodest,vt.ff.de acquiren.poss. in l.si aliquam rẽ;nullus tñ dixerit actionem ex empto remedium esse possessorium,possessionem.n.solũ respicit per accidens, & ex defectu subiecti,non ex propria natura.sic de dictis cõdictionibus indebiti,& sine causa dicendum est, vt remedia possessoria non sint,licet aliquando solam aduocent possessionem,licet Męnoch.in suo tracta.de remed. posse inter remedia possessoria illa annumerauerit, quod si ea ratione fecit,q̃ solam possessionem auocent,& ex empto actionẽ non solum in specie dictæ.l.si aliquam rem,sed semper;cum ex ea ad tradendum agatur vt.ff.de actio.empt. in l. ex empto.ubi inquit Vlpian. & imprimis ipsam rem præstare venditorem oportet,idest tradere,cum alijs concordan.inter possessoria remedia debebat annumerare:quinimo, & omnia iudicia proprietatis,& rei uendicatio ipsa, cum possessionem nudã aduocet,eadem ratione diceretur possessorium remedium, & ab eo inter possessoria potuit connumerari, vt. ff. de rei. uendi.in l.qui restituere,& actio ex stipulatu diceretur remedium possessorium,si possessio promissa esset, quod nullus iuris non penitus ignarus dixerit.non ergo illa dicuntur possessoria remedia,quæ possessionem aduocant.Omnia enim iuris remedia hoc faciunt,& huc tendunt,sed vel illa,quę ex interdictis oriuntur,vel quæ ad proprietatis iudicium prędordinantur,vel natura ipsa proprietatis iudicium expectãt, & quibus solum de possessione contendi potest, vt Insti.de interdict.in princ.& §.retinendæ. versicul. namque nisi ante, sed per condictiones ex ipsarum natura, dominium recuperatur,quod etiam in actione ex empto,quando uenditor dominus est,contingit:licet ex accidenti solam possessionẽ respiciat,vt quando possessio sola uendita est,vt in dicta.l.si aliquam rem, quod non satis intellexit Menoch. quinimo utilius est his remedijs non possessorijs Ecclesiam, vel minorẽ possessionem repetere,cum possit cum his, & restitutiõem
13 in integrum cumulare disiunctiue,scilicet,ut dicat,† Peto rẽ nullo iure, & sine solennitate alienatam, & si rite alienatam fuisse apparuerit, tanquam læsa in uenditione peto restitutionem in integrum,vt docet tex.in cap.constitutus.de in integrum resti.& licet iuris subtilitate id forte fieri non possit, cum ea remedia contraria quodammodo sint,tamen ius canonicum istas subtilitates aon considerat,sed ita agere permittit,ideo,si alterum horum uerum sit,agens ex eo capite, in quo probabit,obtinebit.quinnimo,& Doctores iuris ciuilis dictum rigorem sæpe temperant,dum admittunt condemnatum ita posse experiri, dico sententiam esse nullam, & si qua sit,appello,vt dicit gl.in l.prima. C.quando prouoc. non est necess.de quo per Bartolum in l.si expressim.ff.de appellationi. Recentior.in cap.dilecto,de appella.ea autem remedia contraria esse dubium non est,ut in l.tertia, §. falsus. ff. rem rat. haben. facit gloss. in l. penultima. C. locat.gloss. in l.qui de in officioso.ff. de inofficio. testamento, nec vis est in hoc , quod hæc remedia , conditionaliter proponantur , licet doctores prædicti id sentiant , & Bartolus,qui ita intelligit dictum capitulum,constitutus. in l. Carmelia pia.ff.de iur.patrona.& in l Papinianus. in §.si quis iritum.ff.de inoffic.testamen.& Ioannes Fabr. in §. sunt autem.institu.de bonorum possessionib.& Paulus de Castr. in l.uenditioni.C.de vsucapion. pro empto.& idem Paulus de Castr.consilio 65.numero 2.volum. 1.las.numero 32.in l.edita actio.C.de eden. qui tamen subsentit non esse tutam dictam opinionem,quam ego credo esse falsam, cũ magis incertus sit libellus conditionem, quam alternationem continens.item,quia idem est, si simpliciter hoc modo proponatur,dico de nullitate,& appello,vel conditione adiecta,cum ratione necessitatis id lex ita semper interpretetur, vt alterũ in subsidium alterius proponi uideatur,vt in l.Gallus.in §.qdam recte.ff.de liber.& posthum. quinimo si præpostere dicta remedia proponerentur,appello,& de nullitate dico, vel peto restitutionem in integrum , & contractum nullum declarari,sustineretur dicta conceptio libelli, ut id præcedere intelligatur,quod opus est præcedat.argum.text in l.cum in testamento.§.hæc uerba.ff.de hæred.instituen.& est expressum in l.quidam in testamento.ff.de peculio.lega. ubi inquit Alphenus. respondi in coniunctionibus nullum ordinẽ esse,neque quicquam interesse, utrum eorum primum diceretur,aut scriberetur,& facit tex.in l.si quis ita testatus sit. ff. de hæredi.insti.& in l in his uero.in §. final. cum l. sequen. ff. de solutioni.tex.etiam in l.secunda.in §.prius. versicul. sed si quis.ff.de vulgar.& pupilla.ibi.licet conuersa scriptura, & ita verius est quod iure canonico subtilitates hæ pernitiosæ attendi non debent,vt sentit Ioan. Andr.in capit.quærelam.de
,, elect. super glo.2.colum.fin.ibi salua æquitate iuris canonici.post Hostiens. licet ipsi distinguant,sed ego verius puto sine distinctione id admittendum, cum omne ius & deduci possit,& deductum uideatur,ut in ca. Abbate sane,de re iudica.libro 6.& ita admittitur prædictus modus agendi, uel conditione expresse adiecta,uel non adiecta,vel etiam si inuerso ordine libellus esset conceptus, ut formulæ illæ antiquæ prorsus explosæ uideantur . Nam de rigore iuris ciuilis uerius est dictos modos agendi non esse admittendos,cũ libellus generalis,vel ambiguus,vel alternatiuus non admittatur parte opponente,ut omnes Docto. uolunt in d. l.edita actio.C.de eden.nisi ubi ambiguitas , uel incertitudo ex facto aduersarii causetur,vt in l.prima,§.quia autem,quorum legatorum, & late Dec.numero 75.cum sequen.in d.l. edita actio.C.de eden.& idem Dec.in l.nemo ex his.§. quoties. ff. de regul.iur.uel ex alia iusta causa,ut vult Fab.in §.si res aliena ante numerũ secundũ,institu.de legat. post Hostiens. & Ioan.And.in d.capitu. quærelam. de electio.& est communis opinio secundum Claud.de Saisello colum.decima,in d. l.edita actio. quæ omnia sunt ualde notanda , ad præcidendas cauillationes eorum, qui iis nugis iudiciorum cursus nullitatib. & tricis sæpissime impediunt.sed de his satis, alibi forsan hęc latius prosequemur.

Ex supradictis existimo satis esse declaratum, qualis esset natura bonorum Ecclesiasticorum initio nascentis Eccl.& qualiter Apostoli essẽt astricti paupertati, uel ex proprio voto,vel ex Christi præcepto, tam eo tempore, quo erant discipuli,quàm posteaquam effecti fuerunt Magistri,& quatenus per promotionem ad episcopatum ea obligatione liberentur,qui antea paupertatis uotum emiserant, & quale sit id dominium,quod paupertatis uoto impeditur: explicatũ est etiam apud quem sit dominium rerum ecclesiasticarum, an apud pauperes,uel Christum, Ecclesiam, Pontificem,vel Clericos:visum etiam est harum rerum alienationem prohibitam esse,nisi necessitatis,uel vtilitatis causa adhibitis solẽnitatibus

nitaribus fiat,& quod,ſi contractus ſine ſolennitate fiant,inualidi ſunt etiam ſi maxime vtiles eſſent Eccleſiæ, idemque eſſe in minore, licet teneantur hi quatenus locupletiores fuerint effecti,lateque etiam ſumus interpretati legem,cum hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſactio.& l.nõ ideo minus. C.de procurato.& quo modo fauore Eccleſiæ, vel minoris contractus poſſint claudicare,ſitque in eorum optione ſtare,vel non ſtare contractibus non ſolenniter celebratis,& vtrum ex his contractibus poſſeſſio minoris,vel Eccleſiæ amittatur,& qualiter talis poſſeſſio ex remedio canonis,reintegrãda,vel alijs iuris remedis recuperetur,quibus circa dominium,& poſſeſſionem bonorum eccleſiaſticorum breuiter expeditis,ne argumenti noſtri obliti uideamur,ſequitur, vt de fructibus horum eccleſiaſticorum bonorum, ſeu redditibus differamus,quos fructus eiuſdem rationis cum proprietate eſſe apparet.Nam,vt ſupradictum eſt,cum ab initio naſcentis Eccleſiæ omnia, quæ ſibi offerebantur in pecunias redacta in pauperes,& opera pietatis Eccleſia diſtribueret, poſteaquã reſeruare poſſeſſiones melius uiſum eſſet, in eoſdemmet vſus redditus earum deſtinauit, in quos proprietas antea erogabatur,vt in c.videntes,& c.futuram.12.q.1.& 12. q. 2. per plures canones. cum vero vſus præſentis temporis ab illo antiquo vſu nimium degenerauit, orta eſt quæſtionis materia, quæ libello noſtro de redditibus Eccleſiaſticis dedit argumẽtum,cui proprius accedamus, explicemuſque propoſitam a nobis iam ante quæſtionem,videlicet.

Vtrum clerici ea quæ ſibi ſuperſunt ex redditibus eccleſiaſticis,in pauperes,& alios pios uſus erogare teneantur ex l.iuſtitiæ,vel ſolum ex lege miſericordiæ,uel charitatis,& quã do has leges,vel earum alteram tranſgrediantur.

Quain re doctorum varietatem diuerſaſque ſententias ſequens particula demonſtrabit. An autem hoc verbo redditus authores latini utantur, ſit ve ſcribendum duplici uel ſimplici.d.ex Ouidio,& Martiali docet Andr.Tiraq. in tract. de retract.conſanguin.§.primo,in gloſſ. ſexta, in princip.ſed nos hoc integrum librarijs relinquimus, vt arbitrio ſuo d. uel auferant,uel adijciant,dum modo in aliis tranſcribendis bona fide verſentur.

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS

Pars Secunda.

In qua variæ Doctorum enumerantur opiniones, quæ infra in tertia & quarta,particulis examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſolum poſſunt aſsumere ſibi neceſsaria ex redditib. Eccleſiaſticis, ſecundum opinionem Archidiaconi.*
2 *Non eſse conſtituendam differentiam inter redditus beneficiorum habentium adminiſtrationem,& eorum quæ non habent,cenſet Archid.*
3 *Si clericus redditibus Eccleſiaſticis abutatur, ad reſtitutionem tenetur.*
4 *Opinio Archidiaconi eſt communis.*

Caput primum.

Quæ ſit opinio Archidiaconi, & qui eius ſententiam probent.

De iſta opi.Archid. diſputatur infra in tertia parte in pri.cap.primo,& 2.3.4. & quinto,& quarta parte in cap.primo.

IN iſta quæſtione, vtrum clerici de fructibus, ſeu reddi tib.eccleſiaſticis poſſint libere diſponere,tanquã eorũ dñi,vel potius ſolũ,ſibi neceſſaria poſſint aſſumere, fuerunt varię ſcriptorũ ſnĩæ,quas ſigillatim referemus:nam Archi.(quamagnæ eſt apud noſtros authoritatis) in ea ſemper fuit opinione, vt clerici de reddit ib. Eccle-
1 ſiaſticis,† & fructib. beneficiorum ſolũ poſſint aſſumere, q̃ ſibi,& his,q ſibi ſeruiũt,ſint neceſſaria, qđ tales redditus ſm veritatem non proprii,ſed cões ſint,ideſt pauperib.erogãdi, vel in vtilitatem Eccl.expendẽdi,ſi ſibi ſuperſunt, qui ẽt ſubiungit,bene tñ confiteor,quòd clerici talium fructuũ perceptorum ſunt dñi,& habent eorum proprietatem quantum ad fidelẽ,& debitam diſpenſationem faciẽdam &c. & ẽt dicit,q̃ ſi aliter fecerint,furtum faciunt, nullamque eſſe cõſtituẽndam differentiam † inter ſimplicem beneficiarum, uel
2 prẽlatum,ſeu aliàs habentem adminiſtrationem,& eſſe hæreticum in iure facere iſtam diſtinctionem,ita Archid. in c. ſtatutum.§.aſſeſſorem.col pen.de præſcript.lib.6.qui allegat ad hoc Brixien.12.q.4.c.1.idem Arch.in prin.44. diſt. & in c. ſi Epiſcopus.c.12.q.pri.vbi aperte dicit,clericum,qui his fructibus aliter vtitur,furtum committere & ſacrilegium,& ad reſtitutionem † teneri,quod refert,& ſequitur Alberi.in dic-
3 tionario ſuo in uerbo clericus,idem ſenſit Inno.in ca.inde.corum.extra de æta.& qua. huius ſententiæ fuerunt omnes gloſſę,quæ beneficiatum uſuarium tantum efficiunt, glo. in c.fin.de pecul.clerico.& in c.quia nos.de teſtamen.Bal.in l.2. C.de epiſcop.& cleri.& alijs locis per recentiores allegatis, & cum iſta opinione tranſit Io.And.in nouel. in c. præſenti. de off.ordina.lib.6.licet in gl.aliter dixerit, eadem ſnĩam tenuit Archidiaconi diſcipulus Aluar.Pelag hiſpa. de planctu Eccleſiæ.lib.2.in c.28 vbi per ſex poſteriores columnas defendit iſtã partẽ & dicit.Fateor bene quod durus eſt iſte ſermo,& multos ſcandalizat,nihilominus verus eſt. eandẽ opinionẽ tenet Io.de lignan.Clem.gratie.de reſcr.Anto.de But. in c.fi.nu.17.poſt med.de cau.poſſ.& ppri.vbi relata opinione Innocen. & Archidia.dicit,cõcludo igitur ſequẽdo iſtud quòd ſecundum omnes clericus non habet proprium vſumfructum,nec proprium vſum in bonis Eccleſiæ,licet aliqui dicant,quod eis æquipollent; ſed tene quod habet ius tã tum modo adminiſtrandi,tam in diſtribuendo in neceſſitatibus ſuis,quam Eccleſiæ,& pauperum.Abb.Panormita.in c. cum ſecundum.de præb.in primo not.& in repe. in c.cũ eſſes.de teſta.nu.21.qui ibidem latiſſime defendit iſtam partẽ. idem Abb.in c.reprehenſibilis.colum.fi num.18.de appella. qui idem ſentit in c.1.de Eccleſia.ædifican. & iſtam partem de iure dicit ueriorem Imol.in cap.fi.colum.fina.de peculio cleric.& in c.relatum.num.15. de teſtament hanc opinionẽ tenet Ancha.& Domi.in d.cap.præſenti.& Franc. Peruſin.in rub.de teſta.lib.6.num 18.ſentit Roma.in conſ. 159. colum.
4 fi.& eſt opin.magis communiter recepta ſecundum Iaſ.cõſ. 75.vol.2.quod ẽt colligitur ex Deci.qui eandem opinionem ſequitur in c.Epiſcopus.de prẽben.Bartholo.Socin.in conſi. 32.num.2.uol.1.& Petrus de Vbal.in tract.de ſucceſſio.ab in teſta.in parte fi.num.19.in med.& Steph.Bertrand. in conſil. 258.in 2.parte,& in conſ.21.uol.3.Barbat. qui ſatis confuſe (vt ſolet)hoc tractat,in c.fi.de pecul.clerico & Feli.in ca.poſtulaſti.de reſcrip.num.6.Silueſt.in ſumma in uerbo clericus 4.& iſta opinio ſine controuerſia eſt communis circumſcripta conſuetudine,de qua infra dicemus, vt patet ex relatis a D.Didaco de Couarru.Reuer.& digniſsimo Epiſcopo Segobien. licet ipſe iſtam partem non ſequatur,in capitu. cum in officiis.numero tertio,de teſtamen.& iſtam opinionem defendit d Martinus de Azpiquẽ Nauarrus, uir & uitæ Innocentia, & eruditione uenerandus in ſuo manuali doctiſsimo confeſ.in capitu.vigeſimoquinto,numero 126. & idem nouiſsime in ſpeciali huius argumenti tractatu de redditibus beneficiorum Eccleſiaſticorum.in ſecunda quæſtione, qui allegat plures Doctores tenentes iſtam ſententiam, tam Theologos, quam canoniſtas, & inter alios Ioan. Maio. in quarta ſententiarum.diſtinctione vigeſimaquarta, quæſtione vigeſimaſeptima, columna ſeptima, dicentem, nullum Doctorem, qui ante eum mortuus fuiſſet contrariam ſententiam tenuiſſe, & licet ipſe d Martinus Azpiqul. ſolum ei opponat Cardinal. Zabarel.ſunt tamen plures, qui fuerunt diuerſæ ſententiæ, ut ex iis, quæ infra dicemus apparebit. immo & ipſe Diuus Thom. qui pro iſta parte allegatur, in contraria fuit ſententia, licet dominus Martinus Nauarr. Beati Thomæ alioquin obſeruantiſsimus contendat ſanctum Doctorem huius ſemper fuiſſe mentis, quod etiam R.pater frater Petrus de Soto uir pius admodum, ordinis ſancti Dominici.in lib. de inſtitut. ſacerd. ſecunda parte.de uita ſacerdo.lectione tertia, titu. de bonis Eccleſi. & eorum uſu. qui etiam tenet opinionem Archidian. affirmat.ſubdens hęc uerba,primo omnium conſtat ex decurſu totius Eccleſiæ ab Apoſtolis, & ipſo iure diuino bona omnium Eccleſiarum, cum Chriſti ſint, merito etiam pauperum eſſe, nec ulla ratione, aut poteſtate humana fieri poſſe, ut licite in alios uſus quam eccleſiaſticos,& pauperum expendi poſsint,& infra, & contrarium credimus errorem eſse grauiſsimum, ſaltim contra bonos mores, & iuſtitiam, & quid ni etiam contra ſcripturam? hęc ſunt uerba & opi. D. patris, qui pro iſta parte allegat S.Thomam,cum tamẽ beatus Thomas aperte contrarium aſſerat,ut infra oſtẽdemus.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Clericus abutens redditibus beneficiorum non peccat contra legem iustitiæ, sed eodem modo, quo si abuteretur bonis patrimonialibus.*
2 *Intellectus D. Nauarri ad uerba Beati Thomæ.*
3 *Laici peccant si superflua non erogent pauperibus.*

Caput 2.

De opinione S. Thomæ, quæ Archid. opinioni est contraria, licet aliqui censeant idem uoluisse D. Thomam, & Archidiaconum.

De ista opi. disputatur late in 4. parte huius tractatus ca. 1. cum sequent.

SEcunda fuit opinio, cuius imprimis existimo Beatum Thomam esse assertorem, præcedenti sententiæ ex Diametro contraria, clericos, † etiam episcopos fructus beneficiorum suo
1 rum mensæ suæ assignatos ita proprios efficere, ut de eis eo modo disponere, quo de bonis patrimonialibus possint, & in eorum abusu non contra legem iustitiç, sed contra legem misericordiæ peccare. Quo fit, ut ad restitutionem male expensorum nunquam teneantur, eiusdēque rationis hos reddit us esse, eademque lege censeri, qua bona propria secularia iudicantur. istius opinionis existimo fuisse D. Thomam, ut infra latius probabimus, in 2. 2. q. 185. artic. 7. & in quodlibet. 6. artic. 12. prout etiam intellexit eum Caietan. ad istam sententiam allegantur glossæ, quæ beneficiatos usufructuarios appellant, glo. in cap. 3. de proba. & in cap. possessiones. de rebus eccleſia. non alienandis, & aliæ plures similes, quę allegantur per doctores, sed certe glossæ ad hoc allegari nō possint, quia ad alios effectus clericos vsufructuarios appellant, non ut libere fructus consumere possint, cum eædem glosę eos usuarios constituant, cum de potestate disponendi de fructibus agant, imò inter antiquos canonistas nullus fere est, qui hanc opinionem sequatur, ex recentioribus autem eam tenet Egi. de Bellamera ubi latissime tractat istud argumentum in capitulo, cum uenerabilis. de exceptio. numero 46. & 47. qui putat huius opinionis fuisse Henric. in c. peruenit. extra de fideiusso. & in c. 1. de peculio clerico. magnifaciens, quòd Henricus, qui nō fuit prelatus teneat istam opinionem, quę maxime, Prælatis fauet, sed non ita clare hoc asserit Henricus, potius potest eius sententia trahi ad opinionem Card. Zabarel. de qua in sequenti conclusione, licet idemmet Cardi. Zabarel. (adeo in hac re doctores nostri sibi male constant) in cap. fina. de pecul. clerico. teneat istam partem: ponit enim hæc uerba. Vnde etiam in foro cōscientiæ uidetur tute posse beneficiatos elargiri de fructibus beneficii, dummodo per hoc non dimittant hospitalitatem, & elemosinas condecentes, & alia ad quæ de iure tenentur, quod etiam ibi expresse Ioan. de Imo. in fi. col. tenet. istam opinionem sequitur Cardin. Turrecre. ita intelligens Sanct. Thomam in cano. si priuatum. 12. quæst. 1. & in cap. nulli. numero 12. q. 5. & in quibus locis late tractat istam materiam, istius sententiæ fuit Adria. in 4. sententiarum in materia de restitutio. q. 15. & nouissime Reueren. Pater Frater Domi. de Soto alius ab illo R. Petro de Soto, quem pro contraria opinio. supra allegauimus licet uterque de Soto appelletur, & uterque doctus ac pius, qui ordinis fuerunt scilicet Dominici, sed ille appellatur Petrus, hic autem Dominicus, qui istam partem doctissime defendit in libro 10. de iusti. & iur. q. 4 artic. 3. ubi tenet post diuisionem factam, de qua in cano. uobis, & in cano. quatuor, & in cano. de redditibus. 12. q. 1. fructus illius partis, quæ clerico contingit, & eadem ratione post erectionem beneficiorum fructus eorum, ita libere sibi cedere, ut possit de eis sicut de bonis proprii patrimonii disponere. & istam sententiam uidetur sequi Reuerendissimus Episcopus Segobien. in dicto cap. cum in officiis. nu. 3. de testamen. licet eius verba iuclinare uideantur in opinionem Cardina. quam in sequenti opinione ponemus, sed ex allegatis per ipsum magis colligitur secutum fuisse istā partem, quam ipse d. Episcopus comprobat etiam consuetudine. & huius opinionis uidetur etiam fuisse præpositus Alex. in cano. pri. 44. distinct. qui sequendo Card. Turrecrem. ibidem ita intelligit Sanct. Thomam. & quod hæc sit opinio S. Thomæ, licet Reuer. D. Martinus Nauarrus eum allegauerit in contrarium, patet, quia in dicto art. 7. uers. de his autē. expresse vult, quòd episcopus in parte sibi assignata distribuenda non magis peccet, quàm in proprii patrimonii erogatione, in cuius erogatione antea dixerat, possunt peccare in earum rerum dispensatione, uel propter inordinationem affectus, per quam contingit, uel quod sibi plura conferant, quàm oportet, uel aliis etiam non subueniant secundum quod requirit debitum charitatis. & ita apparet, Bea. Thomam uelle, quòd non magis peccetur in distributione partis episcopo, uel clerico assignatæ mensæ suæ, uel suo beneficio, quàm peccaretur in dispensatione bonorum patrimonialium, ita enim dicit loquens de Episcopo in uers. de his. De his autē, quæ sunt specialiter suo usui deputata uidetur esse eadem ratio, quæ est de propriis bonis, ut scilicet propter immoderatum affectum, & usum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & aliis non subueniat, sicut requirit debitum charitatis. hæc sunt uerba beati Thomæ, licet in aliquibus exemplaribus deficiant illa, sicut requirit debitū charitatis, & male secundum fratrem Dominicum de Soto dicto lib. 10. de iusti. & iur. q. 4. articu. 2. uers. sexta conclusio, quinimo secundum eundem deficiunt uerba, quòd ad restitutionem non tenentur, sed tamen Alber. de Rosate. in suo dictio. in uerbo clericus. 4. qui solet esse uerissimus relator, refert S. Thomam sine his uerbis, colligitur tamen quòd est de intentione S. Doctoris, ut non solum ad restitutionem non teneatur clericus, uerum nec peccet ex natura rei, etiā si non in usus pios fructus partis sibi assignatæ, sed ad libitū distribuat. Primo, quia dicit idem esse iudicandum, quòd de propriis bonis iudicatur, in propriis autem bonis ex natura rei non peccat nō dando pauperibus, ergo nec in istis, si ergo nō peccat, nec restituere tenetur, item sicut exceden do in usu suarum rerum, ita excedendo in usu istius partis peccat contra debitum charitatis, non contra legem iustitiæ, ergo ad restitutionem non tenetur. Nec placet intelle-
2 ctus, † quem ad uerba dicti Beati Thomæ ponit doctor Nauarrus, scilicet quòd diuus Thomas uelit episcopum posse disponere de his, quæ sibi deputata sunt, perinde ac de patrimonialibus, intelligendo sibi eam partem deputatam esse, quæ boni uiri arbitrio sustentationi eius, sit necessaria, quia hæc intelligentia nullo modo potest defendi, quia esset contra alia dicta S. Thomæ in eodem loco, nam ut ipsemet d. Martinus notat bene, tria colliguntur ex diuo Thoma, primum, quòd Episcopus potest disponere de his, quæ sibi deputata sunt, perinde ac de patrimonialibus, quæ doctrina est, de qua est controuersia. Quia dominus Martinus intelligit de his, quæ sunt sibi deputata pro quantitate uictus, & ue stitus, & suæ sustentationis. secundum uero aliam intelligentiam de omnibus, quæ sunt suæ mensæ, & fructibus sui beneficii, quia hæc omnia sunt deputata sibi. Secundum quod colligitur est, quòd prælatus restituere teneretur id, quod impendit ex ea parte, quæ deputata est principaliter pauperib. & fabricis. Tertium, quòd etiam teneretur ad restituēdum quantitatem notabilem, ultra ea, quæ sibi decenter alendo sufficerent, si bona sint communia & indiuisa illi, pauperibus, & fabricæ, ex ista doctrina relata uerbis ipsiusmet domini Martini colligitur clare, quòd eius intelligentia ad primum dictum Beati Thomæ non potest sustineri, quia inter primum, & tertium casum domini doctoris Martini nulla est differentia, quia sicut in ultimo casu, cum res sunt in communi, episcopus accipiens ultra necessaria suæ sustentationi in quantitate notabili peccat, & teneur restituere, ita in primo casu secundum dominum Martinum, quando pars Episcopi est diuisa a parte pauperum, & fabricæ, & tamen Beatus Thomas vult constituere differentiam, an bona sint diuisa, uel partes sint factæ, uel non, ergo intelligentia domini Martini non est uera. Quod autem uelit Diuus Thomas constituere differentiam inter bona distincta inter Episcoscopum, & pauperes, & fabricam, & inter communia inter eos, patet. Dicit enim per hæc uerba, si ergo distincta sint bona, quæ debent in usum episcopi cedere ab aliis, quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui Ecclesiæ eroganda, & aliquid sibi retinuerit episcopus de his, quæ sunt pauperibus eroganda. aut etiam in usum ministrorum, aut in cultum diuinum expendenda, non est dubium, quod contra fidem dispēsationis agit, & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. De his autem, quæ sunt specialiter suo usui deputata uidetur esse eadem ratio, quæ est de propriis bonis, ut scilicet propter immoderatum affectum, & usum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & aliis non subueniat, sicut requirit debitum charitatis: si uero non sunt dicta bona distincta eorum distributio fidei eius committitur, & si quidem in modico deficiat, uel superabundet, potest hoc fieri absque bonę fidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud, quod fieri oportet. si uero sit multus excessus, non potest latere, unde uidetur bonæ fidei repugnare, & ideo non est absque peccato mortali, hæc sunt uerba B. Thomæ, ex quibus colligitur dicta differentia, præterea dicta distinctio, & assignatio præbendæ, uel benefi-

Source : BIU Cujas

eiis,uel menſæ nihil operatur, ſi eius non eſſet habenda ratio,ſed poſtea deberet fieri alia diſtinctio,& ſubdiuiſio quo ad iuſtitiam,& reſtitutionem, nec poſſet ſine peccato iniuſtitiæ vagare inter primam deputationem,& iſtam. Item ex Diuo Thoma uidetur ex aſſignatione poni certitudo, quæ certitudo non poſſet conſiderari, nec referri ad certitudinem,quæ ſit boni uiri arbitrio,hoc enim nō poteſt eſſe punctualiter, ut dicit S. Thomas: ergo in primo dicto nō de iſta aſſignatione, ſed de ea,quæ omnino certa eſt,loquitur, quæ facta eſt diſtinguendo menſam epiſcopi,uel clerici ab aliis. præterea iſta ſecunda ſubdiuiſio, ſeu aſſignatio certa nunquam facta eſt epiſcopo: ergo primum dictum Beati Tho. intelligitur de illa diuiſione,ſeu aſſignatione certa, quæ reperitur facta in omnibus epiſcopatibus,& beneficiis per eorum erectionem,non de illa,quæ incerta eſt,& boni uiri arbitrio relinquitur,quæ punctualis eſſe non poteſt. præterea Diuus Thomas vult, quòd epiſcopus in portione ſua libere poſſit uagari, ſine peccato,eodē modo, quo poſſet in bonis patrimonialibus,ut expreſſe dicit.Poteſt enim donare, eodem modo,quo bona propria ſine peccato. hæc autem facultas non poteſt cadere in illa portione, quæ ſibi eſt neceſſaria pro uictu, & ueſtitu, in ea enim ſemper peccaret ſibi detrahendo,ut donaret aliis,niſi donatio fieret ad ſolam neceſſitatem ſubleuandam, & ad hoc ipſe fraudaret genium ſuum,ergo primum dictum Beati Thomæ, quòd dat liberā uagandi facultatem in portione ſibi aſſignata,non intelligitur de portione ad uictum, & ueſtitum neceſſaria, & quòd in iſta ſubalterna portione,ita uagando ſemper peccat, clariſsime oſtendit hoc Beatus Thomas in uerſ.ad ſecundum. inquit enim his uerbis.Et ideo ſi de eo,quod uſui epiſcopi, uel alicuius clerici eſt deputatum, uelit aliquis ſibi ſubtrahere,& conſanguineis,uel aliis dare,non peccat, dummodo illud faciat moderate,ideſt,ut non indigeant, non autē, ut ditiores inde fiant,nec poteſt colligi ex his Beati Thomę verbis,quòd hic expreſſe uelit tantum poſſe dare, & donare conſanguineis,& aliis ad neceſsitatem,& non ad diuitias ex parte ſibi aſſignata, & ita uelit, quod in ea non habeat liberam poteſtatem,tanquam in re aliena, quia uerum eſt,quòd aliàs peccaret in abuſu,ut dictum eſt,ſed non ex natura rei, & peccatum proueniret,non a læſa iuſtitiæ lege, ſed miſericordiæ.item quia peccaret in l. charitatis adimendo ſibi neceſſaria,ut dicit idem S.Thomas 2.2.quæſt.120.art.3.ad primum, & ita S.Thomas non tollit diſtinctionem iam firmatam,qui poteſt clarius intelligi,quia ibidem reſpondet ad ſecundum argumentum,in quo dixerat, quòd bona eccleſiæ ſunt pauperum,ergo ex eis clerici nihil poſſunt accipere, & ita procedit argumentum,ſiue bona ſint diuiſa,ſiue non,qa argumenti uis eſt hæc,ſi eſt diuiſio facta non debuit fieri de re,quæ eſt pauperum,& ſicut indiuiſa eadem ratione debēt expendi in uſus pauperum:ad hoc reſpondet negādo,quòd ſolis pauperibus ſint deſtinata,ſed & in alios uſus,ut dictum erat per ipſum ſupra,in miniſtrorum ſcilicet alimenta,ideo non eſt cōtra naturam bonorum, ut clericis fiat aſſignatio, uel ſi non eſt facta diuiſio,ut ex eis ſe alere poſsint,& reſponſio S.Thomæ cadit, ſiue portio ſit diuiſa, ſiue non, quia reſponſio eſt generalis, & argumentum erat generaliter conceptum,& ita hoc nō lædit diſtinctionem iam firmatam. & quod dicit peccare,ſi immoderata ſibi retineant,uerum eſt lege iuſtitiæ,ſi id fiat re non diuiſa,uel abuſu,& ſic in l.charitatis tantum, ſi id fit in re diuiſa, & portione ſibi aſſignata, quæ cenſetur eadem lege, qua bona patrimonialia; quia & in patrimonialibus non ſolum clerici peccant, uerum etiā
3 laici, † ſi non erogent ſua pauperibus, uel propter periculum neceſsitatis,uel ſuperfluitatem habitorū, ut dicit diuus Thomas ſecunda ſecundæ q.118.att.4.ad ſecundum, & ibid. expreſſe Caieta.ponit hæc uerba. Nam iuxta ſanctorum doctrinam diuitiæ ſuperfluæ non ſunt diuiti,niſi ut diſpenſatori conceſſæ, adeo ut habeat meritum bonæ diſpenſationis. ex hoc infertur, quòd qui ſuperflua conſeruat, uel largitur non indigenti,ſed diuiti,mortaliter peccat,quod probatur ex diuo Thoma in hac quęſtione 185.art.7.uerſi.reſpondeo. ſed de his ſpecialiter infra diſſeremus, quia eſt res non leuis momenti,ſed in qua maximum animarum periculum uerſatur,& nota prædicta circa doctrinam Beati Thomæ, quia uerba ipſius a domino Martino Nauarro aliter capiuntur. ſed ex ſupradictis uidetur mihi neceſſario oſtendi mentem Beati Thomæ eo ſenſu,quo Card.Turrecrema.& Domini. de Soto ſupra citati,accipiunt,eſſe intelligendam.quòd ſi aliqua ambiguitas poſſit adhuc prætendi in uerbis Sancti Thomæ dicta quæſtione 185.tamen in quodlib.6.quæſt.8. art.12. ita clare loquitur,ut nulla poſsit remanere difficultas, ita enim inquit. Aliter ergo dicendum eſt de illis eccleſiaſticis bonis,quæ principaliter ſunt attribuenda neceſsitatibus pauperum, & conſequenter neceſsitatibus Miniſtrorum,ſicut ſunt bona hoſpitalium, & aliorum huiuſmodi, & aliter de illis bonis, quæ ſunt principaliter attributa uſibus miniſtrorum, ſicut ſunt præbendæ clericorum, & alia huiuſmodi: nam in primis bonis peccatum committitur non ſolum ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerum conditione, dum aliquis in ſuos uſus aſſumit,quod eſt alterius,& ideo tenetur ad reſtitutionem,tanquam defraudator rei alienæ. In ſecundis uero bonis non committitur peccatum,niſi per abuſum,ſicut & de bonis patrimonialibus dictum eſt. Vnde non tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolum ad pœnitentiam peragendam.hæc ſunt uerba B.Thom.qui aperte vult,fructus beneficiorum,& fructus bonorum patrimonialium eadem lege cenſeri,ſcilicet quo ad dominium,& legem iuſtitiæ, ſed ex alio capite propter abuſum ſtrictius lege charitatis clerici, quàm laici tenentur,ut infra latius oſtendemus,tam ratione perſonę,quàm ex qualitate rerum.nec ſupradictæ intelligentiæ poteſt in contrarium allegari Sanct. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.43.arti. octauo. ubi dicit,quòd quemadmodū bona ciuitatum commendata ſunt præſulibus,& decurionibus earum,ita bona eccleſiaſtica ſunt commiſſa prælatis earum, quia Sanct. Thomas non loquitur de parte aſſignata menſæ prælatorum, ſed de aliis bonis eccleſiæ, quia omnia bona eccleſiarum ſunt in adminiſtratione epiſcoporum,ut in capitu.quiſquis epiſcopus.& in capitu.prȩcipimus. duodecima,quæſtio.ſecunda.& in capitu.uidentes. duodecima quæſtio.prima. ſi enim aliter intelligerentur dicta uerba S. Thomæ,ineptiſſima eſſet comparatio,cum præſules, & decuriones non ſuſtentetur bonis ciuitatum, nec menſam habeant in dictis bonis, licet aliquando ſibi aſſignetur aliquod ſalarium. quòd ſi decurionum menſæ, uel alimentis aſſignati eſſent fructus certorum bonorum, non negabit S. Thomas, quòd de his fructibus decuriones poſſent tunc libere, & arbitrio ſuo diſponere. Ideo ex dicto loco Sancti Thomæ magis confirmatur prædicta intelligentia, adeo ut mirandum ſit Reuer.Domi.Martinum Nauarrum in dicto tracta.ſecunda quæſtione decima.& 13.iſtum locum Sanct. Thomæ in ſuam ſententiam allegaſſe,prȩſertim cum ibi loquatur Sanct. Thomas de defenſione bonorum ab iniuria, quæ infertur,non de eorum uſu,uel conſumptione fructuū, dictorum bonorum,quia nec de hoc ibi tractat,nec faceret ad propoſitam ab eo quæſtionem,& ita iſtius ſecundæ opinio.habemus authorem Sanct. Thom cuius authoritas merito eſt tanta,ut operȩpretium fuerit in mente eius enucleanda maxime laboraſſe. Nec me mouerit ad contrariam intelligentiam Sanct. Thom.quod,ut dicit D. Martinus Nauarr. ipſe Sanct.Thoma uerſatus eſt in Italia,& Francia,ubi epiſcopatus non ſunt ita pingues,ut in Hiſpania, ut dicit D. Martinus dicta quæſt.ſecunda.numero decimotertio.quia Sanct. Thom.in hac.q.præſupponit,quod ſuperſit epiſcopo ex ſibi neceſſariis,ita,ut illud,quod ſupereſt, ſit in materia reſtitutionis, & peccati conſiderabile, alioquin eius diſtinctio in multis redderetur ſuperuacua,quo caſu nō differt id ſit maximæ quantitatis, uel non, nam quæ differunt ſecundum plus, & minus non differunt in ſubſtantia, ut in l. fina.ff.de fund.inſtrum.& in lege Marcellus.in princ. ubi Socin.ff. ad Trebellianum, Bartolus in l.2.2.lectu.2.colum. C. de actio. & obliga. magis tamen uidetur urgere pro Domino Martino Nauarr. quod idem Sanct. Thomas ſecunda ſecundæ q. 119.artic.tertio.ad primum,loquendo de auaro,qui retinet propria,& de prodigo,qui diſſipat,ponit hæc uerba, & præcipue hoc apparet in clericis, qui ſunt diſpenſatores bonorum eccleſiæ,quæ ſunt pauperum, quos defraudant prodige expendendo, & tamen tempore S. Thom. erant beneficia erecta,& bona menſæ eorum ſeparata, ita ut neceſſario hoc uitium intelligatur apparere in fructibus clericis aſſignatis,nec loquitur de clericis regularibus, quia in his non poterat ita apparere,& eſſet diuinare hoc ad eos tantum referre. ſed dico, quòd Sanct. Thomas non exponit ibidem, quomodo peccent,an ex natura rei, uel ex abuſu, ut in dicta quæſt.185. declarat, & quod dicit, quòd ſunt pauperum dicta quæſtio.119.ipſe ibidem non principaliter id declarat, ideo ex illa quæſt.185.in qua ex profeſſo hoc tractat,eſt ſummenda eius doctrina,& ex dicta quæſtione quodlib. in quibus locis ponit ſententiam ſuam diſtinguendo omnes caſus,& ita clare colligitur eius doctrina,non per argumentū. ideo omnes alii loci Sancti Thomæ debent interpretari ſecundum iſtam diſtinctionem.

SVMMARIVM.

1 *In quo differat opinio Cardinal.Zabarel.ab opinione S.Thom.*
2 *Proprium quomodo accipiatur.*

Caput

Source : BIU Cujas

Caput 3.

De opinione Cardinalis Zabar. & in quo differat a S.Th. opinione: de ista opi. uidebitur infra 4.parte.c.1.nu.18.

TErtia fuit opinio Cardinalis Zabarellæ in cle. quia contingit.2.q.de religiosis domibus,& in cle.gratiæ.de rescri.penul.col.& c.fi.extra de pecul.cler. beneficiatum,inquam,cui administratio sui beneficii libera sit permissa,in quoscunque ususfructus conuertat,ad restitutionem non teneri,nec ab eo data, uel donata reuocari. peccare tamen eũ,& corrigi posse si male dispensset. ista opi
1 nio, licet uideatur esse † eadem cum opinione præcedenti S.Tho.cum & B.Tho.& alii,de quib.in præcedenti opinione,teneant, beneficiatos peccare, si propter immoderatum usum,uel affectũ plus sibi assumant,quàm oporteat, uel profundant, tamen hæc inter se maxime distant: Beatus enim Tho.ex natura rerum ipsarum,non ad plus eos obligat,q̃ in dispensatione rerum sui proprii patrimonii, in qua ẽt peccatur per abusum,sed Card.Zaba.non ita eos Dños efficit, sed administratorum noĩe retento,eis liberam dispensationem concedit,non tamen eos dños,ut proprii patrimonii consti tuit,ponit enim hæc uerba in d.cle.gratiæ. Aduertendum, ꝙ
2 aliquid potest dici proprium † alicuius quoad hoc,ut libere possit disponere,nec possit puniri exinde, & hoc modo proprium est,quod est meum de iure gentium, uel de iure ciuili,adeo ꝙ possum libere disponere, ut in rebus patrimonialibus,uel quæsitis ex titulis licitis;alio modo,& minus stricte potest dici proprium id,de quo quis habet liberam dispensationem,ita quòd licet, si male dispensset posset inde corrigi, & puniri,tamen dispensatio non reuocabitur. sic dico redditus beneficiorum esse institutorum in eis, quia, si clericus fructus alienat,uel donat,etiã sine cã rationabili, tenet alienatio,nec põt reuocari,sed ipse poterit corrigi,& puniri, & ex hoc sibi interdici administratio, tanquam fieret dilapidatori, & ad hunc effectum uadunt iura, quæ dicunt clericũ debere contentum esse uictu,i.si vult non illicite agere. hæc sunt uerba Card.& eius opinio, quæ licet concordet cũ opinione B.Tho. inquantum a restõne liberat beneficiatum ẽt abutentem fructib.beneficii,quoad peccatum,tñ differunt, cum illa opinio Diui Thom.maiorem prãtem ratione dñij concedat,quàm hæc,quæ dñium non concedit,eo mõ,quo alii dñi sunt iure ciuili, uel gentium, licet uerum sit ꝙ ipse Card. quodammodo sibi ipsi contradicere uideatur, cum prius beneficiatos dños fructuum appellet, & ut in præcedẽti opin. retulimus, etiam eis ius donandi salua conscientia permittat,& in d.Cle. quia contingit. 1.oppo.nu.8.eos usuarios expresse constituat,cum tamen in d.c.fi. ad quod se refert,nec usuariis,nec usufructuariis dicat esse comparandos. istius opinionis Card.forsan fuit Reue.Eps Segobien.dicto loco, cuius uerba vñr ambigua, ut diximus in præcedenti opinione,& ad hanc ẽt opinionẽ vñr posse trahi uerba Imo. c.fi.de pec.cleri.& hoc uidetur sequi Præpo.Ale.in d.c.1.44. dist.cuius uerba etiam possunt trahi ad precedentem opin. nihilominus tamen uerum erit istas opiniones inter se differre,nec eiusdem esse rõnis,ut ad sensum patet,cum alterũ iure dñij,alterũ iure administrationis concedatur, alterum alienationẽ facere permittat ẽt in usus non pios sine peccato,sinõ detur excessus,alterũ uero ex mala administratione pctũ inferat,licet p̃dicti docto.confundere hæc uideantur.

SVMMARIVM.

1 *Distinctio inter fructus beneficiorum habentium,& non habentium administrationem.*
2 *Opinio Hostiensis circunscripta consuetudine communiter reprobatur.*

Caput 4.

De opinione Hostiensis,de qua disputatur in 4.parte. c.1.nu.15. cum sequenti.

QVarta fuit opinio Hostiẽsis in c. fi.de pecu. cle. col.1.& 2.& in c.cum in officiis.& in c.relatũ.2. in §.seu.uersi.noĩe autẽ.de testa. ubi distinguit
1 inter beneficiatũ, † qui hẽt beneficium cũ administratione,& inter eum,qui hẽat beneficium simplex, ut primus,qui administrationem hẽt,dum uiuit,quasi vsufructuarius sit,qui & donare possit,moderate tamen,ut ibidem dicit,& in summa tit.de dona.§.& quid,& tit.de pœni. & remis.§.quibus,& qualiter.uersi.quid de Prælat.sed non possit in morte disponere, qui uero nullã administrationem hẽt, possit de fructib.& in uita,& in morte disponere, & dicit,ꝙ hoc seruat quasi generalis consuetudo. istam opin. uidetur sequi gl.Io.And.in c.præsenti.de offi.ordi.in 6. sed cum ista
2 opinione † Hostien.si circunscribas consuetudinem,de qua in seq.opinione agemus,pauci,uel forte nullus, hoc ex proposito agens transit, licet inconsulto Ale. qui aliàs solet esse diligens relator,in l.diuortio.in nu.5.ff.sol.mat.dicat cõiter approbari opinionem Host.imò quòd peius est ibi Alex.refert opinionem Host.distinguendo aliter, quàm distinguat Host.ut id, quod Host. tribuit beneficiato non habenti administrationem,ipse habenti administrationem tribuat:& ꝙ contrarium,& in utroque errat Ale.quia,nec Host.dicit id, ad quod eum ipse allegat (sed forte fuit error scribentis) nec eius opinio est cõiter per docto.approbata,licet ẽt glo.prag. sanct.galli.tit.de annat.§.item quòd si in ecclesia.in uerb.acquisitos, dicit cõem opin. cum uerius sit eam opinionem cõiter reprobari de iure,ut ex doctorib. allegatis in 1. opin. apparet,qui probant opinionem Archidiaconi,& Inno. Archidiaconi inquam expresse reprobantis Hosti.opinionem, licet Ioan.de Platea in l.1.de anno.ciui.li. C.11.uideatur cũ eo transire,& Bellam.in c.cum uenerabilis.num.46. dicat ꝙ quoad beneficia simplicia cõiter moderni teneant opinionem Host.tamen nullus fere est, qui dictam distinctionem de iure admittat,sed de consuetudine,& Bal.consi.313.uol. 2.qui dicit recurrendum ad gl.in d.c.præsenti,non declarat, an de iure,uel de consuetudine,quia utrunque ponit glo.& ita etiam potest intelligi decisio Rotæ 41.de proba.in antiq. incipien.cum camera Apostolica,& decisio.1. de solu. quæ ẽt potuerunt consuetudinis habuisse rõnem,facit etiam decisio.1.de transla.epis.in antiq.quæ se remittit ad d.glo.& dicit quòd idem est dicendum de prælato translato de una ecclesia ad aliam,uel assumpto, respectu fructuum prioris episcopatus,uel beneficii,ꝙ de mortuo,de quo tex. uide Egid. de Bellame.in c.si quis iam translatus.21.q.2.Zabarel.d.consil.110.& ita translatus nunquã lucrabitur fructus,nisi in illis casibus in quib. si moreretur transmitteret eos ad hæredes secundum diuersas opi.secundum opi. Hosti.si sint fructus beneficiorum non hñtium administrationem, & sint percepti,& reconditi,non aliàs,exemplo vsufructuarii secundum gl.d.c.præsenti.de cuius ueritate dicetur infra 4.parte.

Caput 5.

Quæ fuerit Caietani opinio, & in quo differat a præcedentibus opinionibus.

QVinta fuit opinio Caietan.in d. q.185.art.7.q vult loquendo de epõ, quòd cũ pars pauperũ, & fabricæ non reperiatur,quæ fiunt in diuisione assignata,ut in c.mos est, & in c.de redditib. 12.q.2. ubi ex bonis ecclesiasticis fiunt quatuor partes, una ut ex eius fructibus eps sustentetur, & peregrinos recipiat, secunda pro clericis,tertia pro pauperib. quarta pro fabrica ecclesiæ,de quo supra mẽtionem fecimus, & infra latius dissereꝫ:si fructus epales sint pinguiores,& notabiliter abundantes,ita,ut sapientis aĩo cadere non possit, ꝙ sint epo assignati pro sola ipsius epi,& eius familiæ sustentatione: saltẽ eps duas quartas teneatur distribuere iuxta dictos canones, & quòd aliter faciens ad restõnem sit obligatus, quia, cum ita abundantes redditus sibi conferuntur, ut patri pauperũ collati vñr,hac diuisione non grauat Caie.cæteros clericos, præter epos, uel quod alii simpliciter pro sua substẽtatione sunt assignati,sicut,& pars pauperibus est assignata simpliciter,sed ut patri pauperum,hæc opinio differt ab opinionib. supra recitatis,ut dicit D.F.Domini.de Soto in d.q.4. art.3. primo differt ab opinione Arch.circa clericos, qui nõ sunt epi,quia eos liberat a restõne,& in hoc quodammodo accedit ad opinionẽm Host.licet ab ea differat,cum Host.æquet oẽs beneficiatos hñtes administrationẽ, item differt in alio ab utraque,quia facit illam subdiuisionem,& ea facta in illa portione remanẽte liberare vꝫ a restitutione, licet postea conturbare uideatur istam subdiuisionem, & dicit quòd,licet esset liberatus ab illa diuisione, ppea ꝙ dicta iura essent abrogata,quoad id,quod est iuris positiui,non tñ possunt abrogari quoad id,quod est iuris diuini,hoc est quod sint epi patres pauperum,& templorum suorum reparatores quoad fabricam,& suppellectilem, & propterea nulla ratione a fideli distributione pro sustentatione utrorumqúe excusantur,quamuis excusentur a quota.hæc fere sunt uerba Caiet. ex quibus apparet, quòd, licet antea nutauerit, tamen quoad episcopos est in opinione Archidiaconi, licet generaliter Dominus Martinus Nauar. eum pro sua opinione adduxerit in prædicto loco.quæstione secunda.nume.9.& forsan Caietanus de aliis clericis non expressit, quia non existimabat ita pingues esse præbendas,seu beneficia, sicut nunc esse

Source : BIU Cujas

reperiuntur,ſed non adeo remotus a noſtra ætate fuit Caietanus,ut hæc interpretatio admitti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Hiſpaniæ diſponendi de fructibus eccleſiaſticis.*
2 *Conſuetudo Galliarum.*
3 *Conſuetudo tolerata ſciente, & patiente Papa.*
4 *Durum eſſe fateri tot inſignes prælatos ſequentes conſuetudinem eſſe in ſtatu damnationis.*

Caput 6.

De opinione eorum,qui ex conſuetudine admittendam opinionem Hoſtienſis cenſuerunt,de qua conſuetudine diſputatur in 4.parte in c.1.nu.8. cum ſequentibus.

SExta opinio fuit ſupradictorum Hoſtienſis,& Io.And.quòd conſuetudine generali,illa diſtinctio admittatur,ut Henr.& alii tenent in c.fi. de peculio clerico. Calderinus conſilio ſecundo.titulo de pecul.cleri.columna fina.Anch.Domin.& alii dicto cap.præſenti.& Bertachinus de epiſcop.libro quarto.quarta parte.numero tertio.& decimooctauo.qua in re
1 ſunt uariæ conſuetudines, nam in Hiſpania † eſt generalis conſuetudo,quòd omnes clerici ſeculares libere de fructib. ſuis diſponant, tam in uim contractuum, quàm in ultimis uoluntatibus, quinimo ab inteſtato habent in eis ſucceſſores,niſi ſint epiſcopi,qui per uiam ultimæ uoluntatis non diſponunt,cuius cõſuetudinis,& Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Segobien. & Reuerendus Dominus Nauarrus ſunt aſſertores.& in illis Hiſpaniarum regnis eſt res notiſſima,& e-
2 tiam in Gallia † ſunt de hoc conſuetudines, ut refert glo.d. pragmat.ſanc.& Egid.de Bellame.in d.ca.cum uenerabilis. 5.q. ideo opus eſt in hoc uidereuim harum conſuetudinũ, quia ſunt uariæ opiniones ſcriptorum. Nam Hoſtien. dicto cap.cum in officiis §.hoc igitur refert opinionem quorundam,qui admittunt,ut poſſit quis teſtari de rebus emptis de redditibus eccleſiaſticis ſtante conſuetudine, & ipſe uidetur tranſire cum hoc,quod ſit attendenda cõſuetudo,quod etiam admittit Ioan.And.in regul.nemo plus.de regul.iur. in mercurial.Fab.etiam. §.is uero. de rerum diuiſio.inſtitu. vult conſuetudinem attendendam. Henric.etiam in c.relatum.2.de teſtamen.& Ioan. de ſant. relatus a Dominic. d c.
3 præſenti.dicunt eſſe † conſuetudinem toleratam ſciente Papa,& glo.pragmat.ſanctio.Gal.dicit in hoc conſuetudinem à peccato excuſare:& Petrus de Vbal.admittit dictam conſuetudinem in tracta.de ſucceſſio.ab inteſtato. in fin.tracta. cum pluribus allegatis a Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Couarru.d.c.cum in officiis.de teſtamen.nume.8. in medio.& etiam Egid.de Bellame.d.c.cum uenerabilis.num.47. q.5.& præpoſi.d.princip.44.diſtinct.Cardi.etiam Turrecremat.in ca.nulli.in nu.11.& 12.q.5.& d.Epiſcopus Segobien. ſupra allegat.probare uidetur hanc conſuetudinem, & dicit Egid.d.c.cum uenerabilis. nume.46. quòd durum uideretur, ut fateremur tot inſignes
4 † prælatos diſponentes de redditibus ſuorum beneficiorum eſſe in ſtatu damnationis.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo in modicis rebus admitti poteſt.*
2 *Qui ſunt,qui iſtam ſequantur opinionem.*
3 *Intellectus,c.ad hæc.de teſtamen.*

Caput 7.

In quo ponitur opinio eorum, qui conſuetudinem non excuſare clericos affirmant, & qui ſint,qui eam ſequantur.hæc opi.reprobatur in 4.parte.c.1.nu.8. cum ſequentibus.

SEptima eſt opinio, cõſuetudinem talẽ nullo modo excuſare tanquam prauam,& iniquam, niſi circa moderatum modum † diſponendi uerſetur,ut in paruis
1 rebus,ita,ut non multum lædatur eccleſia,ut dicit Domin. & Anch.d.c.præſenti.prout defendit Abb.Pan.d.ca.cum in officiis.nu.5.de teſta.qui idem ſentit.c.1.de eccle.ædifi.& plu
2 res refert † Reueren. Eps Couarru.in eod.c.cum in officiis. nu.9.qui dicunt iſtam opinionem eſſe cõem, & ei aſſentire omnes tam in c.1.de teſta.quàm in c.relatum.2.tit.eod.& in c.fi.de pecu.cleri. qui doctores hoc probant ex textu in d.c. relatum.in quo dicitur,quòd non eſt improbanda conſuetudo,ut de his,pauperibus,& religioſis locis, & illis, qui uiuenti ſeruierant,ſiue conſanguinei ſint,ſiue alii,aliqua iuxta ſeruitiorum meritum conferantur. in quo maxime aduertendum eſt, quia non uidetur poſſe dici ꝙ omnes doctores dictam concluſionem teneant. Nam in primis Innoc.d.c.relatum.2.nullum uerbum facit de iſta conſuetudine, de qua nunc agimus, licet de alia loquatur, quæ nihil facit ad propoſitam quæſtionem: Hoſtiẽſis autem ſuper uerbo morientis.approbat potius conſuetudinem, quam dicit exiſtere ſecundum ſuam diſtinctionem. & ita potius poterit pro contraria parte allegari.Ioan.And.etiam idem aſſerit tam ibi,q̃ in glo.in d.c.præſenti, & ita potius pro contraria poteſt allegari,qui alibi,ut dictum eſt in præcedenti opinione, id aperte aſſerit,& defendit Ant.de Butr. in d.c.relatum. quatenus loquitur de conſuetudine.num.13.potuit allegari pro contraria parte,cum ſequatur Io.And.in mercurialibus ſupra allegatum,ad quem etiam ſe remittit Io.de Imol.Henr.uero expreſſe admittit conſuetudinem ibi.& ita,ſi recte conſiderentur ſcribentes. d. c.relatum 2.non potuerunt omnes pro iſta opinione allegari.Nec ob.quod Io.And.& Ant. de But. in c.ad hæc.de teſtam. expreſſe reprobare uideantur conſuetudinẽ,ꝙ clerici poſſint dare mobilia omnia conſanguineis in teſtamento, & quod ſolum ualeat dicta conſuetudo, & per eam teneat diſpoſitio,ſi modica donet clericus,quia præfati doctores non loquuntur de iſta conſuetudine,de qua ſupradiximus,quando de fructibus beneficii teſtantur,ſed qñ uelint donare de mobilibus eccleſiæ, quæ ſunt propria ec-
3 cleſiæ,& nõ ſunt redditus beneficiorum,,put loquitur † tex. in d.c.ad hæc.& ita expreſſe hoc interpretatur Car. Zabarel. in d.c.fi.de pecul.clerico.dicens ꝙ dictum ca.ad hæc.loquitur de bonis mobilibus per eccleſiam acquiſitis,non autem de fructibus,qui non ſunt bona acquiſita,& ita conſuetudo in illis bonis ſolum operatur, quando in paruis mobilibus eccleſiæ propriis fieret diſpoſitio, non autem ſi multum lædererur eccleſia.argumẽto in c.terrulas.12.q.2.& licet Imo. in d.c.ad hæc. uidetur magis ſentire, id etiam procedere in fructibus,tamen idem Imol.expreſſe in d.c.fi.col.fi.de pecu. clerico.approbat conſuetudinem,adeo,ut dicat, cum bona conſcientia poſſe clericos de fructibus ſuorum beneficiorũ diſponere.ex quibus colligas dubium eſſe,quæ ſit communis opinio in hac re, cum uarient doctores ſæpiſſime in iſta materia, adeo,ut in uno, eodemque loco uideantur longe diuerſa approbare.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo diſponendi de fructibus eccleſiaſticis habet locum inter uiuos,non in ultima uoluntate.*
2 *Conſuetudo operatur ſolũ,ut poſſint clerici diſponere ad pios uſus,nõ aliàs.*
3 *Etiam ex indulto ſedis apoſtolicæ non poſſe clericos diſponere de redditibus eccleſiaſticis.*
4 *Indultum ſolũ operari, ut poſſint clerici ad pias cauſas teſtari, non aliàs.*
5 *Quod ualeat dictum indultum indiſtincte,principem tamen concedentem peccare.*
6 *Quod clericus conſtitutus in infirmitate nõ poſſit ad pias ẽt cãs diſponere.*
7 *Contraria opinio D.Doctoris Nauarr.præcedenti opinioni.*
8 *Ponuntur declarationes,& diuerſæ opinio.in q.ſupradicta.nu.9.& 10.*
11 *De acquiſitis ex quotidianis diſtributionibus, clericus libere poteſt diſponere,& in uita,& in morte.*
12 *Ponitur contraria opinio præcedenti.*
13 *De acquiſitis ex penſionibus eccleſiaſticis, clericus libere diſponit in uita,& in morte.*
14 *Contraria opi.quod non differant penſiones ab aliis eccleſiaſticis redditib.*
15 *Opinio quod de illa portione, quæ eſt neceſſaria pro ſuſtentatione, clericus poſſit libere diſponere.*
16 *Contraria opinio præcedenti opinioni.*
17 *Quæ ex titulo lucratiuo recipiunt clerici extra pietatis cauſam tenentur ad reſtitutionem.*
18 *Commendatores ordinum,quos uocant,arctiori quàm clerici obligatione ligantur,ſecundum opinionem Nauarri,ſed hoc reprobatur infra.*
19 *Decimas poſſidentes ſiue ſint principes,ſiue alij ſeculares,eadem obligane,qua clerici obligantur,immo, ſi opinio Archidiaconi uera eſt, non poſſunt ab eis poſſideri.*
20 *Clerici,qui nunc uſuarij,nunc uſufructuarij appellantur, nunquam nomen Domini ſortiuntur,ſecundum doctorum ſententiam,ſed in hoc ponitur noua opinio.*
21 *Quod de decimis in præcedenti opinione dictum eſt, & in penſionibus, quas laici poſſident,locum habet.*
22 *Concilium Tridentinum ſecundum D.Martinum Nauarr. approbat opinionem Archidiaconi.*
23 *Immo Concilium Tridentinum nihil quoad legem iuſtitiæ diſponit.*

Caput 8.

In quo ponuntur uariæ doctorum ſententiæ,quæ ſunt declarationes dictarum opinionum,ſeu moderationes.

OCtaua eſt opinio, quod conſuetudo ſupradicta ſolũ recepta ſit,ut in uita p dicti diſponere poſſint, in mor-
1 te uero, † ſeu per ultimã uoluntatẽ,nec iure,nec cõſuetudine poſſint.ut dicit Car.in d.c.fi.de pecu.cler.4.col.ubi ponit hæc uerba.ſed cõiter receptũ eſt,ꝙ non teſtentur.& ad hoc ꝙ non poſſint in morte diſponere, pñt allegari oẽs illi, q ẽt ius diſponẽdi negãt in uita,quos in 1.opi.adduximus,adeo, ut nec ad pias cauſas clerici teſtari poſſint,ut uoluit Bald.in authen. licentiam. C.de epiſcopis, & clericis. & D.Mart.in dicto tract.q.3.in prin.nu.8.& in ſuo Manual.confeſſo.c.25. nume.

Source : BIU Cujas

nume.128.ſed hæc quæſtio quoad conſuetudinem magis facti eſt, quàm iuris. Nam (ut diximus) in Hiſpania omnes clerici non regulares teſtantur, niſi ſint epiſcopi, & habent etiam ſucceſſores ab inteſtato nulla diſtinctione bonorum facta, quoad epiſcopos autem ius commune ſeruatur. ex quo oſtenditur ſtrictiorem obligationem eſſe in epiſcopo, cum vſus, uel conſuetudo circa ultimam uoluntatem nihil quoad eos immutauerit, nec eos comprehenderit, ℣ nō eſt alienum ab eo, quòd ex Caieta. ſupra retulimus.

Nona eſt opinio, quòd conſuetudo ſolum poſſit efficere,
2 vt beneficiati † de fructibus beneficiorum ad pios vſus in morte diſponere poſſint, ut dicit D. Marti. Nauarrus in dic. ſuo Manual. capit. vigeſimoquinto. numero 129. quod iure communi conceſſum non erat, ut dictum eſt in præcedenti concluſione, & iſtam interpretationem recipere conſuetudinem, ut de indulto apoſtolico, uel facultate teſtandi paulò poſt dicemus, vt magis prorogata ſit facultas diſponēdi, quàm mutata natura uideatur, argum. C. de inof. teſtamen. in l. ſi quando.

Decima eſt opinio, quòd adeo diſpoſitio de his fructibus clericis, epiſcopis, uel non epiſcopis ſit interdicta, ut nec in-
3 dultum, † ſeu facultas teſtandi a ſummo Pontifice conceſſa, niſi exiſtente iuſtiſſima cauſa, efficere poſſit, ita tenet Abba. Panormita. in repetitio. cap. cum eſſes. 5. quæſt. nume. 30. cum ſequen. extra de teſtamen. quem ſequitur Barbat. in d. cap. cum in officiis. eodem titul. nume. 11. male tranſcribendo dicta Abbatis, licet eum non alleget, qui idem facit in tracta. de præſtan. Cardin. prima parte. 4. quæſtio. baſilic. ubi tamen nutat in iſta difficultate, ſed Franc. Peruſi. in rub. de teſtam. lib. 6. nu. 59. q. 6. ſequitur Abbatis opinionem, faciunt, quæ ipſe tradit latiſſime ibidem. q. 17. de quo dicemus in 4. par. in c. 3. nu. 4.

4 Vndecima eſt opinio, indultum, ſeu facultatem † teſtandi prædictam a ſummo Pontifice epiſcopo, vel clerico cōceſſam, ſolum efficere, ut ad pias cauſas teſtari poſſint, & in hoc ſolum ualere, quod tūc magis uideatur prorogata facultas, quam clericus in uita habebat, quàm mutatus modus diſponendi a canonibus ſtatutus. & hæc eſt opinio D. Marti. Nauarr. d. quæſt. 3. nume. 17. & in d. Manuali confeſſo. capit. 25. nume. 129. Quinimo ita interpretandam facultatem teſtandi de fructibus beneficiorum clericis a papa conceſſam, ut in pios vſus tantum teſtentur, vult Andreas Barba. in dicto tracta. de præſt. Cardinal. in prima parte. quæſt. quarta. numero ſeptimo. quem refert Reuerend. Domi. Epiſcopus Segobien. in d. c. cum in officiis, quod ſequitur D. Mart. in d. trac. q. 3. nume. 20.

5 Duodecima opinio eſt, quòd facultas prædicta † etiā extra prædictos caſus conceſſa, ualeat quidem & firma ſit, Pontificem tamen concedentem peccare, ſi ſine cauſa cōcedat, tanquam hoc ius poſitiuum reſpiciat, ut refert D. Epiſco. Segobien. in d. c. cum in officiis. nu. 7.

6 Decimatertia opinio eſt, clericum † in infirmitate conſtitutum, vel Prælatum, ex qua poſtea decedat, ſicut nec teſtari, ita nec donare inter uiuos poſſe, etiam ad pias cauſas, ℣ tunc ea diſpoſitio magis ultimæ uoluntati, quàm donationi inter viuos comparetur, ut ſentit Abbas in capitulo, ad hęc. in fin. de teſtamēn. quòd textus ibidem in ea ſpecie ſolum permittat donationem rei modicæ, & ibidē expreſſe Imol. 2. notab. quòd ſi extra pias cauſas ab infirmo fieret, nulla eſt dubitatio, quòd donatio ſit inualida, ut infra dicemus quarta parte. cap. 4.

Decimaquarta opinio eſt, præcedenti contraria, ſcilicet
7 † quod donatione inter uiuos poſſit prælatus, uel clericus in infirmitate cōſtitutus diſponere ad pias cauſas, ſicut poſſet ſanus. iſtam opinionem defendit latiſſime D. Mart. Nauarr. in tract. de reddit. benefi. eccleſiaſt quęſt. 2. nume. 85. & quæſt. 3. nume. 8. cum ſequen. ad quod allegat alios Doctores Reueren. dominus Epiſcopus Segobien. d. cap. cum in officiis. nume. 5. ſcilicet Anchar. Imol. & Barbat. 2. colu. poſt Abba. dicto ca. ad hæc. de teſtamen. ſed mihi uidetur quòd prædicti dd. dicunt contrarium, cum conſtituto clerico in infirmitate ſolum concedant facere donationem in terminis illius textus, ſcilicet in modica quantitate, & ita non ſimpliciter, & in quacunque ſumma permittant donationem, ſed potius prohibeant.

Quintadecima eſt opinio Io. And. Cardinal. & Barba. nu-
8 me. 6. in d. c. ad hæc, † quod ita demum donatio talis ualeat ad pias cauſas facta, ſi re ipſa fiat traditio, ſecus uero, ſi ad traditionem non perueniatur.

Sextadecima eſt opinio Inno. & Io. And. ibid. ut etiam ſi-
9 ne † traditione donatio firma ſit, & ſucceſſores eam exequi teneantur, ut nihil prorſus in hac materia ſit, quòd non uocetur in controuerſiam.

Decimaſeptima ſit opinio, ut opinio Innoc. uera ſit, in do-
10 natione † modicæ quantitatis, ut in terminis illius capituli. ſi uero ſit maioris quantitatis, ſine traditione non ſubſiſtat.

Decimaoctaua opinio eſt, quòd, licet de fructibus benefi-
11 ciorum † clerici diſponere non poſſint, nec in uita, nec in morte, ſolumque uſuarii habeantur, eam tamen portionē, quæ in diſtributionibus quotidianis eſt ſibi aſſignata, liberā obtineant, ut de acquiſitis ex ea arbitrio ſuo poſſint diſponere etiam in ultima uoluntate, ut dicit Domin. & Fran. c. 1. §. qui uero. nume. 4. de cleric. non reſiden. lib. 6. & refert plures Petrus Paul. Pariſi. qui dicit iſtam opinionem communem conſi. 33. uol. 4. conſiliorum. nume. 10. & Ancha. d. cap. præſenti. Cardinal. in Clemen. fina. de præbend. quæſt. 13. quos allegat. d. Pariſ. ſentit D. Epiſcopus Segobien. in d. c. cum in officiis. nu. 4.

12 Decimanona opinio erit, diſtributiones † eodem iure cenſeri, quo alii fructus beneficiorum, quod Petr. de Vbald. in trac. de ſucceſ. ab inteſtato clerico. uerſ. 6. quæro, probare uidetur. & D. Mart. in d. tract. quæſt. 1. nu. 74. ubi hoc expreſſe affirmat, de quo in par. 3. c. 5. nu. 6.

13 Vigeſima opinio eſt, quæ aſſerit, penſiones † clericis aſſignatas ſuper quibuslibet beneficiis adeo clericorum fieri, ut de acquiſitis ex eis, & in uita, & in morte diſponere poſſint. iſtam opinionem tenet Gig. in trac. de penſion. in q. 52. quem expreſſe ſequitur R. D. Epiſcopus, Didacus de Couar. in d. c. cum in officiis. nu. 6. in fi.

Vigeſimaprima opinio eſt contraria Nauarri in d. tracta-
14 quæſtio. prima. numero 79. ubi aſſerit † penſiones eccleſiaſticas nihil penitus in hoc differre a fructibus illorum beneficiorum, ſuper quibus ſunt aſſignatæ, eademque lege eam portionem in penſionarium tranſire, qua futura erat apud beneficiatum, ſi ea portio ad penſionarium non pertineret.

15 Vigeſimaſecunda opinio eſt, ut quod de illa parte, † quæ ſit neceſſaria pro clerici ſuſtentatione, ſecundum ſui ſtatus cōuenientiam, genium fraudādo ſuum, corradit miſer clericus, libere, & ſine peccato diſponere, etiam in non pios vſus poſſit arbitrio ſuo, ut per Nauarrum in d. tract. q. 1. num. 59. & nu. 82. & idem in Manuali confeſſo. c. 25. nu. 127. Sotus in d. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur. lib. 10. & alii allegati a D. Marti. & idem tenet R. Epiſcopus Segobien. in d. c. cum in officiis. nume. 2. uerſ. 3. ex eadem.

Vigeſimatertia opinio eſt contraria huic, quam expreſſe ſentit Abb. Panormitan. in d. c. cum eſſes. in repe. num. 27. ex
16 de teſtamen. ibi parce uiuendo, ubi vult quòd illud, † quòd ſupereſt clerico ex fructibus ſui beneficii, etiam parce uiuēdo, non poteſt expendere in ſoluendis debitis per eum cō tractis, ſi debita non ſunt contracta in uſum ſuum neceſſarium, uel pro eccleſia ſua, quia debet diſpenſari ad eū uſum, ad quem redditus fuerūt inſtituti. ſecundum quam opinionem clericus, qui auare fraudauit ſe debitis, & neceſſariis alimentis, tribus, aut pluribus modis errat. primo in corpus ſuum peccat fraudando debitis alimentis. ſecundo, Animā peccato obligat, quia fecit contra charitatem, quæ a ſeipſo incipere debet; ut ſupradictum eſt ex S. Thoma, & facit. C. de ſeruitu. & acqua. in l. præſes. Tertiò, quia obligat ſe ad reſtitutionem, ſi hæc, quæ cumulauit in pios vſus non conuertat, ultra malum nomen ſordidi, & auari, quo apud omnes in uita notatur, maxime quia auaritia, quando eo peruenit, ut ſe ipſum propriis alimentis quenquam fraudare compellat, vī eſſe tanquam phthiſis confirmata, & in ultimo gradu conſtituta, hæc eſt illa auaritia, quæ ab Apoſtolo ſimulacrorum ſeruitus appellatur. & in c. cum oīs. 1. q. 1. qñ domino nō ſeruit pecunia, ſed illi ſeruit dominus, de quo dicitur in eccleſi. 6. uir, cui Deus dedit diuitias, nec tribuit ei poteſtatem, ut comedat ex eis. & de his, qui a diuitiis poſſidētur, inquit Dauid. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt uiri diuitiarum in manibus ſuis. non enim diuitiæ taliū uirorum, ſed ipſi diuitiarum, quibus ſe tradiderunt, ſunt.

17 Vigeſimaquarta opinio eſt, ea oīa, quæ de peccato, † clericorum propter malam fructus beneficiorum diſpenſationem, & de reſtitutio. obligatione dicta ſunt, ea inquam omnia locum habere in illis etiam, qui aliquid titulo lucratiuo ab ipſis clericis ex prædictis fructibus extra cauſas pias recēperunt, ut peccent hi, & ad reſtitutionem teneantur, ut per D. Mart. in dicto tractatu. q. 1. nu. 97. & 98. & q. 2. nu. 33. cum ſequent. ſecus uero ſi ex titulo oneroſo habuerunt, ut ipſe optime defendit.

Vigeſimaquinta opinio in hac materia, bona commenda-
18 rum, † ſeu præceptoriarum S. Iacobi de Spata, & de Alcantara, & Calatraua eadem lege, & grauiori cenſeri, quàm cenſeantur bona, & fructus beneficiorum, cum ij religioſi ſint, & uotum paupertatis emittant, & caſtitatis cōiugalis, & eadem, & maiori ratione commendatores Sancti Ioānis Hieroſolymitani eiſdem legibus, & grauioribus conſtringi. & ℣ ſupradicti minorem diſponendi licentiam de redditib. ſuārum commendarum, propriorum bonorum habeāt, quàm

Source : BIU Cujas

clerici ſeculares, aperte deducitur ex voto per eos emiſſo, ut per D.Marti.late hoc defenditur in d.tract.q.3. nume.29. & in 1.q.nu.95.36.collatio.& ideo & peccent, & ad reſtitutionem teneantur, ſi ea, quæ ſibi ſuperſunt a iuſta ſuſtentatione,pauperibus non elargiantur.de quo dicetur in 4.part. cap.1.nu.13.

Vigeſimaſexta opinio poteſt ex iis deduci,quòd decima-
19 rum pars,† quæ a principibus ſecularibus,& aliis poſſidetur, non libere poſſit diſpenſari. ſed,ſi opinio Archidiaco. uera ſit,quòd ex natura rei,hæc bona in pia opera ſint expendenda,certum eſt,quòd non minori obligatione,hæc bona poſſidentes,quàm clerici beneficiati aſtringũtur,ut ſaltem,quæ ſibi ſuperſunt in pios vſus diſtribuant. quinimmo ſequeretur quòd,non ſolum quæ ſibi ſuperſunt, ſed omnia cum iniuſte poſſideant,ſi non ſint ipſi, qui poſſidẽt dictas decimas, perſonæ tales,quæ bonis eccleſiaſticis ſecundum eorum inſtitutionem debeant ſuſtẽtari, uel quibus aliqua pars debeatur,iux.allegata ſanctorum Patrum decreta.12.q.2. in ca.de reddititibus,cum aliis. Nec conſuetudo,tolerantia, nec præſcriptio,nec priuilegium hanc obligationem poſſunt tollere,aut naturam bonorum immutare,cũ quoad ea, quæ ſunt iuris diuini,non poſſit aliquid operari,ut Caieta.in hac materia ſupradicta allega. in d.q.185.arti.7.not. de quo dicetur in 4.parte.c.1.nu.14.

Vigeſimaſeptima opinio,quòd,licet ex ſupradeductis col
20 ligitur,ut clerici † rerum ſuarum ſecundum aliquos vſufructuarii,ſecundum uero alios vſuarii,& diuerſis reſpectibus, & temporibus appellentur, nullus tamen eos dominos bonorum ſuorum beneficiorum conſtituat,cum tamẽ ſecundum opinionem noſtram, vere Domini ſint, non tamen ex hoc ſequatur, maiorem in dictis bonis habere licentiam, q̃ ſi ſolum vſufructuarii,vel vſuarii exiſterent,cum aliquando iura domini ueri per legem ex iuſta cauſa, & eius poteſtas ſoleant impediri.

21 Vigeſimaoctaua opinio,ex his etiam colligitur† reddi tus eccleſiaſticos ex cauſa penſionis in laicos collocatos ex priuilegiis ita demum ſecuram reddere conſcientiam, ſi perſonæ tales hæ ſint quibus conferantur,ut illis ſecundum prę dicta ſanctorum Patrum decreta bona eccleſiaſtica ſint deſtinata.

22 Vigeſimanona opinio.Concilium Tridentinum, † in eo, quòd prohibet epiſcopos, & clericos ex redditibus beneficiorum conſanguineos,aut familiares ditare,intellexit ineſſe illis onus diſtribuendi ſuperflua pauperibus ſecundum D. Mart.d.tract.nu.26.& q.2.nu.24.

Trigeſima opinio huic contraria.Concilium Tridentinũ
23 † nihil immutare, nec legem iuſtitiæ reſpicere in diſpenſatione bonorum eccleſiaſticorum, ſed ſolum de lege pietatis loquitur.

Ex ſupradictis quas retulimus, opinionibus ſatis apparet quàm uaria, quàm diuerſa, quàm penitus contraria in hac materia Doctores tradiderint,& quàm difficilis hæc prouincia,quam aggreſſi ſumus uideatur,ut prudentiſſi. quemque deterrere debeat, ſed ſi conſilii noſtri in hac re habeatur ratio,nõ male in ea uerſati uidebimur,cum hoc unum, quod præcipue deſiderabamus,ſatis ſuperque, ipſo in limine præſtiterimus, huius, ſcilicet quæſtionis perplexos labirinthos oſtendere, ut eruditos, & pios homines maxime inuitaremus,ut quod nos præſtare in hac re non poſſumus, & quibus in locis nos deficiemus,ipſi nos ſubleuent, admoneant, & adiuuent, qua ſpe interim recreati,uſque ad huius negotii metam Deo duce progrediamur.

Finis ſecundæ partis.

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS

Pars Tertia.

In qua diſputatur de opinione Archidiaconi, & de varijs limitationibus quas ad eam Doctores ponunt.

SVMMARIVM.

1 *Quicquid habent clerici pauperum eſt,de intellectu.c.quoniam quicquid, & aliorum ſimilium canonum.*
2 *Quod ſupereſt clericis,pauperum eſt.*
3 *In rebus eccleſiaſticis,clericus,tanquàm in alienis rebus uerſatur.*
4 *Clerici ſunt adminiſtratores,non domini.*
5 *Mandatum cum libera non excuſat a reſtitutione reliquorum.*
6 *Prælatus tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis.*
7 *Actiones directæ,& contrariæ dantur inter clericos,& eccleſiam.*
8 *An prælati teneantur conficere inuentarium.*
9 *Non eſt imponenda pœna,ubi a lege non reperitur impoſita.*

Caput 1.

In quo adducuntur rationes, & argumenta, quibus probatur opinio Archidiaconi.



IN præcedẽti huius libelli particula doctorum opiniones collegimus, ſequitur, ut de earũ ueritate diſſeramus, & rationes,& argumẽta, tam ab ipſis inducta,quàm a nobis excogitata,expendamus. & quia huius quæſtionis uis in hoc cõſiſtit,ut cognoſcamus, quæ ex prædictis opinionibus ſit uera,an opinio Archidiaco. uel ei contraria,ideo potiſſimum in hoc uerſabimur, non tamen aliquid prædictarum opinionum intactum relinquemus, breuitati temporis,& lectorum utilitati conſulentes.ſed in hoc capite, & in hac particula de opinione Archid. diſſeramus. Vult igitur Archi.epiſcopos, uel clericos poſſidentes beneficia cum adminiſtratione,uel omnino ſimplicia, & omni adminiſtratione carentia,fructus ipſorum in proprios vſus, & familiarum ſuarum,ſecundum ſtatus ſui conditionem,conuertere poſſe,quod autem ex hoc ſupererit, in pauperum,
1 † & pietatis vſus deſtribuere debere, ſub peccati mortalis reatu,& reſtitutionis obligatione.

Pro iſta opinione primo allegatur tex. notab. ex Epiſtola diui Hiero.ad Damaſum Bea.Pont.in c.ſi.incipien. quoniã quicquid.16.q.1.cuius uerba ſunt,quoniam quicquid habẽt clerici,pauperum eſt,& domus illorum omnibus debent eſſe communes,& ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitũ inuigilare,debent maxime,curandum eſt illis, ut de decimis, & oblationibus,cœnobiis & Xenodochiis,qualem uoluerint, & potuerint ſuſtentationem impendant.ex quo tex.multis modis comprobatur dicta opinio,primo enim tex. dicit q̃ quicquid clerici habent,pauperum eſt, quod etiã probatur ex decreto diui Ambro.in c.conuenior.23.q.8.probatur ẽt in c.qui oblationes.ſecundo.13.q.2.ubi oblationes,pauperũ, & egentium alimenta dicuntur. & Vrbanus Papa poſt uerba poſita.c.uidentes.12.q.1.ſupra allegata,ipſę enim res fidelium oblationes appellantur,quia Domino offeruntur.ſubdit(licet ea uerba a Gratiano omittantur) non ergo debent in aliis uſibus,q̃ eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorũ fratrum uel indigentiã conuerti,quia uota ſunt fidelium,& pretia peccatorum,ac patrimonia pauperũ,atq; ad prędictũ opus explendum dño traditæ: ſi quis aũt,quod abſit,ſecus egerit,uideat ne damnationẽ Ananiæ, & Saphiræ percipiat, & reus ſacrilegij efficiatur,ſicut,qui pretia prædictorũ fraudauerunt &c.Et poſtea ſubiiciuntur verba,q̃ ponuntur in c. res eccleſiæ.12.q.1.res eccleſiæ oblatæ Dño dñr,& cões eſſe, & ſolum in deſtinatos vſus diſpenſandæ,& facit tex.in c.expedit.12.q.1.ubi dicit facultates eccle.non eſſe proprias,ſed in cõi poſſideri,& c.Ep̃s.eadem cã,& quæſt.ubi tex.loquens de ep̃is,inquit, participet aũt & ipſe quib.indiget, ſi tñ indiget,tam in ſuis q̃ in fratrũ,qui ab eo recipiuntur,neceſſariis uſibus profuturis:ita,ut nulla qualibet occaſione fraudent, iuxta S.Apoſtolum dicentẽ,hñtes uictum,& ueſtitũ his cõtenti ſumus.quod ſi contentus his minime fuerit,cõuertat aũt res eccleſiæ ĩ ſuos domeſticos uſus,& eius cõmoda, uel agrorũ fructus &c. Et infra ibi,ſibimet uſurpẽt,ita ut ex hoc

pauperes

Source : BIU Cujas

pauperes affligantur facit etiam textus notab. in c. clericus. 12.q.1.vbi a Diuo Hiero. ad Nepotianum ponuntur notabilia verba clericorum conditionē exprimentia. inquit enim, si autem ego pars domini sum, & funiculus hęreditatis eius non accipio partes inter cæteras tribus, sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habens victum, & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequor. ex his verbis clare colligitur clericum solum uictum, & uestitum habere posse, in reliqs autem nihil habere. facit etiam textus in c. præcipimus, eadem causa, & quæst. ubi dicit textus, præcipimus ut in potestate sua res eccle. Episcopus habeat, si enim animæ hominum pretiosiores illi creditæ sunt, multo magis oportet eū curam de pecuniis agere, ita vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur &c. Idem probat Bea. August. in c. quia tua fraternitas. eadem causa. 12.q.1. ubi loquens de clericis dicit, omne quod superest, necessitatibus, in causis piis, & religiosis erogandum est, domino magistro dicente † omnib. 2 quod superest date eleemosinam, & omnia munda sunt uobis. His consonant aliæ authoritates diui Bernardi, & Ambrosii, & aliorum sanctorum Patrum, & Canones Apostolorum, quos refert Reueren. Pater frater Dominicus de Soto in dicta quæstione quarta in articulo tertio. quod adeo inculcatur in sacris decretis, ut iam abierit in prouerbium, bona ecclesiastica esse pauperum, ut dicit ipse Dom. in articu. 2. cum ergo ex supradictis appareat; quod bona clericorum sunt communia, non propria, vt ex illis primo ipsi clerici, postea pauperes sustententur, sequitur si in alios vsus res ut cōmunes, quàm ad eos, quibus hæ res destinatæ sunt, clericus conuertat, ex lege iustitiæ reus sit peccati mortalis, & ad restitutionem teneatur, tanquam si rem, quæ communis est vnus ex sociis alienaret, vt C. de commu. rerum alienatio. in lege, portionem. Ideo, & actione furti tenetur, vt in l. rei cōmunis. ff. pro soci. & est textus in l. si socius. ff. de furt. si socius (inquit Vlpia.) communis rei furtum fecerit (potest enim communis rei furtum facere) indubitate dicendum est furti actionem competere. Textus etiam notab. in l. prima. §. socius si. ff. de vsur. quinimo, cum hæ res ecclesiæ sint, clericus vltra victum, & uestitum sibi uendicando sacrilegus, nedum fur, est censendus, ut probatur in c. nulli liceat, & in capitulo, indigne. 12. quæstione secunda, & ita Archidiaco. supra allegatus, furtum, & sacrilegium tales committere asserat, vt & infra dicemus. Secundo considerando verba dicti, tex. in c. quoniam quicquid, ibi, de decimis, & oblationib. probatur dicta opinio, ex his enim manifeste apparet, cum oblationes dicantur quicquid ecclesiæ oblatum est, ut in dicto capitulo, res ecclesię, & cum de decimis etiam loquatur iste textus, ex quibus hic Hieron. & Augusti. in capitulo decimæ. decima sexta quæstione prima dicit, pauperib. alimenta deberi, & redditus beneficiorum: etiam ex his rebus constent, & ex eis beneficia erecta sint, clericos omnino sub reatu peccati mortalis, & restitutionis uinculo, ad hæc realia onera esse obligatos. ut in l. 2. & in l. fi. C. sine censu uel reliq. & in l. cum fundo. ff. de seruit. rusti. prædi. & est optimum simile ad nostram materiam in l. domum. quæ est l. 1. C. de pōdi. & al. reb. nauicul. lib. 11. quod argumentum cum his, quæ trad. docto. late relati a Tiraquel. in tract. de primigen. q. 43. num. 9 etiam uidetur ad principes seculares, & ad commendatores, quos vocant, ordin. Sancti Iacobi, & de Calatraua, & Alcantara, & multo magis ad eos, qui sunt ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani decimas ex priuilegiis possidētes pertinere. de quo infra latius dicetur. tertio etiam comprobatur ex isto textu dicta opinio Archidiaconi, quia text. dicit, quicquid clerici, utens uerbo indefinito apto cōprehendere omnes clericos, siue tales sint, qui administrationē aliquam habeant, ut sunt Episcopi, Abbates, & similes, siue tales sint, qui nullam administrationem habeant, cum omnib. his, ut ex allegatis decretis apparet, ea lex imposita sit, ut victu, & uestitu contenti esse debeant, reliqua pauperibus, & aliis piis operibus re inquant, maxime cum, ut supradictum est, hoc ex natura ipsarum rerum contingat: Ideo apud quascunque uersentur personas, eodem iure censebuntur, ut in d. l. domum. Aduertendum etiam est circa dictum. c. quoniam quicquid. id, quod (ut solet) diligentius considerat R. P. D. Martinus Nauarr. d. suo tractatu, licet illud decretum a Gratiano tribuatur diuo Hieronymo in epistola ad Dama sum, tamen in exemplaribus, quæ nūc habemus, eam epistolam non reperiri, & tamen non solum a Gratiano, uerum a D. Thoma, & Inn. dicta epistola allegatur, ideo existimat d. Mar. vel Gratiani authoritate, tantos patres cum alia doctorum turba fuisse deceptos, uel aliquam epistolam maximi ponderis deesse in epistolis, quæ nunc extant diui Hieronymi. quod ultimum ego uerissimum existimo, nec enim suspicari possumus Gratianum uirum pium, cui in hac re tot authoritates sanctorum patrum non deerant, ita fęde impo sturam gratis facere voluisse, etiam si refragentur oīa exemplaria, non dico noua, uerum etiam antiquissima: quæ enim adeo antiqua erunt, ut tempora Gratiani, qui quadringētis ab hinc annis suum vulgauit decretū, attingere credamus? esto quod attingant, & superent Gratiani tempora, nonne Gratianum existimamus antiquissima quæque eo tempore perquisiuisse, & prototypa ipsa, si qua erant in rerum natura Hieronymi, & aliorum sanctorum patrum uidisse? licet in aliis multis errasse Gratianum dubium non sit, cum a glossis, & ab aliis doctoribus nostris multi errores eius sint deprehensi, & aliqui in hoc argumento speciales tractatus, de error. gra. ediderint. sed Gratianum in breui emendatum nos habituros maxime sperare possumus, cum fe. re. Pius Quartus eam difficillimam quidem operam uiris prudentissimis demandauerit, eandemque prouinciam Sanct. Dom. Nost. confirmauerit, qui huic rei summis uiribus, summaque diligentia incumbunt, quos plene in hoc negotio satisfacturos nullus possit dubitare. Secundo probatur hæc prima opinio hoc argumento, quamcunque opinionem teneas doctorū huc vsque scribentium circa dñium rerum eccl. siue earum dominium esse apud Christum, ut est magis cōis authorum sententia, cum Inn. in c. cum super. de causa pos. & proprie. Ant. de Butri. in c. fi. nu. 17. in fi. eod. titu. Abb. in d. c. cum esses. nu. 29. qui allegat. c. cum ex eo. de elec. lib. 6. siue dicas esse apud ecclesiam uniuersalem, ut uolebat Bernardus Hispanus, ut iidem referunt doctores, siue apud ecclesiam particularem, cui sunt applicatæ res illæ, ut multi uolunt, & uerius videtur, siue apud ecclesiam materialem, quod falsum est, siue apud summum Pōtificem, siue ꝙ in nullius bonis hæ res sint, sicut de sacris, & religiosis rebus dicimus, siue apud clericos eo modo, quo res uniuersitatis sunt apud uniuersos, non apud singulos, ut in §. uniuersitatis. insti. de rer. diuisio. ut scribunt late doctores in d. ca. cum super, qui referunt tenentes istam opinionem, & Aegid. de Bellamera in ca. cum uenerabilis. extra de except. & Cardi. Turrecrema. latissime in c. uidentes. 12.q.1. & Car. Alex. qui, ut solet, eius dicta transcribit in c. expedit. 12.q.1. & idem Alexan. in ca. 1. 10. distin. Abb. in d. c. cum esses in repet. nu. 29. post. Io. Fab. §. nullius. insti. de rerum diuisio. siue pauperum esse dicamus, ut dictū est supra, quamcunque denique opinionem teneas, clerici 3 in rebus ecclesiasticis, † tanquam in alienis rebus, non propriis uersantur. quo fit, ut, si eisdem rebus aliter utātur, quàm sibi permissum est, reos ex l. iustitiæ fieri manifestum sit, & ad restitutionem obligatos esse, ut § placuit. institutio. de obliga. quæ ex delicto nascuntur, & l. qui depositum. C. depos. & l. si ut certo. §. interdum. ff. commod. & l. qui iumenta. ff. de fur. voluntas autem Domini nostri, cuius, ut dictum est, rerum Ecclesiasticarum est dominium, adeo ex decretis sanctorum patrum est declarata, ut nihil dubitationi relinquum sit, ideo consequens est, eos qui his rebus aliter, quàm Dominus earum vult, utuntur, esse reos, & peccati mortalis, & restitutionis uinculo esse obnoxios. & hoc est quod doctores nostri dicunt, quòd clerici in rebus ecclesiasticis nullam aliam habent prorsus potestatem, præter eam, quæ in sacris canonibus eis concessa reperitur, ut loquendo de prælatis inquit Cardinal. Zabarel. consilio 110. col. 1. & R. Dom. Episco. Segobien. in d. c. cum in officiis. 2. col. nume. 2. extra de testamen. ubi allegat alios doctores ad hoc, licet id non dicant.

Tertia ratio, quæ ex prędcedenti deduci uidetur, est, quòd 4 clerici † rerum ecclesiarum sunt administratores, seu procuratores, non domini, ut in capitulo secundo. extra de donatio. ubi dicit textus. Cum episcopus, & prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus. & Sanctus Augustinus in capitulo, quod autem. 23. quęstione septima. loquendo de bonis ecclesiasticis, inquit, Nō sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus. & alibi clerici appellantur defensores rerum creditarum, ut in capitulo, in canonibus. 16. quæstione prima. alibi dispēsatores. in cap. uidentes. 12. quæstione 1. & in cap. episcopus. eodem titu. & ca. penul. & finali, atque in aliis etiam locis; si igitur procuratores, defensores, uel administratores ecclesiasticarum rerum sunt episcopi, & clerici, clarum est, quòd ex lege iustitiæ, sicut alii administratores rerum alienarum, ad reliquorum restitutionem tenentur, ut probatur ff. de tutel. & ratio. distrahend. in l. prima. §. officio tuto. & est textus notabil. in l. secunda. ff. de nego. gest. & ff. manda. l. idemque. §. si ex fundo. & §. si procurator. & in l. ex mandato. ff. de procurato. in l. qui proprio. §. procurator ut in cæteris, & C. mandati. per plures leges, ut in l. cum per procuratorem. & in l. procuratorem. in lege, a procuratore. & in l. in re mandata. in secundo respon. & C. de nego. gest. in l. si curatorem. quod habet locum etiam si libera administra- 5 tio concessa sit, nam etiam † tūc ad reliqua restituenda tene-

Source : BIU Cujas

tur,ut ex ſupradictis legibus patet.iuncta gloſſ. fin.in l.man dato generali.ff.de procu.quę vult curatores, & tutores liberam adminiſtrationem ſibi a lege conceſſam habere, & facit ad hęc textus in lege, Aurelius.§.Titius. & §.Mæuia. ff.de liberatio.legata,& in lege Aurelio.in §.Caius,& in l.fi. §.Titius. & §.inter cętera.ff.eodem titulo.notat Albericus in l.cum quidam decedens. ff. adminiſtratione tuto. & notant recentiores dd. in l. cum neceſſitatem reddendę rationis.C.de fideicommiſſ. & in l. ſubpręte xtu. 2. de tranſactio. cum multis allegatis,a R.Epiſc.Segobi.in c.officiis. num.8. de teſtamen. & lib. nariarum reſolutio.2.in c.14. & ideo, ſi domini pecuniam hi interceperint,furti nomine tenentur, ut in l.1.§.pen.& in l.2.ff.de tutel.& ratio.diſtra.& ff.de furt. in l.tutor.& in l.interdum.§.qui tutelam,ut de clericis ſupradictum eſt,quòd furtum committunt, in alium vſum fructus beneficiorum expendendo.& ita prętatus, ſicut tutor,
6 † tenetur reddere rationem ſuę adminiſtrationis,ut vult gl. in c.qualitet & quando.2.uerb.reddere.de accuſa.not.Abb. in c.uenerabilem.3.col.de offic.delega. & in c.auditis. de in integ.reſtitu.tex.in l.ſi quis presbyter. C.de epiſcopis & clericis.ſic uidemus quòd ſicut ſupradictis,tutoribus,curatoribus,& procuratoribus,cum ipſi & de male geſtis,& de his, quibus dominos læſerunt in adminiſtratione, teneantur actione directa,ita actiones contra Dominos contrariæ dan tur pro recuperandis his,quæ in rem dominorum expende runt,ut ff.de contra.iudi.tut.in l.1.& per tot.titu. & ff. mandati.in l.ſi uero non remunerandi.§.ſi mihi mandaueris. cũ
7 concordanti.ibi allegatis in gl.ita † clerici ea, quæ ex patrimonio ſuo expoſuerunt, ab eccleſiis ſuis exigere poſſunt, tex.eſt qui utrunque probat in cano. ſacerdotes. 12. q.4.ubi inquit tex.loquendo de ſacerdotibus.Si quis uero pro compendio ſuarum rerum eccleſiæ rebus detrimentum intulerit, uel occaſione rerum eccleſiaſticarum in rebus propriis detrimentum paſſus fuerit,uiciſſim,qui lucrum ſentiunt,de trimentum patientibus reſartient. Item probatur ex canone ſequen incipien. quicunque, omnia enim hæc iudicia, quæ inter adminiſtratores rerum alienarũ,& dominos dan tur,ab utraque parte proficiſcuntur, & reputationes admit tunt,ut probat tex.ff.mandati.in l.idemque. §.idem Labeo. & ff.de procura.in l.qui proprio.in §.procurator, ut in cæteris.tex.notab.in d.l.2.ff.de nego.geſt.ubi inquit Caius, & ſane,ſicut æquum eſt ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari,quicquid uel non,ut oportuit, geſſit, uel ex his negotiis retinet,ita ex diuerſo iuſtum eſt, ſi utiliter geſſit,prætari ei quicquid eo nomine,uel abeſt, uel abfu
8 turum eſt. & ita exemplo tutoris utrum prælati † inuentarium conficere teneantur apud noſtros quæſtionis eſt, nec enim hoc expreſſum in iure reperitur, licet faciat in argumentum tex.c.de ſiracuſanæ.28.diſtin.nam licet ibidem dicatur, ut fiat inuentarium ab epiſcopo earum rerum, quas iure proprio poſſidebat tempore ſuæ promotionis, illud tamen ibidem a Pelagio præceptum uidetur,ratione ſuſpitionis,quæ erat in illo epiſcopo,ob quam etiam diſtulerat longo tempore eius ordinationem,non autem iure ordinario, & communi ſtatuitur.facit etiam in argumentum tex. in c. charitatem tuam. 12. quæſtio.2. ſed ibi non loquitur de inuentario rerum eccleſiæ,ſed de inuentario rerum epiſcopi, & facit in argumentum eodem titulo.12.q.1.in c.manifeſta. ubi glo.expreſſe affirmat, epiſcopum inuentarium confice re debere rerum eccleſiæ,quam glo.aliqui ſequuntur,ut per Alexan.ad Barto.l.nulli.C.de epiſco. & cleri. ſed Abba. Panormita.in quæſtion.ſuis.q.3.dub.4.& alii, quos allegat Re ueren.Epiſco.Segobien.in c.1.de teſtamen.nume.9.contrariam ſententiam tenent.quod uerius uidetur, cum pœna, quæ ex non confecto inuentario ſequi ſolet,non debeat im poni,niſi ubi a lege expreſſum reperiatur,ut eſt generale in
9 omni † conſtitutione pœnali,ut dicit glo. vulga. in c.fin.gl. fin.extra de iure patrona.& gl.in c.fi.de exceſſib. prælato.gl. in ſumma.15.q.8.glo.c.cum nos.uerb.minus idonee. de officio ordinarii,& clemen.2.uerb.ſuſpenſus,de uita, & honeſtate clerico.pro quibus eſt tex. in authen. de non eligen.ſecun.nubent.§.cum igitur.uerſi.ſicut enim.col.1.& text. in l. at ſi quis.§.habeo.uerſi.& generaliter,ibi.nullam pœnã conſtitutam eſſe.ff.de religio.& ſumpt.funer.trad. Iaſ. in l.1.nu. 12.C.de tranſactio.& in l.diuortio. §.ſi fundum. col.penult. ſolu.matrimo. & in l.quod te mihi. nume.31.ff.ſi cert. peta. latiſſime Tiraquel.repetitio.l.ſi unquam.in uerb.reuertatur. uume.205.cum ſequen. Quæſtio autem confectionis inuentarii ex eo oritur,quòd adminiſtrator,non dominus, ſit epiſcopus. ideoque manifeſte apparet ex lege iuſtitiæ ad reſtitutionem teneri eorum, quæ præter Domini uoluntatem in aliquos vſus conuerterunt.

SVMMARIVM.

1 *Empta per clericos de redditibus beneficiorum,efficiuntur eccleſiæ.*
2 *Non poteſt cauſa plus in remotiora,quàm in proxima.*
3 *Solutio R. Epiſcopi Segobien.ad argumentum reprobatur.*
4 *An dominium rerum emptarum per clericum ipſo iure tranſeat in eccleſiam,uel ſolum obligatio oriatur.*
5 *Probatur opinio,quòd dominium ipſo iure tranſeat in eccleſiam.*
6 *An dominium cum actione perſonali concurrere poſſit.*
7 *Rei perfectæ nihil poteſt ſuperaddi.*
8 *Actiones perſonales abhorrent dominium.*
9 *Actio perſonalis poteſt cum utili dominio concurrere, ſed non cum plenitudine dominij.*
10 *In eccleſiam ſine traditione ex contractu non transfertur dominium directum, ſed utile,cum gl.quæ latiſſime defenditur a doctoribus.*
11 *Ex donatione cauſa mortis transfertur utile dominium tantum ſecundum Imol.qui infra reprobatur.*
12 *Ex ultima uoluntate transfertur dominium directum ſine traditione, ſecus per actus inter uiuos,quia nunquam transfertur directum,licet ali quando transferatur utile,& quæ ſit ratio dtfferentiæ.*
13 *Quare fuit inducta imaginariæ hæreditatis perſona.*
14 *Poſſeſſio ciuilis uacans coniungitur naturali.*
15 *Solus Accurſius perfecte leges intellexit.*
16 *Dominium ſine poſſeſſione translatum,non excludit hypothecariam.*
17 *De Saluiano interdicto late.*
18 *Vtrum competat omnibus habentibus hypothecam.*
19 *Actione ſimpliciter propoſita ſuſtinetur libellus ſi competat actio vtilis.*
20 *Actio utilis competit ex mente legis.*
21 *Legatarij & fideicommiſſarij non habent directam hypothecam, ſed utilem.*
22 *Actio utilis an ſit datiua,uel natiua.*
23 *Iudicium Saluiani non eſt ita ſummarium,ut uulgo creditur.*
24 *Hypothecaria,uel Saluiano duplex eſt iudicium.*
25 *Iudicium ſuper debito eſt præiudiciale ad hypothecariam, quando debtum negatur.*
26 *Quando ſit opus pronuntiare in incidentibus.*
27 *Quando cauſæ petitorij,& poſſeſſorij ſint complicatæ.*
28 *Condemnatio fructuum non facit miſturam petitorij, & an ratione fructuum in poſſeſſoriis poſſit appellari.*
29 *Vtrum clericus ex re eccleſiaſtica acquirat poſſeßionem eccleſiæ.*

Caput 2.

De emptis per prælatum, uel clericum ex redditibus beneficiorum,& quomodo ex ſolo titu.ſine traditione dominium eccleſiæ acquiratur, & an illud dominium ſit directum,uel utile, & qua ratione concurrere poſsit cum obligatione perſonali.

QVartum fortiſsimum ar-
1 gumẽtum pro iſta opinione tale eſt,omnia empta † a prælato, uel clerico de pecuniis habitis de redditibus beneficiorum pertinent ad eccleſiam,non ad prælarum,uel clericum,qui ex dictis redditib. talia emit.ita ſtatutum eſt in Concilio Cartaginen.3. habetur in cano.placuit.12.q.3.ubi inquit text. Placuit,ut epiſcopi,presbyteri,uel quicunque clerici, qui nihil habęntes ordinantur,& tempore epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, & quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam rerũ dominicarum inuaſionis crimine teneãtur, niſi admoniti, eccleſiæ eadem contulerint.idem ſtatutum eſt in Concilio Toletano.9.& habetur in canone ſacerdotes.12.q.4.& in cõcil.Agathen.eadem cauſa,& q.c.presbyter.ubi dicit,Presbyter cum diœceſim tenet de his, quæ emerit ad eccleſiæ nomen,ſcripturam faciat,aut ab eius,quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat. & licet uideatur de epiſcopo loqui, tamen ex uerbis ſupradictorum decretorum,præſertim ex dicto cap.placuit.apparet eſſe idem in quocunque clerico,ut notauit glo.Bar.Brixi.in d.cano.ſacerdotes, quod etiam & in Concilio Bracar.3.c.8.habetur,in 12.q.4.in d.canone,quicunque.ubi tex.addit hæc uerba,nec aliquibus poterunt illa donare, quod etiam ſtatutum eſt in Concilio Hiſpalen. primo,& habetur in canone fixum.12.q.5.& probatur etiam in canone,res in epiſcopatu.12.q.2.quod etiam ſtatutum eſt in Concilio Arelatens.ut habetur in c.1.& in ca.2.de pecul. Clerico,& in Concilio Remenſi in c.inquirendum. eod.tit. & in Concilio Toletano in c.fin.eod.tit.& per Pium Pontificem,in c.unus quiſque.eod.titu. ergo empta ex redditibus eccleſiaſticis, pertinent ad eccleſiam, nec exteris conferri poſſunt,nec alienari,uel titulo donationis, uel qualibet alia cauſa,

Source : BIU Cujas

cauſa,ſed ut alia bona eccleſiæ cenſentur,quæ ſolum in uſus pios,& per ſacros canones ordinatos,debent diſpenſari. ergo multo magis ipſimet fructus uel redditus,ex quibus hæc comparantur,ſub hac lege,& ordinatione cẽſebuntur, quia vt eſt vulgatum, propter quod vnumquodque eſt tale, & illud magis erit tale,ut in authen.multo magis.C de ſacroſan. eccle.probatur per textum notab.licet adhoc non ſoleat allegari, in l.cum pater.iunct.l.præcedenti. ff. ad l.Pompeiam de parri.& in l.lege Iulia.iunct.gl.in uerb. uiri.ff.de teſtibus. & in l.cum tale.§.reſcriptum.ff.de condi.& demonſtra. tex. in l.dotem dedit.ff.de collat.bono.non enim fieri poteſt,ut
2 plus poſſit cauſa in remotiora, † quam in proximiora, immò non ſolet in remota influere,ut in l.ſciendum. ff.de uerbo.ſig.in l.ſocii mei. ff.de reg.iur. facit.l.coiri.cum.ll.ſequẽ. & in l.ſocium,qui in eo.§.1.ff.pro ſocio,& in l.cum de hoc. ff.de except.rei iudi. cum multis aliis cumul. a Tiraquel. in tracta.de ceſſant.cauſ.limita.20.nu.3.& ſeq.& in tract.de iur. primige.in quæſt.40.nume.140.Deci.In le.in eo quod uel is. num.4.5.& 6.ff.de reg.iur.& quæ trad. Curt. tracta. de feud. 2.parte prin.in quæſt.10.ex quo deceptus eſt Socin.qui in l.ſi poſt.in fin.de excep.uolebat poſſe ſpem litis efficere id, qđ lis ipſa nõ poſſet: quod enim Poeta Tragicus dicit peior eſt bello timor ipſe belli,ad animum perturbatum,uel inordinatum pertinet,ſicut per contrarium dicitur,dulce inexpertis bellum, cum ſit omnium malorum ſentina. cum ergo bona empta ex pecunia redacta ex fructibus beneficiorum pertineant ad eccleſiam,multo magis pecunia, ſeu fructus ipſi ad eccleſiam,pertinebunt,quæ rebus ipſis eccleſiaſticis magis cohærent, cum ex ipſis immediate producantur, & pars eius fuerint, ut inquit textus in lege,fructus pendentes pars rei ſunt.ff.de rei uend.tex.in l.quæſitum. in §.cellarius. verſi.Caſſius.ff.de fund.inſtruct.ubi not.glo. & tex.in l.fin.§. fructus autem.ff.quæ in frau.credi.tex. in l.cum filius.§.dominus.ff.de leg.2.ubi dicit text. quoniam fructus portionis inſtar obtinent,& hæreditatem augent,ut in l.item veniunt. §.fructus.ff.de petitio.hæreditatis, & in rei reſtitutione fructus ſicut res ipſa venire ſolent,vt ff.de vſur.in l. videamus. ff.de verb.ſignifi.l.reſtituere.& l.plus eſt.adeo ut mirandum
3 ſit R.Epiſcop.Segobien.† in d.ca.cum in officiis.nume.3.in medio verſi. non autem primus, negare prædictam conſequentiam,cum nullam poſſit habere cõtrouerſiam,& ideo ea utitur Abb.Panormitan.d.cap.cum eſſes.in repetitio. nume.12.circa fina. ibi, nam ſi facerent fructus ſuos non uideo quare de illis fructibus, non poſſint ſibi emere prædia, cum ut inquit S.Thomas.1.2.q.19.artic.4.in reſponſione. cauſa ſecunda non agit niſi uirtute primæ cauſæ:& licet inter Do-
4 ctores ſit controuerſia utrum dominium † rerum emptarũ ex dictis fructibus ſit translatum in eccleſiam ipſo iure, uel ſolum obligationem ortam,nam Hoſtien. & Io. And.in d. c.inquirendum.de pecul.clerico.& commu.opin.ſecundũ Barba.ibi, uoluit quòd magis probetur authoritatibus Doctorum,quòd dominium in eccleſiam trãſeat,quàm ut care in iure hoc ſit expreſſum,tamen R.D.Epiſcop.Segobien. in c.1.de teſtamen.nume.5.dicit eſſe communem opinionẽ contra Hoſtien.& iure expreſſo probari,ex uerbis tex.in eodem.c.1.& eſt tex.in authen.licentiam.C.de epiſcop.& cler. & quod dicitur,emptum ex pecunia mea, nõ effici meum, ut in l.ſi ea pecunia.C.de rei uendi. hoc in eccleſiæ pecunia non procedere, ſicut & in pecunia pupilli dicitur in l. ſi ut proponis.C.de rei uendi.ita expreſſe vult ibidem glo. Albe. & alii,& gloſſæ,& doctores allega.per d.Epiſcopum.& licet quoad quæſtionem noſtram nihil interſit,res efficiantur eccleſiæ, uel ad eccleſiam iure obligationis pertineant ex lege iuſtitiæ,cum in utraque ſpecie peccatum mortale, & reſtituendi reatus uerſetur,& natura ciuilis, & naturalis obligationis,& lex commutatiuæ iuſtitiæ ad hoc obliget, & dicti Canones id in ſpecie ſtatuant. tamen, ne in hoc remaneat aliquis ſcrupulus,cum in aliis ſit maxima differentia,aliquà res noſtra fiat, uel noſtra non fiat,ſed nobis debeatur, alterum enim realem actionem,alterum uero perſonalem producit,ut §.omnium.cum aliis inſtitu. de actio.ex quibus diuerſi oriuntur effectus, opus eſt harum opinionum alteram conſtituere.quarum,ut ego exiſtimo, uerior ea eſt,quæ do
5 minium eccleſiæ ipſo iure, † rerum ex dictis pecuniis emptarum tribuit,nam cum cauſa hæc ſufficiens ſit,ut eccleſiæ debeatur,ut omnes fatentur, ergo transfertur in eam dominium,quia, ſi cum cauſa iuſta ad debendum concurrit traditio,dominium,omnino transfertur,ſicut uidemus ex emptione,& uenditione, ex donatione, & aliis ſimilibus contractibus ex quibus actiones perſonales oriuntur,ſi a domino traditio fiat,dominium transfertur,vt in l.clauibus.ff.de contrahen.empt.§.per traditionem.inſtitu.de rer.diuiſio.in l.traditionibus.C.de pact.& obligatio,quæ ante traditionẽ erat perſonalis, poteſt efficere, ut traditione transferatur dãium, ergo cum idẽ operetur in eccleſia titulus,vel cauſa ſola iure ſpeciali eccle.quod iure cõmuni titulus cum poſſeſſione in priuatis,ut in l.interdiuinum,quæ eſt lex fin. C.de ſacroſanct.eccle. ubi probatur quod eccleſia in hoc eſt priuilegiata,ut ſine traditione in eam transferatur dominium,& ibidem not.omnes doct.glo.in l.1.C.de dona.quæ ſub mo l. de quo per Tiraquel.in tracta. de priuile. piæ cauſ. priuileg. 107.Bart.not.quem ipſe non allegat in quæſtionibus ſuis. q. 13.incipien.filium adultum,per Alexan. in l.ſi aliquam rem. ff.de acquiren.poſſeſ.de quo per Deci.conſi.564.& per Tiraquell.poſt.ll.connubia.in gl.3.num.53. aliqua per Pet. Paul. Pariſi.conſi.77.uol.1. ergo manifeſte apparet in dictis bonis emptis ex fructibus beneficiorum,uel ex rebus eccleſiæ,dominium ipſo iure transferri,cum titulus ſit ſufficiens,& traditio,eccleſiæ priuilegio, nõ ſit neceſſaria ad dominii tranſlationem.

6 Et licet uideatur fieri non poſſe, † ut eccleſiæ,& dominiũ quæſitum ſit, & quòd actio perſonalis competat, cum non concurrat cum dominio,nemini enim res ſua quo ad dominium deberi poteſt,ut ff.de uerbo.obl.in l.nemo rem ſuam, ubi inquit Vlpianus nemo rem ſuã utiliter ſtipulatur, & in l. ſcire debemus.§.fin.ff.eodem titul.quod enim obligatione comprehendi poteſt,iam apud me eſt, ideo ſuperfluit obli-
7 gatio perſonalis, rei enim perfectæ † nihil poteſt ſuperaddi. in l.qui bis idem.ff.de uerb.oblig.& in lege,ſi te ſolum.ff.de hæredi.inſtituen.& in l.proprias res.C.de lega.& in l.ſuæ rei. ff.de contrahen.emptio.& in l.cum res.& in l.ſi mater.C.eodem titu.& in l.ſequitur.§.lana ouium.ff.de uſucapio.tex.in l.2.Cde uind.liber.licet in delictis,& imperfectionibus iteratio adiiciat & aggrauet.ut not. glo.quæ allegat plures leges in l.ſi diutino.ff.de pœnis.& glo.in verb.creſcat.in extrauag. qui ſint rebel.ideo difficilius diſpenſatur cum homicida plurũ,quàm unius,ut habetur in l.3.C.de epiſc.Aud.per Guill. de cano. & bigamia ex multiplicatis matrimoniis tribus, uel quatuor,grauior etiam ſit,quàm quæ ex duobus contrahitur matrimoniis, ut dicit Angel.in authen.quomodo oportet epiſcopo.§.hoc autem.nume.12.probat text.in §.ſin autem.eodem titu.ibi,non ad tertias,ſequitur Fely. in cap.ſi cautio.nu.40.de fid.inſtrum.licet enim appellatione ſecundarum nuptiarum ueniant & tertiæ,& quartæ.ut rub.de ſecund.nupt.tamen id uerum eſt, ut ſi puniuntur ſecundę, & tertiæ,etiam puniantur,& quartæ, ſed excuſatio ſecundarũ non prodeſt tertiis,& quartis,quia eſſet arguere præpoſtere, ut in authen.multo magis,cum maior incontinentia detur, & ideo irregularitas ex grauiori cauſa contracta uideatur,ſi ſit cauſa multiplicata,eadem ratione excommunicatio ite rata difficilius diſſoluitur, ut per gloſſ.in l.2.C.ut infra cert. tempus,& in l.aut damnum.in §. ſeruos. ff.de pœn. S.Tho.3. part.q.23.art.6.& q.24.art.3.in addi.ad 3 partem. Cardina. & Ant.c.ita quorundam, de iudęis.peccata enim tãto grauiora ſunt,quanto diutius infœlicem detinent animam,ut in c. fina.extra de conſuetudi.cum concor.& lege,inficiando.in §.infans.ff.de furt.licet ex primo actu ſublata ſit gratia. in actibus autẽ ex omni parte perfectis multiplicatio nihil operatur,rei enim plenæ,& perfectę nihil poteſt ſuperaddi.ut in d.ll.& S.Thom.1.parte.q.103.art.3.ad 3. & latius per eum.1. 2.q.52.art.1.in reſponſio.poſt Ariſtotel.8.metaphyſi.& ideo in legato alimentorum non eſt locus iuri accreſcendi,cum nihil poſſit accretio afferre,& idem in quolibet iure pleno, vt eſt textus in l.dominus,§.1.ff.de vſufr. & in l. Titia.§.1.de annuis lega.per Bar.& per eundem in l. re coniuncti.nume. 42.ff.de legat.3.nec legatum alimentorum eſt multiplicabile,ut in l.alimenta.§.baſilicæ, & in l. libertis quos. ff. de aliment.lega.ſic ſtipulatio ſemel plene commiſſa amplius cõmitti non poteſt,ut per Barto.in l.iam tamen.§.in hac.in primo,& in l.ſi ante acceptum.2.col.& in l.cum quærebatur,& in l.fi.ff. iudica. ſolu. ita uero domino nihil poteſt obligatio perſonalis ad dominium adiicere.& hoc eſt, quod dici ſo-
8 let,condictiones, † quę actiones ſunt perſonales,ut in §. appellantur.Iuſtit.de action.abhorrere dominium.domino enim non poteſt dari actio perſonalis,ut in l.fi.ff.vſufr.quemadmo.caueat.& ita explicat tex.in §.ſic itaque diſcretis. inſtitu.de actioni.& tamen uidemus quòd in d.l.fin. C. de ſacroſan.eccleſi.datur eccleſiæ,& realis,& perſonalis actio, & ita non ſolum dominium in eccleſiam ipſo iure trãſfertur, ſed etiã perſonalis actio datur. quod ex ſupradictis fieri poſſe non uidetur,cum ex iis,quę diximus hęc non poſſint concurrere. ſed quamuis doctores hęc non ſatis explicent, immo glo in lege, ſi quis rem.in uerbo non efficitur.ff.de polli citationi. uideatur diſſimulare iſtam difficultatem, tamen conſiderandum eſt,quòd licet hoc in eccleſia conſtitutum ſit,ut dominium ipſo iure transferatur iure ſpeciali, iure tamen communi admittitur,ut cum dominio actio perſonalis concurrat in eccleſia ea ratione, quod ſupradicta procedant,ubi dominium eſt plenum,tam directum, quàm utile per traditionem iure gentium, & communi translatũ,tunc

enim

Source : BIU Cujas

enim perſonalis actio cum dominio non concurrit, ſed ubi
9 dominium † tantum utile ſpeciali iure nō interueniente tra ditione transfertur,non eſt impedimento, ut cum dominio concurrat obligatio, deficit enim plenitudo dominii, quæ dictam perſonalem obligationem impediebat, quia actio perſonalis eſt, in quo utilitatem afferrat, ſcilicet in dominii plenitudine,quæ de iure gentium eſt, quæ ſine actu traditionis non eſt perfecte translata,& ita gl.notab. in d.l.fi.in uerb. in rem,inquit,in rem ſcilicet utilem, ſentiens glo.quod in ecclesiam licet ſine traditione dominium transferatur, non tamen transfertur plenitudo dominii, quale naturali traditione iure gētium transferri ſolet, ſcilicet directum,& utile,ſed tantum utile iuris ciuilis ſola conſtitutione, nullo actu naturali interueniente, & quamuis Cyn. ibidem q.fin. ſentiat dominium & directum, & utile transferri, & in ſpecie Bald. in 5.quæſt.Fulgo.& Paul.de Caſtr. col.fina.reprobando gloſſ.& Iaſ.num.29. dicentes, quod ubicunque per legem ipſo iure transfertur dominium,transfertur non ſolum utile, ſed directum,per tex.in l.1.fin.& in l.2.ff.de publi.in rem actio. Iaſ.tamen male ſibi conſtans.in l.1.col.1. C.commu.de lega. num. 4.dicit hoc eſſe parui momēti, ſed quicquid præfati doctor.
10 uelint,uerior eſt opinio glo. quòd utile dominium † ex contractu cum eccleſia celebrato,& non directum ſine traditione transferatur, idque ſit regulare, ubi ſine traditione per legem dominium transfertur, quod probatur in l.1. C. de donat.quæ ſub mod.fi. ibi, uendicationem hoc caſu utilem,& etiam probatur in l.ſi ut proponis,ubi eſt tex.expreſſus. C. de rei uendic. ubi priuilegio militis rei emptæ ex pecunia eius, etiam ſi ipſi non ſit res tradita, transfertur dominium, illud tamen eſt dominium utile,non directum, ut ibidem probatur;quod ibidem Areti.dicit eſſe ſemper uerum,quando dominium transfertur non de iure communi, ſed de iure ſpeciali ſine traditione, & Aret.legit illam legem,ſi ut proponis ſub.l.partum.& ita dicendum erit in eccleſia, quæ ſimile priuilegium habet,ut non directum dominium ſine traditione, ſed utile ei acquiratur.facit etiam glo.ubi Salicet. in authen. donationem. C.de iur.dot.quæ uoluit,quod,ubi ex donatione propter nuptias ſine traditione transfertur dominium, ſit dominium utile,facit etiam,quod dicit Ioan.de Imol.in l.1.
11 ff. de donatio.cauſ. mort. tenens quòd ex donatione † cauſa mortis tranſeat dominium utile,non directum,& Iaſ. in l. ꝙ ſi nulla.de lega.1.dicit dominium,quod ipſo iure transfertur in legatarium eſſe de iure ciuili,atque ideo improprium, & non de iure communi.& ſic uidetur ſequi dictam gl.& Curt. in l.traditionib.C.de pact.col.fi.nu.25.Tiraquel. de iure conſtit.in 2.part.8.ampliat.ita uides quàm uarii ſint in hac re doctores, ego tamen exiſtimo gloſſ.eſſe ueram,cum pro ea ſint tex.expreſſi ſupra allegat. ſed uidetur in contrariū fortis tex. in l.1.cum ſequen.ff.de publicia.ibi legatum, uel donationes cauſa mortis. & quamuis dici poſſet ibi,non directum dñiū, ſed utile transferri, cum ibidem non ſit expreſſum. prout illum textum intellexit Imola in dicta l.1.ff. de donation.cauſ. mort.tamen mihi non placet hic intellectus,nam uerius uidetur in legatarium, & donatarium cauſa mortis dominiū directum transferri, etiam nondum capta poſſeſſione, quia tex.loquitur de dominio,nec facit mentionem de utili,ideo de directo intelligitur,ut in l.1.§.qui imperpetuum.ff. ſi ager uectiga.uel emphyteo. petat. & negari non poteſt in hæredē ſaltem transferri dominium directum ante apprehenſionē poſſeſſionis,ut ff.de acquir.poſ.in l.cum hæredes.& ita uides per legem transferri dominium drrectum ſine poſſeſſione.
12 quid dicendum in iſta difficultate? ego dico, licet † doctores non ita explicent, diſtinguendum eſſe, an lex transferat dominium ipſo iure,ſine apprehenſione poſſeſſionis ex cōtractu,an uero ex ultima uoluntate, vt quādo ex contractu ſemper dominium,quod transfertur,ſit utile, & eo caſu gl. in d.l.fin.ſit uera,aut ex vltima uoluntate,& tunc tranſeat tā utile,quàm directum,ut in d.l.prima.in fi.de publici.& in l. a Titio.ff.de furt.& in d.l.cum hæredes.in l.ſi ager,in 1.& 2. reſponſo.ff.de rei uendica.ratio eſt,quia in contractibus,cū ſuperſit perſona, apud quam remaneat dominium directū, ſcilicet ea apud quam erat prius, non transfertur,niſi utile, quia dominium directum,quod de iure gentium eſt, ſine actu naturalis traditionis transferri non poteſt per legem ciuilem natura ipſa repugnante,ſed quādo transfertur per ultimam voluntatem, cum non ſit apud quem remaneat directum,per mortem eius dominio extincto,melius eſt cum vtili coniungi. & legem ciuilem naturali non impediente plenum ſortiri effectum, quàm dominium illud effici uacuum,& in nullius bonis,& ex cōſequenti cuilibet ſine cauſa occupanti concedendum.qua ratione,ne hoc abſurdum
13 ſequeretur,lex imaginariam illam perſonam, † quam hæreditatem vocant,moriente patrefamilias conſtituit, & produxit,apud quam illud dominium potius cōſeruaretur, ut in l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſta. lib.eſſe iuſſ. & in l. hæreditas in multis.ff.de acquiren.rer.domi.& in pri.inſti.de ſtipu.ſeruo. quàm cuiuslibet occupantis fieret lege naturæ, quia ea, quæ in nullius bonis ſunt,occupanti conceduntur, ut inſti. de rer.diuiſio.§.feræ igitur.ubi glo. ſentit, quod dictum eſt de hæreditate iacente,allegat tex.inſt.de ſtipu.ſeruo.in prin. ſupra allegat.exiſtente igitur dominio directo uacuo, cum lex ciuilis dominium vtile transferat, acceſſione quadam neceſſaria efficitur, ut nedum utile, quod iure ſuo transferre lex poteſt,& ſolet,ſed & directum transferatur, cum neceſſario apud aliquam perſonam imaginariam, & a lege cō fictam uerſari debeat, & quodammodo dominium ciuile in totum effectum ſit,nam ubi non eſt perſona,in qua dominium naturaliter directum requieſcere poſſit,ſequitur perſonam,a lege ciuili ſuppoſitā, potius, quàm uacuum & expoſitum habeatur,& ita natura ipſa huic ciuili actioni con
14 ſentire uidetur. ſic uidemus poſſeſſionem † ciuilem vacantem,ipſo iure cum naturali coniungi, nullo etiam actu uel ciuili, uel naturali, immo nec uoluntate explicita interueniente,ut ff.de acquirend.poſſeſ.l.ſed ſi nolit.in glo.& ita ultra doctores noſtros habes rationem,quare dominium directum ad hæredem, & prius in hæreditatem iacentē tranſferatur rerum hæreditariarum, & quare etiam dominium directum rerum legatarum in legatarios ipſo iure tranſeat. quòd ſi dicas in legatario ceſſare neceſſitatem transferendi dominium directum,cum ſit apud quem remaneat, ſcilicet apud hæredem,ut in l.non eo minus.ff.de rei uend. reſponderi poterit,cum in eum eſſet ciuiliter transferendum, ut dictum eſt,melius fuiſſe recta uia in legatarium tranſire, vt circuitus uitaretur,ut in d.l.a Titio.ad quod fac.ff.de cō dict.indeb.in l.dominus teſtamento,& quod glo.penul. notat in clemen.uni.in §.fina.de ſumma Trinit. & fide catho. & in clementi. auditor. de reſcript.& gloſſ.in l.interdum.ff. de minor.& gloſa in lege.1.C.de tempo.in integ. reſtitutio. & ſi bene conſideras,eſt etiam glo.in l.ſi intra. C.de in integ. reſtit.Tiraquell.in tract.de vtroque retractu. ſecunda parte. §.ſecundo.gloſa prima.numero 24.& nume.71. & per eundem in fine illius tracta.quæſtio.5.numero 25. ubi plures allegat.ſed in propoſita ſpecie eſt textus expreſſus in lege prima.C.commun.de legatis.uerſiculo,& hæc diſponimus,ut
15 eum intellexit Accurſius, † qui ſolus leges perfecte intellexit,in dicta lege, dominus teſtamento.in glo.fina. ubi etiam allegat alias leges, quæ ad hoc poſſunt induci. uerum tamen eſt,quòd licet dominium utile,& directum ex ultima uoluntate per legem ſine apprehenſione poſſeſſionis tranſferatur,non tamen ita perfecte acquiſitum uidetur,ſicut acquiritur,ſi iure gentium per apprehēſionem quæratur, ideo
16 tale dominium cum hypothecaria utili, † & actione perſonali concurrere poteſt,ut in d.l.1.& d.l.fin.C.de ſacroſanct. eccle.quod non eſſet ſi iure gentium plene,& non iure ſolo ciuili eſſet acquiſitum,vt optime declarat Ioā.Fab. in §.ſed olim.inſti.de lega.Bart.etiam in d.l.fin.C.de ſacroſanct.ecc. numero 15.per tex.notabilem, quem adducit in argumen. in l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff.de capt.& poſtlimi. reuer. quem in uariis locis maxime doctores commendant, plures(ut ſolet)congerit Tiraquel in tract.de utroque retractu. 1.part.§.1.in gloſ.7. nume.70.& eſt optimus tex.in l.tertia.in fin.ubi glo.C.de his,quæ ui met. ue ca.fiunt.maximę autem utilitatis eſt, vt eccleſiæ detur hoc hypothecæ priuilegium in d.l.fi.C.de ſacroſanct.eccleſi plures enim utilitates hypotheca parit, quàm ſola acquiſitio dominii,cum ex ea Saluia
17 num interdictum, † quod poſſeſſorium eſt, producatur, ex quo tot utilitates hodie eliciunt doctores recentiores,ut ſi eas conſideraſſent antiqui iurisconſulti longiorem tractatum, quàm ad ſenatusconſultum Trebellianum, uel legem falcidiam,ad Saluianum interdictum cōpoſuiſſent, nec ita neglectum,& ſterile reliquiſſent,nec dignum,ut in Iuſtiniani.C.de eo ſpecialiter tractaretur, ſed acceſſorie ſimul cum precario, & quod in ff. apud titulum,de migrando.colloca retur, in quo licet aliquantum a noſtro argumento digredi uideamur, tamen quia & ad intellectum d.l.fin.& bonorū eccleſiaſticorum naturam, & actiones pertinet, & utilitas huius articuli hoc exgit, nonnihil in hoc morabimur. Videamus ergo an eccleſiæ ex priuilegio d.l.fi. Saluianum interdictum detur, & utrum regulariter omnibus hypotheca riam habētibus hoc remedium competat? & imprimis tex. habemus expreſſum in l.prima. C.de precario, & Saluiano
18 interdict.qui vult Saluianum † interdictum ſolum in materia locationis,& conductionis,nec alii habenti hypothecam dari. inquit enim lex. ſite non remittente pignus, debitor tuus ea, quæ tibi obnoxia ſunt, uenundedit, integrum tibi ius eſt ea perſequi, non interdicto Saluiano (id enim tantummodo aduerſus conductorem, debitoremue competit) ſed Seruiana actione,uel quæ ad exemplum eius inſtituitur,utilis aduerſus emptorem exercenda eſt.

Ecce textus expreſſus, quòd habens hypothecam aduer

ſus

Source : BIU Cujas

ſus alium, quàm conductorem non habet Saluianum interdictum, ſed Seruiana actione, uel quaſi Seruiana, quæ utilis eſt, uti debet. nec intellectus glo. ibidem poteſt ſuſtineri, ſcili cet quod denegetur interdictum Saluianum directum, utile tamen competat, quia eſſet ineptiſſimum uolẽtem agere Saluiano remittere actionem hypothecariam, ſeu Seruianam directam, uel utilem, excludẽdo eum a Saluiano interdicto, ſi utile ei Saluianum competeret. uoluit ergo lex excludere tam ab utili, quàm a directo Saluiano, cum loco eius ſubſtitueret aliam utilem, uel directam actionem, alioqui ſolam directam Seruianam ſubſtituiſſet. deniq; ibidem excluditur a Saluiano directo, & loco ipſius Seruiana directa, & a Saluiano utili, & loco eius utilis Seruiana conceditur. præterea ſi utile Saluianum ibidem competeret, iniq; a iudicio Saluia-
19 no repellitur, quia, ut ſuſtineatur iudiciũ † ex actione ſimpli
20 citer intẽtata, ſufficit, ut ea actio uel directe, uel utiliter competat. argumento tex. in l. ſed & ſi poſſeſſori. in §. item ſi iura uero. ff. de iureiurand. quod apud omnes extra omnem eſt cõtrouerſiam, ut apparet ex iis, quæ Iaſon in l. 2. §. & harum. col. 8. num. 32. de uerbo. obliga. & Pinel. in l. 1. ſecunda parte. de bon. mater. num. 8. cum uerum ſit eum, cui utile Saluianũ interdictum competit, poſſe ſimpliciter interdicto Saluiano intendere: maxime cum formulę actionum fuerint ſublatæ, & hoc in terminis declarat Bar. melius quàm ſupradicti in l. 1. nu. 23. & 24. ff. de actio. & oblig. manifeſte ergo apparet in d. l. 1. C. de precar. & Saluia. interdict. tam utile, quàm directũ Saluianum habenti hypothecam ex alia cauſa, quam ratione locationis, uel conductionis, denegari. nec hoc eſt ſine ratione, quia Saluianum interdictum, quod poſſeſſorium eſt, in locatione nititur, cum res inuectæ, & illatæ in rem conductam, quæ domino ſint hypothecatæ, ut in l. certi iuris. C. locat. quodammodo poſſeſſæ fuiſſe uidentur cum domum ante conductam, quam tu tenes, ego per te poſſideam, ut in l. quamuis. §. quod per colonum. ff. de acquir. poſſeſ. cum aliis. ideo res ibidem inductæ etiam quodammodo uidẽtur poſſeſſæ, quaſi poſſidens continens, & contentum etiam poſſidere uidetur, ut dicit Bal. in l. de his. C. de furtis. per Alex. in l. 3. col. fi. ff. de acq. poſſ. licet non ſit hæc poſſeſſio uere, quia eſt adipiſcendæ hoc interdictum; quamuis Cynus id admittat in d. l. certi iuris, ut res inductæ in rem conductam a domino prædii poſſeſſæ ſint, quod non eſt uerum, & ut ibidem dicit Bal. fabulatur in hoc Cyn. quia nõ animo tradendi domino prædii inducuntur. negari tamen non poteſt, quòd eſt cauſa quædam illa inductio, in qua Saluianum interdictum poſſeſſorium ad res ibi illatas coloni pro penſionibus rei locatæ innititur, ut ſentit Bart. unm. 2. 5. & 6. in l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pigno. actio. quid enim intereſt inferantur uoluntate eius, an ei tradantur, ut inquit Vlpianus in l. ſi ego. in §. dotis. in uer. quid enim. ff. de iur. do. ideo interdictum iſtud ad materiam ſolum locationis pertinet, eaque ratione continuatur, & quaſi coniungitur cum titulo. ff. de migrando. qui ad eandem cauſam pertinet, & cum titulo. C. de precario, quia precaria quodammodo eſt tua detentio, & non tibi, ſed dominum agnoſcens, detines. item quia æquum erat, ut pro re temporali & annua, breue, temporale, & poſſeſſorium remedium contra cõductorem pro penſionibus daretur, cum de facto, & ſibi ius dicere propria auctoritate ob ceſſationẽ in ſolutione pẽſionis permittatur. ut in l. æde. C. locati. quæ omnia ceſſant in hypothecis, quæ ex aliis cauſis, quàm locationis oriuntur, quia, cum eis Saluianum interdictum nihil cõmune habet. quod etiam oſtenditur, quia Iulianus in l. 1. ff. de Saluian. interdict. Saluianum interdictum utile concedit locatori non ſolum contra colonum pro rebus inuectis, & illatis, ſed cõtra eum, qui ab eo emit, & ita apparet, quod omnes extenſiones, quæ fiunt Saluſani interdicti ad materiam locationis tãtum pertinent, & ita ſpeciale remedium eſt Saluiani interdicti, ſiue utile fit, ſiue directum, pro rebus inue-
21 ctis, & illatis in rem locatam, non autem ad alias res pertiner. & ita loquitur tex. qui ita debet intelligi in l. j. C. de precario. & Saluian. interdicto, in quo creditori uolenti agere Saluiano interdicto ratione hypothecæ ſibi ex aliquo contractu competenti, reſpondetur, nõ Saluiano interdicto agere poſſe, cum hoc ſolum ex cauſa locationis detur, ſed hypotheca ria utili, uel directa agi debere, licet glo. ibidem intellexerit totam legem de locatore, ſed ille intellectus uerus non eſt, habet enim illam difficultatem, quam ſupra poſuimus, cui glo. & dd. male ſatisfaciunt, nec poteſt ſatisfieri. & hæc opinio, quod dictum interdictum in alia materia non competat, adeo uera eſt, ut Petrus, & Cyn. in d. l. certi iuris. uoluerint debereſtringi ad locatorem prædii ruſtici, non urbani. locatori enim prædii urbani, nec utile, nec directum cõpetere, ſed Bald. numero duodecimo. tenuit dari directum pro inuectis in prædium ruſticum, utile pro inuectis in prædium Vrbanum. quod etiam tenuit Saly. ibidem. & gloſſ. in d. l. 1. quæ contra tertios poſſeſſores utile interdictum concedit, ſolum in materia lacationis id admittit, quod apud doctores antiquos adeo uerum eſt, ut Speculator, qui nihil intactum reliquit, in tit. de loca. §. poſtquam. nume. 30. & 31. ponens libellum in Saluiano interdicto utili, & directo ſemper exemplificet in rebus coloni inductis, utſi ab eo poſſeſſæ ſint, ſit directum, ſi ab alio, ſit utile Saluianum, nunquã tamẽ extra materiam cõductionis, & Pract. papien. in form. lib. in actio. hypoth. in Saluian. interdicto. ſemper in materia coloni loquitur, & iux. terminos l. 1. ff. de Salui. interd. & ita habemus poſt Rofre. ibi Speculato. glo. Petr. Cyn. Bald. & Saly. qui tranſeunt cum glo. Fab. & Iaſ. in §. item Seruiana. nume. 100. de inſtit. actio. qui iſtud interdictum ſolum in materia locationis admittunt. quod Azo in ſumma etiam tenuit, ſiue loquamur de directo, ſiue de utili, nec immerito. quia, licet actio utilis † ubi uerba deficiant, ex eadem ratione, & mente legis competat, argumen. tex. in §. cæterum. inſtit. de l. aquil. glo in l. 3. in princip. ff. de nego. geſt. & in l. ſi quis id quod. de iuriſd. omni. iudi. tamen (ut ſupra diximus) longe alia ratio eſt in materia locationis, ideo ceſſat ratio, & mens in aliis hypothecis. item quia, etiam ſi eſſet ſimilis ratio, non tamen actio utilis deficientibus legis uerbis locum habet, niſi per iurisconſultum extendatur, ut inquit Bartol. contra glo. ibi numero quinto. in l. curatoris, C. de neg. geſt. hoc autem non reperitur in iure, quod aliquis iurisconſultus hoc fecerit, nec ullus text. eſt in iure loquens de Saluiano interdicto, qui nõ loquatur de rebus coloni, ut in §. interdictum quoque Saluianum. inſti. de interdictis. & C & ff. per totum. imò, ut dictum eſt l. 1. ff. de Saluia. interd. quæ ex extenſione concedit vtile Saluianum interdictum in hypotheca orta ex conductione, id facit, ideo cum non reperiatur hoc Saluianum interdictum utile, quod aliis creditoribus, quàm locatoribus detur, neſcio ex quo capite hoc interdictum ita uagetur, cum nec legibus, nec etiam authoritate doctorum ſit admiſſum, nam ex antiquis ſolus Bartol. tenuit utile Saluianum interdictum dari cuilibet creditori habenti hypothecam in l. 1. C. de Saluian. interdict. uerſic. quæro. & l. 1. C. de Saluian. interdict. uerſic. quæro. & l. 1. ff. eod. tit. nu. 2. contra mentem aliorum omnium. ex poſterioribus uero Ange. de Aretio nume. 9. in §. item Seruiana. inſtitu. de action. idem uoluit allegando glo. Bald. in d. l. 1. cum glo. & Bald. ſentiant contrarium, nam ſemper loquuntur in colono, uel emptore coloni, ſed opiniones Angeli Aretin. non ſolent eſſe angelicæ, cum etiam dicat idem firmare Saly. in 3. oppo. ubi hoc tangit aperte dicit contrarium. uerum eſt quod idem Saly. in l. certi iuris. C. loca. col. fin. intelligens ut puto de Bart. dicit, immo plus dixerunt aliqui, quòd etiam in bonis aliorum debitorum loquitur, ut ibi dicetur, & ita Sal. non ſe firmat, ſed remittit ſe ad ea, quæ dicit. d. l. 1, C. de precar. & Saluian. interd. ubi expreſſe tenet, quòd non detur in bonis aliorum debitorum, ſed ſolum conductorum tantum. ideo melius Neguſant. in tracta. de pigno. 3. membro. 8. partis principal. num. 19. ſolum alleg. Barto. pro iſta opinione. Rip. etiã in l. 2. ff. de pignor. nume. 19. qui tenet opinionem Bar. alleg. glo. & alios in d. l. 1. cum tamen glo. & omnes alii, præter Barto. contrarium uelint. & ita opin. Barto. eſt contra omnes antiquos, & eſt falſa, nam contra Barto. ſint dictæ leges, & fortiſſimæ rationes. nec curandum eſt, quòd recentiores aliqui teneant opinionem Barto. ipſi enim non conſiderant rationes, nec authoritates antiquorum, & decipiuntur in eorum allegatione, ut ex ſupradictis apparet. & ita opi. Bar. falſa eſt, & contra communem. ſed eſto (ut rem iſtam penitus diſpiciamus) quòd opinio Bartoli ſit uera, & quòd utile Saluianum interdictum detur habenti hypothecam, etiam extra locationis, & conductionis materiam, nam de directo, cum uerba legis deficiant, non eſt quid dicamus, non tamen ita generaliter, & indiſtincte eſt admittendum Saluianum interdictum utile, ſed cum diſtinctione, nam legatariis, † & fideicommiſſariis dari non poteſt, quia l. 1. C. commu. de lega. quæ hypothacariam illis concedit, non directam, ſed utilem tribuit, idem dicendum eſt de ea hypotheca, de qua in l. fina. C. de ſacroſanct. eccle. textus loquitur, cum communicetur ibi illa hypotheca, quæ dicta l. 1. erat inducta, & hoc non eſt dubium, quod utilis ſit, non directa, cum d. lex. 1. id expreſſe dicat, & quia non ex conuentione, nec ex expreſſa uoluntate, ſed per legem inducitur, quo fit, ut hypotheca utilis Saluianum utile interdictum producere non poſſit: hypothecaria enim illa per extẽſionem, & utiliter inducitur, ideo extenſionem aliam ſuſtinere non poteſt, ut ad Saluianum interdictum utile trahatur. non enim datur multiplicatio actionum utilium, nam euacuatur illa uis hypothecariæ actionis eo, quod ſemel parturierat, ut inquit Barto. in l. 1. numero decimo. ff. de actio. & obligatio. atque eſſet monſtrũ in iure ut actio utilis, actionem aliam utilem produceret, ideo opus eſt, ut ratione hypothec. interdictum utile detur quòd hypotheca ſit directa, non utilis ſolum, ita uidemus

quòd

Source : BIU Cujas

quòd ſi habens actionem cedat,utilem transfert tantum, & remanet apud eum directa,ut not. in l. quis ergo caſus.ff.de pecul.& in l.3.ff.pro ſocio,& illa utilis, quæ apud cedentem erat cauſalis, efficitur formalis; ſed ſi ceſſionarius cedat nihil apud ſe retinet,quia erat ſolum apud eum utilis,quæ unica ſola eſt,nec materiam propriam, ſed mutuatam, & extenſam habet, adeo, ut quæſitum ſit a doctoribus utrum actio
22 † utilis datiua ſit,an natiua, quod non arbitrabantur habere præexiſtentem aliquam materiam.de quo per Bart.in dicta l. 1.& per gloſſ.& docto.in l.ex legato nominis. C.de lega. per glo.& docto.rub.in fi.C.quorum bonorum.late Bart.in l.prima.2.lectur.C.de actio.& obliga.num.16.cum ſequen.ſed licet materiam habeat præexiſtentem,non tamen ea propria eſt,ſed mendicata,quæ alterius formæ capax non eſt,& ideo Saluianum interdictum, nunquam dari poteſt habenti ſolũ utilem hypothecam, quia daretur duplex extenſio, una ex hypotecha directa ad utilem, quæ extenſio ponitur in d.l.1. C.commu.de lega.altera de iſta utili ad Saluianum extra ſuã materiam locationis;& ita utili ex utili produceretur,quod fieri non poſſe manifeſtum eſt. ideo nec in materia ultimæ uoluntatis,nec in materia l.fin.C.de ſacroſ.eccle.Saluianum interdictum poterit competere. nec ſi recte conſideretur
23 hoc interdictum † Saluianum eſt ita maximi momenti,& vtilitatis, ut uulgo exiſtimat,quia,licet ſit poſſeſſorium adipiſcendæ, ut inſtitu. de interdict.§.in interdictum quoque Saluianum, & ideo ſufficiat poſſeſſionem ſolam coloni probari,ut ibi nota.& per Bart.& Pau.in l.rem alienam.ff.de pign. actio.& a ſententia in eo lata non appelletur, ut per doctor. in d.l.1.C.de preca.& Saluian.interdi.ubi omnes hoc tenent. ex quo etiam fiet, cum poſſeſſorium ſit hoc remedium, exceptiones,quę requirunt latiorem indaginem,& ius proprietatis reſpiciunt, repellantur in iudicio Saluiani, & ita communiter ſolet ſeruari. tamen, ut ego exiſtimo, non ita ſummarium,nec compẽdioſum eſt hoc iudicium Saluiani, quia omnia illa, quæ reſpiciunt proprietatem cauſæ principalis, ideſt obligationis,cui pignus accedit,non ſummarie,ſed pleniſſime, non unica ſententia, ſed tribus etiam, ſi interdicto Saluiano actum ſit,ſunt terminanda. & hoc manifeſtum eſt, nam hypotheca non poteſt ſine principali obligatione ſtare. ff.de pign. in l. res hypothecæ. & in regula iuris uulgata.quo fit,ut duplex ſit iudicium,in primo enim agitur an obligatio principalis ſubſiſtat,in quo dubium non eſt opus eſſe pleniſſima cogitatione,& tribus ſenẽtiis. hoc enim proprietatis iu
24 dicium † eſt hypothecariæ actioni, uel Saluiano præiudiciale, ideo prius de hoc cognoſcendum eſt plene,non enim prius obtinere poteſt in hypothecaria,uel Saluiano,quàm ſi probatum fuerit debitum,cui hypotheca accedit.text. eſt in l.fundum Titianum, & in l.fundi quem. in fi. ff.de exceptio. tex.eſt.ff.famil.herciſ.in l.1.uerſic.ſed ſi is,qui poſſidet, adeo quòd ceſſabit hypotheca, uel Saluianum, uel ſilebit, donec de debito cognitum ſit,ut vult Bart. in iis præiudicialibus,in quibus,abſolutoria lata in prima parit exceptionem rei iudicatæ in ſecunda,ut per ipſum d.l.fundum. col.fi.alleg.glo. in l.generaliter.eod.tit.& d.l.1.ff.famil. herciſ. ſed abſolutoria
25 lata ſuper debito † conſumeret hypothecam,ergo ſilendum erit in hypothecaria,uel Saluiano interdicto ex iis,quæ dicit Bart.ibidem nu.9. & licet uideatur quòd hypothecaria cum perſonali poſſit cumulari, vt in auth. de fideiuſſo.§.ſed nec. col.1.quod ſatis doctores torquet.id tamen ex eo eſt, quòd uideatur eſſe præparatoria actio perſonalis ad hypothecariam ſecundum aliquos,quo caſu cumulatio admittitur, ut per Dec.in l.edita.actio.num.70.C. de edend.tamen id non impedit,quin plena cognitio debiti præcedere debeat,cum ſine debito hypotheca ſtare nõ poſſit.ideo alii uolunt,quòd conditionaliter cumulari poſſint in dict.§.ſed neque, ut per Paul.de Caſtr.de quo in ſimili ſupra dictum eſt prima parte. capitulo quarto.numero duodecimo.alii uero ſimpliciter, quia eſt acceſſoria,ut per Soc.in d.l.fundum. num.3.de quo aliàs,nunc aurem hoc ſufficit, quòd cognitio ſuper debito principali requiratur omnino,& quòd,donec cõſtat de debito ſufficienter (quòd conſtare non poteſt niſi res ſit iudicata) non poterit ad executionem in Saluiano,uel hypothecaria deueniri,niſi quando debitum quis non inficiatur, ut ff.famil.herciſ. in l. 1.& ita poteſt intelligi ultra docto. dict. §.ſed nec.quia ibi non negabatur debitum, ſed ſolum circa hypothecam erat conrrouerſia, & ideo quæſtio erat contra quem prius agi deberet.aliter enim intelligendo dictũ §.uiarentur plures regulæ impedientes cumulationem,de quibus in l.edita actio.denique in debito, cui hypotheca accedit,ſi hypothecaria agatur duplex eſt petitorium iudicium, primum in eo uerſatur,an debitum ſit, ſecundum poſtquã conſtat de debito,de iure hypothecæ quæritur, quia probari debet,rem hypothecæ ſubiectam in bonis debitoris obligantis fuiſſe.ff.de pigno.actio.in l. rem alienam, hoc ſecundum iudicium petitorium excuſatur per Saluianum interdictum,quia poſſeſſorium eſt, ideo exceptiones reſpicientes petitorium,niſi in continenti oſtendantur, excludũtur, & in hoc compendioſius hoc remedio agitur, ubi competit,quia non erit duplex petitorium,nunquam tamen excuſatur pleniſſi. (ſi negetur) debiti cognitio,ſicut,ſi cum fideiuſſ.ageretur,poſſet de defectu debiti excipere, & cognoſci de debito deberet.C.de non nume.pecu.in l. tam mandatori.ita poſſeſſor pignoris de non iure principalis debiti oppo nere poteſt,& plene cognoſcetur,& tres ſententiæ ſuper debito requiruntur,ſed poſt has tres ſententias ſuper pignore, ſi Saluiano interdicto agatur, erit unica ſententia ſufficiens & de poſſeſſione non de proprietate rei pignori deditæ cognoſcetur, niſi in continenti exceptio dominii oſtendatur. & ita habes interpretatam materiã Saluiani interdicti. Nec contra ſupradicta me mouerit,quòd dici ſolet,in incidenti-
26 bus non eſſe opus pronuntiare, † quia pronuntiando ſuper cauſa principali uidentur incidenter pronũtiatum per proceſsum ad ulteriora.iuxta gloſſ.ubi doct.C.de ordi. iudicio. in l.prima.ff.de mino.in l.ait prætor. §. permittitur. per Iaſſ.ſi quis in ius uocat. non ier. in l.ex quacunque. ubi alleg. alios.numero quadrageſimoquinto.Felyn.extra de re iudi. capitu.ſuborta.numero tertio.quia id non procedit in materia noſtra,in qua cauſa principalis eſt debiti, pignoris uero acceſſoria,ideo ſi opponatur quòd pignus non ſubſiſtit, quia nec debitum eſt, de eo ante omnia cognoſci, & iudex in primis ſuper hoc pronuntiare debebit, ut in dicta l. fundum.& in dicta l.fundi.ff.de exceptio.& fami.herciſ.l.1. quĩ tex.hoc aperte probant,eritque optima declaratio ad dictã glo.l.primę.C.de ordi.cogni.& licet concederemus non opus eſſe pronuntiatione,ſed ſufficere ſuper pignore pronuntiare,uel hypothecaria,uel Saluiano, uidereturq; exceptiones,procedendo ad ius hypothecæ iudex repuliſſe,negari tamen non poteſt,cum ſit præiudiciale hoc iudicium,debere plene de debito cognoſci, & etiam, ſi in Saluiano pronuntietur,appellationem dari non ratione Saluiani, quod poſſeſſorium ſit,ſed ratione quæſtionis incidentis,cui fit prę iudicium in proprietate.& ita intelligi debet, quòd dici ſolet,
27 quod ubi cauſę poſſeſſorii, † & dominij ſunt complicatę,etiam in poſſeſſoriis dabitur appellatio,ut not.Bald.conſilio 141.circa fin. lib. primo.& 330. ideo, niſi debitum fateatur reus,licet neget ius hypothecæ, uel res ſit iudicata ſup hoc, ſemper appellari poterit,etiam in interdicto Saluiano, ut fere in iis terminis reſpondet Bald.conſilio 331.uolumine primo. niſi enim pars fateatur ſemper de incidenti principali, cuius acceſſorium intentatur,cognoſci debet. tex.ſingu.in dicta l.prima.famil.herciſ.ff.quam ualde not. & ſatis probatur in d.l.fundum.& in l.fundi.& ita intelliges quando dicatur miſta cauſa poſſeſſorii, & petitorij, qđ Docto. non ita declarant.nam quòd Augu. Bero.in ſuis quæſtionibus quæſtio.91.vult,quòd ſi remediis poſſeſſorijs, ſeu interdictis re-
28 cuperandæ,retinendæ,uel adipiſcendæ reus † condemnetur in poſſeſſione, ſimulque in reſtitutione fructuum talia ſententia poſſit appellari, quia miſta eſt hæc cognitio, falſum eſt.hic eſſe miſturam petitorij,& poſſeſſorij, quia in interdictis etiam ſua natura ueniunt fructus,ut ſunt notiſſima iuris principia.ff.de ui & ui arma.in l.prima.§.ex die.ff.quod ui; aut clam.in l.is qui puteum.§.quod autem prætor. ff. de interdi.in l.3.cum ibi not. cum ergo ex natura interdictorum fructus ueniant, neſcio quo pacto ex fructuum condemnatione mixta cauſa dicatur,quæ ſimplex, & pura eſt, nec aliquid extraneum a ſua ſimplici natura contineat. nam quòd Bald. C.ſi de momenta.poſſe.l.uni.2.col.uult,quòd ratione fructuum appelletur,non id ratione mixturę.Bald.contingere dicit,ſed alia ratione id erit, quam Ripa ponit in capitul. ſæpe.colum.fina.extra de reſtitu. ſpoliato. ſi uerum illud dictum ſit.ſed quia longam diſputationem requireret, & maximam difficultatem habere uidetur, ut ad rem noſtram redeamus,omitto.

Ex ſupradictis intelliges quomodo dominium rei emptæ ex fructibus, ſeu redditibus eccleſiaſt. pertineat ad eccleſiam,ita ut in eam tranſeat dominium ipſo iure, & an ſit utile, uel directum dominium quod ſine traditione quæritur eccleſiæ, & quomodo etiam cum ipſo concurrat obligatio perſonalis,& hypothecaria. ex quib. neceſſario infertur idẽ iuris eſſe de ipſiſmet fructibus,ſeu redditibus,quòd eſt de rebus ex eiſdem redditibus comparatis, ut dominium ſaltim utile eorum ſit apud eccl. ideoque cleri. ipſos in alios uſus, quàm in ſibi neceſſarios,& alios pios expendendo lege iuſtitiæ peccati mortalis, & reſtituendi neceſsitatis reum fieri. Quinimo, qd fortius eſt, poſſet defendi, non ſolum dominium eorum,quæ ex fructibus beneficiorum acquirit clericus,in eccleſiam transferri,uerum etiam poſſeſsionẽ, exemplo ſerui,uel filii familias,qui ex re peculiari noſtra non ſolũ dominium,uerum etiam poſſeſsionem etiam ignorantibus nobis acquirit, ut probatur in l.1. §. item acquirimus. ff. de

acquir.

Source : BIU Cujas

acquirend. poſſeſſio. ubi ita Paulus inquit. item acquirimus poſſeſſionem per ſeruum, aut filium qui in noſtra poteſtate eſt, & quidem earum rerum quas peculiariter tenent, etiam ignorãtes, ſicut Sabino, & Caſſio, & Iuliano placuit, quia noſtra uoluntate intelligunt poſſidere, quod eis peculium habere permiſerimus, ſic etiam clericus, peculii nomine hęc habere uidetur, ut per tot. extra de pecul. clerico. qui etiam † ex re eccleſiaſtica, ut dictum eſt, ut ſeruus domino, uel filius patri, ita eccleſiæ acquirit. & ſic in hac ſpecie ceſſarent ſupradicta, & dominium, quod eccleſiæ quæritur, eſſet directum, & non utile, cum ſimul cum poſſeſſione quæratur, maxime, quia ut in d. §. item acquirimus. notant omnes, etiam ſi non ad peculium dictæ res pertinerent, dominium earum, & poſſeſſio per ſeruum, & filium patri, uel domino etiam ignorãti quæritur. ſic uidetur in clerico ex cauſis, ex quibus eccleſiæ ſolet acquirere, ut ex emptis ex fructibus beneficiorum. ſed quia noua eſt hęc opinio, nec per aliquem doctorum noſtrorum tentata, ideo aliis iudicandum relinquo.

39

SVMMARIVM.

1 *Ante diuiſionem, quando bona eccleſiarum erant communia, clerici ſolum uictum, & ueſtitum poterant ſibi uindicare.*
2 *Diuiſio non mutauit naturam bonorum, & infra nu. 7.*
3 *Quo tempore facta fuerit diuiſio.*
4 *Qui iure ſuo poteſt in uita diſponere, & in morte diſponere poterit.*
5 *In epiſcopo, uel clerico non eſt impedimentum teſtandi ex perſona ſua.*
6 *Matrimonium in morte contrahi poteſt, & an filij legitimentur tunc in præiudicium ſubſtituti, & quid de uoto religionis.*
7 *Diuiſio non mutauit eccleſiaſticorum bonorum naturam.*
8 *De intellectu c. fi. de his, quæ fiunt a maior. par. cap. latiſsime.*
9 *Reprobatur intellectus Decij ad d. c.*
10 *In poteſtate clerici, & arbitrio eſt in quos uſus pios ſuos redditus diſpenſet.*
11 *Diuiſio antiqua, clericorum culpa eſt conturbata.*
12 *Pars pauperum an perierit, & cuius damno perierit.*

Caput 3.

De diuiſione bonorum eccleſiaſticorum facta per canones antiquos.

QVintum argumentũ pro iſta opinione, quod fortiſsimum uidetur, tale eſt, non eſt dubium quòd ubi ante diuiſionem †bona eccleſiarum poſsidebantur in communi, clerici ſolum poterant ex bonis eccleſiaſticis ſibi necessaria in uictum, & ueſtitum aſſumere, reliqua erant in pauperum ſuſtentationem, & alias eccleſię neceſſitates expendenda, tex. eſt in canone, quia tua fraternitas. 12. q. 1. ubi inquit Gregorius, cõiter autem uiuentib. iam de faciendis portionibus, uel exhibenda hoſpitalitate, & adimpẽda miſericordia, a nobis quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt, neceſſitatibus in cauſis piis, ac religioſis erogandum eſt, Dño magiſtro omnib. dicente, quòd ſupereſt, date eleemoſynam, & oĩa munda ſunt uobis, & diuus Hiero. in eadem cã 12. q. 1. cuius uerba ſupra retulimus in 1. argu. & nullus eſt, quem ego uiderim, qui non fateatur ante diuiſionẽ factam de fructibus, & oblationib. eccleſiaſticis, inter epm, & fabricam eccleſiæ pauperes, & clerũ, de qua in canone, mos eſt, & in c. uobis. & in c. vulteranæ. in fi. & in c. conceſſo. & in canone quatuor, & in c. de redditibus, & in c. cognouimus. 12. q. 2. cpm, & alios clericos vltra ſibi neceſſaria ex cõibus rebus uſurpantes ad reſtitutionem teneri. hanc. n. opinionem admittunt, ẽt omnes illi, qui attenta diuiſione præfata improbant opinionem Archi. & ita expreſſe B. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. ſupra allega. & ibidem Caieta. affirmant hoc, & Reuer. P. F. Domi. de Soto dict. li. 10. de iuſti. & iur. q. 4. art. 3. & hoc manifeſte apparet, quia ex lege iuſtitiæ re communi non poteſt quis uti, niſi ad eos vſus, ad quos res ipſa deſtinata eſt, ut in l. Sabinus. cum ſua glo. ff. commu. diui. & in § religioſum. & in §. cõem, ubi bene loquitur Io. Fabr. inſti. de rer. diuiſio. facit tex. cum ſua glo. in l. arboribus. in §. nauis. ff. de uſufru. & tex. in l. in re cõi, & in l. ſed ſi inter me & te. ff. de ſeruitu. urbano. prædi. nec enim iure cõi, quod priuatim intereſt vnius ex ſociis, fieri dẽt, ſed quod ſocietati expedit, ut inquit text. optimus in l. actione. in §. Labeo. ff. p ſocio, & ita in illo tex. notab. d. c. res eccleſiæ. 12. q. 1. ſupra alleg. inquit Vrbanus Papa. res eccleſiæ non quaſi propriæ, ſed ut cões, & Deo oblatæ cum ſummo timore, non in alios, quàm in præfatos vſus, ſunt fideliter diſpenſandæ. iuſtitiæ enim munus eſt (ut Cicero inquit) ut communibus pro communib. quis utatur, priuatis autem, ut ſuis.

1

Sed dicta diuiſio non immutauit dictorum bonorum natu-

2 turam † quod patet, quia hæc diuiſio fuit facta tempore Simplicii Papæ, ut probatur in canone. de redditibus, ſupra alle. 12. q. 2. & tempore Gelaſii poſtea fuit etiam ſtatuta, ut in d. cano. uobis enim, ut per Gregorium in c. cognouimus. cũm ſequent. quæ tempora ſupputat R. P. Domini de Soto in d. q. 4. art. 3. qui dicit factam fuiſſe † diuiſionem prædictam circa annum Domini quadringenteſimum ſeptuageſimum, & ita fere centeſimo ab hinc anno ſupra milleſimum, poſt longum poſtea tempus in concilio Lateran. 2. de quo in c. cum officiis. ſecundum canones antiquos, ut ibi refertur, & poſtea per Innoc. 3. licet male inſcribatur Alex. 3. in ca. relatum 2. extra de teſtamen. fuit declaratum, acquiſita ex redditib. eccleſiaſt. moriente beneficiato ad eccleſiam pertinere, nec de eis diſponere poſſe, & ſi in diuerſis eccleſiis habuerit beneficia, inter illas eccleſias eſſe diuiſionem faciendam ſecundum congruam extimationem, ut ibi dicit text. quod non eſſet, ſi fructus beneficiorum, & ex illis acquiſita mobilia, uel immobilia, ita fierent beneficiati, ut ſunt bona proprii patrimonij, de quibus libere diſponere poteſt vt ibidem. ſignum ergo manifeſtiſſimum eſt per diuiſionem nõ eſſe mutatam dictorum bonorum conditionem. Item ſi proprij dicti fructus fierent, & de his diſponere poſſent clerici arbitrio ſuo, aliquis tex. reperiretur in iure, qui dictam diſpoſitionem permitteret, cum tamen in toto iure canonico non reperiatur talis permiſſio, immo per contrarium prohibetur, ne clerici

4 † teſtentur de quæſitis ex re eccleſiæ, & ex redditibus beneficiorum, vt in d. cap. relatum. vbi tex. loquitur de eo tempore, quo erãt erecta beneficia, & bona clericis ſeparata vt hodie ſunt, & de quibus eſt propoſita noſtra quæſtio, & huius nſri tractatus arguũ. vt ex d. tex. in fi. ipſius apparet. ergo verũ non eſt clericũ effici dñm fructuũ ſui beneficij, ita, vt libere poſſit diſponere in vſus, quos uoluerit. ſi enim hoc poteſt, poſſet ẽt teſtando hoc facere. vt in auth ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & in c. filius noſter. de teſta. quod patet, quia impe-

5 dimentũ † teſtandi non eſt in epõ, uel clerico rõne ſuæ pſonæ, cũ nec epalis ſtatus impediat quominus dñs bonorum eſſe poſſit. niſi n. proprio voto quis ſe aſtringat ad ea, quę ſupererogationis ſunt, non tenetur, ita ex conſequenti nec ad paupertatẽ. vt d. S. Tho. 2. 2. q. 185. artic. 6. & frat. Dominic. de Soto. d. lib. 10. q. 4. art. 3 ideo epi, & clerici apti ſunt ad dominium bonorũ obtinendũ, & de eo in vita & in morte diſponere poſſunt. vt c. 1. & c. quia nos. extra, de teſta & 12. q. 5 per totam. ſi ergo de fructibus beneficiorum non poſſunt teſtari, id magis ex rei natura, quã perſonæ proueniet, nec. n. in iure admittitur, vt qui iure ſuo in vita de aliqua re diſponere põt id in morte facere prohibeat. nã quæ ſanis concedũtur, & infirmis ſunt pmiſſa. l. ſenũ. C. qui teſtam fac. poſſ. text. in

6 l. ſanũ. C. de tranſac. ſic videmus quod proximus morti † põt votũ religionis emittere, & ſicut ſi ſanus corpore eſſet obligatus vt in c. ſicut. 2. extra de regularibus. & eadẽ rõne, & mrimoniũ eo tpe ꝯhi poterit, vt per Io. And. in reg. ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. Cyn. in l. nuper. C. de natu. libe. & late Albe. in l. cum quis. eodem titu. Dec. conſi. 175. nume. 7. & per doctores in l. ſed eſt quæſitum. ff. de liber. & poſthum. & operabitur omnes effectus, ut filii legitimati excludant ſubſtitutum, quicquid ibidem dixerit male Socin. poſt Ang. qui uolunt quòd tale matrimonium fieri non poſſit, ut filii legitimentur in præiudicum ſubſtituti, & Dec. in c. in pñtia. num. 56. de proba. in eo ꝙ de matrimonio loquitur, licet in eo ꝙ de ingreſſu religionis eo tempore facto, ut non excludatur per eũ ſubſtitutus concludit, bene dicat. eſt. n. maxima dñia quicquid dicat Pariſi. conſi. 13. nu. 56. & 67. uol. 1. quod non examino, quia eſt extra noſtrum argumentum, ſi aliquando Deus otia dederit, ut alia noſtra ſcripta, quæ nunc pp uarias occupationes in puluere iacent, vulgare poſſimus, latius oſtendemus: interim ſufficiat allegare tex. fere expreſſum in l. filiũ quẽ in ptãre. §. ſed cũ exhæredatio. in uerſ. erit ergo uenale beneficiũ. ff. de bo. poſſ. contra tab. & c. de his. de ſepul. ex quorum concordia ueritas opinionis noſtræ apparebit, facit tex. in ca. fi. 20. q. 3. ergo diſponere clerici poſſent infirmi, ſicut ſani, ſi in bonis nõ eſſet aliqua qualitas, uel natura, quæ eos impediret, hæc ſcilicet, quod dñi non ſint, alioquin perſonæ ipſorum hoc tribuere, ut non poſſint ut in uita poſſunt, diſponere in morte, eſſet inuidioſum, quòd olim l. fuſia canina inuidioſe ſtatuebatur, & iuſte correctum eſt ut Inſtit. de l. tuſi. cani. tollen id & in terminis noſtris contrarium diſponitur in d. c. 1. de teſt. & in capitulis aliis ſupra allega. & licet Petr. & Cyn. in authen. licentiam. C. de epiſ. & cleri. dicant inuidiam ſupradictam induci ab eis, qui dicunt clericos in uita uſufructurios eſſe, in morte uſuarios, tamẽ uel id efficiet, ut nec in uita uſufructuarii ſint, & ita faciet pro iſta parte, uel ut Bald. ibidem dicit, ex eo fit, quòd in adminiſtratoribus potentius eſt ius in uita, quàm in morte, quod iſtam opinionem confirmat.

Sexto probatur d. opinio, nam diuiſio, de qua in præce-

denti

Source : BIU Cujas

denti argumento, facta fuit ea ratione', ut melius Eccleſiæ miniſterio,& pauperum neceſsitatibus prouideretur, ut ex ipſis text.ſupra allegatis apparet,ſicut etiam ſimiliter factum eſt: ut licet initio orientis eccleſiæ tempore Apoſtolorum prædia, & immobilia uendebantur, & pretium afferebatur Apoſtolis,& Dei miniſtris,ut pauperibus,& ipſi eccleſiæ de ſeruientibus ex illis prouideretur, poſtea tamen, ut inquit tex.in c.uidentes.12.q.1.Videntes ſummi ſacerdotes,& alii, atque leuitæ, & reliqui fideles plus utilitatis poſſe conferre,ſi hęreditates,& agros,quos uendebant,eccleſiis quibus præſi debant epiſcopi traderent, eo quod ex ſumptibus eorum, tam præſentibus,quàm futuris temporibus plura,& elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem uitam ducentibus, quàm ex pretio ipſorum, cæperunt prædia, & agros, quos uendere ſolebant matricib. eccleſiis tradere, & ex ſumptibus earum uiuere.Et ſic iſta mutatione uſus rerum ipſarum natura non eſt mutata, nã eodem modo fructus ex eis expendi debent,quo olim res,& pecuniæ ipſæ expendebantur, ut in canonibus ſupra allegatis, ita eodem modo facta diuiſione,ab eccleſia in dictas quatuor portiones,natura ipſa rerum † eccleſiaſticarum non eſt mutata. eiuſdem enim 7
rationis partes eſſe ſolent,cuius eſt totum, ut ff.de uſur.l.qui ſcit.& ff.de rei uendica.in l.quæ de tota. cum multis concordant.allegat.in gl.d.l.qui ſcit.in c.ſi ciuitas,uel caſtrum.uerſi. ratione.de ſentent.excomm.lib.6.late Philip.Dec.in l.cuius effectus.ff.de reg.iur.ideo ſicut ante diuiſionem fructus oẽs debebant in pios,& neceſſarios uſus, & a canonib. approbatos expendi, ita poſt diuiſionem quælibet ipſorum pars eo iure cenſebitur. & ita dicit R.P.F.Petrus de Soto.ſupra alle. in lib.de inſt.ſacerdo.2.parte.de uita ſacerdo.ſerm.3.de bon. eccl.& eorum uſu.etiam facta quacunque diuiſione & applicatis quocunque modo fructibus ecclęſiarum miniſtris, nõ poſſe licite ex eis aliud quęri,quàm ſuſtentationem honeſtã quidem pro qualitate miniſtri,& miniſterii.hęc ferè ſunt uerba ipſius.diuiſio enim hæc ſicut de prædio, quod ut melius colatur diuidi ſolet,dicimus, in nihilo mutat rei naturam, uel deſtinationem,ut probat textus notab. in l.Caius Seius. §.Titius.ff.de leg.2.& in ter. noſtris, ꝙ diuiſio prædicta non mutauerit eccleſiaſticarum rerum naturã, ſed quòd de portione aſsignata, quod ſuperfluum eſt debeat in uſus aliorũ, cum quibus ante diuiſionem ea portio erat communis,deſeruire.tex.eſt notab.in d.c.uobis enim.12.q.2. ubi Gelaſius, qui ordinauit,ut debeant fieri dictæ portiones fructuum ecclęſiaſticorum inter Epiſcopum, clerum,pauperes,& fabricã,diſponit,quod ſi de quarta, quæ obuenit fabricæ aliquid ex annua impẽſa ſupererit uel reſeruetur,ut ſi maior emerſerit fabrica,poſſit eidem deſeruire,uel ematur poſſeſſio, q̃ utilitates reſpiciat communes.eadem rõne, ſi de parte pauperum,epi,uel clerici aliquid ſuper fuerit, uel ſeruabitur ne ceſſitatibus ipſius cleri,ſi ſe inſinuauerint,uel in cões uſus rebus emptis erunt redditus ampliandi:non ergo diuiſio naturam rerum eccleſiaſticarum mutauit.& hoc ẽt in caſu cõtrario,ꝙ ex portione applicata clericis debeat ẽt prouideri fabricæ eccleſiæ,ſi indigeat,probatur per tex.notab. in ca.ſi. de his,quæ fiunt a maiore parte capituli,† quem ad hoc no. 8
R.D.Marti.Nauar.in d.tract.q.1.nu.39.in fi. allegando Abb. qui eum maxime commendat in c.cum oẽs de conſt.col.3. & ibid.Fely.ubi probatur,ꝙ ſi fabrica eccleſiæ indigeat,põt epiſop.cum maiori parte capituli ex portione capitulari aliquid applicare in præiudicium ẽt partis maioris repugnãtis. ex quo apparet ea bona eius eſſe naturæ, & ad dictos uſus uideri deſtinata, ad quos ſocius inuito ſocio, poteſt uti,ut ſupradictum eſt,alioquin,ſi non eſſet talis naturæ,potior eẽt conditio cuiuslibet contradicentis,ſi ſua intereſſet,quã aliorum cõſentientium.ut in l.Sabinus.ff.cõmu.diui. & in l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſtic.prædi.tex.notab.in l.ſi priuatus.ff. qui & a quib.manu.lib.non fiant,& in l.ſi autem plures.ff.de aqua pluu.arcend.text. ubi Din.& alii in regu.quod omnes tangit.de reg.iur.lib.6.& c.cum oẽs.de conſt.fab.in §.ex nõ ſcripto.nu.11.inſtit.de iur.natu.gen.& ciuil. per recentiores in d c.cum oẽs.& in l.ſuum hæredẽ.§.fi.de pact. & in l.maiorem.& in l.reſcriptum.& ita Abb.in c.cum omnes.intelligit dictum c.fi.de his,quæ fiunt a præla.ꝙ ideo ibidem id fieri poteſt,quia diſponitur de re ad uſum, ad quem deſtinata 9
eſt,& licet aliqui ex recentioribus ibidem, † ut Dec.3.colu. dicat illum tex.intelligi ex noua prouiſione ſummi Pontifi cis,id tñ nihil promouet,ne ille tex. probet dictam cõcluſionem,quia Pontifex id non ſtatuit ſine ratione,& id uult eſſe ius cõe, cuius ratio non põt aliunde ſummi, niſi ex natura ecc eſiaſticorum bonorũ. nec me mouet,ut ab hoc intellectu recedam,alia ſubtilis ponderatio Decii,qui uult contra Abbatis opinionẽ non poſſe dici in d.c.fi. ideo maioris partis uoluntatem in præiudicium aliorum attendendam, qui utuntur re ad uſum,ad quem eſt deſtinata, quia, ſi hoc eſſet uerum,non requireretur conſenſus maioris partis,ſed ſufficeret uoluntas cuiuslibet, quæ ſufficere ſolet ẽt aliis inuitis, ut res in uſibus deſtinatis uerſetur,ut l.uel quæpater. in §.1. & l.ſi plures.& l.ſunt perſonæ.ff.de reli.& ſump.fune.non.n. Dec.conſiderat,nec recte perpendit,quod licet uſus deſtinatus fructuũ,ſeu reddituum ecclaſiaſticorum ſit, ut in paupe res,epm,clerum,& fabricam expendãtur, tamen eſſe aliam deſtinationem ſpecialem,facta dicta diuiſione, ſecundum quam eſt alia magis ſpecialis prouiſio,per quam in d.c.fi.fructus illi clero ſpecialiter, & principaliter erant deſtinati, ut ex illis ſuſtentarentur. a qua deſtinatione ſpeciali non eſt recedendum,niſi cõſtet ſuperfluere in illum ſpecialem uſum, & indigere fabricam, ad quod iudicium interponendum, non cuiuslibet ſententia ſufficiet,ſed maioris partis,cum id non ſimpliciter,& ex ſola aſſertione uerum ſit, ſed ex cauſæ cognitione dependeat.ideo maioris partis conſenſus eſt neceſſarius,maxime quia,licet uerum ſit clericum ſuperflua in 10
pios uſus debere diſpenſare, † non tñ aſtringitur, ut magis in hos,uel in illos uius diſpẽſet,uel in fabricam, uel in hoſpitalitatem peregrinorum,uel in pauperes,uel in captiuorum redemptionem, uel alia ſimilia, ſed illius pendet arbitrio, ut dicit diuus Tho.quodli.6.art. 12.ad 3. & ex mente pluriũ decretotum 12.q.2.colligitur,qđ ſequitur bene R. D.Marti. in d.tract.q.1.nu.60.ad priuandum ergo clericum hoc arbitrio opus eſt,ut interueniat cauſa, cuius diiudicatio non uenius,uel alterius,ſed maioris partis ſentẽtiæ eſt committenda.& hic eſt notab.intellectus d.c.fi.quod docto.noſtri non ſatis explicant,& hoc ita probatur,nam, ut ſupra ẽt uidimus contra gl.in l.cum hi.§.eam tranſactionem. ff. de tranſactio. non ſufficit, ut alienatio rei eccleſiæ in utilitatem uergat eccleſiæ,niſi cum ſolennitate,& interuentu eorum quib. a iure hæc res commiſſa eſt,ea alienatio fiat.nõ enim ſufficit uti litas,niſi ab iis,quibus hæc res a iure cõmittitur, ut talis approbetur,uel iudicetur. tunc enim actus perfectus efficitur cum cauſa ſolenniter eſt approbata. ita in ſpecie.d.c.fi.non ſufficit, ut neceſſitatis cauſa ſubſiſtat, ut bona ſuſtentationi clericorum applicata in fabricam conuertãtur,niſi iudicio maioris partis,ut talis approbetur:& iſte eſt uerus illius tex. intellectus,licet doctores noſtri,non ſatis ſint aſſecuti.in cuius intellectus confirmationem etiam adduci poteſt tex.ille notab.in l.ſi hominem.ff.mandati,ubi probatur, quòd procurator ſpecialis,cuius aliàs ſemper eſt potior poteſtas,ut in l.in toto iure.ff.de reg.iur.in l.doli clauſula.ff.de uerb. obli. poteſt impediri a procuratore generali ex ſuperuenienti iuſta cauſa.not.Bar.in l.ambitioſa.3.col.de decret.ab ordi.facien.c.Bal.in l.1.C.de iur.aur.anulo. Pau.de Caſt.in l.duas. ff.de petit.hære.& doct.in uariis locis.Fel.aliqua refert in c. 1.7.col.extra de conſti.latius Tiraquel.in tract.de temperan. pen.leg.in præfatio.nu.25.cum ſeq.nimirum ſi in d.c.fi.recedatur ab illa facultale ſpeciali,quæ conella eſt clerico, ut de parte ad eum pertinẽti libere ad pios uſus, quos uelit diſponat,& reſtringatur,ut in certum, & præſcriptũ uſum aliquid de ea diſpenſetur,ad hoc tñ faciendum iudiciũ maioris partis,ut ibi dr̃,eſt neceſſarium,quia pręcipue ad alium uſum.ſ. miniſtrorum erant deſtinata, deinde uero quatenus eis ſupereſt, in alios uſus pios arbitrio eorum ſunt expendenda, niſi neceſſitas aliqua urgeat maioris partis iudicio approbata,quæ iſtud arbitrium determinet,& reſtringat.

Septimum argumentum,quod non minus pro iſta opin. urgere uidetur, tale eſt, quicquid effecerit dicta diuiſio,& eſto quòd per eã portio clerico applicata libera effecta ſit, 11
tamen hac diuiſione † hodie clerici ſe iuuare non poſſunt, cum hæc ratio ſit conturbata,& ad proprium ſtatum culpa eorũ reuerſa res uideatur,ubi enim eſt illa pars quarta, quæ pauperibus fuit deſtinata? ubi fabricæ portio, quæ æquales epiſcopi,& clerici portionibus eſſe debent. nec dici poterit has partes periiſſe,idque periculo dominorum,nempe pauperum,& fabricæ,quamuis enim hoc iuri cõſentaneum ſit, ut res pereat periculo domini,vt C.de pign. act.in l.pignus. cum concordan.& ita uideatur,quòd ſiue perierit hæc pars, 12
† ſiue non compareat,quod idem eſt.ff.de contrahen.empt. in l.in lege.& in lege Rutilia polla.pauperibus, & fabricæ periiſſe. quod clariſſimis uerbis admittere uidetur Frater Dominicus de Soto.de iuſti.& inr.lib.10.q.4. uel ſi culpa prælatorum,uel clericorum periit,quib. pauperum portio diſpenſanda erat commiſſa,ut infra dicemus, non uidetur præſentibus prælatis, & clericis prædeceſſorum culpa imputandũ. ſunt enim officiorum,& beneficiorum ſucceſſores,non cuiparum,ut in capit.primo.de ſolutio. tamen hæc dicere non poſſumus.

Primò,quia dicimus non eſſe uerum has portiones periiſſe in locis maxime,in quib.hodie decimæ ſoluuntur,& oblationes a fidelibus dantur,quarum etiam portiones,ſeu partes præfatæ fieri debent, ut in dict.capitu. quatuor. expreſſe dicitur,& in d.capit.de redditibus,& idem in locis, in quibus decimæ nõ ſoluuntur,nec obligationes dantur, quoniã

bona

Source : BIU Cujas

bona ecclesiæ quomodocunque sint quæsita, sunt eiusdem rationis,uel conditionis,& non solum omnia, quæ tempore diuisionis erant in bonis ecclesiarum,uerũ etiam ea,quæ a fidelib.quoquo modo denuo conferuntur in dictas quatuor partes diuidi debent,tex.notab. in d.ca.cognouimus. 12.q.2.ubi inquit D.Gregorius. cognouimus de redditibus ecclesiæ nouiter acquisitis ad canonicam dispositionẽ quartam minime prouenire,sed episcopos locorum distribuere tantummodo quartam antiquorum reddituum,nunc uero quæsita suis usibus retinere,quam rem prauam,sub introductamque consuetudinem paternitas tua uiuaciter emendare festinet,ut siue de priorib.redditibus,siue de his, quæ obuenient,uel obuenientibus,quartæ secundum distributionẽ canonicam dispensentur.incongruum namq; est,unam,eademque ecclesiæ substantiam duplici quodammõ iure censeri.huc usque D.Gregorius,& ita uidemus quòd,ut inuiolate prædicta diuisio seruetur, de relictis ecclesiæ episcopus habet suam quartam portionem,ut in c.quæsisti.extra de testam.& in c.conquerente.de offi.ordin.& in c.de quarta. de prescrip.ubi recentiores,& alii in trac.speciali,de cano.portio.episcopal.ex quibus manifeste apparet decreta supra allegata de diuidẽdis in quatuor partes bonis ecclesiæ,aliquando fuisse executioni demandata,licèt non defuerint uiri doctissimi, qui negent prædicta decreta unquam fuisse usu recepta,quod apertissime falsum est. cum ergo hodie portio pauperum,ecclesiarum,& fabricæ non compareat, euidens est conturbatam esse dictam diuisionem,quo fit, ut non minus portio pauperibus debeatur, ac si separata inueniretur. nam si uinum meum,uel granum cum tuo misceatur,si non nostra uoluntate commixtio fiat, nõ efficit quin retineatur dominium pro portione cuiuslibet,ut inst.de rer.diuisio.§. quod si frumentum.fac.tex.in l.arbor.in §.1.ff.commu.diuid.in uersi.quare.ubi inquit tex.sicut duab.masis duorum dominorum conflatis tota massa communis est.item damnum,& periculum omnibus sociis debet esse commune,ut in l.sed postquam.ff.commu.diui.item, cum cura harũ portionum,ut supra dictum est,ad præfatos prælatos pertineat. per tex.in c.uidentes,& c.Episc.& c.expedit.12.q.1. & l.uobis enim.& c.uulterranæ,& c.præcipimus.& in c.quatuor.& c.de redditibus.22.q.2.& cap.episcopus.10.q.2.uersimile est eos cum parte sua coniunxisse,uel inter eos,& clerum diuisam fuisse,& fabricam, & pauperes, culpa pastorum, qui in eorum perniciem luporum officium exercuerunt, his portionibus priuatos esse.ergo ex rigore iustitiæ,etiam si confusio talis effecerit,ut illa pars incorporata cum suis portionibus ipsorum propria effecta sit,iuxt.tex. in §. cum ex aliena materia.cum seq.inst.de rer.diuisio.excusari tamen non possunt. esto quòd cum eis summo iure non agatur ad totam portionem restituendam,saltem id,quod superest sibi in fabricis, & pauperibus sustinendis quare non impendatur. licet enim prædecessorum suorum culpa hoc euenerit,tamẽ quatenus culpa, uel delicto suorum prædecessorum est aucta eorum portio,& sic quatenus ad eos peruenit,ipsi etiam ex facto prædecessorum tenentur, iuxta iuris regulas manifestas,ut probatur in l.sed & si ex dolo.in principio. & §. itẽ si quid.ff.de peti.hære.& in lege,si rem,& precium,& in lege utrum.in princi.& in §.fi.cum legi,sequentibus, & l. duo.in §.fi.ff.ad exhib.& l.inde Neratius.in §.hanc actionem.ff.ad l.aquiliam.l.3.in §.ex furtiua.ff.de pecul. & l.prætor ait.in §. hoc interdictum.ff.de nou.ope.nun. & l.si publicanus. ff.de publica.& uectig.

SVMMARIVM.

1 *De intellectu.c.1.de eccles.ædifican.*
2 *Pauperes non habent actionem pro eleemosina exigenda.*
3 *In extrema necessitate existenti an detur actio pro eleemosina.*
4 *Omnia sunt communia in extrema necessitate existentibus.*
5 *Lege iustitiæ tenetur quis facere eleemosinam existenti in extrema necessitate.*
6 *Lex iustitiæ non semper obligat ad restitutionem.*
7 *An alimenta debeantur parentibus iure naturæ, uel solum ratione naturali.*
8 *Decimæ sunt institutæ in clericorum,& pauperum sustentationem.*
9 *Opinio,quam postea tenuit Archidiaconus, fuit Gratiani.*
10 *Assignatio rerum a patrefamilias facta,non transfert in filium, uel uxorem plus iuris,quàm prius habebant.*
11 *Maiores præferuntur in administratione.*
12 *Clerici egentes debent sustentari a parochianis.*
13 *Clericorum, Episcoporum, & pastorum nomen a dominio esse semotum.*

Caput 4.

De intellectu.c.1.de Eccl.ædific.& an ad eleemosinam possit dari actio, & an lex iustitiæ obliget semper ad restitutionem.

OCtauo comprobatur hæc opinio per tex.notab.in c.1.de eccle.ædifican.† qui 1
tex.sumitur ex concilio Maguntin. cano.42. tempore Leonis tertii,& Caroli Imperatoris, ubi inquit textus. Quicunque beneficium ecclesiasticum habent,ad tecta ecclesiæ restauranda,uel ipsas ecclesias emendandas omnino adiuuẽt. hæc sunt uerba dicti ca.1.licet in d.cano. concilii addantur hæc uerba, & nouam decimam reddant, quæ non fuerunt translata in d.c.1.quia forte illius decimæ nunquã fuerat habita ratio,nec recepta usu fuerit,sed,id quod de collatione, quã beneficiati debẽt facere pro reparatione ecclesię, & ita ille tex.uidetur decidere istam qõnem, nam ibi loquitur eo tempore,quo beneficia iam erant erecta, & ita portio certa beneficiati mensę applicata,& tñ lege iustitię cõpellitur contribuere ad reparationem ecclesiæ,seruata tamẽ sibi sustentatione necessaria,licet ibi nõ exprimatur, nam hoc ex aliis canonibus colligitur, in pari enim causa necessitatis potior est conditio possidentis,ut regulis uulgatis, & ut infra dicemus,partis sibi necessariæ Dominus est, nec aliquis est, qui hoc non fateatur,nam hoc ius etiam usuarii est,& lege iustitiæ,& charitatis,ut C.de seruit.& aqua.in l.præses.c.si non licet.23.q.5.in lege,si quis a liberis.§.fi.ff.de lib.agnoscen.& in terminis nostris est textus in c.de his.de eccle.ædifi. ubi beneficiatus tenetur ad fabricam,si ei aliquid superfit ex redditibus beneficii,ut dicit bene Siluester in uerbo eccle.2.uers. 6.& uersi.4.quæritur.& eadem ratione,cum egentes,& fabrica æquali iure utantur in bonis ecclesiasticis,ut dictis canoni.12.q.2.c.quatuor.cum aliis supra allegatis,lege etiam iustiæ egenis de superfluis subuenire tenebitur,sicut fabricæ tenetur.ex quo redditur dubia opi.glo.in c.sicut.2.47.distinct.
2 quę uult† pauperes nullam habere actionem ad eleemosinã exigendam,quod etiam alii doctores tenent. Abba.in cap.si quis propter necessitatem.de furt.extra post glo.in c.domino sancto.uerbo necesse.50.dist.& gl.in l.neminem.C.de sacrosan. eccl. gl.in c.ius naturale.1.dist. in uerbo communia. plures allegat And. Tiraquell.in suo tractatu, de nobilitate. in c.29.in nu.44.tamen dicunt, quòd tales pauperes possunt id denuntiare ecclesiæ,& iudicis officio possunt diuites cõpelli eo tpe ad subueniendum dictis pauperibus. omnia.n. ea,quæ pietatem respiciunt, officio iudicis ecclesiastici expediri debent,ut in l.hæreditas.in fi.ff.de pet.hære.sed illud hac fit de causa,quia ibi nõ datur specialis persona,cuius interfit, sicut etiam in l.seruos.de alimen. leg. iunct.l.quod attinet.ff. de reg.iur.nã si sit,non est ratio,qua ei actio denegetur,quicquid doct.uelint,ut supra probatum est.ad quod facit tex.d. c.1. nam si ecclesiæ datur condictio ex illo canone in beneficiatos pro refectione,quare & pauperibus, quorum æqualis est causa,per dictum canonem,nõ dabitur actio? æqualis aũt est,ut in diuisione supradicta patet,imo maior est,& urgentior causa pauperum,ut in c.gloria Episcopi.c.aurum ecclesia habet.12.q.2.cum oĩa ecclesiarum bona pauperum appellentur,ut supradictum est.si ergo fabricæ actio datur, quare non dabitur pauperibus? nec potest dici,id non iure actionis, sed officio iudicis exigi posse in specie.c.1.quia nulla est ratio,quando condictio ex illo canone non oriatur,ut in l.1. ff.de condi.ex lege,pauperibus autem,cum expressum id nõ sit,sed ex eadem ratione proueniat,utilis condictio danda erit,ut in §.fi.cum gl.insti.de l.aquilia.

Circa quod considerandum in primis est, quòd ubi quis
3 esset in necessitate† extrema,licet eo tpe magis de facto breui manu procedendum sit necessitate urgente,q̃ longo iudiciorum strepitu,si tñ eo miseriæ deuentum sit,ut in extrema necessitate,ẽt ad litigandum quis adigatur,actionẽ non denegãdam puto,cum de rigore, & necessitate iustitiæ oẽs eo tempore ad id teneantur,ut dicit Car.Turrec.in c.si generalis.in 86.dist.uersi.ad secund.in 8.conclusione,quia ciuili, & naturali, & diuino iure quilibet agere potest ad propulsandam extremæ necessitatis iniuriam.nam cur non poterit,iudicio experiri,si propria authoritate id facere põt, cum in ta
4 li necessitate† omnia sint cõia? ut inquit S.Th.2.2.q.32.ar.7. ad 3.& art.8.ad primum,& q.11.art.3.ad 4.Car.Turre cre. in c.quamobrem.fi.col.uers.ad secun.de pœni.dist.1. & in c.singulis.3.col.83.dist.ut probatur.ff.ad l.Rodia.de iact.in l.si laborãte.§.cum in eadem, uers. itidem.ubi gl.expressa,uerbo conferret,uult q̃ ex illa lege cõpelli possit quis,ut cõicet sua necessitatis tpe, quæ cõicatio magis respectu facti dici põt, quia de facto apud illum reperiũtur,q̃ quod sua sint,quia in ea specie cõia ipso iure omnia sunt,ut dictum est, ex D.Th. quia ius positiuum,quod dñia distinguit,quo iure,meum,& tuum

Source : BIU Cujas

tuum dici poteſt, data extrema neceſſitate non eſt conſidera
bile, ut per Cardi. Turrecrem. qui ſingulariter diſputat iſtam
quæſtionem in c. fraternitas. 12.q.2. quia in eo caſu dominiũ
opponitur directo iuri naturali, ex quo uitæ conſeruatio de-
ſcendit, & huic conſequentia omnia, & neceſſaria ad eã con
ſeruandam eiuſdem iuris naturalis cenſentur, ut ff. de iuſt. &
iure. in lege, ut uim, ita optime declarat Card. Turrecr. in c.
dilectiſsimis. num. 2. & 3. 12. quæſtione ſecunda. Car. Alex. in
d. c. finitas. ideo in eo caſu uim facere, capere, & furari licet
per ſupradicta, licet tunc non poſsit dici furtum, cum non
detur dominium in poſſidente, lege naturę repugnãte, ideo
5 in ea ſpecie lege iuſtitiæ † tenetur quis eleemoſinam facere,
& ita iure agi contra eum poteſt, & actio dabitur, & ita ex-
preſſe Caiet. 2.2.q. 118. art. 3. probat, dicens & l. iuſtitiæ tene
ri, & per iudicem ad id compelli poſſe, & ita in extrema ne-
ceſsitate opi. gl. d. c. ſicut. non procedet. ubi uero neceſsitas
non eſt talis, ut lege naturæ bona communia fiant, ex tola le-
ge charitatis non dabitur actio, nec iudicis officium. & do-
ctores noſtri, qui uolunt lege ſolius miſericordiæ, non iuſti-
tiæ teneri quem ad ſubueniendum pauperi exiſtenti in ex-
trema neceſsitate, apertiſsime errant, licet hoc ſequantur Re
ueren. Domi. Martinus Nauar. in dicto tract. quæſtione. 1. nu
me. 16. & in Manual. confeſſo. c. 24. nu. 5. & Frater Domi. de
Soto de iuſti. & iur. lib. 5. q. 3. art. 4. in obiect. & lib. 10. in d. q. 4.
art. 6. & in reſponſi. ad primum, & in prima cõcluſione, quia
non eſt dubium, quòd ex lege iuſtitiæ quis tenetur, quando
in re aliena, uel alii debita uerſatur, ut ad ſenſum patet: uerſa
tur autem in alienis, uel alii debitis bonis tempore neceſſi-
tatis extremæ, cum ſint tunc agentis illa bona, ergo ad ea ei
concedendum lege iuſtitię tenetur. Præterea tempore ne-
ceſsitatis extremæ, auaritia opponitur iuſtitiæ, tempore ue-
ro neceſsitatis non extremę opponitur liberalitati, nam in
alienis reſtituendis, nulla liberalitas exercetur. &, ut noſtri
dicunt, in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit, ut in l. rem le
gatam. ff. de adim. lega. nec me mouerit argumentum, quo
prædicti doctores innituntur, eo ſcilicet, quòd ubi quis ex
6 † lege iuſtitiæ ad dandum tenetur, ſi id nõ fiat, ad reſtitutio-
nem obligatur, ſi uero lege charitatis, peccet quidem, ſed
tamen ad reſtitutionem non teneatur, ut optime dicit d. So
to. d. loco, & Dom. Marrinus ſupra allegat. in d. Manual. ſed,
ut dicunt ipſi, ſi quis pauperi in extrema neceſsitate non ſub
ueniat, etiam ſi ob hoc moriatur, non tenetur reſtituere id,
quod ei dare debuit, uel ſi quod tali pauperi dare debui, Ti
tio diuiti dedi, nec Titius ad reſtitutionem tenetur, nec ego,
ut ipſi tenent, & uerum eſt. ergo obligatio ſubueniendi pau
peribus in extrema neceſsitate exiſtentibus, non ex lege iu-
ſtitię, ſed charitatis deſcendit. ſed hic ſillogiſmus, ſeu colle-
ctio, ut Vlpiani uerbo latino utamur, in l. quidam referunt.
ff. de iur. codi. licet uideatur ex omnibus ſuis partibus con-
ſtare, nihil ualet, nam pater filium lege iuſtitię, & filius patrẽ
alere tenentur, tamen, ſi id non fecerit, & filius paſſus eſt ne-
ceſſitatem maximam, nihilominus nunquam ad reſtitutio-
nem præteritorum alimentorum tenebuntur, niſi eorũ oc-
caſione æs alienum alendus cõtraxerit, quia iam neceſſaria
non ſunt alimenta præterita, ideo petere ea non poterit, ut
dicit notabiliter Bart. in l. libertis quos. §. 1. nu. 3. ff. de alim.
lega. facit quod not. idem Bar. in l. de alimentis. C. de tranſa.
ubi Ale. & Dec. & Paul. de Caſt. l. diuortio. ff. ſolu. mat. facit
tex. in auth. licet. C. de natu. lib. ibi, opus fuerit. non obſtat ar
gumentum doctorum, ubicunque lege iuſtitię quis eſt obli
gatus, ſi id, ad quod ea lege tenetur, non præſtet, reſtõnis uin
culo ſubiectus manet, quia debet fieri diſtinctio in antece-
denti, nam dupliciter lex iuſtitiæ aliquem põt obligare, uel
ſimpliciter, uel in ſubſidium, in prima ſpecie, qñ ſimpliciter,
uerum eſt argũ, in ſecunda uero, quando in ſubſidium, ea-
tenus lex obligat, quatenus neceſsitas cui lex ſubuenire iu-
bet, ſubſiſtat. nam uidemus quod liberis, & parentibus ali-
menta ita debentur, ut ad id compelli ex lege iuſtitiæ per iu
dices, & poſsint, & debeant, ut in l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex
his. de libe. agno. ubi inquit Vlpian. loquens de parentibus,
& liberis. ſi quis ex his alere detrectet pro modo facultatum
alimenta conſtituentur, quòd ſi non præſtet, pignoribus ca-
ptis, & diſtractis cogetur ſententiæ ſatisfacere, quod etiam
probatur. C. de alend. liber. per tot. mitto nunc an parentib.
7 † debeantur alimenta iure naturæ, uel ſolum ratione natura-
li, ut uoluit Bar. in d. l. ſi quis a liberis. in §. parens, per tex. ibi-
dem, & in l. 1. §. huius ſtudii, de iuſt. & iur. licet eum acriter
reprehendat R. P. Alphonſus de Caſtro maximus ſui tpis
Hiſpaniæ concionator (ſi d. Gregorium Gallum R. Epiſco-
pum Oriolenſem maximum noſtræ ciuitatis ornamentum,
ac lumen excipiamus) in lib. de iuſta hęreti. punit. li. 2. c. 26.
tamen Barto noſter defendi poteſt. quia, ut filius a parente
alatur, iure naturæ, quæ filios imbelles, & egentes produxit,
induci neceſſe fuit, ſed ut parentes alantur, non natura ipſa
ex prima intentione inductum eſt, ſed per accidens, & lege
antipelargiæ. egere enim eos non ita natura eſt inductum, ut
in d. §. huius ſtudii. ſubſenſit Bar. & expreſſe S. Thom. 2.2.q.
289. art. 6. in reſp. dicit per accidens tamen parentibus con-
uenit, ut a filiis adiuuentur in quantum ſcilicet ſunt in ne-
ceſsitate aliqua conſtituti. & facit, quòd dicit etiam in reſp.
ad. 3. in fi. & in q. 26. art. 9. in fine. in ead. §. 2. ſicut ſucceſsio,
quę parentibus defertur non ex naturali ordine deſcendit,
ſed per accidens, turbato naturæ ordine, ut ibi not. glo. dict.
§. parens. per tex. vulgar. quos allegat, & ita leges, quę ius na
turale referunt, ſemper filiorum educationem, non paren-
tum proponunt, ut apparet ex tex. in princ. inſti. de iure nat.
& Vlpia. in l. 1. §. ius naturale. de iuſt. & iur. & Iſidor. in c. ius
naturale. §. ut uiri. 1. diſtinct. & Cicero in officiorum libro 1.
ideo Bar. non ita abſurde loqui dicendum eſt, maxime quia
a mente Ariſtotelis 8. Eth. non eſt alienus, & pro Bar. eſt tex.
expreſſus in l. ſcripto. in §. fi. ff. unde lib. ubi inquit Papinia-
nus, non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum debe
tur hæreditas, cum parentes ad bona liberorum ratio miſe-
rationis admittat, liberos naturæ, ſimul, & parentum cõe uo
tum, & licet ille textus de ſucceſſione loquatur, tamen eiſdẽ
regulis, & legibus & ſucceſsionis, & alimentorum neceſsi-
tas deſcendit. nec ſatis prędicto R. pater perpendit quòd interſit
aliquid ex uerbis etiam legis, uel ex ſola mente, uel rõne in-
duci, quod apud noſtros vulgatũ eſt in §. fi. inſt. de leg. aquil.
hinc oriuntur quęſtiones de actionib. utilibus, & directis, ut
per Bar. in repet. l. 1. ff. & C. de actio. & obligat. & ita melior
eſt opi. Bar. quam d. R. patris Alphonſi de Caſtro. ſiue igitur
ſolis filiis iure naturæ, parentibus uero naturali ratione, ſiue
eodem modo utriſq; alimenta debeantur, egentibus tamen
utriſque poſitiuo iure ex lege iuſtitiæ deberi dubium non
eſt, nam, ut inquit egregie Frat. Domini. de Soto. lib. 5. de iu-
ſti. & iur. li. 4. quæſt. 3. art. 4. nemo ad id poteſt cogi, ad quod
ex ſola charitate tenetur, ſed ad id tantum, ad quod de iuſti
tia obligatur, ſed alere parentes, uel liberos, a iudice com-
pelli poteſt, ut dictum eſt, ergo ex lege iuſtitiæ tenetur. non
tamen ſimpliciter, ſed in ſubſidium, ſi indigeant, & Vlpian.
eleganter in dicta l. ſi quis a liberis. § ſolent. uerſi. alimenta,
& in §. ſed filius. aſſeuerat. inquit, enim, ſed ſi poſsit ſe exhibe
re, exiſtimare iudices debent, ne non dẽant ei alimenta de-
cernere, denique idem D. Pius ita reſcripſit ad Titianũ, com
petentes iudices ali te a patre tuo iubebunt pro mõ faculta
tum eius, mõ, cum opificem te eſſe dicas, in ea ualetudine
es, ut operi ſufficere non poſſis, de quo, ut ſolet, omnia con-
gerit diligentiſsime Tiraq. in in trac. de nobil. c. 20 nu. 100. &
76. & 90. cum igitur ad præterita non detur neceſsitas, con-
ſequens eſt neceſſarium, quòd ad reſtõnem præteritorũ ali-
mentorum, ẽt ex lege naturali, & iuſtitiæ debitorum non te
nebitur, ut d. Bart. ſupra allegatus, & hæc eſt melior ratio ad
deciſio. Rotæ. 10. de iudi. in nou. incipient. monachus. quàm
illa, quæ ibi ponitur. non igitur bona eſt cõſequentia, ſi quis
omittat ſubuenire exiſtenti in extrema neceſsitate ad reſtõ-
nem non tenetur, ergo ad id lege iuſtitię non tenebatur: qa,
ut probauimus in filio, & patre, & abbate in dicta deciſione,
qui lege iuſtitię tenentur, apparet falſam eſſe iſtã conſequen
tiam. ſic erit uerum, quòd lege iuſtitiæ, ſubuenire exiſtenti
in extrema neceſsitate qui facultatem habet teneatur, cum
eo tempore re ſua pauperem iniuſte priuet, & auaritia tunc
non ſolum legi charitatis, ſed iuſtitiæ ſit oppoſita, ſed ad re-
ſtitutionem non tenetur, quia uel mortuo paupere, uel aliàs
ceſſante neceſsitate, lex iuſtitiæ, quæ ſubſidiaria erat, ceſſat.
non tñ ideo minus lex iuſtitię illa eſt, qua tunc id facere com
pelli poterat, ſicut leges iuſtitiæ, ut diximus. & illę ſunt qui-
bus patres, & filii compelluntur ſe inuicem neceſsitate ſubſi
ſtente alere. & ita falſum eſt, quòd prędicti doct. dñt, ex ſola
lege miſericordię, non ex lege iuſtitię teneri ad eleemoſinã
exiſtenti in extrema neceſsitate elargiendam. uerum tamen
eſt omiſſa dicta eleemoſina ad reſtitutionem nõ teneri, licet
lege iuſtitiæ tpe neceſsitatis extremæ cogi potuiſſet: iure a-
ctionis, uel officio iudicis id ſit, quo ad propoſitam noſtram
qõnem, nihil intereſt, quia, etiam ſi actio detur, ſubſidiaria
actio erit, ſiue officium iudicis ſit, id ex lege iuſtitiæ deſcen
dit. extra caſum uero extremę neceſsitatis, niſi ex ſpeciali
obligatione, uel ex rerum natura ſolum, quis ex prędcepto
charitatis, non lege iuſtitiæ tenebitur, ideo iure cum eo age
re ea rõne nemo poterit, cum clericis autem iure agi poteſt,
& compelli poſſunt, ut egenti fabricæ ſubueniant, ut in di-
cto capitulo primo. de eccleſ. ędifi. ergo eadem ratione, &
pauperibus lege iuſtitiæ ex natura bonorum tenentur, &
ita, ſi id non præſtent, ad reſtitutionem remanent obligati.
& non ſolum clericum in conſcientia teneri ad diſpenſan-
dum ſuperflua pauperibus, uerum etiã in iudicio ad id poſſe
compelli aſſerit Aluarus de Pelagi. in d. tract. de planctu ec-
cleſię. lib. 2. d. ca. 28. colum. fin. ubi vult, quòd licet directe ad
hoc non compellantur, indirecte tñ compelli poſsint, quia
non ſolum coram Deo, ſed etiam coram eccleſia tenentur

rationem

Source : BIU Cujas

rationem reddere de malis expensis,& alleg. notata in c.qua liter,& qñ.ibi.redde rationem, & in gl. sed qualiter.extra de accusationibus, & dicit esse expressum. 10 q.3.in ca.1. ibi, & singulis annis Episcopo ratio fiet, & ibi allegat alias rõnes. idem,quod Aluarus de Pelagio,sensit Card.Zabarell. in cle. gratiæ.de rescri.penul.col.vbi dicit quod poterit corrigi, & puniri,& tãquam dilapidatori interdici administratio, quod etiam sentit in c.fi.de pecul.clerico. in 2.& 3.col.

Nonum argumentum,quo videtur hæc opinio confirmari tale est,beneficia maxime in Hispania ex decimis sunt erecta uel ex oblationibus fidelium,quæ ad hoc institutæ sunt,
8 vt ex eis clerici,& pauperes sustententur.† & idem de omnibus alijs bonis dicendum est,quæ ecclesijs, & earum ministris conferuntur,vt inquit S.Thom.secunda secundæ.q. 85. art.3.in fi.ubi dicit,decimæ autem, proprie loquendo, non sunt sacrificia,neque oblationes,quia non immediate Deo, sed ministris diuini cultus exhibentur,secundario ordinatæ sunt,vt pauperibus subueniatur,& vt idem S.Thom. de decimis,& alijs Ecclesiæ bonis dicit in secunda secundæ. q. 87. art.3.ad primum.respondendo ad argumentum, quod fecerat,ꝙ hodie sint superfluæ decimæ,quia in l. ueteri leuitis soluebantur,quia non habebant partem in possessionibus populi,vt habetur num.18. inquit,in lege veteri speciales quædam decimæ deputabantur subuentioni pauperum, sed in noua lege decimæ dantur clericis non solum propter sui sustentationẽ, sed etiam, vt ex eis subueniatur pauperib. ideo non superfluunt,sed ad hoc necessariæ sunt possessiones Ecclesiæ,& oblationes, & primitiæ simul cum decimis. huc vsque sunt verba Beati Thom. si igitur ad hoc sunt constitutæ decimæ,& alia bona Ecclesiæ,etiam clericis,vel ministris destinata,vt clerici sustẽtentur,& pauperibus subueniatur,clericus hoc non obseruans lege iustitiæ imposita bonis, quæ possidet ab Ecclesia,obnoxius est peccato mortali,& uinculo restitutionis,cum obligationi iustitiæ restitutio sit annexa,vt sentit idem S.Tho.secunda secundæ.q.62.art.1.& est in dubitatum, vt colligitur ex toto tit de condict.cau. dat.C.& ff.& l.1.& per totum.de his,quę sub mod. lega. & licet R.P. Domini.de Soto in d.q.4.art.3.conclus.5. contendat, quod decimarum finis non alius fuit quàm ecclesiarum seruitiũ, sacrorum,sacramentorumque administratio,eademque cã exigantur a populo Euangelico,qua olim a Mosaico, ex eo quod S.Thom.secunda secundæ.q.77.arti.1. nullam rationẽ assignet pauperum,tamen S.Thom. supra allega. dicit contrariũ:imo & ibidem in q.quam ipse allegat.87.art.1. ad quartum,dicit,ipsę etiam decimæ,quæ ministris ecclesiæ dantur, per eos debent in vsus pauperum dispẽsari, & apparet ẽt ex diuo Clemen. quem dominus Martinus Nauarr. refert in d.tract.q.1.num.23.& S.Augusti.in cap.decimæ.16.q.1.decimæ.16.q.1.decimas, egentium animarum tributa appellat, quod ẽt de oblationibus dicit idem S.Tho. secunda secũdæ. q.86.art.2.in respon vbi dicit & ideo oblationes,q̃ a populo Deo exhibentur,ad sacerdotes pertinent, non solũ ut eas in suos vsus conuertant,verum etiam,vt fideliter eas dispẽsent partim quidem expendendo eas in his,quæ pertinẽt ad cultũ Diuinũ,partim vero in alijs,q̃ pertinent ad propriũ uictũ, qm̃ q altari deseruiũt,cum altari participãt, vt dr̃ prima ad Corinth.9,partim ẽt in usus pauperum, qui sunt quantũ fieri potest de rebus ecclesiæ sustentandi. ita sanctus Thomas.

Decimum argm̃ pro ista opinione tale est, ante diuisionẽ factã,& erectionẽ beneficiorũ nullus vnquam dubitauit,qn clerici vltra sibi necessaria vsurpantes contra legem iustitiæ agerẽt,& expresse S.Tho.supra alleg.probat,sed diuisio, vel erectio beneficiorũ nihil ex natura bonorũ ecclesiasticorũ
9 mutauit,vt magister Gratianus asseuerat,† cuius, sicut & in alijs,in hoc debet esse magna authoritas.Gratianus inquam hoc manifestissimũ cõstituit super.c.nulli.12.q.1.vbi respondens ad argm̃,qđ superius in c.illi aũt.in §. de rebus.fecerat, sc; quod errectionẽ beneficiorum,& diuisionẽ rerum ecclesiæ in p̃bendas,& annuos redditus,vt qs sibi spãliter uindicet facere nõ licet,qa oĩa cõia clericis esse debeãt, & nemo possit aliquid propriũ uindicare,vt in authoritatib.quas allegat ita inquit.His ita respõdetur,sicut perfectione charitatis manẽte,fm discretionẽ ecclesiarũ,distributio fit ecclesiasticarũ facultatũ,dũ alijs possessiones huius ecclesiæ ad dispensandũ cõmittunt̃,ex qb. licet res ecclesię oĩbus debeãt esse cões,primũ tũ sibi,& suę ecclesię deseruientib. necessaria eps submistret,reliqua,q̃ supersunt,fideliũ vsib. ministraturus, ita & p̃bẽde Ecclesiarũ eadẽ charitate manẽte pie,& religiose possunt distribui,nec tũc reb.eccl.vt ꝓprijs,sed vt cõibus utilitatib.deseruituris,vt ex his,q̃ sibi assignata sunt,primũ sibi necessaria ꝓcipiat:si qua vero suis necessitatib.supsunt, in cões vsus ecclesię expẽdat.huc vsq; Gratianus, q̃ in cõfirmationẽ suę sñię allegat Augusti.authoritatẽ in c.primatũ.ecce quod ibi Gratianus expresse vult clericorũ ẽt de sibi assignatis ꝺoꝛe, qđ dixi supra, in usus pios cõuertere, ꝓ cuius ẽt opinione in simili uidemus, quod si paterfamilias maritus in vsus vxoris filij, vel serui res aliquas seperet, † vel etiam coparet, non magis eorum efficiuntur, quàm cum in vsu promiscuo erãt antequam ipsis traderentur, nisi postea legentur, quia dicta assignatio nihil iuris contulit, sed facti quandam administrationem cõcessit.tex.in l.si quid earum.§.fi.de lega.3. cum concordan.sic etiam videmus agri ad faciliorẽ culturę commoditatem diuisionem factam non plures agros efficere, nec a prioris naturæ conditione aliquid immutasse, vt in l. Caius seius, in §.Titius.ff.de legat.secundo. facit arguendo per contrarium tex. notab in l.librorum appellation. in §.si cui centum.ff.de lega.3.nam nec diuisio rerum onus eis adiunctum tollere potest, vt in l.cum pater.in §.hæreditatem.2.ff.de leg. 2.in l.qui Romę pecuniam.in §.duo fratres, secundum intel. Roge.ff.de verb.obligat. & in l.qui cum tutoribus.ff.de transact. nõ dissimilis videtur dicta diuisio, ut commodioris vsus causa clericis,& pauperibus sit portio assignata:sic videmus, quòd si reipublicæ administratores inter se commoditatis causa administrationẽ diuidant, nõ ob hoc fit reipublicæ præiudicium, quoniam quilibet eorum poterit post talem diuisionem, eius ratione non habita,in subsidium conueniri, vt in l.Imperator.ff.ad municip.sic in subsidium pauperibus ex portione clericorum debet subueniri. nam,quod beneficiato bona per erectionem beneficij sunt assignata non absimile videtur ab eo quod eleganter inquit Paulus in l. bina mancipia.ff.commu.diui.vbi ita dicit,bina,mancipia,quæ ex hæreditate paterna iussu prętoris pupillis ministerij causa reseruata essent, diuisa non videri, sed omnium communia permansisse. eiusdem rationis videtur fuisse illa distinctio bonorum inter pauperes, & clericos, quod comprobatur ex elegantissimo Papinia. responso.ff.de leg 2. in l. cum pater.in §. pater pluribus, vbi ita inquit, Pater pluribus filijs hæredibus institutis moriens claues, & annulum custodiæ causa,maiori filię tradidit, & liberto eius filiæ, qui præsens erat, & res quas sub cura sua habuit, assignari iussit:commune filiorum negotium gestum intelligitur, nec ob eam rem apud arbitrũ diuisionis præcipuam causam filiæ fore. sic ecclesia in beneficiorum erectione fecisse videtur,res beneficiato maiori natu, claues, & bona tradendo, presbyter enim, senior interpretatur, qui in administratione, & custodia fratribus suis pauperibus potior sit, non vt ipsos debita sustentatione de-
11 fraudet. nec nouum est, vt † maioribus in administratione deferendum sit, minoribus vero magis prouidendum, nam consuetudine etiam inductum esse authores magni nominis affirmant, vt in diuidenda hęreditate partes statuere maioris natu sit officium, minori vero electio detur,vt S.August.lib. 16. de ciuitate Dei.cap.20.refert, vbi narrata optione oblata Loth ab Abraham,inquit, hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, vt quando terrenorum aliquid partiendum est,maior diuidat, minor eligat, ita ibi Augusti. vbi Lodouicus Viues in suis doctissimis scholiis confirmat hęc,ex Seneca lib.6.declamatio. quod probatur in c.1.de paroch.extra, ad quod possunt plura allegari, sed ea omnia refert Andr. Tiraquel.in tract.de primogen.q.60.per tot.vbi an id procedat de iure communi, vel opus sit consuetudine,vel statuto,quale esset in ciuitate Senarum, ipse refert,qui etiam de hac materia agit tract. de vtroque retractu.1.par.§.24.gl. 1.num.3.5.& 6. quod intellige, data in aliis æqualitate,& ita cessabunt, quæ Abb. Panorm.d.c.1.de paroch.& Pet. Paul. Paris.consil.19.num.130.vol.2.dicunt. secus vero,si talis esset inæqualitas,quæ latere non possit,arg. eorum quæ dicemus. 4.parte.c.4.num.9. sic etiam custodia instrumentorum cõmunium maiori natu defertur,vt in l.fin.ff.de fid.instrum. de quo etiam Tiraquell.infinita refert,in d.tracta.de primogen. in prefat.nu.122. cum sequen qui, a num.95. plura cumulat, ex quibus ornari posset istud argumentum.

Vndecimum argumentum pro ista parte tale est, si ministris ecclesiæ Dei non sufficiant bona eis assignata,parochiani eis † tenentur ex lege iustitiæ alimenta subministrare,vt di
12 cit S. Thom. secunda secundæ.q.86.art.1.in responsio.vers.3. modo, & ad hoc compelli possunt,vt omnes Docto.volunt. Innocen. Ioan.And.& Hostien.c.1.ne prælat.vic.suas,& post eos idem tenet Abb.in c.de rectoribus.num.6.de cleri.ægrotan.Card.Turrec. in cap.omnis christianus. de consecrat.distinct.1.nu.4.ad secundam. Abb.in rubri.extra de paro.idem Abb.in cap.significatum.de præben.numero 8. quinimo denegare alimenta prædictis est vnum ex illis peccatis, quæ dicuntur clamare in cælum. Iacob. 5. ecce merces operariorum, &c. vt optime declarat doctissimus vir Reuer.d.Ioan. Gropper.in lib.de institutio.catholic.pag.196.ita per contrarium, pauperes populi, ex quorum de cimis, & oblationibus, & largitionibus clerici sustentantur, debent ab ipsis clericis, ex eo, quòd sibi supereſt, sustentari. nam pauperes decimas tenentur soluere, vt dicit S. Thom. d. quæst.78. articulo quarto, ad quartum, nimirum si egentibus de eo,

Source : BIU Cujas

quod ipſi dederunt,ſit a clericis ſubueniendum, argum.tex. in l.fi.de reuocan.donat.cum gl.verb.voluerit,& Fab.§.ſciẽdum.inſti.de dona.fin.colum.in princ.late Rip. d l. fin.q.49. nec eſt quod impar clericus,in quo maior debet eſſe pietas, iudicetur.ſic videmus quòd patronus egens poteſt petere alimenta ab eccleſia, vt ſuæ liberalitatis ſit retributio, vt per Abb.in ca.nobis.de iure patrona.ubi tex. & per recentiores de iure patro.verbo,& vtile.

Duodecimum argumentum pro iſta opinione facit, vt ſupra probatum eſt in quinto argumento, ante diuiſionem factam nullus unquam dubitauit clericos ſolum ſibi neceſſaria poſſe ſumere, ſed diuiſio,vt experientia docet,& doctores noſtri affirmant,iamdiu inoleuit,vt per Docto. in c. fin.extra de his,quæ fi.a maiori part.cap.vbi Innocen. dicit, quòd non in omnibus locis fit illa diuiſio.& Abb.Panorm. in c.1.de eccleſ.ædifican.dicit,quòd redditus ſunt in cõfuſo,ergo nulla ratione dici poteſt clericos fructuum beneficiorum liberam habere diſpoſitionem, cum ſint communes ſibi,pauperibus,& fabricis, & ita ſolum ſibi neceſſaria poterunt aſſumere tanquam in rebus non diuiſis in quibus S.Thom.& cæteri contrariæ opinionis authores hoc fatentur,vt ſupra eſt probatum.

Vltimo pro iſta parte facit ratio,nam ſi Epiſcoporum,ſi Paſtorum,ſi clericorum,ſi miniſtrorum Eccleſiæ Dei nomẽ inſpicias,nihil aliud,niſi veritatem iſtius opiniõis præfefert, ſiue enim paſtor ſit,ſiue miniſter clericus,ſi nomen ſuum recte conſideres,non eſt cur appellationem dominij ſibi vſurpare poſſit, nec eſt cur ex grege ſibi commiſſo aliud vindicet,quàm victum,& veſtitum,commodam denique ſuſtentationem:quod ſi amplius ſibi vſurpet fur,& latro merito iudicetur.hoc autem nomen non fortuito,vel caſu,ſed conſilio,& iudicio,non ab hominibus,ſed Dei uerbo,toties repetito eſt ſortitus.& miniſtri poteſtas, quantum differat a do-
13 minio,† nullus poteſt ignorare,vt in l.in re mandata.C.mãda.& ſupra late deductum eſt,ſi etiam clerici nomen, quod in ſortem domini vocatus ſit conſiderẽs, hac ratione idem euincitur,vt San.Hierony.oſtendit in dicto.cap.cleticus. 12. quæſtio.1.ſupra allegato,ſi tonſuræ capitis ſignificationem perpendas,idem erit,cum omnium curam, quæ neceſſaria non ſint,abijciendam demonſtret, vt per Alberi. in ſuo diction.in verb.clericus.Cardin.Turrecrem.in cap.clerici.nu. 6.23 diſtinct.vbi etiam alias ponit ſignificatiõnes, & dominus Martinus Nauarrus,in d.tract.in prin.num.2.latius omnib. Aluarus de pelagio, de planctu eccle.li.2.c.14.col.antepenul.cum ſequen.vbi etiam ponit quare maior tonſura ſit ferenda a monachis,quàm a clericis, & quare bigamus, qui tonſuram nõ poteſt portare clericalem, poſſit monacalem. ſed hæc pro iſta Archidiaco.opinione ſufficiant,quæ tot authoritatibus omnium fere antiquorum eſt ſuffulta,ut rationes adijcere ſuperfluum videretur,niſi contra ſtaret S. Tho. vt ſupra dixi mus.

SVMMARIVM.

1 *De his,quæ ſunt neceſſaria clerico ad ſuam ſuſtentationem, poteſt libere diſponere ſecundum docto.*
2 *Non debet eſſe melioris conditionis ſordidus,quàm liberalis.*
3 *Id,quod ſuperſit,uſuarius domino dimittere debet.*
4 *Pauperes ex eleemoſynis tenentur facere eleemoſynam.*
5 *Alimenta præterita non habent priuilegium.*
6 *Diſtributiones quotidianæ eodem iure,quo cæteri redditus cenſentur.*
7 *Idem de eccleſiaſticis penſionibus.*
8 *De ſtipendijs officiorum libere clerici diſponere poſſe uidentur,ſed non eſt ſine difficultate.*
9 *Opinio Archidiaconi eſt ita rigida,ut præcluſa ſit omnis ratio,qua clerici ab obligatione reſtituendi poſſint liberari,etiam conſuetudine ſtãte,uel indulto ſedis Apoſtolicæ.*

Caput 5.

A Supradicto tamen vinculo, ſeu obligatione diſpẽſandi ea,quę ſuperfluunt clericis in pios vſus ſub peccati mortalis reatu,& reſtitutionis,multi etiam,qui opinionem Archidiaconi ſequuntur, eam partem fructuum eximũt,† quæ neceſſaria eſt clerico,vt ſe ſuoſque ſuſtẽtet,adeo, vt ſi quid fraudando genium ſuum, corraſerit, id liberũ ab obligatione ſupradicta remaneat,vt ſupra retulimus.22.opinio.Abbas tamen ibidem in 23.opin.adductus,aperte cõtra iam opinionem tenet,ideo opuserit examinare, quæ harũ opinionum verior ſit.

Pro opinione Abba.optime facit, quòd non debet eſſe melioris† conditionis iniquus,ſordidus, & auarus, qui ſe, ſuoſque neceſſarijs defraudat,quàm liberalis, & qui pro dignitate ſe,ſuoſque exhibet,vt ff.de peti.hæred.in l.ſi a Domino uel a patre.§.prædo.nam abſurdum videretur, eos quidẽ qui bona fide verſantur,teneri,prædones vero ſecuros eſſe, argumen.legis,non ſolum.ff.de noxali.actio.& ibi inquit gl. non debet eſſe melioris conditionis malus,quàm bonus, q̃ gloſſ.alleg concordan.quòd autem in hoc mali ſint,apparet, quia fraudando ſe,& ſuos pro ſua dignitate debitis alimentis morraliter peccant,vt ibidem,& in ſecunda opinione ſupra deduximus, ideo æquum videtur vt cum his eo iure agatur, quo caupones & ſtabularij per Galliam, & Italiam vti ſolent, qui abſtemijs, & ieiuni eandem rationem cum alijs conſtituunt. item ex opinione Archidiacon. re ipſa clericus vſuarius ſolum conſtituitur, cuius
3 † ea natura eſt,vt quo ipſe non vtitur,alij vtendum nõ poſſit concedere,ſed domino remaneat,vt in l.denique.& in l.plenum. §.fin.ff.de vſu & habita.ergo quomodocunque ſibi ſuperſit ſiue iure,ſiue iniuria ſua fiat,id reſtituere Domino tenetur.item ſi hoc clericus,uel is,qui ab eo titulum habet,allegaret,plane turpitudinem ſuam oſtenderet,dum ſe miſere corradendo,& ſuos fraudaſſe auare allegat. ideo non poterit hoc titulo ſe excuſare,vt in lege,tranſactione finita. C. de tranſactio.cum concordan. allegat.in gloſa, trad. Bartolus & Iaſon in lege,ius iurandum,quod ex conuentione. §.fi.ff. de iureiurando, & idem Bartolus in lege apud Celſum. §. Marcellus.ff.de doli excepti.Abba. & Felyn. late in capitulo lator.extra de re iudica. poſt gloſſ. ibidem, & late per eundem in capitu.Tertio loco.extra de præſumpt. Alexand.in l. de tutela.C.de in integ.reſtitu.mino.Tiraquellus de retract. prima parte.§.primo.in gloſſ.vigeſimooctauo, numero vigeſimoquarto.cum ſequen.item ſi clericus,qui forte in redditibus mille habet,qui omnes forte boni viri, & communi arbitrio neceſſarij ſecundum ſuam conditionem ſunt, ducentum tantum conſumat,ſe tanti exiſtimaſſe uidetur, ducentum expendendo,quomodo ergo contra ſuam aſſertionem, quam re ipſa fecit,nunc allegans mille expendere debuiſſe audiatur? contra.l.generaliter.& auth.contra qui propriam.C.de non numera.pecu, cum concordant. poſitque ei dici,quod in Euangelio : *Ex ore tuo te iudico ſerue nequam etc.* ideo æquum videtur, vt nec a Deo, nec ab hominibus audiatur, ſed potius eorum, quæ male congregauit, ad reſtitutionem tenetur.

4 Præterea pauperes † ex his,quę ex eleemoſynis ſuperſunt, eleemoſynam elargiri tenentur, vt per Cardinal. Turrecrema.in capitu.habebat.duodecima quęſtione prima. & in capitu.in ſingulis. diſtinctio.octuageſimaſexta,ergo id, quod ſupereſt, etiam ex ea parte,quæ quodammodo eleemoſynę nomine, uel neceſsitate eſt conceſſa, eodẽ iure cenſebitur.

Item ſi id, quod quis comparſit, & miſere congregauit, eſt ſuperfluum, poſitque in futurum abſque eo commodè ex fructibus uiuere, ergo id reſtituere tenetur, quia ea ratione ſibi pręcipua,& ab omni obligatione libera conceduntur, quia ſibi neceſſaria ſunt, & tanquam alimenta ſunt omnibus alijs potiora. ſuperflua autem, & non neceſſaria,quis reſtituere tenetur ſecundum Archidiaco.opinio. ſed in ſpecie propoſita,ex neceſſariis ob auaritiam ſunt effecta ſuperflua,cum in præteritum uſum non habeant, in futurum autem non ſunt neceſſaria, ergo ſuperfluorum, non neceſſariorum iure cenſentur.ſic uidemus, quòd alimenta ſunt multis priuilegiis in iure munita ut in l. cum hi. ff. de tranſactio.& in l.1.C. de fideicommiſſ.tamen ubi alimenta
5 ſunt præterita † nullum habent priuilegium, ut in l. de alimentis. C.de tranſactio.ideo filius,cui debentur diſpoſitione legis alimenta temporis præteriti (dum tamen ære alieno propter id non ſit oneratus) nunquam petere poterit,ut per Bartol. in l.libertis quos. §. primo. numero tertio. ff. de alimen.& ciba.lega.& Deci.in l.de alimentis. C. de tranſact. ut ſupra late dictum eſt, licet ſecus ubi ex hominis diſpoſitione deberentur,ut per eoſdem ibidem,& Tiraquel.tracta. de primogeni.quæſt. ſeptuageſimaquinta. ſic ergo illa pars, quæ neceſſaria eſt in alimenta, & ſuſtentationem clericorum,omni obligatione ſoluta eſt, ita demum ſi in alimenta expendantur, nõ ſi auaritia ſua ſuperflua hæc afficiantur, & abſque eis non ex aliis ſuis bonis,ſed potius ex malis auaritia ſcilicet,& ſordibus alitus reperiatur.

Præterea ſi talis clericus,quòd ita congeſsit, libere poſſe donare,uel erogare, prætendat, neſcio qua fronte iſtam liberalitatem allegare poſſit, cum non ex liberalitatis uirtute, cuius nomen abhorret, ſed ex inordinato affectu proficiſcatur hæc donatio. ſi enim ex bona radice procederet, & liberalitatem ſuam recte uellet collocare, id citra controuerſiam iure communi facere poſſet, cum in hoſpites, & peregrinos, & pauperes laudabiliter elargiri concedatur, at cum ſuos, & ſe defraudando liberalita-

tem

Source : BIU Cujas

tam
est exercere pſiteatur, potius ex affectione, quod miſere cõparauit diu corrodendo, prodigus repente effectus male quæſita peius vno momento conſumere, quam ex auaritia ad liiberalitatis virtutem reſilire fateri videtur.

Præterea canones, qui id, quod ſupereſt pauperibus clargiendum eſſe ſtatuunt, non diſtinguunt quod ſuperſit naturaliter, uel ex auaritia contra naturam, id vnum verum eſt, ſemper ſuperfluam magis eſſe ſordidis hominibus pecuniã, quàm liberalibus, ergo multo magis illi quàm hi ad eius tan quam ſuperfluæ reſtitutionem tenebuntur, cum ea, quæ ſuperſunt, dictæ obligationi ſubijciantur.

Item in eo, quod canones dicunt, res emptas ex pecunia fructuum effici eccleſiæ, non diſtinguunt ex neceſſarijs aua reſit collecta illa pecunia, vel ex ſuperfluis. idem etiam canones, qui teſtari de his prohibent, indiſtincte loquuntur.

Item non ſolum quæ his ſuperſunt, ſed vt ſummo iure cum his agatur, videtur etiam id, quod conſumpſere miſere eſſe reſtituendum, cum ſumptus, qui ad contumeliam potius quodammodo fiunt, pro non factis habeantur, nec eorum ratio haberi debeat. text. eſt in l. at ſi quis. in §. iudex. ff. de religio. & ſumpt. funer. vbi loquendo de funeris impenſa inquit Vlpian. iudex, qui de ea æquitate cognoſcit, interdum ſumptum omnino non debet admittere modicum factum, ſi forte in contumeliam defuncti hominis locupletis modicus factus ſit, nam non debet huius habere rationem, cum contumeliam defuncto feciſſe videatur, ita eum funerando quod etiam notat Alberi. in l. qui utiliter. in princ. uerſ. quærit Iacob. ff. de nego. geſt. Alexã. in l. 1. §. impenſa. colum. 1. ff. ad l. Falcid. & Alci. in l. impenſæ. ff. de uerbor. ſignificat. idem dicendum uidetur de ſordido clerico contumelioſe uiuente. Nec poteſt dici id verum eſſe, cum contumelia fit alteri, at ſibi ipſi neminem facere contumeliam, quia reſpondetur, quòd non ſibi ſoli, ſed toti clero contumelioſus clericus ſordidus eſſe videtur, argumento nota. in c. cum contingat. extra de foro competen.

Et ita tenendo opinionem Archidiaconi, ex qua vſuarij inſtar clericus in beneficio conſtituitur, hæc pars non habet dubitationem, ſalua tantorum uirorum opinione, cũ vſuarius, quicquid ſibi ſupereſt, quomodocumque ſibi ſuperſit, reſtituere teneatur, cum uſum quotidianum ſolum habeat, nec in plures annos reponere poſſit, vt in princ. inſt. de vſu, & habitatio.

Item cum omnes partes bonorum eccleſiaſticorum ſint ὁμογενεῖς, ſeu ſimilares vt vocant, ſicut quælibet aquæ particula quantulacunque, & vbicuuque ea ſit, eſt aqua, & vt Ariſt. lib. 1. phyſico. cap. 4. in fin. inquit ἔστι γὰρ ὡς ὁ πυλος εἰς πηλὸς διαιρεθεὶς, & de partibus animal. libro 2. cap. 2. ἔστι γὰρ ὡς ἕνιον τὸ μέρος ὁμώνυμον τῷ ὅλῳ, οἷον φλεβὸς φλέψ † ita quælibet pars, quamuis minima bonorum eccleſiaſticorum vbicunque, & quocunque modo apud quemlibet reperiatur eiuſdem erit rationis, & naturæ, vt in nullos alios vſus, quàm ſupradictos conuerti poſſit ſine crimine ſacrilegij, vt ſupra in principio probatũ eſt. nõ ergo quod ea pars ex parſimonia, vel potius auaritia, & ſordibus a neceſſario ſumpta exiſtat naturam mutabit, uel a ſua inſita conditione remanebit libera, ſed in vſus pauperum, uel alterius pij operis, quod ſupereſt a neceſſaria eccleſiaſticarum perſonarum ſuſtentatione, erit erogandum.

Deducitur etiam ex his, quod illa diſtinctio, quæ fit inter
6 diſtributiones quotidianas, & alios fructus, † de qua dictum eſt ſupra in 18. opin. non eſt vera, non enim natura rerum ex modo diſtribuendi variatur, nec quod maiori, uel minori labore quæratur attendi debet, cum beneficium propter officium, & laborem detur, nam vt ex ſupradictis apparet, maiorem laborem, & curam Epiſcopalis dignitas requirit, nõ tamen ob id, cum epiſcopo mitius, ſed durius agitur, ſed ſolũ attenditur ſuperfluant redditus, vel ſint neceſſarij. & ideo iuſte dominus Nauarr. vt ſupra 19. opinio. retulimus, iſtam diſtinctionem reprobat. Eadem ratione & illa opinio, quę pẽ-
7 ſiones † eccleſiaſticas clericis aſſignatas, a natura beneficiorum ſeponit, falſa eſt, non enim natura realis mutatione pſonę variari poteſt, vt ſupra in ſecundo argumento latius deduximus, neque quòd penſio in alimenta conſtituatur efficit, vt quod ab alimentis ſupereſt, non ſit eiuſdem rationis, cuius ſunt omnia eccleſiaſtica bona. cum beneficia etiã in miniſtrorum alimẽta ſint conſtituta. immo hoc quod in alimenta ſint penſiones conſtitutæ (cum alimenta dici nõ poſſint, quæ in ſe alendo ſecundum ſuam conditionem non cõſumuntur) efficit, vt ea ſuperflua maxime iudicentur, & eſſe appareat euidentius, quàm ſi alimentorum nomen non haberent. ideo, cum prætextus, & falſa cauſa apud Deum nihil valeat, obligationem reſtituendi falſo alimentorum nomine penſionarius non poterit euitare.

In bonis autem aliunde, quàm ex eccleſiæ redditib. quæſitis intuitu ſuæ perſonæ, non eccleſiæ, nõ eſt aliqua difficultas, cum poſſit epiſcopus & in vita, & in morte de his libere diſponere, vt probatur. 12. quæſtio. quinta. c. fixum, & per totam quæſtionem. nam, & hæc ſeruare poſſunt, & viuere de redditibus eccleſiaſticis, ut dicit Abb. & Docto. in capit. epiſcopus. de præben. & bene declarat R. dñs Martinus Nauarr. in d. tracta. q. 1. num. 78. ideo prælati, & alij clerici, qui a prin-
8 cipibus ſecularibus ſtipendia † officiorum, quæ exercent, accipiunt, libere de his poſſe diſponere exiſtimant, ſed hæc conſequentia non ita clara eſt, ſicut apparere videtur, ſi teneamus opinionem Archiaco. immo falſum omnino id erit, cum ea opera, quam impendere in eccleſiaſtico munere tenebantur, fraudata eccleſia reperiatur, nam ſicut ſeruus fructuario ex opera ei debita acquirit, domino vero extra operam, nec hoc ius alteri operam exhibendo mutare põt, vt probat. ff. de vſufruc. in l. ſed & ſi quis. §. interdum, & ff. de ſtipula. ſeruo. in l. prima. §. ſi ſeruus. & §. ſi fructuarius. & facit text. ff. de acquirend. rerum domin. in l. qui bona fide, & in l. per ſeruum. & ff. de peculio. l. hinc quæritur. in §. poteſt. & in verſicu. quæ quæſti o. ita nec hoc poterit facefacere epiſcopus, uel clericus, ut dimiſſo munere ſibi ex officio inducto, alienum prorſus aggrediatur, & ideo quod lucratur ex opera ſua, quam eccleſiæ detrahit, non ſecure ſibi acquirit: nã ſi quæſitum ex re eccleſiæ, uel eccleſiæ debita eccleſiæ debetur, cur non quæſitum ex opera eccleſiæ debita eodem iure cẽſebitur? ut dictis legibus. ſed hoc dictum exiſtimari nolim contra animum meum in alicuius inuidiã, cum hic ius interpretemur, non facta cuiusquam iudicemus, cum ſit etiam manifeſtum aliquos magnos prælatos ſciẽtia, & uitæ ſanctitate inſignes, ex cauſis iuſtis a ſede Apoſtolica approbatis ab eccleſijs ſuis abeſſe, & abfuiſſe. hoc dixiſſe uolui ne alicui daretur occaſio ex his ſcriptis pios epiſcopos iudicandi, nec enim cum doctiſſimi ſint imperitia in hac re labi poſſunt, nec cum vitæ exemplo clariſſimi, ambitione, vel auaritia a recta via traduci, maxime cum ea cura, & ſollicitudo, quæ ſemper in noſtris Hiſpaniæ Principibus fuit in eligendis prælatis, qui poſſint, & uelint debito muneri ſatisfacere, in catholico, & religioſiſſimo Rege, & domino noſtro Philippo cum mirabili omnium aliarum virtutũ choro adeo ſplendeat, vt hoc vno propuguaculo, tutiſſimoque præſidio ab apoſtatis, & hæreticis Hiſpaniarum Regna defendantur. ſed de tanti principis laudibus materiam, cum vires noſtras longe ſuperet, integram alijs fælicioris ingenij viris relinquamus: melius eſt, quam pondere rerum obrui, & maxima facta, & conſilia omnium ſermone celebrata humili oratione perſequamur: ſed ad opinionem Archidiaco-
9 ni reuertamur, † ex qua, ſi vera ſit, adeo præcluſa eſt via clericis diſponẽdi de redditibus eccleſiaſticis, vt nulla ratio iniri poſſit, qua ab iſta lege liberentur. quinimo nec conſuetudine defendi poterunt, quia ſi nec diuiſio, quæ fit in d. cap. inter quatuor. de qua ſupradictum eſt, nec quòd portio peculiariter clerico ſit applicata, neque erectio beneficiorum poſtea ſequuta, per quam menſæ clerici fructus aſſignantur, pdeſt, vt libere clericus, vt de parte ſua poſſit diſponere, non poterit hoc efficere conſuetudo, cuius non eſt potior uis, q̃ legis. quia, ſi id non efficit dicta diuiſio, applicando illam partem epiſcopo, & aliam clericis, ex eo eſt, quod natura rei id non patiebatur, non quod lex applicando ſibi eam partẽ, no eo modo applicauit, quo omne eius in eos tranſiret, ſi natura rerum id non impediſſet, quod ſi natura rerum conceſſionẽ a canone factã aſtringit, & ligat, ligabit ẽt cõſuetudinem ne efficere poſſit, vt natura harũ rerũ mutet. & ideo doctores iſtã partẽ Archidiaconi tenẽtes, conſuetudinẽ talẽ, abuſum, & corruptelã, non conſuetudinẽ ſimpliciter appellant. quæ ẽt reprobari vĩ, niſi quando parum eccleſiæ præiudicet. ext. de teſtamen. cap. ad hæc. & cap. relatum. 2. cum alijs ſupra in 6. opinio. relat.

Item eadẽ rõne facultas teſtandi a Principe conceſſa eodẽ iure cẽſebitur, & ſi lex, & cõſuetudo hoc efficere nõ põt, nec Princeps poterit, cui legum poteſtas eſt commiſſa. ſtante igitur Archidiaconi opinione, natura rerum eccleſiaſticarũ, & fructus earum adeo immutabilis eſt, vt nec ex prędicta diuiſione, nec erectione beneficiorum per eccleſiam facta in aliquo ſit immutata, immo nec immutari poſſe dominus Martinus Nauarr. apertiſſime ſentit, cum velit iure naturæ & diuino in pios uſus, & miniſtrorum eccle. ſuſtẽtationem ſolum eſſe dicta bona diſpenſanda, quo fiet, vt, ad quoſcunque hæc bona perueniant, eiuſdem rationis ſint. & ideo cõmendatores, quos vocant ſancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & multo magis illi Sancti Ioannis Hieroſolymitani hoc iure vtentur, vt ſub peccati mortalis reatu, & reſtitutionis, quod ſibi ſupereſt, in pios debeant uſus conuertere, vt Reue. dominus Martinus Nauarr. affirmat. quinimo, quod durius videtur, ſi natura dictorum bonorum ita immutabilis eſt, laici poſſidentes fructus eccleſiaſticos nullo titulo, ratione, uel cauſa tuti erunt in conſcientia. ſi enim hæc bona ſolum diuina lege in eccleſiaſticarum

Source : BIU Cujas

perſonarum neceſſitates,& vſus pauperum, & aliarum piarum cauſarum ſunt deſtinata,& hæc natura adeo inuariabilis eſt,vt nulla cõſtitutione,vel poteſtate humana poſſit immutari,vt dominus Martinus Nauarr.vult. 2.q.numero 25. & 1.q.num.11.& expreſſe d.Petrus de Soto vbi ſupra. & denique Archidiaconus,& omnes illi, qui eius opinionem ſequuntur,cum conſuetudinum,priuilegiorum, & indultorũ a ſummo Põtifice conceſſorum nullam in hoc habendam eſſe rationem exiſtiment, quatenus extra dictos vſus prædicta bona conſtituant, ſequitur neceſſariò quòd omnes illæ perſonæ,quæ inter hos non cõnumerantur.i.inter clericos, pauperes,& pias cauſas, tanquam rei alienæ detentores ad reſtitutionem ſint obligati.quod quam durum ſit,& onerosum nemo eſt q neſciat,quinimmo ſi verum hoc eſſet,quotus quiſque clericus in Hiſpania noſtra eſſet, qui hac ratione non damnaretur, cum ex conſuetudine de fructibus beneficiorum libere omnes diſponant inter viuos,& in vltima voluntate.ideo neceſſarium eſt hac in re dilligentiſſime conſiderare, ne onus immenſum contra rationem imponatur. aut enim volumus canones non poſſe facultatem clericis de his bonis, vel fructibus diſponendi libere concedere ex defectu poteſtatis eccleſiæ,& hoc abſurdum eſt dicere,etiã ſi diiuino quodam generali iure,hæc natura bonis eſſet cõſtituta, vt infra oſtendemus, aut quòd hi canones non uelint. & certum eſt quòd in canonibus recentioribus hæ conſuetudines non improbantur, immo eas amplecti videntur dicti canones,ut ex allegatis per Ioan Andr.in d. capit. nemo poteſt plus.apparet.Item ga in diuiſione, quam eccleſia iſtorum bonorum facit,vel in erectione beneficiorũ,ſatis oſtendit ſe in portione menſæ cuiuslibet aſſignata, omne ius concedere,cum titulus diuiſionis, uel erectionis hoc in ſe contineat,vt infra dicemus.quo fit, vt ab obligatione iuſtitiæ, & onere reſtitutionis per hoc videantur liberati,licet a lege,ſiue præcepto charitatis non ſint liberati, vt infra dicetur. & quia totius huius materiæ vis in eo verſatur, vtrum doctrina Archidiaco.vera ſit,vel opi. S. Thom.illi contraria,ideo de ea in ſequenti particula diſſeremus.

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS

Pars Quarta.

In qua tractatur de opinione Beati Thomæ, & reprobantur omnes opiniones ei contrariæ, & ponitur reſolutio materiæ, & quando eleemoſyna ſit in præcepto, tam clericis, quam laicis, & an dominium rerum beneficiorum ſit apud clericos.

SVMMARIVM.

1 *De intellectu.c.peruenit,de fideiuſſor.*
2 *In curia Romana obſeruatur,vt clerici de fructibus beneficiorum ſatisfaciant creditoribus.*
3 *Intellectus.c.quod quibuſdam,de fideiuſſor.*
4 *Diuiſio eſt ſufficiens titulus ad transferendum.*
5 *Pauper efficitur dominus rei in eleemoſynam conceſſa.*
6 *Miles efficitur dominus ſtipendij.*
7 *Quæ differunt ſecundum plus,& minus,non differunt in ſubſtantia.*
8 *Primum abſurdum ex opinione Archidiaconi.*
9 *Secundum abſurdum ex opinione Archidiaconi.*
10 *Quomodo eccleſia Dei diſſimulet aliqua peccata,ut euitentur grauiora, & in quibus perſonis,& quibus actibus.*
11 *Redditurius ſecundum dictas conſuetudines.*
12 *Intellectus.c.ad hæc.de teſtamen.in compill.antiq.*
13 *Ordines militares non ſunt ſimpliciter religiones,& quartum abſurdum ex opinione Archidiaconi.*
14 *Quintum aliud abſurdum, quod ſequeretur ex Archidiaconi opinio. & laici poſſunt decimas poſſidere.*
15 *Opinio.Hoſtien.reprobatur.*
16 *De intellectu opinionis Hoſtien.contra doctores.*
17 *Intellectus leg. ſi defunctus.arbi.tutel.C.*
18 *Media opinio Cardi.Zabarell.unde ſumpſit occaſionem.*
19 *Opinio Cardinal.Zabarell.differt ab opinio.Sancti Thom.*

Caput primum.

In quo ponuntur rationes,& argumenta pro opinione Sancti Thomæ, & oſtenduntur abſurda, quæ ex opinionibus contrarijs ſequuntur,quæ tandem reprobantur.

CVm in præcedenti particula ad opinione Archidia.latiſſime ſit diſputatum, ſequitur vt de opinione S.Tho.diſſeramus.eſt igitur opinio S.Tho.qđ ex natura rerũ ipſarum eps,vel clericus põt diſponere de redditibus ſui beneficij,vel portionis ſibi aſſignatæ,eodem modo, quo de bonis patrimonialibus, in quib. põt quidem in abuſu peccare, ſed non tenetur ad reſtitutionẽ. & ita vult diuus Tho.cp illorũ fructuũ eps,vel clericus ſint dñi,& a lege iuſtitiæ liberi,licet a lege charitatis,ſicut in alijs ẽt bonis, & clerici & laici(vt infra dicemus)non ſint ſoluti.q opinio S.Tho. vr hoc argumento probari.clericus ſicut in bonis ſuis patrimonialib.habet dñium,ita habet & in fructibus ſui beneficij ergo eodem modo de iſtis ſicut de illis diſponere poteſt,antecedens videtur probari ex ſequentibus.

Primo ex tex.in c.1.de cleri.non reſid.ubi clericis non reſidentibus in pœnam adijcitur ne dominium diſtributionũ acquirant,ſed ad reſtitutionẽ teneant, ergo apparet ſi reſiderent effici dños earundẽ. nec põt dici peculiare eſſe diſtributionum, alios vero fructus non eſſe eiuſdem rõnis,quia vt ſupra probauimus,iſta differentia nõ eſt vera,vt recte dominus Martinus affirmat.nec põt admitti ſolutio,q ex Archidiacono ſup. allegato colligi vr, dũ dicit, bene tñ confiteor quòd clerici raliũ fructuũ pceptorũ ſunt dñi, & habent eorum proprietatẽ quantum ad fidelem,& debitam diſpenſationem faciendam &c. quia non videtur hoc dominium eſſe,ſed adminiſtratio,de qua inf. latius dicetur. Præterea iſta reſponſio tollitur,ut ex argumentis ſequentibus apparebit.

1 Secundo probatur per textum in ca peruenit † extra,de fideiuſſo.ubi probat tex.cp ſi clerici ære alieno grauati reperiãtur,debet ſatisfieri creditoribus de fructibus beneficiorum, quod fieri non deberet, ſi non eſſent dñi fructuũ, non.n.de alieno debita ſolui poſſunt, eſſet namque debitum delicto commutare,& ita illũ tex.ibidẽ intellexit Hoſt.licet ſequendo diſtinctionem ſuã, de qua infra dicemus, idem deciſum eſt in rota,vt apparet deci.1. de ſolutio.in antiq. & glo.ſenſit iſtam difficultatem in ca.Odoardus de Solutio. nec põt admitti reſponſio.Archidiaco.in dicto.c.ſtatutum.in §.aſſeſſorem.de reſcript.lib.6.ut ibide n admittatur ex ſpeciali,& expreſſa diſpoſitione Papæ,quia non eſt ueriſimile Põtificem ex indulgentia,ſed ex iure ibidem reſpondiſſe,maxime quia ubi reſpondet Princeps ad conſultationem, ex iure iamdiu ſtatuto reſpondiſſe uidetur.vt not. glo.in cap. conſultationi. de tempo.ordinan.& in c.ex tua.de fil.præsbyterorum. facit tex.in c.fin.de conſtitutio.& in l.leges.2.C.de legibus.cũ concordan.Item quæ indulgentia eſſet,ſi clerici fructus non eſſent,ſed pauperibus debiti, ex illis uelle alijs creditoribus ſatisfacere,ueris fraudatis creditoribus,quorum cã potior, & antiquior eſt?nam ortũ cũ re ipſa,& conſtitutũ eſt ius paperũ,& abinitio obligatio inhæſit,ut in difficillimo caſu argumentatur iurisconſultus, in l.2.ff.de reb.eorum. facit etiam l.ſuperficies.ff.qui potior.in pigno.habe. facit in ſimili quod eleganter inquit Modeſtinus in l.in liberto.ff.de ſolu.in liberto antiquior contractus operarum eſſe non poteſt, ſine quibus libertas ei data non eſſet.ita in clerico antiquior obligatio,quam de alẽdis pauperibus eſſe non poteſt, ſine qua bona ei data non eſſent.fac.tex.in l.peculium.2.in princip.& §. 1.in verſ.nam ſi ſemper.ff.de peculio præueniſſe enim ſemper pauperes uidentur,ſicut peculij dominus legis interpretatione præuenit.item,quia abſurdum eſſet fateri, Pontificẽ in d.cap.1.mandare id,quod ipſe Archidiaconus fatetur eſſe iniquum.ideo Abb.Panormitan.in reperit. c.cum eſſes. nu. 27.de teſtam.cui non placet intellect.Archidia.aliter reſpondet,cp tex.non loquatur de redditibus beneficii, ſed aliarum rerum patrimonialium,quas clerici debitores haberent, ſed diuinare eſt alios redditus dictos clericos habere, quàm ex beneficiis,cum beneficia eos poſſidere text.in fin.ſubſentiat.

Et ita dicit Collectarius,quem Abb.refert,quòd uidit ī Ro
2 mana curia admitti clericũ † uolentẽ cedere creditorib.fructus ſui bñficii,reſeruatis tñ neceſſariis ad diuinum cultum. ex quibus de iure,& obſeruantia apparet illos fructus nõ eſſe debitos pauperibus,alioquin id fieri non poſſet,iniuſtum. n.eſſet,qđ ex re alteri debita, alteri ſatisfiat.ſignũ ergo manifeſtiſſimũ eſt illos fructus eſſe ꝓprios ipſius clerici,& eos libere poſſe alienare.& hoc rõne maxima nitiť,nã iniquũ eſſet,vt clericus poſſidens bñficiũ pingue,eximaťa debitis, eſſetque omnino cõmerciũ ei interdictũ,qđ nullo canone factũ eſt, imò ꝓmiſſum clerico eſt uẽdere,& emere,dũmodo non ita mer-

Source : BIU Cujas

mercetur, vt mercatoris nomen, & officium vsurpare videa tur. Nec potest dici quòd id contingat, non quia dominus sit, sed quia administrator cum libera, qui licet peccet, nō tamen in exteriori foro facta ab eo reuocantur, vt Cardinal. & alij, de quibus in sua opinione retulimus, quia, vbi administratio sola committitur, consideratur, an actus, vel contractus vtilitatem ecclesiæ respiciat, vel nō: vt ex his, quæ statim dicemus, apparebit, sed in specie proposita clericus tenetur, & in fructibus sui beneficij fit executio, etiam si nullam vtilitatem ex eo contractu ecclesia habuerit, si enim utilitatem habuisset ecclesia ipsa, pedum clericus posset cōueniri, vt in c.1. de solu. ergo dominus plenus, non administrator est clericus fructuum sui beneficij.

Tertio probatur per tex. eiusdem titu. de fideiusso. in capitu. cum quibusdam, † vbi tex. vult quòd si religiosus fideiu
3 beat sine licentia Abbatis, & maioris partis conuentus, nisi in utilitatem euidentem monasterij redundasse constiterit, obligatio est nulla, si vero id fiat cum consensu Abbatis, & conuentus pro pecunia ita accepta, tenet obligatio, etiam si nulla vtilitas sequeretur ex hoc monasterio. ergo Abbas, & conuentus obligantur, etiam si id utile non sit ecclesiæ, & ita ex fructibus mensæ suæ tenebuntur, sic etiam clericus quoad fructus sui beneficij potest obligari, successor tamen, uel ecclesia non tenebuntur, nisi pro ecclesiæ necessitatibus id factum sit, ut in c.1. extra de solutio.

Quarto videtur expressum in extrauag. suscepti regiminis, ne sed. vaca. ex cuius discursu apparet manifeste, qđ supportatis oneribus, & diuino cultu exhibito, fructus beneficiorum sunt omnino liberi. quod non esset, si omnia, quæ supersunt, egentibus, & pij oneribus essent dispensanda. imò & ibidem admittitur consuetudo, ut beneficiatus habeat hæredes in fructibus sui beneficij, etiam anni post mortem suā sequentis. & ita non solum dominium, & proprietas fructuu viuo conceduntur, sed & mortuo consuetudine deberi possunt, ergo natura fructuum beneficiorum non est talis, vt superflua pauperum sint, nihil enim potest magis superfluū reperiri, quàm quod mortuo reseruatur.

Quinto pro ista opinione facit tale argumentum, si bona, quæ pluribus sunt communia, postea legitime diuidantē, licet prius communi re non posset libere quis vti, facta tamē diuisione, portio, quæ sibi contingit, ita libera & propria remanet, ac si nunquam fuisset communis. diuisione ergo facta per dictos canones, illa portio, quæ episco. pro eius mensa est applicata, libera ab omni onere remaneat, ac si in cumulo, qui cum pauperibus erat communis, nunquam fuisset: eademque ratione est libera a fabrica, & a clero, & eodē modo portio clerici ab omnib. est immunis. hæc collectio
4 in iure nostro est manifesta, cum diuisionis † titulus dominium iustissime transferat, emptioni enim semper, vel pmutationi similis est, vt in l prima. C. commun. vtriusque iudi. diuisionem prædiorum inquit lex, vicem emptionis obtinere placuit, & in l. cum pater. § hæreditatem de legat. secundo, & ita vel dominium transfert, si inter dominos fiat, uel aliàs usucapiendi causam præstat, vt declar glo. in d.l. prima, & Bar. in l. cum solus. colum. 2. ff. de vsucapio. Deci. in l. cum proponas. 2. colum. 1. C. de pactis, & consil. 202. Felin. in cap. 1. colum. 4. extra de re iudica. & plura refert Tiraquell. in tracta. de retract. consanguin. §. 1. in gl. 14. num. 76. cum seq. & in §. 32. glo. 1. num. 88. Franc. Balb. in trac. de præscri. 1. par. 3. partis. q. 4. & intellige quod trāsfertur dominium, scilicet, vt dominium, quod antea erat commune, & non diuisum, nūc in ea parte sit proprium & ab omni communione liberū. quo fit ut de illius portionis fructibus libere tamquam uere dominus disponere possit, quod enim commune erat propriū est effectum.

Quod etiam probatur 6. sequenti argumento id, quod ex prædicta diuisione pauperibus, uel pauperi tribuitur,
5 † ita fit ipsius pauperis, ut nulla obligatione astrictus sit, etiā si aliquid sibi supersit, restituere. nec aliquis unquam pauperis rem sibi datam pleno iure eius effici negauit, ergo idem dicendum est de clerico quoad portionem sibi assignatam, & hoc argumento vtitur fr. Domini. de Soto in d. libro decimo de iusti. & iur. quæst. 4. artic. 3. in 3. conclusio. licet solum vtatur quo ad ea, quæ sub eleemosynæ nomine clericis dantur, tamen ad omnia etiam, quæ ex redditibus suæ portionis clericis applicantur aptari potest. quod probatur, quia cum portio pauperum, & portio clerici ex eodem cumulo deducatur, non est cur diuerso iure censeri possit, cum ab vna, eademque re proueniat, ut bene argumentatur tex. in cap. cognouimus. duodecima quæstio. 2. vbi inquit Gregorius. incongruum namque est vnam, eandemque ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, facit text. in l. eum qui ædes. ff. de vsucap. tex. in cap. quia circa. extra de priuileg. tex. etiam in cap. cum in tua. extra de decim. text. & Bald. in cap. primo. §. cum autem. colum. prima, de controuers. inuest. de quo per Tiraquell. in tracta. de retract. consanguin. § primo glos. vigesima octaua, numero 21. cum sequen. & in tracta. de nobilita. capitu. 28. numero vndecimo, cum sequē. & in repetit. in l. si vnquam. verb. donatione largitur. nume. 232. C. de reuocan. donatio.

6 Quod etiam comprobatur 7. nam si miles † suum facit stipēdium, si suam mercenarius mercedem, quare clericus redditus in stipendium sibi assignatos suos non efficiet? nec in milite, neque in mercenario distinguitur, an id, quod sibi statutum est necessarium in victum sit, & vestitum, vel abūdās sit, & superfluat, nam, si ultra laborem dominus mercenario retribuat, liberalitas domini nō debet efficere, ut nos ob id iniquiores simus, ut cum quasi aliena possidentem ad restitutionem oneremus, vt in Euangelio dicitur. si igitur ecclesia vberes, & abundantes fructus clerico assignauit, clericus illius stipendij largioris eodem modo dominus est, sicut & iusti, & necessitati soli sufficientis.

Præterea. 8. si Titius fructus exigui beneficij sibi canonicè collati suos legitime facit, quare pinguioris beneficii fru-
7 ctus non eodem modo suos faciet? quæ enim differunt † secundum plus, & minus non differunt in substantia, vt probatur in l. final. ff. de fund. instr. instr. què lega. tex. vbi Socin. in l. l. Marcellus. ff. ad senat. consul. Trebellia. in princ. not. Barto. in l. imperium. colum. quinta, de iurisdi. omn. iudi. idem Bar. in l. 2. 2. lectu. colum. 2. C. de actio & oblig. optime Aristotel. in lib. Ethico. 1. & hoc est, quod dici solet, in prędicamento substantiæ non datur plus & minus per aduerbia, licet detur per nomina, non enim potest esse magis, uel minus homo Titius, quàm Caius, sed potest esse maior, vel minor. si igitur parui beneficii fructus in dominio sunt clerici, quare non erunt & maximi fructus beneficii? nec enim unus, quàm alius, est magis dominus.

Pro ista parte, & opinione San. Thomæ facit, quia si hęc
8 opinio non esset vera, sed contraria Archidiaconi, † sequerē tur plurima absurda, nam in Hispania, vt diximus, est consuetudo, cuius origo memoriam excedit, qua clericis non episcopis permissum est, vt in uita, & in morte de fructibus beneficiorum disponant, & habeant successores ab intestato, si in testati decesserint, episcopi vero in vita tantum disponunt, & super hoc redditur iustam apud seculares, quam ecclesiasticos iudices: in Italia vero dicunt doctores nostri opinionem Hostien. de cōsuetudine seruari. quo fit, vt reddi ius super hoc affirment, hoc enim est seruari consuetudinem, vt ipsi communiter in locis vulgatis dicunt, & passim uidemus donationes clericorum validas iudicari, nisi solennitatis, vel alius, qui aliis obstare etiam solet, defectus in eis reperiatur: in Gallia autem plures Doctores de consuetudine testantur, sed asserere omnes clericos ob hoc damnari, non solum est durum, sed temerarium, & audax, licet Aluarus de pelagio supra allegatus de planctu ecclesiæ libro 2. capitu. 28. art. fin. dicat quòd licet durum sit, est tamen verum, sed ego existimo nō minus esse fallum, & temerarium, quā durum, & hoc solo fundamento, & hac ratione S. Thomas de quo infra. capit. sequenti, in resolutione huius quæstionis agemus, decidit similem quæstionem.

Decimo, si dictam opinio. Archidiaconi teneremus, &
9 non S. Thomæ, sequeretur aliud absurdum, † vel potius impossibile, quòd Ecclesia Dei huius rei non ignara hoc pmitteret & foueret, & licet Cardinal. Caietan. in d. quæstio. 185. ita respondeat, nec obstat si dicatur quod iura illa sint per 2-trariam consuetudinem abrogata sciēte tanto tempore Romano Pontifice, & non reprehendente, quoniam non consuetudo, sed abusus est, & similiter multa per patientiā tollerantur, quæ, si in iudicium deducerentur, arguerentur, & minus placet quod R. Martinus Nauarr. in d. tracta. quæstione tertia, numero 16. respondeat, summos Pontifices, & alios prælatos hoc permisisse, non approbando, sed solum nō pu-
10 niendo, † & dissimulando ad maiora damna euitanda, iuxta nota. per glo. in cap. omnis. 3. d. & in cap. meretrices. 32. quæstio. 4. cum aliis per eum allegatis, damna autem maiora appellat litium, iurgiorum, & inimicitiarum. sed hæ solutiones non tollunt difficultatem, & falsæ re. ipsa sunt. primo, quia ex hoc fere totus status ecclesiasticus, qui laicis deberet esse exemplo, ex sua opinione damnaretur, quod non tollit, immo comprobat dictum absurdum. item nec uerum est in personis ecclesiasticis dissimulare iura crimina, ea enim in laicis sæpe dissimulant, non autem in clericis: nec hoc in aliqua iuris parte reperi, & constantissime affirmare audeo. non n. sal insulsum fieri, a quo alia saliantur ecclesia Dei permittere debet, sed corrigere, & emendare, quod si adeo corruptum sit, vt putridū efficiatur, foras emittet. dissimulabit ergo has consuetudines ecclesia in suis præcipuis membris, quæ aliis debēt esse exēplo, si essent ita peruersæ? absit, nam vt dicitur Matth. 6. si lumen quod in te est, tenebræ fiant, ipse tenebræ quantæ erunt: fac quod dicit tex. notabilis in c. qualis. 8. q. 1.

Source : BIU Cujas

ibi, eccleſiam Dei deſtruit, meliores eſſe laicos, quam clericos. ſacit tex. in c. illud. & c. quod aũt. & c. fi. ead. cauſ. & q. prę terea licet lex canonica diſsimulet aliqua crimina, ut uitentur grauiora, hoc tamen facit in vita, non in morte quando iam non eſt correctionis ſpes, item in vita, vt quamuis non prohibeat, nec puniat, ſed tamen tales peccatores arceat a ſacramentis. ideo meretricibus quas viuas permittit, morientibus denegat eccleſiaſt. ſepulturam, & denegat viuis ſacramenta, clericis vero, licet paſſim teſtentur diuites conſanguineos inſtituendo, nunquam tamen eccle. denegauit ſacramenta, vel eccleſiaſticam ſepulturam: quod omnino eſſet faciendum, ſi eos conſuetudo non excuſaret, cum decederent in euidenti, & inexcuſabili peccato mortali, manifeſtum ergo eſt conſuetudines prædictas excuſare a peccato mortali, & liberare a lege iuſtitiæ, aliàs malefaceret eccleſia eas ita tollerando, quod dicere eſſet impium, & inſanum. Præterea eſſe falſum in facto clarius apparet, nõ enim in his datur diſ-
11 ſimulatio, † uel conniuentia, nam redditur ius paſſim, palã, & publice in eccleſia Dei, nõ ſolum per iudices ordinarios, & inferiores, ſed per delegatos immediate a ſummo Pontifice, & in conſpectu ipſius, non ergo ſimplex diſſimulatio, ſed expreſſa approbatio eſt, & non particularis alicuius negotij, quod ad exemplum trahi non debeat iuxta tex. in l. qđ principi. ff. de conſti. Principum, ſed iure ordinario id iudicatur. manifeſte igitur ex his apparet iſtas conſuetudines non eſſe prauas, vt dicti domini affirmant, nec naturam bonorũ eccleſiaſticorum adeo immutabilem eſſe, ut ipſi exiſtimãt, & faciunt. his non eſt alienum (licet volubile uideatur hoc
12 argumentum) quod per epiſtolam decretalem, † ad hæc. 2. de teſtam. in compill. antiq. approbatur conſuetudo ſimilis ſupradictæ ſecundum Ioan. And. in d. reg. nemo poteſt plus. num. tertio, ex quo textu probatur aperte hæc opinio. & licet ſint, qui dicant, vt idem Ioan. Andr. argumentando ibidem, illam decretalem epiſtolam poſitam in prima compillat. decretalium fuiſſe in 2. compilatione dimiſſam, hodie. n. in decretalibus non habetur, quia erat iniuſta, tamen id verũ non eſt, ſed ideo non fuit poſita ne illius exemplo in alijs locis, vbi non erat ea conſuetudo induceretur. eo enim tempore non ita dilatata erat conſuetudo, quæ hodie in omnib. fere prouincijs increbuit, immo ſenſim obrepſerat, vt tempore Ioan. And. non ita erat generalis, vt nunc eſt, nec reſpectu locorum, nec reſpectu beneficiorum. in multis enim locis penitus erat incognita, in alijs, ſolum in ſimplicibus beneficijs, quibus non eſſet adminiſtratio annexa erat inducta, & ita eo tempore viſum eſt iuſte, vt dicta decretalis, quæ eam approbabat, non inſereretur in decretalium libro, ne traheretur in exẽplum, quod vno, vel altero loco obſeruabatur. argum. tex. in c. ſuper eo. in fin. de cogna ſpiritual. ſecũdum Ioan. Andr. quod ſi inſtes, ex hoc colligi conſuetudinem illã non eſſe laudabilem, cum a Pontificibus ſit cautum, ne traheretur in exemplum, reſpondebo, quòd dubium nõ eſt melius eſſe clericos bona ſua pauperibus omnia diſtribuere, & omnia, non ſolum, quæ de præcepto ſunt, ſed de conſilio obſeruare, & conſuetudines, quæ conſilia euangelica reſpiciũt meliores eſſe, tñ ſi lex, uel conſuetudo aliter ſe habeat, non ſtatim iniqua eſt, ẽt, quod ea permitrat, quæ conſilijs non ſatisfaciant, dum tñ non ſit contra pręcepta. ideo in hoc leges, vel conſuetudines in quamcunque partem inclinent non ſunt aſpernendæ, optandum tñ eſt, vt homines ſua uoluntate conſilia ſequi intendant. & ita melius eſſet, vt conſuetudine induceretur, vt quæ ſuperſunt, omnes in pauperes largirentur, ſed licet optandum id ſit, non tamen imperandum, niſi ſe ſua ſponte aſtringant, ſed cauendum ne exemplis, & conſuetudinibus a meliori uia auocentur. & ita iure. d. capi. fuit omiſſum in ſecunda compilat. maxime quia induci cõſuetudinem contra legem, non poteſt quodammodo ſine peccato fieri, quæ enim ante præſcriptam, & perfectam cõſuetudinem fiunt, non iuſte fieri, cum contra legem fiãt, crebrius eſt, licet poſſit ẽt aliquando a licitis actibus inchoari ꝯſuetudo ex mente S. Thomæ. 2. 2. q. 97. art. 3. in 2. & ad ſecundum. & Ioannes Driedonius de liber. Chriſti. libr. 1. ubi agit de conſuetudine. pag. 128. & quia, vt inquit Vlpianus in l. 2. ff. de conſtitu. princip. S. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 2. in rebus nouis conſtituendis euidens eſſe utilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt. cauendũ itaque fuit ne leuiter ius antiquũ mutaretur, ſed poſtquã conſuetudine mutatũ eſt, non temere a cõſuetudine eſt recedendũ, nam ut elegãter inquit Io Dried. in d. loco pag. 128. quãuis lex in ſe magis utilis eſſet reipublicæ nondũ habenti contrariam cõſuetudinẽ. non tñ eſt magis utilis reip. aſſuetæ in contraria conſuetudine. quod eſt maxime notandũ, ne a cõſuetudinibus, q̃ ſine peccato, & reipub. damno poſſunt obſeruari de facili diſcedatur, ne grauiori oneri homines ſubijciantur. quod in illo primo Apoſtolico concilio diuine ordinatum eſt dum ita decretum fuit Viſum eſt enim ſpiritui ſancto, & nobis nihil ultra imponere uobis oneris quàm hæc neceſſaria. &c. & ita ſæpiſſime eccleſia de ſuo iure decedit, quia homines cõſuetudinibus aſſueti difficile ab illis poſſent ſubmoueri, & ſummo iure utendo potius ſcandalum, quàm correctio morum ſequeretur. ſic etiam eccleſia ſuo iure decedere poteſt, excommunicatum, contumacem, & induratum, inuitum, & impœnitentem abſoluendo ab excommunicatione (licet ſacramentaliter a peccato non poſſit) ne eccleſiæ ſuffragijs priuetur, cum uidet excommunicationis medicinam non operari, ſed potius reddi in contemptum, vt ſentit S. Tho. in addi. 3. par. q 24. ar. 2. ad ſecundum. vbi dicit, quòd etiam manente contumacia poteſt aliquis diſcrete excommunicationem iuſte latã remittere, ſi uideat ſaluti eius expedire in cuius medicinam excommunicatio lata eſt. hæc ſunt uerba S. Thomæ. idem uoluit Abb. in cap. ſignificauit. extra de eo, q dux. in matri. multa etiam caſtra, & bona poſſet eccleſia vendicare, quæ male alienata ſunt, tamen ex taciturnitate eccleſiæ forſam ſine peccato poſſidentur, quæ non poſſent eccleſia petente ſine peccato retineri, ſed conniuentibus oculis pia, & ſancta mater Eccleſia diſſimulat, ne lites & controuerſiæ, diſſenſiones, & bella oriri poſſint. ſic in tota Italia eccleſia diſſimulat exigere decimas, ut infra in cap. ſequenti. ex S. Thom. dicemus, & his ſimilia multa pie facit eccleſia, ne fragiles ſcandalizentur, & vult potius multorum temporalium ſubire iacturam, quàm animas fragilium ſummo iure conſtrictas periclitari.

Vndecimo ex d. opi. Archid. ſequeretur & aliud abſurdũ
13 maximum, † quòd bona eccleſiaſtica prædictis militibus, ordinis S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, iniuſte, & illicite eſſent applicata, non enim dicti milites [illegible] eccleſiaſticæ perſonæ, licet modum [illegible] ſcriptorum appellentur religiones, nam vt S. Thomas inquit, illi modi uiuendi, ſecundum quos homines matrimonio utuntur, non ſunt ſimpliciter, & abſolute loquendo religiones, ſed ſecundum quid, in quantum participant quædam, quæ ad ſtatum religionis pertinent. ita S. Thomas ſecunda ſecundæ. q. 188. 186. artic. 4. ad 3. licet hoc ſolum quod coniugio utantur, non uideatur efficere quin perſonæ Eccleſiaſticæ ſint, ut ſunt præsbyteri græci, qui etiã matrimonio utuntur, licet alia ratione, uel modo, tamen ex alijs cauſis inſtitutio horum ordinum inſtituto eccleſiaſtica rum perſonarum repugnat, ut in bigamia, & irregularitate manifeſte uidetur. ne igitur ſequatur hoc abſurdum, ſeu potius impoſſibile, quod eccleſia ĩ hoc errauerit, euincitur ne ceſſario, horum bonorum non ita immutabilem eſſe naturam, ut, ſi quid eorum extra prędictos uſus pauperum, & clericorum, & aliornm piorum locorum conferatur, ſtatim leges iuſtitiæ uiolentur in horum bonorum diſpenſatione, quòd ſi aduerſarij inſtent in ſpecie propoſita in eo ſdẽ uſus hæc bona diſtribui, cum prędictis commendatariis, quos appellant applicantur, cum & ii pro eccleſia militẽt, & uſus eccleſiæ neceſſarios pręſtent, ideo & miniſtros eſſe eccleſię, nã ſi id non re ipſa ſed nomine tale omnino ſit ex dict. Archid. opinione non eſſe ſecuros apparet, ſicut in fructibus beneficiorum clerici non erunt ſecundum eandem opini. ſecuri, ſi id, ob quod dicta bona ſunt conſtituta, re ipſa non pręſtẽt. nam ſentiunt eo ipſo, quòd extra caſum neceſſarii uictus, & ueſtitus clericorum, & pauperum, & piorum locorum, dicta bona reperiantur, quibus iuri diuino ſunt deſtinata, ſtatim lege iuſtitiæ ſubmitti, & peccati, & reſtitutionis reos poſſeſſores fieri. ergo, cum extra caſum huius miniſterij eccleſię ſint reipſa dictę religiones, bona prędicta iniuſte a uero eccleſię miniſterio ſunt ſeparata, & iniuſte a dictis ordinib. poſſidentur, quod nemo dixerit, nec ſectatores dictę opinionis Archidiacon. nam & ipſe dominus Martinus Nauarr. dictos commendatores ſolum quoad ea, quæ ſibi ſuperfluunt, reos efficit, non tamen negat dicta bona eccleſiaſtica ab eis legitime poſſideri, quod tamen ex ſuis, & Archidiacon. opinionibus neceſſario deducitur falſum eſſe.

Duodecimum, & fortiſſimum argumentum contra iſtam opinionem Archidiacon. & pro opinio. Sanct. Thom. colligitur etiam ab abſurdo, ſi enim aſſignatione facta portionis ſuæ clericus non eſſet ſecurus, ſed lege iuſtitię teneretur reſtituere, quod natura horum bonorum ex lege iuſtitię ea ſit, ut ſolum in pios uſus, & pauperes, & neceſſariam ſuſtentationem clericorum debeant diſpenſari, & ſi, ut inquit R. d. Petrus de Soto ſupra allegatus in libr. de inſtitut. ſacerdo. ſecunda parte. de uit. ſacerd. lectione tertia, de bo. eccleſiaſti. & eorum uſu, nulla ratione, aut poteſtate humana fieri poteſt, ut licite in alios uſus, quàm eccleſiaſticos, & pauperum expendi poſſint, quod de iure diuino id ſit, neceſſario ſequitur, vt quicquid extra iſtum uſum reperitur lege iuſtitię condemnetur. ex quo etiam ſequeretur quòd ſeculares, qui decimas etiam ante concilium Lateranenſe alienatas poſsident, cum illę decimæ, quę eccleſiæ bona ſunt, extra prędictos uſus reperiantur,

omni-

Source : BIU Cujas

omnino restitutionis rei fiant,& iniusti possessores censean
tur:hoc autem falsum est,& per Doctores nostros passim re
14 probatum, qui dicunt iure possidere laicos † decimas in feu-
dum,sibi concessas ante Concilium Lateranense, ita Docto
res in cap.cum Apostolicam,de his, quæ fiunt a prælatis si-
ne consen.capitul.& in capitulo prohibemus.de decim. per
recentiores varijs in locis. Alexand. de Imol. consilio 6. vol.
1.Felyn & Parisi.in cap.causam quæ,de præscrip.idem Paris.
consil.25.volum.4.Ias.in cap.1.colum.4. qui feud. dare poss.
qui referunt alios,quinimo ex concessione ecclesiæ indistin
cte posse laicos possidere decimas, vt ex infeudatione vult
S. Thom.secunda secundæ.quæst.87.arti.3.ad 3.& uidemus
Principes seculares ex Sedis Apostolicæ cõcessione decima
rum partem accipere, sed certum est quod maiori ratione
defendi possunt ea,quæ extra necessariam causam clerici de
fructibus suorum beneficiorum possident,& sibi superfluũt,
quàm ea, quæ laici dictorum bonorum extra dictas causas
possident,& tamen illi lege iustitiæ non sunt rei, immo iusti
possessores.ergo & portio clericorum a lege iustitię, licet su
perfluat,est secura, cum illa laicorum in totum extra casus
destinatos ex natura rerum reperiantur, & ex his opinio S.
Thom. quæ sola sua authoritate est satis fulcita contra opi-
nionem Archi.& magis communem canonistarum rema-
net comprobata.

Ex S.Thomæ opinione,& etiam Archidia.in quibus hu-
15 ius argumenti vis versatur, manifeste deducitur † opinionẽ
Honien.nullo modo defendi posse,contra quam omnia su
pradicta pugnant,& rationes pro Archid. & S. Thomæ opi-
nionibus adductæ.nam,cum beneficia simplicia, & quæ ha-
bent administrationem annexam ex eisdem bonis sint con-
stituta,vel ex decimis,uel oblationibus, vel alijs rebus eccle-
siasticis,non est,cur diuerso iure censeantur, vt dictum est.
& ita Archidia.supra allegat. dixit hæreticum esse in iure no
stro istam constituere differentiam, non vt intelligas hære-
sim appellare Archidia.quod error in fide sit, sed quod adeo
a sensu communi,& mente canonum est aliena, vt nemo,
nisi qui ab eisdem canonibus aperte dissentire velit, eã sequi
possit:nam & Ancharan.supra allega. inquit distinctionem
illam adeo absurdam, vt si facienda esset distinctio,per con.
trarium fieri debeat,scilicet,vt qui beneficium cum admini
stratione habet,quod magis in ecclesia Dei laboret, domi-
nus fructuum sit,& libere disponere possit,qui vero simplex
& sine administratione beneficium,cum minus laboret, mi
nus in fructibus ius habere debeat: quod & de pensionib.di-
16 ci posset, sed non ita fæde lapsus est † Hostien.vt ipsi putant,
Hostiensis enim eo prospexit quòd cum episcopo,cui sum-
ma administratio suæ ecclesiæ est commissa,& iure, & con-
suetudine durius agatur, eo quod æquum videtur, vt qui
non solum partem suam,sed aliorum administrat rationes,
inuoluendi nulla detur occasio,sed vno verbo secum com-
putatio fiat,vt quod non ostenderit ex patrimonio suo, uel
largitionibus amicorum ad eum peruenisse,ecclesiæ dimit-
tere teneatur, cum eo vero, qui partem suam adeo sepa-
ratam habet, vt alienarum rerum administrationi se im-
miscere non possit, cum non possit in alieno, quod non
attingit fraudem committere, non opus sit cum illo hoc
summo rigore agere, licet hæc obseruatio in alijs admini-
stratoribus,vt tutoribus, & curatoribus, qui licite aliunde
quærere possunt,a iure non approbetur, vt expressum est in
17 lege,si defunctus.† C.arbitri.tut.& in l.est & decretum. ff.de
iur.fisc.not.Bartol.& omn in l. cum oportet. in fine princip.
C. de bon. quæ lib. & de Vbald.in tracta.de duob. fratr.nu-
mero quinto,idem Bartol.in l.si patruus.secunda colum. nu
mero quarto.C.commu.vtri iud Bartol.& Ioan. de plate.in
lege defensionis facultas. in §.sane.C. de iure fisc libro deci-
mo contra glo.ibi late per Deci.in consilio sexto, per tot.nõ
tamen hoc exemplo destituitur, nam hoc seruatur in capit.
primo secundo responso.de feud guard.in vsibus feudo.ta-
men hæc opinio Hostiensis,non est admissa,cum,vt supradi
ctum est,natura rerum ecclesiasticarum, ex quibus benefi-
cia administrationem habentia,& non habentia sunt consti-
tuta, eadem sit, ideo administrationis sola ratio hoc ius mu
tare non debet. notandum tamen est quòd Hostiensis, dũ
loquitur de habentibus administrationem, intelligi debet,
si habẽt administrationẽ aliarũ rerum quàm earum,quarũ
fructus sibi sunt assignati, vt de Episcopo, cui, vltra por-
tionem suam, administratio alienarum partium est com-
missa, vt capitulo.Vulteranæ.versicul.pariter in capit. qua-
tuor.& in capitu.de redditibus. capitu.concesso. supra alle-
ga.probatur in capitul.episcopum.decima quæstione secun
da,& ideo habens dignitatem, si solum suæ mensæ applica-
ta committantur, non dicetur ad hunc effectum habere ad-
ministrationem,de quo in capitu.expedit.duodecima quæ-
stione prima, & in capitu. quisquis episcopus. duodecima
quæstione secunda,ideo non placet, quod Innocen.in capi-
tu.requisisti,in fin.de testam.dicit quod,qui potest iniunge-
re pœnitentias, dicatur habere administrationem, nec
quod vult Ioan. Andr. de quolibet habente curam anima-
rum, quia id in hac materia, & in materia illius textus ve-
rum non est, quicquid Domini. male velit in capitul. præ-
senti.de offic.ordinar.libro sexto, & quod alias Innocent. in
capitu.ex literis.de probatio.sentit.& in capitu.transmissam.
de election. quòd canonicus, qui habet præbendam distin-
ctam dicatur habere administrationem, id verum est in
terminis, in quibus ipse loquitur, vt pro re præbendæ suæ
agere possit, & ipsarum rerum habere administrationem di
catur, ea tamen administratio causalis est, quę a iure pro-
prio, seu dominio, vt infra dicemus, producitur: non
vero est formalis, & separata a iure proprio, qualis est ad-
ministratio, de qua opinio Hostiensis est intelligenda per
rationem supradictam.quod est notandum, quia Docto-
res nostri non satis hoc intellexerunt, vt ex supra allegatis
apparet, & ex Barba.in d.capitu.final. de pecul. clerico. &
ita debet intelligi opinio Host.ut colorem aliquem habeat,
licet,ut diximus,non sit tenenda.

Item nec est probanda opinio Cardinal. Zabarellæ,
18 † quæ a supradictis opinionibus est diuersa, licet non om-
nino ratione destituatur, nam cum hinc uideamus liberũ
usum clerico suorum reddituum, more, & consuetudine,
quæ solet legum esse certissima interpres, non inhiberi,im-
mo non solum consuetudine, uerum etiam in canonibus
distrahere passim clericis permittatur, & debita de his fru-
ctibus, contrahere, & exoluere, inde uero clericos maxi-
me repræhendi, quod rebus pauperum, & ecclesiæ tan-
quam proprijs abutantur. Cardinal. Zabarell. his angustijs
constitutus existimauit hos canones eò pertinere, vt cleri-
ci peccati rei constituantur, ab illis vero adeo administra-
tionem cum libera sibi facultate concessam, vt quicquid de
his bonis in uita statuerint, rata firmaque habeantur, nec
restitutionis necessitate obligentur, posse tamen eis admi-
nistration, interdici, interim tamen gesta retractari nõ pos-
se,sic igitur vult peccare eos, qui superflua non dant paupe-
ribus, ad restitutionem tamen obligare noluit, quæ opi-
nio licet uideatur in S.Thomæ opinionem aliquo modo in
19 cidere,† in multis tamen differt, cum Cardin. clericos non
dominos, sed administratores efficiat, & eorum potesta-
tem in suis fructibus nolit eandem esse, quam in bonis pro
prijs possunt exercere. at Sanctus Thomas eos dominos
constituit, & idem ius eis in portione sibi assignata, quod
in patrimonialibus proprijs bonis habent, concedit. item
interdici his bonorum administratione, si abutantur vult
Cardina. sed Sanct. Thomas non magis horum bonorum
interdictionem admittit, quàm propriorum, cum eius-
dem rationis ea esse censeat: & hæc opinio Cardinalis, li-
cet in fronte non uideatur,iniqua, magis tamen periculosa
est,& alijs nocentior, dum vult canones, & decreta defen-
dere ea, quæ de facto fiant, sed non tollere peccatum asse-
rit. nam neque uerum est defendere facta, cum empto-
rum a clerico alienationem non permittant, vt supra vi-
sum est, nec æquum sit, ut ecclesia iniquitatibus, & pecca
tis clericorum conniueat. ideo, ut sæpe dictum est, in dua.
bus prioribus opinionibus extat pondus huius materiæ.om
nes autem aliæ opiniones, quæ modum, seu temperamen-
tum amplectuntur, non sunt ueræ, & in iure semper su-
spectæ sunt, & rusticorum iudicijs similes, ut dicit glossa in
lege Nesenius. ff.de negot.gestis.cum ueritas una sit,& sim-
plex.falsum uero multiplex, uarium, & infinitum, sicut a-
pud Aristotelem lib. 2. Ethicorum Pythagora de malo op-
time pronuntiant.

Denique aut clerici domini fructuum beneficiorum
sunt, vt vult Sanct. Thom. & recentiores, aut non sunt ve-
ri Domini, sed administratores, vt Archidiacon. quid igi-
tur ex ijs opinionibus eligendum sit in sequent. capitul. de-
monstrabimus.

SVMMARIVM.

1 *S. Thomas non facit differentiam inter Episcopum,& clericos.*
2 *Argumentum contra opinionem S.Thom.*
3 *Responsio ad dictum argumentum.*
4 *Conclusio secundum S. Thomam.*
5 *Argumentum contra conclusiones.*
6 *Solutio ad argumenta,& de potestate legis positiuæ circa leg. diuinam, & naturalem.*
7 *Intentio legis non obligat, sed lex.*
8 *Etiam si deficiat causa legis,non deficit lex.*
9 *Resolutio materiæ ex diuo Thoma,& num.10.*

Source : BIU Cujas

Franc. Sarment. De Reddit. Eccleſia.

Caput 2.

In quo examinatur opinio Sancti Thomæ.

IN præcedenti capite poſuimus opinionem Sancti Thomæ, & rõnes, quib. cõprobari vr, & abſurda, quæ ex Archidiaco. opinione ſequuntur, ſed quia nõ eſt ſatisfactũ allegatis in contrarium, & ex opinione Sancti Thomæ videntur ẽt ſequi aliqua abſurda, opus eſt ſpecialius id examinare, & conſtituere, q̃ opinio ſit tenenda. in primis ego exiſtimo opinionem Sancti Thomæ cum interpretationib. quas infra ponemus, eſſe omnino ſequendã, pro cuius intelligentia, & reſolutione, vt res melius intelligatur, cõtra eius opinionem ſic oppono.

Primo Sanctus Thomas in ſua opinione nullã conſtituit
1 differentiã inter eꝑm, † & alios clericos, nã, vt ex eo apparet, eiuſdem rõnis exiſtimat portionẽ eꝑo aſſignatam clerico, & vtriuſque portiõis fructus bonis patrimonialibus ꝙquat: iſtud tamen eſt falſum quia in diuiſione facta in capitu. nos. duodecima quæſtio. 2. portio, quę aſſignatur epiſcopo, non ſimpliciter ſibi aſſignatur, ſed ꝓꝑ hoſpitalitatẽ, & ſuſceptionẽ vt eius verbis vtar, maxime quia eꝑs hoſpitalis debet eſſe, vt Apoſtolus inquit. item quia pauperum pater dicitur, vt in d. c. gloria epiſcopi. 12. q. 2. ergo opinio S. Thomæ non ſimpliciter eſt vera, debuit. n. inter eos differentiam conſtituere.

Secundò, aut S. Thom. vult conſtituere ſuam opinionẽ de
2 iure, aut de conſuetudine, † ſi de iure, obſtant oĩa, q̃ pro Archid. dicta ſunt, & q̃ ſtatim dicemus. Si de conſuetudine, conſuetudines non ſunt inter ſe ſimiles, alia enim eſt cõſuetudo, quam gl. ponit in d. c. ꝑſenti, alia eſt, qua in Hiſpanijs vtimur alia vero in Italia, & alio modo agitur cũ eꝑis in Hiſpania, quia non teſtantur, alio cũ alijs clericis qa teſtantur, & habent ab inteſtato ſucceſſores, ergo ſententia S. Thomæ ſimpliciter non eſt vera.

Tertio, aut S. Thomas habuit rõnem diuiſionis, & illa, ſicut & hodie, forſan non erat in vſu, aut cõſuetudinis, & ea, vt diximus, erat varia, nec eius indiſtincte potuit haberi ratio.

Quarto, vt inquit Dñs Nauarrus. q. 1 nu. 39. vel eorũ intentio, q hmõi diuiſiones primitus induxerunt fuit iniuſta, qđ credendũ non eſt, uel certe fuit, vt unuſquiſque de ſua portione poſſit diſponere illo modo, quo ante diuiſionẽ prælatus poterit de uniuerſis, videlicet, vt ſuſtentaret ſe honeſte, & reliqua pauperib. erogaret, hoc eſt ipſius Dñi Nauarri argumentũ, quod magis quoad erectionẽ beneficiorũ urget.

Quinto. S. Tho. vult naturam horum bonorum non diſtare a bonis patrimonialib. ut apertis uerbis dicit, & tñ de pr̃imonialib. clerici diſponunt in uita, & in morte, ut eſt in iure expreſſum in multis locis, extra de teſtam. c. 1. & c. quia nos. 12. q. 5. per totam, ſed de his non teſtantur, ergo opinio San. Thomæ ſimpliciter non eſt uera.

Sexto, ut ſupradictum eſt, empta ex fructibus beneficij fiũt eccleſiæ, ſed aliunde empta ſunt clerici, ergo non ſunt eiuſdem rationis fructus beneficiorum, & bona patrimonialia.

Sed his omnibus, & alijs ſupradictis reſpondetur breuiter,
3 † quod S. Thomas pro ingenij ſui mirabili dexteritate poſuit ſnĩam ſuam ob omni difficultate, & impugnatione liberam, dixit. n. ex natura bonorũ nihil differre portionem aſſignatã clerico a bonis patrimonialib. & poſſe de ea ſicut de patrimonialib diſponere, quaſi uelit, q̃ ſi a iure, uel cõſuetudine aliud non ſtatuit. natura ipſa rerũ, nihil aliud poſtulet, quia aſſignatio portionis facta hoc efficit, ut eius dñs ſit, ut infra clarius dicemus. non ergo S. Thom. negat ſi eꝑo, uel clerico per legẽ, uel conſuetudinẽ aliquid ſpãliter imperetur, id obſeruãdum eſſe: non. n. de hoc ibi tractat, ſed de natura bonorum, & de ꝑſonis clericorũ, quorũ inſtitutum nihil ſpãle poſtulat, cum ij nõ ſint ad ea, q̃ ſunt ſupererogationis, & ſic nec ad paupertatem aſtricti, illa uero cum aſſignãtur non ſunt alterius naturę, quã propria bona. nõ igitur tollit S. Thomas ſi onus, uel offerentiũ uolũtate ſit illis bonis imperatum, uel cõſuetudine, uel ſpãli lege aliquid ordinatum, quin obſeruari debeat, id enim ex accidenti, non ex natura rerum, uel perſonarum contingit.

Ad primũ igitur reſpondeẽ, quod ibidẽ non loquit̃ tex. de hoſpitalitate ex l. iuſtitię, ſed ex l. charitatis, ut infra dicetur, & idem de dicto Apoſtoli dicendum eſt.

Ad ſm eſt reſponſum ex ꝑcedenti, qa conſiderauit naturã rerum, & perſonarum, ſed non dixit ſtatuta, uel conſuetudines non ſeruandas.

Ad tertiũ S. Tho. habuit rõnem, uel diuiſionis, ubi ſeruabatur, uel erectionis beneficiorũ, q̃ idẽ operaꝭ, q̃ eſt ſpãlis q̃dã aſſignatio ſufficiẽs ad trasferendũ ius, & dñium, ut infra dicemus: & idẽ, qđ operabatur diuiſio in parte clerico deſtinata, operat̃ erectio beneficij, uel ſeparatio menſæ epiſcopalis, uel abbatialis. ſeu alterius beneficiati.

Ad quartũ reſpondendũ, ob id, qđ dicit Dñs Nauarrus, uel alia iuſtiſſima cã id factũ eſſe, immo ob cãm neceſſariã, ut diſcordiæ, q̃ oriebãtur ex cõione, uitarẽtur, & cũ eccleſia id fecerit, non põt dici non eſſe factũ maxima cum rõne, & cũ intẽtione pia, vel diuidẽdo dicta bona, vel ſeparando, & erigendo in beneficia. ſed hoc nihil concludit, quia, vt ſupradiximus, intentio legis non obligat ſed ipſa lex, ideo etiam ſi in tẽtio fuerit ea, q̃ dñs Doctor Nauarrus ponit, non obſtat ſupradictis, & ſatisfiet ẽt intẽtioni, ſi leges miſericordiæ clericus obſeruet, de quo infra dicemus.

Ad quintum, S. Thomas non tollit, quin ſeruetur ius, uel conſuetudo in teſtando, uel non teſtando.

Ad ſextum idẽ, quod ſup. diximus, & infra dicemus in ca. 6. nu. 11. cir. fin. non. n. tollit S. Tho. quin, ſi ius ſpãliter ordinat, vt in aliquo caſu ſpãli non diſponant, ſed eccleſiæ bona reſeruent, id obſeruet̃. cum. n. naturã bonorum ita liberam cõſtituit, & quaſi tabulã leuẽ, ſeu raſam, in qua nihil depictũ ſit, efficit, aperte vult hæc bona, poſtquã clerico ſeparata ſunt, apta nata eſſe ad recipiẽdum quamcũque legem, & quamcũque cõſuetudinẽ, illamque legẽ, & conſuetudinẽ in foro exteriori, & cõſcientiæ eſſe obſeruandã. & hæc eſt reſolutio, q̃ ex ſapientiſſimo viro colligendam exiſtimo.

4 Sit itaq; concluſio, clericus, ẽt eꝑs † fructib. portionis ſibi aſſignatæ, ſi naturã rerũ, uel perſonarum reſpicias, põt ita diſponere, ſicut laicus de bonis pr̃imonialib. poſſet, quo fit ut leges & cõſuetudines, & priuilegia bona, & ꝓfonas afficiãt, ſiue diſponere libere ꝑmittãt, ſiue certis caſib. id fieri prohibeãt, ideoque cõmendatores ordinũ, quos vocãt, & laici, q ex Sedis Apoſt priuilegio, uel antiqua cõſuetudine poſſidẽt decimas uel alia bona eccleſiaſtica, tali conſuetudine, uel priuilegio redduntur ſecuri, dum tamen ſpecialiter de his ſtatuta obſeruent.

5 Sed ꝙ iſtã opinionẽ, ſic argumentor, † iure naturæ, & perꝙñs diuino, & Apl̃orum primæuo ĩſtituto bona hæc ſunt deſtinata in miniſtrorũ eccleſiæ ſuſtentationẽ, & diuini cultus exhibitionẽ, & pauperũ alimẽta, vt ſup. latiſſime oſtẽſum eſt in principio huius libelli, ergo ꝙſuetudines tales, & leges huic inſtituto ꝙriæ, prauæ, iniquę, iniuſtæ & ꝙ ius Diuinum, & humanũ ſunt cẽſendæ, ut latius Dñs Martinus Nauarr. in dicto ſuo trac. q. 1. & ita earum nulla habenda eſt ratio.

Scđo patet, qa ſiue hæc bona, ex qb. hę portiones ſunt aſſignatę, ſint ex oblationib. ſeu decimis, ſiue piorũ hoĩum largitionib. ſeu per induſtriã ab eccleſia alijs titulis acquiſita, ſunt talia, qualia mõ in ꝑcedẽti argumẽto diximus, uel iure diuino, vt dictũ eſt, uel piorũ hoĩum donantiũ uoluntate. ergo natura horũ bonorũ nõ eſt talis, qualẽ eã efficit S. Tho. ſed ea, quæ uel a donante eſt impoſita, uel ea ceſſante, quę a prædicto iure diuino deſcendit.

6 Sed his reſpõdeo, verũ eſſe, qđ hęc bona † iure diuino gñali, & eorũ inſtõne habẽt naturã ſupradictã, ſed cũ lex canonica, & poſitiua poſſit legem naturalẽ, & diuinã gñalem, & indefinitam determinare, & determinationes ita factæ pertineãt ad legẽ iuſtitię, ſi ſint ad aliũ, ſi his determinationib. ſatisfiat, a lege iuſtitię diuina, & poſitiua qs eſt liberatus, ſed vt hoc clarius eluceat, exẽpla, & ſimilitudines ſubijciamus, q̃ l3 Theologis ſint notiſſima, nr̃is tñ adeo ſunt neceſſaria, vt ꝑtermitti nulla rõne poſſint. uidemus igit̃ in ſimili, q offerre ſacrificiũ Deo eſt de lege naturę in cõi, determinatio aũt ſacrificiorũ eſt de lege dĩna, uel humana qũo, & quo tꝑe fieri debent, hoc colligit̃ ex S. Tho. 2. ſecũdę. q. 85. art. 1. ad primum, vbi ponit hęc verba, aliqua in cõi ſunt de iure nãli, quorum determinatiões ſunt de iure poſitiuo, ſicut quod malefacto res puniant̃ h3 lex nãlis, ſed quod tali, vel tali pęna puniãtur ex conſtõne diuina, vel humana: ſimiliter ẽt obligatio ſacrificij in cõi eſt de lege nãli, & iõ in hoc oẽs cõueniunt, ſed determinatio ſacrificiorũ eſt ex inſtõne humana, uel diuina. huc vſque ſunt uerba S. Tho. ſic ẽt uidemus in decimis, q̃ nãli, diuino, & poſitiuo iure debent, poſitiuo in determinatione ſpãliter decimę magis, q̃ nonæ, uel vndecimæ, ex mente eiuſdẽ S. Tho. ſecũda ſecundæ. q. 87. art. 1. in reſpõſione, ubi inquit. ſic ergo patet quòd ad ſolutionem decimarũ homines teneantur, partim quidem ex iure naturali partim etiam ex inſtitutione eccleſię, quæ tamen penſatis opportunitatibus temporum, & perſonarum poſſet aliam partem determinare ſoluendã. ita S. Tho. quo fit, ut qui tunc ſolueret id, quod per eccleſiam eſſet determinatum, nonã, uel aliam partem, legi iuſtitiæ ſatisfaceret. ſic de confeſſione, quæ iuris diuini eſt inſtitutio, per ius poſitiuum quoad tẽpus determinatur, ut in cap. omnis utriuſque ſexus. de pœniten. & remiſſi. ſic de obſeruatione feſtorum fiunt determinationes per eccleſiam, ut iſtius, uel illius ſancti Natalitijs a ſeruilibus abſtineatur operibus. ſic etiam in matrimonijs fiunt per eccleſiam determinationes circa gradus, & perſonas, & modum præſtandi conſenſum, ſicut ex iure antiquo, & hodie

Source : BIU Cujas

die ex nouiſſimo ſacro Triden. Cõcilio videmus, & ſunt mil le alia ſimilia, in quibus eccleſia determinat ius naturale, & diuinum, ita in propoſito argumento potuit optimo iure eccleſia determinare portionem clerici, vel epiſcopi, vt fecit in dictis decretis 12. q. 2. & poſtea magis ſpecialiter per erectionem beneficiorum, qua erectione facta, ex lege iuſtitiæ ſatisfactum eſt naturæ rerum, ſi ea portio detur clerico, quæ ſibi per dictam determinationem contingit: quæ determinatio lege humana, vel cõſuetudine eadem ratione fieri poteſt, ſicut & in multis ſupradictis facta fuit, vt & in ieiuniorũ obſeruationem etiam fieri uidemus, de qua Sã. Tho. 2. 2. q. 147. art. 3. & ita ſeruata iſta determinatione in illa portione eſt ſatisfactum legi iuſtitiæ, niſi alia ſpecialis obligatio ſit aſſignata. lex autem iuſtitiæ quando hanc erectionem beneficij, vel aſſignationem huius portionis clerico fecit, eam portionem tanquam ſibi neceſſariam aſſignauit, quod ſi ſuperfluat, non deficit ex hoc lex, vel determinatio legis, ſicut, ſi decima ſuperflueret clericorum neceſſitatibus, non ideo minus decimæ integræ ſunt ſoluendæ donec eccle. aliud ſtatuerit, licet
7 eius intentio deficeret, quia non intentio legis obligat, † ſed lex, vt paſſim probatur apud S. Thom. 1. 2. q. 100. arti. 9. & 10. & ideo licet finis, & intentio legis, quæ iſtud beneficium ere xit, ſit, vt clericus pro ſua conditione ſuſtentetur, & in operi bus miſericordiæ, quæ ſuperſunt, impendat, tamen, ſi non ſecundum legis intentionem diſpenſet, non eſt reus legis iuſtitiæ, licet, ut infra dicemus, a charitatis debito non ſit immunis. ſic, qui peccat in diebus feſtiuis, licet agat cõtra intentionem præcepti, non tamen ex hoc frangit præceptum de obſeruatione diei feſti conſtitutum, nã, vt dicit idem S. Tho. 2. 2. q. 184. artic. 3. ad 2. cum, id quod cadit ſub præcepto, diuerſi-
„ mode poſſit impleri, non efficitur tranſgreſſor præcepti ali-
„ quis ex eo, ꝙ non optimo modo implet, ſed ſufficit, quod
„ quocunque modo impleat illud, & ita verum eſt quod dici
8 ſolet, quod etiam ſi deficiat legis intentio, † vel finis, non deficit ipſa lex, licet ſit iuſta cauſa, vel mutandi legem, vel diſpẽſandi, vt per S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 3. in reſponſi. & idem dici mus, ſi deficiat cauſa legis, vt eſt expreſſum in l. 1. ff. de mino. 25. ann. in ultimis uerbis, iunct. tit. C. de his, qui veni. æta. impetra. facit optime textus. ff. eod tit. de minorib. in l. niſi ex magna, vbi inquit Paulus. niſi ex magna cauſa hoc a principe fuerit conſecutus, & ff. qui, & a quibus. in l. proſpexit, bonus tex. in §. literæ, cum §. ſequen. Inſtit. de rer. diuiſio. & quæ ſupradiximus in 1. parte c. 2 num. 12. de minoris, & eccleſiæ cõ tractibus eiſdem vtilibus ſine ſolennitate geſtis, in quibus rationes legis, & finem deficere dubium non eſt, non tamen deficit ipſa lex, facit etiam tex in l. 1. ff. de appellat. in princi. optimus tex. licet admodum difficilis in l. 2. ff. de reb. eorum, qui probat omnia ſupradicta. & ideo ſi ſutor die feſto abſque neceſſitate conſuat calceos, etiam ſi eo tempore dirigat mẽtem ad Deum, preces vel hymnos cantans, alius vero eo die uel furetur, vel adulteretur. hic licet a fine legis longius diſtet, quàm ille, tamen ille, & non hic fracti præcepti de obſeruando diem feſtum reus fit, licet contra aliud præceptũ gra uius hic peccauerit, quia obligat præceptum, non intentio
9 præcepti. & ita per dictam diuiſionem, † vel erectionem beneficij illa res efficitur libera a lege iuſtitię, ſi ei tribuatur, cui per dictam diuiſionem, uel erectionem eſt deſtinata, & clericus ſine aliqua iuſtitiæ lege eam rem ſibi poſſidet, niſi ſpecia li lege, uel conſuetudine aliqua ſit inducta obligatio: quæ lex in ea ſpecie, ſicut poteſt obligare, ita poteſt ab omni poſitiuæ legis obligatione liberare. Ideo, & teſtandi facultatem, & donandi clerico cõcedere lex poteſt, & eadem ratione conſuetudo. ſed ſi his opponat aliquis, recte ſatisfactum legi diuinæ, & naturali diuiſione, uel erectione beneficiorum, quoad clericum per iſtam legis poſitiuæ, vel conſuetudinis determinationem, quoad ipſos clericos, inquam, qui non ſinunt hanc legem non obſeruari, ſed quid de pauperibus, ad quorum ſuſtentationem bona hæc ſunt deſtinata, vt inquit textus in c. indigne. 12. quæſt. 2. quid de fabricis, quibus dictæ conſuetudines non determinant portionem, ſed exterminant: non modum, uel rationem ſtatuunt, ſed auferunt. quomodo in hac parte per præfatas conſuetudines ſit ſatisfactũ nemo oſtendere poteſt, cum nullam pauperum, vel eccleſiarum fabricæ rationem habeant, ſed eis partes, per legem an-
10 tiquam conſtitutas auferant. hinc difficillimo † argumento varia diffugia, R. P. Fr. Domini. de Soto, & diuerticula quærit in d. lib. de iuſti. & iure d. q. 4. in 5. ratio. ubi quilibet poterit uidere, quia tamen nõ plene in hoc ſatisfacit, nec materiam iſtam ita deducit, ſed alia uia eam perſequitur, hic non refero. ſed ſolutionem huic argumento ex Bea. Thom. doctrina petendam puto, qui diſputando materiã de decimis in quod lib. 2. q. 4. art. 8. ponit hæc uerba (quæ licet longiora ſint, omnino tranſcribenda cenſui, quia ex illis huic difficultati plene ſatisfactum apparebit) hoc cõmune quod eſt prouidere miniſtris Dei in neceſſarijs uitæ eſt de iure diuino, quaſi morale præceptum, & de iure naturali exiſtens: ad quemlibet aũt principem qui poteſt leges concedere, pertinet ius naturale commune per ius poſitiuum determinare, nihil enim eſt aliud ius poſitiuum, quam determinatio iuris naturalis, ſicut ius naturale habet quod malefactor puniatur, ſed quod tali pœna puniatur, hoc determinatur per ius poſitiuũ, quia ergo eccleſia habet poteſtatem condendi legem in his, quæ pertinent ad cultum Dei, potuit per eccleſiæ ſtatutum taxari quantitas eorum, quæ ſunt danda miniſtris Dei a populo, ut eſſet quædam conſonantia noui, & veteris teſtamenti, ſtatuit eccleſia, vt taxatio ueteris teſtamenti ſeruaretur etiam in nouo. Vnde omnes tenentur ad decimas, uelint, nolint. poſſet autem eccleſia ſtatuere, ſi cauſa ſubeſſet, vel in maiori, uel in minori numero, puta, quod daretur octaua, uel duodecima, ſicut & ꝙ detur decima. patet ergo, ꝙ nulla conſuetudo contraria ſoluit hominem ab obligatione reddẽdi decimas, quia hæc obligatio fundatur ſupra ius diuinum & ſupra ius naturale, unde ſemper tenentur homines reddere decimas, ſi eccleſia exigat, etiam contraria conſuetudine non obſtante. & in terris, in quibus eſt conſuetudo, ꝙ decimæ ſoluant, ipſa conſuetudo quaſi expoſtulat decimas, unde peccaret, qui non redderet; ſed in terris, in quibus non eſt conſuetudo communis, ꝙ decimæ dentur, & eccleſia non petit, uidetur eccleſia remittere, dum diſſimulat, & ideo homines in terris iſtis non peccant decimas non dando. durum enim eſſet dicere, quod omnes homines Italiæ, & orientalium partium damnarentur, qui decimas non ſoluunt. & huiuſmodi argumentum poſſumus ab Apoſtolo accipere, cui cum deberen tur neceſſaria uictus ab his, quibus prædicabat, tamen non accipiebat nec tamen peccabant, qui ei non dabãt, alioquin male cum eis egiſſet non accipiendo, præſertim cum ipſe dicat Act. 20. non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem uobis omne conſilium Dei, & ideo Apoſtolus nõ exigebat, quod ſibi debebatur, ne daretur aliquod offendiculum euãgelio, ut ipſe ibi dicit; unde non bene facerent rectores eccleſiarum, ſi in terris illis decimas exigerent, in quibus non eſt conſuetudo dari, ſi probabiliter crederent quod ex hoc ſcãdalum naſceretur. hæc ſunt uerba S. Thomæ, ex quibus appa ret conſuetudinem a ſoluendis decimis, quæ re ipſa de iure diuino ſunt, licet quo ad quoram ſint de iure poſitiuo (vt la te declarat. R. Epiſcop. Sego. lib. 1. uaria. reſol. cap. 17. ubi explicat diligentiſſime decimarum materiam) excuſare. & ita clare huius puncti reſolutio colligitur, magis enim ea cõſuetudine, qua decimæ in totum eccleſiæ auferuntur, quàm illa quæ de eis clerico liberam diſponendi facultatem concedit a natura rei diſceditur, cũ per illam in totum & ſimpliciter, per iſtam non omnino diſcedatur. & ita ſtantibus erectionibus beneficiorum, quibus ſeparatur portio clericorũ, & multo magis conſuetudinibus ſtantibus, ſecurus eſt clericus in conſcientia ex lege iuſtitiæ, vt ad reſtitutionem non teneatur, dum eccleſia contrarium non ſtatuit; aliàs, ut ipſe S. Thomas dicit, durum eſſet dicere, quod omnes clerici, qui non reſtituunt male expenſa, damnarentur, uel qui in non pios uſus teſtantur conſuetudinibus ſtantibus, ſecundum quas paſſim reddi ius uidemus. Nec oberit, quod S. Thom. vult. quòd ſi decimæ peterentur, etiam ubi eſt conſuetudo non ſoluendi, tunc debeantur ſub peccato, in noſtra autem ſpecie non deſunt pauperes, qui quotidie a clericis petant, ergo non excuſantur conſuetudine. quia tamen ꝙ San. Tho. non vult quòd uno, uel altero rectore petente debeãtur decimæ, ſed eccleſia petente donec igitur eccleſia id non ſtatuit expreſſe, ut decimę (non obſtante conſuetudine) ſoluantur, nõ debentur, licet unus, uel alter peteret; immo eos malefacere in petendo aſſeuerat. ſic in noſtro caſu, licet pauperes petãt, dum eccleſia conſuerudinem non abrogat, & contrarium ſtatuit, clerici de his bonis, vt de patrimonialibus, ſicut per conſuetudines permiſſum eſt, diſponere poſſunt, & a lege iuſtitiæ ſunt liberati, & multomagis ab eadem lege iuſtitiæ ſoluti erunt hæredes clericorum, quibus ex teſtamento vel ab inteſtato hæreditas eſt delata dictis conſuetudinibus permittentibus, quicquid uelit dominus Martin. Nauarr. in d. tract. quæſtion. tertia. numero undecimo. ſi enim conſuetudo eos ſuccedere permittat ſine pecato aliquo, etiam ſi diuites ſint, poterunt eius capere hæreditatem, & ſi aliqua erogandi elleemoſynas in eſſet obligatio, ex propria perſona hæredis ea obligatio initium ſumeret, iuxta ea, quæ in capitul. ſequenti dicemus, non autem ex perſona defuncti in hæredem aliqua obligatio talis tranſmittetur: quia obligatio, quæ ex pietate ſola miſericordiæ lege, non iuſtitiæ prouenit, ad hæredes non tranſmittitur, ut uidetur probare text. in l. yius. ff. ſi quid fraudem patr. cum his, quæ Bartol. not. per illum text in repetit. l. ambitioſa. 1. colum. in fi. ff. de decret. ab ord. facien.

SVM.

Source : BIU Cujas

Fran. Sarment. De Reddit. Eccleſiaſt.

SVMMARIVM.

1 *Princeps quando poſsit mutare diſponentis voluntatem.*
2 *In commutatione piarum volũtatum plus Pontifex poteſt, quàm in alijs non pijs.*
3 *Quarta ſemper detrahitur contra voluntatem.*
4 *Voto quæritur ius eccleſiæ, in cuius vtilitatem uouetur.*
5 *Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ.*
6 *Pontifex poteſt concedere teſtandi facultates, & quomodo interpretentur.*

Caput 3.

In quo tractatur qualiter clerici liberati ſint ab obligatione impoſita bonis eccleſiaſticis in fidelium largitionibus.

REmanet difficultas, quæ non legis videtur nec in præcedentibus capitulis eſt ſublata, nam licet naturæ horum bonorum per legem canonicam, vel diuinã inductæ ſatisfactum videatur conſuetudinẽ ſeruando, quoad partem illam bonorum, quæ beneficijs eccleſiaſticis ſunt applicata, quæ vel in decimis, uel primitijs cõ ſiſtit, tamen quoad legem humanam, & piorum hominum voluntatem, qui multa eccleſijs hoc nomine reliquerũt, ex quibus beneficia ſunt erecta, non videtur ſatisfactum, cum
1 Princeps,† lex, uel conſuetudo voluntates contrahentiũ mutare non poſſit, vt in l. teſtamen. C. de teſtamen. & in l. cauſas vel lites. C. de tranſactio. & in l. de contractu. C. de reſcindẽd. uendit. iniuriam enim dicitur princeps facere, qui alicui ius quod ſibi in re competit, aufert, ideo ſine voluntate illius id facere non poteſt, vt inquit textus in l. pen. & fi. ff. de nata. reſtit. inquit enim Paul. in d. l. pen. nec filio patroni inuito libertus natalibus ſuis reſtitui poteſt. quid enim intereſt ipſi patrono, an filio eius fiat iniuria, & Modeſti. d. l. fi. dicit patrono cõſentiente debet libertus ab imperatore natalibus reſtitui. ius enim patroni hoc impetrato adimitur. & Marcellus in l. 3. ff. de iure, aure annul. inquit. diuus Commodus etiam ius annulorum aureorum datum ademit illis, qui inuitis, aut ignorantibus patronis acceperant. & ideo cum videamus plura beneficia erecta eſſe ex legatis relictis, uel alijs largitionibus eccleſiæ a priuatis hominibus factis, qui ſua bona eccleſijs obtulerunt. exiſtimantes hæc bona in pios vſus conferre, nõ ne fraudantur ſua laudabili, & pia voluntate, ſi aliter, quàm ipſi voluerunt, dicti fructus expendantur? & legi iuſtitiæ clerici illi uoluntati contrauenientes erunt obnoxij? circa hoc dici poteſt, quod, ſi nullum expreſſe eſt impoſitum onus his rebus, quæ ſunt eccleſiæ, uel epiſcopali dignitati, uel beneficio relictæ, non eſt dubium, etiam ſi mens relinquentium ea fuerit, ut eorum bonorum fructus pie conſumerentur, & hoc futurum ſperarent eodem iure, quo ſupradicta bona cenſeri, & conſuetudine comprehendi, nec animus in mente retentus poterit contrarium efficere, & tenet Reuer. Frat. Domin. de Soto in d. q. 4. in 4. concluſ. quod ex regu. vulgari comprobatur, voluntatem in mente retentam nihil operari, ut in l. ſi repetendi. C. de condic. ob cauſ quinimo etiam ſi donans dixerit, nõ dubitare ſe, quin bona ab eo donata pro erigendo beneficio pie, ſancteque ſint diſpenſanda, non tamen hæc enunciatio, vel cogitatio ita expreſſa præceptum aliquod inducit, vt in l. unum ex familia. §. fi. ff. de lega 2. niſi uelis, ſicut & ibi, iure conſtituto contra verborum vim ex æquitate id induci, vt ibi Papinia. probat, quod ſi uolũtas donantium legem certam impoſuerit, ſeruari debet, niſi ſummi Pontificis authoritas eam voluntatem commutauerit, vt puta ſi ex bonis relictis, vt in pauperes diſtribuerentur, vel vt ex eiſdem puellis pauperibus dotes conſtituerentur, ſummus Pontifex dictam voluntatem commutans beneficium erexit, eique certam legem impoſuit, tunc enim ille, cui beneficium tale fuerit collatum, ſi legem in erectione beneficij cõſtitutam obſeruauerit, etiam ſi teſtatoris, vel donantis voluntatem non obſeruet, ſecurus eſt in conſcientia, & ſi ipſe Pontifex, qui ſine iuſta ratione dictam voluntatem immutauerit, ſecurus non ſit, nam licet princeps † nõ poſſit tollere, vel mutare teſtantium, uel contrahentium legitimam voluntatem in non pios vſus ordinatam, vt dictum eſt, tamen cum rerum publicarum, & piarum cauſarum præcipue ſit illi cõmiſſa cura, poterit ſemper voluntatem, vel legata ad pias cãs facta arbitrio ſuo ex cauſa commutare, hoc probatur in l. legatum. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinent. & in clem. quia contingit, de religion. do. elegantiſſime declarat R. Epiſcop. Segob. lib. 3. uaria. reſol. c. 6. num. 7. & Io. Dried. li. 2. de libert. eccleſiaſt. pagi. 206. ideo ubicunque priuatus ex re etiam ſua opus pium, uel publicum aggreditur, non omnino princeps, vel is, cui res hæc a iure cõmiſſa eſt, illius qui diſponit ſequi
2 tenetur arbitrium, quia ei talis voluntas ſubijcitur, etiam ſi expreſſe contrariũ teſtator, uel donans diſponat, in his enim quæ iuris publici ſunt, partis uoluntas nõ impedit iudicium publicæ perſonæ illi rei deputatæ: & ideo epiſcopus poterit ſe intromittere in executione teſtamenti, ſtante negligentia hæredum, & executorum, etiam ſi teſtator id expreſſe prohibuerit, vt tenent Doct. quos refert dominus epiſcop. Segob. in c. tua. num 6. extra de teſta. facit in ſimili l. in confirmãdo. & l. utilitatem. de confirmand. tut. ubi inquit Triphonius, vtilitatem pupillorum prætor ſequetur, non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum: ſic etiam videmus de pijs legatis epiſcopum habere quartam canonicam portionem, licet id ſit contra legantis uolũtatem, qui integrum ſolui vult id, quod legauit. ut in c. fi. cum ibi not. extra de teſt. facit tex. in l. qui totam. ff ad ſenatuſconſul. trebellia. cum falcidia, & trebellianica† contra uoluntatem ſemper detrahatur. qui enim decẽ
3 legauit, non minus decem ſolui uoluit, ut probat tex. in l. Titia. ff. ad l. Falc. Bar. & Alex in l. 1. §. 1. eod. tit. & Bart. in l. ſi patronus. ff. de donat. & in l. 1. ff. de condict. indeb. nu. 3. & in l. cum quis. 2. col. C. de iur. & fact. ign. & per Iaſ. in l. filium, quẽ habentem. nu. 24. C familiæ herciſ. ita quarta canonica contra uoluntatem diſponentis clericis detrahitur, in qua, & in trebellianica magis, quàm in falcidia repugnat voluntas defuncti, cum in falcidia error poſſit prætendi, quia ſæpe de facultatibus ſuis amplius quàm in his eſt ſperant homines. ut dicit tex. in §. in fraudem. inſti. quibus ex cauſ. manumit. non licet, ideo in falcidia expreſſa, & ſpecialis prohibitio requiritur, ut in aut. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc. in Trebellianica autem & 4. canonica talis error cadere non poteſt, ideo diſponentis uoluntas ſemper eſt certa, & contra eam quarta detrahitur. ſed de his alibi. ſic etiam videmus, ꝙ quamuis voluntas partium non poſſit commutari, in commutandis tamen uotis Deo emiſſis Pontifex fere ſemper habet arbitrium, vt per totum tit. extra, de uoto, habita tamen ratione voti commodum pecuniarium continentis in fauorem certi pij loci, vt cõmutatio illiuſmet reſpiciat utilitatem, ut in c. ex multa. in §. fi. & in c. magnæ. extra de uoto, quia ex uoto ſpeciali, actio,
4 † ſiue eius eccleſiæ, uel loco, cui fit, ipſo iure quæritur. ut in l. 2. cum ſua gl. ff. de pollicitationi. & licet in alijs promiſſionib. ſit inter doctores controuerſia quæratur ne ius eccl. cui aliquid promittitur non exiſtente aliqua perſona eccleſiaſtica, per quã eccleſiæ quæri ſoleat, uel alia, quæ eius nomine promiſſionem acceptet, vt omnes tradunt in l. illud. poſt glo. C. de ſacroſanct. eccl. & refert And. Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſ. priuileg. 114. in uoto tamen omnes admittunt, ius ſine alicuius acceptatione quæri, non quidẽ ius reale ut in d. l. 2. (ne plura ſpecialia concurrant) ſed perſonale tantum, ut ibidem per glo. quamuis Caieta. in opuſcul. ſuis tom. 2. trac. 11. q. 3. reprobando doct. noſtros, defendere uelit ex uoto nullũ ius illi eccl in cuius utilitatem fit, eſſe quæſitum, ideoque nec opus eſſe eius habere rationem nec eorum, quæ doct. noſtri in hac re ſcribunt, dicens ad theologos pertinere tractare de uotis. quod ultimum cumulatiue, ut dicitur, neutiquam nego, ſed in ea q. an actio, quæ ex iure noſtro oriri ſolet, vt in l. 2. §. deinde. ff. de orig iur. & omnes trad. poſt Bar. in l. ex hoc iure. de iuſti. & iur. ex uoto eccleſiæ competat, & vltra conſcientiæ uinculum iudicare utrum etiam iuris executio deẽ, & actio producatur, non adeo alienum a iure noſtro exiſtimo, ut doctores in hoc nõ ſint audiendi, & Caietanus id ſibi ſoli iure ſuo uelit uindicare, cum iure ciuili hoc expreſſum ſit, ut in d. l. 2. & iure etiam canonico, vt in dictis capitib. probatur. & in cap. licet uniuerſis. eodem tit ſed, ut iam ad materiam propoſitam reddeamus, certũ eſt in uotis, & alijs, quæ pietatem reſpiciunt, ſi non in certarum perſonarum gratiã fiant, Pontificem etiam contra uoluntatem circa rem propriam diſponentis ex cauſa (quæ ſemper præſumitur) habere arbitrium.

Nec nouum eſt, ut, qui ſuæ rei ſolet eſſe moderator, & arbiter, ratione ſubiecti eius impediatur uoluntas, nam & qui quingentos aureos Titio libere donare poteſt, idem ex cauſa mutui nec obolum poterit promittere, ut in l. ſi tibi decẽ. ff. ſi cert. peta. & quamuis 12. tabularum lege cautum ſit, ut quiſque legaſſet ſuæ rei ita ius eſto, ut in principio Inſti. de lege Falcid. dicitur, tamen teſtator non poteſt legato pecuniæ numerandæ adijcere ut, donec ſoluatur, aliquid annuũ præſtetur per hæredem, quatenus vſurarum modum excederet ciuili iure; canonico autem, & diuino, quo omnis vſura eſt prohibita, in quacũque quantitate id eſſet, ut probatur in l. 3. in §. fi. ff. de annu. leg. de quo late per R. Epiſcopum Segobiẽ. lib. 3. uaria. reſolutio. c. 1. col. pen. & fin. ſic qui de bonis ſuis libere diſponere poteſt, ſi in publicam utilitatem diſponat, nõ
5 poteſt efficere, quin eo etiam inuito magis utilitatis† publicæ quam uoluntatis ſuæ ratio habeatur, ſi principi id uiſum fuerit. nec mirum id eſt, nam & in naturalib. idem uidemus, ꝙ inclinatur quælibet res magis in cõſeruationem uniuerſi,

quàm

Source : BIU Cujas

quam propriæ naturæ, eaque ratione contingit, ut graue cõtra ſuam naturam eleuetur ſurſum leueque deorſum adigatur, ita & in humanis operationibus, ſeu actionibus magis debet haberi ratio publicæ rei quam priuatę, ideoque bonũ commune eſt ſemper magis amabile, quã proprium, vt per S. Thom. 1. par. q. 60. art. 5. nec bonum commune debet ſubtrahi propter damnum priuatum, vt per eundem S. Thom. 1. par. q. 92. art. 1. ad 3. & 1. 2. q. 123. art. 9. quod eſt fundamentum validiſſimum omnium eorum, quæ ad reformationem publicorum officiorum pertinent, nec brachium dolere poteſt, quod in vtilitatem corporis ſibi ſcindatur vena, nec ſi ſecetur, vel uratur; quod ſi alio modo ſanari poſſe corpus cauſetur, nec adeo principale membrum deturpandum tanto magis ſecari debet, quia & infirmum eſt, & inſanum, cũ officium capitis ſibi velit, vſurpare. item ſicut eſſet inſanus, qui infirmitates vitandas negaret, ne medicorum ceſſaret vtilitas, & officium, ita qui reipublicæ infirmitatibus curandis officiorum cauſa, & eorum, qui illis funguntur muneribus, abſtinendum fore iudicaret, nec enim aliqua priuata, vtilitas tanti eſt æſtimanda, ut publica vtilitas non ſit ei præferenda. nam (quemadmodum inquit Cicero) vt contemnendus eſt ille, qui in nauigando, ſe, quàm nauim mauult incolumem, ita vituperandus, qui in reipublicæ diſcrimine ſuæ plus, quã communi ſaluti conſulit. non nego & priuatæ vtilitatis habendam eſſe rationem, quatenus publicæ rei ea [illegible] pugnet, ſed, dum ea [illegible] non eſſe retardandam exiſtimo: idquè iuris, & naturæ leges exigunt, atque determinant. ſed de his ſatis, ut ad inſtitutum noſtrum redeamus, & concludamus, cum de iuris publici perſecutione agatur, quod vt inquit Vlpianus in l. 1. in §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iur. in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus cõſiſtit, & eadem ratione omnia, quæ ad ea pertinent iuris publici etiam ſint: clericum quoad legem iuſtitiæ ſatisfacere, ſi in expendendo fructus ſui beneficij, obſeruet id, quod in erectione ſui beneficij a Pontifice facta ſtatutum reperitur. & ſi nihil reperiatur, ſeruando cõſuetudinem illius prouinciæ, in qua exiſtit tale beneficium, ſatisfacit tam quoad diſponendum inter viuos, quàm in ultima uoluntate per ſupradicta, dum circa dictas conſuetudines eccleſia catholica nihil expreſſe determinat, & ita cõmendatores, quos uocant niſi ſuo ſpeciali uoto, uel ſtatutis ſui ordinis fuerint aſtricti, communi iure bonis eccleſiaſticis ſuarum commendarum utentur, neque ex lege iuſtitiæ ad reſtitutionem male expenſorum magis quàm cæteri homines erunt obligati.

6 ex quo etiam manifeſte apparet quantum facultas † teſtandi a ſummo Pontifice conceſſa in hac re poſſit efficere, cum. n. conſuetudines in hac re ſint attendendæ, non eſt cur de ſummi Pontificis poteſtate in hoc poſſit aliquis dubitare, non quòd in ſoluendo paſſim ius etiam poſitiuum ſine cauſa. nõ peccet ex mente S. Thom. 1. 2. q. 97. art. 4. in reſpo. R. D. Dom. de Soto lib. de iuſt. & iur. q. 7. art. 3. col. pen. ſed vt in hac re nõ ſit diſpenſandi facultas ita præcluſa, ut ius diuinum uiolari omnino uideatur, quia cum conſuetudine ſit determinatus dictorum bonorum uſus, poterit & Pontifex in hac re, vt in alijs iuris poſitiui determinationibus diſpenſare, de quib. diſpenſationibus teſtandi aliqua ſequenti capite explicabimus, quia doctores noſtri male interpretantur iſtas teſtandi facultates, quas ſummi Pontifices concedere ſolẽt, ideo opus eſt nonnulla de hac re conſiderare.

SVMMARIVM.

1 *Donatio a Rege filio facta ualet, etiam ſi ſimpliciter fiat.*
2 *Facultas teſtandi anſpiret morte concedentis.*
3 *Facultas teſtandi non reſtringitur ad primum teſtamentum.*
4 *Qui poteſt donare mille, poteſt id per partes diuiſim facere.*
5 *Argumentum a maiori quando in diſpenſatione procedat.*
6 *Epiſcopi, & ij, qui teſtari non poſſunt, an poſsint in mortis articulo conſtituti donare.*
7 *An ad pias cauſas, qui aliàs teſtari non poteſt, morti proximus poſsit donare.*
8 *Qua ratione de iure communi inductum ſit ut quis teſtetur, cum diſpoſitio in tempus inhabile conferatur.*

Caput 4.

CIrca facultates teſtandi, de quibus in præcedẽti. c. locuti ſumus, aliqua opus eſt animaduertere, & in primis cauendum cenſeo ab opinione Bald. in c. 1. in §. item ſacramenta. de pac. iura. firman. col. pen. nu. 19.

1 qui uoluit, quod donatio † facta a rege proprio filio ualeat, ſi expreſſe dicat ſe poteſtate regia id facere: quia licet iure cõi donatio inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum nõ ualeat, vt in l. donationes, quas parentes. C. de donat. int. uir. & vxo. & in l. frater a fratre, de condic. indeb. tamen id uerũ ſit, niſi donatio fiat a rege, vt d. Bald. ubi ſupra, & alij plures, quos alleg. Tiraq. in tract. de nobi. in c. 37. nu. 45. nam ſi Rex filio ſuo donet, donatio tenet. argu. l. donationes, quas diuus. C. de donat. inter uir. & uxo. quaſi ex tali donatione quæſitũ caſtrenſis peculij priuilegium obtineat, tamen Bald. vult ꝙ tunc demum talis donatio ualeat, ſi princeps ſe poteſtate regia facere expreſſe dicat, non ſi donet ſimpliciter, ꝙ dictum ſequitur Fely in c. qualiter, & quando 1. col. 11. uerſi. 4. limit. extra de accuſat. & alijs locis, quæ refert Hipp. idem probans ſingula. 196. cuius exemplo aliqui volunt, quòd ſi epiſcopus, uel clericus habens priuilegium teſtandi, ſimpliciter teſtet, non exprimens ſe ui illius priuilegij teſtari, teſtamentum inualidum ſit, quod vtrunque falſum eſt, nam ſufficit, ꝙ teſtamentum, uel iure communi, uel ſpeciali poſſit ſuſtineri, licet teſtator non exprimat ſe iure ſpeciali teſtari, ut probatur in fortior. in l. 3. ff. de milita. teſtam. Pau. de Caſt. in l. ex imperfecto. C. de teſt. & Alex. in l. quamquam. C. de mili. teſta. refert Dec. l. in contrahenda. num. 7. ff. de reg. iur. lat. Hipp. ſing. 84. qui plura refert, ex quibus d. ſuum & Bald. redditur falſum. faciunt, quæ in ſimili dicit Fel. in c. cùm ex officij. nu. 31. uerſ. 6. concluſio. extra, de præſcriptionibus. & Alciat. de præſumptio. 3. reg. præſumpt. 36. uidelicet, ſi ſciuerit ſibi conceſſum eſſe priuilegium, aliàs contra, vt in l. qui teſtamento Domini, & in l. de ſtatu. ff. de teſtam. licet contrarium defendi poſſit, cũ ibi ſit error ſtatus, hic uero qualitatis, cum priuilegia etiam ignorantibus aliquando prodeſſe ſoleant, ut ex traditis in l. fi. C. de conſuli. lib. 12. per recẽtio. in l. qui abſenti. ff. de acq poſſ. per Bar. in l. abſenti. ff. de donat. & doct. in c. ſi tibi abſenti. de præb. lib. 6. conſtat. Secundo cauendum eſt ab opinione Maria. Socin. iun. conſi. 89. uol. 1. & Reueren. Epiſcopi Segobien. in d. c. cum in officijs. extra de teſta. num. 8. qui vo

2 lunt dictas facultates † teſtandi finiri morte Pontificis concedentis, cum tamen gratiæ non ſoleant ſpirare morte cõcedentis, ut in c. ſuper gratia, de off. deleg. lib. 6. & in c. eum, cui. de præben. eod. lib. & trad. Cardin. in clemen. cum conceſſo. uerſi. 5. quæro, & ibidem Imol. num. 2. de elect. nec materia glo. in c. a nobis. 1. de ſenten. excommun. in hac re aliquid facit, cũ loquatur in materia iuriſdictionis, quæ cum tractum ſucceſſiuum habeat, finitur morte concedentis; hæc autem materia, quæ gratiam continet non illis regulis procedit, vt ſtatim clarius apparebit, minus etiam materia tex. in ca. licet vndique. de offi. deleg. opinionem prædictam cõfirmat, quia loquitur de mandatis, quæ morte finiuntur, quando aliquid conceditur, vt fiat, quod concedens facturus erat, & eius nomine fit, quale eſt diſpenſare, iudicare, & his ſimilia, quia tũc, cum ipſorum Pontificum poteſtas morte finiatur, & qui eorum nomine agunt, finiri neceſſe eſt, alioquin poſſet per alios, quod non poteſt facere per ſe ipſum: at teſtamentum, ꝙ quis facit facultate teſtandi interueniente non Pontificis nomine, quamuis eius priuilegio fiat, ſed teſtantis ſit, & ita materia dicti capituli, licet undique. potius mandati ſit, quã ſimplicis gratiæ, uel priuilegij, & licet finis eius gratiam reſpiciat, id tamen non impedit, quin natura mandati inſpiciatur, vt morte finiri debeat, vt probatur in l. ſi pater. argumẽto a ſpeciali. ff. de manumiſ. uind. cum concordant. maxime autem in ſpecie propoſita id obſeruandum eſt, quia cum teſtamenti non poſſit uſque ad mortem uis aliqua conſiderari, non poteſt habenti talem facultatem imputari, cur gratiam ad effectum non perpuxit in uita concedentis. hoc enim facto Dei, non ipſius ſtetit, qui ei longiorem vitam, quàm Pontifici concedenti largitus eſt. quòd ſi per uiam contractus talis facultas conceſſa fuiſſet, minus dubitationis haberet.

Tertiò maxime cauendum eſt, a ſupradictis, & Philippo Decio, qui in re manifeſta fallitur in conſi. 512. contendit. n.

3 facultatem † teſtandi ita conceſſam, intelligi de primo teſtõ, adeo, vt qui ſemel teſtatus fuerit, fruſtra ſecundo teſtatur, & ideo hæreditas ex primo, non ex ſecundo teſtamento deferatur, quod adeo abſurdum eſt, ut mirandum ſit tam graues, & doctos uiros in hac re, ita deceptos eſſe. Primo quia ſequetur, prius teſtamentum reuocari non poſſe, quod eſt contra ſubſtantiam teſtamenti, quod ultima uoluntas eſt, adeo ut nullam legem cõtra hoc imponere ſibi quis poſſet, a qua recedere non liceat, ut in lege, ſi quis in principio teſtam. ff. de leg. 3. nec iuramentum hoc efficere poteſt, ut peruulgatum eſt. Secundo uidetur hoc contra textum in lege, omnium. C. de teſta nam ſi teſtamentum, a Principe cõfirmatum poteſt libere arbitrio teſtantis reuocari, quare id, quod eius permiſſu factum eſt non poterit.

Tertiò quia vulgata regula, qua ipſi utuntur, ꝙ intelligantur uerba teſtandi de prima uice. argum tex. vulg. in l. boues. §. hoc ſermone. de uerb ſignifi. hanc partem contra eos probat, cum teſtatus non ſit, qui in eadem voluntate non permanet. tex. notab. in l. ſtipulatus. ff. de fideiuſſori. ibi, ea enim locatio, quàm ſequutus non es, perinde eſt ac ſi interpoſita nõ eſſet.

Source : BIU Cujas

eſſet.ſic dicemus teſtatum non videri, qui ab illo teſtamento receſſit,facit tex.in l.nã & ſi parentibus.in §.1.ff.de inoffi. teſtam.ubi inquit Papinia. non enim ſufficit litem inſtituere ſi non in ea perſeueret.& facit tex.in l. ſi pro patre. in §.uerſum.ff.de in rem uerſo.& l.2.§.illud.de hæred uel actio.uen. tex.in l.diuortium.ff.de diuortijs.tex.notabil.in l.2. ff. ex qui. cauſ.in poſſ.eatur,ubi inquit Vlpianus,hæc verba, neque defendantur, παρατατικῶς ita ſcripta ſunt, vt neq; ſufficiat vnquã defendiſſe,ſi non duret defenſio,ita non ſolo teſtandi facto facultas conſumitur niſi actus ſubſiſtat,& duret,& ita teſtari παρατατικῶς extenſiue, & cum durationeintelligi debet. fac. tex.in l.2.§.teſtamentum.ff.quem admo.teſt. aperian. ubi inquit Vlpia. teſtamentum autem proprie illud dicitur,quod iure perfectum eſt.& inferius dicit.quod contineat ſupremã uoluntatem.& ita vult ꝙ nec improprie dici aliàs teſtamentum poſſit,& ſpeciale eſt in edicto de tab.exhib. ut pro prioribus etiam detur.ut in l.1.§.hoc interdictum. 1. ff. eod.titul. quia de tabulis edictum loquitur,& eſſe poteſt, vt præualeãt, quamuis priores ſint,vt in l.ſi quis in principio teſtamenti.ff. de leg.3.nec de effectu earum,ſed de exhibitione quæritur, ideo potentia ſola ſufficere debet. item quia nõ datur prima uoluntas,& ſecunda,ſed vnica, cum ſupremum debeamus expectare iudicium, ut in l.cum hic ſtatus.in §. ait oratio,in uerſi.pœnitentia.ff.de donat.inter uir.& uxor,ideo non dicetur teſtamentum,quod teſtatio uoluntatis,& mentis dicitur, feciſſe,qui in ea mente,vel voluntate non permanet.nempe inquit Triphonius nõ ſequitur primam voluntatem prætor, a qua pater diſceſſit,in l.utilitatem. in fin. ff. de confirm. tut. nec illa vulgata regula ita in cortice intellecta eos mouere debuit,cum mille declarationes recipiat, quarum plures cõtrariam probant ſententiam,quas hodie congerit ſatis ordinate,ut ſolet,Tiraq.in illa lege vt patet ex his,quæ dicit ibi in prima limitatione num.5.& in ſeptima limitatio.& oct nam verba teſtandi de teſtamento perfecto intelligenda ſunt, ꝙ ante mortem perfectum non eſt,vt in l.non videtur.ff.de donatio.cauſ.mort.& in l.quod ſi iterum.ff de adi.leg.in c.cum Marthæ.de celebra.miſſa.cum vulga.& eſt expreſſum in l.1. in §.1.ff.de ſuis & legi.hæred ſed & is(inquit Vlpianus) qui teſtamentum fecit,ſi eius hæreditas non eſt adita, uel ruptum, uel irritum eſt teſtamentum:inteſtatus non improprie dicetur deceſſiſſe.tex.eſt in l.inteſtatus.ff. de uer.ſig. magis enim res quàm uerba intuenda ſunt,inquit Paulus in l. promittendo.ff.de iure dot.fac.tex.in l.pen.ff ad exhib. ubi inquit Paulus,reſpõdi non oportere ius ciuile calumniari, nec eius uerba captare,ſed qua mente quid diceretur animaduertere, & ità optime contra præfatos tenet R.Dom Marti. Nauarr.d. tract de redditibus eccleſiaſticis in q.3 num 22.cum ſeq.licet enim dictæ facultates teſtandi odioſæ ſint,& reſtringendę,vt Deci.probat & bene,ſicut & omnes diſpoſitiones, quæ bonorum eccleſiaſticorum naturam, & eorum inſtitutionem immutant ut de penſionibus,& alijs ſimilibus dicendum eſt, id tamen non efficit.ut ita debeat fieri interpretatio, vt captioſæ,& ridiculæ reddantur,arg.tex.in c.ſi ciuitas,uel caſtrũ de ſenten.excom.lib.6.& in . ſed Iulianus.in §. mutui dationem ff.ad ſenat.conſul.macedo & in l.4.§.pen.eod.titu. facit tex.in l.ſi quis adulterium.ff.ad l.Iuliam de adult.& in l.ſcire oportet.§.1.de tuto.& curat.dat.ab his arguendo per cõtrarium.& faciunt,quæ trad.Deci.in l.factum ſuum. in §. fi ff.de regul.iur.nu.14.& Tiraq.poſt.ll.connubial.in gl.3. num.107. & glo.c.fi.de uſur.lib.6.in glo.fi.immo a iure communi interpretationem recipere debent,vt in l.ſi ſerui ueſtri C. de noxali.& in materia noſtra probatur in l.ſi quando.C.de inofficios.teſta facultas enim teſtandi eodẽ modo intelligi debet, quo de iure communi teſtamenti factio intelligitur, in ſubſtantialibus maxime teſtamenti;quæ in uoluntate conſiſtũt, vt in d.l. ſi quando.cum alijs; captioſum autem eſſet, ſi cui permitteretur facere teſtamentum,idque ſemel factum ante mortem mutare non poſſet, & quod facultas teſtandi permittit,& indulget,per obliquum in damnum, & perniciem conuerteretur,& fraudem,cum uel haberet hęredem,quem nollet,uel nihil proficeret feciſſe teſtamentum, cũ ex primo nullus contra uoluntatem ſuccedere debeat,nec ex ſecũdo, ſi id teſtator facere non poſſet,& cauillatio quædam admitteretur,quam græci,vt Iulianus inquit.l.ea eſt natura.ff.de reg. iur.& Vlpia.l.natura.ff.de uerbo.ſignific. σοφιστικὴν Lucianus autem κέρατα & ἀγκοδείλας: & Quintilianus cauillos, alij etiam σοφίσματα appellãt. Quinimmo uerius eſt,ſi facultas donandi ali
4 cui concedatur inter viuos uſque ad ſummam,† pone mille, poſſe diuerſo, uel eodem tempore decies centum donare, nec regula d.§ hoc ſermone,id impediet,ex deductis late per Tiraq.ibidem.4 limitation.arguendo de re ad tempus. & ex his,quæ dicit in 5.limit.& quia dicta facultas, dum non eſt cõſumpta ſumma,ſemper durat,quia uerum eſt nondũ dediſſe mille,quæ dare facultas permittit: ſicut per contrarium dicimus, qui non poteſt ultra mille donare dando bis ſex centũ legem fraudaſſe uidetur,argum.ff.de uarijs, & extraord.cognitio.in l.1.§.ſi cui cautum eſt,faciunt not.in auth.qui rem C.de ſacroſanct.eccleſ.per recentior.late Tiraq. de retract.2. par.in præfatio.num.12.& ad ſupradicta eſt optimus tex.in c. Apoſtolicæ,extra de donat.ubi eſt expreſſum, uide etiã tex. notab.in l.ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdict.omn. iud.cum ibi notat.licet ſit argumentum contra in lege ſancimus. §.fi. C.de don.& quæ trad.Tiraq.de retract.2.par.§.2.in gl.unica, nu.22.ſed ibi inuenies rationem diuerſitatis.ex quibus, cum mentem potius amplecti, quam verbis pertinaciter inhærere debeamus, non eſt dubitandum contra mentem priuilegij non facere,qui bis & ter mutat teſtamentum,nec qui pluries donat,ſi præſcriptam ſummam non exceſſerit,vt in d.c. Apoſtolicæ.& in d.l.1.§.ſi cui, & qui teſtamentum ita facere poteſt,non erit donationem cauſa mortis facere prohibẽdus,ut in l.1.in §.quod autem mortis.ff ſi quid in fraudem patron.nec codicillos.quicquid male in d.conſi. Phili. Deci.dixerit.hæc enim omnia iure communi teſtandi facultate inſunt,nec ab ea facultate dimoueri poſſunt, cum ſub ea compræhendãtur,ſicut neceſſarium eſt cui decem nummos capere conceditur, vt octo capere conceſſum ſit, vt in l.1.§.ſi quis ita.ff.de uerb.obliga.hæ autem partes ultimæ ſunt volũtatis,quæ conceſſo teſtamento in omnibus ſuis partibus cõceduntur,vt in l.Marcellus.ff.de don.cauſ.mort. nec me mouerit quod dicit Solet argumentum à maiori non procedere
5 in diſpẽſatione ut dicit Holt.in c.pou[illegible] & Abb.in c.ad aures.in eo.tit.quia uerum id eſt, niſi illud minus ſit compræhenſum in maiori,nam conceſſo toto,& partes conceſſæ uidẽtur,vt in d.§.ſi quis ita, & in omni materia, etiam odioſa id verum eſt,vt in l.nec in ea.ff.ad l.Iul. de adul. in §.ſed qui occidere,ubi Papin.ita argumentatur, qui occidere poteſt ad ulterum, multo magis contumelia poterit eũ iure afficere.fac.tex.in l.in ſuis.in fi.ff.delibe.& poſthum.ſentit Bar.in repetit.l.Cæſar.num.19.ff de publi & uectig.argu. contra l.ſolemus.in §.latrũculator.ff.de iudicijs. de quo per Din.in reg plus ſemper.de reg.iur.lib.6.& idem Din.optime in reg.in eo ꝙ plus.eod.tit.de quo bene per Dec.in c.quia in tantum.de præb.& per eundem in c.cum in cũctis.num.21. extra de elect.& aliquid in conſi.76.col.fin.optime ipſe Dec. in l.in eo quod plus eſt.ff.de regul.iur.reprobando communem intellectum Ioan.ad tex.in l.græce §.illud.ff.de fideiuſſ. pro quo facit optimus tex.in l.3.§.ſi cum l.ſeq.ff.mandati.& in §.qui exequitur.inſti.eod.tit.de quo per Alcia.li.3.parerg. c.17.& R.Epiſcop.Segobien. interpretatur in c. quamuis pactum.de pact.lib.6.2.par.in §.6.nu.3.arg.contra.c.cui de non ſacerdotali.§.1.de præb.lib.6.& in l.ſi pupillorum.§.ſi prætor. ff.de reb.eorum,ſed de his aliàs, quia longiorem diſquiſitionem requirunt,quàm hic locus eſſe poſſit.Item etiam notan
6 dum eſt in hac materia,quòd illorum donationes,† quibus conſuetudo ius teſtandi non concedit,de quæſitis ex fructibus beneficiorum,quales in Hiſpania ſunt Epiſcopi,& in Italia clerici.licet in uita eis ſit conceſſa diſpoſitio per dictas cõſuetudines, tamẽ ſi morti proximi ſint in infirmitate ex qua decedant conſtituti,etiam ſi inter viuos nomen eis d. donationibus imponatur,& ad traditionem deueniatur, iure ultimæ uoluntatis cenſentur,ut ab illis factæ, qui teſtari minime poſſunt,inutiliter fiant,arg.tex.notab. in l. filiæ meæ emancipatæ,& ægræ.ff.ſolu.matrim.quem notat Bald.in authẽ. niſi rogati.C.de Trebellia.col.fi.ubi etiam allegat tex.in cap.1.de renuntia.lib.6.bonus tex.in c.de his.extra de ſepul. & tex.in l. ſi filia.ff.de diuort.optimus tex.in l.ſi cum mulier de morte uiri deſperans.ff.rerum amota.& in l.cum ratio.§.fraudis autem.ff.de iur.fiſc.fac.tex.in l.qui pœnæ.in §.1.ff. de manumiſſion. ex quibus ſatis colligitur,quòd uideatur in fraudem facere ille,qui teſtari non ualens,ſi grauatus deſperata infirmitate,mortique uicinis donet,etiam inter uiuos nomine quidem, re autem fere extra uiuos,& cauſa certæ mortis faciat. optimus tex.in l.Sulpitius.ff.de don.inter uir. & uxo. ubi inquit Marcellus,ſi color,uel titulus.vt ſic dixerim, donationi quæſitus eſt,nihil ualebit traditio,fac.quod not.glo.in c.Raynutius.in uerbo.deducendas.extra de teſt.& late Boer. deci. 287.non quod in infirmitate conſtitutus uſuarius clericus ſit, vt multi doctores uolunt,ſed quod fraus in ea ſpecie mani
7 feſta depræhẽdatur. ꝙ ſi donationes † tales in pias cauſas fiãt a talibus infirmis,& re ipſa tradantur,quæſtionis eſt, nam nõ ualerent ſi omnino iure ultimæ voluntatis cenſerentur,cum nec ad pias cauſas teſtari poſſint, vt eſt expreſſum in l. viuus. ff.ſi quid in fraud.patro.viuus libertus,inquit Iulian. donare bene merentibus amicis poteſt,legare uero,nec bene merẽtibus amicis poteſt,quo patroni partem minuat: donatio n. mortis cauſa,ſiue fraude, ſiue non fraude fiat, non tenet,vt eod.tit.l.1.§.alienatio, quod etiam alia ratione poteſt comprobari,quia ideo non teſtantur, quia in id tempus cõfertur diſpoſitio,quo ius,quod habent, futurum non eſt;ius enim clerici morte finitur, ſiue ſit dominium reſtitutioni ſubiectum,

Source : BIU Cujas

ctum,siue vsufructus,siue administratio, ideo frustra disponit.vt in l.vnum ex familia.in prin.ff.de leg.2. in tempus inhabile dispositione collata.in l.quod sponsæ.C.de donatio.ant. nupt.Abb.in c.ad hæc,de testa.facit auth.ingressi.C.de sacro sanct.eccl contra glo.ibidem contra quam est text.in l. eius, qui,in §.fi ff.de testa.in fin.quæ ratio, siue ad pias causas,siue
8 non pias testetur,† semper ualida est,cum de re aliena,vel alij debita,vt domino fiat prejudicium,uel creditori,nec ad pias causas quis testetur,vt in d.l.diuus,& in d.auth. ingressi.C.de sacrosanct.eccles.& in c.filius noster.ext.de test.in hac qõne Dominus Martinus Nauarrus in d.manuali confessorum.c. 25.num. 139. vult tales donationes re ipsa factas in pios vsus ualere,etiam si in mortis periculo sint illi donantes constituti,quibus non est concessa testãdi facultas, ratio est, quia ius, quod habent,vsque ad vltimum vitæ spiritum durat, nã & eo tempore matrimonium contrahi, religionisque votum vtiliter emitti potest.c.sicut.2.de regul.iur.& supra tetigimus parte 3.cap.3.num 6. quod ergo diximus in periculo mortis constitutum non posse donare,si is sit, qui testari non possit, id ratione fraudis præsumptæ est, non quòd potestas eo tpe deficiat,sed quòd videatur potius successori adimere velle, quam sibi, vt in simili dicit Marcellus in l.1.ff.de dona.caus. mor.quæ præsumptio fraudis, si in pios vsus semota omni affectione ueris pauperibus maxime non amicis, nec consanguineis,sed ignotis donatio fiat, cessat, quia nihil magis contrarium fraudi,quàm vera pietas sit, cum ex contrarijs fontibus hæc oriantur,alterum enim ex charitate oritur,quæ nihil agit perperam,alterum uero ex inuidia,& odio successoris,vel ex inordinata affectione in donatariũ dimanare certum est, quod si, qui ita moriturus donat pauperibus sanus, idemmet facere solebat,non potest cadere vlla suspitio,nam & diuus Laurentius moriturus donauit Thesauros ecclesiç, cuius exemplum qui sequatur nonne securus a fraudis suspitione erit? testari autẽ in pios vsus etiam cessante fraude non potest episcopus,quia in tempus inhabile, & quo Dominus futurus non esset,dispositio cõfertur, & licet idem uideatur in quolibet testante;cum vltima volũtas post mortem, quæ omnia adimit,conferatur vt dicit gl.in l.illa institutio. de hæred.insti.ff.in verbo pendere.Dec.in rub.C.qui test. fac.poss. Barb.rubr.2.lect.2.col.de testamen tamen per legem prouisum est inducendo hæreditatem, quæ imaginaria est persona,in qua continuetur magis,quam finiatur ius defuncti, & postea per repræsentationẽ hæredis,est succursum, cp in his, quæ ad hæredes non transeunt,locum non haber,sed omnino ea morte finiuntur ideo de acquisitis ex fructibus ecclesiæ episcopus non testatur,quia lex in his administrationem, usumfructum siue dominium,quocunque nomine appelles, restitutioni subiecit,& in his personam imaginariam,quæ hęrediras appellatur,non sub ministrauit: donatio autem reipsa facta inter uiuos,etiam si sit uicinus morti donãs,iure suo si fraudem remoueas, sustinetur, cuius potestas morte sola,non eius uicinitate spiret. & hoc etiam nostris temporib. sanctissimos viros feciss accepimus,qui, quod semper solẽt fructus suorum episcopatuum pauperibus elargiri infirmitatibus grauati idem sedulo cũ omnium laude exequuti sunt, quorum aliqui in pace requieseunt, alij uero adhuc viuentes,infirmi, & sani ijdem sunt. sed & si reperiretur prælatus, qui sanus non ita fuisset liberalis, non tamen statim,ex hoc, quòd infirmus donet,poterit fraudator haberi, nec est prohibendus eo tempore Dei misericordiam bonis operib. promereri. non nego id sanum facere melius esse, sed infirmo hoc interdicere res esset mali exempli, si omnis prorsus affectio inordinata cesset,cp si,vt diximus ignotis, & ueris pauperibus distribuat,non consanguineis,non amicis, quæ potest cadere suspitio fraudis? nonne magis fraudulentus erit, qui hæc a pauperum manibus uelit eripere? faciunt quę trad.Reuerend.Fra Domin.de Soto in d q.4.art.4.col.fi.quod si affectionis inordinatæ sint coniecturæ, hæc cum illis non leuis erit,si id quod in vita facere non consueuerat, cum iam moriatur facere incipiat.argumẽto textus in l.1.C.de pecul. eius qui liberta.meruit.sed de his satis,vt ad doctri.Bea.Thom.in d.quodlib.6.reuertamur, ex qua clara redditur huius materiæ resolutio,adeo ut coronis,huic quæstioni,immo & libello imponi posset,cum omnes difficultates hoc vno sublatæ fuerint,nisi opus foret ostendere licentiam, quam ex his clerici sibi datam prætendere possent strictioribus.ll. & cancellis circumscriptam,& inclusam esse, quàm ipsi existimant.

SVMMARIVM.

1 *Lex diuina quoad charitatem non est determinabilis per legem humanam.*
2 *Dilectio Dei non cadit sub præcepto secundum aliquam mensuram.*
3 *Quando eleemosyna cadat sub præcepto, & quando in eius omissione peccetur mortaliter.*
4 *Opinio Abbatis Panormitani.*
5 *Non requiritur quod sit extrema necessitas, vt eleemosyna sit da præcepto,ut late probatur per septem argumenta.*
6 *Peccat,qui consumit suos redditus in uenatione, & hystrionibus.*
7 *Ad charitatem reducuntur omnia præcepta, ut ad finem.*
8 *De superfluis,etiam cessante extrema necessitate, eleemosyna est de præcepto.*
9 *Pauperem esse,vel diuitem non est in puncto indiuisibili,nec quæ dicantur superflua.*
10 *Res ecclesiæ dicuntur sacræ in 4.gradu, ideo in eis committitur sacrilegium.*

Caput. 5.

In quo tractatur quando eleemosyna sit de præcepto, tam in clericis, quàm in laicis.

IN precedentibus capitibus visum est,an clerici,a lege iustitiæ in reddituum suorum dispensatione liberentur, nunc videndum est quomodo lege misericordiæ teneantur, nam, vt dictum est, lege iustitiæ & restitutionis vinculo sunt soluti, ex debito tamen charitatis ad eleemosynam de his, quæ sibi supersunt,tenentur,quamuis enim diuinum ius, & naturale per ius positiuum determinetur quoad iustitiæ leges,quoad charitatem
1 tamen,non est determinatum,† nec potest determinari, & si millies specialiter,& minutim determinetur quantum clericus expendere possit,quantumcunque stricte fiat computatio,si reperiatur uere aliquid sibi superesse, vel parsimonia, uel alia quacunque ratione,fieri non potest, vt id quantumcunque sit,nõ cadat sub debito charitatis, tenetur enim quis de superfluo ex præcepto facere eleemosynam, quod præceptum non potest lege humana recipere determinationẽ aliquam.cp enim diximus legem naturæ, & diuinam posse per legem positiuam determinari,eo pertinet,vt eatenus possint determinari,quatenus iustitiam respiciant,non quatenus ad charitatem pertinent, quia ut S Thom. singulariter declarat 1.2.q.99.art.5.ad primum.moralia in tantum sunt lege determinabilia,inquantum pertinent ad iustitiam, & ita idem S. Thom.2.2 q.184.art.3.in respons.ita inquit,non autem dile-
2 ctio Dei,† & proximi cadit sub præcepto secũdum aliquam mensuram,ita cp id cp est plus sub consilio remaneat, ut patet ex ipsa forma præcepti. & infra dicit, hoc ideo, quia finis præcepti charitas est, ut Apostolus dicit. 1.ad Thimot. 1.in fine autem non adhibetur aliqua mensura, sed solum in his, quæ sunt ad finem,vt Philosophus dicit.1.politico, sicut medicus non adhibet mensuram quantum sanet, sed quãta medicina,uel dieta vtatur ad sanandum. hæc S.Tho.& ita quomodocũque superfluum aliquis possideat,tenetur de necessitate salutis ad dandam eleemosynam in casu necessitatis, vt infrà dicemus, nec per legem potest determinari quantitas, uel modus infra quem quis sit immunis ab ista lege misericordiæ,dum enim sibi superfluat,omnino charitatis legi subijcitur,& ita omnia, quæ dicta sunt procedunt quoad legẽ iustitiæ,non quoad debitum charitatis, & ita S.Thom.in illa quæst.185.art.7.vult,cp propter immoderatum affectum, vel vsum peccet clericus,si immoderata sibi retineat,& alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis, loquendo de deputatis in vsum episcopi, vel clerici. pro cuius intelligẽtia notandum quæstionem esse inter doctores, quando quis te-
3 neatur facere eleemosynam † sub peccati mortalis reatu, nã dubium non est eleemosynam de superfluis esse de necessitate salutis,cadit enim sub præcepto de dilectione proximi, vt docet S.Thom.2.2.q.32.art.5.& Card.Alexand.c.tria sunt. 45.dist.& ita tam laici,quàm clerici,tam mares, quam fœminæ cuiuslibet conditionis sub peccati mortalis præcepto eleemosynam facere tenentur.

Sed in hoc art.Abb.Panormitan.noster in c.si uero.extra.
4 † de iureiurando. in num. 6. existimat duo concurrere debere,vt eleemosyna sit de præcepto, alterum, vt quis superflua possideat,alterũ uero,qđ pauper ille, cui faciẽda sit eleemosyna,in extrema necessitate sit cõstitutus, quod si quid ex his deficiat,eleemosynam esse de consilio dumtaxat, quod etiã tenet Præpos.it.Cardin.Alexand.in c.sicut 11.47. dist. 4. conclusio.3.sed falsa est eorum opinio, & contraria sententia fuit S.Thomæ quodlibet.8.q.6.artic.13.ubi expresse, & in 4. sententia.d.15.q.2.art.1.qui dicit, cp communis est hæc opinio,& eam sentit in 2.2.q.66.art.7.in concluſi. qui semper te-
5 nuit nõ requiri cp detur † extrema necessitas,vt quis eleemosynam de superfluo facere teneatur, hoc manifeste probat ex pluribus,primo ex Matthe.25.ubi secundum S. Tho.probatur,cp eleemosyna est in præcepto, cum eius omissio pęna æterna puniatur, sed ibidem quando dicitur esuriui, & non dedistis mihi manducare,sitiui, & non dedistis mihi potum,

Hospes

Source : BIU Cujas

Hoſpes eram,& nõ collegiſtis me, nudus, & non operuiſtis me:infirmus,& in carcere,& non uiſitaſtis me. non innuitur ꝙ in illis rebus extrema neceſſitate laborauerit, nam raro euenit,vt quis, propterea ꝙ nudus ſit moriatur, & in potu, cum paſſim aqua reperiatur, raro extrema cadit neceſſitas, & licet Cardin. Turrecrem.in c.ſingulis.86.d.4. col. in 3.concluſi.velit extra paradiſum neminem nudum viuere poſſe,ſi præciſſe hoc intellexit, experientia contrarium multis in locis oſtendit:ſi intelligit non poſſe,quia ſit cum maxima incõmoditate, id erit iam extra neceſſitatem extremam,niſi dicas extremam dici, quia licet nõ ſit extrema quoad vitam, eſt tamẽ pudoris, & humanitatis ratione habita, quod inter homines fidei dono prædictos,nullus ita viuere poſſe videatur,licet viuant hoc modo Barbari multi,& infideles.

Secundo videtur comprobari exemplo Lazari mendici, in quo nõ apparet fuiſſe extremam neceſſitatem, nam cum oſtiatim peteret eleemoſynam, ſecundum eos, qui iſtas ſubtilitates perquirunt, non habentur ij tales,vt in extrema neceſſitate conſtituti videantur, ergo ad eleemoſynam, vt ſit in præcepto,non eſt neceſſarium,vt adſit extrema indigẽtia.

Tertio probatur.1.Ioannis 3. vbi dicitur, quòd non dare eleemoſynam neceſſitatem habẽti charitati repugnat, ergo eſt peccatum mortale, non tamen neceſſariò debet intelligi de neceſſitate extrema,quia verba nõ ſunt talia,inquit enim Bea.Ioan.qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo.

Quartò,quia ſi ſolum eſſet de præcepto in extrema neceſſitate,& aliàs ſolum de conſilio,ſequeretur ꝙ diues, qui decem,vel uiginti millia ducatorum habet in redditibus,& qui omnibus huius mundi bonis abundat, non eſſet in ſtatu dãnationis,etiam ſi toto tempore vitæ ſuæ nec obolum largiretur,cum ſi neceſſitates communes non ſufficerent ad præceptum,illæ extremæ raro,uel nunquam occurrant, & tamẽ hoc eſt ita abſurdum,vt nullus id non uideat, ergo & concluſio eſt abſurda, & falſa.

Quintò omnibus cõdemnandis eleemoſynæ omiſſio imputanda erit,ut in ſententia ultimi iudicij, quæ hũc titulum, hanc ſupraſcriptionem,hanc ſolam rationem,& cauſam cõtinebit,de qua ſententia. Matth. 25. ſed quòd illis omnibus, neceſſitates extremæ occurriſſent veriſimile non eſt, ergo non ſola extrema neceſſitas eſt in præcepto, & obligatione eleemoſynæ,& quod maxime mirandum ſit, quod in ea ſententia non aliorũ criminum ratio haberi videatur, & quod omnibus hominibus cõdemnandis ea cùlpa communis ſit, nam & Sodomæ cõdemnationi,cuius crimina, & abominationes cauſam peculiarem,& notiſſimam habere videntur, idem titulus aſcribẽtur, & communis omnium aliorum culpa imputabitur, dicente Domino per Ezechielem capitulo decimo ſexto. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia,ſaturitas panis,& abundantia,& otium ipſius,& filiarum eius,& manum egeno,& pauperi non porrigebat. Si hocigitur Sodomis imputabitur,quid his, qui patres pauperum appellantur,& eſſe debent, fiet?

Sextò pro iſta parte facit,ſi hoc non eſſet verum quòd ſuperflua eſſent pauperibus elargienda ſub pœna peccati mor
6 talis,ſequeretur quòd ille,qui ea,quæ ſibi ſuperſunt, † in hyſtriones,& venationes,& ſimilia conſumeret,non peccaret, cum,ſi hæc res nulli nec ex lege iuſtitiæ,nec miſericordiæ debentur,poſſint,& ſine peccato in mare proijci, vt a quibuſdam philoſophis factum eſſe perhibetur,non tamen vel politicus,uel Chriſtianus homo hoc faciet, cũ prodeſſe his rebus indigentibus poſſit, nec ſimile quid ſancti fecerint, nec aliquis ſanæ mentis homo,licet ſit argumentum contra in lege Mæuius ff.de cond & demon ſed illa lex alium habet intellectum,de quo recentiores poſt Raphael.Cuma. plura effunduntmaxime Fortunius in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ſed melius aliis explicat Acoſta. Luſitanus iuriſperitorum ſui temporis facile Princeps in d.§.& quid ſi tantum pagin. 189.ideo peccant,qui ita bona profundunt, ut in c.donare, & in c.qui venatoribus.86. diſt. & ita prodigalitas eſt peccatum,ut per S.Thom.ſecunda ſecundæ q.119. artic. 2. & dicit idem S. Thom. ꝙ qui donat malis, ſine legitima cauſa, peccat,ſecunda ſecundæ.q 126.art.4.in concluſio.nam licet legibus ſeculi re ſua quilibet,& vti,& abuti poſſit,vt in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit,& in l.ſi quid poſſeſſor.§.ſi quid autem, ubi Alberic.ff.de petitio.hæredita.lege tamen Dei, quæ ſcripta eſt in ipſius præceptis,licet bona tẽporalia, ut uerba S.Tho. d q 32.art.5 ad ſecundum referamus, quæ homini diuinitus conferuntur, eius quidem fiunt quantum ad proprietatem, ſed quantum ad vſum,non ſolum debent eius eſſe,ſed etiam aliorum, qui ex eis ſuſtentari poſſunt, ex eo quod ei ſuperfluunt:unde Baſil.dicit, ſi fateris ea tibi diuinitus proueniſſe, ſcilicet temporalia bona,an iniuſtus eſt Deus inæqualiter nobis res diſtribuens,cur tu abũdans,ille vero mendicat, niſi vt bonæ diſpenſationis merita conſequàris, ille vero patientiæ brauijs decoretur,eſt panis famelici,quem tu tenes,nudi tunica,quam in conclaui ſeruas, diſcalceati calceus,qui penes te marceſcit,indigentis argentum, ꝙ poſſides inhumatum, quo circa tot iniuriaris quot dare ualens es. hoc idem dicit Ambroſius,vt habetur diſt.47.huc vſque ſunt uerba S. Tho.

Septimò,non eſt dubium ꝙ latius patet præceptum charitatis,quàm lex iuſtitiæ, ſed in extrema neceſſitate exiſtenti tenetur quis ex lege iuſtitiæ ſubuenire, vt ſupra probatũ eſt, ergo præceptum charitatis locum habet etiam extra caſum neceſſitatis extremæ:antecedens probatur, quia charitas eſt
7 omnibus in præceptis,ut finis, † & intentio, ut ſæpiſſime dicit diuus Thom.ſecunda ſecundæ.q.122.art. 1.& 4.& in q.23. art.4.in fi.& in q.44.art.1.in concluſi.ad charitatem enim reducuntur omnia præcepta ſicut ad fin.& ita, licet ſit in omni præcepto, non tamen cadit ſub omni præcepto, ut dicit idem S.Tho.ſecunda ſecundæ q.184.art.3. & art. 6. nam uerba S.Baſilij & S.Ambroſij acriter reprehendentium diuites, qui non ſubueniunt pauperibus,quæ refert S.Thom.in d.q. 32.& habentur in c. ſicut ij. 47. diſt. non ſunt talia, quæ poſſint reſtringi ad caſum neceſſitatis extremæ, & licet in c.paſce fame morientem. 86. diſt. loquatur S. Ambroſius de neceſſitatem extremam patiente,ut ex eo patet, & ita reſpondet ad illum tex.poſt S.Thom.ſecunda ſecundæ q.32.in concluſio.Card.Turreclem.c.ſingulis.86.diſtin.num.4 tamen id verum eſt,ut homicida ſit, qui in extrema neceſſitate laboranti non ſuccurrit,ut etiam probatur. ff. de liber. agnoſcen. in l.necare.ſed,vt peccet mortaliter, non requiritur extrema neceſſitas.

Et iſtam opinionem, quòd de ſuperfluis quis teneatur fa-
8 cere eleemoſynam † ſub peccati mortalis reatu, etiam non data neceſſitate extrema, ſi detur urgens neceſſitas, tenuit Cardinal Turrecrema.in d.c.ſingulis. 5. col. ubi optime declarat per octo concluſiones,quarum ſumma, & veritas eſt, quòd exiſtenti in extrema neceſſitate tenetur quis ſub peccari mortalis reatu ſubuenire,niſi ſe,uel ſuos ex hoc in ſimili neceſſitate conſtitueret.quia,quando non eſt extrema neceſſitas,tenetur quis de his tantũ,quæ ſibi,& ſuis ſuperfluunt, ſecũdum ſtatum ſuum facere eleemoſinam, & iſtius opinionis eſt S.Thomas in quodlibet 8.q.6.art.13.cum hac moderatione,quod non teneatur præciſe huic,uel illi, uel omnibus, quia fieri non poſſet,ſed ſufficit,quod diſtribuat,prout ſibi vi debitur,licet in d.quæſt,32.adeo obſcure loquatur,vt uideatur ſentire,quòd ſolum ſit de præcepto in caſu extremæ neceſſitatis,aliàs ſit de conſilio.ſed intelligitur ꝙ non eſt neceſſarium huic,uel illi,uel omnibus dare,quando omnibus ſubueniri non põt,ſed alicui dare eſt de præcepto,ut dicto quod lib.determinat.

Iſtam opinionem tenet Dominus Martin. Nauarr.in ſuo manuali confeſſorum.c.24 pro contraria autem opinio nulla poteſt allegari ratio,cui opus ſit ſatisfacere,cum ita euidẽter ſit falſa:ſolum habuit originem ex eo, quod S.Thom.ſecunda ſecundæ.q.32.art.5.in cõcluſione obſcure locutus eſt, & uerba ipſius uideantur eſſe contra ſupradicta, quod fuit cauſa erroris Panormitani, & quod obſcure etiam in hoc loqueretur Archid.c.ſicut.47.diſt. & ibi Turrecrem. & in c. quamobrem.de pæn.diſtin 1 ſed clare loquitur idem Turrecrem in dicto c.ſingulis.86.diſt.ſupra allega. ad uerba S. Thomæ optime ea interpretando reſpondit Caietan. in opuſculo huius rei particulari,tomo 2.tract. 5. vbi reprehendendo Abbatem Panor. oſtendit tam ex locis ſupra allegatis, quã alijs,S.Thom.in ea ſemper fuiſſe ſententia, ut nõ requiratur ad præceptum eleemoſynæ ꝙ concurrant ſimul, ut quis ſuperflua habeat,& neceſſitas in paupere ſit extrema,& ibi ponit argumenta,& reſponſiones alias, quibus hæc pars comprobari poteſt, quę omittimus, quia ibi poterunt uideri:de præcepto igitur miſericordiæ omnes tenentur ad faciendũ eleemoſynam de ſuperfluis, nec aliquis ab hac lege eſt immunis,quia ut inquit diuus Ambroſius cap.ſingulis. 86.diſt. miſericordiæ eſt communis vſus, ideo commune præceptũ eſt omnibus ætatibus,omnibus officijs neceſſaria,& ab omnibus deferenda: non publicanus,non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus,diues,& pauper,omnes in communi admonentur,vt conferant non habenti, miſericordia enim plenitudo virtutum eſt.& ideo omnibus eſt propoſita perfecta forma uirtutis &c. nec quod ibidem de paupere dicitur ſupradictis obſtat, nam & pauper ſecundum ſtatum ſuum, immo,cui aliquid deficit,tenetur eleemoſynam facere, licet pauper dici poſſit,hoc enim eſſe diuitem, uel pauperem ſe-
9 cundum ſtatum ſuum non conſiſtit in puncto † indiuiſibili, ſed habet latitudinem,& eſt,ut græci dicitur ἐν πλάτει & in ſimili dicit Iulianus in l.ratum.ff.de ſolutio.Et ſpatium quoddam aſſumitur nec nimium,nec maximum, & quòd magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi poſſit. & Celſus apud Vlpian.in l.in hac actione.ff.de condit.itic.& Paul,

in

Source : BIU Cujas

in l.si arbiter.ff.de probat. & Vlpianus Iulianum referens in l.quo enim.ff.rem rat.haberis in §.Iulianus, vbi inquit, hoc autem πιχυμερεστερον erit accipiendum,& hoc Iulianus in l.1.ff. vnde legitim. παρατατικως dicit accipiendum; sic etiam quantum pro conditione alicuius necessarium esse dicatur, vt alia omnia superflua sint, latitudinem habet, nec facilis est determinatio.his enim,quæ fines certos non habent constitutos,non ita certa meta potest adhiberi, vt in simili inquit eleganter Vlpianus in l.locus.in §.fi.ff.de verbo.sign. fundus quidem suos habet fines, locus vero latere potest quatenus determinetur,& definiatur,sed non ob hoc liberum penitus habet arbitrium clericus,vt magnos redditus sibi esse necessarios semper dicere possit,nam vt inquit Bea. Thom.in d.q. 185.art.7.in concluſi.si quidem in modico deficiat,vel super abundet,potest hoc fieri absque bonæ fidei detrimēto, quia non potest homo in talibus accipere illud,quod fieri oportet,si uero sit multus excessus, nō potest latere,vnde videtur bonæ fidei repugnare.ita Sanct.Thom.q̄ etiam dixerat Aristotel.qui 2.ethico.ita inquit. Qui paulum aliquid decorum egreditur,non est in vitio,qui autem longius euagatur,quoniam minime latere potest, non caret repræhensione, facit tex.in l.hæc adiectio.ff.de uerb.sign.ex his apparet quòd nō illico omnes diuites superflua possidere dicentur, sed multis pensatis in superfluum erit simpliciter, & absolute, q̄ nulla ratione sit necessariū,nec latere possit, & quod ita superfluū esse apparebit, id habere peccatum est, vt optime declarat Card.Turrecrema.in c.clericus.uersi.ad secundum nu.5.12. q.2.quem oportet videre, quia in hoc sæpissime a diuitibus peccatur.sic etiam quando quis dicatur esse in extrema necessitate,& quando in graui,uel secundum naturam, uel secundum conditionem suam,regula certa constitui non potest,nam vt inquit Sanct.Thom.in d.q.185.art.7.ad primum. non potest determinari quando sit ista necessitas,quæ ad peccatum mortale obliget,sicut nec cætera particularia, quæ in humanis actibus considerantur, horum enim determinatio relinquitur humanæ prudentiæ.ita S.Tho. cum autem id boni viri arbitrio relinquatur,non omnino incertum est, imò lege pro certo habetur,vt in l.1.in ult.respō.ff. de leg.2.ideo prætia rerum,& in legibus iustitiæ, licet ex arbitrio communi dependeant, certa habentur non in puncto indiuisibili, sed cum ita exceditur,vt id latere non possit,ut in l.2.C.de rescinden.uenditio.& l.maiorib.C. commu. ubi dd.& l.si quis cum aliter.ff.de verbo.obl.& hæc est vera ratio ad illas leges quā nullus ex nostris dd.ponit,& est optima ratio ad ea quæ gl.in l.1.§.pueritiam in verbo.ratus.ff.de postu.inquit, rationem reddi non posse scilicet ad tempora ætatum, tempora præscriptionum,& similia, in quibus temporib. res adeo manifesta redditur,ut latere non possit, sicut excessus ultra dimidiam iusti valoris,vt mirandum sit R.Pat. Domini.de Soto in d.q.4 art.3.in 4 ratione.ita rem incertā existimare quantum secundum dignitatem,& conditionem cuiusque sit necessarium,ut hac maxime moueatur ad liberandum omnino prorsus episcopum a lege iustitiæ in dispensatione suorum reddituum,quæ sane ratio si adeo potens esset,& sufficiens ad liberandum a lege iustitiæ, etiam ad liberandum a charitatis præcepto,& a lege misericordiæ sufficeret, quod nemo dixerit,& ipse optime in artic. 4.singulari iure episcopos ad eleemosynam constringit,sic etiam,vt quis dicatur esse in extrema necessitate,non expectandum est, vt eò miseriæ perueniat pauper,vt iam forte frustra ei succurratur, vt bene ex Sanct.Thoma dicit Card.Turrecrema. in d.c.singulis,num.6.3.cōclusio.in fi. & est expressum in l. stipulationes non diuiduntur.in § fi.uersi.plane.ff.de uerb.oblig.plane inquit Vlpianus.si insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum,vt insula ruat,ut sic denique agi possit, facit tex. in l.si uero,in §.prætor ait.ibi, neque expectamus ut noceat, sed omnino,si nocere possit,edicto locus fit.ff.de his, qui eiecer.ue. effude.sed,vt diximus,ad præceptū eleemosynæ non requiritur extrema necessitas,nec vt quis sit proximus extremæ necessitati, ut quis ei de superfluis eleemosynam elargiri teneatur, sed sufficit quod sit in non leui necessitate secundum statum suum,hoc enim sat est, vt de superfluis cuiuslibet status, uel conditionis homo teneatur eleemosynam facere constitutis in tali necessitate, & nullus excusari poterit, quod non sint egeni tales, quibus eleemosynam facere teneatur,cum si non in extrema necessitate naturæ, in maxima tamen necessitate,uel naturæ,uel secundum conditionem suā pauperes nunquam deficiant,nam & Dominus dixit. Pauperes semper habetis uobiscum.Et re ipsa experimur plures esse,quàm facultates cuiuslibet sufficiant, ideoque verum erit semper de superfluis teneri quemlibet sub peccati mortalis reatu facere eleemosynam, quod si ad hoc omnes tenē tur,etiam laici, clericos multomagis teneri de bonis ecclesiasticis certum est,considerare enim debent,quòd si aliter dispensent,quamuis a præcepto iustitiæ liberi sint, intētionem tamen præcepti non obseruare, & quod sicut de mercede postribuli oblatio fieri prohibitum est lege veteri,& noua,vt deuteronom.23.& nota.in c.1.14.q.5.& in c.oblationes.90. dist.in lege ueteri propter immunditiā,in noua propter scādalum,ut dicit S.Thom.2.2.q.86.art.3. ad 1.& propter sacrorum reuerentiam,ut ipse dicit 2.2.q.32.art.7. ad secundum, licet glossæ alias rationes ponant,ita per contrarium, reddituum bonorum ecclesiasticorum quæ Deo,& ecclesiæ sunt oblata.ut in c.res eccl.& in c.qui Christi.12.q.2. dispensatio turpiter facta maius crimen in se continet, quàm si in alijs rebus esset abusus, nam hæ res ecclesiæ,† licet non propriè, tamen in quarto gradu sacræ habentur:ideo in eis committur sacrilegium,vt per S.Thomam secunda secundæ.q.99.artic.3. & ideo ex natura rerum maius peccatum cōmittitur in abusu reddituum ecclesiasticorum, quàm aliarum rerū. nec contrarium sentit S.Thom.d.q.185.art.7. in conclusion. dum vult q̄ redditus ecclesiastici ex ipsarum rerum cōditione sint eiusdem rationis,cuius sunt propria,& patrimonialia bona,quia.S. Thom. hoc determinat quoad legem iustitiæ, non quoad debitum charitatis,quod in clericis,& in redditibus ecclesiasticis longe magis existit,ut optime probat Reu. frater Domin.de Sotto in d.lib.10.de iust.& iur.q.4.art.4.loquens de Episcop.& in fi.dicit, & si lege iustitiæ non magis Episcopi uinciantur,quàm diuites seculares, tenentur tamē strictiori misericordiæ nexu,& quod ipse de episcopis,idem de alijs clericis,qui redditibus ecclesiasticis abundant,dicendum est. quinimmo & lege iustitiæ aliquando clerici etiam in patrimonialibus bonis nō sunt liberi, si talis rerum abusus sit,ut turpitudinem contineat,vt per Cyn.Bar.Alber.& alios in l.2.C.de donat.inter uir.& uxo. late per Palaci. in repetit. rubr.de don.inter uir.& uxo.§.39.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius est procurator a lege.*
2 *Clericus est dominus mensæ sui beneficij.*
3 *Quòd res sit ecclesiæ,uel Christi, non repugnat dominio clericorum.*
4 *Clericus est usufructuarius causalis,non formalis.*
5 *Barbatij turpissimus error.*
6 *Locus Aristotelis declaratur.*
7 *Intellectus l.si quis cum totum.de except.rei iudi.in princ.*
8 *Iudex debet condemnare in parte probata.*
9 *Iudex petitis decem,si actor de quinque probauit,in quinque tantum condemnare tenetur.*
10 *Absolutoria compræhendit totum,& partes.*
11 *Non est consequentia, non potest alienare, ergo non est dominus.*
12 *Prælati quomodo procuratores dicantur,& sint.*
13 *Clericus marito in re dotali comparatur.*
14 *Fructus collecti a prædone censentur collecti a beneficiato spoliato.*
15 *Concilium Tridentinum nihil mutat ex supradictis.*
16 *Melior resolutio materiæ,ut cessent omnes difficultates.*
17 *De officio præsbyteri, & etiam episcopi.*
18 *Verbum prædicare qualiter accipiendum sit.*

Caput 6.

In quo probatur clericos esse Dominos rerum suorum beneficiorum.

DEducitur ex supradictis in præcedenti cap.& ex S.Thom.resolutione,cum per erectionem beneficiorū, & antiquā diuisionē, & hodie multo magis consuetudinib. supradictis uigentibus,quib.speciaI liter clericorum mensæ bona sint deputata, q̄ clericus † rerum sui beneficij,non vsusfructuarius, uel procurator solū, q̄ omnibus usufructuarijs commune est, ut a l. procurator esse censeatur,vt in l.1.§.fi.ff.de noui.oper.nunt.& in l.1.in fi. ff.usufructu.quemadmodum caueat.Bal.in rub. de procura. Bar.in l.si is qui fundum.circa fi.ff.de usufruct.leg.& Bal.in l. eum ad quem.C.de usufruct.Pau.de Castro.in l.fi.in §.fin.ff. de seruituti. sed dominus rerum beneficij simpliciter dici 2 possit,q̄ autem dominus † episcopus,uel beneficium canonica obtinens institutione sit rerum suæ mēsæ,uel beneficio assignatarum,probatur ex pluribus.

Primo per tex.in c.uolumus.& c.seq.89.dist.ubi episcopus uice dominum constituit,ergo ipse dominus est.

Secundò,probatur in c.indicatum.ead.distin. ubi dicit res esse patrimonij episcopi.

Tertiò episcopus,& beneficium obtinens rei vendicatione agere possunt pro bonis suæ mensæ,uel beneficij, vt omnes not.in c.proposuisti.circa fi.extr.de præb.

Quartò,potest vendicare beneficium, vel ecclesiā,ut oēs not.& Abb.trad.c.cum super.fi.col.de caus. poss.& proprie. ergo & eorū,quæ sunt illius ecclesiæ.l. sic eueniet.ff. ad l.Iul. de

Source : BIU Cujas

de adult.& licet argumentum ab authoritate in diſputando leue ſit,& inſolens,& magis legibus, & rationibus ſit argumentandum: tamen cum hæc opinio ſit noua contra doctorum communem opinio.quod ex eorum alijs opinionibus ſumitur argumentum contra eos validiſſimum erit.

Quintò probatur,capitulum, & prælatus pro rebus communibus poſſunt rei vendicatione agere, vt in c. Abbate ſane.de verb.ſign.lib.6.in prin. ergo pro rebus applicatis ſingulis eorum ſpecialiter quilibet rei vendicatione agere poterit, quia ꝙ poſſunt plures iure communi cõmuniter, poteſt ſolus in re particulari,vt ff.de rei uendicatione.in l.quæ de tota. cum concordan.

Sextò probatur in c.ſi epiſcopus.12.q.5. ubi poteſt epiſcopus rem eccleſiæ dare,ſi tantundē de ſuo eccleſiæ relinquat, hoc autem ſine dominio fieri nō poteſt, cum dominio aũt ſæpe permittitur , etiam ſi res illa ſit ſubiecta reſtitutioni. vt ff.de leg.2.in l.unum ex familia.§.ſed ſi fundum. & in l cum amplius.§.cum bonorum.ff. de leg. 1.

Septimò probatur,quia quòd res eccleſiæ dicantur Chriſti,uel eccleſiæ,† vt ſupradiximus, non repugnat huic domino,immo ideo domini rerum ſumus,quia Domini eſt terra & plenitudo eius,& eius benignitate domini efficimur,& ſumus.ꝙ autem dominium proprius dici poſſit eſſe apud eōs, & beneficiatos,quàm apud eccleſiam,ex eo patet,quia in iure noſtro potius dominium conſtituitur apud perſonas ueras,quàm apud miſticas, apud quas neceſſitatis cauſa, & in ſubſidium ſolet dominium conſtitui,donec perſona vera, in qua illud dominium reſideat, aduocetur, nam & hæreditas tamdiu dominium rerum obtinet quamdiu hæres aditione dominus efficiatur,ut in l.hæreditas.ff. de acq. rerum dominio.& de reg.iur.& in l.1.in §.Scæuola.ff. ſi quis teſta. lib.eſſe eſſe iuſſ.fuer.& in l.cæptam.ff.de uſucap.ſed apparente hærede,& hæreditatem adeunte,dominium apud eum reſidet,de acq.poſſ.in l.cum hæredes facti ſumus , quod dominiū prius apud hæreditatem, neceſſitate quadam erat, ne bona nullius,& uacantia eſſent , & occupantis iure gentium fierēt,ſic igitur dominium rerum epiſcopatus , & beneficij apud eccleſiam uacante ſede,vel beneficio ſunt,epiſcopo tamen canonice inſtituto, vel beneficio collato clerico, dominium apuud eos reſidebit earum rerum,quæ menſæ ſuæ ſunt deſtinatæ,& ita non vſusfructuarius formalis , & ſic iure ſeruitutis.uel uſuarius,ſed cauſalis † iure dominij,& dominus dicendus clericus eſt,ſi enim vſufructuarius eſſet, dominus non eſſet,licet,neſcio quo iudicio,Barbat.in d.c.fi.de pecul.clerico. antepenul.col.num.13.in fi.per contrarium argumentet̃ maxima cum admiratione,† quod doctores id non ſint aſſecuti,cum enim prius dixiſſet uſumfructū partem dominij eſſe, & ubicunque alicui denegatur totum denegari & quamlibet,partem totius,ſubiungit,ſequitur neceſſario,ꝙ ſi nō ſunt domini rerum eccleſiæ,quod non ſunt vſufructuarij,quia in parte dicerentur domini , ꝙ omnino prohibet textus in c.2. & ſimil.& indubitanter iſta ratio euertit in totum fundamentum Hoſtienſis & Ioannis Andreæ, neſcio quomodo tantū laborauerint profundiſſima ingenia tantorum patrum aſſerentiū clericos vſusfructuarios eſſe,aut ſimiles uſusfructuario,hæc ſunt verba Barbat.cuius modum argumentandi nō intelexiſſet Paulus iuriſconſul. qui in l.recte dicimus. ff. de uerb.ſign.ita inquit. recte dicimus cum fundum totum noſtrum eſſe,etiam cuius vſusfructus alienus eſt , quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, vt uia , & iter, nec Ariſt † qui lib.6.politico.c.6. loquendo de iudice qui petitis uiginti minis reum abſoluit inquit non enim,cum abſoluit, nihil debere iudicat,ſed uiginti minas non debere,nec Paulus iuriſconſul.in l.mortuo boue.ff.de leg 2. & in l.lana legata.circa ſi.ff.de leg.3.ex quibus , & in partibus quotitatiuis , & in partibus integralibus male argumentari Barb. apparet, & in terminis uſusfructus, & proprietatis contrario modo argumentatur iuriſconſultus Iulianus in l.ſi cum teſtamentum.§.ſi fundum meum. ff. de except. rei iudicat. ubi inquit tex.quoniam poſtquam nactus ſum proprietatem fundi deſinit meus eſſe prior uſusfructus , & iure proprietatis quaſi ex noua cauſa rurſus meus eſſe cæpit, ex quo tex. apparet eſſe bonam conſequentiam,eſt uſusfructuarius, ergo non eſt dominus,contrariam Barbatij collectioni,& eſt etiã expreſſum in l.cum in fundo.ff de iure dou,ſed hæc longiorem diſquiſitionem requirerent,cum illi Ariſt. ſententiæ ex diametro pugnare uideatur Vulpian. reſponſum in l.ſi quis cum totum † de exceptione rei iudicat.Si quis,cum totum petiſſet,inquit Vlpiã.partem peteret, exceptio rei iudicatæ nocet, nam pars in toto eſt,eadem enim res accipitur, & ſi pars petatur eius quod totum petitum eſt,nec intereſt vtrum in corpore hoc quæratur,an in quantitate,uel in iure &c. ſed dictū Vlpiani eo permouet quod in iure noſtro ſtatutum ſit , vt qui decem,uel fundum,uel hæreditatem petit,& totum , & ſingulas partes petiſſe videatur,& iudex qui de ea re cognouerit,non ꝙ decem non probauit actor , abſoluere debet reū, ſed ſi ſeptem, vel octo probauit deberi , in his condemnare debet , ideo abſolutio non decem tantum non deberi continet, ſed nec decem partem aliquam . hoc probatur ex eodem Vlpiani reſponſo in eadem l. ſi quis cum totum. in §. final. & cum ex iure agentis , qui affirmatiue petijt , ius metiamur , & qui decem petit , & unum,& duo,& ſingula ex decem petat.l.1.§.ſi ſtipulanti.ff. de uerb.obliga.& iudex non de parte,ſed de toto cognoſcere,& iudicare debeat, non de toto iudicaret non deberi decem pronuntians, ſi de nouem,& de octo,& ſic de ſingulis quæſtionem dimitteret. & ita petitis decem , ſi actor quinque deberi probauerit, in quinque iudex † condemnare poterit,ut ſenſit gl. in l. uerbū oportere.ff.de uer ſign.clarius gl.in l.ſi ſeruus furtiuus. §.bo ue ſurreptio.in gl.ſummouebitur,& in gl.offerēte. ff de cōd. furti.& per illam expreſſe Ioan.Fabr.allegā. Petrum de Bell. in §.quoties.inſt.de inutil.ſtipulat. per textum, qui uidetur expreſſus in l.uir uxori.§.fi.ff ad ſen.conſul. uelleian. ibi.creditorem partem dumtaxat pecuniæ a muliere petere poſſe, quod ſi totū petierit exceptione pro parte ſummouebitur. idem tenet idem Ioan.Faber in §.temporalis.inſtit.de excep. prima col.alios ad hoc allegat Tiraq. in tract. de utroque retract.in fi.ſecundæ partis nu.98.ꝙ etiam uoluit Bar.in l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſolu.matr.& in l.qui ſolidum.ff.de leg. 2. & uidetur expreſſum in reſponſo Iulia.in l. quidam exrmauerunt. ff.ſi cert peta.in principio,& in l.1.in princ.cum gl. ſuper verbo catenus.in 6.exemplo.in uerſi.in corporalibus. ff. de no. oper. nunt.& eſt expreſſum in l.diem proferre. §. ſi plures.ff. de arbitr.& in c.1.de arbitr lib.6. licet in principali illorū textuum deciſione ſit maior difficultas, quàm noſtri doctores exiſtimant,ut ex illo Ariſtotelis loco apparet. ſed de hoc alibi,longiorem enim tractatum requirit, quàm hic locus admittat:late declar.Reueren.Epiſcopus Segobienſis lib. 1.uaria.reſol.c.2.num.6.facit optimus tex. qui omnino uideatur in l.1.§.Trebatius.in uerſi.Marcellus autem ff. de aqua quotidian. & æſti. iudex igitur † petitis decem , in quinque condemnare poteſt, ſi de quinque tantum probetur : immo ,& debebit,vt in d.ll.probatur. & facit ff. de iudicijs. in l.de qua re,& hoc ſpeciali ratione,quia libelli , & petitionis affirmatiue conceptæ ratio habenda eſt,ne iudex pro parte iudicaſſe uideatur,quod facere non poteſt,immo ſentētia nulla eſſet, ut uoluit glo.in l.apud Celſum.in §.item quæritur.ff.de dol. exceptio.facit tex.in l.in hoc iudicio. ff familiæ herciſc.tenēt omnes doct.poſt glo.ibidem in l.1.C. ſi aduerſus rem iud. late per Abb.in c.cum inter.col.5.cum ſeq ext.de re iud.ubi late Fel.3.col.cum ſeq.in ſententia igitur iure noſtro talis ſummitur interpretatio , ut iudex, qui a decem petitis abſoluit, † uideatur etiã a partibus abſoluere. & ex his poſſunt reſolui ferè omnia,quæ latius cumulat R.Epiſcopus Segob.lib.1. uaria.reſol.in d.cap.2.num.5.an petitis decem poſſit debitor nouem negare petita , nam idem erit in negatione libelli, ꝙ in ſententia diximus,aliàs autem uera ſemper erit hæc concluſio, Titium decem non debere,etiam ſi nouem debeat,& Titium dominum fundi Seiani non eſſe, ſi pars fundi Seiani aliena ſit,ut ff.de rebus dub in l.ſi is,qui ducenta.in §. primo, in §.utrum.licet Barbat. aliud excogitauerit. & ita ſententia Ariſtot.in ſententijs,quæ ſecundum ius noſtrum proferuntur, non procedet , licet apud dialecticos id uerum ſemper ſit,ut qui reum a decem abſoluit , decem non debere dixiſſe uideatur,non autem nihil debere, ut Ariſto. inquit. denique contra Barb.ſi clericus dominus eſt, vſus fructuarius non eſt formaliter,de quo quærimus,ſcilicet iure fruendi, ꝙ ex iure dominij rei non prouenit , ſed potius iure ſeruitutis, quæ in re propria cadere non poteſt,ut ff.ſi uſufruct.pet.in l.uti frui, quod ſi uſusfructuarius cenſeretur,dominus non eſſet,ut in d.l.ſi cum teſtamento.§.ſi fundum meum,maxime quia doctor.non clericum uſusfructuarium,ſed vſufructuario ſimilem,ſi ipſi Barbat.ibidem credimus,conſtituunt,ex quo qualis ſit Barbatij collectio ſicut, & omnes aliæ,quas ipſe inuenire ſolet,quilibet,qui nō ſit omnino imperitus intelliget. Sed vt redeamus eò,vnde digreſſi ſumus,puto in iure uerius eſſe clericos non uſufructuarios, ſed dominos maxime poſt ere ctionem beneficiorum eſſe.ꝙ ſi conſuetudinum ratio habeatur,hoc ſine dubio uerum erit.ꝙ vt licentius rebus eccleſiaſticis abutantur,nihil efficiet,ut ſupradictū eſt, & ſtatim oſtēdemus,ſed ad alios iuris effectus maxime intereſt domini habeantur,vel non.quod ſi aliquis huic opinioni obijciat,ſi dominus eſt clericus † ſui beneficij,ſi epiſcopus ſui epiſcopatus, & rerum ſuæ menſæ,ergo,& alienare poterit,& abuti? Hoc autem facere non poteſt,ergo dominus non eſt, ſed hoc ultimum iam ſupra eſt ſublatum in c.præce. primum uero de facili uitari poteſt, hæc enim conſequentia non magis ualida eſt,quàm vera hæc collectio erit, pupillus dominus non eſt,quod alienare non poſſit,idemque de furioſis, & ſimilib. erit dicendum,& eadem ratione, maritus rerum dotalium

dominus,

Source : BIU Cujas

dominus non eſt,quòd alienare non poteſt, & tamen pupillus dominus eſt rerum ſuarum pleno iure,& maritus rei dotalis,ita vt dominium directum,& utile habeāt, in quo uſus, & uſusfructus cauſalis continetur, & ita ſupradictum argumentum tollitur per Iuſtinia.in princip. Ins. quibus alienare licet,uel non,ubi ita inquit, accedit aliquando,vt qui dominus ſit alienare non poſſit,& infra,nam dotale prædium maritus inuita muliere per legem iuliam prohibetur alienare, quamuis ipſius ſit dotis cā datum,probatur ēr.C.de rei uēdi. in l.doce ancillam.& C.de adminiſtr.tuto.in l.lex, quæ tutores.& per totum.ff.de rebus eorum,& §. nunc admonendi. eod.tit.quibus alienare licet,uel non, ſic videmus grauatum reſtituere onere fideicommiſſi poſt mortem dominum eſſe, licet alienare non poſſit,quod dominum ab eo receſſurum ſit,& ita in l.non ideo minus.ff.de rei uendicat.non ideo minus,inquit Vlpianus, recte quid noſtrum eſſe uendicamus, quod abire a nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati, uel libertatis exteterit,quod oſtēdit eſſe proprie dominos,& ſimpliciter,cum directa eis rei uendicatio detur, de qua ille titulus loquitur,facit tex.in l.ſi.§. ſin autem ſub conditione. C.commu.de leg.tex. in l.ſtatu liberos uenundari. ff. de ſtat. liber.& in l.pen.in §.pen.ff.qui ſatiſd.cogan.tex.notab.in l.generaliter.in §.ſub conditione.ff.qui,& a quibus man. lib.non fiant,ubi inquit Caius, ſub conditione ſeruus legatus pendē te conditione pleno iure hæredis eſt, ſed nullam libertatem ab eo cōſequi poteſt,ne legatario iniuria fieret, tex. etiam in l.1.in §.ſerui.ff.ad ſenat conſul. Sillani. ubi Vlp. probat, quod ſerui,qui ſub cōditione legati ſunt,in dominio hæredis ſunt, & ſubiungit,nec quod conditio exiſtens efficit,quod deſināt eſſe hæredis,facit,ne uideantur interim eius eſſe, textus etiā in l.ſtatu liberum.ff.de ſtatuliber,ubi inquit Vlpianus, ſtatu liberum medio tempore ſeruum hæredis eſſe, nemo eſt, qui ignorare debeat.tex.eſt etiam in l.ſi ſeruus furtiuus iunct.l.j. ff.de condict.furt.& in l.ſi ex duobus.§.ſed & Marcellus. ff.de in diem addictio.ubi eſt expreſſum,& ibi gl.allegat tex.in l.ſi quis hac lege.ff.de rei uēdicat.ubi probatur dictum dominiū eſſe directum,& rei uendicationem competere directam, licet dominij uſus quoad ius alienandi impeditus ſit, & licet uideam quod nonnulli ex Theologis iſtam conſequentiam admittant, non poteſt quis alienare,ergo dominus non eſt, apud nos tamen nullam uim habet,ut probatum eſt:nec minus prædicti,qui alienare nō poſſunt,domini ſunt, quàm infans,uel furioſus homines ſunt, & per conſequens ſub definitione hominis,(quod animal rationale eſt)compræhendū tur,etiam ſi vſum rationis non habeant, ſic igitur epiſcopi, uel clerici, quòd alienare res ſuorum beneficiorū non poſſunt,non ideo domini non ſunt cenſendi,quinimmo ſi rei dotalis dominus eſt maritus,quare epiſcopus, quæ dotis nomine ab eccleſia,ei conceduntur, qui eius ſpōſus dicitur, vt per S.Thomam in 3.in q.40.art.4.in fi.in addit.inter quem,& eccleſiam matrimonium ſpirituale interuenit.cap.inter corporalia.de transl.epiſcop,uel elect.gl.in c.cum in cunctis.de electio.& nota.in c.dudum.§.fi.eod.titu.& in ſignum matrimonij anulum gerit,vt c.clerici.de vit.& honeſt.cler.ſecundum Abb.c.fi.col.2.de poſtul.prælato.poſt magiſt.in 4.ſenten.diſt. 21.c.2.quare inquam epiſcopus dotis ſuæ dominus non efficietur:nec ſi pauperibus fructus diſtribuere teneretur,& eccleſiam ſuſtentare hoc impediret,quominus dominus eſſet, nec enim ab oneribus rerum dotalium hoc alienum eſt, vt quis ex eis uxorem,& familiā alere teneatur, ut in l.pro oneribus.C.de iure doti.ideo nec id opponitur dominio, cum his exiſtentibus maritus dotis uere, & ſimpliciter dominus ſit,vt ſupra oſtenſum eſt, idemque in clerico quoad dominium rerum ſui beneficij ſimili ratione dicendum eſt, ut nō ideo minus dominus ſit, quod bona beneficij alienare non poſſit,ſed ea ſarta tecta ſucceſſori in beneficio conſeruare teneatur. empta uero ex fructibus beneficiorum conſeruare debet,non ꝙ etiam empta de fructibus rerum dotaliū a marito,uxoris,uel dotalia efficiantur, ut perpetua arguendo dicit Aegid.de Bellame.in c.cum uenerabilis,nu.68. circa fi.de exceptio.quia licet empta de pecunia dotali dotalia efficiantur,ut l.ſi ut proponis.C.de rei uendica.tamen fructus rei dotalis,non ſunt dotales,nec ullus unquam hoc dixit, nec dicere potuit, cum ſit contra mentem omnium legum, vt ff.de iure dot.l.dotis fructus.& ff.ſolut.matrim.l.diuortio.l.ſi ante nuptias.l.fructus etiam.& ff.de donatio.inter uir. & uxo.in l. uxor marito.ubi gl.& ff.& facit C.de iur. dot. l. pro oneribus. quinimmo adeo fructus rei dotalis ſunt mariti,vt nec ualeat pactum impoſitum in dote,ut fructus pertineant ad uxorē. tex.eſt in l.ſi conuenerit.2.ff.de pact. dotalibus, ſed quia hoc onus ius canonicum uoluit clericis imponere,ne rerum augendarum cupiditate,uel ambitione ad patrimonia amplificanda incumberent,in quo,ſicut in alijs(vt ſupra dictum eſt) attendenda eſt conſuetudo an de ijs rebus eiſdem diſponere libere concedatur, ut in Hiſpania introductum eſt. clericus igitur,uel epiſcopus dominus eſt,uti tamen iſto dominio ita poſſunt,ut ſacris canonibus,ubi abrogati non fuerint,legem ipſis,& modum quoad eiūſdem dominij vſum imponentibus non contraueniant.

12 Nec his obſtat,ꝙ prælati,procuratores,† non domini appellentur,vt ſuprà deductum eſt pro Archid.opinione in tertio argumen.quia reſpondetur, id uerum eſſe reſpectu illarum portionum,quæ ſuæ menſæ non ſunt applicatæ, earum enim adminiſtratores ſunt,non domini,ſicut& quilibet clericus dignitatem habens cum adminiſtratione, qui nō ſuam portionem ſibi aſſignatam ſolum,ſed & aliorum, uel eccleſiæ adminiſtrat,cuius portionis,quæ ſuæ menſæ non eſt, adminiſtrator eſt,non dominus;ſed partis ſuæ, quomodocunque ei attributa ſit,ſiue per diuiſionem, uel erectionem beneficij dominus eſt,quod maxime procedit cōſuetudine exiſtente,quæ liberam fructuum alienationem permittit, quia quamuis illa conſequentia bona non ſit, alienare quis non poteſt,ergo dominus non eſt: hæc tamen ſemper vera erit, iure ſuo alienare quis poteſt,ergo dominus eſt.huius autem dominij acquiſitio(ut dictum eſt) non efficit, vt clerici poſſint libere rebus eccleſiaſticis abuti,cum & in proprijs rebus maxime reſtitutioni ſubiectis,quales beneficiorum ſunt, leges iuſtitiæ facultatem diſponendi in multis reſtringant, & adimant,ſed præcepto charitatis, quod omnia bonorum genera compræhendit,maxime(ut dictum eſt) clerici conſtringuntur, vt nec eos dominos conſtituere aliquid plus eis tribuat,ut ab eleemoſynis ex debito charitatis excuſentur,quo ad alia tamen non eſt ſine effectu, maxime enim intereſt an clericus dominus,uel uſufructuarius iudicetur, nam ſi uſufructuarius ſit,non faciet fructus ſuos,niſi ſint collecti, iuxta materiam textus in l.defuncta.ff.de uſufruct.ideo ſi ante moriatur,uel beneficium dimittat, fructus ad eum non pertinebunt,ſi uero dominus ſit,non illa computatio fiet,ſed pro rata temporis,quo beneficium obtinuit, fructus ſibi debebun

13 tur,† exemplo mariti,ſi morte,uel aliàs matrimonium collectis nondum fructibus diſſoluatur,iuxta tex. in l.diuortio.ff. ſolut.matr.ut ibidem ſenſit Alberi.& hęc comparatio eſt melior,cum mariti fiant fructus rei doralis,ratione dominij, & onerum matrimonij,ut in l.pro oneribus.C.de iur.dot.& lō æquum eſt,ut temporis etiam ante collectionem fructuum, quo onera matrimonij ſuſtinuit, ratio habeatur,vt fructuū pro rata particeps ſit. Ità etiam in clerico, cui propter officium,& ſeruitium datur beneficium,æquum eſt,ut ratio tēporis,quo inſeruiuit, etiam fructibus non collectis, habeatur,ut ſtipendio ſui laboris non defraudetur, & iſta opinio eſt uerior, licet paſſim doct. ſequantur uſufructuarij exemplum,vt bene contra eos defendit Reuerend. Epiſco. Segobien.lib.1.Variar.reſolut.cap.15.ubi late de hoc,nec ſimilis ratio eſt clerici,& fideicōmiſſarij, ut exemplum eius ſequi debeamus,de quo in l.Herenn.1.ff.de uſur.quia cum hæres lucratiuo tit.poſſideat,non eſt, cur ei clericus,cui onus officij cum beneficio eſt annexum,compareturideo omnino ſoli marito iuſtiſſime comparabitur, ut fructuum diuiſio ſecundum computationem d.l.diuortio.fiat,quod in Hiſpania noſtra conſuetudine eſt receptum. quod ſi tenere uelis opinionem eorum,qui diſtinguunt, ſint ne fructus collecti a beneficiato,uel non ad inſtar uſufructuarij,tunc pro collectis ha-

14 bebuntur,ſi a prædone,† qui ſpoliauit beneficiatum,fructus colligantur.ſecundum Speculator.titulo de actore num.64. uerſiculo rector quoque, & Aegid.de Bellame.in capitul.ſi quis iam translatus.21.quæſtion.ſecunda. facit doctrina Bar. in lege,ſi Vrbana.numero quinto,& Iaſon num.13.ff.de condictio. indebi. ſed prædicta opinio dubia eſt, ſi eſſet eiuſdem rationis beneficiatus,ac vſufructuarius ut in l.ſi fur.ff.de uſufruct.ubi ſi fructus colligantur a fure, domino fundi, non uſufructuario condictio datur, neque facit doctrina Bartol. quia reſpicit priuilegium eccleſiæ, non beneficiati,ideo magis facit contra beneficiatum, niſi dicas in dicta lege, ſi furdari domino actionem, ſed in uſufructuarij utilitatem cedere,& ita illa lex faciet pro doctrina Speculatoris, præſuppoſito quòd beneficiatus de fructibus a ſe collectis diſponere poſſit,uel ſecundum opinionem, & diſtinctionem Hoſtienſis,uel ex conſuetudine,nam tenendo opinionem Archidiaconi nihil facit fructus eſſe collectos a fure, cum, etiam ſi ab ipſo beneficiato eſſent percepti, & reconditi debeantur eccleſiæ,uel ſucceſſori,ſi trāsferatur,uel moriatur,ut ex iam deductis in tertia parte circa opinionem Archidiaconi apparet.uide etiam quæ dicta ſunt ſupra in 2 parte.c.4.in fi.

Ex ſupradictis, maxime ex Sancti Thomæ doctrina credo ſatis, ſuperque declaratum, quid in ſingulis dictarum opinionum ſit tenendum, nec opus eſt ſigillatim reſpondere, ſolum remanet authoritas Gratiani in contrarium, quam ſupra in decimo argumen. pro Archidiac. adducto retulimus, quæ non debet eſſe tanti, ut opinio Bea. Thom. & conſuetudo tot prouinciarum non ſit pluris æſti;

Source : BIU Cujas

15 manda; Nec Concilium † Tridentinum Seſſio. 25. in hac parte aliquid innouat, cum magis debitum charitatis reſpiciat, & officij ſui clericos admoneat, quam aliquid ſpecialiter in hac re ſtatuat, ſed in genere oſtendat id, ad quod ex debito charitatis epiſcopi, & clerici ſint obligati. vnum ſupereſt, qđ in hac re admoneamus (in quo clericis cum laicis eſt cã communis) vt ſi quis harum quæſtionum vere uelit uitare labyrinthos & vitium prodigalitatis, & auaritiæ penitus extirpare, quod Deo adiuuante difficile non erit, attente cõſideret,
16 † quot miſerorum hominum laboribus diuitiæ, uectigalib. cenſibus, indictis, & ſuperindictis conſtent, & omnia ea, quæ humano vſui ſunt comparata, quot agricolarum ærumnæ, quot paſtorum calamitatibus, quot pauperum mulierum vigiliis, & inedia, quæ inſomnes noctes, ac continuos dies male paſtæ, & male veſtitæ tranſigunt: & quot etiam homines vtriuſque ſexus fame, & nuditate, carceribus, & infirmitatib. & alijs huius vitæ infortunijs circumdati, ex his, quæ diuitib. ſuperfluunt, poſſint ſubleuari, ſi hæc inquam attente conſiderentur, uno momento longo tpe quæſita nullus temere profunderet, nec diu ſepulta peius retineret, &, vt recte apud Platonem inquit Socrates, Non multis legibus indigeremus propter diſciplinam. Quod ſi eam, quam antiqui patres in
17 epiſcopis, & clericis exigunt, † contemplemur, non poſſumus non fateri ab eorum inſtitutis tam longo interuallo diſſidentes in maximo conſtitutos nos eſſe periculo. Diuus Ciprianus pro quodam Victore nõ eſſe orãdum, neque oblationem pro eius dormitione fieri debere iudicauit, ꝙ tutorem in teſtõ ſuo pręsbyterum nominauerat, ut in epiſt. 9. quã ad clerum furnita & plebem li. 1. ſcripſit, apparet, & habetur in c. fi. 88. diſt. in conc. Carthag. 4. ſtatutum eſt. c. 17. vt epũs gubernationem viduarum, pupillorum, & peregrinorum non per ſe ipſum, ſed per Archipræsbyterum, aut Archidiaconũ agat. Et in c. 18. Vt epũs tutionem teſtamentorum non ſuſcipiat. Et in c. 19. Vt epũs nullam rei familiaris curam ad ſe trahat, ſed vt lectioni, & orationi, & uerbi Dei prædicationi tantummodo uacet. Et habetur in c. epũs tutionem, cum duob. ſeq. 88. diſt. Et Dominus in Euangelio, iuueni, qui redire ad ſepeliendum patrem volebat, reſpondit, ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hęc tpe illorum S. Patrum oẽs catholici, et laici præſtabant: ideo a præsbyteris, & Epiſcopis, qui maiorẽ perfectionem ſequi debẽt, amplius exigebatur. At hodie nõ ſolum in laicis, uerum & in epũs hæc deſiderantur, quorum munus præcipuum prædicationis eſt, & orationis, ab illiſq;
18 principaliter id exigitur. Prædicationis aũt uerbum † latius patet, nec ſolus hoc munus implet qui ex ſuggeſto concionatur, licet ea pars maximi facienda ſit, atque laudanda, neq; enim tm̃ eo ſolo modo præſtari põt & debet; nam uerbi Dei prædicatio ſicut, & oratio in Epiſc. debet eſſe continua, moraliter & ciuiliter intelligendo, non mathematice, vt uir ille ſanctiſſimus frat. Lodouicus de granata ord. S. Dominici. in lib. de oratione ſermo. 3 interpretatur. uerbi inquam Dei prædicatio non ad ſolam illam, quæ in ſuggeſto fit, eſt referẽda, ſed ad eam, de qua Paul. apoſto. in epiſtolis quas ad Timoth. epiſc. munus & officium præſcribens, ſcripſit inquit enim, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ, & iterum prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina, hæc eſt prædicatio de qua Paul. quæ ſemper præſtari debet, ſecundum temporis, & perſonarum indigentiam, & priuatim, & publice, quia multi ſanctiſſimi epi uerbum Dei prædicarunt, qui non paſſim concionabantur: & licet diuus Auguſtinus, Ambroſius, & Gregorius ſæpe id feciſſent; non tm̃ potiſſima pars prædicationis uerbi Dei in eis hæc fuit, quam in concionando præſtabant, ſic ẽt a ſanctiſſimo Domino Noſtro Pio V. continuo, non a ſuggeſto, ſed omnibus actionibus ſuis uerbum Dei, & prædicatur, & laudatur, ſicut & ab alijs multis ſanctiſſimis Pontificibus ſimiliter factum eſſe intelligimus. hoc dixiſſe uolui, quia ſicut Hoſtienſis & alij in c. 1. de conſanguini. & affin. & Fel. in in c. clerici de iud. Rom. conſi. 333 nu. 11. & Petrus de Baiſ. in trac. de elect. 3. par. c. 31. nu. 8. & Staphil. in tract. de grat. expecta. §. uidendum. nu. 3. uolu. 15. tract. & Bon. de Curt. tract. de nobil. 3. part. nu. 49 & 50. uol. 16. canonicis in eccleſiaſticis dignitatibus præferendos theologos non exiſtimant, ſed ſecũdum locorum indigentiam hos, uel illos promouendos, ita non deſunt, qui eos ſolos dignos epiſcopali munere arbitrãtur, qui illud concionandi munus poſſunt obire, prędictos vero, & cæteros aliõs eo munere excludendos, ſed hodie ſacrũ Concilium Tridẽtinum has ambitioſas altercationes determinat & illi met, qui hoc munus antea profitebantur, facti ep̃i raro præſtant alijs neceſſarijs operib. intenti, vt id cõcionandi opus non eſſe ita neceſſarium, ut prius, quàm eis cõferrentur Epiſcopatus prædicabant prorſus fateantur, & recantare palynodiam re ipſa oſtendant, aliud enim, cũ operi manus admoueas res ipſa docet, quàm quod prius ſæpe tecum fueris meditatus, & arena ipſa ſæpe reijciendum oſtendit, ꝙ maximo uſui fore antea proludendo arbitrabaris. Ideo ſtultior Moricho ſit, ut eſt in prouerbio, qui in alieno choro ſaltat, nec mirum ſit, ſi aliud ſoli contẽplationi deditus arbitret, aliud vero prudens eps exequatur, quæ enim ex longinquo proſpicias non eiuſmodi ſunt, ut apparẽt, niſi fueris πρὸ ῥᾳθυμίης λέγων ἐγγύθεν δὲ πᾶς τις ἀκούει, vt Sophocles inquit ſed melius alij, qui re ipſa hęc præſtant, verbis docebunt. nos huic opuſculo paucorum dierum fœtui finem imponamus, in quo ſi quid eſt, quod publicam utilitatem iuuare ualeat, Deo Opt. Max. gratias agendas cẽſeo, cõtra vero, ſi quid culpæ homini adeo occupato poſſit imputari, a lectore beneuolo ſpero fore cõdonandum, cuius æquiſſimo iudicio opiniones noſtras iudicandas offerimus. Imprimis autẽ eas ſanctiſſ D. N. Pij Quinti Chriſti veri Vicarij, Petrique legitimi ſucceſſoris, eiuſque ſucceſſorum, & Catholicæ Romanæ Eccleſiæ Cenſuræ, & determinationi ſubmittimus. Laus Deo.

FINIS.

TRACTATVS

SOLEMNIS, ELEGANSQVE;

In quo ſubtiliter, & abundè de alienationibus rerum eccleſiarum, illarum cauſis, & ſolemnitatibus, alijſque omnibus ad materiam requiſitis, ſub ſuis rubricis, & quæſtionibus diſcutitur, ità vt nihil deſideretur ad cauſarum huiuſmodi vtilitatem: non ſine pauco Aduocatorum commodo, nuper in lucem editus.

Authore Clariſsimo Iureconſulto D. Gulielmo Redeoano, Epiſcopo Nebienſe.

PROEMIVM.

DEus pater omnipotens, a quo bona cuncta proceduntlargire, vt cogitem, te inſpirãte, quæ recta ſunt, & te gubernante, eadem faciam, dicturus de rebus ſanctæ tuæ Eccleſiæ, Sanctiſſimo tuo nomine inuocato, tuum diuinum auxilium imploro, vt des mihi cor ſapiens & intelligens, facias mihi animam, deinde linguam eruditam, ſis lucerna pedibus, & lumen ſemitis meis. emittas mihi ſapientiam de ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit & mecum laboret, aperi os meum, & imple illud ſpiritu ſapientiæ & intellectus: da mihi ſermonem rectum & bene ſonantem, concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, vt quòd egredietur de labijs meis, rectum prodeat in conſpectu tuo. & quod dicam ſit acceptum coram te omni tempore, ponas cuſtodiã ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis, exurge domine, mihi adſis, vt ad beneficium rerum tuæ eccleſiæ ad laudem tui ſanctiſſimi nominis aliquid cum veritate dicere poſſim, & deducere quo homines ab illis inuadendis, vſurpandis, arripiendis, diſtrahendis, & alienandis vltra modos licitos, & a iure permiſſos detereantur; quia bona Eccleſiarum ſunt bona Dei. per Præpoſitum in cap. certum. diſtin. decima, in princ. & ſunt patrimonium IESV CHRISTI, capit. cum ex eod. de elect. in 6. cap. cauſa, de uerbor. ſignifi. per Barba. & Auguſt. Bero. in Rub. tit de rebus eccle. atteſtatur Paulus ſecundus in litera comminatoriali, quæ inſeritur in reſcriptis alienationum rerum eccleſiæ, quæ eſt in fine deſcripta in illis verbis, patrimonio &c. Et, cum eccleſia ſit ſponſa CHRISTI, quæ mater eſt omnium, eius patrimonium deber conſeruari ſemper illæſum, iuxta text. in l. iubemus, in fin. C. de ſacro ſanctis eccleſijs. res enim eccleſię fuerunt oblationes, quæ a fidelibus Domino ſunt oblatæ. capit. res eccleſiæ. duodecima quæſtion. prima, & dedicatæ vſibus ſecretorum cæleſtium. cap. attendendum 17. quæſt. 4. & pro remedio peccatorum, pro ſalute ac requie animarum collatæ. c. indigne. 12. q. 2. & ſancta ſanctorum effecta, in quibus Chriſtus Dominus noſter Dominium habet, & poſſeſſionẽ, per Inn. in c. cùm ſuper. de cã poſſ. Afflict. deciſi. 361.

quia

Source : BIU Cujas

quia ecclesia æque Clericis, & Laicis indigentibus uti filijs de suis redditibus distribuit, & vti mater cõis eos tractat. per Aug. Bero. in c. 1. de reb. eccl. non ali. col. 16. uersi. 3. Abb. Vnde, cum dicturus sim de rerũ ecclesiasticarum alienatione, videndum est primò, quid sit alienatio, & de significatione huius verbi; Quia a diffinitione rei est semper sumendum principium, teste Cicerone de off. in prin. ut illud, de quo disputat, sciatur. Quia diffinitio est, quæ dat esse rei, & rei substantiam demonstat, & in ethimologia uocabuli consistit tota substãtia, iuxta illud in princ. ff. de iust. & iur. ubi Pau. de Cast. ꝓ tex. in l. tugurij. de uerb. sign. & absoluta in primis significatione verbi, alienatio, quantum diffusè potuimus, & percursa vnica qõne, de rerum ecclesiasticarum alienatione, sub qua per 15. qõnes seu rubricas posui, de reb. eccl. cuiuslibet generis, dictoq; de causis, causæq; cognitione quib. mediantib. & interueniẽtib. fieri possunt alienationes hmõi, & an in materia alienationis ecclesiasticæ appellatione ecclesiæ veniant loca pia; Itẽ quid ueniat in hac materia appellatione rei; enumeratisque postea casib. in quib. fiunt alienationes sine solennitatib. interuenientib. & an Prælatus possit disponere de reb. ecclesiæ, ẽt donãdo, ac posita qõne de alien. rer. eccl. non obstãte iurõ de non alienando ꝑstito; & an, & qũo ex mutuo obligetur ecclesia; & an, & qũo ex contractu præcessoris teneat successor; & de locatione rerum ecclesiæ, subiunctaq; infeudatione rerum ecclesiæ per Papam. Item per Prælatos. Item additis casib. in quib. Prælatus reuersa non infeudat, & quæ res dicat de mensa. Itẽ coniuncta decimarum infeudatione, & concessione decimarum per laicũ laico, & quid requirat, vt dicat res solita infeudari, & addito de laudemijs, ac de augmento rei alienatæ, locatæ, censuatæ, infeudatæ, emphiteuticatæ, de melioramẽtis, remissione mercedis, solutione canonis emphiteutica, moræ purgatione ob cessatam solutionẽ, dictoque de pœnis male factæ alienationis, & an contractus male factæ alienationis sit ipso iure nullus, dicto de restit. in integ. quę ob læsionem competit ecclesię, & ultimo loco de caducitatib. ob non solutionẽ, ob rei deteriorationẽ, ob rei alienationẽ, ob rei negationem, ob inobseruantiã pactorũ, erit ad laudem omnipotẽtis Dei, eiusque Beatæ Virginis Matris absolutus iste liber; in quo si deducta erunt nimis seriose, nimis ad longum dicta, seu loca doctorum nimis per extensum translata, & ad uerbũ descripta, nihil est ꝙ ægre, feras lector, sed potius boni, æquique consulas, quia id maiori commoditate fuit factum, vt quæ reperijssem, & quæ dixissent in articulo Doctores, hic sine aliqua alterius libri reuolutione, sine aliquo alio labore, sine tpis iactura in prõptu ante oculos haberes. Vnde ad laudem omnipotẽtis Dei, & tuo Domine implorato præsidio, qui dixit ad Moisem Exo. 4. Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque quid loquaris. Et Deuteron. 18. ponam uerba mea in ore eius; Et Matth. 10. nolite cogitare qũo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora qd loquamini. Et qui per os Dauid dixisti, dilata os tuũ, & implebo illud, Incipiam, quia beatus homo, quem tu domine erudieris, & de lege tua docueris eum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio est patrimonij diminutio.*
2 *Non dicitur alienatum, quòd in nostro remanet dominio.*
3 *Alienare uerb latum omnem contractum, & distratum comprehendẽs.*
4 *Alienatio proprie sumpta omnem dominij translationem comprehendit.*
5 *Alienatio est actus, per quem ius in re constituitur.*
6 *Alienare uarie accipitur secundum subiectam materiam.*
7 *Alienare non dicitur quis per compromissum, secundum Bal.*
8 *Alienum dicitur dummodo sit alienum factum, est etiam a nullo alienatum.*
9 *Alien. in odiosis, & in pœnalibus sumitur proprie.*
10 *Alienatio in rescriptis latissime ponitur.*
11 *Alienatio sumitur quattuor modis.*
12 *Transactio est alienatio.*
13 *Transactio tunc est alienatio, quando aliquid occasione transactionis datur non quando retinetur.*
14 *Episcopus potest transigere, si res transigendo apud ipsum remanet.*
15 *Episcopi iurant Papæ in promotione de non alienando bona ecclesiæ.*
16 *In transactione duratura post mortem requiritur Episcopi auctoritas.*
17 *Res minoris, quæ seruando seruari non possunt alienantur sine decreto.*
18 *In transactione rei immobilis, aut mobilis prætiosæ requiritur solemnitas, si remanet res pœnes alium secus si pœnes ecclesiam.*
19 *Compromißum de iure, & de facto habet instar transactionis.*
20 *Compromissum de iure, & de facto non fit sine solemnitate.*
21 *Si permitteretur alienatio per uiam transactionis quotidie procurarentur lites pro faciendo transactionem.*
22 *Si in transactione non adsit solemnitas est personalis, & morte finitur.*

Rubrica prima.

De significatione verbi alienatio, & quid importet, & an in appellatione alie nationis ueniat transactio.

Caput primum.

ALienatio igitur propriè sumpto vocabulo † est patrimonij diminutio, idem qñ aliquid de patrimonio diminuit, vel distrahit. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dõ. inter uir. & uxo. Quẽ tex. ad hoc citat Bald. in 1 l. bonorum. C. qui admitti. † iõ non dr alienatum illud, ꝙ in 2 dominio nro remanet. l. alienatio. ff. de uer. sign. licet qñque largius accipiat pro abdicatione, seu extinctione quadã, vt in 3 l. perinde. ff. si cer. pet. est aũt verbũ alienare, † verbũ latũ, oẽm contractũ, & spetiẽ distractionis cõprahẽdens. l. 1. §. 1. cũ seq. ff. quæ in frau. cred. Auth. de non alie. reb. eccl. §. alienatione, col. 9. l. fi. C. de reb. aliẽ. & c. nulli, vbi Io. And. & alii ext. eo. per Bal. in Auth. hoc ius. C. de sac. san. eccl. sed verbum, alienare, stricte, & proprie sumptum oẽm dominij trãslationẽ importat, glo. in l. 1. in prin. C. de iur. emphy. hr in l. ex hoc ædicto. §. alienare. ff. de alien iud. mut. cau. fac. §. nunc admonẽdi, insti. quib. alien. licet. Spe. in tit. de act. §. 1. in prin. Itẽ oĩs actus per 4 quem † Dominium transfert. l. 1. C. de fund. dot. qñque latissime accipit per Cy. in l. 1. C. de iur. emph. ibi verbũ alienationis, interdũ sumit latissime, & cõprehendit oẽm contractũ & 5 actũ ꝑ quẽ Dominiũ transfert, † uel ius in re constituit. l. fi. C. de reb. alien. non alien. interdũ stricte, & proprie. Et cõprehẽdit solũ nenditionẽ, qđ uoluit ẽt Bal. in l. fi. C. de præd. cur. & 6 sic varie accipit † ꝝm subiectã materiã, & per gl. d. c. nulli. ext. eo. momentanea traditio, vt qui debeat hre, statim recipiat, non dr alienatio ff. de solut. l. qui sic soluit. fac. tex. in l. nõ vr. ff. de acq. poss. l. nõ vr. ff. de in rem uersi. Itẽ appellatione alienationis non continet personalis obligatio; quia prohibitus alienare, non intelligit prohibitus se personaliter obligare. l. alienatũ. ff. de uerb. sign. l. si pro fundo. C. de transa. Bal. in l. fi. §. fi. C. cõmun. de leg. ubi ẽt bonus tex. subdens ibidem Bal. ꝙ 7 per compromissum quis non dr alienare. † vnde emphyteuta compromittens, licet arbiter rẽ alteri adiudicet, nõ dr alienare, quia ex sñia arbitri non perdit, nec transfert Dñium. c. Ranut. de testa. licet uideat contra inf. in uersi. item sub uocabulo alienationis uenit cõpromissum; & dicit Inn. in c. epi đ reb. eccl. non alien. ꝙ alienatũ dr, ẽt si a nullo fuerit alienatũ, 8 † dummodo sit alienũ factũ ꝑ occupationẽ alterius cõcessione, iux. illud in Psalmo, alienati sunt peccatores. i. alieni facti sunt; ĩ pœnalib. uerò, & odiosis statutis siue statutorũ dispõni 9 bus † interpretat ꝓprie, & stricte, vt illa importare intelligat alienatio ꝑ quã dñium tm transfert. l. 1. C. de fun. dot. nõ illa, quæ iure pignoris cõstituit, nisi tn sit obligatio pignoris ꝓ tali, & tanta summa, ꝙ sit uerisimile debitorẽ nõ esse pignus luiturũ, vt l. qui habebat. de leg. 2. l. in quorũ. ff. de pig. & in rescri 10 ptis latissime ponit, ut possessionis † translationẽ cõprehẽdat ꝑ Inn. d. c. epi, & Spe. in tit. de rescrip. impet. §. rõne aũt formę, uersi. ꝙ si in rescrip. apostolico; & dicit Bal. in c. 1. §. ant si libel 11 lario. quib. mod. feu. ammit. ꝙ alienatio † quattuor modis sumit; uno mõ proprijssime, qñ dñium rei transfert in ꝑpetuũ. l. 1. C. de fund. dot. Secundò proprie, qñ nõ alienat proprietas, sed utile Dñium. tm trãsfer. Tertiò improprie, qñ alienat usus fructus, uel alia qualitas, aut cõmoditas rei, uel seruitus, siue usus improprijssime, qñ res pignorat. nisi nõ subsit spes reluẽdi; & dicit Bald. in Auth. ei qui iura. C. de bon auct. iud. poss. col. 16. uersi. vlterius quæro, ꝙ ꝓhibita est oĩs spes gratuitæ, & uoluntariæ alienationis; fallit tn ubi lex est in cõtrariũ; itẽ ubi lex rõne caret; itẽ qñ lex municipalis continet ius singulare. C. de præd. cur. lib. 10. l. j ꝝm Gofr. & prohibitus rẽ ext. manũ suã ponere, intelligit prohibitus alienare. i. ext. usum, & domũ suã ponere, ꝝm Bal. in l. fi. C. de reb. alien. non alienã. Istis paucis adductis in gñe de significatione verbi alienatio, est ꝙ dicamus aliqua particularius, quid ueniat uocabulo, & noĩe alienatiõis, & vr, ꝙ sub uocabulo alienationis ueniet primò 12 † trãsactio, ꝙa prohibitus alienare est ꝓhibitus transigere. ꝑ Bar. in l. nulli. C. de transi. ibi, vc trãsigẽdo quis dr alienare sequit Lud. Ro. cõs. 166. Abb. cõs. 163. Per. de Anch. c. 2. de trãs. Abb. c. cõtingit. de trãsa. gl. in d. l. nulli, q̃ hoc intelligit, qñ occasione trãsact. uẽdit, vel dat res, super qua erat cõtrouersia, uel alia, ꝙa hoc casu nõ licet, vt ꝑ Lud. d. cõs. in prin. Ibi, quia transactio est speties alienationis ꝓprie, vbi ex ea quid alteri 13 dare cõtingit, † secus si eius occasione retineat, licet aliud fiat uel det rõ, ꝙa tũc nõ vr alienare. subdẽs Bar. d. l. nulli, & sic nota qđ licet Prælati eccl̃arũ nõ possint trãsigere de re Eccl̃æ, est uerũ, ut alij dent, uel alienẽt, aliàs, si ut eã retineat aliquo forte dato, vel facto, licet; & hoc est uerũ si dicta res, de qua est controuersia possideat per ecclesiã uel minorẽ, sed ꝑ aliũ

Source : BIU Cujas

non,quia eo poſſidente,& retinente ex cã tranſactionis vr̃ ẽt uel eccleſia,uel minor alienare,quod nõ licet in eccleſia. Idẽ cõſuluit Alex.in proprijs terminis in cõſ.95.uiſo.col.2.uol.6. per recentiores in l.ſi pro fundo.C. de tranſac. per Rebuff.in repe.c.ſine exceptione.12.q.2.in prin.ſequitur Io.Bertach.in tract.de epiſ.quarta parte.uerſic.16.quæro, mihi num. 51.in hæc uerba,quęro vtrum eps poſſit ſine decreto trãſigere de reb.eccl.Reſpõde,ſic,ſi habet plenã adminiſtrationẽ;vt tenet
14 Bal.in l.quoties.C.de fideicõ.Bar.in l.nulli,de tranſa.dicit† ꝙ eps põt tranſigere,ſi res apud ipſum remaneat p trãſactionẽ, licet pro ea det uel faciat aliquid, non ſi rem tradat alteri, quod dicit uerum,ſi ipſe poſſideat rem, ſecus ſi aduerſarius. Bal.autem in l.preces.C.de tranſact.dicit,ꝙ epiſcopus poteſt tranſigere de rebus eccleſ. non incorporatis, ideſt quæ non ſunt de menſa,& ſine decreto ſuperioris. Sed ſecus dixit de rebus corporatis,quæ ſunt de menſa,& ab epiſcopo bona fide poſſeſſæ,& pacifice,quia inconſulto Papa nõ poſſunt ab
15 epiſcopo alienari,propter iuramentum,† quod præſtant eẽi generaliter in promotione eorum,ſecundùm Hoſtiẽ.in c.vt ſuper.de reb.eccl.non alien.& Bal.d.l.preces,vide tamẽ Inn. in c.de cætero,de tranſac.pro quo modò uide quæ dico inf. in rubr. de alien.non obſtante iuramento, ad fin.illud etiam not.quod dicit Bal.in Margarita.in verbo Rector. uerſic. 1. poſt Inn.in c.ueniens.de tranſa.ꝙ epiſcopi authoritas requi-
16 ritur in tranſactione † Rectoris eccleſiæ duratura poſt eius mortem. Eſt ſuper hoc facta deciſi.Toloſan.num.98. ubi ad hoc,ꝙ tranſactio ſit realis,& perpetua,ſufficit authoritas epiſcopi,modò tamẽ interueniat in actu alienationis, quia ſi ex poſt facto,eſt ſecus.per Inn.in c. conſuetudinis. de conſuet. & c.dudum,de reb.eccleſ.non alien.in 6.idem Inn.c.veniẽs, de tranſac.& dicit Bal.in Rub.C.ſi aduerſus tranſac.ꝙ minor non poteſt tranſigere ſine decreto, quia tranſactio eſt ſpecies alienationis.l.j.verſ.at ſi tranſegerit. Sed res minoris,quę
17 poſſunt ſeruando ſeruari, non poſſunt † alienari ſine decreto.l.j.ff.de reb.eo.ergò tranſactio eſt nulla; diſtinguendo, vt ibi,quòd aut tranſactio ſit ſuper rebus, quæ poſſunt alienari ſine decreto,vt ſuper his, quæ non poſſunt ſeruando ſeruari, vel ſuper pecunia,vt no.ff.ad Treb.l.j.§.fuit quæſitũ,& tunc tenet tranſactio facta cum authoritate tutoris,tamen proba ta læſione datur reſtitutio in integrum; aut fit tranſactio ſuper rebus, quæ non poſſunt alienari ſine decreto, & tunc, ſi quidem interuenit decretum, valet tranſactio, vt hìc; & res quæ ex cauſa tranſactionis dimittitur, non dicitur alienari.l. ſi pro fundo.ff.de tranſac.& reſpondeo,inquit,verum, quòd non alienatur proprie,quia non transfertur dominium, ſed quia perpetua exceptio paratur poſſeſſori, videtur hæc eſſe quædam ſpecies alienationis.d.l.j.verſ.at ſi tranſegerit,& per Abb.in c contingit,de tranſactio.habetur,quòd aut per tranſactionem alienatur res immobilis eccleſiæ, vel mobiles pretioſæ,quæ aliàs ſine ſolemnitate debita alienari non poterãt,
18 † & tunc non poteſt fieri tranſactio niſi capitulum conſentiat, & authoritas ſuperioris interueniat, nam ſicut directe nõ poteſt fieri talis alienatio ſine debita ſolemnitate, ità nec indirecte tranſigendo, unde ſiue Prælatus petat poſſeſſionẽ ab alio detentam,ſiue ab eo petatur, nunquam poterit fieri tranſactio,per quam poſſeſſio remaneat penes alium,ſine ſolemnitate debita.per tex.iuncta glo.in l.non ſolũ.C.de præd. mino.non alien.ubi habetur, quemadmodum minor non poteſt directe rem alienare ſine decreto; ita nec tranſigẽdo, quia non debet concedi alia via illud, quod vna via eſt prohibitum.c.tuæ.de procur.& regula, cum quid una via. de reg. iur.in 6.eſt deciſ.Toloſan.ubi glo.dicit, ꝙ ſi per tranſactionẽ alienatur res immobilis,uel mobilis pretioſa,ꝙ alienatio nõ tenet ſine epiſcopi authoritate, quia ſicut dicta res immobilis, vel mobilis pretioſa directe non poteſt alienari ſine ſolemnitate,ita nec indirecte tranſigendo,deciſio.98.Sed,ſi res religioſa per trãſactionem remanet penes eccleſiam aliquo dato,uel facto per Prælatum,tunc poterit ipſe Prælatus tranſigere ſine alterius licentia,& conſenſu,quia reddit conditionem eccleſiæ meliorem.glo.not.d.l.nulli,& ibi Bar. qui dicit id eſſe perpetuò menti tenendum,ſubdens ibidem Abb.nam uideo,quòd Prælatus poteſt modice donare. cap. cæterum, de dona.fortius poteſt tranſigere,retenta, ſeu recuperata re eccleſiæ,dum tamen ius eccleſiæ non ſit clarum;quia,ſi eſſet clarum, non admitteretur tranſactio cum damno eccleſiæ; idem Abb.in c.cum tempore.extra de arbit. uerſi.& ex prædictis,ibi,& intellige, ꝙ non poteſt tranſigere, quando per tranſactionem ſequeretur alienatio, ſecus autem ſi res remaneret penes minorem,& tutor daret aliquam pecuniam aduerſario. Vnde idem dico in Prælato, quia non poteſt ſolus tranſigere,quando per tranſactionem res remaneret penes alium,ſecus ſi penes eccleſiam. Sequitur Marian. Socin.conſilio 18.incip.proſequendo ordinem,col.14.uerſ. circa ſextã, ꝙ Prælatus,uel rector eccleſiæ non poteſt de rebus eccleſiæ facere compromiſſum de iure,& de facto ſine conſenſu capituli,quia cum tale compromiſſum habeat inſtar tranſactio
19 nis,† ut in Auth.ut diſt.Iud.§.1.& in Auth. ſi uerò contingerit,& in Auth.ſi quando.C.de iud.not.gloſſ.in c.expoſita. de arb.& clarum eſt,ꝙ Prælatus ſine conſenſu capituli non po-
20 teſt tranſigere, ideò nec tale compromiſſum facere, † & in uerſ.ſecundum ſequitur ex primo, quia ſi non poteſt ſine cõſenſu capituli tranſigere,ergò nec compromittere de iure,& de facto,& dicit Bartol.in l. 1. C. ſi aduerſ.tranſact.not.bene hanc gloſſ.contra fraudes,quæ fiunt tota die per Rectores ecclesiarum,qui non poſſunt alienare ſine decreto, & ſine ſolemnitate,certe nec tranſigere poſſunt, ut hic manifeſte uides,& in tranſactione habent interuenire ſolemnitates, quia dicit Innocen.in cap.ſtatuimus,de tranſactio.in uerbo compoſitio,ꝙ in tranſactione voluntaria, ſicut in compoſitione neceſſarius eſt conſenſus illorum omnium, quos res tangit. capit.fina.de maior.& obedien. ubi dicit, ꝙ in tranſactionib. eccleſiaſticis,de quibus ibi loquitur,ad hoc, ut præiudicetur ſucceſſoribus,ꝙ ſuperioris habet authoritas interuenire, & habetur per Bald.in l.quoties.C.de fideicom.ubi quærit, an ille,qui non poteſt alienare,poſſit bona fide tranſigere.reſpõ. non,ſi prouocat ad iudicium, ſecus ſi prouocatur.l. ſi ideò. ff.de condict.fur.& hoc ſi habet plenam, & iure ſuo adminiſtrationem, ut uaſallus, uel liberam,vt tutor,uel Prælatus, aliàs indiſtincte non ualet tranſactio.l.& ſi tantum.ff. de pac. ſequitur,& refert Bertachin.de Firmo in tracta.de epiſcopis. quarta parte uerſi.quadrageſimò quintò quæro, uerſi.dubitari poſſet,numero 153. ubi refert ad literam diſtinctionem, & uerba Bald.ſupraſcripto loco.ſubdens, adde inquit,ꝙ appellatione alienationis venit tranſactio.l.1.ff. ſi quid in frau. patr.&c.& aliàs,ut ibi. Et in tranſactione facienda ſuper bonis eccleſiæ debet interuenire ſolennitas in alienatione rerum eccleſiæ requiſita, quia tranſactio uidetur eſſe quædam commutatio.Feder. conſilio nonageſimoquarto. caſus, & Barba.Rub.de rebus eccleſiæ non alienan. ne indirecte alienetur res quæ directe non poteſt alienari, uidelicet tranſi-
21 gendo,componendo,† nam ſi permitteretur ſic alienari,quotidie procurarentur lites moueri, vt poſtea ſuper eis poſſet tranſigi,& ſi non tranſigatur ádhibita ſolennitate de qua in capitu.ſine exceptione,tránſactio erit perſonalis; & finietur morte tranſigentis.capitu.de cætero.capit.ueniens, de tran-
22 ſactio.† cap.ex multiplici,extra de decim. ſequitur Rebuff.in dicto capitul.ſine exceptione, in uerbo commutare,quod intellige,ut ſuprà ſi non remanet res, & ſcias, ꝙ in rebus eccleſiæ ualet tranſactio facta, licet cauſa ſuper qua eſt facta, non eſt deducta,& inditiata,ſi habet materiam dubiam, uel ſperatur deduci.per not.per doct.in l.2.C.de tranſac.& deciſ. Mod.in manu ſcrip.deciſi.5.de tranſac.

SVMMARIVM.

1 *Vſucapio dicitur alienatio.*
2 *Vſucapio largè continet ſub ſe præſcriptionem.*
3 *Dominium ex præſcriptione eſt dominium vtile cõtrarium directo, quod effectum directi abſorbet.*
4 *Præſcriptio continetur nomine alienationis.*
5 *Variatio antecedentis facit illationem conſequentis.*
6 *Quãdo procedat regul. quòd prohibita alienatione prohibetur vſucapio.*
7 *Quando dicta regula non procedit.*
8 *Vix eſt,vt non uideatur alienare,qui uſucapi patitur.*

Caput 2.

ITem appellatione alienationis uenit vſucapio,dicit gloſſ.in l.1.C.ſi aduerſ.
1 vſucapio. & vſucapio largo modo ſumpta, † & generaliter continet ſub ſe præſcriptionem.gloſſ. in l. tertia, de uſucap.quia dixit Bald.in Authen.hoc ius. C. de ſac.ſanc.
3 eccle.quod eſt quoddam vtile dominium,† quod contrariatur directo,& abſorbet effectum directi dominij, ut dominium,quod quæritur ex præſcriptione,vt de præſcrip. 20.anno.l.ſi quis emptionis,& ipſa præſcriptio † continetur nomine alienationis.not.in l.fina. in quib. cauſ. reſtit. in integ. tamen in tali alienatione inquit Bald. non habet locum forma huius Authen.ſed forma præſcrip.ut Authen. quas actiones.C.de ſacro.ſanct.eccleſi.habetur per Iaco.in trac.de feu. in uerbo cum pacto de non alienan. per Rebuff. in repetit. capitul.ſine exceptione. duodecima quæſtion. ſecunda.per gloſſ.in cap.ſi epiſcopum. 16. quæſtion. ſexta, in uerbo damnum,& per gloſſ.in dicta l.fina.C.in quibus cauſ.in integ. reſtitut.quæ dicit, quod vſucapio uenit nomine alienationis, ſed paulò poſt dicit:non ualet argumentum,non poteſt alienari,ergo,nec uſucapi;ſed dic ſecundùm Bald.ibidem, quòd immo conſequentia eſt bona, ſi antecedens ponatur generaliter pro qualibet alienatione, ſed ſi non ponitur generaliter pro qualibet alienatione legis, uel pro alienatione legali, tunc conſequentia non eſt bona,ut dicit glo. quia non eſt de natura antecedentis.l.ſi fundus.ff.de fund.dotal.Item,ſi antecedens ponitur abſolute,tunc eſt bona illatio;ſed, ſi ponit cũ

modi-

Source : BIU Cujas

modificatione,& cum adiuncto,verbi gratia, quia non dicimus simpliciter, non potest alienari; sed, si dicimus sine decreto, tunc non est bona illatio, ergo nec præscribi, quia præscriptiones non habent eam ex decreto, sed ex tempo-
5 re,& ex dispositione legali; † vnde variatio antecedentis facit illationem consequentis esse bonam,vel malam;licet authores super hoc dicant multa, tamen veritas est hæc secundum Bald.ibidem,& dicit d.August.Bero.in cap. nulli,de rebus eccl.non alien.in 36.colum.uersic. quidam vltramonta-
6 ni,ꝙ illa regula,ꝙ prohibita alienatione intelligitur † prohibita & vsucapio,procedit quando lex prohibet alienationē, non simpliciter,sed secundum quid,hoc est absque iusta causa,& solemnitate, & illam permittat, cum solemnitate, sed quando simpliciter est prohibita a lege res aliqua alienari,& indistinctè, ut est res sacra religiosa, & publica, & dotalis,
7 † tunc dicta regula non procedit,nec habet locum; Iaco.de Are.quem refert Bartol.in l.fin.C.in quib.caus.rest.in integ. non est necess.in 3.col.& ꝙ vsucapio veniat sub nomine alie cationis, est factus ad literam tex. in lege alienationis. ff. de uerbo.signifi.ibi, alienationis uerbum etiam vsucapio con-
8 tinet,uix enim est,† vt non uideatur alienare,qui vsucapi patitur,ubi gloss.dicit,ꝙ ubi prohibita est alienatio, ibi est prohibita vsucapio; & si alienatio, ergo & vsucapio,cui regulæ dat fallentiam,de re litigiosa, quæ regulariter non potest alienari,vt C. de lit. l.lit.penden. quæ tamen potest vsucapi, vt.ff. de rei uen.l.si post,& l. 1.C.de long.temp. præscrip. & est ratio, vitium litigiosi non afficit rem, vt not. ff. de acquiren. poss.l.uitia.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio translatiua dominij est alienatio.*
2 *Præscriptio venit appellatione usucapionis.*
3 *Prohibitus alienare non patitur præscriptionem.*
4 *Res alienari prohibita,si alienetur,præscribitur,si est maioris, non si minoris.*
5 *Emptor non præscribit viuente male alienante.*
6 *Mortuo male alienante incipit præscriptio.*
7 *In præscriptione rei ecclesiæ requiritur tempus quadraginta anno.*
8 *Quæ non possunt alienari propter rem ipsam,vt homo liber, ei non præscribuntur.*
9 *Quomodo uasalli possunt præscribi.*
10 *Quædam quæ non possunt alienari,nec præscribi propter fraudem.*
11 *In alienari prohibitis ex priuilegio finita ratione prohibitionis, incohat præscriptio.*
12 *In illis quæ non alienantur, nisi cum decreto præscriptio succedit loco decreti.*
13 *Romana eccles.gaudet præscrip.centum ann.*
14 *Etiam feudum præscribitur contra ecclesiam spatio quadraginta ann.*

Cap. 3.

ITem sub vocabulo alienationis uenit præscriptio, propter quam inducitur
1 alienatio, maxime si sit præscriptio † translatiua dominii, quæ præscriptio dicitur alienatio, vt per Bald. in l.fina.C.de edict.diui Adria.toll.16.oppos.uersi.ego expono,ibi, & dico ꝙ ex utraque parte est præscriptio translatiua dominij quædam agentis in possessore, quæ præscriptio dicitur alienatio &c.habetur per Alexan.in consi.1.penul.q.quarta parte, facit,quia si ut dictum est,alienatio,verbum importat vsuca-
2 pionem,videtur etiam importare præscriptionem,† quæ venit appellatione vsucapionis.per tex.apertum in l.1. & l.3.ff. de usucap. Rebuff. in repet.sua cap.sine exceptione. 12.q.2. faciunt dicta Bertachin.in tract.de episco.quarta parte,uersi. quadragesimò quintò quæro, uersi. sed nunquid.ubi quærit nunquid prohibitus alienare patiatur præscriptionem, & di-
3 cit ꝙ glo.in l.1.C.si aduer.uend.tenet † quod non.& tex.cum glo.& ibi Bartol.in l.Alienationis.de uerbo.signific. & Bald. post glo.in l.2.de usuc. pro empt.Pau.de Cast. consi. 16.Bar. in l.vbi lex.ff. de vsucap. & plenius per Bald. in l. filiusfamilias.§.Diui.de leg. 1.in fin.& ibi dicit,quòd si res alienari prohibita alienetur,potest præscribi,quando res est maioris, nō
4 quando minoris,.† & uide per Domin.Sicul.& d. de Balio. in c.non licet.de præscript.& quod habetur per Bald. in l.fin. colum.penul.C.in quib.caus.in integ. rest. & in l.acceptam. 22.quæst.de vsur.& per Bertach.in d.loco, & quærit Rebuff. in suo compendio alien. rerum eccles.an possit emptor sine solemnitate præscribere,& videtur inquit non, quia, quod
5 non ualet ab initio postea tractu temporis † non conualescit,contrarium est uerum, sed est intelligendum, ꝙ non potest præscribere eo uiuente,qui male alienauit, sed eo mor-
6 tuo † incipit præscrip.cap.si sacerdotes,& c.præceden.§.item si & c.placuit.§.hæc,de præscrip.Abb.in c.cum non liceat,de præscrip.Guid.Papa in q delfinat. quæst. 150.incip.tertia,ub habetur, ꝙ præscriptio contra ecclesiam non incipit currere tempore prælati male alienantis, sed a tempore eius successoris,& subducitur tempus, quo vixit Prælatus male alienans,& notanter inquit decisio, loquor de Prælato male alienante,quia si aliàs Prælatus legitimè alienet, tunc currit præscriptio à die alienationis;Si postea ecclesia fuerit data in comendam non minus incipit currere præscript. Idem Guid. ubi supra q.152.cuius est initium quinta. & quātum tempus requiratur tradit idem Guid. in q. 161. incipien. alterius, ꝙ quadraginta anni.capit.de quarta,de præscript.& an ecclesia possit restitui aduersus illam præscriptionem, tradidit idem Guid.quæst.594.res ecclesiæ, Socin. consi.29.uiso.colu.6.& seq.1.uolum.quòd sic.per tex.ubi tradunt Docto. capit.1.de restit.in integ.in 6.Item poterit præscribi si bona fide consen
7 sus,† & authoritas unius episcopi interuenerit,& requirebatur authoritas alterius,vt no.in cap. si quis præsbyterorum, de reb.eccles.non alienan. dummodo solemnitates de quibus superius,sint seruatæ.glo.in cap. apostolicæ.de don.Soc. consi.15.uisis.in fi.uolum.1.quia talis error iniustus pro titulo habetur.l.Celsus.ff.de usuca. faciunt adducta per Bal. in l. 1.C.de ser.fug.colum.5.uersic.sic solue;ubi dicit, ꝙ quædam non possunt alienari propter rem ipsam,vt homo liber, domus sacra,campus martius, Horti salustiani, uia publica &
8 similia,† & ista præscribi non possunt.not.de lib.caus. l. nec si uolens.ff.de uia publica.l.uiam publicam, & ff. de legat. 1.l. apud Iulian.in fi.uasalli tamen possunt præscribi, & alienari,
9 not.in d. l. nec si volens. † dummodo duriorem seruiturem inuiti non patiantur. ff. de fideicom. liber.l.inuitus. per eundem Bald.cap.1.de capit.qui.cur.vendi.In usibus feud.Quædam sunt quæ nō possunt alienari,nec præscribi propter frau
10 dem,† ut d.l.quemadmodum.quædam sunt, quæ nō possunt alienari propter priuilegia, & tunc præscriptio non potest
11 incohari,† nisi finita ratione prohibitionis, sed incohata dudum ante potest confirmari, vt not.de iur. dot. l. in rebus.§. fina.& l.fundi.ff.de fund.dotal. Quædam non possunt alienari ratione ætatis,vt habetur in tit.in quib caus. restit. in integ. & in l. final.illius tit. Quædam non possunt alienari, nisi sub
12 certa forma,puta cum decreto, † & tunc præscriptio habet uim decreti.l.post mortem.ff.de adop. & l. 1. C.qui admitti, ut per Bald.ibidem,& res ecclesiæ præscribuntur,& præscribi possunt spatio 40. anno. nisi sint res Romanæ ecclesiæ, quia tunc non 40.annor.sed centum ann. præscriptio currit
13 propter priuilegium,† qđ dicta ecclesia habet.ita per docto. communiter in Authen.quas action.& in l.fi. ubi Bartol. C. de sac.sanct.eccle.per Canonistas in cap.de quarta.capitu.ad aures.c.illud,& c.quia.extra de præscrip.& ista est uera con-
14 clusio,etiam in materia feudali,licet aliqui arbitrentur ꝙ † ad præscribendum feudum contra ecclesiam sufficiāt anni 30. quæ opinio non est uera,per Guid.Papæ.decis.161.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio venit uocabulo alienationis.*
2 *Quid comprehendat uerbum alienatio largissime sumptum.*
3 *Casus in quibus prohibita alienatione non est prohibita permutatio.*
4 *Appellatione uenditionis uenit permutatio,non in illis, quæ sunt stricti iuris,nec in statutis disponentibus contra ius commune.*
5 *Venditio rerum ecclesiæ est prohibita utroque iure.*
6 *Per permutationem transfertur dominium traditione sequuta.*
7 *Permutatio in utilitatem ecclesiæ, uel minoris non dicitur prohibita.*

Caput 4.

VEnit etiā permutatio sub vocabulo alienationis, dicit ad litteram tex.in c. nulli,de reb.eccl.non alien.alienationis autē verbum continet conditionem, donationem, uenditionem,
1 † permutationem, & emphyteuticum perpetuum cōtractū, allegatur ad hoc text.in l.final. C. de reb. alien.non alien.ubi largissime sumitur significatum dicti verbi, comprehendens
2 † etiam pignus, & hypothecam, est quæstio Bald. in Auth. res quæ.C.commun de leg.colum.final. uersic. quæro adcò, vtrum,inquit ille,qui non potest alienare, potest permutare, vbi adductis contrarijs,uno uidelicet ex uoluntate testatoris.
3 per tex.in l.idem seruandum,† & alio contrario in fauorem dotis dicta l.final.ff.de iure dot. In quibus prohibita alienari possunt permutari,tādem tenet negatiuam, uidelicet quod prohibitus alienare non potest permutare. Idem dicit Spec. in titu.de rerum permutat.in princi.uersicu.item in hac forma.ibi,quia permutatio est alienatio,ut de rebus eccle. non alien.extra.per Ioan.And.in addit.ad Specul.Paul. de Castr. consilio decimo sexto, refert Bertach. in tractat. de episcop. quarta parte. §. quartus, uersicul. nunquid prohibitus alie-

Source : BIU Cujas

nare poteſt permutare, late per Iaſ. in l. 1. ff. de rer.permut. col.4.ubi diſputat,& tenet, ꝙ appellatione vēditionis veniat
4 permutatio, † & uenditione permiſſa intelligitur permutatio.per tex.in l.ſtatu liber.uer.Quintus.ff. de ſtatu libe.vbi appellatione uenditionis venit permutatio,& gl.in l.cum hi.§. ſi cui.ff.de tranſ.in uerbo diſceptatione,& hoc verum, dummodo non ſimus in illis,quæ ſunt ſtricti iuris, & dummodo ſtatuta non loquantur contra ius commune, ꝙ non eſt in
5 caſu noſtro,ubi tam iure ciuili,quàm de iure Canon. † prohibita eſt uenditio rerum eccleſiarum, & per permutationem transfertur dominium interueniente traditione.l.1.ff.
6 de rer.permut.† & l.eum qui.§.ſi permutatio.ff.de publ.Bald. in l.fi.& hoc niſi fieret in utilitatem Eccleſiæ,minoris,vel do
7 tis,† quia tunc permutatio non dicitur prohibita. ff. de leg.2. l.imperat.§.fina.cum l.ſequen.Bald in Authen.res quæ.C.cõmun.de leg.Iaco.de Are.in l.magis puto. §. ſi ex. ff. de rebus cor.ſed dicit Bald.in l.ſicut.§.ſi permiſerit.ff.quib.mod.pign. uel hypo. ſol. ꝙ permutatio de re immobili facta a clerico uigore licentiæ, de alienandis bonis immobilibus eccleſiæ pro ſatisfactione debitorum,non valet, per rationem quam ibi reddit.

SVMMARIVM.

1 *Nomine alienationis uenit promiſſio.*
2 *Promittere,& dare parificantur,maxime in materia Symoniæ.*
3 *Ita reprobatur electio præcedente promiſsione,ſicut præcedente datione.*
4 *Differunt tradere,& promittere.*
5 *Mutatione perſonæ fit nouatio.*

Cap. 5.

ITem ſub nomine alienationis venit promiſſio.per text. in l. final.C.ad l.
1 Falc.† ubi tex. æquiparat promiſſionem dationi,
2 vel ſolutioni in multis caſibus,maxime in caſu Symoniæ † in quo Canones idem ſentiunt de promiſſione, quod ſentiunt de datione. per tex.in capit.nobis, de Symonia,ubi Anna.2. notab.dicit,ꝙ ita reprobatur electio, ſi præceſſit remiſſio pe
3 cuniæ ſicuti ſi præceſſit ſolutio,† & datio,eſt tex.in capitu.diſpendia.de reſcr.in 6.Doct.in cap. quorundam. de ſolu. quia ſolutio,& promiſſio pari paſſu ambulant.dicta l.final.C.ad l. falc.per quem tex.Bald. ibi, in princ.dicit, ꝙ qui non poteſt alienare,tamen poteſt promittere,Alexand.conſi.17. uolu.4. colum.3.uerſicul.confirmantur prædicta, quamuis idem in conſi.119.lib.4.uerſi licet igitur, uideatur dicere,ꝙ nullum inter ſe differunt tradere,& promittere. Et ideo vbi eſt prohibita ſolutio,ſiue datio,ibi eſt prohibita promiſſio. capit.2. de conceſſion.præben.quamuis poteſt dici contrà, quia qui promittit non ſoluit, nec ſoluere cenſetur. l. nepoti. ff. de
4 fun.inſtr.ſed tex.in d.l.fina.intelligit Bald.ibi † quando datus eſt expromiſſor alia parte uolente,& acceptante, quia muta-
5 tione perſonæ eſt † facta nouatio. l. inter cauſas. §.abeſſe.ff. mand.& uide ea,quæ dico in uerſi.ſequen.in fin.pro iſta materia,& ea maxime uide, quæ dico in ſequen. de hypotheca generali.& ſpetiali.

SVMMARIVM.

1 *Datio realis in pignus,& hypothecam eſt alienatio.*
2 *Maritus hypothecando rem uxori donatam donationem reuocat.*
3 *Pignoratio pro tanto,quòd non ſit ueriſimilis reluitio eſt alienatio.*
4 *Prohibita alienatione, eſt prohibitus omnis actus, per quem alteri ius quæritur,*
5 *Prohibitio legis,teſtatoris,& contrahentium, æquiparatur.*
6 *Non eſt uera alienatio,niſi per quam transfertur dominium.*
7 *Quomodo in ſtatutis, & odioſis nomine alienationis non uenit pignus.*
8 *Sine cauſa rationabili non pignorantur res eccl.*
9 *Vbi alienatio prohibetur a iure,& a canone cenſetur prohibita alienatio proprie,& quæ fit de facto.*
10 *Per obligationem peruenitur ad alienationem.*
11 *Inhibita alienatione inhibetur omne illud per quod peruenitur ad illam.*
12 *Specialis hypotheca cum traditione eſt prohibita.*
13 *Generalis hypotheca eſt permiſſa cum cauſa.*
14 *Per pignus acquiritur ius in re,per hypothecam ius ad rem.*
15 *Per pignus transfertur poſſeſſio rei,per hypothecam non.*
16 *Ratio quare ſpetialis hypotheca prohibetur, & generalis permittitur.*

Cap. 6.

ITem ſub vocabulo alienationis uenit pignus,pignoratio,& datio in pignus,
1 & hypotheca,realis † tamen,nonuerbalis tantùm,ideſt hypotheca ſine traditione,per ea,quæ dicit Bal.in c.1. §. rurſus.in addit quib.mod.feud ammit.in uſib.feud.facit tex.in l.ſi maritus.l.2,C.de dona.inter uir.& uxor. ubi maritus rem vxori
2 donatam hypothecando,& pignorando creditoribus, † videtur reuocare donationem factam uxori per pignorationem,per Bald.in l.rem legatam.in fin.ff.de adim.leg. ubi apoſtilla.ad Bartol.dicit id notan.per Cy.in l.4.C.de leg. Sed hoc intellige,quando res pignorata, uel hypothecata, eſſet obligata,& hypothecata,uel pignorata pro tanta quantitate, & pro tanto, quantum uerbi gratia res ualeret, & ꝙ non eſſet
3 † veriſimile debitorem pignorantem debere reluere, per illud quod dicit Bald.in d.l.rem legatam.in fin.ibi,& prædicta omnia intelligo uera,niſi res eſſet obligata pro tanto, quòd non eſſet veriſimile debitorem debere reluere,nam tunc pignoratio talis haberur loco alienationis.l.antepen. in princ. de leg.3.& l.legata.in fin.C.de ſuppel. leg. clarius per Bald.in l.final.C.de reb alien.non alien.ubi declarat tex. etiam ſignificatū uerbi alienatio,ubi formaliter dicit, ꝙ prohibita alie-
4 natione, ſimpliciter,videtur prohibitus omnis actus, † per quem alteri rei ius quæritur, & æquiparantur prohibitio le-
5 gis,prohibitio teſtatoris,& contrahentium, † quia ità eſt late interpretandum uocabulum alienatio, cum profertur a contrahente,ſicut cùm profertur a lege,uel a teſtatore; non
6 tamen vera eſt alienatio † niſi per quam transfertur dominium,& per hoc in ſtatutis odioſis,& pœnalibus, ubi debe-
7 mus reſtringere interpretationem,nomine alienationis† nõ continetur pignus,niſi forte aſcenderet ad tantam quantitatem, ꝙ non eſſet ſpes luitionis, ff. de lega.3. l. quia habebat, ubi gloſſ.dicit pignora uideri redacta in proprium patrimonium accipientis per conſenſum creditoris pignorantis,tum quia debitor,uel pignorans eſt penurioſus, uel quia calculus vſurarum ſuper pignore eſt tantus,qui omnem debitori ſpē reluendi auferat, vbi Bad. dicit, ꝙ per hoc poteſt terminari quæſtio,de qua per Docto. in l. final.de reb.alien. non alien. an, ſi eſt prohibita alienatio, ſit prohibita pignoris obligatio:diſtinguit, aut pignora ſunt obligata pro tanta pecunia, ꝙ non eſt ſpes luitionis,& videtur prohibita obligatio, aliàs non;& ita inquit debere intelligi tex.in l.quorum.ff.de pign. quia acquiſitio per pignus non eſt,nec dicitur propria acquiſitio rei;vt ſubiungit idem Bald.in d.loco,& dicit D. Anton. in cap.nullus. de pignoribus, ꝙ ſine cauſa rationabili non
8 debent res eccleſiaſticæ pignorari; † addit tamen in fine, ꝙ ſubſiſtente neceſſitate poſſunt; Nec obſtat tex.in l.3.C.quæ res pigno.oblig.poſſ.& l.1.ff.eod.§.rem,& ibi per eum; & dicitur in additionibus in commentarijs conſtitu.regni in Tit. de reuocat.feud.& rer.feudal.in uerbo locare, ꝙ ubi fit prohibitio a lege,ut in caſu noſtro,ubi canone,& lege prohibentur res eccleſiæ alienari, uidetur prohibita non tantùm pro-
9 pria alienatio,& proprio iure per quam † uidelicet transfertur dominium.C.de fund. dotal.l.1. uerùm etiam de facto larga alienatio quomodocunque,ſcilicet in alium fiat translatio,ut in Authē.de alienatione.§.quia uerò cognouimus, & argum.ff.de uerb.obli.l.qui Romæ.§.flauius, quod etiam ex eo apparet,nam,ubi prohibetur alienatio, uidetur prohibita etiam hypotheca, ſeu pignoris obligatio.l. ſancimus.C. de reb.alien.non alie.& ſic uidetur etiam cogitatum de alienatione etiam de facto,vt not.in eadem.l.Sancimus.cum pignus maneat in bonis debitoris.l.pignus.C.de pignor.actio. & ipſe debitor poſſidet.l.cum acutiſſimi. §. 2. C. de præſcrip. triginta uel quadraginta annor. & l. pignori. ff. de uſur. ubi idem commentator diſputat,an ſtante prohibitione legis, ꝙ res non alienetur,ſit prohibitum locare, & ſit locatio prohibita;& paulò poſt ibidem reddit rationem, quare prohibita alienatione rei,cenſetur etiam prohibita pignoris, & hypo-
10 thecæ obligatio;† quia per obligationem peruenitur ad alienationem.§.creditor.Authen.de non alienā. creditor enim, cùm obligatio facta eſſet, poſſet vendere ius ſuum. ff.de pignor.actio.l.ſi conuenerit, uel ſaltem iure dominij poſſidere.l.fina.C.de iur.domin.impetran.rationabiliter ergo inhi-
11 bita alienatione, inhibetur omne id per † quod peruenitur ad eam.l.Oratio.ff.de ſponſa. &c. & uerbum alienatio comprehendit hypothecam, & obligationem, per tex. in l.omnes,& l.ſequen.C.de his,qui ueni. æta. impetran. & per eundem commentatorem ibidem in uerbo iure proprio. ubi concludit, ꝙ ſpetialis obligatio cum traditione, uel ſine,prohibetur, & fieri nō pōt,ſed generalis ſic, ut notatur in Auth. de aliena. §. nos igitur. in fine. & ratio diuerſitatis notatur ibi,& hoc uidetur confirmari diſpoſitione iuris canonici.c. nulli.de reb.eccleſ.non alien.ut ibi per eum,ſed melius declara,ut per Aug.Bero.in ca.nulli etiam,de reb.eccleſ.colum.2.
12 & 3.ubi dicit,† ꝙ ſpetialis hypotheca eſt prohibita, generalis uerò non;& quòd, ſicut regulariter eſt prohibita rerum eccleſiæ alienatio, ita ſpetialis hypotheca, a pari enim procedunt quò ad ſolemnitatem, per text. dicto capitul. nul-

Source : BIU Cujas

li.sed,licet generalis hypotheca non sit prohibita, non tamē
13 est permissa simpliciter, † & absque iusta causa; quia, si non adsit vel causa necessitatis,vel utilitatis,non potest fieri generalis hypotheca.Et,vt specialis hypotheca est prohibita, ita & datio pignoris ex identitate rationis. §. nos igitur.Authe. de non alien. & ℘ in datione pignoris illarum rerum, quæ sunt prohibitæ alienari solemnitas requiratur, ità probatur; in obligatione spetialis hypothecæ requiritur iusta causa,& solemnitas,vt d.capit.nulli, ergò magis in datione pignoris, per quam ecclesiæ magis præiudicatur, quàm per spetialem
14 hypothecam,† quoniam per pignus acquiritur ius in re, per hypothecam vero ius ad rem; nam per pignus transfertur
15 possessio rei pignoratæ,† per hypothecam nō.l.si rem.§.proprie.l.cum sortis.§.pignus.ff.de pignor.action. & aliàs ut per d.Ang.d.loco;ubi concludit,℘ absque iusta causa,& solemnitate requisita in alienatione rei ecclesiæ, non potest res immobilis ecclesiæ specialiter hypothecari,nec pignori dari,vt per eum ibi,uersi.& quibus. 3.col.subdens paulo post, ℘ ratio, quare spetialis hypotheca prohibeatur, generalis verò
16 non est prohibita,est, † videlicet, quia per spetialem magis præiudicatur,per generalem verò minus;quia per spetialem acquiritur ius in re,per generalem autem ius ad rem,gloss.in l.si is,qui rem.in princ.ff.de furt.l.final.C.quæ res pign.oblig. poss.in fin ibi,ius tamen generalis hypothecæ, vbi etiam tamen uidetur, ℘ solemnitas, & causa in hypotheca generali non requiritur tempore hypothecæ,& obligationis; sed bene tempore,quo res hypothecata, & obligata distrahitur;in hypotheca verò spetiali, & pignoris datione requiritur tempore hypothecationis,& pignorationis non tempore distractionis,vt ibi per eum, ubi subtiliter totam hanc materiam pertractat. sed,si erit facienda aliqua pignoratio, uel hypothecatio rerum ecclesiæ quę alienationem sapiat,in qua erit necesse,℘ adsit causa,& solemnitas?& sciendum,℘ prata,vineæ,& alia huiusmodi tam immobilia, quàm mobilia, quæ non sunt diuino cultui deputata, possunt alienari cum causa & solemnitate; quæ verò sunt diuino cultui deputata, vt vasa,calices,vestimenta, & ornamenta, ista non pignorantur,nisi cum summa necessitate, nec quælibet necessitas sufficit,per gloss.& doctor.in capit.primo, de pignor. vbi Imola,& Barba.immo ex summa necessitate prius alienatio incipienda est ab illis,quæ sunt benedictæ, non ab illis, quæ sunt consecratæ,ut per Ioan. Andr. & Imolam, & per Ripa. in l. oblatione.colum.penul.ff.de pignor.per Couarru. uariarum resolut.lib.2.capitul.16.uersi. extra res.

SVMMARIVM.

1 *Habens rem pro derelicto videtur proprie alienare.*
2 *Habens rem pro derelicto videtur ei qui occupat donare.*
3 *Non alienat,qui duntaxat amittit possessionem.*
4 *Quando habens rem pro derelicto verè dicatur alienare.*
5 *Fraus,& dolus ex proximitate actus præsumitur.*
6 *Si habetur pro derelicto, non cum fraude, nec cum dolo, non est donatio.*
7 *Rector si dolo uel culpa lædit ecclesiam tenetur eidem.*
8 *Tenetur resarcire damnum rector, qui patitur rem ecclesiæ præscribi.*
9 *De mala administratione tenetur prælatus,& eius hæres.*
10 *Prælatus tenetur resarcire, quod sua negligentia omisit utiliter facere.*
11 *Prælatus si sine iusta causa acquirere omittit,tenetur de suo.*
12 *Bona patrimonialia prælati sunt hypothecata ecclesiæ pro mala administratione.*
13 *Quòd dicitur,prælatum teneri ad interesse,qui omisit ecclesiæ acquirere. procedit in quolibet beneficiato.*
14 *Vide remissiue,an & quando factum prælati nocet ecclesiæ.*
15 *Rector præsentatus a patrono,potest,si male ministrat,reprehendi à patrono,& accusari.*

Caput 7.

1 HAbere etiam rem pro derelicto venit appellatione alienationis, quia habens rem pro derelicto videtur illam proprie alienare, est gloss.notabilis in l. 1. ff. si ex noxali. in verbo notata, vbi dicitur contra alienantem, ℘ quando quis dolo desijt possidere,dat̄ vtilis ex ea causa, ex qua prius directa dabatur actio, ubi Bartol. dicit gloss. esse notandam contra cauillationem quorundam volentium euitare solutionem Gabellæ,qui habent fundum pro derelicto, & alius vadit, & occupat, vt sic Gabella non soluatur, quasi non sit aliquis contractus;sed certe inquit immo videtur celebratus contractus donationis;qui enim habet pro derelicto, vide-
2 tur donare ei † qui occupat.l.quod seruus.ff.de stipul.seruor. ubi Angel.Imola,& Alexand.vnde,si est contractus donatio nis,est alienatio,& venit sub vocabulo alienationis, quæ est prohibita in rebus ecclesiæ; per tex.in l. Item.circa fin.ff de
3 alienat.iud.mut.ibi,neque enim alienat,† qui duntaxat. sed hoc est intelligendum, quando habens rem pro derelicto fa-
4 cit cum fraude,uel dolo,alioquin non,† vt per Alexand.d.l.
5 1.& ista fraus,aut dolus præsumitur ex connexitate, † & proximitate actus habendi pro derelicto & occupādi per alium. argum.l.si uentri.in fin.ff de priuil.cred. cap.officio, extra de elec.ut si coniuncta persona,uel amicus derelinquentis rem derelictam statim occupat,argum.l.data.C. de dona. ubi tenet,℘ si sit habitum pro derelicto,non cum fraude, uel dolo,tunc non est contractus donationis, nec requiritur insinuatio, si summam excedit: & sequitur Rebuff.in sua repet.
6 cap.fine exceptione.12.quæst.2.est optimus tex.in l alienationis.ff.de uerbor.signific.ibi, eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amisit seruitutem,ubi dicit gl. omittit enim facere illud, quod debet, quia Rector in rebus ecclesiæ debet uti diligentia,non negligentia, quia, si dolo uel culpa læ-
7 dit ecclesiam,tenetur eidem.per Innocen.in capitu. cum in officijs,de testa.ubi distinguitur inter culpam leuem, & non leuem,& gloss.in cap.ea quæ. de offic.ordin.quia, si propter negligentiam suam patiatur Rector, vel Prælatus rem eccle
8 siæ præscribi,tenetur resarcire damnum, & † ecclesiam indemnem seruare,per ea quæ dicit Abb.in cap.placuit. el secundo.16.quæst. 3. quia talis prælatus non potest non redargui de mala administratione; & male administrans Prælatus
9 tenetur ecclesiæ recompensare ipse,† & illius hæredes,gloss. in cap.Episcopus.12.quæst.2.ubi dicitur, ℘ de mala administratione Episcopi ecclesia habet actionem cōtra hæredem secundùm Canones in contractibus, & in delictis, siue peruenerit ad illum,sine nō peruenit, siue lis contestata sit, siue non; quia Prælatus potest cogi ad soluendum de suo patri-
10 monio, † quando est negligens in omittendo ea quæ sunt vtilia ecclesiæ suæ,immo ecclesia agit,& potest agere contra hæredes prelati.per Felyn. in cap. accepimus.de fid.instrum. uersic.Tertiò declara, colum.3.immo Prælatus,si sine iusta
11 causa nō acquisiuit ecclesiæ,tenetur de suo satisfacere, † optime per Abb.in cap.tua,de his,quæ fiunt a Præla.circa fi.& si Clericus rem ecclesiæ male administrauit, tenetur de suo satisfacere,& reficere ecclesiæ,& bona sua patrimonialia sunt
12 ecclesiæ in tali casu hypothecata,† per Felyn.in cap. ecclesiæ. colum.5.uersic.adde Cardinal.de Constit. & dicit Rebuff. in compendio alienationis rerum ecclesiæ uersi.Sextò, ℘ Prælatus,qui potuit quærere suæ ecclesiæ,& non quæsiuit, tenetur ad interesse,cap.quicunque,& ibi gloss.12.quæstion 4.sicut in tutore respectu pupilli. l. quicquid. C. arbitr. tute.subdens,idem dices in quocunque alio beneficiato, quia est eadem ratio,& dicit Abb.in cap.paternitati ex.de donat. uersi.
13 in glo.in uerbo,† quod contra Prælatum patientem rem ecclesiæ præscribi,potest agi ad interesse, in quantum ecclesia est damnificata ex negligentia sua, & inquit de ista materia plene dixi in capit. 1.de dolo,& contum. ubi plene tractaui,
14 † an,& quandò factum Prælati noceat ecclesiæ; & per eundem Abb.in capit.quod sicut.de elect.℘ Prælatus male alienans rem ecclesiæ tenetur ecclesiam de suo patrimonio conseruare indemnem;facit cap.de multa.de præben.ubi in margine ab Abb.allegatur Aretin.consi.114.Rector præsentatus a patrono res ecclesiæ negligens, & male ministrans repre-
15 henditur a patrono, † & potest ab eo coràm ordinario accusari,cap.filijs.16.quæst.7.dicere videtur Bald.Authen.titu. hoc ius.C.de sac.sanc.eccles. ibi, sextò est considerare usum facti magis prouenientem ex permissione domini &c.

SVMMARIVM.

1 *Tam qui alienationi consentit quàm alienans alienare dicitur.*
2 *Prohibitus alienare alienationi consentire non potest.*
3 *Personę,quæ non possunt alienare de per se,quæ tamen facienti consentiunt.*
4 *Consensus minoris non obest in re, quæ sine decreto non est alienabilis.*
5 *Minores restituuntur contra consensum præiuditialem.*
6 *Prohibitus alienare ratione iuris consentit uti vsufructuarius.*
7 *Prohibitus alienare ratione imbecillitatis non consentit alienationi,sicus non alienat.*
8 *Statutum prohibens alienationem minori, prohibet etiam consensum.*

Caput 8.

SVb vocabulo quoque alienationis cōprehenditur nō solum qñ quis de per se alienat, sed ēt quando consentit alie-
1 nationi,† quæ fit per alium; & sic consensit alienæ alienationi; qui consentiens pari modo alienare videtur, est gloss. in l. cum pater. §. libertis. in uerbo alioquin, ubi Bartol.

Source : BIU Cujas

2 in uerbo quærit.de lega.ſecundo,† quia prohibitus alienare non poteſt alienanti cõſentire;facit,quod dicit Bar. in l.iubemus.C.ad Velleian.ſed melius per Bar.in l.ſi fundus.ff.de pig. vbi tractat materiam, quando quis non poteſt alienare, an poſſit alienanti conſentire:ibi,nota,ꝙ qui non poteſt facere, non poteſt facienti conſentire,vbi limitat regulam, quia aliquæ ſunt perſonæ,quæ de per ſe non poſſunt facere,poſſunt tamen facienti conſentire, qui ſecundùm aliquos ſunt pupilli,† & mulieres;dicit tamen ꝙ gl.exẽplificat in vſufructuario, qui non poteſt obligare proprietatem,proprietario tĩ obliganti poteſt conſentire, vbi vide illum doctè diſtinguẽtem, ſed uide pulchrius per Bal.in l.2.C.ſi aduerſ.don. ubi dicit,ꝙ non obeſt filio minori cõſenſus in re, quæ ſine decreto alienari non poteſt;quia ſicut minor nõ poteſt alienare ſine decreto,† ità nõ poteſt alienanti conſentire;& ratio eſt,inquit, quia,licet a cõtrahente habet cauſam dominij,tamen ab ipſo minore haberet dominiũ,& auelleretur dominiũ a minore,ꝙ eſt prohibitum &c. ſubdens, & indubitãter dico,ꝙ, ſi ſtatutum ſit,quod prohibeat alienationem, tunc non põt conſentire;quia, licet alius det titulum, minor tamen daret dominium,& ab ipſo minore directè auelleretur,& iſtud nõ eſt aliud,quàm alienare;ſed alienatio eſt prohibita per ſtatutum,ergò inualida;ſubdens,vltimò nota,ꝙ ſicut minores reſtituuntur contra contractum, ità pari modo reſtituuntur
5 contrà quemlibet conſenſum eis præiudicialem, † ſequitur Bertach.in tract.de Epiſcopis,quarta parte,quæſt.45.vbi quęrit,nunquid prohibitus alienare poſſit alienanti conſentire; † & diſtinguit,ꝙ,aut quis eſt prohibitus alienare ratione iuris,vt vſufructuarius, & poteſt conſentire proprietario alienanti fundum, in quo ſibi debetur vſusfructus. l. nihil. C.de vſuris.aut eſt prohibitus ratione imbecillitatis, vt quia minor,&
7 tunc non poteſt alienanti conſentire, † ſicut nec alienare,tenet Bar. poſt glo.Dyn.in l ſi fundus.§.fi.ff.de pigno. & Bar in l.fi.col.2.C.de pact.& in l.cùm pater.§.libertis. poſt gl. de leg.2.& in l.iubemus.C.ad Velleian.& dicit Iac.But.in l.2.
8 C.ſi aduerſ.donat.† ꝙ ſtatutum prohibens minori alienationem bonorum ſuorum,videtur etiam prohibere,ne conſentiat alteri alienanti.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare,dans occaſionem alienationis, alienat.*
2 *Prohibitus alienare in certam perſonam, habet curare, ne quouis modo res ad eam perueniat.*
3 *Qui non poteſt facere,non det occaſionem vt alius faciat.*
4 *Factum a ſingulari ſucceſſore reputatur factum ab ipſo promiſſore.*
5 *Quod non licet mihi,non poſſum facere, vt alij liceat.*
6 *Damni cauſam dans damnum dediſſe uidetur.*
7 *Qui conuentione tenetur non alienare,habet curare,uel alienatio ſequatur,etiam ex diſpoſitione legali.*

Cap. 9.

1 SEd, & ſub vocabulo alienationis venit etiam datio occaſionis,& dare occaſionem, †,vt prohibitũ alienari alienetur; prohibitus enim alienare non poteſt dare occaſionem,vt alienetur, glo. eſt in l.ſi ità quis.§.ea,in verbo intereſt.ff.de uerb.obligat.ubi dicit,ꝙ prohibitus alienare in fratrem,vel certam perſonam, debuit
2 curare,ne ad illam quouiſmodo † res prohibita peruenireț, per quam glo.& etiam per tex.in cap.1.§.fi.de inueſti. de rer. alienan.fac.col.10 & etiam per illum tex. id dicit notabiliter Bal.in l.quoties.la 1.C.de fideicomm.in 1.not.ibi, nota ꝙ ille qui non poteſt alienare in certam perſonam, non poteſt dare occaſionem,vt alienetur; videtur facere tex.in l.Imperator.ff.de fideicom liber.& melius per Bal. in l. ea lege.C.de condict.ob cauſ.col.fina. uerſi. quantum ad ſecundum breuiter dicendum eſt,† ꝙ ille,qui non poteſt facere,non debet
3 dare occaſionem,vt alius faciat,l.in lege locationis, ff.loca.
4 † & hoc caſu id ꝙ fit per ſingularem ſucceſſorem reputatur factum ab ipſo promiſſore;qui debuit proſpicere, ne id fieret,argumento.l.ſi ſeruum.§.idem, de uerbor.obligatio. ad
5 † quod facit glo.d.§.ea lege,& gl.in l.non impoſſibile de pact. & concluſio eſt,inquit,quod non licet mihi, non poſſum facere,vt liceat alij impune;facit regula, qui dãni cauſam dat.
6 ꝙ qui cauſam damni dedit,† damnum dediſſe videtur,& prohibitus alienare tenetur curare etiam, ne alienatio fiat per alium,vltra nota.d.§.ea lege.per Bald.in Rubr.C.qui admitt.
7 & qui non poteſt per expreſſam † conuentionem alienare, tenetur curare,ne alienatio ſequatur ex diſpoſitione legali.l. codicillis.§.matre.de leg.2.not.glo.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff. de uerb.obligatio. Alexan.conſ.158.incip.circà principium, vol.5.uerſi.2.ille.

SVMMARIVM.

1 *Dare in dotem eſt alienare,ſi prohibitio alienationis venit iure contractus,ſecus ſi iure teſtamenti.*
2 *Prohibit.i teſtamento alienari alienantur non ſufficiente legitima ad dotem,aut propter nupt.donat.*
3 *Filia prohibita alienare extrà familiam poteſt pro ſeipſa dotem dare.*
4 *Non cenſetur prohibitum dotare de bonis eccleſiæ in certis caſibus.*
5 *Clerico eſt permiſſum dotare conſanguineam de bonis ſeu prouentibus eccleſiæ.*
6 *De iure ciuili frater laicus tenetur dotare ſororem dotem non habentem.*
7 *Cauſa dotis fauorabilior cauſa alimentorum.*
8 *Clericus magis tenetur actum charitatis exercere quàm laicus.*
9 *Clericus tenetur de fructibus eccleſiæ alere filios.*
10 *Minus peccatum dare conſanguineis quam extraneis.*

Caput 10.

DAre in dotem videtur etiã regulariter alienatio,† & ſub vocabulo alienationis compræhendi. per gloſſ. in l. nulla. C. de iur. dot.ibi,non obſtat,ꝙ dicitur, ꝙ mobilia non poſſunt a minore alienari,& ſic nec in dotem dari. &c.ubi Bal. 2.col.uerſ.quæro quædam,uel.ubi dicit, quærit an puella minor 25.ann.poſsit dare in dotem totam hæreditatem patris, quæ eſt multum ampla,& ſecundùm quoſdam videbatur, ꝙ non,quia in ea continentur prædia, quæ non poſſunt alienari;& breuiter inquit,ꝙ ex cauſa dotis poſſint alienari, quod intelligo interueniente decreto,vt.ff.de iur.dot.l.ſiue generalis.in fi.id ꝙ eſt verum, ſi prohibitio alienandi veniat ex iure teſtamenti, Auth.res,quæ.C.comm.delega. ubi dicitur,ꝙ res,quæ ſubiacent reſtitutioni vigore teſtamenti, prohibentur quidem alienari,vel obligari; ſed, ſi liberis legitima non ſufficit ad dotis, ſiue donationis propter nuptias obligatio-
2 nem,permittitur res † prefatas in eam cauſam alienari, vel obligari,&c.& per Bal.in l.uoluntas.C.de fideicom.Ibi,quæro nunquid filia prohibita alienare extrà familiam, † poſſit pro ſeipſa dotem dare,reſpondeo ꝙ ſic,ut per tex. l. Mulier. §.cùm proponeretur. ff. ad Treb. & per eundem paulò poſt ibidem in fi.uerſi. quæro an iſta ſoror poſſet alienare extrà familiam,reſpondeo ꝙ ſic.per quod videtur, ꝙ prohibitum in teſtamento poteſt alienari, & ꝙ datio in dotem ſit alienatio,dicit clarè Specul.in Titu.de emption. & uendition. §.4. uerſi.quid ergo.ibi,cùm enim prohibita ſit alienatio, & per conſequens in dotem datio.l.final.C.de rebus alien.ſed dare in dotem, & dotare de rebus eccleſiæ non videtur eſſe pro-
4 hibitum † quia immo videtur conceſſum clerico de redditibus,& prouentibus eccleſiaſticis dare dotem ſorori,filię,vel
5 alteri conſanguineæ, immo videtur ꝙ ad id teneatur,† quia dicit Abb.in cap.peruenit.ext. de arb. ꝙ quemadmodum de iure ciuili frater laicus tenetur dotare ſororem, quæ dotem
6 non habeat,quæ ſit ei coniuncta ex parte patris,† ut per gloſſ. in l.qui cum plures.§.penul.& ibi Docto.ff.de admin.tutor. & in l.non omni. C. eod. titul. & ſicut eam tenetur alere in
7 caſu neceſſitatis, ita & dotare; † cùm longe fauorabilior ſit cauſa dotis, quàm cauſa alimentorum; Ità ſimiliter inquit frater clericus tenetur ad ſororem dotandum; cùm Clericus magis teneatur, quàm laicus actum humanitatis exerce
8 re, † & charitatis,capit.primo, & quod ibi not.de emption. & uendition.ſubdens ibidem,& credo ꝙ cum bona conſciẽtia,ſi clericus non habet bona patrimonialia, poterit dotare ſororem, vel aliam conſanguineam de fructibus eccleſiaſticis,ac redditibus beneficiorum,ut dicit gloſſ in capit. omninò.31.diſtinction. ꝙ Clericus habens filios poteſt eos paſce-
9 re de redditibus eccleſiæ,† ergò a fortiori,& dotare,quia dicit gloſſ.in capitul. peruenit. prima quæſtio. 3. ꝙ minus eſt peccatum dare conſanguineis, quàm extraneis.85.diſtinct.
10 non ſatis,& hæc eſt ordinata charitas, † quamuis grauius puniatur,quia propter affectionem magis læditur eccleſia, ſed hoc non eſt præſentis materiæ; quia illud, quod dicitur ꝙ Clericus poteſt dotare conſanguineam de fructibus Eccleſiæ,intelligitur de fructibus,nõ de alijs rebus Eccleſiæ, quia horum unum habet ſe ſe diuerſum ab alio, pro vt infra ſuis locis dicimus,& dixi in meo tractatu, Spoliorum eccleſiaſticorum.in quæſtione de poteſta.Cle.uel Prælat. & in quæſtione de debit.ſoluen.adde, quod habetur per Ioan.Bertach.in Tracta.de Epiſc. quarta parte.uerſic. quadrageſimò quintò quæro. ubi dicit ꝙ prohibitus alienare, poteſt dare in dotem ſorori,vel viro ſuo, vel etiam conſtituere ſibi dotem poteſt fœmina prohibita alienare; Bald. l. uoluntas, colum.ſecunda.C.de fideicom.not.Authen.res,quæ.C.comm.de leg. Paul.de Caſt.conſi.13.ubi ponit, an certa res prohibita alienari a teſtatore poſſit in dotem dari &c.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Receptio ſolutionis poteſt dici alienatio.*
2 *Item dare, & facere ſolutionem eſt alienatio.*
3 *Pupilli ſine authoritate tutoris ſoluere non poſſunt, quia alienare non poſſunt.*
4 *Remittere illud quod debetur eccleſiæ eſt alienare.*
5 *Factum venit appellatione rei.*
6 *Ius eccleſiæ non poteſt ſine cauſa remitti.*

Caput 11.

NEcnõ recipere ſolutionẽ debiti venit ſub vocabulo alienationis, quia re-
1 ceptio ſolutionis poteſt dici alienatio. † per Bal. in l. uero. ff. de ſolutio. ibi, aduerte, recipere ſolutionem eſt alienare. per Tex. inſti. quibus alien. lic. & apoſtilla ad eũdem Bar. ibidem. idem Bar. in l. non ſolùm. colum. 1. ff. ſolu. matr. verſ. quandoque talis. ibi, ſed recipere ſolutionem eſt aliena tio. per Tex. quem alleg. l. qui hominem. §. qui Titium. ff. de ſolut. Alexan. in l. præallegata. vbi dicit, quòd idem eſt in trãſactione, & idem etiam in renuntiatione. Item non ſolùm re cipere ſolutionem videtur eſſe alienatio, ſed etiam, & dare,
2 ſeu facere ſolutionem, videtur † optimus Tex. in §. ſed ex diuerſo. inſtit quib. alien. lic. vbi habetur, ꝙ pupilli, vel pupillæ
3 ſine authoritate tutoris ſoluere non poſſunt; † quia inquit Text. ibi, nullius rei alienatio ſine authoritate tutoris conceſſa eſt.

Item remittere, & remiſſionem facere illius, quod eccleſiæ debetur in facto, videtur alienatio, vt factum, quòd debetur
4 eccleſiæ remitti non poſsit, † quia rei appellatione continea tur. §. 1. in verſ. rei. inſtit. de oblig. per Rebuf. in l. rei. ff. de verbor. ſignifica. & in compendio alien. rerum eccl. in verbo de
5 rebus, † melius per Abb. in conſil. 45. volum. 1. per Abb. cap.
6 ſtatuimus. in fin. de tranſac. † vbi dicit, quòd ius eccleſiæ remittere non poſſumus ſine cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Repudiatio eſt alienatio.*
2 *Pupillus non repudiat legatum ſine tutoris authoritate.*
3 *Renuntiatio eſt priuatio quæ præſupponit habitum.*
4 *Is qui deliquit, non poteſt reſignare officium in præiudicium fiſci.*
5 *Prælatus repudiat cum conſenſu capituli.*
6 *Pauperior non fit qui non acquirit.*
7 *Hæreditas ante agnitionem non eſt in bonis.*
8 *Prælatus non repudiat legatum factum eccleſiæ niſi cum iuſta cauſa.*
9 *Prælatus non poteſt renuntiare gratis exceptioni de non uerſo.*
10 *Monaſterium, in quærendis, non in quæſitis, poteſt ſibi præiudicare.*
11 *Solemnitas requiritur in renuntiatione legati eccleſiæ facti.*

Caput 12.

PAriter repudiatio, † ſiue renuntia-
1 tio videtur alienatio, eſt Tex. in l. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eo vbi dicit tex. ſed fundum, aut legatum repudia-
2 re pupillus ſine Prætoris authoritate non poteſt, † poteſt. n. eſſe & hæc alienatio, cum res ſit pupilli. per Alexã. in d. l. Vero, in prin. ff. de ſolu. quia renuntiatio eſt priuatio, quæ præ-
3 ſupponit habitum de præſenti. Socin. conſil. 189. incip. viſo, verſicu. primò quia dictus. circa principium. volum. 2. videt Tex. in l. pupilorum. C. de repud. & abſtinen. hæred. vbi ſine tutoris authoritate pupillus hæreditatem delatam ſibi repudiare non poteſt, nec poteſt reſignare officium in fraudem
4 fiſci is qui deliquit, † quia repudiando, & reſignando alienare dicitur, Barba. conſil. 11. colum. 15. verſ. capio primum. 1. volum. per Bal. d. l. pupillorum, ubi in ſummario dicit, ꝙ pupillus hæreditatem etiam damnoſam ſine tutoris authoritate repudiare non poteſt; id quod etiam eſt dicendum in Prę lato, vel rectore eccleſiæ, quòd ꝓquiſitio, quòd hæreditas delata eccleſiæ ſit damnoſa, vel ſubiecta nimis uexationibus, poteſt eam efficaciter repudiare; tamen, ſi eccleſia ſit colle-
5 giata, requiritur conſenſus capituli, † nec credo quòd requiratur authoritas Epiſcopi, quia iſta non eſt alienatio, cùm ni hil de bonis eccleſiæ in alium transferatur. ff. de reb. eo. l. ma
6 gis puto. §. ſi fundus legatus. 1. reſpon. † neque enim pauperior fit, qui non acquirit. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. ſi ſpõſus. §. ſi maritus hæres, cum hęreditas nõ ſit in bonis noſtris
7 ante agnitionem. ff. ad leg. Falcid. † l. pretia rerum, ſequitur Rebuff. in princi. repetitio. cap. ſine exceptione, duodecima quæſtione ſecunda, & dicit Abb. in cap. tua nuper. de his, quę ſiu. à prælat. quòd Prelatus non poteſt repudiare legatum factum vel faciendum eccleſiæ, vti pupillus non põt aliena-
re rẽ ſuã, ꝙ ex repudiatione ſequitur alienatio, vbi Abb. diputat quæſtionem, & concludit, quòd Prælatus non poteſt
8 repudiare legatum factum eccleſię, niſi cum iuſta cauſa, † &, ſi ſine iuſta repudiat, poteſt compelli, vt ſatisfaciat eccleſiæ de ſuo; vt per Abb. d. loco. tamen ibi dicit, quòd paſſus eſt dubius, Feder. de Senis conſil. viij. diſputat hunc paſſum, & clarè non eligit, an Prælatus poſsit facere talem legati repudiationem, opinionem Federici ſequitur Gemi. in c. dudum. de reb. eccl. non alie. in vj. verſic. quæro pone. ad fin. ſed Lau ren. de Rodul. in ſua repet. c. ſine exceptione. q. 55. 12. q. 2. dicit quòd tutius eſt dicere, quòd non valeat talis repudiatio; ad quod benefacit, quod not. Inn. in c. grauis. de depoſ. vbi te net Prælatum non poſſe gratis renuntiare exceptioni de nõ verſo; tangit hoc Bertach. de Firmo in Tract. de epiſcopis
9 † quarta parte §. 45. Verſ. ſucceſsiuè quæritur &c. vbi dicit, ꝙ prohibitus alienare poteſt repudiare hæreditatem. l. qui autem, de his quę in fraud. cred. l. ſi ſpõſus. §. ſi maritus, ff. de donat. iner vir. & vxor. Paul. de Caſt. conſ. 307. ſed vide, nonne hoc ſit intelligendum, vt per Bal. in Authen. ſi qua mulier. C. de ſac. eccl. in fi. vbi quærit, an monaſterium poſsit refutare bona ingreſsi, & putat quòd ſic antè quàm ſint acquiſita monaſterio, puta in ipſo ingreſſu agendo, quòd non acquirantur monaſterio, quia in quærendis poteſt ſibi præiudicare,
10 licet ſit ſecus in quęſitis, vt infrà inquit, l. iubemus. † ad hoc facit l. magis puto. §. fundum. de reb. eo. & hac ratione poteſt pati monaſterium conniuẽtibus oculis quòd hæreditatem delatam Monacho poſſideant alij conſanguinei, ad quos forte Abb. & Monaci pietate mouentur, vel affectione; nam antè, quàm agnoſcatur tale ius per monaſterium, non eſt in bonis monaſterij. l. pretia rerum. circa medium ff. ad leg. Falci. per Bald. d. loco, & quòd eccleſia repudiando legatum ſibi factum videatur alienare, ità quòd ſolemnitas in tali repudiatione requiratur, veluti in alienatione, ſentit Corſet. in ſuo re
11 per. in verbo alienatio. † vbi allegat Tex. in l. qui autẽ. in prin. ff. de his quæ in frau. cred. Feder. allegato conſ. Bal. in l. pupilli. C. de repudian. hæredit. Card. in Clemen. gratia. de reſcript. & Abb. d. c. tua; & an Prælatus poſsit repudiare legatum factum eccleſiæ, vide ad longum in reperto. Abb. in verbo Prælatus. in duobus locis.

SVMMARIVM.

1 *Locatio in perpetuum eſt alienatio.*
2 *Ex locatione ad maximum tempus transfertur vtile dominium.*
3 *Reprobatur glo. quæ dicit, prohibitus alienare locet ad centum annos.*
4 *Fallentiæ ad reg. quòd prohibitus alienare non locat ad maximũ tempus.*
5 *Saluatio glo. ſupradictæ.*
6 *Caſus vbi appellatione alienationis venit, & non venit locatio ad longum tempus.*
7 *Quomodo intelligatur verbum, perpetuum, remiſſiuè.*
8 *Locatio cum pacto ad longum tempus, quòd non tranſeat dominium vtile, non eſt alienatio.*

Caput 13.

VOcabulum quoque aliena tionis comprehendit locationem, ſi quidem loca
1 tio ſit facta non ad tempus, † ſed in perpetuum, tex. & gl. quę ad id allegatur in l. fin. ff. ſi age. vectig. ſolet allegari Tex. & ibi Doct. in l. prima. ff. de fund. dota. optimus tex. in cap. ad audientiam, de reb. eccl. non alienan. vbi Canonici prędium perpetuum locare non poſſunt, & ſi locant reuocatur locatio, vbi Abb. dicit, nota bonum argumentum, ꝙ locatio in perpetuum largo modo dicitur alienatio, vnde ꝓhibitus alienare non poteſt in perpetuum locare, id quod bene probat ille Tex. ſaltem ex eo, quia eſt compilatus ſub rub. de reb. eccl. non alienan. quia bene probat argumentum ex inſinuatione Rubricæ; quia, ſi iſta locatio in perpetuum non cenſeretur alienatio, nõ poneretur inquit ſub iſto titulo, ſed in titulo de locat. & hoc modo arguit etiam gl. in ca. ſi ſuper. de offic. dele. lib. 6. & cap. bonæ. de confir. vtil. vel inutil. facit tex. in cap. nulli. de reb. eccl. alien. vbi perpetua emphyteuſis largo modo dicitur alienatio, ergo & perpetua locatio, arg. inſti. loca. §. adeo, quia inquit ex contractu locationis ad ma-
2 ximum tẽpus transfertur dominium vtile, † ſicut in contractu emphyteutico. no. in cap. cum propter. de loca. glo. in clemen. 1. de reb. eccl. alien. in verbo locationis, vbi dicit, quòd prohibitus alienare, obligare, uel uẽdere, põt locare, & quòd plus eſt conductorẽ creditoribus delegare. ff. de lega. 2. l. pen. §. inſtituto. glo. in l. final. C. de pact. pignor. & l. prima. §. quod autem. ff. de ſuperfi. ſubdẽs, quod aũt dixi, ꝙ locare non eſt alienare, illud verũ eſt, ſi fiat ad modicum tẽps, licet Accurſ. in præfato. §. inſtitu. in fin. dicat, ꝙ prohibitus alienare locet ad
3 cẽtum vel mille annos, ſed gl. illa in hoc non approbaẽ, † qa illam

Source : BIU Cujas

illam ibi reprobat Dec. contra quam tenet Bald. cap. 1. colu. 10. qui feud. dare poſſ. & ca. imperialem. colum. 3. de prohib. feud alien. & per alios, quos adducit Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. colum. 33. verſ. vbi autem, per Alexan. in l filiofamilias. §. fin. circa fin. ff. ſolu. matr. ſequitur Abb. d. c. ad audientiam; per quod vides, ꝙ locatio rei eccleſiæ facta in perpetuum eſt alienatio & apoſtilla ad Abb. d. cap. ad audientiam. in verbo locare. dicit id etiam teneri per Franci. de Are. conſ 3. & conſ. 55. & per Ang. conſ. 244. Alexand. conſi. 1. par.. & an prohibitus alienare poſſit ad longum tempus locare, vide per Soci. in regu. an prohibitus alienare, vbi dat
4 multas fallẽtias, & multas limitationes, † & ad hoc vide Auguſt. Bero. in cap. nulli, de reb. eccle. non alien colum. 13. nu. 32. vbi ſaluando glo. in d. §. inſtituto, ꝙ prohibitus alienare locet ad mille annos &c. dicit ꝙ poteſt ſaluari in caſib. duobus. Primò quando eſſemus in diſputatione pœnali, & odio ſa, vbi appellatione alienationis non uenit locatio etiam ad
5 longum tempus, † vt declarat Barba. in rub. de reb. eccleſia. puta cum quis ſub pœna ſimpliciter eſt alienare prohibitus quia tunc non dicitur prohibitus locare ad longum tempus quoniam locatio huiuſmodi nõ eſt proprie, ſed improprie alienatio. §. alienationes, Authen. de non alien. not. per gloſ. in l. 1. C. de iur. emphyte. ſubdens, ꝙ in materia, in qua tractatur de pœna, & periculo animæ appellatione alienationis locatio ad longum tempus non continetur, ſed in materia fa-
6 uorabili, aut indifferenti appellatione alienationis † continebitur locatio ad longum tempus. Secundò ſaluatur glo. quãdo eſſet conuentum, ꝙ per locationem ad longum tempus nullum ius in re acquireretur, & conſequenter nec vtilis dominij, nec poſſeſſionis, quod fieri poteſt. l. quod ſi nolit. in fi. ff. de ædil. edic. l. pen. C. de pact. per Imo. poſt Bald d. §. inſtituto; & ideò, ſi multum ius acquiratur in re, non poteſt dici alienatio etiam improprijſſimè; & quomodo intelligat ver-
7 bum perpetuum, † & quid ſit perpetuum, quid æternum, & quid infinitum; vide per Bald. Authen ſi quas. C. de ſac. ſanc. eccl. & perpetuum dicitur tempus triginta annorum. inſtit. de perper. & temp. actio. circa princip. & in l. 1. ff. pro ſoc. & p d. Bero. vbi ſupra, num. 35. & 36. Bald in l. ſi domus. § ſi fundus. de leg. 2. quem ſequitur Alex. ibi, eodem modo ſaluat gl. quæ uoluit, ꝙ prohibitus alienare poſſit locare etiam ad longiſſimum tempus, vt procedat, quando in tali locatione ad longum, vel longiſſimum tempus eſſet actum, ꝙ nullum vtile dominium transferatur; pro qua facit. l. cum manu ſata. §. fin. ff. de contrahen empt. Bald. d. §. inſtituto, Bald. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Imo. cap. ad noſtram, de reb. eccleſ.
8 uon alien. † quia locatio facta ad tempus longiſſimum, cum iſto pacto, ꝙ non tranſeat dominium vtile, nõ eſt alienatio, ſed tranſactio ſolius commoditatis, reſeruato omni dominio. ſaluat Bald. alio modo, quando videlicet eſſet actum, quòd tot eſſent locationes, quot ſunt anni locationis, quę ſaluatio non placet Alex. d. §. ſi fundus.

SVMMARIVM.

1 *Simplex locatio ad longum, uel longiſſimum tempus æquipollet alienationi.*
2 *Quomodo intelligatur longum tempus.*
3 *De locatione facta ad decem annos, idem intelligitur, quod de alienatione.*
4 *Locatio poteſt fieri vſque ad nouennium.*
5 *Iudex arbitratur an tempus 10. ann. vel a binde ſupra ſit longum tempus.*
6 *Etiam conſanguineis poteſt locari ad nouennium.*
7 *Locatio ad 30. ann. dicitur perpetua.*
8 *Quomodo valeat contractus locationis fructuum recepta anticipata pecunia.*
9 *Succeſſor reuocat locationem inutilem, & non ſeruata forma factam.*
10 *Aduerſus contractum ſolemniter factum inutilem datur reſtitutio.*
11 *Quando teneatur ſucceſſor ſtare contractui.*
12 *Quando ſucceſſor teneatur ſtare infeudationi anteceſſoris.*
13 *Ratio quare locatio ad longum tempus ſit alienatio.*

Caput 14.

AT nõ ſolum locatio facta in perpetuum eſt alienatio, ſed locatio facta ad longum tempus, quia prohibitus alienare nõ poteſt locare ad longum tempus, Abb. in cap. final. de eccleſ. ædifican. vel reparan. colum. fina. ibi, ant quæritur, an prohibitus alienare vẽdere poſſit fructus, aut locare, & dic quòd ſic, dummodò non faciat ad magnum tempus, per Text. in cle. 1. de reb eccleſ. non alien. innota glo. per Imo. cap. ad audientiam, de reb. eccleſ. alien an. Dom. Anton & alios in cap. nulli, de reb. eccl. Iaco. de Aret. Dyn. Bar. & alij in d. l. pen §. inſtituto. de leg. 2. ſequitur Felyn. d. c. quæ in eccleſiarum, verſ. vbi
1 autem, ibi, † quia ſimplex locatio ad longum uel longiſſimũ tempus æquipollet alienationi. per Anchar. in clem. monaſteriorum, de reb. eccl. non alien. vbi etiam dicit, ꝙ Prælatus regularis non poteſt concedere ad vitam neque ad certum tempus, & inquit intellige tempus certum non modicum, aliàs ſecus. & Alex. conſil. 17. viſo inſtrumento. colum. 2. lib. 4. Bar. reprobando glo. ibi in l codicillis. §. inſtituto, de legat. 2. per alios, quos adducit Dec. conſil. 142. 2. colum. verſi. ſed prædictis. & longum tempus ſecundum aliquos intelligitur
2 aliquando decem dierum, † aliquando decem annorum, aliquando arbitrio iudicis; quia ſecundum diuerſitatem rerũ, locorum, & temporum, diuerſimode intelligi debet, glo. in l. fin. ff. ſi ager vectig. Fely cap. ſicut. de re iud. colum. 17. quia locatio facta ad decennium, uel vltra, dicitur facta ad longũ tempus, & de tali locatione ad longum tempus idem iudica-
3 tur † quod de alienatione, uel uenditione; nam prohibita alienatione, vel venditione, talis locatio prohibita videtur, Philipp. Dec. poſt alios ibi per eum adductos in conſil. 204. in cauſa, volum 1. Paul. de Caſtr. d. l. codicillis. §. inſtituto, in fin. de lega. 2. idem conſilio 4 circa primum dubium 1. colu. verſ. ad ſecundum. volum. primo, vbi concludit, ꝙ locatio facta ad nouem annos non dicitur facta ad longum tempus, ſed quando fit ad decem annos, vel vltra, dicitur facta ad longum tempus, & dicit ita communiter teneri per Doct. idem tenet Bald. in conſ. 392. in Chriſti nomine locatio rerum eccleſiæ, uolu. 5. vbi tenet, ꝙ locatio rerum eccleſiæ poteſt fieri
4 vſque ad nouennium, & non vltra, † niſi cum certa ſolemnitate, idem quando fit ad modicum tempus cum pacto renouandæ locationis, quia illud pactum præſumitur fraudu-
5 lentum, Alexand. in l. filio. §. fina. ff. ſolut matrimo. in fin. † & iudex habet arbitrari, ꝙ tempus decem annorum, vel abinde ſupra, ſit tempus magnum, vel longum, Archid. cap. a legationes. 12. q. 2. vltim. colum. Alexan. conſilio 17. 4. volu. vbi dicit ꝙ qñ lex ſimpliciter facit mentionem de tempore, non adiecta quantitate, tunc intelligitur arbitrio iudicis, qñque fit mentio de tempore longo, & tunc intelligitur de decennio, & ſe ita conſuluiſſe, & ꝙ ita ſeruatur, per multa, quæ adducit, vbi etiam dicit, ꝙ locatio rei eccleſiæ facta ad decẽ annos non valet, ibi, verſic. nec obſtat, ſequitur Bertachi. in tracta. de epiſco. 4. parte. ibi. quinquageſimò quartò quæro, verſ. aduertas, vbi dicit, quòd Prælatus non poteſt locare res eccleſiæ in perpetuum, vel ad uitam ſuam, vel conducto-
ris, quia non poteſt locare, niſi ad modicum tempus ſecundum Doctor. & Ioan. de Imo. in l. ſi filio. §. fin. ff. ſolu. matri. & not. in cle. 1. de reb. eccl. non alien. & Bald. in l. iubemus. in princ. C. de ſacroſan. eccleſ. hoc verum eſt, niſi cum ſolemnitate iuris, ſcilicet cum conſenſu ſuperioris, & conuentus ſui ſit, per Tex. in clem. 1. §. ſi quis autem, & ibi Stephan. de reb. eccleſ. non alien. & Laur. in rub. eo. tit. lib. 6. q. vltim. Item poteſt locare in quinquennium, cum clauſula, quòd finito hoc quinquennio aliud quinquennium incipiat, ſecundum Lapum deciſ 12. Butr. in cap. de appellatione, de donat. & Bal. in tit. qui feud. dare poſſ. in vſib. feud. colum. 4. Item poteſt locare ad nouem ann. ſecundum Bald. in d. l. iubemus. Docto. & Imo. in d. §. fin. quod verum etiam eſt in conſanguineis ſuis,
6 quibus ad longum tempus locare nõ poteſt, † nec in emphyteuſim dare, nec aliter alienare, nec pecunias eccleſiæ cõcedere, ſecundùm Bald. in Authen. quibuſcunque. C. de ſacroſanct. eccleſ. & quod dixi in perpetuum, intellige inquit ſcilicet de triginta annis, quia locatio ad triginta annos dicitur
7 perpetua, † non autem locatio ad viginti annos, quæ etiam non permittitur. vt ſupra dixi; ſubdens idem Bertachin. ibidem, ſed quid ſi Prælatus vendant fructus eccleſiæ nõ ad modicum tempus, & ſtatim recipit pecuniam, an contractus valet ſine ſolemnitate iuris; reſp. ꝙ non, ſi Prælatus uenditius p-
8 cipiendi fructus ad longum † tempus uel locat non obſtante clemen. prima ſuprà allegata; quia ad euadẽdam pœnam ſufficit ſuperioris licentia, non autem ad contractus ualiditatem; ſed, ſi Prælatus uendat fructus percipiẽdos per ipſum, & tradendos religioſo, ſufficit forma dictę clem primę, in laico uero tenet alienatio in præiudicium alienantis, non in p̃iudicium ſucceſſoris. cap. fin. ne Prælat. uices ſuas, ita Paul. d. Clem. ubi quærit pariter idem quod Bertachin. uidelicet, ſi Prælatus locauit nomine eccleſiæ, ſed inutiliter, uel ſi utiliter, non tamen ſeruata forma, † an locationem poſſit reuo-
9 care ſucceſſor, & ſecundùm Innocen. & Hoſtien. in ca. cum uos. de his quæ ſi. à Prælat. qui id dicunt, dices, ꝙ ſic; ſed, ſi
10 fuit ſolemnitas ſeruata, † & contractus fuit inutilis, ualet cõtractus, ſed datur eccleſiæ reſtitutio in integrum cap pen. de reſtitu. in integr. Ioan. Fan. in cap. Abbatibus, & cap. ſine exceptione. 12. quæſtio. 2 diſtinguit, ꝙ aut cõtractus eſt factus nomine eccleſiæ, aut nomine proprio; primo caſu, aut in vtilitatem

tilitatem eccleſiæ,aut non, ſi in vtilitatem,& tunc aut interuenerat authoritas Epiſcopi,aut non; ſi vero non in vtilitatem eccleſiæ,& tunc,aut fuit ſeruata ſolemnitas, aut nō; pri
11 mo caſu eſt nulla,ſecundo caſu † non tenetur ſucceſſor ſtare contractui,ita refert d.Laur.d.Clem.p.eod.tit.q.7. & q.3. ſubdit ibidem,ꝙ locatio non dicitur alienatio,niſi fiat in perpetuum pro modica penſione,ſecundùm Bald.c.1. §.donare,qual.feu.poſſ.alien. & prælatus non tenetur ſtare colono præceſſoris ſui.argum.l.ſi filio.§.1.& ibi Doct. ff.ſolu.matr.ſecundùm Bald.in l.iubemus.in prin.C.de ſacr.ſan.eccl. & in l. prima.§.ex ſtipulatu,de rei vxor.actio, not.in l. emptionem. per Doct.C.locat.ſubdens ibidem,ꝙ locatio facta per Præbendarium finitur morte locantis,not.in c.quęrela,ne Præla.vic.ſuas,tenet Bald.in l.ſi quis domum.3.no.ff.loca.ſed bene Epiſcopus tenetur ſtare infeudationi factæ per ſuum ſucceſſorem.per Archid.25.q.2.c.deceſſorum,& Bald.in cap.1.
12 in verbo marchio,qui feud.dare poſſu. † quod verum eſt, ſi infeudatio fuit perfecta, ſecus ſi inchoata, ꝙa ſucceſſor eam perficere non tenetur.ſecundùm Bald.cap.primo, qui ſucc. di.idem ſi prędeceſſori conceſſa fuit licentia per Papam infeudandi,quia non tenetur ſucceſſor infeudare,ſecundum Bald.verſ.marchio,quinetiam ſucceſſor Prælati non tenetur in ueſtire de feudo,eueniente die,illum, cui ſucceſſor conceſſit feudum, & inueſtiuit de feudo duraturo vſque ad illum diem.ſecundum Bald.in capit.primo,ſecunda colum. quid iur.ſi poſt alien.feud.cuinc.de feud.in vſib. feud. & de locatione ad longum tempus,vide quę dico ſuprà in proximè p̄cedenti intellectu,& infra in quæſt.ad quòd vſque tempus locentur res eccleſiæ,& in quæſt.an, & quomodo ex cōtract. vel fa.preces.& ratio, quare locatio ad longum rei eccleſiæ ſit,& intelligatur alienatio, ea eſt, ꝙ per talem locationem acquiritur conductori ius in re, & vtile dominium. l.prima. §. quòd autem ait. ff.de ſuperfic. l. prima, in fin. cum duab. leg.ſeq.Alexan.conſ.122.lib.5.in princ.& quia per talem lo-
13 cationem transfertur naturalis poſſeſſio fundi, † uel rei ſic locatæ,glo.in l.ſi quis ante.ff.de acquiren.poſſ.& in l. 3.§. ex contrario.eod.titu.per Alex.vbi multa allegat in conſil. primo.3.colum.verſ.non inſiſto,lib.4. per Petr. de Anchara. in Clementi.prima,de reb.eccl.num.2.vbi dicit,ꝙ per locationem ad longum tempus transfertur ius in re, & ꝙ longum tempus in iſtis locationibus ſit intelligendum arbitrio iudicis, eſt deciſio Rotæ in nou.232.in princi.ſi Prælatus,de reb. eccl.non alien.

SVMMARIVM.

1 *Contractus liuellarius eſt alienatio.*
2 *Contractus alicuius rei ad 30.ann.eſt liuellus.*
3 *Contractus emphyteuticus,& liuellarius eſt idem.*
4 *Quid ſit contractus liuelli,& precarij.*
5 *Quare appelletur contractus liuellarius.*

Caput 15.

PAriter ſub vocabulo alienationis venit contractus,& conceſſio rei ad liuellū,
1 † & contractus liuelli,qui eſt contractus conceſſio
2 nis alicuius rei vſque ad 30.annos, cum annua penſione † p̄ Doctrinam Bar.in l.prima.C.de iur.emphyteu. vbi dicit, ꝙ
3 contractus emphyteuticus,† & contractus liuellarius eſt idē, nec aliqua eſt inter eos differentia, de quo ꝯctu vide p̄ gl. in Auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.vbi dicit,ꝙ precaria dicit, quādo qs emit ab eo,qui habebat emphyteuticum, libellus
4 qñ quis emit ab eo,† qui habet precarium; Item alio modò libellarius ꝯctus eſt,qñ emphyteuta concedit per certam annuam pēſionem perpetuò alteri prædium,quòd ipſe habuerat ab alio,& ſic qñ concedens non eſt dñs, ſi verò cōcedens eſſet dñs,tunc ꝯctus diceretur emphyteuticus, ita Bald. in c. 1.poſt Iac.de Belu.& Andr.de Iſern.de alienat.feud.ſequitur frater Benedictus Canophilus in ſua expoſitione,ſiue interpretatione extrauagantis,ambitioſæ. Pau.ſecundi.de reb.eccleſ.alien.extrauag.com.vbi ēt dicit,ꝙ ꝯctus liuellarius eſt, qñ conceditur res immobilis ſub certo annuo redditu ad 29.annos ad renouandum, & dicitur quaſi contractus perpetuus,ſaluo quòd finitis dictis 29.annis debet renouari contractus,ita D.Andr.& Bald.in cap. 1.in verbo aut liuellario, quib.mod.feud.amitt.Immo idem Bald.in capit.1.de feud. alien.verſic.quod nota.dicit, natura liuelli eſt, quòd ſit perpetuus,& quòd communiter,& regulariter conſtituatur in perpetuum,& ideo,ſi in aliquo inſtrumento contineatur, ꝙ aliqua res ſit conceſſa ad liuellum, intelligitur perpetuò, quod inquit eſt notandum,ſequi videtur Paul.de Caſt.conſil.138.vbi dicit, quòd liuellus tranſit de cōſuetudine ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, & quòd illa conſuetudo
5 eſt ſeruanda;& dicitur cōtractus libellarius,† quia de eo ſolet fieri breuis ſcriptura.

SVMMARIVM.

1 *Conſtituere ſeruitutem,aut uſumfructum ſuper re,uel fundo,eſt alienatio.*
2 *Vſusfructus eſt pars dominij.*
3 *Eſt fauore eccleſiæ,vt Epiſcopi eccleſiæ non præiudicent.*
4 *Conſtituere prædia eccleſiæ tributaria,eſt alienare.*
5 *Apponere conditionem in terris eccleſiæ,eſt alienare.*

Caput 16.

QVando vero cōſtituitur
1 ſeruitus,& vſusfructus ſup̄ aliqua re,† vel fundo,id omne venit ſub vocabulo alienationis. per tex.in l.fin.C.de reb.alien.non alien. Cardi.
2 in Clem.1.§.fin.2.q. de reb.eccleſ. non alien.† quia vſusfructus eſt pars dominij,eſt deciſ.Boerij 199.incipiē.& Chriſti, num.8. vbi prohibitio alienationis comprehendit vſusfructus conſtitutionem. Item notat.per tex.in l.Meuius. §.pen. de lega. 2.nec conſtituere prædia, uel bona eccleſiæ tributa-
3 ria,† quia fauore eccleſiæ inductum eſt, vt Epiſcopi nō poſſint præiudicare eccleſijs, uel earum terris, in conſtituendo
4 prædia ipſarum eccleſiarum tributaria, † quia iſtud eſt alienare,ut dicitur tunc apponere conditionem in terris eccleſiæ,ideſt conſtituere tributum, quæ conditio uenit appella-
5 latione alienationis.cap.nulli,de reb.eccl.alienan. & Tex.in conſtit.Paul.2.ambitioſę.in uerbo conditionem. extrauaga. commun.de reb.eccle.non alien.Calderin.in conſil.12.in ti. de cenſ. Frater Benedictus Canophilus in ſuo Tractatu de priuileg.eccleſiarum.in tit.de reb.eccl.alienan. uide quæ dicuntur infra in rub.de uſusfruct.alienat.

SVMMARIVM.

1 *Datio in ſolutum eſt alienatio.*
2 *Dare in ſolutum eſt ſoluere.*
3 *Datio in ſolutum eſt emptio.*
4 *Is,cui datur in ſolutum, fit utilis dominus.*
5 *Prohibitio in noſtra materia non eſt contra ius commune.*
6 *Omnes contractus alienationem importantes in materia noſtra ſunt prohibiti.*

Caput 16.

ITidem datio in ſolutū cō-
1 prehenditur ſub uocabulo alienationis,† quia dare rem in ſolutum eſt ſoluere,optime Bald.in l.fi.
2 C.ad leg.Falcid.† immo eſt uendere,& emere,no.glo. in l.libera.C.de ſenten.& interloq.omn. iud. in uerbo non prohi-
3 bens,† quæ dicit, quod datio in ſolutum eſt emptio, & per Spec.in tit.de emptio.& uendi.§.Sextò,verſ.ſed pone.rubri. de reſcinden.uend.ibi, quid ergò ſi non fuit uendita, ſed in ſolutum data, & uidetur quòd idem, quia datio in ſolutum eſt ſimilis emptioni.l.litis,ff.pro emptor. & l.final.ex quibus
4 cauſ.in poſſ.eat.† quia,is cui datur in ſolutum, fit utilis dominus,& utile habet dominium.l.eleganter.ff.de pigno.in principio.& diximus ſuprà,quòd recipere ſolutionem debiti eſt alienare,in uerſic.item dare ſolutionem, faciunt ea, quæ habentur in Authen.de eccleſ.rer. in Tex. & in Gloſſ. ſequitur Alexand.in conſil.76.incipien.uiſis,3.uolum.uerſicu.tamen fallit,ubi dicit, quòd adiudicatio in ſolutum cenſetur quædam uenditio,unde eſt alienatio,& eſt, ac uenit comprehenſa in caſu materiæ noſtræ,quia prohibitio in noſtra materia
5 non eſt contrà ius commune,† quo caſu cenſentur prohibi
6 ti contractus donationis,permutationis,adiudicationis,† & alij contractus alienationem importantes,ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Venditio eſt alienatio.*
2 *Venditio eſt nomen generale.*
3 *Licitum eſt contrahentibus ſe inuicem fallere uſque ad dimidiam iuſti prętij.*
4 *Iſta regula fallit in rebus ac perſonis eccleſiaſticis.*
5 *Prælatus uendens rem eccleſiæ, regulariter non poteſt fidem habere de prętio.*
6 *Procurator generalis non ſpetialis poteſt habere fidem de prętio.*
7 *Quando & in quo caſu prælatus uendens habeat fidem de prętio.*
8 *Contractus uenditionis in caſu noſtro importat omnem contractum alienationis.*

Quando

Source : BIU Cujas

9 *Quando una dictio possit in genere, & in specie accipi, &* 10.
11 *Venditione prohibita ratione rei, uel personæ, censetur omnis cõtractus prohibitus.*
12 *In casu nostræ materiæ est prohibita omnis alienatio.*
13 *Per uenditionem intelligitur facta alienatio sequuta traditione.*
14 *Venditionis uerbo uenit omnis alienatio sequuta exequutione.*

Caput 18.

APpellatione quoque alie-
1 nationis venit venditio,† vt l fi C.de reb.alie.non
2 alien. quia venditio est nomen generale † comprehendens omnem contractum, per quem fiat translatio dominij, per Bald.in l.fin.§.in computatione. 2. colum.in fi. vers.vel pone. C.de iur.deliber. Sed an nomine venditionis veniat omnis contractus alienationis,& omnis alienatio,& an,& quomodo,& quando nomine alienationis veniant alij contractus, vide per eundem,cap. 1.de feud.alien.in fi. vbi ponit trimembrem distinctionem.idem Bal. in l.sicut. §.venditionis.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.Specul.in tit. de empt. & vendi.§.6.vers.sed pone,& si res ecclesiæ exponatur vẽditioni,& fiat subhastatio,& uendatur minus offerenti,licet videatur, q̃ debeat tenere,& valere venditio,cùm sit licitum
3 contrahentibus se inuicem decipere † vsque ad dimidiam iusti prętij.l.in causa.ff.de minor.l.2.C.de rescinden.vendi. tamen non valebit talis venditio,& fallit in rebus † & personis
4 ecclesiasticis per Ioan.de Ligna.qui hoc not.in capit. si quis præsbyterorum,& c.per tuas,in fin. de donatio. & quæ not. in Authen.hoc ius.super verbo plus offerenti,in glo. quæ incipit,quid si id, quod bene procedit iuditio meo, quoniam tunc manifeste patet non fuisse procuratam vtilitatem ecclesiæ,sed immo damnum, cùm minus offerenti res venditur,& aliàs vt per Lauren.de Rodul.in repet.capit.sine exceptione.12.q.2.quæstio.46.& prælatus rem ecclesiæ vendens
5 fidem † non potest habere de prætio,per Bal.in l.inciuile. C. de rei vend.tenet Bald. ibi, idem in procuratore fisci.per l. si procurat.§.si ab eo.ff.de iure fisci,quod etiam tenet Bald.in l. in contractib.§.sed quoniam. C.de non nume.pecu.,vbi idẽ dicit in procuratore minoris, vel ecclesiæ,idem in procura
6 tore spāli priuatæ p̃sonæ, nō aũt in gñali procuratore, † qa spetialis procurator vendens non potest habere fidem de p̃tio,sed generalis sic,nisi sit ei prohibitum, secundùm Bartolum in l.prima.ff.de offic.procurat.Cæsar.& in l.prima. ff.de vsu.rei iudica.& in l.à diuo Pio §.sed si emptor.ff. de re iudi. vbi etiam dicit, q̃ procurator spetialis ad vendendum certũ fundum pro certo prętio non potest fidem habere de prætio,nec aliter transfert dominiũ in emptorem, sicut nec ven
7 dendo pro minori prętio,† quàm habeat in mandato;sed si non habet mandatum limitatum ad prætium, distinguitur, vt per Bald.in d.§.sed si emptor,& Bald.in d.l.inciuile, q̃ aut erat expressa causa,quæ ex prętio erat de pręsenti implenda; & tunc,nisi impleatur,nõ potest fidem habere de prætio;aut non erat addita causa,& tunc potest, dummodo bona fides adsit, vt quia rem carius vendat ad utilitatem domini; quia tunc perinde est,ac si haberet spetiale mandatum, nisi in p̃curatore fisci ecclesiæ,& minoris.Bertac.d.loco.quart.part. vers.quadragesimò tertiò quæro. Et in casu nostræ materiæ,contractus venditionis potest importare omnem cõtractum,vt videlicet res ecclesiæ,quæ est prohibita uendi intelli
8 gatur prohibita † quouis modo cõtractari.l.statu liberi.§.quintus.ff.de stat.lib.ca.primo,de contro.int.dom.& empto.feu. vbi Bald.in fin.maximè quando eadem ratio est in aliis contractibus,quæ est in uenditione.per Las.in l.fina.numero 65. C.de iur.emphyt.vt in tex.in d.c.sine exceptione,vbi p̃hibetur res ecclesiæ per multos contractus contractari,puta vendi,donari,permutari;at causa fauoris ecclesiæ, & pro publica vtilitate,& pro materia fauorabili ecclesiæ tunc ampliat dispositio.tex.l.hoc modo.ff.de condi.& demonst.tenet Anto.de Burgos,rub.de emptio.colum.vltim.vbi dicit, † q̃ statutum prohibens venditionem fauore publico est late accipiendum,vt omnem comprehendat alienationem; quia,qñ vna dictio potest accipi in genere, & in specie, si materia est
10 fauorabilis,in genere,† si odiosa,in spetie accipietur. p Doc. in cap.Rodulphus,de rescrip.Alexan.consil.238.ponderatis,
11 & dicit Bald.d.cap.vno,de controu.† q̃ si venditio prohibita sit ratione rei,tunc omnis contractus prohibetur,si ratione personæ,& tunc idem,vt no.in l.2.C.de vsu cap.pro emp. facit,quia in casu nostræ materiæ est prohibita omnis aliena
12 tio.cap nulli.† extra de reb.eccle.non alien.Rebuff.in capit. sine exceptione.in verbo vendere,& in casu materiæ nostræ prohibitio non est contra ius commune,quo casu donatio,
13 permutatio † & alij contractus similes intelliguntur prohibiti: secus si contra ius commune esset.per Alexan.in consi. 76.incipien.visis.5.volum.Barba.rub.de rerum permut.sed, si non sit sequuta traditio,licet sit facta uenditio, non est ob
14 hoc facta alienatio,† quia quamdiu res remanet sub meo dominio adhuc à me nihil est remotum,& in alium est translatum.l.alienatum,de verb.sig.ita intelligitur. l. statu liberi. §. quintus.ff.de statu lib.quòd uenditionis verbo omnis alienatio uenit,quando est facta exequutio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio uenit appellatione alienationis.*
2 *An emphyteuta donet rem emphyteuticam irrequisito domino.*
3 *Donatio dicitur damnosa datio.*
4 *Donare est perdere.*
5 *Donari dicitur illud, quod nullo cogente iure conceditur.*
6 *Donatio est multò magis alienatio, quàm uenditio.*
7 *Donatio facta pro beneemeritis est debiti solutio.*
8 *Renuntiatio fit in rebus ecclesiæ mobilibus.*
9 *Merita, propter quæ donatur, debent esse donationi æquipollentia.*
10 *Potest donare de bonis ecclesiæ, qui tantumdem ecclesiæ donauit.*
11 *Papa ex causa bona unius ecclesiæ alteri donat.*
12 *Prælatus potest donare consanguineis pro eorum sustentatione.*
13 *Causa consanguineorum leduntur æpe res ecclesiæ.*
14 *Male succedit, qui sanctam Dei domum offendit.*

Caput 19.

NEc donatio separanda ve-
1 nit à uocabulo alienationis, † quia quicquid donatur,id & alienari dicitur.per rex.in cap. nulli.extra de reb.eccl.non alien.per Specu.in ti.de loca.§.nunc uerò,nu.107.ibi,utrum emphyteuta rem emphyteuticam do-
2 nare possit sine domini requisitione, & consensu,dic † quòd sic,ut l.prima.C.de fund.patri.lib.decimo. alij dicunt, q̃ non potest extraneo donare,quia hæc est alienatio.l.si quis ita.ff. de uerbo.obliga.§.ea lege,nec mirum, si donatio sit alienatio,& ueniat sub nomine alienationis, † quia donatio dici-
3 tur damnosa datio,per Pau. in l. contra iuris.§ primo. ff. de
4 pact.† quia donare est perdere.l.filiusfamilias.ff.de donat.merito si in rebus ecclesię donatio est alienatio, est ueluti aliena-
5 tio prohibita,& donari dicitur illud, † quod nullo iure cogente conceditur.l.donari.ff.de regu.iur.& postquam uẽditio rerum ecclesiæ prohibetur, ex qua ecclesia nõ in totum afficitur incommodo,quia recipit prętium,multò magis do-
6 natio;† sed,si donetur de bonis,& rebus ecclesiæ benemeritis,uidetur quòd ualet donatio.capitu.si quos. duodeima.q. 2. quia tunc non uidetur donatio,sed solutio debiti naturæ.
7 l. Aquilius.ff.de dona.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæred.cap.cum in officijs. de testamẽ. potest enim prælatus remunerare non concedendo dominiũ alicuius rei,sed usumfructum ad breue tempus,per Innoc. d.cap. cùm in officijs, Bald.in l.iubemus.colum.3.in princip. de sacrosanct. eccles.
8 † & hęc remuneratio,si possit, habet fieri in rebus mobilib. non in immobilibus,per Doct.in d.l.iubemus,& cap.fina. de pecul.cler.las.in consilio 116.mihi quoque 4.uolum. & merita,propter quæ donatur,debent esse æquiualẽtia donationi, dicunt uerba Tex.in cap.relatum. el secundo. de testam.
9 † ibi,iuxta seruitij meritum,Dec.in consilio 174.incip.& pro tenui,colum.2. pulchra decisio Afflicti 102. & decisio Antonij Capit.eo.num.102. uide quæ dico infra in rubri. de casibus in quibus fit alienatio sine solemnitate, uersic.ex causa quoque renuntiationis. Item potest donari de reb. ecclesiæ ab illo,qui tantumdem contulit de suo ecclesiæ, quantum
10 ipse donauit,† & iuxta rei collatæ modum, quantitatem, & mensuram.cap.iniustum,in fin.12.q.2.ibi,item si rectores ecclesiæ de rebus propriis tantumdem ecclesiæ restituere uoluerint,ecclesiasticas facultates libere dare possunt, & cõstabunt his,quibus datæ fuerint perpetua firmitate.capitu.consensus,& cap.sequen.ext.de reb.eccl.non alien. & dicit Petr. Rebuff.in sua repet.in cap.sine exceptione.duodecima,quęstio.secunda, q̃ tutius est in hoc casu solemnitates adhibere, ĩ uerbo donare.tertio loco Papa potest donare bona vnius
11 ecclesię alteri,† et ex causa concedere,per glo.in cap.constitutus,in gl.à quocunque,de relig.domib.cap.primo,12.dist. per Prępos.in c.non liceat 12.q.2.

Quarto loco potest prelatus donare consanguineis paupe
12 ribus † pro eorum sustentatione. capitul. quisquis duodecima quæstio.secunda.cap.non satis 26.distin. et pręter uictũ, et vestitum,& manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas, ne panes filiorum canibus concedas.cap.si cupis.16.quęstione prima.nec prælatus debet facere consanguineos suos p̃curatores

Source : BIU Cujas

curatores in rebus eccleſiæ,quia res eccleſiæ taliter lædi poſ-
13 ſunt,† & fraus legi fieri.cap.epiſcopus.12.q. 1. quia ſæpe accidit,ꝙ conſanguinei,quorum cauſa prælaturam fuit adeptus,exquirunt contractus gratuitos ab eo ad vitam fieri, vel contractus locationum, vel venditionum fructuum ad longiſſimum tempus,prętio confeſſato.per Io. Andr.in addit.ad Specul.in Rub.de reb.eccl.non alien. vbi dicit, ꝙ ſciuit Epiſcopum,à quo promotores extorſerunt contractum gratuitum ad vitam ipſorum aſcendentem ad duas partes reddituum epiſcopatus,expreſſa cã ſeruitiorum, quę impenderant eccleſiæ,& promittebant impendere quàm diu viuerent,& inſtrumentum ſuper hoc fuit ſolemniter formatum, & de conſenſu capituli,ſed male ſucceſſit dictanti,& meritò ſic debet accidere his,qui ſanctam Dei domum ad talia tra-
14 hunt;† & hoc maxime faciunt nobiles,vt redditus domus p epiſcopum augeantur,non enim verentur fructus epiſcopatus,& aliorum beneficiorum miſcere cum bonis patrimonialibus,vnde ſic omnia permixta corruunt, vt vulgò intueri licet,Rebuff.in d.repetitio.capi. ſine exceptione duodecima,quæſtio.2.

SVMMARIVM.

1 *Commutatio uenit vocabulo alienationis.*
2 *Non fit commutatio rei eccleſiæ,niſi cum forma ſine exceptione.*
3 *Solemnitates requiſitæ in alienationibus eccleſiaſticis habent interuenire in commutatione.*

Caput 20.

1 APpellatiõe alienationis venit† ẽt commutatio,quia quis non poteſt commutare, vel permutare res vnius eccleſiæ cum rebus ẽt alterius eccleſiæ, niſi ſeruẽtur dicta in
2 c.ſine exceptione,† & in commutatione requiruntur ſolennitates.tex.d.cap.& an in commutatione habeant interueni re ſolemnitates,nec ne, diſputat ad vtranqȕ partem Lucas de pœna.l.1.col.2.C.de fide inſtrum. & iure haſt.fiſcal.lib.10.
3 & ꝙ habeant interuenire ſolemnitates† tenet Rebuff. d.capitu.ſine per illum text.& per tex. in §. ſed & permutare, 10. quæſtio.2.

SVMMARIVM.

1 *Hæredem inſtituere,& legare eſt alienare.*
2 *Emphyteuta poteſt legare extraneo Domino irrequiſito emphyteuſim, hæredem inſtituere non poteſt.*
3 *Quoad quid hæredem inſtituere ſit alienare.*
4 *Hæredis inſtitutio eſt dominij translatio.*
5 *Hæredem inſtituendo quis non dicitur alienare, quo ad effectum iudicij mutandi.*
6 *Quando prohibitio alienationis comprehendat ſucceſſionem abinteſtato.*
7 *Facta prohibitione alienationis eſt prohibita ſucceſſio per contratabulas.*
8 *Differentia inter prohibitionem alienationis ſimpliciter,& in certas perſonas.*
9 *Generalis prohibitio alienandi,non includit inſtitutionem,ſecundum Alexandrum.*

Caput 21.

1 HAeredẽ quoque inſtituere,& hæredis inſtitutio,& facere legatum alicui perſonæ venit appellatione alienationis, adeò ꝙ alienare ꝓhibitus intelligitur prohibitus hæredem inſtituere, & legare. Text.ad lfam.l.ſi quis.§.certum. C.de ſecun.nup.vbi dicit,ꝙ illa de cætero videbitur earundẽ rerum fuiſſe alienatio,quæ in teſtõ genitoris, & genitricis, vel ſpetialiter relinquẽdo,vel generaliter hęredem inſtituẽ-
1 do facta ſit,vbi glo.dicit† & eſt ſimile, ꝙ hæredem inſtituendo videatur alienare,allegat Text.in l.peto. §. fratre.de lega. 2.vbi Bald.dicit,ꝙ ſi quis ſpetialiter relinquat, ſiue hęredem inſtituat,alienare videtur; & paulò poſt ibidem, ꝙ hæredis inſtitutio eſt alienatio,Spec.in ti.de loca.§.nnnc aliqua,verſic.112.& 113.vbi dicit, ꝙ emphyteuta poteſt allegare alicui
2 extraneo Domino irrequiſito † per tex.in l. cõuentionibus, de verb.ſign.cũ legatũ nihil aliud ſit, quàm donatio à teſtatore relicta,vt inſtit.de leg.circa principiũ. non tñ hæredem extraneum relinquere põt in emphyteuſim ſine cõſenſu dñi qa alienatio eſt.l.ſi ita quis.§.ea lege,de verb.oblig. ſubdens Specu.ibidem,quandoque alienatio eſt, quandoque non,
3 † qa hæredẽ inſtituendo non dicor alienare quantũ ad edictum,de alie.iud.mutan.cau.fac.Idẽ Bar.in l.Attilia. in principio.ff.ad Treb.ibi,multò magis in vltimis voluntatib. q̃ eſt fauorabilior alienatio,& per Bal. in Authen. q̃ rogatus. C. ad Trebell.3.col.verſ.conſidera,ibi,& ideò in q.gl. dico, qđ, aut deceſſit teſtatus,& tunc gl.vera,quia vñ alienaſſe,vt ſupra.de nupt.l.ſi qs.§.certũ,aut deceſſit inteſtatus,& tũc non vñ alienaſſe,& ideò hæres ab inteſtato reſtituiſſe cogatur, qđ non alienatum inueniẽ,melius per eundem Bal. in l.ea lege.C.de condi.ob cauſ.q.2.ibi,ſed q̃ro,an prohibita alienatione intel
4 ligatur prohibita hæredis inſtitutio,& vñ ꝙ ſic,† quia hæredis inſtitutio dñij eſt translatio.l.his uerbis.ff.de hære.inſti.ergò inquit eſt alienatio.l.1.C.de fund.dota.ſed diſtingue,& intellige,ut ibi per eum,vbi facit diſtinctionem multimembrẽ & per Bartò.in Auth.res quæ.C.commu.de leg.2. colum.in princ.ubi dicit,ꝙ alienatio ẽt fit teſtando, & pro hac materia,uide Io.de Ligna.in c.Raynaldus.de teſtam.ubi ponit, & diſputat iſtã q̃nem,an inhibitio alienationis facta à lege,teſtatore,uel q̃hẽtibus impediat hæredis inſtitutionem, refert Laur.de Rodulphis in repe.ca.ſine exceptione.12.q.2. ſua.q. 36.Et ꝙ prohibitus alienare non poſſit hæredem inſtituere eſt tex.in l.ſi quis §.certum,& ibi Bal. C.de fideicom. Bal.in l.humanitatis.2.col.C.de impub.& alijs ſubſti.quod eſt uerũ
5 † niſi quo ad affectum mutandi iudicij, quia tunc non dicitur alienare quis inſtituendo hæredem.l,ex hoc. §.alienare, & ibi Bar.ff.de alien.iud.mut.cau.fac.Item nec poteſt tranſferre ab inteſtato.l.codicillis.§.matre,& ibi Bar.de lega.2.de quo tamen uide Bar.in l.quemadmodum.C.de agri. & cenſ. lib.11.& plene per Bald.d.l.ea lege.3.q.colum.8.C. de condi. ob cau.ubi dicit, ꝙ aut prohibitio exprimi ꝙualitatem ab
6 inteſtato ſhccedentium,† & tunc uidẽtur prohibiti ẽt ab inteſtato ſuccedere,aut prohibitio non facit mẽtionem de talibus,quibus à iure defertur, & in eos non uidetur extendi prohibitio,& uide Bar.in rub.C.qui admitt.ad fi.ubi ẽt dicit, ꝙ prohibitio alienandi intelligitur ẽt,ne q̃s ab inteſtato ſuc-
7 cedat,dat ẽt p q̃tabulas.† Idem in l.emancipati. col. pen. C. de colla.tenet,ꝙ prohibitus alienare, tenetur prouidere, ne ſibi per contratabulas ſuccedatur,ſed Bar.in d.l.quemadmodum,dicit,quòd ꝓhibitus alienare in certas p̃ſonas, nõ po-
8 teſt eis ex teſtõ relinquere, uellegare, † itẽ debet curare,ne ab inteſtato perueniat,ſecus ſi alienatio ſit ſimpliciter prohibita,& indiſtincte,quia põt prohibitus relinquere ex teſtõ, ut ibi per Bar.& per Paul.de Caſtr. conſ.279.refert, & ſequit Bertach.in tract.de epiſc.quarta parte.uerſi.45.poſt præfata, declarat Alex.in conſ.199.uolu.2. tertia colum.ubi tenet,ꝙ prohibitus alienare põt hæredem inſtituere, & per uiam inſtitutionis relinquere, quia inſtitutio dicitur alienatio neceſſaria,non uoluntaria.l.ex hoc edicto.§.alienare.ff.de alie. iud.mut.cau.fact.l.1.ff.de fun.dotal. & ubi fit mentio de alienatione permiſſiuo modo,tunc bene comprehenditur inſtitutio.l.ſi quis,uerſ.certum.C.de ſecũd.nup.idem Alex.cõſ. 55.conſideratis his,uol.3.ubi licet hæredis inſtitutio ſit alie-
9 natio,tamen concludit,quòd generalis † prohibitio allenandi non impedit hæredis inſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuſis eſt alienatio.*
2 *Translatio vtilis dominij eſt alienatio.*
3 *Quid ſit emphyteuſis.*
4 *Emphyteuſis habetur ex titulo lucratiuo,& titulo oneroſo.*
5 *Quid iuportet vocabulum emphyteuſis.*
6 *Differentia inter emphyteuſim, & liuellum.*
7 *Remiſſio non fit in emphyteuſi.*
8 *Emphyteuta non liberatur à penſione in totum, aut in partem,niſi tota res pereat.*
9 *Quare ſecus ſit in colono.*
10 *Emphyteuta non cadit,niſi ceſſet in ſolutione per triennium, aut biennium.*
11 *Quare ſit ſecus in conductore ad longum tempus.*
12 *Emphyteuta poſſidet, & habet ius ſecus eſt in colono.*
13 *Emphyteuta eccleſiæ non cadit, niſi uelit eccleſia.*
14 *Excepito canonis ſoluti non opponitur,niſi per dominum.*
15 *Excepito emphyteuſis finitæ opponitur per tertium.*
16 *Emphyteuta de iure canonico purgat moram poteſt biẽnium,ſecus ſit de iure ciuili.*
17 *Etiam eccleſia ceſſans ſoluere per biennium alteri eccleſiæ,cadit.*
18 *Admittitur conſuetudo,quòd emphyteuta etiam elapſo biennio non cadit.*
19 *Emphyteuta ceſſans per biennium poteſt expelli propria authoritate.*
20 *Emphyteuta,non ſeruans pacta contractus,cadit.*
21 *Magis communiter tenetur, quod in emphyteuſi poſſit hæres inſtitui,& legatum fieri Dominio irrequiſito.*
22 *Emphyteuta ex ſolo contractu alienationis non priuatur iure ſuo, niſi ſequuta traditione rei.*
23 *Epiſcopus de emphyteuſi ſolita,uel feudo antiquo infeudat ſine capitulo,*

Source : BIU Cujas

lo, & uide quando id poſsit, ibidem.

24 *Res ſolita emphyteuticari emphyteuticatur ſine ſolemnitatibus.*

25 *Antiquam emphyteuſim finitam prælatus tenetur concedere ſucceſſoribus emphyteutæ.*

26 *Quibus attinentibus emphyteutæ defuncti res emphyteutica concedatur.*

27 *Hæredibus inquilini non tenetur prælatus locare.*

28 *Quomodo emphyteuſis concedi ſolita concedatur.*

29 *Quando intelligatur res eſse de menſa.*

30 *Hodie loca, & ciuitates ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſolita infeudari non infeudantur.*

31 *An prælatus poſsit emphyteuticare ſuis conſanguineis.*

32 *An gaueri poſsit penſio emphyteuſis miliorate.*

33 *An Epiſcopus recipiat canonem ab emphyteuta, qui cecidit ob non ſolutionem, ſine capitulo.*

34 *An cenſeatur remiſſa caducitas ob receptionem penſionis.*

35 *An poſsit donari, aut legari emphyteuſis.*

36 *Ante traditionem donans nihil à ſe abdicauit.*

37 *In malę fidei poſſeſsore attenditur veritas, non fictio.*

38 *Quando emphyteuta, & colonus repetunt melioramenta, & quæ ratio diuerſitatis.*

39 *Perpetua non temporalis emphyteuſis eſt finita, & ibi quæ ſit perpetua.*

40 *Quid ſit perpetua.*

41 *Quando mutatis ſucceſſoribus fit renouatio contractus emphyteuſis.*

Caput 22.

SImiliter dare rẽ in emphyteuſim & emphyteuticare rem aliquam, † eſt illam alienare, & venit
1 alienationis vocabulo, in Authen. de nõ alie. & permut. reb. eccleſ. §. nos igitur, verſ. alienationis autem. eſt tex. in l. fi. C. de reb. alie. non alien. vbi habetur, ꝙ ſiue lex alienationem inhibuerit, ſiue teſtator, ſiue contrahens, ꝙ nihilominus contrahere in emphyteuſim cenſetur prohibitum. eſt tex. cap. nulli, de reb. eccl. non alien. vbi dicitur, ꝙ ſub verbo alienationis venit conditio, donatio, permutatio, & emphyteuticus perpetuus contractus, Specul. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 125. vbi dicit, ꝙ emphyteuta nõ põt dare in emphyteuſim alteri ſine conſenſu Domini, quia dare in emphyteuſim eſt alienare, & emphyteuta eſt prohibitus alienare ſine conſenſu Domini. §. alienationis. Authen. de non alien. Bar. in Authen. hoc ius. C. de ſacroſanct. eccleſ.
2 † & proprie dicitur alienatio, cum utile dominium transferatur, vt notat Bald. in cap. 1. §. ſi autem libellario, quib. mod. feu. amitt & conſ. 47. ad euidentiam; per Deci. qui refert cõſ. 142. colum. 3. verſic. ſed prædictis, & conceſſio in emphyteuſim eſt, quãdo datur à principio certa quantitas, † & poſtea
3 quando conſtituitur certa modica penſio annua, & differt à locatione; quia locatio ſimplex eſt, quando à principio nõ conſtituitur certa quantitas, ſed certa annua penſio, vt per Doct. in l. prima, in princip. C. de iur. emphyte. vbi Bar. ad euidentiam debes ſcire qualiter fiat cõtractus emphyteuticus, nam ab initio datur certa quantitas, vt putà centum, et poſtea annuatim paciſcitur aliud modicum dare; vel dices, ꝙ emphyteuſis eſt contractus, per quem transfertur dominiũ vtile in emphyteutam retẽto dominio directo apud ipſum dominum, & aliquid ſoluitur ſingulis annis ipſi domino, prout eſt tex. in l. 1. ff. ſi ager vectig. uel emphyteu. pet. ſed cõ trariam opinionem, ꝙ à principio non requiratur de neceſſitate aliqua præſtatio quantitatis ad hoc vt ſit contractus emphyteuticus, tenuit Barto. in l. ſi mihi, & Titio. pen. colum. ff. de verb. oblig. vbi dixit, ꝙ emphyteuſis poteſt haberi dupliciter, titulo lucratiuo, & oneroſo; dicitur autem
4 haberi titulo oneroſo, † quando à principio præſtatur illa quantitas, & poſtea conſtitur ille modicus cenſus annuus; lucratiuo autem haberi dicitur, quando à principio non præſtatur illa quantitas, ſed tãtùm conſtituitur annuus redditus, & hanc opinionem, quòd de neceſſitate non requiratur à principio præſtari illa quantitas, tenent Petr. & Cyn. in l. 1. C. de iur. emphyteu. qui dicunt hanc eſſe communem opinionem, & ita obſeruari de cõſuetudine iſtam opinionem, & ſic eſſe de conſuetudine tenet Salyc. in d. l. 1. glo. in Auth. qui rem. in verbo poteſt. C. de ſacroſanct. eccleſ. dum tenet valere conceſſionem rei eccleſiaſticæ in emphyteuſim procenſu vnius anni, & Bal. in rubr. eod. titul. ſequitur Iaſon qui multos allegat hanc communem opinionem, & hanc conſuetudinem atteſtantes in l. prima. C. de iur. emphyteu. prima & ſecunda colum & emphyteuſis eſt nomen, ſeu uocabulum græcum, quod importat idem, † quòd melioratio,
5 hinc dicit Tex. in capi. potuit. extra loca. emphyteutam vendere meliorationes ſuas, & contractus emphyteuſis eſt cõtractus inter emptionem, & uenditionem, Inſtitu. de locat. & condut. §. adeo autem, & differt a contractu liuelli, quia emphyteuſis datur perpetuò, vel vſque ad certas generatio
6 nes; † liuellarius autem vſque ad triginta annos, ſed Bartol. in l. prima. C. de iur. emphyteu. tenet, quòd nulla eſt differentia inter contractum liuelli, & contractum emphyteſis, ſed de liuello dic, vt ſupra diximus; & in contractu emphyteuſis
7 non fit remiſſio † penſionis, uel ob ſterilitatem, vel ob interitum partis rei, niſi ſterilitas poſſit compenſari cum fertilitate anni præcedentis, uel ſequentis, pro vt in locatione, de qua in Tex. in cap. propter ſterilitatem. extr. de loca. quia remiſſio non fit in emphyteuſi. per glo. in cap. potuit. ext. loca. in verbo expelli, circa medium. & in §. adeò. Inſtitu. loca. & d. cap. propter ſterilitatem, & per Bald. in l. prima. ff. de iure emphyteu. vbi eſt tex. ꝙ emphyteuta propter damnum rei emphyteuticariæ non liberatur a pẽſione tota, nec à parte
8 penſionis, niſi tota res perierit, † argu. l. 1. C. de iure emphyteu. ſed propter ſterilitatem contingentem in fructibus quã tamcunque maximam, non fit remiſſio, licet aliud ſit in colono. d. cap. propter ſterilitatem, & ratio eſt in promptu, qa colonus videtur conducere ſub quadam tacita conditione
9 † futurorum fructuum; ergò illis deficientibus fit remiſſio, ſed emphyteuta ſoluit in recognitionem directi dominij, quòd dominium remanſit penes dominum cã ſoluendi pẽ ſionẽ, & ꝓpter hoc emphyteuta ſoluit lõge minus, quàm ſoluit colonus, vnde verſus: ſi res perit tota liberatur emphyteuta, ſed ſi pro parte nulla liberabitur arte, & emphyteuſis non cẽſetur finita combuſta domo, minusq; tenetur reædificare, ſed tenetur ad præſtationẽ penſionis ſicut tenebatur anteco buſtionem, vel deſtructionẽ. per Ang. in §. lex. itaque. Authẽ. de nõ alienan. differt etiam emphyteuſis à locaatione in ca-
10 ducitate, † quia emphyteuta ceſſando ſoluere pẽſionem nõ cadit niſi ceſſet per integrum triennium; vel per biennium, ſi ſumus in eccleſia, quòd eſt ſecus in conductore ad longum tẽpus. per mod. d. ca. propter ſterilitatem, & c. fi. de cau. poſſ.
11 & propri. † melius in cap. peruenit. de cenſib. Authen. qui rem. & ibi Doct. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ratio diuerſitatis poteſt aſsignari, qa emphyteuta poſſidet, & habet pinguius
12 ius, † ſed colonus non habet ius, nec poſsidet; vnde, ſi expellitur, non habet interdictum contra dominum. l. colonus. ff. de vi & vi arma. iuncta l. 2 ff. ſi ager vectiga. vel emphyteu. imò emphyteuta eccleſiæ non cadit à iure ſuo propter cano
13 nem non ſolutum, † niſi eccleſia velit, ſecundùm Bar. in Authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. & plenius in l. 2. C. de iure emphyt. vbi Iaſ. ad longum, & Bal. poſt Spe. in addit. ad Spec. verſ. loca. emphyteuta cadit, Ang. in Authẽ. de non alienã. §. ſi verò, col. 2. per Alex. vbi multa adducit in conſ. 273. lib. 2. verſ. præterea non eſt verum. idem eſt in emphyteuta priuato ſecundùm Bald. vbi ſupra, & Bar. in l. 1. ff. ſi ager vectig. ex
14 quo infertur, † quòd exceptio canonis non ſoluti non poteſt opponi per tertium, ſed ſolum per dominum, ſecundũ Bar. d. l. 1. quæſt. 1. & d. l. 1. & in tract. repræſal. 5. q. prin. & Bal. in addit. ad Specu. de loca. verſ. exceptionem canonis, & ibi Spec. §. 2. verſ. ſexageſimò ſextò, & ſeq. & Bal. ibi, verſ. ſi emphyteuta cecidit, & plenius in l. ſolemnibus. C. de rei vendic. & d. Authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. Imol. in capit. potuit, loca. & in cap. fin. de præſcript. poteſt tamen opponi per
15 tertium exceptio emphyteuſis finitæ † ſecundùm Bald. in addi. vbi ſupra ſecundum quod refert Bertach. in tract. de epiſ. quarta parte, verſ. decimò tertiò quęro, verſi. ſed vtrum, ubi etiam quęrit an Epiſcopus poſſit remittere felloniam uaſallo, & remittit ad ea, quæ dicit Bald. cap. 1. colum. 3. qui feud. dar. poſ. in vſib. feud. & tam in ſimplici conductore, quàm in
16 emphyteuta eccleſiæ eſt ſtatutũ bienniũ, † vt, ſi ſoluere ceſſet canonem per biennium, cadat à iure ſuo, ſed per ius canonicum moram poteſt emphyteuta purgare poſt bienniũ per modicum tempus. c. potuit. ext. loca. Bal. Authenti. qui rem, C. de ſacroſanc. eccleſ. per Iacob. de Bel. §. ſcire autem, Authent. de non alien. Angel. & Imol. in l. ſi inſulam. ff. de uerb. obl. pro quo vide Alex. in conſ. 105. 4. col. vbi tenet ꝙ talis mora non poteſt purgari de iure ciuili, nec vbi in contractu interuenit iuramẽtum, quod quando eſt adiecta dies, & pœna, vt ibi latè per multa, quæ adducit, vbi etiã dicit, quòd emphiteuta priuati moram non purgat. Et id in tantum eſt verum quòd ceſſans per biẽnium in ſolutione cadit à iure, quòd etiam ſi emphyteuta vnum tantum nummum pro canone teneretur ſoluere pro quolibet anno, ſi ceſſet per biẽnium in ſolutione, nihilomtnus cadit à iure emphyteuſis, ẽtſi emphiteuſis valeret mille marcas auri, ità tenet Bal. in d. Auten. qui rem. per dictum Petri per tex. in Authent. de nõ alien. §. itaque, vbi ponitur caſus cenſus trium ſolidorum, & ita ſeruatur de conſuetudine per d. Bal. Quod quidem etiã procedit in eccleſia, quę ceſſans in ſolutione canonis ſoluẽ di alteri eccleſiæ, nihilominus cadit per biẽnium, licet aliqui velint,

Source : BIU Cujas

17 velint,quòd per triēnium, † sed veritas est per biēnium, per tex.in d.Authē qui rem,qui loquitur simpliciter & indistinctè,per glo.Iac.But & Bal ibidem,qui dicunt, quod melior conditio est læsi,& ille læditur,cui non soluitur.Et,si emphyteuta vadit per mundum vagando, qui nescitur si viuat,qui dimisit procuratorem, qui quolibet anno soluit cēsum,nisi per coniecturas constet,quòd vuat,potest ecclesia talē procuratorem non admittere & emphyteusim propter dubiū mortis reuocare,per Specul.de loca §.nunc aliqua, versic. 144.Bald.c. Authen. qui rem.in fi.Nec emphyteuta finito cō tractu emphyteusis potest vti retentione propter meliorationes,not.in l.emptor.ff.de rei vend.& est ratio, quia emphyteusis est contractus rei datæ ad meliorandum, vnde rei cedūt factæ meliorationes, quod est secus in colono,qui finito cōtractu locationis potest retinere. per Bal. Auth.qui rem in fi.

18 † Et emphyteuta sic cessans in solutione potest expelli de emphiteusi per dominum propria ipsius domini authoritate.per glo.in l. 2.C.de iure emphyt.vbi Ias.cons.105.colum. vj.vers pretereà magis,& ibi in apostol.vbi multa.4.vol.vbi etiam vide an possit expelli,quando in contractu est actum, quòd non possit expelli.Canon c.potuit.ext. loca. vbi Inn. Dec.consi 156.est decis.Fabii Peregrini in manuscrip. decis. 30.apud aduocatos vrbis. Et emphyteuta malè vtens re bebet expelli,si tamen tria concurant.quòd sit deterioratio notabilis quantitatis,& quòd sit ad deteriorationem perpetuā in proprietate,& quòd deterioratio procedat dolo. & lata culpa,quia de leuissima non teneturemphiteu.gl in Authen.
19 de non alien.§ scire,Bal.d.Authē.qui rem. † Item emphyteuta non seruans pacta apposita in cōtractu locationis cadit, sicut cessans in solutione canonis,domini in vna placen.de-
20 cis.Marcelli Crescentij in manuscrip. 169.Ias.in l.1.4. not. de iur.emphyt. † Et in emphyteusi potest quis instituere, & hæredis institutionem facere.etiam non requisito domino directi dom nij,vel ecclesia, id quod etiam procedit in quacū que alienatione,etiam lucratiuo titulo collata,per legatū, aut donationem, secundum magis communem opin.glos. Cyn.Iac.Butr.l fin.C.de iur.emphyt.glo. Innocē. Ioan. Andr.in cap.potuit.de loca.Spec.de loca.§.nunc aliqua.versic.
21 107.Bald.Authen qui rem C.de sacrosanct.eccle.refert Alexand.consilio.189.viso. colum.4. & potest in dotem dari,
22 † & pro dote,vel quocunque alio debito hypothecari,& durabit tantum, quantum durabit emphyteusis. per Alexand. cons.173.libro 2.Et emphyteuta ex solo contractu, putà venditionis,aut alienationis non priuatur iure suo, nisi peruenerit ad ad rei traditionem.Spe.§.nunc aliqua.versi.195.Alex. d.cons.173.

Et,si canonibus statutum sit,ꝙ non admittantur consuetudines quæ ecclesijs damnum,& læsionem inferunt.cap.1. de consuet.nihilominus procedit,& obtinet consuetudo illa,qua inducitur,ꝙ emphyteuta non cadat ab emphyteusi, & si soluere pensionem biennio, aut triennio omiserit, per Abb cons.72.col.2.lib.1.Dec.1.de consue. Rochus de Curt. c.vlt.eod.ti.Ruin.cons.4.lib.1.

Sed emphyteusis antiqua,& concedi solita, non videtur prohibita,qa solus Episcopus sine capitulo potest aliquem inuestire de feudo antiquo,vel emphyteusi,nec tunc dicitur
23 alienare,† per ea,quæ dicit Abb.antiquus.cap.2.de feud.Bal. margarit.in verbo prælatus.vers.fin.& ideo dicitur,ꝙ solus prælatus sine capitulo potest concedere inuestituram,& tenet Bald.in l.pen.in princip. C. ad velleian. quod verum est post confirmationem sui,non ante,secundùm Barba.capit. transmissa,de electio.Bald.cap.1.qui succes.feud.in vsib. nō tamen potest Episcopus inuestire de feudo nouo sine consensu capituli, secundùm Paul.de Cast.consil.160.in primo dubio. 2 col.per Bal.c.2.qui feud.dare pos.vbi vide etiam ꝙ eo,an superior possit dare in feudum res ecclesiæ habētis alium prælatum inferiorem immediatum per eū ibi. 4.col.et emphyteusis iterum dari potest alicui sine aliquibus solem-
24 nitatibus,quandò res fuit solita dari in emphyteusim, alias non.per Bar.in Authen.qui rem.C.de sacrosanc.eccl.& bona feudalia,& emphyteutica, quæ essent consueta in feudari,vel in emphyteusim dari, possunt iterum cōcedi in feudū, & emphyteusim,c.vt super.vbi doct.de reb. eccl.non alien. vide,quæ accumulaui infrà in casibus, in quib. fit alienatio sine solemnitatibus,quæst.11.imò antiquam emphyteusim
25 † finitam prælatus tenetur cōcedere successoribus eiu dem emphyteutæ.& sic illis de quarta genaratione, exclusis extraneis,secundum Bart.l.prima.§.permittitur. ff.de aqua quotidia.& æsti.& in l.prima, de priuileg. cred. & l.si mihi, & Titio.de verbor.obliga Ludouic.Ponta.in l. prima, columna tertia,ff.in ius vocan.Bald.in addi.ad Specul. de loca. versic. emphyteuta debet potius,& ibi Specul. quod est verum,nisi descendens ille sit pauper, miles uel minor secundùm Ioan.
26 de Imo.post Ioan.Andr.in in capitu.potuit.de loc.† & intelige præfata iu descendentibus, non in agnatis emphyteutæ, in cuius persona finita est emphyteusis,nec in ascendente, vt sentit Bar d §.permittitur, quia loquitur per verbum descendentem,nō per verbum proximiorem: idem sentit Bal. in d.vers.emphyteusis,ubi dicit de posteris,quod tene menti. Inquilino autem est secus, cui non cogitur dominus finito
27 tempore locare, † licet de vrbanitate locare deberet secundùm Hostiens.Io.Andr.& But.in c.primo, de loca.est casus in l.ne cui,& ibi Bald.C.loca.vbi dicit, verum nisi eisdem sit permissa relocatio, & quòd dicitur, ꝙ prælatus potest concedere emphyteusim concedi solitam, intellige eo modo,
28 quo est solita concedi, non alterando solitum, † quia emphyteusis ecclesię consueta dari per Episcopum ad tertiam generationem masculinam, non potest dari ad tertiam generationem masculinam,& femininam,per Bal in Authen. qui rem.C.de sacrosan.eccl.& Bal.in c.1. in verbo consuetudo,qui feud.dare pos.In vsib.feud.nec rem solitam emphyteuticari ad tempus potest emphyteuticare in perpetuum, per Bart.d.Authen.qui rem;nec rem emphyteuticari solitā tenetur Episcopus dare amplius in emphyteusim,si illam rereuersam ad ecclesiam penes se retinuit,& illàm de mēsa esse dit,secundum Bar.in l.si vacantia,C.de bonis vacā.lib.10 & tunc intelligitur esse effecta res de mensa,seù incorporata,
29 quandò descripta est in libro continente res mensales, † vel quando Episcopus declarauit rem esse de mensa secundùm Bar.ibidem,vbi dicit esse casum,vel statim,quòd arma Episcopi sunt imposita rei,quia tunc parimodo dicitur mensalis effecta.secnndum Ang.in d l.si vacantia.vide tamen per Canon.& Inn.c. vt super,de rebus eccl non alien.& ibi Imo.qui tenet contrà Inn.in eo,quòd dicit rē retentam à præcessore per annum,dici esse effectam mensalem,vide per hoc quæ diduco infrà in casib. in quibus fit alienatio sine solemnitate, in casu,quando feudalia,& emphyteutica reuertātur. & hodie ciuitates & loca sanctæ Romanæ Ecclesiæ solita infeudari,& emphyteuticari si sunt reuersa, & quæ reuertentur, nō possunt de cætero amplius infeudari per bullam Pij V.anno 1567.4.Febr.anno sui pontificatus secundo,editam sub atrocissimis comminationibus pœnarum,& aduerte ꝙ dicit, ꝙ res solitas, & consuetas potest prælatus concedere in emphyteusim,quia non solitas,vel non consuetas emphyteuticari non potest prælatus solus in emphyteusim concedere. cap.primo,de feud.& in titu.Episcopum,vel Abbatem,in vsib.feud Bart.in l.si vacantia.C.de bonis vacan. libro 10. † &
30 Docto in c potuit.de loca.Paul.de Castr. cons.136. quia Episcopus non potest dare consanguineis suis in feudum, uel emphyteusim perpetuam,sed ad tempus sic, videlicet vsque ad tertiam generationem.per Bar.notabiliter in Authē.quibuscunque,& per Bald.ibi.C.de sacrosan.eccl.& per Bal ca. 1.vlt.col.qui feud dar.pos.cap.1.post glo.vlt.colum.Si inter Dom.& vasal.lis ori.immo,si in perpetuum concedatur,intelligitur,scilicet vsque ad tertiam generationem, & non vltrà,secundùm Albe.de Rosa.in proemio Cod. uers. perpetuò,& prædicta intellige, nisi concedatur descendentibus in infinitum expressim,quod potest fieri,non autem extraneis hæredibus in infinitum,quia tunc non egreditur tertia ge
31 nerationem,secundum Bald.in Authen.defuncto.C.ad Tertul.& pro ista materia,† an prælatus possit cōcedere emphyteusim consanguineis,vide per Bald.in Authen. quibuscunque.C.de sacrosan.eccl. vbi videtur tenere,ꝙ non vbi dicit, quod de hoc est glo.ordinaria in l.prima.C.de contract.idē Bald.in l.cum ipsi,& Salycet.in l.qui emptione. §. final. ff. de contrahen. emp. sed tu videas quæstionem, quam disputat Abb.cap.ut super.de reb.eccl.non alienan. vbi tenet, ꝙ sic, maximè si cessat fraus,dixi aliqua in quæst. quo modo ex alienatione,vel facto præses,oblig succes. & melius in quæst. an prælatus possit suis consanguineis res ecclesiæ infeudare, infrà,nec potest prælatus,vel Rector concedens in emphyteusim concedere cum pactis,quæ sint contrà naturam contractus emphyteusis.per Paul.de Castr. consil. 160. sed bene potest concedere casalenum ecclesiæ, cum pacto, quòd ædificetur domus in eo,& post certum tempus ad ecclesiā reuertatur,vt per Bald.in l.iubemus.§.sane. C.de sacrosanc. eccles.sed pro quanta pensione potest dare in emphyteusim casalenum,vel res ecclesiæ ruinosas,& steriles, vide per Bald.& Docto.in Authen.perpetua.de sacrosanct. eccles.& Authen.qui rem eod titu.vbi dicit,quòd potest concedi talis res cum diminutione sextæ partis pensionis, si plus nō inuenitur, aliàs secus,vt detur restitutio in integrum.capi.primo,de in integr restitu.& an prælatus possit dare in emphyteusim cum pacto, quòd emphyteuta non cadat a iure ob canonem non solutum,& videtur,quòd sic,quia & tūc omninò emphyteuta cogitur soluere canonem, per Bald. in l. fuudi. C. de fun.patrim. libro vndecimo, & in l.secunda. & tertia.C.de iur emphyt.Bale.in addi.ad Specul.de loca.versi. an ualeat.post Specul.ibi, & Paul.de Castro consilio 137. &

an

Source : BIU Cujas

an Epiſcopus poſſit augere cenſum uel penſionem colono,
32 vel emphyteutæ † pro fundo meliorato induſtria emphyteutæ, vel coloni? & videtur, ꝙ non, per ea, quæ dicit Bald. in l. fi. C. de alluuion. & Bar. in l quicunque. C. de omni agr. de ſert. lib. 11. nec minus poteſt prælatus auferre colono fundū melioratum, & alteri locare maiorem penſionem offerenti, per Paul. de Caſt. conſ. 161. ſed bene Epiſcopus nō poteſt recipere canonem ſine capitulo poſt tempus ab emphyteuta, qui cecidit à iure ſuo propter canonem non ſolutam in
33 tempore in præiuditium eccleſiæ, † quæ poterit emphyteutam expellere, niſi capitulum poſteà ratificauerit ſolutionē factam epiſcopo. capit. paſtoralis. de his, quæ fiu. à prælat. ſed Specul. tit. de loca. §. 6. verſ. 26. tenet, ꝙ immo præiudicet. argum. l. aduerſus. C. de vſu. & ibi Bald. dicit non præiudicari
34 eccleſiæ, † ſi Epiſcopus recipit minorem canonem, hoc refert Ioan. Bertach. in tract. de epiſ. 4. parte per totum, ſed pro hoc eſt deciſio Rotæ deciſi. Putei manuſcrip. tit. de reb. eccl. ꝙ caducitas non cenſetur remiſſa ob receptionem penſionis, ſi non fuit petita reuocatio, ſuppoſito ꝙ recipiens ignorabat emphyteutam teneri ad illam petendam, & ꝙ lapſum erat tempus petendi, quæ deciſio fuit facta in vna Bononiēſi inter Cardinalem Campegium, & quendam de Bologninis, & deciſio eiuſdem Rotæ in manuſcrip. Mareelli Treſchi, vbi receptio facta à prælato ſine conſenſu capituli, licet non noceat eccleſiæ, vt videatur remiſſa caducitas, gl. & Doct. in ca. potuit ext. locat. Iaſ. in l. 2 numero 163. verſ. communis tamē opinio, de iur. emphy. ſi tamen ille prælatus, qui ſolutionem accipit, habebat authoritatem de nouo locandi, ſatis videt tunc per receptionem eccleſiæ præiudicatum. Alexand. cōſil. 126. 2. volum. viſo & conſiderato themate, † & vt deciſio.
35 125. & quòd eccleſia habens rem in emphyteuſim ab alia eccleſia, incidat in commiſſum, vel ob non ſolutionem canonis, vel propter indebitam alienationem, vide Bald. qui id dicit, & tenet in conſil. 27. incip. Reuerendiſs. Domine. 3. volu. & an emphyteuta poſſit, vel legare, vel donare rem emphyteuticam, & ſi donet, vel leget, ius, quòd habet, reuertatur ad dominum, uide latè per eundem Bald. in conſ. 160. volum. 3. vbi diſtinguit, quòd aut eſt emphyteuſis fiſci, vel habentis priuilegium fiſci, & tenet eo caſu donatio, & legatum, quia ſaluum eſt ius fiſci, vt per iura quæ ibi adducit, & per tex. ca. 1. §. donare. qualiter olim pot. feud. alien. colum. 10. aut emphyteuſis eſt eccleſiæ, & licet Bar. cui Bald. vt aſſerit, fuit in hac cauſa aduocatus, contra teneat, quòd non poteſt donari nec legari; &, ſi donetur, uel legetur, quòd ad ſuam reuertitur proprietatem, per tex. in l. vniuerſas. C. ne rei domi. vel emphy. tamen ipſe tenet, ꝙ valet tale legatum, vel donatio, quia videntur legata commoda vtilis dominij, & non ipſum dominium vtile; vnde, ſi talia ſunt commoda, quæ legari poſſint, quia ſunt tranſmiſſibilia ad ſucceſſores, illa commoda videntur legata vt. C. de lega. vxor. patru. & ff. de vſufruc. lega. l. Sticho, & quòd no. C. ſi pign. pig. dat. ſit l. prima, in gl. ſed nunquid. aut eſt emphyteuſis alicuius priuatæ perſonæ, quę debet cenſeri iure communi, & tunc, licet quidam opinent, ꝙ reuertatur ad proprietatem. & quidam quod non, tamen ipſe in caſu iſto dicit eſſe conſiderandum, quòd, ſi in donatione fuit peruentum ad rei traditionem, tunc quæſtio eſt dubia, tamen ipſe putat, quòd donatio valet, & quòd cenſus peti poteſt à donatario per condictionem ex l. Zenonis quæ eſt quaſi, in rem ſcriptam, vt no. inſtit. loca. §. adeò. ſi vero nō
40 ſit peruentum ad traditionem, vel quaſi, & tunc indubitāter res non intelligitur reuerſa ad proprietatem, quia ante tra-
36 ditionem, † vel quaſi, donans nihil à ſe abdicauit. ff. de verbo. ſigni. l. alienatum; ſi loquimur in legato. & dico, quòd nō reuertitur ad dominum, & hoc hac noua inquit ratione quia talis eſt natura, videlicet, aut legatum valet, & pertinet ad legatarium, ergò non reuertitur ad dominum; aut non valet, & tunc legatarius non poteſt acceptare legatum, ergo remanet apud hæredem legantis. C. de cad. tollen. §. pro ſecundo, vnde perinde eſt, ac ſi legatarius repudiaret legatum, vel donatarius, cui fiebat donatio per nūtium, vel epiſtolam, eam non acceptaret, quibus caſibus certum eſt, ac ſi non fuiſſet legatum, non fuiſſet donatum. l. huic ſcripturæ. ff. ad l. Aqui. l. perinde. ff. ſi cer. peta. vt ibi per eundem Bald. & de emphyteuſi, & quomodo ad hæredes deſcendat emphyteuſis, & de forma conceſſionis in emphyteuſim, & quæ requirantur in emphyteuſi eccleſiæ, ad hoc, vt tranſeat ad hæredes, vide per Bald. conſil. 280. volum. 3. & dominium rei emphyteuticæ poteſt præſcribi, & præſcriptione acquiri, quod poteſt facere emptor, qui emit ab emphyteuta bona fide poſſidendo
37 tempore longiſſimo, † ſecus ſi eſſet malæ fidei poſſeſſor; in quo attenditur veritas, non iuris fictio, loquendo in præſcriptione longiſſimi temporis, quia tunc certe non præſcriberet dominium, vt. C. de præſcrip. triginta anno. l. male agitur, ſed præſcriberet cenſus liberationem pro quadraginta annis retrò, non pro futuro tempore ſecundùm aliquorum opinionem; ſed ſecnndum aliquos, quòd in perpetuum pro omni tempore præſcripſit liberationem. argu. l. eos. in princ. ff. de vſur. ut per Bal. ibi, & emphyteuta non repetit melioramenta, † niſi quando emphyteuſis eſſet finita propter gene-
38 rationem finitam, vel tempus finitum, vt per Bald. in l. fin. C. commu. de leg. Specu. in §. nunc aliqua, verſ. 131. de loca. ſecus tamen eſt in colono, qui ſemper repetit melioramenta, & expenſas vtiliter factas. d. l. colonus. in prin. vbi gloſſ. & uide Bar. in l. errorum. §. 1. ff. loca. ratio eſt, vt ibi per Bar. quia emphyteuta minorem pēſionem ſoluit, quàm ipſe colonus, & ideo dicitur in inſtrumento, talis conceſſit rem tali in emphyteuſim ad meliorandam, non ad deteriorandam; ſed de differentijs inter locationem, & emphyteuſim vide per Specu. a. in d. §. nunc aliqua, poſt principium, & uerſicu. illi; & de hac materia emphyteuſis vltrà Specul. de loca. vide late examinata per Iaſ. in l. 2. C. de iure emphyteutico, & nota quòd tex. in c. nullo. de reb. eccle. non alien. habet, perpetuus cōtra
39 ctus emphyteuticus, per quod intelligitur, † quòd nō omnis emphyteuſis eſt prohibita, ſed tantum perpetua, vt ibi, & in §. alienationes. in authen. de non alien. aut permutan. & eſt ratio, quia licet propriè, & ſtrictè non ſit alienatio, vt in l. prima, C. de iur. emphyteu. large tamen, & improprie eſt alienatio. d. §. alienationes. glo. in l prima, C. de iure emphyteu. immo etiam emphyteuſis facta ad tempus certum, uel incertum, vt eſt ad tempus uiginti vel 29. annorum, vel ad vitam alicuius, authen. de alien. & emphyt. §. & hoc quidem, ibi, nō ſolum ad tempus, ſed & perpetuò, bonus tex. in l. prima. ff. ſi ager vectig. ubi à pari regulantur, per Auguſtinum Beroum in d. cap. nulli, colum. 24. uerſ. ex ultimis, ſubdens ſecundum Abb. ibidem, quòd perpetua emphyteuſis eſt, quæ facta fuit, ut ſaltem uſque ad 30. annos duraret, tex. & ibi Glo. §. perpetua. 10. q. 2. glo. uero, in auth. quas ruinas. C. de ſacroſan. eccl. dicit, ꝙ illa eſt perpetua emphyteuſis, quæ ſemper & in infinitum durare poteſt, donec tamen penſio ſoluatur, per tex. in l. 2. C. de iur. emphyteu. cap. potuit. de locā. authen. qui rē, C. de ſacroſan. eccl. tex. in §. adeò. Inſti. loca. & perpetuum dicitur, quod ultrà centum annos ſemper eſt duraturum in infinitum l. 3. ff. de excep. l. annua. in fin. cum glo. l. cum quidā, cum. l. ſeq. ff. de annu. leg. probatur in l. fin. C. de ſacroſan. eccle. ubi tex. appellat uenditionem pene quaſi perpetuam, q̄ ad centum annos extenditur, unde perpetuum non dicitur, quod poteſt durare per 30. uel centum annos, unde emphyteuſis perpetua dicetur, non quæ per 30. ann. eſt duratura, fac. tex. in l. ſi uſusfructus. ff. de uſufru. lega. ubi tex. probat ꝑpetuum dici quod duraturum eſt ultrà centum annos, & ſic in infinitum. Emphyteuſis uerò cōceſſa uſque ad 30. annos, uel uſque ad ſecundam & tertiam generationem, uel ad uitam alicuius, per ea, quæ habētur per gloſſ. in d. §. perpetua. in auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſanc. eccl. per Spec. in tit. de loca. §. nunc uerò a. iqua, nón dicitur perpetua, ut ex prædictis conſtat, ſed ad longum, non longiſſimum tempus, quam uis gloſſ. ibi contrarium uelit per l. primā. ff. pro ſoc. per not. in d. §. perpetua. ſed contrarium eſt uerius per prædicta. uoluit Bar. in auth quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccl. per Auguſti. Bero. in cap. nulli, col. 15. num. 35. uſque ad numerum 37. ubi ſubdit ſecundum glo. in l. prima. ff. pro ſoc. quòd differunt inter ſe, perpetuum, æteruum, & infinitum, quia perpetuum eſt donec quis uiuit, quia ſocietas bene contrahi po-
40 teſt perpetuò, ideſt donec quis uiuat, † ſed non in infinitum, nec in æternum, emphyteuſis uerò poteſt in æternum durare, quandiu pēſio ſoluatur, & ſic in infinitum. Et p. text. authen. de non alien. §. emphyteuſim, permittitur conceſſio in emphyteuſim in tertiam generationem tantum. per auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanc. eccl. permittitur in perpetuum de rebus ruinoſis propter utilitatem prouenientem ex refectione eccleſiæ, ſed per auth. de alien. & emphyt. eſt permiſſa emphyteuſis perpetua, & facta conceſſio in ꝑpetuum intelligitur durare ēt in hærede extraneo in perpetuum ſoluētē canonē, niſi adſit conſuetudo in eccleſia concedente in ꝙ. rium, puta quòd eccleſia ſit ſolita tantùm cōcedere in lineā deſcendentium, uel lineam maſculinam, non fœmininam,
41 † quia conſuetudo debet ſeruari, † nec ab ea eſt recedendū, per Bald. in authē ſi quas ruinas, C. eo ubi etiam dicit, quòd facta emphyteuſis ad generationem non includit filium baſtardum, uel naturalem, quia non licet in loco honeſto inhoneſtas collocare perſonas, & mutatis ſucceſſoribus fit renouatio contractus, primò ratione uetuſtatis, quia ſtante antiquitate, uel quòd ſit deperditum inſtrumentum, debet renouari, ſecundò ratione neceſſitatis orientis ex conuentione de renouando, tertiò ratione tollendæ obſcuritatis & difficultatis probationis, ut quia per inſtrumenta antiqua non apparent fines noui terræ, quartò ratione mutatæ ſucceſſionis, uel uniuerſalis, uel particularis ſucceſſoris, ut per Bald. ibi, ubi poſita quæſtione, quòd contracta emphyteuſi pro ſe filijs, & nepotibus, filij & nepotes ſuccedunt,

vt

Source : BIU Cujas

vt illa non obstante, ꝙ iurauerint non habere recursum ad bona paterna, ꝙ mortuo patre renuntiauerint in totum hæreditati, quia per stipulationem sic contractam vī pater donasse eis, & sic eos venire ex donatione, & per alias rōnes, ibi per Bal. adductas. vbi ēt tenet, ꝙ emphyteusim sic contractam pōt pater prælegare filio, & ꝙ in contractu emphyteusis, pro se filijs, & nepotibus masculis, non includitur nepos masculus ex filia; an, & quomodo in emphyteusi habeat locum ius accrescendi, ibi pulchrè uide; Et quòd emphyteusis ecclesiæ sit transitoria ad quoscunque hæredes etiam extraneos uide per Alex. multa adducentem consi. 189. 2. volum. licet idem contra consi. 23. 1. vol. opportune.

SVMMARIVM.

1 *Vide hic de contractu colonario.*

Cap. 23.

Dicitur etiam alienatio, & tunc venit nomine alienationis, quando ecclesia domum valētem solidos centum, & præstantem pensionem solidorum decē
1 dat, & concedit alicui, † qui pro tali concessione det cētum solidos, vel plus, aut minus, & singulo anno pro pensione soluit eos solidos, & quidam Benedictus Canophilus in sua repet. Paulin. idest extrauag. ambitio. extrauagan. communium. de reb. eccl. non alien. appellat hunc contractum colonarium. qui quidem contractus, ut inquit ille, de consuetudine obseruatur, & fit emphyteusis, & de isto contractu est tex. formalis, cum gl. in Auth. de alie. §. lex itaque.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit contractus precariæ.*
2 *Contractus precariæ fit varijs modis.*
3 *Fit aliquando ad preces recipientis, & de precibus fit mentio.*
4 *In contractu precariæ non interuenit prætium.*
5 *Contractus precariæ reuocatur arbitrio domini secundùm aliquos.*
6 *Contractus precariæ uidetur esse contractus emphyteuticus, secundùm Baldum.*
7 *In diuersis partibus possessiones emphyteuticæ diuersis nominibus appellantur.*
8 *Precarium, est quod durat ad libitum concedentis, vel illius, cui conceditur.*
9 *Differentia inter precarium, & precariam.*

Cap. 24.

1 Contractus pariter precariæ est, & potest dici cōtractus alienationis, † quia est contractus concessionis alicuius rei, de quinque in quinq; annos, vel in maius tempus, perpetuum, vel ad uitam, renouando de quinquennio in quinquennium secundùm Abb. in rub.
2 de precar. dicit tamen gl. in c. precariæ. 10. q. 2. † ꝙ iste contractus fit sub varijs formis, quandoque ad certum tempus cū pacto renouationis in idem tps, & deinceps vsque in perpetuum, puta de quinquennio in quinquennium, vsque ad finem temporis, aliqñ usque ad uitam recipientis iux. tex. d. c. precariæ, & alijs modis per Abb. in c. j. ext. de precar. quandoque ad preces recipientis, de quibus precibus in instru-
3 mento est mentio facienda; & in isto contractu precariæ nō
4 interuenit prætium, & potest dominus reuocare † quando uult, per Canonistas, quos refert Bal. in l. 1. C. de iure emphy.
5 vbi etiam dicit, ꝙ contractus precariæ uidetur esse contra-
6 ctus emphyteuticus, † ubi dicit, ꝙ in diuersis partibus de cō
7 suetudine pensiones † emphyteuticæ diuersis nominibus nū cupantur; quidam enim appellant precariam, quidam appellant liuellum, quidem appellant eam ad firmam, quidam ap-
8 pellant ad pensionem; † est & precarium, quod durat ad libitum concedentis, & eius beneplacitum, vel illius, cui fuit concessum, c. j. de precar, & est differentia inter precarium
9 & precariam, † quia precarium reuocatur, vt dico, sed precaria non potest reuocari ad uoluntatem concedentis, ut d. c. 1. Glo. in Auth. ingressi, de sacrosan. eccl. c.

SVMMARIVM.

1 *Superficiarius contractus est alienatio.*
2 *Quid sit contractus superficiarius.*
3 *Natura contractus superficiarij, est quòd destructa superficie finitur contractus.*
4 *Quæ sit differentia inter conductam soli, & superficiei.*
5 *Conducta superficie destructa domo est finitum ius, quod est secus in emphyteusi,*
6 *Superficiarius non perdit melioramenta, si possunt illa auferri.*

Cap. 25.

1 Nomine etiā alienationis venit superficiaria, † siue superficiarius contractus, qui pari modo uenit nomine alienationis, qui secundum Bal. in rub. de iure
2 emphyteu. dicitur † quando vendo tibi superficiem alicuius feudi, uel domus pro centum cum pacto, & conditione, ꝙ des mihi in recognitionem proprietatis quolibet anno vnū denarium, vel etiam si non constituatur aliqua annua pen-
3 sio; † & natura talis alienationis, vel contractus est, ꝙ destructa superficie, putà combusta domo, cuius superficies fuit concessa, finitur talis contractus per superficiei interitum, ita, ꝙ, si uellet reædificare, nullo modo posset, est text. not. in l. superficiario. ff. de rei uendi. & per Bar. in l. fi. de superfic. ubi dicit, ꝙ differentia est, an quis conducat solum, an uerò su-
4 perficiem, † quia quando conducitur solum destructa domo non finitur ius, per tex. in l. quoties. in fi. ff. de rei uendi. sed si sit conducta superficies, destructa domo, benè & ius
5 destructum, & finitum esse debet, d. l. quoties, † secus tamen est in emphyteusi, quia, si combusta sit domus, uel destructa, non est finita emphyteusis, minusq; tenetur rem ædificare, & tenetur soluere, & præstare pensionem, sicut prius antè combustionem, si antè destructionem tenebatur, per Ange. in §. lex itaque. Auth. de non alien. superficiarius uerò me-
6 liorationes suas nō perdit, † si illæ possunt auferri, per tex. in l. sed adeò. §. si inquilinus, ff. loca. refert, & sequitur Bal. in rubric. C. de iure emphyteu.

SVMMARIVM.

1 *Subscribens se alienationi dicitur alienare.*
2 *Subscribens non minus delinquit quàm alienaus.*
3 *Subscribens punitur uti alienans.*
4 *Subscribens uidetur consentire ad sui præiudicium.*

Cap. 26.

1 Verùm & qui se subscribit alienationi uidetur alienare † c. si quis. de reb. eccle. non alienan. ubi nedum alienans, sed se subscribens alienationi punitur, & est
2 ratio, † quia non minus delinquit, ex quo posset dissentire, &
3 per talem subscriptionem cōsensum præstare, † propter quod uenit puniendus, sicut alienans, l. iubemus, C. de sacrosanc. eccle. unde per Innocen. & Cald. in d. capitulo, si
4 quis. infertur, † quòd subscribens uidetur consentire ad sui præiudicium, probatur dict. capit. si quis, & capitu. non liceat. 12. quęstio. 2.

SVMMARIVM.

1 *Contractus censualis uenit appellatione allenationis.*
2 *Quid sit contractus censualis.*
3 *Differentia inter contractum censualem, & contractum emphyteuticum & superficiarium, uel liuellarium, in quibus concedens non transfert ius, quod habet.*
4 *Censuarius non potest expelli per quamcunque cessationem, & si nunquam solueret.*
5 *Ordo literæ attenditur, & ab eo arguitur.*
6 *Differentia inter censum, qui soluitur in recognitionem dominij, & aliū censum.*
7 *Rector concedit rem ecclesiæ potius in emphyteusim, quàm ad censum.*
8 *Spiritualia conceduntur ad censum, non in emphyteusim.*
9 *Si non apparet, an sit census, uel emphyteusis, cessans soluere canonem non cadit.*
10 *Vide quid sit contractus census quo vtimur hodie.*
11 *Bulla Nicolai V. super censibus, & duæ extrauagantes Martini, & Calisti.*
12 *Vigore bullæ, & extrauagantium hodie liberè uenduntur census sine alia confirmatione apostolica.*
13 *Superfluè postulatur, quod lex postulat.*
14 *Contractus census licitus, & à iure approbatus.*
15 *In contractu census sex seruari debent conditiones.*
16 *Multis modis in iure sumitur uerbum census.*

Cap. 27.

1 Contractus pariter censualis uenit appellatione alienationis † qui est quando quis uē dit, uel alienat ius quod habet in re aliqua; puta si hñs quis
2 directum dominium illu uendat † uel dñs utilis utile uēdat dñium, & sic ius oē, qđ hēt, uendat pro ptio centum, cum pacto, ꝙ sibi uenditori præstetur annuus census, puta decē, & penes concedentē non remanet, nisi solū illud ius percipiēdi illū censum, per tex. qui dicit in c. constitutus, de relig. domi. & p tex. in l. 2. C. si cēs. uel reliq. per Archi. in c. quæsitum, 1. quæstio. 3. per Barto. in l. 1. ff. de publi. Socin. consilio 167.

Source : BIU Cujas

col.2.& differt contractus cenſualis à contractu emphyteu-
3 tico,ſuperficiario,†vel liuellario,quia in illis concedens nõ transfert ius,quod habet in re,per illud quod dicit glo.no. in l.1.ff.ſi ager uectigal.vel emphyteu. & ſic cenſus ſoluitur de re noſtra,quia in cenſuarium tranſit omne ius, quod eſt penes concedentem; penſio vero ſoluitur de re aliena, ita Imo.in c.ad audientiam,hoc tit.vbi dicit,quòd,ſi concedo tibi talem rem in emphyteuſim pro annuo cenſu, & etiam omne ius,quod habeo in illa re,tunc non eſt emphyteutica rius contractus,ſed cenſualis, & effectus eſt maximus hoc ſcire,& hanc dignoſcere differentiam:quia emphyteuta priuati,ceſſans per triennium,& eccleſiæ ceſſans per biennium ſoluere debitum canonem cadit à iure ſuo,c.potuit. extra loca.& l.2.de iure emphyteu.C.cenſualis vero ſi ceſſaret ẽr per mille annos in ſolutione debiti cenſus,non cadit à iure ſuo,per tex.iuncta gloſſ.d.c conſtitutus,de relig.domib. ſequitur Iaſ.in l.2.de iur.emphyteu.uerſic.8.quæro, vbi dicit, pone inſtrumento emphyteutico dicitur, concedo in emphyteuſim,uel cenſum,an præſumatur in dubio contractus emphyteuticus,an uero cenſualis;utilitas inquit eſt magna,
4 quia ſi eſt contractus cenſualis,†cenſuarius non poteſt expelli propter quamcunque ceſſationem, etiam ſi nunquam ſolueret cenſum,ſecus eſt in emphyteuta, ut per eund.Iaſ. ibi in glo.in uerbo triennium in 3.q.iſtam quæſtionem inquit tangit Io.Fabri,in l.1.1.col.ſupra eo.& tenet,quod in dubio dicatur contractus emphyteuticus, allegat l.1. & l.ſpecies.ff.de aur.& argen.lega. & l.ſi adiiciatur.ff.pro ſoc.aliàs pro ſoluto,quam opinionem ſequitur Iaſ. ibi, dicens quòd etiam pro hac opinione faceret ordo literæ talis inſtrumen
5 ti,vbi dicitur,ſin emphyteuſim,vel cenſum iuxta no.in l.nec enim ff.de ſo ut & in l.præpoſteri,C.de teſtamen.& de hoc redditur ratio per glo.ibi in d.c.conſtitutus.in uerbo iuxta ratam, quia uide icet in cenſuarium transfertur quicquid iuris eſt penes concedentem,nihil penitus retento, per quã rationem dicit Benedictus Canophilus in ſua expoſitione extrauagan.ambitio.de reb.eccl.non alie.quòd per illũ tex. prohibetur,& interdicitur alienatio rei eccleſiæ in cẽſum, & eccleſiaſticam rem dare in cenſum eſt fortius, quàm in aliis contractibus,quia in cenſuarium transfertur quicquid iuris eſt penes concedentem,in emphyteuta uerò ſecus, qa penes concedentem remanet directum dominium,& ideo poteſt Dominus ceſſantem in ſoluendo expellere; & prædicta habent intelligi uera, quando præſtaretur cenſus de re propria,ut eſt propria materia cenſus,ſecus ſi ſolueretur cẽ
6 ſus in recognitionem dominii†exiſtentis penes illum, cui ſolui debet,quia tunc non ſoluendo cenſum caderet à iure ſuo,per Bal.in tit.de pac.conſtan.col.28.uerſi.perſoluere fictum;ideo rector, vel beneficiatus eccleſiæ in conceſſione,quam facit,de rebus eccleſiæ in caſibus de iure expreſſis,caueat in tali contractu,quod non faciat ſcribi, ꝙ con-
7 cedat ad cenſum,nec fiat conceſſio ad cenſum, †ſed in emphyteuſim; & ideo ſpiritualia non poſſunt concedi in emphyteuſim,quia quodammodo uiderentur uendi,ſed bene
8 poſſunt concedi in cenſum,†& tunc ille cenſus retinet non in recompenſationem iuris conceſſi,ſed potius in memoriam libertatis & in ſignũ præteritæ,& præſentis ſubiectionis,ut nota.in d.c.conſtitutus,ſed ſi non apparet, an quis ſit uel emphyteuta, vel cenſualis, tunc ex ceſſatione canonis non cadit à iure ſuo,dicit Alber.de Roſ.in l.2.uerſicu. quid
9 †de quæſtione à me requiſita C.de iur emphyt. quem ſequitur Iaſibidem.mihi col.9,in fi per no.d.c.conſtitutus,de relig. domi. ſed iſte contractus cenſualis non uidetur idem contractus,quo utimur hodie in Romana curia, & Regno Neapolis,qui uulgo dicitur uno cenſo, & contratto di di-
13 mittere,vt procedatur de iure,& de facto,† & ſententiare de iure,& de facto, † & ſententiare de iure tantùm.Lap.in præalleg.allegat.dicit quòd non, quia non poteſt prælatus remittere iura eccleſiæ,nam per proceſſum de facto fiendum poſſet arbiter lædere eccleſiam admittendo probationem non legitimam,uel repellendo idoneam,ſecus dicit ſi com promitteret, quòd procedatur ſimpliciter, vel de plano, ſine ſtrepitu,& figura iuditij, quia ius approbat iſtum modū procedendi,vt in Clem.diſpendioſa, de iud. & dicit Socin. d.conſi.18.col.14.quòd prælatus non compromittit ſuper rebus eccleſiæ,in quibus non habet liberam poteſtatem. & quamuis quidam alij contrà,ut refert Innocen. in ca. cum
* tempore,extr.de arbit. tamen communis * opinio uidetur eſſe, quòd non poſſit,tenet D.Anto.& Ioan de Imo.d.cap. cum tempore,ubi dicunt, quòd licet ſuper rebus proprijs poſſint compromittere,& etiam ſuper fructibus præteritis,
14 tamen ſuper fructibus futuris, † & ſuper iurib. eccleſiæ,nō poſſunt compromittere ſine ſuperioris authoritate,Feder. conſil.87. Moder.d.c.cum tempore, ſubdens Socin. quòd, ſi fit factum compromiſſum de iure,& de facto, tale compromiſſum nullo modo uidetur valere poſſe ſine conſenſu capituli,quia tale compromiſſum habet inſtar tranſactio
15 nis, † in autehen.vt diff.iud.§.1.& authen.ſi uerò contigerit, & in auth. ſi quando.C.de iudi.vbi dicit,ſed clarum eſt, inquit, quòd ſolus prælatus ſine conſenſu capituli non poteſt tranſigere, ergò nec tale compromiſſum facere.cap de cætero,c.ſtatuimus.de tranſact.doct.d.c.contingit,Inn.d.ca. peruenit;Et quòd prælatus non poſſit compromittere de rebus in quibus non pōt ſequi alienatio ſine authoritate ſuperioris,habetur in c.veniens,c.de cætero,cap.contingit,de tranſact.ubi not.Doct. ꝙ prælatus in rebus, in quibus non poteſt tranſigere,non poteſt compromittere,quia compromiſſum eſt tranſactio,authen.ut diff.iud.in princ.not.in ca. quintauallis de iure iur.firmat Bald.in l.1.C.ſi aduerſ.vend. plenè per Alex conſi.32 opportunè.lib.2.Subdens Socin.ſecundum ſequitur ex primo,quia ſi non poteſt ſine conſenſu capituli tranſigere,ergò nec compromittere de iure,&
16 de facto, Abbas tamen & conuentus poſſunt inter eos, & alium compromittere,ſi monaſterium pleno iure ad abbatiam pertineat,nec habeat alium ſuperiorem, ita ut habeat iuriſdictionem epiſcopalem. pro quo tex.in c.ſtatim, & in c.extraordin.de priuileg.gl.communiter approbata.c.1.de rebus.in uerbo proprie,& per Dominic.conſi.96.uidi deciſ. Rotæ in manuſcrip.deciſ.Putei.deciſ.4.de reb.eccl.

SVMMARIVM.

1 *Diſſipare eſt alienare.*

Cap. 37.

1 ADdo ꝙ qui diſſipat bona † vī alienare ſecundū gl.notabilē in l.nuper.§.fi.ff.de le.2.de qua per Bal.in c.1.§.aut ſi libellus,quib.mod.feu. amitt. in uſib.feudorum.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Manumittere eſt alienare.*
2 *Seruus non manumittitur, niſi ut res immobilis.*
3 *Pro manumiſſo datur dupla.*

Cap. 38.

ILle quoq; qui manumittit
1 ſeruum eccleſiæ videtur alienare, † quia manumittere eſt alienare. l. fi. C. de rebus alien. non alie
2 nan. unde ſeruus eccleſiæ non † manumittitur, niſi ut res immobilis, & res pretioſa eccleſiæ, quia eſt res mobilis pretioſa intelligitur, & no. in c. epiſcopus qui. 12. q. 2. unde non manumittitur. c. conſenſu, cum ſeq. de reb. eccle. non alien. & ſi
3 manumittitur, † aut alienatur, fit alienatio data dupla eccleſiæ. d. c. epiſcopus. uel manumittitur, ut fiat clericus in eccleſia, cui ſeruit, uel alia, per ea, quæ habentur in ca. famulis, de ſer. non ordinan. & aliàs dixi in rpb. de alien. ſe mouen.

SVMMARIVM.

1 *Dedicare eſt alienare.*
2 *Bona profitentis ex legis diſpoſitione transferuntur in eccleſiam.*
3 *Cui me committo, & mea committo.*
4 *Bona minoris tacitè pro dote ſunt obligata.*
5 *Vide quot modis fit dedicatio.*
6 *Res prohibita alienari etiam pro anima dari non poteſt.*
7 *Eccleſia eſt filius anomalus, quæ non ſuccedit, niſi in caſibus a iure expreſſis.*

Cap. 39.

DEdicatio etiam, & dedicare
1 venit appellatione alienationis, ꝑ ea, † quæ refert Fab. de Monte in tract. ſuo de emptio. & uendi. q. 22. uerſi. principali, circa decimum tertium, ubi dicit, dic, ꝙ prohibitus alienare non dicitur prohibitus dedicare bona cum ſua perſona profitendo, quia dedicans non alienat, ſed lex ipſa profitendo religionem facit, quòd omnia ſua mobilia, & immobilia transferuntur in eccleſiam, licet ſine ſua
2 perſona hoc non poſſit, † ut per Cyn. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. per Bald. in conſ. quod incipit, Chriſti nomine quęritur, an reſeruatio, quia cui me committo, intelligor pariter in conſequentiam, & mea ei cõmittere. §. illud quo que, Auth. deinceps, in l. 1. in fin. iuncta glo. ff. de adop. & eſt ſimile illud, quod dicitur de minore, cuius bona licet non
3 poſſint obligari, uel alienari per eum, † tamen accipiendo vxorem, & dotem condignam, eius bona intelliguntur ab ipſa lege tacitè pro reſtitutione ipſius obligata. glo. in l. fi. C. de legit. tut. latius traditur in l. item quia. ff. de pac. quia alienatio legalis potius dicitur, quàm hominis, quæ non intelligitur prohibita. l. alienationis. ff. fam. herciſc. & quot modis
4 fiat dedicatio, † uide per Bal. in l. ſi nondum. C. de fur. ubi di
5 xit, quòd fit corde, uerbo, & opere, † licet dedicatio proprie ſumatur quò ad perſonam. l. 2. ff. de pollicit. ſecundum Cyn. d. Auth. ingreſſi. 2. q. & an fundus poſſit conſecrari, uide Guliel. de Cun. in l. fi. ff. ut in poſſ. leg. quòd non, plene per Bald.
6 in rubr. ff. de reb. dub. & licet res prohibita alienari etiã † pro anima regulariter dari non poſſit, c. 1. §. donare, qualit. olim feu. pot. alien. tamen in eccleſiam conferri poteſt, quando eſt de ſuis, ideſt quando habetur loco filii. c. in præſentia. de
7 probatio. ſcilicet per ingreſſum religionis, † per Barto. in l. ſi ita quis. §. ea lege, poſt glo. ff. de uerb. obli. & dicit Bal. in d. §. donare, quòd eccleſia eſt filius anomalus, & non habetur loco filii, niſi in caſibus a iure expreſſis, d. c. in pręſentia, Auth. rogati. ad treb. plene Bar. in l. ſi ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. & aliàs vt per Fabia. d. loco.

SVMMARIVM.

1 *Vnio uenit appellatione alienationis.*
2 *Eccleſia dicitur alienari, quæ alteri eccleſiæ unitur perpetuò.*
3 *In conceſſione uel unione eccleſiæ alteri requiritur ſolemnitas alienationis.*
4 *Minus eſt unire quàm alienare.*
5 *Sede uacante ius uniendi tranſit in capitulum, non alienandi.*

Cap. 40.

VB vocabulo alienationis
1 venit etiam vnio, † quia prohibitus alienare rem eccleſiæ, fauore ipſius eccleſiæ, intelligitur etiam prohibitus unire, quia uniò eſt ſpecies alienationis. cap. 1. de reb. eccle. non alie. in 6. quia dicit Abb. in c. tua nuper. de his, quæ fi. a præl. quòd eccleſia dicitur alienari, cum cõceditur
2 alteri eccleſiæ in perpetuum, † nam quaſi capite minuitur, cum non gaudeat proprio Rectore, ſed alii ſubiicitur, & in hac alienatione, uel conceſſione requiruntur omnes ſolem
3 nitates † requiſitæ in alienatione cuiuslibet rei eccleſiaſticę, ſecus ſi eccleſia ſit conceſſa non in perpetuum, ſed ad tempus, ut ibi per eum. in uerſ. ſeq. not. quamuis unire ſit multo minus, quàm alienare, quia, qui poteſt unire, utique non po-
4 teſt alienare, † quod ex eo patet, quia ſede vacante in capitu
5 lum tranſit ius uniendi † per Innoc. in c. ſicut unire, de exce. prælat. glo. in clem. ne in agro. §. ad hæc. de ſtat. mona. ſed nõ ius alienandi, nec ius authorandi. c. 1. & ibi glo. ne ſed. uac. not. in cap. cum olim. de maio. & obed. per Auguſt. Bero. in c. 1. de reb. eccl. non alie. col. 6. uerſ. modo quòd. Eſt deciſio Rotæ in nou. deciſ. 229. incip. in dimembratione, in fi. ſub tit. de reb. eccl. non alien. & deciſ. 34. in ultimis, ubi habetur, ꝙ unio facta ex falſis cauſis nõ tenet, & deciſ. 2. Thomę falſto. in ultimis. Et habetur per Philip. Franc. in rub. de reb. eccle. non alien. Secundò nota, ꝙ licet eccleſia uacans poſſit alteri uniri, etiam non dato ſibi legitimo defenſore, tamen in tali unione, & conceſsione requiritur omnis ſolemnitas in alienatione rer. eccleſię requiſita. cap. tuę. de his quę fi. uide per Dec. in conſi. 174. Et pro tenui. 1. uol.

SVMMARIVM.

1 *Submiſſio uenit appellatione alienationis.*
2 *Submittens rem ſuam alteri uidetur fateri dominium ad illum pertinere directum.*
3 *Si conſtituo me tuo nomine poſſidere, in te tranſit poſſeſſio.*
4 *Is poſſidet cuius nomine poſſidetur.*
5 *Verus dominus conſtituens rem ſuam alieno nomine detinere, transfert dominium, & poſſeſſionem.*

Cap. 41.

INtelligitur ſubmiſsio no-
1 mine alienationis, † quia ſubmittere, ſupponere, uel ſubiicere res eccleſię alicui, & ſub noīe alicuius tenere, eſt alienare. per tex. in hoc caſu formatũ in c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. quia dicit Pet. de Anch. ibidem, ꝙ, ſi bene attendatur ſubmiſsio, eſt quędam alienatio, quaſi ad il
2 los confiteatur dominium † pertinere directum. l. 1. §. fi. ff. ſi ager uectig. uel emphyte. ſicut cum me conſtituo tuo nomi
3 ne poſsidere, in te tranſit poſſeſsio, & abdicatur a me; † quia
4 is poſsidet, cuius nomine poſsidetur, † ca. cum ueniſſent, de
5 reſtitu. ſpol. ſubdens, quòd per iſta ſentit Io. And. † ꝙ ſi uerus dominus, & poſſeſſor conſtituit ſe alieno nomine rem ſuam detinere, per hoc transfert dominium & poſſeſsionem.

SVMMARIVM.

1 *Nomine alienationis uenit fideiuſſio.*
2 *Prohibitus alienare, eſt prohibitus fideiubere.*

Cap. 42.

ALienatio pariter ſub ſe con-
1 tinet fideiusſionem, † quia prohibitus alienare, vi
2 detur prohibitus fideiubere, † quia dicit Bald. in l. exceptione. C. de euict. ꝙ prohibitus alienare non poteſt etiam in contractu fideiubere pro alienante, refert, & ſequitur Bertachin. in tract. de epiſc. 4. par. §. quadrageſimo quinto quæro. uerſ. circa prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Dimembratio venit appellatione alienationis.*
2 *Cùm eccleſia, aut illius bona dimembrantur, vide quid ſolemnitatis requiratur.*
3 *Dimembratio eſt perpetua alienatio, ideo ſolemnitates alienationis in ea interueniunt.*

Ca. 43.

INtelligitur etiam dimem-
1 bratio † appellatione alienationis, puta cum dimẽbratur aliqua eccleſia, uel bona illius per prælatum aliquem, uel legatum de latere, quia illa eſt alienatio,
2 & requiritur rectoris vocatio, cauſæ expreſſio, tractatus, † &

aliæ

Source : BIU Cujas

aliæ ſolemnitate,eſt deciſio Rotæ in nou.deciſ.229.incip.in
3 dimembratione,tit.de reb.eccl.non alienan.& deciſ.ſeq.†& in dimembratione rerum eccleſiæ requiruntur ſolemnitates requiſitæ in alienationibus eccleſiaſticis, quia dimembratio eſt perpetua alienatio.per Peruſ.c.1.col.1.noſtro tit. refert Rebuf.in c.ſine exceptione.10.q.2.in uerbo uendere.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio eſt omnis actus translatiuus,tam vtilis,quàm recti dominij.*
2 *Alienatio ſumitur quatuor modis.*
3 *Alienatio ſumitur etiam quando aliquid iuris transfertur, puta vſusfructus.*
4 *Verbum alienaſſe,videtur importare,quòd omne dominium, quod habet, ſit translatum.*

Cap. 44.

SImiliter ſub vocabulo alie-
1 nationis venit † omnis actus dominii, tam directi,quàm vtilis translatiuus, aut alicuius iuris in re,ita per Bald.in l.ſancimus.C.de reb.eccle.non alien.verſ. nota ꝙ uerbum,quia dicit tex.in c.poſſeſſiones.16.q.1.quòd res eccleſiæ non ſolum non poſſunt alienari,permutari,uel prædictis contractibus transferri, ſed nec quibuſcunque ti-
2 tulis, † vel diſtractionibus, uel ſub quocunque argumento concedi;& alienatio ſumitur quatuor modis per Bal.in Authen.hoc ius.C.de ſacroſan.eccle.& per Bal.conſi.51.colu.3. 1.vol.Primò videlicet proprijſsimè ſumpto uocabulo,utpote quando plenum transfertur dominium.l.1.& ibi glo. C. de fun.dota.Secundò modo propriè quãdo transfertur vtile dominium,veluti eſt in emphyteutico contractu.& emphyteuſi,ut Auth.de non alien.eccl.Barba.in rubr.huius tit. colu.8.nu.46.Tertio modo improprie, quando quis alienat vſufructum,vel vſum,vel aliam qualitatem rei, ut ſeruitus, per tex.in l.iubemus.§.fi.de ſacroſan.ecc.Quarto modo improrijſsime,& abuſiue,veluti quando res pignori obligatur. l.in quorum.ff.de pign.vbi Bar.& in l.qui habebat. in prin.ff. de leg.3.& hoc quando non eſt ſpes redimendi,puta quando tanti eſt obligata res,quanti valet,Alex.conſi.169. inſpecto.in fi.vol.6.Barba.in rub.huius tit.colum.xij.nume.71.refert,& ſequitur Rebuf.in repeti.cap.ſine exceptione.12.q.2. ubi dicit,quòd iſti quartuor modi poſſunt iudicio ſuo reduci ad duos tantùm,proprie,& improprie; proprie, qñ transfertur dominium directum,uel utile;improprie quando dominium rei non transfertur,ſed aliquid ius tantum, ut vſus-
3 fructus, † uel quando res pignori obligatur,Lud.Roma. ſingu.600.incip.tu ſcis,ut per Rebuf.ibidem, facit quòd habetur per Alex.in conſi.108.uol.6.uerſi.quarta ratione,vbi verbum alienaſſe,importare videtur,ꝙ omne dominium,quod
4 habet,ſit translatum in alium, † l.alienatum.ff.de verb.ſigni. cum concordan.

SVMMARIVM.

1 *Sub nomine alienationis venit conditio.*
2 *Quid ſit contractus conditionis.*

Cap. 45.

NOmine item alienationis
1 † venit conditio,per tex.in c.nulli.ext.eo.ibi, alienationis autem verbum continet conditionem, quod aliqui intelligunt pro contractu cõditionali per Ioan. Andr.& Butr. ibidem, quod non placet Floriano de Sancto Petro,quia inquit,cum prohibeantur omnes contractus, videntur prohibiti omnes ſub quauis forma ſtipulari & formati,& ſub forma conditionali;alij intelligunt pro contractu,quo prædia eccleſiæ obligantur ad aliquod onus tributi, id enim, quod eſt ſub tributo, regulariter eſt ſub conditio-
2 ne, † ſi tributum non ſoluat.Alij ſi res eccleſiæ efficiatur ſub iecta alicui oneri, & iuri, ut ſi prælatus aliquod ius in rebus eccleſiæ conſtituat,vel fiat actus, per quem ius in re acquiratur,quod nõ eſſet dominium,puta ius vſusfructus, uſus, uel alterius ſeruitutis realis,quia ſic alienare videretur, l.fi.C.de reb.alien.non liceat.12.q.2.& ita intelligitur tex.c.nulli.de reb.eccl.non alien.Hoſtien.in ſumma de cond.apos. per ea, quę adducit late Auguſt.Bero.in c.nulli.præallegato.col.12. uerſ.notandum.ubi ſubdit, ꝙ etiam poſſet intelligi, ſi prælatus promiſsionem,pactum,aut conuentionem faciat, quib. obligaret,uel rem eccleſiæ dare promitteret, ut ſi per ſtipulationem, vel pactum ex quo de iure Canonico poteſt agi &c.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio eſt quando uſus rei ad longum tempus transfertur.*
2 *Alienatio eſt quando vſus facti transfertur.*

Cap. 46.

INtelligitur, & alienatio,
1 † quando ſolus vſus ad longum tempus transfertur,per Bald.in Authen.hoc ius.uerſ.ſexto eſt. C. de ſacroſan.eccl.vbi dicit,quòd eſt conſiderandum,quòd ſi
2 vſus facti transfertur, † ꝙ uidetur eſſe alienatio; quia, ſi iſta commoditas transfertur ad longum tempus, licet proprie non ſit alienatio, tamen habet materiam prohibitam in loco alienationis,ne committatur,Fran.ca.hoc conſultiſſimo. de reb.eccl.non alien.in vj.

SVMMARIVM.

1 *Translatio ſolius detentationis eſt alienatio.*
2 *Omnes modi alienationis ſunt prohibiti, in quibus ratio prohibitionis militat.*

Cap. 47.

DIcitur quoque alienatio,
1 † quando transfertur ſola ſimplex occupatio, & detentatio rei,& ſi a nemine ſit alienatum, ſed ſolum inuaſum,& occupatum,largiſſime tamen loquendo,probatur, in l.quemadmodum,C.de agr.& cenſ.Abb.& Io.And.in c.Epiſcopi.de reb. eccle.non alien.ubi Aug.Bero.col.fi.uerſ.præterea.

Et omnes ſupradicti modi videntur venire alienationis
2 uocabulo, † quia illi modi in quibus ratio prohibitionis militat,cenſentur incluſi,alij minime,c.nulli.ext.eo.clem.1.eo. tit.in fi.c.2.eo.tit.lib.6. ſicut uidemus, ꝙ in tali alienatione veniunt etiam obligationes,quæ tamen alienationes non dicuntur,per Bartol.in l.cum lex.in fin. ff. de fideiuſſorib. Per quæ nideri poteſt, ꝙ multis contractibus, & multis modis contingere poteſt rerum eccleſiæ diſtractio, uel alienatio, hæc ſingulatim volui ponere,& enumerare,quia ſic melius materia declaratur,melius intelligitur, & percipitur, ut illa bene,& melius intellecta,facilius caueatur ab indebita vſurpatione,inuaſione,alienatione rerum eccleſiæ, & ab illicite ſuper illis contrahendo, vel diſtrahendo, præter formam a iure traditam.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitionem alienationis rerum eccleſiæ à Leone,& Anaſtaſio editam Imperator corrigit.*
2 *Prohibitio Leonis, & Anaſtaſij extenditur ad quaſcunque eccleſias, & loca pia.*
3 *Omne genus alienationis eccleſiaſticæ eſt prohibitum.*
4 *Data per principem eccleſiæ nullo modo alienantur.*
5 *Data eccleſię, vt non alienentur non poſſunt alienari etiam pro redemptione captiuorum.*
6 *Pactum interueniens,cùm res datur eccleſiæ debet ſeruari.*
7 *Etiam ruinæ rerum eccleſiæ non poſſunt alienari.*
8 *Pœna permutantis cum eccleſia de iure ciuili.*
9 *Pœna accipientis rem donatam eccleſiæ.*
10 *Pœna accipientis rem immobilem eccleſiæ in pignus.*
11 *Pœna accipientis rem in emphyteuſim.*
12 *Pœna donantis ſterilia eccleſiæ ex quibus ſit damnificatio.*
13 *Prohibita eſt alienatio rerum eccleſiæ in veteri teſtamento.*
14 *Item iure canonico,vocabulo alienationis largiſsimè ſumpto.*
15 *Sanctum eſt domino quicquid offertur.*
16 *Semel Deo datum,licet ſit alienum,non poteſt fieri profanum amplius.*
17 *Eſt ſacrilegus,qui putat ſemel Deo datum reuocare.*
18 *Pœnitentiam aget dolens ſe pauperibus dediſſe.*
19 *Quare ſit facta prohibitio alienationis rer.eccl.*
10 *Pro re eccleſiæ alienata eccleſia conuenit vel alienantem,uel poſſeſſorem.*
21 *Si eccleſia cepit vnum conuenire poteſt omittere, & contrà alium reintentare.*
22 *Eccleſia conſequuta ab vno rem,poteſt ab alio conſequi pœnam.*
23 *Qui rem eccleſiæ vendit,aut inuadit, ad altare non accedit.*
24 *Bona eccleſiæ ſunt collata pro remedio peccatorum.*
25 *Contractus alienationis rei eccleſiæ eſt inanis, & vacuus, & non transfert dominium.*
26 *Vſibus particularibus non applicetur illud, quod communi utilitate datum dignoſcitur.*
27 *Res eccleſiæ dicuntur eſſe pauperum.*

Source : BIU Cujas

28 *Alienatores niſi rem reſtituant excommunicantur.*
29 *Alienans poteſt repetere rem eccleſiæ alienatam, etiam contra proprium iuramentum.*
30 *Perpetua locatio eſt ſpecies alienationis.*
31 *Bona dotalia eccleſiæ non alienantur, nec præſcribuntur.*
32 *Bona ſunt tradita eccleſiis, ut victus catholicis ſubminiſtretur.*
33 *Bona data eccleſiæ ſunt data Deo.*
34 *Eccleſia habet dominium rerum eccleſiæ.*
35 *Datum eccleſiæ videtur datum proſalute animarum.*
36 *Deus in rebus eccleſiæ habet dominium.*
37 *Locus ſemel religioſus factus non tendit ad vſus ſeculares.*
38 *Ruente eccleſia, locus, in quo eſt fundata, remanet ſacer.*
39 *Papa ſacrum ad profanum reducit.*
40 *Nihil eſt impoſsible Papæ de iure poſitiuo.*
41 *Res eccleſiæ non ſunt dandæ cognatis.*
42 *De rebus eccleſiæ fiunt quatuor partes.*
43 *Extrauagans Pauli ſecundi ſuper rebus eccleſiæ non alienandis.*
Et conſtitutio Iulij III.
Et conſtitutio Pauli IIII.
Et Pij IIII.
44 *Quia eccleſia eſt mater religonis, ideo eius patrimonium conſeruetur illeſum.*
45 *Propter malos prælatos inuenta eſt alienationis prohibitio*
46 *Prohibetur alienari tam res parua, quàm magna.*
47 *Dictio quicquam, & aliquid quid importent.*
48 *Alienans prædium eccleſiæ, vel magnum, vel exiguum deponitur.*
49 *Rubric. de reb. eccl. non aliena. ſtat. negatiuè.*
50 *Datum eccleſiæ. vt non alienetur, non alienatur, etiam cum neceſsitate de iure ciuili.*
51 *Quilibet Epiſcopus iurat fidelitatem Papæ, & non alienare.*
52 *Papa habet omnia iura in ſcrinio pectoris.*
53 *Negligentia prælati præiuditialis etiam tacendo, aut omittendo punitur.*
54 *Prælatus tenetur ex dolo, vel culpa non leui commiſſa circà res eccleſiæ.*
55 *Prælatus de leui culpa tenetur, ſi ſcienter, de non leui ſi ignoranter.*
56 *Prælatus diſpenſans vltrà modos licitos peccat, & punitur.*
57 *Cuius ſint res eccleſiæ.*
58 *Prælatus alienans res eccleſiæ incidit in periurium.*
59 *In dubio res eccleſiæ ſemper preſumitur eſſe de menſa.*
60 *Prælatus tenetur refundere tantundem eccleſiæ, quantum omiſsit acquirere.*
61 *Rei appellatio eſt generalis, & quid veniat appellatione rei? hac materia.*
62 *In materia alienationis eccleſiæ appellatione eccleſiæ veniunt loca pia; Maxime quò ad ſeruandam ſolemnitatem.*
63 *Sex caſus, in quibus res eccleſiæ non poſſunt alienari.*
64 *Quod in vno eſt prohibitum, in reliquis videtur eſſe permiſſum.*
65 *Quæ diuiſim ſunt tradita facilius percipiuntur.*

De rerum eccleſiaſticarum alienatione. Rubri. 2.

Is ſic paucis præmiſsis circà ſignificatum verbi alienatio, eſt ꝙ aliquid dicamus de rerũ eccleſiæ alienatione, & an poſſint, vel non poſſint res mobiles, immobiles, iura, & actiones eccleſiæ alienari. Et videtur primo quòd non poſsint alienari modo aliquo res eccleſiæ, quia id videtur expreſsè legibus imperialibus inhibitum, quia eſt factus titulus per Impetatorem in auth. de non alien. aut permut. reb. eccle. in cuius Nigro Imperator primò corrigendo leges à Leone & Anaſtaſio ędi-
1 tas in prohibendis alienationibus rerum eccleſiæ, † quæ eſſent certis locis reſtrictæ, non amplæ, nec generales, nec amplexantes res cuiuslibet eccleſiæ vbiq; exiſtentis, extendendo & ampliando ad quaſcunq; eccleſias, & pia loca vbique terrarum exiſtentia interdicit, & prohibet vendi, donari,
2 commutari, in emphyteuſim concedi, dari inſolutum, † & alienari, uocabulo alienationis largiſſimè ſumpto, vt §. nos igitur. eo. ti. Item in authen. de eccleſiaſt. re. immob. alien. §. ſolutio. ibi, nuper igitur ſcripſimus legem ſanctiſſimis eccleſijs omnibus, & monaſterijs, & reliquis venerabilibus domibus, nullam eſſe eis rerum immobilium alienationis licentiam permittendam, & glo. ibi in verbo quo circa,
3 dicit, ꝙ omne genus alienationis rerum eccleſiæ †eſt prohibitum. Item in authen. de alien. & emphyteu. §. ea uerò, vbi ea quæ ab imperatore, vel Principe data ſunt eccleſiæ in
4 terdicitur, † quòd modo aliquo non vendantur, pignorater, ſupponantur, vel modo aliquo alienentur, & paulò poſt ibidem, modis omnibus prohibemus fieri alienationẽ monaſteriorum. Item & ibi, prohibetur iconomis, & alijs ordinibus, quod non faciant locationes, emphyteuſim, emptiones, aut hypothecas rerum immobilium eccleſiæ ſuis parentibus, filijs, aut alijs coniunctis; Item in §. ſanctiſsimas, prohibet, quod res non alienentur etiam pro redemptione
5 captiuorum, maximè ſi ſint datæ eccleſiæ cum hoc, † quod non alienentur. per tex. ibi, & per tex. in l. fi. C. de reb. alien. nõ alien. & in l. fi. C. de pact. inter empto. & uendito. pactum. n.
6 quod interuenit, † quando res datur eccleſiæ, ut non alienetur, ſeruari debet, gl. in auth. de aliena. & emphyte. in verbo alienat. Item per tex. præalleg. auth. de non alien. aut permutan. §. quod authoritate, vbi ne dum eſt prohibitum alienare bona immobilia eccleſiæ, ſed etiã ipſas ruinas, & ea, quæ
7 omnino deſtructa ſunt, & iacent in pauimento, ibi, † quod autem dictum eſt à nobis, vt nullius rei eccleſiaſticæ, aut pthociæ alienatio ſit permiſſa, ſancimus ualere, non ſolùm pro conſtantibus domibus ſubvrbanis, & hortis, ac agris, ſed etiam ſuper ruinis, ſiue exiguæ ſint ex terremotu, ſiue ex aliquâ alia cauſa ruina ſit; ſed etiam in his, quæ omninò deſtructæ ſunt, & iacent in pauimento, ſiue etiam puris ruinis nullum ædificium habentibus, neque materiam iacentem; non enim in illis alienationem fieri permittimus &c. Imò, ſi quis præſumat rem eccleſiaſticam emere, cadit in pœnam quia cadit ſtatim à prætio exburſato, & res empta poteſt ab eo auferri cum omnibus intermedij temporis fructibus, d. authenti. de non alien. §. ſi quis igitur.

Item ſi quis cum eccleſiaſtica re permutat, aut permuta-
8 re auſus fuit, † cadit in pœnam, ꝙ datam ſibi rem ex permutatione amittit, quę redit ad eccleſiam, & datũ per eum eccleſiæ pro re eccleſiaſtica remanet penes eccleſiam ablato ſibi iure repetendi; &, qui donatam ſibi rem eccleſiæ accipe-
9 re præſumit, † perdit rem donatam, & aliud tantundem de ſua ſubſtantia eccleſiæ reſtituere, & recompenſare tenetur, vt ibidem, d. §. ſi quis autẽ, & §. ſi aũt; & ſi creditor in pignore corporali audet eligere, & accipere rem immobilem ec-
10 cleſiæ, vel in ſuburbanis, aut agris, aut hortis, † cadit à prætio, quod exburſauit, illo remanente penes eccleſiam, §. ſi autẽ creditor; & ſi quis acceperit, vel accipere præſumpſerit in
11 emphyteuſim perpetuam rem eccleſię, cadit ab emphyteuſi, & quod per eum fuit datum, remanet eccleſię acquiſitum, & ad eccleſiam redit emphyteuſis, auth. eodem. §. ſi verò; item nec etiam bona immobilia ſterilia uendi, aut alienari poſſunt; &, ſi alienentur, contractus eſt nullus, & pro non facto habetur. §. ſicut, d. Auten. Item ab eodẽ Imperatore fuit factus alius titulus in fauorem rerum eccleſiæ, videlicet de eccleſiaſticarum rerum imobilium alienatione, & ſolutiõe, vbi exceptis caſibus ibi expreſsis generaliter prohibetur alienatio rei eccleſiaſticæ, & glo. in verbo quo circa. ibi, dicit, ꝙ omne ius alienationis eſt prohibitum; imò, ſi ſteriles res ſint per aliquem donatæ eccleſiæ, & ob earum ſteriliratem eccleſia ſit in aliquo damnificata, vel damnum, iacturã, ſeu detrimentum ſuſtinuerit, tales res debent dantibus reſtitui, vel eorum hæredibus, qui tantum de eorum facultatibus recõ
12 penſent eccleſiam, † quantum damnum ob illarũ dationem, vel receptionem ſuſtinuerit, per tex. in §. hoc autem, authen de alien. & emphyte. Item ultra ius ciuile eſt expreſſe interdictum res eccleſiaſticas alienari ordinatione veteris teſtamẽ-
13 ti † Leuit. Cap. 25. vbi Deus prohibet rerum ſuarum, & ſuæ eccleſiæ alienationem fieri, ibi, terra quoq; non uendetur in perpetuum, quia mea eſt, & cætera, & etiam per ius canonicum, nam videtur formata ſuper hoc cauſa 12. q. 2. per totũ, vbi in tex. & in ſumma dicitur, ꝙ res eccleſiæ nullo modo diſtrahi, & diſtractæ nullo modo poſſideri poſſunt, & gl. ibi
14 dicit, † ꝙ res eccleſiæ ſunt prohibitæ alienari, alienationis vocabulo ſumpto pro omni contractu, per quem dominiũ transfertur; ſed inquit in hac materia largiùs ſumitur, quòd nec etiam obligari poſſunt res eccleſiæ, & aliàs vt ibi; & per tex. in ca. 1. ibidem, qui Chriſti, & qui eccleſiæ pecunias aufert, veluti homicida damnatur, quia quicquid dño conſecratur, offertur, vel datur, ſiue fuerit homo, ſiue animal, ſiue ager, vel quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctifi
15 catũ erit domino, & inexcuſabilis erit omnis, † qui quæ Domino, & eccleſię comperant, aufert, vaſtat, inuadit, uel eripit, c. nulli. ea cau. & q. vbi gl. dixit, ꝙ ſemel Deo datum, † licet
16 etiam ſit alienum, non poteſt amplius effici prophanum, 17. q. 4. & ff. de rerum diuiſio. l. in tantum, c. iniuſtum, 12. q. 2. & habetur in tex. c. ſunt. 17. q. 4. ꝙ eſt ſacrilegus, qui putat illud, ꝙ ſemel Deo, & eccleſiæ contulit, eſſe reuocandum; quia, ſi quis emittit votum proprio impulſu, illud tenetur obſerua
17 re, † quia qui pœnitet, & dolet de eo, quod dedit pauperibus, de illo dolore ſiue pœnitentia, pœnitentiam agere debet,
18 vt per glo. fi. ibidem, & quare ſit facta lex prohibitiua alienationis rerum eccleſiæ dicit Imperator in auth. de eccleſiaſt. rer. immob. alien. in prin. ibi, facimus legem prohibentem
19 res eccleſiarum omniũ alienari, † quia uidebamus prædia, & poſſeſſiones paulatim alienari ſine dignis ſolutis prętijs, & ſine cauſa ineuitabili; Quia, ſi non eſſet interdicta alienatio rerum eccleſiaſticarum, eſſet periculum, ꝙ eccleſia ad nihilum redigeretur, per tex. in c. monemus, ea. cau. & q. vbi ſub vltione canonica interdicitur, ꝙ clericus, vel ſacerdos non
20 vſurpet, vel alienet rem eccleſiæ, vbi glo. dicit, † ꝙ pro re eccleſiæ alienata recuperanda poteſt cõueniri alienator, & poſſeſſor, & eccleſia habet electionem, vtrum malit conuenire: & ſi cœpit vnum conuenire, poteſt omittere, & contra aliũ

intentare

Source : BIU Cujas

21 intentare; & si ecclesia sit suum consequuta ab vno, potest denuo agere contrà alium alienantem, si agit ad pœnam
22 incursam pro alienatione: † non tamen si agit ad interesse, quia pœna unius non liberat alium.ca.deuotissimè. 12.q.2. gl.inc.si quis.in glo.fi.de reb.eccl.non alien.imo & ipsi Papæ videtur interdictum prædia ecclesiastica alienare, c.non liceat Papæ. eisdem caus.& quæstio. &, qui res ecclesiæ uen-
23 dit, uel inuadit,ad altare† non potest accedere,nec eius oblatio recipitur,& à sacramentis ecclesiæ est suspensus. per tex.cum ibi glo.in c.indignè.ea.cau.& q.ubi dicit tex.ualde
24 iniquum,& ingens sacrilegium est, † ut quæ pro remedio peccatorum,vel pro salute,& requie animarum suarum, vnusquisque ecclesiæ contulerit, ab his, à quibus maxime seruari debuissent,in aliud ttansferri, uel conuerti permitta tur, & proptetea accipienti,donanti,vel possidenti sit Anathema.Item bona ecclesiastica uendita,uel donata renocantur,& ecclesię,à qua distracta fuerunt,restituuntur,& reintegrantur. per tex.in c.uulturanę eo ibi, prędia culturę restituatis,& reuocetis, si qua sunt uendita, aut donata mancipia;possessiones etiam,quas ab Cumantio, & Opilione episcopis,uel cæteris quouis iure uideritis teneri, quia contrà constitutionem Synodi ab episcopis prędia alienari nullo potuerunt commento,nihilominus reuocentur;sit emptoribus ad eum recursus, qui præsumpsit aliquid de ecclesię
25 rebus,† illicita venditione distrahere; Immò contractus talis uenditionis,uel alienationis est inanis,& uacuus, nec in in emptorem transferri potest rei talis venditę dominium, per tex. cum ibi gl.c.quicquid.ea.caus.& q. immò honore priuat,& deponit, siue donator,siue vēditor, siuè alienator quicunq; ausus fuerit aliquod vel magnum,vel exiguum de rebus ecclesię alienare,dicit tex.vbi glo.in c.quicunque. 17. q.4.vbi glo.1.dicit,quòd,si statim restituereet, pœnā effugeret,& glo.seq.declarando dicit,intellige exiguum,si sit tamē utile ecclesiæ,subdens, quò in talibus alienationibus facien dis est multum attendendum, quod disponitur per leges municipales,quia ratio nulla permittit,ut proprijs cuiusquā
26 usibus applicetur illud, quod pro communi utilitate datū esse dignoscitur,c.ratio,eo.& legitur in c.sunt qui opes. ea. cau.& q.quòd qui putat reuocandum illud,quod semel ecclesiæ contulit, sacrilegium committit, item & qui contendit retinere relicta;siue legata sacris locis, ut c.sacrilegiū. ibidem,& in c.attendendam. eo. habetur ;qua pœna sit puniendus,qui ecclesiæ usibus dedicata uexare tētauerit; facit quia res ecclesiæ dicuntur etiam esse res pauperum,vel egē
27 tium,optimus tex.in c.qui res,de reb.eccle.alien. † cum ibi glo.& text.in cap.quoniam quicquid.16.q.1.meritò si non possunt alienari,quia habet interuenire consensus pauperū, uel egentium,quorum esse dignoscuntur, quia sine illorū consensu non ualeret alienatio, quia quod nostrum est, sine facto nostro &c.quia in vno quoque actu pars,quę habet interesse,debet citari,& audiri, l. de vno quoque. ff. de re iud.& bona ecclesiæ sunt pauperum quò ad substantiam, Io.And.& Perus.in c.fi.in fi.princ.eod.tit.lib.6.post Io.monac.& Pet.Rebuf.in compendio alien.rerum eccles.in uerbo id eligat; item est tex.in materia factus in ca. nulli licet, vbi expresse prohibetur sub pœna Leoninæ constitutiōis rem ecclesiæ immobilē alienari,vel hypothecari, alienatio nis vocabulo largissmè sumpto,& in ca.si quis præsbyterorum.ext.de reb.eccl.non alie. vbi alienatio facta de rebus ecclesię non tenet,& alienatores nisi rem restituant,excom
28 municantur,& quilibet clericus contradicere,†ac rem cum fructibus medij temporis repetere potest,vbi glos. fi. ponit quam actionem,& contra quem habeat ecclesia agere, cu ius bona fuerunt alienata,vbi glo.in alienatore dicit, quòd
29 † qui alienat in præiudicium ecclesiæ, etiam si iurasset non repetere, reuocare debet alienationem non obstante iura mento, quia est illicitum.c.intellecto.de iureiur.extra,& in c.possessiones.eo.in tex.cum gl.habetur,q̄ prohibita est per petua alienatio possessionum ecclesię.& in c. ad audientiā. eo.canonicus prædium ecclesiæ perpetuo locare non pōt,
30 † quia talis locatio non potest fieri,nec tenet de iure, & per glo.ibidem,quia est species alienationis,glo.in l.fi.C.de pac. pigno.& in l.1.§.quod ait.ff.de superfi.glo.in clem.1.de reb. eccle.non alien.in verbo prohibitus;Item dicit gl.in c. fi. de reb.eccl.non alien.in 6.& in uerbo immobili,quòd tam immobilia,quàm mobilia ecclesiæ alienari prohibentur. &c. & Glossator,siue Commentator in clem.1.de reb. eccle. nō alien.dum colligit notabilia,nota inquit,inhibemus perpetuo edicto,idest prohibemus statuto in æternum duraturo, quia uolumus quod istud edictum,siuè statutum de reb.eccle.non alien.sit perpetuum, ità quòd nunquàm alienentur res ecclesiæ &c.& bona quę sunt data, & assignata ecclesiæ
31 pro dote,uel in dotis causa, non possunt, † nec alienari,nec prescribi aliquo modo,per ea, quæ dicit Bald.in tractat. de dote in prin.per Alexan.consi.68.5.uol.Ias.in Authen. quas actio.C.de sacrosanc. eccle.per doct.in c.de quarta, & c. ad audien.de præscr. refert Bened.Canophil.in suo tract.de priuil.ecclesia.& personar.in titu.de aliena.rer.eccle. Item alia ratione videtur, quòd bona ecclesiarum non possunt alienari,quia sunt bona tradita, & assignata ecclesiæ,vt ex illorū fructibus victus catholicis subministretur; † quia est sciendum,quòd in primitiua ecclesia, feruescente calore fidei,
32 confluentes ad fidem uendebant omnia bona sua, & portabant,& deponebant prætium antè pedes Apostolorum,& ex illo uictus subministrabatur omnibus Christi fidelibus communem uitam degentibus, & inde fuit statutum per sacerdotes,& leuitas, quòd non amplius uenderentur prædia,sed ecclesijs traderentur, ut ex eorum fructibus,& pro uentibus elegantius uictus Christi fidelibus,& ministris sub ministraretur,c.euidentes 12.q.1. subdens tex. in fin.ideò si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus,qui hæc auellere nitatur, iam dicta comminatione feriatur; unde, si alienarentur,cessaret victus pauperum, & cessaret effectus, ad quem sunt talia bona assignata ecclesiæ, quod quidem non est dicendum.

Item talia bona ecclesiæ tradita,concessa, donata aut ob-
33 lata,sunt Deo data, † & oblata.c.res.12.q.2. & d.c.leuidētes, ibi,ecclesia enim,cuius caput est Christus,habet dominium
34 bonorum ecclesiæ, † quæ quò ad substantiam sunt pauperum,quò ad administrationem sunt clericorum,quò ad dominium sunt Christi,Ioan.And.& Perus.in d.c.fi.eo.titu. in 6.post Ioan.Monac.ipsę enim res fidelium oblationes appellantur,quæ à fidelibus Domino offeruntur &c. ut d.ca.res, quia homines talia offerentes ecclesiæ, habent respectum ad Deum,vt in c.nulli liceat.12.quæstio.2.d.ca. res ecclesiæ.12. q.1.ibi, dominio Abbatis & c.& de rerum permuta.c.municipia,& c. iniustum,& extrauag.ambitio.de reb. eccles.non alien.in princ.ibi, immobilia,& prætiosa Deo dicata.extrauag.com.& oblata ecclesiæ sunt dedicata vsibus secretorū cœlestium,c.attendendum.17.q.4.& datum ecclesię uidetur
35 collatum pro remedio peccatorū,& pro salute, † ac requie animarum,c.indigne.12.q.2.unde,cum sint ista Dei,non possunt sine Dei consensu alienari, quia quod nostrum est sine facto nostro à nobis euelli non potest,c.ab eo.de elect. lib. 6.& Deus in rebus ecclesiæ habet dominium, & possessio-
36 nem. †d.c.nulli.per Abb.in repet.c.cum esses. de testa. uers. quinto principaliter quæro, Afflict.decis.361. & semel Deo dicatum ad usus humanos amplius transferri non potest. c. semel Deo.de reg.inr.optima glo.in c. possessiones. in uerbo laicis,extr. de reb.eccl.non alienan.ubi locus semel re-
37 ligiosus factus ad seculares usus non reddit, † & Dyn.in d. regula semel, secundùm quod dicit ibidem Ioan. Andr. in mercurialibus,ponit exemplum in æde sacra, quæ si corruat,uel sit destructa,locus tamen,in quo erat fundata, uel
38 constructa,remanet sacer, † & ecclesiasticus.§.locus, instit. de rer.diuis.& in l.in tantum.§.sacræ,ff.de rerum diuis. & l. & sacra.ff.de contrahen.emptio.& ad illud,quod potest adduci de contrario in l.continuus.§.pen.ff.de uerbo.obl. ubi habetur,quòd bene est possibile, quòd res sacra fiat propha na,dic quod dicitur in regula semel,dicitur quò ad impossibilitatem iuris; quod uerò in l. continuus, quò ad potesta tem Papæ, qui potest sacrum reducere ad prophanum,
39 †& de sacro prophanum facere, sed quod illius solius potestati permittitur,impossibile reputatur.l.apud iulianum.§. fi.ff.de leg.1.secundum eundem Dyn.& nihil est impossibi-
40 le Papæ de iure positiuo, † quia Papa est super illud, immutat, contra illud dispensat.c.proposuit. cum concordant. de concess.prēben.imò illud reuocare potest, & facere,quod factum habeatur pro infecto,clem.una.de immunit. eccle.& dicit glo.in d.c.possessiones, quòd uestes, uestimenta altaris,ligna ecclesiarum,ex quo semel ecclesiæ, & Deo dicatæ non reuertuntur ad usus prophanos,unde nec alienari ab ecclesia,nec euelli possunt, & res ecclesiæ profectò res Dei sunt,nec possunt alicui dari,uel alienari,ca.quisquis.22.q.2.
41 ibi,non liceat autem fraudare quicquam ex illis, † nec cognatis proprijs dare,quæ Dei sunt,quia Sacerdos habeat illa cōseruare,& custodire.per tex.ibidem,paulo ante,ibi,omnium ecclesiasticarum rerum episcopus habeat solicitudinem, & dispenset eas tanquam Deo contemplante.

Item ex alio etiam non possunt res ecclesiæ alienari, quia fructus rerum ecclesiæ per Canones sunt destinati,ut de eis fiant quatuor partes,una uidelicet, Episcopo, alia fabricæ,
42 † tertia pauperibus,quarta ministris,c. quatuor,c.de redditibus.c.mos.12.q.2.meritò non possunt alienari,quia præiudicaretur istis portionibus, & personis, quibus sunt assignatæ; & deueniendo ad moderna tempora est facta super hoc extrauagans per Pau.2.incipien.ambitiose.eo. titu. extraua.
43 com.ubi omnium rerum, & † bonorum ecclesiasticorum alienatio, omneq; pactum, per quod ipsorum dominium transfertur,concessio,hypotheca, locatio,conductio ultra triennium

Source : BIU Cujas

trienium,infeudatio,& contractus emphyteuticus conſtitu tione perpetua, & ſemper valitura prohibetur; item ī literis Iulij III.incip. tranſumptum literarum apoſtolicarum appellatis in forma breuis in libris Bullarum,ſuper bonis eccle ſiaſticis alienatis edita die 23.Maij anni 1552. pontificatus ſui anno tertio,bona eccleſiarum alienata,locata,occupata, vel detenta contrà formam Bullę extrauag. ambitioſę,vel aliàs,nulliter,& in euidens damnū eccleſiarum,vocatis poſſeſſoribus,detentoribus,perquiſito ſuper nullitate, & inualiditate contractuum ad ipſarumeccleſiarum ius,& proprietatē reuocari & reduci mandatur,& iubetur, cogendo eos,qui indebitè illam poſſederint ad ſatisfaciendum de perceptis. Item in extrauag.Pauli 4 edita anno 1555. pridie idus Iulij, vbi adhęrendo conſtitutioni Papæ Simachi, qui prædium eccleſiæ pro aliqua neceſsitate quouis modo alienari,& iura eccleſiæ in vſumfructū dari prohibuerat,de qua in c. quicunque, 17.q.4.& in c.ſi quis prębyterorum,de reb.eccl.non alien.&inhærendo etiam,conſtitutioni ambitioſę.idem Paulus Quartus omnes alinationes,conceſsiones,pmutationes,hypothecas,& obligationes,de quibuſuis reb.eccleſiæ tam mobilibus,quam immobilibus,iuribus,& actionibus,vltrà triēnium factas,& inſtrumenta,& cōtractus deſuper celebratos reſcindit,caſſat,annullat,& irritat;idem ſtatuit Pius Quartus per ſuam conſtitutionem editam anno 1565.quintodecimo Kalen.Iunij,& dicit Rebuff.in compendio alienationum rerum eccleſiæ in verbo,ne quis,quòd epiſcopus non poteſt alienare res eccleſiæ;quia,ſicut eccleſia eſt mater religionis,
44 ità eius patrimonium † conſeruari debet illæſum.l.iubemus, in fi.C.de ſacroſan.eccl.& propter malos prælatos prohibi-
45 ta eſt alienatio, † qui fortè omnia bona eccleſiæ alienarent, Rofred.in tract.libello.rub.de reb.eccl.alien.verſic. prohibita,ſubdens idem Rebuf.& licet iſte tex.prohibeat epiſcopo alienare,idem quoque eſt dicendum in Papa, c.non liceat Papæ 12.q.2.& idem etiam ſtatuitur in Cardinalibus, d.c nō liceat,ibi,cuſtodes, idem Archiepiſcopo, & in quocunque alio prælato,vel clerico, Præpoſit.in c.ſequen.& idē in alijs Rectoribus,Abbatibus,& alijs miniſtris eccleſiæ, quos Rebuff.enumerat ad longum ibidem,& idem Rebuff. ibidem in verbo quicquam,quòd per verbum quicquam in tex.d.c. ſine exceptione.poſitum prohibentur alienari tā res paruæ,
46 quàm res magnæ; † nam dictio, quicquam,& verbū aliqua, verificātur etiam in re minima, Authē.habita.ne fil pro pat. glo.in clem.una,de for.compet.in verbo omnia, Tiraquel. in repeti.l.ſi unquam,C.de reuocan.dona.nu.16.vbi dicit, quòd tamen importat dictio,quicquam,quantum dictio,ali
47 quid; † per glo.in extrauag.ſuſcepti, §.fi.verſ.& ſi quicquam, ne ſede vacan,extrauag.cum Dec.conſ.455.nu.6.& conſil. ſeq.nu.3.imò deponitur alienans prædium eccleſiæ magnū,
48 † vel exiguum,c.quicunque.16.q.4. & ibi vide reſponſum, & intellectum nouum ad tex.in c.Terulas; & quod ſint prohibitæ res eccleſiæ alenari,patet per omnes Rubricas de reb. eccl.non alien.in decretalibus,in 6. in cle.& in Auten.de nō
49 alienan.aut permutan. † quæ cum loquantur negatiuè,in tātum diſponere videntur,quòd licet eas allegarę pro nigro, dicit glo.ordinaria,l.1.ad fin.C.ne fideiuſſo.vel manda. dot. dent.in rub.C.ne lice in vna ead.cau.not.glo.in prohęmio in 6.ſuper verbo titulis,& in tantum procedit prohibitio,quòd
50 ſi res ſint relictæ eccleſiæ cum hoc,† quòd nō poſsint alienari,etiam in eminente neceſsitate alienari non poterūt de iure ciuili,Glo.eſt in verbo alienare,§. ſanctiſsimas, authen. de alienat.& emphyteu.& prælatus regulariter non pōt vendere
51 aut alienare bona eccleſiæ.cùm quilibet epiſcopus, † qui immediate ſubeſt Papæ, iuret fidelitatem Papę, & non alienare inconſulto Romano Pontifice bona eccleſiæ;&ſtylus obtiner,quod ponatur in bulla prouiſionis epiſcopatus,vel præ laturę; & ita etiam iurant epiſcopi,qui ſubſunt Metropolitano,vt habetur,c.cum ego,de iureiur.c.ut ſuper,c.fina.de rebus ecc.non alien declarat Bald.c.1.in fi.princip. qui feud. dar.poſſ.& quod habetur in l.iubemus,C. de ſacroſan.eccle. ſubdens,quod,ſi epiſcopi impetrant licentiā à Papa uenden di,uel alienandi,non facta relatione iuramenti, ualebit nihilominus alienatio,nec erunt periuri;per Io.And.in nouella, d.c.ut ſuper,&ratio eſt,quia,cum ſit de iure communi, ꝙ epiſcopi prębtent tale iuramentum,ut iuribus allegatis,eſt pinde,ac ſi foret expreſſum.& ſpecificatum, cum Papa om-
52 nia iura in ſcrinio ſui pectoris † habere præſumatur,c. 1. de conſtit.in 6.& facit, quia ne dum non uidetur eſſe licitū res eccleſiæ alienari,uendi,uel diſtrahi, ſed imò cū bona cura, & diligentia cuſtodiri,& conſeruari mandantur;&, ſi in eis uel circa eas cura leuis,aut negligentia ſit adhibita,etiam ta-
53 cendo,uel omittendo aliquid,† propter quod ſit aliquo modo læſa,aut prębiudicata eccleſia, punitur ille, cuius curę, cuſtodiæ,aut gubernationi ſunt demandate,per ea, quæ dicit glo.in c.placuit,el 2.16.q.3.Abb. in c.auditis,de præſcript, colum.x.nu.34.ibi,taciturnitas prælati nocet eccleſiæ,in quo læſit eccleſiam permittendo prębſcriptionem contrà eam currere &c. per eum in c.ex præſentium.de pigno. uerſ. nota tertio. ibi, nam per iſtum text. dic quòd hæres ſuus poteſt compelli ad ſatisfactionem faciendam &c. & ſi dolo, uel
54 culpa prælatus,aut Rector lædit eccleſiā, tenetur eccleſiæ, intelligendo † tamen de culpa non leui.per Inn.in c.cum in officijs.de teſtam.quamuis ipſum teneri etiam de culpa leui ſit tex.apertus in l.quicquid.C.arbit.tutel.facit tex.in l.ſi res, ff.de admin.tutor.& gloſ.in c.ea,quæ.de offic.ord.tamen ea dem glo.dicit,quòd non tenetur de negligentia, niſi craſſa,
55 ideſt,lata,vnde uidetur quòd teneatur de leui culpa, † ſi deliquit ſcienter,& de non leui ſi ignoranter,ſi ex negligentia; ubi etiam dicit,quòd tenetur eccleſiæ,ſi fecerit gratiam alicui de rebus illius,per Inn.d.loco; Tertio ſi paſſus eſt rem eccle ſiæ præſcribi propter negligentiam ſuam; Quartò ſi fructus, & redditus eccleſiæ conuertit in uſus inhoneſtos,c.1.12.q.4. dico aliqua in meo tractatu Spoliorum eccleſiaſticorum, in quæſtione de poteſtate eccleſiæ,uel prælati circà fructus, & res eccleſiæ & c.uerſ.& licet clericus & c.quia, ſi clericus
56 extrà modos licitos diſpenſat res, † & fructus eccleſiæ, peccat,& poteſt puniri,adeò quòd quandoque ab eccleſia remouetur,c.2.de pecu.cler.quia bona eccleſiæ quò ad uſus,& ſubſtantiam,ſunt pauperum,& egentium perſonarum,unde
57 alienari uon poſſunt,glo.in c.2.de reb.eccl.non alien.in glo.
58 egentium, † &,ſi prælatus alienat, committit periurium alienando,per ea,† quæ dicit Bal.in c.1.in princ.col. 7.uerſ.dicit Innocen.qui feu.dar.poſſ.maximè ſi ſit res eccleſiæ de mē-
59 ſa ècclesiæ, † prout eſſe in dubio ſemper præſumitur, quam prælatus in tempore ſuę promotionis promittit,& iurat cō ſeruare,& non alienare,nec alienationi conſentire, nec infeudare,c.ut ſuper.de reb. eccleſ.non alien. ubi optima glo. in uerbo ſacramento,ubi Abb.& alij,& gl.appellat illud iuramentum,iuramentum fidelitatis,quod epiſcopi præſtant Papæ,& ſuo Metropolitano, latè ponitur per Franc.Paui.in tract.deuiſit.2.parte q.5 num.118. & dicit Hoſtien.in c.non liceat,de reb.eccl.non alienan.quod cauere debet prælatus ea,quæ inuenit in eccleſia,ſalua tenere,abſurdum eſt enim, ut eccleſiæ,cui de ſuo nihil dedit,damnum inferat, & eius bona diſtrahat.c.epiſcopi.de reb.eccl.alienan. & nedum uidetur permiſſum prælato poſſe alienare bona eccleſię, imò
60 ſi prælatus ſine iuſta cauſa non acquiſiuit, † eccleſiæ, tenetur de ſuo ſatisfacere illud, quod omiſit acquirere, per Abb.in cap.tua nuper,de his, quæ fiu.à præla. ubi dicit, ꝙ quemadmodum tutor, qui potuit acquirere pupillo, & nō acquiſiuit, tenetur pupillo.l.quicquid.C.arbit.tutel.ità pari modo tenetur eccleſiæ Prælatus.per tex.cum glo.cap.2.12. quæſtio.4.ſequitur Aug Bero.in ca.nulli. ext. de reb eccle. col.24.num.65.uerſ.in glo.ubi etiam dicit, quòd bona prę-
61 lati ſunt tacitè hypothecata eccleſię pro mala adminiſtratione, quaſi innuens, quòd, ſi potuit acquirere, & omisit, eius bona ſunt pro tali damno obligata; & quia rei appellatio † eſt generalis.l.j.ff.ſi cer.per.l.rei ff. de uerb. ſigni. ſub rub.ſub prohibitio. alienatio. rerum eccle.comprehendun tur fere omnia;nam primò comprehenduntur res ſoli, itē coloni, ſeu mancipia ruſtica, quæ inter immobilia reputan tur.c.nulli. extra eo.l.lex,quę.C.de admi. tut. item pecunia deſtinata emptioni prędiorum, quę inter immobilia reputatur.l.quid ergo. §.uſuras, ff. de contra. & uti. actio. tute. item annui redditus, ueluti decimę, cenſus, & poſſeſsiones,c.eccleſię,c.ſtatuimus,16.quęſtio.1.cap.ſuper.ext.eo.ca. monemus, cum ſequen.22.qō.1. item uſusfructus eccleſiæ debitus, uel ex rebus eccleſię alteri uenditus; item & alię ſeruitutes prędiales,ac ius obuentionis,ca. non liceat. 12.q. 2.item uſus rerum.l.iubemus.in fin.C. de ſacroſanct. eccle. clem.1.eod.titu.item feuda, & iura emphyteutica.ca. nulli. cap.fina.eo.ca.quę in eccleſiarum,de conſtit.c.1. de reſtitu. in integrum.item res mobiles,ſacrę, & alię res non ſuperuacuę,& quę ſeruando ſeruari poſſunt.d.l.lex, Abb.in c.con ſenſus.eo.c.aurum.12.q.2.c.caſellas,1.q.2.c.1. de pigno.& in hac materia huius rubricę appellatione eccleſię comprehenditur omnis locus pius, ut intelligantur prohibitę alie-
62 nari, † nedum res eccleſiæ, ſed omnium locorum piorū, quia appellatio eccleſię hic largè ſumitur, nam propriè loquendo eccleſia non comprehendit monaſteria, nec loca pia. per Ioan.Andr.in cap.2. de in integrum reſtit. iu 6. per Abb.in cap.ſecundo, de conſuetud. latè per Auguſt. Bero.in rubr.de rebus eccle.non alienan. uerſic. notandum eſt,colum.fin.& per eundem in ca.nulli.eo.colum.antepenul.num.86. ubi dicit, quòd quò ad ſolemnitatem obſeruandam in alienatione rei ęquiparantur eccleſię, & alia loca pia, ueluti hoſpitalia, & ità per communiter ſcribentes, ut per Anton. & Ioan. de Imo. ibidem, ſubdens idem Auguſt.& probatur ex hoc tex. intelligendo, quòd ſe referat ad conſtitutionem Leonis, de qua in l.iubemus, la 2.C.de ſacroſan.eccle.& ad omnem eius extenſionem,nam

lex

Source : BIU Cujas

lex illa extenditur à Iustiniano ad omnia loca pia, Auth. de non alie. §. 1. omnia igitur in dictis iuribus dicta censentur posita, & expressa in hoc Canone, arg. l. omnes. C. de præscr. 30. anno. faciunt no. per Bal. in l. prætor, §. ait, in fi. ff. de vi bo nò. rap. per Bero. d. loco. Per quæ nimis longè forsan deducta, videtur interdictum clericis, & quibuslibet aliis personis res ecclesiæ alienare, de eis disponere, aut sese in illis modo aliquo immiscere alienando.

De quo quidem ego valdè dubito, quia reperio multa esse in contrarium, adeo vt veritatem se aliter habere magis credibile videatur; nam siuè velis de rebus mobilibus ecclesiæ, siue de immobilibus, siuè de sese mouentibus, siue de redditibus, iuribus, & actionibus, siuè de vsu, vsufructu, & possessione, siuè de pecunia, ac censibus ecclesiasticis, & de rebus ecclesiæ cuiuslibet generis, videtur esse permissum iure vendere, permutare, in emphyteusim concedere, donare, etiam largissimè sumpto vocabulo omnino alienare, & illas siuè iure directi dominij, siuè vtilis quò ad proprietatē, & vsum omnino, per quemuis passim, & vbique possideri, & haberi, pro vt per inferius deducta apparebit, & per iura, & doctorum authoritates constare faciemus, quia dicit gl. in Authen. hoc ius, C. de sacrosanct. eccles. quòd sex tantum
63 sunt casus, quibus res † ecclesiæ alienari nō possunt; Primus quando res immobilis datur à Principe ecclesiæ, quia tunc nulla de causa alienari potest, vt d. Authen. quæ sumitur ex Authen. de aliena. & emphyteu. §. ea verò, exemplo etiam sacræ paginæ Genes. capitu. 47. vbi propter famem redimendam omnis terra habitatorum Aegypti fuit alienata Pharaoni præter possessiones, & terras sacerdotum, quæ à Rege illis traditæ fuerant &c. Secundus, quādo quis ipsam ecclesiam alienat, quod fieri nō potest modo aliquo, vt in Auth. multò magis. C. eod. Tertius, quando ipsemet emeret, vel cognato venderet, vt, Authen. quibuscunque modis; Quartus casus est, quando res ecclesiæ est data, vel donata cum ista conditione, vt non alienetur, sed semper habeat permanere in ecclesia. Authen. de alien. & emphyteu. §. sanctissimos. Quintus casus est, quando quis venderet rem ecclesiæ hæretico, cui alienare res ecclesiæ est penitus interdictum, Anthen. de ecclesia. titu. §. iubemus. Sextus casus est, vt Authen. de eccles. titu. §. sin autem, vbi annuale legatum ecclesiæ, vel pijs locis, nullo modo alienari potest; vnde, si istis tantum sex casibus est prohibita in rebus ecclesiæ alienatio, valet argumentum, quòd in cæteris omnibus est permissa, &
64 concessa, quia † quod in uno est prohibitum in cæteris regulariter videtur esse permissum, l. necnon, §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior. erit longa hæc lectio forsan, quæ te benignissime lector tædio afficiet, sed erit quòd nobis ignoscas, bonique consulas, quia materia ardua est, & quanto accumulatius, & copiosius erunt eius particularitates à nobis pertractatæ, tanto minor erit labor legentis in reuoluendis chartis, perscrutandis dictis authorum, pro huius materiæ locis inuestigandis; vnde pro meliori, & faciliori perceptione materiæ de singulis speciebus rerum ecclesiasticarum, il
65 larumque alienationis ponemus, quia illa † quæ diuisim, & distinctè sunt tradita melius percipiuntur, & facilius intelliguntur, l. 1. in princip. iuncta gloss. ff. de dol. except. las. consilio 24. columna 2. libro primo.

SVMMARIVM.

1 *Non uidetur à iure prohibita alienatio rerum mobilium ecclesiæ.*
2 *Quòd non reperitur prohibitum regulariter, uidetur permissum.*
3 *Quod non est immutatum, stare non prohibetur.*
4 *Leges ciuiles loquentes de prohibitione alienationis rerum ecclesiæ loquuntur de immobilibus.*
5 *Leges ciuiles disponentes circa res, & personas ecclesiasticas non debent attendi.*
6 *Ratio quare leges ciuiles circa res ecclesiæ reperiuntur canonizatæ.*
7 *Principes laici non possunt statuere circa res ecclesiæ.*
8 *De iure Canonico est prohibita alienatio rei mobilis.*
9 *Verbum, pecunia, omne quod habent homines complectitur.*
10 *Verbum pecunia, complectitur & iura.*
11 *Pecunia propriè sumpta inter mobilia connumeratur, & alienatur.*
12 *Verbum res, est generale comprehendens omnia.*
13 *Res mobiles alienantur forma tradita à iure. Item immobiliæ.*
14 *Res ecclesiæ non sunt prohibitæ alienari, sed bene nisi seruata solemnitate.*
15 *Res ecclesiæ mobilis præscribitur, & usucapitur spatio 30. anno.*

Rubrica. 3.

De rerum mobilium Ecclesiæ alienatione.

ET loquendo in primis de reb. mobilibus, de quibus primo loco dicemus, tur, q sit licitum illas vendere, permutare, dona-
1 re, & illas quouis modo alienando contractare, † quia in illis, & super illis non videtur, quòd sit facta aliqua alienationis prohibitio; quia iura, quæ prohibent alienationem, non vāt loqui de rebus mobilib. & super reb. mobilib. sed de, & sup immobilib. tm siuè legas tex. in l. iubemus, C. de sacrosc. eccl. siuè totum titulum, de non alien. aut permutan. reb. ecclesi. in corpore Authenticorum, siuè totum titulum de ecclesiasti. rer. immob. alienatio. siuè solutio. siuè titulum de alienatio. & emphyt. qui fuerunt facti, & formati ab Imperatoribus in fauorem rerum ecclesiarum, & ad prohibendum illarum alienationem; vnde, cùm non uideatur prohibita alienatio generaliter, & indistinctè de rebus omnibus, & expressè etiam de rebus mobilibus, intelligere debemus de
2 eis esse permissum, † quia quod non reperitur prohibitum regulariter intelligitur, & videtur permissum, l. nec non, §. quod eis, ff. ex quib. cau. maior. & facit regula, quod non est immutatum, stare semper non prohibetur, l. conficiuntur,
3 ff. de iur. codicillo. † quia leges, & Canones prohibentes res ecclesiæ alienari, loqui videntur de rebus immobilibus tan-
4 tùm, † non autem de rebus mobilibus, vt iuribus prælegatis per totum, facit optimè tex. in c. non liceat. ext. de reb. eccle. non alien. ubi cantat litera formalis, nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ, siuè agrum &c. vbi nihil habetur ordinatum, vel prohibitum super re mobili; ergo videtur re mansisse res mobilis in dispositione iuris communis, vt in ea sit libera potestas prælati, qui de illa possit disponere, & in illa possit esse liber administrator, & arbiter, vt in re sua, l. in re mandata, C. mandati, Hostien. in c. 1. de his quæ fiu. à præla. habetur hoc in glo. in Authen. de non alien. in uerbo huiusmodi, ubi quęrit, quid de mobilibus, respondet inquit mobilia possunt benè alienari, cùm non inueniatur prohi-
5 bitum, † ut, ff. ex quib. caus. maior. l. nec non, §. quod eis, per eadem glo. adducta, sed non est prohibitum, scilicet de iure ciuili, quia iura ciuilia supra adducta non uidentur prohibere rei ecclesiæ mobilis alienationem; quæ iura in casu isto putarem posse dici, quòd non deberent attendi, vel ligarent, dato etiam, q sint promulgata in fauorem ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum, cùm Princeps sæcularis nullam dignoscatur habere iurisdictionem, uel potestatem in rebus ecclesiæ aut personis ecclesiasticis, per tex. in c. ecclesia sanctæ mariæ. ext. de constitu. & c. bene quidem. 96. dist. vbi laicos manet obediendi necessitas, non authoritas imperandi; & licet forsan possit dici, q ista iura fuerunt ap-
6 probata à Papa, acceptata, & canonizata, † ut c. nulli. de reb. eccles. non alien. ext. respondeti potest, ut per Docto. maximè in additio. ad glo. c. 1. de rebus eccl. in 6. Guido. Papæ cō silio 149. D. Petr. Rebuf. in repetitio. c. sine exceptione, 12. q. 2. quod ideò fuit per Papam factum ad ostendendum affectum Imperatorum, quem gerebant aduersus ecclesias, & illarum bona; quia Principes laici benè possunt dare priuilegium clericis, & rebus ecclesiarum, & facere in fauorem
7 illarum; non tamen per hoc intelligitur, † quòd possint super illis, & circa illos imponere leges. Glo. in c. fi. de reb. eccl. nō alienan. in uerbo principes, quia de iure Canonico, & de iure Ecclesiæ benè est prohibita etiam res mobilis alienari,
8 † habetur in tex. in c. qui Christi, 12. q. 2. ubi pecunias quis distrahere, uel ab ecclesia alienare non debet, & uerbum, pecunia, ibi intelligi potest largo modo, & largo uocabulo, ut
9 importet totum, † quod homines habent in terra, ut omnia, quorum domini sunt, pecunia uocantur, seruus, uas, ager, arbor, pecus; quicquid horum est pecunia dicitur, c. totum. 1.
10 q. 3. & ibi glo. dicit, † quòd etiam iura complectitur nomen pecuniæ, l. pecunia, ff. de uerborum significatio. & pecunia propriè sumpta pro nummo connumerantur inter res mobiles, & potest alienari per solum prælatum, per Abba. cap. nulli liceat. de reb. eccle. non alien. colu. 3. uerficu. de pecu-
11 nia, † quia est de illis, quæ seruando seruari non potest, per Cardi. Zabar. in cap. cæterum. de dona. item est text. in capit. nulli. 12. quæstio. 2. ubi quod Domino semel conseruatum est, siuè fuerit homo, siuè animal, siue ager, &c. ad ius pertinet sacerdotum; & denique uidere est per totam illam causam, & quæstionem, ubi in mille locis habetur expressè prohibitum rem ecclesiæ mobilem alienare; item in text. in capitulo consensus, capitu. episcopi, cum multis aliis. de rebus eccles. non alienan. uidetur text. in capitulo primo. de reb. eccles. non alienan. in 6. secundùm opinio. glos. cap. 2. eod. lib.

Source : BIU Cujas

lib.vbi dicit,quòd tam mobilia,quàm immobilia bona ecclesiarum non possunt alienari,in verbo immobilia,est tex. in capitu.nihil est.ext.de elect.vbi habetur, quòd nihil omnino de reb.eccle.alienetur;item in tex.in capitu. indemnitatibus,§.si vero,de electio.in 6.ibi, ita tamen,quòd de reb. monasterij nihil alienetur,optimus tex.in extrauagã.ambitiose.extrauag.com.nostro tit.& ibi,omnium rerum & bonorum ecclesiasticorum &c.in quibus iuribus Papa utitur verbo,& vocabulo rerum,quod est nomen generale com-
12 prehendens res cuiuslibet generis,† & cuiuslibet speciei ,ll. rei appellatione.ff.de verbo.significa.glo.in cap.Saluator,1. quæst.3.in verbo ecclesiastica;vnde meritò de qualibet re tã de mobili,quàm de immobili intelligi habet;quia verba generaliter prolata debent generaliter intelligi,l.de pretio,de publi.in rem acti.& in extrauag.ambitiose, vtitur Papa isto verbo,omnium,quod est signum, vel terminus vniuersalis, vniuersaliter omnia amplectens.& dicit Abba. d. cap. consensus,de reb.eccl.non alienan.nume. 5. quòd rem mobilẽ prælatus non potest alienare sine consensu superioris, & sine solennitate;vnde infert quòd videatur prohibita alienatio,sed est tex.qui decidit in cap.relatum,el.2.de testam. qui dicit,quòd tam mobilia,quàm immobilia acquisita per ecclesiam debent penes ecclesiam remanere , pro quo vide Lauren.de Rodulph.in repeti.capitu.sine exceptione, 12. q. 2.in sua quæst.27. vbi disputat, an dispositio prohibitiua de non alienandis rebus ecclesiæ,extendat se ad immobilia tã tùm,an vero ad mobilia,late per August.Bero. in cap. nulli. ext.de reb.eccl.non alienan.mihi,colum.30.uersicu. ex quibus,ibi,nam mobilia,quæ seruando seruari nõ possunt,possunt alienari sine decreto,& solennitate;mobilia verò, quæ possunt seruari,non alienantur sine solennitate &c. Sed dũ dicitur esse prohibitum alienare res mobiles ecclesiæ est
13 †intelligendum,videlicet quòd nõ possunt alienari passim, & indistinctè,quia benè possunt alienari permissione Canonica in casu licito requisitis solemnitatibus interuenientibus;quia non est verum, † quòd res ecclesiæ etiam cuiuslibet generis,sint prohibitæ alienari indistinctè,sed benè non seruata solemnitate,& sine causa,per Abba. cap. non liceat. de præscriptio.colum.3.versi.& circa,per Hostien. in cap. 1. de his quæ fiu.à Præla,ibi,non liceat fieri alienatio rei ecclesiæ,quod est verum sine solemnitate, quemadmodum bona minorum intelliguntur prohibita alienari, & dari in dotem sine causa,per glo.cap 1.de reb.eccle. non alien. ibi passim,& sine causa;ex causa tamẽ potest,quia res ecclesiæ mobiles, vel sint fructus , uel sint de illis,quæ seruando seruari non possunt, vel sit res mobilis sacra , siuè sit pretiosa , aut aliàs alterius generis,omninò permissione legis, & canonis alienari possunt, per glo.quæ id dixit,cap.is cui,de electio.in
15 6.in verbo immobilia.ubi,si uoluisset †Papa,quòd alia mobilia alienari non possent , hic generaliter loquutus fuisset &c.quia etiam res ecclesiæ mobilis præscribitur & vsucapitur spatio triginta annorum,vt C.de præscrip.30.anno.l.omnes,& Authen.de eccles.titu.§.pro temporalibus.collat.9.& titu hæc constitutio innouat. Glos. in §.res fisci, Institutio. de vsucapion.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ecclesiarum possunt vendi prætio etiam pro tempore vitæ prælati.*
2 *Fructus non sunt adiuncti sacris,vel spiritualitati.*
3 *Episcopus non potest statuere,quin fructus uendantur.*
4 *Canonicus non locat fructus vltra uitam suam.*
5 *Locatio etiam non finita expirat morte prælati,nisi sit solemnitas facta.*
6 *Fructus,qui non possunt commode seruari,alienantur etiam sine consensu superioris.*
7 *Non reperitur prohibitum, quin fructus decimarum, & ecclesiæ venduntur.*
8 *Clericus potest obligare fructus etiam sine consensu episcopi.*
9 *Quod dicitur,quòd clericus locat,& uendit fructus, non extenditur vltra suam uitam.*
10 *Clericus usufructuarius potest cedere vsusfructus authoritate superioris.*
11 *Successor tenetur stare locationi per præcessorem solemniter factæ.*
12 *Quis tenetur ad restitutionem,si prælatus, qui pro tempore futuro locationis perceperit fructus eo anno moriatur.*
13 *Prælatus ultra tempus uitæ suę non locat res ecclesiæ.*
14 *Prohibitus alienare non intelligitur prohibitus uendere fructus.*
15 *Hodie prælati locant , & uendunt fructus ad modicum tempus , & sine capitulo.*
16 *Longum tempus dicitur decem annorum.*
17 *Locatio,& arrendatio rerum ecclesiæ non fit ultra 3.annos.*
18 *De fructibus quos facit suos prælatus alienat in quantacunque summa uult.*
19 *Quid dicatur nimium Statur determinationi consuetudinis.*
20 *Non donat prælatus de fructibus ne minimum,nisi adsit consuetudo.*
21 *Quinam sint fructus,quos prælatus facit suos.*
22 *Prælatus facit fructus suos perceptos & reconditos.*
23 *Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus.*
24 *Secundùm multorum opinionem clericus nullos fructus facit suos.*
25 *Tutor sine decreto iudicis alienat fructus.*
26 *De reditibus ecclesiæ debet subueniri clericis , & laicis indigentibus.*

Rubrica. 4.

De fructuum Ecclesiasticorum alienatione.

QVòd autẽ fructus ecclesię alienari possint, est tex.in cap.fi.ne prelat.vice.
1 sua.ubi fructus beneficiorum, † & ecclesiarum prætio uenduntur,clemen.1.§.fin. & ibi glo. in uerbo ad tempus.de rebus eccle.non alienan.ibi,quòd locatio,& uenditio fructuum ad modicum tempus non includatur in prohibitione,per Fede.de Sene.in consilio 123.incip.quæritur an constitutio; & venduntur nedum ad tẽpus certum,& specificatum,sed & pro toto tempore uitæ prælati,uel beneficiati,per Præpos.in cap.sed ad hæc, 1. q. 1. ubi dicit,quòd percipiendos fructus ex præbenda,& beneficio emere licet, quia fructus non sunt sacris adiuncti officiis,
2 †cùm etiam à laicis haberi possint;quia fructus beneficii,& ecclesiæ,non sunt,nec possunt dici annexi spiritualitati, per Archid.d.cap.sed hæc.1.quęst.1.est text.apertus.in capitu.uestra, ubi Abba & alii ext. locat.ubi colligunt Doctores , ꝙ episcopus non potest facere statutum, quin fructus ecclesiarum locentur,uel uendantur,quando id esset in præiudi-
3 cium ecclesiæ,†est tex. cùm ibi glo.in Clemen.1 in fi. de rebus eccle.alien.Abba.in cap.ad audientiam.ext.eo. ubi di-
4 cit,quòd Canonicus†ultrà tempus uitæ suæ non potest locare fructus suæ præbendæ;unde,si locauit ad certum tempus,& moritur ante locationem finitam,expirat locatio,nisi in locatione interuenerit authoritas superioris, idẽ Abb. in cap.continebatur.de his quæ fiu.à Præla.uersic.limita,ubi prælatus concedit res suæ ecclesiæ ad uitam suam tantùm, quod potest,quia tractatur tantùm de sui ipsius solius præiudicio,alleg.Fede.de Sen.consi.53.Abb.cap. non liceat.de re-
5 bus eccle.non alienan.†ubi dicit,quòd illa, quæ commodè
6 seruari non possunt,†possunt alienari, veluti sunt uestes,& fructus,per Bellamer.in cap.Abbatibus.12.q.2.colu.3.uersi. expone,quod fructus,qui seruari non possunt, potest prælatus alienare sine consensu superioris,quia in illorum retentione damnificaretur ecclesia;optimus tex.in cap.vlt.ne prę la.uice sua;Pulchra glo.in cap.alienationis.12. q.2.in uerbo præbenda,quæ dicit, quòd fructus beneficiorum, & decimarum possunt uendi,& alienari,quia non reperitur prohi
7 bitum,†licet hoc non sit honestum, concludens ibidem gl. quòd,sicut clericus potest uendere fructus sui beneficii sine
8 consensu episcopi,† possit etiam illos obligare maximè ad modicum tempus,sicut tutor uendit fructus pupilli sine authoritate iudicis,& per Archid. ibidem colum.3. uer.in glo.
9 fructus,ubi dicit,quòd illud,quod dicitur,clericum†locare, & uendere fructus,non extenditur ultra uitam suam,l. si qs domum,§.hoc subiungi potest, ff. loca. nisi authoritas episcopi interueniat ad uitam tamen alterius,quàm prælati,nõ uidetur permissum in clem.j.isto titu.ubi Cardi.secundùm Laud.quòd ista concessio tanquàm ambitiosa restringitur, quia uita longæui hominis est usque ad centum annos,licet hodie plures moriantur citrà quinquaginta, quàm uiuant ultra,ut per eum uersicu.tertio not.subdens Archid.d.loco quærendo,quid cùm clericus sit usufructuarius, nunquid possit alijs ius concedere?arguit quòd non,ff.de iur. dot.l. si ususfructus,sed causam percipiendi fructus bene potest cõcedere,l.arboribus §.usufructuarius.ff.de usufruct. authori-
10 tate tamen superioris posset etiam ius concedere,†capit. ad hoc.ext.de offic. uica. & posita etiam ibi per eum quæstione,nunquid mortua persona,quæ ad certum tempus locauit capellam,successor teneatur stare contractui locationis,
11 dicit,si solemniter,& utiliter est facta locatio,quòd sic,† qa nec precarium finitur obitu concedentis;nam,cum prælatus sit successor uniuersalis, debet speciali fauore amplecti omnes illos,quos nouerat fideliter suo prædecessori paruisse,ut c.seq.& si locator censum,uel prętium locationis recipit pro pluribus annis,& moriatur,dico inquit hæredẽ eius
12 teneri successori pro rata temporis,†si hæredem habet,si nõ habet,tenetur tunc conductor,qui debuit prospicere,quòd hoc euenire posset,l si quis domum,§. 1. ff. locat. per gloss. quæ hoc dicit in capitu.fin.ne pręla.uic.sua.quæ dicit,quòd; si prælatus nomine ecclesiæ pro utilitate ecclesiæ contraxit locando,& pecunia inde recepta sit conuersa in utilitatem

ecclę-

Source : BIU Cujas

ecclesiæ,successor in ecclesia tenetur stare contractui, capit. primo.de solutio.12.quæst.2.capitu.hæc huius placiti, cum alijs,quæ cumulatè adducit,si vero non pro vtilitate ecclesiæ,sed vt ipse tanquàm prælatus perciperet reditus ad firmam,successor stare non tenetur,de precar. capitu. 2. quia vltra tempus suum ecclesiam locare non potuit, &, si soluit
13 conductor aliquid ultra,sibi imputet,† quia hoc præuidere debuit,l.si quis domum.§.1.ff.locat.& §.si alias,& §. fructuarius,idem Archi.in capitu.Abbatibus,12.quæstio.2.ibi,&,si quis iurauit non alienare,potest vendere fructus possessionum ad decem,vel ad viginti annos &c.quia prohibitus vẽdere rem̃ non intelligitur prohibitus vendere fructus illius, l.codicillis,§.instituto,ff.de leg.2.& l.pater.in princip.de le-
14 ga.3.sequitur Soci.in consilio 32.†prima parte. incip. ex his, vbi dicit,quòd prælatus,siuè Rector ecclesiæ administrationem habens potest locare,& vendere fructus ecclesiæ, non solùm ad quatuor,vel sex annos,sed etiam vsque ad septennium,per tex.in capitu.fina.ne præla. vic. su. & hodie etiam est tex.apertus iuxta gloss.& etiam opinionem communẽ, quòd prælati,Rectores, Priores, & alii quicunque administratores ecclesiarum etiam Præsidentes, etiam religiosi possunt locationes, & fructuum venditiones ad modicum
15 tempus facere,etiam soli, †& nullo capituli consensu accedente,per tex.clem.1.de reb.eccle.non alien. tenet Cardi.d. clemen.1.versic.quartò oppono,quòd fructus ecclesiarum ad modicum tempus arrendari,& vendi possunt, & licitè contractari,vt ibidem probatur à contrario in cap. tua nuper,de his quæ fiu.à præla.vbi Ioan.And.in verbo perpetuas. glo.& Archi.16.quæstio.16.possessiones,latè per Calde.cõsilio 8.incip.si in venditione.titu.de reb.eccl.non alien.& licet aliquorum opinio sit,quòd quomodo intelligatur modicum tempus,quod sit arbitrio iudicis terminandum,per adducta per gloss. in clemen. 1. de rebus eccle. quæ dicit,ꝙ hoc est æquum propter varias regionum conditiones,dico aliquid infrà,quid,& quomodo intelligatur modicum, tamen videtur quòd sit communis opinio glo. & Doctor.dicta clemen.quòd modicum tempus intelligatur infrà decẽnium.per tex.in l.fina.C.de præscrip.long.tempo.& ff.qui &
16 à quib.l.fideicommisso.§.Aristo,†& ita probatur in plurib. legibus illius titu.de præscrip.longi temp.iuncta rubr. dum dicit præscrip.long.tempo.x.vel xx.ergo minus tempus decem anno.non dicitur longum,& sic dicitur modicum, facit quod nota in l.j.ff.de superfic.tenet Archid.de sanct.Georg.quem dicit Ioan.And.post glo.illam fi. Clemen. 1.hoc titu.ita publicè respondisse;sequitur Zabarel.qui dicit scitàpluries consuluisse,& quod ita obseruatur; facit, quod tradit Barto.in l.in venditione,§.1.ff.de bono.authen.iud pos. &probatur iudicio meo satis hæc opinio, quoniam antè Clemen.1.habemus tex.in capitu.fin.ne præla.vic.su.quod, cum debeat locare vsque ad septennium absque superioris authoritate,quæ exigitur in alienationibus rerum ecclesiæ, de quibus in cap.1.de reb.eccle.non alien.& 12. quæstio. 2. capitu.in summa.& cap.sine exceptione,eo.& d.Clemen. 1. ergo d.clemẽ.quæ non venit correctiuè ad ius antiquum, disponens,quòd ad modicum tempus possit fieri talis locatio,& venditio fructuum,debet intelligi de decennio, ita ꝑ Socin.d.consilio.quod vide, factum est enim in ista materia,pro quo vide etiam Petr.Rebuff.in suo compend.alien. rer.eccl.versic.secundus casus,vbi dicit,quòd illa,quæ seruãdo seruari non possunt,benè possunt alienari absque solemnitate,ueluti sunt fructus,qui non possunt vltra triennium durare,gloss.singularis in l.vna,C.si aduers.vsucap. sed tu nota quod text.in extrauag.ambitiosæ, extrauag. com. de reb. eccl.non alien.prohibet locationem, siue arrendationem
17 fieri†vltrà triennium de rebus ecclesiæ;vnde fructus,uel cẽsus, vel affictus vltrà tale tempus non uidetur recipi posse, sub pœna nullitatis contractus,excommunicationis,& aliis pœnis ibidem positis;& dicit Imo.in cap. cæterum, de dona.quod,si prælatus velit rem mobilem prætiosam alienare; & tunc,aut uult facere donationem de reditibus,quos facit
18 suos,& potest facere donationem † in quantacunque summa,& quantitate uoluerit,etiam sine consensu capituli, vel superioris,ex quo sunt sui;quia,cùm in talibus agatur de ꝑiudicio solius prælati,ideo potest solus prælatus in quantacunque quantitate,nam potest prælatus de illis liberè disponere;si verò uult donare de reditibus, quos non facit suos, & tunc,si uult donare aliquod minimum benemerenti,potest sine consensu capituli,& non subsistente aliqua consuetudine,& quid dicatur minimum, vel non, stabitur deter-
19 minationi consuetudinis,†si de illa apparet, aliàs uidebitur, quòd arbitrio superioris hoc poterit determinari,capit. de causis,de offi.delega.qui habet considerare quantitatẽ, seu valorem rei;si autem uult donare aliquid,quod non sit mi-
20 nimum,non tamen lædere ecclesiam enormiter,†& tunc sine consensu capituli non poterit,nisi hoc habeat consuetudo;quia talis consuetudo esset onerosa ecclesiæ, ideo non valeret,c.j.de consuet.&,si prælatus donet rem mobilem ecclesiæ non prętiosam,si moderatè donat,valet donatio,etiã cessãte consuetudine,per tex.inquit in c.præcedenti à cõtrario sensu,& d.c.cum olim,el 2.in quibus iuribus improbatur donatio,ex eo,quia fuit immoderata, & sic non mo-
21 dica,ut ibi per Imo.& quinam sint fructus, †quos clericus, uel prælatus facit suos,dicit Imo.ibi,habetur in glos.in cap. præsenti,de offic.ordina.in 6. in uerbo reseruari,ubi distinguit;vel beneficium habet administrationem, uel non habet,si habet administrationem, tunc beneficiatus quandiu viuit,& sanus est,potest dare de fructibus beneficii moderatè tamẽ;comparatur enim usufructuario,quia eius ius morte finitur,sicut usufructuarii;vnde potest,dum uiuit uoluntatem suam facere,dummodo moderatè;Si verò sit non habens administrationem, sed personaliter sit, & simpliciter beneficiatus,potest disponere de fructibus in uita,& in morte;& in uita,& in morte comparatur usufructuario quantũ ad faciendum fructus suos, de quibus etiam potest testari, ecclesia tamen illi succedit ab intestato;subdens eadem gl. & quod dictum est,quòd clericus simpliciter beneficiatus facit fructus suos,intelligendum est de receptis,& recondi
22 tis,†ista est distinctio,quam etiam facit Hostien.in cap. fina. de pecul.cleric.sed ista distinctio non placet Abba. qui nullam facit differentiam,an fructus sint beneficii habentis administrationem, uel beneficii simplicis, & personalis; quia
23 talis distinctio iure non probatur;†Nam canonicus, qui est simpliciter beneficiatus,habet præbendam,ut ex illa primo necessaria pro suo uictu percipiat,&,si qua supersunt suis necessitatibus deductis,in communes usus ecclesiæ expendat; nec iura in quibus fundatur ista distinctio, maximè in c. requisisti,probant illam,cum loquantur de Canonico, & sic simpliciter beneficiato per multa,quæ adducit Idem Abb. in d.c.fi.de pecul.cleri.& in repet c.cum olim,de testa. uersi. secundò principaliter,ubi examinat istam quæstionem per mu ta contraria;eandem distinctionem reprobat idem Abba.in c.cùm in officiis,de testa.idem in c.2.de decim.eandẽ reprobat Archi.in c.statutum,§.assessorem. de rescrip.in 6. Inno.in c.iudęorum,de ætat.& qualit.Barba.in tract. de præstan.Cardi.j.parte quæstione 3.nu.80.item in c.requisisti.de testam.idem in c fi.de pecul.cler.Zabarel. ibi circa fi. in illis verbis, tamen talis distinctio iure non probatur; sequitur Dominc.de sancto Geminia.in d.c.præsenti.ibi, quam glo. quidam sic intelligunt, ꝙ quilibet habens beneficium &c.
24 super quo cogita,†quia secundum opin. Abb. quæ uidetur communiter approbari,Clericus nullos uidetur fructus facere suos,sed habere tantum in fructibus ecclesiæ uictum, & uestitum,& illo deducto non habet se in fructibus ecclesiæ immiscere;pro qua materia, uide quæ deduco in meo tractatu in lucem edito,Spoliorum.in q.de potest.Cler.uel præla.circa fiu.re.eccl. ubi deduco de omnibus fructibus ecclesiasticis;&,si rectè memoriæ recolo,credo, ꝙ clericus non faciat fructus suos,nisi fructus pensionum ecclesiasticarum,uel fructus reseruatos,de quibus tamen uide d.Tractatu,& d.q.& illos fructus, qui soluuntur clerico rõne sui stipendii pro labore,puta qñ aliquis pro capellano inseruit; & ẽr fructus distributionum quotidianarum &c.de quib. etiã distingue,ut d.Trac.& d.q.sed de d.extrauag.ambitiose,quã supra adduco in contrarium uide,quæ deduco infra in rub. ad quod ùsque tempus locentur res ecclesiæ.ubi aliqua dico,an sit usu recepta,& etiam in rub.de consensu infra.facit pro hac materia,qđ dicit Io.Bertachi.in tract. de epis. quar. par.q.34.uer.redeundo,ꝙ clericus potest vendere,locare,& obligare fructus suorum beneficiorum,& ecclesiarum etiã sine authoritate episcopi,ſm Bernar.contra Ioan in c.alienationes.12.q.2.qđ intelligit inquit ad modicum tempus,sicut dicitur in tutore,qui eos sine decreto iudicis potest alienare,†l.lex quæ,C.de admini. tutor.pro qua materia uide illa, quæ deduco infra in qõne,an,& quo modo ex aliena. contract.uel fact.præcessor.oblig.succeſſ.facit quia de reditib.& emolumentis ecclesiæ põt subueniri clericis, & laicis indi-
26 gentib.†latè per Aug.Bero.in c.j.de reb.eccle.col.16. ꝑ duas columnas;& hĩ per Zabar.in cle.j nostro tit.uer. uigesimo se ptimò quæro,in qõne quam facit de fructuum uenditione, ꝙ si uenditur ius colligendi fructus,& tunc dicit est solẽnitas necessaria,sicut si uenditur possessio, idẽ si uenditio fit ꝑ modũ perpetuæ locationis secus est si uendunf fructus percipiendi,ad quos tractandos obligat læ ꝑlatus, quia tunc, si uenditor est religiosus, sufficit seruare formã d. cle. si verò alienans sit non religiosus,& tunc si fructus sint cões, cum aliis,adhibeat illorum cõsensum,cum quibus sunt communes,si verò fructns spectant ad alienantem tantum,tenet alienatio in eius præiudicium,non autem in præiudicium successoris;per quæ meo iudicio clarè constat,quod fructus ecclesiarum,& beneficiorum possunt locari,uendi,& quouis

modo

Source : BIU Cujas

modo distrahi per clericum. Sed est, quòd aliquid dicamus de rebus mobilibus alterius generis.

SVMMARIVM.

1 *Alienari possunt mobilia ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt.*
2 *Alienari mobilia prætiosa sine solemnitate non poßunt.*
3 *Alienari possunt, quæ magis uendi expedit, quàm retineri, veluti uestes attritæ, & animalia superuacua.*
4 *Alienatio rerum, quæ seruando seruari non poßunt, dicitur causa damni euitandi.*
5 *Tutores & curatores sine interpositione Decreti, uendunt uestes attritas, & superuacua animalia.*
6 *Prælatus solus potest alienare bona ecclesiæ, quæ seruando seruari non poßunt, ueluti uestes, & fructus.*
7 *Fructus ultra triennium durare non poßunt.*
8 *Vestes non poßunt seruari, quin ueterascent.*
9 *Pecunia seruando seruari non potest.*
10 *Tutor solus potest, immo debet collocare pecuniam pupilli in emendo, uel mercando.*
11 *Prælatus potest disponere de pecunia ecclesiæ, sicut de fructibus.*
12 *Actio competens ad pecuniam censetur uti res mobilis.*
13 *Pecunia usu consumitur.*
14 *Pecunia fuit destinata ad expendendum.*
15 *Pecunia in aliquib. casibus censetur uti res immobilis.*
16 *Pecunia sua non debet esse cuiquam otiosa.*
17 *Thusci non sinunt pecunias suas esse otiosas. sed lombardi sic, qui seruant eas dominis suis.*
18 *Stante statuto, quòd mulier lucretur dimidiam partem bonorum immobi lium mariti sine liberis defuncti, lucrabitur quoque partem pecuniæ deputatæ ad emendum bona immobilia. Idem si esset pecunia quantita tis magnæ.*
19 *Pecunia per episcopum acquisita cedit episcopatui.*
20 *Clericus potest disponere de pecunia, ueluti de fructibus ecclesiæ, quando pecunia non habetur inter illa, quæ seruando seruari possunt.*
21 *Pecunia, licet sit res mobilis, tamen si destinata sit ad emptionem prædio rum, uicem rei immobilis obtinet. Contrarium tamen tenent relati nu mero 22.*
23 *Destinatio an habeatur pro re perfecta.*
24 *Pecunia redacta ex uenditione rei stabilis, mobilis an, uel immobilis cen senda sit.*
25 *Grauatus per fideicommissum potest retinere bona, quæ seruando seruari non poßunt.*
26 *Bona, quæ seruando seruari non poßunt, dicuntur illa, quæ ultrà trien nium non poßunt conseruari.*
27 *Bona, quæ seruari possunt ultrà triennium, dicuntur esse de his quæ ser uando seruari possunt.*
28 *Bona, quæ usu consumuntur, non sunt de illis, quæ seruando seruari possunt.*
29 *Multa, quæ seruando seruari non possunt, ubi enumerentur.*
30 *Bona, quæ non sunt duratura per triennium absque notabili deteriora tione, dicuntur esse de rebus, quæ seruando non possunt seruari.*
31 *Quare bona, quæ seruando non possunt seruari; alienentur etiam sine so lemnitate.*
32 *Immobilia, quæ ecclesia omnino perderet ad instar eorum, quæ non pos sunt seruando seruari, alienantur.*
33 *Immobilia, quæ sunt occupata à tyranno, uel alio potente, possunt infeu dari, & alienari alteri æquè potenti, uel potentiori.*

Rubrica. V.

De alienatione illarum rerum, quæ seruando seruari non possunt.

ALienantur pariter, & alienari possunt
1 illa mobilia ecclesiæ, †quæ seruando seruari non possunt, dicit glos. in cap. nulli extra eod. titu. in uerbo immobilia. ibi, immobilia verò, quæ seruando seruari non possunt prælatus potest alienare ad instar tutoris, l. lex quæ, in fi. C. de administr. tuto. l. ultima, C. quando decre. opus non est. habetur in gl. in cap. tua nuper. de his quæ fiu.
2 à præla. in uerbo tractatu, ubi dicit, †quòd mobilia prætiosa non possunt alienari, quia est necessaria solemnitas, secus si sint de illis, quæ seruando seruari non possunt, quia tunc benè alienantur. Io. Andr. & Zabar. in d. c. nulli, ubi dicunt,
3 †quòd illa possunt benè uendi, quæ magis vendi expedit, quàm retineri; uti sunt uestes attritæ, & animalia superua-
4 cua. vbi Hostiē dicit, †quòd causa damni euitandi est, quòd
5 illa, quæ seruando seruari non possunt, alienētur, † sine enim interpositione decreti tutores, & curatores vendunt vestes attritas, & superuacua animalia, colum. ultim. in dicta glos.
6 allegata. ubi Abba. melius, †quòd prælatus solus, & de per se potest alienare bona illa mobilia ecclesiæ, quæ commodè seruari non possunt, veluti sunt vestes, quæ quotidie magis veteraſcunt &c. per Aegid. Bellamer. in capitu. Abbatibus. 12. quæstio. 2. 3. colum. versic. expone, quòd fructus, qui non possunt seruari, potest prælatus sine consensu superioris alie nare, quia in illorum retentione damnificaretur ecclesia, per Abba. d. capitu. tua, de his, quæ fi. à præla. optimè gloss. capitulo secundo. de reb. eccle. non alien. in 6. in uerbo immobilia, ibi, nisi quæ seruando seruari non possunt, glo. in ca pitu. is cui. de elect. in 6. & uerbo immobilia, ibi, puto quòd mobilia etiam prætiosa in casu licito possunt alienari, de his enim, quę seruando seruari non possunt, non est dubiū; tenet Hostien. capitu. 1. de his quæ fiu. à prælat. Ibi, exceptis his, quæ seruando seruari non possunt, nō prætiosis, vbi etiā Ioan. And. est tex. in extrauag. ambitioſe, nostro titu. extrauagan. comm. ibi, ac de fructibus, & bonis, quę seruando ser uari non possunt &c. per Rebuff. in suo compen. alien. rer. eccl. uersicu. secundus casus est, quando alienantur res, quæ seruando seruari non possunt, glo. in summa, 12. q. 2. Calder.
7 & alii in c. si quis præsbyterorum, eod. titu. † ueluti sunt fructus, qui non possunt ultra triennium durare, glo. Ange. in l. una, C. si aduers. vsucap. Alex. in l. à diuo pio, §. in uenditione, ff. de re iudica. uersicu. adde quod, ibi, debemus aduerte re, aut datur aliquid mobile, & tunc, aut datur ad rem, quæ seruando seruari non potest, & sic non requiritur decretū; aut ad rem, quæ potest seruando seruari, & tunc requiritur &c. per August. Bero. in capitu. consensus. de reb. eccle. non alienan. colum. 8. versicu. alia conclusio. ibi. sed res, quæ seruari nequeunt, possunt sine solemnitate alienari, & uestes
8 attritę, animalia antiqua, & superflua, †& annui reditus prędiales: vestes enim non possunt seruari quia ueteraſcunt, ut in Psalmo 101. & omnes sicut uestimentum ueteraſcent;
9 Et inter ista computatur, & connumeratur † pecunia, quæ seruando seruari non potest, per Zabare. in capitu. cęterum, de dona. dicit Abba. in capitu. nulli, de reb. eccl. alien. 3. col. ibi, de pecunia etiam dubitatur, nunquid computetur inter ea, quæ seruando seruari non possunt, & dicēdum est, quòd non, quia pecunia retenta nihil operatur, c. eiiciens, 88. distinc. not. in l. 1. §. quęsitum, ff. ad Treb. facit tex. in l. cum plu
10 res, in fin. ff. de administr. tuto. †nam solus tutor de per se po test; immo debet collocare pecuniam pupilli in emendo, vel mercando, quod non posset, si computaretur inter ea,
11 quæ seruando seruari possunt, ut d. l. lex quæ. † ex quo infer-ro solum prælatum posse disponere de pecunia ecclesiæ, sicut de fructibus, in clemen. 1. eodem titu. & dicit Imol. d.
12 capitu. nulli. in fin. † quod, si actio competit ad pecuniam, actio censetur uti res mobilis, & pro re mobili competere censetur, quia seruando seruari non potest, ut est glo. nota.
13 in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebe. ubi Ias. tenet, † quòd pecunia usu consumitur, & quòd propterea non connumeratur inter illa, quæ seruando seruari possunt, ubi multos citat authores; quia, ut pecunia afferat utilitatem secūdum vsum,
14 ad quem destinata fuit, †id est ad expendendum, dicitur esse de rebus, quæ seruando seruari non possunt, ut per eundem Ias. ibi.
15 †Ego tamen, si pecunia sit magnæ quantitatis, quæ colloca ta in emptione alicuius reditus, vel census, fructum afferre posset, putarem, quòd posset connumerari inter illa, quæ seruando possunt seruari; quia dicit summa Rosella. hoc ta men limita; quando tale quod seruatur, potest sic seruatum fructum producere; aliàs non, ut sic quæ cōsumuntur, sint de illis, quæ seruando seruari non possunt; Item quando esset collocata in aliquo Banco ad lucrandum, vel penes aliquem, pro ut dicitur in l. 1. C. de usur. pupilla. uel quando pecunia esset reposita pro conseruatione, & tuitione patrimonii, ut propterea inde non remoueatur; vel quando pecunia esset deposita ad emptionem prædiorum; quia istis casibus censetur uti res immobilis, & non alienatur sine decreto, ut per Ias. d. §. fuit quæstiū. col. pe. ver. limita. cum seq. optimus tex. & ibi Bal. Lud. Rom. in l. 3. §. usuras, nersi. quid ergo, ff. de ꝑ. iud. tit. & util. acti ubi tutor expendit pecuniam pro pupillo, & ex quo currunt sibi usuræ, quæritur nunquid dum est tutor tm̄, & tutelæ tpe durante usuræ debeantur, an ēt finita tutela, & dr̄ ꝙ sic, & aget contrario iudicio tute-
16 læ, †quia pecunia sua non dēt sibi esse otiosa, qđ uerum esse dicit tex. si erat in facultate pupilli aliquid, de quo posset sibi satisfieri; quid ergo si illæ res erant deputatæ ad emptionē prædiorum, dr̄, ꝙ, si non impetrauit à Prætore, ꝙ promitat̄ pecunia, sibi est imputandum; & sic apparet manifeste, ꝙ illa pecunia inter immobilia computatur, ex quo sine Prætore distrahi non poterat, nec de ea fieri solutio, quandoquidem nec res minorū immobiles sine authoritate, & decreto Prætoris possunt uendi. toto tit. de reb. eor. ff. & Barb. no
17 tat ibi, †quod Thusci non sinunt pecunias suas esse otiosas,
18 †sed lombardi sic, qui seruant eas dominis suis, & per hoc dicit Albe. in quæstione 24. in 2. par. statut. ꝙ quando statuto cauetur, quòd mulier lucretur dimidiam partē bonorū immobi-

Source : BIU Cujas

immobilinm mariti ſine liberis decedentis, quòd etiam lucrabitur partem pecuniæ depntatæ ad emendum bona immobilia, quia illa pecunia iudicatur, vt res immobilis; idem eſt intelligendum, quando pecunia eſſet ſummæ quantitatis, quia tunc quantitas facit illam cenſeri vti rem immobilem, per tex. c. licet helì. de Simon. vbi accuſatur prælatus, ꝙ male expendit pecuniam non modicam, ergò nō poteſt ea vti prælatus, veluti vtitur fructibus, & dicit Imo. cap. cæterū.
19 de dona. circa fi. † quòd pecunia, quam acquiſiuit epiſcopus, quia erat religioſus, non poteſt diſponi per eum, quia illa cedit epiſcopatui, per illud quod habetur in cap. primo, 18. q. ideo inquit non poteſt de illa diſponere in quantitate immoderata, ſed quando eſſet moderata ſic; Et ſic pecunia in iſtis caſibus cenſetur, & habetur inter illa, quæ ſeruando ſeruari
20 poſſunt, non inter ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, † ſecus ſit, ſi non ſimus in iſtis caſibus, quia de illa diſponet clericus, ueluti de fructibus eccleſiæ, per Abb. & alios primo loco allegatos, ſequitur Angel. in ſumma, in verbo alienatio, verſ. vtrum pecunia, apoſtilla ad illum, & dicit Magnificus & excellens Vir Do. Petrus Follerius. I. V. D. eximius amicus meus in ſua Practica criminali, in rubr. an notentur bo-
21 na contumacis, in hac materia, † licet pecunia ſit res mobilis, & quæ ſeruando ſeruari non poteſt, & quæ ideo poſſit à minore, & prælato alienari abſque ſolennitate, tamen, ſi ea deſtinata ſit ad emptionem prædiorum, uicem rei immobilis obtinet, vt dicit Rapha. Cuma. in l. à diuo pio. §. vltimo. ꝑ illum text. ff. de re iudi. & in l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. ff. de lega. primo, ideo nec ea ſine decreto iudicis alienari poteſt, ſicut nec alia immobilia ipſius minoris, per. l. quid ergo. §. vſuras. verſic. quid ergo, & ibi Roman. ff. de contra. & vti. actio. tutel. & uoluit idem Roman. in d. l. ſi ex legati cauſa. colum. 4. & ibi Franc. Aretin. colum. 4. verſic. addit etiam Do. Barba. colum. 13. & Roma. ſingul. 103. tu habes, quòd pecunia, & ibi ad hoc adducit tex. in d. §. vſuras, ſed idem Petrus
22 dicit, † quòd in contrarium tenent Iaco. Raph. Cyn. Raynu. Bald. Ang. Imo. Floria. Alex. Franci. Aret. & laſ. in d. l. §. ſed ſi ſeparauit, ff. de legat. primo vbi dicunt nō haberi pro re immobili pecuniam deſtinatam ad emptionem prædiorū, ſubdens idem Petr. Follerius huius controuerſiæ cardo in eo
23 vertitur, † an deſtinatio habeatur pro re perfecta, an non, de quo per Socin. conſi. 249. colum. penul. uerſ. circà quartam libro 2. & Albe. in 2. parte ſtatut. queſtione 105. Bar. & alios. §. ſed ſi ſeparauit, & Alex. conſ. 28. aliàs de facto conſultus, verſ. ꝙ non obſtat, quòd deſtinatio, lib. 3. & Franc. Aret. conſil. 6. viſo inſtrumento, in ſecundo dubio, & latiſſime per Felyn. cap. cùm adeò, colum. 2. verſ. deſtinatio, ext. de reſcri. in quibus locis de ſolutione quæſtionis latè habes, ſubdens idē
24 Magnificus Petrus, † & quid de pecunia redacta ex uenditione rei ſtabilis, an mobilis, an immobilis cenſenda ſit, & uidetur dicendum, quòd ſit quoddam inter mobilia ſecundum Raph. Cyn. Albe. Bald. Corn. Philip. in l. ea demum. C. de colla. & tenuit Firm. in ſuo reperto. in verbo bona mobilia. verſic. 4. ſed inquit, idem videtur dicēdum, quòd ſit immobilis, nam eius naturæ cenſeri debet, cuius res erat, ex cuius venditione confecta eſt, & quæ ſit ſubrogata in locum illius, vt habetur per Manſuer. in titu. de ſocieta. §. item nomina, ſeu debita, & idem uidentur uoluiſſe Raph. Are. d. l. ea demum, ſubdens idem Pet. prima opinio verior eſt, & tenenda, vt per Tiraquel. in tracta. de vtro. retrac. folio 108. numero 112. §. primo, in glo pecunia vero repoſita in banco non numeratur inter immobilia, & hanc opinionem approbat, & eam ſequi
25 tur d. Tiraquel. dicto loco, facit ad materiam, † quia grauatus reſtituere per fideicommiſſum bona, benè poteſt alienare, non obſtante, quòd ſint reſtitutioni ſubiecta bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. per glo. Alex. & alios in §. res quæ. l. Marcellus. ff. ad Treb. vbi multi caſus enumerātur, in quibus eſt permiſſa alienatio bonorum reſtitutioni ſubie-
26 ctorum. illa vero quæ ſeruando † ſeruari non poſſunt, ſunt illa quæ triennio conſumi poſſunt, & per triennium nō poſſunt retineri, optima glo. in l. prima. C. ſi aduerſ. vſucapion. per Ange in authenti. de nupt. §. & quia parum, Alexand. in l. procuratorem. C. de procura. Ang. in l. prima. §. quæſitum. ff. ad Treb. & in l. procurator tutorum. ff. eo. gloſſ. in l. diuortio. §. interdum. ff. ſolu. matrimo. tales enim res, quæ triēnio ſeruari non poſſunt, dicuntur eſſe de his rebus, quæ ſeruan-
27 do non poſſunt ſeruari, per Alexā. d. l. procuratorem, † quod tamen limita, vt dixi, quando tale, quod ſeruatur, poteſt ſic ſeruatum fructum producere, aliàs non, argum. d. §. quæſitū. per glo. ibi, quæita intelligit, facit rex. in l. Ariſto. §. fina. cum.
28 l. ſequen. ff. de iur. deliber. & ſic, † quæ vſu conſumuntur non
29 ſunt de illis, quæ poſſunt ſeruando ſeruari, † & illa, quę ſeruādo ſeruari non poſſunt, multa enumerantur in l. lex quę, & l. fina. C. de admin. tut. & in l. tutor qui, & l. ſi res. ff. eo. & in l. mulier. §. ſed etenim. ff. ad Trebellia. & l. final. C. quand. decet. opus non eſt, gloſſ. ſummæ duodecima quæſtione ſecūda. & in l. & ſi ſine. §. primo, cum glo. ff. de mino. tex. in ca. bene quidem, uerſic. iniquum. 96. diſtinct. g o. in l. prima, §. quæſitum. ff. ad Trebel. quę dicit, pecuniam eſſe de rebus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, Bartol. in l. poteſt pupillus. ff. de auto. tuo. & Auguſt. Bero. in cap. nulli. de reb. eccl. non alien.
30 colum 25. verſic. quęro etiam facit regulam generalem, † ꝙ illa cenſentur de rebus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, quando per triennium communiter non ſunt duratura abque notabili deterioratione, ita colligitur in glo. ſingulari. l. vnica. C. ſi aduerſ. vſucap. quam ſequitur Alexand. in d. l. prima. §. fuit quęſitum. in ſecunda colum. addas inquit tamen vel vltra triennium abſque notabili deterioratione, argumēto eorum, quę habentur in d. l. lex quę. Et de pecunia vide in
31 fra ſuo loco in rubr. de pecunię eccleſię alienationę, † & cauſa quare iſta alienentur etiam ſine alicuius ſolennitatis requiſitiōe, eſſe poteſt neceſſitas, ob quam recedimus à regulis iuris, vt dico infra in cauſa neceſſitatis, & in caſibus, in quibus alienatio fit ſine ſolennitate. verſ. item in caſu neceſſitatis, & in huiuſmodi rebus dicitur neceſsitas reſpiciens ipſam rem, quia eſt neceſſe illam alienare, quia periret, cùm conſeruari non poſsit, & eccleſia in ualore rei illius eſſet damnificata, glo. in cap. qualiter. de elect. glo. & Doct. in cap. fina. de accuſa. Abb. cap. † per uenerabilem. ad fin. 2. colum. de electio. &
32 licet ponatur exemplum in rebus mobilibus, quæ ſeruando non poſſunt ſeruari, tamēidem etiam poteſt intelligi de immobilibus, quas eccleſia omnino perderet, quia ſunt fortaſſe in manu tyranni ſine ſpe recuperationis, † quia ſi rehaberi
33 non poſſunt à manu tyranni, aut alicuius potentis illā detinētis, benè etiam poſſunt infeudari, & alienari alteri ęque potenti, uel potentiori. cap. ſecundo, in fin. de feud. Bald. cap. primo, 5. col, qui feud. dar. poſſ. ubi Lauden. & ibi Iaſ. 7. col. epiſ. uel Abb. ubi Martin. in princip. 2 col. Aluaro. 3. col. Hoſtiē. in ſumma de feu. §. quis poſſit. uerſ. & ſi feudum. Doct. in capit. ſecundo, de feud. per Claud Seyſel. in ſpecul. feud. in reg. quando prohibitio homin. uerſ. ſecundò reſtringe, & in reg. quòd prelatus non infeudat res eccleſię. uerſic. tertiò limotat. qui feu. dar. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Alienari non poſſunt regulariter res ſacræ mobiles ad altaris miniſterium neceſſariæ.*
2 *Quod diuini iuris eſt, nullius in bonis eſſe poteſt.*
3 *Sacræ res ſunt, quæ ritè per Pontifices Deo conſecratæ ſunt.*
4 *Mobiles res ſacræ uendi debent pro redimendis captiuis.*
5 *Animæ hominum quibuslibet rebus præponendæ ſunt.*
6 *Pro captiuis redimendis uenduntur res ſacræ, quando timetur de morte, aliàs ſecus.*
7 *Captiui dicuntur ij, in quibus imminet periculum animæ, vel corporis.*
8 *Paßio Ieſu Chriſti fuit redemptio uiuorum, & mortuorum.*
9 *Redemptio chriſtianorum licite eſt, etiam durante bello, licet inde commodum infidelibus perueniat.*
10 *Alienari poſſunt res ſacræ ſi ſuperfluæ ſunt, etiam propter debitum eccleſiæ perſoluendum.*
11 *Alienantur quoque pro ædificatione eccleſiarum, aut augmentatione cimiterij.*
12 *Alienantur pariter pro alendis pauperibus.*
13 *Res ſacra non uſucapitur.*
14 *Res ſacræ poſſideri non poſſunt, & præſumptio eſt contra poſſidentem.*
15 *Res ſacræ mobiles ultra caſus enumeratos, non alienantur ſine ſolemnitatibus in immobilibus requiſitis.*
16 *Res ſacræ ueluti uaſa ſacra, ueſtes, cruces, paramenta, & ornamenta, quæ dicuntur ſpiritualibus annexa, in caſibus a iure expreſsis pignorantur, hypothecantur, uenduntur, & alienantur.*
17 *Res ſacræ in caſu neceſsitatis, etiam in eadem forma, pignorari ad tabernam poſſunt.*
18 *Forma, ſiue modus, qui adhiberi debet in prædictarum rerum alienatione facienda, ex c. aurum, 12. q. 2.*
19 *Vas ſacrum quando laicis uēditur non ſolùm debet confringi, ſed etiam conflari, & de ratione.*
20 *Vas ſacrum poſt confractionem, uel conflationem nō eſt amplius ſacrum, ſed purum metallum.*
21 *Vas conflatum, ſi reintegraretur, noua indigeret conſecratione.*
22 *Calicis forma de eccleſia non debet ad uſus nepharios transferri.*
23 *Vas ſacrum eccleſiæ, uel eccleſiaſticis perſonis in eadem forma uendi poteſt.*
24 *Quid ſi laici uellent uas ſacrum in eadem forma? Reſp. quòd dari non debet.*
25 *Quid ſi hoſtes uellent occidere captiuos, niſi eis daretur vas in eadem forma? Reſp. quòd dari non debet.*
26 *Mala non ſunt facienda pro bono.*
27 *Recipiens rem eccleſiæ ultra modum a iure approbatum, ius in ea non acquirit.*
28 *Calix ſacratus uendi poteſt, eccleſia conſecrata uendi non poteſt, & de ratione.*

Source : BIU Cujas

29 *Lapis præciosus in calice consecratus non distrahitur.*
30 *Ad hoc, ut uasa, & alia mobilia ad cultum diuinum deputata alienari possint, quælibet necessitas non est sufficiens, sed debet esse summa.*
31 *In alienatione rerum diuino cultui deputatarū incipiendum est ab his, quæ tantùm sunt benedictæ, non à consecratis.*
32 *Alienationis præcipua est causa, ut pauperibus subueniatur, & ut redimantur captiui, siue sint proprij parochiani, siue extranei.*

Rubrica. 6.

De rerum sacrarum mobilium alienatione.

ET res mobiles sacræ circà
1 altare, & altaris ministerium necessarię, quæ † regulariter alienari non possunt, vt institu. de rer. di uisio. §. nullius, & l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. vbi res
2 sacræ, religiosæ, & sanctæ ideò non alienantur, † quia nullius esse possunt; quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis
3 esse potest, Instit. eo. d. §. nullius. † & res sacræ sunt, quæ ritè
4 ad ministerium dedicata sunt. † Institu. eò. §. sequen bene dico mobiles res sacræ ex canonum permissione venduntur, & uendi possunt, & alienari, immo pro redimendis captiuis debent, nedum possunt alienari, per glo. in authen. de non alienan. in verbo huiusmodi. per tex. cap. Apostolicos. 12. q. 2.
5 † quia hominum animæ quibuslibet rebus mundi præpo-
6 nendæ sunt. l. sancimus. in fin. C. de sacrosanct. eccles. † non tamen semper indistincte pro redimendis captiuis res sacræ habent alienari, quia dicit glo. in cap. aurum. in verbo otiosi. duodecima. quæst. secunda, quod tunc demum debent redimi captiui, & pro redemptione vasa sacra vendi, quando timetur de morte, vt per glo. dicitur in cap. sicut omnino, ead.
7 cau. & quæstione, quæ dicit, † ꝙ captiui dicuntur, qui ab hæreticis, vel gentilibus capti sunt, vel à talibus vbi timetur periculum corporis, vel animæ, tales inquit, tenetur redimere
8 ecclesia, & quilibet priuatus, & redemptio viuorū † & mortuorum fuit passio Iesu Christi. §. semel immolatus, de con-
9 secra. distinct. 2. † & licitum est redimere Christianos etiam durante bello, licet ex redemptione cōmodum, vel subsidiū proueniat infidelibus. per Abb. in cap. significauit, ext. de iu-
10 dæis; Item possunt etiam alienari sacra, quæ sunt superflua, etiam propter debitum soluendum, si quod habebat ecclesia, nedum propter redemptionem captiuorum, vt authen.
11 de alien. † & emphyteu. §. si verò sint plura; Item alienātur ēt in ædificationem, & pro ædificatione templorum, & ecclesiarum, aut augmentatione cimiterij. per tex. & glo. d. cap. au
12 rum. 12. q. 2. in glo. in verbo in his tribus. Item † alienantur etiam sacra in alium casum pro alendis pauperibus. d. capit. aurum habet eccl. glo. Instit. d. loco, §. sacræ. in uerbo exce-
13 pta, † non tamen res sacra usucapitur, vt. C. de prescri. 30. anno. l. omnes, & in authen. de eccles. tit. §. pro temporibus, colum. 9. & tit. hęc constitutio innouat. col. 8. glo. in §. res fisci,
14 † Instit. de vsucap. quia iure communi tales res possideri nō possunt ab aliquo, & præsumptio est contrà possidentem, ꝙ
15 ea quæ dicit Dy. in regu. possessor, de reg. iur. & † aliàs res sacra non alienatur, nisi cum solennitatibus requisitis in alienatione rerum immobilium eccle. quibus sacra, quò ad solēnitatem alienationis, ęquiparantur, Rebuff. in compē. alien. rerum eccles. vers. sunt tamen, ibi, secus in re prętiosa, quę æquiparatur immobilibus. per gloss. in c. tua. de his quæ fi. à præla. idem in re sacra. ca. Apostolicos. 12. q. 2. & vasa sacra,
16 † vestes, cruces, paramenta, & ornamenta, in quibus, & cum quibus spiritualia ministrantur; quæ propter consecrationē, seu benedictionem in illis, & de illis factam, quando fuerunt deputata ad vsum, & sacrorum ministerium, videntur, & dicuntur annexa spiritualibus, non obstante, quòd sint cō secrata, benedicta & deputata ad ministeriū, & vsum sacrorum; quotidie videmus, ꝙ legum authoritate, & canonū permissione, causa, & necessitate vrgente in casibus à iure expressis, pignorantur, hypothecantur, venduntur, & alienantur, gl. est in cap. ea enim, §. hoc ius. 10. quæst. secunda, in ver-
17 bo conflata, quæ dicit, ꝙ possunt † etiam in casu necessitatis pignorari ad tabernam, etiam in eadem forma, text. est in c. aurum. 12 q. 2. ubi nō obstante consecratione vasa sacra alienari permittuntur, immo increpantur sacerdotes, si non faciant vel si in faciendo negligentes fuerint, puta pro alēdis pauperibus, & redimendis captiuis, pro templo Dei, aut loco religioso ædificando, pro cimiterijs amplandis, sepultu-
18 ris morruorum extruendis, & similibus, † vbi datur forma, & modus, qui debet adhiberi in alienatione facienda, vt primo, uidelicet alienetur aurum, si existat, uel argentum, quod non consistat in vasibus, uel alijs diuinis misterijs, uel officijs deputatis. Istis non existentibus deuenitur ad vasa diuinis deputata, quæ non sint consecrata, deinde ad vasa consecrata, quæ alienantur, uenduntur, permutantur, pignorantur, & hypothecantur alteri ecclesiæ in eadem forma, & figura;
19 † si verò non ecclesiæ, sed extra alienantur, puta laicis, præmissa prius oratione ad dominium, confringuntur, & cōfracta, & conflata venduntur, glo. d. cap. ea quæ, in verbo conflata, & quærit Bellamer. in capit. aurum, duodecima quæstio. secunda, super verbo conflare, quare additur verbum conflare, & respondet, ꝙ non sufficit confringere, quia in superficie exteriori potius consistit consecratio, vt vnctio, ne ergo aliquid ibi consecrationis remaneat, confringuntur vasa consecrata, & postea conflantur, & ita uenduntur, vt ibi per eum, &c. Sanct. Thom. secun. 2. q. c. de Symo. vers. ad quartam, Ricar. de Media villa in 4. sent. distin. 25. artic. 3. circa fi. Nec mirum si post conflationem, uel confractionem
20 venduntur vasa sacra, & vendi, vel alienari possunt, † quia post confractionem, uel conflationem, non intelliguntur es-
21 se vasa sacra, sed materia † & purum metallum, vnde, si ex eadem materia similia vasa de nouo fierent, vel reintegrarentur, indigerent de noua consecratione, per Sanct. Thom. d. loco. quia quod dicitur, vasa sacra uendi posse, habet intelli-
22 gi, ꝙ confracta, & conflata, si vendi habent laicis, † quia mistici poculi forma de ecclesia exire non debet, nec ad vsus
23 nepharios sacri calicis ministerium transferri, d. cap. aurum, Ecclesiæ verò, & personis ecclesiasticis in eadem forma vendi possunt, quia non exeunt ecclesiam, quæ in ecclesia permanent. per gl. d. c ea enim, in verbo conflata. Ioā. de Sylua
24 in tracta. de benef. 1. par. q. 7. colum. 12. vers. item vasa, † & si laici vellent illa non confracta, nec conflata, sed integra, & consecrata, est dicendum quòd dari non debent per Alberi.
25 in cap. aurum, † & si hostes uellent occidere captiuos, nisi
26 dentur in eadem forma, † pari modo secundùm Alber. dari non debent, quia non sunt facienda mala pro bono, & nulla compensarione boni est peccandum. argum. 24. distinctio. quod ait, 22. quæstio. prima, primùm. quia debet seruari forma a lege tradita, & recipiens † rem ecclesiæ ultrà modum à iure approbatum, in eaius nō acquirit. l. iubemus. la prima. C. de sacrosanct. eccl. not. Abb. in cap. episcopo. de reb. eccl. non alien. sequitur Didac. Couar. in lib. 2. varia. resolutio. ca. 16. versic. cæterum, & quærit Bellamer. in d. cap. aurum, duodecima. q. 2. quare calix sacratus potest uendi, ecclesia verò
28 sacrata uendi non potest, quòd & respondet, † ꝙ ratio est in occulto, & sufficit dicere, quòd istorum alterum est prohibitum, alterum verò expressè permissum. Et vlterius quia maior, & solennior cōsecratio adhibetur ecclesiæ, quàm calici, & calix potest dissolui, & dissolutus potest maiorē utilitatem afferre, & locus sacratus non potest possideri in alio loco, quòd non est in calice, & in calice habetur respectus ad materiam, ad quam potest redigi, in ecclesia ad ius spetiale, cùm non possit redigi ad antiquam formam, subdens ꝙ
29 Lapis prætiosus † in calice consecrato incluśus non distrahitur, si cum calice consecraretur, ꝙ erat in calice ad instar lignorum ecclesiæ disruptæ, de consecrat. distinctione prima, nec exit si alteri ecclesiæ vendatur, vt ibi per Bellamer. & vasa sacra, vestimenta sacerdotalia, altarium paramenta, & ornamenta, calices, cruces, & alia diuino cultui deputata, & destinata, nō aliter alienari possunt, uel in pignus tradi, quā
30 ex summa necessitate, † ita quod non est quælibet necessitas sufficiens, per glo. & Doct. in cap. primo, de pigno. ubi notāt
31 expressè Imo. & Barba. † & in tali necessitate alienatio incipienda est ab his rebus, quæ tantùm sunt benedictæ, non ab his quæ sunt consecratæ, quod sentiunt ibi Io. Andr. & Imol. & hanc esse communem distinctionē fatetur Ripa in l. obli
32 gatione, colum. penultim. ff. de pign. † & causa alienationis præcipua rerum, quæ diuino ministerio sunt deputatæ, est ad subueniendum pauperibus, ne frigore, uel fame pereant, & ad redemptionem captiuorum. l. sancimus. C. de sacrosanctis eccles. cap. sicut omnino, duodecima quæstione secunda, non tantùm ad alendos proprios parochianos. gloss. in d. c. 1. de pignor. sed & ad exterorum alimenta, & redemptionem. gl. in d. c. sicut omninò, & Ripa. d. l. obligatione. Couar. uaria. resolu. uers. cęteris ad quod usque tempus. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Alienari res mobiles ecclesiæ possunt, licet sint prætiosæ, seruata solemnitate.*
2 *Res immobilis, & mobilis prætiosa æquiparantur quò ad solemnitatem alienationis, & num. 9.*
3 *Clericus rem mobilem de Thesauro, quem inuenit, donare non potest, nec rem ecclesiæ nimis prætiosam.*
4 *Clericus quemadmodum rem immobilem donare non potest, ita nec mobilem prætiosam.*
5 *Clericus an possit donare mobilia sine consensu capituli, & an requiratur consuetudo.*
6 *Res mobilis ecclesiæ prætiosa non usucapitur triennio.*
7 *Prælati sine superioris authoritate rem mobilem, quæ rei immobili æqui-*

Source : BIU Cujas

æquiparatur, alienare non possunt, ueluti sunt decimæ, item nec super illis transigere, item nec amicabilem compositionem facere.

8 Solemnitates requisitæ in aliquibus casibus necessariæ non sunt, veluti quando res minimi momenti alienantur, vt serui fugitiui.

9 Res mobilis prætiosa æquiparatur immobili, quò ad solemnitatem alienationis.

10 Mobilia prætiosa, & quæ seruando seruari possunt, sicut immobilia, sine causa & solemnitate non possunt alienari.

Rubrica 7.

De alienatione rerum mobilium prætiosarum ecclesiæ.

PRætiosæ etiam res mobiles
1 ecclesiæ, licet non passim, & indistinctè, tamen † seruata solemnitate tradita, & in casibus, & cum causis a iure expressis alienantur & alienari possunt, est text. in l. lex quæ. C. de admin. tuto. per gl. in cap. tua nuper, de his, quæ fiu. à præla. in verbo tractatu, vbi dicit, quòd res mobilis prætiosa non potest alienari, quia est necessaria solemnitas &c. melior gl. in cap. is, cui, de electio. in verbo immobilia. ibi puto etiam, quòd mobilia prætiosa in casu licito possunt alienari, de his, quæ seruando seruari non poss. non est dubium; &, si Papa voluisset, quòd alia mobilia alienari non possunt, generaliter loquutus fuisset &c. sequitur Hostien. in cap. nulli. ibi, immobilem, nec mobilem prætiosam rem, Abb. in ca. nulli. de reb. eccles. alien. vers. in glo. 2. ibi nota, quòd prælatus alienat bona mobilia, quæ commode seruari non possunt, ea verò, q̃ commode seruari possunt, nõ alienantur sine solemnitate,
2 nam res immobiles, † & mobiles prętiosæ æquiparãtur, quò ad solemnitatem alienationis. Idem in cap. tua nuper, de his quæ fiu. à præla. 2. colum. versic. in ea glo. ibi, quòd bona immobilia, & mobilia prætiosa, quæ seruari possunt, æquiparãtur, quò ad solemnitatem adhibendam ad eorum alienationem, per Host. in cap. 1. eod. tit. ibi, & exceptis his, quæ seruãdo seruari non possunt non prætiosis, vbi etiam Io. And. videtur dicere, Abb. in cap. consensus. de reb. eccles. non alien. Ibi, ex quo infertur, quòd rem etiam mobilem non potest prælatus alienare sine consensu superioris, & dic quòd requiritur solemnitas requisita in rebus immobilibus, quòd dic in
3 quit Abb. vt per glo. in cap. tuę, de his, quæ fiu. à prælat. † idest quando mobilis res sit prætiosa, quia rem mobilem de Thesauro, quem inuenit clericus, donare non potest, nec etiam rem ecclesiæ nimis prætiosam, per Host. in cap. cæterum. extr. de dona §. data rei, vbi Ioan. Andr. Zabarel. verò ibi dicit,
4 † quòd de mobilibus prætiosis idem debet intelligi, quod de immobilibus, quòd videlicet clericus donare non possit secus verò de rebus mobilibus non prætiosis, vt ibi Abb. etiã dicit, quòd aut vult donare aliquam rem immobilem eccle-
5 siæ, & tunc, † si est minima, non requiritur consuetudo, nec consensus capituli, si verò non est minima, oportet, quòd cõcurrat consuetudo, & si enormiter læditur ecclesia, non va-
6 let consuetudo. † Item res mobilis prætiosa ecclesiæ nõ vsucapitur triennio, tex. & ibi glo. in cap. de redditibus. 12. quæstione secunda, † &
7 dicit D. Anto. in cap. tempore, de arbi. q̃ prælati non possunt alienare rem mobilem, quæ rei immobili æquiparatur, veluti sunt decimæ, sine authoritate superioris, nec super illis transigere, vel amicabilem compositionẽ facere, per Rebuff. in compen. aliena. rer. eccl. vers. sunt tamẽ
8 quidam casus, † vbi dicit, quòd sunt casus, in quibus solemnitates in alienando requisitæ non requiruntur ex necessitate, primus quando alienantur res minimi momenti, seu vtilitatis, vt serui fugitiui, 12. q. 2. Guido Papa q. 156. c. sine exceptione. eadem cau. & q. in fi. & c. seq. c. vt super. §. fina. de reb. eccl. non alien. Ioã. Andr. in c. qui tacet. de reg. iur. in 6. quod intelligerem inquit Rebuff. quando res esset mobilis, & mi-
9 nus prætiosa. cap. fin. eod. tit. in 6. † secus in re prætiosa, quæ æquiparatur immobilibus, quò ad solemnitatem alienationis. glo. in c. tua, de his, quæ fiu. à præla. & dicit Dom. Quintilianus Mandosius vir doctissimus, & rerum Romanę curię valde practicus, praxi quam composuit, rerum & clausularũ à signatura concedi, denegari, & limitari solitarum, in rubr. si in euidentem. vers. rescriptum. quod rescriptum si in euidentem. super alienatione, uel distractione rerum ecclesię, etiam mobilium requiri solet, si quidem res mobiles sint prętiosę, mobilia enim prętiosa, immobilibus æquiparantur, extrauag. ambitiose. extrauag. comm. nostro tit. & per alia quę ibi ille Vir Doctus adducit, sequitur Aug. Bero. in cap. nulli. de reb. eccle. non alienan. colum. 25 nume. 68. vers. ex uerbis
10 Abbatis, qui dicit, q̃ mobilia prætiosa, † & quæ seruando seruari possunt ad vtilitatem ecclesiæ, sunt prohibita alienari, si cui immobilia, absque iusta causa, & solemnitate. cap. bene quidem. capitu. Apostolicos. capitu. aurum. 12. quæstione secunda.

SVMMARIVM.

1 Res ecclesiæ mobiles non prætiosæ, immo & immobiles paruæ solo prælati consensu sine solemnitate alienari possunt.
2 Domus ecclesiæ in ciuitate existens, quæ maioris est sumptus, quàm fructus, sine solemnitate alienari potest.
3 Serui fugitiui ecclesiæ, & male meriti alienari possunt.
4 Res non prætiosæ, quæ seruando seruari non possunt, terræ more considerato possunt a prælato moderatè donari.
5 Alienatio necessaria non requirit solemnitatem.
6 Alienatio rei ecclesiæ paruæ non requirit consensum capituli.
7 Res magna a prælato alienari ad eius uitam potest, vbicunque bona prælati sunt distincta a bonis capituli.
8 Res parua potest per prælatum alienari, etiam si iurauerit non alienare res ecclesiæ.
8 Iuramentum de non alienando non includit parua, siue modica.
10 Consensus capituli expressus non requiritur in modicis, seu tacitus.
11 Semens a solo prælato sine alia solemnitate potest præscribere.
12 Stante statuto, quòd possidens apothecam non possit personaliter capi, possidens vilissimam commodo statuti non gaudet.
13 Qui parùm transgreditur non uituperatur, nec flagellatur, & numero 59.
14 Statutum loquens in debitore, locum non habet in paruo debitore.
15 Solemnitates non sunt necessariæ in aliquibus casibus, ueluti si res sit modici momenti, uel utilitatis, ut serui fugitiui.
16 Consuetudo terræ, & quantitas rei donatæ, facit donatum ratum uel irritum iudicari.
17 In donatione rei mobilis ecclesiæ certa regula dari non potest, sed plura sunt consideranda.
18 Lex municipalis valde est attendenda in alienationibus.
19 Prælatus secũdum consuetudinem regni etiam sine consensu capituli dat in feudum, & num. 38.
20 Prælatus in donatione, & alienatione, Deum suos ante oculos habeat.
21 Prælatus cauere debet, ne pro donatione obliget suam ecclesiam, & ne de eis parentes ditentur, uel nimis delitiose uiuant.
22 Distinctio Zabarellæ an, & quando valeat de rerum ecclesiæ donatione.
23 Prælatus amicis benemerentibus donare potest.
24 Eleemosynam prælatus de rebus ecclesiæ, etiam circumscripta consuetudine, facere debet.
25 Clerici etiam in ægritudine constituti eleemosynam facere possunt, & pro remuneratione seruitij donare, donec niuunt.
26 Res ecclesiæ mobilis potest dari in remunerationem seruitij ecclesiæ, uel prælato collati.
27 Promissio facta de remunerando debet attendi, etiam si facta sit nudis uerbis.
28 Prælatus potest subuenire suis, si indigent, non tamen illos ditescere.
29 Prælatus pro seruitijs impensis ecclesiæ potest concedere possessionem ad uitam.
30 Prælatus in testamento nihil disponere potest, licet in uita aliquid donare possit.
31 Episcopus dum uiuit potest dare centesimam, uel quinquagesimam ecclesiæ per eum constructæ.
32 Accusari nemo potest, quare templum Dei ædificet.
33 Clericus, qui contraxit debita pro sua sustentatione, potest in uita, & morte dictum debitum de fructibus ecclesiæ soluere.
34 Clericus etiam in ægritudine, de qua decessit, his, qui sibi seruierunt, locis religiosis, & pauperibus mobilia conferre potest.
35 Erogatio, quando fit pauperibus, & locis religiosis, requirit tantum charitatem, sed in alijs requirit seruitium, etiam si sit consanguineus.
36 Seruitium præstitum prælato uidetur præstitum ecclesiæ.
37 Remuneratio ueri beneficij permittitur etiam de bonis immobilibus, intelligetamen non per modum concessionis dominij, sed fructuum ad modicum tempus, & num. 39.
40 Merita debent constare per coniecturas, nec sufficit sola assertio prælati.
41 Qui dicantur benemeriti, quibus possit fieri remuneratio.
42 Clericus de bonis ecclesiæ paruis infeudare potest.
43 Inferiores in minutis non habent necesse habere consensum episcopi, item nec capituli, si necessitas urgeat, & numero quadragesimoquarto.
45 Modicum dicitur, quod non est utile ecclesiæ.
46 Clericus alienans præter iuris permissionem incidit in pœnam, & potest deponi.
47 Res ecclesiæ minus utiles sine fratrum consilio alienari non possunt.

Source : BIU Cujas

48 *Alienatio prædij inutilis facta sine necessitate requirit solemnitatem.*
49 *Episcopus alienando rem minimam vtilem punitur.*
50 *Hodie interdicta est alienatio etiam rei modicæ inconsulto Papa, limita vt non procedat in modicis, ubi necessitas non patitur, quòd Papæ authoritas expectetur.*
51 *Solemnitas non est obseruanda in rebus ecclesiæ alienandis, quando necessitas non pateretur obseruantiam solemnitatis.*
52 *Modica non curantur, ex quo ad nõnullæ infertur, & numero quinquagesimoseptimo.*
53 *Dolus non præsumitur in modica summa.*
54 *Natura tribuit hominibus liberum arbitrium voluntatis.*
55 *Cardinalis pro re modica Simoniam committere non præsumitur.*
56 *Minima præsumuntur donata amore Dei.*
57 *Modicum, & nullum æquiparantur.*
58 *Pauperes non sunt puniendi in corpore propter leues abrasiones, & numero 59.*
60 *Ficos vicini comedens non aliter punitur, quàm quòd sibi detur aqua calida ad bibendum.*
61 *Virtus corrumpitur, si multùm discedatur à medio, secus si parùm.*
62 *Papa non potest alienare res ecclesiæ quando alienatio esset magna, secus si res alienatæ sint modicæ, quia censentur a solemnitate iuris exemptæ.*

Rubrica 8.

De rerum mobilium modicarum ecclesiæ alienatione.

ALiæ verò res ecclesiæ mobi
1 les, † quæ sunt non prætiosę, non sacræ passim videtur alienabiles, immo et immobiles vel sine solemnitate, & solo consensu prælati. c. terrulas. 12. q. 2. c. cæterum. de donat. optima glo. c. primo, de his, quæ fin. a præla. vbi dicit, ꝙ parua res ecclesiæ sine solemnitate alienari potest. ubi Hostien dicit, ꝙ non est licitum facere alienationes rei ecclesię sine solẽnitate, nisi esset res parua, vel modica res
2 vilis, & in fructuosa, in qua nõ requirit solemnitas, † vbi et enumerat domus ecclesiarũ in ciuitatib. quæ maiorum sum
3 ptuum sunt, quàm fructuum, 12. q. 2. † non liceat Papæ. item seruos fugitiuos ecclesię, & male meritos, qui bene possunt alienari, secundum quòd legitur, duodecima, q. 2. fugitiui. c. iniustum, & duob. cap. sequen. item excipit illa, quæ seruando seruari non possunt, †
4 si non sint prętiosa, item excipit res mobiles, & se mouentes, de quibus potest prælatus modera
5 tè donare terræ more † considerato, & excepto casu quando est necessariò alienandum in quibus rebus tenet Hostiẽ. quòd possit fieri alienatio per prælatum, etiam non seruata solemnitate, de qua in cap. sine exceptione, duodecima quæstio. secunda, & per Ioan. Andr. ibidem, ibi, exceptis mobilibus, & excepta alienatione necessaria &c. idem tenet Zabarel. ibidem in illis uerbis, aliàs non licet alienare uoluntarie
6 exceptis rebus mobilibus, necessario verò sic, ubi Abb. † ꝙ in alienatione rei ecclesiæ paruæ non requiritur consensus capituli &c. videtur esse tex. in c. cõtinebatur, de his, quę fiu. à præla. vbi videtur, ꝙ res modica potest concedi absque solẽnitate, ita intelligit illum tex. Feder. de Sen. conf. 51. quod loquitur in concessione rei magnæ, in qua solẽnitates interuenire debent, refert & sequitur Abb. d. c. cõtinebatur, subdens
7 † limita ꝙ vbicunque bona prælati sunt distincta a bonis capituli, tunc bene possunt per prælatum solum sine consensu & solemnitate concedi ad vitam eius, & durante vita illius, quia tunc solùm agitur de suo præiuditio, idem Fede. consil. 53. per Hostien. in sum. in §. fi. per Docto. in c. veniens, de trã
8 sact. immo res parua, † & modica videtur, quòd possit alienari per prelatum etiam si prælatus iurauerit res ecclesię non alienare, per Abb. in cap. vt super. columna tertia, de reb. eccle. non alien. ibi, ego dicerem, quòd aut res est mo-
9 dica, seu modicę vtilitatis, † & tunc non includitur sub iuramento de non alienando, quia non est verisimile, quòd superior voluerit illum illaqueare in istis modicis, quæ sunt exempta ab omni solemnitate ex dispositione iuris, idem Abb. ibidem paulò ante versi. in gloss. in verbo assensu, vbi
10 dicit, † quòd in rebus modicis non requiritur consensus ca
11 pituli expressus, sed tacitus, facit † quod dicit Abb. d. cap. cõtinebatur. in fin. quòd emens à solo prelato rem ecclesię absque alia solemnitate potest præscribere, &, ubi res est probita alienari, non tamen intelligitur res modica prohibita. per gloss. in authen. de hære. & Falcid. §. hinc nobis. uersicul.
12 ad substantiam, & ibi dicit Ange. quòd illa glo. facit ad † statutum, dicens, quòd nullus possidens apothecam possit capi personaliter, quia, si aliquis possidet uilissimam apothecam, non gaudet commodò statuti, & dicit Bal. in l. secunda, C. de
13 rescindẽ. vend. 12. q. † quòd ille, qui parum transgreditur, nõ vituperatur, nec flagellat, dicit gl. in auth. minoris debitor. C.
14 qui dare tutor. poss. vbi statutum † loquens in debitore nõ habet locum in debitore paruo, & alia adducta per Felyn. ca. fin. §. is autem. de offic. & pot. iud. deleg. & dicit Rebuff. in
15 compẽ. alien. rer. eccl. vers. sunt tamen, † quòd sunt aliqui casus, in quibus istæ solennitates non requiruntur de necessitate. Primus est, quando alienantur res minimi momenti, vel utilitatis, vti sunt serui fugitiui. cap. fugitiui. 12. q. 2. Guido Papa q. 156. cap. sine exceptione, 12. q. 2. in fin. & c. seq. c. vt super. §. fin. de reb. eccl. non alien. Ang. in §. nec etiam. in fin. de alie. & emphyte. quod intelligerem inquit Rebuff. quando res esset mobilis, & minus prætiosa, est optimus text. in cap. cæte-
16 rum. de donat. extr. vbi habetur, ac per Doctor. omnes † intelligitur, ꝙ prælatus rem modicam ecclesiæ donare potest, vbi hoc habeat consuetudo, datæ enim rei quãtitas, & illius terræ consuetudo facit donatum ratum, uel irritum iudicari, & dicit glo. in cap. hoc consultissimo, eod. titu. libr. 6. mihi in additio, quòd secundum Ioan. Monach. ibi prohibentur quidam modi alienationis, vel dationis in rebus ecclesiæ im
17 mobilibus, † de mobilibus verò, vt dicitur, certa regula dari non potest, quia secundùm quod donum est paruum, uel magnum, tenet, vel non tenet datio, & si dator est paruus, vel magnus, uel donatarius benemeritus, uel non meritus per iura, quæ ibi adducit; & dicit Host. d. c. cęterum. si Prior. Abbas, vel alius prælatus, uel beneficiatus consueuit dare viginti, uel centum solidos, palafrenum, equum, vel aliam rem mobilem, quæ supereſt de bonis ecclesiæ, alicui pauperi, vel egenti nobili verecundo, vel puellæ maritandæ &c. subdens, & cùm suprà dicta liceant sine consuetudine speciali, intelligo, ꝙ ratione consuetudints valebit donatio simpliciter facta, etiam si donatarius forsan non nimis egeat, & in huiusmodi donationibus, siue alienationibus valde † est attendẽda lex municipalis, per glos. ca. quicunque. 17. q. 4. quia dicit
18 glo. in authen. de alien. & emphyteu. in verbo sanciri, ꝙ se-
19 cundùm consuetudinem Regni † prælatus etiam sine consensu, vel authoritate solus dat in feudum, semper tamen in-
20 quit Hostien. ego consulo prælato, † ꝙ in talibus habeat intẽtionem, & oculos ad dominum Deum suum, sed caueãt donatarij ab ingratitudine, & hoc intellige quando prælatus ha
21 bet superflua, secus si pro talibus † faciendis ecclesiam suam obligat, hoc enim omninò sibi cauendum est, sed & de hoc caueant, ne etiam de eis parentes ditent, uel nimis delitiosè
22 viuant, vt ibi per eum; † tenet idem Zabarel. in illis verbis, aut loquimur de bonis ecclesiæ mobilibus, aut de immobilibus; si de immobilibus, non valet donatio, nisi hoc habeat cõsuetudo, & donatio sit moderata; si de mobilibus, aut prætiosis, & tunc idem, quod de immobilibus. l. lex quæ. C. de admin. tuto. aut de non prætiosis, & in his, si prælatus moderate donat, valet donatio etiam cessante consuetudine, vt ibi per eum: sequitur Abb. ibi in illis verbis, aut vult donare aliam rem mobilem ecclesiæ, & tunc, si est minima, non requiritur consuetudo, nec consensus capituli; si verò non est minima, oportet, quòd concurrat consuetudo; &, si enormiter læditur ecclesia, non valet consuetudo, & ex his videtur sentire, quod requiritur consuetudo, vbi res est non minima, subdens, satis ego crederem, quòd cessante consuetudine nihil donare põt absque cã rõnabili, sed cũ rõnabili sic, qa puta recepit donans seruitiũ ab illo, & vult eũ remunerare, vel quid simile, & dicit glo. in anth. de alien. & emphyteu. in
23 verbo sancimus, † quod donare quoque potest prelatus amicis benemerentibus, sequitur Corsi. in tracta. de minimis, prima parte, versi. 10. ibi, nunquid prælatus rem modicam possit donare? dic ꝙ, aut consuetudo est in loco, quòd prælatus dat puellæ pauperi maritandæ viginti, vel triginta nobili uel pauperi, & potest secundùm Docto. d. cap. cæterum, nam e-
24 leemosinam debet facere † prælatus de rebus ecclesiæ, etiam circumscripta consuetudine, vigesimasexta, quæstione prima, cap. quoniam, aut prælatus donat alicui non pauperi, puta amico, vel consanguineo, & valet donatio, si concurrit consuetudo in rebus mobilibus non prætiosis, aut vult donare aliqua de reditibus, quos facit suos, & potest, cessante verò cõsuetudine nihil donare potest, nisi cum
25 causa rationabili, facit text. capitu. ad hæc. de testam. vbi clerici possunt facere moderatam eleemosinam de acquisitis per ecclesiam, etiam in ægritudine constituti, quod notant Doctor. pro aliqua praua obligatione facta ancillæ, vel seruitori per ipsum clericum vt intuitu eleemosinæ, vel pro remuneratione seruitij, quod agere possit actualiter donando donec viuit, non autem relinquat conferendum post mortem ipsius, secundùm Abb. cap. ad hæc. de testamen.
26 Item & res ecclesię mobiles possunt alienari, quia possunt dari in remunerationem seruitij collocati ecclesiæ, vel prelato. per text. ca. quicunque, duodecima quæstione 2. vbi promissio facta de remunerãdo de bonis ecclesię aliquem, qui ecclesię inseruierit, debet attẽdi, & adimpleri, vbi gl. dicit,

quòd

Source : BIU Cujas

quòd talis promissio etiam nudis uerbis facta ualet nulla in
terueniente stipulatione,& pōt dici, ℣ cōpetit actio ex nu-
da promissione,scilicet condictione ex Canone.26.q.5.iura
menti,per iura,quæ glo.allegat.tenet Abb.in ca. consensus.
27 de reb.eccle.alienan.mihi num. 4. ℣ prælatus † benè remu-
nerat de bonis ecclesiæ eos, qui exhibuerunt obsequia, &
seruitia ecclesiæ, & apostilla ibi citat, Alexand.cons.101.libr.
1.Oldr.cons.278.immo dicit Abb.in capit. inquirendum, de
28 pecul.cleric.℣ prælatus benè potest de rebus † ecclesiæ sub-
uenire suis,si indigent, licet illos diteścere non possit de eis,
29 † & pro seruitijs ecclesiæ impensis potest prælatus cōcedere
possessionem ecclesiæ ad vitam.per eundem Abb.ca.si quis.
de pecul.cleri.& dicit idem.ca.ad hæc.de testamen. ℣ cleri-
cus potest donare aliquid de rebus ecclesiæ intuitu eleemo-
30 sinæ in vita,licet non potest aliquid disponere † in testamen
to,subdens,& potest quis facere per se,quod relinquere non
31 potest per alium faciendum post mortem;† similiter dicitur
in episcopo,qui potest dum viuit,dare cētesimam,vel quin-
quagesimam ecclesiæ per eum constructæ,vel construendę
32 &c.† quia nemo potest accusari quare templum Dei ædifi-
cet,vt per glos.c.aurum,12.q.2.in verbo in his, idem Abb.in
repetitio.cap.cùm esses. de testam.vers. quartò quæro, ℣ si
33 † clericus contraxit debita pro sua sustentatione, potest di-
ctum debitum soluere in vita,& in morte de fructibus eccle
siæ,& melius per Abb.in ca.relatum,el secundo, de testam.
34 3.colum.† nota ℣ clericus etiam in ægritudine, de qua post-
modum decessit,potest aliqua mobilia ecclesiæ conferre lo
cis religiosis,& pauperibus,item his, qui sibi seruiunt, siue
consanguinei sint,siue extranei,secundum seruitij meritum;
35 ex quibus verbis infert,† ℣ in pauperibus,& locis religiosis
sufficit ad erogationem faciendam sola charitas, sed in alijs,
qui non sunt pauperes,vel nō sunt loca religiosa,requiritur,
℣ præcesserit aliquod seruitium;ex quo inquit infero, ℣ cō
sanguineo diuiti,qui non seruiuit ecclesiæ,vel prælato, non
potest prælatus aliquid conferre,etiam de mobilibus eccle
36 siæ; Item nota inquit † ℣ seruitium impensum prælato vide
tur impensum ecclesiæ,adeò ℣ de bonis ecclesiæ potest fie-
ri remuneratio; facit.c.per tuas. vbi idem Abb. de donatio.
Idem tenet glo.in l.iubemus.la 2. C.de sacrosanct. eccles. in
verbo permissam. ibi, an ergo benemerentem potest bene
remunerare,dic ℣ sic, nam, si colorati beneficij remunera-
37 tio impenditur,† ergò vera permittitur etiam de mobilibus,
vt videtur hic innui. Idem dicit gl.in Authē.de aliena. & em-
phyteu.in verbo licentiam; ibi donare quoque potest ami-
38 cis benemerentibus † secundum Alanum, item secundum
consuetudinem Regni,& siue patroni consensu, & authori
tate solus prælatus dat in feudum,sequitur Bart.in d.l. iube-
mus,ibi,quæro utrum ecclesia possit alienare, enumerādo
eos,qui fecerunt seruitia; Text. inquit breuiter, ℣ de rebus
mobilibus potest sine dubio,ext.cap relatum, de testam.vbi
Inno.de immobilibus verò siquidem est beneficium colla-
tum,reuocare non potest,sed,si non est collatum, tunc sic,
dum tamen interuenit solemnitas. Authen.hoc ius. vel quæ
requiritur de iure canonico, & Bald.ibidem vers deinde hic
vides,℣ prætextu beneficij colorati,non potest prælatus re-
munerare amicum suum,si ergo apparet de iustis meritis,
39 & seruitijs potest bene remunerare, † ℣ intelligitur non per
modum concessionis alicuius alienationis dominij, sed per
modum concessionis fructuum ad modicum tempus, secū
dum Innoc.in cap.cum in officijs, de testam. per Specul.in
40 tit.de stat.mona.§.8.de quibus meritis † habet constare per
coniecturas,nec sufficit sola assertio prælati,iuxtà notata.ff.
de collat.l.si donatione,& ita tenet Gulielm.de mōt. Laud.
in cap.1.in clemen,de reb.eccl.non alien.& qui dicantur be-
41 nè meriti,† quibus possit fieri remuneratio, dic vt per glos.
12.q.2.si quos,facit.l. Aquilius Regulus,& l.si pater,de dona.
optimus tex.in l.etiam.ff.de manu vin. & de alienatione re-
rum ecclesiæ mobilium,vel immobilium pro remuneratio
nibus faciendis ego deduxi aliqua in meo Tractatu Spolio-
rum ecclesiasticorum,in qōne de licen.testā. paulò post prin
cip.facit quod dicit glo.in cap. Abbatibus,13.q.2.quę habet,
℣ de rebus ecclesiæ benepōt dari modicum,immo pōt cle-
42 ricus de rebus ecclesiæ † infeudare in paruis tī, vt ibi dicit,
per quam gl.dicit Io.Andr.in reg.qui tacet.in fi.in mercuria
43 ℣ inferiores † in minutis non habent necesse habere con
sensum episcopi,& dicit glo.in summa,duodecima.q.secun-
44 da,† quòd,si res sit modica,& necessitas magna, consensus
capituli non est neeessarius,& dicit gl.in c. sine exceptione,
12.q.2.in verbo quicquam, ℣ eps non pōt quicquā donare,
vel vendere de bonis ecclesiæ,nisi modicū, & hoc modicū
45 est intelligendū,† quod non sit utile ecclesię,quia si aliter sit,
46 non videtur licitū.Clericus.n.alienans incidit in pœnam,&
potest deponi.per glo.cap.quicunque,17.q 4. vide Rebu. in
c.sine exceptione.12.q.2.in verbo quicquam.ibi, nec obstat
tex.in cap.terrulas,qui loquitur in terris exiguis, & minus
vtilibus,aut longe positis,quæ possunt sine solennitate alie-
nari,secus in alijs exiguis,vt per præposit. d. c.terrulas. cum
omnibus ibidem communiter scribentibus, qui respōndent
ad tex.in c.cæterum.ibidem allegato, videlicet licere rē mo-
dicam alienare,ex causa & solemnitate adhibita,sed Rebuff.
ibidem dicit, ℣ non consentit opinioni Doctor. sed dando
47 nouum intellectum intelligit, † ℣ res ecclesiæ minus utiles
non possunt etiam alienari fratrum consilio, cap. vt super,
de reb.eccl. nec obstat tex.cap.terrulas,quia inteligitur ha-
bere locum,quando necessitas interuenerit,vt potē non po
tuit alienans conuocare canonicos propter pestem lōgè di-
stantes,vel ob aliam causam,quando res erant exiguę,& mi
nus vtiles poterunt alienari sine hac conuocatione, & pro-
batur in c.ea enim. 12. q. 2. ubi in alienatione prædij inutilis
48 requiritur solēnitas ibidem requisita, † fortius in re parum
inuili nisi concurrat necessitas,& aliàs,vt ibi per eum,& di-
cit Bertachin.in tract.de epis.§ supereſt.vers.redeundo,versi.
49 sed requiritur,† ℣ episcopus alienans rem minimam utilē
punitur,ibi,nam si vtilis sit quoquomodo puniēdus est alie-
nans,vbi dicere videtur,℣ tex.in cap.terrulas.intelligitur in
50 re prorsus inutili,& licet possit dici, † ℣ hodie sit interdicta
omnino alienatio etiam rei modicæ,& parui ualoris. per ex
trauagan.comm.vbi non potest alienari res ecclesiæ incon-
sulto Papa,tamen dicta extrauagās debet limitari,vt in mò
dicis,& paruis rebus non intelligatur,& quando est tanta,&
tam vrgens necessitas,℣ nō potest expectari authoritas Pa-
pæ.Gondisal.Viladieg.in tracta.de lega.q.11.in fin.ubi dicit,
quid si summa esset necessitas,quę tantam celeritatem desi-
deraret,℣ commode non potest Papæ authoritas expecta-
ri,an non obstante dicta constitutione,ambitiose.posset fie
ri alienatio,dicendum ℣ sic,ad hoc gloss.not.12.q. secunda,
placuit,tex.ff.de peti.hæredit.l.diuus.l.tutor. ff.de admin.tu-
to.tenet Hugo,& Archid.in cap.Abb.12.q.2.& sic disputan
do terminauit Paulus in qōne quæ incip.condemnatus. vlti.
memb.idem tenet D.Cardinalis in clem.prima de reb.eccl.
non alien.ad quod facit tex.in cap. fin. de eccles. ædificand.
51 vel reparan.ex quibus † infertur limitatio ad iura, quæ exi-
gunt solemnitatem in rebus ecclesiæ alienandis, vt intelligā
tur,nisi tanta,& tam vrgens necessitas esset, ℣ non posset ob
seruantia solemnitatis præfatæ seruari,vt in tex.d.ca.placuit.
allegato,& hoc modo inquit limitabis extrauagan.ambitio
se,& illam inquit etiam limita,nisi res essent modicæ, quod
satis innuit.d.constitutio,ad quod etiam facit tex. cap.terru-
las,12.q.2.vt per Gondisal.d.loco. Nec videtur mirum, si de
rebus ecclesię modicis modice, & moderate clericus, uel
prelatus potest donare,uel disponere; quandoquidem quæ
modica sunt,uel parua,iura non curant, uel habent in con-
52 sideratione,† quia de modicis non curatur.l.si oleum. ff.de
in integr. resti. vbi pro modica læsione non datur restitutio
in integrum per tex.in l.si oleum. ff. de dol. vbi pro modica
53 re non datur actio de dolo, nec dolus præsumitur † in modi
ca summa,tex.in cap.cum te.de re iudi.vbi glo.in verbo mi
nime.colligit argumentum,quod pro modico non datur a-
ctio iniuriarum,& alibi colligit Bald. quòd officialis de mi-
nimis non est sindicandus, & de minoribus non est faciēda
scrupulosa inquisitio propter liberum arbitrium uoluntā-
54 tis,† quod natura hominibus tribuit.l. si seruus ueritus.de le
55 ga.primo,& pro re modica Cardinalis non præsumitur cō-
mittere symoniam.cap.& si quęstiones.extr.de symon.& de
56 minimis præsumitur largitio,& donatio amore Dei,per Bar
tol.in l.quæ dotis.ff.solut. matri. & in l.si quis cùm aliter. de
verbor.obligatio.nec est sine ratione, quòd de modicis non
57 sit curandum,† quia modicum, & nullum æquiparatur.cap.
licet causam.de probation cap.cum te,de re iudi.cap.teme-
re.iuncta gloss.in verbo præterij.cap.re vera. de consecra.di
stinct.2.& causa modici damni non receditur à iure,in Spe-
cul.§.6.vers.vt authen.de loca. & modica res non debet at-
tendi.l.si quis fundum.ff.loca. nec vitiat contractum,nec a-
ctionem parit,nec exceptionem. l.habitatores. ff.loca.l.si id
quod.§.si quas.cum alleg.in gloss.ff.de dona. inter virum &
vxor. & ubi res modici prętij est, omittitur titulus, & habe-
tur pro non titu.l.etiam.§.quod si quis hæreditatem.in versi.
modico vendidisse. ff. de petitio.hęredita.& pro re modica
non itur ad Prætorem,uel iudicem.l.placet.C.de peda. iudi.
& dicit Bald.in l.quicunque, 2. colum. C. de fer. fugit.quòd
58 propter leues abusiones pauperes † non sunt in corpore pu-
niendi ff.de offic.prę.l. illicitas. in fin. absurdum enim esset
59 punire in corpore, nam qui parum transgreditur † non vi-
tuperatur,nec flagelatur,l.secunda. §.final. ff.de his qui sunt
60 sui,sicut secundum eum dicimus in eo, † qui ficos comedit
in horto uicini, qui non punitur in aliquo, nisi quia datur ei
bibere ex aqua calida ad euomendum illos, ut C.ex quibus
61 caus. in l.uerbum, vbi gloss. tertia,† & dicit Ioan. Calderin.
in cap.cum ex iniuncto,de hęre.quòd, si parū discedat à me
dio,non est contra uirtutē,sed bene si multum discedat, qa

Source : BIU Cujas

tunc corrumpitur virtus in actu ſuo. 23.q.3.cum in lege .& dicit glo.in cap.ad noſtram.de reb.eccleſ.in verbo enorme, quòd pro leui damno non datur reſtitutio eccleſiæ, facit illud,qnod dicit Aegid.in conſ.12.& Felyn.poſt Abb.& alios,
62 quos allegat in c.ad audientiam.col.2.de pręſcrip.† quòd illud,ꝙ dicitur,Papam alienare non poſſe de rebus eccleſiæ, vt in cap.non liceat. 12. q.2. procedit quando alienatio eſſet magna,quæ ſcandalizaret totam eccleſiam, quia res modicæ alienatæ ſunt à ſolennitate iuris exemptæ.12.q.2.c. terrulas,no.in c.vt ſuper,de reb.eccleſ.non alien.Inno. in c. intellecto.de iur.iuran.vbi Abb.colum.2.& in conſ.3.q.25. libro 2.Bar.in l.prohibere.§.planè.ff.quòd vi aut clam.Federic.de Sen.conſ.210.

SVMMARIVM.

1 *Summa minima varijs modis dicitur.*
2 *Modica res vni poteſt eſſe magna alteri,ubi,quod porcellum veluti oculum ſeruat homo tenuis fortunæ.*
3 *Commitiſſa Mathildæ dum donaret triginta miliaria eccleſiæ,dixit concedo aliquantulum terræ illi.*
4 *Cauſa de porcello inter pauperes dicitur magna.*
5 *Cauſa minima dicitur,quæ ad ſumptus iudiciales non ſufficit.*
6 *Expenſa fieri non debet,ubi res eam non ſuſtinet.*
7 *Inuentarium hæres facere non tenetur,quando maior eſſet impenſa inuẽtarij,quàm hæreditatis.*
8 *Tutori non imputatur,ſi non exigit debitum,in quo plus oportebat expẽdere,quam inde percipere.*
9 *Teſtes non ſunt citandi,ſi diſtant, quando plus expenderetur in adeundo,quam ſit ualor cauſæ,ſed debet examen delegari.*
10 *Recurſus ad ſuperiorem non conceditur,quando plus expenderetur,quã ſit valor cauſæ.*
11 *Cauſa magna & parua quæ ſit,relinquitur arbitrio iudicis.*
12 *Modicum quid dicatur,ſtabitur determinationi conſuetudinis, ſi appareret.*
13 *Modicum tempus quid dicatur.*
14 *Modicum dicitur attenta qualitate rei, & perſonaruu,ſecundùm iudicis arbitrium,& num.18.*
15 *Dictio,circa,refertur ad modicum tempus.*
16 *Tempus trium annorum reſpectu quinquaginta,& quarta pars, dicũtur modicum.*
17 *Pubertati proximus dicitur,qui ab ea diſtet per tres annos.*
18 *Regula quæ ſeruatur in cognoſcendo modicum, ſeruari poſſe uidetur in cognoſcenda re magnæ quantitatis.*

Rubrica. 9.

Quid & quomodo dicatur modicum.

MOdicum autem & exiguũ
1 varijs modis dicitur,† nam minima ſumma aliquando dicitur,quæ vſque ad decẽ libras auri, alibi vſque ad 20. marcas,alibi vſque ad duos aureos.ff.de dolo.l.ſi oleum, alibi ad quinquaginta ſolidos.l.prima.C.de defenſo.ciuit. glo. in cap.anteriorum.2.q.5.glo.in c.terrulas.in verbo exiguas, 12.q.2.ubi dicit varijs modis dici modicum,reſpectu quali-
2 tatum,& conditionum perſonarum,† quia res modica vni poteſt eſſe magna alteri, quia homo tenuis fortunæ ſeruat porcellum veluti oculum,& ueluti rem magnam. per gl. in l.illicitas.§.ne tenuis. in verbo lumine. ff. de offic. præſid.gl. in l.ſed ſi ſuſceperit,in verbo modica.ff.de iud. quæ dicit, ꝙ
3 duo pondo auri ſunt res modica reſpectu perſonarum,† ſicut ait Comitiſſa Mathildæ, aliquantulum terræ concedo illi eccleſiæ,quæ tamen terra in triginta miliaria extendebatur,& ratio eſt,ꝙ dicit modium, quia modicum erat reſpectu perſonæ donantis, & inter pauperes, & viles perſonas,
4 † ergo & cauſa de porcello dicitur magna cauſa,† & illa cau
5 ſa dicitur minima,quæ ad ſumptus iuditiales non ſufficit. 2. q.6.c.anteriorum.§.illud,glo.in c.de appellatione, de appellatio.per tex.in l.mediterraneæ.C de anno.& tribu.libro 10. vbi Bartol. dicit per illum text. quem non debere accuſari,
6 † ſi nõ fecit illud,ad qđ faciedũ maior erat ſumptus, q̃ rei agendæ vtilitas,qa nunquam debet fieri expenſa, quã res pati vel ſubſtinere non põt,per tex & ibi no.in l.ſi ſeruos.ff.de pi-
7 gno.actio.† & ſi res hęreditaria eſſet tam parui valoris, ꝙ eſſet maior impenſa inuentarij,quàm valor hæreditatis, tunc nõ tenẽt hæres facere inuentariũ,ſed ſufficit ſimplex deſcriptio bonorũ authore prętore,per Bar.in d.l.mediterraneæ,
8 quem Alex.& Ang.ibi ſequũtur.& non imputatur† tutori,
9 ſi non exigit debitũ,in quo plus oportebat expẽdere, † quã inde ꝑcipere,itẽ iudex non debet facere teſtes citare ad locũ iudicij,qñ tñ diſtant,quòd plus expẽderetur in adeundo, q̃ ſit valor cauſæ, arg.d.l.mediterraneæ,ſed tũc iudex debet delegare examinationem.l.gñaliter.§.his præſentib. C.de reb.
10 cred.& fid.inſtru.Authen. apud eloquentiſſimum. † Item ſi in habendo recurſum ad ſuperiorem expenderetur plus, q̃ ſit valor cauſæ,tunc licitum eſt non haberi recurſum,ſecundùm Bar.& alios.d.l.mediterraneę.refert, & ſequitur Anto.
11 Corſe.in tract.de minim. verſ. 16.† ſed quę & quando dicatur magna,& parua quantitas,quæ magna,& parua cauſa dicatur,relinquitur arbitrio iudicis ſecundùm qualitatem , & gradum perſonarum.per Inno.Cardi.& alios in cap.fin.§.is autem,de off.& pot.iud.deleg.& dicit glo.in l.ea hactenus.ff. de vſufruct.accreſcen.in verbo pertinet,ibi,ſed quæ erit modica impenſa in prædictis? reſpon. duorum aureorum, uel dic melius iudicis arbitrio &c.& dicit Ioan.de Imol.in c. cę-
12 terum.de donat.† ꝙ quando quid dicatur minimum,uel nõ ſtabitur determinationi conſuetudinis,ſi de illa apparet,aliàs videtur ꝙ arbitrio ſuperioris hoc poterit determinari, argu. c.de cauſa.de off.deleg.qui habebit conſiderare quantitatẽ, ſeu valorem rei facit quod habetur in authenti.præterea.C. vnde vir & vxor.& in l.prima. ff.de dol. per quã legẽ videreẽ ꝙ poſſit arbitrari quantitatẽ duorum aureorum eſſe modicũ,niſi aliud haberet conſuetudo, ut ibi per eundem Imol. & modicum tempus ſecundum glo.in c.2.de reb.eccle.in 6.
23 & ibi Archidiac.& Geminia.in verbo non modicum, † dici poteſt tẽpus infra decem annos,uel relinquitur arbitrio iudicis inſpecto ſtatu eccleſiæ,& imminenti periculo, & conditione perſonarum,d.cap.de cauſa.l.1.in fi.ff.de iur.deliber. tenet gl.in clem.1.eod.tit.in glo.fin. quę dicit, ꝙ quomodo intelligatur modicum tempus, relinquitur arbitrio iudicis , eſt deciſio Rotę 232.in nouis.ſub titu.de reb.eccleſ.non alie. ſi pręlatus.in princip.ſi prę atus locat ad certum, & modicũ tempus,relinquitur arbitrio iudicis,& per glo.in l.1. ff.de ſuperfic.§.quod ait,ſubdens,& videtur hoc æquũ propter varias conditiones regionum , quæ etiam dicit quòd modicũ tempus dicitur infrà decennium,item 30. dierum, item biẽ-
14 nium,item quinquennium,† vt per glo.d.clem. prima,in gl. fin.& concludo ſecundum Anton.Corſet. ꝙ minimum , & modicum dicitur attenta qualitate rei,& perſonarum,ſecundum iudicis arbitrium, ad quod facit bonus tex. in l. legitimos.ff.de legit.tuto.& quod legitur,& not.in c.& ſi quæſtiones,de ſymon.& per eundem Corſet.in tracta. de minim.1. parte.circà princip.& in materia vide Corne.conſil. 179. incip.ex puncto præmiſſo.2.colum.3.volum.Verſic.pręterea ,
15 † vbi loquens de dictione,circà,dicit, ꝙ refertur ad modicũ
16 tempus,& quod tempus trium annorum † poteſt cẽſeri modicum reſpectu quinquaginta , & quarta pars dicitur parua ,
17 † & propè pubertatem dicitur ille,qui diſtat à pubertate per tres annos,facit,quia eadem regula, quæ ſeruatur in cognoſcẽdo modicum,eadem fere ſeruari poſſe videtur in cogno-
18 ſcenda re magnæ quantitatis,† quia,quæ dicãtur magnæ res, relinqu untur arbitrio iudicis,attenta qualitate illius qui donat,argu.gl.in l.ſed & ſi,§.1.ff.de iud.§.ſed ex his legibus,ver ſic.facultates,Inſtit.de auth.tut.Bar.& alios in l. ſi conſtante. ff.ſol.matri.in repeti.in quæſtionib. pri.par. Alex. conſ.1. 6. col.5.vol. Abb.conſ.3.21.col.26.dub.2.vol.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles, & ſe ſe mouentes non differunt, niſi aliter ſit expreſſum.*
2 *Serui eccleſiæ fugitiui per prælatum alienari poßunt,intellige tamen, vt num.7.habetur.*
3 *Serui fugitiui dum in fuga ſunt,ſub conditione,ſi apprehendantur, uendi poßunt,non ſimpliciter,& de ratione.*
4 *Serui eccleſiæ non fugitiui alienari prohibentur.*
5 *Prælatus mobiles res,& ſe mouentes moderatè donare poteſt.*
6 *Prælatus ſolus animalia ad opus eccleſiæ deputata alienare non poteſt.*
8 *Serui benemeriti libertate donari poßunt,& eis manumiſſis victus conferri , iuxta tamen taxam à canone expreſſam , & numero vndecimo.*
9 *Donatio facta de fructibus eccleſiæ per Rectorem reuocatur.*
10 *Serui eccleſiæ manumitti non debent , niſi retento eccleſiaſtico patrocinio.*
12 *Serui benemeriti,qui dicantur.*
13 *Epiſcopus uolens manumittere ſeruum nõ ſeruato patrocinio eccleſiæ,debet duos ſeruos eiuſdem meriti offerre.Et quare pro uno duo offerantur.*
14 *Seruus duplici uia poteſt prodeſſe eccleſiæ.*
15 *Prælatus,qui de ſuo contulit eccleſiæ,poteſt alienare de rebus eccleſiæ tãtundem,quantum de ſuo contulit,imò quantum dare uoluerit.*
16 *Alienator rei eccleſiæ,ſi eccleſiam conſeruat ſponte indemnem,euadit de poſitionis pœnam.*
17 *Prælatus ad hoc,ut poſſit ſeruũ manumittere ſufficit quòd det de proprio rem eiuſdem æſtimationis.*
18 *Remuneratio a prælato authoritate ſuperioris fieri debet.*

19 *Hodie*

Source : BIU Cujas

19 *Hodie loco authoritatis concilij prouinciæ olim requisiti in alienatione rei ecclesiæ, sufficit episcopi authoritas.*
20 *Liberti ecclesiæ faciles, & obsequiales operas præstare tenentur sumptibus proprijs.*
21 *Seruo manumisso in dubio non censetur reseruatum peculium.*
22 *Liberti ecclesiæ si absque filijs legitimis decedant, acquisita remanent ecclesiæ.*
23 *Prælatus, qui ex industria sua aliquid acquisiuit ecclesiæ potest de bonis ecclesiæ liberius disponere, quàm alius, qui nihil acquisiuit.*
24 *Seruus rusticus non alienatur, nisi vt res immobilis.*
25 *Seruus rusticus dicitur pars instrumentalis fundi, & glebæ annexus, reputatur immobilis, non sic in boue uel asino.*
26 *Ascriptitius non potest alienari sine gleba, nec præscribi.*
27 *Seruus rusticus dicitur qui est deputatus prædio.*
28 *Serui rustici destinati culturæ agrorum uocantur membra terræ, & sequuntur naturam agrorum, quibus cohærent.*
29 *Iudæi licet non possint christiana mancipia habere, ad illos tamen transire potest prædium cum mancipijs christianis.*
30 *Ascriptitij, fauore etiam sacrorum ordinum a cultura terræ separari ne queunt, nisi domino consentiente.*
31 *Homo, pro quo natura omnia creauit, quomodo potest alteri rei accedere.*
32 *Se se mouentia, quando retinentur ab ecclesia ueluti corpus immobile, alienari non poterunt, nisi ut de immobilibus.*
33 *Seruus dicitur res prætiosa mobilis, & manumissio est alienatio.*
34 *Seruus non potest manumitti, nisi sicut aliæ res immobiles, excipiuntur tres casus ibidem enumerati.*
35 *Ecclesia quando manumittit reseruato patrocinio, non afficitur graui præiudicio, & fungitur officio pietatis.*
36 *Seruus demeritus non est manumittendus, sed alienandus.*
37 *Vasalli ecclesiæ alienari possunt cum solemnitatibus requisitis.*

Rubrica 10.

De alienatione rerum ecclesiæ sese mouentium.

IDem quoque puto posse dici de rebus ecclesiæ se se mouentibus, qđ fuit dictum de mobilibus, vt possint passim distrahi,
1 vendi & alienari,† quia res mobiles, & se se mouentes non differunt inter se immo vnum, & idem sunt; quia appellatione mouentium, & mobilium idem significatur, nisi tamẽ in dispositione aliter sit expressum, & aliud appareat ex mente loquentis; puta quia testator, vel alius animalia tantùm intelligi voluerit, est tex. apertus in l. mouentium. ff. de verbor. signi. tex. in l. a piuo pio. §. primo. ff. de re iudica. vbi gloss. in verbo mouentia. dicit, idest alia mobilia; vnde, cum sint eadem, diuerso iure censeri non debent; quia, vbi idem ius, ibi eadem ratio haberi debet; Nam cum cautis, & cum solemnitatibus. & etiam sine per prælatum solum alienantur, &
2 alienari possunt,† quia serui ecclesiæ fugitiui, qui retineri nõ possunt bene distrahi possunt & alienari per prælatum. per tex. in cap. fugitiui. 12. quæstio. 2. cap. terrulas. §. final. & possunt alienari, vt ibi legitur, etiam per solum prælatum, vt illa, quæ seruando seruari non possunt, quæ benè per solum præ
3 latum absque alia interueniente solemnitate alienantur,† vt diximus supra, vbi dicit glo. quod seruus fugitiuus non potest vendi, dum est in fuga, quia fuga est species libertatis. ff. de ædil. edict. l. quid sit fugitiuus. §. idem recte, sed bene potest vendi cum conditione, si apprehendatur, quod in casu isto debet esse permissum pro euitando damno, seu periculo damni, quod subit ecclesia, vel subire potest per fugitiui amissionem, vnde vendendo prælatus potest dicere, ꝙ faciat pro vtilitate ecclesiæ, quia prætium, quod ex uenditione fugitiui retrahitur, conseruatur ecclesiæ, per dictum Rebuff. in compen. alie. rerum eccle. vers. sunt tamen, ibi, primus casus est quando alienatur res minimi momenti, seu vtilitatis, vt serui fugitiui, & dicit tex in cap. seq. d. causa, & quæst. ibi, cùm canonica authoritas seruos fugitiuos tantùm modò di
4 strahi permittat,† vbi serui non fugitiui alienari expressè prohibentur, & dicit Hostien. in cap. ne præla. vic. suas, quod se se mouentia bene possunt alienari, nec veniunt comprehensa in prohibitione alienationis rerum ecclesiæ, ubi excipit
5 res mobiles;† & se mouentes, de quibus prælatus moderate donare potest terræ more considerato, sequitur Alberic. in authenti. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. vbi dicit, quòd tã se mouentes, vt sunt oues, boues, & similia quæ possunt seruando seruari quàm res mobiles. & quæ non possunt seruando seruari, possunt alienari, quia talium alienatio non reperitur ex
6 prefse prohibita, ergo concessa, vt per eum ibidem,† animalia vero ad culturam, & opus ecclesiæ deputata, vt sunt boues, & huiusmodi, alienare non potest sine consensu superis, argum. l. vltim. C. de admin. tut. & 96. di. in tio. per Bellamer. in cap. abbatibus. tertia colum. versic. expone, duodecima, quæstione secunda. & quod serui fugitiui possunt uendi,† intellige quandò sunt soliti fugere, & reuocati retineri
7 non possunt absque timore fugę, pro vt ibi dicit tex. in verbo reuocati, & ideò tunc vendi & alienari possunt per prælatum, quia tunc vendendo prælatus prospicit meliora, prout declarat Archid. d. cap. fine exceptione. versic. si meliora,
8 item non solum serui fugitiui† ecclesię possunt vendi, & alienari, sed serui ecclesiæ etiam benemeriti libertati donari possunt, quibus etiam manumissis de rebus ecclesiæ victus conferri solet iuxtà taxam tamen à Canone expressam, & si detur vltrà taxam, reuocatur post manumissoris mortem, dicit tex in cap. si quis qualibet. §. item, duodecima quæstione 2. quem tex. Abb. in repe. cap. cum esses, de testam. versic. adducta, colum. 9. allegat ad hoc, quòd donatio facta de fru-
9 ctibus ecclesiæ per Rectorem† reuocatur, & per tex. cap. si
10 quod de seruis eod† vbi in fin. dicit text. ꝙ manumitti serui ecclesię non debent, nisi retento ecclesiastico patrocinio, di
11 cit glos. in d. cap. si quis qualibet. §. item† si Rectores, quòd sic est sententia, quod serui benemeriti possunt manumitti, & de rebus ecclesię habere vnde viuant. Idem glo. in ca. consensus. de reb. eccl. in verbo de familia, & seruos beneritos
12 appellat glo. d. cap. si quos illos, qui aliquod insigne seruitũ fecerant ecclesiæ. cap. si quis Papa. 79. distinct. vbi esse potest exemplum de eo, qui reuelasset fraudes, uel coniurationes ecclesiæ. qui valde præmiatur, & is seruus pro seruitio collato est remunerandus libertatis præmio, largo tamen modo benemeritus dicitur quicunque non demeruerit, & ita quilibet dicitur dignus, qui non est indignus, per iura quę eadẽ
13 glo. adducit, immo episcopus uolens manumittere† seruos ecclesię potest etiam non retento, aut reseruato ecclesiæ patrocinio, dummodò tamen duos seruos eiusdem meriti ecclesiæ offerat. d. cap. si quos. in fin. & cap. episcopus qui. duodecima. q. 2. & quare pro vno seruo sic manumisso dantur duo serui, & pro una re dantur duæ, rationem assignat glos. d. cap. si quos, quia uidelicet si seruus ecclesię sit bonus, diligenter gerit res, & negotia ecclesię, & nõ permittit fieri fraudem, & si sit malus, per eum potest extorqueri veritas, quam
14 rationem assignat tex in l. lex quæ. C. de admini. tuto.† vnde duplici via seruus potest prodesse ecclesiæ, & duplex commodum affert, per glo. d. l. lex, & de quo patrocinio debet intelligi, & quod patrociniũ possit remitti, & an de eo, quod consistat in faciendo, vel de eo quod consistat non faciẽdo,
15 vide gl. d. cap. episcopus, sed si clericus uel prælatus contulit de suo, vel ecclesiam beneficiauit, vel ampliauit, bene quidem potest disponere, & alienare de rebus ecclesiæ tantundem, quantum de suo contulit, & etiam seruos manumittere. ꝙ tex. in cap. iniustum. §. item si Rectores, 12. quæst. 2. imò potest alienare antequam det ecclesiæ, quia dicit litera ibi, si Rectores ecclesiæ de rebus proprijs tantundem ecclesiæ restituere voluerint, ecclesiasticas facultates libere dare possunt, & constabunt his, quibus datæ sunt perpetua firmita-
16 te &c.† vbi notat gl. quòd, si alienator rei ecclesiæ, ecclesiam conseruat spõre indemnẽ, euadit depositionis pœnam, quã alienator incurrit, idem habetur in tex. in cap. consensus, & cap. Episcopus de rebus eccl. alien. vbi gloss. in verbo conferunt. inquit, ergo a contrario sensu si de suis conferunt, ali-
17 quos manumittere possunt &c.† & dicit Aug. Bero ibidem, quòd ad hoc, vt prelatus ecclesię possit seruum iliius manumittere, sufficit, quòd illi det de proprio rem eiusdem estimationis, per iura ibi per eum allegata, & dicit idẽ Aug. in c. consensus, de reb. eccles. non alien. colum. 5. quòd ma-
18 numissio serui,† & sic dispositio de rebus ecclesiæ, quę fit alicui etiam ob merita, & propter obligationem naturalem ad antidora, fieri debet authoritate superioris, puta cũ consensu episcopi, potest allegari ad hoc tex. d. ca. si quis, & text. in quicunque. q. 2. ubi propter benemerita collocata ab aliquo Rector ecclesię illi potest dare, uel promittere, & promissum de bonis ecclesię solui debet, dummodò talis promissio, uel concessio à concilio Prouincię fuerit confirma-
19 ta,† sed hodie loco authoritatis concilij olim requisiti sufficit authoritas episcopi & superioris prælati, vt per Aug. d. loco, ubi dicit multa de seruis ab ecclesia manumissis, & descẽ
20 dentibus,† in quibus dicit esse speciale, ꝙ operas fabriles, & obsequiales ex iuris dispõne pstare tenentur, ac ꝙ eorũ operas iuxtà virtutẽ, & eorum possibilitatẽ pstant ẽt ipsiusmet liberti sumptib. suo victu, & vestitu, si tñ habeat vnde hoc facere possit, ꝙ si secus, vel ecclesia ipsa alet illũ illis dieb. quib. pstabat opas, uel det illi tñ spatiũ tpis, quo victũ sibi alibi
21 in illis dieb. quęrere possit,† item ꝙ seruo manumisso ẽt ob merita in dubio non dr ei reseruatum peculium, & ꝙ liber
22 ti† ecclesię filios legitimos non habẽtes de bonis suis nõ disponũt, sed oĩa ecclesiæ acquisita remanẽt, vt ibidẽ, imò dicit
23 Abb. ibidem,† quod prelatus, qui acquisiuit ex industria sua

Source : BIU Cujas

aliqua bona ecclesię, pōt liberius disponere de bonis ipsius ecclesię, quā alius, qui nihil acquisiuit, & legit in text. in ca. cū redemptor, 12. quæst. 2. ꝙ miserationis, & pietatis etiam in-
24 tuitu ecclesiæ serui manumittuntur, † & si tamen seruus sit rusticus, vel rusticum mancipium, non alienatur, nisi vt alie nantur immobilia, authen. de non alienan. §. nos igitur, quia dicit Bald. in l. 1. col. 5. vers. Iolutio, C. de seru. fugit. quòd seruus ascriptitius glebæ est portio fundi, & inter immobilia computatur. l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. l. si quis inquilinos. de lega. 1. licet enim sit corpus discretum naturaliter à
25 fundo, † tamen seruus pars est instrumentalis fundi, quod non contingit in boue, vel asino; nam, si sunt instrumenta fundi, tamen mobilia sunt; sed in solo homine contingit, ꝙ glebæ annexus reputetur immobilis, vnde seruus lōgo tem-
26 pore prout res immobilis præscribitur, & ascriptius † nō potest alienari sine gleba, ergò nec præscribi. l. quemadmodū. de agri. & censi. lib. 11. & per text. vbi Abb. cap. nulli. de reb. eccl. non alien. 2. notab. vbi dicit, ꝙ rusticus seruus computā
27 tur inter bona immobilia, † & dicitur rusticus ille, q est deputatus prædio, nam videtur inhærere prædio, quod cùm sit res immobilis communicat naturam suam seruo deputato ad eius culturam, per iura, quæ ibi adducit, & serui rustici de
28 stinati culturæ agrorum † vocantur membra terræ. l. cùm satis. C. de agri. & cens. libro 11. & comprehenduntur in dispositione loquente simpliciter de rebus immobilibus, nam ratione connexionis sequuntur naturam agrorum, & prædiorum naturæ accedunt ac cohærent, colligitur in l. tertia, ff. de
29 diuers. & temp. quia vt videmus, † licet Iudæi non possint emere, nec habere mancipia christiana, tamen, si ad eos transeat rusticum prædium, transeunt etiam mancipia Christiana destinata culturæ illius prædij ratione connexionis, quia non principaliter, sed accessoriè possideri dicuntur. capit. se-
30 cundo, de iudæ immo fauore etiam sacrorum † ordinum à cultura terræ, & à prędio, cui sunt ascripti separati nequeunt, nisi prædij domino consentiente. cap. generalis. 54. distin. per
31 August. Bero. cap. nulli. de reb. eccl. non alien. † vbi etiam disputat quomodo homo, pro quo omnia natura creauit, ꝓpter sui nobilitatem possit alteri rei accedere; sed si se le mo
32 uentia, vt oues, boues, & equi sint, † vel stent applicata, & assignata ecclesiæ, vt res immobilis, vt prædium, vt ego vidi in pluribus ecclesijs, in quibus grex animalis stat, vt immobile, & vti prædium, vt audio in Abbatia Sācti Leonardi de phrygia in Apulia, vbi adest corpus, seu grex 5000. pecudum, qui rerinetur, vt corpus immobile, & vti prædium, ego puto, ꝙ de huiusmodi non fiat alienatio, nisi vt de immobilibus, & quòd in alienatione talium ea debeant requiri, quæ requirū tur in alienatione immobilium, & dicit quidam Docto. in d.
33 d. c. nulli. ext. eod. tit. quòd cum seruus sit res † prętiosa mobilis, vt legitur & notatur in cap. episcopus qui. duodecima quæst. 1. & manumissio sit alienatio. l. fina. C. de reb. alien. nō
34 poterit manumitti † nisi sicut aliæ res immobiles. cap. consensus, cum cap. sequen. extr. eo. tit. secundum communem expositionem, nisi dupli æstimationem præstiterit ille, q manumittere voluerit, plene. d. cap. episcopus, qui, nisi secundū Henric. Boic. in cap. nulli, allegato, manumitteretur, vt promoueretur ad clericatum in eadem ecclesia, cui seruit, uel alia, iuxtà ea, quæ habentur in cap. de famulis, cap. eo. libentius. deser. non ordinan. cap. qui ex famulis, 54. dist. cap. de libertis, 12. q. 2. cum ibi no. item nisi manumitteretur ob bene merita, vt capit. si quos. ead. causa & quæstione, quo casu fit
35 manumissio reseruato patrocinio ecclesiæ, & potest simpliciter manumitti, dummodò nō sit demeritus. l. seruos. ff. de manum. testa. † quoniam tunc non afficitur ecclesia graui præiuditio, & fungitur officio pietatis. cap. cum pastoris. 12. q. 2. qua ratione procedit casus, quando ad clericatum promouetur seruus, quia tunc dicitur manere in patrocinio, & seruitio ecclesiæ; bene verum est, ꝙ pleno inre non potest, nisi contributo prius duplo; nec demeritus debet manumit
36 ti, sed potius alienari. d. c. si fugitiui, † cum aliàs prohibita sit alienatio in priuatum ipsius fauore. cap. iniusta. ead. causa, & q. quamuis quandoque aliter obseruetur. cap. ecclesiasticus,
37 12. q. 2. † vasalli quoque, & subditi ecclesiæ, & ecclesiarum alienantur cum solemnitatibus requisitis, est facta decisi. rot. Tolomęi 81. incip. in una teraconen. tit. de reb. eccl. vbi alienata villa per camerarium, & alienatione confirmata per sedem Apostolicam, quærebatur, an vasalli potuerint inuiti alienari, & per multa ibidem recitata concluditur, ꝙ sic; Et per hęc deducta meo iuditio constat, quòd res ecclesię mobiles, siue sint fructus, siue sint res, quę seruando seruari nō possunt, siue sint res pretiosæ, siue res sacrę, siue alterius generis, mobiles, aut se se mouentes omninò, uel cum consensu, vel si se etiam per solum clericum, aut prelatum alienari possunt, & vendi.

Sed optimum erit, vt deueniamus ad bona ecclesię alte rius generis, de quibus sigillatim libenter dicimus, vt quò magis res singulę discutiuntur, & disputantur, eo magis plana materia reddatur; vnde, cū de mobilibus, & se mouentibus tractatum fuerit, postea dicemus, de immobilibus, deinde de reditibus, & actionibus, & vsufructus, ac possessionis, pecuniæ, ac census ecclesię alienatione, hoc enim modo meo iuditio erit tactum de rebus, & bonis ecclesiasticis cuiuslibet generis, & cuiuslibet speciei.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio Leoninæ constitutionis, de non alienandis rebus ecclesiæ fuit lex localis.*
2 *Sed per Imperatorem fuit extensa ad alias ecclesias.*
3 *Quæ non sunt comprehensa in dispositione prohibitiua, censeri debent remansisse libera. Item quod non reperitur expressè prohibitum, regulariter intelligitur esse permissum.*
4 *Constitutio Leonina prohibens alienationem rerum ecclesiæ Constantinopolitanæ, aliarum ecclesiarum rerum alienationem permittebat.*
5 *Imperatori permittitur tribus concurrentibus alienare res ecclesiæ.*
6 *Res immobiles eceleſiæ in emphyteusim alienari possunt.*
7 *Forma concedendi res ecclesiæ in emphyteusim.*
8 *Formis & solemnitatibus in concessione in emphyteusim requisitis non obseruatis non tenet emphyteusis.*
9 *Emphyteusis hodie concedi potest dimissa sexta parte valoris rei. Quod qualiter sit intelligendum, vide num. 20.*
10 *Aestimatio rei, quæ datur in emphyteusim, fit iuxta illius valorem, licet sit parui reditus.*
11 *Emphyteuta cessans a solutione canonis per biennium cadit a iure suo, nec tenetur ecclesia ad restitutionem melioramentorum.*
12 *Emphyteuta, si rem ecclesiæ deteriorat, cogitur ipse, & eius hæres in pristinum restituere.*
13 *Ruinæ ædificiorum ecclesiasticorum in emphyteusim concedi possunt.*
14 *Ecclesiæ rei vsusfructus concedi potest data proprietate æquiualenti ecclesiæ, cum pacto quod finito tempore vsusfructus ad ecclesiam redeat.*
15 *Ecclesiasticæ rei vsusfructus non conceditur ultra uitam accipientis.*
16 *Hypotheca spetialis, & generalis in effectu idem esse uidentur.*
17 *Ecclesia propter functiones fiscales, si aliunde soluere nequeat secundū formam traditam, rem immobilem in solutum dare, uel alienare pro tali debito poterit.*
18 *Idem si debeat alicui priuatæ personæ.*
19 *Ecclesiæ res immobilis, & rusticum mancipium potest commutari cum Imperatore.*
21 *Loca diruta ex quibus nullus resultat reditus, ab ecclesia perpetuo in emphyteusim dari possunt.*
22 *Locare immobilia ecclesiæ, licet, modo spatium triginta annorum nō trāscendat.*
23 *Ecclesia, siue prælatus res immobiles de iure ciuili supponere potest, non autem de iure canonico.*
24 *Ecclesiæ res hodie creditori in pignus speciale dari possunt.*
25 *Creditor ex fructibus rei pignoratæ pro sorte principali, & pro usuris sibi satisfacere debet, postea res ad ecclesiam reuertitur.*
26 *Ecclesiarum res ultrà constantinopolit. possunt in emphyteusim perpetuo concedi.*
27 *Dispositа circà ruinosas domos ecclesiæ constantinopolitanæ, ad alias ecclesias extenduntur.*
28 *Permutationes rerum immobilium ecclesiarum inter quascunque ecclesias permittuntur.*
29 *Quinque casus enumerantur, in quibus immobilia ecclesiæ nullo modo alienari possunt, licet aliàs permitteretur.*
30 *Prohibitum certis casibus in cæteris uidetur esse permissum.*
31 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
32 *Ex authoris sententia firmatur, immobilia ecclesiæ, attento iure ciuili omninò alienabilia esse, seruatis a dicto iure traditis.*
33 *Alienari possunt res ecclesiæ attentis antiquissimis constitutionib. canonum, causis existentibus.*
34 *Sacerdotes cum clericorum consensu res ecclesiæ distrahere possunt, si adest necessitas, uel uti meliora prospiciant.*
35 *Ecclesiæ rem quis habere potest, si tantundem ecclesiæ dare uelit, et illā indemnem conseruet.*
36 *Alienator rei ecclesiæ, si indemnem sponte ecclesiam reddat, euadit periculum depositionis.*
37 *Prælatus, quæ inuenit in ecclesia, salua teneat.*
38 *Prælatus potest aliquid donare de bonis ecclesiæ, si de suo proprio eidem tantundem tontulit.*
39 *Prælatus, qui tantundem de suo contulit ecclesiæ, alienando uidetur de ipsius ecclesiæ uoluntate alienare.*
40 *Episcopus, qui seruum ecclesiæ manumittere vult, debet offerre duos similes. Et de ratione.*

41 Sa-

Source : BIU Cujas

41 *Sacerdotes, qui aliquid relinquunt, vel acquirunt ecclesiæ, poßunt manumittere seruos, dummodo illud, quod ecclesiæ collatum fuit, duplum æstimationis seruorum sit.*

42 *Prælatus, qui ex industria sua aliquid acquisiuit ecclesiæ, liberius disponere quàm alius potest.*

43 *Dilapidator, si vult conseruare ecclesiam indemnem, non debet ab administratione remoueri.*

44 *Rector ecclesiæ potest unam rem alienare, dummodo de suo tantundem ecclesiæ conferat, etiam sine utilitate ecclesiæ.*

45 *Ecclesiæ res, ubi adest necessitas, etiam sine solemnitatibus distrahuntur.*

46 *Alienans ecclesiæ rem id gerat, quod de iure reprobari non mereatur.*

47 *Prælatus pro ecclesiæ utilitate bene alienat.*

48 *Ecclesiæ immobilia, & mobilia prætiosa secundùm iura nouissima alienari prohibentur, nisi in casibus a iure expressis.*

49 *Res ecclesiæ ab antiquo in emphyteusim concedi solitæ alienari possunt.*

50 *Bullæ Iulij Tertij, & Pij quarti in materia rerum ecclesiasticarum alienationis editæ, sunt principaliter factæ ad reuocandum male alienata, non ad prohibendum alienationem.*

51 *Res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis.*

52 *Alienationem ueterem confirmans non intelligitur alienare.*

53 *Res ecclesiæ prohibita alienari, propter consuetudinem alienari poterit.*

54 *Solitum concedi illud dicitur, quod bis spatio annorum quadraginta fuerint conceßum.*

55 *Bona feudalia, & emphyteutica consueta infeudari, uel emphyteuticari iuxta consuetum, iterum poterunt concedi absque alia solemnitate, & causa.*

56 *Bona ecclesiæ solita infeudari, uel emphyteuticari poßunt de nouo concedi causa primæ concessionis durante.*

57 *Prælatus solus potest parcere emphyteutæ cessanti in solutione canonis.*

58 *Causa primæ concessionis qualiter cessare, aut durare dicatur, demonstratur duobus exemplis, & nu. 59.*

60 *Hodie autem loca Romanæ ecclesiæ, quæ reuertuntur ad illam nõ poßunt de nouo concedi ex constitutione Pij Quinti.*

De immobilium rerum ecclesiæ alienatione. Rubri. 10.

PRædia igitur possessiones, agri, domus, cæteraque immobilia ecclesiarum videntur pari modo contractabilia, & alienabilia; qđ quidem, vt ab antiquis iuribus incipiamus, de iure ciuili ex
1 eo manifeste apparet, † quia priuilegium, & prohibitio Leoninæ constitutionis de non alienandis bonis ecclesiæ erat cõcessum, & factum tãtummodo pro rebus, & bonis ecclesiæ Constantinopolitanæ, dicunt verba tex. in l. iubemus. in prin. prin. C. de sacrosan. eccles. & glo. in uerbo vrbe, & sic fuit lex localis, dicit glo. in Auth. hoc ius. C eo. ibi eam ecclesiam, in prin. dixit tex. apertus in auth. de non alienan. aut permu. in
2 prin. in corpore, † vbi Imperator emendans dictam Leoninã constitutionem, & in melius reformans illius dispositionem restrictam ad solam Constantinopolitanam ecclesiam, eamque amplians ad omnes alias ecclesias illam extendit, vt ibi in tex. legitur, melius per tex. in authen. de eccle. rer. immob. in prin. § nuper igitur, ibi, uidebamus enim causam effusam, & paulatim ad alias ecclesiasticas migrantem possessiones, neque iprætijs solitis dignis, neque opere ineuitabili imminente alienatis & c. vnde, si ecclesiæ solum modo bona Constantinopolitanæ erant alienari prohibita tempore Leonis, clarè arguitur, ꝙ bona aliarum ecclesiarum poterant passim
3 uendi, contractari, & alienari; † quia, cùm non essent cõprehensa in dispositione prohibitiua, censeri debent remansisse in libera dispositione Rectoris, uel prælati, vt de illis posset suo modo disponere. l. in re. C. manda. quia illud, quod non reperitur expresse prohibitum, regulariter intelligitur esse permissum, l. nec non, § quod eis. ff. ex quib. cau. maior. meritò potest dici, ꝙ bona ecclesiarum poterunt alienari, quæ nõ
4 inueniebantur prohibita, † & per Leoninam quoque constitutionem permittebatur etiam illarum alienatio per tex. d. l. iubemus. circa fi. ubi, si quis desiderabat temporalem vsufructum alicuius prædij, possessionis, uel rei ecclesiæ constantinopolitanę, ei permittebatur per iconomum concedi vel esset prædium vrbanum, vel rusticũ, uel ad quinque, uel ad 10. annos, uel ad tempus uitæ, cum pacto, ꝙ finito tempore concessionis dictus vsusfructus remearet ad ecclesiam cum alio prædio, quod acciperet tantundem reditus, & fructus redderet, vt dicit tex. ibi, & gl. in uerbo, si quãdo, & per easdem Imperatoris leges, per quas fuit inducta prohibitio alienationis rerum ecclesiarum videtur pari modo concessa alienatio, nam in tex. in auth. de non alien. aut permut. res ecclesiæ immobilis, permittitur alienari Imperatori, vel Imperio tribus
5 concurrentibus, † videlicet vtilitate publica, vt seruetur illæsa ecclesia, & cum pragmaticæ forma, ut ibidem in § si nimis, vbi est videre formam alienationis, qua non seruata imperator determinat alienationem nullam, uel sit donatio, venditio, aut permutatio, uel facta cum Imperatore, uel alia cum
6 persona; † & per eundem tex. permittitur etiam alienari in emphyteusim res immobiles tam ecclesiæ Constantinopolitanæ, quàm aliarum ecclesiarum, vt in §. emphyteusim, ubi
7 datur forma concedendi res ecclesiæ † in emphyteusim; permittitur enim ibi posse concedi bona quæcunque ecclesiæ in emphyteusim in personam accipientis, & in duob. eiusdem personæ hæredibus, & deinceps tantùm solis masculis, vel fœminis, aut nepotibus utriusque naturæ, aut uxore, aut viro, si sit inter contrahentes expressum, alioquin non transit emphyteusis ad alium hæredem, & cum alijs modis, formis, &
8 solemnitatibus ibi traditis, † quibus non seruatis non valeat aliter facta emphyteusis; subdens text. ibidem, ꝙ, licet ante sine aliqua diminutione ualoris rei daretur in emphyteusim res ecclesiæ, tamen hodie bene perscrutato, & requisito ualore rei, tempore quo primò deuenit ad ecclesiam,
9 † conceditur emphyteusis, dimissa sexta parte ualoris, plus vero dicta sexta parte non possit emphyteusis diminui, nec
10 per cladem, nec per alium casum; &, si prædium ecclesiæ, ꝙ desideratur in emphyteusim, sit quidem maximi prætij, & ualoris, parui uerò, vel nullius reditus, tunc fiat illius æstimatio,
11 & prætio, & valore æstimato fit emphyteusis; † &, si emphyteuta cessat a solutione Canonis per biennium continuum, ab emphyteutico iure cadit; nec ei ecclesia tenetur ad restitutionem melioramentorum in re ecclesiastica factorum, &
12 in tex. ibidem habetur, † ꝙ, si emphyteuta rem ecclesiæ deteriorat, cogitur ipse, & hæredes rem ecclesiæ in pristinum restituere cum omnibus fructibus; & nedum res immobiles
13 conceduntur in emphyteusim, †† sed & ruinæ ædificiorũ ecclesiasticorum. & in tex. in §. si quis, reformando constitutionem Leoninam permittitur cõcedi vsumfructum rei eccle-
14 siæ † data statim ecclesiæ proprietate alicuius rei æquiualentis, cum pacto, ꝙ finito tempore concessionis vsusfructus concessus ad ecclesiam redeat, ita intelligit glo. tex. in l. iubemus. in gl. fi. in verbo derelinquat &c. ubi dicit, ꝙ per constitutionem Leoninam sufficit relinquere in morte, sed hodie per hunc tex. ab initio, & mox dari debet, & per tex. in auth. de aliena. & emphyteu. §. si uerò, habetur ꝙ concessionis tps
15 non habet transcendere vitam † accipientis, & cõceduntur bona ecclesiæ pro sola necessaria, & ineuitabili occasione, præter quàm non potest illud, quod immineat adimpleri, aut pro alia causa utilissima, pro quibus causis possunt generaliter tantùm obligari, & hypothecari, quod inquit glo. est idẽ,
16 ac si liceret deueniri ad spetialem † quia idem in effectu spetialis hypotheca, & generalis esse uidentur, per glo. d. authẽ. de non alien. §. si autem creditor, in uerbo ad generalem, & legitur in tex. in Auth. de eccl. reb. immob. alien. in corpore,
17 † ꝙ, si ecclesia sit obligata ad solutiones, uel functiones fiscales, & non possit aliunde debitum soluere, facto super hoc consilio, & perquisitione, seruatis solemnitatibus secundum formam ibi traditã, possunt possessiones, & res immobiles ecclesiæ in solutum dari, & pro solutione talis debiti alienari. Item, † si ecclesia aliquid dare debeat etiam alicui priuatæ
18 personę, res immobilis in solutum dari posse permittrtur, vt per tex. & ibi gl. in uerbo ad alienationem, quę dicit, ꝙ secundùm dispositionẽ illius constitutionis pro debito fiscali permittitur rei immobilis ecclesiæ alienatio, & insolutũ datio, sed pro debito priuati solùm in solutum datio, sed hodie inquit generaliter permittitur alienatio pro debito fiscali, & debito priuato cum solemnitatibus, vt ibi; item pari modo legitur in tex. in authen. de alien. & emphyteu. §. sancimus,
19 † ꝙ res immobilis etiam ecclesiæ Constantinopolitanæ aliorumque ibi connumeratorum priorum locorum ciuilis annona, & rusticum mancipium bene potest commutari cum Imperatore, itẽ & in emphyteusim dari in plures personas, sextam tantummodo partem valoris rei emphyteutæ dimit
20 tendo, id est † ꝙ pro re ualoris sex emphyteuta soluat quin-
21 que; ita ego intelligo tex. dimissa sexta parte; † item & loca diruta, in quibus, vt vtar verbis tex. antiquæ habitationes depositæ sunt ex quibus nullus resultat reditus, quæ per dictam ecclesiam reædificari nõ possiunt, perpetuò in emphyteusim dari licet pro canone, uel pensione, de qua in tex. ibi, § si uerò quædam; Item conceditur vsusfructus rerum immobiliũ
22 ecclesiæ modo, & formis iam dictis: † Item & immobilia est licitum locare pro quantouis longo tempore, modo spatiũ triginta annorum non transcendat. § locationes, eo. tit. si dicta ecclesia, vel prænominata loca pia pro soluendis debitis, aut alijs necessitatibus pecuniæ indigent, possunt res immo-
23 biles † de iure ciuili supponi, ꝙ videtur prohibitum hodie expresse in c. 2. de reb. eccle. in 6. per illa verba, ibi, summittere,
24 subijcere. & seu supponere &c. † Item est etiam licitum talia dare creditori in spetiale pignus, quod ante non licebat per tex. in auth. de non alien. u t permutã. §. si autem creditor, vbi
25 ad hypothecam tantùm generalem posse deueniri † permittitur,

Source : BIU Cujas

titur, cum hoc tamen, ꝙ creditor de fructibus rei pignoratę
sibi tam pro sorte principali quàm pro vsuris, quæ quartā
partem centesimæ non excedant, satisfaciat, & sibi integrè
satisfacto res pignorata ad ecclesiam redeat, per tex. §. si ue-
rò contigerit, de alien. & emphy. ubi subiungit tex. solemnita
26 tes quas vult adhiberi in concessione emphyteusi; † aliarum
vero ecclesiarum, vltrà Constantinopolitanam, res immobi
les possunt in emphyteusim perpetuò concedi seruatis for-
mis, & solemnitatibus ibidem in tex. traditis. §. licentiam igi-
27 tur, † &, quæ disposuit Imperator circà ruinosas, & colapsas
domos ecclesiæ constantinopolitanæ, & aliorum prænomi-
natorum piorum locorum, quæ in emphyteusim perpetuò
concedi posse statuit, eadem ad alias ecclesias extendit. §. qui
cunque verò. & eisdem etiam ecclesijs pro solutione debito
rum, vel alia vrgenti necessitate, quæ ex venditione, vel præ-
tio rerum mobilium solui non valeat, permittit ad alienatio
nem rerum immobilium deueniri, cum forma, & solemni-
tate tradita per tex. d. auth. de aliena. & emphyteu. § hoc aūt;
28 † Item & permutationes quarumcunque rerum immobi-
lium ecclesiarum cum quibuscunque ecclesijs, & inter quas
cunque ecclesias fieri posse conceditur. d. §. hæc verò, cum so
lemnitatibus ibi traditis, & per gloss. §. hæc verò. in verbo ea
29 uero, qui enumerat quinque casus † tantum. in quibus res im
mobiles ecclesię alienari nullo modo possūt; Primus est, qñ
res est data ecclesiæ a principe vt in §. ea verò, quæ ab impe-
riali &c. Secundus, quando est aliquod monasterium, vel ec-
clesia, quod semper est prohibitum alienari, § & quoniam;
Tertius, quando venditor alienat sibi ipsi, uel alicui ex suis,
quo casu est prohibitum. §. iconomo; Quartus quando res
esset data ecclesiæ cum conditione, ꝙ non posset alienari. §.
sanctissimas. eod. Quintus, quādo heretico alienaretur, quod
fieri non potest. §. iubemus. auth. de rebus eccl. tit ut per glo.
d. loco; his enim inquit casibus prohibetur omnino alienari,
& facta alienatio non tenet, etiam si tali modo fieret, in quo
30 alias permitteretur; Et stantib. his, intrat regula iuris, † quod
certis casibus prohibetur, in cæteris videtur esse permissum.
l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cau. maior. quia exceptis
supra numeratis casibus, in cæteris omnibus passim, & indi-
stinctè res ecclesiæ immobiles videntur posse vendi, permu-
tari, donari, uel quouis modo alienari seruatis formis in ca-
31 sibus, & pro casibus a iure ciuili expressis, † quia exceptio, &
limitatio firmat regulam in contrarium. Hæc pauca ego de-
32 scripsi ex dispositione iuris ciuilis, † per quæ meo iudicio cla
re probatur, ꝙ res ecclesiæ immobiles sunt omninò aliena-
biles, seruatis a dicto iure traditis; sed est, ꝙ veniamus ad iura
Canonica, vt eo viso, quod in eis quoque disponatur, de hu-
iusmodi rerum immobilium ecclesiæ alienatione rei uerita
tem magis certo scire possimus. Et per dispositionem Cano
num incipiendo ab antiquissimis constitutionibus, nedum
non videntur prohibitæ ecclesiæ rerum alienationes, verum
33 etiam passim. † & ubique concessæ causis existentibus quia
habetur in tex. in c. sicut ecclesia. §. sed notandum. 12. q. 2. ꝙ
34 causis existentibus res ecclesiæ bene possunt distrahi; † quia,
si adsit necessitas, uel uti meliora prospiciāt sacerdotes, cum
consilio clericorum bene res ecclesiæ distrahere possunt; qđ
quidem habetur expressius in c. sine exceptione. eod. ꝙ si fa-
ciat, vt meliora prospiciat, & cum totius cleri tractatu, & con
sensu id eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ,
35 clericus, uel prælatus de reb. ecclesiæ potest donare. † cōmu-
tare. & uendere; &, si quis uelit dare tantundem eccl. siæ, po
test quamlibet rem ecclesiæ habere, dummodo eccl. siam in
demnem conseruet, tex. est in c. inustum. §. item si rectores.
12. q. 2. ubi legitur, ꝙ, si Rectores ecclesię de rebus proprijs tā
tūdem ecclesiæ restituere voluerint, ecclesiasticas facultates
libere dare possunt. & constabunt his, quibus datæ sunt per-
36 petua firmitate; † ubi gl. dicit, ꝙ, si alienator reddat ecclesiam
indemnem, scilicet sponte, potest euadere periculum depo-
37 sitionis, quia dicit Host. in ca. nulli. de reb. eccles. alien. † caueat
prælatus, ꝙ ea, quę inuenit in ecclesia, salua teneat, absurdum
est enim si, cui de suo nihil dedit, dānum inferat, & habetur
38 in c. si quis qualibet. eod. cau. & quæstio. ꝙ † de rebus ecclesiæ
aliquid donare potest, si de suo proprio tantum ecclesiæ con
tulerit, quantum visus est abstulisse, & tunc demum illud sta
re licebit; idque est intelligendum, ꝙ possit fieri, quādo prius
habitus est tractatus cum clericis, ꝙ de suo tantum vellet da
re, ut possit rem i lam alienare, & tali alienationi clerici assen
serunt; vel quando primo tantundem ecclesiæ contulit sacer-
39 dos, & post alienat ab ecclesia, quia ex uolūtate ecclesiæ † fe
cisse intelligitur, ut per gl. d. c. si quis, item est tex. in c. eps, qui,
40 12. q. 2. † ubi Episcopus, qui desiderat mācipium iuris eccle-
siæ manumittu, potest manumittere oblatis ecclesiæ duobus
similibus. ubi glo. reddit rationem, quare teneatur refundere
duos seruos; quia inquit, si seruus est bonus, diligenter gerit
ecclesię negotia & non permittit fieri fraudem; si sit malus,
per eum potest extorqueri veritas, & sic pro vno mancipio
duo debent refundi ecclesię, ut ecclesiæ duplici uia prouide-
41 tur; Item habetur in c. 3. de reb. ecclesiæ. extrà. ubi † sacerdo-
tes, qui aliquid ecclesiæ relinquunt, aut aliqua prædia, uel fa-
milias suis ecclesijs acquirunt, possunt aliquos seruos eccle-
siæ manumittere iuxta rei collatæ mensuram, ubi glo. in uer-
bo modum, dicit, ꝙ illud, quod contulit, debet esse duplum
42 illius, quod aufert. d. c. episcopus, qui. 12 q. 2. † ubi notat Abb.
ꝙ prælatus, qui exinduſtria sua acquisiuit aliquid ecclesiæ,
potest liberius, quàm alius, qui nihil acquisiuit, disponere, &
43 dicit gl. in c. si quis, ibidem. in verbo remedium, † ꝙ, si dilapi-
dator vult seruare ecclesiam indemnem ab administratione
rerum ecclesiæ, remoueri non debet. & per Abb. in c. ut su-
44 per. ext. eod. col. fin. † ꝙ Rector cuiuscunque ecclesiæ potest
vnam rem de ecclesia auferre, dummodo de suo tantundem
ecclesiæ conferat; & sic habet priuilegium, ꝙ potest alienare
res ecclesiæ suæ sine utilitate ecclesiæ. satis est enim, ꝙ eccle
sia non sit deteriorata, vt ibi per eum; facit tex. c. episcopi. ea.
cau. & quæst. ubi qui nihil ex proprio Christi ecclesiæ confe-
runt, liberos seruos facere non presumant, impium est enim
vt qui ecclesiæ res suas non obtulerit, ꝙ damnum inferat, vbi
glo. in uerbo conferunt. ergo a contrario sensu si de suis cō-
ferunt, aliquos manumittere possunt; immo uidetur, ꝙ cau-
45 sa existēte possunt immobilia ecclesiæ alienare; quia, † si adsit
necessitas bene etiam non seruatis solemnitatibus distrahun
tur, glo. in summa 12. q. 2. ubi multas enumerat causas, pro-
pter quas bona stabilia ecclesiæ alienari possunt, & dicit Ar-
chid. in cap. placuit. ead. cau. & quæst. ꝙ si vrgens sit necessitas
taliter, ꝙ solemnitates requisitæ adhiberi non possint, tunc
46 bene alienantur sine solemnitatibus. † dummodò alienās id
gerat, quod de iure reprobari non mereatur; idem glo. in c.
47 nulli liceat. extra de reb. eccles. alien. † vbi pro utilitate bene
alienat prælatus, idem habetur in tex. in c. 1. eod. tit. de rebus
eccl. lib. 6. vbi præcedente tractatu habito euidentis vtilitatis,
uel necessitatis causa existenti permittuntur alienare quæcū-
que res ecclesiæ, & in cle. 1. eo. ti. iura, reditus, & possessiones
ecclesiarum etiam pecunia recepta conceduntur, & conce-
di possunt, si adsit necessitas, aut u ilitas ecclesiæ, prælati in-
48 terueniente consensu, & in extrauag. ambitiose, † vt ad iura
nouissima deueniamus. eo. tit. de reb. eccl. non alienan. extra-
uag. commun. ubi omninò vidētur prohiberi alienari bona
immobilia ecclesiæ, & mobilia prætiosa, & habetur, ꝙ in ca-
sibus a iure expressis, puta necessitatis, vtilitatis, & ut supra di
49 ximus, bene possunt concedi, & alienari; † & pari modo res
ab antiquo in emphyteusim concedi solitas, ibi, prętęrquam
in casibus a iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteu
sim ab antiquo concedi solitis &c. nihil dico hic de bulla Iu
lij Tertij, quæ appellatur, transumptum: de qua dico supra in
adductis pro contrarijs; nec de bulla Pij Quarti, reformati-
ua bulla Pauli 4. in hac materia alienationum ecclesiasticarū,
50 æditis † quia sunt principaliter potius formatæ, & factæ ad re
uocandum male alienata, quàm ad prohibendum alienatio-
nem, de quibus dicetur infrà quæstio. de præmio, & in extra
uagan. ambitiose. dicitur, ꝙ res ab antiquo cōcedi solitæ pos-
51 sunt in emphyteusim concedi & alienari. † quia res semel effe
cta alienabilis semper durat alienabilis, per Bar. per illū tex. in
52 l. 1. C. de imp. lucr. descrip. lib. 10. uersi. ꝙ si res, † & per tex. in
l. pater. §. quindecim. de leg. 3. & nō intelligitur alienare, qui
alienationem ueterem inuenit. & eam confirmat, etiam si in
aliam trāsferat personam, vt in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quo
tid glo. in nuth. hoc ius. in glo. fi. C. de sacrosan. eccl. ubi dicit,
53 † ꝙ bene res ecclesiæ prohibitæ alienari possunt alienari, si
adsit consuetudo, probatur in cap. 1. in princ. ubi hoc tenet
Bal. per quos fia. inuestit. bene facit tex. in cap. 2. de feud. facit
tex. in c. ut super, de reb. eccles. non alien. ibi, & aliis nō infeu
dauit &c. sed Bar. in l. peto. § fratre. de leg. 2. intelligit hanc re-
gulam procedere quando prohibitio de non alienando fit
in personam, sed secus dicit, quando fit in rem, quia illa talis
prohibitio, pro vt in casu nostro, semper durat, & trāsit cum
ipsa re; & quicquid dicat Barto. in casu nostro, res ecclesiæ in
emphyteusim concedi solitæ possunt bene concedi & aliena
ri, & sunt exclusæ a prohibitione generali, per dictam extra
54 uag. ambitiosæ, tenet in terminis Dec. consi. 142. 2 col. † & di
citur solitum concedi illud esse, quod bis spatio annor. 40.
fuerit concessum per Bald. in l. de quibus, de legibus. Imo. in
c. 2. de feud. Alex. cons. 5. & cons. 9. 3. uol. quia præsumitur, ꝙ
utiliter fiat, & non debet ista facultas ecclesiæ adimi. Rebuff.
in compendio rer. eccl. alie. uer. octauus. ubi dicit, ꝙ octauus
casus est, in quo possunt res ecclesiæ alienari sine solemnita-
55 te † quando bona feudalia, uel emphyteutica reuerterentur
ad ecclesiam, & essent consueta infeudari uel emphyteutica
ri, tunc, si non esset prima causa, poterunt iterum concedi in
feudum iuxta cōsuetum modum uel emphyteusim sine so
lemnitate. c. ut super. & ibi plene doct. Franc. Curtius in tract.
de feud. 2. parte. q. 1. & seq. Dec. d. consi. 142. 1. part. incip. &
pro tenui. 1. col. ibi, & prædicta maxime haberent locum, si

ista

Source : BIU Cujas

ista bona essent solita concedi, quia tunc simpliciter absque alia solemnitate a prælatis concedi potuissent. ca. 2. de feud. not. Bar. in auth. qui rem, circà fi. C. de sacrosan. eccl. in l. si vacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. col. 9. & 11. in tit. de feud. Pau. de Cast. in l. etiam, circa fi. ff. sol. matr. ubi dicit, ꝙ tali casu absque alia causa bona ecclesiæ conceduntur, vt not. Alex. cõs. 14. incip. uiso, & considerato. col. fi. lib. 2. idem consi. 189. col. 6. 2. uol. & consi. 9. 3. uol. Dec. in dicto loco, col. 2. uersi. solum supereſt. ibi, quia illud dictum intelligitur in rebus consuetis dari in emphyteusim, in quibus solus prælatus habet potestatem alienandi secundum modum cõsuetum, quia prælatus concedens in feudum res solitas infeudari, alienare non dicitur. Abb. antiq. in c. 2. de feud. Bal. in margaritâ, in uerbo prælatus, uersi. fi. sed distingue, & intellige, vt per Abb. in c. vt super
56 2. col. de reb. eccle. † vt uidelicet possint res de nouo emphyteuticari, & infeudari sine solemnitate, causa primæ cõcessionis durante, sed, si non durat, tenet ꝙ sit opus de nouo adhiberi solemnitates, ut per eum ibi, & est ratio secundum Inn. quia bona data in feudum, uel emphyteusim, videntur ordinata ab initio, vt illa bona cõcederentur in feudum, uel emphyteusim, vnde nil noui facit nunc prælatus titulum concedens, & pro hoc eleganter sentit Feder. de sen. consi. 174. ꝙ in hac secunda concessione non requiritur superioris consen-
57 sus, ꝙ est ualde notabile; † pro quo facit tex. in c. potuit. loca. vti solus prælatus possit parcere emphyteutæ in solutione canonis cessanti, illum non expellendo, & eodem modo potest cõcedere alteri, & in margine Abb. allegatur. Alex. cons. 79. lib. 1. Anto. de Butr. consi. 22. subdens Abb. ego crederem, ꝙ, vbi prima causa concessionis duraret de præsenti, habeãt locum prædicta; sed, vbi cessat illa prima causa cõcessionis, tũc puto, ꝙ eo ipso ꝙ redeunt ad ecclesiam, efficiuntur de mensa, & assumunt sibi naturam, & qualitatem aliarum rerum
58 ecclesiæ, † exempli gratia, res inculta fuit data in emphyteusim hoc respectu, vt reducatur ad culturam, aliàs ecclesia nõ concederet, tractu temporis illa res optime culta reuersa est, puta quia finitum est tempus concessionis, uel propter defectum hæredum uasalli, uel emphyteutæ, aut propter delictũ eorum, vt c. potuit. de loca. & ca. 2. de feud. non uideo inquit Abb. ꝙ iterum licite possit cõcedi sine solemnitate debita, & sine causa, nam cessat causa primæ cõcessionis, & militat tũc argumentum a cessante ratione, c. cum cessante. de appella. ubi causa prima perseueraret, procedit primum dictum;
59 † exemplum, ecclesia habet castrum, quod forte propter custodiam, & præsidium in eo tenendum, vel aliàs, est magis dãnosum, quàm utile, deliberauit semel cum solennitate debita dare in feudum, si tractu temporis redeat ad ecclesiam, potest ecclesia iterum alij de nouo concedere sine solennitate, non obstante iuramento de non alienando, quia non est noua alienatio, sed quædam exequutio ordinis antiqui, facit. c. consuluit. ext. de iudic. & hæc limitatio inquit mihi uidetur
60 verissima, & rationabilis; sed hodie loca † & ciuitates Sanctæ Romanæ ecclesiæ deuoluta, & deuoluenda, & quę reuertũtur ad illam non possunt amplius alienari, concedi, aut infeudari de nouo per Bullam Pij V. desuper sanctissime factam anno 1567. quarto Calen. April. sui Pontificatus anno 2. descripta in præsentis calce laboris; & per ista clarum uidetur, ꝙ tam de iure ciuili, quàm de constitutione ecclesiæ, decreti, decretalium in lib. 6. clemen. extrauag. Bullarum, seu constitutionũ modernorum Pontificum, causa necessitatis, vel alia causa existente multis modis a iure traditis bona immobilia ecclesiæ alienantur, & alienabilia sunt; & quia hucvsque diximus de immobilibus magnæ quantitatis, nunc dicamus aliqua de immobilibus exiguæ quantitatis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quicquam, importat aliquid, & uerificatur in modica re.*
2 *Prædium ecclesiæ magnum sit, uel exiguum, alienari non potest.*
3 *Minoris prædium inutile, ac sterile, nihilominus alienari non potest.*
4 *Ecclesiæ, & minor æquiparantur.*
5 *Res immobiles ecclesiæ exiguę, ut sunt terrulæ, uineolæ, ex causa etiam sine solemnitate alienantur.*
6 *Abbas potest modicum dare, & infeudare, si hoc habet loci consuetudo.*
7 *Episcopus solus absque alia solemnitate res modi pretij alienare potest.*
8 *Episcopus licet iuret non alienare, potest tamen modicum terræ concedere consanguineo, si contractus fiat bona fide, & contractus redundet in utilitatem ecclesiæ.*
9 *Modica sunt exempta ab omni solemnitate.*
10 *Iuramentum simpliciter præstitum intelligi debet secundùm subiectam materiam.*
11 *Prælatus, qui iurauit rem non alienare sine superioris consensu, poterit rem paruam, puta reditus quinque solidorum in emphyteusim concedere.*
12 *Episcopus alienans rem minimam non punitur.*
13 *Prælatus necessitate existente uidetur liberatus ab obseruatione solemnitatum in alienando requisitarum.*
14 *Si adsit celeritas, ita quòd commode non possit consensus sedis apostolicæ haberi, prælatus alienat non obstante constitutione, ambitiosæ.*
15 *Duæ limitationes ad constitutionem, ambitiosæ.*
16 *Tenet datum a prælato, si adsit consuetudo.*
17 *In modicis solemnitas iuris est remissa.*
18 *In modicis causis unus potest esse iudex, & notarius.*
19 *Tria copulatiue requiruntur ut habeat locum dispositio. c. terrulas.*
20 *Res magnæ inutiles non alienantur sine solennitate seruata.*

Rubrica 12.

De Rerum exiguarum immobilium ecclesiæ alienatione.

MOdò deueniendo ad exiguas res immobiles ecclesiæ, habetur in tex. in cane exceptione. 12. q. 2. ꝙ episcopus de rebus ecclesiæ suę quicquam donare, aut commutare non præsumat; &
1 verbum, quicquam, † interpretatur id esse, ꝙ aliquid, & sic ꝙ id videtur prohibita alienari, tàm res parua, quàm res magna quia ista dictio, aliquid, verificatur etiam in re modica, & minima. auth. habita ne fil. pro pat. C. glo. in clemẽ. una. de foro competen. in verbo aut earum aliqua. per And. Tirà. q. in reper. l. fi un quam in verbo omnia. num. 5. de reuocand. dona. vbi dicit, ꝙ tantùm importat dictio, quicquam, quantum dictio, aliquid, per glo. in extrauag. suscepti. §. fi. uersi. & si quicquam, ne sede uacan. extrauag. commu. per Deci. consi. 455. colu. 1. uersic. secundò prædictum statutum &c. & consi. 456. col. 1. uersi. hoc pro constanti. ibi, quia illa dictio, aliquid, etiã
2 in minimo verificatur &c. † & per text. in c. quicunque. 17. q. 4. ubi non potest alienari prædium ecclesiæ, uel magnum sit, uel exiguum, & alienans deponitur, vt põderatur ꝑ Rebuff.
3 in compend. alien. rerum eccle. item, † & minoris prædium inutile, & sterile non potest alienari; per Bart. in l. 2. C. de agri. & censi. lib. 11. & ecclesia, & minor æquiparantur: no. in cap. cupientes. de elect. lib. 6. & per Rebuff. præalleg. locõ, ubi dãs nouum intellectum ad tex. in c. terrulas. dicit, ibi ideo ualere
4 alienationem sine fratrum consilio, quia ibi erat necessitas, & Canonici propter pestem, vel aliam causam erant longe distantes, unde eos conuocare non poterit &c. & quia tunc, quando res erunt exiguæ, minus utiles poterunt alienari sine hac conuocatione. His tamen non obstantibus; ego dico,
5 † ꝙ exiguæ res immobiles, & pauci momenti, vt terrulæ, vineolæ, & huiusmodi bene alienantur, & alienabile sunt necessitate inierueniente, & causa, etiam sine solemnitate. d. ca. terrulas, 12. q. 2. per glo. ibi, hæc est sexta pars, in qua proponitur, seu proponere intenditur casus, in quib. possit alienatio fieri, capitulo inconsulto, &c. per Præpo. & Arch. & alios ibi scriben. quos dicit esse in turba magna Petr. Rebuff. præallegato loco facit quod dicit glo. in c. abbatibus. 12. q. 2. ubi dicit ꝙ, licet Abb. non possit sine consensu episcopi alienare rẽ
6 ecclesiæ, tamen, si hoc habet † loci consuetudo, bene potest dare modicum & potest infeudare. c. ad nostram. extra eo. & hoc potest Abbas, uel episcopus sine consensu capituli. d. c. terrulas, subdens. d. glo. ꝙ falsum est, nisi in paruis: & facit, quod habetur in c. bonæ rei, 12. q. 2. dicit in terminis Io. And. in regu. qui tacet. de reg. iur. in mercurialibus. in princ. ibi, sed de iure terrulæ alienantur sine solemnitate etiam per episcopum sine capitulo, ergo de re modica non debet inteligi loqui statutum &c. Dec. consi. 142. & pro tenui, lib. 1. col. 3. ibi,
7 secundò, quia agebatur de rebus sterilibus, † & modici prætij, quæ ab episcopo solo absque alia solemnitate alienari poterant, c. terrulas & c. dicit optime Arch. d. c. terrulas, in fi. ibi, & hoc ultimum sequitur hic Laud. qui dicit, ꝙ tanta potest esse necessitas, vt etiam magna prædia episcopus possit alienare sine consensu capituli, & propterea dicit Bal. in c. 1. qui feu. dar. poss. ꝙ tanta potest esse instans necessitas ecclesiæ, vt etiam magnę possessiones, nedum steriles, & exiguæ possent alienari, ut dicit Arch in c. terrulas, & c. Abbas. 12. q. 2. & dicit Feder. de sen. in consi. 203. incip. casus talis est quidam
8 episcopus, † ꝙ licet episcopus iuret non alienare, tamen potest modicum terræ concedere consanguineo, si contractus fiat bona fide, & redũdet in utilitatẽ ecclesiæ, quia dicit Abb. in cap. ut super. de rebus eccles. non alien. col. 3. uersi. sed oppono contrà, ꝙ; si res est modica, seu modicæ utilitatis, tunc non includitur sub iuramento de non alienando, quia nõ est verisimile, ꝙ superior uoluerit illum iurantem illaqueare in
9 istis modicis, † quia ista modica sunt exempta ab omni solen-
10 nitate, † & iuris dispositione. c. terrulas, quia iuramentũ simpliciter præstitum debet intelligi secundum materiam subiectam, & non obstante tali iuramento subdit Abb. Prælatus potest concedere etiam suo consanguineo paruam periolã terræ, ibi. sed reperio Feder. de Sen. consi. 204. ubi inquit uidetur sentire contrarium, formatenim quæstionem, nunquid

Prælatus,

Source : BIU Cujas

Prælatus,qui iurauit non alienare ſine licẽtia ſuperioris,poſſit concedere in emphyteuſim rem valoris uniuſ floreni cũ
11 dimidio,† & reditus quinque ſolidorum; nam expediebat propter vicinitatem conſanguineo habere illam petiolam terræ,& determinat finaliter ꝙ ſic, quia in iſtis minimis non obſtat iuramentum, ſequitur Fabian.de Mon.in tract.de emptio.& uenditio.3.q.principali.uerſi. 17. ſequitur Bertach. in tract.de epiſc.§.ſuper eſt,uerſi.redeũdo.col.3.uerſi.ſed requiritur,ꝙ in alienatione rei ſterilis, & minimæ non requiratur
12 iuris ſolemnitas,ſi ſubſit neceſſitas.12.q.2.ca.terrulas.† imò Epiſcopus alienans rem minimam,non punitur,per glo.c.1. 7.q.4.quæ dicit uerum,ſi res ipſa,licet minima, ſit inutilis eccleſię nam ſi utilis ſit quoquomodo,puniendus eſt alienans, & nota in iſta materia,ꝙ tex.in ca.terrulas, ſuper quo nititur iſta omnis diſceptatio,permittit tales fieri alienationes,ſi adfit cauſa neceſſitatis; per quod videtur neceſſitate exiſtente Prælatum videri ab obſeruatione ſolemnitatum in alienan-
13 do liberatum,† quod videtur dicere gl.in c. placuit.12.q.2.in glo.fina ibi,ergo in neceſſitate poſſunt eis inconſultis &c. & Arch.d.c.terrulas.ibi, ſecundùm Lauren.&c. per quam glo. dicit Gondiſal.Villadie.in ſuo tract.de leg.q.10.circa fin.ꝙ,ſi ſubeſſet ſumma neceſſitas, quæ tantam celeritatem deſideraret,vt commode authoritas, vel reſcriptum Papæ expectari non poſſent,etiam fieri poſſet alienatio rei eccleſiæ non ob
14 ſtante conſtitutione ambitioſæ; per quam prohibetur,† ꝙ hodie non fiant alienationes inconſulto Romano Pontifice,per d.glo.d.c.placuit,& per tex.in l.diuus.ff.de petit.hære. & l.tutor,qui repertoriũ.ff.de admi.tuto.§.1.hoc tenet Vgo, & Arch.in c.Abb.12.q.2.Card.in clemen.1.de reb. eccle.facit tex in c.fi.de reb.eccl.ex quibus infertur limitatio ad iura, quæ exigunt ſolemnitatem in alienatione rerum eccleſiæ,vt intelligantur niſi tanta neceſſitas.& tam urgens interueniret, ꝙ non poſſet regula ſolemnitatis præfatæ obſeruari,& vide-
15 tur tex.cum glo.d c.placuit,† & hoc modo inquit limitabis tex.d.extrauag.ambitio.ſubdens, quem tex.etiam limita alio modo,videlicet niſi eſſent res modicæ;quod ſatis innuit d.cõſtitutio,facit tex.in c.cæterum.de dona.ubi prælatus rem modicam eccleſiæ donare poteſt,ſi hoc habet conſuetudo,datæ
16 enim rei quantitas,† & illius terræ conſuetudo eſt diligẽter attendenda,& ſecundum hoc donum eſt ratum, & irritum judicandum, vbi gloſſ. dicit ſecundum unum intellectum,ꝙ tex.loquitur de vera donatione, quam poteſt facere prælatus,ſi hoc habet loci conſuetudo,quæ cõſuetudo loci dat iuriſdictionem,& liberiorem tribuit adminiſtrationem.l. prohibere.§.non tantum ff.ꝙ vi aut clam,& per Ioã.And.Hoſt. & Zab d.c.cæterum,ꝙ de immobilibus etiam poteſt fieri donatio,ſi tamen hoc habeat conſuetudo,& donatio ſit moderata,id eſt facta de exiguis,uel inutilibus,quia conſuetudo facit valere contractum alienationis de rebus eccleſiæ cum minori ſolemnitate,quàm a iure ſit ſtatutum, ſecundùm Inn.c. ſtatuimus.de tranſ.Archidia.& Doct.poſt gloſſ.c.dudum.de rebus eccl.refert Bertach in tract.de epiſc.§.ſupereſt, uerſic. redeundo,trigeſimò ſextò quæro, idem videtur dicere glo. in c fraternitatem.in uerbo inconſultis,de don.ext. ibi,cum nec eorum conſilio poteſt facere donationem damnoſam eccleſiæ &c.nec mirum id eſſe debet,quia modica ſunt exempta a ſolennitate iuris per Abb.in c.vt ſuper. de reb. eccle.&
17 dicit Ang.in auth.de alie.& emphyteu.§.hoc etiam.in fi.† ꝙ ſolẽnitas iuris in modicis eſt remiſſa, & idem Ang.in auth. de hæred.& falci.§.hinc nobis,ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ nullus poſſidens apothecam poſſit capi perſonaliter, ſi aliquis poſſideat viliſſimam apothecam, non gaudet commodo ſtatuti per not.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogan. ubi qui poſſidet ceſpitem terræ non excuſatur ab onere ſatiſdandi, tanquam qui poſſideat immobilia, uel ſi domũculam poſſideat, idem tenet Io.And.in mercurial.in reg.qui tacet, ſimile uidetur in Auth.niſi breuiores.C.de ſenten.ex perico.recitã.ubi in cauſis parui momẽti,vel uilibus rebus,& cauſis ſolemnitas, quę in aliis attenditur,remittitur;in quibus unus, & idem poteſt
18 eſſe iudex,† & notarius, & eidem in iſtis creditur, vt ibi per communiter ſcribentes & dicit Bal.c.duos fratres. de duob. fratr. de nou. inueſtit.& in rub.de reb.eccleſ.non alien.uerſi. 7.limita.ꝙ ſi ſtatutum dicat,ꝙ domus non poſſit uendi, non habet locum in parua domo,domuncula, uel capana, & de iſtis modicis, & quomodo in hac materia capiatur,& intelligatur modicum, vide,quæ dixi ſupra proxime in rub.de rer. mobil.modic.eccle.alienatio.pro qua materia uide, quid deduco infra in caſibus,in quibus fit alienatio eccleſiæ ſine ſolemnitate,ſecundo caſu,vbi ſecundum Bero. videtur tenendum,quòd res immobilis,licet etiam parua, non ſit alienabilis ſine ſolẽnitatibus,& ſine cauſa, quia declarat Pet. Rebuf. in c.ſine exceptione.in verſ.quicquam, quòd ad hoc, vt habeat locum diſpoſitio,c.terrulas,tria copulatiue requirũtur,
19 † videlicet quòd res ſit exigua; quod non ſit vtilis eccleſiæ; & quod alienatio fiat ex cauſa neceſſitatis,vt per Aegid.d.c. ſine exceptione.in verſ. ſi neceſſitas,vbi ſubdit Rebuf. quod his tribus concurrentibus ſolum poteſt omitti cõſilium, vel tractatus capituli, non autem aliæ ſolemnitates, prout eſt licentia ſuperioris, eſt deciſ. Guid. Papæ. q. 156. vbi habetur concluſum, quod res eccleſiæ minus vtiles,& quæ ſunt onerоſæ eccleſiæ, & quæ plus afferunt incommoditatis, quàm commodi, poſſunt etiam ſine ſolemnitate alienari,c.terrulas,c.item domus,c.fugitiui,c.cum liceat.10,q.2.vbi Vgo. & Archid.Innocen.Hoſtien.Henric Boic.Franc. Zabarella,& Card.Flor.c.nulli,de reb.eccl.non alienand.Feder.de Sen.cõſil.403.& per Innocen.in c. 1.de his quæ fiu.à præla.alienatio rei paruæ facta per prælatum ſine conſenſu capituli tenet in diſtincte,ſed ſecundum Abb.ibidem in alienatione perpetua rei paruę videtur exigi conſenſus tacitus, & Archi. in c. terrulas, allegato. dicit eſſe verum, quod de rebus inutilibus, paruis,longe poſitis fit alienatio ſine ſolemnitate, ſed eſt ſe-
20 cus in rebus magnis, † licet inutilibus, quia citra debitam ſolemnitatem talia alienari non poſſunt, niſi forte magna imminet neceſsitas.

SVMMARIVM.

1 *Quæ diuiſim ſunt tradita melius intelliguntur.*
2 *Reditus habet ſe ad fructus, velut genus ad ſpetiem.*
3 *Reditus eccleſiæ venduntur licitè.*
4 *Appellatione bonorum ueniunt iura,& actiones. Item appellatione rei.*
5 *Quid ueniat appellatione rerum incorporalium.*
6 *Latior eſt appellatio rei,quam pecuniæ.*
7 *Quid ueniat appellatione pecuniæ.*
8 *Iura ueniunt appellatione immobilium.*
9 *Iura competentia pro annuis redditibus, cenſentur immobilia.*
10 *Vſusfructus annumeratur inter immobilia.*
11 *Quid importet nomen,ciuiles annonas.*
12 *Quando annui reditus numerantur inter immobilia, item num.30.*
13 *Ordo qui ſeruatur in executione facienda ſuper rebus mobilibus, immobilibus, & iuribus.*
14 *Quomodo iudicatur,iura eſſe ut mobilia,uel ut immobilia,idem num.23.*
15 *Actio cenſetur qualitatis rei, pro qua competit.*
16 *Quæ non poßunt ſeruando ſeruari alienantur ſine ſolemnitate.*
17 *Quando annui reditus cenſentur uti immobilia.*
18 *Cum cauſis, & ſolemnitatibus iura eccleſiaſtica alienantur.*
19 *Mobilium & immobilium appellatio cadit in his, quæ certo loco concluduntur, iura autem non.*
20 *Quando diſpoſitio comprehendit omnia iura, trahitur ad immobilia, uel mobilia.*
21 *Actio,quæ pro mobili competit, poteſt cedi,non quæ pro immobili.*
22 *An, & quomodo ſeruitutes cenſeãtur, uel numerentur inter immobilia.*
24 *Actio competens pro re immobili cenſetur uti res immobilis. Idem ſi competat pro re immobili.*
25 *An actio competens ad pecuniam cenſeatur competere pro re mobili, uel immobili.*
26 *In iuribus perſonalibus non eſt reperire poßeſſorium niſi improprie, niſi pro annuo cenſu, uel reditu.*
27 *Quomodo intelligatur, quod iura poſſint, uel non poſſint cedi.*
28 *Iura & nomina debitorum intelliguntur ſecundum naturam rei, ſuper quæ ſunt fundata.*
29 *Annui reditus ad 6.uel 8.ann.non æquiparantur immobilibus.*
30 *Quando annui reditus releuant quem ab onere ſatisdandi.*
31 *Montes Romanæ curiæ reuellant à ſatisdando,item præſtita Venetiarũ.*
32 *Item Mons Sancti Georgij Ianuæ.*
33 *Vbi prohibetur alienatio,ibi prohibetur uſucapio.*
34 *Epiſcopus, licet diſponit de fructibus decimarum, non tamen diſponit de iure decimandi.*
35 *De iure canonico prohibetur uti directi, ita utilis dominij translatio.*
36 *Non licet inferioribus clericis ſine ſuperiorum conſenſu alienare annuos reditus.*

Rubrica 13.

De alienatione redituum iurium, & actionum eccleſiæ.

HIs paucis præmiſsis de mobilibus,& immobilibus rebus eccleſiaſticis, ponemus etiã hìc,quæ inuenimus per iura,& Doctores,ſtatuta, & dicta de redituum,iurium,& actionum alienatione; quia diuiſa,& diſtincta melius intelliguntur.l.1.in prin.iuncta gloſſ.de dol.excep.§.ſed non vſque,Inſt.de lega.& licet cum dictũ fuerit de fructib.uideatur quoque dictum de reditibus,quia fructus ſunt reditus,& reditus poſſunt dici fructus, tamen quia nomen reditus habet ſe ad fructus quemadmodum genus ad ſpecies glo.in clem.1.de reb.eccle.in verbo reditus; & ibi Card.ꝙ plus eſt in reditu quàm fructu,quia,ſi fructus eſt, reditus eſt,non autem econuerſo, etiam de reditibus dicemus
1 arbitrantes,ꝙ quò magis ſingula ſigillatim diſcutiuntur, eò latius,

Source : BIU Cujas

latius,& facilius,legenti materia explicatur,& traditur; Et de huiuſmodi re idem quoque videtur dicendum,quod fuit dictum de mobilibus,& immobilibus,quia uidemus, ℘ iura,
3 & actiones † & reditus eccleſiæ venduntur quotidie, & alienantur,annuus enim reditus bene quidem alienatur, & alie-
3 nari poteſt licite,& tam in pecunia, † quàm re emi poteſt,& vendi l.1.§ iubemus C.de ſacroſ. eccl. auth.de non alienan. §.vult enim;& talis contractus non eſt nec illicitus, nec vſurarius,late diſputatur per Bald.conſi.262. incip. quia ex facto ius,col.5.ait enim,ſicut poteſt legari quid annuum,& donari,vt C.de leg.l.in annalibus,& ff.de uerb.obl.l. Stichum.§.ſti pulatio,ita & uendi poteſt aliquo prætio conueniente,& iuſto,vt per Bal.late d.loco,vbi tenet, ℘ talis contractus eſt nõ illicitus,nec modo aliquo vſurarius;& licet,cũ ſuperius fuerit tractatum de mobilibus,& de immobilibus, poſſit cenſeri quoque.eſſe dictum de iuribus,& actionibus, reditibus, & prouentibus, quia appellatione iſtorum bene quidẽ poteſt dici,℘ veniant iura quoque,& actiones, ac huiuſmodi incorporalia per tex. in l.2.C.quan. & quib. quarta par.§. naturale quoque.lib.10.ibi mobiles autem res,vel ſe mouentes,vel inſtrumenta,vel ſi quid etiam in huiuſmodi iure conſiſtat &c. qui tex.allegatur ad hoc, ℘ iura veniunt appellatione mobilium,quia prohibitio alienationis facta de rebus eccleſiæ, ex quo eſt facta de omnibus rebus,& bonis,vt in tex.c. ſine exceptione.12.q.3.& c.hoc conſultiſſimo.eo.tit.lib.6.& in tex. extrauag.ambitioſæ.eo.tit.extrauag.com.cenſetur etiam fa-
4 cta de iuribus,& actionibus;nam appellatione bonorum † iura quoque veniunt,& actiones.l.bonorum.ff. de uerb.ſign ℘ Bar.in l.poteſt.ff.de author.tuto.Spec.de reſtitut. ſpolia. §.2. Imo.Arch.Gemin.c.1.de reb.eccl.non alien.in 6.eſt in deciſ. Tholoſan.q.315.ubi glo.multa accumulat in hac materia;& facit ad hoc,quia rub.ext.in 6.in clementinis, & extrauagan. dicit de reb.eccl.&c.& appellatione rei veniunt iura,& actiones.l.rei appellatione ff.de uerb. ſign. per Bald.in l. ex legato. tertia oppo.C.de lega. item ueniunt nomina debitorum.per Bar.in l.Quintus.§.argento.1.col. uerſi. quæro aliquis donauit.ff.de aur.& argen.lega.& dicit Bar.in l.licet.C.de pac.per illum tex.℘ appellatione rerum continetur tota hæreditas, & id apparet,& expreſſe habetur per tex.in l.rei appellatione
la 1.ff.de uer.ſig.ubi habetur,℘ appellatione rei,cauſæ & iura continentur,ubi glo. puta ſic generaliter concepto libello,de omnibus rebus ad me pertinentibus;verbum enim res ad corporalia,& earum cauſas,ideſt omnes vtilitates, & incorporalia,quæ ſunt iura,protenditur.Inſt.de reb. corporalib.& incorporalib.in prin.ibi,incorporales autem ſunt,quæ
5 tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, † quæ in iure conſiſtunt, qualia ſunt hæreditas,vſufructus,& uſus,&obligationes quo quomodo contractæ l.ſi mater.ff.de excep.rei iudi.§.eadem, facit tex.in l.rei appellatio.ff.eo.tit.de uerbo.ſignifi.ubi dicit
6 tex.℘ latior eſt appellatio rei,† quàm appellatio pecuniæ,& appellatione pecuniæ venit omne illud, quod homines hñt,
7 † & quod eſt in mundo.cap.totum.1.q.3.& in l.nomine.ff.de uerb.ſign.iuncta glo.& gl.in l.rei appellatione, pars continetur,ibi,æque bonis enumerabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus,petitionibus,proſequutionibus,nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.l.bonorum.ff.de uerb. ſign. late per Laurẽ. de Rodulph.in ſua repet.c.ſine exceptione.12.q.2.in q.6.ubi ponit,an iura vel nomina poſſint uendi ſine ſolemnitate,vbi quæſtionem diſputat per tres,vel quatuor columnas, & põt
8 etiam dici,† ℘ iura ueniunt appellatione immobilium; quia, cùm ſint incorporalia,nõ poſſunt moueri.l. ſeruus.§.incorporalis.ff.de acquir.rer.domi.& ex eo etiam dici poſſunt immobilia,quia in illis fit exequutio.l. a diuo. §. in uenditione. ff.de re iudic.facit tex.in l.ſi chorus.§.1. deleg.3.glo. quæ ita dicit in l.mouentium.ff.de uerb.ſig.melior glo.per illum tex. c.2.de reb.eccleſ.non alienan.in 6.in uerbo iura,ibi,nota iura uel incorporalia poni inter immobilia,ſic enim in vtriuſq; ius idem ſtatuit;facit l.ult.C.de long.tempo.præſcrip.l.2.§.1. C.de ſacroſanct.eccl.& in auth.de non alien.§.ult.facit quod nota.in Spec.de reſt.ſpol.§.nunc dicamus, ante fi. ut per gl.&
9 addit.ibid.c.2.in 6. Et iura competentia † pro annuis reditib. cenſentur inter immobilia.d.clem.exiui,& l.iubemus,la 2.de ſacroſan.eccl. & reditus ipſi annui connumerantur inter immobilia.d.clem.exiui.§.cumque annui reditus.de uerb.ſign. per Bart.in l.iubemus.§.1.in fi.ibi,vltimò nota, ℘ annui redi tus connumerantur inter immobilia,ubi apoſtilla Barbatię
10 ulterius dicit, † ℘ uſusfructus annumeratur inter immobilia,tex.cum ibi gl.in auth.de non alien.§.1.ibi,vult enim, ℘ illa neque Deo amabilem,archiepiſcopum,& Patriarçam huius fœliciſſimæ ciuitatis, ſeu ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, neque œconomum vendere,aut donare, aut aliter rem alienare immobilem,domum forſan,aut agrum,uel colonum, aut mancipia ruſtica, aut ciuiles annonas;nam & hæc inter immobilia ſunt numeranda &c.& per verbum,ciuiles anno
11 nas,intelligit tex.ibi reditus, † & prouentus percipiendos ſingulis annis,vt per glo.in uerbo ciuiles; Et dicit Feder.de ſen. in ſuo conſi. 12. incip.fratres, ℘ tunc demum reditus annui
12 † annumerantur inter immobilia;quando referuntur ad lon gum tempus, ſecus ſi ad modicum tempus, puta ad ſex uel octo annos, quia tunc poſſunt æquiparari mobilibus, facit Bal.in c.1.§.ſciendum. de feud.cognit.℘ quando reditus annuus conſiſtit ſuper aliqua re immobili, tunc eſt inter immobilia,ſecus ſi eſt debitum mere perſonale, quia tunc non cenſetur inter immobilia, nec aliquod interdictum poſſeſſoriũ competit prò tali reditu,vt not.in c.quærula.de elect.per Cy. in l.ſi certis.C.de pact. Bart.in l.ſciendum.C.qui ſatiſd. cogan. uerum quia tex.in d.l.a diuo pio.§.in uenditione, facit diſtinctionem,& ſeparatim ponit de iuribus, & actionibus, cum dicat primo loco,℘ fieri debeat exequutio in rebus mobilibus,ſecundo loco,℘ mobilibus non exiſtentibus,vel non ſufficientibus fieri habeat ſuper immobilibus,tertio verò loco
13 ponit,† quod deueniatur ad iura,& actiones, ſuper quib.tũc fieri debet exequutio,quando non adſunt, uel non ſufficiunt mobilia,& immobilia,unde,cùm ponat tex.ſeparatim, & ſeorſum de iuribus mobilibus,& immobilibus,datur intelligi, ℘ iura,& actiones ſunt quid ſeorſum,& quid diuerſum a mobilibus, & immobilibus. vt quandam tertiam ſpetiem de ſe faciant,dicit ad literam Bar.in l.mouentium,de uerb. ſignifi. ibi,dico ℘ nomina non ſunt mobilia,nec immobilia,& hoc quia non tangibilia,& eſt genus de per ſe,Idem Bar. in l. poteſt.de author.tut.ibi,ex quo apparet, ℘ actio non continetur appellatione mobilium,& immobilium, & ad contrariũ adducta glo.in l.mouentium,reſpondet, ℘ aut in actione ueniunt immobilia, & tunc iura computãtur inter immobilia, aut ueniunt non immobilia ſed mobilia, & tunc computantur inter mobilia,ubi etiam ſecundum Dyn. quem allegat, diſtinguit pro cõcordando,quia uidelicet,aut conſideramus ipſum ius obligationis, & ipſum ius eſt immobile, ità loquit gl.d.l.mouentium, aut conſideramus effectum deſcendentẽ ex ipſa obligatione, & tunc dicit regula iuris, qui actionem habet rem habere uidetur,unde procedunt aliæ gl. ut diſtinguamus,aut actio datur ad mobilia,uel ad immobilia, & ſecundum hoc,uel erit neceſſarium iudicis decretum, uel nõ, vt per Alex.d.l.a diuo pio.§.in uenditione.uerſi.adde, ubi di-
14 cit, ℘ conſueuit eſſe communis † concluſio, ℘ aut non eſt neceſſe,ut nomina debitoris, ſeu iura attribuantur ſpeciei bonorum mobilium,aut immobilium, ſed per ſe ſtare poſſunt tanquam tertia ſpecies, & tunc nunquam appellatione mobilium,aut immobilium ueniunt,uel cõtinentur,inquit, vt hic,& l.quam Tuberonis.§.pe. de pecul. aut eſt neceſſe,℘ iſta nomina debitoris attribuantur ſpeciei mobilium,uel immobilium, & quia uidendum ſit, an iſta nomina debitoris ſint iudicãda pro ut de mobilibus,aut de immobilibus; quia lex,uel ſtatutum dicit,℘ in omnib. bonis ſint hæredes agnati,& cognati,ſed ℘ agnatis debeantur mobilia cognatis immobilia,tunc,quia eſt neceſſe,℘ nomina comprehendantur ſub iſtis,iudicamus ſecundum opinionem gl.in auth. de non alienan.§.hæc nos,in uerbo annumerãda, uidelicet quia aut
15 iſta datur ad quid mobile,† & tunc iudicatur mobilis, & pro vt de mobili,& ſi datur ad immobile, iudicatur immobilis, & tanquam de immobili iudicatur, & ideò, ſi queratur, an quando minor cedit actionem ſibi competentem, requiratur decretũ iudicis,debemus aduertere ad quid detur actio, quia ſi id quid immobile,tunc requiritur decretum, & ſi det ad quid mobile,& tunc ſubdiſtingue, uidelicet, quia aut ad rem,quæ ſeruando ſeruari non poteſt,& tunc non requirit, quia talia diximus ſupra ſuo loco, ℘ ſine decreto, & ſine ſo-
16 lemnitate alienari poſſunt.† vel datur actio ad rem, quæ ſeruando ſeruari poteſt,& requiritur decretum, quia intelligit ſecundum naturam rei ad quam datur actio, & ſi competat actio alternatiua ad rẽ mobilem,& immobilem, utrum tunc illa actio dicatur continere mobilem & immobilem, uide Bar.in l.ſi nt.§ fi.per illum tex.deleg.1. ut per Alexan. d. loco. Socin.conſi.101.1.uol.incip.uiſo teſtamento Antonij, ſequi uidetur Geminia.c.hoc conſultiſſimo.noſtro tit.in 6.in uerbo iura,ubi uidetur concludere, ℘ nomina debitorum ſunt ſpecies diuerſæ de per ſe, unde non ſunt bona mobilia, nec immobilia.d.§.in uenditione, & in margine ad Gemin. allegatur Oldr.conſi.163.Ber.conſi.8.Cardi.conſi.27. Lap.alleg. conſi.1. & quia ſunt incorporalia, ℘ non ſunt in re mobili, vel immobili, unde,cum ſit ſpeties de per ſe, ſi legantur mobilia,& immobilia, & nihil diceretur de nominibus debitorum,non cederent nomina debitorum in legato, quia nõ eſt neceſſe,ut ad alterum iſtorum applicetur, tũc locum habet glo.in auth.de non alie.§.1.col.2.quia,ſi in actione uenit immobile,computatur inter immobilia,ſi mobile,computatur inter mobilia.Et dicit d.Petrus Follerius in ſua praxi.cenſuali uerbo huiuſmodi cenſuali.21.num.25. ℘ licet annui cenſus
17 † non ſint neque mobiles,neque immobiles, ſed tertiam cõ ſtituant ſpetiem,ſecundum Abb.in c. nulli, col.3.uerſi.quid

autem,

Source : BIU Cujas

autem, de reb. eccles. quem sequitur Alex. in additio. ad Bar. in l. mouentium. ff. de uerb. sign. Maria. in tract. oblatio. 8. libell. 6. q. tamen, vbi non sunt trahendi ad alterutrum eorum, sequuntur materiam immobilium. l. si quis in quilinos. ff. de leg. 1. l iubemus nulli. in prin. cũ ibi gl. in verbo annonas, vbi Bal. Paul. de Cast. C. de sacrosan. eccle & l. hac edictali §. his illud. vbi Bal. & Cyn. C. de secun. nup. Hinc est, q̃ fratres prædicatores sunt incapaces censuum, Fede. consi. 12. Alber. in d. l. mouentium, de uerb. signifi. Ba. in auth. ingressi C. de sacrosan. eccles. Vnde, sicut per hæc distinctum apparet, iura, actiones, nomina & huiusmodi incorporalia, modò sunt, & censentur immobilia, modò mobilia, & dicendum, q̃ vti mobilia, & uti immobilia alienẽtur, & alienari possint cum cautis, & solemnitatibus, & sine, pro vt mobilia, & immobilia alienantur; quia cum cautis, & solemnitatibus a iure traditis, iura, actiones, & reditus, † ac prouentus ecclesiastici alienãtur, & alienari possunt, clem. 1. de reb. eccles. non alienan. vbi prohibens monasterio, Prioratui, aut ecclesiæ iura, reditus, & possessiones, potest concedi alicui ad tempus certum, uel ad vitam, nisi necessitas, aut utilitas monasterij idem exposcat, conuentus sui, vel prælati assensu ad hoc accedente; quia ecclesia cum decreto benè cedit, & alienare potest sua iura, dicit glo. uel additio Io. And. cap. 2. de reb. eccles. in 6. in verbo uniuersos, per Dec. consi. 123. incip perlectis, 1. uol. vbi dicit secundùm conclusionem Doctorum ualere uenditionem annui reditus factam ab ecclesia ad vitam pro certo prætio; est Doctrina Abb. in c. nulli. ext. eo. ibi, sed est dubiũ de actione, nunquid in alienatione, seu iurium cessione debeant seruari solemnitates? & pro intelligentia est quærere, nunquid computetur inter mobilia, uel immobilia, quia inquit bene potest concludi, q̃ secundum proprium significatum vocabuli actio, uel nomina debitorum non sunt mobilia, nec immobilia, sed faciunt tertiam speciem de per se; quia mobiliũ, † & immobilium appellatio cadit in his, quæ certo loco concluduntur, immobile enim dicitur illud, quod non potest à loco amoueri, mobile vero est illud, quod secundùm naturã suam est aptum moueri; actiones ergo, cum sint quid incorporale, non concluduntur certo loco, & sic non possunt dici immobilia, uel mobilia; ideo Iurisconsultus ponit actionem, seu nomina debitorum, ut tertiam speciem. d. §. uenditione, quo fit, ut in testamentis appellatione bonorum mobilium, uel immobilium non ueniunt nomina debitorum, quia debemus capere uerba proprie. l. quia hæredi. ff. de condit. & demonstra. unde, inquit, consuluit Old. & consului ego aliàs, q̃ si Princeps reliquit bona sua mobilia distribuẽda in pios usus, nunquam ueniũt in tali dispositione pœnæ adhuc non exactæ; tamen ubi oportet necessariò, ut actiones trahãtur ad bona mobilia, uel immobilia, ut quia dispositio uolẽs † comprehendere totum patrimonium illius hominis, fecit mentionem duntaxat de mobilibus, & immobilibus, hoc casu ista tertia species assumit naturam alterius extremorũ, & hoc casu est seruanda opinio gl. in auth. de alien. §. hæc ergo, quæ tenet, q̃ actio cedi non potest, si competit pro re immobili, uel uti res immobilis alienari regulariter non potest, sed bene potest cedi si competat pro mobili, † allegatur ad hoc dictum Bar. ff. de author. tut. in l. potest, & ex his inquit Abb. potest inferri, nunquid prælatus possit cedere actionem cõpetentem ecclesiæ, seu illam uẽdere, idem inquit Abb. dic in seruitutibus, seu aliis incorporalibus, q̃ vbi necessariò non comprehenduntur sub appellatione immobilium, aut mobilium, non veniunt appellatione illorum; sed, vbi oportet, q̃ includantur, vti quia de toto patrimonio disponitur, tunc secus inquit, quod de proximo dictum est, & per Imo. d. ca. nulli. uersi. ultimo ibi, tangit hic D. Ant. q̃ iura, & nomina debitorum computantur inter mobilia & immobilia in effectu, & concludit, q̃ aut quæritur de seruitutibus, seu de seruitutum † iuribus, in illo casu censentur immobilia, quia adhærẽt rebus immobilibus, l. si aliena. §. 1. ff. de usucap. quia si seruitutes de se possunt considerari, vt necessariò non habent esse in dispositione mobilium, aut immobilium, neutrorum appellatione continebuntur; &, cùm regulariter non possideãtur seruitutes sine rebus immobilibus, vt ædificia, & prædia &c. d. §. 1. erunt inter immobilia connumerandæ; & ita debet intelligi glos. ff. c. 2. in verbo iura. eod. tit. lib. 6. & seruitutes reales, ac iura pro eis competentia censentur immobilia, ex quo adhærent rebus immobilibus. l. si aliena res §. 1. ff. de usucap. Et, si sint iura competentia pro annuis reditibus, similiter censentur immobilia, clem. exiui. §. cumque annui reditus de uerbo sign. si uerò sunt alia iura, puta nomina debitorum, tunc dicit pte Imo. q̃ ipsa in se considerata sunt immobilia, seu incorporalia l. 3. & l. 4. ff. pro soc. & tex. in l. quis ergo casus. ff. de pecul. & ideo non possunt dici proprie mobilia, quia non præscribuntur loco, sicut res immobilis; sed sequuntur personam quocunque uadit, facit in materia, q̃ habetur in l. fi. C. de præscrip. long. temp. & sunt tertia quædam species separata a mobilibus, & immobilibus. l. a diuo pio. §. in uenditione, ubi disponit, q̃ in exequutione sententiæ primò deueniatur ad mobilia, secundo ad immobilia, tertiò ad nomina debitorum, vnde inquit in talibus legatis non veniũt nomina debitorum, & hoc etiam uoluit Specul. in tit. de fructib. & interes. §. 1. uersi. sed pone Prælatus, & ibi per Io. And. additio. si uero sit necessarium, † q̃ ipsa nomina debitorum applicentur ad aliquam speciem mobilium, uel immobiliũ, puta, quia tractatur de alienatione talium iurium competentium minori, & quæritur an solemnitas aliqua requiratur in tali alienatione, & sic eadem solẽnitas requiritur, quæ in rei immobilis alienatione requiri solet, si uerò pro re mobili, † & tunc iudicantur pro vt de re mobili, rei natura, & qualitate inspecta, & sic, si competat actio pro re mobili, quæ seruando seruari non potest, solemnitas non requiritur, & iõ procedit inquit gl. in auth. de non alien. §. 1. & quãdo dicatur necessarium, q̃ ipsa nomina debitorum applicentur ad aliquam speciem mobilium uel immobilium, declarat, & dicit Abb. in cap. nulli, de reb. eccl. ext. dicens tunc dici necessariũ, quando sumus in dispositione, in qua disponens uel ejus patrimonium alicuius comprehendere, & in illa facere mentionem de bonis mobilibus, & immobilibus dum taxat, intendens per istam expressionem & mentionem totum patrimonium, & totas facultates amplecti, quia tunc actiones quoque, & nomina debitorum uenirent, & alterius naturam assumerent, pro ut in se continerent. Hanc declarationem Abb. per multa, quæ disputando adducit, improbat August. Bero. in c. nulli. col. 3. uersi. hanc declarationem Abb. quam postea saluat. in uersi. uel cogita ut ueniant comprehẽsa ista nomina debitorum non ex proprietate uerborũ, pro vt declarat Abb. sed ex mente disponentis, secũdum quam comprehendi possint nomina debitorum, quę accedere possunt mobilibus, aut immobilibus, per Spec. in tit. de fructibus & interesse. §. 1. uersi. secundò quæritur, & per Alexand. quæ copiosè adducit D. Bero. in d. uersi. uel cogita &c. quo loco ad longum disputat de materia actionum, iurium, & nominũ creditorum ecclesiæ, & an possint, uel non possint cedi, & an cum solemnitate, uel sine. col. 26. uersi. in quæstione an prælatus solus &c. mihi num. 69. subdens Imolã ibidem, & nota, q̃ si actio competit ad pecuniam, censetur actio competere pro re mobili, † quæ seruando seruari non potest, gl. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. sed id ego non intelligerem simpliciter de qualibet pecunia, sed putarem posse distingui: vel pecunia esset paruæ, uel magnæ quantitatis, & alias pro vt diximus supra de pecunia suo loco in rubr. de alienatione mobilium, quæ seruando seruari non possunt, ut in quæst. de alienatione pecuniæ ecclesiæ, subdẽs Imolã ibi, & quod dixi de iuribus, & nominibus minoris, idem dic de iuribus, & nominibus ecclesiæ, quia est eadem ratio. ca. 1. de in integr. rest. & pro eo, quod dixi debere inspici, ad quid competat actio, facit l. si ad resoluendum. C. de præd. minor. sequitur Bal. in l. iubemus. in prin. C. de sacrosan. eccl. ubi uersi. 2. dico, dicit, q̃ licet in iuribus personalibus, quæ subiectiuè fundantur in persona, & non in re, non sit reperire quasi possessorem, nisi q̃ amodo impropi[s]simo modo, † & per consequens non sit reperire aliquod iudicium possessorium l. fi. ff. quor. bonor. tamen istud est uerum, nisi pro annuo censu, uel reditu, quia reputatur quid simile; & ita saluatur id, quod legitur, & notatur ext. de elect. c. quærela, & per eundem Bal. in authen. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. in fi. ubi quærit, quid de actionibus cõpetentibus pro alia re, quàm pro annuo reditu, uel debito, utrum possit cedi; ubi etiam tenet, q̃ si cõpetat pro re immobili, etiam potest cedi, quamuis inquit cessio actionis non sit alienatio propriè. l. si sponsalibus. §. 1. de iure dot. si uero † cõpetat pro re mobili potest cedi, sicut res mobilis. Et per doct. in c. hoc consultissimo. de reb. eccle. non alienan. in 6. ubi habetur, q̃ illud, q̃ ecclesia non potest cedere, aut alienare iura, uel actiones sine solemnitate requisita, intelligi debet quãdo talia, uel actiones competunt ad immobilia uel mobilia prætiosa, aliàs secus erat, quia actiones, nomina debitorum, & iura iudicantur secundum naturam rei, super qua sunt fundata, ita not. glo. in §. 1. in auth. de non alienan. & in l. 1. C. si aduer. transact. & ibi Bal. & per Bar. in l. potest, & in l. pupillus. ff. de autho. tut. Et dicit Gemin. c. hoc consultissimo. eo. tit. in 6. quod reditus annui computantur inter immobilia, quod limitat uerum Feder. de sen. consi. 82. quando referuntur ad longum tempus, ut dico supra, † ita intelligit Clemen. exiui; sed, si referuntur ad modicum tempus non computantur inter immobilia, ut si legarentur alicui reditus annui ad sex, uel octo annos, non possunt æquiparari immobilibus, † allegat pro hac clem. 1. de reb. eccl. non alien. ubi reditus possessionum æquiparantur bonis immobilibus, quando refertur dispositio ad longum tempus, secus si ad breue, & in margine ibi allegatur Lud. Rom. consi. 302. Petr. de Anchar. consi. 48. refert etiam & sequitur Domin. in c. 1. eod. tit. lib. 6. Sed pro

hoc

hoc uide Iaſ.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog.ubi dicit, ℘ tunc annui reditus computantur inter immobilia, quando perci-
30 piuntur ex fundo,† quia tunc releuant quem ab onere ſatiſdandi,per iura,quæ adducit;quod quidem ipſe limitat tribus modis.Primo,quando ille qui poſſidet annuos reditus eſt in poſſeſſione illos percipiendi.Secundo,quando dicti reditus
31 ſunt ad longum tempus,ſecus ſi ad modicum,† Tertio,quando tales annui reditus debẽtur illi ex publico,ut ſunt impræſtita Venetiarum; ego adderem etiam uti ſunt in montibus erectis in Romana curia,puta per Romanos Pontifices,mõ
32 te fidei,monte farinæ,monte S.ſpiritus,& huiuſmodi.† Item in Inclita Patria mea Ianuenſi monte S. Georgij communis Ianuæ, quem vocant montem comperarum S. Georgij,in quo ſtant reditus firmi & tuti, non ad plus, quàm trium uel circa pro centenario,ta es reditus tunc æquiparantur ſtabilibus, & releuant quem ab onere ſatiſdandi; & poſt iſtos uide Lau.de Rodul.in repet.c.ſine exceptione. 12. q. 2.q.6.ubi diſputat,nunquid iura,uel nomina poſſint alienari ſine ſolemnitate,ubi idem tenet materiam diſputando per tres,uel quatuor columnas facit Abb in c.tua,de his quæ fi.a præla.in finalibus uerbis,ibi, quia quemadmodum prælatus ſolus non poteſt alienare rem,ita nec actionem;faciunt dicta.Soc.cõſi. 18.14.col.uerſi.circa ſextam,vbi tenet,℘ ſuper iuribus eccleſiæ nõ poteſt compromittere clericus ſine ſuperioris authoritate, quemadmodum non poteſt ſolus alienare res eccleſiæ,quæ ſibi ſoli ſunt alienari interdictæ,idem tenet Specu.in tit.de arbit.§.reſtat,verſ.ſed nunquid, & aliàs ut ibi per eum, & iura,&immobilia paribus paſſibus ambulant.Arch.in c.2. de reb.eccle.in 6.ubi apoſtilla alleg.Bart. in l. mouentium.ff. de uerb.ſign.& ibi plene Alex.in apoſtilla.Alex.conſi.16.circa fi.1.uol.& conſi.31.3.col.uerſi.ſed ita.eo.uol.Barto.in l.ſi ſic.§.fi de leg.1.Alex.conſi.27.in fi.& conſi. 49. circa principium.3.uol.Bar.in l.ſingularia.5.col.ff.ſi cert.pet. & auth.hoc ius in fi.C.de ſacroſan.eccl Bar.in l.centurio.7.col.ff de vulg. Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obl.Fel.in proœmio decretal.3. col.idque eſt intelligendum iuxta ſupradicta,& ſuprà dictam diſtinctionem;& vnũ illud eſt ſciendum in hac materia,quia quemadmodum iura, & actiones eccleſiæ,vt ſupra fuit dictum,alienari prohibentur,ergo ſimili modo debent dici prohibitæ præſcribi, aut vſucapi; quoniam,ubi lex alienationem prohibet, vſucapionem quoque
33 prohibuiſſe cenſetur,† quia alienationis verba vſucapionem continet.l.alienationis.cum glo.& ibi Bar.ff de uerb. ſig.& l. ubi lex.ff.de uſucap.quod tamen falſum eſt, quia res eccleſiæ poſſunt præſcribi, item uſucapi,iuxta no.in ca.1.de reſt. in integr.per Inn.& alios magis communiter, & habetur de ſeruitutibus,alijſque iuribus,in c.de quarta.de præſcr. per Aug. Bero.col.36.num.81.in c.nulli.de reb.eccleſ.non alien.uerſi. ſed vnum &c.Facit ℘ habetur per eundem in c. 1. 16.col.eo
34 ℘ epiſcopus,licet poſſit diſponere de fructibus,† & obuentionibus,& fructibus decimarum,non tamẽ poteſt diſponere de iure decimandi, ut poſſit illud a certo loco, & a certa eccleſia auferre,& alteri loco,uel eccleſiæ conferre,vt ibi per eum.uerſi.2.Abbas, & paulò poſt ibidem in nerſic.4.ubi dicit,℘ quatenus in c.ad audientiam intelligatur de iure decimandi conceſſio,poteſt dici illud factum eſſe a Papa non de ordinaria poteſtate,ſed de poteſtatis plenitudine Papæ, & de eius mandato expreſſo,quia inferior a Papa hoc facere non poteſt inuito Rectore, & abſque conſenſu Rectoris maioris eccleſiæ,&c.facit quod habetur per Bar.in conſ.199.2.uol.in fi.ubi dicit,℘ de iure cano.eodem modo prohibetur transla
35 tio utilis dominij,† quemadmodum & directi, in quo eadẽ ſolemnitas adhiberi debet.c.nonnulli.de reb. eccl. non aliẽ. facit tex.in c.ſtatuimus.ext.de tranſact.ubi de conſenſu ſuperioris eſt permiſſa tranſactio ſiue compoſitio ſuper decimis, & ibi not.Innoc.℘ ſine conſenſu ſuperiorum nõ eſt licitum
36 inferioribus† clericis alienare res immobiles eccleſiæ, uel reditus annuos.auth.de alien.& emphy.in prin.17.q.4.in uendi tionibus, unde a contrario ſenſu ſeruatis ſolemnitatibus nõ eſt interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,rei,eſt generale, complectens tam corporalia quàm incorporalia.*
2 *Quid ſit uſus.*
3 *Vſus non conſiſtit in rebus,quæ ſolo vſu conſumuntur.*
4 *Quantum poſſit ſumere vſuarius.*
5 *Quid ſit uſusfructus.*
6 *Differentia inter emphyteutam,& vſufructuarium.*
7 *Vſusfructus alienatio eſt prohibita.*
8 *Vſusfructus alienatur forma ſeruata.*
9 *In precario,& in vſufructu interuenit ſcriptura.*
10 *Vſusfructus non poteſt uendi,ſed bene commoditas percipiendi fructus.*
11 *Bona,in quibus debetur vſusfructus non prohibentur alienari.*
12 *Si conſtituo uſumfructum,alieno:item ſi loco ad longum tempus.*
13 *Si promitto tibi dare fructus,etiam ſi per centum annos,non alieno.*
14 *Superioris licentia ſufficit ad attendendam pœnam, non ualiditatem contractus.*
15 *Alienatio poſſeſſionis parit perpetuam fructus perceptionem.*
16 *Duplex ius habemus,proprietatis, & poſſeſſionis.*
17 *In alienatione illius,quod poſſidetur ab eccleſia,requiritur ſolemnitas.*

Rubrica 14.

De vſusfructus & poſſeſſionis rei eccleſiæ alienatione.

NOteſt dici quoque, ℘ ſit extrà ℘ poſitum dicere, vel quærere hic,an vſus vel vſusfructus rerum eccleſiæ poſſit alienari, uel diſtrahi; quia, cum habeatur rubrica de reb.eccleſi.non alienand. per quam generaliter rerum eccleſiæ interdicitur diſtractio, & alienatio illarũ, de his etiam videtur dicendum, quod de alijs dicitur in proxime præcedentibus,maxime per verbum, rebus,quod eſt nomen,& verbum generale, omnia & quæcunque amplectẽs. per tex.in l.1.§.fi.ff.ſi cert.pet.Bart.in l.quintus.§.argento.1.
1 col.uerſi.quæro aliquis, †ff.de aur. & argen.leg. & uerbum rei complectitur tã corporalia,quàm incorporalia.per Spec. de emption.& uenditio.§.1.col.3.uerſi. nota ℘ in contractu venditionis,ibi,verbum autem rei complectitur corporalia, & incorporalia &c.qualia ſunt iura, & huiuſmodi incorpo-
2 ralia, quia vſus eſt ius utendi rebus alienis † ſalua rerum ſubſtantia,ſecundum Azon.in ſumma,& ſecundùm glo.in l.1.ff. de uſu,& habitatio.ex qua diffinitione infert glo. ibi, ℘ vſus proprie conſiſtere non poteſt in rebus, quę ſolo uſu conſu-
3 muntur,† & vſuarius eſt cui re tantùm ad uſum quotidianũ vti licet,inſtit.de uſu & habit.§.1.unde uſuarius poteſt ſume-
4 re,non ſolum quantum ſibi expedit,† ſed etiam quantum,†&
5 familiæ ſuæ ſit neceſſarium.l.plenum,in fi.ff.de uſu & habita. & vſusfructus eſt ius alienis rebus utendi ſalua rerum ſubſtãtia;quia eſt ius in corpore,quo ſublato,& ipſum tolli neceſſe eſt.l.1.ff.de uſufruct.Inſtit. eod.tit. in prin. & eſt proprie ſolũ in rebus,quæ uſu non conſumuntur.l.omnium.ff.eo. a quo uſufructu eſt dictus uſufructuarius, qui differt ab emphyteuta;quia emphyteuta habet utile dominium, iſte autem habet
6 ſolum ius utendi,† & fruendi;ab vſuario uero differt,quia is, cui datur nudus fundi vſus,nihil habet ulterius in eo, niſi ut oleribus,pomis, fœno, & huiuſmodi utatur ad vſum quotidianum,nihil alij uenditurus, aut daturus, & in eo moritur, ſic tamen,ut Domino fundi moleſtus nõ ſit,nec ijs,per quos opera ruſtica fiunt;nec poteſt ius,quod habet, alteri uendere aut locare,aut gratis concedere,ſed vſufructuarius ſic, inſtit.de uſu & habita.§.1.& ex eo etiam uidetur poſſe dici eſſe extra propoſitum hic de huiuſmodi ſigillatim dicere, quia cũ vſus,& vſusfructus ſint iura, & actiones, videtur ℘ de eis ſupra ſit dictum;nam cum de rebus ſit dictum abunde,genericeque,ſuperfluum uidetur de illis quoque ſpecifice, & particulariter loqui,ſuperflua enim ſunt reſecanda & euitanda; tamen,quia noſtra fuit ab initio, & eſt ad præſens intentio, rem,& materiam iſtam magis quàm fieri poſſit,& clarius pertractare,de omnibus,etiam particularius,quàm fieri poſſit, dicere intẽdimus,cùm illa,quæ magis particulariter ſunt tradita,melius percipiantur,& intelligantur,ideò hic ponere decreuimus ea, quæ de talium alienationibus tradita per iura, & Doctores inuenimus;quia,licet proprie loquendo nõ poſſit dici quid alienatum,niſi quando tranſiuit dominium. l.1. C.de fund.dotal.& in l.alienationis verbo,de verb.ſign.quod non videtur in iſtis conſiderabile, vſus enim & vſusfructus ſunt quid ſeparatim a dominio,& proprietate, immo in alio præſupponunt dominium eſſe,& proprietatem,& licet dicat tex.in c.non liceat Papæ, ℘ non liceat iura eccleſiæ dare in
7 vſumfructum.† 12.q.2.& Bal.in conſ.194.1.uol. dicit ℘ aliena tio uſusfructus eſt de iure prohibita.l.Iubemus. §. fi. C.de ſacroſanc.eccleſi.tamen videtur, ℘ vſus, & etiam vſusfructus rerum eccleſiaſticarum poſſit diſtrahi & alienari. De vſu per Bald.in auth.hoc ius.col.2.C.de ſacroſanct.eccleſi.ibi, ſextò eſt conſiderare vſum facti magis prouenientem ex permiſſione domini quàm ex natura poſſeſſionis. l.ſi ſeruus communis.§.locum. ff. de furt.& hic inquit, ſi iſta commoditas transfertur ad longum tempus, licet proprie non ſit alienatio,tamen habet ibi materiam prohibitam in loco alienationis,ne committatur fraus.c.hoc conſultiſſimo.de reb. eccle. non alien.in 6.clem monaſteriorum.eod.tit.facit.c.exijt qui ſeminat.§.porrò. uerſi. non autem;& de uſufructus uidetur eſſe tex.in l.Iubemus.C.de ſacroſan.eccle.§.ſane,ubi vſusfructus rei eccleſiaſticæ permittitur poſſe diſtrahi, & concedi alicui,vel ad tempus,uel ad uitam recipientis,hoc tamẽ acto, ℘ tempore cõceſſionis uſusfructus finito reuertatur eccleſiæ res alia tantundem reditus cũ dicto uſufructu conceſſo,

ubi

Source : BIU Cujas

ubi Bar. id notat, ſubdens ꝙ textum illum allegauit hoc anno pro caſu in vna quæſtione eccleſiæ S. Crucis de porta S. Petri &c. ubi notat, ꝙ vſusfructus rei eccleſiaſticæ ad certũ tempus, uel vitam recipientis concedi poteſt, cum hoc ꝙ vſu fructu finito, cum illo redatur tantundem eccleſiæ; idem habetur repetitum & extenſum ad omnes eccleſias. in auth. de aliena. & emphy. §. ſi uerò aliquis. quamlibet rem immobilẽ & c. & §. ſi uerò quis noluerit. circa fin. auth. ubi habetur, ꝙ
8 vſusfructus rei eccleſiaſticæ ſeruata forma, † & modo ibi tradito bene poteſt alienari, & diſtrahi. Doctrina eſt Bal. in authen. hoc ius. C. de ſacroſan. eccleſ. ibi, tertiò eſt conſiderare vſumfructum, & hic ſi transferatur, dicitur eſſe quædam alienatio l. iubemus. la 2. §. fi. C. eo. tit. ubi Pau. de Caſt. in verſi. ſane nota, quod permittitur alienari vſusfructus rei immobilis eccleſiæ ad certum tempus, uel ad vitam recipientis, dum tamen recipiens promittat finito tempore vſusfructus reſtituere rem eccleſiæ, & etiam vnam & aliam rem ſuam nõ minoris valoris, quàm illa ſit, quantum ad proprietatẽ, & vſumfructum, aliàs vult contractum non valere; item quia vſus ſolus rei concedi poteſt, toto. tit. inſtit. de uſu & habita. ꝑ Spe. de empt. & uendit. §. 1. uerſi. dare in inſtrumentis, ibi, improprie uerò ponitur in illis inſtrumentis, in quibus ſolus vſus, vel ſola poſſeſſio rei conceditur, & in inſtrumentis emphyteuſis, feudi, & locationis &c. eſt dicendum ꝙ vſus etiam rerum eccleſiæ poſſit alienari pari modo, & diſtrahi, quemadmodum vſusfructus, & de vſus alienatione idem videtur dicendum, quod de vſufructu, videtur tex. in l. iubemus. præalleg. §. ſanè, & præalleg. auth. per ea quæ dicit Bald. in d. authẽ. hoc ius. de ſacroſan. eccl. c. Hæc autem ſint dicta ex diſputatione iuris ciuilis, quia de iure canonico nemini dubium eſſe poteſt, ꝙ uſus, & vſusfructus rerum eccleſiarum poteſt nedum ad vitam, & ad tempus alienari, ſed etiam perpetuò, uidetur tex. in c. ſæpe. 12. q. 2. ubi epiſcopus poteſt alienare bona eccleſiæ, quò ad vſumfructum ad tempus alicui, qui ſeruiat eccleſiæ, puta terras, & ſimilia, & de hoc habet fieri cautela per ſcripturam, ne ſuperuenientia temporis procedente poſſit allegari poſtmodum præſcriptio; quia iſto modo per quantumcunque tempus poſſideat clericus, uel alius nõ præſcribit. c. clerici. 16. q. 3. quia eſt vſufructuarius tãtùm, qui nõ poteſt præſcribere. §. fructuarius Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. & durante illo ſeruitio, durabit ſtipendium; & ideo dicit nomine precario, quia quemadmodum in precario ha
9 bet interuenire ſcriptura, † ità & in ſimili cõceſſione ad vſum fructum; facit tex. in c. poſſeſſiones. 17. q. 1. ubi habetur, ꝙ huiuſmodi bona poſſunt concedi clericis pro meritis, & ſeruitijs collatis, & etiam poſſunt concedi monaſterijs intuitu religionis, aut peregrinis, ſi neceſſitas hoc ſuaſerit, ſic tamen, vt hæc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter fruãtur, & hæc ſunt verba formalia tex. & ſic tamen quò ad vſum, non quò ad proprietatem, vbi Arch. interpretando uerbum, fruãtur, paſſiue, inquit, uel actiue, id eſt ad vſum habeantur, uel ad uſum habeant. ſubdens, tenentur etiam iſti poſſidentes uites ſubſerere, poſſeſſiones non deteriorare. l. ſi cuius. §. ult. ff. de vſufruct. & paulò poſt idem quod peregrinis, laicis, uel clericis, ſi pauperes ſint, & indigeant licite concedantur poſſeſſiones eccleſiæ uel in vſufructum, uel in proprietatem, & tex. d. cap. poſſeſſiones. 16. q. 1. exprimit tres caſus, in quibus res eccleſię poſſunt concedi in vſumfructum, uidelicet, quando concederentur pro meritis, uel monaſterijs intuitu religionis, vel certe ipſis peregrinis; & quando fit alienatio vſusfructus, nõ proprie fit alienatio, ſed improprie, ut per Bal. c. 1. §. aut libellorum. ult. col. uerſi. adde ꝙ alienatio, quib. mod. feud. amitt. & in rub. de feud. alien dicit, ꝙ alienatio fit quatuor modis, ſcilicet proprijſſime, quando plenum dominium trãsfertur; proprie, quando ius, & utile dominium transfertur; improprie, quãdo alienatur vſusfructus, & ſeruitus; improprijſſime quando datur pignus ſine ſpe luitionis; & de iure canonico permittitur rei totalis alienatio exiſtentibus cauſis. per text. ultra a ios. c. ſine exceptione. 12. q. 2. d. c. hoc conſultiſſimo, de reb. eccleſ. lib. 6. per Bal. optime conſi. 374. 3. uol. ubi dicit, ꝙ in quatuor caſibus alienari poſſunt res eccleſiæ, pietatis, neceſſitatis utilitatis, & incommoditatis; his enim caſib. inquit, poteſt alienari plena proprietas rerum eccleſiæ, nedum nuda ſubdens, dico ergo ꝙ eccleſia poteſt nudam proprietatem permutare in alia re meliori magis fructuoſa, vtiliori, & magis neceſſaria eccleſiæ; nam quoſdã fundos uendimus propter ſterilitatem ipſorum, quoſdam propter uicinitatem comparamus, dicit Paul. de Caſtr. d. l. iubemus. §. ſane, ibi, ſed per auth quæ infra ſequuntur, ab illa auth. ſi quas ruinas, vſq; ad auth. hic uſus præſtatur, permittitur alienatio, nedum in uſufructu, ſed & in pluribus alijs, maxime quando non fit ex toto, ſed quo ad utile dominium, remanente directo penes eccleſiam, & de iure canonico permittitur totalis alienatio, ſi utilitas eccleſiæ hoc ſuadet. c. ſine exceptione, & c. hoc cõſultiſſimo allegatis, per Bal. in conſi. 189. 2. uol. in fi. ubi dicit, ꝙ de iure canonico eodem modo prohibetur alienatio uel translatio vtilis dominij, ſicut directi, & ſic eadem ratione in vtroque caſu erit neceſſaria eadem ſolemnitas. ca. nonnulli. de reb. eccl. non alie. & per eundem Bald. ibidem paulò ante. nam, ſi conceditur plenaria alienatio rei eccleſiaſticæ, ex cauſis not. glo. 12. q. 2. in ſumma. ſcilicet ex cauſa utilitatis, neceſſitatis, pietatis, incommoditatis, aut minoris vtilitatis, quanto magis debet concedi, quod eſt minus, loquẽdo de emphyteuſi, qđ eſt ſimile in materia; Et facit pro materia, quia uſufructuarius poteſt bene cedere, uel uẽdere commoditatem vſusfructus, per Bar. in l. intereſt. C. de uſufr. & habita. & per
10 eundem Bar. melius in l. cum Titio. ff. ad l. falcid. ubi dicit, † ꝙ ius uſusfructus, & ius alimentorum uendi non poteſt. l. uſus fructus. ff. de iur. dot. ratio eſt, quia a perſona ſeparari nõ poteſt, & alia ſunt alimenta unius perſonæ, & alia alterius. inſti. de uſufruct. §. finitur, ſed bene commoditas percipiendi fructus vendi poteſt. l. neceſſario. §. fi. ff. de peri. & commod. rei uendi. ita annuus reditus emi, & uendi poteſt tã in pecunia conſiſtens, quàm in alia re, C. de ſacroſanct. eccl. l. iubemus, in fi. & in auth. de non alien. §. vult enim, ſed vſusfructus non poteſt alteri cedi, vendi, nec legari, ſed tantum perceptio fructuum, ideſt fructuum percipiendorum commoditas. d. l. neceſſario. § fi. & in l. arboribus. § uſufructuarius. ff. de uſufru. not. Bar. in l. 1. C. de petit. bon. ſubla. li. 10. Bal. in l. diuerſas. C. manda. & alteri cedendo, uel uẽdendo, quàm domino, ideſt proprietario, nihil agit. d. l. ſi uſusfructus, & ff. de noua l ſi uſus fructus, & inſtit. de uſu & habita. §. item ſi. in gl. in uerbo tranſferre, & ita in monaſterium uſufructus non tranſit ex perſona uſufructuarij ingredientis, ſed tantum commoditas percipiendi, quæ durat, donec ingrediens uiuit, per Bal. authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. ſed habens uſumfructum formalẽ, ſi ipſum uendiderit, conſentiente proprietario, & ſic in caſu a iure permiſſo, non perdit ipſum, quia tex. in §. finitur, habet locum, quando uenditur in caſu prohibito, per Bal. in l. 1. C. ſi pig. dat. fac. l. uſusfructus. ff. ſolut. matr. ubi uſusfructus formalis uenditus non reuertitur ad proprietatem, quia videt ſolum uendita commoditas ipſius, non ius inſeparabile a perſona. d. l. neceſſario, vt tradit Bal. d. l. ſi pig. ſed pro concluſione prædictorum, magiſtraliter diſtinguendo cõcludes, aut uſufructuarius uendit &c. & non finitur uſusfructus, quia rem alienam uendere poteſt in ſui præiuditium l. rem alienã. ff. eod. aut tradit uſumfructum formalem, & tunc aut nõ traditur poſſeſſio, & non finitur vſusfructus; quia non erat ſeparatus a uendente, cui eſt tradita poſſeſſio; & eſt finitus, & redit ad proprietatem. d. §. finitur. aut venditur commoditas percipiendi fructus, & non finitur. d. l. neceſſario, in fin. ità ſignanter dicit Bal. in l. res quarum. C. de iur. dot. refert Fabianus de Mon. in tract de emptio. & uendit. q. 4. princip. uerſi.
11 uigeſimo primo, ubi etiam dicit, † ꝙ bona, in quibus debetur alteri uſusfructus, alimenta, uel reditus, non prohibẽtur alienari, faciunt deducta per Laur. de Rodulph. in repet. c. ſine exceptione. 12. q. 2. q. 28. uerſi. ad prædicta, ꝙ ille, qui uendit fructus domus pro centum annis, aut uendidit fructus conſtituendo ementi ius uſusfructus in re, & tunc eſt alienatio, vt l. fi. C. de reb. alien. aut non conſtituendo, ſed obligando ſe actione perſonali ad dandos fructus, & tunc non eſt alienatio. l. fi. ff. de contrah. emptio. facit l. liberto. in prin. ff. de ann. leg. quod qualiter perpendatur, ſcilicet, ꝙ cõſtituerit ius uſusfructus, nec ne, notatur in l. ſi ita. ff. de uſufruct. facit l. fundi trebatiani ff. de uſufruct. leg. ſecundum eundem Bart. ut per Lauren. d. loco, per quæ uidetur inferre, ꝙ cum conſtituitur ius uſusfructus in re eſt alienatio, & tunc debeat in alienatione tali interuenire ſolemnitas, & idem dicit apertius idem Laur. in ſua quæſt. diſpurata, quæ incipit, quomodo trimembris. uerſi. quintò dico, vbi dixit, ꝙ conſtituere quem uſufructuarium in uita in re, eſt alienatio; & propterea, ſi non ſeruentur ſolemnitates, non ualet alienatio per illa verba, ibi, quia, cum conſtituerit uſufructuarium in uita, ex quo ſolemnitatem non ſeruauit, per conſequens alienatio non ualet, & nedum in regulari clerico, ſed etiam in ſeculari procedit, pro quo uidetur eſſe caſus. c. non liceat. 12. q. 2. ibi, nec in uſumfructum iura tradere, vt ibi per eum, ſequitur Bertach. de fir. in tract. de epiſc. quar. par. uerſi. 45. quæro, uerſi. circa prædicta, vbi dicit, ꝙ prohibitus alienare nõ poteſt uſumfructum conſtituere etiam per menſem, ſed bene poteſt locare ad tps non longum; Item poteſt promittere fructus, & dare etiam ad centum annos, ſecundum Bal. c. 1. col. 7. qui feud. dar. poſſ. Ang. in auth. de non alien. §. hoc igitur. col. 2. aliter loquitur, & uide Bar. & Bal. in l. codicillis. § inſtit. de leg. 2. ubi dicunt, ꝙ prohibitus alienare poteſt promittere, uel uẽdere fructus rei ad mille annos, niſi uendendo fructus conſtituat ius vſuſ fructus emptori: eſt tex. in l. fi. C. de reb. alien. ꝙ nec uſumfru
12 ctum conſtituit, † qui non poteſt alienare, d. l. fi. & Bal. d. locis per Bertach. d. loco; Et habetur in additio. ad Bald. de his qui feu. dar. poſſ. col. 4. uerſi. & an nomine. in uerbo alienatione;

de

3 de locatione ad tempus quãdo dicatur alienatio † tres ſunt, caſus, aut ego alienare prohibitus, cõſtituo tibi uſumfructũ & alienare dicor, etiam ſi per menſem conſtituerem; aut loco, & non dicor alienare, niſi ad longum tẽpus, aut promitto tibi dare fructus, qui percipientur ſingulis annis, & tunc etiam ſi ad centum annos, non dicor alienare, ſed eſt quædã perſonalis obligatio; per quæ potes concludere, quod prohibitus alienare non poteſt vſumfructum conſtituere, quia conſtituere vſumfructum uidetur eſſe alienare, & ꝙ uſusfructus uendi poteſt, prout res illa, ſuper qua fuit impoſitus, vẽdi, & alienari poteſt, cauſis, & ſolemnitatibus interuenientibus a iure requiſitis in alienatione bonorum eccleſiæ; pro quo etiam vide eundem Bertach ibidem uerſi. quinquagegeſimoquarto, ibi, ſed quid ſi prælatus uendit fructus eccleſiæ, non ad modicum tempus, & ſtatim recipit pecuniam, an contractus ualeat ſine ſolemnitate iuris, & dicit ꝙ nõ, ſi prælatus uendit ius percipiendi fructus ad longum tempus, uel locat, non obſtante clem. 1. quia ad euadẽdum pœnam ſuf-
14 ficit ſuperioris licentia, non † autem ad contractus ualiditatem; ſed, ſi prælatus uendat fructus percipiendos per ipſum tradendos religioſo, ſufficit formam ſeruari. d. clem. Et dicit Car. d. cle. uerſi. 27. quæro. in q. quam facit ibi de uenditione fructuum, ꝙ ſi uenditur ius colligendi, eſt ſolemnitas neceſſaria, etiam in clerico ſeculari. c. 2. eo. tit. lib. 6. idem ſi uenditio fit per modum locationis perpetuæ; quia eſt alienatio, ſecus ſi nenduntur fructus percipiendi, ad quos tractandos obligat ſe prælatus, quia ſi uendens eſt religioſus, & ſufficit ſeruare formam d. clem. ſi uero alienans ſit clericus ſecularis, & tũc ſint fructus ſit communes cum alijs, debet adhiberi conſenſus illius, cum quo ſunt communes, ſi uero fructus ſpectent tantùm ad alienantem, tenet alienatio in eius præiudicium, licet non in præiudicium ſucceſſoris, ſubdens, ꝙ in tẽporalibus ſucceſſionibus nõ eſt forma neceſſaria; ſimiliter ad materiam facit, quia ille, cui legata eſt in teſtamento domus ad habitãdum, poterit illam alteri locare, & finietur morte illius, cui legata eſt. l. ſi habitatio ff. de uſu & habit. Inſtit. eo. §. ſed ſi cui; ille uero, cui uſus eſt relictus, nullo modo ius ſunm ad alium transferre poteſt. Hæc uolui deducere, licet nimis ſeriosè ad materiam uſus, & uſusfructus; addã ſubſequentur, quæ inter legendum reperij circa alienationẽ poſſeſſionis, eccleſiaſticæ. Et de alienatione poſſeſſionis rerum eccleſiæ dicendum videtur parimodo, ꝙ ſit interdictũ illam uendi, diſtrahi, uel alienari per tex. c. hoc cõſultiſſimo. de reb. eccleſiæ. lib. 6. ubi interdicitur prælato, ꝙ bona eccleſiæ immobilia uel iura non ſubmittat, non ſubijciat, aut ſupponat alicui ubi gloſſ. notat quod bonorum eccleſiæ dominium eſt penes eccleſiam, videtur eſſe tex. in c. nulli. §. alienationes. ext. eo. ubi not. Hoſt. ꝙ verbum alienationis, ubi large accipitur etiam pro actu, per quem transfertur ſola poſſeſſio, uel uſus, & in cõtractu emphyteuſis, feudi, uel locationis, per quem ſola poſſeſſio, uel ſolus vſus transfertur, per Spec. in titu. de emptio. §. 1. uerſi. dare in inſtrumentis quandoque proprie, & improprie accipitur, & dicit Bal. in auth. hoc ius. C. de ſacroſanct. eccleſi. ꝙ alienare rei eccleſiæ poſſeſſionem, circumſcripto, uel retento dominio, dicitur quædam alienatio, quia parit perpetuam fructuum perceptionẽ,
15 † ibi quinto eſt conſiderare poſſeſſionem, ſi poſſeſſio eſt iuſta, etiam circunſcripto dominio, dicitur quędam alienatio. l. magis puto. §. 1. de rebus. eo. nam parit perpetuam fructuũ perceptionem, not. ff. de acqui. poſſ. l. 3. §. ex contrario, & per eundem Bald. ibidem uerſi. ultrà doctores, ubi dicit, ꝙ ſi dominium utile transferatur, dicitur, & eſt alienatio, & licet proprie non dicatur facta rei alienatio, niſi quò ad dominiũ, & niſi quando dominium rei tranſiuit; quia tunc uere alienatio facta cenſetur, per tex. in l. 1. C de fund. dotal. l. alienationis uerbo. ff. de uerb. ſign. tamen largo modo dicitur etiam alienatio quò ad poſſeſſionem. per ea, quæ dicit Innoc. in c. epiſcopi. ext. de reb. eccle. non alienan. & per Arch. in c. & ſi illi. 12. q. 2. ibi, ad ius, id eſt ad poteſtatem, quaſi dicat, facias ꝙ illi, qui ſunt alienati ab eccleſia, redeant ad ſuam poteſtatem &c. Vnde, inquit, apparet, ꝙ quando mandatur alicui, vt ea, quæ de bonis eccleſiæ inuenerit alienata, ſtudeat ad ius, & proprietatem eccleſiæ reuocare, res intelligitur reuocari ad ius eccleſiæ, & proprietatem, etiam ſi eccleſia non amiſerit proprietatem, ſed poſſeſſionem tantum; nam & duplex
16 ius habemus iure, ſcilicet proprietatis, & poſſeſſionis, † & in larga ſignificatione dicitur etiam alienari poſſeſſio, non ſolũ proprietas. ff. de alien. iud. mutan. cauſ. facta. l. non ſolum. ff. de alien. iud. mutã. cauſ. facta. l. non ſolùm. ff. quod met. cau. §. 2. cap. nulli. ext. de reb. eccl. non alienan. & cõtraria inquit loquuntur in ſtricta ſignificatione, unde dic, ꝙ in hoc caſu põt agi petitorio, & poſſeſſorio, ſecundum Inn. d. c. epiſcopi per Hoſt. in c. nulli. in §. alienationis. ibi, uerbum alienationis hic large accipitur etiam pro actu, per quem non transfertur dominium &c. & per eundem Hoſt. in c. epiſcopi. §. tales. de reb. eccl. nõ alien. ubi ponit hanc quæſtionem, ſi mãdatur alicui, ꝙ ea, quæ de reb. eccleſ. inuenerit alienata, ſtudeat ad ius, & proprietatem eccleſiæ reuocare, an poſſit reuocare ea, quæ inuenit alienata, & occupata, non quantùm ad dominium, ſed quantùm ad poſſeſſionem tantùm? ubi tenet, ꝙ ſic; quia quod dicit litera, alienata, largo modo ſummitur, & intelligitur non ſolum de proprietatis, ſed etiam de poſſeſſionis alienatione, ut ibi per eum, ubi multa adducit; Facit, ꝙ ſi quis ſit iudex delegatus, ut ea, quæ nouerit ad eccleſiam pertinere, recuperet ipſe, tam debebit recuperare quæ pertinẽt quò ad poſſeſſionem, & quò ad poſſeſſorium, quàm quò ad dominium. c. quærelam, & ibi glo. antepen. de elect. ubi Ant. de Butr. per Alexan. ubi late conſi. 98. uolu. 5. poſt principium, ubi dicit, ꝙ licet proprie illud tantùm dicitur quod eſt alienatum quò ad proprietatem, tamen large intelligitur etiam alienatum quod eſt quò ad poſ. ſequitur Abb. d. c. epiſcopi, nam inquit duplex ius habemus in renoſtra, uidelicet ius proprietatis & poſſeſſionis; vnde licet non ſit facta alienatio quò ad proprietatem, eſt tamen alienata poſſeſſio; item largo modo res dicitur alienata, cùm recedit a libera facultate, iuxta illud pſalmiſtæ, alienati ſunt peccatores &c. & per Doctrinam Arch. d. c. & ſi illi. 12. q. 2. dicit Bald. ꝙ etiam res aliena poſſeſſa ab eccleſia comprehenditur in prohibitione. d. l. iubemus, ut per eundem in d. l. uerſi. extra quæro. 3. col. ibi, extrà quæro, quid ſi res non eſt eccleſiæ, ſed eſt poſſeſſa ab eccleſia, an in ea habeat locum prohibitio huius. l. & ꝙ non, ut l. magis puto. §. 1. de reb. eod. dic contra, vt not. Inn. &c. facit quod in ſimili dicit Spec. in tit. de empt. & uendi. §. 1. uerſi. dare in inſtrumentis, ubi dicit, ꝙ dare in inſtrumentis aliquando proprie accipitur, aliquando improprie, uidelicet proprie ſummatur in illis, ut cum res data fit accipientis in inſtrumentis, in quibus agitur de rerum alienatione, id eſt dominij translatione; improprie uero ponitur in illis inſtrumentis, in quibus conceditur ſolus vſus, uel ſola poſſeſſio rei, ut in inſtrumentis emphyteuſis &c. ſed ꝙ poſſit alienari, & diſtrahi poſſeſſio rei eccleſiæ uidetur dicere Pau. de Caſt. in d. l. iubemus. §. fi. ubi dicit, ꝙ per illum tex. poteſt fieri alienatio uſusfructus rei eccleſiæ, & per authen. ſequentes permittitur alienatio in pluribus alijs, maxime qñ non fit ex toto, ſed quò ad utile dominium, remanente directo pænes eccleſiam, & de iure canonico permittitur totalis rei eccleſiæ alienatio, id eſt utilis, & directi dominij, & proprietatis, & poſſeſſionis, ſi utilitas eccleſiæ hoc ſuadet. c. ſine exceptione. 12. q. 2. cap. hoc conſultiſſimo. de reb. eccle. non alienan. in 6. unde, ſi totalis permittitur alienatio, eſt dicendum, ꝙ poſſeſſionis concedatur etiam alienatio, quæ eſt pars rei, argumento de parte ad totum, quia, ſi de toto, ergo etiam de parte. & pro ut etiam ſuprà diximus de uſus & uſusfructus alienatione, nec rei eccleſiaſticæ poſſeſſio poteſt alienari ſine ſolemnitate, ut per tex. in cap. cum apoſtolica. de his, quæ fiu. a pręla. ubi Abb. in figuratione caſus dicit, ꝙ alienari illud, quod ab eccleſia poſſidetur, non poteſt ſine authoritate, quia id inquit non poteſt fieri cum conſen
17 ſu epiſcopi ſine conſenſu capituli, † & per eundem Abb. in c. tua nuper. eod. circa fin. ibi, pro hoc facit. c. ſupra proxim. ubi ſolemnitas requiritur, cum alienatur res, quę poſſidetur ab eccleſia &c. faciunt ea quę deduco ſupra in ſignifi. uerbi alienatio, uerſi. item ſub uocabulo alienationis comprehenditur poſſeſſionis translatio.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus eccleſiæ diſponit de pecunia eccleſiæ ſine ſolemnitate, vt de fructibus.*
2 *Pecunia retenta nihil operatur.*
3 *Pecunia perpetuam habet æſtimationem.*
4 *In pecunia eſt vſusfructus.*
5 *Pecunia non eſt de illis, quæ vſu conſumuntur, ſed illi proxima.*
6 *Tutor non poteſt ſibi ſoluere pecuniam depoſitatam ad emptionem prædiorum.*
7 *Pecunia deſtinata ad mutuandum eſt iudicanda, uti res immobilis.*
8 *Pecunia deſtinata cauſa negotiationis dicitur eſſe negotiationis, etiam antequam ſit in eam expenſa.*
9 *Pecunia magnæ quantitatis deponi debet, ut conuertatur in emptionem.*
10 *Veteres in pecunia omne robur poſuere.*
11 *Quantitas pecuniæ facit illam cenſeri uti rem mobilem uel immobilẽ.*
12 *Opiniones doctorum tenentium quòd pecunia deſtinata ad emptionem ſit ut res mobilis, & econtra.*
13 *An pecunia redacta ex uenditione rei immobilis ſit uti immobilis.*
14 *Pecunia repoſita non numeratur inter mobilia.*
15 *De pecunia, quæ eſt in fructu, prælatus diſponit, ut de fructibus, ſecus de pecunia, quæ eſt in proprietate.*
16 *Regula quòd pecunia eſt de his, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, limitatur quinque modis.*

Source : BIU Cujas

Rubrica 15.

De pecuniæ Eccleſiæ alienatione.

SEd eſt, q videamus, an pecunia eccleſiæ alienari, contractari, uel diſtrahi poſſit, q meo iudicio videtur; vel reputetur pecunia, vt res mobilis, vel vt res immobilis, utroque enim modo, & utroque caſu contractatur, alienatur, & diſtrahitur; nam quod ut res mobilis cenſeatur, & inter res mobiles annumeretur, vel reputetur, eſt tex. qui hoc dicit ad literam in l. ſi chorus. §. 1. ff. de lega. 3. ubi legatis mobilibus debetur legatario pecunia non deputata, vt daretur mutuo, ſed quæ prædij cauſa repoſita eſt. §. & quia parum. auth. de nupt. colla. 4. latè per Abb. in c. nulli. de reb. eccle. non alien. ubi concludit, q pecunia dicatur de rebus mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & conſequenter q prælatus Eccleſiæ de illa poſſit
1 diſponere, etiam abſque ſolemnitate, † vt de fructibus prædiorum, & rerum eccleſiæ, alijſque rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; & q ſit pecunia de illis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, uidetur eſſe tex. in c. eijciens. 88.
2 diſt. ubi habetur, † q pecunia retenta nihil operatur, nihil producit. not. per glo. quæ ad hoc allegari ſolet communiter in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad trebel. l. lex quæ. C. de admin. tut. ibi, fœnerandi vſus &c. §. conſtituitur. inſtit. de vſufruct. facit q uoluit glo. & ibi Bart. in l. interdum ff. de cond. & demonſt. Bar. in l. poteſt pupillus. ff. de author. tut. & q ſequatur illatio, quam facit ſuprà dicto loco, dicit, & ſequitur
3 Ludou. Roman. in ſuo ſing. 105. facit tex. in l. cùm plures. in fi. ff. de admi. tut. nam ſolus tutor de per ſe poteſt collocare pecuniam pupilli in emendo, vel mercando, quod non poſſet, ſi computaretur inter ea quæ ſeruando ſeruari poſſunt. d. l. lex quæ: ex quo poteſt inferri, q ſolus prælatus ita poteſt diſponere de pecunia eccleſiæ, ſicut de fructibus, in clem. 1. eo. tit. & dicit Ioan. de Imol. in d. ca. nulli. de reb. eccleſi. non alien. in fi. q, ſi actio competit ad pecuniam, actio cenſetur uti res mobilis, & pro re mobili competere cenſetur, quia ſeruando ſeruari non poteſt, per gloſſ. d. l. 1. §. fuit quæſitum, vbi laſſ. tenet, q pecunia uſu conſumitur, & q propterea nõ connumeratur inter ea, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ubi multos citat authores; quia, vt pecunia afferat vtilitatem ſecundum uſum, ad quem deſtinata eſt, ideſt ad expendendũ, dicitur eſſe de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt per laſſ. ibidem. Et q pecunia ipſo uſu, ac curſu temporis cõſumatur, & dicatur eſſe de illis, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, habetur in l. Ariſto. §. fi. ff. de acquiren. hære. cum l. ſeq. eſt caſus in l. Iul. ff. de pet. hæred. ibi, pecunia, quæ ſeruari nõ poteſt. §. & quia parum. authẽ de nupt. col. 4. cum concord. per Moder. poſt glo. in l. interdum. ff. de cond. quod videtur mirum, cùm pecunia perpetuam habere dicatur æſtimationem. l. 1. ff. de contrahen. emp. ubi dicitur ex ſubſtantia capere vſum, quæ ſubſtantia tanquam ſolida, & durabilis non videtur facile pro uſu conſumi; unde nec materia poteſt alienari ſine cauſa iuſtiſſima, & cum ſolemnitate, legitur & no.
4 in c. 1. de pigno. quinimmo in pecunia eſt uſusfructus, † qui non cadit in his, quæ ipſo vſu conſumuntur. l. 2. & per totũ. ff. de uſuf. ear. rer. quæ uſu conſum. l. 1. §. ſi 10. quæ in arca. ut lega. non cauea, tamen iſta ratio vſumfructum non concludit, quoniam cadit in pecunia uſusfructus præſtita cautione, ſicut eſt in alijs, quæ ipſo uſu conſumuntur, vel diminuũtur, vt uinum, oleum, frumentum, veſtes, & ſimilia, de quib. in l. 1. ff. de vſufruct. ear. rer. quę vſu conſumun. §. conſtituit, Inſtit. de uſuf. & l. 1. C. eod. tit. Vnde magis vrget alia ratio, q ipſa materia ſit perpetua, quæ neque ex longiſſimo vſu conſumitur, vt docet experientia, quæ eſt rerum magiſtra. c. quã ſit. de elect. num. 6. nam uidemus vetuſtiſſima numiſmata, in quibus antiquorum ſunt inſcriptæ imagines, non tamen eſſe ob antiquitatem extincta uel diuturnitatem conſumpta. facit Bald. in l. ſi curatorem. circa med. C. de in integr. reſtit. quod ſpetiale eſt in pecunia pupilli, vt ſine decreto alienetur, cùm ſit res, quæ ſeruando poteſt ſeruari. Et illa, quæ ſeruando nequeunt ſeruari vſu triennali conſumuntur. gl. in l. 1. C. ſi aduerſ. uſuc. inter quæ non poteſt pecunia numerari, quæ tam breui tempore non conſumitur. Sed poteſt dici, q pecunia proprie non eſt de his, quæ uſu conſumuntur, ſed eſt de illis proxime dictis, quia eius vſu & aſſidua commuta
5 tione † quodammodo conſumuntur, eſt caſus d. §. conſtituitur, quia uſus pecuniæ eſt deputatus ad emendum. c. eijciens 87. diſt. & ut pecunia expenſa dicit conſumpta. l. quod ſi forte. §. ſi. & l. ſeq. ff. de ſolut. legitur, & not. in l. ſi filiusfam. ff. ſi cert peta. & ſic iſto reſpectu dicitur ipſo uſu expendendo conſumi, & conſequenter ſeruando eam, non expendendo, quia fructum ſuum non præſtat, non poteſt dici ſeruari poſſe. Sed q pecunia non ſit res mobilis, & inter mobilia nõ connumeretur, immo potius, q ſit immobilis, & inter immobilia cõnumerari habeat, uidetur eſſe tex. in l. quid ergo. ff. de cõtra. iud. tut. ubi tutor non põt ſibi ſoluere pecuniam depoſitatam ad comparationem prædiorum abſque decre
6 to iudicis, † vnde videtur, q cenſeri habeat uti res immobilis, de qua non diſponit tutor ſiue decreto iudicis; quia iure illo digeſtorum in alienatione mobilium, ſiue eſſent de his, quæ ſeruando poſſent ſeruari, ſine non, decretũ iudicis non requirebatur. d. l. lex. C. de admi. tut. per Abb. in c. 1. de reſti. in inte. & Bar. in l. 2. §. ſi a pupillo. ff. de uſucap. pro empto. & ibi Alexand. in apoſtilla. Bar. in l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſa. per Barb. in c. nulli. ext. de reb. eccl. ubi dicit id eſſe ſpetiale in pecunia depoſitata, & deſtinata ad comparationem prædiorum; ſequitur Alexan. in d. §. fuit quæſitum, ubi dicit, q immo talis pecunia cenſetur uti res immobilis, ubi allegat tex. in l. a diuo pio, in fi. ff. de re iud. ita tenet Bald. in l. cætera. in fi. ff. de leg. 1. quem plures ibi ſequuntur, quos refert Alex. in d. l. a diuo pio. in fi. & ſecũdùm aliquos, inter quos etiam hodie eſt Aug. Bero. in d. c. nulli habet fieri diſtinctio inter magnam pecuniæ quantitatem, & modicam quia, ſi magna ſumma pecuniæ apta ad cõparationem præ-
7 diorum ſit depoſitata ad comparationem, † uel mutuandũ, uel negotiandum, de ea eſt iudicandum uti de re immobili; ſecus ſi ſumma parua, uel quantitas modica ſit depoſitata,
8 nec apta ad comparationem prædiorum, uel aliàs, † quia inter immobilia connumerari non dicitur, ita diſtinguit glo. in l. niſi. C. de admin. tuto. & tex. in l. ita autem. ff. eod. & dicit Bal. in margarita, in ver. bo pecunia, q pecunia deſtinata certæ negotiationi dicitur eſſe illius negotiationis, etiam antequam ſit in ea expenſa, aut collocata per tex. in l. ex facto, la grande, circa fi. ff. de hæred. inſti. & pecunia penes campſorem deſtinata pro emendis immobilibus, tanquam immobilis eſt iudicanda. d. l. quid ergo. §. plane; eſt optimus tex. in cap. licet heli. ext. de ſymon. ubi prælatus, qui non modicam ſummam pecuniæ relictam a prædeceſſore expenderat tanquam ſuſpectus ab adminiſtratione amouetur, & conſequẽter de illa diſponere non poteſt, vt de re mobili, quæ ſeruari non poſſit, & ut de fructibus, & q pecunia ſit de illis, quæ poſſunt ſeruari, id ex eo apparet, quoniam ſi aliquid diſponitur, unum quodque tale etiam eſſe intelligitur. l. oratio. ff. de ſponſ. & per pecuniam depoſitam, & reconditam præſidij gratia patrimonia conſeruantur. d. l. chorus. §. 1. meritò &c. præterea, ſi pecunia pupilli ſit ſummę magnæ, a tutore debet
9 deponi, † ut conſeruetur, vt inde prædia emantur, uel ut credatur. l. niſi. cum l. ſeq. C. de admi. tuto. cum ibi not. l. ita autẽ. ff. eo. ergo dici poteſt de rebus, quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt poſtquam depoſitata, & recõdita eſt, & dicit tex. in l. lex quę, §. pen. q veteres in pecunia omne robur poſuere, quod nõ
10 eſſet, † ſi ſeruando ſeruari non poſſet, facit quod dicit Alex. in d. §. fuit quæſitum, q, ſi conſideremus pecuniam, quò ad actualem conſeruationem materiæ, illa ſeruando ſeruari poteſt, puta deponendo illam ut dictum eſt. capitul. olim. de cẽſibus, ſi uerò quò ad ſui formam, & quo ad curſum pecuniæ, ea dicitur de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, argum. cap. penult. de cenſibus. cum ibi not. Bartol. in l. Paulus. la prima, ff. de ſolut. ſi autem conſideremus pecuniam, quò ad fructuoſam conſeruationem, tunc etiam non dicitur de illis, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quoniam illam ſeruando nihil producitur. dicto capitul. eijciens. & ideò illa utendo ad uſum, ad quem fuit deſtinata, hoc eſt ad emendum, non dicetur de his, quæ ſeruari poſſunt, ſed uſu conſumitur. & hoc modo habet intelligi doctrina Abb. in cap. nulli, item conſeruando pecuniam, eam deponendo, & in tutiſſima cuſtodia collocando, utilitatem afferre dicitur, quia eſt maximum præſidium, & pro maximo præſidio patrimonij habetur, quod ſine ea eſſet fragile. d. l. chorus. item quia ex ea poſſunt emi prædia occaſione tẽporis uiliori prætio, quàm in præſentia fieret. d. l. tutores & d. l. ita autem, cum ibi not. item conſeruando illam poteſt eius ualor creſcere, & conſeruando non modica utilitas percipi poſſet, quia tutor qui ex officio tenetur utilia facere, tenetur pecuniam conſeruare, ut dictis iuribus, unde conſiderando pecuniam quo ad fructuoſam conſeruationem, dicitur de his, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quo ad uſum uero, ad quem inuenta fuit, dicitur de his, quæ ſeruari non poſſunt, facit ad hoc tex. ubi Bald. & Ludouic. Roman. in l. 3. §. uſuras. uerſicul. quid ergo. ff. de contra. iud. tut. & utili action. ubi tutor expendit pecuniam pro pupillo, ex quo currunt ſibi uſuræ, quæritur nunquid dum eſt tutor tantum, & tutelæ tempore durante uſuræ debeantur, an etiam finita tutela, & dicitur quod ſic, & agit contrario iudicio tutelæ, quia pecunia ſua non debet ſibi eſſe otioſa, quod uerum eſſe dicit text. ſi erat in facultate pupilli aliquod, de quo poſſit ſibi ſatisfieri, quid ergo ſi illæ res erant deputatæ ad emptionem prædiorum, dicitur quod ſi non impetrauit a prætore, quod promatur pecunia, ſibi eſt imputandũ, & ſic appa-

ret

ret manifeſte, ꝙ illa pecunia inter immobilia cõputatur; ex quo ſine prætore diſtrahi non poterat, nec de ea fieri ſolutio, quandoquidem nec res minorum immobiles ſine authoritate,& decreto prætoris poſſunt vendi, toto tit. de reb. eo.& Bart. notat ibi. ꝙ thuſci non ſinunt pecunias ſuas eſſe otioſas, ſed lombardi ſic, qui ſeruãt eas dominis ſuis, & per hoc dicit Alber. in q. 24. in 2. parte, quod ſi ſtatuto cauetur, vt mulier lucretur dimidiam partem bonorum immobiliũ mariti ſine liberis decedentis, lucrabitur partem pecuniæ deputatæ ad emendum bona immobilia, quia illa pecunia iudicatur ut res immobilis; idem eſt intelligendum, quando
11 pecunia eſſet ſummæ quantitatis, † quia tunc quantitas facit illam cenſeri vti rem immobilem. c. licet heli. de ſymon. allegato, ubi accuſatur prælatus male expendens pecuniam non modicam; ergo non poteſt ea uti prelatus, ueluti utitur fructibus,& dicit Io. de Imol. in c. cæterum. de don. circa fin. ꝙ pecunia, quam acquiſiuit epiſcopus, quia erat religioſus, non poteſt diſponi per eum, illa enim cedit epiſcopatui. c. 1. 18. q. 1. ideo inquit non poteſt diſponi in quãtitate immoderata, ſed quando eſſet moderata, ſic; & ſic pecunia in iſtis caſibus cenſetur,& habetur inter illa, quæ ſeruando poſſunt ſeruari, ſecus ſi, ſi nõ ſimus in iſtis caſibus, quia de illa diſponit clericus, ueluti de fructibus eccleſiæ, per Abb.& alios primo loco alle. ſequitur Angel. in ſumma in uerbo alienatio, uerſ. utrum pecunia, ubi apoſtilla ad Ang. ibidem, & per eximium Petrum Folerium in practica criminali, in rub. anno tentur bona contumacis, vbi diſputat in hac materia, licet pecunia ſit res mobilis & quæ ſeruando non poteſt ſeruari, & quæ ideo poſſit a minore,& prælato alienari ſine ſolemnitate, tamen, ſi ea deſtinata ſit ad emptionem prædiorum, uicem rei immobilis obtinet, per Raphael. Cuma. in l. a diuo pio. § ult. per illum tex. de re iud.& in l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit ff. de le. 1. ideo nec ea ſine decreto iudicis alienari poteſt, ſicut nec alia immobilia ipſius minoris. l. quid ergo. §. vſuras, uerſi. quid ergo,& ibi Rom. ff. de contra. iud. & util. act. tutel. uoluit idem Roma. in d. l. ſi ex legati cauſa, col. 4.& ibi Fran. Rom. in ſing. 103. tum habes, ꝙ pecunia, & ibi ad hoc adducit tex. in d. §. uſuras; & idem Petr. dicit, ꝙ in contrariũ tenent Iac. Rapha. Cyn. Rai. Bal. Ang. Imo Flor. Alexã. Fran. Aret.& Iaſ. in d. l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit. ff. de lega. 1. ubi dicunt non haberi pro re immobili pecuniam deſtinatam ad
12 emptionem prædiorum; † ſed uide ſuper hoc factam deciſ. per Boer. deciſi. 209. ꝙ pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum non reputatur uti res immobilis, ſed uti res mobilis,& dicit hanc eſſe communem opinionem communiter approbatam, pro qua connumerat doctores eam tenentes in num. 25. tenentes uerò cõtrariam opinionem enumerat. num. 14. ſubdens idem Petrus Folerius, huius controuerſiæ cardo in eo uertitur, an deſtinatio habeatur pro re perfecta, de quo per Soc. conſi. 249 col. pen. uer. circa quartam lib. 2. & Alber. in ſecunda parte ſtatut. quæſt. 205. Bar. & alij in d. §. ſed ſi ſeparauit,& Alexan. conſi. 28. aliàs de facto conſultus, uerſi.& non obſtante, ꝙ deſtinatio, lib. 3. & Franciſ. Aret. conſi. 6. uiſo inſtrumento, in ſecundo dubio, & latiſſimè per Fely. cap. cum adeò, colum. 2. uerſi. deſtinatio, ext. de reſcrip. in quibus locis de ſolutione quæſtionis late habetur; ſub dẽs idem Petrus, & quid de pecunia redacta ex uenditione rei
13 ſtabilis, † an mobilis, an uerò immobilis cenſenda ſit, & uidetur dicendum, ꝙ ſit quoddam inter mobilia, Raph. Cyn. Alber. Bald. Corn. Philip. in l. ea demum. C. de collat. tenuit Firm. in ſuo reperto in uerbo bona mobilia, uerſic. 4. ſed inquit idem videtur dicendum, ꝙ ſit immobilis. nam eius rei & naturæ cenſeri debet ex cuius venditione confecta eſt, & quæ ſit ſubrogata in locum illius, vt habetur per Manſuer. in titu. de ſociet. §. item nomina, ſeu debita; & idem uidetur voluiſſe Raph. Alex. Fran. Aret. d. l. ea demum, ſubdens idem Pet. prima opinio verior eſt,& tenẽda, ut per Tiraq. in trac. de utroque retract. fol. 108. nu. 112. §. 1. in gloſſ. quia videtur rem, quæ pro pecunia venditur, in illa repreſentari. l. quia qui prætio ff. de uſufru. vnde vr abſonum, ꝙ prælatus poſſet pecuniam alienare, quæ eſt ex re uendita, cùm rẽ ipſam nõ alienare potuiſſet, vt etiam videtur uoluiſſe Bal. in l. ea demũ in fi. C. de collat. ubi dicit, ꝙ pecunia redacta ex re immobili reputatur immobilis, ità & quæ ex mobili mobilis; vnde dicit Spec. in tit. de cau. poſſ.& proprie. §. 1. uerſi. certum, ꝙ pecunia facta ex argento meo mea eſt,& poſſum petere illam, idem ſi ex qualibet re mea, quæ uenditur. ut l. mater §. 1. C. de rei uend. l. fi. C. de nego. geſt. l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cer. pet. un de pecunia, quæ fuit redacta ex re immobili, uel mobili prętioſa, nõ põt alienari ſine ſolemnitate, & rõ eſt in promptu, quia cum uendi talia nequeant ſine ſolemnitate,& cauſa, vt infrà dico de cauſis & ſolemnita. & ſup. rubricis de rerum immobilium alien.& de rerum mobilium prætioſa. alienatio. ita pari modo pecunia peruenta ex illis; unde ſolemnitas requiritur in illius alienatione quæ in alienatione rei requiritur, eſt caſus in auth. hoc ius, cum ibi not. C. de ſacroſa. eccl. aliàs fruſtra, deluſorie,& ſine effectu interueniret ſolẽnitas in ſola uẽditione, ex quo in prætio poſſet eccleſia decipi,& damnificari, ſicut in re uendita; pecunia vero repoſita in banco non numeratur inter mobilia, † ſed inter immobilia, Bal. in c. cum cauſa. ext. de re iud. & hanc opinionem approbat Tiraq. d. loco & Folerius ibidem, Sed in hac materia Auguſt. Bero. in c. nulli. de reb. eccle. non alienan. col. 36. num. 83. uerſi. circà ultimum, multum diſtinguit, ibi. & an pecunia eccleſiæ ſaltem hodie poſſit alienari abſque ſolemnitate, & prælatus illa ad eius libitum vti ualeat, breuiter concludo, inquit, ꝙ aut loquimur de pecunia, † quæ eſt in fructu,& reditu,& de illa ꝑlatus diſponere poteſt, vt de alijs fructibus rerum eccleſiæ, quorum ipſe eſt uſufructuarius, gl. c. fi. 5. q. 3. gl. fi. in c. generali. de elec. in 6. Aut loquimur de pecunia, quæ eſt in proprietate eccleſiæ, ut de illa, quæ fuit à prædeceſſore relicta. d. c. licet heli. de ſymõ. Aut de pecunia redacta ex rebus eccleſiæ, puta venditis. l. lex quæ, & tunc ſi modica, paucaque ſumma ſit, abſque dubio poteſt de illa diſponere, eamq; expendere pro utilitate,& neceſſitate eccleſiæ abſque alia ſolemnitate, arg. d. l. ità autem. c. terrulas. 12. q. 2. ſic ita, inquit Bero. intelligo. l quoties. § ſicut, & §. non tantum,& l. tutor rerum. ff. de admin. tutor. cum l. fi. in fi. C. eo. Si uerò ſumma ſit magna, in hoc conſiſtit difficultas, ſed dices, ꝙ ſi pecunia ſit exacta ex uenditione rerum eccleſiæ facta a prælato ob iuſtam cauſam, tunc illud prætium, & pecunia in eam cauſam abſque alia ſolemnitate conuerti põt; ſatis enim eſt, ꝙ ſolemnitas fuerit adhibita in contractu alienationis. §. hoc ius porrectum. 20. q. 2. c. aurum. c. ſine exceptione,& per totum. 12. q. 2. Si uerò res eccleſiæ ſit uendita pro neceſſitate,& utilitate eccleſiæ, ut in cap. ut ſuper. ext. de reb. eccl. talis pecunia in aliam cauſam eccleſiæ conuerti nõ poterit, niſi ſeruata ſolẽnitate. c. ſine exceptione. 12. q. 2. qm̃ ea ſuccedit loco rei. quia ſemper fauore eccleſię prætium ẽt in particularibus loco rei ſuccedit, ut not. in c. 1. 12. q. 3 argum. l. ita conſtare,& not. in l. fina. ff. de iur. dot. ergo ſicut res ipſa abſque ſolemnitate alienari non poterat, eodem modo pecunia redacta de dicta re non poterit in aliam cauſam abſque ſolemnitate conuerti. argum. l. ſi pupillorum. §. ſi prætor. ff. de reb. eor. ubi caſus notabilis; ſubdens Bero. in hac materia ibidem, ꝙ ſi pecunia eſſet de proprietate eccleſiæ, tunc fortè dici poſſet illam non poſſe alienari, nec de ea prælatum poſſe diſponere, niſi cum ſolemnitate eccleſiæ, etiam conuertendo eam in utilitatem, ac neceſſitatem eccleſiæ; quoniam, cùm talis pecunia ſit de his, quæ ſeruando poſſunt ſeruari, non poterit abſque ſolemnitate alienari, per glo. d. c. nulli. eo. alioquin prælatus uti de dilapidatione ſuſpectus poſſet ab adminiſtratione rerum eccleſiæ amoueri. c. licet heli. de ſymon. præterea pecunia depoſitata ad comparationem prædiorum, vel ad credendum, non cenſetur mobilis. d. l. ſi chorus; neque hoc modo depoſita, vel ad utilitatem pupilli, & minoris, non poteſt conuerti in utilitatem, uel neceſſitatem eccleſiæ per ſolum tutorem niſi cum decreto iudicis; poſſet tamen talis pecunia pro exequutione ſententiæ abſque decreto prætoris a iudice capi. d. l. a diuo pio. in fin. Idem ergo de pecunia eccleſiæ eſt dicendum, ut ibi per eundem Auguſt. Bero. unde potes regulam firmam facere, ꝙ pecunia eccleſiæ ſiue cenſeatur ut res mobilis, ſiue uti res immobilis, poteſt alienari, & ſi uti mobilis, ſine ſolemnitate, ſi uerò uti immobilis cum ſolemnitate, cum qua res immobiles eccleſiæ alienãtur; Item aliã regulam facias, ꝙ pecunia deſtinata ad comparationẽ prædiorum, item deſtinata ad credendum, ſiue negotiandum, item quæ eſt redacta ex venditione rei ſtabilis vel mobilis pretioſæ, item pecunia non modicæ quantitatis, item pecunia, quæ eſſet de proprietate eccleſiæ, non poteſt alienari ſine ſolemnitate, quia talis pecunia cenſetur ad inſtar rei immobilis, ꝙ ſupra dictũ eſt. Sed melius potes facere concluſio
16 nem. † ꝙ pecunia eſt de his, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& ob id poteſt bene per prælatum alienari, ſed cum infraſcriptis limitationibus. ut in laudibili ac honeſta id alienatione procedat, ſecus in damnoſa, & inhoneſta. c. licet heli. ext. de ſymon. Secũdo ut improprie dicatur de his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non autem uere loquendo,& quantum ad oculum. §. conſtituitur, Inſt. de uſufruct. Bar. in l. poteſt. ff. de autho. tuto & §. fuit quæſitum. l. 1. ff. ad trebe. Tertiò, ut non procedat in pecunia depoſita ad emendũ immobilia uel etiam mobilia prætioſa. l. 3. §. plane. de cõtr. iud. tutel. Quartò ut procedat in pecunia ſtrictè,& proprie ſumpta, non autem largiſſime ſumpta. l. 2. C. de quæſtio. Quinto ut non procedat in pecunia redacta ex uenditione rei immobilis, aut mobilis prætioſæ. arg. l. quia qui ptio. ff. de uſuf. Sexto ut non procedat in pecunia magnæ quantitatis, aptæ ad comparationem ſtabilium. Septimo ſi pecunia eſſet de proprietate eccleſiæ.

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

SVMMARIVM.

1 Census super bonis ecclesiasticis imponi potest.
2 Censualis contractus quandoque transfert in emptorem utrumque dominium.
3 Censualis contractus quemadmodum a contractu emphyteutico distet.
4 Emphyteuta cessans in canonis solutione cadit a iure suo, secus in censuario habente utrumque dominium.
5 Contractus in dubio præsumitur potius censualis, quàm emphyteuticus.
6 Contractus censualis quandoque non transfert rem, nec illius dominium directum, vel vtile.
8 Census constitui potest super fructibus ecclesiasticis.
8 Fructus ecclesiæ alienari, & in causam iudicati capi possunt.
9 Alienare non dicitur, qui fructus alienat.
10 Vendere rem prohibitus non intelligitur prohibitus vendere fructus illius.
11 Decimæ licet vendi, nec pignorari possint, secus est tamen in earum fructibus.
12 Census super ecclesiasticis fructibus indistincte constitui non potest, sed ad modicum tempus, uel ad prælati vitam.
13 Feudum obligari & alienari ad vitam vasalli sine domini consensu nequaquam potest.
14 Vasallus licet non possit constituere usumfructum in feudo, uendere tamē potest fructus totius temporis, quo feudum a pua se futurum est.
15 Vsusfructus in re emphyteutica sine domini consensu constitui potest.
16 Census super fructibus feudi, etiam sine consensu domini durāte uita feudatarij constitui posse videtur.
17 Seruitus in feudo non potest constitui in præiudicium domini, sed in Vasalli constituentis præiudicium sic.
18 Census licet imponi, nec augeri possit super rebus ecclesiasticis, tamen super fructibus bonorum ecclesiæ constitui a prælato potest.
19 Prælatus, aut rector an possit alienare fructus ad longum tempus: late.
20 Maritus regulariter censum super feudo dotali imponere non potest, quod declaratur, ut procedat si uelit imponere in perpetuum.
21 Census in rebus restitutioni subiectis constitui potest, quousque venerit casus restitutionis.
23 Census constitui non potest super bonis prohibitis alienari per testatorem sed bene super fructibus eorum.
24 Emphyteuta potest constituere censum super rebus emphyteuticis sine domini consensu.
25 Concluditur quòd census in rebus ecclesiæ a solo prælato ad illius uitam concedi potest, sed non in perpetuum.
26 Census perpetuus intelligitur esse res immobilis.
27 Fratres prædicatores sunt census perpetui incapaces.
28 Annui reditus ueniunt appellatione immobilium.
29 Annui reditus & census excusant ab onere satisdandi.
30 Census annuus non potest alienari, nisi cum causa & solemnitatibus requisitis in re immobili.
31 Census perpetuus constitui potest in rebus minorum, cum solemnitatibus a iure requisitis.
32 Census in re minoris exigit octo requisita, quæ hic enumerantur.
33 Census requirit solemnitates requisitas in alienatione rerum ecclesiæ.
34 Argumentum valet a minori ad ecclesiam.
35 Census constitui potest super re emphyteutica, alienari prohibita, rebus ac fructibus ecclesiæ, non autem super re feudali.
36 Feudatarius tenetur meliorare feudum, non autem deteriorare potest sine domini consensu.
37 Feudatarius non potest in domini præiudicium imponere seruitutem, nec ad modicum, uel longum tempus dare in emphyteusim.
38 Feudum nec in totum nec in partem obligari, aut alienari potest.
39 Census constitui potest a domino directo, quo casu constituens actione personali tenetur.
40 Census quando non potest haberi de re, super qua constitutus fuit, insurgit oblatio personalis.
41 Census si constituatur super re, quæ illum non possit comportare, debet super alia re suppleri, quod declaratur ibidem quomodo procedat.
42 Census constitui non potest super omnibus bonis, non specificatis rebus aliquibus, contrarium tamen tenent quidam relati. nu. 43.
44 Census ex consuetudine constituitur super re certa, alijs obligatis pro euictione.
45 Census ex statutis Romanorū Pontificum constitui debet super re certa & illa tantum obligari debet.
46 Census constitui non potest, qui non sit relatus ad certam rem.
47 Census super certis rebus ideo constitui debet, quia iniquum esset emptorem nullum subire rei emptæ periculum.
48 Rebus, super quibus constitutus est census, peremptis, perimitur & census.
49 Census ex aliquorum opinione potest constitui sola obligatione personali, absque generali aut speciali obligatione.
50 Census constitui potest super rebus cum pacto, quòd rebus peremptis adhuc uenditor teneatur.
51 Pensio annua potest constitui super sua persona.
52 Operas suas quis potest locare ob mercedem pecuniæ.
53 Obligatio ad soluendum censum uidetur personalis, assignatio uero ei uidetur accessoria pro certiori solutione.
54 In contractu censuali subintelligitur, quòd salua remaneat actio ad censum, re perempta, licet non exprimatur.
55 Census super alium censum constitui potest de iure, & uigore bullæ Nicolai V. sed secus est de consuetudine Franciæ.
56 An constituto censu super censum cesset primus census, remissiue.
57 Olim dubitabatur, an necesse esset, quòd census prius constitueretur antequam uenderentur, sed hodie clarum est unico contextu posse uendi, & constitui, quod Romana curia obseruat, & 58. 59.
60 Contractus censuales legitimè fieri possunt.
61 Pecunia mutuata conuerti potest in emptionem census.
62 Onus soluendi censum regulariter sequitur quemcunque possessorem, etiā si res transeat in ecclesiam, uel in fiscum.
63 Possessor rei censuatæ tenetur nedum ad futuros, sed etiam ad præteritos census, actione scilicet hypothecaria, non personali.
64 Possessor non tenetur ad census præteritos, si ille, qui habet consequi censum potuit illum exigere, & non exegit.
65 Fideiussor non tenetur, si creditor fuit negligens in exigendo.
66 Possessor rei censuatæ potest conueniri ad solutionem censuum, etiam nulla facta excussione.
67 Possessor etiam singularis cogi potest censum soluere, ac de nouo recognoscere emptorem, & dominum iuris percipiendi annuum censum.
68 Census si impositus sit super tribus fundis, & fundi peruenerint ad tres tertios possessores, an creditor possit agere contrà quemlibet insolidum.
69 Tertius possessor an conueniri possit ad omnem censum.
70 Census quo pacto constitui possit, remissiue.
71 Censuarius non cadit a iure suo ob alienationem, uel deteriorationem rei censuatæ, immo pactum, quòd censuarius cadat in commissum, non ualet.
72 Contractus in dubio censetur censualis, non emphyteuticus.
73 Census potest probari per assertionem factam in uenditione rei censualis.
74 Quod intelligunt alij procedere alijs concurrentibus.
75 Census recognitio si facta sit formiter in præsentia partis, cui census debetur, vel notario stipulante pro eo, bene probatur.
76 Census solutione duorum annorum probata sufficit ad probandum in possessorio.
77 In petitorio vero si census a proprio rustico petatur, requiruntur triginta anni.
78 Si uero petat ab alijs, quàm a rustico decem anni sufficiunt.

Rubrica 16.

De constitutione annui census in rebus ecclesiæ, illiusque venditione.

CEnsus quoque, siue annuus reditus imponi, constituique
1 posse videtur super bonis, rebus, † ac fructibus ecclesiasticis. per tex. in capit. constitutus. cum glo. penul. extra de relig. dom. & Bartol. in l. 1. §. 1. ff. de publ. Socin. consi. 167. colum. 2. & est super hoc edita bulla a Nicolao Papa V. quæ, si esset super hoc aliqua vsurariæ prauitatis suspitio, tollit omnem dubietatem, aut scrupulositatem, quæ est edita anno. 1452. pridie calen. octobris pontific. sui anno 6. cuius tenor est descriptus in calce præsentis quæstionis. Sed vltrà dicta per me suprà, de signific. uerbi alienat. uersic. item contractus censualis, dico ꝙ obseruaui contractum census, siue censuale † esse duplicis qualitatis, & duobus modis fieri; vno mo
2 do videlicet quando quis vendit rem suam alicui transferendo in emptorem omne, quod habet, directum, & utile dominium, cum onere tamen ꝙ emens, vel accipiens rem teneatur soluere certum conuentum censum, siue reditum singulis annis, de quo, d. capit. constitutus, & alijs locis supra adductis, Imo. in capit. ad audientiam, el secundo. colum. 2. de reb. eccles. non alien. & contractus census similis sit illi, quo agri vectigales constituuntur, l. 1. §. i. ff. si ager uectigal. uel emph.
3 † & distat contractus iste censualis a contractu emphyteutico, in quo dominus rei rem ipsam sub annua pensione, uel propter aliud prætium, simul & recognitionis solutionem alteri tradit, quo ad utile dominium, dominio sibi directo reseruato, probatur. l. 1. C. de iur. emphy. vbi Iason. numero 48. idem in authen. qui rem. C. de sacrosan. eccle. Oldr. consi. 29.
4 † & effectus huius differentiæ est, quia emphyteuta cessans soluere canonem priuati per triennium ecclesiæ bienniū iure suo cadit. l. 2. C de iure emphy. c. ult. de loca. d. auth. qui rē. secus in contractu censuali, quia si censuarius cesset soluere canonem, vel censum etiam per mille annos non cadit a iure contractus. gloss. dicto capitul. constitutis, Imola, & Iaso. in locis citatis, Abba. capitul. 1. de in integr. restit. Socin. dicto consilio 167. libro secundo. Iason. in l. 2. C. de iure emphyteu. Hyppol. singul. nonagesimoquinto, Bartol. dicto §. primo quorum opinio communis est secundùm Dec. consi. 138.

quamuis

Source : BIU Cujas

quamuis Bal.in consi.177.lib.3.contrariam sententiam dicat communem. Et in dubio contractus potius præsumitur cen-
5 sualis,† quàm emphyteuticus per Alber. d.l.2.ubi Ias. nu.42. Soc.d.consi.167.Hypp.& Dec.d.locis.Ruin.cõs.42.li.1.nu.7. & solet in contractu censuali apponi ea conditio, vt non soluto censu biennio, aut triennio ius ipsius cõtractus pereat,
6 fiatque res ipsa commissa;† Secundò mõ obseruaui contractum censualem fieri,qñ quis cõstituit, & imponit super suo prædio,domo,uel reditu aliquem censum,& illum vendit alicui pro prætio conuento, puta ad rõnem decem pro annuo reditu,id est pro prætio centũ in numerata pecunia pro decẽ annuis habendis in reditu.licet iste nõ proprie,nec ex dictionis significatione,ẽt qua canones vtuntur,non possit appellari census,per Dida Couauru.uariarum resolu.lib.3.c.8.ti.de annuis reditib. circà prin. in quo contractu non transfertur res,nec dominium illius directum,uel utile in emptorẽ census,sed imò penes sese retinet venditor, obligatus tm̃ ad illa decem census,obligando,& hypotecando rem certã,in qua imponitur cũ obligatione ẽt personæ pro solutione, & aliorum bonorum,vt optime declarat Grat.in suo consi.217.de quo loqui vr̃ rex in extrauag. regimine,la 1. & la 2.extrauag. comm.tit.de empt.& uend.& de isto dicemus, quia vr̃ cõtractus magis frequens,& hodiernus. Qui quidem census,& cõtractus vr̃ ꝙ tam possit constitui,& uendi, & respectiuè celebrari tã super fructibus,& emolumentis ecclesiasticis, quàm super fundo & proprietate rerum ecclesiæ. Nã super fructi-
7 bus,† & emolumentis nemini vr̃ dubium,cùm possint vẽdi, & alienari per prælatum ad eius libitum voluntatis,vt late dico suprà de fructu.ecclesiast.alienat.& de alienatio.illor.quę seruan.serua.nõ poss.& inf.in tit.de casibus in quibus fit alienatio.uersi.7.loco,& uersi.item dico, ꝙ illa mobilia &c. quia
8 fructus ecclesiæ,† & præbendæ bene possunt vendi,& alienari,& in cã.iudicati capi,l.commodis,vbi Bar.Imo. & Alex. & alij ff.de exequ.rei iud.& in c.2.ibi,alioquin,ext.de fideiuss.
9 gl.& Doct. † in l.stipendia.C.de exequ. rei iud. non enim dr̃ alienare,qui fructus alienat,ꝛm Bal. in c.1.§ aut si libellario. col.6.quib.mod feud.amitt.l.1.per illum tex.& l.peto.§. prædium.ff.de leg.2.† & prohibitus rem uendere nõ intelligitur
10 prohibitus uendere fructus illius.l.codicillis.§.instituto.ff.de
11 leg.2.& l.pater.in prin.ff.de leg.3. † & licet decimæ vendi nõ possint,uel pignorari,fructus tñ decimarum vendi bene possunt,& pignorari.c.uestra.ext.loca.hr̃ per Spec.in tit.de pign. §.1.colum.ult uersi.quid de decima;& hr̃ per Alber.post Iac. Aret in l.in ędibus.§.1.ff de dona.& per eundẽ Alber.in l.monumenta.C.de leg.1.& per alia, quæ adduco in locis citatis.
12 Sed non puto,† ꝙ census possit imponi, constitui, uel uendi super fructibus,& emolumentis ecclesiasticis indistincte,puta ad longum tps, vel perpetuo, uel sine cã,& solẽnitate;Quia imo est cum distinctione intelligẽdum, vt distingo in dictis locis suprà adductis; quia uidelicet ad modicũ tps, uel ad tps vitæ prælati,uel beneficiati, non aũt perpetuo possit talis census constitui,uel uendi per prælatum solum sine cã, uel solẽ-
13 nitate,vt põt alienare,& uẽdere fructus ecclesiæ; † quia licet feudum non possit obligari, & alienari sine cõsensu domini, quamdiu uixerit vasallus,secundùm Andr.de Iser.c.imperialem in prin.& ibi Bal.col.3.uersi.quæro nunquid si ex cõsuetudine,Imol.Alu.& Martin.Lau.col.2.ibi uersi.quæro nunquid vasallus,& Card. Alexan.col. 4. uersi. quæro an vasallus possit,de prohib.feud.alien.per Feder.dicunt, ꝙ licet uasallus
14 non possit constituere vsufructum in feudo,† l.arboribus.§. ult.ff.de usufruct. potest tamen vendere fructus totius illius rpis,quo feudũ apud se futurum est;pro quo facit, quia põt
15 constitui † vsufructus in re emphyteutica sine consensu dñi, secundùm Petr.in ti.de actio.in re pro emphy.col.14. & Bal. in l.1.§.idem in fundo, quem legit cum principio eiusdem l. ff.quib.mod vsusfruct.amitta.& Saly.in l. ult.colu.pen.uersi. nunc sequitur.& ibi Ias.col.34 uersi nunquid aũt. C. de iure emphy.Alex.& Ias in l.3.§.ex contrario.ff.de acq.poss.Alex. consi.120.super eo,quod quæritur.in fine.lib.1.Carel.Cot.in memor.uersi.emphyteuta non põt,& Steph.Beltrẽ.cõsi.134.
16 pro faciliori.lib.4 unde vr̃,† ꝙ possit libere constitui census super fructibus feudi ẽt sine assensu,& consensu domini, durã te uita illius feudatarij,ita ꝙ aperto feudo domino,uel agnatis oẽs obligationes pereunt.l.lex uectigalis.ff.de pigno.& ita renuit in indiuiduo Curt in trac.feud.tit.ex quibus caus.feu. amitt.q.15.Simile est in seruitute, quæ licet feudo imponi ne-
17 queat in præiudicium domini, tñ quò ad præiudicium ipsius uasalli constituentis bene imponi poterit,ut plene hr̃ per eũdem Curt.d.loco q.14.& dicit D.Pet.Foler. in sua praxi.censuali uersi.huiusmodi cẽsualia.mihi nu.17.ubi quærit an præ
18 latus possit constituere† census super rebus ecclesiasticis, ꝙ licet uideatur super rebus ecclesiasticis non posse nouum censum per prælati imponi,nec antiquum augeri, clem.1.§. nouos.ext.de excess.præla.& ibi Card.& c.prohibemus.ext. de censi.tamen putat, ꝙ in fructibus beneficiorũ possit bene imponi,& constitui census, quia præbenda, & bona ecclesiæ licet non possint uendi, uel alienari, possunt tamen eorum fructus uendi,& in causam iudicati capi.l cõmodis.ubi Bart.
19 Imol.& Alex.& alij,quos adduco supra in prin.† &,licet controuertãt doctores valde,an prælatus, aut rector possint alienare fructus ad longum, & non modicum tempus, tamen Car.in clem.1.de reb.eccles.non alienan. q.sua 27. post longam disputationem cõcludit,& tenet ꝙ in præiudicium prę lati uel rectoris alienari possunt,non tamen in præiudicium successoris,ex c.fi.ne præla.uic.su.& refert Zenzelin.& ' itt. dixisse, ꝙ in temporalibus successionibus non est forma necessaria secundum glo.in c.2.de his quæ fiu.a præla. Inno.in c.unico,ut ecclesias.benefi.& Feder.de sen.in consi.52.inci. quidam prælatus. consuluit ualere cõcessionem ususfructus factam consanguineo ad uitam, licet consi.143. uoluerit debere interuenire autoritatem Papæ;sed Abb.in c.fi.ne præla. notat posse rectorem locare fructus pro tempore vitæ suæ, quod dicit notari per gloss.ibi.& per Host.in summa de his quæ fi.a præla.§.fi.subdens idem Petrus Folerius,ego autem dicerem bene posse constitui censum super fructibus ecclesiarum,& fructibus feudi uidelicet, ꝙ prælatus, & feudatarius uendant, & uendere possint annuum censum super primis fructibus,& reditibus beneficiorum,& feudorum,& ad hoc ipsi se obligẽt soluere, necnon obligent omnes fructus & reditus feudorum,& beneficiorum, isto etenim casu tam iste prælatus, quàm feudatarius remanet obligatus in uita eius,& non potest contrauenire; uidetur enim potius obligatio personalis,& ideo tenentur ad obseruantiam contractus,nisi ecclesia esset læsa, quia eo casu posset beneficiatus petere restitutionem in integrum,& eo casu est ecclesiæ subueniendum.per Host.in c.ueniens.de transact.ubi Abb.sed si beneficiatus,aut rector haberent de proprio, compellerent̃ satisfacere cõtrahentibus cum eis pro interesse. argum. c. de
20 multa.de præben.† facit, quia maritus licet regulariter non possit imponere censum super feudo dotali. l. lex Iulia.cum l.seq.ff.de fund.dotal.intelligendum est, ꝙ non possit constituere censum in perpetuum secus si ad vitam, & donec ipse
21 fundus dotalis erit penes ipsum maritũ,per suprà dicta† quod quidem etiam uenit dicendum in rebus restitutioni subiectis,vt in illis possit constitui census,ut remaneat,& remane-
22 re possit quousque uenerit casus restitutionis, † quia etiam res subiectæ restitutioni possunt alienari,sed adueniente casu restitutionis alienatio reuocatur.l.fi.§.sed quia nostra.C.de leg.l.seruo legato §.1.& ibi Bar.ff.de leg.1.no.in l. cum pater §.libertis ff.de leg.2.Pau.Castr.consi.94.lib.2.Cor.consi.134. Alex.consi.65.omissis lib.5.Guid.Papa decis.611. & in rebus
23 † ac bonis prohibitis alienari per testatorem in testamento licet non possit constitui census.secundùm Bald.in ca.ad audientiam.el.2.col.2.& in gl.1.de rescrip.& habetur in l.ult.C. de reb.alie.non alien.& c.non liceat,ibi, nec ususfructus ruralis dari.12.q.2.Bar.in l.codicillis.§.instituto.ff.de leg.2.Fulg. consi.92.est intelligendum, ut non possit constitui super rebus prohibitis, sed bene super fructibus eorundem bonorum,non constituendo ius super eis,sed obligando se actioni personali ad dandos census super dictis fructibus. per Bar. in d.l.codicillis.§. instituto. de legat.2. & emphyteuta etiam
34 † potest constituere censum super rebus emphyteuticis, absque consensu domini directi.per Bal.in l.1.§.idem in fundo. ff.quib.mod.usufr. amitta. ubi notat ꝙ emphyteuta potest facere alium usufructuarium,nec credit requiri debere consensum domini.Saly.& Ias.ibi col.34. uersic. nunquid autem emphyteuta.C.de iur emphy.Alex.& Ias.l.3.§.ex contrario. ff.de acqui.poss. quod est intelligendum sine præiuditio iu-
25 rium directi domini,† & durante tempore emphyteusis. Et per hæc apparet,quòd in rebus,ac fructibus ecclesiæ,potest constitui census etiam per solum rectorem, aut beneficiatum etiam sine solemnitate, uel causa, ad tempus,& ad vitam concedentis,uel constituentis.Sed si constituatur super re ecclesiæ census non ad tempus, nec ad uitam,sed in perpe
26 tuum, ut teneatur successor, puto aliter dicendum,† quia tunc cum census perpetuus sit, & intelligatur uti res immobilis l.si quis inquilinos.ff.de lega.1.l.iubemus nulli, ubi glo. in uerbo annonas.Bald.Paul.de Castr.& alij.C.de sacrosanc. eccles.l.hac edictali.§ sic illud,ubi gloss.Cyn.& Bald.C.de se-
27 cund.nup. unde est ꝙ fratres † prædicatores sunt census huiusmodi incapaces.per Feder de sen.consi.121.fratres prædicatores.colum.2.Alber.in l.mouentium. in fin.ff. de uerbor. significat.Bartol.in tractat.minor.lib.secundo distinct. 6.cap. primo.Bald.authen.ingressi.colum.final.uersic.ex quibus,C.
28 de sacrosanct.eccles. † & appellatione immobilium veniunt comprehensi annui reditus. per Angel.in l.si constante. §. ult.ff.solut matrim.& consilio 328.Anasta.columna quinta. Fulgosi.consil. 104. Imol. Roman,Barbat.in lege,Stychum,
29 §.primo.ff. de uerborum obligation. † & annui reditus,& census releuant, & excusant quem ab onere satisfandi.

Source : BIU Cujas

Guliel.de Cun.Ruin.Cy.in l.ſciendum.in prin.& ibi Bar.Bal. Albe & Ang.ff.qui ſatiſd.cogã.in iſto caſu,res ſealiter habet,
30 quia talis cenſus non pōt † vel ſuper fructib. uel ſuper re aliquo mō conſtitui,uendi,aut alienari per rectorem,aut beneficiatum,niſi exiſtente cã,& interuenientib.ſolemnitatib.vti fit in re eccleſiæ immobili, in cuius alienatione interuenire habet cauſa, & adhiberi habent ſolemnitates iuris.capitul. ſine exceptio. decima quæſtion. ſecunda, & diximus ſupra rubric. de immob. rerum. eccleſiæ alien. & de alien. redit & de uſufruct.poſſ.alienatio.& inf.de cauſis,& de ſolemnitatibus ſuis locis,quod apparet, & per deducta ſuperius, dum dicebamus,ꝙ in conſtitutione cenſus tpali, & in tpali ſucceſſione non requiritur forma, de quo non eſt dubitãdum,
31 prout in rebus minorum, † pōt conſtitui perpetuus cenſus. Sed eſt intelligendum concurrentibus ſolemnitatib. a iure requiſitis,nō aliàs ſm Bal.in l.iubemus nulli. C. de ſacroſan. eccl.& per eundem conſi.518.li.5.& Tiraq.in tract.de utroq; retract.in uerbo reates.gl.6.nu.6.& requiſita in hmōi cenſuū minorum conſtitutione habentur per Afflict.deciſi.249.fuit in conſi.1.ut ſit cã urgens conſtituendi cenſum.l.ob æs.C.de præd.mino.l.magis puto.§.ne paſſim.ff de reb. eo. & de hac
32 urgentia cãæ hr̄ per Capici.† deciſi.113. Secūdò requiritur, ꝙ aliunde neceſſitati pupilli ſubueniri nequeat,quàm per cō ſtitutionem cenſus. Tertiò ꝙ id liqueat iudici; Quartò, ꝙ ſi pōt uendi res minus damnoſa,uendatur;Quintò, ꝙ pro præ tio debito non conſtituatur cēſus magnus;Sextò,ꝙ interueniat tutoris authoritas;Septimò, ꝙ interueniat decretum iudicis;Octauò,ꝙ fiant ſubhaſtationes.per Pariſi. conſi.98.li.& conſi.99,& conſi.10.& conſi.85.eod.lib.& ſolēnitates interuenire habent in conſtitutione cenſus in reb.minorum, & ſi
33 ſine ſit conſtitutus,non ualet conſtitutio. † Vnde in conſtitutione cenſus ſuper rebus eccleſiæ habent interuenire cãæ,& ſolemnitates introductæ ſuper alienatione rerum eccleſiæ, de quibus,in c.ſine exceptione,& de quib. ego latè infrà deduco,vt uidelicet adſit vel caſus utilitatis,neceſſitatis, in cōmoditatis,uel pietatis.& explicetur actus caſū,tractatu, con-
34 ſenſu,auctoritate & ſubſcriptione,† vt dixi prēallegatis locis, quia bene ualet argm̄ a minori ad eccleſiam, quia minor & eccleſia in caſu alienationis æquiparanť quò ad ſolemnitates ſeruandas.c.1.de in integr.reſtit.ita pari mō cenſus nō poſſit conſtitui,aut alienari ſuper rebus eccleſiæ,niſi cum cauſis & interuenientibus ſolemnitatibus in alienationibus rerū ec-
35 cleſiæ requiſitis; & cenſus pōt conſtitui ſuper re emphyteutica,itē ſuper re alienari prohibita, ac ſuper re reſtōni ſubiecta,ſuper reb.ac fructib.eccleſiæ,vt dico ſuprà,& ſuper fructibus feudi,licet non ſuper feudo,quia Feudatarius tenet me-
36 liorare feudum,† uon deteriorare,ſine uoluntate domini,& agnatorum,ad quos uenire debet per ſucceſſionem.per Iſer. c.1.§.contrario.de inueſtit.de re. alien. fac. & quia ſeruitutē
37 in præiudicium domini imponere non pōt.per Iſerni.† ibid. §.quid ergo,quia feudum nec ad longum tp̄s, nec ad modicum pōt dari in emphyteuſim,per Bal.in l.1.col.3.de prohib.
38 feud.alien.Quia nec in totum nec † in partem pōt obligari, aut alienari feudum.c.imperialem.de prohib.feud.alien.&c.
39 † item conſtitui poteſt cenſus ſuper proprietatibus, id eſt ſuper rebus,in quibus habemus tm̄ directum dominium, Bal. in l.pen.C.ſi a non compet.iud.Bal.in l.cum res.C. de prob. ſed hoc eſt intelligendum verū in conſtitutione cenſus, quæ non conſtituit ius in re,ſed facit teneri conſtituentem ad cen
40 ſum actione perſonali. † quia qñ cēſus non pōt haberi de re, ſuper qua conſtitutus fuit,inſurgit obligatio perſonalis.c.illo uos, de pigno.Lau.de Rodulp.de uſur.c.conſuluit.num. 46.
41 quia ſi cenſus ſit conſtitutus ſuper re, † quæ non poſſit illum comportare, conſtituens debet illum ſupplere ſuper alia re, l.Lutius.ff.de alim.& cib.leg.Io.Fab.in l.ſi quis argentum in prin.C.de donat.Guid.Papa q.8.Caſſan.in conſuet.burg.fol. 349.& 354.nu.1.col.ult.ubi dicit id procedere in eo,qui aſſeruit rem, quã onerauit reditu,aut pēſione,eſſe ſufficientē mediante pecunia,aut alia re,ſecus ſi alicui daret aliqua res mediante penſione,ſeu reditu quolibet anno ſuper ea præſtanda,qm̄ hoc caſu ſi non pōt ſupportare penſionem, aut quia caſmate perijt,aut alio mō fuerit deteriorata,poterit renun-
42 tiari domino.l.1.C.de iure emphy.† ſuper omnib. uerò bonis,gñaliter,non ſpecificatis bonis,uel reb.aliquibus, non vr̄ conſtitui poſſe cenſus,ſecundùm Caſſanen.in cōſt. Burg. in tit.des cenſes,rubr.2.§.6.in tex.ibi.de alcune coſe, & in catal. glo.mun par.1.in nonageſima cōſideratione,uerſi. per uigintiquinque limitationes aduerte, pro quo dicit facere tex.in extrauag.regimini.la 1.& la 2.de empt.& uend. quia ante illã extrauag.erat dubiū,an talis contractus emptionis annui reditus eſſent ualidi,an uſuratij,& per illas extrauag antes permittuntur cum illis qualitatibus,ergo non ſeruatis qualitatibus vr̄ dicendum contractus non eſſe licitos,ſed Laurent.de
43 Rodulph.in repet.c.conſuluit.† de vſur.13.q.num.47. dicit ꝙ contractus cenſusqui conſtituitur ſuper oībus bonis nō eſt illicitus,cùm hic ſit merces,& prætium,& talia ura realium eſt licitum uendere.ff.de hære.& actio.uend.peri totū,& maxime procedunt prædicta,ſi legitimum eſt prætiū, & adobiectum cenſus relatum.cauendum tñ eſt ab intentione depra-
44 uata, † ſed in rei ueritate ex conſuetudine paſſim conſtituunť cenſus ſuper certa re, alijs poſtea obligatis pro euictione,
45 † & per Martinum,& Calixtum Romanos Pont.ſtatutū fuit ꝙ cenſus conſtituatur,& conſtitui debeat ſuper certa re,& illa tm̄ debeat obligari,vt hr̄ in ſumma Conciliorum fol.387.
46 † Nec minus ēt pōt conſtitui cenſus,qui nō ſit relatus ad certam rem,puta ut quis ſe obliget ad vnum florenum,quia decem dat,& uendit hoc ius percipiendi florenum non relatū ad certam rem,id eſt quia reditus iſtius floreni nō fuit impoſitus,uel conſtitutus, uel ſuper domo, uel fundo, aut alia re ſpecificata,per Laur.de Rodul.in repet.c. conſuluit.de uſur. q.12.num.46.& bulla Nicolai quinti habet,ꝙ habeat cōſtitui
47 ſuper re certa;Et prædallegatis cōſtitutionibus,† vr̄ expreſſum ꝙ cenſus ſuper aliquib.bonis certis debeat conſtitui,& id ratione probatur,cùm iniquum ſit emptorem nullum ſubire rei emptæ periculū,ſed ſemper certum eſſe,reditumq; ſaluū fore.contra tex.in l.1.C.de peric.& com.rei uend.§.cum aũt, Inſt.de emptione, & uend.unde adiuſtitiã iſtius contractus
48 oporter,† ꝙ reditus conſtituať ſuper bonis certis, ità ut perēptis illis perimatur & cenſus,per Io.de Lign.c.in ciuitate.de uſur.& c.ult.q.1.eo.tit.Aret.conſi.151.themate.col.3. Abba. diſput.5.col.fi.Laur.de Rodul.c.cōſuluit.2.par.q.12.de uſur.
49 Ang.in ſumma.in uerbo † vſura,uerſi.78.Didac.tñ Couaru. uariar.reſolut.lib.2.uerſi.ego ſane,dicit, ꝙ annuus cenſus ēt pecunia ſoluendus,ēt redimibilis, & cum pacto redimendi conſtitui pōt, ēt ſola obligatione perſonali, abſque gñali,in certa,ſpeciali,uel certa bonorum, vel rerum aſſignatione,& hypotheca;ſenſit hanc opinionē Conrad.de contractib.q.74. & 75.& q.83.concluſi.31.& Io.de medina. in tract. de reſtit. q de cenſi. col. 5. probat id ēt rōne, quia inquit certum eſt,
50 † ꝙ iuſte,& licite hic contractus celebratur cū pacto, ꝙ cenſus conſtituatur ſuper certis bonis,quib. perēptis adhuc uenditor teneatur reditum ſoluere, vnde reb. extinctis illa obligatio alia eſt,quàm perſonalis, merito non ſemper conſtituitur, uel conſtitui habet ſuper certis bonis, id probat tex. in extrauag.regimini,la 1.in illis uerbis, Sed ad hoc &c.& in la ſecunda ibi;ſed ijdem ementes,ubi ſentit tex. ꝙ rebus ſuper quibus fuit conſtitutus cenſus,peremptis ſalua maneat obligatio ad annuum reditum ſoluendum,quia ſi peremptis bonis,itidem perempta eſſet obligatio ſoluendi,hoc Papa expli caſſet,ſicut de obligatione reddendi prætium in ſpetie.Secū
51 dò comprobat, † quia quis pōt gratis perſonali obligatione promittere alteri annuam penſionem ſoluendam,& eam ſu
52 per ſua perſona conſtituere. Tertiò, † quia quis ob mercedē pecuniæ pōt locare operas ſuas.l.qui operas.l. in operis.ff.loca. Quartò,nam ſi bene res tota conſideret,obligatio ad ſol-
53 uendum cenſum conſtitutum, † eſt perſonalis principaliter, & aſſignatio rei,uel fundi acceſſoria pro certiori ſolutione, & iure pignoris, uel hypothecæ rē ipſam accedere. l.fundus quem,& ibi Bar.ff.de annu.lega.unde re perempta remanet ſalua obligatio.l.aduerſus,ubi Bar.& Bal.de actio.& obl. ſubdens, ꝙ licet in contractu conſtitutionis annui cenſus non
54 exprimatur,† ꝙ perempta re ſuper qua ſalua eſſe, & remanere intelligatur actio ad ſoluendum cenſum, ſuper re perempta conſtitutum,nihilominus ſemper intelligitur, & ꝙ ſalua ſemper remanet,per Peruſ.tit.1.§.11.nu.15.&alios,quos idē
55 Couaru.ibidem adducit; & ſuper cenſu alius cenſus conſtitui pōt de iure.per Io.Fab.in §.adeo.Inſt.loca.idē tenet Caſſ. in conſuet.Burg.tit.des cenſes.§.3. ſed eſt ſecus de conſuetudine Franciæ,quia de tali conſuetudine non pōt conſtitui,p eundem Caſſan.d.tit.rub.2.in uerbo le ſegneur ceuſier.nu.5. & uigore bullæ Nicolai V.bene poteſt conſtitui,ut eſt uide-
56 re in tex.† & an conſtituto cenſu ſuper cenſum ceſſet primus cenſus,uide per D.Caſſan.ubi ſup.fol.534.Et olim hæſitabať
57 inter Doctores,utrum contractus cenſuales eſſent, uel non eſſent ualidi,& tenebant nonnulli non aliter eſſe ualidos,niſi cenſus eſſent conſtituti;primò ante q̄ uenderētur;unde tenebāt nō ualere ſi uenderenť,aut uenditi eſſent,ſi p̄ prius non fuiſſent cōſtituti.p̄ Inn.Hoſt.& Io.And.in c.in ciuit.de uſur. refert Lau.de Rodul.c.cōſuluit.eo.q.11.num.42. Hodie ſm
58 Bullã Nicolai Papæ V.† nō eſt neceſſe,ꝙ p̄ prius ſint cōſtituti anteq̄ uendanť,aut uēdi poſſint,ſed unico cōtextu, & una in
59 ſimul poſſunt uēdi,& cōſtitui,& uedi,† qđ ego ſemp̄ ī Rom. curia ī celebratione taliū cōtractuū ſeruari uidi,qa inſimul cōſtituiť,& uēdiť cēſus unico cōtextu, abſq; eo, ꝙ ſit,uel eē
60 habeat diſgregata cōſtitutio a uēditore,† & Did.Couar.uar. reſol.li.3.c.7.diſputat,an tales cēſuū uēditores,& tales q̄ctus poſſint legitime fieri,& tandem poſt multa in vtranque partem adducta tenet,ꝙ ſunt liciti,& validi,ubi eum vide,maxi-
61 me in uerſi.6.poſt variata &c. Et pecunia mutuata † bene cō uerti poteſt in emptionem cenſus; puta accepi a Titio mu-

tuo

Source : BIU Cujas

tuo centum,aduenìente ſolutionis tempore non habeo pecuniam præ manibus,pro eadem pecunia conſtituo,vendo, & do in ſolutum vnum annuum cenſum ſuper bonis meis, & ualet contractus,per ea,quæ conſuluit Beltran.conſi. ſuo 91.ex propoſitis.nu.7.lib.3.ſequitur Andr.Tiraq.in tracta.de utroque retracta in fi.numer.135. Et onus ſoluendi cenſum
62 † ſequitur regulariter quemcunque rei cenſuatæ poſſeſſorẽ, Clem.1.de cenſi.ubi gl.l reſcripto.§.ſciendum. ff. de mun.& honor.etiam ſi res cenſuata vadat ad eccleſiam, quia ſecum ſemper portat onus ſolutionis,Inno.c.uerum.de for. comp. Hoſt.in ſumma in tit.de iur.immunit.§.a quibus.prope prin. Iaſ.in l.placet.2.lect.in gl.fi.C.de ſacroſan.eccl.Idem ſi etiam in fiſcum tranſit,quia cum tali onere tranſit.l.2.C.ad l. Iul.de ui publi.Abb.conſi.14.col.2.lib.2.Spec.in terminis cenſus,de loca.§.nunc aliqua.uerſi.85.Cor.conſi.264.col.2. circa med. lib 4.Aymo. Crauet.conſi.217.2.parte.incip. fuit in rerum
63 natura;† quod eſt adeò verum, ꝙ poſſeſſor nedum tenetur ſoluere cenſus futuros,ſed etiam præteritos, id eſt pro tempore,quo non poſſedit,per Anchar.conſi.386. in lite. col.1. Aym.Crauet.ut ſuprà,Afflict.deciſi.95.Ang.Galeota,ſed intellige,ꝙ contra poſſeſſorem agatur,uel agi poſſit hypothecaria,non autem actione perſonali,vt dictis locis; Sed † quo
64 ad cenſus præteritos non ſolutos non videtur teneri poſſeſſor,ſi ille, qui habet conſequi cenſus potuit cenſus exigere, & non exegit, puta ſi adminiſtraſſet bona debentis cenſum, vel fructus peruenerunt ad eum, vel eius procurator, aut negotiorum geſtor fuerit, aut alio modo potuerit exigere, & apparere poſſit, ꝙ negligentia ſua non exegit, cùm in poteſtate ſua eſſet exigere,quia eo caſu nouus poſſeſſor non tenetur,ſed ei eſt imputandum.l.iure ciuili.ff de condit. & demonſt.l.in exequutione.§.pen.ff.de uerb. oblig. conſuluit.ad propoſitum in caſu magis dubitabili Soc.conſi.273.2.lib.ꝙ,
65 ſi quis fideiuſſit † pro Titio in eo,quod alteri debet,& in eo, ꝙ non exegerit ab illo debitore,tunc, ſi creditor potuit exigere,& non exegit,ſed fuit negligens, ad nihil tenetur fideiuſſor ille;non enim ferendum eſt, ꝙ negligentia illius noceat
66 nouo contractus poſſeſſori;Et poſſeſſor talis rei, † uel prædij cenſuati poterit conueniri ad ſolutionem cenſuum, etiã nulla facta exceptione,quã nullo modo poteſt opponere; quia hæc reditus conſtitutio ſuper fundo,in quo imponitur, inducit hypothecam fortiorem omnibus alijs, quò ad hunc effectum;cum uideatur ius quoddam ſuper ipſo fundo cõſtitui tanquam onus ipſius fundi,quod tranſeat in quemcũ-
67 que eius poſſeſſorem; † & ideo etiam quilibet ſingularis poſſeſſor cogi poterit cenſum ſoluere, ac denuo præmiſſa obligatione emptorem ipſum recognoſcere, vt dominum illius iuris percipiendi annuum reditum ex ea re, Guid. Pap.q.42.
68 & q.576.Caſſa.in conſuetu. Burg.rub.11.§.6. in prin. † Subdens,ꝙ emptor cenſus poterit omiſſo tertiò poſſeſſore agere ad annuum reditum aduerſus conſtituentem, uel eius hæredes,etiam ſi non poſſideant rem,ſuper qua,iure,conſuetudine,ac legibus ipſius contractus conſtat, Sed hoc licet ſit uerum in eo,qui reditum uendidit,& eius hæredibus, in eo tamen,qui ut tertius poſſeſſor,& ratione poſſeſſionis coactus fuit recognoſcere ipſum creditorem,titulumque nouũ eidẽ facere,non procedit,qui tantum eſt obligatus, quantum eſt poſſeſſor,& quantum ſibi durat poſſeſſio; qui ſi ſine fraude ſua deſierit poſſidere, non poterit ad ſolutionem cenſus cogi ipſe,nec hæredes.Ber §.11.& per alios quos idem Couar.
69 ibi adducit. Et ſi annuus cenſus † ſit impoſitus ſuper tribus fundis,& fundi peruenerint ad tres tertios, qui non ſint conſtituentis hæredes,dicit,ꝙ emptor, uel creditor poteſt agere ad cenſum ſibi ſoluendum contra quemlibet inſolidum; per tex.in l.moſchis,ubi gl.& Bart.ff.de iur.fiſc.Corn. conſi. 135.uol.1 Ioan.Ferrarien.in pract libel. reſpon.ad actio. hypotheca.§.exceptionem.Iaſ.§.item ſi quis.Inſt. de acti. Fanẽ. de pignor primo membro,8.par.princ. quæ ſententia eſt iure uera per Afflict.in cõſt regni.rub.17.lib.1.ut per d Couar. in d.loco,uerſi.quæritur deinde,ubi allegat aliqua in contrarium,& tandem attenta materia cenſuali reſoluit ſe cum tenentibus contrariam opinionem, ꝙ debeat agi non contra quemlibet inſolidum,ſed contrà ſingulos pro rata,ſibi con-
70 tingente. Et pro † quo prætio poſſit conſtitui annuus cẽſus, uide per eũdẽ Couar d.l.b.3.uariar reſolu.in tit. de iuſto prę-
71 tio annui reditus. Et ob non ſolutionem cenſus,uel † ob alienationẽ rei cenſuatæ aut pp deteriorationem, licet per bullam præfati Nicolai pp V.pacta non ualeant,ꝙ cenſuarius cadat in commiſſum,quod eſt ſecus in emphyteuta; facit tex. in c.conſtitutus.de religio.domi. licet Ang. Aret.in §.adeo, Inſti.loc.uoluerit,ꝙ cenſuarius ob alienationem factam caderet a re in commiſſum ſicut emphyteuta,tamẽ per Capic. deciſi.106.habetur concluſum,ꝙ cenſuarius non cadit a re obligata pro cenſu propter eius alienationem factã irrequi-
72 ſito domino,& † ſi dicatur in inſtrumento, concedo tibi talem rem in emphyteuſim pro annuo cenſu,& omne ius, qđ habeo in ea;unde poſſet dubitari,an emphyteuticus contractus eſſet an uero cenſualis,Imo.in c.ad audientiam.de reb. eccl.non alien.dicit ꝙ iſte non eſt cõtractus emphyteuticus, ſed cenſualis,& illa verba,concedo in emphyteuſim,ſtant im proprie;ſed hoc habet locum in cenſu, ſeu contractu cenſua
73 li primæ qualitatis,ut dico ſupra in principio,quieſt,quando conceditur res nihil retento excepto aliquo cenſu. † Et,ſi de cenſu nullus appareat contractus,põt cenſus probari per cõfeſſionem,aut aſſertionem factam per uenditorem in uenditione rei cenſualis;pura ſi dicat ſe uendere cum onere ſoluẽ di cenſum,uel in æſtimo,hoc dixiſſet,quia illa confeſſio, aut aſſertio probat cenſum,per quam nedum ipſe profitens, ſed quilibet ſingularis ſucceſſor cauſam ab eo habens teneri habeat.per Bar.Caſſa.in conſuet.Burg.tit.de cenſes.rub.11.§.3. in tex.ibi,cenſetur cenſe.num. 5. ubi dicit id teneri per Fran. Aret.conſi.36.col.2.per Guliel.de Bened. in repet. c.Rainut. in uerbo & uxorem.nu.444.Guid.Pap.q.24.dicit,ꝙ talis cõ-
74 feſſio,uel aſſertio nõ ſufficit ſola,† & de per ſe,ut emptor teneat ad cenſum,& rem eſſe ceuſualẽ,ſed alijs concurrentib. ſic,ut quia probat uenditorẽ antea cõſueuiſſe ſoluere,aut qa venditor aliàs diſpoſitiue recognouerat,aut profeſſus fuerat rem cenſualẽ in pſentia partis,cui debeẽ cenſus, aut notario
75 ſtipulãte.Et,ſi recognitio cẽſus ſit facta formiter in † pſentia partis,cui cenſus debeẽ,aut notario ſtipulante pro eo,tũc bñ probat.Guido Papa d.q.24.& q.272.& q.42.& probata ſolu-
76 tione cenſus duorũ annorũ† ſufficit ad obtinẽdũ in poſſeſſorio,ſm Petr.in petitio.reditus,uerſi.iñ credo, ubi dicit, ꝙ in acquirenda poſſeſſ.annuæ pſtationis duo ſufficiũt anni,aliter non conſtito de titulo,per Guliel.de Benedi.d.loco.nu. 438.
77 Guido Papa q.407.in fi.In petitorio uerò † dicit idẽ Guliel. d.loco.nu.439.ꝙ eſt diſtinguendũ, qa ſi dñs petit cenſum ſolui ſibi a ſuo ruſtico,ꝙ ad obtinendũ, eſt opus ut probeẽ de annua pſtatione p annos 30.quia minoris tpis pſtatio nõ ſufficit,eo qa pſumit uiolentia facta p dñum ruſtico ſuo.p Spe. de reſt.ſpo.§.nunc dicamus,uerſi.ſed ſi qs.idẽ tenet Inn.in c.
78 bonæ el 2.de poſtul.pl.io.And.in c.1.dẽ pſcr.li.6.† Si uerò dñs petat cenſum ab alijs,non a ruſtico,decẽ anni ſufficiũt,p Spe. d.loco.p tex.in l.cũ de ĩ rẽ uerſo.ff.de uſur.de quo idẽ Guid. Papa d.q.407.& p Guliel.ubi ſup.& p Bar.Caſſan. in conſue. Burg.tit.de cenſes.§.2.fol.350.nu.9. ubi latiſſime tetigit hanc qõnem,& vr eſſe eiuſdẽ opinionis quo ad pſcriptionẽ nõ minoris tpis 30.ann.indiſtincte nullo habito reſpectu,nec ad vaſallum,aut ruſticũ,uel ad perſonã alterius condõnis, ut p D. Pet.Foleriũ in ſua praxi cẽſuali,mihi fol.177.num.91.§.hmõi cenſualia.Hæc deducere uolui in materia cẽſus, licet forſan extra propoſitũ,pro eo,qđ in tali materia occurrere ſolet.

Bulla Martini, & Calixti ſuper cenſibus ſiue cenſualib. contractibus,è ſumma conciliorum Martini,& Calixti ſubſtantialiter extracta,bullæ ſunt regimin.la 1.& la 2.de empt. & uend. extraua. commu.

MArtinus epſs &c.& Calixtus epſs &c.petitio dilectorũ filiorũ nobis exhibita cõtinebat,ꝙ a tãto tpe,cuius ꝯrij memoria hoĩum nõ exiſtit,qdã cõſuetudo rõnabilis obſeruata,pſcripta,ac morib.utẽtiũ approbata ad cõem utilitatẽ hominũ introducta fuiſſet, p quib. princeps,miles ſiue oppidamus partiũ earundẽ,cũ hoc expedire uidebat,pſonę eccleſiaſticæ,ut ſeculari collegio aut vſitati ſuper bonis ſuis, oppidis, terris,agris,pdijs,domib.& hæreditatib.uendere cõſueuit,& uẽdidit annuos cẽſus,unius,uel pluriũ marcarũ,& p qualibet marca annui cẽſus decẽ, undecim, tredecim, quatuordecim marchæ,aut plus,uel minus ſm tpis qualitatẽ, put ipſi ꝯhẽtes tũc inter ſe cõuenerãt,ipſi vẽditori tũc integraliter ĩ pecunia numerata ſolui cõſueuerãt, bonis in ipſo ꝯctu tũc expreſſis, p ipſius cẽſus annui ſolutione in ppetuũ obligatis, & ſp in ipſis ꝯctib.exp̃ſſe ipſis uẽditorib.data fuit facultas atque gra ꝙ ipſum annuũ cenſum in toto,uel in parte p eadẽ ſumma denariorum, q̃ ab ipſis emptorib.receperũt, qñdocunque uellent libere abſque alicuius requiſitione, cõtradictione,uel aſſenſu poſſent extinguere,& redimere,& ſe ab ipſius cẽſus ſolutione ex tunc penitus liberare,ſed ad hoc hmõi cenſus vẽditores inuiti nequaq̃ p emptores arctari, aſtringiq; ualerẽt, nẽt ipſis poſſeſſionib.& bonis obligatis penitus deſtitutis, ſed ijdẽ emẽtes,nẽt ſi bona,domus,terræ,agri,poſſeſſiones,& hæreditates hmõi proceſſu tpis ad oĩmodas deſtructiones, ſiue deſolationes reducerenẽ, pecuniã ipſam nẽt agendo repetere nõ valerẽt,apud aliquos tñ an hmõi cõtractus emptionis, & uenditionis liciti exiſtãt hæſitat: Quare p parte eorũt. Nobis fuit humiliter ſupplicatũ,an contractus hmõi liciti,vel illiciti cẽſeri debeãt,declarare de benignitate apſtica dignaremur. Nos igit cõperimus cõtractus hmõi iuridicos, & iuxta determinationẽ doctorũ licitos fore,& iuri cõi cõformes, iõ ipſorũ cenſuũ uẽditores ad illorũ ſolutionẽ obligari auctoritate apſtica tenore pſẽtiũ ex certa ſciẽtia ꝺclaramus,ñ obſtãte &c.

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

SVMMARIVM.

1 *Vendens censum debet exprimere aliquam rem, quam alius emit, puta domum, quæ debet remanere obligata ad solutionem census.*
2 *Census iusto prætio emi debet, & tempore celebrati contractus pecunia debet integraliter numerari.*
3 *Venditor habet auctoritatem censum pro eadem summa redimere.*
4 *Venditor cogi non potest ad redimendum censum.*
5 *Si res obligata ad census solutionem perierit, ementes pecuniam ipsam, quam dederint pro censu, repetere non poterunt.*
6 *Res ad censum obligari non potest nisi sit uendibilis, & fructuosa.*
7 *Si plus est in annuo censu, quàm in fructibus rei venditæ, destruitur emptio, & paliatur usura.*
8 *Forma, sub qua censualis contractus hodie celebrari debeat, in quo locũ habeat, per bullam Pij V. tradita.*
9 *Omissio cuiuslibet solẽnitatis requisitæ in alienatione rerum ecclesiæ reddit contractum nullum.*
10 *Ad alienationem rei ecclesiæ duo concurrere debent, cã, & solemnitas.*
11 *Alienationis causa, licita multiplex est.*
12 *Alienationis ecclesiasticæ rei prohibitio fuit introducta in fauorem ecclesiæ.*
13 *Alienationis prohibitio simpliciter facta est odiosa, sed secundum quid, puta absque iusta causa fauorabilis est.*
14 *In materia alienationis rerum ecclesiæ tria considerantur, modus siue forma, causa, & persona.*

Rubrica 17.

Conditiones, quibus annui census licitè emi possunt, & vendi.

PRima igitur conditio est,
1 ꝙ oportet, vt uedẽs designet, † & exprimat rẽ aliquã, quam vendat, & alius emat, puta domum, aut agros &c. & rei, vel vel rerum designatarum tantum debet fieri emptio, & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionẽ prædicti census, & non alia vendentis bona; quia, si vniuersalia bona cum persona vendente obligantur, vt fit apud nos, iam destruitur emptio, & venditio, & est pignoratia, & fit cõ
2 tractus vsurarius. † Secunda conditio est, ꝙ iusto & competenti pretio ematur annuus census, & quo tempore celebra
3 tur contractus, integraliter numeretur pecunia † Tertia est, ꝙ in eodem contractu expresse venditori detur facultas, qui ipsum annuum cẽsum in toto, vel in parte pro eadem summa denariorum, quam ab emptore recepit, quãdocunque velit libere absque alicuius requisitione, aut contradictione, possit extinguere, vel redimere, & se ab ipsius cẽsus solutione ex tunc penitus liberare. Quarta est, ꝙ ad redimendum
4 † annuum censum, venditor inuitus nullo modo obligari possit, sed liberum fuerit illi, vel soluere censum, uel redime
5 re in toto vel in parte eadem nũcrata pecunia. † Quinta est, ꝙ, si contingat aliquãdo bona ipsa, domus, agros, aut possessiones alias, quæ obligatæ sunt ad solutionem census, & quorum facta est emptio, processu temporis omninò destrui, & pænitus interire, ementes pecuniam ipsam, quam dederunt pro prædictis bonis, repetere amplius nequaquam valebũt; quoniam ementis periculo debet perire res empta, alioquin non fuit vera emptio, & uenditio, sed contractus vsurarius.
6 † Sexta est, ꝙ non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res, & fructuosa, & annuus census, ad cuius solutionem talis res est obligata, non debet excedere valorem fructuum, quos ex re ipsa percipere solet, aut potest dominus
7 rei; Si enim est plus in annuo censu, quàm in fructibus rei vẽditæ, tum destruitur emptio, & paliatur vsura, & emens accipit rem ipsam in pignus suæ pecuniæ seruatis prædictis conditionibus, utcunque tolerandos iudico tales contractus, & eorum omissione nulla rõne puto tolerandos; hæc ex summa cõciliorum, summa Martini, & Calixti. fol. mihi. 387. Sed hodie tempore Pij V. in congregatione deputatorum per eundem Pium super reuisione huiusmodi cõtractus census, & illius qualitatuum, formæ & conditionum, factis multis discussionibus super variis capitibus, reiectis multis illicitis, iniustisque pactis, & conditionibus in contractui huiusmodi per contrahentes apponi solitis, fuit resolutum & statutũ,
8 ꝙ traderetur forma, sub qua talis contractus celebrari de cętero deberet, vt mihi fuit dictum a multum Reueren. & Nobili Franc. Spinula Excellen. Iur. Vtr. Docto. Proth. Apostol. vno ex prælatis in dicta congregatio. interuenientibus a prælibato Sanctiss. Pio V. deputatis, iuuene vti nobili, ita ob sui præclari iuditij singularitatem, ingenij acumen, morum candorem, & suauitatem, naturæ iucunditatem, multum apud omnes commendato, æque charo, & periucundo, prout ex post de super eiusdem prælibati Pij V. formam celebrationis dicti contractus continens emanauit constitutio in calce descripta, publicata die 29. Ian. 1569.

S. D. N. PII PAPAE V.

Constitutio, super forma creandi Census.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

QVM onus apostolicæ seruitutis obeũtes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum cõtractus, qui nedum non continentur intra limites a nostris anteceſſoribus eisdem contractibus sta tutos, verum etiam quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestũ contemptum præ se ferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tàm graui morbo, lętiferoque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursum nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, nõ autem prius recepto integro, iustoque prætio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellãt, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia uolumus rem ipsam semper & libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter uiuos, quàm in ultima uoluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, uolumus census alijs omnibus præferri, eique denuntiari conditiones quibus uendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, uel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitam perdere, aut in aliquã pęnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immo & censum augeri, & nouum creari super eadem, uel alia re in fauorẽ eiusdem personæ per eum suppositæ, pro censibus temporis uel præteriti, uel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiã annulla mus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarẽt. Postremo census omnes in futurum credendos non solum re in totum uel pro parte peremp ta, aut infructuosa in totũ, vel pro parte effecta, uolumus ad ratam perire, sed etiã posse pro eodem prætio extingui: non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscunque uerbis, aut clausulis concepta sint. Cum uerò traditione prætij reditus extinguendus erit, uolumus qui bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiã, intra annum tamen, etiam ab inuito prætium repeti posse, & ubi prætium, nec uolens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, uolumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, pręuia tamen semper denuntia de qua supra, & non obstantibus his de quibus supra. idq; obseruari mandamus, etiam ꝙ pluries, ac pluries denuntiatũ fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia prætium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus, contractusque sub alia forma posthac celebrãdos feneratitios iudicamus, & ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, uel tacite contra hæc nostra mãdatari, remitti, aut dimitti contingat, a Fisco uolumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo & in omnibus seruari uolumus. Declarantes prætium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad ultimo contrahentes minui vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in domino, ut singulos contractus censurę bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis, & consuetudinibus,

nec

Source : BIU Cujas

nec non priuilegijs,& literis etiam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus & formis,ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs,nec non irritantibus decretis,ex quauis cauſa,etiam per modum legis uniuerſalis, aut alias quomodolibet editis, ſiue in fauorem Vniuerſitatum,Communitatum,Collegiorum,Congregationum,Ciuitatum,& locorum conceſſis,approbatis & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, illorum tenores præſentibus ꝓ expreſſis habentes,quatenus directe,vel indirecte præſenti noſtræ conſtitutioni in toto,uel in parte contrarientur, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæterisque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quòd præſentes in Cancellaria, & acie Campi Florę publicentur,& inter conſtitutiones extra uagantes perpetuo valituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quęque loca deferri,uolumus,& etiam declaramus,quod earum tranſumptis etiam impreſſis,manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius prelati munitis,eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitę,uel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis,annullationis,ſtatuti,mãdati,iudicij hortationis,derogationis,declarationis,& uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo,quarto decimo Kalendas Februa. Pontificatus noſtri anno quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Per iſta meo quidem iudicio apparet, ꝙ res eccleſiæ poſſunt alienari, & diſtrahi ſiue ſint immobiles,ſiuè mobiles cuiuſvis generis, ſiue ſint reditus,iura,& actiones,ſiue vſusfructus, vſus,uel poſſeſſio; Sed id verum eſſe non apparet indiſtincte, ſed ſecundum quid; 9 quia in alienatione rerum eccleſiæ † maxime immobilium, & mobilium prætioſarum,& eorum,quæ vti immobilia cẽſentur,multa requiruntur ſolennia,& cuiſlibet omiſſio reddit contractum nullum,per Petr.de Ancha.cap.1.cod. in 6. quia,ſi non adſit vel neceſſitas,aut cuidẽs vtilitas, uel aliqua alia de cauſis,quæ eſſe,& interuenire habeat, quãdo talium permittitur alienõ,& in caſibus,& cum ſolennitatibus à iure expreſſis,eſt omninò prohibitum,& interdictum illas alienari,vel diſtrahi,quia videtur,ꝙ res eccleſiæ non alienentur abſque cauſis,& ſolennitate,eſt tex.auth.hoc ius. C.de ſacroſanct.eccle.cap.primo.de reb eccl.non alie.num.6 clemen. 10 1.eod.tit.† & quòd ad alienandum duo concurrere debeãt. cauſa,& ſolennitas.per Abb.& alios in cap.nulli de reb.eccl. non alien.id dicit glo.pen.in fin. quam ibi D. Anto. & Abb. ſequuntur,cap.primo.de in integr. reſtit. per Dec. in conſil. 142.vbi dicit eſſe communem opinionem,Abb.in cap. tua nuper.extr.eod.titu.& in cap.ad noſtram,& per Hoſtien. in cap. nulli.extr eod.vbi dicit,fit ſeruata ſolennitate,& cauſa li 11 cita,† & cauſa licita eſt multiplex,vt per eum, & per Bald.in auth.hoc ius.C.de ſacroſanct.eccle.verſic. ſubſequenter uenio ad cauſas.&c. faciunt dicta Augu.Bero.in rubric.de reb. eccle non alien.colum.fin.uerſic.ſed aduertendum, ubi dicit,quòd omnes fatentur,quòd prohibitio alienationis re- 12 rum † eccleſiæ fuit inducta in fauorem eccleſiæ. contra qđ 13 uidetur poſſe opponi, † quòd interdicere alicui alienatione rerum ſuarum eſt odioſum,& iniquum. l. non uſque adeò. ff.ſi quis à paren. quod dicit uerum,ut quis ſimpliciter prohibeatur alienare,ſed eſt ſecus,quando prohibetur ſecundũ quid, puta abſque cauſa iuſta,vt in terminis noſtris,qa tunc 14 dicitur non odioſum,ſed fauorabile &c.† Quia dicit Bal. in auth hoc ius.C.de ſacroſan.eccl. ꝙ in iſta materia alienationis rerum eccleſiæ tria habẽt conſiderari,primò modus, & forma.ſecundò cauſa,tertiò perſona;ideò primò de cauſis. ſecundò autem loco dicande forma,& de ſingulis ſolennitatibus formæ,de perſonis verò dicetur in ſolennitate de cõſenſu,& in ſolennitate de authoritate prælati.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ propter quas fieri poſſunt alienationes rerum eccleſiæ regulariter ſunt quatuor,& prima eſt cauſa neceſſitatis.*
2 *Neceſſitatis nomine venit omnis iuſta cauſa alienandi.*
3 *Vtilitatis cauſa eſt iuſta cauſa alienandi rem eccleſiæ.*
4 *Redemptio captiuorum,quæ reſpicit pietatem,eſt iuſta cauſa.*
5 *Alimonia pauperum iuſta eſt cauſa.*
6 *Cauſa incommoditatis, aut minoris utilitatis,dicitur iuſta cauſa.*
7 *Epiſcopus poteſt bona vnius eccleſiæ auferre,& alteri alienare, quando vnus prælatus ex reditibus non poteſt ſuſtentari, & alter abundaret.*
8 *Cauſa ante quàm res alienetur, ſubeſſe debet.*
9 *Cauſa vna ſufficit quòd inſit in alienationibus.*
10 *Dictio, aut,eſt diſiunctiua, & importat, quòd ſufficit alterum adimpleri.*
11 *Neceſſitatis cauſa ponitur pro prima cauſa, per quam fieri poſſit alienatio rerum eccleſiæ.*
12 *Neceſſitatis cauſa tunc ſubeſſe,intelligitur,quando debitum eccleſiæ vrget,nec eccleſia valet ſatisfacere de fructibus.*
13 *Debitum ad hoc vt ſit cauſa ſufficiens ad alienationem faciendam, oportet quòd ſit urgens,& certum,& clarum.*
14 *Obligari,& hypothecari generaliter poſſunt res eccleſiæ pro ſola neceſſaria,& ineuitabili occaſione,& pro alia utiliſſima cauſa.*
15 *Eccleſiæ res alienari,& in ſolutum dari poſſunt profunctionibus fiſcalibus,ſi aliunde non poſſit debitum ſolui.*
16 *Item & pro debito priuato.*
17 *Alienatio rei eccleſiæ, etiam pro debito facta debet fieri congregato clero cum epiſcopis ciuitatis Metropolis,& præpoſitis Sanctis Euangelijs.*
18 *Solennitates requiſitæ pro alienatione rerum immobilium eccleſiæ ex §. ſi vero contigerit,& §.quæcunque autem.de alienatione & emphyt. & num.19.*
20 *Res immobilis eccleſiæ creditori,ſi uoluerit, dari debet, vt eiuſdem rei fructus reputet tam in debitis pecunijs,quàm in uſuris.*
21 *Debitum eccleſiaſticum debet manifeſtari apud epiſcopos, uel alios prælatos.*
22 *Geſta in alienatione rerum eccleſiæ fieri debent ſine aliqua expenſa uenerabilium domorum.*
23 *Res eccleſiæ,quæ uenditur,debet poni in ſubhaſtationẽ per uiginti dies & deliberari plus offerenti.*
24 *Emptor rei eccleſiaſticæ,ſi non inueniatur, debet creditori dari res iuſta æſtimatione facta & addita in pretio decima parte uniuerſæ æſtimationis.*
25 *Ordinatores uenerabilis domus,& amplior pars deſeruientium uenditionibus conſentire debent.*
26 *Res eccleſiæ pro cauſa neceſſitatis alienari poſſunt,& debent. Idem & ſi ſubeſt utilitas.*
27 *Vtilitas,& neceſſitas æquiparantur,& ſufficit de iſtis duobus alterum adimpleri.*
28 *Neceſſitatis nomine in materia alienatiõis uenit omnis iuſta cauſa alienationis.*
29 *Neceſſitatis cauſa urgente poteſt fieri alienatio rei eccleſiæ etiam ſine ſolemnitate requiſita.*
30 *Alienatio quando eſt neceſſaria,& requirit celeritatem, poteſt fieri ſine ſuperioris authoritate, etiam non obſtante iuramento de non alienando.*
31 *Neceſſitas poteſt eſſe tanta,quòd prælati iuſtè alienarent ſine conſenſu, uel authoritate epiſcopi.*
32 *Cauſa utilitatis,& neceſſitatis frequenter permittunt recedi à iure communi.*
33 *Neceſſitas, ſi ſummam celeritatem requirit, conſenſus non debet peti.*
34 *Neceſſitate ſubſiſtente alienatio fit ſeruatis ſolennitatibus,quæ non exigunt tantam ſolennitatem.*
35 *Iura, quæ exigunt ſolemnitatem in alienatione rerum eccleſiæ, limitantur, ut non procedant, ſi neceſſitas non patiatur ſolemnitatem obſeruari.*
36 *Alienantur res eccleſiæ ſine ſolemnitate,quando eccleſia non poteſt habere proprium,ut eſt in fratribus minoribus ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia.*
37 *Sed data conſuetudine,quòd proprium habere poſsint,ſolemnitas obſeruanda erit.*
38 *Prædicatores quando uendunt neceſsitate eorum ſtatus, ſolemnitas, nec cauſa neceſſaria non eſt.*
39 *Eccleſia ſi alienat rem ex fideicommiſsi diſpoſitione,ſolemnitas non eſt neceſſaria.*
40 *Neceſsitate urgente poteſt diſponere epiſcopus de beneficio patronat.aliter quàm eius natura exigeret.*
41 *Patronus ſi permutationi ſine cauſa aſsentire non uult, poteſt epiſcopus hoc facere ſine eius conſenſu.*
42 *Conſenſus non requiritur in caſu neceſsitatis,aut utilitatis,licet aliàs requiratur.*
43 *Neceſsitate urgente,quæ celeritatem exigit, poteſt Epiſcopus alienare bona eccleſiæ maioris,non obſtante iuramento de non alienando incõſulto Pontifice.*
44 *Clericus poteſt alienare bona eccleſiæ ex cauſa neceſsitatis, & pro reparatione domus,pro debitis ſoluendis &c.*
45 *Clericus poteſt alienare ſine ſolemnitate,ſi ſubeſt ſumma neceſsitas, & celeritas.*
46 *Quando res eſset tempore peritura, licitum eſt recedere a regulis iuris.*
47 *Alienatio ſi imminet ex neceſsitate iuris,nulla eſt ſeruanda ſolennitas. ſecus ſi ex neceſsitate hominis.*
48 *Alienantur res non obſtante iuramento in caſu neceſsitatis,& utilitatis*

49 Neceſ-

Source : BIU Cujas

49 *Neceſſitas,& utilitas æquiparantur a iure.*
50 *Clerici ſede uacante nihil habent diſponere de reb. eccle.*
51 *Sede uacante nihil eſt immutandum.*
52 *Caſu neceſſitatis uel utilitatis eueniente, poteſt epiſcopus diſponere in caſu, quo aliàs non poſſet,*
53 *Neceſſitate urgente non requiritur conſenſus illius, qui aliàs requireretur.*
54 *Epiſcopi translatio permittitur propter periculum ſcandali.*
55 *Neceſſitatis ratione poteſt actus expediri ſine conſenſu eius, qui aliàs debet requiri.*
56 *Epiſcopus poteſt alienare bona eccleſiæ cathedralis, ſi neceſsitas urgeat, & res exigit celeritatem, non obſtante iuramento.*
57 *Conſenſus requirendus ex diſpoſitione legis differt a requirendo ex diſpoſitione hominis.*
58 *Neceſſitatis appellatione in materia iſta, uenit neceſſitas extrema tantùm.*
59 *Neceſſitas licet ſubſit, uel legitima cauſa, tamen non poteſt res eccleſiæ prohibita alienari ſine ſolennitatibus.*
60 *Neceſſaria cauſa licet ſubſit, expedit tamen forte aliam rem quam iſtam alienari.*
61 *Neceſſitas tanta eſſe poteſt, quòd etiam magna prædia poſſunt ſine ſolẽnitate alienari.*
62 *Neceſſitas hodie non habet eſſe qualis qualis, ſed euidens.*
63 *Res eccleſiæ non poſſunt alienari, nec pignorari ex ſumma neceſſitate.*
64 *Neceſsitate, uel utilitate eccleſiæ exigente, quis cogitur promoueri.*
65 *Quod fit ob neceſsitatem, licitè fieri cenſetur.*
66 *Neceſsitas facit licitum quod aliàs non erat licitum.*
67 *Neceſsitas non habet legem.*
68 *Baptiſma ab hæretico in caſu neceſsitatis recipere licitum eſt.*
69 *Item in caſu neceſsitatis licitum eſt ſocio confiteri.*
70 *Neceſsitas famis excuſat a furto.*
71 *Dauid ob neceſsitatem famis comedit panes propoſitionis.*
72 *Pater filium diſtrahere poteſt ob neceſsitatem famis.*
73 *Communia omnia eſſe debent in neceſsitate, maxime cibaria.*
74 *Eſurientem ex præcepto paſcere quis debet.*
75 *Rem ſubtrahens in neceſsitate famis potuit credere dominum hoc permiſſurum, & ſic non delinquit.*
76 *Prælatus ſtante neceſsitate res eccleſiæ ſine ſolemnitatibus alienat, dummodo id gerat, quod de iure reprobari non mereatur.*
77 *Res relicta eccleſiæ, cum hoc, quòd non poſsit alienari, etiam ſubſiſtente neceſsitate alienari non poterit de iure, ſcilicet ciuili, & quid de iure Canonico, numero 78.*
79 *Papa ſolus poteſt alienare donata eccleſiæ per fideles.*
80 *Relicta ad certum uſum non poſsunt in alium conuerti ſine Principis authoritate.*
81 *Prohibitio hominis, & legis ubicunque concurrunt de iure ciuili, res prorſus efficitur inalienabilis.*
82 *Prohibitione hominis accedente res etiam in caſu aliàs a lege permiſso non poterit alienari, & num. 83.*
84 *Prohibitio addita prohibitioni magis aſtringit, ſicut pmiſsio addita pro miſsioni magis ampliat.*
85 *Diſpoſitio debet aliquid operari.*
86 *Relicta eccleſiæ uidentur ea intentione relinqui, ut perpetuò apud eam ſint.*
87 *Eccleſia non moritur.*
88 *Expreſsa intentio magis operatur, quàm tacita.*
89 *Spetialiter prohibitum plus ſolet timeri, quàm generaliter prohibitum.*
90 *Res prohibita alienari per expreſſam diſpoſitionem, etiam propter famis neceſſitatem alienari non poteſt, ſecus ſi ſimpliciter à lege prohibetur.*
91 *Neceſſitate urgente res eccleſiæ alienari quidem poſſunt, ſed ordine ſeruato.*
92 *Eccleſia non poteſt ſtare commodè ſine bonis mobilibus, ſed bene ſine immobilibus.*
93 *Immobilia illa ſunt primò alienanda, quæ minus utilitatis afferunt.*
94 *Vendens res eccleſiæ utiliores non dicitur meliora proſpicere.*
95 *Bona eccleſiæ ſi alienanda ſint, non deuenitur primò ad alienationem debitorum.*
96 *Sententiæ exequutio ſi fit, debet primò capi ea, quæ habent faciliorem expeditionem.*
97 *Aurum ſi extat, debet primo alienari, idem & de argento, quod non cõſiſtat in uaſibus, & quid ſi in uaſibus conſiſtat.*
98 *Alienare prohibitus poteſt alienare ex cauſa neceſsitatis.*
99 *Bona prohibita alienari propter debita teſtatoris alienari poſſunt.*
100 *Bona alienari prohibita poſſunt propter dotem alienari.*
101 *Domus relicta pro conſtruendo hoſpitali, & alienari prohibita à teſtatore, de iure canonico per vxorem creditricem viri vendi poteſt.*
102 *Limita, ut procedat, ſi non ſint alia bona teſtatoris.*
103 *Domus relicta ad certum pium uſum non poteſt in alium uſum mutari, niſi de licentia Papæ.*
104 *Res prohibita alienari, etiam in caſu neceſsitatis de iure ciuili alienari non poteſt.*
105 *Verba teſtatoris aliquid operari debent.*
106 *Res prohibita alienari non poterit alienari, ſi ſubſint aliæ res, quæ alienari poſsint.*
107 *Teſtator diſponere non poteſt, quòd alienatio facta non teneat, uel quod dominium non tranſeat in accipientem, uel quod ſine traditione redeat ad alienantem.*
108 *Prohibitio non aſtringit, ſi alia bona deſint.*
109 *Res relicta eccleſiæ cum pacto, quod non poſsit alienari, nunquid de iure ciuili, & nunquid de iure canonico, aliquo caſu alienari poſſit.*
110 *Res hoſpitalis poteſt alienari, niſi ſit relicta ad certum uſum.*
111 *Bona reſtitutioni ſubiecta alienari poſſunt ex cauſa neceſſaria, & neceſsitatis.*
112 *Cauſa dotis, donationis propter nuptias, & carcerationis filij dicitur neceſsaria, & cauſa captiuitatis, & carcerationis, num. 113.*
114 *Bona reſtitutioni ſubiecta poſsunt pro dote reſtituenda obligari.*
115 *Neceſsitatis an dicatur, quando aliquis eſt condemnatus pro delicto.*
116 *Papa poteſt bona eccleſiarum inferiorum alienare in caſu neceſsitatis.*
117 *Papæ aſserenti caſum neceſsitatis creditur.*
118 *Omnis Papæ alienatio indiſtincte ſuſtinetur.*
119 *Princeps ſæcularis rem priuati alienare ex cauſa poteſt, idem in Papa, & 121.*
120 *Papa eſt dominus omnium rerum eccleſiarum.*
122 *In his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſtatur aſsertioni Papæ.*
123 *Iudex ſuper notorio poteſt ex ſe animum ſuum informare.*
124 *Eccleſia inferior ſe læſam dicere non poteſt ex alienatione facta in ſubuentionem eccleſiæ uniuerſalis.*
125 *Eccleſiæ inferiores habent bona uti Deo dicata per fidelium oblationes.*
126 *Papa uti Chriſti uicarius eſt caput, & factum ab eo uidetur ab ipſo domino factum.*
127 *Si eccleſia ſit in ea conſtituta neceſsitate quòd non poſsit deliberare, niſi per laicos, quid ſit agendum.*
128 *Alienatione facta ſine ſolemnitate ob neceſsitatem, debet poſtea ratificatio ſolemniter ſequi.*

Rubrica 18.

De cauſis, propter quas fiunt alienationes rerum eccleſiæ, et de cauſa neceſſitatis.

CAuſę verò & ſolemnitates, propter quas, & cum quibus fiunt alienationes rerum eccleſiæ, ſunt multæ, ideò eſt, q̃ de cauſis primo, deinde de ſolemnitatibus, quæ in talibus alienationibus, uel diſtractionibus interuenire habent, dicamus aliquid quia iſtis cognitis erunt contraria ſuperius adducta reconciliata, & apparebit, an & quomodo poſſit, & non poſſit fieri, & quomodo facta valebit, & non ualebit alienatio. Vnde
1 cauſæ, † propter quas fieri poſſunt, & fieri ſolent alienationes rerum eccleſiæ ſunt quatuor regulariter, uidelicet cauſa neceſſitatis, vt ſi debitũ aliquod eccleſiæ vrgeat, & ſit neceſ-
2 ſe alienare pro ſoluendo debita. auth. hoc † ius. C. de ſacroſanct. eccleſi cap. ſicut, duodecima quæſtio. 2. & quandoque eius appellatione uenit omnis cauſa, cap. non habent. ibidẽ, & ibi Præpoſit. hac nuncupatione exprimit, & per Aegi. Bel lamer. in cap. ſed notandum. duodecima quæſtion. ſecunda, vbi dicit, q̃ nomine neceſſitatis intelligitur omnis cauſa iu-
3 ſta alienandi. † Alia cauſa eſt utilitatis, uel neceſſitatis, vt in c.
4 ſine exceptione. 12. q. ſecunda. cap. tua. de his, † quæ à Præla. extr. Item cauſa pietatis pro redimendis captiuis. l. ſancimus.
5 C. de ſacroſanct. eccleſ. † aut pro alimonia pauperum, p̃ tex. in cap. aurum, duodecima quæſtio. ſecunda. Item cauſa in-
6 commoditatis, † aut minoris utilitatis, quia res, quæ eſt alienanda, eccleſiæ eſt magis damnoſa quàm utilis. capit. non liceat Papæ. cap. ſine exceptione, capitu. terrulas. duodecima. quæſtio. ſecunda, per Bald. in conſi. 374. Incip. factum tale eſt ibi, res verò eccleſiarum, uel monaſteriorum, non poſſunt alienari niſi in quatnor caſibus &c. & gloſſ. in ſumma, duodecima quæſtio. ſecunda, dicit q̃ aliæ cauſæ poſſunt aſſignari, ſed ad has quatuor omnes canones poſſunt reduci & c. idẽ habetur per Hoſtien. in cap. nulli. extr. de rebus eccleſi. non
7 alien vbi dicit, et vna de cauſis legitimis, † propter quam poteſt epiſcopus bona unius eccleſię auferre, & alteri alienare, eſt, quando unus prælatus ex reditibus non poteſt ſuſtentari, & alter abundaret, per Gemin. cap. dudum. de reb. eccl. non alie. uerſ. nota unum. De cauſis autem prius, quàm de ſolẽ-
8 nitatib. dicemus, quia primũ debent eſſe cauſę iſtę, † uel vna iſtarum ante quàm res eccleſię alienentur vt per Rebuff. in compen. alien. rerum eccleſię. uerſic. quartò improprijſſimè,
9 & ſufficit, † q̃ in alienationibus vna cauſa inſit. glo. in clem. 1,

cod.

Source : BIU Cujas

eod.in verbo neceſſitas,ibi ſufficit alterum &c. & Cardina. ibidem,verſ.ſextò nota,ibi,de dictione aut,ꝙ ſufficit alterũ, ſcilicet ꝙ ſubſit neceſſitas,aut vtilitas, &c.facit ad hoc, quia in tex.in cap.primo, de reb.eccleſ.non alien. in 6.ſtant pro-
10 lata illa verba, neceſſitas, vtilitas, interiecta † dictione, aut,quæ eſt diſiunctiua,quæ importat,quòd alterum ſufficit
11 adimpleri; Et deueniendo ad ſingulas cauſas,† cauſa neceſſitatis videtur poni ꝑ Doctores pro prima cauſa, per quam fieri poſſit alienatio rerum eccleſiæ,vt per gl.12.q.2. in ſumma.per Bald.in authen.hoc ius.C.de ſacroſanc.eccl.colum. 3.verſ.ſubſequenter venio ad cauſas,per Abb.in capit.nulli.
12 extr.de reb.eccl.non alien.† Et cauſa neceſſitatis tunc eſſe intelligitur,quando debitum eccleſiæ vrget,nec eccleſia ualet ſatisfacere de fructibus;vnde eſt neceſſe pro ſolutione deue nire ad alienationem rerum.eſt tex.in authen.hoc ius. C. de ſacroſanct.eccl.dicit glo.in ſumma. loco præallegato. Abb. d.cap.nulli de reb.eccl.non alienan.ibi, prima cauſa eſt neceſsitatis,ſi debitum urgeat, & eccleſia non poſsit ſatisfacere de fructibus,& nota ſecundùm Aegid.Bellamer.in capit. non liceat.duodecima quæſtio.2.colum.35.verſ.tertiò pro
13 batur,† ꝙ ad hoc, vt debitum ſit cauſa ſufficiens ad alienationem faciendam,oportet,vt ſit urgens.d.auth.hoc ius, & per conſequens eſt neceſſarium vt ſit certum, & clarum, & eſt ratio,quia debitum obſcurum,dubium,aut incertũ non eſt vrgens,quia ad illud non poteſt vrgeri debitor &c. quia habetur in authenti. de non alien. aut permutan. §. ſi quis,
14 ꝙ pro ſola neceſſaria & ineuitabili occaſione, propter quã non poteſt illud,ꝙ imminet,adimpleri,aut pro alia cã vtiliſſima poſſunt res eccleſiæ generaliter obligari,& hypotheca ri,& legitur in tex.in authen.de eccle.rer.immobili.alien. ꝙ
15 ſi eccleſia ſit obligata ad ſolutiones,† uel functiones fiſcales, & non poſsit aliunde debitum ſoluere,facto ſuper hoc conſilio,& perquiſitione,ſeruatiſque ſolemnitatibus ſecũdum formam ibi traditã,poſſunt poſſeſſiones,& aliæ res immobi les eccleſiæ in ſolutum dari,item & pro ſolutione,talis debi
16 ti alienari; Item,ſi eccleſia etiam aliquid debeat alicui priua tæ perſonæ, res immobiles in ſolutum dari poſſe permittit. vt per tex.ibi,& in glo.in verbo ad alienationem,quæ dicit, ꝙ ſecundùm diſpoſitionem illius conſtitutionis pro debito fiſcali permittitur rei immobilis eccleſiæ alienatio,& in ſolu tum datio,ſed hodie inquit generaliter permittitur alienatio pro debito fiſcali,vel propter debitum priuatum cum ſolẽnitatibus,de quibus in d.tex.in authen.de eccl.rer.immobil.
17 alien. videlicet congregato clero † cum epiſcopis ciuitatis Metropolis,& ibi præpoſitis ſanctis euangelijs,ſi non poteſt aliũde ſolui debitum,poſſe procedi ad alienationem rei immobilis decreto celebrato apud prouinciæ iudicem, & res immobiles in ſolutum dare ad ſolutionem debiti emptoribus in fiſcum ſoluentibus,& aliàs,vt ibidem, ſecundùm gl.
18 ſunt videndæ ſolemnitates † in authen.de alien. & emphyte. §.ſi verò contigerit,vbi habetur, ſi contigerit aliquam prædictarum uenerabilium domorum nomine fiſcalium tributorũ,aut alterius cuiuslibet ſuperuenientis neceſſitatis vene rabili domui pecunijs indigere, liceat eius ordinatorib. immobilem rem aut ſupponere,aut dare in ſpeciale pignus, & creditor poſſideat eãdem rem,& eius fructus colligat,& reputet ſibi tam in his creditis pecuniis, quàm in vſuris, non autem maioribus,quàm quartam partem cẽteſimæ,ſubdẽs tex.ꝙ pro ſoluto debito,uel ex fructib. adimpleto credito,
19 res habeat redire ad eccleſiam alienantẽ,† & ibidem in §. q̃cunque.hæc aũt ſuper ipſis venerabilibus domibus diffinire præcipimus,vt ſi quædam ex eis ſiue publicis collationibus, ſiue pro alia neceſſaria cauſa eiuſdem domus debitis obnoxiæ fiant,etiam non eſt poſſibile de rebus mobilibus eade perſolui debita,primò quidem ordine in ſpeciali pignori da
20 ri rem immobilem † creditori, vt eius fructus colligens reputet ſibi tam in ipſis debitis mutuis pecuniis, quàm in vſuris,non amplius quarta parte cẽteſimæ, ſi verò noluerit iſto modo debitum tranſigere,iubemus per eos quidem, qui à Sanctiſſimo Patriarcha ordinantur,ſiue Metropolitæ, ſeu alii epiſcopi ſint, ſiue Archimandritæ,ſeu alii,ut ibi enumeratur,aut aliarum venerabilium domorum ordinatores apud Patriarchas,à quibus ordinantur,aut proponuntur, monumenta fieri,& cum iureiurando ordinatorum, & conſenſu
21 amplioris partis in eius deſeruientium debitum † manifeſtari,& quia non eſt poſſibile de rebus mobilibus iſtud perſolui,per eos verò,qui à metropolitis ordinantur, ſiue epiſcopi ſint,ſiue archimandritæ,uel alii venerabilium domorum ordinatores,apud eos ſimiliter metropolitas epiſcopos huiuſmodi monumenta conſcribi,ab illis uerò epiſcopis, qui aut à Patriarrchis,aut Metropolitis epiſcopis ordinantur,& habẽr ſub propria iuriſdictione,aut monaſteria, aut Xenodochia,aut alias venerabiles domos ſub ſimilem modum fieri
22 geſta,ita † tamẽ quòd fiant geſta ſine aliqua expẽſa uenerabilium domorum.poſt hæc geſta res ponatur in ſubhaſtatio
23 nẽ in loco publico ciuitatis † plus offerẽti deliberanda, per 20.dies,& his præcedẽtibus fieri uẽditionem pro prætio om ninò in ſolutionem debiti conuertendo,& hoc euidẽter inſcribatur,ꝙ nihil fit ad læſionem diuinæ domus.Si verò ſecũ dum prædictum modum emptor huiuſmodi rei non inue
24 nitur, iubemus creditorem ex iure prædictarũ uenerabiliũ domorum,qui pro ſoluto dicitur eandẽ accipere poſſeſſionẽ,iuſta,& diſtricta æſtimatione facta,& addita in prætio decima parte uniuerſæ æſtimationis in ipſa quantitate,accipere rem creditorẽ pro ſolutione certo dominio poſſeſſorũ,
25 ita tñ vt ordinatores uenerabilis domus, & amplior pars de ſeruiẽtium huiuſmodi uenditionibus conſentiant,& aliàs vt ibi in tex.d.auth.facit in materia text.in c.ſicut.duodecima. q.2.ibi,ſic iterum culpa eſt imminente huiuſmodi neceſſitate,vt pro cauſa neceſſitatis habeant, uel poſsint alienari res
26 eccleſiæ,eſt tex.in cap.1.de reb.eccleſi.† non alienan.in 6.vbi pro euidenti neceſſitate,vel euidẽti utilitate res eccleſię alienari poſſint,ibi,præſertim cum euidẽs neceſſitas,quare fieri deberet,aut utilitas non ſubeſſet,& ex eo,ꝙ ibi in tex. fuerit facta alienatio cauſa legitima alienandi non exiſtente, ideò decernitur non valere,idem habetur in clem.1.de reb. eccl. non alie.ibi,niſi neceſſitas,aut utilitas monaſterii Prioratus, & eccleſię hoc expoſcat,ubi dicit glo. in verbo neceſsitas,
27 † ꝙ ſufficit de iſtis duobus alterum adimpleri, & ꝙ iſta duo, vtilitas,& neceſsitas æquiparantur.c.quæris.de ſtat. & quali. & cap.expoſuiſti.de prẽb.& nomine neceſsitatis in materia
28 alienationis, uenit, & intelligitur omnis iuſta cauſa alienationis. per not.per Archidiaco.& Prępoſit.in cap.non habẽti 12.q.2.ſequitur Laurẽ.de Rodulphis,qui refert,in repe.cal ſine exceptione. 12.q.2.3.col.immo cauſa neceſsitatis urgeni
29 te † põt benè fieri alienatio rei eccleſiaſticę ẽt ſine ſolemnitate requiſita.per ea quæ dicit Hoſt.in cap.1.de his quæ fiu.à Præla.vbi notat caſus, quos excipit in quibus poteſt fieri alienatio ſine ſolemnitatibus in rebus eccleſiæ,excipit caſum
30 quando eſt neceſſaria alienatio,† ibi,excepta neceſſaria alienatione;quia,ſi ſumma adeſt neceſſitas alienandi, quæ tantã requirat celeritatem,ꝙ expectari nõ poſſit ſuperioris authoritas, vel quæ ſuperiorem conſuli non pateretur, põt benè tunc alienatio fieri, etiam non obſtante iuramento de non alienando præſtito.per ea,quæ dicit Abb.in cap.final. ext. de eccl.ædif.vel reparan.col.fin.dicit gl.in cap.placuit, duodeci ma.q.2.in verbo neceſſitas.ibi, ergo ĩ neceſſitate poſſunt eis inconſultis,per Archid.in cap.abbatibus.ead. cauſ.& quæſt.
31 ibi,ſed tamen † tanta poſſit eſſe neceſſitas, ꝙ in his caſib. alij Prælati iuſtè alienarent ſiue conſenſu,uel authoritate epiſcopi,& Ioan.de Fan.in clemen.prima,de reb.eccl.non alie.qui dicit in caſu illius textus poſſe fieri alienationem impune illa ſolemnitate non ſeruata,ſi neceſsitas non capit tantam dilationem,ubi etiam Cardin.verſ quintò nota,ꝙ hæ duę cauſę
32 vtilitatis ſcilicet,† & neceſsitatis frequenter permittunt recedi à iure communi.1.q.7.§.niſi rigor. & per eundem. uerſic.
33 29.ꝙ ſi neceſsitas † ſummam celeritatem requirit, licentia, uel conſenſus peti nõ poteſt, vel petitus obtineri, exẽplificat in l.diuus,ibi,adducta etiam in cibaria familiæ, uel finge inquit,ꝙ non facile poterat obſeruari ſolemnitas, quod accidere põt multis ex cauſis,põt abſque metu pœnæ celebrari,
34 † quia quod dicitur,ſi ſubeſt neceſsitas, fit alienatio ſeruatis ſolennitatibus,intelligitur de neceſsitate,quæ non exigit tantam celeritatẽ,ſequitur Gondis.Viladieg.in ſuo tract.deleg. quæſt.vndecim.in fin.vbi allegat multos,quos allegat Abba. ſuprà,ex quibus † inquit infertur limitatio ad iura, quę exi-
35 gunt ſolemnitatẽ in reb.eccl̃ię alienandis,vt intelligantur,niſi tanta neceſsitas, & tam urgẽs interueniret, ꝙ non poſſet obſeruantia ſolẽnitatis prędictę obſeruari,ut eſt tex.cum gl. d.cap.placuit.12.q.9.Pet. Rebuff.in ſuo compẽ.alien. rerum eccl.uerſ.quintus caſus, ponit caſum,in quo põt alienari res
36 eccleſiæ ſine ſolẽnitate, vc3 † qñ eccleſia non põt hr̃e proprium,vti eſt in cordigeris,credo uelit dicere,in fratrib. minoribus ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia,qui tenẽtur alienare,ne contraueniant inſtitutionibus r̃l̃ę,& poterit tũc fieri alienatio ſine ſolemnitate,in gloſſ.in cap.uno,in uerbo domum.de relig.domi.in 6.idẽ 13 Bald.in auth.ſi qua mulier. C.de ſacroſanct.eccl.3.colum.uerſ.quartò quia,ibi,ſed ſi ponamus conſuetudinẽ,ut dixi,ſuperius, nunquam poterunt
37 uẽdere non ſeruata ſolẽnitate,quę ponitur in auth.hoc ius, quia quando iſti Prędicatores uẽdunt neceſsitate eorum ſtatus,non eſt neceſsaria ſolẽnitas,nec cauſa,quia uẽdunt ex neceſsitate eorũ ſtatus,† cum poſsidere repugnat eorum ſtatui,argu.in l.2.de reb eorum.Idẽ hr̃ ꝑ Anton.de Butr. in ca. in prẽſentia.colum.7.uerſic.Quin tus caſus,ext.de probatio.
39 Idẽ ſi alienaretur res,quam eccl̃ia † eſſet grauata per fideicõmiſſum alienare,quia tunc ẽt ſi ſine ſolemnitate alienaret eccl̃ia,valet alienatio,ita Lap.alleg.26.diſputat &c.quem refert Felyn.in cap.in prẽſentia,colum.20. de probat.Bald. in cap. cum cauſa,colum.fin.de re iudic.refert Hipp.in ſing. 132.in

alie-

40 alienatione.† facit,qa si immineret necessitas, per quam ꝑ
vtilitate ecclesiæ moueretur episcopus ad disponēdum de
beneficio patronali, aliter,quàm eius natura exigeret, tunc
etiam potest episcopus propter dictam necessitatem immi-
nentem disponere,per doctrinam Abb.in cap.cùm accessis-
sent de constit.facit,quod notant Domini de Rota. Decis.
307.incip.permutatio,in nouis,quòd,si dominus, uel patro-
41 nus non † vult sine causa assentire permutationi beneficij,
potest episcopus hoc facere sine consensu eius, quia patro-
nus non debet impedire magnam vtilitatem ecclesiæ,& di-
cit Innocen.in ca.cùm pridem.de renuntiatio. ꝙ in casu ne
42 cessitatis,aut utilitatis,† non requireretur consensus, qui aliàs
requireretur.per Felyn in cap.cùm accessissent, de constit.
per tex.elegantem in l.tutor qui repertorium. ff. de adminis-
tra.tutor.per quem tex.dicit Felyn. ꝙ Abb.in c.fin.de eccl.
ædific.vel reparan.dicit,quòd,si imminet necessitas alienan
43 di bona ecclesiæ cathedralis,† & exigit tantam celeritatem,
vt superior consuli non possit,potest episcopus alienare nō
obstante iuramento de non alienando incōsulto Romano
Pontifice;& dicit Cardina.in clemen.1. de reb. eccles. non
alienan.in principio,ꝙ clericus potest alienare bona eccle-
44 siæ ex causa necessitatis,† & pro reparatione domus eccle-
siæ ruuentis,pro debitis soluendis,pro molēdinis,ne pereāt,
pro emendo castro,uel fundo uicino,non pro emendis ful-
gidis uestibus, & idem ibidem quæstione 29. quòd potest
45 † clericus alienare sine solemnitate si subest summa celeri-
tas,& necessitas ecclesiæ,puta etiam quando res esset tempo
46 re peritura,† quo casu videtur esse licitum discedere à regu
lis iuris,& ꝙ possit relaxari iuris dispositio.per ea,quæ habē-
tur in l.pro hærede.ff.de acq.hæred.vbi Bald.& Ludou.Ro-
man.& vide Abb.in cap. pastoralis, de his quæ fiu. à prælat.
47 vers.in gl.in fi.& ex hoc collige,vbi dicit, quòd, † si alienatio
imminet ex necessitate iuris,tunc nulla est seruanda solem-
nitas,secus si imminet uolūtaria propter necessitates homi
num,& dicit Abb.in cap.vt super.de reb.eccle.non alienan.
tertia colum.vers.ic.si verò iurauit,ꝙ in casu necessitatis pos
48 sunt† alienari res ecclesiæ non obstante iuramento;& putat
49 idem esse in casu utilitatis,quia dicit necessitatem,† & utili-
tatem æquiparari a iure,not.12.quæst.2.in summa. per Inn.
in cap.cum omnes,de constit Item dicit glos.in cap. si qua,
50 duodecima.q.2.in verbo † res cito,quòd,licet Clerici sede va
cante nihil habeant disponere de rebus ecclesiæ, vt duodeci-
ma.q.2.& quis episcopus.& 75.dist.quoniam,quia sede vacā
51 te nihil esset immutandum, sede enim vacante † nō possunt
clerici immutare statum.cap.nouit.ext.ne sede vacan. tamē
dicit,si est magna necessitas,ꝙ clerici possunt aliqua alienare
&c.facit,quia,eueniente casu magnæ necessitatis,& utili-
tatis in excogitato tempore constitutionis,episcopus potest
52 † dispensare in casu,in quo aliàs non posset,Domini de Ro-
ta Decis.205.Ioan.de Lignan.in cap.si clerici.de iudic. Bald.
in l.omnes populi.ff.de iusti. & iur. Bar. in l. si hominem. ff.
manda.Angel.in summa.in uerbo disputatio.§.in quibus ca
53 sibus.vers.secundò ratione,† facit, quia urgente necessitate
non requiritur consensus illius,qui aliàs requiritur,per Inno
cen.in cap nisi cùm pridem,de renuntia. vt de translatione
54 episcopi multi propter periculum scandali,† & propter ne-
cessitatē aliquādo licitum est auferri rē ab inuito.l. uēditor.
55 §.si constat.ff.comm.prædio. & propter necessitatē † potest
actus expediri sine consensu eius qui aliàs deberet requiri,
ꝑ tex in l.tutor. vbi tutor inuētario non confecto adminis-
trare pōt bona pupilli, ꝙ aliàs cessāte necessitate facere nō
possit,per quem tex.decidit Abb.in cap.fin.de eccl.ædifi.vel
56 reparan.† quod,si imminet necessitas alienandi bona eccle-
siæ cathedralis,& exigit res tantam celeritatē,ꝙ superiorem
consuli non patiatur,pōt episcopus alienare non obstāte iu
ramēto de non alienando Romano Pontefice inconsulto
præstito,latè per Felyn.in c.cum accessissent,de consti.colu.
nona,vers.& ꝙ in casu necessitatis;vide Bar. in l.prima, §. si
plures.ff.de exerci.vers.secundò quero,vbi dicit,pone ꝙ si in
aliqua causa requiratur consensus alicuius, sine quo res illa
expediri non pōt,an semper consensus sit requirēdus, & tan
dē dicit,ꝙ est aduertēdum,an consensus sit requirēdus ex di
57 spositione legis, † an ex dispositione hominis, & an immi-
neat necessitas,an non;vbi concludit, ꝙ in casu necessitatis
non est requirēdus,quando commode haberi non pōt &c.
58 † Nec in casu nostro est intelligēdum de qualibet necessita-
te,sed de illa necessitate,quæ est extrema. per ea, quæ dicit
Marian.Socin.in suo tracta.de oblatio.9.libell.3.colum. nu.
59 15.ibi, † simile uidemus in ecclesia, quòd, licet subsit necess-
sitas,uel legitima causa alienandi,non pōt tñ alienari res ec-
clesiæ regulariter prohibita sine solemnitatibus requisitis;
traditur 12.quæst.2.iustus.cap.sine exceptione.cap.alienatio
60 nis;† quamuis enim necessaria causa incumbat, forte potius
expedit minori alia res, quàm ista, quia responderi pōt, ꝙ
nos loquimur quando vellet, prouideri existēti in extrema
necessitate,ita ꝙ nō esset locus liberalitati, & aliàs,ut ibi per
eum,faciunt dicta Archidia.in cap. abbatibus, duodecima.
61 q.2.ꝙ tāta possit esse necessitas, † vt ēt magnā prædia possit
sine solēnitate alienare;idē Io.de Turre Cremata in cap. ter-
rulas.12.quæstio.2.Et hodie in alienationibus rerum eccle-
62 siæ † non habet esse qualis qualis necessitas, sed euidens ne-
cessitas,& quæ euidēter appareat,per text.qui dicit ad literā,
in cap.primo,de reb.eccl.non alien.in 6.vbi tex. declarando
qualitatem necessitatis,quæ habet esse, vt deueniri possit ad
alienationē rerum ecclesiæ,& ad tollēdum ambiguitatem,
& difficultatem,quæ oriri possit,habet ista verba,præsertim
cum euidēs necessitas,qua fieri deberet,uel utilitas nō subes-
set &c.& quid importet uerbum,euidens, sequitur Didac.
Couarr.in lib.2.variar.resolut.cap. 16. vers.cæterum, ubi di-
63 cit,ꝙ res ecclīæ nō possunt alienari, † nec pignorari ex sum
ma necessitate,ita ꝙ non erit quælibet necessitas sufficiens.
per gloss.& Docto.cap.1.de pig.vbi id no.Imo.& Barbat. &
alij,vt per Didac.ibidem.In hac materia dico aliqua in cau-
sa utilitatis,vbi vide;nec mirum,quia, si necessitas, aut utili-
64 tas ecclesiæ id exigit,† quis etiam nolens cogitur promoue
ri,per illud,quod dicit glo.in summa.distinctio.74. & si quid
65 fit propter necessitatem, illud fit licite, † & licitè fieri censē-
tur.gloss.in cap.quoniam,48 distinctio.& quod non est lici-
66 tum in lege,† necessitas facit licitum,cap. quod non est lici-
67 tum,de regu.iur.& † necessitas legem non habet, de consē-
cra.distinct.prima,sicut.& in casu necessitatis est licitum ab
68 hæretico † recipere baptisma, gloss. in cap.24.q. 2. & in ne-
69 cessitate posito,socio † confiteri,de pœnit.distinctio. prima,
70 quem pœnitet,& in casu necessitatis famis excusatur † quis
à furto,d.1.distinct.sicut,per glo.in cap.discipulos.de consē-
cra.dist.5.quæ subiungit ꝙ propter necessitatem famis Da-
uid cum suis comedit panes propositionis, quos manduca-
71 re † tantummodò sacerdotibus erat permissum. Matthæi.12.
& Marci.2.& 25.quæstio.1.§. his itaque.nam propter neces-
72 sitatem famis pater † distrahere pōt filium.l.si quis propter.
C.de patrib.qui fili.suos distraxe.& est ratio,quia in necessita
73 te omnia debent esse communia † distinctio.47.sicut,& ma
xime cibaria,ff.ad leg.rod.de iact l.2.§.cùm in eadem naui;
74 Item † quia ex præcepto ipsius domini tenemur pascere esu
75 rientem,86.distinct.pasce;† vnde talis fur iuste potuit crede-
re dominum hoc permissurum & sic non deliquit,instit. de
oblig.quæ ex delict nascun.§.furtum;potest ergò prælatus,
76 † vel clericus res ecclesiæ,stante necessitate vrgenti,alienare,
non seruatis solennitatibus,quæ propterea adhiberi nō pos-
sunt,dummodò alienans id gerat, ꝙ de iure reprobari non
mereatur,per ea quæ dicit Archidiac.in cap.ea enim. §.hoc
ius, 10.quæstio.secunda,in verbo conflata,ꝙ res sacræ ad ta-
77 bernam possunt obligari,ēt sub eadem forma; † si tamē res
sit relicta ecclesiæ cum hoc,ꝙ non possit alienari, & sit alie-
nari prohibita ab homine, non potest etiam vrgente neces-
sitate alienari,glo.est singularis.§.sanctissimas. de alienat. &
78 emphyteu.in uerbo alienare;† licet sit secus de iure canonico,
nisi tamen relicta esset ad certum,& specificatum vsum;
nam tunc sine licētia Papæ ad alium permutari non potest,
per tex.in clem.quia contingit.de relig.dom.ibi,cum tamen
ea,quæ ad certum vsum largitione sunt fidelium destinata,
ad illum debeant,non ad alium, salua quidē sedis Apostoli-
cæ licētia,& authoritate,conuerti &c.vbi glo.in verbo,non
ad alium,extēdit etiam pium, & in verbo sedis Apostolicæ,
notat solum Papam posse alterare donata ecclesiæ † per fi-
79 deles;declarat Bald.solenniter in authen.hoc ius.C.de sacro-
sanct.eccl.vers.sed pone,cuidam, pro quo tex.facit text.in l.
legatum,ff.de admin.rer.ad ciuitat.pertin.& in l.legatum.ff.
80 de vsufruct.legat.† vbi tex.notat, ꝙ relicta ad certum vsum
non possunt in alium commutari sine Principis authorita-
te,& conuocatis hęredibus,& primatibus ciuitatis;& hęc iu
81 ris ciuilis dispositio † probatur vbicunque concurrit circà
idem prohibitio alienationis legis,& hominis.ibi,nunquam
res poterit alienari,sed est prorsus inalienabilis effecta,gloss.
est singularis in l.2.C.de usucap.pro empto.Ioan.de Imol.in
l.filiusfamilias. ff. de leg.1.quod etiam ibi colligitur ex ver-
bis Bart per Modernos in cap.cùm contingat.de iureiuran.
82 † nam accedēte prohibitione hominum in tantum fortifica
tur prohibitio legis, quòd etiam in casu aliàs à lege permis-
so,non poterit res alienari,facit glo.in l.fin. C. de reb.alien.
non alienan.quod notat Imol. in cap. Rainutius. de testam.
83 vbi dicit,quòd,si relinquatur † res ecclesiæ per testatorē, cū
hoc,ꝙ non possit alienari,non potest alienari etiam in casu
aliàs permisso,authen.hoc ius.C.de sacrosanct.eccl. cap.sine
84 exceptione.duodecima.q.2.† Accedit, ꝙ prohibitio addita
prohibitioni magis astringit, sic vt permissio addita permis-
sioni magis ampliat,d.§.sanctissimas,de aliena.& emphyteu.
85 notat.in l.prima,§.nuntiatio. ff.de nou. oper. nuntia. † quia
pactum,seu dispositio debet aliquid operari. l. sed & si quis,
§.quæsitum,vbi gloss.ff.si quis caut.Bald.in cap.1.§.præterea,

de

Source : BIU Cujas

86 de Cap.Corr.licet ea † quæ relinquũtur ecclesiæ, uideantur
semper ea intentione relinqui, vt perpetua sint ad vsum ip-
sius,& pauperum; & ideo cauendum est ab alienatione; &
prælati periurium non incurrunt Deo,& Papæ, secundum
Innoc.in cap.vt super,de reb.ecccle.non alien.in eo,qui eli-
87 git ecclesiam perpetuò hæredem,† quę non moritur,duode
ma,q.2.cap.liberti.Bald.in cap.primo,in princi.qui feud.dar.
poss.tamen expressa intentio magis operatur,quàm tacita.l.
88 nonnunquam,ff.de condit.& demonstra.† & l.expressa.ff.
89 de regu.iur.& quia plus solet timeri,† quod specialiter inhi-
betur,quàm quod generaliter prohibetur,clemẽ. vna,cum
concor.de excess.prælat.& dicit Cyn.d.authẽ.hocius.quod
90 † res prohibita alienari per expressam dispositionem, vt ea
relicta sub conditione,ne alienetur, etiam propter famis ne
cessitatem alienari non potest,secus si simpliciter à lege pro-
hiberet.sequitur,& refert ista Fabian.à Mon.in tracta.de em
ptio.& venditio.quæstio.quarta,versic.vndecimò quæro,& &
dicit Ioan de Turre cremata in summa, duodecima quæst.
91 secunda,† quòd in casu quo sint de necessitate res ecclesiæ
alienandæ ordo seruari debet in alienando, quòd, si eccle-
sia habet mobilia superflua, illa primò sunt alienanda,
sed primo loco sunt alienanda non sacra, postea verò sa-
cra; & sacra, si alienentur alij ecclesiæ, possunt aliena-
ri in eadem forma,& figura, si verò uendantur laicis, sunt
vendenda conflacta,& confracta,decima.quæstione secun-
da,hoc ius.l.sancimus nemini,& authen.præterea,vbi Doc.
C.de sacrosan.eccl.& cap.aurum,duodecima.quæstio. se-
cunda,si verò ecclesia non habet mobilia superflua,tunc re
92 currendum est ad immobilia,† quia sine mobilibus necessa
rijs ecclesia non potest esse commode, sed bene sine immo
bilibus,& ita potius ista sunt alienãda,quam alia.10.q.2.hoc
ius.Item immobilia illa primò sunt alienanda,quę minus vti
93 litatis afferũt ecclesię,vt semper maior † vtilitas seruet ecclę
się,d.c.hoc ius,& c.vidẽtes,ead.q.& c.sine exceptiõe,& c.nõ
liceat,& cap.terrulas,duodecima.q.2.quia in alienationib.
faciendis de rebus ecclesiæ semper habet alienans prospice-
re meliora.dictis iuribus;vnde vendendo non habet incipe
re à rebus ecclesiæ utilioribus,sed à rebus succedentibus minus
94 vtilibus,† quia non dicitur meliora prospicere, qui uendit
res ecclesiæ vtiliores,Gemin.consil.48.præsbyter. colum.3.
ideo res mediocres debet vẽdere, per Rebuff.in compẽdio
alien.in verbo prospiciat.facit,quod dicit Bar.in authẽ.hoc
ius.C.de sacrosanct.eccles.versic.extra gloss. quòd in casu,
95 † quo sit deueniendum ad alienationem bonorum ecclesię
ad venditionem debitorum non deuenitur vltimo loco,nisi
in casu,quo fit executio sententiæ per iudicem; quia eo ca
96 su debent primo capi ea,† quæ habent faciliorem expeditio-
nem,idem dicit Sanctus Thom.secunda secundæ quæst.ca-
pit.de symon.versic.ad quartam,Ricard.de Media villa.in 4.
dist.25.artic 3.circa fin.ꝙ alienatio primò debet fieri de au-
97 ro,si existat,† & argento,quod non consistat in vasibus,diui-
nis misterijs,& offitijs deputatis; si verò sint vasa diuinis of-
fitijs deputata non consecrata,primò sunt largienda:deinde
etiam ea,quæ sunt consecrata,in pios vsus sunt conuertẽda,
& alienantur in eadem forma,& figura altari, uel ecclesię; si
verò laicis sunt alienanda,præmissa prius oratione ad domi
nũ confringuntur,& confracta,& conflata dantur &c.facit,
98 qa ꝓhibitus † alienare põt alienare ex cã necessitatis l.pater
filium,in princi.& ibi Bart.de leg.tertia.l.prima. ff. de fund.
dotal.& ibi Bartol.per eundem Barto.in l.filius famil.§.diui,
de lega.1.in l.peto.§.prædium.de lega.secundo, vbi dicitur,
99 † ꝙ possunt alienari bona alienari prohibita propter debita
testatoris,vide per Alber.de Rosa.in tracta.de statut.2.par-
100 te.2.q.vbi tenet idem; Item possunt alienari etiam propter
dotem,& donationem propter nuptias. secundùm Bartol.
in d.§.Diui,& per rex & Bartol.ibi & Doctor.in authẽti. res
quæ,C.commu.de lega.& per Bald.in l.secunda,in fine.C.si
aduers.vendit.pign.vbi dicit posse de iure Cano. uendi per
101 vxorem † creditricem viri defuncti domos relictas pro cõ
struendo hospitali & alienari prohibitas à testatore,sed ho-
spitale fieri debet alibi,facta mutatione loci arbitrio episco
102 pi,quod est notandum; † sed limita secundum Bal. in auth.
hoc ius porrectum.C.de sacrosan.eccl.vt verum sit, si non
sint alia bona testatoris,de quibus possit vxori,& alijs credi-
toribus satisfieri;quinetiam dicit ibi Bald.quòd ex quo reli-
103 cta est domus † ad certum pium vsum, puta,ad hospitalita-
tem ibi tenendã,non põt in aliũ vsum mutari,nisi de licẽtia,
& authoritate Papę,& sic nõ põt creditor eas distrahere,qđ
nota ad id,quod supra proxime dico secundum Bald. d.l. 2.
& vide tex.cum glo.notab.in authen.de alien.& emphyte.§.
104 sanctissimas,† vbi cõtrarium probatur de iure ciuili, quòd
non possit etiam in casu necessitatis distrahi res alienari pro
hibita; ꝙ maximè procedit in relicto facto ecclesiæ cum ꝓ-
hibitione de non alienando;quia,vt verba testatoris aliquid
105 operentur,† prout operari debent l.si quando.de leg.1.intel
ligitur facta prohibitio,etiam in casibus à iure permissis,se-
cundum dictum Bartholom.Cepol.in rub.de verbo. signifi.
14.colum.per tex.d.§.sanctissimas,colum.9.vide ibi Ang.in
106 §.hoc etiam,3.colum.vbi dicit, ꝙ veritas est, † vt si sunt aliæ
res,quas alienando possit satisfieri,non poterit res relicta ec
clesiæ cum prohibitione de non alienando alienari, vt sic in
telligatur dictum Inno.in cap. Rainaldus.extr.de testamen.
107 vbi dicit,† ꝙ pactum facere non põt testator,vt alienatio fa
cta non teneat,vel ꝙ dominium non transeat in accipientẽ,
vel quod sine traditione redeat res ad alienantem &c. quod
ẽt notatur in d.§.sanctissimas,& in cap.verum. de conditio.
108 apposit.& sentit Bald in d.l.2.vlt colum.† sed,si alia bona de
sint,prohibitio non astringit.d.l.pater filium.de legat.3.pro
quo vide Bald.alleg authen.hoc ius.vers.sed pone. vbi dicit,
109 ꝙ res relicta ecclesiæ,† cum pacto, ꝙ non possit alienari,de
iure ciuili nullo modò alienatur.Canonistæ,inquit, dicũt cõ
trà, si ecclesia non habet alias res, quas instante necessitate
possit alienare.tu dic,inquit,dato ꝙ hoc sit verum de iure ca
nonico,tñ est intelligẽdum,vbi res relicta,uel donata, non
est relicta ad certum pium vsum, quia, si sit expressus vsus,
puta domus ad hospitalitatem,non põt commutari ad aliũ,
nisi de licẽtia Papæ,idem Bal.in l.orphanotrophos,C.de epi-
sco.& cler.vers.sextò nota, vbi tenet, ꝙ res hospitalis potest
110 alienari,† nisi sit relicta ad certum vsum,& quando ad cer-
tum vsum est relicta, ꝙ possit mutari & alterari vsus de au-
thoritate superioris,per iura quæ in dictis locis adducit,facit
111 quia,† ex causa necessaria,& causa necessitatis bona etiã re-
stitutioni subiecta possunt alienari.per gl.in §.res quæ.l.Mar
cellus,ff.ad Treb.in casu quãdo res essent steriles,uel quæ ser
uando non possent seruari,& in casibus,qui habentur in au-
thẽ.res quæ.C.commun.de legat. & in causa alimentorum
per Bar.& commuuiter Docto.d.auth.res,& vt ex causa do
tis,& donationis propter nuptias,quæ est causa necessaria,
112 † ita ex causa carcerationis filij ex delicto hæres grauatus
posset dicta bona alienare pro redẽptione filij,cum sit causa
necessaria,& vna & eadẽ ratio,quæ est in dote,& donatione,
113 † &,vbi quis esset captus,& carceratus pro delicto, tunc be-
ne põt alienare,& tunc est ꝓmissa alienatio.per Bar.d.authẽ.
res quæ,per Alex.d.§.res quę,vbi multos casus enumerat,in
quibus vr̃ permissa alienatio bonorum restitutiõi subiecto-
114 rum,sequitur Ludo.Rom.consil.337.† vbi licet res subie-
ctæ restitutioni põssint pro dote restituẽda obligari, tamen
cum grauatus recepit fructus ascẽdẽtes ad restitutionẽ,tunc
non possunt alienari pro ipsa dote restituẽda. l. mulier.§.cũ
proponeretur.ff ad Treb.idẽ Rom consil.233.Paul.de Cast.
cons.17.apostill.ad Bar.d.§.res quæ vbi an prohibitus aliena
115 re,posit ĩ casu necessitatis,& quæ dicitur necessitas,† & an,
& quando sit quis condemnatus pro maleficio dicatur ne-
116 cessitas.& Apostil.ad Alexand.d.§.res quæ,† & Papa in ca-
su necessitatis,si necessitas sit probabilis, bona ecclesiarum
inferiorum alienare põt,licet causa necessitatis ditandi suos
consanguineos,& familiares, uel aliàs sine causa rationabili
non possit.per Archidia.Bald.Dom.Bellamer.de Turre cre
ma.& omnes alios in cap.non liceat,12.quæstio.2. tenent, ꝙ
non possit,pro qua conclusione Bald.in l.fin.C.de bon.quæ
lib.& Fely.in cap.ad audiẽtiam.de præscrip.Paul.de Castr. in
consi.414.qui videantur,adducunt solidissima fundamenta;
117 Et Papæ asserẽti causam † necessitatis,creditur. per Abb. in
cap.cum ueniissent,de iud.& Alexã consil.primo, libro 2.&
Aegid.d.cap.non liceat.Et licet in tex.in cap.non liceat,10.q.
2.habeatur, ꝙ Papa non põt alienare pro aliqua necessitate,
118 † tñ omnes admittunt, ꝙ Papa possit tam ex causa necessita
tis,quàm alia alienare.Bald.in l.fin.C.de bon.quæ lib.& om
nis Papæ alienatio indistinctè sustinetur, modò ex ea scanda
lum non proueniat.per Aegid.consil.12.Felyn.cap. ad audiẽ
tiam,1.& 2.colum.de præscrip. quod ex eo comprobatur,
119 quia Princeps secularis ex causa põt rẽ priuati auferre, † &
alienare,l.Lutius.ff.de euictio.quod est multò magis admit
120 tẽdum in Papa, † qui est dominus omnium rerum ecclesia-
rum,adeò ꝙ eas alienãdo potius dicatur disponere in p ræiu-
ditium ecclesiarum super vsu,quàm super dominio,& iõ de
reb.ecclesiarum inferiorũ disponere põt.per Paul.de Castr.
121 consil.114.colum.2.libro primo,† &, si Papa asserit se aliena
re bona ecclesiarum ex causa necessitatis,non põt reuocari
in dubium, an causa sit vera, ex quo Papæ asserẽti creditur.
Abb.d.cap.cum ueniss̃et.Alex.cons.1.lib.2.quod quidẽ cõ-
122 probatur communi omnium sn̄ia,† ꝙ in his, quæ sunt iuris
positiui,si Papa contrarium disponat ex causa, statur Papę
causam asserẽti.per Dec.post alios.cap.quæ in ecclesiarum,
colum.antepen.de constitu.quod maximè procedit, quãdo
alienatio non est talis,quæ tẽdat in scandalum ecclesiæ.per
Felyn. d.cap. ad audientiam, & maxime ẽt quando cã esset
123 notoria,† quia super notorio iudex põt ex se animum suũ
informare.Bald.in l.1.colum.2.vbi aduoca.& pro suis, sedis
Apostolicæ, ac vniuersalis ecclesiæ necessitatibus Papa be-
ne

Source : BIU Cujas

124 ne poteſt bona inferiorum eccleſiarum alienare. † nec ex alienatione facta in ſubuentionem eccleſiæ uniuerſalis per Papam, eccleſia inferior ſe læſam dicere poteſt; quia, ſi Papa poteſt in ſubuentionem alterius eccleſiæ indigentis rē vnius alteri applicare, Dom. Anton. Abba. & alij. cap. conſtitutus. de relig. dom. multò magis dicendum eſt poſſe applicare ne ceſſitatibus eccleſiæ uniuerſalis, ita arguendo dicit Paul. de Caſt. conſil. 414. nerſ. præterea, colum. 2. pro quo eſt conſide
125 randum, ꝙ eccleſiæ inferiores habēt bona † vti Deo dicata per fidelium oblationes, cap. futuram. 12. quæſt. 1. Inno. cap. cum ſuper. de cauſ. poſſ. vnde ab initio quo acquirūtur, ſunt
126 affecta vt neceſsitati inſeruiāt eccleſiæ, cuius Papa, † vt Chriſti Vicarius eſt capnt, & quod ipſe facit, ab ipſo domino factum uidetur; cap. inter corporalia, de transla. præla. Præpoſ. in cap. tuas, de ſponſa. Pariſ. conſ. 68. li. 4. & ideò, ſi contingat alienari, non poteſt dici eccleſia læſa, cum bona hac lege affecta habuerit in ipſa primaria acquiſitione, Iaſ. in l. ſi contra
127 iuris, §. ſi filius, colum. 2. ff. de pact † Et in hac materia, ſi eccleſia, uel locus pius ſit in tanta conſtitutus neceſsitate debitorum, ꝙ non poteſt deliberare, niſi per laicos, quid hoc caſu ſit agēdum uide per Archidiaco. 88. diſtin. cap. iudicatum.
128 Alber. in authen. hoc ius, C. de ſacroſanct. eccl. † Et nota, ꝙ in caſu alienationis factæ ſine ſolennitate ob urgentē neceſſitatem, Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. 4. col. putat, ꝙ ex poſt de neceſſitate ſit facienda ratificatio ſolenniter. iuxtà in l. Pōponius. no. ff. de neg. geſt. refert, & approbat Iaſ. ibidem. col. 8. nerſ. tertiò limita.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitatis cauſa tam de iure ciuili, quàm canonico res eccleſiæ poteſt diſtrahi.*
2 *Eccleſia non debet cum aliena iactura locupletari.*
3 *Ad hoc, ne eccleſia cùm aliena locupletetur iactura, æquum eſt, quòd reddat.*
4 *Prælatus, qui alienauit malè, & ſit pauper, habetur recurſus contrà eccleſiam factam locupletiorem.*
5 *Conductores rei eccleſiæ habent actionem ad repetendum prętium, ſi fuerint in bona fide.*
6 *Eccleſia, quæ uendicat res permutatas, debet & ipſa reſtituere, quæ habuit.*
7 *Eccleſia debet tantùm iuſtum prætium recipere, licet plus eidem offeratur.*
8 *Contrahentes poſſunt ſe inuicem decipere.*
9 *Eccleſia in ſuis contractibus non debet dolum facere.*
10 *Eccleſia ſicut in damno morari non debet, ita nec in lucro.*
11 *Emptor bonæ fidei repetit prætium ab alienante, non ab eccleſia, niſi in defectum.*
12 *Eccleſia ſufficit, quòd conſeruetur indemnis.*
13 *Eccleſia ſemper intelligitur facta locupletior, quando non eſt facta pauperior, & 28.*
14 *Contractus non vtiliter geſtus forma ſeruata tenet, ſed poteſt reuocari.*
15 *Res eccleſiæ quando alienantur gratia utilitatis, debent cum utilitate diſtrahi.*
16 *Vſusfructus rerum immobilium eccleſiæ qualiter concedi poſſit.*
17 *Res eccleſiæ alienatur propter utilitatem, non obſtante prohibitione de non alienando.*
18 *Res eccleſiæ Hieroſolimorum alienantur ex cauſa utilitatis pro emendis reditibus melioribus.*
19 *Epiſcopus non poteſt uendere uel donare res eccleſiæ, niſi vt meliora proſpiciat. & 21.*
20 *Meliora ſunt, quæ ſunt utilia.*
22 *Res eccleſiæ alienari non poteſt, niſi pro vtilitate ipſius.*
23 *Alienatio rerum eccleſiæ eſt conceſſa, ſi adſit vtilitas eccleſiæ.*
24 *Sufficit, quòd alterum interueniat, ſcilicet aut utilitas, aut neceſſitas.*
25 *Seruum eccleſiæ alienans tenetur ad duplum.*
26 *Eccleſia ſi faciat negotium, ex quo ſperetur utilitas, immobilia poterunt alienari. & utiliter cęptum eſſe ſufficit, licet non ſit ſequutus effectus.*
27 *Contractus tenet, ſi inde eccleſia non fuit neque locupletata, nec damnificata.*
29 *Profuturum eſſe ſufficit communi opinione canoniſtarum, licet contrarium eueniat. 31.*
30 *Bene geſtum ſufficit à principio.*
32 *Læſione probata datur reſtitutio in integrum.*
33 *Fraus ſolet irritare contractum.*
34 *Verbum, eligat & proſpiciat, intelligitur quantum in ſe eſt.*
35 *Si alienatio fiat ex cauſa neceſſaria, ſufficit, quòd utiliter ſit res cępta.*
36 *Pupillus negotiorum geſtoris facto non obligatur, niſi quatenus factus eſt locupletior.*
37 *Eccleſiæ ſatis cautum eſt, quòd probata læſione reſtituatur.*
38 *Eccleſia reſtituitur probata læſione.*
39 *De forma alienationis eſt, quòd cum capitulo tractet, & deinde alienat.*
40 *Alienatio tenet, dummodò forma ſeruetur, etiam ſi fiat in caſu non conceſſo.*
41 *Res neceſſaria ſi agitur, ſufficit, quòd utiliter cępta ſit, qualemcunque exitum habeat, ſecus ſi agatur res utilis tantùm: & quadrageſimoſecundo.*
43 *Contractus, in quo eccleſia non fuit, nec locupletata, nec damnificata, ualet.*
44 *Eo ipſo, quòd eccleſia non reperitur pauperior facta intelligitur locupletari.*
45 *Alienatio ſi facta ex cauſa neceſſitatis fuerit, ſufficit, quòd eccleſia non patiatur damnum.*
46 *Secus ſi ex cauſa utilitatis, tunc enim oportet, quòd utilitas ſequatur.*
47 *Contractus, ſi celebratur in caſu licito apparenter, licet non exiſtenter, ualet. ſed datur reſtitutio.*
48 *Si uero in caſu non licito, nec apparenter, nec exiſtenter, nullus eſt.*
49 *Ad contractus alienationis ualiditatem ſufficit contractum fieri ad utilitatem eccleſiæ attento fine, & ſic ſufficit cauſa putatiua.*
50 *Prætium rei uenditæ debet eſſe uerſum in utilitatem eccleſiæ.*
51 *Emptor debet eſſe curioſus, ut prætium uertatur in utilitatem eccleſiæ.*
52 *Neceſſe tamen non eſt, quòd duret uerſum.*
53 *Emptorem ſcire non oportet, ad quem uſum pecunia conuertatur.*
54 *Vtilitas iudicanda eſt arbitrio boni uiri.*
55 *Iure cautum non reperitur emptorem debere aſſicurari de utilitate.*
56 *Quando dicatur conuerti in utilitatem eccleſiæ, & numero quinquageſimo octauo.*
58 *Vtilitas uera non eſt, quando datur in feudum, licet retineatur homagium.*
59 *Aduerſa fortuna attendi non debet.*
60 *Contractus tempus attenditur.*
61 *Duobus modis quid dicitur conuerti in utilitatem eccleſiæ, & numero 62.*
63 *Eccleſiæ res pro utilioribus poſſunt alienari.*
64 *Prætium ſuccedit in locum rei eccleſiæ.*
65 *Inſtrumento non creditur, quòd ſit factum eum utilitate eccleſiæ.*
66 *Papæ uerbis non ſtatur, dicentis ſe alienaſſe ſuis conſanguineis ex cauſa neceſſitatis.*
67 *Vtilitatis cauſa factum non præſumitur niſi probetur.*
68 *Vtilitas non præſumitur, etiam ſi partes confiteantur eſſe utile eccleſiæ.*
69 *Eadem facilitate qua partes actum conficiunt, confiterentur utile eſſe eccleſiæ.*
70 *In probando uerſum non ſufficit probatio per confeſſionem Prælati etiā per ſcripturam publicam factam.*
71 *Prælatus prodigus poſſet confiteri pecuniam uerſam eſſe, quæ non eſſet.*
72 *Contractus, in dubio, an præſumatur utilis eccleſiæ.*
73 *Feudum ſi apertum ſit, præſumitur, quòd contractus utilis ſit.*
74 *Vtilitas præſumitur, ſi interuenit conſenſus prælati, & capituli.*
75 *Decreti interpoſitio facit præſumptionem pro utilitate eccleſiæ.*
76 *Contractus in dubio præſumitur factus in utilitatem eccleſiæ.*
77 *Decretum ſuperioris facit, quòd actus utiliter geſtus præſumatur.*
78 *Inſtrumentum licet dicat, quòd alienatio ob utilitatem facta ſit, non tamē probat.*
79 *Alienatio ualet ſi alienans proſpiciat meliora, quoad ipſum, & communi opinione ſit profutura.*
80 *Intentio iuris eſt prouidere, ne eccleſia damnificetur.*
81 *Vtilia ſunt quando meliora.*
82 *Hodie clarum eſt, an quælibet utilitas ſufficiat, & numero octuageſimotertio.*
84 *Verbum, euidens, oſtendit id, quod eſt manifeſtum.*
85 *Euidens proprie dicitur, quod ſemel factum ſemper durat.*
86 *Manifeſtum dicitur illud, quod non durat in appareuti, ſed tamen poteſt probari de facili.*
87 *Euidentiſſime illud dicitur apparere, quod conſtat per inſtrumentum publicum, uel per tres teſtes, uel duos multum excellentes, & numero 88.*
89 *Reſcripta ſuper alienationibus rerum eccleſiæ emanant cum clauſula, ſi in euidentem &c.*
90 *Reſcriptorum concluſio eſt, quòd ordinario, ut conſtito ſibi &c.*
91 *Licentia uendendi bona eccleſiæ datur per breue.*
92 *Quod breue fit ſupplicatione introcluſa, uel in forma, dilectus, quando uælor non excedit centum ducatos, aut annuus cenſus quinque ducatos.*
93 *Titulus prælati, cui committitur cognitio, debet exprimi.*
94 *Clauſula, ſi in euidentem, ſi non eſt appoſita, debet poni in pede ſupplicationis per referendarium.*
95 *Quando conceditur licentia alienandi pro reparatione eccleſiæ, ſupplicatio conſueuit proponi in ſignatura.*
96 *In licētia huiuſmodi concedenda ſolet fieri difficultas propter diminutionem dotis.*

Licen-

Source : BIU Cujas.

97 Licentia uendendi res immobiles ecclesiæ per triplicem uiam conceditur.
98 Licentia per breue supplicatione inclusa non solet concedi, nisi ad ualorem centum ducatorum.
99 Licentiæ huiusmodi fiunt cum clausula, si tibi constiterit &c.
100 Licentiæ istæ frequentius hodie expediuntur per pœnitentiariam.
101 Necessitas debet esse ecclesiæ, non personæ.
102 Necessitas est, quando ecclesia pateretur defectum ornamentorum.
103 Beneficiatus ære alieno grauatus potest satisfacere de fructibus, non tamen alienare bona ecclesiæ.
104 Licentia de vendendo quandoque conceditur per literas camerales.
105 Licentiæ aliàs conceßæ nunc sunt reuocatæ motu proprio Sanctissimi D. N. Pij V.
106 Valor rei si excedit centum ducatos, uel reditus quinque, non datur licẽtia per breue.
107 Prætium rei secundùm reditum consideratur.
108 Quod conducitur, uel locatur communiter quinquaginta ducatis, Romæ dicitur ualere mille.
109 Ratio omnium, quæ à maioribus tradita sunt, reddi non potest.
110 Quinque aurei habentur pro parua summa.
111 Suppletio defectuum deleri debet.
112 Licentia alienandi debet esse in forma prætiosa, non autem generalis.
113 Episcopus malè facit concedendo rem minus damnosam alienari.
114 Ratio quare non ualeat licentia generalis de alienando.
115 Licentia, vt possit prælatus alienare hinc ad tres annos, non valet.
116 Alienatio rei ecclesiæ requirit iustam causam, tractatum, & authoritatem superiorum.
117 Dos ecclesiæ, siue hospitalis primæua difficilius alienatur, quàm relicta fidelium oblationibus, & num. 118.
119 Licentia generalis potest se legitimè ad causam perpetuam referre.
120 Licentia alienandi generaliter conceßa non ualet.
121 Res magni momenti non debet alienari pro paruo debito.
122 Licentia alienandi spetialiter impetrari debet.
123 Licentia spetialis dicitur quando est expressa.
124 Papam scire oportet de quibus rebus licentia sit concedenda.
125 Licentia expedita vulgo appellatur, si in euidenti.
126 Pauli 2. extat constitutio pro animaduertendo circa alienationes rerũ ecclesiæ.
127 Quando aliquid qualificatum requiritur non sufficit illud simpliciter interuenire.
128 Defectus euidens vbi requiritur, non sufficit defectus, nisi sit euidens.
129 Vtilitas euidens est, super qua dubitari non potest, quin sit profutura.
130 Vtilitas aliter apparere debet quàm per scripturam publicam.
131 Euidens id dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest, & numero 132.
133 Euidens est, quod absolutè est tale, non quod respectiuè.
134 Vtile respectiuè absolute est utile, & è contra.
135 Res minus vtiles alienantur pro utilioribus de consensu capituli.
136 Vtile accipitur dupliciter, scilicet, absolute & respectiue.
137 Tempus alienationis consideratur ad utilitatem considerandam, & numero 141.
138 Æstimatio constituitur non ex præterito tempore, sed ex præsenti. 139.
140 Permutatio licet sit cum ecclesiæ utilitate faciendæ, tamen sufficit, quòd ecclesia non sit damnificata.
142 Res permutata si efficeretur deterior, ecclesia non potest dicere se læsam, ergo nec si efficeretur melior.
143 Tempus contractus est inspiciendum.
144 Petere non debet quis id, cuius contrarium non esset periturus.
145 Valor rei qualiter per testem probetur.
146 Iudex debet mittere duos bonos æstimatores ad faciendam æstimationem.
147 Prætium præsentis temporis attenditur, si non constat de præterito.
148 Præsumitur de præsenti in præteritum.
149 Arguitur ex præterito ad præsens.
150 Si venditio minus iusto prætio facta sit, an per emptorem suppleri possit.
151 Res in dubio præsumitur tantum ualere; quantum est in æstimo communis.
152 Valor rei qualiter probetur, & articuletur.
153 Res parui ualoris dicitur respectu mali uicini.
154 Æqualitas est seruanda.
155 Si probatum fuerit, quòd alienatio non sit in utilitatem ecclesiæ, ea corruit.
156 Ecclesia utitur iure minoris.
157 Si iusta causa alienandi non subest, datur ecclesiæ rei uendicatio contra possidentem.
15 Vtilitas ecclesiæ præsumitur, sed tamen potest contrarium probari.
159 Concessio in emphyteusim à Papa confirmata retractatur, si apparet facta in læsionem.
160 Acta reuocantur, si narrata in supplicatione non uerificentur.
161 Alienata reuocantur data læsione non obstante decreto, & informatione.
162 Decretum, & causæ cognitio faciunt præsumi omnia solemniter acta, & 163.
164 Sacrilegij instar est dubitare, an principi liceat cum causa confirmare.
165 Papa potest aliqua bona ecclesiæ alicui donare, & præsumitur iusta causa motus.
166 Defectus causæ finalis uitiat rescriptum.
167 Vtilitas est causa finalis rescripti.
168 Causæ defectu probato contractus nullus redditur.
169 Vtilitas qualis qualis non sufficit, sed debet esse euidens.
170 Vtilitas resultat, tam ex æstimatione rei sine qualitate, quàm ex redituum quantitate.
171 Valor rei probatur non tam ex qualitate rei, quàm fructuum modo.
172 Vtilitas non intelligitur si detur res æquiualens ecclesiæ, quia debet esse maior.
173 Eo ipso, quòd datur res æquiualentis prætij, tunc dicitur constare de damno.
174 Alienatio tendens in utilitatem ecclesiæ potest fieri absque aliqua solemnitate.
175 Liberatio pupilli facta sine tutore ualet.
176 Pupillus habet idoneam personam, quando agitur de eius fauore.
177 Transactio utilis alimentario valet inconsulto prætore.
178 Venditio ualet, si utilitatem manifestam pupilli, uel ecclesiæ continet.
179 Authoritas superioris ex interuallo potest interponi, quando alienatio utilis est ecclesiæ.
180 Stante statuto, quòd certa solennitas debeat interuenire: si contractus utilis est, valebit etiam non interueniente solennitate, & numero 181.
182 Vtilitas ecclesiæ si adest, solennitas etiam ex postfacto interuenire potest.
183 Alienatione prohibita non intelligitur illa prohibita, quæ fit in illorum fauorem, quorum causa fuit facta prohibitio, & num. 200.
184 Statuti prohibitio non extenditur ad casum, in quo alienatio est utilis ecclesiæ.
185 Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem factam in utilitatem ecclesiæ.
186 Alienatio rei minoris, uel ecclesiæ ualet, quando continet manifestam eorum utilitatem.
187 Contractus cum carcerato actus non ualet, nisi factus sit ad illius utilitatem.
188 Iuramentum ex uerisimili mente iurantis non continet minima.
189 Iuramentum non est iniquitatis uinculum.
190 Iuramento non obstante potest prælatus res ecclesiæ alienare ex causa utilitatis.
191 Iuramentum de non alienando non astringit in casu necessitatis ecclesiæ.
192 Necessitas, & utilitas æquiparantur à iure.
193 Contractus si nullus est ob non seruatam formam, si utilis est, potest ab Episcopo uel rectore approbari, uel non approbari, potest enim ecclesia ratificare, 194. & 197.
195 Statuti prohibitio non extenditur ad casum utilitatis ecclesiæ.
196 In alienationibus huiusmodi formaliter requiruntur solennitas, & iusta causa.
198 Hodie contractus ualere non potest inconsulto Romano Põtifice, uide tamen, quæ ibi dicantur num. 199. & 200.
201 Statutum prohibens aliquid fieri, nisi cum certa solemnitate, limitatur, nisi contractus sit utilis.
202 Necessitatis, & utilitatis causa in materia alienationis pari passu procedunt, & æquiparantur.
203 Iuramentum non debet esse uinculum iniquitatis.
204 Alienatio si constat facta in euidentem utilitatem, ualet, sicuti transactio alimentorum, absque solemnitate facta.
205 Alienatio non ualet, nisi seruata forma in casu licito.
206 Alienatio facta sine superioris authoritate, etiam si ecclesiæ utilis sit, est nulla.
207 Item nulla est, si fiat cum solemnitate in casu non licito.
208 Si in alimentorum præstatione solemnitas sit omissa, actus est nullus.
209 Forma dat esse rei
210 Ecclesia tenetur de eo, & pro eo, quod est uersum in utilitatem suam.
211 Mutuum factum ecclesiæ si uersum sit ad illius utilitatem, locus est repetitioni.
212 Sed quid in alijs contractibus, an debeat esse uersum in ecclesiæ utilitatẽ, & repetitioni sit locus?
213 Soluens si bene tutus esse uelit, debet de ordinarij superioris authoritate soluere.
214 Soluens ecclesiæ liberatur quidem, sed ecclesia restituitur, si pecunia non conuertatur in utilitatem ipsius.
215 Solutio si facta sit alicui recipienti pro ecclesia, & pecunia salua sit, ecclesiæ soluens tutus est exceptione doli.
216 Versum in utilitatem ecclesiæ quomodo dicatur, & quomodo probetur.

Rubri-

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

Rubrica 19.

De causa vtilitatis.

ALia quoque causa, propter q̃ est permissa alienatio rei ecclesiasticæ, est causa vtilitatis: qa
1 ꝓpter vtilitatem, quam recipit, † & recipere põt ecclesia, est permissum tam de iure ciuili, quàm canonico, vt res ecclesiæ aliàs distrahi, & alienari prohibitæ possint benè alienari, licet videatur contrarium; quia videtur esse satis, ꝙ ecclesia damnum non patiatur, uel in aliquo non damni
2 ficetur, & ꝙ conseruetur indemnis absque damno, aut lęsione aliqua, † non debet enim ecclesia locupletari cum aliena iactura; videretur enim capere contra conscientiam illud, quod plus caperet, & teneretur restituere saltem de æquitate, dicit optime gl. in l. iubemus. C. de sacrosanc. eccle. in verbo acquirant, ibi, † sic ergo ecclesia locupletatur cum aliena
3 iactura; vnde æquum est, ꝙ reddat; vbi id videtur tenere glo. de æquitate, licet ad hoc ciuilis non competat actio, vt ibi p̃ eum, & per Barthol. in authen. qui res. C. eo. vbi dicit, quòd
4 † si prælatus, qui male alienauit res ecclesiæ, puta non seruata forma, & in casu non licito, sit pauper, nihil habeatque, & contrà illum emptor, vel conductor fuit in bona fide, & ex eo contractu ecclesia sit facta locupletior, eo casu habet recursum contrà ecclesiam; quia non debet esse facta locupletior cum damno illius, allegat ad hoc Barto. bonam glo. quã dicit, ꝙ omnes Canonistæ sequuntur, in cap. ad audientiam. extr. de reb. eccl. non alien. in glo. in verbo refundendam; q̃
5 dicit, ꝙ conductores † habent actionem ad repetendam pecuniam, uel prętium, si fuerunt in bona fide, & subdit Bart. id intellige verum quando contrahens erat bonæ fidei in veritate, aliàs non haberet regressum contrà ecclesiam, nec ꝙtrà iconomum; & dicit Bartol. secundùm hoc uidi fieri pluries, † cùm quidam homines permutassent cum quadam ec-
6 clesia non seruata forma iuris & ecclesia postea uendicaret, quæ alienauit, dixi ꝙ debebat restituere & ipsum idẽ, quod accepit, si haberet &c. vt vbi per eum, & dicit glo. in cap. hoc
7 ius, duodecima. q. 2. in verbo vt plus, † ꝙ, si quis offert venditori rei ecclesiasticæ plus, quàm res valet, tunc ecclesia habet tantum iustum prętium recipere; licet lex dicat, ꝙ contrahentes possunt se inuicem fallere. l. in causa. ff. de minor.
8 † sed ecclesia in suis contractibus non debet dolum facere.
9 † cap. per tuas. extr. de donatio. per Ioann. de Lignano in capitu. si quis. de reb. eccles. alien. & in c. per tuas. in fin. de donatio. faciunt dicta per Lauren. de Rodulp. in reperitio. cap. fine exceptione, duodecima. q. 2. q. 46. facit quod habetur p̃ glo. in cap primo, extr. de in integr. restit. in glo. fi. quæ dicit, ꝙ ab utraque parte habet peti restitutio acceptorum hinc in
10 de; quia sicut ecclesia in damno morari non debet, † ita nec in lucro in casu restitutionis in integrum, l. vna. C. de repud. ff. de minor. l. quod si minor. §. restitutio. Idem habetur per Abba. in cap. si quis, de reb. eccle. non alien. in fin. ibi, si verò emptor fuit in bona fide, repetit prætium à malè alienante,
11 non autem † ab ecclesia, nisi in defectum, puta quia si prælatus non est soluendo, agit contra ecclesiam, quatenus est effecta locupletior ex illo prętio, argum. cap. 1. ext. de depos. vt ibi per eum, & habetur in glo. in cap. fine exceptione. 12. quæst. 2. in glo. in verbo profuturum, † ꝙ sufficit, vt ecclesia
12 in contractibus conseruetur sine damno; nec est opus sem-
13 per, † ꝙ fiat locupletior; sed satis est, ꝙ nõ deterioretur eius conditio, uel ꝙ non fiat pauperior, & quia semper intelligit facta esse locupletior, quando non est facta pauperior, vt per glo. ibi, & dicit Innoc. in cap. 1. extr. de depos. in princi. quòd
14 immo, † etiam si non utiliter contrahat ecclesia, contractus tenet, dummodò forma à canone tradita sit seruata, licet reuocari possit per restitutionem in integrum. l. si quid. C. de prædi. minor. c. 1. de in integ. restit. & quòd habeat fieri alienatio cum vtilitate, & pro vtilitate.

Sed istis non obstantibus, quæ intelligi habent in terminis in quibus loquuntur, & vt loquitur glo in d. ca. fine excepti-
15 one, † res ecclesiæ, si distrahũtur, uel alienantur, debẽt distrahi, & alienari cum vtilitate ecclesiæ, quando causa vtilitatis sit alienatio, tã ex dispõne iuris ciuilis, q̃ canonũ authoritate; vt primò est tex. in l. iubemus. circa fin. C. de sacrosan.
16 eccle. ibi † vlusfructus rerum immobilium ecclesiæ, & piorum locorum conceditur cuilibet, qui det rem in proprietatem cum tantundem fructuum responsione, mox & cũ pacto de retrouendendo cum vsufructu, uel post mortem accipientis, uel post tempus, seu terminum conuentum. §. si verò aliquis, auth. eo. idem hr̃ in auth. de non alien. aut permutan. §. hæc igitur increpans, & in text. in auth. de alien. & emphyteu. §. si verò aliquis quãl bet rem immobilẽ, &c. & §. si
17 vero qs uoluerit rẽ &c. cir. à fi. auth. † vbi non obstãte prohibitione de non alienãdo res ecclesiæ, pro utilitate, & in casu vtilitatis permittitur, ꝙ possit alienari vsusfructus rei ecclesiæ, & hr̃ in auth. de alien, & emphyteu. in corpore. §. sanctissimas verò, ꝙ ex causa † utilitatis, & pro emendis reditibus
18 melioribus, & utilioribus, est licitum ecclesiæ Hierosolimorum alienare res suas pro tanto prætio, quantum de possessionibus annuis exigit in annis quinquaginta, ideſt pro annatis, vt ego puto quinquaginta, ibi, & hoc autem cõcedimus, vt Hierosolimorum sanctissima ecclesia licentiam habeat domos competentes ei, & positas in eadem sanctissima Ciuitate uendere non minori p̃tio, q̃ de pensionibus eius in quaginta annis colligitur, vt ex eorũ prętio reditus meliores
19 emat, & hr̃ in tex. in c. fine exceptione, 12. q. 2. † ꝙ Episcopus non põt vendere, uel donare aliquid de rebus ecclesiæ, nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat; ubi Lauren. de Rodul. in sua repe. dicit, ꝙ Doctores exponunt uerba meliora perspiciat, ideſt utilia; ex quo nota inquit, quòd
20 sunt vtilia, † quando meliora, sed non possunt esse meliora, nisi vbi minus utile uendat, quia utile dicitur, quòd meliorem facit, & deteriorem esse non sinit, l. quod dicitur, §. fin. ff. de impens. in re dota. fact. cum. l. seq. l. impensæ. ff. de verb. sign. itẽ legitur in tex. in c. tua nuper. ext. de his,
21 quæ fiu. à præl. fine conten. ibi. ne quis episcopus † de reb. ecclesiæ donare, permutare, uel uendere audeat, nisi faciat, ut meliora prospiciat, eadem litera habetur in c. cum apostolica, de his quæ fiu à præla. & c. dicit glo. in cap. nulli liceat. ext. de reb. eccl. non alien. in verbo alienare, non licet inquit alie
22 nare, † nisi pro utilitate ecclesiæ, d. cap. fine exceptione & c. Idem habetur in tex. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. ubi
23 alienatio rerum † ecclesiæ est concessa, si adsit vtilitas ecclesiæ, in tex ibi, præsertim cum euidens necessitas, quare id deberet fieri, uel utilitas nõ subesset. Itẽ legitur in text. in clem. 1. eod. tit. nostro. ibi, nisi necessitas, aut vtilitas monasterij, ecclesiæ, uel prioratus hoc exposcat ubi glo. in verbo, necessitas, declarando tex. inquit, sufficit alterum istorum interue-
24 nire, † uidelicet vtilitas, aut necessitas, & ista duo inquit ꝙ quiparantur, similiter idem habetur, in tex. in extraua. ambitiosæ extraua. commu eod. tit. ibi, præterquam in casibus à iure expressis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc ecclesiarũ euidenti utilitate, &
25 tex. in c. episcopus, duodecima. q. 2. habetur, † ꝙ qui alienat seruum ecclesiæ, tenẽt ad duplũ ecclesiæ, & eidẽ duos seruos eiusdem meriti recompẽsare, per rõnem, quam assignat ibi gl. in uerbo patrocinio. quæ est glo. 1. & adeò est verum, ꝙ ꝓ utilitate res ecclesiæ alienant̃, ꝙ si ecclesia faciat aliquod
26 negotium † à quo speretur, uel expectari possit utilitas, tali casu alienant̃ẽt stabilia, vt vidẽtur dicere Ang. & gl. in auth. de non alien. § si. n. col. 2, in verbo consistẽte, ubi dicunt, ꝙ bona ecclesię immobilia possunt alienari pro emẽdis bobus pro laboritio, & cultura. Per hæc igitur satis vr̃ apertum, iura uoluisse, ꝙ cã utilitatis sit cã potissima ad alienandum res ecclesiæ, sed glo. in d. ca fine exceptione. mouet in hac materia dubium, qũo alienatio intelligat̃ utilis ecclesiæ, & cũ utilitate, an uidelicet sufficiat, ꝙ vtiliter cœpta sit, licet non sit in
27 de sequutus effectus utilitatis, ut. ff. de nego gest. l. sed an ultro, & respondet, ꝙ non; quia, cum ecclesiam comparemus pupillo, non debet sufficere rẽ esse cœptam utiliter, nisi ecclesia sit facta locupletior. ff. de nego. gest. l. si pupilli. in prin. nisi ita sit, ꝙ illa res naturaliter, uel terrę motu perierit, ut. ff.
28 de minor. l. uerum. §. si locupleti, † &, si ex illo contractu ecclesia uon est nec locupletata, nec damnificata, contractus tenet, quia sufficit nihil ad læsionẽ domus factum fuisse, † nã, cum ecclesia nõ est facta pauperior, tunc facta intelligit̃ locupletior l. pupillo. ff. de solutio. idẽ dicit gl. in c. tua. de his, quæ fiu. à præl. ubi est eadẽ litera in uerbo dubium, vbi decla
29 rat uerbum illud dubium † profuturum, ꝙ sufficit, non esse dubium, ut sit profuturũ communi opinione canonicorũ, uel probabili iuditio, licet forte secus contingat. d. l uerum, §. si locupleti, subdẽs, & intelligo non sit dubiũ, quantum ad
199 quia dicta extrauagans fuit facta † in fauorem eccleſiæ, & non contra eccleſiam? unde non debet in odium,uel in dānum eccleſię interpretari. Nec eſt dicendum,quòd Papa per illam uoluit præcludere uiam utilitatis eccleſiarū, ſed bene prouidere damnis,quia dicit Bal.ut ſuprà in l.quicunque.C.
200 de bon.quæ lib.† ȝ prohibita alienatione nunquam intelligitur prohibita illa,quæ fit in fauorem illorum, quorū cauſa,uel fauore fuit facta prohibitio; & per illud, quod dicit Barbat.ſuo conſ.60. quòd diſpoſitio ſtatuti, † uel legis pro-
201 hibens aliquid fieri, niſi cum certa ſolemnitate, ſemper recipit limitationem,niſi contractus ſit utilis; & per ea, quæ dicit Dec.d.conſ.142. ȝ diſpoſitio ſtatuti nō extenditur ad caſum,de quo agitur in conſ & alienatio fuit facta pro utilitate eccleſiæ, unde contractus poſſet bene claudicare in fauorem eccleſiæ. Et ȝ poſſit ratificari,& approbari, idē quoque puto poſſe dici in cauſa utilitatis, per ea quæ dico in cauſa neceſſitatis, per ea, quæ dico in cauſa neceſſitatis, ex
202 eo,† quia cauſa neceſſitatis,& utilitatis in materia alienationis pari paſſu procedant, & æquiparantur,per ea quæ, dicit Abb.in c.fi.de eccleſ.ædific. vel reparan.ubi dicit,ȝ quemadmodum iuramentum non ligat illum,qui iurauit nō alienare Papa in conſulto in caſu neceſſitatis,ita nec in caſu utilitatis eccleſiæ illam reſtringere debēt:vtilitas enim & neceſ
203 ſitas æquiparantur;† & iuramentum non habet eſſe uinculum iniquitatis; nec iuramentum eſt ſeruandum in damnū eccleſiæ;& uide quæ dico infrà in quæſtione de authoritate prælati in alienatione interponenda;& in qōne de cōſenſu. Hanc equidem opinionem Doctorum putarem vtilem, & proficuam eccleſiæ,quia,ſi adfuit utilitas, adfuit cauſa canonica, unde ualeret alienatio,etiam non ſeruata ſolemnitate à iure tradita;facit gl.in l.cum ij,§.eam tranſactionem.ff.de tranſac. quæ tenet, ȝ alienatio rei eccleſiæ valet, ſicut tran-
204 ſactio alimentorum † facta abſque ſolemnitate, quando conſtaret illam factam fuiſſe in euidentem utilitatem eccleſiæ; pro quo uide,quæ adduco infrà in quæſtione de ſolemnitatibus,& defectu caſus liciti,quia hic non eſt defectus caſus liciti,licet in reper.Fel. in uerbo alienatio.legatur,ȝ rerū eccleſiaſticarum alienatio non ualet.niſi ſeruata forma tradita à iure,& in caſu conceſſo; ubi ſubdit, quòd quàmuis in puncto iſto variæ fuerint opiniones in gloſſ. in ſumma 12.quæſtio.2.& in cap.ſine exceptione.Abb. & alij in capi. quæ in eccleſiarum. de conſtitu.tamen talis alienatio non
205 valet, † niſi ſeruata forma in caſu licito. Adduco pro

Source : BIU Cujas

ista opinione, quæ uera est, unum sim le pone, quòd sit fa-
206 cta alienatio rerum ecclesiasticarum † sine authoritate supe
rioris, quæ tamē sit utilis ipsi ecclesiæ, dico, ꝙ talis alienatio
est nulla per Bald. in l. fi. §. necessitatē, vers. ex p̄dictis dicimus.
207 C. de bon. q̄ lib. eodem mō, † si alienatio est facta cū solēnita
te in casu nō licito, d3 esse nulla per scribentes, in d. c. q̄ in ec
clesiarū; idē in simili tenet Bar. in l. cū ij, §. si prætor. ff. de trā-
208 sactio. ubi dicit † ꝙ, si in alimentis præstandis solemnitas sit
omissa, actus est nullus, etiam si illud, quod est actum, sit in
fauorem alimentandi; adde Abb. in cap. vt super, de reb. ec-
cles. non alien. 4. colum. Felyn. d. c. quæ in ecclesiarum, sentit
glo. in cap. 1. ne sede vacan. Paul. d. l. cum ij, §. eam; per Au-
gust. Bero. in cap. nulli, de reb. eccl. non alienan. colum. 22.
vers. sed ꝑ discussione, ubi dicit, ꝙ est de forma, vt adsit for-
209 ma, † & solemnitas; & forma dat esse rei, qua deficiēte sub-
stantia rei quoque perit.

Sed ego, vt in dictis quæstionibus, iudico, ꝙ sit bonum, & utius adhibere in huiusmodi contractu authoritatem, & consensum Papæ, & ista facere, ab eo obtento rescripto uel concessionis, uel confirmatio is, cum non sit reperire hodie, nisi cum difficultate, qui faciat manifestam utilitatem ecclesiæ, & qui procurant habere rem ab ecclesia, ut plurimum faciunt pro suo, non pro ecclesiæ commodo. Vnde in omnem euentum adhibeant talia cupiētes authoritatē.

210 Facit in materia, † quia ecclesia de eo, & pro eo, quod est uersum in utilitatem suam, tenetur, & remanet obligata ēt ex contractu non inito cum ecclesia, sed cum aliquo particulari de ecclesia, vt per tex. in cap. quibusdam. extr. de fide-iusso. vbi dicit Abb. tertio nota. nota ꝙ ex contractu inito
211 cum particulari non obligatur ecclesia † nisi quatenus esset uersio in utilitatem ecclesiæ & ex hoc nota, & ex text. ꝙ ex actu gesto cum particulari non habente mandatum ab ecclesia tenetur in quantum versum est in utilitatem eius &c. Et si mutuum factum ecclesię sit ad illius vtilitatem versum, est locus repetitioni, aliàs non, & propterea mutuans debet esse solicitus, vt mutuum in ecclesiæ utilitatem vertatur. ca. hoc ius porrectum. 10. q. 2. uers. & is creditur, cum similibus.
212 † Sed quid in alijs contractibus, puta uenditionis, locationis, & alijs consimilibus, an idem sit, ꝙ debeat esse conuersum in utilitatem ecclesiæ ad hoc, vt competat repetitio? In nocen. in cap. grauis. extr. de depos. Ioan. Andr. & Ioan. de Ligna. uidentur tenere ꝙ non, ubi subdit Inno. & alij prædicti, quòd ille qui soluit pecuniam, si vult bene esse tutus,
213 † soluere debet de authoritate ordinarij superioris, argu. l. ait prætor, §. 1. ff. de minor. l. sancimus, & l. pen. C. de admin.
214 tut. &, si sine superiore † soluit, liberatur soluens, sed ecclesia restituitur in integrum, si pecunia non conuertatur in utilitatem ipsius. l. prima. C. si aduers. vend. Sed in quibusdam casibus non credit ecclesiam restituendam, subdēs In-
215 nocen. ibidem, quod dicit esse plus, † quòd si quis alicui canonico, uel alij etiam recipienti pro ecclesia soluerit, & salua sit pecunia ecclesiæ, soluens tutus est exceptione doli. l. minores. ff. de admin. tuto. in alijs autem contractibus, uel uenditionibus non est opus tanta diligentia, & quæ sit ratio diuersitatis inter mutuum, & alios contractus ponitur per Paul. de Liaz. dicto loco, vbi etiam tractauit illud, de quo ꝑ Innoc in cap. quod quibusdam, de fideiussor. uidelicet, quo-
216 modo uertatur, † seu uerti possit in utilitatem ecclesiæ, & quomodo probetur uersum, hæc recitat Lauren. de Rodul. in sua repeti. c. sine exceptione. duodecima. quæstio. 2. & quę stio. 56.

SVMMARIVM.

1 *Pietate exigente ad rei ecclesiasticæ alienationem deueniri potest.*
2 *Captiuorum redemptio, & alimonia pauperum sunt exempla pietatis.*
3 *Ecclesia aurum non habet, vt illud conseruet, sed vt eroget in necessitatibus.*
4 *Custodire opus non est, quod nihil adiuuat.*
5 *Vasa uiuentium melius est seruare, quàm metalorum.*
6 *Sacramenta non quærunt aurum.*
7 *Enumerantur quatuor casus, quibus res ecclesiæ alienari possunt.*
8 *Serui ecclesiæ miserationis intuitu manumittuntur, modo non sit rusticum mancipium.*
9 *Vasa sacra alienari non possunt, nisi pro redemptione captiuorum.*
10 *Verisimile est Christum uelle prætium suarum rerum pro redemptione animarum fundi, & num. 17.*
11 *Obligatio uolente domino nalet.*
12 *Vasa sacra, quibus spiritualia ministrantur, causa existente pignorantur, hypothecantur, uenduntur, & alienantur.*
13 *Sacerdotes, si negligentes fuerint in uenditione uasorum pro alēdis paupertibus alusque hic enumeratis, increpantur.*
14 *Vasa sacra si alteri ecclesiæ uel personæ ecclesiasticæ uenduntur, in eadem forma, & figura traduntur, si laico confracta & conflata, & num. 22. & 24.*
15 *Vasa sacra in necessitate possunt ad tabernam obligari.*
16 *Res ecclesiæ pro redemptione possunt apud fœneratorem pignori obligari.*
18 *Res ecclesiæ sine rationabili causa non debent pignorari.*
19 *Vasa sacra secundum quosdam nec uendi, nec obligari possunt, quia res sacræ, sed creditor habet solam detentationem.*
20 *Post confractionem, uel conflationem non amplius uasa intelliguntur esse sacra, sed purum metallum.*
21 *Vasa confracta, & conflata si reintegrentur, de nouo debent conseruari.*
23 *Mystici poculi forma de ecclesia exire non debet.*
25 *Vasa sacra licitè alteri ecclesiæ uenduntur in eadem forma.*
26 *Confringere non sufficit, nisi quoque conflentur.*
27 *Consecratio, & vnctio consistit potius in superficie exteriori.*
28 *Per conflationem res desinit esse sacra, immo interimitur.*
29 *Ratio quare calix sacratus uendi potest, non autem ecclesia sacrata.*
30 *Consecratio maior in ecclesia adhibetur, quàm in calice.*
31 *Lapis prætiosus in calice consecratus à laico distrahi non potest.*
32 *Laici si uellent vasa consecrata non confracta, dari eis, non debent, & num. 43.*
33 *Hostes si uellent captiuos occidere, nisi dentur sibi vasa sacra, adhuc ei dari non debent.*
34 *Mala pro bono facienda non sunt.*
35 *Recipiens rem ecclesiæ ultrà modos à iure approbatos ius in ea non acquirit, & num. 44.*
36 *Prælatus causa pietatis potest concedere unam possessionem indigenti ad uitam suam.*
37 *Concessio ad uitam facta requirit solemnitatem.*
38 *Episcopus facit concessiones temporales sine capitulo.*
39 *In concessione spiritualium debet esse magna exactio.*
40 *Concessio temporalium potest fieri persolum prælatum, si fiat causa pietatis, uel remunerationis.*
41 *Alienatione prohibita non uidetur prohibita alienatio, quæ fit ad pias causas.*
42 *Ecclesia non tenetur redimere quoscunque captiuos.*
45 *Capi inter catholicos non propriè dicuntur captiui, nec ad illos redimendos tenetur ecclesia.*
46 *Parochianos proprios ecclesia tenetur repetere ubicunque sint.*
48 *Passio Iesu Christi fuit redemptio uiuorum, & mortuorum.*
49 *Captiui Christiani etiam durante bello redimi possunt.*
50 *Ecclesia non repetit pecunias impensas in redemptionem captiuorum.*
51 *Etiam si de hoc expressè protestata fuerit.*
52 *Redimens captiuos ab hostibus redemptionem repetit,*
53 *Redemptus ab ecclesia tenetur ad seruiendum illi.*
54 *Quid seruetur in ciuitate Neapolis circa repetendas pecunias impensas in redemptionem captiuorum.*
55 *Protestatio facta a soluente, qui soluere non tenebatur, saluat ius repetendi.*
56 *Priuata persona repetit, quod impendit in redemptionem captiuorum.*
57 *Ecclesia non repetit, sicut mater pro filio capto non repeteret.*
58 *Ecclesia sicut omnium nostrum, ita & captiuorum mater est.*
59 *Ratio quare ecclesia non repetit, priuatus verò sic.*
60 *Ecclesia tenetur in casu pietatis, quando aliter prouideri non potest.*
61 *Ecclesia etiam carceratos ratione delicti tenetur redimere, si iniustè condemnati fuerint.*
62 *Omnibus misericordia debetur, sed multò magis iusto.*
63 *Redimens pecunia condemnatum, ne corporaliter puniretur, piè agit.*
64 *Ecclesia potest iustè carceratum pro debito ciuili redimere.*
65 *Sub casu pietatis multa comprehenduntur.*
66 *Alienationis præcipua causa est, ne pauperes frigore, aut fame pereant.*
67 *Proprij parochiani non solum alimentandi, & redimendi sunt, sed etiã exteri.*
68 *Simulacra Dei uiuentia pauperes existimantur.*
69 *An pro redimendis his, qui propria culpa ad inopiam deducti carceribus mancipantur, res ecclesiarum alienari possint.*
70 *Alphonsi Regis Aragoniæ dictum, dum rogaretur, vt cuidam equiti subueniret, qui per luxum amplum patrimonium absumpserat.*
71 *Alienari possunt res ecclesiæ, etiam pro illis alendis, qui in paupertatem propria culpa inciderunt, item qui ob crimina carceribus mancipantur.*
72 *Ecclesiæ bona uendi possunt pro subuentione famæ perituri, quãuis propria culpa &c.*

Pium

73 *Pium non est bona ecclesiæ uendere pro redimendis sceleratis carceratis.*
74 *Reipublicæ interest delicta non remanere impunita.*
75 *Ecclesiæ bona alienari non possunt pro redimendis damnatis in triremibus.*
76 *Subuenire ei, qui sua culpa eget, indignum est, uel si suo uitio incidit in egestatem, &* num. 77.

Rubrica 20.

De causa pietatis.

ALia verò est causa pietatis, † qua exigente pari modo potest deueniri ad alienationem rei ecclesiasticæ; dicit glo. in summa, 12.q.2.& per Abb. in cap. nulli. de reb.eccle.non alienan.extr.quam ponit inter causas tertio loco,& glo.in summa prælegata ponit exemplum, videlicet quando sunt redimendi captiui, †& pro redemptione captiuorum, uel pro alendis pauperibus, uel alimonia pauperum, allegans tex.in c.aurum.duodecima.q.2. vbi habetur ℭ ecclesia non habet aurum, † ut illud conseruet, sed vt illud eroget,& subueniat in necessitatibus; quid est opus inquit tex.custodire,† quod nihil adiuuat? an ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo domini Asirij sustulerunt? nonne melius conflat sacerdos ℭ alimonia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quàm si sacrilegus cõtaminat,& asportat hostis? non ne dicturus dominus est, passus es tot inopes fame mori? certe habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam, cur tot captiui, in captiuitate ducti, nec redẽpti, ab hoste occisi sunt? melius fuerat,† vt uasa viuentiũ seruasses quàm metallorum. His non potes responsum referre; quid enim dices? timui, ne templo Dei ornatus deesset. respõdet, aurum, sacramenta non quærunt,† quia subdit text. nemo põt dicere, cur pauper uiuit, nemo potest quæri, quia captiui redempti sunt, nemo potest accusare, quia tẽplũ Dei est ædificatum, nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquijs spatia laxata sunt, per quem text. dicit glo. ibi in verbo in his,† ℭ in alimoniam pauperum, in redemptionem captiuorum, in ædificationem templi, aut in augmentationem cimiterij possunt vendi res sacræ ecclesiasticæ; & habetur in cap. sacrorum eisdem caus. & quæst. ℭ statuta sacrorum canonum permittant ministeria ecclesiæ uendi pro redemptione captiuorum. Idem habetur d. cap. sacrorũ. ℭ canonum statuta,& legalis permittit authoritas licitè res ecclesiasticas alienari. Item † miserationis,& intuitu ecclesiæ, serui ecclesiæ manumittũtur, modò non sit seruus rusticus, & rusticum mancipium, quod non alienatur per prælatum solum, sed cum solemnitate. authen. de non alienã. §. nos igitur. per Abb. in cap. nulli. de reb. eccle. & c. & habetur in ca. Apostolicos. eo. ℭ.† nisi pro redemptione captiuorum, nõ possunt uasa sacra alienari. in c. sicut. eod. caus. & quæst. habetur, ℭ sicut omninò graue est ecclesiastica ministeria uenũdare, sic iterum culpa est, imminente huiusmodi necessitate res maxime desolatæ eccclesiæ captiuis suis proponere, & in eorum redemptionem cessare. Idem habetur per text. in l. sancimus. C. de sacrosan. eccl.& dicit D. Anto. in ca. nullus. de pignor. ℭ uerisimilé est Christum velle prætium suarum rerum fundi pro redemptione animarum,† pro quibus fudit sanguinem proprium. Vnde possunt uendi, & obligari, quia obligatio volente domino valet. l. actio. ff. de pignor.& res sacræ huiusmodi non habent uendi simpliciter, & indistincte, sed ex forma,† & modo à iure traditis. Vasa enim sacra, puta calices, uestes, cruces, candelabra, paramenta, & ornamenta, in quibus, & cum quibus spiritualia ministrantur, quæ propter consecrationem, seu benedictionem in illis,& de illis factam, quando fuerunt deputata ad vsum, & sacrorum ministerium uiuentur, & dicuntur annexa spiritnalib. non obstante ℭ sint cõsecrata, benedicta,& deputata ad ministerium,& usum sacrorum quotidie, authoritate legum, & canonum permissione, causa existente, pignorantur, hypothecantur, uenduntur,& alienantur, gl. est. cap. ea enim. §. hocius, 10.q.2. in uerbo conflata, la grande, tex. in cap. aurũ, 12.q.2. vbi non obstante consecratione uasa sacra alienari p mittuntur,† immo increpantur sacerdotes, si non faciant, uel si in faciendo negligentes fuerint pro alendis pauperib. redimendis captiuis, pro templo Dei, uel religioso loco ædificando, pro cimiterijs ampliandis, sepulturis mortuorum extruendis. Et alienantur, † uel uenduntur si quidem alteri ecclesiæ, uel personæ ecclesiasticæ ad usum diuinorum in eadem met forma,& figura. Si vero non ecclesiæ, sed extra ecclesiam puta laicis, præmissa prius oratione ad dominum, confringuntur,& confracta,& conflata uenduntur, & alienãtur, glo. in d. cap. ea enim, in verbo conflata, per sanct. Tho. secunda secundæ. q. 100. de simonia. vers ad quartum. Ricar. de med. vil. in 4. sent. dist. 25. artic. 3. circa fin. immo dicit glo. in d. cap. ea enim. § hocius. in uerbo conflata, ℭ in necessitate possunt obligari ad tabernam,† & sub eadem forma, vt exir. de pign. cap. 1.& dicit Archid. in cap. sacrorum, † ℭ res ecclesiæ pro redẽptione possunt apud negotiatorem, uel fęneratorem pignori obligari, vt not. in cap. 1. de pign. ℭ est verisimile Christum velle suarum rerum prætium fundi pro redemptione animarum,† pro quibus fudit sanguinem proprium. Vnde possunt uẽdi,& obligari, quia obligatio uolente domino valet. l. actio. ff. de pign. dicit enim D. Anto. in ca. nullus. de pignor. ℭ sine cã rationabili non debẽt res ecclesiasticæ pignorari,† addit tamen in fin. ℭ subsistẽte necessitate possint. Nec obstat. l. 3. C. quæ res pign. obliga. poss.& l. prima, ff. eo. §. rẽ,† vt per eum, subdit d. glo. ℭ secundum quosdam nec vendi, nec obligari possunt cum res sint sacræ, C. quæ res pig. oblig. non poss. l. 3. & dicunt, inquit, non esse nexum pignoris, sed solam detentationẽ habet creditor, quousque reddatur ei sua pecunia, sicut aliàs pignus detinere põt pro ea pecunia, pro qua non est obligatum, ut ibi per eandẽ glo. Nec est mirum, si post conflationem, uel confractionẽ vẽduntur uasa sacra,& vendi, aut alienari possunt,† quia post confractionẽ, uel conflationem non intelliguntur amplius esse uasa sacra, sed materia,& purum metallum. Vnde, si in eadẽ materia similia vasa de nouo fierẽt, † aut reintegrarẽtur iterum de nouo indigerent consecratione per S. Thom. secunda secundæ d. loco. Nam † quod dicitur, vasa sacra uendi posse, id habet intelligi, ℭ confracta,& conflata, si uendẽda sunt laicis, mystici enim poculi forma de ecclesia exire nõ debet,† nec ad usus nefarios sacri calicis ministerium transfertur, d. cap. aurum, secus autẽ est, si uendantur ecclesiæ, cui in eadẽ forma sine confractione, uel conflatione vendũtur, sed sacra,† & consecrata vẽduntur. Itẽ si personæ ecclesiasticę ad usum diuinorum pariter vẽdantur, quia tunc non exeunt ecclesiam, quæ in ecclesia remanẽt. d. c. aurum, cum ibi glo. ubi Archid. dicit, ℭ non exit de ecclesia, si alteri ecclesiæ uenditur. Subdens, credo ℭ vasa etiam sacra ecclesiæ vendi † possunt licite alteri ecclesiæ in eadem forma, cum tex. in auth. hocius, hoc dicat, & Canon non dicat contrarium. Idem glo. d. cap. ea enim. refert Io. de selua, in tracta. de benef. 1. parte, quæst. 7. colum. 12. vers. item uasa, & dicit Archid. in cap. aurum. prælegato, tex. inquit confringere, & conflare,† nonne sufficit confringere? dicit ℭ non, quia in superficie † exteriori potius consistit consecratio, & inunctio; ne ergo aliquid ibi consecrationis remaneat, uasa confringuntur consecrata,& postea conflantur, & ita uenduntur,& hoc uerum, quando uendi debent laicis, sed alij ecclesię possunt uendi in eadem forma. 10.q.2. hoc ius. Sed quare, inquit, dicit confringere,& conflare, respondet per conflationem † res desinit esse sacra, immo ipsa interimitur, l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. ideò quia aptius cõflantur post consecrationem. Et subdit quærendò, quæ est ratio,† ℭ calix sacratus potest uendi, ecclesia uero sacrata non uenditur? respondet inquit Hugo, ℭ ratio est in occulto, sufficit tamẽ dicere, ℭ alterum istorum est prohibitum spetialiter, alterũ concessum.† Præterea maior, & solemnior consecratio adhibetur in ecclesia, quàm in calice. Item calix potest dissolui, & dissolutus potest maiorem utilitatẽ conferre, quod rarò contingeret de ecclesia. Item locus sacratus non potest possideri, nisi in eodem loco, quod non est in calice, uel dic, ℭ in calice habetur respectus ad materiam, ad quam antiquã potest redigi, in ecclesia habetur respectus ad ius spirituale, cum non possit redigi ad antiquam formam. Sed de lapide prætioso,† qui est inclusus in calice, quæri solet, an à laico possit distrahi, respondeo, non, si cum calice fuit consecratus, quia est in calice ad instar lignorum ecclesiæ dirutæ, de consecr. distinctio. prima, ligna, ut per Archidiac. d. loco. Et, si laici vellent illa non confracta, uel non conflata, sed integra consecrata,& illæsa, est dicendum, quòd dari non debeant, per Alberic.& Archidiacon. in d. cap. aurum, ubi dicitur,† quòd, si hostis uelit occidere captiuos, nisi sibi dentur vasa sacra in eademmet forma, uel figura, secundum eum ibi dare non debent,† quia non sunt facienda mala pro bono,& nulla compensatione boni est peccandum, argum. 14. distinct quod ait, 22.q.2. primum, debet enim seruari forma a lege tradita, †& recipiens rem ecclesiæ vltra modos à iure approbatos nullo modo ius in ea acquirit. per text. in l. iubemus. la prima. C. de sacrosanct. eccle. not. Abb. in cap. episcopo, de reb. eccl. non alien.† 2. not. Facit, quia causa pietatis prælatus ẽt solus,& de per se põt concedere alicui indigenti p̃dia ad uitã suã sine solennitatib. requisitis. p Archi. in c. 1. de reb. eccl. nõ alie. refert Abb.& tenet p tex. in c. possessiones, 16.q.1. iũcta gl. ut p eũdẽ Abb. in c. cõti nebatur, de his q̃ fiu. à p̃la. col. 2. vers. quintò limita, p tex. ibi,& p Gemi. in d. c. 1. de reb. eccl. nõ alie. li. 6. vers. gl. in uerbo ꝑpetuus. Vñ dicebãt hic

Source : BIU Cujas

37 Hosti.& Io.Mon.† ℭ, si pietatis cā aliqua possessio ecclesiæ concederetur alicui ad vitam,vel ad aliud tps,non est locus solennitati,16.q.1.possessiones;& q.6.illud.cap.1.de vsur.& tales concessiones temporales facit Episcopus sine capitu-
38 lo,& in margine ibi ad † Gemi.allegatur Fede.cons.210.Oldra.cons.226.Lap.alleg.31.Sed in contrarium facit.cap.Epi copus.12.q.1.dicit aūt Gemi.ℭ ibi loquitur, cum lædebat, vel fraudabat ecclesiam.Item facit contra.c.ea noscitur,de
39 his quæ fiu.à præl.sed dic, ℭ loquitur † in concessione spiritualium,vbi debet esse magna examinatio;sed tex. cap.possessiones,loquitur de temporali concessione facta cā pieta-
40 tis,quod licet,vt ibi.Vbi & subiungit,† ℭ concessio temporalium pōt fieri per prælatum sine consensu capituli, dūmodò fiat cā pietatis,vel remunerationis impensi seruitij, & recepti,non titulo,vel ex cā locationis. Et dicit Socyn. senior
41 in consil.116.colum.1.num.2.lib.1.† ℭ prohibita alienatione,non vr prohibita alienatio,quæ fit ad pias causas,per tex. in l.si sponsus.§.concessa.ff.de donatio.inter vir.& vxor.quē ibi Bald.ad hoc ponderat.

Nec est intelligendum de omnibus captiuis in quacunque captiuitate, & ℭ pro redemptione oīum captiuorum debeant sacra vasa alienari, sed habemus intelligere de illis
42 captiuis,† qui sunt capti ab hæreticis,uel gentilibus,seu infidelibus,vel à talibus,ubi timetur mors,vel vbi timetur periculum corporis,uel aīæ,quia tales tenetur redimere ecclesia,& ēt quilibet priuatus,86.distin.satis 23.q.3.non inferenda.per glo.in c.sicut omninò,12.q.2.& glo.in cap.aurum.in verbo occisi,tunc demum,cùm timetur mors,redimi debēt
43 captiui &c.Nec,† vt dico suprà,pro redemptione talīū sunt danda vasa sacra,consecrata, etiam si esset periculum mortis,& ne hostis eos occideret;quia non est faciendum malū pro bono,& nulla compensatione boni est peccandum,arg.
14.dist.quod ait,22.q.1.primum,debet enim seruari forma
44 à iure tradita.Et † qui recipit rem ecclesiæ vltrà modum à iure traditum,uel approbatum,nullū ius in ea acquirit.l.iubemus.la 1.C.de sacrosanct.eccl.not.Abb.in c.episcopo. de rebus eccl.non alien.idem habetur per Archi. in c. sacrorum. præallegato ℭ illa verba,ibi,idē alij dicunt de illis dici, ℭ de
45 beant redimi,res ecclesiæ distrahendo,captiui,† qui detinētur capti à paganis, vel hæreticis, ubi timetur periculum fidei,& crimen apostasiæ,argu.15.q.6.c.1.

Qui vero capiuntur inter Christianos catholicos, nō ℭ. priè dicuntur captiui, nec ad tales redimendos sic gñaliter tenetur ecclesia,licet his,& alijs teneatur benefacere.Sed Hugo,inquit,tenet idem,quod Ioan.dicens, ℭ cùm non timeatur periculum mortis aīæ, vel corporis, uel alterius cruciatus,non tenetur ecclesia sic gñaliter ad eorū redemptionē.
46 Dicit etiam, ℭ suos parochianos ecclesia † tenetur repetere,& redimere,vbicunque sint, & ℭ ad opus alienorum, si
47 petatur,† tenetur eleemosynam facere,& impendere,quan-
48 tumcunque longe distent.Facit in hac materia,† quia redēptio uinorum,& mortuorum fuit passio D. Iesu Christi. §. semel immolatus de conse.di.2.& dicit Abb.in ca.significauit.ext.de iud.ℭ licitum est redimere captiuos christianos,
49 etiam † durante bello, licet ex redemptione commodum, uel subsidium proueniat infidelibus.

50 Nec ecclesia pecunias,vel res impensas,aut refusas in redemptionem captiuorum repetet ab ipsis captiuis redēptis, illud.n.quod ex cā pietatis impendit,repeti non pōt.l.alimenta.C.de nego.gest.† ēt si ecclesia de hoc expresè fuerit pro-
51 testata;qa in illo casu non valet protestatio; Nā ecclesia tene-
52 tur,& est obligata ad redemptionē. † Alia verò persona, q̄ ab hostib.captiuos redimit,pōt bene redemptionē repetere, hr in l.fi.C de capti.& in l.2.C.eo.Aug.Bero.in ca.nulli,extr.
53 de reb.eccl non alie.colum.16.vers.tertius casus; tñ † redēptus ab ecclesia tenetur quidē ad illi seruiendum,aut operas impendendū per quinquenniū,vt per gl.c.sacrorū. in uerbo repetitionis.12.q.2.Hoc aūt nescio equidem an sit in vtu,qa
54 nusquā id vidi,uel audiui seruari; † vidi tñ in Ciuitate Neapolis,ℭ officiū deputatorū super redimēdis captiuis captiuitatis Surrentinæ à redēptis q̄rit recuperare,& repetere pecunias impēsas in redēptione eorū. Et uidi aliquos redemptos ppeà molestari;sed vt audiui postea ab ipsis officialib.repetit impensum duplici de cā,si quidem redempti sunt diuites, uel tales,ℭ commode ex uenditione bonorū suorū possunt se redimere,vel redēptionē soluere,secus si sint pauperes,qa probata paupertate cessat offitium à molestatione.Itē quia pecunias repetitas, & recuperatas idem officium refundit, & exbursat,& recollocat denuò in redemptione aliorū captiuorum.Et forsan ēt pōt esse,quia tale offitium q̄ impendit in redemptionem,id facit cum protestatione repetendi,
55 quia ex quo ad id † non tenetur,pro vt tenetur ecclesia,saluare sibi potest ius repetendi à captiuo redempto pecunias exbursatas per protestationē,per tex.in l.si quis §.hæc actio. ff.de religi.& l.patrem.C.de nup.quia dicit glo.in d.capit. sa-
56 crorum, ℭ † alia persona,quàm ecclesia,puta priuatus,bene potest repetere illud,quod impendit in redemptionem à captiuo redempto,per tex.in l.vltima,C.de captiu.& per gloss.
57 ibidem;† Ecclesia verò non repetit,quia ecclesia mater est, & quod mater soluit pro filio capto,non repetit.C.de post-
58 lim.reuers.l.liber.† & ecclesia ita est mater captiuorū, sicut etiam est mater omnium nostrum,ca.abstulerit,12. q.2.per Archid.in c.sacrorum,12.q.2.

59 † Et ratio,quare priuatus expendens in redemptionē captiuorum repetere potest,ecclesia verò non, est; quia ecclesia tenetur redimere.d.cap.aurum,priuatus verò non tenetur,per glo.in ca.considerandā,86.distinct.quę dicit,quòd, licet ego tenear egenti subuenire, non tamen tenetur captiuum redimere.† Et ecclesia non videtur teneri in quolibet
60 casu pietatis,sed in casu pietatis,& misericordiæ necessariæ, quando aliter prouideri non potest,probatur in cap.aurum, c.sacrorum.cum sequen.12.q.2.vt est in casu redemptionis captiuorum.

61 Ecclesia autem non solum captiuos de bonis suis tenetē redimere,sed & carceratos ratione delicti, si tamen sint carcerati,aut condemnati iniustè,& de facto glo.in cap. non satis,86.distinct.id sentit Aug.Bero.in c.nulli.ext.de reb.eccle. colum.18.vers.tertius casus,nam tunc arbitror, inquit, ecclesiam teneri,& posse de bonis proprijs eum redimere,d c.
62 non satis. Nam,† si omnibus misericordia debetur, muitò magis iusto.cap.non inferenda,23.quæst 3.Subdens idē Bero.† si verò esset ex delicto iuste cōdemnatus pecuniariter,
63 & ciuiliter,tunc qui talem redimeret, ne corporaliter puniretur,piè ageret.c.si res,14.q.6.ergo ecclesia talem redimere
64 potest.† Ex quibus,inquit, infero, ℭ etiā ecclesia poterit de
65 bonis suis redimere iuste carceratum † pro debito ciuili &c.

Et sub hoc casu pietaris plura comprehendūtur, hoc est ecclesias reficere,& restaurare,ecclesias de nouo construere causa necessitatis,humare cadauera fidelīū, q̄ aliter humari nequeunt,alere ægrotos,benemeritum seruum manumittere,& redimere seruum cā manumittendi; nubere uiduas ac uirgines pauperes,per iura,quæ ibi adducit. Et dicit Dida.Couaru.lib.2.uariarum resolut.ca.16. uers. cæterum,
66 † ℭ cā præcipua ad alienationem rerum ecclesiæ,etiam earum,quæ ministerio diuini cultus sunt destinatæ,ēt ut in pignus dari possint,est ad subuenīēdum pauperibus, ne frigore,seu fame pereant,& ad redemptionem captiuorum.l.sancimus nemini.C.de sacrosanct.eccl.c.sicut,† cap.aurum.ca-
67 gloria.12.q.2. & non solum ad alendos proprios Parochianos,gl.in c.1.de pignor.sed ēt ad alimentandos,& redimendos exteros,per glo.d.cap.sicut,quæ est ab omnibus approbata,& Rip.in l.obligationē. ff. de pignor.simulachra enim
68 Dei uiuentia excolunt,† & exornant, qui largitione in pau-
69 peres utuntur. Sed quid dicendum est de his, † q propria culpa,luxuria,prauis moribus,vel propter crimē succedunt in inopiam publicis carceribus mancipati,famem, quam aiūt Saguntinam,patiuntur,aut uinculis perpetuis opprimūtur, non habentes vnde se redimere ualeant,an pro his redimendis possint res ecclesiarum alienari,vel in pignus dari. Et, licet uideatur dicendum, ℭ non.per tex.in l.bona fides. ff.de-
70 pos.cap.ex parte.de consuetu.l.ēt,§.licēt.ff.solu.mat.& facit apophtegma Regis Alfonsi Aragoniæ,qui cum rogatus esset,vt subueniret cuidam equiti,qui per luxum amplum patrimonium absumerat,ne ob conflatum æs magnum alienum cogeretur luere in corpore,quod in re, & pecunia nō poterat:respondit,audirē utique,si tantas opes in obsequio sui Regis,uel patriæ commodum,propinquorum subleuamē expendisset,sed par est, ℭ luat in corpore, pro quo tātas opes effudit.per Panormi.in suis apophtegmatibus,& gloss. quæ hoc dicit in cap.quæ in ecclesiarum,de consti.in uerbo ad inopiam,quam ibi sequuntur omnes;Tamē contrarium videtur uerum,p glo.in cap.sacrorum,12.quæst.2.quæ dicit,
71 † ℭ alienari possunt res ecclesiæ,pro alēdis pauperibus, etiā illis,qui in paupertatē propria culpa inciderunt. Item ad redēptionem eorum,qui ob crimina carceribus publicis mācipantur.Sequitur Bal.in l.illud,in princip. C.de sacrosan. eccl. Campe.4 par.de dote,q.12.Alex.in l.quamuis.ff.solu. matri. col.2.Dec.in c.pastoralis.§.uerum,de appellat.col.3.Anani. & Felyn in c.significauit,de iud.idē Fely.num.67.Dec.in ca. quæ in ecclesiarum,de constit.Ioan.Lup.in rub.de dona.§. 88.num.3.quorum opinio communis est.

72 Didac.tñ Couaru.d.loco 13 per multa,q̄ adducit.† ℭ bona ecclīæ possunt vēdi pro subuētione fame perituri,ēt si in cā paupertatē culpa,& luxuria,prauisq, eius morib.deuenerit.
73 Nō tñ piū esse,nec de iure, ℭ talia bona uēdant, aut vēdi habeāt,p redimēdis sceleratis carceratis,& ad soluēdū pœnā ipsorū delinquētiū,vt à carcerib.qb.iuste detinent,&opprimūtur liberent,& redimant,qa ista punitio iusta est,& reipublicæ est ꝙueniēs,eiusq. interest ut delicta ñ remaneāt impuni-

ta,

Source : BIU Cujas

ta,l.ita vulneratus.ppe fi.ff.ad leg.Aequi.ſubdẽs d.Couar.in
74 finalib.uerbis, † ex quib. oĩb. maturè cõſideratis manifeſti iu
75 ris eſt,†nõ eſſe permittẽdã rerũ eccleſię alienationẽ.nec in pignus dationẽ pro redimendis a triremib.illis,qui in id opus publicum ob crimina fuerunt damnati,ut ibi per eum;quia
76 indignum eſt ei ſubuenire,† qui ſua culpa eget.l.bona fides. ff.depoſit.arg.86.diſt.non ſatis,uel ſi ſuo uitio incidit in egeſtatem.per glo in c.quæ in eccleſiarum. in uerbo ad inopiã. de conſti.ubi Ioan.And.addit. ei tamen eleemoſyna dari de
77 bet,† 42.diſt.quieſcamus.

SVMMARIVM.

1 *Incommoditas eſt quarta cauſa iuſtæ alienationis.*
2 *Epiſcopus ſolus poteſt terrulas, & uineolas exiſtente neceſſitate alienare.*
3 *Res exiguæ,minus utiles,multum diſtantes ſine clericorũ conſenſu alienantur.*
4 *Res eccleſiæ, quando plus incommodi, quam comodi affert, alienari poteſt.*
5 *Rector eccleſiæ ſi in manutenenda domo neceſſe habet multum impendere,uendendo uidetur agere negotium eccleſiæ,& nu.6.*
7 *Non ſolùm domus,ſed aliæ quoque poſſeſſiones,quæ plus oneris afferunt, quàm utilitatis,iuſtè uendi poſſunt,& num.8.*
9 *Plus incommodi,quam commodi id dicitur afferre, in cuius reparatione plus exponitur,quàm ex emolumentis accipiatur.*
10 *Domus continens minus utilitatis,quàm commoditatis, non poteſt alienari ſine ſolennitate.*
11 *Tria requiruntur ante,quàm omitti poſſit ſolemnitas.*
12 *Neceſſitate vrgente conſilium fratrum omitti poteſt,ſed tamen aliæ ſolẽnitates requiruntur.*
13 *Tutori,qui non exegit debitum,in quo plus oportebat expendere,quàm inde percipi poterat,nihil imputari poteſt.*
14 *Teſtes quando tantum diſtant a loco Iudicij, quòd plus expenderetur in eos adeundo,quàm ſit ualor cauſæ,citari non debent.*
15 *Sed hoc caſu examinatio delegari debet.*
16 *Recurſus non eſt licitus,ſi habendo recurſum plus expenderetur, quàm ſit ualor cauſæ.*
17 *Res eccleſiæ ſi damnoſa ſit,tunc dicitur caſus incommoditatis.*
18 *Comparatiuum præſupponit poſitiuum.*
19 *Res paruæ licet poſſint ſine conſenſu fratrum alienari,tamen non excluditur conſenſus capituli,ſaltem tacitus.*
20 *Caſus,in quibus fieri poſſunt alienationes de rebus eccleſiæ, plures ſunt, ſed ad quatuor reduci poſſunt.*
21 *Prælatus ſi non poteſt ſuſtentari ex reditibus eccleſiæ,licitum ei eſt auferre uni eccleſiæ,& alteri dare.*
22 *Obligatio ad antidora ſecundum aliquos dicitur iuſta cauſa alienationis.*
23 *Remunerare benemerita quis quodammodo tenetur.*
24 *Remunerare benemeritos utile eſt eccleſiæ.*
25 *Enumerantur quinque caſus alienationis.*
26 *Paupertas,& tenuitas uidetur legitima cauſa,ob quam poteſt epiſcopus bona unius eccleſiæ alteri dare,uel unam alteri unire.*
27 *Papa poteſt per modum generalis conſtitutionis inducere vnum nouum caſum licitæ alienationis.*
28 *Papa,uel Princeps lege ſui prædeceſſoris,uel ſua ligari non poſſunt.*
29 *Lex generaliter loquens quoad uerba, ſed ſpecialiter facta in fauorem certarum perſonarum,cenſetur particulare reſcriptum.*
30 *Lex facta ad poſtulationem illius,in quem fuit facta alienatio præſumitur in fraudem facta.*
31 *Conceſſio ſi motu proprio facta ſit,præſumitur iuſta cauſam in Papa.*
32 *Conceſſio facta in forma communi non uidetur ualere.*
33 *Alienatio facta tam temeraria, quòd nulla ualeat cauſa excuſari, non ualet.*
34 *An ſufficiat clauſula derogatoria in genere.*
35 *Actus quando aliter ualere non poteſt,præſumitur princeps uti uoluiſſe plenitudine poteſtatis.*
36 *Prælatus an in caſibus a iure permiſſis poſſit indifferenter alienationes de rebus eccleſiæ facere.*
37 *Prælatus ſi prohibitus eſſet alienare,alienatio non teneret,etiam in caſibus a iure permiſſis.*
38 *Alienatio non tenet defectu caſus liciti.*
39 *Alienatio nulla eſt,ſi fiat in caſu non conceſſo.*
40 *Alienatio facta contra formam iuris eſt nulla.*
41 *Alienatio facta ſeruata forma in caſu non conceſſo,an ualeat.*
42 *Forma non ſeruata,contractus redditur nullus.*
43 *Epiſcopus ſi graues fecit donationes, aut alios contractus canonicis inconſultis,contractus ipſo iure non tenet.*
44 *Contractus conſultis canonicis factus tenet,ſed reſcinditur per reſtitutionem in integrum.*
45 *Legitimus aſſenſus non eſt,ubi cauſa iuſta non ſubeſt.*
46 *Alienatio prohibetur,ubi utilitas,uel neceſſitas, uel aſſenſus prælati nõ interueniat.*
47 *Alienatio ſi forma ſeruata facta ſit,præſumitur caſus licitus.*
48 *Utilitas preſumitur ab initio,licet alius ſequatur effectus.*
49 *Alienatio ſolemniter facta in caſu prohibito non ualet.*
50 *Conſenſus populi,& cleri non ſufficit, ut bona eccleſiæ ſine iuſta cauſa alienentur.*
51 *Prælati & collegia non debent ad petitionem dominorum temporalium tempore belli bona eccleſiæ alienare.*
52 *Prælatus malè alienans tenetur de ſuo patrimonio eccleſiam conſeruare indemnem.*
53 *Alienatio ualet,quæ communi opinione reputabatur utilis eccleſiæ,licet non eſſet.*
54 *Contractus ſolemnis,ſi non ſit in caſu licito,eſt nullus.*
55 *Alienatio facta in caſu licito apparenter ualet, licet exiſtenter contrarium ſit,& nu.56.*
57 *In alienatione rerum eccleſiaſticarum requiritur iuris ſolemnitas.*
58 *Papa alienans bona eccleſiæ in caſu non licito peccat mortaliter.*
59 *Alienatio rei eccleſiaſticæ requirit ſolemnitatem, & quòd fiat in caſu licito.*
60 *Donatio facta in caſu licito ipſo iure nulla eſt, quamuis capitulum conſenſerit.*
61 *Alienatio debet fieri in caſu licito,& quatuor ſunt caſus liciti.*
62 *Deceptio in prætio non inducit nullitatem contractus.*
63 *Alienatio in caſu non licito ſeruata forma, an ualeat ſecundum opinionem gloſæ.*
64 *Forma eſt,quæ dat eſſe rei,& conſeruat eum in eſſe.*
65 *Alienatio non ualet,niſi fiat in caſu licito,& ſeruetur forma.*
66 *Prælatus id allegare debet,quod eſt profuturum eccleſiæ.*
67 *Conſenſus legitimus debet interuenire in alienatione rerum eccleſiæ.*
68 *Alienatio facta cum debita ſolemnitate abſque iuſta, & legitima cauſa non ualet,& nu.69.*
70 *Alienatio rei eccleſiæ abſque cauſa,cum ſit a canone prohibita, non ualet ipſo iure.*
71 *Confirmatio Papæ non cenſetur conualidare alienationem ſine legitima cauſam factam.*
72 *Papæ confirmatio non tollit remedium competens eccleſiæ aduerſus alienationem illegitime factam,*
73 *Confirmatio apoſtolica in forma communi non ualidat alienationem nullam.*
74 *Confirmatio ex certa ſcientia,& motu proprio,& cum ſuppletione defectuum,non impedit probationem falſæ cauſæ.*
75 *Confirmatio ſupplet defectum ſolemnitatum, non autem cauſarum,niſi fiat parte uocata,& nu.76.*
77 *Gratia corruit,ubicunque narratum in ea detegitur falſum.*
78 *Clauſula ex certa ſcientia,motu proprio,non obſtantibus,& ſimiles,operatur uſque quò probetur contrarium de falſitate narratorum.*
79 *Decretum irritans nullum operatur effectum,ubi gratia principalis corruit,quia ſimilia cenſentur ad illam acceſſoria,nu. 80.*
81 *Principali ſublato omnia acceſſoria, & abiicientia maius robur corruunt.*
82 *Falſitate detecta oſtenditur defectus intentionis in tota gratia.*
83 *Confirmatio ſolemniter facta facit præſumi prætium numeratum,ſeu conuerſum in utilitatem eccleſiæ.*
84 *Sacrilegij inſtar eſt dubitare,an illud ſit licitum,quod princeps cum cauſa conſtituit.*
85 *Papa poteſt aliqua bona eccleſiæ alicui donare.*
86 *Accipiens a Papa ſine legitima cauſa tutus eſt, quoad eccleſiam militantem,cùm nemo poſſit in hoc Papam redarguere.*
87 *Confirmatio apoſtolica eſt bona,licet aliqua particularia expreſſa non fuerint,quæ expreſſa Papam non mouiſſent in contrarium.*
88 *Delegatus,cui commiſſum eſt,ut capiat informationem de cauſa alienationis,dando licentiam præſumitur diligentem inquiſitionem feciſſe.*
89 *Ex conſequenti præſumitur de antecedenti.*
90 *Officium ſuum quiſque diligenter præſumitur exercere.*
91 *Cauſas qui non ueras eſſe dicit,hoc probare debet, cum præſumatur pro authoritate iudicis,& num.92.*
93 *Alienatio ſi abſque legitima cauſa fiat, conſcientia quoad Deum non eſt tuta tam ex parte alienantis,quam accipientis.*

Rubrica 21.

De cauſa incommoditatis.

ALia, quæ ponitur cauſa,
1 eſt cauſa incommoditatis, quæ ponitur quarto loco,per glo.in ſumma 12.q.2.quę eſt,† quando res eccleſiæ ſunt loco incommodo,& ſunt longe poſitæ,minus utiles,uel damnoſæ;quæ quidem hac cauſa exiſtente bene poſſunt licite alienari;quia res eccleſiæ, quæ eſt magis damnoſa,quàm vtilis,bene poteſt alienari.ca.non liceat Papæ.12.q.2.& per tex.in c.terrulas d.12.q.2. & ibi ha-
2 betur,† ꝙ exiſtente neceſſitate,tales terrulæ, vineolæ, & aliæ huiuſmodi poſſunt etiam per ſolum epiſcopum ſine conſilio fratrum,vel capituli alienari,per glo.d.c terrulas, quæ dicit,ꝙ hæc eſt ſexta pars,in qua Gratianus proponit caſus,in quibus poteſt fieri alienatio ſine conſenſu capituli. Vbi Ioã.
3 de Turre cremata in illis verbis,videlicet in † quo ponit aliũ

caſum.

Source : BIU Cujas

casum iustæ alienationis sine clericorum consensu, scilicet quando res sunt exiguæ, minus utiles, multùm distantes, vel longe positę, ubi etiam respondet ad obiectum de tex. in c. quicunque. 17.q.4. ubi prohibetur alienatio cuiuslibet prædij ecclesiastici, etiam exigui: quod si prælatus alienare præsumat, depositionis pœnam incurrat, quia, inquit, solutio habetur ex uerbis illis, minus utiles, longè positas, nam text. d.c. quicunque. intelligit de paruis propinquis, quæ sunt utiles; hic verò, inquit, de reditibus paruis, longe positis, seu in
4 commodis. † Et bene potest fieri alienatio de rebus ecclesię, etiam sine solemnitate, puta quando domus, quæ alienatur, plus incommodi, & expensarum affert, quàm commodi, &
5 vtilitatis, † vt si Rector ecclesiæ habeat domum, & in ea sustinenda, uel manutenenda impendat multum, nam tunc agere videatur negotium camerę, per tex. in c. non liceat Papæ. 12.q.2. ibi, nisi tantummodo domus, quæ in quibuslibet vrbibus non modica impensa sustentantur: & per tex.
6 in c. sine exceptione, co. ubi † domus vrbium, vel castrorū, quę ecclesiæ plus incommodi, quàm utilitatis afferunt, licet Rectoribus ecclesiarum vendere, vel commutare, ubi Ioan. de Turre cremata, & Cardin. Alexan. Sequitur Host. in c. 1. de his quæ fiu. a præla. ibi, nisi esset modica res vilis, & infructuosa, exceptis etiam domibus in ciuitatibus, quæ maiorum sumptuum sunt, quàm fructuum: Et per Ioan. de turre cremata præallegato c. sine exceptione, uersic. ad secun-
7 dum. ibi, † idem est de alijs possessionibus modicis, & introitibus, qui plus afferunt oneris, quam conferant vtilitatis, Et dicit Rebuff. in repet. c. sine exceptione, in uerbo item do-
8 mus, † ꝙ domus ecclesiæ, quę plus incommodi affert, quàm
9 commodi, potest alienari; † & tunc dicitur plus incommodi, quàm commodi afferre, quando in singulos annos plus exponitur in reparationibus, quàm ex emolumētis accipiatur, uel ex locatione illius domus, uel quàm de fructibus rei recipiatur, per tex. in l. sed an ultro, §. 1. ff. de nego. gest. & l. inter quos §. fin cum sequen. ff. de dam. infect. & utrobique
10 per Doct. † Et in alienatione harum domorum requiritur solemnitas suprà scripta, nisi vt habetur in c. terrulas, ubi po-
11 nuntur tria, † antequam omitti possit solemnitas. Primum est, ꝙ res sit exigua, & modica, probat tex. ibi, terrulas, & ibi, exiguas. Secundò requiritur, ꝙ non sit res ecclesiæ utilis ibi, ecclesiæ minus utiles. Tertiò, quādo necessitas fuerit. Quar-
12 tò considerādum est, † quod licet ex necessitate possit omitti consilium fratrum tamen aliæ solemnitates requiruntur, cum inquit, hìc tantùm dicatur de consilio fratrum, ergo de alijs nō intelligitur, & aliàs, vt ibi per eundem Rebuff. ad
13 fin. † Et non imputatur tutori, si non axigit debitum, in quo plus oportebat expendere, quàm inde percipi poterat.
14 † Item iudex non debet facere citare testes ad locum iuditij, quando tantum distant, ꝙ plus expenderet in eos adeū
15 do, quàm sit valor causæ, argumē. † d. l. mediterraneæ. per d. Rebuff. adducta, sed tunc iudex debet delegare examinationem. l. generaliter. §. his præsentibus. C. de reb. cred. & de iureiuran. & de fide instrum. auth. apud eloquentissimum.
16 Item, † si pro habendo recursu ad superiorem expenderetur plus, quàm sit ualor causæ, tunc licitum est non habere recursum secundùm Bart. & alios d.l. mediterraneæ. Sequitur, & refert Ant. Corset. in tract. de minimi. 1. parte, uers. 16. Et in hoc casu est videre, quid dicat Aug. Bero. in c. nul-
17 li. ext. co. mihi, col. 18 num. 42. ubi dicit, † ꝙ quartus casus est incommoditatis ut quando res ecclesiæ potius damnosa sit, quàm utilis, quod quidem probatur secundum Abb. per tex. in c. terrulas. 12. qō. 2. qui tex. secundum D. Bero. id non probat, quia non loquitur de re damnosa, & incommoditatem afferente, sed de re modicæ utilitatis, ut ibi, minus vtilis &c. quæ uerba possunt intelligi de rebus afferentibus ali-
18 quam utilitatem, sed modicam. † Sunt enim uerba comparatiua, quæ positiuum præsupponunt. l. ubi nō apparet. ff. de uer. oblig. præterea ille tex. loquitur de illis rebus, quæ absq; solemnitate alienari possunt propter necessitatem, ut ibi, si necessitas fuerit distrahendi, ergo non loquitur de damnū, & incommoditatem afferentibus, alioquin absque alia ne-
19 cessitate alienari possunt † Et, dum tex. permittit res paruas alienari absque consensu fratrum, ob hoc non excludit consensum capituli, saltem tacitum, & qui ex interuallo potest in rebus paruis intervenire. cap. 2. & 3. de his quæ fiu. a præla. Sed uoluit excludere tractatum &c. melius ergo iste quartus casus probatur in cap. non liceat, 12.q.2. ibi, nisi tantummodo domos, quæ non modica impensa sustentantur, tex. in §. sicut. §. item prædium. §. si quas. 12 q. 2. Bero. d. loco, uer. quartus casus. Istæ uerò sunt causæ, & casus liciti, in quibus fieri alienationes de rebus ecclesiæ permittitur, & sine qui-
20 bus non est permissum alienare quouis modo. † Sunt tamē & alij casus, sed ad istos quatuor omnes alij possunt reduci, per gl. 12 q. 2. in summa, & per Gemin. c. dudum. de rebus eccle. non alien. in 6. quia notatur alius casus legitimus, in quo episcopus potest bona vnius ecclesiæ alteri alienare,
21 † uidelicet quando unus prælatus ex reditibus ecclesiæ non potest sustentari, & alter abundat. Nam tunc est causa legitima ab una ecclesia rem auferre, & alteri dare. Potest etiam
22 secundùm aliquos addi alius quintus casus, † uidelicet casus remunerationis, & obligationis ad antidora. ca. quicunque suffragio. c. si quos. c. cum redemptor. 12.q.2. cap. per tuas. de donatio. nisi hunc casum reducamus ad casum necessitatis,
23 † nam quis quodammodo cogitur remunerare benemerita ex quadam naturali obligatione ad antidora. d.c. quicunque. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæredit. Vel ad casum
24 utilitatis, † quia utile est, ecclesiā remunerare benemeritos, ne de ingratitudine possit argui, & vt inuitentur homines ad benefaciendum ecclesijs, arg. not. cap. quod autem. cap. quoniam. de iur. patro. Augu. Bero. cap. nulli. de reb. eccle. non alien. col. 18. uersi. posset. & Hostien. in summa eod. tit.
25 assignat quinque casus alienationis. Prima est, necessitas. Secundas pietas, pro redimendis captiuis, alendis pauperibus tempore famis, vel cladis. Tertia utilitas. Quarta æquitas. c. 1. de restit. in integr. l. final. C. de allu. & pallu. Quinta est incommoditas, aut minor utilitas, notatur per Phili. Franci. in rubric. de reb. eccle. non alienan. & per gl. & doct. in capitulo primo, de reb. eccle. non alienan. ubi in uerbo tenues,
26 uidetur dicere, quòd causa paupertatis, & tenuitatis uidetur esse legitima causa, ob quam episcopus potest auferre bona vnius ecclesiæ & alteri dare, & unam ecclesiam alteri unire.

Vltra autem istos enumeratos casus alienationis, erunt etiam omnes alij, & tot, quot, & quos Papa esse uoluerit, sta
27 tuerit, † & mandauerit, quia si Papa aut Princeps per uiam constitutionis generalis vult inducere nouum casum alienationis licitæ ultra casus a iure expressos, aut eis similem, sine dubio potest, per Host. & alios, qui sequuntur. c. non liceat. 12.q.2. ubi Arch, & Angel. Petr. Anch. consi. 311. incip. tres domini, Paul. de Cast. in consi. 284. incip. in facto præsenti, † quia Princeps, & Papa non potest ligari lege sui præ-
28 cessoris, uel sua, ut per Doct. in c. 1. de constit. & c. quæ in ecclesiarum. eod. tit. & in l. fi. C. si contra ius uel utilit. modo tamē apponant clausul. non obstante, ut per doct. d. locis.
29 Sed, si lex sit facta generaliter † quoad uerba, & re uera fuit facta in fauorem certarum personarum ad ualidādum aliquam alienationem spetialem, tunc idem iudicaret, quod de rescripto particulari, probatur in l. 1. §. fina. & ibi gloss. ff. de except. dol. Bartol. in l. omnes populi. ult. q. 5. quæstionis princip. de iust. & iur. & per alios adductos per Ias. in l. 1. ff. de leg. Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ 46. col. 18. q. & cap. cum omnis. de constit.
30 Et, † si constat. ꝙ fiat ad postulationem illius, in quem fuit facta alienatio, præsumitur ex hoc solo fraus, glo. in l. 1. C. de bon. uacan. lib. 10. ubi Bartol. tangit, an constitutio in dubio præsumatur facta motu proprio.
31 Quia, si † fit motu proprio, & per viam constitutionis, præsumitur semper in Papa iusta causa. Bart. & alij in l. fi. C. si contra ius, Inn. & alij in c. quanto, de consuet. Barb. cons. 47. 1. uol. & consi. 51. 32. col.
32 Sed, si facit Papa per uiam rescripti † in forma communi, uidetur, ꝙ non ualeat, d.c. non liceat, & c. nonnulli, de rescr. ubi glo. & doct. Bar. expresse consi. 189. incip. Ciuitati Camerini, nisi appareat de certa scientia Principis, & si habeat clau
33 sulam derogatoriam, si alienatio est facta, † & tam temeraria, ꝙ nulla ualeat causa excusari, & uidetur ꝙ non ualeat, quia tunc dicitur dilapidator, non Augustus, uel princeps, Doctores in prohemio. ff. & in l. si cui bonis. ff. de uerbor. oblig. Sed, si non est tanta temeritas, aut notorietas, sed potest alienatio aliqua ratione excusari, tunc videtur, ꝙ ualeat,
34 per Archid. & Ancharan. in locis citatis. Cæterum † an sufficiat clausula derogatoria in genere, & an sufficiat apponere de certa scientia Principis, etiam sine dicta clausula, est uidendum per Doct. d.c. nonnulli, & quæ ibi Fely. dicit, ubi etiam se remittit ad dicta per eum in hac materia, in d.c. quæ in ecclesiarum: Et per apparet, an sit uerum dictum Pau. de Cast.
35 consi. 284. † ꝙ ubi actus non potest aliter ualere, præsumitur princeps uoluisse uti plenitudine potestatis, quia id non vī procedere sic simpliciter, nisi appareat de certa scientia, per Claud. Seisell. Spec de feud. qui feud. dar. poss. uersic. sed pro intelligentia, cum seq.
36 In istis autem casibus, † & causis legitimis, & a iure permissis, an possit indifferenter Prælatus alienationes de rebus ecclesię facere? dic, ꝙ sic, si tamen prælatus non est prohibi-
37 tus alienare, † quia, si esset prohibitus, non teneret alienatio, etiam in casibus a iure permissis, ut per Arch. & Gemin. in c. hoc consultissimo, nostro titu. in 6. Abb. se remittit ad dicta Inn in c. Rainaldus, de testa. in uerbo pactum.
38 Si uerò deficit casus licitus, & defectu casus liciti, nonne net alienatio, probatur inquit Abb. ibi, per tex. in c. nulli. de

reb.

Source : BIU Cujas

reb.e ecl.non alienan. ext. Nam prohibetur alienatio rei ec-
39 cleſiæ a iure,ergo alienatio eſt nulla, † ſi non fit in caſu conceſſo l.non dubiũ.C.de leg & in regula, ea quæ contrà ius, de re g.iur.lib.6.Item probatur expreſſe in clem. 1. eo.tit.& in c. quæ in eccleſiarum de conſtit.licet aliud ſenſerit glo. 12.
40 q.2.in ſumma,quæ habet,† q facta alienatio contra dictam form nam eſt nulla licet ſit in caſu licito, ſed cũ prædicta forma facta,etiam in caſu non conceſſo, tenet ipſo iure. Idem dicit glo.in c.ſine exceptione. 12.q.2.in glo.profuturum, ibi, item ſi fiat alienatio in caſu non conceſſo, dũmodò ſeruet forma alienationis,tenet alienatio,ſed inquit Abb.primum dictum eſt uerius,ut ibi per eum.Et eandem gl.dicit eſſe cõmuniter reprobatam Cardi.Alex.in d.c. ſine exceptione, & Lau.ren.de Rodul.in ſua repetit. in d.c.ſine exceptione, vbi
41 ponit,& diſputat iſtã quæſtionem,† an teneat alienatio, quæ fiat per prælatum in caſu non conceſſo, forma hic, & alibi tradita ſeruata;vbi dicit; q gl.ibi tenet alienationem ualere; ſed, ſi eccleſia ſeſe læſam probet,reſtituetur. Idem dicit gl.in ſumma eo.quod & firmauit Hoſt.in ſumma, de reb.eccl.nõ alienan.§ 3.ad fin.qui uidetur tenere contrarium in ſumma de in integrum reſt §.in quibus,uerſi.in cõtractibus;opinionem glo.tenuit Damaſus in c.2.de his, quæ fiunt a præla.qui inter cætera aſſignat hanc potiſſime rationem, quia aliàs nõ eſſet dare caſum, in quo eccleſia læſa reſtitueretur, contrà tex.in cap.1.de in integrum reſt.
42 Nam,† ſi forma non ſeruatur,contractus eſt nullus, & ſic ceſſat reſtitutio. ff.de minor l.in cãe;ſed,ubi forma ſeruat,& caſus non eſt licitus,procedit reſtõ, ergo contractus tenuit ſm eum.Idem tenet Inn.in c.1.de depoſi.in principio, & in c.fi.ne prælat.uic.ſuas.Idem tenere vr Gofr.in c.2.de dona. pro ut refert Arch.in glo.ſua in fi.c.ſine exceptione.12.q.2.
43 quii dicit,† q,ubi eps fecit graues donationes,aut alios cõtractus inconſultis canonicis, tunc contractus non tenent ipſo
44 iure.10.q.2.§.qui uero,† & c.2.de dona.Quia, ſi conſultis canonicis facit,tenet contractus,ſed reſcindetur per reſt.in integrum c.1.de in integr reſt.Sed ipſe Gofr. tenuit contrariũ in c.ad veſtram,ext.de reb.eccleſ.non alien. Hãc inſuper firmauit Ioã.And.in c.1.& 2.de reb.eccl. non alien. in 6.& ibi Arch.allegat c.quæ in eccleſiarũ,de conſt.& c.1.de reb.eccl.
45 non alien.ibi ſine legitimo perſonarum aſſenſu;† non enim eſt legitimus aſſenſus,ubi cã iuſta non ſubeſt. Ad rõnẽ aũt, quam pro gl.opinione adducit Damaſius, q aliàs non eſſet dare caſum reſtõnis in integrum &c. de quo per Gemin. in c.2.de reb.eccl.non alien.in 6.reſpondet Io. And. qm poſſet occurrere caſus licitus,& debita forma ſeruari; tũ ex illo cõtractu poſſet eſſe eccleſia multùm læſa, & ſic eſſet locus reſtitutioni;cum quo Io.And.concordat Ioan.Cald.in d. c. ſi quis.in d. 2. oppo. qui dicebat de hoc ultimo eſſe caſum in c.pen.de reb.eccl.non alien.ſecundùm vnam lect.contrà d. gl.tex.in clem.monaſteriorum eo.tit.in uerſi. niſi neceſſitas. iuncto,uerſi.ſi quis aũt contra hoc fecerit Immo vr forma
46 liter ibi eſſe caſus;prohibet enim ille tex.alienationem,† ſeu conceſſionem fieri,niſi utilitas,uel neceſſitas,&aſſenſus prę lati,uel conuentus interueniat;& ſubdit, q,ſi ſecus fiat ultra pœnam,de qua ibi, nullum ius ex ipſa conceſſione tribuat, ſeu acquiratur accipienti, ſi ſic, ergo nullus contractus fuit. Ad idem facit tex.in c.2.eod.tit.lib 6 ibi,ſeu aliàs alienatio in forma,& caſibus a iure expreſſis. Subdens idem Lauren. de Rodul.ibidem,& qui uolũt tenere gl.noſtram, & opinionẽ
47 illius ſequatium poſſunt reſpondere, † q quotieſcunq; eps, & capitulum habito tractatu,& deliberatione ſequuta,& ſic forma debita ſeruata alienant, præſumitur, q caſus licitus ſubſit,ſcilicet vtilitatis, uel neceſſitatis; Vnde,quantum ad opinionem,contractus talis debet dici ualidus;ac ſi uelit di-
48 cere,† q ab ipſo initio præſumi debet utilitatem,uel neceſſitatem fuiſſe. Vnde,ſi alius ſequatur effectus,non imputetur. facit ad hoc,quod no.gl.in d.c.ad nram,in gl.3.ibi,& credebant utiliter contrahere,ut ibi per eundem Laur.de Rodul. ubi ad longum materiam examinat;ibi vr, meo iuditio, dicere,& concludere, q teneret opinionem gl.in ſcholis,ſed in iuditio q diceret,aut teneret, q uellet longius meditari. Sed quicquid dicat ipſe,ultrà quod Card. Alexand.in c.ſine
49 exceptione.12.q 2.dicit, q illa gl.eſt cõiter reprobata,† & alienatio rei eccleſiaſticæ ſolemniter facta per epm, uel clericũ in caſu prohibito non ualet, nec tenet ſecundum uerã opinionem,& communem,per Ant.de But.in c.1.de in integr. reſtit.idẽ tenet Abb. in c.quod dicit de elect.in ultimo not.
50 ubi notat,† q conſenſus populi,& cleri non ſufficit,vt bona eccleſiæ ſine iuſta & canonica cã alienentur. cap. ſine exceptione.12.q 2.& melius in c.aduerſus,de immun. eccleſ.vbi
51 dicit, & nota bene iſtum tex.contra Prælatos,† & collegia, quæ quandoque ad petitionem dominorum temporalium tpe bellorum alienãt bona eccleſiæ.& nota, q Prælatus male alienans tenetur de ſuo patrimonio eccleſiam conſerua-
52 re indemnem,† ſequitur Corſet.in repertorio.in uerbo cõ-

ſenſus;idem tenet Io.de Imo.per tex.in c.2.de reb.eccleſiæ non alien.in 6.ibi,in forma.& caſibus;& Arch.in d.c.2.& ibi dem Gemin.an.late in uerſi. q ſi alienatio eſt facta &c. & dicit Bero.in d.c.1.& in c.cum uos,& in c.tua,de his quæ fiu.a præla. q poteſt ſaluari dictum gl in d c.ſine exceptione, & in
53 ſumma.12.q.2.ut teneat alienatio,† quæ communi opinione reputabatur eſſe utilis eccleſiæ,licet non eſſet,fuit tamen facta ſolemniter,& ita procedat dictum gl. aliàs uerò procedat opinio Imol.& aliorum, quod eſt notandum perpetuò ſecundùm Bertach.de Firm.in tract.de epiſco 4.parte,uerſi. quadrageſimò quæro.num.115 Hoc habes ex Fel. in c. quæ in eccleſiarum ext.de conſtit.1.col.ubi dicit, q pro opinio-
54 ne Abb. q contractus aliàs ſolemnis,† ſi nõ ſit in caſu licito, eſt nullus,eſt glo.in uerbo redire.cap.1.de reſt.in integ. ubi Ant. Abb.& Imol.D.Io.And.d c.quæ in eccleſiarum, & ẽt Doctores in c.2.de reb.eccleſ.in 6. Et q dictum glo.in ſumma,& in c.ſine exceptione.allegatæ uno caſu ſaluatur, uide licet,quando alienatio fuerit cum ſolemnitate in caſu con
55 ceſſo apparenter,† ut quia credatur ſubeſſe utilitatem eccle
55 ſiæ,& exiſtenter,& uere ſit contrarium,† quia tunc contractus tenet,ſed datur reſtõ in integrum,ſecundùm Anton.c. apoſtolica,ubi Imol.de his quæ fiu.Imol & Ioã.And.d. ç.1. de reb.eccl.Et dicit Fab.de monte in tract.de empt.& uendi. q.5.princip.ſub rubr.de rerum eccleſiaſtica. alienat.uerſi.ut
57 autem.† q in alienatione de rebus eccleſiæ requiritur iuris ſolemnitas,& q alienatio ſit a iure permiſſa, & ita communiter tenetur,licet aliter teneat glo.in c.ſine exceptione,ẽt in ſumma.12.q 2.ſed non bene,ut notatur per Io.de Imol. in c. ſi quis præsbyterorum,& c.quæ in eccleſiarum, & c.1.de in integr.reſtit.Immo dicit Archid. in capit. non liceat Papæ,
58 † 12.q.2 ſi Papa ipſe alienat bona eccleſiæ in caſu nõ licito, peccat mortaliter,puta dando cõſanguineis bona eccleſiæ, vt præ aliis eos diuites faciat,quod dictum refert Abb. & dicit non eſſe tradendum obliuioni in c.conſtitutus,mihi col. 4.uerſi.aut quæritur de alijs rebus eccleſiæ,de religioſ. dom. Doctrina eſt Abb in c.fraternitatem de don.in fi.nerſi.in gl.
59 in uerſi.ubi dicit,† q ad hoc,ut teneat alienatio facta de rebus eccleſiæ,duo requiruntur,ſolemnitas rerum, de qua in c.ſine exceprione.12.q.2.ſecundò,ut fiat in caſu licito Et, ſi
60 donatio ſit facta in caſu illicito † eſt ipſo iure nulla, quãtumcunque capitulum cõſenſerit,ſecus ſi ſit facta in caſu licito, puta ſi prælatus cauſa pietatis donauit rem eccleſiæ cum cõſenſu capituli.Idem Abb.in c.1.ext.de in integ reſtit.col.fin.
61 uerſi.in gl.pen.ibi,ex qua collige,† q ad hoc ut teneat alienatio rei eccleſiæ,opus eſt q fiat in caſu licito. Et quatuor ſunt generaliter caſus liciti,quos uide per gl.12.q.2.in ſumma &c.

Deceptio autem in prætio non inducit nullitatem contra
62 ctus,† ut hic inquit,habes tex.apertum,ſatis enim eſt, q eccleſia non ſit decepta in cã primaria ſuadẽte alienationem. Sed aduerſus iſtam deceptionẽ,quæ uenit extrinſece, & accidentaliter, ſubuenitur eccleſiæ per reſtitutionem in integrum,gl.tamen 12.q.2.in ſumma,† & in ca ſine exceptione.
63 ea.cauſ.& quæſt.tenet, q ualet alienatio ſeruata forma,licet non fiat in caſu licito, ſed competit eccleſiæ remedium reſtitutionis,† quia forma eſt illa,quæ dat eſſe rei,& conſeruat
64 eam in eſſe.Ergo ad ualiditatem contractus ſufficit obſeruari formam;Hanc opinionem ſequutus eſt hìc Io. de Ligna. ſed alij Doct.communiter ſequũtur iſtam glo.tam antiqui, quàm moderni; & adducit Ioã. Cald. textum expreſſum in
65 clem.1.de reb.eccl.non alienan.ubi aperte deciditur, † q nõ ualet alienatio,niſi fiat in caſu licito, & ſeruetur forma. Et tene menti illum tex. qui bene hoc probat. Ad idem facit
66 tex.in c.ſine exceptione.præallega.ubi dicitur, † q prælatus id debet allegare,quod eſt profuturum eccleſiæ, ad id tex.in c.quæ in eccleſiarum,de conſt.& c.fi de reb.eccleſ.non alien.
67 † q in alienatione debet interuenire conſenſus legitimus perſonarum eccleſiaſticarum,non enim dicitur legitimus, niſi interponatur in caſu licito &c.Sequitur Aug. Bero.in c. nulli.ext.de reb.eccleſ.non alien.col.24.uerſi. ſecunda con-
68 cluſio, † q alienatio facta cum debita ſolemnitate abſque iuſta,& legitima cauſa non ualet,& irrita eſt,ita,inquit,uoluit Abb.hic.& in c.1.de in integr.reſt. Et licet contrariũ uelit gl. in c.ſine exceptione,& c.quæ in eccleſiarum, de conſtit.tamen prima opinio eſt magis communis, & uerior; & ego, inquit,illam ſequor,quã probo per tex. in c.ſeq. ubi alienа-
69 tio † facta fuit ſeruata ſolemnitate, & tamen ipſo iure non ualuit;quia facta ſine iuſta,& legitima cauſa; Adducit ulterius tex.in l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl. ubi alienatio facta
70 in caſu non permiſſo non ualet;Subdens alienatio † rei eccleſiæ abſque cauſa eſt a canone prohibita; ergo ipſo iure non ualet.Et per alia multa comprobat idem Bero. quæ accumulate adducit per unam columnam.

Et ſi ſit facta alienatio ſine cauſa legitima, uel cum falſa
71 cauſa, † quæ alienatio ſit confirmata a Papa, confirmatio

Papæ

Source : BIU Cujas

Papæ non cenſetur talem alienationem conualidaſſe; quia defectus quoad cauſam, & cauſæ falſitatem Papa non ſupplet, cùm non fuerit adhibita cauſæ cognitio. Rota, deciſio. 229. & 230. in nou. gl. ad reg. cancell. 21. circa fin. uerſi. ſed per iſtum. eſt deciſio eiuſdem Rot. deciſ. 59. inci. vnio Immo eſt Papæ intentio per talem cõfirmationem velle tollere eccle-
72 ſiæ remedium, & † beneficium, quod eccleſiæ contra talem alienationem comperit. Aegid. deciſi 503. alia fundamenta. Et dicit Io. Fran. Pauin in tract. de off. & pote. cap. ſed. vacan.
73 † q. 8. 2. part. ℭ confirmatio apoſtolica in forma communi non ualidat alienationem nullam. c. 1. ne ſed uac. c. quia diuerſitatem. de conceſſ præb. quinimmo etiam confirmatio
74 ex certa ſcientia, & motu proprio, † & cum ſuppletione defectuum, non impedit, quominus falſitas cauſarũ in alienatione expreſſarum nõ poſſit probari, etiam ſi totus tenor
75 interſeratur in bulla. † Nam defectum ſolemnitatum ſolùm uidetur ſupplere; poteſtatem verò, aut ueritatem cauſarum non, niſi facta ſit parte uocata, cum cã cognitione, Rota d. deciſi. 229. in nouis. incip. in diſmembratione. Inno. in c. 1. de translat. prælat. c. 1. de confir. util. uel inut. per alios in clem. paſtoralis. de re iudic. Spec. in tit. de legat. § nunc oſtendendum, uerſi. 18 eſt deciſi. eiuſdem Rotæ, in nouis. 230. inci. Pa-
76 pa, ubi habetur, ℭ confirmatio † papalis facta ex certa ſcientia in alienatione eccleſiaſtica ſupplet tantùm defectum ſolemnitatum, non autem ſupplet ſubſtantiale.

Et eſt concluſio in iure, ℭ ubicunque narratum in gratia
77 de regitur † falſum corruit ipſa gratia. per Aymon. conſ. 68. num. 5. etiam ſi ſit facta motu proprio, & ex certa ſcientia,
78 quia talis certa ſcientia, † & motus proprius cum clauſula non obſtan. & ſimiles clauſulæ operantur uſquequò probe tur contrarium de falſitate narratorum, Dec conſ. 142. in fi. Pariſ. conſ. 3. num. 51. & num. 60. in 4. & conſ. 1. num. 82. in 1. Aymo. d. conſ. 68. nu. 6. Vnde merito, de recto ℭ non adfuerit in alienatione cã, uel ℭ fuerit cauſa falſa, conceſſio p̃p̃, vel
79 cõfirmatio ſeu gratia corruit. † Nec prodeſt, ℭ in literis gratiæ fuerit decretum irritans quia talia nullum operantur effectum ubi gratia principalis, ſuper qua opponunt̃, corruit, aut tollitur, ità declarat Caſſad. ſuper reg. deciſio. 10 num 4.
80 † quia huiuſmodi regulantur ſecundùm principalem gratiã tanquam ad illam acceſſoria, & nõ operantur effectum, vbi gratia ipſa non operatur. Rot. in nou. deciſi. 2. num. 2. de conceſſ. præb. Pariſ. conſ. 40. num. 3. & conſi. 82 nu. 15. in 4 Dominic. conſi. 143. num. 1. cum ſimilibus. Facit, quia uidemus,
81 † ℭ ſublato, aut irritato contractu principali omnia acceſſoria, & adijcientia maius robur, & maiorem vim, vt guarentigia, iuramentum, & ſimilia corruunt, nullumque operãtur effectum, Bal. in l. ſi abſentis. nu. 11. uerſi. unde ſcias. C. ſi cer-
82 pet. † Soc. conſi. 27. num. 25. in 4. & detecta falſitate oſtendit defectus intentionis in tota gratia, qui tollit gratiam, & omnia in ea contenta, not in clem. ſi romanus, de præben. cum adductis per Pariſ. conſi. 1. num. 74. lib. 1.

83 Confirmatio uerò, † ſi ſuper aliquo oriatur dubitatio, facit, ſi ſit ſolemniter facta, ℭ præſumatur prætium enumeratum, ſeu conuerſum in vtilitatem eccleſiæ, per tex. iuncta gl. cum dictis doctor. c. conſtitutus, de relig. dom c. ad hæc. de
84 reſcrip. clem. 2. eo tit. in fi. † Et inſtar eſt ſacrilegij dubitare, an illud ſit licitum, & dignum, quod princeps cum cauſa inſtituit, & confirmauit. 17. q. 4. qui autem. ff. ad l. iul. rep. l. ſacrile. facit. 19. dict. c. 1. l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. maximè
85 cum Papa poſſit aliqua bona † ecc eſiæ alicui donare libere & præſumatur motus ex iuſta cauſa. 12. q. 2. cùm redemptos.
86 c. a nobis. de decim. & ibi Hoſtien † & præſuppoſito ℭ cauſa non ſubeſſet legitima, tamen ſatis eſt tutus, quoad eccleſiam militantem, qui accipit, cum nemo poſſit in hoc Papã redarguere, gl in c. non eſt, de uot. nec de ipſius facto iudicare. 2. q 3. nemo.

87 Et confirmatio apoſtolica alienationis † eccleſiaſticæ eſt bona, licet in illa non ſint expreſſa aliqua particularia, quæ expreſſa Papam non mouiſſent in contrarium, & quibus nõ obſtantibus, nihilominus Papa conceſſiſſet, eſt deciſ. Rot. in manuſcriptis deciſi. Mohedan. 251. incip. Io. epiſcopus.

Sed an facta alienatione præſumatur facta cum cauſa, &
88 cauſam in ea fuiſſe, uidetur dicendum, ℭ ſic, † quia commiſſarius, uel delegatus, cui eſt commiſſum, ℭ capta diligenter informatione, & facta perquiſitione de cauſa, & de alijs narratis in ſupplicatione, eſt præſumendus, ℭ ex eo maximè, quia alienationem concedit, uel alienandi licentiam dedit, diligentem inquiſitionem fecerit. & cauſas veras reperierit,
89 † quia ex conſequenti præſumitur de antecedenti. l. illud de
90 acquir. hæred. c. præſentiam c. prætereà de offic. deleg. † præſumitur enim quiſque diligenter exercere officium ſuum. c. ad audientiam. de præſcriptio. & c. deputati de appella per Cyn. in l. ſi quis decurio. C. de fal. & maxime ſi hoc aſſererе-
91 tur. † Vnde quicunque vult dicere cauſas expreſſas non uera fuiſſe, uel cauſas non fuiſſe, habet hoc probare, cum præ-
92 ſumatur pro authoritate iudicis, arg. l. 1. & † ℭ ibi not. Bar. C. de præd. decur. quod ſentit Inno. ſi bene ponderetur, in c. dudum. de reb. eccleſ. non alien. per Abb. in conſi. 41. 1. parte. Pro quo uide adducta infra in rub. de conſentu, uerſic. & an præſumatur, & in rubr. de authoritate, uerſicu. ſed, an in alienatione.

93 Nec in caſu alienationis † ſine cauſa legitima, conſcientia tam ex parte alienantis, quàm alienationem accipientis, eſt tuta quoad Deum. Archid. c. non liceat. 12. q. 2. Abb. c. cum veniſſent. de iud. Inn. & Bal. c. bonæ. de poſtulat. prælat. Abb. c. conſtitutus de relig. dom & in c. dudum de elect. & conſ. 42. 1. uol. Card. in c. 1. epiſc. uel abba. ubi etiam loquuntur de Papa alienante.

SVMMARIVM.

1 *An antequam deueniatur ad alienationem rei eccleſiaſticæ neceſſariæ ſit cauſæ cognitio.*
2 *Cauſæ cognitio neceſſaria eſt, ſi tractetur de perpetua alienatione.*
3 *Proſpicere eſt procul aſpicere.*
4 *Cauſæ cognitio neceſſaria eſt non ſolum circa cauſam alienationis, ſed et circa rem alienandam.*
5 *Cauſæ cognitio, & decretum debent interuenire in alienatione rei pupillaris.*
6 *Eccleſia & minor æquiparantur.*
7 *Decretum iudicis ex ſententia Io. And. non eſt neceſſarium in alienatione rei eccleſiaſticæ, ſed ſufficit ſola cauſæ cognitio.*
8 *Tractatus ſuper quibus fieri debeat.*
9 *Contractus ſine cauſæ cognitione celebratus eſt nullus.*
10 *Cauſæ cognitio præmitti debet, an magis alienare unam rem, quam aliã expediat.*
11 *Cauſæ cognitio ſufficit, quòd ſuper legitimitate cauſæ procedat.*
12 *Cauſæ cognitio qualis eſſe debeat.*
13 *Cauſa iuſta poteſt ſubeſſe, non tamen expedit quodlibet prædium alienari.*
14 *Res eccleſiæ immobilis, uel mobilis magna non debet pro paruo debito alienari, & nu. 15.*
16 *Exequutores ultimarum uoluntatem an pro paruo debito rem magni prætij alienare poſſint.*
17 *Quantitas alienationis rei eccleſiaſticæ debet diſcuti in cauſæ cognitione.*
18 *Alienatio non ualet, ſi epiſcopus authoritatem interpoſuerit ſine cauſæ cognitione.*
19 *Epiſcopus ſi dederit licentiam uendendi certum prædium pro reparatione eccleſiæ ſine cauſæ cognitione circa rem alienandam, an alienatio ualeat.*
20 *Cauſæ cognitio an neceſſaria ſit nedum in tractatu alienationis, ſed etiã circa rem alienandam.*
21 *Alienatio rei minoris in nullis diſtat ab alienatione rei eccleſiaſticæ.*
22 *Solemnitas, quòd minus utilis res primò uendatur, hodie non ſeruatur.*
23 *Epiſcopus poteſt authoritatem interponere, licet ſciret prædium magis vtile.*
24 *Licentia ualet, & alienatio, licet inquiſitio, quæ præcedere debet, non præceſſerit, ſed ſi eccleſia lædatur, eſt reſtituenda. num. 25.*
26 *Solemnitas circa rem præſumitur, ſi alienatio fuit neceſſaria.*
27 *Solemnitas intrinſeca, & extrinſeca differunt.*
28 *Tractatus diligens dici non poteſt, niſi de omnibus ſit cognitum.*
29 *Quando ſuper omnibus tractatus diligens factus dicatur.*
30 *Deliberatione facta, quòd ſit magis utile uendere hoc, quàm illud, ualet contractus, licet contrarium ſequatur, ſed erit locus reſtitutioni.*
31 *Defenſoris rei eccleſiaſticæ officium circa quæ uerſetur.*
32 *Vtilia ſunt quando meliora, & meliora eſſe non poſſunt, niſi minus utile uendatur.*
33 *Cauſæ cognitio circa rem debet præcedere conſilium.*
34 *Practica inſtrumenti continentis tractatum ſuper re alienanda.*
35 *Vtile eſt, quòd dicatur in inſtrumento, quòd tractatus fuit habitus diligenter, & ſolemniter.*
36 *Cauſa alienationis cognoſci debet.*
37 *Epiſcopi authoritas interuenire debet cauſa cognita, aliàs non ualet.*
38 *Cauſa utilitatis, uel neceſſitatis debet aliter apparere, quàm per aſſertionem prælati.*
39 *Confeſſio prælati circa cauſam alienationis rei eccleſiæ non tenet.*
40 *Confeſſio prælati per modum uoluntariæ iuriſdictionis emanans non debet eccleſiæ præiudicare.*
41 *Cauſa alienationis debet uere conſtare.*
42 *Cauſæ cognitio neceſſaria eſt in alienationibus eccleſiaſticis.*
43 *Cauſa alienationis debet conſtare per publicum inſtrumentum.*
44 *Papæ non creditur aſſerenti conſanguineis ſuis ex cauſa donaſſe.*
45 *Epiſcopo multò minus, uel alteri inferiori credendum in iſto caſu erit.*
46 *Inſtrumento alienationis non creditur, ſi in eo narretur, quòd ex cauſa neceſſitatis fuit facta alienatio.*
47 *Is, cui eſt facta alienatio, debet docere cauſam alienationis iuſtam interueniſſe.*
48 *Iudex ſuper cauſæ cognitione huiuſmodi non tenetur teſtes recipere, vel aliter indicialiter procedere.*

Diſcuſſio

49 *Discussio causæ habetur pro tractatu.*
50 *Causæ cognitio in hac materia non requirit partis citationem, sed huiusmodi impropriè causæ cognitio, proprie uerò discussio, tractatus, & consultatio. 51.*
52 *Tractatus ubi requiritur, causæ etiam cognitio interuenit, ut discussio.*
53 *Tractatus est, cognoscere inter prælatum, & illos de capitulo de causa alienationis.*
54 *Discussio commissarij habetur loco tractatus, & causæ cognitionis.*
35 *Causæ cognitio committitur per Papam commissario sub his uerbis, si tibi per diligentem inquisitionem &c.*
56 *Conditio in forma specifica est adimplenda.*
57 *Diligens tractatus siue causæ cognitio non est, nisi de omnibus sit tractatum, cognitum, discussum, & deliberatum.*
58 *Causæ cognitio in alienationibus ecclesiasticis debet esse diligens.*
59 *Verbum, diligens, quid importet.*
60 *Prælatus ex præcepto debet uti diligentia circà res ecclesiæ.*
61 *Verbum, constiterit, importat, quòd constet per instrumentum uel testes.*
62 *Verbum, constitisse, uerificatur & in futuro, si in præterito uerificari non potest.*
63 *Verbum, reperieris, importat causæ cognitionem parte citata.*
64 *Verbum, inueneritis, non arctat ad citationem partium, præcipuè in negotio modici ualoris.*
65 *Iudicis negligentia est lata culpa, & dolus præsumptus.*
66 *Negligentia iudicis facit eum puniri tanquam conscium criminis.*
67 *Decretum iudicis properè interpositum non tenet contra ecclesiam, quia præsumitur fraudulenter interpositum.*
68 *Breuitas temporis facit præsumptionem, quòd processum sit causa non cognita.*
69 *Celeritas actus inducit suspitionem fraudis.*
70 *Fraus semper præsumitur, cum constet de damno.*
71 *Qui omisit facere, quod debuit, probatur fuisse in negligentia.*
72 *Clausula, si reperieris, cùm importet conditionem, debet conditio specificè uerificari coram commissarijs.*
73 *Quid si commissio non fuit facta iudici, sed uti bono uiro.*
74 *Testes in alienatione rei ecclesiæ necessariò non sunt recipiendi, nec decretum interponi, sed satis est, quòd interueniat causæ cognitio cum solemnitatibus requisitis.*
75 *Ratio, quæ mouet delegantem debet mouere delegatum.*
76 *Ex consequenti præsumitur de antecedenti.*
77 *Officium suum quisque diligenter exercere præsumitur.*
78 *Causas expressas qui veras non fuisse dicit habet hoc probare.*
79 *Discussio, quæ mandatur commissario, habetur loco tractatus.*
80 *Iudex hodie tenetur esse diligens circà alienationem rerum ecclesiasticarum, sub pœnis, de quibus in Paulina, quæ inscritur in rescriptis huiusmodi alienationum.*

Rubrica 32.

De causæ cognitione in alienationibus faciendis.

EXposuimus suprà de causis, quæ esse, & interuenire debent antè, quàm deueniatur ad alienationem rei ecclesiasticę, mõ
1 uidendum est, an sit necessaria causæ cognitio. †& an ad alienationem faciendam procedi habet cum causæ cognitione. Et per Archid. in cap. sine exceptione. 12. q. 2. in principio
2 dicitur, ꝙ habet procedi in talibus alienationibus, † vel distractionibus cum causæ cognitione, si quidem de perpetua tractatur alienatione; si de alienatione non perpetua, sed ad tempus, non est opus inquit tanta solemnitate, arg. c. 1. in fi. vt eccles. beneficia. ext. ubi ità not. Innocan. & id ex eo etiam apparet, quod legitur & notatur in cap. dudum. de reb. eccl. non alienan. in 6. in tex. & glo. maxime gl. in uerbo tenues, ꝙ habetur in tex. in cap. sine exceptione. 12. q. 2. vbi alienans
3 debet ad meliora prospicere. † Et prospicere est procul aspicere, not. in cap. si quis præsbyterorum. ext. eod. titu. ex quo infertur, ꝙ requiritur causæ cognitio rei, quæ debet alienari, uidelicet an expediat ecclesiæ istam potius alienare, quã
4 aliam; † ideò est necesse non solùm circà causam alienationis tractari & cognosci, sed etiam circà rem alienandam, per Rebuff. in compendio alien, in uerbo prospiciat, & est consilium Abb. consi. 41. 1. parte.

Sed in contrarium facere videtur illud, quod notat Innocen. in d. cap. dudum, & Ioan. And. post eum in glo. fina. ubi
5 tenet, † ꝙ in alienatione rei pupillaris requiritur causæ cognitio, & decretum. Quod dicunt similiter debere fieri in
6 alienatione rei ecclesiæ, quia ecclesia, & minor æquiparantur. l. pupilli. ff. ex quibus caus. maior. Quod non placuit ipsi Innocen. quia immo ei placuit, quod habetur in fine illus glo. & similiter Hostien. ut ibi refert Ioan. And. Sed patet solutio, si inspiciantur verba Innocentij, quę faciunt pro suprà dictis, solùm enim in eo, quod dicitur de decreto, dicit Inn. & Hostien. & sic intellexit Ioan. And. non bene dicere eos,
7 † qui dicebant hoc habere locum in alienatione rei ecclesiasticæ. Nam in illis, dicit ipse, non est decretum necessarium, sed sufficit sola cognitio causarũ alienationis cum expresso consensu. Ad hoc allegatur tex. in c. caselas, & cap. hoc ius. 10. quæst. 2. & cap. sine exceptione, & hoc est indubitatum.
8 Hoc enim est, quare fit tractatus, † & de quo tractari debet, scilicet an sit causa utilis, uel necessaria, quia debent clerici conuenire, & unusquisque dicere, quod sibi uidetur, per gl. in c. tua. de his, quæ fiu. a præla. in uerbo tractatu, ibi, conueniant omnes, & quilibet dicat, quod sibi uidetur &c. Firmat etiam Feder. de Sen. in consi. suo. 237. per Abb. in cap. nulli. ext. de reb. eccles. non alien. 2. colu. uersi. item debet, ibi, nec requiritur decretum iudicis, sed sufficit causæ cognitio. Sed, si non interueniret causarum cognitio, non teneret aliena-
9 natio, † quia contractus sine causæ cognitione celebratus est nullus, per Socin. consi. 115. incip. circà primam quæstionem. 1. parte. colum. 1. Nam ad hoc requiritur tractatus, ità inquit not. Innocen. in capitu. unico, supra tit. 1. in fin. Et per Fede. de Sen. in consilio suo 237. Non tamen de necessitate
10 requiritur, † ut præmittatur, & præmitti habeat causæ cognitio, utrum expediat magis alienare unam rem, quàm
11 aliam, ita notabiliter dicit in consilio 237. † satis enim est ꝙ adest causa alienandi, & ꝙ super legitimitate causæ processit cognitio, & sic seruata forma ca. sine exceptione, vel alia solemnitate inducta per consuetudinem modo prædicto, & aliàs ut ibi per eundem Abb. Sequitur Lauren. de Rodul. in repet. cap. sine exceptione. duodecima quæstion. 2. quæst. 9. ubi in 10. q. subsequenti, querit, qualis debet esse huiusmo-
12 di causæ † cognitio, & an sufficiat cognoscere, & tractare, an subsit necessitas, uel utilitas alienandi, & secundum Feder. de Sen. in consi. 237. dicit, ꝙ non; immo non solùm an causa subsit, sed an propter illam causam potius expediat aliena
13 ri hoc prædium, † quàm illud, discuti, & cognosci habet. Possibile est enim quod adsit iusta causa alienandi, tamen non expediat quodlibet prædium alienari, quia debet discuti,
14 quod magis expediat alienari, † vt l. magis. ff. de reb. eorum, quia pro paruo debito non debet res immobilis, uel mobilis magna ecclesiæ alienari, per ea, quæ dicit Bartol. in l. a Diuo Pio §. in uenditione, & ibi Alexan. uersi. additio. in glo. ff. de re iud. & per glo. & per eundem Bartol. qui in authẽ. hoc
15 ius. C. de sacrosan. eccles. ibi quæro, quid est, † hoc dictum gl. intelligit, ꝙ pro modico debito non uenditur res magna. Similе notatur de distractio. pignor. l. quandiu, quod facit ad
16 quæstionem de exequutoribus † ultimarum uoluntatum, an possint pro modico debito vendere rẽ magni prætij &c. Est ergo necesse non solùm circa causam alienationis, sed circà rem alienandam tractari, & cognosci secundùm Fed.
17 de Sen. dicto suo consi. † ubi ponit etiam opinionem cuiusdam Ioan. de Regio, qui dicit ibidem, discuti debere de quã titate uenditionis, uel alienationis, & rerum alienandarum, quod ad tractatum non est dubium secundùm eum pertinere.

Hoc idem sentit Feder. suo consi. 142. ubi concludit, non
18 ualere † uenditionem factam de reparochialis ecclesię, in qua episcopi authoritas, siue consensus interuenit, ex eo ꝙ examinationem, siue causæ cognitionem prætermisit ipse episcopus circa causam alienationis, ex quo non constat, ꝙ circa rem alienandam præmiserat. Et de hoc etiam dicit consuluisse quendam doctorem, & idem sibi respondisse.

Et format ibi quæstionem in præsbytero parochialis ec-
19 clesiæ destructæ, † qui petitionem exhibet episcopo, ut possit aliquod prædium alienare pro reparatione dictæ destructę ecclesiæ, nullo prædio specificato, episcopus committit cuidam præsbytero, ut personaliter accedat ad ecclesiam, & inquirat si ecclesia indiget reparatione, & pari modo inquirat de possessionibus ecclesiæ minus utilibus ad retinẽdum, & plus utilibus ad uendendum, qui præsbyter rediens refert episcopo ecclesiàm indigere reparatione, & ꝙ in reparationem posset impendi ad summam ducentum librarum; sed de possessionibus nihil retulit, & episcopus dedit licentiam demum uendendi certum prædium præsbytero, nec appareat, ꝙ aliqua examinatio, uel causæ cognitio sit adhibiia circa rem alienandam; & tale dubium unà cum suo consilio misit cuidam alteri Doctori Florẽtino, qui sibi dixit totum contrarium. Et mouetur ille Doctor, quia dicit se non inuenire, ꝙ ista tanta solemnitas, & tam exquisita causæ cogni-
20 tio sit de substantia alienationis, † & ad gloss. Innocen. in c. 1. de eccles. benefic. & c. respondet, ꝙ non loquitur de tali solemnitate, & causæ cognitione, sed de illa causæ cognitione, quæ interuenit in tractatu alienationis, per Ioã. And. in cap. 1. in 6. in glo fina. ubi dicit, ꝙ necessaria sunt causæ cognitio, authoritas episcopi, & consensus capituli. Et subdit, ꝙ planum est, ꝙ loquitur de tractatu alienationis, dum dicit, causæ cognitio, quia de illo loquitur decretal. Et leges, quę uidentur

dentur uelle aliud, loquũtur, vbi requiritur decretum, quod non euenit in alienatione rei ecclesiæ, sed in alienatione rei
21 minoris, vbi maiores requiruntur solemnitates, † & quæ in multis distat ab alienatione rei ecclesiæ. l. magis, sæpius allegata, probatur ex notatis per Innoc. in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6.

22 Item probatur hoc aliter, † quia dicit ipse, solemnitas, de qua in c. hoc ius, ℘ primo minus utiles &c. hodie non seruatur, ut per Modernos in d. c. 1. in 6. unum dicit plus, † ℘, si co-
23 staret episcopo istud prædium magis utile, nihilominus posset authoritatem, siue consensum præstare, vt alienatio teneret, & sic restitutioni locus esset, si læderetur.

Item dicit ipse, & si episcopus habeat de hoc inquirere,
24 tamen, licet inquisitio ipsa non processerit, licentia tenebit, & ualebit alienatio, argum. l. si pupillorum. §. si Prætor. uersi. quod ergo. ff. de reb. cor. ubi dicitur, ℘ licet prætor male faciat concedendo tutori uendere, uel obligare, tamen in arbitrio erit tutoris.

25 Sic ad propositum, † & sic episcopus debuerit inquirere, ℘ prædium magis expediat alienare: tamen, si non fecit, sed dedit licentiam, ne dum in spetie, sed etiam in genere aliena-
di vsque ad talem summam, esset in arbitrio alienantis, & teneret alienatio; &, si ecclesia lædi contingat, sit locus restitutioni in integrum.

26 Item secundùm eum forte posset dici, † ℘ hæc solemnitas præsumatur, si alienatio fuit necessaria, pro vt notatur in Spec. in tit. de empt. & uend. §. nunc dicendum restat, uer. &
27 breuiter. † Sed huic multum repugnat, ℘ de solemnitate intrinseca, & extrinseca dicitur per glo. & Dyn. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. not. glo. Instit. de fideiuss. in fi. quid tandem dicamus? pro dicto Domino Federico multum facit text. in d. c. 1. de reb. eccles. non alienan. in 6. ubi habetur, ℘ tractatus habet fieri solemnis, & diligens, ubi est põderare, ℘ tex.
28 dicit non solum solemnis, sed addidit, & diligens; † quia non potest dici diligens tractatus, nisi de his omnibus sit tractatus habitus, seu cognitum, & deliberatum circà omnia, per quę ipsius ecclesiæ utilitas procuretur quoad omnia, & singula
29 possibilia; † quia tunc dicetur sic esse cognitum, quando erit discussum, non solum an sit utile uendere, sed an sit utile magis vendere hoc, quàm illud, si sit utile uendere, non tamen forte est utile uendere istud, sed bene illud.

Ideò dixi, quoad omnia, quia quoad quędam non posset prouideri; pone vtile est ecclesiæ uendere aliquid de suo, vt releuet pignus ad vsuram positum, discussum est hoc, & et an sit magis utile, A, quàm B. prædium uendere, & finaliter deliberatum esse vtile uendere A. potius quàm B. prædium; certe, si minus habeatur eo, ℘ ualeat, ideſt si minoris uendatur, quàm valet, quia forte ut prouerbialiter, & vulgariter dicitur, se cosi stà al incanto, quia præuideri non potest, vtilitas immo uerius necessitate cogente, nihilominus ualebit
30 deliberatio sic sumpta, † & electa post causæ cognitionem, & contractus exinde sequutus; sed erit locus restitutioni, si læsio probetur.

Et ad prædicta faciunt, quæ ponit glo. in uerbo defensore,
31 vbi habetur, † ℘ ad officium defensoris spectat, res ecclesiæ colligere, conseruare, & gubernare, excutere, & denuntiare iudici, quare fiat alienatio, &, si fiat propter soluenda debita, an pecunia possit haberi aliunde; an de fructibus satis fieri possit, aut de mobilibus, & an potius expediat obligare, quã distrahere, an de minus utilis possessionis prætio liberari possit &c.

Ad idem tex. est in c. cum apostolica. ibi, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat; quod Doctores exponunt, ideſt utilia, ex quo nota, † ℘ tunc utilia, quando melio-
32 ra, sed non possunt esse meliora, nisi vbi minus utile vendatur. Et, licet solemnitas. cap. hoc ius, non fuerit per ecclesiam acceptata, non tamen est quoad omnia refutata; quia non ad hoc scilicet fuit refutata, quod causæ cognitionem, solẽnem, & diligentem, si bene sit refutata quo ad decretum, & substitutionem, & similia. Sequitur per Rebuff. in c. sine exceptione. 12. q. 2. in uerbo prospiciat.

Talis autem causæ cognitio debet præcedere ante factũ
33 consilium, † & antequam fiat consilium, quia post factum consilium talia possunt interuenire, ex quibus posset præsu-
34 mi talem cognitionem interuenisse, † puta si dicatur instrumento, ℘ coadunati capitulariter episcopus, & capitulum, uel Abbas, & monaci die tali præsentibus talibus testibus, & in præsentia mei notarij, & testium &c. & facta proposita per ipsum episcopum, uel Abbatem super ea ad inuicem tractauerunt, & demum post moram, & longam discussionem, & tractatum ad inuicem habitum deliberauerunt, utile fore ecclesiæ tale prædium alienari pro satisfaciendo tali debito, uel pro emendo taie prædium magis utile ecclesiæ, certe alio non dato præsumam talem tractatum, siue
35 cognitionem fuisse solemnem & diligentem. † Et ad ualiditatem talis contractus, esset multò fortius, si dicatur instrũ ℘ fuisset habitus tract. solemniter, & diligenter, & aliàs ut per Lauren. de Rodul. in repetio. cap. sine exceptione. 12. q. 2. de eius dictis ego ista descripsi, quia mihi ad propositum
36 materiæ nostræ facere uisa sunt. † q. 10.

Et quod de causa alienationis cognosci habeat, dicit optime glo. in summa. 12. q. 2. ibi, & olim quidem duo de uicinis episcopis intererant, & de casu alienationis cognoscebant, & subscribebant &c. Et dicit Geminianus in cõsilio suo 48.
37 incip. præsbyter. colum. 3. † ℘ authoritas episcopi in alienatione, & contractu rei ecclesiæ habet interuenire causa cognita, & si non interuenerit causæ cognitio, non ualebit authoritas episcopi præstita, dicit Rebuff. in sæpe allegato cõpendio alien. rer. eccles. uersi. sextò exigitur, erat aduertendum, † ℘ de causa utilitatis, & necessitatis ipsius ecclesiæ pro
38 alienatione facienda debet constare aliter, quàm per assertionem, uel confessionem ipsius prælati, secundùm Petr. de Perus. & Domi. Cardin. Floren. in cap. quod quibusdam. de fideiussor. & dom. Anto. de But. cap. 1. de depos. Petr. de Ancharan. in Clem. 1. de reb. eccl. non alienan. & ita communiter teneturin dictis iuribus. † Immo confessio prælati in hoc
39 non tenet, ut uoluit gloss. in authen. de non alien. in §. si uerò. & ibi Iac. de Belui. Hoc idem firmat Bald. in authen. hoc ius. C. de sacrosan. eccles. Pet. de Ancharan. & dom. Anton. in cap. 1. depos. & Imo. d capit. quod quibusdam, ea potissimum ratione, ℘ confessio per modum uoluntariæ iurisdictionis emanans non debet ecclesiæ præiudicare, per id
40 † quod habetur. ff. de confess. in l. certum. §. sed an ipsos, & ibi per Bartol. per Cyn. in l. 1. C. de confess. & per plures alias rationes adductas per Imol. in d. capit. quod quibusdam. Fabian. de monte in tracta. de emption. & uend. quæst. 5. uersi & aduertendum. Et per Petr. de Ancharan. in cap. 1. eod. tit.
41 in 6. ubi dicit, ℘ in alienatione requiritur, † ℘ insit causa, nec sufficit, ut de ipsa constet per simplicem assertionem.

42 Per hæc igitur meo iudicio uidetur, † ℘ sit necessaria causæ cognitio in alienationibus ecclesiasticis, per Abb. consilio 41. prima parte. uersicu. & primo. ibi, non enim interuenerit causę cognitio, quę debet de iure interuenire &c. & de
43 his causis, † seu ipsarum altera debet constare per publicum
44 instrumentum, alioquin non creditur. † Nec etiam Papæ creditur dicenti, & asserenti fecisse ex iusta causa, quando donat consanguineis, per Præpos. in capit. non liceat Papę. 12. qõ. 2. & multo minus creditur episcopo, uel Abbati, aut
45 alteri inferiori, † quia, si crederetur illorum assertioni, nec haberet constare de existentia causę, quilibet episcopus uel alius rector indigens pecunia posset pro libito res ecclesię alienare, & attestari eam alienationem, uel cedere in eccle-
46 się utilitatem, uel esse ex causa necessitatis factam. † Quia immo si in instrumento alienationis narretur, ℘ ex causa necessitatis fuit facta alienatio, eidem non creditur, nam non fit pro hoc actu, sed pro alienatione. per tex. singularem, vbi Dec. & alij Doctor. in cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. Et sic non præsumitur facta causa utilitatis, uel necessitatis,
47 Guid. Papę. consi. 151. per Socin. consi. 52. † uiso instrumento. col. 1. uol. 4. Et eum, cui est facta alienatio, oportet docere vtilitatem ecclesię, uel aliam causam interuenisse quia contra se habet præsumptionem contrariam, argu. eorum, quę notant doctores in l. manifeste. ff de iureiur. & per Bart. in l. si forte. de castren. pecul. & in l. si donatione. C. de collat.

Sequitur Petr. Rebuff. in compen. alien. rer. eccles. uersic.
48 quartò improprijssime. nu. 7. † Non credo tamen requiri, ℘ episcopus audiat testes super huiusmodi cognitione, & iudicialiter procedat, quia iure ad hoc non astringitur, per Abb. in consilio 41. incip. saluatoris. col. 2. 1. uol. allegat gl. & Innoc. in c. 1. eo. tit. in 6. pro ut dicit de tractatu Pet. Rebuff. d. loco, uersi. & de hoc tractatu.

Et pro his, quę dico hic, uide, quę deduco infra in quęst. de tractatu. quę uidetur unica, & eadem quęstio, & materia, † quia discussio, quę fit causę, est, & habetur pro tracta-
49 tu, per Abb. consi. 41. primo uolum. per Capic. decisio. 16. 3. colum. num. 4. melius per August. Bero. in cap. nulli. col. 21. uersi. sed dubium non paruum, de reb. eccles. non alien. ubi quęrit, an ultra tractatum in alienatione ecclesiastica, sit ẽt necessaria causę cognitio, & an sit & idem cum tractatu, & concludit, ℘ ultra tractatum non est necessaria causę cogni-
50 tio, quia canon id non dicit, ergo nec nos dicere debemus. †

Nec in alienatione huiusmodi debet interuenire illa causę cognitio, in qua pars debet citari, & iudice pro tribunali sedente decretum interponi, sententię prolatio, & ordo iudicialis, & sic illa causę cognitio, quę est causę cognitio plena, & solemnis. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bon. poss. seruc. l. fin. C. de pręd. min. Nec illa causę cognitio, quę fit iudicialiter per interpositionem decreti, quę proprie dicitur causę co-
51 gnitio, † Sed illa requiritur, quę est non solemnis, & semiplena, quæ improprie dicit causę cognitio, sed potius discussio,

& tra-

Source : BIU Cujas

& tractatus,& conſultatio,cap.fina.de his quę fiu.a pręla.de qua c.fine.12.q.2.& c.1. noſtro tit.in 6. Ex quo enim tracta-
52 tus requiritur,† dicitur etiam requiri cãæ cognitio,vt diſcuſſio ſuper legitimitate cauſæ,per Fede. d. conſi.237.tractatus
53 enim nihil aliud eſt,† quàm diſcutere, & cognoſcere inter prælatum, atque illos de capitulo de cã alienationis, ut per D.Aug.d.loco a uerſi. ſed dubium. uſque ad uerſic. tertium quod,ubi concludit ꝙ tractatus, & cãæ cognitio in effectu idem ſunt.Sed ſi ſumus in alienatione commiſſa per p̃p̃ reſcriptum alicui Commiſſario,cui ſit mandatum, ꝙ ſe informet de contentis in ſupplicatione, & ſi illa uera eſſe reperit,
54 det licentiam Prælato alienandi,† diſcuſſio commiſſarij hr̃ loco tractatus,& cãæ cognitionis,& oĩs ſolemnitas vr̃ remiſſa,per Abb.d.conſ.41.1.uol.per commiſſionem, & indulgẽtiam p̃p̃,per Ant.Capic.d.deciſi.163.col-nu.4.Sed, quia huiuſmodi cãæ cognitio in breui per Papam commiſſario in
55 partibus deputato aliquãdo committitur ſub iſtis† uerbis, ſi tibi per diligentem inquiſitionem rem in euidentem cedere utilitatem conſtiterit &c.vel ſub iſtis, ſi per diligentem inquiſitionem cedere reperieris &c. per Abb.conſi. 41.1.uol. eſt ſciendum ꝙ iſta eſt conditio, & ꝙ in conditione iſta eſt
56 poſita cognitio euidentis utilitatis,quæ † cõditio habet omninò ante adimpleri in forma ſpecifica,& ad unguem,l.Meuius,ubi Bar.de cond.& demon.& habent iudices delegati, ſeu commiſſarij ſeſe diligenter informare, ideſt de oĩb. tractare,de oĩb.cognoſcere, de oĩb.inueſtigare circa eccleſiæ
57 intereſſe,& utilitatem.Quia non eſt† diligens inquiſitio, tractatus,aut cãæ cognitio facta,ſi de oĩb.non ſit tractatum,cognitum,diſcuſſum & deliberatum circa ipſius eccleſiæ utilitatem,circa oĩa,& ſingula poſſibilia,per Laur. de Rodul.in
58 rep.c.ſine exceptione.12.q.2.q.9.& 10.† Quia tractatus,ideſt cãæ cognitio in alienationibus eccleſiaſticis habet eſſe diligens.c.1.& ibi gl.de reb.ed cl.non alien.in 6.& ſubtili inueſti-
59 gatione uti debent,† quia id importat uerbum, diligens.c.q̃ graui.c.liceat,de crimin.falſi.Corſ.in ſing. in uerbo diligens,
60 Clericis.n.& prælatis regulariter † eſt de præcepto uti diligẽtia circa res eccleſiæ, ex quo eorum negligentia commiſſa circa res eccleſiæ punitur,Card.in cle.2.in prin.de reli.dom. & tantò magis eis præcipitur, qñ in alienatione ſunt facti iudices,ut per bullã Pauli 2. quæ ſolet inſeri in reſcriptis ſuper alienationibus eccleſiaſticis,cuius copia eſt deſcripta ad finẽ
61 tractatus.† Verbum aũt,conſtiterit,importat, ꝙ conſtet per inſtrumentum,uel per teſtes,Paul.de Caſt.conſ 297. Alex.in l.qui Romæ.§. Augerius,de uerb.obl.probatur.c.cùm olim de uerb.ſign.c.1.cum gl.de in integ.reſt.l.fin.C.de reb. cred. Item per ſnĩam,per Io.de Imo.d.§. Augerius, & ibi ẽt notat̃
62 de uerbo,conſtitiſſe,† quod uerificat̃ ẽt in futuro, & in præterito uerificari non poſſet,Faciunt notata per Dec.c.cũ ſpe
63 tiali.§.porrò.de appella. Et† verbum,reperieritis, importat cãæ cognitionem parte citata. per Old.conſ. 175. Guid.Pap. deciſi.70.tex.in clem.1.de conce.præb.Rota in antiq. deciſi. 684.nota ſi ponatur,quæ dicit eſſe ſecus, ſi ponatur verbũ,
64 inueneritis;ꝙ quidem † verbum non arctat ad citationẽ partium,præcipuè in negotio modici valoris,eadem Rot.deciſ. ſeq.incip.Dominus Petr.Staphil.de Grat & expect.§.citatio. nu.10.Abb.d.conſ.41.Cor.conſ.181.nu.14.uer.8.2.uol.Bru. conſ.41.nu.38.Rebuff.compẽd.alien.nu.102.Cur.in l admonendi,nu.380.ff.de iureiur.Fac.clauſula,uocatis, uocan.ſeu ſeruatis ſeruandis,quæ ineſſe ſolet,quæ importat ut cõmiſſarius non poſſit extra iuditium procedere.Cardin.clem.1.de off.deleg.Fel.c.exhibita,de iud.c.dudum de præſumpt. c.de cætero.de re iud.Clauſula tñ,ſuper quo tuam conſcientiam oneramus,quæ ineſſe ſolet in reſcriptis hmõi, operat̃ ꝙ negotium expediri & ſnĩa põtferri ſine citatione. Bal.in l.certam.2.colu.uerſi.& idem.C.und.cogn.& in l.2.vlt.not.C.de fideicom.item operat̃ ꝙ non põt appellari vlterius per gl.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.de reſcr.in 6.Bal.in l.1.uerſi. ſed pone.1.col.C.de reb. cred. Item facit ſufficere ꝙ iudex audiat, licet uerbis non approbet.Bal. in l.nemo.pe. col.C.de ſent. item operaf arbitrſo boni uiri.Bal.in l.uoluntatis.uerſi. itẽ. C.de fideicom.Bal.l.fin.ult.col.C.de iure dot.Alex.in l.ſi ſic. 2.col.de leg.1.Debent ergo delegati, uel commiſſarij hmõi eſſe diligentes, non negligentes in hoc negotio ꝑ eccleſia; Quinimò,ſi negligentes fuerint,præſumuntur de facili in do
65 lo,& fraude; † nã negligentia iudicis eſt lata culpa, & dolus pręſumptus.per Bal.in l.mancipia.C.de ſer.fug.Et negligẽtia iudicis facit eum puniri tãquam conſcium criminis.l.nõ ſolum,ubi Bal.C.de commer.& mercat.Et cã bene,& mature
66 cognita,† ac diſcuſſa non feſtinanter, uel ſtrangulatim, aut acceleranter ſuum aſſenſum,decretum,aut ſnĩam in alienationibus interponere,aut promulgare rei ueritate bene habita debent; quia ſi propere interponant, non tenet contra
67 † eccleſiam;nam præſumitur,ꝙ per exquiſita media,& fraudulenter interponat, ut in contractu minoris, cui eccleſia
68 æquiparatur,per Doct.c.1.de in integ.reſti.† quia ex breuita-
te tpis præſumitur,ꝙ cã non cognita ſit proceſſum.c.cũ ex lr̃is,de in integ.reſt.Anch.conſ.322.cõſ.222. conſ.176.Barb. in c. eccleſia S.Mariæ,de conſtit. col. 38.& celeritas inducit
69 † ſuſpitionem fraudis,tex iuncta gl.in l.ſi uentri. §. eorũ.ff.de priuil.cred.ubi Bar.& Bald.in l.eam,quam.C.de fideicõ.col. 15.& ſi per negligentiam illorum obueniat dãnum eccleſiæ præſumunt̃ in fraude,quia ſp̃ præſumitur fraus, cum cõſtet
70 de damno,Bal.† in l.ſi tutor.C.de inter.mat.inter tut & pup.
71 † & tunc fuiſſe in negligentia probantur, qñ omiſerunt facere, ꝙ debuerunt,& potuerunt.c.ult.de elec.c. quia diuerſitatem.de conceſſ.præb.Barto.in l.tutor.§.1.ff.de admi. tut.
72 † Et cum clauſula,ſi reperieritis, importet cõditionem cum cãę cognitione uerificanda,ut dico ſuprà,debet coràm cõmiſſarijs uerificatio conditionis conſtare,& apparere, non perfunctorie, ſed ſpecificè,clarè, & in indiuiduo per ueras probationes.l.Lutius,ubi not.l.hæredi.l.Meuius.ff.de cõdi. & demon Bal.in l.neque natales,nu.9.uerſi.& idem dico.C. de prob.& in l.in bonæfidei,nu.8.C.de reb.cred.Felyn.in c.ſi cõſtiterit,nu.5.de accuſ.Deci.conſ 681.nu.28. & in terminis alienationis eccleſiaſticæ Ruin.conſ 68.li.1. Sed iſta forſam eſſent intelligenda ſic, qñ negotium ſtaret cõmiſſum alicui,
73 ut iudici,& iudiciaiter ꝓcedere habenti,† ſed ſecus, qñ ſtat commiſſum uti bono uiro,ut ſolet Papa, qñ cãm ſuper huiuſmodi alienationib.& conceſſionib.delegat; quia tunc delegatus nõ vr̃ coarctatus ſolẽnia iudicij ſeruare, vt per Abb. d.conſ.41.ubi hr̃, ꝙ Papa Bonif. primo cõmiſit eꝑo Veronenſi,ut ſe informaret de contentis in ſupplicatione,&, ſi ea reperiret vera,daret illi Abbati licentiam;ex quib.uerbis,inquit Abb.apparet,ꝙ hoc non fuit mandatum Eꝑo uti iudici,ſeu vt iuditialiter procederet, cùm nulla contentio eſſet cum parte contraria,ſed tanquàm bono uiro,ut ſe extraiudicialiter informaret. Vnde non tenebatur eꝑs cooperari ſuper hoc teſtes,& proceſſum publicare,licet fuiſſet utile,ſi ſe extraiudicialiter informaret ex mente Inn.in c.dudum.de præſumpt.ſubdens Abb.probatur ẽt rõne,in alienatione rei
74 eccleſiæ † neceſſariò nõ requiritur, ꝙ teſtes recipiantur per ordinarium,uel ꝙ interponatur decretum;ſed ſatis eſt ꝙ interueniat cãæ cognitio cum ſolemnitatum requiſitarũ interpoſitione,per Inn.& gl.in c. 1. de reb.eccl.non alien.in 6. Item vr̃ mandatum iſto mõ uti commiſſario, ex quo.n.ipſe Papa poſſet extraiuditialiter procedere,& ſe extra iuditium informare,ita & p̃p̃ commiſſarius,arg c. ſuper literis. de re-
75 ſcrip.† nam ea rõ,quæ mouet delegãtem debet mouere degatum,ut ibi,& per Scriben.d.c. dudum. Et ſi dat commiſſarius licentiam alienandi,uel commiſſione p̃p̃ ipſe alienat,eſt præſumendũ ꝙ diligentem inquiſitionem fecerit, & cãs ueras reperierit,patet.n.inquit Abb.ex eo, ꝙ dedit poſtmodũ
76 licentiam factis ſubhaſtationibus,† nam ex conſequenti pręſumitur de antecedenti.l.illud, de acq.hæred.c. præſentis.c.
77 præterea,de off.deleg.† Præſumitur n. quiſque exercere diligenter officium ſuum c.ad audientiam.de pręſcrip.c. deputati.de app. & maxime ſi hoc per commiſſarium aſſeritur, prout uidemus ꝙ commiſſarij faciunt,qui uel alienationem fieri concedentes, uel factam uigore reſcripti approbantes aſſerunt de diligenti perquiſitione, & informatione per eos
78 facta,& capta. † Vnde,qui vult dicere cauſas expreſſas non fuiſſe ueras,habet hoc probare, cùm præſumatur ꝑ authoritate iudicis poſtea interueniente,argu.l.1.& ꝙ ibi not.Bar. C.de pręd.decurio.ſine decre.non alien.li.10.quod ſatis ſenſit Inn d.c.dudũ,ſi bene ponderetur.Nec eſt neceſſe, ꝙ alius
79 tractatus pręmittatur,cum diſcuſſio, quæ mandatur † cõmiſ
80 ſario,habeatur loco tractatus,& tantò magis, hodie † eſt in caſu alienationis eccleſiaſticę pręſumendum,ꝙ iudex bene officio ſuo functus ſit,quia ad id hodie tenetur ſub intermi natione pœnarum grauium incurrendarum, de quibus in Paulina,quæ ſemper inſeritur, uel inſeri debet in reſcriptis huiuſmodi alienationum,& conceſſionum per uiam Bullæ expediri ſolitis, de qua pono exemplum in fine laboris. Et pro hac materia uideto Dec.conſ.174.1.uol.inci.& ꝑ tenui.

SVMMARIVM.

1 *Forma tradita circà ſolemnitatem alienationis rerum eccleſiæ eſt triplex,alia nempe ciuilis,alia canonica,& alia conſuetudinaria,& numero 54.*
2 *Forma tradita a iure ciuili in auth. hoc ius. C. de ſacroſan. eccle. quæ ſit.*
3 *Clerico cuicunque,& minus laico non licet alienare res eccleſiæ.*
4 *Cauſa licita alienandi eſt multiplex.*
5 *In alienatione rerum monaſterij requiritur conſenſus dioceſani,in rebus uerò parochialis eccleſiæ non ſufficit conſenſus epiſcopi,niſi Rector coa ſentiat.*
6 *Solemnitas in alienandis rebus eccleſiaſticis, an ſit attendenda ſecundũ conſuetudinem cuiuslibet loci,etiam ſi ſit præter ius.*
7 *Conſuetudo poteſt augere ſolemnitatem.*
8 *Alienatio rerum eccleſiæ olim fieri ſolebat authoritate aliquorum epiſcoporum*

Source : BIU Cujas

ſcoporum comprouintialium,uel concilij,hodie ſufficit conſenſus epiſcopi,num.10.

9 *Olim matrices eccleſiæ tantùm habebant poſſeſſiones & modicas, hodie augmentatæ ſunt facultates ſingularum eccleſiarum,& nu.30.*

11 *Alienatio rei eccleſiaſticæ epiſcopalis facta ſine conſenſu epiſcopi, & capituli non ualet,niſi ſint modicæ & inutiles poſſeſſiones, & nu.12.*

13 *In alienatione rerum Monaſterij debet adeſſe conſenſus epiſcopi, & Abbatis,ac omnium fratrum.*

14 *In alienatione rerum eccleſiæ parochialis debet adeſſe conſenſus epiſcopi,& præsbyterorum.*

47 ſi unus. no. gl. in eo, quod innuit, † quòd reſpectu locationis, ſeu alienationis, uel alterius contractus tantam poteſtatem habet rector capellæ ſolus, quantam habet prælatus eccleſiæ collegiatæ cum collegio &c. & idem melius, ibi paulò ante uer. aduerte, quia glo. uult diſtinguere. Idem Imo. in c. tua nuper. 3. col. uer. & aduerte, quia Bal. de his, quę fiu. à prę
48 lat. ſin. conſen. cap. †Nec requiritur, q epiſcopus audiat teſtes, & iudicialiter procedat, quia iure ad hoc non aſtringitur, per ea, quæ dicit Abb. in conſi. 41. incip. ſaluatoris. uerſi. ex quibus. col. 2. ibi, probatur etiam ratione, in alienatione
49 rei eccleſiæ †neceſſariò non requiritur, quod teſtes recipiātur per ordinarium, uel quòd interponat decretum, ſed ſatis eſt, quòd interueniat cauſæ cognitio cum ſolemnitatū requiſitarum interpoſitione, ut no. Inn. & gl. in d. c. 1. de reb. eccle. non alien. in 6. immo poteſt prælatus alteri commit-
50 tere, †quòd faciat tractatum cum capitulo, Domini de Rota in ti. de loca. deci. 4. per Rebuff. d. compendio alie. rerum eccle. uer. ſecundo requiritur. in fi.

51 †Sed uideri poteſt, inquit, ad hunc contractum alienationis rerum eccleſiæ, an habeant uocari abſentes, & ſi ſint uocandi, an ſufficiat maiorem partem eſſe præſentem, uel habeant requiri omnes, uel ſaltem duæ partes; hanc quæſtionem ponit Laur. de Rodu. in repe. c. ſine exceptione, 12. q. 2. q. 6. & dicit ſecundùm Inn. quòd ſolùm reſidentes ſunt uocandi, c. hoc ius porrectum, & refert glo. ſuper uerbo ipſorum. de teſtib. c. præſentium. in 6. ſed Hoſtiē. dicit contra, ſed gl. approbat ibi opinionem Inno. dicens ſpeciale eſſe in electione, & receptione, & in caſu capituli. quiuis, de offi. ordi. lib. eo. quòd abſentes debent uocari, & idem dicit in d. cap. quiuis, in glo. ſuper uerbo in prouincia, & idem in ca. in eccleſiis. de præb. in 6. in gl. 3. ad no. per Io. And. in ca. 1. de his quæ fiu. à maio. part. c. Feder. de ſen. conſil. 143. & conſil. 278. ver. poſt iſta, & gl in c. fi. de maio. & obe. in gl. 3. in prin. & de elec. c. cum inter uniuerſas. in gl. 4. in fi. & quod no. Arch. in d. c. hoc ius porrectum, ſuper uerbo ibidem ſeruientium, & per Io. And. de conſti. c. cum omnes, ſuper gl. 1. de no. oper.
52 nunc. c. 1. ubi etiam dicit ſecundum aliquos, † quòd non eſt neceſſaria intereſſentia duarum partium, ſed ſufficit maior pars, dūmodo uocandi fuerint uocati, Ita no. gl. 3. ad fi. eod.
53 ti. ca. quia propter; ſubdens, ueritas eſt iſta, †quod regulariter ſaltem duarum partium intereſſentia requiritur, ut probatur in iurib. prima parte allegatis, & hr̄ ēt in gl. in c. 1. de his q̄ fi. à maior. par. c. cū ibi no. per Io. Andr. & Feder. & de elec. c. licet. in gl. pe. & c. eccleſia. eo. tit. & paulo poſt ibidē.

Redeundo igitur ad propoſitum noſtrum, habemus dicere, quòd duarum partium intereſſentia eſt neceſſaria in tra-
54 ctatu alienationis; ſufficit tn̄, †q deliberauit maior pars, c. 1. de his, quæ fiu. à maio. par. c. cum ibi no. per Io. And. & Fed. poſt eum conſi. 177. & de his quæ fiu. à præl. c. 3. in gl. 1. & 10.
55 q. 2. cap. hoc ius. †& intellige duas partes præſentium, & uocandorum, ut ibi per eundem Laur. de Rodul. q. 6. Et Paul.
56 de Caſt. auth. hoc ius. q †non ſunt uocandi abſentes, dūmodo duæ partes ſint pn̄tes. Et maior pars iſtarum duarum par
57 tium conſentiat †per gl. c. pn̄tium, de teſtib. in 6. quæ dicit, q
58 tribus tm̄ †caſibus eſt neceſſe uocari abſentes in electione p̄lati, in receptione canonici, & qn̄ ceſſatur in diuinis, ſequitur Fely. in c. cum omnes, col. 14. in fi. de conſti.

59 †Et Canonici, qui ſunt in ciuitate, qui tamen non inſeruiunt in eccleſia cathedrali, ut quia tenent beneficium in ipſa ciuitate, non ſunt uocandi, ex quo non inſeruiunt, per Fede. d. ſuo conſi. 143. uer. ſed credo, auth. hoc ius porrectū,
60 †per uerbum ibi, inſeruientium, quod dicit eſſe multū ponderandum; & ſubdit, quòd ſic credit ſenſiſſe Bernar. in d. ca. cum inter uniuerſas, & per Io. And. d. c. quamuis. de offi. ordi. c. præſentium. de teſtib. in quibus locis dicitur, q non uocantur abſentes; Et no. dicit ipſe, quòd non dixerunt benefi
61 ciati, quaſi uelit, quòd illi præſentes non †ualent ad talia; & ſubdit, quòd ita ſeruamus de conſuetudine, ut aliàs, ut per D. Laur. d. repet. in q. 7.

62 Et an ad iſtos tractatus ſint †uocandi infirmi, uidetur dicendum, quòd ſic. per ea, quæ deducit Albe. in authen. hoc ius, uerſic. dubitatur, 2. colum. num. 1. Item nunquid uocan
63 di ſint †ſcholares, & qui ſint in ſcholis, & ibidem tenet Do. Alber. quòd non, ſecundùm Archid. per illa uerba, ibidem inſeruientium.

64 Item quærit, nunquid † conuerſi habeant pari modo uocari, & tenet ibidem, q non, niſi aliud eſſet de conſuetudine præſcripta, ut per Archi. 18. q. 2. Abbatē, & 12. q. 2. placuit.

65 †Idem dicit eſſe de minore 14. anno. quamnis hodie minor annorum 14. non habeat uocem, niſi ſit in ſacris, cle. de æta. & quali. ut hi qui.

Et pro hac materia uide, quæ dico ſupra in quæſtione de cauſæ cognitione &c. quia iſta qō eſt eadem cum illa eadē,
66 & unica materia, quia †diſcuſſio, quæ fit in cauſa, hr̄ loco tractatus. ut per Abb. in conſi. 41. 1. uol. ubi concludit, q per cō miſſionem factam per Papam commiſſario, ut ſe informaret de contentis in ſupplicatione, & illis repertis ueris daret prælato licentiam uendendi, ſi poſtea licentia commiſſarii ſequatur, ēt ſi non appareat de capta informatione, nec de tractatu, ualebit contractus; quoniam diſcuſſio, quæ manda
67 tur cōmiſſario, habetur pro tractatu, & loco tractatus, † & omnis. ſolemnitas ſecundum eum vr̄ remiſſa per commiſſionem, & indulgentiam Papæ; unde pure, & ſine alia ſolemnitate; & authoritate poteſt iuridicè rector, uel prælatus habita licentia commiſſa rii alienare, per ea, quæ allegat Abba. ibi, & ſequitur Capici. deciſ. 16. 3. col. nu. 4.

68 Et ad hoc, ut tractatus †ſit, & intelligatur diligens, requiri tur cauſę cognitio, rei, quæ debet alienari, uidelicet an expe diat eccleſiæ iſtam potius alienare, quàm aliam rem. argum. l. magis. §. in primis, & §. ſi æs alienum, ff. de rebus eorum,
69 †ideo eſt neceſſe nō ſolum circa cauſam alienationis tractari, & cognoſci, ſed etiam circa rem alienandam. Fede. conſi. 137. per tex. c. tua, de his quæ fi. à præla. alioquin, quare fieret
70 tractatus? ideo non ualet conſenſus epiſcopi, † eidem facta relatione de neceſſitate uendendi, ſi non referatur etiam utilitas rei, ſecundum Federic. quia non dicitur diligens tracta
71 tus, †qui in hac alienatione requiritur, Rebuff. in compen. alien. in uerbo proſpiciat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici poſt tractatum ſuum aſſenſum, uel conſenſum præſtare debent.*
2 *Conſenſus clericorum requiritur deſeruientium in eccleſia, cuius res alienatur.*
3 *Tractatus non ſufficit ſine conſenſu, ut fraus amoueatur.*
4 *Canonici poſſunt conuocari, & non haberi illorum conſenſus.*
5 *Prælatus non poteſt res unius eccleſiæ alteri dare, nec inuicem commutare ſine ambarum conſenſu.*
6 *Eccleſiæ non poſſunt ſine ſuperioris licentia rem ad inuicem commutare.*
7 *Eccleſia ſi cathedralis ſit, debet interuenire, in alienatione rerum illius, conſenſus capituli.*
8 *Epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt concedere eccleſiam uacantem alteri eccleſiæ, etiam habenti ius patronatus in ea. Niſi fieret de licentia Romani Pontificis. 9.*
10 *Epiſcopus cum conſenſu capituli ſui poteſt imponere penſionem eccleſiæ abundanti, ſoluendam ad ſuſtentationem uitæ religioſorum.*
11 *In alienatione rei cathedralis eccleſiæ requiritur conſenſus capituli, nec ſufficit conſilium.*
12 *Capituli intereſt, ne eccleſia ueniat in deteriorem exitum, ut pauperes poſſint ſuſtentari.*
13 *Conſenſus capituli in quibus caſibus requiratur.*
14 *Epiſcopus quando teneatur in negotijs adhibere conſilium capitulorum.*
15 *Conſenſus capituli non eſt ſemper neceſſarius in omnibus negotijs eccleſiaſticis. ſed in illis quæ communiter tangunt epiſcopum & capitulum.*
16 *Conſenſus requiritur, nec ſufficit conſilium, quando agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ.*
17 *Vbi agitur de alienatione perpetua, expreſſus requiritur conſenſus, nec ſufficit tacitus.*
18 *Clerici conſentire debent alienationi, & ſe ſubſcribere.*
19 *Quando agitur de alienatione rei eccleſiæ cathedralis, Canonici debent conſentire, non alii, qui non ſunt de capitulo.*
20 *Conſenſus epiſcopi, & clericorū abſq; conſenſu Papæ, uel Archiepiſcopi*

Source : BIU Cujas

ſufficit, Limita niſi prælatus iurauerit non alienare Romano Pontifice inconſulto.21.

22 *Secundùm aliquorum opinionem requiritur conſenſus archiepiſcopi, aut duorum epiſcoporum.*

23 *Non alienat, qui iurauit non alienare ſine conſenſu ſuperioris.*

24 *Quilibet epiſcopus iurat tempore conſecrationis fidelitatem.*

25 *Animæ poſitæ ſunt in poteſtate epiſcopi.*

26 *Rector non alienat, niſi de conſenſu epiſcopi.*

27 *Cum non adeſt capitulum, epiſcopus alienat cum conſenſu honeſtiorum clericorum.*

28 *In alienatione rerum eccleſiæ requiritur conſenſus illius, qui eccleſiam adminiſtrat.*

29 *Qui non poteſt alienare, non poteſt rem in iudicium deducere.*

30 *Non conſentiat rector alienationi rei eccleſiaſticæ pro ſolutione debiti eccleſiæ, cui eſt vnita.*

31 *Res unius eccleſiæ non uenduntur pro debito alterius.*

32 *Eccleſiæ dependentes non pignorantur, vel interdicuntur, ſi matrix non ſoluit iura epiſcopalia.*

33 *In alienatione bonorum eccleſiæ, ille qui habet regreſſum, citatur.*

Rubrica. 25.

De his, qui conſentiunt, & de conſenſu, qui adhibetur in alienationibus eccleſiaſticis.

POſt ſolemnitatem verò tractatus, videtur dicendum de cõſenſu clericorũ, quia poſt quàm tractatum fuit ſuper venditione facienda, an fieri debeat, vel ſit neceſſarium illam facere; & quam rem magis expediat alienare, vel vendere, tali alienationi faciendæ debent† clerici, & capitulum ſuum aſſenſum, vel conſenſum præſtare; qui debet adhiberi poſt tractatum. per tex. in c. ſine exceptione, 12.q.2. ibi, cum totius cleri tractatu, atque conſenſu, in c. tua nuper, de his quæ fiu. à præla. per Io. de Imo. in c. cum apoſtolica, de his quæ fiu. à prælat. ver. nota plura, ibi, pro ſolẽnitate illius alienationis primò exigitur tractatus, ſecundò cõſenſus capituli &c. & per Abba. ibidem ver. no. in verbo è contrario, per Bald. conſi. 221. 1. uolum. quod conſilium eſt in materia noſtra factum; † q conſenſus habet eſſe clericorum in eccleſia, cuius res alienatur, deſeruientium, d.c. ſine exceptione, & authẽ. hoc ius, & per Rebuf. in compen. alien. rer. eccl. verſi. tertiò requiritur; vel aliæ ſint Cathedrales, vel Parochiales, aut inferiores, aut Monaſteria, aut eccleſiæ vacantes, & per eundem Rebuff. ibidem in uerbo atque conſenſu, †ubi dicit quòd non ſufficit tractatus ſine conſenſu, ut fraus remoueatur. †Quia poſſent conuocari Canonici, & non haberi conſilium, neque conſenſus eorum, probatur c. abeuntibus. 63. diſtin. per Præpoſ. in c. ſine exceptione, 12.q.2. quia dicit Abb. in c. j. de rebus eccl. non alien. †quòd Prælatus non poteſt res unius Eccleſiæ alteri dare, nec inuicem res illarum commutare ſine ambarum conſenſu; ſubdens ibidem, nu. 4. † q eccleſiæ non poſſunt res ſuas adinuicem commutare ſine licentia ſuperioris, nec ſuperior ſine licentia ipſarum.

†Quia ſiquidem eccleſia ſit Cathedralis, habet interuenire in alienatione rerum illius conſenſus capituli ſui, dicitur enim in c. tua nuper, de his, quæ fiu. à præla. † quòd non poteſt epiſcopus concedere eccleſiam uacantem alteri eccleſiæ etiam habenti ius patronatus in ea ſine conſenſu capituli; quia capitulum habet uocari in hoc, & illius conſenſus adhiberi, ut per Abb. ibidem. Item dicit tex. in c. Paſtoralis. eo. titu. de his, quæ fi. à præla. †quòd, ſi epiſcopus uult conferre, uel concedere alicui Monaſterio aliquam eccleſiam Parochialem, uel illius obuentiones, accedente etiam conſenſu illorum, qui habent in ea ius Patronatus, quod nõ poteſt facere, niſi accedat conſenſus capituli ſui, niſi tamen de licentia Romani Pontificis, ubi not. Abb. & dicit eſſe menti tenendum †quod epiſcopus cum conſenſu capituli ſui põt imponere penſionẽ eccleſiæ abundanti ſoluendã ad ſuſtentandã uitã religioſorũ &c. ut per eum ibi uer. nota ulterius.

†Item idem Abb. in c. nouit. eo. tit. uer. ulterius quæritur, dicit, quòd in tali alienatione rei Eccleſiæ cathedralis requiritur conſenſus capituli; nec ſufficit in hoc, quòd requiratur conſilium, & id propter grauitatem præiudicii, † quia intereſt capituli, ne eccleſia ueniat ad deteriorem exitum, & vt pauperes, & alii indigentes poſſint ſuſtentari, ut cap. 1. ſupra eo. 12.q.2. c. ſine exceptione; ſubdens, †quod in omnibus caſibus, qui concernunt præiudicium eccleſiæ, requiritur conſenſus capituli, & pari modo in ſpectantibus ad epiſcopum, & capitulum communiter. Item in concernentibus intereſſe capituli, arg. c. ad hoc. de offi. ordi. & uide eum ibi, qui etiam dicit †quando epiſcopus tenetur in negotiis adhibere conſilium capitulorum. Item uidetur dicere idem Abbas. in c. cum uos, ubi dicit † quòd conſenſus capituli non eſt ſemper neceſſarius in negotiis eccleſiaſticis, ſed in illis tãtum, quæ communiter tangunt epiſcopum, & capitulum, c. accedentes. de præſcriptio. ut per eundem Abb. ibi, verſic. in glo. & idem Abb. melius in c. 1. eo. titu. uer. nota ſecundò, ubi dicit, nota unum caſum, †in quo requiritur conſenſus capituli, nec ſufficit conſilium, ſcilicet cùm agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ, 12.q.2. in c. ſine exceptione, ſubdens, quòd, †ubi agitur de alienatione perpetua, tunc requiritur conſenſus capituli expreſſus; nec ſufficit tacitus. per tex. in c. 1. iuncta glo. de reb. eccle. non alien. in 6. & idem Abb. ibi tertio nota. nota inquit, quòd †in alienatione debent clerici conſentire, & ſe ſubſcribere, ſed quæritur de quibus Clericis loquatur tex. & dic, quòd colligendo dicta Doctorum, aut agitur de alienatione rei eccleſiæ Cathedralis, aut eccleſiæ inferioris; primo †caſu. ſ. qñ agitur de alienatione rei cathedralis eccleſiæ, hẽt intelligi, q tex. loquatur de canonicis cathedralis eccleſiæ, non autẽ intelligas de aliis clericis eccleſiæ, qui non ſunt de capitulo, ad hoc. c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & †ſufficit ſecundùm Doctor. conſenſus epiſcopi, & clericorum abſque conſenſu Papæ, uel Archiepiſcopi, & hoc intellige, inquit, niſi prælatus † iurauerit non alienare Romano inconſulto Pontifice, ſecus ſi non; ſubdens, concluſio ergo eſt, in hoc primo membro, quòd in alienatione rei cathedralis ſufficit conſenſus epiſcopi, & capituli, cum ſubſcriptione tantum ipſorum canonicorum, & tractatu præcedente. Idem tenet Augu. Bero. in c. 1. de reb. eccle. non alien. col. 16. uer. ſubdunt hic Doctores. ubi dicit, quòd Doctores ibi ſubdunt duas quæſtiones, an uidelicet in alienatione quam facit epiſcopus de rebus ſuæ eccleſiæ cathedralis requiraf authoritas ſuperioris, puta Archiepiſcopi, Patriarchæ, uel Papæ, an ſufficiat conſenſus capituli cum ſubſcriptione clericorum, ubi dicit, quòd in hoc articulo Doctores uariant, quia Io. And. in d.c. 1. & Hoſti. in ſumma eo. tit. §. ex quibus, & Innocẽ. d.c. j. allegato. & plures alii tenent ſufficere conſenſum epiſcopi, & capituli cum ſubſcriptione canonicorum, præcedentibus tractatibus, cap. cum apoſtolica. cum ſeq. de his, quæ fiu. à præla. quæ opinio optimè probatur in d.c. 1. & in d.c. tua nuper, & c. ſine exceptione, ubi dr, q erit irrita uenditio facta de rebus ſuę eccleſiæ abſque ſua collaudatione, & ſubſcriptione clericorum; ergo infertur, q cum conſenſu, & ſubſcriptione ualebit, & id, quod dr de clericis, habet intelligi de Canonicis, quia hic actus non debet communicari inter clericos eiuſdem eccleſiæ, niſi ſint intitulati, ut apertè demonſtrat Hoſt. eo. titu. in ſumma. in §. quæ ſit forma. Et quamuis hæc opinio fundetur ſuper illis iuribus, arguendo à contrario ſenſu, tamen huiuſmodi argm in hac materia ita procedit, non poteſt fieri abſque conſenſu epiſcopi, & capituli, ergo ſufficit conſenſus epi, uel capituli, ut eſt tex. qui ſic arguit in d.c. cum apoſtolica. ad id c. Paſtoralis. de his quæ fi. c. Terrulas. 12. q.2. eſt opinio glo. in c. caſellas. in fi. §. quod ſi neceſſitas. 10.q.1. Alii quos refert Innoc. & Hoſt. in ſumma eo. tit. §. ex quibus, tenent q non ſufficit conſenſus epiſcopi, ſed ultra illum, †q ẽt requiratur conſenſus, & authoritas archiepiſcopi, uel duorum eoep̃orum. c. caſellas. in fi. c. quicunque. 12.q.2. c. nullus. uer. 17.q.4. de hac opinione meminit gl. c. j. eo. ti. in 6. in uerbo defenſore, quæ communiter à Doct. & Gloſis eſt reprobata, quoniam iura per eam allegata ſunt correcta per iura primo loco adducta, quæ ſolum conſenſum epi, & capituli requirunt. Inno. in c. ſtatuimus. de maio. & obe. gl. in c. caſellas, & d. c. nullus. Alia & ſic 3. opinio fuit Hoſt. in c. j. de his, q fi. à Præla. quod aut eps iurauit non alienare abſque conſenſu ſuperioris, & Archiepiſcopi, uel Papę; & iuxm eſt ſeruandum; aut iurauit ſimpliciter non alienare, † & tunc non ſufficit conſenſus epi, & capituli, ſed requiritur authoritas ſuperioris. Aut nullo modo iurauit, & tunc eps põt cum cõſenſu capituli, hanc diſtin. refert Imo. in c. unico. in fi. ut eccle. benefi. ſine dimi. confer. & in cap. 1. ubi Abb. aliqualiter. de his q̃ fi. à præla. & p eundem in c. apoſtolicæ, de dona. ubi dicit ita teneri communiter ab omnib. Aug. tñ Bero. dicit, q non tres caſus, vt ponunt Doctores, ſunt conſiderandi, ſed duo tñ; nam caſus, qñ nullo modo iuraſſet, non eſt in conſideratione; inquit enim, quilibet eps tpe confirmationis, & conſecrationis tenetur iurare in manib. ſuperioris, ut Papæ, uel Archiepiſcopi fidelitatem, †c. ego. N. de iureiur. c. di lecti. de maio. & obe. eius aũt iuri forma cõtinet, q ipſe eps nõ alienabit bona, & res eccleſiæ, c. ut ſup, cũ gl. de reb. eccl. non alie. Abb. d.c. apoſtolicæ, & ita intelligaf in c. fi. de eccl. ædifi. uel repar. & iõ ꝯcludendũ eſt, q aut eps iurauit ſecundũ formã cõſuetam ſimpliciter, & neceſſariã, & tunc ipſe in caſib. à iure permiſſis poterit alienare cũ ꝯſenſu capituli abſque authoritate alterius ſuperioris, & ita loquunt iura. c. ſine exceptione, d.c. j. ca. cum apoſtolica, d.c. ut ſuper, hr per gl. d.c. nullus, & in d.c. caſellas. in fi. & eſt de mente eorum, qui dicunt, q hodie in alienatione rei eccleſiæ Cathedralis

ſufficit

sufficit consensus episcopi,& capituli,vt fuit Ioan. de Imo. Abba.d.c.1.& Hostien.in locis præallegatis, & tamen semper verum est dicere,quòd episcopus simpliciter iurauit nō alienare, ex quo enim in potestate episcopi animæ positæ
25 sunt,quæ rebus sunt pretiosiores,† cur à fortiori non dicamus in eius potestate esse positas res temporales? Et ideo poterit cum consensu clericorum suorum bona, & res ecclesiæ dispensare ex potestate sibi concessa,ca.præcipimus,12.q.2.& hæc opinio in terminis probatur,d.c.fi.de eccle.ædif. vel repar.qui tex.loquit,qñ eps iurasset simpliciter non alienare, & tamē ex cā iusta permittitur episcopo alienare, nec requirit authoritatē uel consensum alterius superioris &c. Aut episcopus iurauit simpliciter non alienare inconsulto Papa seu Archiepiscopo,& tunc seruandum erit iuramentum etiam in casibus,in quibus de iure posset alienare, c.ad nostram, il 1. vbi Abba. & alii de iureiurand. ut per Bero. ibidem. Et pro hac materia uide quæstio.infra de aliena. rer.eccl.non obstan.iura.de non aliena.præsti. In alienatione uero rei ecclesiæ inferioris,& sic in secundo mēbro,dicit Abb.d.c.1.de his quæ fiu.a prælat. secundùm Innocen. ibidem, quòd non requiritur hic subscriptio Canonicorum ecclesiæ Cathedralis, sed sufficit consensus clericorum ecclesiæ illius inferioris,cuius res alienantur; & requiritur illius consensus,& subscriptio,12.q.2.placuit.D. Anto. dicit alios tenere,sufficere hoc casu consilium canonicorum ecclesiæ cathedralis,& sic simpliciter transit;& dicit quòd Innocen.hanc opinionem tenuit in c.nouit, de his quæ fiu. à præla.& ita fuit sibi contrarius ; quia hic requirit cōsensum, & consilium,ut c.cum in veteri.de electio. & in c. cū olim, de arbitr.Sed aduerte inquit Abb.ultra Doctor. nam reperio Fede.de Sen.consi.137.tenere,quod non requiritur hoc casu consensus,vel consilium ecclesiæ cathedralis, sed sufficit consensus,seu authoritas episcopi;sed contra eum uidetur tex.in d.c.j.de reb.eccl.non alien.ubi Gemin. in 6.ad qđ ipse specificè nō respondit;& multum facit c.cum apostolica,eod.titu.de his,quæ fiu.à prælat.ubi videtur probare, q etiam si ecclesia inferior sit collegiata, requirit consensum ecclesiæ cathedralis extra casum specialem ibi positum in contrarium;q non uidetur,per ea, quæ recitat Lauren. de Rodul.in rep.c.fine exceptione,12.q.2.q.sua 13.ibi,pro hac opinione benefacit,quod ipse Abb.scripsit post Innoc. in c. nouit;& plenius in c.ea noscitur.circa finem, de his quæ fi. à prælat.ubi post multa, tenendo, q canonici cathedrales
27 non consensum sed consilium habent adhibere, assignans rationem,quare in alienationibus requiratur consensus illorum beneficiatorum,quorum res alienatur,non ecclesię cathedralis.dicit hoc ideo esse,quia habēt illi de rebus,seu fructibus sui beneficii uiuere;& cùm canonici cathedrales non habeant uiuere de fructibus beneficiorum inferiorū, sufficit illorum consilium,nec requiritur consensus, & ita, inquit,seruatur.Immo,inquit,quod plus est,de facto seruatur,quòd nec etiam consilium, nedum consensus requiritur,& optimè pro ista obseruantia facit tex.in c. placuit. supra ead.caus.& q & quod scripsit Gofre.in summa.eo.tit.§. in rebus,uer.in venditionibus verò, vt per Lauren. d. loco. Sequitur Pet.Rebuff.in compend.alien.ver.eccle. in verbo atque consensus,quòd Canonici cathedralis ecclesiæ non habent uiuere de reditibus inferioris ecclesiæ, ideo eorum non interest, ergo cessabit ratio,& consensus eorum.Vnde inquit Abb.d.c.j.de his quæ fiu.à præla.ego dicerem sic, q aut episcopus est auctor in alienatione rei ecclesiæ inferioris,& tunc requiritur consensus capituli sui,& sic potest generaliter intelligi,inquit,tex.& ita loquitur tex in d.ca. 1. in 6.& uide ibi glo.in verbo tenues;ante Abb. dicit hoc Innocen.in c.statuimus de transactio.in uerbo compositio, Episcopi autem si uoluntalienare debent habere cōsensum sui capituli,si habent capitulum,si non habent, debent habere consensum sui Presbyteri,12.q.2.c.placuit.

Si verò episcopus non sit author alienationis, sed rector ecclesiæ sit,qui uelit alienare,& tunc si illa ecclesia non habet collegium,sufficit,quòd in alienatione interueniat cō-
26 sensus† Rectoris,vel quòd Rector alienet cum authoritate episcopi, ita etiam dicit Roman. in consil. 36. nec etiam exigitur decretum.Si verò ecclesia habet collegium,requiritur consensus collegii & subscriptio cum authoritate solius episcopi.hoc vr̄ probari per tex.in c.Abba.12.q.2.& ca. placuit,& 17.q.4.c.in uenditionibus,& uide tex.iuncta gl.in clem.1.de reb.eccl.non alien.sequitur gl.in deci.Tholosan. deci.98.& ratio diuersitatis potest esse,q, ubi episcopus est author,vr̄ solus,& singularis in alienatione rerum, meritò debet habere consensum dapituli sui,ne per eum dissipētur bona ecclesiæ inferioris.Sed in alio casu,quando uidelicet ipse non est author,sed rector alienat, alienatio non procedit ab epō,sed ab ecclesia inferiori, quare sufficit authoritas sua simpliciter,utile tamen esset requirere consilium capituli sui,ut c.nouit.eo.ti.idem tenet Aegid. Bellem.in cap. Abbatibus.12.q.2.col.10.uer.secunda quæst.Idem affirmat idem Abb.in c.cum apostolica.eo.tit.in ver.ulti.arguo, vbi ēt se remittit ad supradicta.Et pro hoc nota,quod dicit idē Abb.in c.cum apostolica.in fi.uer. nota secundo, quod in alienatione rei Ecclesiæ inferioris,episcopus præstat regulariter authoritatem non aūt alienat ipse;quod ego intelligo,nisi episcopus pro necessitate ecclesiæ uellet rem ecclesiæ inferioris alienare;quia,licet episcopus non possit uendere bona ecclesiæ sibi subiectæ,sed solùm suam authoritatem uenditioni,& alienationi impartiri,secundum glo.positam in cap.cum apostolica.per ea quæ notat Lauren. de Rodulphis.in repet.c fine exceptione 12.q 2.q.13. tamen secundum Innoc.in capitu.1.de reb.eccle,non aliena.bene id potest episcopus ex causa.& idem ibi uidentur sentire Ioā. And.& Hostien.eius verba referendo super glo.si igitur;per Innocen.in cap.unico,ut eccle.benefi.non confer.super uerbo consistat,immo ibi sentit de rebus uacatis ex causa iusta;& dicit Idem Lauren.d.loco.uer.sed restat, quòd clerici illius ecclesiæ,cuius bona alienantur,habent consentire, p iura.quæ ibi adducit.Sequitur Aug.Bero. in cap. primo. de reb.eccl.non alie.col.10.uer.& ex verbis Abba.ubi dicit, q episcopus,aut alius Prælatus exemptus non potest permutare res suarum ecclesiarum,aut illas aliter alienare absque consensu,& licentia ecclesiarum,& sic rectorum illarum p illum tex.quem dicit esse meliorem de iure in c. quicunq;. 12.q.2.ibi,quicunque prædia ecclesiæ &c.Bonus tex. in c. 1. in 6.eo.tit.suadetur hoc esse verissimum,quia absque cōsensu partium non perficitur contractus emptionis,& permutationis,& nec alius, l. 1. §.1. ff.de pact.sed ecclesiæ,uel eorū rectores sunt loco partium &c ut per Bero.d.loco.quia, ut ipse subdit ibidem,rectores ecclesiarum habentur loco dominorum,licet non sint domini, & sunt ad instar tutorum, & hoc ultimum intelligo,inquit idem Lauren. d.loco. nisi alienatio,vel transactio fieret ex iusta causa in alium locum ecclesiasticum,pernotata.16.q.1.ecclesiæ,& in aliis casibus, ut ibi;in quibus casibus dicit,quòd episcopus poterit de p se,& quòd nedum canonicorum illius ecclesiæ,sed nec etiā cathedralis ecclesiæ consensus erit requirendus,secundum veritatem,ut ibi per eum,& subdit Abb.in d.c.1.de his,quę fi.à prælat.uersi.ult.quærit, q,si episcopus non habet capitulum,puta quia propter bella ecclesia sit destructa, dicūt Do
27 ctores,quòd loco canonicorum habebit alios clericos† honestos,arg.65.distin.si fortè,& in l.ubi absunt,ff.de tutor. & cura.dat.ab his;bonus tex.12.q.4.c.nullus res, & nota hoc dictum,& est utile istud seruare in alienatione fienda etiam per Prælatum ecclesiæ infer.oris,& in alienatione rei paruę non requiritur consensus capituli,ut ibi per Abb.in fi.secus si sit res magna,& in alienatione rei magnæ,per Abb. in ca. continebatur,eo.tit.ibi,ex quo habes primò,quòd, ubi fieret concessio magnæ rei etiam ad tempus,debet interuenire consensus capituli expressus,per Ionn.And.in additio.ad Specu.in tit.de reb.eccle.non alienā idem ferè habetur per Io.de Tur.crema.12.q.2.in summa,ubi dicit, quòd pro forma,quæ seruarur in alienatione rerum ecclesiæ, est notandum, q olim solebat fieri alienatio rerum ecclesiæ cum cōsensu & authoritate aliquorum eporum comprouincialiū, uel totius concilii,qui de causa cognoscebant, & subscribebant,10.q.2.c.casellas.in fi.12.q.2.nullus res,& hoc olim obtinuit,qñ tm̄ matrices ecclesiæ haberent possessiones modicas,nunc autem, quia tantum sunt augmentatæ facultates ecclesiæ,ut singulis suæ ecclesiæ cura sit satis onerosa,sufficit episcopi,& clericorum illius ecclesiæ,siue capituli consensus,tractatus,& subscriptio,12.q.2.alienationes,& capit.sine exceptione,12.q.2.

In alienatione ergo rerum ecclesiæ episcopalis dēt esse consensus episcopi,& capituli,aliàs alienatio non ualet,nisi sint modicæ,& inutiles sint possessiones,q̄ citra hanc formā possint ab epo alienari,ut c.terrulas,12.q.2.& ī Parochialis lib.ecclesiis dēt adesse ꝙsensus epi, & pręsbyterorū siue clericorū illarū ecclesiarū;nam ibi nec clerici pñt alienare sine ꝙsensu epi,ut d.c.Abbatib.& c.placuit,nec eps sine ipsis,10. q.2.si quis eps,& dicit Philip.Fran.in rub.de reb.eccles.non alie.primo no.fm Felv.& Imo.in c.1.de his q̄ fi.à pla. q hodie non seruat q in alienatione rerū ecclesiæ inferioris requirat ꝙsensus capituli ecclesiæ cathedralis; qa in alienatione tali nō requirit nec ꝙsensus,nec ꝙsiliū capituli, & talis cō suetudo ualet.arg.c.3.de consue.eo.lib.firmat Imo.in ca. 1. ante fi.Fede.ꝙs.137.gl.in cle.2 eo.tit.in uerbo ꝙsentiēte, facit qđ dicit Bal.in auth.hoc ius,C.de sacrosc.eccl.q in alienatione rerum ecclesiæ dēt requiri illa persona, quæ illam ecclesiam administrat cum authoritate superioris.

28 †Vnde p hoc meo iudicio, uidetur requirēdus cōsensus illius, qui ecclesiam regit, & ministrat, uel in ea cum titulo inseruit;quia si sit cathedralis, requiritur capitulum, si

Source : BIU Cujas

parochialis,Rector;ſi cappellania, capellanus & huiuſmodi;quia dicit Ioan.de Imo.in cap.vnico, colum. fina. vt eccleſ.benefic,ſine dim.confer.ſecundùm Ioan Andr poſt Innocen.ibi,quòd,ſi Eccleſia habet Rectorem, & ſic ſpõſum, epiſcopus nõ poteſt diminuere,aut alienare aliquid de bonis illis ſine conſenſu Rectoris,& rectore non requiſito; facit quod in hac materia dicit Bald.in capitu. primo. de his qui feud.da.poſſ.verſicu.ſed nunquid ſuperior,vbi tenet,q prælatus ſuperior non poteſt dare in feudũ feuda, quæ pertinent ad collationem prælati inferioris ſibi ſubiecti; quia iuri inferioris eccleſiæ non poteſt derogari;nam ibi diſtinguit,aut,inquit,eccleſia erat immediatè ſubiecta,& valet in feudatio;aut mediatè,& non valet,niſi eius vacante rectore;Et ſubdit, nulla eccleſia dicitur in caſu iſto immediatè ſubiecta; quando rector ipſius miniſtrat, non nomine ſuo ſed nomine ſuperioris,Idem Bal.in l.j.C.ne fiſcus rem; lib. x.vbi decidit,quòd hoc poteſt prælatus ſuperior, quandò eccleſia maior eſt in neceſſitate;facit glo.d.l. 1.quòd ſi Abbas vendit rem vnius conuentus ſibi ſubditi,quæ res ſit alterius,valet venditio,nec reuocatur. Et habetur in glo. in c. 1. extra de procurat.in verbo legaliter,quòd nec Prælatus ſine conſenſu capituli, nec capitulum ſine conſenſu Prælati poteſt iudicium exercere,nec conuenire, quia nec alienare poteſt alter ſine altero, 12.quæſtio.2. capit.ſine exceptione, nec commutare,nec donare,ut ibi dicitur. de donatio.ca paſtoralis,& de his,quæ fiu.a Præla.ſine conſen. capitu. per totum,& eodem modo nec capitulum ſine conſenſu prælati,cùm omnes vnum corpus intelligantur,capit.nouit.de his,quæ fiu.à præla.Vnde in caſu illius glo.alter ſine conſenſu alterius,non poteſt nec conuenire,nec conueniri,quia di
29 cit tex.qui non poteſt†alienare, nõ poteſt rem in iudicium deducere,l.ait prætor,ff.de iure delib. Et per iudicium quę dam alienatio fit,in iudicio enim contrahitur, ſicut in ſtipulatione,ff.de pecul.licèt.§.ſed ſi filius,& in fin.& aliàs ut ibi per d.gloſſ.ad longum,idem per gloſſ. in cap.edoceri.de reſcript.ext.

Sed eſt aduertendum,quòd rector, vel prælatus eccleſiæ habentis aliam eccleſiam unitam,non poteſt alienare,nec conſentire alienationi rerum eccleſiæ unitæ pro ſolutione debita,vel cauſa ſpectante ad eccleſiam,cui eſt unita,immo cauere habet prælatus,quòd ſi mutuum accepit pro eccle-
30 ſia vnita,non conuertat†in utilitatem alterius eccleſiæ, qa aliàs erit ſacrilegus,& punietur.per doctrin.Innocen.in ca. paſtoralis.de priuileg.per Bald.in Authen.hoc ius; C. de ſacroſan.eccleſ.verſic.ſed pone,ubi dicit, quòd res unius ec-
31 cleſiæ non venditur†pro debito alterius,licet glo.in l. 1. lib. 10.C.de uendi.rer.fiſcal.uideatur tenere contrarium,& pari modo contrarium teneat D. Anto.capitu. eam te. in ult. colum.de ætat.& qualit.Facit per hoc,quod decidit Bal. in l.j.de metropol.quòd bona Caſtri uniti non uendũtur pro debitis ciuitatis,uel loci,cui Caſtrum eſt unitum; & quod dicit Archid.21.quæſtio.1.in ſumma,circa fi.quòd, ſi eccleſia matrix non ſoluit iura epiſcopalia, non poſſunt ob hoc eccleſiæ ab ea dependentes interdici, nec eorum bona pignorari.

32 †Sed hoc procedit,vel procedere poſſet,vbi unio eſſet ad protectionem,vel aliàs non pleno iure;quia,ſi unio ſit facta per incorporationem,& pleno iure,eſt ſecus;tunc enim benè poteſt uendi res alterius eccleſiæ pro altera, ita intelligit Felyn.in capitu.tranſlato, colum. tertia. verſicu. limita illa. de conſtitutione.

Si uero coadiutor ſit in aliqua eccleſia,& uelit uel alienare,vel alienationi conſentire,quamuis glo.in capitu.fraternitatem.70.diſtinct.dicat,quòd poteſt,tamen Innocen.in capit.venerabili.ext.de offic.deleg.in glo.ſignata ſuper uerbo alienationis.tenet contrarium,quem ſequitur Albe,in Authen.hoc ius, uerſi.utrum coadiutor.C.de ſacroſ.eccle.

Et ſi Canonicus uelit alienare rem, aut bona præbendæ diſtinctæ,licet uideatur,quòd ipſe id facere poſſit cum authoritate epiſcopi,ſicut in alienatione,quę fit per rectorem, vel clericum,ad cap.Abbatibus,cap.placuit.12.q.2.& capit. in uenditionibus.17.quæſt.4.& glo.verſic.tractatus,& uerſi. expelli.de rebus eccleſiæ non alien.cap. 1.in 6. tamen id nõ poteſt,niſi etiam adhibito conſenſu capituli, cap.ad audientiam,vbi Abba.& Docto.de reb.eccleſi.non alienã. Pau. de Caſt.conſi.116.col.1.eſt deciſ.Rotæ.deciſ.creſcen.280.incip. alienatio.tit.de rebus eccleſiæ &c.

Et in alienatione bonorum,uel eccleſiæ,uel canonicatus
33 habet citare ille,qui†habet regreſſum in illa;vnde ſolius rectoris, uel canonici, aut prælati conſenſus non ſufficit, eſt deciſio Rotæ in manuſcriptis coram Puteo.deciſi. 2. incip. citari.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio non tenet, niſi conſenſus epiſcopi Abbatis, & omnium fratrum interuenerit.*
2 *Abbas non poteſt alienare,nec in feudum dare ſine conſenſu epiſcopi.*
3 *Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem ſui monaſterij,ſicut Abbas.*
4 *Abbatiſſa,& moniales non obſtante ſexu fœmineo,diſponunt de rebus monaſterij.*
5 *Abbas exemptus,qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto,non poteſt ſine uoluntate Papæ alienare.*
6 *Tractatus de alienando debet fieri cum magna deliberatione, & maturitate.*
7 *Prior exiſtens ſub Abbate exempto poterit alienare cum conſenſu Abbatis.*
8 *Abbas exemptus fungitur vice epiſcopi in autorizando.*
9 *Abbates aliquando habent iuriſdictionem ſpecialem in prioratibus ſibi ſubiectis.*
10 *Eccleſia ſi ſubeſt Abbati in ſpiritualibus, & epiſcopo in temporalibus, non ſufficit licentia Abbatis.*
11 *Abbates cum conſenſu ſuorum prælatorum alienare debent.*
12 *Papa ſi interponat ſuam authoritatem,non requiritur nec conſenſus capituli, vel prælati,nec inferioris.*
13 *Papa ſolet committere alicui,ut ſe informet, & ad illius relationem interponere ſuam authoritatem,aliàs alienatio irritaretur.*
14 *Authoritas ſuperioris debet interuenire,ſiue fiat à prælato regulari,ſiue ſeculari alienari.*
15 *Abbas cum conuentu ſine epiſcopi conſenſu non poteſt aliquid infeudare,ſed ſi ſecus fiat,contractus eſt ipſo iure nullus.*
16 *Rerum monaſterij tota diſpoſitio ſpectat ad Abbatem, & quomodo hoc ſit intelligendum.*
17 *Religioſi in alienatione rerum eccleſiæ debent adhibere authoritatem ſuperioris.*
18 *Abbas in rebus eccleſiarum ſibi ſubiectarum habet ius quaſi epiſcopale.*
19 *An conſuetudo valeat quòd Abbas ſine Conſenſu epiſcopi poſſit de reb. ſui monaſterij diſponere.*
20 *Conſuetudo quæ grauoſa,uel non grauoſa dicatur, & quæ res dicatur modica,& leuis,& quæ magna, vel ponderoſa, ſuperioris arbitrio relinquitur.*

Rubrica. 26.

De Abbatibus, Abbatiſſis, & alijs monaſterijs Præfectis,quid poſſint circa ſua monaſteria, & eorum bona.

IN rebus aũt monaſteriorũ
1 alienandis habet interuenire cõſenſus epiſcopi, abbatis,& omnium fratrum† aliàs nõ tenet alienatio,cap.Abbatibus.12.q.2.17.q.4.in venditionibus, ut per Ioan.de Tur.crema.d.loco Alber.in authen. hoc ius, C. de
2 ſacroſanc.eccleſi.verſicu.ubi Abbas.ubi dicit quod†Abbas non poteſt alienare,nec in feudum dare ſine licẽtia epiſcopi,pro quo dicit Abb.in cap.continebatur de his,quæ fiu. à
3 à præla.uerſicu.ſecundò collige,quòd†Abbatiſſa habet libe ram adminiſtrationem ſui monaſterii,ſicut Abbas, & quòd ad ualiditatem conceſſionis faciendæ per eam debet inter
4 uenire cõſenſus capituli ſui,ex quo inquit †collige,per Abbatiſſam,& moniales,non obſtante ſexu fœmineo,diſponitur res monaſterij.eſt conſilium Bald. conſil. 374. vbi dicit, quòd in rebus monaſterii alienandis requiritur conſenſus Abbatis,& conſenſns capituli ſui,& authoritas epiſcopi,&
5 ſi Abbas † eſt exemptus, qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto,non poteſt alienare ſinè uoluntate Papæ,12.q.2.Abbatibus,17.q.4.cap.in uenditionibus,capit.ut ſuper.ext.de reb.eccle.non alienan.per Innocen.cap.ſtatuimus,de tranſactio.& oportet, quòd in talibus alienationib.
6 præcedat tractatus,qui debet†fieri cum magna deliberatione,12q.2.Auth.hoc ius,& in monaſteriũ exemptum nullus Prælatus poteſt exercere aliquam poteſtatem ſine conſen-
7 ſu Abbatis,12.q.2.capit.luminoſo.Si†tamen ſub aliquo Abbate exempto eſt aliquis Prioratus habens bona diſtincta, & Prior illius loci uult alienare,poterit hoc facere cum cõ
8 ſenſu†Abbatis,quia Abbas ille fungitur uice epiſcopi in authorizando,ut not.in capitu.primo.ext.de reb.eccleſi. non alien.quia,cùm res talis prioratus non ſit de menſa Abbatis,ſed de menſa Prioris, iuramentum Abbatis de non alienando Romano Pontifice inconſulto, non extendit ſe ad id, quòd non eſt de menſa ſua,d.ca. ut ſuper.ubi Hoſtien.&
9 dicit glo.in clemen.prima.eod.titu.quòd†Abbatos aliquando habent iuriſdictionem ſpecialem in prioratibus ſibi ſubiectis,& tunc alienatio fructuum, & Prioratus poteſt fieri cum conſenſu Abbatis,& conuentus, ſeu capituli, quando capitulatur,& non requiritur conſenſus epiſcopi, pro quo uide Innocen.in d cap.ſtatuimus,de tranſact.in fin. Et iſtud hodie ſeruatur,quia priores facient decretari iſtas alienationes in capitulo generali.Sequitur Bal.in l.quæcunque, in 2.

col.

Source : BIU Cujas

col.verſic.dicit Archid.quòd nulla.C. de bono. quæ liber. quòd alienatio bonorum monaſterij fieri non poteſt ſine
10 authoritate Epiſcopi.Et†ſi eccleſia ſubeſt Abbati in ſpiritualibus,& epiſcopo in temporalibus non ſufficit licentia Abbatis.per Cardi.in clemen.prima.quæſtio.35.de reb. ec-
11 cle.non alienan.Archi.19.quæſtio.2.nullam.Abbates†enim debent alienare cum conſenſu ſuorum Prælatorum,19.qõ. 4.in venditionibus,quia dicit magiſtraliter Innocen. in d. c. ſtatuimus. quòd qui ſubſunt epiſcopis cum eorum conſenſu vendant,vel componant;& qui ſubſunt Archiepiſcopis vendant eorum conſenſu accedente; Abbates etiam cum conſenſu Prælatorum ſuorum alienare debent,17.qõ.4. in venditionibus.

Sed,ſi Papa ſuam interponit authoritatem in alienatione
12 eccleſiæ,†tunc non requiritur, nec conſenſus capituli, nec Prælati inferioris.per glo.& Docto.in cap. potuit. de locat. ext.ita conſuluit Deci.in ſuo conſi.142.incip.pro tenui; ſo-
13 let†tamen Papa committere alicui exiſtenti in partibus, vt uideat,an expediat illam rem alienari, & poſtea ad relationem illius ſuam interponere authoritatem: aliàs etiam alienatio,etiam authoritate Papæ facta irritaretur,quia iure nõ facta,vt no.in cap.non liceat.12.quæſt.2.Rebuff.in ſuo com pen.rer.alien.verſic.tertiò requirit; & talis conſenſus, ſiuè
14 authoritas†ſuperioris ita habet interuenire, ſi alienatio fiat à regulari Prælato,ſicut ſi fiat à ſeculari.per tex.in cap. Abbatibus.12.q.2.& cap.in venditionibus,17.quæſt.4.vbi apertè habetur,quòd Abbates non poſſunt alienare ſine conſenſu epiſcopi.Nec habet obſtare capit.prim. eod. titu. in clementi. ut clare colligitur ex nota. ibidem in gloſſ. innuit.
15 †Nec etiam Abbas cum conuentu ſine epiſcopi conſenſu poteſt aliquid infeudare, & ſi infeudat ſine conſenſu, ipſe contractus infeudationis eſt ipſo iure nullus.per tex.in cap. ad noſtram.de reb.eccle.non alienan.ſecundùm quod ita intelligit illum tex.ibi Hoſtien.& Guido.in c. Abbatibus, 12. quæſt.2.vbi Bellamer.colum.21. verſic. Secundò quæritur, dicit,quòd contractus, d.capitu. ad noſtram.fuit ipſo iure nullus,quia conſenſus Diœceſani non interuenit,vbi recenſet,quod circa dictum capitulum ſunt Doctorum duæ opiniones,vna,quæ fuit Innocen. & Gofred. quam ſequuntur Ioan.Tanc.& Vinc.quòd ibi contractus fuit ſolenniter celebratus,& in caſu conceſſo,ſcilicet in cauſam neceſſitatis, ſed propter læſionem enormem monaſterium reſtituitur, ſed ipſe Bellemer.iudicat primam opinionem, ſcilicet Hoſtien.& ſequacium veriorem,cum qua tranſit in d. c. Abbatibus,& in d.c.ad noſtram.2.q.

Sed videtur contrarium per tex.in capitu.nullam,18.qõ.2.
16 †vbi uidetur,quòd tota diſpoſitio monaſterii, & rerum monaſterii ſpectet ad abbatem,per quem tex. uidetur abrogata diſpoſitio.d.cap.abbatibus, & capitu. in uenditionibus, refert glo.1.in ſui principio.in d.capitu.in uenditionibus.& ita tenet ibi,& refert Archid. ſed ueritas eſt in contrarium; quia tex.in d.ca.nullam,vbi dicitur,quòd tota poteſtas monaſterii pertinet ad Abbatem,eſt intelligendus,quantum ad Monachorum excluſionem ſuperioris, hoc eſt, quod ita pertinet ad Abb.quòd non ad Monachos, ſecundum gloſ. vel dicere potes ſecundùm quod ibi dicebat Archid. referens uerba Hoſtien.in capitu.1.de reb.eccle.non alienan.ſcilicet,quòd ille tex.debet intelligi quoad regulam,& regulæ formam,& pertinentia ad illam, ſed non quoad alienationem,quaſi velit ille tex.quòd ita pertineat integrè poteſtas monaſterii,quoad prædicta ad Abbatem,quòd non ad monachos,ideſt,ita pertinet ad Abbatem ſuper monachos,qđ non habeant aliquam poteſtatem Monachi ſuper Abbatẽ, vel expone tota poteſtas, ideſt prælatio, non enim eſt ibi
17 alius Prælatus.†vnde habes quod Prælati, & religioſi habẽt adhibere in alienatione rerum eccleſiæ conſenſum,uel authoritatem ſuperioris,per Lauren.de Rodulp.in repet. cap. ſine exceptione,12.q.2.in q.16.quia dicit Bal.in Auth. Hoc
18 ius.3.colum.quòd†Abbas exemptus in alien. rerum eccleſiarum ſibi ſubiectarum interponit ipſe authoritatem,quia ipſe habet in eis quaſi ius ſpirituale,ſed res proprii monaſterii non alienat,Papa in conſulto, per glo. in cap. dudum. & clemẽ.monaſteriorum.allegata. pro qua materia uide quæ dicit Bellem. in capitu.Abbatib.12.q.2.colum.24.uerſic.oppoſitiouibus,ubi quærit,an poſſet ualere de iure conſuetu-
19 do,†quòd abbas ſine conſenſu Epiſcopi poſſit de rebus ſui monaſterii dare,vbi per contraria, materia diſputata, concludit,quòd ſi conſuetudo ſit grauoſa monaſterio,puta, qa alienatio quæ per conſuetudinem huiuſmodi defenditur, eſſet notabiliter grauoſa,non valet conſuetudo; & idem inquit dic de multiplicatione donationum modicarum, ſi ſimul conſideratæ ſimile grauamen inducerent, ex identitate rationis.per no.per Cy.in l.ſancimus.C.de dona.§.ſi quis. in ulti. quæſtio. & ita procedunt lecta & not.in capitu.cum cauſa. de re iudica.

Sed, ſi conſuetudo non ſit grauoſa, puta quæ contineat leuem donationem, tunc conſuetudo tolleratur etiam in prælato regulari.per nota.in capitu. cæterum. de donat. Et maximè in prælato ſeculari.

20 †Quæ autem conſuetudo dicatur grauoſa & non grauoſa,quæ dicatur modica,& leuis,quæ magna, vel ponderoſa iure non eſt determinatum,& ideo puto,inquit,omnia eſſe ſuperioris arbitrio relinquenda,l.1.ff.de iur.delib.§.1.ca.de cauſis,de offic.delegat.ut per Bellam.d.loco.& in c. dudũ. de reb.eccl.non alie.extra,in 3.& 5.q.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalis bona,ſi non eſt fundatum,cum authoritate epiſcopi,poſſunt ſine illius conſenſu alienari.*
2 *Relicta Hoſpitali gaudent priuilegio relictorum ad piam cauſam.*
3 *Collegium alicuius confraternitatis an poſſit ipſius bona uendere, quæ ſunt deputata ad pauperum alimoniam.*
4 *Fundator hoſpitalis diſponens quod hoſpitale non eſſet ſubiectum epiſcopo,quid tacite uoluerit.*
5 *Gubernatores hoſpitalis ſi iniuſte alienarent, poſſet quilibet de populo eis reſiſtere,quando epiſcopus eſſet negligens.*
6 *Forma Canonis non eſt ſeruanda in uendendis rebus legatis ad pios uſus.*
7 *Relicta hoſpitalibus diſtribuuntur inter pauperes per epiſcopum, habito reſpectu perſonarum,non loci.*
8 *Prohibitio de non alienandis rebus eccleſiæ non habet locum in Hoſpitalibus priuatis.*
9 *Bona hoſpitalis priuati à ſolo hoſpitalario alienari poſſunt.*
10 *An in alienatione bonorum mobilium Hoſpitalis requiratur ſolemnitas iuris,quæ requiritur in rebus eccleſiæ alienandis.*
11 *Dos Hoſpitalis primæua ſine ſolemnitatibus alienari non poteſt, ſecus in bonis obuenientibus ex relictis uel oblationibus.*
12 *Mendicantes bona immobilia capere poſſunt ut uendant.*
13 *Epiſcopi tanquàm patres pauperum alienant bona Hoſpitalium ſine decreto.*
14 *Prohibitio alienationis extenditur etiam ad bona Hoſpitalium leproſorum,& cuiuslibet loci Pij.*
15 *Collegia prophana abſque alicuius conſenſu & cauſa at ſolennitate,ſua poſſunt bona alienare.*
16 *Fraternitates uiuentes ſub diſciplina ſunt quidem collegia approbata, non tamen pia loca.*
17 *Vita illorum qui ſunt de aliqua fraternitate eſt potius honeſtus uiuendi modus,quàm pius.*
18 *Alienatio rerum quorumlibet locorum piorum eſt interdicta.*

Rubrica. 27.

De Hoſpitalibus,alijſque pijs locis, eorumq; authoritate circa eorum ſuarum diſpoſitionem.

SEd quid de bonis hoſpitalium, & puto quòd aliud ſit, ſi hoſpitale non ſit fundatum authoritate epiſcopi,& aliud ſi ſit con
1 ſtructum cum epiſcopi authoritate,†quia bona hoſpitalis, ſi non eſt fundatum cum authoritate epiſcopi, benè quidẽ poſſunt alienari,& diſtrahi abſque aliquo conſenſu, & authoritate epiſcopi;quia ſine aliqua ſolemnitate epiſcopi in terueniente diſtrahuntur,& alienantur,latè per Felyn. in ca. de quarta.2.colum.de præſcriptio.verſicu.& dicit, ubi dicit ſecundùm Pau.conſi.95.in fi.quòd in alienatione bonorum obuenientium tali hoſpitali non requiritur ſolemnitas,quę
2 requiritur in bonis eccleſiaſticis.†Fatetur tamen ꝙ relicta tali loco gaudent priuilegio relictorum ad piam cauſam, uidelicet nec patiantur detractationem falcidiæ;nec docto res ſupra allegati dicunt ſpecificè,ꝙ bona hoſpitalis priuati debent alienari cum ſolemnitate,ſed loquuntur ſimpliciter. Eſt uerum,ꝙ Andreas Siculus in capitu.nulla.ext. eo. in 1.colum.uerſicu. & pondera ſubtiliter, affirmat per unam conſiderationem, quam dicit nouam,uidelicet,quia, cum talia bona ſint deputata ad uſum pauperum, & in protectione epiſcopi,uidentur fauore pauperum mereri tale priuilegium ad euitandam diſceptationem alimonię ipſorum pauperum,ſed inquit Felyn.per hoc non recederem a prędictis. Primò,quia uideretur ꝙ Bal.in plurib. locis dixiſſet falſum, maximè in authen.hoc ius.dum dicit,ꝙ collegium alicuius
3 confraternitatis†poteſt uendere bona ipſius confraternitatis,quæ tantum ſunt deputata ad alimoniam pauperum. Secundò, cùm imponantur graues pœnæ alienantibus bona eccleſiæ ſine ſolennitate,& maximè per extrauagan.ambitiosè.extrauagan.com.de reb.eccleſiæ non alienan.eſſet res noua dicere,ꝙ talis pœna haberet locum in omni alienatione rerum deputatarum ad uſum pauperum. Tertiò, quia fundator

Source : BIU Cujas

4 dat[illegible]liſponens q̃ †hoſpitale non eſſet ſubiectum epiſcopo[illegible]acitè voluit quòd epiſcopus non haberet authoritatem in aliquo contractu fiendo de bonis hoſpitalis,tanquàm magis confiſus de regimine & gubernio poſterorum,quã epiſcopi.Concedo tamen quòd, ſi bona diſſiparentur vel ſine cauſa alienarentur per gubernatores hoſpitalis, non dico p
5 ipſum fundatorem,poſſet quilibet†de populo ei reſiſtere,& ſe ei opponere iniuſtè alienanti, quando epiſcopus in hoc eſſet negligens.per tex.ſingularem,& vulgatum in §.ſi autẽ locorum,in authen.eccleſiaſtici.tit.facit quod dicit Laurẽ. de Rodulphis in cap.ſine exceptione,12.q.2.in quæſtionib.
6 quòd † in vendendis rebus legatis ad erogandum pauperibus & pijs vſibus,non eſt ſeruanda illa forma Canonis:quia non ſunt bona eccleſiaſtica.l.ſi quis ad declinandam. C. de epiſcopis & cler. & dicit Bal.in authen.hoc ius.C. de ſacroſan.eccleſi.quod relicta hoſpitalibus priuatis,pro vt ſunt altaria,quæ habẽt nobiles in priuatis domibus, & pro vt ſunt hoſpitalia quæ habent nobiles,& communitates, ſeu Ciuitates,in quibus epiſcopus non habet inſtitutionem, vel deſtitutionem,quia nõ fuerunt fundata eius authoritate, ſed proprius ſunt prophana,quòd epiſcopus talia legata, & ta-
7 lia relicta capit,†& diſtribuit inter pauperes habito reſpectu ad perſonas pauperum,non ad locũ,quia talia non ſunt conſtructa,aut ædificata authoritate epiſcopi,vt no.18.qõ. 2.cap.quidam.in glo.& in clemen. quia contingit. ad fi. de religio.dom.& Præſidentes talibus Hoſpitalibus non gaudent priuilegio Clericorum,ut not.in Spe.de ſtat.monach. verſicu.36.& credo quòd relicta facta iſtis hoſpitalibus non applicantur ſibi,cùm iſtæ domus ſint prorſus ſæculares, & non priuiligiatæ,tamen inquit,quia legatum eſt factum cõ templatione pauperum,epiſcopus capiet & diſtribuet inter pauperes &c.& nomine iſtius hoſpitalis non poteſt peti reſtitutio in integr.nec obſtat infra inquit,tit.j.l.orphanotrophos,quia debet intelligi de hoſpitali legitimè conſtructo cum authoritate epiſcopi, & dicit Rebuff. in compendio
8 alien.rerum.eccle.verſicu. non tamen, quòd prohibitio†de non alienan.bonis eccleſiæ non habet locum in hoſpitalibus priuatis in quibus non habet inſtitutionem epiſcopus aut deſtitutionem,quia non eſt fundatum eius authoritate,capitu.quidam.in glo.18.quæſtio.2.glo.in clement.quia. in fi.de relig.dom.quia dicit Fely.d. cap. de quarta. de præſcriptio.quod bona hoſpitalis taliter fundati ſolus hoſpita
9 larius pro libito †voluntatis alienat,ſed ſi hoſpitale ſit legitimè ſtructum,& cum authoritate epiſcopi, ſecus videtur, quia talia bona alienantur cum authoritate epiſcopi. per glo.in authen.de non alienan.§.Sancimus. capit. inter dilectos.de dona.ſed dominus Lap.de Caſtilion. in ca. Xenodochiis.de relig.domi.q.72.format quæſtionem. nunquid in
10 †alienatione bonorum mobilium hoſpitalis requiratur ſolemnitas iuris, quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ,& ſoluit quod Petrus de bella pertica, ut refert Paul. in Clemen,quia contingit,de religio. dom. dixit quòd decretum eſt neceſſarium in immobilibus,ſed non in his,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,ut in cap.grauis de reſtitu.ſpolia. allegat C.de adminiſt.tuto.l.lex quę tutores,& ſubdit idem Lap.quòd iſta faciunt ad propoſitum ad id quod ſeruat hoſpitale Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia,cuius Rector cõſueuit de triennio in triennium impetrare licentiam ab epiſcopo Florentino vendendi,& alienandi bona immobilia, quæ obuenire contingit ipſi hoſpitali,& uigore ipſius licentiæ plurima uendit; & quærit nunquid fieri poſſit de iure, reſpon.quòd non eſt dubium,quòd dicta licentia non ſufficeret in bonis eccleſiarum,ubi requiritur materia, ſcilicet cauſa iuſta,& forma tractatus inferiorum, & ſuperiorum authoritas,ſed talis licentia diffuſa,vaga, & incerta non poteſt prædicta includere,ſed in hoſpitalibus putat idem ſi lo-
11 queremur de dote primæua,†quæ cõſtituta fuit & ſine qua epiſcopus pati non debet hoſpitale de nouo erigi, ſed de bonis obuenientibus ex relictis, vel oblationibus putat ſecus,iſta enim facilius uendi poſſunt, quia cauſa ſemper eſt vniuerſalis perpetua,& iuſta,ut diſtribuantur in uſus pauperum,quæ diſtinctio non placet Lauren.de Rodulphis in ſua reper.in capitu.ſine exceptione.12.q.2.q.19.ubi dicit,quòd illud quod dicitur, quòd illa, quæ de bonis obuenientibus ex relictis,uel oblationibus fidelium, uel aliàs hoſpitalibus conceſſis poſſunt alienari,non illa quæ ſunt de dote primæua,quæ conſtituta fuit,poſſet procedere in hoſpitali, quod ex ſtatuto ſiue pacto in fundatione appoſito, aut ordinatione apoſtolica nil proprii poſſet poſſidere, ſed quod haberet omnia venundare,ſicut eſſe dicitur de dicto hoſpitali ſanctæ Mariæ Nouæ,quod quidem ſtatutum,vel pactum de iure interuenire poteſt,ut per eũdem Lap.in d.c. de Xenodo
12 chiis.†q.63.ſicut dicimus de mendicantibus, qui bona immobilia capere poſſunt,ut vendant,iux.no.in cap.in præſentia,de probatio. & de relig. dom.cap.primo, in glo.uctęrẽ. in 6.item,uel alio modo poſſemus id intelligere,quando uidelicet euidenter,& notoriè conſtaret utilius fore uendere oblata,ſeu relicta,& exinde eleemoſinam in ſuſtentationem pauperum euidenter fieri,ſicut poteſt contingere, & ab experto uidemus in d.hoſpitali Sanctæ Mariæ Nouæ.facit in materia,quæ refert Fabianus de Monte in ſuo tracta. de emptio.& uenditio.tertia quæſt.præſenti.verſi.17.ubi dicit,quod hoſpitalarii,qui tenent hoſpitalia Ciuitatum, non poſſunt alienare bona hoſpitalium ſine decreto epiſcopi. l. orphanotrophos.C.de epiſco.& cler & in clemẽ.quia contingit.de relig.domi.quòd colligitur ibi,dum æquiparantur tutoribus,& curatoribus,ſed epiſcopi tanquam Patres pau
13 perum†bene alienant bona hoſpitalium ſine decreto, vt in authen.de eccleſiaſtic.tit.§.ſi quis in nomine.colum.8.itanotanter Bald.in d.l.orphanotrophos,vbi dicit,q̃ bona hoſpitalium poſſunt vendi cauſa legitimè ſubſiſtente, de quo plenius per eundem in authen.hoc ius. C.de ſacro ſanc. eccle. per quæ deducta uidetur tenere, & concludere Lauren.d. loco,quòd bona hoſpitalium authoritate epiſcopi fundatorum,non poſſunt alienari ſine ſolemnitate,quia cum taliter fundatum hoſpitale ſit,& poſſit dici locus pius,in alienatione rerum illius habent interuenire illæ ſolemnitates, quæ regulariter interueniunt in alienatione rerum eccleſiæ.per Abba.in cap. nulli. extra de rebus eccleſiæ non alienan. per Cardinalem d.Clem.quia contingit.§.fi.de relig. domi. in alienatione rerum eccleſiæ,& dicit Rebuff. in ſuo compendio alien.rerum Eccleſiæ.in repet.capit. ſine exceptione.in verſicu.ne quis epiſcopus, q̃ omnino eſt interdicta alienatio rerum Eccleſiæ,item collegiorum, item capitulorum, etiam per Imperatorem.in §.nos igitur.in authent. de non
14 alienan.rebus Eccleſiæ. colla. ſecunda; † extenditur etiam prohibitio ad bona hoſpitalium & leproſariorum & monaſterium,etiam mulierum,& alterius cuiuslibet loci pij. ſic conſuluit,inquit,Alexan.conſi.4.uiſo nume.6.3.uolum. vt d.conſilio eſt uidere,ſed quod dicit de collegiis, quòd non poſſint bona illorum alienari,loquitur in collegiis eccleſiaſticis.Quia ſi non ſint collegia eccleſiaſtica, ſed prophana
15 & ſecularia,bene quidem poſſunt † libere abſque alicuius conſenſu & aliqua cauſa & ſolemnitate ſua bona vendere & alienare.l.j.§.quibus.ff.quòd cuiuſque uniuer.no.per doctrinam Bal.authen.hoc ius.C.de ſacroſanc.eccle.Idem ibi dicit Bal.de fraternitatibus,quòd libere poſſunt ſine alicuius perſonæ conſenſu diſponere de rebus corporis confraternitatis,quia confraternitas non eſt pium collegium, ſed omnino prophanum,& ſeculare,& non priuilegiatum,vnde poteſt de ſuis bonis diſponere,abſque aliqua eccleſiaſtica ſolemnitate.ſicut cætera collegia ſecularia.d.l.1. §.quib. & ita inquit Bal.conſului.& idem in conſi.162.uolum.5.dicit quod fraternitates uiuentes ſub diſciplina & quadam re
16 gula catholica†ſunt collegia approbata,non tamen ſunt loca pia,& domus eorum non ſunt piæ domus,vnde nec ſunt pia loca,niſi habeant annexam eccleſiam aut hoſpitale. nã
17 uita eorum eſt potius quidam localis & honeſtus †modus uiuendi,quàm pius modus,& loca eorum non ſunt diuino vſui perpetuo deputata,cum poſſint domum, in qua congregantur uendere,ac etiam confraternitatem deſtruere.Si tamen ſint authoritate eccleſiaſtica vel ordinarii loci fundatæ,in quibus ordinarius habeat inſtitutionem, & deſtitutionem,idem ego puto dicendum ut dixi ſupra de hoſpitalibus ac rerum hoſpitalium fuudatorum authoritate eccleſiæ,de quibus bona non alienantur niſi ut bona eccleſiarum,& pro hac materia pro prima parte uide quæ deduco infra,in caſibus in quibus ſine ſolemnitate. rub.de bonis fraternita.incip.item dico ſecundum Bald.& q̃ dicit Paul. de Caſt.in l.prima,quòd cuiuſque vniuerſi. no. idem conſil.82. vbi etiam an ſint pia loca.Et an iſtæ dicantur perſonæ eccleſiaſticæ.& per Alex.in additio.ad Bar.in l.ſemper.§. quibuſdam.de iure imunit.Socyn.capitu.1.uerſicu. noua declaratio.& ca.propoſuiſti.articulo quinto.præſentiali.de fo.competen.De aliis piis locis uide quæ deduco in rub.an appellatione eccleſiæ,in materia alienationis eccleſiaſticæ ueniant
18 loca pia.†Et dicit Bal.in auth.hoc ius.C.de ſacroſan. eccl.q̃ alienatio rerum quorumlibet locorum piorum eſt interdicta.ut ibi per eum.primo not.

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante conſenſus capituli in alienatione rerum eccleſiæ adhiberi debet.*

2 *Neceſſitate exigente capitulum poteſt ſede vacante aliqua bona alienare.*

3 *Alienatio ſi facta ſit ſine neceſſitate,erit in optione epiſcopi uel prælati an uelit ſtare contractui.*

4 *Contractus, qui poteſt ab epiſcopo uel prælato confirmari, eſt in pendenti.*

Source : BIU Cujas

5 *Contractus eſt uoluntarius, ſed iudicium datur in inuitum.*
6 *Eccleſia diu uacante dabitur curator, cuius authoritate fiet alienatio.*
7 *Capitulum ſi nullum prælatum habet, ualebit alienatio facta per capitulum authoritate diœceſani, etiam ſede uacante.*
8 *Prælatus ſpecialis ubi non ſubeſt, per quem fiat contractus eccleſiæ, tutius eſt facere curatorem.*
9 *Iuramentum interpoſitum ſuper alienatione rei eccleſiæ, non obſtat irritare uolenti.*

Rubrica. 28.

Eccleſia vacante quomodo procedendum ſit.

Caſus. 1.

SEd ſi ſit eccleſiæ ſedes vacans, & in ſede uacante, tunc in alienatione rerum eccleſiæ debet adhiberi conſenſus capituli, † & parimodo requiretur ſuperioris authori-
1 tas per Augu. Bero. in c. primo. de rebus eccleſiæ non alien. col. fin. Ibi, tertiò hanc opinionem optima ratione confirmo, vacante ſede epiſcopali, res eccleſiæ epiſcopalis non poſſunt alienari, nec in alium transferri, quia requiritur cõſenſus epiſcopi &c. & tex. in c. ſi qua, & c. precarię, 12. qõ. 2. nec iſta authoritas poterit interponi, per capitulum. ut per Gemin. in c. j. de maio. & obed. in Sext. per tex. c. is cui. de electio. in 6. Rebuff. in compendio alien. rerum. eccleſiæ. in verbo, atque conſenſu. nu. 94. cir. med. quia, ſi ſubeſt magna ne-
2 ceſſitas, capitulum ſede vacante poteſt † alienare aliqua bona. per Hugo. in d. c. ſi qua de rebps, 12. q. 2. per tex. in c. fraternitatem. 71. diſtinc. per tex. in c. precarię. 10. q. 2. dum tamen interueniat authoritas ſuperioris; ubi arguit ꝙ ſic etiam Iudex præſtat authoritatem facto minoris, eo tempore quo non habet curatorem. l. bonorum C. qui admitt. ad bono. per Alber. in authen. hoc ius. ver. vtrum, vbi allegat Archi. in c. fraternitatem. 72. diſtinct. ſed ſi non ſubeſt magna neceſ-
3 ſitas, & ſit † facta alienatio, tunc eſt in optione epiſcopi uel prælati utrum uelit ſtare contractui, vel non, citra aliquam reſtitutionem in integr. & hoc fauore eccleſiæ, & incipit tunc tenere talis contractus ſi epiſcopus ratum habeat. arg. c. ſi. ne ſed. vacan. Io. And. dicit quod ſi capitulum ſede vacante faciat aliquem contractum, quòd tenet contractus, licet debeat reſcindi ſi læſa ſit eccleſia, ſicut in contractu minoris, qui non habet curatorem. C. de in integr. reſtitutio. mi. & ita intellige tex. in d. c. ſi qua, de rebus, Hoſtien. autẽ in cap. ſi. ne ſed. vacan. ſatis uidetur adhærere iſtis, dicens ꝙ
4 † contractus non eſt nullus, ſed eſt in pendenti, quia ſi nullus eſſet non poſſet ſine authoritate Papæ ſubſiſtere, & ratio di-
5 uerſitatis inter iudicium & contractum, eſt, quia † cõtractus eſt uoluntarius l. ſicut C. de actio. & oblig. ſed iudicium datur in inuitum, & fortius ligat. Ideo neceſſarium eſt conſilium maturius. l. clarum. C. de autho. præſtan. l. fi. C. de teſta. milita. dicit etiam idem Hoſtien. in ſumma. quòd eccleſia ſede uacante poteſt eo modo contrahere, ergo & minor, ſcilicet utilitatem eccleſiæ faciendo, & alium eccleſiæ obligando, non eccleſiam alii; & inſtitu. de author tutor. in principio. quod dicit probari in text. in capitu. ſi qua, de rebus, dum ponit in optione epiſcopi an uelit reſcindi contractũ, quod non debet uelle, ubi reſcindi non expediret eccleſiæ, maximè quia contractus cum magnis expenſis non expedi tur. l. nec ignoras. C. de donatio. & plurimum in his ſeſe ad inuicem illudunt contrahentes. l. in cauſæ. la 4 §. pen. ff. de minor. vbi ſcilicet ſubeſt cauſa legitima, & ſolemnitas à iure requiſita ſeruatur; nec obſtat tex. in ca. ſi quis præsbytero. de rebus eccleſiæ non alien. & c. 1. eo. titu. lib. 6. Tancred. & Gofred. ut refert Archid. in d. c ſi qua de rebus, in glo. in c. 1. ne ſede uacante. & in c ſicut noſtris. de iureiur. tenent abſolutè contractum eſſe nullum, & ſine aliqua reſtitutione reuocari quatenus de facto proceſſit, quia idem etiam eſſet ſi haberet Prælatum, & quia ſede uacante, & quia ſententia contra eccleſiam tunc lata non ualet. l. acta. §. fi. ff. de iudic. & l. in uniuerſis. C. qui da. tur poſſ. licet fateantur dari optionem epiſcopo ſubrogato ut ſupra dicit Hugo. Innocen. autem in d. capitu. 1. ne ſede uacan. dicit, quod ſi diu uacet, ec-
6 cleſiæ † dabitur curator, cuius authoritate fiet alienatio uel obligatio. l. 1. & 3. C. de cura. bon. dan. bona autem quæ ſeruando ſeruari non poſſunt libere poſſunt alienari. l. lex quæ. C. de admin. tuto. & l. fin. C. ſi propter public. penſi, adde nota in ſimili per Docto. in c. j. in fi. de cleri, ægrot. lib. 6. & dixerunt aliqui, quòd ſi ſunt capitula, quæ nullum habent ſpe-
7 cialem † prælatum per quem fiat contractus eccleſiæ, quòd tunc ualet alienatio facta per capitulum authoritate diœceſani, etiam ſede uacante. arg. in Authen. de alien. & emphy. §. emphyteuſim. ultra medium, ubi dicitur quòd res eccleſiæ alienari debet iurantibus adminiſtratoribus, œconomis, & cartulariis, & ſic patet ꝙ loquitur de eccleſia, quæ nõ habet ſpecialem prælatum, quia tunc ille ſolus iuraret; dicit
8 tamen Ioan. And. tutius eſſe in omni caſu † facere curatorẽ, ſecundum Innoc. dum tamen non faciant electum nõdum confirmatum. ſecundum Ant. de But. in c. cum apoſtolica. de his quæ fiu. à præla. eſt tex. in c. auaritiæ. de electio. lib. 6. &
9 adde, quòd licet capitulum uallauerit contractũ † iuramento, ſi aliàs non ualebat, non obeſt iuramentum etiam repetere, aut irritare uolenti, ſecundùm Hoſt. in ſumma, ne ſede uacan. §. 1. per tex. in c. ſicut, de iureiur. & per tex. in cap. 1. de his, quæ fiu. à maior. par.

SVMMARIVM.

1 *Abbas ſi neſciebatur ubi eſſet, uel ſi erat ualde remotus, poterit res eccleſiæ alienari neceſſitate urgente.*
2 *Neceſſitate urgente defenſor monaſterio uacanti per epiſcopum dabitur, qui uicem prælati ſupplere habeat.*
3 *Titulus quando habeatur pro non titulo, & quis dicitur malæfidei poſſeſſor, talis titulus non excuſat a fructibus percipiendis.*
4 *Quicquid fit de bonis, & cauſis ſedis uacantis, non ualet, quia eccleſia fungitur uice minoris.*
5 *Epiſcopus poteſt alienare bona eccleſiæ uacantis aliqua iuſta cauſa exiſtente.*
6 *Quod tamen uerum eſt dato legitimo defenſore, aliàs ſecus.*
7 *Prælato mortuo monaſterium nihil alienare debet de bonis communibus inter ipſum & prælatum, niſi quod ſeruando ſeruari non poteſt.*
8 *Eccleſia uacante nihil debet de iuribus ipſius diminui ſine cauſa, quamuis in totum poſſit tolli dignitas, uel eccleſia in proprios alicuius uſus transferri, & nu. 9.*
10 *Sede uacante ſi alienatio facta ſit an ualeat, diſtinguntur tres caſus, aut alienatio eſt damnoſa, aut utilis, aut dubitatur.*
11 *Confirmatio appella. in forma communi non ualidat alienationem nullam.*
12 *Confirmatio ex certa ſcientia, & motu proprio etiam cum ſuppletione defectuum, non impedit, quominus falſitas cauſarum expreſſarum probari poſſit.*
13 *Clauſulæ prædictæ ſupplent defectum ſolemnitatum, ſed non ueritates cauſarum, niſi opponantur parte uocata, cum cauſæ cognitione.*
14 *Bona eccleſiæ uacantis alienari non poſſunt niſi prius dato legitimo defenſore.*
15 *Conſenſus noui rectoris timentis, ne impediatur, in adipiſcenda poſſeſſione non ualet.*
16 *Eccleſia habens rectorem de nouo inſtitutum non habentem tamen poſſeſſionem, æquiparatur eccleſiæ uacanti.*
17 *Capitulum ſede uacante poterit ſuſcipere pecunias mutuo pro neceſſitate eccleſiæ uacantis.*
18 *Eccleſia ſiue capitulum quando eſt ſubiectum immediate Papæ, difficile eſt habere recurſum ad Papam.*
19 *Sede uacante collegium Cardinalium pro expenſis Conclauis & aliis neceſſarijs mutuo accipiunt pecunias, & obligant officia perſonalia.*

Caſus. 2.

Tractatur materia ſimilis pręcedenti.

ET, ſi ſit facta alienatio de rebus monaſterii uacantis per mortem Abbatis, uel in remotis partibus agentis alienatis ex iuſta cauſa per conuentum de epiſcopi authoritate, Pileus in q. 106. quem refert Ioan. Andr. in rub. ne ſede uacand. in addit.
1 Specu. tenet, quòd † ualet, ſi neſciebatur, ubinam eſſet, uel erat ualde remotus, & neceſſitas, uel utilitas monaſterii alienandi ſuberat, ſecus uerò ſi Abbas erat in loco, in quo requiri poſſet, quia tunc requirendus eſt; aliàs alienatio facta non ualeret. c. decernimus. 16. q. ulti. nil tamen dicitur ibi de ſede uacante, & propterea de hoc remittit Ioan. Andr. ibidem ad not. in cap. 1. ne ſede uacan. in gloſ. in uerbo uacante. ſequitur eundem Pileum Alber. in auth. hoc ius. uerſicu. utrum Abbas C. de ſacroſan. eccle. quòd alienatio facta de reb. monaſterii abſente Abbate authoritate epiſcopi ualet, ſi ſit facta cum conſenſu cap. ſi ex neceſſitate aut utilitate; & ſubditur, quòd in caſu neceſſitatis ad graue damnum eccle-
2 ſiæ † uitandum dabitur per epiſcopum defenſor monaſterio uacanti, cum quo ſupplente uicem prælati ſeruata forma iuris fiet contractus alienationis, alleg. c. fina. ne ſede vacan. quod de defenſore loquitur, licet dicatur, ut ibi exponitur, quòd ibi erat quæſtio cum epiſcopo; Item quòd dilatio cauſæ non eſt ſic periculoſa, ut poſſet eſſe prætermiſſio contractus; & quòd de defenſore dixit affirmat patere in c. dudum. de reb. eccle. non alienan. lib. 6. facit clem. ſi una, eod. titu. & quod dicitur de alienatione, procedit etiam in alienatione in emphy-

Source : BIU Cujas

in emphyteuſim.ſecundùm.Spec.poſt Rofredum in titu.ne ſede vacan.in principio.vbi addit Ioan.And. quòd reuocabitur alienatio cum fructibus inde perceptis & percipiendis,tradens regulam,† quòd vbicunque titulus habetur pro
3 non titulo,& quis dicitur malæ fidei poſſeſſor mercando contra iura legum,& canonum,vt l.quemadmodũ. de agri. & cenſi.lib.11.talis titulus non excuſat à fructibus percipiẽdis l.ſed & parui.ff.quod met.cau.& l.etiam.de peti.hæred. & ſic reſpondet ad l.certum,de rei vendic. & inſtit. de offi. iudic.§.2.Spec.etiam ibi in hac materia dat regulam negati-
4 tinam generalem,quòd quicquid fit† de bonis & cauſis ſedis uacantis non ualet,quia eccleſia fungitur uice minoris. c.1.de in integr.reſtit.c.ſicut noſtris,de iureiur.12.q.2.ſi qua de rebus;nec tenet ſententia contra minorem minus legitimè defenſum lata.l acta.ff.de re iudic.& c. fi. ne ſede vacan. & ſubdit,quòd propterea debet reuocari quicquid per cõmune Ciuitatis Florentiæ epiſcopali ſede vacante factum eſt;nam ferè in vigintiquinque caſtris & villis epiſcopatus vacantis,de facto Florentini poſuerant poteſtates,& Rectores in præiudicium epiſcopatus,ſuper quo inter eos & procuratores epiſcopatus fuit iudicium coram eo,& dicit Laurẽ.de Rodulphis in repet.c.ſine exceptione,uidelicet, quòd
5 epiſcopus bene poteſt†alienare bona eccleſiæ vacantis aliqua iuſta cauſa exiſtente,per ea,quæ dicit Innoc.in ca. vnico.vt eccle.benef.ſuper verbo conſiſtat,idem ſentit Hugo, & perglo.in c.ſi quis epiſcopus,10.q.2.ubi hoc probari uidetur,& ibi etiam ſenſit Lauren.vt refert Archidia. volunt enim iſti,quòd ſubſiſtente neceſſitate, vel vtilitate licitè facere poſſit hoc epiſcopus,idem dixit glo.in d.c.ſi qua de rebus,ſup.ead. cauſ. & quæſt. ſed ſolùm in cauſa neceſſitatis,
6 †ſed veritas eſt,quòd non poteſt,niſi dato legitimo defenſore.per tex.c.1.de reb.eccle.non alien.in 6.& ita no. Innocẽ. d.cap.vnico.in glo.fina.& Archid.in d.cap.j.ne ſede vacan. & plenè per Ioan.de Ligna,d.capitu,unico, ut per Lauren. dicto loco.

Et non ſolùm prohibemur alienare de nouo, ſed etiam alienationes cœptas per defunctum continuare non poſſumus,c.j.ne ſede vacan.vbi per Doctor.& in c.fi.eod.tit.& dicit Innoc.in d.c.1.quòd idem eſt in omni eccleſia conuentuali,vbi Prælatus & conuentus habent communia, vt pro magna parte in regularibus,& aliis conuentualibus eccle-
7 ſiis habentibus Abbates,Præpoſitos,& Priores;quia† Prælato mortuo nil alienari debet de bonis communibus eorũ, niſi quod ſeruando ſeruari non poteſt, l. lex quæ, C.de adminiſtr.tutor.

Fede.tamen de ſenis,in quæſtio. 16. quæ incipit, capitulũ eccleſiæ.&c.uidetur tenere quòd, capitulum ſede vacante poſſit alienare in caſibus permiſſis prælato defuncto,qa grauatus reſtituere hæreditatem alteri, ſi in caſibus permisſis alienat,tenet,& valet alienatio.Authen.res quæ,C.commu. delega.ad effectum vt alienatio duret,etiam in tempus ſucceſſoris;clarius idem Fede.in conſi.9.quod incipit,caſus talis eſt,uidetur poſt allegationes ad partes tranſire,ꝙ poſſit. domi.And.tamen in d.c.j.ne ſede vacan. ſuper gl. hoc uult,
8 dicit,quòd quicquid dicatur,veritas eſt, †quòd vacante dignitate,uel parrochiali eccleſia ſine cauſa nihil debet de iu-
9 ribus ipſius diminui,quamuis in † totum poſſit tolli dignitas,vel eccleſia in proprios alicuius vſus transferri . Item ꝙ quæcunque cauſa ſubſit,propter quam epiſcopus bona immobilia,uel iura uacantis eccleſiæ perpetuò alienet, nunq̃ ualet alienatio,niſi eccleſia prius habeat defenſorem legitimè conſtitutum,argum.l.fi.C.ſi propt.publi.penſi.l.lex quę, C.de admin.tutor.& niſi fiat præmiſſo tractatu,& cum cauſæ cognitione.c.ſine exceptione,12.qõ.2. & ſecundùm hoc inrelligit tex.in c.tua,& c.Paſtoralis.de his quæ fiu. à prælat. But.autem in c.1.ne ſede vacan.diſtinguit,quia aut conſtat
10 alienationem eſſe†damnoſam,& non valet, aut conſtat eſſe vtilem,& valet;aut eſt dubium,& tunc pendet ex approbatione ſucceſſoris,id quod etiam uidetur ſequi Abb. ibidem: & ita uidetur conſuluiſſe idem Butr. in quodam ſuo conſilio,quod incipit Ieſu Chriſti,Matriſque eius &c. facit quod no.in c.Monachi.el ſecundo.16.q.1.idem habetur per Geminian.in cap.dudum.de reb.eccle.non alienan.uer. nota quod bona eccleſiæ,& uerſ.in ea.glo.ubi dicit,quòd ideo datur eccleſię uacãti in alienationibus legitimus defenſor, quia eccleſia fungitur iure minoris,c.j.de reſti. in inte.ſicut ergo pupillo nõ hñti tutorem, uel legitimũ defenſorẽ, dẽt bonus aduocatus vel defenſor dari p iudicẽ,ſic & eccleſiæ uacanti.p Io.And.& dicit Arch.ibidẽ.ꝙ ſine tali defenſore alienatio facta non ualet.C. ob.pa.pie.l. vltra, ſubdens ſecundũ Inn.igitur teneas,ꝙ quantumcunque alienentur pro iuſta cauſa perpetuo bona Eccleſiæ uacantis non ualet alienatio,niſi eccleſia habeat defenſorem legitimè conſtitutũ, & niſi fiat præmiſſo tractatu,& cum cauſæ cognitione; ſequitur Fabian.de Monte in tracta. de emptio. & venditio.

3.quæſt,principali.verſicu.17.in hæc verba,videlicet,inſuper adminiſtrator eccleſiæ vacantis non poteſt modo aliquo alienare,glo.ordinaria in c.is cui,de electio.in 6.ſed ſi ſit datus defenſor eidem,is poterit cum authoritate epiſcopi, & euidenti utilitate, uel imminenti neceſsitate,habito tractatu ſolemni,& diligenti,& ſeruatis ſeruandis alienare,tex. & ibi glo.§.defenſore.c.j.de reb.eccleſiæ non alienan.in 6.vo-
11 luit Bald.in loco,quem allegat ibidem, †& adde quòd confirmatio apoſtolica in forma communi non ualidat alienationem nullam,ut d.c.1.ue ſede vacan.& cap.quia diuerſita-
12 tem.de conceſsio.præben.quinimò etiam † confirmatio ex certa ſcientia,& motu proprio,etiam cum ſuppletione defectuum,non impedit,quo minus falſitas cauſarum in alienatione expreſſarum non poſsit probari,etiam ſi totus te-
13 nor interſeratur in Bulla;nam† defectum ſolemnitatum ſolum uidetur ſupplere,poteſtatem aut ueritatem cauſarum non,niſi facta ſit parte uocata cum cauſæ cognitione,ſecũdum deciſio.Rotæ.222.in nouis,incip.item in demembratione.Innocen.in capitu.1.de translat.capit.1.de confirmat. vtil.vel inutili,& alios in Clemẽ.Paſtoralibus, de re iudica. Specu.in titu.de lega.§.nunc oſtendendum, verſicu. 18. per Ioan.Franc.Pauin.in tracta.de offic.& pote.capitu. ſede vacan.quæſtio.8.2.partis.unde hæc,quæ mihi facere uiſa ſunt ad propoſitum noſtrum,deſcripſi ad uerbum, & per Philip. Franc.in rubr.de rebus eccle.non alienan.2.not. habetur ꝙ eccleſia vacans poteſt donari,& uniri alteri eccleſiæ,non dato ſibi legitimo defenſore,tamen bona ipſius eccleſiæ uacã-
14 tis alienari non poſſunt non†dato prius defenſore,& eo dato ualeret alienatio,aliàs ſecus.ſecundum Innoc.& Ioann. Andr.dicen.quòd ſi eccleſia habet rectorem inſtitutum de nouo, poſſeſsionem tamen non habentem, qui conſentit
15 †alienationi timens ne impediatur in adipiſcenda poſſeſsio-
16 ne,non ualebit talis†alienatio,ex quo talis eccleſia æquiparatur eccleſiæ uacanti;& aduerte,quòd licet eccleſia uacans poſsit concedi alteri eccleſiæ,non dato ſibi legitimo defenſore,tamen in tali alienatione requiritur omnis alia ſolemnitas requiſita in alienatione rerum eccleſiæ.ca.tuæ. de his quæ fi.à præla.ſubdit ibidem idem Pauin.verſic.ſed an capitula,quod capitulum ſede uacante poterit ſuſcipere pecu-
17 nias mutuo ſine authoritate ſuperioris pro† neceſsitate eccleſiæ uacantis,per glo.quæ ita tenet in cap.cupientes, § ad hoc,ſuper uerbo aliunde.de elect.in 6.alleg.10.q.2.precarię. 12.q.4.quicunque,cum manifeſta in hoc ſit utilitas eccleſię, & cum negotium dilationem non capiat, & ex tali mutuo obligatur eccleſia, & prælatus ſucceſſor; facit quod notat. Ioan.12.qõ.2.placuit.in gloſſ.fina.& ibi Archid. & Paul. in Clemen. j.de rebus eccleſiæ non alienã. & quod notatur in Spec.de his,quæ fi.à præla.ſine conſen.cap.in fin. & ita dicit ſe conſuluiſſe Lapus in uacatione hoſpitalis de alto paſſo, pro,& contra,faciunt not.per Ioan.Andr.poſt Innocen. & Hoſtien.in cap.2.ne ſede uacan.in fi.ſecundum Lap.& Abb. ſubdit,ſed Ioan.de Imola reſtringit dictum Lap. uidelicet quando copia ſuperioris de facili haberi non poteſt, & magna imminet neceſſitas, aliàs ſecus, quod etiam placet Do-
18 minic.quia illud Hoſpitale erat†ſubiectum immediatè Papæ,unde difficile erat habere recurſum ad Papam pro licentia,hoc etiam in caſu poterit capitulum alienare bona pertinentia ad epiſcopum,ſecundum Archid.per tex.in d.cap. ſi qua de reb.ut referunt Ioan.Andr. & Dominic.in d.§.ad hoc,idem in impugnante electionem propter utilitatem eccleſiæ,cap.ex parte,de accuſa. not.in l.ſi inſtituta.§.ibi.ff.de inoffic.teſtamen.& adde quòd emptor in caſu euictionis poterit denunciare capitulo, vt ſubeat onus defenſionis emptoris, ſaltem quantum ad conſeruandum ſibi regreſſum de euictione,ſicut dicitur in hæreditate iacente,Pau.de Caſtr.conſil. 376. & addi poſſet ad præſentem materiam,quia etiam noſtris temporibus uidemus, quòd per obitum Ro-
19 mani Pontificis ſede†vacante ſacroſanctum Reuerendiſsimorum Cardinalium collegium pro expenſis cõclauis,pro cuſtodia urbis,ac locorum ſtatus eccleſiaſtici manutentione,& conſeruatione,ac pro aliis neceſſariis expenſis,mutuo a mercatorib.uel aliis perſonis pecunias accipiunt, mutuantibuſque obligant,cedunt,& aſsignant, uel officia perſonalia,quæ tunc reperiuntur uacare, & quæ uacabunt uſque ad creationem noui futuri Pontificis, aut alias res cameræ, & ſedis apoſtolicæ;& huiuſmodi obligatio,ceſsio, aut aſsignatio nũquam irritatur,immo approbatur,& ratificatur ſemper à poſtea ſuperueniente Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiaſticæ non præiudicat iuri patronatus.*
2 *Penſio an poſſit reſeruari ſuper beneficio iurispatronatus ſine conſenſu patroni.*
3 *Patronus eccleſiæ ſi ſit laicus,alienatio fieri poterit eo non requiſito.*

4 *Conſenſus*

Source : BIU Cujas

4 *Consensus patroni laici de honestate requiri debet, sed de iure non reperitur hoc expressum. & nu. 5.*
6 *Consensus patroni ecclesiastici ex æquitate debet potius requiri, quàm patroni laici.*
7 *Consensum patroni tam ecclesiastici quàm laici adhibere tutius est.*
8 *Patronus ecclesiasticus est, qui habet ius patronatus ratione alicuius ecclesiæ, uel dignitatis ecclesiasticæ.*
9 *Persona ecclesiastica habens ius patronatus ratione patrimonij habetur pro patrono laico.*
10 *Patronus ecclesiæ si alienationi necessariæ consentire non uult, nihilominus procedi potest ad alienationem.*
11 *Patronus non potest, nec debet impedire magnam utilitatem ecclesiæ.*
12 *Episcopi dispositio circa ius patronatus ualet, quando nullum fit præiudicium patrono.*
13 *Casus, aduersaque fortuna liberi hominis non sunt spectandi.*

Casus. 3.

Discutitur materia bonorum spectantium ad iuspatronatus.

ET, si ecclesia, vel beneficia, cuius bona alienantur, sit patronata, vel iuri patronatus subiecta, uidetur quòd communiter teneatur per doctores, quòd, si alienatio sit facta etiam sine cõsensu patronorum, non sit nulla. per Abba. post Innocen. & alios, maximè Ioan. de Imola in cap. vnico, ut ecclesia st. benefici. sine dimi. confer. per Pet. de Ancharan. in consi. 220. incip. ex narratis, per Felyn. in cap. cum accessissent. 7. colũ. de constitu. per glo. Barto. & alios in authen. de alien. & emphyteu. in principio, vbi communiter concludunt, quòd non sit necessarius consensus patronorum, licet de honestate requiri debeat. per Dec. in consi. 174. circa finem, per Rochum de curte in tracta. de iure patro. in uerbo onerosum, circa princip. & ratio ibidem per eos adducitur, quia ex tali †alienatione non præiudicatur iuri patronatus, ita inquit 1
Anchara. d. suo consi. quem sequitur Rochus præallegato suo tractatu in uerbo honorificum, quæst. 3. colum. 2. in fi. & colum. 3. in principio. sequitur Hieron. Gigas in tractatu de pensio. quæstio. 23. uersicu. sextò facit, vbi uide per totã illam quæst. quam facit, an possit reseruari †pensio super be- 2
neficio iuris patronatus sine consensu patroni, vbi videtur tenere, quòd sic, sed uide Ioã. de Imo. d. c. cum accessissent, qui in hoc uidetur facere differentiam inter patronum ecclesiasticum, & patronum Laicum; quia, si patronus ecclesiæ †sit Laicus, uidetur quòd possit alienari res, & fieri alie- 3
natio etiam non requisito eius consensu, quia ad ipsum nõ spectet quærere rationem de temporalibus, licet ad patronum Ecclesiasticum sic; fateor tamen, inquit, quòd de honestate †requiri debet consensus patroni Laici; ne postea ve- 4
lit reuocare rem alienatam allegando alienationem iniustè factam, ut habetur. 16. q. 7. c. filiis ac nepotibus, & c. decerni mus, subdens idem Imo. sed tu diligẽter nota, quòd in alienatione rei ecclesiæ requiritur consensus patroni ecclesiastici, sed non patroni Laici, secundum illud, quod dicit Specu. in tit. de emptio. & uendi. §. nunc dicẽdum restat de alienatio. & iuramen. rer. minor. & ecclesiarum. ad fi. in forma instrumenti, quàm ibi ponit, ubi uidetur simpliciter, & indistinctè uelle, quòd requiratur consensus patroni, uel patronorum, si sint plures in alienatione rei ecclesiæ; sed Io. And. ibi in additio. dicit, quòd illud est verum de †honestate, qa 5
de iure non reperitur hoc expressum, & sic uidetur uelle, quòd indistinctè ibi loquatur, quòd de iure non sit necessarius consensus patroni, etiam ecclesiastici, & sic necesse etiã 6
non habeat requiri; quòd tene menti; †magis tamen suadet ratio, quòd ex æquitate debeat requiri patronus ecclesiasticum, quàm Laicus, quia primò est reddenda ratio de temporalibus, non secundò, tenet tamen menti. Ioan. And. hoc dictum Innocen. & Host. in quantum distinguit de patrono ecclesiastico & non de Laico requiri de iure consensum; tamen, ut dixi, ad prædicta uidetur uelle Ioan. Andr. quòd in his indistinctè de iure non sit requirendus consensus, etiam 7
patroni ecclesiastici in alienatione rei ecclesiasticæ; †tutius tamen est ad opiniones uitandas, per id quod superius est dictum, quòd requiratur consensus tam ecclesiastici, quã Laici ut uoluit sentire Specu. in loco præallegato. tene tamen menti prędicta, quia sæpe de facto posset contingere, an ualidetur alienatio rei ecclesiæ facta sine consensu patroni; subdens idem Imo. ulterius, aduerte, quia quod dixi superius de patrono ecclesiastico, debet intelligi, quãdo est per- 8
sona ecclesiastica, quæ habet ius † patronatus ratione alicuius ecclesiæ uel dignitatis ecclesiasticæ, secus si haberet ra- 9
tione patrimonii, † quia de tali iudicandum esset, ut de Laico patrono, licet esset persona ecclesiastica, per glo. no. in c cùm dilectus, de offi deleg. & q̃ in alienatione rerum ecclesiæ patronatæ habeat interuenire consensus patroni pro interesse quod habet, uidetur tenere Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in ti. de emptione. §. nunc dicendum, Imola in c. j. eo. ti. glo. in c. constitutum. 16. q. 1. Card. in Clem. 1. col. 2. de decimis. refert Rebuff. in compendio, id quòd uideretur, saltem eo respectu, & ea causa; quia cum ecclesia de suarum rerum prouentibus teneatur subministrare patronis alimẽta in casu, quo uergant ad inopiam, ut per Abb. in rubr. de iure patrona. in explanatione uerbi, utilis, uidetur taliter, qualiter patronus in tali alienatione habere interesse, unde eius consensum adhibere iudicarem tutius, uel saltem eos in tali alienatione pro interesse requirerem; quòd si nollet 10
patronus consentire, dicerem, †quod pro utilitate ecclesiæ, vel pro necessitate benè posset tunc patronis requisitis procedi ad alienationem, quia si patronus sine causa non uult consentire permutationi beneficii, potest episcopus facere sine eius consensu, & etiam patrono inuito, si immineret necessitas, per quam pro utilitate ecclesiæ moueretur, episcopus ad disponendum de beneficio patronali, aliter quã 11
eius natura exigat, †quia patronus non potest nec debet impedire magnam utilitatem ecclesiæ per ea, quæ dicit Abba. in c. cum accessissent, de cõsti. & per Fely. ibidem. 7. col. uers. tertiò restringitur, num. mihi 19. & facit pro ista opinione, quòd episcopus nou potest bona ecclesiæ patronatæ conuertere in præbendas, vt deseruiant necessitatibus alterius ecclesiæ sine consensu patroni. per Abba. in c. fugestum. de iure patrona. ubi facit regulam Abb. quòd quando † nullũ 12
fit præiudicium patrono, ualet episcopi dispositio circa ius patronatus, & super rebus ecclesiæ patronatæ. per Hierony. Gigan. qui refert in tracta. de pensio. quæstio. 23. uersi. tertio facit, ubi dicit, quòd interesse patroni in impositione pensionis super beneficio patronato quoad alimenta, quæ ei debentur in casu uergentiæ ad inopiam, non est in consideratione, quia habet se ad esse & non esse, & casus, aduersaque 13
†fortuna liberi hominis non sunt spectandi, l. inter stipulantem. §. si stipulatus, ff. de uerb. obli. sed id habet locum in pẽsione, in qua tractatur de præiudicio rectoris circa fructus; uerùm in alienatione rerum, & bonarum ecclesiæ patronatæ, in qua tractatur non de temporali præiudicio ecclesiæ, pro ut pensione, quæ est ad tempus, sed de perpetuo, ego putarem secus; super quo ego cogitandum puto.

SVMMARIVM.

1 *Consensus capituli debet in ipso actu præstari, non ex interuallo.*
2 *Actus quando non potest geri sine consensu, tunc consensus requiritur per modum solemnitatis.*
3 *Forma nisi interueniat in ipso actu, actus erit nullus.*
4 *Actus, si requirat consensum tertij pro solemnitate, & non in fauorem contrahentium, non potest ratificari per subsequentem consensum.*
5 *Consensus tacitus aliquando supplere potest.*
6 *Concessio in perpetuum requirit expressum consensum.*
7 *Consensus tacitus, quando non agitur de alienatione perpetua; sufficit in pertinentibus ad collegium, & prælatum.*
8 *In concessione perpetua requiruntur solemnitates à iure requisitæ.*
9 *Concessio ad uitam alicuius æquiparatur perpetuæ alienationi quoad solemnitatem seruandum.*
10 *Vita longæui hominis est usque ad centum annos, licet hodie plures moriantur intra quinquaginta.*
11 *Episcopi consensus necessarius non est in concessione rei modicæ ad vitam alicuius.*
12 *Bona prælati si disiuncta sunt à bonis capituli, consensus prælati sufficit in concessione usque ad uitam ipsius.*
13 *Alienatio perpetua à prælato facta, capitulo præsente & tacente, nulla est ipso iure. & nu. 15.*
14 *Canonici qui non contradixerunt alienationi à prælato factæ puniendi sunt.*
16 *Alienatio temporalis non requirit tantam solemnitatem sicut perpetua.*
17 *Quare in alienatione perpetua ratihabitio locum non habet.*
18 *Iussus, quando requiritur in actu, debet præcedere.*
19 *Authoritas debet interuenire in ipso actu.*
20 *Licentia debet præcedere.*
21 *Consilium ante requiri debet, & expectari responsum.*
22 *Consensus quando requiritur, quo tempore interuenire debeat.*
23 *Canonicus contemptus in electione potest consentire post factum.*
24 *Consensus interueniens ex post ualidat actum, ut ex nunc, non vt ex tunc.*
25 *Taciturnitas non inducit consensum, quando tacens contradicendo non potest impedire actum fieri.*
26 *Consensus minus est, quàm authoritas, & ualet sine scriptis, nisi in casib. in quibus expressè requiritur scriptura.*

Casus

Source : BIU Cujas

Casus. 4.

Continuat præcedentem materiam.

ISte consensus capituli, vel alterius personæ debet secūdùm aliquos †in ipso actu præstari,& non ex interuallo per D. Anto.in c.cum uos,de his,quæ fiu.à prælat.nam †quando lege cauetur,quòd actus non possit geri sine consensu talis personæ,vel capituli,tunc consensus requiritur per modum solemnitatis,& sic pro forma,aliàs actus erit nullus, nisi in ipso†actu interueniat,Bar.in l.Gallus.in principio.ff.de lib. & posthu.Imol.in d.c.cum vos,vbi dicit,quòd, cùm exigitur consensus tertii pro solemnitate actus,etiam† non in fauorem illius uel contrahentium, tunc actus non potest ratificari per subsequentem consensum,'nisi contrarium in iure reperiatur,& sic intelligit tex.in c.cum,de iure patro.& d.c. cum vos;sequitur Rebuff.in suo compend.alien.rer. ecclesiæ uersiculo,tertiò tequiritur.

Immo uidetur,quòd semper,& illicò iste consensus de necessitate habeat expressus interuenire, ut per Felyn.in c.cū omnes,de constitu.7.colum.versic.ex his resultat; quia etiā aliquando taciturnitas,& tacitus cōsensus supplere † potest, maximè in alienationibus,quæ non fiunt perpetuò, sed ad tempus;uidetur esse tex.rotundus in cap. continebatur, de his,quæ fiu.à prælat.qui summatur,quod in temporali alienatione,quam facit prælatus,taciturnitas capituli habetur pro consensu,vbi respondendo contrariis adductis dicit, q̄ taciturnitas in venditione rerum ecclesiasticarum habetur pro consensu in casu illius text.quia fuit ad tempus, in contrariis,†non,quia concessio fuit in perpetuum,ideo necessarius est expressus consensus,idem tenet Aegid.Bellemer.ca. sed notandum.12.q.2.circa fi.uer.tu vero. idem uidetur dicere Abb.in c.ea noscitur,eo.tit.de his quæ fiu.à Præla.ver. in glo.2.ubi dicit,quòd†in pertinentibus ad collegium, & Prælatum sufficit tacitus consensus collegii, ex quo non agitur de alienatione perpetua,& ponderat glo.ibi,non sufficit sola scientia conuentus sine contradictione, subdens, & licet Ioan. Andr.hic dicat,quòd capitulum posset contra dicere infra sex menses à tempore scientiæ, tamen dic, inquit,quòd illud procederet,quando à principio capitulum reclamauit uel ignorauit;secus est,si à principio sciuit,& nō contradixit,non uidetur consensisse &c.& idem dicit Abb. in d.c.continuebatur. in gloss.j. ubi secundum opinionem glo.quòd†in concessione facienda in perpetuum requirun tur solemnitates à iure requisitæ,vt subscriptio, & consensus expressus; secus in concessione facta ad tempus, ut est glo.simi is in c.1.de reb.ecclesiæ non aliena. in 6. & in verbo perpetuus,& subiungit ibi secundùm intelligentiam & interpretationem Innocen.& Hostien.ad tex.quòd tex.ille,in quo sufficit taciturnitas capituli,nec expressus consensus capituli requiritur,potest intelligi in decima modici valoris, quia si non esset modici ualoris, sed valoris magni, fuisset necessarius consensus expressus,exquo habes inquit, quòd ubi fieret concessio magnæ rei etiam ad tempus,debet interuenire consensus capituli expressus, id quod voluit Ioann. Andr.in additio.ad Specul.in titu.de reb.ecclesiæ non alienan.item subdit,quod potest intelligi text. quando fit concessio ad tempus nō modicum,puta ad†uitam alicuius; nā tunc æquiparatur perpetuæ alienationi quoad solemnitatem seruandam,quia dicit Cardi.in clem. 1.hoc titu.quòd prælatus non potest facere concessionem ad uitam de reb. ecclesiæ quia†uita longæui hominis est usque ad centum annos,quamuis plures hodie moriūtur intra 50.annos, fac. text.in l.2.C.de sacrosan.eccle. Specu. in titu. de proba.§.1. uersicu.quid si testis;item nota ex hoc intellectu,inquit,q̄ in †concessione rei modicæ ad uitam alicuius,non est necessarius consensus episcopi, sed sufficit consensus capituli, uel prælati,secus in concessione rei modicę;subdens limita omnia prædicta.Primo,quòd ubicunque bona prælati†sunt disiuncta à bonis capituli,tunc sufficit sola concessio prælati usque ad uitam ipsius prelati,quia solum tunc agitur de prę iudicio suo,tenet Fede.consi.54 & Host.in summa,in §.fi.p Docto.in c.ueniens.de transactio.

Et quòd in alienationibus ecclesiasticis sufficit taciturnitas,& tacitus consensus, nec semper requiratur expressus, uidetur dicere glo.in cap.sine exceptione,12.q.2.in glo.fin. quæ ad hoc allegat tex.in capit.continebatur. præallegato; sed ibi dicit Archid.quod id est uerum in temporali alienatione,non autem in perpetua,& sic,inquit, loquitur text.in capitu.continebatur,in perpetua, inquit, requiritur expressus consensus,ut hic, & subscriptio scilicet nominatim facta,ad hoc capit.quanto.eod.titu.ubi patet quod in talibus non sufficit,quod dicatur in instrumēto,totum capitulum consentit,immo necessarium est omnia nomina canonicorum exprimi in huiusmodi consensu; & ibi sumitur à contrario sensu.ad idem facit,quod legitur,& no. de procurat. cap.fina.quod dic,ut ubi per Barto.Brixien. in sua quæstione dominicali,incipiē.episcopus quidam,†vbi soluit, quòd perpetua alienatio à prælato facta capitulo præsente, & tacente potest reuocari,quia nulla est ipso iure, & puniendi sunt Canonici,qui non†contradixerunt,2.q.7.qua propter. refert,& sequitur Bellemer.in cap.sine exceptione,12.qō.2. uersicu.in glo.sufficit,& dicit Archid.in cap.si sacerdotes, 16.quæstio.3.quòd alienatio facta per prælatum præsente capitulo,& tacente est reuocanda de facto,quia † nulla est ipso iure,allegat tex.in capitu.sine exceptione, 12. quæstio. 1. ubi dicit,se de hoc dixisse & dicit,quòd tex.in cap. continebatur.habet intelligi,quando concesio est facta causa pietatis, vel de re minima, vel†ad certum tempus. Et quòd in tēporali alienatione non requiratur tanta solemnitas,dicit Innocen.in cap.vnico,ut eccle.benef.sine diminut.confer.ubi dicit,quòd in talibus non requiritur tractatus solemnis, & diligens,sed sufficit præsentia cum taciturnitate;latè p̄ Lauren.de Rodulph.in repe.cap.sine exceptione,12.quæst.2.qō. 3.incip.quæro tertio,& ratio † quare in alienatione perpetua non habeat locum ratihabitio,videtur dari per Abb. in cap.cum uos,eod.titu.ibi,dicunt Doctores, quòd prædicta iura possunt intelligi in concessione ad tempus facta,nam in alienatione perpetua non uidetur,quòd habeat locum ratihabitio propter necessitatem præcedētis tractatus,& hoc fuit ultimum dictum Innocentii,& per Abba.ibi, ubi dicit, q̄ glo.ponit,ut ad conualidandum actum, seu contractum minoris authoritas tutoris non potest interuenire post factum,nisi incontinenti intercederet, ita consensus capituli non potest interuenire postfactum ad ualidandum concessionem episcopi,gl.inquit,non soluit,sed uide per Inn.in ca. cum consuetudinis,de consue.& per Barto.in l.si quis mihi bona,§.iussum ff.de acq.hære.

Et conclude secundum eum,quòd quandoque in actu requiritur†iussus alicuius,& tunc debet præcedere,ut d.§.iussum.quandoque†requiritur authoritas,ideſt consensus authorizabilis,& tunc debet interuenire in ipso actu, secundum quod uerbum sonat,uel modicum ante,seu immediatè post,ut in d.§.iussum;quandoque †requiritur licentia, & illa debet præcedere,cap.licet.de regu.iu.†quandoque consilium,& debet requiri ante,& expectari responsum,ut cap. cum in veteri de electio.Quandoque requiritur consensus, † ut in casu nostro, & tunc si de solemnitate actus requiritur,vt interueniat certo tēpore,non potest interuenire post, ut cap.auditis,innćto cap.quia propter, de electio. aut non requiritur pro solemnitate certo tempore, sed simpliciter ad actus ualiditatem,& tunc,aut actus tenet,& potest contēptus consentire quandoque: vnde canonicus contemptus in electione potest consentire post†factum,ut cap. sicut, de electio.aut actus non tenuit,& tunc potest interuenire post factum,sed†tunc ualidat actum,ut ex nunc,non ut ex tunc, & iste inquit est casus capituli nostri,nam concesio ad tempus,scilicet facta per prælatum reclamante capitulo, est nulla;si capitulum tractu temporis consentit, valebit cōcesio, ut ex nunc,non à tempore primæ concesionis,& secūdum hoc intelligas no.per Innocen.in dicta cap. consuetudinis, bona gloss.in regula non firmatur,& in regu.ratum, de regu.iur. libro sexto. unde per hoc in alienationibus temporalibus poterit dici uel tacitus, uel expressus consensus,& post factum haberi poterit,secus in alienationib. perpetuis,ut per Abba.etiam in cap.ea noscitur,de his, quæ fi. à præla.sine consen.cap.versicu.in glo.2.ubi dicit,nota bene hanc gloss.quod in pertinentibus ad prælatum, & collegiū sufficit tacitus consensus collegii,ex quo nō agitur de alienatione perpetua,& pondera gloss.nam sufficit sola scientia conuentus sine contradictione.& licet Ioan.And. dicat capitulum posse contradicere infra sex menses à tēpore scientiæ,per ea quæ fuerunt not. in d ca.secundo,supra eo.tamen dic illud procedere, quando à principio capitulum reclamauit,uel ignorauit,secus si à principio sciuit, & non contradicit,nam uidetur consensisse, ut ibi clare probatur; & hoc facit ad multa, † taciturnitas non inducit consensum, quando tacens contradicendo non posset impedire actum fieri,Barto.in l.quæ dotis,uersiculo secundo casu.ultima colum.ff.soluto matrimo.Bald.in l.si sine.C.ad uelleian. uersiculo decimò quæro.melius per eundem Abba. in capitulo primo.de his,quæ fiunt à præla.ibi,& per hoc uerbum collaudatione dicit Aegidius, quòd requiritur consensus expressus,& uerum dicit:quia, ubi agitur de alienatione perpetua,non sufficit consensus tacitus capituli,sed requiritur consensus expressus. per tex. iuncta glo.in capitulo primo. de rebus eccle.non alienan.in sexto.facit in hac materia illud,quod habetur per Geminia.in capitu. dudum. de rebus

ecclesiæ

Source : BIU Cujas

ecclesiæ non alienan. versi. in ea glo. ubi dicit, quòd consen
26 sus †minus est, quàm authoritas, & valet sine scriptis, nisi in his casibus, in quibus ius exprimit scripturam necessariam, & præstatur in contractum & post, quoad hoc ut non possit contradicere, sed non quoad ualidandũ quod non ualebat, cap. auditis, cap. sicut, cap. ecclesia; de electio. quod uidetur uerum in his, in quibus certa forma requiritur, sicut in electionibus, & sententiis, quæ dependent à solo consensu, uidetur quòd conualescat ex illo, licet à principio non ualuerit; facit quod no. de regu. iur. non firmatur, quod no. de consue. cum consuc. in glo. dicit Innocen. per Ludo. Roma. consilio 50.

SVMMARIVM.

1 *Consensus canonicorum non habitus in communi sed singulorum an ualeat.*
2 *Electio nulla à principio per subsequentem consensum non reconualescit.*
3 *Alienatio ex subsequenti consensu conualescit, prout ex nunc, non prout ex tunc.*
4 *Tractatus omnis debet præcedere alienationem.*
5 *Electio competit corpori, uel collegio.*
6 *Alienatio non ualet, si quilibet canonicorum dicat, alieno rem illam, secus si omnes consentiant.*
7 *Consensus canonicorum quare non sufficiat singulariter datus, sed requiritur, quòd sint congregati.*
8 *Consensus præstitus per literas non sufficit.*
9 *Separatim multa dicimus, quæ non tenemus quando sumus congregati, & de ratione.*
10 *Res ecclesiæ sunt communes pluribus, ut uniuersis.*
11 *Alienatio non ualet, nisi fiat à capitulo capitulariter congregato.*
12 *In his quæ fiunt ex necessitate sufficit factum à maiori parte, secus in his, quæ fiunt ex utilitate.*

Casus. 5.

Consensus canonicorum uel capituli quasis interuenire debeat in tract. de alienan. reb. eccle.

1 ET, quia solet dubitari, nunquid ualet consensus canonicorũ, uel capituli non habitus in communi, sed singulorum singulariter. dicit glo. in cap. dudum. eod. tit. in 6. in uerbo tractatus, secundum Lauren. quòd non ualeat, per tex. in l. per fundum, ff. de seruit. rustic. prædio. sed respondetur, quod illud est uerum in re communi cum pluribus, ut singulis, & idem tenet Hostien. in cap tua, de his quæ fiunt à præla. in cap. cum apostolica. & in summa ipsius tituli circa principium, dicit contra, quia, licet inueniatur in electione, quòd requiratur communis consensus. c. in genesi. de electio. secus est in alienatione, capitu. ad uos, de his quæ fiunt à præla. 12. quęstio. 2. cap. si qua de rebus; & ad hoc concordat, quòd olim hic
2 no. Bernard. qui dixit, quòd †speciale erat in electione, quòd à principio erat nullum, postea non conualescebat, capitu. auditis, de electio. in alienatione tamen, quod à principio
3 non ualet conualescit subsequenti consensu ex nunc, non ex tunc; Dici potest, quòd, ubi non præcessit tractatus, sit uera prima opinio, ut hic: sed si præcesserit & deliberauerunt alienare, licet singulariter consentiant, ualet taliter præstitus consensus, & locum habet secunda sententia &c. & super dicto secundo casu subdit ibi Ioan. Andr. in nor. quòd intelligit nihilominus, quòd hoc secundo casu prælatus cum aliquibus nomine capituli faciet cõtractum, quem postea singuli ratificabunt, remittentes se finaliter ad not. de postulat. prælat. capitu. bonæ, super glo. ideo dicit, & uide text. in cap. sicut. in fi. 2. glo. de electio. & quòd not. ipse Ioan. And. cap. cùm omnes, de constitu. Ioan. de Ligna. in capit. si quis præsbyterorum. de rebus ecclesiæ non alien. impugnat di-
4 stinctionem Ioan. Andr. ea ratione, †quia tractatus communis habet præcedere alienationem, allegat capitu. sine exceptione, 12. quæstio. 2. ex hoc infertur, quòd, si non præcedebat, per consequens non ualet contractus, nisi tu uelles dicere, quòd simul consentiendo implicetur tractatus; cautum tamen esse dicit ipse, quòd præcedat saltem unus tractatus, qui sufficit ut de eo conficiatur instrumentum. Et subdit, quòd possit dici, quòd sufficit consensus singulorum, ut singulorum, quia cuiuslibet interest; nec obstat quòd in ele-
5 ctione requiritur communis consensus, quia †electio competit corpori uel collegio, capitulo, in genesi. præallegato, licet actus sint suppositorum. ut per eundem Ioa. de Ligna. ibidem; pro isto dicto facit quod notatur in cap. nouit, in capitu. apostolica. scilicet, quòd ideo in alienatione requiritur consensus clericorum, quia habent de re alienata uiuere, sed in contrarium est opinio Innocen. in capitu. consuetudinis, extra de consuetud ubi dicit, quòd si quilibet cano-
6 nicorum dicat, ego alieno rem †illam, nihil agere, si uerò consentiant omnes, & mandant alienari; tenet alienatio, 10. quæstio. 2. hoc ius, refert & sequitur Archidia. in capit. sine exceptione. 10. quęstio. 2. & ibi Bellemer. versicu. secundò quæritur, & uide scripta per eum in cap. tua. de his quæ, fiu. à prælat. in prima quæst. & cap. cùm omnes. de constitu. in addi. sua ad marginem, ad fi. 2 quæstionis. & in suo consilio 19. prima quæst. & consi. 94. in magnis additionibus, circa dubium, facit utile, uendere, uel non, ut per Lauren. de Rodulph. in repet. capitu. sine exceptione, 12. quęst. 2. quęstio. 8.
7 quam super hac materia facit, & †quare non sufficiat singulatim datus consensus, rationem assignat Domi. Petrus Rebuff. in suo compend. alien. rerum ecclesiæ, in expositione capituli, sine exceptione, 12. quæstio. 2. quòd non ualet consensus sigilatim in cameris datus, sed requiritur, quòd in cõmuni sint congregati canonici. argumen. capit. in genesi, de election. tum quia unus posset trahere alium in sui sententiam, quando omnes essent congregati. l. si in tres, ff. de recep. arbitr. tum etiam quia omnes canonici habent ex illis reditibus uiuere, uel ex illa re alienanda, & sic simul communicando apparebit, an sit utile uendere, uel non; item facit ad hoc, inquit tex. d. cap. sine exceptione, dum dicit textus, totius, non dicit singulorum. per Archidia. & Præposit. in dicta cap. sine exceptione, quamuis contrarium distinguendo tenuerit glo. in capitu. 1. eodem titu. libro 6. contra
8 quam tenet ibidem Perusinus, †nec ualeret etiam consensus præstitus per literas. Bald. in d. authen. hoc ius, colum. 3.
9 †nam multa dicimus separatim, quæ non tenemus, quando sumus congregati, quia primò causa complacentiæ, vel recusamus, & congregati ponderamus, quæ facienda sunt. Nec obest. d. l. per fundum, ff. de serui. rustico. quia loquitur
10 in re communi pluribus, uti singulis, secus †in re communi pluribus ut uniuersis uti sunt res ecclesiasticæ, not. Docto. in regu. quod omnes, de regu. iur. in 6. minus obstat text. in capitu. si qua de rebus, 12. quæstio. 2. ubi alienatio per sequẽtem consensum conualescit; quia uerum est, ut ualeat nũc, scilicet tempore consensus, & ficante non ualebat, & ista ratificatio etiam collegialiter debet fieri, alias non ualeret, ut
ad administrationem bonorum pupilli, quæ sunt ſita extrà territorium,& l.non ſolum.§.qui.ff.de excuſ.tutor. Idem de iudice interdicente.ff.de interd.Facit,quod not. Bartol.in l. cunctos populos.C.de ſum.trinit.& fid.catho.ut per Corſe. ibi,Card.Zab.in clem.1 de reb. eccl. uerſi. 37. quæro has opiniones late per unam columnam recenſet. & finaliter uidet cõcludere,ꝙ ut in re minoris, ita in re eccleſiaſtica utriuſq; iudicis requiratur authoritas,ut ibi opinio Innocen. & ſeq. videtur mihi magis bona ratione ſuffulta, ꝓcura,quam habere tenetur epiſc.eccleſiarum ſuę dioceſis,& rerum earundem,quam opinionem Inno.ſequitur Bellamer.in c. Abbatibus.12.q.2.col.10.uerſ.tertia q. vbi de hoc ponit quæſtionem,& illa ad partes diſputata concludit cum Innoc. & ſequacibus,& reſpondet ad omnia obiecta,& adducta in contrarium,& per eundem in c.ſine exceptione.uerſ.quarto q̃ritur.12.q.2.ubi de hoc quærit,& ſoluit,ut ſuprà.Item in materia non poteſt prælatus minor emere bona ſuæ eccleſiæ cum authoritate maioris prælati ſuæ eccleſiæ, per Bald.in l. cum ipſe.C.de contrahen.emptio. Item nec in alienatione quæ fit cum authoritate legati,etiam ſi alienans iurauit non alienare ſine authoritate epiſcopi,ſecundum Bald.in addi.ad Specul.de diſpenſa.uerſ.qui iurauit.

45 Sed ſi epiſcopus † ipſe,uel capitulum alienare vult bona ſuæ eccleſię uel menſę,an poſſit facere ſua authoritate,& de conſenſu capituli,an uerò requiratur authoritas archiepiſcopi uel metropolitani,aut Papæ,& puto quòd ſit aduertẽdum,an iurauerit non alienare,an uerò non iurauerit Et, ſi non iurauit,uidetur,ꝙ non requiratur authoritas archiepiſcopi metropolitani,uel Papæ.per Innoc.c.1. de his quę fiu. à præla.& cap.ſtatutum,de tranſactio.Recitat Archid. in ca. ſine exceptione,in uerſ.ſine meliora,duodecima.q.2.Facit, ꝙ no.Inno.c.1.ne ſed.uacan.in glo.magna,eſt glo in c.1.uerſic. ꝙ ſi neceſſitas, 10.q.2.quæ dicit ſolum conſenſum epiſcopi ſufficere cum capitulo,& ita tenuerunt Alan. & Vincen. in c.nulli.de reb.eccle.non alien.Hoſtien.in ſumma.§.3. uerſic.res quæ,& Gofr.in §.1.& Lauren.in cap. ſine exceptione,ubi uidetur caſus cum c.præced placuit Archid. d.uerſi. ꝙ ſi.qui adducit tex.in c.ut ſuper,de reb.eccle.etiam intelligendo tex in licentia gratioſa, quia ex quo in corpore iuris eſt clauſa,facta eſt ius commune, per not. in authen. qua in prouintia.C.ſi aduerſ.uendi.& c.priuilegia. 3. diſtin. & cum ille tex. concedat liberam alienandi facultatem,uidetur nõ requirere ſuperioris authoritatem,per no.in c.de multa, de prębend.c.licet.de reg.iur.idem uoluit Hoſt.c.1. de his quæ à præla poſt Innoc.d.c.ſtatutum,& d.cap.1.& in c.1. ne ſede uacan.Sed glo.in c.1.de reb.eccle.non alien.lib 6. dicit con-

46 trarium ſcilicet quòd ſi epiſcopus alienat rem † menſę ſuę, requiritur conſenſus capituli, & authoritas archiepiſcopi, quod etiam tenet Bal.in auth.hoc ius.4 colum. C.de ſacroſanct.eccle.ubi etiam dicit requiri authoritatem Papę, ſi Epiſcopus non habet Archiepiſcopum: Et ideò Bald ibi firmat non poſſe epiſcopum uendere rem ſuę eccleſię ſuo contractui authorare,contra Inno.in cap.ſtatuimus,de trãſac.Quinetiam non poteſt epiſcopus conſentire alienationi rei eccleſię in ipſum factæ ſecundum Ang.not.in authen.de

47 eccleſ.rerum immobil.alien.colum.5. † Authoritas enim in facto proprio nõ perficitur.l.1.§.ſed ſi actor.ff.de autho.tuto.10.q.2 hic uerſus,in fin.c.fin.de inſtit.& glo ordin.in Clemen.fin.de reb.eccle non alien.in Spec.de his quę fiu. à prę-

48 la in fin.† quod verum eſt,niſi quis palam,& bona fide contrahat,& authoretur,ideſt pręſente iudice,& amicis, uel propinquis eius,cum quibus contrahatur,ſecundum Bar. not. in l.frater à fratre.3.q.16 colum.ff.de condict.indeb.Bart. in l.ſi quod met.cauſa,& in l tranſactione,ubi Bald. C.de tran-

49 ſac.† Nec laicus habens decimam in feudum ab eccleſia poteſt eam epiſcopo concedere,ne epiſcopus in facto proprio authoretur,ſed bene poteſt eam concedere capitulo cũ authoritate epiſcopi, glo.in Clem.fin.de rebus eccle. non alie. Idem habetur per Archidiac.c.1.de reb.eccl. in 6.ibi, ſed demonſtrat,ꝙ quando vult epiſcopus alienare,hoc non debet facere ſine licentia ſui ſuperioris,quam ei debet ex iuſta cauſa liberam impartiri,qua licentia habita non expedit, ꝙ ille epiſcopus conuocet alios epiſcopos, ſed illam alienationẽ forma ſeruata poteſt facere cum conſenſu ſui capituli, ubi Gemin uerſic.in ea glo Videtur deciſio Guid.Papę 199.per Innoc.& Hoſtien.cap.ut ſuper,de reb.eccle. per illum text. ſumpto arg.à ſpeciali.Idem Inn.in c.1.eod.tit.libr.6.uidetur fuiſſe de mente Archidiaco.cap. primo eodem titu.d. lib.6.

Sed adducta pro prima parte uidentur eſſe ueriora per tex.c.placuit,cum ſeq.12.q.2.cap.1.extr.eo.capit paſtoralis, de his quę fi.à pręla cap.paſtoralis,de dona cum concordã quę iura ad ſolemnizationem alienationis epiſcopi requi-

50 runt ſolum ſui capituli,& cleri conſenſum,per † quod patet ꝙ Papę,uel alterius ſuperioris non requiritur licentia, quia cum id ſit non modicę dubitationis,foret utique expreſsũ, ſi hoc iuris lator uoluiſſet.ſicut dicitur in cap.ad audientiã, de decim.& in l.prima,C.de caduc.tollen. §. nec autem.Fa-

51 cit,† quia ſi non poſſet epiſcopus ſine ſuperioris authoritate alienare,non poſſet & alteri inferiori ſine eadem licentia authorizare,cum tunc ipſe alienare uideatur l.2.§.omnia.C. de uet.Iur.enuclea cap.cum aliquibus,de reſcript.in 6.ubi

52 † parificantur concedere,& concedenti authorizare. Et poteſt dici ſecundùm Lauren.in cap.ſine exceptione.12.q.ulti. ꝙ id eſt ex priuilegio,& gratia conceſſum epiſcopo, ꝙ ſine cuiuſquam licentia poſſit alienare.iuxtà not.d.cap.1. verſic. ꝙ ſi.10.q.2 Nec eſt iſtud mirum, quia videmus in epiſcopo alia ſpetialia eius priuilegia inducta,de quibus in Clemen.1. iunctis not.per glo.in c.1.de tor.compet.

Si uerò iurauit non alienare niſi conſulto Papa aut ſupe-

53 riore †& tunc dic,vt dico infrà in rubr.de alien.non obſtãt. iuram.de non alien.præſt.uel dic ſecundum Aegi. Bellame. c.abbatibus,12.q.2.ꝙ ſi epiſcopus alienat poſſeſſionem ad ſuam dignitatem,aut menſam pertinentem,& ſi non iurauit alienare ſuo ſuperiore inconſulto,& tunc eſt ſuperioris ſui authoritas neceſſaria. Aut tumus in alienatione poſſeſſionis ad ſuum capitulum pertinentis,& tunc idem. Aut de alienatione poſſeſſionis ad aliam eccleſiam pertinẽtis, & tunc nõ eſt ſuperioris authoritas neceſſaria,& eſt ratio, quia in ſua dioceſi ſolus epiſcopus eſt ſuperior.

Sed ſi iurauit non alienare inconſulto ſuperiore, & tũc ſi vult alienare poſſeſſionem uel ad dignitatem epiſcopalẽ, aut capitulum pertinentem,& tunc expeditum eſt, quod ſi ſuperioris authoritas non interuenerit,quicquid agitur ipſo iure non valet.Clem.ſi una.de reb.eccle. §. primo. Sed ſi agitur de alienatione ad aliquam ſuam eccleſiam inferiorem ſpectante,tunc ſubdiſtingue,quia aut iurauit ſolũ non alienare poſſeſſionem ad ſuam,vel capituli ſui menſam pertinentem,& tunc poteſt alienare,quia quæſtio nõ habet du-

54 bium,quia † iuramentum eſt ſtricti iuris,& non excedit caſum ſuum,vel iuramẽtum non eſt reſtrictum ad poſſeſſiones epiſcopi,aut capituli,& tunc aũt iurauit ſimpliciter non alienare,& tunc iuramentum non impedit in caſu conceſſo,& ſeruata ſolemnitate alienare, quia aliàs iſtud iuramentum cederet in damnum eccleſiæ.Aut iurauit magis ſtrictè, videlicet non alienare ſine licentia ſuperioris,& tunc,ſi in iuramento eſt expreſſum tantùm generice, & in numero ſingulari,de poſſeſſionibus eccleſiæ, ſeu de poſſeſſionibus ad eccleſiam pertinentibus,& tunc iuramentum ad cathedralem eccleſiam reſtringitur,puta ad epiſcopum,uel capitulũ, & epiſcopum,& capitulum cõmuniter. Aut eſt expreſſum in numero plurali,videlicet non alienare poſſeſſiones eccleſiarum ſuæ dioceſis,& tunc ſi poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem tunc ſuperioris authoritas eſt neceſſaria, ſi nõ poteſt haberi,poteſt alienari in caſu cõceſſo,& forma ſeruata, quia aliàs iſte caſus includeret damnum eccleſiæ, & vtilis pũiſionis eiuſdem,quę non poſſunt iuramento includi.

Per quæ quidem latè deducta clare conſtat, ꝙ in alienationibus eccleſiaſticis epiſcopus,Archiepiſcopus, uel alius prælatus ſuperior habet ſuam interponere authoritatem.

55 Authoritas verò,uel tractatus † duorum, uel trium epiſcoporum prouincialium,de quibus in cap.caſellas.in fine. 10. q.2 non videtur neceſſaria,quia exiſtente caſu neceſſitatis, vel utilitatis alienationis,vocatio,& expectatio talium epiſcoporum poſſet eſſe damnoſa,& utilitatem eccleſiæ impedire.Et iura,quæ hoc dicunt ſunt per contrariam obſeruan-

56 tiam abrogata, quia non eſt in memoria hominis, † qui uiuat, quòd talis ſolemnitas fuerit aut ſeruata, aut requiſita, vt per Bellamer.d.cap.abbatibus.10.q.2.uerſicu.3.quæſt.ubi in 4.q.dicit quòd ſolemnitas d.cap.caſellas, eſt hodie ſublata, & ſufficit quòd ſeruetur.cap.ſine exceptione,& ſolemnitas.capitulo primo,& ſecundo,de reb.eccle.in 6. & Clem.1. eodem titu.

57 Et ſi fiat alienatio ſine authoritate, uel conſenſu epiſcopi,an ſit nulla ipſo iure, uel pendeat in euentum conſenſus illius,vltra ea quæ dico ſuprà in rub.de conſenſu,verſi. Et an ſi ſit,& etiam infrà in hac eadem rub.uerſic.iſtæ ſunt ſolemnitates,habetur per Bellamer.d.capit abbatibus, colum.19. nume.32.§.1.uerſic.iuxtà quod quæro,quod glo. in cap.ſeq. tenet in ſimili materia, quòd contractus non eſt ipſo iure nullus,ſed pendet ab euentu, ſed ipſe tenet contrarium, ꝙ contractus non eſt ipſo iure nullus,ſed pendet ab euẽtu, ſed ipſe tenet contrarium quòd ſit nullus contractus. per gloſſ. Bernard.cap.vltimo.ne ſed.vacan.extr.quia ſicut non tenet

58 iudicium,ità nec contractus,quia in † iudicijs quaſi contrahimus,l.3.ff.de pecul.ut ibi per eum.

Sed eſt uidendum,an vicarius epiſcopi, vel eius officialis poſſit hanc authoritatem in alienationibus eccleſijs præſtare,& videtur dicendum,quòd ſic.per Bal.in margarita uerſ. vicarius,ubi dicit,quod uicarius habet iuriſdictionem ordi-

59 nariam,& † interponit decreta voluntaria,& contentioſa ꝙ Hoſtien.

Source : BIU Cujas

Hoſtien.cap.clericus,de offic.ord.Et de officiali videtur gl. in cap.2.de offic.ord.lib.6.quę dicit,ꝙ officialis habet iuriſdictionem ordinariam,& interponit decretum in alienationibus minorum,& in emancipationibus, & alia quæ ſunt ad iuriſdictionis neceſſariam exercitationem. l quæ inuicē, de offic.eius.& c.fi.de iud.in 6.

Sed ueritas eſt in contrarium, quia iura expreſse nominant epiſcopum,cuius † induſtria eſt electa, eſt deciſio. Capel.Toloſ.97.ubi glo.confirmando dicit eſſe notandum, ꝙ vicarius generalis epiſcopi non poteſt vicarium generalē, ſiue ſpetialem conſtituere ſine mandato,& quòd epiſcopus tenetur ex delicto ſui vicarij.

Et prælatus inferior ab epiſcopo,qui habet epiſcopalem iuriſdictionem pōt authoritatem ſuam interponere in alienatione rerum eccleſiæ ſibi ſubiectæ,ſicut dixit Io.Bertachi. d.loco de plebano Sanctæ Mariæ de Pōteſano Firmanę dioceſis,ſecundum gl.in Clem.1.de reb.eccl. non alien.quā allegat.Innocen.cap.ſtatuimus,de tranſact.Facit,quod habetur in clem.attendentes,circa prin.de ſtat.mona,in auth.de alie. & emphyteu.quia habet iurisdictionem epiſcopalem, vel quaſi,c.Abbates.de priuilegi.in 6.& ita ſeruatur in practica ſecundum glo.idem per Bar.in authen.hoc ius, verſicu.uenio ad quartam,ibi;& per hoc habes, † ꝙ, ſi eccleſia ſubeſt vni Abbati, ſufficit authoritas illius Abbatis, nec requirit authorias epiſcopi. Hoc tenet Ioan. And.in tit.de reb.eccle. non alie.c.hac conſultiſſima,in Clem.quod inquit tene mēti,& dicit Io.de turre Cremata.12.q.2.in ſumma, quòd in alienatione rerum monaſterij debet adeſſe cōſenſus epiſcopi,& abbatis,& omnium fratrum,aliàs non tenet alienatio, cap.abbatibus,12.q.2.17.q.4.in uenditionibus, excipiuntur monaſteria priuilegiata, quæ non ſubſunt epō. † Similiter & in parochialibus eccleſijs debet adeſſe conſenſus epiſcopi,& præsbyterorum,ſiue clericorum illarum eccleſiarum; nam ibi nec clerici poſſunt alienare ſine conſenſu epiſcopi, ut d.c.abbatibus,& c.placuit;Nec epūs ſine ipſis,10.q.2. ſi qs epiſcopus,ergo in alienatione rerum eccleſiæ cuiuslibet requiritur conſenſus epiſcopi,niſi eccleſia ſit priuilegiata &c. Et legatus de latere pari modo pōt † ſuam authoritatem interponere,& conſenſum in alienationibus rerum eccleſiæ; quia cùm hoc poſſit epūs,& inferior prælatus habens epiſcopalem iurisdictionem,poteſt & legatus,qui concurrit cum talibus in iurisdictione.per Specul.in tit.de lega. §. cōſequēter,verſi.fi.Archi.c.in uenditionibus.17.q.4.Io.And. in ca.1. de feud.

Et quòd Abbas,Prior,uel Plebanus,aut alius inferior ab epō poſſit authorizare in alienationibus eccleſiaſticis,eſt intelligendum,ſi quidem talis Abbas, uel alius † ſit exemptus à lege iurisdictionis epi, & qui habeat in eccleſia ſua iura quaſi epiſcopalia per tex.qui ita intelligitur in cap.1.extr.de reb.eccle.non alien.vbi Auguſt.Bero.in verſic.in tex.intelligas,inquit,de Priore,uel Abbate exempto à lege iurisdictionis epi;& ſic de eo,qui in eccleſia ſua iura quaſi epalia haberet,& cui eccleſia,quoad vtranque legem,ſubiecta eſſet, de quo loquitur tex.in c.Abbatibus,18.q.1. nam talis abbas, uel prior habet ius authorizandi in alienationibus eccleſiaſticis,ſicut epiſcopus,ſicut eſt in glo.in Clem.1.eo.tit.in uerbo proprij,& ita,inquit,hic tex. communiter à Doctoribus intelligitur,quem ità induco.Nam hic æquiparatur abbas, & epiſcopus,ut ergo bona ſit æquiparatio, eſt intelligēdum de Abbate.qui ſit ſimilis epiſcopo; & iura habet, alioquin bona non eſſet,cum † regulariter plus iuris,habeat,& poſſit epiſcopus in alienatione rei eccleſiæ, quàm Abbas,qui abſq; conſenſu epiſcopi alienare non poteſt,d.c, in venditionibus 18.q.4.niſi eſſet exemptus,glo.d.Clem.1.quoniam regulariter † Abbates,& Priores regulares ſubſunt epiſcopo, quoad legem iurisdictionis,non quoad dioceſanam. gloſſ. ſummæ 10.q.1.c.Abbates.c.monaſteria.16.q.2. niſi exempti ſint.c.viſis,vbi gl.16.q.2 idem Auguſtin.ibidem firmat hoc idem in verſi.redeo ad primum,ubi confutat opiniones, & argumenta illorū qui dicunt,ꝙ Abbates,& priores poſſunt authorizare in alienationibus eccleſiaſticis, & dicit, quòd intelligitur de abbatibus exēptis,& hanc eſſe cōem opinionem,& confirmando vtitur hoc argumento, † vę † authorizare in alienationibus rerum eccleſiæ,eſt de ſpectantibus ad legem iurisdictionis,& non ad legem dioceſanam, vult glo.in Clemen.unica,de rer.permutat. in uerbo conferantur,iuncto tex.in d.ſicut unire.de exceſſ prælat.dum glo.ibi in verbo,requiſito,allegat tex in d.c. in uenditionibus, in c. abbatibus.&c. Sed ea,quæ ſunt de lege iurisdictionis, ſpectant ad epiſcopum,non ad Abbatem in ſuis monaſterijs, immo quoad illa † Abbates cum monaſterijs epiſcopo ſubſunt,niſi eſſent exempti,uel ex ſpāli priuilegio,uel ex prēſcriptione,per gl.in c.dilectus,de off ordin.in ſumma, 10.q.prima & in cap.1.& in ſumma,16 q.1.ergo authorizare ad epiſcopum ſpectabit regulariter,non ad Abbatem,etiā in alienationibus rerum monaſterij.Et ſubdit,ꝙ concluſio cōis, immo oīum eſt,ꝙ † plātus exemptus à iurisdictione epiſcopi ex priuilegio,uel præſcriptione,poſſit authorizare in alienationibus rerum eccleſiæ,vt inquit hic per Abb. & ad hoc communiter allegatur Innocen.in c.ſtatuimus, de tranſac. qui hoc uoluit,ut atteſtatur glo.in Clemen.prima.in uerbo proprij,eo.tit.quę dicit ità communiter ſeruari:hoc idē tenet Abb.d.c.ſtatuimus.Facit in ſimili, quod uoluit Abb.in cap.ſignificaſti.de for.compe.& c.quæſitum,de rer.permu. qui dicit,quòd quamuis † conſentire beneficiorum permutationi ſit de reſeruatis iuriſdictioni epiſcopali, ut ibi, & in Clemen.1.de rerum permuta. tamen ſi ſit prælatus inferior Epiſcopo,exemptus habens iura epiſcopalia in ſuis eccleſijs, poterit ipſe authorizare, & conſentire, Bal.in Auth. hoc ius.C.de ſacroſ.eccl.ꝙ abbas exēptus in alienatione rerū eccleſię,ſibi ſubiectæ interponere pōt ipſe authoritatē, † quia ipſa habet in eis quaſi ius epiſcopale, ſed res proprij monaſterij non alienat ipſe,Papa inconſulto,per gl.c.dudū, & monaſteriorum alleg.& melius per Paul.de Caſt.d.Auth. Hoc ius,verſ.item debem ſcire.Vnde dicit Card. in d.c.ſtatuimus,ꝙ,ſi moniales ſubiectæ fratribus minoribus vellent alienare,miniſter,vel Prouincialis authorizare poterit, Barbat.conſ.40.præclare col.3.vol.1.& conſ.14.2.vol.Clementiſſimi,Rebuff.in compend.alien.rer.eccleſ.verſic. ſi tamen. Neque conſenſus epiſcopi requireretur,† quia miniſter fratrum minorū dicitur a iuriſdictione epiſcopali exemptus, ut colligitur ex tex.cum glo.& ibi Doct.in Clem.1.de elect. Quam quidem concluſionem ultrà latè deducta per eum diſputando confirmat idem Bero.multis alijs fundamentis, & argumentis; dicit tamen, ꝙ ſi quis diſputatiuè loquendo vellet oppoſitum tenere,facile contrariam ſententiam tueri poſſet.Pro quo ibi eum vide qui confirmat hanc opinionem,& communem cōcluſionem;quia ad Prelatum, & ad Abbatem exemptum,ad quem pleno iure eccleſię ſpectāt, tranſeunt quoad ſuas eccleſias omnia iurisdictionalia, † & iura epiſcopalia,quæ ſunt de lege iurisdictionis. c.1. de priuileg.in 6.c luminoſo,18.q.2.Innocen.in d.c.ſtatuimus,gl.in in c.dilectis,de off.ordin. & in ſumma,10.q.1.cum ſimil.Sed authorizare eſt de lege iuriſdictionis epiſcopalis,vt ſuprà,ergo &c. Et Innocen.in c.cum plantare.§.in eccleſia,de priuileg.& ibi Hoſt.dicit,ꝙ abſque conſenſu, & authoritate patroni eccleſiaſtici exempti ſacerdotes eccleſiæ non poſſunt res eccleſiæ alienare;† quia patronus Eccleſiaſticus exēptus vices epiſcopi gerit,per dicta eiuſdem Bero.ibidem. colum. 6.verſ.tertiò non aduerſatur.num.28.Et ſecundum Rebuff. in compend.alien.rer.eccle.ſi abbas ſit exemptus in alienatione,quam ipſe facit de rebus abbatiæ,requiritur Papę † authoritas.per glo.ſuprà allegatam,Clem.1. in verbo proprij, hoc eod.tit. Et illa authoritas debet eſſe ſpecialis, & expreſſa.l.negotium.C.de nego. geſt. Vnde oportet, ꝙ Papa ſciat, quare,& de quibus rebus ſit licentia concedenda.Io.Andr. & Peruſi.in cap.final.hoc tit.in 6. niſi Abbas haberet eccleſias † pleno iure ſubiectas;quia tunc rector, vel rectores dictarum eccleſiarum,ſi uelint alienare,poſſunt cum conſenſu abbatis habentis iurisdictionem quaſi epiſcopalem, Inn. c.cùm & plantare.§.in eccleſijs.de priuileg. Imola.cap.ſtatuimus,de tranſact.idem per Bald.in authen.hoc ius.3.col. ꝙ Abbas exemptus in alien.rerum eccle. ſibi ſubiectarum interponit ipſe authoritatem, quia ipſe habet in eis quaſi ius epiſcopale,ſed in † rebus proprij monaſterij habet adhiberi Papæ authoritas.per glo.cap.dudum,& Clementi.monaſteriorum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum mortuo epiſcopo authorizat alienationibus rerum eccleſiæ.*
2 *Capitulum ſede vacante ſuccedit in iurisdictione.*
3 *Capitulum ſede vacante poteſt omnia,quę ad merum & mixtum impeium pertinent, exceptis paucis.*
4 *Conſuetudo,quòd conſenſus epiſcopi non requiratur in alienationibus rerum monaſterij,an ualeat.*
5 *Authoritas epiſcopi ſi non ita interueniat tempore contractus, alienatio eſt nulla ipſo iure,etiam ſi ſit vtilis eccleſiæ.*
6 *Alienatio de rebus eccleſiæ ſine ſolemnitatibus iuris facta valet, ſi facta ſit melior conditio eccleſiæ.Secus in re minoris.*
7 *Authoritas prēſtari debet in principio actus.*
8 *Authoritas ſufficit,quòd in ipſo actu interueniat, uel poſteà.15.*
9 *Decretum eſt quædam permiſſio, ſeu habilitatio ad actum, & debet prę cedere.*
10 *Cauſa alia eſt, quæ dicitur fiendi, alia eſſendi, alia affirmandi, & appro bandi.*
11 *Cauſa an præcedere debeat.*
12 *Cauſa præſumitur utilis,ex quo prætor decreuit eſſe utile.*
13 *Damnum pati is dicitur, cui aufertur commodum ſibi proueniens.*
14 *Legum finis circà alienationem rerum eccleſiæ fuit euitare damnum, & pro-*

Source : BIU Cujas

& procurare utilitatem ecclesiæ.

16 *Dispositio prohibens aliquid fieri, nisi cum solemnitate, limitatur nisi contractus sit utilis.*

17 *Contractus, si sit utilis minori, valebit etiam non intercedente solemnitate requisita à statuto.*

18 *Vtilitas ecclesiæ ubi adest, etiam post interuenire potest authoritas.*

19 *Alienatione prohibita non intelligitur illa prohibita, quæ fit in fauorem illorum quorum fauore fit prohibitio.*

Casus II.

SI verò mortuus est prælatus, uel episcopus, qui regulariter authorizat in alienationibus rerum ecclesiæ, † capitulum ipsum sede vacante authorizat, qa
1 mortuo episcopo ius authorizandi transit
2 ad capitulum sede vacante, quia est iurisdictionis, † in qua capitulum succedit sede vacante, argum. cap. his, qui, de maior. & obed. Quod quidem etiam suadetur, nam authorizare in alienatione est commune episcopo cum capitulo, nec sufficit consensus episcopi, nisi & capitulum consentiat, cap. sine exceptione, 12. q. secunda, cap. tua nuper, de his, quæ fiu. à præla. ergò mortuo episcopo hoc ius ad capitulum spectabit, argum. ca. vnic. ne sed. vacan. in 6 Et hoc uoluit gloss. in Clemē. vnica, de rerum permut. per eundem Bero. ibidem, colum. 6. vers. secundò mortuo. Facit tex. in cap. ad abolendum, & glo. ibi, in verbo sede vacante, ibi, ꝙ vacante sede iurisdictio remanet penes capitulum, per iura, quæ adducit. Et ꝙ capitulum sede vacante possit interponere decretum in alienatione rerum ecclesiæ, tenet Feder. in quæstionibus suis de potestate dispensandi, & statuendi, per tex. in l. secunda. C. de his, qui in alter. vbi videtur velle, ꝙ omnia, quæ ad
3 merum & mixtum † pertinent imperium, exceptis paucis, possit capitulum sede vacante facere; quem sequitur Abb. in c. cum olim, de maior. & obed. Refert, & sequitur Io. Franc. Pauin. in tracta. de offic. & pot. cap. sed, vacan. q. 10. primæ partis. uers. & aduerte. in fin.

4 Et an valeat consuetudo, ꝙ consensus episcopi nō requiratur in alienationibus rerum monasterij. Gofre. in summa de reb. eccl non alien. tenet ꝙ sic; Inno. in c. nulli. extra eod. idem tenet, dummodò talis consuetudo non sit onerosa ecclesiæ. per Guid. in cap. in uenditionibus, 17. quæstio. 4. sed ex quo talis consuetudo potest esse grauosa ecclesiæ. argum. c. 1. ext, de consuet. Et quia ad validitatem alienationis ordinariæ de iure requiritur consensus, consuetudo contrarium inducere non potest. c. sine exceptione, 12. q. 2. ca. cum causa, de re iud. Contrarium videtur dicendum, ꝙ tenet Host. in summa. de reb. eccl. ubi dicit, ꝙ opinio Gof. reprobatur per cap. dudum, & idem tenet in cap. nulli. de reb. eccle. in 6. pro quo vide Bellamer. in c. abbatibus. 10. q. 2 colum. 2. vers. prima quæstio. & eundem in rub. de reb. eccle. non alien & capitu. nulli. eo. in 19. q. & eod. tit. in cap. dudum. lib. 6. in 3. q ter tij notabilis.

Et ista authoritas episcopi, uel archiepiscopi, uel alterius habet interuenire tempore contractus; quia, si non interue-
5 nit tempore contractus in alienatione rei ecclesiæ, † alienatio non tenet, & est ipso iure nulla, etiam si sit vtilis ecclesię, tenet Bald. in l. fin. §. necessitatem, 7. colum C. de bono. quæ lib. & Archid. 19. q. 2. c. nullam. Per Doctor. post glo. in c. dudum. de reb. eccle non alien. in 6. Lauren. de Fant. in rub. eo. titu. lib. 6. & 29. q. & in 5. q. Et plenius per Anton. de Butr. in cap. cum uos. de his, quæ fiu. à præla sed Paulus de Cast. post glo. in l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transact. & in l. 2. §. primo,
6 ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict. dicit † valere alienationem factam de rebus ecclesiæ etiam sine solennitatibus iuris, si facta sit melior conditio ecclesiæ, secus autem dicitur in re minoris, per glo. in l. si fundus. ff. de reb. eo. in tantū, ꝙ confirmatio episcopi sequens confirmat contractū initum sine sua authoritate, si utile est ecclesiæ, vt tenet Bald. in authen. res, quæ. C. commu. de leg. in fin. dicit ualere alienationem, si conditio ecclesiæ sit facta melior, per not. in cap. vt super. de reb. eccl. non alien. sed de hoc uide, quæ adduco suprà in q. de consensu, ubi aliqua sunt.

Quòd autem authoritas, quæ requiritur, debeat adhiberi in ipso actu, dcit Bald in l. si vxori prima colum. C. de con di. inter. & in rubr. C. de institu. & per Bal. in l. si decretum. C. de com. ser. man. & per eum in marga. vers. differunt, vbi di-
7 cit, ꝙ in principio † actus debet authoritas præstari. Bald. in l. obligari §. tutor, ff. de an. præstan. vbi subdit, ꝙ parum etiam ante potest præstari, non post, interueniente actu cōtrario, glo. in l. ait Prætor. §. non solum, ff. de minor. dicit, ꝙ authoritas debet incontinenti & ex parte ante præstari, & ita consuluit Dyn. per tex. in l. itē. §. si decuriones, ff. quod cuius. vni. no. l. obseruare, §. pen. & ibi Doct. de offi. procur. est deci. Capellæ Tholos. num. 98. vbi concluditur, ꝙ sufficit authoritas episcopi, ad hoc vt transactio sit realis, & perpetua, dum modò interueniat in ipso actu alienationis, seu transactionis, secus si post, factum, per Innocen. & alios, quos d. decisi.
8 citat. ubi gloss. dicit, ꝙ † sufficit, ꝙ authoritas episcopi quando requiritur alterius consensus authorizabilis, interueniat in ipso actu, secundùm quod verbum sonat, uel modicum ante, uel immediate post, per loca, quæ adducit Angel. tamē in l. si quis mihi. §. iussum. ff. de acquir. hæredi. dicit, quòd itāte statuto, ꝙ authoritas requiratur certo actu, potest in ipso actu interponi, uel in continenti post &c. vt per Bertachi. in tracta. de episcopis, quarta parte. q. 34. 35. per totum. Et vide Bald. in l. quæcunque. C. de bon. quæ lib. versic. sed quæritur, ubi inquit, nunquid consensus episcopi, accedēs post factum confirmat contractum, in quo requiritur authoritas episcopi, dicit Innoc. ꝙ sicut forma debet esse coniuncta cū actu, aliàs non informat, ita licentia, decretum, & authoritas de decreto est magis dubium, tamen glo. ord. dicit ꝙ interponi incontinenti debet, & ex parte ante; ita dicit glo. ff. de mino. l. ait Prætor. §. non solum in glo. sed cur secus, nam vt
9 ibi dicit, † istud † decretum est quædam permissio, seu habilitatio ad actum, & semper debet precedere, quia est quædā
10 potestatis ligatæ relaxatio, sine qua inferior nihil potest, † tu dic, inquit ꝙ quædam sunt causæ fiendi, sicut efficiens, & finalis; quædam sunt causæ essendi, sicut materialis, & formalis; quædam sunt causæ affirmandi, & approbandi, sicut quādo contractus de uoluntate partium approbatur, & confirmatur. ità in proposito, ꝙ, si decretum accipitur pro causa
11 fiendi, debet præcedere, & pro causa essendi debet inesse. Si autem pro causa confirmandi potest sequi, & puto, inquit, in hoc attendi utilitatem ecclesiæ, vt l. cum hi. ff. de transac.
12 §. eam. Si utile est confirmari, ualet confirmatio, & † præsumitur utilis; ex quo Prætor decreuit esse utile, ut ibi per Bal. sed quatenus ipse Bertachin. dicit, si contractus alienationis sit utilis ecclesiæ, possit confirmari per authoritatem episcopi ex post superuenientem, & sic ꝙ contractus potest claudicare. Vide quæ scripsimus suprà de mente modernorum in quęstione de consensu. versi. & quærit Abb. ubi dicimus secundum illos, ꝙ contractus talis hodie non potest claudicare per tex. in extrauaganti ambitiosæ, de reb. eccl. non alie. extrauag. communi. vbi extrauagantem intelligūt, quòd hodie non potest fieri alienatio inconsulto Romano Pontifice, ubi vide, quæ dixi circa intellectum ad illum text. quia id non uidetur dicere ille tex. sed bene dicit, ꝙ alienanti Romano Pontince inconsulto, uel contra formam d. constitutionis, sit interdictus ecclesiæ ingressus, cum alijs pœnis. Et ex forma dictę extrauagantis constitutionis potest fieri infeudatio rerum ecclesiæ, & emphyteusis in casibus à iure pmiis, & de rebus, ac bonis ab antiquo concedi solitis, cum eui denti ecclesiarum utilitate, ac de fructibus, & bonis, quę seruando non possunt seruari. Item usque ad triennium omnis res ecclesiæ cōceditur, vt ibi in principio. Vnde, cum iste sit tenor, & sensus, non uideo quomodo id dicere ex illo textu possint; quia in summa hoc bene dicit, ꝙ alienatio debet fieri cum forma istius constitutionis, sed si non fiat cum forma, non valet, nisi sit facta Romano Pontifice consulto. Vnde de intellectu, quem dant prælegati moderni ad dictam extrauagantem, vt etiam non valeat, nec ratificari possit cōtractus ecclesię utilis, ego ualde dubito; quia, si bene inspicia mus constitutionem, tota est facta ad obuiādum fraudibus, præiudicijs, & damnis ecclesiæ, & ne ecclesia in aliquo damnum patiatur; non autem est facta ad prohibendum utilitates, & commoda prouenientia ecclesiæ. Vnde non debet interpretari id damnum ecclesiæ, quod est factum in eius fauorem, nec in sui odium retorqueri, quod fuit ad illius cōmodum sancitum. Nam, si ecclesia non posset acceptare, & confirmare contractum sibi utilem, & emolumentosum, esset præclusa uia acquisitionis, & utilitatis ecclesiæ, & sic ec-
13 clesia esset damnificata, † quia damnum pati dicitur etiam is cui aufertur commodum sibi perueniens. l. 2, §. merito, ubi Bar. ff. ne quid in loc. pub. quod esset contrà iura omnia tam ciuilia, quàm Pontificialia, quæ omnia tendunt ad fauendū, & ampliandum bona Ecclesiæ; & propterea super hoc ego puto esse cogitandum bene; quia multa sunt in cōtrarium, ꝙ contractus in fauorem ecclesiæ non possit claudicare, vt suprà etiam dixi. Pro qua materia aliqua ego deduxi in rub. de cā utilitatis, & in casibus alienationum sine solemnitate, casu duodecimo. quia secundum Corse. in singulari incipiē.
14 pupillus, si finis † legum, & canonum factorum in rebus ecclesiæ fuit euitare damnum, & procurare utilitatem ecclesię obtento fine, & effectu, actus habet ualere, licet in actu ēt non interuenerit solemnitas, quæ regulariter requirebatur.
15 Et sufficit, ꝙ solemnitas postea † interuenerit, cap. si qua de rebus, 12. q. 2. & cap. cum uos, de his quæ fiu. à Prela. quia iu-

Source : BIU Cujas

ra non uolunt, nisi effectum ad finem, l prima, §. inde. ff. de nou. oper. nunt. per Petrum Rebuff. in compend. alien. rerũ
16 eccle. uers. nonus casus, & dispositio † statuti, uel legis prohibens aliquid fieri, nisi cum solemnitate, semper habere intel ligitur illam limitationem, nisi contractus sit utilis. Quia dicit Barba in consil. 60. cp. si statuto cauetur, vt in cõtractu minoris habeat interuenire consensus Mondualdi, si ille con-
17 tractus † est utilis minori, ualebit contractus, etiam non interueniẽte solemnitate requisita à statuto; talis enim dispositio statutaria semper recipit illam limitationem, nisi ille contractus esset utilis minori, vel pupillo. Facit, quod habetur per Angel. in suo consil. vltimo, statuto cauebatur, cp minor non potest se obligare, nisi cum certa solemnitate, contraxit minor sine ea solemnitate, si contractus fuit utilis minori, dicit quòd nihilominus ualuit contractus fine tali solemnitate celebratus, vbi etiam tenet Barba secundum Bald. quòd ad hoc, ut solennitas requisita in alienatione rei ecclesiæ interuenire habeat, uel in ipso actu, uel post, attenditur, & attendi debeat utilitas; quia si utilitas ec-
18 clesiæ adsit, cp † possit ẽt post interuenire, & dicit Bald. elegã
19 ter in l. quicunque. C. de bon. quę libe. † cp prohibita alienatione, nunquàm intelligitur prohibita illa, quę fit in fauorẽ illorum, quorum causa, uel fauore fit prohibitio, & aliàs, ut dico late in casibus alienationis sine solemnitate in d. casu 12. Et in proposito uidemus quottidie, cp contractus facti de & super alienationibus ecclesiasticis, etiam per multa tempora per prelatos in qualibet mundi parte confirmantur per Papam quottidie cum solitis clausulis, si in euidentem.

SVMMARIVM.

1 *Papa est pater patrum, & concurrit cum omni prælato in potestate, & in iurisdictione.*
2 *Papa quando alienationi suam interponit authoritatem, non requiritur consensus inferioris.*
3 *Papa solet committere alicui existenti in partibus, vt videat, an expediat illam rem alienari.*
4 *Commissarius si licentiam dat, valet alienatio, etiam si non appareat de capta informatione.*
5 *Discussio, quæ mandatur commissario, habetur, loco tractatus.*
6 *Rescriptum principis id operatur, quod decretum inferioris solemniter emanatum.*

Casus III.

EGo autem dico, quòd erit magis tutum & securum semper habere licentiam, & authoritatẽ à sede Apostolica, & à Papa, qui in ecclesiasticis rebus habet supremam potestatem, & authoritatẽ, quique est successor Petri, Vicarius Christi, cum omnimoda potestate, & qui locum Dei tenet in terris. cap. primo, vt ecc le. benef. sine dim. confer. Qui potest omnia feuda ecclesiarum infeudare, & cum alijs prelatis cõcurrit. Dicit enim
1 Ioan. Monac. cp † Papa Pater Patrum cum omni prælato in potestate, & in iurisdictione concurrit, vt ipse notat in cap. si eo tempore, de elect. in 6. refert Bald. in cap. primo, de his q
2 feud. dar. possu. in princip. † Quia quando, Papa alienationi suam interponit authoritatem, non requiritur consensus p̃lati inferioris, nec capituli, per glo. & Doctor. in ca. potuit, extr. loca. ita consuluit Decius consilio 142. incip. & pro tenui. † Solet tamen Papa committere alicui existenti in par
3 tibus, vt uideat, an expediat illam rem alienari, & ad relationem illus authoritatem interponere. Aliàs etiam alienatio ex authoritate Papæ irritaretur, quia iure non facta, ita notatur in cap. non liceat Papæ, 12. q. 2. refert Fely. c. ad audientiam, de præscriptio. per Aegid. q. 12. & Petr. Rebuff. in allega. compend. alien. rerum eccles. versicu. tertiò requiritur, quia habetur per Abb. in consil. 41. quòd Bonifacius primò commisit episcopo Veronensi, vt se informaret de contentis in supplicatione &c. vbi concludit Abb. quòd per commissionem Papæ factam commissario, ut se informaret de contentis in supplicatione, & si ea reperiret vera, daret præ-
4 lato licentiam uendendi. Si † postea licentia dicti commissarij sequatur, etiam si non appereat de capta informatione, nec de tractatu, ualebit contractus; quia discussio, quæ man-
5 datur † Commissario, habetur loco tractatus, & omnis solemnitas secundùm eum videtur remissa per commissionem, & indulgentiam Papæ, & satis est seruare uerba rescripti. Vnde purè sine alia solemnitate, & authoritate potest iudicè prælatus, vel rector habita licentia commissarij alienare. Sequitur Capic. decisio. Neap. decisio. 163. colum. nume. 4. & dicit Ioan. Bertachin. in tracta. de episcopis quarta parte. q. 34. cp Bar. in authen hoc ius. C. de sacrosanct. eccl. dicit in alienatione rerum ecclesiæ requiri authoritatem superioris, hoc est eius, qui in dicta ecclesia ordinat Rectorem. Sed hoc, inquit Bertachin. est uerum, aisi authoritas Paqæ ecce dat, quia tunc valet alienatio, etiam si episcopus non autho-
6 retur secundum Bald. in l. illud. C. quand. decret. opus non est, Vbi dicit, quod illud operatur rescriptum † principis, cp operatur decretum ī ferioris solẽniter emanatum; & quottidie, inquit, practicatur in ecclesijs, & hospitalibus, quæ impetrant a Papa alienatioues quarundam rerũ; quia, vt summat tex. alio modo Bald. habens uerbum superioris non indiget uerbo inferioris.

SVMMARIVM.

1 *Accipiens rem ecclesiæ à Papa tutus est, quoad ecclesiam militantem.*
2 *Papam nemo redarguere potest, nec de ipsius facto iudicare.*
3 *Alienatio facta authoritate Papæ dicitur facta legitimè.*
4 *Papa ex certa scientia potest quamlibet concessionem de rebus ecclesiæ facere.*
5 *Papa vendendo rem ecclesiæ dicitur rem suam alienare, non alienam.*
6 *Prælatus nullus de mundo potest aliquid facere sine authoritate saltem tacita Papæ.*
7 *Papa sine consensu Cardinalium ciuitatis ecclesiæ in feudum dare non potest, sed castrà sic.*
8 *Papa solus potest laico iurisdictionem temporalem, & alia iura pertinẽtia ad Romanam ecclesiam, concedere.*
9 *Papa de potestate absoluta omnia potest.*
10 *Alienans rem ecclesiæ malè, siue clericus siue laicus sit, peccat mortaliter.*
11 *Papa ratione peccati ligatur constitutione prohibitiua alienationis rerũ ecclesiæ.*
12 *Papa licet maior sit omnibus, ratione tamen peccati efficitur inferior, & subditus.*
13 *Superior ratione culpæ efficitur inferior.*
14 *Inferior superiorem ligare non potest.*
15 *Papa absque causa rem ecclesiæ alienando peccare dicitur.*
16 *Cui plus committitur, ab eo plus exigitur.*
17 *Papa licet dominus sit omnium ecclesiarum, non tamen dicitur dominus rerum particularium ecclesiarum.*
18 *Papa ex causa non solum alienat boua immadiate subiecta ecclesiæ Roma. Sed etiam res particularum ecclesiarum.*
19 *Papæ verbis circà causam non statur, etiam si non adsit aliqua subspitio contrà eum, vide tamen quid dicatur nume. 20.*
21 *Papa cum asserit aliquid factum ex certa scientia, standum est eius assertioni.*
22 *Papa potest uendere possessiones ecclesiæ Romànæ necessitate cogente.*
23 *Alienatio facta à Papa contrà statum ecclesię Romanæ rescinditur per successorem.*
24 *Consensus Cardinalium, qui sunt capitulum vniuersalis ecclesiæ, requiritur in infeudatione rei ualde prætiosæ, ut est magna ciuitas, & numero 32.*
25 *Papa non potest alienare ad malos usus, sed potest inuenire nouum casũ licitæ alienationis.*
26 *Papa non potest condere legem uni uersalem sine Cardinalibus.*
27 *Papa est supra ius posituum.*
28 *Papa quandiu viuit, dominus est rerum ecclesię, & potest adæquare quadrata rotundis.*
29 *Papæ alienatio præsumitur ex rationabili causa facta.*
30 *Alienatio omnis Papæ indistinctè sustinetur, dummodò non sequatur scandalum.*
31 *Papa res ecclesiæ alienando dicitur disponere in præiudicium ecclesiarũ potius super vsu quàm super dominio.*
33 *Papa potest remittere decimas etiam laicis ad tempus.*
34 *Papa est omnia, & super omnia, & suprà ius, & contrà ius, & extrà ius, & numero. 35.*
36 *Quando ex facto Papæ scandalizatur vniuersalis ecclesia, non præsumitur in eo causa.*
37 *Papa præsumitur motus iusta causa, licet de ea non appareat.*
38 *Papa dicitur habere dominium rerum ecclesiæ, sicut Christus, cuius est uicarius.*
39 *Papa, quando aufert rem alicui ecclesiæ, dicitur auferre administrationem potius, quàm dominium.*
40 *Papa utens motu proprio, vel ex certa scientia, præsumitur uti absolutæ potestate.*
41 *Papa non præsumitur uti plenitudine potestatis.*
42 *Papa potest dare licentiam Monacho testandi de bonis ecclesiæ, acquisitis.*
43 *Quicquid agitur à papa, bene, & sanctè actum cum causa præsumitur.*
44 *Papæ actus, & animus non in malam partem, sed in bonam interpretari debet.*

Casus

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

Casus IIII.

De authoritate Papæ circa bona ecclesiarum, & iplorum alienationem.

PApa verò potest aliqua bona ecclesiæ alicui liberè donare, per Abba.consil.41.versic.& instar, & cùm donat præsumitur ex causa motus,cap.cum redẽptor,12.q.2.cap.à nobis,de decim.& ibi per Hostien.Dicit & sequitur Capici.decis.Neapol.16.mihi colum.3.num. 5.subdens secundùm ibi adducta per eum,q̃ præsupposito q̃ causa non subesset legitima,
1 tamen satis est tutus † accipiens,quoad ecclesiam militantẽ, cùm nemo possit in hoc Papam redarguere,glo. not.in cap.
2 non est,de voto.nec de ipsius † facto iudicare,cap. nemo,2. q.3.&c.& dicit Dec.d.consil.142.in princip.q̃ alienatio facta
3 † authoritate Papæ dicitur facta legitimè, nec alia solemnitas requiritur,allegat Abb.d.cons.41.colum.3.lib.primo,qui ad hoc allegat tex.in cap.ad audientiam,el 2.cum glo.de eccles.ædifi.vel reparan.Archid.12.q.2.cap.antepenul.subdens idem Deci.ibi,q̃,licet concessio,de qua ibi, nec de consuetudine,nec de iure valeret,saltem habet valere, quia confirmatur à Papa,& authoritate summi Põtificis,qui voluit veros valores bonorum haberi pro expressis,quo casu videtur purgatum uitium subreptionis,quod subesse potuit,vt not. Anto.de Butr.consil.2.colum.fin.incip.visis.Feder. cons.47. habita.Alexand.in l.1.circa fin.C.quand.app.Ioan.de anna. cons.56 his,quæ in facto.Facit,quod not.Angel.in l.omnes, per illum tex.C.de præscri.30.vel 40.ann.& aliàs vt per Dec.
4 d.loco;quia † Papa ex certa scientia potest quamlibet cõcessionem de rebus ecclesiæ facere,per ea,quæ idem Dec. d.loco latè deducit.vers.modò respondeo.Et dicit Bald. in consil.175.incip.Papa siue ecclesia Romana,versic.præterea, q̃
5 dominus Papa vendens rem ecclesiæ non uendit rem † alienam,sed suam;nam omnes res ecclesiarum sunt suæ, quoad
6 plenam,& liberam dispositionem,& nullus † prælatus mundi potest aliquid facere sine authoritate,saltem tacita,Papę; quia tanquam Pater Patrum cum omni prælato in potestate iurisdictionis concurrit, vt ibi per eum. Et Bertachinus in d.tracta.de episc.quarta par.q.36.vers.in euidentem,quę-
7 rendo an † Papa possit sine cõsensu cardinalium dare in feudum ciuitates ecclesiæ,respon,q̃ non,sed castra sic;secundũ quod dicit Bald.in l.penult.C.de bon.quæ lib.vbi etiam subdit posse Papam vendere de rebus ecclesiæ, non tamẽ ad impinguandum consanguineos suos.Et adde q̃ potest Papa ꝯcedere in feudum res cuiuscumque ecclesiæ.secundum Bal. in cap.1.de his qui feud.dare poss.quinetiam potest Papa sine consensu Cardinalium alienare de bonis ecclesiæ, vt not. in c.ad audientiam,& ibi Docto.de præscrip. licet contrariũ notetur 12.q.2.non liceat Papæ,& ibi plenè per Archid. & per Ioan.Andr.in c.super eo,de hære.lib.6.per Bald. in l.cùm multa.C.de bo.quæ lib.Archi.12.q.2.c.Abbatibus. & c. cum emptor.& uidere est de stilo Rom.curiæ, quia in bulla alienationis semper Cardinales sese subscribunt, uel subscribere solent.

8 † Potest etiam solus Papa concedere laico iurisdictionẽ temporalem,& alia iura pertinentia ad Romanam ecclesiã, d.cap.ad audientiam.& ibi Docto.de præscrip. Dicit tamen Paul,de Castr.in l.1.ff.de leg. q̃ Papa nihil graue facere põt sine Cardinalibus, sed hodie prouisum est aliter per constitutiones sacri conciſtorij,quæ,inquit, an seruentur ignoro. Sequitur Ioan.Andr.in d.cap.super,de hære.lib.6. qui dicit,
9 q̃ non est uerum de potestate ordinaria, † secus verò de potestate absoluta,quia omnia potest.Et tenet Alber.de Rosa. in rub.ff.de leg.& per Gemin.in d.cap. super eo.& per eundem Paulum de Castro vbi suprà ; quæ omnia notanda esse perpetuò dicit idem Bertachinus.& per Abb. in cap.per venerabilem.qui fil.sint legit.versic.nota.ibi.iudicabunt, ubi dicit q̃ Papa ardua non potest explicare sine cardinalibus,& q̃ ad id tenetur de iure diuino.Disputat latè Andr.Barb.in tracta.de præstan.Cardina.secunda q.basilica.primæ partis, vbi multa adducit.& id tenet.Et est illa qõ facta,utrum possit introduci quæstio,4.q̃ Papa non explicet ardua sine cardinalibus.Sequitur Io.Mona.cap.super eo.de hære.lib.6.Fran. de Zabar.in rep.cap perpendimus.de sentẽ.excommu.sed contrarium tenet Alber.de Rosa.in rubr.C.de legi.Ioan.Andr. & Gemi.d.c.super eo.& idem Barbat.sibi contrarius, vbi se retractat consil.primo, primo volum.vnde pro concordatione dici potest,q̃ de potestate ordinaria bene procedunt primò deducta,secundo verò dicto de absoluta, per Martin. Lauden.de Cardinalibus quæstione 45.qui ità concordat. Et quòd Papa solus possit alienare,dicit Abb.in capit.ad audientiam,de præscrip.Fely.in repertor.in verbo Papa. Vide copiosè in hac materia adducta in vtramque partem per Felyn.in rub.de constit.ubi concludit q̃ illud, quod Papa non explicat ardua sine Cardinalibus,procedit de honestate. Archid.in c.non l,ceat.12.q.2.dicit,q̃ Papa in casu licito potest bene alienare bona ecclesiæ,non tamen illa dare consanguineis,vt eos præ alijs diuites faciat, qa est peccatum mortale. refert & sequitur Abb.in cap.constitutus,4.colum.vers.aut quæritur de alijs rebus.extra de relig.dom. Et dicit Augusti. Berou.in cap.nulli.de reb.eccle.non alien in princip. q̃ hac constitutione prohibitiua alienationis rerum ecclesiasticarum ratione peccati mortalis,& excommunicationis,quam incurrit male alienans,comprehenduntur omnes homines
10 † de mundo,siue clerici sint,siue laici; quia alienans rem ecclesiæ absque causa,si sit Clericus, ac etiam cum causa si sit laicus,peccat mortaliter.cap.episcopi.vbi idem Bero.de rebus eccle.non alien.c.& si illi.12.q.2.quod ex eo demonstratur,quia alienans rem ecclesiæ indebite excommunicatur, c.2.de reb.eccle.non alienan.cum sequen.cap. de rebus, 12.
11 q.2.† Subdens idem Berou.ibidem,q̃ hac ratione forte etiã dici potest Papam etiam hac prohibitiua constitutione ligari,c.non liceat Papæ,12.q.2.quoniam ratione peccati, & in concernentibus animam Papa ligatur,& si non à canone,saltem à dictamine rationis canonis,sequitur Aegid. Bellame. d.cap.non liceat.Refert Abb.in c.1.de constitu.Papa enim,
12 † qui est maior omnibus,cui omnes subsunt, & ipse nemini subest,ratione peccati efficitur inferior,& subditus, & ab alto foro animæ iudicari potest,glo.no.in c.nemo.8.q.3.gloss.
13 in cap.de constantinopolitana,12.distin.† q̃ rõne culpæ, & peccati superior efficitur inferior,& ideò inquit inferri põt, q̃,licet Papa non ligetur dispositione huius tex.quia emanauit à concilio,quod est inferius Papa,cap.nemo.cap. cuncta
14 per mundum.9.q 3.† & inferior superiorem ligare non põt, c.inferior.21.dist.& ca.inferior.de maior.& obed.tamen ligabitur dictamine rationis huius canonis, quæ fundata est
15 super anima,& peccatum respicit?& † Papa absque cã rem ecclesiæ alienando peccare dicitur.Archid.c. non liceat.12. q.2.& ità debet intelligi ille tex.cum his quæ glo ibi uoluit. Præterea si clerici,& laici alienando peccant.vt in ca. si quis Præsbyterorum.de reb.eccl.non alien.ergo & Papa, & ideò in alio sęculo grauius erit puniendus.vt per gloss. in c. alio
16 rum.2.q.4.cui † enim plus committitur ab eo plus exigitur, no,in l.si cler.de episcopa.audien.vt per Bero.d. loco.Facit,
17 quia licet † Papa sit dominus omnium ecclesiarum,& beneficiorum,quia Romana ecclesia est domina omnium ecclesiarum,& caput.c.in primis,2.q.1.c.si Papa.de priuileg. in 6. non tamen dicitur dominus rerum particularium ecclesiarum,& beneficiorum,c.non liceat.12.q.2.& ideo absque cã de potestate ordinaria non potest ius alicuius ecclesiæ de-
18 trahere,& alteri concedere.tex.& glo.c.1.21. dist. Berou. in c.1.de reb.eccle.non alie.ex cã tamẽ potest; quia † Papa ob necessitates,aut utilitates sedis apostolicæ nõ solum potest alienare bona immediate subiecta ecclesiæ Rom. Sed etiam res particularium ecclesiarum,declarat Paul.de Cast.consil. 414.lib.1.Bald.in cap.1.in princi.num.5,qui feud. dar. possũ. quem sequitur Prob.in addi.ad Ioan.Mona.c.si eo tempore de electio.in 5.Paris.cons.103.lib 4.Bellam.in ca. non liceat. colum.1.num.38.& num.59.12.q.2.Barba.cons.63.numero 17.lib.1.cum adduct.per Rip.de.ll.& consuet.14.resp.nume.
19 38.Nec de causa † statur uerbis Papæ, etiam si non adsit aliqua suspitio contrà ipsum.vt per Præpositi.d.cap. non liceat, 10.q.2.& Bellam.ibidem numero 58.q.3.ubi etiam dicit Papa exprimente causam in alienatione bonorum ecclesię, q̃ requiritur partis citatio.num. 108.aliàs de facili fieret fraus legi.per Aymon Crauet.de antiquit. temp. prima parte. numero 38.& consil. 175.num.2.Paris.consil.72.nume.67.lib.1.
20 † sed Abb.in c.cum uenissent.de iudi.Alex.cons.1.libr. 2.& Aegid.d.c.non liceat,tenent q̃ Papę asserenti causam creditur,& narratiuæ causæ Papæ plena fides est adhibenda,maxime quando super ea est fundata dispositio,per ea, quæ tradunt Docto.in Clem.his,de probat per Aymo.prima parte de antiquit.temp.cap.1.2.& 3.Et multò magis, quando Papa decernit,quòd eius narratiuæ stari debeat, ut aliquando solet,ut ego uidi motum proprium Clemen. septimi in vna Romana causa pro capitulo Sancti Petri, per doctrinã Paul. de Cast.consil.114.prima colum.versic.item posito.lib. 1. Et
21 cum Papa asserit † aliquod factum ex certa scientia, stãdum est eius assertioni,tamquam assertioni factę de facto pprio. Curt.sen.cons 65.Paris.consil.3.lib. 4. & dicit Bald. in l.pen.
22 C.de bonis quæ lib.q̃ Papa potest uendere † possessionem ecclesiæ Romanæ necessitate cogente,non autem causaditandi consanguineos;subdens,dic,q̃ posse etiam dicitur cũ
23 iniustè facit,& tunc potest nisi esset contra statutum † ecclesiæ Romanæ,quia tunc successor rescindit, de hoc per Archid.12.q2 cap.non liceat Papæ,castra etiam ecclesiæ nõ est dubium quòd potest infeudare bene meritis, cum etiã possit

sit Imperator.vt cap.1.de nat.feud.per Ioan.Andr.in c. cum
veniſſent.de iud.ſed ea cùm ſunt valde prętioſa, vt magna
24 † ciuitas,debet interuenire conſenſus Cardinalium,qui ſunt
capitulum vniuerſalis eccleſiæ,vt no.Archid.12.q.2.ca. cum
redemptor,& c.Abbatibus,vt per Bal.d.loco,quia dicit Bar
ba.ad Bald.ibidem,ꝙ in arduis Papa debet habere conſiliū
Cardinalium,per Ioan.Mon.in c.ſuper eo.de hær.lib.6.text.
in cap.per venerabilem.§.rationibus,qui filij ſint legitim.Et
de iſtis arduis Barba.ibidiſcurrit ad longum. Pro qua mate-
ria vide Felyn.in c.ad audientiam.extr.de præſcriptio.vbi di-
cit ad illud de Papa alienante in laicum bona Romanæ ec-
25 cleſiæ,dicit Archid.in cap.non liceat,12.q.2.† ꝙ non poteſt
alienare ad malos vſus,ſed poteſt inuenire nouum caſum li-
citæ alienationis,& non poteſt alienare cauſa locupletandi
conſanguineos,vt erigant palatia,ſecundum eum,quem co-
mendat Bald.in l.cum multa.ad fin.C.de bon.quæ lib.addēs
ꝙ benemeritis erga ſedem Apoſtolicam poteſt dare caſtra
in feudum,ſed loca prętioſa,vt ſunt magnæ ciuitates, nō po
teſt dare in feudum ſine conſenſu cardinalium,qui ſunt capi
tulum vniuerſalis eccleſiæ;quia dicit Abb.in cap.quæſiuit.de
his,quæ fiu.à maio.par.cap. Cardinales dicuntur aſſiſtere Pa
pæ,& coadiutores in officio, nec ardua explicat Papa ſine
cardinalibus,vbi allegat Archid.poſt Laur.15.q.1.ſunt quidā
26 dicentem mirabile dictum,ꝙ Papa non poteſt† condere le-
gem uniuerſalem ſine Cardinalibus ſuper ſtatu orbis,immo
dicit Petr.de Anch.conſil.305.incip.tres domini,colum.pe.
ꝙ oportet,vt in alienatione ſit clauſula derogans dicto Ca-
non, nō liceat.allegat.l.quoties,& l.reſcripta. C. de pręci.im
per.off.Sed in hoc tenuit contrarium Paul.de Caſt.conſilio
280.incip.in facto præſenti,3.colum.intelligens dictum ca-
nonem de honeſtate,quia par in parem &c.ca. innotuit. de
elect.vel loquitur,quando non ſubeſt cauſa rationabilis, &
manifeſte dilapidat;quia tunc inquit poteſt ei in faciem reſi-
ſti,ſicut Paulus Petro reſiſtit in faciem.c.Paulus.2.q.7.idem
fere dicit Laur.de Rodul.in ſua repet.c.ſine exceptione,12.
q.2.quæſt.31.vbi quærit,nunquid Papa poſſit alienare, & nū
quid poſſit dare pecunias nepotibus,vt emant caſtra, reſpō.
ꝙ tex.in c.non liceat Papæ,12.q.2.dicit,& diſponit,ꝙ non,&
idem ibi firmbt Archid.poſt Hugon.Fatetur tamen, ꝙ no-
uam cauſam,ſeu nouum caſum,uel modum alienādi poſſet
Papa ſtatuere,ſiue adinuenire,ſed illo non dato, uel ſtatuto
tenetur,vt alij, immo multò fortius non alienat non ſubſi-
ſtente neceſſitate ſine utilitate,& cauſa rationabili, & aliter
faciendo,& in turpes vſus conſumendo peccat mortaliter,
Idem notat Ioan.de Ligna.in c.ſi quis Præsbyterorum, ex-
trà.de rebus eccl.non alien.ſubdens idem Lauren.ſi tamen
Papa aliter faciat,quamuis puniatur à DEO, & peccet,nō
27 tamen ſubijcitur pœnis aliquibus legis poſitiuæ; quia† Pa-
pa eſt ſuprà ius poſitiuum.cap.propoſuit.de conceſſio.præ-
bend.ſed Abb.in cap.cum veniſſet,de iudi.4.colum.dicit, ꝙ
28 Papa,quandiu viuit,† dominus eſt rerum eccleſiæ ſecūdùm
Hoſtien.ibidem,& poteſt adęquare quadrata rotundis, &
omnia diſponere,tanquam dominus, ſalua uiolentia fidei.
29 † Subdens,ꝙ licet Papa alienans bona eccleſiæ ſine cauſa ra-
tionabili,& honeſta,vt quia cōſumat in turpes vſus, uel dat
conſanguineis,vt eos prę alijs diuites faciat,vel vt conſtruāt
palatia,peccat mortaliter;in dubio tamen eſt præſumendū,
quod Papa ex cauſa rationabili faciat.ad hoc vide quod no.
glo.in c.non eſt,de voto,& per legiſtas in l.final.C.ſi contra
ius,uel vtili.pub.& l.præſcriptione,eod.titu. Et hoc caſu in-
quit Abb.ſaluo dictū Hoſt.ex quo ſingulariter inquit Abb.
nota ꝙ valet alienatio,quam Papa facit qualitercunque fa-
30 cit.Et omnis p̄p̄ alienatio de rebus eccleſiæ† indiſtincte ſu-
ſtinetur, dummodò non ſequatur ſcādalum.per Aegidium
conſil.12.Tradit poſt alios,quos allegat,Felyn.in cap.ad au-
dientiam.de præſcrip.colum.1.& 2.Facit,quia princeps ſecu
laris ex cauſa poteſt rē priuati auferre, & alienare.l.Lutius.
ff.de euictio.quod multò magis eſt admittendum in Papa, q
eſt dominus omnium rerum eccleſiarum, adeò ꝙ eas alie-
31 nando potius† dicatur diſponere in præiudicium eccleſia-
rum ſuper vſu quàm ſuper dominio, Paul. de Caſtr.d. con-
ſilio 114.colum.2.lib.primo. Et quòd ſit præſumendum Pa-
pam alienare ex aliqua iuſta,& rationabili cauſa,dicit Ant.
de Butr.ubi Abb.num.15.cap.conſtitutus.de relig.dom.per
Abb.conſ.51.num.4.lib.1.Alex.conſil.91.num.8.lib.4. Cor-
ne.conſil.34.num.18.lib.1.conſ.90.num.6.conſ.186.num.2.
lib.4.Soci.conſil.13.num.36.lib.1.Felyn.c.quæ in eccleſiarū,
num.44.verſic.an autem,de conſtitu.Gigas in tracta.de pen
ſio.q.10.& id procedit præſertim quando ſumus in caſu, in
quo eſt ueriſimile,ꝙ aliqua iuſta cauſa potuerit interuenire.
per Cyn.in l,fin.C.ſi contra ius,uel utilita.Abb.in cap. quan
tum.de iureiur.Bellam.cap.non liceat.colum.11.nnm 15.ver
ſic.quid dicendum.12.q.2.Socin.conſil.13.num.35.allegato
& conſ.164.num.9.lib.2.per Præpoſ.in cap.lege.diſt. 10.ꝙ in
Papa in dubio præſumitur iuſta cauſa quoad forum iuditia
le.Et habetur per Fabian.de Monte in tracta. de emption.&
venditio.3.q.principali,uerſ.17.ꝙ Papa poteſt alienare res,
& bona eccleſię,vt l.bene à Zenone,& in l.omnis. C.de qua
drien.pręſcrip.& in l.valerius.ff.de iure fiſci.per Ioan.Andr.
in nouella.in c.cum ueniſſent,de iudic. Papa aūt neceſſitate
cogente pōt alienare poſſeſſiones eccleſiæ,& infeudare be-
nemeritis,cum Imperator idem poſſit,vt c.1.de nat.feud.ꝑ
Io.And.d.cū ueniſſent,tamē in magnis,& valde prętioſis,vt
in magna Ciuitate,debet id facere de conſenſu Cardinaliū,q
32 ſunt capita † totius vniuerſalis eccleſię,ꝑ Archid. 12.q.2.ca.
de rei emptore,& in c.ab omnibus,& quòd ibi no.C.de leg.
niſi eſſet ſtatui eccleſię Romanæ contrarium,quia tūc ſuc-
ceſſor reſcindere poſſet,12.q.ſecunda,non liceat.Ita Bald.in
l.cum multa,C.de bonis quę lib. vt per Fabianum dicto lo-
co.Addi poteſt,quod habetur in c.à nobis,de deci.& quod
33 ibi no.per Doctor.ꝙ † Papa poteſt remitterre decimas etiā
laicis ad tempus,de quo ibi &c.Subdens idem Fabian.dicto
loco,ꝙ Papa licite alienat loca,de quibus nihil percipit, per
Bar.in l.id quod apud hoſtes,ff.de legat.1.& l.liber homo,la
prima,ff.de verbo.oblig.loquens de Regno Hieruſalem cō-
ceſſo Regi Carolo;quia dicit Bald.in c.1.qualiter do.propri.
34 pri.ꝙ Papa † eſt omnia,& ſuper omnia,& in c.cum ſuper,de
35 cauſa poſſ.& propri.ꝙ Papa eſt ſupra ius, † & contrà ius, &
extrà ius;Sebaſt.ſap.in appoſt.ad c.cum ueniſſent, de iudic.
colum.5.tamen refert Fely.d.c.ad audien.de pręſcrip. quòd
Abb.nimis animosè dicit in c.cum ueniſſent.4.colum.de iu
dic.ꝙ ſi Papa in dando terras eccleſiæ ſuis attinentibus, eſſet
incorrigibilis,ꝙ poſſet deponi,quia non poſſet eſſe,quia ſcā
dalizaret eccleſiam;ideò de hoc,inquit,poſſet accuſari in cō
cilio.iuxta glo.in c.ſi Papa,40.diſt.de qua,inquit,Felyn.memi
nit in tabula mea ſuper titulo,de conſtitutionibus,in uerbo
concilium,& in verbo Papa.Subdit tamē Abb.ibi,ꝙ in du-
bio pręſumitur cauſa,per no.in c.quæ in eccleſiarum,de cō-
ſtit.ideò ualet alienatio,quam Papa qualitercunque facit.Ip-
36 ſe alibi vult,ꝙ,vbi ex facto p̄p̄ † ſcādalizatur eccleſia uniuer
ſalis,non pręſumitur in eo cauſa,vt poſui,inquit Felyn. poſt
ipſum in d.c.quę in eccleſiarum,4.colum. uerſ. limita quar-
tò,& de verbis Archid.in c.non liceat p̄p̄,meminit idē Abb.
in c.conſtitutus,4.colum.de relig.dom.& in c.dudum, el 2.
12.& penul.col.de elect.& conſ.42.incip.uidendum eſt in ef-
fectu.3.col.1.volum.
37 Tamen quicquid hoc ſit,† Papa ſemper pręſumitur iuſta
cauſa,& rationabili,cum quid facit,eſſe motus,eſto,ꝙ de ea
non appareat,per ea,quę dicit Cyn.in l.fin.C.ſi contr. ius uel
vtil.publi.& in l.reſcripta,C.de pręcibus Imper.offer.ꝑ Abb.
in c.quanto,colum.5.verſic.ſi tamen Papa.extr.de iureiurā.
& in cap.cum in cauſis,2.not.de re iud.& per eundem in ca.
conſtitutus.de relig.dom.idem Abb.cap.cùm veniſſet,de iu
dic.per Fely.in cap.quę in eccleſiarum,de conſtitu.colum.2.
38 verſic.quinta concluſio.Item ex quo Papa dicitur † habere
dominium rerum eccleſię,ſicut Chriſtus,cuius eſt Vicarius
in terris cum omnimoda poteſtate,per ea quę dicit Fely.d.
c.q̄ in eccleſiarum,de conſtitu.& dicit Paul.de Caſtr.conſil.
281.ꝙ dominium rerum eccleſię proprie loquendo non eſt
niſi apud Chriſtum,cuius Papa eſt Vicarius cum omnimo-
39 da poteſtate in terris.Vnde † cùm aufert rem alicui particu
lari eccleſię,potius auferre dicitur adminiſtrationem,quàm
dominium,quia dominium eſt potius apud ipſum Papam,
cum ſit apud ipſum Chriſtum,cuius ipſe eſt Princeps,Felyu.
in d.cap.quę in eccleſiarum.de conſtit.colum.17.verſ. quin
tò limita.& Paul.de Caſt.conſ.414.1.volum. quod procedit
mayime quando Papa facit informatus motu proprio, &
40 certa ſcientia,quia tunc pręſumitur vti † abſoluta poteſtate.
per glo.in cap.ad hoc,in verbo elegerint.in fin.de reſcr.quia
dicit Petr.de Anch.conſil.305.prędallegato,incip. tres domi-
ni,ꝙ,licet Papa ſuper rebus eccleſiaſticis habeat omnimo-
41 dam poteſtatem,& pleniſſimam,tamen hoc non eſt † uerū,
niſi vbi,& quando apparet,ꝙ vult ea vti, & dicit Dom. Ant.
in cap.conſtitutus. de religioſ.domi. ꝙ de rebus eccleſiaſti-
cis,& beneficialibus Papa poteſt diſponere,prout vult, etiā
ſine cauſa,remouendo vnum à beneficio ſuo, per tex.in ca.
2.de pręben.Et hinc eſt,ꝙ in talibus multò magis poteſt au
thoritas p̄p̄,quam in alijs,vt per Abb.c.cum à nobis, 2.colu.
verſ.ego credo,de teſta.& dicit Socyn.in conſ.13.1. volum.
ꝙ Papa in beneficijs,& bonis eorum habet omnimodam
poteſtatem,& abſolutam.c.2.in princip.de conceſſio.pręb.
42 lib.6.per quę concludit ibi Socyn.quòd † Papa poteſt dare li
centiam Monaco teſtandi,& diſponendi de bonis eccleſię,
& de bonis monaſterio acquiſitis.Et Abb.d.cap.cum ueniſ-
ſent.de electio.dicit,ꝙ Papa quamdiu uiuit,dominus eſt re-
rum eccleſiæ,& poteſt omnia diſponere,& per Prępoſi.in
cap.lege 10.diſtinct.uerſicu.2.glo. ꝙ Papa liberius poteſt in
rebus eccleſiarum,quàm princeps in bonis ſubditorum.Fa-
43 cit,quia quicquid † agitur à Papa,bene & ſanctè actum,& a-
ctum cum cauſa præſumi debet, quia non eſt licitum de ſe-
dis

Source : BIU Cujas

dis Apostolicæ iudico in terris iudicare, cap. nemini, 17.q.4. vel illius sententiam retractare propter Romanæ ecclesiæ primatum Christi munere in beato Petro diuinitus collatũ; quia Papa non habet in terris, qui de factis suis habeat illum iudicare, c. cuncta per mundum, & cap. per præsentialem. 9. quæstio. 3. cap. si principium. 40. distinctio. eo maximè, quia in eo causa semper præsumitur, iuxtà not. per Innocent. & Docto in allegato cap. quæ in ecclesiarum. de constit. Felyn.
44 in cap. final. de Symon. Et actus, & animus p̃p̃ non † in malã partem, sed in bonam semper, & meliorem interpretari, & accipi debet. per Felyn. in cap. ex parte, el primo, de offic. & pot. iud. delega. Facit, quia papa dicitur dominus rerum temporalium, per illud Petri, dabo tibi omnia regna mundi, per Archidiaco. quem refert Fely. in cap. final. de Symon. dixi aliquid in tract. meo de Symo. prima parte, de Symo. in dispen-
2 satione Papæ. c. 21.

SVMMARIVM.

1 *Papa de plenitudine potestatis potest alienare quamcunque rem ecclesiæ.*
2 *Alienatio papæ non requirit solemnitates, quæ requiruntur regulariter in alienationibus inferiorum.*
3 *Papa non ligatur constitutionibus iuris positui.*
4 *Antecessor successorem non ligat.*
5 *Papa potest alienare sine dubio, sed uidendum est, an uelit.*
6 *Clausula, ex certa scientia, facit præsumi principem uelle uti plenitudine potestatis, & alia operatur, ut ibi.*
7 *Contra clausulam ex certa scientia non potest dici de defectu intentionis, nec tale factum in dubium reuocari.*
8 *Clausula motu proprio quid operetur.*
9 *Contrà assertionem factam motu proprio non debet admitti probatio incontrarium.*
10 *Clausula de plenitudine potestatis quid operetur.*
11 *Clausula quorum tenores &c. quid importet.*
12 *Princeps non præsumitur uelle præiudicare, quando sumus in dubijs, secus quando sumus in claris.*
13 *Papa in rebus ecclesiæ potest disponere pro libito, & arbitrio suo.*
14 *Clausula decernentes irritum, & inane, quicquid &c. quid operetur.*
15 *Clausula sublata cuilibet aliter iudicandi &c. quid importet, & numero 17.*
16 *Clausula, per quam mandat Papa contractum perpetuis temporibus obseruari, quid ualeat.*
18 *Contractus, qui regulariter post factum ualidari nõ potest, confirmatur, si sit per Papam ratificatus.*
19 *Papa si in alienationibus ergà proprios consanguineos esset incorrigibilis, & ob hoc scandalum inferret uniuersali ecclesiæ, posset deponi.*
20 *Causa quando præsumatur in Papa.*
21 *Cardinalium præsentia in arduis est adhibenda de honestate.*
22 *Factum cum consilio sapientum præsumitur sine fraude actum.*
23 *Causa naturalis est potior accidentali.*
24 *Præsumptio, quæ nascitur contra Papã ex consanguinitate donatarij, nascitur quoque ex magna amicitia, & affectione.*
25 *Causa non præsumitur inter personas prohibitas & subiectas.*
26 *Suspitione cessante præsumitur causa in Principe.*
27 *Causa licet quandoque præsumatur, tamen admittitur probatio in contrarium, secus tamen est in beneficialibus, num. 28.*
29 *Alienatio Papæ quando non potest nulla cauillatione excusari, non ualet, quia tunc dicitur dilapidator.*
30 *Alienans Papa sine causa an ipse reuocare possit.*
31 *Superior quando uult afferre præiudicium irreparabile, licitum est resistere de facto.*
32 *Rescripta Papæ super alienationibus, fiunt cum clausula, quatenus in euidentem utilitatem &c.*
33 *Quibus modis talia rescripta expediri soleant.*
34 *Papa solet committere alicui existenti in partibus, ut uideat super narratis &c.*
35 *Alienatio rerum ecclesiæ prohibita est propter malos prælatos.*
36 *Collegiorum bona non possunt alienari sine solemnitate.*
37 *Capitula pariter bona alienare non possunt, nec aliqua loca pia.*
38 *Authoritas superioris aliquando uocatur consensus authorizabilis, aliquando licentia.*
39 *Decretum in alienationibus rerum ecclesiæ non requiritur, sed consensus aut authoritas episcopi loco decreti.*

Casus V.

Continuat præcedentem materiam, ponendo conclusionem cum suis declarationibus.

Vnde videntur Doctores facere cõclusionem

1 quòd, si uelit Papa, † potest alienare quamcunque rem ecclesiæ de potestatis plenitudine, concludit Fely. in ca. quæ in ecclesiarum, 17. colum. de consti. Philip. Francis. ca. primo. vltima colum. de testa. lib. 6. dicit id communiter teneri per Doctor. Anton. Capic. in decisio. 16. num. 1. Deci. Neapo. per Felyn. in d. cap. quæ in ecclesiarum, de constitu. colu. 17. 18. & 19. vers. & quamuis, vbi habetur, q̃, licet Papa super rebus & bonis ecclesiæ habeat plenissimam potestatem, tamen, hoc est uerum, vbi apparet, q̃ vult ea vti, & facit informatus, uel causa cognita, Clem. 1. de proba. Ro. decis. 229. & 230. in no. per latè adducta per Aymon. Crauet. de antiquit. tempo. prima parte. §. non omitto. ad fi & quando Papa facit certitudinaliter, per Fely. in c. cum inter, de exceptio, vbi abunde, & in c. quæ in ecclesiarum, colum. 15. vers. secunda declaratio, de constit. & vers. antecedente. Milli. in repert. verbo gratia
2 per quam; quia in alienationibus p̃p̃ † non videtur, q̃ habeãt seruari solemnitates, quæ requiruntur regulariter in alienationibus inferiorum, quæ & fieri non possunt Romano inconsulto Pontifice, extrauag. ambitioseq; quia maior solemnitas dari non potest; quia, vbi Papa cõsistorialiter, vt solet, disponit bona ecclesiarum, uel data certa determinata recõpensa, aut certa forma, satis solemniter dici debet facta alienatio, postquàm non p̃p̃ solùm, uerum & Cardinalium consilium, & deliberatio accessit, ubi merito est præsumendum omnia solemniter acta fuisse. l. omnium. & ibi Doctor. omnes. C. de testam. Et eo maxime, quando Papa mandauit alie
3 nationem fieri sine alijs solennitatibus, & solennitates supplendo, cum solennitates sint de iure positiuo introductæ, q̃ bus Papa non ligatur. Et certum est, Papam posse eas tollere, & supplere, ut in terminis alienationis ecclesiasticæ dixit, per ea quę allegat, Alex. consil. 79. colum. 5. uers. circà sextũ. in 1. uolum. Et, quando Papa vult alienationes defectu solẽnitatis reuocare, habet intelligi, & referri ad alienationes nõ Papę, sed inferiorũ prelatorum, in quibus solemnitates sunt necessariæ, neque ad alienationes factas in exequutione mãdati p̃p̃ consistorialiter, & data certa forma; prout ego uidi intelligi, & ponderari per famosum Doctorem in urbe in vna Romana catalis Sãcti Petri. circa intellectum bullę Pauli quarti de reb. eccl. male alien. Facit, quia constitutio Simachi, c. non licear. 12. q. 2. quę inhibet alienationem Papę, procedit, & p̃cedere habet de honestate, non de necessitate, qa
4 anteceſſor, † successorem non ligat. & par in parem imperiũ non habet. c. innotuit. de electio. cap. fi. de rescrip. lib. 6. quia licet successorem deceat seruare ordinationem antecessoris, hoc non est ex necessitate, Felyn. in cap. accedens. colum. 3. de rescrip. Paul. de Castr. consil. 414. colum. 3. numero 11. libro 1.

Vnde est bene aduertendum quomodo, & qua forma Papa facit, & alienationem concedit, & cum quibus clausulis concedat, decernat, mandet, & loquatur; quia si vult † Papa, nullum dubium, est q̃ potest, sed est uidendum, an uelit. p
5 Paris. consil. 5. num. 112. per eundem consil. 39. num. 18. primo lib. not. in c. cum super, ubi Decius 4. not. de offi. delega. prout Imperator res Imperij, si vult, alienare potest, per glo. c. ego Ludouicus. 63. distinct. quia si Papa facit concessionẽ ex certa scientia, uidetur q̃ omninò suum effectum sortiri
6 debet, quia clausula † ex certa scientia, facit præsumi principem uelle, Bald. in l. omnes, in princi. C. de quadrien. p̃scrip. gloss. in l. fin. uerbo generali. C. si cõtrà ius. Item facit p̃sumi principem uti absoluta potestate, glo. cap. ad hoc, in fi. de rescrip. & supplet defectum solemnitatum, licet non substantialia, Rota decisio 234. p̃p̃ in nouis. Et ista clausula æquiparatur plenitudini potestatis per Innoc. cap. innotuit, de elect. Et plus operatur, q̃ clausula motu proprio. Fely. in capit. causam q̃. el 2. uersic. quintò nota. de testi. & contra istam clau-
7 sulam † non põt dari de defectu intentionis, nec quis cõtra eam audiri debet; quia est credendum uerum esse id, q̃ princeps facit ex certa scientia, nec tale factum põt in dubium reuocari, per Cur. Sen in cons. 65. num. 10. Paris. cons. 3. nume. 70. & cons. 5. num. 121. lib. 4.

Idem erit si sit gratia, & concessio cum clausula, motu
8 proprio, q̃ pari modo facit † p̃sumi principem uelle. p Bald. in l. omnes, in princip. C. de quadrien. p̃scrip. Et facit p̃sumi rite factum à Papa per Card. in Clc. 2. 4. q. de off. ordin. & tollit subreptionem, idem Card in Clemen. 2. & Clem. 4. de p̃bẽ. Et ista clausula sufficit pro uerificatione narratorum. Abba.
9 in cap. dudum, de p̃sump. Dec. in consil. 341. num. 5. † & contra assertionem factam motu proprio nõ debet admitti p̃batio. per Doct. in Clem. 1. de proba. & in terminis alienationis factę per Papam tradit Paul. de Cast. consi. 114. primo volu. Romanus cons. 436. Fely in c. quę in ecclesiarum. 23. col. uers. limita quinto. de consti.

10 † Idem erit, si fit cum clausula de plenitudine potestatis, q̃ idem importat, q̃ clausula ex certa scientia, q̃ æquiparantur per Alexand. consilio 16. colum. penul. uolum. 5. Dec. consi. 116. col.

116.col.2.& importat,ꝙ facit præſumi factum fuiſſe ex cauſa.Aret.conſ.15.col.5.& includit iſta clauſula defectus ſolẽnitatis non defectus inhabilitatis,nec defectus naturales. Et includitur ſub verbis,quicquid principi placuit, legis habet vigorem.Bald.in tit.de pace conſtan.§.libellarię.1.col.& cõtra iſtam clauſulam nihil poteſt adduci,Bald.in prooemio de cretal.col.4.Pariſ.conſ.46.num.43.lib.3.& in conſ.1. nume. 79.& 80.& conſ.3.nnm.79.lib.4.vbi etiam dicit, ꝙ per illam clauſulam ſupplentur omnes defectus, & tolluntur omnia
11 obſtacula,ita vt ulterius non detur aditus † ad diſputãdum, & maxime qñ agitur de rebus eccleſiaſticis, in quibus Papa habet pleniorem poteſtatem,ac etiam clauſula, quorum tenores,quæ habet vim ſpecificę & indiuiduæ expreſſionis, q̃ perinde operatur,ac ſi omnes defectus in ſpetie fuiſſent enumerati, Anto.de Butr.in conſ.2.Caſad.deciſio.10.nume. 2.& deciſ.38.num.3.ſuper reg. Sarnen.in reg.de trien.q.17.in terminis declarat Pariſ.d.conſi.46.num.41.lib.3. conſ.1. num. 84.& conſ.11.num.6.li.4.Quæ clauſulæ ſimul iunctæ in gratia,uel conceſſione alienationis oſtendunt enixam uoluntatem p̃p̃,& non poteſt dici, ꝙ Papa non uoluerit derogare iuri eccleſiæ,aut ſupplere defectus per Curt.d.conſ.65.num. 14.Pariſ.d.conſ.5.num.118.lib.4. quia quando Papa aſſerit aliquod factum de certa ſcientia, ſtandum eſt eius aſſertioni tanquam factæ de proprio facto,Curt.d.conſ.65.Pariſ.cõſil.3.num.76.lib.4.Et illud,ꝙ dicitur, principem non cenſe-
12 ri velle † præiudicare,procedit quando ſumus in dubijs, nõ qñ ſumus in claris,in quibus Papa declarat id,ꝙ vult, ꝑ Cur. d.conſil.65.Quia,cùm ſimus in materia rerum eccleſiarum,
13 † ſumus in illis,in quibus directò Papa poteſt diſponere,auferendo dominium alterius,& pro libito, & arbitrio ſuo diſponere,per But.in c.conſtitutus,vbi Abb.num.15. de relig. dom.Gẽmin.in c.gratioſę,de reſcrip.li.6.Abb.conſ.41.num. 4.libi.Alex.conſil.81.num.8.lib.4.Socy.conſ.13.num.36.lib. 1.Corne.conſ.348.num.18.lib.1.conſ.90.num.6.conſil. 186. num.2.lib.4.Doctor.latiſſimè in cap.quæ in eccleſiarum,de conſtit.

Et in hac materia alienationis,& diſpoſitionis rerum eccleſiæ poteſt Papa ſupplere in contractibus, diſtractibus, & conceſſionibus factis,aut faciẽdis omnes defectus, & etiam ſubſtantiales,cùm non ſit dubium,ꝙ princeps poteſt mutare ſubſtantiam,& glo.in c.1.de capell.monac.Cur.Sen.d.cõſil.65.num.9.verſ.poteſt etiam mutare ſubſtantiam.Nam licet regulariter ſuppletio defectuum generalis non referat ad defectus ſubſtantiales.ſecus eſt,quãdo de eis eſt facta mẽtio in ſpetie,Abb.cap.1.num.5.verſ.an aũt ſuppletio generalis,de tranſact.Archid.in c.cenomanenſem,num.1.56. diſt. declarat Gemin.d.c.1.in fi.& in d.ca.cenomanenſem,quem refert & ſequitur Fely.c.2.18.col.num.42.de reſcri.Pari.cõſil.3.num.53.lib.4.

14 Et ſi adeſt clauſula,† vel decretum decernẽs irritum,& inane quicquid per quemuis auſum fuerit fieri,uel attentari cõtra ordinationem,& gratiam,ſtat gratia, & nemo contrarię aut cõtra attentate poteſt;& ſi ſecus fiat,eſt irritum &c. Cle. 1.de conceſſ.pręb.vbi Cardi. ad longum. Vnde cuilibet os clauſum,cuilibet manus ligatæ.

15 Et,ſi adſit clauſula,ſublata cuilibet † aliter iudicandi,& decernendi facultate,facit Papa, ꝙ ſit denegata audientia cuilibet contraeunti gratiam apud quoſvis iudices, immò ꝙ ab omnibus iudicibus ita iudicetur.Pariſ.conſ.5.nume.133.&
16 conſ.38 num.7.liq.4.ubi etiam vide ꝙ dicit de clauſula, † ꝑ quam Papa contractum perpetuis futuris temporibus obſeruari mandat.conſ.11.num.8.lib eodem.& Cur.Sen.conſ. 65.num.13.vbi dicit, ꝙ eo caſu conſtat de enixa uoluntate principis & quod nemo debet admitti ad contradicendum, & quod ille,qui vellet admitti,incideret in pœnam, & crimen ſacrilegij,l.diſputari.C.de crimin.ſacrileg.Et tantò magis,quando per alias clauſulas Papam mentem ſuam declaraſſet,puta quando decreuiſſet,ꝙ conceſſio non poſſet quouis modo impugnari,etiam ex eo quòd non cõſtaret de ueritate narratorum,per Pariſ.conſil.3.num.80.lib.4.& per eũdem conſ.5.num.133.& conſ.38.num.7.lib.eo.Et iſta clauſula,ſublata &c.operatur principaliter,quando gratia, uel cõceſſio.ſuper qua ponitur,eſt nulla.per Card. c. quia diligentia,numero 5.2.colum.verſic. 3. quæro, vbi Ioan de Imola. numero 6.verſic.& hoc caſu,de election.ubi dicunt, ꝙ licet princeps non poſſit ſine cauſa auferre ius quæſitum,& quòd
17 gratia, quæ aufert ius quæſitum non ualeat,tñ,ſi in illa † gratia eſt appoſita clauſula,ſublata &c.illa clauſula operatur, ꝙ iudices non poſſunt pronuntiare ſuper nullitate illius gratię; & id etiam probatur ex his,quæ tradit Bar.in conſil. 187.incip.domini priores,num.4.ubi loquitur de laicis nulliter diſponentibus in præiuditium clericorum,& concludit, quòd ſi fuit appoſita illa clauſula ſublata &c.illa clauſula ſaltẽ per indirectum operatur inualiditatem illius diſpoſitionis,quia iudices non poſſunt aliter iudicare,tenet Abb.in repe.ca.eccleſia Sanctæ Mariæ.num.30.de conſtitu. Refert & ſequitur Alexand.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,num.20.verſ.ſecundò limitatur.& ibi Iaſ.num.77.& 78.ff.de lib. & poſthu. Facit,ꝙ in ſimili caſu dicit Bar.in l.fi.C.de Can.trum.vrb.Rom. lib.11.num.1.vbi dicit,quòd iudex in iſtis caſibus debet dicere parti, fateor te habere bonum ius, ſed illud non poſſum admittere, uel te audire, quia eſt mihi denegata facultas te audiendi.

Quæ quidem clauſulæ licet omnes ſint coniunctim poſitæ in eodem contractu,gratia,uel actu,debent conſiderari tamen tanquam diuerſæ gratiæ per ſe,& principaliter conſiſtentes,quo caſu ſubreptio in vna parte nõ uitiat in alia per Abb.in c.cæterum,num.3.de reſcrip.Iaſ.in l.1.§.ſed & ſi, nu. 15.verſ.ſextò adde,ff.de verb.oblig.Dec.in c.de confirmationibus,verſi.quia ſunt caſus ſeparati,de confir.util.uel inutil.
18 Facit,quia cõtractus,† licet alias nullus,qui regulariter poſt factum ualidari non poteſt,benè validatur, & confirmatur ſi ſit per Papam confirmatus,uel ratificatus,per Collecta.& alios in c.ueniens.de tranſac.Deciſio Toloſan.98. in fin. textus;eſt deciſ.Rotæ.230.in nou.vbi habetur,quòd confirmatio p̃p̃ facta ex certa ſcientia ſupplet defectum ſolẽnitatum, & facit tranſactionem,quæ erat perſonalis, eſſe realem. facit Alberi.in authen. hoc iuſ.C.de ſacroſanct.eccleſ.uerſic.utrũ Papa.num.15. ubi poſita quæſtione an Papa poſſit alienare res eccleſiæ ſine cauſa,dicit quòd non,niſi nouam legẽ condendo.Sed quia poteſt dubitari,quando cauſa in Papa alienante ſubſit,uel non,dices, vt infra, ꝙ uel notorium eſt, ꝙ nulla ſubeſt cauſa,puta quia Papa cognatis,uel filijs ſuis ſecũdùm carnem nullis præcedentibus meritis alienat,aut infeu
19 dat notabile membrum patrimonij † Beati Petri, & tunc ñ valet infeudatio,aut alienatio;quinimmò per hoc ſi Papa eſſet incorrigibilis,& per hoc ſcandalum inferretur uniuerſali eccleſiæ,poſſet Papa deponi,Abb.ĩ c.cum ueniſſet,de Iud. 4.col.Refert Felyn.c.ad audientiam,pe reſcript. Vel eſt certum,quòd cauſa ſubeſt,quia ille,cui conceditur notorie ſuo
20 ſumptu defenſauit eccleſiam,& † eſt res clara,ꝙ poteſt.Aut ſumus iu dubio,ꝙ cauſa poteſt,& nõ poteſt ſubeſſe,& Abb. ubi ſupra,ꝙ in dubio cauſa præſumitur,idem conſil.41.pen. colum.idem & Butr.in cap.conſtitutus,de relig.domi.Fely. in c.quæ in eccleſiarum,17.col.de conſtitu.& 22.colum. ubi ponit hanc met diſtinctionem.Vnde,ſi in caſu,in quo cauſa ſubeſſe poteſt,Papa adhibuit ſecum conſilium Cardinaliũ, tunc cauſa eſſe præſumitur,per Archi.in c.non liceat. 12.q. 2.Bald.in l.pen.C.de bon.quæ lib.ſic poteſt intelligi Zabare.
21 conſ.238. Quia † quantum ad ualiditatem actus non uidẽt neceſſaria præſentia cardinalium, licet de honeſtate debeat adhiberi,per Card.in c.1.in titu.epiſ.uell Abba. vbi loquitur tãtum de Papa.In Imperatore autem,& in Papa tenet Paul. Caſtr.in conſi.284.3.col.& eſt magis communis,ꝙ in arduis de honeſtate Papa adhibeat conſilium Cardinalium, Abb. in c.& geſtis,de cler,non reſid.Iaſ.in l.placet,C.de ſacroſ. eccle.Barba.conſi.1.primo vol.& Bal.conſ.74. circa mediũ, & ꝙ debet interponi conſenſus Cardinalium, ne eſſet ſuſpitio dilapidationis,non ꝙ ſit de neceſſitate,Iaſ.in c.i.qui feu. da.
22 poſſ.ubi Bald.clarius,ꝙ † illud præſumitur factum ſine fraude,ꝙ fit cum conſilio ſapientum. Aut non interuenit cõſenſus Cardinalium,& procerum:& tunc,ſi in conceſſione exprimitur cã,quæ tempore conceſſionis potuit interuenire, & adhuc præſumitur,ut præſumitur in inferiore, c.ea noſcitur,per Card.Abb & But.de his quæ fiu.à præla.Fely. in c. ſicut.15.col.uerſi.fallit primò.de re iud. Alex. & Moderni in l. ſciendum.de uerb.oblig.aut allegantur cãæ,quæ non potuerunt interuenire,uel nullæ enuntiantur cãæ in conceſſione, & eo caſu, uel Papa largitur de bonis unius eccleſiæ alteri eccleſiæ,& adhuc præſumitur cauſa.per Doct.quos adducit Felyn.in c.quæ in eccleſiarum,17.colum.de conſtit.Aut Papa,uel alius princeps largitur de bonis ſui principatus alicui perſonæ priuatæ,& tunc,ſi concedit perſonæ coniunctæ,& non præſumitur; quia licet inſurgat vna præſumptio ex dignitate, tamen propinquitas perſonæ in re magna facit inſurgere aliam,l.data.C.de donat.l.penul. circa princip. ff. de bon.lib.Barto.in l.poſt contractum,ſecunda colum. de donat.& in l.quæ dotis.quinta colum.ff. ſolu. matrimo. & iſta præſumptio tollit aliam.l.diuus.ff.de in integr.reſtitut.Bald. in l.ſiue poſſidetis,in fin.C.de probat. maxime quia eſt fundata in ratione, & iure naturali, & illa eſt fundata in cauſa
23 accidentali, & naturalis † eſt potior, l.qui habet. cum concordan.ff.de tutel. & in his terminis loquuntur Archidiaco. in cap.non liceat,12.quæſtio.ſecunda,& Bald.in l.pen. C.de bon.quæ lib.

24 Et iſta preſumptio etiam inſurgit,† quando infeudat perſonæ nõ cõiunctæ ſanguine;ſed magna amicitia, & affectione,ex honeſta,uel turpi cã procedente,qa eſt eadem rõ, [illegible] in l.ſed hoc,ff.de procu.& in c.requiſiſti.de reſta. Cy. & [illegible] in l.exigẽdũ,C.de ꝑcur.Et licet hoc poſſit nõ ꝓcedere, [illegible]

Source : BIU Cujas

ſideratur affectio & coniunctio, tamen, vbi conſideratur ſola affectio ſine dubio procedit, ſicut in iudice, qui recuſatur pp magnam amicitiam, ſicut per coniunctionem ſanguinis, gl. & Doct. in c. ſanè, & c. ſuſpitionis, de off. deleg. & inter
25 perſonas, † prohibitus & ſuſpectus non præſumitur pro cauſa, etiam ſi allegetur, per Alex. in l. ſi donatione, 2. col. de colla. & conſ. 55. primo vol. & conſ. 101. 4. col.

26 Et ſi ceſſat † ſuſpitio ex cõiunctione perſonæ, tunc poteſt fieri concluſio, q̃ in principe præſumit̃ cã; & ſtandum eſt ei, ſi aliqua cã põt excogitari, quæ ſit legitima, & ita intelligitur dictum Abb. d. c. cum ueniſſet. de iud. Et quod dr̃ de p̃ſumptione cãę in Papa, intelligendum eſt, qñ Papa cõcedit motu proprio, non qñ ad ſupplicationem partis, vt per Roma. conſ. 436. Fely. in c q̃ in eccleſiarum. 25 col. verſ. limita quinto. de conſti. quia iſto caſu, qñ motu proprio, & per uiam legis, & conſtitutionis, præſumitur ſemper iuſta cã in principe, per Bar. quem alij ſequuntur. l. fi. 3 q. C. ſi contra ius. Inn. quem alij ſequunt̃ in c. quanto. de conſue. Barb. conſ. 47. 27. col. & conſ. 51. 22 col. Claud. Seyſel. ſpec. qui feud. dar. poſſ.
27 verſ. & iſto caſu. Item intellige, q̃ cã præſumit̃, † niſi probet̃ de cõtrario, quia forte probaret̃ cãm expreſſam fuiſſe falsã, vel fuiſſe motum principem ex affectione inordinata, non aliqua rõne legitima per id q̃ uolunt Hoſt. & Abb. in cap. illud. de præſump. Cald. Lap. & Gemi. c. ordinarij §. primo. de off. ord. in 6. cum alijs per Fely in c. ſicut. 19. col. verſ. tertiò aduerte & 21. col. verſ. octauò & vlt. de reiud. Quia, licet dica-
28 tur, † q̃ creditur verbis narratiuis Papę, qñ aliquid narrat, in quo ſe fundat, ita vt non poſſit probari contrarium, cle. 1. de proba. reſpondetur, q̃ procedit in beneficialibus, in q̃bus habet plenitudinem poteſtatis. c. propoſuit, de cõceſſio. præbẽ tamen circa bona eccleſiæ Ro. & aliarum vr̃ habere poteſtatem iure, & ratione regulatam. per Archi. & Domi. c. primo 10. q. 1. per Fely in c. ad audientiam, de reſcrip. Et ſi
29 alienãtio † facta per Papam eſt tanta, & tam exceſſiua, q̃ nulla põt cauſatione excuſari, vr̃ q̃ non valeat, quia tunc dr̃ dilapidator non Auguſtus, uel princeps, late per Doct. in pœmio. ff. & in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. ſecus ſi non ſit tanta notorietas, ſed põt infeudatio aliqua rõne excuſari, quia tunc valet, per Archid. & Ang. cum alijs. c. non liceat, 12. q. Anch. conſil. 311. Et videtur q̃ talis alienatio poſſit per ſucceſſorem Papæ reuocari, dicendo ſuum prædeceſſorẽ fuiſſe deceptum, & circumuentum; quia, ſicut potuit ille derogare canoni prohibenti alienationem, ita etiam iſte ſucceſſor poterit dicere hanc alienationem fuiſſe ſubreptitiam, & eius dicto ſtabitur. Facit rex. in c cùm ex literis, de in integr. reſti. quia, vt dicit Fely. in d. c. ad audientiam. de reſcrip. in Papa tunc non præſumitur eſſe cã cum talis alienatio ſcandalizet eccleſiam vniuerſalem, quia & Papa ligatur conſtitutione prohibitiua alienationis, Bellamer. deci. 12 incipiẽ. primò quæritur, 3. col. & bene faceret Papa, ſi quid uiderit temere & ſine cauſa rationabili factum ipſe recta cenſura cõ peſcat licet male faceret, ſi cauſam coufingeret, & ita procedunt dicta Fely. & Bellame.

30 Immo & ipſemet alienans poterit contrauenire facto ſuo, concludunt Doc. & Abb. in c. intellecto, de iureiu. gl. in l. iubemus, §. ſane. C. de ſacroſ. eccl. ubi concludunt Doct. quòd hoc procedit, etiam ſi ipſe iuraſſet.

Interim tñ tenet alienatio, nam licet dr̃ damnoſa, & ipſe princeps dicatur dilapidator, per Pau. de Caſt. d. conſ. 288. tamen antequam de hoc cognoſcat, & quandiu tolleratur, valent geſta per eum, & nemo põt illi reſiſtere, nec poteſt negari, quin habeat poteſtatem derogandi conſtitutioni prædeceſſoris, per ea, quæ habentur in c. veritatis. de dol. & contum. & in c. fi. de accu. & quod dicit Paul. de Caſt. in alleg cõſil. q̃ p̃p dilapidanti poteſt reſiſti, intellige, quando notorie ſcandalizaret eccleſiam, quia etiam poſſet deponi. per Abb. in capitu cum veniſſet. de iud & reſiſti, intellige uerbo, & demonſtrando eius errorem, prout fecit Paulus Petro. c. Paulus 2. q. 7.

Sed ſi alienatio eſſet talis, quæ contineret præiuditium irreparabile, & eſſet notorie illicita, & tunc eſt licitum alicui priuato domino, aut reipublicæ reſiſtere de facto, ſi poteſt, ne ille habeat poſſeſſionem, per Doct in c. ſi quando, de re-
31 ſcrip & in l. vt uim. de iuſt. & iur. vbi ſi † ſuperior vult afferre præiuditium irreparabile licitum eſt reſiſtere de facto, per Paul. de Caſt. quem ſequuntur Moder. in l. 2. C. de edict. diui Adria. tollen. Alex. in l. naturaliter §. nihil commune, quinta fallen. 16. col. de acquir. poſſ. Abb. in c. veniens, de teſt. Fely. in c. cum ſuper, de re iud. Claud. Seyſel. in Specul. feud. qui feud. dar. poſſ. verſ. authoritate autem priuata, ubi dicit q̃ in regno Franciæ parlamenta non admittunt tales alienationes, etiam ſi rex apponeret omnes derogationes mũdi, quia contra illas admittunt procuratorem fiſcalem regni, & illũ cogunt intelligere, illoque inſtante pronuntiant tales alienationes nullas.

Nec Papæ moris eſt bona eccleſiæ alienare, uel dilapidare, immo conſeruare, & ampliare, quia omnia † reſcripta Papæ emanata ſuper alienationibus faciendis, uel cõfirmationes, ſeu approbatiões p̃p ſuper factis, omnia dico ſunt cum clauſula quatenus in euidentem utilitatem, uel euidentẽ neceſſitatem. Nec eſt reperire regulariter reſcriptum, uel p̃p approbationem, ſeu confirmationem ſine tali clauſula, uel emanauerit per ſignaturam gratię, uel iuſtitię, uel per breue ſub annulo Piſcatoris, uel per uiam ſacræ Pœnitentiarię, aut per viam officij contradictarum, aut per literas camerales,
33 † quia iſtis vijs ego obſeruaui talia expediri, quæ ob ſolitam clauſulam, ſi in euidentem utilitatem, uel neceſſitatem, vulgo, ſi in euidenti, appellantur. Vnde cõtinent, uel expreſſam cauſam utilitatis, quæ in reſcripto exprimitur, uel tacitã, per quam fuit Papa motus; quia in eo, vt diximus, ſemper cauſa
34 ineſſe præſumitur, vel cauſa rationabili motus; quia † Papa eſt ſolitus committere alicui exiſtenti in partibus, vt uideat ſuper narratis, & an expediat illam rẽ alienari, & ad relationem illius poſtea authoritatem interponere, vt per Petr. Rebuff. in allegato compen. aliena. rer. eccle. verſ. tertiò requiritur, vbi dicit, q̃ aliàs alienatio etiam ex authoritate p̃p facta irritaretur, quia iure non facta, per no. in c. non liceat Papæ, 12. q. 2. idem habetur per Abb. conſ. 41. verſ. Bonifacius, vbi in caſu alienationis faciendæ. de qua in d. conſ. Papa cõmiſit epiſcopo Veronenſi, ut ſe informaret de contentis in ſupplicatione, &, ſi narrata reperiret vera, daret illi Abbati licentiam uendendi. Vnde Papa pro utilitate eccleſiæ in talibus occupare procedere ſolet. Subdens idem Rebuff. d. loco in expoſitione. c. ſine exceptione, in uerbo, ne quis, quòd epiſcopus non poteſt alienare rem eccleſiæ, ut ibi, ſine iſtis ſolẽnitatibus, quia ſicut eccleſia mater eſt religionis, ita eius patrimonium conſeruari debet illæſum, l. iubemus, in fi. pri
35 ma col. C. de ſacroſan. eccle. ſic † & propter malos prælatos prohibita eſt alienatio, qui forte omnia bona eccleſiæ alienarent, per Rofre. in tracta. libel. rubr. de reb. eccle. non alie. uerſ. prohibita; & licet, inquit, iſte text. prohibeat epiſcopo alienare, idem erit, & in Papa. cap. non liceat p̃p. 12. q. 2. & in Cardinalibus idem ſtatuitur, in d. ca. non liceat, ibi, cuſtodes, idem in archiepiſcopo, & quocunque alio prælato, uel Clerico, per Præpoſitum in c. ſeq. idem in Abbate, & Abbatib. ea. cauſ. & q. In rectoribus eccleſiarum idem dicitur in parte ultima tex. Idem in collegiatis, quos Burſarios dicunt, vt
36 etiam ſine ſolemnitate hic poſita bona † collegiorum alienare non poſſint, etiam eadem ratione exiſtente. Nam & de œconomo idem dicitur in d. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle.
37 Nec † etiam capitula poſſunt alienare, ut in rubr. de his, quæ fiu. à p̃la. ſine conſen. cap. iſta probantur in c. nulli. de reb. eccle. non alie. quod omnibus prohibet alienationem rerum eccleſiaſticarum. Idem notant ibi Docto. & pro his, eſt text. in §. nos igitur, in authen. de non alien. reb. eccl. ubi imperator extendit ad bona hoſpitalium, & leproſiarorum, & monaſteriorum etiam mulierum, & alterius cuiuslibet loci pij, ſic conſuluit Alex. conſ. 4. num. 6. 3. uolu. Si uerò neceſſaria cauſa fuerit, tunc alienare non poterunt ſine authoritate epiſcopi, d. §. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. ibi, accedẽ-
38 tẽ conſenſu ordinatoris. Et † hęc authoritas aliquando uocatur conſenſus authorizabilis, ut ibidem dicitur, aliquãdo uocatur licentia. c. fi. de reb. eccle. non alien. in 6. ibi, conſenſu apoſtolicæ ſedis, c. Abbatibus. ſupra eo. ibi, abſque permiſſu, & ſubſcriptione epiſcopi, c. de cætero. cap. ueniens, de trãſact. uocatur conſenſus in c. in uenditionibus, §. etiam. 17.
39 quæſtio. 4. & Clemen. 1. eod. titu. † Non tàmen requiritur de cretum, ſicut in rebus minorum, quia iura hoc non dicunt in rebus eccleſiarum, ſiue authoritas epiſcopi, ſiue conſenſus requiratur loco illius decreti, cap. primo. eod. titu. in ſexto, in inſtrumentis autem nomen ad euitandas opiniones ſolent Notarij apponere, talis epiſcopus. N. dedit licẽtiam, authoritatem, & conſenſum ſuper talis rei alienatione, Spec. in tit. de emptio. §. nunc dicendum. uerſ. cæterum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ſuper rebus eccleſiarum, ſi fiat ſine ſolemnitatibus requiſitis, eſt ipſo iure nullus.*

2 *Forma iuris ſi non fuerit ſeruata in alienatione rei eccleſiaſticæ uitiat cõtractum.*

3 *Emens rem eccleſiæ ſine ſolemnitate debita, an ſit tutus in foro conſciæ.*

4 *Conſenſus ſolus ſufficit de iure naturali, ſeu gentium.*

5 *Electus non ſeruata forma eſt tutus in foro animæ, ſi electio tenet de iure gentium.*

6 *Aequitas iuris naturalis præfertur rigori iuris poſitiui in foro conſcientiæ.*

7 *Retineri illud bona conſcientia poteſt, quod iuſto titulo, & bona fide acquiſitum eſt.*

8 *Procuratoris deputatio ad uẽdendum ſine interuentu ſolemnitatum requiſitarum*

Source : BIU Cujas

quiſitarum in alienatione rerum eccleſiæ non tenet.

9 *Contractus uenditionis rei eccleſiæ factus ſine ſolennitatibus, ſi ſit utilis eccleſiæ, an ualeat.*

10 *Eccleſia uel minor poteſt ratificare contractum, adhibendo debitas ſolẽnitates.*

11 *An, qui habuit rem eccleſiæ non ſeruata forma & ſolemnitate, illam prę ſcribere poſſit.*

12 *Scriptura an ſit neceßaria in altenatione rei eccleſiaſticæ.*

Caſus VI.

De ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus rerum eccleſiæ.

HStę quidem ſunt ſolemnitates, cum quibus habet explicari cõtractus alienationis ſeu diſtractionis rerum eccleſiaſticarũ,
1 & † ſine quarum interuentu ſi fiat, contractus eſt ipſo iure nullus, c. ſine exceptione, 12.q.2. bona glo. in Clem. 1. de reb. eccl. non alien. c. 1. in 6. & Clem. 1. eod. titu. quæ forma iuris
2 non ſeruata in alienatione † rei eccleſiaſticæ vitiat eam. Et facit haberi pro infecta, d. Clem. 1. & ibi Card. §. 1. de reb. eccl. fac. 10. diſtin. Bertachin. in tracta. de gabel. 3. membro octaua parte col. 7. num. 41. verſ. ſed vlterius. Sed quid ſi ſit facta alienatio in caſu licito, & in ea non ſint ſeruatæ iſtæ ſolemnitates, nec forma debita, ſed interuenerit conſenſus illorum qui habent interuenire, nunquid ſaltem in foro conſciẽtiæ erit tutus iſte, qui rem eccleſię habuit ſine debita ſolemnitate, hanc quæſtionem ponit Innocent. in c. pleriq; de imunit.
3 eccl. vbi concludit, ꝙ iſte talis non † erit tutus; quia ex quo contractus eſt nullus propter defectum formæ, non poteſt tenere rẽ cum bona conſcientia, ſine titulo. Idem tenet D. prouincialis omnium eccleſiarum. fol. 35. quia emens ſine ſolennitate non eſt dñs rerum emptarum, & ſic detinendo contra uoluntatem ſuperioris eſt continuò in peccato mortali, no. in c. 1. de conſti. glo. in c. fi. eo. tit. in 6. Sed Dom. Anton. ibi tenet contrarium, dicit. n. ſufficere quoad forum cõ ſcientiæ, vt contractus teneat ſecundùm limites iuris natu-
4 ralis, ſeu gentium. Nam de iure naturali, ſeu gentium † ſufficit ſolus conſenſus, & hæc opinio D. Anto. placet Abb. in
5 c. 1. de reſtit. in integ. pro qua adducit ſingulare dictum Innocentij in c. quia propter, de elect. vbi dicit, quòd † electus eſt tutus in foro animæ, ſi electio ſua tenuit de iure gentiũ, licet non fecerit ſeruata forma tradita à iure poſitiuo; quia illa forma eſt introducta propter ſcandala, & deceptiones euitandas. Vnde ex quo omnia iſta ceſſarunt, & interuenit verus conſenſus, ſatis eſt is tutus quoad Deum, & tenebis inquit Abb. menti ſemper illud dictũ, quia valet in omni actu, in quo eſt prætermiſſa ſolemnitas iuris poſitiui, vt in foro animæ non teneatur quis ſibi de hoc facere conſcientiam, ex quo non interuenit ſibi aliqua deceptio, & affuit conſenſus habentium actum explicare de iure naturali. Ex quo infert
6 ꝙ in foro conſcientiæ æquitas iuris naturalis † præfertur rigori iuris poſitiui, & per eundem d. c. 1. de reſti. in integr. Sequitur in ſuo repertorio Corſe. in verbo ſolemnitas; ſed ſecundùm quẽdam Doctorem aduerte, quia D. Anto. & Abb. non videnť intellexiſſe dictum Innoc. quia ipſe loquitur, qñ non affuit bona fides in eo, qui emit, ſed dolus vel fraus, qñ vt ipſe etiam fatetur, non habetur tunc effectus formæ inducꝛ, vc3 vt euitentur deceptiones, quæ hic non euitantur, & titulus hr̃ pro non titulo; quia omne, ꝙ non eſt ex fide, peccatum eſt. c. fi. de præſcrip. Idcircò illud cum bona conſciẽ-
7 tia retineri non poteſt, quia † ad hoc vt cum bona conſcientia poſſit retineri, requiritur iuſtus titulus, & bona fides ſecũdum cum, & ita etiam fuit loquutus Innoc. d. c. quia ꝓpter, dum dixit, ꝙ ſine culpa non perdit electus ius ſibi quæſitum, quando eſt omiſſa ſolemnitas, quia ſi culpa eius eſſet, ius ꝓderet. Et ſine dictis ſolemnitatibus nõ poteſt explicari actus licitæ alienationis, nec etiam conſtitui procurator ad alienãdum res eccleſiæ; quia pone ꝙ ab epiſcopo Florentino ſit ꝙſtitutus Titius ad alienãdum certum prædium eccleſiæ, & certe eſt dicendum, ꝙ facere id non potuerit epiſcopus, niſi ſuper ipſo prædio alienando interuenerit tractatus, cauſę cognitio, & deliberatio de alienando; primò enim debuerunt prædicta fieri, deinde ſic iſtis peractis habet conſtitui Procurator, per ea quæ dicit Feder. de Sen. in conſ. ſuo 95. circa medium. verſ. ſed non puto. Refert, & ſequitur Laurẽ. de Rodul. in ſua repe. c. ſine exceptione, 12.q.2. col. 54. Sequitur Socyn. cõſ. 52. in princ. lib. 4. Tiraquel. de leg. cõnubial. in verbo ꝙcter. gl. 5. num. 185. vbi dicit, ꝙ non valet deputatio ꝓcura-
8 toris facta ad vendendum, † ſi in deputatione non interuenerunt ſolemnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſię ꝑſertim ſi nõ fuit factus aliquis tractatus, de quo debuit fieri ſeparatim inſtrm̃, & notarius debet atteſtari fuiſſe factum in ſua præſentia eiſdem die & loco. Nec in hoc ſtatur uerbis alienantium, vt per Socy. ibidem num. 4. & per Grama. deci. 79. num. 15. & ſeq. Aegid. deciſ. 671.

Sed ꝙ valere non debeat ꝯctus alienationis rei eccleſię factus ſine ſoẽnitatib. ẽt ſi vtilis ſit eccleſiæ, videntur tenere Iacob. Butrig. Alber. Barto. Angel. Fulgo. Paul. de Caſtr. & Iaſ. poſt alios, l. cum hi, §. eam tranſactionem. num. 2. ubi dicit, ꝙ oẽs ita tenẽt, ff. de tranſact. Abb. c. nulli, num. 7. de reb. eccle. non alie. in c. vt ſuper, num. 17. eod. tit, c. quæ in eccleſiarum, 4. no. vbi Fely. 1. col. Augu. Berou. num 46. de conſtit. Socyn. conſ. 80. col. 2. uerſ. ad hanc obiectionem. Alcia. lib. 1. nume.
* 17. in tract. de uerb. ſigni. in ſpetie atteſtatur eſſe communẽ opinionem Dec. conſ. 142. num. 4. & conſ. 282. num. 6. uerſ. ſecundum communem opinionem, Rip. in l. is cui bonis, nu. 47. ff. de uerb. oblig.

9 Sed ſuper hoc ego puto cogitandum † in caſu utilitatis, per ea quæ latè adduco infra in caſibus, in quibus fiunt alienationes ſine ſolemnitate. uerſ. item in caſu utilitatis, ad finem; & quia ẽt aliter ſentire uideť additio ad Abb. in c. quæ in eccleſiarum, in uerbo in caſu, quæ reſpondet ad allegatos Doctores. de conſti. & multa in fauorem adducit, & quia per Innocen. & omnes in c. 1. de his, quæ fiu. ubi limitant, & intelligunt dictam communem opinionem, ꝙ nõ ualet alienatio
10 ſine ſolemnitatib. etiam ſi ſit utilis, niſi † eccleſia uel minor ratificet ꝯctum alienationis adhibẽdo debitas ſolemnitates; quia ratificando cum ſolemnitatibus, ꝙ facere ipſa eccleſia põt, licet hoc non poſſit eius aduerſarius, uel ꝯtrahens cum ea, bene ualet talis contractus ſine ſolemnitatibus, glo. in c. 1. ne ſed. uacan. Matthæ. in notabilibus, 255. no. Alber. Fulg. Iaſ. d. §. eam, glo. in addi. ad capel. Tholo. deci. 98. Facit gl. eadem ad deciſionem uel q. 102. ad fi.

11 Sed utrum qui emit, † aut habuit rem eccleſiaſticam nõ ſeruata forma, & ſolemnitate poſſit rem ſic habitam prę ſcribere, & licet de iure ciuili uideaṫ, ꝙ ſic, quia ſpatio 40. anno. ẽt ſine titulo procedit præſcriptio, & ẽt ſine bona fide. l. oẽs, & per totum. de prę ſcrip. 30. uel 40. an. & Tancred. ẽt ſecũdùm ꝙ refert Alber. in auth. hoc ius, tenet, ꝙ talis titulus ſufficit ad præſcriptionem, modò emptor ſit in bona fide, tñ de iure canonico res eccleſiæ taliter alienata non præſcribitur. ꝑ Bar. Brixien. quæſt. 144. incip. eſto quòd res, cap. poſſeſſor mala fidei. de reg. iur. in 6. & c. qui contra, cum ibi no. per Dyn. 96. diſt. bene quidem. Et ibi gl. vbi Archi. Facit. c. hoc conſultiſſimo, de reb. eccl. non alie. §. 1. per alia adducta per Alber. d. auth. hoc ius, uerſ. item quæritur.

12 Et quia ſolet quæri, † an in conficiendo actu alienationis rei eccleſiaſticæ ſoleant eſſe neceſſariæ ſcripturę. tex. in authen. hoc ius. C. de ſacroſan. eccle. uidetur dicere, ꝙ ſic, ut. l. iubemus, §. fi. C. de epiſcopis, & cler. tñ ſecundum Innocen. quem refert Bald. in auth. hoc ius, colu. 4. uerſ. extra quæro, non eſt neceſſaria ſcriptura, quia ſecundum canones non eſt neceſſaria ſcriptura, & ualet contractus ſine ſcriptura, tamẽ dicit, quòd eſt bonum adhibere ſcripturam; quia, licet non ſit neceſſaria à principio pro ſubſtantiando contractum, oportet tamen, quòd quandoque fiat ad probandum contractum eſſe factum, ut ipſe no. in cap. dudum, de reb. eccleſ. alij tamen dicunt, quòd ſcriptura non exigitur, quia decretales non dicunt.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles prætioſæ quoad alienationis ſolemnitatem æquiparantur immobilibus.*

2 *Solemnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ debent adhiberi in alienatione rerum hoſpitalis, & cuiuslibet alterius loci pij.*

3 *Eccleſia ſi concedat in emphyteuſim non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, emphyteuta tenetur nihilominus ſoluere canonem.*

4 *Conductor rei eccleſiæ ad euitandam ſolutionem penſionis non poteſt opponere, quòd in locatione non interuenerint debitæ ſolemnitates.*

5 *Eccleſia, & alia pia loca æquiparãtur in ſolẽnitate obſeruãda ĩ alienõne.*

Caſus VII.

De eadem materia.

ET iſtæ ſolẽnitates adhiberi ſolent in rerũ immobiliũ alienõne, & in rerũ mobiliũ
1 ꝓtioſarũ diſtractione, ꝙa res mobiles ꝓtioſæ, quoad alienõnis ſolẽnitatẽ, ęquiparanť immobilib. di xi ſup. ſuo loco in rub. de mobil. rerũ aliena. late ꝑ Imol. in c. 1. de depoſ. ext. in col. 8. uerſ. ſed iuxta ꝑdicta ꝑ totũ. ꝑ Alex. in ꝯſ. 4.3. vol. 3. col. uerſ. ꝙ aũt, ubi dicit, ꝙ aliter factus ꝯctus nõ tenet, & ꝑ Bal. auth. hoc ius, C. de ſacroſ. eccl. Io. And. Anto. de But. Imo. et Abb. in c. nulli. de reb. eccl. nõ alie. Et iſtæ ſolẽnitates nedũ dẽnt adhiberi qñ alienanť res alicuius ec-
2 cleſię, ſed ẽt quãdo † hoſpitalis, uel alicuius alterius loci pij. per Alex. & allegatos Docto. d. locis, eſt tex. extrauag. ambitioſę, extraua. cõ. de reb. eccl. non alie. Vlterius ultra caſus ꝑ-

Source : BIU Cujas

dictos,& solemnitates narratas in alienatione rerum ecclesiæ immobilium,& mobilium prætiosarum habet interuenire vnum aliud ex parte tamen emptoris, quia videlicet emptor habet cõuertere prętium in causam illam, pro qua res alienatur,& habet esse sollicitus de tali conuersione,& vt id fiat,vt per eundem Imol.ibidem,& per Innoc. ibidem antè,& per Imolam in illis verbis,Innocen.tamen, & similiter tex d auth.hoc ius,solùm loquitur de re immobili, ideò de iure secus videtur de re mobili,tutius tamen est propter vitandas opiniones probare idem in re mobili prætiosa, qñ venditur, & sic tunc sit sollicitus prętium conuerti in causam illam propter quam fit uenditio.& glo.est, quæ dicit in auth.hoc ius,in verbo in solutum,decima quæstione secunda. Dico aliquid suprà in causa utilitatis, ad finem quæstionis. Sed uide quæ dico infra in quæstione, an & quomodo ex mut.oblig.eccl.& in quæst. an & quomodo ex contract.vel fact. &c. ubi est materia, quia regulariter id videtur intelligendum in mutuo, non in alijs contractibus in quibus videtur,quòd sufficit,vt soluatur de mandato superioris,vt dictis locis.

Vnum tamen aduerte quod Ias.dicit in l.2.C.de iure emphyteut.quod inquit est magnum in tempore præsentis titu
3 li,videlicet † quòd si ecclesia concedat rem in emphyteusim non seruatis debitis solemnitatibus, de quibus in Auth. perpetua,& in auth. si quas ruinas,C.de sacrosan.eccl.& ca. vt super,de reb.eccle. non alien. quod tamen emphytheuta ità tenetur soluere canonem ecclesię, sicuti si emphyteusis fuisset concessa cum debita solemnitate,per text.in §.si verò quem,vbi Angel.in 1.not.in Auth.de non alien.col.2.ut per Ias.d.loco.colum.2.vers.vnum tamen,sed id puto esse in fauorem ecclesiæ,& si ex eo contractu adsit ecclesiæ utilitas, per ea quę dixi supra in causa vtilitatis,& rubr.de casibus in quibus fit aliena.sine solemnitate.casu duodecima. Facit,qa
4 † conductor rei ecclesiæ,qui rem possedit,ad euitandam solutionem pensionis præteritę non potest opponere exceptionẽ,quod in locatione non interuenit consensus superioris,vt requiritur secundum omnes.ad not. per Innocent. & Abb.cap. .de his,quę fiu.à prela.per Dec.cap. quę in ecclesiarum.de consti.Rota in manu script.decis.Crescen. 122.incip.non potest.de pensio.Et istę solemnitates,quæ adhibentur in alienatione rerũ ecclesię,tã adhibentur,si fit alienatio rei ecclesię,q̃ si fiat alienõ alterius cuiuslibet loci pij. Quia
5 ecclesia.& alia loca pia æquparant † in solẽnitate obseruãda in alienatiõe, quemadmodum enim ecclesia restituitur in integrum stante lęsione,ita loca pia si læsa reperientur,no.Io. Andr.in c.2.de in integ.restit lib 6 à iure enim illa æquiparãtur.per no.in cap.requisiti,de testam.nor.Abb.post Host in cap.nulli.de reb.eccl.non alien.2.colum. Facit extrauagan. ambitiosæ,extrauag.comm.de reb.eccles.non alie ubi tex. videtur prohibere alienationem rerum ecclesiarum,& aliorum piorum locorum per illa verba,ecclesię, monasteria, & pia loca, &c.quia sicut res ecclesiæ non possunt alienari regulariter sine solemnitate,ita nec bona capellæ,per Ang. in auth.de eccl.rerum immob.alien.colum.5.per illum tex. & p tex.in Authẽ. de alien.& emphyteu.§.& hoc ẽt,in auth. de non alie.§ vult enim,& §. nos igitur, ibi actio pia constituit,& §.si minus.colum.1.secundùm Ang.vbi etiam dicit, quod idem est in bonis fraternitatis laicorum, quę pariter non alienantur sine solemnitate.

SVMMARIVM.

1 *Subbastatio,tractatus,& huiusmodi præambula probant instrumentum factum super principali.*
2 *Confessio prælati,& capituli præiudicat, quando totum capitulum cum prælato consensit.*
3 *Instrumenta antiqua habent præsumptionem prosę.*
4 *Temporis cursus licet non sit contractus, tamen assidui actus cum continuatione possessionis præsumptionem inducunt.*
5 *Solemnitates extrinsecę licet non præsumantur, tamen secus est,si diuturnitas temporis concurrat.*
6 *Sententia,à qua non est appellatum,habet iuris præsumptionem prosę. Item consensus capituli ob antiquitatem.*
7 *Verba enuntiatiua, quę respiciunt essentiam actus scripta de voluntate partium fidem faciunt.*
8 *Verba enuntiatiua, quæ non sunt ex eodem contractu non faciunt fidẽ.*
9 *Verba enuntiatiua non probant, vbi opus est scriptura.*
10 *Probatio per confessionem æquipollet scripturæ.*
11 *Decreti interpositio facit præsumi omnia solemniter acta,& num.5.*
12 *Decreta,& consensus requisiti in alienationibus ecclesiasticis interponuntur per modum uoluntariæ iurisdictionis.*
13 *Solemnitas præsumitur interuenisse.*
14 *Contractus solemniter celebratus præsumitur quando in instrumento fit mentio de solemnitate,& interuentu decreti.*
16 *Authoritas sedis apostolicæ præsumitur interuenisse,quando cum diuturnitate temporis concurrit scientia eius, cuius requirebatur consensus.*
17 *Decretum præsumitur interuenisse ex temporis diuturnitate.*
18 *Solemnitas tractatus,& consensus capituli præsumuntur, licet in inuestitura non dicatur interuenisse.*
19 *Emphyteuta,qui diu rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit canonem,præsumitur solemniter institutus.*
20 *Vasallus,qui per decem annos possedit castrum,præsumitur uassallus,& inuestitus de castro.*
21 *Consensus directi domini præsumitur interuenisse ex patientia longi temporis.*
22 *Filius habitans per decem annos seorsum à patre præsumitur ab eo emancipatus.*
23 *Alienatio facta per pupillum, uel ecclesiam sine solemnitate requisita non transfert possessionem.*
24 *Qui contra iura mercatur,nullam inde possessionẽ acquirere potest.*
25 *Emens à prælato sine solemnitatib. an si habeat bonam fidem præscribat.*
26 *Possessor,qui diu rem possedit pacificè,etiam sine titulo, non tenetur ad restitutionem fructuum.*
27 *Solemnitas quælibet remissa intelligitur per commissionem,& indulgentiam Papæ.*
28 *Papa si mandat alienationem fieri,non requiruntur solemnitates.*
29 *Papa reuocans alienationes ex defectu solẽnitatis,intelligitur reuocare alienationes inferiorum,non aũt factas in exequutione mandati sui.*

Casus. VIII.

De pręsumptione solemnitatum an locum habeãt quãdo prælatus bona ecclesiæ alienauit. & multa de probatione resultante ex antiquitate.

SEd an in alienatione rei ecclesię facta p prælatũ p̃sumat̃,q̃ interuenerit oĩs solẽnitas nec ne,videri possunt q̃ adduco in rubr.de consen. vers.& an p̃sumat̃,ubi uideri põt,& ultra ea uideri possunt, q̃ docte adducunt̃ p Bal in suo cõs.496.vol.5.inci. qdã p̃latus, ubi in quadã p̃mutatiõe antiqua anno 80.q̃rit utrũ p̃sumat̃, q̃ interuenerit oĩs solẽnitas,vbi dicto prius,q̃ extrinsecę solẽnitates nõ præsumuntur,puta tractatus, qui debet diuersis temporibus ab ipsa permutatione interuenire; vnde non p̃sumitur inesse, quare illæ tantum solemnitates interuenisse præsumentur,quæ regulariter contractui inesse solent, ut illæ demum insint,quæ incontinenti fuerunt,non autem, q̃ ex interuallo.per tex.in l.quęcunque.§.fin. de publi.per doctrinam quam adducit Innocen.in istis solemnitatibus, q̃ non præsumuntur,nisi potuerint interuenire ex cohęrentijs ipsius contractus,in cap.cum iure,extra de offic.delega.cap. quoniam contra falsam,de probatio. c.innotuit de eo qui furt.ordin.sucep.tamen post tener contrarium per glo. unicam in iure in l.1.C.de fid.instrum.& de iure hast.fiscal. libr. 10.quæ habet q̃ subbastatio,tractatus & huiusmodi præam
1 bula † p̃bantur per instrm̃ factũ super principali q̃ctu,in quo tabellio de uoluntate partiũ confitentiũ facit mentionẽ de istis solemnitatib. & loquif gl.in q̃ctu fiscali, ergo idem in ecclesia.Nec,inquit Bald.dicat aliquis confessio p̃lati,& capitu
2 li nõ nocet ecclesiæ,qa imo nocet, qñ totum capitulum cũ p̃lato consentit, secus si esset maior pars capituli, & non integrum capitulũ,glo.singularis auth.hoc ius.C. de sacrosan.
3 eccl.Et ad hoc,inquit,idẽ facit,† qa p̃sumitur pro instrumentis antiquis,credibiliora.n.sunt,qa antiquiora,50.distin.dño sancto meritisq̃; Beato,& no p̃ Cyn.C.de fid.instru.l.emãcipatione,vt p̃ Bal.d.loco.vbi deueniẽdo ad resolutionẽ scẽdi q̃ siti,an vc3 in casu illo p̃sumat̃ p̃mutatio,dicit,q̃ sic,qa l3 so-
4 lus cursus † tp̃s non sit q̃ctus,vel quasi,tñ assidui actus, & cõtinuatio possessionis correlatione respondentis inducũt p̃sumptionẽ p̃mutationis,& legit̃,& notat̃ in l pe. C.cõmu.dd uid.diuisio.n.inquit,de qua ibi loquit̃,est q̃dã p̃mutatio partis ad partẽ,vt plenè no ff.de usucap. l.cũ solus. Facit quod legitur,& notatur.l duę filiæ,ff.pro socio,& non solũ p̃sumit̃ q̃ctus,uel quasi,sed eius solẽnitas,est casus.C.de pet.hęred.l. si filius,& l.q̃ in aliena.ff.de acq.hęred.l.si filius, & l.q̃ in aliena.ff,de acqu.hæred.qa licet aliæ solẽnitates extrinsecæ non
5 p̃sumant̃.d.l.q̃cunque.§.fi.de publi.tñ † fallit si diuturnitas tẽporis adsit,p̃ Ang.in l.fm.ff.de verb.obli.p̃ text.ĩ l.si filius.C.
6 de peti hære.p̃ Capic.decis.16.vbi hĩ,† q̃ p̃sumitur pro consensu capituli ob antiquitatẽ.p̃ D.Anto.de Butr.quẽ citat in c.ea noscit,de his q̃ fiu.à p̃la.p̃ Soci.in cõs.115.inci circa primã qõnem.1.vol.1.col.Et deueniendo ad respõsionẽ tertij q̃ siti,vc3,an ex quo p̃latus cũ capitulo in instrumento cõfessi fuerunt de dictis solẽnitatibus,utrũ dicta confessio, & uer
7 ba enuntiatiua faciãt fidẽ rei,dico,inquit idẽ Bal q̃ † q̃dã verba sunt enũtiatiua,q̃ respiciunt essentiã actus, q̃ talia verba scripta de uolũtate partiũ faciũt fidẽ,l.optimã.C.de cõtrah. & committen stip.nisi in personis contrahentib.esset inhabilitas,l.eum quis decedens,§.codicillis, ff. de legat.3. & not.

ff.de

Source : BIU Cujas

ff.deleg.3.& not.ff.de probatio.l.qui testamentum. Si autē
8 † verba enuntiatiua non sunt ex eodem contractu, vel dispositione,tunc non faciunt fidem.C.de testamē. milit.l.ex uerbis fortunato,cum sua materia; est tamē aduertendum, ꝙ,vbi esset necessaria scriptura de ipsis singulis actibus,non probaretur per uerba enuntiatiua generalia;vnde,si singuli
9 tractatus requirerent scripturā de per se, nō † sufficeret scripturæ confessio facta verbis enuntiatiuis de actibus dudum præteritis,quia non interuenit sacramentum pro vt interuenire debet,& pro vt est de forma.l.1.C.de iure emphyt. Veruntamen nulla lex dicit,ꝙ isti tractatus non possent probari per testes,ergo scriptura non est de substantia. Præterea
10 † probatio per confessionem æquipollet scripturæ, vt singulariter not. in authen. de æqualit. dot.§.aliud. Item legis p̄sumptio æquiparat̄ appochæ.tex.est no. C.de appoc. pub.l. quicunque,& sic de primo ad vltimum, inquit concludendo,sentio,quòd contractus præsumatur præcessisse permutationem,& omnia solemniter acta, &c. vt ibi per eundem Bal.Sequitur idem Bal.in cons.221.1.volum. vbi dicit, ꝙ in
11 alienatione ecclesiastica,de qua ibi per eum,† ex quo superior posuit consensum,vel decretum, omnia præsumuntur solemniter,& legitimè facta,in Spec.in tit.de emptio. & venditio.§.nunc dicendum,in tit.de emptio.& uenditio. §.nūc dicendum,vers.breuiter scias, & inquit vera sunt, maximè in factis antiquis, pro quibus magis p̄sumitur, per Innocen.c.Albericus,de testi.per Cyn.de fid.instrum.l.emancipa
12 tione;præterea decreta † ista,& isti consensus requisiti in alienationibus ecclesiasticis interponuntur per modum uoluntariæ iurisdictionis, & inter consentientes; nō enim reddūtur in inuitum,etiam citatum, & ideò p̄sumitur †
13 solennitas interuenisse, notat Innocen.in ca.quoniam contra falsam,extrà de eo,qui furt.ordi.suscep.c.innotuit.Item nō præsumitur,quòd ipsi cōtrahentes sint immemores salutis æternæ;maximè cum sint uiri religiosi,l.fin. C.ad leg. Iulia. repet.& aliàs vt per Bald.d cons.221.1.vol.incip. primò quæritur,idem Bald.in cons.314.vol.5.incip.in Christi nomine, utrum dictus contractus,ubi dicit, quòd contractus præsu-
14 mitur solemniter celebratus,& omnia solemnia in eo interuenisse,quando in instrumento fit mentio de solemnitate cum interuentu decreti.Vnde standum est instrumento cū republica celebrato,alleg & d.gl.in de.l.1.C.de fid.instrum.
15 iure hast.fisca.lib.10.& dictum Specul.† quòd,vbi inuenitur decretum superioris appositum in uenditione, ibi præsumuntur omnia solemniter acta.Specul.de emptio. & uenditio.§.nunc dicendum.uersi.& breuiter scias. Et ex diuturnitate temporis in alienatione rerum ecclesiæ, præsumitur interuenisse authoritas sedis Apostolicæ.ad tradita p̄ Doc. in l.si certis annis,C.de pact.& in l.qui in aliena,ff.de acquir.
16 hæred.† sed id procedit,quando unà cum temporis diuturnitate concurrit scientia, & patientia ei cuius requirebatur consensus,Alexand.in cons.9.num.8.lib.3.& cons.17.num. 8.lib.4.Afflict.decis.107.num.7.uers.præterea,Aymo.in tertia parte de anitq.temp.§.1.num.18.in vers.secundo limita. Sed vide Aymon.Crauet.de antiquit.temp.§.venio, vers.primus casus,ubi dicit,ꝙ videtur sufficere decennium cū scientia,& patientia.Et dicit Fely.in cap.Albericus.extra de testi. ꝙ si reperitur instrumentum cōtinens alienationem rei ecclesiæ,in qua requirebatur decretum superioris, & lapsum
17 sit longum tempus, præsumitur † illud decretum interuenisse,secundùm Petr. de Ancharan consil.130. incipien. ex consiliis.Hinc est,ꝙ,si emptor rei ecclesiasticæ possedit diu rem alienatam,licet in instrumento suo non dicatur de solemnitate adhibita tamen præsumitur,secundùm D. Anto.
18 & Imol in cap.ea noscitur,de his,quæ fiu.à prælat.Et † solēnitas,tractatus,& consensus capituli,quæ requiruntur in alienationibus bonorum immobilium, præsumuntur, licet inuestitura non dicat, quamuis transierit longum tempus. per Alex.cons.79.1.vol.incip.circa primùm. per Ias. qui refert in l.sciendum.de verb.oblig.vbi Bar.& omnes Doctores tractant de præsumptione solemnitatis. Sed vide & distingue,vt distinguo suprà in rub.de consensu.prope finem. Facit Ias.in l.qui in aliena,ff.de acquir.hæred.vers.ultrà Bart. mihi num. 48. quòd si aliquis diu tenuit rem tanquàm em-
19 phyteuta,& pro † ea soluit debitum canonem, præsumitur emphyteuta,& solemniter inuestitus,licet non possit ostēdere inuestituram,aut instrumentum emphyteuticum; & idē
20 † inquit in eo, qui tanquam vassallus per 10. an. possedit castrum,præsumitur vassallus,& inuestitus de castro; & quando emphyteuta alienauit ius suum ex scientia,& patientia alō
21 gi temporis,præsumitur † quòd directus dominus consentit,quia non est multum præiuditiale domino directo præsumere talem consensum,cùm saluum sibi remaneat ius directi dominij.Et filius qui per 40. annos habitauit seorsum
22 † à patre,præsumitur ab eo ēmancipatus.Facit, quia si filius mortuo patre dicat certum fundum sibi fuisse a patre donatum,eo quia per decēniū viuo patre, & patiente eū possedit de fructib. pro libito uolūtatis disponēdo,certè hoc mō præsumitur,& probatur donatio,ut ibi per Ias.Sed,quia,inquit D.Lauren.d.l.loco,dicimus,ꝙ in alienatiōe rerum hospitalium habet interuenire decretum episcopi, est uidendum quo tempore habeat tale decretum interponi, ante, uel post.Et ꝙ ante debeat interponi,dicit Io. de Ligna. in c. si quis præsbyterorum.de reb.eccle.non alien.referens Paulum dixisse,ꝙ sic,Clem.quia contingit.de relig.dom.Et subdit,quòd si tu ponderas uerba illius Clem.illa bona sortiunt̄ naturam bonorum ecclesiarum,& decretū interuenit,quia etiam æquiparantur bonis pupillaribus,habet enim fieri inuentarium,& ideò concludit interuenire debere decretum. Et dicit ibi plus,quòd non sufficit interuenire post contractum,sed habet interuenire,uel ante,uel in liminibus cōtractus,si uolumus contractum esse ualidum.

Et,si fiat alienatio uel per pupillum,aut ecclesiam sine solēnitate requisita,per alienationem taliter † factam non tran-
23 fertur possessio.per Bar.in l.si vir.ff.de acquir.poss.Bald. in l. fin.C.si quis alteri uel sibi.Sequitur Augu.Bero.in cap. episcopi.extrà de reb.eccle.non alien.col.3.uers.quartò,ubi dicit,ꝙ ex simplici traditione facta ob simplicem alienationē rei ecclesiæ indebite factam,nō transfertur possessio, pro vt possessio est quid iuris,nisi quid aliud ultra sequatur, uiolentia,aut inuasio,occupatio rei clādestinæ, uel uiolenta. Et est
24 ratio,quia cōtra legis,& canonis prohibitionem, ac contra iura mercatur,nullam inde possessionem acquirere potest, l.quemadmodum.C.de agri.& censi.li.11. dicitur ergo trāsferri sola occupatio,& detentio.

25 Sed an emens à solo prælato † rem ecclesiasticam sine solemnitate,& non seruatis his,si habet bonam fidem præscribat,format de hoc quæstionem,59.Bar.Brixien.& Io. And. in cap.hoc consultissimo,de reb.ecclesiæ non alien.in 6.se remittit ad not.in c.cura,de iure patro.vbi habetur, ꝙ autipse præscribens errabat in iure,vt quia credebat ualere contractum,qui non ualebat,& tunc non præscribit, secus si errabat in facto,quia credebat prælatum uendidisse de consensu capituli,qui tamen consensus non interuenerat, & tunc p̄scribit,ut per glo.in cap.2.de his.quæ fiu.à præla.& in cap.de causa.de præscrip.ꝙ per Modern in d.cap.cura. Facit,ꝙ no. Ang.in l.præscriptione,quib.non ob. long. temp. præs. ꝙ si
26 possessor diu pacificè possedit aliquam rem,absque controuersia,quantumcunque sine titulo, non tenetur ad restitutionem fructuum,allegat not.per Inno.c cum uenisset, de restitut.in integr.ad not. in l.1. C.de ser. fugit. ubi habetur, quòd multum pro eo præsumitur, qui diu possederit. Sed istis ad longum deductis non obstantibus,si sit rescripto Papæ deputatus commissarius super alienatione facienda, discussio,quæ mandatur commissario,& quæ fit per eum, ha-
27 betur loco tractatus, † & omnis solemnitas est remissa per commissionem, & indulgentiam Papæ, & satis est seruare verba rescripti,vnde pure sine alia solemnitate, & authoritate potest iuridice prælatus,& Rector, habita licentia Commissarij,alienare,per Abb.cons.41.1.vol.per Anto.Capic.decisio.16.3.col.num.4.quia regulæ iuris,quæ se habent,quòd
28 in † alienatione rerum ecclesię iam dictæ solemnitates requrantur,non habent locum,quando Papa alienationem ipsā fieri mandaret,seu disponeret, cum dominus sit omnium ecclesiarum, not. in capitu. proposuit, de concession.prębend. Capic.d.decisio.numero primo, quia alienatio Papę ex defectu solemnitatis non impugnatur: solennitates enim requiruntur in alienationibus inferiorum, quę etiam fieri non possunt Papa inconsulto secundum aliquos in extrauag.ambitiosæ,extrauag.comm. hoc tit. cum maior solennitas dari non possit Et ideò vbi Papa consistorialiter disposuit bona alienari certa aliqua recompensa, aut forma data,satis solemniter dici debet facta alienatio, postquā non solum Papę,verum & Cardinalium consilium, & deliberatio accedit,vnde præsumendum est omnia solemniter acta. l.omnium.vbi Docto.C.de testa.eoque maxime quādo Papa mandat fieri alienationem sine alijs solemnitatibus,& solemnitates supplendo,quas solemnitates,ex quo sunt de iure positiuo introductæ,cui Papa non subest,potest Papa tollere,& supplere pro libito,vt in terminis alienationis eccle-
29 się dicit Alex.cōs.79.col.5.uers.circa 6.1.vol.† Et,si Papa vult reuocari ex defectu solēnitatis alienationes,est intelligendū de alienationib. inferiorū,in qb. solēnitates sunt necessarię, non in alienationibus factis in exequutione mādati Papę cō sistorialiter,ēt data certa forma,put ego uidi pōderari bullā Pauli 4.editā in hac materia in cā Roma.Casaliū,in allegationib.famosissimi aduocati.Per hęc sit dictum de solēnitatibus q̄ interueniuut in alienationibus rerum ecclesię.Sed qa multū interest scire ī materia ista,quid ueniat appellōne ecclesię in casu alienōnis, & an appellōne ecclesiæ veniāt loca pia,& pari mō qd ueniat appellōne rerū in mā alienōnis ec-

Source : BIU Cujas

eccleſiaſticæ, his duobus breuiter abſolutis per duas quæſtiones vel rubricas, dicemus de caſibus, in quibus fit alienatio rerũ eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, vt expreſſis caſibus, & rebus, in quibus non fiunt alienationes ſine ſolemnitatibus, habeas quoque de caſibus, in quibus res eccleſiæ poſſunt ſine ſolemnitate diſtrahi.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ, & alia pia loca quoad ſolemnitatem ſeruandam in alienatione bonorum æquiparantur.*
2 *Pia loca ob læſionem paſſam ita reſtituuntur in integrum, ſicut eccleſia.*
3 *Eccleſiæ appellatione, in materia noſtra comprehenditur omnis pius locus.*
4 *Eccleſiæ appellatio proprie loquendo non comprehendit monaſteria, nec loca pia.*
5 *Pius locus, ſiue religioſus intelligitur ille, qui fuit fundatus authoritate epiſcopi.*
6 *Bona loci fundati ſine authoritate epiſcopi uenduntur ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus eccleſiæ.*
7 *Hoſpitale fundatum ſine epiſcopi authoritate non eſt perpetuum, & an gaudeat priuilegio relictorum ad piam cauſam.*
8 *Fraternitates, quæ ſine epiſcopi authoritate fundatæ ſunt, non poſſunt dici pium collegium.*
9 *Fraternitates diſciplinatorum, & battentium, an dicantur pia loca.*
10 *Fraternitates an ſint perſonæ eccleſiaſticæ.*
11 *Prohibitio de alienando non procedit in rebus fraternitatum.*
12 *Res relictæ pauperibus in genere ſine ſolemnitate alienari poſſunt.*

Rubrica. 31.

An in materia alienationis eccleſiaſticæ, appellatione Eccleſiæ veniant loca pia.

SEd, quia aliquãdo euenit, q̃ alienantur bona nedum eccleſiarum, ſed & monaſteriorũ, hoſpitalium, capellarum, oratoriorum, aliorumque religioſorum, piorumque locorum, puto, q̃ ſit bonum ſcire, an ſolemnitates, quæ in alienationibus eccleſiaſticis interueniunt, habeant interuenire ſolùm modò, qñ bona eccleſiarum diſtrahuntur, an verò indiſtinctè in alienatione rerum cuiuslibet ſacri, religioſi, pijque loci. Et breuiter cõclu ſiuo modo procedendo videtur dicendum, q̃ dicta ſolemnitas habeat interuenire, nedum quando bona eccleſiæ alienantur, ſed etiam quando cuiuslibet alterius pij loci, quia
1 quoad ſolemnitatem ſeruandam † in alienatione bonorum æquiparantur eccleſiæ, & alia loca pia; Et prohibitio de non alienandis bonis eccleſiæ Conſtantino poſitę, de qua in l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. hodie eſt porrecta, & extenſa ad omnes alias eccleſias, aliaq; pia loca, auth. hoc ius. cano nizata. 10. q. 2. & in corpore in authen. eod. titu. §. quia verò Leonis, quia dicit Hoſt. in cap. 1. extra de reb. eccl. non alie. Papa uoluit in hoc approbare dictas leges, ſiue conſtitutio-
2 nes; quia, ſi eccleſia † læſa in integrum reſtituitur, ita pari modo ob læſionem paſſam in integrum reſtituũtur etiam alia loca pia, dicit Ioan. Andr. in c. 2. de in integ. reſt. li. 6. quia iſta a iure reperiuntur æquiparata, c. requiſiſti, §. ſecus, extra de
3 teſta. ibi, & aliqua capellæ, vel monaſterijs, aut alijs pijs locis &c. c. De Xenodochijs, extra de relig. domi. Sequitur Abb. in c. nulli. extra de relig. dom. Sequitur Abb. in c. nulli. extrà de reb. eccle. non alie. in fin. Card. in Clemẽ. quia contingit. de relig. dom. per Ioan. Andr. quem allegat Abb. c. 1. de in integr. reſti. lib. 6. vbi in reſtitutione dicit pari paſſu procedunt eccleſia, & alij loci pij. Eſt factus tex. extrauag. ambitioſæ. extraua. comm. de reb. eccle. non alien. vbi monaſteria, & alia pia loca &c. quia dicit Rebuff. in repet. c. ſine exceptione. in verbo ne quis, q̃ omninò eſt interdicta alienatio rerum eccleſię. Item collegiorum, item capitulorum, etiam per Imperatorem. §. nos igitur. in authen. de non alien. Extenditur ẽt prohibitio ad bona hoſpitalium, leproſiarorum, & monaſteriorum, etiam mulierum, & alterius cuiuslibet pij loci. per Alexand. conſ. 3. viſo. 3. volum. in materia eius rubricæ ap-
3 pellatione eccleſiæ comprehenditur omnis † locus pius, vt intelligantur prohibitæ alienari nedum res eccleſię, ſed omnium locorum piorum, quia appellatio eccleſiæ hic large ſumitur; nam proprie loquendo eccleſia non † comprehendit
4 monaſteria nec loca pia, Ioan. Andr. cap. 1. de in integr. reſti. in ſexto. Abb. cap. ſecundo, de conſuetu. Bero. in rubrica de reb. eccle. not. idem in cap. nulli. eod. colum. antepenulti. num. 86. vbi dicit, quòd quoad ſeruandam ſolemnitatem in alienatione rei æquiparantur eccleſia, & loca pia, & ita communiter ſcribentes, per Anton. & Ioan. de Imola ibidem, vt per Bero. ibidem. Et Lapus in d. cap. de Xenodochijs, quòd eccleſia, & loca pia æquiparantur tantùm quoad authoritatem epiſcopi, & ęquiparatio procedit quoad authoritatem epiſcopi, non quoad aliàs ſolemnitates, ſed Petr. de Ancharan. quem allegat D. Anton. in capitu. nulli. hoc titu. extra. in Clemen. per literas, de in integrum reſtit. dicit, q̃ communis æquiparatio ſupra facta procedit in hoſpitalibus, & alijs pijs locis authoritate epiſcopi fundatis, ſecus in priuatis, ſecundùm Bald. in authen. hoc ius, & gl. cap. quidam, 18. q. 2. idem uoluit idem Petr. in alijs locis allegatus per Do. Andr. Et locus pius, ſiue religioſus intelligitur ille, qui fuit fundatus authoritate † epiſcopi, non quilibet locus celebrationi,
5 & diuinis, uel deuotioni, aut orationi ab aliquo deputatus, per doctrinam Innoc. in c. inter dilectos. extra de dona. ibi, aliter autem ſi eſſet locus religioſus factus authoritate epiſcopi &c. Sequitur Bald. in authent. hoc ius. C. de ſacroſanct. eccle. uerſ. ſed hic quæro, ibi reſpon. quod non habeat priui legium pię domus, quia non eſt conſtructum authoritate epiſcopi. per gloſſ. in capitu. quidam, 18. quæſtione ſecunda, & in Clemen. quia contingit, de relig. dom. ad fin. in gl. ordinaria.

Nam ſi hoſpitale, uel oratorium, aut aliqua religioſa alia domus, uel locus, ſiue capella ſit fundata non cum authori-
6 tate epiſcopi, † bona illius loci taliter fundati bene uendunt alienantur, aut diſtrahuntur ſine omnibus prædictis ſolemnitatibus in rerum eccleſiæ diſtractione interuenientibus, puta, ſi ſit hoſpitale priuatum, ut habetur de altari, q̃ habẽt nobiles in proprijs domibus, aut locus aliquis, q̃ ſit deputatus celebrationi, & orationi, vt fere eſt in palatijs magnarum p̃ſonarum, in quibus epiſcopus non habet inſtitutionem, nec deſtitutionem, quia non fuit eius authoritate fundatus, per doctrinam Innoc. d. cap. inter dilectos, de donat. Bald. d. authẽ. hoc ius. Imol. d. cap. nulli, Bartol. in l. conſtitutum. ff. de teſta. milit. quia non eſt pium, ſed potius profanum, nec habet priuilegia piæ domus, nec præſidentes, & ſeu miniſtri talium locorum, vel hoſpitalium gaudent priuilegio clericorum. per Anton. de Butr. in cap. 1. de for. compet. no. Bald. in l. orphanotrophos, C. de epiſc. & cler. ubi dicit, quòd taliter
7 † fundatum hoſpitale ſine authoritate epiſcopi non eſt hoſpitale perpetuum, licet ibi ſeruetur hoſpitalitas de facto, nã poteſt dominus, uel fundator pęnitere, per not. in d. Clementin. quia contingit. gloſſ. & ibi Paul. de Caſtr. conſilio 295.

Immo relicta, ſeu legata facta tali hoſpitali non applicantur eidem, cum talis domus ſit prorſus domus ſecularis, & non priuilegiata: tñ ex quo quomodolibet ſit legatum, eſt ꝓ tentatione pauperum, epiſcopus huiuſmodi legata capiet, diſtribuet inter pauperes, habito reſpectu ad perſonas pauperum, non ad locum; nec nomine talis hoſpitalis poteſt peti reſtitutio in integrum. per Bald. d. authen. hoc ius, uerſicu. ſed hic quæro, in fi. Habetur late per Fely. c. de quarta. 2. col. de præſcript. ubi dicit ſecundum Paul. quem allegat conſilio 295. in fin. & per Specu. de inſtru. edit. §. nunc aliqua, & uerſi. & ſcias, quod in alienatione bonorum obuenientium tali hoſpitali non requiritur ſolemnitas requiſita in alienatione bonorum eccleſiæ; tamen fatetur, quòd relicta tali loco gaudent priuilegio relictorum ad piam cauſam, ne patiantur detractionem falcidiæ, & quòd Andreas Syculus. cap. nulli, 1. colum. verſic. & pondera, dicit, quòd cum talia bona ſint deputata ad uſum pauperum, & ſint in protectione epiſcopi, uidentur fauore pauperũ mereri tale priuilegium ad euitandum diſceptationem alimoniæ ipſorum pauperum. Et dicit Petr. de Ancharan. d. Clemen. per literas, quòd hoſpitalia priuata non gaudent priuilegio eccleſiæ, ſublimitat eſſe uerum quantum ad priuilegia omnia, quæ habent aliæ eccleſiæ, ſed bene quantum ad bona tale hoſpitale gaudet priuilegio loci pij, & eccleſiaſticarum rerum; quia licet locus non ſit ſacer, aut religioſus, ex quo deficit ibi authoritas epiſcopi, eſt tamen pius, quia opera pietatis in eo exercentur, ex quo pauperes ibi ex eius bonis uutriuntur; ad quòd dicit habendam eſſe hoſpitalis conſiderationem, ut ſaltem talia bona ſint priuilegiata, licet non loca, per tex. quem multum commendat in l. omnia priuilegia. C. de epiſco. & cleric. ibi, valde enim hoc neceſſarium uidetur, cum exinde ſit ſuſtentatio, & educatio orphanis &c. Sed ſubdit Felyn. ego per hoc non diſcederem à prædictis. Primò, quia uideretur, quod Baldus in pluribus locis dixiſſet falſum, maximè in authen. hoc ius. Secundò cum imponãtur graues pœnæ alienantibus bona eccleſiæ, maxime per extrauagant. ambitioſæ. de rebus eccle. non alie. extrauagan. comm. eſſet res magna dicere, quòd tales pœnæ haberent locum in omni alienatione rerum deputatarum ad uſum pauperum. Tertiò, quia fundator diſponens, q̃ hoſpitale nõ eſſet ſubiectum epiſcopo, tacite uoluit, q̃ epiſcopus nõ haberet authoritatẽ in aliquo ꝯctu, aut diſtractu fiẽdo ð bonis hoſpãlis, tanq̃ magis ꝯfidens

Source : BIU Cujas

fidens de regimine posterorum, quàm episcopi; concedo tamen ꝙ, si per Gubernatores bona hospitalis dissiparētur, aut sine causa alienarentur, non dico per ipsum fundatorē, quādo episcopus hoc negligat facere, possit quilibet de populo ſeſe taliter iniuſte alienanti opponere, & reſiſtere, §. ſi autem locorum. in auth. de eccle. tit.

Fraternitates etiam, ſeu conſocietates licet ſint licitę, & collegium permiſſum, & capax, not. 11. q. 1. c. ſi quis, in gloſſ. ordinaria, tamen poſſunt ſine ſolemnitate res ſocietatis alienari, quia corpus fraternitatum bene poteſt res ſuas vende-
8 re. Nam, cùm † non ſint fundatæ iſtæ fraternitates epiſcopi authoritate, non poſſunt dici pium collegium, ſed omninò profanum, & ſeculare, & non priuilegiatum, vnde poteſt de ſuis bonis libere diſponere, ſicut collegia ſecularia, l. 1. §. quibus. ff. ꝙ cuiuſque vniuerſ. nom. per Bald. in authen. hoc ius, C. de ſacroſanct. eccle. qui dicit ita ſe conſuluiſſe. Quod quidem eſt verum, nam id apparet per eundem in conſ. 134. incip. factum. 2. vol. vbi dicit, ꝙ fraternitas ex quo non ſubeſt epiſcopo, & in qua epiſcopus non inſtituit ibi priorem, nec deſtituit, non eſt collegium eccleſiaſticum, cui ſi ſit factum legatum ex quadam deuotione, tamen non eſt legatum factum ad pias cauſas. Ergo quarta canonica non debetur epiſcopo, vt ibidem. Et melius per eundem Bald. conſ. 162. vol.
9 5. vbi quærit, vtrum fraternitates diſciplinatorum, † & battētium dicantur loca pia, ita ꝙ illud, quod eſt diſtribuendum inter pia loca, poſſit eis concedi? & dicendum eſt, ꝙ iſtæ fraternitates uiuentes ſub diſciplina, & quadam regula catholica, ſunt collegia approbata, non tamen ſunt pia loca, collegia, & domus eorum non ſunt piæ domus. Vnde nec ſunt pia loca, niſi habeant annexam eccleſiam, uel hoſpitale. Nā vita eorum eſt potius quidam localis, & honeſtus modus viuendi, quàm pius modus, & loca eorum non ſunt diuino vſui perpetuò deputata, cùm poſſint domum, in qua congregantur, vendere, ac etiam confraternitatem deſtruere, l. 1. & fi. C. de collegi. illici. ſecus videretur ſi ipſa confraternitas eſſet ordinata ad ſuſtentationem pauperum, in quorū uſum relicta ſibi facta conuerterentur, quia tunc bene videretur eſſe locus pius, vt per Bald. ibidem. Sequitur Bar. in l. fi. C. de de colleg. illicit. idem Bal. in l. id ꝙ pauperibus, 21. q. C. de epi
10 ſco. & cler. † & an fraternitates ſint perſonæ eccleſiaſticæ. vide per Doct. in c. 1. extrà de ſtat. monac. Sed an ſint loca pia, vide per Corn. conſ. 68. incip. circa, & conſ. 347. incip. videt, & conſ. 307. incip. in hac; per Petr. Rebuff. in c. ſine exceptione, 10. q. 2. ver. non tamē procedit, vbi habetur ꝙ prohibitio
11 non † procedit in rebus fraternitatum, quia ſunt omnino ꝓphanæ, & non ſunt quoad hoc priuilegiatæ, nec ſunt bona eccleſiæ. Vnde poſſunt res illarum, ſicut alia bona prophana, vendi ſine ſolenniate, l. 1. §. quibus. ff. ꝙ cuius. vniuerſ. notat Peruſ. cap. 1. extrà eo. Gemin. c. 142. diſtinct. nec habent, inquit, locum in rebus clericorum, quia non ſunt eccleſiæ, & aliàs vt ibidem.

Hæc aūt prohibitio alienationis habet locum in oratorio, ac rebus oratorij, quia poſſunt vendi ſine aliqua ſolemnitate, per Peru. in ca. 1. in 6. Rebuff. ibidem verſ. nec etiam.
12 † Res verò relictæ pauperibus in genere, nō tñ relictę pauperibus talis certi loci, non recipiunt hanc prohibitionē, & ſolemnitatem, quia bene poſſunt alienari ſine ſolemnitate, & prætiū inter pauperes diſtribui, l. ſi qs ad declinandā C. de epiſc. & cler. & poſſet ēt exequutor, vel epiſcopus cōferre dictas res pauperibus certi loci, & tunc acquiruntur dicto loco pleno iure, & de eis idē eſſet, ꝙ de alijs bonis aliorum hoſpitalium, per Bald. auth. hoc ius, verſ. quæro ꝙ. C. de ſacroſ. eccl. Sequitur Laur. de Rodul. in cap. ſine exceptione, in ſuis quæſtionibus, quas ibi facit.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio de alienando res eccleſiæ non eſt generaliter facta, ſed de rebus immobilibus.*
2 *Permiſſum eſſe id intelligitur, quod non reperitur expreſſe prohibitum.*
3 *Mobilia non ſunt prohibita alienari.*
4 *Mobilia non prohibentur alienari à iure ciuili.*
5 *Mobilia de iure canonico prohibita ſunt alienari.*
6 *Pecunia importat totum illud, quod homines habent in terra.*
7 *Semel Deo conſecratum ad Ius ſacerdotum pertinet.*
8 *Generalia uerba cuncta comprehendunt.*
9 *Verbum, omnium, omnia comprehendere debet.*
10 *Prohibitio alienationis rerum eccleſiæ, quæ compehhendere debeat.*
11 *Rerum appellatione continetur tota hæreditas.*
12 *Rei appellatio latior eſt, quàm pecuniæ, licet appellatione pecuniæ ueniāt omnia, quæ ſunt in mundo.*
13 *Dictio, quicquam, & dictio, aliqua, uerificatur in re minima.*
14 *Rei appellatio in materia iſta prohibitiua alienationis generalis eſt; Nō tamen comprehendit ea quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, nec modica.*

Rubrica 32.

Quid veniat appellatione rei in materia alienationis rerum eccleſiaſticarum.

VErum quia meo iudicio intereſt ſcire hac in materia, quid ſit prohibitum alienare, quid non prohitum, ex quo in hac materia omnes rubricæ cantant de reb. eccleſ. non alien. puto optimum eſſe dicere, quid veniat, aut uenire poſſit ſub nomine, vel appellatione rei, vt cognitis his, quæ prohibentur alienari, facilius ab alienando, & diſtrahendo abſtineamus. Et, licet de hoc in multis locis incidēter ſit dictum, ac forſan etiam taliter, ꝙ ſit ſatis, tamen pro faciliori legentium commoditate iudico eſſe ad ꝓpoſitum, vt omnis materia in iſto labore, quoad eius fieri poſſit, ſuam ſpecialiter baſim, ſuum locum & ſedem habeat, ad quam pro caſus contingentia recurri poſſit.

Primo igitur videtur, ꝙ appellatione rei in hac materia ꝓhibitiua alienationis habeant uenire tantummodo res immobiles iura, & huiuſmodi non res alterius generis, ꝙa res immobiles tantum videntur prohibitæ alienari. per tex. in l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccle. authen. toto titulo, de non alien. aut permut. de alien. & emphy. de eccleſiaſt. rerum im-
1 mobil. alien. ubi apparet ꝙ tantum eſt facta † prohibitio alienationis rerum immobilium, & ſic non generaliter, nec indiſtincte. Vnde nomine rei, in noſtra materia uenire intelligi debent tantum immobilia, & ſimilia, non mobilia, uel res,
2 non ſpecificatæ in prohibitione, quia † quod non reperitur expreſsè prohibitum, regulariter ſemper eſſe permiſſum intelligitur. l. nec non, §. ꝙ eis. ff. ex quibus cau. manu. Et in tex. c. non liceat, extra eod. titul. eſt tantum prohibitum alienari res immobiles, per Hoſt. c. 1. de his, quæ fi. à prela. habetur gl. in auth. de non alien. in uerbo huiuſmodi, ubi dicit quod
3 † mobilia nō ſunt prohibita alienari. Ego aūt nolo in hoc diſputatiue procedere, ne lectorem nauſea, uel tædio afficiā, ſed volo tantum ueritatem perſtringere. Verum igitur eſt,
4 ꝙ iura † ciuilia non prohibent alienari res mobiles, ſed talia iura nos attendimus, quando à iure canonico contrarium
5 ſtat determinatum † quia de iure canonico, & de iure eccleſiæ eſt bene prohibita etiam res mobilis alienari, primò per tex. in c. qui Chriſti, 12. q 2. vbi pecuniæ eccleſiæ prohibetur
6 diſtractio, & † uerbum pecunia, importat totum illud, quòd homines habent in terra, & omnia, quorum domini ſunt, pecunia uocatur, ſeruus, ſas, ager, arbor, pecus, quicquid horū eſt pecunia dr, c totū. prima. q. 3. & ibi glo dicit, ꝙ ēt iuracō plectitur nomē pecuniæ. l. pecuniaff. de uerb. ſigni. facit tex.
7 in c. nulli. 12. q. 2 ubi habetur, † ꝙ illud ꝙ ſemel Deo cōſecratum eſt. ſiue fuerit homo, ſiue animal ſiue ager, ad ius pertinet ſacerdotum &c. eſt tex. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. ſecundum glo cap. 2 eo. lib. quæ dicit, ꝙ tam mobilia quam immobilia ſunt prohibita alienari, in uerbo mobilia. & in c. nihil eſt, extrà de electio. habetur, ꝙ nihil omninò de rebus
8 eccle. alienetur, & uerba generalia † cuncta comprehendūt, l. de prętio. de public. in rem actio. tex. in cap. indemnitatib. §. ſi uerò. de electio. in 6. ibi, ita tamen ꝙ de rebus monaſterij nihil alienetur, eſt tex. extrauagan. ambitioſæ extrauagā. Com. de reb. eccleſ. ibi, omnium rerum &c. ubi terminus ſeu
9 uerbum, omnium, omnia ſui uniuerſalitate † comprehendere debet, l. ſerui. §. fin. ubi Bartol, de lega. 1. Abb. in cap. conſenſus. extra titu. noſtro. num. 5. quòd rem mobilem prælatus non poteſt alienare, text. in cap. relatum. extra de teſtam. quòd tam mobilia, quàm immobilia penès eccleſiam remaneant. Lauren. de Rodul. ponit in quæſtione, quam facit, an diſpoſitio prohibitiua de non alienando comprehendat tā mobilia, quòd immobilia, per eum in cap. ſine exceptione, 12. q. 2. ſua quæſt. 27. Augu. Bero. in cap. nulli. extrà de rebus eccle. non alien. & per eundem Bero. in cap. nulli, noſtro tit. quòd rei appellatio eſt generalis, l. prima, ff. ſi cert. peta. l. rei, ff. de uerbor. ſignificat. Et ſub rubr. prohibitionis alienatio-
10 nis rerum eccleſiæ † comprehenduntur fere omnia. Nam primò comprehenditur res ſoli; Item coloni, ſeu mancipia ruſtica, quæ inter immobilia reputantur, ca. nulli; Item pecunia deſtinata emptioni, quæ inter immobilia reputatur &c. Item annui Cenſus, reditus, ueluti decimæ, cenſus, & poſſeſſiones. c. eccleſiæ. cap. ſtatuimus, 16. q. 1. Item uſufructus eccleſiæ debitus uel in rebus eccleſiæ alteri uēditus; Item & aliæ ſeruitutes prædiales, & ius obuentionū, c. non liceat, 12. q. 2. Itē uſus rerū, l. iubemus, in fi. C. de ſacroſan. eccl. Cle. 1. eo. ti. Itē feuda, & iura emphyteutica, c. nulli. c. fin. eo. Item res mobiles ſacræ, & aliæ res non ſuperuacuæ, & quæ ſeruando poſſunt ſeruari, per Abb. capitu. conſenſus, extra eo.
11 Et dicit Bar. in l. 1. C. de pact. † per illū tex. ꝙ appellatione

Source : BIU Cujas

rerum continetur tota hæreditas. per tex. l. rei appellatione la prima. ff. de uerb. ſig. ubi rei appellatione iura, & omnia, corporalia, & in corporalia continentur. ut ibi in tex. & glo.
12 ubi tex. dicit ꝙ latior eſt † appellatio rei, quam pecuniæ, & appellatione pecuniæ ueniunt omnia quæ ſunt in mundo.

Facit tex. in c. ſine exceptione, 12. q. 2. vbi prohibetur, ꝙ de rebus eccleſiæ quicquam non alienetur, per quod uerbum
13 dicit Rebuff. ibidem, ꝙ prohibẽtur † alienari tam res paruæ, quàm res magnæ, quia dictio, quicquam, & uerbum, aliqua, uerificatur etiam in re minima, Auth. habita, ne fil. pro patr. gl. omni. in Clem. 1. de for. compet. Tiraquel. in repet. l. ſi unquam. C. de reuocan. donat per gl. in extrauag. ſuſcepti. §. fi. uerſ. Et ſi quicquam, ne ſed. uacan. Dec. conſ. 455. & conſil. ſeq. Immò deponitur, qui prædium exiguum eccleſiæ, uel quicunque aliquid de iure eccleſiæ alienare preſumpſerit, c. quicunque, el primo 17. q. 4.

Vnde per iſta apparet, ꝙ res etiam quantumuis exigua uenit appellatione rei, & ꝙ rei appellatio in iſta materia alie-
14 nationis prohibitiua † eſt generalis; ſed res intelligi debet; prout dico in quæſtione de mobilium rerum alien. in q. de fructu. alien. in quæſt. de alien. illorũ, quę ſeruando ſer. non poſſ. in queſtione de alien. non obſtan. iuramen. & ut in diuerſis caſibus poſitis in rub. de caſibus, in quibus fit aliena. ſine ſolemnitate, & alijs diuerſis locis in preſenti labore, in quibus apparet, ꝙ res modicæ, fructus, & res quæ non poſſunt ſeruari, & ſimilia non comprehenduntur appellatione rei in prohibitione iſta, & propterea ſit de hoc hactenus dictum.

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſiæ mobilis præſcribitur, uel vſucapitur ſpatio trium annorum.*
2 *Res eccleſiæ parua non prętioſa ſine aliqua ſolemnitate alienari poteſt.*
3 *Mobilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt comprehenduntur ſub prohibitione de non alienando.*
4 *Ea, quæ magis expedit diſtrahi, quàm ſeruari, non ſunt prohibita alienari.*
5 *Mobilia, quæ non ſunt prætioſa, uendi poſſunt ſine ſolemnitate.*
6 *Res parua eccleſiæ, uel modica uel inutilis, vel infructuoſa alienari ſine ſolemnitate poteſt.*
7 *Prælatus de rebus eccleſiæ mobilibus, & ſe ſe mouentibus moderatè donare poteſt.*
8 *Conſenſus capituli non requiritur in alienatione rei paruæ eccleſiæ.*
9 *Bona prælati ſi diſtincta ſint à bonis capituli poſſunt per prælatum ſolum ad illius uitam alienari.*
10 *Res parua alienari poteſt per ſolum prælatum, etiam ſi prælatus iurauit res eccleſiæ non alienare.*
11 *Modica ſunt exempta ab omni ſolemnitate.*
12 *Qui parum transgreditur non uituperatur.*
13 *Statutum loquens in debitore non habet locum in debitore paruo.*
14 *Res modica non includitur ſub iuramento de non alienando.*
15 *Superior non præſumitur, quòd uoluerit iurantem illaqueare in rebus modicis.*
16 *Res parua, & modica poteſt uendi abſque ſolemnitate, dummodò iuſta cauſa adſit.*
17 *Lex quando utitur uerbis generalibus, puta nihil, quicquid, et ſimilibus, tunc modicum comprehenditur, quando ſumus in materia peccati.*
18 *Res mobilis ad hoc vt alienari poſſit, tria requiruntur. ſ. neceſſitas, modicitas, & inutilitas.*
19 *Qui plenam adminiſtrationem habet, alterius non tenetur exquirere opinionem.*
20 *Prælatus ſi eſt ſolus collator feudi, ſolus poteſt uaſſallo remittere feloniam.*
21 *Capituli conſenſus requiritur in communiter tangentibus epiſcopum & capitulum.*

Rubrica. 33.

De caſibus, in quibus fit alienatio rerum eccleſiæ ſine ſolemnitatibus.

Caſus I.

PRimo quidem videtur, ꝙ res mobiles eccleſiæ poſſunt benè alienari abſq; aliqua ſolennitate, & conſenſu alicuius ſuperioris, optima glo. in cap. is cui, de electio. in ſexto, in uerbo immobilia, ibi, ſi uoluiſſet Papa, quòd alia mobilia alienari non poſſent, hic generaliter loquutus
1 non fuiſſet, quia etiam res eccleſiæ mobilis † præſcribitur, vel uſucapitur ſpatio trium annorum, vt C. de præſcript. trigin. an. omnes, & authen. de eccleſ. tit. §. pro temporalibus, colum. 11. & tit. hæc conſtitutio innouat. glo. in §. res fiſci in ſtit. de vſucap. Cardinalis Zabarel. in cap. primo. de his, quæ fiu. à prela. ibi, aliàs non licet alienare voluntarie exceptis rebus mobilibus & c. Sed eſt intelligendum de paruis, prout in ſequenti, & de re parua eccleſię non prætioſa, videtur ꝙ fieri poſſit etiam ſine ſolemnitate aliqua, diſtractio, & alienatio ꝓ libito. †
2 Hanc queſtionem examinat Laurent. de Rodulph. ī expoſitione capituli, ſine exceptiõe, 12. q. 2. q. ſua 27. & arguendo in utram que partem, dicit primò quòd non, ꝑ tex. in c. ſine exceptione, ubi generaliter, & indiſtincte non alienantur res eccleſiæ, nec ibi dicitur magis de immobilib. quàm de mobilibus; Eadem autẽ generalitas habetur in rubricis tam ext. in ſextò, quàm in clementinis, quę cantãt vbique de rebus eccleſiæ non alienandis. idem habetur in c. abbatibus, §. his omnib. & c. placuit, 12. q. 2. & c. hoc ius, ver. ſicut autem, cum ſimilibus, 10. q. 2. quæ cum loquantur generaliter, nos diſtinguere non debemus, ca. qm̃. de coniug. lepro. Vr̃ dicere gl. ſummæ, 12. q. 2. quę primò ponit regulã, ꝙ res eccleſiæ non poſſunt alienari, deinde ponit, & exceptuat quatuor caſus tm̃, & ſubdit, ꝙ res eccleſiæ, q̃ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, poſſunt bene alienari, ẽt ſine ſolemnitate; & ibi concludit, ꝙ liæ res ſunt alienandæ cum ſolemnitate. præterea oẽs excipientes à regula caſus, excipiunt mobilia, q̃ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, ꝑ gl. in c. nulli, extr. cod. titu per Inno. in c. 1. de his q̃ fiu. à præla. per Io Cald. in c. ſi quis, de reb. eccleſ.
3 non alie ſuper verbo prædium. † Ergo mobilia, q̃ ſeruando ſeruari poſſunt non excepruantur, & ſic ſtant ſub prohibitione de non alienando comprehenſa, 32. diſt. hoſpitiolum, c. non ne, de p̃ſump. cum ſimili. p̃dicta gl. eſt in c. epiſcopus, ſuper ead. q. 1. in gl. ergo, ſed Archid. ibi contra, per tex. in c. cæterum. de dona. & per tex. in c. poſſeſſiones, 16. q. 1. In cõtrarium aũt facit quod notat. Hoſt. Io. Andr. Io. de Ligna. in c. 1. de his q̃ fiu. à præl. vbi à regula de nõ alienãdo excepruãt, nedum illa, q̃ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, ſed & mobilia nõ prætioſa. Ad materiã illorũ, q̃ ſeruando ſeruari non poſſunt, vide q̃ dico ſupra ſuo loco in rub. de illis q̃ ſeruando &c. & ꝑ Auguſt. Bero. in d. conſenſus, & c. nulli, de reb. eccl. nõ alien. Ad idem facit, quod dixit Gofre. in ſumma eo. tit. in §. prohi
4 bent, vbi dixit † ẽt exceptuari ea, q̃ magis expedit diſtrahi, q̃ ſeruari, vt aĩalia ſuperuacua, & ueſtes attritæ, per tex. in l. vlt. C. quan. decre. opus non eſt, quod ẽt poſuit in ca. nulli. extr. eo. tit. vbi formabat punctualiter hanc qõnem, & dicebat eſſe ſolemnitatem ſeruandam, alleg. eo. ti. c. nulli. & c. caſellas, 10. q. 2 vbi æquiparantur res mobiles, & immobiles quoad alienationẽ, & ſubdebat, ꝙ Archi. in auth. hoc ius, q̃ eſt in d. c. caſellas. dicebat ꝙ ſolemnitas ſeruari non debet. ſequens Bar. Brixien. qđ probatur ꝟm eum in authẽ. prędicta. & hoc
5 maxime ꝓcedit, † vbi mobilia non ſunt prætioſa, & aliàs vt ibi per d. Laur. in d. q. 27. vbi ad longũ, vbi ẽt cõcludit, ꝙ fructus beneficiorũ poſſunt vẽdi, & diſtrahi ſine aliqua ſolennitate. Eſt in materia optima gl. in c. 1. de his q̃ fiu. à p̃la. vbi dicit, parua. n. res eccleſiæ ſine hac ſolemnitate alienari põt, vbi Hoſt. dicit, ꝙ nõ eſt licitũ facere alienatiões rerum eccleſiæ
6 ſine ſolẽnitate, † uel niſi eſſet parua, uel modica res inutilis, & infructuoſa, in qua nõ requiriť ſolẽnitas, vbi dicit ẽt, ꝙ de
7 rebus mobilib. eccleſiæ, † & ſe ſe mouẽtib. põt Prælatus moderate donare terræ more conſiderato, & ibi Abb. in fi. qđ
8 in alienatione rei eccleſiæ paruæ nõ requiriť † cõſenſus capituli, tex. in c. continebať, de his, q̃ fiu. à præla. vbi res modica vr̃ poſſe concedi abſque ſolemnitate, ita intelligit illum tex. Fede. de Sen. cõſ. ſuo 51. ꝙ loquať in cõceſſione rei modicæ, ſecus eſſe dicendũ in conceſſione rei magnę, in qua ſolemnitates interuenire deberẽt. Refert Abb. d. c. cõtinebatur, ſubdens ibidẽ, †
9 ꝙ vbicunque bona Prælati ſunt diſtincta à bonis capituli, tunc bona poſſunt per Prælatum ſolum ſine cõſenſu, & ſolemnitate concedi ad uitam eius, & durãte uita illius, quia tunc ſolum agitur de ſuo præiudicio, idẽ Fede. cõſ. 53. & per Hoſt. in ſumma, §. fin. per Doctor. in cap. ueniens,
10 de tranſactio. Immo res parua videtur, † quòd poſſit alienari per ſolum prælatum, etiam ſi prælatus iurauerit res eccleſiæ non alienare, etiam non obſtante eius iuramento, per ea quæ dicit Abb. in cap. vt ſuper, de rebus eccleſ. non alien. colum, tertia, ibi, ego dicerẽ, quòd aut res eſt modica, uel modicæ utilitatis, & tunc non includitur ſub iuramento de non alienando, quia non eſt uerisſimile, quòd ſuperior voluerit
11 illum illaqueare in iſtis modicis; quia iſta modica ſunt exẽta ab omni ſolemnitate exiuris diſpoſitione. Item Abb. ibidem paulò ante verſicu. in glo. in verbo aſſenſu, dicit, quòd in rebus modicis non requiritur conſenſus capituli expreſſus, ſed tacitus. Faciunt late adducta per Barba. in ſuo conſilio ſexageſimoprimo, incipien. ab Ioue principium. quod conſilium eſt factum in iſta materia. Facit dictum per eundem Abb. in capitu. continebatur, prælallegato, de rebus eccleſi. non alienan. quòd emens à ſolo Prælato rem eccleſiæ abſque aliqua ſolemnitate poteſt præſcribere, etiam

vbi

Source : BIU Cujas

vbi res est prohibita alienari,non tamen intelligitur res modica prohibita,per glos.in auth.de hære.& fal.§. sine nobis, uersi.ad substantiam,& ibi dicit Ang.℣ illa glo. facit ad statutum dicens,℣ nullus possidens apothecam possit capi per sonaliter, ℣, si aliquis possidet vilissimam apothecam,non
12 gaudeat commodo statuti,& dicit Bal.in l.2.† C. de rescind. uen.12.q.℣ ille,qui parum transgreditur, nō vituperatur, &
13 dicit gl.in auth.minoris debitor.C.qui dat.† tut.poss. ℣ statutum loquens in debitore,non habet locum in debitore paruo.Faciunt adducta per Fel.in c.fi.§ is autem, de off.& pote. iud.delega.& Per Rebuff.in compendio de rer.ecclesiastic. alien.uersi.Tamen,℣ sunt aliqui casus,in quibus istæ solemnitates non requiruntur ex necessitate.Et primus est, quando alienantur res minimi ualoris,momenti, uel vtilitatis,& cū alijs,quæ cumulatè,& in infinitum adduci possent. Pro quo uide quæ congessi suprà in alienatione rer.mobil.uersi. aliæ uero res mobiles,vbi etiam uide quid,quomodo, & qñ intelligatur modicū.Et dicit Abb.in c.ut super, de reb. eccl. non alien.uersi.sed oppono contrà,℣ episcopus,uel Prælatus res modicas ecclesiæ bene potest alienare, non obstante ℣ iurauerit non alienare;ubi ego dicerem, ℣ aut res est mo
14 dica,seu † modicæ utilitatis,& tunc non includitur sub iuramento de non alien.quia non est verisimile, ℣ superior uo-
15 luerit illum illaqueare † in istis modicis, cū ista modica sint exempta ab omni solemnitate,ex iuris dispositione, vt in c. terrulas,12.q.2.idem Abb.in c.fi.de eccles.ædific.uel reparā. uersi.item puto,ibi,item puto hoc Iuramentum non extendendum ad alienationem rei modicæ,arg.12.q.2. c.terrulas. Facit quod habetur per Feder.de sen.in suo cons.202. & vide quod not.in c.vt super,de reb.eccles.non alien. & per Arch. in c.abbatibus,ubi prosequitur, an Prælati citrà episcopum possint rem modicam alienare sine solemnitate, quia tex.in d.c.terrulas,uidetur loqui,& habere locum in episcopo.Sed quod possint alienare rem modicam Prælati, ego, inquit Abb.ibi,allego bonum tex.in c.cæterum, de donat.& in ca. ad hæc,& c.relatum.el 2. de testa. Habetur per Corset.in reperto.in uerbo alienatio,ubi dicit,℣ in concessione rei modicæ facta per Prælatum ad uitam suscipientis non requirit solemnitas requisita in alienatione perpetua,c.2.de his,quæ fiu.a præla.quod est contra c.perpetua.3.q.2.& cap. nulli.de reb.eccles.non alien. tenet Fed.de sen. d.cons.51. secus autē si sit res magna,quia tunc requiritur solemnitas iuris. notatur per Ioā.And.in additio.ad specul.de reb. eccl. non alien. super rubr.in fi.Abb.c.2.de his,quæ fiu.Et dicit Aug Bero.in c.nulli,extrà de reb.eccles.non alien.col.23. uersi. limitatur, Hęc autem conclusio,℣ res parua, & modica potest uendi
16 absque solemnitate,dummodo adsit † iusta causa, per Abb. habetur in c.fi.de eccles ædific.uel reparan.qui hoc dicit,glo. in cap. Abbatibus,& in summa.1.q.2.Sed id non tenet idem Ber.in re immobili parua,aut modica, quia, inquit, uidetur contra tex.c.casellas.10.q.2.ubi episcopo generaliter prohibetur alienatio rei modicæ,ut ibi,casellas. item tex.in d.cap. sine exceptione.c.tua nuper,& d.cap.cum apostolica, in illis uerbis,ne quis episcopus de reb.eccles.ię quicquam donare, uendere,&c.ibi uerbum quicquam de rebus ecclesiæ, quod etiam res minimas compræhendit, subdens ℣ ubicunque
17 sumus in † materia peccati,& in actu,in quo anima ligari potest,si lex,uel canon utatur uerbis uniuersalibus,nihil, quicquid,aut similibus,tunc modicum etiam,& minimum comprehenditur,ut in casu alienationis rei ecclesiæ.c.si quis Præsbyterorum.extra eo.tit.d.c.non liceat p̄p̄.Vlterius idem Berous adducit tex.in c.1.17.q.4.cum ibi glo. ubi prædium magnum uel exiguum uendi non potest sine solemnitate,& iusta causa,& inquit glo.ibi intellige exiguum, quod aliquam affert utilitatem, & respondet ad tex.in c.terrulas, ubi de re immobili parua fit alienatio absque solemnitate cōsensus,
18 & subscriptionis capituli,quia ibi tria concurreruut, † videlicet necessitas rei,necessitas distrahendi, eratque res minus utilis, & incommoda; nam ex his tribus ibi iudicatur, ℣ de per se quodlibet non sufficeret, quia sola necessitas hoc nō operatur.c.1.eo.in 6.Clem.1.eod.Nec sola modicitas.c. sine exceptione.nec sola utilitas.cap.ut super, extrà eo. item nec sola incommoditas.§.item prædium §.sicut & §. si quas.10. q.2.Item prælatus bona,quæ sunt distincta, & separata a bonis capituli solus de per se sine consensu capituli usque ad uitam ipsius,ut dico suprà,bene alienat.& alienatio tenet,cum agatur tantum de ipsius solius præiudicio, tenet Fed. de sen. cons.54.Host.in summa.§.fi.Doct. in c.ueniens.de transact. Abb.in c.continebatur,de his,quæ fiu.a præla.Bertach.tract. de episc.1.par.q.34 uersi.redeundo,refert ℣ Abba in c.cum nos,eo.tit.tenet,℣ consensus capituli non est semper necessarius in negotijs ecclesiasticis explicandis, sed in illis tantū, quæ sunt communia inter prælatum,& capitulum,ut ibi per Bertac uersi. in glo. & solus prælatus sine consensu capituli potest infeudare bona ecclesiæ,si feudum sit quid distinctū, & eius concessio sit attributa episcopo.per Bal. in c.1.de his, qui feu.da.poss.Subdit Bal.& idem dico de consilio, quia cō silium capituli est præscriptibile,& est expressum in titu.si de inuestit.lis inter domi.& uassal.c.1.§.in clericorum, ubi dici-
19 tur,℣ non requiritur scientia fratrum,quia qui † plenam habet administrationem, alterius non tenetur exquirere opinionem glo.in l.Titium.§.1.ff.de admit.tut.ubi Bal.subdit, ℣
20 si prælatus est solus collator feudi, solus potest † remittere felnniem uassallo,not extrà de sent.excom.cap.cum desideres,ubi habetur,℣ solus prælatus sine capitulo non remittit communem iniuriam,sed suam propriam sic.Vnde,si collatio feudi est ipsius,remittit ipse feloniam,secus si collatio est ipsius,& capituli.Vnde Abb.c.cum uos.de his quæ fiu.a pla.
21 ℣ in communiter † tangentibus episcopum & capitulum requiritur capituli consensus.ca.accedens, de præscrip. Dec. consi.142.℣ si prẹlatus reperitur solus in eccles.absque capitulo,tantum potest solus in alienatione bonorum, quātum si esset capitulum,& ipse cum capitulo,not.in glos. in c.potuit.de loca.ubi doctor.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus fructus beneficiorum uendere non prohibetur.*
2 *Venditio fructuum ad modicum tempus non includitur in prohibitione.*
3 *Fructus ueudi possunt ad uitam beneficiati.*
4 *Fructus beneficiorum non sunt spiritualitati annexi.*
5 *Fructus obligari possunt sine consensu episcopi.*
6 *Episcopus non potest facere statutum, quin fructus ecclesiarum locentur, vel uendantur.*
7 *Canonicus ultrà tempus suæ uitæ non potest locare fructus suæ præbendæ.*
8 *Alienari possunt illa,quæ commodè seruari non possunt.*
9 *Prælati,& alij quicunque ecclesiarum præsidentes possunt fructuū alienationem facere ad modicum tempus.*
10 *Capituli consensus non requiritur in uenditione fructuum,quam facit episcopus ad modicum tempus.*
11 *Prælatus,qui iurauit non alienare Rom.Pont.inconsulto, potest nihilominus alienare fructus.*
12 *Modicum tempus quod esse dicatur.*
13 *Fructus percepti,& fructus percipiendi distinguntur.*
14 *Prælatus si dat fructus ad non modicum tempus, & pecuniam inde statim recipit,an ualeat contractus.*
15 *Maior est utilitas recipere prætium simul,quàm diuisim.*
16 *Prælatus uendere non potest ius colligendi fructus.*
17 *Prælatus an uendere possit fructus percipiēdos,& se obligare ad illos tradendos,& num.21.*
18 *Quod omnes tangit,ab omnibus approbari debet.*
19 *Successor non tenetur stare contractui prælati prædecessoris, limita tamē ut ibi habetur.*
20 *Prælatus ultra tempus suum ecclesiam locare non potest.*
22 *Vendens fructus domus pro centum annis an dicatur alienare.*
23 *Catholici,qui contra hæreticos sese accingunt,ea gaudent indulgētia quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceditur.*
24 *Clerico est interdictum beneficium alienare.*
25 *Venditio,uel locatio fructuum facta per prælatum non extenditur ultrà uitam suam,nisi interueniat authoritas episcopi.*
26 *Locatio si facta sit ad certum tempus,infrà quod moriatur locans, an successor teneatur stare contractui.*
27 *Fructus alienari possunt in præiudicium prælati,sed non successoris.*
28 *Concessio usus fructu. facta consanguineo ad uitam prælati ualet.*

Casus II.

De fructuum alienatione, quo ad solemnitates.

DIco pariter, ℣ fructus ecclesiarū uenduntur sine solemnitate aliqua, vī tex.in c.fi.ne præla. uic. suas. vbi fructus beneficio-
1 rum,& ecclesiarum prętio † vendere potest Prælatus,nec vī aliquo modo prohibitum,est tex. in Clem.1.§.fina. ubi dicit tex. ℣ statutum de prohibitione alienationis redituum ecclesiasticorum non extenditur ad uenditiones fructuum,vt
2 ibi,& glo.in uerbo.ad tempus,ubi dicit, ℣ uenditio fructuū ad modicum tempus non includitur in prohibitione,ꝑ tex. qui dicit expresse in extrauag.ambitiosæ de reb. eccles.non alien.ibi ac de fructibus,& bonis,quę seruando seruari non possunt,extrauag.commun.& per Fed.de sen. consi.123.incip.quęritur an constitutio; & dicti fructus nedum uenduntur ad certum tempus & specificatum, sed & pro toto tem-
3 pore vitę † beneficiati,& ad uitā beneficiati, uel Prẹlati,per Prẹposi.in c.sed ad hęc.1.q.1.ubi dicit, ℣ fructus percipiendos ex prębenda,& beneficio emere licet,quia non sunt sacris adiuncti officijs,cū etiam a laycis haberi possint, fructus enim beneficiorum non sunt, nec possunt dici spiritualitati
4 † annexi,& per Arch d.c.sed hęc.1.q.1.est gl.in terminis in c.

aliena-

Source : BIU Cujas

alienationes. 12. q. 2. quę habet, quòd fructus prębendæ, & beneficij, clericus potest vẽdere ad instar vsufructuarij, sicut fructus decimarum, & oblationum possunt uendi, licet hoc non sit honestum, quia prohibitum nõ inuenitur, sed tñ cũ consensu ep̃i, subdens glo. sed certè quicquid dicat Ioã. ego credo, ꝙ sicut Clericus põt uendere fructus præbendæ suæ
5 sine consensu † ep̃i, ità obligare, maxime ad modicum tp̃s, sicut tutor vendit fructus sine iudicis authoritate: est text. apertus in c. vestra, & ibi Abb. & alij Doct extrà loca. ubi col
6 ligunt Doctores, † ꝙ ep̃s non potest facere statutum, quin fructus ecclesiarum locentur, uel uendantur, quãdoquidem id esset in præiudicium ecclesiarum, Abba. in c. ad audientiã.
7 ext. eo. tit. ubi dicit, ꝙ Canonicus † ultrà tp̃s uitæ suæ non potest locare fructus suę præbendæ, & si locauit ad certum tp̃s, & moritur ante locationem finitam expirat locatio, nisi interueniat authoritas superioris, &c. ꝑ Abb. in c. nulli liceat,
8 extrà. de reb. eccles. non alien. ubi dicit, ꝙ illa † quæ commode seruari non possunt, veluti sunt fructus, & vestes, bene possunt alienari, nec est prohibitum, sequitur Maria. Socin. suo consi. 32. incip. Omnipotens deus adsit, ex his. 1. col. uer. circa primam ibi, non est dubium, ꝙ prædicta locatio de immobilibus subsistit. Prælatus enim seu Rector ecclesiæ administrationem habens ne dum ad quatuor uel sex annos põt locare, & fructus uendere, sed etiam usque ad septennium. per tex. apertum in c. fi. ne præla. uic. suas. & hodie est ẽt tex. apertus iuncta gl. & opinione communi, quòd Prælati, Re-
9 ctores † & alij quicunque administratores ecclesiarum, Præsidentes, etiam religiosi, possunt locationes, & fructuum uenditiones ad tempus modicum facere, etiam soli, & nullo capituli accedente consensu, in clem. 1. de reb. eccl. non alien. Facit Cald. in consi. suo. 8. incip. si in uenditione c. titu. de reb.
10 eccl. non alien. † ubi dicitur, ꝙ in venditione fructuũ, quàm facit episcopus ad modicum tempus, non requiritur consensus capituli, pro quo tex. in c. tua nuper, a contrario. de his, quæ fiu. a præla. & facit in consi. 7. antecedente. incip. an
11 iurans, † ubi tenet ꝙ prælatus, qui iurauit nõ alienare Rom. Pontif. inconsulto, potest alienare fructus. ubi saluat gl. dicẽtem, ꝙ, qui alienare est prohibitus, potest locare ad centum
12 annos; & est cõmunis opinio gl. † & Doct. in d. clem. ꝙ modicum tempus intelligatur infrà decennium. per l. fina. C. de præscrip. long. temporis, & ff. qui, & a quib. l. fideicommiss. §. Aristo. Et quamuis aliqui dicant hoc esse arbitrarium, tamen communis opinio & communis obseruantia est, ꝙ intelligatur de tempore minori decennio, per iura prædicta, & ità probatur in multis legibus illius tituli, de præscriptio. long. tempo. 10. uel 20. ann. Ergo minus tempus 10 annorũ, non dicitur longum, & sic dicitur modicum. facit etiã, quod notat. in l. 1. § quod ait. ff. de superfi. & idem tenet Archid. de sancto Georg. quem dicit Ioan. And. post glo. illam fina in Clem. 1. de reb. eccles. non alien. ita publice respondisse. Et sequitur Zabarel. Card. Floren. qui dicit se ità pluries consuluisse, & quod ità obseruatur. Facit, quod tradit Ozer. in 1 in uenditione. §. 1 ff. de bon. auth. iud. possiden. & probatur satis iudicio meo hæc opinio, quoniam ante illam Clem. primam habemus tex. in c. fi. ne Prælat. vic. suas, ꝙ cum debeat locare usque ad septennium absque superioris authoritate, & aliàs absque solemnitate, quæ exigitur in alienatione rerum ecclesiæ, de qua in c. sine exceptione, & c. 1. de reb. eccl. non alien. & d. Clem. 1. ergo d. Clem. quæ non uenit correctiue adius antiquum, disponens, ꝙ ad modicum tempus possit fieri talis locatio, & uenditio fructuum, debet intelligi de decennio: cum ergo prædicta arrendatio &c. ut ibi per d. Socin. Vide etiam late per Lauren de Rodul. in repet. cap. sine exceptione. 12. q. 2. q. 27. uersi. in uenditione autem fructuum perceptorum non insisto, quia tales uendi possunt
13 sine solemnitate, &c. & in uersi. aut uendit fructus percipiẽdos, &c. ut ibi per totum, & recensendo dicta eius dicit in q. 27. uersi. in uenditione, ubi & in q sua seq. num. 28. † distinguit inter fructus perceptos, & fructus percipiendos, in venditione autem fructuum perceptorum non insisto, quia tales uendi possunt sine solemnitate. Ad hoc bene facit tex. in clem. 1. in fi. de reb. eccl. non alien. & quod ibi not. glo. fin. in principio, quæ dicit, locatio, & venditio fructuum ecclesiæ ad modicum tempus non includitur in prohibitione, & ꝙ notatur in Spec. de hære. uersi. in fauorem. & quod notatur in c. alienationes. 12. q. 2. & ead. caus. & q. episcopus, & 16. q. 1. possessiones, in gl. fi in fi. & quod ibi scribit Arch. Et faciunt notata in c. præsenti, de off. ord. in 6. Nec habet, inquit, obstare tex in c. 1 de reb eccl non alien. qui uidetur esse in contrarium, quia ille tex. non loquitur de concessione fructuum, sed de concessione, siue de donatione perpetua iuris percipiendi fructus, siue decimas, & in q. seq. 28. Idem Laur. quæ-
14 rit, ꝙ si † Prælatus secularis dat fructus ad nõ modicum tp̃s, & pecuniam inde statim recipit, nunquid ualeat contractus sine solemnitate, & Paulus in Clem. 1. formatistam quæstio nem, & arguit per illum tex. a contrario sensu contractum
15 valere, præterea secundum eum † maior versatur vtilitas ecclesiæ in recipiendo simul, & vnico contextu omnem pecuniam, quàm illam recipere diuisim, & in partes, arg. ff. famil. hercis. l. plane. & c. ex literis. de pigno. unde secundum eum in rei immobilis alienatione, non in venditione fructuum habet seruari solemnitas. In cõtrarium arguit idem Paulus, quia in alienatione rei mobilis prætiosę debet seruari solemnitas. 10. q. 2. hoc ius, sed tales fructus beneficij ditissimi possunt ascendere ad valorem maiorem, quàm sit res prætiosa mobilis. Ergo subest eadem ratio, ergo idem ius. Respõdet,
16 & soluit sic, † quia aut prælatus uendit ius colligendi fructus, & eo casu putat, ꝙ solemnitas sit necessaria, etiam in clerico seculari; & idem, si concedit possessionem; & idem etiam, si fiat uenditio per modum locationis perpetuæ, ut in c. nulli,
17 de reb. eccl. non alien. ext. Aut Prælatus † uendit fructus percipiendos, ad quos tradendos se obligat Prælatus, & tunc, si loquimur in Prælato regulari, habet seruari forma tradita in d. clem. 1. Aut loquimur in Prælato seculari, & tunc, aut tales fructus sunt sibi & alijs communes, & tũc est necessarius consensus illorum, qui ius habent in fructibus, c. proposuit. de concess. præb. & c. nobis. 12. q. 2. c. uolteranæ, & c. cõcessio. quia fructus sunt prælati tantùm, ut eos diuidat, arg. 1. dist. ius
18 militare. Et quod omnes tangit † ab omnibus approbari debet, reg. quod omnes, in 6. Aut isti fructus sunt non communes, sed Prælati tantũ alienantis, & ualet alienatio in sui præiuditium, sed in successoris præiudiciũ non tenet, de quo ha-
19 bes dicere, prout ꝓgl. in c. fi. ne præla. vic. suas, quæ † habet, ꝙ successor non tenetur stare contractui prælati prædecessoris, nisi contraxisset nomine ecclesiæ, & pro utilitate ecclesiæ, & pecunia inde recepta in utilitatem ecclesiæ conuersa esset, quia eo casu teneretur successor stare contractui. c. 1. de solut. 12. q. 2 c. hoc ius. Si uerò non pro utilitate ecclesiæ, sed ut ipse tanquam Prælatus perciperet reditus, successor
20 stare non tenetur. c. 2. ext. de præcar. quia † ultra tempus suũ Ecclesiam locare non potest, & si soluit aliquid ultrà, sibi imputet, quia hoc præuidere debuit. l. si quis domum. §. 1. §. si alias, & § si fructuarius. ff. locat. Cum ista opinione principali transit Laur. de Rodulph. d. c. sine exceptione. Idem repetit, & tenet idem Lauren. de Rodulph. in quæstione sua disputata, quã facit super ualiditate alienationis factæ per Abbatem ad uitam recipientis, quæ incip. quæstio trimembris, col. 2. uersi. 5. dico. ubi dicit, dico, ꝙ istam quæstionem videtur terminasse Paul. in d. clem. 1. de reb. eccles. & formabat
21 eã in prelato seculari, & finaliter cõcludit isto modo; † Quòd aut Prælatus uendit ius colligendi, & tunc solemnitas est necessaria quę similiter est necessaria, si cõcedit possessionem. Aut uendit fructus percipiendos, ad quos tradendos se se obligat Prelatus, & tunc aut loqueris in regulari, & tunc habet seruari forma illius clem. primę. Aut in seculari, & tunc aut sunt communes aliis, & illorum est habendus tractatus, & consensus. Aut sunt ipsius alienantis tantùm, & ualet alienatio in sui prejudicium, sed in prejudicium successoris dicẽdum est, ut notatur in c. fi. ne Prelat. vic. suas. Subdens, sed modò ad propositum, cum iste alienat ius percipiendi fructus, quia cum constituit usufructuarium in uita, ex quo solemnitatem non seruauit, per consequens alienatio non ualet. Sed ne dùm in regulari, uerum etiam in seculari procedit, pro quo uidetur etiam esse casus in ca. non liceat. 12. q. 1. ibi, nec in usum fructum rura tradere. Subdens parimodo, & sic uides, ꝙ regularis etiam in casu alienationis fructuũ habet seruare solemnitatem a iure traditam, & aliàs, ut ibidẽ. Addens idem Lauren. in d. c. sine exceptione, ꝙ ad predicta facit, quod dicit Bar. in l. 2. § instituto. ff. de lega. 2. qui ad quę-
22 stionem, in qua quęrit de illo, qui † uendidit fructus domus pro centum annis, respondebat, ꝙ aut uendidit fructus constituendo ementi ius usus fructus in re, & tunc est alienatio. l. fi. C. de reb. alien. Aut non constituendo, sed obligando se actione personali ad dandos fructus: Et tunc non est alienatio. l. fi. C. de contrahen. emptio. & qualiter perpendatur, scilicet, ꝙ constituerit usus fructus ius, uel ne notatur in l. si ita. ff. de usufruct. & facit lex fundi trebatiani. ff. de usufruct. leg. Et uide quod scribit Io. de Fantu. in d. clem. Et intellige verba Bar. in prelato seculari, quia in regulari non procederet per d. clem. Vel dic, ꝙ immo etiam in regulari, cum secundum dictam distinctionem intelligi debeat tex. in d. clem. secundum quod uidetur esse de mente Bar. qui illam clem. debuit uidere, primam tamen limitationem uidetur sequi Paulus, vt patet ex prędictis. Et uide etiam circà prædicta quod notatur in Specul. de hære. uersi. in fauorem. † ubi habetur, ꝙ Ca-
23 tholici, qui Crucis assumpto caractere, ad hæreticorum sese accingunt exterminium, illa gaudent indulgentia, & priuilegio, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium concedun tur. c. excommunicamus, ext. de hæret. §. catholici, per quod patet, ꝙ Clerici habebunt beneficia sua triennio, ext. de iud.

ad

Source : BIU Cujas

ad liberandum,in integra, & decimam , uel uigeſimam pro hoc ſubſidio deputatam,quæ eccleſijs cõtingit,poterunt ſecum ferre,& ſi moriantur ante triennium, beneficia ipſa tenebunt creditores , quia hoc eis per Papã cauetur, aliàs ſibi imputare deberent,qui eis pecuniã credidiſſent.l.ſi quis domum.§.1.ff.locat,arg.tex.de reb.eccl.alien. uel non alien.& clerico † interdictum eſt beneficium alienare.12. q.2.alienationes,ſed expone ibi beneficium ideſt ius beneficij , hic aũt alienat fructus,quod ei licet,ext.ne præla. uic.ſuas, uel iura, c.fi.de locat.& conduct.c.2.& poſſunt capi in pignus pro debito,extra de fideiuſſor.cõſtitutus,ut per Specul.d.loco.Subdens idem Laur.d.loco,q̃ Arch.in c.alienationes. 12.q.2.cũ ſuis remiſſionib. clare ſentit, q̃, ſi fiat † venditio,ſeu locatio fructuum per Prælatum,non extendit̃ ultra vitam ſuam,niſi interueniat authoritas ep̃i;& ſic per conſequens vr̃ ſentire,q̃ vſque ad vitam valeat ſine conſenſu ep̃i,ſed põ intelligi,ſecũdum diſtinctionem Pauli,vide ẽt,quod notat Io.Andr.Ioã. de Lign.in c.fi.ne prælat.Vic.ſuas , poſt Inn.& Hoſt.ibidem. Hæc per Laur.de Rodul.in d.repet.c.ſine exceptione.12.q.2. in q.18.† Et an ſi fiat locatio ad certum tp̃s, & Prælatus infra tp̃s moriatur,locans, an ſucceſſor teneatur ſtare contractui, uide per Inn.Hoſt.Io.And.& Ioã.de Lign.in c. fi.ne prælat. uic.ſuas, per Arch.in ſupradicto c.allegato , & infrà in quæſtione.an , & quo mõ,& in q.ad quod vſque tempus &c. Et Cardinalis in clem.1.de reb. eccleſ. non alien.in ſua diſputat. 27.concludit,q̃ in † præiudicium prælati,uel rectoris fructus eccleſiæ alienari poſſunt , nõ in præiuditium ſucceſſoris, per tex. ſæpe dictum in c.fin.ne præla.& refert Gem. & Matthæ. dixiſſe,q̃ in temporalibus ſucceſſionibus forma non eſt neceſſaria.per glo.in c.2.de his,quæ fiu.a præla.Inn in c.unico, vt eccleſ.beneficia.Feder.de ſen.conſi.52.incip.quidam prælatus, conſuluit † valere conceſſionem uſusfructus factam conſanguineo ad vitam,licet conſi. 143. uoluerit debere interuenire conſenſum Papæ.Sed Abb.c.fi.ne præla. notabiliter dicit poſſe rectorem locare pro toto tempore vitæ ſuæ, & dicit hoc notari per gloſſ.ibi,& per Hoſt.in ſumma,de his, quæ fiu.a præla.§.fi.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes,fructus,& ſimilia,quæ vſu conſumuntur,poſſunt alienari ſine ſolemnitate aliqua.*
2 *Mobilia prætioſa non poſſunt alienari ſine ſolemnitate.*
3 *Tutores,& curatores ſine interpoſitione decreti uendunt veſtes attritas, & animalia ſuperuacua.*
4 *Pecunia utrum ſit de illis,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
5 *Prælatus licet uendere teneatur ea,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, tamen iuſta æſtimatione uendere debet.*
6 *Æſtimatio iuſta eſt communis ſecundum tempus uenditionis.*
7 *Eccleſia reſtituitur contrà alienationem factam per colluſionem.*
8 *Bona,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,alienari poſſunt, licet ſint reſtitutioni ſubiecta.*
9 *Ille,cui eſt interdicta alienatio, poteſt alienare res ſubiectas periculo, ſi conſumuntur.*
10 *Solemnitas neceſſaria non eſt , quando prælatus concedit ad modicum tempus.*
11 *Argumentum a contrario ſenſu ualet in iure.*
12 *Conceſſio ad uitam prælati facta ualet , quando bona ipſius ſunt diſtincta a bonis capituli.*
13 *Alienatio ad uitam alicuius,an requirat neceſsaria in alienatione perpetua.*
14 *Rector eccleſiæ poteſt tranſigere ſuper iuribus eccleſiæ immobilibus & ſpiritualibus,in præiudicium ſui ipſius,quæ tranſactio valebit toto tempore,quo ipſe eccleſiam poſſid ebit.*
15 *Modicum tempus intelligitur infrà decennium,& nn.16.*
17 *Alienatio perpetua dicitur,ſi fiat ad uitam, ſed quoad quid dicitur temporalis.18.*
19 *Solemnitates an requirantur,ſi fructus uendantur ad uitam, uel ad centum annos.*
20 *Ius in re quando dicatur conſtitutum.*
21 *Capituli taciturnitas habetur pro conſenſu in temporalibus locationibus.*
22 *Alienatio ſine ſolemnitate ualet,quando alienatur quã res eccleſia grauata eſt alienare per fideicommiſſum.*
23 *Solemnitas non requiritur,quando fit alienatio rei,quæ retineri non poteſt.*
24 *Bona eccleſiarum,quæ propria retineri non poſsunt,ſine aliqua ſolemnitate alienari poſsunt.*
25 *Solemnitas non eſt neceſsaria in uenditione,quæ fit ex neceſſitate.*
26 *Fratres minores non poſsunt nec recipere,nec capere.*
27 *Fratres prædicatores poſsunt capere, ut vendant.*
28 *Ordo prædicatorum,et aliorum mendicantium,capax eſt ad acquirendũ, ſed non ad retinendum.*

Caſus. III.

Tractat caſum continentem materiam, de qua in Rubr. 47.

ADdo etiam, q̃ illa mobilia eccleſiæ, q̃ ſeruando ſeruari non poſſunt,poſſunt alienari abſque ſolemnitate aliqua, 1 veluti ſunt † veſtes,quę veteraſcunt,& uſu conſumuntur,fructus,& ſimilia,per tex.in extrauagan. ambitioſæ,extrauagan commun.de reb,eccle.non alien.ibi, & bonis,quæ ſeruando ſeruati non poſſunt per gl. in c. nulli liceat,eo.ti.ext.in uerbo immobilia,ibi,mobilia verò, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, prælatus poteſt alienare ad inſtar tutoris.l.lex quæ in fi.C.de admi.tuto.& l.ult.C.quando decret.opus non eſt.habetur in gl.in c.tua nuper.de his , quæ 2 fiu.a prę̃lat.in uerbo tractatu.ubi dicit , q̃ † mobilia prætioſa non poſſunt alienari,quia eſt neceſſaria ſolemnitas , ſecus ſi ſint de illis quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quia tunc bene alienantur Ioan.And.& Zab.d.c.nulli , q̃ illa poſſunt bene uendi,quę magis vendi expedit, quàm retineri,vti ueſtes 3 attritæ & animalia ſuperuacua;† hinc ſine interpoſitione decreti tutores,& curatores uendunt ueſtes attritas, & animalia ſuperuacua.l.vult.in d.glo.allegata,ubi Abb. melius mihi 2.col.q̃ Prælatus ſolus & de per ſe poteſt alienare bona illa mobilia eccleſię quę commode ſeruari non poſſunt, ueluti ſunt veſtes,quæ quotidie magis ueteraſcunt &c. per eundẽ in c.tua nuper.de his,quæ fiu.a prę̃la.glo. in c.2. de rebus eccleſię non alien in 6.in uerbo immobilia.ibi, niſi quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt.glo.in c.is cui,de elect. in 6. in uerbo immobilia,& per ea,quę adduco ſupra ſuo loco in quæſtione de alienatione illorum quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, 4 † & utrum pecunia ſit de illis,& uide per Auguſtinum Berouium in c.nulli.de reb.eccleſiæ non alien.col.24.uerſi. limitatur etiam,& paulò poſt col.25.uerſi.in gloſſ.in uerbo , vbi id dicit quod not.in l.fi.C.de uend.rerum ciuil.glo. in c.alienationes.12.q.2.c.1.eo.tit.in 6.in uerbo immobilia.tex. in c.bene quidem.96.diſt.uerſi.iniquum eſt.glo ſummæ 12.q.2.facit l.Ariſto §.1.ff. de iur.deliber.ut per. d. Berouium ibidem; & paulò poſt idem Berouius uerſi.& quamuis.ubi dicit,q̃ nedũ prælatus poteſt talia bona uendere,ſed q̃ immo tenetur illa uendere abſque ſolemnitate, & alia iuſta cauſa, alioquin de 5 mala adminiſtratione tenetur,tamen † illa uendere debet iuſto prętio,iuſtaque æſtimatione.d.c.bene quidem.& l.fin.in 6 fi.C.de adminiſtr.tut.† & iuſta æſtimatio eſt communis , ſecundum tempus,quo uenderetur.d.l.fi.c.in ciuitate.c. nauiuiganti.de uſur.c.cum dilecti.de empt.& uend.† Et ſi aliena 7 tio eſſet facta per ſordes cum damno eccleſię, & per colluſionem,eccleſia reſtituitur,not.in l.fin C.ſi aduerſ. uendit.& aliàs ut ibi per eum. Facit, quia bona, quę ſeruando ſeruari non poſſunt,bene poſſunt alienari , licet ſint reſtitutioni ſu- 8 biecta.per glo.Alexan.& alios in §.res quæ.l. Marcellus.ff.ad Trebell.ubi multi enumerantur caſus,in quibus eſt permiſſa alienatio bonorum reſtitutioni ſubiectorum. Facit q̃ habetur per Bal.in c.uenerabili.de off.deleg. prope fin. ubi ille, 9 † cui eſt interdicta alienatio poteſt alienare res ſubiacentes periculo,ſi ſunt res , quę conſumuntur, nam qui talia non alienat,punitur d.l.qui tutor.

Item non uidetur quod aliqua requiratur ſolemnitas, 10 † quando Prę̃latus concedit res eccleſię ad tempus modicũ, videtur eſſe tex.in c.1.de reb.eccleſ.non alien.in 6.§. quia ẽt tractatus,ubi dicitur,q̃ ſolemnis tractatus ſoleat adhiberi in conceſſionibus rerum eccleſię perpetuis,ergo in conceſſionibus non perpetuis,ſed ad tempus non requiritur.argumẽ. 11 † a contrario ſenſu,quod ualet in iure,& eſt lex.l.1.ff.de offi. eius,cui mandata eſt iuriſd.25.diſt.qualis,glo.in c. cum apoſtolica.de his,quę fi.a prę̃la.in uerbo intellige , & gloſſ.ibi in uerbo perpetuus,ibi, nota q̃ in temporalibus nõ ità lę̃ditur eccleſia &c.eſt doctrina Abb. in c. continebatur.in uerſi.li- 12 mita,de his,quæ fi.a Præla.limita † inquit, q̃ ubicunquę bona Prælati ſunt diſtincta a bonis capituli, tunc bene poteſt p Prælatum ſolum ſine conſenſu, & ſolemnitate concedi ad vitam eius,& eius vita durãte,quia tunc ſolum agitur de ſui præiudicio.Idem Feder.de ſen.conſi.53.& melius per eundẽ ibi in 1.not.ubi dicit,nota q̃ conceſſio rei eccleſiaſticæ facta per Prę̃latum ad uitam recipientis tenet ſine ſolemnitatib. requiſitis in alienatione perpetua,nam ut patet hic non fuit requiſitus tractatus,nec habitus conſenſus expreſſus,nec interuenit authoritas ſuperioris,& ſic uidetur iſte tex.mirabilis.contra 12.q.2 § perpetua & c.nulli.de reb.eccl. non alien. 13 nam id,† quod datur ad uitam alicuius,poteſt dici perpetuũ quoad hoc ut ſeruetur ſolemnitas requiſita in alienatione perpetua.Sed uide Feder.de ſen.conſi.51. ubi videtur intelligere iſtum tex.in conceſſione rei modicæ,ſecus eſt dicendũ, ſi res ſit magna, tunc enim interuenire debent ſolemnitates

requi-

Source : BIU Cujas

requiſitæ in alienatione perpetua, ut d. §. perpetua. iuncta gl. lo. And. in additio. ad Spec. de reb. eccleſ. non alien. in fi. rub. & ℭ conceſſio temporalis, ſiue ad uitam poſſit fieri ſine ſolemnitate, probatur per gl. fi. 16. q. 1. c. fi. & in gl. 1. ca. cauſ. 2. q. 7. c. 1. & per Archid. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. ſuper uerbo perpetuis, ubi patet expreſſe ℭ pōt ad vitam fieri ſine ſolemnitate conceſſio. ad id ēt facit, quod not. Hoſt. in ſumma de his, quæ fi. a Præla. in fi. ubi dicit, quod Prælatus pōt facere conceſſionem ad vitam de his, quæ ſpectant ad ſuam menſam, alleg. eo. tit. c. tua. ad idem facit quod no. Io. And. in c. ueniens. de teſta. ſuper uerbo promiſiſſet, ibi, tñ non ualēr, niſi ad uitam remittentis, de donat. c. 2. ut per Lauren. de Rodulphis. in qōne, quæ appellatur qō diſputata. 2. col. uerſi. ſecunda particula &c. ſequitur Corſetus in ſuo repertorio in uerbo alienatio, ubi dicit, ℭ in alienatione, uel conceſſione rei modicæ facta ad uitam ſuſcipientis per Prælatū non requiritur ſolemnitas requiſita in alienatione perpetua. c. 2. de his quæ fi. a Præla. quod eſt contra. c. perpetua. 2. q. 2. & c. nulli. de reb. eccl. non alien. Fed. de ſen. conſi. 51. ut ibi. per Hoſt. in ſumma in §. fin. per Doctores in c. ueniens. de tranſact. &
14 maxime Abb ibi. † Item nota & tene menti, ℭ ſuper iuribus eccleſiæ immobilibus ēt ſpiritualibus pōt rector tranſigere, & componere in præiudicium ſui ipſius, ità ℭ cōpoſitio ualebit toto tpe, quo ipſe eccleſiam poſſidebit, & ex hoc, & ex tex. nota ſingulariter, ℭ Rector eccleſiæ pōt contrahere ſuper rebus eccleſiæ ſine ſuperioris authoritate, ut contractus duret toto tpe, quo eccleſiā poſſidebit, & eſt futurus Rector, & neſcio alibi ità bonum tex. & ibi uide alios doctores. eſt tex. in c. ad audientiam extra eo. tit. clem. 1. eo. tit. in fi. ubi gl.
15 dicit ℭ modicum tps eſſe † pōt decennium, uel arbitrio iudicis, ſequitur Mar. Soc. in conſi. ſuo 32. 1. uol. col. 1. uerſi. circa primam, ibi, non eſt dubium, ℭ prædicta locario de iure viribus ſubſiſtit. prælatus enim ſeu Rector eccleſiæ adminiſtrationem habens, nedum ad quatuor, uel ſex annos pōt locare fructus & uendere, ſed ēt uſque ad ſeptenniū, tex. eſt apertus in c. fi. ne præla. uic. ſuas, & hodie ēt eſt tex. apertus iuncta gl. & appel. atione cōi, ℭ prælati Rectores, priores, & alij quicunque adminiſtratores eccleſiarum, & præſidentes ēt religioſi poſſunt locationes & fructuum vēditiones ad tps modicum facere, ēt ſoli, & nullo capituli accedente conſenſu in
16 clem. 1. de reb. eccl. non † alien. & communis opinio gloſſ. & Doct. ibi eſt, ℭ tempus modicum intelligi habeat infra decēnium per tex. in l. fi. C. de præſcrip. long. tempo. & ff. qui & a quibus l. fideicommiſſ. §. Ariſt. & quamuis aliqui dicant hoc eſſe arbitrarium, tñ communis opinio, & communis obſeruantia eſt, ℭ nō intelligatur de minori tpe decēnio per iura prædicta, & ita probatur in plurib. legibus illius tituli de præſcrip. long. tempo. 10. uel 20. anno. ergo minus tps 10. ann. nō dicitur longum, & ſic dicitur modicum. facit, ℭ not. in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficie. idem tenet Arch. de S. Georgio, quē dicit Io. And. poſt gl. illam fi. in clemen. 1. de rebus eccl. non alien. ita publice reſpondiſſe. Sequitur Zabar. Card. Flor. qui dicit ſe pluries ita reſpondiſſe & conſuluiſſe. & ℭ ità obſeruatur. Facit quod tradit Bart. in l. in uenditione. §. 1. ff. de bon. autho. iudic. poſſ. & probatur ſatis iudicio meo hæc opinio, quoniam ante illam clemē. 1. habemus tex. in c. fi. ne prælat. vic. ℭ non habeat locare vſque ad ſeptennium abſque ſuperioris authoritate, & aliàs abſque ſolemnitate, quæ exigitur in alienatione rerum eccleſiæ, de quibus in c. 1. de reb. eccl. non alien & 12. q. 2. in ſumma. & c. ſine exceptione. & d. cle. 1. ergo prædicta clem. 1, quæ non uenit correctiue ad ius antiquum, diſponens ℭ ad modicum tps poſſit fieri talis locatio, & uenditio fructuum, debet intelligi de decennio, vt per Soc. d. loco. & dicit Petrus Rebuff. in compendio alien. rerū eccleſiæ. uerſi. tertius caſus eſt, quod eſt ſecus in alienatione
17 perpetua, † & dī perpetua, ſi fiat ad vitam clem. 1. eo. tit. c. ad audientiam. & c. nulli extra eo. Dom. Gem. in conſ. 48. incip. Preſbyter. col. 2. gl. in c. perpetue. 10. q. 2. & c. poſſeſſiones. 16. q. 1. c. fi. de reſcrip. in 6. & ſic requiritur inquit ſupradicta ſo-
18 lemnitas. † Poteſt tñ dici hęc alienatio ad uitam temporalis, quo ad quid, uidelicet quoad tpis expreſſionem, glo. in ca. 1. eo. tit. in 6. immo ſolemnitates debēt interuenire in locatione decem annorum, vt concludit Alex. conſi. 17. uerſi. inſtru-
19 mento. 4. uol. Quòd † ſi uendiderit fructus ad viràm, vel ad centum annos, an requiratur ſolēnitas, reſpon. ſi conſtituat emenii ius vſusfructus in re, dicitur alienatio, & ſic prohibita. c. non liceat Pape. 12. q. 2. ibi, uſumfructum rura dare, & l. fi. C. de rebus alien non alien. ſecus erit ſi non conſtituat ius in re, ſed actione perſonali addandos fructus tanto tempora ſe obliget. l. fi. ff. de contrahē. emptio. facit l. libert. ff. de annuis leg. c. veſtra. de locat. Bar. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de
20 leg. 2. † & quando conſtituatur ius in re, & quando non, vide per Bar. in l. fundi. ff. de uſufr. leg. Et licet in locationibus per
21 petuis requiratur expreſſus conſenſus capituli, † tamen in temporalibus, & illis, quæ fiunt ad tempus, ſufficit taciturnitas capituli, quæ habetur pro conſenſu capituli. glo. in c. 1. de his quę fiu. a pręla. ubi Abb. dicit, ℭ taciturnitas capituli habetur pro conſenſu in alienatione facta ad tempus, quia talis alienatio inconſulto capitulo facta ab eo cenſetur ratificata, niſi infra tempus a die ſcientiæ contradixerit. Et dicit ſimpliciter Alber. in auth. hoc ius. C. de ſacroſan. eccleſi. uerſi. ſunt etiam, ℭ pręlatus poteſt concedere res eccleſię ad tempus ſine ſolemnitate, c. 1. in fi. ut eccleſiaſt. benefi. & ibi per Inn. & c. dudum de reb. eccleſ. non alien. Arch. c. alienationis. 12. q. 2. & per Bero. in capit. 2. extra eod. in glo. res eccleſiaſticę, ut per Alber.

22 Item poteſt fieri † alienatio ſine ſolemnitate, quando ſcilicet alienatur res, quam eſt grauata eccleſia alienare per fideicommiſſum, quia bene tunc nulla ſolemnitate interueniente alienabitur, tenet Lapus de Caſtiliono. allegat. 26. diſput. &c. Fel. in c. in pręſentia. col. 20. de probat. Bal. in c. cum cauſa. col. fi. de re ind. Hypp. in ſing. 132 incip. in alienatione, per Rebuff. in compendio alien. rerum eccleſ. uerſi. quintus quando, Hyppol. de Marſilijs in ſing. 32. incip. alienatione rerum eccleſiæ, & refert Corſet. in ſuo repertorio, in uerbo ſolemnitas, ℭ ſolemnitas, quæ exigitur in alienatione rei eccle-
23 ſię non exigitur nec requiritur quando fit alienatio rei quæ retineri non poteſt, per Gul. de Cuneo in l. cum hi. §. ſi pecunia ff. de tranſact.

24 Item bona † fratrum ordinis minorum, & Prędicatorū, hęremitarum, quorum eccleſię non poſſunt propria retinere, poſſunt ſine cauſa, ſine ſolemnitate ſeruata, ſine licentia ſuperioris diſtrahi, & alienari, per ea quę dicuntur per Gul. de Cun. & melius Bald. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. col 3. ibi. ſed ſi ponamus conſuetudinē, ut dixi ſuperius, nunquid poſſunt uendere non ſeruata ſolemnitate &c. reſpon. ſic, quia quando iſti Prędicatores uendunt neceſſita-
25 te † eorum ſtatus, non eſt neceſſaria ſolemnitas, nec cauſa, quia uendunt neceſſitate eorum ſtatus, cum poſſidere, & retinere repugnet eorum ſtatui, arg. l. 2. de reb. eorum. vbi Pau. de Caſtr. ℭ in alienatione rerum & bonorum quę capiunt religiones, non vt retineant, ſed ut uendant, non habet ſeruari ſolemnitas, quia illa uenditio fit ex neceſſitate, prout exēplificat in hoſpitali Senenſi quod omni anno tenetur uende-
26 re quę illi obueniunt, & fratres minores † non poſſunt nec recipere nec capere, quia ordo eorum non poteſt nec capere nec recipere, minores & alij mendicantes dicuntur mendicantes ad poſſidendum, non ad uendendum, ut per eundē Bal. ibidem. uerſi. & prędicta ſunt uera, & uerſic. ſed modo,
27 quia bene poſſunt † fratres prędicatores accipere, ut uendāt, ſi adſit conſuetudo, ſequitur Rebuff. in ſuo tract. ſiue compen. alien. rer. eccleſi, uerſic. quintus inquit caſus eſt, quando alienaret ex cauſa neceſſitatis, vt pote quia non eſt eccleſię proprium habere, ut eſt in Cordigeris, tunc enim poſſunt alienari ſine ſolemnitate. glo. eſt in c. uno. in uerbo domum. de relig. dom. in 6. ita tenet Bal. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. per Pau. de Caſtr. auth. hoc ius, Ant. de Butr. in c. in pręſentia. col. 7. uerſi. quintus caſus. de probatto. eſt facta deciſio Rotę. in manuſcriptis Thomę de tanis deciſi. 10.
28 ubi legitur, ℭ ordo † prędicatorum & cęteri mendicantes ſunt capaces ad acquirendum, licet non ad retinendum. Cardin. conſi. 102. deciſi. Rotę. 559. glo. in uerbo domum. c. 1. §. confirmat. de religio. dom. in 6. Feder. de ſen. conſi. 265. & in tali alienatione non requiritur ſolemnitas. &c. Dec. & Fel. in c. in pręſentia. de probat. ut d. deciſi. ſup. dicit.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus poteſt ſine aliqua iuris ſolemnitate repudiare res, quæ nondum cenſentur in bonis eccleſiæ.*
2 *Res ante acceptationem non cenſetur eccleſiæ.*
3 *Prælatus qui potuit quærere eccleſiæ, & non acquiſiuit, tenetur ad intereſſe.*
4 *Prælatus an poſſit repudiare legatum factum eccleſiæ.*
5 *Prælatus an contrahendo præiudicare eccleſiæ poſſit.*
6 *Prælatus poteſt repudiare donationem factam eccleſiæ ſine aliqua ſolemnitate, & quare diuerſum ſit in legato.*

Caſus IIII.

Continuat præcedentem materiam.

ITem poſſunt alienari ſine aliqua ſolemnitate, res quæ nondum cenſentur in bonis eccleſiæ, puta res quæ præſcribuntur, quæ nondū ſunt acquiſitæ eccleſiæ, uti ſunt res legatæ eccleſiæ, quæ nondum
1 ſunt traditæ, quas Prælatus † bene poteſt ſine aliqua ſolemnitate repudiare. c. fi. de præſcrip. & ibi per Doct. tradit Fed. de ſen. in ſuo conſi. 94. per tex. in l. ſi ſponſus. §. 1. ff. de don. inter

uir.

Source : BIU Cujas

uir.& uxor.per Io. Andr.in c cum apostolica.de his quæ fiu. a prælat.Lap.alleg.26.per tex.in l.qui autem.ff. quæ in fraud.
2 cred.† quia ante acceptationem res non centetur eccleſiæ.l. ſi quis ita ff. de cond. inſtit. ſed ꝙ res legata acquirenda non poſſit ſine ſolemnitate alienari, nec repudiari, tenet Anchar. in clem. 1.eo.tit.per tex.in l.magis puto.§. fundum.ff. de reb. eo.per tex.in l.fi C.de ſacroſan.eccleſi.ubi in eccleſiam tranſfertur dominium ſine traditione, per alias rationes de quib. ibi per eundem Petr.Anchar.in c.cum contingit.de ſentent. excom.Oldrad conſi.9.Socinus in tract.falen.reg.110.eccleſiæ res, & iſta opinio poteſt intelligi ꝙ non debet interuenire authoritas Archiepiſcopi ubi alia ſuperioris extra proxime dictam per Præpoſit.in ca.ſine exceptione.12.q.2. in fin.
3 † Prælatus tamen qui potuit quærere eccleſiæ, & non quæſiuit, tenetur ad intereſſe.per tex.cum ibi gloſſ.in cap. quicunque. 12. q.4. ſicut dicitur in tutore reſpectu pupilli. l. quicquid.C.arbit.tutelæ.Peruſi.in c.1.eo.tit.in 6.Rebuff. præallegato compendio de rebus eccleſiæ alien.uerſic. ſextus caſus
4 † Sed an Prælatus poſſit, vel non poſſit repudiare legatum factum eccleſiæ.vide per Abba.in cap.tua nuper.de his quæ fi. a præla ubi diſputat in utranque partem quæſtionem, & cõcludit quod prælatus nõ poteſt repudiare legatum niſi cum iuſta cauſa & ſi ſine iuſta cauſa repudiat poteſt compelli ad ſatisfaciendum eccleſiæ de ſuo, per eum.d.loco.& uide quæ dico ſupra in rubrica de ſignificat.uerb.alien.uerſi. Item repudiatio in qua materia vide diſtinctionem Barto.in l.iubemus nulli.C. de ſacroſan. eccleſi. ubi poſita quæſtione, an
5 poſſet † præiudicare eccleſiæ contrahendo, aut aliud faciendo, diſtinguit, primo caſu non poteſt præiudicare niſi licite contrahat, ſecundo caſu, ſi loquimur in quęrendo, poteſt pręiudicare.auth.idem eſt de Neſtorianis.de hęret. C.aut in quæſitis, & ſi conſenſu capituli facit, pręiudicat, aut ſine, & non poteſt præiudicare, & quod prelatus ſolus non poteſt legatum repudiare ſine ſolemnitate colligi, videtur ex dictis
6 Paul.de Caſtr.in conſi.2.† quod eſt ſecus in donatione, vt dicit bene probari ex l.magis puto.§. fundum.ff de rebus eo. & ratio diuerſitatis eſt quia in donatione nõ acquiritur donatario niſi volenti, & non ignoranti. ſed in legato ſufficit factum teſtatoris ſolius, acquiritur enim ignoranti, licet reuocabiliter.l cum pater. §.fundo.ff de lega.2. ergo legatum eſt quęſitum ipſo facto & per Ange.in ſumma.in uerbo alienatio. §. utrum Prelatus, & ibi uide in appoſtillis, quę multa adducunt.

SVMMARIVM.

1 *Eccesiæ res iniuſte ab ipſa detenta alienari poteſt.*
2 *Eccleſia eſt cultrix, & auctrix iuſtitiæ.*
3 *Maritus qui ex conſuetudine acquirit dimidiam partem uxori, non lucratur ex conquæſtibus illicitis.*
4 *Societas non contrahitur inhoneſtarum rerum.*
5 *Prælatus qui habet conſcientiam læſam alicuius rei alienæ, quam nomine eccleſiæ poſſidet, an illam reſtituere poſſit.*
6 *Prælatus vel eccleſia alienum detinere non debet.*
7 *Alienationis cauſa debet eſſe notoria.*
8 *Res eccleſiæ an dari poſſit in emphyteuſim abſque ſolemnitate.*

Caſus V.

1 ITem alienatur, & alienari poteſt res eccleſię, † quàm eccleſia detinet minus iuſte, allegatur Io.And.in c.nulli. ext.de rebus eccleſiæ non alien.& Bal. in auth. ſi qua mulier C.de ſacroſan eccle.dicit Rebuff.in compend.alien. rerum eccl.uerſi.quartus caſus, quod de hoc caſu eſt dubitãdum,
2 † quia eccleſia, quæ eſt cultrix iuſtitię, & auctrix. cap. uno.de feud.alien.non debet poſſe alienare rem alienam & quam iniuſte detinet, ideò eſt dicendum, quod non poſſit alienare in aliam perſonam, ſed quod bene poſſit talem rem reſtituere ſine ſolemnitate illi cui uenit reſtituenda, & ità poteſt intelligi iſte caſus.fac.tex.in capitu.1.12.q.4. ſimile uidemus in
3 † marito, qui licet ex omnibus bonis acquiſitis durante matrimonio ex conſuetudine dimidiam partem acquirat uxori, & ea immobilia non poteſt alienare ſine uxore, tamen ex conquæſtibus iniuſte acquiſitis, non lucratur uxor, uel maritus dimidiam partem, ſi forte ex adulterio, aut alijs ſit acquitum per tex.in c.conquæſtus.ubi Barba.col.3. de for.cõpet.
3 arg.l.quod ſeruus.ff.de acq. poſſ. quia † inhoneſtarum rerũ non contrahitur ſocietas, nec inde acquiſitum communicatur.l.ſi fratres.§.ſi cum l.ſeq.ff. pro ſoc.& expreſſim tenet Io. Lup.in repet cap.per ueſtras.§.65.fol.4.de donat.inter uir.& uxo.allegantur ut ſupra dixi Io.And.& Bald.ad hunc caſum, ſed ego perlegens tex. utriuſque non potui de hoc inuenire ne uerbum quidem in aliquo eorum, ſed uidetur in materia glo.in c.1.14 q.4.tex.in l.quoties.§.ſicut.ff. de admi. tut.l.idẽ quod.§.fideiuſſorem.ff mandati & hæc quæſtio ponitur & examinatur per Abba.in c.ſi.de præſcript.pen.col.uerſicu.4.
5 glo.ubi poſita quęſtione an † Prælatus habens cõſcientiam læſam alicuius rei alienæ, quàm nomine eccleſiæ poſſidet, debeat reſtituere illam ei quem credit eſſe dominum illius, reſpondendo dicit quòd non, quia debet intimare ei cuius res eſt ut illam petat, quia capitulum habet bonam conſciẽtiam, licet prelatus habeat læſam.per gl.in cap. generalis. 54. diſtin.& c.bene el 2.de poſt.prelat.& poſt recitatas tres opiniones doctorum, diſtinguit, quod aut notorie conſtat rem eſſe alienam & tunc ſolus prelatus poteſt, & debet illam re-
6 ſtituere, & ità intelligitur tex.in d.c.generalis, † quia non debet prelatus uel eccleſia alienum detinere, ſed cognoſcere bonam fidem.c.per tuas.de donat.& c. ſæpe.de reſtit. ſpoliatorum, nec dicitur prelatus hoc caſu alienare rem eccleſiæ, cum notorie conſtat quòd non eſt eccleſię, ſed potius dicitur procurare negotia eccleſiæ, cuius infamia purgatur in reſtitutione rei alienæ, aut conſtat notorie, & tunc, aut ſolus prælatus ſcit, nec aliter poteſt probari, & debet tacere, quia ſibi ſoli non crederetur.7.q.2.& tantum, & c. placuit, & eadem cauſa.q. 7. plerunque, nec detinendo Prælatus peccat, quia hoc facit ut perſona publica, & conſcientiam habet ut priuatus.aut poteſt probari per alios, & tunc conſilium glo. eſt ſeruandum: nec credo quòd Prælatus cum capitulo ſuffi ceret ad illam rem reſtituendam, ex quo notorie non conſtat rem eſſe alienam, quia ſicut directè, cauſa non apparente, non poteſt Prælatus cum c.alienare.c.ſine exceptione 12. q.2.ita nec indirectè, poſſet enim aliàs confingi fraus, noto-
7 ria † enim debet eſſe cauſa alienationis fiendæ.cap.1.li.6. de reb.eccl.non alien.& aliàs ut ibi per eũdem Abb. ubi etiam uide in ſeq.q.ubi quærit, & diſputat, ſi dominus cuius res eſt poſſeſſa per eccleſiam rem ipſam repetit, & Prælatus habens conſcientiam læſam confitetur, nunquid prejudicet eccleſiæ habenti bonam fidem & c.ubi uide pro hac materia quæ
8 eſt ſinonima, Item uidetur ꝙ res † eccleſię poſſit dari in emphiteuſim abſque ſolemnitate, & ꝙ in emphiteuſi non requiratur ſolemnitas.per Azo.in ſumma in ſi. C.de ſacroſan. eccl.ubi dicit, ꝙ ex conſuetudine uniuerſali prælati conſueuerunt dare in emphiteuſim res eccleſiæ cum conſenſu collegij aut maioris partis eius: ſequi uidentur, Spec.titu.de emphiteoſi §.nunc aliqua uerſic.6.quæritur.Bald. in l. etiam.in prin.ff.ſol.mat.Doct.in c.2.de feud.Pau.de Caſtr. conſi.136. primo uol.Alexan.conſi.9.3.uol & ſeq.Iul. Clar.li.4.ſenten. §.emphiteuſis.uerſi.& ſi dicas, ubi dicit ꝙ in cõceſſionibus emphiteuticis licet de iuris rigore ſolemnitates quæ ſeruantur in alienationibus eccleſiaſticis ſeruari debent, tamen hodie non ſeruantur, & nihilominus de conſuetudine ualent iplæ conceſſiones, & ꝙ eccleſia Romana talem conſuetudinem diſſimulat & patitur, & hoc inquit uidetur ſufficere ad hoc ut teneat contractus, per Specul.& Azon.d.locis, quos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio ſine ſolemnitate procedit quando bona ſunt conſueta infeudari uel in emphiteuſim dari.*
2 *Alienare non dicitur, qui confirmat veterem alienationem, etiam ſi in alium transferat.*
3 *Prælatus ſolus habet poteſtatem alienandi ſecundum modum conſuetum.*
4 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei reuerſæ ad eccleſiam, quæ eſt de neceſſitate alteri concedenda.*
5 *Res ſi ſolita ſit emphiteuticari, noua conceſſio non dicitur alienatio, ſed conſuetudinis obſeruantia.*
6 *Conſuetudo facit uiam apertam.*
7 *Inueſtitura prima ſi cum ſolemnitate facta ſit, ſecunda ſine ſolemnitate fieri poteſt.*
8 *Alienatio inſolitis alienari eſt permiſſa ſoli prælato ſine ſolemnitatibus, de iure communi. Item per conſtitutionem Pauli ſecundi. Item inſpecta bulla Pauli quarti.num.9.*
10 *Solemnitas aliqua non requiritur in re ſolita locari.*
11 *Ciuitates & loca Sanctæ Rom.eccleſiæ ſi reuertantur ad eccleſiam non poſſunt hodie de nouo alienari.*
12 *Prælatus non poteſt infeudare bona, quæ tempore ſui ingreſſus reperit incorporata eccleſiæ.*
13 *Bona in dubio præſumuntur eſſe de menſa.*
14 *Eo ipſo quod eccleſia reperitur in poſſeſſione feudi, non ideo dicitur incorporatum, niſi probetur quæ dicatur menſa.*
15 *Eccleſia ſi ad inopiam redacta ſit, non poterit prælatus feudum ad eam reuerſum alienare.*
16 *Alienari an poſſit res reuerſa, ceſſante cauſa primæ alienationis, & numero 24.*
17 *Prælatus ceſſante cauſa primæ alienationis, ſi neget reinueſtire non uidetur facere iniuriam hæredibus primi feudatarij.*
18 *Verbum, libere, quid importet.*

Prælatus

Source : BIU Cujas

19 *Prælatus licet inueſtituram renouare poſſit, non tamen poteſt illam alterare in præiuditium eccleſiæ.*
20 *Solitum alienari quid dicatur.*
21 *Solita alienari non dicitur res data ad tertiam generationem, ſi nunc cõcedi uelit in perpetuum.*
22 *Feudum reuerſum poteſt iterum concedi, dummodo cum utilitate eccleſiæ.*
23 *Verbum, expedit, importat utilitatem.*

Caſus. VI.

ITem alio caſu videntur poſſe alienari res eccleſiæ abſque ſolemnitate, puta, quando bona † feudalia uel emphiteotica reuerterentur ad eccleſiam, quæ eſſent conſueta infeudari uel in emphiteuſim dari, tunc ſi non ceſſet, & duret prima cã, poterunt iterum concedi in feudum, uel in emphiteuſim, iuxta conſuetum modum ſine ſolemnitate. c. ut ſuper. ubi Doctor. eo. tit. ext. & maxime per Innoc. ibi, quia vero de nouo erant ad eccleſiam deuolutæ, uidebatur ꝙ non deberent dici de menſa epi, & ſic per conſequens poſſent alienari. arg. c. vlt. de feud. & eſt tex. formatus in c. fina. de feud. extra. ponit Franciſ. Curt in tract. de feud. 2. par. q. 4. & ſeq. & 1. q. 2. col. & Card. Alex. c. 1. col. 9. qui feu. dar. poſſ. Pau. de Caſtr. cõſi. 136.
2 † quia non intelligitur alienare, qui alienationem ueterem inuenit, & eam confirmat, etiam ſi in aliam transferat perſonam. l. 1. §. permittitur. ff. de acq. quot. æſtiu. glo. in auth. hoc ius. in gl. fi. C. de ſacroſan. eccl. quæ dicit, ꝙ res eccleſiæ prohibita alienari bene poteſt alienari ſi adſit cõſuetudo, probatur in c. 1. in prin. ubi hoc tenet Bal. per quos fi. inueſtit. fac. tex. in c. 2. de feud. per Bal. conſi. 494. 2. uol. incip. in Chriſti nomine, Beatæque Mariæ, fac. tex. in c. ut ſuper. de reb. eccl. non alien. extra, ibi, nec alijs infeudauit, & ſine epiſcopi conſenſu ſicut poteſt epiſcopus eaſdem alienare ſine conſenſu capituli. per Cald. conſi. 1. de his, quæ fi. a Præla. quia præſumitur ꝙ vtiliter fiat, & non debet iſta facultas eccleſiæ adimi. & per Per. Rebuff. in compendio alien. rer. eccl. uer. octauus caſus, Decius in terminis in d. conſi. 142. prima parte. incip. & protenui. 1. col. ibi. & prædicta maxime haberent locum, ſi iſta bona ſolita eſſent concedi, quia tunc ſimpliciter abſque alia ſolemnitate a prælato concedi potuiſſent. c. 2. de feud. not. Bar. in auth. qui rem. circa fi. C. de ſacroſan. eccl. in l. ſi uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. Cald. conſi. 11. in tit. de feud. Pau. de Caſt. in leg. etiam. circa fin. ff. ſol. mat. ubi dicit, ꝙ tali caſu abſque alia cauſa bona eccleſiæ conceduntur, ut not. Alexã. conſi. 14 incip. uiſo, & conſiderato. col. fi. lib. 2. idẽ conſi. 189. col. 6. 2. uol. & conſi. 9. 3. uol. Dec. d loco. col. 2. uer. ſolum ſupereſt. ibi, quia illud dictum intelligitur in rebus cõſuetis da-
3 ri in emphyteuſim, in quibus ſolus prælatus † habet poteſtatem alienandi ſecundùm modum cõſuetum, quia prælatus concedendo in feudum res ſolitas infeudari alienare non dr, Abb. antiq. c. 2. de feud Bal. in margarita, in uerbo prælatus, uerſi. fi. & dicit Guliel. de Cun. in l contra iuris. ff. de pact. ꝙ,
4 ſi res † peruenit ad eccleſiam, quam de neceſſitate habet alteri concedere, in iſta non requiritur ſolemnitas tractatus, nec ꝙ interueniat authoritas ſuperioris, Barb. conſi. 61. incip. ab Ioue principium. De hoc tex. eſt extrauag. ambitioſæ. de reb. eccl. non alien. extrauag. com. ibi, omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem, conductionem ultra triennium, nec non infeudationem, uel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus a iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis. Sequitur Lud. Gomeſ. in reg. de trien. poſſ. q. 14. uerſi. nec obſtat, ubi dicit ſecũdùm aducta, & allegata ibi per eũ, ꝙ Rota illo anno in vna Bononien ſi nullitatis emphyteuſis concluſit, rem emphyteuticam eccleſiæ ſemel cum ſolemnitate alienatã poſſe denuo alienari ſine aliqua ſolẽnitate, ex quo iam ſemel fuit effecta alienabilis & per Io. Bertach. in tracta. de epiſc. quarta parte. uerſi. 10. 8. quæro ibi, pro prædicta deciſione facit, quia emphyteuſis iterum poteſt dari alicui ſine ſolemnitatibus, quãdo res ſit ſolita dari in emphyteuſim, aliàs non, ſecundùm Bar. in auth. quia rem. C. de ſacroſan. eccl. An autem concedat feudum maſculo, uel fœminæ ſimul, ſtante conſtitutione uel conſuetudine, ꝙ feudum detur maſculo, per Bald in c. 1. uer. conſuetudo, qui feud. dar. poſſ. in uſib. feud. habetur
5 per Bal. in conſi. 221. 1. uolu. incip. primò quæritur, † ꝙ, ſi res emphyteutica eſt ſolita emphyteuticari, in illius cõceſſione non requiritur tractatus, quia hæc nõ eſt noua alienatio, ſed conſuetudinis obſeruantia, ſicut dicimus in feudis, ut in c. j.
6 qui feud. dar. poſſ. nam uiam † apertam facit conſuetudo, vt l. 1. §. permittitur ff. de acq. quotidia æſtiua. de feud. c. 2. & 3. ut ibi per eundem Bald. in prin. Sed declara materiam hanc, & intellige ut per Abb. in c. ut ſuper, 2. col. de reb. eccle. non alien. ibi, & eſt ratum; & uide, quæ ſcripſi ſupra de rerum immobil. alien. circà fi. Videtur in terminis facta deciſio Rotæ deciſi. Putei. de reb. eccle. deciſion. 1. in manu ſcriptis. in urbe apud aduocatos, vbi habetur, ꝙ ſtante inueſtitura prima ſo-
7 lemniter facta, † poteſt fieri ſecunda ſine ſolemnitate, ſi uerò non præcedat alia, tunc requiritur, ꝙ binus actus præcedat, cum tempore 30. vel 40. ann. iuxtà Cur. in tract. de feu. 2. par. q. 4. & in 1. q. 2. col. Card. Alex. in c. 1. col. 2. qui feud. dar. poſſ. Paul. de Caſt. conõ. 136. ut in dicta deciſi. dicitur, quæ fuit facta in una bononienſi emphyteuſi pro D. Aemilio de Blanchis; Et uide, quæ dico infrà in caſu, quo creditor rem ſibi legitimè pignoratam vendit ſine alia adhibita ſolemnitate; itẽ eſt deciſio. Moedan. ti. de reb. eccl. & loc. num. 250. Poſt hęc vidi in urbe allegationem famoſiſſimi aduocati ſuper pũcto an in rebus eccleſiæ ſolitis locari ultra triẽnium requiratur beneplacitum Papæ, & ſedis appoſtolicæ uel ſolemnitas, &c. ubi dicit negatiue reſoluendum; nam, ſi inſpiciamus ius cõmune in ſolitis concedi, nedum locatio, ſed & ipſa alienatio
8 rerum eccleſiæ † eſt permiſſa ſoli prælato abſque ſolemnitatibus, & abſque pp conſenſu, c. 2. ubi omnes. de feu. Cald. eo. tit, conſi. 11. Pau. de Caſt. conſi. 189. col. 2. uerſi. ſecundò quia poſito in 2. Subdens idem aduocatus, ſi inſpiciamus extraua. Pauli. ij. ipſa extrauagans in ſolitis concedi non requirit pp conſenſum, ſed ab antiquo ſolita concedi excipit a ſua ordinatione. ad tradita per Dec. l. 1. num. 25. de regu. iur. Si autem
9 inſpiciamus † bullam Pauli Quarti, ea etiam minime locũ habeat, quia eas tantùm damnat alienationes, in quibus ſolemnitas a iure requiſita non interuenit, & quæ ſunt in damnum eccleſiæ, & quæ aliàs nulliter factæ ſunt; in caſu autem noſtro nulla ex his qualitatibus habet locum, cum ſimus in ſolitis concedi, nullæ a iure requiruntur ſolemnitates, non fuit etiam in damnum eccleſiæ, quia non probatur tempore contractus plus potuiſſe hoc tenimentum locari, & damnum conſideratur de tempore contractus, l. ſi uoluntate. C. de reſcinden. uend. cum adductis per Aymon. conſi. 114. nu. 16. cum ſimil. non eſt etiam facta hæc locatio aliàs nulliter, cùm neque ſolemnitates, neque conſenſus Papæ aliàs requireretur, ideò ceſſantibus qualitatibus requiſitis in bulla Pauli Quarti, eius diſpoſitio in locatione, de qua agitur, non poteſt habere locum, Pariſi. conſi. 52. nu. 26. uol. 4. Facit, quia in
10 re ſolita locari † non requiritur aliqua ſolemnitas. Dec. in d. autu. qui rem. col. pen. uerſi prima concluſio, Cor. cõſi. 181. col. 3. num. 16. uol. 2. Ruin. in conſi. 149. num. 2. & conſi. 161.
11 num. 35. uol. 1. Hodie tamen † Ciuitates, & loca San. Romanæ eccleſiæ ſolita infeudari, quæ ſunt reuerſa, uel reuertent, non poſſunt amplius infeudari, uel de nouo alienari, uel cõcedi per conſtitutionem Pij quinti deſuper editam ſub dat. quart. Calen. April anno ſui pontificatus 2. anno 1567. Et cle-
12 ricus ſiue prælatus † non poteſt infeudare ea bona, quæ tpe ſui ingreſſus reperit incorporata in eccleſiæ poteſtate & mẽſa, etiam ſi fuiſſent ſolita infeudari per Iaco. de Aluarotis in c. 7. 3. col uerſi. quæro cum gl. de his qui feu. dar. poſſ. in uſib. feud. ſed hoc dictum Iac. de aluarotis intellige, ut intelligit, & declarat Guid. Pap. conſi. 154. circà finem, uidelicet, ſi bona ſic reuerſa non fuerunt de nouo infeudata, ſed ꝙ illa tenuerit prælatus ſic per certum temporis ſpatium, ſaltem per annum, per Card. in c. 2. de feud. & Arch. immo etiam ſine tem poris præfinitione, modò ſint redacta ad menſam, & ſcripta
13 cum bonis de menſa, † & in dubio bona dicuntur, & præſumuntur eſſe de menſa, per Inn. & Hoſt. & Card. Flor ẽ. in c. 1. de cler qui inueſtit. fec. De qua materia uide quod dicit Bal.
14 d. c. 1. ꝙ eo ipſo, † ꝙ eccleſia reperitur in poſſeſſione feudi non ideò præſumitur incorporatum eſſe, niſi probetur quæ dicatur menſa, & quid ueniat appellatione menſæ, tenet glo. & Bar. in l. cum pater. §. menſæ. ff. de leg. 2. Inno. in c. ut ſuper. extra eo. gl. & Io. And. in clem. 1. de excel. præl pro quo uide quæ deduco ſuprà de ſignifi. uerbi alienatio. uerſic. item dare
15 rem in emphyteuſim. Nota tamen in hac materia, † ꝙ, ſi eccleſia eſſet reducta ad inopiam, feudum ad eam reuerſum non poteſt prælatus alienare, quia illud tunc prælatus debet pro ſua eccleſia retinere, per Aluarot. in c. 1. col. 8. ad fi. & ibi Iac. de Bel. & Card. ibi pen. col. ult. fallen. & ibidem Martin. Lauden. circà finem, in ult fallen. qui feud. dar. poſſ. Et pari
16 modo † non infeudat rem reuerſam, prælatus, ſi ceſſat cauſa primæ conceſſionis, & infeudationis, puta, ſi fuit conceſſum feudum infertile, ut coleretur, ſi reddit fertile, & bene cultũ, non debet prælatus denuò tamquam rem ſolitam infeudare, per Docto. c. 1. qui feud. dar. poſſ. ſecus ſi cauſa prima durat, puta ſi ſit infeudatum caſtrum, quod affert eccleſiæ ſumptum pro cuſtodia, & eſt modici reditus, quia bene poteſt, per Abb. in c. ut ſuper. de reb. eccl. non alien. per tex. cap. cum ceſſante, de appellat. Hanc limitationem refert Card. d. c. 1. in princ. ult. col. qui dicit hanc limitationem eſſe æquiſſimam, ſed eam communis practica non acceprat, quia eſt nimis ri-
17 gorioſa contra contrahentes cum eccleſia. † Sed uidetur, ꝙ ſubſi-

Source : BIU Cujas

subsistente causa noua, uel cessante causa primæ infeudationis, possit prælatus retinere, nec facit iniuriam hæredibus primi feudatarij, si eos neget reinuestire. c. 2. de feud ibi, si uideris expedire; Sed, si velit prælatus, videtur ꝙ possit, quia per illum tex. videtur relinqui suo arbitrio, per verbum, si viderit, per ea quæ not Doct. in l. si sic, de leg. 1. per moder. in c. 1. de
18 de constit. & subijcitur † ibi, uerbum libere, quod permittit in omni casu infeudationem, vbi prælato videbitur, gloss. in clem. dudum, de sepult. in c. 1. de suplen. negl. prælat. late per Claud seysell. in Spec. de feud. qui feu dar. poss. uersi. 7. limita-
19 tur. Et licet † prælatus possit renouare inuestituram, tamen non potest illam alterare in præiuditium ecclesiæ in duriorem casum, puta, si erat concessa pro masculo tantùm, concedere pro masculo & fœminis, per Iac. de Bel. d. c. 1. qui feu. dar. poss. ubi Aluaro. Ber. Capr. Martin. Laud. Cardin. in fi. 4. col. qui citat Bar. in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. Bal. in auth. si quas. eo. tit. & in l. etiã. ff. sol. mat. Cald in rub. de feud. cons. 11. Imola in l. ꝙ dicitur. ff. de uerb. obl. late per eundem Claud. d. loco. uersi. 8. limitatur, ubi acumulat materiam. Et
20 dic pro intelligẽtia, ꝙ † illud dicitur esse solitum alienari, vel infeudari, quod bis in spatio 40. ann. fuit concessum, ut per Bal. in l. de quibus. de lega. Imola in c. 2. de feud. Alex. cons. 5. & cons. 93. uol. per Dec. in auth. qui rem col. 8. C. de sacros. eccl. licet Claud. tract. secundo, primo tit. qui feud. dare. poss. col. 16. uersi. 2. procedunt supradicta, relatus in allegata deci. Moedan. num. 250. Alex. cons. 9. num. 6. lib. 3. & cons. 5. nu.
21 11. lib. 5 dicat, ꝙ res locata per 10. annos dicitur res solita locari, ut etiam in decis. Moedan. 240. de locat. & si res sit † data uel concessa in perpetuum, quæ erat solita dari ad tertiam generationem, non est intelligenda solita dari, quia non fuit data isto modo, vnde non valebit talis alienatio sine solemnitatibus, quia cùm dari isto modo non consueuerit, nõ põt concedi, ut de illis, quæ sunt concedi solita, per Afflict. decis.
22 107. num. 2. in uerbo, sed maior pars. Sed ꝙ † feudum, uel emphyteusis, quæ reuertitur, possit de nouo concedi, est intelligendum cum utilitate semper, & si expedit, per tex. in c. fi. de feud. uersi. in primo, ibi, in primo casu feudum decedentis li
23 bere, si videris expedire, concede; & uerbum † expedit uidetur importare utilitatẽ, Instit de his qui sunt sui. §. sed & maior, ibi, expedit enim reip ne sua re quis male utatur & c. l. Cajus, la 2. ff. mandat. c. cùm expediat, de elect. in 6. c. pro illorũ. de præb. & ꝙ debeant de nouo concedi cum utilitate ecclesiæ, est tex. apertus in extrauag. ambitiosæ. de reb. eccle. non alien. extrauag. com ibi, vt rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis: & tunc ecclesiarum euidenti uti
24 litate &c. † Et intellige, ꝙ res solita potest concedi sine solẽnitate puta quando eadem causa esset in secunda concessione, quæ fuit in prima, puta sterilitatis. Sed, si res fuit concessa sterilis, & reuersa est prætiosa, non fit tunc concessio secũda sine solemnitate, per Afflict. in constit. regni libro primo, constit. Baiulos omnes, idem lib. 3. const. incip. diuæ memoriæ. per Rotam Benintendi concl. 13. & quando dicitur de re solita, intellige quando illamet res esset solita, non quando aliæ, quia de vna ad aliam tanquam diuersa non fit illatio. d. conclusione.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio facta pupillo sine tutoris authoritate ualet.*
2 *Alienatio facta in utilitatem ecclesiæ ualet.*
3 *Ecclesia potest sine solemnitate canonica facere contractum sibi fauorabilem.*
4 *Authoritas ex interuallo data ualet, quando alienatio tendit ad utilitatem ecclesiæ.*
5 *Solemnitas sufficit, quòd interueniat post factum, obtento fine ob quem requiritur.*
6 *Iura non uolunt, nisi effectum ad finem.*
7 *Causæ necessitatis, & utilitatis permittunt recedi a iure communi.*
8 *Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem fauorabilem ei, cuius gratia facta est prohibitio.*
9 *Episcopus qui iurauit non alienare, potest nihilominus in utilitatem euidentem ecclesiæ alienare.*
10 *Iuramentum non est iniquitatis uinculum.*
11 *Minima sunt exempta a solemnitate, & iuris rigore.*
12 *Iuramentum non extendit se ad possessiones simpliciter inutiles.*
13 *Necessitas, & utilitas æquiparantur a iure.*
14 *Contractus sine solemnitate celebratus, si sit utilis ecclesiæ, est in optione episcopi, uel rectoris, an uelit contractum ualere.*
15 *Locatio facta in utilitatem ecclesiæ transit ad successorem.*
16 *Prælatus si locauit utiliter nomine ecclesiæ, etiam sine solemnitate, successor tenetur stare locationi.*
17 *Emphyteusis licet concessa sit non seruatis debitis solemnitatibus, tamen emphyteuta tenetur soluere canonem.*
18 *Alienatio facta per solum episcopum, si utilis sit ecclesiæ, potest approbari per capitulum.*
19 *Pupillus contrahens sine tutore, obligat, sed non obligatur.*
20 *Contractus ecclesiæ potest claudicare de iure ordinario, secus ex dispositione extrauagantis ambitiosæ.*
21 *Contractus sine debitis solemnitatibus celebratus etiam in utilitatem ecclesiæ non ualet.*
22 *Contractus an in dubio præsumendus sit utilis ecclesiæ.*

Casus VII.

De solemnitatibus, an & quando possint uel non possint remitti in alienatione rei ecclesiasticæ.

VIdetur etiam, ꝙ res ecclesiæ possit alienari sine solemnitate, qñ videlicet alienatio esset facta in utilitatem ecclesiæ, quia tunc, etiam si non interuenerit solemnitas canonica, ualebit, argumento pupilli ad ecclesiam, vbi
1 † liberatio facta pupillo sine authoritate tutoris ualet, gloss. singularis. in l. 2. ff. de acceptila. Facit l. non eo minus. C. de
2 procurat. ubi sententia lata ad utilitatem minoris ualet, † sic & alienatio ecclesiæ sine solemnitate, ita dicit Bal. in l. contrà iuris. ff. de pact. in finalibus uerbis, ubi dicit, ꝙ ubi agitur de fauore pupilli in contrahendo, pupillus habet idoneam per
3 sonam. Subdens, ex prædictis apparet, † ꝙ ecclesia potest facere contractum sibi fauorabilem absque solemnitate canonica, non tamen potest se obligare, not. in l. cum hi, §. eam. ff. de transactio, ubi transactio utilis alimentario ualet & tenet inconsulto prætore: & ibi etiam dicit idem Bald. ꝙ ualet uenditio prædij minoris, quando hęc uenditio continet manifestam utilitatem minoris, uel ecclesię, allegat not. in l. 2. ff. de acceptila. & quod notatur in l. magis puto. §. si extrà. de rebus eo. & per Bald. in l. quicunque. C. de bon. quæ liber. ubi
4 dicit, ꝙ † ualet authoritas superioris etiam data ex interuallo quando illa alienatio tenderet ad utilitatem ecclesiæ, Corset. in singu. incip. pupillus. Nam, ubi in aliquo actu debet interuenire aliqua solemnitas habito respectu ad certum finem, tunc obtento fine, & effectu, per quem introducitur solemnitas, licet non interuenerit, tamen actus ualebit, & suffi
5 cit ꝙ solemnitas † postea interuenerit, c. si qua de rebus. 12.
6 q. 2. & c. cùm uos, de his, quæ fiu. a prælat. † quia iura non uolunt, nisi effectum ad finem. l. 1. §. uide ff. de oper. nou. nunt. per Rebuff. in compend. de alien. rerum eccles. uersic. nouus casus. Sequitur Barbat. in suo cons. 60. quod in hac materia fecit. ubi dicit secundum Angel. quem ibi allegat col 3. ꝙ, si statuto cauetur, ut in contractu minoris debeat interuenire consensus Mondualdi, si ille contractus est utilis minori, ualebit etiam non interueniente solemnitate requisita a statuto, quia talis dispositio statutaria recipit illam limitationem, nisi ille contractus esset utilis minori, aut pupillo. Et dicit Cardinalis Zabarel. in clemen. 1. de rebus ecclesiæ non alien.
7 uersi. 5. quęro, ꝙ † hæ duæ causæ necessitatis, & utilitatis permittunt recedi a iure cõmuni. Facit, quod habetur per Ang. in suo cons. ult. ubi dicit, statuto cauebatur, ut minor non possit se obligare, nisi cum certa solemnitate, & contraxit minor sine ea solemnitate, si contractus fuit utilis minori, nihilominus ualuit sine tali solemnitate, ut ibi: id etiam tenet Barbat. secundum Bald. ꝙ ad hoc, ut solemnitas requisita in alienatione rei ecclesiæ interuenire habeat in ipso actu, uel post, attendatur, & attendi debeat utilitas; quia, si utilitas ecclesiæ adsit, possit etiam post interuenire, & aliàs per eundẽ
8 Barbat. d. cons. 60. † Facit, quia prohibita alienatione nunquam intelligitur prohibita illa, quę est in fauorem illorum, quorum causa, uel fauore fuit facta prohibitio, ut per Bald. eleganter dicitur in l. quicunque. C. de bon. quæ liber. Sequitur Dec. in cons. 142. primo uolum. 2. col. ibi, quartò etiam potest responderi, ꝙ prohibitio statuti non extenditur ad casum de quo agitur, in quo alienatio fuit facta pro utilitate ecclesię, argumẽ. 12. q. 2. sine exceptione, ubi alienatio, quæ in bonis ecclesię prohibetur, non habet locum, quando alienatio cedit in utilitatem, & in beneficium ecclesię. notatur per glo. in summa ead. caus. & quæst. notatur in c. 1. de rebus ecclesię non alien. in 6. Rom. cons. 416. circà propositam. Lap. alleg. 131. & per alios adductos per Dec. dicto loco Sequitur Ant. c. decisio 132. ibi. Tertiò. Facit glo. in d. l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. ubi dicit esse argumentum, ꝙ si uendit ecclesia, uel minor in causam non concessam, tenet uenditio, si fecit conditionem suam meliorem, & ibi dicit Bal. per illam glo. ꝙ ualet uenditio prædij minoris, uel ecclesię non accedente decreto, quando hoc continet manifestam utilitatem ecclesiæ, uel minoris. Et facit illud quod habetur per Feder. de sen. in cons. 203. ubi ponit casum, an epi
9 scopus, † qui iurauit non alienare inconsulto Romano Põtefice, si uelit, possit concedere alicui suo coniuncto aliquam terram in perpetuam emphyteusim, puta unius Florẽ. cum dimidio, uel quid simile, & ipsius reditus ascendant, puta ad annuos.

annuos.10.ſolidos, & uelit dictus coniunctus ibi ędificare vnum molendinum,de quo habebit eccleſia centum ſingulis annis.& in rei veritate,ſi ædificaretur per eccleſiam, haberet quolibet anno ducentos,dicit, ꝙ ſi epiſcopus, vel Rector de per ſe hoc non poteſt, epiſcopus poteſt concedere. Nec obſtat in tali caſu iuramentum, cum non ſit præſumendum, ꝙ de tali cogitauerit, uel ꝙ ad huiuſmodi terrulas,ſiue minimas.etiam per iuramentum uoluerit obligare illum ſu
10 perior,† & iuramentum non eſt iniquitatis vinculum, nec in damnum eccleſiæ ſeruandum.c.quanto,de iureiuran.ca.ueniens,& c.ſicut,&huiuſmodi minima ſunt exempta a ſolem
11 nitate,& iuris rigore,per tex.in c.terrulas.12.q.2.Facit quod habetur in gloſſ.in c.ut ſuper.de rebus eccleſiæ non alien.ꝙ
12 iuramentum † non extendit ſe ad poſſeſſiones ſimpliciter inutiles.Refert.& ſequitur Laur. de Rodul.in reper.ca.ſine exceptione.q.45.Et dicit Abb.in c.ut ſuper.de reb. eccl.non alien.3.colum.uerſi.ſi uerò iurauit, ꝙ prælatus cauſa vtilitatis poteſt alienare res eccleſiæ,etiam ſi iurauerit non alienare,ibi,ſi uero iurauit ſimpliciter,& tunc puto ꝙ in caſu vtilitatis eccleſiæ poterit alienare,nam uideo,ꝙ in caſu neceſſitatis eccleſiæ hoc iuramentum non aſtringit,c.fi.de eccl.ædifi.
13 uel reparan.ergo nec in caſu utilitatis,quia neceſſitas,† & vtilitas æquiparantur a iure notatur 12.q.2.in ſumma, & dicit Anto.de Præt.in tract.de iuriſdictio.epiſc.c.5.1.col.ꝙ in alienationibus rerum eccleſiæ formaliter duo requiruntur, ſolẽnitas ſcilicet,& iuſta cauſa de iure antiquo,& ordinario,vrlatè per Dec.conſi.142.ubi de materia;ſed. ſi fauor eccleſiæ adſit,ſecundùm idem ius antiquum dictus cõtractus ualere poteſt non ſeruata dicta ſolemnitate,quod probatur per gl. & doctor.in c.1.in uerſi.ſed,ne ſede uacan.ubi habetur,ꝙ,licet
14 contractus alienationis rerum eccleſiæ initus forma non ſeruata ſit nullus,tamen,† ſi contractus eſt utilis fauore eccleſiæ,eſt in optione epiſcopi,vel Rectoris, an uelit cõtractum ualere,nec ne,& in hoc concordant omnes per tex.in ca. ea quæ,12.q.2 ibi,in iudicio erit epiſcopi conſtitutum,ſi prætiũ debeat recipi,nec ne,& propter hoc dicit Iaſo in l. cum hi,§. eam tranſactionem. ff. de tranſact.ꝙ contractus huiuſmodi claudicat,quia eccleſia poteſt ipſum ratificare, non autem qui cum ea contrahit, per allegata ibi per eum, quod etiam uoluit Dec.conſi.142 ubi dicit, ꝙ prohibitio ſtatuti non extenditur ad cauſam, in qua alienatio fuit facta pro utilitate eccleſiæ.argumento.12.q.2.ſine exceptione,ubi alienatio cedit in utilitatem eccleſiæ;notatur etiam per gloſſ.in ſumma, ca.cauſ.& quęſt de reb.eccl.non alien.in 6. cum aliis,de quibus ibi.Et facit,quod habetur per Lauren.de Rodulp.in ſua quæſtione, quæ appellatur quæſtio diſputata, quæ inſeritur poſt ſuam repetitiouem capit.ſine exceptione.12.q.2.incip. quæſtio trimembris.col.2.uerſi.9.arguo,ubi arguit in illa diſputatione,ꝙ locatio eſt alienatio, ſi fiat ad non modicum
15 tempus ſed † locatio facta in fauorem eccleſiæ,& eius vtilitatem, etiam non ſeruata ſolemnitate, ualet immo tranſit ad ſucceſſore.n.Ergo alienatio in utilitatem eccleſiæ celebrata ualebit,& trãſibit etiam ad ſucceſſorem; maior eſt clara per not.in clemen.prima,de reb.eccl. non alien.in glo. antepen. minor eſt clara per glo.& Inn.Io. Andr. & Ioan.de Lignan. in cap.quęrelam,ne prælat.uic.ut ibi per eum.Facit,quod habetur per Innocen.in cap fina. ne prælat.vic.ſuas, ubi tenet,
16 ꝙ,ſi † prælatus locauit eccleſiam nomine eccleſiæ, & ſi utiliter,ſucceſſor tenetur ſtare locationi, ſecus ſi inutiliter. Subdens,& hoc ego intelligo, ſi non interuenerunt ſolemnitates debitæ,aliàs enim teneret contractus, licet poſſet reſtitui in integrum,ut ibi per eum. Pro qua materia facit quod dicit Iaſ.in l.2.C.de iur.emphy.col.2.uerſi.unum tamen,ubi di
17 cit, ꝙ, ſi † eccleſia concedat rem in emphyteuſim non ſeruatis debitis ſolemnitatibus,de quibus in auth. perpetua, & auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccl. & cap.ut ſuper.de rebus eccl.non alie.tamen emphyteuta ità tenetur ſoluere canonem,ſicut ſi emphyteuſis fuiſſet conceſſa cum debita ſolemnitate, per tex.in §. ſi uerò, quam Ange.ibi in principio notat ad hoc,in auth.de non alien.colum.2.& per Corſet.in
18 reperto.in uerbo alienatio,& ibi dicitur,ꝙ alienatio † rei eccleſiæ facta per ſolum epiſcopum,ſi eſt utilitas eccleſiæ, ſiue ſit alienatio perpetua, ſiue temporalis,poteſt approbari per capitulum fauore eccleſiæ,& ſic uidetur contractus claudi-
19 care,ſicut † euenit in eo qui emit a pupillo ſine authoritate tutoris;nam ipſe obligatur pupillo,non autem pupillus obligatur ei.l.iubemus.§.ſi quis pupillo.ff de action. emption.ità ſicut poteſt epiſcopus ratam habere alienationem factam per capitulum,ſic & è contrà,per Abba in cap.1.de his, quæ
20 fiu.a prælat.& ſic reſpectu utilitatis eccleſiæ dictus † contractus poteſt claudicare de iure communi & ordinario,ſecus autem ex diſpoſitione extrauagantis Pauli ſecundi,ambitioſæ,quia licet alienatio aliàs ſit licita,& utilis eccleſię, contractus tamen claudicare non poteſt, per infrà dicenda. Nam per dictam conſtitutionem extrauagantem prohibetur alie
natio cum clauſula, inconſulto Romano Pontifice, & huiuſmodi uerba importare uidentur,ꝙ hodie contractus alienationis rerum eccleſiæ nullo modo ualere poſſunt Romano Pontifice inconſulto,& aliàs ut ibi per eum;ſuper quo uide,quæ dico infrà rubr.de conſenſu, qui adhibetur. Sed ꝙ
21 non valeat † contractus etiam in utilitatem eccleſiæ factus ſine adhibitis ſolemnitatibus requiſitis, uidentur concludere Iacob.But.Alber.Bartol.Angel.Fulg.Pau.de Caſtr. & Iaſ. poſt alios in l.cum hi.§.eam tranſactionem.num.2. ubi dicit, ꝙ omnes ita tenent.ff.de tranſaction.Abb.in c.nulli, num.7. de rebus eccleſ.non alienan.in cap.ut ſuper.num.17. eod.tit. & in capit.quæ in eccleſiarum.4.not.& ibi Felyn.1.colum.& Auguſt.Bero.num.36.de conſtit.Socin.conſ.80.colum.2.in uerbo ad hanc obiectionem,Alcia.in lib.1.num.17.in tract. de uerb.ſignific.in ſpecie atteſtatur eſſe communem opinionem Dec.conſi.142.num.4.& conſi.282.num.6.uerſi. ſecundum communem opinionem,& Rip. in l.is cui bonis, numero 47.ff.de uerbo.oblig.ſuper quo cogita, quia ante dicta multum urgere uidentur.Et ſecundùm illa ſentit additio ad Abb.in cap.quę in eccleſiarum.in uerbo in caſu,quæ reſpõdet ad allegatos Doctores. de conſtit. & multa in fauorem adducit.ſed limita, & intellige dictam communem opinionem,ꝙ non ualet alienatio ſine ſolemnitatibus, etiam ſi ſit utilis &c.niſi eccleſia,uel minor ratificet contractum, adhibendo debitas ſolemnitates,cum illud facere poſſit, licet nõ aduerſarius,per Innocen.& omnes in cap.1.de his, quæ fiu. gloſſ.in cap.2.ne ſed.uacan.Matthæſi.in notabilibus.255.nota. Alberic.Fulgoſ.& Iaſon.d.§.eam tranſactionem, gloſſ.in addition.ad capell.Toloſan.deciſio.98.& Bald.in cap.primo
22 de his,qui feud.dare poſſunt,quærit, † quando eſt dubium, utrum contractus ſit utilis eccleſiæ, uel non, quid ſit in dubio præſumendum;& dicit, ꝙ,ſi feudum eſt apertum, præſumitur,ꝙ ſit utile,alias ſecus, ſed gloſſ. quæ eſt authen. hoc ius.in fin.dicit,ꝙ,ubi interuenerit plenus conſenſus eccleſiæ, ideſt Prælati.& capituli,præſumitur factum in utilitatem eccleſiæ proceſſiſſe. Et ego,inquit,adduco generaliter,ꝙ, ubi eſt forma ſeruata,& decretum ſuperioris interpoſitum,ſemper præſumitur factum pro utilitate eccleſiæ. argum. nota. ad hoc.C.de prędi.curial.lib.10.Vide, quæ dico in cauſa utilitatis ſuprà, quę ſpectant ad hunc articulum.

SVMMARIVM.

1 *Alienari poſſunt per prælatum res exiguæ,minus utiles, & longè poſitæ,ſi neceſſitas exegerit.*
2 *Neceſſitas poteſt eſſe tanta, quòd magna prædia poſſent alienari ſine conſenſu capituli.*
3 *Iuramentum, quod præſtat prælatus de non alienando res eccleſiæ, non extenditur ad alienationem rei modicæ.*
4 *Prælati citrà epiſcopum an poſſint rem modicam alienare ſine ſolemnitate.*
5 *Minus utilis res dicitur quandoque reſpectiuè, quandoque ſimpliciter.*
6 *Res,quæ plus affert incommoditatis,quàm commodi,poteſt ſine ſolemnitate alienari.*
7 *Res ſterilis,etiam ſi ſit ſubiecta reſtitutioni,alienari poteſt.*

Caſus VIII.

De eadem materia.

1 PEr prælatum verò abſq; conſenſu capituli poſſunt alienari † terrulæ, vineolæ exiguæ,eccleſiæ minus utiles, longe poſitæ,& paruę,ſi neceſſitas ſuaſerit. cap. terrulas. 12.quęſtio.ſecunda.abſque requiſita ſolemnitate,ut per glo. ibi,quæ dicit,ꝙ hæc eſt ſexta pars, in qua Gratianus proponit caſus in quibus poteſt fieri alienatio ſine conſenſu capituli,vbi etiam dicit, ꝙ exigua res dicitur non ualens ultra 20. ſolidos,& uarijs modis dicitur res eſſe modica,per iura,quæ ibidem multipliciter adducit,& per Ioan. de Turre Crema. ibi,in quò ponit alium caſum iuſtę alienationis fine clericorum conſenſu,ſcilicet quando res ſunt exiguæ,minus utiles, multum diſtantes, uel longe poſitę, ubi reſpondet ad obiectum quod fieri poteſt de tex.in capitu.quicunque. 17. quæſtion.quarta.ubi prohibetur alienari prędium etiam exiguũ &,ſi prelatus alienare preſumit, pœnam depoſitionis incurrit, quia, inquit, ſolutio habetur ex uerbis minus utiles, aut longe poſitas, quia in dicto capitu. quicunque, intelligit de paruis rebus,& propinquis, quę ſunt utiles, hic verò de immobilibus paruis, & longe poſitis; quia,ſi magnę ſint, licet longe, & inutiles, non poſſunt alienari ſine conſenſu clericorum. uel poteſt dici, quòd ille text. loquitur in caſu non

conceſſo.

Source : BIU Cujas

conceſſo,& non exigente neceſſitate; & hoc ultimum, in-
2 quit,ſequitur Lauren.hic,qui dicit, quòd † tanta poteſt eſſe neceſſitas,ꝙ etiam magna prædia poſſent alienari ſine conſenſu capituli,idem per Archi.ibidem per eadem verba,per Hoſt.in c.1.ne prælat.uic.ſuas.ibi, uel niſi eſſet res modica, inutilis,& infructuoſa,in qua non requiritur hæc ſolẽnitas, 12.q.2.terrulas,Laur.de Rodul.in ſua repe.c.ſine exceptione,12.q.2.qõne 15.ponit quæſtionem, an inferiores epiſcopo ſine conſenſu poſſint terrulas alienare,& dicit,ꝙ ſic, per tex.in d.c.terrulas,& ſentit gl.in c.Abbatibus,12.q.2.In contrarium videtur facere tex.in d.c.Abbatibus, per quem tex. dicit Hugo,quòd eſt ſpeciale priuilegium epiſcopi, ut poſſit alienare terrulas ſine fratrum conſenſu,tamen tanta poteſt eſſe neceſſitas,quòd in his caſib.alii prælati iuſtè alienarent ſine conſenſu ẽpi.Idem tenet Belleme.d.c.Abbatib col. 22.uer.tertiò quæritur,ubi dicit,ꝙ in hoc epiſcopus in c.terrulas,& c.futuri.eſt priuilegiatus,& quòd non debet extẽdi ad Abbatem,vbi vide,quia ibi ponit, & diſputat quæſtionem,utrum Abbas abſque conſenſu capituli ſni poſſit paruas res,ut paruas terrulas alienare,quam quæſtionem propter ſui ambiguitatem non uidetur ſoluere ad plenum. Innocentius tamen in c.2.de his,quæ fiu.à præla. uidetur ſentire,ꝙ ẽt inferiores poſſunt alienare,ibi enim loquitur tex.de Abbatiſſa,& Gofred.idem ſentit in ſumma de his,quæ fiu.à præla.§.in ſumma,cum quo Innocen.tranſit idem Lauren. d.loco; idem tenet Io.de Turre Crema.in ſumma, 12.qõ.2. verſi.quartum eſt,ibi,in alienatione ergo rerum eccleſię epiſcopi debet eſſe conſenſus,& capituli,aliàs alienatio non tenet,niſi ſint modicæ,& inutiles poſſeſſiones,quæ citra hanc formam poſſunt ab epiſcopo alienari,ut c.terrulas, per Abba.in c.fi.de eccle.ædific.uel reparan.uer.item puto, ubi di-
3 cit,quòd †iuramentum,quòd præſtat prælatus de non alienando res eccleſiæ,non extenditur ad alienationem rei modicæ,argum.12.q.2.terrulas.Facit Fede.de ſen.conſi.202.Vide quod notatur in c.ut ſuper.de reb.eccl. non alien. & Ar-
4 chid.in c.Abbatibus,vbi proſequitur, an † prælati citra epiſcopum poſſint rem modicam alienare ſine ſolemnitate,qa tex.d.c.terrulas.uidetur loqui in epiſcopo, ſed ꝙ poſſit allego tex.bonum in c.cæterum,de donatio.in c.adhæc,& ca. relatum,el.2.de teſta.per Abba.d.c.fi. Et dicit Rebuff. in ſua expoſitione c.ſine exceptione,12.q.2. ideſt in ſuo compen. alien.rer.eccle.in uerbo item domus,quòd in tex.in d. c.terrulas.ponuntur tria antequam ommitti poſſit requiſita ſolemnitas;primum eſt,inquit,ꝙ res ſit exigua,& modica,probat ibi tex.terrulas,& ibi exiguas.Secundo requiritur,ꝙ nõ ſit eccleſiæ utilis,ibi,eccleſiæ minus utiles. Tertiò ꝙ neceſſitas adſit; Quartò conſiderandum eſt,ꝙ, licet ex neceſſitate poſſit omitti conſilium fratrum, tamen aliæ ſolemnitates requiruntur,cum hic,inquit,tantũ loquatur tex.de conſilio fratrum,ergo de aliis non intelligitur,& aliàs ut ibi per
5 eum,uſque ad finem ſuæ repetitionis. Et quod † dicitur in tex.d. c. terrulas. minus utiles poſſeſſiones, intellige reſpectu,& comparatione terrarum, & poſſeſſionum magis utilium,in qua alienatione eſt neceſſarius conſenſus capituli, item minus utiles dñr aliqñ ſimpliciter,& abſolutè, tunc.n. non eſt neceſſarius conſenſus capituli,uel tunc requirit cõſenſus ex honeſtate,& non ex neceſſitate,optima glo. in §. poſſeſſiones,in uerbo aſſenſu,quæ eſt glo.fi c.ut ſuper, de rebus eccle.non alie.ext.idem tenet Augu.Bero.in c.nulli,extra eo.ut ad longum refero ſupra in hac rubrica in ſecundo caſu.Eſt in terminis deciſio Guid.Papæ 156.ubi habetur, ꝙ
6 res minus utiles,& oneroſæ,& quæ plus afferunt incommoditatis, quàm commodi, plus expenſarum, quàm reditus, poſſunt bene per epiſcopum,uel alterum prælatum ſine ſolemnitate alienari,per iura,& Doctores in eadem deciſ. citatos.quam uide,vbi glo.ad illam dicit,quòd, ubi res eſſet parua, alienatio facta per prælatum ſinè conſenſu capituli ualet indiſtinctè,per Innocen.in c.1.de his,quæ fiu. à prælat. Subdens d.gl.uel apoſtilla,ſed ſm D.Abb. uidetur exigi tacitus conſenſus in alienatione perpetua rei paruæ, ut ipſe Abb.ſentit in d.c.1.in fi.& in c.2.Archi.in c.terrulas,10. q. 2. tenet iſtud uerum in reb.inutilib.paruis,longè poſitis,ſecus in magnis reb.licet inutilib.uel longè poſitis, quæ citra debitam ſolemnitatem alienari non pñt,niſi magna adſit neceſſitas.Vide,q̃ dico infra hac eadem Rubr.in caſu, qñ alienatur res,uel domus plus expenſarum &c. quæ fraternizant cum hic deductis, & cum deductis ſupra in rubr.de rerum
7 exigu.immobil.aliena.†Facit,quia res ſterilis,etiam ſi ſit ſubiecta reſtitutioni,bene poteſt alienari, & dicit glo. Alex.& alii in §.res quæ,l.Marcellus,ff.ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus ſolus poteſt dare de reditibus eccleſiæ pro dotando monaſterio conſtructo uſque ad quinquageſimam partem.*

2 *Et epiſcopus, ut ſua magnificet ſepulchra vſque ad centeſimam dare poteſt.*

3 *Quod de vno negatur,de alio conceditur.*

4 *Abſurdum eſt,quod ex reditibus eccleſiæ alij abundarent, & ipſa eſuriret,& quod uni eſſet remiſſio,alij verò tribulatio.*

5 *Prælatus ſolus non poteſt de nouo conſtruere monaſterium, nec eccleſiã ſecularem monaſticis informare regulis ſine conſenſu capituli.*

6 *Epiſcopus non ſolum poteſt aſſignare quinquageſimam de reditibus,ſed etiam de poſſeſſionibus.*

7 *Donatio,ſiue aſſignatio quinquaſimæ debet per prælatum fieri in uita, non in morte.*

8 *Teſtamentum morte confirmatur.*

9 *Epiſcopis tantum datur priuilegium donandi quinquageſimam,non inferioribus prælatis.*

10 *Eccleſia fratrum minoris ſunt exemptæ à iuriſdictione epiſcopi.*

11 *Eccleſia exempta eſt in dięceſi,licet non ſit de diœceſi.*

12 *Epiſcopus poteſt ſibi eligere ſepulturam extra cathedralem.*

13 *Epiſcopus quantumcunque abundans non poteſt ultra centeſimam, uel quinquageſimam donare ſine ſuperioris authoritate.*

14 *Epiſcopus,ſi uult conſtituere monaſterium,aut ſecularem eccleſiam religioſam facere,poteſt donare quinquageſimam,ſi uerò uult eccleſiam iã conſtructam magnificare pro ſuis ſepulchris,centeſimam.*

15 *Exceptio debet eſſe de regula,*

16 *Epiſcopus an dotande eccleſiam debeat habere conſenſum capituli.*

17 *Solemnitas iuris ſeruanda non eſt, ubi alienatio emanet ex neceſſitate iuris.*

18 *Bona ingredientis religionem alienantur ſine ſolemnitate pro ſatisfactione debitorum.*

19 *Abbas poteſt donare de rebus monaſterij alicui,donec ſit in ſeruitio monaſterij.*

Caſus. 9.

SEd abſque cõſenſu etiam
1 clericorum,uel capituli dari poteſt de †reditib. eccleſiæ, vel de poſſeſſionibus epiſcopatus per ſolum prælatum pro dotando monaſterio conſtructo vſq; ad quinquageſimam partem,& pro eccleſia ſeculari monaſticis regulis informanda,uel ſi ſua epiſcopus†uoluerit magnificare ſepulchra,dare poteſt uſque ad centeſimam, dum modo eccleſiæ detrimentum non afferatur.per tex.in c.apoſtolicæ,extra de donatio.ubi glo.in uerbo elegerit, dicit, ꝙ poteſt epiſcopus facere ſine conſenſu capituli; ſufficit enim hoc à iure ſemel eſſe conceſſum. Subdens diſputando glo.
3 per ſe,non debet excedere,quia ꝙ de uno†negatur, de alio conceditur.Sequitur Hoſtien.ibi,& hoc poteſt facere ſine conſenſu capituli,quia ſufficit hoc ſemel à iure conceſſum eſſe.Sed hoc non facit prælatus,ſi eccleſia habet tenues redi
4 tus,†quia & abſurdum eſſet, quòd alii abundarent, & ipſa eſuriret,& quòd uni eſſet remiſſio,alii uero eſſet tribulatio; & per eundem Hoſtien. ibidem in §. fina. per ſe non debet excedere ſummam à canone diffinitam, patet quòd per ſe poteſt uſque ad illam ſummam donare, & ſic hoc poteſt facere ſine capitulo,ubi Ioan.And.&c.Sequitur Abba. ibidẽ,
5 qui declarando melius materiam dicit,†& concluſio eſt,ꝙ à principio non poteſt de nouo conſtruere monaſterium, nec eccleſiam ſecularem conſtructam monaſticis informa regulis ſine conſenſu capituli,& ita intelligunt tex.ca. ſi epiſcopus,12.q.2.ſed bene poteſt, quia hæc ſunt acta cum conſenſu capituli,poteſt ſolus prælatus hanc donationem facere,quando tamen eſt neceſſaria, & ita intelliguntur alia iura,idem dicit Abba.in conſilio 45. primo libro, & epiſco-
6 pus†nedum poteſt facere hanc donationem de cenſibus, & reditibus eccleſiæ ſed etiam de poſſeſſionibus; puta aſſignando poſſeſſiones pro tali quinquageſima, quinimmo expedientius eſt eccleſiæ donare de poſſeſſionibus, quàm
7 perpetuò donare quinquageſimam partem redituum, † & iſta donatio quinquageſimæ, uel penſionum conſignatio habet fieri per prælatum in uita,& inter uiuos, non in morte,vel in teſtamento, per Ioann.Andr. ibi, elargiri,ergo in uita donare poteſt,& ideo ponitur ſub hoc titulo; non tamen poteſt in teſtamento,uel legando;& per Abb. ibidem aſſignatur ratio,qua non poſſit prælatus hoc in teſtamento,quia uidelicet teſtamentum porrigitur ad tempus, quo
8 non eſt futurus prælatus, †quia morte confirmatur, capit. cum morte,de celebrat.miſſa.ergo,cum tunc non poſſit diſponere,nec nunc in teſtamento, argument. l. eum qui. de iuriſdiction.omnium iudicum,& aliàs, ut ibi per eum. Et
9 dicit Abba. ibidem, † quòd iſtud eſt priuilegium epiſcoporum tantum, non autem aliorum inferiorum prælatorum, quia iura antiqua, & noua ſolum faciunt mentionem de epiſcopis,ut hic & capitu.bonæ rei,12.quæſtio.2.& capitulo, ſi epiſcopus. Subdens ſquòd hanc donationem poteſt facere epiſcopus in ſua diœceſi tantum; quia, ſi ex-

Source : BIU Cujas

tra ſuam diœceſim vellet monaſterium conſtruere, vel eccleſiam conſtructam magnificare, eſſet ſecus; & dicit, quòd
10 d.Anto.putat, quòd eccleſiæ exemptæ infra diœceſim, †puta eccleſiis fratrum minorum, quæ ſunt exemptæ à iuriſdictione epiſcopi, poteſt hanc epiſcopus donationem face-
11 re; quod, inquit, mihi ſatis placet, †quia eccleſia exempta eſt in diœceſi, licet non ſit de diœceſi, c.pen.de off.ordin.& eſt valde vtile; quia ſæpè epiſcopi volunt magnificare eccleſiã mendicantium, quæ eſt exempta à iuriſdictione epiſcopo-
12 rum. Addit Abba. † quòd licet epiſcopo ſibi eligere ſepulturam extra cathedralem, & poteſt eccleſiam, in qua ſepulturam eligit, magnificare pro ſuis ſepulchris, & epiſcopus poteſt hanc donationem non ſolùm de bonis ſpectantibus ad menſam, ſed etiam ad ipſam eccleſiam cathedralem facere, & intellige quando bona ſunt diuiſa inter epiſcopum, & capitulum; tunc enim donat de menſa, quia bona epiſcopatus tunc pertinent ad menſam; ſed, vbi bona ſunt cõmunia dicuntur eſſe bona eccleſiæ, & de illis poteſt hanc libe-
13 ralitatem exercere. †Et ultimò centeſimam, vel quinquageſimam non poteſt epiſcopus, quantumcunque abundans donare ſine ſuperioris authoritate; & ex quo hodie omnes epiſcopi iurant in manibus Papæ de non alienando, ſolus Papa intelligitur in iſto caſu ſuperior. Vnde epiſcopus nõ faciet, niſi de authoritate Papæ, & non aliàs, ut ibidem per Abba. ubi pulchrè. Sed pro hac materia eſt, quòd uideatur Laur. de Rodulph. in repet. c. ſine exceptione, 12.q.2 conſi.50. ubi quæſtionem hanc ponit, & diſputat in utranque partem, & ibi adducit opinionem multorum, qui dicunt, quòd in iſto caſu eſt neceſſaria ſolemnitas, & aliorum etiam, qui aſſerũt poſſe hoc expleri per ſolum prælatum ſine ſolemnitate; & aliorum etiam, quia diſtinguunt, an poſſit hæc donatio fieri de rebus eccleſiarum inferiorum. Item an de fructibus, & reditibus, an verò de poſſeſſionibus. Et idem Lauren. de Rodulph. ibidem. q.28. in fi. quòd in centeſima, & quinquageſima eſt ſpeciale, quòd non haberet ſeruari ſolemnitas. Vide Abba. in c. paſtoralis, de his, quæ fiu. à præla. ſine conſenſ. capit. 2. col. uerſic. in glo. ibi, concluſio ergo glo. eſt, licet multum uideatur dubitaſſe, quòd quinquageſimam, ſeu centeſimam poteſt epiſcopus conferre abſque conſenſu capituli
14 ſui, & intellige in caſu c. apoſtolicę, de donat. †Nam, ſi vult monaſterium conſtruere de nouo, aut eccleſiam ſecularem facere religioſam, permittitur ei à iure, ut poſſit pro dote donare quinquageſimam partem ſuorum reddituum; ſi verò ecclеſiam ante conſtructam uult magnificare pro ſuis ſepulturis, tunc poteſt donare centeſimam portionem; & hæc lite-
15 ra facit pro opinione glo. †nam exceptio debet eſſe de regula, ut notatur de regu. iur. lib.6. Vnde, cum Papa faciat hanc regulam, vt epiſcopus non poſſit quinquageſimam donare de rebus eccleſiæ ſine uoluntate capituli, & excipiat donationem iſtius quinquageſimæ uel centeſimæ, ergo hæc donatio poteſt fieri ſine ipſius capituli conſenſu. Et hanc opinionem tenuit Gofred. hic, & in ſumma, §. fina. ne quis decipiat. authorita. iuris. 23.q.3. qui peccat. Pet. & Abba. pro concordatione opinionum, & iurium, de quibus in glo. diſtin-
16 guunt, quòd †aut epiſcopus uult de nouo conſtruere eccleſiam, vel eam reformare monaſticis regulis, & debet habere conſenſum capituli, c. ſi epiſcopus, 12.qõ.2. Aut eccleſiã iam conſtructam per ſe uult dotare, & tunc poteſt ſine conſenſu capituli, & ita loquitur tex. in c. bonæ rei. Nam hoc caſu epiſcopus eſt obligatus, ex quo eccleſiam conſtruxit, ut in cap. quod ſicut, de eccle. ædific. uel reparan. Et intelligе quando epiſcopus conſtruxit prius cum conſenſu capituli, quia tũc obligatio eſt orta reſpectu utriuſque, & ratio huius diſtinctionis eſt, quia in hoc ultimo caſu alienatio eſt neceſſaria; ideo non eſt neceſſe ſeruare aliam ſolemnitatem; ſed in primo caſu alienatio eſt uoluntaria, cum non ſit adhuc orta
17 aliqua obligatio. †Et ex hoc collige, quòd ubi eminet alienatio ex neceſſitate iuris, non eſt ſeruanda ſolemnitas, ſecus ubi eſt uoluntaria, licet emineat propter neceſsitatem hominum, & aliàs ut per D. Abb. d. loco &c.

Alio quoque modo uidentur etiam alienari poſſe res eccleſiæ per prælatum, uel rectorem, ſeu Abbatem ſine aliqua ſolemnitate, puta quando alienarentur bona ingredientis religionem. qui mandauerit illa uendi pro ſatisfactioue de
18 bitorum; quia talia † bene poſſunt alienari ſine ſolemnitate aliqua, ut uoluit Lap. de Caſtilio. allega. 26. Refert, & ſequitur Præpoſi. in capitu. ſine exceptione, 12.quæſtio.2. verſic. de cimò fallit.

De rebus eccleſiæ fieri quoque poteſt alienatio ſine ſolẽ-
19 nitate; Abbas enim poteſt donare †de rebus, & bonis monaſterii alicui, donec ſit in ſeruitio monaſterii, uel epiſcopi, ſine conſenſu ſuperioris, uel conuentus. Et uidetur, quòd valeat donatio, uel alienatio, cum nõ poſſit dici alienatio perpetua, nec ad magnum tempus, cum poſſit ſtatim repelli, tenet Ioan. Monach. in ſimili in capitu. hoc conſultiſsimo, de rebus eccleſ. alienan. in 6. quamuis Ioan. Andr. teneat contrarium in capitu. fina. de reſcript. in gloſſ. 3. & ſuper ea. in 6. per Lauren. de Rodulph. in capit. ſine exceptione 12. quæſtio. 2. quæſtio. 47.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt donare de menſa ſua capitulo ſuo ſine ſuperioris licentia.*
2 *Alienari non dicitur, quod in dominio remanet eccleſiæ.*
3 *Epiſcopus non poteſt donare eccleſiam loco egenti ad miniſtrorum ſuſtentationem.*
4 *Bona eccleſiæ ſunt, & dicuntur bona egentium.*
5 *Bona eccleſiæ quoad uſum, & ſuſtentationem ſunt pauperum, quoad dominium uerò eccleſiæ.*
6 *Alienare prohibitus in forenſem poterit alienare in eccleſiam, vel clericum.*
7 *Epiſcopus debet prouidere generaliter omnibus pauperibus.*
8 *Epiſcopus non ſubueniens pauperibus non dicitur epiſcopus.*
9 *Clerici etiam laicis indigentibus de bonis eccleſiæ ſubuenire tenentur, quatenus tamen facultates ſuppetunt.*
10 *Iurans non alienare bona eccleſiæ poteſt ea donare capitulo.*
11 *Epiſcopus poteſt etiam donare canonico uni de capitulo.*

Caſus. 10.

1 REs itidẽ eccleſiæ abſq; ſolemnitate alienari poſſunt. Nam epiſcopus †poteſt donare de menſa ſua ſuo capitulo egenti ſine ſuperioris licentia, refert Joã. Andr. in Specul. in tit. de his, quæ fi. à præla. §. 1. in additio. quòd quidam tenent, quòd ſic, quia, ſi id poteſt religioſo loco. per tex. in capitu. conſultationibus. cap. paſtoralis. ext. de dona. fortius debet poſſe capitulo ſuo, cui plus debetur, capit. requiſti, de teſtamẽ. per quod non uidetur ad alienationem tendere, ubi per eum allegantur plura iura. Videtur dicere glo. in clemen. ſi una, de reb. eccleſ. non alienan. in verbo eccleſiam, ibi, declarari debuiſſet, an ſit idem in donatione, quam facit epiſcopus capitulo ſuo de eo quod ſpectat ad menſam ſuam: quod notat Hoſtien. de his, quæ fiu. à præla. cap. nouit, & ponit caſum de epiſcopo abundante, & capitulo egenti, & dicit, quòd valet. Nec ob-
2 ſtat iuramentum de non alienando, † cùm non ſit propriè alienare illud, quod in dominio remanet eccleſię, & ab eccleſia retinetur, ff. de lega. 2. l. unum ex familia, idem glo. ibidem in uerbo conſentiente, quamuis dicat, quòd eſſet tutius facere cum ſuperioris authoritate. Facit quod notat Io. And. in mercurial. reg. qui tacet, & quod per Ioan. de Lign. in capitu. nouit, de his quæ fiunt à prælato. ſecundum quæ iſtud procedit etiam ſi epiſcopus iurauit non alienare. Refert, & ſequitur Lauren. de Rodulph. in repet. cap. ſine exce
3 ptione, 12 quæſtio. 2. † Et an epiſcopus de per ſe poſſit donare eccleſiam loco egenti ad ſuſtentationem miniſtrorum, uide per Hoſtien in cap. nouit. præallegato, & per gloſſ. in d. Clemen. ſi vna, eo. ti. vbi dicit, quòd epiſcopus ita donando, & ita prouidendo egentibus, facit, & exercet officium ſuũ,
4 12.quæſtio.1.pręcipimus, & aliàs ut ibi per eum. Facit †quia bona eccleſiæ ſunt, & dicuntur bona egentium, eſt tex. in c. 2. de rebus eccle. non alienan. ubi Abba. ſecundo not. q͡ bona eccleſiarum ſunt deputata principaliter pro indigentibus, non ſolum clericis, ſed etiam laicis; ſuis fructibus ſuperabundãtibus tenetur ſupplere laicis indigentibus, & etiam
5 alteri eccleſiæ indigenti, quia † bona eccleſiarum ſunt eccleſiæ quoad dominium, ſunt pauperum, & egentium, quoad uſum, & ſuſtentationem, glo. in capitu. hoc conſultiſſimo,
6 de rebus eccle. non alienan. in 6. in glo. ſpeciali. †Facit, quia prohibitus alienare poteſt alienare in eccleſiam, uel in clericum, quia talis prohibitio etiam per ſtatutum inducta intelligitur de forenſi, ut in eum non poſsit alienari, quod ſtatutum ualet præterquam quoad eccleſias, uel clericos, ſecundum Barto. nota. in l. fi. iusfamilias. §. diui, 3 column. de legat. prima. & in l. prima. C. non licen. habe. & in l. dudum, de contrahend. emption. & per Barto. in l. ea lege, 6. quæſtio. C. de condictio. ob. cauſ. & in l. uoluntas. C. de fideicommiſ. per Paul. de Caſtr. conſilio 193. Feder. de Sene. conſilio 79. ſequitur Ioan. Bertachim. qui dicit ſe ita conſuluiſſe, & pluries in facto reſpondiſſe, in tracta. de epiſcop. quarta parte, quæſtio. 45. uerſicu. quæro etiam, an prohibitus. Facit ad
7 quęſtionem, quia epiſcopus † debet prouidere generaliter omnibus pauperibus, 82. diſtinctio. 6. quæſtio. cum gloſſ. 87. diſtinctio. capitu. 1. & capitu. 2. Et bene aduertat epiſcopus, ne patiatur pauperem, & egentem fame perire, quia homicida eſſet, ac ſi mortem manibus inferret, 83. diſtinctio. ca-
8 pitu. 1. in princip. cum gloſſ. Nec dicitur epiſcopus, † ſi pauperibus

Source : BIU Cujas

peribus non ſubueniat,81.diſtin.c.fratrem, & potius debet pauperibus, quàm parietibus eccleſiæ ruentibus prouidere,12.q.2.gloria.& epiſcopus tenetur uel per ſe,uel per aliũ prouidere cuilibet indigenti,75.diſtinct.ſanctorum,per Ioã. de Tur.crema.capitu.uidentes,12.q.1.Facit,quod dicit Abba.in cap.1.de reb.eccle.non alien.ext.ubi dicit,†quòd clerici etiam laicis indigentibus tenentur ſubuenire de bonis eccleſiæ,quatenus illius facultates ſuppetant,26.q.1.cap.fin. 87.diſtinct.cap.1.uide tex.in cap.videntes.12.q. 1. fortius tenentur ſubuenire eccleſiis indigentibus,quod tamen intellige,quando aliquid ſupereſt ultrà neceſſaria; quia primò ſubueniendum eſt miniſtris propriis,& neceſſariis uſibus ipſius eccleſiæ,cap.paſtoralis,de his quæ fiu.à præla. & cap. de his,de eccleſ.ædific.vel reparan.ut ibi per eum, Et dicit Bertachin.de Fir.in tracta.de epiſco.quarta parte,qõ.45.†quòd iurans non alienare bona eccleſiæ poteſt ea donare capitulo,per Bal.in l.uoluntàs.in lect.antiqua.C.de fideicom. & in l.dudum,C.de contrahen.emptio.Facit quod no.in clemẽ. fi.de reb.eccle.non alienan.immò etiam † canonico uni de capitulo poteſt epiſcopus donare,ut ibi notatur ſecundùm Bal.in d.l.dudum;pro quo facit,quia prohibitus alienare poteſt alienare in conſortes,l.fi.C.non lic.hab.mentio.lib. 11. & aliàs,ut per Bertachinum d.loco.

Pro hac materia,an epiſcopus poſſit infeudare, & dare res epiſcopatus capitulo ſuo,uel habeat bona ſeparata, uel cõia cum capitulo,uide,quæ deduco infra in uer.item poſſunt alienari bona eccleſiæ ſine ſolemnitate, quando cõſuetudo aliud diſponeret,in fi.uer.item fallit,quando prẽlatus.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede uacante poteſt ſuſcipere pecunias mutuo pro neceſſitate eccleſiæ.*
2 *Quod intelligunt quidam procedere, quando copia ſuperioris de facili haberi non poteſt,& magna imminet neceſſitas.*
3 *Eccleſia non obligatur ex mutuo, niſi interuenerit numeratio, & conuerſio.*
4 *Contrahens cum eccleſia in tribus caſibus debet eſſe ſolicitus de conuerſione.*
5 *Debitor eccleſiæ ſoluens rectori liberatur ipſo iure, licet non conuertatur in utilitatem eccleſiæ.*
6 *Conuerſio in utilitatem an in dubio præſumatur,& an ſufficiat confeſſio prælati cum toto capitulo.*
7 *Tranſactio facta ſuper dubio conuerſionis in utilitatem eccleſiæ an ualeat.*
8 *Rector eccleſiæ non obligatur per procuratorem recipientem mutuum, niſi in tribus caſibus.*
9 *Mutuans factoribus præpoſitis ad colligendos fructus, vel ad Caſtrorum cuſtodiam, non poteſt repetere à domino, niſi ſit in rem ſuam verſum.*
10 *Confeſſio de in utilitatem domini uerſo facta ab habente nullum mandatum non probat.*
11 *Creditor quando teneatur probare in utilitatem eccleſiæ conuerſum.*
12 *Confeſſio ſuper prætio non ſufficit,niſi appareret ſolutum.*
13 *Mercator poteſt conuenire monaſterium pro panno uendito Abbati pro ueſtiendis monachis,licet non probetur conuerſum.*
14 *Soluens cenſum rectori eccleſiæ liberatur, licet rector non conuertat in eccleſiæ utilitatem.*
15 *Confeſſio prælati cum capitulo an ſufficiat, quando concurrunt coniecturæ.*
16 *Emens ſine ſolemnitate,an ſit tutus in foro conſcientiæ.*
17 *Prælatus ſine conſenſu capituli poteſt tranſigere ſuper re,quæ non ſit immobilis,uel mobilis prætioſa.*
18 *Prælatus non poteſt compromittere ſuper re, in qua non poteſt ſolus diſponere.*
19 *Terrula aliqua poteſt epiſcopo alienari per capitulum præmiſſo tractatu ſine ſolemnitate.*
20 *Inferiores in minutis non habent neceſſe habere conſenſum epiſcopi.*

Caſus. 11.

POſſunt & in alio caſu obligari res eccleſiæ abſque ſuperiorum authoritate,†quia ſede uacante capitulum poteſt ſuſcipere pecunias mutuo ſine authoritate ſuperioris pro neceſſitate eccleſiæ uacantis,per gl. q̃ hoc tenet in c. cupientes, §.ad hoc,ſuper verbo aliunde,de electio.lib.6.alleg. 10.q.2.precariæ.12.qõ.4.quicunque, cum manifeſta in hoc ſit utilitas eccleſiæ,& cum hoc negotium dilationem nõ capiat.Et ex tali mutuo obligatur eccleſia,& prælatus ſucceſſor.Facit,quod notat Io.12.q.2.placuit,in glo.ſi.& ibi Arch. & Pau.in clem.1.de reb.eccl.non alie. & quod not. Spec. in titu.de his quæ fiu.à præla.in fi.& ſic dicit ſe conſuluiſſe Lap. in uacatione hoſpitalis de alto paſſo.Pro, & contra faciunt no.per Io.Andr.poſt Inno.& Hoſt.in ca.2.ne ſede uacan.in
2 fi.ſecundum Lap.& Abb.†ſed Ioã.de Imola reſtringit dictũ Lap.uidelicet quando copia ſuperioris de facili haberi non poteſt,& magna imminet neceſſitas,aliàs ſecus; quod etiã placet Dominico,quia illud hoſpitale erat immediate ſubiectum Papæ,unde difficile erat habere recurſum ad Papã pro licentia.Hoc etiam caſu poterit capitulum alienare bona pertinentia ad epiſcopum,ſecundum Archid.per d. ca.ſi qua de rebus,ut referunt Ioan. Andr. & Domini.in d §. ad ad hoc.& aliàs ut per Io.Franciſcum Pauin.in tracta.de off. & pote.cap.ſed.uacan.q.8.ſecunda part.ſed an capitulũ &c. Et pro hac materia mutui uide ea,quæ dicit Bald. in authẽ. hoc ius,C.de ſacroſanc.eccle.verſi.ulterius,ubi dicit, quòd
3 †eccleſia non obligatur ex mutuo,niſi interuenerit numeratio,& conuerſio,quia primò apparet, quòd exceptio nõ numeratæ pecuniæ perpetuo competat eccleſiæ,quia non eſt proprie exceptio,ſed potius nullitas ipſo iure. Adde qđ no.Dyn.in c.locupletari.de reg.iur.in 6.ſecundo, inquit,dico,quòd requiritur conuerſio in utilitatem eccleſiæ, quia
4 dicit Innoce.quòd ille,qui†contrahit cum eccleſia, debeat eſſe ſolicitus de conuerſione in tribus caſibus expreſſis in iure,non in aliis.Primus quidem in mutuo; Secundus eſt in depoſito;Tertius eſt quando res eccleſiæ uenditur pro debito,ut hic,& cap.grauis.ext. de depoſ. Vnde inquit Bald.ſi Drapparius uendit pannum Abbati pro ueſtiendis Monachis,licet Abbas non conuertat,in hoc tamen tenetur mo
5 naſterium. Et, ſi debitor†eccleſiæ ſoluat rectori,uel rector non conuertat in utilitatem eccleſiæ, tamen ipſo iure liberatur,ut no.Innocen.in c.grauis.Item dicit Inno.quòd, vbi ſacerdos non conuertit mutuum in utilitatem eccleſiæ, tenetur creditori ipſe ſacerdos,ext.de pigno.c.præſentium. & cum Innocen.tranſeunt ibi Domi.Anto.de Butr.& Imola.
6 Subdens,quæro,utrum†in dubio præſumatur facta conuerſio,& utrum ſufficiat confeſſio prælati cum toto capitulo, glo.dicit hic,quòd ſic,ualde notabiliter;Iac. de Aren. ſuper hoc diſtinguit,ut hic per eum;ego autem dico,quòd huic confeſſioni ſtatur,ſi concurrant coniecturæ aliquæ cum cõfeſſione;puta,quòd Monachi nihil habebant de frumento, uel erant nudi,nunc apparet, quòd uixerunt de frumento, & quòd ſunt ueſtiti, argum ff de alim.pup.præſtan.l. fi. licet enim poſſet hoc fuiſſe aliunde,hoc tamen non præſumitur,
7 ut l.ſi uentri.§.fina.ff.de priuileg.credi.†Sed pone, quòd ſuper iſto dubio eſt tranſactum,utrum ualeat tranſactio,dicit Innocen.quòd tranſactio ualet, niſi tempore mutui fuiſſet actum de tranſigendo ſuper futuro debito, quia ex hoc præſumeretur fraus,ita not.Innocen.d.capit.grauis;quod facit contra uſurarios,qui tempore mutui faciunt fieri procuratorem ad confitendum mutuum,uel ad tranſigendum. Subdens quòd rector eccleſię obligatur per eaſdem perſonas, per quas obligatur priuatus,& ſicut obligatur priuatus, ſe-
8 cundum Innocen.& quòd † per procuratorem recipiẽtem mutuum non obligatur,niſi in tribus caſibus;primus eſt, qñ habet mandatum ſpeciale ad accipiendum mutuum;ſecundus eſt quando eſt præpoſitus in contractu, uel negotio aliquo;tertius,quando eſt procurator generalis ad omnia cũ libera,in iſtis enim tribus caſibus obligatur dominus ex natura mandati,aliàs vero non obligatur,niſi ſit uerſum in vti
9 litatem domini.Vnde,†ſi quis mutuat iſtis factoribus, qui ſunt prẽpoſiti ad colligendos fructus,ad cuſtodiam caſtrorum,iſtud non poteſt repeti à domino, niſi ſit uerſum in rẽ domini,ita no.Inn.ext.de fideiuſ.c.quod quibuſdam, & dicit ibi Bar.q̃ quando quis habet mandatum pro alio ad certam cauſam,tunc ſufficit, q̃ recipiens confiteatur ad illam cauſam ſe recepiſſe,licet mentiatur l.1.§.non autem, verſic. quod ſi prætiis,ff.de exercit. quandoque habet mandatum generale,& tunc non ſufficit eius confeſſio ad obligandum dñm,ſed requiritur probatio per coniecturas,ut l.fi.de exercit.quandoque nullum habet mandatum ab eo, cuius noĩe pecuniam recipit mutuo,& tunc uidetur,q̃ requiratur, ut expreſsè probetur pecuniam eſſe conuerſam in utilitatem
10 domini,†nec ſufficit confeſſio recipientis, l. 1.§.quod ſi ſic, ff.de in rem uerſo,& l.ciuitas,ff.ſi cer.peta.Et ideo glo. quæ eſt in corpore huius auth.quæ dicit,non ſufficere confeſſionem prelati cum capitulo,melius dicit, quàm iſta ſecũdum Bar.ut per Bal.d.loco.

Idem dicit Rebuff.in compendio alien.rerum eccle.uer.
11 quæro quando,†quæro,inquit qñ creditor teneatur probare in eccleſiæ utilitatẽ conuerſum,reſpondetur in trib.caſib. primus eſt in mutuo facto eccleſiæ,quod non poteſt repeti, niſi is,qui mutuauit, probet uerſum in utilitatem eccleſiæ. per tex.in ca.quod quibuſdam,de fideiuſſ.ubi Barbat.plenè diſtinguit,tu illum uideto,nec ſufficeret confeſſio prælati,p ea quæ dicit Calde.conſi.110.incip.quidam prælatus.in fin. Socyn.conſi.52.incipie.uiſo.colum.3.& conſi.92.incipienti. uiſio,nec poteſt haberi fides de prætio, nec etiam †ſuffi-
12

Source : BIU Cujas

13 eccle. intelligit, quòd propter † remunerationem ſeruitiorũ exhibitorum poſſit fieri alienatio de mobilibus tãtum, de immobilibus verò non ita indiſtinctè, ibi, quæro utrum eccleſia poſſit alienare remunerando eos, qui fecerunt ſeruitia, tex. uidetur, inquit, velle quòd ſic, à contrario ſenſu, ibi, ad ſeruitia collati beneficii. Dic breuiter, quod de reb. mobilibus poteſt ſine dubio, c. relatum. ext. de teſtamen. De immobilibus uero, ti quidem beneficium eſt collatum, nõ poteſt, reuocare; ſed, ſi non eſt collatum, tunc ſic, & per Pau. de Caſtro ibidem uerſicu. Tertiò nota, quòd prælatus etiã ſine ſolemnitate requiſita poteſt remunerare benemerentes de bonis eccleſiaſticis propter ſeruitia impenſa eccleſiæ, uel ſibi, quod tamen eſt intelligendum, ſi de talibus beneficiis, & ſeruitiis appareat, non enim ſtatur uerbis ipſius prælati, quia poſſet hoc dicere in fraudem, & coloratè, ut hic. argu. in l. ſi fortè, de pecu. caſtren. & quod no. in l. ſi donatione. Ç. de collatio. Item intellige de rebus mobilibus prælati tam in uita, quàm in morte, & ſic in præiudicium ſucceſſoris, ad quem illa deberent pertinere, no. in c. relatum. ext. de te-
14 ſtamen. Sed † de immobilibus non quantum ad perpetuam alienationem, ſed quantùm ad temporalem, & moderatè
15 bene poſſet, ibi Bald. dicit, †quòd de iuſtis ſeruitiis, & meritis poteſt bene prẹlatus de bonis eccleſiæ remunerare, non per modum alicuius conceſſionis, & alienationis dominii, ſed per modum conceſſionis fructuum ad modicum tempus latè per Dec. in conſi. 174. 1. parte. incip. & pro tenui &c. Facit quod habetur per Lauren. de Rodulph. in q. ſua, quæ appellatur quæſtio diſputata, quæ inſeritur poſt repetitionẽ ſuam ca. ſine exceptione. incipien. quæſtio trimembris, col.
16 2. uerſic. Item cauſa eſt legitima, ubi dicit, †quod remuneratio eſt cauſa legitima alienandi res eccleſiæ, quia pro remuneratione facienda bene poſſunt alienari. cap. eccleſiaſticis, 12. q. 2. & 16. q. 1. c. præpoſitiones. 2. qõ. 3. clerici, & quęſtio. 6.
17 c. illud, immo † in tantum eſt iſta cauſa ſufficiens, ℘ obligat
18 ſucceſſores, d. c. illud. Immo, †quod plus eſt, ſi non fuiſſet facta remuneratio, ſed ſolùm promiſſio de remunerãdo, obligatus eſt ipſe ſucceſſor ad implemẽtum talis promiſſionis, ita per Archi. 1. q. 1. ſunt nonnulli, ad fi. quæſtionis. Et, quòd
19 †plus eſt, præfata ſibi locum vendicant, etiam ſi iſti remunerandi forent pueri, ut no. Archid poſt Vincen. in d. c. poſſeſſiones, ut ibi per eundem Lauren. & per eũdem paulo poſt ibidem in alienatione ſeruorum, non ſubſiſtente cauſa remunerationis, non eſt dubium, quòd eadem requiritur ſolemnitas, quæ in aliis rebus eccleſiæ; ſed vbi ſubeſt meritũ cauſa remunerationis, ſolemnitas non requiritur, ut in cap. conſenſus, de reb. ecc. non alien. & in c. ſi quos de ſeruis. & c. epiſcopus qui mancipium, 12. q. 2. no. Ioan. de Lignan. Ioan. Andr. poſt Hoſtien. in c. j. de his quæ fiu. à præla. ſuper glo. ſe eunda, vbi enumerantur caſus à regula exceptuati; Et paulò ante, ibi, ſextò adduco pro parte iſta tex. per quem videtur
20 terminari quæſtio, de qua ibi p eũ, an † uidelicet ualeat conceſſio terræ in uſumfructum facta alicui ſine ſuperioris authoritate ex cauſa remunerationis, in cap. quicunque ſuffragio, 12. q. 2. quod capitulum loquitur in quolibet prælato; & ſi dicatur, quòd immo caſus eſt ibi in contrarium, eo quòd ibi diſponitur, quòd per cõcilium prouinciale debet ipſa donatio, ſiue conceſſio ex cauſa remunerationis confirmari, reſpondeo, quòd in ea parte eſt hodie ipſi capitulo derogatum; hodie enim illud non ſeruatur, licet olim obſeruaretur. cap. caſellas, 10. q. 2. ſecundum Hugo. & Archi. poſt eum. Septimò adduco alium tex. ubi etiam dicitur eſſe caſum in c. poſſeſſiones. ſupra allegato. ubi patet expreſsè, ℘
21 poſſeſſio poteſt ſubſiſtente † cauſa remunerationis concedi ſine ſolemnitate; nec eſt curãdum, an temporalis ſit magis, quàm perpetua, & ibi patet ſecundum lecturam glo. Hug. & Lauren. Octauò adduco alium tex. in cap. illud, ead. cau. & quæſt. de quo ſuprà eſt facta mentio, etſi ad alium effectum, ibi enim uidetur caſus apertus de hoc, ſecundum le-
22 cturam Archi. & etiam glo. dixit enim glo. 2. in fi. † quòd vſque ad tempus præſtitutum non debet reuocari ſucceſſor, ut per Lauren. d. loco, & dicit Bertachin. de Firmo in tract. de epiſc. quar. parte, quadrageſimò quintò quæro. uerſi. iux-
23 ta præmiſſa. in fi. uer. adde, †quòd prohibitus alienare poteſt alienare etiam ex cauſa neceſsitatis; Item cauſa remunerationis ſeruitiorum. ſecundum Barto. j. conſtitu. ff. in principio. ultima colum. per tex. in l. iubemus, C. de ſacroſan. eccl. adde no. per Bal. in l. imperialem. de prohib. feud. alien. per Fede. in §. liuellariæ, quib. mod. feud. amit. & in l. hac ædicta
24 li. §. his illud, C. de ſecund. nupt. facit, quia licet † decimæ, cũ ſint ſpiritualia, non poſsint dari pro ſeruitio temporali, c. cũ pridem. de pact. tamen fructus decimarum ad menſam epiſcopi ſpectantes benemeritis aſsignari poſſunt, per Cardinalem Zabarel. Clem. j. de reb. eccle. non alien. uerſic. decimò ſextò quæro. Et quęrit Bertachin. de Fir. in tracta. de epiſco. quarta parte, quinquageſimò quartò quæro, verſi. nunquid
25 autem. an epiſcopus poſsit † concedere ad uitam pro penſione quatuor librarum aliquam rem alicui tãquam bene merito, qui eccleſiam in futurum promittat defendere, & dicit, quòd talis conceſsio non tenet in præiudicium ſucceſſoris, ſecundum Oldra. conſi. 223. quem ſequitur D. Lauren.
26 facit tex. in c. ſæpè, 12. q. 2. vbi epiſcopus † ratione ſtipẽdii nomine precariæ poteſt donare bona eccleſiæ ad uſumfructũ ad tempus alicui, qui deſeruiat ipſi eccleſię; puta terras, & ſimilia, & de hoc debet fieri ſcriptura, ne poſsit poſtmodũ ſuperuenientia temporis allegari præſcriptio. Nam per quã tumcunque tempus poſsidet non præſcribit, ca. Clerici, 16,
27 q. 3. quia eſt uſufructuarius † tantum, qui non præſcribit, §. fructuarius, inſtit. per quas perſon. nob. acqu. & durante illo ſeruitio durabit ſtipendium, & ideo dicit nomine precarię,
28 quia quemadmodum in præcaria debet interuenire † ſcriptura, ita & in huiuſmodi conceſsione ad uſumfructum, facit tex. in c præpoſitione, 26. q. 1. vbi dicitur, quòd huiuſmodi bona poſſunt concedi clericis pro meritis, aut menaſterijs religionis intuitu; aut peregrinis, ſi neceſsitas largiri ſuaſerit, ſic tamen, ut hęc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter habeantur, quia quod labores, merita, & ſeruitia remune-

rentur,

Source : BIU Cujas

29 rentur,siue† recompensentur,est ex forma iustitiæ, quia talia debent præmio,vel prætio solui,& recompensari, c.charitatem.& c.ecclesiasticas,12.qō.2.glo.in cap.ad uestram,in ver.sufficere.de reb.eccl.non alienan. & hoc procedit siuè seruitium sit impensum ecclesiæ, siue prælato uiuenti præstitum,quia dicit Abb.in c.relatum,el 2.uersiculo item no-
30 ta extra.de transact.quòd† seruitium impensum, uel præstitum prælato uiuenti uidetur & intelligitur ecclesiæ impensum,unde de bonis ecclesiæ talis seruitii habet fieri remuneratio,cap.per suas,vbi idem Abba.de donatio.quia clericus
31 †habet uiuere de bonis ecclesiæ ipse cum suis famulis, quibus habent solui salaria ob seruitia clerico præstita,per Abba.in c.consensus,extrà de reb.eccle.non alienan.ubi dicit, quòd prælatus licitè remunerat de bonis ecclesiæ eos, qui exhibuerunt obsequia ecclesiæ,& in margine ad Abbatem ibi allegatur Alex.consi.101.1.lib.& Oldra.consi.278.& dicit Bar.in l.iubemus,la secunda.versic.quæro utrum, quòd pro remuneratione illorum,qui exhibuerunt seruitia, possunt alienari res ecclesiæ,ut ibi per eum, vbi uide gl. in uer. permissum, quæ dicit,quòd etiam de immobilibus bonis ecclesiæ debet fieri remuneratio,& prælatus potest donare in remunerationem seruitii suæ ecclesiæ collati,etiã in præiudicium successoris,16.q.6,Illud.per Alex.consil.55.prima parte;ubi dicit verum,si de seruitiis constat aliter,quàm per confessionem,Ioan.Andr.in additio ad Specu.in rub.de re
32 bus eccle.non alien.id quod nota pro eo, quòd † qui talia accipiunt à prælatis,vel rectoribus pro seruitiis impẽsis habent probare seruitia,nec eis sufficit sola prælati,vel clerici confessio extraiudicialiter,& ut supra diximus facta, asserẽtis se id legare,uel dare pro seruitiis impensis.Sequitur Pet. de Ancharan.Clem.1.de reb.eccle.non alienan.ubi dicit,q̃
33 si quis† donauit aliquid alicui pro meritis,& bonis seruitiis habitis,si quidem ille potest liberè donare nullis præcedentibus meritis,tunc ista verba enuntiatiua inducunt probationem inter easdem partes;sed si quidem de necessitate requirerentur merita,& aliàs donare non posset, tunc illa verba non probant merita præcessisse,ut in casu nostro,ut ibi
34 per eum.Nec† remuneratio habet esse immoderata,quia dicit Ioan.And.in additio.ad Specu.in rub.de reb.eccle.non alien.de quodam prelato,qui consanguineis suis,qui ipsum fecerunt promoueri,concessit tanquàm benemeritis,& pro seruitiis impensis ultrà duas partes reditus episcopatus sui, quousque uiueret,& consilio cuiusdam Doctoris fuit factũ instrumentum ita solemniter,quòd eius successor uix potuit obtinere,q̃ rescinderetur, & finaliter obtinuit propter immoderatam remunerationem.Et dicit, quòd illi doctori malè postea successit,quem illimet,quibus seruiuit, expu
35 lerunt de omnibus bonis suis,& meritò,quia non † debent Doctores,ut ipse dicit,donum Dei,scilicet scientiam,quam eis tribuit Deus,trahere ad talia iniqua compendia contra donum Dei Refert Paul.de Castr.in l.iubemus, 2.colum.C. de sacrosan.eccle. Augustin.tamen Bero.in cap.consensus,de reb.eccle.non alienan colum.6.versic.ex quibus,uidetur tenere,q̃ in alienatione rerum ecclesiæ pro remuneratione ob merita debet interuenire solẽnitas,& q̃ merita habeant esse pro legitima causa tantùm,ut ibi per eum. Vide pro hac materia,quæ dico suprà in rubr.de signific. uerbi. alien. versic.item donatio,& prælatus bene potest donare annuos reditus ecclesiæ alicui pro benemeritis suis,ut per Abba. in cap.perpetuas.2.no.de dona. cum aliis multis adductis per
36 Iaſ.in consi.73.† Et q̃ dicitur,q̃ potest dari de bonis ecclesię illi,qui contulit beneficia,seruitia,uel merita ecclesiæ,intelligi habet si illi ecclesiæ contulit,de cuius bonis remuneratur,non alii.per Rotæ decis.in manuscrip. dec. Acorambo. incip. potest prælatus donare,ubi bona ecclesiæ donata per prelatum filiis cuiusdam militis,qui occubuit in bello contra turchas,declarantur reuocata à dictis filiis per reuocationem factam per Clem. 7. generaliter de omnibus bonis in detrimentum ecclesiæ, non obstante, q̃ donatio fuisset confirmata per Leonem,quia miles non uidetur occubuisse particulariter pro illa ecclesia, sed pro ecclesia uniuersali, unde nō debuit remunerari de bonis particularis ecclesię.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ sine solemnitate alienari possunt in casu necessitatis.*
2 *Tutor in casu necessitatis potest inuentario non confecto pupilli bona administrare.& nu.16.*
3 *Necessitas potest esse tanta,quod prælati sine consensu episcopi alienare possunt.*
4 *Exempti,qui habent superiorem in remotissimis partibus,necessitate urgente,iustè alienant.*
5 *Limitatio ad regulam, quæ exigit solemnitatem in rebus ecclesiæ alienandis.*
6 *Ecclesia,quæ non potest proprium habere,potest alienare sibi relicta sine solemnitate,& nume.7.*
8 *Hospitale Senense habet uendere annuatim possessiones, quæ illi prouenium.*
9 *Res,quam ecclesia esset grauata restituere per fideicommissum, potest sine solemnitate alienari.*
10 *Necessitas non habet legem.*
11 *Necessitate urgente potest episcopus disponere de beneficio patronali, aliter,quàm eius natura exigat.*
12 *Dominus si non uult sine causa consentire permutationi beneficij, potest episcopus hoc facere sine consensu patroni.*
13 *Propinqui,qui ex forma statuti consentire debent in contractu minoris, si requisiti denegant consentire, necessitate urgente superior mandare poterit,ut actus expediatur.*
14 *Consensus,qui aliàs requiritur,non est necessarius in casu utilitatis, uel necessitatis.*
15 *Necessitate urgente potest episcopus alienare bona ecclesiæ cathedralis non obstante iuramento de non alienando inconsulto Romanus Pont.*
17 *Papa necessitatis gratia potest alienare bona ecclesiarum inferiorum.*
18 *Papæ asserenti de causa necessitatis creditur.*
19 *Alienatio facta causa necessitatis est postmodum ratificanda.*
20 *Necessitatis appellatione in materia ista intelligitur de extrema necessitate.*
21 *Iura,quæ dicunt solemnitates requiri in alienatione quæ fit propter necessitatem,intelliguntur de necessitate,quæ dilationem patitur.*
22 *Necessitas potest esse tanta,quod etiam magna prædia possent sine solemnitate alienari.*
23 *Clericus potest bona ecclesiæ alienare ex causa necessitatis.*
24 *Clericus alienat sine solemnitate,si subest summa celeritas, & necessitas iuris,secus si propter uecessitatem hominum.*
25 *Necessitatis causa possunt alienari res ecclesiæ non obstante iuramento.*
26 *Necessitas,& utilitas æquiparantur à iure.*
27 *Clerici licet sede vacante nihil disponere habeant de rebus ecclesiæ, tamen si subest magna necessitas,aliqua possunt alienare.*
28 *Iudex necessitate urgente præstat authoritatem facto minoris non habentis tutorem.*
29 *Necessitatis causa potest episcopus aliqua alienare in minoribus ecclesiis,mortuo sacerdote.*
30 *Prælatus urgente necessitate potest res ecclesiæ prætiosas alienare.*
31 *Ex mutuo à capitulo sede uacante gratia necessitatis contracto,ecclesia, & prælatus successor obligantur.*
32 *Necessitas non excludit solemnitatem inductam ex iuris dispositione, sed inductam ex consuetudine.*
33 *Necessitate urgente res nihilominus alienari poterit,etiam si relicta sit ecclesiæ sub conditione,ne alienetur.*

Casus. 6.

1 QVando autem vrget necessitas, tunc etiam bona ecclesiarum possunt alienari,& alienantur † sine solemnitate, quia quando est necessarium alienare, tunc alienatio potest bene fieri sine solemnitatibus requisitis,dicit Hostien.in cap.j.de his, quæ fiu. à præla.ubi excipit multos casus,in quibus potest alienari res ecclesiæ sine solemnitate, & inter alios, cum est necessaria alienatio,ibi,excepta necessaria alienatione; quia si summa adest alienandi necessitas, quæ tantam requireret celeritatem,quòd superioris authoritas expectari nō posset,& quæ consuli superiorem non pateretur,bene potest fieri alienatio,dicit optimè Abba.in cap.fina.de eccle. ædifican. uel reparan.colum.fina.ibi,omnia prædicta arbitror vera cessante summa necessitate.Si autem immineret summa necessitas alienandi,& tantam celeritatem requireret, quòd superiorem consuli non patiatur, tunc puto alienationem posse fieri consensu Papę,vel alterius superioris,cui fuit iuramentum taliter præstitum,eo minimè requisito,argumẽ.l.tutor
2 qui repertorium,ff.de administ.tuto.vbi† in causa necessitatis potest tutor Inuentario non confecto administrare bona pupilli,quòd quidem aliàs cessante necessitate facere nō potest per glo.in cap.placuit,12.q.2.in uerbo necessitas,ibi, ergo in necessitate possunt eis inconsultis,per Archi.in ca.
3 Abbatibus,ea.caus.& quæst.ibi,† sed tamen tanta posset esse necessitas,q̃ in his casibus alii prælati iustè alienarent sine episcopi consensu,& Ioan.de Fan.in Clemen.1.de reb. eccl. non alien.dicit in casu illius Clem.posse fieri alienationem impunè illa solemnitate non seruata, si necessitas non capit tantam dilationem.Et tenet Pau.in dispu.cõdemnatus. Ad hoc allego bonum tex.in simili in cap. nullus res ecclesiæ, 17.q.4.Et hęc nota,inquit,quia faciunt ad multa, maximè
4 pro exemptis† habentibus superiorem in remotissimis partibus.Facit tex.in cap.nihil.de electio.& tex.in l.si longius, ff.de iudic.& capit.fina.de sepult.lib.6. Et uide ad id multas concor-

Source : BIU Cujas

concordantias in cap.cum ex literis,de resti. in integ. in g'. in uerbo locorum distantia.Io.de Ligna. in Clemen. ne in agro,de stat.regul.& aliàs,ut ibi per eundem Abba.d.c.fina. Sequitur Gondis.Viladieg.in suo tracta.de lega.q.11. 1. in fi. ubi allegat multos,quos allegat Abba.suprà. Ex quibus, in-
5 quit,inferturtlimitatio ad iura, quæ exigunt solemnitatem in rebus ecclesiæ alienandis,vt intelligantur,nisi tanta necessitas,& tam urgens interueniret,quòd non posset obseruantia solemnitatis prædictæ obseruari,ut est tex.cum glo.d.c. placuit,12.q. 2. & hoc modo limitabis dictam quæst. Pauli, Petr.Rebuff. in suo compen.de aliena.rerum eccles.versic. quintus casus,ponit,quòd ex causa necessitatis potest alie-
6 nari sine solemnitate,utpotetquando ecclesia nō potest pro prium habere,ubi est in cordigeris, tunc tenentur alienare; & poterunt sine solemnitate,glo. in c.vno, in verbo domū, de relig.dom. in 6. Ità tenet,inquit, Bald. in Authen.si qua mulier,C.de sacrosan.eccles. Ant.But.in c.in præsentia,col. 2.versic.quintus casus,de probatio.Facit Paul.de Castro d. Authen.hoc ius,versic.sed episcopus,vbi dicit,quòd in alie-
7 natione † rerum religionum, quæ capiunt,non vt retineāt, sed vt vendant, vti sunt fratres prædicatores, non seruantur solemnitates;quia illa vēditio fit ex necessitate,& est neces-
8 saria venditio, & prout est in† hospitali senensi,ꝙ regulari ter annuatim habet vendere certas possessiones,quę illi om-
9 ni anno proueniunt. Idem † si alienarentur res,quam eccle sia esset grauata per fideicommissum alienare; quia tunc etiam,si sine solemnitate alienaret, valet alienatio, ita tenet Lap.allega.26. disputat,quem refert Fely.in c. in præsentia. col.20.de probatio.Bal.in c. cum causa,col.fi.de re iud.Refert Hippoly. singul.132. in alienatione. Facit ad hæc, quia
10 † necessitas non habet legem.Facit,quia † si imminet neces-
11 sitas, per quam pro vtilitate ecclesiæ moueretur episcopus ad disponendum de beneficio patronali, aliter quàm eius natura exigat, tunc etiam potest episcopus propter dictam necessitatem imminentem disponere,per doctrinam Abb. in cap.cùm accessissent, de constit. Facit quod notant Domini de Rota decis.307. incipie. permutatio, in nouis, ꝙ, si
12 dominus† non vult sine causa consentire permutationi beneficij, potest episcopus hoc facere sine cōsensu eius, quia Patronus non debet impedire magnam vtilitatem ecclesiæ.Faciunt dicta Abb.in c.nullus,extrà de iur.Patro.quòd,
13 si ex forma statuti requiratur consensus propinquorum in contractu minoris,& ipsi requisiti denegant cōsentire, vbi attenta necessitate imminente non debent denegare, potest superior stante dicta necessitate mandare,vt contrahat,
14 & ità dicit se consuluisse, & in casu † necessitatis,vel vtilitatis non requiritur consensus,qui alias requireretur, per Innocen.in c. cùm pridem. de renuntiat. & per Fely.d.c.cùm accessissent,de constitutio. vbi dicit, ꝙ in casu necessitatis non requiritur consensus illius, qui aliàs requireretur, per Innocen.in c.nisi cùm pridem de renuntiat. & per text.ele-
15 gantem in l tutor,qui repertorium, ff. de admin.tuto. † vbi tutor in casu necessitatis potest inuentario non confecto administrare bona pupilli, quod aliàs cessante necessitate facere non potest;& per illum tex.inquit Felyn.decidit Abbas in c.fi in 2.col.versi.omnia prædicta,de eccles.ædif. vel
16 reparan.quòd, † si imminet necessitas alienandi bona ecclesiæ cathedralis,& exigit tantam celeritatem, quòd superior consuli non potest, potest episcopus alienare, non obstante iuramento de non alienan. inconsulto Romano Pontifice,cum alijs latè per d.Felyn. loco adductis.
17 † Et pro causa necessitatis probabilis pōt Papa alienare bona ecclesiarum inferiorum.per Archi.Bal.Dom.Bellem. Turre Crem.in c.non liceat,12.quæst.2.Bal.in l.fi.C.de bon. quæ lib.Fely.in c.ad audientiam,de præscrip. Paul.de Castr. in consil.414.lib.1. vbi pro hac conclusione adducit funda-
18 menta validissima, & solidissima.† Et Papæ asserenti de causa necessitatis creditur.Abb.in c.cū venissent,de iud.Alex.
19 consil.1.lib.2.Aegid.d.c.non liceat.† Et licet in casu vrgentis necessitatis possit alienari res ecclesiæ absque solemnitate,tamen Bald.in tit. qui feud.dar.poss.cap.1.putat, ꝙ talis alienatio erit de necessitate ratificanda post factum, & debet fieri ratificatio solemniter, iuxtà not. in l. Pomponius scribit,ff. de nego.gest. Refert, & sequitur Ias.ibidem col.8. versic.tertio limita.

Et in casu nostro non est intelligendum de omni neces-
20 sitate, † sed de extrema necessitate, ꝑ ea, quæ dicit Marian. Socin.in tracta.de oblatio.quæst.de libello,3.col. nume.15. ibi,simile videmus in ecclesia, quòd, licet subsit necessitas, vel legitima causa alienandi, non tamen potest alienari res ecclesiæ regulariter prohibitas sine solēnitatibus requisitis, traditur 12.quęst.2.c.iustus,c.sine exceptione,cap.alienationis.Quamuis enim necessaria causa incumbat,tamen fortè potius expedit minori aliam rem,quàm istam;quia respondeti potest, quod nos loquimur, quando vellet prouidere existenti in extrema necessitate,ità ꝙ non esset locus liberalitati, & alias vt per eum d.loco. Et Cardinalis Zabarella in Clem.1.nostro tit.versi.quintò nota,ait ꝙ hæ duæ causæ vtilitatis,scilicet & necessitatis,permittunt recedi à iure communi;& quod dicunt iura,quòd in alienationibus,quæ fiūt
21 ex necessitate, † quæ non exigit tantam celeritatem, quòd non possit expectari,& peti licentia,consensus, authoritas, vel petita expectari,vbi etiam de tali necessitate,quæ requirit celeritatem talem exemplificat de cibarijs familiæ; vel inquit,finge,quòd non facilè poterit obseruari solemnitas, quod,inquit,potest in multis causis contingere.Faciunt di-
22 cta Archid.in cap.Abbatibus,12.q.2. quòd tanta† posset esse necessitas quòd etiam magna prædia possent sine solemnitate licitè alienari, idem tenet Ioan.de Turre Cremata in c.Terrulas,eadem 12.q.2. facit quod dicit Cardi. in Clem.1.
23 in principio.de reb.eccles. non alien. quòd † clericus potest alienare bona ecclesiæ ex causa necessitatis, & pro reparatione domus ecclesiæ ruentis pro debitis soluēdis, pro molendinis, ne pereant, pro emendo castro, vel fundo vicino, non pro emendis fulgidis vestibus;,&c. Et idem ibidem.q.
24 29. quòd potest Clericus † alienare sine solēnitate, si subest summa celeritas,& necessitas ecclesiæ,puta etiam quando res esset tempore peritura, quo casu videtur esse pro necessitate licitum discedere à regulis iuris, & quòd possit relaxari iuris stricta dispositio,per ea quæ habentur in l.per hæred.de acquir.her.vbi Bar.& Lud.Roman.Pro hac materia vide Abb.in c.pastoralis,de his,quæ fiu.à præla.versi.in glos. in fin.versi.& ex hoc collige, vbi dicit,quòd si alienatio eminet ex necessitate iuris, tunc nulla est seruanda solemnitas, secus vbi eminet voluntaria propter necessitatem hominum, facit Abb. in c. vt super.de reb.eccles. non alien.3.col.
25 versi.si verò iurauit,† vbi dicit,quòd in casu necessitatis possunt alienari res ecclesiæ non obstante iuramento,ibi;si verò iurauit simpliciter, & tunc puto, quòd in casu vtilitatis ecclesiæ poterit alienari.Nam video,quod in casu necessitatis ecclesiæ hoc iuramentum non astringit,cap.fin.de ecclesijs ędificā.vel reparan.ergo nec in casu vtilitatis, † quia ne-
26 cessitas & vtilitas æquiparantur à iure,no.12.q.2. in summa, per Innocen.in c.cùm omnes,de constit. Et dicit glo.in c.si
27 qua.12.q.2.in verbo resciso,quòd,licet Clerici†sede vacante nihil habeāt disponere de rebus ecclesiæ,vt 10.q.3.si quis episcopus,& 75.distin.quoniam, quia sede vacante nihil est immutandum, sede enim vacante non possunt immutare statum,c.nouit,ext.ne sed. vacan. tamen dicit, si est magna necessitas,clerici possunt aliqua alienare. secūdùm Hugon.
71.dist.fraternitatem,& arg.infra.eo.precarie tamen.ver.de
28 authoritate superioris; † nam & iudex præstat authoritatē facto minoris,eo tempore cùm non habet curatorē, vt no.
29 C.qui admitti ad bon.pos. Item † in minoribus ecclesijs potest episcopus aliqua alienare mortuo sacerdote tempore necessitatis,10.quæst.2.si quis episcopus, subdens gl. ibidē. & nota,quòd contractus, quem faciūt Clerici mortuo episcopo,tenet ipso iure,sed restituitur ecclesia,si probet se læsam,sic est in contractu minoris, qui nō habet curatorem; vt C.de in integ.restit..l. si curatorem. Et dicit Bertachin. in tract.de episc.quarta parte,versi.vigesimò sextò quęro,ꝙ si
30 magna subsit † necessitas ecclesiæ,solus Prælatus sine capitulo potest res ecclesiæ prætiosas alienare. Facit,quia capitulum sede vacante potest suscipere pecunias mutuo sine authoritate superioris pro necessiiate ecclesiæ vacantis, per glo.in c.cupientes,§.ad hoc de electio,li.6.super verbo aliūde,alleg.text.in c.precariæ,10.q.2.12.quæst.4.quicunque,cū manifesta in hoc sit vtilitas ecclesiæ,& cùm hoc negotium
31 dilationem non † capiat, & ex tali mutuo obligatur ecclesia,& prelatus successor Facit quod no.Ioan.12.q.2.placuit, in glo.fin.quod notat Spec.in titu.de his quæ fiu.à præla.in fin.& sic dicit se consuluisse Lap. in vacatione hospitalis de alto passo, sed Ioan. de Imola restringit dictum Lap. videlicet,quando copia superioris de facili haberi non potest, & magna imminet necessitas, aliàs secus; quod etiam placet Dominico, quia illud hospitale erat immediatè subiectum Papæ;vnde difficile erat habere recursum ad Papam pro licētia.Hoc etiam casu poterit capitulum alienare bona pertinentia ad episcopum,secundùm Archid.per tex.d.capit.si qua de reb.per Ioan.Andr.& Domin.d.c.ad hoc,vt per Io. Franc.Pauin.in suo tract.de offic.& potesta.c.sed.vacan.q.8. secundæ partis,versic.sed an capitulum.Et aduerte,quòd de
32 bemus intelligere, quòd ista † necessitas nō excludat solemnitatem inductam ex iuris dispositione, sed solemnitatem inductam ex cōsuetudine,vltrà,& præter iuris solemnitatē; quoniam propter magnam necessitatē res alienari posset non seruata illa solemnitate, quæ esset præter ius commune, dummodò iuris communis solemnitas seruaretur,per Abb.in c.fi.de eccles.ædif.vel repa.quæ etiam ob magnam, & euidentem necessitatem ommitti non potest, per glo. in

cap.1.

Source : BIU Cujas

cap.1.ver.sed.ne sede vacan.rationem reddit Aug.Bero.in c.nulli.de reb.eccle.non alien.quia stante magna,& euidenti necessitate solemnitas inducta ex cõsuetudine præter ius esset grauior ecclesiæ,ergo ommitti potest,vt per August.d. loco.col.23.uersi.tertio limitatur.Facit in hac materia q̃ dicit Claud.Seyssell.in Spe.feud.qui feud.dar.poss.uersi.ista tamen,ubi dicit, quòd non intelligitur prohibita alienatio, quæ fit ex causa extremæ necessitatis,ubi non subest alia res, quæ possit alienari,respicit personam prohibitam , ita concludunt Ioan.And.But.Abb.& Cardin.Alex.in c.uerum,de
33 condi.appositi.Are.in consi.22.ubi subdit,quòd si† tria copulatiuè concurrunt,quòd sit magna necessitas , quòd ista respiciat ecclesiam,cui res est relicta sub ista conditione,quòd res non possit alienari:Tertiò,quòd non subsit alia res,quę possit alienari , quòd tunc etiam potest alienari res relicta, cum pacto quod non alienetur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest alienare rem ecclesiæ benemerito,dando tantumdem de suo ecclesiæ.*
2 *Prælatus non benemerito dare non potest rem ecclesiæ,etiam dando tantumdem de suo.*

Casus. 23.

1 TEgare potest prælatus , & donare alicui benemerito rem ecclesiæ,† dando tamen tantum de suo proprio ecclesiæ, quãtum auferri,sine aliqua solemnitate,c.si episcopus.12.q.5.iuncta l.
3 nec adiecit,ff. pro soci.†sed prælatus dare non potest de bonis ecclesiæ non benemerito,etiam dando tantumdem ecclesię de suo,sine consensu,& tractatu capituli,c.si quis qualibet,& ibi glos.& Docto.12.q.2.per August.Berou. c.nulli, extra de reb.eccles.non alien.co:um.23.per eundem in capit.consensus,col.5.uersi.in glo.eo.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ sine solemnitate in illis casibus alienari possunt, in quibus res minorum sin: solemnitate alienantur.*
2 *Res ecclesiæ facilius alienari possunt,quàm res minorum.*

Casus. 24.

1 REs† ecclesiæ alienantur etiam sine solemnitate,in casibus in quibus res minorum absque solemnitate iuris uendi, aut alienari possunt, de quibus habetur per gl.in rub.& in nigro. C. quã. decre.op.non est , cum ibi not. Nam, si hoc conceditur in alienatione rerum minoris, ergo & in alienatione rerum
2 ecclesiæ,†quæ facilius alienari possunt,habetur per glo.in l. si fundus sterilis,ff.de reb.eor.iunctis notatis in summa, 12. q.2.per August.Berou.in,c.nulli,de reb.eccle.non alien.col. 23.uerbo ubi,uersi.limitatur etiam.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ecclesiæ , quæ est in reditu , alienari à prælato sine solemnitate potest .*
2 *Pecunia ecclesiæ si destinata sit ad comparationem stabilium, uel aliàs non sit loco fructus, alienari sine solemnitate non potest.*

Casus. 25.

1 PEcunia quoque ecclesiæ , †quæ est in fructu,& reditu , potest alienari per prælatum sine solemnitate aliqua, & ad libitum ipsius,ut de aliis fructibus ecclesiæ potest liberè disponere, quorum ipse est usufructuarius,August.Berou in c.nulli, de
2 reb.eccle.non alien.col.18.versic.circa ultimum,† si tamen pecunia sit destinata ad comparationem stabilium , uel ad credendum,aut negotiandum,aut pecunia sit de proprietate ecclesiæ,aut de uenditione rei stabilis ecclesiæ redacta, aut pecunia non modica,est secus,dico suprà in quæstio.de pecun.eccles.alienatio.

SVMMARIVM.

1 *Iura,& actiones ecclesiæ,quæ dantur ad mobilia, quæ seruando seruari non possunt,alienantur sine solemnitate.*
2 *Actiones,quæ ultra triennium non durant,possunt dici de rebus , quæ seruando seruari non possunt.*
3 *Actio iniuriarum descendens ex lege Cornelia dicitur de rebus,quæ seruando seruari non possunt.*
4 *Actio redhibitoria dicitur de rebus,quæ seruando seruari non possunt, ideo à solo prælato,ei cedi potest.*

Casus. 26.

1 ALienantur etiam† absque solemnitate iura,& actiones,ac nomina debitorum ecclesiæ , pro quibus datur actio personalis non ad mobilia,nec ad illa mobilia , quæ possunt seruando seruari , quia talia iura non possunt cedi , uel alienari sine solemnitate, sed illa iura , & actiones , quæ competunt ad illa mobilia,
2 quæ seruando seruari nequeunt, & illæ actiones , † & iura, quę ultra triennii tempus non durant , quæ possunt dici de
3 rebus,quæ seruando seruari non possunt,ut est†actio iniuriarum descendens ex lege Cornelia,l.si non conuitii, C.de iniur.& actio,quę datur ex lege Iulia repetumdar.ut in l.2.ff. ad leg.Iuli.repet.nota.insti.de perpet.& temp.actio. in glos.
4 magna,in fi.Item†actio redhibitoria,l.quod si nolit,§.si qd, ff.de ædilit.edict.& aliæ similes actiones , quę bene possunt cedi per solum prælatum absque solemnitate , ex quo sunt de bonis,quæ seruando non possunt seruari.per Aug.Bero. in c.nulli,ext.de reb.eccl.col.30.ver.vide vltra alios.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ si à laico detineatur,ita ut euelli ab eo non possit, poterit ab episcopo alteri ecclesiæ concedi.*
2 *Item fortè & alteri laico concedi poterit,qui rem illam ab ecclesia agnosceret.*
3 *Ecclesia si aliter recuperare rem suam non posset , tunc prælatus illam in feudum concedere posset.*

Casus. 27.

1 POssunt quoq; alio casu alienari res ecclesiæ absque solemnitate, puta † quando res ecclesię detinentur à laico,à quo euelli non possunt,ut est ius decimandi,aut aliud de bonis ecclesiæ,qa tunc episcopus etiam sine consensu capituli,& absque consensu superioris poterit alteri ecclesiæ concedere , & ualebit concessio,etiam si concessio,& alienatio esset grauis ecclesiæ , & hoc est†specialiter inductum , ut res ecclesiæ è manibus laicorum extrahantur , ut est text. not. in capitu.
2 cum apostolica.12.q.2.idem†quoque fortè etiam posset dici quando concederetur non alteri ecclesię,sed laico,qui rẽ illam ab ecclesia agnosceret,puta in feudum eum maiori ecclesiæ utilitate;nam si hoc fit ut res è manib. extrahatur, tunc solus episcopus poterit, quamuis res magna esset , ut colligitur in c.fi.de feud.faciunt no.in c.1.de usu.& c.fi.16. q.1.Aug.Bero.in c.1.de rebus ecclesiæ non alien.col.18.nu. 42.uer addas etiam casum & c uidetur dicere Ias.qui feud.
3 dare poss.col.8.uer.tertiò limita,quando†ecclesia non posset aliter recuperare rem suam,tunc etiam sine consuetudine prelatus posset dare laico in feudum.c.2.in fi.de feud.ubi Card.& Imo.& per Bal.ibi quinta col.subdens Ias.addo bonum simile.Ang.in §.hoc etiam.in fi.de alien.& emphyteu. quòd quando est urgens necesitas res ecclesiæ etiam ex toto alienatur absque solemnitate requisita.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest sine causa & solemnitate permutare res ecclesiæ sibi subiectæ,cum rebus alterius ecclesiæ pariter sibi subiectæ.*
2 *Quod tamen declaratur procedere si ambarum consensus concurrat.*

Casus. 28.

ITem alio casu alienatur res ecclesiæ sine causa,& solemnitate, ut per Augu. Bero.in c.1.de reb.eccle.col.3.uer.no.1.vbi dicit, qnod licet episcopus,seu prelatus absque iusta causa,& solẽnitate non posit donare,uendere,uel aliter alienare res tẽporales ecclesiæ,uel etiam non posit illas permutare absq;
1 iusta causa,& solemnitate requisita†tamen poterit permutare res suæ ecclesiæ sibi subiectę cum reb. alterius sibi subditę pariter absque alia iusta causa,& solemnitate , ut per illum tex.& alia iura, quæ ibi adducit, & per eundem ibidẽ in prima col.in principio.numero 10.quòd non licet prelato absque causa alio titulo,quàm permutationis rem unius ecclesię subditę in aliam ecclesiam sibi subditam transferre,dummodo hoc ambarum partium consensu faciat.Sub

dens

Source : BIU Cujas

2 dens breuius ſumendo: vel ſic,& breuius, interueniẽte cõſenſu ambarum partium prælatus poteſt res ſuarum eccleſiarum indiſtinctè permutare, ſed non aliter tranferre. &c.

SVMMARIVM.

1 *Bona eccleſiæ obligari poſſunt ſine ſolemnitate in genere.*
2 *Prælatus contrahendo poteſt generaliter pro obſeruatione contractus obligare bona eccleſiæ.*

Caſus. 29.

1 BOna eccleſiæ etiam obligantur,& obligari poſſunt ſine ſolemnitate, puta quando obligantur genericè, & non in ſpecie, arg. tex. à contrario ſenſu, c. nulli, de reb. eccle. non alien. ut per Abb. ibi, nota ſpecialis Hypothecę, quòd prælatus non poteſt ſpecialiter obligare rem vnam eccleſiæ, in genere verò poteſt obligare etiam ſine licentia epiſcopi, vt hic à con
2 trario tenent Docto. †ex hoc potes dicere, quòd prælatus contrahendo poteſt generaliter pro obſeruantia cõtractus obligare bona eccleſiæ ſine licentia epiſcopi,& in hoc tenemenți iſtum tex. à ꝯrio ſenſu, ut ibi per Abb. Vide aliquid ſupra in rub. de ſignifi. uerbi aliena. uer. item pignoratio.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, quæ à laico poſſidentur, de illius manu ab epiſcopo reuocari poſſunt, & alteri eccleſiæ dari, etiam ſine cleri, uel capituli conſenſu.*
2 *Decimæ à laico poſſeſſæ poſſunt benemeritis eccleſiæ aſſignari, & in pauperum eleemoſynam dari.*
3 *Vtile eſt eccleſiæ, ut ab ea recognoſcatur utile dominium.*

Caſus. 30.

1 VIdetur etiam quòd in alio caſu alienentur,& alienari poſſint res eccleſiæ ſine ſolemnitate, quia decimæ †detentæ à laico de manu illius pñt reuocari,& alteri eccleſiæ aſſignari, & ſolo ipſius epi ſine cleri, uel capituli conſenſu ſufficiente. per tex. & ibi glo. in uerbo epi, in c. cum appoſtolica, de his quæ fi. à præla. ubi gl. no. ꝙ ibi eſt unus caſus, in quo eps ſolus ſine capitulo, vel clero poteſt alienare, ꝙ habet locum,& procedit qñ decimæ poſſidentur à laico, quæ non poſſent de ma-
2 nu laici extrahi; †quia eo caſu poſſunt ẽt aſſignari benemeritis eccleſiæ,& indigenti,& pauperi in ſuſtentationẽ, & eleemoſynam dari, 10. q. 1. c. pen. & fi. ſiue ſint laici, ſiue clerici illi, quibus aſſignantur, ut per Cardinalem Zabarel. cle. 1. de reb. eccl. non alie. uer. decimò ſextò quæro, ubi etiam dicit, ꝙ ſi decimæ ſint poſſeſſę per eccleſiam, quia debent in eccleſiæ utilitate remanere, ꝙ non poſſunt aſſignari alicui ꝑſonæ priuatæ perpetuò iure proprietatis, ſecus ſi ſint poſſeſſæ per laicos, quia non poſſunt de manibus ipſorum extra-
3 hi, quod tunc bene licet, quia non eſt inquit † inutile eccleſiæ, ꝙ ab ea recognoſcatur utile dominum, ꝓꝓ multos caſus in quib. ad eccleſiam poterunt reuerti, d. c. potuit, ut ibi per eum,& per Abb. in d. c. cũ apoſtolica, ꝙ eccleſiaſtica poſſeſſa à laicis titulo legitimo poſſunt conferri alteri eccleſiæ, quàm ei, ad quam pertinent, etiam ſolius epiſcopi conſenſu interueniente, ut per eum. uerſi. nota hic, ad ſupradictos caſus, in quibus apparet quòd prælati poſſunt diſponere de rebus eccleſiæ abſque requiſitis ſolemnitatibus, quia multoties accidit, quòd diſponant etiam donando uel ſuis, uel extraneis de rebus uel fructibus eccleſiaſticis, videtur quòd non inconueniens ſit, ut poſſit addi quęſtio, quam feci, de qua infra.

SVMMARIVM.

1 *Iura ciuilia tam antiqua, quàm noua non permittunt alienationes rerum eccleſiaſticarum, niſi in aliquibus caſibus.*
2 *Iura canonica iubent res eccleſiæ cuſtodiri tamquam ipſam eccleſiam.*
3 *Non reperitur textus, aut glo. dicens, quod res eccleſiæ poſſit donari, uel aliàs diſtrahi.*
4 *Epiſcopus non poteſt quicquam de rebus eccleſiæ ſuæ alicui donare, niſi ad meliora proſpiciendo.*
5 *Donare poteſt, qui habet dominium rei.*
6 *Donatio propriè eſt, quando aliquis dat ea mente, ut ſtatim uelit accipientis fieri.*
7 *Prælatus eſt procurator rerum eccleſiæ, non dominus.*
8 *Dominium rerum eccleſiæ ſecundum aliquos eſt penes Chriſtum, ſed ſecundum alios eſt penes eccleſiam.* 9.
10 *Donari dicitur illud, quod nullo iure cogente conceditur.*
11 *Donare eſt perdere,& nu.* 12.
13 *Clericus de bonis per eccleſiam acquiſitis non poteſt in teſtamento donare, uel aliter diſponere.*
14 *Dpiſcopus qualiter habeat diſponere de rebus eccleſiæ.*
15 *Epiſcopi res priuatæ debent eſſe diſtinctæ à rebus dominicis.*
16 *Epiſcopus quare habeat res eccleſiæ in poteſtate.*

QVAESTIO PRIMA.

An prælatus poſſit diſponere de rebus eccleſiæ, etiam donando inter viuos, vel in teſtamento.

QVęrere autem an prelatus poſſit diſponere de rebus eccleſiæ etiam donãdo, ideſt, an poſsit prælatus de rebus eccleſiæ donare, non uidetur certè probabilis quæſtio, cum non uideatur in ſe probabile dubium continere; quia,
1 ſi inſpiciamus primò †iura ciuilia, vt potè iura antiquiora,& primò facta, incipiendo à conſtitutione Leonina, quæ eſt l. iubemus, C. de ſacroſan. eccleſi. deinde deueniamus ad iura authenticorum, tam in titulo de non aliena. aut permutan. & titulo de aliena.& emphyteu. quàm in titulo de eccleſi. rer. immobil. alien. ſolutio eſt, in quibus locis ſunt leges factæ circa alienationes rerum eccleſiaſticarum, nuſquàm reperies, quòd ſit licitum donare res eccleſiæ modo, uel forma aliqua, immo ſi permittitur aliqua de illis, uel ob ineuitabilem neceſsitatem, puta pro vrgentis æris alieni ſolutio-
2 ne, uel euidenti utilitate eccleſiæ, conceditur. Et †ad iura canonum deueniendo habetur. 12. qõ. 2. ca. ea enim, quòd ea, quæ ad beatiſsimæ eccleſiæ iura pertinent, uel poſthac peruenient, tanquam ipſam ſacroſanctam, & religioſam eccleſiam, intacta conuenit inuiolabiliter obſeruari,& cuſtodiri; &, ſi inſpiciamus 12. quæſtio. prima.& 12. quæſtio. ſecunda. per totum, ubi hæc habetur materia, uidemus, quòd res eccleſiæ debent cuſtodiri,& curæ demandantur prælatis, qui illas diſpenſare poſſunt canonicis pro cauſis,& in caſib. à iu
3 re expreſsis,& permiſsis. Nec †inuenire eſt tex. aut gloſſ. dicentem, quòd res eccleſiæ poſsint alicui donari, niſi cum maiori, aut tantundem utilitatis, ut in tex. in ca. epiſcopus qui, 12. quæſtio. 2. aut aliàs diſtrahi, niſi cauſa neceſsitatis, utilitatis, pietatis,& incommoditatis, ut per glo. 12. quæſtio. 2. in ſumma, quia habetur in tex, in capitu. ſine exceptione, 12. q.
4 2. quòd †epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ quicquam donare non poteſt, niſi ad meliora proſpiciendo, idem habetur in tex. in cap. tua nuper. ext. de his quæ fi. à præla. ibi, ne quis epiſcopus de rebus eccleſiæ donare, promittere, uel uẽdere audeat, niſi faciat, ut meliora proſpiciat; eadem litera legitur in cap. cum appoſtolica, eod. titu. de his, quæ fiu. à præla.& dicit glo. in cap. nulli liceat, ext. de reb. eccle. non alien. in uerbo alienare, non liceat, inquit, alienare niſi pro utilitate eccleſiæ. cap. ſine exceptione. Nec prælati poſſunt donare rem
5 eccleſiæ aliquo modo, quia donare †eſt, dominium in re donata habentis, quia donatio dicitur à damno, quaſi damnidatio, l. ſenatus; ff. de donation. cauſ. mortis. §. 1. Et donatio
6 †propriè eſt quando aliquis dat ea mente, ut ſtatim uelit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti, & propter nullam aliam cauſam facit, quàm ut liberalitatem,& munificẽtiam exerceat, ff. de donatio. l. 1. in principio. Vnde nihil mirum uideri debet, ſi hoc facere non poſsit prælatus de rebus ec-
7 cleſiæ, qui †eſt procurator rerum eccleſiæ, non dominus. per tex. qui dicit in cap. fraternitatem, ext. de donatio, ubi habetur, quòd, cum epiſcopus, uel prælatus quilibet ſit rerum eccleſię procurator, non dominus, conditionem eccleſiæ meliorem facere debet, non deteriorem: ergo cum prædeceſſor tuus graues donationes in rebus epiſcopatus fecerit in detrimentum eccleſiæ, donationes huiuſmodi, quæ de iure non tenent, indulgemus, ut tibi liceat reuocare; idem dicit Innocen. in capit. cum ſuper, de cauſ. poſſeſſ.& propriet. ubi
8 quærendo penes quem † poſsit dici eſſe dominium rerum eccleſiæ, ponit duas opiniones; prima eſt, quòd non prælatus, ſed Chriſtus habet dominium, & poſſeſsionem rerum eccleſiæ, unde quicunque homines eccleſiis offerunt, dicũtur offere Deo, 12. quæſtio. ſecunda. nulli liceat,& capit. qui
9 abſtulerit,& 12. quæſt. 1. res,& c. uidentes; ſecũda opinio †eſt, quòd eccleſia, ideſt congregatio fidelium habet poſſeſsionem,& proprietatem; Vnde dicit Innocen. quòd, ſi aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata eſſe epiſcoporum, prælatorum, aut capitulorum, debet intelligi, quòd ſunt eorum quoad gubernationem, & canonicam diſpenſationẽ, & dicuntur etiam eſſe pauperum quo ad ſuſtentationem, 16. quæſtio. prima capitu. quoniam. Subdit Innocen. ibidem, quòd hęc bona propter utilitatem communem diuiſa ſunt inter eccleſias diuerſorum locorum, authoritate ſummorum Pontificum, & epiſcopis, & aliis prælatis conceſſa extitit

titit adminiſtratio eorum.12.q.1.uidentes, & cap. præcipimus.Refert,& ſequitur Abb.in repet.c.cum eſſet,ext. de teſtam.col.mihi 13.nec ex eo quia prælatus habet liberam ad miniſtrationem & diſpoſitionem in fructibus, & rebus eccleſiæ;ideo eſt dicendum,quòd poſſit donare,vel prolibito diſponere: quia reſpondet Abb.ibidem,quòd , licet habeat adminiſtrationem,debet tamen diſpenſare ad eum uſum, ad quem res fuerunt deſtinatæ,& inſtitutæ;&,ſi contrarium facit talis diſpenſatio reuocatur,c.ſi quis de ſeruis,12.q.2.& c.monemus,& c.diaconi,12.q.1.Vnde,ſi ſtat ſtatutum à iure,quomodo prælatus illas diſpenſet,c.quatuor,cap.de reditibus,cum ſimilibus.12.q.2.non videtur de illis eſſe permiſ-
10 ſa aliqua donatio,quia donari dicitur illud†quod nullo iure cogente conceditur,l.donari.ff.de regu.iur.& donare eſt
11 perdere,l.filiusfamilias.in principio.ff.de don. facit tex.in l. contra iuris.§.fi ff.de pact.allegat. per Dec. in conſil. 174. r. vol.incip.& pro tenui.vbi dicit quòd ideo prælatis,& adminiſtratoribus donatio abſolutè prohibetur,c.2.de donatio. l.pactum curatoris,C.de pact.Et poſtquam venditio rerum eccleſiæ prohibetur,ex qua eccleſia non in totum afficitur incommodo,quia recipit prętium,multo magis donatio rerum eccleſiæ eſt prohibita cenſenda, quæ dicitur damnoſa datio, Paul.in l. contra iuris.§.j.ff.de donatio. quia donare
12 †eſt perdere,l. filiusfamilias.ff.de donatio. per Petrum Rebuff.in ſua expoſitione.c.ſine exceptione.12.qō.2.in uerbo donare.Facit quod dicit glo.in c.ſi.de pig.in uerbo fruatur, quę dicit,quòd clerici poſſunt dici uſuarii,quia nec poſſunt
13 uendere,nec teſtari,nec donare.Facit,quia†de rebus per eccleſiam acquiſitis clericus non poteſt in teſtamento donare,nec de eis diſponere,c.cum officiis,c.ad hæc, c. relatum. el ſecundo.de teſta.Acumulaui in meo tractatu ſpoliorum eccleſiaſticorum.in q.de poteſtate cler. vel prælat. in principio.quæſt. 15.Facit quod legitur in cano. apoſtolorum.37.
14 omnium rerum eccleſiaſticarum curam † epiſcopus gerito,& eas diſpenſato,quaſi inſpectante Deo,non licitum autem ei eſt quipiam ex eis ſibi tamquam proprium aſſumere,aut cognatis ſuis elargiri,quę Deo dedicata ſunt,quòd ſi pauperes illi ſint,uti pauperibus ſubminiſtrato, non tamen horum prætextu res eccleſiæ venundato, & in canone 39.
15 eo.habetur,quòd†diſtinctæ habent eſſe res priuatæ epiſcopi à rebus dominicis, & priuatas res epiſcopus cum moritur pro libito diſpenſet, & relinquat,& ne res priuatæ cū rebus dominicis confuſæ,& implicatæ vna alteri impedimentum,& læſionem cauſet.
16 †Et in canone 40.eo.epiſcopus in poteſtate habeat res eccleſiæ, ut illas pro ſuo arbitratu diſpenſet cum Dei timore, & ſumma ſollicitudine,per præsbyteros,& diaconos in pauperes erogentur,& ad neceſſarios uſus ſuis, & hoſpitio exceptorum ipſe percipiat,ne ipſe poſteriore loco habeatur, quàm cæteri,ordinauit enim lex Dei,ut qui altari ſeruit de altari uiuat,& quòd nemo ſuis ſtipendiis militat.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus in rebus eccleſiæ eſt uſufructuarius.*
2 *Prælatus ad inſtar tutoris poteſt alienare mobilia,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
3 *Vſufructuarius fructus perceptos ſeparatos à ſolo reconditos facit ſuos.*
4 *Prælatus poteſt de fructibus eccleſiæ liberè diſponere.*
5 *Prohibitum in uno in cæteris uidetur eſſe permiſſum.*
6 *Deus nobiliſsimus eſt.*
7 *Nobilium moris eſt donare.*
8 *Clerici uiuentes,& ſui compotes,moderatè ualent aliquid eleemoſynæ intuitu erogare.*
9 *Militare non eſt peccatum.*
10 *Donatio ualet ſiue in uita,ſiue in morte facta ſit.*
11 *Clericus debet de reditibus eccleſiaſticis alere ſuos conſanguineos.*
12 *Exequutores teſtamentarij laudantur,qui in propinquos pauperes teſtatoris bona diſtribuunt.*
13 *Clericus de fructibus eccleſiæ poteſt dotare ſororem.*
14 *Clericus dum incipit ægrotare,deſinit eſſe uſufructuarius, & incipit eſſe uſuarius.*
15 *Clericus qui habet ſimplex beneficium uſque ad diem mortis æquiparatur uſufructuario.*
16 *Clericus de fructibus ſui beneficii poteſt ſatisfacere ſuis creditoribus,dūmodo eccleſia non patiatur detrimentum.*

Argumenta contraria ponuntur.

MVlta ſunt in contrarium, ꝙ immo prælatus habet liberam diſpoſitionē in rebus eccleſiæ, vt quod uelit, poſſit facere de il-
1 lis,quia prelatus†in reb.eccleſię eſt uſufructuarius,& uſufructuario comparatur,dicit glo.in c.ex literis,extra de proba tioni.ibi,licet prædia eccleſiæ non ſint propriè clericorum, agere tamen pñt clerici finium regu.cum habeant ius in illis,ſ.uſumfructum,l.3.ff.fi.reg.§.finium,idem gl.in c.fi.de pecul.cler.in uerbo obitus, ibi ꝙ beneficiati ab eccleſiis uſufructuariis comparentur,vī dicere litera tex.ibidem,ibi, uidelicet uſque ad diem obitus ſui poſſideat,idem in tex.in c. relatum,el 2.de teſta.ibi,per eccleſiam acquiſita ad eam in clericorum obitum deuoluantur;idem in gl.in c.nulli, ext.
2 de reb.eccl.non alien.in uerbo immobilem,ibi†immobilia verò,quæ ſeruari nōn poſſunt,pōt prælatus alienare, ad inſtar tutoris,l.lex,C.de admi.tut.& l.ult.C.ubi decre.op.non
3 eſt;& uſufructuarius†fructus perceptos ſeparatos à ſolo, & reconditos facit ſuos,taliter ꝙ illos ad heredes ēt tranſmittit,eſt tex.notabilis in l.defuncta,ff.de uſufru.Bar. in l. fin.§. frui.ff.de iu.fiſci,& Doc.& in l.Iulianus,§.fructib. ff. de act. emp.Saly.in l.fructus,C.de actio.emp.l.arborib. §. Iulianus, aliàs,ſi iuri,ff.de uſufru.facit tex.in c.cæterum,extra de dona.ubi ualet donatio facta de bonis,ac reb.eccleſiæ,cōſiderata loci ꝙſuetudine,ac rei donatæ quantitate,ubi dicit Car-
4 dinalis Zabarella uer.3.nota, ꝙ †prælatus poteſt de fructib. eccleſię liberè diſponere,& conferre,ēt ceſſante conſuetudine.per tex.iuncta gl.in c.nulli,de reb.eccle. non alien. ubi fit prohibitio,ꝙ per clericum non alienentur res immobiles ītæ eccleſię,& per gl.ibi dī,ꝙ mobilia quæ non poſſunt ſeruari ſeruando,poſſunt alienari;quia,ſi ſunt prohibita alienari immobilia tm̄,poteſt dici,ꝙ mobilium ſit permiſſa alie-
5 natio,quia†quod in uno eſt prohibitum , in cæteris eſſe videtur permiſſum,& è cōtra,l.ait prętor,& ibi Bar. ff.de iudi. Facit quod dicit Inno.in c.ueniens,de præſcrip.nu.5.quòd prælati habent adminiſtratrionem liberam cum donatione modicæ rei,quod eſt ſecus in aliis adminiſtratoribus, non enim ita eſt arctandus adminiſtrator Dei,ſicut adminiſtra-
6 tor hominis,†quia Deus nobiliſſimus eſt,arg.ff. de donatio.
7 l.filius. Et†eſt moris nobilium donare,ff.de natu.reſt.l. quæris,& ideo maior,& liberalior eſt poteſtas prælatorum,quā aliorum adminiſtratorum,ſecundum eum ibidem,& tenet Bal.in repertorio ad Inn.in uerbo prælatus,& hī in text.in c.
8 ad hæc,de teſta.ꝙ clerici†uiuentes,& ſui compotes moderatè ualent aliqua de bonis ipſis,non ratione teſtī,ſed eleemoſynæ intuitu erogare,ut in tex.& in c.relatum, ext. de teſta. el 2.§.licet.ꝙ,licet mobilia per eccleſiam acquiſita de iure in alios pro morientis arbitrio transferre non poſſunt, conſuetudinis non eſt improbandę,ut de his pauperibus, & religioſis locis,& illis,qui uiuenti ſeruierant, uel ſint conſanguinei,uel alii,iuxta ſeruitii meritum conferantur de fructibus eccleſiaſticis,poteſt prelatus erogare in pauperes. c.paſtor.1.q.2.& c.clericos.16.q.1.qm̄ 23.q.4.ſicut non ſunt. Archi.in c.ſtatutum,§.aſſeſſorem,de reſcri.in 6. per Abb. in c. ad hęc.de teſta.in principio, & in fi.& tales erogationes debent facere conſiderata cōſuetudine, & facultate eccleſiæ, & datur exemplum,ut ſi eſt conſuetudo in terra,ubi eſt Abbatia,ꝙ Abbas det uiginti,aut centum ſolidos, aut rem mobilem de bonis eccleſię pauperi uel nobili egenti,aut puellę maritandę.Et dicit Io.And.in d.c.cæterum,ꝙ,ſi eſſet conſuetudo loci,ꝙ eps cā pietatis faceret unum,aut duos milites,& pro eis militandis expenderet, talis conſuetudo non improbaretur,dummodo non grauetur eccleſia, quia mili-
9 tare†non eſt peccatum,23.q.1.militare,& cum prædicta,inquit,liceant ſine conſuetudine ſpeciali, putat Hoſti. ꝙ rōne conſuetudinis ualebit donatio ſimpliciter facta,ſi forſan donatarius non nimis egeat. Et conſuluit Hoſt.ꝙ prælatus in iſtis faciendis ſemper habeat Deum ante oculos, & ꝙ donatarius caueat à uitio ingratitudinis;& ꝙ,licet prælatus poſſit hoc facere de fructibus ſuperfluentib.non tamen cā iſtorum hēt obligare eccleſiam,uel habet parētes ditare, ut ibi
10 per eum.Io.And.†& hæc erogatio,ſiue donatio ualet, ſiue fit facta in uita ſiue in morte,d.c.ad hæc,& c. relatum. el 2.
11 &† clericus poteſt, immo debet de reditibus eccleſiaſticis alere ſuos conſanguineos,c 1.de cohabi.mulier.& cle. cap. omni,iuncta gl.31.diſt.c.non ſatis,86.diſt.Et dicit Ancha. in
12 conſi.437.ꝙ†ſunt laudandi exequutores teſtamenti, qui in propinquos pauperes teſtatoris, uel defuncti bona diſtribuunt,& ſecundum doctrinam Abba.in c.peruenit, ext. de
13 arbit.clericus†nedum poteſt alere ſuos,ſed de fructibus eccleſiæ poteſt dotare ſororem.per eundem in c.j. de cohabi. mulier,& cleri.quòd clericus , qui magis tenetur exercere actum charitatis,poteſt dotare & alere conſanguineam de reditibus eccleſiæ,ſi ſit inops;dummodo conſtituat dotem ad neceſsitatem ſuæ conditionis,non ad pompam faſtidioſitatis,& per Angel.de clauas.in uerbo dos. uerſic. quintò. glo.in deciſ.Toloſan.quæſtio.289.Et habetur tex.ad literam in capitu.unico.de cler.non reſid. in 6.quòd clericus facit fructus beneficii ſuos,& in eis dominium acquirit, item dicit Hoſtien.capit.fina. de pecul.cler.quòd, ſi clericus habet beneficium quod in ſe habeat adminiſtrationem, quamdiu

viuit,

Source : BIU Cujas

uiuit,& ſanus eſt, in fructibus illius beneficii æquiparaf uſu fructuario,vnde de fructib. poteſt donare, licet moderatè,
14 c.cæterum.de donatio.†Qñ verò non eſt ſanus, ſed incipit ægrotare,tunc deſinit eſſe uſufructuarius,& ex uſufructuario incipit eſſe vſuarius,& vſum tantum habet,& aliquantulum etiam plus,quia poteſt aliquid in eleemoſynam eroga
15 re.†Si verò clericus non habet adminiſtrationem,ſed tantũ ſimplex,vel perſonale beneficium,veluti canonicatum,quã quam ad fructus faciendum ſuos æquiparatur vſufructuario,quia ſemper facit fructus ſuos uſque ad diem mortis,& de ipſis etiam teſtari poteſt.arg.c.requiſitis.§. illud.de teſta. eſt deciſio Rotæ in antiq.incip.cum camera apoſtolica, & alia deciſio in eiſdem antiquis num.330.in rub.de obliga.& ſolutio.incip. nota q̃ clericus; vbi habetur,q̃ clericus habens adminiſtrationem bene obligat fructus beneficii, qa eſt vſufructuarius,ſi verò ſit clericus ſimplex, ideſt ſimpliciter beneficiatus,etiam poſt mortem fructus creditorib.poſſunt applicari; quia ille ſemper æquiparatur vſufructuario, ſubdens ibidem Hoſt.& hoc ſeruat conſuetudo generaliter
16 vbique.Facit,quia†clericus de fructibus ſui beneficii poteſt ſatisfacere ſuis creditoribus,dummodo eccleſia non patia tur detrimentum,miniſtris eccleſiæ,& aliis oneribus incumbentibus,per Io.And.Hoſt.Anto.de But.Zabarel.Syculum, Imola c.2.de fideiuſſo.vbi dicit Specul. iſtam eſſe commu-
* nem opinionem,& Collecta.in c.Odoardus.de ſolut.dicit, quòd in curia ſeruatur,q̃ clericus fuit admiſſus,cedens fructibus ſui beneficii,ut ſatisfaceret ſuis creditorib. per Ant. c.olim.2.de reſti.ſpol.tenet Io.And.& Præpo.in c.reprehenſibilis,de appel.gl.deciſ.Toloſa.q.313.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus nec donando,nec aliter diſponendo res immobiles eccleſiæ alienare poteſt.*
2 *Res ſteriles ſi eccleſiæ donatæ fuerint,qualiter eccleſiæ conſulatur.*
3 *Donatario interdictũ eſt,& ſub pœnis comminatum,ne res eccleſiæ ſibi donatas recipere audeat.*
4 *Res eccleſiæ non donantur, nec diſtrahuntur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
5 *Prælatus gratia pietatis poteſt concedere rem eccleſiæ alicui indigenti, in uita ſua.*
6 *Res eccleſiæ cauſa pietatis poſſunt alienari & donari.*
7 *Epiſcopus poteſt ex cauſa eccleſiam ipſam & res eius donare alteri.*
8 *Epiſcopus eſt legitimus adminiſtrator eccleſiæ ſibi ſubiectæ.*

Diſtinctio pro intelligentia. Quæſt.propoſitæ.

STantibus prædictis,pro intelligentia veritatis, ego puto, quòd ſit bonum diſtinguere,uidelicet,quòd aut loquimur de rebus eccleſiæ,aut de fructibus,aut in vita,aut in morte; quia iſta multum inter ſe differunt.Et diuerſimodè à iure cẽſentur,& diuerſo modo per Doctores tractantur. Et rerum ec-
1 cleſiæ aliæ ſunt immobiles,aliæ mobiles,& quantum†ad res immobiles nedum non poteſt prælatus illas donare, ſed ne quidem diſponere alio modo alienando,quàm habetur in tit.de eccle.rerum immobil.alien.& ſolutio,quòd generaliter ſit prohibitum alienare,vel diſtrahere res eccleſiæ, ubi glo.in uerbo quo circa, dicit, quòd omne ius alienationis
2 eſt prohibitum,immo,ſi ſteriles† res ſint donatæ eccleſiæ p aliquem,& ob earum ſterilitatem eccleſia ſit in aliquo damnificata,ſeu iacturam,aut detrimentum paſſa, tales res debent dantibus,uel eorum hæredibus reſtitui,quitantum de eorum facultatibus recompenſent eccleſiam,quantum dãnum ob illorum dationem vel receptionem ſubſtinuerit,§. hoc autem,in auth.de alien.& emphyteuſi.Item nedum do oatio eſt permiſſa rerum immobilium,quòd immo eſt prohibitum alienare ipſas ruinas,& ea quæ omnino ſunt deſtructa,& pauimento iacent,§.quod autem.auth.de non alien. aut permutan.& nedum eſt permiſſum donare,ſed†immo eſt interdictum,& comminatum ſub pœnis, ne res eccleſiæ ſibi donatas quis recipere audeat,quia dr̃ in tex.in §.ſi quis. auth.de non alien.aut permutan. ſi quis donatam ſibi rem eccleſiæ accipere præſumat,perdit rem donatam, & aliud tantundem de ſua ſubſtantia eccleſiæ reſtituat, & recompẽ
4 ſare tenetur,†quia res eccleſiæ non donantur,nec diſtrahuntur,niſi in caſibus à iure expreſſis,cauſis, & ſolemnitatibus interuenientibus:de quibus diximus ſupra ſuis locis, & de quib.per Abb.in c.cum apoſtolica.de his quæ fiu. à prælat. quia ſine cauſæ cognitione,ſiue tractatu, ſine conſenſu capituli,vel rectoris,ſiue authoritate ſuperioris,de talib. non poteſt diſponi,vt per Abb.d. loco, & per ea quæ ad longũ nos ſupra deducimus.Si verò iſta ſint vel parua,incommoda,& infructuoſa,aut aliàs damnoſa, bene quidem poſſunt alienari,etiam ſine tot ſolemnitatibus,puta vendendo,permutando,in emphyteuſim concedendo,ſed donando non, nota.in c.terrulas,12.q.2.per tex.in c.non liceat Papæ,eo.in fin. & per tex.in c.ſine exceptione,eo.in fin. vbi Ioan.de Turre Cremata.licet dicat Archid.in c.1.de reb.eccl. non alienã.
5 †q̃ prælatus cauſa pietatis ſolus poteſt concedere alicui indigenti in uita ſua unam poſſeſſionem, quem refert, & ſequitur Abb.per tex.in c.poſſeſſiones,17.q.1.iunGa glo.ut p eundem in c.continebatur,de his,quæ fi.à præla.col.2.ver. ſecundo limita.Sed ſiue dicamus,q̃ intelligatur ad uitã concedentis,vel ad uitam recipientis,talis conceſſio non eſt donatio proprietatis,ſed fructuum tantummodo,quod bene poteſt facere ad uitam ſuam prælatus,quia ſibi ſoli præiudicat,qui poterat tales fructus ſibi appropriare,& in ſuos uſus conuertere.per Abb.in c.continebatnr,de his,quæ fi. à præla.& q̃ valeat ẽt facta ad uitam pauperis accipientis cã pie-
6 tatis,quia cã pietatis bene poſſunt†alienari,& donari res eccleſiæ,quia de illis debetur alimonia pauperibus. c. aurum,
7 12.q.2.cum ſimilibus.†Ex cauſa tamen poteſt epiſcopus ipſam eccleſiam,& res eius donare alteri,& concedere, 12.q. 2.ſi epiſcopus,& c.ſeq.de donatio.c.Paſtoralis, & c.conſultationibus,de his quæ fiu.à præla.ut per Gemi. in c.dudum. de reb.eccle.non alien.uer.in ea. glo. & ratio eſt ſecundum
8 Hoſtien.quia†epiſcopus eſt legitimus adminiſtrator eccleſiæ ſibi ſubiectæ,& pro illa agere,& illam defendere poteſt, ut per Gemin.d.loco.

SVMMARIVM.

1 *Res mobiles prætioſæ non alienantur niſi cum cauſis, & ſolemnitatibus à iure expreſſis.*
2 *Res immobilis,& mobilis prætioſa alienari non poteſt.*
3 *Prælatus ſine conſenſu ſuperioris alienare non poteſt etiam rem mobilem.*
4 *Clericus donare non poteſt rem mobilem ex theſauro, quam inuenit.*
5 *Conſuetudo,quod prælatus donet,non ualet in rebus immobilibus,nec immobilibus prætioſis.*
6 *Res mobilis non prætioſa poteſt à prælato in uita donari, ſi adſit conſuetudo.*
7 *Eccleſia ſi ex pluribus modicis,ſiue paruis donationibus ſit læſa, non reuocatur totum,ſed tantum,quod eſt ultra licitum.*
8 *Niſi diuiſio commodè fieri non poſſet,quia tunc totum reuocaretur.*
9 *Alienatio rei eccleſiæ ad ſui ualiditatem duo requirit.*
10 *Prælatus donationem eccleſiæ damnoſam facere non poteſt.*
11 *Conſuetudo loci dat iuriſdictionem.*
12 *Prælatus modicam donationem facere poteſt, etiam ceſſante conſuetudine.*
13 *Prælatus etiam regularis poteſt aliqua donare de rebus eccleſiæ.*
14 *Tutor licet non habeat proprietatem in bonis pupilli, aliqua tamen donare poteſt.*
15 *Filius habens liberam peculij adminiſtrationem aliqua ſecundum ipſius qualitatem donare poteſt.*
16 *Prælatus de rebus eccleſiæ eleemoſynam facere debet.*

Diſtinctio alia.De rebus.

REs verò mobiles, vel ſunt
1 prætioſæ,uel modici momenti,† & ſi quidẽ prætioſæ,non donantur,quia tales res non alienant per prælatum,niſi cũ cauſis,& cum ſolemnitatibus à iure expreſſis,& requiſitis.l.lex quæ,C.de admi.tuto.per glo.in c.tua nuper.de his,q̃ fi.p̃la.in uerbo tractatu,q̃ dicit,q̃ mobilis p̃tioſa nõ põt alienari,quia eſt neceſſaria ſolemnitas, melior in gl.in c.is cui,de electio.in 6.ibi,puto ẽt q̃ mobilia prætioſa in caſu licito poſſunt alienari.Sequitur Hoſt.in c.nulli. de
2 reb.eccl.non alien.ubi dicit,q̃ res†immobilis, & mobilis p̃tioſa alienari non põt,ibi,immobilem,neque mobilem prætioſam;melius ibidem per Abb.uer.in gl.2.ibi nota, q̃ prælatus alienat bona mobilia quæ commodè ſeruari nõ poſſunt,ea uerò quæ commodè ſeruari poſſunt, non alienãtur ſine ſolemnitate,nam inquit,res immobilis,& mobilis prætioſa æquiparantur quoad ſolemnitates alienationis, idem in c.tua nuper.de his,quæ fi.à præla.2.col.uer.in ea.gl.ibi, q̃ bona immobilia,& mobilia prętioſa,quæ ſeruari p̃nt,æquiparantur quoad ſolemnitatem adhibendam ad earum alienationem.Idem per Hoſt.in c.1.de his,quæ fi.à prælat.ibi,ẽt exceptis his,q̃ ſeruando ſeruari non p̃nt,non prætioſis, ubi ẽt Io.And.Idem dicit Abb.in c.conſenſus,de reb.eccle.non
3 alie.ibi,exequutio,infertur,†q̃ rem ẽt mobilem non poteſt prælatus alienare ſine conſenſu ſuperioris, & dic q̃ requirit ſolemnitas requiſita in rebus immobilib. quod dic inquit Abb.ut per gl.in c.tua,de his,quæ fi.à præla.ideſt,q̃ mobilis
4 res ſit prætioſa,ut ibi per eum,quia rem† mobilem ex theſauro,quem inuenit clericus,donare non poteſt nec etiam

rem

Source : BIU Cujas

rem ecclesiæ nimis prætiosam per Hostiē. in c.cæterum.de donatio.§.datæ rei.vbi Io.And.immo dicit Abb.in c.cæterum.de donatio. ꝙ si † adsit consuetudo, ꝙ prælatus possit donare,illa consuetudo non intelligitur,nec ualet in rebus ecclesiæ immobilibus,nec in rebus ecclesiæ mobilib. prætiosis,quia in his non valet consuetudo tanquam damnosa ecclesiæ,& hr̄ per Gemin.in c.hoc consultissimo,de reb.ecclc.non alie.in 6.uer.quæro quia, quòd in donationibus de rebus mobilibus non potest dari certa regula, quia secundum quod donum est magnum,& paruum,tenet,vel nō tenet donatio.Item habita consideratione,an donator est paruus,aut magnus,uel donatarius,bene,uel non meritus.

6 Si †verò res mobilis ecclesiæ non est prætiosa,sed parui momenti,potest quidem benè à prælato in uita donari,si quidē de hoc adsit consuetudo,est tex.apertus,in c. cæterum. ext. de donatio.ubi quantitas rei donatæ,& loci consuetudo facit donatum ratum & irritum haberi,idem habetur in tex. in c.fraternitatem.eo ubi tantum donationes graues factæ per episcopum de reb.ecclesiæ,& quæ afferunt detrimentū ecclesiæ,mandantur reuocari,ubi glo.in uerbo graues, inquit,ergo à contrario sensu si non sunt graues non reuocan
7 tur,subdens glo.†ꝙ si per minutas,aut paruas plures donationes ecclesia sit læsa,quod non totum reuocatur,sed illud tantum quod est ultra licitum.arg.C.de donatio. si quis argentum.§.in seruis autem,& 12.q.2. si quis de seruis &c. sup quo dicit Abb.quòd glo.apertè non eligit quid iuris,sed cōclude inquit,ꝙ,si cōstat quia donatione grauetur ecclesia, vt pote quia multæ sunt factæ separatim, tunc reuocabitur solum illa,per quam ecclesia grauatur,idem vbi fuisset donatio,etiam separabilis respectu rerum, ut solum reuocet illud,quod est ultra legitimum modū.l.sancimus. C.de do-
8 natio.c.si quis de seruis.12.q.2.†si uerò non potest commodè fieri diuisio,puta quia donauit aliquam rem indiuisibilem,& tunc renocatio fit in totum,ut per eum ibidē subiiciens Abb.in fi.ꝙ illud,quod dicit Io. And. non est uerum, uidelicet,ꝙ ualet donatio,si capitulum consentit, sed con-
9 ceditur restitutio in integrum,quia †ad hoc, ut teneat alienatio de rebus ecclesiæ,duo requiruntur,uidelicet,quòd seruetur solemnitas debita,de qua in c.sine exceptione.12.q.2. ut fiat in casu licito. Si ergo donatio sit facta in casu illicito, est ipso iure nulla quantumcunque consenserit capitulum, secus si fuerit facta in casu licito,puta si prælatus cā pietatis donauit rem ecclesię cum consensu capituli;nam tunc si donatio est grauosa multum ecclesiæ,reuocabitur p in integr. restit.secus,ubi casus non erat licitus, puta quia donauit in
10 casu à iure non concesso &c. subdens d.glo. in verbo inconsultis.d. c. fraternitatem, quòd † prælatus non potest facere donationem ecclesiæ damnosam, etiam consultis Canonicis,11.q.2.hoc ius,& glo.in d.c. cæterum, dicit, quòd verè Prælatus potest facere donationem, si adsit consuetudo lo-
11 ci,quia consuetudo loci dat iurisdictionem, & tribuit liberiorem administrationem,l.prohibere.ff.quòd vi,aut clam. §.non tantum & cap.ea noscitur.de his,quæ fin.à prælat.imò sentit Abb in d.cap.fraternitatem, vers.fin.in glos.quòd
12 † donatio modica potest fieri per Prælatum , etiam si non adsit consuetudo,dum reprobat.gl.quę unum dicit in principio,& aliud in fin.nam inquit gl.in fi.apertè sentit prelatū non posse etiam modicum donare,nisi concurrat consuetudo,aliud tamen uidetur sentire glo.seq.in principio,& facit inquit iste tex.à contrario sensu,nam hic ponderatur,quòd donationes erant graues, à contrario ergo non graues tollerantur,nec fit mentio de consuetudine, quia dicit Abba. in d.capitu.cæterum,summando tex.quòd in considerando an ualeat donatio facta per prælatum de reb. ecclesiæ, duo sunt attendenda,rei donatæ quantitas, & loci consuetudo; quia prælatus modicam rem donare potest, ubi adsit con
13 suetudo.Subdens etiam Abba.in j.no.quòd†prelatus etiam regularis potest aliqua donare de rebus ecclesiæ, & hoc ratione administrationis liberæ, quam habet in rebus eccle-
14 siæ.quemadmodum † tutor non habet proprietatem in rebus pupilli,& tamen aliqua donare potest, iuxta illud quod habetur in l.cum plures,ff.de admi.tutor.ita & prælatus.Ad idem allegat pulchrum tex.in l.filius,de donatio. ubi habe-
15 tur,quòd si filius † habet liberam aministrationem peculii, potest aliqua donare attenta tamen qualitate filii,ita potest dici in prelato , habet enim liberam administrationem in rebus ecclesiæ.ut in capitu.nobis.de electio.in fin.in capitu. is cui.eod lib.in 6.subdens Abbas ibidem,quòd glo.fin.dat ad text.duos intellectus,primus est uidelicet, ut intelligatur text quòd possit Abbas, uel prelatus facere erogationes in pauperes, & ponunt exemplum doctores in consuetudine quorundam locorum,secundum quam prelatus dat puellæ pauperi maritandæ 20.uel 30.vel nobili pauperi,& iste intellectus licet sit uerus in se,non tamen conuenit literę;quia,si detur pauperi,non est tunc necessaria consuetudo, quia de
16 †rebus ecclesiæ prælatus habet facere eleemosynam, 16.qō. prima capitu.quoniam,& capitu.de reditibus,capit.cognouimus,12.quæstio.2.ideo,inquit,datur alius intellectus, ut intelligatur de uera donatione, quam facit prælatus alicui non pauperi,puta amico,uel consanguineo tunc etiam ualet donatio, si concurrit consuetudo, & intelligunt Doctores in rebus non immobilibus, neque mobilibus prętiosis, quia in his non ualet consuetudo, tanquàm damnosa ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an cessante consuetudine rem modicam donare possit.*
2 *Prælatus cessante consuetudine absque rationabili causa nihil donare potest.*
3 *Ecclesia ad hoc, vt habeat amicos pro sua defensione, licitè aliqua leuia fiunt.*
4 *Donatio de mobilibus certam regulam non habet.*
5 *Prælatus gratia remunerationis potest aliqua dare facienti opus, vel seruitium ecclesiæ.*
6 *Donatio rei mobilis non prætiosæ, & si valeat, tamen tutius est, quòd fiat cum consensu capituli.*
7 *Alienatio rei ecclesiæ sine solemnitate non valet, nisi esset parua, uel inutilis.*

Dubium emergens.

1 QVærit †deinde Abb.nunquid prælatus possit rem modicam donare etiam sine cōsuetudine,& respondet secundum D.Anto. ꝙ,si nult prælatus aliquid donare de fructibus, bene potest donare illos,quos facit suos,etiam sine consensu capituli.Si verò uult donare aliam rem mobilem ecclesiæ, & tunc,si esset minima,non requiritur consuetudo,neque cōsensus capituli.Si verò non est minima,oportet, quod concurrat consuetudo,& si enormiter lædit ecclesia,non valet consuetudo;& ex his dicit Abbas uidetur sentire, ꝙ requiritur consuetudo,ubi res est non minima;sed contrariū sentit glo.in cap.præcedenti;sed,inquit idem , ego crederē,
2 quòd cessante consuetudine nihil donare potest prælatus absque causa rationabili,sed cum causa rationabili sic, puta quia recipit seruitium ab illo,& uult eum remunerare, vel quid simile. Nec obstat, inquit, quòd supra dixi de pupillo , quia tutor donat quantum expedit pupillo, & non ali-
3 ter; ita & prælatus, si expediret ecclesiæ, nam † ut ecclesia habeat amicos pro sua defensione,licitè possunt aliqua leuia fieri,& dicit Cardinalis Zabare.in d.c.cæterum,ꝙ de bonis mobilibus prętiosis, idem habet intelligi, quod de immobilibus,ꝙ uidelicet clericus non possit donare,secus est de mobilibus non prætiosis;& dicit glo.in c.hoc consultissimo.de rebus eccles.non alienan. in 6. quòd de mobilibus
4 †certa regula dari non potest; quia secundum quod est donum,aut paruum,aut magnum,tenet, uel non tenet datio, seu donatio,& si dator est uel paruus,uel magnus,uel donatarius benemeritus,uel non,per iura,quæ ibi adducit. Et refert Imola,in d.c.fraternitatem.in fine.de donatio.Io. And. dicentem,ꝙ litera habet,prohibitam esse donationem rerū ecclesiæ,an hoc sit intelligendum in omnibus rebus, dicit, ꝙ intelligi debet de rebus immobilibus, & etiam de rebus mobilibus prætiosis.Mobilia autem modica, non prętiosa possunt prelati donare,maximè si hoc consuetudo habeat, aut suadeat,& uult litera hęc à sensu contrario , dum dixit
5 graues;& dicit etiam Io.And.quod facienti†opus,uel honestum seruitium ecclesię potest prelatus aliquid dare gratia remunerationis,puta medico,uel procuratori, aut aduocato,12.q.2.c.quicunque.Nec poterit successor illam reuocare,15.q.6.c.illud,& idem Imola in ca. cęterum,de donatio. in fi.secundum D.Floren.ꝙ si prelatus donet rem mobilem non prętiosam,sed moderatè donat,ualebit donatio etiam cessante consuetudine,secundum eum,per tex.in ca.prędecedenti,à contrario sensu,ubi improbatur donatio,ex eo, qa fuit immoderata,& sic non modica, quod tene menti; in-
6 quit tamen, propter † opiniones uitandas tutius uidetur, quod fiat cum consensu capituli, nisi consuetudo aliud haberet,idem habetur per Hostien.in cap.1.de his quę fiunt à
7 prela.sine consen.capit.ubi dicit,quòd†non est licitum facere alienationes de rebus ecclesię sine solemnitate, nisi esset parua,uel modica res,inutilis,& infructuosa , & excipit res mobiles,& se mouentes, de quibus inquit potest prelatus moderatè donare,&c.

SVMMARIVM.

1 *Minimum vel modicum intelligitur, quod non sit vtile ecclesiæ.*
2 *Clericus alienans cadit in pœnam, & potest deponi.*
3 *Prædium ecclesiæ etiam exiguum non potest alienari.*

Declara-

Source : BIU Cujas

Declaratio Dubij.

2 SEd istud minimum, † vel modi cum est intelligendum, ꝙ debet esse tale, quod nō sit utile ecclesię, quia, si sit aliter, non vī licitum, † clericus. n. alienās cadit in pēnā, & pōt deponi. p gl. in c. quicunq; 17. q. 4. per illud, quod hī in tex. ibidē. qa † p̄diū ēt exiguū ecclesię nō pōt alienari, ꝙ vī esse cōtrà tex. in c. terrulas. 12. q. 2. sed ille tex. intelligit, ꝙ loquat in p̄dio utili, qa, licet sit exiguū, alienari nō dēt.

SVMMARIVM

1 *Modica & parua a iure non habentur in consideratione.*
2 *Restitutio pro modica læsione non datur.*
3 *Dolus in modica summa non præsumitur.*
4 *Actio iniurię pro modico non datur.*
5 *Rector ciuitatis de minimis Syndicandus non est.*
6 *Cardinalis pro modica re Symoniam committere non præsumitur.*
7 *Modicum & nullum æquiparantur.*
8 *Modica res attendi non debet.*
9 *Summa minima quot modis dicatur.*
10 *Modicum dicitur respectu qualitatum & conditionum personarum.*

Modica quòd non sint consideratio.

Nec mirum videri debet, si de rebus modicis po
1 test disponere, dare & donare prælatus, quandoquidē † illa, quæ modica sunt, vel parua, iura non curant, aut habent in consideratione; de modicis enim non curat prætor. l. scio. ff.
2 de in integ. rest. ubi pro modica læsione non datur restō integrum, & per tex. in l. si oleum. ff. de dolo; ubi ꝙ re modica
3 non datur actio de dolo, nec dolus † præsumitur in modica summa. per tex. in c. cum te, de re iud. vbi glo. in verbo minime, colligit argumentum, ꝙ pro modico non dat † actio iniurię, & alibi colligit Bal. ꝙ de minimis non est curādum: &
5 rector † Ciuitatis non est de minimis syndicandus, & de minoribus non est facienda scrupulosa inquisitio pp liberum arbitrium voluntatis, quod natura hominibus tribuit. l. si ser
6 uus vetitus. ff. de leg. 1. & † pro modica re Cardinalis nō præsumitur cōmittere Symoniam. c. & si quæstiones, ext. de Symon. & de minimis præsumitur elargitio, & donatio amore Dei. per Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. mat.

7 Nec est sine rōne, ꝙ modicum non sit curandum, † quia modicum, & nullum æquiparantur. c. licet cām, de probat. c. cùm te, de re iud. & cā modici damni non receditur a iure, in
8 Spec. §. 6 uersi. vt autem, de loc. & † modica res non debet attendi. l. si quis fundum. ff. loc. & modicum, & exiguum varijs
9 modis dī, nam † minima summa aliqua dī, quæ vsque ad 10. lib. auri, alibi usq; ad 20. marcas, alibi vsque ad duos aureos. ff. de dolo, si oleum, alibi ad 50. solidos. l. 1. de defens. Ciuitat. gl. in c. anteriorum. 2. q. 6. gl. in c. terrulas. in verbo exiguas, & 12. q. 2. ubi dicit, ꝙ uarijs modis dī aliquid esse modicū; quia
10 vī, ꝙ † modicum dicatur respectu qualitatum, & conditionum personarum, quia res modica uni pōt esse magna alteri, homo. n. tenuis fortunæ seruat porcellum veluti oculū, & veluti rem magnā, per gl. in l. illicitas. §. nec tenuis, in uerbo hoīe. ff. de offi. Præsid. melius gl. in l. sed si susceperit. in uerbo modica. ff. de iud. ubi dicit, ꝙ duo pondo auri sunt res modicæ respectu personarum, sicut si, ait, diceret Commitissa Matilda, aliquantulum terræ concedo illi ecclesiæ, quæ tamen terra in 30. milliaria extenditur, & rō est ꝙ dicit modicum, quia modica erat respectu personæ donantis; & inter paupe res, & viles p̄sonas, causæ de porcello dicitur magna cā &c.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas parua, & magna, & quę parua causa, & magna dicatur relinquitur arbitrio iudicis.*
1 *Impensa modica dicitur arbitrio iudicis.*
3 *Modicum & minimum dicitur attenta qualitate rei, & personæ, secundum iudicis arbitrium.*
4 *Clericus de reb. ecclesiæ pōt solùm de modicis donando in uita disponere.*

Iudicis arbitrio relinquitur cognitio quantitatis, & cāæ.

1 Quæ verò & quando dicatur magna. & parua quantitas, quæ magna, & quæ parua cā dicatur, relinquitur arbitrio iudicis, secundùm qualitatem, & gradum personarum, per Inno. Card. & alios. c. fi. §. is aūt, de off. & pot. iud. de leg. per gl. in l. eatenus. ff. de usufr. accrescē.
2 in verbo pertinet, ibi, † Sed quæ erit modica impensa in perdictis, respon. duorum aureorum, uel dic melius iudicis arbitrio, & dicit Imola in c. cæterum, ꝙ, vt quid dicat minimum, uel non, stabitur determinationi consuetudinis, si de illa appareat, aliàs vī, ꝙ arbitrio superioris hoc poterit determinati. arg. c. de causis, de off. deleg. qui habebit considerare quātitatem, seu valorem rei, & in hac materia concludit Anton.
3 Corset. in tract. de minim. † ꝙ minimum, & modicum dī at tenta qualitate rei, & personæ secundum iudicis arbitriū; ad quod facit bonus tex. in l. legitimos. ff. de leg. tut. & quod legitur, & notatur in cap. & si quæstiones, extra de Symon. vt per eundē prima parte circà principium. d. tractatus. Vide, quæ supra dico in rubr. de rer. mob. alienatio. in d. c. Aliæ verò res ecclesiasticæ, ubi diffusius. Et per hæc pauca credo, ꝙ sit clarum in iure, ꝙ clericus † de rebus ecclesiæ potest solùm de
4 modicis, paruis, vel minimis donando disponere in vita, in reliquis autem ꝙ sit ei donare interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus benemeritis donare potest.*
2 *Prælatus remunerare pōt, nō concedēdo dominiū, sed usumfructum breue ad tempus.*
3 *Abbas donare potest unam possessionem alicui, qui seruit ecclesiæ, donec sit in seruitio.*
4 *Labores & seruitia debent recompensari prætio uel præmio.*
5 *Seruitium præstitum prælato uiuentis, uidetur ecclesiæ impensum.*
9 *Clericus habet uiuere de bonis ecclesiæ ipse cum suis famulis.*
7 *Prælatus licite remunerat de bonis ecclesiæ eos, qui exhibuerunt seruitia ecclesiæ.*
8 *Res ecclesiæ alienari possunt pro remuneratione eorum qui exhibuerunt seruitia ecclesiæ. Etiam in præiudicium successoris. 9.*
10 *Accipiens rem ob seruitia præstita ecclesiæ, tenetur probare seruitia impensa fuisse.*
11 *Remuneratio si fieri potest de bonis mobilibus, fieri debet non de immobilibus, & circà mobilia, distingue, & nu. 14.*
12 *Merita debent esse æquiualentia rebus donatis.*
13 *Seruitia impensa prælato debent præstita fuisse contemplatione ecclesiæ.*
15 *Affectio non cadit in pecuniam.*
16 *Res immobilis ob benemerita concedi pōt deficientib. mobilib. & pecunia.*
17 *Prælatus rem immobilem magni prętij quoad directum dominium concedere non potest.*
18 *Obligatio ad antidora operatur, ut bona alias a iure alienari prohibita alienentur.*
19 *Quælibet res alienari prohibita pp benemerita alienari potest.*

Limitationes & declarationes ad Reg. in quæstione propositam.

Contra autem istam regulam Petr. Rebuff. in suo compendio, in expositione tex. c. sine exceptione, in verbo donare, ponit quatuor limitationes, per quas nititur probare, ꝙ prælatus pōt de bonis ecclesiæ ēt donando disponere. Primò, inquit, fallit quando prælatus vellet
1 donare benemeritis, quod pōt. c. si quos. 12. q. 2. quia id non intelligitur donare, sed soluere potius debitū naturæ. l. Aquilius. ff. de don. l. sed si lege §. cōsuluit. ff. de petit. hæred. c. cum
2 in officijs. de testa. potest enim † prælatus remunerare nō cō cedendo dominium alicuius rei, sed usumfructum ad breue tp̄s, Inn. in c. cum in officijs, ext. de test. Bal. in l. iubemus, col.
3 3. in principio. C. de sacros. eccle. Addo, quia Abbas † de reb. ecclesię, & sine solemnitate aliqua pōt donare etiam vnam possessionem alicui, qui seruit ecclesiæ, monasterio, vel conuentui, donec sit in seruitio, & valet donatio, cum nō possit dici alienatio perpetua, nec ad magnum tp̄s, cū possit statim repelli, tenet Io. Monachus in simili in c. hoc consultissimo, de reb. eccl. non alie. in 6. quāuis Io. And. teneat contrarium in c. fi. de rescr. in gl. 3. & super ea, in 6. per Laur. de Rodulp. q dicit in rep. c. sine exceptio. 12. q. 2. 47. q. Nec ista pōt dici donatio, sed potius recepta pro seruitijs, & meriti recōpēsatio,
4 † & solutio, quia de iure labores, & seruitia accepta debent recompensari prætio, uel prœmio. ca. charitatem. c. ecclesiasticus. 12. q. 2. in gl. c. ad nām. in uerbo sufficere, de reb. eccl. non alie. & not. Abb. in c. relatum, uersi. Itē nota, ext. de testa.
5 ꝙ seruitium impensum, † & præstitum prælato viuenti vī ecclesiæ impensum. Vnde de bonis ecclesiæ talis seruitij remuneratio fieri pōt. c. per tuas, ubi idē Abb. de don. ext. quia cle
6 ricus † habet viuere de bonis ecclesiæ ipse cum suis famulis, quib. debent solui salaria ob seruitia clerico impensa. Idem
6 Abb. in c consensus. de reb. eccl. non alie. ext. dicit ꝙ † prælatus licite remunerat eos de bonis ecclesię, qui adhibuerunt seruitia ecclesię, & in margine ad Abb. ibidem allegat Alex. cōs. 101. 1. lib. & Oldr. cons. 178. & dicit Bar. in l. iubemus, la 2.
8 uersi. quæro utrum. C. de sacros. eccl. † ꝙ p remuneratione illorum, qui exhibuerunt seruitia, possunt alienari res ecclesiæ, ut ibi per eū, ubi vide gl. in uerbo permissum, quæ dicit, ꝙ ēt de immobilib. bonis ecclesię debet fieri remuneratio, &
9 † prælatus pōt donare in remunerationē seruitij suę ecclesię collati, ēt in præiudiciū successoris. 16. q. 6. illud; Alex. cōs. 55. 1. par. ubi dicit uerum id esse, si de seruitijs constat aliter, q̄ p confessionem prælati. Io. And. in addit. ad Spec. de reb. eccle.
10 non alien. quod nota pro eo, ꝙ qui talia † accipiūt a prælatis, uel Rectorib. pro seruitijs impēsis, habēt p̄bare seruitia, nec eis sufficit sola p̄lati cōfessio asserētis se id legare vel dare pro sibi impēsis seruitijs. Sed subdit Rebuff. d. loco, ꝙ hæc remu-

Source : BIU Cujas

11 neratio,si † possit,debet fieri de bonis mobilib. ecclesiæ, nõ de immobilib.ut p Doct.in d.l.iubemus,& in c.fi.de pec cle.
12 sic Iaſ.cõſi.3 16.4.uol.mihi quoq;.Et † merita debẽt esse equi ualentia rebus donatis.c.relatum,ext.de testa.ibi,iuxtà seruitij meritum,ita consuluit Dec.cons.174,& pro tenui, & dicit Corset.in suo reperto.in uerbo alienatio,q̃ in recompensationem, & remunerationem seruitiorum impensorum nedum ecclesiæ,sed prælato,põt alienare, & seu infeudare præ
13 latus bona ecclesiæ,& intellige si prælato † sint impensa seruitia intuitu,& contemplatione ecclesiæ.c.per tuas.de dona. approbat Abb.in c.extra præsentium, de pign.& August.in c.consensus,de reb.eccl.non alie.col.4.uer.unde cognita,di-
14 stinguit,q̃ in † primis est facienda remuneratio de mobilib. erga quæ tantam affectionem ecclesia non habet, ut de mobilibus nouiter acquisitis.c.relatum.de testa.uel de pecunia,
15 in quam similiter † affectio nõ cadit.l. in nummis.ff de in lit. iur.quia dicitur de rebus, quæ seruando seruari nõ possunt. l.lex quæ.§.pen.C.de admi.tut.l.inter stipulantem. §. si stipulante.cum §.seq cum glo.ff.de uerb.obl. Si uerò non exstent
16 hmõi † bona mobilia,nec pecunia, tunc prælatus potest concedere ob benemerita etiam res immobiles ecclesiæ,quoad
17 utile dominum.d.c.per tuas.c.ad aures.Si uerò † uellet cõcedere immobilia quoad directum dominium, tunc non potest concedere res magni prætij,sed modici,vt terrulam, vineolam viginti solidorum.d.cap.si quos, vbi hæc distinctio probari videtur,facit tex. c. 3.& not.c.2.de donat.& l.a diuo Pio.ff.de re iud.

Ex ex prædictis habes notabilẽ effectum obligationis na-
18 turalis ad antidota,† quia ob illã possunt alienari bona aliàs a iure alienari prohibita pro remunerandis benemeritis. d. c.quicunque.d.c.si quos,& dicit Bar.in Proœmio ff.in fi.ult.
19 col.& in l.iubemus.C.de sacro.eccl.quod,quælibet res † alienari prohibita ppter benemerita alienari potest,& ratio est, vt colligi potest ex not.per Abb.in rubr.de don. ubi ipse post alios effectus huius obligationis ad antidota ponit, ẽt dictũ Bar.q̃ posset hoc procedere simpliciter in prophanis, sed in rebus ecclesiasticis forte ita simpliciter, & indistinctè verum non esset,vt ibi per eundem August.

SVMMARIVM.

1 *Donatio valet si donans tantundem de suo donet ecclesiæ.*
2 *Clericus potest de bonis ecclesiæ testari,si tantundem de suo ecclesiæ contulerit.*
3 *Rector ecclesiæ potest testari de expensis factis per eum causa ecclesiæ.*
4 *Clericus tantundem conferens ecclesiæ testari potest, si ante alienationẽ confert,secus si post.*

Continuat materiam præcedentem.

1 IN preallegato quoq; loco dicit dom. Rebuff. q̃ fallit alio modo, scilicet quã do † donans rem ecclesiæ tantundem donaret ecclesiæ,cuius rem donat,quia tunc ualet donatio iuxta rei collatæ modum.c.consensus,& cap.seq.vbi declarant Doct. de reb.eccl.non alien.c.iniustum.in fin.12.q.2.sed tutius est, inquit,in hoc adhibere solemnitates. Addo, quia dicit Abb.in c.cùm in officijs.ext.de test. q̃ Clericus non potest testari de fructibus ecclesiæ aut de facultatibus per ecclesiam acquisitis, nec aliter de ipsis bonis disponere, nisi in casibus ibi per
2 eum enumeratis,† puta si Clericus, aut prælatus tantundem de suo ecclesiæ contulerit,quantum ipse velit relinquere de ecclesiæ facultatibus,& in simili per Soc.consi. 13. 1.uol.nu.
3 39.q̃ † rector ecclesiæ põt testari de expensis factis per eum cã ecclesiæ Et quod dr̃,q̃ Clericus põt testari de rebus ecclesię,si tantundem de suo confert ecclesiæ, intellige si tantundem confert ante alienationem,non post,quia si post, vr̃ facere ad euitandum pœnam depositionis, & talis damni restauratio,siue recompensatio sibi non proderit,per ea, quæ dicit Abb.in c.cum esses,in rep.de test. uersi. 5.principaliter, circa fi.col.antep.

SVMMARIVM

1 *Prælatus sine solemnitatibus donare aliquid potest consanguineis pauperibus pro victu,& vestitu.*
2 *Consanguinei prælatorum,quorum causa prælati effecti sunt,exigunt contractus gratuitos ab eis.*
3 *Promotores unius episcopi extorserant gratuitum contractum ad uitam ipsorum ascendentem ad duas partes redituum episcopatus.*
4 *Consanguineis suis quis tenetur prius subuenire,quàm extraneis.*
5 *Frater tenetur dotare sororem sibi ex latere partis coniunctam.*
6 *Frater tenetur alere sororem.*
7 *Frater clericus tenetur ad dotandam sororem.*
8 *Clericus habens uxorem & filios potest eos pascere de reditibus ecclesiæ.*
9 *Consanguineis minus est peccatum dare, quam extraneis.*
10 *Prælatus tenetur suis consanguineis cotupetens subsidium conferre.*

Fallentia regulæ positæ in quæstione.

1 Fallit etiam ipsa regula, quando Prælatus † vellet ali quid donare consanguineis pauperibus, scilicet pro victu, & vestitu tm̃.c.quisquis.12.q.2.c.non satis.26 distin & præter victum,& vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquã tribuas,ne filiorum panem canes commedant.c.si cupis.16. q.1.nec Prælatus consanguineos suos debet facere procuratores,ne res ecclesiæ lædantur,& fraus fiat legi.c. episcopus,
2 12.q.1.nam † consanguinei,quorum cã Prelati facti sunt,exigunt contractus gratuitos ab eis ad vitã fieri,uel contractus locationum, seu venditionem fructuum ad longissimũ tps, prætio confessato,vt per Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de
3 reb.eccl.nõ alien.in rubr.vbi plus † dicit, sciui ego episcopũ, a quo promotores sui extorserunt gratuitum contractum ad uitam ipsorum ascendentium ad duas partes redituum episcopatus expressum causa seruitiorum, quæ impenderãt ecclesiæ,& promittebant impendere, quandiu uiuerent, & instrumentum fuit super hoc solemniter formatum, & de consensu capituli,sed male successit dictanti, & tali consanguineo; & meritò sic debet accedere his, qui sanctam Dei domum ad talia trahunt;hoc maxime faciunt nobiles, vt reditus domus per ipsum augeantur, non enim verentur fructus episcopatus, & aliorum beneficiorum miscere cum patrimonialibus,quare omnia sic coniuncta corruunt, ut vulgò intueri licet,ut ibi per eum. Addo ego ad fallentiam, q̃
4 in d.c.non satis.86.dist.habetur,q̃ quis prius tenetur † suis cõsanguineis subuenire,quàm extraneis,uoluit Anch.in cons. 437.ubi dicit,q̃ sunt laudandi exequutores testamenti, qui in propinquos pauperes testatoris, vel defuncti bona distribuunt.Et dicit Abb.in c.peruenit. ext. de arbitr. q̃ quemad-
5 modum de iure † ciuili frater laicus tenetur dotare sororẽ, quæ dotem non habet, & quæ sit coniuncta ex parte patris, vt per gl.in l.cum plures,& ibi Doct.§ pen.ff.de admi. tut.&
6 in l.uero omne.C.eo.tit. & sicut † eam teneturalere in casu necessitatis,ità & dotare,cùm lõge sit fauorabilior cã dotis, quàm causa alimentorum. Item similiter est dicendum,q̃
7 frater clericus teneatur ad sororem dotandam, cùm Clericus teneatur magis exercere actum humanitatis, & charitatis,quàm laicus,c.1.& quod ibi not.de emp.& uend.Subdẽs ibidem,& credo q̃ cum bona conscientia, si Clericus non habet bona patrimonialia,poterit dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructibus ecclesiasticis,ac reditibus bene
8 ficiorum,& dicit gl.in c.omninò.31.dist.q̃ † clericus habens vxorem,& filios potest eos pascere de reditibus ecclesię;ergo a fortiori,& dotare,quia dicit gloss.in c.peruenit.1.q.3.q̃
9 minus † est peccatum dare consanguineis, quàm extraneis. 86.dist.non satis,& hæc est ordinata charitas, quãuis grauius puniatur, quia p̃p affectionẽ magis lædit̃ ecclesia; quia dicit Abb.in c.inquirendum. de pec. cler. q̃ Prælatus debet, imò tenetur de reditibus ecclesiæ competens subsidiũ conferre suis consanguineis,imò potius tenẽt suis amicis,q̃ alienis.

SVMMARIVM.

1 *Papa bona vnius ecclesiæ alteri ex causa concedere potest.*
2 *Episcopus potest donare aliquid de mensa sua capitulo egenti.*
3 *Episcopus donando suo capitulo non videtur alienare, nec ad alienationem tendere.*
4 *Prælatus donare potest fructus ad suam mensam spectantes loco religioso egenti.*
5 *Bona ecclesiæ sunt,& dicuntur bona egentium.*
6 *Ecclesia de suis fructibus superabundantibus tenetur supplere laicis indigentibus,& alteri ecclesiæ indigenti.*
7 *Alienare prohibitus potest alienare in ecclesiam,uel in clericum.*
8 *Statutum prohibens alienationẽ non ualet quo ad ecclesias, uel clericos.*
9 *Episcopus debet generaliter prouidere pauperibus.*
10 *Episcopus curare debet,ne egentem fame perire permittat.*
11 *Clerici etiam laicis indigentibus tenentur prouidere, quatenus illorum facultates suppetunt.*
12 *Ministris ecclesiæ & necessitatibus proprijs primò subueniendum est.*
13 *Iurans non alienare bona ecclesiæ potest illa donare capitulo.*
14 *Episcopus donare potest uni canonico de capitulo.*

Fallentia alia ad materiam suprad.discutitur.

1 Fallit quoque inquit Rebuff.d.loco in Papa,† qui bona unius ecclesiæ alteri ex cã cõcedere põt,gl. in cap.constitutus,in glos.la quocunque.de relig. domi. in c.1. duodecima distin.Præpos.in cap.non liceat.12.quæst. 2. facit

Source : BIU Cujas

cit quod refert Ioan. And. in addit. ad Spec. de his, quæ fiu. a
2 Præla. §. 1. ℣ dicunt quidam episcopum † posse donare aliquid de mensa sua capitulo egenti, etiam sine consensu, vel authoritate sui superioris: quia si id potest loco religioso, vt habetur in c. in consultationibus, & c. pastoralis. ext. de don. cui potest donare episcopus ecclesiam, multò fortius suo ca
3 pitulo, cui plus obligatur, c. requisisti, ext. de testa. † quia donando suo capitulo non vr̃ alienare, nec ad alienationem tẽ dere; nam sic donatum non distrahitur ab ecclesia, uel extrà ecclesiam, sed in ecclesia remanet, ubi allegat plura iura; dicit enim gl. in clem. si una, de reb. eccl. non alien. in glo. declarari, ℣, si episcopus donat aliquid ℣ spectat ad suã mensam, suo capitulo, valet donatio, secundùm quod dicit Host. in c. nouit, de his quæ fiu. a Præla. vbi ponit casum de episcopo abundante, & capitulo egente, vbi dicit, ℣ in tali casu potest donare, etiam non obstante iuramento de non alienando, cum non sit proprie alienare, quod in dominio remanet ecclesiæ. ff. de leg. 2. l. unum ex familia; dicit tamẽ, ℣ esset tutius illud fieri superioris authoritate. Facit quod not. Ioã. And. in quæst. mercuriali. in reg. qui tacet, & Io. de Lignano in c. nouit. allegato, secundùm quem prædicta procedunt, etiam si iurasset prælatus non alienare, vt dixit ibi Host. & pro hoc vi de quæ scribit in d. clem. Paul. de Zen. & Ioã. de Lignano, &.
4 Fed. de sen. consi. 162. etiam † fructus, & prouentus ad suam mensam spectantes potest prælatus loco religioso egenti ad sustentationem donare. per tex. in c. cæterum. c. possessiones, & c. pastoralis, de donat. & nedum fructus iam perceptos potest prælatus religiosus sine consensu in eleemosynam dare, sed etiam alia præterquam fructus, per Laur. de Rodulp. in expositione. c. sine exceptione. 12. q. 2. in q. 48. & 49. Facit ad
5 hoc, quia bona † ecclesiæ sunt, & dicuntur bona egẽtium. est tex. in c. 2. de reb. eccl. nõ alien. ubi Abb. notat, ℣ bona ecclesiarum sunt deputata principaliter pro indigentibus, non so
6 lum clericis, sed etiam laicis, & dicit Abb. in c. 1. eo. ti. † quod ecclesia de suis fructibus superabundantibus tenetur supplere laicis indigentibus, & etiam alteri ecclesiæ indigenti, quia bona ecclesiarum sunt ecclesiæ, quoad dominium. pauperum, & egentium, quoad sustentationem, glo. in c. hoc consultissimo, de reb. eccl. alien. in 6. in gl. speciali. Facit, quia pro-
7 hibitus † alienare potest alienare in ecclesiam, uel in clericũ, quia tales prohibitiones etiam per statutum inductæ intelligi habent de forensi, vt in eum non possit alienari, ℣ statutũ
8 ualet, † præterquam quoad ecclesias, vel clericos, secundùm Bar. notabiliter in l. filiusfamilias, § diui, 3. col. de leg. 1. Facit
9 ad hoc quia † episcopus debet generaliter prouidere paupe ribus. 82. dist. 6 consi. cum glo. 87. dist. c. 1. & c. 2. & bene habet
10 episcopus aduertere, ne egentem, & pauperem permittat fame perire, quia homicida esset, ac si mortem manibus inferret, c. 1. in princ. 83. dist. Facit, quod dicit Abba. in c. 1. de reb.
11 eccl. non alien. ℣ † clerici etiam laicis indigentibus de bonis ecclesiæ, quatenus illius facultates suppetant, tenentur prouidere. 16. q. 1. c. fi. fortius tenentur subuenire alijs ecclesijs indigentibus, quod tamen intellige, quando aliquid supersit
12 ultrà necessaria, quia, † primò est subuiendum ministris prijs, & necessarijs vsibus ipsius ecclesiæ. c. pastoralis, de his, quæ fiu. à Præla. & c. de his, de eccl. ædifi. uel reparã. ut ibi per eundem Abb. & dicit Bertach. de firm. in tracta. de episcop.
13 quarta parte. consi. 45. ℣ iurans † non alienare bona ecclesiæ, potest illa donare capitulo. per Bal. in l. uoluntas, in lectura antiqua. C. de fideicom. & in l. dudum. C. de contrahen. emp. facit quod notatur in clem. fina. de reb. eccles. non alienan.
14 † immo etiam canonico vni de capitulo potest episcopus donare, vt ibi notatur secundùm Bald. in l. dudum. & ibi per eundem Bertach. Et hæc dicta sufficiunt pro nunc circà res ecclesiæ in uita, & vita durante.

SVMMARIVM.

1 *Donatio sicut in uita, ita & in morte prohibita est.*
2 *Quidquid acquirit sacerdos intuitu ecclesiæ, ad ecclesiam pertinet.*
3 *Clerici testari non possunt de mobilibus per ecclesiam adeptis, uiuentes tamen moderate de illis disponere possunt.*
4 *Mobilia & si in alios pro morientis arbitrio transferri non possint, tamen, si ita est consuetudo, potest aliquid errogari pauperibus.*
5 *Clericus intuitu eleemosynæ aliqua donare potest, sed non in testamento disponere.*
6 *Episcopus potest, dum viuit, dare centesimam, uel quinquagesimam ecclesiæ per eum constructæ. sed non potest relinquere, ut post mortem donetur.*
7 *Testamentum morte confirmatur.*
8 *Clericus testari non potest de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, fallit in quatuor casibus.*
9 *Alienare prohibitus in contractu, non potest alienare per ultimam uoluntatem.*

Caput secundum quæstionis.

ET quemadmodũ in vita,
1 & vita durante est interdicta donatio, & distractio rerum ecclesiæ, ita pari modo, † & in morte prohibita per tex. in c. 1. de testam. ubi clericus prohibetur tẽ stari de rebus ecclesiæ, & ecclesiæ intuitu acquisitis, per illa uerba tex. quicquid uerò ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse cognoueris, vel in episcopatus ordine prædictũ episcopum acquisiuisse, in eiusdem ecclesiæ dominio cõseruetur; idem habetur in cap. cum in officijs, eod. ubi acquisita per ecclesiam remanent penes ecclesiam, nec clerici de illis
2 ex testamento, uel ab intestato disponunt, ubi gloss. not. † ℣ quicquid acquirit sacerdos, uel quilibet alius clericus intuitu ecclesiæ ad ecclesiam pertinet; idem in cap. ad hæc, quod
3 clerici † testari nõ possunt de mobilibus per ecclesiam adeptis, viuentes tamen & sui compotes valent aliqua de bonis ipsis, moderate, non ratione testamenti, sed eleemosynę intuitu erogare in ægritudine constituti; Idem habetur in cap.
4 relatum, el secundo. eod. §. licet, ubi habetur, ℣ † licet mobilia per ecclesiam acquisita de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non possint, tamen si ita est consuetudo, potest de his aliquid erogari pauperibus, & religiosis locis, & his, qui uiuenti seruierint, aut sint consanguinei, aut sint extranei, iuxta seruitij meritum aliqua conferri. Et dicit Abba.
5 in capit. ad hæc. uersicul. nota ℣ † licet clericus possit de rebus ecclesiæ aliqua donare intuitu eleemosynæ, non potest tamen quicquam de his disponere in testamento, & sic potest quis facere per se, quod relinquere non potest per alium faciendum post mortem. Simile dicitur in episcopo, qui
6 † potest, dum uiuit, dare centesimam, uel quinquagesimam ecclesiæ per eum constructæ, uel construendę, non tamen potest relinquere, vt post mortem donetur, ut in capit. quia Ioan. 12. quæst. 2. not. doctor. in cap. apostolicę, de donatio.
7 Et potest esse diuersitatis ratio, nam testamentum † morte confirmatur, vt cap. cum Martæ. de celebr. missa. effectus ergo confertur in tempus, quo non est futurus prælatus, ideò non potest in aliquo disponere de facultatibus ecclesiæ in testamento, ad hoc l. eum. ff. de iuris. omn. iudic. sed quando vult disponere, dum viuit, non prohibetur, quia hoc facit tãquam administrator ecclesiæ, & ex hoc inquit nota practicam, quam debet seruare clericus, si de rebus ecclesiæ vult aliqua intuitu eleemosynę, uel per remunerationem seruitij erogare, vt actualiter donet, dum viuit, non autem relinquat conferenda post mortem, idem Abb. in capitu. cum in
8 officijs, ibi, quædam sunt † bona acquisita intuitu ecclesię, uel de facultatibus ecclesię, & de his clericus non potest testari, & hic, & cap. 1. & cap. fixum, 12. quæstion. 5. nec aliter de ipsis bonis in alios disponere. Sed id fallit in quatuor casibus videlicet, primò si tantumdem contulerit clericus de suo, quantum uoluerit relinquere de facultatibus ecclesiæ; Secundò, si adest consuetudo; quia illa stante potest testari de mobilibus, & modicis; Tertiò intuitu eleemosynæ, quam clericus potest facere etiam in ægritudine constitutus; Quartò in remunerationem acceptorũ seruitiorum. Facit pro hoc,
9 quia prohibitus † alienare in contractu, non potest alienare per ultimam voluntatem, & per Bald. in cap. quia. 5. de iud. & Lau. de fa. in l. in quorum. C. de pignor. 17. colum. Vide omnino per Bald. in l. ea lege. 2. quæst. C. de condit. ob caus. & in lege si quis. §. certum. C. de secund. nupt. & in l. cum seruus. §. final. de leg. 1. & glo. in rubrica. C. non lice. habita. me. lib. 11. per Bal. in l. si ita. §. ea lege, de uerb. obl. & not. in l. pen. §. Iul. de leg. 2.

SVMMARIVM.

1 *De fructibus facilius disponitur, quàm de rebus ecclesiæ.*
2 *Prælatus habet liberam fructuum administrationem.*
3 *In fructibus dicitur agi de prælati præiudicio.*
4 *Clericus, qui habet ecclesiam habentem administrationem, quandiu viuit, & sanus est, æquiparatur vsufructuario.*
5 *Clericus cum administratione cum incipit infirmari æquiparatur usuario.*
6 *Clericus, qui non habet administrationem, habet omnimodam in fructib. dispositionem.*
7 *Clericus an rem mobilem ecclesiæ prætiosam alienare possit.*
8 *Acquisita ab episcopo de pecunia ecclesiæ cedunt episcopatui.*
9 *Minimum quid dicatur, statur consuetudini, uel ea deficiente arbitrio superioris.*
10 *Prælatus an possit donare aliquid non minimum, quod non læderet ecclesiam.*
11 *Relictum clerico non habenti administrationem præsumitur relictum intuitu personæ.*

Source : BIU Cujas

12 *Canonici dicuntur habere simplex beneficium & dicuntur habere bona sui canonicatus ad dispensandum.*
13 *Bona prębendarũ sunt ecclesiæ, quamquam sint diuisa per præbendas.*
14 *Pius quartus fecit constitutionem super acquisitis de simplicibus beneficijs.*
15 *Clericus si emit equum de reditibus ecclesiæ, æquus est ecclesiæ.*
16 *Verbum generaliter prolatum generaliter debet intelligi.*
17 *Clericus de bonis ecclesiæ sufficit quòd habeat uictum, & uestitum.*
18 *Clericus de altari viuere debet, non luxuriari.*
19 *Prædium emptum de pecunia prębendæ fit ecclesiæ.*
20 *Clericus non habet dispensare res ecclesiæ, nisi in suas necessitates, & eorum, qui sibi inseruiunt.*
21 *Clericus qualiter de rebus ecclesiasticis mobilibus ac fructibus ecclesiæ disponere possit.*
22 *Prælatus non potest aliquid consanguineo diuiti, qui nec sibi, nec ecclesiæ seruiuit, donare.*
23 *Episcopus, & præsbyter de fructibus ecclesiæ & mobilibus poterit seruitoribus mercedes relinquere.*
24 *Clericus in ægritudine constitutus in piam causam reditus ecclesiæ donare, & erogare potest, moderate tamen.*
25 *Clericus, dum sanus est, in pios usus libere de mobilibus erogare potest, nulla præfinita quantitate.*

Continuatur materia Quæst. Quid in fructibus.

NVnc autẽ his paucis dictis de rebus, dicamus aliquid de fructibus, & de fructibus ecclesiæ vī aliter dicendum, quam de re-
1 bus ecclesiæ, quia † de illis facilius fuit dispositum, per ea quę habentur per Abb. in c. 1. de depos. vbi interpretando dicta Innocentij dicit, ꝙ facilius soluuntur debita ecclesiæ de fru
2 ctibus, quàm de reb. alijs ecclesiæ; pro quo adducit ꝙ † prælatus habet liberam administrationem fructuum. c. cum nobis. de elec. ext, & in 6. c. is cui; Vnde quemadmodum, inquit, potest fructus de nouo distrahere contrahendo, ità debet posse eos distrahere pro contractibus initis. Item addit, ꝙ in
3 † fructibus agitur de præiudicio ipsius prælati, quia ex eis viuere debet, & per eundem in c. quod quibusdam, de fideiuss. col. 2. vbi dicit, ꝙ, si mutuũ factum nomine ecclesiæ potest solui de reditibus beneficiorum absque distractione rerum ecclesiæ, tunc si mutuum est factum prælato, & capitulo, ha-
3 bet solui, & nõ est necesse probare versionem; & paulò post ibidem; nam prælatus & capitulum habent liberam administrationem fructuum, ergo ex fructibus satisfaciendum est creditori, licet versum non probetur; & ibidem, aut mutuũ fuit receptum a solo prælato, & tunc crederem, ꝙ in uita prę lati non est necesse creditori probare versionem, quia præ latus habet liberam administrationem fructuum, & omnia administrat excepta alienatione immobiliũ. c. is cui, de elec. lib. 6. & c. cum nobis, in fi. de elect. ext. Facit quod no. Host. in c. ueniens. de transact. & per eundem Host. in c. fin. de pecul. cler. ꝙ clericus, uel prælatus potest in vita pro libito disponere, & distinguit ibidem inter clericum habentem ecclesiam, seu beneficium, quod habeat administrationem, & qđ non
4 habet, quia † si habet, quandiù uiuit, & sanus est, æquiparatur clericus, uel prelatus usufructuario, q facit fructus suos. Vnde donare potest, sed moderate, c. cæterum. de donatio. & si
5 incipit infirmari, † tunc non est amplius vsufructuarius, sed ęquiparatur vsuario, aliquid tamen plus habet, quàm usuarius, quia eleemosynam facere potest, c. ad hæc. de testa.
6 Si autem non habet administrationem, sed simpliciter, & personaliter sit beneficiatus, habet omnimodam in fructib. potestatem, & omnimodam dispositionem, quia quantum ad fructus suos faciendum æquiparatur usufructuario, & fa cit illos suos vsque ad obitum, ac de eis etiam testari potest, c. si requisiti. §. illud. de testam. & ita dicit Host. seruari de cõsuetudine, quæ quasi ubique obtinet generali. Ha nc opinionem sequitur, & approbat gl. in c. præsenti, de off. ord. in 6. in uerbo reseruari, quę gloss. ut dicit Abb. in c. fi. de pecul. cler. multùm inualuit apud omnes. Idem dicit Abb. in c. cùm in officijs, de testam. ibi, sed alia opinio multum inualuit apud omnes de consuetudine, & approbare illam vī Rota decisi. 855. in antiq. inci. cum Camera apostolica, & dicit Io. de Imo
7 la in d. c. cæterum, secundum D. Ant. ꝙ, si † prælatus velit rẽ mobilem ecclesiæ prætiosam alienare, aut vult facere donationem de reditibus quos facit suos, quod quando fit, notat per glo. in c. præsenti, de off. ord. lib. 6. §. porro, & tunc potest donationem facere in quantacunque quantitate voluerit etiam sine consensu capituli, uel superioris, ex quo sunt sui Nec obstat, inquit, quod habetur in c. olim, el 2. de priuileg. quia ibi non loquitur de fructibus, sed de mobilibus acquisi tis ecclesiæ, quia pecunia, quam epṡ, qui erat religiosus, acq
8 sierat, cedit † episcopatui. c. 1. 18. q. 1. Ideò non poterat de illa disponere in quantitate immoderata, sed quando esset moderata sic, in fructibus.

Aut agitur de præiudicio solius prælati, ideò potest dona re in quantuncũque quantitate vult, cum prælatus possit de de illis disponere. Si uerò vult donare de fructibus, quos nõ facit suos, tunc, si vult donare aliquod minimum benemerẽ ti, põt ẽt sine consensu capituli, ẽt non subsistente aliqua con
9 suetudine. Et quod dicatur minimum, † uel non, stabitur determinationi consuetudinis, si de illa apparet, aliàs vī, ꝙ arbi trio superioris hoc poterit determinari, arg. cap. de causis, de off. deleg. qui habet considerare quantitatẽ seu ualorem rei.
10 Si aũt vult donare † aliquid, quod non sit minimum, non tamen lædere ecclesiam enormiter, & tunc sine consensu ca pituli non poterit, nisi hoc habeat consuetudo, & cũ cõsensu capituli, hoc posset. Si aũt vellet immoderate donare, tũc non posset ẽt cum consensu capituli, licet hoc consuetudo haberet, quia talis consuetudo uti onerosa ecclesijs non ualeret. Sed inquit Abb. illa gl. mihi nunquam placuit, quia per tex. in c. requisiti, quem allegat, & in quo se fundat, non probatur in iure eius intentio, quinimmo potius ille tex. facit
11 contra quàm pro, ibi enim tm̃ dī, ꝙ † relictum clerico non habenti administrationem, sed tm̃ simplex beneficium habẽ ti, præsumitur relictum non intuitu ecclesię, sed personæ, & sic acquiritur personæ, non ecclesię. Facit optimus tex. in ca.
12 eps. 14. q. 1. ubi probatur, ꝙ canonici, † qui simplex habere di cuntur beneficium, non habent bona sui canonicatus, ut ꝓpria sed uti ad dispensandum. Et præbendæ, cum procedant de rebus ecclesiæ. nõ dantur canonicis simpliciter, ut de eis faciant, quod uolunt ex reditibus, sed ut primò necessaria percipiant per se, si quid supereſt, debent expendere in utilita
13 tem ecclesię, quia inquit Abb. in c. relatum, el 2. † bona prębendarum sunt ecclesiæ, quanquam sint diuisa per prębendas, vnde per hanc diuisionem non perdunt bona naturam suam, quia bona ecclesiæ cedunt pijs usibus, non aũt ut canonicus pòssit de eis testari ad libitum. Vnde bona istorum simpliciter beneficiatorum ita sunt, & debent dici res ecclesię, sicut bona habentis administrationem, & sunt diuisa per
14 præbendas, ut commodius percipiantur necessaria. Sed † ho die in acquisitis de simplicibus beneficijs habemus specialẽ, & particularem prouisionem per Pium quartum factam, vt videlicet de talibus non possit taliter beneficiatus disponere, nisi habeat ad hoc speciale apostolicum priuilegiũ, aut adsit in loco consuetudo legitime præscripta, ut per breue prælibati Pij Magistro Francisco Odescalco directum, sub datum die 6. Martij. anno 1560. anno sui Pontificatus primò, per ea verba, quoad beneficia simplicia, nisi ex priuilegio apostolico seu ex consuetudine legiti me prescripta. Idem reperitur in breue eiusdẽ Pij Matthęo Minali generali suo Thesaurario sub die 30. Iulij, eiusdem anni 1560. de quo in meo tracta tu spoliorum propediem edendo. Facit quod dicit glo. in c.
15 res quę. 12. q. 1. quę habet, ꝙ, † si clericus emit equum de redi tibus ecclesię, est ecclesiæ, non proprius, & reditus potest esse de quocunque beneficio tam administrationem habente,
16 quàm non habente, ex quo est † uerbum generaliter prolatum, non particulariter, quod generaliter habet intelligi. l. de prętio, de public. in rem actio. Faciunt, quę leguntur & notãtur. 44. dist. in principio, ubi dicit glo. ꝙ de rebus † ecclesię suf
17 ficere debet clerico, ꝙ habeat necessaria tantum, & illa necessaria arctãtur ad victum, & uestitum, & tex. ibidem habet,
18 ꝙ clericus † de altari viuere habet, non luxuriari, nec ibi fit distinctio qualitatis beneficij, habeat, uel non habeat admini strationem, in terminis dicit Ange. in summa, in uerbo em-
19 ptio, uersi. utrum emptum, ꝙ, † si clericus de pecunia prębendę emat prędium, non potest illud postea amplius dare etiam intuitu pietatis, licet pecuniam prębendę potuisset da re, quia prędium sic emptum statim fit ecclesię, eandem glo. reprobat Abb. in capit. cum esses, in repet. nume. 23. idem in cap. cum in officijs, de testam. item in capit. 2. de decim. Nec pari modo illa gloss. placet Archid. in cap. statutum. §. assesso rem, de rescrip. in 6. Idem tenet Innocen. in cap. Iudęorum,
20 de ętat. & qualit. qui dicit indistincte, ꝙ clericus † non habet dispensare res ecclesię, nisi in suas necessitates, & illorum, qui sibi inseruiunt, & potest donare pro remuneratione seruitij: ubi Innocen. nullam facit differentiam, an bona, & res sint beneficiati simplicis, uel alterius generis. Idem tenet Domi. de Sancto Geminian. & Franc. in dicto cap. pręsenti, de offic. ordina. colum. quinta, Barbat. in tractat. de præstan. Cardin. prima parte quęstione tertia. numero octuagesimo. Idem in capitul. requisisti. de testamen. numero trigesimoquarto, idem in capitul. final. de pecul. cleric. numero decimoquarto. Beltrand. in consilio 258. secundo uolum. Iason. consil.
21 75. uolumin. tertio, † quia clericus de rebus ecclesiasticis mobilibus, ac fructib. ecclesię põt solum in ægritudine cõstiturus, & si sit cõpos mentis, dare, & disponere pauperib. locis religiosis,

Source : BIU Cujas

religiosis,& his,qui sibi honesta exibuerũt seruitia,ẽt si tales fuerint sibi sangnine,aut affinitate coniuncti.c.ad hæc.c.relatum.de test. & idem põt donare, dum sanus est, ex iusta cã, dummodò moderate donet.c.cæterum,de dona. Item dicit Abb.in c.relatum,el 2.uer.nota.ꝙ clericus in ægritudine,de qua postmodum decessit, põt aliqua mobilia ecclesiæ conferre religiosis locis,& pauperib.& his,qui sibi seruiunt,siue consanguinei sint,sine extranei,secundum seruitij meritum. Ex quib.verbis infert,ꝙ in pauperib. & locis religiosis sufficit ad erogationem faciendam sola charitas. Sed in illis, qui non sunt pauperes,vel non sunt loca religiosa,requiritur,ꝙ
22 præcedat aliquod seruitium;ex quo infero secundò † ꝙ consanguineo diuiti,qui non seruiuit ecclesiæ, vel prælato,non põt prælatus aliquid conferre, ẽt de mobilibus ecclesiæ; & pondera,inquit,ibi verbum,aliquid,quod denotat quandam moderationem,non enim debet oĩa mobilia ecclesiæ dispẽsare in ægritudine;quia dicit Spec.in ti.de stat. monac. uersi.
23 57.ꝙ eps,† & præsbyter, non tamen religiosus de fructibus ecclesię suæ,& mobilibus sibi ratione ecclesię acquisitis poterit seruitoribus mercedes relinquere, & donare, & remunerare eos.l.iubemus.C. de sacrosan. eccl. dum tamen id nõ fiat in fraudem,vt quidam faciunt legantes nepotibus,& cõ sanguineis suis maximas, & diuersas pecuniæ quãtitates sub nomine remunerationis perceptorum seruitiorum ab illis contrà iura,vt 65.dist.non satis,& dicit Did.Couaruui. Doctor excellens Hyspanus,in c.cùm in officijs, de test. uersi.6.
24 de his,ꝙ per tex.in c.ad hæc,eo.probatur,ꝙ clericus † in ęgritudine constitutus cã donationis inter viuos põt reditus ecclesiæ in piam erogare cãm,modò in donatione moderami
25 ne vtatur,si ex ea ægritudine decedat.† Sed si in bona existẽs valetudine uelit in pios vsus aliquid de bonis mobilib. erogare,id agere poterit libere, & id agere nulla præfinita quantitate,quod probatur ẽt in c.quia Io. iuncta glo. 12.q.5.not. Abb.& maxime per finalia uerba, Anch. Imola, Barb. in d.c. ad hæc. Vnde oportet a viuente fieri traditionem horum bonorum,quæ donantur,Barbat.d.loco.2.col.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de bonis ecclesiæ regulariter disponere non potest, fallit in quatuor casibus.*
2 *Clericus quicquid acquirit de rebus ecclesiæ,debet ecclesiæ conferre,aliàs punitur.*
3 *Præbenda datur canonico pro suis necessarijs,& si quid supersit, debet in communes usus ecclesiæ expendi.*
4 *Canonicus utitur rebus ecclesiæ tanquam sibi creditis ad dispensandum, non tamquam suis.*

Quibus casibus clericus disponere possit de acquisitis intuitu ecclesiæ.

DIcit autem Abb. in c.cum in officijs, eo.tit.de test. ꝙ clericus de bonis intuitu ecclesiæ, uel de facultatibus ecclesiæ acquisitis non põt testari,aut aliter de ipsis bonis di-
1 sponere regulariter. nisi† in quatuor casib. primò si clericus tantundem de suo ecclesiæ contulerit, quantum vult relinquere, uel disponere.12.q.2.si quis quilibet, ead.caus.q.5.si eps;secundò de rebus mobilibus,& modicis,si adsit consuetudo,tertiò põt donare intuitu eleemosynæ, quam clericus põt facere in infirmitate constitutus, quartò qñ clericus vult remunerare honesta recepta seruitia tam a consanguineis, quam ab extraneis.d.cap.relatum.§.licet.de test.ubi ẽt idem Abb.Et isti sunt casus, in quibus vr permissum licite clerico disponere,& testari de fructibus ecclesiæ, nec ultrà istos casus alios enumerat,nec in eis iura,quæ allegant, magis distinguunt in fructib. nõ habentis,q̃ habentis administrationem, quia idem Abb in c.cũ esses,in repet. col.8. dicit ante nu.22.
2 de testa.ꝙ indistincte quilibet † clericus quæcunque acquirit de bonis ecclesiæ,debet conferre ecclesię,aliàs punitur,p tex.in c.1.12.q.3.Et in hac materia est,inquit,in terminis tex. §.fi.c.seq.12.q.1. ubi expresse hr de clerico non habente ad-
3 ministrationem.& dr ibi,† ꝙ præbenda datur canonico pro suis necessarijs,& si quid deductis necessitatib. supereſt,illud in cões usus ecclesię expendat,eundem tex.alleg.idem Abb. in c.fi.de pecul.cler.dum confutat.d.glo.d.c.præsenti,de offi. ord.& similis tex.hr in §.his ità respõdetur.c. eps 14.q.1.ubi
4 habetur expressum,ꝙ canonicus † nõ vtitur rebus ecclesiæ, tanquam rebus suis,sed tanquam rebus sibi creditis ad dispẽsandum,quia ipse in rebus ecclesiæ est procurator. Pro hoc est bonus tex.in c.uidentes.12.q.1.vbi hr,ꝙ ideo fuit ordinatum,ꝙ bona,quæ offerebantur ecclesiæ per infideles ad fidelitatem confluentes,reseruarentur ecclesiæ,& non amplius uenderentur,ut olim,& a principio fiebat, vt ex fructibus eorum necessaria tribuerentur egentibus in cõi uitam ducentibus,quia non est vera secundùm Abb.d.c. cum esses, eadcol.8.& q.& per eundem in Rubr. de pec. cler.in fin.illorum opinio qui dicunt,ꝙ clericus siue prælatus faciat fructus beneficij suos,nec ad hoc,ut de illis sibi prouideat primò,& de superfluis deducta sua prouisione dispenset in usus pios, non vt de illis possit uel testari,uel pro libito suæ uoluntatis facere,quia est de hoc bonus tex.in c.si quos de seruis.12.q.2.ubi donatio facta reuocatur,& pro non facta habetur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de reditibus ecclesiæ potest donare illos reditus,quos facit suos.*
2 *Clericus potest donare reditus, quos facit suos mediante labore suæ personæ.*
3 *Clerici de illis fructibus, qui sunt eorum vsui deputati, videntur posse donare.*
4 *Episcopatus est patrimonium episcopi quantum ad dispensationem.*
5 *Prælatus non habet in fructibus,ac prouentibus ecclesiæ, nisi victum pro se,& suis.*
6 *Beneficiatus ad hoc vt possit testari tria requiruntur.*
7 *Distributiones quotidianæ,ac alia huiusmodi, quæ dantur ratione personalis essercitij,libere acquiruntur clericis.*
8 *Pensionarius pro libito potest de pensionibus disponere.*
9 *Pensio non est ecclesiasticum beneficium,sed quid in temporalitate consistens.*
10 *Clericus dominus est fructuum beneficij pereeptorum.*
11 *Recitantur tres opiniones,qualiter de fructibus beneficij clericus disponere possit.*

Eadem discutitur materia.

ADdit & idem Abb. in c.cęterũ. de dona.ꝙ
1 clericus de reditib. ecclesiæ põt donare illos reditus,quos facit suos, puto ego, quales sunt distributiones quotidianæ & hmõi, vt habetur in
2 c.vnico,de cler.non resid.in 6.† Item de his quæ acquirit clericus mediante labore suæ personæ,puta de salario, aut emolumentis, quæ acquirit inseruiendo alicui pro capellano,& huiusmodi. Item de fructibus beneficij illam partem, quæ est sibi pro necessitatibus suis,& suorum ex canonum dispositione assignata,si tamen illam clericus in suum vsum & alimoniam conuertat,uel alias disponat,quia taliter vtendo, & fruendo,seu disponendo facit sua non aliter, vt per Abb. in c.reprehensibilis.ext.de appella.sed sanctus Thomas. q.175.
3 artic.6.uersi.ad septimum, dicit, ꝙ † clerici de illis fructibus, qui sunt eorum vsui deputati,videntur posse donare,& put sibi libet disponere,quia de illis eadem est ratio, quæ de proprijs eorum bonis,quorum paulò ante dicit esse sibi liberam dispositionem.Facit tex.in ca.iudicatum.89.dist. ubi dicitur,
4 ꝙ † episcopatus est patrimonium episcopi, & debet intelligi quantum ad dispensationem, quia clerici sunt dispensatores,& habent potestatem dispensandi res ecclesiæ, & per prędicta,ac per alia,quæ ibi aducit Abb. nulla est differentia inter habentem administrationem,& non habentem,innuẽs, ꝙ tam sunt bona ecclesiæ ex simplici beneficio peruenta, quàm ex beneficio abministrationis acquisita, quia talis distinctio iure non probatur,per Card Zabarel.c.fin.de pecul. cler,col.fina.circà finem.per illa verba,secundo casu,licet,ut prædixi,quidam distinguunt inter beneficia simplicia,uel nõ simplicia:Item alij distinguunt inter clericos seculares,& regulares,tamen tales distinctiones iure non probantur, & ibi paulò inferius secundo casu indistincte potest etiam donando;quia dominus est fructuum,& æquum esset statuere, ꝙ de omnibus fructibus,per quæ concludunt Abb. & Zaba.ꝙ
5 prælatus † non habet in fructibus, ac prouentibus ecclesiæ nisi victum pro se,& suis,& illo deducto ius in ecclesia, & in pauperes illos fructus canonice dispensandi.Super qua quidem materia dicit Geminian.in c.præsenti,de offi. ord.in 6. quidam intelligunt glo.in d.cap.presenti,ut loquatur de simplici beneficio,vt quilibet habens simplex beneficium testari possit,quod dicunt falsum,& contrà text.in cap. relatum, qui loquitur in canonico,& sic consequenter in habente simplex beneficium,qui tamen non potest,& hoc inquit fateor. Sed gl.recte intellecta est uerissima, & id non dicit,sed bene
6 dicit,† ꝙ ad hoc ut beneficiatus possit testari, tria requirunt, Primum,ꝙ non habeat administrationem, Secũdùm quod beneficium sit simplex:Tertium, ꝙ illud obueniat sibi personaliter tantùm,& consequenter tales fructus concessi ratione stipendj sunt personales,quibus concurrentibus potest disponere,& testari,& aliàs ut ibi per eum: quia sic intelligendo bene procedent,quæ dicit glo. & ea quę dicit Abb.qui intelligit,ꝙ gloss. loquitur in simplici beneficio tantùm, non autem de fructibus,qui obueniunt rõne seruitij personalis,
7 quia † distributiones quotidianæ & alia hmõi, quæ dant, &

Source : BIU Cujas

distribuuntur clericis ratione laboris,& exercitij personalis, acquiruntur clericis ad liberam eorum dispositionem, per tex.in c.fi.de cler.non resid.in 6.per Dida.Couar.cap.cum in
8 officijs,de testa.nu.4.† quod ego quoque puto posse dici de pensionibus,ac de pensionum fructibus,de quibus clericus, vel pensionarius videtur posse pro libito disponere, adeò ꝙ pensiones decursas, & non exactas per pensionarium, eius hæredes exigere,& recuperare possunt; quia pensio non est
9 † ecclesiasticum beneficium,sed quid profanum in vera temporalitate consistens,per Fel & alios in c.ad audientiam,el 2. de rescrip.in clem.1.ubi Car.& Imol.de supplen.negli. præl. Et refert Imol.in c.fi.de pecul.cler.quòd D. Floren. tenet indistinctè,ꝙ † clericus sit dominus fructuum beneficij perce
10 ptorum, & ꝙ de illis possit quoquo modo,& pro quantacũque quantitate in vita disponere libere,& sine aliqua difficul
11 tate.† Vnde inquit,in hoc sunt tres opiniones, vna videlicet, quæ multum restringit potestatem clericorum, quæ habet videlicet, ꝙ ultrà necessaria clericus non disponat, quæ fuit opinio Inn.in c.iudęorum.de ætat.& qualit.Io.Cald.in c.statutum.§.assessorem,Abba.in c.cum esses,in repet.secunda, quæ dat magnam potestatem circà fructus,quæ fuit D.Flor. Tertia Host.qui distinguit in titulo habente & non habente administrationem,ubi idem resoluit,ꝙ opinio Inn.& sequacium sit uera de iure & ꝙ clericus possit moderate donare de fructibus,saltem si adesset consuetudo, & opinio Hostiẽ. qui dicit,ꝙ ità seruatur,ꝙ possit tollerari cõsuetudo,si adsit, & ꝙ de consuetudine valeat, ꝙ sit bona eius opinio, ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus sicuti non potest disponere de omnibus fructibus, ità nec de acquisitis de fructibus ecclesiæ.*
2 *Clericus non facit eos fructus suos,qui supersunt deductis expensis,& necessarijs.*
3 *Acquisita de fructibus ecclesiæ sunt ecclesiæ.*
4 *Clericus non dicitur dominus,sed procurator.*
5 *Si quis habuerit argentum & alia huiusmodi, partis eius non erit dominus.*
6 *Sacerdos si quid emat proprio nomine de fructibus ecclesiæ, res efficitur ecclesiæ.*
7 *Prælatus sicuti alienans rem ecclesiæ debet ab administratione amoueri, ità & si fraudat ecclesiam appropriando sibi,uel alteri acquisita ex fructibus ecclesiæ.*
8 *Clericus si de fructibus ecclesiæ emit equum,equus est ecclesiæ.*
9 *Quicquid acquirit clericus intuitu ecclesiæ, ad ecclesiam pertinet.*

Extensio dictorum in præcedenti.

QVod autem dictum fuit, ꝙ prælatus, uel clericus non faciunt fructus suos, nec disponant de illis pro libito, sed illos habent dispensare canonice iuxta modum a iure & canone traditũ,
1 † idem debet intelligi,& dici de acquisitis,vel comparatis de fructibus ecclesiæ,de quibus pari modo videtur, ꝙ clericus non possit disponere pro libito suæ voluntatis; quia,vt dico,
2 stante ꝙ clericus † non faciat eos suos, qui supersunt, deductis expensis,& necessarijs,vt per Arch.in c.statutũ, de rescr. lib.6.refert Dom.de S.Gemin.c. præsenti, de off.ord.li.6.per tex.in c.1.12.q.3.& ità intellexit Bartol. Brix. illum tex. patet ꝙ res acquisitæ de bonis ecclesiæ non sunt clericorum,quia clerici debent ea,quæ supersunt,deductis necessarijs,pauperibus erogare,aliàs inique agunt.Vnde † empta, vel acquisita ex fructibus ecclesiæ sunt ecclesiæ.c.episcopi.12.q.1.& cõsequenter solus usus competit clerico,licet Arch. d.c.d.loco fateatur,ꝙ clerici sunt perceptorum fructuũ domini, & habent eorum proprietatem,quantum ad fidem,& debitam dispensationem faciendam,& istam partem Arch.ueram credit Gemin.d.loco,quia illum optimè probant iura,quæ allegantur;† quia clericus nõ dicitur dominus, sed procurator.
4 Facit optime tex.in c.clericus.12.q.1.per totum illum tex.& maxime in illis verbis,si autem ego pars domini sum, & funiculus hæreditatis eius,non accipio partes inter cæteras tribus,sed quasi leuita,& sacerdos viuo de decimis,& altari seruiens altaris oblatione sustentor,habẽs victum, & vestitum his contentus ero,& nudam crucem nudus sequor; & per illa uerba paulò ante,pars mea dominus, nihil extrà dominũ
5 haberi potest;ꝙ si † quippiam habuerit,puta aurum, argentum,possessiones,uel uariam supellectilem, partis eius non erit dominus;optima glo.in c.quia nos, ext.de testa.in gl.1. ibi,item nota, ꝙ de bonis ratione ecclesiæ acquisitis testari non possunt,optimus tex.in c.placuit.12.q.3.ubi gl.in 6.dicit
6 eẽ speciale pro ecclesia,† ꝙ, licet sacerdos aliquid suo emat nomine de pecunia ecclesiæ,res illa statim facta est ecclesiæ. Abb.in c.1.uersi.nota,ibi,de pecul.cler.ꝙ res empta de pecunia,aut fructibus ecclesiæ, licet emptio sit nomine ementis, efficitur ecclesiæ,& acquisitum ecclesiæ debet remanere ecclesiæ,nec de eo potest clericus disponere.Ab.in c.fi.in prin. de pecul.cler.Lud.Roman.consi.159.incip.super eo,quod, quia vt dicit idem Abb.in c.presbyter,eod. uersi. item nota, prælatus non est Dominus fructuum beneficij sui;nam si efficeretur dominus,posset acquirere sibi de reditibus secundùm libitum,cuius contrarium inquit,deciditur. Subdẽs ibi
7 dem, ꝙ quemadmodum † prælatus alienans iam acquisita per ecclesiam debet a gubernio ecclesiæ ammoueri,& administratione priuari, ita pari modo si fraudat ecclesiam in acquirendo,uti quia acquisita ex reditibus ecclesiæ appropriat sibi,vel alteri;idem Abb.in c.inquirendum, est optima gl.in
8 c.res ecclesiæ.12.q.1.quæ habet,ꝙ,si clericus † de reditib. ecclesiæ emit equum,equus est ecclesiæ,bona gloss.in c.cum in
9 officijs,de testa.quæ multa allegando dicit, † ꝙ quicquid acquirit sacerdos,vel quilibet alius clericus intuitu ecclesiæ, ad ecclesiam pertinet, & aliàs, vt ego dico ad longum in meo tractatu, quem conscripsi in materia spoliorum ecclesiasticorum,in quæstione de potestate clerici, uel prælati,uersi.in acquisitis verò,ubi vide pro tota præsenti hac qõne ad lõgũ.

SVMMARIVM.

1 *De fructibus,qui beneficiato obueniunt ratione tituli tantùm, non potest prælatus ultrà necessaria disponere.*
2 *Bona ecclesiæ cum proueniant ex eleemosynis,& oblationibus fidelium, de illis non debet clericus se,& suos ditescere.*
3 *Communis opinio inualuit,quòd hodie clerici sibi appropriant omnes fructus ecclesiæ.*
4 *Clericus debitor ex usu curiæ,potest dare fructus sui beneficij creditorib. in solutum.*
5 *Clerici personaliter beneficiati ex generali consuetudine faciunt fructus suos.*
6 *Episcopi olim recipiebant meditatem oblationum suæ prouinciæ, secus hodie.*
7 *De reditibus episcopalis eccl siæ fieri debent quatuor portiones.*
8 *Deputatum ad fabricam an possit conuerti in alium usum.*
9 *Episcopus potest facere,quod vult de portione episcopi.*
10 *Idem iudicatur de fructibus usui clerici deputatis, quod iudicatur de propijs eorum bonis.Clericus habet participare de fructibus ecclesię, quatenus indiget,pro victu & uestitu.*
11 *Bona ecclesiarum sunt pauperum.*
12 *Prælatus primò sibi,& ecclesiæ seruientibus prouidere debet,reliqua uerò,quæ supersunt fidelibus ministrare.*
13 *Moderate accipitur etiam,si in puncto excedatur, nam immodicus excessus tantum damnatur.*
14 *Prelatus non tenetur ad restitutionem illorum,quæ sunt deputata ad alimenta prælati.*
15 *Episcopus pauper dicitur,qui non habet victum & uestitum.*
16 *Clericus de fructibus,qui dantur seruienti tantùm in diuinis,ueluti sunt distributiones quotidianæ,& similia, potest disponere sicut laborator de diurno denario.*
17 *Clericus acquirit distributiones quotidianas taliter, quòd illas facit suas.*
18 *Clericus potest testari de distributionibus quotidianis.*
19 *Distributiones quotidianæ non augent corpus præbendæ.*
20 *Distributiones quotidianæ non computantur in ualore fructum.*
21 *Clericus potest locare,& uendere operas suas etiam spirituales.*
22 *Clericus habens præbendam distinctam non potest de illius fructibus disponere,secus si præbendæ non sint distinctæ.*
23 *Capellani ammouibiles possunt disponere de salario sibi statuto.*
24 *Clericus de fructibus,qui non debentur ob titulum, nec deseruienti, sed quia sunt authoritate apostolica reseruati,disponere potest.*
25 *Pensiones decursas hæredes pensionarij exigere possunt.*
26 *Pensio,quæ assignatur pro beneficio ecclesiastico, reputatur ut beneficiũ ecclesiasticum.*
27 *Pensiones hodie regulariter assignantur de certa portione alicuius mensæ,& etiam laico assignari possunt.*
28 *Pensionarius æquiparatur usufructuario.*
29 *Vsufructuarius facit fructus suos, adeò, quòd illos etiam transmittit ad hæredes.*
30 *Pensio,cùm assignetur,ut pensionarius commodius sustentari ualeat,uidetur assignari in causa alimentorum.*
31 *Legatarius,cui debentur alimenta,transmittit ius exigendi præterita ad suos hæredes.*
32 *Pensionum decursarum ius competit hæredibus pensionarij.*
33 *Fructus lucrati per pensionarium dicuntur proprij.*
34 *Pensio est hæredum pro rata fructuum perceptorum.*
35 *Acquisita per clericum de fructibus distributionum quotidianarum,& pensionum,sunt propria ipsius clerici.*

Source : BIU Cujas

Distinguitur ad concordandum opiniones.

IN hac igitur materia pro cognitione veritatis meo iudicio est distinguendum inter qualitates redituum, vel fructuum ecclesiasticorum, ut ibi distinguo, quia iudico, ꝙ de omnibus indistincte non sit habēda eadem ratio; quia videlicet aliqui
1 † fructus sunt, qui obueniunt prælato, seu beneficiato regulariter ratione tituli tantùm, non alia ratione, vel cā: uel sit beneficium habens, aut non habens administrationem, quia nihil refert, per Abb. in rep. c cum esses. de test. & c. fi. de pecul. cler. puta reditus, qui ueniūt ex prædijs, domibus, censib. terris, locis, beneficijs, aut alijs ex rebus ecclesiæ, uel oblationibus; qui debentur prælato, aut beneficiato, ex eo, quia est in beneficio ecclesiæ, aut prælatura institutus, seu intitulatus. Et de istis, puto ꝙ ultrà necessaria ꝓ uictu, & substētatione sua, &, suorū non possit disponere prælatus, nec de eis dispēsare, vel disponere, nisi moderate, & in modis licitis a iure expressis, & de his fructibus loqui iura, per Abb. in c. cū esses, suprà adducto, & per alios suprà allegatos doctores; quorum opinio mihi magis iure fundata videt, ac magis bono, & æquo
2 consona, eo quia, cum bona † ecclesiæ omnia prouenerint, & proueniant regulariter ex eleemosynis, & oblatione Christi fidelium, & propterea ad vsus pios collata, de eis clericus non debet posse se, & suos ditescere, uel in alios modos, & usus quam sit a iure statutum, disponere, cuiuscunque generis sint beneficia, uel habentia administrationem, vel non habentia, uel curata sint, uel simplicia: idque eò magis, quia sic intelligendo vī intellectus ecclesiæ fauorabilis, pro qua semper habet fieri benigna interpretatio; quamuis dicat Abb. in c. peruenit. ext. de fideiuss. mihi nu. 12. circà fin. ꝙ communis
3 † opinio inualuit, ꝙ hodie clerici nedum non contentantur de conuenienti portione fructuum pro eorum necessarijs, sed appropriant sibi omnes fructus, & de eis disponunt ad libitum. Subdens ibidem, unde uisum fuit curiæ, & iudicibus,
4 ꝙ sit melius, ut clericus † debitor det fructus sui beneficij creditoribus in solutum pro ære alieno soluendo, quàm vt expendat in aliam causam, idem in c. reprehensibilis, de app.
5 in additio. nu 20. † esse consuetudinem generalem apud oēs, ꝙ clerici personaliter beneficiati faciunt fructus suos, in decima dist. glo. c. præsenti. de off. ord. in 6. idem videtur dicere Abb. in c. fi. de pecul. cler. ibi, sed gl. apud omnes multum inualuit. Sed, cum hoc sit in præiudicium ecclesiæ, & contrà ecclesiam nescio an appellari potius usus, quam corruptela, uel abusus debeat, quoniam dicit And. de Isern. in const. reg. in rubrica de decimis præstandis, ꝙ per ius canonicum & statutum quomodo fieri habeat emolumentorum ecclesiæ diuisio, seu dispositio, quia uidelicet de oblationibus fiunt tres partes, de decimationibus, & alijs debitis prælato 4. 12. q. 2. c. de reditibus, ad quarum notitiam apparet, quantum est onus prælatorum; & pauci hodie, peccatis exigentibus, sal-
6 uant se. Sed dic, inquit, ꝙ † olim in primitiua ecclesia episcopi propter paupertatem recipiebant medietatem oblationū suę prouinciæ. 12. q. 2. c. antiquos. postea uerò receperunt tertiam, ea c. & q. & c. de his, postea quartam. 12. q. 2. & c. cōtrà & c. præcedēti; hodie autem de oblationibus nihil, quia illa tertia, quæ postea fuit quarta, seruatur pro fabrica ecclesiæ, pro qua oblationes proueniunt. Sed, si episcopus uellet habere onus fabricæ, posset illam habere. 10. q. 3. placuit, & in c. unio; nam alia tertia oblationum est pauperum, alia clericorum illius ecclesiæ; sed, si clericis non sufficeret illa tertia, accipient clerici tertiam pauperum, sic & epūs, aliàs seruat pauperibus. Et si non sint pauperes, seruatur futuris pauperibus.
7 ut not. in d. c. unio. † Item de reditibus episcopalis ecclesiæ, inter quos videtur esse quarta decimarum, & aliorum iurium debitorum prælato. c. de quarta. ext. de præscr. fiunt quatuor partes, & quatuor portiones, unam habet epūs, aliam clerici pauperes, aliam uerò fabrica ecclesiæ. Et si non indiget fabrica, seruatur pro futura fabrica, vel emitur inde possessio ad opus ecclesiæ. c. de reditibus. c. præcedenti, & c. nobis. 12. q. 2. Vnde est hæc, & alia diuisio, in quarta parte, quàm diuisio oblationum, quæ in tres diuiditur portiones, & dī hoc in c. unio. Quantum aūt ad fabricam ecclesię, tene quod no. Inn. c. fi. de his, quę fiu. a maior. parte, scilicet ut si tertia, uel quarta sufficit fabricæ, nō grauentur inde alij clerici, aliàs oēs clerici contribuere compelluntur. c. 1. de eccl. ædif. uel reparan.
8 † Et an deputatum ad fabricam possit conuerti in aliū usum uide tex. ubi Arch in c. 1. 10. q. 1. c. gloria episcopi. 12. q. 2. Subdens idem Iser. quantum ad partem episcopi, de ea pōt prælatus facere quod vult, sicut de suo pro se scilicet deputato,
9 nec censetur sicut res ecclesiæ illud, quod pro suo vsu deputatum est; idem tenet S. Tho. q. 175. art. 6. uersi. ad septimum,
10 ꝙ clerici † de his fructibus, qui sunt vsui eorum deputati videtur esse eadem ratio, quæ est de proprijs bonis eorum, de quibus habuit pro libito dispositionem, & dispensationem, sed Abb. in c. reprehensibilis, de appellatio. intelligit ꝙ sit sūū, si clericus in sui alimoniam conuertat, & in suam sustentationem, quia clericus habet participare de fructib. ecclesiæ, quatenus indiget ad necessitatem sui uictus, & non aliter: dicimus ad longum in quæstione nostra, an clericus de fructibus beneficij in uictu nō cōsumptis disponere possit. in trac. spolior. ecclesiastico. Subdēs idem Isern. ibidem, unde si hæc portio sibi sufficit, debet esse contentus alias duas portiones pauperibus, & fabricæ seruare, & si superfit, dabit illa pauperibus, † quia bona ecclesiarum pauperum sunt. 12. q. 2. c. indigne. Et gloria episcopi est ꝓuidere pauperibus, & quicquid habent clerici pauperum est, 16. q. 1. c. ult. in gl. De istis bonis debent intelligi hæc capitula, & quæstiones, & 2. q. 1. c. fin. ꝙ
12 † primum sibi, & ecclesiæ seruientibus prouidere debet de bonis ecclesiæ, reliqua, quæ supersunt, fidelium usibus ministrantur, si episcopus non dat pauperibus peccat dando alijs,
13 vel moderatum vsum in abusum conuertendo, † quod non punctualiter in his accipiendum est, scilicet si excedunt in pūcto. Sed, si sit immoderatus excessus, cōsanguineis tamen dignis dabit de his, ut dicit Hostien. cap. episcopus. 10. q. 2. non
14 † tenetur tamen ad restitutionem istorum, quia deputata est hęc portio ad alimenta prælati, Sanct. Thomas secunda secū dę circa fi. in tit. de his, quæ pertinet ad statum episcopi. 7. q. De alijs uerò portionibus, si quid accipiat, dicit ibi, ꝙ tanquā de alienis prælatus tenetur ad restitutionem, quod est intelligendum, nisi egeat; quia tunc ea, quæ debet dare pauperib. dabit sibi, ipsi pauperi, & illis, qui sibi ministrant. 10. q. 2. epi-
15 scopus, † & ille dicitur pauper episcopus, qui non habet uictum & uestitum pro se, & ministris suis, quod attenditur secundùm dignitatem personæ prælati, de quo per Host. d. ca. episcopus, vt per eundem Iser. d. loco.
16 Alij uerò fructus sunt, qui obueniunt clerico non ratione tituli tātùm, neque ex eo, quia est in beneficio institutus, vel intitulatus, sed quia in ecclesia in diuinis horis, & Dei laudibus deseruit, veluti sunt illi fructus, reditus, uel prouentus, qui dantur tantùm seruienti, quos non percipit clericus, si non seruit, veluti sunt distributiones quotidianę, quæ dantur pro seruitio in diuinis personaliter impenso, quę ꝓ quotidiano seruitio quotidie distribuūtur, & huiusmodi, de quibus habetur in c. vnico, de cler. non resid. per quem tex. appa-
17 ret, ꝙ † clericus acquirit distributiones quotidianas taliter, ꝙ illas facit suas, & ꝙ de illis potest pro libito disponere, & testari, per illa uerba, ibi, rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas: videtur tenere Lauren. in clem. fi. de præb. dicens ꝙ talis seruiens fideliter diuino officio facit fructus suos, & potest sicut laborator de denario diurno disponere, pro vt D. Flor. ibi. Faciunt adducta per Oldrad. consi. 118 incip. ex virtute gratię. Facit etiam quod vo-
18 luit Domin. in d. c. unico, ubi dicit, ꝙ † Clericus potest testari de distributionibus quotidianis, & hoc dicit tenere Guli. in extrauag. suscepto. extrauag. Ioan. 22. quia distributiones quotidianę dantur pro labore impenso, & in multis locis dā
19 tur in pane, & in vino, † & huiusmodi nō augent corpus præbendę, sed debentur propter operam personę. arg. l. 1. secundo resp. ff. si mens. fal. mod. dixer. ff. pro soc. l. si duobus. §. si in coeunda, & in c. licet nobis, de pręb. Facit optime tex. in extrauag. postulasti. extrauag. com. de pręben. ubi distributiones,
20 † quę dantur illis, qui horis intersunt, sunt excluse ab impositione collectę fructuum primi anni, & si impetratur beneficium certi valoris, distributiones quotidianę non sunt cōputandę in valorem fructuum, quia illę dantur ratione certi ministerij puta clericis interessentibus diuinis, & non sunt de corpore beneficij. nec sub illo comprehendutur, legitur, & notatur in c. licet. de pręb. per Ioā. And. in d. c. vnico. de cler. non resid. in 6. in nouella, & per eundem in additio. ad Spec. in tit. de conces. pręben. §. in illis, facit. c. fi. de conces. pręb. §. in illis uerò in 6. vbi distributiones quotidianę sunt aliud q̄ illud, quod datur ratione prębendę. Rota decisio. 134. in nouis; eadem Rota decis. 406. in antiquis. Nicolaus de Vbaldis in tract. de suc. cler. ab intesta. §. sextò quęro. vbi multa contrà hęc adducit in contrarium, sed id dicit se facere gratia disputationis, de quibus clericus videtur posse ad libitum donare, disponere, dispensare, & contractare, cum ei obueniāt in pręmium, & solutionem laboris, & ministerij suę personę, vt per eccellentem Doctorem D. Did. Couaruuias. cap. cum in officijs. ext. de testa. §. 3. eadem; & §. quintò ex principali, quia licite clericus
21 † potest locare, immo vēdere operas suas, etiam spirituales. per Innoc. in c. quoniam, ne pręla. uic. suas, quia dicit idem D. Vbal. d. loco uersi. sextò quęro, ꝙ prębendę nihil in hoc habent commune cum distributionibus quotidianis, in quib. clericus habet multo maius, ius quàm in præbendis, de quibus clericus potest dispensare, sicut mercenarius, & rusticus de lucro operis diurni, quia
22 canonicus † habens præbendam distinctam non po-

Source : BIU Cujas

teſt de illius fructibus, nec teſtari, nec diſponere; ex quò dicitur habere adminiſtrationem, per Inn. in c. nouũ genus, de decim. & eſt caſus in c. relatum, de teſt. Secus ſi præbendę non ſunt diſtinctæ, ſed quia omnia veniunt in communi, & poſtea diſtribuuntur ſingulariter tantùm, videlicet pro ſingulo, & pro quolibet, quia de iſtis benè poteſt diſponere, &
23 teſtari. Idem † videtur dicendum de eis, qui habent capellanias ad nutum in eccleſijs amouibiles, quæ non dantur clericis in titulum, ſed datur eis certum ſtipendium in anno in pecunia, qui de tali ſtipendio poſſunt diſponere, quia datur eis intuitu perſonæ, & pro labore.

24 Fructus autem alij ſunt, qui non debentur habenti titulũ nec deſeruienti in eccleſia in diuinis, ſed quia ſunt tertio authoritate apoſtolica uel alia ex fructibus, uel emolumentis alicuius eccleſiæ reſeruati ex aliqua cauſa regulariter vel cõceſſi; prout ſunt fructus in aliqua eccleſia alicui reſeruati, ꝓ vt eſt in fructuarijs, quibus fructus reſeruantur, uel concedũtur, & pro vt ſunt penſiones, & penſionum fructus, qui non debentur, nec ratione tituli, nec ſeruitij, ſed ſola p̄p̄, aut alterius ſuperioris ordinatione, & conceſſione, ad id beneficiũ habentem, uel eccleſiam obligantis, de quibus habetur per Caccialup. Gig. Pau. de Roma. in eorum tractatibus de penſione in principio, & per totum. De quibus quidem idẽ quo que uenit dicendum, quod de ſuprà dictis diſtributionibus, quia de penſionibus, ac penſionũ fructibus clericus, uel pen
25 ſionarius videtur poſſe pro libito diſponere, adeò † ꝓ pẽſiones decurſas, & non exactas per penſionarium eius hæredes exigere, & recuperare poſſunt, quia penſio non eſt eccleſiaſticum beneficium proprie, ſed quid profanum in mera temporalitate conſiſtens. per Fel. & alios doctores in c. ad audiẽtiam, el ſecondo, de reſcrip. in clem. 1. ubi Card. Imol. & alij
26 de ſupplen. negli. † præla. intelligendo, non de penſione, quæ conſueuit aſſignari pro beneficio eccleſiaſtico, quæ reputatur ut beneficium eccleſiaſticũ, ſed de penſione, quæ eſt certa portio ex aliqua menſa, uel beneficio, ex cauſa ad tp̃s, non perpetuo ſeparata, per Laur. in clem. præallegata. & per Gig.
27 in principio ſui tract. de penſio. quales † ſunt hodie regulariter penſiones, quæ etiam laico aſſignari poſſunt, ut per Doc. in c. quamuis, ubi Arch. & Fran ſecundo not. de præbẽ. in 6. Imol. d. clem. 1. col. 7. uerſi. quærit Guliel. de reb. eccl. nõ alie. Bal. & poſt eum Fel. in d. c. ad audientiam. Item, quia penſio-
28 narius † uidetur æquiparari uſufructuario, quia penſio extinguitur morte, vt vſus fructus morte vſufructuarijs. §. finitur
29 autem. Inſt. de uſufruct. & uſufructuarius facit fructus ſuos, & adeò ꝓ illos etiam tranſmittit ad hæredes. per tex. in l. de
30 functa. ff. de uſufruct. Item, † quia penſio aſſignatur penſionario, vt commodius ſuſtentari ualeat, & ſic videtur aſſignari in cauſam alimentorum, Gig. in tracta de penſio. q. 51. mihi num. 12. Rom. conſi. 388. incip. in caſu præpoſiti thematis; &
31 is, qui habet legatum † pro alimentis, taliter ius habet in eo, ꝓ decedens tranſmittit ius exigendi præterita alimenta, non ſoluta ad ſuos hæredes. l. uſufru. §. fi. ff. ſi uſufru. pet. l. fructus. in fi. cum l. ſeq. ff. de rei uend. l. qui uſumfructum. §. fi. l. quæſitum. l. defuncta. ff. de uſufruct. faciunt adducta per Alexan. conſi. 40. in fi. incip. perſpectis his. 3. uol. Gig. d. loco q. 52. ubi
32 dicit ꝓ ius exigendi penſiones † decurſas, & pẽſionario eius vita durante non ſoluros, competit hæredibus clerici defuncti, cui dicta penſio erat reſeruata, per multa quæ ibi adducit; ubi inquit, ergò erit firmata concluſio, ꝓ penſiones decurſæ in uita penſionarij non exactæ tranſeunt in eius hæredes, ſiue ab inteſtato deceſſerint, ſiue teſtamentum condiderint. Vnde tales fructus exacti, & non exacti efficiuntur penſionarij omninò, & in eis acquirere videtur dominium, quã do de eis poteſt teſtari, & ab inteſtato decedens ad hæredes, & conſanguineos illos tranſmittere, & ita inquit ſæpe conſului, & Rotam iudicaſſe intellexi. Ità etiam dicit ſenſiſſe Paulũ de Rom. in ſuo tract. de penſio. q. 8. uerſi. 1. eccleſiaſtica pen-
33 ſione, ubi dicit, ꝓ † fructus lucrati per penſionarium dicuntur proprij, & in illius dominium tranſeunt, & ab eo donari poſſunt. per tex. in l. ędibus. §. ult. ff. de donat. idem Gig. q. 53. ubi tenet, ꝓ penſio debetur hæredibus penſionarij, ſi tempore quo moritur, fructus ſunt percepti, & paulò poſt ibidem
34 tenet, ꝓ penſio † erit hæredum pro rata fructuum percepto rum, & ante illum tenuit Io. Bapt. Caccialup. in ſuo tract. de penſio. Sed ꝓ penſio non ſit quid mere profanum, mere tpale, ſed potius, ꝓ ſit, uel appareat, aliquod ius eccleſiaſticum, puta, quia ſemper reſeruatur, uel imponitur authoritate p̄p̄, vel ordinarij in caſib. ei a iure permiſſis, quia regulariter reſeruatur clerico, uel perſonæ eccleſiaſticæ, unde propterea uideretur, ꝓ in penſionibus non haberent ſuccedere hæredes, dico aliquid in meo tractat. de ſpolijs eccleſiaſt. in q. de poteſta. cler. &c.

Vnde, ſi fructus diſtributionum quotidianarum ſecundũ communem opinionem, & penſionum, ſecũdùm aliquos, ſunt omninò clerici, quoad dominium, & quoad omnimodam diſpoſitionem in uita, in morte, in teſtamento, & ab in-
35 teſtato, eſt quoque neceſſariò dicendum, † ꝓ quæcũque de talibus acquirant clerici, omninò pari modo facient ſua, ac de eis pro libito, ut de ſuis bonis proprijs, poſſint diſponere, arg. eorum quæ dicta ſunt ſuperius a contrario ſenſu; ꝓ vti acquiſita de fructibus eccleſiæ, qui non ſunt clericorum, efficiuntur eccleſię, non clericorum; ità acquiſita de fructib. qui ſunt proprij clericorum, non eccleſię, efficiantur clericorum, & ſint ad eorum liberum arbitrium & diſpõnem.

Ex quibus ad laudem Dei omnipotentis ſit abſoluta iſta quæſtio. uerum quia legis, & canonum permiſſione poſſunt clerici, & prẹlati euenientibus caſibus de rebus eccleſię diſponere, etiam ꝓ non diſponere iurauerint, etiã contrà formam iuramenti, hic annectam quęſtionem, an prẹlatus poſſit res eccleſię conſanguineis infeudare, emphyteuticare, uel alienare.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomis & ordinatoribus clericorum prohibetur. ne alienent immobilia ſibi coniunctis ſecundum genus, & ſecundùm iura matrimonij.*
2 *Eccleſia nullo modo alienat in quinque caſibus.*
3 *Alienatio quæ aliàs ualeret, quandoque non tenet ratione perſonæ, in quam fit.*
4 *Prohibitus contrahere in ſui perſonam, videtur etiam prohibitus in perſonam propinquorum & affinium.*
5 *Prælatus prohibetur conferre eccleſiaſtica officia propinquis.*
6 *Epiſcopus obnoxius eſt concilio, ſi uoluerit uſurpare rem eccleſiæ, uel dare poteſtatem propinquis ſuis, ut per eos lędatur eccleſia.*
7 *Amor & carnalitas eſt unus e quatuor modis, quibus humanum iudicium peruertitur.*
8 *Epiſtopi cæci ſunt ergà nepotes.*
9 *Clerici conſtituere poſſunt feudum, ſed non dare cognatis.*
10 *Faciliores ſunt homines in perſonis coniunctorum ad fraudandum eccleſias.*
11 *Conſanguinitas facit præſumi dolum in collationibus, & reſignationib. beneficiorum.*
12 *Liberalitas primò debet exerceri in domeſticis & ſuis.*
13 *Patriinfideli an potius, quàm extraneo fideli, ambobus indigentibus ſubueniendum ſit.*
14 *Ordinata charitas quæ ſit.*
15 *Prælatus non reprobatur, qui conſanguineum egentem magis idoneo nõ egenti præfert in ſimplici beneficio.*
16 *Conſanguineos ſuos prælatus alit de bonis eccleſiæ.*
17 *Prælatus tenetur de bonis eccleſiæ dotare ſororem indotatam.*
18 *Conſanguineis minus eſt peccatum dare, quàm extraneis.*
19 *Epiſcopus qui poteſt conferre beneficia, poteſt quoque conferre conſanguineis affinibus & amicis.*
20 *Prælatus poteſt conſanguineis ſuis concedere in feudum, & emphyteuſim.*
21 *Niſi alia ratio prohibeat, puta ſi conſanguineus eſſet potentior.*
22 *Intra epiſcopalia non poſſunt in emphyteuſim concedi, niſi ex antiqua conſuetudine.*
23 *Loca Sanctæ Rom. eccleſiæ reuerſa ad ſedem apoſtolicam hodie non poſſunt infeudari.*
24 *Adminiſtrator, qui poteſt alienare, in perſonam conſanguinei alienare non poteſt.*
25 *Prælatus conſanguineo non poteſt concedere in feudum rem ſolitam in emphyteuſim dari.*
26 *Prælatus de nouo poteſt infeudare propter inſignia merita inueſtiti.*
27 *Res eccleſiæ conſanguineis concedi non poteſt, quando res eccleſiæ per eos euerteretur, ſecus ſi eſſent boni, & honeſti.*
28 *Conſanguineis prius eſt ſubueniendum, quàm extraneis.*
29 *Rector eccleſiæ poteſt unam rem de eccleſia auferre, dummodò tantum dem eccleſiæ de ſuo conferat.*
30 *Oeconomus non habet tantùm iuris in bonis eccleſiæ, ſicut prælatus.*
31 *Contra ęconomum facilius præſamitur, quàm contrà prælatum.*
32 *Tutor palam rem pupilli emere poteſt.*
33 *Ius canonicum quando tradit certam formam, non eſt curandum quid ſtatuat ius ciuile.*
34 *Oeconomus eſt, cui res eccleſiæ gubernanda committitur.*
35 *Res eccleſiæ infeudari poteſt, quando conceſſio palam fieret bona fide, et ſine læſione eccleſiæ.*
36 *Papa poteſt dare caſtra in feudũ benemeritis ergà ſedem apoſtolicam.*
37 *Papa habet in bonis, & rebus eccleſiæ ampliſſimam poteſtatem.*
38 *Alienatio, quam Papa facit, ualet qualitercunque fiat.*
39 *Exequutor teſtamentarius poteſt alienare bona ſuis coniunctis, aut elige re eos in pauperes.*
40 *Exequutor poteſt eligere ſuum filium in pauperem.*
41 *Prælatus poteſt rem eccleſiæ ſuo conſanguinæo concedere, ſi fraudis ceſſet ſuſpitio.*
42 *Prælatus poteſt rem modicam conſanguineo concedere non obſtante iuramento.*
43 *Prælatus, qui tantundem de ſuo eccleſiæ dedit, poteſt rem eccleſiæ concedere conſanguineis.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO II.

An prælatus possit res ecclesię consanguineis infeudare, emphyteuticare, vel alienare.

DIxi aliquid sparsim ī hoc toto opere, an prælati possint, vel non possint suis consanguineis res ecclesię emphyteutica re, infeudare, aut alienare; verùm quia ista mihi visa est notabilis materia, decreui, quæ sparsim hic sunt dicta recoligendo, & alia ab extra ex dictis Doctorum excipiendo, ex omnibus insimul congestis vnā formare quæstionem, huicque materiei suam basim, & locum dare particularem pro meliori legentiū commoditate, quò pro necessitate, & casus contingentia, sine alia cartharum reuolutione, & sine labore, recurrere possunt. Hoc autē per aliqua contraria eundo attingam, quia sic magis dilucidata habetur ueritas.

Primò igitur videtur dicendum ꝙ nullo modo possit p̄latus suis cōsanguineis infeudare, & emphyteuticare res ecclesiæ, quoniam id videtur expresse à iure & nominatim p̄hibitum, per tex. qui dicit ad literam in auth. de alien. & emphyteu. §. hoc verò, vers. œconomi, vbi prohibetur † œconomis, & ordinatoribus clericorum, ꝙ non faciant locationes emphyteusis emptiones, & hypothecas rerum immobilium ecclesiæ parentibus, filijs, & illis personis, quibus secundum genus, & secundùm matrimonij iura sunt coniuncti, p ipsos, aut personam interpositam. Vbi glo. in verbo concedi 2 mus, habet, ꝙ in tribus † casibus ecclesia nullo modo alienari; Primus est, quando à principe res est data; Secundus, quando monasterium, aut ecclesia alienatur; Tertius, quando œconomus emerer, aut cognato uenderet. Idem in glo. in verbo personis. in authē. de sanctissimis episcopis, §. Deo autem, & per tex. ibi exceptis personis, qùas per aliam legem hoc facere prohibemus, dispositio tex. d. authen. est authen. quibuscunque, C. de sacrosan. eccl. vbi not. Paul. de Castr. ꝙ ille tex. semper allegatur contra prælatos, cui concedūt suis 3 consanguineis res ecclesiæ, quia, † inquit, licet subsit iusta cā alienandi, & adhibeatur omnis forma, non tamen tenet alienatio ratione personæ, in quam fit, ꝙ est intelligendum etiā si negotium palam fiat, & bona fide. Sequitur Bal. ibidē, vbi 4 dicit esse notandum, ꝙ † ubicunque quis prohibetur à contractu celebrando in sui personam, videtur prohibitus etiā in persona propinquorum, & affinium, qui pari modo prohibentur accipere. Dicit Card. in c. 1. 6. colum. qui feud. dar. da poss. vbi Ia. 5. colum. quintò limita, est glo. in c. 1. in verbo Archiepiscopus. qui succes. ten. & in cap. 1. §. 1. vers. hæc omnia, si de inuest. inter dom. videtur tex. cum glo. in c. peruenit, prima q. 3. Facit Archid. c. non liceat, 12. q. 2. Sequitur Bened. Capr. c. 1. 1 col. qui succes. & ibi L auden. Bar. in d. authen. quibuscunque.

Et non solum hoc tangit cōsanguineos, sed etiam affines, per verba tex. d. auth. in corpore, vnde sumitur, ibi videlicet, & quibus secundum genus, & secundum matrimonij iura coniunguntur, & per glo. d. authen. quibuscunque, C. de sacrosan. eccl. in uerbo cognatis, ibi, cognatis, uel affinibus, & Bald. ibidem in principio, ibidem videtur prohibitus etiam in persona propinquorum, & affinium. Barb. ad Bald. in verbo in feudum, vers. quæro utrum, de his qui feud. idē ad Bal. in auth. quibuscunque, C. de sacrosan. eccl. ibi, intelligitur de consanguineo propter genus, & propter nuptias &c. Facit 5 pro hoc tex. in c. decenter, 89. distin. vbi † prælatus prohibet ecclesiastica officia conferre propinquis, uel sanguine coniunctis, vbi glo. dicit ideò esse, quia p̄lati sunt magis proni ad dandum coniunctis personis, quàm alijs; & delictis, q̄ fiunt frequentius, magis est obuiandum; quia sæpius, & fortius p̄hibetur fornicatio, quia potius peccatur hoc genere, & magis punitur, qui interficit vxorem, quam matrem; proniores enim sunt homines ad illud delictum committendum, quā istud; & magis subuenitur mulieri, cùm intercedit, uel fideiubet, quàm cum dat, ex quo est pronior ad intercedendum, q̄ ad dādum. Item & alia ratione prohibetur dare propinquis, quia semper p̄sumitur ꝙ res ecclesię, latenter & occultè le dantur per eos. Et habetur in tex. in c. episcopus, 10. q. 2. ꝙ si 6 † eps usurpare uoluerit res ecclesiæ, uel dare potestatem filijs, uel quibuscunque personis propinquis suis, vt per eos latenter lædantur res ecclesiæ, ille sit obnoxius concilio, vbi glo. dicit, ideò esse, quia p̄sumitur, ꝙ hoc carnali amore faciat; nam in hoc casu carnalitas inducit suspitionem, ut in alio casu suspitionem elidit, vt in c. à nobis. extra de cohibita, 7 mulier. & cler. quia amor, & carnalitas est unus è quatuor modis, quibus humanum iuditium peruertitur, c. quatuor. 12. q. 3. dicit Alberic. d. authen. quibuscunque, ꝙ in hoc casu alienationum rerum ecclesiæ coniunctio sanguinis inducit p̄sumptionem fraudis. Idem habetur decisum in tex. in c. quisquis, 12 q. 2. ibi non liceat autem ei fraudare quicquam ex illis, vel cognatis proprijs dare, quæ Dei sunt, item in text. 8 in c. peruenit, 1. q. 3. vbi dicit glo. ꝙ licet † sit minus peccatū dare consanguineo, quàm extraneo de bonis ecclesię, tamē censetur peius, quia prælati prouidendo de rebus ecclesiæ consanguineis enormiter lædunt ecclesias, uel exponendo uerbum, grauius, dicit, grauius, ideſt communius, quia inqt cæci sunt episcopi erga nepotes. 8. q. 2. dilectissimi; vnde tantus impetus eorum omnia effundēdi nepotibus fuit restringendus. l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Et habetur in glo. in verbo Archiepiscopus, qui succesſo. 9 feud. dare ten. ꝙ † clerici possunt constituere feudum interuenientibus tantum illis, quæ habentur in tit. de his qui feud. dare poss. Sed licet feudum dare possint, non tamen cognatis dabunt. Item in glo. in uerbo in clericorum. si de inuesti. inter dom. & vassal. ibi, ꝙ autem hic dicitur, ꝙ clerici feudū dare possunt, cognati tamen excipiuntur, quibus dare prohibentur, licet potius hodie agnatis, quàm extraneis huiusmodi beneficia à clericis concedantur, & dicit Bald. in auth. qui 10 buscunque, quod ideo est, quia † faciliores sunt homines in personis coniunctorum ad fraudandum ecclesias, vel alios, per tex. in l. nihil. §. facilior. ff. de bon. liber.

11 Facit, quia † cōsanguinitas, & carnalitas facit p̄sumi dolum, & fraudem in collationibus, & resignationibus beneficiorum, Abb. per illum tex. c. 1. vltimo not. de cler. non residen. & donatio inter personas coniunctas p̄sumitur simulata.

Per ista videntur quidem arceri omninò consanguinei, & coniuncti prælati à participatione rerum ecclesiasticarū, & videtur quòd nullo modo possint res ecclesiæ talibus personis concedi.

Sed multa sunt in contrarium, nam primò videtur esse tex. in ca. non satis. dist. 86. ubi fm ordinationem charitatis, 12 & ordinatam charitatem, liberalitas † primò debet exerceri domesticis, & suis, ibi, item perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primò operetur circa domesticos, ubi dicit glo. uerum, nisi extraneus indigeret ad mortem, domestici verò non; tunc enim extraneus est præferendus, & tenemur etiam id facere consanguineis, & infidelib. & hęreticis per eandem glo. & glo. 30. dist. c. 1. vbi posito ca- 13 su, cui magis † tenemur subuenire, patri infideli, an verò extraneo fideli indigentibus ambobus, & dicit ꝙ ista est quæstio tenebrosa, & aqua in nubibus aeris, & tenet; ꝙ patrem, qualiscunque sit, tenemur præferre in illis quæ sunt officij, pietatis, & misericordiæ in prouidendo ei de necessatijs, immò præferre eum etiam sancto, nisi tamen extraneus fidelis magis egeret, quia tunc est ei subueniendum, postposito patre, & tex. d. cap. non satis. semper ad hoc allegatur, ꝙ de bonis ecclesiæ p̄latus tenetur primò suis subuenire, & ꝙ fortius tenef subuenire suis, q̄ extraneis, iuxta illud, ordinauit in me charitatem. Et dicit glo. c. quiescamus, 42. di. secundum 14 Ambrosium † ordinata charitas est vt primò Deus, secundò parentes, tertio filij, postea domestici, vltimò extranei diligā tur; subdens, & dicit Ambrosius, ꝙ personarum habet esse delectus in misericordia impendenda, & est doctrina Abb. in cap. in eo. exrra. de hæret. ꝙ clericus de bonis ecclesiæ potest licite subuenire suis cōsanguineis, modò eos diuites nō faciat, sed eis subueniat in necessitatibus, sicut & alijs indigē tibus, & tenetur magis sub uenire istis, quàm extraneis, & dicit Io. Andr. & Host. in cap. tua. de ætat. & qualita. ꝙ non re- 15 probaret, si † prælatus consanguineum egentem non indignum præferret magis idoneo non egenti in simplici beneficio, cùm & talibus quoque prouidere teneatur, ca. non satis, 86. distinct. cap. 1. de cohabita. mulier. & cler. capit. relatū. 16 de testa. † Et de bonis, ac reditibus ecclesiæ prælatus alit suos consanguineos, per tex. cap. omni, iuncta glo. 31. distin. Ancharan. consi. 437. immo de dictis fructibus tenetur † dotare 17 sororem, vt ɗ iure ciuili frater laicus tenetur sibi ex parte patris coniunctam, quæ dotem non habeat, per glo. in l. cū plures, & ibi Doctor. §. pen. ff. de admin. tut. & in l. non omni, C. eod. titul. cum clericus magis teneatur actum humanitatis exercere, quàm laicus. Subdens, & credo, ꝙ clericus nō habens bona patrimonialia, poterit dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructibes ecclesię. Et dicit glo. in cap. per 18 uenit. 1. quæstio. 3. quòd minus † est peccatum dare consanguineis, quàm extraneis. Sequitur Abb. capit. inquirendum, de pecul. cler. quòd prælatus debet, immo tenetur de reditibus ecclesię competens subsidium subministrare suis cōsanguineis, & amicis. Facit illud in l. præses, C de seruit. & aq. quod agris tuis sitientibus alij rigandi non sunt.

Quid igitur dicendum stantibus istis in contrarium? videtur respondendum esse, ꝙ adducta pro contrarijs loquūtur & intelliguntur de fructibus, & de beneficijs, de quibus

habet

Source : BIU Cujas

habet ſubueniri neceſſitatibus perſonarum prædictarum in digentium. Vnde non percutiunt quæſtionem propoſitam, quæ eſt facta ſuper ſtabilibus & immobilibus, an poſſint infeudari, emphyteuticari, vel alienari; quia dicit Bald. in auth. quibuſcunque. nota ꝙ hęc Authentica non habet locum in
19 beneficialibus, † quia ſi epiſcopus poteſt conferre beneficia, poteſt cõferre etiam conſanguineis, coniunctis, affinibus, & amicis, vt per Innoc. in c. 1. de æta. & qualita. ibi per eum allegatum.

Doctores autem in hoc articulo aduertunt ad duo, ſprimò, ꝙ tex. in d. auth. quibuscunque. & in corpore, in quantũ interdicit conſanguineis accipere cõtractum emphyteuſis, locationes, & infeudationes de rebus eccleſiæ, loquitur in œconomo, & conſanguineis, & affinibus œconomi, nõ autem prælati, in quo eſt diuerſa ratio, & qui habet, ex quo eſt ſponſus eccleſiæ, in rebus illius liberiorem adminiſtrationem.

Secundò, canones, qui id interdicunt conſanguineis, videntur habuiſſe conſiderationem, ꝙ iſta coniunctio perſonarum poſſet eſſe ſuſpecta alicuius fraudis, & læſionis in rebus eccleſiæ, meritò fuit ſic ſtatutum; ſed in caſu, quo ceſſet fraudis, uel læſionis ſuſpitio, ex quo ceſſat ratio, videtur ſecũdum Doctores, ꝙ habeat ceſſare effectus, & legis diſpoſitio, & eo caſu bene poſſit etiam conſanguineis infeudari, locari, emphyteuticari, & alienari, quia Iacob. de Belui. in vſibus
20 feud. tit. 2. determinat, ꝙ prælatus benè poteſt † conſanguineis ſuis concedere in feudum, & emphyteuſim res infeudari, & emphyteuticari ſolitas. Quod quidem etiam tenet Archd. in cap. epiſcopus, 10. q. 2. quia ſtante ꝙ eccleſia non lędi tur, quia conſanguineus recipit æqualibus pactis, & æquali conditione, ſicut a ius extraneus, ceſſat ratio prohibitionis ſecundùm Archid. Sequitur hanc opinionem Bald. in auth. quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccleſ. verſ. extr. gl. cum limita
21 tione tamẽ, quam ipſe facit, videlicet niſi alia † ratio prohibeat, puta quia conſanguineus, cui fieret cõtractus, eſſet potentior. arg. eorum, quæ no. in l. ſi ita, §. ea lege, ff. de uerbor. oblig. Subdit, quod loquitur in conſuetis alienari. argum. l. pater. §. quindecim, ff. de lega. 2. Idem tenet Federi. de Senis in ſuo conſil. 210. & Archid. d. loco tenet, ſi tamen conſanguineus ſit honeſtus, decima quæſt. ſecunda, d. ca. epiſcopus.

Non relinquo tacitum id quod Bald. dicit in titu. de his ꝙ feud. dare poſſ. verſ. quæro utrum, vbi ponit quæſtionem de feudo, an prælatus rem conſuetam infeudari poſſit conſanguineo ſuo in feudum concedere, vbi dicit, ꝙ glo. ordinariæ tenent, ꝙ non poteſt. per text. d. authẽ. quibuſcunque. Sed, inquit, tu dic ꝙ poteſt hoc facere prælatus, ſed habet inſpici, an perſona ſit onerоſa nec ne eccleſiæ; quia, ſi ſit onerоſa, non poteſt. iuxta not in c. fin. de reb. eccle. non alien. ſi de hoc eſt, inquit, conſuetudo, & per eam ſeruitium recipitur. Nec obſtat d. auth quibuſcunque quia loquitur de iure cõmuni, ſed nos ſumus in iure conſuetudinario, nõ ita rigoroſo, quia feuda dantur gratis, ſed contractus emphyteuticus non datur gratis, & ideo non eſt eadem ratio prohibendi. Subdens, & eſt, inquit, expreſſum infra à contrario ſenſu in tit. de cap. Conr. §. dicitur etiam, vbi tex. dicitur etiam, ꝙ ſi cõiunctæ perſonæ gratia tale feudum dederit vt ex eo duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium, & ſoquitur in feudo eccleſiaſtico, ſed clarius Bald. idem in c. cæterum, ext. de iudic. colum. 4. verſi item ſcias. ibi, ſed nunquid epiſcopus poſſit infeudare ſuos conſanguineos, ſicut alios, reſp. ſic. 10. q. 2. c. epiſcopus, per Archid. ſcias tamen ꝙ
22 iura † epiſcopalia non poſſunt aliquibus in emphyteuſim ꝛcedi, niſi ex antiqua conſuetudine, ca. perpetua, ead. cauſa &
23 quæſt. hodie tamen ciuitates, † & loca San. Rom. eccleſiæ ſolita infeudari non poſſunt modo aliquo de nouo infeudari per bullam Pij. 5. ſub anno 1567. editam.

Et Abb. in cap. vt ſuper, extr. de reb. eccle. non alie. ponit hanc quæſtionem, nunquid prælatus poſſit conſanguineo ſuo concedere rem eccleſiæ in emphyteuſim, uel ſecum cõtrahere alienationem rei eccleſiaſticæ, & dicit, ꝙ de hoc videtur tex. in auth. quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccl. ubi habetur, ꝙ licet quibuſcunque modis alienatio rei eccleſiæ facta permittatur, non tamen licet œconomo, vel eius cõſanguineis rem eccleſiæ accipere. per quem tex. tenent commu
24 niter legiſtæ, † ꝙ vbicũque adminiſtratori permittatur alienatio, non poteſt illam facere in perſonam conſanguinei, qa eſt ſuſpitio læſionis propter conſanguinitatem. Bar. tamẽ &
25 Bald. in d. auth. tenent ꝙ rem ſolitam † in emphyteuſim concedi, & infeudum, poteſt prælatus concedere ſuo cõſanguineo, quia ceſſat hoc caſu præſumptio læſionis, & fraudis, cũ aperta ſit uia huius læſionis.

Ex doctrina Bal. in l. 1. ff. de rerum diuiſio. col. 3. num. 20. vigeſimo quinto quæritur an prælatus de antiquo feudo poſſit ſuos conſanguineos inueſtire, & dicit Iac. de Beluiſ. ꝙ ſic, quia non eſt ſuſpitio, ꝙ ius eccleſiæ fiat deterius; & idem in antiqua emphyteuſi, cùm non ſit prohibitum, immo fauorabilior quis eſſe debet ſuis, quam extraneis. in l. antepen. 2. lect. ff. de pact. ſecus eſt, ſi uelit aliquam rem de nouo facere feudalem, uel emphyteuticam, vt C. de ſacroſan. authen. qui buſcunque. & Bald. in c. 1. in princip. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. lis oriat. dicit ex glo. ibi colligi ꝙ prælati non poſſunt infeudare de iure agnatis, licet de conſuetudine ſecus, quæ prævalet. Et Bald. in c. de priore, de appella. ꝑ glo. in cap. 1. qui ſucce. ten. dicit ꝙ prælatus non poteſt concedere feudũ eccleſiæ ſuis conſanguineis, quia præſumitur ambitioſa cõceſſio; dicit Bald. eſſe verum hoc de nouo, ſed antiqua feuda
26 poteſt refirmare, l. 1. §. fi. ff. de aq. quot. æſti. tamẽ † ſi prelatus infeudat de nouo propter inſignia merita inueſtiti, bene valet infeudatio, arg. l. ſi pater. ff. de donation. & intelligitur de nouo infeudare, non quoad res, ſed quoad perſonas, immo Bald. d. cap. 1. dicit, ꝙ immo prælatus de iure poteſt infeudare conſanguineis, ſi tamen agnati ſunt idonei, ſicut quando prælati exequutores pauperum poſſunt bona diſtribuere cõſanguineis, ſi ſunt pauperes, iuxta gl. in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. & hanc opinionem, ꝙ nedum attenta cõſuetudine, ſed etiam de iure poſſit prælatus infeudare conſanguineis, tenet Aluarot. d. c. 1. ubi ultra iura adducta per Bal. & Iaco. de Belui. allegat Archid. 10. q. 2. ca. epiſcopus, quia ex quo eccleſia non læditur, quia conſanguineus capit cum eiſdem conditionibus, quibus extraneus, ceſſat ratio prohibitionis. Facit Feder. de Sen. conſi. 52. incip. quidam prelatus exemptus, vbi dicit, ꝙ capitulum, & vſus præſtatio, verſicu. quibuſcunque. per quæ iura videtur prohiberi, ne res eccleſiæ in perpetuũ conſanguineis concedantur cognatis, vel agnatis, procedũt
27 quando conſanguinei ſunt tales, ꝙ per eos res eccleſiæ † penitus euerterentur, ſecus ſi eſſent boni, & honeſti viri, & alias non eſſet eã ſuſpitionis, quia tunc ceſſat cã prohibitionis, allegg. Archid. d. c. epiſcopus, in fi. & quod no. 89. diſt. c. de center. ſubdens d. c. vt ſuper.

Et in hac materia ſequitur Feder. de Sen. d. conſi. 210. vbi poſita quæſtione, nunquid prælatus, qui iurauit non alienare ſine licentia ſuperioris, poſſit conſanguineo ſuo concedere rem valoris unius floreni cum dimidio in emphyteuſim, vbi determinat ꝙ ſic, quia non obſtat iuramentum, nõ obſtat conſanguinitas in iſtis minimis, quia ratione fraudis fuit inducta illa prohibitio, ſed hic præſupponit omnem fraudem ceſſare, & ceſſante fraude melius eſt contrahere cum cõſan-
28 guineis, quàm cum extraneis; nam † prius debemus ſubuenire conſanguineis, quàm extraneis. 85. diſtinct. non ſatis, qđ not. glo. 31. diſt. c. omnino, & ca. 1. de cohabit. mulier. & cler. & Abb. ibidem. ubi concludit, ꝙ dictum legiſtarum non eſt verum; ꝙ, vbi adminiſtratori permittitur alienatio, non põt illam facere in perſonam conſanguinei, quia tex. d. authẽ. ad hoc allegatus loquitur in œconomo, ꝙ non putat procedere in prælatis eccleſiæ, qui habent adminiſtrationem in reb.
29 eccleſiæ magis amplam, & magis liberam, quia prelatus, † & rector cuiuslibet eccleſiæ poteſt unam rem de eccleſia auferre, & tenet alienatio, dummodò de ſuo tantundem eccleſiæ conferat, & ſic habet priuilegium, ut res eccleſię poſſit alienare ſine vtilitate; ſatis enim eſt, ꝙ eccleſia non deteriore tur, per tex. ualde ſingularem. c. ſi quis qualibet, iuncto §. prę cedenti, 12. q. 2. & ex d. tex. videtur, ꝙ etiam in fauorem conſanguineorum poteſt prælatus hoc facere, ut etiam ſentit ibi Archid. & idem Archid. c. prębendariæ, 10. q. 2. ubi dicit, ꝙ ſicut extraneis, ita & conſanguineis poteſt prelatus beneficia eccleſiaſtica concedere. Et ſubdit Abb. d. c. ut ſuper. in fi. ꝙ
30 authent. quibuſcunque modis, loquitur in œconomo, † qui non habet priuilegium, ſicut prelatus, nec tantum iuris ī bonis eccleſię. iuxta not. per gl. 5. q. 3. c. fi. & œconomus eſt magis ſuſpectus, quàm ſit prelatus, quia prelatus eſt ꝑprius ſpõſus eccleſiæ. Et pro hoc, inquit, cõcluderem, ꝙ prælatus poſſet contrahere cum conſanguineis de rebus eccleſię ſicut cum extraneis, licet œconomus non poſſit, niſi ut prędixi. Idem tenet Abb. in conſil. 41. prima parte. uerſi. item omnis ſolemnitas, in illis uerbis, uidelicet, per hoc etiam tollitur obiectio, quę fit, ꝙ iſti emptores conſanguinei erant Abbatis, nam alienatio prohibetur fieri conſanguineis propter prę-
31 ſumptionem fraudis, quę fraus omninò hic ceſſat, cum de authoritate epiſcopi eis fuerit alienatio facta, cum autẽ ceſſat fraus, etiam conſanguineis alienatio fieri poteſt, per Feder. conſ. 27. Bart. authen. quibuſcunque. in fin. ego etiam ultra alios dico, ꝙ illa authen loquitur in œconomi cõſanguineo, non prelati, nam œconomus non habet ita pingue ius ſicut prelatus, not. 5. quęſt. 3. cap. 1. in gloſſ. item facilius † pſumitur contra œconomum, quàm contra prælatum; quinimò allego tex. not. ꝙ prelatus poteſt alienare, & dare ſuis bona eccleſię, ſi tantundem de ſuo patrimonio confert eccleſię, ita ꝙ non eſt neceſſe, ut eccleſia melioretur, ſed ſufficit, ꝙ non deterioretur, ut notabiliter probatur in ca. ſi quis qualibet, cum §. prędcedenti. duodecima quęſtio. 2. & expreſ-

ſius

Source : BIU Cujas

sius ead.cauſ.q.5.ſi epiſcopus,per Ioan.And.& Innocentiũ. cap.cùm in officijs.de teſtam.fortius ergo poterat uendere
32 ſuis pro iuſto prætio, & neceſſitate eccleſiæ, cùm † & ipſe tutor poſſit palam emere rem pupilli. l. pupilli. ff. de author.tuto. Item ius ciuile non potuit hoc prohibere, quia ſatis eſt, quòd per canones non reperitur prohibitum;
33 cùm enim † ius canonicum certam formam tradit in alienatione rei eccleſiæ,non eſt curandum, quid ſtatuat ius ciuile,per Innoc.& glo.d.cap.1.de rebus eccleſiæ non alien. vt per Abb.d.conſil.41.Imol.in d.c.vt ſuper.7.colum. in fin. refert,q̃ ibi Petr.de Ancharan. eodem modo reſpondet ad d.auth.quibuſcunque,q̃ loquatur quando fit alienatio rerũ eccleſiæ per œconomum,ſecus ſi per prælatum. Imol.dicit q̃ iſta ſolutio tua non videtur,quia ratio ſuſpitionis ita militat in p̃lato ſicut in œconomo,ſed ideò tex.dicit de œcono
34 mo,quia œconomus † eſt, cui res eccleſiæ gubernanda cõmittitur,80.diſtin.c.quia in quibuſdam,& ca.uolumus,& l. oẽs.C.de epiſc.& cler.not.in c.Imperatorum. de iur. cal. & propter hoc non faciens differentiam inter prælatum,& œconomum, tenet q̃ prælatus non poſſit ſuis conſanguineis dare rem eccleſiæ in ꝑpetuum,ſed bene ad tp̃s, cum non ſit prohibitum;ſed idem Imol.refert,q̃ idẽ Fede.tenet,q̃ ẽt ꝑpetuò põt concedere conſanguineo,modò ſit bonæ opinionis conſanguineus;& cum Feder.concordat Petr.de Anch. ibi,tandem dicit Imo. q̃ qñ conceſſio fieret in perpetuum, puta in feudum,aut emphyteuſim cõſanguineis, videtur q̃ talis conceſſio non poſſit fieri, quia per tales conceſſiones prælati conſanguineis factas ſolent communiter eccleſiæ lę di,vt per Bar.d.auth.quibuſcunque.Facit q̃ hr̃.1.q.3.in text. & in glo.c.peruenit.& quod not.per gl.in cap.decidentis,89. diſtin.tamen quia Archid.in d.c.ep̃s.tenet contrarium.& gl.
35 in d.c.decidentis.in alia ſolutione.qñ † iſta cõcurrerent,ſcilicet q̃ conſanguinei eſſent bonæ famæ, & palam fieret conceſſio,& bona fide,& ſine læſione eccleſię,opinio Federi. & Petri de Anchara.vt ſupra videtur communior opinio, pro qua opinione ego eſſem,prædictis oĩbus concurrentib.non ſolũ in infeudando, & emphyteuticando antiquitus ſolita, ſed de nouo,attentis rationibus adductis,& maximè,attento,q̃ per canones non vr̃ expreſsè prohibitum, ſed tm̃ ꝑ ius Imperatoris, quod non attenditur in alienationibus eccleſiæ,in quibus certa forma à iure pontificio eſt tradita, & ẽt attento q̃ per contrariam charitatem vr̃ euerti ordinatio charitatis,quia ordinata charitas incipit à ſe ipſo,à ſuis, ſi indigent,quia de reditibus eccleſię eſt licitum clerico iuuare propinquos inopes,c.omninò.vbi Archid.& Gemin.31. diſtin.c.3.vbi Abb.de arbitr.Ana. c.qualiter,& qñ, el ſecundo 13.col.de accuſa.

Et quid in Papa,potes videre per Archid.in c. licet, 12.q. 2.& ꝑ Fely.in c.ad audientiam,de præſcrip.in principio, ubi
36 dicit,quòd Papa † põt dare caſtra in feudum beneemeritis erga ſedem apoſtolicam de ꝑ ſe ſolus, licet loca prętioſa, ut ſunt magnę ciuitates, non poſſit niſi de conſenſu Cardinalium,qui ſunt capitulum uniuerſalis eccleſię;&,licet nõ poſſit alienare ad malos uſus,nec dare conſanguineis, ut eos diuites faciat, tamen poteſt nouum caſum licitę alienationis inuenire;&,quia Papa põt infeudare omnia feuda eccleſiarum,quia eſt pater patrum,& concurrit cum omni prelato in poteſtate,ideò poteſt infeudare ſicut ille.
37 Et cum † Papa habeat in bonis, & rebus eccleſię ampliſſimam poteſtatem,qñ vult,ea uti poteſt, per Petrum de Anchara.conſ.305.incip.tres dñi,quia in Papa qñ aliquid facit, aut alienat,ſemper p̃ſumitur eſſe cã.perno.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. ideò põt etiam ſuis attinentibus infeudare;quia alienatio,† quam Papa facit,ualet,qualitercunque illam facit.per Abb.in c.cũ ueniſſent, 4. col.de iud.Fely.in ca. ad audientiam,de p̃ſcrip.prope principium,per quem uidetur innui,q̃ bene Papa poſſit ſuis attinentibus terras eccleſię dare,& infeudare,niſi tamen non dando eſſet incorrigibilis.Quia non poſſet eſſe,quin in tali caſu non ſcandalizaretur eccleſia,meritò,vt ibi per eum. Facit in hac materia conIunctorum,& conſanguineorum,quia ſi per teſtatorem bona aliqua ſint relicta pauperibus non nominatis, uel ſpecifi-
39 tis, ſed pauperibus in genere, † exequutor teſtamentarius poteſt uendere bona ſuis coniunctis,aut eligere ſuos coniũctos in pauperes illos,quibus relictum fuit,ſi tamẽ ſunt uerè pauperes,& dummodo faciat hoc palam exequutor, & bona fide,per Bald.in l.id q̃ pauperibus,mihi col.6.uerſic.ſeptimò q̃ritur,num.20. C.de epiſco.& cleri. immo † exequutor
40 põt ſuum filium eligere in pauperem, ſi tamen filius ſit uere pauper;hoc tñ procedit, dummodo ipſi patri nõ acquiratur uſusfructus;quia ſi non facit cum fraude, bene pater exequutor poteſt nominare filium, per eundẽ Bald. in l.tutor.§. q̃ tutoris,ff.de excuſat. tut. Vnde ex dictis doctorum in hac
41 materia elicitur concluſio affirmatiua,† q̃, ubi ceſſat ſuſpitio fraudis,põt p̃latus rẽ eccleſię ſuo conſanguineo concedere,ita per Fede.d.conſ.10.poſt Archid.in cap. epiſcopus. 10.q.2.ubi dicit,q̃ quatenus id fit bona fide, abſque læſione eccleſiæ,& ipſe conſanguineus ſit bonæ opinionis,& famæ, ualet conceſſio,aliàs ſecus. Et ex hoc infert Bart.& alij etiã in auth.quibuſcunque.C.de ſacroſan.eccl. q̃ rẽ ſolitam dari in emphyteuſim, uel in feudum,poteſt prælatus concedere conſanguineo,dummodò non nimis potenti, ſecundum Bal.quoniam iſto caſu ceſſat omnis ſuſpitio, & præſumptio fraudis,& læſionis,cum ſit aperta uia tali alienationi.
42 Infertur ẽt ſecundum † Fede.d.loco,& Doct in authẽt. q̃ rem modicam, ẽt non obſtante iuramento põt concedere p̃latus conſanguineo forte quia ſibi commoda nimis, nec inde eccleſia enormiter læditur. Primò,quia in iſtis minimis non obſtat iuramentum,quia ſuſpitio fraudis ex ipſa cõſanguinitate ceſſat ratione modicitatis rei;immo dicunt, quòd ceſſante fraude potius eſt contrahendum cum conſanguineo,quàm cum alijs,quia potius eſt ſubueniendum conſanguineis,quàm extraneis.c.non ſatis,86.diſt.

Item infertur,q̃ in conceſſione fienda intuitu eleemoſynæ,conſanguineus indigens ꝑferri debet cæteris.Infer
43 tur etiam ſecundum Abb.q̃ † p̃latus,qui tantum de suo dedit de ſuo eccleſiæ,poteſt rem eccleſiæ concedere conſanguineis,& propinquis ſuis,ca. ſi quis qualibet.12.q.2.q̃ non eſt ex alio,niſi quia tunc eccleſia non læditur,ceſſat ſuſpitio, & præſumptio fraudis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi præſtant iuramentum Sãctiſſimo Papæ, de non alienando bona eccleſiæ,ad quam promouetur.*
2 *Hodie quilibet prælatus à Papa promotus iurat non alienare eo inconſulto,& nu.17.*
3 *Prælati,& inferiores beneficiati iurant de non alienando in manibus ordinarij.*
4 *Iuramentum de non alienando eſt neceſſarium,& præſumitur præſtitũ.*
5 *Iuramentum licitum ſemper eſt vſquequaque ſeruandum.*
6 *Iuramenti definitio.*
7 *Iuramentum quamuis ſuper obligatione nulla ſit appoſitum,nihilominus eſt ſeruandum.*
8 *Iuramentum debet aliquid operari,habetquè uim clauſulæ, ſi non valet quod ago &c.*
9 *Prælatus fructus eccleſiæ ad tempus vendere,& locare poteſt.*
10 *Conceſſio ad modicum tempus non dicitur alienatio.*
11 *Prohibitus alienare,uſque quò fructus uendere,ſeu locare poſſit.*
12 *Prælatus ſi non finita prima locatione relocat ad alios nouem annos, nunquid valeat locatio.*
13 *Prælatus rem eccleſiæ modicam alienare poteſt.*
14 *Modica ſunt exempta ab omni ſolemnitate iuris.*
15 *Prælatus poteſt alienare dando in emphyteuſim rem exigui ualoris, non obſtante iuramento de non alienando.*
16 *Rex poteſt donare de rebus Regni moderatè,quamuis iurauerit non alienare.*
18 *Iurans non alienare bona eccleſiæ poteſt illa donare capitulo, & vni canonico de capitulo.*
19 *Iuramentum non extenditur, niſi ad alienationem bonorum menſaliorum.*
20 *Prohibitum alienari poteſt alienari in conſortes.*
21 *Prohibitus alienare extrà familiam poteſt donare uni de familia.*
22 *Prohibitus alienare extrà familiam,ſi alienat,liberatur ſoluens pœnam.*
23 *Prohibitus alienare extrà familiam poteſt alienare partem alterius per ipſum redemptam.*
24 *Prohibitus alienare poteſt alienare in extraneum,ſi non ſit,qui reuocare poſſit.*
25 *Prohibitus alienare de conſenſu illorum de familia in extraneum alienare poteſt.*
26 *Cautella, quomodo prohibitus alienare, extrà familiam poſſit alienare.*

QVAESTIO III.

De alienatione non obſtante iuramento de non alienando præſtito.

1 QVia epiſcopi † immediate Sãctiſſimo Papæ ſubiecti ad epiſcopatum promoti,uel tempore conſecrationis ſolenne præſtant iuramentum Sanctiſſimo Papæ, vel eius ſedi apoſtolicæ de nõ alienando bona eccleſiæ,ad quam promouentur,immò in bulla eorum ꝑmotionis imponitur talis iuramenti præſtatio;alij vero ſubiecti metropolitanis iurant metropolitanis ipſis, cap.vltimo. de eccleſ.ædifican.vel reparan.glo.in c.intellecto, extr.de iureiuran.& c.ut ſuper.extr.de reb.eccleſ. non alien. ubi gloſſ. in uerbo ſacramento, notat quòd epiſcopus qui immediate Sanctiſſimo Papæ ſubeſt iurat ei fidelitatem,quod non alienabit

Source : BIU Cujas

nabit bona ecclesiæ, nec infeudabit de nouo; & idem iuramẽtum præstant alij episcopi suis metropolitanis, & p Abb.
2 in c. vt super, vers. in glo. in ver. hodie † seruatur de consuetudine, ꝙ quilibet prælatus promotus per Papam uel eius mãdato consecratus iurat sibi non alienare eo inconsulto, & per eundem in cap. tua, de eccl. ædifican. uel reparan. primo not. vbi nota. primò dicit, ꝙ episcopus iurat nõ alienare bona ecclesiæ, quandoque iurat nõ alienare bona mensæ suę, quãdoque iurat non infeudare de nouo, ca. 2. de feud. hodie vero prælati præstant iuramentum magis generale. Iurant enim non alienare Romano Pontifice inconsulto, quod iuramentum ipso facto præstant etiam non exempti, si confirmationem, consecrationem, uel pallium à Papa nõ recipiũt;
3 ꝙ etiam † faciunt prælati, & inferiores beneficiati in manibus ordinarij, vel illius, à quo ad dignitatem promouẽtur, per Bald. in c. 1. in princ. 3. col. vers. quæro, de his, qui feu. alie. poss. & est stilus Rom. cur. vel consuetudo, ut prælatus tale præstet iuramentum. per Docto. pluribus locis. per Io. And. & Abb. in cap. ego. N. de iur. iur. & Docto. c. 2. de feud. Et ex
4 quo istud iuramẽtum † est necessarium quodammodo, & præstari cõsuetum, præsumitur semper præstitum, tenet Rota in manuscriptis. decis. Crescen. de iur. iur. 149. incipiẽ. iuramentum quod. Et uideo, quod in multis casibus alienantur & alienari possunt licite bona talium ecclesiarum, uel beneficiorum, etiã non obstante taliter præstito iuramento; ideò iudico non esse extrà propositum materiæ nostræ si aliquid dixerimus de alienationibus ecclesiasticis, quæ fiunt non obstãte iuramento, & an & quomodo res ecclesiæ possint alienari per prælatum, qui de illis non alienandis iuramentum præstitit.

Videtur igitur primò, ꝙ, cùm tale iuramentum de non alienandis bonis ecclesiæ sit in fauorem ecclesiæ, & sic consonum & conforme dispositioni iuris tam ciuilis, quàm canonici super prohibitione alienationis rerum ecclesiæ, de quo suis titulis habetur in utroque iure, sit seruandum, & seruari debeat, quia ex eo ꝙ est pro iure, & non contra ius, videtur licitum; & iuramentum licitum seruari, & custodiri de-
5 bet, quia † iuramentum licitum semper est usquequaq; seruandum, c. quanto. §. si uero, c. cum quidam, §. illi verò extra de iureiuran. saltem ob reuerentiam, & ob respectũ Dei, qui in iuramento uocatur in testem; quia iuramentum est obligatio animæ alicuius ad aliquid asserendum uel seruan-
6 dum, † Deo in testem uocato. per Cyn. & Bald. in authen. sacramenta, C. si aduers. vend. licet enim obligatio, super qua est præstitum iuramentum, sit nulla, & de iure diuino, siue de iure canonico, ueluti est obligatio usurarum, in qua inter
7 uenit iuramentum, licet † dico nulla sit obligatio, tamen iuramentum super hac obligatione factum est seruãdum, gl. est in c. debitores, de iureiuran. in gloss. cogi, quæ dicit, & sic patet, ꝙ licet non teneat principale, tenet tamen accessoriũ, & in casu nostro dicunt, & tenent Io. And. & Ioan. de Ligna. in cap. vt super, de reb. eccl. non alien. ꝙ si prælatus iurat nõ alienare bona ecclesiæ, non potest alienare ẽt in casibus à iure permissis, & idest indistincte uerum, quia iuramentum debet aliquid operari. Facit doctrina Abb. in cap. fina. de eccle. ædifican. uel reparan. ad fin. ibi, ex quo nota, ꝙ iuramentum de non alienando bona ecclesiæ, intelligitur largo modo, siue directe, siue indirecte contingat bonorum, & iuriũ alienatio. Facit ꝙ legitur, & notatur in cap. nulli de reb. eccl. nõ
8 alien. Item † iuramentum debet aliquid operari, hoc est, ꝙ habeat uim clausulę, si non ualet quod ago, vt ago, valeat, vt ualere poterit, l. cum potest, § filius matrem, ff. de lega. 2. & cap. ad nostram. de iureiur. per Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & in l. sciendum. ff. de uerb. obligat. per Abb. in c. ultimo, de eccles. edifican. uel reparan. col. j. uersi. & ex hoc, & ex tex. & dicit Gem. in c. dudum. nostro tit. li. 6. uers. an autem, ꝙ si episcopus iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, vel Archiepiscopo, tunc sine eorum licentia non poterit alienare. c. ego. N. de iureiuran. cap. perpetuus, & capit. si super. de donat. Aut non iurauit alienare, & tunc non requiritur authoritas illorum, quia non reperitur iure cautum.

Istis tamen non obstantibus, in multis casibus, quos infrà aducemus, ueritas se se habet in contrarium, in quibus prælatus res ecclesiæ non obstante iuramento alienare po-
9 test. Nam primò uidetur quòd † prælatus possit bene fructus ecclesiæ, locare, & uendere ad tẽpus, per text. in clem. 1. in fi. de reb. eccle. non alien. etiam non obstante taliter præstito iuramento. Dicit Io. Andr. in Spec. in rub. ubi dicit, ꝙ Ioã. de Deo lib. 6. facit istam quæstionem, de eo, qui iurauit non alienare, uel pignorare, an ex causa possit fructus locare, & uendere ad tempus, de quo dic, inquit, ut habetur in Clem. 1. eod. titu. in fine. id enim permittitur talibus ad modicum tempus: idem dicit Paulus in d Cle. j. idem habetur per Ioã. de Ligna. in c. si quis præsbyterorum, extra de reb. eccle. non
10 alien. eo. quia concessio † facta ad modicum tempus, nõ est est, nec dicitur alienatio, per ea, quæ dicit glo. in Clem. 1. eo. titu. in uerbo locationes, ubi dicit, ꝙ locare non est alienare, si fiat locatio ad modicum tempus, ut ibi; & dico ego aliquid supra de significatione uerbi alienatio. vers. Item sub nomine alienationis uenit locatio. Vnde ista ratione, ex eo. quia non est alienatio, potest dici, quòd non includatur talis concessio in forma talis iuramenti. Idem habetur per Abb in c. fi. de eccl. ædifican. uel reparan. colum. fin. uers. vlterius. vbi quærit, an prælatus, qui iurauit non alienare, uel pignorare bona ecclesiæ suæ, possit fructus pensionum uendere ad 10. vel 20. an. Guido, inquit Abb. dicit, ꝙ sic, per text. in l. pen. §. quæritur, ff. de leg. 2. Nec obstat. l. fin. C. de rebus alien. non alien. quia ibi rem alienauit, hic uerò pensiouem, uel ipsius
11 pensionis fructus, tenet etiam † ꝙ prohibitus alienare locare potest in centum annos; & hoc tenet glo. in d. l. pe. §. instituto. sed glo. hoc reprobat in Cle. 1. de reb. eccles. non alien. quia prohibitus alienare põt uendere fructus, seu locare, dũmodò non faciat ad magnum tẽpus, ut p tex. iuncta d. glo. d. Clem. 1. & dic ut ibi notatur, & in margine ibi ad Abba. quęritur quid si uenderet quis fructus ecclesiæ, ad 9. annos tantum, & dic ꝙ id potest, quia ista non est alienatio; postea qñ
12 sunt elapsi † duo, uel tres anni, si uendit, uel relocat ad alios 9. annos inchoaturos in fine primi nouẽnij, nunquid ualeat, dic, ꝙ & isto casu nihil ualet, quia censetur facta in fraudem & est species alienationis, per Card. in d. Clem. 1. §. fi. pe. q. de reb. eccl. non alie. Ad hoc c. quanto. de priuileg. quod bene nota, quia millites uidebis.

Item quoque uidetur dicendum, si res ecclesiæ sit parua,
13 uel modica, prælatus † vĩ posse alienare licite de p se, etiam non obstante iuramento per eum præstito de non alienando per ea quæ habentur per Abb. in c. ut super, extr. de rebus eccl. non alien. ibi, ego dicerem, ꝙ aut res est modica, seu modicæ utilitatis, & tunc non includitur sub iuramento de non alienando, quia non est uerisimile, ꝙ superior uoluerit
14 illum illaqueare in istis modicis; cum ista † modica sint exẽpta ab omni solemnitate iuris, & dispositione, ut in c. terrulas. 12. q. 2.

Iuramentum ergo simpliciter præstitum debet intelligi fm materiam subiectam. p ea quæ notantur per Inno. in ca. p tuas, de arbit. idem dicit Abb. in c. fi. de eccles. ædifi. uel reparan. colum. fi. ibi, item puto hoc iuramentum non esse extẽdẽdum ad alienationem modicæ rei, argum. 12. q. 2. c. terrulas. Facit quod dicit Feder. de sen. cons. 202. uide quod notatur in cap. ut super, de rebus eccle. non alien. Archidiac. in cap. Abbatibus, q. 2. ubi prosequitur, an prælati citra episcopum possint rem modicam alienare sine solemnitate &c. Facit quod habetur in decis. 156. Guid. Papæ. p ea quę dicit Cardinal. Floren in c. 1. de his quæ fiu. à præla. & ꝙ refert Fede. de
15 Senis in consil. 403. ꝙ prælatus, † qui iurauit non alienare in consulto Papa, potest alienare dando in emphyteusim rem exigui ualoris, quia iuramentum non debet extendi ad grauamen ecclesiæ. Facit quod dicit Petr. de Ancharan. in ca-
16 pitu. intellecto, extra de iureiuran. ubi dicit, ꝙ rex † potest donare de rebus regni moderatè non obstante iutamẽto de non alienando per eum præstito, quia iuramentum intelligitur de graui donatione, non autem modica, uel moderata; item iuramẽtum est stricti iuris, ideò debet restringi. argum. cap. penult. de iureiurand. & hoc notabis, inquit, semper, nã
17 reperio Fed. idẽ sensisse in suo consil. 204. nam † hodie prælati communiter iurant non alienare inconsulto Papa, & ita debet intelligi iste tex. ꝙ non obstante iuramẽto poterit iste alienationẽ facere, ut ibi p eum colum. 3. uersic. sed oppono contra. Et habetur per Bal. in l. uoluntas in lectura antiqua. C. de fideicom. & in l dudum. C. de contrahẽ empt. ꝙ iurans
18 non alienare bona † ecclesiæ põt illa donare capitulo, immo ẽt canonico uni de capitulo. Facit quod not. in clem. fi. de reb. eccles. non alien. Refert & sequitur Bertachin. de fir. in tracta. de episc. quarta parte q. 45. & dicebat Host. in capi.
19 pastoralis, de his quæ fi. à præla. quòd iuramentum † de non alienando res ecclesiæ, ꝙ præstant episcopi, & alij prælati, nõ extẽditur nisi ad alienationẽ rerum & bonorum mensaliũ. c. fi. de eccles. ædifican. uel reparan. Sequitur Ioan. Bertachi. de firm. in tracta. de episcopis. quarta parte, uersic. quadragesimo quinto quęro, addẽs quòd pro hoc facit, quia prohibi
20 tus alienare põt alienare in consortes, l. fin. C. non licet. habemẽtio. lib. 11. l. cum pater. §. quindecim, & in l. si domus, §. fi. de legat. primo, & in l. si mihi, & Titio. de uerbor. obligatio. & in l. uoluntas, & ibi Barto. C. de fideicom. quod est uerum fm Bald. ibi in prima colum. nisi sit eadẽ ratio prohibitiõis, quod nota, & adde ꝙ facit ad hoc, quia prohibitus nẽdere
21 extra familiam potest † donare uni de familia, puta sorori, secundum Bald. in d. l. uoluntas, 1. colum. quinetiam potest dare in dotem sorori suæ, uel eius uiro, uel etiam constituere sibi dotem potest fœmina prohibita alienare, Bald. in se-

cundą

Source : BIU Cujas

cunda colum. ibi. Vide notata in authen. res quę. C. commu. de lega. Paul. de Castr. cons. 13. ubi ponit, an certa res p-
22 hibita alienari à testatore possit in dotē dari; nota tamē, † ꝙ phibitus alienare extra familiā, si alienat, liberat̄ soluēs pœnam, quam si non soluit, familiæ debetur res alienata. secundum Bald. not. in l. 11 1. q. C. de his, quæ pœnæ nomine. potest
23 † autem phibitus alienare extra familiam alienare partem alterius per ipsum redemptam, vt habetur d. §. quindecim. & per Bar. ibi. Item potest alienare in eum, qui fuit de familia tempore mortis, uel tempore testamenti, secundùm Bal.
24 in d. l. uoluntas, in fin. Item potest † alienare in extraneum, si in familia nullus sit, nisi alienans, quia non sit qui reuocare possit secundùm Paul. de Castr. consil. 43. Item potest aliena
25 re † de consensu illorum de familia in quemcunque extraneum, l. qui Romę. §. cohęredes. vbi Dyn. Bart. & Doctores. de verbo. oblig. Facit l. nihil, §. omnibus, de lega. 1. l. quoties. & ibi Bartol. & Doctor. C. dc fideicom Item potest alienare partem sibi aliter quàm per ius accrescēdi acquisitam, tenet Bald. Imo. & Io. de por. in l. si testamento. in princi. de vulg & pupil. Item si alienetur primò in unum de familia, potest ille secundus in extraneum postea alienare, d. §. quindecim ubi Bar. & tenet Bald. d. l. uoluntas, ideoque Rainer. de forli.
26 in d. §. 15. dat cautellam, quòd † prohibitus alienare alienet in unum de familia, quia tunc postea res alienata potest in extraneum alienari, quod nota, ut per Ioan. Bertachin. d. loco.

SVMMARIVM

1 *Prælatus non obstante iuramento potest alienare res ecclesiæ ex causa necessitatis, vel utilitatis.*
2 *Iuramentum simpliciter præstitum restringitur ad alienationem illicitam.*
3 *Necessitas, & vtilitas æquiparantur à iure.*
4 *Iuramentum habet vim clausulę, si non ualet quod ago, & c.*
5 *Iuramentum ligat strictius iurantem, & quandoq; accumulat forum foro.*
6 *Iurans residere in ecclesia potest se absentare ex causa necessitatis, uel utilitatis ecclesiæ.*
7 *Iuramentum de non alienando Romano Pontifice inconsulto, quid operetur.*
8 *Consilium qui petere tenetur, non potest etiam licitè disponere, consilio prius non petito.*
9 *Licentia debet præcedere, amplia etiam in casu licito num. 16.*
10 *Necessitate summa urgente, quæ maximam requirat celeritatem, alienatio inconsulto Papa fieri poterit.*
11 *Legatus de latere an possit dare licentiam alienandi contrà iuramentum.*
12 *Legatus de latere non potest disponere de his, quæ Papa specialiter sibi reseruauit.*
13 *Res modicæ, uel modicæ utilitatis sub iuramento de non alienando non includitur.*
14 *Res quando non est modica, an non obstante iuramento de non alienando alienari possit.*
15 *Alienatio facta contrà iuramentum ualet, sed contrafaciens est periurus.*
17 *Prælatus an consanguineo suo rem ecclesiæ in emphyteusim concedere, uel secum contrahere possit.*
18 *Administrator cum potestate alienandi, in personam consanguinei alienare non potest.*
19 *Prælatus, qui iurauit non alienare, an consanguineo suo concedere possit rem ualoris unius floreni cum dimidio.*
20 *Consanguineis prius est subueniendum, quàm extraneis.*
21 *Prælatus sicut extraneis, ità & consanguineis beneficia ecclesiastica concedere potest.*
22 *Prælatus de reditibus ecclesiasticis consanguineis, & amicis suis potius, quàm aliis subsidium conferre potest.*
23 *Frater tam clericus, quàm laicos tenetur dotare sororem, quæ dotem non habeat.*
24 *Clericus habēs uxorem, & filios, potest eos pascere de reditibus ecclesiæ.*

Continuat materiam quæst.

Quid in casu necessitatis, & alijs.

1 Videtur etiam quòd † eueniēte casu necessitatis sit licitum prælato res ecclesiæ alienare, etiā non obstante iuramento de non alienando per eum prędtito. Item & eueniente casu utilitatis ecclesię, quia necessitas, & utilitas in materia nostra ęquiparantur, & quod dicitur de casu necessitatis censetur dictum de casu utilitatis, quia dicit Abb. in cap. fi. de eccles. ędificān. uel
2 reparan. quòd iuramentum simpliciter † prędtitum de rebus ecclesiæ non alienandis, restringitur ad alienationem illicitā non autem ad alienationem necessariam: & eadem ratione puto idem in alienatione, quę fit ad utilitatem ecclesiæ; nam
3 necessitas & utilitas † in hoc æquiparantur à iure, ca. sine exceptione, 12. q. 2. & quod no. in summa. sunt uerba Aegi. Bellamerę in d. c. Abbatibus. colum. 5. num. 6. uers. sed contra, vbi dicit causa necessitatis, & utilitatis ęquiparantur, & in vtraque causa, etiam non obstante iuramento prędtus alienare potest, subdens & idem posset dici, vbi esset casus pietatis, vt pro redemptione captiuorum. d. cap. aurum. Facit qđ in simili notat Innoc. in cap. cum omnes, de constit. Subdēs Abb. & ex hoc tex. arguo, ꝙ iuramentum prædtitum in materia iuris, restringitur, & restringi habet ad limites iuris, optimus tex. in l. final. C. de condict. indebit. & l. fina. ff. de his, qui satisd. cogan. & vide quòd notat Innocen. in cap. per tuas. de arbitri.

In cōtrarium autem facit, ꝙ iuramentum debet aliquid
4 operari, hoc est, † ꝙ habeat vim clausulę, si non valet quod ago vt ago, ualeat vt valere potest, l. cum pater. §. filius matre. ff. de leg. 2. & in c. ad nostram. de iureiur. per Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & in l. sciendum, ff. de verb. obli. potest tū dici, ꝙ primum procedat quando iuramentum po
5 test per se operari, nam † adducit uinculum, & ligat strictius ipsum iurantem, ut non contraueniat, & quandoque accumulat forum foro, vt c. fi. de foro compe. in 6. & uide bonū tex. in c. ex parte tua, de cler. non resid. vbi iurans residere in
6 ecclesia † potest nihilominus iuramēto non obstante se absentare pro necessitate, uel utilitate ecclesię. Vel iuramentū per se parum, aut nihil operatur, & tūc habet vim illius clausulæ, si non valet, quod ago, vt ago. Subdens Abb. ibidem in
7 materia, sed quæro, an † idem sit dicendum hodie in illo iuramento de non alienando Romano Pontifice inconsulto, Ioan. Andr. dicit, ꝙ non, quia hoc iuramentum ex ui uerborum debet intelligi etiam de licita alienatione, siue sit iuratum Papæ, siue inferiori prælato; videtur enim Papa, vel inferior tale iuramentum recipiendo à subiecto uoluisse obuiare, ne quid indiscrete agatur, & prouidere ecclesiæ etiam in licitis alienationibus; nam de illicita alienatione non potest intelligi, quia illa etiam de superioris licentia fieri nō debet. Quidam tamen consuluerunt contrarium, dicentes, ꝙ etiā hoc iuramentum debet extēdi solum ad illicitam alienationem; sed dicit Ioan. Andr. quod isti consulentes non potuerunt postea eorum cōsilium defendere, & contra eos inducit tex. in c. aduersus. de imunit. eccl. in ver. pp imprudētiam, vbi etiam necessaria, uel utilis contributio non fit inconsulto Papa, ne quid indiscrete agatur, fatetur tamen Io. And. ꝙ hoc esset de facto corrigendum, quia est multum ecclesijs grauosum, cum ratione talis iuramenti impediantur sæpe p̄lati facere contractus aliàs utiles de proximorum prælatorum licētia; & cum Io. Andr. dicit Abb. ꝙ omnes transeunt, & inquit, mihi placet, & pro hoc adduco talem rationem. Certum est, quod recipiens tale iuramentum videtur sibi reseruare consilium, vt patet ex vi verborum; sed astrictus ad
8 petēdum consilium † super aliqua re non pōt ētlicitè de illa disponere consilio prius non petito. c. cum in ueteri, de elec. cap. cum olim, de arbitr. ca. nouit. de his, quæ fiu. à præla. Bartol. in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. Idē puto dicēdum de iuramēto prædtito de non alienando sine licētia Papæ, uel alte-
9 rius; nam licētia debet prędcedere, c. licet. de reg. iur. hoc tenet Io. Andr. post Host. in c. 1. de his, quæ fi. à præla. Omnia prędicta † arbitror esse uera cessante summa necessitate, si autem
10 immineret summa necessitas alienandi, & tantam celeritatē requireret, ꝙ superiorē consuli non patiatur, tunc puto alienationē posse fieri, consensu Papæ, uel alterius, cui fuit taliter iuramētum prędtitum, minime requisito, argu. optimo. l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tut. ubi in causa necessitatis pōt tutor inuētario non cōfecto administrare bona pupilli, ꝙ aliàs cessante necessitate facere non pōt. facit ad id quod no. Io. 12. q. 2. sine exceptione, & cap. placuit, & Hugo, & Archid. in cap. Abbatibus, ead. caus. & q. Io. de Fan. in Cle. 1. de reb. eccl. non aliē. vbi dicit in casu illius Clem. posse fieri alienationē impunè illa solēnitate non seruata, si necessitas non capit tantam dilationē. Tenet Paulus in sua disputatione. condēnatus; bonus tex. in simili in cap. nullus res ecclesię, 18. q. 4. & inquit Abb. hæc nota, quia faciunt ad multa, maxime pro exemptis habētibus superiorē in remotissimis parti
11 bus; vbi subdit Abb. an † legatus de latere possit dare licētiā alienandi contra hoc iuramētum, uide, inquit, ꝑ Spec. in tit. de dispēsa. §. consequēter. uers. cæterum, ubi concludit, ꝙ nō argum. tex. in c. uenerabilem, de electio. & credo, ꝙ optime
12 loquatur, quia non pōt disponere in his, † quæ Papa specialiter sibi reseruauit, ut cap. ꝙ translationē, de off. lega. secus dicit ipse Specu. in vers. seq. in iuramento prędtito inferiori prælato; nam tunc, cum ipse concurrat cum quolibet prędlato ꝑ uintiæ suæ, quicunque sit ille, poterit legatus talem licentiā dare

dare,nam iuramentum illud eſt præſtitum habito reſpectu ad dignitatem,& non ad perſonam prælati, quod dicit verũ in ver.ſi.niſi is,cui iſte iurauit, ſit prælatus alterius prouincię, quia cum illo non concurrit, licet fateatur,ꝙ circumſcripto iſto iuramento poſſit legatus dare licentiam rectori alienãdi bona quæ ſunt in prouincia ſua,licet prælatus iſtius rectoris ſit aliena ꝓuincia. Clarius in hac materia videtur diſtinguere Abb.in cap.vt ſuper,de reb.eccl. non alien. colum. 3. verſ.ſed oppono contra glo.vbi facta oppoſitione contra dictum glo.ꝙ nec etiam ex cauſa utilitatis eccleſiæ, ex quo iurauit,poteſt ille Archiepiſcopus alienare , diſtinguendo di-
13 cit,ego dicerem,ꝙ aut res eſt modica, † ſeu modicæ utilitatis,& tunc non includitur ſub iuramẽto de non alienando ; qa ñ eſt veriſimile,ꝙ ſuperior uoluerit illũ illaqueare in iſtis modicis,cum iſta modica ſint exẽpta ab omni ſolẽnitate & iuris diſpoſitione.c.terrulas. 12.q.2.iuramentum ergo ſimpliciter p̃ſtitum debet intelligi ſ̃m materiam ſubiectam, ad ea quæ not.Inno.in c.per tuas,de arbitr. Item iurm̃ eſt ſtricti iuris,ideò debet reſtringi,& non late interpretari,argu.c. pen. de iureiur. Et hoc inquit Abb.notabis ſemper; nam reperio Fed.conſ.204.dicentẽ, ꝙ hodie p̃lati cõiter iurant non alienare inconſulto Papa,& ſic debet intelligi iſte tex. Et nõ obſtante iuramento poterit iſte hanc alienationem facere. Aut
14 † res eſt non modica,& tunc diſtingue formam iuramenti, aut iurauit non alienare inconſulto Papa, aut non alienare ſine licentia ſuperioris. Si verò iurauit ſimpliciter,& tunc puto,ꝙ in caſu utilitatis eccleſiæ poterit alienare; nam video , ꝙ in caſu neceſſitatis eccleſiæ hoc iuramentum non aſtringit,c.fi.de eccl.ædifi.vel reparan.qa neceſſitas, & utilitas æqparantur à iure.vt no. 12.q.2.in ſumma,no.Inn.in c.cũ oẽs , de conſtit. Refert ergo illud iuramentum ad alienationẽ illicitam,vt ſic metu turamenti prælatus abſtineat facilius ab alienatione illicita ; nam regulariter à iure prohibetur alienatio,c.ſi quis.c nulli,de reb.eccl non alien. & iuramentum eſt ſtricti iuris; debet ergo intelligi ſecundum iuris diſpoſitionem,vt non alienet,ſcilicet,illicitè,prout iura diſponunt.

Si verò ſit iuratum non alienare inconſulto Papa, & ſic ſ̃m formam,tunc inquit intellige tex. ſ̃m opinionem Inno. ꝙ fuit conceſſum alienare iſti gr̃a ſpeciali.nam taliter p̃ſtito iuramento non p̃ot,nec debet fieri ẽt licita alienatio Papa inconſulto;hoc n.important illa verba.c. aduerſus,de immunit.eccl.colligitur in c.vlt.de immunit.eccl. Item neceſſe eſt,vt verba intelligantur de alienatione aliàs licita,nam inconſulto Papa non faceret illicitam,& ita volunt communiter Docto.in d.c.fi.de eccl.ædifican.vel reparan. Et ꝙ qui taliter iurauit,uideatur iuraſſe non alienare ẽt in caſu permiſ-
* ſo,vr̃ eſſe communis opinio,ꝓ Doct.in c.fi.de eccl.ædifi.uel reparan.in c.1.de reb eccl.in 6.c.1.de his,q̃ fi.à præla.adeò vt plerique doct.loquantur per uerbum impeditiuum poteſtatis,ẽt in caſu licito,vt,non p̃ot,non ualet, impeditur, per ꝙ videtur dicendum,ꝙ alienatio ſequuta in caſu permiſſo cõtra iuramentum eſſet nulla;& non ualeret.

15 Sed in ꝟrium eſt ueritas,quam tenet Rot.in manuſcriptis deciſ.Creſcen.150.incip.prælatus.n.rubr.de iureiu.ubi decidit,ꝙ valet alienatio facta in caſu licito ꝟ iuramentum, licet ꝟ faciens ſit periurus,per Docto.in l.ſi ita quis. §.ea.ff.de verb.obli.canoniſtæ in c.licet mulieres,de iur.iur.in 6.Corne.conſ.322.3.volu.qa intelligit Rota ꝙ tale iurm̃ non facit alienationẽ licitam nullam,licet faciat illum,qui alienat per iurum.eſt deci.in terminis Guid.Pap.q.153.vbi eps,qui iurauit non infeudare Romano Põtifice incõſulto,nõ p̃ot bona ſuæ menſæ epiſcopalis non ſolita infeudari infeudare, ſi nõ iurauit,tunc non requiritur Papæ authoritas.

Si vero ſit iuratum non alienare ſine licentia ſuperioris, & ſic ſ̃m tertiam formam,& tunc pari modo inquit dicendum eſt,ꝙ non poſſit alienare ẽt licitè,ſine licentia,nam non p̃ot intelligi de alienatione illicita, quia illa non fit ẽt cum li-
16 centia ſuperioris,& de † ſignificato huius uerbi,licentia, eſt vt debeat peti primo licẽtia ẽt in caſu licito,quaſi ꝙ ſuperior reſeruet in ſe cognitionẽ utrum caſus ſit licitus nec ne, per tex.in fi.c.licet.de reg.iur.hæc ꝓ Abb.in c.vt ſuper, de reb.eccle.non alie.Facit qd̃ hr̃ in deciſ.Guido.Papæ deciſ.149.ubi hr̃ ꝙ ſtante tali iuramento nõ debet fieri alienatio, & ſi fiat; ꝙ eſt nulla,ſed poſſumus in hoc quoque caſu dicere idẽ, & tenere, ꝙ in allegata Rotæ deciſ.tenet de iuramento p̃ſtito Papæ.arg.à maiori ad minus.Et Abb.d. loco ponit in materia qõnem,vc3,nunquid p̃latus poſſit conſanguineo ſuo cõ-
17 cedere rẽ † eccleſiæ in emphyteuſim, uel ſecum ꝟtrahere alienationem rei eccleſiaſticæ,& dicit ꝙ vr̃ de hoc tex.notabilis in auth.quibuſcunque,C de ſacroſan.eccl.vbi hr̃ , ꝙ quibuſcunq; modis alienatio rei eccleſiaſticæ facta ꝓmittatur , non tñ licet œconomo , vel eius cõſanguineis rem eccleſiæ accipere;& faciunt ibi legiſtæ feſtũ de illo text.adducentes , ꝙ ubi adminiſtratori permittit alienatio, non p̃ot illam face-
18 re in ꝑſonam conſanguinei,† quia eſt ſuſpitio læſionis ꝓp ꝟ ſanguinitatem,& eſt illa auth.canonizata,10.q.2.hic uſus p̃ſtatio.Doctores tñ ibi,& maximè Bar & Bal. dicunt,qđ rem ſolitam concedi in emphyteuſim,ſeu in feudũ p̃ot p̃latus cõcedere ſuo cõſanguineo,qa ceſſat hoc caſu p̃ſumptio fraudis,& læſionis,cũ aperta ſit uia huius alienationis,niſi ſecundum Bal.uellet concedere conſanguineo potentiſſimo,ſentit ẽt Bar.poſt Iac.ꝙ modicã rem p̃ot conſanguineo concedere,& ſic tranſeunt legiſtæ cõiter ibi.Sed reperio Federi.de Sen. p̃allegato cõſilio,vbi firmat ꝟrium;formatur. n. † qõnem
19 nunquid p̃latus,qui iurauit non alienare,poſſit concedere in emphyteuſim rem ualoris unius florini cũ dimidio, & reditus quinque ſolidorũ, nã expediebat ꝓp uicinitatem hr̃e illã petiolam tertiæ? & determinat finaliter,ꝙ ſic, qa non obſtat iuramentũ in iſtis minimis,nec obſtat conſanguinitas,quia rõne fraudis fuit inducta illa ꝓhibitio,ſed hic p̃ſupponit omnem fraudem ceſſare.Itẽ ceſſante fraude melius eſt ꝟtrahe-
20 re cum conſanguineis , q̃ cum extraneis,nam † prius debemus ſubuenire cõſanguineis, q̃ extraneis,& 6.di.non ſatis.Facit,quod no.glo.31.diſt.c.omninò.& ca.1.ſupra de cohabit. mulier.& cler.vt per Abb.ibidẽ,ubi concludit ꝙ non, & tenet,ꝙ dictum legiſtarum ſit uerũ,ꝙ,ubi adminiſtratori permittit alienatio,non p̃ot illam facere in perſonã conſanguinei;quia auth.ad hoc allegata loquit̃ in œconomo,quod nõ putat procedere in p̃lato eccleſiæ; nam reperio inquit text. ualde ſingularem,12.q.2.ſi quis qualibet,iuncto.§.p̃cedenti , vbi dr̃,ꝙ rector cuiuſcunque eccleſiæ p̃ot unam rem de eccleſia auferre,dummodo de ſuo tantundẽ eccleſiæ conferret,& ſic habet priuilegiũ,ut res eccleſię poſſit alienare ſine utilitate;ſatis.n.eſt,ꝙ eccleſia non deterioret̃,& vr̃ tex.in caſi quis.p̃allegato,ꝙ ẽt in fauorem conſanguineorum p̃ot p̃latus hoc facere,vt ẽt ſentit ibi Arch.& facit quod no.Arch.
21 10.q.2.p̃carię,ubi dicit,ꝙ ſicut extraneis,† ita conſanguineis p̃ot p̃latus beneficia eccleſiaſtica concedere, ut per Abb. d. c.vt ſuper.in fi.uide,inquit Abb d.c.vt ſuper.in fi.ꝙ d.auth. q buſcunq; modis,loquit̃ in œconomo, qui nõ habet priuilegiũ,ſicut p̃latus;nec tñ iuris in bonis eccleſiæ.iuxta not. per gl.5.q.3.c.fi. Item œconomus eſt magis ſuſpectus, q̃ ſit pręlatus,quia p̃latus eſt proprius ſponſus eccleſiæ, & pro hoc inquit concluderem,ꝙ prælatus poſſet contrahere cum conſanguineis de reb.eccl.ſicut cum extraneis,licet œconomus nõ poſſit,niſi vt p̃dixi.Addo ego quod dicit Abb.in c.inqui-
22 rendũ.de pecul.cler.ꝙ prælatus de reditib.† eccleſiaſticis habet cõferre ſubſidium ſuis conſanguineis, & ꝙ imò potius tenetur ſuis,& amicis,q̃ alijs;& per eundem Abb.in repe. in c.cum eſſes,de teſta.mihi num.31.ubi clericus p̃ot teſtari de bonis eccleſiæ, ſi tantumdẽ eccleſiæ contulit de bonis ſuis, antequam teſtatur,& dicit Anchar.conſ.437.ꝙ ſunt laudãdi exequutores teſtĩ.qui in propinquos pauperes teſtatoris,vel defuncti bona diſtribuũt.Item addo ꝙ dicit Abq.in c.perue-
23 nit.extra de arbitris. ꝙ quemadmodũ † de iure ciuili frater laicus tenet̃ dotare ſororem,q̃ dotem non habeat, q̃ ſit ei ꝟiuncta ex parte patris,ut per gl.in l cũ plures,& ibi Docto.§. pe.ff.de admi.tut.& in l.non.n.C.eo.tit.& ſicut eã tenet̃ alere in caſu neceſſitatis,ita & dotare,cũ longe fauorabilior ſit cã dotis cã alimẽtorum ita ſimiliter eſt dicendum, ꝙ frater clericus teneatur ad ſororem dotandã, cum clericus teneat̃ magis actum humanitatis exercere,& charitatis , quam laicus,c.1.& ꝙ ibi no.de empt.& uendi.Subdẽs ibidem, & credo,ꝙ cum bona conſcientia,ſi clericus non habet bona patrimonialia,poterit dotare ſororem, uel aliam cõſanguineã de fructibus eccleſiaſticis,ac reditib. beneficiorum , & dicit
24 gl.in c.omninò.31.di.ꝙ † clericus habens uxorem , & filios p̃ot eos paſcere de reditib. eccleſiæ,ergo à fortiori, & dotare,quia dicit gl.in c.peruenit.1.q.3.ꝙ minus eſt peccatum dare conſanguineis,quàm extraneis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus qui iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice,an poſſit in perpetuam emphyteuſim terram concedere, ſuper qua emphyteuta molendinum ædificet &c.*

2 *Iuramentum non eſt iniquitatis uinculum,nec eſt in damnum eccleſiæ ſeruandum.*

3 *Iuramenta illicita ſeruari non debent.*

4 *Alienans rem eccleſiæ cum iuramento de non repetendo,debet nihilominus reuocare,ſi in præiuditium eccleſiæ alienatio facta ſit .*

5 *Prælatus,qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto,ſi impetrauit licentiam non facta iuramenti mẽtione,ualet impetratio , & nume.6.*

6 *Epiſcopus quinquageſimam reditnum dare poteſt alicui eccleſiæ, non obſtante iuramento.*

7 *Epiſcopum nemo poteſt accuſare,quòd templum Dei ædificat.*

8 *Epiſcopus de bonis antiquæ eccleſiæ nouam eccleſiam conſtruere tenetur,ſi eccleſia parochialis multum diſtat,ità quod populus illuc concurrere non poteſt.*

Epi-

Source : BIU Cujas

10 *Episcopus, qui iurauit non alienare sine licentia Archiepiscopi, an de licentia Papæ alienare possit, non facta mentione dicti iuramenti.*
11 *Alienatio facta ab eo, qui iurauit non alienare, an ualeat.*
12 *Allenans in præiudicium ecclesiæ, etiam si iurasset, nihilominus repetere potest.*
13 *Practica ad reuocandum à se alienata.*
14 *An qui iurauit non alienare compromittere possit.*
15 *Clericus sine authoritate diocesani non potest compromittere.*
16 *Iuramentum de non alienando amplectitur tantum res, quæ sunt de mensa.*
17 *Iuramentum Abbatis de non alienando non se extendit ad id, quod non est de mensa.*
18 *Bona mensæ episcopalis alienari possunt ad uitam alienantis.*
19 *Prælatus non potest uenire contrà factum suum, & confessio prælati in eius præiudicium ualet uita eius durante.*
20 *Mensæ bona non sunt, quorum utile dominium non est penes ecclesiam, uel episcopum.*
21 *Bona dicuntur esse de mensa prælati, quorum directum, & utile dominium est penes ecclesiam.*
22 *Bona de mensa esse præsumuntur, quorum proprietas, & utilitas fuit longissimo tempore penes ecclesiam.*
23 *Bona de nouo ecclesiæ acquisita dicuntur esse de mensa ipsius.*
24 *Prælatus si per annum penes ecclesiam retinuit bona reuersa, quæ solita erant infeudari, præsumitur illa applicare mensæ.*
25 *Bona reuersa si notentur in libro aliarum possessionum mensæ, dicuntur esse incorporata mensæ.*
26 *Quis talis esse præsumitur, quales sunt illi, inter quos numeratur.*
27 *Bona reuersa ad ecclesiam si possideantur per 40. annos, amplius infeudari non poterunt.*
28 *Possidens per 10. annos uidetur declarare bona esse mensæ incorporata.*
29 *Prælatus iuramento non obstante necessarias alienationes facere potest.*
30 *Prælatus non obstante iuramento alienare potest, quæ sunt nullius, uel modicæ utilitatis.*
31 *Prælatus in causa permissa alienare potest, iuramento simpliciter præstito non obstante.*
32 *Iuramentum de non alienando sine licentia superioris impedit alienationem etiam in casu licito.*
33 *Licentia debet prius peti, quàm fiat alienatio.*

Sequitur materia quæstionis.

De alienatione perpetua in emphyteusim.

FAcit ad materiã casus, qui ponitur per Federi. de Sen. in suo consil. 203. quem recitat Lauren. de Rodul. in repet. capituli, sine exceptione, 12. quæstio. 2. in sua quæst. 45. vbi ponit,
1 an episcopus, † qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice bona ecclesiæ, si uelit, possit concedere alicui suo coniuncto aliquam terram in perpetuam emphyteusim, puta unius floreni cum dimidio, uel quid simile, & ipsius reditus ascendant puta ad annuos 10. solidos, & uelit dictus ꝙ iunctus ibi ædificare unum molendinum, de quo habebit ecclesia centum singulis annis, & in rei ueritate, si ædificaretur per ecclesiam, haberet quolibet anno ducentum, & dicit ꝙ, si commode hoc non potest facere episcopus, uel rector de per se, quod episcopus vel rector potest concedere dicto consanguineo; nec obstat in tali casu iuramentum, cum nõ sit præsumẽdum, ꝙ de tali cogitauerit, vel ꝙ huiusmodi terrulas, uel minima uoluerit per iuramentum obligari, & iura
2 mentum † non est iniquitatis uinculum, nec in damnum ecclesiæ seruari debet. cap. quanto, de iur iur. c. ueniens. & cap. sicut, & aliàs vt per Lauren. d. repe. & d. quæst. ubi ad lõgum casum hunc ponit, & recirat. Facit ꝙ habetur in tex. in ca. intellecto. extrà de iureiur. ubi qui alienat bona suæ dignitatis cum iuramento de nõ reuocando alienationem, qui tamẽ primò iurauerat non alienare, potest alienata reuocare, non obstante iuramento de non reuocando præstito, quia primum iuramentum est licitum, secundum verò illicitum,
3 & illicita iuramenta † seruari non debent. c. si diligẽti. de foro compet. quia vt glo. dicit. d. c. intellecto, iuramenta, quæ fiunt in damnum suæ dignitatis, non iuramenta, sed periuria, siue temeraria sunt censenda. c. sicut, el secundo, de iureiuran. vnde ille, qui præstitit sua authoritate, potest uenire ꝙ, & reuocare male alienata, ut ibi per eam, & habetur in gl. in cap. si quis. de reb. eccl. non alien. in uerbo alienator, quòd
4 si quis alienat in præiudicium † ecclesiæ, ẽt si iurasset nõ repetere, reuocare debet alienationem non obstante iuramẽto, cum tale iuramentum sit illicitum. Facit quod dicit Felyn. in cap. constitutus, de rescrip. secunda colum. uers. limita p̃
5 dicta fm Io. And. qui allegat, ꝙ, si prælatus † iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, & impetrauit à Papa licentiam, non facta mentione de iuramento, ualet impetratio, quia non venit ꝙ iuramentum. Sequit Bald. c. 1. 9. col. super verbo antiquis, qui feud. dare poss. subdens, ꝙ, si iurauit non alienare sine licentia Titij, satisfacit iuramento habita licentia Titij. secus si iurasset non alienare sine licentia metropolitani; tunc enim si petitur licentia à Papa, facienda est mẽtio illius iuramenti.
6 Item facit illud, ꝙ † episcopus potest dare de suæ ecclesiæ reditibus quinquagesimam partem alicui ecclesiæ, uel pijs locis etiam sine consensu capituli, etiam non obstante iuramento per eum præstito de non alienandis rebus ecclesiæ, de quo in cap. tua, de eccl. ædifican. uel reparan. & c. intellecto, de iureiur. vt habetur in gl. in c. pastoralis. de his quę fi. à præla. in gl. in verbo salua ibi, uidetur manifeste, ꝙ episcopus potest dare quinquagesimam, uel centesimam partem sine consensu capituli, non obstante iuramento de non alie
7 nandis rebus ecclesiæ. Nemo † enim potest episcopum accusare de eo, ꝙ templum Dei ædificat, 12. q. 2. aurum, habet per Lauren. de Rodul. in sua repe. capituli sine exceptione. 12. q. 2. q. 50.

In alio quoque casu potest episcopus alienare de bonis ecclesiæ non obstante iuramento præstito de non alienan-
8 do; quia si † ecclesia parochialis multum distat, ita ꝙ populus non põt concurrere illuc pro diuinis audiendis, & recipiendis, nisi cum magna difficultate, potest, immo tenetur episcopus in tali casu & ob talem populi indigentiam nouã ecclesiam construere, & de bonis ecclesię antiquę, nouę, vel de nouo erectæ contribuere, & alienare, tali non obstante iuramento. per tex. ubi Abb. & alij in c. tua. extra. de eccl. ædi-
9 fican. uel reparan. Sed quid si † episcopus iurauit non alienare sine licentia Papæ, & impetrauit ab eo licentiam alienandi non facta mentione de iuramẽto, an si alienat, ualeat alienatio, & respondet Lauren. de Rodul. in sua repetitione capituli sine exceptione, 12. q. 2. quæst. 39. ꝙ Ioan. Andr. & Ioã. de Ligna. in c. ut super. de reb. eccl. non alien. & alijs in locis ibi per eum recitatis, tenent ꝙ sic, quia habuit licentiam, nec sit aliqua transgressio iuramenti, benefacit, inquit, idem Lauren. quia aliàs dicta licentia non erat necessaria, ad idẽ facit ꝙ no. Io. Andr. in c. 2. super vers. ueri simile, de fili. præsby. in 6.
10 no. Faciunt & alia quæ ibi adducit ipse Lauren. ubi ẽt † quærit, ꝙ, si eps iurauit non alienare sine licentia archiepiscopi, & alienauit de licentia Papæ, non facta Papæ mẽtione de iuramento prædicto an teneat alienatio, & tenet, ꝙ non ualet alienatio non facta mentione dicti sic præstiti iuramenti, & ratio põt esse, quia, si expressisset, forte Papa non dedisset talem licentiam; potuisset enim imaginari ꝙ non sine causa Archiepiscopus non arctasset ad tale iuramentum; quæ quidem causa D. Papæ foret incognita. Item quærit, nũquid va-
11 leat alienatio facta ab eo, † qui iurauit non alienare; respondet, ꝙ in ecclesia non ualet, & est spetiale in ecclesia, ut non ualeat; in alijs autem ualet, sed iurans, & alienans est periurus, ita tenet Ioan. de Ligna præallegato loco. Pro quo uide notata per Inn. & per Io. Andr. & alios modernos in cap. dilecto, de præb. & ꝙ no. in q. mercuriali, in reg. quod semel. de reg iur. in 6. & ꝙ no. Archid. eo. lib. in c. duobus, de rescript. & de præb. c. si à sede. Facit in hac materia, quod habetur p̃ d. Lauren. d. repetitione, q. 68. vbi quærit, an illi, qui agit ad reuocationem malæ alienationis, possit opponi de iuramento, quia iurauit non uenire contrà contractum à se factum, & dicit glo. in c. si quis presbyterorum, de reb. eccl. non alie-
12 in verbo alienator, ꝙ qui † alienauit in præiuditiũ ecclesiæ, etiam si iurasset, repetere, & reuocare põt dictam alienationem, etiam non obstente iuramento, & tale sic præstitum iuramentum sit illicite præstitum. de iur. iur. ca. intellecto. Ioã. Andr distinguit, videlicet, ꝙ aut sic iurans primò iurauit in sua promotione non alienare, aut non. Primò casu procedit dictum glo. quia primò præstitum iuramentum est seruãdum, idest iuramentum, ꝙ primò præstitit in sua promotione de non alienando; quia tale iuramentum fuit licitum, meritò seruandum. Secundo casu, id est si non iurauit in promotione de non alienando, est secus, quia tunc iuramentum de non contraueniendo contractui obstaret, & ita loquit̃ text. in c. cum uenissent, de instit. & dicebat Host. ibidem, ꝙ hoc dictum est uerum, quod obstat, quando potest aliter cõsuli, aliàs autem non obstaret huic iuramentum, quin possit cõtrauenire. Et hoc placet Ioan. Cald. in d. cap. si quis; licet hoc nihil est dicere, nam quis dubitat, ꝙ aliter potest cõsuli? cum si est dare ibi clericos, uel patronos, uel patronus, uel superior suus ibi sit, poterunt agere. Item poterit agens petere relaxationem, ꝙ in fauorem ecclesię, & ordinum recipiẽtium de facili relaxare debeat superior. Adde practicam, quia
13 † in hoc casu dicit Bald. in l. 1. C. ne quis in sua caus. episcopus potest agere nomine ecclesiæ ad reuocandum à se alienata; item quòd procurator ab eo constitutus pari modo coram constituente id potest. Sed ibi agere, & uenire debet nomine

nomine & pro parte ecclesiæ, non episcopi cõstituentis. Sed consultius esse dicit, si episcopus procedat in hoc per inquisitionem contra detentorem, quia in istis casibus nulla obstabit, nec opponi poterit etiam iuramenti exceptio, vt ibi per eundem Bald.

Et in materia quærit idem Lauren. de Rodul. in consilio
14 43. † nunquid, qui iurauit non alienare, possit compromittere, & respondet secundùm Hostien. & Ioan. Andr. post eum in cap. post tempora, de arbitris, ꝙ non potest, & hoc ca rõne, ne occasione sententiæ cõtingeret fieri alienationẽ, aut ecclesiam grauari. Idem habetur ibidem per Ioan. de Ligna.
15 in verbo licentiam, quia clericus † sine authoritate diocesani non potest compromittere, vt ecclesia obligetur, per Hostien. & Io. Andr. in c. peruenit, de arbitr. per tex. in cap. regẽda, 10. q. 1. c. de cætero, de transactio. & c. cum tempore, in fi. de arbitris. Specul. de arbitr. §. restat. vers. sed nunquid clericus, & §. finitur, vers. sed nunquid prælatus. in fin. idem dicit Io. de Ligna. d. c. peruenit, super gl. fi. Feder. de Sen. consil. 89. Refert Laur de Rodul. d. loco. q. 44.

16 Tale etiam † iuramentum de non alienando Romano Pontifice inconsulto præstitum per prælatum amplecti tantum videtur, & continere res, quæ sunt de mensa, nec extendi ad illa, quæ non sunt de mensa, nec extendi ad illa, quę non sunt de mensa per ea quæ deducit Bal. in consil. 374. 5. uol. in fi. ubi dicit, quòd si sit sub aliquo Abbate exempto aliquis prioratus habens bona distincta, & prior ilius loci uelit alienare, poterit hoc facere cum cõsensu Abbatis, quia Abbas ille fungitur vice episcopi in authorizando, no. in cap. 1. extra de rebus ecclesiæ non alien. vnde in casu illius consilij, domus quæ non est de mẽsa Abbatis, sed de mensa prioris,
17 benè potuit alienari, tali non obstante iuramento, quia † iuramentum Abbatis de non alienando Romano Pontifice inconsulto non extendit se ad id, quod non est de mensa, c. vt super, vbi Hostien. de reb. eccl. non alien.

18 Immò videtur, † quòd alienari possint bona mensæ episcopalis, & ꝙ valeat alienatio, si quidem sit facta ad uitam alienantis tantum, & eius uita durante, quia id tenuit Rota in decisio. manuscrip. decisio. Moedan. titu. de rebus ecclesia. si transactio. decisione septima, in vna coram Marsicano inter Ioan. Aluarot. & episcopum Lamacen. ubi posito dubio, an teneret alienatio, si episcopus alienauit bona mensæ suæ ad comodum suum ad vitam tantum cum iuramento de non veniendo contra, attento quòd episcopus tempore promotionis præstitit iuramentum de non alienando, & proposita bis in adiutorio causa, dominorum vota semper fuerunt paria; tandem alia vice proposita, fuit decisum, quòd non obstante primò iuramento per prelatum de non alienando solito præstari, alienatio bonorum mensæ episcopo pro eius vita valeret, siue alienatio esset iurata, siuè non, siue essemus in inseparabilibus, puta episcopi, vel in inseparabilibus puta episcopi, & ecclesiæ simul, vel capituli, & per ipsum prælatum non potest retractari, & maximum fundamentum fuit vt per Aretin. consilio 113. vel 114. Abba. capitu. cum uenissent. de institu. columna quar-
19 ta, Geminian. consilio 369. columna sexta, quia non † potest prælatus uenire contra factum suum, & confessio facta à prælato in eius præiuditium, vita eius durante, valet, Dominicus in capitu. Constantinopolitana. Felynus capitu. final. colum. final. de præscript. & idem dicitur in transactione durante uita prælati transigentis, tex. ubi Abba. & Docto. in capitu. ueniens. de transactio. Roman. consilio 369. vt in decisio eiusdem Moedan. titul. de rebus ecclesia. iure-
20 iuran. & de transactio. numero 251. & bona ea † non dicuntur esse de mensa ecclesiæ, uel prælati, quorum utile dominium non est penas ipsam, aut ipsum, ut sunt bona data in feudum, uel emphyteusim. per gloss. in Clementina prima, de excessiõn. prælat. in uerbo ad mensam, per communiter Doctor. in capitu. vt super. de rebus ecclesiæ non alienan. Vnde talia bona quoquomodo reuersa possunt denuo dari in feudum, & emphyteusim, ea ratione, quia non sunt de mensa capitu. secundo, de feud. & capitu. primo, in princip. qui feud. dar. possess. quòd est uerum, si incontinenti darentur non in feudum, vel emphyteusim, sed si mensæ prius aplicarentur, tunc non posset, per tex. in d. cap. vt super. & faciunt Docto. d. c. vt super. pro cognitione istius materiæ multas conclusiones, videlicet.

21 Quod illa † bona dicuntur esse de mensa prælati, vel rectoris, quorum dominium vtile, & directum spectat ad ipsum, d. gloss. d. Clementi. prima, & sequuntur Doctores d. capitu. vt super, quando videlicet non sunt consueta dari in feudum, uel emphyteusim, & si sint consueta dari in feudum, vel emphyteusim, quando post reuersionem sunt applicata expressè mensæ, secundum Abb. qui ponit hunc casum pro indubitabili. d. c. vt super.

Et secundùm Abba ibidem & alios, in dubio illa bona
22 † præsumuntur esse de mensa, quorum bonorum proprietas, & utilitas fuit longissimo tempore penes ecclesiam, per tex. in capitu. uidentes, duodecima quæstione prima, ubi talia bona deseruiunt necessitatibus mensæ, & vtilitatibus ecclesiæ vel alorum indigentium, nec sunt talia bona consueta dari in feudum, aut emphyteusim.

23 Item bona † de nouo data, concessa, & donata ecclesiæ, uel simili modo acquisita, dicuntur esse de mensa ipsius ecclesiæ, quia uidentur data, vt sint in vtilitate & in bonis ipsius ecclesiæ, & ob id de mensa. per Innoc. & Abb. ibidem, vndè talia bona non poterunt alienari per eum, qui iurauit non alienare.

24 Et si prælatus † bona solita infeudari, aut emphyteutica ri reuersa tenuit aperta per annum penes ecclesiam, quę nõ infeudauit, præsumitur illas applicasse mensæ ecclesiæ. per Archidiacon. in capitul. primo, trigesimaquinta, quæstione octaua, Bartol. in l. si vacantia, C. de bono. vacan. libro decimo, ubi Ioan. de Plat. Referunt scribentes d. capitu. ut super. Floren. capitu. secundo, de feud. & ibi Abba. qui mouetur primò, quia solum noua feuda prælatus infeudat, idest quę nondum sunt de mensa ecclesię facta, ideſt quæ de nouo sunt aperta, capitu. secundo, de feud. Sed noua feuda, vel de nouo aperta non dicuntur post anni curricula, ut in d. capitu. primo, trigesimaquinta, quæstione octaua, ubi nouæ nuptiæ dicuntur infra annum, non postea, l. interdum, §. quorum. de pubilca. Est text. pro hoc in cap. vt super. allegato, ubi Inn. ꝙ si Archiepiscopus tenuit per annum istas res pene ecclesiam, uidetur illas incorporasse.

25 Item si † bona infeudata, & emphyteuticata reuersa per officiales ad id deputatos notentur in libro aliarum possessionum, & rerum mensæ, dicuntur esse incorporata, & aplicata mensæ, per Bartol. & Angel. in d. l. si uacantia, & in l. si vacantia, & in l. si quando, la seconda, eodem titu. vbi, res uacantes dicũtur incorporatæ fisco, per descriptionem factam in libro illarum rerum, quæ sunt de mensa; quia D. Archidia. dicit in capitu. contra morem, capitu. homo librum, capitu. Isidorus, vigesimaquinta, distinctione capitu. si Roma-
26 norum. vigesimanona, distinct. quòd quis † præsumitur esse talis, quales sunt illi, inter quos numeratur, uel est descriptus.

27 Item bona, † quæ reuersa ad ecclesiam possessa sunt per quadraginta annos, uidentur ita esse effecta de mensa, quod amplius infeudari non possunt, per Ioan. de Imol. in capitu. vt super, de rebus ecclesiæ non alienan. nec refert, quòd prælatus fuerit in bona fide, & quòd ignorauerit rem esse feudalem, quia illius scientia non curatur, cùm id potuerit pro utilitate ecclesiæ facere; ego bene puto, quòd possint dici de mensa; sed quòd non possint de nouo infeudari, id mihi nõ videtur. Immo dicit Andr. Barbat. d. capitu. vt super, quòd
28 in dubio prelatus possidendo per decem annos uidetur declarasse bona esse incorporata, & acquisita mensæ ecclebæ. argum. l. si filius, C. de pœn. habetur l. qui in aliena. §. primo, ff. de acquiren. heredi. habetur in l. penultim. C. comm. diuid. l. cum post, de iure dot. ubi decennalis possessio induducit præsumptum animum acquirendi ius, & dominium de nouo, quantò fortius iam acquisitum retinendo.

Et in hac materia de' alienan. obstan. iuramen. de non alienan. &c. ex dictis Doctorum in capitu. ut super. de rebus ecclesiæ non alienan. potes ellicere plures conclusiones.

29 Primò, quia † non obstante iuramento potest prelatus necessarias facere alienationes, capitu. extirpandæ. §. primo, de præbend. & capitul. primo, eodem titul. libro sexto, quia in tali iuramento non uenit comprehensus iste casus.

30 Secundò, potest † prælatus non obstante tali iuramento alienare ea, quæ sunt nullius.

31 Tertiò, non obstante † iuramento simpliciter prę stito de non alienando potest alienare in casu permisso. firmant Cardina. Imol. & Abb. ibidem. & per Bellamer. in capitu. Abbatibus. columna quinta, versic. sed contra, duodecima. quęst. 2.

32 Quartò, qui † iurauit non alienare inconsulto superiore, vel Romano Pontifice, non potest etiam in casu licito alienare sine licentia, Papæ, per Ioan. And. in capitu. final. de ecclesie ędifi. cum quo alij magis communiter transeunt, quia tale iuramentum debet aliquid operari, nam etiam in casu illicito sine iuramento non posset fieri alienatio inconsulto Papa, ut d. c. fi.

33 Quintò, ex dictis † Abb. est, quòd prius licentia petatur, quàm fiat alienatio, etiam in casu permisso, quia hoc importat verbum licntia, capitu. licet, ad fin. de regula. facit capitu. cùm in ueteri, plenius per Lauren. & Modern. in capitul. sine exceptione, vigesimoseptimo, & 18. q. vbi plura Laurẽ.

de

Source : BIU Cujas

de hoc dicit,& per Ioannem Andr. Domi. Anton.& Imol. in capitu.vt ſuper, id declaratur etiam ſi in petitione licentiæ nulla fieret mentio de iuramento, cùm ab illo petitur, cùm tale iuramentum præſtitum eſt, per tex. d. capitu. vt ſuper,in fine.quia cum iuramentum habeat annexam conditionem, niſi licentia petatur, quàm primum petitur, ceſſat iuramentum: idcirco non eſt neceſſe de ipſo iuramento facere mentionem, ſecus tamen ſi ab alio petatur licentia, quàm ab illo, cui ſic iuratum fuit, quoniam tunc debet de iuramento haberi mentio &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non obligatur ex mutuo exburſato prælato, niſi cõſtet uerſum in utilitatem eccleſiæ.*
Canonici non aſtriuguntur ad ſolutionem pecuniæ depoſitæ apud prælatũ niſi conſtet uerſam in utilitatem eccleſiæ.
2 *Contractus,qui gratia alterius tantùm geruntur,non obligant eccleſiã, niſi in quantum uerſum eſt in eius utilitatem.*
3 *Contractus non utiliter factus forma ſeruata tenet, ſed eccleſia poteſt in integrum reſtitui.*
Speciale eſse pro debitis ſoluendis & fiat uenditio rei immobilis eccleſiæ: ut ſit curioſus emaus an in eccleſiæ utilitatem uertatur prætium.
4 *Depoſitum ſi fiat penes prælatum, eccleſia obligatur ad reddendum.*
Et nota diſtinctionem circa iudicatum & tranſactum.
5 *Exceptionem poſt ſententiam proponere non licet,nec noua inſtrumenta producere.*
6 *Solutum ex cauſa iudicati non dicitur indebitè ſolutum ſaltem ciuiliter.*
7 *Exceptio doli obſtat ei,qui per calumniam falſum allegans obtinuit ſentẽtiam,etiam aduerſario,& iudice conſentientibus.*
8 *Dolus non infertur ſcienti.*
9 *Cõtrahens cum eccleſia tenetur probare pecuniam uerſam in utilitatem ipſius.*
10 *Prælati ſunt prompti ad recipiendum mutuum, & fæneratores ad mutuandum.*
11 *Verſum eſſe in eccleſiæ utilitatem probare neceſſarium non eſt, ubi pro ſatisfactione oportet peruenire ad diſtractionem rerum immobilium.*
12 *Prælatus liberam fructuum adminiſtrationem habet.*
13 *Depoſitum dicitur factum apud eccleſiam,quando fit in præſentia prælati,& capituli.*
14 *Seruo ſi pecunia mutuata ſit, oportet probare uerſam in domini utilitatem.*
15 *Mulier ſi cum uiro, uel alio ſit obligata, probanda eſt uerſio in rem eius.*
16 *Abbas ſi emit pannum,mercator neceſſe non habet probare pannũ uerſum in utilitatem,& ueſtimenta Monachorum.*
17 *Eccleſia licet non teneatur,quando non probatur uerſio, tenetur tamen ipſe ſacerdos& eius hæredes.*
18 *Eccleſia ex depoſito non tenetur, niſi quatenus lucrum ſentiat.*
19 *Eccleſia non reſtituitur,ſi eius dolo deſijt res eſse apud eam.*
20 *Culpa lata dolo æquiparatur.*
21 *Eccleſia in reſtitutione minori æquiparantur.*

QVAESTIO IIII.

An, & quomodo ex mutuo obligetur eccleſia.

EPiſcopus, prælatus, vel rector plerumque pro ſubuentionibus, reparationibus eccleſiæ, vel illius rerum aut pro alijs cauſis eos mouẽtib. accipiunt mutuo pecunias nomine eccleſiæ, vel pro eccleſia. Vnde vel eueniente tempore ſolutionis, vel mortuo prælato creditore intentante contra eccleſiam cum ſucceſſore, vel cum alijs pro eccleſia uenientibus, oriuntur lites, & diſcordiæ & dubia, an ad ſolutionem talis mutui teneatur. Iudicaui igitur ad propoſitum quærere, an & quomodo ex mutuo ſit obligata, aut obligari poſſit eccleſia, ego nolo hic procedere per contraria, ne inani lectura verborum mentem lectoris defatigem; Sed (quod vtilius puto) concluſiuè procedendo deducam, quæ pro hoc articulo hinc inde recolegi ex dictis doctorum.

Et uidetur primò quòd eccleſia non ſit obligata pro mu-
1 tuo exburſato epiſcopo, vel prælato, † niſi manifeſte in vtilitatem eccleſiæ conſtet illud conuerſum eſſe; & redundaſſe, dicit tex. apertus in authenti. hoc ius porrectum. canonizata decima quæſtione ſecunda, capitu.eadem,in verſicu. is creditor hic intelligatur, qui, quod credidit, probat in vtilitatem religioſæ domus proceſſiſſe. ſecundùm quòd ita intelligunt illum tex.Innocen.Hoſtienſ. Abba.& alij, in capitu. primo, de depo.& capitu.quòd quibuſdam, de fideiuſſor. Idem probatur in tex.in capitu.primo,extra depoſi. vbi habetur, quòd ex quo pecunia depoſitata non conſtat in utilitatem eccleſiæ conuerſam, non vult Papa, quòd ad illius ſolutionem aſtringi poſſint canonici; idem habetur in capitu.quod quibuſdam,extra de fideiuſſor.ibi in tex. niſi forte in vtilitatem domus ipſius manifeſte conſtiterit redundaſſe &c. dicit gloſſ. in d. capitu. in verbo utilitatem, ibi tenetur eccleſia in quantum in rem eius verſa eſt &c. idem gloſſ. in d capitu. quòd quibuſdam, de fideiuſſor. Faciunt ea, quę habentur per Innocen. in d. capitu. primo,
2 de depoſi. ubi dicit, quòd non ſolum † in mutuo, ſed & in alijs contractibus non tenetur eccleſia, niſi in quantum uerſum eſt in eius utilitatem, quod intelligimus uerum in contractibus, qui fiunt alterius gratia tantum, ſi autem fiunt gratia eccleſiæ, puta in emptione, locatione, & conſimilibus, eſt ſecus, ſufficit enim quòd utiliter concurrit, l.uerum. §.ſciendum.ff.de minor.& §. ſequen. niſi in mutuo, quòd licet contrahat gratia eccleſię, non tamen tenetur niſi uerſum ſit in vtilitatem eccleſiæ, decima,quæ-
3 ſtione ſecunda. hoc ius. Immo † & ſi non utiliter contrahat eccleſia, dummodò forma ſeruetur,contractus tenet, ſed reuocari poteſt per reſtitutionem in integrum,l.ſi quid. C.de præd.minor.capitu.primo,de in integr.reſtitu.nec credimus quòd in aliquo contractu, niſi in mutuo, ille qui contrahit cum eccleſia debeat eſſe ſolicitus, quòd pecunia quam ei pro contractu dat, in utilitates eccleſiæ conuertatur, uel expendatur, quia hoc cautum non reperitur. Subdit ibidem Innocen. quod pari modo eſt ſpetiale, vt quando pro debitis ſoluendis fit uenditio rei immobilis eccleſiæ, emens ſit curioſus, vt prætium conuertatur in utilitatem eccleſiæ, immo priori creditori ſoluere debet, vt in authentic. de eccleſiaſtic. titul. §. ſancimus. nec aliàs peteret niſi hęc faceret, ſicut diximus in mutuo, ſicut hoc ipſum ſpetiale eſt in mutuo ciuitati facto, l. ciuitas. ff.ſi cert.petat. & in muliere conſentiente inſtrumento creditoris, authentic.ſi qua.§.& in ſeruo.C.ad ſena. conſul.Velleian.in alijs autem contractibus, uel uenditionibus non ſic eſt adhibenda diligentia. Subdens idem Inno-
4 cen.quando autem † apud prælatum, & eccleſiam aliquid deponitur, tunc ad reddendum eccleſia obligatur; tamen tunc etiam non uidetur teneri, niſi aliquod lucrum ex depoſito ſenſerit,argumen.l.licet, ff. de depoſit. §. ſi filius, & ſi ſit ſuper mutuo contra quod per eccleſiam poterat excipi, quod non erat conuerſum in eius vtilitatem, uel quòd aliàs non erat debitum inter partes tranſactum, uel iudicatum, & agatur actione in factum ex re iudicata,aut condictione ob cauſam, uel ex ſtipulatione, aut præſcri. uerbis, ut detur illud quòd in tranſactione conuenit, aut illud quod eſt iudicatum, non poterit excipi quòd illud debitum de quo iudicatum, uel tranſactum, non ſit conuerſum in utilitatem eccleſiæ, niſi iuuet ſe eccleſia, uel recurrat ad beneficium reſtitutionis in integrum contra rem iudicatam, uel contra tranſactionem, ut in titu. C. ſi aduer-
5 ſus rem iudi.& C.ſi aduerſus tranſactionem, quia † poſt ſententiam non licet exceptionem proponere, nec noua inſtrumenta peoducere, extra de re iudic. inter ſuborta. capitu.de exceptio.de præſcrip.capitu.primo, extra de tranſactio. quia ſolutum ab eccleſia ex cauſa iudicati, uel ex cauſa tranſactionis repeti non poteſt, ex eo quia indebitum, & ſine cauſa ſit ſolutum, cum non ſit indebitum
6 † ſaltem ciuiliter, nec ſine cauſa ſoluit, ex quo tranſactum eſt, uel iudicatum eſt, ff. famil.herciſcund. l. cum pater. ff. de iud. de qua.§.final.ff.dẽ condic.indeb.in ſumma, ſubdens Innocen. Quidam tamen dicunt & forte bene, quòd, ſi quis ſciens indebitum, uel non conuerſum in utilitatem eccleſiæ tranſegiſſet, eo caſu datur repetitio per condictionem ex iniuſta cauſa: quia calumnioſa eſt huiuſmodi tranſactio, ff. de condictio. indebit. in ſumma, in principio, ſe-
7 cunda,quæſtione tertia, §.notandum, quia ille, qui † per calumniam falſum allegans, ſciens iniuſtam obtinuit ſententiam, etiam aduerſario & iudice conſentientibus, obſtat ei exceptio doli, & eorum conſenſus non excuſat à malitia. argumen. l. ſi prætor. §. primo, ff. de iud. quia dicunt quidam, quòd in hoc caſu res iudicata non tollit condictionem ſine cauſa. Alij tamẽ in hac ſententia ꝓtra-

Source : BIU Cujas

rium dicunt,& intelligunt illum §.tantum,vt habeat locum quando sententia fertur contra absentem pro aliquo præsente scienter falsum allegante, & hoc uidetur uerum scilicet, quod ecclesia possit repetere illud, quod dedit ex calumniosa transactione, quando credidit conuersum in utili
8 tatem ecclesiæ, & non erat, quia † si sciret non conuersum & scienter transigeret, tunc non posset repetere, scienti enim non infertur dolus, l. prima, ff. de action. empt. in fine.

Sed hoc verum, quòd ecclesia non potest repetere, nisi tamen contra illam fuisset dolose actum, puta tempore,quo primus contractus mutui fiebat in fraudem,fuisset ordinatum,uel conuentum, q̃ subsequenti tempore fieret transactio super primo contractu mutui; aut auxilium, quod habebat ecclesia in contractu mutui, tolleretur ei in contractu trãsactionis;nam hoc casu satis dici posset, quòd etiam si vterque sciret non conuersum in vtilitatem ecclesiæ,tamen ecclesia repetens datum ex causa huiusmodi trãsactionis,repeteret per condictionem ex iusta causa,& contra agentem ex tali transactione datur exceptio, quia datur sicut repetitio,quando fit fraus de contractu ad cõtractum alterum vel eundem eodem tempore celebratum,l.si sponsus,§ circa.ff.de dona.inter vir.& vxor eadem ratione debet dari repetitio,si fraus fit de contractu ad contractum,q̃ alio tempore fieri debet, cum æqualis sit fraus vtrobique, & sola fraus est causa repetitionis. Quidam tamen dicunt, quod semper licet ecclesiæ venire contra transactionem ini tam fraudulenter,scientibus,& consentientibus ambabus partibus,C.de transact.l.præces,si autem transactio dicatur nulla,vt si conueniatur,quòd aliquid detur pro vsuris, hęc transactio nec actionem impedit,nec exceptionem,hęc per Inno.d.loco,quæ ad longum descripsi quia ad propositum mihi facere visa sunt.

Idem habetur per Abb.d.cap.primo,versicu.in glo. prima,extrà de deposito,vbi dicit secundùm eundem Innocẽ.
9 quod cõtrahens cum ecclesia tenetur † probare pecuniam versam in vtilitatem ipsius ad hoc vt efficaciter possit actionem exercere contra ecclesiam,sed hoc indistinctè, sed in contractibus, qui fiunt cum ecclesia gratia tantùm concedentis,vt in deposito,quod sit gratia deponentis.Item speciale est in causa mutui, authen. hoc ius porrectum allegat. in gloss.aliàs non est necesse probare versum; postmodum dicit,quod solummodò est speciale in causa mutui, in alijs vero contractibus initis cum ecclesia hoc non est necesse probare,quia non reperitur iure cautum,nisi in mutuo;si ergo venderem ecclesiæ,vel emo ab ecclesia, uel commodatum concedo,potero agere cõtra ecclesiã,licet nõ probẽ.versum in utilitatẽ ipsius,& est ĩquit Abb notabile dictũ & quotidie
10 allegaf,& rõ spãlitatis in mutuo est,inquit idẽ,q̃a p̃lati † sunt prõpti ad recipiendum mutuum.& fęneratores sunt promptiores ad mutuandum, vnde si indifferenter teneretur ecclesia, tunc de facili bona eius alienarentur, fuit ergo meritò istis casibus obuiãdum, & idem videtur dispositum in ciuitate.in l.ciuitas. ff. si cer.peta.subdens; & videtur hic Innocen.secundùm vnam opinionem elegantissimè hoc di
11 ctum restringere,dicit enim, quòd etiam † in mutuo nõ est necesse probare versum in vtilitatem ecclesiæ, in casu, quo pro satisfactione oportet puenire ad distractionem rerum immobilium, quasi secus si posset satisfacere de fructibus, adducit pro hoc tex.decima quæstio.secunda,hoc ius porrectum in versi. & is creditor, vbi opponitur dictio,hic,quasi versum deberet probari per creditorem in illo casu, ubi oportet distrahere bona immobilia pro satisfactione, vel mobilia prætiosa:&,vt dixi,est dictum singulare & in corpore vnde sumitur illa authen.canonizata per Gratianum non adest illa dictio,hic,saltem in omnibus libris uel communiter. Et potest allegari vna ratio pro hoc dicto Innocen.
12 nam prælatus habet † liberam administrationem fructuum. vt in capitu cum uobis,de electio.& in capitu. is cui. eodem titu. libro texto,vnde quemadmodum potest fructus distrahere de nouo contrahendo: Ita debet posse ipsos distrahehere pro contractibus initis. Item in fructibus agitur de præiuditio ipsius,quia ex eis uiuere debet,vt per Abb. d.capitu.primo,de deposito,ubi dicit quòd in casu dicti capituli fuit necesse probare versum in utilitatem ecclesiæ, quia pecunia non fuit commendata, siue depositata ecclesiæ, sed particulari personæ, secus à contrario sensu si fuisset commendata ecclesiæ;ubi subiungit, quòd depositum tunc
13 † dicitur factum apud ecclesiam, quando fit in præsentia prælati & capituli. nam prælatus, & capitulum representant ecclesiam.capitu.requisisti, extra de testa.& capi. scire. septima quæstione secunda, subiungit secundum Ioannem Andr quòd,quando depositum fit penes sacristam deputatum ad custodiam vasorum sacrorum, tunc debet fieri in præsentia capituli, & prælati, vt sit obligata ecclesia, secus si fiat penes sacristam deputatum ad recipiendum deposita,& ad custodiam depositorum, pro vt est in hospitali sanctæ Mariæ ciuitatis Senarum, ubi multi transeuntes, & peregrini multa prætiosa deponunt, de quibus fidelissimè etiam post multum tempus fit restitutio, quia tunc obligatur ecclesia, nec requiritur præsentia illorum, quia satis est,quòd illum a principio deputauit ad depositata recipienda.

Et uide Imolam in d.capitu.primo, vbi ad longum materiam tractat,ubi recensendo dicta Doctorum dicit, quod vt in mutuo requiratur uersio in utilitatem ecclesiæ ad hoc, vt ecclesia intelligatur obligata, quòd secundùm Hostiens. fuit speciale in odium fęneratoris, & in fauorem ecclesiarum,quia tamen oportet ecclesiasticas personas frequenter mutuum cõtrahere,& creditores fęneratores, & auari sunt prompti & parati ad dandum mutuum.capit.manifeste,extra de usuris. Item ne contigeret ista occasione passim seu indistincte distrahi boua immobilia ecclesiarum, & consequenter ne desint alimenta pauperibus, fuit super hoc specialiter prouidendum, vt in l.iubemus nulli, C. de sacrosan. eccles.& in authen.de non alienan. in princip. & per totum in d authen.hoc ius. Subdens ibi colum.quarta, versi. item quòd in mutuo secundum speciale est, quòd creditor habet esse sollicitus,vt uertatur in utilitatem ecclesię quod in alio
14 contractu non requiritur,& est simile in seruo; quia si pecunia fuit † sibi mutuata,oportet probari pecuniam uersam in utilitatem domini, vt dominus obligetur.l.tertia, §.sed & si sic,& quasi per totum.ff.de in rem versi. Dat etiam simile in
15 muliere obligante † se cum viro,uel cum alio, quòd requiratur,quòd probetur uersio in res eius.l.antiquæ. C. ad Velleian.& per eundem Imol ibi columna sexta, versicu. & aduerte.ubi materiam concludere uidetur,facit quod Bald. in authen.hoc ius.C.de sacrosanct. eccles. colligit ex dictis Innocen.quòd in trib. casibus requiritur probari uersionem, Primo in contractu, qui fit gratia alterius, exemplum est in deposito. Secundo in mutuo. Tertius casus est quando uenditur res ecclesiæ, & aliàs secũdùm eum non est necesse probare uersionem,& per hoc infertur, quod si Abbas e-
16 mit † pannum pro uestimentis monachorum, non est necesse, quod mercator, qui uendidit pannum, probet pãnum uersum in uestimenta, uel utilitatem monachorum; dicit etiam Innocen.esse verum, quòd quando debitum ecclesiæ soluitur prælato, liberabitur soluens etiam si non probetur uersio pecuniæ solutæ in utilitatem; Item eundem Innocen.velle,quòd, si sacerdos recipiat pecuniam mutuo no
17 mine ecclesiæ, † licet non tenetur ecclesia si non probetur uersio,tamen tenebitur ipse sacerdos & eius hæredes vt per eundem Innoc.in c.ex præsentibus.de pignor.extra,& satis etiam probatur in §.si vero quis,in authen.de alie.& emphyteu.colla.9.

Et deueniendo idem Imol.ad conclusiones, & quid tenendum in materia,& incipiendo à depositro, quæ est materia tex. d. capitu. primi, dicit secundùm Innocen. quòd ex
18 depositro † facto, ecclesia non tenetur, nisi quatenus lucrum sentiat.argum.l.tertia,§.si filius.ff.de pręcario; ubi.dominus non tenetur ex fideiussione facta per seruum uel filium,nisi quatenus tendat in utilitatem domini, uel patris, & ita videtur intelligere literam istam Innocen. in quantum à contrario sensu innuit ecclesiam teneri, si res fuit ecclesiæ commendata,seu depositata,Dom.verò Anton.& do.flo. simpliciter uidentur uelle,per istum tex. à contrario sensu, ecclesiam teneri, quando res fuit ecclesiæ depositata, potes inquit dicere quòd de iure obligata uidetur ecclesia, quando depositum factum est ecclesiæ, per istum text. sed potest tunc esse dubium, an potest ecclesia se iuuare aduersus dictam obligationem per restitutionem in integrum, si res non reperiatur esse penes ecclesiam, vnde potest dicere,
19 quòd si ex dolo ecclesiæ & sic prælati & capituli desijt res esse penes ecclesiam, tunc non potest restitui, ad instar minoris, qui non restituitur in delictis, l. ex causa. §. nunc uidendum ff.de minor.quia dolus prælati, & capituli uidetur nocere ecclesiæ.per tex.cum gl.no.in c.dilectus. extra de ord.cogni.in gl.3.

Si verò ex culpa lata prælati & capituli desijt res esse penes ecclesiam, tunc dicunt Ioannes Andr. & alij quos recitat,quòd † cùm lata culpa æquiparetur dolo, l. quod Nerua.ff depos.& l.prima §.penultima.ff.si mens. fal. mod.dix. etiam tunc non restituitur, sed inquit idem, quòd minor possit restitui aduersùm latam culpam. est text. cum gl. nota. in l.nisi exigitur. ff. de edend. eadem ratione uidetur quòd ecclesia possit restitui aduersus illam, cùm æquipare-
21 tur † minori.cap.primo,de in integrum restitu.no.per gloss. in l.tertia,C.quando ex facto tutor. & hoc uidetur intelligẽ-

dum

Source : BIU Cujas

dum, nisi quatenus aliquod lucrum peruenisset ad ecclesiam ex ipso deposito.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum si soli prælato factum sit, non tenetur ecclesia, nisi quatenus probatur uersio.*
2 *Prælatus uidetur æquiparari tutori, uel curatori minoris.*
3 *Vbi est eadem ratio, idem ius est statuendum.*
4 *Satis esse uidetur, quòd prælatus, qui mutuum recipit, cogatur satisfacere de fructibus ab ipso receptis.*
5 *Mutuum si prælato & capitulo fiat, an ecclesia teneatur.*
6 *Ciuitas & ecclesia nunquam tenentur ex mutuo, nisi uersum sit in earum utilitatem.*
7 *Alienatio quãdo fit ad certam causam, debet emptor esse solicitus, ut prætium uertatur in illam causam.*
8 *Mutuum si fiat prælato & capitulo, uel alteri de consensu prælati, & capituli, ecclesia tenetur.*
9 *Sed quæritur an hoc casu ecclesiæ restitutio in integrum competat.*
10 *Mutuum si prælato & capitulo fiat, ecclesia tenetur, sed potest restitui, nisi probetur uersio.*
11 *Minor debet probare minorem ætatem, & læsionem, fallit in mutuo.*
12 *Ecclesia quando petit restitutionem, læsionem probare debet, fallit in mutuo.*

Continuat materiam quæstionis.

ET deueniendo ad mu-
1 tuum dicit, tu potes concludere, q, uel mutuum † est factum soli prælato, & tunc non tenetur ecclesia, nisi quatenus probetur versio. sicut nec obligat minor ex recepto mutuo nomine ipsius minoris, per ipsum tutorem vel curatorem, nisi probetur versio in rem ipsius minoris, l. 3. C. quando ex facto tut. hoc renuit D. Cynus in authē. hoc ius, ꝓ hoc
2 quia prælatus uidetur † æquiparari tutori uel curatori minoris, vt uoluit glo. in c. qualiter, & quando, el secondo, de accusa. Facit ꝙ habetur in §. orphano, in authen. de eccle. titu. quamuis non per omnia æquiparentur, vt est glo. cap. fi. 5. q. 3. vbi ponit aliquas differentias inter tutorem, & curatorem ex vna parte, & prelatum ex alia parte, tamen quia in casu p-
3 senti est eadem † ratio, idem ius debet constitui, c translato, de consti & cap. secundo, de translatio. & ff. ad l. Aquiliam. l. illud; videretur tamen satis esse, quod ipse prælatus recipiēs
4 mutuum possit conueniri, † & cogi satisfacere de fructibus ab ipso prælato exactis. cap. peruenit. extrà de fideiussor & in §. si verò quis. in authen. de alien. & emphyteu. & quòd not. Innocen. in cap. ex præsentibus. de pignor. subdens, & quòd dixi de prælato recipiente mutuum nomine ecclesiæ, multo fortius procedit in alia particulari persona recipiente mutuum nomine ecclesiæ, etiam si sit beneficiatus in ecclesia.
5 Interdum mutuum fit † prælato, & capitulo, & eo casu est dubium, an ecclesia teneatur, si non probetur uersum in utilitatem ecclesiæ. Azo inquit tenet, quòd sic, & eius opinionem sequitur glo. in authen. hoc ius, C. de sacrosanct. eccles. circa finem, idem tenuit Lauren. & Gofr. vt refert Arch. 10. q. 2 hoc ius, idem Barto. in authen. hoc ius, & idem uidetur velle Cyn.

In contrarium tenet gloss. in §. si verò quis, in authen. de alienan. & emphyteu. per illum tex. & per id quod habetur in authen. hoc ius. ad fin. in quibus locis uidetur indistincte dici, quod ex mutuo facto nomine ecclesiæ non tenetur ecclesia nisi probetur uersio, & cum illa glo. transit Iacob. de Belui. & cum ea uidetur transire Innoc. dum dicit indistincte, ex mutuo teneri ecclesiam, nisi ꝓbetur uersio, idem voluit,
6 in cap. quod quibusdam, de fideiussor. ubi dicit, ꝙ ciuitas † & ecclesia nunquam tenentur ex mutuo, nisi sit versum in vtilitatem ecclesiæ, idem uidetur sequi Archid. in d. authē. hoc ius, subdens Imola quòd D. Anton. nititur concordare istas opiniones.

Et dicit, ꝙ aut pecunia fuit mutuata in certam & determinatam causam, & eo casu non credit sufficere pecuniam esse mutuatam prælato & capitulo, uel ipsi prælato, consentiente capitulo, & oportet quòd probetur uersio, per illud, quod habetur in d. authen. hoc ius, & dicto §. si verò quis, q tex. secundum eum non possunt cauillari, quia ibi fuit cõtractus factus cum prælato & capitulo, & tamen non sufficit mutuum factum esse prælato & capitulo, nisi aliter ꝓbetur uersio in illam causam determinatam, pro qua erat factum mutuum; sed certe si bene põderentur dicti tex. inquit Imola non loquuntur de facto mutuo, sed bene loquuntur quã-
7 do fit alienatio rei immobilis † ad certam causam, uidelicet vt satisfiat creditorib. quo casu emptor habet esse solicitus, ut prætium vertatur in illam causam, pro qua fit uenditio, & sic, vt de eo satisfiat creditoribus; fortè, inquit, uoluit dicere Dom. Anto. quòd vti quando fit alienatio ob certam causam, emptor habet solicitare, quòd prætium uertatur in illam causam, ita eadem ratione debet creditor esse solicitus, quando fit mutuum in certam causam, & in illam conuertatur.

Aut pecunia non fuit mutuata in certam, & determinatam causam, sed simpliciter, & secundum hoc inquit videtur, ꝙ opinio glo. in authen. hoc ius porrectum. ad finem, & illam sequentium habeat locum, quando mutuum est simpliciter factum prælato, & capitulo, & tunc non est necesse probare uersionem. opinio verò glo. in §. si verò quis, & sequentium habet locum, quando mutuum fit mediante determinata causa, quia tũc solicitus & curiosus debet esse creditor, vt uertatur in illam causam, argum. d. auth. hoc ius. Sed quia ipse Imola dicit, quòd ista distinctio, an mutuum fiat in certa causa, an verò simpliciter, non uidetur bene iure probari, maxime, quia Innocen. vult, ꝙ ecclesia nũquam teneatur ex mutuo, nisi probetur uersio, quia inquit in hoc articulo, vt uides sunt uariæ doctorum opiniones, potes di-
8 cere quòd vbi fit mutuum † prælato & capitulo, consentiente capitulo, & idem si fiat alteri de consensu prælati & capituli, quòd tunc ecclesia ex tali contractu est obligata ex tali mutuo, videtur esse tex. in cap. quod quibusdam. extra de fideiusso. ubi idem tenet Ioan. Andr. superg oss. sed dubium
9 † tunc esse potest, an ecclesia potest petere restitutionem in integr. si non appareat de uersione, & certe uidetur dicendum quòd sic, ad instar mutui facti minori cum authoritate curatoris qui potest restitui, si non probetur mutuum uersum in eius utilitatem, ut est tex in l. prima & secunda, C. si aduersus credi. & istud uidetur etiam uoluisse Cyn. in d. authen. hoc ius, vbi uidetur concludere, quòd si prælatus solus recipit mutuum, ipso iure non teneatur ecclesia, nisi probe-
10 tur uersio, sed ubi recipit † mutuum prælatus cum capitulo, tunc de iure tenetur ecclesia, sed potest restitui, si non probetur uersio per creditorem; & pro hoc benefacit, quia ecclesia æquiparatur minori, ut d. cap. primo, extra de resti. in integ. & ideò debet posse restitui, sicut minor; & ad hoc non tenetur cum effectu, si petat restitutionem, nisi probetur uersio per creditorem, & hoc modo posset intelligi dictum Innocen. hic. & in d cap. quòd quibusdam. & gloss. in d. §. si uerò quis; & licet aliàs minor † debeat probare minorem ætatem & læsionem, l. nam & postea, §. si minor, & quòd ibi no.
11 ff. de iureiuran. cùm speciale sit in mutuo, ꝙ non tenetur probare læsionem, & sic eo ipso præsumitur læsus, qui allegat læsionem, nisi creditor probet esse uersum in utilitatem eius, idem uidetur eodem modo in ecclesia dicendum, uidelicet,
12 ꝙ licet † aliàs quando ecclesia petit restitutionem debeat ꝓbare læsionem, secundùm ea quæ habentur in d. cap. primo, de in integr. rest. in isto casu quando agitur ex mutuo cõtra eam, erit secus, quia non erit necesse probare læsionem, sed sufficit allegare læsionem, uel ecclesiam fore læsam, nisi probetur uersio per ipsum creditorem; & hoc uidetur procedere, siue mutuum sit receptum in determinatam causam, siue in non determinatam, & siue agatur de alienatione rei immobilis, siue mobilis ecclesiæ; uidetur tamen per id, quod superius dixi, quòd prælatus, & ipsi de capitulo, qui recipiũt mutuum, possunt conueniri, & cogi, ut de fructibus ad ipsos spectantibus satisfaciant ipsi mutuanti. capitu. peruenit. de fideiussor. pro quo etiam facit Bald. in suo consilio 350. volum. tertia, incipien. in Christi nomine, sicut ciuitas & ecclesia, ubi dicit, quòd ciuitas & ecclesia de mutuo nõ obligantur, nisi pecunia in utilitatem uersa sit, sed bene obligatur persona mutuam pecuniam accipiens, & per consequens inquit non obligat talis contractus successorem in dignitate, uel officio, l. ciuitas. ff. si cer. peta. authen. hoc ius, C. de sacrosanct. eccles. no. ff. de nego. gest. l. si Pap. post princip. Quod autem pecunia uersa fuerit in utilitatem ecclesiæ, creditoris est probare, quia ex hoc creditor fundat intentionem suam, & quia ista est causa substantialis quoad esse obligationis, ergo necessaria, quoad probationem esse, quia fundamenta intentionis probanda sunt per affirmantem & agentem, l. qui accusare, ff. de accusat. l. actor quòd asseuerat, C. de probatio. subdens Bald. in casu illo, quòd prælatus non est persona habilis ad obligandum ecclesiam ex mutuo, nisi sequatur uersio, nam non habet in hoc mandatum à lege uel canone, nec eius confessio nocet ecclesiæ, C. de nouat. l. non abstulit, & ff. depositi. l. si quis inficiatus, præterea cum agatur de alio per aliũ obligando, ille, qui vult taliter obligare, debet esse curiosus, ut uertatur in utilitatem, hoc probatur vt legitur & notat. l. doli mali. ff. de noua. in fi. nec sufficit uerbũ, ubi requiritur factũ. l. si forte. ff. de Castren. pecul. Et subdit Imo. d. loco ꝙ illa q̃ sunt dicta de mutuo, in isto casu dẽnt intelligi dicta q̃ mu-

Source : BIU Cujas

tuum eſt fęneratitium, quia id videtur ibi ſenſiſſe Hoſtien. dum dicit, ꝙ ſpetiale eſt in odium fœneratorum, & utilitatem eccleſiarum. ſequitur Ioan. Andr. ibidem, idem tenet glo. in l. 1. & 2. ſi aduerſ. cred. C. vbi Bar. & per Cyn. in authē. hoc ius, & hanc eſſe communem opinionem, & dictum In nocen. qui dicit ex mutuo indiſtinctè nunquam teneri eccleſiam, niſi ꝓbetur verſio, haberet intelligi ex vſu, & ex eo, quia nunquam conſtringit ꝙ mutuum non ſit fœneratitiū, vt experientia & vſus quotidianus docet, & vtinam nō eſſet, cum nimis magnis vſuris, ita intelligunt d. authen. hoc ius. Cyn. & Petr. de Belui. vt ibi refert Alber. in verbo nota, benè huc, ibi nota ꝙ creditor habet probare creditum eſſe verſum in vtilitatem eccleſiæ, ꝙ intelligunt Cyn. & Petr. Belui. in creditore ſub vſuris mutuante, & per Archid. in cap. hoc ius. 10. q. 2. per eundem Alber. in l. 1. C. ſi aduerſ. cred. ibi iura enim præſumunt contra vſurarios, uſurarius enim & cupidus deuiat a veritate, ſubdens, & idem intelligunt de credito re eccleſiæ, quia ſi mutuum non ſit cum fœnore uel uſura, videtur eſſe iniquum ꝙ creditor oneretur ad probandum verſionem? ſubdens Alber. vnum ꝙ dicit notandum, ꝙ ſi minor eſt diligēs & induſtrioſus, eſt præſumptio ꝙ pecuniam vtiliter expenderit, & tunc non incumbit probatio creditori, licet hanc opinionem, quæ fuit Azonis, aliquis improbet.

In contractu autem commodati facti gratia eccleſiæ dicit idem Imola ſatis videtur, ꝙ ſi ſit factum prælato & capitulo, ꝙ non tenetur arg. huius tex. vt non poſſet petere reſtitutionem niſi probet læſionem, quia ꝙ ſufficiat allegare læſionem, licet non probetur, videtur ſpetiale in mutuo, ſi autem ſit, dicit. commodatum ſoli prælato, videtur ꝙ eccleſia non teneatur, niſi probetur verſio, uel niſi appareat rem ſtare penes eccldſiam. per hunc tex. in cōtractu autem emptionis, uel uenditionis, ꝙ ſi fiat uenditio rei immobilis, uidetur, probare illud, de quo habetur in authen. hoc ius, ꝙa emptor debet eſſe ſollicitus, vt prætium conuertat in ſatisfaciendo creditoribus, aliàs non poterit rem habere, vt ibi dicitur; in alijs autem venditionibus, videtur ꝙ ſufficiat, ꝙ ſit facta per prælatum & capitulum cum ſolemnitate capituli. ſine exceptione, 12. q. 2. eo caſu, quo illa requiritur, nam tunc tenebit contractus, nec poterit eccleſia reſtitui, niſi probet læſionē, & ſic voluit Innocen. & quod dixi quando fit uenditio rei mobilis prętioſæ, quæ pariter non poteſt alienari ſine ſolemnitate capituli ſine exceptione, vt habetur in ſimili in l. lex q̄ de adm. tut. & dixi ego ſupra ſuo loco in rubrica de rerum mobilium alienatione, Innocē. tamen, inquit Imola, & ſimiliter tex. d. auth. hoc ius. ſolùm loquuntur de re immobili; Ideò de iure videtur ſecus de re mobili, tutius tñ videtur ꝓpter vitandas opiniones probare idem in rem mobili prætioſa, quando uenditur, vt ſic emptor teneatur eſſe ſolicitus, vt prætium conuertatur in cauſam, propter quam fit venditio.

Et ſubſequēter quærit ibi Imola, quid iuris, ſit mutuum fiat prælato, an cenſeatur vti factum eccleſiæ, & reſpondet ꝙ D. Anto. videtur voluiſſe ꝙ ſic, in quantum dicit, quòd capitulum repræſentat eccleſiam, vt habetur in ca. relatum. el ſecundo. de teſtam. ſed glo. in authen. hoc ius. in fi. videtur requirere, ꝙ ſi habeat cenſeri factum eccleſiæ, debet eſſe factum omnibus de eccleſia, & ſic prælato & capitulo; facit c. nouit. de his quæ fiu. à præla. & cap. quanto, potes dicere inquit Imola, quòd ſi eſt adminiſtratio capituli diuiſa ab adminiſtratione pręlati, quòd tunc poſſit procedere dictum Do. Antonij; facit ꝙ no. in c. edoceri. de reſcrip. quod tamen dicit intelligendum, niſi eſſet magna quantitas, quæ mutuo ſumetur; quia tunc videtur, quòd debet interuenire etiam cōſenſus prælati, per id quòd no. Innocen. in ca. 1. de procurat. vbi vult, ꝙ licet prælatus haberet adminiſtrationem bonorum eccleſiæ, tamen in negotijs arduis uel magnis tenetur requirere conſenſum capituli; vbi autem fit mutuum ſoli p̄lato, ſiue habeat adminiſtrationem diuiſam à capitulo, ſiue habeat adminiſtrationem cum capitulo, ſiue ſolus habeat ad miniſtrationem bonorum communium pręlati, & capituli, pro vt de iure uidetur eſſe hoc ultimum, per ea, quæ no. d. c. edoceri, non obligabitur ſucceſſor, nec eccleſia, niſi probetur verſio, per tex. in l. 3. C. quando ex facto. tut. & per hoc cognoſci poteſt, an bene dixerit Bald. in authen. hoc ius, in eo, quod dicit, ꝙ ſi Abbas emit pannum pro veſtiendis monachis, quòd tunc pānarius, qui uendit pannum, poterit agere contra ipſam eccleſiam, & ſic an procedat, quòd tunc ex tali contractu Abbatis obligetur monaſterium, quia videtur dicēdum quòd ſic, ſi Abbas haberet adminiſtrationem bonorum monaſterij, ex quo iſte non eſt contractus mutui, nec agitur de alienatione rei immobilis eccleſiæ, & ideò videtur quòd teneatur eccleſia petere reſtitutionem in integrum, ſi forte eſſet læſa eccleſia in prætio panni, uel ſi forte appareret, quòd culda pręlati per quem pannum fuit emptum, non proceſſit ad talem effectum, uel aliàs ad utilitatē eccleſiæ, uel monaſterij, argumē. eorum quę habentur in l. ſiue habere. §. interpoſitio. ff. de admi. tutor. ſecus ſi caſu fortuito perijſſet, quia tunc nihilominns tenebitur eccleſia, argum. l. uerum. §. ſciendum, ff. de minor. & alias ut ibi per eundem Imolam.

In hac materia habemus textum formalem in ca. quod quibuſdam, de fideiuſſor. extra, ubi ſi pręlatus accipit mutuum ultra ſummam communi prouidentia conſtitutam, non obligat eccleſiam, niſi quatenus in eiuſdem utilitatem redundauit, vbi dicit glo. in uerbo utilitatem, quòd tunc agitur actione de in rem uerſo, ubi Abb. ſed agetur actione de in rem uerſo, puto ētquòd pōt agi actione negotiorum geſtorum, ſi mutuum habuerit reſpectum ad eccleſiam, & nō ad perſonam ſubiectam, cui mutuū eſt conceſſum, argum. l. ſi pupillo. ff. de neg. geſt, Et ſi dicas, actionem non competere, quia contra uoluntatem eccleſiæ uidetur mutuum factum, ſi ultra formam conſtitutam aliquid fuit receptum, hoc contrarium facit ualere Innocen. per l. fi. C. de neg. geſt. ubi dicitur illam actionem ceſſare, quādo quis geſſit alterius negotium eo inuito. Vnde dicit Innocē. quòd hic agitur de in rem uerſo, & ideò oportet quòd duret uerſum, quia alias non competit illa actio. Sed certe inquit Abba. hoc dictum non eſt uerum, quia ſi pręſuponeremus, quòd eccleſia contradicente eſſet factum iſtud mutuum, ceſſaret actio de in rem uerſo, quia non debes te ingerere in negotijs meis me inuito. l. ſi pro te. ff. mand. & quòd no. Bar. in d. l. fi. vnde dico aliter, quòd eccleſia ſtatuendo certam ſummam non uidetur contradicere ultra ſummam, ſi illud conuertit in utilitatem ſuam, & appareat de verſione, quia in dubio non uidetur quis prohibere propriam utilitatem, ut no. in reg. qui tacet, de reg. iur. in 6. Item dico ꝙ poſſit agi actio. nego. geſt. intelligendo pro ut ſupra dixi, ut ibi per eum, notat Innocē. d. c. ꝙ quibuſdam. quòd quando aliquis contrahit mutuum, uel quemcunque alium contractum cum procuratore, debet diligenter inſpicere tenorem mandati. l. diligenter. ff. mā da. quia, ſi illud exceſſit, non tenetur dominus, niſi in quantum probaret uerſum in utilitatem domini, uel nīſi illud, qđ facit, ſit conſequentium mandato, ut eſt cautio de euictiōe, & ſimilia. Sed caueat iſte procurator, qui ad hoc mandatum non habet, ne pecuniam mutuam accipiat, quia iura nūquā dominum obligant, l. fi. C. quod cum eo, nec poteſt obligare pignus, l. antepe. ff. quod iuſſu. & ſi pręlatus cōſtituat procuratorem ad procurandum uillam, aut præbendam cum libera adminiſtratione, mihi uidetur, inquit idem Innocen. ꝙ poteſt agere nomine eius pro utilitatibus uillę, uel prębē dę, & poteſt ei ſolui debitum, quod ei debetur, & paciſci, & hac ratione uidetur quibuſdam ꝙ etiam poſſit mutuum cō trahere, ſic tamen quòd non obliget perſonam domini, ſed res tantùm uillę uel prębendę, quas adminiſtrandas recipit, in margine ibi ad Innocen. allegatur, quod idem tenet Petr. de Ancharan. in conſil. 322. incip. pro clariori deciſione, col. 2. circa fi. Si autem haberet generalem adminiſtrationē omnium bonorum domini, tunc forte poſſet obligare dominum, & hoc ex eo maxime probatur, quia talis procurator poteſt facere inſtitorem, & ex contractu cum tali inſtitore habito obligabitur, & procurator generalis, qui inſtituit, & dominus. ff. de inſtito. l. quicunque. §. fina. & l. ſeq. ex quo ſequitur, ꝙ multò fortius ipſe procurator generalis dominū obligabit, et mutuam pecuniam accipiendo; ciuitas tamē & eccleſia nunquam in mutuo obligatur, niſi ſit uerſum in utilitatem ciuitatis, & eccleſię, ff. ſi cer. pet. ciuitas, ſecus tamen eſt in priuato, vt no. in ſumma. C. ſi cer. pet. §. ubi autem accipit, ut per Innoc. d. c. ꝙ quibuſdam. ubi multa allegat, & ibi dicit Imola in notabilibus, quòd ex contractu mutui inito cum particulari de eccleſia cum conſenſu pręlati, & capituli, quòd uidetur obligari eccleſia, licet aliter non probetur mutuum eſſe uerſum in utilitatem eccleſię, dum tamen fuerit receptum intra ſummam communi prouidentia taxatam, aliàs nō obligatur eccleſia niſi manifeſte probetur uerſio in utilitatem eccleſię; & ſic uidetur quòd non ſufficiat uerſio pręſumpta, ſed uidetur requiri manifeſta, & idē Imola in gloſſ. fin. in fin. dicit, nota bene gloſſ. iſtam, quia ex illa uidetur decidi quęſtio, qua quæritur, an pro mutuo facto per eccleſiam teneatur eccleſia, nam uidetur concludere, quòd ſic, ſi fuit factum intra ſummam taxatam à capitulo, etiam ſi non probetur alia uerſio, ſecus ſi fuerit receptum ultra ſummam taxatam, quia tunc non tenebitur eccleſia, niſi probetur pecuniam uerſam in utilitatem eccleſię. Sed, inquit idem, contra iſtam concluſionem facit quòd habetur in capitu. hoc ius. duodecima quęſtione ſecunda, uerſicul. is creditor, ubi uidetnr quòd non teneatur eccleſia, uiſi probetur uerſio. Sed Guilielm. Nata. hic dicebat, quòd ibi loquitur quando ille, qui recipit mutuum, non erat pręlatus eccleſię, nec habuit mandatum,

ſecus

Source : BIU Cujas

secus si fuisset prælatus, vel habuisset mandatum, quia tũc secundum eum tenetur ecclesia, licet non probetur versio, qñ summa non est taxata, uel si est taxata, recipit intra summam aliàs secundùm eum sequeretur absurdum, ꝙ, si aliquis mutuaret pecuniam prælato ituro ad curiam pro negotijs ecclesiæ, deberet ire cum ipso prælato, & esse curiosus, vt videret, qualiter expenderentur ipsæ pecuniæ, quod videtur esse inconueniens. Sed vbi recipitur vltrà summam taxatã, tunc benè debet probari versio, & aliàs vt ibi per eum. Et idẽ paulò post. vers. Item aduerte, dicit. d. Floren. dicit summam taxatam posse exemplificari, puta quando prælatus & conuẽtus determinauerunt, ꝙ opus erat tanta quantitate, & ꝙ quicunque ex eis melius posset, procuraret illam inuenire mutuo; & paulò post, nam dicitur summa communi prouidentia taxata quando ex statuto, uel alia dispositione, uel cõsuetudine ordinatio est in ecclesia, ꝙ si contingat aliquod mutuum contrahi, possit prælatus vsque ad tantam summam communi prouidentia contrahere, & nõ vltrà, sine consensu capituli, & tunc dicetur summa communi prouidentia taxata, quia si prælatus uel habens administrationem recipiat mutuum intra summam, obligat ecclesiam, licet non probetur versio secundùm D. Anto. post Ioan. Andr. quem refert ibi. & idem dicit posse in simili dici in contractu donationis, si in ecclesia esset taxata summa, quia illam poterit facere prælatus, dummodo taxatio non sit immoderata, & sic poterit, quòd habetur in cap. cæterum. de donat. vt ibi per eundem Imolam.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ex actu gesto cum particulari non habente mandatum ab ea tenetur, in quantum uersum est in eius utilitatem.*
2 *Versio in utilitatem ecclesiæ probanda est, quando propter restitutionem mutui oportet distrahere bona immobilia, uel prætiosa mobilia.*
3 *Res prohibita alienari prohibetur pignorari.*
4 *Consilium populi habet liberam facultatem distrahendi bona ciuitatis, non sic in prælato & capitulo.*
5 *Versio in ecclesiæ utilitatem probanda non est quando de reditibus ecclesiæ satisfieri potest.*
6 *Prælatus, & capitulum habent liberam administrationem fructuum, & num. 8.*
7 *Delictum prælati & capituli nocet.*
9 *Prælatus non potest ecclesiam obligare ultra tempus uitæ suæ, nisi ex vtilitate, uel necessitate ecclesiæ.*
10 *Prælatus non obligat ecclesiam recipiendo mutuum pro facto suo, nisi recipiat pro sua sustentatione.*
11 *Successor nõ tenetur ad debita per prædecessorem contracta, nisi illa probentur uersa in utilitatem ecclesiæ.*
12 *Ex mutuo facto particulari de ecclesia intra summam taxatam ecclesia obligatur.*

Distinctio Abb. pro materiæ dilucidatione.

SEd Abb. in d. c. quod quibusdam, videtur mihi ꝙ pulchrè in hac materia distinguit, & eam distinctionẽ valde approbat, & commendat D. Andr. Sicul. ibidem. 3. colum. vers. si opponitur &c. dicit enim in notabilibus, quòd ex cõtractu inito cum particulari de ecclesia non obligatur ecclesia, nisi quatenus pecunia esset versa in utilitatem ecclesiæ,
1 & ex hoc nota, & ex tex. ꝙ ex actu gesto † cum particulari non habente mandatum ab ecclesia, teneatur ecclesia, in q̃tum uersum est in eius vtilitatem. Doctores inquit in hoc casu vario modo loquuntur, & prosequuntur, nunquid mutuans ecclesiæ, aut particulari de ecclesia teneatur in repetitione pecuniæ, pbare pecuniam mutuam fuisse uersam in vtilitatem ecclesiæ, ego inquit non insistam in eorum uerbis, sed ponam unam distinctionem, quam nouissimè concedi. Aut enim propter restitutionem mutui oportet distra-
2 here † bona immobilia, uel mobilia prętiosa ecclesiæ, & est necesse probare uersionem, etiam si pecunia fuisset mutuata prælato, & capitulo. authen. hoc ius porrectum. 10. q. 2. intelligendo pro vt intellexit Innoc. & bene in cap. 1. depos. & probatur hoc ratione, nam si directe non possunt prętlatus, & capitulum alienare alia bona sine euidenti necessitate uel utilitate. 12. q. 2. c. sine, sic nec indirecte possunt recipiendo mutuum, occasione cuius oportet peruenire ad distractionem bonorum. argum. in reg. cum quid una uia, de reg. iur. lib. 6. ad idem facit quod no. Bar. in simili in l. in quorum, ff.
3 de pignor. ubi dicit, ꝙ, si res † prohibetur alienari, prohibeẽ pignorari, quia per pignorationem peruenitur ad distractionem. c. nulli. de rebus eccle. non alienã. l. fi. C. de rebus alien. non alien. Bar. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. ubi sentit, ꝙ si mutuũ est factum prætente prælato & capitulo, non est necesse probare uersum, sicuti si fieret mutuum ciuitati præsente consilio populi, sed dico, †
4 ꝙ non est bonum simile, quia consilium populi habet liberam facultatem distrahendi bona ciuitatis, sed non sic prælatus, & capitulum. d. cap. sine exceptione, & hoc casu credo quòd sit necesse uere probare ꝙ ecclesia tunc indigebat, vt no. authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. vt Guliel. de Cun. & Io. Andr. refert hic, nam iura in hoc exigunt ueram, non præsumptiuam uersionem. d. auth. hoc ius.

Aut potest satisfieri de reditibus ecclesiæ absque distractione rerum, & tunc, si mutuum est factum prælato, & ca-
5 pitulo, † non est necesse probare uersionem, de hoc est casus hic, si bene ponderatur, nam si non exigitur probatio uersionis, quando mutuum est receptum cum consensu prælati & capituli, ergo fortius non exigitur quando mutuum est factum ecclesiæ præsentibus prælato & capitulo, & hoc casu posset procedere dictum Bar. in l. ciuitas. præallega. quod est
6 rationabile, nam prælatus, & capitulum habent liberam administrationem fructuum, ergo ex fructibus satisfaciẽdum est creditori, licet versum non probetur, hoc idem videtur probare argumentatiue tex. in cap. 1. de depos. ubi uersum exigitur, quando contractus fuit initus cum particulari, nõ
7 cum tota ecclesia, ad hoc facit, quod delictum † prælati & capituli nocet ecclesiæ, vt no. c. 2. de ord. cog. & in reg. delictum. de reg. iur. in 6. Aut mutuum fuit receptum à solo prælato, & est maius dubium; Sed crederem, ꝙ in uita prælati nõ est necesse creditori probare uersionem. arg. hic, nam hoc solum exigitur, quando particularis de ecclesia recipit mutuũ
8 sine licentia abbatis, in abbate ergo non † est necesse probare versionem, pro hoc, quia prælatus habet liberam administrationem fructuum, & òmnia administrat excepta alienatione immobilium. c. is cui, de elect. lib. 6. & c. cum vobis. in fin. de electio. extr. nec obstat text. l. ciuitas, quia loquitur in administratore ciuitatis, qui non habet tantam potestatem in rebus ciuitatis, sicut prælatus in reb. ecclesię. facit ad hoc quod no. glo. 5. q. 3. cap. fi. & 12. q. 1. cap. duo sunt genera. Sed
9 post mortem prælati, puto non teneri ecclesiam, nisi probetur uersum, quia non potuit ultra tempus uitæ suę ecclesiam obligare, nisi ex necessitate, uel vtilitate ecclesiæ, ad hoc probandum est necesse probare versionem, ad hoc, faciunt no. in princip. c. fin. ne prela. vic. suas, c. ex præsentium, de pigno. & per Hostien. in c. veniens. de transactio. Facit ꝙ dicit Abb.
10 in c. 1. de testamen. ꝙ prelatus † non obligat ecclesiam recipiendo mutuum pro facto suo, nisi tamen receperit ꝓ sua sustentatione, quo casu potest, & obligat ecclesiam secundũ Doctores, & pro hac opinion. vide Inno. infra tit. proximo.
11 c. 1. vbi hoc aperte sentit, nam dicit ibi successorem † non teneri ad debita contracta per prædecessorem, nisi probetur illa versa esse in utilitatem ecclesiæ, Hostien. tenet ibi nõ esse necessarium, quia litera ibi exigit solum ꝙ pro necessitate ecclesiæ fuerint contracta: ergo satis est probare, quòd tũc imminebat ecclesię necessitas recipiendi mutuum, & profectò ille tex. multum facit pro hac opinione, quæ mihi videtur equior. nam vt dicit Guliel. de Cun. durum est, quòd mutuans prælato volenti ire ad curiam pro necessitate ecclesiæ debeat esse sollicitus, ꝙ pecunia expendatur pro necessitate ecclesię, uel si mutuat pro agris colẽdis, debeat ire vel mittere testes ad illam videndum versionem, & hęc opinio satis placet in prelato. adde Cardinalem cons. 133. & cons. 95. & consil. 71. & ibi, quid de monachis nigris, Calderin. consil. 1. de solutio. vt in margine ad Abba. & facit iste text. inquit Abb. per locum à speciali, dum solum exigit probationem versionis in particulari de ecclesia, & illa authen. hoc ius. potest intelligi, vt supra dixi, quando peruenitur ad distractionem rerum, & ad tex. in l. ciuitas, fuit responsum, nec habemus alia iura quę exigant probationem uersionis. quando-
12 que mutuum † fuit factum particulari de ecclesia, puta monacho, uel canonico, & tunc si intra summam taxatam ab ecclesia, non est necesse probare uersionem, quia mutuum uidetur factum ecclesię, ut fic probatur. Si uerò nulla summa est taxata, uel est receptum ultra summam, tunc est necesse probare uersionem, ad hoc ut teneatur ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum receptum à prelato pro ecclesia an præsumatur ab eo conuersum in ecclesiam.*
2 *Qui bene fecit in præterito præsumitur in futurum bene agere.*
3 *Versio præsumitur, si probetur, quòd ecclesia tempore mutui egebat pecunia.*
4 *Confessioni prælati standum est, si cum ea concurrant aliquæ coniecturæ.*
5 *Confessioni recipientis standum est, quando ille, qui confitetur, habet mandatũ ad illam causam.*
6 *Confessio recipientis non sufficit, quando requiritur probatio uersionis in utilitatem.*

Source : BIU Cujas

7 *An sufficiat probare, quòd ciuitas egebat illa pecunia tempore quo administrator præsente populo accepit mutuum.*
8 *Ciuitas & ecclesia nunquam in mutuo obligantur, nisi sit uersum in eorum utilitatem.*
9 *Versio uidetur probata, eo quòd mutuum fuit factum prælato & capitulo.*
10 *An sufficiat probare prælatum, qui suscepit mutuum, solitum esse diligentem.*
11 *Et quid si cum diligentia prælati concurrat necessitas ecclesiæ.*

De mutuo accepto a Prælato, in ecclesiæ utilitatem versum præsumatur.

VErum quia per supradicta in casu mutui requiritur versio in utilitatem ecclesiæ, aliàs videtur ꝙ non sit obligata, est uidendum, an, si mutuum recipiatur
1 à prælato pro ecclesia, præsumatur † ab eo conuersum in ecclesiam, uel sufficiat cõfessio prælati cum toto capitulo, an verò requiratur alia ꝓbatio, Alber. in d. authen. hoc ius. secundùm gloss. Odof. tenet, ꝙ si prælatus sit industriosus diligens & consuetus facere utilitatem ecclesiæ, talis confessio prælati sufficit, hac ratio-
2 ne, ꝙ præsumptio est, ꝙ qui benè † fecit in præterito, eũdem in futuro bene agere. Et hoc inquit habet locum, cùm creditor vult repetere ab ecclesia, secus si ab ea ꝑsona, cui mutauit, & id etiam illi placet, ista ratione, quia graue & quasi impossibile esset creditori hoc probare ꝙ uersum esset, & posset hoc redundare in damnum ecclesiæ, quæ tempore necessitatis non reperiret qui ei subueniret, & qui cum illa cõtrahere uellet, & Bald. in authen. hoc ius, mouet istud dubiũ, in vers. quæro utrum, ubi quærit utrum in dubio præsumat facta conuersio, & utrum sufficiat confessio prælati cum toto capitulo, & dicit ꝙ glo. ibi tenet ꝙ sic, ualde notabiliter in glo. probabit. ibi, ergo forte per præsumptionem, ut quia prælatus est diligens, & ecclesia tunc indigebat, non autem habet probari, ubi quilibet nummus sit datus, vt ff. de exerci. l. fi. vt habetur in glo. in c. hoc ius, 10. q. 2. in uerbo probat, ibi, sed inquit creditor ita curiosus erit, vt semper teneatur scire ad quem vsum conuertatur hęc pecunia, sed secundũ hoc nullus inueniretur, qui cum ecclesia contraheret, ff. de
3 minor. l. ꝙ si minor, l. ꝙ si minor, sed dicit ꝙ † sufficit probare, ꝙ ecclesia tunc tpis egebat pecunia, l. Lutius. ff. de exerci. ne si nimia sublitate circa res ecclesiæ laboremus, illa subtilitas ei in perniciem uertat̃. l. pen. C. ad Trebell. & gl. d. authen. hoc ius. dat alium modum, per quem præsumat̃, ꝙ sit facta uersio, uel quia omnibus de ecclesia simul dedit, ꝑ quos potest deterior ecclesiæ fieri conditio, l. iubemus. §. si quando. eo. ego dico, inquit Bald. ibidem, quod huic confessioni statur, si concurrant coniecturæ aliquæ com confessione, pu-
4 ta, ꝙ monachi † nihil habebant de frumento, uel erant nudi, nunc verò apparet, ꝙ vixerunt de frumento, & ꝙ sunt uestiti, arg. de alim. pu. præstan. l. fi. & licet hoc posset fuisse aliunde, hoc tamen non præsumitur, l. si neutri. §. fin. de priuileg. credi. super quo dicit Bar. in d. auth. vers. uenio ad ulti-
5 mam partem, quòd quandoque aliquis † habet mandatum ad recipiendum mutuum pro alio ad certam causam, & tunc sufficit quòd ille, qui recipit confiteatur ad illam causam se recepisse, licet mentiatur, l. prima, ff. de exercit. § non aũt. vers. quod si in prætijs; quandoque habet mandatum gñale, tunc non sufficit eius confessio ad obligandũ dominum, sed requiritur probatio per præsumptiones, ita loqtur d. l. 1. ff. de exerci qñque vr̃. ꝙ requiratur ꝙ expresè ꝓbe-
6 tur pecuniam esse conuersam in utilitatem eius, & tunc non sufficit cõfessio recipientis, l. 1. ff. de in rem uerso. & ff. si cer. pe. l. 1. pro vt põt dici in hoc vltimo casu esse de iure ecclesię quæ est priuilegiata in hoc, & est spetiale, ꝙ mutuũ expresè probetur esse in utilitatẽ eius uersum, ut ecclesia teneatur, dicit Iaſ. ĩ l. ciuitas. alleg. ff. si cer. pe. circa fi. ibi, offertur pulchrũ
7 dubiũ, pone ꝙ ciuitas indigebat illa pecunia † tpe quo administrator p̃sente populo, uel consilio accepit mutuũ, nunqd sufficiat, dato ꝙ aliter non ꝓbetur pecuniam esse uersam in utilitatẽ. Ybi dicit ꝙ antiqui tenebant, ꝙ sufficeret. per tex. in l. fi. ff. de exerci. Sed Salyc. Paul. de Cast. & alij cõiter scribẽtes, tenẽt, & bene, ꝙ ille tex. in d. l. fin. habeat locum in ꝑsona priuati, nõ in priuilegiata ꝑsona, ut est ecclesia, & ibi Doc-
* tores ennumerat, qui faciunt sup hoc cõem opinionẽ, ꝑ qua cõi opinione dicit ꝙ d. Alex. ibi inducit tex. in c. qđ quibusdã extra de fideiusso. in uerbo manifestè constiterit, & l3 forsan possit respõderi, ꝙ illud uerbũ uerificatur ẽt in præsumptionibus legum, rñ inquit concludẽ, ꝙ illa lex fi. non habet locum in ciuitate, idẽ dic in ecclesia, quia ciuitas, & ecclesia nũ-
8 quam † in mutuo obligantur, nisi sit versum in utilitatẽ, dicit Inn. in c. quod quibusdam. de fideiussor. vers. si aũt habe-
ret, & per eundem in c. 1. depos. colu. 1. ibi. sicut hoc ipsum speciale est in mutuo ciuitati facto. Bal. cons. 350. 5. volu. pro quo vide, quæ dicit Imola in d. c. 1. de depos. mihi colum. 9. vers. qualiter aũt probetur versio, eo casu, quo expediens est illam probari, & conclude, inquit, ꝙ diuersi modi tradũtur circa illud, nam glo. in d. authen. hoc ius. ad fin. dicit, ꝙ satis
9 videtur † probari uersio eo ꝙ mutuum fuit factum prælato, & capitulo. glo. vero in §. si uero quis. in auth. de alien. & emphyteu. tenuit contrarium. D. Anto. hic dicit, ꝙ si mutuum est receptum ob certam, & determinatam causam, tunc ꝓcedit secunda opinio. arg. eorum quæ habentur in d. authẽ. hoc ius, si autem pecunia sit simpliciter mutuata prælato, & capitulo, tunc procedit prima opinio, alius modus est secũ-
10 dum aliquos, ꝙ probetur † prelatum, qui suscepit mutuum, fuisse diligentem, qui consueuit esse diligẽs in alijs negotijs. arg. l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re militar. sed istam opinionem reprobat glo. in d. §. si verò quis, & illam reprobant communiter Doctores, ꝙ illa coniectura non videtur esse sufficiens, vt habetur in d. auth. hoc ius. ad fin. & facit etiam, quod habetur in l. 3. §. sed si sic, ff. de in rem verso. vnde alij
11 dixerunt ꝙ alius modus † probandi versionem est, si probetur prælatum consueuisse diligentem esse, & ecclesiam tũc habuisse indigentiam de eo, propter quod mutuum accipit, puta pro reparatione ecclesię, vel quòd monachi indigebãt vestitu, vel frumento, vel vino, pro victu, & hoc casu si apparet indigentia, cessaret, quia reperitur ecclesiam esse reparatam, vel monachos indutos vestibus, vel fuisse alimentatos pane & vino, licet non appareat specificè ꝙ pecunia mutuo recepta fuit conuersa in indigentiam ecclesiæ uel monachorum, tamẽ satis uidetur, quòd præsumptione probabitur uersio, & præsumetur subuentum indigentię ex pecunia mutuata, arg. l. scienter, §. final. ff. de priuileg. credi. per id quod notauit Bar. in l. cum seruus. ff. de uerb. obli. & ꝙ habetur in l. fi. C. de alim. pup. cum alijs copiosè per eum adductis. Subdens ibidem paulò post Imo. ut infra.

SVMMARIVM.

1 *Versio in ecclesiæ utilitatem an probetur ex confessione prælati & capituli.*
2 *Confessio solius prælati non nocet ecclesiæ.*
3 *In regulariter prohibitis, & certo casu permissis non statur uerbo dicentis factum esse in casu permisso.*
4 *Testimonium uisus est excellentius omni testimonio.*
5 *Aedificia uento non reficiuntur.*
6 *Confessio administratorum per uiam voluntariæ iurisdictionis nõ debet præiudicare ecclesiæ.*
7 *Creditor tenetur probare uersum in utilitatem ecclesiæ primò in causa mutui.*
8 *Secundò in causa depositi.*
9 *Tertiò quando res ecclesiæ uenditur pro debito.*
10 *Debitor soluens rem debitam est liberatus, licet rector non conuertat in utilitatem ecclesiæ.*
11 *Confessio prælati cum toto capitulo sufficit, quando sunt aliæ coniecturæ, ueluti si non apparet Monachos aliunde frumentum uel pannum non habuisse.*
12 *Rector, qui non conuertit in utilitatem ecclesiæ, tenetur creditori de suo satisfacere.*
13 *Versionem per coniecturas probare non sufficit.*
14 *Procuratoris confessio de recepto an ualeat in præiudicium domini; quãdo re uera non recipit.*
15 *Creditor releuatur ab onere probandi uersionem, quando post breue tempus, quo creditor mutuauit ecclesiæ, emit prædium tanti ualoris, uel soluit debitum tantæ quantitatis.*
16 *Pecunia mutuata ecclesiæ ex causa necessaria si requisita sit, an teneatur ecclesia.*
17 *Venditio si debita solemnitate seruata facta sit, & prætium casu fortuito sit deperditum, an creditor sit securus.*
18 *Versio in utilitatem ecclesiæ qualis esse debet.*
19 *Ecclesia tenetur restituere tantùm, quantum est meliorata, licet plus fuerit expensum.*

ITem dicit Imola, aduerte quòd ultra modos, de quibus dixi, probandi uersionem factam in utilitatem ecclesiæ, dicunt
1 alij, quod est alius modus, si uidelicet prælatus † & capitulum confitentur pecuniam uersam in utilitatem ecclesiæ, ubi dicit quòd Dom. Anton. ibi concludit, ꝙ si solus prælatus confitetur uersionem, non probatur uersio per eius confessionem, per id quòd habetur in authen. hoc ius. & in d. §. si uerò quis, in authen. de alien. & emphyteusi, & quòd con-
2 fessio solius prælati † nõ nocet ecclesiæ; si uerò fit cõfessio p̃lati & capituli, tunc glo. in d. authen. hoc ius. & Cyn. ibi, uidetur uelle, ꝙ talis confessio præiudicet, & ꝙ factum prælati

habet

habet nocere ecclesiæ;habetur in l. iubemus nullam.C.de sacrosanct.ecclesijs.& cap.dilectus.de ord.cog.& cap. 1. de dolo,& contuma.glo.verò.in §.si verò quis.allegato,videtur tenere contrarium, videlicet ꝙ dicta confessio non præiudicat,nec sufficiat.Idem tenet Bald.in auth.hoc ius.& ibi Guliel.de Cun.aliàs secundum eum daretur materia delinquendi,nam forte sic confiteretur, & postea diuiderent pecuniã inter se,ideò tali confessioni non est standum. argum.eorũ quæ habentur in l.qui testamentum. ff. de probatio. & in l. cum quis decedens §.Titia.de leg.3.vbi patet, ꝙ in regulariter prohibitis,& certo † casu permissis non statur verbo dicentis factum esse in casu permisso,& dicit Bald.eleganter in cons.350.3.vol.Incip.Christi nomine, sicut ciuitas & ecclesia æquiparantur,quòd versio mutui in vtilitatem ecclesiæ dupliciter probatur,vno modo per apertam facti naturam, puta per uisum uidentem, & expensum in causam, testimonium † enim visus est excellentius omni testimonio.Instit. de grad.§.sed cùm magis.

Alio modo probatur per coniecturas,& à posteriori,qa apparet ꝙ refectio est facta,sed non apparet ex qua pecunia nam præsumitur ex ea pecunia,quæ ĩ hoc fuit mutuata, nec enim vento † reficiuntur edificia, sed cum magno sumptu, & opera,ad hoc facit.C.de usur.pupil.l.fin.&c. Facit ꝙ habetur per Ioan.Andr.in Specul. super rubrica de rebus ecclesiæ non alien.vbi dicit, ꝙ si per ecclesiam fit donatio alicui tanquam benemerito de aliqua re,non habet stare de meritis,& circa probationem meritorum assertioni partium. Facit ꝙ habetur in l.si forte.ff de Castren.pecul.in l.si donatione,C.de collatio.sequi videtur Archid.in cap.hoc ius,10.q.2. & hanc opinionem sequitur etiam D.Anto.ex eo, quia confessio † talium administratorum per uiam uoluntariæ iurisdictionis non debet præiudicare,per id quod habetur & no. in l.certum,§.sed an ipsas.ff.de confess.& aliàs vt ibi per Imolam,idem tenet Imola in ca.quod quibusdam.extrà de fideiussor.col. 10.vers.item non obstat,& ver.iuxtà prædicta.vbi tenet, quòd per confessionem non potest modo aliquo ꝓbari versio,& per Rebuff.in suo compendio alien.rerum eccles.versic.quæro quando,ponuntur tres casus,quando creditor teneatur probare conuersum in utilitatem ecclesiæ.

Primus est in † mutuo facto ecclesiæ,quod non potest repeti,nisi is,qui mutuauit,probet versum in utilitatem ecclesię. per tex.cap.quod quibusdam,de fideiussor.ubi Barba.plenè distinguit.Secundus casus,in quo est necesse † probare uersum in ecclesiæ utilitatem,in casu depositi,cap.1. de depos. & ibi ratio per manus traditur turmatim per Doctores. Tertius casus est,quando † res ecclesię uenditur pro debito, tũc oportet probare pecuniam conuersam in solutionem debiti,d.§.hoc ius,vt pote si mercator cõueniat monasterium, dicens se uendidisse pannum Abbati pro uestiendis monachis,quamuis Abbas non conuerterit,in hoc tamen monasterium tenetur pro debito;&,si debitor soluat † rectori ecclesiæ censum,vel aliam rem debitam,tunc est liberatus, licet rector nõ conuertat in ecclesiæ utilitatem.Abb.& Imola in d.c.1.Decius in consil.16.incip.& pro tenui.colu.2.subdens Rebuff.† confessio prælati cum toto capitulo sufficit, quando sunt coniecturæ,vt si non appareat, ꝙ monachi aliũ de habuerunt frumentum,vel Abbas ad alendum eos, uel pãnum ad induendum,nam non præsumitur, ꝙ uixerint de uento,ueluti lupus, l.fin.cum glo.de alim pupill.præstan.licet aliunde habere potuissent,hoc tamen non prę sumitur,l. si neutrum,§.fi.ff.de priuile.cred.Bal.in auth hoc ius, Cardinalis tamen consil.110.incip.quidam prælatus.in fin.dicit, ꝙ confessio prælati non sufficit,idem tenet Soc.in cons.52. uiso.col.1.3.vol.& cons 92.uiso.nec põt haberi fides de prętio, nec etiam sufficeret cõfessio super prætio, nisi appareret solutum,uel in causa expositum, propter quam uenditio fuit permissa,tenet Abb.cons.41.saluatoris,colum.2.1.uol.si tamen prælatus,uel alius † rector non conuerterit in utilitatẽ ecclesiæ,tenebit creditori de suo satisfacere,per Inn.& Cardin.in c.præsentium.de pignor.vt per Rebuff.d.uers. quæro quando,& per eundem ibi in uers.confessio prælati, habet quod communis sntia est in hoc casu,quæ habet seruari, uidelicet ꝙ non sufficiat probare per coniecturas,† puta ꝙ tẽpore contracti mutui ecclesia indigebat,sed uere probari debet,vt in supradictis tribus casibus consuluit Calderi.consil.7.qualiter,Rubrica de probatio.tenet Socyn.cons. 15. uisis.colnm.7.1.uolum,& ibi per eundem Rebuff.Facit ad materiam illud,quod habetur per Ioan.Bertachin.in tracta. de episc.quarta parte,§.quinquagesimò tertiò quæro, uersicu. adde,ubi dicit,quòd confessio de recepto facta à procuratore † non ualet in præiudicium domini,nisi re uera procurator recipit.secundùm Bald.in l.ad hoc,C.de quadr. præscriptio,quod est uerum,si procurator habet mandatumad repiendum mutuum,uel etiam ad confitendum, quia intelligitur scilicet ad confitendum de pecunia recepta tantum, non de non recepta,ita singulariter tenet Bar. in l.secunda in fin.ff.si cer.peta.& in l.non obtulit.C.de noua. secus tamẽ esset in procuratore habente mandatum pinguius, scilicet ad confitendum recepisse,etiam si re uera non receperit, ꝙ nota pro ista materia confessionis.

Item uidetur etiam quod ex coniectura creditor exoneretur ab onere probandi uersionem, puta si infra † breue tempus,quo creditor mutuauit ob necessitatem ecclesię,appareat,quòd ecclesia emit prædium,aut possessionem utilem tanti ualoris,aut soluit debitum tantæ quantitatis, quia tunc ista præsumptio sufficit ad exonerandum creditorem, ne aliud probare teneatur,no.per Azo. in summa, in authẽ. de exhiben.reis.uersicu de quarta, tenet Iacob. de Aren. & Alber.in authen.hoc ius,C.de sacrosanct.uersicu. item consueuit.

Et in materia solet quæri,an † teneatur ecclesia,si pecunia,quam creditor ecclesiæ pro causa necessaria mutuauit, sit deperdita,& quamuis possit dici,quòd non,per tex. d.authen.hoc ius,quæ non vult ecclesiam teneri, nisi sit uersum in utilitatem. Item quia iure minoris non tenetur ecclesiæ ex mutuo,nisi sit locupletata,item quia nõ uidetur uersum, nisi duret uersum,tamen per tex.in l.seruus.ff.de in rem uerso,qui videtur textus factus in casu,& per alia, quæ adducit Alber.tenet,quòd contra ecclesiam potest agere creditor, vt per eum d.authen.hoc ius,C.de sacrosanct. uersic.consuet uit.per quod etiam dicit esse decisum dubium,an,si ecclesia uendidit rem † debita solemnitate seruata, & prætium casu fortuito sit deperditum,creditor sit securus,ubi dicit,quòd sic,nec ecclesia petit restitutionem.

Et quia posset dubitari,an sufficiat qualis qualis uersio, ut ecclesia sit obligata, pro quo uide,quod dicit Abbas in d. cap.quod quibus,ubi ultra alios limitat hanc materiam, ꝙ teneatur ecclesia probata uersione,ut non habeat locum in qualibet uersione,† sed tunc quidem,quando est utile ecclesiæ illam uersionem esse factam,ita quòd ecclesia uerisimiliter fecisset de proprio,aliàs secus.pono exemplum, inquit, particularis recipit mutuum,& fecit fieri nobile ædificium in loco non expedienti,ita quòd graue esset ecclesię,& dam nosum illum sumptum fecisse,uel illum approbare, nã hoc casu credo ecclesiam non teneri,per illud, quod habetur in simili in l.in fundo.ff.de rei uendi.nam nõ potest dici, quod pecunia sit uersa in utilitatem ecclesiæ,si non expediebat ecclesiæ in illum usum conuertere; Item per eandem, † l. puto,quòd ecclesia tenetur solùm restituere tantum, quãtum est meliorata,licet plus fuerit expensum,& si plus fuerit meliorata,quàm expensum,solùm tenetur ad expensum, satis probatur in simili.d.l.in fundo,& ratio est,quia hoc casu ecclesia non tenetur ex contractu,ex quo non dedit mandatũ, sed actiõe de in rem uerso,ergo solùm tenetur ad id,in quo est meliorata,& hæc procedunt, ubi particularis non habebat aliquam administrationem, saltem peculiarem, aliàs autem tenetur ipse superior in quantum patitur peculium, seu administrationem superioris, ita per Innocen. in capi. cum olim.el secundo.de priuileg.in contractibus factis pro monacho sine licentia Abbatis; ut per Abba.ibidem; Facit in hac materia,quod habetur per Abb.in cap.1.de in integr. resti.ubi Abbas loquendo de sumptibus,qui habent refici cõductori,uel emptori rei ecclesiasticæ in casu restitutionis in integrum,ponit exemplum,quòd emptor seu conductor expẽdit centum,& facit meliorationem in ducentum, utrum ei teneatur ecclesia restituere centum, an verò ducentum, & dic,inquit, quòd centum tantùm est obligata restituere per illum tex.in eo quòd dicit, quòd debet restituere sumptus, non autem ualorem meliorationis; Sed inquit Abbas dubium maius est, quid si expendit centum, sed non fecit rem meliorem, nisi in quinquaginta, nunquid ecclesia teneatur restituere centum, an quinquaginta solùm? & puto quòd quinquaginta tantum, quia iste tex. mandat restitui sumptus propter meliorationem ibi factam. Si ergo melioratio non est facta,nisi in quinquaginta tantùm, duntaxat quiuquaginta debent restitui, & imputandum est illi qui impudenter facit sumptus.

SVMMARIVM

1 *Conuersio in utilitatem ecclesiæ duobus modis fieri potest,in perpetuum scilicet,& temporalem utilitatem.*

2 *Mandatarius habens mandatum usque ad certam summam, potest etiã pro temporali utilitate accipere usque ad illam summam.*

3 *Versio ubi est probanda,opportet quòd probatus uera uersio,nec sufficit apparens.*

4 *An si mutuum sit receptum,& uersum sit in eccesiæ utilitatem,non tamen duret uersum,ecclesia teneatur,& nume.5.*

6 *Prælatus recipiendo ultrà ſummam taxatam uidetur recipere contrà mandatum.*
7 *Negotiorum geſtor faciens impenſam contrà prohibitionem domini non obligat eum.*
8 *Generalis diſpoſitio debet generaliter intelligi.*
9 *Quid dicatur conuerti in utilitatem eccleſiæ.*
10 *Vera utilitas non eſt dare in feudum.*
11 *Tempus contratus attendi debet.*
12 *Emptor debet eſſe curioſus, ut prætium conuertatur in eccleſiæ utilitatem.*
13 *Vtilitas iudicanda eſt arbritrio boni uiri.*
14 *Verſum eſſe ſufficit in utilitatem temporalem, quando expediebat eccleſiæ illum ſumptum facere.*
15 *Mutuans alicui reſpectu eccleſiæ habet actionem de in rem uerſo, & actionem negotiorum geſtorum.*
16 *Non debet quis me inuito ſe ingerere in negotijs meis.*
17 *Non præſumitur quis uelle prohibere id, quod ſibi eſt utile.*
18 *Epiſcopus poteſt mutare pecuniam eccleſiæ ſine ſuperioris authoritate.*
19 *Mutuum fauore eccleſiæ in dubio preſumitur.*
20 *Mutuans pecuniam fiſcalem punitur.*
21 *Fiſcus & eccleſia æquiparantur.*
22 *Recipiens pecuniam mutuo ab eccleſia, ſi emat prædium, an ſibi uel eccleſiæ acquirat.*
23 *Nepos Cardinalis emens poßeſſiones ex pecunia à patruo ſibi mutuata ſibi acquirit.*
24 *Quantitas pecuniæ diſtinguit mutuum à donatione.*
25 *Quantitas data alicui an præſumatur donata, mutuata, uel depoſitata.*
26 *Capitulum ſede uacante poteſt ſuſcipere pecunias mutuo ſine authoritate ſuperioris.*

Continuat materiam, quomodo præſumatur conuerſio in utilitatem.

POſſet dubitari, quo modo poſſet fieri iſta conuerſio in utilitatem, ad quod videtur reſponderi per Innoc. in d. cap. quod quibuſ-
1 dam, verſ. vtilitatem, vbi dicit, quòd duobus modis † videtur fieri conuerſio, & quid dici conuerti in utilitatẽ; primo modo dicitur conuerti id quod conuertitur in rem eccleſiæ, & in poſterum duraturam, quia in emptionem alicuius rei, ædificium & conſimilia, & ſic accipitur hic, & ff. de impen. in re dotal. fact. l. 1. & 4. & quaſi per totum. Dicitur & alio modo conuerti in utilitatem eccleſię etiam id, quod non accipitur ad perpetuam utilitatem, ſed temporalem, puta pro colendis agris, & domibus non neceſſarijs, aliàs tamen utilibus faciendis & magnifice, & utiliter, ſed tamen eccleſiæ non ſufficit tantas expenſas facere, & ideò hoc inſpecto non eſt verè hæc vtilitas, & idem in alimentis monachorum, quos voluit parcè viuere, ſed ipſe multa expẽdit, quæ vtilia fuerunt, ſed tamen nimis grauabatur, & ipſi paucioribus poterant eſſe contenti, licet cum difficultate, l. in fundo. ff. de rei vendi.
2 Quando ergo fit mandatum, ſeu † prouiſio, quòd accipiat quis mutuum vſq; ad certam ſummam, poterit talis obligare, & accipere etiam pro temporalibus, ſed vltrà ſummã nõ pro temporalibus, ſed pro perpetuis ſemper tenebitur.

Et ſecundum D. Ioã. de Imola. ibidem col. 9. verſic. circà
3 quartum, habetur, quòd † caſu quo probari debeat verſio oportet, quòd probetur vera verſio, & ſic non ſufficit apparens, & realiter non exiſtens; ſi autem probetur vera verſio, & tunc ſi fuit temporalis pro ſui natura, puta pro agris eccleſię colendis ad fructus recipiendos, videtur, ꝙ talis verſio ſufficit, ex quo eccleſia eſt locupletta ex tali verſiõe, arg. reg. locupletari, de reg. iur. in 5. nec obſtant. l. 4. ff. de impenſ. qa loquitur in expenſa facta per maritum pro colendis agris dotalibus, quam non poteſt repetere à muliere, quia percipit fructus ipſorum agrorum. in quos facta eſt expenſa, l. ꝑ one ribus, C. de iure dot. Sed hic mutuans pro colendis agris eccleſię, non recipit fructus ipſe, ſed ipſa eccleſia, ideò conueniens eſt, ꝙ teneatur eccleſia in cuius vtilitatem pecunia eſt conuerſa. Interdum verſio ſui natura eſt perpetua, vt quia facta fuit ꝑ reparatione ędificij, ſed poſtea ædificium perijt caſu fortuitò, & ſic non durauit, hoc caſu eſt dubium, an ſufficiat talis verſio, ut poſſit agi contrà eccleſiam; nam videtur ꝙ ſic inquit per iſtum tex. dum ſimpliciter videtur velle, ꝙ ſufficiat pecuniam mutuatam uerſam in utitilitatem eccleſię, ad id ꝙ habetur in l. ſed an vltro. §. 1. ff. de neg. geſt. & iſtud inquit videtur tenere. D. Floren ſed Innocẽ. hic videtur uelle contrarium, quando vltra ſummam taxatam recipit mutuum, ſecus quando intrà ſummam recipit, vel quando ſumma
4 eſt nõ taxata. Poteſt † concordari opinio, quia ſi mutuũ ſit receptum per particularem de eccleſia non habentem administrationem aliquam, nec aliquod mandatum, vel per aliquem extraneum, ſine aliquo mandato receptum ſit mutuum pro eccleſia, videtur quòd non teneatur eccleſia, licet mutuum ſit receptum pro eccleſia, niſi duret verſum, l. ſi ꝑ parte, §. verſum. ff. de in rem verſ. vbi in ſimili patet, ꝙ, ſi extraneus geſſit negotia pupilli non tenetur pupillus, niſi vtiliter geſſerit, & duret utilitas: ergo eodem modo idem dicẽdum in eccleſia, quæ æquiparatur minori, cap. 1. de in integr.
5 reſt. Si verò † per prælatum habentem administrationem receptum ſit mutuum, tunc, ſi fuiſſet receptum intra ſummã taxatam, uel ſi non erat taxata, videtur ſufficere, ꝙ utiliter fuerit factum, licet non durauerit, ut voluit Innocen. hic, & probatur per id, quod habetur in l. 3. §. ſufficit, ff. de contrar. iud. tutelæ. vbi in ſimili ſufficit, ꝙ adminiſtrator datus minori utiliter geſſerit, licet non durauerit, vt no. Bart. in l. ſi pupilli, in princip. ff. de nego. geſt. Si verò per prælatum, aut rectorem habentem administrationem receptum ſit mutuum, vltra ſummam taxatam, tunc videretur, quòd non ſufficit facta eſſe verſionem in utilitatem eccleſiæ, niſi duret, vt hic dicit, tamen contrarium puto verius, ex quo eſt prælatus habens administrationem, qui recipit mutuum pro eccleſia. argum. l. 1. §. ſufficit, de contrar. iud. tutel. & per iſtum tex. in quantum ſimpliciter uidetur velle, ꝙ pro eo, quod recipiat̃ vltra ſummam, obligetur eccleſia, ſi uerſum ſit mutuum in vtilitatem eccleſiæ, nec diſtinguit an duraverit, vel non. Nec
6 obſtat, ſi dicatur, ꝙ prælatus recipiendo ultra † ſummam taxatam videtur recipere contra mandatum, argum. ca. nouit. de præſumptio. & ſic non debet obligari eccleſia per l. fin. C. de neg. geſt. quia reſponderi poteſt, ꝙ verum eſt, ꝙ videtur ſatis poſſe dici recipere contra mandatum, quo ad hoc, vt non obligetur eccleſia ex tali mutuo, ſi non probetur verſio; ſi autem videtur prohibitus recipere ultra, ſi probetur verſio ut hic, ſatis colligi pōt, aliàs ſequeretur, ꝙ, ſi eſſet receptum mutuum vltra ſummã taxatam, & uerſum eſſet in utilitatem eccleſiæ, & duraret, non poſſet repeti; quia, ubi quis
7 facit expenſam in negotio domini cõtra eius prohibitionẽ, non obligat eum etiam ſi utiliter geſſerit negotium domini, & duret utilitas, vt patet in d. l. final. C. de nego. geſt. & ideò non eſt dicendum, ꝙ in caſu propoſito omninò intelligatur prohibitus prẹlatus recipere ultra ſummam, ſed ſolum in caſu, in quo non probetur uerſio, licet illa non duraverit, ex quo facta fuit, ſi probetur per prælatum, videtur quod obligatur eccleſia per illum tex. & per tex. in d. l. 3. §. ſufficit, & per id, ꝙ no. Bar. in d. l. ſi pupilli, in princip. & iſtam partem putat de iure ueram Imola, quem ſequitur D. Floren. licet Innoc. Io. Andr. Petr. & D. Anto. ſequantur opinionem Inn. quam inquit tene menti propter authoritatem ipſorum, ut ibi per eundem Imolam, & opinio hæc Imolæ non uidetur eſſe ſine ratione, attenta generalitate tex. in d. cap. quod quibuſdã, quæ habet, ꝙ ſemper ſi ſit uerſum, datur pro verſo actio, nec diſtingunt, an duret, uel non duret uerſum; unde generaliter
8 † prolata diſpoſitio gñaliter habet intelligi; &, cum lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; & ſi ex ethimologia uocabuli mutuum de meo fuit factum tuum, tu ex meo fuiſti ſemel locupletatus; & ſatis eſt, ꝙ aliquo tempore ex meo res tua fuit melior, & conditio rei tuæ fuit meliorata. Vnde, ſi illam tunc uendidiſſes pluris, reſpectu mei uendidiſſes, meritò debes mihi teneri, maxime cum ſi non duret, uel ſi deſijt durare melioratio uel uerſio, non fuerit culpa mea, uel facto meo.

Addo D. Petrum Rebuff. in ſuo compendio rer. eccleſiæ alienationis. in expoſitione tex. capituli, ſine exceptione, 12. q. 2. in uerbo. ut meliora, ubi quærit, quando dicatur cõuerti in utilitatem eccleſię, & reſpondet, ꝙ conuertitur, quã-
9 do † cõuertitur in rem eccleſiæ duraturam, puta in emptionem alicuius rei, ſeu ædificium, uel aliam rem, l. 1. & 2. ff. de impens. in re dota. facit. c. ꝙ quibuſdam, de fideiuſſor. Item inquit, dicitur conuerti in utilitatem eccleſiæ etiam ſi eccleſia non haberet perpetuam utilitatem ſed temporalem, ut pote pro colendis agris, colligendis fructibus, ſeu alijs, l. in fundo. l. ſumptus. & l. ſi fund. ff. de rei uendica. Dominic. in d. §. hoc ius. duodecima queſt. ſecunda. ca. ea, colum. ſecunda,
10 ubi dicit, quòd non eſt uera utilitas, † nec etiam quando datur in feudum, licet retineatur homagium, & ob defectum homagij non preſtiti res poſſit cadere in commiſſum, quia non debet attendi aduerſa fortuna, l. inter. §. ſacram, ff. de uerborum obligatio. Bellamer. conſilio trigeſimotertio, incipien. quod ſi, colum. 14. uerſicul. quod ad ſecundam difficultatem, & ſufficit, quòd tempore contractus dicatur vtilis, licet efficiatur deterior; quia attenditur, & attendi de-
11 bet † tempus contractus, l. ſi uoluntate, C. de reſcind. vend. Calderin. expreſſe conſilio quinto, in rubrica de rerum permuta. per tex. in l. ſed an ultro. §. primo, ff. de neg. geſt. refert. Rebuff. d. loco. Facit quòd colligit Sylueſt. in ſumma in uerbo alienatio. uerſic. uigeſimò ſextò quæro quomodo intelligitur utilitas eccleſiæ, pro qua fit alienatio, & dico, inquit, ſecundùm Lauren. quòd oportet prætium rei uenditæ eſſe uerſum in vtilitatẽ eccleſię, ſic illam vtilitatem eſſe ꝑpetuã, &

cui-

Source : BIU Cujas

euidentem, vt in ædificijs perpetuis, emptionib. alienarum rerum, vel solutionem debiti grauis, & emptor debet esse
12 † curiosus, ut videat, ꝙ sic conuertatur, sed tamen, inquit, Zabarell. super Clemen. monasteriorum, eod. tit. dicit non esse necesse, ꝙ duret versum in vtilitatem ecclesiæ, & glo. 10. q. 2. c. & enim. §. hoc ius. dicit, ꝙ non oportet emptorem scire ad quem vsum pecunia conuertatur, sed sufficit probare, quod
13 ecclesia tunc indigebat; vel potest dici, † ꝙ vtilitas ista iudicãda est arbitrio boni viri, sicut quando omnibus consideratis iudicatur, ꝙ ecclesia bene facit, vel quia inde recipit reditũ maiorem, uel si parem, aut minorem, tamen commodiorẽ, uel aliquid tale, ità, inquit, de mente gl. d. §. hoc ius. in verbo probat. Nec iouenitur aliquo iure cautum, quod oporteat emptorem tutum fieri de ista utilitate, sed sufficit sibi rẽ emere iusto prætio, reliquum relinquere conscientiæ vendentiũ, vt in d. summa. Facit in hac materia, ꝙ dicit Ab. in d. c. quod quibusdam, de fide iust. col. 3. Sed aduerte, inquit, quidam exigunt, vt hoc casu duret versum tempore actionis, sed quando mutuum fuit receptum præcedentibus casibus, non requiritur vtilitas perpetua, sed sufficit temporalis, & hoc vidẽ
14 tur velle Inn. & Gost. & intelligerem † dictum eorum, quando non expediebat ecclesiæ facere illum sumptum temporalem. Si autem ecclesia tenebatur facere illum sumptum, nihilominus quantumcunque non duret versio, in dubio credo ecclesiam teneri, quia ecclesia dicitur facta locupletior, sicut in simili dicitur in pupillo. ff. de solut. l. pupillo. pone inquit exemplum, particularis de ecclesia recipit mutuũ, quod conuertitur in necessaria alimenta ministrorum ecclesiæ; nam licet non duret hæc vtilitas, nihilominus ecclesia est locupletior, quia si non habuisset pecuniam mutuam, expendidisset de suo, vide per eundem Abb. ibi, qui per intellectum, quem ibi dat in fine, concordat scripturas, in uersi. in gl. in uerbo ꝙ
15 ultrà † actionem de in rem verso, ꝙ etiã putat posse agi actione negotiorum gestorum, si mutuans habuerit respectũ ad ecclesiam, & non ad personam subiectam, cui mutuum concessit, arg. optimo in l. si pupilli. ff. de nego. gest. Et si diceres actionem istam non competere, quia contra uoluntatem ecclesiæ videtur mutuum factum, si vltrà formam constitutam aliquid fuit receptum, hoc cõtrarium fecit vacillare Innocen. per l. fi. C. de neg. gest. vbi tex. notabiliter dicit cessare illam actionem, quando quis gessit negotium alterius, eo inuito. vnde dicit Inn. ꝙ hic agitur actione de in rem verso, & ideo oportet, ꝙ duret reuersum, quia aliàs nõ competit illa actio; sed certe hoc dictum non est verum; quia, si prę{s}upponeremus, ꝙ ecclesia contradicente fuisset factum istud mutuum, cessaret actio de in rem uerso; non enim debeste in-
16 gerere † in negotijs meis me inuito. l. si per te. ff. mãd. & ꝙ ibi not. Bar. Vnde dico aliter, ꝙ ecclesia statuendo certam summam non videtur contradicere vltrà summam, si illud conuertit in vtilitatem ecclesiæ, si appareat de uersione, quia in
17 dubio non uidetur quis † velle prohibere illud, quod sibi est vtile, & ad utilitatem suam, vt no. in reg. qui tacet. de reg. iur. lib. 6. Item dico, ꝙ posset agi actione negotiorum gestorum intelligendo, vt suprà dixi, ut per eundem Abb. d. loco.
18 Et in hac materia mutui est sciendum, ꝙ episcopus † bene potest mutuare pecuniam, quę est ecclesiæ sine authoritate superioris, per Bal. qui ita tenet in l. etiam, C. de fide icom. immo nulla solemnitas requiritur in eius alienatione. secundum glo. 12. q. 2. in summa, per tex. in l. lex quæ tutores. §. fin. C. de adm. tut. l. fi. C. quand. decre. opus non est. 96. dist. bene.
19 & scias ꝙ in dubio † præsumitur mutuum fauore ecclesiæ, cui expedit, ꝙ dominium transeat in recipiẽtem propter periculum, quod posset cõtingere, secundùm Bal. in d. l. etiam, si aduertat prælatus, quia peccat mortaliter pecuniam ecclesiæ mutuando, quin etiam excõmunicatur secundum Arch.
20 & Ioã. Fant. in c. qui Chtisti. 12. q. 2. Item † punitur mutuans pecuniam Fiscalem, quia deportatur, & bona eius confiscantur. l. 2. C. de his, qui ex pub. or. mu. pet. ac. lib. 10. recipiens verò punitur pœna quadrupli, l. 1. eo. tit. fiscus autem & eccle-
21 sia æquiparantur, † l. fi. C. de sacrosan. eccl. c. 1. de in integ. rest. in 6. sed circa hoc vide quæ dico suprà in q. de rer. mob. alie. in alienatione illorum, quæ seruando seruari non possunt, ubi dico de pecunia, immo uide rubricam de pecuniæ ecclesiasticæ alienatione.

Adde his quæstionem, quam ponit Ioã. Bertach. incidenter in tract. de epis. quarta parte. uersi. 44. quæro, uersi. incidẽter, ubi quęrit, si recipiens † pecuniã mutuo ab ecclesia emat prædium ex ea, an sibi acquirat, an uerò ecclesiæ, & dic inqt, ꝙ sibi acquirit, & secus est, si prælatus, uel monachus emat de pecunia ecclesiæ, quia ecclesię acquiritur etiam ipsis inuitis, & contrarium pacisentibus cum uenditore. tenet Bal. in l. etiam. C. de fide icom. ad fi. ubi etiam subdit non ualere cõtractum emptionis, & uenditionis cum pecunia ecclesiæ sciẽtibus emptore, & venditore, sed res empta de pecunia ecclesię est ecclesię, nisi pecunia ecclesiæ fuerit alteri mutuata, quia per mutuum transiuit dominium pecuniæ in recipientem, qui postea emens ex ea sibi acquisiuit, non ecclesiæ, secus uerò si emat de pecunia ecclesiæ non mutuata, secundũ
23 Bal. d. l. etiam. Vnde, † si Cardinalis mutuat pecuniam nepoti ad emendum possessiones, nepos emẽs ex ea sibi acquirit, tenet Bal. in c. ecclesia. ut lit. pend. quod verum credo, nisi cõstet de fraude. l. fraus, de leg. l. mancipia. C. si quis alte. uel sibi, secus si pecunia esset ecclesiæ. l. quoties. C. de rei uend. refert ad longum Io. Bertach. in tract. de episc. quarta parte, uersic. quadragesimò quartò quæro, pro quo vide omninò Bald. d. c. ecclesia, ubi pulchrè assignat rationes, quare ex pecunia ecclesiæ mutuata alteri non ecclesiæ acquiritur, immo ꝙ in taliter acquisitis ecclesia non habet etiam hypothecam, ubi ẽt
24 subdit Bald. ꝙ, si non apparet, † fuerit vel ne mutuata ista pecunia nepoti prẽlati, uel Cardinalis, ad id dignoscendum attendi debet quantitas pecuniæ, quę si sit magnæ quantitatis, præsumitur mutuata, si paruæ, uel mediocris ex affectione personarum præsumitur donum. l. virũ. ff. de dona. inter vir. & uxor. gl. in l. cum quid. ff. si cert. pet. Et pro hoc uide quæ dicit Abb. in c. & si quæstiones. de symon. ubi dicit, ꝙ, si sit data
25 pecunia alicui, puta sit dictum, † tolle hanc pecuniam, ad dignoscendum an sit donatio, mutuum, aut depositum, habẽt considerari circunstantiæ, & qualitates, tam dantis quàm accipientis. Nam a dante pauperi facilius præsumitur libera donatio quàm a paupere diuiti. item debet considerari quantitas muneris, nam de facili quis non præsumitur conferre libere ea quæ sunt maximi prætij, quia nemo præsumitur iactare suum. item tempus donationis, nam quis facilius præsumi debet donare alicui instante necessitate, quam ubi nulla subest necessitas, quia ex præcedentibus coniecturis præsumi debet aliquando mutuum, aliquando depositum, aliquando donatio, in dubio, cessantibus istis cõiecturis, habet præsumi mutuum, aut depositum, non donatio, stante eo ꝙ præsumitur nemo iactare suum, ut ibi per eundem Abb.
26 Addo ulterius ad materiam † ꝙ sede vacante capitulum potest suscipere pecuniam mutuo sine authoritate superioris pro necessitatibus ecclesiæ vacantis, per gl. quæ hoc tenet in cap. cupientes. §. ad hoc. super uerbo aliunde. de elect. lib. 6. alleg, 10. q. 2. præcarie. 12. q. 4. quicunque. cũ manifesta in hoc sit utilitas ecclesiæ, & cum hoc negotium dilationem non capiat, & ex tali mutuo obligatur ecclesia & prelatus successor not. ad longum Io. Fran. Panin. in tract. de off. & pot. cap. sed. uacan. q. 3. uersi. 2. prædictis. uers. sed an capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus successor est quasi hæres præcessoris.*
2 *Successor non tenetur in debitis descendentibus ex delicto, uel quasi.*
3 *Ecclesia non conficiens inuentarium an teneatur vltra vires hæreditarias.*
4 *Communis est opinio quòd ecclesia teneatur si non fecerit inuentarium.*
5 *Successor tenetur tantum ad solutionem debitorum contractorum pro utilitate ecclesiæ.*
6 *Prælatus obligans ecclesiam pro alienis debitis est suspensus ab administratione.*
7 *Prælatus accipiendo mutuum pro sustentatione sua obligat ecclesiam.*
8 *Ecclesia tenetur prælatum alimentare.*
9 *Beneficiatus habens patrimonium non tenetur uiuere de patrimonio.*
10 *Successor non tenetur ad debita contracta pro necessitate patrimonij prædecessoris.*
11 *Successor tenetur ad debita contracta tempore infirmitatis prædecessoris.*
12 *Doctor, qui præstitit patrocinium episcopo carcerato, & eidem mutuauit pecunias pro necessitatibus eius, habet successorem obligatum.*
13 *Debita contracta a beneficiato habente patrimonium, an successorem uel hæredem sequantur.*
14 *Parrochiani nisi necessaria præstent sacerdoti suo, ille habet iustam causam subtrahendi diuina.*
15 *Prælati sibi caueant, ut pecuniam ecclesiæ donatam, uel nomine ecclesiæ mutuo sumptam in ecclesiæ utilitatem vertant.*
16 *An sufficiat probare casum necessitatis, uel etiam probanda sit uersio.*

QVAESTIO V.

An, & quomodo ex alienatione, contractu, aut facto prędecessoris teneatur successor.

QVoniam prelatus, dum viuit diuersimode disponit, & contrahit etiam alienando de rebus ecclesiæ, uel ecclesiæ nomine, uel suo, etiam non ab re putaui ponere quęstionem, an ex contractu prędecessoris obligetur successor, vt recollectis quę sparsim scripta in hoc articulo inueni per doctores, materia alienationum ecclesiasticarum magis discussa &

Source : BIU Cujas

ſa & in plures partes ac membra diſputata facilior legenti, & magis aperta appareret, ſimulque vt habita ſuper hoc arti culo etiam diſcuſſione, facilius ſciret ſucceſſor, quos poſſet præceſſoris contractus reuocare, quib. acquieſcere, & a qui bus non recedere; & rem breuiter perſtingendo, nec eũdo per contraria, ne nauſea vel tędio lectorem afficiam, dico, ꝙ in multis caſibus ſucceſſor tenetur ſtare cõtractui præceſſo-ris, & approbare geſta per eum; in multis verò non, diuerſi-mode, & diuerſis reſpectibus.

Nam, vt habetur in tex. in c. 1. extrà de ſolutio, ſicut filius hæres patris, qui ei in hæreditate ſuccedit, tenetur ſeruare cõ tractus, & approbare illius geſta, & ſoluere debita ab illo, dũ viueret, contracta, ita pari modo prælatus ſucceſſor tenetur ad pręceſſoris prælati debita ſoluendum, in cuius prælaturã ſuccedit; ſi quidem debita ſint cõtracta pro eccleſiæ, aut præ
1 laturę neceſſitate; quia, vt dicit glo. ibidẽ, pręlatus † ſucceſſor eſt quaſi hæres præceſſoris. 23. q. 8. conuenior. 12. q. 2. c. 6. ubi gl. ſubdit, ꝙ tenetur ad omnia debita, ſi non fecit inuentariũ ſi fecerit tenetur in tantum, in quantum ſe vires hæreditatis extendunt, & hoc in debitis deſcendentibus ex cõtractu, vel
2 quaſi. Sed in debitis, † quæ deſcendunt ex delicto, uel quaſi, non tenetur, niſi quantum ad eum peruenit, uel niſi cum de functo lis fuerit conteſtata. l. una. C. ex delic. defunct licet ſe-cundum canon. videatur ꝙ hæres tenetur etiam ex delicto defuncti. c. ult. de ſepult. & c. in literis. de rap. ſequitur Abb. ibidem in fin. ubi dicit ꝙ eſt quæſtio notabilis in eccleſia, an
3 teneatur ultra vires hæreditarias, ſi non confecit inuentariũ, glo. in d. c. 1. de teſta. ſentit ꝙ ſic; Bald. contrà in l fi. C. de iure delib. & expreſſius Bar. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. nam fiſcus nõ tenetur, ut not. in d. l. fi. ergo nec eccleſia; hæreditas enim de lata eccleſiæ intelligitur delata in quantum non eſt oneroſa eccleſiæ, nec per indirectum bona eccleſiæ alienãtur, quæ di-rectò alienari non permittuntur, niſi requiſitis interuenien-tibus, & habetur in margine ibi Abbatem, ꝙ ſi perſona eccle ſiaſtica ſit inſtituta contemplatione religionis, nunquam te-netur vltrà vires hæreditarias, dato ꝙ nõ fecerit inuentariũ,
4 aliàs ſecus; Sed † communis opinio eſt, ꝙ imò eccleſia tenea tur, ſi non fecerit inuentarium, ſicut & miles hodie. per tex. in §. fi in auth. de hære. & fal. iuncta. glo. in l. miles. in princ. ff. de re iud. ſed habet reſtitui in integrum, ita tenent, Car. Imo la gl. & canoniſtæ in d. c. 1. de teſta. Ang. Alex. Imola. in l. fi. §. fi. C. de iure deliber. per Lud. Rom. in rubr. de acqoir. hæred.
5 & aliàs ut ibi. Et aduerte † ꝙ in tex. in d. c. 1. bene dicitur, ꝙ tenetur ſucceſſor ad ſolutionem debitorum contractorum pro neceſſitate eccleſiæ, quia ad aliena debita non videtur, ꝙ teneatur, per ea quæ habentur in c. 2. eo. tit. de ſolut. ubi inhi-bet, ne quis grauare audeat eccleſiam ſibi commiſſam, pro alienis debitis cum decreto, ꝙ ſi ſecus attentatum fuerit, ꝙ ad ſolutionem talium debitorum eccleſia non teneatur, vbi
6 notat Abb. ꝙ ſi prælatus obligat † eccleſiam pro alienis debi tis, eſt ſuſpenſus ipſo facto ab adminiſtratione ſpiritualium, & eccleſia ad talem obligationem nõ tenetur, & paulò poſt ibidem, ex quo infertur, ꝙ ſiue prælatus fideiubeat pro alio, ſiue recipiat mutuum, ſiue alienationem, obligationemque in ſe, temper incurrat pœnam huius capituli. Idem ſi recipit mutuum pro facto ſuo obligando eccleſiam, niſi tñ recepe-
7 rit pro ſua ſuſtentatione † ſecundum doctores, nam tunc nõ obligat, nec obligare dicitur pro alienis, ſed pro proprijs ipſius eccleſiæ. & Abb. in d. c. 1. de ſolutio. dicit, ꝙ in debito contracto per prælatum obligatur eccleſia, ẽt poſt mortem contrahentis, dummodò probetur, ꝙ pro neceſſitate eccle-ſiæ debitum fuit contractum; ſubdens, ꝙ, ſi prælatus contra xit debita pro ſua ſuſtentatione, tenetur ſucceſſor, quia pro neceſſitate eccleſiæ taliter contrahendo contraxiſſe videtur,
8 quia eccleſia tenetur † prælatum alimentare, per ea, quæ idẽ Abb. dicit in c. ex præſentium. extra de pignor. in principio. ubi dicit, ꝙ ſacerdos debet viuere de reditibus eccleſiæ. c. cũ ſecundùm, de præbẽ. eſt facta deciſi. Rotæ 855. in antiquis. itẽ alia deciſi. 37. deciſi. in ultimis, ambæ incip. cum camera apo ſtolica. & facit dictum Inn. in c. epiſcopus. de præb. ubi dicit,
9 ꝙ beneficiatus habens † patrimonium non tenetur viuere de patrimonio ſed poteſt cum bona conſcientia uiuere bo-nis eccleſiæ, & idem dicit Io. de Lignan. in clem. gratiæ, de re-ſcrip. ſubdens Abb. ꝙ cum ſacerdos in illo tex. gratia illius pignorauerit bona eccleſiæ pro ſua ſuſtentatione, & neceſſi-tate, non debet compelli hæres ſacerdotis ad dicta bona re-dimẽdum, ſed prælatus ſucceſſor in prælatura, aut beneficio;
10 quia, ſi ſacerdos, † aut prælatus contraxit debitum, non pro ſua neceſſitate, aut pro ſua ſuſtentatione, ſeu pro alia cauſa, & pro alia neceſſitate, puta pro neceſſitate ſui patrimonij cõ ſeruandi, puta quia domus ſua propria patrimonialis mina-batur ruinam, uel vinea ſua erat inculta, quia ad talia debita non eſt obligatus ſucceſſor, & ex hoc ſecũdùm Abb. ibidem
11 potes notare ſingulariter, ꝙ, † ſi beneficiatus tempore infir-mitatis ſuæ contraxit multa debita pro ſua neceſſitate cor-porali, tenetur ſucceſſor in beneficio illa debita ſoluere, & ſic inquit Abb. ibi extendo diſpoſitionẽ capituli primi. de ſolu-tio. ubi dicit tex. ꝙ ſucceſſor in beneficio tenetur debita præ-deceſſoris ſoluere pro neceſſitate eccleſiæ contracta, idem di cit per ſupradicta ſi pro neceſſitate propriæ perſonæ; eſt de-ciſio Rotæ in manuſcriptis coràm Puteo. in tit. de ſolut. vbi
12 in una Zamorẽ. pecunia, quidam doctor præſtiterat † patro cinium epiſcopo carcerato, & ei mutuauerat pecuniam pro eius neceſſitatibus, fuit concluſum ſucceſſorẽ teneri ad om-nia; quia, cùm iſta fuerint debita contracta pro neceſſitate perſonæ epiſcopi, ſucceſſor tenetur, per Abb. d. c. præſentiũ. & in c. per tuas. 2. not. de dona. & ſalarium etiam propter ſer uitium & operam præſtitam ipſi prælato. ad not. per Abb. in c. relatum. col. 2. de teſtam. Iaſ. conſi. 222. uerſi. ſimiliter. lib. 2. in deciſio. Fabij peregrini epiſcopi Veſtani Auditoris Rotæ deciſion. 13. manuſcripta apud aduocatos in urbe; & ſubdit Abb. d. loco in ſecundo not. ſecundò nota ex hoc dicto, ſeu ex tex. ſic intellecto. ꝙ res eccleſiæ poſſunt pignorari uel obli gari pro ſuſtentatione rectoris; ſed aduerte quia Ioan. Andr.
13 ſentit unum, quòd licet † beneficiatus habeat patrimonialia, tamen debita contracta pro ſua ſuſtentatione incumbunt eccleſiæ, & non hæredi, de quo dubitare ſe dicit Abb. & iõ diſtinguit, ꝙ aut eccleſia erat impotens ad ſuſtentandum re ctorem, aut erat potens; primo caſu ſi impotentia fuit a prin cipio tempore quo acceptauit eccleſiam, dico inquit in du-bio, ꝙ debita incumbant ſibi, & hæredi, non autem eccleſiæ, quia eſt ꝙ ſibi imputet quare acceptauit eccleſiam minus po tentem, nam hoc caſu tenetur viuere ex induſtria. & ſic for-tius ex patrimonio, non autem uendere bona eccleſiæ vel pignorare, ſeu obligare. per tex. not. cum glo. 21. q. 1. c. 1. facit c. victum. 91. diſt. Si uerò eccleſia eſt facta impotens poſt fa-ctum, adhuc dicerem, ut non debeant bona eccleſiæ uendi, uel pignorari pro ſuſtentatione ſacerdotis, ſed debeat agere ſacerdos contra parrochianos, ut pręſtent ſibi neceſſaria, ex
14 quo ſeruitur eis in diuinis, & eſt † cauſa licita ſubtrahendi par rochianis diuina, bona gl. de conſec. diſt. 1. c. omnis chriſtia-nus. Secundo caſu quando eccleſia eſt potens, tũc fateor, ꝙ, ſi ſacerdos non habet ad præſens, unde ſe ſuſtentet, & contra hat debita ſub ſpe ſoluendi de fructibus percipiẽdis, ſed mor te præventus non poteſt hoc facere, tunc ſatis æquum eſt, vt ſucceſſor teneatur, & hoc caſu procedit dictum Ioã. And. & not. Et hęc nota inquit, quia non ſunt diſcuſſa per alios, vn-de debita pro ſuſtentatione, & pro illius infirmitatibus con-tracta per pręlatum debent ſolui per ſucceſſorem, quia talia ſunt debita eccleſię, & non debita aliena, & ita inquit Abb. d. c. 1. ego pluries reſpondi in facto in iſtis maxime rectorib. eccleſiæ, qui in infirmitate ſua multa debita contrahunt, ex qua decedunt, nam illa ſucceſſor tenet ſoluere, ꝙ ego intelli-gerem de fructib. extantib. uel de acquiſitis de fructib. aut de intuitu eccleſię mobilib. relictis per defunctum, de quib. ca-mera apoſtolica, quæ ſuccedit in ſpolijs, uel hęres defuncti, obtenta licentia teſtandi, uel ſucceſſor in eccleſia tenet debi ta ſoluere. dictis Rot. deciſi. quia ſi de immobilib. eſt, eſſet in-telligendum ut per gl. & Bar. in l. lubemus la 2. C. de ſacroſa. eccl. c. illud. 16. q. 6. Ale. cõſi. 55. 1. par. ubi hẽ ꝙ ẽt de immobi lib hñt ſolui debita, & remunerari ſeruitia pſtita plato: qa ſer uitio pſtita pręlato ſunt impenſa eccleſiæ, ego tali caſu nõ in-telligo, niſi cũ cã, & cũ interuentu requiſitarũ ſolẽnitatũ. Et in margine Abb. d. c. 1. de ſolut. in uerbo alienis. in litera. b. citatur Inn. in c. paſtoralis. extra de priuil. ubi dicit, quę dicã-tur debita aliena, & quæ propria, & credo quod hoc dicatur per illa uerba Inn. in d c. paſtoralis. ibi, nec poteſt ille, cui data eſt eccleſia, uendere uel pignorare poſſeſſiones huius eccle-ſiæ pro ſoluendi debitis eius eccleſię, cui donata eſt, & ſi qua relinquatur huic eccleſię in utilitatem huius eccleſiæ conuer
15 ti habent, & breuiter † dicimus, ꝙ caueat ſibi pręlatus eccle-ſię cui donatio facta eſt, & ꝙ ſi accipiat mutuum noïe huius eccleſię, conuertat pecuniã in vtilitatem illius eccleſię, quia aliter de bonis eius nõ ſoluetur debitũ, hoc aũt ita diſtincte faciat pręlatus eccleſię, cui donatio facta eſt, alioquin ſacrile gus erit, & alias ut ibi. Et iſta debita ſic pro neceſſitate cõtra-cta habent ſolui a ſucceſſore, ſi ſint uerſa in utilitatem eccle ſię, & tunc intelliguntur eſſe contracta pro neceſſitate, quan do ſunt ita uerſa, & non aliter, ut interpretat tex. Inn. d. c. 1. vt ibi, ſed iſte intellectus Inn. non placet Abbati. d. c. 1. qui ſequi
16 tur opinionem, & dictum Hoſt. quia ſatis † eſt, ꝙ probet ca-ſus neceſſitatis, non ꝙ ſit neceſſe probare uerſionem in utili-tatem eccleſię, ſed ſolum requiritur, ꝙ pro neceſſitate eccle-ſię debitum fuit contractum, ſufficit ergo ſecundum Hoſt. probare caſum neceſſitatis, licet Inn. exigit ut probet, uerſio, ſed dictum Hoſt. mihi plus placet, per ea quę dixit idẽ Abb. in c. ꝙ quibuſdam. de fideiuſſor. ubi tenet, ꝙ ſolum in mu-tuo, & in contractu mutui ſit neceſſaria probatio uerſionis in utilitatem, ubi Imola, & alij; ſed de hoc uide quę deduco in pręcedenti quęſtione.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 Prælatus successor tenetur etiam ad expensas funerales.
2 Prælatus ex bonis ecclesiæ est alendus.
3 Prælatus sumptibus ecclesiæ est sepeliendus, & ob hoc potest largiri cen tesimam.
4 Funerum expensæ aliæ concernunt solatium animæ, aliæ consolationem viuorum.
5 Sponsa tenetur ad funeris impensas, quando pater est impotens.

De eadem Quæst. quoad funeralia.

ET prælatus successor ne dum tenetur ad debita pro sustentatione & infirmitate contracta, sed etiã ad expensas funerales.
1 † per ea quæ refert Bertach in tract. de epis, quar. par. uer. 54. quæro. uersi. vlt. non est silentio, ubi dicit ꝙ prælatus successor tenetur ad funeralia, & ad sumptus infirmitatis sui præcessoris, quia ecclesia arctatur ad id onus cum ex bonis ec-
2 clesiæ sit † alendus prælatus. 12. q. 1. illi aũt qui. 16. q. 1. quoniã quicquid. 1. q. 2. clericos. Item debet de eisdẽ curari infirmus. c. 1. & c. de rectorib. de cler. egrot. facit l. verbo uictus. de uer.
3 sign. & ꝙ not. in l. alimenta. C. de neg. gest. Item † debet sepeliri prælatus vel rector sumptib. ecclesiæ, ẽt si velit eps vel prælatus, ipse pro hoc largiri põt cẽtesimam bonorum ecclesiæ, 12. q. 2. bonæ rei. c. apostolicæ. de donat. ꝙ tñ intellige scilicet in vita, quia id non põt in testõ disponere pro magnificando sepulchro suo, secũdùm Io. And. & doc. d. c. apostolicæ, ꝙ tñ non est in prælato inferiori, qui tñ largiri non põt, & intelli-
ge sepelliri debere sumptibus mensæ suæ etiam separatis a mensa capituli, secundum D. Pet. de Perus. in tracta. de horis canon. c. 8. ubi ẽt plene vide quid de Papa, quid de Cardinali, & quid de Abbate, & quid de alijs clericis, cuius sumptibus sint sepeliendi.
4 Sed quod dicimus de expensis funeris, † quæ habent fieri per prælatum successorem, & ad quas tenetur successor, nõ est meo iudicio simpliciter & indistincte intelligendum, sed cum distinctione, uidelicet quam tradit Abb. in c. vt præteritę. col. 1. uersi. & expedientis. extrà de elect. quia expensæ funerum aliæ sunt concernentes solatium animæ, aliæ concernentes consolationem, & pompam viuorum, quia expensæ concernentes remedium & solatium animæ defuncti, debẽt fieri de bonis prælaturæ per successorem in prælatura, quantumcunque prælatus habuerit proprium, expensæ verò quæ fiunt ad solatium & pompam viuorum, ueluti magnus apparatus funerum in vestibus, & alijs similibus, non sunt soluendæ a prælatura vel a successore in prælatura, sed ab hæredibus, & de istis intelligit Dec. in suo consi. 157. quando dicit simpliciter, quod expensę funeris & funeralia pertinẽt ad hę redem bonorum, nõ autem ad successorem in beneficio. Ita declarat Pet. Rebuff. in suo enchiridio. iud. eccleſiast. no. 159.
5 quia licet aliàs sponsa teneatur † ad funeris impensas qñ instituitur hæres, vel qñ est diues, ex quo afficeret iniuria si spõsus insepultus remanserit, & pater est impotens. l. censũs. & l. ꝙ si nulla. de relig. & sump. funer. tñ ecclesia non tenet ad impensas funeris rectoris vel prælati quæ fit ad solatiũ viuorũ, puta ad longam pompam, & vestes lugubres, licet teneat ad illã quæ fit solatio aiæ, puta pro candelis, & aliquib. veniẽtib. ad illud funus, ista habent per Abb. in sua disputatione quæ in ci. Semprõ. clericus, in primo dubio. refert Benedictus Canofilus in expositione constitutionis extrauagantis ambitio sæ. de reb. eccl. alien. secundo suo tractatu. ti. de sepulturis. est decisio Antonij capicij in terminis facta decisi 84. quàm uide pro præsenti materia an videlicet cultra ſerica, sepulchrũ marmoreũ, vestes lugubres, & aliæ impensæ funeris debeant de spolijs, an verò de hæreditate, ubi concludit quod camera apostolica quæ hodie loco successoris in spolijs & bonis relictis per rectorem defunctum subintrat, tenetur tñ impẽsas quæ tendunt ad remedium aiæ defuncti, ueluti sunt impẽsæ quæ fiunt circà clericos confluentes ad officiũ, & exequias sepulturæ, in quib. inquit Capitius tenet ecclesia, & si defunctus alium hæredem habeat in patrimonialib. non ad impensas quæ tendunt ad viuorum solatia, veluti est apparatus funeris, constructio sepulturæ prætiosa, exequiarũ pompa; qđ multi induant ueſtib. luctuosis, &c. idem hñ per Io. Franc. Pauinum in tract. de offi. & potest. c. sed. uac. q. 8. 2. par. ad fi. ibi, similiter & expensæ quæ fiunt pro exequijs prælati defuncti debent fieri de bonis prælaturę secundum Card. Flor. qui ità pluries consuluit per tex. in c. bonæ. el 2. de elect. Cald. cõs. 1. & 2. de solutio, in expensis concernentibus solatium & remedium animæ defuncti. arg. c. ad apostolicæ. de donat. d. c. bonæ rei. 12. q 2. c. ubi periculum. de elect. lib. 6. secus est in expẽsis quæ concernunt pompam, uti magnus apparatus vestiũ & similium, vt ibi per eum, dicimus aliqua in nostro tractatu de spolijs ecclesiasticis. in quæstione de debitis prælati soluendis de fructibus ecclesiæ & spolio. circa finem qõnis.

SVMMARIVM

1 Clericus æquiparatur usufructuario vel usuario.
2 Successor in ecclesia non tenetur stare conductori.
3 Conductor si soluit pensionem non habebit illam a successore, nisi sit conuersum in vtilitatem ecclesiæ.
4 Beneficiatus non potest rem ecclesiæ ultra tempus vitæ suæ locare.
5 Successor tenetur stare locationi factæ a prædecessore, tribus concurrentibus.
6 Conductor, qui soluit prædecessori, sibi imputet, quia mortem illius præuidere debuit.
7 Canonicus præbendarius nunquam potest locare præbendam suam ultrà tempus vitæ suæ.
8 Contractus celebratus nomine personæ non obligat successorem, secus si nomine officij.
9 Rector ecclesiæ, qui rem locauit recepta pensione pro multis annis, an ecclesiam siue successorem obliget.
10 Obligatio personalis non sequitur fundum.
11 Promissio fraudulenta prælati locatoris non obest successori.
12 Hęres defuncti prælati, qui anticipatas pensiones accepit, successori tenetur.
13 Damnum qui sua culpa sentit sibi imputare debet.
14 Anticipata solutio non nocet successori,
15 Studentes in theologia quo priuilegio circa fructus percipiẽdos gaudeãt.
16 Fructus, qui post obitum prælati proueniunt etiam ante nouam collationem successori spectant.
17 Successor in dignitate utrum teneatur ex contractu inito per præcessorẽ.
18 Princeps submittitur obligationi iuris naturalis.
19 Canonicus potest uendere fructus præbendæ ad instar usufructuarij.
20 Canonicus quando teneatur stare locationi præcessoris.
21 Locatio facta per præbendarium finitur morte locantis.
22 Successor succedit in præbenda, in iuribus canonicatus succedit capitulũ.
23 Creditor missus in possessionem ex secundo decreto tenetur stare colono.

Materia ponitur in principio.

SEd an cõtractui locationis factę per prędecessorem teneatur stare successor in prędatura seu rectoria succedens, vñ dicendum ꝙ non, quia, si beneficiatus ante tps finitum locationis moriatur, extin-
1 guit locatio, qa † clericus æquiparat usufructuario uel usuario. c. fi. de prec. cler. gl. in c. præsenti. de off. ord. in 6. per Host. d. c. fi. & iõ extinguitur sicut ius usufructuarij. c. consultationibus, de don. c. fi. de pig. & vide Bal. in l. 1. C. de iure emph. 1.
2 col. uers. 7. in retinendo, qui dicit, ꝙ successor † in ecclesia nõ tenetur stare conductori, & per Alex. qui ponit ad hoc multas limitationes in l. filio. §. fi. ff. solut. mat. glo. & Doct. in c. ad aures, in uersi. tunc de reb. eccl. non alie. quia, vt hñ per Ioan. Bertach. in tract. de episc. 4. par. uersi. 54. uersi. iuxta prędicta. prędatus non tenetur stare colono põcessoris sui, arg. l. si filio. §. 1. & ibi Doct. ff. solut. matr. secundum Bal. in l. iubemus. in prin. C. de sacrosanct. eccl. & l. 1. §. cumq; ex stipulatu, de rei uxo.
3 actio. &, si conductor † soluit pensionem, non habebit illam a successore in beneficio, nisi sit conuersum in vtilitatem ecclesiæ, & per Host. in c. 2. ne pręla. uic. suas. quia, cum clericus
4 vel rector res ecclesię ultra tempora uitę suę locare nõ possit, imputare sibi habet cõductor, qui pecuniã pro locatione locatori soluit ultrà tale tps, quia hoc prouidere, & cõsiderare debuit, gl. est magistralis in c. fi. ne pręla. uic. suas. in fin. sed in isto casu gl. illa distinguit, uidelicet, ꝙ si locator moriatur
5 † ante finem locationis, successor tenet stare contractui, tribus concurrentib. si noĩe ecclesię, & pro utilitate ecclesię sit contractum, & pecunia inde recepta sit uersa in vtilitatẽ ecclesię, per c. 1. de solut. 12. q. 2. hęc huius placiti. & c. qui cum 1. de depos. 35. dist. eccl. principis, in fin. & 10. q. 2. hoc ius. §. & is creditor. Si uerò non pro utilitate ecclesię, sed ut ipse tanquam ipse perciperet reditus ad firmã, successor stare non tenet. c. 1. de precar. quia ultrà tps suum ecclesiam locare non
6 potuit, & si soluit aliquid † cõductor, sibi imputet, quia hoc pũidere debuit. l. si quis domum. ff. loc. §. 1. & §. si aliàs, & §. si fructuarius, q̃ gl. affirmat ibi Inn. ubi dicit, ꝙ, si noĩe ecclesię utiliter locauit prędatus, tenet successor. Subdẽs, & hoc ego intelligo, si non interuenerunt solẽnitates debitę, aliàs. n. teneret cõtractus, licet posset restitui in integrum. Si uerò suo noĩe locauit, non intendens ad hoc obligare ecclesiam, non tenetur successor; sed nec hęres defuncti, sicut nec hęres usufructuarij, nisi in quantum ad eum peruenerit. ff. de loca si quis domum. §. hic subiungit, & hoc est uerum, inquit Inn. in ministro, vel prędato ecclesiæ, scilicet ꝙ successor tenet habe
7 re ratum, ꝙ factum est a prędecessore, sed † in canonico prębẽdario secus esse dicimus, quia ille nunquã potest locare prębendam

Source : BIU Cujas

hendam ſuam ultrà tempus vitę ſuę, licet de illa poſſit agere, & conuenire, ſicut legitimus adminiſtrator.

Sequitur Bald. in l. emptorem. C. locat. idem in margarita
1 in verbo prælatus, ℭ † ſi prælatus contraxit nomine ſuæ perſonæ, ſucceſſor in beneficio non tenetur ex tali contractu, ſi aũt contraxit noĩe officij, tunc ſucceſſor in d. beneficio tenetur, ad not. in c. fi. ne præla. Alex. in conſi. 160. Soc. conſi. 34. 3. uo u. Rota in nouis 232. eadem Rota. deciſi. Moed. 240. in manuſciptis incip. locatio ad 18. annos. Soc. conſi. 32. lib. 1. Bal. conſi. 255. Abb. fecit li. 1. Hoc verùm inquit Bal. in rectore, vel prælato, ſecus eſt in præbendario, qui non obligat ſucceſſorem; quia loco vſufructuarij cenſetur prębendarius, nõ loco procuratoris eccleſiæ, ſed prælatus & rector vtroque noĩe cenſentur, eſt ergò differentia, quis cõtrahit, & quo nomine, & vbi, dixi, inquit Bal. teneri ſucceſſorem; eſt verùm ſi contractus eſt legitimus, non in præiudicium eccleſiæ, aliàs non, vt quia non in vtilitatem eccleſiæ, ſed perſonæ redũdauit. vbi non tenetur ſucceſſor, quia obligatio non eſt in rem, ſed in perſonam ſcripta; quod tenementi, inquit Bald. ibi. Eſt conſilium eiuſdem Bald. in conſi. 472. uol. 5. ubi concludit ſecundum Inn. in c. fi. ne præl. uic. ſuas. in caſu, quem ibi ponit
9 Bal. videlicet, an ſi decedat rector eccleſiæ, † qui rem locauit recepta pẽſione pro multis annis, ℭ aut locat adminiſtrator eccleſiæ, aut adminiſtrator præbendæ. Primò caſu ſi locatio eſt facta noĩe eccleſiæ, & ex cã probabilis, ſucceſſor tenet ſtare colono, ne contrahentes cum prædeceſſore decipiantur legis permiſſione, & autoritate. l. iubemus. §. ſane oĩs. C. de ſacroſan. eccl. Nam, cum iſte potuerit eccleſiam obligare ex licito contractu, meritò tenetur ſtare ſucceſſor; ſecundò caſu
10 in adminiſtratione præbendæ iſte non põt † obligare ſucceſſorem, rõ eſt, quia obligatio perſonalis non ſequitur fundũ, l. emptor. ff. loca. quia præbendarius habetur ad inſtar uſufructuarij, & quia iſte non contrahit noĩe eccleſiæ, quia non eſt adminiſtrator eccleſiæ, nec noĩe fundi, quia fundi dominus non eſt, nec habet conſenſum, ſed cõtrahit pro nomine ſuæ perſonæ; iõ ſucceſſorem rei, uel miniſtrum non obligat, arg. C. de decu. l. prouidendum. lib. 10. & hæc inquit uera, niſi ex
11 † parte iſtius locatoris interuenerit fraus, vt quia ſe repudiaturum prælaturam promittit in iſta locatione. l. filiæ meæ. ff. ſolut. matr. & l. creditor. ff. manda. §. huius. in fi. Faciunt di-
12 cta Hoſt. in d. c. fi. ne præla. uic. ſuas. ℭ ſi † hæres defuncti prælati, qui anticipatos affictus percipit, eſt ſoluendo, ipſe ſucceſſori tenebitur. l. fin. C. de hære. Inſtit. ſi aut non erit ſoluendo, ipſe conductor tenebitur, & ſibi ſuam imputabit culpam, dã
13 num † enim, quod quis cu pa ſua ſentit, ſibi non alteri imputandum eſt. c. damnum. de reg. iur. in 6. & ita tenuit Franc. de Ramponib. in quodam ſuo conſi. ℭ eſt inter conſi. Cald. in rubrica de loca. conſi. 7. & Corn. conſi. 67. incip. D. loã. Bapt. 2. uol. ſequitur & refert Hiero. Gign. in tract. de penſio. q. 88.
14 in principio. Ibi, nam videmus, inquit, ℭ, † ſi prælatus rem eccleſiæ locauit per aliquot annos, & pro toto tpe locationis pecuniam recepit, demum moriatur, talis ſolutio nõ nocet ſucceſſori ſuo in illa prælatura. c. fi. de pec. cler. & vĩ eſſe caſus in l. ſi quis domum. §. 1. ff. loca. & hĩ, inquit, per Doc. in c. fi. ne prælat. vic. ſuas. Subdens, confirmatur, inquit, quia uidemus,
15 ℭ ſtudentes in theologia, † qui ſunt priuilegiati, vt per quinquennium fructus ſuorum beneficiorum, & præbendarum integre percipiant aliqua conſuetudine contraria non obſtãte, vt habetur in c. ſuper Specula. de magiſt. & in cap. licet, de præb. non tamen penſionem, ſiue fructus ſuorum beneficiorum pro toto quinquennio recipientes poſſunt ſucceſſoribꝰ. præiudicare, vt no. Abb. Hoſt. & Io. And. d. c. ſuper, ubi idem Gigas paulò poſt rõnem reddẽs dicit iõ eſſe, ℭ anticipata ſolutio facta prælato ſucceſſori non nocet, quod ex eo eſt, in-
16 quit, † quia prælatura vacat morte prælati, & fructus, ℭ poſt obitum prælati proueniunt ẽt ante nouam collationem, ſucceſſori ſpectant. c. relatum, de teſta. c. præſenti, de off. ord. in 6. & iõ dicit Abb. in c. fin. ne præla. uic. ſuas, 2. col. ℭ quicquid perceptum fuit poſt mortem præceſſoris ante beneficiũ collatum, põt ſucceſſor petere ab hæredib. præceſſoris, uel a beneficij cõductore; Ideò cum certus eſſet ſoluẽs de prædictis ſibi imputet quia nõ proſpexit, quod euenire potuit in hmõi ad talem caſum, vt not. Dy. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obl. ubi vide dictum Gigan. per totam illã 88. quæſtionem, quam facit, ℭ penſionarius habens annuam penſionem cum ptãte illam transferendi, recepta a rectore beneficij anticipata penſione pro tribus futuris annis, illam trãſtulit in Sempronium, an Sempronius exigere poterit penſionem a rectore beneficij pro illis tribus annis, pro quibus ſoluta fuit priori penſionario; & quærit Abb. in c. 1. de probat.
17 utrum ſucceſſor † indignitate teneatur ex contractu inito ℭ præceſſorem, & dicit ℭ ſic, ſi fuit initus nomine dignitatis, ẽt ſi fuerit initus cum ſubdito ſuo, ità tenet Cyn. in l. digna uox, C. de leg. & Io. And. & communiter Docto. etiam ſi talis ſit Papa, uel Imperator; & facit l. Cæſar. ff. de publican. & etiam
18 quia talis obligatio eſt de iure naturali, † cui princeps ſubmittitur; facit clem. paſtoralis. §. cęterum, de ſent. & re iud. refert Sylueſter in ſumma in uerbo dignitas, num. 4. & quod dicũt Inn. & Bald. in margarita, ℭ canonicus præbendarius ex ſuo contractu non obliget ſucceſſorem; Idem affirmat Io. Bert. dicta quarta parte. §. quinquageſimò quartò, uerſi. quæro qd de canonico. dic cum non teneri ſtare locationi ſui præceſſoris. c. fi. ne prę. uic. ſuas, & ibi gl. & doct. & gl. in c. alienatio-
19 nes. 12. q. 2. quę gl. habet, ℭ canonicus † poteſt uendere fructus præbendę ad inſtar uſufructuarij. l. arboribus. ff. de uſuf. ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt uendi, licet hoc non ſit honeſtum, quia prohibitum non inuenitur, ſed tamen cum conſenſu epiſcopi. c. nulli. extrà de reb. eccl. non alien. niſi ad modicum tempus, c. præterea. extrà de cenſi. & de tranſa. extra, de cętero, ſubdens gloſſ. ſed quid ſi obligauit ad quinquennium, nunquid ſtabit ſucceſſor contractui, & reſpondet, ℭ ſic, ſi nomine eccleſię contraxit, & cum epiſcopi authoritate, ſecus erit ſi nomine ſuo contraxit, quia tunc nõ ſtabit ſucceſſor. l. lex uectigali. ff. de pign. ſed certe inquit ego credo, ℭ ſicut clericus poteſt uendere fructus præbendę ſuę ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maxime ad modicum tẽpus, ſicut tutor vendit fructus ſine authoritate iudicis. Sed
20 ℭ canonicus † non teneatur ſtare locationi pręceſſoris, Archid. in d. c alienationes. tenet ℭ ſit verum, quando fundus locatus erat fertilis, ſecus ſi ſterilis, quia tunc vtiliter locauit, idem tenet Hoſt in c. nulli. de reb. eccl. non alien. Bal. in l. emptorem. C. locat. & in l. ſi quis domum. ff. eo. tit. & in l. 1. C. de
21 iure emphy. quia, vt per eundem Io. d. loco, locatio † facta ꝑ prębendarium finitur morte locantis, vt per Bar. d. l. ſi quis domum. in principio. 3. no. ff locat. per glo. & Abb. c. fi. ubi dicunt eſſe verum, ſi locatio ſit facta nomine proprio, non ſi nomine eccleſię, quia canonicus ſucceſſor tenetur etiã ſtare conductori, ſecundum Bal. d. l. 1. 1. col. & Doct. in l. ſi filio. §. fi. ff ſolut. matr. ſed geſta facta nomine prędefuncti canonici ratificare non tenetur ſucceſſor in canonicatu, quia ſuc-
22 ceſſor † ſuccedit in prębenda, in iuribus canonicatus ſuccedit capitulum, per doctrinam Bart. in l. bonorum. ff. rem rat. haber. per Dy. in reg. ratum, in 6. per Inn. in c. quod ſicut, de
23 electio. creditor † verò miſſus in poſſeſſionem ex ſecũdo decreto tenetur ſtare colono, ſecundum Bart. in l. in uenditione. §. 1. ff. de bon. aut. iud. poſſiden.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei eccleſiæ facta ad centum annos dicitur alienatio.*
2 *Natura locationis factæ ad longum tempus eſt, vt transferatur dominium.*
3 *Locatio ad uiginti nouem annos prohibita eſt, niſi ex cauſa utilitatis.*
4 *Locatio ad longum tempus quando permiſſa eſt, requiritur ſolemnitas iuris in alienationibus requiſita.*
5 *Prælatus poteſt locare in quinquennium cum clauſula, quòd finito vno quinquennio aliud incipiat.*
6 *Prælatus poteſt locare ad nouem annos.*
7 *Locatio ad triginta annos dicitur perpetua, non autem ad 29.*
8 *Locatio facta a prælato etiam ad tempua permiſſum non ualet, quoad ſucceſſorem,*
9 *Succeſſor non tenetur ſtare locationi etiam factæ ad modicum tempus.*
10 *Conſanguineis locari poteſt, fraudis ſuſpitione ceſſante.*
11 *Conſanguineis plus eſt ſubueniendum, quàm extraneis.*
12 *Oconomus non habet eandem iuris præſumptionem, quàm prælatus.*
13 *Alienatio fructuum non extenditur ultrà vitam locatoris, & ideò ſucceſſorem non obligat.*
14 *Conductor, qui anticipata ſolutione conduxit, ſibi imputare debet, ſi ante completam locationem beneficiatus ſucceſſorem habuerit.*
15 *Prælatus pro tempore vitæ ſuæ de fructibus diſponit.*
16 *Locatio poteſt fieri per rectorem ad modicum tempus.*
17 *Adminiſtrator eccleſiæ plus iuris in contrahendo habet, quàm adminiſtrator præbendæ.*
18 *Conſilium, quomodo poſſint negotiatores ſibi prouidere, quando rem eccleſiæ anticipata ſolutione conducunt.*
19 *Locationes anticipata ſolutione non poſſe fieri ex Concilio Tridentino decreto.*
20 *Conductor anticipata penſione tenetur ſucceſſori, ſi locator interim moriatur.*
21 *Succeſſor tenetur ſtare legitimè geſtis per præceſſorem, non malè geſtis. num. 23.*
22 *Succeſſor ligatur pacto ſucceſſoris, ſi debitum fuit contractum pro vtilitate eccleſiæ.*
24 *Papa poteſt reſcindere geſta præceſſoris contrà ſtatuta eccleſiæ, item & ſucceſſor in regno.*
25 *Succeſſor in prælatura an poſſit ratificare geſta nomine prælati præceſſoris.*
26 *Canonicus ſucceſſor ſuccedit in præbenda, in iuribus canonicatus ſuccedit capitulum.*
27 *Succeſſor non tenetur ſtare contractui facto in diẽ, uel ſub conditione.*

Suc

Source : BIU Cujas

28 *Succeſſor ſtare tenetur inueſtituræ, uel infeudationi præceſſoris, ſi iam perfecta ſit, aliàs ſecus.*

29 *Prælatus ſuperior poteſt reuocare illicitam infeudationem.*

SED, ſi locatio ſit facta ad longum tempus, puta ad centum annos per pręceſſorem, ſucceſſor in epiſcopatu ſtare illi non tenetur, ſecundùm Bald. c. 1. uerſi. conſuetudo, qui feud. dar. poſſ. in vſib. feud. ℭ credo verum, niſi locatio facta ſit cum ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus rerum eccleſiaſticarũ; cùm locatio rei eccleſiæ † facta ad centum annos ſit alienatio, ſecundùm Dy. & Bar. contrà gl. in l. codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. Io. de Imola in l. ſi filio. §. fi. ff. ſolut. matr. gl. in clem. 1. de reb. eccle. non alien. & iõ prohibita eſt, vt latè deduco ſuprà in ſignificatione verbi, alienatio, uerſi. item venit locatio ſi quidem ſit ad longum tempus, quia talis locatio, eſt alienatio, & † eſt de natura talis locationis, ℭ transferatur naturalis poſſeſſio fundi, vel rei locatæ. per glo. in l. ſi quis ante. ff. de acq. poſſ. & in l. 3. §. ex contrario, eo. tit. & in l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commod per Alex. in conſi. 1. lib. 4. col. 3. uerſi. non inſiſto. Immo ẽt ad 29. ann. niſi ex † cã vtilitatis. in auth. de alien. & emphy. §. locationis, ſecundùm Bal. in l. quæcumq;, in prin. C. de bo. quæ lib. aliàs enim fieri non poteſt, & facta irritatur in totum, ſecundùm Bal. ibidem, & cum permiſſa † eſt requiritur ſolemnitas iuris in alienationibus requiſita c. alienationes, 12. q. 2. ſecundùm Bal. ut ſuprà, quia prælatus non poteſt locare res eccleſiæ in perpetuum, vel ad vitam ſuam, vel ad vitam cõductoris, quia non locat niſi ad modicum tps, ſecundùm Doct. & maxime Io. de Imola in l. ſi filio. §. fi. ff. ſol. matr. & not. in cle. 1. de reb. eccl. non alien. & Bal. in l. iubemus, in prin. C. de ſacroſ. eccl. Sed hoc verum eſt, niſi cum ſolemnitate iuris, ſcilicet cũ conſenſu ſuperioris, & conuentus, ſi ſit, per d. clem. 1. per Lau. in rubr. eo. tit. lib. 6. ult. q. Item † poteſt locare in quinquẽnium cum clauſula, ℭ finito vno quinquennio, aliud incipiat, ſecũdum Lap. deciſi. 12. & But. in c. ad apoſtolicæ, de don. Bald. in tit. qui feud. dare poſſ. in uſibus feud. 4. col. & an hodie poſſit fieri locatio ad annos. 29. ex forma Concilij Tridentini vide infrà in q. ſeq. Item poteſt locare † ad nouem annos ſecundũ Bal. d. l. iubemus. & Doct. & Imol. d. §. fi. quod verum eſt etiã conſanguineis ſuis, quibus ad longum tps locare non põt, nec in emphyteuſim dare, nec aliter alienare, nec pecunias eccleſiæ concedere. ſecundum Bal. in auth. in quibuſcunque. C. de ſacroſ. eccl. Refert Ioã. Bertach. in tract. de epiſ. 4. parte uerſi. 54. quæro, ubi addit. & ℭ dixi ſuprà in perpetuum intelligere, ſcilicet de 30. ann. quia locatio † ad 30. ann. dr̃ perpetua, non aũt locatio ad 29. annos. ſecundum Bald. in additio. ad Spec. de loca. uerſi. locatio ad 29. ann. & quod † dico, ſuprà ℭ põt locare de quinquennio in quinquẽnium, & ad nouem annos, & ℭ ualet locatio, intellige quoad ipſum locantem, non quoad ſucceſſorem, & dum viuit ipſe, quia locatione tali durante non poteſt expellere conductorem; ſed, ſi præmoriatur ante finitum locationis tps, locatio extinguitur; quia prælatus æquiparatur uſufructuario, cuius morte extinguit̃ vſusfructus, vt dico ſuprà, unde ſucceſſor tali locationi ſtare non cogitur, quia ſucceſſor † in beneficio, vel eccleſia non tenetur ſtare locationi factæ, etiam ad modicũ tempus, niſi locatio facta fuerit in vtilitatem eccleſiæ, & pecunia ſit uerſa. per Card. in clem. 1. §. fi. de reb. eccl. non alien. & in c. fin. & ibi doct. ubi Abb. ſicu. ne præl. uic. ſuas. & circà illud, † quod dicit de conſanguineis, quibus non poteſt locari in emphyteuſim, dari ad longum tps, nec aliter eis res eccleſiæ alienari, ſecus eſſe dicit Abb. in c. ut ſuper, de reb. eccle. non alien. extrà ad fin. quando ceſſat fraus, uel ſuſpitio fraudis, quia ℭ non poſſint res eccleſiæ conſanguineis concedi, fuit prohibitio facta ratione fraudis, vnde in caſu quo ceſſet fraus, vel fraudis ſuſpitio, puta in re minima, vel in re ſolita emphyteuticari, vel in cauſa vtilitatis, tenet Abb. ibi, ℭ eſt melius contrahere cum conſanguineis, quàm cum extraneis, quia plus debemus † ſubuenire conſanguineis quam extrancis. 86. diſt. non ſatis, ut ibi per eundem, ubi reſpondet ad tex. in auth. vbi eſt prohibitio, ℭ loquitur in Oeconomo, qui non habet aliquod priuilegium, ſicut prælatus habet, qui poteſt auferre † rem eccleſiæ, dummodo eccleſiæ tantundem refundat, aut illam indemnem conſeruet, per tex. quem dicit eſſe ſingularem, in c. ſi quis quilibet, 12. q. 2. & oeconomus eſt magis ſuſpectus, quàm prælatus, quia prælatus eſt proprius ſpõſus eccleſiæ, non ſic Oeconomus. ut ibi per eum, & clare vr̃ ſentire Archid. d. loco. quod ſi fiat venditio, ſeu † locatio fructuum per prælatum, ex tali contractu nõ tenetur ſucceſſor, ex quo contractus talis venditionis, uel locationis non extenditur vltrà vitam locatoris, & ſi locator cenſum, vel prætium locationis recipit pro pluribus annis, nec contractus tranſit ad ſucceſſorem, puta, quia non ſolemniter celebratur, non nomine eccleſiæ, ſed proprio prælati nomine, mortuo locatore, tenet Arch. ℭ ſucceſſor, & hæres tenetur reſtituere pro rata temporis, ſi hæredem habet, ſi non habet, ſibi imputet conductor, † qui hoc prouidere habuit, & proſpicere; hoc enim euenire poſſet. l. ſi quis domum. §. 1. ff. locat. refert Lauren. de Rodulf. in ſua repet. c. ſine exceptione. 12. q. 2. in q. 27. 28. Et ℭ hæres locatoris teneatur, intelligit Inno. d. c. ſi. ne præla. uic. ſuas, ℭ tenetur, ſi & quatenus ad illum peruenit; & ℭ ſucceſſor teneatur pro rata, intelligo ego pro rata temporis uſque ad diem † mortis, quia pro tempore vitæ ſuæ, & pro tempore, quo uiuit prælatus de fructibus etiam vendendo diſponit, per ea quæ dicimus ſupra. Eſt conſilium Bal. in materia, in conſi. 472. uol. 3. an locatio facta per rectorem eccleſiæ ad non modicum tempus, vel ad modicum, teneat in præiudicium ſucceſſoris, & inquit non eſt dubium, † ℭ locatio poteſt fieri per rectorem ad modicum tempus, quod eſt decennium, ſecundum conſuetudinem, licet Ioan. And. non firmet in tit. de reb. eccl. non alien. tamen ita eſt verum, ℭ non dicitur longum tempus, hinc ad 10. annos, vt. C. de præſcrip. longi temp. per totum; ſed ponamus, inquit, ℭ iſte rector interim moriatur, & in primo anno perceperat penſionem pro nouem annis, quid fiet. Arch. 12. q. 2. alienationes, dicit, ℭ ſucceſſor non tenetur ſtare colono, nec emptor fructuario, niſi iſte contractus fuiſſet celebratus pro vtilitate eccleſiæ cum authoritate ſuperioris, not. de hoc in l. emptorem. C. loca. Subdens ſecundum Inn. ut dico ſup. hoc, ℭ aut locet vti adminiſtrator eccleſiæ, † aut vt adminiſtrator præbendæ, primo caſu quidem, ſi locatio eſt facta nomine eccleſiæ, & ex cauſa probabili, ſucceſſor tenetur colono, ne cõtrahentes cum prædeceſſore decipiantur iuris permiſſione, quia iſte bene potuit obligare eccleſiam ex contractu licito, meritò ſtare tenetur ſucceſſor. Secundo autem caſu non poteſt obligare ſucceſſorem, ratio eſt, quia obligatio perſonalis non ſequitur fundum, quia præbendarius habetur loco uſufructuarij, & quia iſte non contrahit nomine eccleſiæ, quia non eſt adminiſtrator eccleſiæ, nec nomine fundi, quia fundi dominus non eſt, nec habet conſenſum, ſed contrahit pro nomine ſuæ perſonæ, ideò ſucceſſorem non obligat, argum. l. prouidendum. C. de decu. lib. 10. Sed cauti negotiatores, qui prouident, & proſpiciunt caſum mortis, ſibi prouident, quando alicui prælato locanti prædia, vel res eccleſiaſticas, cenſum, uel prætium locationis anticipatæ pro multis annis, vel pro aliquo tempore ſoluunt & exburſant, procurant, quod prælatus confirmare faciat contractum celebratum a Papa, qui ſolet inſeri cum clauſulis, uel ſaltem ſubſtantialiter facta mentione in ſpetie de anticipata ſolutione in motu proprio, vel breui Papæ deſuper expedito, qua confirmatione obtenta, ſunt cauti, quia Papa pro tali anticipata ſolutione obligat eccleſiam, & quemcunque in illa ſucceſſorem, quo caſu obligatur ſucceſſor, qui contractui ſtare tenetur, etiam ſi præceſſor alienauerit omnes fructus integros prælaturæ, vel beneficij, pro vt quotidie uidemus, & vidi ego præſenti anno epiſcopum non poſſe reſidere in epiſcopatu; quia propter alienationem fructuum factam per præceſſorẽ ſuum anticipata ſolutione pro duobus annis authoritate Papæ confirmatam, non habebat vnde viueret; vnde neceſſe habuit pro ſubuenimento habere recurſum ad Sanctiſſimũ Pium quartum & ſedem apoſtolicam, & in Concil. Tridenti † ſub Pio quarto ſeſſione 25. c. 11. incip. magnam, fuit ſtatutum locationes eccleſiarum repreſentata pecunia anticipatis ſolutionibus non poſſe fieri, nec factas tenere in præiudicium ſucceſſorum, nec eas debere confirmari in Romana curia, uel extrà, nec poſſe fieri de reb. eccleſiæ locationes ad 30. annos, nec ad 29. annos, nec ad bis viginti nouem annos, & factas non tenere, in hæc verba, conſtitutionis uidelicet, magnam eccleſijs perniciem afferre ſolet, cum bona repræſentata pecunia in ſucceſſorum præiudicium alijs locantur, omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fiẽt, nullatenus in præiudicium ſucceſſorum valide intelligantur, quocumque indulto, uel priuilegio non obſtante, nec huiuſmodi locationes in Romana curia uel extrà eam confirmentur; non licet etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, aut deputandi uicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe, aut alios eas exercere, aliter quam conceſſæ etiam a ſede apoſtolica factæ, ſubreptitiæ cẽſeantur, locationes uerò rerum eccleſiaſticarum etiam authoritate apoſtolica confirmatas ſancta Synodus irritas decernit, quas a triginta annis citrà ad longum tempus, ſiue vt in nonnullis partibus ad 29. annos, ſeu bis. 29. uocant factas Synodus prouincialis, uel deputandi ab ea in dammum eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt. Cui conſtitutioni, & edicto cauſam dedit prædictus epiſcopus Minorenſis, qui in concilio dum tractabatur de reſidentiæ decreto faciendo, ut ipſe mihi retulit, reclamauit, non poſſe reſidere in eccleſia ſua Minorenſi, quia ab ea eius præceſſor locãdo reditus omnes fructus anticipatis ſolutionibus pro duobus futuris annis abſtulerat. Facit ℭ habetur

per

20 per Ferret. consi. 151. conductor, † ꝙ si conductor fructuum
soluit pensionem anticipatam non perceptis fructibus, & lo
cator interim moriatur, tenetur ad eandem summam suc
cessori, qui non tenetur stare colono, nisi pecunia recepta es
set versa in vtilitatem ecclesiæ, ꝙ intellige de fructibus perce
ptis post mortem locatoris, secus si in vita locatoris percep
ti essent, licet non venisset tempus soluendi, quia tali casu de
bentur de iure hæredibus locatoris, quando data esset facul
tas testandi.

Et in hac materia secundùm prædicta potes tenere, ꝙ suc
21 cessor † tenetur stare contractui, & legitimè gestis, & in utili
tatem ecclesiæ, uel necessitatem per præcessorē, per ea quæ
recensет idem Io. Bertachin d. loco. uersic. quæri potest, vbi
posito quæsito, an successor obligatur ex contractu præces
soris, ad debitum & ad forum, & si in eo fuit renuntiatum
priuilegio fori; dicit, ꝙ sic. per doctrinam Bald. in cap. 1. qui.
suc. di. vbi inquit, vide omninò, & not. in c. dilecti, & ibi Doc.
de for. compet. & glo. not. in c. fi. de pact. in 6. per c. 1. de solut.
22 ꝙ ligatur pacto præcessoris, ꝙ verum est, † si debitum fuit
contractum pro vtilitate ecclesiæ, alias non. per not. in c. 1. &
2. de solut. glo. in c. fi. de offi. ord. in 6. Abb. antiq. in d. cap. 1.
Bald. in margarita in verbo successor. Idem in l. 2. C. de liber.
præter. Paul. de Castr consi. 51. per Inn. in c. cum secundum.
23 de præbē. quia successor in ecclesia tenetur † ratificare gesta
præcessoris secundum Arch. in c decessorum. 25. q. 2. 1. co.
& ratio est, secundum Bald. in margarita in uerbo dignitas,
uersi. 1. quia succedit in onere, & honore, sed male gestis nō
est obligatus stare. Immo illa reuocare debet, quia donatio
nes in damnum ecclesiæ, & inconsultis canonicis factas per
præcessorem debet episcopus successor reuocare. c. fraterni
tas. extrà de donatio. per Bal. in l. quicunque. C. de bon. quæ
24 lib. ubi etiam loquitur in Papa, qui potest † rescindere gesta
præcessoris contra statuta ecclesiæ facta. Facit, quia succes
sor in regno potest reuocare donationes factas per præcesso
rem in enormem lesionem regni, per Bal. in additio. ad Spec.
de instrum. editio. 9. col uersi. quid si res, & Specu. in §. nunc
autem. in fi col uersi. quid si Imperator, uel Rex, Paul. de Ca
stro consi. 76. incip. & frustra, vbi etiam dicit, ꝙ & ipsemet do
nans potest reuocare. Subdens idem Ioā. Bertach. d. loco, &
quia tetigi paulo ante de ratificatione, quæro hic, an succes
25 sor † in prælatura possit ratificare gesta nomine prælati præ
cessoris, & inquit, dic ꝙ sic, in dubio, uel si sunt gesta nomine
prælati, & ecclesiæ, secus si nomine tantum prælati, secundū
Bar. not. in l. bonorum, ad fin. ff. rem. rat. habe. de quo etiam
per Bar. in l. fi quis, §. si creditor. ff. de solut. Dy. in reg. ratum,
in 6. secus tamen dicit Bart in d. l. bonorum. in canonico, cu
ius nomine gesta non possunt ratificari per successorem in
26 canonicatu, quia successor † canonicus succedit in præben
da, sed in iuribus canonicatus succedit cap. secundum Bar. &
27 Dyn. vt suprà. & Inn. in c. quod sicut. de elect. Contractui † tū
præcessoris sui facto in diem, uel sub conditione non tene
tur stare successor, nec illum approbare, per ea quæ habētur
per Bal. in c. 1. quid iuris, si Abb. fu in uest. de feud. sed inuesti
turæ, vel infeudationi factæ per præcessorem de rebus eccle
siæ bene stare debet successor, vt est doctrina Arch. in c. de
cessorum. 25. q. 2. Bal. in c. 1. in uerbo. marchio, qui feud. dare
28 poss. ꝙ est verum, si infeudatio fuit perfecta, † secus est, si in
choata tantum, quia illam successor perficere non tenetur
secundum ea quæ dicit idem Bal. in c. 1. qui succe idem, & si
præcessori concessa fuerit licentia infeudandi per Papā, quia
non tenetur successor infeudare, secūdum Bal. d. verbo mar
chio, quin etiam successor non tenetur inuestire de feudo il
lum, cui eueniente die præcessor concessit feudum, & inue
stituit de feudo duraturo usque ad illum diem, secundum
Bal not. in c. 1. 2 col. quid iuris si post alienationem feudi in
uest de feud. in usibus feud Pro qua materia uide bene Bal.
29 d. locis, vbi in d. c 1. dicit, ꝙ prælatus † superior mediatus po
test reuocare infeudationem illicite factum per prælatum
inferiorem de re ecclesiastica, sed an prelatus superior me
diatus infeudet. vel infeudare possit, vide eundem Bald. ca. 1.
4 col. qui feud. dare poss. in usib. feud. & an prælatus possit re
mittere feloniam vassalli ecclesiæ, idem Bal. c. 1. 6. col. qui feu.
dare poss. in usib. feud.

Repilogando autem in hac materia. Didac. Couaru. lib.
variar. resolut. secundo, rubrica an successor uniuersi. uel
sing. ten. in hac quæstione an successor stare teneatur locatio
ni factæ per prælatum, tria dubia proponit, quæ videntur, vt
ipse dicit articulum enodare.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus in rebus non pertinentibus ad dignitatem videtur similis tutori rem minoris locanti.*
2 *Successor non tenetur stare locationi factæ nomine præcessoris.*
3 *Mortuo locatore fructus pertinent ad successorem. & illi reseruantur.*
4 *Locatio morte finitur.*
5 *Conductor pariter non tenetur stare locationi, etiam si successor velit.*
6 *Resignatarius successor non tenetur stare locationi.*
7 *Prælatus locator est ecclesiæ rerum administrator legitimus.*
8 *Locationi factæ nomine ecclesiæ successor tenetur stare.*
9 *Successor in beneficio non tenetur stare colono.*
10 *Locatio non ualet sine consensu habentis regressum.*
11 *Regressum habens debet citari in alienatione bonorum.*
12 *Locatio decem annorum dicitur alienatio.*
13 *Successor recipiens rei locatæ pensionem, an censeatur ratificare contractum a præcessore factum.*
14 *Locatio nomine prælati differt a locatione nomine ecclesiæ facta.*
15 *Præbendarius nunquam ultrà tempus uitæ suæ locat.*
16 *Successor non tenetur stare locationi quinquennij, nisi sit facta in utilitatem ecclesiæ.*
17 *Alienatio facta præsente capitulo, & tacente, est ipso iure nulla, & ideò successor non cogitur eidem stare.*
18 *Episcopus successor tenetur stare compromisso facto per præcessorem quādo hoc sit utile ecclesiæ.*
19 *Episcopus successor tenetur exequi mandatum per Papam suo præcessori factum.*
20 *Successor an succedit in officio exequutoriæ testamenti delatæ præcessori suo.*
21 *Prælatus an teneatur ad pœnam incursam per præcessorem.*
22 *Successor quando teneatur in casu mutui contracti per præcessorem.*
23 *Successor una persona intelligitur.*
24 *Regulariter successor obligatur ex facto præcessoris.*
25 *Rom. Pont. ecclesiam, & successorem obligat.*
26 *Episcopus successor tenetur prouidere ordinatis sine titulo per suos præcessores.*

Dubia supra in fine tacta, hic discutiuntur.

PRimò, an prelatus locauerit res ecclesiæ non pertinentes ad dignitatem, ad
sumptus, & alimenta prelati tanquam bonorum ec
clesiæ administrator, & rector, an uerò rem ipsius dignitatis,
cuius fructus & reditus ad uictum, vestitum, & onera digni
1 tatis spectant; quia in priori spetie † prælatus uidetur omni
nò similis tutori rem pupilli, & minoris locanti l. si tutelæ. ff.
de admi tut. Secūdò, si rector res ecclesiæ locauit ad tempus
iure permissum nomine ipsius prælati, & ad propria commo
2 da huic sic factæ locationi stare † nō tenetur successor; quia
ista locatio fuit morte finita per glo. communiter approba
tam in c. fi. ne præla Rot in nou. 232. Anch. consi. 16. Paul. de
Castr. consi. 2. lib. . Soc. consi. 32. lib. 1. & consi. 34. lib. 3. ubi di
cit hanc opinionem communem, eo potissimum argumen
3 to, quia † mortuo rectore, qui locauit fructus pertinentes ad
successorem, illi reseruantur. ca præsenti, de off. ordin. in 6. c.
relatum, el 2. de testa. nec amplius ad defuncti ius attinent, lo
catio eius morte extinguitur, & propterea siue dicamus re
4 ctorem usufructuarium, siue vsuarium, locatio † morte fini
tur, nec ei tenetur successor stare, l. si quis domum. §. 1. ff. loc.
Abb. in quęstione. Sempronius clericus, dubio quinto. idq;
5 procedit etiam † si successor velit stare locationi, quia eius
consensus parum prodest, si nolit conductor, qui non tene
tur parimodo conductioni stare, Abb. dicto dubio, Rota d.
loco. Soc. d. consi 32. Anan. d. c. ultimo. idem erit dicendum
vbi rector ecclesiæ, qui locauit beneficia, renuntiat, quia re
6 signatarius † successor non tenetur stare locationi, Paul. de
Castr. consi. 4. lib. 1. gloss communi opinione allegata, & per
Domin. consi. 17. Tertiò an teneatur successor stare locatio
ni factæ per prælatum nomine ipsius ecclesię, & ad eius com
modum, nempe cum reditus rei locatæ ad ecclesiam ipsam,
non ad ipsum rectorem spectent, idque multi dicunt verum
d. l. tutelæ, ex quo prælatus locator est ecclesię rerum admi
7 nistrator † legitimus, & per Ant. d. c. ult. & per Abb. in d. quæ
stione, Sempronius, Ang. consi. 245. num. 6. Socy. d. consi. 32.
col. 2. lib. 1. stante ꝙ multi asseruerunt successorem minime
cogi posse stare locationi, nisi illa sit vtilis ecclesiæ, per gloss.
d. c. ultimo communiter approbatam, per Anan. & Abb. ibi
dem. Soc. d. consi. 34. col. 3. Rota decisi. 232. vbi Abb. & Ana.
tenent medium, vt videlicet opinio gloss. procedat vbi non
apparet locationem factam in ecclesiæ utilitatem prima &
aparenti facie, sed si prima & aparenti examinatione contra
ctus, & locatio sit utilis ecclesiæ, Antonij sententia obtinet.
Et respondendo idem Didac. dicit debere considerari vnū,
ꝙ omnes, qui tractant istam quæstionem vnanimiter tenent
locationem ad tempus in ea diffinitum fieri potuisse per re
ctorem, absque alterius authoritate, quia si fieri non potuit,
nihil est ꝙ controuertatur.

8 Sed si fieri potuit † & facta sit nomine ecclesiæ a rectore,
qui habet ecclesię tenuis patrimonij administrationem, non
est

Source : BIU Cujas

est ratio, quare a contractu recedit successor, prælatus enim est legitimus administrator rerum ecclesię sicut tutor est rerum pupilli, & si locauit nomine ecclesię, eiusque negotium gessit, & valuit contractus habet teneri successor ecclesiæ, sicut tenetur successor, qui alteri tutori in administratione tutellæ tenetur; nec refert vtilis sit contractus vel inutilis, quia, si sit damnificata ecclesia, restituitur, & vt ibidem per eūdem Didac.

Videtur esse decisio Rotæ in terminis in deci. Thomæ de
9 Tanis deci. 32. in manuscriptis, vbi habetur, ꝙ † successor nō tenetur stare colono in beneficio. per Abb. in c. fin. ne præla. vic. sua. nisi fuerit contractum nomine ecclesiæ & in vtilitatē ecclesiæ. per Gemin consi. 17. Cald. consi. 1. de loca. vbi dicit ꝙ de vtilitate debet apparere, alias successor non tenetur, & eo. tit. consi. 7. Ang consi 245. vbi etiam habetur, ꝙ, si sit facta locatio ad nouennium in euidentem vtilitatem, cum confirmatione sedis apostolicæ, sine facta mentione habentis re-
10 gressum ad beneficium, non ualet † locatio, ad similitudinē de pensione reseruata per titularem sine consensu habentis regressum de pensio. Gigas q. 79. & facit ratio, quia in confirmatione huiusmodi debebat fieri mentio aut citari, si erat legitimus contradictor ille qui habebat regressum, licet aliàs successor futurus qui est incertus, non vocetur, sed ille, qui certus est, vocari debet; & in sui præiudicium sine eo locari non potuit. Facit tex. in c. nuper, de donat. int uir. & uxo. Rota. in nouis 232. si prælatus. Item est decisio alia in decisi. Putei. in tit. de reb. eccl. secunda decisi. manuscripta, quæ fuit facta in una bononiensi nullitatis locationis inter Cardinalē tranen. & Abbatem de Tusignano, & est decisi. 421. lib. 1. secūdum ordinem impres. quę dicit, ꝙ in alienatione bonorum
11 † debet citari habens regressum, & fuerunt moti domini, qa locatio fuit facta in vtilitatem prælati, quæ non obligat successorem. not. in c. fi. ne præla. uic. suas, Alex. consi. 160. uol. 6. Soc. cons. 34. uol. 3. incip. materia. Rota in no decisio. 232. Secus si in vtilitatem ecclesiæ seruata iuris solemnitate, facta sit d. decisi. c. 1. de solutio. Facit. c. ueniens. c. de cætero. de trāsact. vbi successor non tenetur stare transactioni prædecessoris, quia locatio excedebat. 10. an. & tāti tpis † locatio est alie-
12 natio, Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Io. And. & Inn. in c. 1. de reb. ecc. Ias. consi. 29. 1 uol. ꝙtante etiam Paulina ꝓhibente vltrà triennium; nec Papa confirmasset, si ei fuisset expressum, ꝙ erat regressus, ad tex. in c. postulasti, ubi Abb. de rescrip. Et locator non potest locare, nisi ad eius vitā non in præiudicium alterius. c. nuper. de donat. inter. uir. & Papa non tollit ius quæsitum c. super eo. de off. dele. est deci. Rotę. 232. in no. Facit decisi. Rotæ. 233. in nouis. incip. ex præmissis,
13 ubi † successor recipiens rei locatæ pensionem ex locatione facta per suum antecessorem, non censetur ratificare contractum locationis, nisi pro tempore & rata temporis, pro qua pensionem recipit; quia contractus locationis per mortem locantis fuit finitus, & contractus semel extinctus non reuiuiscit. c. ex transmissa, de renunt.

Sed melius in decisio anteced. si præ'atus, ubi distinguitur,
14 ꝙ vel est facta † locatio per prælatum nomine suo, non intendendo aliter ecclesiam obligare. Et successor non tenetur stare contractui locationis factæ ad certum, vel modicum tēpus, quia talis censetur persona is obligatio quæ morte finit. c. 2. de præca. Si vero nomine ecclesiæ vtiliter, & seruata solemnitate, & forma iuris, tunc successor tenetur stare contractui, & locationem obseruare. c. 1. de solut. ubi Io. And. in nouel. & id procedit in prælato habente administrationem & locante bona prælaturæ ad vtilitatem ecclesiæ debita so-
15 lemnitate seruata; Secus est in præbēdario, qui † numquam vltrà tempus vitæ suæ locat; vnde prima obligatio & primus contractus est personalis; secundus est realis, & in dubio semper personalis præsumitur, vt in dicta decisio. ubi habetur, ꝙ contractus primo modo factus sit ipso iure extinctus morte locantis, quia ultra vitam suam non potuit obligare successorem suum.

Sed est videre consilium Alex. 160. in 6. uol. quod est factū in materia, incip. viso, vbi posito casu de locatione quinquē-
16 nij, tenet, ꝙ successor nō tenetur illi stare, † nisi sit facta in vtilitatem ecclesiæ, & pecunia inde recepta sit conuersa ad cōmodum, & beneficium ecclesiæ, ubi multa adducuntur.

Vnde concludi potest, ꝙ illud, ꝙ dicitur, successor non tenetur stare locationi sui antecessoris, de quo per glo. c. fin. ne pręla. intelligitur, quando ipse prælatus locauit, vt ipse perciperet reditus, quia clericus in beneficio comparatur vsufructuario, cuius ius morte finitur. c. illud. 16. q. 6. Arch. c alienationes. uersi. adde sic & locare. 12 q. 2. secus autem sit, si locatio sit facta nomine ecclesię, & pro vtilitate ecclesię, quia tūc contractus non est personalis, sed realis, late Soc. consi. 34. 3. uol. materia præsens, ubi declarat quid in dubio, quando nō liquet, an locatio sit facta nomine ecclesiæ, ꝙ, si ille, qui locat habet administrationem rei locatæ, vt puta prælatus, rector ecclesię, & huiusmodi, contrahendo censetur contrahere administratoris nomine, & facere contractum realem, non personalem; nec curatur an exprimat nomen proprium, an appellatium, & ꝙ præponatur. l. fi. de instit. per Bart. in l. post mortem. §. 1. ff. quando ex fact. tu. & in terminis per Spec. de arbitro. §. finitur, uersi. quid si prælatus, Card. & Abb in c. licet, de proba. idem Car. clemen. fi. 6. col de procura. per quæ probatur, ꝙ quando prælati contrahunt super re, super qua habent potestatem contrahendi, censentur contrahere nomine illius, cuius bona administrant, & sic nomine ecclesiæ, si administrant bona ecclesiæ, quod procedit in illis, qui possunt contrahere, ueluti si sit prælatus, si sit rector ecclesiæ, qui possunt administrare, & contrahere, not. in cap. edoceri, extra de rescr. c. 2. de loca. late Abb. c. fi. ne præ. uersi. ꝙ autē, secus, sit, si non habet administrationem, exemplum dat in canonico, qui regulariter non habet administrationem rerum suæ præbendæ; qui si locat rem præbendę, non obligat successorem, vt per Doctores, d. c. fi. ne prelat. infert Car. ꝙ ex quo canonicus non obligat successorem, in dubio cōtractus per eum celebratus censetur personalis, non realis, & ex precedentibus, & sequentibus conijcitur, ꝙ sit nomine ecclesiæ, licet non sit expressum, puta si sit contractum super re ecclesiæ, & si pro contractu, uel locatione, il iusque obseruatione sint obligatæ res, & bona ecclesiæ. per Did. Couaru. in c. requisisti. nu. 4. de testa. inn. d. c. fi.

Et de vtilitate, & quomodo contractus sit utilis ecclesiæ vel non, dixi suprà in casu vtilitatis, & in casibus, in quib. sine solem. in casu utilitatis, & deprehenditur fuisse meo iudicio vtilem, si locatur res pro maiori prætio, vel pensione, quæ hucusque stetit locata pro minori, & si contractus fit celebratus interuenientibus requisitis. Et ex instrumentis etiam locationum terrarum vicinarum. Bar. in l. 2. C. de rescinden. uend. col. pen. uersi. circà primùm. Bar. Soc. consi. 8. col. 5. li. 1. de qua utilitate debet apparere. per Cald. consi. 1. de loca. ubi inquit de qua utilitate intelligo, ꝙ appareat, sed Abb. in c. fin. ne præla. col. fi. uersi. sed Dom. Anton. declarat, ꝙ aut contractus fuit initus apparenter in damnum ecclesię, & non tenet ei stare successor, quia non potuit antecessor deteriorare cō ditionem ecclesię. c. 2. de dona. aut apparenter contractus vi debatur initus in vtilitatem, & tunc tenet contractus, sed prę textu lęsionis potest peti restitutio in integrū. c. 1. de in integ. restit. Subdens Soc d. consi. 34. ꝙ ista duo, scilicet ꝙ sit nomine ecclesię, & cum vtilitate requirūtur copulatiue; unde nō sufficit alterum interuenire, ut per eum. d. c. consi. 34. col. 3. uersi. ista duo; nam, inquit, ꝙ fiat utiliter, est necessariū, quia si inutiliter non potuisset fieri locatio realis sine authoritate superioris, ad not. in c. veniens. de transactio. Item ꝙ nomine ecclesię, quia quamuis contractus esset utilis ecclesię, & prę latus uoluisset non obligare ecclesiam, sed se tantùm personaliter teneri, tunc etiam non obligatur successor; ideò inqt, isto duo requiruntur copulatiue, per authoritates per eum citatas, sed Rota in no. de loca. addit tertium, videlicet seruata solemnitate iuris, non aliàs, & tunc dicit, ꝙ tenetur successor stare contractui, & locationem obseruare. uersi. si uerò, & uersi. in dubio, subdens dicta decisio, ꝙ in dubio præsumitur potius personalis, quam realis.

Et pari modo successor nō stat alienationi, quam facit antecessor prę sente capitulo, & tacente, quia talis alienatio est
17 ipso iure nulla, ponit hanc quęstio. † Barth. Brixien. q. 68. episcopus quidam, ubi ita tenet. Sequitur Archidiac. capit. sine exceptione. 12. q. 2. in auth. hoc ius. uersi. insuper. C. de sacros. eccl. idem in l. digna uox. C. de legi.

8 Item episcopus † successor tenetur stare compromisso facto per prędecessorem suum, per notata in ca. prędecessorem, & ibi Docto. & prędecessorem Imola. de testi. quod est uerum, si tali cō promisso stare sit utile ecclesię, aliàs non, vt tenet Spec. in tit. de arbitr. §. finitur, uersi. ꝙ si prędecessorem, & Lanfran. Brixien eo. tit. 6. parte 1. col. per Ioan Bertachin. in tracta. de epis. 4 parte, uersi. 54. uersi. postremò quęritur, licet successor in dignitate non succedat in compromisso, Bal. in l. 2. §. sed & si quis. 21. col. uersi. pone ꝙ quidam. C. communia de leg. addo glo. ultimam in Clem. fi. de procur. ad fi. Spec. in tit. de arbitr. §. finit, in 2. col. uersi. quid si prędecessorem, Bal. in tit. qui succe. tene. feud. confir 6. col. uersi. an autem compromissum, plene per Bart. ubi ponit, & disputat quęstionem in l. qui liberis. §. 1. 2. colu. uersi. ult. hanc legem induco. ff. de vulg. & pup. & ibi ꝓ Alex. 4. col in fi. uersi. extrà gl. titigit hic Bar. cum concord.

19 Episcopus quoque † successor tenetur exequi, & obseruare prędecessorem præceptum, mandatum, vel commissionem factam per Papam suo prędecessori, secundum Doc. post gl. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. & an prędecessorem successor succedat in officio
20 † exequutorię testamenti delati prędecessori, uide per Spec. de instru ęditio §. 14. uersi. sed quid erit in prælatio, & Bar. in d. §. hæc uerba. d. l. qui liberis, qui tenet, ꝙ sic si fuit appositum nomen appellatiuum; vide etiam per Bar. in l. a filio, in princ. ff. de

de alim leg. Bal. in l. fi. 26. q. C. de hære. inſt. & in l. cum propo nas. C. de fideicom.

21 Pariter prælatus † ſucceſſor tenetur ad pœnam incurſam, & commiſſam contrà prælatum præceſſorem, vel per præla tum præceſſorem, ità demum ſi ad eam teneatur præceſſor nomine prælaturæ, non ſi nomine proprio ex proprio delicto; tunc enim ſucceſſor non tenetur, niſi quatenus ſua prælatura ſit locupletata, ſecundùm Bartol. in l. 1. ff. de priuat. delict. per not. in cap. dilecti. de ord. cog. refert Ioan. Bertachin. dicto loco.

22 In caſu autem mutui contracti † per præceſſorem tenetur ſucceſſor, ſi probetur mutuum eſſe verſum in vtilitatem eccleſiæ, per tex. in cap. 1. de depoſit. vbi Innocē. Imola, Abb. & alij, & cap. ꝙ quibuſdam. de fideiuſſ. ubi Abb. & Imola; eſt bona glo. in cap. dilecti. de foro compet. in glo. contra, vbi habetur, ꝙ licet proprium nomē anteceſſoris ſit expreſſum, ad ſucceſſorem tamen extenditur reſcriptum, & hoc ideò, quia nomine eccleſiæ, & pro ipſius eccleſiæ vtilitate mutuū hoc contractum fuit, & ideò ſucceſſor conuenitur per reſcri ptum impetratum contra anteceſſorem. Nec obſtat expreſ-
23 ſio nominis, quia vna perſona † intelligitur, vt ibi per d. glo. Dixi ego aliqua ſuprà in q. an, & quomodo ex mutuo obligetur eccleſia, vbi etiam dixi, quid in cauſa depoſiti, quid in mutuo, & commodato. Credo igitur ꝙ in iſta materia bene
24 poſſit firmari regula, ꝙ ſemper intelligatur, † & intelligi habeat ſucceſſor eſſe obligatus ex contractu, vel facto, aut alienatione præceſſoris, ſi videlicet alienatio, contractus, vel diſtractus factus per præceſſorem ſit factus cauſa legitima requiſita, & debitis ſolemnitatibus interuenientibus a iure requiſitis, auth. hoc ius. 12. q. 2. cap. ſine exceptione. 12. q. 2. toto tit. extrà. & in 6. de reb. eccl non alien. & clemen. 1. cod. titul.
25 vel Romano Pontifice † conſulto, qui eccleſiam, & ſucceſſo rem in illa obligat. extrauagan ambitioſo. eod. tit. extrauagā. commu. & in hac materia vide tex. cum gloſſ. & Innocen. in
26 cap. cum ſecundùm, extrà de præben. ꝙ ſucceſſor † in epiſco patu tenetur de neceſſarijs prouidere ordinato ſine titulo per ſuos præceſſores, quouſque illi prouideatur de beneficio, quod eſt, inquit Innocē. ad euitandum opprobrium pau pertatis clericorum; & quia pauperibus clericis in vita clericorum prouideri poteſt; Item quia omnia clericorum ſunt pauperum, per iura, quæ ibidem adducit Innoc.

Hanc regulam, & determinationem facere, & formare vi detur Alber. in l. digna uox. C. de leg. colum. penul. uerſicul. cum quæritur ibi, aut contrahendo, aut alienando, tunc, aut contractus, & alienatio eſt facta in caſibus a iure permiſſis, & tunc ſucceſſor tenetur ſeruare, vbi vide pro hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *Locari poteſt res eccleſiæ ad modicum tempus.*
2 *Locari res eccleſiæ poteſt ad modicum tempus ſine ſolemnitate.*
3 *Locatio ad longum tempus de rebus eccleſiæ expreſſim eſt prohibita.*
4 *Locatio ad decennium dicitur ad longum tempus, & ideo eſt prohibita.*
5 *Locatio ad longum tempus cenſetur alienatio.*
6 *Locatio ad longum tempus prohibetur, etiam ſi agatur, quòd nullum trā ſferatur dominium.*
7 *Prohibitum alienare, poſſe uſque ad centum annos locare, verum non eſt.*
8 *Locatio ad decem annos ideò eſt prohibita, quia ex ea dominium utile transfertur.*
9 *Prælatus qui iurauit non alienare, an ſit periurus ſi locet ad decem annos.*
10 *Alienare proprie dicitur, qui utile dominium transfert.*

QVAESTIO VI.

De Locatione rerum eccleſiaſticarum.

QVoniam locatio rei eccle ſiæ eſt contractus frequens, & quotidianus, & admodùm conducit in materia eccleſiaſticarū rerum alienationis de eo habere notitiam, vltrà ſuperius dicta in rubrica de ſignificatione verbi alienatio. in uerſi item ſub vocabulo alienationis venit locatio, & vltrà ſuprà deducta in quæſtione, an & quomodo ex alien. uel cōtractu præces. ten. ſucc. aliquid dicendum videtur, vſque ad quod tempus res eccleſiaſticæ locari poſſint.

1 Et profecto eſt clarum, ꝙ res † eccleſiæ poſſunt locari ad modicum, & breue tempus, per tex. in clemen. 1. de reb. eccl. non alien. cap. fina. ne præla. uica. ſua. ubi locatio poteſt fieri ad ſeptennium. vbi glo. Bernardi. in interprætatione Panormit. habet licere Rectori fructus ſibi ipſi ratione officij, dignitatis, & beneficij pertinentes ad tempus ſuæ uitæ locare: quod non videtur probari in d. tex. quia ibi de locatione ad ſeptennium habetur, ad vitam uerò ne verbum quidem habetur
2 per Anan. ibi. num 7. & permiſſum eſt locare † rem eccleſiæ ad modicum tempus abſque læſione ſine ſolemnitate. cap. fi. ne præla. clemen. 1. Aug. Bero. in cap. nulli. de reb. eccleſ. non
3 alien. 4. col. uerſi. 2. conceſſum. Locatio † vero ad tempus lōgum de rebus eccleſiæ expreſſim eſt prohibita. ca. nulli. extrà eod. tit. & clem. 1. & licet ſit arbitrio iudicis, quantum intelligatur longum tempus, Rota in nou. deciſ. 232. ſi prælatus, ta-
4 men locatio in huiuſmodi rebus facta † ad decennium dicitur facta ad longum tempus, & ideò eſt prohibita, & non tenet, niſi in ea interuenirent illa ſolemnia, quæ regulariter interuenire habent ex diſpoſitione iuris Canonici in alienatione rerum eccleſiæ, ideſt ſolemnitates capituli ſine exceptione. 12. q. 2. cap. dudum. extrà eod. in 6. ut d. deciſ. ubi requiritur ad hoc vt locatio facta ad longum tempus teneat, & ſucceſſorem obliget, ꝙ ſit facta nomine eccleſiæ, ſit in vtilitatē eccleſiæ, & ſit ſeruata forma, & prælatus adminiſtrationem habeat, quia videtur eſſe ſecus in præbendario, & ſimplici beneficiato, qui nunquam locat res ſuæ præbendæ ultrà tem-
5 pus vitæ ſuæ, ut d. deciſio. quia † talis locatio cenſetur alienatio. glo. Card. & alij in d. clemen. 1. in verbo locationes, Abb. in cap. veſtra. de loca & in cap. 3. ut lite penden. Lap. alleg. 80. Alexan. conſ. 17. lib. 4. Dec. conſ. 42. & eſt communis opinio ſecundùm Abb. d cap. ult. ne præla. Dec. in conſ. 204. Barba. in rubrica de reb. eccl. non alienan. per Socyn. conſ. 32. lib. 1. colum. 1. probatur in l. ultim. ff. ſi ager. uectig. cum gl. ibi, & in l. ſine præfinitione. ff. de pœn. Barto. in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperfi. Bald. in l. iubemus. 2. colum. C. de ſacroſan. eccleſ. & Bartol. d. §. quod ait, dicit eſſe communem opinionem. Pau.
6 de Caſtr. conſ. 4. lib. 1 & id procedit † etiam ſi in tali locatione ad longum tempus expreſsè agatur, ꝙ nullum cenſeatur translatum dominium, quia commoditas fructuum, quæ ad longum tempus transfertur, habetur pro vera alienatione in materia prohibitiua ad euitādam fraudem, Bal. in d. auth. hoc ius. per Fabian de Monte in tracta de emptione. 4. quęſt. principali.

Per quod apparet, ꝙ non eſt verum illud, quod habet glo.
7 in l. codicillis. §. inſtituto, de leg. 2. quod prohibitus † alienare poteſt locare ad centum annos, quę eſt ſingularis ſecundum Bald. nouel. de dote. ſeptima parte. priuileg. 1. Et eſt communiter reprobata per Bald. in l. ſi domus. §. ſi fundus. ff de lega. 1. ubi ſecundum Alex. ibidem ſaluat illam Bal. duobus modis, ſi videlicet ſit actum, ꝙ per talem locationem non tranſferatur dominium utile, quo caſu non poſſet dici alienatio, ſed tranſactio ſolius commoditatis, reſeruato omni dominio; & etiam quando eſſet actum, ꝙ tot eſſent locationes; quot ſunt anni, & d. glo. eſt etiam ſingularis, quia locatio ad
8 decennium cenſetur prohibita, † & alienatio dicitur, cum ex ea dominium utile transferatur. l. 1. & 2. ff. ſi ag. uectig. Dyn. Barto & alij in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficie. Fede. conſ. 132. Salyc. in l. fina. C. de rebus alien. Pau. de Caſtr. in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. Alexand. in l. filius. §. ult. ff. ſolut. matr. Tiraq. in lib. de retract. §. 1. glo. 14 nu. 79.

Vnde videtur non verum illud, quod dicit Calder. in cap.
9 cum contingat, de iureiuran. quod non eſt † periurus Prælatus, qui iurauit non alienare res, ſi eas locauit ad 10. annos, uel 20. quia id iure non procedit, quia locatio rerum eccleſiæ ad longum tempus, & ſic ad decennium prohibita eſt, ſicuti alienatio. per Bald. in c. 1. colum. pen. de his qui feu. dar. poſſ. ubi dicit ꝙ in prohibitione alienationis rerum eccleſię facta prælatis, appellatione alienationis cōtinetur locatio ad
10 decem annos, nam & proprie † alienat qui vtile dominium transfert. Bald. poſt glo. in c. 1. §. noui uero, per quos fiat inueſtit. idem Bald. in c. 1. §. aut ſi liuellario, quib. mod. feud. amitt. dictum Cald. reprobat Abb. in c. intellecto. de iureiur. & ꝙ locatio excedens 10. annos, ſit alienatio, dicit Bar. in l. codicillis. §. inſtit. de leg. 2. Io. And. & Inn. c. 1. de reb. eccl. non alien. Iaſ. conſ. 29. 1. uol. eſt deci. Rotæ. in deciſ. Moedan. 240. uel 270. in manuſcrip. quæ ſi ſit facta per prælatum cum conſenſu capituli & ſuperioris authoritate ex cauſa legitima, & in vtilitatē eccleſiæ ligat ſucceſſorem, aliàs non, quamuis dicatur per ſe, & ſuos ſucceſſores, quinimmo & tunc morte locantis extinguitur, nec poſtea validatur, licet ſucceſſor ſtatutam recipiat penſionem. Rota. in no. deciſ. 232. incip. ex præmiſſis, ubi habetur, ꝙ licet aliqui de dominis rotantibus inclinarent contrariam partem, tamen hæc opinio prævaluit.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio rei eccleſiæ non poteſt fieri ad uitam alicuius.*
2 *Locatio ad uitam requirit ſolemnitates requiſitas in alienatione.*
3 *Locationem ad vitam poſſe fieri, quando non eſſet quis uicturus 10. annos.*
4 *Vita longæui hominis eſt uſque ad centum annos.*

5 *Modicum*

Source : BIU Cujas

5 *Modicum tempus dicitur nouennium quoad prælatos seculares, quo vero ad regulares definitur arbitrio iudicis.*
6 *Locatio uidetur permissa ad uitam prælati.*
7 *Decimarum locatio ad uitam recipientis non est prohibita per lateranen se concilium.*
8 *Alienatio bon. mensæ facta per episcopum cum iuramento ad eius uitã valet.*
9 *Successor recipiens pensionem ex locatione anteces ſoris censetur ratificas se locationem pro rata temporis pensionis receptæ tantum.*
10 *Locatio non valet in præiudicium habentis regressum ad ecclesiam.*
11 *Locatio rerum ecclesiæ vltra triennium prohibita est per extrauagantem ambitiosæ.*
12 *Beneficium olim poterat concedi ad firmam, uel ad uitam beneficiati.*
13 *Lex, quæ à subditis ab initio non fuit recepta, nullam uim obtinet.*
14 *Lex semel recepta potest per consuetudinem legitimè præscriptam tolli.*
15 *Extrauagantem, ambitiosæ non sufficit allegare, sed requiritur quod sit usu recepta.*
16 *Statutum præsumitur publicatum ex antiquitate temporis.*
17 *Statutum loco publicationis sufficit, quod editum sit in publico consilio.*
18 *Statutum, quamuis non publicatum, ligat, si sit in uolumine statutorum insertum.*
19 *Locatio an ualeat cum clausula quòd tot sint locationes, quot sunt trien nia.*
20 *Pactum de renouando rem alienari uel concedi prohibitam non ualet.*
21 *Locatio facta ultra tempus permissum uidetur valere intra tempus licitum.*
Vtile per inutile in separabilibus non uitiatur.
22 *Locatio sine insinuatione facta uitiatur in excessu tantum.*
23 *Locatio facta intra tempus permissum non ualet etiam respectu temporis licitι.*
24 *Negatiua cum dictione, aliquod, etiam in qualibet parte uitiatur.*
25 *Actus non ualet modo quo ualere potest in his, quæ dependent à uolunta te duorum, & agitur de obligatione contrahenda.*
26 *Electio consiliariorum facienda ad unum annum, si fiat ad tres annos, nõ ualet, etiam ad unum annum.*
27 *Locatio facta ultra tempus permissum, non sustinetur in tempore, in quo sustineri poterat.*
28 *Distinctio Decij inter contractum emphyteuticum ad generationes, & locationem ad tempus contractam.*
29 *Infeudatio facta in masculos & fœminas, quæ debebat fieri tantum in ma sculos, sustinetur in masculis.*

Materiæ præcedentis continuatio.

ITem ex premissis deduci
1 videtur, quòd pari modo locatio rei ecclesiæ nõ potest fieri † ad uitam alicuius, quia est locatio p petua, & ad longum tempus. tex. ubi glo. in uersicu. eius. in Clem. 1. de reb. eccle. ubi Ancha. Cardi. & Imo. Alex. in con sil. 119. lib. 3. & consi. 165. lib. 3. Dec. consi. 204. & habetur in auth. de non alien. §. in emphyteu. c. ex literis. de constit. au-
2 then. præterea. C. de sacros. eccle. quia in locatione † ad uitã requiritur illa solemnitas iuris, quæ est requisita in alienatio nibus rerum ecclesiæ. per gl. in Clemen. 1. in verbo non ha-
3 beat, & Domi. in consi. 47. sed fortè † hæc locatio ad uitam potest admitti sine istis solemnitatibus, ubi uerisimili conie ctura potest presumi, & eius uita locationi apponitur, non uicturum esse 10. annos. iuxta computationem. l. hæreditatum. ff. ad l fal. quia Card. d. Clem. ver. tertio nota. dicit, quòd talis ad uitam concessio uti ambitiosa est restringenda, qa
4 uita hominis longæui † est centum annorum, quamuis plures moriantur citra quinquaginta, quàm vltra quinquaginta annos. Et quod dicimus supra de locatione, esse licitam ad modicum tempus, & prohibitam ad longum, & lõgum tempus dici decennium, ita quod locatio possit bene fieri
5 ad 9. annos, id procedit † quoad prælatos seculares, quoad vero monachos, siue prælatos regulares modicum tempus non erit nouennium, sed diffinietur arbitrio iudicis. glo. in Clem. 1. in verbo modicum, quam esse communiter appro batam dicit Alex. in l. filiofamilias. §. ultimo, col. pen. ff. sol. matrimo. Immo ad uitam prælati, vel beneficiati locantis
6 † uidetur esse iure permissa locatio; ultra uero uitam suam non, cum comparetur prelatus, uel beneficiatus usuario, vel usufructuario, cuius morte finitur usus uel usus fructus, l. si quis domum, §. 1. ff. loca. Abb. in quæstione Sempronius, dubio 5. Rota in no. 232. Soc. consi. 32. Anan. c. fin. ne prælat. uic. ubi gloss. magistralis; immo est decisio Rotæ in decisio. Moedan. decisio. prima, de decim. & locato. in manuscri-
7 ptis, quod locatio decimarum † ad uitam recipientis nõ est prohibita per concilium lateranense, per glo in cap. quamuis. de decim. ubi habetur, q fructus decimarum possunt concedi laico ex causa ad tempus uitæ suæ, idem tenet Abba. c. ad hæc. Hostien. Ancha. Anto. in c. quamuis. de decim. Fede. consi. 51. incip. idem prælatus. Ias. consi. 713. colum. 4. uol. 3. Item alia decisio eiusdem tit. de reb. eccle. & de transa
8 ctio. decis. 7. vbi alienatio bonorum mensæ † facta per episco pum cum iuramento ad eius uitam, valet non obstante iura mento præstito de non alienando per Aret. consi. 113. colu. 1. Abb. c. cum uenissent. de instit. col. 4. Gemin. consi. 369. co-lum. 6 & in alia eiusdem Moedan. decisio. 250 titu. de rebus eccle. & de locat. Et in materia locationis successor recipiẽs
9 pensionem † ex locatione anteces ſoris non censetur ob hoc ratificasse locationem pro omni tempore, quo fuit facta, sed tantum pro tempore ratæ pensionis, Rota decis. 233. in nouis. incip. ex præmissis. est Decis. Putei 1. & 2. de locat. in
10 manuscrip. nec ualet locatio in præiudicium † regressum ha bentis, etiam si sit confirmata per Papam, qui non tollit ius tertio quæsitum, etiam si dicatur, quod ligat successores, p decis. Moedan. 240. in manuscriptis. de locat. incip. locatio. melius in decisio. Acorambo. eo. tit. num. 42. incip. locatio, vbi habetur quòd locatio facta ad longum tempus uigore commissionis, si in euidentem, quæ regulariter ligat succes sorem, non comprehendit habentem regressum.

Sed quorsum ista? cum habeamus hodie de iure nouis-simo extrauag. ambitiosæ in rubrica præsentis tituli, extra-
11 uag. comm. per quam expressè † prohibetur locatio rerum ecclesiæ ultra triennium, etiam sub pœna excommunicatio nis, & aliis pœnis, & ista extrauagans per Paulum Papã quar tum uidetur confirmata & renouata per suam, quam edi-dit Bullam, seu extrauagantem editam super rebus ecclesiæ malè alienatis, de qua dico in tit. siue rubrica, de pœnis ma-læ factæ alienationis. Nam idem Paulus suam formauit, re-spectum ad hanc extrauag. ambitiosæ, habendo, ut apparet per illa uerba in ea inserta, & dicitur per Boer. decisio. 224.
12 mihi nume. 2. † quòd olim licitum erat dare beneficium ad firmam ad septennium, & etiam ad mortem beneficiati vs-que, c. fi. iuncta gl. 2. quam commendat Abb. sicul. ne prælat. vic. sua. & gl. c. fi. 16. q. 1. Fede. de sen. consi. 123. Host. in summa de his, quæ fiũt à præla. § fin. tamen hodie per extrauag. Pauli Veneti, sitam in ti. de reb. eccl. non alien. incip. ambitiosę, est prohibitum locare fructus ultra triennium sub pœna excõ municationis, ut ibi, q inquit malè seruatur; caueant ergo tam tradens, quàm recipiens à censuris. Subdens decisio, & hoc uerum, si rector det ad firmam clerico, quoniam laico concedere non potest. c. secundum. in fi. ne cler. uel monac. nisi ex magna necessitate, ut per Abb. ibi, uers. circa tertiam partem, quia tunc fieri potest talis, uel consimilis concessio laico, ut dicta decisione.

Quidam tamen asseuerant eam extrauag. per consuetu-dinem contrariam sublatam esse, & talem consuetudinem ualidam fore, & id conatur probare Rochus de Curt. in ca. ultimo. de consuetu. & sentit Sylvester in summa in verbo alienatio. §. 15. ut sentit Didac. Couar. in lib. 2. uariar. resolu tio. c. 16. uer. quinto sunt. ubi in hoc distinguit, quòd aliud, si semel fuit recepta, & per consuetudinem sublata, quia in
13 primo casu certum, & clarum est, q lex nullam † uim obti-net, quæ ab initio non fuit recepta à subditis, l. de quibus. ff. de legi. c. in istis, §. leges, 4. distinc. vbi scribit Domi. leges do ricæ ea conditione, & intentione, ut nõ aliter obligent, uel legent, quàm si fuerint à republica receptæ, uel in glo. in ca. 1. de treuga & pace. gloss. in l. rem non nouam, §. patroni, C. de iud. & est communis opinio, ut per Didac. ibidem. quia maximè præsumitur quòd illa lex, quæ non recipitur à rep.
14 illi non conueniat; alio verò † casu non est dubium, quòd lex semel recepta potest per consuetudinem legitimè præscri-ptam tolli, capitu. fina. de consuetud. & sanè optimè dici po test legem non fuisse receptam tunc, quando principe scien te per aliquot actus contrarios excluditur, eo autem igno-rante, ubi per decennium lex negligitur, & omittitur, Imo-la. & Felyn. in capitu. primo de treuga & pace. las. in d. l. rem non nouam, §. patroni. Et per hãc distinctionẽ, inquit, appa ret qualiter intelligi habeat illud, quod Rochus scribit: po-tuit nanque ea constitutio non recipi, & recepta contraria tol-li consuetudine, ita ut nunc ius antiquum sit obseruan-dum; apud hyspanos, inquit, dubium est, an ei constitutioni fit derogatum, uidi etenim sæpe eam adduci, & tractari in aliquibus controuersijs, & quandoque admissam, quando-que neglectam fuisse, ut ibi per Didac. Vidi super hoc deci-sio. Rotæ in decisio. Moedan. manuscriptis, in tit. de consti.
15 de rebus ecclesiæ, quòd non sufficit † allegare extrauagantẽ Pauli secundi prohibentem alienationem bonorum eccle-siæ, sed est necesse, quòd sit usu recepta, & in communi ob seruantia, & sit recepta moribus utentium. per gloss. & Do-cto. d capitu. primo. de treuga. Bald. d. l. rem non nouam, C. de iudic. Bald. in rubrica de consuetu. colum. quinta. & per eundem Moedan. decisio. 150. de rebus ecclesiæ & loca. & in manuscriptis etiam decisi. Crescen. decisio. 150. incipien. prælatus iurans, in titu. de iureiuran. habetur quod d.

Source : BIU Cujas

extrauagans in aliquibus locis non est recepta. est eiusdem Moedan. decis. tit. de decim. nu. 4. & 219. alias 240. incip. nobili uiro titu. de loca. decis. Boerii decis. 224. ubi dicit ꝙ d.c. extrauagans malè seruatur, sed super hoc uide quę adducit Petr. beneintendi. in conclusione. 13. quærebatur in causa, uer. nec obstat, ubi dicit, ꝙ cum d. extrauag. sit præceptum, cum prohibendo disponat, & ideo censetur necessaria, & imponat pęnam, cum etiam compescat rebelles, & superioris iussa seruare tenemur, & qui illa non seruat, peccat, cum extrauag. sit impressa cũ aliis in corpore iuris alligata, quotidieque Ro. Cur. pro eius obseruantia pronuntiat, & non potest dici, ꝙ non sit moribus utentium recepta. Facit, quia
16 statutum præsumitur publicatum ex antiquitate † temporis, quæ facit, ut omnia solemnia ad ualiditatem statuti interue nisse pręsumantur, & loco publicationis sufficit, ꝙ statutum
17 † editum sit in publico consilio sapientium, & de eo facta sit scriptura. per Ang. §. fi. in authen. de non eligen. secundo nub. quem sequitur Alex. consi. 39. nume. 5. volum. 3. item fa
18 cit, quia statutum quamuis non publicatum, si sit † in uolumine statutorum insertum, & archiuio publico, ubi quotidie haberi potest copia, nihilominus ligat. Bald. l. 2. verbo, seruus autem. ff. de orig. iu. Sequitur Corne. consi. 156. colu. 2. in principio. uol. 3. ubi inquit, ꝙ statuta consilii, uel reformationes ligant, licet non fuerint bannitæ, ex quo sunt in Archiuo publico, & quotidie haberi copia potest, vnde de eis ignorantia prætendi non potest, latè per Roland. a valle in consi. 99. incip. uiso statuto. ver. tertiò non obstat.

Sed circa materiam istius extrauagantis ambitiosæ quæ
19 ritur, an ualeat † locatio rerum ecclesiæ ad nouem annos, uel ad sex annos cum clausula in instrumẽto, quòd tot sint locationes quot sunt triennia, & finito primo triennio tunc facta sit, & facta censeatur noua locatio, & videtur dicendum quod talis contractus ualeat, etiam in secundo, & reliquis trienniis per Doctrin. Bal. in capitu. 1. §. si liuellario, quibus mod. feud. amit. & in l. uoluntas. C. de fideicomm. quòd si locatio fiat ab initio ad plures annos uerè distinctis locationibus per tempora à iure permissa, nulla locatio ex his iuri contraria est.

Sed in contrarium est insignis tex. in auth. de non alien.
20 §. quod autem dictum est, versicu. nec illud, colla. 2. ubi † res alienari, aut concedi prohibita, si ad longum tempus ad nouem annos concedatur, cum pacto de renouando ad alios nouem annos à iure permissos finita prima locatione, tale machinamentum non tenet, nec ea locatio ualet ultra tempus à iure permissum, tenet Cy. in l. 1. C. de iure emphyt. Albe. in l. pluribus. §. 1. ff. de verb. oblig. in fin. Cardi. in d. Clem. 1. §. fi. q. ultima. Ancha. consi. 57. Lapus allega. 12. Iaſ. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. Alex. consi. 165. libro secundo, Bal. in l. Modestinus, ff. de donatio. Bal. consi. 327. lib. 3. & cõsil. 392. lib. 5. vbi similem cautellam reprobant, quorum opinionem communem asseuerat Alexan. in l. si filiofamil. §. ulti. sub nume. 25. ff. soluto matrim. unde non sunt admittendæ istæ conuentiones, quæ manifestæ fiunt in fraudem legis; facit ad hoc dispositio concilii Tridentini sess. 25. ca. 11. in fine. quæ tollit locationes ecclesiasticas 30. 29. & bis. 29. annorum.

21 Videtur & quòd, si sit facta † locatio rerum ecclesiæ ultra triennium, & ad octo annos debeat ualere, saltem quoad tres annos à dicta constitutione permissos; & quòd, si rescindatur, uel non ualere declaretur, intelligatur id ad annos triennium excedentes, per Bald. in auth. si quas ruinas, C. de sacrosan. eccle. Pau. de Cast. in Auth. qui rem. C. eo. tit. Imo. in c. ex parte. de feud. Alexan. consi. 38. lib. 2. quorum opinio communis est secundum Iaſ. & Dec. in d. Authen. qui rem, Tiraquel. in lib. de retract. parte ultima num. 144. Facit, quia in separalibus utile non uitiatur per inutile, l. j. §. sed & mihi. ff. de ver. obl. & in reg. utile, de regu. iuris in 6. & in summis, & in tempore; quia consistunt in quantitate numerabili, separabilis est excessus, & excessus tantùm uitiatur; & in cætero quòd non excedit, & sic in residuo remanet firma,
22 & ualida dispositio, sicut in donatione † excedente quingentos facta sine insinuatione, quæ non censetur uitiata, nisi in excessu, & ualida est, & efficax in summa à iure permissa, l. sancimus. la penul. C. de dona.

23 Verum istis sic deductis non obstantibus, locatio † in casu figurato facta est, & censetur omnino nulla, & inualida, quia id expressim dicit tex. in d. extrauag. in illis verbis, locationem aliter factam nullius omnino esse roboris, similia ferè verba habentur descripta in authen. de non alien. §. in emphyteusim, habetur tex. in Clem. 1. de reb. eccle. vbi dici-
24 tur, nec recipienti ius aliquod acquiri, negatiua † enim cum dictione, aliquod, etiam in qualibet parte uerificatur, gl. in Cle. 1. de fo. compe. in uer. aut earum, vbi Cardi. Fely. in cap. pastoralis. de off. deleg. in princ. col. 3. Iaſ. in auth. ex cã. C. de lib. præte. Domi. in consi 35. Iaſ. in l. cum qui, colũ. 2. de offi-
25 cius. Facit in hoc, quia in his, † quæ pendẽt à uoluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si actus non ualet, vt fit, non debet posse ualere eo modo, quo fieri, & valere potest, Bar. communiter in hoc approbatus in l. 1. §. si qs ita, ff. de verbo oblig. Facit ulterius, ut habetur per Roman.
26 consi. 66. ꝙ stante statuto, ꝙ electio † consiliariorum fiat ad unum annum, & non ultra, si sit facta ad tres annos, non ualet etiam ad annum duntaxat.

27 Sic sanè in locatione rerum ecclesiæ facta ad longũ † tempus, uel ultra tempus à iure permissum, non sustinetur in tẽpore, in quo fieri poterat, sed in totum est nulla. per Barto. & Iaſ. in d. authen. qui rem. Iaſ. in l. 1. C. de iure emphyt. Lap. alleg. 80. Imo. in l. quod dicitur, ff. de uerbo. obliga. Matthæus Afflict. Dec. 107. & aliàs ut per Didac. d. loco uersic. 2. licet. vbi secundum quosdam, quos allegat pro concordatione in hac quæstione doctorum discrepantium, dicit distinguẽ
28 dum † esse inter contractum emphyteuticum ad generationes conuentum, & locationem ad tempus contractam, & in primo casu habet locum opinio Baldi, & sequatium, quã dixit esse communem; in posteriori verò casu, idest in locatione ad tempus contracta, habere locum & loqui Bar.

Et ratio diuersitatis esse dicit, quia in contractu emphyteutico tot concessiones, & locationes esse censentur, quot sunt generationes, & licet fiat in plures generationes, in effectu, & uirtualiter reperitur, & renouatur concessio in qualibet generatione, & aliàs ut ibi. Sed uide conttarium in mate
29 ria feudali, ubi infeudatio † facta in masculos, & fœminas, q̃ debebat fieri tantùm in masculos de iure, vel consuetudine, vel in tertiam, & quartam generationem, quæ tantum in tertiam fieri poterat, sustinetur in masculis, & in tertiam generationem, ut latè ego deduco infra in quæstione de infeudatione rerum eccles. rubr. cas. in quibus præla. versicu. hic non est.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans (ambitiosæ) intelligitur habere locum in rebus, ex quib. fructus quolibet anno percipiuntur.*
2 *Emphyteuta cessans in solutioue canonis per triennium non cadit à iure suo, quando ex tali re non percipiebantur fructus quolibet anno.*
3 *Mandatum ad locandum ultra triennium fieri non potest.*
4 *Mandatum datum ad locandum pluries finitur elapso primo triennio.*
5 *Rector locat fructus sui beneficij ad uitam suam.*
6 *Ratio diuersitatis inter locationem rei, & locationem fructuum.*
7 *Vsusfructus competens ingredienti monasterium non transit in monasterium, sed tantum commoditas percipiendi fructus.*
8 *Vsusfructus non potest in alium transferri.*
9 *Fructus annales possunt capi ex secundo decreto, non utile dominium &c.*
10 *Fructuum commoditas non dicitur alienatio.*
11 *Locatio, quæ sapiat aliquid spiritualitatis, est symoniaca.*
12 *Locationes factæ ad longum tempus irritantur decreto Concilij Tridentini.*
13 *Solutiones anticipatæ non habent preiudicare successori.*
14 *Consilium, quo possint locationes fieri ultra tempus extrauag. ambitiosæ.*
15 *Conductor rei ecclesiæ, qui rem possedit, ad euitandam pensionis solutionem non potest opponere, quod non interuenit consensus superioris.*

Extrauagans (ambitiosę) declaratur, & continuatur materia præcedens.

1 ET extrauagans autem, ambitiosæ. intelligitur habere locum † in illis rebus ecclesiæ, quæ quotannis coluntur, & ex quibus quolibet anno fructus colligitur; quia, si res ecclesiæ sint talis conditionis, ut ex eis quolibet triennio tantum unicus fructus colligatur, poterunt tales bene in nouem annos locari, ita interpretantur And. Barba. in rubr. de reb. eccl. non alien. nume. 52. pro quo facit quod dicit Bal. in l. eadem. co-
o lum. 1. C. loc. quod emphyteuta † cessans à solutione emphyteusis per triennium non cadit à iure emphyteutico, si ex re emphyteutica quolibet biennio unicus colligitur fructus; est enim tunc necessarium, quòd cessetur à solutione canonis per sex annos. per Alex. in l. diuortio, §. 1. col. fi. ubi Iaſ. §. quod in anno, 3. no. ff. solu. matri. Iaſ. in l. 2. colu. 2. C. de iure emphy. & in auth. qui rem. C. de sacros. eccle. tex. in l. si sic. ff. quemadmod. ser. ami. Catellan. cotta in dictione emphyteuta priuati, Iaſ. d. l. 2. meminit nu. 4 & nu. 52.

Et dicta extrauagans constitutio, quòd res ecclesiæ non locentur ultra triennium, habet intelligi, ut non tantum
3 locatio ultra triennium non ualeat, sed nec † etiã mãdatum ad

Source : BIU Cujas

ad locandum possit fieri ultra triennium, uel, si factum sit, non teneat.

Atque ideo, si mandatum alicui detur ad locandas res ecclesiæ, erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator non poterit absque noua commissione & nouo mandato, etiam in aliud triennium res ecclesiæ locare;
4 idem si mandatum † expressim detur ad locandum bis, & ter, & pluries ad triennium; tamen mandatū finitur elapso triennio primo. per Dec. cōs. 282. ubi dicit, ꝙ alioquin posset fieri fraus iuri canonico prohibenti, si quis ex mandato administratoris possit habere potestatem perpetuam, uel ultra triennium ad locandas res ecclesiæ; esset etenim quędā perpetua locatio, etiam si mandatarius ad triennium tantū res ecclesię locaret, & illo finito ad aliud triennium, quòd est annotatione dignum.

Et dicta extrauagans placet quibusdam, quòd intelligatur facere prohibitionem in rebus tantum ecclesiarum, ita ꝙ prohibeat res tantum locare, uti fundos, prædia, & loca ipsarum, non fructus, & reditus ecclesiasticos, ad aliquod beneficium, vel ecclesiam pertinentes, quia de istis locationē posse fieri ultra triennium aliqui arbitrantur, nec de fructibus intelligendam esse Pauli prohibitionem, ꝙ probatur. l. regia. 9. tit. 17. parte prima. & per opinionem Panor. in c. fin.
5 ne præla. vic. suas. ubi dicit † ꝙ rector locat fructus sui beneficii ad uitam suam. alleg. Fede. de sen. consi. 50. Host. in summa de his, quæ si. à præla. Couaruuias. variarum resolut. ad ꝙ vsque tempus & c. ver. 6. uisum.

6 Et militat diuersa ratio inter † ista duo, inter locare rem & locare fructus rei ecclesiæ; quia si res locatur ad longum tēpus, transfertur vtile dominium rei. l. j cum l. sequ. ff. si ager vectigal. secus cum sola fructuum commoditas transfertur, quia nullum tunc dicitur transferri dominium, dicit Bar. in l. interest. C. de usufru. & habita. & per eundem melius in l. cum Titio. ff. ad l. Falci. in illis uerbis, sed bene commoditas percipiendi fructus uendi potest. l. necessaria. §. fi. ff. de peric. & comod. rei uend. idem Bar. in l. 1. C. petit. bono. subla. lib. 10. Bal. in l. per diuersas. C. manda. Bal. in authē. ingressi. C. de
7 sacros. eccl. ꝙ usus fructus † competens personæ ingredienti monasterium non transit in monasterium, sed tantum commoditas percipiendi fructus eius uita durante; facit. l. usufruc. ff. solu. mat. Deduco multa infra in rubrica de usufruc. & possessio. rei ecclesiæ alien. quo loco uidere poteris, ꝙ
8 usus fructus † non potest in alium transferri, quia est quid inseparabile à persona, & si transferatur est alienatio, §. finitur, instit. de usufru. & tamen fructuum commoditas potest licitè transferri, d. l. necessariò §. cum usum fructum, ff. de peric. & commod. rei uend. tenet glo. in l. arboribus. §. usufructuarius. in verbo uel donat. ff. de usufru. & glo. in uerbo cedend. d. §. finitur, Pau. de Cast. in l. si usus fructus. num. 5. ff. de noua. Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus, quem omnes sequuntur, ff. de dam. infect. ubi concludunt ꝙ ex secundo de
9 creto possunt capi † fructus annales & aliæ cōmoditates fundi feudatarii, emphyteutæ, vel vsufructuarii, licet utile dominium, siue ius feudatarii, emphyteutæ, vel usufructuarii adiudicari non possit; quia alia, inquiunt, est fructuum commoditas, aliud utile dominium, & Alex. in d. §. si de vectigalibus. dicit id esse commuuiter approbatum per eum num. 16. Fely. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. num. 87. ver. sexta declaratio, ubi inquit, potest alienare fructus feudi etiam locando eos ad longum, vel longissimum tempus, & si sit ex presse dictum ꝙ nullum utile dominiū transferatur in conductorem, vbi Bal. & per Innoc. in c. ad audientiam. de reb. eccle. non alien. Imola in l. si domus. §. fi. ff. delega. 1. & non
10 potest † dici alienatio rei quando sola fructuum commoditas transfertur, ut per eundem Fely. ibidem. per Rip. in l. obligatione. nu. 7. ff. de pig. de qua fructuum commoditate intelligit tex. in c. cum nobis, & c. is cui, de electio. in 6. Abb. c. 1. nu. 9. extra depos. gl. in c quædam. in uerbo terminum, ne præla. uic. sua. ubi dicitur, ꝙ ultra tempus suum locare prælatus non potest, & ibi Abb. nu. 3. ubi dicit ex illa glo. colligi, ꝙ prælatus locat fructus toto tempore uitæ suæ. Hostien. in summa de his, quæ si. à præla. §. fi. & in casu fructuum intelligitur loqui Fede. de sen. consi. 52. quem citat Abb. nu. 3. quā materiam intellige, & distingue, ut deduco supra in rubrica alleg. de usufru. & poss. rei eccle. alien.

Sed est aduertendum ad vnum, quando fiunt locationes
11 rerum ecclesiæ, ne uidelicet locator aliquid † locet, ꝙ sapiat aliquid spiritualitatis, quia esset locatio symoniaca, prout ego uidi casum in decisio. Rotæ. decisio. Putei manuscript. tit. de reb. eccleſię, ubi fuit facta locatio ecclesiæ cum omnibus bonis & facultate conferendi beneficia, & locatio sic facta, fuit facta pro affictu, & pensione scutorū 1200. in qua decisione domini fuerunt diuisi, tamen omnes inclinauerunt, quod si probaretur, quòd etiam sine facultate conferē di bona arrendata fuissent pro scutis 1200. quòd locatio non esset symoniaca, & teneret, idque est hodie, per expres-
12 sa uerba in concilio Tridentino prohibitum, † sess. 15. ca. 11. incip. magnam, in decreto de reformatione, ubi etiam locationes hodie, quæ fiunt de reb. ecclesiæ etiam authoritate apostolica confirmatæ à triginta annis citra ad lōgum tempus, seu ad vigesimumnonum annos, seu ad bis uiginti nouem annos, sunt nullæ & irritæ, item quæ fiunt anticipata aliqua solutione. d. sessio. & capitu. quæ non habent ualere in præiudicium successorum, in illis uerbis, ibi, omnes igitur hæ locationes si anticipatis solutionibus fient nullatenus in præiudicium successorum ualidæ intelligantur, quocunque indulto, aut priuilegio non obstante, nec huiusmodi locationes in Romana Curia uel extra eam con
13 firmentur &c. pro quo nota quòd tales † anticipatæ solutiones non habent præiudicare successori, sed secus locatori, cui bene præiudicare possunt, decisio Rotæ per Moedan. decisio. octaua in manuscriptis. titu. de confirma. utili uel inutil. ubi confirmatio alienationis rerum mensæ est valida, licet non sit expressum, quòd fuit alienatum cum anticipata solutione.

14 Cupienti autem † facere locationem, uel concessionem rei ecclesiæ ultra tempus dictæ extrauagantis Paulinæ, uel ultra modum, & formam in ea contentam, necessarium puto, quòd consulat Romanum Pontificem, & sedem apostolicam, a quo confirmatione obtenta habebit tutam locationem, tam in foro poli, quàm in foro fori, tunc forma rescripti obtenti seruata valebit locatio, & locatori pensionem soluet conductor præteritam, licet etiam soluere teneatur conductor, qui rem detineret ecclesiæ, etiam sine rescripto
15 & confirmatione apostolica, quia conductor † rei ecclesiasticæ, qui rem possedit ad euitandam solutionem pensionis præteritæ, non potest opponere exceptionem, quòd non interuenit consensus superioris, ut requiritur secundum omnes, ad no. per Innocen. & Abb. in cap. 1. in principio, de his, quæ si. à prę lat. per Dec. in cap. quę in ecclesiarum. 5. not. de constit. Iaſ. in l. 2. versic. unum tamen. 2. col. C. de emphy. no. per glo. & Barto. in l. cum hi, §. eam transactionem, de transact. decisi. Rotæ in manuscrip. Crescen. 122. incipien. non potest, titu. de pensio.

SVMMARIVM.

1 *Papa potest non modo res Rom. ecclesiæ infeudare, sed etiam omnium aliarum ecclesiarum.*
2 *Papa vel princeps alienare non possunt rem magnam tendentem ad deformitatem principatus.*
3 *Res magna est attenta qualitate principatus, iudicis arbitrio.*
4 *Rem magnam alienant Papa & princeps, si aliunde quàm a Papatu, uel principatu proueniat.*
5 *Res magna non alienatur, nisi subsit causa*
6 *Quæ sit causa legitima ad hoc, ut res magna alienari possit.*
7 *Quæ sint attendenda ad cognoscendum, an causa fuerit.*
8 *Consilium Cardinalium adhibetur à Papa arduis tantum, iuxta communem opinionem.*
9 *Amicitia, & magna affectio eandem habent præsumptionem, quam coniunctio sanguinis.*
10 *Iudex ita recusatur propter magnam amicitiam, sicut propter sanguinis coniunctionem.*
11 *Causa in Papa & principe præsumitur cessantibus suspitionibus.*
12 *Causa præsumitur in Papa, quando disponit motu proprio, secus si ad supplicationem partis.*
13 *Causa præsumitur in certis casibus, nisi de contrario probetur.*
14 *Verbis narratiuis Papæ quando super eis se fundat creditor.*
15 *Papa legibus est solutus, nec eum prædecessores sui ligare potuerunt.*
16 *Princeps per uiam constitutionis generalis potest inducere unum nouū casum alienationis,*
17 *Constitutio facta intuitu certarum personarum, licet generaliter loquatur, censetur rescriptum particulare.*
18 *Causa præsumitur in Papa, quando constituit per uiam motus proprij.*
19 *Quid si per uim rescripti.*
20 *Alienationes profusas poterit successor reuocare, immo & ipsemet alienans.*
21 *Alienatio licet prætendatur damnosa, ualebit tamen, quousque non fuerit reuocata.*
22 *Concilium non cogit Papam, quia subest Papæ.*
23 *Excommunicatio lata per Papam contra sibi legitimè de facto resistentem non ligat quo ad Deum.*
24 *Effectus alienationis ualidæ, & inualidæ.*
25 *Princeps potest derogare constitutioni factæ per antecessorem de non alienando rem modicam.*
26 *Alienatio facta sine causa non tenet in foro conscientiæ.*

Source : BIU Cujas

QVAESTIO VII.

De infeudatione rerum ecclesiæ per Papam.

QVamquã aliquid dixerim de infeudatione rerum ecclesiasticarum supra in rubrica de significatione uerbi alienatio. versi.itẽ venit sub nomine alienationis dare aliquid in feudum. & in quæstione,an prælatus possit consanguineis res ecclesiæ infeudare,tamen,quia de hac materia puto non posse satis dici,tum propter sui altitudinem,tum etiã propter sui frequentiam,& quia in prænarratis locis materiam sicco pede pertransiui,ex eo quia nõ erat locus ibi proprius huius materiæ pertractandæ,ad maiorem euidentiam,& declarationem legentium hic annecto, quæ ex dictis doctorum inter legendum collegi,ratus q̃ quò defusius materia erit congesta,eo leuior & facilior erit in facti contingentia legenti labor.Vnde rem aggrediendo,est uidendum,an, & per quos possint res ecclesiæ infeudari; & nemini de hoc dubium esse debet;quia id potest fieri & per Papam, & per alios inferiores prælatos.

1 Nam primò Papa † non solùm potest infeudare res Roma.ecclesiæ,sed ẽt omnium aliarum ecclesiarum, & concurrit cum omni prælato,ita eleganter dicit Bal.in cap.1.in princip.1.col.qui feu.da.poss.vbi Card.& Ias.in 1.col. Felyn. c.ad audientiam.de præscri 1.col.in fi.Bal.consi.292.2.colu. in fi.Ioan.Mon.c.si eo tempore.de electio.in 6.Pau. de Cas. consi.156.Alex.consi.3.5.vol.Bal.c.1.de nat.feud.idem ca.1. de proba.Abb.in c.quæ in ecclesiarum,de constitu.Facit q̃ dicunt Doc.in c.solitæ.de maio.& obed.

2 Rem tamen † magnam Papa,vel princeps cuius alienatio tendat ad deformitatem sui principatus,non potest alienare,ita refert Abb. q̃ concludunt oẽs communiter in c. intelecto.de iureiu.Bar.in l.prohibere,§.planè,ff.q̃ ui aut clam. Cardi in c.1.qui feud.da.poss.Card.& Ias.in prælud. qui alle. multas quotas,maximè Bal.in procem.C.& in c. licet cãm. 5.col.de probat.& in c.in generali.si de feud.fu. controuer. latè per Claud Seysell.qui feud.da.poss.in Spe feud.ver. limita secundo conclusionem prædictam.Magnitudo autẽ rei, 3 & quæ sit res † magna relinquitur arbitrio iudicis attẽta qualitate principatus eius,quid don. arg.gl.l.sed & si iusti,§.1.ff. de iud.& in §.sed ex his legibus,ver.facultates.Instit. de attil.tut.Bar.& alii in l.si constante.ff.solut.matr.in principio, repet.in q.primæ partis.per Alex.consi.1.6.col.5.uol. clarius Abb.in consi.3.2.vol.22.col.26.dubio.

Sed q̃ Papa, vel princeps non possit infeudare rem magnam,limita † & intellige,si sit de Papatu, vel de principatu, 4 uel de regno;sed si res sit aliunde prouenies,vr̃ secus, quia vr̃,q̃ liberè de ea possit disponere,per Abb.in consi.3.2.uolu.26.dubio.23.col.id q̃ intellige, nisi sit res incorporatiua papatui,uel principatui,per doctrinam Bar.in l.si conuenerit.§.si nuda,ff.de pig.act.cum concorda.traditis per Alex. ibidem.& per Alex.consil.15.1.2.uol.3.col.Barba.consi.4.secundo dubio.1.uol.& consi88.col.fi.& quomodo quid incorporatum dicatur,uide remissiuè per Clau.Seysel.d.loco ver.secundo restringe.

5 Item intellige † q̃ nõ potest infeudari,uel alienari res magna,nisi subsit causa.per Card c.1.qui feud.da.poss.& per eũdem in prælud.circa med.10.col.Pau.de Cast.consi.180.incip.in facto præsenti.Bal.in l.pe.C.de bon.quæ lib. ubi dicit esse de mente Archi.in c.non liceat 12.q.2.idem Castren. in consi.303.uol.3.Fely.c.ad audientiam,de præscr.j. col.

6 Et causa legitima talia infeudandi,vel alienandi esse põt, puta qñ fit ob bonum publicum, puta ad pacem acquirendam,ut fit sæpius l.item si uerberatum,§.1.ff.de rei uend.p tradita per gl.& Doc.in c.quæ in ecclesiarum. de constit. & in l.fi.C.si contra ius.& in l.j.ff.de consti.puta etiam qñ infeudaret in remunerationem benemeriti.per Iser.in c.imperialem,§.præterea ducatus,uer.nec dominus,de prohib. feud. alien.ubi tamen id intelligit,quando non potest alio modo remunerare benemeritum, & dicit q̃ tunc dicitur fieri ob publicam utilitatem;sed si infeudet aut donet suis propinquis,aut domesticis,qui suæ personæ priuatum aliquod præstiterunt obsequium familiare non tendens ad publicam utilitatem,non uidetur tunc illa esse rationabilis causa. per Archi.c.non licet.12.q.2.Bal.in l.pen.de bon.quæ lib.C. Fely. in c.ad audientiam.allegat.

7 Ad cognoscendum verò † an causa fuerit,attẽditur; quia aut est notorium,quòd nulla subest causa, puta, quia Papa cognatis,vel filiis suis secundum carnem,nullis præcedentibus meritis infeudarit notabile membrum patrimonii Beati Petri,& non valet talis infeudatio, maximè si Papa esset incorrigibilis, & pro hoc inferretur scandalum uniuersali ecclesiæ,per Abba.in cap.cum ueniissent.de iudi.Felyn. d.ca. ad audientiam.uel est certum,quòd causa subest, puta quia ille,cui fuit concessum feudum,notorium est, quòd defendit ecclesiam suo sumptu,& tunc ualuit infeudatio, & potest fieri,maximè in omnibus casibus,in quibus infra dicetur licere id prælatis, uel est dubium,quia potest esse, & nõ esse causa,& per Abb.d.loco causa præsumitur, & idem Abba,consi.41.1uol.idem & Bur.in c.constitutus.de relig.domi.Fely.in c.quæ in ecclesiarum.18.col.de constit. sed Fely. d.c.ad audientiam.dicit,q̃ Abb.in hoc uoluit blandiri Papæ,quia ipse Abb.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.uoluit, q̃ ubi ex facto Papæ scandalizatur ecclesia, non præsumitur in eo causa,sed non debuit reprehendi Abbas, quia in d. c.quæ,loquitur quando constat causam non subesse, & in d.capitu.cum ueniissent,quando potest subesse causa, & ita ipse Fely.distinguit.d.c.quæ.22.col.5.conclusione.

Vnde si in infeudatione Papa adhibuit consensum Cardinalium,& princeps procerum,potest dici causam subesse,& præsumi,& hoc est q̃ uoluit Bal.& Archi.supra adducti.dum dicunt,quòd in alienatione rei magnæ requiritur consensus Cardinalium.per Felyn.ubi supra & per Zabarel. consi.138.quem refert Abb.d.cap.ad audientiam, q̃ ut rex quando disponit de rebus,quæ tendunt in magnum præiudicium sui regni,possit, & debeat præsumi fecisse rectè, & cum legitima causa,debet disponere cum consensu maioris partis procerum.

Quia quantum ad ualiditatem actus,Cardinalium,& procerum non uidetur præsentia necessaria,uel consensus,licet de honestate debeant adhiberi,Cardi.c.2.in tit.episcop.uel Abb.ubi loquitur tantum in Papa,de Imperatore autem,& 8 Papa per Pau.de Cast.consi.284.& uidetur † esse magis com- * munis,q̃ in arduis tantum Papa adhibeat consilium Cardinalium.per Abb.in c.& gestis.de cler.non resid. Ias. in l.placet.C.de sacrosan.eccle.latè Barba.consi.1.1.uolu. & tenet Bald.consi.274.circa med. quòd debet interponi consensus Cardinalium,ne esset suspitio dilapidationis, non quòd sit de necessitate,& per Ias.in cap.1.qui feud.da.poss.ubi etiam Bal.qui ibi dicit,quòd illud præsumitur factum sine fraude, quod fit cum consilio sapientium.Facit tex. & Docto.ibi in l.transactione,C.de transact.Et,si non interuenit consensus Cardinalium,uel procerum,& si exprimitur causa,quæ tempore infeudationis potuit interuenire, causa præsumatur in Papa,sicut præsumitur in prelato,capitu.ea noscitur,ubi Cardi Bar.& Abba de his quæ fi.à præla.Fely.c.sicut.de re iudic.per Alexan. & Moder.in l.sciendum.de verbor.obli,gat. Pau.de Cast.consil.384.Si verò nullæ allegantur causæ uel quæ allegantur non potuerunt interuenire,& tunc, aut Papa largitur un i ecclesiæ de bonis alterius ecclesiæ, & adhuc præsumitur causa,Felyn.cap. quæ in ecclesiarum. allegato, aut alicui personæ priuatę,& si quidem personæ coniunctę, & non præsumitur,quia licet una sit præsumptio pro dignitate,tamen propinquitas personæ in re magna facit insurgere aliam,l.data,C.de donatio.& l.penult. circa principium. ff.de bono.libe.quia alia præsumptio tollit illam,l.diuus,ff. de in integrum rest tutio.maximè,quia ista fundatur in ratione,& iure naturali,& illa in causa accidentali, & naturalis præualet,l.qui habet.in principio,ff.de tutel. ita intelligit Archidia.in capitu.non liceat. 12.quæstio.2.Bal.in l. pen. C. de bon.quæ lib.

9 Et eadem præsumptio † insurgit, quando infeudat non personæ coniunctæ sanguine, sed amicitia, & magna affectione ex honesta,uel turpi causa prouenienti, quia est eadẽ ratio.per glo.in l.sed & hoc,ff.de procura. & cap.requisisti, ubi Docto.de testam.per Salyc. Cyn.& Moder.in l. exigendi.C.de procura.Barba.in l.cum acutissimi,16.colum. C.de fideicommiss.& consi.3.2. uolumn. & licet æquiparatio ista consanguineorum ad ualde amicos fortassè non procederet in casibus, in quibus loquuntur glo.& Docto. prę allegati,scilicet in casu d.l.exigendi,& d.l.cum acutissimi, quia ibi non consid eratur sola affectio, sed etiam coniunctio, quæ habet perpetuam causam,tamen hoc procederet,ubi consideraretur sola affectio sine aliquo dubio, sicut uidemus 10 † in iudice,qui ita recusatur propter magnam amicitiam, sicut propter coniunctionem sanguinis,glo.& Doctor.capit. sanè,capitu.suspitionis.de offic.delegat. & capitu. cum speciali.de appellat. faciunt dicta per Alexan. in l.si donatione. 3.colum.de colla.& per eum consi.55.2.col.1.uolu.quòd inter personas prohibitas, & suspectas non præsumitur pro causa,etiam si allegetur.

Et eadem præsumptio,& suspitio insurgeret, quando Papa uel princeps solitus esset plura patrimonialia taliter infeudare; quia, licet per unicam alienationem non diminueretur in immensum Papatus, aut principatus, tamen multis concurrentibus præsumeretur faciliter contra eum. argumen.l.omnes,§.à barbaris,ff.de re milita. Est de mente Bal.in prælud.ubi dicit, quod princeps non potest alienare,

quia

Source : BIU Cujas

quia ſic eſſet in poteſtate ſua deducere ſuum patrimoniũ, vel principatum ad nihilum, idem dicit Iſerni. in c. Imperialem, §. præterea ducatus, verſi. nec dans. 3. colum. de prohib. feud. alien. per Fede. & Lauden. c. 1. qui feu. da. poſſ. Cardi. in prælud. 9. col. cum ſeq. vbi Iaſ. in 26. col.

11 Si verò † ceſſat ſuſpitio, & præſumptio conſanguinitatis, & amicitiæ, & conſuetudinis alienandi, vel aliæ cauſæ ſimiles, tunc poteſt fieri concluſio vera, ꝙ in principe, & Papa præſumenda eſt cauſa, & ſtandum eſt ei, ſi aliqua cã excogitare poſſit, quæ ſit legitima, ita intelligitur dictum Abba. in c. cum veniſſent, de iudi.

12 Sed quòd † præſumatur cauſa in Papa, intelligi debet, qñ infeudat, & diſponit de rebus eccleſiæ motu proprio, ſecus ſi ad ſupplicationem partis, quia tunc in illis, quæ ſunt de genere prohibitorum, vt alienatio rerum magnarum, nõ præſumeretur cauſa, per Roma. conſilio 436. Fely. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. verſi. limita quinto, 23. colu. ſed Pau. de Caſt. in conſi. 284. videtur dicere contrarium quantum ad alienationes, quæ fiunt ex contractu, quia in iſtis non cadit motus proprius, cum requiratur conſenſus utriuſque partis, l. 1. §. conuentiones, ff. de pact. & eſt verum eius dictum quoad alienationes, quę fiunt titulo oneroſo. Sed prædicta procedunt in conceſſione, quæ fit titulo lucratiuo, & ex mera liberali gratia.

13 Et licet † cauſa in Papa, ut dicitur ſupra, præſumatur, tamẽ id intelligitur, niſi de contrario probaretur, puta quia probaretur cauſam expreſſam eſſe falſam, uel fuiſſe Papam motum ex inordinata affectione, non ratione legitima, per Hoſtien. in c. illud. de præſump. Cald. Lap. & Gemin. c. ordinarii. §. 1. de off. ordi. lib. 6. Fely. c. ſicut. 19. col. uerſic. 3. aduerte.

14 de iudi. non obſtante † quòd verbis narratiuis Papæ, quando ſuper eis ſe fundat, credatur, adeo quòd de contrario proba ri nequeat, cle. 1. de probat. quia reſpondetur, ꝙ illa clem. loquitur in beneficialibus, in quibus habet Papa poteſtatis plenitudinem, ita Abb. in c. ad audientiam. de præſcript. ubi Felyn. 4. colum. ꝙ videtur ſecus in bonis eccleſiæ Romanæ, uel aliarum, in quibus Papa habere uidetur poteſtatem iure, & ratione regulatam, per Archid. & Gemi. in c. 1. 10. q. 1. Sed quòd habeat Papa regulatam poteſtatem in rebus eccleſiæ, intelligitur, niſi in infeudatione, uel diſpoſitione, quã faciat, deroget iuribus in contrarium prohibentibus, quia,

15 ſi eis deroget, valet diſpoſitio, ex quo † Papa eſt legum nexibus ſolutus, quem ligare non potuerunt prædeceſſores ſui, l. digna uox, de leg. Bal. c. 1. ad fi. qui feud. da. poſſu. glo. & Archid. in c. non liceat. ailegat. ubi etiam Ange. dicentes, quòd Papa poteſt inuenire nouum caſum alienationis, præter expreſſos à iure, idem Pet. de Ancharan. conſi. 431. & Paul. de Caſtr. conſi. 284. dummodo tamen alienatio non tendat in notoriam dilapidationem; vnde ualet diſpoſitio, nec requiritur clauſula non obſtante &c. Idem expreſſius Abba. in d. c. cum veniſſet, ubi uult, ꝙ in Papa indiſtinctè ſemper præſumitur cauſa. Et talis alienatio ualebit effectualiter, quia nemo poteſt dicere, quòd non fuerit legitimè facta, quia Papa non habet ſuperiorem, & qui eius facta iudicet in terris, c. ad honorẽ. extr. de autho. & uſu pallii. Idem uolũt omnes, qui dicunt, quòd talis alienatio in foro conſcientiæ nõ excuſat Papam; nam ſentiunt ꝙ in foro contentioſo ualeat. per Abba. conſi. 4[illegible]. incip. uidendum. colum. pen. quia Papa non ligatur canonum, aut iuris poſitiui diſpoſitione. glo. in c. 1. uerſic. omnibus, ubi Fely. de confirm. utili. & Papa in rebus eccleſiæ habet omnimodam, & totalem diſpoſitionem. cap. per principalem, cap. 2. in principio. de præben, in 6. Fe

21 ly. d. cap. quæ in eccleſiarum. Et in hac materia alienationũ, & infeudationum pro dilucidiori intelligentia poteſt dici,

16 quòd aut princeps † uult per uiam conſtitutionis generalis inducere unum nouum caſum alienationis licitæ ultra caſus à iure expreſſos, uel eis ſimiles, & tunc ſine dubio: quia Papa ita habet authoritatem legis, & canonis condendi, ut ſui anteceſſores, qui expreſſos caſus alienationũ ſtatuerũt, per doctrinam Hoſtien. in c. non liceat, ubi Archid. Gemi. & alii. 12. q. 2. quia principes, nec ſua, nec anteceſſoris ſui lege ligari poteſt, concludunt omnes in c. 1. de conſti. & in ca. quæ in eccleſiarum, ubi Fely. ad longum. d. titulo, & in l. fi. C. ſi cõtra ius, aut utilitatem publicam.

17 Sed eſt † aduertendum, ꝙ conſtitutio non ſit facta intuitu, & reſpectu certarum, & particularium perſonarum, quibus ſint factæ aliquæ alienationes; quia, licet conſtitutio, aut lex quoad uerba ſit facta generalis, & reuera ſit facta ad fauorem tertii ad ualidandum aliquam alienationem, aut alienationis contractum, tunc illa lex non cenſetur conſtitutio generalis, uel lex uniuerſalis, ſed ut reſcriptum particulare, & de ea cenſetur, ut de reſcripto particulari habetur in l. 1. §. fi. ubi gl. ff. de dol. excep. Bar. in l. oẽs populi, ultima. q. 5. qõ. principalis, ff. de iuſti. & iur. per Iaſ. qui accumulat in l. 1. ff. de leg. Fely. in c. eccleſia S. Mariæ. 46. col. 18. q. & c. cum omnes de conſtitu. Et quando conſtaret, ꝙ emanaſſet ad inſtantiam alicuius, cui eſſet infeudatum, aut conceſſum, ex eo ſolo fraus præſumitur per dictam glo. & ibi Bar. in l. 1. C. de bon. uacan lib. 10. ubi Bar. tangit, an in dubio Papa præſumatur feciſſe quid motu proprio, an uero ad partis ſupplica-

18 tionem, uel inſtantiam, quia, quando † Papa per uiam motus proprii conſtituit, in eo ſemper iuſta fuiſſe præſumatur cauſa. Barto. quem omnes ſequuntur in l. fin. C. ſi cõtra ius. per Innocen. quem omnes canoniſtæ ſequuntur cap. quanto, de conſuet. Barba. conſil 47. 27. colu. & conſi. 51. colum. 22. primo uolum.

19 Si verò † Papa facit actum per uiam reſcripti, ſi quidem reſcriptum ſit emanatum in forma communi, puta cum dr in reſcripto, ſicut proinde factum &c. & eſt dicendum ꝙ non valet, d. c. non liceat, & in c. nonnulli, de reſcrip. ubi gl. & docto. per Bar. in conſil. 196. incip. ciuitati camerini. in ſecundo dubio, ubi dicit, ꝙ ſi reſcriptum ſit factum ex certa ſcientia, eſt ſecus, quia illud ꝙ primo eſſet inualidum, & inualidè factum cõfirmatur, quia qñ Papa facit aliquid ex certa ſcientia, uidetur oẽ obſtaculum tollere, l. idem Vulp. ff. de excuſ. tut. per Bar. d. loco, ubi loquitur quando Papa cõfirmat alienationes, & conceſſiones, quas fecit exiſtens Cardinalis. Si verò reſcriptum habet clauſulam derogatoriam, & tunc, ſi alienatio, uel cõceſſio ſit talis, & tanta, quæ nulla poſſit excuſatione uel cauillatione excuſari, tunc dicitur etiam ꝙ non ualeat, quia tunc non uidetur auguſtus, uel princeps, ſed dilapidator, per doct. prœmio. ff. ubi etiam diſputant de donatione Conſtantini facta Beato Silueſtro Papæ. per docto. in l. is cui bonis. ff. de uerborum obligatio. dum loquuntur de notoriè prodigo.

Sed ſi adſit non tanta notorietas, ſed poteſt infeudatio aliqua ratione, cauſa, uel colore excuſari, & tunc uidetur, ꝙ ualeat, per Archi. & Ancha. in locis allegatis, ſed quid ſi ſit clauſula derogatoria in genere, & an ſufficit, ꝙ appareat de certa ſcientia, dicit per doct. d. c. nonnulli, ubi per Felyn. latè. & per eum in c. quæ in eccleſiarum, 16 col. de conſtit. in col. 16. per quæ adducta apparet, anne ſit uerum, quod ponit Pau. de Caſt conſi. 284. ꝙ ubi actus non poteſt aliter ualere, eſt interpretandum, quòd actus factus ſit de poteſtatis plenitudine, quæ doctrina non uidetur vſquequaque tuta, niſi ubi apparet de certa ſcientia.

20 Sed profuſas † dictas alienationes reuocare poterit ſucceſſor, dicendo ſuum prædeceſſorem deceptum, & circumuentum, ſicuti alienans potuit derogare canoni alienationem prohibenti. Et poteſt dicere hanc infeudationem ſubreptitiam, & obreptitiam, & illius aſſertioni, & dicto ſtabitur. exemplo tex. in c. tum ex literis. de in integ. reſti. & quod ibi no. doc. ubi Papa reſtituit aduerſus ſnãm ſui præceſſoris, allegans fuiſſe eidem ſubreptum, beneq; faciet, ſi quod viderit temerè, & ſine rationabili cã factum ſucceſſor recta cenſura compeſcat. Sed bene malefeceret ſi cauſam reuocationis, aut retractationis non exiſtente cã confingeret; & ita procedit conſilium Bellamer. per Felyn. adductam ut ſupra. Immo & ipſemet infeudans, & alienans taliter & tali modo poterit contra infeudationem, & alienationem ſuam contrauenire, & eam reſcindere, & reuocare; dico abunde in rubrica de pęnis, & reuocatione malefactæ alienationis infra, Abb. & communiter doc. in c. ſi quis præsbyterorũ. ubi gl. in uerbo alienatores, de reb. eccle. non alien. & in c. intellecto. ext. de iureiu. idqũe procedit, etiam ſi iurauerint nõ reuocare, & non contrauenire, quia tale iurm non eſt ſeruandum, ut ibidem in tex. & gl. Quouſq; † tamẽ infeudatio, alie-

21 natio, & diſpoſitio, aut conceſſio non ſit reuocata, uel retractata, tenebit & valebit; nã, licet prætendatur, ꝙ fuerit dãno ſa, & princeps fuerit dilapidator, ut per Pau. de Caſt. d. conſi. 248. tamen quouſque non ſit cognitum ſuper hoc, & quandiu factum tolleretur, valent geſta per èum, & nemo poteſt ei reſiſtere; & cum ſit Papa, & princeps, non põt negari, quin habeat poteſtatem derogandi conſtitutionib. & legibus ſui prædeceſſoris, c. veritatis. de dol. & contum. c. fi. de accuſ. cũ ibi no. per doct. & illud quod dr, Papæ poteſt reſiſti in faciẽ, quando dilapidat, intellige, quia ubi notoriè eccleſiam ſcãdalizat, ꝙ poteſt deponi, ut per Abba. in c. cũ ueniſſent, de iudic. uel reſiſti. ſ. verbo, & demonſtrando, prout fecit Paulus Apoſtolus Petro, cap. Paulus. 2. q 7. vel per concilium generale, citra depoſitionem Papæ, non quidem eum cogen-

22 do, quia concilium non † cogit Papam, cum concilium ſub ſit Papæ, per communem concluſionem doctorum. Fely. in c. 1. 8. col. 3. ampliatione. de conſtitu. tamen non poteſt eum ad hoc inducere. Authoritate autem priuati alterius inferioris non licet Papæ reſiſti, multominus ſi concilio non liceat, quia Papa non habet iudicem in terris, cuius iudicii ſibi ſoli Deus reſeruauit, & ei non poteſt dici, cur ita facis? nec quicquam illi opponi, Bal. in prœmio decretalium. per Fely. in c. nonnulli. de reſcrip.

Source : BIU Cujas

Sed ſi alienatio eſſet talis, cuius exequutio contineret prę iudicium irreparabile, & eſſet notorium, quòd eſſet illicita, & ſine cauſa facta, puta, ſi Papa infeudaret magnum fortalitium, vel comitatum alicui potenti, quod poſtea non poſſet ex illius manibus auferri, uel recuperari, niſi cum magna difficultate, tunc ſecundum aliquos licitum eſt alicui perſonæ priuatæ, uel reipublicæ de facto, ſi poteſt reſiſtere, ne ille potens habeat poſſeſſionem, per notata in cap. ſi quando. de reſcrip. per Moder. in l. vt vim, poſt gloſſ. de iuſti. & iure. vbi volunt Docto. quòd vbi ſuperior uult afferre præiudicium irreparabile, licitum eſt reſiſtere de facto, facit Pau. de Caſt. quem ſequuntur Modern. l. 2. C. de edict. diui adri. tollen. latius Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, 5. fallen. 16. col. ff. de acqui. poſſ. Abba. cap. ueniens, 2. col. de teſt. Fely. in cap.
13 cum ſuper. pen. col. de re iudic. & licet Papa† in tali caſu excommunicaret, debet humiliter talis excommunicatio tol lerari, quæ non ligat quoad Deum, ſi recta conſciētia, & ad bonum publicum fuit, concurrentibus præmiſſis, ut in cap. literas. de reſtitu. ſpol. per Claud. Seyſel. in ſpec. feud. qui feu. da. poſſ. ver. authoritate autem.

Sed nullus iudex, ſi conſtat de mente principis, poteſt ſua authoritate talem contractum infringere, aut reſcindere, antequam uel per reſcriptum ipſius alienantis, aut ſucceſſoris, vel per conſtitutionem reſciſus eſſet, vel factus reſcin-
24 dibilis, uel reſciſio commiſſa. Et iſte eſt† effectus intelligere, an alienatio teneat, licet poſſit, & debeat reſcindi, quia valet donec ſit reſciſa; an verò non valeat, & tunc poteſt res ab eo auferri abſq; reuocatione, & tenetur reſtituere fructus, l. ſi præd. C. de præd. mino. c. ſi quis. de reb. eccl. cum diſtinctione tamen docto. an error iuris ad lucrandum fructus excuſet, Bar. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire autem, ff. de peti. hære. Fely. in c. de quarta, 10. col. de præſcrip. Barba. conſi. 40. primo uo-
25 lum. Seyſel. ubi ſupra. ver. Item nec. Et ſit† aliqua conſtitutio ſit facta per anteceſſorem, per quem prohibetur princeps poſſe alienare rem modicam, etiam in caſu à iure conceſſo, tunc principi, ex quo iſta prohibitio cenſetur facta in p̄iudicium adminiſtrationis ſucceſſorum, per eam interdicitur adminiſtratio à iure conceſſa, per ea, quæ habentur in l. is cui bonis, ff. de verbo. oblig. quia eſt ignominia principis, cuius proprium eſt exercere liberalitatem. per Innocen. & Ioan. And. in cap. gratia. de ſuplen. negli. præla. lib. 6. tamen licet principi tali conſtitutioni derogare, & ualebit alienatio, etiam contra illius formam, modo non ſit contra formam iuris.

26 In foro† autem conſcientiæ tene, quòd ubi non adeſt cā, non tenet facta alienatio, & alienans quoad Deum non eſt tutus, per Archi. cap. non liceat. 12. q. 2. Abba. capit. cum veniſſent. de iud. Bal. poſt Innocen. in c. bonæ. el 2. de poſtnla. præla. Abb. c. conſtitutus. de relig. domi. per Cardin. in cap. 1. epiſc. uel Abba. ubi dicit, quòd in talibus Papa plus peccat, quàm alij.

SVMMARIVM.

1 *Infeudare poteſt res eccleſiæ ſclitas infeudari prælatus habens titulum.*
2 *Legatus Papæ res eccleſiæ Roma. ſine ſpecieli licentia infeudare non poteſt.*
3 *Prælatus infeudat ſolita infeudari cum conſenſu capituli.*
4 *Caducitatem ſolus prælatus remittere non poteſt, ſed requiritur conſenſus capituli.*
5 *Capitulum ſine epiſcopi conſenſu infeudare poteſt, ſi feudum ad illud in totum ſpectat.*
6 *Infeudatio rerum ſolitarum infeudari fieri poteſt ſine ſolemnitate.*
7 *Prælatus ſolita infeudari de nouo infeudare poteſt, etiam finita inueſtitura, & reiam ad eccleſiam deuolata.*
8 *Prælatus non obſtante iuramento de non alienando poteſt facere reinfeudationes.*
9 *Prælatus reinfeudare poteſt, etiam ſi ſint regalia.*
10 *Prælatus reinfeudare potest rem reuerſam etiam per crimen felonię commiſſæ.*
11 *Prelatus infeudare poteſt etiam ſuis conſanguineis.*
12 *Prælatus infeudare reuerſam non modo poteſt, ſed etiam de honeſtate tenetur.*
13 *Ratio quare res ſolita infeudari prælatus reinfeudare non poteſt.*

De infeudatione eccleſiaſtica per prælatos, & contineat materiam quæſtionis.

HIs paucis dictis de infeudationerum eccleſiæ per Papam, aliquid referam de illis quæ inueni ſcripta per doctores de infeudatione eccleſiaſtica per prælatos inferiores. Et primò, cum actum fuerit de perſonis infeudantibus, ideſt quæ infeudāt, & quæ infeudare poſſunt, dicemus etiam de rebus quæ infeudari poſſunt, pariter & ſolent.

Et uidetur primo quòd poſſit infeudare archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, abbatiſſa, & prępoſitus res eccleſiæ, quę infeudari conſueuerunt, & infeudari ſunt ſolitæ. per text. qui dicit in capitu. primo. qui feu. da. poſſ. item & ultra iſtos nominatos quilibet alius prælatus, & quilibet clericus beneficiatus, qui habet ſui beneficii adminiſtrationem, c. 1. de cle. qui inueſti. fec. gl & doct. in c. 1. qui feu. da. poſſ. uerba tex. in
1 c. 1. epiſ. & abb. ibi, & aliis eccleſiaſticis perſonis. † Et hoc intellige de prælato, & beneficiato, qui habet titulum beneficii, quia ſi non habet titulum, ut eſt in beneficio manuali, ꝙ datur ad nutum ſuperioris, & amouetur, eſt ſecus, quia taliter beneficiatus non poteſt infeudare, per uerba tex. d. c. 1. epiſ. uel abb. ibi, & tituli uocantur, per Bal. Aluaro. Martin. Laud. & Card. ibi. Et id etiam procedit, ſi prælatus ſit immediatus, quia prælatus ſuperior non infeudat bona eccleſiæ inferioris. per Bal. in c. 1. qui feu. da. poſſ. ubi allegat glo. quæ hoc dicit in auth. de alien. & emphy. & ibidem Cardi. idem Bal. in c. 1. epiſc. vel Abb. & ibi Iſer. Martin. Laud. & Bened. Capr. qui extendit ꝙ etiam non poteſt ſuper hoc induci cō ſuetudo, quia eſt contra prohibitionem, c. 1. epiſc. uel Abb. vnde id etiam non poteſt legatus de latere, in eccleſiis inferioribus ſuæ legationis, concludit Bal. d. c. 1. 4 col. qui feud. da. poſſ. per tex. in c. de eccleſiaſticis. 25. q. 2. vbi Archid. ubi
2 etiam dicunt, quòd legatus† Papæ non poteſt infeudare res eccleſiæ Rom. ſine ſpeciali licentia. per Bar in l. prohibere, §. planè, in fi. ff. ꝙ ui aut clam. per eundem in conſi. 184. ciuitati camerini, Bal. in c. 1. de vaſal. qui contra conſtit. Lotar. & in l. pe. C. de bon. quæ lib. Fely. in c. ad audientiam. 2. col. de præſcrip. Sed aduerte, ꝙ doctores prædicti loquuntur, & id dicunt in rebus non ſolitis infeudari, & in magnis feudis, quia in infeudari ſolitis, & in illis, quæ poteſt quilibet prelatus in ſua diœceſi, bene poteſt legatus Papæ in prouincia, cui præeſt immediatè nomine Papę de rebus eccleſiæ Roman. ut eſt de mente dictorum doctorum, quia habet plenā adminiſtrationem, ſicut prælatus. Et ꝙ dicitur, ꝙ prælatus ſuperior non infeudat rem eccleſiæ inferioris, id non intellige ſimpliciter, & indiſtinctè, quia ſi eccleſia uacat, inferiorem bene eſt receptum ꝙ poteſt infeudare. per Bal. in cap. 1. qui feud. da poſſ. per no. in c. cum deputati. de iudi. ibi etiā Cardi. circa fi. Innoc. c. olim. de reſti. ſpo. Bal. c. cęterum. de iudi. capitulum tñ ſede vacante res ad menſam eccleſiæ deuolutas in caſu, quo epiſcopus poſſet, nō vr̄ poſſe infeudare. p dicta per omnes in c. ille, ne ſed. vacan. Abb. & Fely. in capit. olim. de off. ordi. in c. edoceri. 5. col. de reſcri. ꝙ tamen limi-
3 tat procedere in capitulo cathedralis eccleſiæ. Et ꝙ † prelatus infeudet ſolita infeudari, intelligit Card. in c. 1. qui feud. da. poſſ. ſ. cum conſenſu capituli, non abſque, ubi multa allegat, ſed Bal. ibidem, quando infeudatio fit in caſu licito, dicit, ꝙ non eſt neceſſarius conſenſus capituli, per tex. in c. 1. §. §. in clericorum. ſi de inueſtit. inter. vaſ. & do. ubi habetur, ꝙ non eſt neceſſaria ſcientia fratrum, ergo nec conſilium, nec conſenſus: & adducta per Capr. ſi bene iuſpicias, non loquūtur in alienatione per renouationem inueſtiturę in caſu permiſſo, opinionem Bal. ſequitur Ias. ibidem. & Cald. de conſuet. vlti. q. Fely. in c. cum cauſa. 5. col. de re iudic. Bened. Ca-Capr. d. c. 1. Fely. in c. edoceri. de reſcri. Doct. in c. 2. qui feud. da. poſſ. Fede. de Sen. conſi. 109. quidam prælatus. Roma. cōſil. 70. Pau. de Caſt. conſi. 134 uiſo inſtrumento. & conſi. 106. Facit dictum Bal. d. c. 1. ꝙ ſi epiſcopus eſt ſolus collator feudorum, poteſt ſolus remittere feloniam ſine capitulo: quē ibi ſequitur Ias. ſed Card. ibidem in 5. colu. circa hanc qōnē
4 concludit, ꝙ prælatus† non poteſt remittere ſolus caducitatem, ſed requiritur conſenſus capituli, & dicit ꝙ eſt com-
* munis opinio omnium in ca. potuit. de locat. licet dicas, ꝙ ibi Imola tenet contrarium, quia aliud eſt concedere de nouo, aliud eſt conceſſum nolle habere, l. magis puto. §. ſi fundus, ff. de reb. eo. iſtam opinionem tanquam communem refert Ias. in l. 1. 67. col. de iure emphy. uer. 3. & ulti. quæro. de clarans, ꝙ procedit quando prælatus habet collegium; nam prælatus, qui non habet collegium, poteſt ipſe ſolus facere, tamen ex quo caſu quo res ſpectet ad prælatum ſolum ſine capitulo, uidetur dicendum ꝙ prælatus ſolus ſine capitulo poteſt rem deuolutam ad eccleſiam liberè infeudare; ita ēt videtur, ꝙ poſſit remittere felōniam; Et ea quæ ſunt adducta in contrarium, intelliguntur, quando res, quę deuoluitur ſpectabat tam ad capitulum, quàm ad prelatum, & ad vtrunque ſpectabat ius inueſtiendi de feudo; vel dic, quòd aliud in feudo, aliud in emphyteuſi.

5 Et pari modo† ſi feudum ſpectat ad capitulum in totum, in quo nihil commune haber capitulum cum epiſcopo, capitulum poterit infeudare ēt ſine conſenſu, uel authoritate epi. no. gl. & doct. d. c. edoceri. de reſcrip. nec etiam ſi prelatus inferior facit talem infeudationem hēt neceſſe adhibere conſenſum ſuperioris, quia id poteſt facere, ſiue etiam ſit

ſimp ex

Source : BIU Cujas

ſimplex abbatiſſa.per Bal.d.c.1.qui feud.da.poſſ.5. col. Vn-
8 de generaliter † potes facere regulam, quòd in infeudatione rerum taliter reuerſarum ſolitarum infeudari, & taliter deuolutarum pōt fieri infeudatio, & reinueſtitura ſimpliciter,& abſq; ſolennitatibus à iure in alienationibus eccleſiaſticis requiſitis,vt per doct.oēs in allegatis locis, per Laudē. in c.1.2.col.Epiſ.vel Abba.Bar.& Ang.in l.ſi vacantia. C.de bon.vacan.lib.10.Butr.c.in præſentia.de proba.per Ro.cō-
7 ſi.70.Card.c.2.q.3.qui feu.da.poſſ. Et q̄ † prælatus pōt ſolita infeudari de nouo concedere, & reinfeudare, procedit nedum in rebus,& feudis quorū petitur reinueſtitura, prima inueſtitura nondum finita,ſed ēt in finitis,& ad eccleſiam iā reuerſis,& deuolutis;de primo enim habetur in text.in c.2. de feud.quia etiam ſi uelit prælatus;non poteſt denegare, vt in caſu.d.c.2.Et nedum ſi ſolùm eſt finita inueſtitura, & res ſolū eſt reuerſa,uel deuoluta;ſed etiam ſi illā deuolutam reuerſam ad ſuas manus eccleſia tenuerit per ſpatium tempo ris,modò tñ non fuerit incorporata, uel res effecta de mēſa, & etiam ſi unus prælatus retinuerit penes ſe, ſucceſſor mediatus uel imediatus reinueſtire pōt per Odof. in ſumma q̄ poſſ.facinueſtit.per tex.in c.1.de cler.qui inueſtit.fe.ubi Bal. & alij.Hoſtien.in ſumma.§.quis poſſit.per tex.c.2.de feu.per Iſer.c.1.qui feu.da.poſſ.vbî Card.& Aluarot.concludit,q̄ li-
6 cet ſucceſſori,quod licuit præceſſori. Et id ēt † pōt prælatus quamuis iurauit non alienare bona eccleſiæ,quia tali nō obſtante iuramento pōt facere iſtas reinfeudationes, c.2. ubi glo.& Abb.de feud.Iaſ.in c.1.4.colu.qui feud.dare poſſ.ubi Card.& Bald.vbi dicit etiam ſi iurauit non alienare Ro. pontifice inconſulto,& impetrat licentiam infeudādi res ſolitas infeudari,nulla mentione facta de iuramento, valet impetratio,ita per omnes.iu c.ut ſuper.de reb.eccleſ.& c.fi.de eccleſi.ædifi.

Sed,ſi iurauit non alienare niſi conſulto ſuperiore,aut ſine licentia ſuperiorum,tunc non poteſt infeudare ſine conſenſu,etiam in caſu licito,quia illa uerba non ſtant ſine operatione,& ſi uelit intelligere in caſu illicito, ſenſus foret abſonus,& incongruus, quia tunc etiam cum conſenſu ſuperioris infeudatio eſſet non licita.per doc.d.c.fi. Et c.ut ſup, qđ Abba.d.c.fi.limitat duobus modis, primo, niſi eſſet res modica,c.terrulas.12.q.2.Abb.d.c.ut ſuper.ubi Imola.Iaſ.in c.1.qui feu.da.poſſ.Secundò, qñ immineret magna neceſſitas,& eſſet difficile habere conſenſum,l tutor qui.C. de admi.tut.Arch.in d.c.terrulas.Bal.c.1.qui feu.da poſſ.Et quando iurauit non alienare ſuperiore incōſulto ultrà formam iuris in caſibus à iure expreſſis,benè poteſt alienare ēt ſuperiore non conſulto,c.2.de feud.ubi qui iurauit non infeudare de nouo Rom.pontifice inconſulto, poteſt infeudare ea quæ ſunt infeudari ſolita;de hoc vide, quæ deduco infrà in quæſt.de alienatione non obſtante iuramēto de non alien. præſtit.

9 Et dicta regula † q̄ prælatus poteſt infeudare ſolita infeudari, procedit etiam ſi illa ſint regalia per doct. cōmuniter & glo.2.in d.cap.2.qui feud.ubi Iac.de Belui.Bened.Capr.Bal. Iſer.& Card.intelligentes illa eſſe regalia,q̄ ſunt data à principe eccleſiæ;id tenent Bal.& Laud.c.1.2.col.Epiſ.vel Abb. qui reſpondent ad tex.in §.ea uerò,in Auth.de alien.& emphy.q̄ ea,quæ dantur eccleſiæ à manu regia nō queunt alienari,quod intelligunt quoad totalē alienationē, uel quantū ad infeudationem, quando uel ubi non eſſet cōſuetum. per Laud.d.c.1.qui feud.da.poſſ.id etiam intelligunt poſſe fieri, & ſi regalia ſint iura, quæ eccleſia conſueuit infeudare. per Bal.c.fi.in fin.Epiſ.uel Abb.Aluarot.cap.1.4.col.qui feud.da.
10 Item † poteſt infeudare prælatus nedum rem reuerſam per finitam infeudationem, & inueſtituram, ſed etiā reuerſam per crimen felonię cōmiſſæ, per Petr.de Anch. c.2.de feud. & ulterius uidetur,q̄ illemet,qui culpa cecidit à feudo, pōt de feudo reinueſtiri,etiam ſi in reſcripto diceretur,q̄ res reuerſa ad eccleſiam deberet alteri infeudari,idem Anchar. conſi.270.caſus talis eſt.

11 Vlterius † uidetur, q̄ prælatus poſſit etiam rem ſolitam, infeudare etiam ſuis conſanguineis, & perſonis cōiunctis, dū tamen conſanguineus ſit aliàs perſona honeſta, eccleſiæ nō oneroſa,per Iac.de Belui.Bal.Bertran.Capr.in c.1.qui feud. da.Bal in Auth.quibuſcunque,C.de ſacroſan.eccleſ.& in c. cæterum.de iud.in ca.1. ſi de inueſtit.inter.do. ubi Aluarot. Bal.c.de priore.de appell.& Arch.in c.Epiſcopus.10.q.2.Feder.de Sen conſ.52.Iſer.c.1.qui ſucceſ.ten.Abba.in c.ut ſup. de rebus eccleſi.non alien.ubi pro hac opinione,quæ eſt cō munis multa adducit,licet text.in d.Authē.quibuſcunque. ſit contrà,& contrà etiā tenet gl.c.1.uerbo Archiepiſcopus. qui ſucceſſ.ten.& in c.1.§.1.uer.hæc omnia,ſi de inueſtit. inter do gl.c.peruenit.1.q.3.Card.c.1.q feu.da.poſſ.Bart. in d. Auth,quibuſcunque,tamen opinio prima eſt cōis,& ad tex. Auth.quibuſcunque, reſpōdetur,q̄ loquitur in œconomo, de quo non ità lex confidit, ſicut de prælato, qui eſt ſponſus & pro iſta communi opinione Bald.in d.capitu.1.qui feud. dare poſſ.dicit eſſe tex.à contrario ſenſu in §. ſumopere. de capi.Cor. ibi, etiam quòd ſi coniunctæ perſonæ gratia tale dederit feudum,quòd ex eo duos ſimiles uaſallos acquirere poſſet,inutile eſt beneficium,& loquitur in feudo eccleſiæ. Aduerte tamen, quòd licet iſta communis opinio ſit vera,tamen ſi ſit facta infeudatio perſonæ coniunctæ, & ſit dubium,an ſit licita uel ne, de facili, attenta coniunctione perſonæ,præſumitur fraus. Quia licet prælatus de re nondum ad eccleſiam deuoluta inueſtire poſſit,tamen non poteſt inueſtire conſanguineum,nec conſanguineo infeudare. per Bald. in concluſionibus, quas facit ſuper titu. qui ſucceſſ.tene.& Lauden.in capit.1.eo.& per glo.ibidem.pro qua materia uide quæ ego deduco in quæſt. an prælat. poſſ. res eccleſi.conſang.infeud.emphy.uel alien. infra. ubi multa cumulo.

12 Et nedum † epiſcopus,uel prælatus poteſt reinueſtire, & reinfeudare feudum,& rem ad eccleſiam reuerſam, ſed immo de honeſtate tenetur,per dictum Barto.in l.1.§. permittitur.ff.de aqua quot.æſtiua. ubi dicit, quòd ſi ſit finita emphyteuſis, tenetur prælatus concedere deſcendentibus illius,in cuius perſona fuit finita,aliàs ſit illis iniuria, & ſi non facit,immo inueſtit alterum,ab hoc grauamine poſſunt appellare,per not.in capitu.bonæ.el primo. de poſtula. prælat. & in l.nullus.C.de decur.libro decimo.dicit in terminis.noſtris Petr.de Anchara.conſilio 170.in fine.2.colum. per Bal. in capitu.ex tranſmiſſa.de renuntiat.per Alexan. in conſilio 80.ſecundo dubio.1.nolum.& conſilio 10.ultima column. Roman.conſilio 224.dubio,& conſilio 70.ſecundo dubio. Iaſ.in l.2.1.colum.C.de iure emphyt.ubi aliquid dicunt de dicto Barto.in d.§.permittitur.illud limitando,per Paul.de Caſt.conſilio 136.uiſo inſtrumento.1.colum.ibi,potius erat fienda renouatio in perſona dictorum heredum, quia aliàs eis fuiſſet facta iniuria,& poteſt prælatus rem ſolitam concedere,& infeudare electus,confirmatus tantum à Papa, licet non ſit conſecratus.per Bald. in capitu. primo. qui ſucceſſ. tene.per tex.in cap.tranſmiſſam,de electio.cum ibi notat. & per Felyn.in capitu.eam te.3.colum.de reſcript. & ratio † quare poſſint fieri tales infeudationes per prælatos de feudis eccleſiaſticis, eſſe uidetur, quia in rebus feudalibus eccleſiæ,& feudis eccleſiaſticis eccleſia habet tantum proprietatem nudam,& uaſſallus habet utile dominium;unde non dicuntur iſta feudalia bona de menſa eccleſiæ priuſquam ſint incorporata,Lauden. in capit.1.epiſco.& Abba. Bald.in capitu.1.qui feud.da.glo.in clemen.frequens.de exceſ.prælat.Inn ocen.& Imola in capitu.ut ſuper. de rebus eccleſi.Annā. & Abba.in cap.2.de feud.Item alia etiam eſt ratio,quare iſta ſolita infeudat prælatus,quia alienare non dicitur, qui rem ſolitam alienari concedit, ſed qui de nouo concedit,glo.& docto.in c.2. de feud. ubi Abba.& per Iaſ. conſi.227.4.colum.volum.2.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non infeudat ſolita infeudari, quando ſolitum proceſſit per vim.*
2 *Prælatus non poteſt infeudare, quando res data eſt eccleſiæ cum pacto quod non poſſit alienari.*
3 *Prælatus non reinfeudat,quando eccleſia eſt ad inopiam redacta.*
4 *Prælatus non infeudat,ſi cauſa primæ infeudationis ceſſat.*
5 *Prælatus primam inueſtituram in præiudicium eccleſiæ alterare non poteſt.*
6 *Niſi ex cauſa legitima,cum conſenſu tamen ſuperioris.*
7 *Infeudatio facta ultra modum conſuetum, an ualeat intra modum permiſſum.*
8 *Dictio,pœnitus,quid importet.*
9 *Reſponſio ad auth.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.*
10 *Res ſolita emphyteuticari reuerſa ad eccleſiam an poſſit in feudum concedi.*
11 *Res ſolitæ pluribus infeudari non poßunt ſoli perſonæ concedi.*
12 *Menſura ſicuti in prælato tolleratur, ita immenſitas non cōmendatur.*
13 *Prælatus accuſatus de dilapidatione,non poteſt res reuerſas infeudare.*

Caſus in quibus prælatus reuerſa non infeudat. & venit continuatiue ad Quæſtionem.

VErum, quia non procedit ſimpliciter,& indiſtinctè, q̄ res ſolitas infeudari infeudat prælatus, ſed habet aliquid in contrarium, annectam caſus, quos obſeruaui, in quibus inueni,
1 q̄ regula non procedit. Nam † primò non vī procedere quā do iſtud ſolitum,& iſta conſuetudo proceſſiſſet, & eſſet inducta per vim,& violentiā,per no.per Io.And.in c.fi.de rebus eccl.in nouel.per Iac.de Bel.& Bal.in c.1.qui feud.dare poſſ.Hæc minus procedit,quando prelatus uellet infeudare

Source : BIU Cujas

rem feudalem adhuc non reuerſum,non adhuc deuolutam ad eccleſia,vel menſam,capitu.1.qui ſucceſſ.tene.& ca.1.de cleri.qui inueſti.fec.ponunt Cardi.Aluarot.& Iaſo.D. Mar-
2 Laud in cap.1.qui feu.da.poſſ.†Nec minus id procedit,quãdo res,quæ infeudatur,eſt data eccleſiæ cum conditione,& pacto,ꝙ alienari non poſſit,quia tunc infeudari non poteſt, Aluaro.& Aridizo.da.tenet Lap.in authen. hoc ius. C. de ſacroſan.eccle.quia ubi concurrit prohibitio hominis cũ prohibitione legis,impeditur,quòd etiam in caſu permiſſo non poteſt fieri alienatio.per tex.in cap.nihil.§ fin.verſic. ſic tamen.de electio.glo.in c.uenerabili,de off.deleg.vbi Hoſt. & Abba.Cuma.& Imo.in l.filiusfamil.§.diui.de lega. 1. ubi Alexan.quòd ubi prohibitio teſtatoris eſt iuncta cum prohibitione legis, operatur quòd impediat alienationem etiã aliàs permiſſam,id quod nõ uidetur procedere in caſu magnæ neceſſitatis,& quando neceſſitas reſpicit eccleſiam,& non ſubſit alia res,quæ poſſit alienari,ex quo poſſit illi neceſſitati ſubuenire,quia tunc non intelligitur prohibitum alienari;uidentur concludere Abba.Cardi.But.& Io.And.in c. verum.de condi.apoſt.Archid.in c.apoſtolicos.12.q.2.Are. conſi.22.Item etiam quando neceſſitas reſpiceret rem ipſam.alienandam,ut in illis, quæ ſeruando non poſſunt ſeruari.gloſſ.& Do cto.in capitu.fina. de accuſa.& exemplum eſſe etiam poteſt in re immobili, quæ perueniat ad manus tiranni,vel potentis,quæ eſſet difficilis,immo ſine ſpe recuperationis.

3 Item†non procedit,quòd res reuerſa reinfeudetur,quando eccleſia,ad quem reuertitur,poſt primam infeudationẽ eſt depauperata,& ad inopiam reducta;quia tunc prælatus non poteſt reinueſtire,ſed debet pro eccleſia retinere,Iaco. de Beld.& Aluar.cap.1.8.colum.qui feu. da. quia tuis agris ſitientibus alii non ſunt rigandi,& prima charitas, & ordi-
4 nata incipit à ſe ipſo.Non infeudat†etiam rem reuerſam,ſi ceſſat cauſa primò factæ infeudationis,puta ſi fuit infeudatum prædium,quia infertile,inutile,incultum,&c.quòd modo reuertitur fertile, utile, & bene cultum, quia certè non poterit prælatus infeudare de nouo,ſed debet retinere pro ſe,& eccleſia.decidit Abba. in c. ut ſuper. uerſi. eſt ratio. de reb.eccle.non alien.& hanc limitationem dicit ibi eſſe veriſſimam & rationabilem.Sequitur Card.d.c.1.qui feud.dare. ubi dicit,quòd hoc eſt æquiſſimum,ſed in fine dicit, in practica hoc non acceptatur, quia uidetur minus rigoroſum contra contrahentes cum eccleſia.Sed ego,prout aliqui, ẽt putarem,quòd euenientenoua cauſa,& ceſſante veteri cauſa poſſet prælatus feudum reuerſum retinere, nec ullam facere iniuriam deſcendentibus primi feudatarii, ſi non velit eos de feudo de nouo reinueſtire propter uerbum, ſi uideris,in c.2.de feud.ſed ſi velit,puto ꝙ poſſit infeudare,quia ꝑ illud uerbum uidetur ſibi in ſuo arbitrio remiſſum,per illũ tex.iuxta dicta Docto.in l.ſi ſic,in principio.de lega.primo,
5 Moder.in c,1.de conſti.Reſtringitur pariter † regula de infeudando reuerſa;quia prælatus nun poteſt infeudare alterando in præiudicium eccleſiæ ſolitam inueſtituram, & infeudationem,pone in duriorem caſum;puta ſi erat conceſſum pro maſculis tantùm,non poteſt infeudare pro maſculis & fœminis,ita intelligunt Martin.Laud.Iac.de Belui.Aluarot.Bertran.Capr.in c.1.qui feud.da.Cald. de feud. conſ. 12.Cuma.conſi.99.incip.quędam poſſeſſio.in primo dubio, ubi etiam quærit Card.an poſſit prælatus diminuere cẽſum eccleſiæ,quod non poteſt niſi cum ſolennitatibus, & aliis requiſitis in alienationibus rerum eccleſiæ,& nec poteſt facere duriorem eccleſię conditionem,vel cauſam;quia,ſi ſit ſolitum infeudari laico, non poteſt infeudare alteri eccleſiæ,quæ non põt põſtare ea ſeruitia,quæ põſtat laicus, vel q̃ nõ ita de facili poteſt amittere feudum,Zabarel.conſil.34. primo dubio.Alexan.conſilio 9.3.uolum.ubi idem dicit,quando concederetur alicui communitati, vel perſonæ magis potenti. per Bald. in authentic. ſi quas ruinas, C. de ſacroſanct. eccleſi.

6 Et hoc†quidam reſtringunt, niſi ex cauſa legitima, puta ſi ſit conceſſum feudum pro maſculis tantùm, prælatus propter aliquod notabile ſeruitium concedit etiam pro fœminis.per tex.in c.2.§.profecto,de l.Conradi, per quem ſic intelligunt Aluaro.Iaco.de Belui.& Cardi.in c.1. qui feud.da. Martin.tamen Laud. ibi tenet contra, quòd etiam ubi ſubeſt cauſa alienationis,non poteſt de ſe prælatus, niſi cum cõſenſu ſuperioris,quia conſuetudo infeudandi non extenditur,l.de quibus,ff.de leg.cap.auditis.de præſcript.Et iſta opinio uidetur uera de iure:quia etiam ubi ſubeſt cauſa legitima,puta remunerationis,tunc etiam requiritur conſenſus Papæ,& ſolennitas requiſita in alienationibus.per tex. in c. per tuas.ubi Abb.& Imo.de donat.Hoſt.eo.ti.§.quis poſſit, ſed poteſt communis opinio ſaluari, quando diminutio eſt modica,& de cauſa apparet.

7 †Hic autem non eſt omittendum pulchrum dubium,de qno per Bal.in c.1.qui feud.da.poſſ.4.colu.an ſi ſit facta conceſſio in feudum vltra modum conſuetum,puta conſuetudo eſt ꝙ infeudetur maſculis tantum, infeudatum eſt maſculis,& fœminis,an ualere debeat infeudatio, quoad maſculos ſaltem,ſi non quoad fęminas.Bal.ibi tenet,ꝙ ſic, quia ex quo illud,quod eſt licitum,poteſt diuidi, & ſeparari ab illo,quod non eſt licitum utile non habet uitiari per inutile, l. Clodia,ff.de acqui.hære.ſequitur eum Lauden.ibi. Card. Alex. Iaſ.in auth.qui rem.C.de ſacroſanc.eccle.Alex.in l. 1. §.pen.col.pen.& in l.quod dicitur,circa fi.ff.de uerb.oblig. Bal.in auth.ſi quas ruinas,C.de ſacroſan.eccleſi.ubi dicit eſſe caſum ad literam in §.neque illud,in auth. de alie. & emph. hanc opinionem ut æquiorem, & ueriorem ſequitur Paul. Caſtren.d.authen.qui rem,tenet Roma.d.l.j.§.ſi ſtipulanti. verb.ob.vbi dicit,quòd mirum uidetur ſibi de Bartolo, qui in dicta authen.qui rem,dixerit contra caſum. §. neque illud,Bal.in l.ſi pupillorum.§.fi.de reb.eo.Imola.c. fin. de fer. & in c.2.in fi.de feud. Alex.conſi.38. conſideratis. ſecundo uol. Aret.in d.§.ſi ſtipulanti,& in l.quod dicitur, eodem tit. colum. penul.

In contrarium tenet Bar.in auth.qui rem.allegata, qui tenet,ꝙ tota conceſsio eſt uitiata,& in totum non ualet,& ꝙ utile eſt uitiatum per inutile,mouetur per tex.in c.1.§.fi. de l.Conrad.ubi cum conceditur feudum vltra tempus,& modum licitum,& ſolitum,in totum feudum aufertur;mouetur etiam,quia feudum,& emphyteuſis,non conceditur in perpetuum,niſi adſit conſuetudo, & conſuetudo non porrigitur,uel extenditur à principio ultra id,quod agitur, l.1. §.Iulianus,ff.de itin.actuque,tenet Angel.per illum text.in §.emphyteuſim, de alien. & emphyteu.per uerba tex. nec
8 quod fit habere aliquod robur penitus ſinimus, per dictio-
9 nem†penitus,quæ importat omnino, & in totum, l.ambiguitate,C.de uſufr.per Alexan.in l.qui vſumfruct.de verbo. oblig.Pro concordatione Ioan.de Imola in d.l. quod dicitur,diſtinguit.dicens,quòd debet attendi forma in conceſſionibus,& uerba ſub quibus,eſt conceſſa,uel prolata; quia ſi ſit uniformiter,puta concedo uſque in quartam generationem,ubi non debebat concedi niſi in tertiam, uel iſto modo,concedo pro omnibus deſcendentibus utriuſque ſexus,vbi non ſolebat concedi,niſi pro maſculis,& tunc infeudatio penitus eſt nulla. Aut loquitur diſtributiuè cum diſtributione caſuũ,puta iſto modo dicens,uidelicet,in quartam & quintam generationem,& erat tantum licitũ in quartam,& tunc ualet pro parte licita,pro parte uerò non licita non,per opinionem Bal.& ſequatium.

Sed iſti diſtinctioni uidetur contrariari communis concluſio modernorum,in l.centurio,ff.de vulg.& pup.quia videlicet in diſpoſitionibus uniformibus, quæ uno contextu, & unica oratione concluduntur,neceſſunt reiterabiles, verdum diſtributiuum non facit cenſeri,ꝙ ſint plures diſpoſitiones,ut ibi per Doct.Alex.in d.§.ſi ſtipulanti.diſtinguit, ꝙ uel illa extenſio,& ampliatio conceſsionis ultra tempus debitum affert nocumentum feudatario,qui aliquid fortè ꝑ ea obtinenda plus ſoluit,& non ualet, & in totum infringitur;Si uerò nullum habet intereſſe feudatarius,tunc pro tẽpore,& pro parte ualida tenet infeudatio, & facta diſtributione temporis uel caſuũ ualet, quatenus & pro parte, qua eſt licita,ſecundum opinionem alteram,quæ opinio eſt cõmunis,ut per Laſ.d.authen.qui rem.Sequitur Aret.in d.l. qđ dicitur,à communi opinione non uidetur recedendum,&
9 ad tex.in d.†authen.qui rem,qui uidetur inexpugnabilis, reſponderi poteſt, ut per Are.in d.§.ſi ſtipulanti,vt illa dictio, omnino,improprietur,vt non in totum,vel ipſo iure annullet actum,ſed in ea parte tantum,quæ ſit contra legem, puta ſi de iure poſſit in maſculis,& ſit dictum in maſculis, & fœminis,valeat in maſculis,& ſuſtineatur actus in parte ualida,& inutile non trahat ſecum etiam vtile,prout ſecundum ſubiectam materiam fit,in l.in cauſæ §.fin.cum l.ſequent.ff. de minor.cap. inhibitio,& capit. 2. de clandeſtin.deſponſa. vel ſecundum aliquos intellige illum tex.ut ſit ſenſus,quòd illud,quod fiet aliter,quàm ſupra fuit dictum,& vltra id, qđ eſt permiſſum,illud tantum, non tota vniuerſalis conceſſio,nullum ſit ipſo iure,vt relatiuum referatur ad præceden tia cum ſua qualitate,l.lecta.ſi cer.pet.vbi poſſet intelligi, qñ vtile eſſet taliter coniunctum cum inutili, & permiſſum cũ prohibito,vt diſiungi & ſeparari nequiret,& eſſet non ſeparabile.Et ad tex.in §.ſimiliter.de l.Coradi, poteſt reſponderi, ꝙ propter contemptum, quem facit vaſſallus erga dominium in diſponendo de feudo contra formam ſibi conceſſam,ideo ei aufertur feudum.

10 † Et ex his poteſt inferri ad quæſtionem, an uidelicet res ſolita dari in emphyteuſim reuerſa ad eccleſiam poſſit in feudum concedi,de qua per Alex.conſi.9.2.uol. ubi concludit,ꝙ non,ubi dicit etiam procedere, licet aliquo reſpectu contractus,qui fit,ſit eccleſiæ utilior illo, qui eſt ſolitus fieri;

quod

Source : BIU Cujas

quod videtur uerum,quando id posset respectiuè esse utile, & damnosum ecclesiæ,ita quod magis accedit damno, uel sumus in dubio;Sed,quando sumus in casu, quod euidenter apparet de utilitate,& commodo ecclesiæ ex tali immutatione,tunc bene potest infeudari res,quæ erat solita emphyteuticari, quia bene prælatus potest in melius mutare statum rei ecclesiasticæ,per Cardi.in c.j.epis. vel abb.ita tenet,& terminat Pau.de Cast.in consi.138.dubium facit, ita intelligitur loqui Bal.in c.cum ordinem,9.col.de rescrip. ꝙ is,qui tenebat rem in emphyteusim,si obtinet posse habere in feudum,debet tantundē præstare ecclesiæ ex feudo,quantum præstabat ex emphyteusi.

11 †Vltimò,quòd prælatus infeudet rem reuersam, restringitur,ut non procedat,si prælatus plura feuda unicæ personæ concedere uellet,quæ essent solita concedi diuersis, qa tali casu non potest,quia tunc præsumitur fraus, & dilapidatio.per Bal.in rubrica qui succes.ten.not.in l.2.C.de reb.alie. non alien.quia sicut in prælato mensura tolleratur, ita im-
12 mensitas†non commendatur.cap.olim.de accusa.& Bal. in
13 cap.1.ad fi.qui feud.ea.poss.Aduerte †tamen, quòd prælatus,qui ęst accusatus de dilapidatione rerum ecclesiæ, non potest res reuersas infeudare,quia tunc intelligitur interdicta ei administratio.per Io.Blan.in summa de feud. per Bal. in tit.hic potest esse titu.qui succes.ten.ubi dicit,quòd prælatus,qui est dignus depositione non tamen est accusatus,aut inquisitus,potest infeudare,& tenet per eum facta infeudatio,per Io.Andr.in cap.quapropter.7.col.de elect.in nouel. Laud.Aluaro.& Cardi.in loco suprascripto,per docto.in c. cum non liceat. de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Bona mensæ alienari,aut infeudari à prælato non possunt.*
2 *Prælatus an bona reuersa, & reperta pœnes ecclesiam reinfeudare possit.*
3 *Status ecclesiæ immutatur spacio 30.annorum de iure ciuili, & de iure canonico quadraginta.*
4 *Prælatus reuersa incorporare potest, sed incorporata non potest alienare.*
5 *Res non dicitur incorporata, quando possessio ab alio, quàm ab ecclesia fuit occupata.*
6 *Bona mensæ infeudari possunt de licentia superioris.*
7 *Licentia data uni prælato de alienando, quando transeat in successorem.*
8 *Necessitate urgente potest prelatus infeudare cum consensu capituli etiã non solita infeudari.*
9 *Alienatione concessa multo magis infeudatio concessa intelligitur.*

De eadem materia.

Quæ,& quomodo res dicantur de mensa.



1 Is paucis dictis, quòd prælatus rem reuersam, & solitam infeudari potest infeudare, est etiam dicendum ꝙ res non solitas infeudari,& res,†quæ sunt de mensa,idest res, quarum dominium dire-
& vtile est penes ecclesiam,& quæ non sunt emphyteutica, neque feudataria,prout bona mensæ,declarat Abba. in c.2. no.de feud.& per Alex.consi.79. primo vol. quòd prælatus non potest nec infeudare, aut alienare, nisi cum consensu capituli,& cum alijs solemnitatibus,vt per eum secunda colum ibidem,quòd tamen intellige,quòd non potest scilicet sine solennitate requisita in alienationibus rerum ecclesiæ, Abb.& omnes in capitulo ad nostram,de reb.ecclesiæ.non alien. Landen.c.1.qui feud.da.poss.

Et pro maiori intelligentia, quæ sint res mensæ, ultra illud,quod dicit Abb.d.c.2.qui dicit bona mensæ esse bona, cuius dominium directum,& utile est penes ecclesiam, & per eundem melius post Innocen.capitu.ut super. column. 3.de reb.eccle.quòd bona,quorum proprietas,& utilitas ad ecclesiam pertinet,& quæ fuerunt longo tempore in bonis ecclesiæ,dicuntur de mensa; quia necessitatibus mensæ,& vtilitatibus ecclesiæ,& aliorum indigentium deseruiunt;bona autem,quorum proprietas est ecclesiæ,& alius habet uti le dominiū,ut sunt feuda,& emphyteutica,non sunt de mensa,ut per docto.ibi.Gig.in tracta.de pensio.in principio. Dicimus quod sunt aliqua bona,quæ semper fuerunt de mensa ecclesiæ,nec unquam fuerunt in feudum concessa, & de istis non est dubitandum,ut per Abba.in d.c.ut super.de rebus eccle.non alien.item bona nouiter pleno iure acquisita,quæ pari modo sunt de mensa,ita Abb.ex mente Innoc.
2 ubi supra.†Alia bona sunt,quæ per ecclesiam sunt concessa in feudum,aut aliàs alienata,quæ modo sunt reuersa, & nō amplius reinfeudata,reemphyteuticata & reconcessa, & de istis secūdum diuersas circūstantias dubitatur, an sint incorporata nec ne mensæ;quia aliqui dicunt,ꝙ eo ipso,ꝙ ecclesia reperitur in possessione feudi,uel rei reuersę,præsumitur facta de eo mensæ incorporatio,Bal.in c.j.uers.ulti.nota.de cler.qui inuestit fec.tamen quia in tex l.3.C.de bo.uac.lib.x. requiritur, ꝙ ad hoc ut intelligatur facta incorporatio, ut inscribatur in libro, vel tabula rerum mensæ,op.Bald.reprehenditur per Martin.Lauden.capi.primo,epis. vel Abb.per Aluarot.in c.primo.qui feu.da.poss. Aliqui dicunt,quòd,si feudum reuersum stetit penes ecclesiam, absque eo, quòd reinfeudet per annum,non est nouum feudum;vnde prælatus,qui iurauit non infeudare, nisi noua feuda, non poterit infeudare illud, vnde videtur, quòd si stetit per annum penes ecclesiam,videtur effectum de mensa, Archid.c.1.35.q. 8.& in cap.1.de reb.eccle.lib.6. quem sequitur Abb. d. c. vt super,& Zabarell.in consi 34. incip. circà primum dubium. Si tamen prælatus fructus illius percepit,vt fecit de alijs bonis mensę,à qua opinione dissentit Ange.in l.si vacantia.de bon.vacan.lib.10. & Aluarot.in c.1.qui feud.da.poss.Laud. c.1.epis.vel Abb. Alia fuit opinio Andr. de Iser.c.1.qui feud-
3 dare.poss.quòd ex quo status †ecclesiæ non immutatur de iure ciuili,nisi spatio.30.an. de iure can.40.quòd res ista intelligatur ecclesiæ incorporata, si fuit per ecclesiam per tā tùm tempus possessa,sequuntur Laud.in ca.1.epis.vel Abb. Imola.d.c.vt super.ista opinio non placet Card.in ca.1.epis. vel Abb. vbi respondet ad illud, de mutando statu ecclesiæ, quòd illud intelligitur de immutatione,quę fit in deterius, non in melius,quia tunc secus,Bar.verò in d.l.si vacantia,C. de bon.vacan.lib.10. dicit,quòd tunc ista bona reuersa, vel vacantia dicuntur de mensa,& mensæ incorporata quando per officiales,computistas,vel deputatos sunt descripta in libris cum alijs rebus de mensa, uel quādo prælatus hoc declarauit,quòd vult,quòd sit istud feudum reuersum de mē sa; Sequitur Abb.d.c.ut super,& Ancharan. consil.155 quę sententia non uidetur arridere Imolę in c.2.de feud.dicenti,quod non est in facultate prælati,ēt cū toto capitulo immutare statum ecclesiæ; sed potest responderi,ut per Cardinalem suprà,scilicet de bono in malum,uel in deterius, sed in bonum,& in melius secus.

Sed in istis controuersijs dico esse tenendum, quòd uel est facta incorporatio expresè,puta, quia prælatus declarauit uelle rē esse de mensa, uel quia per officiales est in libris rerum mensæ descripta, aut annotata; & tunc nemini du-
4 bium, quia benè potest † prælatus, si uult bona reuersa incorporare,licet non possit bona incorporata alienare,capi. ut super,allegato,cap.2. de feud. Vel non apparet de aliqua incorporatione, & tunc dic, quòd aut constat,quòd prælatus retinuit penes se, non animo incorporandi mensæ, sed quousq; inueniret bonum uasallum, cui infeudaret,aut propter aliam iustam causam temporalē, & tunc non est incorporata,etiam si longo tempore tenuisset prelatus,quia cessat animus,ita procedit dictum Imolæ,& Card.in d. c.ut super, fac.Innocen.in c.bonæ.el.2.de postul.præla. Aut uerò est dubium,quia prælatus tenuit aliquo tempore, nec tamen expresè incorporauit,nec apparet, quòd non habuit animū incorporandi,& tunc dic,quòd si tenuit per tempus longissimum,puta 30.annorum,uidetur esse clarum,quòd præsumitur incorporata,& noluisse prælatus amplius in feudum concedere,arg.c.si quis.per 30.si de feu.fu.cum ibi no. & p no.d.c.ut super.Sed,si res reuersa non fuit per tantum tempus,sed per minus,& tunc dic,ꝙ si prælatus de ea disposuit, & illam tenuit,prout alias res mēsæ, puta ultra perceptionē fructuum,si locauit cum aliis rebus,uel posuit rationem cū suis factoribus,uel illam pertractauit in omnibus,& per omnia,ut alias res de mensa,& ita,quòd non apparet, ꝙ inter illam,& alias fuit differentia aliqua;& tunc uidetur, ꝙ cursu. x.annorum intelligatur incorporata,l.proculo,ff.de procu. Bar.Bal.& alii in l.cum oportet,C.de bon.quæ lib.Alex.consil.92.2.uol.Roma.consi.205.& consi.418.

Istis antem coniecturis cessantibus, erit arbitrio iudicis præsumere incorporationem ex qualitate personæ, rei, & quantitate temporis,l.1.§.fin.ff.de iur.delib. & d.c.ut super,
5 & prædicta sunt †intelligenda,quando rei deuolutæ possessio peruenit in ecclesiā; quia, si alius occupauerit illius possessionem,& possederit,est secus;ita limitat Ancharan. allega.consi.155.

6 Item res de mensa infeudare † potest prælatus de licētia superioris cum causa,& solennitate; & licentiam impartiri potest ei legatus de latere, si sit de illius prouintia. per Imola.in c.2.de feud.nisi prælatus prętitisset iuramentū de non infeudando Ro.Pontifi.in consulto; quia tunc legatus non
7 potest, Aluarot.cap.1.qui feu.da.poss.per Spec.in titu.de lega.§.nunc ostendendum. Et licentia † data uni prælato de infeudando, aut alienando transit in successorem, si quidē sit per

ſit per modum præcepti, l. quia. ff. de iuris. omn. iud. ſecus ſi per modum licentiæ, niſi tamen ſit ſub nomine dignitatis. c. quoniam. de offi. deleg.

Addo quòd prælatus non poteſt etiam infeudare ſine requiſitis ſolemnitatibus rem, quam in feudum tenet eccleſia ab alio, concludit Lauden. in cap. 1. 5. fallen. qui feu. da. poſ.
8 vbi Iaſ. 7. colum. ſecunda fallen. Si verò magna † eſt neceſſitas eccleſię, benè poteſt prælatus cum cõſenſu capituli quaſcunque res infeudare, etiam non ſolitas infeudari, c. ad veſtram. extra eod. Iac. de Beluis. in c. j. qui feu. da. & vt perſtringatur materia, potes facere regulam generalem, quòd ubi
9 reperitur † permiſſa alienatio totalis rei eccleſiæ, fortius debes dicere, quòd eſt permiſſa infeudatio, quia infeudatio eſt alienatio partis, ſcilicet vtilis dominii arg. l. uideamus, §. iurare, ff. de in lite iuran. quia illa, quæ ſunt prohibita alienari, non poſſunt infeudari, capitu. fina. verſi. & res. per quos. fi. inueſtit. quia infeudare eſt alienare. c. 1. & 2. de feud.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, cum ſint inter ſpirituales res annumeratæ, per laicum poſſideri non poſſunt.*
2 *Decimæ alicui in ſucceſſionem non conceduntur.*
3 *Fructus decimarum, & eccleſiaſtici reditus ad ſeptennium vendi poſſunt.*
4 *Decimæ non poſſunt dari pro ſeruitio temporali.*
5 *Conceſſio percipiendi fructus decimarum ad modicum tempus fieri poteſt, non infeudari, uel earundem ius locari poteſt.*
6 *In feudo transfertur utile dominium.*
7 *Papa poteſt laico per ſuum priuilegium ſpiritualia iura conferre.*
8 *Decimæ laico ad uitam concedi poſſunt.*
9 *Ius decimandi, & eius infeudatio concedi non poteſt.*
10 *Locata decima intelliguntur locati fructus decimarum.*
11 *Venditio iuris, quod uendi non poteſt, intelligitur reſpectu commoditatis.*
12 *Ratio quare ius decimandi infeudari non poſſit.*
13 *Infeudatio decimarum, quæ nunquàm fuerunt infeudatæ, fieri non poteſt.*
14 *Quid in ſolitis infeudari.*
15 *Alienare non dicitur, qui rem concedi ſolitam concedit.*
16 *Decimæ ad eccleſiam reuerſæ de nouo infeudari, & concedi poſſunt.*
17 *Decimæ ante concilium Lateranenſe infeudatæ, & reuerſæ alteri laico in feudari non poſſunt.*
18 *Decimas laici cum animæ periculo tenent ex conceſſione ante concilium.*
19 *Prohibitio reſpiciens rem, & perſonam eſt fortior prohibitio.*
20 *Infeudatio facta laico poſt lateranenſe concilium non ualet.*
21 *Capacitas unius non eſt tranſmiſſibilis in alium.*
22 *Papa etiam laico decimas infeudare poteſt.*

QVAESTIO VIII.

De decimarum infeudatione.

SEd quoniã aliquando ſub oriuntur dubia, oriuntur lites, & controuerſiæ in decimarum cõceſſionibus, putaui eſſe ad propoſitum hic deſcribere, quæ circa decimarum infeudationem annotaui ex dictis doctorum, & illorum diſceptationibus, qui ualdè contendunt, an & quomodo laicis decimæ
1 infeudari, & in feudum concedi poſſint. Nam decimæ † cũ ſint ſpirituales res, & inter res ſpirituales annumeratæ, non uidetur eſſe permiſſum à iurè, quòd laicis infeudari, aut in emphyteuſim concedi poſſint; quia attenta ſpiritualitate non poſſunt per laicum poſſideri, cap. 1. 16. qõ. 7. & c. cauſam quæ, de præſcrip. & laici decimas non poſſunt niſi cum peccato retinere, 1. quæſt. 2. peruenit, nec uidentur poſſe aliquo modo dari laici in feudum, quia decimæ ſunt cibus in domo domini, cap. reuertemini, 16. q. 1. & c. decimas. q. 7. & debentillis perſolui, impendi, & dari, à quibus ſpiritualia recipiuntur; Item etiam alia ratione non poſſunt infeudari laicis, quia feudum tranſit ad hæredes, & ſucceſſores, decimæ
2 verò non † conceduntur alicui in ſucceſſionem, ca. ad hæc, extra de decimi. Sed immo videtur in contrarium, per tex. in cap. 2. de locat. vbi deciditur, quòd poſſint prouentus decimarum locari perſonis, cum quibus conditio eccleſię fiat melior, diœceſani epiſcopi ſtatuto contrario non obſtã
3 te; quia tales fructus, & † eccleſiaſtici reditus poſſunt etiam vendi ad ſeptennium, cap. fina. ne prælat. uic. ſua, ubi Abbas intelligit etiam ad 9 annos, eſt tex. in terminis in capit. 2. de feud. ubi habetur, quòd non obſtante iuramento de non alienando per prælatum præſtito feudum alienatur, & alienari permittitur, & tenet Abb. in cap. prohibemus, de decimis, quòd decimæ poſſunt locari, & uendi laico in tempus vitæ ſuæ cum authoritate tamen ſuperioris. clement. 1. de rebus eccleſ. non alien. & dicit Cardinalis in clem. 1. de re-
4 bus eccle. verſic. 16. quæro, quod licet † decimæ, cum ſint ſpirituales, non poſſint dari pro ſeruitio temporali, tamen benemeritis, pauperi, & indigenti fructus decimarum, aſſignari poſſunt, & debent, in ſuſtentationem & eleemoſynã, ſiuè clerici ſint, ſiuè laici.

5 †Verùm in hac materia doctores diſtinguunt, videlicet, quòd aut loquimur de conceſſione percipiendi fructus decimarum, & de conceſſione ipſorum fructuum decimę, aut loquimur de infeudatione iuris decimandi, & iuris decimalis; quia primo caſu poteſt fieri conceſſio de fructibus, etiã laico, dummodo tamen concedantur ad modicum tempus, ut eſt tex. & ibi Abbas gloſſ. & alii d. cap. veſtra. & in cap. quamuis. de decim. ponit Aluarot. capit. j. in principio. qui feud. dar. poſſ. vbi Cardina colum. 10. Cuman. conſi. 82. quia cauſa decimalis. Iaſ. in l. fina. num. 78. C. de iure emphyt. Sed aduerte, quòd licet poſſit fieri locatio de fructibus decimę, & licet fructus decimarum locari, & in ſimplicem locationem concedi poſſint, non tamẽ poſſunt infeudari, & in feudum dari. Nam feudum nullo modo concedi poteſt etiam in fructibus, nec etiam ad modicum tempus, quia in feudo
6 transfertur utile † dominium, cap. 1. §. fin. quib. cau. feu. ami. quia infeudatio eſt alienatio, capi. 1. & 2. de feud. eſt de mente Hoſtien. in ſumma. §. quis poſſit, uerſic. ſed nunquid decimas, de feud. ꝓ Abb. in c. ad hæc. de decim. ubi q̃rit nunquid indiſtincte poſſit ꝙcedi decima laico? & dicit, ꝙ in feudũ & emphyteuſim concedi non poteſt, ſubdens d. c. ad hæc. nec etiam poteſt laico locari, uel aliquis contractus ſuper ea iniri per quem uideatur facta alienatio. c. nulli. de reb. eccleſ. non alien. ſed bene ad tempus modicum poteſt concedi, ẽt pro certa penſione, d. c. veſtra, inquiens in effectu docti uolunt, ꝙ non poteſt iniri contractus, per quem transferatur directum, uel utile dominium, & intelligit quando concedũtur fructus decimarum; nam ius decimandi, cum ſit ius ſpirituale, etiam ad modicum tempus laico concedi non poteſt, gl. in c. quamuis. de decim. c. 2. de iudi. & Abba. ibidem verſic. ſed primò dicit, quòd nec epiſcopus, aut alius citra Papam poteſt fructus, & ius decimarum, & decimandi ad magnum tempus laico concedere; & eſt ratio, quia nullus citra Papam poteſt laicum capacem reddere iuris ſpiritualis, cap. 2. de iudi. & ibi no. & glo. 33. diſtinct. §. uerum. quia
7 Papa † ſi uult, poteſt per ſuum priuilegium concedere laico iura ſpiritualia, ſcilicet ut poſſit excommunicare, beneficia conferre, decimas poſſidere, per glo. not. in cap. Adrianus, 62. diſtinct. gloſſ. in cap. imperium. 10. diſtinct. & 25. diſtin. in ſumma. Abba. in cap. cauſam. de reſcrip. gloſſ. in capit. ad ueſtram, & in cap. lector, 33. diſtinc. latè apoſtila. Abba. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. in uerbo poteſtatem excommunicandi.

Vnde non poſſunt fructus decimarum concedi, aut dari in feudum, quandoquidem per infeudationem utile transfertur dominium, & alienatur, c. 1. §. fi. quib. cauſ. feud. ami. ubi feudi traditur diffinitio, quia vſusfructus rei in feudum datæ transfertur in accipientem, proprietate rei penes dantem remanente.

8 Bene † tamen decimæ poſſunt concedi laico ad uitam, dicit glo. in cap. quamuis. de decim. quam ſequitur Abba. ibi, dicens, quòd non uidetur d. glo. ab aliquo morderi, eãdem approbat Abb. in c. ad hæc. eod. titu. in fi. ubi dicit, quòd ex cauſa poſſunt fructus decimarum concedi laico in tempus uitæ ſuę, per glo. inquit multum ſingularem, d. capit. quamuis, pro qua facit, dicit, iſte tex. dum ponderat, quòd iure hę reditario &c. tamen Abb. d. c. quamuis. ſubdit, quòd id non poteſt ſine conſenſu ſuperioris. clemen. 1. de reb. eccleſ. non alien. & ibi eſt reuera tex. & glo. in uerbo eius, quòd locatio quæ fit ad uitam, cenſetur perpetua, l. 1. ff. pro ſoc. no. in cap. perpetua. 10. q. 2. & eam gloſſ. ſequuntur ibi doctores communiter, & ſequitur Alex. in conſi. pen. incip. viſis, & narratis in themate, uolum. 3. ſed inquit Abb. cum locatio ad uitam ſit locatio perpetua, d. c. perpetua, cum ibi gloſ. & conceſſio tanti temporis non fit de decimis, quia transfertur uti le dominium, quod non poteſt, poſſet ſaluari dictum glo. propter dubium temporis; quia, cùm poſſit laicus decedere intra modicum tempus, non uidetur cõceſſio perpetua, ſed temporalis, facit Hoſtien. in ſumma. §. quis poſſit conſti tuere, uerſicu. ſed nunquid, de feud. ubi quærendo an clerici poſſint dare decimas in feudum, tenet quòd non, ſecundũ quod propriè feudum accipitur; fructus inquit, bene poſſunt ex cauſa dari laico, non tanquàm titulus, ſed tanquàm beneficium. argum. 32. diſtinc. ſi quis uerò, ergo decimæ, id-eſt res ipſę poſſunt dari in feudum, dicit ipſe Hoſtien. ſecundum Ioan. ſed tamen id non tranſibit ad hæredes, ut ibi per eum. Sequitur Rebuff. in tracta. de decim. quæſt. 10. uerſicu. fallit. nume. 31. ubi dicit, quòd fructus decimarum poſſunt

poſſideri

Source : BIU Cujas

posslideri per laicum per breue tempus, puta in locatione anius anni, c.rua.ext.locat.c.fi.ne præl.uic.lu.& ex causa pos sunt locari ad uitam,gl.d.c.quamuis,Bertachi.in trac. de epi sco.secunda parte.q.61.

9 †Si uero loquimur de concessione iuris decimarum,seu de infeudatione iuris decimādi, uidetur sine aliquo dubio clarum, quòd infeudari, aut aliquo modo concedi ius decimandi non potest laico, quia cùm ius decimarum sit merè spirituale,per laicum possideri non ualet,glo.in capit. quamuis.de decim.tex.in c.1.16.q.7.c.causam,de præscrip. glo.in cap.ad hæc,ubi dicit hoc uerum,si fiat concessio laico per episcopum,aut alium,quàm per Papam;quia si per Papam est secus,quia bene Papa hoc laico concedere potest,ibi,quia nullus citra Papam potest ius decimandi laico concedere,& est,inquit,vt dico supra,ratio, quia nullus citra Papam potest laicum capacem facere iuris spiritualis,c. 2.de iudi.faciunt primo loco supra pro ratione dubitandi adducta,est tex.d.c.prohibemus,ubi decimæ, uel oblationes ecclesiæ laicis concedi non possunt,& prælatus contrafaciens uenit puniendus,summat Abb.tex.d.c.causam,Laici ius decimandi non præscribunt,quia illud possidere non possunt,& Abba.d.capitu.prohibemus,2.nota.nullus præla torum potest decimam concedere laico,est enim ius spirituale,cuius laicus non est capax,cap.massana,cap.sacrosancta,de electio.

Et est adeo uerum, quòd ius decimandi non potest in-
10 feudari,ꝙ locentur†ipsæ decimæ,idest ipsum ius decimandi,quia tunc indubitatè non ualet secundum Abba. d.c. ad hæc,de decim.quòd tunc impropriarentur uerba,& intelligeretur,loco tibi decimas,idest decimarum fructus, attento quòd in effectu ad hoc tendit iste contractus, per id qđ uult Barto.in l.cotem ferro.§.qui maximos,ff.de publi.1.colum.cum concor.traditis per Alex.consi.110 aliàs 118. perspectis verbis.3.uolum.est de mente Ioan. Blanc. in summa huius tit.§.item quæritur,qui expresse dicit, quòd decimæ possunt concedi laico in feudum,uel emphyteusim ad modicum tempus,per Claud.Seysel.Specu.feud.quæ res,in feu. secunda limit.

Et si prælatus locat decimas laico, non quidem ius locare dicitur sed percipiendorum fructuum commoditatem.
11 Barba.capitu.2.num.4.de loca.sic quoque† si quis uendat ius,quod uendi non potest,uenditio sustinetur respectu cō moditatis.Socy.consi.7.ad fi.uersic. tertia conclusio. uolū. 3.late Barto.in l.cotem.§.qui maximos.colum.2.versi. hoc præmisso,ff.de public.fac.reg.quod nemo præsumitur velle,nisi quòd de iure potest.Alex.consi.122.colum.prima. 4.libro.& dispositio simpliciter facta non porrigitur ad casum, in quo quis non habet potestatem. per Dec. consilio 218. numero tertio.

Et ꝙ ius decimandi non possit laico infeudari, vel con-
12 cedi,uiderur manifesta ratio,†nam. istud ius consequuntur sacerdotes ex ministerio altaris,& spiritualium ministratione,quæ ab aliis,quàm à clericis ministrari nequeunt; unde est ut ius percipiendi decimas est spirituale,nec laicis regulariter potest competere,Sanct.Thom. secunda secundæ q. 87.ar.3.& quodlibet,2.art.8.tex.c.causam. de præscrip. cap. 2.de iudic.Did.Couar.variar.resol.lib.1. capitu. 16. uersicu. 3. hinc apparet.

13 Sed in hoc dic,ꝙ aut loquimur de iure † decimarum, & de decimis,quæ numquàm fuerunt iufeudatę, & de infeudatione de nouo facta,uel facienda,& iudubitatè est dicendum,ꝙ non potuit,nec potest fieri,quia id fuit expressè laico prohibitum,d.c.quamuis,cap.prohibemus, cap.ad hoc. allegatis,& capitu. uestra. in fi.de locat. & per alia allegata. Aut de illis,quæ fuerunt infeudatæ ante concilium lateranense. Aut de illis quæ fuerunt infeudatæ post dictum concilium,quia primo casu infeudatio decimarum,& iuris decimandi ualet & tenet facta ante concilium,quia tunc temporis,cū ecclesiæ,& ecclesiarum bona essent vexata ab hæreticis & saracenis,pro defensione illarum fuit inductum, ut possent istæ decimæ,& iura decimandi concedi laicis, ut illa ab oppressoribus defenderent,& saluarent, glo.in capit. quamuis.de decim in uerbo concesserit,ibi,& ea fuit causa,quare olim antiquitus dabantur in feudum laicis &c. ꝙ Ioan.Andr.Anton.de Butr.& omnes alios post eum communiter in cap.cum apostolica,de his quæ fi. à prælato. ubi Abbas,uersic.ulti.hic dicit,ꝙ olim,ut ecclesia haberet,auxilium à Christianis dispensatiuè concesit, ut laicis possent decimæ infeudari.& id ante concilium lateranense,ꝙ vt refert Io. And.fuit celebratum de anno 1079.tempore pontificatus Alex.3. id quod postea fuit reuocatum, uigore dicti concilii,concessæ tamen ante illud concilium remanserūt penes uasallos,& illos,quibus fuerant infeudatæ, unde etiã laici hodie,subdit,sine peccato possident decimas,quas habuerunt ab antiquo ante illud concilium prohibitiuum,sequitur Alexan.consilio 6.uolum.1.

14 Si uerò†sumus in secundo casu,scilicet in illis decimis,q̃ fuerunt infeudatæ post concilium Lateranense, & tunc puto distinguendum,ꝙ decimæ,quæ fuerunt infeudatæ, uel uult quis infeudare,aut fuerunt uel sunt de concessis ante concilium;& post concilium reuersis ad ecclesiã, aut de infeudatis,& cōcessis post,& aut per Papam, aut per prælatos laico,& aut per laicum alteri laico.

Et primo casu pro parte affirmatiua uidetur esse glo.quæ id dicit in cap.prohibemus,de decim.in uerbo laicos, ibi, & de consensu episcopi possunt transferri in alios laicos in feudum si laici isti habent decimas ab antiquo, tenet Card. Floren.in cap.ex parte.de feud.referens se ita consuluisse;sequitur ibi Ioan.de Imola.ubi subdit,quòd opinio ista gl. & Cardin.communiter tenetur;tenet Ias.consilio 155.in fine. incipien.redemptoris,secundo uolum.& Cardin.ibi arguit ad utramque partem,uidelicet, quòd licet prælatus potest regulariter infeudare res solitas,& infeudari consuetas, tamen non potest decimas,in quibus est specialis prohibitio. cap.prohibemus,tamen decidit,& tenet quod potest infeudare prælatus,quia inquit solum reperitur prohibitum, ne de nouo infeudentur decimæ post lateranense concilium, sed quando prælatus concedit eas quæ sunt solitæ concedi ante dictum concilium,non reperitur prohibitū, licet unus laicus non potest infeudare alteri;ideo ut ualeat infeudatio, dicto casu est necesse,quòd simpliciter,& purè ille,qui uult remittere,cedat in manibus prælati, & deinde prælatus infeudet alteri,& ita dicit obseruari,ut ibi per eundem.Videtur hanc opinionem tenere Pau. de Cast.in consilio 138.incip.dubium facit,ubi tenet, quòd ex quo decima est solita infeudari,potest illam prælatus laico etiam infeudare,quia quod dicitur in cap.prohibemus,cap.quamuis,& capit. ad hæc,de decim.& c.vestra,locat.& 17.q.7. in venditionibus, & in titu.episco.vel abba.uersic.feudi,ibi,per eundem adductis,procedit,& intelligitur in rebus, quæ essent de mensa, & in quibus ecclesia haberet directum dominium, & nullus alius utile;subdens,si ergo Titius dictam decimam renū tiauit,ut alius inuestiretur iure feudi,& fuit factum, non potest dici alienatio noua,sed continuatio antiqua, & aliena
15 re†non dicitur,qui concedit rem concedi solitam & cōsuetam,glo.in cap.2.de feud.istius opinionis est Did. Couard. variarum.resolut.de decim.cap.16.uersicu.præter hæc, per tex. iuncta glo.cum communi opi.docto.d.c.prohibemus. & cap.cum & plantare.§.1.de priuileg per Hostien.Io.And. & Abb.d.c.prohibemus.Henric.c.quamuis.de decim.Imo. c.2.de feud.colum.pen.Zasius in tracta. de feud. parte quarta.ad fin.Hostien.in summa de feud.§.quis possit.colum. 2. Curtius in tracta.de feud.2.parte.q.8.Boer. in consuetud.Bituricen. de consuetu.prædial.§.undecimo,subdens Couar.
16 †ibidem,ꝙ etiam procedit in his decimis,quę antiquo feudo extincto ad ecclesiam redeunt, quæ possunt, ut aliæ res infeudari solitæ,reuersę de nouo infeudari, & concedi, ut per prælleg.doct & Ber.d.§.11.

17 Sed pars negatiua, ꝙ decimę ante†concilium infeudatæ post reuersæ non possint alteri laico infeudari per prælatū,
* aut concedi,uidetur in iure uerior, & magis communiter à doctoribus approbata,pro qua est Ioan.And.in c.prohibemus.per illum tex.pro qua opinione Imola in ca. 2.de feud. dicit esse tex.in d.cap.cum apostolica.ad fi. de his quæ fiunt à prælato.ubi specialiter permittitur laico tales decimas detinenti,quòd illas concedat alteri ecclesie,quàm parochiali, & sic præsupponit,ꝙ concedere non potest laico: quæ pars secundum Imolam uidetur uerior,quam sequi uidetur Ias. in cap.1.qui feud.da.post.Opinionem hanc sequitur Abba. in c.prohibemus.dicens,ꝙ omnes doctores ibi ita communiter sentiunt,refert etiam,& sequitur Felyn.in cap.causam quæ,uersic.sed etiam ad hoc.de præscrip.hanc opinionem amplectitur Calde.in consilio primo.de decim.ubi dicit ꝙ episcopus non potest decimas ecclesiæ,ab antiquo concessas in feudum,si reuertantur ad ecclesiam, de nouo infeudare,quia concilium concesit à principio,ut laicis possent infeudari decimæ,quæ erant spirituales: ergo inquit postquam sunt reuersæ in ecclesiam, non possunt iterato infeudari,quia laici sunt incapaces talis iuris spiritualis, subdens & in cap.ad apostolicam, permittitur, ꝙ illæ antiquæ decimæ possint transferri clericis,& sic notabiliter uoluit excludere laicos,& cum dicta permisio infeudationis sit odiosa,ideo est restringenda;subiungit,nec obstat tex.in ca. 2. de feu.quia ibi loquitur de feudo temporali,quod bene potest cadere in laicum,secus ergo de spirituali iure,ut ibidem, facit Abba.in d.cap.prohibemus,ubi dicit declaraado text. ꝙ
18 laici†tenent cum periculo animæ decimas,quas tenent per concesionem ante concilium,quia timēdum inquit est, ne Deus prouocetur,cum ex necesitate illa concesio fuerit eis facta.Hanc opinionem Ioan.Andr.de Aluarot.in cap. 1.

col.

Source : BIU Cujas

col.10.qui feud.da.poſſ.tenet Cardi.Alex.in c.j.§. ſciendũ. in fi de feud.cog.Martin.Lauden.ibidem ultima colum.6. fallen.ſe remittit ad dicta Ioan.de Lignano.in c.ad hæc. de decim.dicens,quòd pro opinione Ioan.And. uidit conſilia illuſtrium doctorum videlicet D.Chriſtophori de Caſtilio no,& D.Fulgoſ conſulentium pra dicta opinione,Hoſtiẽ.in ſumma de feud.videtur tenere indubitanter,quòd prelatus non poteſt renouare,vt per eum ibi.§.quis poſſit,verſic.dic quod nullo modo.

Sequitur Claud.Seyſell.in Spec.feud. quæres in feud. da. poſſ.cauſa.2.uer.nihilominus.vbi dicit, quòd opinio Ioan. And.& Hoſtien.ac ſequacium eſt communis,& verior,& ꝙ in iſto caſu decimarum reuerſarum poſt concilium, & ante concilium infeudatarum,prælatus nõ poteſt decimas reuerſas infeudare alteri laico,per tex.d.c.cum apoſtolica. inducendo tex.ut per Abba.& Imo.Quia ſi poſſet tale feudum alteri laico concedi cum conſenſu epiſcopi, cui dubium eſſe poteſt,quòd concedi etiam poſſet eccleſiæ alteri, & tamen ꝙ poſſit infeudari alteri eccleſiæ ponit tex. ibi pro
19 dubitabili;quia,cum†prohibitio reſpicit rem,& perſonam, eſt fortior prohibitio,ex quo accipiens eſt incapax, per ea, quæ habentur in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.cum ibi no.ita formaliter inquit reſpondet D.Card.d.§.ſciendũ. in fi.de feud.cog.Vnde inquit,cum in caſu noſtro prohibitio ſuperuenit poſt alienationem,quæ fuit facta ante concilium lateranenſe,quod conſilium prohibuit,ne de cætero fiat,illa præcedens alienatio non derogat huic prohibitioni poſt ſuperuenienti,ſed immo è contra hæc prohibitio, licet non annullet præteritam alienationem, impedit tamen futuram,facit text.in capitu.1.in principio.in titu.epiſco.& abba.

20 †Si vero ſumus in infeudationibus factis de nono poſt prohibitionem lateranenſis concilii,& ſi quidem factæ ſint laico per prælatum,nemini dubium,ꝙ tenere non uidẽtur. c.quamuis,c.prohibemus,cap.ad hæc,de decim.c.veſtra,in fi.de locat.quia factæ ſunt ſtante prohibitione de non infeudando laicis,quorum inhabilitas non poteſt ſanari per aliũ, quàm per Papam,quia ſolus Papa poteſt facere laicum habilem,& capacem rerum ſpiritualium, & ſpiritualitatis, & in hoc caſu militant ea,quæ ſupra deduxi in uerſicu.ſi verò loquimur de conceſſione.Immo ſi per Papam poſt concilium eſſet facta infeudatio decimarum, quæ poſt ſit reuerſa,quo caſu videtur res effecta alienabilis,& quòd poſſit de nouo infeudari,adhuc eſt dicendum,quòd per prælatũ non poteſt,ex quo impedimentum alienationis reſpicit incapacitatem perſonæ,quia licet Papa fecerit una uice aliquem capacem,non ab hoc fit,quin decimæ non ſint ſpirituales.ꝙ
21 Seyſell d.loco verſic.& ex præmiſſis,quia capacitas † unius, & inducta in uno,non uidetur tranſmisſibilis in alium, c.petiiſti.7.q.1.c.ſanè.de priuileg.extra.

Si verò ſimus in infeudationibus,& conceſſionibus decimarum factis per Papam, & tunc dic ꝙ ſiuè de factis ante concilium non finitis,ſiue de factis ante concilium, & finitis uel reuerſis,& poſt per Papam renouatis,ſiue de conceſſis,& ſeu infeudatis de nouo poſt concilium, ꝙ de infeuda-
22 tionis ualiditate non eſt dubitandum,quia Papa bene †poteſt decimas infeudare etiam laico., & tenet infeudatio ſecundum omnes.no.Imo.in c.cum apoſtolica.de his, quæ fi. à præla.col.6.per Inn.Io.And.in c.quod ſicut,de electio.per Fely.in c.cauſam,2.col.de præſcri.per Abba.in c.ad hæc, de decim.per Claud.Seyſel.in Spe.feud.tit.quæres in feud.dar. poſſ.cauſa.2.ver.& ex præmiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ſi à laico decimas poſt lateranenſe concilium habuit, non uidetur ualere.*
2 *Laicus ſi renuntiat decimæ in manibus prælati, poterit prælatus alteri infeudare.*
3 *Laicus in laicum decimas transferre non poteſt.*
4 *Honeſtius eſt, quòd alia eccleſia poſſideat decimas, quàm quod ſtent in manibus laicorum.*
5 *Decimæ alteri laico cum conſenſu epiſcopi infeudari non poſſunt.*
6 *Cautella ut laicus alteri laico decimas renuntiare poſſit.*
7 *Prohibitio reſpiciens perſonam fortior eſt, quàm reſpiciens rem.*
8 *Compromittere laici in laicum non poſſunt ſuper decimis conceſſis ante concilium.*
9 *Compromitti ſuper decimarum commoditate poteſt, ſicuti de vſufructu.*
10 *Laici non poſſunt nec potuerunt alteri laico infeudare decimas poſt lateranenſe concilium.*
11 *Decretali Honorij Papæ cauetur, ne laici alteri eccleſiæ decimas relinquant, quàm ei cui debentur.*
12 *Alex.Tertius fuit ante concilium lateranenſe.*
13 *Decima conceſſa Titio & ſuis poteſt in præiudicium ſuorum à Titio remitti eccleſiæ.*
14 *Dictio, aliquomodo, quid impartet.*
15 *Eccleſia, quæ dedit decimas, eo ipſo, quod bona temporalia non habet, probatur, quod non fuit compenſata.*

QVAESTIO IX.

De conceſsione decimarum facta per laicum laico.

SI verò ſumus in caſu, quan
1 do laicus alteri laico conceſsionem, & infeudationem decimarum fecit,& tunc ſi laicus†habuit decimas poſt concilium lateranenſe, & non uidetur dubium,quòd non poteſt per capitu.quamuis, & alia iura ſuperius allegata,per quæ apparet expreſsè prohibitum laicis habere decimas. Si verò laicus habuit decimas ab antiquo ante concilium,& tunc glo.in capit.prohibemus. in uerbo laicos,de decim. expreſsè dicit, quòd transferre poteſt in alium laicum,ſi habuit in feudum illas ab antiquo, ſaltẽ de conſenſu epiſcopi,immo quòd nec etiam clericis poteſt infeudare ſine dicti epiſcopi conſenſu,ſubdens gloſſ. quòd ſi non habet laicus illas in feudum,ſed de facto poſſidet,nullo modo poteſt transferre,nec in laicum nec in clericũ,nec etiam de epiſcopi conſenſu,hanc opinionem glo. ſequitur
2 Cardin.Floren.in ca.2.de feud. vbi dicit,quod,licet†laicus non poſsit alteri laico decimas quas obtinet etiam ante cõcilium,infeudare,tamen ſi cedat decimas in manibus prælati ſimpliciter,& purè,& deinde prelatus infeudat alteri,ualet,& tenet infeudatio, & ita, inquit il'e, obſeruatur, tenet Pau.de Caſt.in conſi.138.dubium facit,vbi dicit,quòd ſi Titius decimam renuntiauit, ut alius inueſtiretur iure feudi, & fuit factum,quòd non poteſt dici alienatio noua,ſed continuatio antiqua, & alienare non dicitur,qui concedit rem concedi ſolitam & conſuetam, ſequitur hanc opinionem Iaſ.qui refert dicta Cardi.in cap.1. qui feud. dar. poſſ.mihi colum.3.nume.13.

3 In contrarium†uidetur eſſe tex.in d.cap.prohibemus,ubi expreſsè cauetur, quòd laicus in alterum laicum decimas non transferat,etiam ſi laicus dictam decimam etiam cum titulo poſsideat,ita ſummat Abb.tex.& expreſsè uidetur in nuere tex.in c.quamuis, ibi, quidam prælatorum decimas eis diſponere indulgent,& Abbas in d.c.prohibemus.propter uerbum,aliquo modo,dicit eſſe notandum,quòd omnis modus translationis eſt inhibitus laicis, unde inquit nõ poſſunt dare,nec vẽdere,nec permutare,nec infeudare, nec ſimiles contractus decimarum translationis facere.Et ibi reprobat glo.dicentem,ꝙ laicus habens decimas ab antiquo in feudum poteſt illas dare alteri laico cum nuthoritate epiſcopi,dicens ꝙ contrarium ſentiunt omnes doctores ibidẽ, & quidem inquit uerius,primo per tex.illum,qui hanc translationem prohibet indiſtinctè,& facit,inquit,tex. in capit. quamuis,& in cap.fin.& apertè hoc probatur in c. cum apoſtolica,ubi ponitur ſpeciale,ut laicus de authoritate epiſcopi poſsit concedere alteri eccleſiæ, quia nõ multum refert, quæ eccleſia habeat,dummodo extirpetur de manu laici.q̃ ratio omnino ceſſat,quando uult concedere alteri laico,quia, ſi poſſet concedere laico,hoc tenderet in magnum præiudicium eccleſiæ,cui debetur decima.Nam per mortem ipſius ſine filiis deuolueretur ad eccleſiam,ſed per conceſsionem alteri laico factam,qui habet,& poteſt habere filios impediretur deuolutio ad eccleſiam. Facit idem Abba.in ca. cum apoſtolica,ubi dicit,ꝙ eſt ſpeciale in ſpiritualibus, ꝙ ut citius redeant ad eccleſiam,fuit ſtatutum,ut non poſsint laici vaſſalli decimas in alios transferre,maximè laicos.Nam in eo tex.fuit,inquit,admiſſum fauore eccleſiæ uniuerſalis, ut ille laicus poſſet in aliam eccleſiam transferre decimas, & non in eccleſiam,cui debebantur,ut facilius iſta ſpiritualia
4 eriperentur à manibus laicorum. Nam †melius eſt, & honeſtius, quòd alia eccleſia poſsideat, quàm quòd ſtent in manibus laicorum. præſertim cum omnes eccleſiæ ſint in una eccleſia, & membra eccleſiæ uniuerſalis, 24. quæſtione 1.loquitur,& capitu.pudenda,1. quæſtio.7.facit Felyn.in capit. quæ in eccleſiarum. de conſtitu.colum.23.uerſic.quinta declaratio,vbi dicit ꝙ laicus habens decimas in feudum ante concilium lateranenſe non poteſt eas alteri infeudare. per tex.in cap.prohibemus,& ibi docto.de decim. niſi quando concedit eas eccleſiæ, uel loco religioſo cum conſenſu epiſcopi,per tex.cap.cum apoſtolica.de his,quæ fi.à prælat.
5 an autem poſsit† cum conſenſu epiſcopi alteri laico infeudare,inquit,communiter tenetur quòd non.per Ioan. And. cap.2.de feud.per tex.d.cap.cum apoſtolica,à ſpeciali, & ibi etiam per Doctor.& per D.Abba.d.cap.prohibemus,& per eundem in ſua diſput.quæ incipit.Augerio,12.colum.verſi. ſecundo principaliter,ex quo ſequitur,quòd decedente tali

feudata-

Source : BIU Cujas

feudatario ſine ſucceſſione, eccleſia, ad quam decimæ reuer tuntur, non poteſt eas alteri laico infeudare, ſed, inquit, Do. Card. Florentinus in d.c.2.in 10.q.tenet contrarium in utro
6 que dicto, dans cautelam, ꝙ, ſi † talis uult dare decimam alteri laico, renuntiet eam in manibus epiſcopi, qui poteſt poſtea alium inuenire, & idem glo.2.d.ca.prohibemus, & hæc opinio, inquit, prævalet de conſuetudine ſecundum Imolã d.c.ſecundo, licet communis opinio ſit in contrarium, ut ꝑ Felyn.ibidem, tenet hanc opinionem Claud. Seyſel. in Spec. feu.tit.quæ res, in feud.da.2.cauſa.ver. nihilominus. ubi dicit, quòd opinio Ioã. Andr. Hoſtien. & ſequacium, eſt communis, & verior: quia, inquit, ſi poſſet laicus tale feudum cõcedere alteri laico cum conſenſu epiſcopi, cui eſſet dubiũ, quòd poſſet etiam, & multò magis alteri eccleſiæ, & tamen tex.d.c.cum apoſtolica. hoc ponit pro dubitabili. Nec obſtat, inquit, quod dixi ſupra, quòd licet concurrat duplex prohibitio alienationis, legis videlicet, & hominis, tamen res ſolita infeudari poteſt iterum concedi in feudum, ſi ſit ad eccleſiam reuerſa; quia illud procedit quando cauſa prohibi-
7 tionis reſpicit ſolum rem, ſecus ſi perſonam, † quia tunc fortior eſt prohibitio, ex quo accipiens eſt incapax, per ea, quæ no. in l.ſi ita quis, §.ea lege.ff.de uerb.oblig. ita inquit reſpõdeat formaliter D.Cardi.Alex. in §.feudum.de feud.cogni. Facit conſilium Calder.conſi.1.de decim.nu.383.ibi, cum in c.cum apoſtolica permittatur, quòd illæ antiquę decimę poſſunt transferri clericis, ſic notabiliter uoluit excludere Inicos; & cum dicta permiſſio infeudationis ſit odioſa, ideo eſt reſtringenda, ut ibi per Calder. & Felyn. in c.cauſam. de præſcr. qui dicit, quòd laicus poteſt præſcribere decimas cõtra alium laicum de dictis decimis ante concilium inueſtitum, quia cum ille inueſtitus poſſit de illis paciſci, poteſt ẽt ius earum communi præſcriptione amittere, per Cardinalem, qui ita ſentit in conſi.147.incip.notum ſit uniuerſis, & dicit, quòd dictum Card. alibi non legit, & uidetur mirum, ꝙ capacitas inducta in uno ſit in alium tranſmiſſibilis, contra tex.cap.petiſti.7.q.1.& c.ſanè.de priuileg. niſi inquit forſan dicas quòd ſpiritualitas annexa rei erat ante concilium apta cadere in laicum ex conceſſione epiſcopi, vbi tenendo opinionem Io. Andre. quæ ſecundum Imolam eſt verior, & tutior, quòd ius decimale bene poſſit concedi per laicũ cum conſenſu epiſcopi alteri eccleſiæ, & ſecus ſit, ſi alteri laico; & dicit quòd dictum Card. poſſet procedere quando decimæ eſſent conceſſæ ſimpliciter laico ante concilium pro ſe, & ſucceſſoribus, per rationem per D.Cardinalem adductam. Sed ſi eſſet conceſſum feudum decimarum laico, & deſcendentibus ex eo uſque ad certum tempus, Cardinalis dictum non procederet, cum ceſſet rõ, ex quo ille nõ põt tale feudum alienare, ergo nec præſcribere, quia præſcribere eſt alienare, & militat ratio, quam in ſimili ponit Abba. d.capitu. prohibemus, quòd eccleſia efficeretur deterioris conditionis propter acquiſitionem noui feudatarii fortè diutius duraturi.

8 Sed ex quo idem Card.in conſil.94.nobiles uiri, dicit † ꝙ ſuper decimis conceſſis laicis ante concilium non poteſt per laicos compromitti in alterum laicum, per tex.in c. contingit.de arbitr. & quia Rot.deciſ.2.de iudi.in no. & de decim.2.in antiquis uult, quòd minor in cauſa decimarum poteſt eſſe ſine conſenſu patris in iudicio, id quòd eſt propter dependentiam, quam retinent decimæ à ſpiritualitate; Vnde Cardinalis & Rota, inquit, ſentiunt quòd durat laicorũ incapacitas in decimis etiam ante concilium conceſſis, & laici tollerantur in decimis eatenus, quatenus à iure communi, uel ſpeciali ad hoc ſunt habilitati, dicit ꝙ ualde dubitat de eo quod dicit, ꝙ laicus illas poſſit contra alium laicũ præſcribere, ſtante ꝙ incapacitas in laico quoad decimas eſt inducta poſt concilium, ut per eum.

Facit ſecundum Rebuff. in tracta. de decim. quæſtio. 10. nume.9.quòd Bal.conſi.247.non reuocandis, 5.uol. conſuluit, quòd dum eſt quæſtio inter detinentem decimas, & feudatarium, de tali quæſtione poteſt fieri compromiſſum, & tranſactio inter eos, & in eorum præiudicium, cap.uno, de controuerſ.inter uaſal. & al.de benefic. quia non intelligitur compromiſſum factum de iure ſpirituali decimarum, ſup quo non ualet compromiſſum, capitulo.cum contingat.de arbitr. ſed de commoditate, de qua compromitti poteſt, ſi-
9 cut † ſi uſufructuarius compromitteret de uſufructu, non.n. intelligitur compromittere de ipſo iure inſeparabili à perſona, ſed de ipſa commoditatè. per no.in l.1.C.ſi pigno.dar. quia de fructibus decimarum poteſt fieri compoſitio ratione temporis præteriti, glo.in ca.ut ſuper.de reb. eccleſi.non alien. Bal.in c.per tuas.de arbitr. & compromiſſum ualet ſuper fructibus decimarum. per Lanfran. in clem. diſpendioſam.col.4.de iud. Pet.de Anch.in ſuo conſi.34.incip.in hac cauſa, de præſcrip.

Faciunt dicta Rebuff.in d.ſuo tracta.de decim.q.decima.
10 nume.11.vſque ad nume.31.ubi dicit, † & tenent, ꝙ laici nõ poſſunt, nec potuerunt decimas poſt concilium lateranenſe alteri laico infeudare, uel concedere.ca.prohibemus, de decim. quia quod fit poſt prohibitionem, nullum eſt, l.1.& 3.ff.quod vi aut clam, ideo, inquit, decimæ ab illo tempore in laicum translatæ nunc retineri non poſſunt, & in hoc cõuenit omnis turba doctorum. Subdens, & ego etiam teneo idem de decimis, quæ ante dictum concilium lateranenſe legitimè non fuerunt acceptæ, quia decimæ Dei ſunt, leuit.17.omnes decimæ Dei ſunt, & ſunt ſanctuarium Dei, ca. eccleſias.13.q.1.ideo laici eas obtinere non poſſunt, quia illarum ſunt incapaces, quia uſus decimarum, & oblationum diuini iuris eſt, & ad ſeculares peruenire non poteſt, c.fina. 16.q.1.nempe Deus illas aſſignauit filiis leui, & ſic clericis, ideo laici ſunt facti illarum incapaces à Deo. Et ea ratione inquit concilium lateranenſe prohibuit laicis transferre decimas in alios laicos, quia laici uſurpauerant, & cum eſſet difficile eccleſiæ ab eorum manibus eas recuperare, ut quãto poſſet citius ad eccleſiam reuerterentur, ſtatuit, quòd in alios laicos transferre non poſſent, cogitans, ꝙ laici in morte eas relinquerent eccleſiæ, cum in alios laicos transferre non poſſent; ſubdens Rebuff. & ſi eo tempore exequutores concilii diligentes fuiſſent, laicos illas ad reſtituendum eccleſiæ in morte coegiſſent, ſacramentis & ſepultura denegatis eiſdem, & ſi id uni potenti feciſſent, omnes reſipuiſſent, & decimas reſtituiſſent.

11 Et per † decretalem Honorii Papæ, quam Rebuff.idem recitat nu.21.uer.immo Honorius, quæ non eſt in impreſſis, laicus nõ poterat relinquere decimas alteri eccleſiæ, quàm eccleſiæ, cui debebantur.

Nec, inquit, concilium cõcedit laicis, ut eaſdem decimas teneant, aut eius filii, aut ſucceſſores, quia iſta prohibitio nõ inducit conceſſionem, quia inducta ad priuationẽ non operantur conceſſionem, l.legata inutiliter, ff.de lega.1.unde inquit & per uerba.d.decretal. & concil.patet, ꝙ ẽt ante concilium laici erant incapaces decimarum, & peccabant detinendo decimas; ideo licet eas ante concilium habuiſſent, transferre tñ in alios non poterant, quia nunquã in illis ius hæ potuerunt, à Deo.n. decimæ filiis leui. 1.clericis, & ſacerdotibus reſeruatæ fuerunt, quicquid inquit dicant doct. ante, uel poſt concilium, nã Alex.3.c.ad hæc.prohibet decimas dari laicis, & ꝙ, ſi eis ſint datæ, illas ſtatim ſub excõicationis uinculo reſignent, ecce igitur ꝙ tam ante cõcilium, q̃ poſt laici ſunt prohibiti decimas hæ ex præcepto Dei, qa
12 Alex.3.fuit † ante concilium lateranenſe, immo illud cõgregauit in fine ſui pontificatus, ſedit.n. anno. 1559. uixit quaſi annis.22.& concil lateranen. congregatum fuit anno.1180. ergo per illam decretalem id ante concilium ſtatuerat. Immo uſque de tpe Vrbani ſecundi in concilio Turonẽſi fuit ſtatutum, ꝙ decimæ & aliæ res eccleſiæ, in feudum laicis cõcedi non poſſent. in rubrica, eꝑm, uel Abba. in uſib. feud. & illud concilium fuit celebratum Turonis de anno 1096. & ſic anno.8.Pontificatus Vbani II. per Archi.c.fi.§.illas.eod. tit in 6.Henric.Boic.in c.quamuis, de decim. ergo laici erãt incapaces, & prohibiti ante concilium lateranenſe, ſubdens declarando uerba tex.d.c.prohibemus, ꝙ prohibitio eſt, ne transferantur in laicos cuiuſcunq; ſtatus, aut conditionis exiſtant, ideo nec ẽt in filios ſucceſſores, c.in canonib.26.q.1.nempe concilium lateranenſe eos excepiſſet, ſi excipi uoluiſſet, cap.ad audientiam.eod.tit.immo prohibuit ſucceſſionem, c.ad hæc, eo.

13 † Et ſi decima ſit conceſſa Titio, & ſuis, poteſt illam Titius ẽt in præiudicium ſuorum ſucceſſorum remittere eccleſiæ, & tenet remiſſio in præiudicium ſuorum, Bart.in l.qui Romæ, §.flauius.ff.de uer.ob.quamuis hoc ſit ꝙ communem, vt per Iaſ.ibidem. Quia laicus decimam de iure tenens bñ poteſt illam uendere eccleſiæ, & tenet uenditio, nec hẽt locum retractus per proximiores, & ita inquit fuit pronũtiatum pro eꝑ Conſtantienſi in Curia, quia decima eſt reuerſa ad ſuam naturam, ideo non poteſt in laicum iterum redire.d.c.prohibemus, l.ſi unus, §.pactus.ff.de pact.

Et idem Rebuff.declarando tex.d.c.prohibemus, dicit ꝙ per uerbum, poſſint, iuncta negatiua, ne, importatur neceſſitas, & ſic tollitur oĩs facultas in contrarium faciendi, gl.in c.j.de reg.iur.in 6.adeo ꝙ eſt remota laicis oĩs poteſtas trãſferendi decimas in quoſcunque alios, ẽt ſi eas ante dictum concilium haberent, quia de illis tantum, quas ante concilium habebant, loquitur concilium lateranenſe, dum dicit, non transferant, nõ enim potuit præſagire de decimis, quas obtinerent deinceps, ſed de his, quas detinebant.

14 Et propter † uerbum, aliquo modo, dicit quòd eſt interdictus omnis modus translationis feudi, uenditionis, donationis, permutationis, & his ſimiles, & ſic nullo titulo, ſpecie, uel caſu; ſubdit, oſtenditur etiam in fine text. prohibitionem concilii lateranenſis etiam extendendam tam ad detinentes

ante

Source : BIU Cujas

ante consilium, quàm post, cùm dantes & recipientes astringat, nempè si laicus donauerit decimas laico, vel instituit etiam suum filium laicum, ille non poterit decimas recipere, immò si receperit tanquàm raptor bonorum Iesu Christi, Christiana carebit sepultura, subdēs, & est iste verus intellectus capituli, prohibemus.

Et prosequendo materiam dicit, quòd si decimæ sint infeudatæ ante concilium à Domino seculari alicui laico, nō potest ille laicus etiam nunc retinere, capitulo, dudum. de decim. nisi dominus se iure illas habere probet, vel ecclesiā compensauerit de re maiori, de quo constare debet, capitulo ea enim, §. sed & permutare, 10. q. 2. capitulo j. de rerū permuta. Doct. in cap. 1. de reb. eccles. non alien. Dec. consil. 341. viso puncto. & † sic cùm ecclesiæ, quarum decimas laici retinent, non habeant aliqua bona temporalia, eo ipso probatur, quòd non fuerunt pro decimis compensatæ, ergo illæ decimæ de iure retineri non possunt, etiam per mille annos possessæ. Nec est quærendum, an infeudatio fuerit facta vel ne, quia, cùm sit facti, non præsumitur, sed benè quærendum est à quo facta fuerit, & an is, qui fecit, facere potuerit, l. si quæramus, ff. de testamen. subdit immò à solitis præsumemus eas vsurpatas à laicis, c. fin. de restit. spolia. in 6. ibi, quia eas iniustè occupasse verisimiliter præsumuntur, cap. quamuis, de decim. vt ibi per eundem Rebuff.

Quia si concessio decimarum sit facta à laico alteri laico, & sic ab eo, qui potestatem concedendi non habuit, nullius est momenti, quia quicunque decimas primitias, & oblationes per potestatem secularem obtinet, proculdubio contrà Deum & sanctorum patrum nituntur sanctiones, quinimmò & qui accepit, & qui tradit, raptor, & sacrilegus iudicatur, cap. causa, in fin. de verbo. signific. ideò super his non potest aliqua superuenire præscriptio, vt per Rebuff. ibidem numero 10. versic. igitur, vbi subdit, ideò dicerem has omnes decimas à laicis infeudatas à curatis contrà detinentes iure peti posse, & ecclesias his spoliatas restituendas.

SVMMARIVM.

1 *Laicorum non est exigere decimas.*
2 *Agens restitutorio contra eum, qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo.*
3 *Præscriptio non est, ubi non datur possessio.*
4 *Possessio tanti temporis, cuius memoria non est in contrarium in possessione tuetur.*
5 *Detentio per tempus immemorabile non habet uim tituli in laicis.*
6 *Fama si concurrat cum possessione immemorabilis temporis, facit præsumptionem pro priuilegio.*
7 *Ecclesia pro decimis sitis in districtu suæ parochiæ habet intentionem in iure fundatam.*
8 *Allegatio tituli ante concilium cum possessione immemorabili circa ius decimandi sufficit laico.*
9 *In dubio iudicandum est id, quod pro anima est tutius.*
10 *Multos in inferno cruciari, qui decimas restituere noluerunt.*
11 *Decimæ sunt Dei.*
12 *Laici retinentes decimas sunt excommunicati.*
13 *Quod etiam per concilium Turonense statutum fuit.*
14 *Religiosus sine consensu episcopi decimas de manu laicorum recipere non potest.*
15 *Prælatus, si laico decimam concedit, à statu suo succidatur.*

Prosequitur eandem materiam.

SEd quid si non apparet de concessionibus antè, vel post concilium propter temporis longinquitatem, & reperiuntur decimæ in manibus laicorum ab illis exactæ, ab illis possessæ, poterunt ne per prælatum, vel ecclesiam de manibus eorum dictæ decimæ auferri, an verò stante illorum possessione erit præsumendum de bono iure laicorum? & videtur, ꝙ decimę debent vendicari ab ecclesia de manibus laicorum,
1 quia † est ecclesia, quæ exigit à laicis decimas, & laicorum non est exigere, & ecclesia hēt suam intentionem fundatam de iure communi. toto tit. extra de decim. &, nisi per laicos probetur contrarium, debet ecclesia obtinere. cap. ad decimas de restit. spolia. in 6. vbi glo. in verbo præsumitur, dicit, quòd laicus spoliatus de decimis, & de perceptione decimarum, si intentat restitui contra ecclesiam, uel prælatum spoliantem, non audit in possessorio, per tex. in c. causam. de præscri. ubi est tex. quòd laicus non potest possidere decimas; vnde cum sit præsumptio contra eum, non dēt audiri, nisi probet, se legitimè decimas fuisse assequutum, ubi dicit Io. And. secundum Io. Monacum ibi. agens restitutorio
2 † iudicio contra eum qui iure cōi iuuatur, debet docere de titulo, aliàs succumbit; hanc opinionem tenent Io. And. in Spec. rub. de resti. spo. Ant. & Abb. in c. si diligenti. de præscr. col pen. Fely. in c. ad petitionem. de accusa. nu. 17. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, 7. fallen. ff. de acqui. pos. contrarium tenent Bar. Brixien. in gl. 13. q. 1. c. 1. ꝙ laicus spoliatus de decimis in primis debet restitui, cuius opinio in practica seruatur in Gallia, Guid Papa. q. 288. Couar. variar. resolu. de decim. uer. ex quibus deduci.

Nec est aliquid, si laicus allegat se tanto tēpore posse disse, ꝙ legitime præscripsit, non potest. n. laicus præscripsisse decimas, quia illas non potest possedisse, quia spirituales, un-
3 de nec præscripsisse, c. causam. de præscri. quia † præscriptio non est, ubi non datur possessio. capitu. sine possessione, de regu. iur. in 6. tenent Hosten. Io. Monac. in c. cum apostolica. de his quæ fi. à præla. Archid. in c. 2. de decim. lib. 6. & dicit Abb. in d. c. causam, ꝙ nulla temporis præscriptio in decimis, & huiusmodi spiritualibus iuuat laicum, ubi allegat Io. And. & Io. Monac. in c. 2. de præben. lib. 6. ꝙ laici nō possunt præscribere spūalia, etiam per tantum tempus, cuius initii memoria non existat, id quod etiam dicit Abb procedere in spiritualibus annexis, quæ non possunt possideri, nisi de priuilegio, c. de iure. ext. de iu. patr. Paris. consi. 25. Vidi consilium. 4. uol. Cuma consi. 83.

Verum his non obstantibus, ex quo laici per priuilegiū Papæ, & sedis apostolicæ possunt cum titulo, & legitimè possidere decimas, & esse capaces iuris decimandi per priuilegium, prout fuerunt effecti habiles, & capaces ante lateranense concilium, D. Anto. de Bur. Io. And. & alii in c. cum apostolica, de his, quæ fi. à præla. vñr tenere ꝙ possit iure prę scriptionis decima per laicum acquiri, ibi enim ponūt quæstionem, quòd laicus erat in possessione feudi decimalis, & ecclesia, quæ uolebat illas uendicare, dicebat ꝙ laicus illas obtinuerat, & possidebat post lateranense cōcilium, laicus verò dicebat, quòd obtinuerat ante concilium; & ibi cōclu
4 dunt doctores, ꝙ, si laicus † potest probare possessionē tanti temporis, cuius non sit memoria in contrarium, per talem probationem apparebit concessionem fuisse factam ante concilium lateranense, vnde ecclesia non vendicabit, sed laicus obtinebit non molestari; refert & sequitur Alexan. in consil. 9. primo volu. est decis. capell. Tolosan. num. 439. vbi glo. Sed Abb. d. c. cum apostolica. secundùm Ioan. And. ibidem, dicit, quòd id procedit duobus concurrentibus, si videlicet laicus possederit decimas tanquam vassallus, tanto tempore, & ꝙ sit fama, ꝙ illas habuit ante concilium, & cū ista opinione inquit transeunt hic ut plurimum docto. quæ vr opinio satis æqua, quia aliàs propter difficultatem probādi ueniret laicus suo bono iure priuatus; detentio tamen ēt
4 † per tempus imemorabile non habet uim tituli in laicis, sequitur Bald. consi. 418. præsuppositio. Paul. de Castr. consilio 138. dubium facit.

Sequitur Fely. d. c. causam. de præscri. 2. colu. vbi dicit, ꝙ licet spatium tanti temporis, cuius initii memoria non exstat in contrarium, idem operatur, quod priuilegium, c. super quibusdam, de ver. sig. tamen hoc non procedit, & fallit quando præscribens est incapax. per Abb. ibi, & in c. quanto, de consue. & per alios ibi per eum cumulatè citatos.

6 Sed † limita hoc, nisi cum possessione tanti temporis concurrat fama priuilegii decimarum obtēti, quia propter difficultatem probandi rem adeo antiquam, ne pereat ius partis, præsumitur pro priuilegio; subdens, & non dicas, quòd solum tempus hoc inducat, sed præsumptio priuilegii probata diuturnitate famæ; Imola, Bald. & Cardi. d. c. cum apostolica, ut ibi per eūdem Fely. ver. limita dupliciter. Sed Imola. d. c. cum apostolica dicit in uer. ulterius, quòd si laicus est in possessione feudi decimarum alicuius parochiæ, si ecclesia uelit illas uendicare, dicens quòd concesio est facta post concilium, & laicus e contra dicat factam ante, ꝙ secūdum Host. laicus probare debet, vel quòd ante cōcilium habuit,
7 vel ꝙ authoritate apostolica tenet, quia † ecclesia agens pro decimis sitis in districtu suæ parochæ habet suam intentionem fundatam de iure communi. d. c. ad decimas, subdens, & Io. And. & D. Ant. tenent, ꝙ si laicus probat, ꝙ in feudum eas possedit per tempus, cuius initii non existit memoria in contrarium, & ꝙ communis opinio uel fama est sic. ad glo. ad fi. in c. 1. de prę scr. in 6. ꝙ laicus obtinebit, subdens, & quo ad communem opinionem, & famam probandam potest intelligi, ꝙ communis est opinio, & fama, ꝙ illas semper tenuerit in feudum, uel potest intelligi, ꝙ est communis opinio, quòd habuit ante concilium, & quia D. Flo. dicit, quòd fortè ista non probabit de facili, ideo D. Anto. dicit, ꝙ sufficit, quòd alleget prę scriptionem tanti temporis, ꝙ non habeat initium, quòd uidelicet titulus sibi concessus fuit ante concilium, nam tunc præsumetur propter possessionem tāti temporis, est decisio capellę Tolos. numero 439. ubi glos. quæ multa ad hoc allegat; Sed est cautella, quòd ecclesia vē dicet decimam tanquam ad se spectantem, cum sit in sua parochia,

rochia nec dicat illam conceſſam laico poſt concilium, ne uideatur ſe aſtringere ad hoc probandum; nam conſtito ꝙ decima ſit in ſua parochia, laicus ſuccumbit, niſi probet illam ſibi conceſſam ante concilium, vel authoritate Papæ, vel niſi probet præſcriptionem tanti temporis, cuius initii non exiſtat memoria, & alleget conceſſam fuiſſe ante concilium. Subdens, nec obſtat quod laicus non præſcribit decimas etiam per tempus immemorabile, quia eſt illarum incapax, quia hoc caſu laicus non tenebit decimas ex præſcriptione, ſed ex vi præſumptionis, quia præſumetur illas adeptus tempore permiſſo, j. ante concilium lateranenſe, ex quo tanto tempore poſſedit. per Socy. conſi. 115. incip. dirigat. uer. nec obſtat particulariter. col. 5. num. 37. ubi recitat hanc opinionem tenentes, pro quo facit, quia non eſt uerisimile, quòd tanto tpe fuiſſet permiſſus in poſſeſſione, ſi non habuiſſet ius; vnde, inquit, dictum Hoſt. procederet, ubi poſſeſsio eſſet recens, non antiqua, vel ſi antiqua, non tamen tã tum, quòd non exſtaret initii memoria, ſecus ubi exſtaret memoria. Concludunt ergo Imo. & Ant. de But. ibi, quòd ſufficit, quòd probet laicus de poſſeſſione immemorabili, & alleget, quòd habeat titulum ante concilium Lateranenſe, nec erit neceſſe probare de aliqua fama priuilegii, vel ꝙ laicus poſſedit decimas antequam vaſſallus eccleſię, quia uolunt ipſi, quòd ſufficiat tempus immemorabile poſſeſſionis cum allegatione tituli ante concilium; hoc idem tenet Alber. in dictio. in uer. decima. uerſi. decima 7. ibi. Quid ſi neſcitur, ubi ſi neſcitur, an decima, quam poſſidet laicus, ſit de antiquis datis ante concilium, vel poſt, ꝙ ſi poſſedit ab immemorabili tempore; recognoſcendo eccleſiam, ut decet, præſumitur de antiquis, & quòd laicus poſſidens per tempus immemorabile decimas præſumatur de illis inueſtitus ante concilium, tenet Raphael. Cuma. conſil. 83. quia decimalis. Alex. conſi. 6. uiſo themate, & in fauorem laici in hoc articulo conſuluit Barba. conſil. 35. ſapienter, vbi dicit per communem doctorum opinionem in ca. apoſtolica, quòd
8 †allegatio tituli ante concilium cum poſſeſſione immemorabili circa ius decimandi ſufficit laico, & præſumitur nedũ titulus, & conceſſio, ſed & præſcriptio ante concilium, & ſic tempore habili. In hac opinione reſidet Franc. Balb. in tracta. de præſcrip. verſi. ſeptimò quæro. ad fi. quæſtionis, ſequitur. Iac. de Sancto Georg. in tracta. feud. in uer. cum mero & mixto. Alciat. decimo reſponſo. & Balb. d. loco. limitat præfatam concluſionem, ut procedat reſpectu eccleſiæ, in cuius præiudicium laicus decimas non præſcribit, ſed non reſpectu priuati; vnde ſi ſint, inquit, tales decimæ, quas laicus iuſtè poſſidet, ut quia de ipſis laicus fuit inueſtitus ante concilium, alius laicus bene poteſt eas præſcribere contra ipſum laicum tempore communi, quia de illis poteſt paciſci, per Card. conſi. 146. notum ſit, per Fely. d. c. cauſam. de præſcrip. Cuma. d. conſi. 83. & quòd ſola temporis immemorabilis poſſeſsio, ſiue fama de titulo ante concilium, ſufficiat, tenet Couar. Variar. reſol. de decimis. uerſi ſed ſi dubitatur, & ultra alios citat Ancha. & Card. c. cauſam. Rip. in c. 2. colu. fi. de iudic. quiquid inquit dicat Abb. cap. apoſtolica, & etiã Fely. d. c. cauſam. & in c. cum contingat. de fo. compe. quòd eſt neceſſaria probatio famæ; quòd laici decimas titulo habeant ante concilium; Subdens, illud tamen fortè requiritur, ꝙ ſaltem ex fama conſtet laicos titulo feudi decimas poſſediſſe, per Rip. d. c. 2.

Sed uide quod Rebuff. in materia dicit, quòd non eſt quærendum an infeudatio decimarum fuerit facta nec ne, quia cum infeudatio ſit facti, non præſumitur, ſed bene quærendum eſt à quo facta fuerit, & an qui fecerit, facere potuerit, l. ſi quæramus, ff. de teſtam. Immo à ſolitis præſumemus eas uſurpatas à laicis. cap. fi. de reſti. ſpol. in 6. ibi, quia eas occupaſſe iniuſtè ueriſimiliter præſumuntur, cap. quamuis. de decim. Subdens Rebuff. d. tracta. de decim. nu. 48. uerſic. & in
9 dubio, quòd in dubio †iudicare debemus id, quòd eſt animæ tutius, & ſecuris, cap. iuuenis. de ſponſal. ſed ſecurius eſt animæ iudicare decimarum uſurpationem, ut ſatisfaciamus, & eas reſtituamus, quas prædeceſſores noſtri iniu-
10 ſtè detinuerunt, ergo &c. ſubdens & ob hoc † credo multos in inferno cruciari, qui noluerunt decimas reſtituere, prout idem Rebuff. ibi nu. 7. uerſi. aduerte, refert de Carolo Martello qui obtinens victoriam contra ſaracenos, qui ab Hiſpania uenientes bona, & templa Galliæ deuaſtauerant, ac qua tranſierant, deſtruxerant, uolens de laboribus ſuis nobiles, & regni proceres recompenſare, non diſſentientib. epiſcopis decimas eiſdem nobilibus, & regni procerib. dedit, iurans ſe omnia eccleſiis, & maiora, ſi diu uiueret repenſurum. Quod non fecit, ſed eius ſacrilegii cã non multo poſt mortuus, eſt ad inferos delatus, ut ſe eum uidiſſe Beatus aſſerit Euclerius eps arelatem. magnæ ſanctimoniæ tunc temporis vir, & fuit eius cadauer ſepultum in æde S. Dioniſij, in cuius ſepulchro poſt aliquot annos ingens ſerpens fortè diabolus in ſpecie ſerpentis inuentus eſt, ex ſuo autem cadauere, & oſſibus nihil omnino iuuentum eſt, adeo ꝙ multi coniectabant eum cum corpore, & anima in inferno ob tale decimarum egregium, & ſcelestum facinus ſepultũ, ſubdens Rebuff. ecce magnum contra decimarum detentores exemplum &c.

11 Subdens idem nu. 16. uer. ꝙ decimæ, quia † cum decimæ Dei ſunt, & ſunt ſanctuarium Dei, ideo laici eas obtinere nõ poſſunt, quia ſunt illarum incapaces, & uſus decimarum, & oblationum, quia quod diuini iuris eſt, ad ſeculares oĩno peruenire non poteſt, c. fi. 16. q. 7. nempè Deus aſſignauit eas filiis leui, & ſic clericis, igitur laici à Deo optimo maximo illarum fuerunt facti incapaces uſque de tpe ueteris teſtĩ, & ſic ante concilium lateranenſe, quod ex poſt ſuperueniens non ſtatuit de nouo, ſed declarauit mẽtem Dei, quia ſemel Deo dicatum ad humanos uſus transferri nõ põt, c. ſemel. de reg. iu. & ea ratione ſtatuit concilium, ꝙ laici decimas in alium non transferant, quia laici eas uſurpauerant, quas cũ non facilè eccleſia poſſet ab eis recuperare, vt citius quàm poſſet ad eccleſias decimæ reuertentur ex illorum manib. adhibendo quod potuit remedium, ſtatuit, ꝙ in alios tranſferrè non poſſint, cogitans, ꝙ laici ſaltem in morte decimas ſuis eccleſiis relinquerent, cum in alios laicos transfer-
12 re non poſſent. Facit, quia laici †retinentes decimas ſunt excommunicati. c. 2. de reb. eccle. non alien. & ante ẽt decreta concil. later. fuerat ſtatutum, ꝙ laici eſſent incapaces decimarum, & detinendo decimas peccarent, habetur in decre. ad hæc, de decim. vbi ſtatuitur per Alex. 3. quòd decimæ laicis in feudum non dentur, & datæ per eoſdem ſtatim eccleſiæ reſtituantur, ſub excommunicationis uinculo, & illa decreta. emanauit ante d. concilium lateranenſe immo Alex. 3. fuit, qui concilium illud conuocauit Romæ paulò ante mortem ſuam. Immo etiam uſque tempore Vrbani in con
13 cilio Turonenſi id ſtatutum fuit, ut in †rubrica epiſcop. uel Abb. in uſib. feudo. ꝙ concilium fuit celebratum de anno 1090. Henric. Boich. in c. quamuis, de decim. Archid. c. fi. §. illas. de decim. in 6. vnde ſiue ſpectes tempus ante concilĩ, ſiue poſt, laici ſemper habiti ſunt incapaces iuris decimarũ, concludit Rebuff. ibidem nu. 23. uerſic. itaque. & in uer. ſeq. nota inquit quòd tex. in c. prohibemus, dicit laicos detinentes, quia laici verè dicuntur detinentes, non poſſidentes, qa non poſſunt poſſidere, quod eſt ucrbum iuris, l. poſſeſsio, ff. de acqui. poſſ. quia cum ſint incapaces, non poſſunt poſſidere, ſed cum non poſſideant, detinent, quod eſt facti, d. l. poſſeſsio. & l. ſtipulatio, §. hæc quoque. de uer. obli. ſubdens, & in tex. dicitur ꝙ in alios laicos non transferant pondera, ſi in alios, ergo prohibitum erat transferri in laicos cuiuſcũq; generis, quia indefinita æquipollet uniuerſali, l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. Vnde nec etiam in eorum ſucceſſores, etiam filios poteſt laicus decimas transferre, quia id non dicit concilĩ lateranenſe, & ſi id uoluiſſet, dixiſſet. Immo prohibuit, ne in eis ſuccedatur, cap. ad hæc, eo. & aduerte, quòd in tex. d. cap. prohibemus, ſunt verba, non poteſt, & negatiua præcedens importat neceſsitatem, & tollit omnino facultatem faciendi in contrarium, glo. in cap. 1. de regu. iur. unde eſt remota laicis omnis poteſtas transferendi decimas in quoſcunque laicos, etiam ſi ante concilium haberent, quia concilium loquitur de illis, qui habebant ante concilium, dum dicit, non transferant, quia non poterant præſagire de decimis, quas obtinerent deinceps, & propter verbum, aliquo modo, ille tex. excludit omnimodam translationem, puta feudi uenditionem, donationem, permutationem, emphyteuſim, conditionem, ut c. nulli. de reb. eccle. non alien. & cum prohibitio concilii aſtringat, tam dantes, quàm recipientes, extenditur tam ad detinentes ante concilium, quàm poſt, nempè ſi laicus donauerit decimas laico, uel in illis ſuum etiam filium inſtituerit, quia ille non poterit decimas recipere, immo ſi receperit tanquàm raptor bonorum Dei Chriſtiana carebit ſepultura, ſecundum Rebuff. d. loco. uer. oſtenditur nu. 30. ubi dicit, quòd iſte eſt verus intellectus. cap. prohibe-
14 mus, qui tandiu latuit, ſubdens † in lateranenſi eſt inhibitum concilio ne aliqua perſona religioſa decimas de manu laicorum ſine conſenſu epiſcoporum recipiat. c. cum apoſtolica. de his quæ fi. à præla. c. cum plantare. de priuileg. ſi religioſi non poſſunt recipere à laicis, multo fortius non poterunt laici recipere decimas à laicis, cum decimę ſint à Deo aſſignatæ ſacerdotibus ſolis, qui quotidie Deo ſeruiunt, quibus licet has decimas, & oblationes comedere, quia in ueteri teſtõ prohibuit dominus filiis Iſrael panes ſanctos comedere, niſi tantummodo Aaron, & filijs eius, ergo eſt dicẽdum, quòd nullo modo laici decimas detinere debent, & ſi
15 quis †prælatus uel ſacerdos laico decimam conceſſerit, à ſtatu ſuo, ſicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, c. quamuis. de decim. ut ibi per eum.

S V M-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Quinque requisita ad hoc, ut res dicatur solita infeudari.*
2 *Quantum tempus requiratur, ut res dicatur solita infeudari.*
3 *Consuetudo, quod res dicatur solita infeudari, minori spatio anno. xl. non ualet.*
4 *Actus quot requirantur.*
5 *Res consueta infeudari dicitur, quando sunt elapsi 40. anni, & quando ita bis fuit concessa.*
6 *Consensus capituli an requiratur ad ualiditatem consuetudinis.*
7 *Consentire quis debeat in alienationibus ecclesiæ cathedralis, & ecclesiarum inferiorum.*
8 *Consuetudo debet esse rationabilis, non autem grauosa ecclesiæ.*
9 *Bona fides præscribentium est quoque necessaria.*
10 *Solitum infeudari quomodo intelligatur.*
11 *Res solita infeudari non dicitur, nisi prima concessio sit ualida.*
12 *Res possessa, ut feudalis, in dubio præsumitur solita infeudari.*

QVAESTIO X.

Quæ requirantur, vt dicatur res solita infeudari.

SEd, quoniam prælatus solita tantum infeudari, solita emphyteuticari, & solita alienari, infeudare, & alienare posse uidetur, non solita verò, non nisi cum causa, & solennitate, & vt supra proxime, est necesse pro rei, & veritatis cognitione, & intelligentia scire, quare, & quomodo in hac materia intelligatur solitū, & quid requiraf ad hoc, ut quid dicat̃ solitum infeudari, emphyteuticari, & alienari; & Doctores fuidentur in hoc facere quinque requisita, videlicet, tempus, actus, consensus, consuetudo, bona fides, ista dicunt requiri, ut res dicatur solita infeudari, ut per docto. maximè Iac. de Belui. Lauden. & Cardin in cap. primo, qui feud. da. poss. & 2 sine istis non possit dici de iure solitum. Et circa † tempus, vt ad primum requisitum deueniatur, quantum habeat esse, videntur esse variæ opiniones, nam glo. in d. capit. primo. in verbo antiquitus, refert duas opiniones, una videlicet, vt non sit memoria hominum in contrarium, rem aliter processisse, alia quòd sufficiant. 30. anni. l. j. in fin. cum l. sequen. de aq. plu. arcen. Azo & Nicol. de Neap. quòd sufficiat tempus. 30. anno. l. competit, & l. omnes. C. de præscri. 30. vel 40. anno. Iac de Beluis. d. cap. 1. requirit spatium 40. anno. quia cum infeudatio sit alienatio, l cum non solum, §. filius, C. de bono. quæ lib. cap. nulli. de reb. eccle. non alien. ext. ad inducendum talem consuetudinem tantum tempus uidetur sufficere, quia tantum sufficit ad alienationem rerum ecclesiasticarum. authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. sequuntur istam opinionem Iserni. Lauden. Cardin. d. cap. 1. qui feud. da. posl. Imo. in c. 2. de feud. Bald. in l. de quibus, 14. col. de leg. Sed Bald. in d. capit. primo. distinguit, aut talis infeudatio est manifestè vtilis ecclesiæ, & præscribitur 30. anno. aut manifestè damnosa, & præiudicialis, & requiritur tẽpus immemorabile, uel sumus in dubio, & tempus 40. ann. requiritur. Aluarot. d. c. 1. in fi. cum seq. ista opinio Bal. non placet Martin. Laud. nam quòd ualeat consuetudo damnosa ecclesiæ per tempus immemorabile est contra tex. in capitulo. 1. de consuet. lib. 6. qui text. limitat iura loquentia de præscriptione tanti temporis, ubi nõ sit minus ecclesiæ onerosa, & quod Bal. dicit de 30. ann. dicit, quòd indistinctè ad præscribendum rem ecclesiæ requiritur, & sufficit tempus 40 anno. Bertran. Capri. d. cap. primo, concludit, quòd ad talem consuetudinem inducendam sufficit tantum tempus, per quod populi consensus deprehendatur, & deprehendi possit, l. de quibus. de leg. & cum id non reperiatur in iure expressum, residet arbitrio iudicis, l. 1. §. fin. ff. de iure delib. Vnde cum istæ sint opiniones doctorum in materia consuetudinis traditæ per doctores in l. 1. & 2. C. quæ sit long. consue. & d. l. de quibus, & c fin. de consuet. & nil noui, & nihil specialiter reperiatur in nostra materia, ex quo ista consuetudo infeudandi est in præiudicium ecclesiæ in rebus, quæ sunt de mensa, & non infeudari solitis, quòd secundum cõmunem opinionem doctorum in allegatis locis non ualeat 3 †ista consuetudo, nisi per spatium 40. anno. quæ opinio est communis doctorum in nostra materia, ut per doctores in antedictis locis.

4 †Circa vero actum, uel actus, qui requiruntur esse facti in tali materia, quod est secundum requisitum, uidetur quòd requirantur saltem duo actus facti, idest, quòd saltem bis per vnum prælatum, vel per diuersos res fuerit infeudata, p Iac. Ardiz. in summa, in rubrica, qui poss. dare feud. Belui. in cap. primo. qui feud. dar. possu. vbi Aluarot. Lauden. Cardi. Imola. cap. 1. de feud. 14. colum Alex. consil. 9. 3. uolum. & consi. 5. 5. uolum. D. Andre. de Iser. cap. j. qui feud. da. possu. tenet quòd vnicus actus sufficit cum cursu 40. ann. Bertran. Capri. in d. capit. 1. quòd sit arbitrarium indicis, an unicus actus sit talis, quòd deprehendatur tacitus consensus capitu li. Tamen ego concluderem secundum quod concludunt doctores communiter in materia consuetudinis, quòd non sufficiat vnicus actus, sed duo requirantur, ex quo iura requirunt frequentiam actus, etiam si actus sint notorii, ut per Barto. & alios, d. l. de quibus, vt per Ias. ibidem. colum. 12. latè per Abb. in c. fin. de consuet. colum. 13. versic. dubitatur, ubi tenet, quòd vnicus actus sufficit, si habet tractum successiuum ad ann. 40. per Aflict. decis. 305. nume. 10. Io. Francis. Bald. in tracta. de prescrip. prima parte princi. 20. & ultima. q. Bertachin. de episc. 4. parte. quarta limitat. 12. q. versi. ulterius quæro. nume. 55. Iason consi. 155. colum. 2. uersic. quarto facit, & consilio 196. secunda colum. versic. vnde succe-
5 dit, & d. consilio 155. dicit, † quòd res consueta infeudari, dicitur tunc, quando sunt elapsi 40. anni, & bis ita fuit concessa. ita per Iac. de Beluis. quem referunt, & sequuntur canonistæ in capitu. ex parte. de feud. Alexã. consilio 374. uiso themate. Bal. in l. de quibus, de leg. 18. colum. versicu. quæro ergo quantum tempus requiratur. Rapha. Cuman. consilio 129. incip. quædam possessio erat solita dari in feudum. Andre. de Iserni. cap. 1. de his qui feud. dar. poss. quòd ista consuetudo non est præscripta, nisi spatio 40. ann. secundum canon. secundum ius ciuile 30. quibus fures, & latrones sunt tuti, & sic oportet quòd 40. anni sint lapsi, quòd quis tenuit in feudum rem, etiam si semel tantum hoc tempore data fuerit in feudum, aliàs non esset consuetudo, c. cum ecclesia, de causa poss.

6 Quoad consensum autem, quod uidetur tertium requisitum, & videtur omnino q̃ ad validitatem consuetudinis requiratur consensus capituli expressus, aut saltem tacitus, vt est de mente præfatorum doctorum, & præsertim Lauden. Aluarot. Cardi. in d. c. j. qui feu. da. poss. per Alexan. consi. 9. 3. vol. si tamen prælatus non habet capitulum: pura, quia propter guerrã ecclesia est destructa, tunc recurritur ad Abbatem & alios in c. 1. de his quæ fi. à præla. in illa qõ. cuius consensus requiratur in alienatione rei ecclesiæ inferioris collegiatæ, ut illius requiratur scĩa, & consensus præsumptus, cuius authoritas requirebatur ad alienationem, quia loco canonicorum adhibebit cõsensum aliorum honestorum clericorum, argum. 55. distinc. si fortè, 17. q. 4. cap. nullus, ut per Abba. in cap. primo, de his quæ fi. à prælat. vbi etiam ponit,
7 quis † habeat consentire in alienationibus ecclesiæ cathedralis, & ecclesiarum inferiorum, quòd videlicet in cathedralis consentiat capitulum, in inferiorum autem est episcopus. qui alienat, & tunc collegium, si sit collegiata ecclesia, ꝙsentiat, vel rector, si nõ sit collegiata; si verò non sit ipse episcopus, qui alienat, sed sit collegium, facit de authoritate episcopi; si verò non sit collegiata, rector alienat cum authoritate episcopi.

Quarto requiritur consuetudo, quæ consuetudo debet
8 esse rationabilis, non damnosa, aut grauosa ecclesiæ † nimis. per tex. in c. fi. de consuetudi. tenent Iac. de Belui. Laud. Cardi. in c. 1. qui feu. da. poss. Alex. in d. consi. 9. 3. vol. & damnosa intelligitur diuersimodè.

9 Quintum requisitum est, b ona fides præscribentium. per tex. in c. fi. de consuet. c. 1. eod. titu. in 6. & glo. in c. pen. eod. tit. & lib. Abb. in c. cũ ecclesia sutrina, de causa pos. & propri. 12. col. per Iac. de Belui. Martin. Laud. & Cardi. in d. c. 1. qui feu. da. poss.

10 †Istam materiam rei solitæ infeudari intellige, & declara ut per Cardi. d. c. j. & Pau. de Cast. in consi. 134 incip. viso. ꝙ cum dicimus solitam infeudari, aut nitimur ex aliquo statuto superioris, & tunc solum & vnicum statutum sufficit, si statutum sit conditum ab potestatem ad id habente, per Bald. in Auth. si quas ruinas, C. de sacros. eccles. Aut innitimur ex sola, & simplici consuetudine, & tunc omnia supradicta quinque requisita sunt necessaria. Aut constat, quòd semel res fuit licitè, & solenniter infeudata, & quòd infeudatio est facta legitimè, puta cum interuentu Papæ authoritatis, & interuenerunt alia requisita in alienatione ecclesiastica, & tunc non requiritur aliqua consuetudo, nec quicquam aliud, probatur. c. 2. de feu. c. j. epi. vel abb. Imo. l. j. vbi Bar. C. de imponen. lucra. descrip. lib. 10. idem Bar. in l. pater. §. quindecim. de leg. 3.

Vnde procedit, quod dicitur de re solita, aut quando vna præcessit legitima infeudatio, aut præcesserunt ad minus duæ illegitimæ cum bona fide eorum, qui acceperunt, concurrente spatio 40. anno & intelige quod dicit Alexand. in
11 dicto consilio 9. quod † ad hoc, vt dicatur res solita infeudari, oportet quod prima concessio sit valida, quia intelligitur, vbi vna tantum præcessit, vel non concurrit tempus 40. annorum. Et præfata intelliguntur, vbi constat de initio

Source : BIU Cujas

12 tio conceſſionis,& de progreſſu, ſed cùm † ſumus in dubio, ſi eſt,& fuit res poſſeſſa,vt feudalis, præſumitur ſolita infeudari.per ea,quæ habentur in c.cum apoſtolica.de his quæ fi.à præla.& in l.qui in aliena.ff.de acquir.hære.tangunt Laud. & Card.in c.1.epiſco. vel Abb. quinimmo per ſolum vnicum actum prælatus dicetur eſſe in poſſeſſione infeudãdi, c.cum eccleſia ſutrina,de cauſa poſſeſſ.& propri.Iſer.in c.1. qui feu. dar.poſſ.vbi dicit, ꝙ ius æquius,& vtilius ſtatuit pro eccleſijs, vt tunc prælati,& rectores earum infeudent, quando cõſueuerunt;vnde ſi præceſſores cõſueuerunt in feudum dare, ità ꝙ conſuetudo dandi erat inducta,& ſi vnus prædeceſſor nõ dediſſet,poſſet ſucceſſor dare,arg.eor. quæ not. de lega.cum de conſuet. niſi a prædeceſſore fuiſſet illud feudum retentũ in dominio per 30. ann. quia eo caſu erit inducta cõſuetudo non dandi per tantum tempus, quia immutatur rei conditio,quia & perſonæ,ſi tanto tempore quis curiæ ſeruiuiſſet, & tanto tempore acquiritur ius vaſſallagij;item ſecus, quando prædeceſſorum quidam cõceſſiſſent rem in feudum,quidam non,arg. ff. de alim.& cib.l.Mella.§. ſed ſi,nam inſpicit, quid ultimus prædeceſſor fecerit per 30.ann.& ſi bis, aut ter data eſſet res in feudum, duæ vices facere videntur conſuetudinem.l.3.C.de epiſc.aud. & per hoc probatur quaſi poſſeſſio, ſcilicet ꝙ ſit in quaſi poſſeſſione cõcedendi rem illam in feudum,& idem Iſern. ibidem paulò ante dicit, ꝙ ſi prælatus tempore ſui introitus ad eccleſiam inuenit feudum apertum in vero dominio,quia nondum erat a prædeceſſore conceſſum alteri,dummodò aliàs ſit datum in feudum, dabit & ipſe in feudum,nam ſufficit prelato inuenire, ꝙ fuit data res in feudum,& ꝙ feudum eſt apertum,nam dabit & ipſe.

SVMMARIVM.

1 *Quinquageſima pars prætij,uel æſtimationis rei in emphyteuſim conceſſæ domino ſoluitur.*
2 *Exempti a muneribus propter filiorum numerorũ,an excuſentur a quinquageſima.*
3 *Quinquageſima in aliquibus locis minuitur,& in aliquibus locis laudemium appellatur.*
4 *Laudemium ſemper debet ſolui domino directo, etiam ſi ſecundus emphyteuta alij uendat.*
5 *Emphyteuta ſi duobus ſoluit,cui debeatur laudemium.*
6 *Dominus prior ſemper eſt requirendus.*
7 *Quid ſi non apparet,quis dominus ſit prior, aut maior.*
8 *Contractus ſi reſolutus fuerit, an domino duplex laudemium debeatur.*
9 *Redimens rem ex pacto de retrouendendo tenetur etiam ad laudemium ſolutum per emptorem.*
10 *Venditor pro retrouenditione, quæ fit, an teneatur ad aliud laudemium* 11.
12 *Laudemium non debetur domino directo ad ratam prætij communis æſtimationis fundi uenditi cum pacto de retrouendendo.*
13 *Emphyteuta ſi uendat domino directo non tenetur ſoluere laudemium.*
14 *Laudemium an debeatur domino proprietatis, uel domino uſusfructus.*
15 *Fructus eſt utilitas ex re uel propter rem proueniens.*
16 *Inueſtitura ex inductione in poſſeſſionem noui emphyteutæ nõ poteſt per ſubſtitutum adimpleri.*
17 *Clauſula,pro ſe ſucceſſoribus ſuis,& cui dederit,quid operetur in hac materia.*
18 *Laudemium debetur etiam de ædificio ab emphyteuta ſuperædificato.*
19 *Laudemium an debeatur ex contractu nullo.*
20 *Laudemium non debetur ex contractu conditionali ante euentum conditionis.*
21 *Laudemium non debetur ex diſtractu.*
22 *Laudemij exactio non requirit traditionem rei, nec prætij ſolutionem.*

QVAESTIO XI.

De laudemijs pro alienationibus,& inueſtituris ſoluendis.

SI verò per emphyteutã fiat aut venditio,aut permutatio, vel ceſſio, vel iuris ſui emphyteutici,uel ſuorum melioramentorũ, quæ græco vocabulo emponemata tex.appellat,alicui alteri,domino directo pro conſenſu,quem præſtare debet pro inueſtitura nouo emphyteutæ facienda pro accipiendo eundem in emphyteutam ſuum,& ſuum debitorem,pro ſubſcriptione ſua, & pro immiſſione illius in poſſeſſionẽ, pro noua inueſtitura nouæ perſonæ facienda, & quia inuitus cogitur nouum debitorẽ recipere contra formam iuris,in qua receptione ne forte af-
1 ficiatur damno,ſolui debet quinquageſima † pars prætij, uel æſtimationis rei in emphyteuſim conceſſæ, & ſic ad rationẽ duorum pro centenario, per Fulgo. conſi.6. Aret. conſi.41. Alex.conſi.5.& 123.lib.5.Brun.conſi. 44. ubi declarant † etiã, an ab iſta quinquageſima excuſentur illi,qui propter numerum filiorum a muneribus realibus excuſantur. per Cagnol. in l.2.C.de pact.inter empt.q.82.ult.uerſi.per tex.in l.fin.§. & ne auaritia.C.de iure emphyt.per glo. ibi in verbo prętij, & in verbo æſtimationis,quę inquit hoc dari pro renouatione: quæ quinquageſima hodie ſecundùm conſuetudinem eſt reducta ad trigeſimam.per Hoſt in ſumma, de loca.§. quid ſit, uerſi.& dominus, ubi dicit, ꝙ non licet domino occaſione iſta exigere ultrà quinquageſimam partem prætij, vel æſtimationis loci, qui ad aliam perſonam transfertur, loco cuius quinquageſimæ quaſi generalis conſuetudo trecentum induxit,tantùm enim in quàmplurib.locis accipitur pro laudiſſimo &c.ſed Io.de Imola.in c.potuit,extra loc. colum.7. uerſi.item quando fit donatio,ſecundum Cyn. quem ibi adducit in l.fi.C.de iure emphyt.ait,ꝙ illud, quod dicit de quin
3 quageſima † ſoluenda, quando confertur emphyteuſis in alium,de conſuetudine in aliquibus locis non ſeruatur, & in aliquib. locis minus ſoluitur,quàm quinquageſima, quæ in aliquibus partibus appellatur laudemium; quia forte dat̃ pro laudatione,& approbatione, quam facit dominus recipiendo nouum emphyteutam. In aliquibus verò locis nihil ſoluitur,ut ibi per eundem:in aliquibus locis, uel eccleſijs vidi ſolui quinque pro centenario valoris rei; in aliquib. plus, in aliquibus minus, & uariè ſecundùm locorum uarietatem.

Et ꝙ ex uenditione,quã facit emphyteuta, uel de iure emphyteutico ſuo,uel de melioramentis ſuis quinquageſima, ſiue laudemium ſolui debeat domino directo,vltra tex. in d. l.cum dubitabatur.C.de iure emphyt.in verbo prætij, qui dare dicit,per glo.ibi,quæ exponit prætij, ideſt quando uendit, & ibi Doctor.habetur Specula.de loca.§.nunc aliqua, uerſi. centeſimò quæritur,vbi dicit ꝙ ſi emphyteuta uolens vendere vel ius ſuum, uel ſuas meliorationes, denuntiat eccleſiæ, quæ ſi ei det licentiam vendendi, & dicat ei,vende in nomine domini,quia volo quinquageſimam, tunc libere nihil vlterius expectato poteſt vendere. Et per eũdem in uerſi. 104. quæritur ſi eccleſia cõcedat prædium alicui, vt reddat eccleſiæ quartam partem fructuum, ſi uendit ius ſuum non tenetur requirere conſenſum domini, nec dominus habebit pro ſubſcriptione,aut confirmatione contractus laudemium,ſecundum inquit ſententiam ruſticorum,qui dicere ſolent, ꝙ taſca ſeu quarta pars dominium non importat, nec pro ea laudemium debetur,ſed id non procedit,ſi conceſſio prædij fuerit,inquit,emphyteutica,& contractus emphyteuſis. Vn-
4 de domino directo ſemper debet ſolui laudemium, etiam ſi ſecundus emphyteuta vendat alteri emphyteuſim, quia domini directi ille tertius emptor debet habere cõſenſum. per Spec.in §.nunc aliqua.uerſi.126.laſ.in l.fi.C. de iure emphyt. col.12.uerſi.8.quæro.num.48. Subdens ibidem d. uerſi. 104.
5 Spe.ꝙ ſi emphyteuta, qui mihi † ſoluit annuatim duodecim denarios cenſuales, & tibi certam partẽ fructuum, velit ius ſuum alteri vendere,ꝙ in ſolutione laudemij, & cui debeat ſolui laudemium,mihi ne,an verò tibi,inſpici debet, quis noſtrum ſit primus, ideſt quis noſtrum primus emphyteuſim conceſſit, quia inquit poteſt bene eſſe,ꝙ ego dedi alicui in emphyteuſim pro certa penſione, & ille poſt de conſenſu meo conceſſerit alteri, retenta ſibi redituum certa parte, quo caſu a me eſt conſenſus requirendus,& laudemium mihi ſolui debet. Et ecõtra,eſt poſſibile, ꝙ tu dederis mihi rem in emphyteuſim, retinendo tibi loco conſenſus quartã partem,& ego poſt de tua uoluntate alteri conceſſerim, mihi annuam penſionem retinendo, quo caſu in euentum, ꝙ ſequatur emphyteuſis alienatio, tu ad conſenſum præſtandum requiri debes,& tu habere debes laudemium,quia ſem
6 per † maior, ſiue prior dominus requirendus eſt. Sequitur Iaſ.in l.fi.C.de iure emphy.colum.11.uerſi.6.quęro,ubi addit vlterius alium caſum,quia poteſt eſſe, ꝙ ego conceſſi tibi rẽ in emphyteuſim,vt mihi ſolueres 12.denarios annuos, & Titio quartam partem fructuum, & iſto caſu ego deberem habere laudemium; ſubdens ꝙ deciſio Specul. eſt quando ſumus in caſu,in quo apparet, quis noſtrum conceſſit in emphyteuſim, quia conceſſor debet ipſe habere laudemium; Sed quid in dubio quando non apparet, quis noſtrum con-
7 ceſſit,& ſecundum † Ioan. Fab.& Specul. teneo, ꝙ in dubio utrique eſt ſoluendum, & ab utraque conſenſus requirendus.

Et,ſi emphyteuta vendidit emphteoſim, & poſt ſit reſolutus contractus,puta conſenſu iplarum partium,an pro renouatione domino competit duplex quinquageſima,aut du-
8 plex laudemium, tanquam † pro duabus venditionibus, an uerò pro una;uel melius ſit dicendum, ꝙ dominus teneatur reddere laudemium,quod primo recepit, tanquam ꝙ ceſſet cã,ob quam recepit,remittit ſe Iaſo.ad dicta Gul. de Cun. & Alber.in l.ab empt.ff de pac.ubi Caſtr.dicit, ꝙ ſi dominus rei

Source : BIU Cujas

emphyteuticæ concedat licentiam vendendi ſaluo iure laudemij ſui, quia debet aliquid recipere pro laudatione, & emphyteuta vendat, poſtea reſoluatur, an inquit debebit habere ſemel, vel bis, aut nihil; & inquit. ſi quidem ſit facta reſolutio, vt ex tunc, quia fingitur non facta, & tunc nihil debebit habere, ſi verò ex nunc, tunc ſi eſt ſimplex reſolutio, debebit ſemel habere, & ſi eſt nona venditio, debebit habere bis, & hæc inquit colliguntur ex dictis Gul. hic, vbi Bart. & Ias. ℭ ſi reſolutio fiat ipſo iure, non ſoluitur, & ideo ſi contractus deficiat, quia conditio adiecta non venit, ex quo nullus eſt contractus, nulla gabella, nullum laudemium ſoluitur. Si vero res ematur cum pacto de retrouendendo, tunc, quia reſolutio non fit ipſo iure videtur eſſe ſoluendum laudemium, Purpurat. ad Ias. d. l. fi. C. de iure emph. col. 13. uerſicu. vndecimò quæro. & Cagn in l. 2. C. de pact. inter emp. q. 82. poſita quæſtione, ℭ quidam emit rem emphyteuticam cum pacto de retrouendendo infra 10 annos, & perſoluit laudemium, vē-
9 ditor volens redimere deponit prætium quærit an vltrà prætium teneatur & laudemium ſoluere emptori, vbi poſt multa in contrarium adducta tenet, ℭ laudemium ſolutum emptori reſtitui debet, quia aliàs in dāno & iactura remaneret, tenet Tiraq. de retract. conuent. §. 6. glo. 2. uerſic. ſed quid de
10 laudemijs. nu. 3. & uerſi. antecedenti. nu. 2. Subdens † Cagn. ℭ pro retrouenditione, quæ fit, tenetur iterum venditor ſoluere laudemium. ſecundùm Iac. de S. Georgio, ſed ſecundum theoricam Alberici, Ang. Pauli Caſt. cum ſit ſimplex reſolutio, non noua uenditio, ſemel tantum laudemium debeē, vn
11 de inquit in terminis illius legis, cum fit reſtitutio, non autē noua uenditio, non noua emptio, ſemel tantum ſoluitur laudemium, vbi ad euitandam geminatam ſolutionem laudemij dat cautellam, vt non fiat pactum de retrouendēdo fundum reſtituto prætio, ut ibi per Cagn.

12 Subdens idem d l. 2 q. 89. ℭ ſi ſit facta venditio fundi cum pacto de retrouendendo, laudemium non debet ſolui ad ratam prætij cōis æſtimationis fundi, & ad ratam centum, ſi cē-tum fundus communiter æſtimabitur, quia debet habere reſpectum ad pactum de retrouendendo, & ad onus dicti pacti, quod facit fundum minus valere ratione oneris annexi, & prætium, quod reperietur, communiter inſpecto & conſiderato illo onere taxandū erit, & de prætio illo taxato erit ſoluendum laudemium, quia laudemium ſoluitur de prætio rei emptæ. l. fi. C. de iur. emp. & cōſequenter ſi minus erit prætium, minus laudemium. Sed an in caſu venditionis factæ cum pacto de reuendendo, pendente tempore facultatis redimendi, debeatur, & peti poſſit laudemium, Tiraq. d. loco tenet ℭ non, quia ex venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem non debentur laudemia, donec venditio pura, aut irreſolubilis ſit facta, per Petr. Iac. quem allegat in tit. de actio. in rem, pro re emphyt. Guid. Papa deciſio. 48 eſt etiam advertendum, ℭ tale pactum verbis directis in contractu venditionis appoſitum ipſo iure contractum reſoluit, & facit illum haberi pro infecto. gloſſ. & Doct. in l. ab emptione. ff. de pact. & ex contractu hmōi non ſoluitur laudemium, vt dicimus infrà uerſicu. Sed quid ſi res emphyteutica.

Si vero per emphytentam ipſi domino directo venditur ius emphyteuticum, vel venduntur meliorationes, tunc qui-
13 dem non ſoluitur laudemium, † nec per eum in prætio quinquageſima retinetur, quia quinquageſima debetur propter conſenſum præſtitum emphyteutæ in tertium alienanti. l. 2. C. de iur. emph. uerſi. & ne auaritia. ubi Alber. Item ex eo qa dicit tex ℭ cum dominus uelit emere, tātum ſoluere debet, quantū emphyteuta ab alio inuenit, in d. tex. uerſi. & ne hac occaſione, ℭ non eſſet, ſi dominus quinquageſimam retineret, Alber. in l. ℭ ſi vno. ff. de in diē adiect. & per alios, quos refert Ias. d. l. fi. tenentes, ℭ cum quinquageſima ſoluatur domino pro noua inueſtitura, & pro receptione noui emphyteutæ, in qua receptione forte dominus afficeretur damno propter mutationem perſonæ, & quia in hoc grauatur, quia nouum debitorem inuitus recipit, quod eſt contrà ius commune l. ſi mandato, in prin ff. mand. quod non ſoluitur in caſu, quando dominus emit, in quo omnia ceſſant.

14 Sed multi tenent, ℭ laudemium, † quod ſoluitur ꝓꝓ renouationem debitoris, emphyteuta vendente, uel cedente, nō videtur deberi domino proprietatis, ſed domino vſufructuario, per Io. And. in Spec. §. nunc aliqua. uerſi. 93. quæritur. de loc. uerbo qui tabernas, ubi dicit, ℭ ſi ſit legatus vſusfructus omnium bonorum ſitorū vltra flumen, inter quę bona adſit emphyteuſis, ℭ vſufructuarius debet habere prætium renouationum. l. uſufructu legato. §. 1. & 2. & l. item ſi fundi. ff. de de vſufr. lega. quia inquit conſtat iſtas obuentiones contineri appellatione bonorum. l. bonorum. ff. de verb. ſign. & fru-
15 ctus eſt utilitas ex re, vel propter † rem proueniens, l. fructū. ff. de reg. iur. & licet tempore legati facti nō debeantur actualiter, tamen ſpe debentur. l. ſpem. C. de dona. l. multum interreſt. ff. de hære. aut actio. uend. etiam quia uſufructuario debetur omnis utilitas etiam ex incorporalibus proueniens, etiam ſi de quinquennio in quinquennium proueniret, & ubi debetur omne proueniens ex obligatione conuentionali, ſic & omne quod prouenit ex obligatione legali deberi debet, quia non eſt minoris efficatiæ; & quod debetur ex renouatione inueſtituræ, videtur nouum incrementū legato impoſitum, quod detectum legatario cedit. l. fi. de uſufru. tenet Oldr. conſi. 24. quod domine Huber. de Cun. loquens de patre vſufructuario rerum aduentitiarum filiorum. l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. Alber. in l. uſufr. lega. col. 2. uerſic. item quæro. ff. de uſufr. & in rubrica C. eo tit. Caſtr. qui tamē nō firmat in l. 2. C. eo. tit. Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum. col. pen. ſol. mat. Tiraq. de retractu. §. fi. tituli. 1. uerſic. ex quo noſtrates. num. 106. ubi id firmat per multas auctoritates, & iura quæ cumulat, eſt de hoc communis opinio ut per Socyn. conſi. 70. num. 31. lib. 3. Refert Iulius Clarus §. emphyteuſis. lib. 4. q. 23. uerſi. fi. per Guid. Papæ deciſi 477. vtrum proprietarius, ubi habetur ℭ ſi ſit proprietarius, & uſufructuarius, proprietarius eſt qui debat laudare & inuestire, ſed laudes pertinebunt ad uſufructuarium contra Ias. d. l. fina. col. 12 uerſi. 8. quæro. C. de iur. emphyt. ubi allegat glo. & Spec. ſed pro hac opinione faciunt ea quæ deduco in ſequen. quia cum laudemium ſoluatur pro eo, ℭ dominus directus recipit nouum in emphyteutam debitorem, illum inueſtit, inueſtituræ conſentit pro ſubſcriptione, pro labore inueſtituræ pro ponendo in poſſeſſione, Guid. Papa. deciſi. 101. ſi quis rem, qui labores, & qui actus debent explicari per ipſum dominum, nec poſſunt per ſubſtituram perſonam, vel procuratorem adim-
16 pleri † notabiliter glo. in l. 1. ff. de de procu. in verbo vel nollunt, in fi. Ias. l. fin. C. de iur. amp. in principio, ubi dicit ℭ dominus tenetur nouum emphyteutam inueſtire non per procuratorem, ſed per ſe ipſum; vel per literas, aut per aliam ſcripturam teſtes habentem &c. vnde domino directo, non vtili laus deberi videtur.

Sed quid ſi emphyteuta vendat, aut alienet emphyteuſim, vel melioramenta de voluntate domini, puta, quia ſic conuenit, aut ſic pactum fuit inter eos per clauſulam in inſtrumento, pro ſe, & ſuis hæredibus, & cui dederit, apponi ſolitam, an iſto caſu, quia ſecundus emit a primo de conſenſu domini, requiratur alia renouatio, alia inueſtitura, & an requiratur ſolutio laudemij, & videtur, ℭ non, id expreſſe tenet Ioan. de Anan. conſi. 90. quia dubium, Anch. conſ. 63. motiua iudicis, ſaquitur Ias. l. fi. col. 10. uerſic. ſed antequam C. de iure emp. Contrarium videtur verius per Saly. d. l. fi. col. 1 uerſi. ſed iuxta primum. Socyn. iunior conſi. 70. num. 11. & poſt numerum 27. lib. 3. dicit eſſe communem opinionem, & eſt ratio, quia ſolutio laudemij fit propter nouam inueſtituram, vnde nihil refert, an primus emphyteuta potuerit vendere domino irrequiſito, aut non, ſed ſolummodo an nouus acquiſitor opus habeat noua inueſtitura, vel recognitione a domino directo, ſequitur Iulius Clarus. §. emphyteuſis. lib. 4. ſent. q. 23. uerſi. ſed quid ſi, habetur per Bal. d. l. fin. uerſi. ſed iuxta, ubi dicit, ℭ licet per illa verba, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, & cui dederit, emphyteuta poſſit alienare ſine conſenſu domini, quia verba debent aliquid operari, tamen inquit fateor, ℭ
17 per illa uerba † non intelligitur facta remiſsio quinquageſimæ; quia, licet alienetur ſine nouo conſenſu, tamen ſoluitur, & ſolui habet quinquageſima, & ſecundum iſtam doctrinam Bal. ego obſeruo prædicare. Et nedum ſoluitur quinquageſima, ſiue laudemium de valore areæ, ſiue loci primo in em-
18 phyteuſim conceſſi, ſed etiam ſoluitur † de valore, ſiue de æſtimatione ædificiorum ſuperędificatorum; nam ſi dedi alicui in emphyteuſim aream parui valentem, ſuper qua ſunt ædificata ædificia magni valoris, puta palatia, turris. aut ſimilia, quia ædificium cedit ſolo, l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperfi. &, quia ſuperficies eſt pars loci, debet ſolui quinquageſima, uel laudemium valoris, & æſtimationis nedum areæ ſed & ſuperficiei, & ſuperædificatorum omnium, tenet Ias. d. l. fina. col. 11. uerſic. 4. quæro, quod dicit verum, ſaluo niſi inter dominum directum, & emphyteutam pactum in inſtrumento inueſtituræ fuiſſet appoſitū, vt apponi ſolet, ℭ ſuperficies, & illud quod per emphyteutam fuiſſet ſuper dicta area ædificatum, eſſet, & eſſe deberet proprium dicti emphyteutæ, & illud emphyteuta iure proprio teneret, & tenere haberet, quia eo caſu quinquageſima tantum valoris, & æſtimationis nudæ areæ, & loci, deducta ſuperficie, ſolui debet, iſtud enim pactum, & iſta conuentio eſt contractus licitus.

19 Sed quid ſi res emphyteutica † ſit nulliter vendita, nulliter conceſſa, & alienata, an ex tali nulliter facta conceſſione debeatur domino laudemium, & videtur ℭ non, quia ex contractu nullo, nulla debet ſolui gabella, quæ a ſtatuto de omni contractu ſolui iubetur, dicunt Bartol. Bald. & Paul. de Caſtr. l. ultima. §. ſin autem. C. com. de leg. ubi etiam Corn. & Ias. col. 2. per Bald. in l. non dubium. 2. nor. & ibi Fulg. col. 10.

& Ias.

Source : BIU Cujas

& Iaſ col.2.C.de leg. & ꝙ ex contractu nullo non debeãtur laudemia, dicit per verba expreſſa. Ioã.Fab.d.l.ultima. col.2. verbo in irritum, & in l.1.C.quand.licc. ab emption.diſced. Refert Tiraq.de retract.§.1.gloſſ.2.§.ſed alia,nu.7. ubi multa cumulat.

20 Nec† minus videtur deberi laudemium, ſi venditio, vel alienatio,aut conceſſio ſit conditionalis,ante euentum conditionis.per Guid.Papa.conſi.126.de anno domini,ſecundò dubio,refert & ſequitur Tiraq.de retract.§.1.glo. 2.uerſi.ex quibus fit.nu. 22. quia de huiuſmodi contractu non debetur Gabella,nec etiam de legatis conditionalibus, ſtatuto iubente gabellam ſolui de contractu,& legato,Bar.in l.cum Titio. ff.ad l.fal. Bal.in annalibus.C.de leg.Soc.ſequitur & refert.l.1. 2.col.uerſi.ex quibus.ff.de vulg.& pup.

21 Nec minus videtur ſoluendum laudemium ex diſtractu, ſiue quando partes ſponte diſcedunt a contractu reſtituta vi ciſſim inter ſe re,& prætio,de ſecundò diſceſſu, ſiue diſtractu non debetur laudemium,nec altera gabella, etiam ſtatuto iubente,Guliel.de Cun.Alber.Ang.Paul.de Caſt. in l.ab empt. ff.de pact.Tiraq.de retract.§.1.glo.2.uerſi.nam quod ad hoc. nu m.39.

22 Nec ſecundùm aliquos exactio laudemiorum requirit rem eſſe traditam,& rei traditionem ex venditione ſequutã vel prætium eſſe vel non eſſe ſolutum,quia ad perfectionandam venditionem,quæ ſolo conſenſu perficitur,nõ videtur neceſſarius actus traditionis,Fran.Aret.in l.ſi fideiuſſor.§.meminiſſe.col.2.uerſi.ſuper ſecundo.ff.de leg.1.dicit Tiraq. ubi ſupra uerſi.ego verò ſcio.nu.48. ꝙ dominus põt petere laudemium ex venditione ante traditionem,etiam ſi lis ſit inter emptorem,& uenditorem ſuper traditione rei, quia ſufficit rem eſſe venditam.l.1.& 2.C.de reſcin.uend. per Bertr. conſ. 199.viſo caſu,lib.1.qui tenet, ꝙ debetur laudemium etiam ſi contrahentes ante traditionem diſceſſerint a cõtractu ,& id ratione dictum videtur, quia emptor licet non ſit dominus ante rei traditionem,tamen habet actionem ad rem ſibi tradendam,& ad dominium ſibi transferendum.l. ex empto,in principio.ff.de actio.emp.& l.in conuentionalibus.in fi.ff. de uerb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *Emptor,non autem uenditor tenetur ad laudemij ſolutionem.*
2 *Acquirens tenetur ad gabellam uigore ſtatuti ſoluendam.*
3 *Emphyteuta nouus dicitur, qui priori inueſtitura comprehenſus non eſt.*
4 *Comprehenſi in inueſtitura non tenentur ad ſolutionem quinquageſimæ, nec inueſtituram petere.*
5 *Feudatario mortuo tenentur filij,uel nepotes inueſtituram petere.*

1 ET ſolutionem laudemij, aut quinquageſimæ tenetur,non emphyteuta qui vendit,aut alienat,ſed qui emit,& recipit ab eo,& ſic ſecundus emphyteuta,eſt gl.quę dicit hoc in l.fi. C. de iure emph.in verbo auaritiæ,in verbo recipere,quæ dicit a nouo emphyteuta,& ſic vult, ꝙ nouus emphyteuta,& acceptor eſt qui tenetur ſoluere laudemium domino;ſequitur Iaſ.in d.l. fin.col.13.uerſi.1.quæro, ubi dicit, ꝙ ita obſeruatur;ſubdens
2 † Bal.in l.ſi is qui prætium.2.col.C.de ædil.acti. ꝙ qñ in ſtatuto non fit mentio,quis teneatur contractus ſoluere gabellã, regulariter intelligitur teneri acquirẽs,& ſic emens,non uendens,per tex.in l.debet,circa fi.ff.de ædil.actio.Bal. in rubr.C.
3 de reb.cred.& † nouus emphyteuta ſecundùm Saly. ibidem 7.col.ille dicitur,qui in priori inueſtitura non eſt comprehẽſus,nec nominatus:idem tenet Bal.ibi.3.col.uerſi.item quinquageſima,ubi dicit,quinquageſimam deberi domino a nouo emphyteuta, & dicitur nouus, qui ſub priori inueſtitura non eſt comprehenſus,idem habetur per Goz. conſi.65.per totum,& maxime in principio,& Iaſ.ibi ſubdit, ꝙ, ſi quis ha-
4 beat † emphyteuſim pro ſe,& filijs, ac nepotibus, iſti filij, & nepotes non tenentur ad ſolutionẽ alicuius quinquageſimę, ſiue ad ſoluendum laudemium domino, immo nec tenentẽ nouam inueſtituram petere, per gl.in aut.ſi quas ruinas, glo.
5 ſecunda.ſupra verbo,debetur, C.de ſacroſ.† eccle. licet ſit ſecus in feudo,quia mortuo patre filij, uel nepotes tenentẽ petere inueſtituram,& facere ſe inueſtiri infrà annum,& diem a die mortis,aliàs feudo priuarentur,c.1.quo temp.mil.inueſtit.in uſi.feud.idem tenet Bal.allegato loco, ꝙ, ſi quis recepit pro ſe,& filijs,& nepotibus, nec filij nec nepotes tenebuntur ad iſtam quinquageſimam, nec minus iſti tenentur nouam inueſtituram recipere,licet ſit ſecus in re feudali,quia feudo finito per mortem prioris ſequentes tenentur infrà annum,& diem petere inueſtituram;refert,& ſequitur Goz. in conſi.65.num.1.& num.13.per Iul. Clar. in §.emphyteuſis lib 4.ſenten q.23.uerſi.ulterius quæro, & in regno Neapolis per mortem prioris inueſtiti, filij, uel nepotes infrà dictum tempus petunt inueſtituram,& ſoluunt medietatem fructuũ vnius anni.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium an debeatur ob permutationem rei emphyteuticæ.*
2 *Laudemium quare ſoluatur.*
3 *Laudemium an debeatur ob donationem rei emphyteuſis.*
4 *Laudemia in aliquibus caſibus non debentur.*
5 *Laudemium an debeatur ob alienationem rei feudalis.*
6 *Dominus non cogitur inueſtire ruſticum de feudo.*
7 *Laudemium in re feudali diuerſimode ſoluitur ſecundum locorum conſuetudines.*
8 *Ex contractu, in quo uenditor conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, poſſeſſione nondum tradita,non debetur laudemium.*
9 *Clauſula conſtituti, uel uſusfructus retentio, non facit ut res committatur.*
10 *Traditione vera facta dominus contrà emptorem agere poteſt ad commiſſum.*
11 *Res emphyteutica dari poteſt in dotem filiæ,aut filio in donationem propter nuptias.*
12 *Res emphyteutica ſi data ſit in dotem,an ſoluatur laudemium, & æſtimatio quando emptionem faciat.*
13 *Laudemium an debeatur in alienatione facta in ultima uoluntate.*
14 *Locatio ad 10.annos dicitur ad longum tempus.*
15 *Locatio ad longum tempus eſt alienatio.*
16 *Alienatione interdicta cenſetur prohibita alienatio ad decem annos.*
17 *Emphyteutæ non poſſunt locare ad decem annos.*
18 *Emphyteutæ ſi diuidunt inter ſe rem emphyteuticam non debetur laudemium domino.*
19 *Res litigioſa etſi alienari non poſſit,poteſt tamen inter ſocios diuidi.*
20 *Laudemium non ſoluitur de alienatione neceſſaria.*
21 *Dominus ob negligentiam in recipiendo emphyteutam amittit laudemium.*
22 *Dominus poteſt moram purgare commiſſam in non recipiendo emphyteutam.*
23 *Laudemium in aliquibus caſibus non debetur.*
24 *Laudemium an debeatur,quando res in ſolutum datur.*
25 *Laudemium an debeatur ex tranſactione.*
26 *Laudemium debetur ex diuiſione.*
27 *Laudemium an ex uenditione annui reditus, uel uectigalium debeatur.*
28 *Laudemium debet ſolui attenta quantitate prætij, & ulterius attẽta quãtitate donata.*
29 *Laudemium an debeatur ex uenditione rei ſubiectæ retractui.*
30 *Euictionis poteſtas tollit intellectum acquiſitionis.*
31 *Res ſubiectæ reſtitutioni ſub conditione poſſunt pendente cõditione alienari.*
32 *Laudemium an debeatur ex contractu ipſius retractus.*
33 *Contractus retractus, quia fit ex neceſſitate, non obligat ad laudemium.*

QSta autem quinquageſima ſoluitur,vt eſt dictum,quando fit alienatio emphyteuſis per venditionem; quid cum fit permutatio, donatio,
1 infeudatio, conſtitutio præcarij, aut alia alienatio? Et † pro permutatione rei emphyteuticæ de iure nulla debent ſolui laudemia, quia in permutatione non interuenit pecunia, de conſuetudine tamen Franciæ in patria delfinatus ex permutatione media laudemia debentur.Guid.Papa deciſi.92.inci. de conſuetudine,ubi ponitur caſus, quãdo in permutatione emphyteuſis ab alia parte interuenit res immobilis cum aliqua parte pecuniæ quia res in excambium data nõ eſt æqualis,& tunc dicit, ꝙ iuxta d. conſuetudinem medium laudemium deberi poteſt, Alcia de uerb.ſign fol.8.uerſi.quia propter,idem in l.2.in principio nu.19.ff.de uerb.obl.Iac.a Sancto Georgio in tract.de rodis,ſiue operis.col.10.uerſi.ſed po namus, Tiraq.de retractu.§.30.hic finis,in fi.ſed contrarium ꝙ immo ſolui debet laudemium, uidetur tenere Iul.Clarus, §.emphyteuſis.lib.4.ſent.q.23.uerſi.ſed quæro,& uidetur eſſe eadem ratio in permutatione, quæ eſt in alijs contractibus, quia ſoluitur laudemum domino propter receptionem, quam dominus facit de nouo emphyteuta, & propter nouã inueſtituram,quam cum teneatur facere ei, cui fit permutatio etiam inuitus,& inuitus recipere & admittere nouum debitorem,merito debetur,nec bona ratio videtur illa, quæ in dicta deciſione exprimitur,quia ſcilicet non interuenit in permutatione pecunia, cum nec etiam interueniat pecunia in donatione,& tamen per verbum æſtimationis in tex. d.l.fin. videtur intelligi etiam contractus,per quem res emphyteuſis alienetur,nam glo.in uerbo prætij,dicit intelligi,qñ uenditur emphyteuſis,poſt in verbo æſtimationis,ſubdit, videlicet

Source : BIU Cujas

quando alio titulo transfertur, intellige quàm uenditionis, ſuper quo puto cogitandum, quia ratio ſolutionis laudemij ob nouam inueſtituram faciendam, ob nouũ emphyteutã recipiendum, ob nouam ſubſcriptionem, & conſenſum, ob de nouo tradendam eidem poſſeſſionem militat, & militare † videtur etiam in permutatione, licet contrarium tenere videatur Cy. Bal. Ang. in l. quæritur. ff. de ſtat. hom. vbi dicũt, ꝙ ſi emphyteuta permutat rem valẽtem centum cum re valoris ſexaginta, & ꝙ reliquum recipit in pecunia, laudemiũ debetur ex illa pecunia, non ex re.

Pro donatione autem rei emphyteuticæ ꝙ ſolui debeat laudemium, videtur clarum per verbum, eſtimationis in tex. d. l. fi. quod verbum bene adaptatur ad cauſam donationis, & ad donationem ſecundùm Doctor. ibidem, vbi Bal. col. 3. uerſi. item nota, ꝙ alternatiue dicit, prætij, vel æſtimationis, ideò dicunt doctores, ꝙ hæc pars ſecunda locum habet in donante, ut tunc res debeat æſtimari, idem Bal. ibi paulò ante, uerſi. an emphyteuta, in fi. ubi dicit, ꝙ opinio gl. põt tolerari, ꝙ ſi emphyteuta donet domino irrequiſito, non propterea incidit in pœnam, dummodo vadat ad notificandum domino, & quinquageſimam offerat, & donatarius petat ſibi inueſtituram fieri, & hoc faciat ſine mora, Iaſ. ibidẽ columna 19. uerſi. ſequitur poſtea quartum, nu. 68. ubi dicit, ꝙ verba tex. proprie adaptantur ad donationum proprie, & ſtant inquit Iaſ. proprie ſine vlla violentia, vnde inquit, laudemiũ etiam pro donatione emphyteuſis debet præſtari, quia ẽt vltra verba tex. militat eadem rõ ſoluendi laudemium in contractu donationis, quæ militat in alijs contractibus. per Bertrand. conſi. 123. nu. 1. li. 4. Iulius Clarus. §. emphyteuſis. li. 4. ſenten. q. 23. uerſi. ſed quæro, habetur per Io. de Imola. c. potuit col. 7. uerſic. item quando fit donatio, extra, loca. Guid. Papa. deciſion. 46. incip. an emphyteuta, ubi habetur, ꝙ licet emphyteuta poſſit donare domino irrequiſito, tamen donatarius debet recipere rem donatam de manu domini directi, & illi ſoluere quinquageſimam per laudemia, aliàs cadit in commiſſum. Subdit & eſt veritas, quia ſic ſubuenitur domino directo circà præſeruationem iuris ſui emphiteuticarij, quia donatarius recipiẽdo inueſtituram ab ipſo domino directo, & ſibi ſoluendo laudemia obligatur in futurum domino ad ſolutionem canonis, & aliorum iurium emphyteucorum per doctores, & authoritates in d. deciſ. adductas. idẽ habetur deciſi. 48. incip. eſt ẽt, ubi in fi. enumerantur aliqui caſus, in quibus non debentur laudemia, Saly. l. fi. ſuprà allega
4 ta, col. 2. uerſic. non obſtat, vbi tenet, † ꝙ emphyteuta poteſt donare etiam irrequiſito domino, nec propterea incidit in pœnam, modò vadat, & notificet domino, & quinquageſimam offerat, & donatarius petat ſibi inueſtituram fieri, & id faciat abſque mora, licet contrarium tenere videatur Spec. §. nunc aliqua, de loc. uerſi. 107.

Si uerò feudum, aut res feudalis vendatur, non videtur ꝙ aliqua debeatur quinquageſima, quia id nõ reperitur aliqua lege cautum, ꝙ pro tali venditione ſoluatur laudemium;
5 † Sed in hoc videtur ſeruari debere illud, quod eſt de conſuetudine locorum, quia in aliquibus curijs, & prouintijs ſeruatur, ꝙ pro inueſtitura rerum feudalium ad inſtar rerum emphyteuticarum exiguntur, & ſoluuntur laudemia, vt in prouintia Delfinatus, & Sabaudiæ, vbi ab emptore ſoluunt laudemia, Guid. Papa deciſi. 415. ego emi, ubi habetur, ꝙ dominus directus non poteſt recuſare recipere emptorem rei feudalis offerentem præſtare fidelitatem domino cum recognitione homagij, & ſi recuſat, ꝙ curia ſolet rõne, & iure ſuperitatis mandare per literas domino, ꝙ retineat ipſum, ꝙ ſi recuſet facere, ipſa curia ſolet tales emptores retinere, & inueſtire, & mandari eos conſeruari in poſſeſſione, etiam ſi ſit ille emptor ruſticus, quo casu dominus non tenetur inueſtitu
6 ram facere, † quia non cogitur inueſtire ruſticum. Spec. in tit. de feud. uerſi. 30 quæritur curia mandat inueſtire, & eo recuſante curia inueſtit, & pro ignobilitate, & ruſticitate duplex laudemium domino per inueſtitum ſolui mandat, vt d. deciſi. In regno Neapolis audio, ꝙ pro feudorum, aut feudalium alienatione nõ ſoluitur laudemium, ſed bene ſoluitur curiæ pro regio aſſenſu neſcio quid paruum. Et in curia Sabaudiæ ex conſuetudine illius patriæ pro re feudali, quæ de dominio Illuſtriſſimi illius principis mouetur, laudemium ſoluitur, & eſt ſexta pars prætij venditionis rei, & ſic pro quolibet floreno Sabaudiæ prætij alienationis rei duo groſſi Sabaudiæ exiguntur, & fit gratia de quarta parte, & ſic de quatuor florenis pro laudemio debitis vnus remittitur, & aliquã
7 do a principe pars, uel totum † donatur cõtemplatione perſonę debẽtis illud ſoluere, aut propter benemerita per Hier. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empto. q. 82. uerſi. fi.

Si quis † verò rem emphyteoticariam uendat ſine conſenſu domini directi, & uenditor inſtrumento conſtituat ſe tenere precario nomine emptoris, quouſque emptor realẽ fuerit adeptus poſſeſſionem, aut ſibi retineat vſumfructum, ex quibus conſtituto, & retentione vſusfructus tranſit poſſeſſio in emptorem. l. quiſquis. C. de donat. res non vĩ cadere in cõ miſſum, nec ex iſta alienatione, aut trãslatione põt dominus directus petere ſibi ſolui laudemium, aut quinquageſimam, quia contractus a reali traditione nudus non facit rem committi. per Bal. in tit. quib. mod. feu. amitt. §. fin. faciunt not. per eum §. denique, quæ & cã benefic. amitt. Saly. in l. 2. C. de iur.
9 emphy. quia quod dr̃, ut per clauſulam † conſtituti, vel retentionem uſusfructus, tranſit poſſeſſio in emptorem, non procedit, nec eſt verum, vt res committatr̃, cũ iuris fictione illud procedat, quia ut dicit Bal. in l. ab emptore. ff. de pact. licet interueniat cõſtitutum, aut quid ſimile, tñ adhuc eſt obligatus uenditor ad realiter tradendum rem uẽditam; nam ante traditionem realem non dr̃ omni perfectione perfecta vẽditio, per gl. in l. ſi quis rem. ff. de act. empt. & in l. perfecta. C. de reſcind. uend. unde res emphyteutica donata, uel uẽdita ex ſimplici conſtitutione precarij, aut alia ficta traditione nõ cadit in commiſſum, niſi ſequat̃ realis apprehẽſio poſſeſſionis ſine conſenſu domini directi; nec minus ex ſimplici cõſtitutione precarij, aut alia ficta traditione dñs directus põt petere ab ab emptore laudem antequam emptori accipiat realẽ poſſeſſionem, & eſt iuri conſonum & rõni; nam cum laudemia de iure debeantur domino directo pro labore inueſtituræ, & ponendo eum in poſſeſſionem realem rei uenditæ. l. fi. C. de iure emphyt. cum conſtituto precarij aut alia ficta traditione iſte labor domini directi non interueniat; Sequitur ꝙ nõ debetur laudemium, quia ceſſante cã ceſſare debet effectus, c. cum ceſſante, in principio. extra. de appell. & ſic dominus directus ex tali ficta traditione non poterit agere ad cõmiſſum, nec laudemia petere; Sed ſemper habebit actionem perſonalem ad canonem cõtra primum emphyteutam, donec emptor rei emphyteuticariæ accipiet realem poſſeſſionem,
10 & caſu † quo accipiat ſine laude domini directi, peterit dñs directus agere cõtra emptorem ad commiſſum, habetur late in deciſi. Guid. pp̃ deciſi. 101. incip. ſi quis, in fi. deciſionis.

Et ſi res emphyteutica data ſit per patrem in dotem filiæ,
11 aut filio in donationẽ propter nuptias, ꝙ fieri † poteſt auth. de non alien. aut permutan. reb. eccl. §. emphyteuſim, ità tamen ꝙ res ſit eo iure, quo erat apud patrem dãtem. c. nuper, extra. de dona. inter uir. & vxor. ſi quidem data ſit res eſtimata & apretiata tali æſtimatione, quæ faciat venditionẽ, pone, dos eſt in centum, res emphyteutica eſt data, & aſſignata pro quinquaginta, ꝙ tunc laudemium domino ſolui debet, & eius conſenſus requirit, arg. l. quoties. C. de iure dot. quia tũc uendita eſſe intelligitur. ff. de iure dot. l. plerunque. §. ſin aũt.

Si verò ſit data inæſtimata, & tunc nec ſoluitur laudemiũ, nec conſenſus domini requiritr̃, d. § emphyteuſim. arg. l. dos. ff. ſol. mat. per Spec. de loca. §. nunc aliqua. uerſic. 109. & 110.
12 ubi diſtinguit ꝙ ſi ſit data † ab extraneo in dotem alicui mulieri, tunc ſit ſimplex donatio reſpectu mulieris, & iſta non requirantur; Idem ſi a patre, qui det in dotem filiæ non exiſtenti in eius poteſtate, idem tenet Hoſt. in ſumma, de loca. §. quid ſit de natura, uerſi. nunquid ergo, Sal. in l. fi. C. de iure. emphyt. licet Iaſ. col. 12. uerſi. 9. quæro, teneat. ꝙ ſi res emphyteutica data ſit in dotem, ſiue ſit æſtimata, ſiue non, indiſtinctè ꝙ non ſoluatur laudemium, quia iſta vĩ alienatio neceſſaria, non voluntaria, pro qua non ſoluitur laudemium, ſecundum adducta per eum, ibidem in q. 7. & per Tiraq. de retractu. §. 1. glo. 14. uerſi. ex his. fol. 329. nu. 108.

Et pro materiæ declaratione videtur in dubio, ꝙ regulariter eſtimatio facit emptionem. l. 1. ubi gloſſ. & l quoties, & l. ſi inter. C. de iure dot not. in l. æſtimatio ff. ſol. mat. Alex. in l. ſi ex conuentione. num 2. C. de pact. & in conſi. 79. nu. 2. lib 6. ꝙ tamen non procedit, ſi apparet, ꝙ æſtimatio eſt facta ſolum ad finem cognoſcendi ualorem rei, vt poſſit probari, ſi poſtea fundus per maritum damnificetur, quia tunc æſtimatio non facit emptionem, & pari modo non procedit, ſi æſtimatio fiat poſtea, quia tunc non facit emptionem; Item procedit, ſi maritus eſt ſoluendo, aliàs æſtimatio rei dotalis non facit emptionem, Iaſ. in d. l. ex conuentione, Neuiz. in Sylua nuptiali. lib. 2. num. 69. & num. 71. ubi facit regulam, quãdo æſtimatio faciat emptionem, cum ampliationibus, & limitationibus ſuis.

Si autem res emphyteutica ſit cõceſſa alicui, uel per uiam
13 legati, aut per uiam hæredis inſtitutionis inſtituendo extraneum, poteſt dominus directus a legatario, aut hærede inſtituto, pro confirmatione dictæ emphyteuſis, & præſtatione conſenſus ad nouam inueſtituram, petere, & exigere licite laudemium per gl. & quæ dicit in l. fina. C. de iure emphyt. in uerbo æſtimationis, dum gloſſ. in verbo prætij, dicit intelligi debere, quantum ad venditionem. & in uerbo æſtimationis, ſcilicet quando alio titulo lucratiuo, ita intelligit, & tenet Iaſ. d. l. fi. C. de iure emphyteu. uerſi. 10. quæro. col. 13. nu. 50. ſequitur Salyc. ibidem, & ibi Bald. ubi Salyc. ꝙ legatarius debet inueſtituram petere, & quinquageſimã ſoluere, put legatarius,

Source : BIU Cujas

gatarius,vt per eum in fi.2.col.& Bal.ẽt in c.litera.pen.col.de dila.tenet Io.de pla l.1.in fi.de fund.pa.li.11.Alber.in l. ex hoc edicto §.alienare.de alien.iud.mutan.tenet Hugo.allegatus per Spec.in §.nunc aliqua.uersi.114.de loca. quamuis Spec. non resideat.facit decisi.Guid.Papę.decisi.48.

Sed quid si per emphyteutam res emphyteutica sit locata vltra decem annos,& sic ad longum tempus, an ex tali locatione,aut concessione debeat,aut possit peti, exigi, vel solui laudemium,& videtur dicendum ꝙ sic , quia locatio ad 10.
14 annos,vel vltrà 10.annos est, †& dicitur locatio ad longum tempus,ita communiter tenetur per doctores dicit Bar. in l. 1.§.quod autem.ff.de superfic.& ita de consuetudine seruatur,vt dicit tex.in l.Iubemus la 2.col.3.C.de sacrosecc. Ant. de But.in c.fi.ne pręla.vic.sua.Card.in clem.1.§.fi.4.q.de reb. eccl.Paul.de Cast.consi.4.circa primum dubium.1.col. uer. ad secundum.1 uol.vbi cõcludit, ꝙ locatio facta ad nouem annos non dr̃ facta ad longum tp̃s , sed bene quando fit ad decem annos,vel vltrà, dicitur facta ad longum tp̃s, & dicit ita communiter per doctores teneri , idem Bald. consi. 392.
15 Christi nomine,locatio rerum ecclesiæ. † Et locatio ad longum tempus est alienatio,& de tali locatione idem iudicaf , quod de alienatione, quia de natura talis locationis est, ꝙ transferatur possessio not.in l.si quis ante,ff.de acq.poss.& in l.si vt certo.§.si duobus.ff commod.& etiam transfertur vtile dominium.l.1.in fin.cum l.sequẽ.ff.si ager uectig late per Alex.consi.219.lib.3.ad fi.consilij.& libri,per Io.de Imola. in cap.potuit.de loca.col.10.uersi.item põt quæri. & prohibita
16 †alienatione talis locatio interdicta esse censetur,Felyn.in c. quæ in ecclesiarum.uersi.ubi autẽ, de const.Ancha.in clem. monasteriorum.de reb.eccl. non alien.unde si est alienatio, vt de venditione,& de donatione , ac alijs contractibus alienationis soluitur laudemiũ, ità de huiusmodi locatione ad longum tempus solui debet per Alex. consi. 165.incip.uisis
17 duobus.lib.2.uersi.sed ità , ubi & ità in proposito † ꝙ prædicti emphyteutæ habentes vtile dominium non possunt, nec de iure cõi locare ad longum tempus, nisi consentiente domino,& soluta quadragesima,iuxtà tex.in l.fi.C. de iure emphyt.& per Dec.consi.204.diuino implorato in cã Reueren diss.prima parte,quod est cõsilium vltimum,ubi dicit, quòd prohibita alienatione,vel venditione,locatio ad longum tp̃s est quoque prohibita,& ideò inquit, sicut de venditione facta per emphyteutam solui debet laudemium.l.fin.C.de iure emphyt.ita pariter de locatione facta ad longum tẽpus laudemium debetur,vt per Alex.cõsi.allegato.165. subdit Dec. & eodem modo inferri videtur , & concludendum est in locatione facta ad vitam alicuius, vt ibi per Dec.

18 Si verò plures habentes feudum, vel emphyteusim communẽ,inter se diuidunt pro huiusmodi rei feudalis , vel emphyteuticæ diuisione non videtur deberi laudemium domino,per dicta Guliel de Cun.& Bart.in l.& ideò, in principio. ff.de cond.furt.ubi licet Bart.referat, ꝙ quidam tenent ꝙ sic, sed ꝙ debet solui a prouocante ad diuisionem,non a prouocante ad diuisionem,non à prouocato , tamen finaliter terminat,ꝙ isto casu dominus nullum habebit laudemium, qa talis diuisio semper videt esse necessaria,non uoluntaria alienatio.per tex.l.fi §.exceptus,in verbo , aut diuisionis. C.de li-
19 tig.& in §.1.† auth.de litig.ubi habetur , ꝙ alienatio rei litigiosæ aliàs prohibita,& permissa,quando hæredes, vel socij inter se diuidunt,censetur alienatio necessaria, refert Iaſ.in l. fi.C.de iure emphy.col.12.uersic.7.quæro subdens,ꝙ ista de-
20 cisio est †limitatio ad d.l.fi. quæ vult, ꝙ quinquagesima soluatur domino de alienatione,quæfit, vt intelligatur scilicet, de alienatione voluntaria , non de necessaria, habetur per Guid.Papę in decisio.411.incip.dominus directus,uersic.sed an ex.

Et si dominus directus elapsis primò duobus mensibus datis sibi ad deliberandum,& responsum dãdum,ad denuntiationem sibi factam per emphyteutam vendentem , vel vendere volentem,an velit emere ius emphyteuticũ vel meliora menta,& deinde facta alienatione in alium, infrà alios duos menses ad id a iure assignatos neglexerit illum , cui est facta alienatio vel venditio recipere in emphyteutam , & inuestire,illumque in possessionem inducere,† videtur ꝙ dominus
21 amittat laudemium , & ꝙ per negligentiam suam non possit laudemium,uel quinquagesimam aliquo modo petere, maxime si non habuit iustam causam contradicendi,per Salyc. d.l.fi.col.pen.ubi dicit ꝙ dominus ob talem negligentiam patiatur pœnam amissionis laudemij, id ꝙ est verum, nam cùm istud laudemium soluatur p̃p̃ receptionem non nouũ emphyteutam,propter nouam inuestituram , quã facit nouo emphyteutę,dicta causa cessante,cessare debet laudemiũ: refert & sequitur Iaſ.d.l.fi.col.13.uersi. textodecimo quæro,
22 ubi subdit,ꝙ † secundùm Salyc. ibidem dominus põt morã istam lapsus duorum mensium purgare , & sic non perdet laudemium , per tex.in l.mancipiorum.ff de optio. lega.sed hoc intelligit Iaſibidem re integra, idest si fundus emphyteuticus nondum alienatus est , uel secundus emphyteuta nondum est inuestitus , & inductus in possessionẽ emphyteusis, per primum , quod fieri potest, ut ibi per eum:pro quo ui. Bal.in l.acceptam.in 6.q.C.de usur.

23 Pro qua materia uide Hiero.Cagnol.in l.2.C.de pact.inter empto.& uendit.q.82.uersi.fi.ubi enumerat casus aliquos,in quibus cessat solutio laudemij , ubi dicit, ꝙ non debetur de bonis hæreditarijs,legatis,vel fideicommissis relictis , neque de diuisione rerum,ut per Albertum Brunum consi. 44.col. fi.& per Siluestrum in summa in verbo emphyteusis. uersic. 20.quæritur , vbi enumerat quinque casus, in quibus laudemium non exigitur,habetur in decisi.Guid.Papę. decisio.48 incip.est etiam.

24 Sed quid si res emphyteutica sit data in solutum, an ex tali datione debeatur laudemium, & cùm dare in solutum sit uẽdere,& datio in solutum sit venditio,per Cyn.Bar.Bal.Salyc. & Ang.in l libera.C.de sen.Oldr.consi.37. ad primam.q.Alber.in l.1.C.com.ut. iud. dicit ob hoc Guid. Papa , ꝙ laudemium debetur domino ex datione in solutum, sicut venditione,vt per eum consi.46.in facto præsupponitur. colum. 2. uersi.plus posset,Tiraq.de retract.§.1.glo.14.§.similia quoq; verba,uersi.& ubique nostri,num.4.& uersi.nec ex ea.num. 10.ꝙ pariter ex datione in solutum necessarium soluitur laudemium,ut puta quando res per iudicem datur in solutum, & adiudicatur,æque debetur laudemium, ac si pars vendat per eundem Tiraq.ibi nu.14.uersi.ex quo Bal.

25 Ex transactione quoque debetur laudemium , maximè si res,quæ interuenit in transactione datur , non quando relinquitur penes possidentem,per Stefan.Bertran. consi.321.uiso casu.in prin.lib.1.refert & sequitur Tiraq. in retract. ubi supra uersi ex quo etiam.nu.63.

26 Debetur quoque laudemium ex diuisione, pone quando ex diuisionibus,quibus tola res emphyteutica vni tribuitur, debentur laudemia pro partibus cohæredum late per Corser.in decisio.Tolosan.75.item fuit quæsitum,ubi Auſre.qui multa allegat,per Bertr.consi.112.puto in fi.lib.1.& consi.78. ex casu,secundo dubio lib 4.Iaſ.in l.vlt.col.12.uersi.7.quæro C.de iure emph.Tiraq.ubi supra.uersi.sed & tu uide.num.77. & per eundem Tiraq.d tit.de ratractu.§.6.glo.1.nu. 1.2.3.vbi
27 per eum,an † annui reditus ex venditione vectigalium solui debeant laudemia,vbi vide.

28 Et laudemium † non solùm debet solui attenta quantitate prætij exbursati per emptorẽ,sed ẽt attenta quantitate vltrà prætiũ donata per eundem venditori,puta,quod accedit, qñ eodemet instr̃o emptor ultra prætiũ donat venditori summã pecuniæ,dicẽs donationẽ p̃p̃ merita,quia cum ea donatio sit facta in eodemmet contractu,uel statim post,vr̃ esse facta cõtẽplatione,& cã ipsius uẽditionis, & esse veluti accessio prætij eiusdẽ venditionis,ut q̃ ẽt insit. l.iurisgentiũ.§.quinimò.ff. de pact.& iõ ex utraq; summa solui debere laudemiũ, eamq; appellationem donationis fuisse appositã in fraudẽ domini, nisi probet ea merita interuenisse, quæ hmõi donationẽ mereant̃ l.qui restõ.ff.de prob.per Tiraq. de retractu.§. 1. uersi. quæro secundo,nu.19.gl.18.in quo subdit,ꝙ inspicienda est rei uẽditæ uera æstimatio:& an illi cõueniat primũ p̃tiũ sine additamento alterius.ad gl.& ibi Bar l.1.§.1.ff. de superficie.

29 Sed quid in venditione facta,q̃ est subiecta retractui, p̃ cõsanguineis,aut affinib.quæ vel vigore statuti,vel alicuius consuetudinis põt auocari p̃ consanguineos, aut affines a quocunq; emptore,vel rõne,& seu iure prothomiseos,p̃ uicinos habẽtes domos,uel loca contigua rei venditæ,nonne de tali uenditione debet solui laudemium? & licet uideatur ꝙ non, per not.in l.fi.§.sed quia.C.com.de lega.ubi habetur, ꝙ quæ certo die relicta sunt & quæ restitui alijs disposita , aut substitutioni supposita,alienari prohibentur,ubi Bald.col.1. si contractus rescinditur tanquam inualidus , ꝙ ex illo non debentur
30 laudemia,uel alia gabella, quia † potestas euictionis tollit intellectum acquisitionis. l. postulante. ff. ad Trebell. sed ei fit quædam transfusio,vt cap.constitutus.de in integ.restitu. vt est proprie in casu proposito,tunc debent solui , not.Guliel. de Cun.l.ab emptione.ff.de pact.sequitur Bar.in l. si id quod. colum.penul.ff. de uerbo.obliga. contrarium sentit Stefan. Bertran.consi.211.punctus quæstionis,lib.4. colum.1.uersic. præterea,tamen quia Bartol.secundùm Dyn.Petr.& Cyn.in
31 d l.fina.§.sin autem, tenet, ꝙ res † subiectæ restitutioni sub conditione possunt interim ante conditionem alienari, glo. in l.cum pater.§ libertis.ff.de lega.2.per adducta Corne.consilio 234.videtur in præsenti.ad fin.lib.3.& iterum consi. 294. videtur prima facie.colum.4.lib.4.certe si alienentur, quamuis postea reuocetur alienatio,tamen debetur gabella , quæ a statuto solui iubetur ex alienatione. per Paul. de Castr. qui sequitur ibidem, & Iaſo.ibidem.§. sed quia nostra maiestas, ubi optime declarat,maxime num. 9. per Tiraq.de retractu. §.29.glo.2.§.potuisset tamen,nu.2.

Source : BIU Cujas

32 Ex contractu verò ipſius retractus ipſius auocationis, vel redemptionis, an debeat ſolui laudemium, & ſubdit ibidem Tiraq. in verſi. & hæc quidem, ℘ ſecundùm quidem cõſuetudines locorum Franciæ, ibi per eundem aductorum, non videtur deberi ex tali retractu laudemium, id quod de iure procedit, per doctrinam Bal. in l. cum dotem, uerſi. modò extrà. C. de iure dot. ℘ ex vno contractu in alium trãsfuſo, prout eſt contractus retractus, & huiuſmodi, non debetur, niſi una gabella, ex ſtatuto diſponente, ℘ ex quolibet cõtractu debetur gabella, ſequitur Bertach. de firmo in tract. gabella quinta parte prin. q. 5. uerſi. de cõtractu verò; facit ℘ hoc, quia contractus retractatus fit ex neceſſitate primi contra-
33 ctus, & inuito emptore, ideò ex † eo non debetur laudemium. per Guliel de Cuneo, Bart. Bald. Fulg. Pau. de Caſt. in l. & ideò. ff. de cond. fur. per Gulielm. & Alber. in l. ex hoc. §. 1. ff. de alie. iud. mut. cauſa. fact.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio ſi non rectè facta ſit, incrementum contingens eſt ipſius eccleſiæ.*
2 *Accipiens rem eccleſiæ non ſeruata forma amittit melioramenta.*
3 *Eccleſia repoſcit res male alienatas cum fructibus.*
4 *Augmentum contingens rei cum ſolemnitate alienatæ videtur cedere lucro uenditoris.*
5 *Comitatu aucto an ſit augendum gabellæ prætium, uel potius lucro conductoris cedat.*
6 *Gabellarum emptores futurum emunt euentum.*
7 *Menſura videtur conſiderari, quando conſtituitur prætium pro numero menſuræ.*
8 *Veroſimile inter contrahentes attendi debet.*
9 *Augmentum facto emptoris proueniens eius lucro cedit.*
10 *Augmentum & acceſſio, ſicut incommodum & periculum ad emptorem pertinet.*
11 *Dotalis rei æſtimatæ commodum & incommodum ad maritum pertinet.*
12 *Fructus & functionis grauamen ad emptorem pertinent poſt perfectum contractum.*
13 *Argumentum ualet ab oppoſitis.*
14 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
15 *Augmentum ad emptorem pertinere communiter approbant ſcribentes.*
16 *Augmentum perfecta uenditione ad emptorem pertinet etiam re non tradita.*
17 *Augmentum apparens cedit proprietario.*
18 *Augmentum in contractu conditionali pertinet ad uenditorem.*
19 *Venditio quando dicatur perfecta in rebus quæ conſiſtunt pondere, numero, uel menſura.*
20 *Venditio gregis quando perfecta ſit.*
21 *Regula eſt, re ſolemniter alienata incrementum ad receptorem pertinere.*

QVAESTIO XII.

De augmento rei alienatæ, & cui cedat.

QVia ſæpe dubitari contingit, uel cum reuocatio rei eccleſiaſticæ alienatę intentaꝫ, uel cum fit rei reſtitutio, ad quem pertineat medij temporis augmentum, & incrementum, ad eccleſiam ne, aliumve reuocantem, an vero ad illum, a quo reuocatur, & ad illum, qui reſtituit; Ideo, quæ de incremento huiuſmodi per doctores dicta inueni, & collegi, in medium adducere propono, vt de concernentib. materiam hanc particularius, quàm fieri per me poſſit, ſit tactũ.

Et pro declaratione materiæ præſuppono, ℘ aut recte, & ualide eſt facta rei eccleſiæ alienatio, aut non recte, & iuridi-
1 ce facta. Et ſi † quidem fuit non recte facta, puta, quia non interuenerit in ea cã, & ſolennitas, vt ſuprà ſuis locis dictum, tunc, quia non eſt translatum nec dominium, nec poſſeſſio, quia lex inhibet fieri alienationem contra formam traditã, ff. & C. de fund. dotal. per totum, auth. hoc iuſ. 10. q. 2. ca. ſine exceptione. 12. q. 2. non poſſumus dicere, ℘ incremẽtum, & illud ℘ acceſſit rei, ſit alterius, quàm ipſius rei. l. ſi ego. §. ſi nuda. ff. de publician. gl. in l. item ſi fundi. §. ſed ſi metalla, in uerbo pertinere. ff. de vſufr. gl. 1. in l. de quib. ff. de leg. cum augmentum imitetur naturam illius cui accreſcit. per Socin. conſi. 153. & conſi. 254. & per conſequens ſit eccleſiæ, ad quã res pertinet, nulla exiſtente alienatione, & nullo exiſtente cõtractu, eſt tex. apertus in l. iubemus, la 1. C. de ſacroſan. eccl. §. ſane, vbi prædia eccleſiæ præter formam, & modum alienandi traditum alienata vendicantur ab eccleſia unà cum fructibus, penſionibus, & acceſſionibus, totius medij temporis, vt tanquam a nullo penitus empta, aut vendita teneãtur, quia ea, quæ contra leges fiunt, pro infectis haberi debent; condu-
2 cens † aut accipiens rem eccleſiæ non ſeruata forma, quæ ſeruari debet, & non ſeruatis ſeruandis amittit melioramenta quæ ibi fecit, quia debentur eccleſiæ ℘ eius malam fidem dicunt Imola, & Barb. in c. qui res, in fi. de reb. eccl. non alien. Aug. Bero. in c. præsbyterorum. eo. tit. Fel. in c. cum cãm. nu. 28. & 29. de re iud. idem Barb. conſi. 63. num. 8. lib. 1. & res ma-
3 le † alienatas eccleſia repoſcit cum fructib. c. apoſtolicos. c. mouemus. c. ſi quis. c. vulteranæ. c. ſtatuimus. 12. q. 2. deducto late in rubr. ſupra an contra. mal. alienan. & rubrica de pęn. male fact. alien.

4 Si vero alienatio eſt facta cã & ſolemnitate interueniẽte, aut cum authoritate ſedis apoſtolicæ, uel aliàs ualide, quo ca ſu põt dici alienatio facta titulo translatiuo dominij; & tunc multi argumentatur, ℘ augmentum, aut incremẽtum, quod contingit, cedat commodo, & beneficio, ac lucro alienatoris, aut venditoris, primo per tex. in auth. vt deter. ſit nu. cler. §. ſed quoniam, & per tex. in c. cum. M. Ferrar. de conſtit. vbi habetur, quod in ſtatuto de certo, & determinato numero perſonarum, ſemper intelligitur, ℘ inſit cõditio, niſi reditus creſcat, & augmentatus ſit, quia auctis facultatib. numerus vltra determinatum numerum augeri debet, per Abb. Fel. &
5 alios d. c. cum. M. & per Angel. d. auth. in finalibus uerbis, vbi dicit, ℘ ille tex. facit ad q. Titio uendita eſt gabella totius comitatus pro tanto prætio, ꝑꝑ exercitum factum per commune Peruſij cõtra ciuitatem Cortonij comitatus Peruſij, multum augmentatus eſt propter vnionem alterius comitatus, quæritur, inquit; an ſicut augmentatus eſt dictus comitatus, ita augmentari debeat prætium Gabella, & inquit, iſte tex. vꝫ dicere, ℘ ſic, ſubdens, ſed de hoc uide per Guliel. de Cun. in l. item ſi fundi. ff. de vſufr. Dec. tamen in d. c. cum. M. verſic. 4. not. dicit, ℘ Moderni hoc non affirmant, ſed ex quo in dicto caſu augmentum fuit apparens, non latens, videtur hoc affirmabile, & declarando materiam videtur facere differentiã etiam an augmentum ſit in fructibus, an in alia re, quia ſi in alia re, videtur, ℘ ſpectet ad venditorem. l. Rutilia polla, & l. in lege. ff. de contrah. empt. ubi uendito lacu augmẽtum. 10. pedum, quod excreuit, accreſcit venditori, augmẽtum vero fructuum, & periculum ſpectat ad emptorem gabellarum, per Bal. in l. cum fundus. C. de ſolut. dicentem, ℘ ſi emptores lacus Peruſij multum lucrantur, illis inuidere non debemus, ſicut ſi eſſent in damno, eis non eſſet ſuccurrendum, quia
6 † emptores gabellarum emunt futurum euentum, & qualiſcunque ſequatur euentus ad eos ſpectat, qui etiam uſufructuario æquiparantur, ad quem omnium fructuum cuẽtus, qui ſequatur, pertinet, per late adducta per Dec. d. c. cum M. 2. colum.

Et pro opinione tenentium, ℘ augmentum ſpectat ad vẽditorem, ponderatur tex. in l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de action. empt. ubi ac ceſſio, & incrementum rei venditæ menſuratę, vel datæ ad menſuram ante traditionem ſequutam acreſcit venditori, non autem emptori, ubi Bar. declarat, inquiens in
7 telligo autem † ad menſuram fieri, quando conſtituitur prætium pro numero menſurę, ſecus ſi vendo tale prędium pro mille, & dico ℘ ſunt centum iugera, quia tunc non venditur ad menſuram, ſequuntur Bal. Salyc. & alij in l. 1. C. de peric. & comm. rei uend.

8 Facit etiam, quia inter contrahentes inſpici, & attendi debet illud, quod eſt veriſimile, & vt actus agentium non operentur vltrà illorum intentionem, & mentem. l. ſi quis. l. non omnis. cum ibi not. ff. ſi cer. pet. quia ſtante regula, ℘ nemo præſumitur iactare ſuum, eſt veriſimile ℘ venditor noluerit augmentum, & incrementum contigens dare emptori, ne contra regulam iactare ſuum videatur vendendo rem vili, quæ pro tempore futura eſſet prætioſa, & valde vtilis. Et ſi
9 augmentum † contingat opera, & labore uenditoris, tunc ſine dubio non cedit emptori, ſed venditori potius, tenent Pac. de Aren. Cuman. Nicol. de Neapo. Alexan. in l. ſi ex toto, num. 6. de leg. 1.

10 Sed veritas eſſe uidetur in contrarium, ℘ immo augmentum, & acceſſio contingens ſpectat, & pertinet ad emptorẽ, prout periculum, & incõmodum ad illum pertinet, dicit tex. apertus in §. cum aũt. §. ſed ſi poſt emptionem. Inſti. de empt. & vend. l. id quod. ff. de pericul. & commod. rei uendit. quia d. §. ſed ſi habet tex. ℘ ſi poſt emptionem aliquid per alluuionem fundo acceſſit, id omne ad emptionis commodum pertinet, quia eius eſſe debet commodum, cuius & incommodum, idem in tex. in l. id quod. ff. de peric. & cõmod. rei uend.
11 & in l. 1. C. de peric. & commod. rei uend. † Et rei æſtimatæ datæ in dotem commodum & incommodum pertinet ad maritum. l. cum in dotem, in fi. C. de iureiu. & in l. fructus. C.
12 de actio. empt. ubi fructus † poſt perfectum in iure contractum ſpectant ad emptorẽ, ad quem & functionis grauamen pertinet, & in l. Iulianus. §. ſi fructibus. de act. empt. & in l. pen. C. de act. empt. ubi põſt uenditionẽ pecudũ foetus pecoris emptori dbent ipſo refundẽre uẽditori expẽſas, quas circa pe-

cus

Source : BIU Cujas

cus fecerit,& in l.Iulianus.§.si fructib ff.de actio.emp.si damnum sit illatum in re vendita, puta ex cā damni infecti, aut aquæ pluuiæ arcen.legis Aquiliæ, interd.qp vi aut clam,actio emptori præstatur,& si quid ex operis seruorum,vecturis iumentorum,aut nauium sit quæsitum emptori præstatur, & in d.l.Iulianus.§.idem Celsus,uer.quid si tibi,si pars fundi cō munis pro indiuiso possessi sit vendita, & ante traditionem moto iudicio communi diuidundo,in quo totus fundus eidem venditori sit adiudicatus,totus fundus,& sic alia dimidia, uel alia pars non vendita emptori præstari debet, & d.l. §.si quid seruo,si seruo vendito aliquid ante traditionem sit donatū;& hæreditates, aut legata seruo relicta, & quicquid ex operis etiam venditori præstitis seruus acquirit, id omne emptori serui præstari debet,& in l. 2. §. sicut.ff.de hæred.vel actio. uend. lucrum omne & damnum contingens emptorem respicit.

13 Et facit,quia valet arg.ab oppositis, vt eadē sit contrariorum disciplina,per docto.& maxime Alex ibi nu.2. in l.si ex toto,de leg. 1.& rubr.de acqui.poss.quia, vt perfecta emptione omne periculum, ità omne commodum ad emptorem pertinet.l.secundùm naturam.ff.de regu.iur. & c. qui sentit, eo.ti.in 6.& bonum est argumentum de augmento ad diminutionem.l.in ratione.la 2.ff.ad l.fal.l.pen ubi Bal.C.de solu. Rebuff.in l.1.nu.106.C.de sen.quæ pro eo quod inter.

14 Facit in casu nostro,qp de † accessorio idem iudicatur, qđ de principali.l.si ex toto. alleg.de leg. 1.cum ibi adductis per Alex.c.accessorium,de reg.iur.in 6.c.qm̃ §.si aūt. de concess. præb.in 6.vbi dicit Gemi qp qui habet priuilegium, vt possit transire per territorium alicuius sine solutione pedagij, aut Gabellæ transibit ēt sine solutione per territorium eidem additum,& Alex.d l.si ex toto,infert,qp augmētato regno pars augmentata subijcitur dispositioni constitutionum, & legū totius regni,& regi debet sub Gubernio totius regni, ubi apostilla multa accumulat in addit.incip.augmentata.

Facit quod hr̃ p Ang.in auth.de æqualit.dot. qp si princeps concedat alicui merum & mixtum imperium in comitatu, eadem concessio ēt intelligitur facta in augmento expost ad dictum comitatum sequuto, facit quod pōt adduci emphyteuta,ad quem doctores in l.1.C.de iure empit.uidentur vel le,qp omne augmentum rei emphyteuticæ contingens spectare habeat,ad quem ēt spectat commodum diminutionis.

15 Hanc opinionem † videntur approbare oēs scribentes indistincte,Dyn.d.c.qui sentit.inquiens,qp post uenditionem perfectam omne commodum accedens rei venditæ ad emptorem pertinet,ità pari mō & omne incommodum, Bar.d.§.si Titius,d.l.Iulianus.de act.empt. qp uenditione pure & simpliciter facta commodum superueniens, ēt ante traditionem emptori acquiritur,vbi Pau.de Cast.nu.1.qp,uenditione perfecta,sicut omne periculum peremptionis, vel deteriorationis post contingens spectat ad emptorem, ita & lucrum ex post superueniens eidem acquiri debet,idem tenet Christofor.porc.& Aret.d.§.cum aūt, uersi.sed si post,Insti. de empt. & uend.Fel.d.c.cùm.M.Ferrariensis,num.5.de const.Philip. Dec.consi 4.per totū,uerbis claris,qp natura contractus emptionis est qp sicut damnum,ita commodum rei vēditæ emptori debetur: late Rip.d.l.si ex toto,nu.4.de leg. 1.& tunc vē ditio perfecta esse dicitur,& perfectus emptionis & venditionis contractus,simulatque de prætio inter partes fuit conuētum,per tex.d.§.cum autem,Inst.de emp.& uend.

16 Et hæc conclusio,qp augmētum cedat emptori,vr̃ procedere,nedum perfecta emptione,&sequuta traditione rei,sed ēt non sequuta aliter traditione,qua non sequuta vr̃,qp venditor remaneat aliqualiter ēt dominus.l.ancillam,ubi Salyc.C. de actio.empt.d.§.cum aūt.in fi.Inst.de empt.ibi, quia sane, qui nondum rem emptori tradidit adhuc ipse dñs est,quia ēt non tradita re,venditione perfecta,commodum, & periculum spectat ad emptorem.extendit,& ampliat, ità Aret.d.§. cum autē,nu.6.& doct.in d.l Iulianus.§.si Titius,de act.emp.

17 Et hæc conclusio limitatur, vt procedat in augmento intrinseco,veluti est in maiori æstimatione rei, & ēt in augmento extrinseco,sed latenti,& non apparēti, vt d.l.id quod.ff.de peric.& com.rei uend.in augmento alluuionis, quod dr̃ incrementum latens §.præterea quod per alluuionem. Inst.de rer.diuisio.per doctr.Dec.allegatam in d.c.cum.M.Ferrariē. & in suo consi.4.nu.3.uersi.4.in casu, ubi adducit tex.in l.itē si fundi.§.huic uicinus.ff.de usufr.ubi incrementum alluuionis,quod est incrementum latens, accrescit usufructuario, apparens uerò incrementum puta insula in flumine nata iuxtà fundum non pertinet ad usufructuarium,sed proprietati, & proprietario accedit,& hoc si quidem separatus sit usufructuarius a proprietate,ut puta per locationem, emphyteusim, feudum,cēsum aut alium modum,ut ad vnum vtile,ad aliū, directum pertineat dominum, quia vbi latet incrementum, vsusfructus augetur,vbi autem apparet separatum, fructuario non accedit.

18 Secundo loco limitat,vt procedat ista conclusio,si alienatio,& venditio sit pura,& simplex,non si conditionalis;quia, si sit conditionalis,omne contingens incrementum ante impletam conditionem ad venditorem pertinet. etiam si conditio esset tacita,puta,vendo tibi fundum,quem dico esse centum iugerum ad rationem vnius auri pro singulo iugero, quia venditio non dicitur perfecta,nisi facta,& sequuta mensuratione; augmentum ante mensurationem superueniens est lucro uenditoris,nisi vēditor fuerit circa hoc dolose versatus,quia tunc in odium eius doli lucrum peruenit ad emptorem.d.l.Iulianus.§.Titius ff. de act. emp. l.quod sæpe.§.in
19 his.ff.de contrah.emp.ubi declaratur, † quando in illis quæ consistunt numero,pondere, & mensura, sit,aut intelligatur perfecta venditio,& ad id intelligēdum videtur,quod ius stet in modo prolationis,vel conceptionis verborum venditionis;quia inquit tex.si omne vinum, oleum, frumentum, vel argentum quantumcunque existat venierit vno prętio,puta pro centum, simulatque conuenerit de prætio, perfecta est venditio;si uerò venierit,non vt omne,sed vt vinum,& oleū in singulas metretas, argentum in singulas libras;do exemplum,vendi tibi argentum hoc totum librarum 50.pro centum aureis ad rationem duorum aureorum pro singula libra, gregem hunc centum capitum pecudum pro ducentū aureis ad rationem duorum aureorum pro capite, tunc,qa pro numero metretarum, librarum, & numero corporum prætium statutum videtur,dico qp venditio non est perfecta, simulatque est conuentum de prætio,sed tūc, cum adnumeratum,appensum,& admensum fuerit, quia venditio quasi sub hac conditione facta intelligitur,vt in singulas metretas, singulos modios, quos quasue fueris admensus, singulas libras,quas apenderis,singula corpora, quæ adnumeraueris;
20 subdit tex.quā si grex † uenierit, si quidem vniuersaliter vnico prætio,statim conuento prætio est perfecta venditio;si verò in singula corpora certo prætio,tunc secus,quia statim qp sequuta fuerit adnumeratio,intelligitur perfecta emptio,nō ante,per Bar.d.§.Titius.Bald.in l.14.opp. C. de peri & com. rei uendit.Bar.in consi.incip. in quæstione. d. cioli de cantiano, Alex.in consi.90 incip.uiso.uersi.sed ita est, qp omnis venditio,Paul.de Cast.consi.377.in causa quæ vertitur, Saly.d l. 1.num.3.C.de peric.& comm. & quando possit dici uenditionem factam ad mensuram,habetur per Bar.d.§.Titius,Felyn.cap.significante. numero 7. de rescrip.per Socyn.in l.de monstratio falsa.3.col.num.10.uersi.ex quo videtur inferri, vbi optime declarat.ff. de cond. & demon.

21 Vnde re quidem bene & solemniter alienata per ecclesiā in aliquem emptorem, aut receptorem,potest firmari regula,qp incrementum spectat, & pertinet ad emptorem, aut receptorem,quia si quidem diceres ad ecclesiam uendentem, aut alienantem,esset contra ius dicere, quia per uenditionē, & iuridicam alienationem nullum sibi in re remanet ius,nulla actio;suo enim consensu ecclesia, & suo facto a se omne ius,quod in eadem re habebat,abdicauit.l.id quod nostrum de regul.iur.& ecclesiam velle, qp incrementum rei,quæ ad aliam personam spectat,ad se pertineat, videtur pari modo contrà ius,& contra conscientiam, quod non fert ecclesia, quæ non vult locupletari cum alterius iactura. Et pro eo, qđ propter varietatem contractuum alienationum, aliquid posset in vno contractuum esse diuersum ab alio, & aliud in uno,aliud in altero, pro maiori dilucidatione materiæ, & pinguiori declaratione subnectam,quod reperij de augmento aliquorum contractuum alienationum ecclesiasticarum.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum extrinsecum est, quod accedit rei per alluuionem uel aliter.*
2 *Agri limitati incrementum non recipiunt.*
3 *Dominus propter sterilitatem tenetur pro rata remissionem mercedis conductori facere.*
4 *Contrahentes non præsumitur de futuris cogitasse.*
5 *Fructuarius habet fortius ius, quàm colonus, conductor.*
6 *Colonus sibi nullo modo,sed domino possidet.*
7 *Colonus ad longum tempus dicitur naturaliter possidere.*
8 *Augmentum intrinsecum cedit conductori.*
9 *Molendini pensio an sit augenda si conductor multum lucratur propter aliorum molendinorum destructionem.*
10 *Contrariorum eadem debet esse dispositio.*
11 *Augmentum insolitum uerosimiliter a contrahentibus non fuit cogitatum.*
12 *Mercedis remissio ob sterilitatem fit colono ex natura locationis.*
13 *Pensio est augenda si casu fortuito ubertas eueniat ex insueta arborum excrescentia.*
14 *Pensio non augetur si fructus ualent ultrà solitum.*
15 *Sterilitas unius anni compensatur cum ubertate postea contingente.*

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

QVAESTIO XIII.

Cui cedat augmentum rei locatæ.

QVamuis per locationē rei eccleſiæ nō poſſit dici alienationem factam, niſi ſit locatio facta ad longum, vel longiſſimum tps, vt dico ſupra in rubrica de ſignific. verbi alienatio. ſuo loco, tamen, quia locatio rei eccleſiæ eſt materia frequens, pro dubio, quod circa rei locatæ contractum poſſet contingere, recenſebimus ea quæ per doctores dicta de augmento locatæ rei reperimus.

Et in hac materia meo iudicio dupliciter poteſt conſiderari augmentum: augmentum videlicet ꝙ accedit rei, & augmentum ꝙ accedit fructibus, vel alio modo, augmentum
1 extrinſecum, vel augmentum intrinſecum. † Extrinſecum eſt, quod rei accedit, pone quando rei locatæ venit incremētum, puta quando per alluuionem, aliterve res locata augeꝫ per acceſſionem alterius fundi, terrę, & glebæ illi factæ vi fluminis, aut aliàs, & tale augmentum videtur, ꝙ accedat, & accedere debeat locatori, & in beneficium locatoris contingere. Primò, quia id videtur actum inter partes, quia locando locator intra fines locationis expreſſos rem, quam locat, limitare, & reſtringere videtur, & quod agitur attendi debet, & verba debent referri ad tempus contractus, & debet conſiderari res in contractu ſpecificata, & prout in contractu limitata, deſignata, & menſurata. l. Rutilia polla. ff. de contrah.
2 emptio. quia † agri reſtricti ad ſuos fines, & ſuas cohęrentias incrementum non recipiunt, per tex. in l. in agris. ff. de acqui. rer. do. vbi dicitur, ꝙ in limitatis agris ius alluuionis locum non habet, facit tex. in l. cancellauerat. de his quæ in teſt. delen. & in l. age cum geminiano. C. de tranſact. cum ſimilibus, vbi ſumitur regula, ꝙ limitata cā limitatū producit effectū.

Et ſi incrementum, aut acceſſio cederet beneficio conductoris, eſſet contrà ius, & iuſtitiam, quia damnum, quod in re locata contingit, ad locatorem pertinet, & locatorem reſpi-
3 cit, qui propter † ſterilitatem tenetur damnum reſarcire conductori, & pro rata conductori mercedis remiſſionem facere, per tex. in l. ex conducto. §. ſi ius tempeſtatis, uerſic. ſed & ſi ager. ff. loca. per Bar. in l. ſi uno. §. ubicunque. num. 1. in fin. & in l. ſi merces. §. ius maior, num. 6. ibi, quandoque colonus allegat fundi caſmoſitatem. ff. loca. late per Imolam in c. propter, extra locat. vbi magiſtraliter materiam pertractat, & cōcludit, ꝙ locator ſemper tenetur ad reſarciendum colono, & ei remittendum mercedem, quoties paſſus fuerit damnum vltrà dimidiam iuſti prætij. Vnde ſi locatori damnum contingens aſcribi debet, meritò nimirum ſi illi quoque lucrū, incrementum, & augumentum ſuperueniens aſcribi debet, cùm ſit ſecundùm naturam, ꝙ ad illum pertineat commodum, ad quem & damnum pertinere dignoſcitur l. ſecundū naturam. ff. de regu. iur. facit, quia augmentum ſuperueniens poſt rem locatam, & poſt locationem, eſt quid de futuro, de
4 quo non potuit eſſe cogitatum, quia † de futuris non præſumitur in contractu cogitatum, per not. in l. fi. C. quæ res pig. ob. poſſ. l. quicquid aſtringendæ, de uerbo. obligat. ità videtur concludere Bald. in ſuo conſi. 370. incip. magnifica, & Illuſtr. domina. lib. 1. ubi ſi locatis poſſeſſionibus per modum territorij pro certa annua penſione, ſi poſt intrà eoſmet confines rerum locatarum locator aliquid obtinuerit, aut aſſequutus fuerit, pone per ſententiam, illud de nouo obtentum, acquiſitum, uel aſſequutum ad locatorem pertinet, non ad conductorem.

Nec obſtat huic concluſioni tex. in l. item ſi fundi. §. huic vicinus. ff. de uſufr. vbi quicquid venit per latens augmentū, puta per aluuionem fructuario, nō domino acquiritur, quia
5 reſpōderi poteſt, ꝙ aliud † eſt in fructuario, aliud in colono, vel cōductore; quia in fructuario eſt fortius ius, fructuarius enim habet utile dominium & naturaliter ſibi poſſidet. per doct. communiter, in l. naturaliter, vbi Iaſ. ſpetialiter aſſerit eſſe communem opinionem. ff. de acq. poſſ. Alexan. & alij in l. ſciēdum. §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. mat. ubi Alex. num. 2. ubi æquiparatur emphyteuta, & fructuarius in eo, ꝙ ambo habent utile rei dominium.
6 In colono uerò eſt ſecus, quia colonus nullo modo ſibi poſſidet, ſed poſſidet domino, per tex. in l. 3. §. ꝙ ſi ſeruus. & l. quamuis. §. primo, de acquir. poſſ. vnde non bene arguitur de fructuario ad colonum, quia eſſet arguere de maiore ad minus affirmatiue, quod argumentum in iure nō procedit, per gl. capitulo, cum in cunctis, extrà de electio. Et reſponſio hæc procedit in colono ad modicum tempus, & conducto-
7 re, ſed ſi eſſet † colonus ad longum tempus, ſecus eſſet, quia talis colonus dicitur naturaliter poſſidere, ſicut fructuarius, glo. in l. ſi ut certo. §. duobus vehiculum. ff. commod. immo habet dominium in re conducta, ſicut emphyteuta. l. 1. §. qđ autem. ff. de ſuperfi. l. 1. in fin. cum l. ſeq. ff. ſi ager uectigal. per Iaſ. d. l. 4. §. ex contrario. col. 13. uerſic. item in quantum. ff. de acq. poſſ. unde id poſſet limitari, ut procederet in colono ad modicum tempus, non in colono ad longum tempus, cui vti emphyteutæ, & uti fructuario ſuperueniens augmentum latens acquiritur. Deduco late in rub. de remiſſ. merced. ubi poteſt videri, infrà.

8 Si verò augmentum ſit in fructibus, aut contingat augmētum intrinſecum propter pubertatem, uel valorem prætij fructuum, & tunc an tale augmentum cedat conductori, an locatori, uidelicet propter tale augmentum debeat augeri penſio, & videtur dicendum, ꝙ ſi ubertas contingat caſu fortuito, bene tunc augmentum cedat locatori, & augeatur pēſio ſibi ſolui conſueta, ſecus ſi contingat augmentum caſu conſueto, aut coloni ingenio, induſtria, uel diligentia; quia tale augmentum cedit colono, & condoctori, & penſio nō augetur, videtur dicere glo. in l. ſi merces. §. vis maior, in verbo cui aliàs. ff. loca. quam glo. auream appellat Bal. in addit. ad Spec. tit. de loca. uerſi. emphyteuta, col. 4. refert Iaſ. in l. 1. uerſi. iſtam licet communem. C. de iure emphy. ſequit Bar. d.
9 §. uis maior, ubi ponit. † ꝙ ſi locaui tibi molendina pro certa penſione, ex poſt alia molendina ui, & impetu aquæ ſint deſtructa, ita ꝙ propter aliorum molendinorum deſtructionem, uel amotionem multum lucrareris, penſio tibi uenit augenda, ſequi uidetur Abb. in c. propter, uerſi. ſed quæro, in fi. extra locat. vbi poſito, & facto quæſito, an propter ubertatem debeat augeri penſio, ſicut propter ſterilitatem per locatorem colono fit remiſſio, concludit per d. glo. ꝙ aut contingit ubertas, quia fructus multum valent vltra ſolitum, & non debet fieri augmentatio, aut diminutio propter vtilitatem prætij, quia contractus recipit ſubſtantiam ſuam, & conditio tacita eſt purificata collectis fructibus. Aut ubertas contingit propter induſtriam coloni, & non debet augmentari penſio, ne ſua diligentia ſibi ſit damnoſa, & ſuus labor ſibi luctū afferat, arg. l. fi. C. de aluuio. aut ubertas contingit propter bonitatem rei, & tunc primodo non fit augmentatio, quia dominus locauit bonitatem rei meliori prætio, quo potuit, uel contingit vbertas, aut augmentatio caſu fortuito, puta, locaui tibi molendinum, ex quo tu conductor ſolebas percipere quinquaginta, nunc quia alia molendina ſunt ruinata, aut qđ ſimile, ſoles percipere centum, iſto caſu eſt facienda augmētatio, & penſio augeri debet per colonum locatori pro rata; nam ſicut propter caſum fortuitum contingentem fit remiſſio pro rata ad ſterilitatem excedentem ultra dimidiam ſolitæ penſionis, ita etiam in caſu cōtingentis vbertatis caſu for-
10 tuito debet fieri penſionis augmentatio, & auctio. † quia cōtrariorum eadem debet eſſe diſpoſitio. 32. diſt. hoſpitalium. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, de qua augmentatione deduco in rubrica de remiſ. mercedis, ubi de remiſſione mercedis propter ſterilitatem, & habetur per Abb. in cap. prohibemus. in fi. extra de cenſib. & ratio ad ſupradicta eſſe poteſt, quia pri-
11 mò de augmento † inſolito ueriſimiliter a contrahentib. nō fuit cogitatum per Bal. in additio. ad Spec. loco præallegato. Iaſ. d. loco. num. 79. quia de futuris contingentibus in contractibus non præſumitur fuiſſe cogitatum, & ſolum in contractu ueniunt illa, de quib. ueriſimiliter potuit eſſe cogitatum a partibus contrahentibus, not. in l. fi. C. quæ res pign. oblig. Item alia ratio, ſicut propter ſterilitatem, & alios caſus ſimi-
12 les fit colono mercedis remiſſio, quod † eſt de natura contractus locationis. l. ex conducto. §. 1. l. merces. §. uis maior. ff. loca. Salyc. in l. licet. C. eod. Alex. conſi. 107. num. 6. li. 3. conſi. 3. num. 11. lib. 1. Iaſ. & alij in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. Ita pari modo venit dicendum, ꝙ propter magnam & inſolitam vbertatem, ſit augenda penſio, vt contrariorum eadē
13 ſit diſpoſitio, † facit dictū Andreæ de Iſernia. §. ſi quis de manſo. col. 3. uerſi. dic ergo in colono. de controuerſi. inuceſt. vbi ꝙ ſi caſu fortuito cuenit ubertas ex inſueta excreſcentia arborum, aut ſatorum, augenda erit penſio, ſi diligentia coloni, aut conſueto caſu, quia ſi eueniet ſterilitas ex debilitate rei, uel conſueto caſu, non fieret remiſſio, ſecus ſi eueniret ſterilitas inconſueta, & incogitata, vt ibi per eum.

14 Limitat prædicta Bar. vt procedant quando colonus multum lucraretur propter fructuum abundantiam, quia tunc augetur penſio, ſecus ſi quia fructus multum ualent ultra ſolitum, quia tunc penſio non augetur, ſicut non fit remiſſio, ſi propter uitium fructuum conductor ſentiret damnum. l. ex contrario. §. 1. uerſi. ſi quantum. ff. locat. ut per Bartol. d. §. vis maior, num. 8.

15 Item & alio modo limitat, ut non fiat augmentum penſionis, ſi unus annus præceſſerit ſterilis, quia ſterilitas illius anni habet compenſatē cum fertilitate, & ubertate ex poſt contingente. l. ſi uno. ff. loc. Paul. de Caſt. d. §. uis maior. num. 5. & licet Paul. de Caſtro. ibi tenere uidearur contrarium, ꝙ nullo modo augeri debeat penſio, ſed lucrum omne ſit conductoris, qualecunque, & quantumcunque ſit magnum, tamen

ego

Source : BIU Cujas

ego puto non esse recedendum ab opinione Barto. quæ videtur communiter approbata per Imolam, & alios in ca. si propter, extra loca. Imo. ibi vers. vlterius potest, vbi hoc latissimè prosequitur.

SVMMARIVM.

1 *Censuarius contractus quomodo fiat.*
2 *Censuarius habet ius firmius quàm emphyteuta.*
3 *Censum soluimus de re nostra.*
4 *Differentia inter censuarium & emphyteutam maxima.*
5 *Augmentum quodcunque proueniens rei censuatæ ad censuarium pertinet.*
6 *Census soluitur superiori in signum subiectionis.*
7 *Subiectio denotatur per quamcunque solutionem magnam vel paruam.*
8 *Census si soluitur priuato non est proprie census.*
9 *Pensio soluitur ratione fructuum.*
10 *Pensio imposita ratione fructuum debet augeri auctis facultatibus.*

QVAESTIO XIIII.

Cui cedat augmentum rei censuatæ.

NEc est absonum vt videamus cui cedat, vel cedere debeat augmentum, incrementum, vel additio, quæ accedit ad rem, vel rei censuatæ, & pro qua soluitur annuus census alicui, & an propter tale incrementum census, vel census solutio augeri debeat? & licet propter verba tex. in c. prohibemus. extra de censi. census nouus nō possit imponi, nec uetus augeri, quia
1 cum contractus censuarius uno modo sit, † cum vēdo rem alicui transferendo in emptorem omne quod habeo, tam directum quàm utile dominium, cum onere, ꝙ emens rem teneatur certum conuentum annuum censum uel reditum soluere. ca. constitutus, de relig. dom. Imola, in cap. ad audiētiam. el. secundo. de rescrip. & contractus censualis sit similis illi, quo agri vectigales constituuntur, l. 1. §. 1. ff. si ager vectiga. & censuarius potest cessare per mille annos in census solutione, & non cadit à iure. glo. d. c. constitutus, vbi Abba. &
2 Imola & Ias. d. l. 2. Abb. c. 1. de in integr. restit. † Socyn. consi. 167. lib. 2. Bero. q. 14. vnde cēsuarius habet ius firmius quàm emphyteuta, & res concessa per talem contractum alicui, tali censu reseruato, concedenti translato vtili & directo dominio in cessionarium, donatariū, vel emptorem est plenarie effecta illius, cui conceditur, vnde de re nostra cēsum
3 soluimus. Meritò per † qualecunque prouenieus augmentū rei censuatæ non debet, nec imponi de nouo nec vetus census impositus augeri illi, cui census soluitur, quia augmentū rale spectat omne ad censuarium, ad quem spectat tam directum quàm vtile dominium rei censuatæ in seipsum pleno
4 iure translatæ, & differat † à cōtractu emphyteutico, in quo non trasfertur nisi utile dominium, & emphyteuta priuati cessans per triennium, ecclesiæ vero, per biennium cadit à iure suo, l. 2. C. de iure emphyt. c. fi. extra loca. quod est secus in censuario, qui potest cessare per mille annos sine periculo caducitatis, tamen glo. in c. prohibemus, de censi. in verbo nec ueteres, tenet ꝙ auctis facultatibus ecclesiæ censuatę potest census augeri, sed Abb. ibidem vers. in glo. dicit ꝙ
5 glo. sequens, vult dicere † ꝙ glo. antecedens in uerbo cēsus, hoc limitat vt procedat respectu præsentationis, aut procurationis, non autem respectu census; sed quia, inquit illa glo. non reddit rationem, nec Doctores id explicant, propterea
6 dic, ꝙ census ideò non augetur, quia inquit, † aut soluitur superiori, & talis solutio fit in signum subiectionis, uel in recognitionem superioritatis, & tunc non augetur, quia nihil refert, ꝙ soluatur multum, an paruum, nam † per quamcunq; solutionem, uel magnam, vel paruam denotatur subiectio, capitu. omnis anima, extra de censi. facit d. c. constitutus. de relig. dom.

8 † Aut census proprie soluitur priuato, & nō est proprie census, nec debet augeri auctis facultatibus, & ratio, quia in contractu censuali transit dominium ex toto in recipiētem, glo. d. c. constitutus, Bar. l. 1. ff. de publican. vnde augentur fa
9 cultates ipsius, non illius, cui census soluitur. Secus † est in pensione, quam quis soluit ratione fructuum, quos quis percipit de alieno, nam proprie conductor soluit pensionem,
10 subdens Abbas ibidem, ꝙ si ecclesia † sit donata monasterio ad usus proprios, & monasterium reseruata sibi pensione concessit eam alteri, debet auctis facultatibus augeri pensio, quia talis pensio fuit imposita ratione fructuum, quemadmodum diminueretur diminutis facultatibus, ut ibi per eum.

De censu verò alterius generis, pone quando annuus reditus super aliquo fundo, prædio, vinea, palatio, vel domo emitur, quia in eo contractu non transfertur nec directum, nec utile dominium, & emptor tantum habet reditum emptum, & fundum hypothecatum, nihil attinet dicere, quia non est præsentis materiæ, quia in emptorem talis reditus nō est translatus, nec dominium, nec possessio, de quo dicimus in rubrica de constitutione annui census in uenditione, ubi bullas sanctissimorum Pontificum talis emptionis, uel uēditionis facultatem concedentium inseruimus, vt d. rubrica est uidere.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum rei feudalis accrescit domino, non autem uassallo, si limitate sit feudum concessum.*
2 *Seruitium commensuratum præstatur per uassallum, si feudum sit limitate concessum.*
3 *Initium contractus inspiciendum.*
4 *Quid si feudum non limitate, sed simpliciter sit concessum.*
5 *Reseruatio alicuius iuris ostendit, quòd non totaliter est facta concessio.*
6 *Distinctio in materia ista non fit inter augumentum latens, & apparens.*
7 *Feudatarius habet ius firmius, quàm fructuarius.*
8 *Augmentum proueniens industria uassalli acquiritur uassallo.*
9 *Augmentum contingens intra rem uassallo acquiritur.*
10 *Seruitutes acquisitæ per uassallum rem emphyteuticam sequuntur.*
11 *Iurisdictio acquisita per uassallum acquiritur ipsi, non domino, uel castro.*
12 *Iurisdictio est quid separatum à castro.*
13 *Meliorameuta facta industria uassalli ad eum spectant.*
14 *Dominus directus, si auget rem infeudalem, & sibi nihil reseruat, remittere, & donare uassallo uidetur.*
15 *Pensio an sit augenda ob incrementum, quod superuenit.*
16 *Petere quis non debet, cuius contrarium non esset petiturus.*
17 *Furtum committitur, etiam in una gallina.*
18 *Modicum consideratur, ubi datur opera rei illicitæ.*
19 *Incrementum magnum dicitur respectu rei, cui accedit.*

QVAESTIO XV.

Cui cedat augmentum rei infeudatæ.

ESt pari modo videndum, cui accrescat augmentum, & accessio facta rei infeudatæ, & in hac materia uidetur dicendum, ꝙ feudum uel fuit concessum limitate, siue ad mensuram, veluti do tali in feudum uiginti iugera talis territorii, aut non limitate, sed simpliciter, pone concedo tibi id in feudum. Et
1 primo † casu augmentum & accessio accrescit domino, nō autem vassallo, exemplo tex. in l. Rutilia polla. ff. de contrahen. emptio. ubi uendito lacu cum decem pedibus circa lacum, si ultra contingat aliquod augmentum superueuiens, illud non accrescit, nec acquiritur emptori, uel illi, cui fuit concessum feudum, quia uēditio est facta limitate, & ad mē suram. Vnde non plus datum quàm concessum intelligi debet, ita intelligit illum tex. Ripa. in l. si ex toto, de lega. 1. facit id quod hī in tex. l. in lege, ff. de contrahen. emptio. ubi conuentio, ꝙ uenditor sibi reseruat lapidicinas existentes in fundo, comprehendit tantùm lapidicinas, quæ apparebant tempore conuentionis, vel uenditionis, non illas, quæ ex post apparuerunt, uel ex post fuerunt inuētæ, unde uidetur, ꝙ si dominus concedit in feudum hoc modo, uidelicet concedo uassallo territorium meum, quod est in tali loco, in feudum, intelligi debet tantùm de tēpore concessionis feudalis, nō de ex post superueniente. Item facit tex. in l. in agris, ff. de acqui. rerum dom. quod in agris limitatis ius alluuionis locum nō habet, concordat tex. in l. 1. §. insula, ff. de flumin. ubi insula in flumine non fit illius, cui agri limitate sunt concessi, unde limitati agri incrementum non recipiunt; Item facit, quia dominus concedendo sub assignatis, spatijs, cohęrentijs, mē suris, & terminis, uidetur in eis feudum taxare, & uassallus feudum sic taxatum, & limitatum recipere, l. cum certus, ff. de tritic. vin. & oleo lega. ubi cum certus numerus amphorarum uini legatus sit ex eo uino, quod in fundo sempronia-no natum erit, si minus natum sit, quàm fuerit numerus legatus, non plus, quàm natum sit, debetur, quia verbum illud, quod natum erit, uicem taxationis obtinet.

2 Facit, † quia si feudum est limitate concessum, uersa uice per uassallum prestatur domino commensuratum seruitiū, & cum non augeatur in seruitio, non uidetur quoque, ꝙ augeri debeat in feudo, ex natura proportionabilium, seu correlatiuorum, & ex natura causæ, & effectus, quia causa com mēsurat semper suum causatum, ita per Bald. in c. 1. §. si quis de

Source : BIU Cujas

de manſo.colum.2.uerſ.& eſt ratio,de controuerſi.inueſtit. Facit vltimò,quia natura demonſtrationis eſt demonſtrare
3 ca quæ ſunt,non alia,& ideo inſpicitur,† & inſpici debet tempus,quo fit actus,& initium,quo celebratur contractus, l. ſi quis vinum. §.ſi actum, iuncta gloſſ. in uerbo demonſtratum,ff de tritic. vin.per Bald.d.§.ſi quis de manſo. colum. 2. circa fin.

4 Si verò feudum concedatur non limitate,non cohærentiate,ſed ſimpliciter,per Bal.d.loco ſubdiſtinguitur,quia vel dominus concedens aliquid in infeudatione, uel conceſſione reſeruauit, & tunc omne augmentum, & acceſſio cedit domino cõcedenti,niſi vaſſallus probet ſibi etiam de incremento inueſtituram factam fuiſſe. Aut dominus infeudans ſimpliciter conceſſit,nihil prorſus ſibi retento, vel reſeruato, & eo in caſu omne incrementum contingens vaſſallo cedit,cap.1.§.ſi quis.de manſo, de contro. inueſtit.per Bald. ibidem,vbi figurando caſum ſecundùm Iac.de Bel. dicit,ꝙ, ſi inter dominum, & vaſſallum ſit contentio de incremẽto feudi,ſi dominus aliquid ſibi reſeruauit, tunc probatio eſt vaſſalli,ſi nihil ſibi retinuit & vaſſallus poſſidet, tunc ſtatur iuramento vaſſalli, aut non poſſidet vaſſallus, & tunc incrementum amittit, niſi probet legitimè, & aliàs vt ibidem.

Et ratio iſtius ſubdiſtinctionis eſſe videtur, quia reſeruatio
5 † alicuius iuris,vel partis,oſtendit,ꝙ non totaliter, nec in totum eſt facta conceſſio, nec totaliter totum eſt infeudatum,vnde per reſeruationem venit declarata intentio cõcedentis,ꝙ voluit feudum limitare,quæ ratio ceſſat,ſi,nihil reſeruato,eſt facta de toto,uel ſimpliciter infeudato; hanc diſtinctionem faciunt,& ſequuntur,d.Andr.de Iſernin. d.§. ſi quis de manſo.& Bald.ibidem,& habetur per Bartol.in l.de quibus.ſecunda lect.num.2.vbi Iaſ.col.2 verſ. aggredior, ff. de legib.

6 Et id procedit,ꝙ omne augmentum eſſe debet, vel dñi uel vaſſalli,uel ſit augmentũ latens,vt alluuionis,vel ſit augmentum apparens,veluti eſt inſula in flumine nata, primò per tex.d.§.ſi quis de manſo.in illis verbis ibi,omne incremẽtum,quia nihil excludit,qui omne dicit,l.Iulianus.de lega. 1. l.à procuratore,C.manda.& tex.ſimpliciter loquitur nõ diſtinguendo,uel de augmento diſcreto,vel de continuo,aut conjuncto,vnde nec nos diſtinguere debemus argum l.1.ff. de alen.item quia tex.d.§.ſi quis de manſo,eſt noua lex, & cum non exprimat,uel de augmento diſcreto,uel cõtinuo, cum potuerit, & omiſerit, habetur pro omiſſo,arg.§.ſin autem,C.de caduc.tollen.ita ſentit Andr.de Iſernia d. §.ſi quis de manſo,verſ nec refert.Nec obſtat, ꝙ in uſufructuario fit diſtinctio inter latens,uel patens incrementum,l.ſi fundi,§. huic uicinus.ff.de vſufru.ubi latẽs augmentum uſufructua-
7 rio,patens vero dño acquiritur.Quia† feudatarius habet ius firmius & magis forte,quàm habeat uſufructuarius;feudatarius enim tranſmittit poſt mortem ſuam ad hæredem, ius autem fructuarij morte finitur; vnde nihil erit mirũ, ſi plus iuris erit in feudatario,ut habeat utrumque incrementum latens,& apparens,quam in fructuario, qui non habet niſi incrementum latens,vt per dictum d. Andr.de Iſern. & Bal. d.§.ſi quis,& per Iaſ.d.l.de quibus,glo.tñ in d.§.ſi quis de mãſo,in verbo reſeruauerit,vr̃ ſentire contrarium,diſtinguẽdo videlicet,quia ſi augmentum erit latens,puta alluuionis augmentum, ꝙ tunc tale augmentum pertineat ad vaſſallum de feudo inueſtitum,ſi verò ſit aparens,pone inſula in flumine nata, tunc augmentum pertineat ad dominum directũ feudi,quæ gl.ut refert Ruin.conſ.7.num.12.lib.1.eſt per doctores communiter approbata.ſed Iulius Clarus in lib.4.ſenten.in § feudum.q.88.dicit,ꝙ d.gl.ſibi non placet,nec ſibi ſatisfacit,quia cum proprietas feudi ſit domini directi,quicqd illi accedit,debet accreſcere feudi domino,niſi aliter ex teno re ipſius inueſtiturę appareret:propterea,inquit eſſer ęquius dicere,ꝙ omne incrementum accedens feudo abſque induſtria vaſſalli reſpectu proprietatis,acquiratur domino, reſpectu verò utilis dominij acquiritur vaſſallo. Sed quicquid dicat ip ſe Clarus,mihi placet opinio Iſerniæ,& Bald. ſecundũ quod ſupra diſtinguitur,ſi ſibi cõcedens aliquid reſeruauit, uel non reſeruauit,& ſi ſibi aliquid reſeruauit, omne incrementum,uel ſit latens,uel ſit apparens concedenti,uel domino debitum ſit,ſi ſimpliciter ſit facta conceſſio,quod augmẽtum,cuiuſcumque generis ſit,debeatur vaſſallo.

8 † Limitat ſupra dictam diſtinctionem Bald.d.§.ſi quis.vt non procedat,quoties augmentum prouenit induſtria,labore,uel opera vaſſalli,quia tunc illud tale augmentum acqui-
9 ritur vaſſallo,ut per Bal.ibi verſ.& nota ſecundo loco,† etiã idem Bald.ibi limitat quoties augmentum ſuperueniens cõtingat intra rem, puta ſi in fundo feudali vaſſallus ædificat Caſtrum, aliudve intrinſecum commodum, uel ædificium fabricet,quia ſine dubio omne id vaſſallo ſpectabit ut per Bal.d.loco.

10 † Si verò ſeruitus aliqua fuerit per vaſſallum prætio acquiſita in beneficio feudi,uel rei feudalis, illa ſeruitus & iura etiam inſeparabilia,quæ per vaſſallum acquiruntur feudo accedunt,& rem feudalem ſequuntur, & per conſequẽs feudo finito, & infeudatione una cum feudo ad dominium directum perueniunt,non ad hæredes vaſſalli, ad quos feudum non tranſit,& hoc communiter ſentiunt Docto.vt per Bero.in q.69.nu.6.relatum per d.Iuliu.Clar. d.§.feudum, & per Aluar.d.§.ſi quis de manſo.

11 † Sed ſi vaſſallus acquirit iuriſdictionem in Caſtro ſibi infeudato,quam dicti Caſtri tempore infeudationis non habebat,& acquirit ab alio,non ab infeudãte, ꝙ illa iuriſdictio non accreſcit feudo,nec dño directo feudi,ſed vaſſallo & hęredibus illius,& finita infeudatiõe ad illum,uel eius hæredes peruenit,ita per Bald.eleganter.c.1.§.è contrario.nu.4. de inueſtit.de re aliena.fact.& hanc opinionem ſequuntur com-
12 muniter omnes per Ruin.conſ.14.& ratio põt eſſe,quia † iuriſdictio nõ eſt ius inſeparabile à caſtro,nec annumerat̃ iter inſeparabilia,immo quid ſeparatum à Caſtro, quod de per ſe ſubſiſtere poteſt,meritò ſi feudo non accreſcit. per Iuliũ Clar.d.loco.in fi.ubi poſita qõne, an melioramenta facta p vaſſallum in feudo,finita infeudatione, debeantur domino
13 directo, uel vaſſallo,aut illius hæredibus,dicit,ꝙ,ſi ſint † melioramenta facta induſtria vaſſalli,ad vaſſallum ſpectant, ut per Aluaro.d.§.ſi quis de manſo,ſed eſt in electione domini uel ſoluere eſtimationem dictorum melioramentorum, uel pati,ꝙ tollantur,c.1.§.ſi vaſſallus,hic finitur lex corradi, ubi idem Clarus ponit quomodo fieri debeat æſtimatio dictorum melioramentorum,ubi eſt uidere.

Et pari modo ſi augmentum prouenit facto domini directi,puta quia dñs augeret feudum, totũ augmn̄ cedit lucro ipſius vaſſalli,& nihilominus ſeruitium non augetur, quia
14 † qñ homo facit augmentum,& homo ſibi non prouide, & ſibi non retinet,remittere,& donare uidetur,per Iſern.d.§.ſi quis de manſo,unde inſpici ſolet, quæ ſit,uel fuerit uolũtas infeudantis,& an uoluerit ſimpliciter, uel limitate infeudare,quia in dubio concedens quid in feudum ſimpliciter, nihil ulterius diceudo,uidetur ttotum dare,totum infeudare, quia indefinita æquipollet uniuerſali,l.ſi plurib.de leg.2. cum ibi no.Andr.de Iſer.d §.ſi quis,uerſ in dubio.

15 Sed,ſi incremẽtum perpetuum quod ſuperuenit accreſcit,& cedit vaſſallo,an ob tale augmentum perpetuum augeri debeat penſio,ſiue ſeruitium,ſuper hoc. Andr. de Iſern. qui ponit de hoc qõnem in d.§.ſi quis de manſo,concludit, ꝙ uel augmentum eſt tanti valoris,uel pluris quanti eſt totũ feudum,cui accreuit, & tunc augetur ſeruitium pro modo valoris ipſius incrementi,uel feudum fuit auctum,vel incrementatum in parte,& particulariter,& tunc non augetur ſeruitium, ſiue penſio,ꝙ ſecundum eum correſpondet diſtinctioni de damno,& derrimento,quia ſi contingit damnũ de toto,imputatur domino directo feudi,ſi cõtingit de parte,& tunc imputatur feudatario,ſicut eſt in emphyteuta, in l.1.C.de iure emphy.quia contrariorum eſt eadem diſciplina,l.ſi.§.ſi filius.ff.de leg.3.Iaſ.& alij in rubrica de acqui poſſ.
16 facit,quia non † debet quis petere illud,cuius contrariũ non eſt periturus,l.ſi.C.de ſolut.& modicum non curatur, l.in rebus.§.poſſunt.ff.commod.l.omnino.ff.de impenſ in re.dot. fact.per Iaſ.in cap.1.num.22.qui feud.da.poſſ.& in cauſis, & caſibus feudorum æquitas maxime ſeruatur,quę in paribus cauſis paria iura deſiderat,cap.hęc edictali.§.ſi.de pac.iur.fir. Vnde ſicut dominus non agnoſcit particulare damnum,ita quoque particulari incremento gaudere non debet.

Sed immo videtur contra,etiam ꝙ modicum incremẽ-
17 tum habeatur in conſideratione, quia † etiam in una gallina furtum committitur,§.gallinarũ,Inſtit.de rerum diui.tradit gl.in proęm.decreta.& in c.cũ te.in ver.magna. de ſentẽ. & re iudi.Bal.in l.1.§.de exercito.naut.caupo.ſtab. & ſtatutũ puniens comburentem domum habet locum in coburente
18 domũculam,ſed † ſolutio eſt,ꝙ in his,& ſimilib.eadem ratio eſt in modico,q̃ eſt in toto,cũ in modico delinquẽs det operã rei illicitæ,ſcilicet furto,& incẽdio,per Doctores.d.§.gallinarum,Iaſ.d.c.1.num.25.verſ.contra tamen qui feud. dar. poſſ.ſed in caſu noſtro in quo tractatur de augmento ſeruitij,magnitudo rei aliud exigit,nec ea ratio militat in parte, q̃ eſt in toto,quam reſponſionem comprobat Iſernia.per tex. in l.ſed ædiles,§.ſi quis mulierem.ff.loca ubi infante nato in natario non augetur pẽſio,ſiue naulum,quia uectura infantis magna non eſt,ergò à contrario ſenſu, ſecus ſi magna eſſet,& per eundem Iſernia.magnum dicitur incremẽtum reſpectu rei,cui accedit,ſcilicet ſi ſit ſupra uires, & ſupra † valorem eius.per tex.in l.ex annuo,in principio.ff.de donat.inter uir.& uxor.

SVM.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Augmentum latens quòd emphyteutæ, apparens autem quòd domino directo acquiratur.*
2 *Feudatarius utile dominium habet.*
3 *Argumentum à minori est necessarium, et nunquam fallit, secus in argumento a simili.*
4 *Tributarius habet dominium directum & utile.*
5 *Fructuarius non habet ius ita forte sicut emphyteuta.*
6 *Augmentum insolitum, de quo uerosimiliter partes non excogitarunt, nõ cedit emphyteutæ.*

QVAESTIO XVI.

Cui cedat augmentum rei emphyteuticæ.

DE augmento quoq; emphyteusis vel rei in emphyteusim conceſſæ contingenti dicemus, & cui cedat tale augmentum, videntur variæ opiniones doctorũ,
3 nam vna opinio videtur, vt † diſtinguatur inter augmentum latens, & augmentum apparens, vt quidem latens augmentum, ueluti eſt augmentum, quod acreſcit per alluuionem, quod dicitur augmentum, ꝙ latenter acreſcit, emphyteutæ acquiratur. Si verò patẽs ſit augmentũ, pone quando inſula eſt orta in flumine, tunc non emphyteutæ, ſed domino directo acquiritur, iuxta diſpoſitionem text. in l. item ſi fundi, §. huic uicinus, ff. de vſufru. ubi hoc ſtatuitur in fructuario, & domino directo; ſimile habetur in glo. in cap. 1. §. ſi quis de manſo, ſi de inueſt. contro fuerit. de fructuario & domino directo in glo. reſeruauerit, & glo. in l. de quibus. ff. de leg. & in l. prima. in glo. fi. C. de iur. emphyt. cum hac opinione tranſit ſimpliciter Iuliu. Clar. in 4. lib. ſententiarum. §. emphyteuſim. q. 41. & in §. feudum. eo. lib. q. 88. & ratio iſtius opinionis poteſt eſſe, quia cũ in caſu iſto non reperiatur nec ius ſcriptum, nec cõſuetudo ad quem ſpectet augmentum contingens emphyteuſi, recurritur ad ſimile legis, quod eſt p legem expreſſum in fructuario, cui cedit augmentum, ſi fuerit augmentum latens, ſecus ſi fuerit patens, per tex. d. §. huic uicinus, vnde ſecundum hoc ſimile debet determinari, licet etiam reperiatur ſimile conſuetudinis aliter diſponentis, in c. 1. §. ſi quis de manſo, allegat.

Alia opinio eſt, quæ fuit opinio Petri. & ſuorum ſequacium in l. prima, C. de iure emphyt, ꝙ augmentum quemadmodum non cedit feudatario, ita nec cedere debet emphyteutæ, iuxta diſpoſitionem d. §. ſi quis de manſo, arguendo à
2 ſimili, feudatarius † habet utile dominium, §. rei autem. de inueſtit. de re alien. fact. emphyteuta habet utile dominium. vt no. d. l. ergo vt augmentum non accreſcit feudatario, ita nec emphyteutæ, ſequitur hanc opinionem Iacob. de Raue na. Martin. Bald. quos refert Iaſ. in l. prima. C. de iur. emphyt. num. 79.

Sed iſta opinio non videtur tenenda, tum quia in caſu noſtro habemus ſimile legis, quod magis atrendi debet, qa caſus noſter eſt de eo, cuius materia eſt lege comprehenſa, ut dictum eſt, tum etiam quia arguere de fructuario ad emphyteutam, eſt arguere de minori ad maius, quod argumentum eſt maioris concludentię, quia eſt ſimile de feudatario
3 quia argumentum à minori eſt neceſſarium, & numquam fallit, ſed argumentum à ſimili eſt bene fallax, l. fi. §. pen. ff. ad municip. l comparationes. C. de fid. inſtrum. & quælibet probatio eſt ſortior, quàm ſimilitudo, & comparatio, §. ſi verò nullus authen. de fid. inſtrum. per Saly. in l. 1. num. 8. C. de iure emphyt.

Alia, & tertia opinio eſt, ꝙ omne augmentum contingens, uel ſit latens, uel apparens, ſemper ſit emphyteutæ, & ſemper emphyteutæ acquiratur, pro quo adducitur primò tex. in l. 2. C. de alluuio. vbi emolumentum & augmentũ proueniẽs tributario omne accreſcit ſimpliciter nulla facta ibi diſtinctione de latenti, vel apparenti, nec de continuo, vel diſcreto. Verùm ad tex. illum poteſt reſponderi, ꝙ loquitur in tributario, qui habet dominium directum, & utile, per text. in l. in prouintiali. C. de ſeruit. & aqua. ubi Bald. & non in em
4 phyteuta, † qui habet ſolum dominium utile, per Iaſ. in d. l. de quibus. uerſ. & licet in tributario.

Secundo loco facit argum. à contrarijs, ut illud iuris ſit in augmento, quod eſt in diminutione, l. ſecundùm naturã. ff. de reg. iur. quia ſicut damnum omne particulare contingens rei emphyteuſis non damnum totale eſt emphyteutæ, & p emphyteutam ſupportari habet ſimpliciter nulla facta diſtinctione, vel ſit magnum, uel paruum, vel latens, vel apparens ſit detrimentum, ſeu iactura, ita pari modo de augmento, vel emolumento contingenti cenſeri debet, quod vel ſit latens, vel apparens, & aliàs cuiuslibet generis, uel quã titatis, id omne ad emphyteutam perueniat & pertineat, l. 1. in fin. C. de iur. emphy. tenet Iac. de Aren. Alber. Bart. & alij in l. 1. C. de iure emphyt. & Iaſ. ibidem num. 79. vbi dicit, ꝙ quemadmodum omne damnum vel ſit apparẽs, vel latens, niſi ſit damnum totale, & totius rei interitus, ſemper pertinet ad emphyteutam, ita omne augmentum, omne emolumentum contingens emphyteutæ eſſe debet; nec propterea poteſt augeri penſio, ut contrariorum eadem ſit diſciplina.

5 † Nec obſtat illud, quod allegatur de fructuario, qui non habet ius, ita forte ſicut emphyteuta, quia ius fructuarij nõn eſt durabile poſt mortem, immo morte finitur, per tex. in §. finitur. Inſtit. de uſufru. ius uerò emphyteutę eſt tranſmiſſibile ad hæredes, unde nõ bene infertur de uno ad alium, quia eſſet arguere à minori ad minus, per Doct. in l. prima. C. de iure emphyt. ubi Iaſ. num. 79.

6 † Sed hoc limitat multùm ſignanter Bald. in addi. ad Specul. de loca. col. 4. uerſ. emphyteuta, vt videlicet id procedat in augmento inſolito, de quo ueriſimiliter partes non excogitarunt, per glo. quam allegat in l. ſi merces. §. uis maior. in ver. cui. in fi. per Iaſ. d. l. prima. C de iure emphyt. num. 79. ver ſic. item licet.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes in domo factæ dicuntur, per quas domus eſt facta melior, & ita affixæ ſunt, ut pars domus efficiantur.*
2 *Domus cum inſtrumento ſi legata ſit, non ueniunt inſtrumenta patrisfamilias, ſed domus.*
3 *Reparationes loci ſunt, per quas loci facies conſeruatur.*
4 *Emphyteuta, qui ſui culpa cecidit ab emphyteuſi perdit meliorationes.*
5 *Emens ſcienter rem ſubiectam reſtitutioni amittit meliorationes.*
6 *Aedificium factum ſuper ſolo eccleſiæ ſpectat ad eccleſiam.*
7 *Clericus teſtari non poteſt de meliorationibus per eum factis in rebus eccleſiæ.*
8 *Impenſæ paruæ factæ per maritum in re dotali non reperiuntur.*
9 *Meliorans ſcienter ſolum alienum uidetur animo donandi facere.*
10 *Aedificans bona fide in fundo alieno recuperat expenſas.*
11 *Expenſas gratia fructuum factas poteſt poſſeſſor ſemper deducere.*
12 *Conſuetudo dictat, quòd aut dominus patiatur ædificium auferri, aut ſoluat prætium meliorationis.*
13 *Pater ſi ædificium in ſolo aduentitio conſtruxerit, poterunt alij fratres pro parte ſumptuum ſibi pertinente retinere fundum.*
14 *Vaſſallus ſi ædificium fecerit in feudo, an meliorationes deducere poterit.*
15 *Fundus datus in ſolutum ſi induſtria creditoris melior factus ſit, non reſtituitur debitori etiam minori.*
16 *Expenſarum aliæ ſunt neceſsariæ, aliæ utiles, aliæ uoluntariæ, & numero 22.*
17 *Expenſæ gratia fructuum tribus modis fiunt.*
18 *Naturalis ratio poſtulat, ut ſumptus fructuum ſoluantur non modò bonæ fidei poſſeſſori, ſed & prædonibus.*
19 *Remittens ex ſimplicitate retentionem, quam habebat fructum, poteſt cõdicere poſſeſſionem.*
20 *Media uia eligitur in eo, qui quandoque in bona, & quandoque in male fide fuit.*
21 *Quid de expenſis in reficiendo factis.*
23 *Sumptus facti in re alteri reſtituenda, an & quomodo ueniant repetendi.*
24 *Quid de ſumptibus factis in re aliena.*
25 *Facit quis aliquando de ſuo in ſuo, aliquando de alieno in alieno, aliquãdo de alieno in ſuo, aliquando de ſuo in alieno.*
26 *Pacta & conuentiones circa ſumptus, & melioramenta ſunt ſeruanda.*

QVAESTIO XVII.

De melioramentorum in reb. eccle. factorum refectione, ſiue refuſione.

IMpenſæ quoq; & melioramenta, quæ fiunt in rebus eccleſiæ, vel per emptorem conductorem, emphyteutam, colonum feudatarium, vaſſallum, aut alium, qui titulo uel aliàs rem ab eccleſia obtinuit, quæ faciunt rem maioris valoris, uel prætij, quàm fuit tempore conceſſionis, non debent eſſe ſine aliqua conſideratione, quippe quæ vt plurimum ſunt facta magna cum impenſa, induſtria, labore, & temporis iactura impendentis.

Et pro declaratione terminorum, præſentis materiæ, eſt bonum ſcire, quæ dicantur meliorationes, ſiue melioramẽta, & quæ dicantur reparationes; & meliorationes † factæ in
1 domo aut loco, illæ dicuntur, per quas domus eſt facta melior, dum tamen ſint ita affixæ, vt pars domus efficiãtur, pone,

Source : BIU Cujas

ne,si in domo sit facta vna camera, unus furnus, aut cellarium:quia ista sunt pars domus, & causa domus fiunt, ff. de impens.l.quod dicitur.§.fin.cum l. seq. l. Iulianus.§.fi.cum l. seq.ff.de actio.empt.

Si vero non sint ita affixæ,vt sint pars domus, aut loci, vt quia possunt pro libito amoueri,tunc non sunt proprie meliorationes,sed sunt instrumentum,& instrumenta,& si quidem gratia domus erant,videntur instrumenta domus,puta quia appohuntur gratia tempestatis arcendæ,aut uētorum, vel incendij.

Si vero non sint facta gratia domus, sed gratia patrisfamilias,puta,quia sunt cassæ,lecticæ,perticæ ad tenendū pannos,armaria non affixa,sed leuabilia, ista dicuntur patrisfa-
2 milias,non domus. Et † siquidem sit legata domus cum instrumento,talia instrumenta patrisfamilias non ueniunt. Sed instrumenta domus rātum.Sed secus, si legatur domus prout instructa est,quia tunc bene etiam ista ueniunt,l.quæ situm.§.si domus.ff.de fund.instru.

3 Reparationes verò sunt, per quas pristina forma, uel facies domus,uel loci conseruatur absque dilatione, ꝓductione,uel depressione puta si sint refecti parietes,qui minabantur ruinam,aut tectum,idem enim sonat reparare,ꝙ reficere,l.3.§.pen.ff.de itin.actuque,& l. .ff.de uia pub.§.si quis.& l.1.§.si quis ædificium.ff.de ope.nou.nunt.habetur per Paul. de Castr.in consil.377 incipien.quantum ad illa quæ, prima parte.

Et aggrediendo materiam per aliqua contraria procedendo,quo modo magis ueritas habetur, & eluceſcit,videtur ꝙ impensæ factæ in re huiusmodi non debeantur, nec p eum,qui impendit,repeti possint, sed rei, vt pars illius accedant,& penes rem remaneant,in multis casibus, primò per tex.in l.2.C.de iure emphyt.ubi habetur,quòd emphyteuta,
4 † qui culpa sua cecidit ab emphyteusi, perdit meliorationes in re emphyteutica factas,& efficiuntur domini directi quātumuis cum magna iactura,labore, & industria impendentis factæ,per Bald de feud.hic finitur lex.§.si uasallus, & ita dicit seruari de consuetudine Bald.in l.senatus, in principio. de legi.Idem dicitur † si meliorationes sint factæ in re su-
5 biecta restitūtioni in euentum alicuius conditionis, quam scienter,qui impendit in melioramentis emit, quia ex quo emit scienter,nō repetuntur,sed emptor illa perdit propter malam fidem eius,secundum aliquos;Sed ego dico quia ex quo sciuit,& impēdit,videtur ea rei donasse,per tex.vbi no. omnes in l.si.§.fin.C.communia.de lega. Sed hoc intellige, nisi melioramenta fuissent adeò necessaria, quòd illis nō factis res perijsset,tunc talia melioramenta non perdit, sed repetit impendens,l.domum,circa fi.C.de rei vēdi.ubi omnes, no.Iaſ.d §.fi.2.not.

Facit quod habetur per Alex.cons.44.visa facti narratio
6 ne,col.2.vers.fortificantur,lib.3.ꝙ si † augmentum, uel ædificium fuit factum super solo ecclesiæ,spectat ad ecclesiam, quia solo cedit ædificium,l.2.ff.de rei vend.l.Labeo, §.ex diuerso.ff.de acqui.rer. dom.subdit,facit.quia regulariter quādo finitur ius emphyteutæ,melioramenta facta in emphyteusi redeunt ad dominum.l.2.C.de iure emphyt.& si uasallus fecit additamentum aliquod rei infeudatæ,diuidi nō potest à feudo,& acquiritur domino feudi, maxime si separari non potest à feudo,vt ibi per eum.

Facit quod habetur per Abb.in c.si.de pecul.cleri.in prin
7 cip.ꝙ clericus,siue † prælatus de meliorationibus per eum factis,& impensis in rebus ecclesiæ,non potest testari nec testamento disponere,quia remanent acquisita ecclesiæ,& per eundem paulò post in secūdo no.ꝙ si prælatus ex industria suæ personæ fecit rem ecclesiæ meliorem,non potest repetere,quod impendit ex sua industria,sed cedit ecclesiæ, subdens,licet sit aliter,si impendit de suo patrimonio, in meliorando res ecclesiæ, quia bene id quod impendit ecclesiæ, quia bene id quod impendit de suo, ipse & eius hæres poterit repetere, per text.& ibi gloss. duodecima, quæstione 4.cap.2.

8 † Facit,quia impensę paruæ factæ per maritum in re dotali non repetuntur per maritum, qui propter coniunctionē personarum videtur donasse,l.omninò.ff.de impē.in re dot. fac& l.uirum.ff.de dona.inter vir.& vxor.

Idem habetur per Salyc.in l.domum, C.de rei vend.col. 3 vers.oppono verbo. vbi si quis impendit vel meliorauit citrà solum alienum, quod non potest repetere etiā sumptus
9 necessarius,quia sciens † solum alienum, & illud meliorans, vel in illud impendens,videtur facere non animo repetendi,sed donandi potius.Instit.de rerum diuis.§.ex diuerso, lo primo.ff.de acquiren.rerum dom.l.adeo.no.glo.in l.si area. ff.de cond.indeb.

Et habetur in l.redemptores,ff.de rei vend.ꝙ qui ex conducto ædificat in solo alieno,facit ædificium domini, vnde non potest meliorationes repetere,vbi Bar.dicit,ꝙ tale ædificatum cedit solo,fac.l.2.C.de ser.& aq. ubi habetur quòd dominium illius operis,quod fit in aliena possessione,pertinet ad eum,cuius est possessio.Et habetur in authen.qui rē, C.de sacrosan.eccl.vbi qui rem ecclesiæ conducens illā deteriorat,& per biennium cessat soluere, repellitur, cogitur soluere pensionem pro præterito, refarcit damna illata, & meliorationes impensas non repetit,ubi glo.fin. dicit, quòd id fit culpa illius,qui damnum sentit,vnde sibi imputet.

Contrarium immo videtur,quòd impensæ factæ & melioramenta in re debentur,& per euincentem rem, aut fundum refunduntur,per tex.apertum in l.in fundo.ff.de rei vē
10 di.vbi qui † in fundo alieno, quem imprudens emerat, ædificauit bona fide, credens se id emisse, recuperat expensas factas.

Idem legitur in l.sumptus,ff.eo.tit. ubi sumptus facti per bonæ fidei possessorem in prædium quod post apparuit alienum,exceptione doli mali recuperantur,nisi tamen ante litis contestationem tantundem de fructibus,quantum sumptus important,percepit:quia tunc fit compensatio,ubi Bar. not.casum in quo bonæ fidei possessor ante litis contesta.nō lucratur fructus,licet eos sumat, quia eos compensat cum sumptibus. Et habetur in l. Iulianus ff.eod. quòd possessor, qui ab inito fuit bonæ fidei,ex post malæfidei, quod ædifica
11 uit potest tollere,& auferre. † Et si expensæ sint causa fructuum,possessor potest semper illas deducere,l. fundus qui dotis.ff.famil.hercis.per Bar.in l.in fundo.ff.de rei uend.quia inquit tex.d.l.fundus.nullus casus interuenire potest, qui id genus deductionis expensarum, quæ fiunt pro fructibus, ita quod non deducantur,impedire potest,ubi gl.in uerbo hoc genus,iura concordantia adducit.Facit tex.in l.si in area. in fin.ff.de cond.indeb.ꝙ si quis,cùm putaret se hæredem, insulam hæreditariam fuleisset,quòd nullo alio modo quàm p retentionem rei impensas recuperare potest,ubi gl.fi.dicit secundùm Azo.ꝙ id est de stricto iure,sed de æquitate dabitur isti qui impendit,vtilis actio nego gest.ad impensas, ubi Paul. de Castr. dicit esse notandum, ꝙ tex. loquitur in impensa de nouo facta,& in ædificio de nouo facto, pro qua impensa non competit nisi retentio, quia non reputatur impensa necessaria,licet utilis,sed pro impensa facta in reficiendo datur actio,quia talis impensa reputatur necessaria,l.domum,C.de rei uendi.id quod dicit ibidem Paul. de Castro. habuisse in facto de quodam Florentino,qui emerat vnam possessionem à non domino, in qua bona fide pulchra fecerat ædificia.ualentia duplum possessionis, quem conabatur adiuuare ex æquitate legis,& actione in factum,ex ęquitate. l.si me & Titium,ff.si cer. peta.sequitur Iaſ.ibidem.secundo not.

Facit tex in l.3.§ similiter.C.de aluuio.& palud.vbi agrorum possessores sumptus, quos fecerunt ad reducendum agros,& paludes ad frugalitatem,& fertilitatem nō perdunt. Et tex.in l.intra utile §.uendentibus.ff.de minor. ubi minor intentans restitutionem in integrum non ordinarie, ut debet contra curatores,vel administratores suos,sed cōtra possessores pro prędio,vel possessione recuperanda, tenetur p̄stare omnes impensas in prædio,uel re restituenda per possessorem bona fide factas,sequitur Bald.in l.si duobus.§.emptor.uersi.ultimò oppono C.communia de lega vbi oppono inquit, quod meliorationes non debent perdi. l.tertia, §. primo. C. de alluio. & d. §. uendentibus ubi soluendo obiectum, dicta iura, inquit, loquuntur in bonæ fidei possessore,secus quando sumus in mala fide,subdēs paulo post,quod si iste emptor, de quo ibi, ædificauit ibi domū & vult eam diruere, & lapides exportare, videtur quod pos-
12 sit,quia † consuetudo dictat,quòd dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat prętiū meliorationis, quod inquit etiam de consuetudine seruatur in emphyteſi ecclesiarū,ut tit.hic finitur, lex deinde consuetud.reg.inci.cap.si vasallus in feudo:si enim res incideret in commissum propter culpā non soluentis canonem, vel quia veniretur contra pactum, tunc meliorationes accrescerent ad utilitatem ecclesiæ, quia per se subsistere non possent, l. secunda. C.de iure emphyteu.

Et dicit Bald in authen.excipitur.C.de bon.quæ lib.uersi.
13 quæro pater,quòd,si pater construxit ædificia in fundo aduentitio,mortuo patre alij frares pro parte sumptuum sibi cuique pertinenti retinere possunt fundum, quia magna expensa nō pertinet ad usufructuarium,& hoc suadet,inquit, ęquitas,d.l.intra utile,& d.§.uendentibus.

Et per Bal.in ti.hic finitur lex.fa.§.si uasallus,quòd si uasallus ædificium fecit in feudo.& ipsum sua pecunia meliorauerit,illo mortuo dominus feudi,aut patietur ædificium toll i,aut soluet hæredi prętium meliorationis; idem inquit est, si uasallus sua pecunia feudo seruitutem acquisiuit; Subdēs
14 quòd id est,quando feudum reuertitur propter generationem finitam,secus est,quando reuertitur culpa vasalli,quia

tunc

Source : BIU Cujas

tunc vaſſallus perdit meliorationes, quas fecit, nam cum perdit principale perdit & acceſſorium, l. 2. C. de iure emphyte. nec habet locum retentio pro expenſis, quia in feudo, & emphyteuſi id eſt in pœnam, quia in pœnam ſui delicti cadit à iure ſuo.

Facit Bald. in l. ſenatus. ff. de lega. 1, vbi dicit, ℭ finito iure dotali maritus poteſt eleuare ædificium, & tollere, quod fecit in fundo dotali; & poteſt hoc ius etiam alteri legare, & concedere, & eſt arg. ℭ idem in emphyteuſi per generationem finitam, ſecus ſi propter culpam, quia tunc meliorationes ſunt dominij, l. 2. C. de iure emphyt. & conſuetudo videtur hoc obſeruare. Subdit, ℭ hoc non habet locum in domibus intra ciuitatem, quia non poſſunt dirui, dicit tamen inquit Petr. ℭ poteſt res detineri, donec ſibi ſatisfiat de materia, ideſt quanti ualerent illa detracta, & habetur, in l. pen. ff. loca. quòd colonus, qui eijcitur ob non ſolutam pẽſionem, recuperat impenſas utiles factas.

Facit idem Bald. in l. cum pro pecunia, C. de ſolut. ℭ fun-
15 dus † datus in ſolutum induſtria creditoris melior factus, nõ reſtituitur creditori etiam minori, & eſt inquit iſta lex utilis emphyteutis, & feudatarijs, qui etiam ſollicitudine, & cultura vberiores fundos fecerũt, & cariores, vt per hoc nec fundus, nec emphyteuſis eis auferri poſſint, quod enim contingit proſperitate fortunæ, aut induſtria ipſorum, ad eorum commodum debet cedere.

Et dicit Specula. tit. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 131. quæritur, ℭ augmẽtum, ſiue acceſſiones, ſiue meliorationes rei emphyteuticariæ ſunt emphyteutæ, c. potuit, extra eo. & l. fi. C. de iur. emphyt.

Licet præmiſſa cum primo loco deductis non repugnẽt, quia ex inductione iurium ſuorum apparet, ℭ in diuerſis terminis loquuntur, & ſic, ℭ ſunt diuerſa, non aduerſa: tamen pro maiori declaratione materiæ, vberiori, & pinguiori intelligentia adduco diſtinctiones, quæ per doctores tam ciuiliſtas, quàm canoniſtas in hac re ſunt traditæ.

Et primò glo. in l. in fundo. ff. de rei uendi. in glo. fin. di-
16 ſtinguit, ℭ † impenſarum aliæ ſunt neceſſarię, alię utiles, alię uoluntariæ; & impenſæ neceſſariæ ſunt illæ, quę ſi factæ non forent, res erat aut peritura, aut deterior futura, vtiles, quæ rem meliorem faciunt & deteriorem eſſe non ſinunt, & ex quibus reditus acquiruntur, ueluti cùm facti ſunt arbuſti, & paſtinationes in re ultra quàm ſit neceſſe, & his impenſis aliquando adiectum fuit piſtrinum, & horreum factum.

Impenſæ uoluntariæ aliàs uoluptariæ ſunt illæ, quæ ſpetiem duntaxat ornant, non etiam fructum augẽt, ueluti ſunt viridarię, aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ, vt per tex. in l. impenſæ. de uerb. ſign. vbi glo. declarat, ℭ paſtinatio eſt plantatio arbuſti, ideſt arboris, ne ruat terra in futuris annis, uel dicitur paſtinatio vineæ, & glo. in uerbo
17 his, dicit, ℭ ſi horreum, & piſtrinum reficiat, venit inter impenſas neceſſarias, ſi verò de nouo fiat, uenit inter impenſas vtiles, vel inquit, dic ſecundum rerum qualitatem, quòd impenſa iſtorum aliquando dicitur neceſſaria, aliquando vtilis.

Item aliæ † impenſæ fiunt pro fructibus, quod euenit tribus modis, videlicet, quia aliæ cauſa fructuum quærendorum, vt in arando, fodiendo; aliæ cauſa colligendorum, ut in triturando, vindemiando; aliæ cauſa conſeruadorum, vt in conducendis horreis & ſimilibus, per tex. & ibi glo. in l. ſi à domino § fi. ubi glo. fi. dicit, huiuſmodi expenſæ omninò deducuntur, & deduci debent de fructibus. cum nullus caſus ſit, qui talium ſumptuum in fructibus factorum deductionem impedire poſſit, l. fundus qui, in fin. ff. famil. hercis.
18 & dicit tex. d. §. fi. ℭ naturalis † ratio poſtulat, ut iſti ſumptus non ſolùm debeant ſolui bonæ fidei poſſeſſori, ſed immo & prædonibus. quia Bald. in l. ſi quis ſciens. C. de rei uendi. dicit, ℭ ſi quis mala fide poſſidet agrum meum, & proprijs manibus & propria opera coluit, ſi ego ab eo repeto fundum, & ipſe dicat ℭ velit dimidiam fructuum tanquam laborator pro operibus ſuis, dicit ℭ non eſt admittendus iſte, ut colonus partiarius, vt petit, ſed bene ℭ ex fructibus poſſit deducere, quantum ſit prætium operarum, quia omnis malę fidei poſſeſſor deducet impenſam factam cauſa fructuum percipiendorum, l. fundum, ff. famil. herciſcun. vbi ſubdit, ℭ ille,
19 qui propter † fructus habebat retentionem, & ſua ſimplicitate retentionem omiſſit, habet remedium, ℭ poteſt condicere poſſeſſionem propter retẽtionem, l. quòd ſi nulla, ff. de cond. indeb. quod inquit Bal. eſt uerius.

Aliæ impenſæ fiunt gratia rerum, l. 3. §. nos, ff. de impenſ. in re dotal. fact. vbi tex. dicit multum intereſſe, an impenſa ſit facta ad perpetuam rei utiliatem, an ad eam, quæ nõ ſpectet ad præſentis temporis utilitatem, an ad eam, quæ ad præſentis anni fructum; quia ſi ad præſentis anni, cum fructibus prę ſentis anni uenit compenſanda; ſi verò non ad præſentis anni, tunc neceſſarijs impenſis compenſanda.

Si vero ad perpetuam vtilitatem & tunc, aut fuit facta ℭ de nouo faciendo, uel de reficiendo, ſi de nouo faciendo, & fuit bonæ fidei, ſemper, ſecundùm aliquos, habet exceptionem, non actionem, ſecundùm aliquos, tamen iudex varie ex perſonarum, cauſarumque qualitate conſtituit.
20 Si verò † non fuit ſemper in bona fide, ſed cepit eſſe in mala fide, tunc eligitur media uia, l. Iulianus. ff. de rei uendi. vbi qui ab initio fuit in bona fide, & poſt malę fidei fiat, põt tollere quòd ædificauit, & expenſas nõ poteſt doli exceptione retinere, vt per Bar. ibidem.

Si vero ſemper fuit malæ fidei, uidetur impenſas, quas in re fecit, donaſſe. §. ex diuerſo. Inſtiti. de rer. diuiſio. nullum enim ſibi obligare uoluit impẽdens, l. in hoc iudicio. ff. com. diuid.
21 Si verò in † reficiendo, & pro reficiendo, ſiquidem per bonæ fidei poſſeſſorem, tunc aut neceſſariò, aut utiliter, & habet tunc reficiens ad retinendas, & conſeruandas impenſas doli mali exceptionem in totum, aut refecit non neceſſariò uel utiliter, ſed uoluntarie, & eo caſu permittitur reficiẽti auferre, ℭ impẽdit ſine læſione prioris ſtatus rei; ſed de eo, quod percepit de fructibus, & in fructibus fit compenſatio cum impenſis, licet aliàs bonę fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos; ſed hic, ſi petat ſumptus cogitur compẽſare, l. ſumptus, l. emptor. ff. eo. & ſi ſimus in impenſis uoluntarijs, ſi dominus eſt paratus tantum dare, quantum his rebus ablatis eſt habiturus poſſeſſor, ei fiat poteſtas. Si vero ſit malæ fidei poſſeſſor, impenſas neceſſarias factas in reficiendo, nõ per exceptionem doli, ſed officio iudicis cõſequitur, & non habet locum officium iudicis niſi ipſe, qui eſt malæ fidei, rem poſſideat, & impenſas non utiles auferre poteſt, ſine tamen læſione prioris ſtatus rei, uoluntarias autem impenſas perdit, quod eſt verius ſecundùm glo. quæ ponit in l. in fundo, ff. de rei uendi. in glo. fi. & in hac materia ultra glo. præallegatam reſtrictiue diſtinguit Salycet. in l. domum, C. de rei uend. col.
22 fin. ℭ impenſarum † aliæ ſunt neceſſarię, alię utiles, alię uolũtarię, neceſſariæ ſunt quibus non factis eſt peritura res, utiles quibus factis res eſt melior futura, voluntariæ quibus factis eſt delectabilior uentura, l. impenſę, ff. de uerborum ſignifica.

Alię fiunt ad perpetuę rei utilitatem, alię fiunt gratia fructuum tantùm; cùm igitur quæritur an & quo iure ſumptus
23 facti in re alteri reſtituenda ueniant repetadi. Dic † aut ſunt facti in re propria ſpe tamen aliena, ſeu ſpe alteri reſtituẽda, vt in re dotali, cuius dominus eſt maritus, ſed ſoluto matrimonio eſt reſtituenda: & de hoc nil attinet dicere, quia eſt factus titulus de impenſ. in re dot. In re tamen ſub conditione legata, interim alienata, ſi medio tempore per emptorem in ipſius rei utilitatem ſit facta impenſa, glo. in l. emptorem. ff. de rei uend. tenet, ℭ impẽſa poteſt deduci doli exceptione;
24 nec fit aliqua fructuum compenſatio. Vel † ſumptus ſunt facti in re aliena, & tunc dic, ℭ aut impẽdens habuit animum donandi, aut animum repetendi, aut dubitatur; primo caſu nullo iure petit, l. adeò, §. ex diuerſo, ff. de acqui. rer. domi. ſecundo caſu, ſi impendit contra uoluntatem domini, & non repetit, l. fi. de neg. geſt. aut impendit de uoluntate domini, & poteſt repetere tam excipiendo, quam mandati agẽdo, ſi voluntas fuit talis, quę mandatum inducat, l. qui pupilli, ff. de neg. geſt. vel alia actione ex aliquo præambulo contractus reſultante. Tertio verò caſu, quando uidelicet dubitatur quo animo impendit, tunc dic, uel impendens habuit cauſam à domino, & repetit actione ex eo contractu, l. in rebus. §. poſſunt, ff. commod. vel non habuit cauſam à domino; & tunc, uel impendit in re aliena, quam ipſe impendens non poſſidebat, & non repetit, quia videtur donare. Inſti. de rerum diuiſio. §. ex diuerſo. Vnde eſt conſilium ℭ proteſtetur, uel quid tale faciat impendens, ℭ de animo repetendi appareat, l. Neſſenius, ff. de neg. geſt. Aut impendit in re à ſe poſſeſſa, & tũc ſi impendit cauſa fructuum, & repetit, ſiue bona ſiue mala fide fiunt, l. fundus, ff. famil. herciſc.

Aut impendit in perpetuam rei utilitatem, & tunc, uel impenſa eſt neceſſaria, aut utilis, aut uoluntaria; Si ſit neceſſaria, & tempore quo impendit impendens ſit bonæ fidei, ſeruat ſumptum, & impenſum iure retentionis, ope exceptionis doli, l. Paulus. ff. de exceptio. ſi verò tempore quo impendit eſt malæ fidei, tunc repetit, uel ſeruat impenſam iure retentionis, implorando officium iudicis, non per modum excipiendi. Si verò impenſa eſt utilis tantùm, & tunc, aut bona fide impendit, & tunc, ſiue reficiendo, ſiue de nouo faciẽdo ope doli exceptionis tuetur, l. ſi in area. ff. de acqui. rerum domi. & l. 1. C. de infan. expoſi. iudex tamen ex perſonis, & reb. uarie conſtituet. Aut mala fide impendit, & tunc tollit impẽſam ſine læſione prioris ſtatus rei, & hoc ſi impenſa tolli poteſt, aliàs ſibi impendenti imputetur, & ubi tolli poſſunt, dominus, ne tollantur, poteſt offerre tantum, quantum ualerent abraſę. d. l. in fundo.

Si

Source : BIU Cujas

Si autem imdensa sit uoluntaria, malæ fidei possessor illā perdit, bonæ verò fidei tollit impensam, si potest, non aliàs, nisi sint factæ impensæ in re uenali, quia eo casu vti vtiles impensæ bene repetuntur, l. q; si, ff. de impens. & tūc ille tuetur exceptione doli mali, vel officio iudicis, & si quid de fructib. percepit, pro rata perceptorum fit compensatio hincinde, siue habeat titulum lucratiuum, vt l. sumptus. ff. de rei uēdi. siue habeat titulum onerosum, vt eod titu. l. emptor, & hoc quando tempore impensæ factæ res erat aliena, non impendentis, per Salyc. d. l. dominum, C. de rei vend. clare per Areti. §. ex diuerso. vers. certe illud. in fi. Instit. de rerum diuisio. vbi magistraliter distinguit, faciunt dicta Cyn. relata per d. Are.
25 ibi, q; aliquando † quis facit de suo in suo, aliquando de alieno in alieno, aliquando de alieno in suo, aliquando de suo in alieno; vbi de suo in suo facit totum suum est, ubi de alieno in alieno, ueluti ædificans in solo Titij de materia Sempronij, isto casu licet solo cedat, tamen agi potest ad exhibendū, & uendicabitur, nisi ex depositione, siue destructione appareat deformitas ciuitatis, l. in rem. §. item quicunque, ff. de rei uend. ubi de alieno in suo facit, tunc cedit solo materia, tamen si tolli potest sine deformitate ciuitatis potest agi rei vend. d. l. si rem. §. fi. & l. 1. ff. de tig. iuncto. quarto casu ubi de suo in alieno, refert an bona fide semper, an mala fide sēper, an verò à principio fuit bonę fidei possessor, & ex post facto malæ fidei, vt no. in l. si area, ff. de rei uendic. & d. l. in fundo, ut per Are. d. loco.

Ista distinctione & declaratione, primo & secundo loco
26 supra adducta sunt adinuicem conciliata. † Et siquidem sumptus & melioramenta sunt facta ex pacto & conuentione, vt fieri solet instrumentis inuestiturarum, locationum, infeudationum, emphyteusis, & similium in plantando, eleuando arbores, uites, fabricando, ædificando, reficiendo, uel aliàs, tunc pacta, & conuenta seruato modo non sint pacta cōtra iuris dispositionem, & sint conuentiones à iure regulatę, qa aliàs rata non habentur, l. contra iuris l. iurisgentium, §. si paciscar, §. prætor ait, ff. de pact. cap. cùm pridem. & cap. fi. ext. de pact. Bar. in l. 2. C. de iure emphyt. & si non interfuerit pactum, uel conuentio melioramentorum, & pro solutione, seu refusione illorum, tunc impendens consequitur melioramenta secundùm iura superius tam primo, quàm secundo loco adducta ī casu suo iuxta prænominatam distinctionem. Et pro maiori vberiorique materiæ intelligentia deducemus de melioramentis refundendis uel non ex diuersis contractibus.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta facta super rebus feudalibus non indistincte pertinent ad dominum.*
2 *Melioramentum naturale quoad directū dominium, domino feudi & successoribus pertinet.*
3 *Melioramenta industrialia, quibus natura cooperatur, quibus pertinent.*
4 *Dominium directum non acquiritur vassallo, sed vtile.*
5 *Vassallus repetere potest quicquid bona fide ratione sui vtilis dominij impendidit.*
6 *Melioramenta ciuilia sequuntur fundum.*
7 *Castrum quandoque vni infeudatur, & iurisdictio spectat ad alium.*
8 *Melioramenta licet quando que ad dominiū spectent, impensæ tamē factæ per vassallum eidem per dominum solui debent.*

Continuatur præcedens materia.

1 PRimo igitur melioramē-ta, † quæ sunt facta super rebus feudalibus non vtique indistincte refundi debent aperto uel reuerso feudo ad dominum, nam præsuppositis primo tribus generibus melioramentorum, quæ considerā tur per Doctores, videlicet. Primò melioramēta naturalia. Secundò industrialia. Tertio loco ciuilia; & naturalia esse, in quibus sola natura operatur absq; opera hominis; industrialia, in quibus plus hominis industria, quàm natura, & ciuilia in quibus solum operatur industria per Guid. Papa. decisio. 169. sicut in simili dicimus de fructibus naturalibus, industrialibus, & ciuilib. l. fructus, ff. de vsuf. Bar. & gl. in l. ex diuerso. ff. de rei uend.

Certi autem iuris est, q; melioramenta, quæ naturaliter fiunt, aut obueniūt cursu temporis feudo, aut rei feudali acquiruntur domino directo feudi, & soli feudalis pars efficiūtur, ueluti dicitur de melioramento, aut incremento, quod fit per alluuion feudo, l. itē si fundi, §. huic uicinus, ff. de vsufru. glo. in l. de quibus. ff. de leg. §. præterea, Insti. de rerū diuisio. vbi quod vsufructuarię res accrescit, quoad proprietatem acquiritur domino, & quoad vsufructum vsufructuario, ità

2 pari modo † melioramentum naturale quoad directū dominio feudi, suisque hæredibus, & successoribus, & feudatario, suisq; hæredibus quoad vtile, quod vsufructus quidā esse censentur. glo. Præposi. And. de Iserni. & alij in §. si quis de manso, de contro. inuestit. in tex. ibi fidelē posse retinere incrementum iure feudi & sic solùm respectu vtilis dominij, vt per Præposi. & Iserni. ibi; vbi etiam dicunt, q; incrementū naturale, quod feudo applicatur, est eiusdē naturæ, nec est alia res à feudo; vnde ratione dicti instrumenti, nec vasallo seruitum augetur, nec pro eo alia inuestitura requiritur vnde sicuti feudum nec alienari, nec in vsumfructum dari pōt, & sicuti ad filios, & descendentes transit ex pacto, uel prouidentia, & natura feudi. p glo. &. doct. c. in presentia, extra de proba. cap. 1. an agnati uel filij, cap. 1. de alien. feu. pat. & cap. 1. de succes. feud. ità pari modo melioramenta naturalia, super quibus finito feudo vassallus, & hæredes sui nullum ius habent rem retinendi, quia opera, industria, aut impensa eorum nō prouenerunt. tex. glo. & doct. ibi in l. pen. ff. loca. c. 1. extra. de in integ. rest.

3 † In melioramentis verò industrialibus, quæ fiunt, & proueniunt præsentialiter opera, impensa, & industria uassalli, cooperante natura, uel facto naturali, ueluti sunt ædificia in re feudali facta, arbores plantatę, aggeres erecti, fossæ, & huiusmodi, ut habetur d. cap. 1. §. si uassallus, & capitulo 1. §. ex contrario, primo responso, de in inuestit. de re alien. fact. distinguendum videtur, q; si melioramentum factum feudo potest à feudo separari, & est vt quid diuersum, & res alia à feudo, de per se subsistens, ueluti cum uassallus emit prędiū rusticum, uel urbanum iuxta rem feudalē, vt illi accederet, & illi īseruiret causa maioris commodi, l. prædijs, §. Balneas. de leg. 3. & eo casu melioramentum est acquisitum uassallo pleno iure, & eo defuncto ad hęredes, & successores suos ēt extraneos transit vt d. §. ex contrario, vbi glo. in uerbo subsistere, id tenet, quia quoties res est diuisibilis &c. & ibi Bal. vbi quærit, vassallus additamentum fecit feudo, quæritur an accrescat feudo, resp. q; si id, quod additum est, potest de per se subsistere, illud non accrescit feudo, uel non est de per se subsistens, & accrescit feudo.

Si verò melioramentum industriale per se stāre non potest, nec est de per se subsistens, sed est unitum rei feudali, quod quodammodo pars rei censetur, tale melioramētum durante feudo quoad utile dominium pertinet ad uassallum & illius successores in feudo. per doctrinam Bal. in §. si quis de manso. uers. secundo oppono. de controuersi. inuestit. qa inquit, ibi istud est intrinsecum augmentum, vn de apparet, q; durante feudo tale melioramentum industriale quoad dominium directum ad dominum spectat, quia directum
4 non acquiritur † vassallo, sed solum vtile, secundum Bald. d. loco. tum etiam quia quicquid ędificatur, aut seritur solo cedit, Institu. de rerum diuisio. §. ex diuerso, per Alexand. consil. 44 incip. uisa facti narratione. lib. 3. vers. corroboratur. colum. 2.

Si verò feudum sit apertum, & finitum, si melioramentum est, in quo modica impensa uassalli interuenit, tunc tale melioramētum est proprium ipsius domini feudi absque aliqua refectione, aut refusione vassallo, uel eius hæredibus facienda, dicit glo. Docto. & maxime Pręposi. in cap. 1. §. si vassallus, hic finitur lex &c.

Si verò interuenit non modica sed magna impensa, opera, uel industria uassalli, si quidem culpa uel dolo uassalli feudum reuertatur, tunc melioramentum reuertitur una cum feudo ad dominum, argum. l. 2. C. de iure emphyt. & etiam. l. fin. late Bald in l. & duobus. §. emptor. C. communia de lega. Doctor. in allegato. §. si uassallus. Bald. d. §. si quis de manso, habetur late declaratum per Guid. Papa. decis. 169. incipien. sed quid si uassallus meliorauerit feudum, & per eundem de cis. 438 incip. emphyteuta, quæ deci. loquitur in terminis emphyteutę, non uassalli, sed de uno potest inferri in aliquibus ad aliud.

Si verò feudum sit reuersum sine culpa, & dolo uassalli, pone quia est inuestitura, uel linea finita, tunc dominus feudi habet electionem, ut uel uassallo siue eius hęredibus æstimata melioramenta soluat, æstimando rudera, & ędificia diruta, siue ut patiatur, q; melioramenta tollantur, seu abradā tur, dicit & tenet Iacob. de Beluisio. d. §. si uassallus. per illum tex. & not. in l. sed & si quid in principio, ff. de usufru. & hoc
5 videtur magis communiter teneri, quia cum † feudatarius, aut uassallus bona fide ratione sui iuris, & sui utilis dominij in feudo aut re feudali ædificauerit, impensas repetere pōt, & quousque æstimatio sibi soluatur, aut dominus patiatur ędificatum tolli, & remoueri, potest retentione vti, per Doct. communiter, d. §. si uassallus, per Saly. & Bald. l. 2. C. de rei uēdi. Bald. in authen. qui rem, C. de sacrosan. eccl. Bald. in l. pe. ff. locat. & ita seruatur de consuetudine per Bald. d. l. secunda, est decis. Guid. Papę d. decisio. 169. Paul. de Castr. in consilio

Source : BIU Cujas

filio 170.incipien.viso puncto.columna tertia, versicu. sed certè.

6 Si verò † melioramenta facta per vassallum sint melioramenta tertij generis,ideſt melioramenta ciuilia, quæ fiunt, nihil in eis natura operante,sed sola hominis diligentia,opera,& industria parantur,ad instar fructuum ciuilium,in quibus sola industria interuenit,& de quibus per Bar.in l.ex diuerso,ff.de rei uend.per Abb.qui multos citat in cap.grauis, mihi colum,2.& 3.num.3.de restit.spolia. vbi latè de qualitate fructuum ciuilium,ad quorum similitudinem etiã ista appellantur melioramenta ciuilia, in quibus sola hominis industria interuenit,ueluti sunt seruitutes reales iurisdictiones,liberationes,immunitates,exemptiones & alia id genus paratæ & acquisitæ sola acquirentis industria, arte,uel labore,de quibus in c. 1.§.ex contrario.vers.si verò de inuesti. de re.alien.fact.& huiusmodi melioramenta vel additamenta, quæ tanquam pars feudi, uel fundi censentur, feudo accedunt,& vt accessoria feudi feudum concomitantur,quia inseparabilia sunt à feudo,& sine feudo non sunt subsistentia, ideò vt inseparabilium inseparabile est iudicium,ita de illis, quæ non sunt separata à feudo,nec separabilia à feudo, debet idem iudicari quod de feudo, & non diuerso iure à feudo.d.§.ex contrario,vbi Bald.& omnes,Bald.ibi sentit diuersum in iurisdictione,quæ fuit acquisita per uassallum.vbi dicit,ꝙ mœnia Castri possunt spectare ad unum,iurisdictio ad alium,& pro Bald.facit quod uidi in usu seruari, quia Castrum † solum est infeudatum vni,& ad alium spectat iurisdictio,& Castrum est unius,iurisdictio est alterius, tamen dominus Præpositus ibi tenet contrarium,vnde dic ex cõmuni conclusione Doctorum,ꝙ huiusmodi iura inseparabilia, melioramenta ista ciuilia feudo accedunt, & rem feudalem sequuntur,& finito feudo unà cum feudo ad dominum feudi reuertuntur.

8 † Sed licet talia melioramenta sint feudi, tamen impensæ factæ per uassallum in illis acquirendis,uel parandis debẽt solui,aut refundi per dominum uassallo, uel uassalli hæredibus,vnde tam vassallus,quàm illius hæredes,etiam extranei, quousque sit sibi de impensis in talibus melioramentis, uel additamentis satisfactum,possunt vti retẽtione rei feudalis. per tex.d.§.si uassallus.iunctis ibi notatis.cum late adductis ꝑ Guid.Papa.in sua decis.169.superius allegata.per Augu. Ber. in q.96.inci.illud etiam.Bal.in auth.excipitur.C.de bon. quæ lib.Ias.in l.in emphyteuticarijs.col.7.nu.28.vers.quid autem C.de iur.emphy.

SVMMARIM

1 *Emphyteuticus contractus est,vbi res datur ad meliorandum.*
2 *Emphyteuta cessans in solutione perdit melioramenta.*
3 *Emphyteusi finita per generationem finitam,melioramenta non efficiuntur Domini.*
4 *Quare sit, quòd in contractu emphyteusis ponatur clausula, ad meliorandum.*
5 *Pactum,quòd finita generatiõe res reuertatur ad dominum cum melioratione,ualet.*
6 *Melioramenta si per emphyteutam non perduntur, quid obseruetur.*
7 *Aestimatio melioramentorum qualiter fieri debeat.*
8 *Melioramenta an durante emphyteusi leuari possint.*
9 *Emphyteusi finita quid recuperare possit emphyteuta.*
10 *Emphyteuta ædificans in solo emphyteutico non videtur facere animo donandi.*
11 *Donandi animus an præsumatur inscienter ædificante in solo alieno.*
12 *Melioramenta facta in uilla restituenda sub conditione deduci, uel repeti possunt.*

Quid sit in melioramentis rei emphyteuticæ.

SI verò melioramenta sint facta per emphyteutam ī emphyteusi, vel re emphyteutica,an reuertente emphyteusi ad dominum directum debeant solui per eum emphyteutæ,uel eius hæredibus?& videtur primò ꝙ sic,per doctrinam Bald. in rubrica de iure emphyt.uers.contractus emphyteuticus,vbi dicit,ꝙ contractus emphyteuticus est,vbi datur ad emphyteu
1 sim,ideſt ad meliorandum, & emphyteuta † cadens ab emphyteusi nõ dimittit domino meliorationes, est dictum Specul.de loca.§.nunc aliqua.vers.132.quæro,quòd augmentũ siue accessiones,siue meliorationes sunt emphyteutæ,ca.potuit.extra.loca l.2.C.de iure emphy.est tex.notabilis in feudis,qui clare dicit,in cap.unico,§.si uassallus,in tit.consuetudines reg.hic incip.vbi si uassallus construxit domum, aut ædificium in uinea, uel terra,quæ cadat in commissum propter cessationem solutionis,uel aliàs dominus directus teneretur resarcire emphyteutæ,uel vassallo, impensam factam in domo ibi constructa.est decisi. Guid. Papæ. q.438. incip. emphyteuta.in principio,facit glo.in l.colonus.ff.loca. quę videtur velle,ꝙ si emphyteuta ecclesiæ cesset in solutione,ꝑ dat melioramenta facta fauore ecclesiæ,secus sit;si sit priuati;& ꝙ melioramenta non debeãt perdi dicit Bal.in l.si duobus.§ emptor.vers.oppono quòd,C.communia de leg per tex.in l.2.§ 1.de alluuio. & l.intra utile,§. uendentibus,ff. de minor faciunt contraria supra secundo loco deducta.

2 Sed secus videtur,ꝙ immo † emphyteuta si cessat in solutione,melioramenta per eum facta perdit, & efficiuntur soli,& domini directi,quia dicit Spec.in tit.de loca.§.nunc aliqua.vers.secundo quæritur, ꝙ contractus emphyteusis est contractus meliorationis.cap.fin.ext.loca.& melioratio est tam ex parte dantis,quàm ex parte accipientis;ex parte dantis,quia recipit annuam pensionem, & quia quicquid plantatur,seritur,ædificatur,finito contractu emphyteutico ad illum pertinet,cuius est solum,l.2.C.de iure emphyt. ad accipientem,quia ipse utitur,fruitur,& suas meliorationes possidet.& dicit Bald.in l.in emphyteuticarijs. C.de iure emphyt. secundo not. ꝙ in d. casu meliorationes cedunt domino,
3 idem Bald.in l.Senatus.de lega.1. ꝙ † emphyteuta per finitã generationem nõ perdit ædificium factum in re emphyteutica,secus si sit finita emphyteusis per culpam,quia tunc meliorationes sunt domini,d.l.2.C.de iure emphyt. subdens, & consuetudo videtur hoc obseruare.Bald.& Iaco. Aluaro.in cap.1.§.si uassallus.tit.hic finitur lex.& Bal.in l.fin.§.emptor, C.communia de lega.uer.sed contra,ubi dicit,ꝙ de consuetudine obseruatur in emphyteusi ecclesiarũ ꝙ dominus aut patiatur ædificium auferri,aut ꝙ soluat prætium melioratio nis;subdens,si enim res incideret in commissum propter culpam non soluentis canonem,uel quia ueniretur contra pactum,tunc meliorationes accrescerent ad utilitatem ecclesiæ.Idem Bald.l.1.ff.loca.& in l.in rem actio,§.fi.ff.de rei uendi.idem Bald.in l.1.C.de iure emp.2.colum.vers. quartò remouendo,ibi,nam emphyteuta cadens ab emphyteusi non potest remouere emponemata,nam olim cõcedebatur emphyteusis ad hunc finem,vt per emphyteutam meliorarẽt, & talis melioratio habebatur loco prætij,& per Bar. in l.colonus,ff loca ubi dicit,ꝙ emphyteuta uel sit emphyteuta ecclesiæ,vel emphyteuta priuati,quando ejicitur ob non solu-
4 tam pensionem,suas meliotationes non repetit,& ratio † est vt ibidem:quia aliàs emphyteuta minorem pensionem,quã colonus soluit,& ideò consueuit apponi in instrumento, ꝙ dat in emphyteusim ad meliorandum,vbi Paulus de Castro, uersicu. quantum, refert Doctores ibi tenere,ꝙ emphyteuta expulsus, siue sit emphyteuta ecclesiæ, siue priuati, non potest meliorationes suas repetere. Sequitur Ias.in l. in emphyteuticarijs columna septima, versicu.septimò principaliter. nume. 27. quòd emphyteuta cadens ab emphyteusi propter canonem non solutum perdit omnia melioramẽta,quæ fecit in fundo emphyteutico, nec illa potest à domino petere,aut eorum æstimationem, ubi declarat quo modo istud,ꝙ emphyteuta perdat melioramenta, intelligatur, videlicet quãdo emphyteuta cecidit ab emphyteusi propter culpam suam,scilicet propter cessationem solutionis. addo ego etiam,quia deterioravit & quia alienauit, aut aliàs contrauenit pactis, & conuentionibus, quæ seruari debent. per Bald.in l. fiual.§.emptor.uersicu.sed contra. C.communia de lega.

Si verò sit finita per generationem,aut lineam finitã, aut propter finitum tempus insertum, tunc melioramenta non perduntur,Specul.d.§.nunc aliqua.titu.de locat.uers.131. & Bald.d.l.fi.C.communia de legat.per Cuman.cons.202.inci. monasterium,est decisi.Guid Papæ.decisi. 438.incipiẽ. emphyteutã & est communis opinio per Dec.cons.518.vol. 3. circa med. in communibus opinio. Matthæi iurisconsul. uerbo emphyteusis.Subdens Ias.ibidem secundum Bar. in l.iubemus nulli.§.sane. C.de sacrosan. eccl. ꝙ licet non perdant melioramenta per tempus,uel generationem finitam;tamẽ valet pactum factum in contrarium,ubi Bar.dicit se habuisse quæstionem de facto,cum † quædam ecclesia concessisset
5 aream in emphyteusim,cum hoc, ꝙ ibi fieri deberet ædificium,& ꝙ finita generatione concessionis area simul cum ædificio transiret ad ecclesiam, quòd huiusmodi pactiõ ualuit,& debet adimpleri,per tex.d.§.sane.

6 Et in casu quo emphyteuta † melioramenta non perdit, obseruatur,ꝙ vel ecclesia, uel dominus directus eligat alterum de duobus,& ita seruat consuetudo, ꝙ aut soluat ualorem ruderum,aut ædificatum tolli patiatur. per Bal. qui ita tenet in §.si uassallus.hic finitur lex, deinde incip. & per eundem in §.si quis de manso,cap.1.de controuersia inuesti. uersic.extra quæro,ubi disputans qualiter fieri debeat ista æsti-
7 matio,tenet,ꝙ † talis æstimatio debeat fieri, non prout ualet ruina ipsa,rudera ipsa ab ædificio separata, ut per eundem ibi,

Source : BIU Cujas

ibi,& in d.Authen.excipitur.C.de bon.quæ lib. & in l.in fundo.3.no.ff.de rei uend.

8 Et an durante † emphyteusi possit emphyteuta melioramenta leuare, videtur cieendum, ꝙ possit, si dñs non vult soluere æstimationem, quia dicit Bald.d.§.si quis de manso.versic.extra quæro in feudo, ꝙ uassallus quādocunque velit, ēt durante feudo, potest eleuare ædificium, dum tñ legem nō offendat, per tex.in l.cætera, ff.de leg.1.sequitur Iaſ. in d.l. in emphyteuticarijs.col.7.num.30.per Bal.in d.l.in fundo.3.no. ff.de rei vend.

Et Iaſ.ibidem dicit addendum esse, ꝙ emphyteuta finita emphyteusi non per culpam, sed per generationēm finitam, vel tempus insertum completum recuperat nedum melio-
9 ramenta, aut eorum æstimationem, sed † etiam quoscūque sumptus necessariò factos in re emphyteutica, dummodò tamen sint tales, qui de iure non pertineant ad emphyteutam, subdit Iaſ.& hoc casu emphyteuta non compensat fructus perceptos, quia illos acquirit iure dominij, per Bal. in l. emptor, ff.de rei vend.per gl.ibi singularem in verbo superfluū, de qua Bal.fecit festum, quòd non est alibi in iure, vt ab eodem audisse testatur Angel.

10 Nec emphyteuta † ædificans in solo emphyteutico videtur facere animo donandi, immo videtur facere pro se & hæredibus suis, licet sit regula, ꝙ quicquid scienter ædificat in solo alieno cedit solo, & cedit illi, cuius est solum. est elegans doctrina Bald.in l.si inferiorem.C.de rei uendi. uersic. quæro, vbi posita quæstione, an præsumatur animus donādi in scienter ædificante in solo alieno, respondet, ꝙ aut ædifi-
11 caus habet à domino causam, † pone, quia sit colonus, inquilinus, & emphyteuta, & tunc nunquam præsumitur animus donandi, aut non habet causam à domino, & tunc quia sciēter impendit in alieno, videtur habere animum donandi, qa in hoc non potest cadere alia coniectura, & aliàs vt ibi per eum, & per Bald in l.3.C.communia utriusque iudicij. Bald. & Imola.in l.Senatus.supra allegata, A reti.in §.ex diuerso.in fi.Insti.de rerum diui.sequitur Iaſ.in d.l.in emphyteuticarijs, col.fi.num.33.versic.vltimò circa.facit Bal.in l.cùm pro pecunia.C.de solutio.ubi dicit, ꝙ illa est utilis lex pro emphyteutis, & feudatarijs, qui sollicitudine, & cultura fundos vberiores fecerunt, & cariores; quod enim contingit prosperitate fortunæ, aut industria ipsorum, ad eorum commodū debet cedere.

Et ad materiam emphyteusis, & feudi, facere videtur illud quod dicit Alexand.consil.123.lib.primo. incip.discussis hæsitationibus.colum.fi.versq.quo autem, ubi ille, qui fecit
12 † meliorameuta in villa restituenda sub conditione, aliquas possessiones super territorio acquirendo, licet talia meliorameuta sint facta soli, tamen ipse & hæredes illius, qui fecit impensam dictorum melioramentorum pro hæreditarijs portionibus ad impensam talem agere poterunt, nec fructus percepti per meliorantem, vel hæredes pendente cō ditione, sub qua fundus ex dispositione testatoris ueniebat restituendus, computantur in impensis; Immo impensę vltra fructus peti possunt, gloss. in l.emptor, ff.de rei uend. ubi Bald.& Angel.sequitur Bald.in l.domus.de legat.primo, vbi pulchrè.

SVMMARIVM.

1 *Colonus est in prædio rustico, inquilinus in vrbano.*
2 *Colonus ex natura contractus non tenetur meliorare, sed emphyteuta sic.*
3 *Colonus repetit quod necessariò, vel vtiliter in re conducta impendit.*
4 *Aedificans scienter in feudo alieno an præsumatur habere animum donandi.*
5 *Colonus non repetit impensas duraturas durante sua conducta tantum.*
6 *Impensæ factæ in desboscando, arando & serendo non sunt reficiendæ.*
7 *Plantatio vitium, & arborum sponte facta non dicitur impensa necessaria.*
8 *Impensa parua facta in plantatione salicum, & similium non est soluenda.*
9 *Impensa si sit maior, quàm utilitas, uel è contrà semper repetitur, quod est minus.*
10 *Emphyteuta, si cadunt culpa sua, impensas & melioramenta non repetunt.*
11 *Plantæ cohærent solo, & ideò non patiuntur abrasionem.*
12 *Possessor bonæ fidei compensat fructus cum impesis vtilibus.*
2 *Impensæ factæ in ædificio necessario indistincte repetuntur.*
14 *Quid in impensis uoluntrajis, & utilibus.*

Quid in colono & inquilino meliorantibus.

COlonus & īquilinus, quo-
1 rum alter, videlicet † colonus est in prædio rustico, inquilinus verò est in prædio vrbano.glo. Salyc.& alij in l.emptorem, C.loca.& conducto r p̄dij vel loci, si faciunt in re conducta aliquas impensas, melioramenta, uel additamenta, videtur ꝙ de iure repetant, & repetere possint, per tex.in l.colonus.ff.loca.vbi Bart.in principio, ꝙ colonus electus propter pensionem non solutam repetit expensas utiliter factas, & in primo notabili ibi, ꝙ colonus pōt facere expensas utiles, & necessarias in re conducta, & paulò post in oppositionibus, tu dic inquit indistinctè, qđ simplex colonus meliorata recuperat, emphyteuta verò, q propter non solutionem eijcitur, siue sit ecclesiæ, siue priuati, suas meliorationes non repetit, & ibidem Paulus de Cast. versq.quantum, ꝙ ille tex.loquitur in simplici colono, qui bene potest repetere meliorationes factas, siuè conduxerit ab
2 ecclesia, siuè ab alio, & dicit † ꝙ ratio diuersitatis est duplex; primò quia simplex colonus non tenetur rem meliorare ex natura contractus, sed emphyteuta sic, quando emphyteuta conducit vt melioret, dicitur enim ab emponema, quod est melioratio; ex quo si meliorauit, fecit illud ad quod tenebatur, vnde emphyteuta non repetit. Et emphyteuta, quia tenetur meliorare, restauratur in alio, quia modicam soluit pensionem, sed colonus soluit magnam, & ista inquit tenemenți, quia quotidiana. Item est tex. in l. dominus horreorum,
3 §.in conducto, ff.loca.vbi in conducto fundo si † cōductor sua opera aliquid necchariò, aut utiliter auxerit, ædificauerit, instituerit. cùm id non conueniisset, ad recipiendū, quod impendit, cum domino ex conducto experiri poterit, vbi Bar.Castren.& alij dicunt, ꝙ expensę factæ per conductorē necessariò, aut utiliter possūnt repeti à conductore actione ex conducto, uel in pensionem imputari, si nō sit soluta, aut etiam exportari, si fiat commodè, & uelit conductor, vbi declarant, ꝙ tunc dicuntur necessariæ quando fecit conductor ne res periret, aut deterior fieret, aut vt habitari possit, & istæ expensę indistinctè repetuntur.

Vtiles verò non repetuntur indistincte, sed ita demum, si sint factæ ex uoluntate locatoris tacita, uel expressa, uel si non adest uoluntas, repetuntur, si non sunt nimis graues locatori, dummodò propter eadem res fuerit effecta maioris prętij, & quia per colonum istę impensæ sunt factę in re aliena, & quia habuisse videtur impendens animum obligandi dominum, ideò ad has repetendum datur impendēti actio ex contractu, si pręcessit cōtractus inter colonum, & dominum, uel actio neg.gest. si non præcessit, vt ibi.

4 Facit Bald.in l.secunda, C.de rei uendi.ubi quærit, an † in scienter ædificante in fundo alieno præsumatur animus donandi, ubi respondet, quòd aut ędificās habet à domino causam, puta quia est colonus, inquilinus, emphyteuta, & tunc non præsumitur facere animo donandi: aut non habet causam à domino, & tunc quia impendit sciēter in alieno, uidetur habere animum donandi, quia in hoc nō potest cadere alia coniectura, ut ibi per eum, facit dictum Bal. in rubrica de iure emphyt.uersi.cōtractus emphyteuticus, ꝙ superficiarius, & conductor ad longum tempus non perdunt, nec dimittūt domino melioramēta sua, sed illa repetunt, si sint melioramenta, quæ possunt separari, Iaſ.in l.in emphytauticarijs.colum.7.uersq.quid autem sit, num.28.C.de iure emphyt. idem l.1.eo.colum.5.uersq.inter cęteras.ubi tenet, secundùm Bald. ꝙ emphyteuta tenetur ad magnas impensas. & nihil pro eis potest à domino petere, secus in colono, uel inquilino, qui non tenentur, immo si impensam fecerint, uel computāt in pensionem, uel repetūt à domino.l.dominus.§ 1.l.colonus. in principio.& ibi glo.& Bar.l.sed addes, §.inquilinus.el secūdo.l.ex conducto.in principio.cum gl.uerbo reficitur.ff.loca.glo.in l.sed cùm fructuarius, §.1.ff.de usufr.subdit tamen,
5 si colonus † fecit impensas, non perpetuò, sed durante sua cō ducta duraturas, quia uidetur fecisse ad utilitatem suā, nihil repetit à domino, l.diuortio, §.impendia, ff.solu. matrimo.l. in rebus, §.possunt, ff.commod.per Bar.in l.impensę.ff.de impens.& l.prędia.§.antepen ff.de fund.instruct.ubi ponit, an colonus teneatur propria impensa purgari facere aggeres, & fossata, aut facere fieri de nouo, ita ut nihil repetat à domino, ubi terminat, ꝙ pro tempore usus fui tenetur, secus si perpetuam utilitatem habeat, l.ediles.in uerbo quicunque aūt, ff.de uia pub l.1.ff. de loc.pub.ubi Bar. ꝙ conductor non tenetur propria impensa facere purgari uiam publicā ante domum conductam, & si fecerit, reficiuntur impensę, uel ei cō putantur in pensione, ut ibi per Iaſ idem Iaſ.in l.quominus, colum.22.uersq.primo casu, num.149.ff. de flum. ꝙ si conductor reficit molendinum, impensam recuperat à dño, ubi multa adducit, idē in auth.qui rē, C.de sacrosc.eccl.col.3.uersq.

vltimò

vltimò nota,quòd emphyteuta ecclesiæ,vel colonus cessãtes in solutione per biennium perdunt melioramẽta, idem in emphyteuta priuati.cõtrarium quod tenet in l.in emphyteuticarijs de iure emphyteutico secus est in colono,vel in quilino priuati,& in additio.ibidem ex ratione assignata per Bar.& Paul.de Cast.in d.l.colonus.infert,quòd colonus,aut conductor in perpetuum,vel ad longum tempus, si expellitur ob non solutionem quòd non perdit melioramenta. vti euenit in emphyteuta,quia ratio, quæ est in emphyteuta cessat in conductore,vt ibi.

Faciunt dicta Paul.de Castr.consil.271.in Christi nomine viso puncto,quod consilium est factum in causa refusionis melioramentorum, vbi declarando materiam dicit, q̃
6 † disboscatio terrarum,prædiorum, quæ pertinuit ad culturam,non est impensa reficienda, quemadmodum expensæ arandi,& serendi non debentur, quia factæ causa fructuum quærendorum,quæ veniunt cum fructibus compensandæ, l.diuortio §.impendia,ff.solu. matr. item quia ex disboscatione percipitur utilitas propter ligna,quæ recolliguntur, & quia terra disboscata,arata,& seminata reddit in duplum.
7 † Et plantario vitium,& arborum,licet pertineant ad perpetuam rei utilitatem,quia durant vltrà tempus conductionis, si sponte sit facta, quia non sit necessaria, dicitur vel utilis,vel uoluntaria,& si sint arbores non fructiferæ, & nulla vel modica resultat utilitas,quæ pertinent duntaxat ad pulchritudinem,vel amœnitatem,& decorum fundi,quia sunt, & dicuntur tunc impensæ uoluntariæ, non repetuntur, & sunt effectæ pars fundi,& lucro fundi cedunt,nec auellũtur à fundo; si verò ex eis percipitur utilitas,vt si esset oliuetum, aut arbores necessariæ ad vitium sustentationem, tunc bene expensæ debentur,& per viam actionis peti possunt,l.dominus,§.1.ff loca.nec in talibus habet locum abrasio,l.si fundi. ff.de rei uendi.vnde colonus,qui fecit tales impensas, & qui impendit in re aliena,habet actionem etiam ex conducto ꝓ talibus utilibus plantationibus,d.l.dominus horreorum, §. 1.& etiam habet exceptionem,l.colonus,ff.loca. & hoc procedit,quando expensa plantationis esset magna.& oliuarũ,
8 aut vinearum.† Si verò sit expensa patua,& quasi nulla,veluti est in plantatione salicum,& opiorum,in quorum plantatione nullus est quasi labor,vel expensa, nec in sustentatione,si positi sunt ad sustentationem vitium, quoniam non fodiuntur de perse à vitibus, sed sufficit eis vitium sarritio, & licet ex eis recipiatur magna utilitas, attamen nihil refundendum videtur,l.omnino.ff.de impẽs.l.hactenus, ff.de vsufru.l.in fundo,ff.de rei uendi.vbi habetur ꝙ si maior sit utilitas,quę accessit fundo ex impensa,quàm sit ipsa impensa,nõ repetitur,nisi illud quod impensum fuit.& è cõuerso,si maior esset impensa quàm utilitas,non repetitur nisi æstimatio
9 vtilitatis,vt sic † semper illud repetatur,quod est minus,vnde si nulla fuit impensa nil repetitur.

Et quia prædicta possunt procedere in colono, qui colit mediante mercede,qui potest repetere expensas utiles, quæ respiciunt perpetuam utilitatem fundi, & fortè tunc etiam si sint perpetuæ,d.l.omnino.ff.de impen.in fi.& etiam in marito,qui sustinet onera matrimonij quæ expẽsæ possunt excedere fructus dotis,qui maritus non repetit paruas expensas propter coniunctionem personarum, sed immo videtur eas donasse l.virũm.ff.de dona.inter vir.& vxor.

10 Sed in † colonis illis,qui colunt pro parui ssima pensione, cuiusmodi sunt emphyteutæ:idem venit dicendum quod dicitur in emphyteutis,qui cùm cadunt culpa, & facto suo à iure emphyteusis,impensas & meliorata non repetunt, vel parua sint,vel magna Secus si non culpa, sed pone per finiram generationem,vel finitum tempus, quia tunc meliorationes per emphyteutam non perduntur,vt dico suprà,licet modicam pensiõnem soluat,& receperit ad meliorandum. Quod ueni dicendum in istis conductoribus ad non modi cum tempus conducentibus, cùm eadem sit in illis in omnibus & per omnia ratio,quæ ĩ emphyteuta,& licet in §.si vasallus,titu.hic finitur lex.&c.& per Bald.ibidem sit dictum, quod est in electione domini,aut soluere impensas meliorationis,aut permittere eas auferri,id non procedit in plantis, sed in ędificijs,quæ auferri possunt, quæ nõ ueniuntur cum terra, sed dicuntur cohærere solo per abrasionem, quia
11 † plantæ uniuntur,& dicuntur cohærere solo,maxime postquàm radices emiserunt,& in eis non cadit appraisio, d.l. si fundi posseſſor,ff.de rei uendi.vnde non possunt cogi coloni ad illas exportandum,si nolũt, sicut nemo potest cogi ad patiendum eas exportari,ut æqualitatis ius seruetur,l.penul. in fin.C.commun.diuid nec fructus, quos ex talibus perpetuis meliorationibus perceperunt, sibi in dictis meliorationibus computant,quia & maritus percipit, & si perpetuam rei vtilitatem respiciunt, præium meliorationum recuperant,l.diuortio.in fi ff.solu.matrimo similiter in emphyteuta,satis enim est, quòd differunt eas recuperare usque ad solutum matrimonium.& finitam emphyteusim, uel conductione ꝛ,qui debent interim in recompensatione fructibus
12 gaudere & eosdem lucrari,non † obstante tex. l.sumptus, ff. de rei uend.qui loquitur in bonæ fidei poss.qui nullam causam habet à domino percipiendi fructus,unde licet eos propter suam bonam fidem lucretur,tamen cum impensis utilibus compensat usque ad concurrentem qualitatem, sed coloni,qui causam fructus percipiendi habent à domino, & eos lucrandi, qui fortiorem habent causam cum fructib. non cõpensant,l.colonus,l.dominus,§.1.ff.loca.ut per Paul. de Castro.d.consi.270.subdens idem Castren.ibidem, quòd
13 si † ædificia sunt necessaria,puta pro laboratoribus, qui aliter non possent laborare,tales impensæ sunt necessaræ, unde indistincte refundendæ,si factæ probentur ab eis,à quibus causam habuerunt,l.1 ff de impens.
14 † Si uerò impensæ sint uoluntariæ,& utiles,tũc locum habet dispositio c.1.§.si uasallus,hic finitur,utĩ feudatario,ira in emphyteuta; Et pari modo in istis conductoribus, qui assimilantur emphyteutis,sicuti in simili contractus innominati iudicantur secundùm naturam contractuum nominatorum,quibus assimilantur,l.eum qui.§.si rem. ff. commo. & aliàs,ut ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Facere de nouo,& reficere differunt.*
2 *Possessor bonæ fidei est,qui credit tradentem esse dominum.*
3 *Bonæ fidei possessor doli exceptione expensas recuperat.*
4 *Bonæ fidei possessor indistinctè lucratur fructus à melioratione causatos.*
5 *Impensa facta in reficiendo reputatur necessaria.*
6 *Impensa si facta sit in una re,non potest alia retineri.*
7 *Maritus non recuperat impensas paruas.*
8 *Ædificans in fundo,quem impruden, emerat,officio iudicis impensas recuperat.*
9 *Impensæ factæ bona fide inserendo,uel plantando,officio iudicis repetuntur.*
10 *Quid de impensis factis in reficiendo.*

Quid de emptore,& bonę fidei possessore.

DE emptore quoq; & possessore bonę fidei,qui in re empta, aut bona fide possessa,uel de nouo ędificauit, aut refecit, uel quouis modo meliorationes fecit, videtur aliquid dicendum; & secundùm Doctores cum aliqua distinctione, quia aliud uenit dicendum, si sint in bona fide, aliud si in mala fide, aliud si à principio in bona, deinde superueniente tempore in mala;& aliud si impensę sint factę in reficiendo,aliud si in de nouo faciendo;& aliud si in fructibus, & causa fructuum, aliud si gratia rerum; & si sit impensum aut in perpetuam rei utilitatem, aliud si necessario impensum, aliud si utiliter, aliud si uoluntarie. Quia si emptor impendit in perpetuam rei utilitatem, gratia rerum,
1 siquidem in faciendo de nouo,quia facere † de nouo,& reficere inter se differunt,l.3.§ penul.ff.de itin.actuq́ue pri. ubi tex.dicit,quòd facere longe aliud est, quàm reficere, siquidem dico de nouo fecit.uel ædificauit cum bona fide credẽ
2 do tradẽtem fuisse dominum,quia possessor † bonæ fidei dicitur qui credit tradentem esse dominum,per Bar.in l.si existimans.ff.pro socio,& qui possidet domini cogitatione, ꝙ semper præsumitur,in eo qui percipit fructus, & commoda.Bar.in l.apud antiquos,secundo no.ubi Bald.uers. itẽ nota.C.de fur.tunc ad repetendum meliorationes,& impẽsam tali emptori datur,& competit contrà euincẽtem doli exceptio,ꝙ tex.in l.si in area,in fi.ff.de cond.indeb. & tali impendenti subuenitur per rei retentionem,ut ibi in tex.in fi. & in l.Paulus,ff.de itin.actuq; priua.ubi q̃ in solo alieno ędificauit,nõ aliter sumptus consequitur, nisi possideat, & dñs soli euincat, & tũc opposita doli mali exceptione, idẽ hr̃ in l. in hoc iudiciũ.ff.cõ.diuid.ubi hr̃,ꝙ ille, qui impẽdit in fundo, quod suum proprium existimabat,cùm uindicatur fundus, impẽsę,ut pars fundi,ꝓ doli mali exceptionẽ ꝓ impendẽtem retineri possunt,facit tex.in l.2.C.de seru.& aq.text.aptus in §.ex diuerso,uers.certe.Insti.de rer. diui ubi possessor ĩ solo à se possesso ędificãs bona fide,si dñs petat solũ, nec soluat p̃tiũ materię,& mercedis fabrorũ,exceptiõe doli mali repelli põt.vbi Are.sum mãdo tex.dicit,ꝙ possidẽs alienũ fundũ, in quo bona fide ędificauit,põt expẽsas ædificij ope exceptiõis retinere;& tu nota,ꝙ ędificans in solo alieno bona fide non tñ consequitur p̃tium materię,sed ẽt mercedem fabrorum.

Idem habetur in tex.in l.sumptus. ff. de rei uendicat. ubi sumptus facti in pdio per bonę fidei possessorẽ doli exceptio

Source : BIU Cujas

ne officio iudicis retinetur, & facta cõpensatione illorum cũ fructibus perceptis, illud, in quo summam fructuum excedunt, à domino prædium euincente impendenti persoluitur, vbi dicit Bar. q† bonæ fidei possessor doli exceptione exceptione expensas recuperat; & Bald. ibi, q sumptus facti à possessore in re non sunt in actione, sed in exceptione. Bonæ tamen † fidei possessor, qui fecit melioramẽta in re, indistinctè lucratur fructus respicientes ratam melioramentorum, id est fructus à melioratione causatos, pone, prædium quod prius sine melioramentis fructuabat decem, ex causa melioramentorum fructuat 15. ille qui bona fide fecit melioramẽta, lucrabitur ille quinque. ità tenet Paul. de Cast. cons. 386. visis & ponderatis. per tex. in l. cæterum. in fi. ff. de rei vend. refert Ant. negusa. de pign. quarto membro secundæ partis. vers. decima conclusio. col. 5. num. 20. Facit dictum Paul de Cast. in d. l. si in area. C. de cond. indeb. vbi qui emit fundum, & in eo fecit bona fide ædificia, ad ædificata habet retentionem, vbi dicit se habuisse de facto in quodam, qui emit prædium, & in eo ædificauit, à quo fuit per condemnationem prædium euictum, nulla opposita exceptione impensi, vel p ignorantiam, aut inaduertentia procuratoris, uel aduocati; vnde putat, q possit repetere, vel recuperare etiam post condemnationem, & exequutionem per actionem in factum ex æquitate, l. si in Titium. ff. si cert. pet., eo maximè, cum dominus fit locupletior ex re possessoris, & cuniactura illius, & hoc quando impendit de nouo faciendo, vt in ædificando, secus quando in reficiendo, quia tunc non competit exceptio, sed datur actio, † quia eo casu impensa reputatur necessaria, per tex. in l. domum. C. de rei vend vt per Castren. in d. l. si in area, & per Alb. ibidem, per Spec. de excep tio. vers. sed pone, vbi ponit, an si quis sit condemnatus ad rei restitntionem, non facta mentione expensarum, & in exequutione sententiæ velit retinere rem, donec soluatur expensæ, q possit, & tenet Ias. d. l. si in area, vbi sũmando tex. dicit, q ei qui bona fide ædificauit, pro impensa facta ius retinendi competit, vbi subdit secundùm Alb. ità ibi tenentem, q si † habeam plures res alienas pro impensa facta in vna re, non possum retinere aliam, q intellige, si quidem sint res separatæ, non connexæ, vno vnico contractu, & vnico pretio venditæ, vt dico in fi. præsentis. rubricæ. Quòd etiam procedit in marito, qui si impendit in res dotales, q ob hoc non potest res detinere, l. vnica, §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. actio. & l. q dicitur, ff. de impens. in re dot. fact sed id † credo procedit, si quidem impensa sit non magna, ut per Ias. ibidem in sequentibus, vbi loquitur de marito impendente in exactione nominum debitoris vxoris, vbi secundùm glo in l. 1. ff. de impens. dicit, q maritus tales impensas factas non recuperat. vbi citat doctores super veritate illius gl. disceptantes, & tenentes, q non procedit in magnis impensis, sed in paruis, & dixi ego etiam suprà in contrarijs, facit doctrina Bal. l. fi. §. fi. vers. sed contra. C communia de lega. Facit text. in l. in fundo. ff. de rei vendi. vbi † qui impendit ædificando in fundo, quem imprudens emerat, officio iudicis, qui varie ex psonis, causisque constituet impensam recuperat. vbi Barto. vers. tertiò ponit casum, in quo suggerit expensas deduci, & Bald. ibi, q petitor debet refundere impensas possessori factas in re, si ipse petitor eas erat facturus, uel si est rem destructurus, si verò sit re carituras, tunc non refundit, sed permittitur possessori abrasio, nisi abrasi æstimatio offeratur, vt ibi per eum, facit tex. in l. domos. de lega. 1. vbi expensæ factæ in reparatione rei sub conditione legatæ repetuntur, vbi Bart. & Bald. dicunt, q expensæ factę in tali reparatione repetuntur à legatario, inspecto valore rei; facit. l. qua ratione. ff. de acquir. rer. dominio, in fi. principij. optima gl. in l. in fundo, in verbo deducto, ff. de rei uendic. facit tex. in l. si quis sciens, C. de rei uend. §. sane. vbi qui bona fide † in agro seminauit, vel plantauit, iuris authoritate sumptus factos recuperat, do li opposita contra euincentem dominium exceptione; habetur instit. de rerum diuisio. §. qua ratione, ubi qui in alieno agro seminauit, licet fata cedant solo, in quo sunt fata, tamẽ per exceprionem doli mali potest sese tueri, vt sibi illud, qđ in seminando impendit, reddatur, ubi Angel. summat. & notat tex. quòd seminans bona fide potest se exceptione tueri, vt sibi expensę reddantur. Facit tex. in l. qua ratione, ff. de acquir. rer. domi. vbi ad literam habetur idem; est consilium Paul. de Castro factum in terminis consil. 17. incipien. in causa. Et hæc in bonæ fidei possessore, qui de nouo fecit, & ædificauit, † sed erit secus, si in reficiendo, quia si quidem refectio fuit utilis, aut necessaria, ad repetendum impensam, & melioramenta, tunc habet doli mali exceptionem in totũ; Si verò refectio fuit uoluntaria, tunc ei est permissum auferre refectum, sine tamen lęsione prioris status rei, nisi tamen dominus paratus sit tantum dare, quantũ habiturus est possessor his reb. ablatis, sed in impẽsæ refectione compensat illud, quod habuit possessor de fructibus, per gl. quæ iura adducit l. in fundo, in gl. deducto, ff. de rei vendic. vbi materiam istam ponit, & declarat.

SVMMARIVM.

1 *Impensæ factæ à malæ fidei possessore an repeti possint.*
2 *Aedificium factum de aliena materia in fundo alieno non cedit solo.*
3 *Quæ actio detur domino alienæ materiæ.*
4 *Aedificium cedit solo, quamdiu durat in figura ædificii.*
5 *Alienare videtur imponens propriam materiam in solo alieno.*
6 *Aedificium factum in alieno fundo non semper animo donandi præsumitur factum.*
7 *Malæ fidei possessor non repetit impensas in re alienа factas, etiam si dominus factus sit locupletior.*
8 *Fallit duobus casibus.*
9 *Impensæ repetuntur per actionem, per exceptionem, & per officium iudicis.*
10 *Malæ fidei possessor an possit auferre utiles impensas.*
11 *Malæ fidei possessor impensas utiles per separationem abradit, necessarias per officium iudicis recuperat.*
12 *Impensas necessarias non faciens tenetur ad interesse.*
13 *Picturæ non patiuntur commodam abrasionem.*
14 *Melioramenta in re restitutioni fideicommissariæ subiecta facta per emptorem malæ fidei perduntur.*
15 *Quid in illo qui quandoquè est bonæ fidei, quandoque malæ. & numero 16.*
17 *Superuenientia malæ fidei aliquid semper immutat.*
18 *Præsumptio malæ fidei non turbat præscriptionem.*
19 *Malæ fides superueniens æquiparatur malæ fidei subsistenti à principio.*

Quid in malæ fidei possessore.

SI vero simus in mala fide, † & in malæfidei possessor in re sic per eum possessa de nouo faciendo, aut ædificãdo impendit, ex quo videtur, q nullum uoluit taliter impendendo obligare, & videtur donasse, nullam habet de iure impensi repetitionem; uidetur dicere tex. ĩ l. in hoc iudicium. ff. com. diuid. & per tex. in §. ex diuerso. instit. de rer. diuisio. ubi tex de hoc etiam rationem reddit, quia scienti solum esse alienum põt obijci culpa, quòd ædificauit temere in eo solo, quod intelligebat esse alienum, ubi tex habet, q qui de propria materia in solo alieno domum ædificauit, domus est effecta illius, cuius est solum, unde si ædificium sit destructum, materiam ẽt repetere non potest, quia de uoluntate illius uidetur aliena ta, ex quo non ignorabat, quòd in solo alieno ædificabat, & quod dicit tex. ibi intellige quando malæ fidei posseſsor ędificauit, uel fabricauit de sua materia, q illam amittit, si scien ter fabricauit in solo non suo, sed si nõ de sua † materia, sed de materia alterius ædificauit, est secus, quia tunc materia non perditur, sed à pristino domino uendicatur, & recupera tur utili actio. neg. gest. l. si pupilli. §. si quis ita, ff. de neg. gest, ibi, si & tuum gesit sciens &c. & per tex. in l. 2. C. eo. ubi pupil lus tenetur neg. gest. si ex negotijs gestis est factus locupletior, declarat glo. l. in fundo. verbo deducta, ff. de rei uendit. & hic est casus, quando de alieno ædificauit in alieno. per Aretin. d. §. & ex diuerso, de rerum diuisio. per distinctionem, quam ibi recitat, puta quando quis ædificat in solo Titij de materia Sempronij; quia, licet solo cedat, tamen potest agi ad exhibendum, & uindicabitur, nisi ex destructione resultet ciuitatis deformitas, d. l. in rem. §. item quicunque, maxime cùm alteri per alterum iniqua conditio afferri non debeat, l. non debet. de regul. iur. & hoc, si ædificium sit destructum, quia bene tunc materia potest uindicari, & competit domino tunc materiæ actio ad exhibendum, non autem si eadem causa manet, & non sit dirutum ædificium, quia permanente † ædificio licet dominus materię remaneat dominus, licet sit in solo alieno collocata, & ędificium sit factum alienum, tamen non agit ad materiam, sed bene ad duplum actio. de tig. iniunct. quia lege duodecima, tab. fuit prouisum, quòd ædificia non rescindantur, ne resultet ciuitasis deformitas, §. cum in suo. Instituto. de rerum diuisio. ubi Aretin. dicit quòd ædificium cedit solo, sed materia, ex qua fit ædificium, remanet antiqui domini, quam tamen repetere non potest, quandiu durat ædificium, & eo durante non datur rei uend. ubi not. esse casum, in quo dño non datur rei uendicatio, & dicit tale dñm esse dñm sine effectu, & reddit rõnẽ de hoc, quare nõ agit ad mãm repetendam, ne ædificia

destruan-

Source : BIU Cujas

destuantur,ne sequatur ciuitatis deformitas, & est rõne publicæ vtilitatis,in tãtum,quòd,si vellet ipse ædificãs tignũ in iunctum,& materiam ipsam restituere domino, & ita ædificium destruere,ad pœnam dupli euitandam, non posset propter publicum aspectum,quia publica utilitas præfertur suæ utilitati priuatæ,est doctrina Bald. in l.2. C. de rei uend. vbi summat,ꝙ soluto ædificio materia reddit ad pristinum,
4 non ad ædificantem,vbi no.ꝙ † ædificium cedit solo,quamdiu durat in figura ædificij, sed dissoluto materiato materia reuertitur ad pristinam conditionem,ubi subdit, ꝙ quantũ ad materiæ repetitiõem dissoluto ædificio etiam prædo potest recuperare.per verba tex.siue in bonæ,siue in malę fidei possessore,& per eandem ibidem quæritur, si quis ingredit rem alienam,& ibi ædificat,quis possidet, dominus ne, an verò ingrediens,& dicit ꝙ ædificans,vt per eum,& per Are.
5 d.§.ex diuerso.in principio.not.ꝙ † eo ipso,ꝙ quis suam materiam imponit in solo alieno, videtur alienare materiam suam,& per cõsequens tali alienatione videtur perdere dominium;& qui scienter ædificat in solo alieno,videtur donare,ex quo sequitur,ꝙ etiam diruto ædificio non potest dominium cementorum uendicare, quod videtur ex dicta tacita donatione,& alienatione perdidisse,& in l. domum. C. de rei vend.habetur,ꝙ de eo, quod per malæ fidei possessorem in re impenditur,nulla uenit habenda ratio, & nullam impendens habet repetitionem,quia non fecit tanquam gerens negotium illius,cuius res erat:sed ille tex. ubi dicit glo. & dicemus infra,loquitur in reficiendo,non in de nouo faciendo,sed hoc debet intelligi,vt distinguit Aret. d.§.ex diuerso.ꝙ si semper fuit malæ fidei,ideò non repetit,quia donare videtur,sed aliqui contra,ꝙ immo repetit,nisi ꝓbetur, ꝙ animo donandi.glos.inquit Aret.tenet opinionem primam,Cyn.tenet secundam;nam aliquis potest in alieno ędificare scienter: non tamen animo donandi, puta quando
6 † in fundo locato,& commodato mala fide feci, quia nõ domini cogitatione,l.cum apud.C.de fur.tamẽ ædifico, vt pleniorem,& commodiorem usum habeam, eo casu impensum,& ædificatum repeto.l.2.C.de rei uend.in fin.sed intelli ge,ꝙ tunc non repeto,cùm sine cã possideo, quia tunc donasse videor,& ideo inquit in hoc articulo,quando quis ædificat mala fide,distingue,aut ædificans, vel impendens habuit aliquam causam possidendi,aut non habuit, si non habuit,tunc non repetit,vt per suprà adducta,& d.l.2. in fin. si causam habuit,& tunc dic,ꝙ repetit,nisi appareat, ꝙ fecit animo donandi,ff.de dona.l.si cùm aurum,& per Bald. d.l.
7 2.C.de rei vend.ex quo est decisum,ꝙ † si emphyteuta habẽs ius in re,uel causam à domino, vt est commodatarius, inquilinus,colonus,ædificat etiam sciẽter,repetit,vt suprà suis locis fuit dictum,& per Doctores,quos ibi citat Aret.Sequitur Philip.Corn.cons.222.2.uolum.in princip.& consil. 243.
8 eo.ubi firmat,ꝙ † impensæ factæ à malæ fidei possessore in re aliena repeti nequeunt,etiam quòd dominus per illas factus sit locupletior.per Neguan.in tracta.de pign columna secunda,versicu. prima igitur.quarto membro,quintæ partis.

Sed hoc fallit in duobus casibus,quando dominus habebat venalem rem melioratã,& propter impensam voluntariam malę fidei possessoris illa res pluris vendita fuit, l.nisi.ff. de rei vend.eo casu dictas impensas malæ fidei non perdit,reputantur enim tales impensæ quasi utiles,& necessariæ,non voluntariæ tantùm, l.quod si. ff de impens.Secundo fallit, quando antè impensam factã malę fidei possessor denuntiauit domino,ut rem repeteret, si putaret illam suam esse,qui tamen non repetijt, & possessor fecit impensam,l.aut si ante. ff.de impensis.istis duobus casibus malę fidei possessor repetit expensas voluntarias, ponit Neguſa.in tracta. de pig.columna quarta quarto membro secundæ partis.uersi.decima conclusio.

Ista autem superius deducta habent,& habere locum intelliguntur in eo,qui mala fide in re aliena impendit in de
9 nouo faciendo,sed res se habet secus,† si impendit,uel impẽ disse dicitur in reficiendo,quia siquidem necessario impendit,per officium iudicis cõseruat sumptus, quos necessariò in re fecit,non per viã exceptionis; & dictum iudicis officiũ non habet locum,nec efficaciter per impendentem imploratur,nisi cùm ille,qui est in mala fide, & qui impendit, rem possedit,fac.glo. in l.domum.in verbo nulla.C.de rei vendicatio. vbi dicit, quòd impensę repetuntur per,a, &,e,per,i,&, o, id est per actionem, per exceptionem,per officium iudicis.

10 Si vero † malę fidei possessor non fecit necessarias impensas,sed utiles tantùm, tunc dic quòd potest auferre, & abradere,sine tamen læsione prioris status rei,per tex.in d.l. domũ.C.de rei uend.alij etiam dicunt, quòd si fecit expensas uoluntarias,põt nihilominus auferre, sed ſm aliquos illas perdit,per glo.quę id ponit in l.in fundo,ff.de rei uend.in gl.deducto.ꝓ tex.apertum,in quo est materia. d.l. domũ.vbi hĩ,ꝙ illius,ꝙ mala fidei possessores impẽdũt in re mala fide possessa nulla rõ hĩi debet, nec habẽt aliquã repetitionẽ; nisi tamen necessarios sumptus fecerint, & si utiles data eisdẽ licentia auferendi,vbi glo.in verbo fecerit. opponit de l.1. C.de infan. expos. vbi nullæ expensę etiam necessarię non seruantur,sed soluit obiectum,quòd ibi est speciale odium furis,& in l.in area,vbi pari modo nec etiã necessarię possunt peti,& soluit quod ibi in de nouo faciendo.tex.vero in l.domum.loquitur in reficiendo, quę duo inter se differunt, ut ibi per glo.& Bal.cũ Bar.ibidem summant tex. quòd malæ
11 fidei possessor † recuperat expensas necessarias per officium iudices,vtiles detrahit,ideſt per separationem abradit & aufert,& per eundem paulò post in fin.primæ col.versi. venio. dicitur,quòd ac repetendas istas expesas non competit exceptio,sed officium iudicis, vnde inquit,reus conuentus ad restituendum rem, non dicit,excipio,qa dolo facis,nisi refundas expensas,sed dicet,domine iudex iste iuste petit, tamen, quia ego feci in re impensas necessarias, & utiles, imploro uestrum officium,vt non cogar rem restituere,nisi meis mihi refectis expensis: subdens quòd cum ista non sit proprie exceptio, quòd istud officium iudicis potest implorari, etiam post datum terminum ad excipiendum, & per Paul.de Cast.ibidẽ.vbi in summario tex.dicit, ꝙ malæ fidei possessor non recuperat expensas,nisi necessarias, & eas nõ per actionem,sed per retentionem,si utiles per abrasionem, modo abrasio fiat sine læsiõe. & paulò post in uersi. tertium dictum,dicit,ꝙ habet intelligi de expensis necessarijs, quibus non factis fuisset res peritura, aut deterior futura, siue consistunt in faciendo de nouo,sine in reficiendo vetus;nã
12 si eas non feciſſet,fuisset ei imputandũ,& teneret ad interesse.vñ non imputatur,si fecit,quia fecit tanquàm in re sua,& si non habuit animum,obligandi dominum,non recuperat illas per actio.neg.gesti.sed per retentionem, non per uiam exceptionis, sed officio iudicis, subdit idem Castren. quòd est aduertendum,quòd si res,in qua sunt factæ impensæ, nõ extaret,non esset,quòd posset retinere, ideò eas perderet in rei uend.sed in petitione hæredi.in qua ueniunt omnia,licet illa res non extaret,possunt retineri aliæ res pro talibus impensis necessario factis.

Et si expensę utiles consistunt in reficiendo uetus ædificium,repetuntur,& ita debet intelligi inquit quartum & vltimum dictum legis.Si verò in de nouo faciendo, non rẽpetuntur,sed uidentur donatæ, vnde non etiam possent abradi,nisi ex abrasione abradens aliquam utilitatem consequa-
13 tur,qnia aliàs etiam non posset; pone exemplum † in picturis,quia abradens videtur facere abrasionem, potius vt domino noceat,quàm vt prosit sibi,ut per eundem Castrẽ. ibidem.ubi dicit.d.tex.deberet limitari, si quid esset adiũctum per applumbatiõem, puta quòd ædificium esset factum solo,etiam per ferrumination em,ut si fierẽt plantationes, aut seminationes,quæ post radices emissas sunt unitæ solo; uel si fimus fuisset appositus,non haberet locum abrasio, per iura,quæ ibi adducit;pro qua materia fac.tex.in l.domos.ff.de leg.1.Falci.Neguſa.in trac.de pig.quarto mẽbro quintæ par-
14 tis,col.5.uersi.nona conclusio, ubi tenet, ꝙ † melioramẽta facta per emptorẽ in re subiecta restitutioni fideicommissi, siquidẽ emit scienter,perduntur propter eius malam fidem, nisi meliorameta fuissent adeò necessaria ꝙ illis non factis res perijsset,tunc.n.non obstante mala fide repetuntur,l.domum,C.de rei uend.

15 Si uerò simus † in casu,ꝙ non fuit semper bonæ,& semper malæ fidei,seu pro aliquo tempore bonæ,pro aliquo tpe malę fidei,pone à principio bonæ fuit, deinde cępit esse malę fidei,tunc pro recuperandis,seu repetẽdis expẽsis, eligitur media uia.ꝓ tex.in l.Iulian.ff.de rei uendi.ubi, si ędificaui in area,cuius ego fui emptor bonæ fidei,& tempore quo ædificaui sciebam alienam,ex quo certus non debui in alienã aream ædificium ponere,non competit mihi pro ædificato doli mali exceptio, sed possum bene sine dispendio domini tollere ædificatum,tenet glo.in l.in fundo,quæ est l.seq.& gl.
16 d.l.Iulianus,quę dicit in verbo tollat,quòd qui † fuit, & duraiit bona fide,seruat omnes expensas per exceptionem: qui semper malæ fidei,videtur donasse,ideo nõ seruaret non repetit.Institu. de rer. diuisio § .ex diuerso. ff. de acqui. rer. dom.l.adeò.§ ex diuerso;si autem à principio fuit bonæ fidei,& post cępit esse malę fidei,eligitur quędam media via, vt d.l.sequitur Bar.ibi,vbi summando tex.dicit,qui à principio fuit bonæ fidei ex post malæ,quod ędificium potest tollere, non expensas dolo exceptione retinere. Nec mirum si
17 propter superuenientiam malę fidei fiat ista alteratio,† qa superuenientia malę fidei aliquid semper immutat,quia mala fides superueniens impedit prescriptionem cœptam de in re canõico.c.ueniẽs.& ibi doct.ext.de pscr. Bar.in l.1.C.de usucapiõs.vbi dicit secus de iure ciui.ꝓ Fely.in c.vigilãti.col.fi.

Source : BIU Cujas

extr. de præscrip. vers. & nota, vbi dicit, quòd si probaretur etiam post præscriptionem, ꝙ ea currente possidens fuit in mala fide, clarum est, ꝙ præscriptio nō prodest, sed hoc est
18 verum, † vbi constat de mala fide verè, secus vbi præsumptione tantùm, quia talis præsumptio malę fidei, quæ præsumitur affuisse in cursu præscriptionis, non turbat eam completam. l. fi in fi. C. vnde vi. vbi Bartol. quamuis id non firmat
19 ibi Felly. † & mala fides superueniens æquiparatur malæ fidei subsistēti à principio quoad fructus. l. sed si lege. §. de eo autem, ubi Bart. ff. de pet. hære.

SVMMARIVM.

1 *Emptori debentur expensæ factæ circà rem meliorandam.*
2 *Emptor perdit melioramenta, quando alienatio fuit illicita.*
3 *Emens rem ecclesiæ sine solemnitatibus præsumitur in mala fide.*
4 *Bonæ fidei possessor fructus perceptos cum sumptibus & laboribus compensabit.*
5 *Malæ fidei possessor perdit prętium cum expensis, laboribus, & fructibus.*

De materia eadem.

VErū quia res ecclesiæ nō sunt simpliciter, & indistinctè contractabiles, vti sunt res alterius gęneris, quia non vēduntur, nō donantur, non alienantur; nisi seruata forma à iure tradita, cum causa, & solemnitate, de qua supra in rubrica de causis, & solennitatibus suis locis abunde dicimus, idem Fely. in c. cum causam. col. 8. num. 28. vers. sumptus, de sen & re iud. dicit, ꝙ sumptus quos fecit emptor circa rem meliorandam
1 debentur sibi, l. in fundo, l. sumptus, ff. de rei uendi. non † attento quanti valeant nunc melioramenta, sed quantum fuit expensum pro eis faciendis, & si tm̄ de fructibus percepit, ꝙ est sibi satisfactum de sumptibus, & laboribns, compensa
2 bit, sed † hoc intellige, inquit, ꝙ est satisfaciendum emptori de melioratione, quando res fuit alienata cum debita solēnitate, & forte ecclesia ratione læsionis petit restitutionem in integrum, secus est quando res fuit illicite habita, quia sicut emptor perdit tunc prętium, ita fortius & melioramenta, Spec. de emptio. & vendi. §. nunc dicendum. ad fin. Io. de Imol. in cap. 2. in fi. de reb. eccl. non alien. vbi quærit, quid si ille, à quo repetitur res ecclesiæ, illam meliorauit, an debeat sibi satisfieri de melioratione: & secuudum Vincen. in Spe. quem ibi citat, concludit, ꝙ sic, ꝙ inquit videtur intelligendum, quando res fuit alienata cum debita solennitate, secus videtur, quando illicite fuit habita, nam emptor tunc perdit prætium. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. sic multò magis videtur, quòd non debeat satisfieri de melioratione, tamē subiungit idem Fely. ego dicerem, ꝙ, si emptor fuisset bonæ fidei, ei essent restituenda melioramenta, licet cōtractus fuisset illicitus, sicuti de æquitate canonica restituitur ei prętiū, secus si malæ fidei, quia ad prætium etiam contra uenditorem non agit, & vbicunque quis emit rem ecclesiæ † sine so-
3 lennitatibus iuris canonici, tunc præsumitur in mala fide, adeo vt nullum ei competat remedium ad repetendum, recuperandumve prętium. Abb. in cap. si diligenti. ext. de præscrip. apostil. Fely. d. cap. cùm causam, & iste talis in bona fide, quia cum habeat rem illicite, non dicitur habere rei dominium iustum, sed tenere rem iure possessionis tantum,
4 † compensat cum sumptibus, & laboribus fructus, quos pcepit, per glo. Bal & Ange. in l. emptor, ff. de rei uendi. quia si ratione non solius possessionis, sed dominij, etiam utilis, nō compensat, sed petit eosdem, adeò ꝙ emphyteuta restituēs rem finito tempore non compensat expensas cum fructib. per Bald. ibi; cum ergo in casu nostro iste percepit iure dominij, licet ex re subiecta restitutioni, non videretur teneri ad compensandum, nisi dicas, ꝙ glo. d. l. emptor. intelligit de iure dominij iusti, vt ibi in emphyteuta, & hic dominiū erat iniustum, meritò dicitur percepisse fructus iure solius possessionis, meritò compensat; & hæc uidentur procedere in em
5 ptore bonæ fidei; quia, si † sit malę fidei, perdit expensas, labores, fructus, & prætium, per Felyn. d. loco. columna final.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præsumitur ex titulo.*
2 *Bona fides ex longa possessione causatur, etiam sine titulo.*
3 *Præscribens bonam fidem debet allegare, & allegata præsumitur.*
4 *Bona fides regulariter præsumitur.*
5 *Bona fides in uenditione exigitur duobus temporibus.*
6 *Testium dicta etiam non in figura iudicij inducunt bonam fidem.*
7 *Fama sæpè à ueritate discordat.*
8 *Bona fides in incorporalibus præsumitur.*
9 *Titulo probato præsumitur bona fides, etiam contra antiquiorem possessorem.*
10 *Possessoris assertioni dicentis se esse in bona fide standum est.*

Continuat materiam.

ET pro faciliori materiæ intelligentia, & declaratione addemus, quæ de bonę & malę fidei possessore collegimus ex dictis Doctorum; quia videtur, ꝙ ille sēper præsumitur esse in bona fide, qui habet
1 titulum præuium, quia bona † fides semper præsumitur ex titulo. dicit Bal. in l. fi. colum. 8. vers. potest aūt. C. de edict. diui Adri. ibi, item quoad bonam fidem, quæ ex titulo præsumitur, & titulus debet probari per scripturam, non per meros testes. Bald. ibi, & ꝙ bona fides præsumatur ex titulo ponderat tex. in l. pen. C de præscr. long. temp. & l. apud antiquos. C. de fur. Bar. in l. 1. §. 2. 3. col. uers. uenio ad fe. glo. de itin. actuq; priua. Arch. in c. 1. de præscrip. in 6. Innoc. in c. cum uenissēt,
2 4. col. vers. item nota, de in integ. resti. & † etiam causatur ex longa possessione, etiam sine titulo, Bal. & Ange. in l. pen. C. quibus non ob. long. temp. præscr. & præsumitur ex possessione 30. an. sine titulo. l. final. C. unde ui, per Inno. d. ca. cum uenissent. uers. item nota, circa fi. immo præsumitur ex qualibet possessione, modò aliud non appareat, per Abb. Sicul.
3 in cap. si diligenti 9. col. de præcar. & † bona fides in prędscribente debet allegari, & allegata præsumitur. l. si adulterium. §. idem pollioni. ad leg. Iul. de adulte. Alex. in l. rem alienam. ff. de pig. actio. idem cons. 76. 2. parte. Fely. in c. fin. quinta col. de præscri. & bona fides, & titulus ad præscribendum causatur in hærede ex dicto unius uiri notabilis, dicentis rem emptam fuisse à patre meo, per glo. in l. Titio fundus, de condi. & demōstra. Bal. in l. iuditia. C. de rei uend. Bar. Ang. & Alex. in l. 1. ff. de eo. per quem fa. Fely. c. de quarta. de prędscr. in fin. 7.
4 col. & † bona fides præsumitur regulariter, & semper, optimè gl. Insti. de usuca. in princ. uerbo, qui bona fide, ibi ꝙ præmitur, si à dño credat se emere, l. qui à quolibet. ff. de contra hen. emp. uel putat uendentem hr̄e ius uendēdi, l. bonę fidei emptor, ff. de uerb. sign. subdens, ꝙ bona fides p̄sumitur sem per. l. uerius. ff. de proba. per gl. Insti. de actio. §. 1. Bar. in l. quę madmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. nu. 3. per glo. alleg. In
5 sti. de usuca. in princip. ubi in additio. hr̄, ꝙ † in uenditiōe bona fies exigitur duobus tp̄ibus, vc̄z tp̄e contractus, & tēpore traditionis; in alijs uero contractibus sufficit tēpore traditionis, nec nocet posterior scientia.

Et quomodo probetur bona fides in p̄scribēte, dicit Bar. in l Celsus. 3. col. uers. sed utrū, ff de usucap. & glos. in uerbo probetur, per Cepol. de ser. urba. c. 20. Spec. in tit. de prędca. 2. col. uers. item præscriptio, uidelicet, quia probatur bona fides eo quia non probatur mala fides, gl. 17. quæst. 3. dilectio. ubi dicit, ꝙ illi, qui probauit præscriptionem, si non potest probare titulum, & bonam fidem, permittitur iurare, quod bona fide possederit rē illā, & ꝙ iusto titulo habuit eam, ubi dicit, ꝙ in probanda prędscriptione, si quis probauit cursum temporis, si allegat titulum, prędsumitur ratione temporis habere titulum.

6 Et dicit Bal. in c. 1. §. si duo. 1. col. de pac. ten. ꝙ † dicta testium ēt non in figura iuditij inducūt bonā fidē, & per eundē in l. 1. C. ubi caus. stat. ꝙ bona fides causari pōt nedū ex iustis rōnibus, sed ex iniustis, & temerarijs, per gl. ibi, & cōcludit Bal. in c. vigilanti. de prędscri. ꝙ si emi ab eo, qui habet titulū, & possēdi longissimo tēpore inconcusse, tm̄ est publica & generalis fama ꝙ illa res est ecclesiæ, ꝙ per hoc ego nōdi
7 cor hr̄e malā fidē quia † fama sæpe à ueritate discordat, & magis prędsumit̄ pro titulo, q̄ pro ipsa. Nec teneor credere nisi quod credit bonus uir, idest iudex, quiī facto alieno nō debet credere nisi probationibus: ideò nec ex uno teste debeo hr̄e conscīam lędsam, facit gl. in l. si dictū. §. si cū poterit ff. de euict. ꝙ ex relatione tertij inducitur mala fides, sed intellige ubi non est titulus, & dicit Bal. in l. iuditia. col. fi. C. de rei uend. ꝙ per famā pōt probari iustissima credulitas tituli, per q̄ inducit̄ bona fides, & dicit Bar. in l. fi. ff. pro soc. ꝙ dictū serui, uel ꝓcuratoris mei, uel eius, cui successi, tribuit iustā cām erroris, per tex. in l. Celsus, ff. de usuca. uidè pro hac materia Butr. in c. peruenit. 18. col. uers. 2 dicit gl. de censi. Bal. in l. quoties. C. de rei vēdi. Fely. in c. uigilāti. & c. si diligēti, de prę scri. & c. fi. eo. Cępol. de ser. urba. cautel 20. & per alios, quos cumulatè adducit Fely. d. c. si diligēti, col. 3. uers. mō. in fi. &
8 ibi ꝯcludit Abb. ꝙ ī incorporalib. p̄sumit̄ bona fides, nisi appareat antiquior possessor, & eo casu si scđa possessio durat 30. an. purgat p̄sumptionē malę fidei. Sequit̄ Inn. ī c. innotuit de eo q̄ furt. ord. susce. & Imo. in c. 2. post eūdē Inn. col. fi. de in integ. rest. dicit, ꝙ quasi possessio eligentiū ꝯ ius prædsumitur malæ fidei, limitatur tamen, nisi sit lōga possessio, quia dicit

cit Butr.in c.cùm ecclesia.10.colum de caus.poss.& prop.q̃ in possessione contra ius exigitur titulus,& longum tẽpus, vt præsumatur bona fides,& per eundem in ca. peruenit.16.
9 colum.de censi.q̃ probato † titulo præsumitur bona fides, etiam contra antiquiorem possessorem, Alex cons.58. quarta parte.Paul.de Castr.cons.153.Bald.l.fi. C.de edict. diui Adria.tollen.15 opp.sed communis opinio contra, q̃ ẽt sine titulo præsumatur bona fides, vbi non est antiquior possessor,per Fely.in c.si diligenti,de prę.col.2.vers.pro opinione communi &c.

Et q̃ dicitur.q̃ bona fides consistit in animo, & in con-
10 scientia,vnde est standum assertioni † bonæ fidei possessoris, glo.in §.aliæ,Instit.de actio.& in cap.significasti.lo primo.de homicid.hoc fallit ubi est præsumptio in contrarium, l. siue possidetis,C.de probatio.Bart in l.inter omnes.§.res recte, ff.de fur.latè per Fely.d cap.si diligenti,de prescri. 2. colum. vers.sed dicas,vbi ĩ fi.dicit,quòd in dubio semper bona fides præsumitur,maximè in iucessore,nisi publica uox, & fama præsumptionem elidat.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides præsumitur in possidente titulo à lege reprobato.*
2 *Denuntiatio facta alicui,ne emat,inducit præsumptionem malę fidei.*
3 *Mala fides præsumitur in eo,qui non curauit videre mandatum procuratoris.*
4 *Contrahens si sine solemnitatibus requisitis à iure malæ fidei præsumitur.*
5 *Mala fides authoris præsumitur continuata in successores, in arduis.*
6 *Malæ fides præsumitur ex occupatione & fama publica.*
7 *Mala fides præsumitur in mittente falcem in messem alienam.*
8 *Item ex nimijs cautellis adhibitis.*

Malæ fidei præsumptio unde oritur.

1 MAla verò fides præsumitur esse,† quando quis cõtra iura mercatur, & possidet cum titulo reprobato à lege, q̃a si possidet cum tali titulo semper prę sumitur malæ fidei,per uerba Bart. in l. quemadmodum, C.de agri.& censi.vers.nota ex hoc.num.3.& regula,q̃ contra iura mercatur.

2 Et ex denuntiatione sibi facta,ne emat,quis præsumitur esse in mala fide,per tex.in l.si fundum, C.de rei uendi.vbi denuntiatio facta à domino ne quis emat,constituit emptorẽ malæ fidei possessorem,uerba Bar.in l.qui debitor, §.si quis ff.de his quæ in fraud.cred.ubi inquit,denũtiatio inducit malam fidem; & paulò post in resolutione contrarij per eum adducti.dicit,quòd denũtiatio facta ab eo qui habet ius denuntiandi inducit malam fidem in denuntiato;idem Bar.in l.non solum.§.morte,ff.de no.op.nunc.& per no. per eundẽ in l.Celsus.ff.de usucap.& dicit Ange.in l.eum, qui.§.publiciana,ff.de public.quòd confessio probat malam fidem, &
3 & ille † præsumitur esse in mala fide,qui non curauit videre mandatum procuratoris, nisi tamen à fide dignis fuisset ei assertum de mandato per Bar.in l.qui fundum.§.final.ff.pro empto.& l.fi.post gld.ibidem eod.titu.& habetur,per Bal.in solennibus,C.de rei vend.q̃ qui allegat priuilegium, & dixit se præscripsisse,præsumitur esse malæ fidei,capitulo. ad decimas.de resti.spolia.in 6. & ex quo quis non contrahit cum
4 solennitatibus requisitis à iure ciuili,uel municipali, præsumitur malæ fidei,per Lud.Ro.in l.fi.pen.col.de usucap. glo. parua.in l.1.C.de fid.instrum.Bar.in l.1.C.de præd.Cur. libr. decimo,& habetur per Bal.in l.quoties, C. de rei uendit. ad fi.quòd,qui procurauit habere titulum,præsumitur malæ fidei,quando vocatus in iudicium,aut timens uocari hoc procurauit,per dictum Oldrad,quod ibi Bald.extollit, & per gl. in l. si dictum. §. si cum poterit, ff.de euictio. q̃ ex sola relatione tertij iuducitur mala fides,intelliget tamen verum,ubi non est titulus,& scientia rei alienę:nam etiam sine mala fide impedit præscriptionem,gl.& Bal. in l.nec creditores, C. de pig actio.& Abb in cons.19.secundo not. quòd verosimilis notitia testamẽti facit hæredem præsumi malæ fidei possessorẽ,& hĩ per Imo.in c.fi.col.5.de præscri.q̃ eo ipso, q̃ apparet rem esse alienã,& eam à te possideri sine titulo, præsumeris esse in mala fide,& p̃ Abb in cons.3.secundo vol.nitar in præ
5 senti.24.colu.versi.16.quæstio.habetur, q̃ in facto † arduo, sicuti est in occupatiõe unius feudi dignitatis, mala fides authoris præsumitur continuata in quoscunque successores, Bellame.decis.128.si unum,ubi dicit,q̃ ualet collatio beneficij patronalis facta per executorem datũ ad collationẽ episcopi,si episcopus ultimo loco contulit beneficium uti non patronalis.

6 † Item præsumitur esse mala fides in eo, qui occupauit vsque ãi ad 30.an.tũ l.fi.vbi Bar.C. unde vi.Itẽ quis p̃sumitur malæ fidei ex fama publica,q̃ res erat aliena, p̃ dicta Bar. in l.Celsus.ff.de usucap.itẽ p̃sumit malę fidei statim, q̃ incipit scire rẽ à se possessam esse alienã,33.q.2 si virgo; Itẽ p̃sumit esse quis in mala fide,qui emit rem ab exequutore, nisi probet per famam,uel coniecturas,quòd uenditor erat exequutor;per Bal.in l.1.C.de reb.alien.non alien.

7 † Item præsumitur mala fides in eo, qui mittit falcem, in messem alienam per Bald.in l.final.15.op.C.de edict. diui Adri.

8 † Item præsumitur mala fides ex nimijs cautellis adhibitis,per Bald.in l.non ex eo,C.de euict.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius & superficiarius meliorationes repetere poßunt.*
2 *Creditor debet uel reficere uel cauere de damno infecto.*
3 *Vsufructuarius magnas impensas in reficiendo factas repetit à domino p̃ pretatis, paruam non repetitie.*
4 *Vsufructuarius videtur constitutus procurator in rem suam.*
5 *Modica impensa uidetur concernere perpetuam rei utilitatem.*
6 *Maritus in re dotali comparatur usufructuario.*
7 *Vsufructuarius potest ædificium quod ædificauit tollere.*
8 *Hæres usufructuarij finito usufructu impensas repeere potest.*
9 *Superficiarius contractus quomodo perficiatur.*
10 *Differentia inter emphyteutam,& superficiarium.*
11 *Vsuarius expensas in domo usuaria factas non repetit.*

De vsufructuario & superficiario.

1 VSufructuarius verò, & superficiarius vĩr pari mõ posse repetere meliorationes, quas † fecerunt, quia cum teneãtur meliorare rẽ, nec habeant ad meliorandum,& scienter in fundo,solo,aut re aliena impenderint,ex quo habent causam à domino, uidentur non animo donandi,& suum iactãdi,sed animo potius obligandi dominum,& ab eo repetendi,impendisse, vnde nimirum si possunt repetere,& impensam recuperare, vĩ de fructuario dicere tex.apertus in l.æquissimum.§.fructuarius,de vsufru.ff.vbi habetur,q̃ fructuarius causam proprietatis nõ potest facere deteriorem,meliorem bene facere potest,vbi glo.colligit,ergò necessarias, & utiles impensas fructuarius facere potest,quia declarando tex.inquit, omnes istę species impẽsarum,utilium,& necessariarum facit rem meliorem, l.impensæ.de verb.signi. nisi tũ faciens immutet statum rei quod non vĩ posse;vĩ ẽt posse facere uoluntarias expensas, vt eod.l.hactenus.§.Neratius,sed inquit,non potest cogi ad aliquas faciendas,nisi sint modicæ, d l.hactenus, §. modica. ubi glo.in uerbo pertinere dicit,q̃ aliàs repellitur ab usufructu l.hoc amplius,§.fin.ff.de damn.infe.;id quod est etiam in
2 † creditore,qui habet uel reficere,uel cauere de damno infecto,aliàs suo iure priuatur,l.quod de creditore,de dam.infec.& quæ sit impensa modica dicit gloss.ibi, q̃ erit in arbitrio iudicis,l.1.§.fin.ff.de iure delib.ubi gl.subdit, q̃, si quid ultra illam modicam impensam impendit, usufructuarius repetit à proprietario, l.eum, C.de usufru.ubi gloss. & Bald.
3 q̃ omnis † impensa vel parua,uel magna,quæ accidit in reficiendo,semper pertinet ad usufructuarium,sed magnam repetit à dño proprietatis,paruã uerò non,l.damni.§. & cuius. ff.de dam.infec.Sed in quantum glo.ibi dicit, q̃ usufructuarius repetit magnam per uiam actio.neg.gest.id non placet Bar.quia,cùm usufructuarius impendat in reficiendo,de necessitate,non potest petere per actionem neg.gest.unde repetet per actio.in factum,l.prætor.§. his uerbis,de bon. aut.
4 iud.poss.uel repetet per actionẽ utilẽ mãdati. † quia usufructuarius uidetur constitutus procurator in rem suam à dominu circa curam rei,l.1.cum l seq.de no.op.nunt.& alias ut per Bal.ibidẽ,qui nõ attẽto hoc tenet, q̃ competit actio utilis neg.gest.idẽ tenet Saly.ibidẽ.vers.concludo,ubi firmat regulam,q̃ utiliter impẽdẽs in re aliena animo illam sibi obligandi habet actio.neg gest.ubi in principio tenet, q̃ pro necessarijs,& pro utilib. expẽsis datur actio fructuario,ad ĩstar mariti q̃ habet ius utẽdi,& fruendi, cui ẽt p̃ uoluntarijs impẽsis dat repetitio,ut ibi p̃ Saly.ubi dicit, q̃ tota impẽsa modica spectat ad fructuariũ, tota magna impẽsa spectat ad p̃prietariũ,& q̃ magna,& q̃ parua dicat̃ est in arbitrio iudicis, & in uersic.quintò quæro,idem Salyc.dicit,quòd totam expensam nõ petit fructuarius,quia pro rata spectat ad ipsum fructuarium,& uersicu,quæro tertiò, tenet, quòd fructuarius potest cogere dominum proprietatis ad faciendũ magnam impẽsam per iudicem, antequam ipse fructuarius impendat,& eo nõ faciente priuabitur sua proprietate, sicut è contra fructuarius deficiens priuatur suo usufructu l.cũ fructuarius,ff.de usufr.l.hoc amplius,ff.de dam.infe.& Paul.de Cast.ibi reddit rõnẽ,quare ĩpẽsa modica dẽat fieri p̃ vsufructuarium.

Source : BIU Cujas

ctuarium, magna verò per proprietariũ, quia impensa † modica non censetur cõcernere perpetuam vtilitatem rei, sed temporalem perceptionem fructuum, ideò pertinet ad fructuarium; impensa verò magna, quia censetur concernere vtilitatem rei, sed temporalem perceptionem fructuũ, ideò pertinet ad fructuarium; impensa verò magna, quia cẽsetur concernere vtilitatem perpetuam rei, pertinet ad proprietarium, cuius proprietas est perpetua, prout simile dicimus in
6 marito, † qui licet sit dominus rei dotalis, quia tamen habet restituere soluto matrimonio, comparatur vsufructuario, & ideò expensas factas ad perpetuam vtilitatem rei repetit ab uxore, secus si concernebant temporalem utilitatem rei, quia tunc censentur factæ pro sua fructuum perceptione, l. diuortio §. impendia, ff. solu. matr. & per eundem ibidem, ꝙ fructuarius licet non teneatur facere magnam impensam de sua bursa, si tamen imminet necessitas, ne res deterioret, debet denuntiare proprietario, quòd illam faciat, aliàs possit sibi culpa imputari, si proprietarius ignorabat;

7 † Et si fructuarius aliquid ædificauit in fundo, aut p̃dio vsufructuario, potest ædificium tollere vel auferre; nisi res sit fixa, & sequuta dissolutione ædificij, aut ædificati potest uendicare, dicit clare tex. in l. sed & si quid, ff. de vsufruct. vbi glo. 4. verbo refringere dicit, ꝙ non potest usufructuarius ædificium extirpare, sed bene potest agere ad æstimationẽ, vel si sit dissolutum potest uindicare, nisi donare voluerit, vel nisi æstimationem sit iam consequutus, vel nisi istam impensam ad fructuarium spectabat facere, puta ꝙ fuisset impensa pro fructuum perceptione, quæ regulariter ad ipsum spectat, vt dico suprà; & secundùm Alber. non potest tollere, vel refringere, cùm sine læsione prioris status fieri nõ possit, quod est secus in inquilino, qui refringit & tollit, ff. loca. l. sed addes. §. si inquilinus.

8 † Et si vsufructuarius fecit impensas in re, an finito usufructu eius hæres possit impensas repetere, & ꝙ sic, habetur in decis. Guid. Papæ. decis. 438. incip. emphyteuta. in fin. ubi apostilla. in verbo tenere. citat Specul. in §. nunc aliqua, titu. de loca. uers. secundo. & vers. 160. licet male, quia Specul. loquitur ibi in emphyteuta.

Idem quoque videtur dicendum de superficiario, & ꝑ
9 intelligentia istius † contractus, superficiarius est cum uẽdo tibi superficiem talis fundi, aut domus pro 10 & dabis mihi in recognitionem directi dominij singulo anno unum nũmum, per Bald. in rubri. C. de iure emphyt. & melius, si uendo tibi utile dominium talis rei, ille est cõtractus superficiarius, per Bald. in l. 1. eo. titu. C. vnde melioramenta facta in re per supficiarium non perduntur, sed repetentur, per Bal. in allegata rubrica. vers. contractus emphyteuticus, vbi dicit, ꝙ
10 emphyteuta † cadens ab emphyteusi dimittit domino meliorationes, quia ad meliorandum accepit, secus inquit est in superficiario, & conductore ad longum tempus, si meliorationes possunt separari. l. sed addes. §. si inquilinus, ff. loca. tenet Ias. in l. 1. col. 9. vers. dicit etiam Bald. num. 45. C. de iure emphyt. ubi reprehendit Barto. in l. 1. ff. de superfi. contrarium tenentem, quòd melioramenta superficiarius non reperit, idem Ias. tenet in l. 2. C. eo. tit. col. 7. vers. quid autem in melioramentis factis per superficiarium, num. 28. & apostilla ad Barto. d. l. prima. citat Bald. in d. l. 2. C. de iure emphy. tenentem contra Bar.

11 † Impensæ verò factæ per usuarium in domo usuaria sibi relicta, in reficiendo, per eundem, uel hæredes non uidentur posse repeti; quia expensæ refectionis ad eum pertinere videntur, videtur dicere tex. cum glo. in l. si domus, ff. de usuc. & habita.

SVMMARIVM.

1 *Conductores & eorum hæredes, qui volunt de trahere melioramenta, probare eos facta fuisse debent.*
2 *Possidens non præsumitur fecisse melioramenta, quin potuerint ab alijs fieri.*
3 *In refundendis melioramentis attenditur semper quod minus est.*
4 *Emptor, uel conductor, si de fructibus est tantum lucratus, ut sibi sit de expensis satisfactum, nihil ulterius consequi debet.*
5 *Impensa duratura per tempus tantùm, quo percipiuntur fructus, cum fructibus compensatur.*
6 *Palliannales pro sustentatione uitium non repetuntur, secus si sint duraturi.*
7 *Aestimatio expensarum factarum in ædificijs, ad quod tempus referatur.*
8 *Expensæ non repetuntur, nisi sit impensum, & meliorat um.*

Melioramenta repetere uolentibus quid iucumbat.

1 Cõductores verò, † illorum hæredes, & quicunque sint, qui volunt detrahere, uel sibi refundi melioramenta, necesse habẽt ostendere, aut sese dicta melioramenta causasse, aut ꝑ eos facta, aut causata fuisse, quibus ipsi successerunt, uel titulo vniuersali, pone per viã hæredis institutionis, uel titulo particulari, puta per uiam legati, aut donationis, aut cessionis iurium illis competentium, per ea quæ leguntur & not. per gl. Cyn. Bar. & alios in l. si nõ, C. de his, quæ vi. met. caus. ubi Bar. 1. col. uers. quæro ꝙ si prętiũ, quod si non probent, in cã de
2 facili succumbent; Quia † nõ ualet dicere, isti sunt in possessione, ergo melioramenta sunt eis refundenda, & restituenda, quia bene potuerunt esse facta ab alijs, à quibus ipsi possidentes nullum titulum, uel causam habuerunt uniuersalẽ, aut particularem, quo casu non transiuisset ad istos ius excipiendi, per Bal. d. l. si non, sequitur hanc opinionem Paul. de Cast. cons. 270. uiso puncto. col. 4. uers. ad unum. secunda parte, quod consilium est totum in causa refusionis melioramentorum, tenet Bar. in l. in fundo. ff. de rei uend. ibi, requiritur, ꝙ expensa sit facta, & fundus factus locupletior, sed ꝙ non sit necessaria cessio, & ꝙ ius retentionis, quod competit possessori, transeat in successorem, dico in fin. præsentis rubricæ.

3 Et in † refundendis melioramentis non attendit, neq; refunditur quantũ est expensum, uel quãtũ est melioratũ simpliciter, sed attenditur semper, & refunditur semper qđ minus. pone sunt impensa, 10. melioratio est in quindecim, solũ 10. sunt debita, sola decẽ repeti possunt; sunt impensa decẽ, melioratio est tm̃ in quinque, quinque tm̃ debẽtur, quinque repetuntur. per tex. l. in fundo, ff. de rei vend. ibi, & si plus prętio fundo accessit, solũ quod impensum, ubi gl. declarat. in uerbo plus. tenet Paul. de Cast. cons. 270. incip. uiso põcto, secunda parte. col. 3. uers. itẽ quod dixi, ubi ponderando dicta uerba, d. l. in fundo. patet inquit, ꝙ si maior est utilitas, q̃ accessit fundo ex impensa, quàm sit ipsa impensa, non repetitur, nisi qđ impensum est; & sic è cõuerso, si maior esset impensa, q̃ utilitas, nõ repetit nisi ęstimatio utilitatis. ut sic sẽper illud, quod minus est repetatur; vnde, si nulla fuit impẽsa, nil repetitur, item si modica, vt in casu de quo ibi per eum, est de hoc tex. in capit. 1. extrà de restit. ī integ. vbi habetur aperte, quòd sumptus, non valor meliorationis refunditur, quem ad hoc ponderat ibi Abb. in 1. col. vers. sed circa; ubi dicit, ꝙ si emptor, uel cõductor in melioratione expendit ducentũ, & meliorem fecit solũ in centũ, ꝙ tm̃ cẽtum repeti possunt, & si expẽdit centũ, & solũ meliorem fecit in quinquaginta, solũ quinquaginta debẽtur; & imputandũ est illi, qui imprudẽter fecit sumptus, aliàs inquit ecclesia posset pati damnũ; & nunquã desisteret à petitione restitutionis, subdens in eo
4 casu, ꝙ si ille † emptor, uel cõductor est tm̃ lucratus de fructibus, ꝙ est sibi satisfactũ de expẽsis, & labore, non debet ꝙsequi aliud ab ecclesia, & sic desistere à petendis expensis in melioratione bus, ut ibi per eũ, fac. Bar. in l. domos, ff. de lega. 1. vbi si hæres in reficiendo ædificium expendit centum, & tm̃ post superuixit, ꝙ ędificiũ non põt uerisimiliter durare, nisi ad alios quinque annos. fiet æstimatio nõ quantũ tunc, cum refecit, expendit reficiẽs, sed quantũ nunc, & modò ualet, ubi Bal. dicit, si hæres in reficiendo domum impendit centum, & forte superuixit plures annos, ita ꝙ utilitas expensæ nõ duraret, nisi forte quinque annis, certe æstimabitur, quãti modò valet in isto tempore, & qnantum potest durare, nõ quantum expendit hæres; melius declarat ibi Paul. de Castr.
5 uers. interdum, ubi dicit, ꝙ † si impensa, quæ fit, est duratura per tempus tantum, quoquis est percepturus fructus, ut est custodia rei, & eo casu dicit, ꝙ fructus compensat cum impensis, l. 3. §. uos. ff. de impens. interdum expensa est duratura ultra illud tempus, non tamen perpetuò, & eo casu fit ęstimatio, & inspicitur quãtum ualet hodie, cum res repetitur, unde, si expendit centum & nunc cùm res repetitur, illa impensa parum est duratura, in tantum ꝙ non remanet utilitas ex ea ultra decem, decem possunt repeti, subdit, nota pro il-
6 lis, qui † recipiũt uineam ad certum tẽpus, & ponunt ibi pallos; nã si annales, nõ repetunt impẽsas, & pali sunt duraturi ꝑ decẽniũ, locatio aũt durat usq; ad quinquenniũ, repetũtur ꝑ dimidia, quia ꝑ dimidia tꝑis impensa seruiuit, sibi, ꝑ altera dimidia seruit domino, cui restituitur, ideò ab eo repetit. Subdit Castrẽ. ꝙ eo mõ dicendũ est e cõuerso, si tꝑe, quo impensa fuit facta, ꝑꝑ illã res non fuit facta melior, & maioris p̃tij ꝑꝑter qualitatẽ tꝑis, quia pone erat guerra, & tempore, quo restituitur uel reperitur res reperitur maioris p̃tij, inspicitur inquit, & inspici debet tp̃s, quo repetitur, & tp̃s p̃sens ut ibi ꝑ eũ, tenet Negu. in trac. de pig. quarto mẽbro. 5. par. col. 3. uer sic. 6. conclusio. hĩ in allegato consilio eiusdẽ Pauli de Castr. 270. inci, uiso. in subscriptione. D. Angeli de perigli. in fin. ad
7 dictũ consiliũ sese subscribẽtis, ubi dicit, ꝙ ęstimatio † ædificiorũ, de quibus in d. consil. & æstimatio expẽsarum factarũ in illis, debet fieri, habito respectu, nõ ad tp̃s, quo factæ sunt, sed ad tp̃s p̃sens. per tex. d. l. domos. vbi, si hęres ī reficiẽdo domũ sibi legatã expẽdit cẽtũ, postea superuenit, ꝙ ędificiũ uerisimiliter

Source : BIU Cujas

risimiliter durare non potest, nisi quinque annos, æstimabitur, prout nunc valet, & non pro eo, quod hæres expendit, cùm interim hæres commoditatem dicti ædificij habuerit.

Vnde, ad hoc, vt expensæ melioramentorum debeãtur, non sufficit tantum esse impensum, nisi res etiam sit tantum
8 meliorata, vnde ista duo copulatiue † requiruntur, quòd sit impensum, & quòd sit melioratum, per tex.d.l.in fundo, vbi glo.& alij, Abba.d.cap.primo.de in integ.restit.num. quarto, & in cap.quod quibusdam, numero 9.de fideiusso.& capitu.ad nostram.3.not.de reb.eccle.non alien. vnde sis cautus in capitulando & probando dictas expensas, ut concludas tam circa quantitatem expensę, quàm circa meliorationem rei, deducendo, quod in tantum est prętiosior propter expensas, vt per Negusan.in tracta. de pig. quarto membro quintæ partis.col.3.uersi.ista ergò duo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio melioramentorum potest fieri, & probari in exequutione sententiæ.*
2 *Exceptio melioramentorum non impugnat ipsam sententam.*
3 *Sententia non mittitur exequutioni, nisi facta liquidatione melioramentorum.*
4 *Sententia in dando differt à sententia, quæ sonat in faciendo.*
5 *Vna res non potest retineri pro melioramentis factis in alia re.*
6 *Ius retentionis transit in singularem successorum.*
7 *Retentio non habet locum, quando quis possidet cum vitio, dolo, vel delicto.*

Conclusio materiæ in quæstione propositæ.

1 VNde in hac materia cõcludas secundùm doctores, † quòd etiam si possessor, q̃ fecit melioramentora, esset condemnatus ad restitutionem rei, nulla facta mentione expensarum, & melioramẽtorum, tamen in ipsa exequutione sententiæ poterit excipere de dictis melioramentis, & illa probare, & interim rem retinere, donec illa sibi soluantur. Paul.de Castr.cons.17.in causa, quę uertitur.in fi.& in cons.270.secundo volum.viso puncto, per Bartol. & alios, d.l.in fundo, ff.de rei uendi. Negusan.d loco, tenet Tiraquel.ubi multos citat.in retract conuentionali §.7. uersic. nonò declara, immo & tertius emptor de huiusmodi melioramentis etiam factis non per se, sed per alium authorem suum potest in exequutione sententiæ excipere, l.in hoc iudicium, §.primo.versic.sed is, qui.ff.commod.per Tiraquel. ibidem, versiculo decimò declara. Et ratio esse videtur, quia
2 exceptio † melioramentorum non impugnat ipsam sententiam, sed potius respicit exequutionem sententiæ, vnde hic non militat dispositio.l.peremptorias, C.de senten. resci. nõ posse.vbi Bal.prima col.tenet Corn.cõs.147.quia causa.col. fi.secundo vol.

Et si sit lata sententia, quòd possessor restituat rem solutis tamen prius sibi expensis melioramentorum, ante liquidationem
3 † melioramentorum non debet procedi ad exequutionem sn̄iæ, sed exequutio debet suspendi usque ad liquidationem factam, etiam si actor uellet præstare cautionem de soluendo, quãdo erit liquidatum, per Paul. de Cast. d.cons.270.2.col.vbi facit differentiam; an conditio, sub qua
4 est lata sn̄ia, † sonet in faciendo, an sonet in dando; quia si in faciendo, videtur, q̃ possit per æquipollens adimpleri, & sic per cautionis præstationem; si in dando, sit secus, quia præcisè debet adimpleri, per iura, quæ eodem consi. adducuntur, tenet Tiraq.de retractu conuentionali.§.7.uersi. octauò declara.per tex.in l.cũ seruus, in fi.ff.de condit.& demonst. l. ir̃ liberatur, §.1.ff.quib.mod pig. quia inquit generale est, vt res, in quibus expensas fecimus, quarum ratio habenda est, per retentionem seruare possimus.per iura, quæ allegat.

5 † Et pro melioramentis factis in una re non potest quis vti retentione in alia, l.si non sortem, §.si centum. ff.de cõdi. indebi.l.plane.versi.adducat.cũ gl.ibi.ff.de peti.hæred. Paul. de Cast.allega.cõs.270 per Tiraq.vbi multos citat, de retract. cõuentio.§.7.versi.7.declara.vbi tenet secũdũ Paul.de Cast. allega.consi.270.q̃ sententia iudicis, qui condemnauit bona restituti solutis melioramentis, debet exequutioni mãdati in reb.non melioratis, non refusis expensis meliorationũ in alijs rebus factarũ. Sed id intellige, inquit idem Tiraq.in uersi.seq.si res sint separatæ, nõ si annexę, & unico ꝯctu, & p̃tio uenditæ, q̃ non disolui, aut separari debẽt, qa tales res sic unitę & unico ꝯctu, & p̃tio conuentæ bene possunt retineri vsq; ad refectionẽ melioramentorũ in alijs reb. eisdẽ cõnexis factorũ, quia inquit Tiraq. Docto, & nũcupatim Paul.de Cast. loquunt̃ de reb. prorsus separatis. Et per eundẽ Negusa.in fi.dicti quarti membri, d.tract.de pig.versi.12. hr̃ in mate
6 ria, q̃ ius retẽtionis † quod competit possessori, qui fecit meloramenta, transit ẽt in singularem successorẽ illius, sine alia cessione, per tex.in l.in hoc iudicium.§.impendi.versi. sed si is, qui à me emerit, ff.com.diuid. & not.per Alex.in l.qui ex-
7 ceptionem, §.si pars, ff.de cond.indeb. Sed † ius istius retentionis cessare vr̃, quando res meliorata, de cuius retentione agitur, peruenisset ad possidentem cum vitio, dolo aut delicto, quia tunc omninò non habet locũ aliqua retentio, c. fi. de ord.cog.l.1.§.rediguntur, ff.quorum leg & ita no. per Salyc.in l.fi.C.commoda.

SVMMARIVM.

1 *Remissio debetur conductori ob anni sterilitatem secundũ vulgi opinionem.*
2 *Remissio debetur, quando, deductis impensis, quod fuit collectum, nõ ascendit ad dimidiam pensionis.*
3 *Remissio debet fieri quando conductor non percepisset dimidum illius, quod erat consuetum.*
4 *Remissio debetur, quando conductor esset vltrà dimidiam iusti prætij, deceptus.*
5 *Sterilitas iudicatur secundùm vulgi opinionem.*
6 *Remissio non debetur pro quolibet damno.*
7 *Bona fides est, ne quis decipiatur vltrà dimidam iusti prętij.*
8 *Excessus ultrà dimidiam dicitur etiam si sit in uno nummo tantùm.*
9 *Lex, si taxatiue loquatur, nihil addi, uel superinduci potest.*
10 *Emphyteuta si deficiat in unò nũmo tantùm, eius solutio nihil prodest.*
11 *Damnum intolerabile est, quando deceptio in mercede contingit ultra dimidiam.*
12 *Remissio mercedis debetur, modò ex quocunque casu eueniat, cui resisti non potest.*
13 *Remissio non fit, si casus eueniat in recollectis & à solo separatis.*
14 *Carentiæ sunt habentium, sicut priuationes habituum.*
15 *Incursus latronum tribuit colono remissionem.*
16 *Fructus pendentes, non sunt coloni.*

QVAESTIO XVIII.

De remissione mercedis conductori vel emphyteutæ facienda.

QVoniam in materia locationis, emphyteusis, aut alterius cuiuslibet cõcessionis in rebus ecclesiæ, est materia frequẽtissima quia vt plurimũ p̃ platos res ecclesię locantur, emphyteuticanr̃, censuantur, infeudantur, aut similibus titulis conceduntur, & pp sterilitatem, aut aliàs multipliciter in hmõi rebus sic concessis damnũ, & iactura contingit, pp quod conductori, uel emphyteutis, aut hmõi cõcessionarijs uenit facienda restauratio, seu restaurum, aut resarcimentũ, ideò puto, q̃ non erit ab re aliquid dicere de remissione mercedis, & quomodo, & quãdo, quibus, & à quibus sit facienda.

Per Bar.igitur & alios in l.si merces, §.uis maior, ff.loca. eundem Barto.& alios in l.licet.C.eo.& Paul. de Castr. in l. ex conducto.1.§.ff.loca.Butr.& Imo.in c.propter sterilitatẽ, extra eo.multæ ponuntur opiniones de remissione faciẽda per locatorem, uel concedentem, tñ ex istis multis opinionibus tres tantũ videntur communiter approbari, ut uideli
1 cet tunc † debeatur remissio conductori, quando est in illo anno sterilitas secundùm vulgi opinionem, quia vulgo tenetur, q̃ sit sterilitas, est gl.quæ dicit in l.si uno.in princip.ff.locat.gl.in l.licet C.locat.tenet Salyc. qui dicit hoc communiter teneri Io.And.& alij in c.propter.extrà loca.Alex.cõsil. 107.3.vol.uersi.& per ista, Bar.in d.l.si uno.§.ubicunque, secũdo loco, qñ id non potest constare iudici, tũc debetur remis
2 sio, quando † deducts impensis, quod fuit collectũ, aut perceptum non ascendit ad dimidium pensionis, nec ad dimidiũ prætij promissi pro vna quaque locatione, per Alex.consil.3. uol.1.incip.uiso instrumento concessionis.3.col.uersi. tamẽ non prætermisso, in illis uerbis, idem si attẽto prætio, quod soluitur, & deductis sumptibus occurrentibus circa perceptionem reditus, reperitur conductor deceptus ultra dimidiã iusti prætij, ut quia fructus, qui supersunt non ascendunt ad dimidiam prætij promissi pro unaquaque locatione. per Iac.de Areti.& Bar.d.l.licet, & ibi Pal.Bar.in l.si uno, §.ubicũque, ff.locat.Butr.Imola.& Abb.in cap.propter.extra loca.

Tertiò loco debetur remissio, quãdo damnum esset tantũ,
3 quòd conductor non percepisset dimidium illius, † quod erat solitum percipi, quia tunc illa lęsio est tãta, quæ sufficit ad inducendum, quòd remissio concedi debeat, est de mẽte gl.in l.si uno. allega.in princ.per Azo.in summa.C.eo.ti.per

Source : BIU Cujas

Alex. allegat. conſ. 3. eo. uerſ. & Alex. in conſ. 107. tertio volum. uerſ non omitto, ubi pariter, quòd tunc fit remiſſio, quando damnum eſt tantum, ℘ conductor non percipit di
4 midiam eius, quod eſt ſolitum percipi, & † quando attenta penſione, quæ ſoluitur, vel quæ ſoluta eſt ſumptibus concurrentibus in fructibus conductor eſt ultrà dimidiam iuſti prętij deceptus, vt ſi fructus, qui ſuperſunt non aſcendunt ad dimidiam prætij debiti, quia tunc, inquit Alex. conductor dicitur affici magno incommodo approbat Bal. d. l. licet. & ante eum Cyn. & Bar. ibi, vbi Bald. dicit, ℘ annus ſterilis eſt, in quo non percipitur dimidia eius, quod conſueuit communiter percipi, & Abb. d. c. propter. verſ. 3. opinio, vbi inquit Abb. cùm contractus ſit contractus bonæ fidei, bona fides non patiatur conductorem debere ſine ſua culpa ſuſtinere tantum damnum.

Poſt opiniones relatas, & reiectas per rationes per eum adductas, declarat clare Io. de Imola. d. ca. propter. 2. colum. verſ. in glo. ibi, etiam ſeminis, inquit enim potes in hac mate
5 ria concludere, ℘ vel apparet † ſterilitas ſecundùm vulgi opinionẽ, & ſufficit ad hoc, vt debeat fieri remiſſio; & ſi de vulgi opinione non apparet, & tunc vel tãtum fuit recollectũ, quod ſufficit ad bis ſeminandum, ideſt vel eſt recollectum ſemen ſeminarum, & tantundem; & multò fortius, ſi ſemen non ſit recollectum, & tunc cenſetur ſterilitas eſſe, & remiſſio facienda. Si verò eſt facta recollectio vltrà ſemen, & in plus, quàm fuerit ſemen, aut ſumus in his, in quibus non interuenit ſemen, vt in pratis, vineis, & alijs huiuſmodi, & eo caſu diſtinguit, ℘ aut deductis primo ſumptibus non remanet tantum recollectum, quod aſcendit ad dimidiam partem p̃tij. vel dimidiam annuæ penſionis, quam ſoluit & tunc videtur eſſe ſterilitatem inquit, ſecundùm Iac. de Aret. uel eſt recollectum tãtum, quod ſuperat, & eſt ultrà dimidiam, & eo caſu etiam ſubdiſtinguit, ℘ aut eſt perceptum minus dimidia eius quod conſueuit percipi, aut vltrà dimidiam, & tunc non cenſetur ſterilitas. per glo. d. l. ſi vno, & Azo. ibidem, & ſic remiſſio nõ datur pro quolibet damno, & ℘ qualibet exi
6 guitate, † quia, vt detur, dãnũ debet eſſe ĩtolerabile, & exiguitas fructus d3 eſſe tãta, vt colonus magno incõmodo afficiatur, per Imolam d. cap. propter, quia dicit Bal. d. l. licet, C. eo. verſ. 6. quæro, ℘ propter exiguitatem fructuum, uel paucitatem non fit remiſſio, niſi ſit tanta exiguitas, quæ excedat ſterilitatem: & ideò inquit non procedit libellus, in quo petitur remiſſio propter fructuum exiguitatem, quia non concludit de iure, & Bar. in l. ex conducto, §. ſi uis. ff. locat. & l. merces. §. vis maior. ſummat tex. ℘ propter damnũ contingens in fructibus, ſi ſit damnum intolerabile, debetur remiſſio. Vnde non ſatis eſt pro verificatione ſterilitatis cauſatiuę remiſſionis, vt damnum ſit in dimidia tãtùm, ſed immo eſt opus, ℘ ſit in aliquo ultrà dimidiam. per not. in l. 2. C de reſcin. vẽdi. per Bar. d. l licet. per eum ibi allegata, vbi recitando opiniones, quando dicatur ſterilitas, quia alij dicunt inſpici vulgi opinionem, alij quãdo ſemen non recolligitur, tex. inquit
7 hic dicit iuxta bonam fidem haberi recte, † & eſt inquit bona fides, vt aliquis non decipiatur vltrà dimidiam iuſti prætij, infra dimidiam bona fides hoc tolerat, vt l. 2. & l. ſi uoluntate. C. de reſcinden. vend. ſi ergo ſunt recollecti ita modici fructus, ℘ ſoluendo penſionem remanet deceptus ultra dimidiam iuſti prætij, tunc debet fieri computatio ita, inquit, credo ℘ debet intelligi iſta materia, Imola d. c. propter. col. 5. Petr. Philip. Corne. conſ. 128. 2. vol. & ultra dimidiam intel
8 ligitur exceſſus, † etiam ſi ſit in uno nummo tantùm, in vno ſolido tantùm, nam & iſte dicitur exceſſus, quia unus nummus anget numerum, & remouet numerum taxatum à ſua taxatione, vnde taxatiõe dimidiæ ratione unius nummi poſiti in exceſſu exceditur à terminis ſuis, ſicut in pondere vnus nummus appoſitus, & alijs æqualibus bilancẽ facit præponderare, quia † ubi lex taxat, debemus eſſe contenti terminis
9 legis, nec poſſumus aliquid ſuperaddere, uel ſuperordinare, legitur, & no. in l. ſi non fuerint, §. fin. ff. pro ſoc. per Bald. d. l. 2. uerſ. ſed nunquid. d. l. 2. de reſcinden. C. mihi. colum. 6. & ſi
10 in ſolutione, † quam promitto facere pro emphyteuſi omni anno, deficit unus denarius, ſolutio eſt imperfecta, defectiua, & perdo rem. & cado ab emphyteuſi, & à iure emphytentico, no. in l. res bona fide, ubi glo. notabilis, ff. de contrahen. emptio. per Bald. in rubrica C. eo. tit. de contrahẽ. empt. q. 10. idem Bal. in l. minoribus. C. de his quib. ut indig. per Angel. in l. meminiſſe, & in l. qui hęredi. ff. de cond. & demonſtr. uidetur dicere, & tenere glo. in l. res bona. ff. de contrahen. emptio. & Paul. de Caſtr. d. l. ex conducto, §. ſi uis, uerſic. ſed
11 quæro. dicit, ℘ tunc in emptione damnum † eſt intolerabile, quando cum mercede contingit deceptio ultrà dimidiã, ut cùm penſio eſt 20. & non recolligit niſi 8. uel 9. unde ſoluendo haberet damnum in 11 quod eſt ultrà dimidiam, idẽ ſi in dimidia, ut ſi recolligeret 10 quia damnum pateretur in dimidia, unde ſicut in emptione deceptio ultra dimidiam re
ſcindit, ita hic debet fieri remiſſio 20. uel 11. ut non ſoluat, niſi quod recollegit, & reſſiduum remittatur; ſi autem recollegit ultra decem, uel ultra dimidiam, puta 12. tunc ſoluit totam penſionem, patitur damnum de 8. quæ non ſunt dimidia, nec ultra dimidiam, unde dicitur potius exiguitas, quàm ſterilitas, & tale damnum pertinet ad colonum, & nihil debet diminui de mercede, ſequitur Abb. & alij in d. c. propter Abb. 3. col. uerſ. tertia oppo.

12 Et debetur remiſſio mercedis, quocunque caſu † ſequatur ſterilitas, modò ueniat per uiam, cui reſiſti non poſſit, ℘ uerba tex. in l. ex conducto, §. ſi uis, ff. loca. ibi, omnem uim, cui reſiſti nõ poteſt, dominum colono præſtare debere Seruius ait, unde omnis caſus, cui non poteſt reſiſti, uel ueniat potentia diuina, uel humana, in remiſſione faciẽda debebit à domino præſtari colono; ut per Bart. d. §. ſi uis, qui dicit ℘ hoc eſt contra d. glo. in l. damnum. C. locat. quæ dicit, ℘ locator tenetur de diuina tantùm ui, non autem de humana, ℘ tamen eſt contra tex. in d. §. ſi uis, ubi tex inter caſus p̃ſtãdos per dñm colono enumerat incurſus hoſtiles, & ſic uim humanam; unde Bar. ibidem intelligit tex. d. l. damnum, ut loquatur in rebus coloni tantùm, in quibus damnum contingens non pręſtatur à domino, nec ab eo fit remiſſio, puta in fructibus non pendentibus, qui ſpectant ad dominum, & ℘
13 quibus tenetur ad mercedis pręſtationem, ſecus † in recollectis, & à ſolo ſeparatis, qui ſunt coloni, & pro quibus dominus nullum ſubire poteſt periculum remiſſionis, idem Bart. d. l. damnum. ubi Bald. ſed melius per Bald. in l. licet. uerſ. tertiò oppono. C. locat. ubi declarando legem, damnum, dicit, ℘ ibi damnum accedit in rebus coloni, meritò ſi à domino pro dicto damno non fit remiſſio, quia fructus pedentes domini ſunt, l. ſi apes, §. 1. ff. de fur. ſubdens, & ideò ſi colonus fructus percepiſſet, & eodem caſu amiſiſſet eos, non fieret remiſsio, quia damnum contigiſſet in rebus coloni, iam. n. fructus ſui facti ſunt, l. ſi ſeruus, §. locaui, ff. de fur. ſed donec pendent in agro, damnum contingens in eis contingit in re
14 dñi, & ideò nocet dño, quia carentię † ſunt habentium, ſicut priuationes habitum, l. Titio uſusfructus. ff. de conditio. & demonſtratio. per Bald. ibidem, ubi ſubdit in materia, & adde, quòd colonus non facit fructus ſuos, niſi ſit ſoluta merces, aut habita fides de mercede; gloſſ. d. §. locaui, clare per Imola. d. capitu. propter. extra locat. colum. quinta, uer-
15 ſic. ſed certe, ubi dicit, quòd incurſus latronum annumeratur inter caſus, qui præbent colono poteſtatẽ petẽdi remiſſionem. nec obſtat, inquit, tex. in d. l, damnum, quia poteſt intelligi, quando damnum datur in fructibus iam recollectis, & ſic à terra ſeparatis, quia tunc ſi corrumpuntur, aut ui hoſtium auferuntur, poſtquam ſunt recollecti, dominium ipſorum erat coloni, l. ſi illas, §. primo, ff. de fur. & c. ſecus quando
16 fructus non erant recollecti, ſed pendentes, quia tunc † interim nõ ſunt coloni. l. fructus pendentes, ff. de rei uendicatio. ideò ſubdit, ſi propter caſum fortuitum cõtingentem afficitur colonus magno incommodo, bene debet fieri remiſsio. Bar. d. §. ſi uis, ubi ſummat tex. propter caſum contingentem in fundo, uel fructibus, antequam ſeparentur à ſolo, fit remiſsio, ſi damnum ſit intolerabile, ſecus ſit, ſi contingit in fructibus iam collectis, ſequitur Paul. de Caſtr. d. §. ſi uis, ubi dicit, quòd plura requiruntur, ut talis caſus inducat remiſsionem, puta quòd ſit caſus inſolitus, quod afferat magnum incommodum, quod contingat ante ſeparationem fructuum à ſolo, ſubdens, poteſt etiam dici idem, ſi erant ſeparati à ſolo, non tamen portati domum, ut ſegetes in paleis, ſi ignis eſt miſſus, & omnes abſtulit, ut hic dicitur de exercitu auferrente.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio non debetur colono ſi actum eſt per pactum, vt ſterilitas ad colonum pertineat.*
2 *Remiſsio non debetur, ſi ſterilitas contingat culpa coloni.*
3 *Remiſsio non debetur, ſi colonus dimiſit agrum incultum.*
4 *Item non debetur, quando fit compenſatio cum vbertate ſequentis, vel præcedentis anni.*
5 *Lex in ſingulari loquens propter identitatem rationis ſoluitur in plurali tatem.*
6 *Annus fertilis quomodo compenſatur cum ſterilitate anni præcedentis.*
7 *Venditori decepto ultra dimidiam iuſti prætij quomodo iuſtum prætium ſuppleatur, item & colono.*
8 *Colono tota remittitur penſio, ſi deductis ſumptibus nihil ex fructibus percipit.*
9 *Colono partiario uulla debetur remiſsio.*
10 *Fundus pluribus modis locari poteſt.*
11 *Quod tempus ſit attendendum in facienda remiſsione mercedis.*

12 *Chaſmo-*

Source : BIU Cujas

12 *Chasmositas est ruina versus abissum.*
13 *Remissio non debetur ob fructuum uilitatem.*
14 *Remissio non debetur ob quamcunque fructuum paucitatem.*
15 *Remissio non debetur propter defectum possessionis, ut quia uinea est uetusta.*
16 *Tempestas grandinis in agro Placentino quotannis est solita euenire.*
17 *Remissio mercedis debetur etiam ex contractu stricti iuris.*
18 *Contractus nominatus iudicatur secundùm naturam illius contractus, cui assimilatur.*

Remissio quibus casibus non fiat.

SEd multi sunt casus, in quibus dominus nō tenetur remittere colono propter casum, & vim, cui resisti non potest, quia pluries illa regula
1 limitatur, quia primò fallit † si inter locatorem, & colonum sit conuentum, ꝙ sterilitas spectet ad colonum, & ꝙ propter sterilitatem non teneatur præstare aliquid dominus, tunc dominus non remittit colono, est casus in l. licet. C. eod. titu. l. si duis fundum, in prin. ff locat.

2 Secundus casus est, quando sterilitas contingit culpa, & defectu coloni, quia tunc nulla debetur remissio, videtur casus in c. propter, extrà loca. per uerba tex. ibi, siue culpa coloni &c. per tex. in l. merces. §. culpæ autem. ff. eo. est enim æquū damnum, quod culpa conductoris venit, id a locatore non præstari.

3 Tertius casus est, cum colonus dimisit agrum incultum, & sine cultura, & illo anno contingit sterilitas, nam potest dici sterilitatem intulisse, cum nō fuerint percepti fructus, nec nascituri, ex quo ager fuit incultus. l. ex conducto. §. quidem. ff. eod.

4 Quartus casus est, quando fit compensatio cum vbertate sequentis, vel præcedentis anni, quando proxime præcedens, vel subsequens annus habuit vbertatem, per tex. in cap. propter. extra locati, ubi casus in fine. hosmet casus enumerat Bar. in l. si merces. §. uis maior. allega. Idem videtur etiam dicendum, licet annus sit alius, quam proximè præcedēs, quia cum illius vbertate sterilitas compensabitur, modo sit annus illiusmet locationis, per doctrinam Hostiē. in summa. §. quæ actiones, eo tit. per Io. de Imola. d. c. propter. col. 5. uersic. qd autem, dicens, ꝙ licet prima facie videatur dicendum ꝙ non quia tex. d. c. propter, loquitur in singulari de vbertate anni p̄cedentis vel sequentis, tamen D. Hostiē. d. loco id videtur tenuisse, quia est eadem ratio, & per consequens idem ius de-
5 bet statui, & tex. in † singulari loquens propter identitatem rationis debet resolui in pluralitatem, sicut econtra plurale resoluitur in singulare quandoque ratione suadente. l. 3. §. negotia. ff. de neg. gest. Inn. d. c. propter. tenet contrarium, sed, inquit Imola, ratio Host. est ratio iustior, & nobilior, & Bal. d. l. licet. uersicu. 11. quæro, vbi quærit, quid sit iste annus, qui supplet vicem alterius, & respō. ꝙ præcedens est suppletiuus, sequens est suspensiuus, donec venerit, & tunc cum venerit supplebit, & si dominus supplet, & post sequatur annus fertilis, ꝙ suppleuisse nō nocet domino, videtur tenere cum Inn. quamuis potest dici, ꝙ Bal. non loquatur in isto casu, subdēs Imola, sed quod dicitur, ꝙ sterilitas debet compensari cum ubertate præcedentis vel subsequentis anni, habet locum qñ annus vbertatis, & annus sterilitatis continentur sub eadem-met locatione, & sunt anni vniusmet locationis, vt per Bald. & Saly. in d. l. licet. C. locat. idem dicit Bal. d. l. licet. d. loco in illis uerbis, & hæc vera sunt in eadem conductione, & in eodē contractu &c.

6 Vbertas verò & annus uber, aut fertilis suppletiuus damni propter sterilitatem secundum Paulum de Cast. in l. ex cō ducto. §. si uis tempesta. ff. locat. in fi. esse videtur, quando a'i quid percipitur ultrà pensionem, puta pensio est 20. percipitur ultra uiginti: omne illud, quod vltra percipitur, compensatur cum sterilitate anni præcedentis, ut per eundem Castr. ibidem. Saly. d. l. licet. C. loca. uersi. quæro secundo ꝙ ubertas, & annus uber tunc esse dicitur, qui sterilitatem supplet, quando aliquid percipitur ultra illud, quod omni anno solitū est percipi, & cum illud plus, quod percipitur quantum esse debeat, non sit a lege determinatum, relinquit iudicis arbitrio, & in vulgari opinione; meliusidem Saly. in l. si uno, in principio. uersi. nunc quæro. ff. loca. vbi inquit, coucludo ubertatē esse, quando, vltra consuetum, non modicum, sed multum percipitur, relinquendo tamen hoc in iudicis arbitrio, & vulgi opinione, vnde, vbi videbitur iudici, ꝙ nō multum sit perceptum, illud erit lucro conductoris, & non dicetur vber annus, sed lucrosus, & sic non dicetur ubertas suppletiua sterilitatis.

Et secundùm Bald. d. l. licet. tunc censetur ubertas damni suppletiua, quando coniunctis annis locationis neuter de dictis annis dicitur sterilis, vel secundum Nico. de Mata. quem allegat, tunc inrelligitur, quando percipitur vltra communē modum tantum, quod exinde possunt suppleri expēsæ factæ in anno sterili, & solum pensio anni sterilis; & postremo concludit, ꝙ tunc demum intelligatur esse ubertas, quando confusis annorum reditibus, factis calculis introitus & exitus, apparet, ꝙ colonus non remanet deceptus ultra dimidiam iusti prætij, quia si uniuersa locatione inspecta emergat damnum tolerabile, ideſt, quod non sit ultra dimidiam, ꝙ tūc nulla debeatur remissio; secus si sit intolerabile, puta ultra dimidiam iustæ mercedis; dat exemplum, puta ꝙ in vno anno nihil in frumento collectum est, in oleo autem suppletum est, cum totius anni vnus fructus sit l. diuortio. §. quod in semente. ff. sol. mat. quia velamine ubertatis sterilitas opitulatur, secundum glo. in l. si uno. ff loca. & l. licet. C. eod. uberras debet esse excedens duplum illius, quod est consuetum percipi, & per Ioan. And. in d. c. propter. extra loca. habetur, ꝙ tam citra vbertatem, quàm sterilitatem statur communi opinioni vulgi.

Sed vbertas tunc in effectu esse videtur, puta quando est consuetum de fundo percipi triginta, & sunt percepta quadraginta, illa decem plus faciunt vbertatem, & compensantur illa decem cum sterilitate, ista videtur opinio Imolæ. d. c. propter, quæ secundum Aegid. Bossium in tracta. de remis. mercedis, videtur magis approbanda, ut per eundem charta tertia, qui concordat cum opinione Salyceti, quæ opinio uidetur communiter per doctores recepta, vt ibi per eum, & secundum Francischi. Lucan. in tract. de fis. & eius priuilegijs, quarta parte. nume. 8. vbertatem dicimus, quando, ultra frequentem, & regulariter consuetum percipitur; & in quātum hoc vltra se se extendat, est arbitrio iudicis ad vulgarem opinionem recurrendum, allegat Bal. Cyn. & alios in l. licet. Sed Imola vbi supra, in uersi. vnde iuxta prædicta. declarat bene, vt si sit consuetum percipi 30. corbes, & anno præcedēti sint percepti 40. in anno sequenti. 10. illa decem percepta in d. anno præcedenti, quando fuerint 40. percepta, contribuentur cum illis decem, quæ sunt percepta in dicto anno sequenti, vnde remanebit sterilitas tantum in alijs 10. & sic in tertia parte illius, quod est consuetum percipi, ad quod cōsuetum semper fit remissio; vnde ꝙ illa tertia parte fiet remissio. Sub
7 dens Imola ibi, ꝙ sicuti, si † venditor est deceptus vltra dimidiam iusti prætij, non sufficit ꝙ emptor tantùm suppleat, vt venditor non reperiatur deceptus vltra dimidiam, sed oportet ꝙ suppleat totum istud prætium: ita inquit dicam in ꝓposito, si reperitur colonus deceptus vltra dimidiam eius, ꝙ consueuit percipere, debet fieri remissio in toto eo, quò reperitur deceptus ultra, & non debet sufficere, ꝙ restauretur taliter, ꝙ non censeatur vltra dimidiam deceptus, sicut nec sufficit in contractu emptionis & uenditionis cum eadem ratio sit vtrobique, & eisdem etiam regulis regulantur. l. 1. & 2. ff. locat. & concludendo idem Imola declarat, quomodo pro
8 rata fieri debet remissio, quia † si deductis sumptib. factis colonus nihil de fructibus percipit, tunc venit remittenda tota pensio, quia ista est eo casu congrua rata remissionis, ex quo nihil fuit perceptum, arg. l. illud. §. minus. ff. de tribut. Si autē aliquid fuit perceptum per colonum, & illud perceptum sit tantum ꝙ ascendit ad dimidiam illius quod percipi consuevit, tunc non censetur sterilitas, quia damnum non transcendit dimidiam introitus consueti: ideò non est tractandum de remissione, cuius casus non venit, nisi cum contingat colonum damnificari in magno incomodo, & in damno intolerabili, & sic ultra dimidiam secundum iura.

Si autem aliquid sit perceptum, & illud sit mīnus dimidia eius, quod consueuit percipi, tunc fiet remissio pro rata, puta, si sit cōsuetum percipi 30. & 10. solum sunt percepta, quia tunc est sterilitas in duabus partibus de tribus, & in 20. de triginta, fiet remissio pensionis pro rata, & sic pro duabus partibus pensionis, & per consequens solum pro tertia parte soluetur pensio, ideſt colonus soluet tantum illa 10. 20. remittū tur, si pensio sit 30.

Si verò consuetum est percipi 15. & sunt percepta sex, de quibus sex quinque faciunt tertiam partem 15. soluet pēsio pro tertia parte, & vna corbes vltrà tertiam partem, quinta pars vnius alterius tertiæ partis, & pro 4. partib. unius tertiæ in quibus est sterilitas, & sic pro alia tertia, in qua similiter est sterilitas, fieri debebit remissio mercedis, & sic in effectu solum tertiam partem mercedis soluet colonus, & vnam quintam partem mercedis soluet colonus, & vnam quintam partem vnius tertiæ partis in residuo, & idem in similibus, subdit Imola, & ex supradictis potest inferri, ꝙ aliud est, quando agitur de vbertate ad finem, vt augeatur pensio, quia eo casu numquam est vbertas, nisi sit perceptum id, quod est consuetum, & etiam vltra hoc dimidia eius, quod consueuit percipi, secus si solum dimidia, vel minus vltra fuerit percepta

Et aliud est quando agitur de vbertate vnius anni fertilis compensandi cum sterilitate alterius anni sterilis, quia tunc

satis

Source : BIU Cujas

saris est, ꝙ vltra solitum aliquid sit perceptum, etiam si nõ sit vltrà dimidiam illius, quod percipi consueuit, sed solùm dimidia, vel minus, vt per Imolam d.loco.faciunt pro istis, quę habentur per Ang.consi.311.Alex.consi.112.1.uol. & cons. 114.Bal.cõsi.182.1.uol.& Cæpol.cautella 88. & cautella 188. in quibus locis habetur quando, qualiter,& pro quo damno vel quali debeatur remissio.

Et aduertas secundùm Imolam d.loco. ꝙ dicta de mercedis remissione intelliguntur habere locum in colono, qui habet prædium conductum pro certa annua mercede pecuniæ, qui dat mercedem respectu redituum, quos recipit, quia talis bene propter cladem in fructibus datam,& sterilitatem
9 potest petere remissionẽ, sed secus † si colonus sit partiarius, scilicet, qui habeat fructus ad partem, & qui recipit fundum colendum ad medietatem fructuum, quia tali nulla debetur remissio, sed tenetur præstare medietatem fructuum tempore sterilitatis, sicut tẽpore fertilitatis.l.si merces. §. vis maior. ff.locat tunc enim tam locans, quàm cõducens pro rata sua portabit onus, quia inter eos quodammodo in fructib. percipiendis est contracta quasi quædam societas, ut per Imolã uersi.& aduerte, quia dicit Bar.in l.si merces.§.uis maior, uer sicul.3.not. ꝙ inter colonum partiarium, seu mediarium, & dominum, non est proprie locatio, sed societas, vnde inquit dic si fundus locatur ad partem fructuum, est societas, quia dominus ponit terram, alius in quærẽdis fructibus operam;
10 aut fundus † locatur certa mercede consistente in pecunia, & est proprie locatio, aut conceditur ad mercedem certam, non in pecunia, sed in vino, frumento, oleo, tunc est contractus innominatus æquiparatus locationi, idem habetur per Abb.in c.propter.uersi.in ea. glo. extra loca. vbi dicit, ꝙ qui colit agrum conductum mercede constituta non in pecunia sed in alia specie, puta pro modio frumenti, tunc illa non est locatio proprie, nisi interueniat pecunia numerata, sed est quasi locatio, sed in casu nostro iudicatur quasi locatio propter vicinitatem & similitudinem,& paulò post Bar. d.loco, dicit, ꝙ attento, ꝙ inter dominum & colonum partiarium est contracta societas, ꝙ inter eos non agitur ex locato uel conducto sed est agendum actione pro socio, & talis contractus non transit ad hæredem coloni, sicut nec transit societas: si locatur ad pecuniam, tunc agitur ex locato, quia est vere locatio.

11 Et in † facienda remissione mercedis quale tempus attendit debeat, tempus ne cõtractus, an verò tempus recollectionis fructuum, Bar.in d.§.uis maior.dicit, ex quo censentur a principio uenditi fructus nascituri, ꝙ ob hoc debet attendi tẽpus contractus; sed, cum in casu nostro sit attendenda bona fides, quæ non patitur, vt colonus magno afficiatur incom. modo, & dimittatur damnificatus vltra dimidiam iusti prætij, videtur, ꝙ opinio Bar.non procedat, quando attendendo tempus contractus resultaret illa damnificatio, sed ꝙ potius sit considerandum secundum bonam fidem, ideo non tempus contractus, sed tempus collectionis fructuum, per Ioan. de Imola.d.c.propter.3.colum.uersi.sed aduerte, & per Fulg. d.§.vis maior, & per Aegid.Bos.in tracta. de remiss. merced. car.2.uersi.2.quæro.

Doctores pro illius declaratione in materia multimode quærunt,& præsertim idem Imola in d. cap. propter.colu.6. uersi.quandoque; quid si colonus petat remissionem in casu
12 chasmositatis, quæ est † ruina versus abissum, qua ruina, terræmotu, vel ruinositate fundus locatus perijsset, & videtur ꝙ debeat fieri remissio per tex.qui dicit expresse.l. ex conducto.§.sed si ager.ff.loca. Si verò colonus † allegat fructuum
13 vilitatem, vt quia parum valeant, licet sint in magna copia percepti; & eo casu frustra petit remissionem, quia tunc non potest dici fuisse sterilitatem.sed potius fertilitatem, & abundantiam; idem erit, si petat sibi remitti, allegando fructuum vitiositatem, vt quia non sunt ita boni, vti esse consueuerunt, vt quia forte uinum est magis accerbum, quàm esse consueuerit, vel frumentum non est forte ità bene vnitum, sicut esse consueuit, vel male granitum, & tunc pari modo non potest peti remissio.d.l.si vno.§. cum quid, & l. ex conducto, in §.1.& ratio est ut per Bar,§.vis maior, quia fructus sunt col
14 lecti; aliquando † colonus allegat fructuum paucitatem, & tunc si paucitas non est tãta, quæ inducat sterilitatem, quod qualiter fiat diximus suprà, nec afficiatur colonus magno incõmodo. & non conceditur ei remissio.d.§. cum quid, d.l.si
15 uno. nec † pari modo ei debetur remissio, quando illam petit propter defectum possessionis, puta vinea est vetusta, & propter vetustatem non fructificat, aut parum fructificat, per tex.in §.1.l.ex conduct.ff.eo.vt per Imolam ibidem, nec pariter datur remissio, si euenerit sterilitas consueta, de qua
16 pars verisimiliter sciuisse potuit, ut † euenit in grandine in partibus Lombardiæ in agro Placentino, quæ quia quotannis est solita, vt audio, ideò non requirit remissionem. d.l.ex conducto.§.sed si ager,& § sequen.sed secus si veniret præter solitum,& consuetum,& taliter ꝙ de eius qualitate verisimiliter inter contrahentes non possit dici cogitatum.per Alber. in dicta l.licet, qui dicit ꝙ in Lombardia propter grandines non fit remissio, quia, inquit, sæpe accidunt per Aegid.Boss. dicto suo tractat.de remiss.ubi etiam dicit, ꝙ si solis calor nimis feruens non assuetus accidat in aliquo anno in Ciuitatæ Mediolani, ꝙ res componitur. ut per eum ibi cartha 8.

Nec minus ei debetur remissio, si colonus allegat fructuũ vitiositatem, quia fructus percepti sunt corrupti.l.ex conducto.§.si qua tamen vitia,& quod dictum est in casibus remis-
17 sionis faciendæ, procedit etiam † si non simus in contractu simplicis locationis,& sic in contractu mero bonæ fidei, sed immo etiam si simus in contractu locationis qui transiuerit in stipulationem,& in contractu stricti iuris, quia illa stipulatio, quæ est subrogata loco contractus bonæ fidei, debet trahi ad materiam actionis bonæ fidei.l.si eum. §. qui iniuriarũ. ff.si quis cautio. Immo etiam si contractus locationis transierit in contractum innominatum, do vt facias, vel facio vt
18 des, quia contractus innominatus † debet iudicari secũdum naturam illius contractus nominati, cui assimilatur. l. 1. §.si quis seruum ff.depositi.l.naturaliter.ff.de præscrip. uerb. modo tamen translatio facta de locationis contractu in stipulationem,& transfusio vnius contractus in alterum non fit facta animo nouandi, quia tunc esset magnum dubium, per Imolam d.c propter.col. 5.

SVMMARIVM.

1 *Multi enumerantur casus quibus remissio mercedis fit.*
1 *Vis omnis, cui resisti non potest parit casum remissionis.*
3 *Colonus tenetur de casu fortuito, si actum hoc sit.*
4 *Colonus si suscepit casum, & casu eueniente substantia rei deficiat, non remanet obligatus.*
5 *Colonus non tenetur de casu fortuito, si casus locatoris culpa eueniat.*
6 *Periculi susceptio non intelligitur, si culpa locatoris procedat.*
7 *Remissio non fit quando sterilitas præsumitur ob iram Dei euenisse.*
8 *Suscipiens in se periculum casuum non tenetur de casu insolito.*
9 *Casus quando dicatur casus insolitus, de quo non præsumitur cogitatum.*
10 *Suscipiens etiam casum non præuisum non tenetur de casu, de quo etiam prudentissimus cum cogitasset.*
11 *Clausula generalis comprehendit similes expressis.*
12 *Suscipiens in se periculum, an uideatur suscepisse etiam alterius casus periculum habentis maiorem rationem.*

Continuat materiam præcedentem.

MVlti autem casus, in quibus fit remissio habentur enumerati in l. ex
1 conducto, §. primo, allegato, quando † tempestas calamitose contingit, casus fluminis, casus graculorum, & sturnorum, casus in cursus hostium, casus quando labes, quæ est ruina, quę cœli vitio prouenit, ut tempestatis, pruinæ, vermium ex aeris intemperie prouenientium, vt locustæ edaces, & alij vermiculi, nitues imoderatæ, ut in l.licet C.eodem titu. locat. per glo. ibi in verbo luces. item vredo, id est ventus fructus urens, in riparia nostra orientali liguriæ vulgo appellatur il Garbino, qui vt quidam ignis urit, per glos.l.allegat.§.primo. ubi Bald. solis feruor non assuetus, d. §. 1. terræmotus, qui pro parte, pro qua contingit, parit conductori remedium remissionis, per Bartol.d.l.merces. § vis maior. item incendium, ut §.fina. d.l.ex conducto. uerum quia multi alij casus esse possunt, & possunt contingere, quos esset enumerare, & explicare impossibile, ideo ad dignoscendum eos, & pro declaratione illorum, ut ante etiam dixi, per iurisconsultum tradita est regula generalis ibidem, per quam contingentia casuum huius-
2 modi nobis esse nota de facili poterit; Quòd † omnis uis, cui resisti non potest, parit casum remissionis faciendæ, & remissionis petendæ colono, d. §. 1. vnde habes, ꝙ si uis sit, cui possit resisti, puta uis, uel casus per quem vitio rei conductæ, cui posset occurri, eueniat sterilitas, non procedit causa re-
3 missionis. Sed secus est, si aliter inter partes fit actum, † quia bene colonus tenetur de casu fortuito, si sit actum, Bar.d.§. vis maior.

Vnde videtur, ꝙ propter contingentiam casus fortuiti occursi diuina, uel humana fortuna, cui occurri non potuit, si sit secuta sterilitas, ꝙ remissionis beneficium colono debetur. Sed si conductor lege contractus suæ conductionis obligatus sit præstare casus fortuitos in præiuditium petendæ remissionis non tenetur indistincte præstare omnem casum, nec ad omnes casus præstandum est obligatus; Quia,
4 si quis † suscipiat in se casum fortuitum præstandum, & casu

eueniente

Source : BIU Cujas

eueniente rei ſubſtantia deficiat, ex tali obligatione non remanet conductor obligatus, per doctrinam Bal. in l. licet. C. locat. vbi ponit de molendino conducto in flumine Tyberis, quod impetu fluminis fuit deſtructum, pro quo petitur per locatorem penſio; quia, licet locator contrà conductorem negantem ſe teneri, quia chaſmate perijt, & eſt deſtructum, replicet hoc nihil eſſe, quia ſcire debuit fluminis Tyberis naturam, & vitium loci, quia in arena erat locus mobilis, aptus ruinæ, tamen, quia chaſma eſt in ſubſtantia rei conductæ, dicit non teneri, quia pro re, quæ non eſt, non debetur penſio, vel merces aliqua, dicunt verba tex. in l. ex conducto. §. 1. ibi, ſed & ſi ager terræ motu ita corruerit, vt nuſquam ſit, damno domini eſſe oportet, oportet enim præſtari agrum conductori, vt frui poſſit, per Bar. in l. ſi uno. §. vbicunque, & per eundem in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca.

5 Nec pari modo conductor ad præſtationem caſus fortuiti tenetur, ſi caſus venit culpa domini vel locatoris, & culpa dicitur ſine facto iniuſto aduerſarij, ſiue iuſto id obuenerit, pone, uel quando locator iuſte infert bellum, vel iniuſte eidē locatori infertur, late per Rip. in tract. de peſte. Bart. in l. cotē ferro, col. 2. ff. de publica. idem Barto. in l. ſi vno. §. item cum quidam, vbi dicit, ꝙ caſus contingens ex parte locatoris, propter quem impeditur vſus cōductoris, inducit repetitionem mercedis, per Corn. conſi. 12. colum. 3. uolum. 4. & conſi. 38. quamuis. colum. pen. ſecundo uolum. Alexand. conſi. 84. eſt factum. conſilium Alexan. conſi. 84. in 6. uol. incip. ponderatis, ubi latè, ꝙ ſuſceptio periculi non intelligitur, ſi procedat
6 facto, vel culpa locatoris, vnde † etiam ſi locator nihil faciat, tamen cum interpellatus potuit reſiſtere, & obuiare, & non reſtitit, tenetur per Corne. d. conſi. 12. Immo vt per eundem Rip. d. tract. de peſte num. 34. ponitur alia limitatio ad remiſſionem mercedis non faciendæ præcedente culpa conducto
7 ris, puta † quando conductor nō ſolueret decimas, quia præſumitur ſterilitatem obueniſſe ob iram Dei, cap. reuertimini. 17. quæſt. 1. gloſſ. Peruſi. Gemin. in cap. 1. de decimis in 6. & ideò ſi inquilinus, in cuius domo tantum peſtis irrepſit, eſt vir ſceleratus, vſurarius, blaſphemus, ſodomita, aut aliàs notorie uitioſus, ſibi eſſet deneganda remiſſio, ſequitur Imola, quì idem dicit d. c. propter. col. 12. ubi dicit aliud eſſe, quādo decimæ non ſoluerentur ex conſuetudine.

8 Et pari modo conductor ſuſcipiens in ſe peticulum caſuum, non tenetur, quando caſus euenit inſolitus, per doctores in §. quæſitum. l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis caut. adductos per Rip. d. tract. num. 97. ubi dicit, ꝙ eſt communis opinio doctorum in d. §. quæſitum, per tex. in l. fiſtulas. §. frumentariæ. ff. de contrahen. emp. non enim præſumitur cogitatum de tali ca-
9 ſu, ubi etiam per d. Rip. habetur, † quando dicatur caſus inſolitus, de quo non præſumitur cogitatum, pro quo uidere eſt Dec. conſi. 7. pen. colum. Alexand. conſi. 108. 3. uolum. Corn. d. conſi. 12. & conſi. 182. in hac conſultatione. Bald conſ. 145. 3. uolum. & conſi. 147. Angel. conſi. 176. Anan. conſi. 76. Bald.
10 conſi. 119. 3. uol. conſ. 79. quinto uolum. † id quod in tantum procedit, ꝙ non teneatur de caſu fortuito inſolito, etiam ſi conductor ſuſceperit in ſe omnem caſum fortuitum, tam præuiſum, & cogitatū, quàm non præuiſum, & non cogitatum, quando occurrit caſus, de quo nullus etiam prudentiſſimus cogitaſſet. per Corn. conſi. 23. 2. uol.

11 Et ſi quis ſuſcepit in ſe aliquem ſpecificum caſum fortuitū præſtandum, cum adiecta clauſula generali, & omne periculum, & d. Ripa. d. loco. nu. 77. dicit communem opinionem doctorum eſſe, vt omnis caſus ſimilis expreſſo compræhendatur, ubi Rip. declarat, quis caſus dicatur ſimilis, uel maior, uel minor.

12 Et an ſuſcipiens in ſe vnius caſus periculum † videatur ſuſcepiſſe in ſe etiam alterius caſus periculum habentis maiorem rationem, videri poteſt per Ancha. conſi. 150. & quis ſit, vel dicatur caſus fortuitus & improuiſus videri poteſt per Cæpolam conſi. 33. col. 3.

Et quando conductor ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti, Ripa in d. tracta. de peſte. dicit ꝙ tenetur, etiam ſi culpa aduerſarij præcedat caſum, & caſus contingentiam, culpa tamen in non faciendo, quia ſatis eſt, vt aliquid operetur, tamē inquit minus debet operari, quàm fieri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad non modicum tempus transfert utile dominium.*
2 *Emphyteutæ an debeatur remiſsio mercedis ob damnum uel iacturam.*
3 *Remiſſio non fit in penſione emphyteutica, quæ ſoluitur reſpectu dominij tantùm.*
4 *Sterilitas quæcunque fructuum non tribuit ſpem remiſſionis emphyteutæ.*
5 *Emphyteuta, ſi propter guerram colere fundum non potuit, an teneatur ſoluere penſionem.*
6 *Remiſſio mercedis pedagii an ob guerram debeatur conductori.*
7 *Emptæ rei periculum quodcunque contingens pertinet ad emptorem.*
8 *Conductor uidetur quodammodo emere rem quam conducit.*
9 *Solutio pedagii ſi non eſt diſtincta annuatim, arguit uenditionem.*
10 *Solutio uerò annua arguit locationem.*
11 *Vendito iure percipiendi fructus plurium annorum, periculum ſpectat ad emptorem.*
12 *Quid ſi decem corbes frumenti naſcituri ex certo fundo emantur.*
13 *Quid ſi uendantur fructus futuri ex certo fundo pro pluribus annis.*
14 *Si quis emit fructus unius anni, attenduntur uerba contractus.*
15 *Fructus pendentes ſi emantur, periculum eſt ipſius ementis.*

Declaratio præmiſſorum.

DIcta verò ſuperius, ꝙ debet fieri remiſſio mercedis ob ſterilitatem in locatione, intellige ſi locatio eſt facta ad modicum tempus, & ſic pro minori tempore 10. annorum, quia, ſi ſit facta ad lōgum tempus, puta ultra 10. anno. tunc eſt maius dubium an
1 debeat fieri remiſſio, † quia in tali locatione tranſit vtile dominium. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. quod non eſt in locatione ad modicum tempus. l. non ſolum. ff. loc. unde idem videtur dicendum in conductione ad longum tempus, quod dicitur in emphyteuta, ut per Imolam in c. potuit. col. 22. uerſi. aduertendum tamen. de loca. Sed quid in emphyteuſi, vel cō
2 tractu emphyteutico, an poteſt † vel debeat in caſum iacturæ, vel damni remitti merces, & videtur ꝙ per doctores maxime canoniſtas in cap potuit extra loca. diſtinguatur, ꝙ aut emphyteuſis, uel pēſio emphyteutica præſtatur, uel ſoluitur habita conſideratione ad fructus, & prouentus rei emphyteuticæ, & fructus, qui percipiantur, & ſic quando penſio eſt multa, uel magna habita conſideratione ad quantitatem fructuum; & eo caſu videtur, ꝙ in damno, & magno incommodo, quod emphyteuta talis patitur, debeat habere locum remiſſio mercedis, de qua ſuprà, uidetur dicere uerbis expreſſis Bar. in l. 1. 2. oppo. C. de iure emphyt. ubi laſ. colum. 4. qui dicit etiam alios id tenere excepto Saly. tenet Alexan. conſi. 112. primo uol. Barba. conſi. 14. col pen. uol. 2. Aret. conſ. 55. vnde etiam in locatione ad longum tempus idem videtur habere locum, licet transferatur vtile dominium, quia penſio conuenta eſt correſpectiua ad fructus, qui ex re locata percipiuntur, Aretin. ubi ſupra, & per Iaſon. d. l. 1. colum. 4. & per eundem in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. col. 2.

3 Si verò præſtatur penſio emphyteutica reſpectu, non fructuum, ſed recognitionis dominij tantùm, & tunc uel ſit datum damnum in re, uel ſit ſterilitas in fructibus, nullo modo uenit facienda remiſſio, quia propter damnum rei emphyteuticariæ non liberatur emphyteuta a penſione, nec a parte penſionis, niſi tota res perierit, arg. l. 1. C. de iur. emphyt. & dicit Abb. in c. potuit. extra. loca. colu. fina. uerſi. ex iſta, ꝙ hæc opinio eſt communior, & eſt inquit ratio, quia emphyteuta ſoluit penſionem in recognitionem dominij directi remanē tis penes dominum, ideò quamdiu durat ſubſtantia, ſemper ſubeſt cauſa ſoluendi penſionem, & Bar. iu d. l. 1. dicit hoc verum, quando emphyteuta potuit colligere tantum, quantū ſufficit ad penſionis ſolutionem, ſed dictum ſuum Bar. nullo iuris adminiculo fulcit, & Specu. in §. nunc aliqua de emphyteuſi. uerſi. 135. tenet contrarium, ibi, alij dicunt, & melius, ꝙ emphyteuta, licet etiam perierit res emphyteutica chaſmate, vel clade, ultra medietatem, totam penſionem ſoluere debet, ex quo non ipſa rei ſubſtantia penitus lædit. dicit tex. in §. adeò. in fi. inſt. de loc. & conduct.

4 Et pari modo ſi contingat ſterilitas in fructib. rei emphyteuticæ quantumuis magna, ſoluit emphyteuta penſionem integram ſine ſpe aliqua remiſſionis ſibi faciendæ, quia dicit Abb. d. loco uerſi. 2 concluſio, ꝙ propter ſterilitatem contingentem in fructibus quamtumcunque maximam non fit remiſſio emphyteutæ propter damnum, licet aliud ſit in colono, ſed emphyteuta ſoluit in recognitionem dominij, & ratio diuerſitatis eſt coloni, & emphyteutæ, quia colonus videtur conduxiſſe ſub tacita conditione fructuum futurorume & ideò deficientibus fructibus fit remiſſio pro rata, & emphyteuta ſoluit in recognitionem dominij, & propter hoc emphyteuta ſolet minus ſoluere, quàm colonus, unde ad vtramque concluſionem dicit Abb. ubi ſolent dari uerſus, ſi res perit tota liberabitur emphyteuta, ſed ſi pro parte nulla
5 liberabitur arte; ſubiungit ibi Abbas, ꝙ, ſi † fundus cōceſſus in emphyteuſim non poteſt coli propter guerram, licet aliqui dicant ꝙ emphyteuta talis fundi non tenetur ſoluere pēſionem, quia talis fundus ſic circumſeptus æquiparatur fundo inundato, qui nihil ſoluit, & eſt fundus deperditus, tamen quia ad hoc vt emphyteuta nihil ſoluat, & ſit liberatus a ſolutione, requiritur, ut ſubſtantia rei ipſius penitus lædatur, qđ non eſt in caſu, quando fundus ob timorem hoſtium non poteſt coli, quia & tunc ille fundus eo tempore reperiret empto-

Source : BIU Cujas

emptorem, tamen debet emphyteuta ſoluere canonem, & hoc inquit eſt verum, niſi fundus eſſet totus captus ab hoſtibus, & nulla ſpes eſſet illum recuperandi.

Sed Imola ibidem tenet contrarium, qui declarãdo dicit, ꝙ inundatum ab aquis cenſetur deperditũ, donec duret inũdatio, l. ſi inundatione. § 1. ff. de peric. & comm. rei vendi. ergo eodem modo, & eadem ratione debet dici deperditum id, quod non poteſt ꝓp vim hoſtium poſſideri, & facit ꝙ durante iſto tempore, quo per guerram non poteſt coli, dominus præſtare non poteſt patientiam, ſicut non poſſet quando res tota perijſſet, ergo interim inquit nõ debet teneri emphyteuta ad penſionem ſoluendum, cui dominus nõ præſtat patientiam, ad quã tenetur, tenet Bar. in l. 1. C. de peric. & com. rei uend. D. Ant. d. c. potuit. Iac. de Aren. & Cyn. in d. l. 1. Bald. Sal. & Ang. Anch. d. c. potuit.

Nec obſtat ꝙ emphyteuta nunquam liberatur, niſi res tota perijt, quia in iſto caſu guerræ fictione iuris cenſetur interim tota perijſſe, ex quo propter vim hoſtium patientia haberi nõ poteſt, ſicut & ſi fuiſſet ab aquis inundata; nec minus obſtat, ꝙ ob ſterilitatem emphyteutæ non fit remiſſio, quia illud eſt, quia bene habetur patientia vtendi re emphyteutica, licet propter ſterilitatem fructus non percipiantur; nec pariter obſtat ꝙ emphyteuta præſtat penſionem in recognitionem dominij, quia ex quo iuris interpretatione durante impedimento belli cenſetur tota res perijſſe, quia non præſtatur per dominium patientia, nõ poteſt haberi recognitio, ſicut nec quando vere res tota perijt; vnde, inquit, concludo ꝙ emphyteuta non tenetur ad penſionem, vel fictum præſtandum pro illo anno, vel tempore, quo durante bello nihil percipere potuit; ſed ſecus, ſi aliquos fructus percepiſſet, quia tũc pro illo anno non poſſit cenſeri res perempta, vnde non deberet fieri remiſſio, & eſt communis inquit opinio, a qua nõ eſt recedendum in iudicando, & conſulendo, quę opinio mihi videtur vt magis æqua, magis amplectenda.

6 Sed quid ſi aliquis emat, vel a communitate, vel ab aliquo pedagium, vel fructus, & redditus, qui percipiuntur, & percipi poſſunt ex pedagio, & ex ædificijs, & ex molendinis ipſius communitatis, vel locatoris ad 10. an. pro mille flor. ſoluendo quolibet anno pro rata dictæ quantitatis, ſi contingat, ꝙ nihil potuit percipi ex pedagio propter guerram in partibus, aut prope rem locatam, nec ex ædificijs uel molendinis propter inundationem aquarum, an debeatur conductori remiſſio pro tẽpore, quo nihil percepit, & licet prima facie videat
7 dicendum, ꝙ nõ, quia cũm iſta ſit emptio, omne † periculũ, vel damnum, in re empta contingens habet ſpectare ad emptorẽ l. 1. C. de per. & com. rei uend. & contrà ꝙ videatur eſſe locatio, ex quo annuatim aliquid debebat ſolui, cum id ſit proprie de natura locationis. l. 1. C. de iure emph.

Pro declaratione iſtius dubietatis, & materiæ eſt inſpiciẽda forma contractus, & verba contractus ſub quali forma ſint prolata cõſideranda; quia, ſi ſint prolata in forma, ꝙ clare apparet, ꝙ fuit emptio, vel ꝙ fuit locatio, tunc ſecundùm naturam emptionis, & locationis eſt dicendũ; Sed, ſi ſint prolata taliter, ꝙ dubitatur de qualitate contractus, an ſit uenditio aut locatio, Bar. in q. ſua quæ incip. quãdo ponimus, quæ eſt quarta quæſtio in ordine, quæ eſt facta in iſta materia, dicit ꝙ tunc ad dignoſcendum qualis fuerit contractus celebratus, attenditur, & attendi debet quantitas prætij, & qualitas ſolutionis, id eſt quando, & qualiter fiat, & ſeri habeat ſolutio, per not. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic. concludens Bar. ꝙ, ſi ſolutio ſit annuatim, quia videtur contractus locationis, & conductionis fieri debet remiſſio, non obſtante etiam, ꝙ forſan in contractu, & in contrahendo, verbo emo, vel vendo contrahentes fuiſſent vſi, cum late ſumpto vocabulo cõductor
8 etiam appelletur emptor, cum † quodammodo conductor videatur emere rem, quam conducit. l. fi. iuncta glo. C. loca. vnde non videtur abſonum attenta qualitate dicti contractus ꝙ ſumatur verbum emi, pro conduxi, nec pari modo ꝙ forſan vſi ſint verbo prætio, quod eſt verbum contractus emptionis, quia nihilominus tale verbum conuenit etiam & conuenire poteſt contractui locationis. l. qui inſulam. §. qui ędem. ff. loca. Azo in ſumma. C. locat.

9 Sed ſi ſimpliciter eſt factus contractus emptionis, non diſtinguendo, nec diſtribuendo aliter per annos, & annuatim ſolutionem pro rata annorum, ſed ſolum ſimpliciter emendo pro mille, quia attento ꝙ ſolutio non fit annuatim, eſt contractus emptionis, & eſſet emptio, non debetur aliqua remiſſio quia cenſetur emiſſe poteſtatem percipiendi reditus ex pedagio, & ex molendinis, & ſic quodammodo quandam ſpem, vt ille, qui emit iactum retis, ideo ſi nihil percipitur, nihil remittitur. l. ſi iactum. ff. de actio. empt. unde id dicit
10 Bar. eſt, quia quando † ſolutio fit annuatim, in dubio ille contractus eſt cenſendus contractus locationis, per gloſſ. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperficie. Sed Imola in c. propter. col. pen. uerſi. nec obſtat etiam prædictis, dicit, ꝙ id, quod dicit Bar. procederet in caſu dubij, quando ex verbis contractus non reſultaret clare forma, & qualitas contractus, puta ciuitas conceſſit publicano pedagium, & reditus, qui percipiuntur, & percipi poſſunt ex illo, & ex molendino per tempus. 10. anno. pro mille annuatim, ſoluẽdorum pro rata; nam tunc, cum ſit facta ſimplex conceſſio, nec appareat, an ſit facta vel venditio, vel locatio, bene poteſt dici eſſe dubium, an ſit facta vel vẽditio, vel locatio, & tunc procedit doctrina Bar. ꝙ per ſolutionem fiendam annuatim præſumatur locatio. Idem poſſet dici quando in contractu fuiſſet dictum, ꝙ communitas vendidit, & locauit pedagium, quia tunc non potaſt eſſe ſimul locatio & venditio, & oportet vel ꝙ ſit locatio, vel venditio, ꝙ alterum dictorum verborum vendidit, & locauit improprietur ex mente partium, & ideò in dubio poterit impropriari verbũ vendidit, per rationem adductam per Bar. per illud, quod habetur in l. Cæſar ff. de publican.

Sed quando ſimpliciter, & clare venditur pedagium, & reditus ipſius pedagij, tunc quia ex verbis clare apparet, ꝙ eſt uenditio, & contractus venditionis, & emptionis, non indigemus alia interpretatione. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. & glo. d. l. 1. §. 1. ff. de ſuperficie, debet intelligi qñ eſt dubium de qualitate contractus, ſed eſt ſecus, quando ſumus in certis, ubi non eſt opus coniecturis, vulgara regula. Nec pari modo obſtat illud, ꝙ licet ſit emptio & uenditio, tamen debet iudicari ſecundum naturam locationis, cui aſſimilatur. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti, quia tex. ibi loquit quando eſt contractus innominatus, qui bene debet iudicari ſecundùm naturam contractus nominati, cui magis aſſimilatur; ſed non eſt idem, quando ſumus in contractu expreſſe nominato uenditionis per verba ſpecifica, qui habet ſuam ſpetialem naturam, ſecundum quam & non aliam debet iudicari.

11 Subdit Imola d. loco ex mente Petri in † caſu, quo ſint uẽditi fructus plurium annorum pro uno prætio non diſtributa ſolutione per annos, ſed ſimpliciter, ꝓ certo prętio, ꝙ aut eſt uenditum ius vſusfructus pro certo prætio, & eo caſu ſi aliquo tempore fructus non petcipiuntur, non fit remiſſio, & periculum ſpectat ad emptorem. item ſi ſit vẽdita fructuũ
12 perceptio. l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. Si † aurẽ emũtur fructus ad certum tempus pro certo prętio, & tunc, aut exprimitur certa quantitas fructuum, puta ſi emantur 10 corbes fructus naſciturі ex fundo Seiano, tunc ſi pauciores, q̃ ſint uenditi, naſcantur, fit remiſſio prætij pro rata, l. ſi debitor.
13 §. 1. ff. de contrah. emp. Aut † venduntur fructus futuri ex certo fundo pro pluribus annis pro certo prætio, non determinata qualitate fructuum, & eo caſu ſi emens ex forma contractus propria eius authoritate poterat percipere fructus, & tunc, quia cenſetur uẽditus vſusfructus fundi, periculum ſpectabit ad emptorem ſine ſpe alicuius remiſſionis, ſecus ſi de manu vendentis, quia tunc non cenſetur venditus uſusfructus, ideò pro rata debetur remiſſio. Aut nõ apparet, an emptor poſſet ſua authoritate, uel de manu venditoris percipere, & tunc ſi ſit dictum, vendo tibi fructus, ſi qui percipiãtur, & tunc videtur vendita ſpes, vt in ſimili illud quod habetur in l. ꝙ ſi in uenditione. ff. de hæred & action. Aut ſimpliciter venduntur fructus futuri, & tunc ſi omnes fructus ſimpliciter venduntur, videtur actum, ꝙ emptor ſua authoritate percipiat, & ſic videtur vſusfructus eſſe uenditus; ſecus ſi pars vſusfructus ſit uendita, quia tunc agi videtur, ꝙ de manu vẽdentis percipere debeat.

14 Et ſi quis emit fructus unius anni tantum, dic inquit, ꝙ hoc caſu debent attendi verba cõtractus, quia ſi dicitur, emit fructus talis anni, erit emptio, & uenditio, cuius periculum a die initi contractus ſpectabit ad emptorem, ſi autem dicatur, ꝙ conduxit fructus talis anni, erit conductio, l. qui ſaxum. ff. de donatio. & hoc quando uenduntur fructus futuri, ſi autem
15 † fructus pendentes emantur, eſt clarum, ꝙ periculum eſt ipſius, habetur in l. cũ manu. §. cum emptio, de contrah. empt. per Bar. in l. cotem ferro. §. fin. ff. de public. per Imola d. capit. propter, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus, eſt cum conceditur res immobilis ad meliorandum cum annua penſione.*
2 *Canon competens quis dicatur.*
3 *Penſio iuſta dicitur, quæ cumulata in ſpatium viginti annorum aſcendit ad veram æſtimationem.*
4 *Feudum non datur principaliter propter pecuniam, ſed propter amorem & honorem.*
5 *Emphyteuta pacta ſeruare debet.*
6 *Emphyteuta ſtatuto tempore canonem ſoluere debet, etiam ſi non ſit interpellatus.*
7 *Emphyteuta qua die tenetur ſoluere penſionem, ſi nihil dictum pacto ſit.*

Pactum,

Source : BIU Cujas

8 *Pactum, quòd emphyteuta non possit expelli, si cessauerit in solutione, nō est obseruandum.*
9 *Emphyteuta per quod tempus cessans soluere canonem expelli possit.*
10 *Emphyteuta si promisit pœnam rato manente pacto, potest expelli etiam soluta pœna.*
11 *Dominus propria authoritate expellere potest emphyteutam ob non solutionem pensionis, melius tamen hoc iudicis authoritate fit.*
12 *Emphyteuta lapso biennio uel triennio iniuste possidet.*
13 *Pactū, quòd cessante emphyteuta in solutione, liceat domino ingredi propria authoritate, quid operetur.*
14 *Iusta causa impedimenti excusat emphyteutam.*
15 *Emphyteuta ob canonem non solutum an cadat ipso iure.*
16 *Factum hominis sæpe requiritur in eo, quod fit ipso iure.*

QVAESTIO XIX.

De solutione canonis emphyteutici, & de morę purgatione circa solutionem.

NEc est profecto incōueniēs, aut a materia nostra aberrans, ꝙ aliquid dicamus ēt
1 de canonis solutione; contractus † autem emphyteusis est, cum conceditur res immobilis ad meliorandum alicui, qui pro hoc dat certam quantitatem, & post se constituit daturū certam modicam annuam pensionem in recognitionem directi dominij in recompensationem fructuum percipiendorum, glo. in c. potuit. in verbo emphyteuta. extra loca. Ias. in l. 1. C de iur. emph. in principio, ubi dicit, & tenet, ꝙ verior opinio est, ꝙ certa quantitas non detur in emphyteusi, sed solùm constituatur certa modica annua pensio, Bar. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. obl. Spec. in tit. de loca. § nunc aliqua, uersi. 5. & illa modica pensio annuatim soluenda constituta est, & appellatur canon emphyteusis, d gl. d. c. potuit, & dicit Spec. in tit. de emphyteusi. § nunc aliqua, versi. 6. quæritur, ꝙ emphyteusis solet fieri pro certa pensione, quanti solet esse reditus minus sexta parte, nisi sit emphyteusis domus, aut rei ruinosæ, quia tunc plus minuitur pensio; & Alex. in consi. 79. 3. col. uersi. circa quintum, lib. 1. ꝙ in emphyteusi canon cō-
2 petens debet † iudicari ille, qui ascendit ad reditum, qui percipitur ex re ipsa facta diminutione sextæ partis. scilicet, si fructus ascendunt ad duodecimam, competens canō erit in 10. in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccl. ubi Bar. Spec. vbi suprà disputat, & distinguit circà qualitatem rei, quæ datur in emphyteusim, quia inquit, si sit inutilis res, quæ datur in emphyteusim, quæ nullos reditus habeat, tunc inquit Spec. in versi. si autem res ecclesiæ, quæ datur, ꝙ dabitur in emphyteusim qualitercunque potest, & si sit res prætiosa, nullos tamen reditus vel modicos reddēs, re subtiliter æstimata assignari de-
3 bet iusta pensio, & iusta dicitur pēsio, † quæ cumulata in spatium 20. ann. ascendit ad veram rei æstimationem, & verum rei valorem, vt per Spec. ibidem, & per Cor. consi. 201. incip. visis, & consi. 285. viso. 3. parte, & per eundem consi. 265 incip. circà prima parte, vbi ponit, quæ sit iusta pēsio in his, quæ sunt modici valoris, & pro feudo pari modo constituit modica pensio, & modica pensio soluitur, quia feudum non da-
4 tur † principaliter, propter pecuniam, sed propter amorem, & honorem concedentis domini. c. 1. de feud. dat. in uicem, Alex. consi. 79. 1. lib. inci circa primū. 4. col. uersi. hoc proba.
5 Et iste canon debet solui per emphyteutam conuentis tēporibus, quia pactiones & conuenta debent per emphyteutam obseruari. l. 2. vbi Ias. primo not. C. de iure emphy. vt per Spec. in § nunc aliqua, de loca. uers. 88. ubi dicit, ꝙ pensio de re emphyteutica est soluenda prout conuenerit inter partes, aliàs inter tres vices poterit solui canon, dummodo ante calen. Ianuarij. l. placuit. C. de collat. fund. pat.
6 Vnde emphyteuta statuto tempore debet soluere canonē promissum, etiam si non sit ei nuntiatum, ꝙ soluat, quia non est requirendus, quando statutum tempus illum admonet, capitulo, potuit, de loca. in fi. ubi glo. in verbo statuta, dicit, ꝙ eo casu creditor siue dominus directus non debet vrgere ad pensionem, l. creditor. C. de pig. l. quidam. C. de administ. tut. si uerò emphyteuta non soluit intra tps a iure statutum, non videtur, eo ipso ꝙ non soluit, rescissa, aut resoluta emphyteusis, maxime si dominus patitur emphyteutam perseuerare, arg. c. 2. de precar. quia si post recipit pensionem vī refirmare contractum, Spec. de loca. § nunc aliqua, versi. 23. & 83. quod maxime procedit in emphyteusi ecclesiastica in qua numquam cadit emphyteuta, nisi velit ecclesia, quia si velit ecclesia potest vel illum expellere, uel postea soluentem retinere, quia id est in electione ecclesiæ, etiam si ceciderit in cōmissum, Specul. ubi suprà uersi. 3. quæritur.
7 Si vero non sit conuenta, vel statuta dies solutionis canonis, vel pensionis, tunc circà solutionem, & solutionis tempus est standum consuetudini regionis, quę iam hoc casu debet attendi, & si consuetudo aliqua non apparet, tunc attende, ꝙ minimum est, idest in fine anni. gl. & Bart. in l. idem. C. loca. ubi gl. quærens quo tpe sit soluenda pensio, resp. quædā leges videntur uelle, ꝙ in principio, & si non soluit cessans expellatur. d. l. ædem. quædam in medio, sicut in salario, quod fiscus dat patrono suo. l. per hanc §. fexcenti. C. de aduo. diuer. iud. quædam volunt, ꝙ in fine, sicut cum aliquid debetur in diem. l. 1. ff. de migran. § si pensio; subdens gl. tu dic primò seruari, quod actum est, quod si non apparet, tūc serua morem regionis. l. cum de lanionis. § asinam. ff. de fun. instr. & inst. le. quod si non apparet, tunc serua quod minimum est, idest in fine anni, l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. & l. semp in stipulationibus, tenet Abb. c. propter, de loca. uersi. sed quæritur, Bar. in l. si seruus communis. § fi. ff. de stip. ser. ubi concludit, ꝙ obligatio committitur in principio, sed exequutio nō fit, nisi in fine, subdens gl. d. l. ædem, ꝙ licet conductor nō teneat soluere nisi in fine anni, tamen si nō soluet potest expelli, maxime post tempus soluendæ mercedis: ita, & taliter, ꝙ, si loca-
8 tor † vel dominus promisit conductorem non expellere, ēt si cessēt soluere, & si expelleret, promisit pœnam, potest nihilominus expellere, & non tenetur ad pœnā. l. quæro. § inter. ff. loca. sequitur Firman. in tractat. de gabellis, secunda parte, col. 6. uersi. 15. quæro. ubi dicit, ꝙ conductor domus, aut fundi non soluens pensionem potest expelli statim, & priuari cō moditate fruendi re conducta. l. ædem. l. utique. ff. de damn. infect. Bar. in l. 2. C de iure emphyt. & in l. 3. quinta q. princ. C. de pig. ubi dicit esse verum etiam propria authoritate, tenet Bal. in l. certa. C. vt in poss. leg. Alber. in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. uersi. & ideò distingue, quia si tractatur de expellendo colonum, & tunc si est colonus ad non modicum tps, & expectatur biennium, si ad modicum, & expellitur primo anno, nisi sit actum in contrarium, subdit eadem glo. ꝙ colonus expulsus tenetur nihilominus ad solutionem pensionis. l. colonus in princ. ubi Bar. ff. loca. quod dicit verum ēt ad integram pensionem, & pro toto tempore, quia facto & culpa sui fuit expulsus, glos. Barto. & alij in l. ædem. C. loca. Firman. d. loco.
9 Emphyteuta autem cessans per biennium in solutione canonis emphyteutici iuste de emphyteusi expelli potest. c. potuit. extrà loca. ubi glo ꝙ hoc est in emphyteusi ecclesiastica, in qua biēnium sufficit, in emphiteusi vero priuata est secus, quia non biennium sed triennium requiritur. auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. §. qui rem, & l. 2. de iur. emphyt. C. subdēs
10 glo. ibidem, ꝙ, si † conductor, aut emphyteuta promisit soluere pœnam, rato manente pacto, si nō soluat pensionem, & dominus petat pœnam, & nihilominus uelit eum expellere, potest arg. leg. qui fidem. ff de transac. l. pacto. l. cum proponas. C. de pact. sequitur Ias. d. l. 2. col. 48. num. 144. uersic. in ea glo. ubi tenet, ꝙ in vim clausulæ, rato manente, potest dominus ab emphyteuta pœnam exigere, quam si non soluerit, vt promisit soluere, poterit eum de emphyteusi deijcere per Imol. c. potuit. de loca. uersi. in ea glo. in fi. Spec. § nunc aliqua. uersi. 36. cum duob. uersi. seq. de loca. ubi dicit ꝙ dominus uel ecclesia stante dicta clausula potest agere ex contractu ad eijciendum emphyteutam, & agere ad pœnam ex stipulatu, & sic pœnam exigere, & illum expellere. per Bar. d. l. 2.
11 uersi. quæro quando. & gl c. potuit. in uerbo expelli, dicit † ꝙ in tantum est verum, ꝙ emphyteuta cessans soluere per biennium pōt ab emphyteusi expelli, ꝙ id etiam potest propria authoritate dominus, si canonem debito tempore non soluit. d. l. 2. & 10. q. 2. hoc ius. § qui rem, ibi, pertimescat crimen. cum sibi arbitrium suæ uoluntatis, & vltionis sit concessum. l. deuotum. C. de met. lib. 12. sed melius facit dominus, uel ecclesia, si authoritate iudicis hoc fecerit. l. 3. C. de pig. c. pastoralis. extra de priuileg. sentit gl. d. l. 2. in verbo repellere. dicit id esse tutius Inn. d. c potuit, qui dicit, ꝙ dominus potest propria authoritate emphyteutā expellere, sed melius, vt id fiat iudicis authoritate, ubi Abb. sentit in contrarium, ꝙ videlicet id procedat in colono, qui potest propria authoritate expelli, qui colonus nullum habet ius in re, merito potest propria authoritate expelli, si non soluit debito tempore, secus in emphyteuta, qui habet ius in re, qui non debet propria authoritate expelli per simile in l. creditores. C. de pign. & hæc opinio inquit tutior est, maxime propter scandala vitanda, quæ sequi possent, Alber. auth. qui rem. C. de sacrosa. uersi. & ideò distinguit. Specula. § nunc aliqua, uersi. 48. ꝙ hoc potest procedere, quando constat emphyteutam non soluisse infra tempus debitum, secus si negat se emphyteutam, uel dicat non esse elapsum tempus soluendi, uel dicat se soiuisse, & in solutione canonis non fuisse cessatum, aut allegat aliquod ius in re emphyteutica sibi competere, de quo se paratum offerat ecclesiæ de iure respondere, quia tunc per negationē res efficitur dubia, ecclesia vel dominus tunc non poterit expellendo ius sibi dicere. præsertim si copiam iudicis habēt, arg. l. 3. ff. ad exhiben. § idem. & C. unde 6. l. non ab re, ibi, sine

causa

Source : BIU Cujas

cauſa legibus coniuncta, ſubdit gloſſ. d. c. potuit, ꝙ, ſi emphyteuta tradidit alij poſſeſſionem, talis poſſeſſor a domino propria authoritate non deijcietur de poſſeſſione, argu. l. ſi colonus. ff. de vi, & vi arma. Specula d. uerſi. 48. illud autem certũ eſt, ꝙ ſi emphyteuta alij tradidit poſſeſſionem, vel ipſe ab alio ſit inde expulſus, tunc dominus authoritate propria non deijciet talem poſſeſſorem, d. l. ſi colonus. Abb. c. potuit. alleg. in gl. in uerbo potuiſſe. ext. de loca.

In hac materia expulſionis emphyteutæ non ſoluentis authoritate propria, aut authoritate iudicis, Bar. d. l. 2. C. de iure emph. uerſi. hoc præmiſſo, dicit & tenet, ꝙ aut dominus vult expellere emphyteutam de poſſeſſione contradicentem, reſiſtentem & exire nolentem, & authoritate ſua non poteſt. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. aut non vult expellere, ſed ipſe dominus vult ingredi, & turbare emphyteutam in poſſeſſione ſua, non totaliter expellere, & tunc poteſt, quia, cùm dñs habeat ciuilẽ poſſeſſionem. l. mole. & ibi not. de præſ. 30. ann. ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis poteſt ingredi poſſeſſionem, & emphyteutam turbare; & facit quod dicit Bald. ſequendo Spec. in c. 1. §. ad hæc. de pace iura. firma. ꝙ emphyteuta non poteſt de facto vnquam expelli, niſi culpa eius eſſet liquida, & nihil in delictum allegaretur, & per eundem Bal. in d. l. 2. C. de iure emph. uerſi. quæro an. ꝙ dominus emphyteutam nõ ſoluentem propria authoritate expellit, ſi conſtat de emphyteuſi, aliàs ſecus, quia poſſeſſor non debet ius ſuum indiſcuſſum relinquere, & proprietarius ſuam ciuilem poſſeſſionem non negligere, & ideò proprietario eſt licitum inſiſtere, & poſſeſſori reſiſtere, & neuter dicitur vim facere, quia iuſte facit proprietarius, non iniuſte facit poſſeſſor, vnde vtriq; licet ad arma deuenire, & aduerſarium virib. ſuperare. c. inter dilectos. de fid. inſtr. ubi Inn. D. Ioan. de Imola in c. potuit. extrà locat. col. 16. uerſi. quæ igitur opinio poſt multas varias recitatas doctorum opiniones pro intelligentia veritatis ad iſtũ paſſum, & pro concordandis opinionib. dicit, ꝙ aut emphyteuta reſiſtit de facto tamquam volens priuare dominum ſua ciuili poſſeſſione, & tũc videtur, ꝙ ſit licitum pro ſua defenſione domino ipſum emphyteutam expellere, per ea, quę habentur in l. 3. §. cum igitur. de pignor. & c. olim cauſam, de reſtit. ſpol. aut emphyteuta, licet reſiſtat de facto, reſiſtit ne expelletur, proteſtans tamen, ꝙ non intendit dominum priuare ſua ciuili poſſeſſione, ſed defendere ſuam naturalem, quod videtur poſſe proteſtari, per id, quod habetur per gl. & doct. in l. vna. C. uti poſſed. & videtur ꝙ poſſit reſiſtere. & cõtradicere, & ſic procedat, quod dicit Barto. dicta l. 2. In dubio verò ſi de facto reſiſtit, ne dominus intret poſſeſſionem, videtur facere violentiam reſpectu poſſeſſionis ciuilis, per illud, ꝙ legitur & not. in l. clam poſſidere. §. fin. cum l. ſeq. ff. de acq. poſſ. ſubdit Imola, ꝙ ex quo in l. 2. C. de iure emphy. & in d. c. potuit. videtur indiſtincte, ꝙ poſt lapſum biennij, aut triennij poſſit emphyteuta expelli, uidetur dicendum ꝙ id poſſit propria authoritate, & licet emphyteuta dicatur poſſidere naturaliter, & proteſtatur ꝙ non intendit, fouendo ſe in ſua natu-
12 rali, priuare dominum ſua ciuili, tamen ex † quo lapſum eſt biennium vel triennium, indebite & iniuſte emphiteuta poſſidet, & ſic poſſidendo in conſequentiam iniuſte videtur turbare, & violentiam inferre circa ciuilem poſſeſſionem domini per id, quod habetur in l. vim facit. ff. de vi & vi arma. & ideo ex eo quia videtur facere violentiam domino in ipſa ciuili poſſeſſinne, poſſit dominus propria authoritate emphyteutam expellere, ex quo aliter, niſi eo expulſo, non poteſt bene deſiſti a uiolentia & turbatione ciuili, ſic igitur in propoſito, quia non uidetur poſſe deſiſti a uiolentia, & turbatione ciuili, ſi emphyteuta retineat naturalem, ex quo retinet in debite, videtur ꝙ poſſit eundem dominus expellere, vt per Imolam ibidem, vbi id comprobat optimis medijs, confutatis contrarijs. Tenet hanc opinionem & ſequitur Iaſ. d. l. 2. C. de iure emph col. 28. uerſi. in ea gl. ibi, colonus, vbi per quinque columnas hanc opinionem diſputat & defendit, ſubdẽs in uerſi prædicta omnia procedunt, ꝙ tantò magis ea opinio
13 eſt amplectenda, & tenenda, quando † in contractu emphiteutico adeſt pactum, quod quotidie in inſtrumentis emphyteuticis apponi ſolet, ꝙ ſi emphyteuta ceſſauerit in ſolutione canonis per biennium continuum, tunc ſit licitum domino ingredi propria authoritate, & corporalem ſibi poſſeſſionem capere; quia in vigore talis pacti, uel conuentionis licet domino contrà emphyteutam reſiſtentem, & contradicentem in poſſeſſionem ingredi ſua ipſius propria authoritate, ſecundùm quod concludit Salic. ibi. col. 6. quem ipſemet allegat, reiectis per eundem Iaſ. ibi in contrarium oppoſitis.
14 Sed, ſi emphyteuta ceſſauerit in ſoluendo canonem, uel penſionem iuſta aliqua cauſa, aut obſtaculo impeditus, non videtur ꝙ debeat expelli, uel priuari iure ſuo, etiam ſi ſit lapſum, vel biennium, vel tempus ſtatutum, ant conuentum, puta quia emphyteuta eſſet detentus in carceribus, qui dicitur legitime impeditus, tenet in terminis D. Anto. de But. in c. ſignificante. 4. not. de pigno. per Iaſo. in l. 2. C. de iure emphyt. colu. 17. uerſi. 27. ubi ſubdit, ꝙ ſi emhhyteuta in caſu iſto ipſo iure caderet, deberet reſtitui uirtute clauſulæ generalis Pro
15 quo facit, quia † licet quidam teneant, ꝙ emphyteuta ob canonem non ſolutum poſt biennium non cadat ipſo iure ab emphyteuſi, ſed per ſententiam per tex. in l. 2. C. eo. tit. ubi habetur, emphyteutam ita demum repellendum, ſi dominus hoc voluerit, vnde videtur, ꝙ petitio domini, vel eccleſiæ eſt porrigenda, vt per Roman. in conſi. 212. Alexan. conſi. 8. uol. 3. tenetur, ꝙ requiri habeat ſententia, & licet etiam contraria opinio, ꝙ immo ipſo iure, cadat, ſit magis vera, per Specul. in tit. de emphyteuſi. §. nunc aliqua. uerſi. quadrageſimo ſeptimò. per Hoſtien. & Anton. de Butr. in c. potuit. extra de loca. Salyce. in d. l. ſecunda, ꝙ emphyteuta eccleſiæ, qui ſtetit per biennium, ꝙ non ſoluit, ſit ipſo iure priuatus abſque aliqua ſententia declaratoria, ſecundum communem opinionem, quam atteſtatur dom. Anton. d. loco. & per Dec. conſil. 146. prima parte, ueruntamen, licet ius hoc faciat, tamen indiget miniſterio uolentis eccleſiæ ſecundum Spec. d. loco. quia, licet ceſſauerit per biennium in ſolutione, non cadit, niſi eccleſia eum cecidiſſe velit. nor. Bart. d. l. 2. per uerba tex. ibi, ſi non uoluerit, & per doc. ibi communiter, & per Bal. in auth. qui rem, in fi. C. de ſacroſan. eccle. dicens, ꝙ priuatio emphyteuſis propter canonem non ſolutum non eſt in facto eſſe, ſed in potentia fieri domino uolente, ut not. etiam de feudo, ut per eundem Bald. in l. fina. in fin. de reuocan. dona. ubi inquit, ꝙ etiam ſi dictum fuerit, ꝙ ipſo iure feudum reuerta
16 tur, intelligitur tamen domino volente; ſæpe enim † in eo, qđ ipſo iure fit, facto hominis eſt neceſſe, ut in compenſatione, quæ licet ex legis diſpoſitione fiat, & fieri habeat ipſo iure, tamen obiectio hominis de ea opponentis, vel allegantis eſt neceſſaria. Inſtit. de actio. ad fi. tit. & præteritione ruptum eſt teſtamentum, & tamen obiectio eſt neceſſaria. C. de lib. præt. l. maximum. §. ſcimus, etiam ſi emphyteuta non ſoluit infra tempus a iure ſtatutum, tamen non eſt reſciſſa emphyteuſis, maxime quamdiu dominus patitur emphyteutam rẽtenere; quia immo ſi recipit poſt penſionem, tacite refirmatur contractus, Spec. d. tit. locat. §. nunc aliqua, uerſi.

SVMMARIVM.

1 *Canon emphyteuticus totus & integer ſolui debet.*
2 *Emphyteuta, qui minus ſoluit, legem contractus non ſeruat.*
3 *Cenſualis contractus recipit remiſſionem ex ſuperuenienti caſu.*
4 *Actum nihil uidetur, cum aliquid ſupereſt agendum.*
5 *Emphyteuta ſi pro parte ſoluit, pro parte non, propter paupertatem, excuſatur.*
6 *Emphyteutæ hæredes ſi plures ſunt, & unus pro parte ſua ſoluit, alij non, an omnes ueniant expellendi.*
7 *Emphyteuta Canonem per partes inuito domino ſoluere non poteſt.*
8 *Obligationis conditio non debet mutari ex facto hæredum.*
9 *Dominus ſi diuiſioni conſentit ſibi præiudicat.*
10 *Hæres ſi ceſſat in ſolutione canonis, an cadat a iure emphyteutico.*
11 *Emphyteuta ſi minus debito per errorem ſoluat an poſſit expelli.*
12 *Obligatio dandi differt ab obligatione, quæ continet factum.*
13 *Emphyteuta domino conſentiente poteſt ſoluere pro multis annis anticipata ſolutione.*
14 *Oblatio debet fieri congruo tempore.*
15 *Debitum præſumitur ex annua ſolutione decem annorum.*
16 *Vini & bladi prætium curſu temporis uariatur.*
17 *Emphyteuta pro tribus annis ſolutionem anticipare poteſt.*

De modo ſoluendi canonem.

1 CAnon autem emphyteuticus debet ſolui totus, & integer, nec ſufficit ꝙ in parte ſoluatur; quia, ſi deficit vnus nummus, cadit a toto, pœna enim quæ additur dationi in totum commititur, etiam ſi in parte ceſſetur. l. ſtipulationum aliæ. §. ſi tu ſortem. ff. de uerb. oblig. l. hæredes. §. idem iure. ff. famil. herciſc. quia † emphyteuta, qui minus ſoluit, legem contractus
2 non ſeruauit. l. etiam ſi patris. ff. de lega. 1. & l. ſi quis in graui. ff. ad ſillanian. §. ſi quis tabulas. 2. reſpon. Et ſi pro parte tãtum perderet dominus ex partis ceſſatione, compelleretur dominus ad communionẽ cũ emphyteuta inuitus, cõtra tex. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de cond. indebit. per Alber. in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. in ea gloſſ. ubi dicit
3 eſſe † ſecus in contractu cenſuali per cap. conſtitutionis. §. fi. de relig. domin. & cap. propter. de locato. adduct. ubi fit remiſſio ex ſuperuenienti caſu fortuito, quæ debet commenſurari ipſi caſui; in emphyteuta verò in iſto caſu agitur ad pœnam contumatiæ, ut per Alber. ibidem.

Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uerſic. 29. de hoc quærit, & inquit, ſi partem penſionis ſoluit, & in parte per biennium,

Source : BIU Cujas

nium,& ultra ceſſauit, uidetur, ꝙ totam amittit, & ꝙ partis ſolutio non prodeſt ad vitandam pœnam. l. hæredibus. §. in
4 illa.ff.famil.herciſ.† quia nihil videtur actum, cùm aliquid ſu pereſt ad agendum, nec videtur defendere,qui in totum nō defendit.7.q.1.nihil.l.pen.de eden.C. & l. ſi defenſor. ff. de inter.actio.ubi adductis etiam multis pro parte contraria,tan-
3 dem concludit diſtinguendo, quia ſi † emphyteuta ceſſauit propter paupertatem, ꝙ excuſatur ꝓ parte quam ſoluit, nec cadit a toto,arg.ff.de colla.bo.l.1. §. ſi cum duobus,& capit. olim.el tertio.de reſtit. ſpol. ſubdens, vel dic, ꝙ propter paupertatem excuſatur in totum,ſi ſoluere integre paratus ſit. Si verò, cum totum ſoluere potuerit, propter contumatiam partem tantum ſoluit,tunc non prodeſt ſolutio partis,immo res ſibi auferri poteſt.

6 Facit,quia † ſi emphyteuta deceſſit pluribus relictis hæredibus, ex quibus vnus ſoluit partem ſuam, alij verò non, ꝙ omnes videntur expellendi, tenet Hoſtien.in ſumma de loc. §.fina.uerſi.quid ſi ex pluribus.per Alberic.in l. 2. C. de iure emph.col.5.uerſic.ſi emphyteuta deceſſit, vbi etiam dicit, ꝙ exiſtentibus duobus emphyteutis obligatis inſolidum, ceſſatio unius alteri nocet,& præiudicat; Habetur clarius per eundem Specul.de locat.verſi.ſeptimò quæritur, ꝙ ſi emphyteuta decedat duobus hæredibus relictis, quorum vnus ſoluit, alter non, ꝙ vterque expelli poteſt.l.cum idem.ff.famil. herc. nec proderit ei,qui ſoluit,ſolutio ſua,ne tributorum præſtatio confundatur;dicit hoc gloſſ.magiſtralis, a qua omnes id accipiunt,in l.communi. ff. communi diuidun. nam & ſi defunctus,dum viueret,partem tantùm ſolueret, expelli poſſet, arg.de uerb.obliga.l.in exequutione,& argumē.l.quamdiu. C.de diſtra pig.nec debet ius immutari ex perſona ſucceſſoris.l.2.ff.de uerb.obliga §.fina.& licet e contra poſſit dici, ꝙ ſi tota res comittitur,propter partem non ſoluentis, vnus punitur propter peccatum alterius, & pœna ulterius extenditur,quàm reperiatur in excedente delictum.contra.tex.in c. quæſiuit,extra quæ fiu.a maio.parte cap.& alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.l.non debet,de reg. iur tamen inquit Specul.quamuis ſoluens deijciatur, non tamen damnificatur propter alium non ſoluentem, quia agit contra eum,& ab eo ſuum intereſſe conſequetur iuditio famil. herciſ.l.hæredes.§.in illa,ſed iſta reſponſio, quam Specul.dat mihi non placet,nec videtur generalis,quia poſſet dari caſus, ꝙ propter paupertatem, aut propter alium contingentem caſum,ille,qui ſoluit,non poterit ſuum intereſſe conſequi ab eo,qui ſoluere ceſſauit,vnde melius quadrat diſtincto,quam ſupra fecit idem Specul.de paupertate,& contumatia, quia ſi per contumatiam omnes expellantur, ſi per paupertatem ſit ceſſatum,ſit ſecus.

7 Facit,quia emphyteuta non poteſt ſoluere canonem inuito domino per partes, ſed ſemel totum & integrum tenetur ſoluere,Paul.de Caſt.in l.quidam æſtimauerunt. ff.ſi cer.pet. ergo nec hęredes debentes canonem poſſunt dicere, ꝙ uolunt ſoluere vnuſquiſque pro ſua parte, quia obligatio ad canonem eſt realis, licet ipſi hæredes diuidant inter ſe, tamen quilibet tenetur inſolidum ad cenſum, d.gloſſ.in l.communi.ff.commun.diuidun.in uerbo confunderetur, quæ habet, ꝙ ſi hæredes emphyteutæ inter ſe diuiſerunt rem emphyteuticam,vnus ſoluit pro parte ſua canonem,alter non,tota res incidit in cōmiſſum,quam gloſſ. ſequuntur ibi communiter doctor.ſequitur Alexand.conſi.7.2.colum.5.uolum. Hoſtiē. in ſuma.§.final.de locat.Specul. & Ioan. And. allegatis locis ſupra Dyn.Bartol.& Ludo.Roman.in l fraudati.ff.de publican.quia ad euitationem pœnę particularis ſolutio non ſuf-
8 ficit.d.l.in exequutione.§.final.ff.de uerb. oblig. & † ex facto hæredum non debet mutari conditio primæ obligationis.l. 2.§.ex his.ff.de uerbo.obligation.tenet Feder.de Senis conſil. 228.incip.duo fratres, eſt deciſion. facta in terminis Matthæi de afflictis.deciſion.153.incipiē.uenditur,ubi eſt caſus, ꝙ duo collaterales uel vicini,qui iure congrui euicerunt ab emptore domum emphyteuticam eccleſiæ vtrique vicinam aut proximam,& inter ſe illam pro rata diuiſerunt, tenentur inſolidum ad ſolutionem canonis,& vnuſquiſque poteſt a domino, vel eccleſia inſolidum, & pro toto conueniri, non pro parte,maxime ſi eccleſia, uel dominus directus non conſen-
9 ſit illorum diuiſioni, quia, ſi dominus † conſenſit dictæ diuiſioni,ſibi præiudicauit, & ſtante conſenſu, ſi vnus ſoluit partem ſuam, alter ceſſauit per biennium ſoluere,pars non ſoluentis tantum incidit in commiſſum, non pars ſoluentis, vt dicta deciſione;Facit ſimile de conſenſu, quod ponit Iaſon. d l.2.C.de iure emphyt.colum.mihi 49.uerſic.in ea gloſſ. ibi, neque poterit,ubi poſita quæſtione quomodo, & per quam uiam domino ſuccurratur,ſi primus emphyteuta fecit ſecundum emphyteutam,circa ſecundum emphyteutam,vt dominus poſſit ab eodem ſecundo canonem habere, dicit; ꝙ,ſi ſecundus emphyteuta eſt factus de uoluntate, & conſenſu domini,& per dominium, uel de eius voluntate inductus in poſſeſſionem,dominus bene ab eo conſequetur canonem, uel penſionem,quia cum eo videtur quaſi contraxiſſe,ratione cuius contractus ſibi competitur perſonalis actio ex.l.fin. verſi.neceſſitatem.C. de iure emph.

10 Hæres verò emphyteutæ ignorans rem emphyteuticam ceſſans ſoluere canonem,licet ſecundum quoſdam,quia habet iuſtam cauſam ignorantiæ, uidetur ꝙ non debeat expelli,quia qui habet iuſtam cauſam ignorantiæ non eſt improbus.l.non videtur.ff.de regu. iur.tamen de ſtricto iure cadit, quia cum hæres ſit eadem perſona cum defuncto, ea tenetur ſcire,quæ ſciebat defunctus.l.cum hæres.ff.de diuer.& temp. nec eius ignorantia domino debet eſſe nociua,ſed bene,quia iuſtam habet cauſam ignorantiæ, reſtituitur in integrum ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa &c.Spe.in tit.de loc. §.nunc aliqua,uerſi. 18. quæritur, & id maxime procedit,vbi hæres ignorabat, cui ſoluere deberet, & pari modo cadet, ſi hæreditas,cui debet fieri ſolutio,iacet,ſed tamē ex dicta clauſula generali fiet illi reſtitutio in integrum,vt per Spec.dicto loco in duobus verſi. ſeq.

11 Sed quid ſi emphyteuta ſoluit minus debito per errorem, an debeat expelli de emphyteuſi, & videtur ꝙ non,quia ille, qui facit ꝙ ſcit,ſatis impler, licet in aliquo erret, per Bald.in l. prima.3.colum.uerſi.decimò ratione.C.de hære. actio. & vt dico ſuprà eod.uerſi.ſed hoc procedit,ſcientia eſt,non ignorantia, quæ hominem obligat.l.ſuper ſeruis, qui milit. non poſſ.contrarium videtur per Specu.in §.nunc aliqua.de loca. uerſicu. 29. quæritur, ubi ſolutio partis non prodeſt ad pœnam vitandam,& nihil actum eſſe videtur,cum aliquid agendum ſupereſt,nec defendere videtur,qui in totum non defendit, & per eundem Specul. in titu. de arbitr. §. final.uerſicul.
12 quid ſi plura,ubi dicit, ꝙ † refert, ꝙ ſit in obligatione, vel dare,vel facere,quia ſi dare,prout eſt in emphyteuſi,tunc ſi pro parte fiat,contra pœnam inſolidum committitur, & exigitur, etiam ſi de marcha reſtat vnus denarius ad ſoluendum tantum.l.ſtipulationum aliæ.§.ſi ſortem.ff.de uerb. obliga.& l.in exequutione.§.penul.& C.de diſtr. pign.quandiu,ſubdit Spec. & hæc vera ſunt, quando aliquid dandum eſt ab vno, cæterum ſi a pluribus,tunc pro parte committitur, & exigitur. l. qui duobus. l. qui habere l. Plautius. l. qui fundus.ff.de cond.indeb.niſi tamen illi plures loco vnius ſuccederent, & loco unius habeantur;exemplum do, quando pluribus cōceſſa eſt emphyteuſis,qui tenentur quilibet pro rata. item qñ eſt conceſſa vni, qui poſt relinquat plures hæredes, qui loco vnius habentur; addo, ſi uerò ſumus in caſu hæredum, uel ſucceſſorum, in quibus admittatur probabilis ignorantia, tunc, ſi in parte talis hæres ceſſet ſoluere, cadit quidem, & committitur pœna quo ad totum,ſed in integrum reſtituit, vt diximus ſupra.

13 Et ſi emphyteuta timens caſum caducitatis obceſſationē ſolutionis ſequendam uolens ſibi,& ſuis hæredibus in futurum proſpicere,& ſic velit multis annis anticipate canonem ſoluere,an poſſit;& videtur, ꝙ poſſit id facere accedente conſenſu domini, vel eccleſiæ, cui emphyteuſis ſoluitur; nam quod certo die promiſſum eſt, ſtatim dari poteſt.ff.de ſolut. ꝙ certo die.l.placuit.C.de collat.fund. patrimoni. Specul. in §.ſequitur,uerſi.ſi.de locat.dat formam inſtitutionis talis anticipatæ ſolutionis,& tenet in §.nunc aliqua, uerſi.32.

Sed ſi dominus directus, aut eccleſia nolit accipere huiuſmodi anticipatam ſolutionem canonis,nō poteſt cogi, quia
14 † oblatio debet fieri congruo tempore.l.ſi ſoluturus.ff.de ſolut.ut enim eccleſia non poteſt emphyteutam ante tempus ad ſoluendum cogere.l.licet. C. de cond.indeb. eccleſia pari modo non cogetur recipere, vt æqualitas ſeruetur.argu.l.ſi cum dies.ff.de arbitr.§.ſi arbiter,tenet Bald.in l.eum qui.ff.de ann.lega.idem in l.ſtatu liberis. §. quid ſi ſeruus.ff. de ſtatulib. Bald.Cyn. Iaſo.& alij in l.2.C.de iure emphyt.Iaſo.uerſic.22. quæro.Guliel.de Cun.& idem Bal.in l.plures,in fin.de fid.inſtrum.quia generalis ſolutio tot annorum poſſet afferre incommodum domino ad probationem recognitionis do-
15 minij;quia per ſolutionem annuam † 10.annorum præſumitur debitum. l. ſi certis annis. C. de pactis, ſi vnica fit ſolutio pro 10.uel pluribus annis, quia nō eſſet idem,ſibi in hoc præiudicatur,per Cyn.& Bald.in l.2.de dot.promiſſio. Bartol. in l.eum qui.allega.& inuitæ eccleſiæ etiam illud, quod melius eſt,præſtari non poteſt.l.non poſſe.ff.de uſufruct.habet enim ſuſpectum futurum præiuditium.l.2.2.reſp.ff.ſol.mar.

Sed iſtam concluſionem limitat Bartol.in d.l.eum qui,niſi emphyteuta velit ſoluere pro pluribus annis, & facere cautum dominum,& eccleſiam pro omni damno, & intereſſe, quod ob hoc incurrere poſſet ob probandam recognitionem dominij,& de hoc eidem domino facere in ampliſſima forma inſtrumentum,quia tunc ſecundum Bartol. cauto facto domino, & indemni conſeruato, poſſet fieri anticipata ſolutio dictorum annorum. Sed ex eo quia damnum, & intereſſe poſſet contingere, & reſultare, etiam ex alia cauſa

eccle-

Source : BIU Cujas

ecclesiæ,& domino, quàm ex causa difficultate probationis circa recognitionem dominij,puta quia emphyteuticus canon posset esse,& solui in frumento in blado,in vino,& alijs huiusmodi quæ multum interest, ꝙ soluantur debitis temporibus,& multum interest, ꝙ potius soluantur vno tempore, quàm alio,vno die quàm alio, propter prætij & valoris varietatem ideo laso.non admittit.d.limitationem, & tenet ꝙ non possit inuita parte fieri solutio canonis plurium annorũ
16 semel,& vnico contextu,quia † vinum,& bladum,quod debes ad tempus, quod cursu temporis potest vel deteriorari, vel in prætio meliorari,non cogor ante tempus recipere, est doctrina Gulielmi de Cuneo in l. plures. de fid. instrumen.
17 † emphyteuta tamen,licet non possit anticipare solutionem pro 10.uel pro multis aunis,tamen potest pro tribus annis bene anticipare per tex.in l.placuit.C de locat.fund. patri.libro vndecimo.

SVMMARIM.

1 *Emphyteuta cessans soluere canonem,si creditor est domini pro tanta summa,non cadit a iure.*
2 *Compensatio non fit ipso iure.*
3 *Canon emphyteuticus potest solui eĩ per penitus extraneum.*
4 *Solutio procuratoris & negotiorum gestoris prodest emphyteutæ.*
5 *Solutio census facta per tertium, etiam eius nomine,prodest habenti ius. & num.6.*
7 *Dominus non cogitur ab alio quàm emphyteuta acceptare Canonem.*
8 *Emphyteuta citatus ad soluendum canonem, si non soluit per lapsum sex mensium cadit a iure suo.*
9 *Censum soluere denegans potest excommunicari.*
10 *Emphyteuta si sit periurus in solutione Canonis potest feudo priuari.*
11 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur.*
12 *Emphyteuta si rem amittit, perdit etiam fructus.*
13 *Emphyteuta expulsus tenetur ad solutionem Canonis temporis præteriti.*
14 *Emphyteuta ob non præstationem pensionis per 40.annos videtur liberatus.*
15 *Perditum non est,quod retinetur in bonis.*
16 *Possessionis suæ causam nemo sibi mutare potest.*
17 *Diuturna præstatio facit præsumptionem emphyteusis, & conductionis.*
18 *Diuturna præstatio non facit præsumere quem esse uassallum.*
19 *Detinens rem diu, & soluens per quadraginta annos,præsumitur emphyteuta.*

De Emphyteuta cessante in canonis solutione.

1 SEd emphyteuta creditor domini in tanta summa,vel maiori, quàm se ostendat pensio,vel canon non solutus, si cesset per duos annos in solutione, etiam si ante lapsum biennij de compensatione non opponat, prout opponere debet secundum aliquos, tamen non cadit a iure, quia odio pœnæ, & ad pœnam euitandam compensatio fit ipso iure,secundum not.per gloss.& docto. in l.si constat.ff.de compensatio.per gloss. & Bald. in l. 1.eod. titul.quia cum hic agitur de euitatione pœnæ,ne ipse emphyteuta cadat a iure suo emphyteutico, intelligitur ipso iure opposita compensatio,etiam si nõ fuerit opposita ante tempus biennij tenet Imola in c.bonafides.extra.deposit.9.colu. per Ang.in l.semel mora.ff.sol.mat.Io Fab.& Io.de Platea in §.in bonæ fidei.Inst. de actio.

Et dicit Specul.in §.nunc aliqua.de loca.uers.79.quæritur,
2 ꝙ si † emphyteuta cessauit soluere pensionem vltrà biennũ, & ecclesia velit eum expellere,& ipse alleget, ꝙ ecclesia sibi tenetur ex aliqua causa in maiori quantitate, quàm sit pensio, vel canon, & compensationem opponat, siue dicamus compensationem fieri ipso iure, & ex hoc potest se defendere, ne expellatur, quia nec res incidit in commissum.l.si ambo.§.cum autem alteri.ff.de compens. & pari modo se tuebitur siue dicamus, ꝙ compensatio non fiat ipso iure, si tamen ante lapsum biennij sit obiecta compensatio, & ego adderẽ etiam post lapsum biennij statim ante voluntatem ecclesiæ declaratam, per ea, quæ adduco in fine de moræ purgatione.

3 Et canon ipse emphiteuticus potest nedum solui per ipsum emphyteutam,sed etiam per aliam personam, etiam penitus extraneam, & solutio prodest ipsi emphyteutæ, nam creditor emphyteutæ potest bene soluere canonem pro fundo emphyteutico sibi obligato, & per solutionem ab eo factam durat emphyteusis in emphyteuta. per tex. qui dicit in l.lex vectigali,in verbo tam debitor, quàm creditor. ff.de pignor.quem tex.ibi Bart.& Ang.ad hoc notant,per quam solutionem conseruatur,& hypotheca creditoris,& ius emphyteuticum sui debitoris.

4 Item si soluit quis vti procurator, ueluti negotiorum gestor pro emphyteuta & illius nomine, prodest solutio sic facta pro emphyteuta,etiam si emphyteuta cessauerit per biennium,per tex.in l.soluendo,& in l.qui vtiliter,ff.de nego.gest. quia quando tractatur de conseruatione iuris realis, vt est in casu emphyteutæ non soluentis, semper factum negotiorũ gestoris prodest ad illius iuris conseruationem, & retentionem,per tex.in l.arboribus.§.quid tamen.ff. de vsufru. tenet Ang.d.l.lex vectig.Rom.consi.103.incip.uiso.Iaf.l.2.C.de iure emph.uersi.25.quæro.

5 Immo plus,si tertius,qui nullum ius habet in re, qui etiam suo proprio nomine soluit canonem,vel pensionem emphyteuticam, per talem solutionem prodest emphyteutæ, qui cessauit triennio soluere,ita ꝙ non potest expelli licet,si non fuisset facta talis solutio,debuisset a iure cadere, & expelli, & id per regulam supra adductam,quando tractatur de conseruando iure reali,quia tunc non refert,a quo soluatur, aut cuius nomine,aut quomodo,modo soluatur,vel solutum sit, d. l.arboribus.§.quid tamen;& magis clarè habetur in l.qui fundum.ff.quemadmo.ser.amitta,uidetur tex.in terminis in l.for
6 ma.§.si cum ego.ff.de censi.ubi habetur, ꝙ solutio † census, aut canonis facta per ius non habentem suo ipsius soluentis nomine prodest habenti ius quoad conseruationem iuris suis censualis, ut in terminis nostri emphyteutici,tenent Specul.& Ioan.And.§.nunc aliqua,de loca.uersic. 82. quæritur, Bart.d.l.arboribus.§.quid tamen.Bald.in l.solemnibus.de rei
7 uend. C. idem d.§. quid tamen. Sed hoc procedit uolente, & canonem acceptante domino directo,& si ipse velit,quia tertius ipso domino inuito non soluet, nec dominus cogi potest acceptare;quia,cum emphyteuta, & feudatarius teneatur canonem soluere in recognitionem dominij directi penes dominum existentis,& id non possit fieri per tertium,meritò non soluet tertius inuito domino,nec dominus cogitur, tenet Bal.in l.acceptam.vltima colum.25.q.ff.de usufruc. ubi Saly.in fine.ult.quæstionis, nec pari modo si nollit dominus accipere solutionem canonis a tertio, si tertius uel offerat, vel consignet,aut deponat,talis oblatio,consignatio, aut depositio proderit emphyteutæ; quia, cum in casu isto solutio non possit fieri a tertio inuito creditori, ita nec oblatio, vel depositio, Iaf.d.l.2.uersi.27.quæro.

8 Immo,ad hoc,vt possit expelli emphyteuta, non videtur ꝙ sit necessarium expectare cursum biennij,quia immo multo ante potest expelli, ubi enim emphyteuta sit citatus ad soluendum canonem, & cessat soluere per lapsum sex mensiũ, potest expelli per doctrinam Angel. & Bartol. in l.locorum. C.de omni ag.deser.ubi Barto.in additione ait ꝙ requiritur in ecclesia cessatio biennij, ut emphyteuta possit expelli l.2. C.de iure emphyt.verum est inquit, & procedit ubi ecclesia non citauit emphyteutam, vt veniret ad soluendum canonem,sed ubi citauit,non erit necessarius cursus biennij, sed sufficit lapsus sex mensium per hanc legem, ꝙ inquit singulariter nota,quia pulchra limitatio est. Vnde dicebat Innocen.
9 in c.significauit,extra de censi.ꝙ denegans † soluere censum potest excommunicari.

10 Immo videtur, ꝙ emphyteuta, † qui non soluit tempore conuento in instrumento emphyteusis iurato, vt qui non seruauit pactum iuramento firmatum, sicut periurus amoueatur, & repelli ut periurus debeat a fundo, videtur dicere Bald.quem ibi sequitur Felyn.in cap.quærelam, extra.de iureiuran.Bald in fin. vbi dicit, ꝙ conductor, qui non obseruat pactum,potest expelli ab usu illius anni, per quo non soluit, ꝙ iurauit,sed non a perpetuo vsu aliorum annorum,pro quibus vult soluere pensionem;fallit inquit si est periurus, nam tunc potest in totum remoueri, nisi tamen paupertas excusset;subdens Bald.conclude,ꝙ ubi est iuratum non subintelligitur illa clausula,si per biennium non soluerit,per illum tex. & glo.fina.ibi in fi.ubi habetur, ꝙ ille debet priuari ecclesia, eo quia per biennium non soluit,tum quia fuit periurus voluntate,non necessitate,pro quo Alexand. consi. 131.quarto uolum.1.colum.& consi.118.ult.colum. eod. uolum. Abba. consi 72.Iaso.in l.2. C.de iure emphyt.uersicu. nonò quæro. ubi licet,inquit,in contrarium videatur regula, ꝙ iuramen-
11 tum † in aliquo actu interpositum intelligatur, & reguletur secundum naturam, & qualitatem illius actus, super quo interponitur,& recipiat omnes qualitates & conditiones,quas ille actus de sui natura habet.l.fi.de non num.pec. ff.unde in casu isto ita demum intelligi debeat periurus, si cessauit soluere per biennium;tamen inquit Iaf. ibidem, non inueni qui contradicat dicto Baldi,& addit Alexan.consi.85. incip.non puto id,de quo quæritur, libro primo, ubi ad hoc Alexandr. inducit bene text.in lege si quis maior C. de transact.& cum
12 Baldo transit. Addo ulterius ad prædicta, quòd † emphyteuta

Source : BIU Cujas

teuta à tempore,quo potest dici ob cessationem solutionis pēsionis priuatus,perdere videtur omnes fructus,quos post idem tempus in emphyteusi perseuerans percepit,una cum ipsa re à qua cecidit,per Angel.in authentic.de non alienan. §.si verò,colum.2 Bald.in l.si pater,C.de vsufruct.per no. in l.si defuncto,ff.eod.Barto.Socy.consi.267.non inutilis,vers. postremo prædicta,secunda parte,quòd emphyteuta cadēs à iure suo propter non solutionem canonis tanto tempore,quòd non potest mora purgari, tamen possidens omnino tenetur restituere omnes fructus à tempore, quo res incidit in commissum,sequitur Bal.in additio.ad Spe. de loc. ver.pactum cum emphyteuta,& quicumque sit,quando ne scitur,quis sit uel emphyteuta,uel merus conductor, cadit, & expellitur si per biennium in solutione cesset,per Bal. in addi.ad Spe.in ver.si nescitur,de loca.

13 †Et nihilominus emphyteuta expulsus non euitat solutionem canonis temporis præteriti,authen.qui rem,C.de sacro sanct.eccles.Barto.in l.2.C.de iure emphyt. ubi etiam Saly. in 22.quæstio.& ibi Bald.quarta colum.per Angel. etiam in l.sed & si lege,§ præstituta,ff.de in ius uocan.Bald. in addit. ad Spe.§.nunc aliqua,uer.emphyteuta ecclesiæ,vbi emphyteuta ecclesiæ licet cadat à iure suo,tamen tenetur ad solutionem pensionis,subdens,secus est si sit emphyteuta priuati,licet Ludo.pontan.in sing.in verbo donatio,ver. ego declaro,dicat quòd non,sed quod dicit est verum in emphyteuta priuati,non ecclesiæ,ut per Bal.supra.

14 †Additur supra scriptis,quòd si†emphyteuta non præstat pensionem domino per 40.annos, liberationem acquirere videtur,quia si dominus ad solutionem canonis cōtra eum agat,ipse se tanti temporis præscriptione tuetur, quia cursu,& lapsu tanti temporis munitus contra omne ius tutus esse uidetur,& omne ius sublatum l.an omnes,C. de præsc. 30.ann. & si longissimo tēporo excurso negetur canonem soluendum esse,ius petētis uel agentis uacillat, quia per negationem res efficitur dubia, & ex diuturnitate tanti temporis ecclesia,si quam habebat possessionem ciuilem, illam amisit.l.licet.ff.de usufru.

Sed uidetur per Specul.in contrarium dici in §. nunc aliqua.uersicu.44. quia ex quo ecclesia semel concessit in emphyteusim,possidet ciuiliter,unde contra ecclesiam non potest præscribi,& ecclesia quod possidet,habet in bonis, un-
15 de contra eam non potest præscribi,quia nemo potest † dicere deperditum,quod retinetur in bonis,l.nec utilem,ff.ex quibus caus. maior.ut per eundem Specul.ibi, vbi per multa iura id probat,& signanter per casum legis in l.male,C.de præscrip.30.anno & cap.illud.extra de excess. præla. Et cap. constitutus.de relig.dom.quod inquit est uerum, si emphyteuta rem uti emphyteuticam tanto tempore tenuit, secus si ut suam possedit, quia secundum dominum Rofred. si emphyteuta per mille annos possideat, & non interuertat possessionem,idest quod dominum venientem non admittat,nunquàm præscriberet,vt d.l.male, licet enim pēsionem non soluat,& fingat in animo suo, quòd rem illam ut pro-
16 priam possideat,ei hoc in nihilo prodest, quia nemo † causam suæ possessionis mutare potest,l.nemo, C. de acquiren. possess.sequitur Iaso.d.l.2. C. de iure emphy. uersicu.primo nunquid si emphyteuta cessauerit per 40. ann. & paulo post versicu.tertio quæro.ubi dicit,quòd nemo sua sola uoluntate potest causam suæ possessionis immutare. Sed bene facto interueniente, l.cum fundum, & l.colonus, ff. de ui & ui arma. pro quo Bald. & Salyc.in l. neque, post glo. C. de usufruct.

17 Facit in hac materia,quia si quis†tanquàm colonus, censuarius,uel emphyteuta soluit per spatium 10. annorum uel amplius,per talem diutinam solutionem,& præstationem dominus,uel ecclesia recipiens cōtra illum soluentem prescribit,per ea,quæ dicit Bal.in l.litib.C.de agri.& censi.libro 11.ubi etiam Bar. per talem diutinam præstationem dicit, ꝙ quis præsumitur emphyteuta aut colonus, ita ut in futurum cogi possit ad soluendum, & in solutione perseuerandum,sed†non est idem in uassallo,quia cum in eo tractetur
18 de mutatione status suæ personæ,quæ non mutatur ex diutina præstatione,& de facili,ut ibi per eum, ideo secus per multa iura,& authoritates,quas ibi idem Ias.adducit.

Et si quis rem tenuit tanquàm emphyteuta ab aliquo, quem recognoscebat in dominum,qui tamen non erat dominus,nec ille erat emphyteuta,cui tamen ille detinens longo tempore pensionem persoluit,per talem longam temporis solutionem,& præscriptionem est ius quæsitum recipienti,unde si id processit per 30.ann.bene potest recipiens agere casu quo contingat rei vendic.contra eum,Spec.§.nunc aliqua.versicu.53.sequitur Ias.in d.l.2.colum.54.versic.quinto quæro.

19 †Et ille qui diu tenuit rem,& emphyteusim soluit per annos.40.præsumitur esse emphyteuta. per nota. in l. cum de in rem verso,ff.de vsur.gloss.in l.2.C.de iure emphyt. Et emphyteuta,qui per 40.anno.possedit,& canonem soluit, licet non habeat instrumentum, præsumitur in inuestitura emphyteusis renouatus,per Specul.in titu.de loca.§.nunc aliqua.versicu.64.quæritur.& uersicu. antecedenti 63. ubi habetur,quod si quis per 30.annos soluit pensionē alicui credens se habere ab illo in emphyteusim non apparente in effectu quòd aliquam rem teneat ab illo,præsumitur,& est ex hoc sufficiens probatio,quòd tenet ab eo, nec potest ab eo expelli,argum.l.fina.de fund.patr.C.lib.11.& l.fina.ff.de usu. & l.cum de in rem uerso. ff. de aqua pluuia arcen. & si emphyteuta neget se uelle soluere censum domino, cui per multos annos soluat,dominus est manutenendus in sua possessione exigendi, & emphyteuta cogatur soluere non obstante illius renitentia,& negatione capitu.quærelam.extra de electio.si tamen pensione soluta,emphyteuta referat quæstionem,negando emphyteusim,& se emphyteusim tenere, veniet absoluendus,nisi dominus de suo bono iure docuerit,& hoc si soluit per aliquod tempus,per quod non possit dici præscriptum,quia,si sit facta solutio per tempus præscriptionis,erit tutus dominus præscriptione,& emphyteuta cogetur,non obstante eius obsistente,ut d.ver.63.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta qui cessauit soluere Canonem potest moram celeriter purgare.*
2 *Moræ purgatio infra quantum tempus fieri possit,*
3 *Verbum,statim,& verbum,celeriter,quomodo intelligantur.*
4 *Tempus impositum à lege non impedit purgationem moræ.*
5 *Pactum,quod deseruit iuri communi,uidetur esse ius commune.*
6 *Iuramentum moræ purgationem impedit.*
7 *Declaratione domini facta,lex ipso iure exequutionem facit.*
8 *Exequtio si fit ipso iure,mora non potest purgari.*
9 *Voluntas domini impeditiua purgationis moræ,sufficit,quod sit uel tacita,uel expressa.*
10 *Declaratio voluntatis domini constituit emphyteutam in duplici morā.*
11 *Dominus recipiendo canonem pro tempore decurso à causata caducitate sibi præiu dicat.*
12 *Receptio in casu ignorantiæ non nocet recipienti.*
13 *Protestatio ecclesiæ operatur, vt receptio pensionis sibi non præiudicet.*
14 *Prælatus solus recipiens pensionem ecclesiæ collegiatæ non præiudicat.*
15 *Ecclesiæ, in qua non sit capitulum, præiudicatur per receptionem rectoris.*
16 *Dominus si primo expulit,& post uult pensionem,an audiatur.*
17 *Quid si dominus à receptione mercedis incæpit, & post uult expellere.*
18 *Idultum à Papa obtentum,quod per canonem non solutum non cadat emphyteuta,nullum est.*
19 *Emphyteuta, qui pro tribus annis ultimis soluit, præsumitur semper soluisse.*
20 *Emphyteuta si probet se soluisse pro anno præterito,res ab eo auferri non poterit.*
21 *Vnica solutio facta pro tribus annis non operatur tantum quantum tres solutiones distinctæ.*
22 *L.quicumque.C.de apochis.lib.10.in quibus habeat locum.*
23 *Emphyteuta, qui per plures annos cessauit soluere, si pro duobus annis soluit,uidetur pro primis duobus soluere,*
24 *Onus probandi solutionem Canonis incumbit emphyteutæ.*
25 *Solutio pensionis per emphyteutam fieri debet per instrumenta, aut partis confessionem,aut per quinque testes.*
26 *Emphyteuta ecclesiæ tenetur pensionem apportare ad domum prælati.*
27 *Debitum onere subiectionis ad domum crediroris est soluendum.*
28 *Remedium, per quod consulitur emphyteutæ, quando dominus recusat Canonem emphyteuticum recipere.*

QVAESTIO XX.

De moræ purgatione ob cessatam solutionem canonis.

LEmphyteuta verò si cessauerit in soluendo canonem etiam per
1 biennium,non statim cadit à iure emphyteusis,nec statim expelli debet,quia†etiam post tale tempus potest morā celeriter purgare, & celeri satisfactione sibi consulere, per tex.in capitu.potuit,& in capitu.propter,§.fina.in fin.de loca.extra,idem ferè habetur in capitu.si quis præsbyterorum,de rebus ecclesiæ,non alienan.ibi,nisi fortè alienator, & qui acceperit celeri restitutione sibi prospexerit, & ita, inquit glo.d.capitu.potuit.in verbo celeri, pater, quòd em-

Source : BIU Cujas

phyteuta poteſt moram purgare offerendo canonem poſt
2 biennium, ſicut alienator, ut d.c. ſi quis, ſed † eſt videndum quantum tempus trahat ſecum iſta celeris ſatisfactio, & infra quantum tempus mora purgari debet, glo. d. verbo celeri, allegat plures opiniones, ut uidelicet uſque ad ſentẽtiam, & dummodo purgetur ante ſententiam; alia opinio, ut purgari debeat ante litem conteſtatam; alia, ut infra modicũ tempus, quod celeris ſatisfactio requirit, & ꝙ ſit, & intelligatur 10. dierum tantum, uel quàm citius potuit, ut ff. ad Tertul. l. 2. §. confeſtim, & reprobat glo. opinionem illorum qui dicebant, ꝙ emphyteuta poteſt euitare pœnam vſq; ad litem conteſtatam, quia inquit hoc poſſet differri vſque ad duos annos, ad vnum, tres, vel plures, poſt ſtatutum biennii tempus, & ſic non eſſet celeriter, & qui faciet ante litẽ conteſtatam, & litis conteſtationem expectans, videbitur facere potius timore pœnæ, quàm uoluntate. & interpellabitur coram iudice, & tamen tempus ſtatutum interpellat, ſubdit glo. dabo modicum tempus poſt lapſum biennii, & illud modicum, cum non ſit à iure determinatum, conſiderabitur arbitrio iudicis, quod appellatur arbitrium boni uiri, ꝑ iura quæ ibi allegat, glo. in c. ſi quis, allegato in uerbo celeri intelligit celeriter ſatisfaciat, idem ſatisfaciat ante quàm læ datur eccleſia. Abbas in d.c. potuit, in gloſ. in verbo celeri, ſecundum Innoc. ꝙ celeriter quis dicitur ſatisfacere, ſi exactus in iudicio, uel extra ſoluit ſine termini præfixione, & multo celerius, ſi nullam expectat interpellationẽ, ſed ſponte ſoluit, ſequi uidetur Specula. in tit. de loc. §. nunc aliqua, ver. 84. quæritur, & Hoſt. d.c. potuit. dicit quòd non expectetur requiſitio, & opinio d. glo. de modico tempore arridet Abbati, nam inquit eſt profecto intelligendum de modico tempore, quia uerba illa tex. ibi, ſibi conſulere ſtuduiſſet, denotant & important, ut ſine aliqua requiſitione ipſemet ſibi celeriter conſulat; ideo bonus iudex arbitrabitur, quando poterit dici ſibi celeriter prouidiſſe poſt biennium, per Ancha. conſi. 418. quidam ſer Antonius. per totum illud conſilium, quod eſt factum in materia infra quantum tẽpus mora non ſoluentis canonem poſſit purgari, facit tex. in l. ſi ita
3 quis. §. ſi iactura. ff. de ver. ob. ubi tex. habet uerbum † ſtatim, & ibi communiter dicitur, ꝙ id ſtatim, quo modo debet intelligi, relinquitur arbitrio iudicis, Io. de Imola in d. c. potuit. de loca. col. 12. uerſic. in ea. gloſſ. ibi, ipſum &c. ſequitur opinionem gl. ut uerbum celeriter quomodo intelligatur, ſit in arbttrio iudicis, qui iuxta qualitatem perſonæ, & rei, & alias circunſtantias, aliter, & aliter arbitrabitur; nam in emphyteuta diuite, & valde pecunioſo minus tempus poterit arbitrari, quàm in non diuite, neque pecunioſo, & ſi in dubium fuerit reuocatum, quòd iudex malè fuerit arbitratus, poterit appellari, per illud, quod legitur, inquit, & not. per glo. in c. ſuper his, de accuſa. extra, & in l. ſi qua pœna. ff. de uerbo. ſignifi.

Et Bal. in margarita in verbo emphyteuta. dicit, ꝙ emphyteuta poteſt purgare moram infra modicum tps poſt biennium, & quod modicum tempus eſt vnius menſis, vel duorum menſium tempus, ut de iud. ſi debitori, & de compenſa. l. fin. vel 10. dierum. ut l. promiſſo. ff. de conſtit. pec. & hoc
4 in biennio legati, quia tempus, † ꝙ eſt appoſitum à lege, non impedit purgationem moræ, licet in pœnam fiat translatio dominii, & reuertatur ad eccleſiam ipſo facto, quod vr̃ mirabile contra Dynum in l. ſi ſeruus, §. ſequitur. ff. de uer. obl. ubi habetur contrarium, ꝙ vbi in pœnam fit translatio dominii, non habet locum purgatio moræ, ſed in hoc, inquit eſt ſpeciale de æquitate canonica, idem eſt ſi iſtud biẽnium eſt conuentionale, & inter partes conuentum, nam iſtud pa
5 ctum, ꝙ † per omnia deſeruit iuri communi, uidetur potius eſſe ius commune, quàm pactum, l. 4. §. ſi quis. in gl. ibi, non uterque, ubi habetur, ꝙ quando tempus à iudice ſtatutum conſonat cum tempore legali, eſt legale, nam homo exprimit, arg. ff. de adoptio. l. ſi arogator, ſed hoc uerum, niſi ſit ap
6 poſitum iuramentum, quia, vbi † eſt appoſitum iuramentũ, mora purgari non poteſt, l. ſi quis maior. de tranſact. ut per Bald. ibidem, ubi etiam ſubdit, quòd emphyteuta, qui intra duos menſes poſt biennium ſatisfacit, dicitur ſatisfacere celeriter, allegat Abba. hoc dicentem in capit. 2. de frig. & malefici. credo textum Bald. deprauatum, quia id non dicit ibi Abb.

Sed in hac materia, moræ purgationis uidetur diſtinguẽdum, & diſtingui debere, quia aut quærimus, an emphyteuta, qui ceſſauit per biennium, vel triennium canonẽ ſoluere, poſſit moram purgare, antequam dñs, lapſo biennio declaret uoluntatem ſuam, & declaret ſe uelle emphyteutam cecidiſſe, & eo caſu vr̃ dicendum eſſe, ꝙ ſic, quia tunc nulla regula impediens moram purgari obſtat, uel quęrimus, nun quid poſſit moram purgare poſtquam dominus declarauit ſe uelle eum cecidiſſe, & eſt dicendum, ꝙ non põt purgare,
7 quia facta uel † ſequuta declaratione dñi directi, uel eccleſiæ lex ipſo iure exequutionem facit, ergo nulla moræ purgatio admitti debet, & Barto. Veron. alias Cæpola. in cautelis cautella, 183. incip. tu ſcis, dat cautellam, ut emphyteuta nõ poſſit moram purgare ob ceſſationem ſolutionis, iuxta tex. in d.c. potuit. uidelicet, ꝙ dñs, aut eccleſia elapſo biẽnio declaret, uel proteſtetur, ẽt abſente emphyteuta, ꝙ non uult, nec intendit velle, uel hr̃e dictũ emphyteutam pro emphyteuta, quia tunc non põt amplius moram purgare, qa, aliàs non facta dicta proteſtatione, & declaratione, credit, ꝙ poſ ſit morãm purgare, id quod vr̃ rectè dictum, quia, licet emphyteuta ceſſauit per biennium in ſolutione canonis, tñ ipſo iure lex non facit ꝙ eum exequutionẽ, quia ipſo iure nõ cadit, immo requiritur expreſſa uoluntas dñi expreſsè declarantis ſe uelle, ꝙ ceciderit, dicit text. in l. 2. C. de iure emphy. in uerbo ſi dñs uoluerit, ibi Bar. & alii, & Iaſ. ibi in 5. no. unde declarata dñi uoluntate poſt ceſſationem biẽnalem, emphyteuta ſtatim intelligitur priuatus ipſo iure, nec alia ſnĩa declaratoria requiritur, ergo non videtur locus purga-
8 tioni moræ, quia ubi exequutio † fit à lege ipſo iure, ibi non poteſt mora purgari, l. traiectitiæ, §. de illo, ff. de actio. & obl. is cui, vbi Bar. ff. de lega. ſecundo. Bar. & Doctor. in l. ſi inſulam. ff. de uerb. obli. ubi tractatur materia purgationis moræ abundè.

9 Et † illa uoluntas dñi declarata, impeditiua purgationis morę, ſufficit, ꝙ uel ſit tacita, uel expreſſa, ut per Abb. conſi. 67. uol. 2. incip. in cã quæ uetitur. 2. col. per Alexã. conſi. 106. incip. uiſo themate. 4. col. 4. uo. Bar. & Alex. d.l. ſi inſulã. Alex. d.l. ſi inſulam. Alex. 17. col. ubi dicit, ideo in c. potuit, delocat. extra, mora purgari potuit, ex quo non erat facta ipſo iure, niſi dño uolente, & idem eſt, ſi fiat declaratio uoluntatis non per uerba declaratoria, aut proteſtatiua, ſed per actum facti, puta qñ dominus feciſſet actum ꝑꝑ cuius geſtionem ueniret declaratum, ꝙ ipſe dominus nollet amplius, ꝙ emphyteuta perſeueraret in emphyteuſi, exemplum ego darẽ pro nunc, puta ſi lapſo biennio dominus rem ſemphyteuticam uel alteri locaſſet, vel alteri in emphyteuſim conceſſiſſet, quia ille actus eſſet declaratiuus mentis, & uolũtatis domini, ꝙ non uult amplius hr̃e illum pro ſuo emphyteuta dã do rem alteri, dicit & tenet Lud. Roma. conſi. 103. incip. uiſo propoſitæ qõnis themate. 2. col. & confirmat̃ iſta opinio,
10 quia ſequuta † declaratione uolunt atis domini emphyteuta eſt conſtitutus in duplici mora, una per lapſum tpis legalis, uel conuenti, alia per declarationem dñi, quę geminatio impedit omnino moræ purgationem. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & ob. Roma. conſ. 252. incip. quæritur primo. latè per Iaſ. d.l. 2. C. de iure emphy. col. 21. uer. alia & tertia ratio.

11 Et in materia, ſi † dominus, uel eccleſia, ab emphyteuta, q ſoluere ceſſauit per biennium pẽſionem, recipit canonem, non pro tempore præterito, ſed pro tpe poſteriore, i. pro tẽpore decurſo poſt lapſum biennii, & pro tpe decurſo à cãta caducitate, ſibi præiudicat, & uidetur mora purgata, & emphyteuſis refirmata, & reintegrata, unde emphyteuta illo prætextu non poterit amoueri, aut expelli, arg. l. 2. C. de iure do. impet. & l. fi. §. fi. de inoff. teſt. vr̃ expreſſum in tex. in c. cõſtitutus, de relig. dom. prope fi. quia cum quis, ubi opus eſt, non utitur iure quod habet, ei uidetur renunciare, maximè cùm illud ius ſit odioſum, arg. ff. de iniuſti. rup. l. filius. & l. hæreditatem. §. filius. ff. de Caſtren. pecul. immo recipiendo penſionem, iuri ſuo quoad hoc renuntiare intelligitur, l. poſt diem, ff. de leg. commiſ. c. ee ore. extra de his quæ fin. à ma. par. cap. Specu. de loca. uer. 13. quæritur. §. nunc aliqua. fuit opi. aliquorum dominorum de rota, in nouis deciſio. 233. de loca. incip. ex præmiſſis.

Sed hoc procedit ſi dominus recipiens qñ recepit, ſcie-
12 bat rem fuiſſe deuolutam, & factã caducam, quia aliàs † receptio in caſu ignorantię non nocet recipiẽti, nec prodeſt ſoluenti, l. mater, ff. de inof. & C. eo. tit. l. ſi qñ. §. fi. l. fi. C. de fur. & l. ltĩma. ff. de peti. hær. & tertia q. 9. indicas, ſcientia enim, nõ ignorantia hominem obligat, l. ſuper ſeruis, qui milita. non poſſ. C. lib. 12. & l. generali. C. de tab. lib. 10. & l. ſi dictum, §.
13 pe. ff. de euictio. l. pecuniæ. §. 1. ff. de uſur. & ſi eccleſia † recipiens penſionẽ proteſtata ſit, ꝙ recipit ſine præiudicio ſuorum iurium, & ſaluo iure, ꝙ non per hoc non ſit ſibi factũ præiudicium, quominus ſoluentẽ expellere poſſit ab emphyteuſi propter ſuam caducitatem, receptio non nocet, & prodeſt proteſtatio. arg. 9. q. 3. ſaluo. & de elect. c. Cumana, & l. fi. ff. de eo quod cer. lo. & l. 2. ff. ſi quis caut. quia ſi eum expellere uellet, poteſt, & nihilominus penſionem petet, habetur in gl. in c. potuit. extra loca. in gl. expelle, Iaſ. in l. 2. in fine principii. ff. ſi quis cautio. Bal. in c. 1. quo tempore miles. in vſib. feud. Alex. conſi. 14. lib. 2. Curt. Sen. conſi. 81. Spe. §. nũc aliqua, de loca. ver. 25. quæritur.

Et in hac materia dicit glo. d.c. potuit, quòd clarum eſt id in domino priuato, ſed non idem uidetur ſimpliciter, & in diſtinctè dicendum in eccleſia, quia inquit in priuato pla-

num

Source : BIU Cujas

nũ eſt,quia recipiendo penſionẽ iuri ſuo renuntiauit l.poſt
14 diem,& l. p̃ced. §. fi. ff. de leg.† com. ſed in eccleſia,ſi ſolus p̃latus abſque capitulo recipit penſionem non eſt eccleſiæ p̃iu dicatum circa expulſionẽ,quia eccleſia,non obſtante tali re ceptione,vel ſolutione,poterit nihilominus talem emphyteutam expellere,ſecus ſi receptio ſit facta per p̃latũ de con ſu cap. vel expoſt ratificante capitulo,quia cũ eccleſiæ ſit liberũ,aut emphyteutã expellere,vel pẽſionẽ petere, eligẽdo vnũ,alteri vr̃ renuntiare,quod tenet Spe. vbi ſupra ver. 26. q̃-ritur,ubi inquit,qđ tñ intellige,ſi ſcienter factum eſt, ſecus ſi ignoranter,uel cũ proteſtatione. Subdens,ſi aũt p̃latus ſo-lus recepit,non p̃iudicat, quin eccleſia non poſſit expellere, niſi tñ poſtmodũ conſenſus c. acceſſerit, c. paſtoralis. de his
15 q̃ fi. à præla. ſi verò id fiat† p̃ rectorẽ ſolũ alicuius eccleſiæ, in qua eccleſia non ſit capitulũ, oĩno p̃iudicatur eccleſiæ recipiendo quia poſt receptionẽ non põt amplius illũ expellere, exẽplo defenſoris ciuitatis, qui recipiẽdo pari modo ciuitati in hoc p̃iudicat, l. aduerſus. C. de uſur. idẽ inquit vr̃ in defenſore eccleſiæ l. iubemus nullã, C. de ſacroſ. eccl. ſeq-tur hoc Io. de Imo. d.c. potuit. in gl. expellere, vbi id dicit ẽt tenendũ in p̃lato collegiatæ, qui põt hoc facere in p̃iudiciũ eccleſiæ ẽt ſine capitulo, ſm Do. Florẽ. dicentẽ; q̃ in hoc ca ſu non eſt aliter diſtinguendũ, an eccleſia habeat, uel nõ habeat capitulũ, ſeu collegiũ, quia ẽt ſi habeat, tñ ſm eũ ſolus p̃latus ſine conſenſu c. poterit recipiendo penſionẽ p̃iudica re eccleſiæ in iure expellẽdi, & id ea rõne, quia ius expellendi emphyteutã, qui ceſſauit per biẽniũ ſoluere, nõ eſt nec eſſe dr̃ penes eccleſiã, niſi cũ eccleſia voluerit, quia ceſſauit, ſed quia poſtq̃ ceſſauit, ſic uoluit dñs, aut eccleſia, vñ ſic vr̃ agi de iure acquirendo, non autem de iure quæſito, in quo iure acquirendo prælatus bene poteſt præiudicare eccleſiæ negligendo acquirere, & recipiendo penſionem negligere ex pellere emphyteutam, ut per Imolam ibidem.

Et in hoc articulo expulſionis emphyteutæ, & receptionis canonis, Iaſ. in l. 2. C. de iure emphy. col. 43. uer. ego autẽ vltimo. poſt multa hinc inde allegata, & diſputata cõcludit
16 faciendo tres caſus principales, videlicet, q̃ aut† dñs primo expulit, & poſt uult penſionẽ, & eo caſu, ſi emphyteuta ſit ec cleſiæ, bñ põt ẽt penſionẽ hr̃e, auth. qui rẽ, C. de ſacroſ. eccl. Si verò ſumus in emphyteuta priuati, & tunc non põt pete-re niſi ſit in principio expulſionis proteſtatus de ſibi iure re-ſeruato, quoad penſionẽ penſionis, in colono uero ſubdit Iaſ. eſt clarũ, q̃ ſi primò expellatur, põt adhuc penſio peti. in
17 l. colonus. ibi p̃ eũ allegata. Aut uerò † incæpit à receptione penſionis, & poſt uult expellere, & tũc diſtingue, inquit, vel recepit penſionẽ tp̃is p̃teriti, vel futuri, & primo caſu q̃ñ recepit p̃teriti tp̃is, tunc, aut recipit cum proteſtatione reſeruationis iuris expellẽdi, & tũc põt ẽt expellere, aut recipit ſine proteſtatione, & ſimpliciter, & ſi ignorans caducitatẽ recipit, põt expellere. Si verò recipit pro tpe futuro, i. pro tpe de curſo poſt caducitatẽ cãtam, & poſt bienniũ lapſum, & tũc, aut ſit proteſtatus, aut nõ, recipiendo ſibi p̃iudicauit, vñ nõ põt expellere. p̃ Iaſ. d. loco. p̃ tex. in l. 2. §. non male. ff. de ex-
18 cep. doli & l. qui in futurum, ff. de pact. † & ſi emphyteuta habeat indultũ à Papa, p̃ qđ p̃p canonẽ ſolutũ non poſſit cade re à iure emphyteutico, q̃ oĩno cadit, nec tale reſcriptũ iuuat, quia fuit nullum, & nulliter obtentum. Bal. in l. ſi à te. C. de pac. inter empt. Et ſi prælatus petat rẽ eccleſiæ ut caducã, ex eo quia fuerit ceſſatũ in ſolutione, non vr̃ poſſe obtine-
19 re in hoc iudicio, ſi emphyteutica† uel cõductor aſſert tres annales ſolutiones ultimas continuatas, quia p̃ illas p̃ſumit in p̃teritũ ſemper ſoluiſſe. p̃ tex. in l. quicunq;. C. de apoch. publi. lib. 11. p̃ Io. And. c. lr̃æ. de dilatio. Iaſ. in l. ſi certis annis. col. 2. uer. adde principaliter. C. de pac. argu. l. procula. ff. de proba. ex pñtib. n. p̃terita metimur, l. ſicut. § ſuperuacuũ. ff. q̃-bus mo. pig. Bal. d.c. lr̃æ. Specula. §. nunc aliqua. uerſi. 27. q̃rit. de locat. Crauet. conſ. 313. ubi hanc materiã tract. incip. de-bitor cenſus. gl. & doc. in l. 2. C. de iur. emphy. Cy. in l. 2. C. de dot. prom. ubi Bal. Et id non ſolũ procedit in ſolutione tri-butarii in quo caſu loquit. l. quicunq;. verũ ẽt in Canone, & ſolutione Canonis emphyteutici, Rota. in no. deci. 304. Spe. d. uer. 27. & Io. And. in additio. ibi: Bar. in l. 2. col. fi. uer. quęro quis. ubi Bal. col. 4. ver. ſed qualiter. ubi Alber. nu. 7. Cy. nu. 6. C. de iu. emphy. Bar. d.l. quicunq;. Pariſ. conſi. 108. nu. 31. Et
20 in emphyteuſi eccleſiæ ſufficere† ſolutionẽ duorũ annorũ tenuit Hoſt. in ſumma. §. fi. uer. hoc aũt, de loc. licet illum re probet Io. And. & q̃rarium teneat in additio. ad Spe. d. ver. 27. & Iaſ. d.l. 2. uer. ſecundo limitauit. col. 56. Idẽ procedit ẽt in ſolutione decimarũ. p̃ Boer. deciſ. 236. & id uerũ ẽt ſi in lib. in quo apparet de trib. ultimis ſolutionib. nõ apparet de ſcriptum aliquid de ſolutionib. tp̃is anterioris, ita Bal. d.l. q̃ cunq; uer. itẽ q̃ro exactor. Idẽ procedit ẽt in ſolutione colle ctarũ, ut adducens tres ſolutiones annales ultimas cõtinua-tas cenſeat ſemper in p̃teritum ſoluiſſe, Iaſ. d.l. 2. col. 56. uer. nunquid aũt. de iure emphy. Trigõ. ſingu. 125. Bal. d.c. lr̃æ. in ſi. Idẽ ẽt procedit in colono ſiue cenſuario Bal. d.c. lr̃æ. ibi-dem. Ang. §. ſcire aũt. in ſi. auth. de non alie. Anch. c. potuit. col. pe. uer. unum tñ ſingulari. de loca. Iaſ. d.l. 2. col. 56. uerſic. nunquid. Socy. conſi. 118. nn. 3. uol. 4. Calcan. q̃ſ. 45. col. fi. de-ciſ. Toloſa. 225. Cremen. ſingu. 78. Trigon. ſing. 125. idẽ ſimili ter dici dẽt de obligato ad ſolutionem penſionis, qui ſi pro-bet ſe trib. annis ultimis continuatis ſoluiſſe, ſemper in per-pertuum ſoluiſſe p̃ſumit. Gigas de penſio. q. 81. id q̃ procedit ẽt ſi ſolutio eſſet diſtributa p̃ quinquennia, q̃ñ conſtaret de ſolutione ſimili modo trium quinquẽniorũ. Bal. d.c. qui cunque uer. item q̃ro, ubi ẽt ſubdit procedere ẽt ſi poſtq̃ do cuit de trib. ſolutionib. ceſſauerit in ſoluendo, quia nihilo-minus eſt p̃ſumptio q̃ in p̃teritũ ſo. uerit. Id q̃ ẽt procedit in oblatione facta de trib. annis continuis ultimis. Dec, cõſ. 650. col. fi. & id pariter procedit ẽt ſi debitum foret iuratũ. p̃ Gratum conſi. 121. col. 2. 2. uolu. ſed requirit ad hoc ut talis intret p̃ſumptio, q̃ dictæ ſolutionis quietationes aut confeſ-ſiones ſint factæ oẽs diuerſis tp̃ib. & ſingulæ ſingulis annis
21 † non aũt unico contextu. Bal. d.l. quicunq;. 1. q. idẽ in l. 2. C. de dot. promiſ. Bal. Anch. Io. And. d.c. lr̃æ. Iaſ. d.l. 2. d. col. 55. ver. limitarẽ Caſan. in q̃ſue. fol. 212 col. 3. & 381. col. 1. Alex. ad Bar. d.l. quicunq; apoſtil. ad deciſ. Toloſa. 225. Cremenſ. ſing. 78. Trigon. d. ſing. 125. Bal. de p̃ſumpt. 3. par. col. 11. uer. limita. & ſolutiones debẽt eſſe annales, non ſemeſtrales aut trimeſtrales, Alex. conſ. 105. ver. q̃tra iſtud, uol. 3. cõtrarium
22 tenet Bal. d.l. quicunq; † uer. item quæro, Iaſ. in l. diuortio. §. qui in anno. ff. ſol. mat. fac. Alex. conſi. 107. co. 2. uer. & ad hoc non obſtat. uol. 3. ubi affirmat eandem rõnem uerſari in ſolu tione ſemeſtrali, & trimeſtrali q̃ in annali, & dicta procedũt in ſolutione debiti prouenientis occaſione rei, quia eſt ſe-cus in debito ex obligatione perſonali prouenientę, Bal. d. l. quicunq;. verſ. item quæro, per Cremen. ſing. 79. ponit Ga-briel. in ſuis commu. conclu. conclu. 11. per ampliationes, &
23 limitationes. lib. 1. Et ſi† emphyteuta ceſſauit ſoluere per ſex vel 4. annos, & ſoluit pro duob. in dubio vr̃ ſoluiſſe pro pri-mis duob. annis, l. cum plurib. ff. de ſolu. & licet uideatur q̃ parum interſit, pro quib. uideatur ſoluiſſe, ſiue pro primis, ſiue pro ultimis, quia cum reſtet ſolutio facienda pro duob. annis, ſemper res eſt commiſſa, tamen intereſt aliquid, ſecũ
24 dum ea, quæ ſupra proximè diximus. Et onus† probandi ſo-lutionem canonis, uel penſionis emphyteuſis eſt de incum-bentibus emphyteutæ, non aũt dño, tenet gl. in l. 2. C. de iure emphy. in gl. mag. ſequitur Iaſ. ibidem. col. 45. ver. in ea glo. ibi, ut ergo q̃ emphyteuta tenetur probare affirmatiuã, ſe ſoluiſſe, non aũt tenetur dñs uolens illum expellere hanc ne gatiuam probare, ſibi non fuiſſe biennio ſolutum, quam-uis iſtud ſit fundamentum intentionis ſuæ, ſubdens q̃ om-nes nemine diſentiente ibi cum hoc tranſeunt ſcribentes cõ muniter, & per Bal. ibidem in additio. col. 5. ubi ẽt in uerſic. Sed in caſu ſecundum gloſſ. dicit, q̃ emphyteuta probabit ſe
25 ſoluiſſe per† inſtr̃a, aut per partis confeſſiones, & per teſtes, & teſtes debent eſſe nõ minus quinq;, & rogati, l. teſtium, C. de teſti. & auth. rogat. eo. ſubdit Bal. q̃ ratio eſt, quia contra ctus iſte, & quod ex eo debetur, in ſcriptis eſt celebratus, & per ſcripturam ipſam, ergo inquit non minus ſufficiunt.

Et ſolutio canonis emphyteutici eccleſiæ eſſe vr̃ fauora-
26 bilis, quia emphyteuta tenetur illum ſoluere † in domo ec-cleſiæ, uel creditoris, & ad domum prælati illum apportare, vr̃ dicere, & tenere Bal. in l. acceptam, 12. q uer. ſed nunq d, C. de uſur. ibi, in caſu propoſitæ qõnis, ubi Peruſinus emphy teuta, qui eſt obligatus ſoluere eccleſiæ. 10. Florentiæ, tene-tur ire Florentiam, ad ſoluendum, motus Bal. quia debitor eſt eccleſiæ, & debitum paruum, p̃ quo ſi eccleſia haberet accedere aut mittere Peruſium, plus haberet incommodi, quàm utilitatis ex dicta emphyteuſi, tenet Inn. in c. ſignificã te, extra de pign. tenet idem Bal. in l. cum quidam, C. de con
27 dit. inſer. uer. modo quæro, q̃ ſi† debitum eſt cauſa alicuius obſequii, reuerentiæ, uel ſubiectionis onere, ut ſunt cenſua les, & uictuales, qui ſunt quoadmmodo ſubditi, q̃ pro ſol-uendo debito tenentur ire ad domum creditoris, & ibi ſol-
28 uere, ſi uerò prælatus, † qui hẽt recipere cenſum uel emphy teuſim latitat, uel non compareat, quia forte nolit emphy-teuticũ canonẽ recipere, emphyteuta remedium hẽt, q̃ pro teſtetur, q̃ attulit cẽſum, & eſt ipſe paratus, & q̃ illud alicui perſonæ ideoneæ conſignet, & deponat, ubi ẽt Bald. ſubdit, q̃, ſi emphyteuta portet canonem ad domum domini, ſi in itinere derobetur, aut ei per uim canon auferat, liberatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiæ male facta nulla eſt, incipiẽdo à iure antiquiſſimo.*
2 *Oeconomus an ob malè factam alienationem ſit officio ipſo iure priuatus.*
3 *Lex ſi imponit pœnam amiſſionis, ipſo iure, ſtatur eius dicto.*
4 *Verbum præteriti temporis importat ipſo iure, & quid in uerbo futuri temporis.*

Source : BIU Cujas

5 *Tabellio, qui contractum malæ alienationis celebrat, exilio mulctatur.*
6 *Casus, in quo ecclesia potest locupletari cum aliena iactura.*
7 *Donatam rem ecclesiæ recipiens, datum cum tantumdem de suo restituit.*
8 *Creditor accipiens in pignore rem immobilem ecclesiæ, quod dedit amittit.*
9 *Emptor monasterij punitur, quia nulla est emptio, & prætium solutum cedit in utilitatem ecclesiæ.*
10 *Ius canonicum exigit, quod res ecclesiarum alienentur cum certis solemnitatibus.*
11 *Alienatio etiam facta in casu licito contra formam traditam à iure canonico nulla est.*
12 *Res ecclesiæ sunt bona Christi.*
13 *Auferens quid patri & matri, asserens hoc non esse peccatum, reus est homicidij.*
14 *Rapiens bona ecclesiæ homicida est.*
15 *Detentor rerum ecclesiæ est conueniendus, licet exhibeat authorem suũ.*
16 *Conuentus rei uendicatione iudicio possessorio non potest dominum nominare.*
17 *Ecclesiæ habenti optionem conueniendi non fit præiudicium per electionem.*
18 *Ecclesia, quæ suum à possessore consequuta est, potest adhuc agere ad pœnam contra alienantem.*
19 *Condemnatus ex sua contumacia bona fronte cessionem petere non potest.*
20 *Regula, iustè possidet, qui prætore authore possidet, procedit in rebus priuatorum.*
21 *Sacrilegium quid sit.*
22 *Sacrilegium tribus modis committitur.*
23 *Sacrilegij pœna quandoque spiritualis est.*
24 *Sacrilegij pœna quandoque rei, quandoque personæ applicatur.*
25 *Sacrilegij pœna durior est de iure Ciuili.*
26 *Honestiori loco natus mitius puniendus est.*
27 *Pœna canonica ab ecclesia infringi potest.*
28 *Qualiter puniatur ille, qui manu armata in uicum alterius ad malefaciendum uenerit.*
29 *Iniuriæ tot sunt, quot sunt inuasores.*
30 *Pœnæ legales & conuentionales possunt extendi in infinitum.*
31 *Incendiarius est excommunicatus, & quæ requirantur ad hoc, vt absolui possit.*
32 *Papiens res ecclesiæ tenetur in decuplum.*
33 *Fur, qui antequam conueniatur, rem restituit, an pœnam euitet.*

QVAESTIO XXI.

De pœnis malè factæ alienationis.

VIa eueniente casu malè alienationis factæ de rebus ecclesiæ, est prouidẽdum de remedio ecclesiæ pro illius conseruanda indemnitate, & pro recuperanda re malè alienata, vt sciamus quid agendum tunc, & quo iure esset experiẽdum, volui ponere de pœnis malè factæ alienationis rerum ecclesiæ; & si alienatio sit facta malè, & non secundum formam, & modum à iure traditum, videtur primò quòd sit nulla, irrita & pro non facta alienatio siue contractus, & ꝙ taliter cõ-
1 tractantes in multas inciderint pœnas. Primò † incipiendo à iure antiquissimo per text. qui dicit ad literam in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. §. prædia, vbi prædia ecclesiarum alienata præter modum, & formam ibi traditam vendicantur, cum fructibus, pensionibus, & accessionibus totius medii temporis ecclesiæ, vt tanquam penitus à nullo empta, vel vendita teneantur; quia ea, quæ contra leges fiunt pro infectis habenda sunt, vbi emptori imponitur pœna, videlicet quia amittit omne commodum, & omnem fructum emptoris, ac prætiũ exbursatum, & ea, quæ causa talis emptionis, & acquisitionis donauit, quæ omnia cedunt lucro, & commodo ecclesiæ.

Et œconomus, qui uendit, priuatur, & priuari habet officio œconomatus, &, si quod damnum propterea uenit ecclesiæ de venditis bonis, resarcitur, remanente ecclesię vel ecclesiasticis personis etiam pro huiusmodi, actione ꝙ hęre-
2 des, vbi vide per Bar. & Bal. an talis † œconomus sit, vel intelligatur ob talem malè factam alienationem priuatus officio, vel administratione ipso iure, an uerò priuandus veniat per sententiam, super quo sunt notanda eorum dicta, quia seruiunt ad cognoscendum cognoscenda pariter hodie de prælato malè alienanta; nam dicunt, ꝙ est aduertendũ, quo modo, & per quæ verba lex, vel canon loquitur, dicit enim Bar. ibidem in ver. quęro vlterius, gl. dicit ꝙ iste œconomus non est ipso iure priuatus, sed venit priuandus per sn̄iam, di cit. n. tex. priuetur, non priuatus sit, & uide inquit gl. tuam, &
3 nota & signa eam, qñ † lex imponit pœnã amissionis, vel rei, vel actionis, si exprimatur in ea ipso iure, vel per sn̄iam, tũc certè stamus dicto, ut l. commissa. ff. de publi. vel distingue,
4 aut utitur verbo præteriti, † an præsentis temporis, uti priuatus sit, & tunc intelligitur ipso iure; aut vtitur verbo futuri temporis, & intelligitur per sn̄iam, ut hic, nisi addat̃ dictio, mox, vel dictio, statim, quia tunc intelligitur ipso iure, aliàs secus, cum non esset statim, vt in auth. de incest. nup. §. 1. colla. 1. & dixi inquit in l. Imperator. de iure fisc. ut per Bart. ibi, vbi in margine multa dicuntur; super quo vide latius ꝑ Bal. & copiosius distinguit ibidem ver. quinto quærit gl. per Pe. de Ancha. in c. 1. de præscr. & c. cum secundum leges. de hę-
5 ret. in 6. & tabellio, qui † contractum malę alienationis celebrauerit, exilio mulctatur, iudex uerò, qui contractum talẽ celebrari mandauerit, dignitate, & bonis omnib. priuatur, quæ applicari habent ecclesiæ, quam lædere voluit, ut per gl. ibi in verbo bonorum, vbi dicit glo. in verbo munera, ꝙ
6 in isto casu † in odium emptoris, & fauore eecclesiæ ecclesia locupletari potest cum aliena iactura, idem hr̃ in tex. in authen. de non alien. §. sicut autem damnosus, vbi Imperator interdicit fieri per aliquem donationem, vel venditionem prædiorum sterilium, uel minus idoneorum, & mandat, ꝙ contractus habeatur pro non facto, & paulo ante ibidem in §. quia verò, Leonis pœnas, quas Leo Imperator solum decreuit in venditione bonorum ecclesiæ, de quibus in d. l. iubemus, prorogat Imperator, & extẽdit ẽt ad donationes, permutationes, perpetuas emphyteuses, & pignorationes in rebus immobilibus; Subdens, ꝙ si quis præsumat emere rẽ ecclesiasticam, vel pthochiam, cadat à prætio, & res empta cum fructibus medii temporis exigatur pro ecclesia, & nulla sibi competat actio contra ecclesiam, vel domum sacrã, sed tantum contra œconomum venditorem in eius propriis substantiis, vt mætus suæ substantiæ cauere faciat à talibus, quem Dei timor cauere non fecit; qui vero rem eccle-
7 siæ † sibi dono datam accipere ausus est, restituat cum tantũdem de suo ecclesiæ, & qui permutationem cum ecclesia fecit, subiaceat pœnæ, & datam sibi rem amittat, quæ redeat ad ecclesiam, & datum per eum ecclesiæ remaneat, actione pari modo illi reseruata contra eum, qui cum eo cõtraxit,
8 & si † creditor in pignore corporali eligat accipere rem immobilem ecclesiasticam, puta domum, agrum, hortum, uel huiusmodi, aurum, vel illud aliud, quod dedit, amittat, & illud applicetur ecclesiæ, remanente pari ter sibi actione contra œconomum, aut alium, qui cum eo contractum talem celebrauit.

Et si quis perpetuam, uel temporalem ecclesiæ emphyteusim accipere præsumpserit, non seruata, inquit, nostræ legis forma, cadat ab emphyteusi, & quod per eum sit datum, ecclesiæ applicetur; subdens, ꝙ eædem pœnæ seruãdæ sunt & aduersus eos, qui sacrata vasa ꝙ formam legis, aut pignori
9 dant, aut uendunt, aut conflant, & qui † pariter ecclesia s, aut monasterium ausus fuit emere, in hoc puniuntur, ꝙ emptio sit nulla, & prætium per eum solutũ cedat in vtilitatem ecclesiæ, hypotheca super his oĩ sublata, vbi, glo. in verbo habeat, dicit, ꝙ in istis casib. ecclesia bn̄, & de iure põt locupletari cum aliena iactura culpa eius, qui aliqualiter accipit, vel accipere p̄sumit res ecclesiæ; & idẽ Imperator in authẽ. de alie. & emphy. eadem pœnas ponit; ait. n. ꝙ si præter formam ibi traditam ꝯctus fiat, vel super mobilib. aut immobilibus rebus, ꝙ res, super qua fuit ꝯctus celebratus, reddi dẽt ecclesiæ, vel religiosæ domui, cum medii tp̄is fructibus, penes ecclesiam pari modo remanente prætio ante dato, uel ea re, q̃ pro permutatione, aut alia qualibet occasione fuit data, & si fiat emphyteusis præter & ꝯ formam dictæ legis, eadẽ res ecclesiæ reddatur, & emphyteuta persoluat pactũ, seu conuentum; & si donetur res ecclesiastica, eadem cum fructibus medii temporis, & alia res tantumdem valoris restituatur ecclesiæ; & si fiat hypotheca ꝯ hanc formam, creditor perdat illud, ꝙ ei debetur, res venditionali loco reddatur, tabellionibus talia stipulantibus exilio mulctandis.

Et deueniendo ad ius canonicum, habetur in gl. in sum-
10 ma 12. q. 2. ꝙ res † ecclesiarum habẽt alienari cum certis solemnitatib. & olim quidem dicit gl. duo de vicinis ep̄is interant, & de causa alienationis cognoscebant, & subscribebant, 10. q. 2. casellas. in fi. & infra eo. quocumque suffragio, & 17. q. 4. nullus, sed hodie, inquit, sufficit consensus capituli, & episcopi, vt c. sine exceptione. 12. q. 2. etsi res sit modica, & necessitas magna, non est necessarius consensus capituli, cap. terrulas. eo. in rebus monasteriorum alienandis requiritur consensus abbatis, capituli, & episcopi. cap. abbatibus, eo. 17. quæst. 4. in uenditionibus, idem in ecclesiis parrochialibus, ibi enim consensus sacerdotis requiritur, cap. placuit. infra eo. 10. quæst. 2. si quis episcopus; subdit glos. quòd
11 si fiat, uel facta reperitur alienatio † contra dictam formam, est nulla, licet sit facta in casu licito, ca. sine exceptione. eo. sed facta cum dicta forma, etiam in casu non cõcesso tenet ipso iure. arg. ext. de his quæ fi. à præla. sine consensu, cap. sed

ista

Source : BIU Cujas

ista secunda pars glo. quòd alienatio cum solemnitate in casu non licito tenet, non videtur vera, quia illam reprobat Abb. in c. cum causa, extra. de sent. ibidem, defectu casus liciti probatur hic, nam prohibetur alienatio rei ecclesiæ à iure, ergo alienatio est nulla, si non sit in casu concessio, l. non dubium, C. de leg. & in reg. ea quæ contra ius, de reg iur. lib. 6. & aliàs, ut ibi per eum, & eandem glo. dicit communiter esse reprobatam Cardi. Alex. in d. cap. sine exceptione, & ibi Lauren. de Rodul. in sua repetitione, & dico supra in qō. de solemnitatibus, quæ interueniunt in alienationibus ecclesiæ, & de defectu casus liciti ad longum; & habetur in ca. 1.
12 eo. 12. q. 2. quòd pecuniæ † ecclesiæ sunt bona, & res Christi, quia proprietas, & possessio rerum ecclesiæ est penes Christum, latè per Abb. in repet. c. cum esses, extra de testam. vnde per illum tex. qui aufert, fraudat, uel rapit res ecclesiæ, incurrit pœnam homicidii, & uti homicida damnatur, idem
13 habetur, in c. qui abstulerit, eo. ubi qui abstulit † aliquid patri, & matri, & dicat, quòd hoc facere nō sit peccatum, reus est homicidii, & auferendo ecclesiæ aufert patri, & matri, ut ibi in tex. quia pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit, mater verò nostra ecclesia est, quæ nos in baptismo
14 regenerauit, ergo qui Christi pecunias, & ecclesiæ † rapit, & fraudat, homicida est, ubi subdit glo. ℘ qui non pascit patrē, uel matrem, homicida est, & in capit. quicumque eo. habetur, quòd quęcumque persona prædia ecclesiæ inuaserit, uel à seculari principe suscipere ausus fuerit, incurrit pœnam excommunicationis, vbi glo. in uerbo à quocumque. dicit,
15 quòd semper detentor rerum ecclesiæ est † conueniendus, licet etiam exhibent authorem suæ venditionis, sed est intelligendum, quando possidet nomine suo, non nomine alieno, quia si nomine suo, possessor est semper conueniendus, nec tunc est necesse vocare illum, cuius authoritate possidet, ut extra lit. non contesta. quoniam, subdens glo. scias, quòd li-
16 cet † conuentus rei uendicatione possit dominum nominare, non tamen potest, si sit conuentus iudico possessorio, ut hic, vbi etiam glo. distinguit inter rem mobilem, & immobilem, facit glo. in cap. monemus, eo. 12. quæst. 2. quæ dicit, quòd qui alienauit, potest conueniri, item & qui possidet; &
17 cum ecclesia habeat † optionem, quem uolet conueniendi, si primò cœpit unum conuenire, & postea velit alium conuenire, non fiet ei præiudicium aliquod per electionem. l.
18 ultima. C. si tut. uel cur. & si ecclesia suum consequuta est † à possessore, potest etiam agere contra alienantem ad pœnā, quia pœna unius non liberat alium, & ecclesia, quæ suū consequuta est à possessore, non potest cogi ad cedendum iura, & actionem, etiam contra alienantem, quia bona fronte
19 non potest † petere cessionem, qui ex sua contumacia fuit cō demnatus, ut ibi per eandem glo. & glo. ibidem in d. ca. qui cumque. in uerbo consensu. dicit, ℘ quis non potest retinere rem ecclesiæ, etiam si illam habeat ab Imperatore, quia il
20 lud, † quod dicitur, iustè possidet, qui authore prætore possidet, l. iuste. ff. de acq. poss. habet locum in rebus priuatarum personarum.

Et habetur in tex. in c. prædia. eo. ℘ ille, qui vexare præsumit prædia diuinis vsibus tradita, & humanis illa vsibus applicare, & Deo, cui sunt tradita, subtrahere, pœnam sacrilegii incurrit, & vt sacrilegus iudicatur.

21 Et de sacrilegio † quid sit, & quæ pœna sit sacrilegii, vide ℘ glo. in c. sunt quæ. 17. quęstio. 4. quę dicit, quòd sacrilegium magistraliter uariis modis describitur, uno modo ut sit rei sacræ uiolatio, siue in se, siue in alio, & hic appellatur res, siue sit res ipsa sacra, siue ipsa persona ecclesiastica. Commit-
22 titur † autem tribus modis sacrilegium, vel cum sacrum de sacro, uel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro qs
23 aufert, per tex. in c. quisquis. 12. q. 4. Imponitur autem † pro sacrilegio quandoque spiritualis pœna, ut si committatur in persona ecclesiastica, quia talis est excommunicatus ipso iure, eo. cap. si quisquis; sed si iure ecclesię fit sacrilegiū, tunc post trinam monitionem est excommunicandus, d. ca. quisquis. Item imponitur pro sacrilegio pœna pecuniaria, quandoque maior, quandoque minor, d. c. quisquis, & cap. si quis
24 contumax, & pœna, quæ † imponitur pro sacrilegio, quandoque applicatur rei, quandoque applicatur, seu præstatur personæ, secundum quod iniuria est illata; quia, si iniuria est facta personæ, pœna est præstanda personæ iniuriæ, cap. parrochianos. extra, de sent. excomm. si rei facta est iniuria, tūc ipsi rei est præstanda, cap. si quis in 17. quæstio. 4. & ca. de hoc autem, extra, de symonia, sed secundum leges seculares de
25 iure ciuili durior pœna imponitur † pro sacrilegio, l. sacrilegium, ff. ad l. Iul. pecul. ubi habetur, ℘ pœnam sacrilegii habet proconsul pro qualitate personæ, pro rei conditione, temporis, ætatis, & sexus, uel seuerius, uel clementius statuere, & scio multos ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos, ēt uiuos exusisse, alios in furcas suspendisse; sed moderanda pœna, & vsq; ad bestiarum damnationem eorum, qui manufacta templa effregerunt, & dona noctu tulerunt, cæterum si aliquid interdiu modicum ex templo tulit, pœna metalli co
26 ercendus est; aut † si honestiore loco natus est, is sit deportandus in insulam, & aliàs vt ibi in tex. in d. l. sacrilegii, & habetur in c. in antiquis. 12. q. 2. ex lectione euangelica, ℘ si aliqd defraudaui, reddo quadruplum. ubi tex. subtractor quadruplum restituat, qui res ecclesiæ inuadit, ubi no. gl. ℘ est arg.
27 ℘ ab ecclesia † potest infligi pœna canonica, idem hī in c. seq. ibidem. ubi fit summarium, ℘ inuasores rerum ecclesię puniantur iuxta formam, & tenorem legum secularium, vbi
28 hī, ℘ ille, qui manu † armata vsque ad quatuor homines in vi cum alterius ad malè faciendum uenerit, ille, qui prior est, pro illicita præsumptione componitur in solidos nōingentos, sequaces verò eius vnus quisque solidos 80. si verò incendium fecerint, sibi nouies tantum componant, si uero prædam fecerint, in quadruplum restituant, vbi glo. no. ℘ iō
29 est, ℘ omnes sese componūt, quia quot † sunt iniuriatores, tot sunt iniuriæ, l. si plures, ff. de iniuri. & pœna vnius non liberat alium, l. item Mela. ff. ad l. Aquil. §. sed si plures, & hī
30 ibi in glo. componat, ℘ pœna legalis, † & conuentionalis nedum possunt excedere quadruplum, pro vt hī in text. in §. omnes, Instit. de accus. sed possunt extendi in infinitum secūdum qualitatē negotii, vel delicti; sed, si habetur respectus purè ad rem ipsam, tunc sufficit pœna quadrupli, & in glo. si
31 verò habetur, ℘ incendiarius † est ipso iure excommunicatus, nec prius obsoluitur, quā satisfaciat, & iuret se id amodo non facturum. 23. q. 8. si quis membrorum, & si fuerit excommunicatus, non potest absolui nisi à Papa, cap. tua, extra de sent. excommu. & secundum leges capite punitur incendarius, l. capitalium, §. nunquam, ff. de pœn. vbi hī, quod si quis intrat oppidum, vel propter inimicias, vel ob prædā aliquid exarserit, igne crematur, sed si villam combusit, lenius punitur, l. qui ædes, ff. de incen. ruin. subdens, non inuenio, ℘ incendiarius sit ipso iure excommunicatus, nisi incēdiarius ecclesiæ, extra de appe. c. in literis, quæ sunt notāda pro damnis quæ ex incendio inferri possunt ecclesiis, & ecclesiæ rebus. Item legitur in c. in legib. 12. qō. 2. quod si quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum est rapuerit, vel rapi consenserit, sit sacrilegus, damnū in quadruplū restituat, & canonicè pœniteat, & summatur ēt ille text.
32 ℘ rapiens res † ecclesiæ tenetur in decuplum, vbi gl. dicit, ℘ in illo quadruplo rei persequutio computatur, vt Instit. de vi bo. rap. in princip. sed in furto est rei persequutio, præter pœnam furti. Instit. de oblig. quæ ex delict. in fi. 79. dist. decenter. contrarium uidetur in capitulo fraternitas, vbi hī, ℘ ecclesia ea quæ fuerunt sibi ablata habet recipere sine aliquo augmento, vbi glossa. pro euitandis contrariis multipliciter respondit, uidelicet, intelligendo de augmento innaturali, illegitimo, quia aliàs est, si augmentum sit naturale, & ītimū, idest interesse; quia tunc bene quidem pōt recipere cum augmento. Nec est verum, inquit, glo. illud, ℘ dicunt quidam,
33 ℘, si fur, † vel prædo vult restituere rem antequam conueniatur, seu in iudicium trahatur, pœnam euitat, quia immo non sufficit raptori restituere rem ad euitandum pœnam, l. non prodest, ff. de vi bon. rap. vel dic, inquit, alio modo, ℘ non est ecclesia quæ parat pœnam, sed iudex ex officio suo eam infliget, & dabit ecclesiæ, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit, l. si quis, C. de episc. & cler. vel dic, inquit, ℘ non potest petere interesse, ℘ est extra rem, uel illud interesse, si forìè occasione rei sublatæ familia, vel pecora mortua sunt, l. si sterilis. §. cum per uenditorem, ff. de actio. emp. & uendi. & ultimo gl. ad penitus euitandam omnem contrarietatem, figurat casum tex. videlicet quidam cōfessus fuit sacerdoti suo se feciſſe furtum, & quærit, an pœnitentia debeat ei iniungi, vt illam rem restituat cum pœna, & respondet, ℘ non, & sic in quit contraria non tangunt casum.

SVMMARIVM.

1 *Vendi ciminilia, & uasa sacra, nisi pro causa captiuitatis, non possunt.*
2 *Pœna male alienationis res ecclesiæ, & nu. 3.*
4 *Nemo rem ecclesiæ suæ usurpate debet.*
5 *Ecclesia in recuperanda re male alienata habet optionem conueniendi possessorem, uel, eum, qui alienanerit.*
6 *Prælati non debent aliquid de bonis ecclesiæ transferre in manibus principum.*
7 *Donator, assensator, uenditor rerum ecclesiæ honorem perdit.*
8 *Quilibet admittitur ad accusandum contra male alienantem.*
9 *In interdicto, unde ui, ueniunt restituendi omnes fructus percepti à tempore delectionis.*
10 *Possessor non bonæ fidei in rei uendicatione tenetur ad fructus qui percipi potuerunt.*
11 *Titulus, qui habetur pro bon titulo non excusat.*
12 *Distrahentes res ecclesiæ aliter quàm per iuramentum traditum est Anathemate feriuntur.*

Source : BIU Cujas

13 *Excommunicari nemo debet, nisi trina præcedat admonitio.*
14 *Prædia alienata debent antiquæ culturæ reuocari.*
15 *Res ecclesiæ absente episcopo distractæ reuocantur.*
16 *Alienans prædium ecclesiæ mulctatur amissione sui honoris.*
17 *Pœna, quam incurrit, qui uexat prædia ecclesiæ dedicata.*
18 *Ecclesia habet carcerem, & pœnam relegationis infligit.*
19 *Alienatio rei ecclesiæ prohibetur, largissimè sumpto uocabulo.*
20 *Alienatores rei ecclesiæ excommunicantur, nisi rem restituant.*
21 *Locatio facta à Canonico, inconsultis alijs, reuocari debet.*
22 *Alienatio rei ecclesiæ vacantis facta sine causa, & non præcedente tractatu, non ualet.*
23 *Prælati prohibentur, ne submittant bona immobilia, & iura ecclesiæ laicis personis.*
24 *Submissiones rerum ecclesiæ requirunt specialem licentiã Papæ.*
25 *Prælatus, qui obligat ecclesiam pro alienis debitis, est suspensus ipso facto ab administratione.*
26 *Satisdatio maleuolum tutoris animum non immutat.*
27 *Religiosus, qui concedit ad uitom, est suspensus ab officio, nisi ex utilitate, uel necessitate.*
28 *Alienatio rei ecclesiæ sine solemnitatibus facta est ipso iure nulla.*
29 *Annullatio actus dicitur esse pœna.*
30 *Alienans, & in quem alienatio fit, est excommunicatus, & ibi enumerantur aliæ pœnæ malè factæ alienationis.*
31 *Prælatus malè alienans rem ecclesiæ, tenetur de suo patrimonio ecclesiã indemnem conseruare.*
32 *Conducens, uel aliàs accipiens rem ecclesiæ, non seruatis seruandis, amittit melioramenta.*
33 *Extrauagantis, ambitiosæ, quæ dicitur Paulina, tenor.*
34 *Constitutio Paul. 4. super rescisione alienatio. bonorum ecclesiasticorum,*
35 *Pius quartus motu proprio reduxit Bullam Pauli quarti ad terminos iuris.*
36 *Verbum (irrita) importat ipso iure.*
37 *Possidens rem ecclesiæ ex contractu nullo tenebitur etiam fructus restituere.*
38 *Qui ecclesiæ bona usurpat Anathema est.*
39 *Alienatio de facto celebrata non facit incidere in pœnas.*
40 *Prælatus male alienans an si conseruat ecclesiam indemnem, euitet pœnam delicti.*
41 *Clausula generalis refertur ad omnia præcedentta.*

De eadem materia.

HAbetur pariter in tex. in c. apostolicos. 12. qõ. 2. quòd nemo episcopus, uel
1 †alius vendat, aut alienet criminilia, & vasa sacra ta, nisi pro causa captiuitatis, & ꝙ si quis aliquid contra ausus fuerit, pœna sit, quod deponatur, vti præuaricator diuinarum rerum, & præceptorum, vbi notat glo. quòd depositio est pœna male alienantis res ecclesiæ, vt infra inquit eo. c. quis quis, & capitulo non liceat, & c. statuimus, sed contra de electio. in h. & l. ex hoc edicto, § si quis alienauerit, ff. de alien. iud. mutan. cau. fact. ex quibus omnibus habes inquit, ꝙ pœna non incurritur, si statim prouideatur indemnitati ecclesiæ, & ecclesiam indemnem reddat, vel conseruet, arg. cõtra ff. de vi. bon. rap. l. non prodest. vbi habetur, ꝙ non sufficit prædoni ad euitandum pœnam rem restituere, sed gl. inquit in isto casu pœnæ infligendæ alienanti malè res eccle-
2 siæ stare intendo decretali si quis præsbyterorum, vbi habetur, quòd alienatio facta de rebus ecclesiæ non tenet, & alienantes excommunicantur, nisi rem restituant, & quilibet clericus potest contradicere alienanti, & rem alienatam cũ fructibus petere.

Item quæ pœna, siue quæ pœnitentia sit imponenda inuasoribus, & prædonib. qui uasa sacra ecclesiarum, & reliqua diuino cultui dedicata pollutis manibus arripuerunt, & quasi prophana illa contractant, habetur in ca. de uiro. cad.
3 12. q. 2 vbi dicit tex. quòd talia committentes, cum ad †pœnitentiam reuerti accelerauerint, debent hoc modo puniri, ut stent uno anno extra ecclesiam Dei, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ diripiendo auferre non dubitauerunt; secundo verò anno stent antè fores ecclesiæ sine communione, ubi glo. declarando dicit, quòd primo anno stent extra cimiterium, quod uiolauerint; Secundo anno iuxta fores ecclesiæ; Tertio vero anno ecclesiam Dei ingrediantur & inter audientes astent sine oblatione, non manducantes carnem neque bibentes uinum, præterquam in diebus natiuitatis, & resurrectionis dominicæ; Quarto præterea anno, si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit labor pœnitentiæ, communioni fidelium restituãtur, & tota mentis intentione talis sacrilegus spondeat talia se ulterius facturum nunquam, & corpus, & sanguinem domini suspicere mereatur, & usque ad septimum annum tribus in hebdomanda diebus esu carnium & uini potatio ne maneat pœnitens. Item habetur in tex. in ca. monemus.
4 eo. quòd nemo episcopus vel †sacerdos audeat rem suæ ecclesiæ usurpare, uel sanctis locis oblata causa amicitiæ, vel timoris auferre, quod si facere præsumpserit, subiacebit sine dubio pœnis canonicis, & compelletur oblatum ecclesiæ restituere, ubi dicit glo. in verbo reddere, quòd pro huiusmodi recuperandis, potest conueniri †ille, qui alienauit, itẽ
5 & possessor; & cum ecclesia habeat optionem, siue electionem conueniendi quem uelit, sibi non præiudicat si primo cœpit unum conuenire, & postea illo omisso conueniat alium; & si semel suum consequuta fuit ab uno, potest ad pœnam agere contra alium, quia pœna unius nõ liberat aliũ, secus si vellet agere ad interesse, quia consequuto semel ab uno, non agit contra alium; nec cogitur ecclesia uni sibi soluenti facere iuris, & actionis cessionem contra alium, quia qua fronte petit cessionem ille, qui ex sua contumatia condemnatur?

Item habetur in tex. in cap. quisquis. eo. quòd, si quis epi-
6 scopus aut abbas †aliquid de salasiis episcopi, vel monasterii in manus principum, uel alterius personæ transferre ausus fuit, irritum sit, quod datum esse constiterit; quia res ecclesiasticæ habent dispensari tanquam Deo contemplante; & si episcopus in hoc calliditate sit usus in damnum ecclesiæ, non tradatur principibus emptoribus ager, uel locus, sed clericis, si calliditate usus sit princeps, pura quòd emerit, uel à colono agrum, uel à clero, sit irrita uenditio, & res restituatur episcopo, uel monasterio; episcopus uel abbas hoc faciens abiiciatur, tanquàm qui dispenset, quæ non colligit, ubi dicit glo. quòd, licet colonus tradat alii possessionem, ideo ecclesia non perdit pensionem; C. de acquir. possess. l. ultra.

Item habetur, in capit. non liceat Papæ. eo. quòd non est licitum alienare prædium ecclesiæ aliquo modo pro aliqua necessitate, nec rura in usum fructum dare, nisi domos, quæ in urbibus non modica impensa sustentantur, & si se-
7 cus fiat, sit pœna, quòd † donator, assensator, & uenditor honorem perdat, &, nisi restituatur, sit anathema cum eo, qui dedit, uel qui recepit; sit etiam ista pœna, quòd quoslibet personis ecclesiasticis contradicere licet, & cum fructibus alienata reposcere, quod in qualibet ecclesia est seruandũ; & habetur ibi in glo. quòd quilibet admittitur ad accusan-
8 dum, & ad accusationem contra malè †alienantem, & ibi in glo. fi. habetur ꝙ etiam fructus rei alienatæ possunt peti, subdens, & est sciendum, quòd, si agitur per interdictum aliqđ ad petendam rem cum fructibus, tunc restituantur omnes fructus percepti à tempore, à quo est propositum interdictum, nisi tamen interponatur interdictum unde ui, quia in
9 eo † ueniunt restituendi omnes fructus percepti à tempore deiectionis, ut ff. de interdicti. l. interdictis, & l. 1. ff. de vi & ui armat. §. ea die, si uero non agitur interdicto, sed rei uendicatione, si quidem possessor est bonæ fidei, possessor non restituit, nisi fructus perceptos à tempore litis contestatæ, uel qui culpa sua non sunt percepti, uel perceptos ante litẽ contestatam, non tenetur restituere, sed tantum exstantes, ut l. certum est, C. de rei uendi. & § post inchcatum. Instit. de
10 off. tutor. si vero sit possessor † non bonæ, sed male fidei, restituet tam perceptos, quàm qui percipi potuerunt, ca. grauis. extra de resti. spol. & l. si nauis, §. generaliter, ff. de rei uendi. & d. l. certum est, si vero malæ fidei possessor titulũ habuit, propter talem titulum excusatur à percipiendis, l. si fundum,
11 C. de rei uendi. nisi titulus ille sit † talis, qui habeatur pro nõ titulo, velut est, quando quis emit contra interdictum legis, l. quemadmodum, C. de libro 10. de agricol. & censib. alios casus habes inquit gl. prædicta notatos. ff. quod met. caus. l. sed & partis.

Habetur etiam in capitulo, indigne. eo. ꝙ vendentes, &
12 ementes, & accipientes & res, & prædia ecclesiæ per aliam uiam, aut aliter, quàm per iura traditum est, anathemate feriantur, quo irratus Deus percutit animas, nisi statim se correxerint, & hẽ ibi in gl. ꝙ oblatio talium non recipitur, & ꝙ eis est inflicta pœna suspensionis à sacramentis, & ab ecclesia. & in gl. admonitio. habetur, ꝙ si contra eos agitur ad pœnam excommunicationis, habet præcedere monitio, quia
13 nemo excommunicandus † est, nisi trina præcedat admonitio, c. omnes decimæ. 16. q. 7. & 17. q. 5. de præsbyterorum, & c. sacro. de sent. excomm. subdens, ꝙ etiam in illis criminib. præcedet admonitio, ubi ad bracchum seculare est recurrẽdum. 1. q. 7 pater. ubicumque autem non agitur ad depositionem, & gñaliter ubicumque agitur ad denuntiationem, sed vbi agitur ad depositionem, non præcedit admonitio. c. qualiter. extra de accusat. ad quid enim admoneretur tunc, cum sufficit ad depositionem, ꝙ homo semel deliquerit? 25. distin. prima. ut ibi per eam glo. & habetur in capitu. statuimus. eo. quòd clerici non uendant, aut donent res ecclesiæ, quòd, si secus sit factum, & uenditio facta non ualebit, &

de suis

de ſuis propriis facultatibus,ſi quas habent indemnem eccleſiam conſeruent alienantes,& communione priuentur.

14 Et habetur in c.vulterane,eo.quòd prædia alienata † debent antiquæ culturæ reuocari,& mancipia & poſſeſſiones etiam pari modo reuocentur alienata,reſeruato iure emptoribus habendi recurſum contra venditores;Item in tex. c.quicquid.eo.hĩ,ꝙ quicquid diſtraxerit clericus de rebus eccleſiæ,ꝙ ſit inane,& vacuum vendicatione emptoris, & actione vendentis,ubi dicit gloſſ. quòd in emptorem non transfertur dominium,vnde non poteſt rem uendicare,habet bene contra uenditorem actionem ex empto.

Habetur etiam in cap.ſi qua de rebus. eo. quòd res eccle-
15 ſiæ †abſente epiſcopo per clericos diſtractæ reuocantur ad ius eccleſiæ,reſciſſo contractu,vbi dicit gloſſ. ꝙ contractus factus per clericos mortuo epiſcopo ſuper alienatione rei eccleſiæ ipſo iure non tenet,ſed reſtituitur eccleſia, ſi probet ſe læſam,& in c.ſine exceptione.eo.quòd irrita ſit ipſorum venditio,& commutatio rei eccleſiaſticæ abſque omnium conuenientia,& ſubſcriptione clericorum,idē paulo ante in cap.alienationes.eo.

Traditur etiam in c.quicumque 17.q.4. quod quicunque
16 †donauerit, vendiderit, aut alienaucrit prædium vel magnum eccleſiæ,vel exiguum, honoris ſui amiſſione mulctetur,& in c.ſunt qui opes.ca.ſacrilegium oēs, habetur,ꝙ qui alienans res eccleſiæ,ſunt,ac hñt uti ſacrilegi, & habetur in
17 c.attendendum.eo. 17.q.4.quòd qui†vexat prædia eccleſiæ dedicata,punitur pœna ſacrilegii,perpetua infamia,carceri bus traditur, aut perpetuæ deportationis exilio ſeruatur.
18 ubi glo.no.quòd eccleſia habet†carcerem, & infligit pœnam relegationis;& quòd pro eodem delicto diuerſæ infliguntur pœnæ.

Et in c.ſi fortè.eo.habetur ſimilis Iudæ ſcarioti,qui ornamenta ſurripuit eccleſiæ,& eo.in c.pecunia, qui pecuniam furatur eccleſiaſticam,illam reddat inquadruplum,& ſi aliquid de miniſterio eccleſiæ ſit furatus, ſeptem annis pœniteat,tres in pane & aqua.Item hĩ in c.nulli.extra de reb. ec-
19 cleſiæ non alien.ꝙ nulli eſt†licitum res eccleſię alienare,alienationis largiſsimè ſumpto uocabulo,& ſi qui alienare præſumpſerit,punietur pęnis lege Leonina talibus inflictis, id-eſt.l.iubemus,C.de ſacroſ.eccl.Item in c.ſi quis.eo.tit.hĩ. ꝙ
20 alienationes factæ de rebus eccleſiæ†non tenent, & alienatores,niſi rem reſtituant,excommunicantur, & quilibet clericus poteſt contradicere,& rem cum fructibus repetere,& confectum ſuper hoc documentum uiribus, quamuis ab initio nullas habuerit, euacuetur;habetur etiam in tex. in
21 c.ad audientiam,ꝙ ſi canonicus †locat perpetuò prædium eccleſiæ inconſultis aliis canonicis, talis locatio reuocari debet,vel ſi prædia aliter reuocari non potuerunt,reuocentur,ſaltem reſtituta pecunia eiſdem conductoribus per auctores locationum,appellatione remota. Item eo. in ca. ad noſtram,eccleſia reſtituatur contra alienationem, per quã ſit enormiter læſa,& c.fi.eo.alienatio rei eccleſiæ, quæ ſit facta ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, non
22 tenet.Item in c.j.in 6.eo.tit.perpetua alienatio†facta de reb. eccleſiæ uacantis non præcedente tractatu,& ſine iuſta cau-
23 ſa non ualet.Item in c.2.eo.prohibetur prælatis,†ꝙ nõ ſubmittant bona immobilia & iura ſuæ eccleſiæ laicis perſonis ſine conſenſu ſui capituli,& ſine licentia Papæ, & cõtractus ſuper huiuſmodi tam cælebrati, quàm celebrandi ſint nulli,& prælati contrafacientes ſint ſuſpenſi ipſo facto ab officio,& adminiſtratione,& qui clerici ſcientes non denuntiant ſuperiori,ſint pari modo ſuſpenſi per triennium à perceptione beneficiorum,quæ in eccleſia obtinent,ſi laici bona taliter ſibi ſubmiſſa in ſua libertate dimittantur,& illi, q compellent ad id impoſterum prælatos,ſint excommunicati,& uigore talium ꝯctuum factorum, & faciendorum laici nihil uſurpent; qui vero ſecus egerint, niſi moniti deſtiterint,pœnam incurrant excommunicationis,cum commination terram ipſorum ſupponendi interdicto,ubi dicit glo. ꝙ iſta conſtitutio de ſubmiſſionib.non comprehendit mobilia,in quibus non conſueuerunt tales ſubmiſſiones fieri,&
24 gl.in uerbo ſpeciali,dicit,ꝙ in ſubmiſſionibus † iſtis faciendis eſt opus,ꝙ adhibeatur licentia Papæ ſpecialiter, quia in ſubmiſſionibus maius eſt periculum,quam in alienatione. Ideo in ca eſt cautius agendum, & glo. in uerbo denuntiare.dicit,ꝙ clericus uidens prælatum tales ſubmiſſiones facere,& taliter delinquere,denuntiare debet,ꝙ ſi non fecerit punitur,ut hic,qui etiam ſi iuraſſet non accuſare, nihilominus denuntiat,etiam non obſtante iuramento, uel promiſſione obediētiæ,per iura,quæ ibi adducit, & habetur in tex.
25 in c.2.extra de ſolutio.ꝙ prælatus,†qui obligat,uel obligari pręſumit eccleſiam pro alienis debitis,eſt ſuſpenſus ipſo facto ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, ubi gl.ſubdit,quòd inſuper talis habet reddere indemnem eccleſiam ipſam, ſi aliquo propterea ſit grauata, & eſt inquit argumentum optimum,quòd ſi aliquis dilapidauerit eccleſiam,licet uelit eam reddere indēnem, nihilominus remouendus eſt;& ſicut ipſo iure ſuſpenſus eſt, ita ipſo iure uidetur reſtituendus,cum eccleſiam reddiderit indemnem, ſed nõ credo,inquit,quòd propter hoc ſit reſtitutus, quia iam ſu-
26 ſpenſus eſt, & † ſatiſdatio non immutat maleuolum animũ tutoris,§.nouiſſimè,inſtit. de ſuſpe. tut.immo remouendus eſt de facto,ſi adminiſtrationem non dimiſſis,l.ſuſpectus, ff. de ſuſp.tut.

27 Item in cle.1.eo.tit.hĩ.ꝙ religioſus, †qui concedit alicui ad uitam,uel ad certum tempus iura ſui monaſterii, aut adminiſtrationis,cui præeſt,eſt ſuſpenſus ab officio,niſi cõcurrat utilitas,uel neceſsitas, quia non poteſt alienare fructus, aut redditus ad magnum tempus ſui prioratus, uel ſuæ adminiſtrationis,quia ſi contra facit incurrit pœnam ſuſpenſionis,etiam à celebratione,& ſi celebrat incurrit irregularitatem,& dicit Pet.Rebuff.in expoſitione c. ſine exceptione. 12.q.2.aliàs in compendio alien.rerum eccleñæ,in uerbo irrita enim,ꝙ irrita eſt uenditio eꝓrum, quorum intereſt ip-
28 ſo iure.iuxta gl.in auth.ex cã,C.de lib præter, unde † alienatio rei eccleſiæ non adhibitis requiſitis ſolemnitatibus eſt ipſo iure nulla,& emptor,uel alius,qui poſſederit rem eccleſiæ ex hoc contractu nullo tenetur fructus reſtituere, & rector eccleſiæ ſubſequens non tenetur ſtare tali alienationi, uel contractui facto per prædeceſſorem,& ſic prima pœna
29 eſt malæ alienationis, ꝙ nulla eſt alienatio, † & annullatio actus dr̃ pœna.per gl.in c.cognoſcentes,ubi doctor. de conſtit.& dicit Fely.in c.ad audientiam de præſcr.ꝙ conſtitutio canonica irritans alienationes factas de rebus eccleſiæ non ſolemniter factas procedit etiam in alienationibus factis ꝑ Papam.per Aegid.conſi.12.primo quæritur ſi caſtra. 3. col. ubi in decima col.uer.dubitatur, firmat ꝙ ſucceſſor Papæ poteſt reuocare alienationes malè factas à prædeceſſore, non obſtante ꝙ prędeceſſor uoluerit derogare canoni,non liceat,12.q.2.

30 Secunda pęna † eſt, vt ibi enumerat Rebuff. ꝙ tam is, qui alienat,quàm ille, in quem fit alienatio, eſt excommunicatus per extrauag. Paul.II.ambitioſæ,extrauag.com. de rebus eccleſiæ non alien.per tex.in c.ſi quis pręsbyterorum.de rebus eccle.non alien.

Tertia pęna eſt pęna ſacrilegii,c.oēs eccleſiæ, 17.q. 4. ubi omnes eccleſiæ raptores,atque ſuarum facultatum alienatores à liminibus eiuſdem matris eccleſiæ anathematizamus authoritate apoſtolica,pellimus,damnamus,atque ſacrilegos eſſe iudicamus,& non ſolum eos,ſed etiam conſentiẽtes eis, capitulo,quid ergo.23.q.4.

Quarta pęna deponi debet is,qui alienat rem eccleſię.capitulo diaconi,12.q.2 c.ſi quis,de reb.eccleſiæ non alienan. ubi Hoſtien.

Quinta,epiſcopo ſiue abbati alienanti interdicitur ingreſſus eccleſię,d.c.omnes.& d.extrauag.ambitioſæ.

Sexta,ꝙ ſi per ſex menſes immediatè ſequentes ſub interdicto aīo indurato perſeuerauerit,lapſis dictis menſib. à regimine ſuę eccleſię,& adminiſtratione, uel ſui monaſterii, cui præſidet in ſpūalib.& tpalib.eſt ex eo ipſo ſuſpenſus.

Septima,ut in bulla prędicta,parte ſecunda,pęna eſt,inferiores plati,ſeu priores uel quicumq; alii hñtes beneficia curata,uel ſimplicia,ſeu dignitates,adminiſtrationes,uel officia eccleſiaſtica,regularia,uel ſecularia ſunt priuati eo ipſo ſuis bñficiis,quorum res & bona alienant,uel dignitatib. Illaq; uacare cẽſentur,abſq; alia declaratione,q̃ beneficia pñt conferri libere ꝑ ordinarios,ad quos ſpectat de iure collat. ut in d.bulla,qđ eſt notandũ ꝙ i los,qui ſic alienant,ut beneficia illorum poſsint impetrari,uel conferri tanq̃ uacantia.

Octaua pęna eſt indignatio Romani Põtificis, ut inquit, hoc patet in fin. bullæ, & qui indignationem Papę incurrit meretur priuari beneficiis eccleſiaſticis.Bal.& Aluar.§.portro,quę fuit prima cauſ.benefic.amitten.

Nona pęna eſt,quia ſunt periuri,quia iurant in principio non alienare nec diminuere bona eccleſię, ca. prohibemus. de cenſi.d.c.ſi quis,de reb.eccle.non alien.

Decima pęna eſt,quia committitur Symonia.per Archi. in c.ſaluator,in fi.1.4.3.per illum tex.in uer.quiſque.arg.c. ſi forte.14.q.4.licet alii intelligant,quãdo uenderet ſacras res, ut eſt intelligendum,ut ego dico latè in meo tractatu de Symonia in lucem edito.per totum.

Vndecima,tanquam homicida eſt.ca. qui Chriſti, 12.q.2. vbi qui Chriſti pecunias,& eccleſiæ aufert,fraudat,& rapit, ut homicida in conſpectu iudicis deputabitur, & magna iniquitas exercetur,quando pręlatus, uel alius deputat ad alium uſum bona eccleſiarum.Barb.per illum tex.in c.conqueſtus.in uerbo iniquum.de ſo.compe.

Duodecima pęna eſt, quia non obſtante alienatione res alienatę reuertuntur ad eccleſias nullo dato prętio,ca. 1.de ſchiſima.ubi Ancharan.Florent. in 3. parte ſummę. titu. 24.

Source : BIU Cujas

quarta quæſt. vbi dicit emptorem habere recurſum contra venditorem ad prætium, non poterit tamen vti retentione rei eccleſiæ, vt no. in c. fi. de rebus eccleſiæ non alien. Alias pœnas inquit Rebuff. miſſas facio, ne in deſperationem inducam alienatores rerum eccleſiaſticarum &c. ſed vides ſupra particulariter ad longum nominatas, tam ex diſpoſitione iuris ciuilis, quàm canonum, & modernarum eccleſiarum conſtitutionum. Adde quod dicit Abb. in capit. quòd ſicut, de electio. in vltimo not. quòd prælatus malè alienans
91 rem eccleſiæ † tenetur, de ſuo patrimonio eccleſiam conſeruare indemnem, per illum tex. fac. cap. de multa, de præbē. & in margine ad Abb. ibidem allegatur Aret. q. 114. & vide ſupra in 1. quæſt. de ſignifica. verbi alienatio, verſic. item habere rem pro derelicta; item eſt alia pœna inflicta derelicta
92 conducenti, vel accipienti res eccleſiæ non ſeruatis † ſeruandis, quia amittit melioramenta, ſi qua fecit, quia debentur eccleſiæ propter eiuſdem malam fidem. per Imo. & Barba. in cap. qui res, in fin. de reb. eccle. Abba. & Bero. in cap. præſbyterorum. alter nume. 6. alter num. 15. extra. eo. Felyn. in c. cum cauſam. nume. 28. & 29. de re iudi. Barba. conſil. 63. nu. 8. libro primo.

Deueniendo autem ad iura moderna, & nouiſſima in extrauag. Pauli. II. quæ incip. ambitioſæ. vulgo detta la paulina, interdicit † Papa omnium bonorum eccleſiaſticorū alie
33 nem ſub iſtis verbis videlicet, immobilia, & prætioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eccleſiæ monaſteria & pia loca illuſtrantur, & ex quibus eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant, omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum bonorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, aut contractum emphyteuticum, præterquàm in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum euidenti vtilitate exiſtente, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruādo ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigētia hac perpetuò valitura cōſtitutione fieri præſenti prohibemus. prædeceſſorum noſtrorum prohibitionib. & decretis aliàs ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris; & additur pœna, quòd, ſi quis, contra hanc formam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti, & tam qui alienat, quàm qui res alienatas recipit, ſententiam excōmunicationis incurrat, & qui contra hanc formam, aut Romano pontifice inconſulto aliquid alienare præſumit, ſit ei ingreſſus eccleſiæ interdictus, cuiuſcumque pontificalis, vel abbatialis dignitatis, & gradus exiſtat, & ſi vltra ſex menſes ita interdictus perſeuerauerit, ſit ſuſpenſus à regimine & ad miniſtratione ſuæ eccleſiæ, cui præſidet, vel monaſterii in temporalibus, & ſpiritualibus; prælati verò inferiores cuiuſcumque gradus, vel curata, vel non curata alterius cuiuſuis generis beneficia obtinentes ſint ipſo facto priuati beneficiis, quorum bona ipſi alienant, ita ꝙ talia beneficia vacare cenſeantur, & à quocunque ordinario conferri, niſi illa ſint Papæ, aut ſedi apoſtolicæ ſpecialiter, uel generaliter reſerua ta, & nihilominus res iſtę alienatæ redeant ad eccleſiam, vel monaſterium, à quo ſunt alienatæ, vt in prædicta conſtitutione continetur, cuius tenor eſt inſertus extrauag. commun. ſub iſto titulo incip. Paulus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ambitioſæ cupiditati illorum.

Ad hanc conſtitutionem Fęli. recor. Iulius tertius reſpectum, & relationem habens fecit breue directum Iacobo Sancti Simeonis de Puteo nuncupato, & domino meo loā. Baptiſtæ Cicadæ tituli Sancti Clementis præsbyteris Cardinalibus ſuper bonis eccleſiæ alienatis, quod breue in libro bullarum inſcribitur, tranſumptum literarum apoſtolicarū in forma breuis, ſuper bonis eccleſiaſticis alienatis contra formam conſtitutionis Pauli. II. quo mandat Iulius, ꝙ Cardinales ptædicti inquirant ſuper occupationibus, & detentationibus rerum eccleſiarum, ac ſuper alienationibus factis de dictis bonis contra formam dictæ conſtitutionis, & ſi reperierint dicta bona contra, & præter formam dictæ cōſtitutionis, ſeu aliàs nulliter, vel illicitè & in euidens eccleſiarum damnum alienata, locata, occupata, & detenta, ad ius & proprietatem eccleſiarum reuocent, & reducant, cogendo detentores ad ſatisfaciendum de indebitè perceptis, iuris remediis oportunis; tenor verò dicti tranſumpti incipit. Dilecti filii noſtri, ſalutem, & cætera, & eſt in calce præſentis laboris deſcriptus.

34 Et Paulus † quartus ad canon. Simachi, qui incip. non liceat Papæ, 10. quæſt. 2. & ad dicti Pauli ſecundi extrauagantem præfatam reſpectum, & relationem pariter habendo, edidit cōſtitutionem ſuper reſciſione alienationum bonorum eccleſiaſticorum in damnum eccleſiarum, aut non ſeruatis ſolemnitatibus factarum, in qua motu proprio omnes alienationes & in emphyteuſim, ſeu cenſum perpetuū, aut tertiam, uel aliam generationem, ſeu ad hominis uitā, aut aliud tempus vltra triennium locationes, conceſſiones, ſeu permutationes, hypothecas, & obligationes, de quibuſuis caſtris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus, & iuribus tam ſpiritualibus, quàm temporalibus quarumcunque eccleſiarum in damnum eccleſiæ, ſeu non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut aliàs nulliter factas, & omnes contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis, & verborum expreſſionibus habitos & celebratos, & iuramento, & quantumuis longa præſcriptione temporis vallatos, etiam concernentes commodum, & fauorem Romanæ eccleſiæ, reſcindit, caſſat, & irritat, ac annullat, ac omnino viribus euacuat, ac pro reſciſis, irritis, caſſis, & nullis & penitus infectis haberi vult, ipſos detentores condemnando ad eccleſiis, & piis locis, terras, oppida, res, & loca occupata relaxandum, & de fructibus tam perceptis, quàm percipiendis integram, & realem ſatisfactionem faciendum, ad id eos ſententiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & pecuniariis, omnibuſque iuris, & facti remediis compellendo, & aliàs vt in d. bulla, cuius tenor ſequitur. Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram &c.

Pro cuius bullæ, & in ea contentorum exequutione idē Paulus IIII. ſignauit motum proprium directum auditori Cameræ Apoſtolicæ, quo mandat illi executionem bullæ cum poteſtate ſpirituali, quòd procedat pro fructibus perceptis non ſolum contra detentores, præſentes, ſed etiam anteriores detentores, ſi qui forſan fuerint, & alios quoſcumque in decretis monitoriis, citationibus, & exequutionibus nominandis, & aliàs vt ex forma dicti motus proprii appareret, cuius quidem motus proprii tenor in calce præſentis laboris deſcriptus eſt.

Quam Bullam Pauli IIII. & motum proprium Sanctiſſimus D. D. Pius diuina prouidentia Papa quartus, per ſuum,
35 quem deſuper † ſignauit motum proprium, ſub datum Romæ, apud ſanctum Marcum. 3. idus ſeptembris, ſui pontificatus anno primo, ad terminos iuris reduxit, caſſauit, & annullauit, & iuribus euacuauit, per illa verba in dicto ſuo motu proprio, Nos arbitrantes indemnitati eccleſiarum per anteriores canones eſſe abundè prouiſum, ad quietem, & trāquillitatem ſingulorum Chriſti fidelium noſtris potiſſimū temporibus ſinceris exoptari affectibus, ad tollendam omnem quærelarum prædictarum occaſionem, literarum, & motus proprii prædictorum veriores, nec non proceſſuū deſuper formatorum, & ſententiarum latarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, necnon quarumcūque litium deſuper forſan motarum & pendentium, ſtatus, ac merita, ac nomina & cognomina iudicum, & collitigantiū pro expreſſis habentes, volentes conſideratione etiam dilectorum filiorum populi Romani, vbi propter literas, & motum proprium præfatum nonnullæ nouitates factæ eſſe dicuntur, literas, & motum proprium huiuſmodi, quoad pendentes, & futuras cauſas, ac ſi nunquam emanaſſent, ad ius commune, & terminos, & vitam iuris communis ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnino reducimus, reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus euacuamus.

Quo verò ad eas cauſas, in quibus vigore literarū, & motus proprii prædictorum ad ſententiæ prolationem eſt proceſſum, illos, contra quos eſt ſententiatum, ſi ſint propterea cenſuris eccleſiaſticis irretiti, à cenſuris huiuſmodi abſolui mus, concedimuſque & volumus, ꝙ etiam ſi ab eiſdem ſententiis non appellauerint, aut interpoſitæ per eos appellationes deſertæ remanſerint, ac etiam ad earundem ſententiarum exequutionem proceſſum fuerit, poſſint nihilominus, firma remanente exequutione iam facta, pro eorum, & cuiuſque eorum libito voluntatis, ſuper ſententiarum, exequutionumque huiuſmodi, & quorumcumqne inde ſequutorum iniuſtitia, & nullitate coram ſuis competentibus ordinariis, ſiue ſpecialiter delegandis iudicibus agere, & experiri, & aliàs vt in dicto motu proprio, cuius tenor eſt in calce pariter deſcriptus, & incipit.

Motu proprio &c. prouida Romani Pontificis circumſpectio, ea quæ. quo motu proprio, & reformatione non obſtante idem Pius IIII. per ſuam, quam poſt edidit conſtitutionem, ſuper reſciſione alienationis bonorum eccleſiaſticorum in damnum eccleſiæ, ſedis, vel Cameræ Apoſtolicæ quomodolibet factarum editum anno 1565. quintodecimo Calen. Iunii Pontifi. anno ſexto, omnes alienationes nō factas neceſſitate, aut cum euidenti vtilitate ſedis exigente, aut ſaltem ſine correſpectiua recompenſa, reuocat, reſcindit, & caſſat, dicta conſtitutione quæ eſt in fine præſentis laboribus deſcripta. Et vlterius habetur in terminis optimè

per

Source : BIU Cujas

per Rebuff.in expoſitione cap.ſine exceptione.12.qõ.2.in compend.alien.rerum eccleſiæ.in verbo irrita, quòd irrita
36 eſt†venditio epiſcoporum ipſo iure,per hoc verbum, irrita,de quo eſt tex.iuncta glo.authen.ex cauſa,C.de libe.præter.& ſic patet alienationem rei eccleſiæ non adhibitis ſolẽ
37 nitatibus eſſe nullam,ex quo infertur,quòd emptor rei† eccleſiaſticæ,vel aliàs,qui poſſederit rem eccleſiæ ex hoc contractu nullo, tenebitur etiam fructus reſtituere, & habetur in concilio Tridentino ſeſſione 22.cap.11. quod qui bona
38 eccleſiæ aliqua arte,vel†ingenio vſurpauerit, anathema ſit, quandiu illa non reſtituat,& à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit,& ſi fuerit patronus, iure patronatus ſit priuatus vltra prædictas pœnas,ſi clericus id fecerit,uel conſenſerit,vltra dictas pœnas ſit priuatus beneficiis,& ad quæcumque alia beneficia ſit inhabilis,& etiam ſuſpẽdatur ab exequutione omnium ſuorum ordinum, etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui ordinarii arbitrio.

Hæc ego candiſſime lector deſcripſi ex lege Leonina. 1. 1.iubemus,C.de ſacroſan.eccle.ex diſpoſitione iuris authẽticorum,conſtitutionum,decreti,decretalium,clemen. extrauagantium, & denique ex diſpoſitione bullarum noſtri temporis,vt collectim haberes,quæ pœna ſit à lege inflicta male res eccleſiæ alienantibus, inuadentibus, occupantib. ſeu furantibus,vel fraudantibus, omnibus temporibus, & omni iure;vt viſo,quo res variaret,iurium,temporum, & caſuum qualitate penſata diſcrepantiam,& varietatem pro contingentia facti,& caſus occurrentia, materia bene intellecta reducere ad concordiam,& recõciliationem facilius poſſes,& eſt quòd parcas,ſi rem nimis ſeriosè, ac forſan ẽt verbosè narratam iudicabis; quia diſpoſitio diuerſorum iurium,tam Imperialium, quàm Pontificiorum diuerſis tẽporibus in diuerſis caſibus diuerſi mode traditorum, non permiſit rem breuioribus verbis,qui meus erat animus, & compendio pertractari breuiori.

In qua quidem materia eſt aduertendum, quòd ſi alienatio non fuit facta legitimè,vel ſolemniter,de facto,puta alicuius requiſitæ ſolemnitatis,& de facto celebrata,non inci
39 ditur in pẽnas,quia alienatio † de facto celebrata non facit incidere in pœnas,l.ea quidem,C.ſi mancipi.fu.alien.l.continuus.§.cum quis,ff.de verbo.obliga.not.Specu.in tit. de loca.§ nunc aliqua,verſicu.95.Bar.in l.fi.§.ſin autem, C. communia,de leg.Bal.in l.2.1.col.C.de epiſ.aud.melius per eundem.d.l.continnus,§.cum quis,per Alex.conſ.99.lib.5.col. 7.uer.item quòd dicta.

40 Sed quid ſi prælatus† malè alienans res eccleſiæ velit eccleſiam indemnem conſeruare,an euitet pẽnam delicti malè alienationis,ad hoc obiectum reſpondet glo.fina. capitu. quòd ſicut,§.ſuper eo,de electio.quę poſt multa ponit duas opiniones,prima uidelicet,quòd ſic, quam opinionem refert Abba.ibidem aliquos ſequutos fuiſſe,alia verò,ꝙ non, quam ſequntur Hoſtien.Ioan.Andre.ibidem, & quam ipſe Abba.ſequitur.pro quo vide Bellemer.in ca.Abbatibus, 12. q.2.col.16.verſic.primo opponitur,ubi ponit hanc quęſtionem,vtrum prælatus malè alienans,qui vult eccleſiam ſeruare indemnem euadat pœnam depoſitionis, vbi dicit, ꝙ glo.Ioan.in ca.apoſtolicos,tenet quòd ſic.ea.12.q.2.& hoc tenet vbi prælatus hoc uult facere ſtatim.in cap.1.17.qõ.4. quem inquit ſequuntur Vinc.Phil.& Gof.in ca. quod ſicut. de electio.& licet aliqui,vt Hoſtien.quos ibi refert,teneant contrarium,tamen ipſe adhæret prædictæ opinioni,ut benigniori,& humaniori,argum.de regu.iur.cap.in pœnis.libro 6.& probatur iſta opinio in d.cap.non liceat Papæ, quia licet ibi propoſuiſſet duas pœnas,videlicet,perditionis honoris,ideſt depoſitionis,& anathematis,poſt apponit remediũ
41 generale,niſi reſtituatur &c.quia clauſula† generalis refertur ad omnia præcedentia,l.talis ſcriptura,in fi.ff.de leg.1.& per alia,quæ ibi latè adducit idem Bellemer.

SVMMARIVM.

1 *Contractus malè factæ alienationis non videtur nullus, ſed annullandus.*
2 *Eccleſia,ſi in contractu enormiter ſit læſa,reſtitui debet.*
3 *Res eccleſiæ malè alienatæ debent recuperari.*
4 *Alienatio rei eccleſiæ ſine cauſa & debitis ſolemnitatibus facta eſt ipſo iure nulla.*
5 *Quod fit lege prohibente pro infecto haberi debet.*
6 *Alienatio etiam facta in caſu licito ſine debitis ſolemnitatibus nulla eſt.*
7 *Contractus factus à clericis, mortuo epiſcopo, de rebus eccleſiæ non valet.*
8 *Contractus celebratus ſuper ſumiſſionibus bonorum eccleſiæ nullus eſt.*
9 *Alienatio facta contra formam traditam ab extrauaganti, ambitioſæ. nullius eſt momenti.*
10 *Conſtitutio Pauli quarti annullat alienationes rerum eccleſiæ.*
11 *Alienatio rei eccleſiæ de iure Codic. Authentico. & Canonum. prohibita eſt, & nu.13.*
12 *Pœna eſt actus annullatio.*
14 *Contractus contra iuris prohibitionem celebratus eſt nullus.*
15 *Contractus, cui lex remouet potentiam, eſt ipſo iure nullus.*
16 *Contractus malè factæ alienationis declaratur nullus, etiam ſi incidenter id deductum ſit.*
17 *Contractus quamuis nullus, de facto annullari poteſt.*
18 *Libellus ſaluatur, in quo petitur teſtamentum reſcindi, & declarari nullum.*

QVAESTIO XXII.

An contractus malè factæ alienationis ſit nullus ipſo iure, vel annullandus; & de reuocatione malè alienationis.

NVnc autẽ conueniens eſt, quòd videamus ſpãlius,& particularius de uno in materia valde neceſſario,an videlicet re malè alienata,alienatio,ſiue contractus ſit ipſo iure nullus, an verò veniat per viam iuris reſcindendus, & annullandus, & quomodo reuocentur res alienatæ.

1 Et,licet videatur primò quòd†alienatio, ſiue contractus taliter factus non ſit nullus,ſed veniat reſcindendus, & annullandus per uiam iuris,cauſæ cognitione præcedente, & iudicialiter, quia id habetur in glo. authen.de alien.& emphyteu.in uerbo ſancimus.in principio,quæ habet hoc tenaciter in rebus eccleſiaſticis obſeruari ſecundum conſuetudinem,vt fieri debeat earum alienatio conſenſu patroni, ſi qui ibi fuerint,vel plebani,ſi cappella plebanum habeat,alio quin cum authoritate epiſcopi, & ſi non faciat, reuocatur, cauſa tamen cognita,ſcilicet an decepta ſit in contractu eccleſia,item an prætium ſit in eius utilitatem conuerſum.Itẽ per tex.in terminis in c.ſi qua de rebus.12.q.2.ubi habetur, ꝙ in euentum,quòd ſit malè facta alienatio de rebus eccleſię,uel non ſeruatis ſeruandis,debet reſcindi contractus,primo antequàm alienata ad ius eccleſiæ reuocentur, ibi in tex.reſciſo contractu ad ius eccleſiaſticum reuocari. Item videtur tex.in d.c.Vulteranæ,cum aliis ſimilib. ſupra addu ctis,ꝙ eccleſiæ res malè venditæ,donatæ, & alienatæ debent reuocari, & eccleſiæ reſtitui,vñ ſi hñt reuocari, requiritur iudicium,& reuocatoria actio intentatur, de qua ꝑ Spe. in tit.de reb.eccle.non alien.col.fi.ver.actor ergo ſic ponit, & ver.& quarta,& reuocatoria.

Item habetur in c.primo,extra,de in integ.reſti.& in glo.
2 in ſumma,12.q.2.in fi.cum ſimilibus,quòd eccleſia, † ſi ex contractu venditionis aut locationis ſit enormiter læſa, in integrum reſtituitur,& debet conſtare,& cognoſci manifeſtè de læſione,& de læſione enormi.quia in re modica non habet eccleſia de iure reſtitutionem,per tex.in d.ca.primo, ibi,quòd ſi eccleſia læſa eſt,& manifeſtè apparet detrimen-
3 tum,quia†debent res eccleſiæ malè alienatæ exigi, & recuperari.c.exigi,in fi.12.q.2.immo agitur ad illorum recuperationem rei vendicatione.gl.in c.apoſtolicos,12.q.2.in verbo contraxiſſe.

Tamen nolo quòd in tali diſputatione inſiſtamus, quia eſſet inanis labor,veritas enim immo eſt in contrarium, ſi rectè inſpiciamus iura omnia,tam ciuilia,quàm pontificia,
4 quia contractus,†ſeu alienatio facta de rebus eccleſiæ ſine cauſa legitima,& ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis, eſt omnino nulla ipſo iure,& ipſo facto,quia, cum in caſu iſto ſit lex,quæ inhibet alienationem,quoties ſit facta alienatio, non tenet,nec valet,& eſt nulla,nec transfertur modo aliquo dominium,ff.& C.de fund.dotal.per totum,tex. in ca. ſine exceptione.12.q.2.& 10.q.2.hoc ius,in auth.de alien. & emphy.§.ſanctiſſimus,authen.vt lic.mat.primo reſpõſo, per Innocen.in c.Rainaldus,de teſtam.in verbo pactum, dicit apertè tex.in l.iubemus,§.prædia,C.de ſacroſan.eccleſi. ubi prædia eccleſiarum ſint alienata pter formã,& modum in d.l.traditum.vendicantur,cum fructibus,penſionibus,& accẽſſionibus totius medii temporis eccleſiæ,vti tanquam pę
5 nitus à nullo empta,uel uendita teneantur,quia† ea, quæ cõtra leges fiunt,haberi debent pro infectis. Idem habetur in cap. quis,12.q.2.quòd,ſi epiſcopus,aut alius abbas auſus fuerit aliquid in alium transferre de ſalariis epiſcopi, uel monaſterii,irritum ſit,quod datum eſſe cõſtiterit. & paulò poſt ibidem,ſi princeps calliditate uſus ſit, puta ꝙ emerit agrũ à colono,aut à clero,ſit irrita uenditio.Item in tex.in capit. quicquid.eo habetur,quòd quicquid diſtraxerit epiſcopus, aut clericus de rebus eccleſiæ,ſit inane,& uacuum uendicatione comparantis,& actione uendentis;& habetur in text.
6 in c.ſine exceptione.12.q.2.irrita ſit uenditio†epiſcoporum

non

Source : BIU Cujas

non facta ſecundum formam ibi traditam, videlicet cauſa exiſtente, & cum tractatu, ac conſenſu clericorum, & ſuperioris authoritate, & dicit glo. in ſumma eadem, 12. q. 2 alienatio facta de rebus eccleſiæ, ſi non ſit facta ex forma dicti capituli, ſine exceptione, eſt nulla, licet ſit facta in caſu licito, & dicit gl. in capitulo, ſi qua. de reb. eo. quòd contractus
7 †alienationis factus per clericos mortuo epiſcopo de rebus eccleſiæ ipſo iure non tenet. Idem claris verbis dicit tex. in cap. ſi quis præsbyterorum. extra. de reb. eccle. non alien. & confectum exinde documentum viribus, quamuis ab initio nullas habuerit, euacuetur, vbi Abba. verſic. quinto nota, ibi, quamuis ab initio, quòd alienatio rei eccleſiæ eſt ipſo iure nulla &c. vbi glo. in verb. nullas, dicit ex hoc manifeſtè apparet, quòd alienatio, quæ fit contra formam iuris, nulla eſt ipſo iure, per multa iura, quæ ibi adducit. Idem habetur
8 in c. 2. de reb. eccle. non alien. in 6. quòd contractus† celebrati; & celebrandi ſuper ſubmiſſionibus bonorum eccleſiæ ſint nulli, & prælati ſint ipſo iure ſuſpenſi, id hodie eſt ſpecifi
9 catis, & formalibus verbis clarius, per tex. in extrauag. † ambitioſæ. extrauag. com. ubi habetur. q, ſi contra formam ibi traditam, alienare quis de rebus eccleſiæ præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi, nullius omnino ſit roboris, uel momenti, & tam alienans, quàm qui alienatum recipit, ſit excommuni-
10 catus &c. Idem† habetur in conſtitutione Pauli quarti edita ſuper reſciſſione alienationis bonorum eccleſiaſticorũ &c. in illis verbis, contractus huiuſmodi authoritate apoſtolica tenore præſentiũ reſcindimus, irritamus, caſſamus, & annullamus, ac uiribus omnino euacuamus, ac pro reſciſis, irritis, caſſis, nullis, ac penitus infectis haberi uolumus, Alexan. in terminis, ubi multos citat in conſilio 4. 3. volum. colum. 3. ver. quòd autem, ubi dicit, quòd contractus taliter celebratus non ualet.

Facit ulterius, quia ſi bene inſpiciamus iura, uidemus q
11 prohibitio† de non alienandis rebus eccleſiæ, ſiuè ex diſpoſitione iuris Imperatoris, in l. iubemus, C. de ſacroſan. eccleſ. quæ eſt & appellatur Leonina conſtitutio, ſuper hoc expreſſe edita, quæ fuit lex primo facta ſuper prohibitione alienationis bonorum immobilium eccleſiarum, ut per Paul. de Caſt. ibi, in principio, ſiue ex diſpoſitione tex. in authen. de non alien. aut permutan. & in authen. de eccleſiaſtic. rerum immobil. & in authen. de alien. & emphyteu. in quibus hæc materia tractatur, ſiue ex diſpoſitione canonum, ut ex multitudine tex. & capitulorum, quæ ſupra ad longum induximus, prohibitio dico eſt facta cum comminatione diuerſarum pœnarum, & cum pœnis diuerſis adiectis, & inflictis, tam alienantibus, quàm alienata recipientibus, notarijs, & iudicibus diuerſimode mulctatis, vnde talis pœnæ adiectio
12 annullat actum, quia ex eo, quòd† pœna imponitur, & videt denegari alienatio, & ne alienetur, actus annullari debet, hoc ideo eſt quia ipſa pœna eſt annullatio actus, per ea, quæ dicit Bar. in l. prætor ait. in principio. ff. de nou. oper. nuntia. vbi reprobando quandam regulam certorum doctorum, dicentium, quòd quando lex prohibet de iure ſpeciali, & procedit ultrà, pœnam imponendo, actus remanet validus, qđ inquit non videtur verum, quia inquit de iure ſpeciali prohibetur alienari res eccleſiaſtica, & pęna imponitur, & tamẽ annullatur actus, l. iubemus, C. de ſacroſan. eccleſi. pro quo videtur tex. in l. 3. §. item, ff. ad ſill. not. Bald. in l. nemo martiris. C. de ſacroſan. eccleſi. Item alienare† res eccleſiæ eſt con
13 trà prohibitionem iuris, tam ciuilis quàm canonici. l. iubemus. & authenticis prælegatis. & tota. 12. q. 2. & cap. nulli liceat, extra eo. & totis titulis de rebus, eccleſiæ non alien. & extrauag. ambitioſæ, Et alienare res eccleſiæ, eſt celebrare contractum contra prohibitionem, ergo contractus eſſet
14 nullus, quia ſemper† contractus eſt nullus, quando eſt contra iuris prohibitionem, l. libertus minorem, ff. de iure patro. & c. 1. de rebus eccle. non alien. in 6.

15 Item contractus † eſt nullus ipſo iure ſemper quando illi lex remouet potentiam. l. à diuo, ff. de ritu nupt. l. non dubium. C. de leg. per Bal. in l. prima. 2. col. verſic. ſed hic quæro, C. plus valere rem, eſt doctrina Abba. in c. ſi quis. de reb. eccle. non alien. extra, verſic. quinto not. ibi, quòd alienatio rei, eccleſiæ eſt ipſo iure nulla, & per eundem ibidẽ in principio, vbi alienatio facta de rebus eccleſiæ nõ tenet; & alienatores ſi rem non reſtituant, excommunicãtur, facit quòd no. Philip. Franc. in cap. 1. tit. de reb. eccleſ. in 6. in verbo decernimus ubi dicit, quòd contractus alienationis rei eccle
16 ſiæ malè† factus declaratur nullus, licet ad id principaliter non ſit actum, ſed incidenter deductum, facit cap. cum quæſtione, de reſtitu. ſpolia. Barto. in l. qui ſub conditione, §. fin. ff. de conditio. inſtitu. per quæ puto, quòd eſt clarum, quòd alienatio, uel contractus alienationis de, rebus eccleſiæ factus non ex forma iuris ſit ipſo iure nullus, & quòd non ſit ad illum neceſſaria reſciſio. ſed nota unum pulchrum, quòd dicit Abba. d. cap. ſi quis, verſicu. ſexto nota, quòd, licet talis
17 contractus ſit nullus, poteſt bene† de nouo annullari, & refertur in tali caſu annullatio, ſeu caſſatio ad factum, ut caſſetur, quatenus de facto proceſſit, & ita inquit poteſt ſaluari libellus à contrarietate, ſi prælatus in libello dixit contractum nullum, & petiit illum caſſari, facit capit. accedens. el primo. cum glo. vt lit. non conteſta. facit quod habetur per
18 Angel. in conſil. 36. quòd† libellus procedit, & ſaluatur, in quo quis dicit teſtamentum reſcindendum, & petiit illud declarari nullum, ut legitur in margine ad Abb. prælegato capitu. ſi quis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper nullitate contractus ferri debet.*
2 *Petitio reſciſionis contractus, quatenus de facto præeesſit, officio iudicis peti debet.*
3 *In facti contingentia ſæpius procedi ad declarationem nullitatis contractus.*
4 *Vaſſallus quando ipſo iure priuatur feudo, intelligitur priuatus, ſi dominus uoluerit ſe feudum ad ſe reuerti.*
5 *Pœna quando imponitur ipſo iure, ant equam poſſit attentari executio, debet fieri declaratoria.*
6 *Vaſſallus licet ſit ipſo iure priuatus, tamen non poteſt dominus ante declaratoriam ſe intromittere de corporali poſſeſſione.*
7 *Semper requiritur ſententia, quando factum reuocatur in dubium.*
8 *Tabellio ſi ipſo iure priuatus, non ſequuta tamen hominis ſententia, ſi conficit inſtrumenta, valent.*
9 *Oeconomus propria authoritate pro eccleſia occupare rem permutatam poteſt.*
10 *Prælatus, qui alienauit, poteſt contrauenire, etiam ſi iuranit.*
11 *Conſtitutio licet irroget pœnam ipſo iure, tamen requiritur ſententia declaratoria.*

Continuat materiam.

SEd, licet alienatio & cõtractus alienationis ſit nullus, & ipſo iure non teneat, & ſit pro non facto, quia tamen non uidi, quòd eccleſia rem alienatam poſſit à ſe capere, & de facto recuperare, credo
1 quòd ſit neceſſe† ferri per iudicem ſententiam ſuper nullitate contractus; unde habet præcedere declaratoria nullitatis, quia contractus nullus debet declarari nullus, aliàs noceret nullitas, per Bal. in l. ad probationẽ. in principio. in quarto not. C. locat. & per Barto. in l. quæ ſub conditione. §. fi. circa finem, ff. de conditio. inſtitu. per illa uerba, ego dixi uobis pluries, nunquam declaraui quando contractus, ſententia, uel teſtamentum eſt nullum, utrum poſſem petere declarari hoc à iudice nullum, & quo iure poſſem petere, & quòd non poſſit fieri, inquit, uidetur caſus hic, & ſecundum hoc dices qualiter poterit cognoſcere de nullitate, ſi nõ poſſum petere, reſpondeo incidenter, agam petitione hæreditatis, & ſi excipies tu de teſtamento, ego dicam teſtamentum nullum, l. 1. C. de ordin. iudi. quid dicemus? breuiter teneo, iuquit, quòd principaliter poſſit agi de nullitate, & hoc probant iura, quæ allegabo, quo iure poſſit peti; Nec obſtat, inquit, iſte tex. quia fateor quòd non eſt neceſſe, ſed poſſum,
2 ſi volo; Sed quæro, †quo iure poſſum petere, quando de facto proceſſit, & uidetur quòd iudicis officio, per Innoc. extra de offic. iudi. c. vltimo, tangitur in gloſſ. in l. ſi dolo. C. de reſcin. uendi. ego dico, quandoque cõtractus eſt nullus partium conuentione, ſiue irritatur ipſo iure, & tũc poteſt pronuntiari nullus, & caſſari, quatenus de facto proceſſit, actione ex eodem contractu; Si verò contractus eſt nullus, non ex partium conuentione, ſed ex alia cauſa, tunc ſi quidem dolo partis fuit nullus, petitur caſſari actione de dolo, ſi uero non fuit nullus ex dolo partium, ſed ex alieno defectu, tunc petitur caſſari officio iudicis, l. ſi is. C. prædio. mino. ut per eundem Barto. d. loco. & uide eum etiam pro hac materia in l. ſi expreſſum. colum. fi. ad fi. ff. de appella. & licet Claudius Seyſell. in Specu. feud. tit. qui feud. da. poſſ. verſic. item nec aliquis, dicat, quòd iſte eſt effectus intelligere, an alienatio teneat, licet poſſit, & debeat reſcindi, quia ualet, donec ſit reſciſſa, an uerò non ualeat, quia tunc res poteſt auferri
3 abſque reuocatione, tamen ego uidi† in pluribus cauſis ſuper reſciſsione alienationum rerum eccleſiaſticarum motis in Romana curia, maxime uigore bullę Pauli quarti ſemper procedi contra detentores, & occupatores ad declaratoriam nullitatis contractus, & ita vidi ſeruari in una dohanarum paſcuorum contra, d. benedictum de ſaulis conductorem, in qua d. auditor Cameræ declarauit contractum locationis nullum, & reſtituendas eſſe dohanas, cum fructibus liquidatis in notabiliſsima pecuniarum ſumma, eſt doctrina

Source : BIU Cujas

ctrina Alexan.in conſi.103.primo lib. incip. videtur prima conſideratione,col.pen.verſicu præterea etiam,ubi dicit ꝙ
4 quando†etiam vaſſallus priuatur ipſo iure feudo,tamē non dicitur priuatus prius,quàm appareat dominum feudi uelle feudum adſe reuerti,ut inquit Bal.in l.fina.C.de reuocan. donatio,per not.in l.2.ff.ſi ager.victig vel emphyt.fac.l.2. &
5 quòd ibi no.C.de iu. emphyt.&†regulariter etiam quando imponitur pœna ipſo iure,antequam poſſit attentari exequtio pœnæ,debet ferri declaratoria,capitulo cum ſecundum,§.fina.& ibi,not.docto.de hære.in 6.cum ſuis concordan.Vnde dicit Bal.in d.c quæ in eccleſiarum,verſic. ſecun-
6 do vero caſu.9.colum.quòd etiam quando † vaſſallus ipſo iure eſſet priuatus,tamen antequam feratur ſententia declaratoria non poteſt dominus feudi ſe intromittere de corporali poſſeſſione, capitu.quòd licet epiſcopus,de præben.in 6.l.1.& fi.C.ſi per uim,uel alio modo,facit quòd not.in l.cū duobus,§.idem reſpon.el ſecundo.in gloſſ.in uerbo dominum,ff.pro ſoci. & in l.fin.C.de ſacroſanc. eccleſ.& puto ꝙ ſit neceſſaria ſententia declaratoria,quia dum tu dicis,ego
7 nego,& ſic quæſtio poteſt eſſe ſuper facto, & † dum factum reuocatur in dubium,tunc ſemper requiritur ſententia declaratoria,per tex.in l.eius qui delatorem,de iure fiſci,in c. pro humani,de homicid.lib.6.facit quòd no.in authen.de
8 tabellio.§.pen.ubi dicit glo.quòd,ſi tabellio†per ſentētiam legis eſt priuatus officio tabellionatus, hoc tamen non eſt declaratum per ſententiam hominis, ſed eſt occultum, & iſte tabellio exercet officium, quia eſt in quaſi poſſeſſione officii,quòd valent inſtrumenta ſua,id quod alibi non habes in iure ciuili,ſunt uerba Bal.in l.iubemus,§.ſane, colu. fin.uerſicu.adde tamen,quòd vbi nō requiritur.C.de ſacroſan.eccle.tenet in terminis Io.Bertachi.in tracta. de epiſco. quarta parte. uerſi. quadrageſimo ſecundo quæro in prælato,ſecus †in œconomo, qui poteſt ſua propria authoritate
9 pro eccleſia occupare rem permutatam,etiam cum principe,ibi,quæro utrum prælatus,vel clericus alienans contra formam iuris res eccleſiæ ſuæ poſſit propria authoritate cō traueniens appræhēdere poſſeſſionem rei,quam alienauit, dic,inquit,quòd ſic.in authen.ut de cætero,com. rer. eccle. §.de cætero collatio.quinta,& tenet Lau.in rubrica de reb. eccle.non alienan.in 6.15.q quod verum eſt,inquit,in œconomo,qui poteſt pro eccleſia occupare propria authoritate rem permutatam etiam cum principe,qui eam tranſtulerit in alium.in Specu.de actore.verſicu.item quòd uult,ne-
10 mo poteſt†authoritate prælatus alienans contrauenire,l.iubemus,§.ſane.& ibi glo.Barto.& Bal.& Doctor.C. de ſacro ſan.eccle.Pau.de Caſtr.conſi.134.& in capitu ſi quis præsbyterorum,de rebus eccle.non alien.quod eſt verum , etiam ſi iurauit,capitu.intellecto.de iureiurand. nec mirum,quia quis poteſt venire contra ſuum contractum, qui de iure nō tenuit,l.prima.& ibi Barto.C.de lib.cauſ.capitulo noſtri,& ibi glo.de electio.quod verum eſt pro intereſſe alterius,nō pro intereſſe ſuo,vt ibi & l.ſi is qui,§.fin.ff.de exeq.rei iudic. ut ibi per eum.dicit,& declarat,D. Pet. de Anchara. in cap. dudum.de reb.eccleſiæ non alienan.in 6.uerſic.ſexto , nota, ubi dicit quòd Papa in eo tex.decernit contractum nullum per ſententiam,ſubdens,ſed cum ex tali contractu à iure reprobato non fuerit translatum dominium,nec poſſeſſio,ut eſt tex.not.in l.iubemus.in fi.C.de ſacroſan.eccleſi. uidetur, quòd iſte rector potuerit propria authoritate rem ingredi, ut pote non priuatus quaſi poſſeſſione,& forſan dictam uiā potuerit eligere,urbanior tamen,& tutior fuit illa , ut in ſimili no.in l.3.C. de pignor.poſſet etiam dici,quòd antequā ſuper dicta nullitate feratur ſententia declaratoria, non eſt licitum propria authoritate rem occupare, ut ibi per eū,
11 quia quantumcunque†conſtitutio irroget pęnam ipſo iure , tamen requiritur ſnīa declaratoria ſuper ea, ante quàm fiat exequutio ſuper bonis,quia etiam hæreticus ante ſententiam declaratoriam poteſt bene agere contra debitores ſuos, quia retinet adminiſtrationem bonorum ſuorum, vt per eundem Pet.in cap.cum ſecundum leges,de hæret.in 6. verſi.ſecundo nota.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, qui malè alienauit , licitè recuperando uenit contra factum proprium.*
2 *Contra factum proprium quis licitè uenit , quando fit reuocatio ratione publicæ utilitate.*
3 *Oeconomus reuocando rem a ſe alienatam non uenit nomine ſuo , ſed eccleſiæ.*
4 *Quando ex contractu nullum ius quæritur,licitum eſt uenire contra prium factum.*
5 *Geſta ab exiſtente in officio,qui deliquerit,ualent, quandiu ſuperior non ammoueat eum.*
6 *Adminiſtrator quilibet, qui alienauit contra prohibitionem legis,reuocare poteſt.*
7 *Venditor poteſt uenire contra contractum ſimulatum.*
8 *Prohibitus alienare poteſt uenire contra alienationem à ſe factam.*
9 *Maritus qui alienauit fundum dotalem poteſt contrauenire.*
10 *Minor contraueniens alienationi non repellitur exceptione dominij.*
11 *Contra factum ſuum quis uenire non poteſt,quando alteri fuit ius quæſitum.*
12 *Qui conſenſit alienationi poteſt etiam uenire contra eum.*
13 *Vxor,quæ conſenſit uiro obliganti rem ſuam,rem uendicare poteſt prætio non reſtituto.*
14 *Iuramentum prælati eccleſiæ non debet eſſe præiudiciale.*
15 *Qui malè alienauit rem eccleſiæ,ad excommunicationem euitandam repetere debet.*
16 *Obligans eccleſiam ſuſpenditur ab adminiſtratione ſpiritualium,& temporalium.*
17 *Turpitudinem ſuam poteſt quis detegere,quando actus eſt nullus.*
18 *Quælibet perſona admittitur ad repetendam rem eccleſiaſticam.*
19 *Iuramentum tendens contra utilitatem eccleſiaſticam non ligat iurantem.*
20 *Epiſcopus poteſt cognoſcere cauſas,quæ non reſpiciunt perſonam ſuam, ſed eccleſiam.*
21 *Procurator diuus ab epiſcopo an coram ipſo petere poſſit reuocationem ſuæ alienationis.*
21 *Epiſcopus poteſt inquirere contra detentores rerum eccleſiæ,licet inquiſitio ſit in ciuilibus regulariter prohibita.*
23 *Papa poteſt inquirere in omni caſu.*
24 *Prælatus ita demum reuocare poteſt , ſi non ſit remotus , uel depoſitus.*
25 *Rector eccleſiæ poſt dimiſſam eccleſiam,poteſt repetere fructus per prædonem ſubtractos.*
26 *Epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ.*
27 *Vicarius epiſcopi ſi ſuſpectus allegetur,debet adiri epiſcopus,etiam ſi agatur cauſa ſuæ eccleſiæ.*
28 *Epiſcopus in cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt eſſe arbiter,& arbitrator.*
29 *Iudex ordinarius licet ſit ſuſpectus , non tamen ob hoc eius uicarius erit ſuſpectus.*
30 *Ordinarij,& Vicarij eius cenſetur unum & idem tribunal.*

De eadem materia.

ET re ita ſe habente pro recuperatione rerum eccleſiæ taliter alienatarum, inuaſarum, & occupatarum , poterit inſtari , & moueri, ut declaretur contractus nullus , & quòd ſententia declaratoria nullitatis feratur,& etiam agi ad rem uendicā
1 dam,etiam per illum et Oeconomnm,†uel prælatum alienantem,qui in hoc caſu licitè uenit contra factum ſuum, ꝑ Bar.in d.l.iubemus,§.ſane ſi hoc,uerſicu.tertio quæro, ubi quærit nunquid idem ęconomus , qui alienauit rem eccleſiæ,admittatur ad rem uendicandam,ubi dicit , & finaliter
2 ſcias ꝙ in hoc paſſu iſta eſt veritas,quando illud,†quod fit, reuocatur ratione publicæ utilitatis,& tunc,poteſt quis uenire contra factum ſuum,ut l.prima,de lib.cauſ.& l.iuris gē tium,§.ſi paciſcar,ff.de pact.unde in iſto caſu cum reuocatio fiat ratione publicæ utilitatis, ipſe idem ęconomus facere poterit,ſequitur Bald.ibidem,qui dicit ſecundum glo. ꝙ licet ęconomus non uideatur poſſe admitti ad vendicandum,quia nemo regulariter uenit contra factum ſuum, ꝙa talis eſt priuandus officio ſuo,tamen inquit tenet glo. con-
3 trarium,quia†non venit nomine ſuo,ſed nomine eccleſiæ, argum.ff.de exceptio.rei iudi.l.ſi is qui hæres,§.fin. & quòd ibi not.per Dinum,& ff.de exceptio,l.Modeſtinus.Item ſub
4 dit Bal.& hoc etiam poteſt alia ratione,quia quando † nullum ius quæritur ex contractu , licitum eſt ei uenire contra contractum à ſe factum , ut patet in contractibus innominatis,re exiſtente integra,l ſi pecuniam,de condic.ob cauſ.Nec obſtat inquit Bald.quòd ſit priuandus officio , ꝙa quamdiu non priuatur per ſententiam,retinet officium, &
5 exercitium officii,quod eſt notandum.Conclude†ex hoc, quòd,licet quis deliquerit in officio , tamen quamdiu ſuperior non ammoueat eum,ualent geſta per eum , & per eundem Bal.ibidem,uerſicu.quinto quæro.in fin.per glo.in authen.de tabellion.§.pen.quòd , ſi tabellio per ſententiam legis eſt priuatus officio tabellionatus,hoc tamen non eſt declaratum per ſententiam hominis,ſed eſt occultum,& iſte tabellio exercet officium,quia eſt in quaſi poſitione officii, ualent inſtrumenta ſua,quod alibi in iure ciuili non habes, ut ibi per eum.idem ſequitur Paulus de Caſtro ibidem , ubi dicit,ꝙ idem ille ęconomus,qui uendidit, poteſt uenditionem retractare,& ſic venire contra factum ſuum , poſtquā contractus eſt reprobatus,& non uenit nomine ſuo,ſed no-
6 mine eccleſiæ,& idem†inquit eſt dicendum in quocumque alio adminiſtratore , qui uendidiſſet, aut alienaſſet contra prohibitionem legis,ut no.Bar.de iure fiſci.libro 10.l. ſi minori,ubi etiam dicit,nota iſtam legem cum ſimilibus,etiam ſi œco-

Source : BIU Cujas

si œconomus vendidisset rem, quæ non esset ecclesiæ, sed ecclesiæ obligatam, & eam vendidisset iure creditoris, eo casu, quo non potuisset, ut ipsemet possit retractare; facit etiã,
7 quia venditor † potest venire contra contractum simulatũ, secundum Barto. in l. emptor, ff. de aqu. pluuia arcen. & in l.
8 quemadmodum, C. de agri & censi. lib. 11. & † prohibitus alienare potest venire contra alienationem a se factam, l. quoties, & ibi Bal. C. de fideicom. Pau. de Castr. consil. 13. vbi dicit uerum esse in prohibito à lege, non à testatore, Paul. de Cast. consi. 17. & quod no. in l. 2. C. de contra. iud. & in l. j. C. si
9 maior factus. † Item & maritus alienans fundum dotalem potest contrauenire. glo. instit. quibus alien. non licet, l. 1. §.
10 & cum lex & ibi Cy. C. de rei uxor. actio. idem † de minore, qui contraueniens non repellitur exceptione dominii, sicut nec prælatus contraueniens secundum Barto. in l. si alienã, ff. solu. matrimo. sequitur Ioan. Bertachin. in tracta. de epis. quarta parte. uersi. quadragesimo secundo quæro, vbi subdit, quòd, si † ius est alteri quæsitum, non potest quis venire cõ
11 tra factum suum, l. si quis ius, & ibi Bal. C. de reb. credit. nec potest qui actum facit solenniter, allegare nullum, secundũ
12 Dyn. consi. 12. † Item, & qui consensit alienationi potest etiã uenire contra eam, Barto. in l. cum pater, §. libertus. post gl. de lega. 2. quod est verum, nisi dolosè consenserit, quia tunc non admittitur ad reuocandum alienationem, cui dolosè consenserit. secundum Bald. in l. quoties, C. de fideicomm.
13 † & vxor, quæ consensit uiro obliganti rem suam creditori, potest vendicare rem ab emptore, etiam prætio non restituto, quod etiam potest hæres matris. l. si sciens, & ibi Bald. C. ad Velleian. per Bertachin. d. loco, dicit hoc gloss. in terminis in cap. si quis præsbyterorum, ubi ad hoc est tex. in uerbo alienator. de reb. eccl. non alien. quòd qui alienat in præiudicium ecclesiæ, reuocare debet à se malè factam alienationem, etiam quòd illam suo iuramento vallasset, & etiam
14 si iurasset non repetere rem alienatam, quia tale † iuramentum ecclesiæ præiudiciale, cum sit illicitum, attendi & obseruari non debet, cap. intellectus, extra de iureiuran. quia dicit tex. in d. cap. si quis præsbyterorum, quòd, si quis alienauerit, aut alienationi prædii ecclesiæ consenserit, anathemate feriatur, quo Deus iratus animus percutit, nisi & allenator, & qui alienata receperit, celeri restitutione sibi prospexerint, idest celeriter, & absque mora restituerint alienata ecclesiæ, ubi glo. intelligit quòd ista restitutio tunc dicatur, & facta intelligatur celeriter, si sit facta antequàm ecclesia damnum sentiat, & antequàm lædatur ex tali alienatione, & in uerbo prospexerint, declarat, quod tales possunt si
15 bi prospicere per repetitionem; unde, qui † malè alienauit rem ecclesiæ, ad euitandam excommunicationem habet repetere rem alienatam per ecclesiam, inquit, enim, & ità qui malè alienauit rem ecclesiæ, potest repetere hic, & 35. qõ. 4. quod quis, unde euitat pœnam, si rem restituat, aut aliàs ecclesiam seruet indemnem, pro quo uide, quæ dico in fi. præcedentis quæstionis de mente Bellemeræ in cap. Abbatib. 12. q. 2. sed inquit eadem glo. est uerum, si in administratione tolleratur, secus si sit remotus, 12. q. 2. monemus, subdens, glo. & ita est remedium ad hoc, ut dilapidator non remoueatur ab officio, quòd ecclesiam seruet indemnem, remittens se glo. ad ea, quæ dixit in cap. quòd sicut, de electio. in verbo præterire, circa fi. ubi tenet, quòd talis, qui ecclesiam reddit indemnem, non euadit, nisi pœnam excommunicationis, depositionis aũt pœnam non euadit, quia nihilominus deponitur, 11. q. 2. monemus, & cap. draconi. & cap. statuimus. eo. & hoc inquit probatur, per tex. in cap. quorun-
16 dam. de solut. ubi dicitur, qui obligat † ecclesiam suspensus est ab administratione spiritualium, & temporalium ipso iure, & ita intelligitur tex. in capitu. si quis præsbyterorum. de rebus ecclesiæ non alien. quia per restitutionem solum modo euadit pœnam excommunicationis, & dicit Imola in d. cap. si quis. in notabilibus, quòd licitum est uenire contra factum proprium, quãdo est de iure inualidum, de quo hic per Io. Cald. & tangitur supra de electio. cap. nosti, ubi in tex. & glo. habetur, quòd, si quis donet, aut alienet de reb. ecclesiæ, de iure facere non potest, quòd debet factam alienationem à se reuocare, licet ueniat contra factum suum, vbi Abba. 2. not. & Sebastianus sap. ad Abb. ibi, pro quo etiã uide nota. in cap. diuersis. de cler. coniuga. not. per Modernos, in l. transactione, C. de transactio. ubi dicunt, quòd quis
17 † potest detegere turpitudinem suam, & uenire contra factũ suum, quando actus est nullus, Pau. de Castr. in l. & hæredi. §. filia, columna 2. ff. de pact. idem Sapia. ibidem, in uerbo, an, & quis, & de cler. coniug. cap. diuersis, per glo. & Innocẽ. & aliqui dicunt per gl. in c. pœnitentes. 66. dist. & dicit Ioã. Andreæ in reg. qui tacet, in mercurialibus, ℣, quando factum à iure improbatur, est licitum uenire contra factum proprium, ut ibi per eum, & de materia etiam per legistas in gl. in l. post mentem ff. de optio.

18 Subdens idem Imola, nota, quòd ad † repetendum rem ecclesiasticam malè alienatam admittitur quælibet persona ecclesiastica, idem dicit Abbas in d. cap. si quis, ibi, quarto nota, quòd prælatus malè alienans rem ecclesiæ potest illã repetere etiam non obstante iuramento per eum præstito,
19 quia, ut inquit ibidem, iuramentum † tendens contra utilitatem ecclesiasticam nullo modo ligat iurãtem, quia potius est periurium, quàm iuramentum, etiam si per alium possit indemnitati ecclesiæ consuli. nam iuramentum non ligat iurantem ad iniquitatem, cap. quanto. de iure iuran. quod plus est, non ligat administratorem ecclesiæ, quominus nõ possit petere restitutionem in integrum. de quo uide glos. in cap. primo, de in integ. resti. lib. 6. facit pulchra doctrina Bal. in l. prima. C. ne quis in tua caus. iudi. ubi ponit quæstio
20 nem, Episcopus † Perusinus mouet mihi litem de quibusdã rebus, dicens ℣ illæ res sunt emphyteuticæ Episcopatus Perusiin, & ℣ ad eum sunt reuersæ. ego nego, & dico, quòd episcopus Perusinus, nõ potest hoc cognoscere, sed debet agere contra me, coram archiepiscopo; modo quæritur, utrum iste episcopus possit de hoc cognoscere necne; canonistæ omnes tenent, inquit, ℣ sic, quia ista non est causa personæ, sed ecclesiæ, & utilitas principaliter respicit ecclesiam, ideo episcopus potest esse iudex, cognitor, & terminator huius litis, subdens idem, quòd facit ad propositum nostrum; itẽ
21 quæro Episcopus † de facto alienauit res ecclesiæ, modo episcopus facit quemdam procuratorem suum ad petendã reuocationem suæ alienationis, quæritur nunquid ille procurator possit coram ipso episcopo, qui alienauit, agere nomine episcopi, & episcopatus, & videtur, inquit secundum istã theoricam quòd sic, quia videtur causa ecclesiæ, non personæ; in contrarium uidetur, inquit, quia absurdum uidetur, quòd procurator experiatur coram constituente, quia constituens fungeretur officio iudicis, & officio partis, quòd uidetur impossibile, breuiter, inquit, credo, ℣ nomine personę iste procurator non admittatur, sed nomine ecclesię credo ℣ admittatur ex theorica prædicta, consultius tamen faciet episcopus, uel eius Vicarius, si procedet inquirendo contra detentores, siue contra detentorem tanquam iniustè detinẽtem, quia de iuribus ecclesię potest cognoscere, & inquirere, per iura ibi per eundem Bal. adducta in d. l. prima, quia
22 episcopus bene † potest inquirere pro rebus ecclesiæ contra detentores illarum, licet in ciuilibus aliàs inquisitor non admittatur de iuribus singularium personarum, per Innocen. in capitu. ad nostram. el. 2. de iureiuran. & Bartol. in l. sancimus, C. de sacrosanc. eccle. & in l. in ciuile, C. de fur. quod nota, quia regulariter inquisitio in ciuilibus est prohibita, l. rescripto. §. si quis, ff. de mun. & hon. Barto. in l. 2. §. si publico, ff. de adu. nisi in casibus notatis in cap. primo, ut eccle. benefici. per glo. & Bal. in l. iubemus. C. de probatio. per Ange. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10. & per Innocen. in ca. ad nostram. allegato, ubi dicit Papam posse inquirere omni ca
23 su; † idem & quando aliquid committitur circa res ecclesię secundum. Innoc. in c. quoniam frequenter, §. sunt & alii, ut lit. non contesta. Bal. in d. l. sancimus, & in margarita in uerbo inquisitio. versic. 3. idem & ratione publicæ utilitatis, l. j. §. ius publicum, ff. de iusti. & iure, dist. prima, ius publicum, Bar. in d. l. si vacantia. per Ioan. Bertachin. in tract. de episcopis. 4. parte. versic. 29. quæro nunquid episcopus, idem tenet Lauren. de Rodul. in sua repet. c. sine exceptione. 12. q. 2. qõ. 65. ibi dicit, quod poterit etiam agere ad reuocationem ipsemet alienans. ut no. in d. c. si quis, poterit insuper hic agẽs, quicumque sit ille, constituere procuratorem ante litis contestationem, quia succedit in locum ecclesiæ, vel vniuersitatis, vide in Specu. de procura. §. 2. uer. quid si canonicus, ubi dicit sic obtentum fuisse; idem dicit Archidia. in capit. non liceat, 11. quæstione secunda, & intellige hoc, quod dicitur
24 † de alienatore, scilicet ubi non sit remotus, vel depositus, ut dicto capitu. monemus, & ibi no. & d. capitu. nostri, & cap. si quis, subdens Lauden. ibidem, nunquid autem rector ec-
25 clesiæ † post dimissam ecclesiam possit repetere fructus per prædonem subtractos tempore sui regiminis usque ad tempus receptionis secundi beneficii, uide per Specu. de actore. 12. colum. uersic. rector quoque, & Vincen. d. capit. dudum. el. 2. qui tenet, ℣ sic, bene facit, quia episcopus potest esse iu-
26 dex in † causa suæ ecclesiæ. per Barto. & Bald. d. l prima. C. ne quis iudic. Barto. in l. est receptum. de iure omnium iudic. Abba. Specu. & Bal. in cap. cum olim, de præscrip. Specu. de lega. §. superest, & in cap. si clericus laicum. de foro compet. Specu. de arbit. §. sequitur. versicu. sed nunquid. Abb. & Hostien. in summa de senten. & re iud. §. quis debeat, versiculo, sed nunquid potest episcopus. Sed secundum communem opinionem glo. & docto. in cap, cum super, de offic. delega. & capitu. cum venissent, de iudic. Ioan. Andr. But. Imo. Abba. in capitu. insinuante. de offic. delega. potest episcopus recusari suspectus, sequitur Philip. Franc. in cap. postremo, de

appella.

Source : BIU Cujas

appellat.no.2.quæſt.7.ſi quis erga,& c.j.de præben.in 6. & ſi
27 cauſa eccleſiæ ſuę agatur coram†Vicario ſuo,qui ſuſpectus allegetur, debet adiri epiſcopus tam in d. cauſa, quàm in alijs,qui de cauſa ſuſpitionis cognoſcit, nec tunc eliguntur arbitri,qui de cauſa ſuſpitionis cognoſcunt,capit. ſi contra, in fi.de offi.delega.in 6.per laſ.in l.apertiſſimi. 3. colum. C.
28 de iudi.& epiſcopus †in cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt eſſe arbitror,per Butr.& alios in cap.cum olim,de præſcrip. per Abba.& Imol.in cap.inſuper.de teſti.quia dicit Laſ.ubi ſupra,ꝙ
29 licet ordinarius†ſit ſuſpectus,tamen per hoc Vicarius eius non erit ſuſpectus,l.unica.uerſi.pen.& fi.ubi Bal.no.C.ſi qua cumque præd.pot.Bal.in authen.clericus,C.de epiſc.& cle. Ange.in l.aduerſus,in fi.C.ſi aduerſ.rem iudi.quòd non ſequitur,Vicarius eſt ſuſpectus,ergo & dominus, ſed aliter tenet Salyc.in d.l.unica,& contrarium tenet Ioan.de Imo. in
30 cap.inſinuante,de offic.deleg.& facit,† quia idem cenſetur tribunal vtriuſque,cap.Romana.in principio. de appella. in 6.ſed inquit idem Laſ.bene verum eſt,quòd ſi Vicarius, vel delegatus epiſcopi recuſatur ut ſuſpectus, adiri debet eius epiſcopus,qui de cauſa ſuſpitionis cognoſcat,non autē ſunt eligendi arbitri iuris &c.facit quod dicit Geminianus in ca. dudum.de reb.eccle.non alien.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus qualiter reuocabit malè alienata cum fructibus.*
2 *Verbum legitimum,exponitur,ideſt prout lex iubet.*
3 *Epiſcopus habet intereſſe generale in rebus omnium eccleſiarum ſuæ diœceſis.*
4 *Eccleſia ſi non vacat, rector, qui habet ſpirituale intereſſe, præfertur epiſcopo.*
5 *Epiſcopus agit etiam pro ſuo capitulo cum cautione de rato.*
6 *Epiſcopus debet agere per procuratorem non per ſe.*
7 *Succeſſori reuocanti bona eccleſiæ non obſtat exceptio dominij.*
8 *Agenti actione in rem,requiritur,ut probet ſe dominum.*
9 *Occupans rem eccleſiæ male alienatam,uidetur eccleſiam ſpoliare.*
10 *Rem male alienatam non modo prælatus,ſed & quælibet alia perſona repetere poteſt.*
11 *Quæ perſonæ poſſint prædia malè alienata reuocare.*
12 *Iudicium reuocatorium rei alienatæ eſt priuatum.*
13 *Parrochianorum intereſt,ne eccleſia deducatur ad inopiam.*
14 *Emptor rei eccleſiæ male alienatæ tenetur ad reſtitutionem rei, & fructuum.*
15 *Res eccleſiæ male alienatas quis recuperat, non ſuo, ſed eccleſiæ nomine.*
16 *Agens iudicio publico etiam ſine mandato audiri debet.*
17 *Leges ſuper rebus eccleſiaſticis non poſſunt diſponere.*
18 *Prælatus uel quilibet de eccleſia repetere poteſt ſine cautione de rato.*

Correllarium ex præmiſſis.

SEd deinde inquit Laſo. quærunt ad quem ſpectet intentare actiones pro eccleſia ſol?dicunt,quòd ſpectat ad epiſcopum,& ad rectorem eccleſiæ, agētes, & intentantes actiones,& defenſiones;facit in hac materia,quod habetur per eundem Lauren. de Rodul.in d.ſua repet.capituli ſine exceptione.quæſt.64.vbi quę
1 rit,qualiter prælatus reuocabit†malè alienata cum fructib. & reſpondet,quòd Archid.in c.etſi ille,12.qō.2.dicit,quòd reuocabit in forma iudicis,quod ſatis dicit colligi in ca. ad audientiam.ibi,legitimè reuocare,& in cap. fraternitatem, in fi.de donatio.niſi tamen eſſe notorium,in quo caſu ſola admonitione præmiſſa excommunicabit epiſcopus ſucceſſor.c.in canonibus,16.q.1. Alii dicunt, quòd reuocabit uti debet,& ſicut debet,& quaſi actor,non quaſi iudex, cui eſt ſimile.cap.noſtri.de electio.Vbi hæc tanguntur per Innoc. & eſt ſimile ſupra,ea.q.cap.2.in fi.ſecundum Archid. Hoſt.
2 †exponebat illud uerbum,legitimum,ideſt prout lex iubet, ſcilicet quòd citatis citandis eccleſia rem ſuam recuperet, nec de prætio teneatur,Boat. dicebat,legitimè, quia prælatus erit actor,conductores rei,& alius erit iudex;uel dicas,ꝙ non eſt iudex in cauſa ſua,ſed eccleſiæ ſuæ,& iſtud ſeruaretur,quia dic de hoc ut no.in d.cap. ad audientiam, per Innocen.Compoſt.Ioan.And.& Ioan.de Lignan.in capitu.noſtri,de electio.& quod no.in cap.ſignificauit. de cenſi. & de uerbo.ſigni.cap.ex parte,ut per Lauren.d.ſua quæſtio.64.fa-
3 cit,quia epiſcopus†habet intereſſe generale in rebus eccleſiarum omnium ſuæ diœceſis,unde poteſt agere pro omnibus rebus eccleſiæ ſibi ſubiectæ,ſcilicet nomine eccleſiæ,nō ſuo,ſecundum Bar.& Bal.poſt gl.in l.ſciendum,C. de ſacroſanc.eccle.quia dicit Innocen.in c,cum olim,de reſti. ſpol. ꝙ epiſcopus poteſt agere pro iniuria,& damno dato eccleſiæ,& quod no.in c.dilectus,de appel.& in c.ex parte. de reſcri.quod uerum eſt,ſi eccleſia vacat,ut ibi no.& tenet Spec. tit.de actore,uerſic.item epiſcopus,& quilibet, ultima colu.
4 & ideo ſi eccleſia,†uel altare non uacat, epiſcopus non præfertur rectori eius habenti ſpeciale intereſſe,per Bar.& Bal. vbi ſupra,ſed,ſi epiſcopus ſit ſuſpectus de dilapidatione,nō admittitur ad agendum,niſi caueat,ſecundum Specul. ubi
5 ſupra.verſic.in ſumma notan.& agit † etiam epiſcopus pro ſuo capitulo cum cautione de rato.etiam ſi bona ſint diuiſa,Bal.in Margarit.in uerbo prælatus.uerſi.6.poſt glo. & Innocen.cap.edoceri,de reſcrip.& aduerte, quòd epiſcopus rectores petit nomine ſuo,ſed res eccleſiæ nomine eccleſię ſecundum Innocen.in c.literis,de reſtitu.ſpolia.ſed epiſco-
6 pus†debet agere per procuratorem,non per ſe.cap.1.14.qō. 1.cum glo.5.q 3.cap.fi.Idem tenet,D.Aug.Bero.in cap.epiſcopi.de reb.eccleſi.non alien.in principio,ubi dicit,ꝙ ſucceſſor alienata per præceſſorem reuocat,quamuis & aliena tio piam cauſam,& quodammodo ſpiritualem cōtineret, qualis eſſet datio libertatis,& manumiſſio.per glo.cap.nullus,& cap.libertinus,de ſer.non ordi.immo & ipſemet alienans recuperat,ſi ex cauſa non iuſta alienauit, quia quamuis quis non uenit contra factum proprium, tamen id poteſt,quando à ſe factum eſt à iure reprobatum, & prohibitum,& hoc quando veniens non facit ad ſuam utilitatem, ſed alterius perſonæ priuilegiatæ,qualis eſt fiſcus, & eccle-
7 ſia;& ſubdit ibi,quòd ſucceſſori † reuocanti bona eccleſiæ malè alienata non obſtat exceptio dominii, hoc eſt quòd eccleſia non ſit domina,ſatis eſt,ut probet rem fuiſſe in bonis eccleſiæ,& ab eccleſia poſſeſſam,per tex.d.c.epiſcopi. & tex.in c.& ſi illi.12.q.2.quod,inquit,eſt valde vtile,& quotidianum in practica,quia difficillimum eſt probare dominium,c.ſæpè.de reſti.ſpo.

8 Sed quia eſt regula,quòd agenti†rei uēdicatione, & actione in rem,ut quis obtineat,etiam ſi ſit eccleſia,ut ipſe Bero. ibi dicit,requiritur,ut dominium,& ſe eſſe dominum probet,l.in rem.in principio.ff.de rei uendica. nec ſufficit probare rem fuiſſe in bonis ſuis,& illam poſſediſſe.per Specul. in titu.de loca.§.ſexto.uerſic.59.hoc dicit in eccleſia agente rei uendicatione,ideo id,quod dicitur,quòd non poteſt opponi exceptio dominii,intellige quando reuocatio rerum alienatarum fieret,non rei uendicationis remedio,ſed alio remedio poſſeſſorio, quo caſu ſufficit probare rem fuiſſe in bonis eccleſiæ,ex quo enim res eccleſiæ fuit abſque cau-
9 ſa alienata,†occupans illam uidetur ſpoliare, & illam priuare abſque ſuo facto ſua poſſeſſione, & ideo ipſa eccleſia,uel ſucceſſor poteſt poſſeſſorio remedio recuperare uel interdicto,unde ui,uel condictione ex lege,ſi quis in tantam, C. unde ui,per Bald.ubi Doctor.in authent.licentiam,C.de epiſco.& cleric.vel remedio capituli,reintegranda,3.quęſtione 1.quod datur,præcipuè eccleſiæ, quando abſque facto, & culpa ſua recedit à poſſeſſione rei ſuæ, contra detinentem, & poſſidentem.

Vel,inquit,intellige alio modo,quādo eccleſia uellet agere aliqua actione perſonali deſcendente extra id, quod agitur,†puta actione triticaria,uel ex lege aliqua ad condicendum poſſeſſionem,& ad conſequendam rem ab eo, qui illā habuit abſque iuſta cauſa,uel ſubiungit, intellige quando agefetur pro reuocatione rerum eccleſię malè alienatarū contra uiolentum poſſeſſorem,& qui ſpoliaſſet, l.ſi qs emptionis,§.idem de his,verſic.ſi quis.C.de præſcrip.30.anno, per quem tex.ita uoluit & intellexit Bal.in l.ſi alienam,ff.ſol. mat gl.in l.ita ut ſi fur,ff.comod.ut eſt in caſu, quando quis apertè titulo à iure reprobato rem eccleſiæ occupat, hoc eſt abſque iuſta cauſa,qui dicitur raptor,& inuaſor.cap.2.& ibi Abb.de rebus eccleſiæ non alien.& aliàs, ut ibi per eundem Auguſtin.

10 Imò†nedum prælatus alienans poteſt repetere alienata in damnum eccleſiæ,ſed & quælibet†alia perſona eccleſiaſtica.per tex.d.c.ſi quis,de reb.eccle.non alienand. ibi in text. ſed etiam liceat quibuſcumque eccleſiaſticis perſonis uocē contradictionis offerre,& ut cum fructibus poſſint alienata repoſcere eccleſiaſtica authoritate fulciri,ubi gloſſ. in verbo,perſonis,exponit,ideſt omnibus clericis, item conuerſis,item etiam patronis,eccleſia exiſtente de iure patronatus,per tex.capitu.filiis,nepotibus.16.quæſtio.7.& parro-
11 chianis etiam,quia horum omnium intereſt,immo†prædia eccleſiæ indebitè alienata reuocant primo œconomi, ſecūdo loco poſt œconomos parrochiani,& patroni per Barto. de Capua in commentariis ſuis conſtit.regni.in tit. de reuoca.feud.in uerbo diuæ memorię.per tex. quem allegat in l. iubemus nulli,C.de ſacroſanc.eccleſi ſicut prædia decurionum indebitè alienata, quæ retrahuntur per quoslibet,l. ſi quis, C.de pręd.decurio.libro 10.capitu. ſi quis præsbytero rum,de rebus eccleſi. non alienan. ſed perſonę alterius ec-
12 cleſię non admittuntur,†quia tale iudicium non eſt publicum iudicium,ſed iudicium priuatum, ut per d.gloſſ. ibi

dem,

Source : BIU Cujas

dem, id quòd videtur etiam contra gloss. in l. iubemus, C. de sacrosan. eccle. in verbo œconomus, quæ dicit, ꝙ res malæ alienatæ primo loco vendicantur per œconomos, sed in subsidium cuilibet vendicare permittitur, quasi publicum factum, vt parrochianus, vel patronus, ut in curiali, qui retrahitur per quoslibet, vt decurio infra, l. si quis rem; & ꝙ solummodo personæ ecclesiasticæ illius ecclesiæ admittãtur ad agendum pro uendicatione, id uidetur contra dictum tex. & tex. in c. non liceat Papæ, 12. q. 2. vbi videtur id permissum esse omnibus personis ecclesiasticis, & non solum in apostolica est seruandum ecclesia, sed & in omnibus alijs ecclesijs; Ita etiam videtur intelligere Abb. ibidem ver. in glo. in verbo ecclesiasticis, vbi dicitur ibi, parrochianis, not. gl. & intelligit Lauren. & communiter omnes seq. ut procedat etiam in parrochianibus laicis, non enim dicuntur hoc casu accusare clericum seu prælatum, sed repetunt male alie-
13 nata, & hoc satis mihi placet, nam interest† parrochianorũ, ne ecclesia deducatur ad inopiam, nam tenent parrochiani in defectum ecclesiæ ad refectionem ipsius de proprio patrimonio, no. in c. 1. de eccle. ædifican. uel reparan. & in fi. gl. Philip. quem sequuntur communiter doctores, qui tenet quamlibet personam ecclesiasticam admittendam, nã text. iste loquitur generaliter, quod placet, ut patet ibi in text. quibuscumque ecclesiasticis personis, ut c. non liceat, 12. qõ. 2. tamen agent isti extranei inuitis clericis ecclesiæ, quod intelligo, si ipsi nolunt agere, nam eis negligentibus admittentur extranei; versatur enim in hac alienatione ius publicũ, prima distinc. ius publicum, & uide notat. per Innoc. c. cum olim. de test. vbi de hoc idem uidetur sentire Imola ibidẽ, qui dicit in notab. ꝙ ad repetẽdam rem ecclesiasticam malè alienatam admittatur quælibet persona ecclesiastica, ut prælati debent contradicere prælato uolenti illicitè alienare rem ecclesiæ, & interdum si non resistunt, incurrunt pœ-
14 nam suspensionis, & emptor, †qui rem ita alienatam recipit, ex quo emit contra iuris prohibitionem, nedum tenetur ad restitutionem rei, sed etiam fructuum. dicit glo. d. c. cum olim, quæ dicit, quòd particulares de ecclesia possunt agere pro iure ecclesiæ sine mandato, accusando & denuntiando facientem contra utilitatem ecclesiæ, immo punit, qui non resistit. c. generali, de electio. in 6. facit quod habetur in gl. in d. c. non liceat Papæ, quòd ad hanc accusationem malę alienationis quilibet admittatur, per iura, quæ ibi adducit, sed si rei uendicatio cadit tantummodo in rebus, vbi est alicuius personæ dominium, & in rebus ecclesiæ nulli personæ competit, aut competere potest dominium, quomodo potest pro recuperatione rei ecclesiæ competere rei
15 vendicatio; sed dic, quòd res † ecclesiæ malè alienatas quis non dicitur uendicare, ut res suas, sed uti res ecclesiæ, & nomine ecclesiæ, per gl. in auth. de alien. & emphy. in uerbo, & quoniam, Pau. de Cast. in l. sancimus. la picola, C. de sacrosan. eccle. Item inquit Imola prælegato loco, quòd ad repetendum, seu reuocandum rem ecclesiæ malè alienatã, competit condictio ex hoc canone, nam introducere uidetur nouam obligationem, unde dicebat hic Innocen. quòd agens isto casu non satisdabit pro ecclesia, quia hoc uidetur esse populare iudicium secundum Hosti. & ex hoc poteris
16 notare ultimo secundum Ioan. Cal. quod agens †iudicio popu lari, siue publico, debet audiri etiam sine mandato, facit quod habet in l. 2. & 3. & pen. ff. de pop. actio. subdens Imola ibidem. in uer. in gl. pen. de patronis, & parrochianis, quod dicunt doctores id procedere, etiam si sint laici, quia isto casu non accusant, sed repetunt malè alienata, & ideo hoc facere possunt, licet accusare clericum seu rectorem non possunt, extra de restam. c. de cætero; item aduerte, quia Lau. & Philip. hic dicunt, ꝙ etiam omnis persona ecclesiastica admittitur per istum tex. qui indistinctè loquitur, & sic vī, ꝙ ẽt omnis persona ecclesiastica alterius ecclesiæ debebit admitti, facit quod hĩ in c. quia circa. de priuile. & in c. consuluisti. 2. q. 5. & facit ad materiam, ꝙ notauit gl. & Io. Andr. in c. uenerabili, de offic. deleg. & ꝙ no. per Inno. & Host. in ca. cum olim. de testa. & quod dixi, inquit idem, supra in notabilibus. quia uidetur, quod istud iudicium sit populare, & iõ uidetur, ꝙ admitti debeat quilibet, & persona ecclesiastica. plus dicit Io. in §. constitutus, 16. qõ. 1. ꝙ etiam quilibet de populo admitti debet, & pro ista etiam parte facit quod habetur, in auth. de non alien. circa fi. col. 2.

Sed certè uidetur dicendum, quòd solum personæ ecclesiasticæ admittantur per istum tex. & tex. in c. non liceat, 12. q. 2. nec obstat, quod habetur in d. auth. de non alien. quia le-
17 ges super rebus †ecclesiasticis non possunt disponere. capit. quæ in ecclesiarum. de constit. 96. dist bene. satis tamen uidetur posse dici quod solum admittantur personæ ecclesiasticæ eiusdem ciuitatis secus si alterius, per id quod not. in simili in l. 2. §. pen. ff. ne quid in lo. pub. in glo. & hoc modo posset intelligi, & saluari glo. hic, licet Lauren. & Phili. similiter dicant, quòd omnis ecclesiastica persona admittatur, quod certè etiam non uidetur absonum fauore ecclesiæ, argu. l. sunt personæ, ff. de relig. idem Imola paulo post, versic. in eadem gloss. ibi, super literis, dicit, quòd in isto iudicio agens censetur habere mandatum, quia loquimur in populari actione, cum ista competens ex hoc canone censeatur popularis actio; item dicit glo. fi. in fi. in d. cap. si quis, quòd
18 prælatus aut† quilibet de ecclesia in hoc casu poterit agere ad repetendum, siue reuocandum pro ecclesia sine literis de rato. idem dicit glo. in c. 1. de procurat. in gloss. legaliter, quæ dicit, ꝙ in casu c. non liceat Papæ, & capituli, si quis præsbyterorum, clericus solus sine cõsensu capituli, & sine promissione de rato, potest conuenire, quia est in casibus dictorum capitulorum speciale, & illa capitula in casu speciali loquuntur, cum agitur de reuocatione rei ecclesię, malè, & indebitè alienatæ, quia per hoc consuliter ecclesiæ, nec potest lædi, quod contigere posset in aliis casibus, ubi non agitur specialiter de reuocatione rei alienatæ indebitè, & dicit Imola ibidem uer. in eadem gloss. ibi. super literis, ꝙ, si quis in hoc casu non satisdet in isto iudicio, est in hoc casu speciale secundum Io. Cald. ne ecclesia damnum patiatur; uel secundum eam potest dici, quòd in spiritualibus iudiciis nõ admittitur quis sine mandato c. 1. de procu. sed hic loquitur in populari actione, cum ista actio competens ex hoc canone censeatur popularis, & ideo iste agens censetur habere mandatum ex isto canone, & ideo non tenetur satisdare, ut uoluit Innocen.

SVMMARIVM.

1 *Repetenti malè alienata competit condictio ex canone præsbterorum. de reb. eccl. non alien.*
2 *Ecclesia reposcere poterit alienata cum fructibus.*
3 *Ecclesia agere potest contra alienatorem, & contra possessorem.*
4 *Ecclesia si obtinet contra unum, alter liberatur.*
5 *Possessor conueniendus est, licet exhibeat authorem suæ venditionis.*
6 *Conuentus iudicio possessorio non potest dominum nominare.*
7 *Contra alienantem tunc agitur, quando ita dispersa sunt bona, quod nesciatur, ubi sint.*
8 *Ecclesia si consequuta fuit suum à possessore, an adhuc alienantem conuenire possit.*
9 *Pœna unius non liberat alium.*
10 *Agens an in sua persona, uel nomine ecclesiæ petitionem formare debeat.*
11 *Episcopus, qui de facto alienauit rem ecclesiæ, potest constituere procuratorem ad reuocandum alienata coram episcopo.*
12 *Agens nomine ecclesiæ si succumbat, an alius nomine ecclesiæ agere poterit.*
13 *Agere si nomine ecclesiæ plures uoluerint, iudex idoneorem eligere debet.*
14 *Agens pro singulari interesse suo formabit petitionem nomine suo.*
15 *Ecclesia quando suum ius est consequuta à possessore, an teneatur eedere actionem contra alienantem.*
16 *Ecclesia si fecerit cessionem, cessionarius poterit agere.*
17 *Cessio per ecclesiam fieri debet, si res bona fide ad tertium deuenerit.*
18 *Possessor conuentus ad rem, si soluat æstimationem actori, an habeat actionem sine cessione.*
19 *Emptor an recuperet prætium exbursatum à prælato male alienante.*
20 *Emptor malæ fidei non agit ad prætium etiam contra prælatum.*
21 *Administrator si non est soluendo, an eius consanguinei pro ipso teneantur.*
22 *Emens scienter rem dotalem, non habet actionem etiam quoad prætium contra maritum uendentem.*
23 *Contrahentes illicitè puniuntur amissione prætij soluti.*
24 *Ecclesia de benignitate prætium emptori restituere debet, sed non de necessitate.*
25 *Emptor bonæ fidei potest petere cessionem actionis.*
26 *Res male alienatæ reuertuntur ad ecclesiam nullo dato prætio.*
27 *Emptor bona fidei agit ad prætium, non autem emptor malæ fidei.*
28 *Emptor si est in mala fide, uendens non tenetur de euictione.*

Alienata à Prelato quomodo repetantur.

AD repetendum verò seu reuocandum malè alienata per clericum, siue prælatum, ut diximus supra, Imola dicit ꝙ compe-
1 tit condictio ex canone, capitu. si quis presbyterorum, de rebus eccle. non alienan. extra. ubi gl. in uerbo alienatæ, quæ est glo. fin. dicit, quòd pro huiusmodi alienationibus reuocandis ecclesiæ competit actio personalis contra alienatorem, si est soluendo, uel habeat in rem actionem contra possessorem, per tex. in capit. apostolicos. 12. q. 2. est tex. expressus in l. 3. & l. ultima. C. si tutor, uel curator, est quęstio Lauren. de Rodul. in sua repetit. capituli sine exceptione. 12. q. 2. quæst.

Source : BIU Cujas

quæſt.57.vbi inquit,quæro facta eſt alienatio contra formã à canone ſtatutam,ideo quòd eſt nulla, ſed quale remediũ
2 habebit eccleſia,reſpondeo,repoſcere poterit† alienata cũ fructibus.ſupra eo.cap.apoſtolicos.cap. monemus. capit. ſi quis.cap.uulturanæ.cap.ſtatuimus.& cap.hoc ius, 10.qõ.2. ver.qui uero res,& de rebus eccleſiæ non alien.extra.cap. ſi quis,& ſecundum Goff.ibidem,prætium rei uenditæ, ſi eccleſiæ magis uiſum fuerit expedire,allega. cap. primum.ne ſed.vac.qui etiam dicebat ibidem,q̃ fructus medii tempo-
ris debebuntur,& aget pro his contra alienatorem, d.cap.
3 monemus,& cap.ſtatuimus,item aduerſus†poſſeſſorem. ſupra eo.c.notario,& c.quicunque.& ibi not.& d.cap. monemus,& c.apoſtolicos.& intelligas quòd contra alienatorẽ competit perſonalis,ſi eſt ſoluendo, ſed contra poſſeſſorẽ competit in rem actio,& probatur iuribus prædictis,& clarè in l.3.& fi.C.ſi tutor vel curator.d.c.ſi quis.in gl.fi.& Gof. eo.tit.in ſumma, §. in ſumma,notandum, quia in poteſtate uolentis reuocare,eſt agere contra poſſeſſorem,aut alienantem,per tex.in l.j.vbi glo.& docto.C.de reuocan.his,quæ in fraud.cred.habetur per Boer.deciſ.182.mihi col.10.nu.37. ver.& in poteſtate.
4 Et ſi eccleſia†obtinet contra unum,alter liberatur,l.1. §. ſi plures.ff.de eo per quem fact. erit, & ſi eccleſia conueniat unum,non ſit ei præiudicium,quominus alium conuenire poſſit,quia ſola ſolutio imponit eccleſiæ in iſto caſu ſilentium,l.ulti.ff.depoſi.§.ſi apud.& d.l.ulti.C.ſi tuto.vel cur.& dicit glo.in c.quicumque.12.q.2.quòd ſemper poſſeſſor, &
5 detentor rei eccleſiæ eſt conueniẽdus,licet etiam exhibeat authorem ſuæ uenditionis, ſed eſt intelligendum quando poſſidet ſelicet nomine ſuo,non nomine alieno, quia ſi nomine ſuo poſſeſſor eſt,ſemper eſt conueniendus, nec tũc eſt neceſſe vocare illum,cuius authoritate poſſidet.ca.quoniã. extra de lit.conteſt.ſubdens eadem gloſ.quòd licet conuen-
6 tus rei uendic.†poſſit dominum nominare, non tamen poteſt ſi ſit conuentus iudicio poſſeſſorio.& glo.in ca.monemus.ead.cauſ.& quæſt.ibi,ipſe ergo,qui alienauit,poteſt cõueniri,vt hic,& infrà.c.ſtatuimus,& duobus c.ſequ. item & poſſeſſor poteſt conueniri,ut ſupra eo.c.Auguſtino.c.quicumque,c.apoſtolicos,cum enim eccleſia habeat in optione,quem uelit conuenire,ſi primo cœpit unum conuenire, & poſtea illo dimiſſo uelit alium conuenire, non fiat ei præiudicium aliquod per electionem l.ulti.C.ſi tutor uel curator interuen.& dicit Io.And.in Specu.in rub.eo.titu. in uer
7 bo alienator,quòd tunc agitur † contra alienantes quando ita diſperſa ſunt bona,quòd ſciri non poteſt,vbi ſint, l.ulti. §.fi.ff.de his quæ in fraudem,ubi etiam datur forma libelli, ut ibi per eum;ſubdens glo.d.cap.monemus, ſed quid ſi ec
8 cleſia†eſt conſequuta ſuum ius à poſſeſſore, nũquid adhuc poteſt conuenire ipſum,qui alienauit id,quod nõ uidetur, quia eſt contra bonam fidem, quæ non patitur,quòd idem bis exigatur,l.bona fides.ff.de reg.iur.quod autem poſſit ipſum adhuc conuenire,uidetur arg.cap.uulturanæ, cap.ſtatuimus,& cap.quæcunque & l.nec ullam.§.ultimo.ff de pe. hæred.reſpondeo inquit glo.aut eccleſia agit ad pœnam, aut ad intereſſe,ſi ad pœnam,poteſt agere adhuc contra alienã
9 tem,quia pœna†unius non liberat alium,cap.cum deuotiſſima,12.q.2.ſi agit eccleſia ad intereſſe,non poteſt, & idem Imola in uerſi.ſed iuxta,dicit quòd ibi Io.Calder. quærit an
10 iſte†agens habebit formare petitionẽ in ſua perſona,an verò nomine eccleſiæ,dicunt quidam,ſecundum cum, quòd aget ſuo nomine,ſed ad commodum eccleſiæ; quia, ut dictum eſt,hæc actio eſt popularis,ff.de populari.actio.per totum.& 16.q.6.filii,& cap.illud,23.diſt.ſed Innocen.in capit. cum olim,ſupra de teſt.videtur dicere,quòd formabitur petitio nomine eccleſiæ,& petet reſtitutionem fieri pro eccleſia,& pro ipſa iudicari;tamen non erit neceſſe,quòd habeat mandatum nomine eccleſiæ,quia ſatis habet mandatum à iure per iſtum tex.fatetur tamen, q̃ non eſt neceſſe, quòd habeat mandatum nomine eccleſiæ, vel quòd exprimat cuius nomine agat;& quod iudex cautè facit,ſi ipſum ad hoc non cogat,ſed per hoc uide,quæ dicit Bald.in l.prima. C.ne
11 quis in cauſa ſua iudic.ubi dicit,quòd,ſi epiſcopus†de facto alienauit rem eccleſiæ,ſi conſtituit procuratorem ad reuocandum alienata,ipſe prncurator poteſt agere coram epiſcopomet,qui conſtituit,ſi nomine eccleſiæ,& epiſcopatus compareat,quia illa uidetur eſſe cauſa eccleſiæ, non perſonæ,ſubdens,q̃ erit conſultius,ut epiſcopus procedat inquirendo contra detentorem,ut ibi per eum.
12 †Sed nunquid uno agente nomine eccleſiæ ſuccumbente,alius poterit agere,inquit Imola d.loco quòd non,etiam ſi ſit procurator legitimè conſtitutus,niſi ignoraſſet, quando alius agebat,uel niſi doceat de colluſione prioris, & habetur in l.ſi cui,§.eiſdem,ff.de accuſatio.& in l.eum qui,§.
13 in popularibus, ff. de iureiurando. †quid autem ſi uellent plures agere ſimul,dicit quod iudex habet tunc eligere ido
neiorem,l.2.& 3.ff.de popul.actio.facit quòd notatur infr
14 de colluſione detegen.c.primo.quid autem ſi†agat ille, cuius ſingulariter intereſt, dicit Innocen. quòd tunc formabit petitionem nomine ſuo,& ſententia contra eũ lata non præiudicabit eccleſiæ,uel alteri, quia tunc alia eſt perſona, & ad aliud agitur,l.cum quæritur,ff.de exceptio. rei iudi. & l.ſeq.& extra,de re iudi.c.cum ſuper.& in clemen.conſtitutione,de electio.
15 †Et an eccleſia cum ſuum ius ſit conſequuta à poſſeſſore teneatur ei cedere ſuam actionem,quam habet contra alienantem,& reſpondet glo.cap.ſi quis.extra, eod. titu. quòd non,quia inquit qua fronte poteſt petere ceſſionem ille, q̃ ex contumatia ſua condemnatur?l.ſi plures.ff.de adminiſtr. tuto.& cur.l.j.§.nunc tractemus,idem ſentit glo.in d.cap. ſi quis.de rebus eccleſi.non alienan.in glo.fina.vbi dicit,quòd eccleſia non tenetur cedere ſuas actiones ſoluenti contra alium,quia cum conueniatur ex delicto, ſeu ex maleficio ſuo,non poteſt petere ceſſionem actionum,d.l.ſi plures tutellam,ff.de admi.tut.& ut refert Imola ibidem.dicit in hoc
16 Ioan.Andr.poſt Hoſtien.quòd licet † eccleſia non teneatur facere ceſſionem,tamen,ſi fecerit,ille,cui fieret,poterit agere,dummodo ante ſolutionem facta fuerit ceſſio, ut habetur in tex.in l.Modeſtinus,ff.de ſolutio.Item dicit Ioan.An-
17 dr.glolæ dictum procedere,niſi res†deueniſſet ad tertium bona fide,quia tunc deberet ſibi fieri ceſſio,quia ceſſat tũc ratio glo.ſubdens Imola.ſed aduerte,quòd aut res deuenit ae tertium bona fide,titulo lucratiuo,& eo caſu non uidetur,quòd eccleſia teneatur cedere actiones, ex quo res habetur per illum ex cauſa tituli lucratiui, quia nil uidetur ſibi deperire, licet res tunc auocetur ab eo, tanquam res eccleſiaſtica.

Aut res deuenit ad eum titulo oneroſo, & tunc uidetur, quòd non teneatur eccleſia,ſi non uult,quia tunc habet regreſſum contra ſuum authorem,per id, quod habetur in l. exceptiooe. C. de euictio. & quaſi per totum, & ſic non uidetur procedere dictum Ioann. Andr. inquantum uult, quòd,ſi ad tertium deuenit res eccleſiæ bona fide, eccleſia teneatur cedere actionem,licet Ioan.Card.hic ſequatur dictum Ioan.Andr.
18 An autem ſi poſſeſſor†conuentus ad rem,ſoluat extimationem rei ipſi actioni, competat ſibi aliqua actio ſine ceſſione,& an tunc ſibi debeat cedi actio,recurrendum eſt,inquit,ad ea quæ habentur in l.2.ff.de uſuca.pro empto. cum ibi no.& per Bar.in l.depoſiti ff.de re iudi. & in l. ſi culpa,ff. de rei uend.& dicit Abbas ibidem,quòd glo.ibi ſentit à contrario ſenſu,q̃,ſi emptor,uel poſſeſſor rei eccleſiç eſſet in bona fide,tunc poſſet petere ceſſionem actionis, quod expreſſius tenetur per doctores hic,qui etiam dicunt, quòd licet eccleſia non teneatur cedere,in terminis gl. tamen dicunt, ſi ceſſerit,ualet ceſſio.
19 Et an emptor†recuperet prætium exburſatum à prælato malè alienante.glo.fi.d.c.ſi quis.tenet q̃ ſic,ſi habet, inquit, bona de ſuo patrimonio,ſuper quo dicit Abbas ibi aduertendum,nam uidetur glo.hic uelle q̃ emptor recuperat prç tium à prælato malè alienante,& in margine ibidem allegatur ad hoc Alex.conſi.4.lib.1.& Fran.de Are.conſi.114.ſubdens Abbas,in hoc ſunt uariæ opiniones,de quibus hic per doctores,& in c.ad audientiam.eo.& p̃ doctores legiſtas in l.iubemus,C.de ſacroſ.eccle.& plenè in authen.qui res,ubi maximè per Cynum & Bal.& per Io.de Lignan. in clemen-
20 tina prima,eo.tit.ſatis placet,†quòd,ſi emptor fuit in mala fide,non agat ad prætium,etiam contra prælatum, per tex. in d.l.iubemus;nam ibi in pœnam perdit prætium, & omnẽ utilitatem,& applicatur eccleſiæ,niſi proſpexerit ſibi in cõtractu de euictione,quia tunc agit contra malè alienãtem, l.ſi fundum,C.de euictio.no.glo.in d.c.ad audientiam; & l. quemadmodum,C.de agri.& cenſi.lib.11.in ſimili quæſtione,ſi verò fuit in bona fide,repetit prætium à malè alienante,non autem ab eccleſia,niſi in defectum,puta quia ſi prælatus non eſt ſoluendo,agit contra eccleſiam, quantum eſt effecta locupletior ex illo prætio,arg.c.primi.infra de depoſiti.quod ſenſerunt Bal.& Cyn.in authen. præalleg. pro quo uide Barto.in authen.præallegata,qui res,C.de ſacroſanc.eccleſi.ubi quærit,an,ſi prælatus, qui malè alienauit, nihil habeat,& ſit pauper,puta quia ſit unus de monachis,an eo caſu pro prætio,uel aliis datis emptor habeat regreſſum contra eccleſiam,dicit quòd glo.tenet quòd ſic,ſi eccleſia eſt locupletior,& uidè inquit glo.ualde no. in capitu. ad audientiam,quam tenent omnes canoniſtæ. de rebus eccleſi. non alienan.quod intellige uerum, inquit Barto. quando contrahens erat bonę fidei in ueritate,aliàs non haberet regreſſum contra eccleſiam,nec contra œconomum,& ſecundũ hoc uidi fieri pluries,cum quædam res permutatæ eſſent cũ quadam eccleſia,non ſeruata forma iuris,& eccleſia poſtea uendicaret ea,quæ alienauit,dixi quod debebat reſtituere,

& ipſa,

Source : BIU Cujas

& ipſa eccleſia idem, quod accepit, ſi haberet rem, vbi etiã
21 Bal. ibi, quæritur hic, quid ſi ille adminiſtrator † non eſt ſoluendo, puta eſt Abbas, qui non habet proprium, dicit gloſſ. in corpore iſtius authen. quòd quidam dicunt, quòd tenentur conſangunei pro ipſo, quod glo. reprehendit, & merito, & non dat ibi ſufficientem rationem, ſed in hoc glo. dicit, quod adminiſtratore exiſtente non ſoluendo, tenetur eccleſia, quantum ex delicto adminiſtratoris ſit locupletior facta, per condictionem ſine cauſa, vbi Bald. ſequitur, & approbat dicta Barto. qui dicit, quòd eccleſia, quæ recepit prætium, ſi uult recuperare rem, eo caſu quando adminiſtrator non eſt ſoluendo, ſubdit Bal. Petrus, & Cy. dicunt hic, quòd iſta gl. eſt uera, vbi contrahens fuerit in bona fide, ſed ſi fuerit in mala fide, dolus non debet remanere impunitus, & iõ nihil recuperat ab eccleſia, cum eccleſiæ ſit licitum accipere & retinere pœnam legalem, & iſta eſt ueritas, quia aliàs iſtius delictum remaneret impunitum, ut per Bald. ibidem,
22 facit, quia emens † ſcienter rem dotalem non habet euictionem, etiam quo ad prætium contra maritum uendentem. l. cum uir. ff. de uſucap. latè Aym. Crauet. de indemnit. mulier. colum. 17. verſi. neque obſtat quòd maritum. mihi nu. 23. & uide per eundem Bal. in l. iubemus, §. ſancimus, el primo. C. de ſacroſ. eccle. ubi ſummat tex. quòd emptor punitur amiſſione prætii, & titulus non excuſat, cum à percipiendis puniendus eſt œconomus in priuatione officii reſarctione damni, ad quod & hæres eius tenetur. & primo not. nota
23 illicitè † contrahentes puniri amiſſione prætii ſoluti, not. Iaco. But. Bal. & Saly. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanc. eccleſ. Bal. in l. prædium, C. de præd. minor. doctor. in capitulo ad audientiam, & capit. ſi quis præsbyter. de reb. eccle. non alien. Alex. conſi. 4. 3. uol. & quærit glo. nunquid eccleſia de
24 benignitate illud prætium † debeat reſtituere emptori, & dicit, quod ſic, ſed non de neceſſitate. Pau. de Leaz. & Guliel. de Vin. dicunt in clem. prima. de reb. eccleſ. non alien. quòd eccleſia tenetur reſtituere de neceſſitate, ſi emptor fuit bonæ fidei, quia erat ei permiſſum ignorare iura, & hoc de æquitate canonica, non obſtante rigore iuris ciuilis, allegat cap. uulteranæ. 12. q. 2. quod eſt notandum, idem tenet ibidem Petr. de Ancharan colum. 3. uer. octauo no. idem tenet ibidem Cardinalis verſ. uigeſimo quinto, quòd non debet reddi prætium, quia præſumitur malæ fidei poſſeſſor, quia contra iura mercatur, maximè ſi eſt perſona, cui non licet ignorare iura, 16. q. 3. §. poteſt. verſi. vniuerſas, vbi ſubdit, quod ſi ſit caſus in quo pecunia redditur, dicit, quòd debet reddi cum emolumento & intereſſe propter laborem impẽſum, maximè ſi pecunia ſit conuerſa in utilitatem eccleſiæ, p ea, quæ ibi adducit, ubi tenet, quòd pecunia debet reſtitui emptori de æquitate, non de rigore, per glo. in l. iubemus. la ſecunda. §. ſanè el primo. C. de ſacroſanc. ad latè adducta per Fely. in c. cum cauſam. col. 6. uer. ad illud mirabile, de re iud. ubi multa cumulat.

25 Item ſi emptor, aut † poſſeſſor eccleſiæ eſſet in bona fide, poteſt etiam petere ceſſionem actionis, quod expreſſe tenent doctores in c. ſi quis, de reb. eccle. non alien. ut per Abba. ibidem. verſi. in eadem glo. ibi, rem, & hanc opinionem Abbatis ſenſit Ioã. And. in d. c. ad audientiam, ut diſtinguamus inquit Abb. inter emptorem bonæ fidei, & malè fidei, & glo. in c. uulteranæ, 12. q. 2. & dicit D. Pet. Rebuff. in compendio alien. rerum eccleſiæ in expoſitione capituli ſine exceptione, 12. q. 2. quando recenſet pœnas, quas incurrit prælatus ob malam alienationem, in pœna duodecima, quòd
26 res malè alienatæ reuertuntur ad eccleſiam, nullo dato prętio, cap. primo. de ſchiſma. & ibi per Pet. de Ancharan. Floren. in tertia parte ſummæ titu. 24. cap. 9. ubi dicit emptorem habere recurſum contra uenditorem ad prætium, non poterit tamen uti retentione rei eccleſiæ, ut no. in c. fi. de rebus eccle. non alien. fuſius in hac materia diſtinguit Imola d. c. ſi quis. uerſi. in ea. ibi, ubi dicit, & nota bene, quia gloſ. uidetur ſimpliciter velle, quòd ibi alienans rem eccleſiæ non ſeruata debita ſolemnitate, ſi habet bona propria, unde poſſet ſatisfacere emptori de prætio, tunc tenetur de euictione, & ſic ad ſatisfaciendum emptori de prætio, nec diſtinguit glo. an emptor fuerit bonæ, uel malæ fidei, & ſic uidetur uelle indiſtinctè, etiã ſi emptor ſit malæ fidei, quòd habeat actionem ad prætium, contra alienantem, ſi habet unde poſſit ſatisfacere, & idem uidetur ſenſiſſe gloſſ. ſupra, ſed contra, dum dixit, quòd non uidetur audiendus alienator, cum teneatur de euictione, nec diſtinguit inter emptorem bonæ fidei, & hanc opinionem, quòd etiam emptor malæ fidei habeat actionem ad prætium contra alienantem, & ſit ſpeciale in odium ipſius malè alienantis rem eccleſiæ, & ut emptores ſint ſegniores, & magis pigri ad intromittendum ſe de rebus eccleſiæ, ſeu de emptione rei eccleſiæ, tenuit gl. Ioann. 10. quæſtione ſecunda, hoc ius. verſicu. quæ verò res iam dictas, idem tenuit Hoſtien. in capitulo ad audientiam. de rebus eccleſi. non alienan. gloſſ. in capitu. uulteranæ, 12. quæſtione ſecunda. diſtinguit inter emptorem bonæ fidei,
23 & malæ fidei, † ut primus poſſit agere ad prætium, ſecundus non, & ſic dicatur ſemper ille eſſe malæ fidei emptor, qui contra iura mercatur, ut habetur in l. quemadmodum. allega. in gloſſ. & de regu. iur. qui contra, & reſpondit gloſſ. in dicto capitu. uulteranæ, quòd illud eſt verum quantum ad uſucapionem, ut illam non poſſit facere, non autem eſt verum quantum adhoc, quin poſſit habere regreſſum contra ſuum authorem, ſi ſit bonæ fidei, nam etiam ſi quis erret in iure, l. ſed & ſi lege, §. ſcire, cum ibi no. de peti. hære. & in l. ſi furem. §. primo. ff. de uſucap. & iſtam opinionem, ut diſtinguatur inter emptorem bonæ fidei, & malæ fidei, tenuit gl. in c. ad audientiam, de rebus eccle. non alien. Goff. & Laur. in d. c. uulteranæ, & in tali opinione uidetur finaliter reſidere Innocentius.

Sed inquit Imola Domi. Petr. hic dubitauit, & dixit cogitandum eſſe, tamen in dicto capitu. ad audientiam. tenuit primam opinionem, & idem ibi tenet domi. Anto. hic. pri-
28 mo ponit opinionem, quòd diſtinguatur, an emptor † fuit ſciens factum, & ius, & ſic fuit in mala fide, & tunc non tenetur uendens de euictione, niſi expreſsè promiſerit, ut habetur in l. ſi fundum ſciens, C. de euictio. & dicit, quòd tunc non obſtabit exceptio contra alienantem, ſi repetit rem ipſam malè alienatam, quod eſt clarum, ſi non promiſerit de euictione, ex quo etiam non tenetur ſecundum prædictam opinionem. Idem tamen ſi promiſit, quia etiam tunc non obſtabit exceptio, per ea, quæ habentur, in l. quemadmodum, & in l. uendicantem, ff. de euictio. ſecus uerò eſt, ſi emptor fuit ignorans factum, & ius, quia fortè ignorauit rem eſſe eccleſiæ, uel etiam ignorauit ſolum ius, quia credit alienantem poſſe alienare, & ſic fuit in bona fide, facit quòd habetur in d. l. ſed & ſi, §. ſcire, quia etiam tenetur venditor de euictione. per id, quod habetur in d. l. ſi fundum. à contrario ſenſu, & in toto tit. de euictio. C. & ff. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quem de euictione tenet actio &c. habet locum quando quis agit nomine proprio.*
2 *Prælatus ſi nomine eccleſiæ rem uendicare uelit, non ei obſtat exceptio, quem de euictione &c.*
3 *Doli replicatio eſt licita, quando agens non incipit à dolo, ſed excipiens.*
4 *Dolimentio videtur facta, quando cauſa eſt ita expreſſa quod dolum arguat.*
5 *Alienatores ſi plures ſunt, omnes tenentur de euictione.*
6 *Alienans rem eccleſiæ nunquid teneatur de euictione.*
7 *Emptor ſi induxit prælatum ad rem uendendam, prælatus poteſt excipere, nec replicatione doli repelletur.*
8 *Dolus repellit eum, à quo incipit.*
9 *Conſentientes, & ſubſcribentes, non tamen alienantes de euictione non tenentur, ſed alijs ſubiacent pœnis.*
10 *Conductores rerum eccleſiarum habent actiõnem contra locatores, ſi ſunt bonæ fidei, aliàs ſecus.*
11 *Alienans rem eccleſiæ tenetur ad reſtitutionem prætij, etiam emptori malæ fidei, non tamen ad aliud intereſſe, nec eccleſia tenetur.*

De eadem materia.

POterit tamen nihilominus venditor repetere rem ipſam malè alienatam, quia non repetit illam ad propriam utilitatem, ſed ad utilitatem eccleſiæ, unde ſibi non obſtabit regula, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, l. uendicantem, ff. de euictio. quia † dicta reg. habet locum, quando quis
1 agit nomine proprio ad propriam utilitatem, & ſic agit eodem reſpectu, in quo conuenitur de euictione, ſed inquit in caſu huius capituli agit nomine alieno ad utilitatem alienam, & ſic tanquàm alius, & per conſequens diuerſo reſpectu agit, quàm conueniatur, ideo tunc non habet locum dicta regula, per gloſſ. d. cap. ſi quis. in gloſſ. fina. ibi, ſed, ſi repellatur, replicabitur, quòd rem eccleſiæ repetit, quia contractus nullus eſt, & ideo non tenetur, & ibi Abba. ſqui inter pretando illam gloſ. dicit, quòd prælatus in repetitione agit nomine eccleſiæ, & ſubdit, quòd ibi habetur caſus, in quo quis auditur allegans turpitudinem ſuam, agendo nomine alterius, ubi Auguſt. Bero. dicit eſſe aduertendum quomodo agat prælatus, quia ſi nomine ſuo, repellitur exceptione regulæ, quem de euictione &c. ſecus ſi agit nomine ſuæ eccleſiæ, & ad illius nullitatem, cum inquit ſit cõmunis

ſenten-

2 ſeùtentia, quòd, ſi prælatus rem alienatam vendicare velit, illi obſtat dicta exceptio, per eum in capitulo, ſi quis.col.21. & 22.nu.46.& nu.48. Dom.Ant. videtur tenere cum Innocen.ꝙ etiam ſi ſcienter emerit emptor, competit ſibi actio de euictione, & erit ſpeciate hoc, & ſic in odium alienantis, licet regulariter ſit ſecus, ut probatur in l.ſi fundum ſciens, C.de euictio.& ſi dicatur, agenti obſtet exceptio doli, quia poterit excipi, ꝙ rem illicitè emit, & dicit, quòd tunc poterit replicari, quòd ipſe venditor etiam illicitè uen
3 didit, quòd † licita videtur eſſe replicatio doli, quando agẽs non incipit à dolo, ſed excipiens, ut contigit in caſu iſto, quia emptor ſimpliciter dicit rem uenditam ſibi fuiſſe euictam,& ideò de euictione,vt prætium ſibi reddatur, ſic non incipit à dolo,ſecus ſi ipſe emptor inciperet dolum propone re,per id,quod legitur,& not.in c.pen.cum notatis ibidem p Inn.de adult.extra.& ideò ſi emptor diceret agendo contrà venditorem ꝙ ipſe uenditor, reddat talem rem, quam illicitè ſibi quæſiuit,euictam,& ideò petit eum cõdemnari ad intereſſe,tunc quia incipere videtur à dolo,ſi uẽditor excipiat de dolo emptoris,dicendo quòd ipſe illicite emit, non auditur emptor replicando,ꝙ dicit Inn.procedere, quando agen do emptor expreſſe faceret mentionem doli.Idem & ſi facit
4 mentionem † doli,ut quia in libello ſit cauſa taliter expreſſa, ꝙ dolum arguat,ſecundùm not.in c.2.de lib.oblat.exprimetur tunc cauſa turpis,& idem dicit ſi non exprimatur exp̃ſſe, quia dicta actio habet in ſe dolum uelatum, ſapientẽ naturã actionis,in cuius locum ſuccedit,l.ſi eum. §. qui iniuriarum,
5 ff.ſi quis cautio.& ſubdit etiã Inn.ꝙ nedũ † ſolum alienator principalis tenetur de euictione,ſed,ſi plures fuerunt,omnes tenentur; vide queſtionem hanc diſputatam per Laur.de Rodul.in c.ſine exceptione.quæſt.62.ubi quærit nũqd alienator
6 † rei eccleſiæ teneat̃ de euictionẽ emptori,uel cõductori,ubi in uerſ.item oppono,dicit ꝙ p̃lato vendenti datur exceptio contrà agentẽ de euictione,ſcilicet ꝙ rẽ eccleſię illicite emit vnde ſibi debet imputari, ſi damnũ incurrit, ipſe tamen uenditor male ſimiliter,& illicite uẽdit,unde pariter ipſe damnũ pati debet,& de euictione teneri; uel ſi dicas dandã actionẽ prælato, dicam dandã replicationẽ actori,q̃ q dẽ cõpetit,quãdo excipiens incipit dolum proponere, ut not.de adulter. d.c.pen.& ſi.modò hic bonæ fidei emptor de euictione agẽs nullam de dolo mentionem facit,ſed agit de euictione, ſicut eſt de natura contractus,prælatus verò de dolo excipit,& ſic ĩcipit primò de dolo opponere;meritò igitur poteſt emptor
7 de dolo contrà ipſum replicare;ſi autem † emptor primò dolo eum .nduxit ad talem rem uendendam,tunc poſſet prælatus excipere,qui replicatione doli non tenetur, l. apud Celſum.ff.de dol.exceptio.§.Marcellus,quod proſequere,vt ſcripſit Inno.Io.And.Io.Cald & Io.de Ligna.in d.c.ſi quis,extra, de reb.eccl.non alie.ſed aduerte,quia prædicta uiderentur ẽt poſſe procedere in malæ fidei emptore, ſicut in bonæ fidei, nam ſicut bonæ fidei emptor,cũ agit de euictione, non facit de dolo mentionem,ſed ſolum prelatus de dolo excipiens, ita ẽt malæ fidei emptor poterit facere,ẽt ſi diceres, eſto, ꝙ doli mentionem non faciat nihilominus in ſuis uerbis inclu dit,dicam idẽ fore in eo qui eſt bonæ fidei,quia nulla differẽtia eſt in ipſis verbis,niſi dicas in hoc eſſe differentiam, quia bona fide contrahens non põt in uerbis ſuis includere dolũ, quẽ non adhibuit,ſed mala fide ſic,quia eum adhibuit,& ſic habet, ꝙ põt includere ſeu proponere:oportet ergo, ꝙ prelatus excipiens probet emptorẽ adhibuiſſe dolũ,vt quia ſciuit, & tunc in ſua petitione intelligitur incluſus,ita ꝙ eo caſu repellatur exceptione;ſecus aũt ſi non probatur, ex quo vĩ de
8 bere concludi,ꝙ attendi † debeat, in quo fundatus fuit dolus,ideſt à quo incipit,& ille ſine agendo, ſiue excipiendo repelletur,de quo uide in glo.ſi.in cap.dilecti.de exceptio. & de adult.c.intelleximus,vt ibidẽ per D.Laur.de Rodul.Alij,ſecũ
9 dũ † quod ſubdit Imol.dicto loco, dicunt, qđ conſentientes & ſubſcribentes non tenentur de euictione, ſed ſubiacẽt alijs pęnis,de quibus in c.nõ liceat,12.q.2.& l.iubemus, §. ſanci-
10 mus,C.de ſacroſan.eccl.& vltimò ſubdit,ꝙ quidã dicunt,† ꝙ cõductores rerũ eccleſiaſticarũ,ſi ſunt bonę fidei,habẽt actionẽ ꝙ locatores,ſed nõ ſi ſunt malæ fidei, niſi ſibi de euictione p̃ſpexerint,facit.l.uniuerſi.C.ne vi.dom.vel tẽplo.vt p eundẽ Imo.d.loco.vbi nõ dicit,q̃ opinio ſit uera, & q̃ tenenda, ſed ſe remittit ad dicta p eũ in c.ad audiẽtiã,eo.ti.de reb.eccl.non alie.vbi in vlt col.verſ.ſed certè,dicit,ꝙ in hoc caſu fortè poſſet dici de iure,ꝙ ex quo emptori nõ dat̃ actio de euictione ſimpliciter,ſed ſolũ ad petendũ id ꝙ dedit, & ſic ultrà datum nõ põt agere ad intereſſe,vt habetur in auth.q̃ res. C.de ſacroſan.eccl.canonizata in c.hocius.12.q.2.ꝙ ẽt emptor malæ fidei habeat actionem ad repetendum quod dedit, non ad aliud intereſſe contra ipſum uendentem,& non contra eccleſiam,ut habeatur in d.uerſ.quis uero,& in d.auth.quæ res. canonizata cap.in d.hocius.10.q.2.& in §.ſi quis igitur.in authen.ne non alien.& ſic ſpeciale in iſto caſu in odium ma
11 lè alienantis † rem eccleſiæ,ut teneatur ad reſtitutionem p̃tij,etiam emptori malæfidei,licet non ad aliud intereſſe, ſicut in ſimili eſt ſpetiale in l. ſi emptor, C. commun. de leg. vbi emptor etiam malæ fidei agit ad prætium recuperandũ contra uenditorem,licet nõ poſſit agere ad aliud intereſſe, ut uoluit etiam glo.fin.d.c.ad audientiam, & ſic ſpetiale ut dixit in odium ipſorum malè alienantium, ut ſint ſegniores in alienando,per id,quod habetur in d.§. ſi quis igitur. in authen.de non alien.tamen, ut dixi, in practica uideretur, ꝙ hoc difficile teneretur,propter authoritatem glo. & Inn. Io. Cald.& alio.ſed iure ſatis uidetur, ꝙ dicta opinio põt defenſari,& aliàs ut per d.Imol.in d.loco.colum.fi. hanc opinionẽ Imolæ ſequitur,& approbat Ioan.Bertachi.in tract.de epiſc. quarta parte.uerſ.quadrageſimò primò quæro, ubi multos authores adducit.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an poſſit prætium malæ alienationis non exburſatum petere.*
2 *Contraria allegans non eſt audiendus.*
3 *Emptor malæ fidei an prætium ſoluere teneatur in foro conſcientiæ.*

Correlarium ex præmiſſis.



Item poteſt quæri de alio,
1 videlicet an ex quo prætium malæ † alienationis applicatur eccleſiæ,cuius res alienantur,ſi emptor prætium non exburſat,an eccleſia poſſit illud ab emptore petere,& Imola d.loco ſecundùm Butr.in l. iubemus, §. ſancimus,tenet ꝙ ſic.per tex.in auth.quæ res,& ibi ẽt Barto. C.de ſacroſan.eccl.ubi dixit Bal.ꝙ ad tale prætium non agit̃ actione ex contractu,cũ ille contractus ſit nullus,ſed agitur cõdictione ex d.auth.facit quod hĩ in ca.ſæpe.de reſti.ſpolia.& in cap.quærelam.de elect.Butri.tamen in d.§.ſancimus, uidetur uelle,ꝙ etiam actione ex contractu peti poſſit;quia,licet contractus ſit nullus in p̃iudicium eccleſiæ, tamen quoad eius fauorem cenſetur eſſe ualidus,& ideò poterit agere ad prætium;ſed,inquit Imola,plus placet opinio Bald. quia agendo actione ex eo contractu uidetur ratificare contractum,& ſic non uidetur poſſe res auocare ab emptore,quia tunc uidere
2 tur reprobari cõtractus, † & ſic ſurgeret contrarietas, ideò non deberet audiri,l.1.de fur.ut ibi per eundem Imolam ꝑpè fi.& uerba Bald.ſunt,videlicet, quid ſi prætium non eſt ſolutum,utrum eccleſia poſſit petere,videtur ꝙ non,quia contractas eſt nullus,breuiter de rigore iuris ciuilis dicẽdum eſt, ꝙ petere poteſt,non actione ex contractu,ſed cõdictione ex hac.l.quia cõtractus iſte eſt hinc inde ipſo iure nullus,& ideò non erit ius ex eo,ſed in pœnam temeritatis petatur iſtud p̃tium,ut patet in ratione iſtius.§.& adde quod not.ff. de ritu nuptia.l.à diuo.
3 Subdens Bal.ſed † nũquid in foro cõſcientiæ malæ fidei emptor teneatur ſoluere iſtud,uel aliam mercatur pęnam legalem?dic,ꝙ non, quia in foro pęnitentiali non imponitur alicui niſi mera ſatisfactio,iſte eſt tex.& glo. ordinaria in c. fraternitatis,12.q.2.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia nunquid auocet res malè alienatas cum decurſis fructibus.*
2 *Fructus omnes percepti à die deiectionis ueniunt in interdicto, unde vi.*
3 *In reſtitutione fructuum in iuditio rei uendicationis diſtinguitur poſſeſſor bonæ fidei à malæfidei poſſeſſore.*
4 *Titulus habetur pro non titulo, quando quis emit contra legis interdictum.*
5 *Fructus dicuntur,qui ſuperſunt deductis expenſis.*
6 *Deductionem expenſarum in fructibus quærendis factarum nihil impedire poteſt.*
7 *Bonæfidei poſſeſſores quos fructus reſtituere debeant, & quos malæfidei poſſeſſores.*
8 *Bonæ fidei poſſeſſor facit ſuos fructus induſtriales, non autem naturales.*
9 *Error iuris excuſat à reſtitutione fructuum.*
10 *Titulus quando habetur pro non titulo, contractus eſt ſimpliciter nullus.*
11 *Contractus non tenet niſi ſuperioris authoritas interueniat.*
12 *Poſſidens rem eccleſiæ ex contractu nullo tenetur etiam fructus reſtituere.*
13 *Declaratur lex,cùm fundus,digeſtis,ſi cert.peta.*
14 *Succeſſor in beneficio non tenetur contractui facto per prædeceſſorem.*
15 *Alienata ſi fuerunt non immobilia, ſed fuerint fructus, prouẽtus, uel emolumenta, alienatio ndn reuocatur.*
16 *Epiſcopus pro fructibus in eius uita perceptis non poteſt uenire contra factum ſuum.*

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

An fructus venient reſtituendi iure.

1 SEd nunquid res eccleſiæ malè alienata auocatur cum decurſis fructibus, & videtur ꝙ ſic, per tex.in c.non liceat.12.q.2.& d.c. ſi quis præsbyterorum.de reb.eccl.non alien.cum alijs ſimilibus.& habetur per glo.in d.c.non liceat,quæ dicit,& aduerte ſuper iſta fructuum reſtitutione,ſciendum eſt, ꝙ, ſi agitur per interdictum aliquod ad petendum rem cum fructibus,tunc reſtituẽ tur omnes fructus percepti ab eo tempore, quo eſt propoſi-
2 tum interdictum,niſi interdicto vnde ui, † in quo ueniũt fructus omnes percepti a tempore deiectionis.ff.de interdict.ff.
3 de ui & ui armat.l.1.§.ex die;ſi† autem agitur rei uend & tũc diſtinguit,an poſſeſſor fuerit bonæ vel malæ fidei, ſi bonæ fidei,reſtituet tantum omnes fructus perceptos a tempore litis conteſtatæ,uel ad eos qui culpa ſua non ſunt recepti,ſed ante litem conteſtatam perceptos non tenetur reſtituere, ſed tantum exiſtentes.l.certum.C.de rei uend.§. poſt inchoatam.Inſtit.de offi.iud.ſi fuerit malæ fidei poſſeſſor, tenetur reſtituere tam fructus perceptos,quam quos percipere potuit. c.gra uis ext.de reſt.ſpol.& l.ſi nam, §. generaliter.ff. de rei vend.ſi vero malæ fidei poſſeſſor titulum habuit,tũc excuſatur a percipiendis propter titulum.l.ſi fundum. C. de rei uend. niſi ita
4 ſit, ꝙ ille titulus habeatur pro nõ titulo,† veluti eſt,cum quis emit contra legis interdictum.l.quemadmodum. C.de agri. & cenſi.lib.11. & alios caſus habes notatos.l. ſed & partus.ff. ꝙ met.cauſ.idem fere dicit gloſſ.in c.grauis, de reſt. ſpol.quæ
5 habet, ꝙ fructus † dicuntur, qui ſuperſunt deductis expenſis, quæ fiunt gratia quęrendorum,colligendorum,reponendorum,& conſeruandorum fructuum, quod locum habet tam in bonæ fidei poſſeſſoribus,quàm in malæ fidei,etiam prædonibus l.ſi ad non.§.fructus.ff.de petit.hære.& l.plane,in fi.& l.
6 1.C.de fructibus & litis expenſ. nam nullus caſus interuenire poteſt,qui hoc genus † deductionis impediat.ff.famil.herci.l. fundus,qui.primo reſpon.in fi.niſi in vno caſu,de quo.c.tua. de decim.fructus enim intelliguntur deductis neceſſarijs impenſis.l.fructus.ff.de oper.ſer.cum hac diſtinctione ſubdit gl.
7 ꝙ bonæ fidei poſſeſſores † tenentur reſtituere tantum extantes ante litem conteſtatam,& non conſumptos, poſt litem verò conteſtatam vniuerſos.l.certum.C.de rei uend. malæ fidei poſſeſſor autem tenetur reddere omnes, qui probantur ad eum peruenisſe ante litem conteſtatam & poſt.C. de rei uẽd. l.ſi fundum; ſi uero fuerit violentus, tunc tenetur reſtituere perceptos,& eos,qui percipi potuerunt per veteres poſſeſſores,ubi etiam dicere glo.videtur, ꝙ fructus induſtriales, puta
8 frumentum,vinum,† & ſimilia,poſſeſſor facit ſuos, naturales verò fructus,puta poma,ficus & ſimilia, iſtos non facit ſuos poſſeſſor,etiam bonæ fidei;& de reſtitutione iſtorũ fructuũ, & quomodo reſtituendi ſint,habes,inquit,Inſtit. de offi.iud. in prin.ff.de rei vend.ex diuerſo.ibi no.& in uerbo reſtitutionis,omnis utilitas actoris continetur.ff.de uer.ſig.l.cum prætor,& 3.q.1.per totum,& 2.q.2.per totum.

Adde ad hanc materiam,illa quæ habentur per Lauren.de Rodulf.in repetitione capituli,ſine exceptione.12.q.2. in quæ ſtione ſua ultima, ubi quærit, quomodo poſſunt repeti fructus,cum emens habeat titulum emptionis, uel alienationis, quem putat iuſtum,& ſic bona fide poſſedit.ca.ex literis, ext. de iure patrona.l.bonæfidei.ff.de uerb.ſig. & bonæ fidei poſſeſſor non tenetur fructus reſtituere.ff.de acq.rer. dom.l.bonæ fidei.de uſur.l.qui ſcit.§.bonæ fidei.c.conſultationibus, de iure patro.de cauſa poſſeſſ.c.olim.de elect. cap.quærellam.de reb.eccl.non alien.c.ad noſtram.Præterea, ad hoc ut quis nõ
9 teneatur ad fructus,ſatis erit, † ꝙ errauerit in iure.l. ſed & ſi lege.§ ſcire.ff.de peti.hære.not.Dyn.& Io. And.poſt eum c.2. in prin.de reg.iur.in 6.facit tex.in l.de fructib.ff.de dona. inter uir.& uxor.ubi habetur, ꝙ, ſi uxor bona fide recipit fructus rei donatæ a uiro,illos facit ſuos, & tamen contractus non tenuit,vt c.ſi.de donat.inter uir.& uxo.Io. Cald.dabat duas ſolutiones,Prima, ꝙ tales fructus repeti poſſunt, quando videlicet emptor,uel qui rem male alienatam recipit, non errauit in iure,& ſciuit ius,ſecus ſi ignorauit, quo caſu procedunt caſus contrarij ſupra allegati, in quibus propter ignorantiam, uel bonam fidem emptor,uel receptor acquirit fructus rei,& eos facit ſuos,pro hac reſponſione ſiue ſolutione facit tex. in c.ſane.14.q.5.& l.quemadmodum.C.de agric.& cenſi.lib.11. & ꝙ ibi not.in glo.reddit,& in gl. ult.ſed contra hanc ſolutionem facit tex.in c.ſi quis.de reb.eccle.non alien.extrà,& c.nõ liceat.12.q.2.quæ iura generaliter loquuntur,& indiſtincte dicunt fructus rei male alienatæ reſtituendos,& ideò idẽ Cald. tranſit ad eam ſolutionem, quę eſt, ꝙ contraria non habent
10 locum,quando titulus habetur pro non titulo, † quia contractus eſt ſimpliciter nullus,ut d.c.ſi quis,& c.non liceat, allegatis,ſecus eſt,ſi poteſt ratificari,& ſiue ratus haberi,ſaltim in caſibus,vt in d.l.de fructibus; nec putat ipſe iuris ignorantiam excuſare in acquirendo.l.iuris ignoran.& l.ſeq.de iuris,& fac. ignoran,ad text.in c.ad noſtram.reſpondet, ꝙ ibi conductor tenuit fructus pro mercede laboris,ut ibi dicitur, ſed quia ibi contractus tenuit,ſed ob læſionem datur reſtitutio,& dicit ſibi placere,ſed intelligo igitur, ꝙ ibi interuenit ſuperioris au-
11 thoritas;† quia aliàs non tenuiſſet,ut in c.abbatibus,& c.placuit,eadem.12.q.2.& 17.q.4.in uenditionibus,ut per D.Laur. d.q.69.d.loco.

Et pro hoc uide Rebuff.in ſuo compendio.in expoſitione capituli,ſine exceptione.12 q.2.ĩ uerbo irrita,ubi dicit, ꝙ alie
12 natio rei eccleſiæ non adhibitis ſolemnitatibus eſt nulla ipſo iure,ex quo infertur, ꝙ † emptor rei eccleſiæ, uel alius, qui poſſederit rem eccleſiæ, ex hoc contractu nullo tenebitur ẽt fructus reſtituere.c.ſi quis præsbyterorum.de reb.eccle. non
13 alien.& c.grauis.de reſt.ſpolia.nec refragatur † text.in l.cum fundus.ff.ſi cer.pet.ubi bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus in contractu bonæ fidei uſque ad tempus petitionis, in contractibus uerò ſtricti iuris uſque ad litis conteſtationem, per illum tex.qui debet intelligi,quando contractus tenuit,ſecus
14 ſi fuerit nullus; ſecundò infertur, ꝙ rector † eccleſiæ ſubſequens,& ſucceſſor non tenebitur ſtare illi alienationi nec cõtractui facto per prædeceſſorem.d.c.ſi quis,Flor. in tertia parte ſummæ.tit.12.c.5.rubrica de alien.rerum eccleſiæ.

15 Sed ſi † iſta alienata ſint,fructus,prouentus,uel emolumenta,& reditus eccleſiæ,non reuocatur alienatio facta a rectore per errorem circumſcripta tamen læſione, etiam ſi locatio & alienatio fuerit nulla,& inualida,& ex tali locatione fructus percepti,per ea,quæ habentur in Rotæ deciſi. per Moedan.tit.de reb.eccl.& de reſcrip.deciſi.251.ubi epiſcopus, qui tranſegerat ſuper fructibus certarum camerarum perceptis per conductorem, ſupplicauerat Papæ pro confirmatione tranſactionis,& eam obtinuerat,uolens reſilire a tranſactione,& confirmationem infringere,ex capite, ꝙ conceſſio fuerat nulliter facta,& ꝙ ſuper re clara, ſuper qua non uertebat lis,non ualeret facta tranſactio, etiam iudicatur non audiendus,ex quo fructus ſpectarent ad epiſcopum, licet eſſent iniu-
16 ſte per conductorem percepti; quia epiſcopus pro † fructib. in eius uita perceptis non potuit uenire contra factum ſuum. Abb.& Innocen.in c.cum ueniſſent.de inſtit. & confeſſio facta a prælato eius uita durante ualet.per Dom. c. conſtantinopolitana,& per Fel.in c.fi.de prę ſcrip.Abb.in c.ueniens, de tranſact.Roman.q.369.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reſtitutionis in integrum tunc datur quando nulla alia ſupereſt actio.*
2 *Alienatio ſi facta ſit in caſu non licito,& non interuenientibus ſolemnitatibus,nulla eſt ipſo iure.*
3 *Reſtitutio non datur pro leui damno.*
4 *Capituli conſenſus cum credulitate vtiliter contrahendi ualidat contractum.*
5 *Res eccleſiæ ſi in ſubhaſtatione deliberatur minus offerenti, an ualeat deliberatio.*
6 *Valet contractus,quando prælatus & capitulum credidiſſent,quòd res nõ ualeret plus,ſed reſtituitur eccleſia læſa.*
7 *Eccleſia intra quadriennium petit reſtitutionem aduerſus læſionem.*
8 *Maior effectus habet tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem.*
9 *Verbum ſemper,quomodo intelligatur.*
10 *Eccleſia eſt ſemper minor,& ideò ſemper reſtituitur.*
11 *Eccleſia contra quemcunque cõtractum petit reſtitutionẽ probata læſione.*
12 *Ad hoc ut eccleſia reſtituatur,duo requiruntur, primò ut ſit læſa,ſecundo vt de læſione appareat.*
13 *Iuramento prælati ſuper læſione non ſtatur.*
14 *Eccleſia reſtituitur non modo quando agitur de dãno euitando, ſed etiam quando agitur de lucro captando.*
15 *Eccleſia etiam ultra quadriennium reſtituitur, quando adeſt aliqua iuſta cauſa ut reſtituatur.*
16 *Eccleſia ultra quadriennium reſtituitur quando intra id tempus impedita eſt petere reſtitutionem.*

QVAESTIO XXIII.

De reſtitutione in integrum, quæ ob læſionem competit eccleſiæ.

SVbuenitur autem eccleſiæ & per aliam uiam,& per aliud remedium, quãdo eſt læſa;quia tunc ei competit remedium reſtõnis in integrum,
1 quod † tunc datur,cum alia actio nõ ſupereſt.l.in cãæ,in principio.ff.de mino.& c.2.extra.de offi.iud.& per gloſſ.in c.1.de in integ.reſt.in uerbo reddere;quæ dicit, ꝙ tũc auxilium reſtitutionis eſt neceſſarium,qñ nulla ſupereſt alia actio,vnde nota, ꝙ ſi alienatio rei eccleſiæ eſt facta in caſu licito, & debitis ſolemni-

Source : BIU Cujas

ſolemnitatibus interuenientibus,ſicut debet, & traditur in c. ſine exceptione.12.q.2.& c.hoc ius. 10. q 2. tunc bene valet contractus,& ſi læſa ſit eccleſia ex contractu illo, ei non ſubuenitur alio modo,niſi per beneficium reſtitutionis.c. ad noſtram,vbi caſus ſecundum vnam lecturam.eo.tit. tenent hãc partem Io.And.Imola & Panor.d.c.1.de in integ. reſt.tenet Imola in elemen.ſecunda eo.tit.niſi forſan eſſet decepta vltra dimidiam iuſti prætij, quia tunc non recurrit ad beneficium reſtitutionis in integrum,ſed habet iuuamen ex diſpoſitione iuris communis,ex tex.in l.2.C. de reſcinden. uend.& c.delictis.& cap.cum cauſa.extra de empt.& uend.† ſed ſi alienatio non ſit facta in caſu licito,& cum iuris ſolemnitatibus oportunis,vt dico ſupra,tunc nullus eſt contractus ipſo iure, d.ca. ſine exceptione.& cap.apoſtolicos.12.q.2.& tunc agitur iure communi,contra poſſeſſorem,vt late diximus ſuprà.arg.l.iubemus.C.de ſacroſan.eccle.& l.2.C. ſi aduerſus vendit.& per d.gl.d.c.1.de in integ.reſt.habetur per Spec.eod.titu.in §.quis autem, mihi col.16.uerſi. & ſcias, ꝙ hoc beneficium competit,cum res aut perſonæ læſæ ſunt enormiter,nec habẽt aliud auxilium,per quod eis valeat ſubueniri,nam pro modica læſione non datur,nec vbi aliud ſupereſt remedium ordinariũ, puta quia contractus nõ tenuit, vel ſi competat actio aliqua, vel exceptio per quã læſus ſibi proſpicere poſſit.l. ſcio §.quæſitum.ff.de minor.& idem ibi in margine ad Specul. habetur optima glo.in cap.ad noſtram, de rebus eccleſiæ non alienã. in verbo enorme; quæ exponendo verbum enorme, ideò enorme dicit, quia pro leui damno † non datur reſtitutio.ff. de reſt.in integ.l.ſcio,& de reſt.in integ.cap. primo, ſed nunquid in hoc caſu,cum læditur enormiter, ſubuenitur & per beneficium reſtitutionis,uel ipſo iure tuta eſt, dico ꝙ ex quo conſenſus capituli † affuit,& credebat vtiliter contrahere,tenuit contractus,licet læſa ſit eccleſia.cap.cum dilecti,extra de emptio.& uendit.& 12.q.2.ſiue,ſed ſi decepta eſſet ultrà dimidiam partem iuſti prætij, ſubuenitur ei iure communi, vti etiam cuilibet.l.2.C.de reſcinden.uend.& d.c.cum dilecti, ſecundum hoc uſque ad legitimam præſcriptionem poteſt agere,licet quidam dicant, ꝙ in hoc caſu agendum ſit officio iudicis;facit ꝙ habetur per Lauren.de Rodul.in cap. ſine exceptione ſua,quæſt.46.ubi quærit, quid ſi exponatur res eccleſiæ venditioni,& fit ſubhaſtatio,& venditur, ſeu † deliberatur offerenti minus,nunquid iſto caſu ualet venditio, & dicunt quidam, ꝙ ſic, quia licitum eſt contrahentibus ſeſe inuicem fallere,uſque ad dimidiam iuſti prætij.ff.de minor.l. in cauſę. & l.2.C.de reſcinden vend.& ca.cum cauſam. extra de empt. & uend.& cap.cum dilecti,cum ibi not.alij dicunt contrariũ, & ꝙ illa regula de contrahentibus non habet locum in reb. & inter perſonas eccleſiæ; faciunt ad hoc, quæ dicit Ioan.de Lignano in cap.ſi quis præsbyterorum.de rebus eccleſiæ non alien.cap.per tuas.in fi.de donatio.& quæ notat glo. in auth. hoc ius,in verbo plus offerenti,ubi optime 12.quæſt.2.& iſti bene dicunt inquit Lauren. quoniam tunc ex eo manifeſte patet non fuiſſe procuratam eccleſię vtilitatem,immo damnum,cum minus offerenti venditur, non nego tamen quin alienatio facta in caſu deceptionis eccleſiæ vſque ad dimidiã iuſti prætij,poſſit eſſe valida,pone ꝙ prælatus, † & capitulum credidiſſent, ꝙ res vendita non ualuiſſet plus, ſed ſeruaſſent debitam formam in uẽdendo,alienatio vtique tenuiſſet, ſed ſi læſio appareret enormis,eſſet locus reſtitutioni in integrũ. per Lauren.d.q.46.eſt deciſio Guid.Papæ q.159.

Et ad obtinendum beneficium reſtitutionis eſt eccleſiæ tempus quadriennij præfixum, intra ꝙ poteſt petere tale remedium,quia intra quadriennij ſpatium petit eccleſia reſtitutionem aduerſus læſionem per Bal.in conſi.371.incip.in chriſti nomine.uol.2.& in hoc æquiparatur minori,quia ſicut minor poſtquam exceſſit † vigiti quinque annos, petit reſtitui uſque ad quadriennium de his, in quibus læſus fuit infra 25. annos,ſic & eccleſia tantum vſque ad quadriennium petit reſtitui,ubicumque læditur a tempore læſionis computãdum, & ꝙ dicit tex.ſemper debet illæſa ſeruari,illud verbum, ſemper,non notat tempus,vt circa eundem contractum,uel circa eandem læſionem,vt de eodem cõtractu,uel eadem læſione ſemper in perpetuum poſſit eccleſia reſtitui,nam abſurdũ iſtud uidetur, & eſt contrà id ꝙ legitur. C. de temp.in integ. reſti.l.ultima,ubi dicitur,ꝙ omnis reſtitutio debet infra quadriennium terminari,ſed ſic debet intelligi † illud uerbũ,ſemper,ideſt quotieſcunque læditur eccleſia, debet petere reſtitutionem ſuper illa læſione uſque ad quadriennium,& ita ſi mil lies læderetur milies poteſt reſtitui, & ita ſemper eſt minor, † quia ſemper reſtituitur,& reſtituetur quãdiu durabit in his, in quibus lædetur,& ſic re vera fungitur iure minoris, & eſt ita communis opin.alij dixerunt,vt Ala.& G. Naſo. cum eo. ꝙ in infinitum eccleſia poſſit reſtitui ſuper eo contractu, in quo læſa eſt,nec currit ei illud quadriennium.arg.infra eo.c. tum ex literis.& inhærent ſuperficiei iſtius verbi, ſemper, ſed male intelligunt,ſed tu dic,& expone verbum, ſemper, ideſt in omni contractu,ſiue ubicumque & quandocunque læditur,vt per glo.d.c.1.de in integ.reſt. ext. in uerbo iure minoris.d.c.idem habetur in glo.in verbo admittendam. cap. 1.de reſt.in integ.in 6. ubi dicit, ꝙ reprobata eſt opinio Gulielm. Naſo.& Goff.qui tenebant indiſtincte, ꝙ eccleſia reſtituetur in integrum etiam poſt quadriennium, & approbata eſt opinio Vincen.Bernard.Io.And.Inn.& Hoſtien.& Abb.qui omnes dixerunt contra, & ita tenet Specul.eod.titul.rubr. infra quod tempus reſt. danda ſit.& dicit Abb. in primo not. in d. c.1.† ꝙ eccleſia reſtituitur non ſolum aduerſus contractum venditionis,ſed etiam aduerſus contractum locationis, ſi per talem contractum paſſa eſt læſionem, ſed dic generaliter, ꝙ aduerſus contractum poteſt eccleſia petere reſtitutionem, ſi poteſt probare læſionem.c.1.eo.tit.lib.6 ſubdens in ſecundo notab.† ꝙ duo ſunt requiſita,ad hoc,ut eccleſia conſequatur reſtitutionem aduerſus contractum; nam primò requiritur, ꝙ fuerit læſa occaſione illius contractus; ſecundò ꝙ manifeſte appareat de læſione, non tamen intelligas, ꝙ læſio debet eſſe notoria,ſed requiritur, ꝙ ſit manifeſta,hoc eſt per teſtes, aut alia legitima documenta probetur de læſione, quia intereſſe proueniens ex contractu debet probari per teſtes, not. in glo.in c.dilecti.de for. compet.facit tex. & ꝙ ibi not. Inſtit. de uerb.obliga.in fin.& non † ſtatur iuramento prælati ſuper læſione,ſecus ſi ſibi intereſſe proueniret ex maleficio aduerſarij,quia tunc bene ſtatur iuramento damnum paſſi. addit Abbas tertium requiſitum,uidelicet,quia non pro omni dãno,uel pro modico dãno datur beneficium reſtitutionis eccleſiæ.c.pen.de rebus eccleſiæ non alie.extra.& in l. ſcio.ff.de in integ.reſt.

Item eccleſia nedum reſtituitur quando enormiter eſt damnificata,ſed etiam reſtituitur, quando amiſit, vel perdidit lucrum,etiam reſtituitur in lucro nedum in damno, dicit optime tex.in c.auditis.de in integr. reſt. in uerbo reſtituimus,ibi, item quicquid amiſit non ſolum in damno, ſed etiã in lucro.ff.de min.l.ait prętor.§.ultimo,& l.non omnia,& ibi Abb.uerſi.ſecundò not.ubi dicit, nota ꝙ eccleſia etiam reſtituitur in lucro,ſicut minor, ut ſi ex contractu,uel quaſi contractu perdit lucrum.Addit & quartum requiſitum,nã oportet,ꝙ eccleſia,quæ vult reſtitutionem,ſit infra tempus reſtitutionis petendæ,ideſt infra tempus quadriennij a tempore læſionis,c.1.eod.titulo. lib. 6. niſi ſubſit † aliqua legitima cauſa, per quam debeat audiri, etiam ultra quadriennium, puta, quia læſio fuit enormiſſima,vt eſt glo.ſingularis, quam tenebis ſemper menti in d.cap.primo.in fin.in uerbo cauſa; vel ſi uiuit prælatus,qui male alienauit,ut per eandem gloſſ quæ dicit,ꝙ tunc non currit præſcriptio,c.ſi ſacerdotes.16. quæſt.3. ut per Innocen.in c.ex literis.eod.tit.extra, uel multas nouas mutationes habuit eccleſia, uel eminentiſſimum fuit damnum ipſius,quia tunc non currit iſtud quadriennium, vt per Abb.prælegato loco,& dicit glo.in cap.eccleſia.eod.titu.in uerbo per illum tex.ꝙ,cùm † ſubeſt iuſta cauſa,quæ impediuit petere reſtitutionem infra quadriennium, ꝙ poteſt peti poſt quadriennium, vnde nota, ꝙ illud quadriennium non currit durante uita illius prælati, qui male adminiſtrauit, & fuit cauſa illius læſionis,ſed eius ſucceſſor poterit petere poſt mortem ſui prędeceſſoris infra quatuor annos.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis cauſa debet inchoari, & finiri intra quadriennium a tempore læſionis.*
2 *Prælatus petere poteſt reſtitutionem nomine eccleſiæ, etiam ſine ſpeciali mandato.*
3 *Quadriennium læſo incipit currere a principio anni 26 ætatis ſuæ.*
4 *Quadriennium eccleſię incipit currere a fine termini,non a die ſententiæ.*
5 *Quadriennium hoc non eſt utile, ſed continuum.*
6 *Tempus utile non currit diebus,quibus non eſt agendi copia.*
7 *Reſtitutio ſi detur poſt quadriennium an ualeat.*
8 *Olim non dabatur quadriennium,ſed annus utilis.*
9 *Læſio ſi non reſpicit eccleſiam,ſed perſonas illius, non datur reſtitutio.*
10 *Tempus a principio utile non currit ignoranti.*
11 *Quadriennium ſuccedit loco anni utilis.*
12 *Ignorantia eſt probabilis reſtitutionis cauſa etiam in maiori.*
13 *Eccleſiæ maius eſt priuilegium,quàm minoris.*
14 *Eccleſia cum poſt quadriennium non poſſit agere,ut reſtituatur, an poſſit excipere.*

Eccleſiæ quando & infra quod tempus competat reſtitutio.

Et poſſet dubitari quãdo cauſa

reſtitutionis poſſit inchoari,& infra quod tps poſſit finiri,& hĩ in tex.& id dicit gl.in ſecundo no.in clem.ab eccleſia.de in integ.reſt ꝙ cã † reſtitutionis in integrum debet inchoari, & finiri infra quadriennium a tempore læſionis,& ſic officium

Source : BIU Cujas

nobile iudicis; quod imploratur ad impetrandam restitutionem in integrum non perpetuatur per litis contestationem, secus est de actione. l. fi. C. de præscrip. 30. anno. uel 40. subdit glo. item nota, ꝙ ecclesia petit restitutionem infrà quadriennium, licet sit minus quadriennio, & sic confunditur opinio aliquorum legistarum dicentium, ꝙ solum quis debet restitui infrà illud tempus, ad quod fuit læsus, ut si aliquis in præsentia mea cæperit vsucapere rem meam per biennium, & in primo anno fuit absens causa reipub. durante illo anno vsucapit, uolo restitui, dicunt isti, ꝙ non possum restitui, nisi infra annum, & † hanc restitutionem petet prælatus nomine ecclesiæ, etiam sine simplici mandato, secundùm Inno. qui hoc not. in c. susceitata, extrà eo. & in Spec. eod. rit. §. 2. per glo. in d. Clemen. in verbo ab ecclesia, & dicit glo. ibidem in verbo a tempore, ꝙ in hoc casu differt ecclesia a minore, & a maiore, quia minori † istud quadriennium incipit currere a principio anni 26. ætatis suę, ideſt statim cum factus est maior. C. de temp. in integ. rest. l. fi. gloss. in c. 1. eo. in 6. in verbo quadriennium, maiori læso tempore absentiæ currit post reuersionē. ff. ex quibus causis maior. l. ab hostibus. §. fina. in ecclesia non sicut patet in d. clem. 1. & c. 1. & 2. lib. 6. eo. tit. & dicit Inn. in c. coram. eo. tit. extrà, ꝙ, † si ecclesia non probabit in peremptorio, a fine termini incipit currere quadriennium petendæ restitutionis, & non a die sententiæ, quod patet, quia finito termino completa fuit læsio, ex qua daretur restitutio, etiam si nulla sequeretur sententia. c. 1. & 2. in 6. eod. titu. vnde dicit, ꝙ caute facit læsus in ommissione probationum, & in sententia si petit restitui contra sententiam, & probationes ommissas, alij secundum eum, ꝙ quadriennium computatur a tempore sententiæ, & satis est contrà sententiam restitutionem petere, ad hoc. ff. de mino. l. 1. §. 1. sed prius dictum magis placet Innocen.

Item istud quadriennium † non est vtile, sed continuum, dicit litera tex. in prædicta Clemen. ubi gl. in verbo continuū, ꝙ in iure habemus tempus continuum, & vtile, & cōtinuum est ꝙ continue currit diebus feriatis & non feriatis, in prętentia & in absentia, siue sit copia iudicis, siue non. l. fi. C. de præscript. long. temp. tempus verò † utile non currit diebus feriatis, diebus absentiæ, & diebus, quibus non est agendi copia, & istud est multiplex, quia quoddam est cōtinue vtile, quoddam utile, quoad sui principium tantum, quo ad progressum verò non; quandoque est continuum vno respectu, vt veniāt dies feriati, & non alio, quia non currit iuste impedito, sese remittens glo. ad ea quæ notauit in c. 2. & c. quia diuersitatem. in fi. de concess. præb. & quærit gl. in uerbo finiri, in d. clem. si post † finitum quadriennium detur restitutio, an ualeat, & videtur per iura, quæ in utranque partem adducit, concludenter tenere, ꝙ non, vt ibidem, subdens glo. ꝙ olim non † dabat quadriennium, sed dabatur annus utilis, qui uario modo pro diuersitate locorum computabatur, quod hodie est sublatum, & eius loco datur hodie quadriennium. l. fina. C. de tempo. in integ. restit. & dicit gl. in d. clem. 1. in uerbo ecclesia, ꝙ, si † per lapsum temporis non læditur ecclesia, sed solum lędūtur personę ipsius ecclesiæ, puta, quia lapsum est tempus, quo debuit prouidere, vel canonici debuerunt eligere, ꝙ eo casu non competit restitutio, per ea quæ dicit glo. c. fin. in 6. eod. tit. super quo uide quę dicit Abb. in c. 1. extra de præscrip. uersi. sed occurrit. ad fi. ubi dicit, occurrit pulchrum dubiū, circa cursum istius quadriennij, quod datur ad petēdum beneficium restitutionis, nam cōmuniter tenetur, ꝙ aduersus istud quadriennium non datur restitutio, ne processus fiat infinitus, cum veniat ad firmandam præscriptionem, & videtur id probari in c. 1. & 2. de in integ. rest. lib. 6. quando incipiat currere istud quadriennium, certe dicendum, ꝙ a tempore lęsionis, vt in dictis iuribus. & sic post completam præscriptionem, quia tunc ecclesia incipit lędi; sed dico inquit vnum dictum notabile videlicet, ꝙ illud tempus est a principio vtile, vnde † non currit ignoranti, quod videtur probari per tex. d. cap. 1. ubi dicitur, ꝙ, si quis negligenter commisserit rem, ignorans enim non negligit, ut probatur in c. 2. iuncto c. quia diuersitatem. de concess. præb ad id gloss. in c. quam sit, de elect. lib 6. in verbo distulerit, & inst. de actio. §. item mixta, & hanc opinionem tenuit Io de Lig post Tan. in d. clem. una, in verbo continuum, pro hoc facit, quia quadriennium † illud succedit loco anni vtilis, qui olim competebat, vt dicit tex. in l. fina. C. de tēp. in integ. rest debet ergo esse utile a principio, & sic sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, argu. c. ecclesia. vt lit. penden. præterea in d. c. primo dicit, post quadriennium ecclesiam non esse audiendam volentem petere restitutionem in integrum, nisi aliqua rationabilis causa subsit, quæ moueat superiorem ad hoc beneficium concedendum, sed profectò ignorantia † est probabilis causa, cùm inducat restitutionē, etiam maiori, vt ibi per eundem Abb. ad fi.

Item currit istud quadriennium ecclesiæ, nisi per iudicem, uel eum ierit, quia si causam ipsi impedimentum, non currit, videtur dicere glo. in c. primo. præalleg. in 6. in verbo quadriennij, & gloss. ibidem in uerbo contractu. dicit, quod, † si ecclesia petat restitui contra contractum, maius est ecclesiæ priuilegium, quàm minoris; quia, si minor iurat non contrauenire, non restituitur. C. si aduersus vend. authen. Sacramen. pub. si autem prælatus iurat non repetere, uel non contrauenire in contractu ecclesiæ damnoso, deierauit, & ecclesia eodem petente, uel alio, ex iudicis offi. restituitur. 30. quæstion. 9. quod quis. cap. si quis. de reb. eccles. non alien. sed ex quo ecclesia lęsa ad contractum, vel quid simile post quadriennium lapsum non potest restitui, nec agere vt restituatur in integrum, videtur dubitari posse, an † si non potest agere, possit excipere; ista est quæstio quam mouet Cynus in l. superuacuam. C. de temp. in integ. rest. & ibi tenet, ꝙ non, quia fuit in potestate ipsius ecclesiæ intra quadriennium agere, ergo & excipere. l. nec non. §. exceptio. ff. ex quibus cap. maior. ita fuit decisum Tholosæ in capella. quæstion. 138. incip. item fuit quęsitum, id tenet Salic. & Paul. in d. l. supernacuā. sed glo. in cap. 1. de in integ. rest. in 6. vult ꝙ etiam lapso quadriennio ecclesia audiatur, si sit lęsa enormissime, quam glo. sequen. Sicul. in capitu. primo. eod. titul. A ret. §. rursus. inst. de actio. 6. colum. uersi. sed in tempore, sed si cesset enormissima læsio, & alijs causis de quibus in glo. fina. d. cap. 1. lib. 6. si petita fuit restitutio in integrum, restitutio lapso quadriennio cōcessa non ualebit, per Bar. & Nicol. de Neapo. in l. scire. §. cōsequenter. de excu. tut. glo. ad d. q. 238.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptiones longæ non currunt minori.*
2 *Quod est uerum si sint clausæ in corpore iuris, secus in municipalibus.*
3 *Præscriptio temporalis contra ecclesiam currit.*
4 *Clemens quartus pronuntiauit Treuerensem electum post biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ contra mercatores opponere non posse.*
5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ est vtilior restitutione in integrum.*
6 *Restitutio datur ecclesiæ, minori, & Reipub. aduersus præscriptionem.*
7 *Ecclesia sicut pupillus est contra præscriptionem restituenda.*
8 *Præscriptio currit minori, sed restituitur.*
9 *Contractus sunt de iure gentium.*
10 *Præscriptio est de iure ciuili.*
11 *Iudicium est fauorabile, vt teneat, & sit litium finis.*
12 *Delictum prælati nocet ecclesiæ in iudicialibus, sed non in contractu.*
13 *Restituitur etiam maior aduersus præscriptionem propter ignorantiam.*

Continuat materiam præcedentem.

DE restitutione autem, quę competit ecclesię contra contractum, contrà sententiam, contrà defensionem, contra vel aduersus probationem omissam, vide in tex. & glosis, & dictis doctorum cap. 1. & 2. de rest. in integ. in 6. & clem. 1. de in integ. restit. contra uero præscriptionem dic, vt habetur in cap. auditis. in glo. antepen. ext. de in integ. restit. & per Specul. in tit. de rest. in integ. §. quis autem. colu. 14. uersic. hoc autem notandum, habetur, ꝙ etiam contrà præscriptionem restitur ecclesia, vbi habetur, † ꝙ prędscriptiones longæ non currunt minori, imo ipso iure seruatur illæsus. C. in quibus caus. rest. in integ. non est necess. l. Sancimus, † quod verum est, si sint in corpore iuris clausæ, secus si sit municipalis pscriptio. c. constitutus. extra eo. ecclesia etiam restituitur contra prędscriptionem, inquit Specu. secundum D. M. sic potest intelligi extra ut lit. non contesta. c. accedens. 1. de rebus ecclesię non alien. c. ad nostram. Gofr. tñ contra, de hoc extra eod. c. 1. item & præscriptiones iudiciorum currūt, sed restituitur. C. de iud. properandum. §. fi. Vincen. dixit in c. auditis. ad fi. extra eod. ꝙ ecclesia semper habet auxilium restitutionis, nisi ubi cautum in contrarium inuenitur, vt in præscriptione temporali, quę hodie non currit contra minorem, olim uerò currebat, sed restituebaī, vt patet in exceptione non numeratę pecuniæ. l. fi. C. in quibus caus. rest. in integ. non est necessa. sed † tamen prędscriptio temporalis contra ecclesiā currit, ut patet in vsucapio. quę contra eam currit, nec restituitur. 16. q. 3. placuit, & l. quas actiones. C. de hęret. idem extra de prędscrip. c. 1. d. Clemens Papa quartus pronuntiauit Treuerēsem electum post biennium non posse contrà mercatores opponere exceptionem non numeratæ pecunię, uel doli. q̄ ad idē tēdunt, & eos non debere cogi respōdere positionib. electi cām tāgentibus; subdens ibidem Spe. sed, cum dixerim tps, quod daī ad proponendam exceptionē nō numeratę pecunię nō currere minori, vr, ꝙ hoc priuilegium nullum sit, nam post minorem ętatē exactam non currit bienniū, & sic postea non restituit. sed, si aliàs esset deceptus, haberet quadrienniū, quod currit post 25. anno.

en l. r. & fin. C. de temp. in integ. rest. ad hoc dicunt quidam, ꝙ post 25. ann. habet biennium, & post habetur quadriennii & est maius tempus. Vbert. uero dixit, & melius, ꝙ hoc biennium † est vtilius quadriennio. Nam in isto biennio non habet necesse probare sibi fore pecuniam numeratam, vt C. de non num. pec. si ex cautione, sed quando habet quadriennii, habet probare se esse læsum, & se fuisse minorem tempore contractus. l. 3 C. de in integ. Abb. in c. 1. de in integ. restit. uersicul. quoad vltimum tene menti dictum Innocen ꝙ aduersus † præscriptionem competit ecclesiæ, minori, & rei publicæ restitutio, & hunc casum plene examinaui in cap. primo. extra de præscriptio. vt ibi per eum, ubi ponit quæstionem, an contra præscriptionem detur ecclesiæ infrà quadriennium beneficium restitutionis in integrum. Hostien. primò inquit sentit hic ꝙ sit, dicit enim, ꝙ post triennium, de quo hic, non audietur prælatus repetēs iure communi, sed per beneficium restitutionis in integrum, forsan ꝙ sic, remittens ad not. in c. primo de rest. in integ. sed statim ab hoc dicto recedit, dicēs per istum tex. reprobari opinionem Nasonis qui dixit † ecclesiam restituendam cōtra præscriptionem, sicut pupillus, nam vt dicit, si id verum esset, hæc temporalis præscriptio non curreret contra ecclesiam, sicut nec contra adolescentem. C. in quibus caus. rest. in integ. est necess. l. fin. sed ipsemet Hostien. tenuit contrarium in summa de in integ. restit. §. 3. prope fin. vbi dicit præscriptionem currere, sed sibi subuenitur per beneficium restitutionis in integrum, ego, inquit, aliàs in hac quæstione consului, & varias reperij opiniones, & profectò est elegans, & subtile dubium, & primo glo. Ber. multum variat in cap. auditis. de rest. in integ. nunc in vnam, nunc in aliā sententiam declinando; sed tandem consensit opinioni Ioā. & Vincen. qui tenuerunt restitutionem denegendam: moti, quia iura voluerunt per præscriptionem præiudicari. cap. placuit. 16. q. 3. & c. uolumus, ead caus. q. 4.

Item, quia si consideretur restitutio, frustra emanassent iura de præscriptione loquētia aduersus ecclesiam, idem tenuit Goffre. de in integ. rest. 2 colum. dicens, ꝙ nunquam inuenit ecclesiam restitui in usucapione, vel præscriptione, licet quædam tempora subducantur de medio, vt cap. auditis. eod. tit. sed in contractu, & præscriptionibus ecclesia æquiparatur minori, hanc eandem opinionem sentit gloss. in clemen. prima de in integ. rest. dicens illam Clemen. loqui de restit. aduersus lapsum temporis, & non aduersus præscriptionem contra quam non datur restitutio, remittens ad not. in c. auditis. nihil de nouo inducens.

Sed in contrariam sententiam conueniunt numero plures, & ingenij elegantiores, primò Accursius glo. iuris ciuilis in d. auth. quas actiones, & apertius in authen. de ecclesiastic. tit. §. pro temporalibus. ubi dicit hoc communiter teneri; secundo hoc tenuit Ioan. glosator decreti in cap. placuit el secundo 26. quæst. 3. idem tenuit Innocen Papa doctor subtilissimus in ca. primo. de in integ. rest. hanc opinionem sequutus est Paul. de Leaz. & Zenzel. & Ioan. de Lignan. in d. clemen. vna. de in integ. rest. Collect. in cap. auditis, & ibi omnes fere moderni. Hostien. in d. §. 3. Bartol. & Bald. in d. authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. pro hac opinione inquit ego consului in quæstione facti in quodam legato facto ecclesiæ Fratrum minorum de Senis, & probatur hęc opinio, nam minori currit † præscriptio. & tamen restituitur. l. si una. C. si aduers. usu cap. & l. fina. C. in quibus caus. rest. in integ. non est necessaria. not. glo. in l. ficut. C. de præscrip. trigin. ann. ergo idem dicendum in ecclesia, quæ fungitur iure minoris in restitutionis materia, ut in cap. primo. & cap. auditis. de in integ. rest. & cap. 1. & secundo. eod. tit. lib. 6. & in Clemen. una, eod. tit. Nec ualet, si dicatur, dicta iura loqui in contractibus, & præscriptionibus iudicialibus. quia non apparet ratio sic restringendi, si enim aduersus contractum, per quem sequuta traditione transfertur dominium, datur restitutio, ergo fortius est concedenda restitutio aduersus præscriptionem, cum cōtractus † sit de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & interuenit utriusque partis consensus. l. sicut. C. de actio. & obligatio. si utrinque nascitur obligatio. l. Labeo. la secunda. ff. de uerb. sign. præscriptio † autem est de iure ciuili, & inuenta, & causata citrà partium consensum, si ergo per restitutionem fortius vinculum dissoluitur, multò fortius minus forte aut. multò magis. C. de episcopis, & cler. & cap. cum in cunctis. de elect. item actus † iudiciales sunt multum fauorabiles, ut teneant, & sit litium finis, vt in c. finem; de dol. & contum. & l. quidam extimauerunt. ff. si cer. pet hinc alibi dixit glo. notabilis, delictum † prælati nocere ecclesijs in iudicialibus, sed non in contractu, not. in reg. delictum personæ. de reg. iur. li. 6. sed aduersus actus iudiciales restituitur ecclesia etiam aduersus sententiam, vt in c. 1. de rest. in integ. lib. 6. & cap. auditis, ergo multo fortius aduersus præscriptionem extraiudicialem, præterea Clem. un. de in integ. rest. loquitur indistincte, vt aduersus lapsum temporis restituatur ecclesia, ergo aduersus præscriptionem, quæ causatur ex temporis cursu, & pars illa profecto uerior est, maxime ubi præscriptio processit contrà ignorantem de iure suo, & erat in illa quæstione circa legatū ecclesiæ factum, nam ut singulariter uoluit Bar in l. 1. §. si quis autem. ff. de itin. actuque priua. etiam † maior est restituendus propter ignorantiam aduersus præscriptionem. arg. illius legis; ego adduco ad idem glo. not. quæ hoc sentit in l. 1. C. de pa. pote. fac. optimus tex. in l. Pantonius ff. de acquirē. hæred. Non obstant iura, quæ voluerūt ecclesiæ præiudicari per prescriptionem, quia idem reperitur in minori, & tamen conceditur restitutio, idem est; etiam reperire in contractu, qui obligat, sed tamen rescinditur per restitutionis beneficium, nec sequitur, propter hoc, ꝙ iura sint frustratoria, quia hoc est falsum, cum restitutio debeat peti infra quadriēnium, quo elapso alia iusta cau a non apparente manet præscriptio, vt in cap. primo, & secundo, de rest. in integ. in 6. non obstat, ꝙ de hac restitutione iure non caueatur, quia satis est, ꝙ includatur sub uerbis generalibus, iura enim uolunt ecclesię lęsæ succurri per restitutionis beneficium, vt in iuribus allegatis, hæc descripsi ex dictis Abb. in d. c. 1. de præscr. quia ad propositum mihi facere visa sunt.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio datur ecclesiæ, quando contractus fuit solemniter celebratus in casu licito, & læsa est ecclesia.*
2 *Contractus si apparenter, non tamen existenter celebratur in casu licito, datur restitutio.*
3 *Restitutio non datur pro quolibet leui damno.*
4 *Renuntiatio petitioni reductionis ad arbitrium boni uiri quid operetur.*
5 *In prædicta renuntiatione adest conditio, nisi immoderate læderetur.*
6 *Quid si dictum fuit, quòd possit accipere de iure vnius, & dare alteri.*
7 *Magna & parua quantitas quæ dicatur ad hoc, vt quis dicatur enormiter læsus.*
8 *Pactum de non petendo reductionem laudi debet intelligi, sicut bonus vir fuerit arbitratus.*
9 *Magna quantitas, & parua dicitur respectu personarum, & causæ.*
10 *Iniquitas euidens quando dicatur non potest dari certa doctrina.*
11 *Emptor & venditor si conuenerint, ut contractus pretium diffiniretur ab aliquo, qui inique diffiniat, contractus tenet.*
12 *Minor non restituitur aduersum rem vēditam iure creditoris, nisi ob enorme damnum.*
13 *Damnum qui allegat probare debet.*
14 *Iustum prætium quod dicatur.*
15 *Testis intelligitur idoneus ad arbitrium iudicis.*
16 *Læsio enormis dicitur quando laudum lædit non cum mediocritate.*
17 *Sententia in quibus causis sine scriptis ferri possit.*
18 *Causæ quæ sint, quæ breuiores dicuntur.*
19 *Restitutione in integrum præstita, res reducetur in pristinum.*
20 *Restitutio in integrum quid sit.*
21 *Restitutione ecclesiæ concessa, debet laicus, qui secum contraxit, pariter restitui.*
22 *In restitutione debet haberi respectus ad laborem, quem sustinuit emptor in reddendo rem meliorem.*
23 *Qui contraxit cum ecclesia non tenetur reddere rem, nisi prius sit sibi de prætio satisfactum.*
24 *Scriptor potest retinere quinternos, donec sibi fuerit de mercede satisfactum.*

Ecclesiæ quo casu detur restitutio, & uenit declaratiue ad præcedentia.

1 SEd in casu malæ alienationis datur tantum restitutio, quando contractus fuit solemniter celebratus in casu licito, & cum debitis solemnitatibus, & in eo fuit læsa ecclesia, quia in alijs casibus alia competunt remedia, vt per Abb. in c. ad nostram. extra de rebus eccles. non alien uersi. in glo. 2. ibi, melius diceret ex quo solemnitates debitæ interuenerunt, & alienatio fuit facta in casu licito, nam istis duobus concurrentibus tenet contractus, licet ecclesia sit læsa, & per glo. ibidem in uerbo enorme, & per gloss. in cap. primo. extra de in integ. rest. in uerbo redire, Arch. & Geminian. in capitul. primo & secundo. eodem titu. lib. 6.

Et in ista materia aduerte ad unum notabile per gloss. 12. quæst. 2. in summa, quod etiam tenet glo. in cap. cum apostolica. in uerbo profuturum de his, quæ fi. a prę la. & in cap. tua. in uerbo non dubium, & per d. Anton. in capit. primo. de in
2 integ. rest. ꝙ † aut apparenter licet non existenter celebratur contractus alienationis in casu licito, & tunc datur restitutio in integrū, cū contractus oīno nō dicatur nullus, ex quo celebrat in casu licito apparēter, aut cōtractus celebrat in casu nō ꝙcesso, seruata forma, nec apparēter nec existēter & eo casu cōtractus dr esse nullus, & iō si quo ad opinionē subeunt

Source : BIU Cujas

vtilitas, uel neceſſitas eccleſię, licet re vera non ſubeſſet, tenet alienatio, ſed tamen eſt locus reſtitutioni in integrum, ſecus ſi apparenter non ſuberat cauſa quoad opinionē, quia tunc cōtractus erit omnino nullus, nec erit opus omnino reſtitutione, & ideo D. Ant. d. c. ad noſtram. dicit, ꝙ quoad validitatem contractus alienationis rei eccleſiæ ſufficit cōtractus fieri ad vtilitatem eccleſiæ, attento fine mouente contractū, vel cauſa, licet in modo contrahendi non fuit vtilitas, & ſic vult ꝙ ſufficiat cā putatiua ipſius cōtractus ad hoc vt teneat.

3 Et non datur iſta reſtō † pro quolibet paruo, & læui damno, vel pro qualibet ēt parua vel læui læſione, per tex. in l. Scio. ff. de integ. reſt. & c. 1. extra eo. tit. ſed tantum ſi enormiter ſit læſa eccleſia, & pro enormi læſione tantum, vt in dictis iuribus, & maxime gl. in præallegato uerbo enorme. per Spec. eo. tit. §. quis autem. uerſi. porro eccleſia, ubi porrò eccleſia ſemper iure minoris debet illæſa ſeruari, extra eo. c. 1. ideoque ipſa ſicut minor reſtituitur in omnibus contractibus, negotijs, & iudicijs & ſententijs in quibus enormiter læditur. c. auditis. & c. literis, eo. tit. extra, quia, ſi immoderate lædatur eccleſia, bene tunc reſtituitur, ſecus ſi in parua quantitate, uel moderate, per ea quæ late deducit Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorū.

4 ff. pro ſoc. uerſi. quęro vtrum, ubi quærit, † an in cōpromiſſo, quis poſſit renuntiare petitioni reductionis laudi ad arbitriū boni viri, & ſi renuntiat, quid operetur talis renuntiatio, & decidit, ꝙ, ſi arbitrator fuit arbitratus cum dolo, talis renuntiatio nihil operatur, ſi non cum dolo, & tunc diſtinguit, aut deceptio eſt in magna quantitate, & tunc nec etiam ualet. aut in parua quantitate, tunc ſecus argu. l. ait prætor. ff. de minor.

5 §. quæſitum; quia ineſt in hac renuntiatione † tacita cōditio, de non petendo reductionem, niſi immoderate læderetur. arg. l. quæro §. inter locatorem. ff. locat. l. quidam cum filium. ff. de uerb. obl. & ita debet intelligi glo. in l. ſi de meis, §. recepiſſe. ff. de arbitris, quæ dicit, ꝙ per arbitratorem poteſt auferri de iure vnius, & dari alteri, ſubaudi, moderate † accipiendo

6 ſed ſi in renuntiatione eſſet dictum, ꝙ poſſet accipere de iure vnius, & dare alteri in parua, & magna quantitate, moderatè uel immoderate, tunc ſecus; quia & ſi lædatur pars immoderate, ualet pactum, niſi eſſet nimis magnę quantitatis, unde apparet, ꝙ ſi enormiter lædatur, non obſtante renuntiatione ta-

7 cita, & expreſſa non tenetur ſtare laudo; † & pro intelligētia, quando quis poſſit dici enormiter læſus, vel immoderate vel in parua, aut magna quātitate, quæro inquit Bar. ibidem quæ dicatur parua, aut magna quantitas, & videtur, ꝙ tunc ſit quātitas magna quando exceſſus eſt ultra dimidiam iuſti prætij. l. 2. C. de reſcind. vend. uel magna quantitas tunc dicitur, quando exceſſus ſolum eſt in ſexta parte quantitatis, vt in tex. d. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. intelligēdo tex. & caſum vt ibi per eundem Bar. idem fere habetur per Abba. in c. quintauallis. de iureiur. col. 14. ubi diſputat eandem quæſtionem, & dicit, ꝙ Dynus in c. ſciente, de reg. iur. loquens in ſimplici renuntiatione ſeu pacto de non petendo reductionem laudi, tenet, ꝙ hoc non obſtāte pars læſa poterit ratione læſionis petere hāc

8 reductionem, † quia illud pactum debet intelligi, ſi ut bonus vir fuerit arbitratus, vbi Ioan. And. dicit iſtud procedere, etiā ſi interueniſſet iuramentum, ſeu pœna, & illud pactum ſeu illa renuntiatio operatur reſpectu modicæ læſionis, & hæc inquit Abb. uidetur quaſi communis opinio, ſubdēs idem Abbas, ꝙ Bal. in l. pen. C. de arbitr. dicit communiter obſeruari, ꝙ non obſtante quacumque verborū cautela, propter enormem læſionem poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, vbi concludit Abb. ꝙ ſtante renuntiatione prædicta non petitur reductio reſpectu læſionis in magna quantitate, quia potuit bene pars ſibi ex magno pacto pręiudicare, ſed reſpectu maxime ſeu enormis læſionis ſic; ex quo de tali non fuit ex-

9 preſſum, & dicit Bal. in d. l. pen. C. de arbitr. ꝙ magna † quantitas, uel parua dicitur reſpectu perſonarum, & cauſæ, per iura, quę ibi Abbas adducit, nec placet Abbati ibidem illud de ſexta parte, quod adducit ſupra Bar. per tex. in l. vnde, quia, vt ipſe dicit ibi, id non probat tex. ſed bene in eo. tex. inquit probatur ꝙ ex euidenti iniquitate poteſt peti reductio.

10 Quando autem † dicatur euidens iniquitas, dicit Abb. non credo, ꝙ dari poſſit certa doctrina, ſed ex uarijs circumſtantijs, bonus uir, ideſt iudex arbitrabitur, nam facilius debet arbitrator induci ad dandum de iure unius alteri, quando non poteſt ſequi bona pax aliter, quàm ceſſante hac ratione pacis conſequendæ, item aliter quando ius partis eſt dubium, obſcurum, & inuolutum, quàm quando eſt clarum, item quādo eſt diues, quam quando eſt pauper, & ita decę teris circumſtā tijs arg in l. 1. ff. de reb. dub. & in c. de cauſis. de off. deleg. & ꝙ not. glo. in c. fi. de re. iud. lib. 6. per quod uidetur innuere Abbas, ꝙ iſta enormitas læſionis, ex quo non poteſt dari certa regula, uel doctrina, ſit intelligenda arbitrio iudicis, habita conſideratione & reſpectu ad coniecturas, & ad circumſtantias qualitatis perſonarum, & cauſarum, idem videtur dicere glo. in §. prætium. inſtit. de emptio. & uend. in uerbo diffinie-

11 rit, ubi dicit glo. ꝙ, ſi ille, in quem † emptor, & uenditor conuenerunt, ut prætium contractus diffiniret, diffinierit etiam inique, tenet contractus emptionis, & uenditionis, & quærit glo. ibidem, quando ſcire poterimus, quando diffinierit inique, dicit forte, quando ultrà dimidiam iuſti prætij, l. ſi uoluntate, & l. 2. C. de reſcindē. uend. uel puto inquit, ꝙ hoc iudicis officio expedietur, ideſt ꝙ hoc erit arbitrio iudicis, qui de hoc aditus iudicabit; idem expreſſe vult Bal. in l. 1. in prin. C.

12 ſi aduer. uend. pig ubi ſummat tex. ſi res † minoris eſt uendita iure creditoris, minor non reſtituitur, niſi propter enorme damnum, in tex. magna, ideſt enormi, quod arbitrio iudicis

13 decernitur, ut ibi per eum; ſubdens, & nota, ꝙ qui † damnum allegat, probare debet, & per eundem Bal. in l. 2. C. de reſcind. uend. in principio, ibi, quarto & ultimo nota, ꝙ tunc dicitur enormis læſio, quando eſt ultra dimidiam iuſti prætij, habetur in deciſi. Guid. Papæ. deciſi. 170. in cip. alia deciſio, ubi deciditur, quando dicatur eccleſia enormiter læſa in alienatione rei ſuæ, ubi ponuntur multa conſideranda, tempus aliena-

14 tionis, res alienata, & alia, de quibus ibi, iuſtum † autem prætium intellige, ideſt æquum, ſecundum æquitatem iudicis, attento eo, quod videtur communiter ęquum ſecundum opinionem vulgi, uel ſecūdùm extimationem diſcretarum perſonarum, & idem habetur per Fel. in c. cum illorum. de ſenten. excommun. 3. col. uerſi. in ea glo. ubi dicit, nota ultra Doctores, ꝙ valde ſingulare eſt, quia quando dubitatur, quando dicatur enormis læſio, ſtatur arbitrio iudicis, ſit leue, uel nefandum, & in margine ibi ad Fely. allegatur Alexan. de Imola in l. ſi quis arbitratu. ult. col. de uerb. obliga. ſimile habetur in glo. in authen. de hæred. & fal. §. ſi uerò abſunt, in uerbo ſubſtantiam, ꝙ †

15 teſtis intelligitur idoneus pro motu iudicis, & arbitrium iudicis erit, ut extimet teſtem facultatibus idoneum, ſi habeat tantum, quantum id ſit, ſuper quo eſt quæſtio, uel ſi ſit par iniuncto oneri; & uide per Rain. in rep. in l. ſi librarius. de op. lib. ſed uide Bald. in l. 2. §. ſed & ſi quis. 4. col. C.

16 communia de legat. ubi tenet, quòd † enormis læſio dicitur, quando laudum lædit, non cum mediocritate, quo caſu dicitur euidenter iniquum, & reſcinditur in totum, non autem uſque ad mediocritatem, & læſio patet ex eo quando nulla probatio facta eſt, per Butr. in quo uidetur primo non admittendum: ſed declarat bene caſum Abb. in capit. primo. de in integ. reſtitut. uerſicu. ſed quæro quæ dicatur, ubi poſita quæſtione, quæ dicatur magna, vel enormis læſio, & quæ dicatur parua, credo inquit, ꝙ in hac materia debet inſpici cōditio eccleſiæ, & qualitas contractus, nam ſi eccleſia eſſet tenuis in reditibus, modicam læſionem ſibi reputabo enormem, cuius contrarium eſſet dicendum in eccleſia multum abundanti. Item inquit Abba. finge, ꝙ contractus fuit initus ſuper mille florenis, deceptio fuit in decem, aut in uiginti, certe non reputabo magnam læſionem, ſecus ſi contractus fuit factus ſuper uiginti, & eccleſia fuit decepta in decem, uel octo, pro quo uide in ſimili quæ habentur in glo. in cap. fina.

17 de re iud. in 6. quæ dicit, ꝙ † ad cognoſcendum quomodo, & quando ſententia poſſit ferri ſine ſcriptis, maxime in cauſis vilium perſonarum, & in cauſis breuibus, & breues cauſæ ſunt, & poſſunt dici, quæ ualorem duorum ducatorum non excedunt, ſubdit glo. in ſpicitur autem qualitas perſonarum, & relinquitur arbitrio iudicis. l. 1. ff. de iure delib. cap. de

18 cauſis. de offic. deleg. & alias ut ibidem, & quærit † Bartol. in authen. niſi breuiores. C. de ſenten. ex pericul. recitand. quę ſint cauſæ quę dicuntur breuiores, & reſpond. ꝙ ſuper hoc gloſſ. ponit multas opiniones, ſed illa eſt uera opinio, quòd in ſpecta qualitate perſonarum, hoc committatur arbitrio iudicis. pro quo Alexand. conſil. 47. libro primo, conſil. 102. libro ſecundo, idem in l. ſtipulatio hoc modo. colum. quinta, de uerbor. obligation. l. is cui. §. huius. ff. de furt. Bald. in l. militis. ff. de milita. teſtam. in fin. unde per hæc pauca credo, ꝙ ſit clarum ꝙ enormitas læſionis, vel enormis læſio habet dijudicari arbitrio iudicis habito reſpectu ad qualitatem perſonarum, & contractuum, & omnium aliarum circumſtantiarum.

19 Et prędtita † reſtitutione in integrum eccleſię res omnis ab vtraque parte reducitur in priſtinum, & prout erat ante læſionem. dicit gloſſ. capit. primo. de reſtitut. in integ. in ſexta in gloſſ. per beneficium, ibi, & ſcire debes, ꝙ, ſi præſtetur reſtitutio, quilibet recuperat quod prius ſuum erat. l. ꝙ ſi minor. §. reſtitution. ff. de minor. & l. intra utile, & C. de repu. l. una. & l. ſi aduerſus. de uſucap. gloſſ. in capitul. penul. extra de rebus eccleſiæ non alien. in uerbo ſufficere. Ibi, nam cum aliquis reſtituitur, omnia debent reſtitui in priſtinum ſtatum, ut neutra pars ſit in damno uel in lucro, quia reſtitutio

20 † in integrum eſt prioris ſtatus, vel iuris, uel audientiæ reintegratio ſecunda quæſtio. tertia. §. notandum, in fine. capitu. ex literis. extra de in integr. reſt. l. prima. C. de ſent. paſſ. Specu. eod. tit. §. eſt autem, ſuper quo dicit Abb. in cap. primo. extra

21 eod. titul uerſicu. tertio not. quòd per † reſtitutionem in integrum

Source : BIU Cujas

grum ecclesiæ concessam debet etiam laicus, qui secum contraxit pariter consequi restitutionem, vnde sicut ecclesia reducitur in statum pristinum in eo quod sibi restituitur res distracta vel locata, ita debet restitui secum cõtrahens, quia debet sibi reddi prætium, item parimodo debent sibi reddi sumptus, quos fecit circà istam rem ecclesiæ sibi distractam, item
22 debet † haberi respectus ad laborem, quem personaliter sustinuit in reddendo istam rem meliorem, vt puta, erat rusticus, qui personaliter colendo agrum reddidit illum prætiosiorẽ, puta in decem, debent enim ista decem sibi restitui, & dicit in
23 hoc notabiliter Inn. ꝙ non tenetur iste, qui † contraxit cum ecclesia reddere rem, nisi primò sit etiam ei satisfactum de prætio, de sumptibus, & labore, quasi sentiat, & bene, ꝙ potest vti retentione rei etiam post concessam restitutionem pro prætio, sumptibus, & labore, allegatur in margine ad Abbatẽ ibidem Paulus in cõsi. 334. in primo impræssis & subdit Abb. pro hoc facit, quod legitur & notatur in simili in l. in fundo,
24 & in l. sumptus. ff. de rei uend. sicut in † simili dicimus in scriptore, qui potest retinere quinternos, donec fuit sibi satisfactum de mercede, vt not. in l. si non sortem. §. si nutem. ff. de cond. indeb.

25 Sed an emptor, † qui succumbit in causa restitutionis, habeat actionem, nec ne contra prælatum, qui sibi alienauit, ad repetitionem prætij exbursati, uel rei expositæ, videri põt hoc per Inno. in c. si quis. de rebus ecclesiæ non alien. ubi format hanc quæstionem, & concludit, ꝙ emptor in isto casu habet actionem ex contractu aduersus prælatum vendentẽ, ad prætium sibi restituendum, vbi Inno. tradit modum, & formam petendi, & libellandi, sed in isto casu ego credo ꝙ sit attendẽdũ, an ipse emptor fuit in dolo, in bona, vel mala fide, in ignorantia, uel scientia, & secundum quod reperitur iudicari debere, quia, si scienter emit, uel culpa, uel dolo, videtur ꝙ priuetur prætio. vt c. 1. §. 1. de prohiben. feud. alien. Guido Papæ decisi. 305. & q. 24. cum similibus.

26 Et si † ecclesia vel vendit, vel in emphyteusim concessit aliquid cum solemnitatibus debitis, & facto alienationis contractu, compareat qui plus offerat, & meliorem conditionẽ ecclesiæ faciat, an ob tale lucrum cessans debeat ecclesia in integrum restitui, & tenetur, ꝙ non per Barto Brixien. 144. q. incip. esto ꝙ ecclesia, sequitur Alberic. in auth. hoc ius. & authen. qui rem. C. de sacrosan. eccl.

SVMMARIVM.

1 *Emptor si expendit centum, & facit rem meliorem in ducentum, ecclesia non tenetur restituere nisi centum.*
2 *Emptor si expendit centum, sed non fecit meliorem, nisi in quinquaginta, restituentur sibi tantum quinquaginta.*
3 *Ecclesia non tenetur de omni uersione in utilitatem, sed de illa, quæ est sibi utilis.*
4 *Ecclesia nihil restituere tenetur, quando contrahens est tantum lucratus in fructibus, quòd sibi est de sumptibus satisfactum.*
5 *Restitutione data non debet laicus, qui cum ecclesia contraxit, sumptibus, & laboribus fraudari.*
6 *Quando laicus non exposuit labores, non fecit sumptus, omnes fructus sunt restituendi.*
7 *Laicus si vult restituere fructus, potest petere mercedem laboris.*
8 *Error iuris non excusat, quando ius aperte resistit.*
9 *Error facti excusat in fructuum petceptione.*

Correlarium ex præmissis.

1 SEd quærit Abb. d. loco circà istos sumptus, pone ꝙ emptor, seu conductor expendit centum, & fecit rem meliorem in ducẽtum, utrum teneatur etiam ecclesia restituere centũ, an verò ducentum, & dic. ꝙ cẽtum tantum, per istum tex. in eo quod dicit, ꝙ debet restituere sumptus, non autem valorem melio rationis, facit optime tex. in præalleg. l. in fundo, & quod ibi not. ubi idem disponit in possessore bonæ fidei, qui fecit sumptus bone fide in re aliena, sed inquit Abb. dubium maius est,
2 ꝙ, si expendit † centum, sed non fecit rem meliorem, nisi in quinquaginta, nunquid ecclesia teneatur restituere centum, an quinquaginta solum, puto, ꝙ quinquaginta tantum, quia iste tex. mandat restitui sumptus propter meliorationem ibi factam, si ergo melioratio non est facta, nisi in quinquaginta tantum, quinquaginta duntaxat debent restitui, & imputandum est illi, qui imprudenter fecit sumptus, facit quod dicit Abb. in c. ꝙ quibusdam, de fideiuss. ubi dando limitationem ad illud, quod ibi dicitur, ꝙ ecclesia tenetur, probata uersione,
3 inquit, ꝙ ecclesia non † tenetur de omni uersione in vtilitatem, sed tunc tantum, & eo casu tantum, quando est vtile ecclesiæ illam uersionem esse factam, ita, ꝙ ecclesia verisimiliter fecisset de proprio, alias secus; pono exemplum, inquit, particularis recepit mutuum, & fecit fieri nobile ædificium in loco non expedienti, ita, quod graue esset & damnosum ecclesiæ illum sumptum fecisse, vel illum approbare, nã hoc casu credo ecclesiam non teneri; nam non potest dici, ꝙ pecunia sit uersa in vtilitatem ecclesiæ, si non expediebat ecclesiæ in illum vsum conuertere; item puto, ꝙ ecclesia tenetur solum restituere tm̃, quantum est meliorata, licet plus fuit expẽsum, & si plus fuit meliorata quam expensum, solum tenetur
4 ad expensum, & alias ut ibi per Abb. item † inquit Abb. ego do aliam limitationem circa illos sumptus, & laborem, vt videlicet ad illorum restitutionem ei non teneatur, uel sit obligata ecclesia, quando iste contrahens est tantum lucratus in fructibus perceptis, ꝙ est sibi satisfactum de sumptibus, & labore, quod non debet consequi aliquid aliud ab ecclesia, pro quo est optimus tex. in c. pen. de rebus eccl. non alien. & in d. l. sumptus de rei uẽd. Sed ego credo, ꝙ hoc probare incũbat ecclesiæ, & quo vsque non sit probatum, ꝙ habeat ius reten-
5 tionis, nec a re possit contrahens amoueri, & vide † eũdem Abb. in c. ad nostram, extra de rebus ecclesiæ nõ alien. uer. 3. nota, ibi, ꝙ data restitutione in integrum non debet laicus, q. contraxit cum ecclesia, fraudari de sumptibus, & laboribus, quos fecit in re, in qua cõceditur restitutio, sed ratione sumptus & laborum possunt dimitti fructus, quos alias tenetur
6 restituere. l. ꝙ si minor. §. restitutio. ff. de mino. & per † illum tex. dicendum esset, ꝙ, si laicus non exposuit labores, puta in extirpando terras incultas, vel nõ fecisset sumptus pro fructibus colligendis, tũc debuisset omnes fructus cum re restituere; nam alias non esset restitutio in integrum, quia perderet fructus medio tẽpore perceptos; sed melius idem paulò post ibidem. uersi. in gl. fi. ibi, & in hac materia sic cõcluderem, aut contractus tenuit, aut non tenuit: primo casu rescisso contractu per restitutionem in integrum etiam fructus debent restitui, uoluit Anch. qui allegatur in margine cons. 121. sed satisfaciendum est contrahenti de sumptibus, & laboribus quos pertulit; unde credo, ꝙ ecclesia potuisset hic petere oẽs fructus, & satisfacere isti de sumptibus, & laboribus; sed Papa, vt quidam dicunt, facit promissionem, de qua in tex. ex off. suo, vt euitaret magnos circuitus, hoc etiam sentit glo. in seq. quæ
7 stione, ubi dicit, ꝙ iste † laicus potuisset petere mercedem laboris, si uoluisset restituere fructus; finge enim, inquit Abbas, ꝙ laicus iste expenderit mille; & non recepit ex fructib. nisi centum, iniquum esset dicere, ꝙ de fructibus debeat esse cõtentus. nam sicut ecclesia restituitur in statum pristinum, ita & secum contrahens restitui debet, & nota, ꝙ habetur respectus etiam ad laborem proprium, puta, quia erat rusticus, & extirpauit terras, secundo casu ubi contractus non tenuit, aut contrahens errauit in iure, & tunc dico, ꝙ tenetur restituere
8 omnes fructus, quia † error iuris non excusat, etiam in percetione fructuum, quãdo ius aperte resistit. l. iubemus. in 2. C. de sacrosan. eccl. l. quemadmodum C. de agric. & censi. li. 11. secus ubi possideat iure non resistente, nec assistente, nam tũc error iuris excusat quò ad restitutionem fructuum. d. §. scire, & hoc casu intellige Din. in reg. possessor. de regul. iur. lib. 6. si
9 autem † errabat in facto, quia credebat solemnitates interuenisse, tunc lucratur fructus ex bona fide, vt per Abba d. c. ad nostram, ad fi. & quando fructus sunt compensandi in meliorationibus factis per eum, qui rem habuit ab ecclesia, uide ꝑ Cagn. in l. 2. C de pact. inter. empt. & uend. & si ecclesia petat rem per uiam restitutionis in integrum, & reus petat meliorationes, quæ sunt illiquidæ, an ecclesia, si offerat cautionem de soluendo meliorationes cum fuerint liquidatæ, sit audienda, uide per Bero. c. 1. eo. extra. Capic. dec. 17.

SVMMARIVM.

1 *Probatio læsionis in petenda restitutione quando sit necessaria.*
2 *Læsio eo ipso probatur, cum ecclesia omisit facere probationem necessariam.*
3 *Læsio in contractu uel alisà extra iudicium probari debet.*
4 *Minor & ecclesia extra iudicium restituitur in omnibus eius negligentia omissis, etiam non probata læsione.*
5 *Minor uel ecclesia in restitutione petenda aduersus sententiam debent probare læsionem.*
6 *Minor uel ecclesia si ommisit opponere dilatorias in termino, subuenitur eis læsione probata.*
7 *Læsio aduersus lapsum temporis non est probanda, secus aduersus sententiam uel contractum.*
8 *Notoria non probantur.*
9 *Restitutio non datur aduersus tres sententias conformes, nisi prius constet de iniustitia.*
10 *Læsio an præsumatur in aditione hæreditatis, vel in ommissione inuentarij earum.*

Source : BIU Cujas

D. Guliel. Redoan. De reb. eccle. non alie.

Necessaria in restitutione petenda quæ sint.

SVMMARIVM.

1 Probatio plena an requiratur in probandis huiusmodi læsionibus.
2 Fundans se super iusta impedimenti causa debet illam plene probare, nisi sit causa fauorabilis.
3 Ecclesia an restituipossit contrà confessionem suam, non probato errore.
4 Restitutio contra errorem facti datur etiam maiori probato errore.
5 Læsio an & quando sit probanda, remissiuè.
6 Aliqui casus, in quibus læsio non est probanda, remissiuè.
7 Ecclesia an sit indifferenter audienda aduersus probationem ommissam.
8 Læsionis probatio in causa mutui non est necessaria.

1 SEd est videndum, an, & quã do in petenda restitutione sit necessaria probatio, & respondet Abb. in c. auditis. extra eo. 1. col. uersi. 8ª nota, ꝙ in petenda restitutione aduersus probationem om-
2 missam non est necesse probare aliter læsionem, † nam eo ipso apparet de læsione, ꝙ ecclesia omisit probationes facere necessarias in termino, in margine allegatur Anto. de But. consi. 63. incip. videtur primò non admittenda. uersicu. nunc descendo ad secundum, per Alex. in l. si quis arbitratu. ul. col. de uerb. obl. ubi dicunt, ꝙ læsio patet ex eo, ꝙ nulla probatio facta fuit, vnde subdit Abb. satis est hoc allegare, ꝙ tene menti; vnde non est necesse producere prius testes super hac læsione, secus quando allegaretur læsio propter priuilegia omissa, nam debent prius ista exhiberi iudici, antequam concedat restitutio, ne allegatio fiat in fraudem, vt probatur, inquit, in
3 c. præcedenti. in verbo nos igitur, sed † secus est, quando allegatur læsio in contractu, vel aliter, extra iudicium; nam tunc videtur ꝙ debet prius probari læsio, vt legitur, & notatur in c. tum ex literis. eo. titul. & in l. in causæ §. causa cognita ff de mino. Spec. etiam in tit. de rest. in integ. §. quis autem, dicit illud quoque prætermittendum non est, quia tunc demũ danda est restitutio, cum probata est læsio, & paulo post in d. uer
4 sicul. illud quoque distinguit in hac materia: nam aut † ecclesia, vel minor petit restitui extra iudicium aduersus contractus, aut in iudicio, & tunc, aut in his, quæ præcedunt tunc, & breuiter in omnibus eius negligentia ommissis fit restitutio non probata læsione, ipso enim tractu temporis, uel propter ipsam negligentiam satis apparet læsio, vnde non est necessaria probatio, puta quia ommisit necessariam probationem proponere ante conclusionem, vt in præalleg. ca. auditis, vel ommisit monimenta causæ infra tempus a iudice statutum exhibere. vt in c. coram. eo. tit.

5 Si autem aduersus sententiam, aut contractum restitutio petatur, vt videlicet reuocat, necesse habet probare se læsam in sententia, vt in c. cum venissent, extra eo. uel in contractu, vt in c. 1. eo. tit. & ca. constitutus, quia, vt per eundem paulò, ante uersi. sed quare in contractib. est incertum sit deceptus vel non, vnde non debet restitui, nisi læsione probata. C. eod. tit. l. minorem, his enim casibus non probat se læsam, quia cẽsetur iure minoris vti. c. 1. eo. tit. uersi. sed quare in contractibus. sicut nec minor, vt ff. de iureiur. nam postea. §. si minor, subdens Spec. sed adhuc obstat tex. in c. suscitato. eod. titu. sed dic ꝙ ibi fit restitutio non contra sententiam, sed ad exceptionem peremptoriam, scilicet ad præscriptionem proponendã adeo quod ibi non renouatur sententia, immo exequutioni interim mandatur, donec exceptio sit probata, ubi autem fit restitutio contra sententiam, totus processus reuocatur, vnde necesse sunt nouæ defensiones, & sic ecclesia ibi fuerit læsa per negligentiam, vnde non probat lęsionem, quia iam apparet de negligentia, vel omissione.

6 Sed si minor † aut ecclesia omisit opponere declinatorias seu dilatorias in termino ad hoc statuto, subuenitur ei læsione probata, d. c. constitutus, quæ vt dicunt quidam probatur isto modo, videlicet, primo enim probabitur, vtrum exceptiones quas omisit in termino, & nunc intendit opponere, sint legitimæ, extra de appella. c. vt debitus. quo inuento læsio apparet eo ipso ꝙ ipsas uel eas in termino non proposuit. d. c. cum uenissent. ad fi. est facta in terminis decisi. Tho-
7 lo san. 389. incip. item † an ecclesia, vbi concluditur, ꝙ, si ecclesia, vel minor petit se restitui, oportet, ꝙ se probẽt, læsum, vel læsam, si dicunt se læsos propter lapsum temporis, tunc non oportet probare aliam læsionem quam propter lapsum tpis, ita intelligitur tex. c. auditis. & c. coram. de in integ. restit. si verò dicant se læsos aduersus sententiam, contractum, vel aliàs, tunc probare oportet læsionem. l. nam si postea. §. minor. ff. de iureiur. per Henri. Boic. d. c. coram, nisi tamen læsio esset
8 notoria, quia † notoria non probantur, per Collectan d. c. auditis. & Spec. in tit. de restit. in integrum. § 2. uersi illud quoq; & ibi uide glo ad d. decisi. in quo habetur, ꝙ petẽs restitutionem aduersus confessionem non tenetur probare falsitatem confessionis pro læsione per glos. Ioan. de Fan. & Domin. in
9 c. 2. eod. tit. lib. 9. sed aduersus tres sententias † conformes nõ est quis restituendus, nisi prius constet iudici de iniustitia earundem, tenet Rot. decisi. secunda Inn. c. auditis, c. cum ex literis. eo nec similiter quis venit restituendus ad appellandum nisi summarie doceat de suo interesse vltra probationem impedimentorũ. Rot. deci. 90. & additio ad d. gl ponit remissiue,
10 an in additione hæreditatis † præsumat læsio in minore. vel in ommissione inuẽtarij & qualiter in minore probet læsio, pro qua materia vide in dictis decisi. q. 54. ꝙ latis trib. snijs petit restitutio in integrum pp defensiones ommissas, sed pẽdente, cã restõnis exequutio fit snię, ubi uide gl. q̃ multa accumulat

Probatio quæ requiratur in probanda læsione.

1 SEd videndũ est an in probandis huiusmodi læsionibus requiratur plena probatio, an sufficiat semiplena, & Abb. in c. tum ex literis. de rest. in integ. mihi col. 5. dicit, ꝙ in probandis huiusmodi habet fieri plena, non semiplena probatio, inquit n. sed dubium est circà probationem faciendam, vtrum requiratur plena probatio in hac causa restitutionis, Innocentius hic refert duas opiniones contrarias, nam quidam dixerunt, ꝙ, ubi quis petit solum restitutionem contra aliquod obstaculum, satis est, ꝙ probet semiplene, seu colorate læsionem, ubi verò ultrà restitutionem intendit aliquid consequi, puta, vt retractetur sententia, & alia meliori forma feratur; tunc oportet plene probare, alij dicunt ꝙ semper requiritur plena probatio, & videtur hæc opinio placere Inn. & hanc opinionem inquit Abb. sequor, & primò adduco tex. in c. ex literis.
2 eo. ubi probatur, ꝙ fundans † se super iusta impedimenti cã, debet illam plene probare, nisi causa sit fauorabilis, vnde per hæc duo capitula inquit Abb. concludo, ꝙ siue petatur restitutio iure minorum, siue petatur iure maiorum, debet causa, super qua fundatur restitutio plene probari, vt ibi per eundem Abb. & per Spec. eo. tit. §. quis autem. mihi col. 14. uersi.
3 sed nunquid, quærit nunquid † ecclesia potest contra confessionem suam restitui non probato errore. & respondet ꝙ nõ per ea, quæ supra dicit in principio huius §. quia si detulit minor iuramentum, non ideo probatur læsus, quia potest esse ꝙ is, cui detulit, verum iurauit, & sic minor non lædit̃r, sic & ecclesia potuit confiteri veritatem. & ità non est læsa, & ità probare habet errorem, vt prædicto. §. si minor, & argu. ff. de confess. l. certum. §. pen & secundùm hoc ecclesia vel minor
4 non est in hoc priuilegiata, quia etiam maior † restituit cõtrà confessionem probato errore facti, ut l. sumptus. de confessis § postremo, sed dic, ꝙ immo sic, quia maior non potest, nisi ante sentẽtiam, minor verò hoc potest ante, & post, sed vtrũ, & qualiter ecclesia potest restitui contrà sententiam, habes
5 not. extra de restit. in integ. c. tum ex literis, † & in hac materia, an sit probanda, & quando sit probanda læsio, ultra Spec. in d. loco. uide doct. in c. auditis. de in integ. rest. Io. de Imola in c. 2. eo. tit. & in l. quo tempore. 3. q. ff. de resti. milit. Bar. in l. 1. §. nuntiatio. col. pen. de oper. nou. nunt. & in l. nam postea. § si minor, de iureiur. Bal. in l. fi. C. si aduersi. lib. & in l. 1. de cõ
6 fess. Sal. in l. 1. C. aduers. rem iud. aliquos casus, in † quibus læsio non sit probanda, vide per Ioã. And. in additio. ad Spec. in §. 1. de in integ. rest. in addi. secundum Cyn in auth. si omnes. C. si ut se hæred. ab stin. Bal. in l. 1. in fi. eod. titu. & in l. 1. C. de in integ. rest. Io. de Imola in l. necessarijs. C. de acq. hære.

7 Et an † indifferenter debeat audiri ecclesia aduersus probationem ommissam per uiam restit. in integ. Abb. in c. auditis. extra de in integ. restit. secundùm Inn. distinguit, ꝙ aut vult probare id, super quo nullas probationes induxit, & debet audiri, ut hic, aut petit restitutionem ecclesia, vt possit probare super articulis antiquis, in quibus facta fuit publicatio attestationum, & tunc non debet audiri, quia timetur de suborna
8 tione testium, ut ibi per eum, sed † cum ecclesia petit restitutionem in causa mutui, & aduersus contractum mutui videtur ꝙ non habeat necesse probare læsionem, sed sufficit, ꝙ allegetur læsio & ecclesiam esse læsam, ueluti est quando prę latus consentiente capitulo accipit nomine ecclesię mutuũ, quo casu de iure tenetur ecclesia, sed potest restitui, si non probatur versio per creditorem. vt per Ioã. de Imola in c. primo de depos. it. col. 8. uersi. quid ergo dicendum, ibi, cum speciale est in mutuo, ꝙ non tenetur minor probare læsionem, sic eo ipso præsumitur læsus, qui allegat læsionem, nisi creditor probet esse versum in vtilitatem eius, & idem eo modo videtur dicendum in ecclesia, videlicet ꝙ licet aliàs quando ecclesia petit restitutionem debeat probare, secundùm ea quæ habẽtur in cap. 1. de rest. in integ. cum isto casu, quando agitur ex mutuo contra eam est secus, quia sufficit allegare lęsionem, uel ecclesiam fore læsam, nisi probetur uersio per ipsum creditorem, & hoc videtur procedere, siue mutuum sit receptũ in causam determinatam, uel non determinatam, ut ibi per

eundem

Source : BIU Cujas

eundem Imolam; dico ego suprà suo loco in quæstione, an; & quomodo ex mutuo oblig. eccles.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio coram quo iudice ab ecclesia peti debeat.*
2 *Restitutio regulariter coram iudice rei est petenda.*
3 *Ecclesia in qualibet restitutione in integrum super reb. ecclesiasticis potest habere recursum ad iudicem ecclesiasticum.*
4 *Episcopus & prælatus ordinarius debet esse iudex in causis debitorum suæ ecclesiæ.*
5 *Episcopus si mouet litem de re ad episcopatum pertinenti, est legitimus iudex.*
6 *Episcopus, qui de facto alienauit res ecclesiæ, potest constituere procuratorem ad reuocandum, qui poterit agere coram episcopo.*

Restitutio coram quo petenda sit.

1 ITem quæri debet coram † quo iudice ecclesia petet restitutionem, & faciet litem, & iudicium in hac causa, & dicitur ꝙ coram iudice ecclesiastico. per Abb. in cap. primo. de resti. in integr. colum. fin. secundùm Innocen. ibi coram quo iudice ecclesia possit petere restitutionem in integrum, & per Innocen. in c. cum sit generale. de for. cõpe. vbi dicit, ꝙ põt petere coram iudice ecclesiastico, pro quo facit glo. in cap. pen. supra tit. 1. vers. nec mętum, & hoc est in fauorem eccle
2 się, quia est in hoc iure priuilegiata, aliàs autem † quis debet petere restitutionem in integrum coram iudice rei, vt in l. 1. & quod ibi no. C. vbi & apud quem. idem habetur per Abb. in c. ad nostram extra de reb. eccles. non alien. uers. nota primo. vbi dicit, nota primò lecturam, quam præmisi, ꝙ eccle sia in petitione restitutionis in integrum super rebus ecclesiasticis, potest habere recursum ad iudicẽ ecclesiasticum contra laicum, & sic est iste casus, in quo actor non sequitur forum rei. Immo trahit reum ad forum suum, & vide In-
3 noc. in c. cùm sit generale. de for. competẽ. vbi † singulariter vult, ꝙ in qualibet petitione restitutionis in integrum super rebus ecclesiasticis potest ecclesia habere recursum ad iudicem ecclesiasticum, & idem dicit vbicunque ecclesia iuuatur aliquo priuilegio, & maxime hoc procedit ea attenta ratione, quia præsupponitur quædam deceptio saltem re ipsa; vnde largo modo potest dici quoddam sacrilegium, quod pertinet ad forum ecclesiæ, vt d. cap. cũ sit generale, vt ibi ꝓ
4 eum. facit, quia † episcopus, & prælatus ordinarius debet esse iudex in causis debitorum suæ ecclesiæ. glo. in c. si quis erga, in verbo priuetur. 2. q. 7. ibi, nam episcopus potest esse iudex in causa rerum ecclesiæ, sicut procurator fisci est iudex in causa fisci; Idem glo. in c. si quis ab episcopo, & per Abba. in c. cũ uenissent extra de iud. colum. 3. uers. oppono cõtra, ibi, quod sicut prælatus potest esse testis, & iudex in causa suę ecclesiæ, consuluit Lap. alleg. 39. & per Bald. in l. prima. C. ne
5 quis in sua causa iud vbi ponit quæstionem, † episcopus Perusinus mouet mihi litem de quibusdam rebus, dicẽs quòd sunt res emphyteuticæ episcopatus Perusij, & quòd ad eum sunt reuersę, ego dico, ꝙ episcopus Perusinus nõ potest hoc cognoscere, sed debet agere contrà me coram archiepisco po, modò quæritur. utrum iste episcopus possit de hoc cognoscere, nec ne, Inno. in c. ex parte. de offi. & pot. iudic. delega. videtur dicere quòd non possit cognoscere, canonistæ tenent communiter contrarium, quia ista non est causa pſonæ, sed ecclesiæ, & utilitas principaliter respicit ecclesiam, & ideò episcopus potest esse iudex, cognitor, & terminator,
6 subdens ibidem Bald. quòd si episcopus de † facto alienauit res ecclesiæ, si constituitur procurator ad reuocandum alienata, procurator poterit agere coram episcopo ipso, si nomine ecclesiæ, & episcopatus compareat, quia illa uidetur causa ecclesiæ, non personæ, subdens, quòd erit consultius, ut episcopus procedat inquirendo contra detentores rerum ecclesiæ, & aliàs vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus an sit in petenda restitutione necessarius.*
2 *Restitutio si petitur contra contractum est iuris ordo seruandus, sed si cõtra actum iudicialem, summariè agetur.*
3 *Contestatio litis debet præsentibus partibus fieri in causa appellationis.*
4 *Causa quælibet est plenaria, ex quo affert graue præiudicium.*
5 *In petenda restitutione uidentur duo remedia posse intentari, officium iudicis, & prima actio.*
6 *Restitutionem petens se fundare debet super enormi læsione.*
7 *Ecclesia restituitur, non modo contra priuatum, sed etiam contra aliam ecclesiam.*
8 *In iudicio quasi contrahitur.*
9 *Ecclesia non restituitur si sit in dolo.*
10 *Minor & ecclesia in materia restitutionis in integrum æquiparantur in omnibus.*
11 *Ecclesia non restituitur ob dolum, quando tota fuit in dolo.*
12 *Delictum prælati in iudicijs nocet ecclesiæ, sed restitui debet.*
13 *Tempus contractus inspicitur ad cognoscendam læsionem.*

Libellus an requiratur in iũdicio restitutorio.

1 SEd est videndum, † an in isto iudicio restitutionis in integrum requiratur libellus, & ordo iudiciarius, & per Spec. in titu. eo. §. quis autem, colum. pen. vers. vltimò not. distinguitur, ꝙ restitutio in integrum quandoque petitur incidenter, & tunc non est libellus necessarius, quandoque verò principaliter, & tunc libellus est necessarius, & litis contestatio, & sententia, cap. 2. de offi. iudic. extra, & supra de offi. omni. iud. §. incidenter, vers. sed quæritur. & infrà per eundem Spec. de lib. conceptio. §. nunc dicendum, vers. 8. & dicit Innocen. in cap. tum ex literis. extra eod. tit. quem refert Abba. ibidem
2 quinta colum. vers. in glo. fi. quòd si petitur † restitutio contra contractum, est iuris ordo seruandus, ut detur libellus, & fiat contestatio litis, sed si petitur contra sententiam, & sic contra actum iudicialem, expedienda est causa summarie, quia hoc casu non consequitur restitutus aliquod lucrum, sed solùm paratur sibi via ad negotium principale, dicit tamen tutius tenendum. ꝙ ēt in hoc casu fiat litis contestatio, & sic transeunt Doctores, sed tu vide Bart. in l. fi. ff. ex quibus caus. maiores, vbi recitat hoc dictum Inno. & respectu primi membri illud approbat, sed quò ad secundum dicit, se putare, ꝙ si petitur restitutio contra sententiam diffinitiuam, debet lis contestari, si partes sunt præsentes, quia hæc restitutio habet vim appellationis, seu illi æquipollet, vnde sicut in
3 causa † appellationis debet lis contestari præsentibus partib. vt in l. unica. C. ne liceat in una eademque causa. in capit. per tuas. de appella. ita in hac causa restitutiõis, sed si pars est absens contumaciter, tunc putat ꝙ potest procedi lite non cõtestata. per tex. in authen. si non omnis. allegata in glo. subdit Abbas, mihi placet primum dictum Bar. quia data prętentia partium debet lis contestari, ex quo petitur restitutio cõtra sententiam principaliter vt uidetur probari in cap. 2. de off. iud & hic in fin. nam hic petebatur restitutio contra sententiam, & Papa comminatur parti, ꝙ si non comparuerit ꝓcedetur quantum de iure poterit, quasi ad sententiam non poterit procedi, ex quo lis non erat contestata, & ex hoc dico, ꝙ secundum dictum Bar. non proceditin eo, ꝙ uoluit, ꝙ data absentia posset procedi lite non contestata, nam regula
4 iuris est contra eum, quia † omnis causa est plenaria, ex quo affert graue præiudicium ut no. glo. in l. iudices, C. de iudic. & ipsemet Bar. in extraua ad reprimen. in uerbo summarie, sed ꝙ retractetur sntia, non potest dici ꝙ non inferatur graue præiudicium, non obstan. authen. si omnes, per eum alle. quia illa procedit, non quando petitur restitutio contra certam personam, sed in genere contra omnes, qui possunt prętendere interesse, sicut petit minor, cũ vult restitui aduersus aditam hæreditatem, vnde si nemo comparet, non est dare partem aduersam, quia nemo videtur uelle prætendere interesse, secus quando restitutio imploratur contra certam ꝑsonam, vt hic, & in d. cap. 2. de offi. iud. ut ibidē per eundē Abb. & ꝑ eundē Abb. ibidē paulò ante. in uers. quartò nota, ubi tradit de forma libellandi in materia rest. in integr. ubi dicit,
5 quòd ex illo tex. uidetur † innui, ꝙ in hoc iudicio possint in tētari duo remedia, scilicet, officium iudicis respectu restitutionis, & prædicta actio in quantum in illo text. petebatur alia sententia ferri, & sic inquit uidetur, ꝙ officium rescindens, & actio rescisoria possunt simul in eodem iudicio accumulari, vt ibi per eum, qui se remittit ad ea, quæ inferius dicturus est, & per eundem ibidem paulo ante uers. nota ibi
6 dicitur, ꝙ petẽs restitutionē debet se fundare super enormi læsione, quia pro modica læsione non datur restitutio, vnde non sufficit inquit Abb. libellanti allegare simpliciter se esse læsum, quia posset uerificari libellus super læsiõe modica vnde talis libellus non est admittẽdus, quia non sufficit aliquid allegare in genere, quando quælibet species contenta sub genere non concludit intentionem allegantis, seu libellantis, & aliàs, vt ibi per eum.

7 Et ecclesia restituitur, † nedum cõtra priuatum, sed ēt cõtrà ecclesiam aliam, vt cap. primo. de in integr. rest. per Bald. in auth. ppetua, C. de sacrosan. eccl. ex quo uidetur inferri, ꝙ priuilegiatus põt uti priuilegio suo contra pariter priuilegiatum, ꝙ est contra tex. in auth. de sanctis episcopis, §. sed

hoc

Source : BIU Cujas

hoc præsenti, & contra gloss. fin. in capitu. in præsentia de probatio, sed tu intellige istum articulum, vt not. Bartol. in authentic. quas actiones, C. de sacrosanct. eccle. quòd videlicet ecclesia restituitur contrà ecclesiam, quando concurrit solùm videlicet priuilegium vnius ecclesiæ, restitutio enim datur ecclesiæ læsæ, vnde alia ecclesia, quæ non est læsa in illo articulo non habet in eo priuilegium, secus autem quando priuilegium vnius concurrit super eodem, tunc enim concessantur priuilegia, & ambæ ecclesiæ, siue personæ priuilegiatæ vtũtur iure communi, & extra hoc infertur, quòd, si ecclesia contraxit cum ecclesia, & fuit in contractu læsa, potest petere restitutionem aduersus ecclesiam, nam in iudi
8 cio † quasi contrahimus, l. 3. §. idem scribit ff. de pecu facit tex. in l. verum. in fin. ff. de minor. vbi minor restituitur contrà minorem in contractu locationis, vt per Abb. in c. auditis. vers. nonò nota. extrà de in integr. resti.

9 Sed q̃ dicitur † quòd datur ecclesiæ in integrum restitutio, intellige id verum, si ecclesia non sit in dolo, & dolosè non egerit quia tunc vti minori dolosè agẽti denegatur re-
10 stitutio, ita pari modo denegari debet ecclesiæ, † quia in materia restitutionis in integrum æquiparantur minor & ecclesia in opinionibus, vnde omnia iura loquentia de minorib. in materia restitutionis debẽt trahi ad ecclesiam vt per Abba. in c. auditis. eod titu. vers. in glo. pen. quòd dicit menti temendum, vbi dicit & concludit, quòd, si ecclesia fuit condẽnata vti contumax, restituitur, vti restituitur minor contumax, dummodo ista contumatia nõ fuerit dolosa, quia paulo post Abb. ibidem vers. secundò not. subdit, & ex hoc Ioã. Andr. post Doctores antiquos dicit, quòd, si ecclesia nõ fuit vsa rescripto negligenter infrà annum, potest petere restitutionem in integrum, secus si uti postposuit dolose, quia secũdum Doctores etiam ecclesia non restituitur contrà dolũ, vel delictum, per Lap. allega. 54 sicut dicimus in minore, vt in iuribus præallegatis, Hostien tamen inquit idem hoc in-
11 telligi, quando † tota ecclesia fuit in dolo, argum. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccl. secus est si solus prælatus fuit in dolo, per reg. delictum. de regul. iur. lib. 6. & 26. q. 6. si episco-
12 pum, & nota bene hoc dictum, nam † in iudicijs delictũ præ lati nocet ecclesiæ, vt no. gloss. in d. regu. delictum, tamen debet restitui, vt not. uoluit hic Hostiens. ut per Abba. d. loco.

13 Et ad cognoscendum de læsione † ecclesiæ, & an ecclesia sit læsa, inspicitur & inspici habet tempus contractus ipsius alienationis factæ, non autem inspicitur, an post contractũ res sit reducta ad magnam fertilitatem diligentia acquirentis multum utili, & fructifera, decidit gloss. cum tex. in materia capitu. ad aures, de rebus ecclesia. non alienan. ubi Innocen. versicu. tunc possunt gloss & tex. capitu. cùm dilecti. de emption. & uenditio. gloss. in capitu. dudum. de election. Innocen. & Hostiens. d. capitu. cum dilecti. Hostiens. d. capitu. ad aures, vbi dicit, quòd tempus contractus inspiciendum est, si ecclesia dicat se læsam propter alienationem, quam fecit, ita quòd si res sit multum meliorata, hoc non considerabitur, ne agricultores, & emptores suam diligentiã, & laborem disperdant, & ista est communis opinio canonistarum in rebus ecclesiæ, & idem etiam in rebus profanis, per Doctor. in l. secunda, C. de rescind. uendi glo. in cap. cum causam. extra de rest. Guid. Pap. decis. 157. incipit notanter.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius, qui ad pensionem tenetur, cessans per biennium aut triennium præstare, non cadit à feudo.*
2 *Feudum de sui natura est concessio gratiosa.*
3 *Feudum, pro quo annuus census soluitur, accedit ad naturam emphyteusis.*
4 *Papa potest priuare regem regno, si biennio non soluit pensionem.*
5 *An feudatarius cessans in solutione cadat à feudo, conciliantur opiniones, & num. 6.*
7 *Feudi natura alterata in uno, non dicitur alterata in alijs.*
8 *Feudatarius quandoque soluit pẽsionem in signum honoris, ueluti ensem, piper, accipitrem, Brauium, aut Banderiam.*
9 *Pensio notabilis quando pro feudo soluitur, talis concessio adhæret naturæ emphyteusis.*
10 *Distinctio Ifi. in materia pensionis feudalis.*
11 *Authoris distinctio, an ob solutionis cessationem feudatarius cadat.*
12 *Causa & forma actus deficiente, debet eius quoque esse deficere.*
13 *Vasallus non soluens præstituto die feudum amittit.*
14 *Dies interpellat pro homine.*

QVAESTIO XXIIII.

De caducitatibus feudatarij, emphyteutæ, coloni, vel conductoris, & de caducitate ob non solutionem.

CAducitates, propter quas feudatarij, emphyteotæ, conductores, & inuestiti cadunt, expelluntur, & priuantur rebus inuestitis, vel cõcessis, multis modis causantur, & multis de causis obueniunt, de quibus in sequentibus sigillatim pro maiori materiæ declaratione dicemus.

Quia si quidem cessauerit inuestitus soluere canonem, pensionemve, uel illud quod tenetur tempore legitimo, debito, aut conuento, cadit, & licite repellitur, licet hoc secundùm aliquos non sit uerum in feudatario.

1 Quia si † feudatarius, qui pro feudo tenetur præstare certam pensionem, cessauit per biennium aut triennium præstare nõ cadit à feudo, sicut emphyteuta ab emphyteusi. Specul. de loca. §. nunc aliqua. uersic. 85. ubi tenet, quòd si quis de feudo cõditionali annuatim teneatur aliquid soluere, puta capones, piper, & similia, si cessat ultra triennium, nõ amittit ius feudi, l. de quibus. ff. de leg per Alexand. cons. 9. nume. 3. lib. 3. vbi attestat de communi Marsil. singu. 446. incipien. magna profecto. Alex. consil. 5. si uera sunt. colum. 2. libr. 5. per Casad. decis. secunda. de iure iuran. num. 6. ibi, nec etiam cadit ob non solutionem annuæ pensionis debitæ &c. Dec. cons. 138. num. 5. Cur. Iunior. de feud. quarta par. 23. causa priuationis. quarta limitatio, Ias. in prælud. feud. num. 57. idẽ Ias. in l. 2. colum. 11. uersicu. 4. quæro quid in feudo. C. de iur. emphy. per Dec. authen. qui rem. colum. 3. versic. quarto nõ, C. de sacr. sanct. eccle. nec immeritò, si feudatarius ex causa cessatæ solutionis pensionis non cadit, quia inter pœnas & causas priuationis id nõ reperit iure sancitum, quia feudum
2 † est de sui natura concessio gratiosa, & species beneficij, qđ caducitatis regulis inuestitum non astringit. Casad. decis. allegata, sequit̃ Iulius Clar. suo quarto libr. senten. § feud. quæst. 51. quæro aliquis, sed Dec. d. auth. qui rem, colum. 3. uersicu. 4. no. dicit, q̃ ista conclusio, & adducta superius procedunt in feudo vero, & proprie feudo, pro quo seruitium personale principaliter præstatur. Sed est secus si simus in feudo, pro quo annuus census debet præstari, quia bene tunc, si cessat p̃
3 triennium uel biennium cadit, quia tale feudum magis̃ accedit ad naturam emphyteusis, quàm feudi, per Bald. qui id dicit, in l. liberti. colum. fina. de oper. lib. C. uersic. item nota. vbi dicit, q̃, si dicit instrumentum, concessam rem in feudũ pro annua quantitate frumenti, istud non est proprie feudũ, sed magis est emphyteusis, uel contractus innominatus, &c. vnde talis, inquit feudatarius non tenet̃ præstare iuramentũ fidelitatis, nec cẽset̃ iure feudatarij pro quo uide etiam Bal. rubrica. C. de iure emphy. versi. contractus feudi. Bartol. in l. prima. eod. ti. Specul. §. nunc aliqua, uers. 4. in fin. ibi porro a natura feudi differt, quia feudum gratis & libere ob remunerationem concedit, sequit̃ Innocen. in cap. ad apostolicæ. de re iud. in 6. ubi tenet, q̃ si feudatarius cesset per biennium aut triennium, cadit a feudo, per uerba tex. ibi, posset
4 meritò reprehendi, ubi colligit, q̃ † Papa potest priuare regẽ regno, ex quo debitam pensionem biennio non soluit, ca. fi. extra loca. tamen non priuat illum, sed tm̃ reprehendit ex cã quæ interesse tm̃ sedis apostolicæ tangit, per quæ uerba sentit Innocen. q̃ si uasallus cessat biennio soluere pensionem, potest priuari feudo. sequit̃ Bald. ibidem, dicens formaliter, q̃ si feudatarius non soluit pensionem per biẽnium, feudo priuari potest, idem Bald in cap. quæ in ecclesiarum. colum. 4. uers. & nota q̃ si feudum est fictuale, licet feudatarius infra annum in uestituram petierit, fidelitatem fecerit, ac oĩa solemnia seruauerit, tamen si per biennium in solutione canonis, uel partis cessauerit, totum feudum amittit, ut inquit no, Innnocen. in cap. ad apostolicæ. allegans tex. in cap. 1. §. sed nec est alia, quæ fu. prima causa benef. amit. dicens pro hac opiniõe esse optimũ tex. ubi nulla iustior est causa amittendi feudum, quàm id propter q̃ est datum feudum, facere recusare, per Ioan. Andr. d. cap. ad apostolicæ. Fulgo. consi. vltim Bal. l. ædem. colum. 3. uers. sed nunquid. C loca. vbi ait, q̃ pro uno nummo vasallus, & emphyteuta cadunt, quia in eo honor dñi reputatur. sequitur Alexand. consil. 11. libro 5. per quæ late deducta apparet res dubia, quia per primo loco dicta feudatarius licet cesset per multum tempus in solutione, non priuatur, non cadit per secundo verò allegata, si cessat biennio, aut triennio q̃ non soluat canonem uel pensionem, cadit & expellitur; pro concordandis istis contrarijs,
5 multa † adducuntur, nam primo loco Cardinalis Zabare. in cap. potuit. extra loca. distinguendo declarat, q̃ si feudum sit concessum pro fidelitate & pensione, habet locum opinio

Specula.

Source : BIU Cujas

Specula.quòd non cadat,& procedant quæ sunt primo loco deducta;si verò sit concessum pro simplici pensione, cadit si cessat soluere & habent locum secũdo loco dicta, placet iste intellectus Aluaro.in ca.1.§.sed nec est alia, quæ fue. prima caus.bene.amit.sequitur Barto.Cępol.c.1.quinta differen.de feu.cog.sequitur Firman.in verbo feudatarius. colum.3.num.67.& in verbo emphyteusis dicitur.num.17.ver sic.emphyteusis à feudo differt,ibi,quinto,quia emphyteuta non soluens,&c.Ioan.de Imola in cap.† 2.extra de feud.versic.vnum dictum col.16.distinguit alio modo, ꝙ,si uassallus requisitus recusat præstare seruitiũ quod debet, & ad quod tempore contractus feudi se obligauit,& sic facta per domi num requisitione cessat,tunc perdit feudum,ab eo cadit, & feudum reuertitur,d.cap.1.§.sed nec alia.faciunt glo.Imola & alij in cap.breui.de iureiuran.extra.vel non requisitus fuit negligens in pręstando tempore debito;& tunc nõ cadit, ẽt si per triennium cesset,quia hoc nõ reperitur iure cautum, id quod est cum ratione dictum,quia,si requisitus etiam vni ca requisitione tantùm non præstat feudo priuatur. d.§. sed nec alia,id quod non est in emphyteuta, ꝙ si primo anno requisitus non soluit,non cadit a iure emphyteutico, c.potuit. extra loca.vnde & succedit regula,ꝙ qui in vno grauatur in alio sit releuatus,l.eum qui.de iureiur. est dicendum, quod feudatarius non requisitus cessare potest in solutione census aut seruitij præstandi quantocumque tempore sine amissione feudi,quia habetur in c.licet vassallus.si de feu.fu. cõtro. ꝙ per quantumcumque temporis spatium vassallus nõ monitus steterit sine præstatione seruitij, non cadit à beneficio
7 feudi,facit† etiam,ꝙ natura feudi alterata in vno non dicitur alterata in alijs.cap.1.de feud.non haben.na.propr.& de natura recti feudi est,ꝙ vassallus non monitus ad pręstanda seruitia non cadit,d.cap.licet,vbi Docto.& cap. primo.§.ad hoc.vbi Aluaro.tit.hic fi.lex.in vsibus feud. vnde si sit alterata natura feudi respectu annuæ pẽsionis,quæ soluitur, quod est contra propriam feudi naturam, quia feudum est cõcessio gratiosa,& speties beneficij.cap.primo,in fi. de feud. dat. in vic.leg.com.Rep.ca.prim.§.fin.in quibus caus.feud.amit. tamen & respectu & ratione sui non dicitur alterata.d.ca.1. sed alij vt Martin.Laaden.in d.cap.1.alio modo distingunt, & alio modo concordant,videlicet,ꝙ vel pẽsio promissa pẽstatur in signum honoris,vel præeminentiæ & subiectionis,
8 magis quàm commodi pecuniarij,pone,si præstatur† ensis, piper,accipiter.brauium,aut banderia,quæ regulariter præstari solent in signum subiectionis,& in recognitionem superioritatis per Butr.in c.in literis.de restit spolia.vbi dicit, ꝙ si aliqua castra dant ciuitati brauium aut banderias, significatur subiectio castrorum ciuitati,& quidam honor, & hoc casu,quia tale feudum magis innititur gratiæ, quàm commodo pecuniario,licet per mille annos cessaret etiam requisitus,non cadit.

9 Aut† pensio promissa est notabilis, & maximi valoris, propter quam verisimile est, ꝙ dominus principaliter feudum concesserit,pone est cõcessum castrum annui reditus mille,cum pacto,ꝙ inuestitus de illo omni anno quingẽtos persoluat,& eo casu,quia talis concessio magis adhæret naturæ emphyteusis, quàm feudi, si taliter inuestitus cesset in solutione pensionis dictorum quingentorum per bienniũ, aut triennium,cadit à feudo,per doctrinam Bald. allegatam in l.liberti.C.de ope lib.vbi si sit concessum feudum pro annua pensione,nõ est propriè feudum,sed magis emphyteusis,ad notata per Bal.in c.1.de pac.constan. verbo libellariũ. in fin.hanc distinctionem approbal Albert.Brun.cons.41.se
10 cundo dubio.D.Iason† prælud.feud.num.56.colum.17. versic.suprascriptis,vbi ponit,& examinat istam quæstionẽ vsq; per rotam colum.21.& videtur constituere tria membra ꝓ concordatione ista,Primùm quando loquimnr in recto, & proprio feudo pro quo indeterminatè debentur seruitia ꝓsonalia,& eo casu non cadit vassallus à feudo, nisi fuerit requisitus,etiam si per mille annos in persoluendo cessauerit. d.c.licet vassallus.& d.cap.1.§.ad hoc. Aliud membrum est, quando realis modica pensio est promissa ultra seruitia personalia,vti est accipiter,brauium,& bãderia,& hoc casu idẽ venit iudicandum,& dicendum vt in proprio, & recto feudo,ꝙ vassallus nõ cadit nisi requisitus; Tertium membrum ponit,quando vltrà seruitia personalia maxima pensio est ꝓmissa,& isto casu,si maior est pensio, quàm præstatio seruitiorum.quia talis contractus magis adhæret naturæ emphyteusis,& innominato cõtractui,quàm proprio feudo,dicit, quòd cadit.

11 Ego puto† in istis uarietatibus pro ueritate tres casus considerari debere; Primus est,ꝙ,si vassallus requisitus & monitus ad soluendum pensionem,renuit,volẽte domino cadat à feudo,& priuari possit,ueluti quando requisitus ad personale præstandum seruitium reclamat,d. cap. 1. fi. sed nec est alia,cũ nulla diuersitatis ratio assignari possit, l.illud.ff.ad l. Aquil.quod tamen debet intelligi,si sit monitus post aduentum solutionis,quia ante non tenetur.

Secundus vero casus est,quando monitus, aut requisitus non quidem renuit,sed per negligentiam præstare,& soluere cessauit,& tunc cadit,& priuari potest.cap.1.§.ad hoc, tit.hic finit.lex.vbi si uassallus monitus ad pręstandum seruitium diu pręstare cessauerit,feudum amittit,Imola,c.2.col. 10.vers.unum restat,de feud.Ilernias. & Aluarotus d. §.sed nec alia,Cum.cons.164.colum.2.incip.prælatus.Præpos. in prælud feud. columna.8. Alberic. Brun. consilio 41. tertio dubio.

In quanta autem mora esse debeat, vt cadat. videtur id repositum in iudicis arbitrio,per Roma.in l.1.§.1.ff. de publican.qui id iudicat ex eo,quia, cũ in hoc casu nullum certum & determinatum tempus lex uel consuetudo præfixerit,iudicis terminationi stari debet,l.1.in fin.ff.de iur.delibe. pro quo facit, ꝙ si in feudo recto,vassallus monitus nõ præstat seruitium,non amittit statim feudum, nisi post interpellationem diu steterit, quod quidem iudicis arbitrio determinatur,vt est casus in d.§.ad hoc, vbi Doctor. quamuis in feudo recto militat diuersa ratio,quia in eo indeterminata, & sine præstituto tempore debentur seruitia,vnde nihil mirum esse debet,si statim facta interpellatione non cadit, cũ debeat vassallus habere aliquod tempus ad se accingẽdum, & se præparandum ad talium seruitiorum præparationem, quod non dici potest euenire in hoc feudo pensionario, in quo sciens ad quid tenebatur, potuit præuidere euenientę fine anni,Bald.Alua.& alij.d.§.ad hoc.col.2.

Tertius casus est,quando non monitus fuit negligẽs in præstatione annuæ pensionis,& debiti certi seruitij,quia licet Imola suprà adductus & alij teneant,quòd non cadat,licet cesset etiam per mille annos,tamen videtur,ꝙ cadat, & cadere possit,quia in omnibus contractibus, in quibus annua pensio præstatur,& utile dominium in accipientẽ transfertur,accipiens,ob non solutionem, & cessando per tempus debitum soluere,cadit, vt uidemus in emphyteuta.l.2. C.de iure emphy.in colono simplici,l.quæro. §.inter locatorum.ff.loca.in conductore ad longum tempus. per Ias. d.l. 2.num.39.in conductore vectigalis.per Bald.in l.ædes.C.loca.Bar.& Imol.in l.uectigalia.§.1.ff.de publica. & sic in omnibus contractibus pẽsionarijs;vnde idem hic quoque videtur dicẽdum,facit,quia tale feudum datur sub modo,vt annuam pensionem pręstet,l.1.& ibi gl.C.de his quæ sub mod. si ergo modus studiosè non obseruatur,deficiente causa,&
12 †forma debet eius esse deficere,d.l.quæro.§.inter locatorẽ, ita in terminis Bal.in l fi.C.de libera.causa,facit,quia eo modo,quo reuocatur donatio,tali & eodem reuocatur, amittitur̃que feudum.cap.1.§.prædictis,vbi Doct.quæ fuer.prima cã.benefi.amit.& cùm ob inobseruantiam pactorum reuocetur donatio,l.fi.C.de reuocan.dona.ita pari modo & feudum;facit,quia sicuti expresse monitus potest expelli, si diu stet sine præstatione petitorum seruitiorum, ita parimodo quando die solutionis adueniente diu remoratur,cũ dies ipsa pro homine interpellet.Facit ad hoc tex.d.§.ad hoc,si litera sit intellecta prout ibi intelligit Bal.in uerbo recusauerit,
13 ꝙ vassallus† obligatus ad certum seruitium præstituto die pręstandum,si non præstat,etiam non monitus, feudum amittit,quia non soluens dicto tempore recusare uidetur solutionem,ita tenent Bald.& Aluaro.ibi,in secunda colum. quòd tempore præfixo præstationi seruitij, si illud debito tẽpore vassallus non pręstat,etiam non monitus,ꝙ cadit à feudo.tenet Ilerni.in c.2.an ille,qui interfec.fra.dom.sui. Bald. cons.191.incip inter cętera,& ꝙ interpellatio non sit in cõsiderationehabenda,uidetur facere tex.d.c.licet, vbi uassallus sciens domino periculum imminere,tenetur ultro,non monitus,auxilium præstare,aliàs feudum amittit,quamuis, si nesciret periculum imminere, satis foret,si domino cùm peteret paratus esset seruire.vnde in proposito, ex quo uassallus scit obligationem fore ad diem præstitutam ad soluẽdam annuam pensionem,non soluendo,non potest dici, ẽt si non requisitus, non negligens,vnde feudo priuari debet,
14 quia dies† interpellat pro homine.gl.& Imo.ca.breui. extra de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cessans soluere per tempus à lege statutum cadit ab emphyteusi.*
2 *Emphyteutæ non est de necessitate nuntiandum ut soluat.*
3 *Ecclesia habens emphyteusim ab alia ecclesia,si cessat soluere intra tempus statutum,cadit.*
4 *Ecclesia & minores ob non solutionem cadunt,sed restituuntur.*
5 *Ecclesia si successit priuato,qui dedit in emphyteusim, quomodo tempus distinguatur.*

6 *Emphy-*

Source : BIU Cujas

6 *Emphyteuta pro re summi valoris soluens denarium tantùm, cessans in solutione cadit.*
7 *Emphyteuta cadit etiam ob non solutam integram pensionem.*
8 *Nummus solus non solutus operatur quòd pecunia non dicatur soluta.*
9 *Fallit si per errorem minus soluitur, item si per impotentiam.*
10 *Vno ex hæredibus emphyteutæ deficiente pro parte sua, res tota cadit.*
11 *Caducitas obest descendentibus, & agnatis uocatis ex prima inuestitura.*
12 *Vno ex hæredibus cessante ob impotentiam res non cadit in commissum.*
13 *Vno cessante omnes cadunt de iure ciuili, non de æquitate canonica.*
14 *Emphyteuta propter cessationem solutionis cadit, etiam si in instrumento fuerit alia pœna apposita.*

Quid in Emphyteuta.

EMphyteuta quoq; non
1 potest cessare in solutione canonis, aut pensionis conuentæ, quia si desistat † soluere p tempus à lege statutum cadit ab emphyteusi, & eijcitur. l. 2. C. de iur. emphy. vbi emphyteuta non potest differre solutionem pēsionis vltra triennium. vbi glo. verbo triennium. dicit tantū tēpus dari emphyteutæ priuati, emphyteutæ verò ecclesiæ solum biennium fauore ecclesiæ, authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccl. vbi Castren. Bald. Ias. & alij. c. propter, §. verum. ca. potuit. extra, loca. vbi emphyteuta, qui in solutione cessauit per biennium, iuste potest expelli, nisi sibi celeri satisfactione
2 consulere studeat, vbi subdit tex. etiam si sibi † non sit nūtiatum, vt soluat, cùm in hoc casu dies statuta pro domino interpellet, vbi gl. in verbo biennium. dicit, quòd, si emphyteuta promisit soluere pœnam, rato manente pacto, si non soluat pensionem, poterit pœna exigi, & nihilominus de emphyteusi repelli.

3 Quæ conclusio etiam militat † in ecclesia, quæ habeat emphyteusim ab alia, quæ si cesset soluere debitum canonem intra tempus à iure uel canone prefixum, cadit, & repellitur, vt per glo. quæ dicit in authen qui rem, in verbo repelli. in fi. C. de sacrosan. eccl. per Bal. in l. placet. eod. tit. glo. in c. potuit. loca. vbi Anto. de But. tenet Spec. de loca. §. nunc aliqua, ver sic. 14. quæritur, vbi dicit, ꝙ ecclesiæ & minori cessantibus in soluenda pensione currit hoc tempus, & incidunt in cōmis-
4 sum, tamen, inquit, † restituuntur, vbi administrator, aut tutor non sint soluendo. l. si ex cā, §. pen. ff. de mino. extra de integr. resti. constitutus, quod est verum, si sine dolo sit cessatum, secus etiam dolose. pro quo Bald. cons. 225. lib. 1. sequitur Ias. d. l. 2. col. 13. & 14. vers. decimò, vndecimò, & duodecimo quæro, C. de iur. emphy. vbi tenent, ꝙ ecclesia & minor cadentes ob cessatam solutionem ab emphyteusi habent restitutionem in integrum, & restituuntur infrà quadriennū, & ꝙ, ad hoc vt cessantes priuentur, requiritur triennium, nō biennium, per Salyce. d. l. 2. in fin. & Io. And. in addi. ad Specula. vers. 22. ne inductum in fauorem ecclesiæ, vt eius emphyteuta cessans per biēnium cadat, & priuetur, retorqueatur in damnum illius, tenet Bal. in auth. qui rem, etiam in casu quo vna ecclesia habet emphyteusim ab alia, & ꝙ sufficit biennium. ut per eum versic. quærit hic glo. & subdit Ias. ibi,
5 † tertiò decimo quæro, ꝙ, si ecclesia successit priuato, qui derat fundum in emphyteusim, cōtrà emphyteutam talem cessantem attenditur tempus cessatum apud priuatum, & tēpus cessationis apud ecclesiam, quia tempus cessatum apud priuatum computatur, & enumeratur ad rationem triēnij, tempus verò cessatum, quo res est pęnes ecclesiam, connumeratur, & computatur ad rationem biennij, per iura, quæ ibi Ias. adducit.

Et in tantum est uera dicta conclusio, quòd, si emphyteu
6 ta pro re † summi ualoris soluat unum denarium, puta pro Castro, aut oppido, si cesset per triennium aut biennium in solutione, cadit, & castrum amittit, tenet glo. in authen. qui rem in verbo repelli. C. de sacrosan. eccl. ubi Paul. de Castro vers. in glo magna, tenet Specu §. nunc aliqua. vers. 103. ubi in additio. fac. glo. in l communi diuidundo. in princi. ff. cōmun. diuidun. & quod habetur in l. eadem, §. Cato. de verb. oblig. ubi propter nummum non solutum de sorte, committitur tota pęna, Bar. Bal. & alij d auth. qui rem, Alex. cons. 105. lib. 3 magnifice prætor.

7 Item cadit † emphyteuta, qui non soluit integrum canonem, sed cessauit per triennium in integrali solutione, pone. qui erat obligatus soluere. 10. cessauit in solutione quinque per biennium, aut triennium, quia per talem cessationē cadit à toto, tenet Oldra. cons. 29. per Bal. in rubrica de cōtra hēn. emp. 10. q. Alber. d. auth. qui rem, Imo in d. c. potuit, 39. colum. tenet Sal. in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccl. Paul. de Cast. in l. in exequutione. § pro parte. ff. de uerb. obli. ubi tenet, ꝙ, si totum soluisset excepto uno nūmo, ob talis nummi cessationem cadit in totum, Ias. d. auth. qui rem, fac. glo. in l. res bona, ff. de contrahen. emptio. quę habet quod, si res
8 † sit uendita sub pacto, ꝙ nisi die statuto fuerit soluta pecunia, ꝙ res sit inempta, res erit ī empta, si unus solus nummus desijt solui, Bald. in rubri. C. de contrah empt. idem in l. cùm allegas, C. de vsur. ubi decidit, ꝙ propter defectum unius nūmi cadit quis ab emphyteusi unius Castri ualentis mille. Barba. cons. 40. primo vol. col. 10. circa secundam dubitationē, quod quidem duobus modis limitatur. Primo, si per errorem minus soluatur, talis error nō prędiudicat, l. quamuis rationes, ff. de condi. & demon. no. Bal. in l. pro hæreditarijs. 3. col. ff. de hære. & actio. vend. secus si de industria, sciensq; ac prudēs omiserit soluere illum denarium. d. l. quamuis. ff. de cond. & demonst. vt per Bal. Imolam. & Raphael. Cuma. qui ibi ita intelligunt, & limitant, quia tam paruus error nocere
9 non debet; Ita limitat † in inquilino, & emphyteuta cessantibus in uno nummo, Alex. cons. 106. colum. 6. uersi. præterea illud, lib. 3. Barba. in proœmio. clem. in utraque lectura. Socy. d. l. quamuis, Ias. in auth. qui rem. colum. pen. uersic. intellige tamen, C. de sacrosan. eccl. & alij relati per Tiraq. de retract. conuentional. §. 4. gl. 6. uers. sed id tamen, mihi num. 29. Secūdo loco potest limitari, si cessatum fuit in solutione propter impotentiam, & paupertatem, per Specul. §. nunc aliqua, uersicu. 29. quia in nihilo cadit, si sit paratus, ut per Ioan. Andr. ibi.

10 Et si unus † ex pluribus hæredibus emphyteutæ defuncti cesset in solutione canonis pro parte sua, res tota cadit & in totum, non pro parte, per glo. ordin. in l. communi diuid. in princip. in gl. magna, ver. confunderetur, ff. com. diuid. p Hostien. de loca. in summa, §. fi. uers. quid si unus, Alber. in l. 2. C. de iure emp. Spec. in §. nunc aliqua. uers 70. ubi Io. Andr. qa quoad pœnam euitandam non sufficit particularis solutio, l. in exequutione. §. fi. ff. de uerb. obli. & res est clara per sup. firmata: quia si unus emphyteuta soluit tantùm partē canonis, cadit; eandem conclusionem sequitur Afflict. ubi dicit communiter teneri, decis. 153. num. 4. Ripa in l. quarta. §. Cato. num. 44. ff. de uerb. obli. cùm enim prima obligatio esset insolidum in persona emphyteutæ, non potest mutari facto hæredum, sed transit in omnes cum illa obligatione solidi, Alber. tamen in d. l. communi diuidundo dicit, ꝙ immo cōmunis opinio est in contrarium, sed potest esse ꝙ secūdùm sua tempora uerum dixerit, sed hodie opinio glo. proculdubio est magis communis, ut scilicet omnes cadant, & licet videatur aliquantulum rigorosa, esset tamen seruanda in practica, quia aliàs de facili multæ emphyteuses ad nihilum reducerentur. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum, §. emphyteusis. 8. q. quæro quid.

Et adeo uerum est, ut res sit caduca facta per cessationē in solutione canonis per unum ex hæredibus, quòd talis ces
11 satio, † & caducitas ex dicta cā incursa obstet eius descendētibus, & agnatis uocatis ex tenore prædictæ inuestituræ. per Specula. §. nunc aliqua. uersic. 78. per Ias. l. 2. num. 58. & seq. de iure emphyt. ubi attestatur esse communem, illum refert apost. ad Riminal. consil. 381. numero quarto, Ruin. consil. 168. lib. 1. num. 6. sequitur Iul. Clar d. loco. uers. sed hic quæro, qui dicit communiter uerum, licet ipse iudicet rigorosum.

Istam conclusionem limitat Ias. d. l. 2. uers. decimò septimò quęro, tribus modis, sed meo iuditio primæ duę nō sunt limitationes, si bene inspiciatur, sed tertia limitatio est bene
12 limitatio, ut uidelicet fallat ista conclusio, † ꝙ uno ex hæredibus cessante in solutione non incidatur in commissum, quando cessatio in solutione prouenit ex impotentia, & paupertate, per quam non cadit, per Specula. §. nunc aliqua. uersic, 29 subdens, † quod conclusio ista, ut defectu unius omnes cadant, procedit de iure ciuili, non autem de æquitate
13 canonica, per Ioan. de Imola, cap. potuit. 39. col. & seq. ut ibi per Ias.

Item est etiam caduca res emphyteutica propter cessatam solutionem, etiam si in instrumento fuerit alia pœna apposita propter † cessationem solutionis, quia non
14 soluens poterit non obstante talis pęne appositione de emphyteusi expelli, tenet glo. in uerbo repellere, in l. secunda, allegata, quam omnes sequuntur, ubi Ias. numero 139. quod tamen intellige ut gloss. ibi, uidelicet ut non possit utrumque fieri, scilicet petere pœnam, & expellere, sed potest dominus directus eligere ex istis duobus, utrum mallit: pro quo Bart. pulchre. d. l. 2. uersic. quæro quid. C. de iure emphyteu.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 Pensio si soluitur singulo lustro, emphyteuta ecclesiæ non cadit, nisi cessauerit per duo lustra, priuati verò per tria.
2 Fructus unicus si percipitur unico biennio, requiritur quòd cesetur per duo biennia.
3 Tempus cessationis debet esse continuum.
4 Dictio, per, tempori apposita temporis continuationem denotat.
5 Iuramentum operatur, vt emphyteuta cadat, si cessauerit in primo anno tantùm.
6 Emphyteuta si sit interpellatus ad soluendum, cadit non expectato biennio.
7 Respublica & ecclesia æquiparantur.
8 Quid si pensio quolibet mense sit soluenda.
9 Cessans in solutione ob impotentiam & paupertatem, non cadit.
10 Emphyteuta non cadit ob cessationem solutionis, si non habuit possessionem emphyteusis.
11 Pactum de non expellendo emphyteutam ob non solutionem, seruari debet.
12 Consuetudo ualet, vt emphyteuta non soluendo non incurrat caducitatis pœnam.
13 Consuetudo fortior est, quàm pactum priuatorum.
14 Rescriptum impetratum, quòd emphyteuta non cadat propter non solutam pensionem, non ualet, secus in priuilegio.
15 Emphyteuta ecclesiæ potest celeri satisfactione sibi prouidere.
16 Celeriter quomodo dicatur sibi emphyteuta consulere.
17 Moræ purgatio admittitur in emphyteusi ecclesiastica, secus in priuati emphyteusi.
18 Moræ purgationi locus non est post domini declarationem.
19 Mora purgari non potest ob iuramenti interuentum.
20 Cessans non cadit si post biennium dominus recipit pensionem.
21 Limitatur si dominus sciens recipit, secus si ignorabat.
22 Emphyteuta cessans non cadit si erat creditor domini.
23 Compensatio non fit ipso iure, immo nisi opposita sit.
24 Emphyteuta, qui cessauit ob legitimum impedimentum (puta quia carceratus) non cadit.
25 Emphyteusis conseruatur per solutionem factam à creditore emphyteutæ.
26 Emphyteuta liberatur præscriptione quadraginta annorum.
27 Obligatus soluere frumenti quantitatem ex certo fundo, non cadit ob non solutionem.
28 Testator si legauit aliquid ecclesiæ super tali fundo, an res uideatur affecta, & num. 29.
30 Summa est ratio, quæ pro religione facit.
31 Emphyteuta si soluit uni ex hæredibus domini, alijs aũt non soluit, non cadit.
32 Cessans non cadit, quando non constat esse magis emphyteuta, quàm censuarius.
33 Ignorantia excusat.
34 Oblatio sufficit ad euitandum pœnam caducitatis.
35 Oblatio debet fieri realiter, non autem uerbo tantùm.
36 Verba instrumenti emphyteusis si in personam sint concepta, res non afficitur, secus si in rem, & impersonaliter.

Declaratio Præcedentium.

SEd quòd emphyteuta, aut conductor cadat à iure, si cessat per biennium vel triennium, intelligi debet, quando solutio nõ
1 est aliter limitata per partes uel declarata, quia si sit † actum inter partes, ꝙ canon uel pensio soluatur singulo lustro, emphyteuta ecclesiæ non caderet, nisi cessasset per duo lustra, & sic per 10. an. emphyteuta priuati per tria lustra, & sic per ann. 15. ita intelligit & declarat Bald. in l. ædem. colum. 2. ver sic. & quæro. C. loc. vbi quærit quomodo accipiatur biẽniũ, & respondet per duos, aut tres terminos. l. quod in anno. §. idem si locatur. ff. solu. matr. subdens, ꝙ est uerum adhuc, vt si quolibet lustro sit soluendum, duo lustra computentur ꝑ biennio, & tria pro triennio, & si est solutum bis, uel ter in vno anno, tamen biennium, aut triennium est expectãdum. latè per Rolan. de Valle. cons. 87. vers. quartò dicitur. nume.
2 29. ubi ꝙ, quando † unico biẽnio percipitur unicus fructus, ad hoc vt cessans soluere cadat à iure emphyteutico, requiritur, ꝙ cesset per duo biennia. faciunt adducta per Bar. in l. in lege. C. loca. & in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eo. ita limitat, & intelligit hanc conclusionem Ias. in auth. qui rem, colum. 4. in tertia additio. vers. 2. limita. C. de sacrosan. eccle. sequitur Alex. in l. diuortio. §. ob donationes, colum. 3. uersi. in ea, ibi, ff. solu. matr. vbi dicit secundùm Bald. ꝙ regula ista, ꝙ cessans ꝑ biennium in solutione cadit, non intelligitur militare, quando in tali biẽnio, uel triennio, vnus solus fructus percipitur, quia si sit concessa emphyteusis, vt singulo anno soluatur canon in festo resurrectionis, si euenit, ꝙ transiuit bis terminus resurrectionis, ꝙ non soluit emphyteuta, non tamen transiuit totum biennium, non dicetur ob hoc emphyteuta à iure suo cecidisse, per Ioan. Andr. ad Specula. de loca. §. nunc aliqua. uers. 87. quia requiritur lapsus biennij, nõ ꝙ labatur unus terminus soluendi, per multa ibi per Alexã. adducta, sequitur Ias. in l. 2. col. 2. vers. 4 nota. num. 4. C. de iure emphy. ubi ad hoc addit tex. in l. si sic constituta sit aqua, ff. quemadmodum ser amit.
3 † Et an istud triennij tempus debeat esse continuum, Ias. ibi adducit Paulum de Leaz. in d. c. potuit de loca. sed quòd debeat esse continuum declarat optimè Bald. in d. authẽ. qui rem, in prima colum. vers. sed pone, vbi inquit, sed pone, ꝙ soluit censum primo anno, secundo verò anno, non, tertio sic, quarto non, an poterit expelli? respon. ꝙ non, quia requiritur ꝙ cesset per biennium continuum, quia quãdo dictio,
4 † per, adiungitur tempori denotat continuationem temporis, l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verbo. sign. dicit Dec. in d. authen. qui rem, colum 3. uers. secundò nota. sequitur Saly. in d. l 2. col. 1. in fin. uers. quæro an hoc triennium latè Socy. cõsil. 118. circa præsentem consultationem. lib. secundo. vltim. dubio.

Nec habet locum ista conclusio priuationis, & caducitatis, si in conuentione uel instrumento talis solutionis faciendæ interuenit iuramentum, quia propter † virtutem iuramẽti cessans in solutiõe in primo anno cadit, & priuari potest, per doctrinam Bald. in cap. quærelam. de iur. iur. in fin. uersi. vlti. conclude. Alex. cons. 85. non puto. circà principium. lib. 1. vbi dicit, ꝙ postquàm conductor in anno præsenti nõ soluit affictum, prout iurauit, & promisit, quamuis in soluẽdo non cessauerit per biennium, aut triennium, cadit ipso iure à iure suæ conductionis propter periurium, l. si quis maior, C. de transac. per tex. d. c. quærellam, vbi propter periurium, ille qui iurauerat soluere pẽsionem, incidit in commissum, & priuatur iure suo, absque eo ꝙ expectetur cessatio biennalis, & propter verba generalia in d. l. si quis maior, uidelicet in pacto iurato, quod est uerbum generale extendens se ad omnes contractus, ut ibi per Alex. idem Alex. consi. 105. colum. 4 lib. 3. Marsil. sing. 226. Franc. Rip. ca. 2. colum. 5. de rescrip. Dec. authen. qui rem. colum. 4. ver. octauò quòd, C. de sacrosan. eccl. Ias. d l. 2. uersic. nonò quæro, colum. 13. nume. 47. ubi post aliqua in contrarium deducta tenet, & sequitur opinionem Bal. Rolan. à Valle. cons. 6. uers. vltimò potest responderi. num. 42. idem consil. 8. uersicu. non obstat ultimũ. num. 41. & consil. 77. uersic. secundò non obstat. nume. 18. ubi multa allegat.
6 Item non † uidetur habere locum ista conclusio in casu, quo emphyteuta sit interpellatus, uel citatus ad soluendũ canonem, quia isto casu non expectatur spatium biẽnij, sed statim post sex menses priuatur, & cadit: tenet Ang. in l. locorum domini, C. de omni ag. deser. lib. 11. ubi si ecclesia fecerit citari suum emphyteutam, ut solueret, si non soluit, sufficit cursus sex mensium, ut possit expelli, per illum tex. ubi tributarius reipublicæ citatus ad soluendum tributum cessans per sex menses, potest priuari dominio, sic in emphyteuta
7 ecclesiæ, quia respub. † & ecclesia æquiparantur, l. respublica, & ibi glo. ex quib. caus. maior. quia quod dicitur de triẽnio, uel biennio procedit, quando emphyteuta nunquàm fuit interpellatus non iuditialiter, istud uidetur mirabile, & ideò reprobatur per Ias. d. l. 2. colum. 13. uer. octauò quæro, num. 46. de iure emphyteu. vnde respondendo ad illum tex. l. locorum. dicit, ꝙ ideò ibi deciditur, quia ibi concurrunt duo, uidelicet, quia tributarius erat deserens agrum, & cessans in solutione tributi, id quod non videtur posse militare in emphyteuta solùm cessante in solutione, ut per Iaso. ibi, sequitur istud Alex. in apostil. in d. l. locorum, Barba. in ca. quoniã frequenter, §. porrò. 18. colum. ut lit. non contesta. Corse. singu. 96. aliàs litera, e. ver. emphyteuta, Barba. in c. potuit. extra loca. idem tenet, se corrigens.
8 Nec † pari modo habet locum conclusio, quando est facta emphyteusis cum pacto, ꝙ in quolibet mense fiat solutio pensionis, quia tunc non expectabitur triennium, sed tãtùm tres menses duplicati, & sic sex mensium spatium, ita tenet singulariter Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua, uersic. 87. per tex. in l. si sic. ff. quemad. ser. ami. sed contrarium tenet in additio. ibi Ioã. And. ꝙ immo semper requiratur triennium, nec obstant contraria, quia loquuntur in præscriptione libertatis, nos verò sumus in pœna proueniente ex cessatione solutionis, ita tenet Ias. d. l. 2. col. 14. vers quartò decimò, nu. 52. de iur. emphy. C.
9 Item † non habet locum ista conclusio, ꝙ cessans in solutione priuatur, & cadat, quando emphyteuta non potest id soluere, ad quod tenetur. per nota. per Anton. de Butr. in ca. significante. de pigno. quarto not. fac. optime tex. in cap. quę relam. de iureiurand. Bald. dicit quòd paupertas eum excusat, quia tunc non est periurus, cap. breui. de iureiurand. Bar. in l. quod te. ff. si cert. pet. Bald. càp. literæ. de dilatio. Ias. d. 2. de

iure

iure emphyte. C. colum. 13. verſ. nonò quæro. idem l. ſi quis maior, colum. 3. de tranſact. Dec. cap. 2. 3. no. de reſcri. idem Iaſ. ibidem colum. 15. verſ. ſecundò poteſt is, & colum. ſequẽ. verſ. tertiò limita, & colu. 15. verſ. ſexto decimò quæro, vbi dicit, ꝙ emphyteuta ceſſans in ſolutione partis canonis expellitur à toto, niſi ceſſauerit propter paupertatem.

10 Nec pari modo habet locum † iſta pœna caducitatis, & priuationis, ſi emphyteuta non habuit poſſeſſionem emphyteuſis, per Guielm. de Cun. & Bal. in l. ſolemnibus, C. de rei vend. circa fi. per Abb. conſ. 67. in cauſa quæ vertitur. libr. 2. col. fi. Paul. de Caſt conſ. 215. ſi non intereſt. in fin. per Ange. in conſil. 311. in themate, quinto dubio, Card. conſ. 92. fauẽdo pupillis.

11 Et ſimili modo fallit illa regula, † ſi ſit expreſsè inter dominum, & emphyteutam conuentum, ꝙ etiam ſi ceſſauerit, nullo modo poſſit expelli, quia tale pactum ſeruari debet, & non poterit expelli, per glo. in l. 2. verbo repellere, C. de iure emphyteu. quæ licet loquatur in emphyteuta priuati, tamen idem eſt in emphyteuta eccleſiæ, per Bart. in l. fundi. C. de fund. patr. lib. 11. Paul. de Caſtr. conſ. 137. primò uidendũ, tenet Specul. poſt multa adducta in contrarium. §. nunc aliqua. verſ. 89. quæritur. de loca. ex ſententia Odofredi dicentis ualere tale pactum, ſiue fiat ad tempus, ſiue ne vnquã deijciatur, quia licitum eſt domino iuri ſuo renũtiare, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. quia ſi valet, & debet ualere pactum, ſuper deijciendo ceſſantem, debet etiam ualere ſuper non deijciendo, per iura, & alia, quæ ibi cumulatè Specul. adducit.

12 Et ſi valet pactum, † ut quis ceſſans non deijciatur, debet etiam ualere conſuetudo, ſi quæ exiſtat, ꝙ quis non ſoluendo non incurrat pœnam priuationis, quia, ſi ualet pactum, à fortiori valet conſuetudo, ita dicit Abba. in conſ. 72. omni potentis Dei in negotio Guidonis. colum. 2. verſi. ſed his nõ obſtantibus, ubi dicit, ꝙ valet pactum, vt emphyteuta nõ poſſit expelli ex ceſſatione ſolutionis, ergo inquit debet ualere
13 conſuetudo, † cùm ſit fortior, quàm pactum priuatorum, vt probatur cap. fin. de conſuetu. no. Bar. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. tenet Io. de Anan. conſ. 84. videndum eſt, colu. fin. verſ. poſtremò. tenet Ia. vbi multa adducit in l. 2. C. de iure emphy. colum. 36. verſ. an autem valeat conſuetudo, & pari ratione ualeret ſtatutum. per no. in l. de quibus, ff. de lega. licet ſit ſecus in reſcripto apoſtolico obtento, ꝙ emphyteu
14 ta ceſſans in ſolutione non poſſit expelli, quia taliter † impetratum reſcriptum non valet, per Bald. in l. ſi à te. verſicu. & nota, C. de pact. inter empto. quia cùm reſcriptum regulariter reſpiciat obſeruationem iuris, l. falſo, C. de diuerſ. reſcrip. tale reſcriptum cenſetur ſubreptitium; Sed eſt ſecus in priuilegio, quia priuilegium ad euadendum iſtam pœnam obtẽtum valet, quia talis pœna eſt odioſa & præſertim de iure canonico, ut no. in c. ſuam, extra, de pen. per Dec. in authenti. qui rem, 3. colum. verſicu. ſextò fallit, C. de ſacroſanct. eccleſ.

15 Item non † militat iſta priuatio uel caducitas, ſi emphyteuta eccleſiæ ſtatim poſt biennium ſoluit, & celeri ſatisfactione ſibi prouidit, cap. propter ſterilitatem, cap. potuit, extra loca. vbi gl. in uerbo celeri, inquit & per hoc patet, ꝙ emphyteuta poteſt purgare moram offerendo canonem poſt biennium, & quod aut quãtum tempus importet iſta celeri-
16 tas, & † quomodo dicatur celeriter ſoluere & ſatisfacere, poſt multa glo concludit & reſidet, ꝙ id ſit in arbitrio iudicis, ex quo non reperitur determinatum à iure, & Abba. ibi in d. glo. ſecundùm Innocen. dicit, ꝙ celeriter dicitur ſatisfacere, ſi exactus in iudicio, uel extra ſoluit ſine præfixione termini, & multò celerius ſi nullam expectat interpellationẽ, ſed ſponte ſoluit. Hoſtien. conſuluit ꝙ non expectetur requiſitio, & placet Abbati, quia illa verba tex. ſibi conſulere ſtuduiſſe denotant vt ſine aliqua requiſitione ipſemet ſibi celeriter conſulat: & ideo bonus iudex arbitrabitur, quando dicitur ſibi celeriter prouidiſſe poſt biennium, quando enim modicum tempus dicatur, intelligitur arbitrio iudicis, Abb. conſi. 77. in cauſa. colum. 2. lib. 2. Specula. de loca. §. nunc aliqua, verſ. 84. quæritur. dicit ꝙ qui exactus debitum non ſoluit, non poteſt dici ſibi celeriter prouidere; ſubdẽs, & poteſt dici ſibi celeriter prouidere, qui in iudicio, uel extra iudiciũ, neque exactus, ſtatim. & ſine termino uel dilatione perſoluit. & c. de quo aliqua deduxi in rubrica de ſolutio &c. quæ mora purgatio admittitur tantùm in emphyteuſi eccleſiaſti
17 ca, de qua loquitur tex. in d. c. propter. † & cap. potuit, non autem in emphyteuſi priuati, vt poſt multam diſputationem concludere videtur. Iaſ. in l. 2. C. de iure emphy. col. 23. uerſi. quod tenendum

18 Sed iſta moræ purgatio, † aut ſatisfactio admittitur ſem per poſt biennium elapſum, quouſque nõ ſit declaratus animus, & uoluntas domini, quia, ſi dominus declarat uelle, ꝙ emphyteuta cadat, uel ceciderit, non eſt locus moræ purga
tioni. Cępol. cautela. 136. tu ſcis emphyteuta, & conſi. 138. &
19 146. dico in allegata rubrica de ſolutione. † Sed iſta moræ purgatio non admittitur ubi interuenit iuramentum, per Bar. in d. l. ſi quis maior, & in l. ſi inſulam. ſecunda quæſtio. de verbo. obli. Dec. in d. authen. qui rem, 3. colu. uerſicu. ſecundò not.

20 Item fallit iſta concluſio, † ꝙ ceſſans per biennium in ſolutione cadit, ſi per dominum poſt biennium ſit factus aliquis actus, per quem ſit declarata uoluntas domini eſſe, ꝙ nolit eum cadere à iure, puta ſi dominus recepit penſionẽ ab emphyteuta, aut conductore pro tempore futuro, quia recipiendo talem penſionem indiſtincte, ſiue faciat cum proteſtatione, uel ſine, præiudicat ſibi in caducitate, & iure expellendi. l. 2. §. non male. ff. de dol. exceptio. & l. qui in futurũ ff. de pact. quia quamuis emphyteuta ceſſauerit per triẽniũ, non tamẽ eſt finita emphyteuſis, niſi dominus uelit emphyteutam cecidiſſe. per verba tex. d l. 2. ibi, ſi dominus uoluerit, unde dominus recipiendo talem penſionem uidetur vele ꝙ non cadat, per Iaſ. l. 2. colum. 42. uerſ. ſed in terminis, C.
21 de iure emphy. id quod intellige uerum † quando recipiens canonem erat ſciens de caducitate, ſecus ſi ignorabat. per Iaſ. ibidem. & Paul. de Caſtr. authen. qui rem, C. de ſacroſan. eccl. uerſ. in tex. ibi, ubi Alber. colum. 2. verſ. ſed pone, ubi ponit caſum in terminis de prælato, qui ignorãs caducam rem eſſe, recepit penſionem.

22 Item non habet locum iſta † concluſio, ſi emphyteuta, ꝙ ceſſauit per tempus legitimum biennij aut triennij, erat creditor domini in tantundem, uel maiori ſumma, quàm erat canon, uel penſio, quia tunc per ceſſationem biennalem, vel triennalem non cadit, dicit, & tenet Specu. §. nunc aliqua de loca. uerſ. 79. ubi dicit, ꝙ ſiue compenſatio fit ipſo iure, l. ſi ambo, & l. cùm alter. ff. de compen. ſiue non fit ipſo iure, ſed tamen compenſatio ſit obiecta ante lapſum biennij, aut triẽnij, eſt tutus emphyteuta à caducitate. l. ſi conſtat. ff. de compenſa. tenet Io. And. in additio. ad Specul. ibi. Alber. in l. 2. C. de iure emphy. 10. colum. Alber. in l. cùm alter. ff. de compẽſa. D. Iaſ. in l. 2. colum. 17. uerſ. decimò nonò quæro. ueſicu.
23 vnde uideretur, ubi concludit, ꝙ licet † compenſatio ex cõmuni doctorum opinione non fiat ipſo iure, immo niſi oppoſita ſit, & ꝙ ſi emphyteuta non oppoſuerit ante tempus prædictum, ꝙ ceciderit à iure ſuo, nec poſtea ſit audiendus uolens obijcere compenſationem, tamen pro euitanda pœna caducitatis, & ad euitandam pœnam, & ad euitandum, ac impediendum curſum uſurarum, fit ipſo iure compẽſatio, etiam ſi non fuerit oppoſita ab emphyteuta ante tempus pdictum, gl. & Doct. in l. ſi conſtat. ff. de compenſa. per glo. & Bald. in l. 1. ff. eod. titu. ita tenet Imol. in c. bona fides, per Iaſ. ibi allegata.

24 Similique modo † non militat dicta concluſio, quando emphyteuta iuſtis & legitimis cauſis & impedimentis detentus canonem perſoluere non potuit, pone, quia in carcerib. detentus fuit, quia ſi ſit lapſum biennium, uel triennium, ꝙ per talem detentionem ſatisfacere nõ potuit, non cadit à iure, quia detentus in carceribus dicitur legitime impeditus, ita ꝙ per ceſſationem non debet expelli, tenet Ant. de Butr. in cap. ſignificante. quarto no. extra de pig. tenet Iaſ. in d. l. 2 colum. 18. verſ. vigeſimò primò quæro, ubi dicit, quod, ſi caderet, deberet in integrum reſtitui ex clauſula generali.

25 Item non eſt locus † prædictæ cõcluſioni, ſi creditor emphyteutę ſoluit canonem pro fundo emphyteutico ſibi obligato, quia, licet emphyteuta ceſſet in ſolutione per biennid aut triennium, tamen per ſolutionem factam ab ipſo creditore conſeruatur emphyteuſis, & non cadit emphyteuta ceſſans. l. lex uectigali. uerſ. tam debitor, quàm creditor. ff. de pigno. quem tex. Bar. & Ang. ad hoc no. tenet Iaſ. d l. 2. colum. 21. verſ. vigeſimò quarto quæro; Immo ſolutio facta per tertium nihil attinentem emphyteutæ, & nullum ius habẽtem in re, prodeſt emphyteutę ceſſanti in ſolutione, & illum ſaluat à caducitate, etiam ſi ſoluat ſuo proprio nomine, non nomine emphyteutæ, quia cũ tractatur de conſeruatione iuris realis, uelut eſt iuris emphyteutici, ſemper factum negotiorum geſtoris prodeſt ad talis iuris conſeruationem, per tex. in l. arboribus, §. quid tamen, ff. de uſufr. tenent in termini s in emphyteuta. Ange. & alij in l. lex uectigali. allega. & Ludo. Roma. conſi. 103. viſo propoſitæ quæſtionis themate, qa cũ ſumus in conſeruatione talis iuris realis, nõ refert à quo ſoluatur, aut quomodo, aut cuius nomine, modò ſolutum ſit, d l. arboribus. §. quid tamen, & clarius in l. qui fundum, ff. quemadmo. ſer. amitta. fac. tex. l. forma, § ſi cũ ego, ff. de cẽſi. vbi ſolutio cenſus, aut canonis facta per non habentem ius ſuo proprio nomine prodeſt habenti ius quoad conſeruationem ſui iuris cenſualis, Spec d. §. nunc aliqua. uerſ. 82. Guliel. de Cun. in d. l. arboribus, §. quid tamen, Iaſ. d. colum. 18. verſic. vigeſimò quintò quæro. Idem poteſt facere procurator, maxime ſi ſit ad hoc conſtitutus, per communiter Doctor.

Source : BIU Cujas

ctor. vt per Corſet. in repertorio Abba. uerbo emphyteuta.

27 Nec parimodo † cadit a iure emphyteutico emphyteuta, qui ceſſauit ſoluere canonem per ſpatium quadraginta annorum,& ſemper rem poſſedit,quia talis dicitur præſcripſiſſe liberationem a penſione ſoluenda,per Bal. qui dicit in l. comperit.de præſcrip.30.uèl quadra.ann. quia tanto temporis curriculo tollitur omnis actio.l ſicut.& l.omnes. de præſcrip.30. vel 40.ann.tenet Iaſ.d.l.2.col.20.uerſic.vigeſimò octauò.ſeſe remittens etiam aliò.

27 Et ſimiliter † non militat iſta concluſio, quãdo aliquis per inſtrumentum promiſit omni anno ſoluere ſextaria decem frumenti pro quodam fundo,quia talis ex ceſſatione ſolutionis non cadet a iure ſuo,nec incidit in pœnam,l.2. C.de iure emphyt.quantocunque tempore ceſſet, quia nõ conſtat hũc eſſe emphyteutam,vel colonũ,per Alber.in d.l.2.col. 5. uerſ. quid de quæſtione, idem eſſe ſi ceſſauit in ſolutione cenſus perpetui,aut aliqua eleemoſina,uel legato, per Hoſt.in ſumma de loca.§.fi.uer.quid ergo,per Spe.de loc.§. nunc aliqua, uerſi.86. ubi diſtinguit, ꝙ ſi quidem debetur penſio eccleſiæ ratione dominij,& de hoc conſtat, & tunc indubitanter res per ceſſationem incidit in commiſſum.c.pen.de loca.& c.fin. item ſi ratione eleemoſinæ,ſi cauſa alimentorum relictũ eſt,

28 res eſſe affecta videtur.l.2.ff.de alim.& cib.leg.ſed ſi † teſtator reliquit aliquid eccleſiæ ſuper tali fundo ad certum tempus, res non videtur affecta,unde,ſi ſolui ceſſatur, res non cadit, arg.l.quidam teſtamento.ff.de leg.1.ſi uerò legauit in perpetuum,tũc quilibet poſſeſſor tenebitur, & res affecta videtur, & ſi teſtator non dixit relinquo ad tempus, uidetur in perpe

29 tuum reliquiſſe.l.annua.ff.de ann.leg.& ſi non † conſtat,vtrũ relictum ſit,& eccleſia habet maius dominium ciuitatis, præſumendum eſt deberi ratione dominij.c.omnis. de conſt.niſi probetur exempt.c.fi.de cauſ.prop.& poſſ. ſed ſi eccleſia non habet maius dominium,præſumitur intuitu eccleſiæ relictũ, quia qnod commitatur,& incidat in cõmiſſum, eſt odioſum,

30 & tamen † ſumma eſt ratio,quæ pro religione facit.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.fun.c.cum plãtare.de priuileg. ſequitur Iaſ.d.l.2.col.11.uerſi.7.quæro.

31 Item non videtur militare concluſio, quando ego habeo vnum fundum in emphyteuſim a Seio, quo mortuo relictis pluribus hæredibus,cum uno ex illis facio ego quod debeo, cum alio non,quia ceſſans cum illo ego non cado. per Gul. de Cuneo.& Bald.in l.communis libertus ff. de in ius uocan. ſecundum Iaſ.d.l.2.uerſi.18.quæro,quod videtur contra ſup. firmata de eo,qui ceſſauit ſoluere in parte canonem, ſi ſic nõ ſoluit,intelligitur, quem dicimus per ceſſationem ſolutionis partis cadere,maxime ſi ego ſoluendo uni ex hæredibus non ſoluo totum canonem, ſed partem tantùm ſibi tangentem, per Iaſ.etiam in l.fi.eo.tit.q.12.

32 Item fallit iſta concluſio,† quando ſumus in caſu, ꝙ neſcimus,nec apparet,an ille qui ſoluit,ſit emphyteuta nec ne,aut cenſuarius,an quomodo ſoluat,quia talis ex ceſſatione ſolutionis cuiuſuis temporis non cadit a iure per Alber. in l.2.C. de iure emphyt.uerſi.quid de quæſtione a me quæſita, vbi dicit,ſe ita aliàs reſpondiſſe, ex quo non conſtat iſtum eſſe emphyteutam,aut colonum,uel quomodo, ſequitur Iaſ.d.l.2.in glo.triennij.uerſi.3.quæro.uerſi.ad iſtam addite, & apoſtilator ibi citat Dec.conſi.146.& Socin.conſ.198.idem tenentes.

33 Item fallit iſta † concluſio quando emphyteuta ignorans rem eſſe emphyteuticam ceſſat in ſolutione,quia tunc ignoranti nõ currit tempus.l.ſemper.§.hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.& tantò magis, quia ſucceſſit in factum alterius,in ſecundo datur præſumptio veriſimilis ignorantiæ,&, ſi cadit, datur ei in integrum reſtitutio ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur &c.l.1.in fi.ff.ex quib.cauſ.maior.per glo.quæ dicit in l.2.C.de iur.emphyt in uerbo ſecundum legem,in fi.ſequuntur Bar.Bal.Ang.Saly. qui dicit eſſe communem.& ibi Iaſ.uerſi.in ead.gloſſ.num.184 ubi per multa,quæ cumulate adducit,id confirmat,Dec.conſi.54. in fi. Imola in c.potuit,de loca.ubi atteſtatur de communi,Corn.conſ.165. in littera.q.& r.lib.2.Iaſ.in l. cum filiusfamil. §. in hac ſtipulatione.num.7.ff.de uerb.oblig.Soc.iun.conſi.70.num.23.lib.1. ſequitur Iulius Clarus lib.4.§.emphyteus.q.8.uerſi.proſequendo,ubi dicit, ꝙ ſuper hoc in practica nulla ſoleat fieri difficultas,niſi dominus directi velit probare ſcientiam,quo caſu ceſſaret cauſa reſtitutionis in integrum, & per conſequens reſtitutio,in dubio autem hæres habet ſuam fundatam intentionem,quia ſcientia,cum ſit quid facti, non præſumitur, ut ibi per eum.

34 Item non † videtur habere locum concluſio, quando emphyteuta non ſoluens acceſſit ad dominum,& fecit oblationem penſionis debitæ,quia talis oblatio ſufficit ei ad euitandam pœnam caducitatis,& ut non expellatur,tenet glo.d.l.2. uerbo legem.ſequitur Salicet.qui dicit ita communiter teneri,ut ibi per eum in fi.id pariter atteſtatur Soc.in conſ.118.lib. quarto.in fi.ſequitur Iaſ.d.l.2.uerſi.in ea.glo. num.182.idem Clarus.d loco uerſi pone ꝙ,ubi ſubdit id eſſe intelligendum, modo oblatio fiat loco,& tempore congruis,& ꝙ talis oblatio ſufficit ad euadendam caducitatem tantùm, non ad conſequendam liberationem plenariam, quoniam ad eam obtinendam requiritur oblatio,conſignatio,& depoſitio. ſecun-

35 dum Iaſ.& Clarum,intellige ꝙ oblatio iſta † fiat realiter, non autem uerbo tantum,quia,ubi opus eſt facto,uerba non ſufficiunt,vbi Iaſo. dat ſingulare remedium vt uerbalis oblatio excludatur, & nihil operetur, vt quando debitor dicit, ego ſum paratus ſoluere,creditor dicat, ego ſum paratus recipere,quia illo tunc actualiter non ſoluente talis debitor offerẽs nihil operatur,& pro uerbis uerba reporta.ca.eccleſias. §.his itaque.13.q.1.ponit Bartol.in l.fi.ff.de diſtra.pig.& aliàs ut ibi per Iaſ.

Item fallit dicta concluſio in caſu,de quo per Barb. conſi.

36 40.primo lib.inci.præclare.ad finem conſilij,ubi dicit, ſi † uerba inſtrumenti emphyteuſis, uel inueſtituræ ſint concepta, non perſonaliter,ſed in rem,& imperſonaliter, & primo caſu cum ſit affecta perſona,non afficitur res, vnde hæres ignorans non comprehenditur,ſi ſecundo caſu,ſecus, quia multũ iſta interſe differunt,per Bar.in l.aut qui aliter.§.fi.ff. quod ui aut clam,nam cum per uerba ſic imperſonaliter,& in rem cõcepta comprehendatur poſthumus, qui nondum natus, & non eſt homo.l.cum inter ueteres.C.de fideicom liber.ergo, inquit, multò magis comprehenditur hæres acceptoris, & per conſequens,poſito ꝙ fuerit ignorans,tamen comprehenditur in tali pacto;& ideò ſubdit,licet ſcribentes dicant, ꝙ hæres ceſſans ſoluere id,ad quod defunctus tenebatur, tamquã ignorãs factum defuncti reſtituatur in integrum, limitabitur vt non habeat lodum, quando uerba in contractu ſunt concepta in rem,uti per Barba. per quam limitationem uenit excluſa diſpoſitio l,2.& illius gloſ.C.de iure.emphy.ſuper quo conſidera.

SVMMARIVM.

1 *In cenſuario contractu nihil iuris remanet penes concedentem, niſi ius percipiendi cenſum.*

2 *Cenſuarius ceſſans in ſolutione etiam per longum tempus non cadit a iure ſuo.*

3 *Cautella vt contractus ſcribatur emphyteuticus, ne cenſuarius cenſeatur.*

4 *Solutio facta per quadraginta annos,arguit contractum emphyteuticum, non cenſualem.*

Quid in cenſuario.

SEd quid in cenſuario, an ſi ceſſet in ſolutione cenſus per biennium cadat a iure ſuo,& videtur dicendum ꝙ non, etiam ſi ceſſet per mille annos in ſolutione,& eſt ratio,quia cenſuarius habet in ſe tranſlatum omne dominium, & quicquid iuris erat penes concedentem,quia fit iſte contractus, quando quis habens dominium directum uel utile,illud vendit pro prætio cẽtum, cum pacto, ꝙ ſibi præſtetur annuus cenſus,puta decem, vnde pe-

1 nes vendentem † nihil aliud iuris remanet, niſi ſolum ius percipiendi illum cenſum,c.conſtitutus, de relig. domin.l.2.C.ſi cenſ.uel reliqui,per Arch.c.quæſitum.1,quęſt.3.dico ſupra rubrica,de ſig.uerb.alien.contractus cenſualis,& rubrica de annui cenſ.uend.unde,cum ius,quod habet, non ſit ius reuertibile ad aliam perſonam,non ſit ius in pendenti,ſed ius penes ipſum omnimode translatum, & habeat rem ſolum obligatam ad illa decem,ſine periculo caducitatis, aut amiſſionis, ſi

2 ceſſet etiam per longum tempus, non † cadit a iure, nec re priuatur.d.cap.conſtitutus.ubi glo. & Innocen. per Imolam c.ad audientiam,2.col.extra de reb.eccl. non alie.Iaſ in auth. qui rem.C.de ſacroſan.eccl col.3.uerſi.limita; ſequitur Bal.in auth.& qui.C.de bon.auth.iud.poſſ.col.13.uerſi.quæro pone ubi dicit, ꝙ cenſus eſt duplicis generis,alius eſt cẽſus,qui ſoluitur nomine liuelli,& ſi ceſſat debitor iſtius, incidit in cõmiſſum,alius qui ſoluitur nomine propriæ rei,& quia proprietas eſt non ſoluentis,non incidit,idem Bal.l.1.§.1.ff. de publi.per Abb.d.c.conſtitutus,ubi dicit eſſe notandum, ꝙ cauti ſimus

3 in † conceſſionibus,vt ſcribi faciamus ad emphyteuſim,non ad cenſum,quia in dubio ſemper præſumitur contractus cenſuarius,non emphyteuticus per Dec. d. authen. qui rem.colum.3.uerſic.tertio regula,Iaſon.l.2.colum.11. uerſicul. tertio quæro.C.de iure emphyteut. per Caſſad. deciſio. ſecunda de iureiuran.vbi habetur,quòd contractus cenſus non habet caducitatem ob non ſolutionem,ſed Iaſ.contra d.l.2. col. 55. uerſi.8.quæro, ꝙ ſi in inſtrumento ſit dictum concedo ad emphyteuſim,uel ad cenſum, ꝙ in dubio pſumit cõtractus emphyteuticus,ſecundùm Io.Fabr.quem allegat per tex.in l.1. & l.ſpecies,ff.de aur.& argen.lega.vt per Iaſ.ibi in ſeq.q.no-

no

Source : BIU Cujas

nō quæro, vbi tenet, ℭ si non apparet de aliquo contractu
4 præcedente, & † apparet solutio facta per 40. an. ℭ tunc per eundem Io. Fab. præsumitur præscriptus contractus emphyteuticus, non censualis. Quod tamen limitat, quando cōtractus emphyteuticus magis frequentaretur in regione, quā contractus censuarius, alias esset contra.

SVMMARIVM.

1 *Colonus qui cessat in solutione pensionis, an & quomodo expelli possit.*
2 *Dominus non potest ingredi domum locatam absente colono, nisi transacto biennio.*
3 *Distinctio, an & quando colonum expellere possit.*
4 *Pactum, quòd colonus non possit expelli, intelligitur, si colonus solvat.*
5 *Inquilinus ad modicum tempus non habet ius in re, nec possidet.*
6 *Colonus, à præsenti usu rei, cùm primùm cessat, expelli potest, sed à tota conductione potest tantum expelli si cessauerit per biennium.*
7 *Distinctio Barto. inter emphyteutam, & colonum cessantes in solutione.*
8 *Domino dantur tria remedia ad petendam pensionem.*
9 *Distinctio Imol. in conductore cessante.*
10 *Colonus uel inquilinus non potest expelli pro uno nummo non soluto.*
11 *Aequitatem sequi debemus ubi non habemus ius scriptum.*
12 *Colonus ex alijs causis quàm ob non solutam pensionem expelli potest.*
13 *Inquilinus quomodo dicatur peruersè uersari in re locatæ.*
14 *Colonus an ipso iure cadat, uel authoritate propria, uel mediante officio iudicis.*
15 *Colonus partiarius quomodo constituatur, & quando cadat.*
16 *Colonus ad longum tempus, quia habet ius in re, uelut emphyteuta, non expellitur, nisi elapso triennio, uel biennio.*
17 *Cōductor uectigalium, si debitis terminis cesset soluere pēsionē, expellitur.*
18 *Emptor fructuum ad lustrum, si cessat debito tempore soluere pensionem potest expelli.*

Quid in colono.

1 SEd colonus, qui cessat in solutione pēsionis suis debitis terminis, & temporibus, an & quomodo cadat, & expelli possit, variæ sunt doctorum opiniones, nam secūdum aliquos, si biennio cessat, expelli potest, tenet glo. in authen. qui rem, C. de sacrosan. eccle. in verbo per biennium, per tex. in l. q̄ro, §. iinter locatorem, qui id dicit, vbi glo. in uerbo biennij. ff. loca glo. in §. adeo in uerbo utimur. instit. loca. ubi dicit, ℭ emphyteuta ecclesiæ, & colonus cessans biennio in solutione cadit, glo. in §. scire, authen de non alien. & in l. uectigalis. §. 1. glos. pen. ff. de public. ultra tex. d. §. inter locatorē, est tex. in d. authen. qui rem, tex. in ca. propter, vbi inquilinus expellitur, qui cessauit in solutione canonis per biennium, ubi glo. verbo canonem, intelligit de colono, aut inquilino, qui conduxit ad decem ann. aut plus, aut minus, & ad sex, aut quinque. per Alber. l. 2. de iure emphyt. C. 2. colum. per quæ iura adducta apparet, ℭ colonus ecclesiæ cessans soluere priuatur biēnio; vnde, si ecclesia cui magis fauetur in breuitate temporis, quia emphyteuta ecclesiæ biennio, emphyteuta priuati triennio expelletur, non potest expellere colonum intra triennium, multò minus priuatus non potest ante triennium, facit tex. in l. domini horreorū, ff. loca. vbi nō
2 datur † licentia domino intrandi domum locatam, quando colonus est absens, nisi transacto biennio, vnde minus ante biennium illum expellere poterit.

3 Alia opinio est, † ℭ ita demum non possit expelli intra biennium, & nisi elapso biennio, si quidem fuerit factum pactum inter locatorem, & colonum, ut non possit expelli; ga si fuit tale pactum, non potest expelli, nisi cesset biennio; si uerò non sit tale pactum, posset expelli statim ℭ cessat soluere, & ℭ sit in mora soluendi, dicit glos. in l. ædem. in uerbo soluisti. C loca. hanc opinionem sequuntur Bartol. & Ange. in l secunda, C. de iure emphyt. Bartol d. authen. qui rem, idē in §. inter locatorem, Abba. d. capitu. propter, loca. uersicu. nota vltimò, ubi dicit, quòd aut locatio fuit facta ad lōgum, aut ad modicum tempus, si primo modo, & tunc aut fuit constituta una pensio pro toto tempore, & si non soluit in tempore conuento expelli potest, & cadit, quia non seruanti legem contractus non est ei fides seruanda; Aut pensio est constituta singulis annis, & tunc non cadit nisi biēnio lapso
4 quod habet locum † etiam si fuit conuentum, ℭ non possit expelli, nam tale pactum, ℭ nō possit expelli, intelligi debet, si soluat, vnde inquit Abba. ibi in casu coloni non est differētia inter ius ciuile, & ius canonicum, quia secundùm utrum que ius requiritur biennium, secus in contractu emphyteutico. Si verò locatio est facta ad modicum tempus intellige citra decem annos, non est necesse expectare biēnium, sed si non soluit pensionem tempore debito potest expelli, etiā propria authoritate domini, & inter istum casum quādo ad
5 longum ratio diuersitatis est, quia inquilinus † ad modicū non habet ius in re, nec possessionem, vnde si expellitur nō habet aliquod interdictum, colonus autem ad longum tem us possidet, & habet ius pinguius, l. 2. ff. si ager. vectigal. non potest sic repente expelli, ideo expectatur biennium, vt per Abb. d. loco.

6 Alia est opinio, † ℭ si dominus vult expellere colonum cessantem soluere à præsenti vsu rei tantùm, & tunc, cū primū cessat, potest expellere; aut vult expellere illū dominus à tota conductione, & tunc non potest, quia requiritur biennium, ita intelligunt Iac. But. & Bald. d. authen. qui rem, Bal. in l. ædem. 2. colum. idem in l. 2. 2. colum. vers. sed an emphyteuta. Saly. Fulgo. Paul. de Castr. d. autem qui rem.

Alia & quarta opinio uidetur esse Bar in l. quæro. §. inter
7 locatorem, ubi magistraliter distinguit, † aut loqueris in emphyteuta cessante in solutione, aut in colono simplici, si primo casu, aut est emphyteuta ecclesiæ, & requiritur cessatio biennij.

Aut loqueris in simplici colono, & tunc non potest expelli, nisi sit cessatum per biennium; Aut promissio de non expellendo non est facta, & tunc si colonus & inquilinus est præsens, & cessat soluere, statim expellitur. d. l. ædem. C. loca. aut est absens, ita ℭ non reperitur, & tunc expectatur per biē nium, l. cū domino. ff. loca. hanc distinctionem & doctrinā Bar. sequitur Ia. in authen. qui rem, tertia additio. & in l. 2. C. de iure emphy. colum. 9 & 10. secundū quam inquit apparet solutio omnium contrariorum, & concordatio, quia aut pactum fuit cum colono de non expellendo eum, & requiritur lapsus biennij, ut pactum aliquid operetur, & sic loquitur §. inter locatorem, aut non fuit pactum, & tunc, si colonus abest, ita ℭ non reperitur, parimodo biennium expectatur, & ita loquitur tex. d. l. domini horreorum. uel colonus est præsens; & tunc cū primū cessat soluere, expelli potest, nedum a præsenti usu, sed & à tota conductione, addens Ias. ibi, ℭ spetiale est in colono ecclesiæ, vt non possit expelli, ni si transacto biennio, quia perdit melioramenta, item spetiale est, vbi pactum de non expellendo cessantem est appositum, d. §. inter locatorem, qui est tex. singularis ad hoc. per Imolam & Lud. Roma. in l. uectigalia §. 1. ff de publican. & Imola in cap. propter. 24. & 26. colum. de loca. item est spetiale, ubi colonus est absens. l. domini horreorum, allegata, vnde si ista sunt spetialia, est dicendum ℭ in contrarium sit dispositio iuris communis, vnde cessans in solutione, colonus & morosus statim potest expelli ex iuris dispositione, & solū obstat tex. d. authen. qui rem ad quem respondetur, ℭ ideo colonus ecclesiæ non ejicitur, nisi post biennium, quia tractatur de illius magno præiudicio; attēto ℭ perdit melioramenta, & est secus in colono priuati, qui melioramenta non perdit, ut ibi per Ial.

Mihi autem non displicet ista distinctio, quam sequi uidetur Alberic. in authen. qui rem, vers. & ideò distinguit, ℭ aut agitur de emphyteuta ecclesiæ expellendo, & seruatur dispositio d. authen. de biennio. & d. cap. potuit, aut de emphyteuta priuati, & requiritur triennium, l. 2. allegat. aut agitur de colono ad non modicum tempus, & expectatur biēnium, aut de colono ad modicum tempus, & tunc primo anno potest expelli, nisi sit actum in contrarium; subdēs, uel
8 † dic contra colonum tria esse remedia. Primo, quia petere potest dominus pensionem ex locato. Secūdo, potest illum expellere tanquàm de re propria, & si excipiat de locatione, replicet dominus quod non soluit pensionem, quia non debet ei prodesse contractus, quem noluit adimplere pro parte sua, item potest eum expellere tanquam de re conducta, & tunc forte expectatur biennium, per iura ibi per Alberic. adducta. Facit Imola in capitu. propter, de † loca, colum-
9 na vigesimatertia. versicu. in conductore, quòd aut est cōductor ad breuissimum tempus, & statim potest expelli, eo ipso quòd non soluit pensionem, quia tunc non uidetur implere cōtractum ex parte sua, prout facere debet, l. Iulianus. §. ferri. ff. de action. empt. idem dicas quando locatio facta est ad biennium solum, uel ad minus tempus, quod non est necesse expectare biennium, nec finem biennij quia tūc posset expelli propter finitam locationem. Si vero conductio est ad mains tempus biennio, & tunc, uel est pactum, quòd non possit expelli, uel non, si est pactum, & tunc pactum est intelligendum, nisi differatur soluere biennium; si verò non est pactum, & simpliciter facta locatio, & tunc poterit locator incontinenti, eo ipso quòd non soluit pensionem, etiam non expectatio biennio ipsum expellere, quod inquit Imola uerum de iure communi, quando non est cō-

uentum

Source : BIU Cujas

uentum quo tempore debeat fieri ſolutio, nec apparet de conſuetudine, aut de ſtatuto quo tempore ſit facienda, quia ante illud tempus conuentum ſtatutarium uel cõſuetudinarium non debet expelli.

10 Nec poteſt † expelli inquilinus ſeu colonus pro uno nũmo non ſoluto, quia id æquitas non dictat. l. quamuis. ff. de conditio. & demonſtratio. niſi ubi in uno nummo reputaretur honor domini, vt in feudo, & emphyteuſi noſtri temporis, nam quæ ſunt paruæ quantitatis quandoque ſunt ma-
11 gnę qualitatis, & vbi † non habemus ius ſcriptum, debèmus ſequi æquitatem. per Bald. l. ædem. verſicu. ſed pone locaui, verſicu. ſed nunquid. C. loca. hanc opinionem ſequitur Iaſ. l. ſecunda, colum. 15. verſic. quid autem, numero 56. C. de iure emphyt.

12 Item poteſt colonus † uel inquilinus inuitus è domo repelli ex alijs cauſis. pone, ſi uelit dominus domum reficere, ſi pro ſe habitare, & pro neceſſitate, quæ ſuperueniat poſt locationem, ideſt prò neceſſitate, quæ non erat tempore factæ locationis, & ſi peruerſe agat, & peruerſe conuerſetur in re locata, & ſi per biennium ceſſet in ſolutione, ut habetur capitu. propter. de loca. ubi Abba. ſecundùm Ioan. intelli-
13 git peruerſe verſari † in damnum dando, ueluti ſi tenet porcos in ſolario, aut aliter damnificet domum, item ſi peruerſe ſe habet in domo ſine damno, pone tenendo poſtibulũ, uel ludum, uel exercendo vſuram, ut ibi per Abba. per Bald. in l. ædem. verſicu. quæro qualiter. C. loca. ubi dicit, quòd ad hoc ut poſſet expelli, debet intelligi male uerſatus, multũ non modice deteriorando, & hoc modicum, aut multum reſidet arbitrio iudicis.

14 Et an colonus ex † præfatis cauſis cadat ipſo iure, uel expellatur, & an authoritate propria Domini, an verò mediante iudicis offitio, habetur in gloſſ. uerbo repellere. & ibi Iaſon ad longum. in l. ſecunda, C. de iure emphyteu. Paul. de Caſtro & alij in d. authentic. qui rem, C. de ſacroſanct. eccleſ. late Bertachin. de Firmo in tracta. de gabellis. ſecunda parte. uerſicu. quintò decimò quæro, uerſicu. conductor. ubi multa accumulat. Paul. de Caſtro in authentic. qui rem, ſecunda columna, verſic. in tex. ibi, ubi an ſufficiat, quòd eccleſia declaret uelle illum cecidiſſe, an requiratur ſententia priuatoria, in practica tamen ſeruatur quòd primo ipſa eccleſia, uel prælatus aut rector declaret uoluntatem ſuam, & facta iſta declaratione requiritur ſententia declaratoria.

15 Colonus uerò † partiarius, qui eſt, qnando fundus locatur, non certa mercede conſiſtente in pecunia, quia tunc verè eſt colonus, & vera locatio, ſed quando locatur fundus ad certam partem fructuum, ut per Bartol. in l. ſi merces. §. uis maior. ff. locat. uerſicu tertiò not. & uerſicu. vltimò nota. Abba. capitu. propter. uerſicu. in ea gloſſ. de locat. ſiquidem dico colonus partiarius ceſſat in ſolutione, poteſt expelli, quia non ſeruat conditionem ſocietatis, quia eius contractus ſic initus cum domino eſt contractus ſocietatis; ſi autem eſt quaſi colonus, quia præſtat mercedem in alia re quàm in pecunia, erit idem, quòd in uera locatione nummis facta. per Bal. qui ponit in l. ædem, C. loca. uer. item quæro.

16 Colonus autem † ad longum tempus, ſiue cõductor ad longum tempus, quia in eo uidetur militare eadem ratio, quæ militat in emphyteuta, qui habet ius in re, per Bal. in authen. qui rem. allegata, non expellitur niſi lapſo triennio, ſi ſit priuati, & bien nio ſi ſit eccleſiæ. per Angel. in authentic. de non alienan. §. ſcire autem. tenet Abba. capitu. propter, vltimò nota. uerſicul. ſed conclude. de loca. ubi Barto. & Imola. 25. columna & ſequen. per Bald. in capit. literæ. de dilat. ſequitur & refert Iaſ. d. l. 2. colum. 10. & ſequen. uerſicu. prædicta procedunt.

17 Conductor quoque † uectigalium, ſi debitis terminis & temporibus ceſſet ſoluere penſionem & debitum, expellitur, cadit, & reuocatur locatio ſibi facta, dicit tex. in l. uectigalia. §. nondum ſolutis ad literam, ubi Paulus de Caſt. ſummat, quòd conductores gabellarum ſi deficient ſoluere in aliquo termino, ſtatim ſibi poteſt auferri gabella, ubi Barto. & alij, & Bartol. in l. fundum uectigalem. C. de iure reip. libr. 11. ubi probatur, & in l quòd ſemel. ff de decret. ab ordi. facien. Imola. d. §. nondum ſolut. Ludo. Roma. in l. commiſſa. ff. de publican. Iaſ. l. 2. col. 11. uerſic. quid autem. C. de iur. emphyt.

18 Emptor † quoque fructuum ad luſtrum. qui certis terminis, aut temporibus conuenit ſoluere prætium, ſi ceſſet termino & rempore debito conuentam penſionem ſoluere, aut prætium, poteſt expelli, quia talis ſimilis eſt conductori, Clem. monaſterio. um. de reb. eccleſ. non alie. quia eſt eadẽ æquitatis ratio, quia non eſt inſpiciendum nomen contractur, ſed rerũ ſubſta-tia, per Bald. qui ponit, & tenet in l. ędẽ. col. 2. uerſi. ſed quid de eo, ubi reſpondet ad tex. in l. ſi qs ita. ff. de uſufru. ꝙ loquitur in gratuita diſpoſitione, nõ quando ſoluitur annua uel diſtributiua merces, aut collectiua ſub conditione temporis diſtributiui fructuum per ſingulos annos percipiendorum. vt per Bal. dicto loco. iunctis adductis per Bartol. in l. cotem. §. qui maximos, ff. de publican. ſequitur Iaſon. l. 2. C. de iure emphyteu. columna 12. verſicu. quintò quæro.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta uel colonus expelluntur ob rei deteriorationem.*
2 *Conductor duobus modis peruerſe agit in re conducta.*
3 *Colonus quatuor de cauſis è re conducta expelli poteſt.*
4 *Colonus ſi in una ex duabus rebus locatis malè verſetur, ab utraque poteſt expelli.*
5 *Deterior res fieri dicitur quando à primo ſtatu diminuitur.*
6 *Res deterior reddita non dicitur reddita.*
7 *Deterioratio debet eſſe magnæ & notabilis quantitatis.*
8 *Deteriorati o modica attenditur quo ad intereſſe*
9 *Conductor qui malè utitur, ad hoc vt poſſit expelli, tria debent concurrere.*
10 *Coloni qui ultimo anno malè uerſantur vt plus percipiant, tenentur ad intereſſe.*
11 *Emphyteuta non poteſt arbores fructiferas amputare cum magna rei deterioratione.*
12 *Emphyteuta non tenetur de læuiſſima culpa.*
13 *Culpa læuiſſima in faciendo æquiparatur leui in non faciendo.*
14 *Res non dicitur deteriorata ſi reperitur in eadem æſtimatione.*
15 *Emphyteuta ſi in una ex pluribus rebus emphyteuticis malè ſit uerſatus an ab omnibus cadat.*
16 *Emphyteuta non excuſatur ſi rem deteriorauerit, licet aliam rem melioraverit.*
17 *Ceſſatio canonis & deterioratio æquiparantur quo ad expulſionem, ſed in multis differunt.*
18 *Argumentum non tenet de eo quod fit in committendo ad illud quod fit in ommittendo.*
19 *Expulſus ob non ſolutionem, ſicuti tenetur ad canonem non ſolutum, ita expulſus ob deteriorationem tenetur damnum reſarcire.*
20 *Promiſsio pœnæ non liberat ab expulſione ob ceſſatam ſolutionem.*
21 *Expulſus propter deteriorationem, perdit melioramenta in re emphyteutica facta.*
22 *Pactum quòd emphyteuta non poſsit ob rei deterioratio nem expelli, valet.*
23 *Sententia ſuper deterioratione debet ferri ad hoc vt emphyteuta expelli poſſet.*

De caducitate ob rei deteriorationem.

ITem deterioratione, & ob deteriorationem in re commiſſam, emphyteuta, inueſtitutus, aut colonus cadit à jure, & expellitur, per tex. in authentic. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi
1 qui † rem huiuſmodi conductam, vel in emphyteuſim acceptam deteriorem fecerit, uel canonem emphyteuticum intra biennium non ſoluerit, hac lege repelli poterit. habetur in tex. in cap. propter. extra loca. ubi annumeratis aliquibus caſibus in quibus conductor, e re conducta expelli poteſt, rationabiliter etiam inquit tex. amouetur ſit puerſe ibi fue-
2 rit conuerſatus, vbi Abba. dicit, quòd duobus modis † peruersè agit conductor. Primo, quando peruersè agendo damnum dat, vti ſi tenet porcos in ſolario, aut aliter damnificet domum, & peruerſe ſe habet ſine damno, pone tenendo poſtibulum & ludum in domo conducta, uel exercendo vſuram, tunc poteſt expelli ſine remiſſa ſibi penſione pro rata temporis, quia dominus non debet ſentire hoc damnum ex culpa inquilini &c. Idem habetur in tex. in l. tertia, C. lo-
3 cat. ubi tex. habet, quòd quatuor de cauſis † poteſt inquilinus vel colonus è re conducta expelli, ob ceſſatam ſolutionem, ſi velit domum ſuis uſibus dominus, ſi uelit eam reficere, ſi male ſit in ea uerſatus, ubi Abb. ſecunda colum. verſicu. circa quartam. dicit, quòd tunc male uerſari dicitur, quando rem deteriorauit de eo quod erat tempore conductionis, id quod inquit uerum, ſi multum deteriorauit, puta arbores fructiferas excidendo. argum. l. diuortio. §. ſi
4 fundum. ff. ſolu. matrimo. ſubdit, † quod duabus rebus locatis, ſi conductor ſit in una male uerſatus, quòd nedum ab ea, in qua male eſt uerſatus, ſed ab utraque poteſt expelli, quia cùm unus fuerit contractus, male uerſando in vna, male verſatur circa totum, & delinquens in parte priuatur in totum, vt ibi per eum, ubi ſubdit, quod cõductor inhoneſta faciens, & ibi tenens meretrices tũc expelletur, ſi qui-

Source : BIU Cujas

dem ex hoc generatur grauamen locatori, puta, quia domus locata est in eodem claustro cum sua, in qua habitat, quia tunc videtur conductor malè uersari, si meretrices inducat, aut alia inhonesta faciat, aut nullum est detrimentum quoad famam aut aliud, & tunc ex tali causa non potest expelli vt ibidem.

Et tunc dicitur † rem fieri deteriorem, quando ab eo statu, in quo prius erat, res diminuitur. l. 2. §. deteriorem. ff. ne quid in loco public. & in l. non solum. ff. de rei vend. & deterioratio rei à peremptione distinguitur. l. necessario. §. quòd si pendente. el secũdo. in fi. de per. & com. rei vend. facit tex. in l. deperditum. ff. de pet. hæred. & quandoque etiam ius deterius fieri dicitur mediante peremptione, l. & si post, vbi gl. in uerbo deterius. ff. si quis cautio. facit, quia res † deterior reddita non dicitur res reddita. l. 3. §. si reddita. ff cõmod. per Dec. in d. auth. qui rem, colum. prima, vers. in tex. & non sufficit ad hanc caducitatem, aut expulsionem quælibet vel sim plex deterioratio, sed requiritur qualificata deterioratio, qa ista deterioratio † ad hoc vt expellatur non debet esse modica aut leuis, sed magnæ & notabilis quantitatis. per Paulum de Castro d. authen. qui rem. in principio, ibi, deteriorem, subaudi magnæ quantitatis, quia de modica non esset curandum, vt posset expelli, per Doct. in l. Seio, ff. de restitu. in integrum. sed benè licet † in modica non expellatur, tenetur deteriorans interesse refundere, vt ibi per Castren. per Bald l. 3. C locat. uers. quæro qualiter, sequitur Bald. in l. ædem. C. loca. vers. quæro qualiter. ubi dicit, quòd istud multum & modicum quantum sit, est arbitrio iudicantis.

Declarat melius Bald. d. authen. colum. 2. uersic. secundo nota. vbi dicit, ℘ ad hoc, † vt qui malè utitur, possit expelli, tria debent concurrere. Primò, ℘ sit deterioratio notabilis quantitatis, nam pro modica nõ fiet rescissio contractus ff. de in iureg. restit. l. Seio, & ita ℘ sit ad perpetuam deteriorationem, & sic in proprietate sit deterioratio, non respectu fructuum tantum, vnde licet non colat sollicite agrum, & ager efficitur deterior respectu fructuum, non potest propte rea repelli, sed est secus in vinea, quæ ex hoc desideratur, & in perpetuum deterioratur. per Iaſ. ibidem additio secunda, per Bar. & Paul. de Castro in l. & hæc. §. cum fundum. ff. loca. ℘ coloni qui vltimo anno nolunt † putare vineas, vel totum prædium seminant contrà naturam prædii, vt plus percipiant, vnde dominus in anno sequenti damnificetur, tenentur ad interesse, idem Iaſ. l. 2. C. de iure emphyteu. uersic. quadragesimò secundò quæro, & ratio est secundũ Bal. ibidem, quia compẽdium fructuum præcisè pertinet ad emphyteutam, ideò nõ interest domini, sed deterioratio rei perpetuæ bene respicit ad proprietarium, vnde non potest emphyteuta † amputare fructiferas arbores cum magna deteriorationе rei. l. diuortio. §. si fundus. ff. solu. matrimo. Tertiò loco requiritur ℘ deterioratio sit commissa dolo, lata culpa, uel leui, nam de culpa læuissima nõ † tenetur emphyteuta, per gl. no. authen. de non alie. §. scire. refert Iaſ in d. authen. qui rẽ. prima additi. uers. limita prædicta, vbi multos citat, & alios citat, qui secundum istam doctrinam Bald. consuluerunt. prout & ipse Iaſon met dicit se pariter cõsuluisse. sequitur Dec. d. authen. qui rem colum. 2. ubi declarando dicit, ℘ emphyteuta etiã tenetur de culpa læuissima, quia illa regula, ℘ emphyteuta non teneatur de leuissima procedit, vbi agitur de culpa in non faciẽdo, & sic de negligentia, quia eo casu nõ uenit culpa læuissima in contractu qui gratia utriusque celebratur. secus uidetur esse in culpa commissa in faciendo, de qua agitur, quando emphyteuta rem deteriorem facit, quia illa est culpa maior, per glo l. si mora. ff. solu. matrimo. vnde culpa † læuissima in faciendo æquiparatur læui in non faciendo, concludit Bar. in l. quod Nerua. quæstio. septima, vers. item quæro ff. depos. glo. l. si constante. §. si maritus, ff. solu. matr. & ita dicendum est, ℘ emphyteuta in casu deteriorationis etiam de læuissima culpa teneatur, ut per Dec. ibi, ubi addit, quod deterioratio in casu isto habet considerari in damno, non respectu lucri. l. 2 § portio ff. ad l. rodiam de iact. declaro Decium, ℘ deterioratio tũc intelligitur esse, uel fuisse, si rei damnum prouenit aliquod, non si lucrum cessauit, vel si lucrum non prouenit.

Et res non dicitur deteriorata, † si reperitur in eadem æstimatione, ideſt, si hodie tanti prætij æstimetur, quanti prius & tempore concessionis æstimabatur, licet in bonitate intrinseca facta sit deterior, per Bald. in l. si inter uirum, in fin. per glos. ibi. C. de iure dot. ubi dicit, quòd si prędium datum in dotem restituatur deterioratum in substantiali qualitate, seu intrinseca bonitate, quæ ipsi rei cohæret, & ab ea separari non potest, pone, quia maritus non immisit foueas fundo, tamen in prætio tantum ualet nunc, ideſt tempore restitutionis quantum ualuit tempore dati in dotem, quod talis intrinsecæ deteriorationis ratio non erit habenda, quia solum prætium conuentum & taxatum attenditur, nec ultra quicquam potest peti, qualiscumque ergo sit res in bonitate intrinseca, si continet idem prætium, sufficit, per Bald d. loco. in finalibus uerbis, sed quid si male † uersatus sit emphyteuta aut colonus in una de pluribus rebus sibi emphyteuticatis, uel locatis, an ab omnibus priuetur, & cadat, & uidetur, ℘ si sit unicus contractus, & indiuisibilis, quòd propter unitatem, & indiuisibilitatem contractus præstationis canonis, totus reputatur unus contractus, ff. de ædil. edic. l. si plura. ℘ Bal. in authen. si quas rumas. colum. final uersic. nunc reuertor. C. de sacrosanct. eccles. vnde si in vna male uersetur, ℘ ab omnibus expellatur, & cadere debeat ab omnibus. per Bald. in l. ædem. vltima colum. C. locat. uersic. sed quid si ex pluribus rebus. idem melius in l. cum eiusdem. in finalibus uerbis, ff. de ædil. ædicto. quòd si emphyteuta in pluribus rebus in una male sit uersatus, ab omnibus cadat, sequitur Alexand. consil. 118. in casu de quo quæritur. lib. 5. uersic accedit. in fin. loquens in terminis locationis, & conductionis, ℘ si sub unica pensione facta est locatio omnium rerum, uidetur ℘ si conductor sit male uersatus in vna, ab omnibus repelli debeat. ut ibidem, sequitur Barba ad Bal in l. ædem. colum. fina. ff. loca. ubi dicit, quòd tunc consulebat in casu pro Cardinali Mantuano qui locauerat plura nemora suę ecclesiæ, de quibus fuerat deterioratus in una.

Nec excusatur à caducitate, † uel expulsione emphyteuta, qui rem deteriorauit, licet aliam rem meliorauerit, uel illam, quam deteriorauit in parte meliorauerit, propter quã meliorationem ueniret deterioratio recompẽsata, quia per tex. in d. athen. qui rem. etiam istis melioramentis priuatur, & dicta melioramenta perdit. per Iaſ. d. authen. qui rem. secunda additio. uersicu. quid autem, ubi dicit uidendum esse tex. in l. in fundum. §. conductor. uersic. in substitutis alijs. ff. de iure fis. secundum intellectum, quem dant ad illum Paul. de Caſt. & Alex. in l. & hæc. §. cum fundum, ff. loca. & per Ange. in l. si colonus, ff arbo. furt. cæsa. contrarium tenet Bald. l. ædem. uers. sed quid si ex pluribus reb. male versatur in vna. vbi dicit, quòd si eandem rem in una parte meliorauit, in alia deteriorauit, fit compensatio, cessante dolo.

Et licet † ad causandam caducitatem, & expulsionẽ æquiparentur, cessatio in solutione canonis, & deterioratio, tamen in multis inter se ista differunt; quia in solutione canonis cessata requiritur tempus biennij, seu triennij, antequam emphyteuta possit expelli, in deterioratione nullum tempus expectatur, nulla datur dilatio, quia statim & incontinenti deteriorans rem potest expelli, & ratio diuersitatis uidetur esse manifesta, quia cum culpa, quę consistit in deterioratione, sit culpa, quæ consistit in faciendo, quæ culpa regulariter reputatur grauior, per gl. in l. si mora, ff. sol. matri. culpa verò quæ committitur in cessando soluere, sit culpa quæ consistit in ommittendo, quæ est minor, non valet argumentum † de eo quod fit in committendo, ad illud, quod fit in ommittendo, Bar. l. licet. §. fin. ff. de pecu. fac. tex. l. argentarijs. §. cum autem, ubi Bal. ff. de eden. vnde culpa læuissima in faciendo æquiparatur læui culpæ in non faciendo. vt dixi supra per Barto. in l. quod Nerua, 7. q. ff. depos. meritò propter deteriorationem expelli statim potest, qui ob non solutionem non potest, nisi transacto biennio, latè Dec. ubi hanc conclusionem firmat, authen. qui rem, 3. colum. uersicu. quartò nota. C. de sacrosan. eccle. & † vti emphyteuta, qui expellitur propter canonem non solutum, tenetur soluere canonem præteriti temporis, pari modo si expellatur propter deteriorationem tenetur damnum resarcire. d. authen. qui rem, C. de sacrosan. pro quo facit, ℘ si promisit pęnam, † si pensionem non soluit, non soluendo pęnam incurrit, & nihilominus potest expelli, not. per glo. in l. 2 uerb. repellere. uersic. item quid si emphyteuta. C. de iure emphyt. per Alex. consil. 120. in causa & lite. colum. 1. lib. 4. vbi dicit esse communem opinionẽ, firmat hanc conclusionem Dec. d. authen. qui rem, col. 4. versic. 5. nota.

Et priuatus re † propter deteriorationem perdit etiam melioramenta in re facta, quæ cum ipsa deteriorationе cõpensantur, & si talia sint melioramenta, quæ cum deteriorationе compensata faciant rem esse in eadem æstimatione, & in eodem prætio, compensatio admittitur, & quatenus melioramenta extendant deteriorationem, illa perduntur, per iura, quæ cumulate adducit Dec. d. authen. qui rem, colu. 4. vers. 6. nota.

Fallit tamen ista conclusio, † ℘ ob deteriorationẽ rei expellitur emphyteuta, si sit factũ pactũ, ℘ ẽt ob deteriorationem non possit expelli, & nõ cadat, quia tale pactũ seruari debet, & ualet secundũ Spec. adductum per Iaſ. in l. 2. col. 36. uers. similiter secundum. vbi inquit, ualet pactum, ℘ ob deteriorationem non expellatur emphyteuta, quod inquit nota ad limitationem dispositionis auth. qui rem.

Et an in casu deterioratiõis, & sup † deterioratiõe requirat̃ sñia declaratoria ad hoc, ut emphyteuta possit expelli. Alb. in d. au-

Source : BIU Cujas

d.authen.qui rem.sequutus Innocen.in c.potuit.de loca.tenet ꝙ sic,Ias.d.l.2. colum.2.vers.quadragesimò tertiò quæro,videtur tenere contrarium,ꝙ non requiratur sententia, cum non requiratur in casu cessatę solutionis,cùm ista duo parificentur,iuxtà deducta per eum in verbo no. in testualibus.in d l.2.ad quæ se Ias.remittit,ego considerans, quòd licet cessatio solutionis,& deterioratio in aliquibus, non tamen in omnibus parificantur,vt supra aliquid dixi,& ꝙ deterioratio cùm sit facti debet probari, aut saltim liquidari p illam allegantem, & sic per ecclesiam, uel dominum directum,id quod non euenit non cessata solutione,cuius probatio spectat ad emphyteutam,vt dico in rubrica de solutione canon.&c.& sic casus sunt diuersificati. Item considerās ꝙ non per omnem deteriorationem expellitur emphyteuta,sed requiritur,ꝙ deterioratio sit qualificata tribus qualitatibus,de quibus dico suprà eo.vers.declarat melius Bal. puto ꝙ in hoc,quod sit tanti viri pace dictum, nō benè sentiat Ias.& quottidie in practica seruatur,ꝙ allegantur, deducuntur,probantur deteriorationes,& iudicis sententia iuditialiter declarantur,& terminantur,hanc opinionem tenet Alexand.cons.118.3.col.vers.septimò respon.lib.5. ubi dicitur, ꝙ,si sumus in casu,ꝙ possit expelli,& priuari,in primis requiritur discussio,& sententia.c.1.de feudo.sin.culp.&c. aliàs vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ecclesiæ & priuati deteriorans expellitur & cadit.*
2 *Deteriorare & non soluere æquiparantur.*
3 *Emphyteuta incidendo arbores fructiferas potest expelli.*
4 *Emphyteuta an possit syluam extirpare, uineam plantare, domum ædificare.*
5 *Deterioratio modica non attenditur, sed debet esse notabilis.*
6 *Feudatarius propter deteriorationem expelli potest.*
7 *Vassallus male tractans subditos est monendus, & postea ei Castrū auferri potest.*
8 *Argumentum de vassallo ad emphyteutam quo ad pęnam infligendam non tenet.*
9 *Vsufructuarius rem deteriorans an possit expelli.*
10 *Emphyteuta ecclesiæ rem deteriorans potest expelli.*
11 *Idem in emphyteuta, colono, uel conductore priuati.*
12 *Dispositio loquens in emphyteuta ecclesiæ habet quoque locum in emphyteuta priuati, & è contra, in materia scilicet caducitatis.*
13 *Conductores possunt arbores fructiferas incidere, si loco incisarum substituant alias.*
14 *Colonus ad modicum tempus indistinctè incidere non potest.*
15 *Quæ renascuntur dicuntur esse in fructu.*
16 *Maritus, emphyteuta, colonus, & alij possunt assumere ramos arborum sine læsione pro usu uineæ.*
17 *Fructuarius syluæ ex ramis arborum sumere potest.*
18 *Arborum incisiones, quæ in agro Placentino degrabbationes, & agabbationes nuncupantur, per colonum fieri possunt.*
19 *Dictio, fortè, apud Iureconsultum dubitationem non includit.*
20 *Arbores in alieno solo plantatæ sunt plantantis.*
21 *Emphyteuta & cæteri ex nemore ceduo possunt incidere ligna.*
22 *Emphyteuta potest arbores incidere pro reparanda domo emphyteutica.*
23 *Arbores ceduæ spectant ad eum, ad quem pertinet commodum fundi.*
24 *Emphyteuta incidens arbores fructiferas non cadit, si modicum resultat damnum.*
25 *Damnum notabile debet esse in tertia, vel dimidia parte rei locatæ.*
26 *Incisio non est prohibita, quando umbra arborum esset noxia fundo locato.*

Emphyteuta quid possit in fundo, vel non.

ET vt discurratur per singulos contractus,non est dubium primò, quòd emphyteuta deteriorans expellitur,& cadit,per text. d.authen.qui rem,qui loquitur in emphyteuta ecclesiæ, & idem est in emphyteuta priuati, qui pari modo propter deteriorationem expellitur,per Cyn.d.authē.qui rem.3.quæstio.Salyce.Paul.de Castro.& Bald.ibidem.Bald. Ludouicus Roman.Alexand.in l.diuortio,§.si fundum ff solu.matri. & est communis opinio secundum Ias.d.authen.qui rem, prima additio.pro quo facit,nam si emphyteuta priuati negligens soluere canonem, uel uendens rem emphyteuticam tertio,non denuntians uenditionem domino potest priuari iure emphyteutico,l secunda,& fin. C.de iure emphyte. quantò magis debet posse priuari deteriorando, tum quia non † soluere & deteriorare æquiparantur,d.authentic. qui rem,tum quia si priuatur ob non solutionem, quod est delictum in omittēdo,quod est minus,multò magis debet posse priuari ob deteriorationem, quod est delictum in committendo,quod est grauius,per glo.in l.si mora.ff.sol. matri.
3 quia emphyteuta † incidendo arbores fructiferas potest expelli.Bar.l.in fraudem,§.conductor,per illum tex. ff.de iure fisci,vbi dicit secundùm Dyn quòd emphyteuta, uel feudatarius non potest de fundo arbores fructiferas cedere, facit tex.in l.æquissimum,§.primo, ff.de usufruc. & Apostilla. ad Alexand.d.§.si fundum.dicit,quòd emphyteuta deteriorans tenetur ad interesse:condemnatur in quadruplum, nec negant iura quin afficiatur pœna amissionis sui iuris, per Imolam,quem allegat.cap.propter.16.colum.de loca. vbi abun-
4 de,& est apostilla in uerbo deteriorem, & an possit † syluam extirpare,vineam plantare,domum ædificare, vide per Bal. in l.prima.colum.final.versic.sed pone.C.de iure emphyteu. & ibi Alberic.colum.final.ad fin.vbi dicit, sed nunquid emphyteuta aut uassallus possit incidere arbores fructiferas, argum.quòd non.l.diuortio,§.si fundum.ff.solu. matrimo. quia,inquit,facit fundum deteriorem,arbores tamē ceduas cedere potest,vt ibi per eum,tenet Bartol.d.l. diuortio, §. si fundum. ff. solut. matrimonio. numero tertio, cum quo transeunt communiter Doctor.ut per Iason.ibi numero 2. per Angel. in l.si colonus, ff. arbo. furti. cęsa. quòd ab hac conclusione nemo discrepat,& ideò si incidat,cadit à iure, & potest expelli,vt per Bald.d.§.si fundum,& est communis opinio,vt per eum numero quarto,quę licet videatur nimis rigorosa,tamen tenenda esset in practica, ut emphyteutæ metu caducitatis benè uersari habeant in rebus sibi in em-
5 phyteusim concessis,quæ tamen † omnia intellige, quando essent de notabili deteriorationę, non autem de modica. p Iul.Clarum.§.emphyteusis.senten.libro 4 q.26. & dicit Alexan.in d.§.si fundum, quòd emphyteuta potest incidere arbores non ceduas pro reparatione fundi eiusdem.secūdùm Bald.ibidem.per tex.in l.& syluа.in fin.uersic.ex non cedua. cum seq.ff.de usufr.& est de mente gl.in uerbo tenebitur.in fi.vt per Alex.d.§.si fundum.

6 Feudatarius quoque † uel uassallus propter deterioration nem per eum factam in rebus feudalibus expelli potest & feudo priuari.per tex.in c.1.§.publici latrones.uersicu. inordinatè tractauerit,de pac.tenen.vbi Bald.dicit quod qui malè utitur feudo,deteriorando illud,perdit illud.ubi ad hoc ēt allegat auth.qui rem.est dictum Bar.in l.diuortio,§.si fundñ, in fi.ff.sol.mat.idem Bal.c.fi.pen.colum.de iud. Innocen.& Gemin.in c.ad apostolicæ.de re iudic.in 6 & per Bal.d.§.pu-
7 blici,ꝙ † vassallum male tractantem subditos, & burgenses castri.directus Dominus potest monere, ꝙ eos tractet modo debito,& consulto,aliàs potest ei auferre castrum, quod dicit menti tenendum,idem dicit Ludo.Roma.d.§. fundū. ubi Alex.2.colum ꝙ tamen intellige præcedente trina monitione,per glo.cap.1.de milit.vas.qui contu.est,& in ca.1.§. fin.de pac.iur.fir.& in Clementi.prima,de vit.& honesta.cleri.multa per Bald.in authen.statuimus.ultimo not.uers.tertio requisiti C.de episcopis & cler.per Bald.in §.penul. uersi. si quis aduocatiōe,de pac.tenen.vbi dicit,quòd superior potest auferre castrum vassallo,qui male tractat populos suos, qui tex.loquitur, & intelligitur quando præcessit monitio feudatarij,ut desisteret à deterioratione,secundum Aret. in d l.diuortio,§.si fundum.solu.matri.sed Bald.Aluarot.& alij moderni in d.§.penul.requirunt monitionem, ubi est culpa in negligendo,non autem ubi est in committendo,refert apostilator Francischin.Curtius ad Alex. d.§.si fundum, ubi etiam se remittit ad accumulate per eum adducta in l. mora,sol.mat.ff.facit Paul de Castr.d authen.qui rem, uersicu. item ut non feudatario,ubi dicit,quòd si uassallus, uel feudatarius male tractat subditos suos,uel feudum deteriorat, si habet castrum,potest expelli à iure feudi, sequitur Alexā. in l.diuortio.§.si fundum.uers.subdit Bal.ff.solu.matr.& Ias. d.authen.qui rem.prima adit.Iul.Clar.lib.quarto, senten.§. feudum.q.56.dicit teneri per omnes, ꝙ si uassallus notabiliter abutatur re feudali illam deteriorādo, ꝙ sit illa causa sufficiens,ut possit à feudo amoueri,& priuari, exemplo emphyteutæ,qui propter deteriorationem potest à re emphyteutica repelli,quæ conclusio,ut ipse affert, sibi nūquam
8 placuit,quia † argumentum de emphyteuta ad uassallum, quo ad infligendum pęnam priuationis non procedit, ut p Doctores per eum citatos in d.loco.consil.51.quia feudum est quasi donatio respectu utilis dominij, unde nisi uassallus dissiparet,uel dilapidaret maiorem,uel meliorē partem rei feudalis,tenet quòd non posset priuari,ut ibi.

9 Item usufructuarius † rem deteriorans videtur quòd nō possit expelli,sed quod contra eum tantùm committatur stipulatio ad interesse, quia promisit uti frui arbitrio boni uiri, lege prima,§.habet autem,ubi hoc probatur.ff.

Source : BIU Cujas

vſufru.quemadmod.cau. Guliel.tamen de Cun.relatus per Paul de Caſtr.d.authen.qui rem.C.de ſacroſan.eccl.in principio tenet cõtrarium,ꝙ immo poſſit expelli. per l.hoc amplius,§.fin.ff.de dam.infect.& C.de mancip.& colo.libr.11. & l.eos.de aquæduct.eo.lib.id quod inquit Paul.de Caſt.ibi, verius puto,quia inquit iſta ſunt penitus diuerſa, & fateor, ꝙ committatur ſtipulatio ad intereſſe, quia etiam illud eſt refundēdum,ſed non propterea euitat pœnam repulſionis, vt ibi per Caſtren.ſequitur Laſ.ibidem. prima additio. idem Laſ.in l.ſecunda,C.de iure emphyt.verſic. quadrageſimò ſecundò quæro.

10 Idem quoque videtur † dicēdum in colono, & quolibet alio conductore,ꝙ ſi damnificet,aut deterioret rem,ꝙ poſſit expelli,qui ſi ſit conductor eccleſiæ, non habet dubium, per tex.qui dicit in d.authen.qui rem.ibi,qui rem huiuſmodi conductam, aut in emphyteuſim acceptam deteriorem fecerint,vbi Paul.de Caſ & alij,& Laſ.in principio.ibi,emphyteutæ uel conductori rei eccleſiaſticæ deteriorantibus, vel penſionem non ſoluentibus re. & paulò poſt in illis verbis, in primis pondera tex.ibi, conductam, vel in emphyteuſim conceſſam,cùm de natura alternatiuæ, vel,ſit,vt ponatur inter diuerſa.eſt glo.quæ dicit in d.auth.qui rem.in gl. deterio rem,quæ dicit,ꝙ quilibet conductor propter deterioratio-
11 nem repelli poteſt,per tex.in l.3.C.loca.& nedum hoc † in colono,& conductore eccleſiæ procedit, ſed & in colono priuati,qui nihilominus expelli poteſt,per tex.in l.quæro. §.inter locatorē ff.loca.in illis verbis,& vt oporteret, coleret, vbi tex.dicit,ꝙ licet non ſit inter locatorē, & colonum expreſſum,vt poſſet colonus expelli,tamen id inter eos conueniſſe,& eſſe actum videtur,vt non poſſet expelli,ſi ſolueret, & vt oporteret coleret,ita ad hoc adducit illum text.Laſ.in authen.qui rem.prima additio.verſ.2.no.habetur in tex.in l.ędem.C.loca.vbi colonus uel inquilinus poteſt durante tēpore ſuæ locationis,etiam inuitus expelli, ſi malè in re ſit verſatus,ubi Bal.qui tex.ſummat, ꝙ inquilinus qui penſionē ſoluit,non poteſt per dominum durante locatione expelli,niſi propter neceſſitatem domini,vel ꝓp neceſſariam refectionem,vel propter culpa in inquilini abutentis, & quāuis Bal. intelligat,ꝙ ille tex.d.l.ædem non loquatur,nec intelligatur loqui niſi in inquilino,id eſt conductore domus,quia loquitur de æde,vt ibi,tertia colum verſ. ſed nunquid. tamen glo. ibi,in verbo uerſatus,intelligit illum etiam in colono, cuius dicto ſtari debere puto,quia à nemine illā reprobari video, ſed glo.intellectum ex poſt ego vidi teneri per Alexā. d. l.diuortio.§.ſi fundum.verſ.& ſi quis, vbi dicit ſecundum dictā glo.ꝙ diſpoſitio legis,ædem.habet locum,etiam in colono, contra Bald.opinionem,pro quo inquit facit,ꝙ hoc non eſt conceſſum in priuilegium locatori ædium, ſed immo videtur uniuerſalis & generalis prouiſio, quia ſimiliter uſufructuarius qui malè verſatur in re vſufructuaria, poteſt ab vſu fructu expelli,l.hoc amplius.§.fi.ff.de damn.infect.ſubdens, & dominus qui re propria male utitur priuatur.l.2. ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.Inſti.eod.tit.in fi.& per has rationes, acalias plures Guliel.de Cun.& Guid.de Suza.d.authē. qui rem.in fi.tenent ꝙ dicta authē. habet locum in emphyteuta priuati,ut ibi per Alex.fac.doctrina Io.And. poſt g'o.in ca.
12 potuit.de loca.Spec.eod.tit. verſ. 107. quòd ubicunque † in materia caducitatis unum ſtatuitur in emphyteuta eccleſiæ uel priuati,illud cenſetur ſtatutum in alio, niſi contrarium exprcise iure caueatur.

Et habetur per Paul.de Caſt.d.§.ſi fundum,ꝙ conducto
13 res † poſſunt incidere arbores fructiferas, ſi loco inciſarum ſubſtituant alias ſimiles,per tex.in l.in fraudem, §. ſi conductor,ff.de iure fiſci,ponderato illo à contrario ſenſu, quod dicit verum in arboribus vetuſtis,ꝙ erat vtilius eas incidere, & alias ſuo loco ſubſtituere,idem voluit Angel.in l.ſi colonus,ff.de arbo.furt.cęſ.ſequitur Rafael. Cuman. d.§.ſi fundum.refert,& ſequitur Alex.ibi,verſi.nec obſtat.per Laſ.ibi, colum.2.verſ.2.limita,ſubdit Paulus Caſtren.ibidem, colo-
14 nus † autem,qui colit ad modicum tempus indiſtincte non poteſt incidere,ſed debet conſeruare fundum in eodem ſtatu,l.Marcel.§.conductor.arbo.furt.cęſa.unde Bal. Caſtrē. & alij,in d.§.ſi fundum.firmāt regulam,ꝙ maritus,emphyteuta,& colonus non poſſunt incidere arbores, niſi quādo ſunt arbores ceduæ,& germinales,quia tales arbores ſunt in fru
15 ctu.vbi Bald.dicit † ꝙ illud dicitur eſſe in fructu,quod renaſcitur,vnde,inquit,maritus non poteſt incidere arbores, q̄ non renaſcantur in breui tempore. & ſecundum Dyn. relatum ibi,feudatarius,emphyteuta, & multò minus colonus non poſſunt incidere arbores,niſi ſint ceduę vel germinales, &emphyteuta inquit Bal.poteſt expelli,ſi incidat, quia facit rem deteriorem,ſubdit Bald.& idem in colono qui conduxit ad longum tempus,qui pari modo expellitur, ſi incidit arbores non ceduas,non germinales & quæ non ſint in fru-
16 ctu:poteſt † bene maritus,emphyteuta, colonus talis abſumere ramos de dictis arboribus ſine læſione,& deterioratione in uſum uineæ pro palis & ſimilibus,l.ex ſylua.cum. l.ſeq. ff.de vſufru.ut per Caſtren.ibidem,vbi Ang.not.ꝙ fructua-
17 rius † ſiluæ ex ramis arborum ſumere poteſt, & ex ipſa ſylua capere etiam poteſt pedamenta,& idem Ange.in l.final. §.fructuarius.eo.tit.videtur extendere ad colonum & inquilinum,dum vult colonum & inquilinum colere debere rem conductam,vt eam inuenit, quemadmodum fructuarius rē fructuariam,vt eam inuenit,colere debet,ſubdens ibi, ꝙ ſicut fructuarius poteſt permutare formam reditus, conſtituendo reditum ampliorem,ita & affictuarius, niſi talis per
18 mutatio deſideret magnum ſumptum. Et ſinter fructus,qui à colono percipiuntur & percipi ſolent, ueniunt, & uenire ſolent illæ ramorum,uel frondium,uel arborum inciſiões, quæ fieri ſolent per colonos ſecundùm artem & rationem agricolationis,& bonæ culturæ, quas in agro Placentino audio uocari degrabbationes ſeu agabbationes,l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſolu.matr.ibi, puto autem ſi arbores ceduæ fuerint, aut germinales, dici oportere in fructu cædere, vbi Doctor.

Si vero arbores ſunt plantatæ à colono,& eiùs induſtria auctæ,videntur eſſe coloni,& ſi à terra euelluntur, uidētur eſſe plantantis.apoſtila ad Bar.in l.diuortio,§.fi. uerbo conductor.ff.ſolu.matr.per iura ibi adducta,& licet Alex. cuius eſt apoſtilla,loquatur per uerbum forte, tamen intelligitur
19 affirmatiue † loqui,quia illa dictio in Doctore præfato dubitationem non inducit.Aym.Craue.conſ.263.num.3. Caſſado.de præben.deciſ.3 num.30.ubi inquit, ꝙ Doctor taliter loquens intelligitur quæſtionem decidere quoad ſe, facit,
20 † quia licet arbores ſint in alieno ſolo plantatæ, non iccircò ſunt domini,ſed plantantis,niſi tamē præſumatur donatio, ꝙ tunc fit quando non apparet qua ex cauſa plantauerit,niſi animo donandi,aliàs ſecus.ut per Ruin.conſ.135.nu.16. vol. 3.& quoties ex cauſa locationis & lucri,ut ſolent conducto
21 res,omnes,ſolo cedunt,item † de nemore cęduo poteſt inciderę ligna,ex quo utitur ad uſum deſtinatum,incidendo tamen arbitrio boni uiri.l.ex ſylua.l.itē hæredi.§.fi.l.ſi pendētes.§.j l.ſi cuius.§.fi.ff.de uſufr.dummodo tamē forma non mutetur.Bal.l.j.C.de iur.emphy.Francis.Curt.ad Alex.d.§.ſi fundū.apoſtilla. & de iure licet frondatorib. ramos decutere,per Alcia.in l.ſylua.ff.de uerb.ſig.& ſi † domus emphyteu
22 tica indiget reparatione,aut refectione, ꝓpea reaptāda bene quidē poſſunt per emphyteutas arbores incidi,per text. in l. arboribus.in principio,ff.de vſufru.per Bal.d. §.ſi fundum.l. diuortio.ff.ſol.matrim.

23 Et in materia † dicit Alex.conſ.118.in caſu de quo. lib.5. ꝙ arbores,q̄ ꝓ laborerio naſcūtur,quæ nō producūt alium fructum,nec ex eis fructus percipi pōt,niſi incidātur,& alienando uel utēdo pro laborerijs,& quę ſi incidūtur,renaſcūtur,quo caſu arbores cęduæ renaſcūtur, & ſpectant ad illū, ad quē ſpectat cōmodū fructuum nemoris uel fundi, & dicuntur eſſe in fructu,ut ꝓbatur d.§.ſi fundum,ubi not. & in l.itēſi fundi.§.fi.& l.abſente.§.Syluā.ff.de uſufru.iuncta.l.ſylua.cędua.ff.de uerb.ſig.ꝙ bēne per cō ductorem poſſunt incidi,& ſi incidit non exppellitur,vt per eū per totum cōſiliū
* præfatum,ꝙ eſt factū in hac materia,& iſtam cōem opinionē,ꝙ ſi colonus uel emphyteuta īcidat arbores quæ ſunt fructiferæ,pōt expelli,intellige & limita,ſi ſit inciſio, ex qua ſe-
24 quatur magnum damnum in fundo uel re locata, ſecus † ſi modicum reſultat damnum,quia ꝓp modico non priuatur,l. ſcio. ff.de in inte. reſti.per Bald.& Cuma.d.§.ſi fundum. per Bal.d.auth.qui rē,C. de ſacroſan.per Laſ. d.§.ſi fundum, ubi dicit eſſe ponderandum ꝙ Doct.loquantur in numero plurali cum miniſterio,quādo dicunt,arbores fructiferas,ad de notandum, ꝙ de tali inciſione intelligitur ſi plures inciderit,ſequit Alex.conſil.118.in caſu de quo.lib.5.3.colum.uerſic.2.reſpondeo,ubi dicit, ꝙ damnum debet eſſe concernēs perpetuam deteriorationem ſubſtantiæ, non fructuum, ꝙ ſit in notabili quantitate, ꝙ interuenerit dolus, lata culpa, uel læuis.Bald.d.l.ædem,C.locat.per Bal.d.authen. qui rem. prima additio.uerſ.limita.C de ſacroſan.eccl.Riminal. conſil.74.num.16.primo uol.vbi habetur,quòd deterioratio debet eſſe deterioratio,quæ rem afficiat,non quæ fructus, aut
25 arborem,† & ſit iſtud damnum notabile cauſatiuum caducitatis,ſecundùm quod ego uidi pōderari per famoſum doctorem in terminis huius articuli ſcribentem, debet eſſe in tertia uel dimidia parte rei locatæ, uel ſaltem remittitur arbitrio iudicis.argumen eorum quæ tradit Cæpola in tracta. de ſimula.contract. numero 111. & 112. Sed inciſio arborum non videtur prohibita, quando umbra arborum eſſet noxia fundo locato, quia tunc & à ſtipite poſſent ſuccidi, per adducta per Tiraquel. de retract. conuentional. §. tertia,gloſſ.prima,numero vigeſimoſexto, vbi dicit conductorem non poſſe ſuccidere arbores uirides, niſi fundus fieret
26 fructuoſior, † quin ēt quādo nocerēt arbores fundo uicini,

arbo-

Source : BIU Cujas

arbores essent de iure ad quindecim pedes à terra coercendæ.l.1.§.fi.ff.de arbo.cęden.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius nullo modo feudum sine domini consensu alienare potest.*
2 *Feudatarius non cadit nisi facta traditione.*
3 *Traditio ficta sufficit ad incursum pœnæ.*
4 *Vassallus alienans partem non cadit à toto.*
5 *Vassallus etiam in casu necessitatis sine domini consensu non potest alienare.*
6 *Vassallus ob recuperationem rei alienatæ non recuperat feudum.*
7 *Vaßallus fendum non potest pignorare aut hypothecare.*
8 *Feudum ad modicum tempus locari potest.*
9 *Vaßallus non potest transigere, si transferatur feudum in alium.*
10 *Vassallus non potest compromittere, maximè in arbitratorem, qui procedat de facto.*
11 *Feudum sine domini consensu in dotem dari non potest.*
12 *Mulier feudataria potest se ipsam de feudo dotare.*
13 *Consuetudinem ualere, quod uaßallus sine Domini consensu alienet.*
14 *Præsentia domini sufficit pro consensu.*
15 *Clausula, pro se & cui dederit, operatur vt possit feudum alienari sine periculo caducitatis.*
16 *Protestatio geminata saluat uassallum alienantem.*
17 *Protestatio simplex sequuta traditione uon releuat alienantem.*
8 *Vaßallus potest alienare commoditates feudi.*

De caducitate ob rei alienationem.

OB alienationem quoque, & distractionem factam de feudo, emphyteusi relocata, siue concessa, feudatarius, emphyteuta, aut aliàs ĩuestitus expelli potest, & à iure suo cadit, si quidem sit facta distractio non requisito domino,
1 vel sine illius consensu. † Quia incipiendo à feudatario, vti digniori inuestito, nõ potest ipse feudum modo aliquo alienare sine consensu domini. per tex. in cap. imperialem de ꝓhibita feudi alienatione. & si alienet non tenet alienatio. & alienãs priuatur feudo, & à iure suo cadit. vt ibidem, aliqua per Abb. in c. fi. de feud. uetꝰ. in glo. fi.

Sed ꝙ cadat, & priuari possit, est intelligendum, nõ si simpliciter alienet, vel instrumentum alienationis faciat, sed ꝙ
2 sit sequuta traditio, aliàs enim † non facta traditione non cadit à feudo, per Iserniã. d. c. imperialem. §. callidis. verſ. pœna in istis, nam per actum alienationis, & traditionis est factũ quicquid fieri potest, vt feudum in alium sit translatum. vnde pęnam meretur tanquam de actu prorsus perfecto, absoluto, & consũmato, nec requiritur ad incursum †
3 pœnæ priuationis & caducitatis realis traditio, sed sufficit etiam ficta traditio, pone per clausulam constituti, aut pręcarij. tenet Paul. de Cast. in l. 1. §. si rem. ff. deposit. per Tiraq. de constituto. possess. 26. limita. num. 5. & 6. licet enim constitutum sit fictus modus transferendi possessionem, tamen per ipsum
4 constitutum transfertur vera possessio, & si † vassallus non alienet totam, sed partem feudi, licet secundum Bald. cap. 1. in §. si vero qualiter olim feu. alien. pot. de toto priuatur, & à toto cadit. tamen glo. in c. 1. §. callidis. verbo ammittãt. de prohib. feud. alien. dicit, ꝙ solum cadit a parte alienata, quam opinionem sequitur Corne. cons. 67. libro 2. vbi dicit ꝙ ita tenent omnes. & hanc attestatur esse communẽ Curt. Iunior de feud. in quarta parte principali. prima dubitatiõe posita post tres reg. ammissionis ꝓp alienationem, ꝙ videtur satis rationi conueniens & æquitati, vt pęna sit cum suo delicto commensurabilis. Bald. d. cap. 1. idem. c. 1. §. aut si libellario. prima colum. quib. mod. feud. amitta. in ca. 1. 2. col. de feud. aliena. & in c. 1. §. si vero. qualiter olim feu. Iaſ. qui multa adducit. l. fi. C. de iure emphy. colum. 36. secundo quæro. verſ. credo ꝙ Tiraq. de retract. lignagier. §. 23. verſ. 3. intelli-
5 ge. num. 25. vbi multa, & in tantum † videtur esse verum, ꝙ vassallus non potest alienare feudum sine consensu domini, quòd etiam si esset in extrema necessitate etiam famis ꝓstitutus, id non posset sine domini consensu, per Bald. in ca. 1. qualiter olim feud. pote. alien. & dicit esse communem opinionem D. Curtius Iunior de feud. d. quarta parte principali. vltim. caus. amissio. feud. prima reg. quæstio. 16. & in tantũ est verum quod cadit vassallus à iure alienans feudum sine
6 domini consensu, quòd etiam si † alienatum feudum reparat, nihilominus non euitat pœnam caducitatis, & priuationis, per Alexand. in l. si à me. numero tertio, ff. ad l. Falcidiã. vbi dicit ita communiter teneri. tenet Bartol. l. sequitur. §. item Labeo. in fine. ff. de vsucapio. dicit communem Curt. Iunior. d. quarta parte, vltima causa. prima regu. quæstio. 16. idem attestatur Bertrand. consilio 2. numero sexto, libro secundo.

7 Nec potest vassallus † rem feudalem alteri sine domini cõ sensu pignorare, aut hypothecare. d. c. imperialem. de prohi. feud. alien. vbi glo. in verbo. comertium, & licet aliàs esset ꝓ missa rei feudalis pignoratio usque ad dimidiam. c. 1. de alie. feud. pater. hodie tamen indistincte in totum est prohibita, vt per communiter Docto. teneri dicit Aluaro. d. c. 1. num.
8 2. de alien. feud. locari benè etiam † sine dñi consensu potest feudum ad modicum quidem tempus, sed ad longum tempus non potest, ꝓ Bal. d. c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feu. amitta. sequitur Cur. Iun. d. quarta parte. de feu. vltima causa, prima reg. q. 3. vbi attestatur de communi, Bertran. consil. 2 lib. 2. 2. parte, & ratio esse potest, quia locatio ad longum tempus est alienatio, deduco supra in rub. de sign. verbi alienatio, verſ. locatio ad longum tempus.

9 Vnde pari modo † vassallus non potest transigere de feudo sine domini consensu, maximè si uaſſallus transigendo transfert feudum in alium, si verò transigendo penes se retineat feudum, tunc benè potest transigere, tenet Bal. c. 1. numero 6. de controuersi. inter vassal. & alium, Cur. Iunor. de feud. d. quarta parte. vlt. causa amiſ. feud. q. 7. ubi attestatur esse communem, idem attestatur Pariſ. cons. 1. num. 134. libro 1. quia vassallus retinens penes se feudum non dicitur inferre domino aliquod præiudicium, prout deduco supra in rubrica de sign. verbi alienatio. in verbo transigere de re ecclesiastica.

10 Nec similiter † põt uaſſallus de feudo compromittere, maxime in arbitratorem, maxime cũ arbitrator procedat de facto, non aliquo iuris ordine seruato, quæ ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur sequi iura & iuris ordinem seruare, vnde multi tenuerũt, ꝙ in arbitros possit uaſſallus de feudo cõpromittere. c. 1. §. si inter. de leg. Corad. sed Curt. Iun. d. 4. parte princip. q. 8. in fi. dicit ꝙ ista decisio est multũ dubia, quia ꝙ vassallus nõ possit etiam in arbitros facere cõpromissum de re feudali, uidetur opinio tutior, per Socy. cõ sil. 72. num. 76. lib. 1. quia de qua re tu non potes libere disponere, non potes etiam compromittere.

11 Nec etiam feudum † potest dari in dotem sine consensu dñi, per tex. ubi id expresse prohibetur in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alie. pot. & ita cõiter sentiunt Doct. ut attestatur Curtius de feud. in nona parte. nu. 40. quem refert Io. Iacob. de Leon. in cons. feudali. inter cons. Brun. cons. 114. nu. 86. quia si non est permissum uaſſallo alienare feudum, etiã in casu necessitatis famis, multò minus id licitum est etiam pro filia dotanda.

12 Si uerò mulier ipsa † sit feudataria, uel uaſſalla, & sic dña utilis feudi, & de tali feudo uelit seipsam dotare, & quidẽ nõ est ẽt prohibitũ facere. per tex. c. j. de inuesti. quam Titius accepit, & est communis opinio Doct. & conclusio: modò tamẽ duo concurrant. Primum est, ut det feudũ in dotẽ inæstimatã Secundum, ꝙ nõ apponat pactũ de lucrando, & est opinio cõis per Curtium Iun. de feud. 4. par. princi. prima regula. late per Iaſ. ubi multas authoritates adducit. l. fi. columna 31. uersicu. quid autem in feudo. numero 109. C. de iur. emphyt.

13 Si tñ sit consuetudo, † qđ uaſſalli alienent absq; requisitiõe, uel cõsensu dñorum, talis ualet cõsuetudo, per Io. Rainal. d. c. imperialẽ. §. habito. col. 24. de ꝓhib feu. alie. & hęc opinio uidetur esse magis cõis ſm quod refert Cur. Iun. in cons. 158. nu. 8. unde ſtãte tali cõsuetudine uaſſallus distrahẽs, aut alienans feudum non cadit nec expellitur.

14 Et pari modo † nõ cadit nec expellitur, si sine cõsensu domini alienat, domino tamẽ ꝑsente, uel sciẽte & tacẽte, cũ hoc sufficiat ꝓ cõsensu, tenet gl. c. 1. uerbo ipsorũ permissũ, de ꝓhib. alie. feud. per Lotha. Alua. c. j. §. præterea. num. 4. quibus mod. feud. amitta. per Dec. cons. 144. ubi dicit, ꝙ illa gl. est cõmuniter approbata, sequitur Cur. Iun. de feu. d. quarta parte princip. ultima causa priuationis feudi. tenuit glo. d. §. prętерea.

15 Nec pari modo cadit, † aut expellitur alienans, si feudum sit acquisitum cum clausula, pro se & cui dederit, quia bene uirtute talis clausulæ alienat sine alicuius caducitatis periculo, per tex. cap. primo, in principio. de feud: non hab. propnat. & id communiter tenetur, ut refert idem Curt. d. quarta parte. secunda regu. q. 5. per Dec. consil. 193. uerſ. non obstat fundamentum. quia mediante illa clauſula, uidetur dominus præstitisse vsque à principio consensum suum cuicũque alienationi.

16 Nec † etiam cadit, si alienans alienet cum protestatione, ꝙ alienat saluo consensu domini, & non aliter nec alio modo, quia talis protestatio uerbis sic geminatis concepta saluat uaſſallum alienantem quod non amittit feudum, etiam si fuerit sequuta traditio Bald. cap. primo, §. fi. num. 5. uerſ. sed pone. quæ fuer. 1. causa. Rip. 3. lib. respon. c. j. num. 4. ubi dicit quòd ita tenent communiter canoniſtæ in locis per eum ibi citatis.

Source : BIU Cujas

Secus verò est, si alienet cum clausula ista, saluo & reser uato consensu domini, vel saluo iure directi dominij, quia
17 talis † protestatio, si post sequuta sit traditio, alienantem nō releuat quin cadat, dicit Bal. in l. vnica. num. 56. C. de his quæ pęn. no. Ias. in l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nunt. numero 27. vbi attestatur de communi, sequitur Dec. consilio 160. nu. 4. quia in isto casu factum videtur contrarium protestationi.

18 Et pariter non † cadit vassallus, si commoditates tantùm feudi alienat sine domini consensu, quia id potest sine periculo alicuius expulsionis. per Bal. in cap. 1. §. aut si libellario, quib. mod. feud. amitta. Rui. cons. 176. vbi dicit esse communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta alienans quid seruare debeat.*
2 *Quid emphyteuta ecclesiæ.*
3 *Emphyteuta alienans contra formam iuris cadit ipso iure.*
4 *Alienatio in quas personas sit prohibita.*
5 *Alienatio non potest fieri in potentiorem, & non sic idoneum facilitate conueniendi.*
6 *Emphyteuta alienans cadit sequuta traditione, & traditio ficta an sufficiat.*
7 *Constitutum ueram possessionem transfert.*
8 *Emphyteuta si plures habet dominos an omnium dominorum consensum habere debeat.*
9 *Emphyteuta si partem alienat, an in totum cadat.*
10 *Persona non potest pro parte offendi.*
11 *Alienans ex iuris canonici benignitate numquam nisi à parte alienata cadit.*
12 *Mulier, rusticus, & miles alienantes domino irrequisito non excusantur à caducitate.*
13 *Mulieri, rustico, & similibus non parcitur, nisi in casibus à iure expressis.*
14 *Emphyteuta à caducitate non excusatur ob celerem recuperationam.*
15 *Emphyteuta potest alienare domino inscio uirtute pacti uel concessionis pro se & cui dederit.*
16 *Emphyteuta, qui domino inscio potest alienare, non tamen potest in possessionem introducere.*
17 *Clausula, pro se & quibus dederit, quid operetur in emphyteusi.*
18 *Diuisio facta inter fratres, cum clausula, pro se & suis hæredibus & illis quibus dederint, quid operetur.*
19 *Emphyteuta, qui retento utili dominio alienat suas meliorationes, non cadit.*
20 *Emphyteuta alienando suas commoditates præsumitur reseruasse utile dominium.*
21 *Diuisio potest fieri inter plures hæredes unius emphyteutæ.*
22 *Hæredes plures unius emphyteutæ inter se quocunque titulo alienare possunt.*
23 *Præsentia domini sufficit pro consensu.*
24 *Alienans iure donationis uel testamenti non cadit à iure suo.*
25 *In donatione & testamento cessat ratio denuntiandi domino.*
26 *In donatione rei emphyteuticæ quinque interuenire debent.*
27 *Emphyteusis legari potest.*
28 *Heres an in emphyteusi ecclesiastica instituí possit.*
29 *Emphyteuta sine consensu domini permutare potest.*
30 *Permutatio indistincte potest fieri inter uocatos in inuestitura.*
31 *Emphyteuta pignorare aut hypothecare sine domini consensu potest.*
32 *Datio in solutum tenet sine domini consensu.*
33 *Emphyteuta an possit locare ad longum tempus.*
34 *Emphyteutica res in dotem & donationem propter nuptias dari potest.*
35 *Emphyteutica res in feudum dari extraneo potest, non domino,*
36 *Emphyteuta compromittendo non cadit à iure suo.*
37 *Emphyteuta an super re emphyteutica transigere possit.*
38 *Emphyteuta potest ponere seruitutem in re emphyteusica, quousq; durat ius emphyteuticum.*
39 *Emphyteuta ignoranter alienans non cadit à iure emphyteutico.*
40 *Contractus si resolutus sit ex pacto legis commissoriæ uel adiectionis in diem, alienans excusatur à pęna caducitatis.*
41 *Clausula, saluo & reseruato consensu domini, & non aliter nec alio modo, an excuset à pęna caducitatis.*
42 *Clausula, si & in quantum de iure possum, excusat.*
43 *Protestatio, si domino placuerit, excusat à caducitate.*
44 *Clausula, si dominus non reuocauerit, aliàs sit inempta, excusat alienantem.*
45 *Contractus si ex defectu solemnitatis est nullus, emphyteuta non cadit.*
46 *Maritus non cadit alienans rem emphyteuticam quando vxor est domina.*
47 *Denuntiatio emphyteutæ non releuat, si non sit uerax.*
48 *Redimens rem alienatam ante declarationem mentis domini euadit pęnam.*
49 *Alienans rem ecclesiæ non cadit nisi ecclesia declaret se uelle.*

Quid in Emphyteuta.

EMphyteuta quoq; non
1 potest suū ius emphyteuticum vel suas meliorationes in emphyteusi factas vendere, alienare, aut distrahere in aliquem sine consensu domini directi interueniente, † & si vel lit alienare, habet seruare requisita in l. fin. C. de iure emphy. quæ numerantur per Ias. ibi num. 13. vt. Primò requirat dominum. Secundò, ei nuntiet prætium inuentum. Tertiò, ꝙ prætium denuntiatum sit verè prætium inuentum, nō fictū, non simulatum. Quartò ꝙ domino non respondente expectet per duos menses, à die denuntiationis. Quintò, ꝙ vendat solum ius sibi competens, & sua melioramenta. Sextò, ꝙ nō uendat personis à iure prohibitis. Septimò, ꝙ cū uendit non
2 ceciderit à iure suo, & parimodo † habent seruari requisita in cap. potuit, extra loca. vt ecclesia requiratur, vt ei nuntietur prætium ab alijs oblatum, & à denuntiationis tempore spatium duorum mensium, & fiat uenditio personis nō prohibitis, & si aliter emphyteuta fatit in alienatione, quàm vt dictum est, cadit à iure suo emphyteutico, vt per Ias. ibidem, & iustè poterit expelli, vt per tex. d. cap. potuit. §. emphyteuta, & ista est communis regula, vt per Socy. Iunio. consil. 70.
10 a iure, quia isti duo casus a † pari ponuntur, non soluere canonem, & alienare.c.potuit. de loca. vnde in his debet eadẽ iuris dispositio militare, tenet Bartholomæus Socin. consi. 208.uisis actis & actitatis.2.uol.3.col.num.5.uers. sed in contractu censuali, licet contrarium teneat Aret.in §.adeo. Inst. loca.ad fi.ubi dicit, ℘ sicut emphyteuta non potest vendere sua meliorantia irrequisito domino, & si uendit cadit a iure suo, ita etiam superficiarius, uel censuarius, qui soluit aliqd nomine pensionis: ubi dicit se ita habuisse de facto in superficiario, & censuali ecclesiæ sancti Proculi, facit Dec.consi. 264.3.col.& Ias.in d.l.fi.col.36 uersi. 18. quæro.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus negans tenere feudum a domino, feudum amittit.*
2 *Vassallus negans partem cadit a parte negata tantum.*
3 *Vassallus negans narrata prout narantur, an dicatur negasse feudum.& num.4.*
5 *Vassallus negans non priuatur ipso iure, sed requiritur sententia.*
6 *Negatio potest per uassallum negantem re uocari.*
7 *Emphyteuta post negationem moram purgare non potest.*
8 *Emphytenta si negauerit se esse emphyteutam, conuictus de mendatio cadit a iure suo.*
9 *Emphyteuta negans non cadit, nisi neget per dolum uel latam culpam.*
10 *Emphytenta negans amittit possessionem, non autem cadit a iure.*
11 *Emphyteuta conuentus negans rem esse ecclesiæ, conuictus palinodiam recantando an sit audiendus.*
12 *Negans sine iusta causa ignorandi priuari debet.*
13 *Emphyteuta possessionem domini interuertens an possit a domino propria authoritate expelli.*
14 *Conductores, coloni & similes, qui interuertunt possessionem domini, suo iure priuantur.*
15 *Locatio finitur eo ipso, quòd colonus excipit de dominio.*
16 *Colonus negans similis est furi.*
17 *Qui negat uel non soluit mercedem dicitur dominum spoliare.*
18 *Qui negando in re ipsa deliquit, iustum est, vt in eadem re puniatur.*
19 *Conductor conuentus rei uendicatione non potest opponere, quòd agens non est dominus.*
20 *Conductor, qui habet iustam causam contradictionis, excusatur a pœna.*
21 *Causam ab aliquo uoluntarie habens quæstionem dominij refricare potest.*
22 *Conductorem negantem finita locatione rem conductam restituere potest dominus propria authoritate expellere.*

De caducitate ob negationem.



Egatione quoq; feudatarij, emphyteutæ, conductoris, uel alterius similis causatur caducitas, vel expulsio, pone quando feudatarius feudum, emphyteuta emphyteusim, conductor rem locatam, de dominio excipiendo quæstionem domini referendo, aut ius directi domini subuertendo, uel aliàs possessionem dominij interuertendo, inficiantur, vel excipiunt non esse dominum, vel rem non esse sibi ab eo infeudatam, emphyteuticatam, locatam, aut se pro ea non teneri ad alicuius solutionis vel canonis præstationem.

1 Quia si † vassallus inficiatur feudum domino, vel neget feudum tenere a domino, feudum amittit, per text. in c.1.§. vassallus si feudum. si de feud.defun.conten. sed aduerte ℘ tex.loquitur quando negat, aut inficiatur feudum de certa scientia, quia secus si ignoranter.vbi gloss. in verbo scientia. intelligit, ℘ ignorantia crassa, & supina non erit excusata, vbi Bald. dicit, ℘ non dicitur scire nisi qui certitudinaliter scit, & aliquando qui habet vehementem opinionem consonãtem substantiæ veritatis, quæ vehemens opinio nascitur ex inditijs immediatis, & sciens in casu d. §. etiam. intelligi debet de eo, qui scire debuit; item qui refugit scientiam, habe-
2 tur pro sciente, vbi glo.subdit, ℘, si † vassallus negauerit tantum unam partem feudi, puta certa prædia, aut possessiones feudales,

feudales, cadet tantum a parte negata, nō autem a toto feudo, quia inquit non debet vltrà procedere metus, quàm reperiatur delictum l. sancimus. C. de pęnis; & licet Pet. de Cer uo tenuerit contrarium, ꝙ videlicet cadat a toto negando partem, tamen eius sententia ab omnibus feudistis communiter reprobatur, tenet Iul. Clarus. §. feudum lib. 4. senten. c. 59. uersi. sed quid, ubi Iulius in uer sequenti, subdit, ꝙ si uassallus † non negauit in spetie feudum, sed litem contestando negauit narrata prout narrantur &c. ꝙ per talem responsionem, seu negationem non dicitur negasse feudum, ita ꝙ incidat in pœnam priuationis. arg. eius quod dicit Barto. in l. si dubitet. §. ita demum. ff. de fideiussor. ubi dicit, ꝙ fideiussor conuentus respōdens per illa verba, nego narrata prout narrantur, non dicit se non esse fideiussorem, quia non negat se fideiussisse, ideo non potest dici per talem negationem perdidisse beneficium diuisionis, & in pœnam amissionis talis beneficij incidisse, vt ibi per Bar. per Iulium Clarum ibidem, vbi multos citat authores, sequitur Bal. d. §. uassallus. prima col. uersi. quæro, dicitur, ubi tenet, ꝙ non cadit, nisi a parte negata, non etiam a parte confessata, quia dolus, & pœna sunt proportionabilia, & dolus & pœna diuisionem patiuntur, ubi reprobat opinionem Petr. Cer. qui sentiebat, ꝙ in totū esset priuatus, non ꝙ esset rationabile, sed quia ita esset de consuetudine, ubi concludit, aliud esse, si sit commissum circa rem diuisibilem, aliud si circa rē indiuisibilem, ut primo casu pœna non egrediatur delictum, secus in secundo casu, in quo casu negationis, idem videtur sentire Ias. quod in alienatione, & distinguere videtur prout in alienatione, vt per eundem in l. fi. col. 40. num. 125. uersi. 13. quæro. ad medium, & Bald. d. §. uassallus. prima col. dicit esse intelligendum nō † de simpliciter negante, quia talis, inquit, non videtur incidere in istam pœnam, sed in negante per dolum uel latam culpam.

Sed an † iste vassallus negans sit priuatus ipso iure nec ne, videtur ꝙ non, immo videtur ꝙ requiratur sententia, quia tex. d. §. vassallus. vtitur verbo futuri temporis, quod importat sententiam, vt not. in l. in criminali. C. de iuris. omn. iud. per docto. in l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccl. & ista † negatio potest per vassallum negantem reuocari vsque ad sententiam, secundum Iacob. de Bel. d. l. in criminali, appostilla ad Ias. in l. 2. col. 40. uersi. 32. quæro. uersi. puta tamen, uerbo negans. C. de iure emphyteu.

Emphyteuta † quoque, qui post lapsum tempus ad soluendum canonem, vel pensionem conuentus denegat, non potest post negationem moram purgare, nec sibi celeri satisfactione prouidere, immo cadit a iure. per Specu. in §. nunc aliqua, uersi. 84. quæritur. de loca. nam inquit, cum de iure antiquo post tempus non posset solui nere, immo res emphyteutica ei auferebatur, & de iure moderno possit sibi celeriter satisfaciendo prouidere, est restringendum, vt qui exactus debitum non soluit, non possit sibi prouidere.

Et emphyteuta † conuentus, vt canonem soluat, si denegat, uel neget rem esse emphyteuticā, aut se esse emphyteutam conuictus de mendatio perdit emphyteusim, & cadit a iure emphyteutico per talem negationem, per doctrinam Innocen. c. cæterum. extrà. de iudic. vbi sic tenet, quādo sciēter negaret se esse emphyteutam, & postea conuinceretur de mendatio, secus si ignoranter, & causa ignorantiæ foret iusta, pone quia hæres alterius, & in alterius ius uel locum successit, idem tenet Ang. in l. fin. 1. col. per illum tex. ff. de rei uend. sed intellige, ut dico supra, in uassallo, ꝙ emphyteuta † negans non cadit, nisi neget per dolum uel latam culpam, ut per Bald. d. §. vassallus. c. 1. si de feud. def. conten. sit inter dom. & ag. per glo. in §. ex maleficijs. uersi. item iuxta. Instit. de actio. glo. in l. fi. ff. de rei uend. Bar. in l. eum qui. ff. de iure iur. Ias. autem in l. 2. C. de iur. emph. col. 40. ibi. 32. quæro. tenet contrarium, ꝙ emphyteuta per negationem non amittit ius, nec cadit a iure, sed tantùm † amittit possessionē, primo, quia Bal. in d. §. vassallus. uersi. extra quęro tenet, ꝙ pęna amissionis feudi indicta uassallo neganti non militat in emphyteuta, uel liuellario, quia pœnæ non trahantur ad casus non expressos, & quia in pęnalibus, & odiosis, non fit extensio, & l. fi. de rei uend. in qua se fundat Ang. non loquitur de amissione alicuius iuris, sed tantum de amissione possessionis, quia inquit, ibi habetur, ꝙ si conuentus rei uendicatione neget se possidere, conuictus de mendatio perdit beneficiū possessionis, & de amissione iuris ibi uerbum nullum.

Si vero emphyteuta † uel priuati uel ecclesiæ conuentus rei uendicatione negat rem esse ecclesiæ, & postea de mendatio sit conuictus, palinodiam recantando dicat rem se habere ab ecclesia iure emphyteutico, an debeat audiri, an vero dicatur rem amisisse per negationem, quia uidetur subuertere uoluisse ius directi dominij, & videtur ꝙ per talem negationem perdiderit ius suum emphyteuticum per Specula. §. nunc aliqua, uersi. 65. de loca. ubi dicit, ꝙ negans in re ipsa deliquit, deliquit enim volendo priuare ecclesiam dominio, vnde inquit, meritò priuādus est iure suo, unde, quia in re ipsa negando deliquit, conueniens est, ut in eadem re puniatur, item negando ipsam rem emphyteuticam esse uidetur in re male uersatus, unde ob hoc solum debet posse expelli, subdens in fine secundum Martin. de Fano, ꝙ hoc casu negans, qui iustā causam non habuit ignorandi, ex sola debet † negatione priuàri, si hoc postuletur, auth. item si possessor. C. qui pot. in pig. habeantur, fac. Alber. in rubrica. C. de iure emphyt. & per eundem in l. si quis conductionis, secunda col. C. de loca sequit. Ias. in l. 2. col. 40. uersi. trigesimò tertio quæro, ubi dicit, & tenet ꝙ negans tantum priuat possessione, non autem iure, ibi, in fine, & istud est uerius, ꝙ per talem negationem perdat solum possessionem, vt, inquit, tenui in præcedenti, quem sequitur idem Ias. d. l. 2 col. 36. uers. circa uero tertiam, ubi quærit, an emphyteuta interuertens † possessionem domini possit ob id propria authoritate expelli, ubi dicit secundum glo. ibi, ꝙ non, quam gloss. sequuntur ibi omnes scribentes, & doctor. in cap. propter. & cap. potuit. de loca. extra, & Specula. in §. nunc aliqua. uersi. 48. ubi dicit, tu dic, ꝙ si certum est emphyteutam ius suum amisisse, & possessionē dominij interuertisse, bene poterit authoritate propria expellere, ubi subdit, ꝙ si emphyteuta negat rem emphyteuticam, & in canone soluendo cessatum non esset, aut aliquod ius sibi in re competeret, & de eo paratus sit in iure docere, quia tunc res efficitur dubia, ꝙ ecclesia, vel dominus directus nō poterit a se ipso sibi ius dicere, maxime si copiam iudicis habeat, id quod ostendit, inquit Ias. ꝙ non possit dominus authoritate propria expellere, intelligē verum, quando ex interuallo, secus, si in continenti, & in ipso actu interuersionis, quia tunc bene pro retinenda sua ciuili possessione posset expeliere. l. 3. §. cum igitur. ff. de ui. & ui armat. sequitur Iulius Clarus li. 4. sent. §. emphyteusis. c. 25.

Conductores, † etiam, coloni, & qui precario rem detinent alienam, & quicumque similes, qui referentes quæstionem dominij interuertunt dominorum possessionem per negationem, videntur cadere, & priuari debere iure suo, primo per tex. in l. conductores. C. loca. ubi conductores alienarum rerum, seu alienam cuiusiibet rei possessionem detinentes, eorumque hæredes, qui eas dominis recuperare uolentibus non restituerint, immo litem usque ad diffinitiuam sententiam sustinuerint, tenentur restituere rem, & illius ęstimationem ad similitudinem rei alienæ inuasoris, facit tex. in l. si quis conductionis. eo. tit. ubi conductor domus, qui vult excipere de dominio domus debet prius domum restituere, quàm de dominio litigare, ubi Bald. secunda col. uersi. 2. oppono. ubi dicit, ꝙ locatio † finitur eo ipso, ꝙ colonus excipit de dominio, quia male uersatur, nam respectu contractus dicitur quis male uersari in re, vt si facit id, quod est contra naturam contractus, & ideò expelli potest, vt ibi per eū, melius idem Bald. d. l. conductores. ꝙ colonus sit contrà dominum refragando perdit ius suum, sicut ille qui spoliat, qui enim inquit dominum reuertentem finita locatione non admittit, uim expressam facit, ubi in † fine notat colonum negantem similem esse furi, facit ibidem Bal. in l. ædem]. col. fi. uer. sed quid si non distinxit. C. loca. idem Bal. in d. l. si quis conductionis. in hac materia distinguit, uersi. 2. opp. ꝙ qui negat uel † nō soluit mercedem, dicitur dominum spoliare subtrahendo sibi debitam pensionem, c. quærelam de elec. ergo non debet audiri, quia spoliatus ante omnia debet restitui, & soluendo dicit, ꝙ si agitur durante locatione, intelligitur spoliare, & tunc sua exceptio non admittitur, si finito tempore locationis, & tunc non spoliat, ex eo, quod allegat se non teneri.

Si verò denegat restitutionem rei locatæ; & tunc, aut durante locatione, & non spoliat, aut ea non dotante, & finita, & spoliat, ut ibi per eum; faciunt deducta supra per Specula. §. nunc aliqua. uersi. 65. quæritur, de loca. ubi emphyteuta ecclesiæ, qui negat emphyteusim ecclesiæ, deliquit, uolendo priuare ecclesiam dominio, vnde meritò priuādus est iure suo, 13. q. 1. quibus. unde, quia negando † in re ipsa deliquit, iustū est, ut in eadem re puniatur, & negando rem esse emphyteuticam fore uidetur in re male uersatus, unde ob hoc solum debet posse expelli, & in fi. quęst. & hoc casu dicit Martinus negantem, qui iustam causam non habuit ignorandi, sola debere negatione priuari, & quamuis loquatur de emphyteusi, & emphyteuta negante, tamen eadem locum habent in conductore uel colono, facit idem Bal. d. l. si quis conductionis. in fi. ꝙ conductor conuentus † rei vendicatione nō potest opponere, ꝙ agens non est dominus, sequitur Bar. in l. non ab re. C. unde ui. ubi summat tex. ꝙ qui possessionem alienam tenent, & in illius restitutione fuerint contumaces usque ad sententiam, condemnātur ad restitutionem illius, & illius æstimationem ex illa lege, & in fin. dicit, ꝙ hæredes non tenentur condictione ex illa lege, nisi sciuerint rem conductam.

Source : BIU Cujas

ductam,quia si ignorauerint,non tenẽtur,quoniam, inquit, iustam causam ignorantiæ habent.l.qui in alterius.ff.de reg. iuris.idem Bar.in l.si quis conductionis.C.loca.

Sed pœna d.legis conductores non habet locum in casu, quando successor locantis reperit rem locatam per suũ præ cessorem,& conductor contradicit, immo litem suscepit, quia tunc quoad talem conductorem contradicentem & li tigantem non habet locum æstimatio bonorum, maxime si tempus locationis adhuc duret, & sit facta locatio per se, & successores suos,quia sic poterat † habere iustam causam contradictionis,propter quam excusatur a pœna, est decisi. Rotæ.in nouis,de loca & cond.ex præmissis,per Felv.c.inter dilectos,extra,de fid.instrum.col.9.uersi.& idem,ꝙ si conductor,non finita locatione refricet dominium successori prę lati locantis,non incurrit pœnam præfatam, ubi subdit Fel. secundum doctores,quos ibi citat,ꝙ licet habens †causam, & ius ab aliquo uoluntarie,non possit eidem refricare quæstionem dominij, tamen secus si non habet ab eo causam uoluntarie,puta,quia per uim sibi abstulit, quia potest eidẽ, scilicet qui dedit causam alteri per vim agentis ꝙ metus causa,obijcere exceptionem dominij,facit Ias.in l.2.col.28.uers. quartò,& ultimò, num. 101. C. de iure emphyt.ubi dicit, ꝙ conductores † negantes restituere finita locatione rem conductam potest dominus propria autoritate expe lere,vbi vide per multas colũnas de ista materia, an dominus emphyteutam vel colonum resistentem,& contradicentem expellere possit propria authoritate.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominatus non rescinditur si una partium non seruet conuenta.*
2 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*
3 *Contractus ex pacto propriam naturam deponit, & aliam assumit.*
4 *Pacta & conuentiones faciunt, quòd quis cadit & non cadit à iure.*
5 *Pactum,quòd cessans soluere canonem non cadat,non est contra substantialia contractus,secus est in pacto, quòd quis non teneatur ad canonem.*
6 *Pactum contra substantialia contractus non ualet, ualet tamen contra naturalia.*
7 *Pactum,quod res communis nunquam diuidatur,non ualet, ualet tamen ad tempus.*
8 *Pactum,quòd emphyteuta possit sine domini consensu alienare,ualet.*
9 *Pactiones tam ex natura contractus, quam super alijs capitulis seruari debent.*
10 *Pactum de non transferendo ius suum in aliquem irrequisito domino, est in instrumento emphyteutico apponendum.*
11 *Emphyteuticum ius est fragile,& amittitur, si quis faciat contra legem aut pactum.*
12 *Caducitas ob non seruata pacta non est pœna,sed natura contractus.*
13 *Ratio finalis emphyteusis est ad meliorandum.*
14 *Emphyteuta pacta & conuentiones non seruans potest expelli, & cadit a iure suo.*

De caducitate ob inobseruantiam pactorum.

SI verò infeudatus, emphyteuta,colonus, aut inuestitus fecerit cum domino pactum aut conuentionem de aliquid faciẽdo,aliquid omittendo,aliquid non omittendo in re inuestita, aut concessa, vel cum hoc,ꝙ si non faceret,aut cessaret, caderet a iure inuestito,& a benefitio contractus,licet in contractibus, maxime nominatis,si vna † partium non seruet conuenta,non rescindatur contractus, sed agitur ad interesse. l. ea conditione.C.de rescind.uend.l.in ciuile.C.de rei uend. tamen talia conuenta seruare debet inuestitus, aliàs cadit a iure suo, quia † contractus ex partium conuentione legem accipiunt l.prima §.si conuenerit.ff.deposit.capitu.primo.de duobus fratribus,ubi dicitur ꝙ qualis sit natura feudi,ex tenore inuestituræ deciditur,per Barb.consi.quadragesimo, primo uol. circa secundam dubitationem colu.decima, & talis ac † tanta est pactorum,& conuentionum vis, ꝙ contractus ex pacto propriam naturam deponit,& aliam assumit, & immutat.l.naturalis.§.final.ff.de præscrip.uerb. Specula. de loca.§. nunc aliqua,uersi.sextò quæro.numero septimo, per Bald. in l.2.primo not.C de iure emphyt. ꝙ pacta expressa remouent naturam legalis dispositionis, & pacta † & conuentiones faciunt ꝙ quis cadit & non cadit a iure, & quis expellitur & non expellitur.per tex.& ibi Iason.in l.2.C.de iure emphyt.primo not. ubi dicit, Iason ꝙ quæcunque conuentiones initæ inter dominum,& emphyteutam, maxime super emphyteuta reijciendo,uel non reijciendo,ualent,& tenẽt, & debent seruari:subdens,& consequenterhic uidetur text ꝙ valet pactum initum inter dominum, & emphyteutam, ꝙ,si emphyteuta cessauerit triennio,& amplius a solutione canonis,tamen non cadit,per gloss.d.l.secunda.in uer.repellere.ubi Barto.uersi.qnæro tertiò,dicit,ꝙ tale pactum valet, quia pactum,ꝙ qui † cessauit soluere per triennium & ultra non cadat a iure, non est pactum contra substantialia contractus, secus si fuisset factum pactum, ꝙ quis non solueret canonem emphyteuticum,quia tale pactum tamquam contra substantialia contractus annullaret contractum, & non ualeret,& per eundem Iaso.d.l.2. in principio,in diuisione legis,ibi,statuit pacta in hoc contractu emphyteutico apposita debere obseruari,& paulò post ibidem, pacta apposita super quibuscumque capitulis in contractu emphyteutico, & maxime super emphyteuta reijciendo sunt seruanda,sequitur Iason in l.2.colum.35.uersic.tria sunt numer.120.ubi dicit,ꝙ aut † pactum est factum contra substantialia contractus,aut contra naturalia.Si contra substantialia,pone,vt valeret emptio sine prætio, ut esset emphyteusis sine præstatione canonis,tale pactum esset ipso iure nullum. l.si donationis.C.de contrahen.emption.§.prætium.& §. item prætium. Instit.de emption. & uend. Si contra naturalia contractus fiat pactum puta,ꝙ si emphyteuta cesset soluere, quod non possit expelli,tunc tale pactum bene ualet, & debebit seruari,& non poterit emphyteuta etiam cessans ultra tempus legis in solutione expelli,quia tale pactum est contra naturalia contractus tantum.l.pacta conuenta. de pact. dicit glos.in l. secunda allegata in uerbo, repellere. ita concludit ibi Iason dicens,ꝙ ex his quæ ibi adducit, remanet defensata conclusio, ꝙ ualet pactum initum inter dominum & emphyteutam,ꝙ emphyteuta expelli non possit, etiam si nõ soluat canonem emphyteuticum, idem Iason dict.colum.35.uersic. similiter.

Habetur per Specula.de loca.§.nunc aliqua.uersi.89.quæritur.ubi dicit,ꝙ si sit factum pactum, ꝙ emphyteuta, uel rẽ deteriorans,uel soluere cessans,aut rem alienans,non cadat nec unquam possit expelli, licet quidam dicant ꝙ tale pactũ non ualet,quasi per illud inuitetur emphyteuta ad delinquẽdum,pone ad non soluendum,vel ad dominum non requirendum,uel ad rem aut alienandam,aut deteriorandam,secus si pactum sit ad tempus:pone ꝙ non cadat,nec possit ex pelli per tantum tempus, quia tunc bene valet, sicuti † non valet pactum,ne res communis vmquam diuidatur,sed bene ualet pactum,ne diuidatur ad,uel per tantum tempus.l.in hoc iuditio. §. si conueniat.ff. commun. diuidun. quamuis secundum aliquos ualeat tale pactum, quia licitum est domino suo iuri renuntiare.l.si quis in conscribendo.C. de pacti.& inquit Specula.fac.l.2.C.de iure emphyt. dum ibi deciditur,ꝙ ualet pactum factum super emphyteuta reijciendo, nam,inquit,multò fortius ualet si super non reijciendo fiat, arg.l.Arrianus.ff.de action. & obliga. & cap.ex literis. extra de probat.contractus enim conuentione legem accipiunt, & ꝙ emphyteuta,si non seruet pacta & conuenta in contractu uel instrumento emphyteutico cadat ab emphyteusi,tenet glo.in uerbo repellere.in authen.qui rem. C. de sacrosa. eccles.quæ dicit,ꝙ omne pactum factum in eo contractu valet,facit idem Iason.in l.final.C.de iure emphyteu.2.colum. uersic. nota primo. ubi dicit, ꝙ pacta inita inter dominum & emphyteutam,circa alienationem rei emphyteuticæ, aut melioramentorum sunt seruanda,ex quo habetis correlariè notare,ꝙ ualet pactum initum inter dominum, & † emphyteutam,ꝙ emphyteuta possit alienare sine consensu domini, dicit hoc clare text.in l.1. C. de iure emphyteu. in principio,ubi habetur,ꝙ ius emphyteuticarium est contractus, in quo cuncta,quæ inter partes super omnibus placuerunt, firma modis omnibus custodiri debent,ubi glo. in uerbo cuncta haber,ꝙ omnia pacta sunt seruanda,& gloss. ibi in uerbo omnibus,ꝙ super omnibus casibus,& cautis, facit tex.in l.2. in principio.eod.tit.ubi dicitur,ꝙ nõ solum pactiones, quæ † veniunt ex natura contractus;sed & omnes aliæ in alijs capitulis in ijsdem emphyteuticis instrumentis contentæ, etiã super reiectione emphyteutæ seruari debent, dicit gloss. prima ibi,& gloss.uerbo capitulis. & Iason.d l.fina.d. loco.ponit quęstionem,an ille,qui habuit emphyteusim cum pacto, ꝙ possit alienare cuicumque uoluerit,ꝙ potest ius suum,& suas meliorationes alienare etiam sine consensu domini, mediante tali pacto sine periculo alicuius caducitatis incurrendæ,ut ibi per Iason.id tenentem per duas quæstiones,prima & secunda colum.facit idem Ias.d.l.fina.colum.15.uersi. subdit tamen,ubi ad quæstionem de qua ibi per eum, dicit, ꝙ in instrumento emphyteutico debet † inscribi, ꝙ emphyteuta promittit non uendere,nec in aliquem suum ius transferre aliquo titulo,irrequisito, aut nolente domino, quia tunc erit securus, cum pacta inita veniant seruanda, tenet Angel.in l.si domus.§.fi.ff.de leg.1.& in l.cum hic.§.si cui.ff.

de

Source : BIU Cujas

tranſac. ubi ℭ hodie cauti concedentes emphyteuſim ſemper expreſſe paciſcuntur de non alienando ſub pœna priuationis, per Anch. in ɔ potuit, vbi Imola 7. col. extra locat fac.
11 Bal. d. l. fi. uerſ. ultimo nota, vbi dicit, ℭ ius † emphyteuticum eſt ius fragile, & perditur, ſiue quis faciat contra legem, ſiue contra pactum; facit, quia licet priuatio iuris non ſit, niſi vbi expreſsè iure caueatur, per Barba. conſi. 30. primo uolu. per Alexan. in l. etiam. ff. ſolut. mat. tamen nihil magis conuenit, quàm pacta ſeruare, & contrafaciens de perfidia & iniquita-
12 te imputatus, meritò dicitur, ℭ caducitas † ob non ſeruata pacta non eſt pęna, ſed natura contractus, per Bal. in l. placet, & in l. nemo martires. C. de ſacroſan. eccl. Butrigar. & Bal. in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. But. & Abb. cap. pen. de
13 relig. dom facit, quia ratio & † cauſa finalis emphyteuſis eſt ad meliorandum, qua ceſſante debet ceſſare inueſtitura. per Guliel. de Cun. & Caſtren. d. authen. qui rem, & non obſeruans conuentiones inueſtituræ, non poteſt ex ea ſe iuuare,
14 Specula. de loca. §. nunc aliqua. uerſ. 67. quæritur, immo † cõ traueniens & non ad implens pacta poteſt expelli, & cadit a iure emphyteũtico, Imola cap. propter, de loca. colum. 20. facit ℭ not. in l. uniuerſas. C. ne rei dom. uel templo. ſi enim faciens contra naturam contractus expellitur, multò fortius faciens cõtra expreſſam conuentionem, Bald. in l. ſi quis. & in l. fi. C. locati. Bald. & Imola in l. fructus. ff. ſol. mat. facit tex. cum glo. in §. ſcire in auth. de non alien. Franciſ. de Curte. ad Alex. in l. diuortio. § ſi fundum. ff. ſol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ſiue colonus non poteſt expelli, niſi formaliter probetur, quòd conuentis contrauenerit.*
2 *Pœnam petens debet eſſe extra omnem culpam, & nu. 7.*
3 *Pœnæ commiſſio non poteſt probari per coniecturas, nec per iuramentũ in ſupplementum.*
4 *Pœna promiſſa in contractu non debetur, niſi omnia ad unguem per aduerſam partem fuerint obſeruata.*
5 *Iudex ex officio ſupplere poteſt ſuper exceptione implementi non facti.*
6 *In contractibus nominatis contra non implentem agitur ad intereſſe.*
8 *Agens ad condemnationem debet ex parte ſua rem liquidam habere, non incertam nec dubiam.*
9 *Præſumptio iuris eſt contra non liquide probantem.*
10 *Locator agens ad caducitatem ob pactorum in obſeruantiam tractat de lucro captando.*
11 *Libelli in ingreſſu iudicij ſunt odioſi.*
12 *Sententiam certam ferre in re dubia graue eſt.*
13 *Prætor æquitatem ante oculos habere debet.*
14 *A contractu ultro citroque obligatorio, etiam iuramento uallato, ſi una pars non obſeruet conuenta, alteri parti recedere licet.*

Quid in colono vel conductore non ſeruante pacta vel legem conuentionis.

COlonus autem, ſiue conductor ob inobſeruantiam pactorum, & ex eo quia non ſeruauit legem locationis, non ita de facili cadit a iure
1 locationis, & a benefitio contractus, quia ad hoc, vt † cadat aut expelli poſſit, opus eſt, ut probetur ℭ conductor formaliter conuentis contrauenerit, unde non ſufficit, ℭ vel per æquipollens, uel in parte ſeu aliàs non formaliter contrauenerit, per doctrinam Bal. in l. unica. C. de his quæ pęn. nomi. uerſi. 3. opp. Secundò, ℭ locator in iudicio intentatæ caducitatis ea probet, primo quæ pro eius parte ſunt probanda, cũ contractus ſit ultro citroque obligatorius, ℭ videlicet locator præſtiterit patiẽtiam conductori vtendi fruendi relocata, ad quod locator ex natura cõtractus tenetur, tradit Bar. in l. ſi fideiuſſor §. meminiſſe. in fi. ff. de lega. 1. eſt tex. in l. ſi in lege. §. colonus. ff. loca.

Secundo loco debuit facere conſtare, ℭ omnia promiſſa per eum in dicto contractu adimpleuit, & obſeruauit, quod in primis neceſſarium eſt, ne a tali petitione pœnæ repellat, decidit Bald. tit. qualiter dominus proprietat. feud priuetur, in uſibus feud. Dec. conſi. 380. ad tradita per doct. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. ubi in ſpetie Bar. dicit, ℭ ille, qui †
2 petit pœnam debet eſſe extra omnem culpam, & debet ante omnia docere & probare ſe omnia adimpleuiſſe, ad quę pro parte ſua tenebatur, pœnarum namque natura eſt, ſiue ſint pœnæ legales, ſiue conuentionales, ℭ niſi petens pœnam probet ex ſua parte adimpleuiſſe id ad quod tenebat, & ſic debitum implementum contractus pro ſui parte feciſſe, repelli utique debet a petitione ipſius, caſus eſt in l. quæro. §. inter locatorem. ff loca. not in l & ſi nõ fuerit. ff. de iure iur. & in l. 1. C. de his quæ pen. no. Alex. conſi. 33. uolum. 2. ubi dicit, ℭ
3 pœnæ commiſſio non poteſt probari per coniecturas uel per præſumptiones. per Bald. d. l. 1. C. de his quæ pęn. tertia opp. & ℭ in talibus non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum, ad glo. in l. 3. uerb. agatur. ff. de iureiuran. & per Bal. d. c. 1. ℭ in iuditijs ſimilibus, in quibus agitur ad pœnam, debet eſſe probatio liquidiſſima.

Facit Dec. d. conſi. 380. incip. concluſio ſuperius, col. fin. &
4 melius conſi. 408. ubi concludit, ℭ pœna appoſita † in contractu non debetur, ſi per partem aduerſam omnia ad unguem non fuerint obſeruata, & cauſa non ſit liquida, ob quam pęna petatur, alioquin agens ad pœnam repellitur ab agẽdo.

Et in hoc inquit officium iudicis eſt latiſſimum, qui etiã
5 † ſuper exceptione implementi non facti, etiam parte non opponente, ex officio ſupplere poteſt, ut per Roman. conſi. 244. quem ſequitur Crauet. conſi. 151. num. 10 & conſi. 171. num. 15. & conſi. 192. num. 22. & conſi. 127. nu. 14. ubi dicit, ℭ talis exceptio, pro parte tua non ad impleuiſti, dicitur exceptio litis finitæ in huiuſmodi contractibus; & ſi ſimus in contractu locationis, & ſic in contractu nominato, eſt dicẽdum, ℭ ex non implemento quis non ita de facili cadit, quia
6 in † talibus contractibus contra non implentem pro parte ſua ſolum agitur ad intereſſe, vel ad implementum. ut habetur in l. fi. de cond. ob cauſ. per Crauet. conſi. 192. ubi multos refert, Afflict. deciſio. 280. ubi late inſtat. fac. l. ea conditione. C. de reſcind. uend. l. iniuile. C. de rei uendic. licet ſit ſecus, ſi contractus ſit innominatus, in quo bene ex non implemẽto contractus poteſt reſcindi, per Soc. conſi. 26. nu. 4. 3. uol. Ruin. conſi. 88. uol. 1.

Nec eſſe mirum debet, ſi requiritur, ℭ ille qui agit ad pœnam, debet adimpleuiſſe pro ſua parte adimplenda, quia qui
7 † pœnam petit debet omninò eſſe extra culpam, Bartol. in l. cum pater. §. libertis in fi. de lega. ſecundo. Dec. conſilio. 380. per totum, adeò ℭ iudex etiam parte non opponente id ex officio ſupplere poteſt, per Aymon. Crauet. conſi. 151. num.
8 ro. & conſi. 127. num. 14. † & pro parte agentis in huiuſmodi cauſa exigitur, ℭ res ſit admodum clara, & clare probata, quia ſi ſit contra agentem dubiũ, non uidetur ſufficere actori ad obtinendam condemnationem, & ſufficere reo conuẽto ad conſequendam abſolutionem, cui ſolum ſufficit intentionem agentis eſſe incertam, uel reddi dubiam, per Bald. conſi. 29. col. 2. lib. 2. Crauet. conſi. 6. num. 327. dubia enim in meliorem partem ſunt accipienda. cap. eſtote miſericordes,
9 extra de regul. iur. cap. nauiganti. de uſur. quia contrà † non liquide probantem eſt præſumptio iuris. Caſtren. conſi. 143.
10 lib. 2. num. 1. facit in hac materia, † quia locator agens ad caducitate ob talem pactorum inobſeruantiam, tractat de lucro captando, quia ipſe vult recipere. Bart. in l. Mæuius. §. duobus. nu. 24. de lega. ſecundo, Dec. in l. petens. num. 18. C. de pact.

Conductor uero, ſiue colonus tractare videtur de damno euitando, quia nollet ſuo iure priuari, ei magis iure fauendũ videtur. l. ſi C. de codicil. ultra id ℭ ſemper fauorabiliores eſſe debemus ad liberandum l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. præcipue in odioſis. l. interpretatione, de pæn. libelli enim
11 † actorum in ingreſſu iudicij ſunt odioſi. Iaſo. in l. exigendi. num. 12. C. de procurat. & pinguius quando tractatur de pręiudicio alicuius, quo caſu facile eſt lædere ueritatem. c. fi. 33.
12 diſt. Afflict. deciſi. 252. in fine, graue eſt † enim in re dubia certam ferre ſententiam, quamuis propoſita ſint in ſe uera, ſed certis iudicijs non probata, cap. graue. & ca. ſeq. 11. q. 3. & ſanc
13 te dicitur prætorem † debere æquitatem habere ante oculos. l. quod ſi epheſi. in fin. ff. de eo quod cer. loc. & eſt ſatius reddere rationem miſericordiæ, quàm crudelitatis. glo. fina. c. ponderet. 50. diſt. facit, quia in contractu † ultro citroque
14 obligatorio, ſi iuratum ſit obſeruare conuenta, ſi vna pars obſeruet, uel ueniat cõtra pacta iuramento uallata, ſi pars ſit maior 25. ann. & conuentio, & iuramentum fuerunt uoluntaria, altera pars non tenetur ſtare contractui poteſt reſilire, & recedere a contractu, & non obſeruare. l. ſi quis maior. C. de tranſac. ubi doctor. per Bartholomæum Socy. conſi. 26. in præſenti. 3. col. uerſi. confirmatur iſta concluſio, ubi dicit, ℭ uerbum, pacta, in d. l. ſiquis, includit omnes contractus. l. 1. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas non intentata per defunctum, per ſilentium uel taciturnitatem uidetur remiſſa.*
2 *Feudum filio propter felloniam patris non eſt auferendum.*
3 *Reuocatio donationis ex ingratitudine non competit hæredi.*
4 *Patientia domini habetur pro licentia.*
5 *Pater ſi contra vaſſallum de fellonia non fuit conquæſtus, nec filius poterit.*
6 *Iniuria, quæ trahit ſecum exequutionem, tranſit in hæredem.*

Hæres

Source : BIU Cujas

7 *Hæres non potest ammoueri ob felloniam feudatarij, si dominus non est conquæstus.*
8 *Donatio firma remanet, nisi signa mutatæ uoluntatis appareant.*
9 *Donatio ex causa ingratitudinis non potest reuocari donatario mortuo.*
10 *An post mortem donatarij donatio reuocari possit.*

Caducitas quando intentari possit.

IN qua quidem materia est aduertendum, ꝙ non semper & non omni tempore ista caducitas intentatur aut intentari pōt, quia si tēpore vel testatoris aut authoris mei, & a quo ego causam habeo, sit causata caducitas, & testator, vel author contra cadentem non fuerit de hoc conquæstus, aut eius vita vel tempore durante, lis aut quæstio caducitatis mota vel intentata non fuit, per me intentari quæstio, vel lis moueri
1 non poterit,† quia me cōtradicente, & per merum silentiū, vel taciturnitatem videtur remissa, quia caducitas non intentata per defunctum, non intentatur per hæredem, istud enim videtur esse beneficium personale, quod non egreditur per-
2 sonam, nec transit ad successores, exēplo † reuocationis donationis ex capite ingratitudinis, ꝙ licet competat donatori, non tamen competit eius hæredi uel successori. l. fin. C. de reuocan. donat. ubi beneficium reuocandæ donationis ex causa ingratitudinis, vel ex causis vt ibi, competens donanti, non datur eius hæredi, quia inquit tex. ibi. in fi. si is, qui passus id fuit, tacuit, eius silentium maneat semper, nec a posteritate eius suscitari permittatur, vel contrà eum, qui ingratus fuit, vel illius hæredes aut successores, idem habetur in tex. in c. fi. ext. de donat. ubi glo. in uerbo successoribus. extendit ad
3 terminos nostros, dicens, ꝙ feudum † non est auferendum filio propter felloniam patris, si patri quæstio mota nō fuit. l. omnimodo. C. de inoff. testam. arg. l. 1. §. fi. ff. ad silan. faciūt dicta Bal. c. Imperialis. uersi. quæro nunquid, de prohib. feu.
4 alien. per Loth. ubi dicit, ꝙ patientia domini † sine contradictione habetur pro licentia. per gl. ibi. per tex. in l. qui agros. C. de omni agro deser. lib. 11. quia inquit, est in potestate domini factum impedire, nisi interueniat error, ex quo errans non consentit, nec ratificat. l. mater. C. de rei uend. idem Bal. in terminis nostris. c. imperialem. § insuper. 2. col. uersi. ex his
5 de prohib. feud. alien. per Fed. ubi dicit, ꝙ, si pater de† felloniа contra se per vassallum commissa non fuit conquæstus, cum potuit conquæri, ꝙ filius non potest de felonia obijcere, nisi tamen esset fellonia, per quam vassallus feudum per-
6 didisset ipso iure,† quia iniuria, quæ trahit secum exequutionem, etiam in hæredem trāsit. l. 3. §. quod ait prætor. ff. quod quisque iur. vnde si esset, inquit, fellonia commissa alienando, quæ contraheretur ipso iure, etiam sine pacto, aut esset alia fellonia, esset tamen appositum pactum, ꝙ per eam vassallus caderet a feudo ipso iure, tale præiudicium transiret in hæredem, etiam quærella non præparata, quod est, inquit, notandum. sequitur Bald. in d. l. fi. C. de reuocan. donat. uersi.
7 glo. arguit † ꝙ feudatario committente felloniam si dominus non est conquæstus, & feudatarius decessit, hæredi eius non potest moueri quæstio de fellonia, subdens, ꝙ ipso iure reuersum intelligitur, si dominus voluerit, & petijt, & in additio. ibidem, ꝙ successor non improbat factum defuncti, facit Bal. in l. 1. C. eo. tit. ubi dicit, ꝙ quis pleno iure possidet id,
8 ꝙ ex superuenienti casu potest retractari,† quia donatio firma remanet, nisi signa mutatæ uoluntatis appareāt, sequitur Ang. d. l. finali, ꝙ feudum non est auferendum filio propter felloniam patris, si patre viuente quærimonia non fuit exposita, id quod, inquit, melius probat tex. in l. his solis. C. eo. ubi
9 idem Angel. dicit, ꝙ donatario mortuo † donator non potest reuocare donationem ex causa ingratitudinis per eum commissæ, dum viuebat, debuit ergo reuocari eo viuente, subdens, & similiter hæres donatoris, qui tacuit, dum uixit, reuocare illam non potest.
10 Abb. † d. c. fi. 3. col. uersi. in gl. fi. in hac materia donationis distinguit, aut, inquit, donator ingratitudinem commissam in vita donatarij ignorauit, uel sciuit, & non habuit tempus competens ad agendū, & tunc bene hæres donationis aget, quia non potest quis dici tacuisse, si ignorauit, aut nō habuit tempus competens ad agendum, subdens Abbas, & hæres domini pariter non agit contra vassallum ob delictum cōmissum contra defunctum, sicut non agit hæres donatoris ob ingratitudinem commissam contra defunctum, ꝙ si dominus sciuit, & tacuit, non potest agere eius hæres, & residet in doctrina Bal. superius allegata, ꝙ videlicet debet attendi, quando quis cadit uel priuatur ipso iure, pone, inquit, quia alienauit, & eo casu, licet dominus non reuocauerit feudū ad se, hæres tamen poterit, si autem ipso iure non perdit feudum, non agitur contra filium ob delictum patris &c. refert, & sequitur hanc distinctionem Bald. Francischin. Curt. Iun. consi. 142. Sacratissimæ Trinitatis habita diligenti considerationе col. 5. uersi. præmissa iudicio meo, num. 12. affirmans hanc distinctionem sequi Aluaro. Cardin. Alex. d. §. insuper, per nota. per Bar. in l. 1. ff. de priua delict. & in l. ex iudiciorū. ff. de pub. iud.

Ex quibus sit iste labor absolutus cum expressa protestatione in principio, in medio, & in fine semper repetita, ꝙ si fuerit aliquid dictum, per quod catholici, & christiani hominis possint aure aliquo modo offendi, sit semper correctioni S. Romanæ Ecclesiæ in qualibet parte subiectus, Ad laudem Omnipotentis Dei, Iesu Christi eius filij, & Beatæ Mariæ Virginis.

FORMA ET MODVS SERVANDVS in alienationibus ecclesiasticis faciendis.

BVLLA PAVLI. II.

Paulus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, cùm in omnib. iudicijs sit rectitudo iustitiæ, & conscientiæ puritas obseruanda, id multò magis in commissionib alienationum rerum ecclesiarum conuenit obseruari, in quibus de Christi patrimonio in dispensatione pauperum constituto, non de proprio cuiuscunque peculio agit, aut tractat. Quapropter oportet, vt in cōmissionibus hmōi alienationū causis, quę a sede apostolica in forma, si in euidentem vtilitatem cedant, contractis, ecclesiasticorum iudicū conscientijs delegant, nihil fauor vsurpet, nec timor extorqueat, nulla expectatio præmij, iustitiæ conscientiam subuertat; monemus ergo, & sub interminatione diuini iudicij omnibus commissarijs delegatis hmōi districte prę cipimus, ut diligēter, & caute attendant cās in literis apostolicis per supplicationes expressas solicite examinent, atq; discuciant testes, & probationes super narratorum veritate recipiant, & solum Deum præ oculis habentes, omni timore, & fauore depositо, ecclesiarū indemnitatib. consulant, ne in læsionem, aut detrimentum eorum decretū quomodolibet interponant, si quis aūt commissarius, aut delegatus conscię tię suæ prodigus in grauamen, aut detrimētum ecclesiæ per gratiam, timorem, uel sordes alienationi consenserit, aut decretum, aut authoritatē interposuerit, inferior quidem ēpo snīam excōicationis incurrat, ēps verò, aut superior ab exequutione officij per annum nouerit se suspēsum, ad æstimationem detrimenti ecclesiæ illati nihilominus condemnamus, sciturus, ꝙ si suspensione durante dānabiliter se ingesserit in diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluit, à quo nōnisi per summum Pōt. poterit liberari; is verò, qui dolo, uel fraude, uel scienter in detrimentū ecclesiarū alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, aut impressiones alienationis decretum extorserit, similem snīam excōicationis incurrat, a qua non nisi per Rom. Pont. poterit absolui, ad restōnem nichilominus rerum alienatarum cum fructib. quandocumque de prēmissis constiterit, condemnamus; volumus aūt, ꝙ commissarij, & delegati præfati de pœnis constitutionis nr̄æ specifice moneāt, vt in quibuscunq; literis commissionum hmōi hoc statutum nr̄m inseraf, nulli ergo omnino hōīum &c. Aduertant ergo oēs præfati iudices, ut bene cōsideratis supplicatione, & breui Apostolico inde expediendo, & seruata prædicta constitutione, qui in curia Rom. uocatur, si in euidentem, procedant, si dictas pęnas, & censuram cupiunt euitare.

Hæc pro occupatione infrascriptorum tractatuum dicta sufficiant, cætera ad saturitatem istius extrauagantis dic vt dixi in repetitione magna plenissima, præstante eo, qui viuit in secula. Amen.

Forma breuis apostolici pro alienatione ecclesiastica per pœnitentiariam.

Venerabili in Christo patri Dei gratia epō N. &, discreto vero primam vel aliā dignitatē in ecclesia N. obtinenti. Carolus Miseratione diuina tituli Sanctæ Praxedis Præsbyter Cardinalis salutē, & sincerā in Dño charitatē. Ex parte N. Præsbyteri dioceſis N. nobis oblata petitio continebat, ꝙ ipse, ut dictæ ecclesiæ suæ conditionē valeat efficere meliorē, cupit nōnullas petias terrarum sitas in pertinentijs dictæ dioceſis in diuersis locis iuxta suos cōfines ad dictā ecclesiā legitime spectantes, quarū annuus redditus summā quinq; ducatorū aurei de camera in totū non excedunt, alicui seu aliquib. personis meliorem conditionē offe-

rentib·

Source : BIU Cujas

rentib. in emphyteusim perpetuã, seu ad censum pro annuo censu, sine canone reperibili concedere, & locare, aut cum alijs bonis stabilib. utiliorib. permutare, id tũ sibi licere seu permitti dubitat inconsulta desuper Apostolica sede. Quare supplicari fecit humiliter, sibi super his per sedẽ Apostolicã misericorditer prouideri. Nos igit̃ dictarũ terrarum situationes, & confines pro expressis habentes, & attendentes &c. huiusmodi supplicationib. inclinati, auctoritate D. N. p̃p̃ cuius pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius speciali mãdato super hoc viuæ uocis oraculo nobis facto, circunspectioni uestræ coniunctim, cõmittimus, quatenus si per diligentẽ informationẽ p̃ uos super p̃missis seruatis seruandis habendã locationes, & concessiones seu permutationes præfatas, si fiãt, in euidentẽ dictæ ecclesiæ utilitatẽ, cedere reperieritis, super quib. vestrã conscientiã oneramus, illas quibusuis personis meliorẽ conditionem offerentib. faciendi ac quæcumq; instrumenta desuper necessaria celebrandi licentiã & liberam concedatis facultatẽ, illasq; postquam factæ fuerint Apostolica auctoritate approbetis, & confirmetis, ac illis perpetuæ firmitatis robur adijciatis, omnesq; tã iuris q̃ facti defectus suppleatis, in eisdẽ, non obstan. fœlicis recordationis Pauli Papę Secundi de reb. ecclesiæ non alienandis, alijsq; Apostolicis, ac tam prouincialibus, quam Synodalib. cõstitutionib. staturis, & consuetudinibus cæterisque contrarijs quibuscũque statu. &c.

Forma reuocationis malæ alienationis rerum ecclesiæ.

Leo episcopus seruus seruorum

Dei. dilectis filijs archidiacono eccl. Triuẽcianæ, & Vicario venerabilium Fratrum nostrorũ Triuicen. ac Thearin. Episcoporum in spũalib. gñalib. salutem & apostolicam ben. ad audientiam nr̃am peruenit, q̃ nonnulli abbates seu perpetui commẽdatarij Beatæ Mariæ de Nuce, & S. Saluatoris de Castiliano, ac eiusdem Beatæ Mariæ debanetano monasteriorum ordinis S. Benedicti Triuentinẽ. diocesis, ac rectores parochialiũ ecclesiarũ Beatæ Mariæ Matris dñi nec nõ eiusdẽ Beatæ Mariæ della lopara theatin. diocesis, quã sicut asserit dilectus filius Bernardinus Carazolus clericus Neapolitan⁹ in cõmendã obtinet, ipsius Bernardini p̃decessores, q̃ fuerũt pro tpe, terras, domos, cãpos, prata, palcua, nemora, syluas, grãcias, casalia, molẽdina, piscaria, lacus, stangu aquas, aquarũ decursus, iura, iurisdões, & quædã alia bona ad mẽsas abbatiales, dictorũ monasteriorũ, q̃ conuentib. carẽt. & ad parrochiales ecclesias p̃dictas respectiue legitime spectãtia, datis super hoc lr̃is, confectis exinde publicis instr̃is, interpositis iuramentis, factis renuntiationib. & pœnis addictis, in granẽ ipsorum monasteriorũ, & parrochialiũ præfatorũ læsionẽ, non nullis clericis, & laicis aliquib. eorũ ad vitam, quibusdã verò ad non modicum tps, & aliis perpetuò ad firmã, vel sub annuo censu concesserunt, quorũ aliqui super his confirmationũ lr̃as in forma cõi dicunt a sede apostolica impetrasse. Quia vero nr̃a interest super hoc de opportuno remedio p̃uidere, discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus, quatenus ea, q̃ de bonis singulorũ monasteriorũ, ac ecclesiarum hmõi per concessiones p̃dictas alienatas inueneritis illicite, uel distracta, non obstantib. lr̃is, instr̃is, renuntiationib. pœnis, iuramentis, confirmationib. supradictis ad ius, & proprietatem dictorum monasteriorũ, & parrochialium ecclesiarum prædictarũ tunc reuocari curetis contradictores authoritate nr̃a per censuram ecclesiasticã, appellatione postposita, compescendo; testes aũt qui fuerint noãti, si ex gr̃a, odio, uel timore subtraherent, censura simili appellatione cessante, compellatis ueritati testimoniũ perhibere, q̃ si non oẽs eis exequendis potueritis interesse, duo aut unus vestrũ nihilominus exequat. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo septimo octauo, idus maij. Pontificatus nostri anno IIII.

Transumptum literarum apostolicarum in forma breuis super bonis ecclesiasticis alienatis contrà formam constitutionis Pauli Secundi.

Dilectis filijs nostris Iacobo S. Simeonis de Putheo nuncupato, & Ioanni Baptistæ S. Clementis presbyteris Cardinalibus.

IVLIVS PAPA III.

Dilecti filij nostri salutem, &

apostolicam benignitatem, cum sicut accepimus a centum annis citrà diuersa bona immobilia, & iura diuersarũ cathedralium, ẽt metropolitanarum, & collegiatarum, ac aliarum ecclesiarum, nec non monastẽriorum, & prioratuum tam virorum, q̃ mulierum, ac præposituratum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorũ, nec non canonicatuum, & præbendarum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorũ cũ cura, & sine cura, secularium, & diuersorum ordinum regularium, ac hospitaliũ, & aliorum piorum locorũ temporalis dominij S. Romanę ecclesiæ pręter & contrà formam constitutionis per fæl. re. Paulum PP. II. prædecessorem nr̃m super alienatione bonorũ ecclesiasticorum editæ, seu aliàs nulliter, uel illicitè, & in euidens ecclesiarum, monasteriorũ, prioratuũ, præposituratũ, præpositatuũ, dignitatum, personatuũ, administrationũ, & officiorũ, ac canonicatuũ, & præbendarũ, aliorumq; beneficiorũ ecclesiasticorũ, nec non hospitaliũ & piorũ locorũ hmõi damnum varijs personis alienata seu in emphyteusim perpetuã, ẽt singulis 29. annis renouandam, aut ad longum tps, uel ad certas generationes, seu noãtiones locata, & aliàs diuersimode occupata, & detenta fuerint, occupenturq; & detineant̃ ẽt de p̃senti, & exinde fructus, reditus, & prouẽtus ecclesiastici nõ modicũ diminuti existant. Nos uolentes indẽnitati ecclesiarũ, monasteriorũ, prioratuũ, præposituratũ, præpositatuũ, dignitatũ, personatuũ, administrationũ, & officiorũ, ac canonicatuum, & p̃bendarũ, nec non beneficiorũ, hospitaliũ, & locorum hmõi, vt ex debito nr̃o pastoralis officij tenemur, opportune p̃uidere, circunspectioni vestræ, quorũ eximia integritas, singularis prudentia, exacta diligentia, & reb. gerẽdis dexteritas, ac aliæ præclaræ uirtutes ueteris experientiæ documento nobis iamdudũ, cognitæ sunt, p̃ p̃sentes, cõmittimus, & mandamus, quatenus per uos, uel aliũ, seu alios, quos ad hoc, cũ simili aut limitata ptãte duxeritis deputandos, uocatis, pro ut uobis uidebit̃, eorumdem bonorũ possessorib. uel detentorib super nullitate; & inualiditate alienationũ, & locationum hmõi, ac exinde subsequutarũ confirmationũ, ẽt apostolica authoritate factarum, seu facultatũ ad illas faciendas concessarũ, nec non desuper cõfectorum instr̃orũ, lr̃arum, & aliarũ scripturarum, ac indebita occupatione & detentione bonorum & iurium hmõi, ẽt summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti ueritate inspecta, authoritate nr̃a diligenter inquiratis, ac bona & iura quæ uocatis eisdem possessoribus, vel detentoribus præter aut contrà formam dictæ cõstitutionis, seu alias nulliter, uel illicite, & in euidens ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatũ, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum, hospitalium, & piorũ locorum prædictorum damnum alienata sed locata, aut occupata, & detẽtata reperietis, ad ecclesiarũ, monasteriorũ, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, aũministrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum, hospitalium, & piorum locorum, quorum antea erant, ius & proprietatem reuocetis, & reducatis, ac eos, qui bona, & iura hmõi indebite possedерunt, & detinuerunt ad satisfaciẽdum de indebite perceptis, opportunis iuris remedijs cogatis, & cõpellatis. Nos enim uobis eos, qui satisfecerint quietandi, & liberandi, ac cum eis, qui satisfaciendi modum non habuerint, & alijs personis, de quibus vobis uidebitur super huiusmodi indebite perceptis, ac bonis, & iuribus, præter, & contra formam dictę constitutionis, seu aliàs nulliter, uel illicite, aut in euidens dãnum alienatis, seu locatis, tam eorum, quorum bona iura huiusmodi anteà erant, quàm etiam nostro pro interesse, q̃ in præmissis ratione fructuum, reddituum, & prouentuum indebite perceptorum habet, cameræ apostolicę nominibus componen. & quascunque honestas compositiones, & concordias ineundi, & si uobis uidebitur, bona & iura prædicta, postquam ad ius, & proprietatem eorum, quorum antea erant reuocata & reducta fuerint, eisdem possessoribus, seu detentoribus, aut alijs personis de consensu eorum, quorum interierit, & si requisiti consentire uoluerint, sine eorum consensu, sub honesto annuo canone sine censu, aut aliàs prout uobis iustum esse uidebitur in euidentem utilitatem ecclesiæ locandi & concedendi, ac ad effectum præmissorum omnes & singulos emphyteutas, & locatores, & conductores etiam perpetuos bonorum ecclesiasticorum, & alias personas ecclesiasticas & seculares cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis, existentes, etiam exemptos, etiam per edicta locis publicis affigenda ad exhibitionẽ titulorum, quos in eisdem bonis ecclesiasticis habent, sub sententijs, censuris, & pœnis, de quibus uobis uidebitur, monendi, & requirendi, nec non aliquas idoneas personas per prouintias, ciuitates, terras & loca dictæ ditionis, cum simili, aut limitata prę̃sentare, qui prę̃missa omnia exequantur, & vt laici, ac alię personę quę diuersa eorũ bona maximi ualoris ratione minimorum cẽsuum

ecclesię

Source : BIU Cujas

ſuum eccleſiæ obligata eſſe egreſerunt, aliquod commodū ſine damno eccleſiarum repertare poſſint, ſed de his, qui bona hmōi modico cenſu grauata obtinent ab illius prēſtatione & ſolutione liberari cupiunt, ac modis & conditionib. quas pro liberatione hmōi efferunt, ad hoc, vt de præmiſſis nos certos reddere poſſint, nosque ſuperinde opportunè prouidere poſſimus, ad plenū informent, & ad hoc, ſi opus fuerit, dominos directorum dominiorum euocent, ſubdelegandi, eaſque qñ vobis videbitur reuocandi, & alios eorū loco ſubſtituendi, cæteraque in præmiſſis & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna faciendi, plenam & liberam ptātem, authoritate prædicta, tenore pñtium, concedimus facultatem, & poteſtatem, nō obſtantibus præmiſſis & apoſtolicis ac in prouintialibus, & ſynodalibus conciliis editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac eccleſiarum monaſteriorum prioratuum, præpoſiturarum, præpoſitatuum, hoſpitalium, & locorum, ac ordinum hmōi iuro confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, exemptionib. & literis apoſtolicis eiſdem eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, hoſpitalibus locis, & ordinibus ac eorum ſuperiorib. & perſonis per quoſcumquæ Ro. Pont. ſimiliter prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui ac initi, & ſtipulati contractus, nec non motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & aliàs ſuis quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibus ſuis etiam derogatoriarum derogatoriis alliiſque efficaciorib. efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis quomodolibet ēt pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis; quib. omnibus, ēt ſi pro illarum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad uerbum, nō autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæ vis alia expreſsis habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores hmōi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſum, & forma in illis tradita obſeruata eſſet, inſerti forent, pñtib. pro ſufficienter expreſſis, & inſertis, nec non modos, & formas ad id ſeruandas p indiuiduo ſeruatis hñtes, illis aliàs in ſuo robore permanſū ris, ac vice dumtaxat harum ſerie ſpāliter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque, cæterum, quia difficile foret pñtes literas ad ſingula loca, in quib. illis opus eſſet, tranſmittere, ēt volumus, & dicta authoritate decernimus, q literarum earundem tranſumptis, ēt per calcographos impreſſis, & manu notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius curiæ eccleſiaſticæ vel canonici Metropolitan. ſeu alterius cathedralis eccleſiæ, aut perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris. die 23. Maii. M. D. LII. Pontificatus noſtri anno tertio.

BVLLA SANCTISSIMI D. N. D. PAVLI diuina prouidentia Papæ IIII. ſuper reſciſſione alienationum bonorum eccleſiaſticorum in damnum eccleſiarum, aut non ſeruatis ſolemnitatibus factarum.

PAulus epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriā. Iniunctum nobis deſuper meritis licet imparibus, Apoſtolicæ ſeruitutis officium mē tem noſtram cōtinua pulſat inſtantia, ut bona eccleſiaſtica, q̄ cæca hominum cupiditate occupata detinentur, noſtræ operationis miniſterio, ad ius, & proprietatē eorum, quorum antea erant, oīno reducantur. Cum itaque (ſicut nobis innotuit) licet aliàs fę.re. Simmacus Papa prædeceſſor noſter prædiū eccleſiæ pro aliqua neceſſitate quouiſmodo alienari, aut rura eccleſiæ in uſumfructū dari prohibuerit, & lege hmōi oēs cuſtodes aſtringi, ac donatorem, ac cenſatorem, & uenditorem honorem p̄dere, & qui præmiſſis ſubſcriberet, Anathema eſſe, cum eo, qui daret, ſiue reciperet, niſi reſtituerent, & quaslibet eccleſiaſticas perſonas p̄dicere, & cum fructib. alienata repoſcere poſſe. Hocq; non ſolū in eccleſia Rom. conſeruari, verū ēt in uniuerſis p prouincias eccleſiis conuenire uoluerit. Et piæ memoriæ Paulus Papa. II. ēt p̄deceſſor noſter oīum rerum & bonorū eccleſiaſticorum alienationē, oēque pactum, p quod ipſorū dñium transferretur, ac cōceſſionē, hypothecam, locationē, & conductionem ultra triennīū, necnon infeudationē, vel p̄ctum emphyteuticum, p̄terq̄ in caſib. à iure p̄miſſis, ac de reb. & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis fieri prohibuerit, & ſi quis contra huius poſterioris prohibitionis ſeriem de bonis & reb. eiſdem quicq̄ alienare p̄ſumeret, alienatio, hippotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio hmōi nullius oīno eſſent roboris, uel momenti, & tam, qui alienaret, q̄ qui alienatas res & bona reciperet, ſententiam excōicationis incurreret, & nihilominus res & bona alienata hmōi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad q̄ antea p̄tinebant, liberè reuerterentur, nihilominus à nonnullis annis citra, diuerſæ perſonæ, tam ſeculares, q̄ eccleſiaſticæ, q̄ plura Caſtra, Terras, Oppida Ciuitates & loca, tam Rom. prædictæ, q̄ diuerſarum cathedralium, ēt Metropolitan. & aliarum eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, domorū, ac Hoſpitalium, & aliorum piorum locorū, p̄textu diuerſarū alienationum eis de Caſtris, Terris, Oppidis, Ciuitatibus, & locis prædictis in euidens damnum eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, hoſpitaliū & aliorū regularium, & piorum locorū, ſeu aliàs, non ſeruatis ſolemnitatib. à iure requiſitis, factarū occupauerint, & occupata detinuerint, & detineant de p̄nti, ac exinde factum ſit, ut nō ſolum eccleſiarū, monaſteriorum, & domorum prælati, ac hoſpitalium, & aliorum regulariū, & piorū locorum hmōi rectores, qui ex fructibus, redditibus. & prouentib. Caſtrorum, Oppidorū, Ciuitatum, & locorum hmōi eccleſias monaſteria, & domos, hoſpitalia, & alia loca p̄dicta gubernabant, & illuſtrabant, ac eorū miniſtris alimoniā præbebant, notabiliter ſint damnificati, verum ēt Ro. Pont. qui antea egenis, & miſerabilib. perſonis, p̄ſertim nobilibus ad hanc almam Vrbem p tempore confugientibus alimenta abunde ſubminiſtrare conſueuerat, uix ſe, & familiam ſuam ſuſtētare, nedum aliis alimenta ſubminiſtrare poſſit, in diuinæ maieſtatis offenſam, & ordinis clericalis opprobrium, ac plurimorū Chriſti fidelium ſcandalum. Nos p̄miſſa conniuentib. oculis pertrā ſire nequeuntes, quinimmo cupientes eis, quātum cū Deo poſſumus, opportunum remedium adhibere. Motu p̄prio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ ptātis plenitudine, oēs & ſingulas alienationes, & in emphyteuſim ſeu cē ſum perpetuum aut tertiam, uel aliam gñationem, ſeu hominis uitam, aut aliud tp̄s ultra triennium locationes, uel conceſsiones ſeu permutationes, hypothecas, & obligationes de quibuſuis Caſtris, Terris, Oppidis, Ciuitatib. & locis, aut aliis bonis immobilibus, ſeu reb. & iurib. tam ſpiritualibus q̄ temporalibus eiuſdem Rom. & quarumcunque Cathedralium, ēt Metropolitan. & aliarum eccleſiarum, necnon monaſteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumuis beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium, & quorumuis ordinum regulariū, necnon hoſpitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet per quoſcunque ēt Rom. Pontifi. p̄deceſſores noſtros, ſeu eorum auctoritate, uel mandato camerarios ſuos, & clericos Cameræ Apoſtolicæ præſidentes, ac quoſuis eccleſiarum, monaſteriorum, domorum prælatos, & bñficiatos, necnon hoſpitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum rectores, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes, ēt ſi Cardinalatus honore pollerent, in damnum eccleſiæ, ſeu non ſeruatis ſolennitatibus à iure requiſitis, aut aliàs nulliter hactenus factas, & contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis, & uerborū expreſsionibus habitos, & celebratos, ēt ſi iuro vallati exiſtant, & quā tumuis longa temporis præſcriptione robur ſumpſiſſe dici poſsint, ac ipſius Ro. eccl. fauorem, aut commodum cōcernant, eorum omnium tenores, ac ſi de uerbo ad uerbū inſererentur, præſentibus pro expreſsis habentes, Apoſt. auctо. tenore pñtium reſcindimus, irritamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus omnino euacuamus, ac pro reſciſsis, irritis, caſsis, & nullis, ac penitus infectis hri uolumus, ipſoſque detentores ad Caſtra, Terras, Oppida, Ciuitates, & loca occupata, ac bona, res & iura prędicta Rom. & Cathedralibus, ēt Metropolitan. ac aliis eccleſiis, necnon monaſteriis, domib. Hoſpitalib. & beneficiis, ac regularib. & piis locis relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, q̄ in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum teneri, & ad id ēt ſentētiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, ac ēt pecuniariis, omnibuſque aliis opportunis iuris, & facti remediis cogi & compelli poſſe. Sicque in p̄miſſis omnib. & ſingulis p quoſcunq; iudices, & commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiā cārum Palatii Apoſt. auditores, & ipſius Ro. eccl. Cardinales, ac eorum collegium in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretādi auctoritate & facultate, iudicari & diffiniri debere, At ſi ſecus ſup his à quoq̄ quauis auctoritate ſcienter, vel ignorāter contigerit attentari, irritū & inane decernimus. Nō obſtitutionibus & ordinationib. Apoſt. cæteriſq; cōtrariis

Source : BIU Cujas

quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſciſſionis, irritationis, caſſationis, annullationis, euacuationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum. Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto. Pridie Idus Iulij Pontific. Noſtri Anno Primo. Barengus.

MOTVS PROPRIVS SANCTISS. D. N. Pii. IIII. Pont. Max. per quem reducuntur ad uiam iuris communis ea, quæ à Paulo IIII. edita fuerunt, ſuper alienatione bonorum Eccleſiaſticorum.

PIVS PAPA IIII.

MOtu proprio &c. Prouida Ro. Pontificis circumſpectio ea, quæ certis ſuadentib. cauſis emanarunt, ex alijs non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducit: prout rerum qualitate digeſta ſalubriter conſpicit expedire. Dudum ſiquidem fæ. re. Paulus Papa IIII. prædeceſſor noſter ex certis tunc expreſſis & nobis notis cauſis motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes & ſingulas alienationes, & in emphyteuſim, ſeu cenſum perpetuũ, aut tertiam vel aliam generationem, ſeu hominis uitam, aut aliud tempus ultra triennium, locationes, vel conceſſiones, ſeu permutationes, hypothecas, & obligationes, de quibuſuis Caſtris Terris Oppidis Ciuitatibus & locis, aut aliis bonis immobilibus ſeu rebus & iuribus tam ſpiritualib. quã temporalibus Rom. Eccleſiæ, & quarumcunque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum eccleſiarũ, necnon monaſteriorum domorum & aliorum regularium locorum, & quorumuis beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, necnon hoſpitalium & aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoſcunque Rom. Pontifices prædeceſſores ſuos, ſeu eorum auctoritate uel mãdato Camerarios ſuos, & Clericos Cameræ Apoſtolicæ præſidentes, ac quoſuis eccleſiarum monaſteriorum & domorum prælatos, & beneficiatos, necnon hoſpitalium & aliorum regularium & piorum locorum rectores cuiuſcunque dignitatis ſtatus gradus ordinis & conditionis exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore polierent, in damnum eccleſiæ ſeu non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut aliàs nulliter hactenus factas, & contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis, & verborum expreſſionibus habitos & celebratos, etiam ſi iuramento uallati exiſterent & quantumuis lõga temporis præſcriptione robur ſumpſiſſe dici poſſent, ac ipſius Ro. Eccleſiæ fauorem & commodum concernerent, per ſuas ſub plũbo expeditas literas reſcidit, irritauit, caſſauit, & annullauit, ac viribus omnino uacuauit, Voluitque detentores Caſtrorum, Terrarum, Oppidorum, Ciuitatum, & locorum prædictorum ad illa ac bona res & iura præfata Roma. & Cathedralibus etiam Metropolitan. ac aliis eccleſiis, necnon monaſteriis, domibus, & hoſpitalibus, necnon beneficiis & piis locis relaxan. & de fructibus tam hactenus perceptis quàm impoſterum incipien. realiter ſatisfacien. teneri, & ad id ẽt ſenten. cen. & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis, omnibuſque aliis opportunis iuris & facti remediis cogi & cõpelli, ac quicquid ſecus ſuper tis à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, irritum & inane decreuit. Et deinde executionem dictarum literarum fieri cupiens motu ſimili tunc Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali auditori coram quo iam conſtitutio prędicta ſeu illius tranſumptum prædictam reperiebatur, tã ad tunc procuratoris fiſcalis pro iis, quæ Rom. Eccleſiam & ſedem & Cameram Apoſtolicam concernebant, quàm ad ſingulas aliarum eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, hoſpitalium, beneficiorum, & piorum locorum prędictorum, ꝙ coram eo ad exequutionem hmõi petendum, comparerent, prælatorum, ſeu procuratorum, ſyndicorum, œconomorum, aut aliàs qũolibet ad id faciendum mandatum ſeu ptãtem ltĩmam hñtium inſtan. ſingulorum caſtrorum terrarum oppidorum aliorumq; bonorum immobilium ſeu rerum & iurium prædictorũ detentoris, ad illos illas & illa reſpectiue relaxandũ, & de fructib. præfatis ſatisfacien. vel quã obrem id facere non tenerentur docendum, ſub excõicationis latæ ſnĩæ, necnon pecuniariis ipſius auditoris arbitrio moderan. & applican. pœnis, ẽt per edictum publicum conſtito ſummarie & c. de non tuto acceſſu, moneret, requireret, & elapſo tpe & termino in ſingulis monitoriis hmõi per eum ſtatuendo illisq; non comparen. illico, ſeu illis ẽt comparentibus, &, vt præfertur, non docentib. ſeu aliàs conſtito ſibi ſummarie ſimpliciter & de plano, ſine ulla terminorũ ſubſtantialium nuncupatorum, aut alterius cuiuſcunq; telę iudicialis obſeruatione, de alienationib. ſeu locationibus, permutationibus, hyppotecis, vel obligationib. præfatis, & qualibet earum, & quæ in damnum eccleſiæ ſeu loci à qua, uel quo factæ fuiſſe prætendebantur, tenderet, ſeu non ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis, aut aliàs nulliter factæ forent, & quatuor terminis conſuetis ad docendum, tam ſuis q̃ ipſius auditoris monitorib. literis, ut præfertur, decernen. paruiſſe cen. & aduerſus ipſos non parentes ad declarationem incurſus cenſurarum & pœnarũ prædictarum, & poſt declarationem hmõi ad earundẽ cenſurarum & pœnarum aggrauationem reaggrauationem, necnon interdictum, & brachij ſecularis inuocationẽ, ẽt vnico contextu ſimul & ſemel procederet, & totaliter exequeretur ac exequi mandaret, & faceret, quacunq; appellatione remota, commiſit & mandauit, cum ptãte non ſolum detentores ipſos pñtes, ſed ẽt anteriorum detentorum, ſi qui forent, pro fructib. perceptis, & alios quoſcunq; tam in decretis q̃ in exequutionib. decernendarum monitorialium hmõi nominandos, ẽt ſub ſimilib. cen. & pœnis inhibendi, & ꝯ inobedientes, ſeu ꝯuenientes ſimili modo ut ſupra procedẽ. & illos ſi qui ex monendis præfatis pupilli aut minores forent ad ltĩme comparen. citandi, & eis non comparen. & abſentib. & non petentibus de curatore ad litem hmõi prouidendi, & in præmiſſis ẽt ſingulis dieb. & horis, prętereq̃ in honorem Dei feriatis, ac aliàs iuxta ordin. curiæ ſuæ in ſimilib. ſtylum, & in oĩbus & ſingulis præmiſſis tam per ſe q̃ ſuum in ciuilibus locumtenentem, ſeu alium ab eo ſubdelegatum procedendo, aliiſq; facultatib. neceſſariis & opportunis, & forſan ẽt alia fecit, prout in dictis literis & motu proprio deſuper manu ſua propria ſignato plenius continetur. Cum aũt, ſicut accepimus, occaſione literarum & motus proprii hmõi diuerſæ lites qõnes & controuerſiæ ortæ, ac diuerſa grauamina, læſiones, perturbationes, & incommoda diuerſis perſonis gñata & illata, ac ltĩæ & motus proprii hmõi rigoroſæ exequutioni demandatæ fuerint, in earundem perſonarum animorum moleſtiam non modicam plurimorũ ad nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquærentium potiſſimum de rigore vel potius iniuſtitia literarũ & motus proprij prædictorum, præſertim facta interpretatione, prout à nullis dr̃ eſſe facta, ꝙ ꝯ illos non poſſit opponi ltĩma p̃ſcriptio tpis neque compenſatio, uel ẽt pro melioramentis eõ petens retẽtio, & pro fructib. bona fide perceptis & nõ ſumptis excuſatio, neq; fori declinatio, minuſq; appellatio, aliaue iuris cõis remedia, & ꝙ alienationes factæ à Rom. Pont. ſine ſolemnitatibus aliàs à iure requiſitis, & ẽt ad commodum & fauorem & ex neceſſitate S. Romanæ eccleſiæ non ualeant. Nos arbitrantes indemnitati eccleſiarum per anteriores Canones eſſe abunde prouiſum, ad quietem & tranquillitatem ſingulorum Chriſti fidelium noſtris potiſſimũ temporib. ſinceris exoptan. affectib. ad tollen. omnem quærelarum prædictarum occaſionem, ltrarum & motus proprii prædictorum ueriores, necnon proceſſuum deſup formatorum & ſnĩarum latarum tenores, ac ſi de uerbo ad verbum inſererent. Necnon quarumcunque litium inſup forſan motarum & penden. ſtatus ac merita, ac nomina & cognomiua iudicium & collitigan. pñtibus pro expreſſis haben. Volentes conſideratione ẽt dilectorum filiorum populi Romani, vbi pp literas & motum proprium p̃dict. nouitates nullæ factæ eſſe dñr, literas & motum proprium huiuſmodi quoad penden. & futuras cauſas, ac ſi nunquàm emanaſſent, ad ius commune & terminos & uiam iuris communis ex certa noſtra ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnino reducimus, reuocamuſque, caſſamus, & annullamus, ac uiribus uacuamus. Quò verò ad eas cãs, in quibus uigore ltrarum & motus pprii p̃dictorum ad ſententiæ prolationem eſt pceſſum, illos, contra quos eſt ſentẽtiatum, ſi ſint ppea cenſuris eccleſiaſticis irretiti à cen. huiuſmodi abſoluimus, concedimuſque & uolumus, ꝙ etiam ſi ab eiſdem ſententiis non appellauerint, aut interpoſitæ p eos appellationes deſertæ remanſerint, ac etiam ad earundem ſententiarum exequutionem pceſſum fuerit, poſſint nihilominus, firma remanente exequutione iam facta, p eorum & cuiuſcunque eorum libito uoluntatis ſup ſententiarum, exequutionumque huiuſmodi & quorumcũque inde ſequutorũ iniuſtitia & nulliiate coram ſuis competen. ordinariis ſiue ſpãliter delegan. iudicibus agere, & experiri in cauſis, q̃ ipſis ſecundum iuris cõis diſpoſitionem, poſthabitis bulla & motu proprio prędictis, procedi, & ſentẽtiari & diffiniri

Source : BIU Cujas

diffiniri debeat,ita,ut si huiusmodi sententias cum inde sequutis à dictis ordinariis vel iudicibus specialiter delegatis per uiam nullitatis vel iniustitiæ reuocari contigerit, ēt quod vnica sententia sit in fauorem priorum possessorum exequutioni demandetur,firma manente appellatione,quo ad caput deuolutiuum,& ita per quoscunque iudices quauis auctoritate fungen.etiam causarum Palatii Apostolici auditores,ac S.Romanæ eccl'esiæ Cardinales sublata;&c.Irritum quoque &c.iudicari & diffiniri,præsentiumque(quas uim legis in perpetuum habere uolumus) solam signaturã sufficere,& postquam per cursores in locis consuetis more solito publicatæ fuerint, statim omnes afficere, & earum transumptis unius ex dilecti filii nostri in Alma vrbe Vicarii iudicibus manu subscriptis, eiusdemque Vicarii sigillo obsignatis,non minus quàm ipsis originalibus credi,& fidē adhiberi decernimus,& declaramus. Non obstan. præmissis,ac quibusuis renuntiationibus, & de non contraueniē. obligationibus desuper factis,etiam iuramento,quod quo ad hoc relaxamus,vallatis,priuilegiis quoque indultis & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis,etiam motu proprio & scientia similibus quomodolibet concessis &c.Quibus omnibus & singulis in literis latiss.extendē etiam si de illis &c. tenores &c.hac uice duntaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis & consuetis.

Fiat motu proprio I.

Dat. Romę apud Sanctum Marcum III. Id. Septembris Anno primo.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROuidentia Papæ IIII.super rescissione alienationum bonorum ecclesiasticorum in damnum ecclesiæ,vel sedis,& Cameræ Apostolicarum quomodolibet factarum.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

APostolicę seruitutis officium fidei,& diligentiæ nostræ diuinitus traditum nos iampridem excitat,& impellit,ut ipsam Sedem & Cameram Apostolicam non solum futuris rerū suarum iacturis sartam tectam præstare, sed ēt aduersus illata sibi detrimenta semotis omnibus omnium iniustis affectibus quoad eius fieri potest integrare studeamus. Sanè licet in pontificatus nostri principio frequentibus multorū, qui constitutionem per fęlicis recordationis Paulum Papã IIII.prædecessorem nostrum de rebus ecclesiæ non alienandis & de alienatis recuperandis æditam tanq̃ nimis rigorosam,quippe quæ nullam inter alienationes ex cã necessaria vel utili factas & alias merè uoluntarias ecclesiis damnosas differentiam faciebat retractari vehementer instabant,quæ relis inducti rem in plena signatura nostra cognoscere & multitudinem quærelantium sedare uolentes dictam constitutionem ad terminos iuris communis,sub data uidelicet tertio idus Septembris Põtificatus nostri Anno primo reducere quodammodo coacti fuerimus.Nos tñ,quos successu tpis experientia longo rerum vsu,& quotidiano pastoralis officii nostri exercitio uariis modis edocuit, multas alienationes rerum ecclesiæ Romanæ sediſque & cameræ prædictarum per aliquos importunis precibus,& aliis uariis artibus inductos,Rom.Põtifices prædecessores nostros, & forsan,quod dolenter referimus, per nos nulla rõnabili cã suadente in grauissimam ipsius ecclesiæ læsionem, Dei offensam,Populi scandalum,& euidens animarum periculum hactenus factas,& approbatas exitisse non solum perspicui huius animarum periculi magnitudine,sed ēt debita erga Deum,& suam, cui nos præesse uoluit ecclesiam,pietate,tum ēt vrgentis conscientiæ nostræ testimonii religione perculsi,rem oēm cum uenerabilibus fratrib.nostris S.R.E. Cardinalibus in consistorio nostro secreto diligenter duximus perscrutandam,vbi maturè considerantes bonum, & fidelem seruum,nihil eorum quæ sibi à dño credita sunt,distrahere,seu negligere,nec aliter,q̃ ex cã,uel necessitatis,uel euidentis utilitatis alienare,sed cuncta fideliter conseruare debere.Hinc est,q̃ his aliisque iustis de causis moti,quarum cunque uenditionum,infeudationum,cessionum, & aliarū quocunque noīe nuncupatarū alienationum de Ciuitatib. Terris,Oppidis,Castris, Feudis,Dñijs,Locis,& aliis stabilib. bonis ac censib.& iurib.quibuscunq; ubilibet cõstitutis ad ecclesiam,sedem,& cameram prafatas qũolibet,& q̃ pertinuisse, vel pertinere censeri possent, cuiuscunq; qualitatis, quantitatis, excellentiæ, & quantũuis maximi, uel minimi momenti fuerint, quibusuis personis,quauis ecclesiastica, vel sæculari,siue mundana,ēt Epāli, Archiepāli, Patriarcali, & Cardinalatus honore,seu Marchionali, Ducali, Regali, vel alia quacunq; dignitate seu præeminentia præditis, aut ēt cõmunitatibus,vniuersitatibus,collegiis, & aliis p quoscunque Rom.Pontifices prædecessores nostros, ac per nos dictamque sedem,ac cameram ex cã gratiosa,& lucratiua, sine aliqua,vel saltē minime correspectiua, nec competenti recompensa,seu necessitate,uel euidenti dictæ sedis utilitate id non exigente,perpetuo, uel ad recipientium vitam, aut aliàs ad longum tp̃s,ēt per uiam permutationis, hypothecæ,recompensæ,ꝓctus, ēt iurati, ēt de fratrum consilio quouis colore,uel ingenio, ēt motu proprio,& ex certa nostra scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine,ēt cum quibusuis aduersus quascunq; reuocationes,& alias ꝓrias dispositiones præseruatiuis, & in pristinum statum restitutiuis,ac derogatoriarum derogatoriis aliisq, efficacissimis,& insolitis clausulis,ac irritantibus,& aliis decretis, ēt à quocunque quamlibet longissimo,& immemorabili tpe citra qũolibet factarum,& concessarum,ac ēt iteratis uicibus approbatarum,& innouatarum, contractuũque desuper initorum,& iuratorum,necnon quarumque apostolicarū, & aliarum scripturarum aliorumque hic ēt de necessitate exprimendorum tenores,ac quarumcunq; litium, & causarū, si que desuper vbilibet,& in quauis instantia pendeant, status,& merita præsentib.ac si de verbo ad verbum inserend, pro sufficienter expressis,& insertis habentes,de fratrum ipsorum consilio,& assensu vnanimi ex certa scīa nostra,ac de eadem apostolicæ potestatis plenitudine,uniuersas,& singulas uenditiones,cessiones,infeudationes,locationes, donationes,permutationes,hypothecas,concessiones,& alias oī modas alienationes,& contractus præfatos,quæcũq; quotcunque,& qualescunque,ac in quorumuis principũ ac Cardinalium, Patriarcharũ,& aliorum p̃latorũ fauorē, uel eorum contemplatione per p̃decessores nostros,ac nos: & sedem p̃fatam,necessitate, uel euidenti vtilitate sedis hmõi id non exigente,seu sine aliqua,uel saltem minime correspectiua neq; competenti recompēsa,ut præmittitur factos,& concessos,ac confirmatos,& approbatos, ēt si quantumuis longissima tpis præscriptione robur sumpsisse dici possint, auctoritate apostolica tenore p̃ntiũ perpetuò reuocamus, rescindimus,cassamus irritamus,annullamus,ac uirib.oīno uacuamus.Declarantes uenditiones,cessiones, infeudationes,locationes,donationes,permutationes,hypothecas,cõcessiones,& cæteras alienationes p̃missas nequaq̃ tenuisse, nec tenere,nullumq;,emptorib.cessionariis,feudatariis, locatariis,donatariis,aliisq; rerū ipsarum detentorib. ius nec aliquem possidendi titulum per eas q̃situm esse, nec eisdem ecclesiæ sedi,& cameræ præiudicium afferre potuisse, ac ciuitatum,terrarum,& aliorum locorum eorundē habitatores,vassallos,& subditos,dictis illorum d tentorib. nullum vassallagii fidelitatis,uel subiectionis,aut aliud ius uel obedientiam alienationum hmõi,uel ēt iuri per eos illis p̃stiti, quod ēt eis harum serie relaxamus prætextu debere aut illis astrictos esse.Quinimmo detentores ipsos ad easdem ciuitates,Terras,Castra,Oppida,& loca sedi,& Cameræ præfatis realiter,& cum effectu restituenda,& relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde post obitum concedentes hactenus perceptorum,& in posterum percipiēdorum, restitutionem in utroque foro omnino teneri, & ad id etiã sententiis,censuris,& pœnis ecclesiasticis,ac etiam pecuniariis,necnon priuationis quorumcunqne aliorum feudorũ ecclesiasticorum per eos,etiam legitimè obtentorum, & inhabilitatis ad illa aliaque deinceps obtinenda, ac aliis iuris & facti remediis cogi & compelli posse.Ac decernentes præsentes uim perpetuæ legis habere,neque de nullitatis uicio,seu intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari seu impugnari posse,sed illas omni exceptione remota ualidas,& efficaces fore,suosque plenarios, & integros effectus sortiri,& inuiolabiliter obseruari. Sicque per quoscumque iudices,& commissarios quauis auctoritate fungentes etiã S.R.E.Cardinales in quauis ēt de præsentis pendente cã & instantia,sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi,& interpretandi facultate,iudicari,& diffiniri debere.Ac irritũ & inane quicquid à quoq̃ quauis auctoritate scienter vel ignoranter ꝓtigerit attemptari.Non obstantib. reductione nostra,& litis pendentiis p̃missis,ac ēt per nos præstitis iuramētis,& de non tollendo ius quæsitũ,aliisq; quibusuis cõstitutionib.& ordinationib.apostolicis. Necnõ priuilegiis indultis ,p̃missionib.ratificationib.obligationib. submissionib.renuntiationib.& literis apostolicis,detētorib.p̃fatis,&

Source : BIU Cujas

alijs quibuſuis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus per nos, etiam conſiſtorialiter, & contra tales reuocationes quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis eorum que toties tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad uerbum inſererentur preſentibus pro ſufficiẽter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe paribus motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine derogamus, cæterisque contrariis quibuſcunque. Vt autem præſentes ad eorũ quos concernunt notitiam facilius deducantur, volumus, & mãdamus quod illæ in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & cancellariæ, ac cameræ Apoſtolicæ Valuis per aliquẽ ex noſtris curſoribus affixæ copia illarum ibi dimiſſa vniuerſos & ſingulos, quorum intereſt, ſi citra videlicet infra menſem, Si uero vltra montes fuerint infra tres menſes à die affixionis huiuſmodi computandos perinde afficiant ligent arctentque, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę reuocationis reſciſſionis, caſſationis, irritationis, annullationis, vacuationis, declarationis, relaxationis, derogationis, voluntatis, decreti & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto. Quintodecimo Kal. Iunij Pontific. Noſtri Anno Sexto.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROuidentia Papæ Quinti, prohibitoria, ne ciuitates, & loca S. Romanæ Eccleſiæ poſthac infeudentur.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ADmonet nos ſuſcepti cura regiminis vniuerſalis eccleſiæ, cui auctore domino, præſidemus, vt Ciuitats, Terræ, Oppida, & loca nobis, & ſedi Apoſtolicæ in temporalib. mediate, & immediate ſubiecta perpetuo in iure dominio, & proprietate ſubiecta perpetuo in iure dominio, & proprietate, ac poſſeſſione dictæ ſedis conſeruentur. Sanè licet nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri per eorum conſtitutiones rerum eccleſiaſticarum alienationes prohibuerint, & iam factas reuocauerint, & annullauerint: nihilominus cum retroactis temporibus nonnulli nimium ambitioſi, & dominandi cupidi ſub variis prætextibus, coloribus, & cauſis ſæpe etiam falſis (quod non ſine maximo animi noſtri mœrore referimus) aliquibus Roman. Pontificibus ſuggeſtionibus, & inſinuationibus ſuis conati ſint oſtendere, & perſuadere magis utile, & expediens Sanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſedi præfatæ fore, ſi aliquæ Ciuitates, Terræ, Oppida, Caſtra, arces, & loca ad ius, & proprietatem eiuſdem ſedis pertinentia in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemuis alium titulum perpetuum, uel ad tertiã generationem, ſeu ad uitam, aut aliàs ad longum tẽpus concederentur: uel etiam ex eo, quod aliàs in feudum data, aut quouis alio titulo huiuſmodi alienata fuerint, & propterea tanquam ad ſedem prædictam deuoluta, uel deuoluenda poſſe, & debere de iure iterum infeudari, & alienari, atque inde nonnullas alienationes, infeudationes, & cõceſſiones à ſede Apoſtolica emanaſſe, ex quibus illa non mediocrem diminutionem non ſolum patrimonii, ſed etiam exiſtimationis recepiſſe dignoſcitur. Hinc eſt quòd nos conſiderantes omnium ciuitatum, & locorum prædictorum ſingularẽ fidem, & promptam deuotionem eidem ſedi exhibitã omni tempore valde vtilem, & ſalutarem fuiſſe, & eſſe, ac volentes nõ ſolum alienationes hmõi, quas tempore noſtro omnino exulare intendimus, de medio tollere, & quod nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus iudicamus, quos non immemores fore ſperamus ante Dñi noſtri Ieſu Chriſti in examine Diei magni aduẽtus tribunal villicationis noſtræ rõnem reddituros nos eſſe, ſed ut oĩs alienationum hmõi fiendarum occaſio penitus aboleat, q ãtum cũ Deo poſſumus, p amplius prouidere, conſtitutionib p̃deceſſorũ noſtrorum hmõi ẽt inhærendo, illaſq; innouando, motu proprio, & ex certa noſtra ſcĩa, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera animi noſtri deliberatione, & de Apoſtolica ptãris plenitudine, habita ẽt ſuper his cum venerabilib. fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in conſiſtorio noſtro ſecreto cõſultatione matura, de eorum conſilio, & unanimi aſſenſu, qui ẽt iurauerunt pñti cõſtitutioni non cõtrauenire, nec Pontificibus alienationes q̃ tenorem pñtium attentantibus conſentire. Et abſolutiones à iuſo hmõi non petere, nec acceptare, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione decernimus, & declaramus, ciuitates, & loca prædicta, ẽt hactenus in feudum, aut quemuis alienationis titulum dari ſolita, uel conſueta, ad nos, & ſedem præfatam qũoliber deuoluta, & pro tpe deuoluenda abſque alia ulteriori declaratione, & illorum poſſeſſionis apprehenſione, eo ipſo ſedi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporata, ac ad ius, & proprietatem, & dominium priſtinum, ac poſſeſſionem rediiſſe cenſeri, perinde ac ſi per quadraginta annos, & ultra ciuitates, & loca præfata à nobis, & ſede præfata immediate poſſeſſa, & nunquam in feudum, aut alium titulum conceſſa fuiſſent: Statuimuſque, & decernimus, quòd omnes, & ſingulæ, tam communitates, & uniuerſitates, quàm ciues, & Incolæ ciuitatum, terrarum, & locorum prædictorum, aliæque quæcunque perſonæ, tam eccleſiaſticæ, quàm ſæculares, cuiuſuis dignitatis, & ordinis, etiam epiſcopalis, uel maioris exiſtentes, ac S. Romanæ eccleſiæ Cardinales, tam publicè in conciliis ciuitatum, & locorum præfatorum, quàm priuatim alibi in quibuſuis locis, etiam ſi ciuitatum, & terrarum earundem Gubernatores, aut noſtri, & ſedis Apoſtolicæ legati, uel prolegati exiſtant, tractantes, conſulentes, aut aliàs verba facientes de infeudationibus, aut alienationibus de ciuitatibus, & locis præfatis immediate ad nos, & ſedem præfatam ſpectãtibus, & pertinentibus, etiam deuolutis, etiam in feudum communiter, & pluries dari ſolitis, etiam ex cauſa permutationis, vel ſub annuo cenſu, aut canone, aut aliàs quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga ſedem præfatam, aut ſub prætextu neceſſitatis, uel euidentis utilitatis faciendis ſeu de poſtulandis à nobis, & ſede præfata quibuſuis perſonis cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, etiam nobis, & ſucceſſoribus noſtris ſecundum carnem coniunctis, etiã Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, aut quauis alia temporali, uel eccleſiaſtica dignitate fungentibus, in Duces, Vicarios, gubernatores, ſeu quemuis alium titulum ad uitam, vel in perpetuum, vel longum tẽpus, aut etiam ad ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, ciuitatum, & locorum præfatorum; Ac propterea de eligendis oratoribus ad nos, & ſucceſſores noſtros ſuper præmiſſis, uel illorum occaſione mittendis proponentes, tam ipſi, quàm Oratores munus hmõi recipiẽtes, aut alii quicunq; alienationes hmõi Rom. Põtifici pro tẽpore exiſtenti p ſe, uel alium, ſeu alios inſinuãtes, vel ſuadentes, eo ipſo ſen entiam excommunicationis incurrant, à qua niſi ab ipſo Põtifice, tanquam in mortis articulo, abſolui nequeant: Et inſuper San. Romanæ eccleſię, & ſedis Apoſtolicę pręfatę rebelles, etiam in primo capite læſę maieſtatis, & ꝓditores ciuitatum, & locorum præfatorum, ac bona eorum fiſco, & Camerę noſtrę Apoſtolicę ipſo iure deuoluta, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur, oĩbuſque eccleſiis, monaſteriis, & aliis per eos qũolibet obtentis beneficiis eccleſiaſticis eo ipſo priuati, & ad illa, ac alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſtant, neque ad ciuitates, & loca pręfata ullo umquàm tempore remitti poſſint: Et ſi aliquando eos reintegrari cõtigerit, nihilominus infames remaneant, illiſque bonorum, & dignitatum portæ perpetuò claudantur. Et quoniam intelleximus aliquos etiam Cardinales, Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, Arces, & loca ad uitam, ſeu tertiam, uel aliam generalitatem, aut aliàs à dicta ſede, etiam ex cauſa oneroſa, obtinere, habere, & poſſidere, cum facultate faciendi in illis melioramenta; ita quod ab eis amoueri non poſſint, niſi reſtitutis ſibi prius pecuniis in melioramenta huiuſmodi expoſitis, omnes, & ſingulas facultates faciendi melioramenta præfata, quibuſuis perſonis, etiam Cardinalibus per eoſdem prædeceſſores noſtros, aut alios ad id facultatem habentes quomodolibet conceſſas harum ſerie reuocamus, & annullamus, & nemini deinceps ſuffragari poſſe, neque debere, ac cuicunque facultatem faciendi melioramenta huiuſmodi habenti illa, etiam pro munitione, & tuitione, niſi ex cauſa neceſſariæ conſeruationis locorum eorundem facta fuerint, poſt publicationem præſentium facere omnino interdicimus, ac prohibemus: & ſi ſecus à quoquam factum, attentatumue fuerit, melioramenta quæcunque per eos cõtra tenorem præſentium facta locis ipſis ceſſare, & Cameram ad illorum ſatisfactionem minimè teneri, & obligatã eſſe volumus, & declaramus. Decernentes præſentes literas

Source : BIU Cujas

ras ſub quibuſuis reuocationibus,caſſationibus,derogationibus,& aliis contrarijs diſpoſitionibus ſub quibuſuis clauſulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis minime comprahendi,ſed ſemper ab illis exceptas,& quotiens illæ emanabunt,totiens in priſtinum ſtatum reſtituas,& de nouo conceſſas eſſe,& cenſeri debere, itritum quoque,& inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis, ac ciuitatum,& locorum prædictorum iuramento,cõfirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,cæteriſq; contrariis quibuſcunque.Sic igitur deuotionis,& fidei conſtantia ciuitatum, & locorũ præfatorum erga nos,& ſucceſſores noſtros,& eandem Romanam eccleſiam præſeruet,vt merito integritatis virtus maiora beneficia ab eadem ſede cõſequi mereatur. Volumus autem,ꝙ ſicut omnes,& ſinguli Cardinales pñtes conſtitutionem huiuſmodi,quantum in eis erit, obſeruare,illiq; nõ contrauenire,nec Pontificibus contrafacientibus conſentire,aut ſolutionem à iuro præſtito non petere,nec oblatã, aut conceſſam acceptare,in conſiſtorio noſtro ſecreto promiſerunt,& iurauerunt,idem per abſentes Cardinales à Cõſiſtorio,in habitatione eorum,& à Romana Curia,vt qñcũque ad eandem Curiam ſe cõtulerint,ac per futuros protẽpore Cardinales in aſſumptione pilei,promitti,& iurari debeãt,ac promiſſionẽ,& iurm hmõi in formula iuri per eoſdem Cardinales præſtari ſoliti adiungi,& inſeri debere, ac contrafacientes pœnam periurij,& perpetuæ infamię iuris, & facti eo ipſo incurrere decernimus. Præterea quòd ipſi Cardinales,occurrente Apoſtolicæ ſedis uacatione,in conclaui,quando de obſeruãdis literis Iulij Papæ II. prædeceſſoris noſtri ſuper electione Romani Pontificis, & alijs conſtitutionis iuramentum prẽſtare ſolent,etiam de inuiolabiliter obſeruanda præſenti conſtitutione noſtra per quemlibet eorum,qui in Romanum Pontificem electus fuerit, & poſtmodum idem ad Summi Põtificatus faſtigium aſſumptus,poſt eius aſſumptionẽ hoc ipſum promittere, ac iurare,& deinde poſt coronationem ſuam promiſſionem,& iuramentum huiuſmodi per literas ſuas ſpãles harum confirmatorias reiterare debeant.Quòd ſi illud à Pontifice(quod credendum non eſt) recuſabitur, aut differetur,tunc dicti Cardinales in primo conſiſtorio ſecreto, & prẽcipue eorũ Decanus,& capita ordinum apud eum omni cum inſtantia, & inſtantiſſime pro præſentium obſeruatione petere,& rogare,ac obteſtari non ceſſent,idque ut omnino efficiat,diligentiſſime curare ſtudeant,ſtatuimus,& ordinamus;Quodque præſentes literæ in libellum redigantẽ, & poſt prædictas Iulij literas,quæ in dicto conclaui legi ſolent,inter alias cõſtitutiones noſtras adiungantur,& etiam in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ cum aliis extrauagantibus noſtris deſcribantur,ac ad valuas Baſilicæ Beati Petri Principis Apoſtolorum,& in cancellaria noſtra Apoſtolica, ac acie Campi Floræ publicentur.Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferre, decernimus etiam, & declaramus,ꝙ earum tranſumptis,ẽt impreſſis, manu alicuius notarij ſubſcriptis,& ſigillo alicuius prælati munitis, eadem prorſus fides ubique in iudicio.& extra adhibeatur,quæ p̃ſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ, uel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis,reuocationis,decreti,ſtatuti,interdicti, prohibitionis,ordinationis,& uoluntatis infringere,vel ei auſu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo . Quarto kal.Aprilis Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

PII PP. V. REVOCATIO FACVLTATum concedendi commiſſiones alienationum bonorum Eccleſiaſticorum, aut piorum locorum.

Cameratio,& Cameræ Apoſtolicæ Clericorum Collegio conceſſarum.

PIVS PP. V.

MOtu proprio &c. Volentes indemnitati eccleſiarũ aliorumque piorum locorum, quantum cum Deo poſſumus,conſulere,ac prouidere, ne illorum bona ſine noſtra aut ſucceſſoris noſtri ſcientia alienentur,aut perpetuò, vel ad longum tp̃s, aut ad unam uel plures illa conducere uolentes uitam locentur, aut de his alio titulo diſponatur: Oẽs & ſingulas facultates,& licentias cõcedendi commiſſiones alienationum vel permutationum, aut affrancationum, aut illarum confirmationum quorumuis bonorum eccleſiaſticorum, aut locorum piorũ cuiuſcunque ualoris exiſtentium,etiam ſummam annuam quinque ducatorum auri de camera non excedentium, aut alterius minoris valoris,in forma,quæ dr̃,ſi in euidentem.Dilecto filio Vitellocio S. Mariæ in via lata diacono Cardinali Vitellio nuncupato.S.R.E.Camerario eiuſque anteceſſoribus, & Clericorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Collegio tam per fæ.re.Grego.IX.Bonifacium IX. Vrbanũ VI. Martinum V.Gregorium V.Sixtum IIII.Innocentium VIII.Iulium II.Leonem X. Paulum III. & Iulium ſimiliter III. ac alios quoſcunque Roma. Pontifices noſtros,ẽt motu proprio,ex certa ſcientia,ex qnauis cã,etiam urgentiſſima, cũ quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac quibuſuis decretis, ẽt irritantibus, & inuim contractus conceſſa confirmatas,& innouatas, i lorum oĩum tenores pro ſufficienter expreſſis hñtes perpetuo reuocamus,caſſamus,& annullamus,interdicentes, & expreſſe prohibentes eidem camerario,& Clericis,ac aliis eiuſdem Cameręe Apoſtolicæ officialibus,ſub pœna indignationis noſtræ,ne in futurum licentias,& facultates, ac commiſſiones alienationũ hmõi ſub quouis prætextu cõcedant,Ac commiſsiones, & conceſſiones commiſſionum huiuſmodi ꝙ volũtatem,ordinationem,& decretum noſtrum,nullas,inualidas, & irritas eſſe decernimus,& declaramus. Sicque in præmiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunque iudices,& commiſſarios, & quauis auctoritate fungentes &c.ſublata &c.iudicari &c. debere,Nec non irritum,& inane quicquid ſecus, ſuper his à dictis camerario,Clericis,& aliis officialibus,& iudicibus præfatis,vel quibuſuis alijs quauis auctoritate, ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari : Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus,& ordinationibus,priuilegiis quoque, indultis,& literis apoſtolicis p̃dictis,& alijs quibuſuis q̃uolibet conceſſis,approbatis,& innouatis, quibus oĩb.illorum tenores &c.pro ſufficienter expreſſis habẽtes, derogamus, illaq; quoad prẽmiſſa caſſamus,reuocamus,& annullamus, cæteriſque q̃riis quibuſcunq; nõ obſt.Volumus autẽ, quòd præſentis noſtri motus proprii, etiam abſque illius data, & regiſtratura ſola ſignatura ſufficiat,& ubique fidem faciat,tã in iudicio quàm extra quacunque regula ſeu conſtitutione apoſtolica contraria non obſtante. Volumus autem, quòd præſens noſter motus proprius in cancellaria noſtra apoſtolica,& acie Campi Floræ de more publicetur,& inter conſtitutiones perpetuas deſcribatur:Et quia difficile foret præſens ad ſingula quæque loca deferri,uolumus, & etiam declaramus,ꝙ eius tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius notarii ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſenti motu proprio adhiberetur,ſi foret exhibitus,vel oſtenſus.

Placet motu proprio M.

Lectus,& publicatus fuit ſupradictus motus proprius Romę in Cancellaria Apoſtolica.Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, die verò Martis.17.Auguſti Pont.S.D.N.Pij Papæ V. anno tertio.

A.Lomellinus Cuſtos.

BVLLA S. D. N. PIIP A P AE. V. Reuiſionis & recuperationis bonorum Eccleſiaſticorum malè alienatorum.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Et ſi de ſingulis paſtoralis officij cura nos admonet eſſe ſollicitos, Fabricam tñ S. Petri, q̃ ſpeciali quadam cura nobis cognoſcimus eſſe cõmiſſam, ſpãlis intentionis fauore proſequimur , eamque gratijs attollimus opportunis. Accepimus ſanè nuper ꝙ diuerſę perſonæ tam eccleſiaſticæ q̃ ſeculares quàm plura bona,poſſeſſiones,& terras ad eccleſias ẽt Metropolita.monaſteria,beneficia,domos,& alia regularia,ac alia pia loca,necnon Hoſpitalia pertinentia & ſpectantia, prætextu diuerſarum alienationum eius q̃ tenorem literarum fęlicis recordationis Symachi,& Pauli II.ac aliorum Roma. Pontificum prædeceſſorũ noſtrorũ,aut ſine apoſtolicæ ſedis licentia,ſeu illarũ forma non ſeruata,aut aliàs in euidens damnum,& præiudicium eccleſiarum,monaſteriorũ,bñficiorũ,& piorũ locorũ

Source : BIU Cujas

huiuſmodi factarum occupauerunt,& detinuerunt, ac de præſenti occupent,& detinent. Nos præmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequeuntes, ut pote quæ in diuinæ maieſtatis offenſam,ac eccleſiarum,& ordinis clericalis detrimentum tendant,utque Fabricæ Baſilicæ præfatæ maximis neceſſitatibus ſuccurramus, dilectos filios, Collegium, & deputatos Fabricæ præfatæ,eorumque pro tempore auditores,& miniſtros,ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,aliiſque eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris,& pœnis à iure uel ab homine quauis occaſione uel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt,ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio,nõ ad ipſorum deputatorum,& Collegij, ac auditorum,& miniſtrorum prędictorum, uel alicuius eorum, aut pro eis nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia,ac de mera noſtra liberalitate, & apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eiſdem Collegio, & deputatis eorumque pro tempore auditoribus & miniſtris præfatis,ut omnes,& ſingulas alienationes in emphyteſim,ſeu cẽſum perpetuum,aut tertiam, uel aliam generationem, ſeu hominis uitam,aut aliud tempus ultra triennium locationes, vel cõceſſiones,ſeu permutationes aut occupationes, de quibuſuis terris,poſſeſſionibus,aut aliis bonis immobilibus ſeu reb.& iurib.tã ſpũalib.q̃ tpalib.eccleſiarũ monaſteriorũ,domorũ,beneficiorũ,hoſpitaliũ, & aliorum piorum locorum quorumlibet ſine ſedis apoſtolicæ licentia,aut illius forma non ſeruata,in damnum eccleſiarum,ſeu ſolemnitatibus à iure requiſitis,aut conſtitutionib. ipſorum monaſteriorum ſeu domorum minime ſeruatis, aut aliàs nulliter hactenus factas reuidere:& conſtito ſibi quantum ſufficere uidebitur de præmiſſis, illas & contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis,& uerborum expreſſionib. habitos, & celebratos,etiam ſi iuramento ualiati exiſtant,eorũ omnium tenores,ac ſi de uerbo ad uerbum præſentibus inſererentur,pro expreſſis habentes,auctoritate apoſtolica ad ſolius præfatæ Fabricę procuratoris inſtantiam, etiam parte inuita,& contradicente,facta ſibi prius intimatione per tres menſes,tenore præſentium reſcindere,irritare,caſſare,& annullare,ipſoſque detentores.& occupatores ad terras, poſſeſſiones,& bona,res, & iura præfata, ut præfertur,detenta, & occupata relaxandum,& de fructibus tam hactenus perceptis,& qui percipi potuerunt,quàm in poſterũ percipiendis realiter ſatisfaciendum cogere, & compellere, bonorũque,& fructuum recuperandorum huiuſmodi tertiam partem ipſi Fabricæ, reliquis duabus partibus eccleſijs, monaſterijs,beneficijs,domibus,hoſpitalibus,& pijs locis ad quæ bona ipſa ſpectabunt,cum effectu conſignatis, uendicare, & applicare poſſint, & valeant,facultatem, & auctoritatem concedimus,& impartimus: Ita ut eiſdem collegio,deputatis, eorumque auditoribus, & miniſtris liceat dictæ tertiæ partis huiuſmodi bonorum præfatæ Fabricæ, ut præmittitur,applicatorum corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, illamque in dictæ Fabricæ vſus, & vtilitatem abſque alia ſedis Apoſtolicæ, & ſuperiorum, eccleſiarum,monaſteriorum,domorum,beneficiorum,hoſpitalium & aliorum piorum locorum,ad quæ bona ipſa & fructus ſpectabunt,licentia alienare, uendere, & conuertere,diœceſani loci, uel cuiuſvis alterius licentia deſuper minimè requiſita. Decernentes præſentes literas nullo unquã tempore de ſubreptionis, uel obreptionis uitio, aut intentionis noſtræ,uel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut inualidari, etiam ex eo capite,quod intereſſe habentes uocati non fuerint,aut ad iuris terminos reduci, minuſque in controuerſiam uocari poſſe,ſed ſemper ualidas & efficaces exiſtere,ſuoſque ſub quibuſvis ſimilium,uel diſſimilium gratiarum reuocationibus,ſuſpenſionibus,limitationibus, & derogationibus compræhendi ullatenus poſſe, ſed ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcunque iudices, & comiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum palatij apoſtolici auditores,ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate,iudicari debere, irritum quoque decernentes, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam,quauis auctoritate,ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari non obſtantibus præmiſſis,ac quibuſvis apoſtolicis,nec non prouincialibus & Synodalibus cõcilijs editis,ſpecialibus,vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus,ac quibuſvis etiam iuramento,cõfirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,&conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis perſonis in genere, uel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis,approbatis, & innouatis. Quibus,omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenorib. ſpecialis,ſpecifica,& expreſſa mẽtio habẽda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores hmõi præſentibus pro expreſſis habentes,illis aliàs in ſuo robore permãſuris, hac uice duntaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus cęteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autẽ quòd prędictorum præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu ſecretarii, & ſigillo Collegii dictę Fabricę ſubſcriptis,& munitis, eadem prorſus in iudicio,& extra,fides adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ,uel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis,conceſſionis,impartitionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romę apud ſanctum Petrum,anno Incarnationis dominicæ,Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono,vndecimo kal.Ianuarii.Pontificatus Noſtri Anno quarto.

THOMÆ CAMPEGII
BONO. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

An Papa Labem Simoniæ incurrere poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Abſtinere debemus etiam ab his,de quibus incertum eſt an ſit peccatũ, aut reprehenſibile.*
2 *Diſtinctio glo.in capit. ex parte. de offic. delega. circa Simoniam, impugnatur.*
3 *Miniſtros altaris pecunia fieri ueteri lege prohibitum fuit.*
4 *Venditores columbarum in ſcripturis qui dicantur.*
5 *Commutatio rei ſpiritualis cum temporali,eſt Simonia.*
6 *Simonia an cum Papa committatur.*
7 *Simonia quid ſit.*
8 *Clericus quando dicatur uendere ordinis exequutionem.*
9 *Altari ſeruiens de altari uiuere debet.*
10 *Prælatus quomodo iniuſte agat in dando canonicatum.*
11 *Ordinatus quomodo recipiat poteſtatem ligandi,& ſoluendi.*
12 *Beneficia eccleſiaſtica uenalia facere,eſt denigrare vniuerſalem ſtatum eccleſiæ.*
13 *Ordinis exequutio quando dicatur uendita.*
14 *Papa,ex cauſa,poteſt rem eccleſiæ dicatam uendere.*
15 *Iuſpatronatus transfertur ex uenditione reiſecularis.*
16 *Contractus, quo venditur villa, & iuſpatronatus, non valet, & quare.*
17 *Annexum ſpiritualibus,quid dupliciter dici poteſt.*
18 *Imperator poteſt uendere dignitates ſeculares.*
19 *Iacob quare non commiſerit Simoniam emendo ius primogenituræ ab Eſau,tamen Eſau commiſit.*
20 *Simonia committitur dando ſpirituale debitori nolenti ſoluere,ut reciperet debitum.*
21 *Acceſſorium quo caſu non ſequatur naturam principalis.*
22 *Papa non eſt dominus rerum eccleſiæ,ſed diſpenſator & defenſor.*
23 *Simonia quando non committatur in collatione beneficij.*
24 *Simonia non committitur in receptione annatarum.*
25 *Papa non incurrit pœnas a iure poſitiuo inflictas.*
26 *Beneficium a Papa Simoniacè recipiens incurrit pœnas iuris poſitiui,niſi ſecum diſpenſetur.*
27 *Epiſcopus eſt excommunicatus a ſua ſententia,canone,vel ſtatuto.*
28 *Papa faciendo ex certa ſcientia actum illicitum ſiue prohibitum, ſuper quo poteſt diſpenſare cum inhabili,uidetur tacite diſpenſare.*
29 *Iuriſdictio uidetur ſuſpenſum per actum contrarium.*

1 VM in his, quæ ad ſalutem animarũ pertinent, tutior ſemper uia amplectenda ſit ſut abſtineamus etiam ab his,de quibus incerti ſumus, † quòd peccatum ſit,aut reprehenſibile. cap. iuuenis.de ſponſa.c.ad audientiam.de homi.ca. ſicut. 14.diſt.gl.in ca.1.de ſcruti.diſſentiantque inter ſe tam ſacræ theologię profeſſores,quàm Canonum interpretes, an probdneficiis carentibus cura animarum, liceat aliquod temporale recipere, cum de curatis ſint concordes, tutiorem
2 ſententiam amplectendam duximus,non licere. † Nec placet diſtinctio gloſatoris in cap.ex parte.de offic. delega.aliqua eſſe prohibita,quia ſimoniaca, & alia ſimoniaca, quia prohibita: quam plures plus nimio fauentes, ne dicamus adulantes Roman.Pontifici,ſequuntur. idque pluribus rationibus.
3 Primo,in ueteri lege,phibitũ fuit,pecunia fieri† altaris miniſtros,3.reg.c.13.q̃ deputabant ad Dei cultũ ĩ cęremoniis,

nec

Source : BIU Cujas

nec aliquod ſacrum habebant.erit itaque mandato Dei prohibitum,aſſequi pecunia aliquod eccleſiaſticum beneficiũ, etiam ſi nullum ſacrum ordinem annexum habuerit. cum & hi ad aliquod altaris, & diuini cultus miniſterium deputentur.

Secundo,idem deducitur ex eo quod habetur Mat.21.& Ioan.11.quòd dominus eiecit de templo vendentes columbas,& menſes numulariorum euertit, iuncto capitu. In multis.1.quæſtio. tertia.vbi habetur,quòd ſicut per columbarum† venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem vendere conantur, ſic per numularios eccleſiaſtici beneficii venditores deſignantur. Vetita igitur beneficiorum venditio & emptio,quia a Chriſto,non ab homine,improbata.

Tertio,Mat.10.prohibentur vendi omnes actus ſpirituales,ad quorum aliquos deputantur & Canonici, & ſimplicia obtinentes beneficia, omnibuſque mandatum, Gratis accepiſtis, gratis date. † Commutatio enim ſpiritualis rei cum temporali,ſimonia eſt.

Quarto,id decreuit Chalcedonen.cõcilium,in cuius Canone 11.habetur,conſimili pœna damnandos eos, qui interuentu pecuniæ eccleſiaſticum beneficium acquirunt, & eos qui ſacram manus impoſitionem,per quam ſpiritus ſanctus confertur,mercari dignoſcuntur,vtroſque enim auctoritate inexpugnabili illos a beneficio,iſtos a ſacro ordine iubet expelli.

Quintus,Vrbanus Papa reſcribens præpoſito ſancti Vincentii,& habetur in capitu.Saluator 1.quæſtio.3. inquit ;Simon Magus, qui ad fidem ficte acceſſit, non ipſum ſpiritum ſanctum, quo ipſe erat indignus(quoniam vt ſcriptum eſt,ſpiritus ſanctus effugit fictum)ſed donum eius emere uoluit, vt ex venditione ſignorum, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. nec Apoſtolus emptionem ſpiritus ſancti, quam bene fieri non poſſe nouerat,ſed ambitionem quæſtus talis,& auaritiam,quæ eſt idolorum ſeruitus,in eodem Simone exhorruit,& eum maledictionis iaculo percuſſit.& cum Simon pecuniam obtulerit Petro,qui ſummus erat Pontifex;non pro ſpiritu,ſed pro ſignis,quæ faciebant recipientes ſpiritum ſanctum, ſubſequitur & cum Papa† committi ſimoniam,& pro temporalibus,nedum pro receptione ſpiritus ſancti.

Sexto,cum ſimonia ſit uenditio & emptio rei ſpiritualis pro temporali,†& iuris diſpoſitio efficere nõ poſſit,vt quod eſt temporale efficiatur ſpirituale,cum non poſſit immutare naturam rerum,ſubſequitur iuris diſpoſitione fieri non poſſe,aliquod fore ſimoniacum,quod aliàs non foret, niſi adeſſet prohibitio,ex cõſequenti nulla ſimoniaca, quia prohibita,ſed quæcunque ſimoniaca ſunt,ideo prohibita,quia ſimoniacà.

Septimo,ſicut clericus recipiens pecunias à vicariis ſuis, †vt eos permittat celebrare in vicariis ſuis,dicitur vendere executionem ordinis,& eſt ſimoniacus,ſecundum gloſſ. in capitu.licet.de pœni. ita vendens beneficia,cum acceſſorie vendat executionem ordinis erit ſimoniacus. quod etiam in canonicatibus,& ſimplicibus beneficiis locum obtinet: cum is qui ea conſequitur,qui aliàs abſque titulo ad ſacros ordines promoueri non poteſt,promoueretur, ſi illos ſuſcipere vellet,& ſunt ad aliquod ſpirituale obſequium.

Octauo,cum de iure diuino ſit, quod qui altario ſeruit, †de altario uiuere debeat,primæ Corin.capitu.9.contra ius diuinum eſſet,ſi quod pro officio habere deber,pecunia cõſequeretur,etiam ſi ſolum inſeruiat altari in recitandis horis canonicis,& orationibus.Cum enim Apoſtolus non diſtinxerit,nec nos diſtinguere debemus.

Nono,ſi Papa, aut quiuis alius Prælatus ſic diceret,†Do tibi gratis canonicatum,ſed pro præbenda dabis decem,iniuſte ageret, quia uenderet ſemel datum & debitum, & ſimoniam committeret.quia venderet non ſolum temporale,ſed etiam ſpirituale,ius ſcilicet percipiendi. non itaque ſimonia,quia agat quod inhibitum eſt, ſed potius inhibitũ, quia res iniuſta.

Decimo,contra eos,qui audent dicere, ſimoniam committi in ſuſceptione ſacrorum ordinum,non pro aſſequendo beneficium eccleſiaſticum,maxime à Papa, proponitur hæc ratio.Quando quis ordinatur, † recipit poteſtatem ligandi & ſoluendi tantum in habitu, non in actu. 18. quæſt. 1.c.Ecce ſufficienter.& c.ſeq.Hinc eſt, quòd nemo ſoluere poteſt,aut ligare,quantumcunque ſit ſacerdòs; ſed tunc demum,cum ſibi datur beneficium curatum,uel cura animarum.Tunc enim ſibi confertur ordinis executio, quæ exercentio mere ſpiritualis eſt,& vetita de iure diuino comparari prætio:pro quo eſt glo.in cap.ex diligenti. de ſimo. Clemen.1.de priuileg.fuit ratio Abba.in capit. extirpandæ.§.Si uero. de præben.

Magno itaque applauſu recipienda eſt ſententia Petr. de Ancha.in capit.1.de conſti.in 11.oppoſitione,quòd facere beneficia † eccleſiaſtica venalia, eſt denigrare vniuerſalem ſtatum eccleſiæ.allegat l.ſi quemquam.C.de epi.& cle.cum dicitur, profecto enim quis locus tutus, & quæ cauſa poterit eſſe excuſata, ſi veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quòd ſi denigratur ſtatus uniuerſalis eccleſię,nec Rom.Pontifici erit permiſſa,per ea,quæ habentur in capit. ſunt quidam.25.q.1.

Nec ſibi blandiantur ſimoniacæ labis fautores, quòd ſpirituale gratis,pro temporali prætium recipiatur, quoniam hæc adeo connexa ſunt, ut vendito vno aliud venditum cenſeatur.cap.ſiquis obiecerit.1.q.3.imo etiam quando per pecuniam confertur beneficium † iam ordinato ad ſacros ordines,aut ex diſpenſatione habenti aliud beneficiem, cenſetur vendita executio ordinis in loco,in quo prius non habebat huiuſmodi poteſtatem.

Nec præmiſſis obſtat, quod ex ſtatuto eccleſiæ ſint tituli dignitatum & beneficiorum, non enim erant tẽpore Apoſtolorum.igitur ab eo vendi poſſunt,in cuius poteſtate ſunt omnia iura poſitiua.Quoniam cum ſpiritualium uenditio iure diuino prohibita ſit,cuicunque inſeparabiliter adhærebit,incapax erit venditionis;imo vtrunque, licet quòd hoc ſpirituale temporali adhæreat,ſit iuris poſitiui. Sicut nec ſequitur,hæc bona alienari poterant, antequam eſſent eccleſiæ donata,ergo & ex poſt alienari poterũt.Et ſiquis urgeat, Nonne Papa† ex plenitudine poteſtatis ex cauſa poterit rẽ eccleſiæ dicatam ab eccleſia ſeparare & vendere? igitur poterit beneficia prętio conferre,habita ratione ad temporalia annexa.Reſpondetur,hæc inter ſe longe diſtare, quoniã primo caſu cum bona iam ab eccleſia ſeparata uendit, aut vendendi facultatem concedit,ementi nullum onus ſpirituale annexum incumbit,quod vendi cenſeri poſſit. ſecus ſecundo caſu,quo,dato beneficio, datum eſt ius ſpirituale, ſiue ſit animarum cura,ſine quoduis aliud ſpirituale obſequium, quod etiam uendirione uenit. dicto capitu. ſiquis obiecerit.

Secundo,non obſtat quòd ſicut ex venditione rei ſeculares transfertur iuspatronatus,† quod eſt ſpirituale.c.cum ſecundum.de iurepatro.Sic in quocunque beneficio videtur cum temporalitate per connexionem vendi poſſe beneficium.Quoniam reſpondetur,ꝙ vendita villa, in qua eſt iuſpatronatus,licet iuſpatronatus tranſeat in uenditione, non tamen eſt ſimonia ; quia principaliter uenditur temporale, in cuius conſequentiam venit iuspatronatus,non quòd ſpirituale vendatur.Secus in eccleſiaſtico beneficio, cum ipſum quod principaliter confertur,temporale vero per quãdam conſequentiam.Ex quo infert Abb.in c. quærelam. de iurepatro.quòd ſi vendatur uilla,& iuspatronatus, non valet contractus, † quia eo caſu ius patronatus vt principale venditur,quod fieri non poteſt.Secus ſi uilla vendatur cum iurepatronatus,quia tunc venit conſecutiue. & hoc modo intelligendum quod dixit Io.And.in c.1.de iurepatro.lib.6.

Dici etiam poteſt cum Beato Thoma, ſecunda ſecundæ, q.centeſima,ar 4.aliquid dici poſſe annexum † ſpiritualibus dupliciter.vno modo,ſicut ex ſpiritualibus deſcendens, ſicut habere beneficia eccleſiaſtica dicitur ſpiritualibus annexum,quia non competit niſi habenti officium clericale.& quia huiuſmodi nullo modo eſſe poſſunt ſine temporalib. nullo modo vendi poſſunt.& allegat d.c.Siquis obiecerit.q̃ dam autem ſunt annexa ſpiritualibus, inquantum ad ſpiritualia ordinant.ſicut iuspatronatus,quod ordinatur ad preſentandum clericos ad eccleſiaſtica beneficia,& vaſa ſacra, quæ ordinantur ad ſacramentorum vſum,vnde huiuſmodi non præſupponunt ſpiritualia,ſed potius ea temporis ordine præcedunt,& hæc aliquo modo vendi poſſunt, non autẽ inquantum ſunt ſpiritualibus annexa.

Non obſtat tertio,ꝙ ſicut Imperator† in temporalib. dominus, poteſt vendere dignitates ſeculares, ita videatur, ꝙ Papa dominus ſpiritualium, vendere poſſit ſpũalia, & ſicut l.Iulia de ambitu non habet locum in curia Imperatoris.l. 1.& ibi no. Doc.ff.ad l.Iuliam de ambi.Sic nec in curia Roma.ſimonia,vt ibi no.Bart.Quoniam reſpondetur,ꝙ longe diſtant ſpiritualia à temporalib.quoniam dignitates,ſeu officia ſecularia,ordinata ſunt ad gubernationem ſeu diſpoſitionem eorum,quorũ naturæ non repugnat quòd vendantur, & ſubſunt ſoli diſpoſitioni principis. Secus in ſpiritualibus,quæ in nullius ſunt dominio, nec æſtimationẽ recipiũt.

Non obſtat quarto,ꝙ licet Iacob† non commiſerit ſimoniam emendo ius primogenituræ,quod ſibi ex conceſſione diuina debebatur,tamen Eſau cõmiſit,qui hoc alio modo dare noluit.c.quã periculoſum.7.q.1. Sic omnia,q̃ ſunt eccleſiarũ cum credita ſint Papæ,vr̃ non cõmittere ſimoniam recipiendo pro ſpũalib.temporalia ab eccleſiaſticis uiris, q aliàs daturi non forent.Qm̃ rñdetur non eſſe ſimile, ex quo ius primogenituræ datum fuerat a Domino ipſi Iacob, &

Source : BIU Cujas

ideo redemptio potius fuit uexationis: quæ licita est aliàs habenti titulum. Sed bona ecclesiarum non sunt Papæ, nisi quo ad curam & dispensationem, ad necessitatem ecclesiarum, deseruientium eis, & pauperum. Ideo ea vendere non potest.

Siquis autem hæsitaret: sicut nemini licet dare spirituale
20 debitori nolenti soluere, †ut reciperet debitum, & dando committeret simoniam, ex sententia Sancti Thomæ, in 4. distinc. 26. & no. in c. qui studer. 1. q. 1. & in c. dilectus. de simo. Sic non uidetur licuisse Iacob, dare temporale pro spirituali, licet sibi debito. Respondetur, non est simile, nec sequitur; non licet dare spirituale, ut quis recuperet temporale; ergo non licet dare temporale ut recuperet spirituale, quod suum est. Et ratio diuersitatis est, quia is recipit quod suum est, & dat quod suum est: ille dat quod suum non est, & recipit quod suum non erat.

Non obstat quinto, quòd si simonia in beneficio esset pari modo de iure prohibita sicut in ordine, pari modo puniretur: quod falsum est, ut not. in cap. præsbyter. 1. q. 1. & in §. uerum & in §. ad hæc. 22. distinc & non fieret distinctio, ut cum simoniaco in ordine non dispensetur, ut not. in cap. qui studet. & in §. in summa. 1. q. 1. & probatur in cap. Quicunque, & in c. eos, in principio. & in c. in præsentium, 1. q. 5. Quoniam respondetur, non recte colligi: non pari modo plectuntur: ergo non sunt utraque prohibita iure diuino, non enim pari modo puniuntur quicunque transgressores iuris diuini, sicut nec æqualiter peccant.

Non obstat sexto, quod ubicunque accessorium est talis naturæ, quòd per se habet subsistentiam sine eo quod sibi
21 principale censetur, tunc accessorium † non sequitur naturam sui principalis. l. fina. §. Lucius. ff. de condict. indeb. no. Ancha. per illum tex. in regula accessorium. de regu. iur. in 6. sed beneficia subsistere possunt sine hoc, quòd transferat aliquod ius spiritualis ordinis, & de se considerata nihil potestatis clauium habent, sed meræ administrationes sunt, nec sequuntur naturam sui principalis, scilicet ordinis ecclesiastici. pro quo etiam uidetur tex. & ibi not. Abba. in cap. tuas. el 3. de simo. ubi simonia in præambulis ad ordines, & sic ad spiritualia non iudicatur ad paria cum simonia in ordinibus; & facilius dispensatur. Quoniam respondetur, assumptum non uerum, beneficia ecclesiastica posse subsistere sine hoc quòd aliquid non transferant spiritualis muneris, licet non semper spirituale sacri ordinis. Quoniam nullum est beneficium quantuncumque simplex, ratione cuius non debeatur aliquod spirituale obsequium domino: quod etsi nihil participet de potestate clauium, non propterea fit, quòd non committatur simonia, quæ semper committitur, cum spirituale pro temporali datur aut recipitur, nec quòd una facilius, a ia difficilius dispensetur, efficit quod non sit simonia prohibita, quia simonia, & de mandato Dei, aut quod sit aliqua simonia solo iure positiuo prohibita.

Non obstat septimo. c. constitutus. de relig. domi. ubi episcopus concessit illi Abbati, & confirmauit sedes Apostolica, omne ius quod habebat tam in ipso monasterio, quàm in ecclesiis pertinentibus ad monasterium situatis in diœcesi episcopi pro certa annua pensione; nec committitur simonia. Quoniam respondetur, quòd concessio episcopi fuit gratuita: & monachi etiam gratuito, non ex pacto præcedenti pensionem dederant in quandam recognitionem, & pensio octo denariorum erat tam modica, quòd non haberet mouere animum nec dantis, nec recipientis. arg. cap. etsi quæstiones. de simo. & c. iudices. 1. q. 1. uel melius dicendum, ex sententia glo. in d. c. constitutus. in uersi. recompensatione, quòd eo casu, nec in consimilibus exemptionibus committitur simonia, quia plus commodi temporalis percipiebat episcopus, quàm erant illi octo denarii, & illos recipiebat non in recompensationem, sed potius in signum recognitionis; ut in c. 11. de censi.

Octauo, non obstat, quòd nemo habet ius in bonis ecclesiasticis, nisi per iurisdictionem Papæ. igitur potest Papa illa etiam prætio concedere. Quoniam respondetur, quòd non
22 recipiunt à Papa, †sicut à domino, sed sicut a dispensatore, cum non habeat dominium, sed patrocinium & defensionem, sicut omnia dicuntur Imperatoris, ad defensionem & tuitionem.

Nono non obstat, quòd sicut si Papa aut Episcopus antequam alicui beneficium aut præbendam conferat, ordinauit aliquid subtrahere de fructibus ex aliqua iusta causa, nõ
23 est simonia, † ex sententia sancti Thomæ secunda secundæ q. centesima. artic. 4 not. Abba. & alii per illum tex. in cap. 1. ut ecclesiast. bene. & habetur in c. Si propter tua debita. de rescrip. in 6. ita uidearur posse recipere ab eo, cui confertur beneficium. Quia respondetur, non esse simile. quoniam nõ recipit ab eo cui dat beneficium, nec ut magis huic, quàm illi conferat. Quapropter dixit idem sanctus Thomas, loco citato, quòd si ab eo, cui cõfert beneficium, peteret aliquid sibi dare de fructibus, aut aliquod munus reciperet, non careret scrupulo simoniæ. Hinc est, quod in receptione mediorum fructuum, quas annatas uocant, non committitur
24 simonia, †ut infra declarabitur.

Quamuis autem tam in collatione ordinum, quàm beneficiorum, siue curata, siue simplicia fuerint, iure diuino committatur simonia, siquid etiam a sponte dante recipiatur:
25 non tamen Papa † incurrit pœnas a iure positiuo inflictas: quia est supra ius, & illius pœnis non astringitur. Cardinalis tamen in c. 1. de simo. asseruit, quòd Papa ex iusta causa possit quandoque in collatione beneficiorum aliquod recipere, licet non passim, ne scandalizet ecclesiam. ad quod allegat glo. in cap. fin. quæstio. 3. quia etiam in prohibitionibus iure diuino Papa ex causa illas relaxare potest, ut plenius aliàs declarabimus. Sed hæc assertio reiicienda est, & prorsus abominanda.

Quòd etsi Papa non incurrat pœnas iuris positiui, incur-
26 rit tamen is qui recipit beneficium, † nisi expressim secum dispensetur, secundum Abb. in d. cap extirpandæ, §. Si uero. nec dissonum est, unum correlatiuorum incurrere pœnam, & non aliud, sicut Esau commisit simoniam, non Iacob, &
27 Giezi, non Naaman Syrus, & sicut episcopus † non est excommunicatus a sua sententia, siue Canone, aut statuto; ut late disseruit Ioan. Andr. in regula, cui licet. de reg. iur. lib. 6. hæc uidetur æquior opinio: licet Cardina. Alexan. in c. Latorem. 1. q. 1. in hoc improbauerit Abbatem, ex eo quòd Pa-
28 pa †faciendo ex certa scientia actum illicitum siue prohibitum, super quo potest dispensare cum inhabili, uidetur tacite dispensare. ar. l. Idem Vlpianus. ff. de excus. tuto. l. quidam consulebãt. ff. de re iudi. Inno. & alii in c. diuersis fallaciis. de cleri. coniug & quia per actum contrarium uidetur suspen-
29 sa iurisdictio. †sed hæc ad materiam dispensationum pertinent: de qua al iàs erit differendum.

THOMAE CAMPEGII
EPISCOPI FELTRENSIS.

TRACTATVS.

De beneficiorum pluralitate.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia duo curata prohibitum est habere.*
2 *Beneficia plura requirentia residentiam nemo retinere potest.*
3 *Beneficia duo quantumcunque modica nullus in eadem ecclesia habere potest.*
4 *Ius naturale quantum ad prima & communia eius principia est immutabile.*
5 *Beneficia plura quando quis retinere possit.*
6 *Beneficia plura habere est de genere illorum malorum quæ aliquando bona esse possunt.*
7 *Tutus in foro exteriri quando non sit tutus in conscientia.*
8 *Dispensatio quid operetur in malis, quia prohibita.*
9 *Innocentij opinio improbatur, tenentis Papam sine causa posse dispensare in his quæ iuris positiui sunt.*
10 *Beneficia plura non habentia curam animarum obtinere quibus casibus quis possit.*
11 *Dignitatem uel personatum cum canonicatu in eadem ecclesia, de consuetudine quis obtinere potest.*

BEneficiorum ecclesiasticorum pluralitas toties uetita nunquam satis potuit cohiberi, quin semper erumperet: incertum nimia ne Romani Pontificis in dispensando facilitate, an impudenti petentium importunitate, uel potius utraque ex causa. Ecclesiæ probe quidem consuleretur, si illi modus adhiberetur: quod paruo negotio fieret, si solius necessitatis aut utilitatis ecclesiarum recto iudicio, non autem personarũ ratio haberetur: de qua pluralitate audiamus Chrysostomum dicentem: quod tenebra erubuit, lumen erubescat; quod figuræ non fuit concessum, rei ueri fuisse illicitũ. Figuræ autem non fuit concessum, quòd qui inter Leuitas capiebat in Bethleem, caperet in Hierusalem. Audiamus & Bernardum dicentem: Qui plura habet beneficia, non unus sed plures erit in suppliciis. Execrēda autem, quia de iis est, quæ sui natura mala sunt, & quorum comites sunt animarum periculm, & turpitudo. De animarum periculo attestatur Lateranen. concilium in c. quia. de præben. cum dicitur:

Source : BIU Cujas

tur: quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas uel tres, sed plures ecclesias perhibeantur habere, cum nec duabus possint debitam prouisionem impendere, per fratres & coepiscopos nostros hæc emendari præcipimus: & de multitudine præbendarum canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & euagationis inducit, certumque continet periculum animarum, eorum qui ecclesijs deseruire ualeant indigentiam uolumus subleuari. Turpitudinẽ vero illius designat canon septimæ synodi, qui habetur in c. Clericus ab instanti. 21. quæstione prima. cum dicitur; Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis, negotiationis enim est hoc, & turpis lucri commodum. Et quod dixit Grego. in epistola ad omnes episcopos, & habetur in cap. singula 79. distin. Sicut indecorum est in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint di-
1 stributa. Hinc inhibitum fuit, †ne quis duo retineret curata. cap. dudum. de elect. quòd non possit habere plures personatus, aut dignitates. d. cap. dudum. & in cap. 1. 13. q. 1. & capit. episcopi. 80. distinct. cap. in apibus. 7. quæstio. 1. quòd nemo
2 possit retinere plura beneficia requirentia residentiam. ca. clericos. cap. relatum. cap. nonnulli, de cleri. non residen. c.
3 præsbyteros. 16. quæstio. 1. quòd nullus † possit habere duo beneficia quantumcunque modica in eadem ecclesia. cap. consuetudinem. de consue. libro 6. Hinc successiue ecclesia nouum addidit uinculum plura habenti beneficia. Ante enim Lateranen. concilium habitum ab Alexand. III. anno MCLXXIX. obtinens plura beneficia curata, non priuabatur secundo, sed habebat optionem retinendi primũ, uel secundum, cap. referente. cap. præterea. de præben. in di cto Lateranen. concilio decretum fuit, quòd secundo priuaretur: non quòd foret ipso iure priuatus. capit. quia nonnulli. de cleri. non resi. Successiue per cap. de multa. de præbend. fuit inductum, quòd per assecutionem secundi uacaret primum, & si retinere contenderet, etiam secundo spoliaretur. Nouissime per extrauag. Execrabilis, fuit statutum, quòd si post habitam possessionem secundi primum retineret, aut per eum staret, quo minus secundi possessionem haberet. cap. commissa. de elect. cap. licet episcopos. de præbẽ. in 6. etiam secundo sit ipso iure priuatus, cum secundum dispositionem. cap. de multa, fuisset priuandus, non ipso iure priuatus, quæ quatuor tempora collegit Abba. in d. capi. nonnulli, de præben.

Pro ampliore tamen præmissorum explanatione, aduer-
4 tendum uidetur, quod licet ius naturale, † quantum ad prima & communia eius principia, omnino immutabile sit, & apud nos eadem semper ratio rectitudinis, longe tamen distare quæ ad praxim & externos actus spectant, a speculabilibus, quoniam in speculabilibus etiam veritas deductam ex principiis conclusionum immutabilis est, & eadem apud omnes ueritas, sicut & principiorum, licet forte ipsa non sit omnibus nota: quia non omnes nouerunt conclusiones ex principiis colligere. Secus in practicis, in quibus rectitudo conclusionum, quæ ex principiis colliguntur, non sunt omnino immutabiles, non eædem apud omnes, non æque omnibus notæ. propterea descendentem ad particularia iubet Plato quiescere. Cuius ratio in promptu est, quoniam ratio speculatiua circa necessaria uersatur, quam impossibile est aliter se habere, & ideo infallibilis est conclusionum ueritas, sicut & principiorum. At ratio practica circa particularia & contingentia uersatur, quæ sunt humanæ operationes, propter quod licet in communibus principiis sit immutabilis necessitas, & eadem semper rectitudo, in particularibus tamen propter particulares aliquas circunstantias potest defectus contingere, propter quem sit a rectitudine declinandum. Quemadmodum apud omnes rectum est & iustum, ut ueritas seruetur, & secundum rationem agatur. Ex quo principio colligitur conclusio, quòd bona fide deposita sunt reddenda, quæ mutabilitatem recipit, si furiosus ensem repetat, quam sanus deposuerat. Hinc deducimus, ꝙ licet naturalis æquitas & iustitia dictet, quòd habens beneficium
5 †ad sui sustentationem sufficiens, non occupat plura beneficia ad plurium sustentationem ordinata, quia absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. l. quisquis. C. de postul. & glo. in dicto capitu. singula 89. dist. nihilominus propter aliquas particulares circunstantias ex parte beneficiorum, ecclesiarum, aut personarum, quarum regimen ecclesiæ utilitas, aut necessitas exposcat, contingere potest bonum & expediens fore, unum plura obtinere beneficia, propter quod licitum reddatur & honestũ, quod alio casu, & ut in pluribus foret iniquum. maxime si id arbitretur is qui præest multitudini, & ad cuius id spectat officium, qualis est Roman. Pontifex. Proinde licet habere plu
6 ra beneficia †sit de genere malorum, tamen ex iis malis est, quæ aliquo casu possunt bona esse, nec quando bonum reddit ex particulari circunstantia, tollitur ad quem ordinata sunt beneficia, ut diuersi ministri diuersis deseruiant officiis: quoniam eo casu, quo est bonum, potest superioris auctoritate habens plura beneficia per alium deseruire. quemadmodum Paulus per ministros suos fungens officio absens procurationes ut debitas recipiebar, ad Philip. capitu. 4. Eo enim casu quis ecclesiæ deseruire censetur, qui ꝑ aliũ suo fungitur officio. cap. extirpandæ. §. quia uero. de præbẽ. cap. peruenit. de appel. Nec his repugnat, quòd habens plura beneficia cogatur pluribus dominis inseruire, qui si contraria mandauerint, ambobus non potest obedire. quoniã talem ambiguitatem sustu it superioris cum eo dispensantis auctoritas, ut ipse scilicet dispensatus eligat cui voluerit obedire, cui beneficio deseruire, & a quo uoluerit ordinari. Vel melius dici potest, quis maiore necessitate ducatur, quis prius fuerit astrictus, & quis eorum maior, secundum Innocen. in cap. cum parati. de appel. & in capitu. cum iam dudum. de præben. exemplum ponens in beneficiato in duabus ecclesiis, cuius unus superior episcopus præcipit, ut fiat sacerdos, alter quòd in Diaconatu maneat, vel unus mãdat prosequatur ecclesiæ negotia in curia Regis, alter in curia Papæ, vel unus vocat ad electionem faciendam, alter ne discedat a seruitio ecclesiæ, ex quo non potest duobus dominis seruire. c. 1. 21. q. 1. quibus casibus dixit, ꝙ in his perplexitatibus prius obediendum primo, quia secundus ea conditione censetur illum recepisse, vt illæsum maneat ius primi. capitu. tua. de iureiurand. capitulo, quia monasterium. de religio. domin.

7 Nec sibi dispensati †blandiantur propter superioris auctoritatem, quoniam etsi tuti sint quo ad militantem ecclesiã, ne scilicet desuper molestentur, & ne pœnas incidant iuris positiui, non tamen ipsi, nec dispensans, tanquam infidelis dispensatur, tuti sunt in foro conscientiæ. Quod sane colligitur ex libro Bernardi secundo de consideratione ad Eugenium, cum dixit, Non sum tam rudis, vt ignorem positos vos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem, vbi necessitas vrget, excusabilis est dispensatio: ubi vtilitas prouocat, dispensatio laudabilis est, utilitas dico communis, non propria. nam cum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Huius ratio esse potest, quia licet in malis, quia prohibita, dispensatio
8 †nihil faciat, nisi quod ipsam aufert prohibitionem, rẽ suæ relinquens naturæ: quæ cum indifferens sit, fieri poterit sine reprehensione. at in prohibitis, quia mala, de quorum numero est (vt diximus) pluralitas beneficiorum, sublata per dispensationem prohibitione, & suæ permissum naturæ, remanet malum: propterea nec etiam faciendum; cum prohibitionis amotio non facit, vt quod de se malum sit, bonũ
9 reddatur, propterea iure improbanda videtur †Inn. opinio. in c. cum ad monasterium. de sta. reg cum dixit, Papam in his, quæ iuris positiui sunt, sine causa dispensare posse, ponẽs exemplum de retentione duarum parochialium.

Plures tamen sunt casus, quibus iura permittunt quem-
10 piam obtinere plura beneficia, †modo careant animarum cura. Potest enim quis de iure cõmuni duo obtinere, quorum neutrum ad vnius sit sustẽtationem sufficiens. c. Vnio. 10. quæstio. 3. cap. quia. de relig. domi. imo ex eo, quòd simplicia sunt, potest insimul retinere. cap. Gratia. de rescriptis. lib. 6. Clemen. Gratiæ. eod. tit. Potest vnum in titulum, aliud in commendam. c. dudum. de elect. c. possessiones 16. qõ. 1. Potest, cum vnum ab alio pendet. c. eam te. de æta. & quali. ordi. Item propter clericorum raritatem c. clericus. 21. qõ. 1. Item cum ecclesia annexa est præbendæ, vel dignitati. capit. extirpandæ, de præben. cap. super eo. eodem titu. libro 6. De
11 consuetudine †etiam potest quis obtinere dignitatem, vel personatum cum Canonicatu in eadem ecclesia. c. consuetudinem. de consue. lib. 6. proinde valet consuetudo aut statutum quod nemo possit dignitatem consequi, nisi sit Canonicus, adeo quòd excipi potest contra impetrantem: Domi. post Io. And. in d. c. super eo. Insuper ratione consuetudinis, quam scit & tolerat Papa; & ideo eam approbare videtur; derogatum est. ca. sanctorum. 70. dist. ꝙ quis plures præbendas & plura benaficia sine cura obtinere posset, secundum glo. Bartho. Brixien. in d. c. Sanctorum. & Ber. in cap. dudum. de elect. cum tamen vni dantur plura beneficia, vbi quàm multi vix vnum obtinere possunt, non dicitur, qui dederit habere personarum acceptionem, si id fecerit nobilitatis, doctrinæ, aut iusta alia de causa, quam ecclesiæ subsequatur utilitas. Quoniam non est acceptio personarum, si non seruentur æqualia in personis inæqualibus, & eadem ratione non læditur distributiua iustitia.

THOMAE

Source : BIU Cujas

THOMAE CAMPEGII
BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De pensionibus.

SVMMARIVM.

1 *Pensionum reseruatio super fructibus ecclesiarum non improbanda.*
2 *Pensionis reseruatio licita est in beneficiorum permutatione, ratione inæqualitatis fructuum.*
3 *Pensionum reseruatio antiqua ex patribus demonstratur.*

1 PEnsionum † super ecclesiarum fructibus reseruatio nequaquam videtur improbanda, cum pro bono pacis ad lites componendas constituuntur. c. nisi. de præbē. & alteri egenti prouidetur de eo, quod vni superabundat. vt no. docto. in c. ad audientiam. 11. de rescrip. in c. extirpandæ. de præben. in c. conquærente de cleri. non resi. & in clem. 1. §. eadem. de cleri. non resi. Ratione etiam inæqualitatis fructuum in beneficiorum permutatione licita est pensio-
2 nis † reseruatio. c. ad quæstiones. de rerum permuta. Quòd si qui per collusionem aut aliàs legi fraudem fecerint, beneficiis sunt spoliandi, vt cum aliqui super beneficijs quæ obtinent, sustinent se à quoquam molestari, vt postea quæstioni cedant, & quasi nomine transactionis constituatur pensio. c. audiuimus. de collusio. detegen.

Decretum autem Inno. III. in c. 1. vt ecclesia. bene. sine diminutione confer. non prohibet pensionum reseruationē, sed ne collator reddituum partem quasi paciscendo sibi reseruet, & eius ratione beneficia cum diminutione conferantur.

3 Pensiones † autem reseruasse veteres patres nostros, colligitur ex actis, quæ colligi præcepit Xystus Valentiniano & Anatolio consul. c. 9. & habentur primo tomo conciliorū fol. 325. vbi legitur quod damnato in concilio 77. Episcoporum, Polichronio, Episcopo Hierosolymitano, propter nonnullos perpetratos excessus, patres concilii constituerunt eidem tria ecclesiæ prædia, ut sibi fructus cederent pro eius sustentatione.

In historia ecclesiastica Nicephori lib. 11. etiam habetur epistola Athanasii, Episcopi Constantinopolitani, ad episcopum Cretæ: in qua præter cætera legitur, quòd synodicis literis, & Imperatoris decreto factum est, ut ex Episcopatu Metropoli Monobascen. subiecto, 200. aurei annis singulis sibi Episcopo Cretæ redderentur.

Habenda tamen uideretur ratio, ne idem beneficium pluribus grauaretur pensionibus, & antiquandus usus & gratia transferendi pensiones, ne tam diu eo onere beneficia maneant obnoxia, & diuisa.

THOMAE CAMPEGII
BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De omnium fructuum reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Titulum habens onus sine fructu subire cogitur.*
2 *Volenti & consentienti nulla fit iniuria.*

1 MAior hæsitatio remanet de omnium fructuum, loco annuæ pensionis, reseruatione: quia habens titulū, † onus sine fructu subire cogitur, contra illud Apostoli, primæ Corin. c. 9. Nos plantauimus uineam, & vos vultis fructus illius edere. & illud: Qui altario seruiunt, de altario uiuant, & qui in sacrario operātur, cum sacrario participent. vnus seruit alteri, & alius vacuum illū dimittit & inanem. vnus est agricola, & alius vult percipere fructus: & illud, quis militat unquam suis stipendijs? quis pascit gregem, & de lacte ouis non edit? Nos militamus, & vos stipendia nostræ militiæ vobis quæritis. Nos gregem pascimus, & vos lac & lanam accipere vobis vultis: & habetur in c. ecclesias. §. quia ergo 13. qō. 1. Sed ad hæc respondetur, hoc licere illius auctoritate, qui bonorū huiusmodi dispensator est, & arbiter; Romani. s. Pontificis, & non licere inuito eo, qui plantauit vineam; renitente eo, qui altario seruit,
2 aut agricola. Volenti † autem & consentienti nulla fit iniuria. Quis enim prohibet, si quis operam suam gratis impendere velit? siquis voluerit propriis impēsis militare? etiamsi id fecerit sub spe successionis. Nonne Paulus potuisset victum à Corinthiis exigere, quibus seminabat spiritualia? & tamen abstinuit, nec exegit.

THOMÆ CAMPEGII
BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De reseruatione regressuum.

SVMMARIVM.

1 *Regressuum usus nouum est inuentum, à maioribus ignoratum.*
2 *Reseruationes & regressus secum habent uotum captandæ mortis.*
3 *Pactum de hæreditate uentura quando sit licitum uel non.*
4 *Regressus quo casu dandi sint.*

1 DE regressibus, fatemur eos nuper inuentos, † & eorum vsum ignorasse maiores nostros. dicimus tamen ex antiquorum Canonum ratione susceptos, ex tex. scilicet in capitu. cum pridem. de pact. cum enim prior, & fratres monasterii de Acra non paruissent mā dato Apostolico, quo Alexan. III. mandauerat illis, qui eius monitu cesserant iuri suo, prouideri de aliquo beneficio ecclesiastico, mandauit eisdem restitui ecclesiam, & cappellam quibus cesserant, quod erat regredi ad beneficia, quæ renuntiauerant.

2 Siquis vero obiiceret, reseruationes † & regressus secum habere uotum captandę mortis, & propterea magno illo Lateranen. concilio statutum, nulla ecclesiastica ministeria aut beneficia cuiquam danda, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficium se putat successurum, & habetur in cap. 2. de concess. præb. Quod etiam imperiabilis legibus vetitū fuit. l. ex eo testamento. C. de inuti. stipu. l. fin. C. de pact. vbi statuitur, his, quibus erat spes alienæ hæreditatis ex cognatione forte ad eos deducendæ, non licere quidquam de aduentura hęreditate pacisci; subijcitque legislator, omnes huiusmodi pactiones odiosas videri, & plenas tristissimi & periculosi euentus, & propterea tanquam contra bonos mores reijciendas. Quod etiam deducitur ex ratione l. hæreditatem. ff. de acquiren. hæredita. l. quidam. ff. de donatio. l. Stipulatio hoc modo concepta. de verborum obligatio. & nota. gloss. in dicto capitu. proposuit. de concess. præbend.
3 Respondemus, quòd etsi pactiones † de ventura hæreditate, antequam hæreditas deferatur, odiosæ sint, contra bonos mores, & plenæ tristissimi & periculosissimi euentus, viuente eo & ignorante, de cuius rebus paciscentes conuenerint; & propterea detestandæ, & legibus vetitæ, si tamen ipse, de cuius hæreditate pactio fuerit, voluntatem suam accommodauerit, licebit illo sciente huiusmodi pactiones seruare. & habetur in d. l. fina. C. de pactis. eadem itaque ratione videtur tolerari posse & debere de consensu obtinentis beneficium, & eius auctoritate, qui ius dare potest, ad vacaturā successorem dari, cum maxime per regressum, si prius decesserit, in cuius fauorem facta fuerit beneficii resignatio, il le denuo præficiatur beneficio, qui semel ad idem munus vt idoneus admissus fuerat, & propter aliquam causam vtilem & honestam quis etiam ea conditione, vt sibi detur regressus, beneficio quod obtinet, voluerit renuntiare. argu. capitu. nisi cum pridem. in fine. de renuntia. vt quia sit senex, aut is, in cuius fauorem fieret resignatio, esset magis idoneus, & vt vno verbo concludamus, nec passim, nec omni-
4 bus videretur dandi † regressus, sed tunc demum, cum adest ecclesiarum vtilitas, aut necessitas, nulla personarum habita acceptione. Quæ tamen non censeretur haberi, si viris probis, deum timentibus, & religiosis fieret gratia, in quibus cessaret omnis suspicio uoti captandæ mortis. aliis vero minus idoneis negaretur.

Source : BIU Cujas

CAMILLI CAVTII
I. C. PROT. APOST.
Venetijs iura reddentis

TRACTATVS,

De Pensionibus Episcopalibus,

Tum aliorum Doctorum sententijs, tum eius Annotationibus, & Allegationibus, sic re tuenda & explicanda suadente, contextus.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Carolum Pisaurum Torcellanum Episcopum Venetum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus pensionem assignare potest benemerito ad eius uitam de reddi tibus ecclesiæ, alicui, etiam ex mero officio, et alteri parti pro bono pacis.*
2 *In commissione super pensione à sede apostolica reseruata, ex stylo signaturæ, apponitur clausula, sine retardatione solutionis pensionis, & in reseruata ab episcopo adijcienda est huiusmodi clausula; si pensionarius est in quasi possessione exigendi. alioquin poterit agere despolio.*
3 *Episcoporum potestas constituendi pensiones amissa est ex non usu, & iuris sui ignorantia.*
4 *Episcopi hodie, qui sunt doctores ex reform. concilij Tridentini, ignorantiæ nomine sunt soluti.*
5 *Episcopi pensiones non constituunt, ubi interuenit aliquod factum inter partes, sicut nec resignationes beneficiorum in alterius fauorem factas admittunt.*
6 *Episcoporum ius in beneficialibus est naturale, & fauorabile.*
7 *Episcopi dispositio circa ius patronatum, & res ecclesiæ patronatæ ualet, quando nullum fit præiudicium patrono, & si pensionis reseruatio sit super fructibus beneficij patronati, ualet sine consensu patroni.*
8 *Interesse patroni in assignatione pensionis ratione alimentorum in casu necessitatis non est considerabile, & principaliter uersatur circa ius præsentandi.*
9 *In pensionibus episcopalibus de stylo signaturæ non apponitur clausula, sine retardatione solutionis, quando dubitari potest, an pensio fuerit imposita ex iusta causa.*
10 *Causa in assignando pensionem non requiritur in d. Papa, secus in Episcopo, qui etiam potest imponere pensionem, quæ transit ad successores in beneficio.*
11 *Portio fructuum assignata a rectore beneficij eius Vicario de consensu & auctoritate episcopi, non potest minui à successore in beneficio, quod facere potest episcopus etiam per se ex decreto concilij Tridentini.*
12 *Glosa in c. ad hæc. de offi. uic. tenet, quod consensus patroni non requiritur in assignando portionem fructuum beneficij patronati, & glosæ allegatæ auctoritas omnes alias auctoritates antecellit.*
13 *Aduocati Ro. etiam Auditores Rotæ non omnes idem sentiunt de potestate episcopi in imponenda pensione super beneficio patronato sine consensu patroni, & in casu non decisо possumus adhærere singulari opinioni, quæ euidenter potiori ratione nitatur.*
14 *Curiales potius suum stylum, quàm ius scriptum sequuntur, & in acquirenda iuris scientia adhærendum est potius iuri scripto, quàm curiæ Roman. consuetudini, quæ fragilis est, & incerta, & Rota ipsa rotat aliquando.*
15 *Aduocati Ro. & Auditores Rotæ se referunt omnes ad decisionem Mohædani, quòd prouisio facta cum pensione de beneficio patronato, tacente patrono ualet, contradicente eo non tenet, ex quo episcopus pensionẽ assignare debet Bullis patentibus, non autem chirographis.*
16 *Episcopus habitans extra diœcesim, ibi de causis sibi à sede Apostolica delegatis cognoscere potest, si deleganti nota est eius habitatio.*
17 *Bullarum ordinarij super pensione beneficij patronuti sine consensu patroni in curia Ro. nulla ratio haberi solet. motus cleri, & Episcopi laus.*
18 *Bullæ ordinarij super pensione beneficij liberi, si producantur, signari poterit commissio de stylo curiæ, qui innititur iuri communi.*
19 *Bullæ ordinarij super pensione beneficij patronati sponte & libere consentiente beneficiato, poterũt suũ sortiri effectũ, aliàs prouidebitur secũdum stylum curiæ, qui propriè dirigitur ad obuiandum fraudibus.*
20 *Pensionem constituere absque consensu patroni laici proprium est d. Papæ, & quando est ad uitam pensionarij tantum, consensus patroni non requiritur, etiam si constituatur per episcopum.*
21 *Regulare est quòd episcopus disponit de ecclesiis etiam patronalib. quando non fit præiudicium patrono, ut in assignanda pensione super fructibus, de quibus nihil pertinet ad patronos etiam ex decreto concilij Tridentini.*
22 *Pensio simplex, ideſt in numerata pecunia soluenda ita se habet ad beneficium sicut accidens, & remitti ac tolli potest sine auctoritate superioris.*
23 *Pensio non soluta debetur hæredibus pensionarij defuncti, & quæsita ex pensionibus sunt bona patrimonialia, & pensionarius non agit hypothecaria contra fructuum perceptorem, sed contra personam beneficiati.*
24 *In exigenda pensione proceditur contra beneficiatum executiuè ad pœnas excommunicationis, & priuationis beneficij.*
25 *Debitori pensionis in casibus in quibus datur clausula, sine retardatione solutionis, non conceditur beneficium cap. Odoardus.*
26 *In exigenda pensione stylus curiæ habetur in processibus fulminatis super Bullis reseruationis uenientibus ab urbe, & executor, constito sibi quod debitor non soluit infra terminum triginta dierum illi assignatũ, eum publicè nuntiat uel nuntiari facit excommunicatum.*
27 *De non solutione debitæ pensionis constat unica monitione facta, & proceditur executiuè nullis seruatis terminis, nisi eo semel monito ut soluat uel doceat se soluisse.*
28 *Beneficiatus debitor pensionis lapso termino nuntiatur excommunicatus, nec est sententia declaratoria excommunicationis, sed illius publicatoria & denuntiatoria, quæ per appellationem etiam præcedentem non suspendicur.*
29 *Mandati apostolici forma super excommunicatione nuntianda habita in processibus fulminatis, si seruetur, non potest haberi recursus ad ordinarium neque ad legatum sedis apostolicæ, & decretum concilij Tridẽtini de abstinendo ab excommunicatione, non habet locum in executoribus in casu non solutionis pensionis, sed in iudicibus suis & causarum suarum.*
30 *Stylus in excommunicatione fulminanda contra debitorem pensionis tã apostol. quam episcopalis seruandus est pro bono pacis, & ad obuiandum fraudibus beneficiatorum.*
31 *Executor datus super pensione exigenda, si uellet procedere ordinariè, & gradatim ad excommunicationem extra formam mandati, nulliter procederet, & daret causam appellandi, & lites seminandi contra rei naturam & contra uoluntatem d. Papæ.*
32 *Persona beneficiati cadit in obligationem pensionis, non autem eius bona nec fructus beneficij: & pensio assignari potest etiam pueris, & mero laico, nec obligat ad dicendum diuinum officium, nisi pensionarius tanquam clericus eam percipiat, quo casu tenetur ad dicendum officium beatæ Mariæ Virginis.*
33 *Pensio est res parui ponderis, & inferior quocunque titulo, & beneficio ecclesiastico.*
34 *Regula reseruationis mensium apostolicorum dat liberam facultatem episcopis disponendi de beneficijs etiam imponendi pensiones, ob uerbum, libere.*
35 *Per regulam reseruationis mensiũ apostolicorum uidetur restituta semper episcopis facultas imponendi pensiones ex non usu, uel aliàs amissa, & propterea concilium Tridentinum nihil statuit, aut reformauit de pensionibus per episcopos imponendis, cum sic eorum ius sartum tectum & integrum esse censeatur.*

REuerende Pater, non dubito, quin Eps ex cã possit imponere pensionem ad vitam, vt dñt Gigas, *A* Vestrius, & alij, & præter eos Rebuffus de pacif. posse. nu. 103. & Deci. cõs. 141. sub nu. 3. ver. Quarto quæritur. licet hoc non sit in vsu, vt dicit idem Rebuffus de pacif. pos. sub nu. 105. in fi. & in sua prax. *B* benef. tit. de reseru. tam gener. q̃ special. nu. 19. *B* vbi, ꝙ epi hodie non constituunt pensiones ex nõ vsu: & ꝙ tutius est *C* ꝓp conuentiones, *C* quæ non pñt fieri nisi ex auctoritate Papæ. Sed an possit eps pensionem imponere super beneficio patronato sine consensu Patroni, hoc certè dubium est, licet Gigas *D* teneat affirmatiuam ex eo. ꝙ non vr agi de prę iudicio Patroni, cum pensio sit ad vitam: vnde verè sunt de *E* hoc variæ opiniones, ut uidere licet apud Gomes. *E* in Cõpend. Signat. in citat. versi. ubi infert præpositum tenentem q̃rium, ꝙ. s. non possit, quia potest agi de præiudicio Patroni, ꝓp alimenta, & alia, quæ interim prætẽdere potest; & in hãc *F* partem inclinant ferè *F* oẽs Aduocati Romani, & Auditores Rotæ: Quibus licet non euenerit de pñti talis dubitatio, tñ se referunt oẽs ad Deci. Mohędani 268. vbi de prouisione facta cum pensione facta de beneficio Patronato sine cõsensu Patroni, distinguit, ꝙ facta tacẽte Patrono teneat, *G* q̃dicente eo non valeat: & ita dñt ẽt practici *G* Curiæ Romanæ, & expeditionum. Quòd si producantur hic in Curia Bul *H* læ *H* ordinarii super tali pensione, earũ nulla rõ hr̃i solet; qđ q̃sonat cũ iis, quæ tradit Rebuff. in d. prax. benef. tit. de reseruat. tam gener. q̃ spāl. nu. 17. vbi, ꝙ pensionis impositæ ab ordinario à Papa q̃firmatio dari nõ solet, sed denouo q̃ceditꝰ *I* & alibi idẽ Rebuffus ponit hoc tanq̃ *I* proprium Papæ, imponere pensionẽ absq; q̃sensu Patroni Laici, ut p eum in d. prax. 3. parte Signat. cla, necnõ Iuris patronatus. nu. 28. & 48. Sic Iulius Benignius I. C. Roma. Quod est initium ipsius Tractatus, digesti in hunc, qui sequitur modum.

Gigas

Source : BIU Cujas

D. Thomæ Campegij. De benefic. pluralit.

GIgas Hic in suo Tract. de pensionibus. q. 6. nume. 2. ita dicit; Quòd vbi merita apparent, & pensio est in quantitate moderata, ex dictis Oldradi consi. suo 226. potest episcopus pensionem deputare benemerito ad eius vitam de redditibus eccle-
1 siæ: & hanc conclusionem tenet Felyn. in c. ad audientiam, 2. colum. 1. versicu. secunda conclusio. de rescript. & infra; Prædicta conclusio procedit etiam si episcopus ex mero officio talem pensionem assignet, quia id facere potest, ut habetur per Petrum de Anch. consi. suo 279. & inferius. idem solemnis Doctor Decius consi. 436. idem uoluit Ant. Butr. in cap. audiuimus. de collus. vbi dixit, quòd episcopus pro bono pacis ordinare potest, ut alteri parti aliquid detur. supradictam conclusionem etiam tenet Caccialup. quæstio. 5. hæc Gigas.

A Vestrius ex communi stilo signaturæ in commissione super pensione consuenit apponi clausula, Sine retardatione
2 solutionis pensionis, idque ob reuerētiam litterarum Apostolicarum, quibus est pensio reseruata; & si pensio ab inferiore reseruata esset, cessaret hic fauor litterarum Apostolicarum; nisi forte pensionarius esset in quasi possessione exigendi, quia tunc adiicienda esset nihilominus hęc clausula ex alio capite, quia uidelicet pensionarius sua possessione priuaretur contra iuris debitum, & posset agere de spolio. ita notabiliter dicit Vestrius in suo tract. prax. Aul. Roma. lib. 3. cap. ultimo.

B Numero, 29. Rebuffi verba, hoc in loco à Benignio citata, sunt ista, uidelicet, nec hodie Episcopi constituunt pen-
3 siones, immo ex non usu amissa est in hoc eorum potestas; quod non fuisset, si ignari illius nō fuissent, & ea usi; sed ignorantia eos, vt nunc multos longo tempore tenuit. hæc Rebuffus. Itaque hodie, reformato clero, cum oporteat episco-
4 pos, & eorum Vicarios esse Doctores per decreta Concilii Tridentini. Sess. 24 c. 16. & Sess. 22. c. 2. de refor. qui tales sunt, ignorantiæ nomine sunt soluti, & eo non arctantur; ut peccata suos teneant auctores.

C Conuentiones. hoc dī ex Rebuffo, uidelicet, ꝙ episcopi non imponunt pensiones ex non usu, & ꝙ hoc tutius est p-
5 pter conuentiones, quæ non possunt fieri, nisi ex auctoritate Papæ. Episcopi verò pensiones non cōstituunt, ubi interuenit aliquod pactum inter partes. c. 2. & c. 4. de pact. Sicut nec resignationes in fauorem alterius admittunt, quod facere non possunt, ut idem Rebuffus in sua prax. benef. de re-
6 signat. condit. nu. 1. Igitur sicut iure suo (quod est fauorabile, & naturale ut dicit Gomes. in d. reg. de ueris. notit. qō. 1.) Beneficia libera conferunt, ita & liberas pensiones constituunt, ubi non adest aliqua fraudis suspitio.

D Gigas teneat. qui in suo tract. de Pensi. q. 23. ita dicit. Terriò facit, quia etiam quando nullum fit præiudicium patro-
7 no, valet episcopi dispositio circa Iuspatronatum, & super rebus ecclesiæ patronatæ. ita dicit Abb. in d. ca. suggestum. & hanc partem, quòd reseruatio pensionis super fructibus beneficii patronati ualeat sine consensu patroni, amplectitur curia, & ita seruatur, ut audio. Nec obstāt adducta supra in contrarium, quia respondendo dicitur, quòd non obstat primum fundamentum de interesse patroni propter alimē ta sibi debita in casu indigentiæ, & inopiæ: quia assignatio pensionis principaliter tendit in damnum rectoris ecclesiæ grauatæ, ideo eius consensus non requiritur, ut uidimus su-
8 pra q. 10. Interesse autem patroni ratione alimentorum in casu necessitatis non est in consideratioue, quia habet ad esse, & non esse: & casus aduersaque fortuna liberi hominis non sunt expectandi. l. inter stipulantem. §. si stipulatus. ff. de uer. oblig. Patroni enim principale interesse uersatur circa ius præsentandi. hæc ille.

E Gomes. super reg. cancell. ap. in compendio utr. signa. in fi. ita dicit. Aduertendum est, quòd licèt inferiores à Papa possint super beneficijs imponere pensiones in casibus, ta-
9 men in illis pensionibus de stylo signaturæ non solet apponi clausula, sine retardatione solutionis, quia dubitari potest, an pensio imposita fuerit ex iusta causa: & inferius. Eodem modo, quando episcopus imponeret pensionem sup beneficio iurispatronatus laicorum sine patronorum consensu: quod videtur posse facere, dummodo non trāseat ad successores, ut not. glo. in capitu. ad hęc. de off. Vica. & licet Præpositus sentiat contrarium in cap. quando. versic. quid si rector, tamen iudicio meo non debet concedi dicta clausula. hæc Gomes. ubi quænam sit opinio Præpositi iam ex litera ipsa apparet.

Causa uero in assignando pensionem non requiritur in
10 D. Papa, qui amplissimam habet in beneficiis potestatem, sed in episcopo quidem: & causa sufficiens est meritorum, & aliæ no. per Gig quæstio. 6. super citata. & per Caccialup. quęst. 4. & 5. ubi cum uterque dicat quòd episcopus potest imponere pensionem ad uitam pensionarii, sequitur quòd etiam transeat ad successores in beneficio, quousque pensionarius uiuit.

Et d. c. ad hæc. habet, ꝙ si rector alicuius ecclesiæ assigna-
11 uit certam portionem fructuum Vicario substituto de assensu, & auctoritate episcopi, eius successor in beneficio dictam portionem minuere non potest, quod quidem licet sapiat sectionem, & diuisionem beneficii, tamen facere potest episcopus, etiam per Decretum Concilii Tridē. Sess. 21. c. 4. & 6. de refor. & multo maiorem auctoritatem requirit, quàm impositio simplicis pensionis in numerata pecunia soluendæ ad uitam.

Glosa uero, quàm allegat Gomes. hic in d. cap. ad hæc. primò ponit opinionem, inquiens, quòd patroni consensus de sideratur, ubicunque ius perpetuum percipiendi aliq d con fertur alicui. argum. 16. qō. 7. decernimus. & quæst. 5. si quis episcoporum. C. de auct. præst. l. ulti. & 63. distinc. principali. sed statim illam opinionem reprobat, cum subdit, quòd cōsensus patroni non est requirendus, cum tantummodo de-
12 beat præsentare uacante ecclesia: ut dicunt iura prædicta. at Glosæ allegantis auctoritas omnes alias auctoritates antecellit, ut no. Barto. in l. ut uim. ff. de iusti. & iu. & Abbas in c. 1. de constitut. ergo standum est illius dicto, & loquitur de episcopi auctoritate in assignando portionem fructuum beneficii patronati.

F Ferè omnes aduocati ferè (inquit Benignius) omnes Aduocati Romani, & auditores Rotæ inclinent in eam par-
14 tem, ut episcopus non possit imponere pensionem super beneficio patronato sine consensu patroni. Ferè omnes. ergo non omnes, & alii aliter sentiunt, & sic non est decisum, propterea dici non potest, quòd hac de re certus stylus sit in Romana Curia, & in casu incerto, & non deciso, non erit crimen, adhærere potius singulari opinioni, quæ euidenter potiori ratione nitatur, quàm communi, ut ponit Dec. consilio 481.

G Practici Curiæ. Lappus in allega. sua. 51. in princip. ita dicit, Ad secunda, quæ practicari dicitis in audientia, non modo de nouo miror, cum aliàs palparem, & expertus sum,
13 Curiales potius suum stylum, quàm ius scriptum sequi: qđ si fas foret, in cœlum os ponere, id reprehensione dignum arbitrarer, aut enim hunc stylum suum, quem tempore colunt, in scriptis redigerent, ut per orbem iureperitis innotescerent, ne sub eis præter culpam frustarentur clientuli. Hostien. autem in summa in princip. in quarta columna. Prædicta (ut puto) animaduertens, dicit, consulo, quòd ad habendam prædictam scientiam potius adhæreat iuri scripto, quàm Curiæ Romanæ consuetudini. hoc ideo, quia consuetudo fragilis res est, & incerta, & nunc alba, nunc nigra, frequentius uariatur. quin etiam glosa ordinaria in proœmio Regularum Cancell. Ap. Rota (inquit) rotat aliquando.

De hodierno autem stylo Roman. Curiæ, seu communi omnium sententia circa pensiones episcoporum, extat hoc in hoc loco præclarum Benignii testimonium, dicentis, ꝙ
15 aduocati Romani, & auditores Rotæ se referunt omnes ad decisionem Mohædani 268. quòd prouisio facta cum pensione de beneficio patronato tacente patrono tenet, contradicente eo non ualet, & quòd ita dicunt etiam practici curiæ, & expeditionum. Ex quo apparet, quòd episcopus in partibus libere imponit pensionem supra beneficio patronato, idque facit iure suo palam, & publicè litteris patentibus (non autem syngraphis, aut chirographis, ut auditur de quibusdam) ut sic taciturnitati patroni, uel contradictioni locus esse possit. Quæ est summa huius egregii responsi, quærenti mihi de hac re, ab Vrbe misso à Reuerendiss. Do. Episcopo Tragurienſi Domi. Antonio Guido. quem honoris causa nomino, doctrinaque, & integritate præstātem esse cognoui, præsertim in eius lite, & causa post alios iudices mihi à sede Apostolica delegata. interponente me iuxta c. ex parte. de transac. finita. atque de huiusmodi causis nobis
16 commissis bene cognoscente Venetiis, licet extra diœcesim, cum ex splendore uestro, & familiaritate Sanctiss. D. N. Papæ, eiusque Illustriss. D. Legati, utrique deleganti, ac omnibus domicilium uestrum notum sit, ut docet Fely. in cap. nonnulli. nu. 4. de rescri.

H Bullæ Ordinarii. Dicit Benignius, Si producantur hic in
17 Curia Bullæ Ordinarii super tali pensione (scilicet beneficii patronati) quòd earum nulla ratio haberi solet. Vnde igitur illæ tragædiæ, ac motus Cleri super huiusmodi Bullis, quarum nulla ratio in Roman. Curia habetur, hic excitati? & accusationes Romam usque missæ? nisi ex maleuolorum ridenda inscitia? & insanientium inuidia, ac timore eximiæ uestræ uirtutis? Quæ tunc primum illucescere cœpit, in restituēda forma executionis uobis designatæ Bullæ Apostolicæ, super electionibus, & moribus personarum, titulis eccle-

siasticis

Source : BIU Cujas

siasticis plebium vniuersarum ciuitatis, totius & ducatus præficiendarum, vnde est origo, & fomes nostrorum laborum, qui postea subsecuti sunt, & curatum vobis iectarũ in tanta ingeniorum, ac linguarum licentia, & fallacia, qđcunque in cœptum, & factum vestrum laude dignũ in alios sensus trahentium, confundentium, perturbantium. Quæ vestra uirtus prudentia, & fortitudo etiam resplenduit, & emicat in dies, in reformato proprii cleri tam regularis, quã secularis habitu, & conuersatione, inque obseruandis constitutionibus, & ordinationibus vestris, pro illius institutione & doctrina, in synodo vestra diœcesana publicatis, de vestro quoque nomine aureis, & illustribus, & summis contradictionibus, quasi igne examinatis, & probatis, in alienis etiam diœcesibus personis ecclesiasticis, & prælatis profuturis, & per secula duraturis. Sequitur igitur è conuerso
18 (vt ad rem redeamus) quòd Bullæ ordinarii super alia pensione, scilicet beneficii liberi, non habentur pro nullis, & invalidis, quòdque si hæ producãtur, poterit signari commissio, ut dixit Vestrius supra in litera A. de stylo signaturæ sui temporis. qui stylus inniti solet iuri communi, ut ait Spec. in titu. de appel. §. de officio. numero 14. & Bullæ ordinarii
19 super pensione beneficii patronati (cum nulla earum rõ, vt dictum est, habeatur in curia) poterunt consentiente beneficiato suum sortiri effectum extra curiam, cessante dolo; invito uero beneficiato (si qua subsit exceptio, aut suspicio fraudis) prouidebitur secundum stylum Curiæ, qui propriè dirigitur ad obuiandum fraudibus, ut dicit Gomes super regula de verisim. no. q. 1.

1 Proprium Papæ ¦ Rebuffus (inquit Benignius) ponit tanquam proprium Papæ imponere pensionem absque con-
20 sensu patroni Laici, & allegat capitu. 2. de præsby. libro 6. & Felyn. in tracta. Quando literæ Apostolicæ. Quæ loca, & iura dicunt, quòd Papa amplissimam habet in beneficiis potestatem Gigas autem d. quæstio. 23. specificè in terminis consensus patroni, quòd non requiratur, comprobat tribus fortissimis argumentis, & concludit hunc in modum, videlicet: quòd in assignatione pensionis ecclesia non spoliatur, quia pensio non est perpetua, sed temporalis, uidelicet ad uitam pensionarii tantum, ideo patroni consensus non requiritur in eius assignatione, & hanc opinionem, tanquam iuridicam, amplectitur Romana curia, & ita seruatur. hæc Gigas. Quæ dicta intelliguntur respectu episcopi. tum ex supra recitatis in litera B. tum ex testimonio ipsius Benignii, q in 2. par. supra descripti sui responsi ita dicit, uidelicet, sed an possit episcopus pensionem imponere super beneficio patronato sine consensu patroni, hoc certè dubium est, licet Gigas teneat affirmatiuam, ex eo quòd non uidetur agi de præiudicio patroni, cum pensio sit ad uitam. nam de potestate Papæ nullatenus dubitandum fuit. Et Petrus Gambarus, qui fuit auditor Rotæ, & Vicarius Papæ, in suo tract. de offi. leg. lib. 6. de pensionibus. num. 94. & 95. regulare est (in-
21 quit) quòd episcopus disponit de ecclesiis etiam patronalibus in casibus, quando non fit præiudicium patrono. ueluti in casu nostro in imponenda pensione super fructibus, de quibus nihil pertinet ad patronos, ut etiam statuit Concil. Triden. Sess. 25. c. 9. de refor.

Iuuat autem hic addere, quòd pensio simplex, id est, in
22 numerata pecunia soluẽda, est quid separatum à beneficio, & de sui natura non afficit beneficium, neque est de substantia ecclesiæ, atque ita se habet ad beneficium, & ecclesiam, sicut accidens, quod adesse, & abesse potest (ut logici dicũt) absque subiecti corruptione, quin etiam sine auctoritate superioris remitti, ac tolli potest, ut no. Gigas. quæst. 45. nume. 6. & 7. & quæst. 71. in princip. dixit, non esse beneficium ecclesiasticum, & ita pendere à beneficio, sicut vsum fructum à proprietate, & non solutam deberi hæredib. pensionarij defuncti, & quæsita ex pensionibus sunt, & censentur bona patrimonialia, ut probat Nauarrus in sua Apolog de reddit. ib. eccl. quæstio. 1. quæstio. 23. propterea nec pensionarius ipse agit hypothecaria contra fructuum perceptorem, sed contra personam beneficiati, vt tenet Paul. de Castr. consil. 338. & notat Gigas quæstio. 50. in princ. & hoc iure utimur; & ita seruari debet in exigenda pensione non soluta contra beneficiatum, & proceditur executiuè ad pœnas excommunicationis, & priuationis beneficii, ut refert idem Gigas quæstio. 69. 71. 77. & aliis in locis dicti sui Tractatus, quem edidit Anno Domini M D XXXXII. & nos libenter citamus, quia non solum doctrinam rei pensionariç comprehendit, sed etiam stylum curiæ sui temporis, tam in constituendis, quàm in exigendis pensionibus iuri consonum es-
25 se ostendit, & notandum est (inquit Gomes. paulò inferius in loco præallegato) quòd de stylo signaturæ in casibus, in quibus datur dicta clausula, sine retardatione, debitori ob non solutionem pensionis non conceditur beneficium. capitu. Odoardus.

Stylus autem Curiæ in exigenda pensione uel hodie habetur in processibus fulminatis (de quibus Gigas monuit pensionarios q. 69. per tot.) ab vrbe quotidie venientibus, in quib. legitur, q̃ executor Apostolicus uigore clausulæ, Cæterum, mandat singulis personis ecclesiasticis, in aliquo gradu, uel officio constitutis subdelegatis suis sub pœna excõmunicationis, Quibus constiterit, beneficiatum debitorem infra triginta dies immediatè sequentes terminum in bullis præfixum, pensionem debitam non soluisse, & propterea sententiam excommunicationis per Sanctissi. D. N. Papam in illis prolatam, incurrisse, ut quoties pro parte pẽsionarii fuerint requisiti, cum publicè nuntient excommunicatũ, & faciant ab aliis nuntiari, & dicitur, quibus constiterit; quia
27 constare potest, & debet de non solutione, quãdo unica monitione facta (quia dies interpellat p̃ homine, & propterea ad exactionem pensionis cõtra debitorem proceditur executiuè nullis seruatis terminis, nisi eo monito vt soluat, vel doceat de solutione, ut etiam dicit Gigas q. 71. & 96. nu. 5.)
28 non docuerit, se soluisse. & non dicitur, q̃ declaretur in iudicio excommunicatus (ne fortè sit appellationi locus, ut in declaratoria priuationis beneficii, de qua etiã Gigas q. 78.) sed vt statim veniatur ad actum, mandat, q̃ publicè nũtient excommunicatum in ecclesia, & ab aliis faciant nuntiari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari, quousque pensionario integrè satisfactũ fuerit, & hoc est, quòd dicit Galesius in suo tract. de for. Cam. oblig. §. dato igitur instrumẽto. nu. 44. in hunc modum, uidelicet, De hac nostra cessat omnis difficultas, quia non est verè declaratoria excommunicationis, aut alterius censuræ incursæ, sed est solummodo illius publicatoria, & denuntiatoria, quæ non solum per appellationem (si propter eam appelletur) non suspẽditur, sed nec impeditur per appellationem præcedentem ab ipsa excommunicationis sententia interpositam, capit. pastoralis. §. fin. de appella. & ibi Docto. simile est in clemen. 2. de pœ. in fi. & ibi glo.

Hæc igitur est forma mandati subdelegationis, quæ si seruatur, legitimè proceditur, & non potest contra hĩ recur-
29 sus ad ordinarium, neque ad legatum sedis Apostolicæ, ut probat Gigas q. 70. Nec quicquam in hoc immutatum esse dici potest per decretum concilii Trid. Sess. 25. c. 4. de refor. vbi hĩ, de abstinendo ab excommunicatione, quando executio realis, uel personalis fieri potest: quia concilium ibi disponit de iudicib. suis, & in qualibet parte sui iudicii, non autem de mero executore sententiæ excommunicationis latæ ab aliis, præsertim à Papa, aut ab episcopis, in beneficiis, de quib. liberè disponere possunt.

Qui stylus oĩno seruari debet, in utroque casu, tum quia
30 venit in scriptis à Romana Curia, tum quia congruit rõni, & continet pro bono pacis districtum gladium ecclesiasticum quo ius suum unicuique in uniuersa ecclesia conseruatur, & tribuitur, & obuiatur fraudib. beneficiatorum, impudenter aliqñ, & in detrimentum animarum suarum, venientium q̃ proprium consensum iuratum, vel q̃ eorum liberam acceptationem beneficii conditionati, & obnoxii iuri alterius, in pensione hĩda iam quæsito. Quod si fieri ita libere non posset, utique uel supplicationes, hmõi executionem continentes, corrigerentur, uel certè abbreuiatores aliter literas Apostolicas dictarent, nec ab vrbe pensionũ Bullæ, & processus super illis fulminati eadem forma uerborũ conceptæ, & concepti mitterentur. Quinimò si executor,
31 aut subexecutor Apostolicus, ommissa forma sibi tradita in exequẽdo, uellet procedere ordinariè, & seruare terminos, ac gradatim accedere ad excommunicationẽ, nulliter procederet ex defectu iurisdictionis: & debitor hĩret iustã causam dandi de nullitate, & appellandi, si mallet excommunicari, quã personaliter capi, aut eius bona sequestrari, & subhastari, & sic lites seminarentur, & traherentur in annos, absque solutione pensionis, ut pensionibus uel tædio affectus, uel ob paupertatem litigiorum sumptus uerè non ualent, deniq. frustraretur alimentis, & pensione sua, quam D. Papa uoluit, & mandauit, sine labore, & expensis exigi, & haberi posse, hoc modo indemnitati pensionarii consulendo, & prouidendo.

Persona igitur beneficiati cadit in obligationem, quia ap-
32 posita est pœna excommunicationis immediatè contra eũ, non autem eius bona, nec directè fructus beneficii, licèt super eis, (quorum cã nascitur obligatio,) assignetur pensio; Quæ quidem nihil hẽt spiritualitatis, & est quoddam temporale, quæue assignari põt etiam pueris, & cadere, in merum laicum, nec de sui natura obligat personam ad dicendum diuinum Officiũ, vt notat Gigas q. 13. 30. Propterea Pius Papa Quintus consti. sua 131. decreuit, Quoscunque qui pensiones, vt clerici percipiunt, teneri ad dicendum Officium Beatæ Mariæ Virginis, ut non tam pensionis, quàm clericatus ordinis hoc munus esse videatur; & constet, rem leuiorem esse,

Source : BIU Cujas

esse,& quocunque beneficio,vel titulo ecclesiastico,in quibus exuberat auctoritas episcopalis,inferiorem.

Sunt igitur,iuris ignari,& seductores, qui sine certe lege criminantur episcopos,q̃ pensiones constituant super beneficiis etiam de iurepatronatu laicorum existentibus. Et re-
34 gula reseruationis mensium Apostolicorum habet,q̃ D. Papa Episcopis residentibus, alternis mensibus de beneficiis ad eorum liberam dispositionem pertinentibus(id est,Sed. Apostolicæ non reseruatis)liberè disponendi facultatẽ concedit:quod uerbũ(liberè) relaxat omne iuris,ex facti uinculum, & obstaculum concedentis,& denotat amplissimã potestatem etiam imponendi pensiones,iuxta sensum & intellectum,c.2.de præb.lib.6.de quo supra dictum est,sub litera I.& hic per Benignium in fi.suprascripti sui respõsi. per quã
35 regulam sic successiuis temporibus à successoribus Pontificibus Maximis editam, & renouatam, videtur semper aduersus omnem negligentiam,& consuetudinem esse restituta episcopis potestas imponendi pensiones, ex non vsu, seu aliàs amissa,ut dictum est Rebuffi supra citatum ad literam B.saltem quò ad episcopos hodie suo iure uti sciẽtes, & volentes.propterea in concilio Tridentino opus nõ fuit, quicquam de pensionibus per episcopos imponẽdis statuere,aut reformare, cum eorum ius ita semper sartum tectũ, & integrum esse censeatur.

Saniori iudicio semper saluo ,& Curiæ Romanæ, cui omnia deferimus.

THOMAE CAMPEGII

BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De reseruationibus beneficiorum à Roma. Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum reseruationes ecclesiasticorum,quæ fiunt à Rom.Pont.iã annis 350.receptæ sunt ab ecclesia & approbatæ.*
2 *Mandata de prouidendo quo tempore fuerint concessa.*
3 *Imperator habet priuilegium ab apostolica sede,quod in qualibet ecclesia Germaniæ eius intuitu unus recipiatur.*
4 *Imperatores & legati de latere,ex concessione Roma.Pont. possunt dare literas ad uacatura, & contra eas ordinariorum collationes irritas facere.*
5 *Papa uocatus est in plenitudinem potestatis,alij uerò in partem solicitudinis.*
6 *Concilium Basilienſe reprehenditur.*
7 *Prælati omnes habent potestatem à Papa,ipse vero à Deo solo.*
8 *Pontifices ex quibus causis moti sint ad faciendum reseruationes.*
9 *Collatio beneficiorum dici potest quædam donatio.*
10 *Exspectatiuarum formulæ quando fuerint adinuentæ.*
11 *Pontifex conferre potest uniuersi orbis beneficia,etiam si nulla adsit ordinariorum negligentia,nullaque facta sit deuolutio.*

1 Reseruationes beneficiorum†ecclesiasticorum, quæ fiunt à Romano Pontifice,iam annis 350. receptæ sunt ab ecclesia, & approbatæ.Clemente enim III. Pontifice,qui ad munus Pontificium assumptus fuit anno 1588. edita fuit constitutio, quæ habetur in c.2.de præben.lib.6.per quam Rom.Pontifici reseruatur dispositio vacantium beneficiorum in Romana curia.& in c.cum dilectus,de iure patro.fit mentio reseruationum etiam per legatos Apostolicæ sedis factarũ, quæ fuit constitutio Innocentii III, qui erat Pontifex , anno 1198 & eiusdem fuit decretalis,proposuit.de concel. præb.
2 ex qua constat,eo tempore concessa mandata †de prouidẽdo,de quibus etiam per Bonifacium VIII.in c.mandato.de præben.lib.6.ut prætereamus alias constitutiones eiusdem Bonifacii in c.Si eo tempore.de elect.in c.præsenti.de offic. deleg.lib,6.& extrauagan.Ad regimen.& forte etiam uetustiorem habuere originem,& usum.Legimus enim in cap. porro.63.dist.Nicolaum primum reseruasse Treuerẽ. & Colonien.ecclesias,cum mandauit nullum eligi,antequam relatio fieret Apostolatui suo.Idem videtur factum de Saloniana ecclesia a Gregorio,ut colligitur ex capitu. Salonitana.ca.distin.

Comprobantur reseruationes ex eo,quòd Imperator ha-
3 bet priuilegium†ab Apostolica sede, q̃ in qualibet Germaniæ ecclesia,eius intuitu,unus recipiatur. Quod Spe. asserit se uidisse bullatum in 3.par.tit.de præb.in fi.Quæ gratiæ primariæ preces nuncupantur.& nos legimus literas primariarum precum Rodulphi Imperatoris,qui electus fuit anno 1273,huiusmodi tenoris: Rodulphus, Dei gratia Rex,& semper Augustus, honorabili in Christo deuoto N. Abbati gratiam,& oẽ bonum. Cum & antiqua & approbata , ac a Diuis Imperatorum & Regum inclitæ recordationis nostris antecessoribus usque ad nos producta consuetudine,quælibet ecclesia in nostro Rom.Imperio constituta,ad quam beneficiorum ecclesiasticorum pertinet collatio,super unius collatione beneficii preces nostras primarias admittere teneatur;deuotionem tuam rogamus,quatenus N.clerico de beneficio ecclesiastico,quod ad tuam collationem spectat, ob reuerentiam sacri Imperii & nostram , si quod uacat ad præsens,uel quàm primum uacauerit,dilecto nostro N. studeas liberaliter prouidere , taliter faciens , q̃ deuotionem tuam nostra serenitas debeat merito commendare.

4 Quod si Imperatores , † si legati de latere ex concessione Ro Pontificis possunt literas dare ad vacatura;& cõtra, eas ordinariorum collationes irritas facere,quanto magis Roma. Pontifex poterit id agere , quod aliis faciendi tribuit facultatem?

Et q̃ improbandæ non sint reseruationes apostolicæ, de-
5 ducitur ex eo q̃ Rom.Pontifex†uocatus est in plenitudinẽ potestatis,alii uero in partem solicitudinis.ca.ad honorem. de aucto.& usu pallii.c.decreto.2.q.6.c.multum.3.q.6.& ex eo q̃ Rom.Pontifex plenam habet potestatem in dandis beneficiorum titulis,etiam antequam uacent.c. 2. de præben. lib.6.Clem.1.in fi ut lit.pend.gl.3.in c.si gratiose. de rescri.libro 6.gl.in c.Pastoralis.5.q.3.

6 Propterea miramur Basilien.concilii†patres admisisse reseruationes in corpore iuris clausas,necnon locum esse præuentioni,& tamen ausos fuisse abolere quantum in eis fuit, reseruationes alias quascunque siue generales siue speciales etiam extrauagantium & regularum cancellariæ, quasi illæ non sint constitutiones Apostolicæ,nec ius faciant, uoluerintque ipsi inferiores auctoritatem superioris sui certis finibus cohercere.

Accedit ad comprobationem reseruationum quod dixit Io.And.ex mente Inno.in c.ex eo.de pœnit.dum inquit q̃ ideo potuit Rom.Pontifex coarctare potestatem inferiorum in dandis indulgentiis,prout fecit in dicta decretali,qa
7 omnes minores prælati†potestatem habent ab eo, ipse autẽ a Deo solo.c.quamuis.21.dist.c.1.22.dis.Item hoc potuisse ratione principatus & iurisdictionis quam habet super omnes.c.in nouo.21.dist.simili igitur modo potuit adimere inferioribus auctoritatem dandi beneficia antequam uacent. c.2.de concess.præben.& sibi ipsi reseruare hanc auctoritatem,priusquam uacent.c.2.de præben.lib.6.

8 Plures autem causas propter quas Pontifices† moti sint ad faciendas hmõi reseruationes,posuit Glosator extrauagan.Ad regimen:qui dicit se credere ea ratione adinuentas reseruationes,q̃ cum solicitudo pastoralis officii multis indigeat ministris,cum messis multa sit, operarii uero pauci. 31.dist.c.in nouo,uocandi sunt plures in partem solicitudinis.c.qui se.2.q.6.c.ad honorem.de usu pallii. quos remunerare tenetur,necnon & eos qui suis seruierunt prædecessoribus.12.q.2.c.Hoc huiusmodi.c.charitatem.& c. ecclesiasticis.& ad eius sedem confluant clerici indigentes, quibus paterna dilectione subuenire tenetur.93.dis.c.Diaconi. & c. ad renuntiationem.de renũ.non alienum ab æquitate fuit, inuenire modum,quo summus Põtifex posset pluribus prouidere,ut per eum fieret iusta beneficiorum distributio. & si Io.And.in addit.spec.tit.de institutionibus, dixerit,quòd olim Rom. Pontifices raro faciebant gratias beneficiales. Vnde in uolumine decretorum.non fatigamur in his. Incœperunt demũ illas dare,sed curialiter,primũ rogãdo , demũ præcipiendo,& executores dãdo: nec facile grauabat unus Papa,eandem ecclesiam,nisi de uno.Vnde ponebat clausulam,si pro alio non scripserimus,uel æquipollentem:ut in c. statuimus.c.capitulum.c.ex insinuatione,cum tribus seq de rescri.procedente tempore factæ sunt gratiæ,datis executoribus,ut in c.pro illorum.c.dilectus.2.& 3. de præbẽ.postea, Innocentio IIII.Pontifice,dabatur impetranti beneficium acceptandi.c.quia cunctis.de præb.lib.6. successiue addita clausula mensis cum inhibitione & decreto.

Si quis uero improbet reseruationes ex eo, q̃ ordinarii grauari censentur.c.mandatum Apostolicum. de rescri. cũ
9 enim collatio†beneficiorum, quædam dici possit donatio, q̃ ordinarius liberalitate utatur uni magis,q̃ alteri conferẽdo,ut no.in c.relatum.de præb.& ex hoc collatio beneficiorum inter fructus computetur:vt in ca.cum olim. de maio. & obed.merito dici potest grauari ordinarios, q̃ hoc fructu,&

Source : BIU Cujas

&u,& hac donandi liberalitate priuentur. Rñdebimus,grauari quidem,ſed non graui onere. Qñ quando agit̃ de collatione beneficiorum,eſt qō de modico præiudicio collatorum,aut eligentium,cum nullam utilitatem aut commodum in conferendo uel eligendo conſequi poſſint.ca. 1. ut eccle.benefi.ſine dimi confer.doct.in c.quę in eccleſiarum. de conſtit.proinde dixit Abbas in c.1.col.fi.de in integr. reſtit.q̃ Canonici ſi grauati fuerint in non eligendo, nequaquam ueniunt reſtituendi, quia agitur de modico eorum præiudicio & intereſſe.

Ingenue tamen fatemur,ex frequenti & multiplici uſu reſeruationum conquæri poſſe ordinarios, q̃ ius conferendi beneficia maiori ex parte auferatur.quod eſt contra ca.Ecce.99.diſt.& eccleſiaſticus ordo confundatur, ſi ſua iuriſdictio cuique epiſcopo non ſeruetur, contra decretum cap. peruenit.9.q.1.

Modus igitur adhibendus,vt vſus ſit, non abuſus: & grauentur quidem ordinarii,ſed ne minium grauentur.Meminerint itaque Romani Pontifices, priſcos illos Pontifices, prædeceſſores ſuos,tam moderate reſeruationes feciſſe, ut non niſi tempore Innocentii IIII. adinuentæ fuerint expe-
10 ctatiuarum† formulæ: quibus etiam tam parce utebantur, ut pro magno munere & lætitiæ ſigno per tres dies duntaxat datæ fuerint expectatiuæ in forma pauperum, cum loã nes,francorum Rex, officii cã & viſitationis ſe contulit ad Clementem VI.Pontificem,& quamuis ipſe Roma. Ponti-
10 fex,† ẽt ſi nulla adſit ordinariorum negligentia, nullaq; facta ſit deuolutio,cõferre poſſit uniuerſi orbis beneficia,ut not. Abba.in c.quia diuerſitatem.per illum tex.ponderando uerbum,præter diſſidia.de conceſ.præben.per c.1.de præbẽ.in 6.& concurrere poſſit in beneficiorum collatione cum quibuſuis ordinariis,quia eſt ipſe ordinarius uniuerſi orbis.ca. per principalem.c.cuncta per mundum.9.q.3.non tñ honeſtati congruit,tam frequenter ſuprema uti poteſtate, q̃ tota fere abſorbeatur epiſcoporum auctoritas,& iuriſdiõ, uſque adeo q̃ plures epiſcopi conquerantur,ſibi duntaxat relicta Mitram & Baculum epiſcopalia inſignia, reliqua fore inania & uacua.Sed maxime abſtinendum uideretur ab his reſeruationibus & mandatis,quibus mãdatur,ut unum, duo, tria,& quotquot uacare contingeret, uſque ad deſignatam ſummam uni conferantur: quæ quandoque non in una tñ aut duabus dioeceſibus, ſed ad uniuerſam prouinciam aut regnum extenſæ ſunt: cum his reſeruationibus innumera beneficia etiam incompatibilia quis aſſequatur: quæ cum retinere non poſſit,cogitur aliis renuntiare, penſione ſibi reſeruata:quo fit ut inhabiles,& minus idonei,maiorem offerentes penſionem melioribus & magis idoneis præferãtur. Habenda etiam eſſet ratio minorum beneficiorum, & eorum maxime,quæ Germani choralia uocant,ut ſcilicet a reſeruationibus excluderentur,ut minus ordinarii grauẽtur, & ne tam exilia beneficia penſionibus grauentur.

THOMAE CAMPEGII
BONON. EPIS. FELTREN.
TRACTATVS.
De commendis beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Commendarum genera duo.*
2 *Beneficia etiam minora ſub commendatione olim concedebantur.*
3 *Commenda non ex titulus beneficij,nec ullam tribuit dignitatem.*
4 *Commendatarius depoſitarius cenſendus eſt ad vtilitatem eccleſiæ deputatus.*
5 *Commendis qui dederint occaſionem.*
6 *Commendatarij cenſentur dati procuratores in rem ſuam,qui re integra amoueri non poſſunt.*
7 *Commendatarius perpetuus,& ad tempus,in quo differant.*

1 COmmendatarum duo ſunt genera:† unum, quod fit pro eccleſiarũ utilitate:alterum,quod ad recipientis utilitatem.Maiores noſtri priori commendarũ genere qñque utebantur,nulla utilitatis perſonarum habita ratione,& hos commendatarios qñque uiſitatores appellabant:qui etiam de reb.eccleſiæ alimenta ſumebant,quod ſupererat,eccleſiæ, uel ſucceſſori reſeruato. ut in c.charitatem.& in c.eccleſiaſticis.12.q.2.Nam Gregorius,uacante Panormitan.eccleſia,uni uiſitatori commiſit, vt omnia monaſteria,ſub Panormitan. conſtituta eccleſia, eius diſpoſitione regerentur, quoaduſque proprius epiſcopus fuiſſet ordinatus.Quod nihil aliud erat,q̃ dicta monaſteria eidem commendare,& habetur in c.obitum.61.diſt. & idem Gregorius Neapolitan. eccleſiam Paulo cuidam commendauit,quem clerus cum populo in ep̃m elegerãt, quouſque deliberare poſſet,quę illi facienda poſtulabant.& habetur libro 2.epiſtolarum epiſtola 7.Sic idem Gregorius Fundenſi epiſcopo Terracinen. commendauit eccleſiam, adeo ut modis omnibus quæcunque ad epiſcopum pertinent faciendi haberet poteſtatem:& habetur in ca. relatio, & in capitu.illud.21.quæſt. 1. Sic ante Gregorium Pelagius eius prædeceſſor Catinenſem eccleſiam paſtore deſtitutam Eucarpo Meſſanen. Epiſcopo commendauit quouſq; proprius eligeretur epiſcopus,& habetur in cap.Catinenſis. 61. diſtinctio.

Legitur in hiſtoria eccleſiaſtica Nicephori Callixti libro 10.epiſtola Athanaſii Conſtantinopolitan. epiſcopi ad Epiſcopum Apameæ,additam ſibi & commendatam eccleſiã, ut præeſſet.

2 Minora etiam beneficia† ſub commendatione concedebantur,ut habetur in c.qui plures.21.q. 1. quod fuit Leonis IIII. decretum, qui factus eſt Pontifex anno octingenteſimo quadrageſimo octauo,ubi inquit: Qui plures eccleſias retinet,unam quidem titulatam, aliam uero ſub commendatione retinere debet.licet Aquen. concilium permittere uidetur iure ſpeciali unum eundem, tanquam titulatum duobus monaſteriis præeſſe poſſe: quamuis regulariter interdixerit unum Abbatem duobus monaſteriis præſidere,& habetur in c.unum.21.qõ. 1. & de commendatione ad tempus, & quæ fiat pro eccleſiæ utilitate extat decretalis, Nemo,de electio.lib.6.ubi commenda,quę ab epiſcopis ad menſes ſex fiebat,maiorem requirit perfectionem, quã beneficii ordinaria collatio,hæc enim ſolum expoſcit,ut is q̃ beneficium,cui cura imminet animarum,ſuſcipit,infra annum adeptæ poſſeſſionis ſe faciat promouere ad ſacerdotium,illa uero,quòd tempore quo beneficium ſibi commẽdetur,ſit ſacerdos.Quod colligitur ex duabus decretalibus, ſi ſimul iungantur,uidelicet.capitu.nemo.& c.licet canon.
3 de elect.lib.6.nec commenda† huiuſmodi titulus eſt beneficii,nec ullam tribuit dignitatem.cap.dudum. 2. de electio. quapropter gloſæ in cap.nemo de electio lib.6.& in capit.ſi conſtiterit.de accuſa.uocant commendatarium, non prælatum,ſed adminiſtratorem.quibus gloſis conſentit Archi. in c.is cui.de electio lib.6.Hinc eſt,quòd per mortem commendatarii noua beneficii vacatio non inducitur, cum eo uiuente eius beneficium uacauerit,& uacaret,ſi denuo cõmendaretur,donec Papa eccleſiæ prouideret de prælato, ſecundum Oſtien.in c.ne pro defectu.de elect.& gl.in clem.1. ut lit.pend.& ideo dicitur eo modo uacare,quo ante commendam uacabat.

4 Hinc eſt,quòd commendatarius† depoſitarius cẽſendus eſt ad utilitatem eccleſiæ deputatus,qualis eſt, de quo loquitur iureconſultus in l.commendare.ff.de uerb.ſignifi.& in l. Lucius.ff.depo.& decretalis,ne quis arbitretur.22. qõ. 2. & propterea pro arbitrio fructus diſpenſare non poteſt, ſed eos conſeruare debet futuro prælato, retentis ſolum quę p alimentis fuerint neceſſaria,ut decernitur in c.fi.61.di.in c. quia frater.7.q.1.in c.charitatem.12.q.2.& glo. in ca. nemo, de elect.lib.6.

5 Occaſionem etiam commendarum† dederunt religioſorum lapſi mores,& prælatorum infirmum & negligens regimen.cum enim labentibus in deterius religioſorum moribus,& ipſi ordinis ſui inſtituta non ſeruarent, conuiuentibus eorum prælatis,quin & ipſis rebus eccleſiæ male utentibus;factum eſt pro eccleſiarum utilitate, pro animarum ſalute,utque lapſi mores reſtituerẽtur a maiori dignitate prẽditis, ut his commendarentur in depoſitionem ſcilicet & cuſtodiam quandam: qui tanquam tutores & curatores eccleſiarum curam ſuſciperent,dimitterentque, cum emendati forent collapſi mores.Sed proh dolor,creſcente hominum malitia,& inſatiabili auariria, quæ eſt idolorum ſeruitus,atque etiam deficerent,qui ad regularem uitam confugerent ob huiuſmodi religioſorum collapſos mores Rom. Pontifices,qui ut Chriſti in terris uicarii conſtituti ſunt diſpenſatores bonorum eccleſiaſticorum, commendas, quæ ad tempus dabantur ad uitam obtinentium prorogarunt. & iamdiu receptum,ut quę commendari cõſueuerant ſine difficultate commendentur,quaſi ſtatum mutauerint, quæ tolerandæ uiderentur,modo commendatarii curam habe rent,ne regularibus miniſtris eccleſiæ deſtituerentur, & ne ædificia collaberentur.

Hoc ſecundum commendarum genus, quod maiores illi noſtri ignorabant,titulo æquiparatur,hoc ſolo diſtãte, q̃ titulus dignitas foret,commenda nequaquam,& cum commendæ

Source : BIU Cujas

mendæ huiuſmodi ad utilitatem recipientis, ut ſ. ſe cõmodius ſuſtentare poſſit, quod oſtendunt diplomata cõcesſionis, concedantur, cenſentur commendatarii† dati procuratores in rem ſuam qui re integra amoueri non poſſunt. glo. in l. ſicut. §. ſi procurator. ff de procura. per l. 3. C. de dona. ſicut etiam ſi cui recipientis gratia & ad ſui utilitatem res aliqua ad certum uſum fruenda conceditur, quoad perdurat uſus reuocari non poteſt l. in commodato. §. ſicut ff. commo. & gl. in c. bona fides. de depoſi. Hinc dixit Alexander. in capi. cum autem. 43. diſtinc. quod ſi commendatarius† is perpetuus in malos uſus fructus eccleſiæ conſumat, & ſi grauiter peccet, non tamen tenetur ad reſtitutionem, ad quam tamen tenetur commẽdatarius ad tempus pro utilitate eccleſiæ datus, qui non facit fructus ſuos, ſed ſimilis eſt tutori & curatori.

Sed ſicut uidentur tolerari poſſe commendæ huiuſmodi perpetuæ, non minus quàm toleratur, ut regularia beneficia quæ ſecularibus conferri conſueuerunt ſecularib. conferantur, & ea rõne cenſentur mutaſſe ſtatum, & de regularibus effecta ſecularia, & itidem econtra; ita improbandæ commendæ quæ in fraudem incompatibilitatis & defectus ætatis quandoque uidimus fieri, ut cum incompatibilitatem non faciant commendæ, innumera beneficia eidem commendentur, & cum quis per ætatem inhabilis eſt ad beneficium in titulum recipiendum, eidem commendetur. De quo ſæpius in concilio Tridentin. reclamaui, id approbantibus patribus: & ſancitum, ut incompatibilitatem faciant. Quod ſanctiſſimum foret decretum, modo uſu comprobetur.

THOMAE CAMPEGII

BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De vnionibus eccleſiarum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiarum uniones quare fuerint introductę.*
2 *Papa poteſt duos epiſcopatus unire, & unum diuidere, etiam inuito Metropolitano.*
3 *Monachi ſinguli in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus uel prioratibus habitare non præſumant.*
4 *Epiſcopus unire poteſt unam eccleſiam alteri, etiam non uocato rectore, aut defenſore, ſi uacabat, licet unire non poſſit menſæ ſuæ aut capituli.*
5 *Eccleſiarum unio tribus modis fit.*
6 *Actiones duæ ſi fuerint unitæ, unitum retinet ea quæ meliora fuerunt in altera actione.*
7 *Epiſcopus unus quomodo præeſſe poſſit duobus ſedibus epiſcopalibus.*
7 *Eccleſiarum unio ex quibus cauſis fieri debeat.*
9 *Eccleſiarum unio quando neceſſario fiat, & quando reuocari poſſit. numero 10. 11.*
12 *Statuta in detrimentum eccleſiæ reuocantur.*
13 *Eccleſiarum uniones quando approbandæ, & quando reijciendæ.*
14 *Beneficia unita non faciunt incompatibilitatem.*

1 MAiores noſtros pro vtilitate, aut neceſsitate eccleſiarum, † illas inuicem, aut unam alteri uniuiſſe, exemplum habemus. Magni Gregorii, qui Cumanam & Muſitanam eccleſias ſimul uniuit. Quoniam nec longo a ſe itineris interuallo ſeiunctæ erant, nec tanta populi multitudo erat, ut, ſicut olim fuerat, duos habere deberent ſacerdotes, & habetur in c. & temporis qualitas. & c. ſeq. 16. q. 1. ſumptum ex illius epiſtola 31, libri 2. ad Benenatum Epiſcopum.

Aliud exemplum habemus eiuſdem Gregorii, epiſtola 39. lib 8. ad Adeodatum Abbatem Neapolitan. ubi monaſterium Puteolis conſtitutum, quod falcedis dicebat, adeo a monachis deſtitutum, ut nullum Dei opus illic celebraretur, monaſterio eiuſdem Adeodati perpetuo duxit uniendum, & eidem monaſterio Neapolitan. uniuit Gazeren. monaſterium: licet de monaſterio Gazeren. ſubiecerit, ꝙ utrũ in perpetuum hæc unio extendi, an temporalis eſſe deberet, ſe maturius ac ſolidius pertractaturum. cum propitiante domino Neapoli fuiſſet epiſcopus ordinatus.

Idem Gregorius epiſtola 67. lib. 9. ad Agapitum Abbatẽ, monaſterium. quod in fundo martiano ſitum erat, quod ab hoſtibus deſolatum fuerat, monaſterio ipſius Agapiti cum omnibus rebus ſuis & ei competentibus actionib. uniuit, ea tñ rõne, ut iuriſdictionem illic non epus Surrentin. in cuius ciuitate erat Agapiti monaſteriũ ſitum, ſed Nucernus, cuius erat diœceſis, haberet, ut iura ſua ſingulis epis ſeruarẽ
2 tur. & habetur in c. 2. de relig. domi. Romanum† autẽ Pontificem poſſe düos epatus in unum diuidere, ẽt inuito Metropolitano, decreuit Paſchalis 2. in c. Decimas. 16. qõ. 1. de inferioribus etiam beneficiis inuicem uniendis extat decretum Honorii. 3. in c. expoſuiſti. de præben. ubi plures capellæ ꝓp paupertatem miniſtrorum uni eccleſiæ uniuntur. & ſic unitæ eccleſiæ dicuntur inuicem dependere, & plures licet retinere. Quod tñ aliàs prohibent ſacri canones. c. Eam te. de æta. & qualit. Propter paupertatem eccleſiarum itaq; licet illas unire, quod ẽt licet epo. c. ſicut unire. de exceſ. ꝓla. quod fuit decretũ Celeſtini. 3. & propterea decretũ idẽ in prioratibus, & regularib. beneficiis, qñ adeo tenues ſunt redditus, ꝙ duobus non ſuppetant, cum uetitum ſit, ne mo-
3 nachi† ſinguli in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus uel prioratibus habitare præſumant. Clem. ne in agro. §. ad hæc. de ſtatu mona. Quod refert Clemens V. decretũ fuiſſe a prædeceſſoribus ſuis, ſ. ab Alex. 3. in Lateranen. concilio in c. 2. eo. tit. & ab Honorio 3. in c. pen. & ult. de capel. mona.
4 & epiſcopus† unire poteſt unam eccleſiam alteri, etiam nõ uocato rectore, aut defenſore, ſi uacabat, licet unire non poſſit ſuæ menſæ, aut capituli ſui. Clemen. 2. de rebus eccleſi. non alienan.

5 Tribus autem modis fit eccleſiarum† unio. Primo, cum una alteri ſubiicitur: quo caſu ſedes apud illam erit, cui alterius facta eſt ſubiectio. Secundo, ſi ex duabus diuitatibus una fiat: quo caſu unius eccleſiæ Canonici, erunt & alterius Canonici, intereruntque utriuſque eccleſiæ Canonici electioni epiſcopi, & aliis negotiis, ſi tamen una alteri unitur, unitæ cnmmunicantur priuilegia alterius c. recolentes. §. ult. de ſtatu mona. quòd ſi adinuicem uniuntur, conſuetudines & priuilegia potiora, & benigniora uniuntur & retinentur in utraque. ar. c. medicamentum. de pœni. di. 1. & ca. Non eſt culpandus. 31. q. 1. ſicut Imperator cum unit actio-
6 nem bonæ fidei, & ſtricti iuris, iſtud unitum† retinet ea quæ meliora fuerunt in altera actione. l. unica. in princi. C. de rei uxo. actio. ſimiliter, cum legata, & fideicommiſſa uniuntur, quod humanius eſt, retinetur unitum in vtraque. l. 2. C. com
7 munia de leg. Tertio modo fit vnio, † quòd vtraq; maneat epiſcopalis: quo caſu duæ erunt epiſcopales ſedes, ſed unus epiſcopus præerit utrique, vt in c. & temporis qualitas. 16. q. 1. & ſi illæ duæ eccleſiæ duobus ſuberant Metropolitanis, neutri fiet præiudicium: ſed quiſque eorum ſuum retinebit ius. c. quia monaſterium. de relig. domi. hæc gloſ. in capitulo primo. in verſic. vniendo. ne ſede vacan. quæ memoria retinenda ſunt.

Cauſæ autẽ, propter quas fieri debeat eccleſiarum vnio,
8 † colliguntur ex iuribus prius citatis. Quando ſcilicet deeſt & imminutus eſt parochianorum numerus, habita ratione prioris temporis, vt in d. c. & temporis qualitas. 16. q. 1. quando redactæ ſunt ad paupertatem. d. c. expoſuiſti. de præben. Clemen. ne in agro §. ad hæc. propter euidentem utilitatem uel neceſsitatem eccleſiarum. d. cap. expoſuiſti. cap. 1. ne ſede uacante.

Neceſsitas autẽ, propter quam ſit neceſſarium fieri unionem, † eſt, qñ nulli aut admodum pauci ſunt deſeruientes ec
9 cleſiæ. c. pe. de cleri. non reſi. c. cum eccleſia. de elect. Vtilitas aũt, ut qñ adſunt quidem deſeruientes, ſed adeo inopes, pauperoſi, & ſrarum ignari, ꝙ eccleſia egeat idoneis miniſtris: ut cũ ꝓp hoſtiles incurſiones eccleſia eſt deſolata, & depauperata, & propterea non inueniuntur idonei miniſtri, qui deſeruiant eccleſiæ, ut no. Oſtien. & Ioan. And. in c. quia monaſterium. de religio. domib.

10 Reuocari autem põt, & forte debet, unio, † ceſſante cã ꝓp quàm facta fuerit. ar. c. poſt translationem. de renunt. & gloeiuſdem. in uer. ceſſante. quæ plura allegat, ꝙ ceſſante cã ceſſare debet effectus. & c. ſuggeſtũ. in ratione ſui. de decimis. et no. in regula, Decet. de reg. iur. lib. 6. Ideo ſi ꝓp paupertatẽ eccleſiæ fieret unio, ut in cle. 1. §. ad hæc. de ſtatu mona. auctis facultatibus, reuocari poſſet unio, ſicut excreſcentib. facultatibus eccleſię augetur numerus canonicorum. c. cum M. de conſti. ſic ſi ꝓp defectum populi facta eſt unio, aucto populo poſſet reuocari; ſi ꝓp hoſtiles incurſiones aufugerint monachi, & facta fuerit unio, ceſſante hoſtilitate, & redeuntibus monachis, reuocari poterit unio. Idem ſi unio facta fuerit ex eo, quod monaſterium ſitum erat in medio nationis peruerſæ, ut in caſu cap. officii. de electio. ſi deſinat natio eſſe peruerſa, reuocari poterit unio. ſimiliter, ſi capto loco ab infidelibus, ut in caſu cap. fina. de paro. fieret unio, aut deſerto loco, eo modo, quo deſertus dicitur in capitu. 1. de uerbo. ſignifi. lib. 6. ceſſante deſertione, reuocari poterit unio. Item ſi ſæuiente perſecutionis rabie, ut in caſu. ca. poſt

tran-

Source : BIU Cujas

translationem.de renunt. fieret vnio ¦uel propter malitiam plebis, quæ adeo foret duræ ceruicis, quòd nequiret prælatus proficere,ut in casu c.Nisi cum pridem.§. Propter malitiam.de renunt. cessante plebis malitia,aut persecutione, re uocari posset vnio. Similiter, si ob rebellionem ciuitatis erga Rom. sedem, fieret vnio ecclesiæ loci rebellis, ecclesiæ sitæ in loco non rebelli, reuocari poterit cessante rebellione. Similiter, si propter unionem ecclesia unita vergeret in
11 deteriorem statum,reuocanda uideretur † vnio.Quod probari videtur in d. capit. 1. ne sede vacan. dum dicitur: Cum per ipsam (vnionem scilicet,) dissolueretur religio,fraudaretur eleemosyna, & hospitalitas tolleretur¦. debet enim eo casu superior prouidere indemnitati ecclesiæ. c. Ne pro defectu.capitu. Nihil.de elect.capit.Cupientes. & c. Indemnitatibus. eod. titu. lib. 6.& ut plura uno verbo concludamus, sicut propter necessitatem aut vtilitatem ecclesiæ fieri debet vnio, sic propter necessitatem aut vtilitatem ecclesiæ fie
12 ri debet dissolutio: sicut reuocantur statuta, † quæ uergunt in detrimentum ecclesiarum.capit.Quæ in ecclesiarum . de consti.c.Ecclesia.de rebus eccle.non alie.c.fi.de immuni.ec cles.& c.1.eo.ti.lib.6.

13 Sicut tamen approbandę,& retinendę sunt uniones,†quę fiunt pro vtilitate & necessitate ecclesiarum, quæ perpetuæ vt plurimum existunt:sic detestandæ & reijciendæ,quæ ad uitam in fraudem incompatibilitatis aut defectus ætatis recentiores adinuenere: quibus fit vt etiam obtinens beneficium¦,† cui cura imminet animarum, non teneatur ad
14 sacros ordines promoueri. quoniam unita beneficia incompatibilitatem non faciunt.capitu.Super eo.de præben. lib.6. Item ex vnione plurium beneficiorum canonicatui cathedralis ecclesiæ, efficitur, ut unus absque alia dispensatione plura obtineat incompatibilia. Item efficitur, vt si canonicus non eius sit ætatis, quæ ad curatum obtinendum requiritur, illud in minori ætate vigore unionis assequatur, qui nec etiam ad sacros ordines,nisi cum libuerit, promouetur. Vidimus enim quamplures prætextu huiusmodi vnionum, quas ad uitam uocant, parochiales ecclesias, quoad uixerint,nullis susceptis sacris ordinibus retinuisse: & alios, postquam ad decem aut uiginti annos parochiales ecclesias possederint,vxorem duxisse,nullo præpediente sacro ordine.

THOMAE CAMPEGII

BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De annatarum institutione,& earum defensione.

SVMMARIVM.

1 *Annatarum usus antiquus ostenditur.& unde ortum habuerit.2. fuisseque gentilium sacerdotum morem.3.*
4 *Annatarum usum inhibuit concilium basilienſe,& male.*
5 *Annatarum institutio rationibus defenditur.*
6 *Papa potest decimas fructuum, etiam, quæ alijs debentur, laycis concedere.*
7 *Pater potest corripere filium sibi alimenta negantem, & ad ea præstanda compellere.*
8 *Filij non tenentur patribus thesaurizare,sed econtra.*
9 *Papa quomodo dicatur habere propriam diocesim.*
10 *Annatas non esse soluendos,ex aliquorum sententia,quæ improbatur.*
11 *Annatarum exactionem sapere simoniam, ex quorundam sententia, quæ improbatur.*
12 *Distributiones quotidianas recipientes quomodo dicantur committere simoniam,uel non.*
13 *Papa dando uni beneficium potest reseruare partem fructuum clerico in digenti,loco annuæ possessionis.*
14 *Os boui trituranti alligari non debet.*
15 *Debitori aliquid spirituale dare,ut quod suum est quis consequatur, non licet sine simoniæ labe.*

1 ANnatarum †institutionem, si ad ius diuinū referre nolumus, vt sint decimæ decimarum summo sacerdoti debitæ, eam tamen non adeo nouam asserimus, ut Io. XXII. quod plerique faciunt,tribuamus:quandoquidem illarum¦institutionem Viennen.concilium receperit,quod habitum fuit anno MCCCXI. & Hostien.ac Io.an.qui Ioannis XXII, tempora præcessere,de his mentionem fecerint. cuius Io.an. verba referenda duximus, cum dixit in c. inter cætera.de offic. ord. in glo. vlti.in fin.dicit hic Ostien.quòd Rom. ecclesiam in annatis exigendis, vbi alioqui nullum ius haberet excusaret necessitas: quia nec de suo posset omnibus prouidere.& subijcit: est id de antiquissima consuetudine iam obtentum, in quo Episcopi particulares putant se posse imitari Rom. ecclesiam,cum non possint.& infra:Plures clamaui in tantum, quòd de hoc fuit sermo in concilio Viennen.quòd optarem,quòd curia repeteret & caperet vigesimam reddituum clericorum totius orbis ad sustentationem Papæ,& Cardinalium, & nihil exigi & recipi pro seruitijs in promotione prælatorum, exceptis salarijs laborantium,puta scriptorum,& similium. & tunc prouideret legatis,& nuncijs,quos mittit,de prędicta quota:& abstineret ab exactione fructuum primi anni.

2 Non defuere qui assererent annatarum solutionem † ortum habuisse ex eo, quod refert Damasus Papa in chronica summorum Pontificum,quòd sicut Papa in sua ordinatione contribuebat Imperatori,nec id uitio dabatur:& forte id est,de quo mentio fit in cap.Agatho.LXIII.distin.& in capit.Tributum.XXIII. q.VIII. sic & suscipientes modo ordinationes a Papa, aliquod ei persoluunt, tāquam in alterius ius successerit.

Arbitrantur alij, sponte quidem ab initio promotos annatas soluisse: idque in scriptis redactum obligationem induxisse: sicut ad oblationes modò tenentur fideles; quæ ab initio ex arbitrio & sponte fiebant. c. omnis Christianus. de conse dist.1.c.Statuimus.15.q.1.

Nec defuere qui dixerint, hunc etiam fuisse antiquum
3 morem †gentilium sacerdotum. Ioannes enim Grammaticus (ut refert Ferdinandus Corduben. in suo tractatu de annatis) in illud Aristot. primo metaphy. sacerdotum genus apud Aegyptios vacare permissum est:inquit: Aegyptij primi, deinde omnium gentium sacerdotes, fuerunt locupletes, præsertim maximi sacerdotes: nam inferiores sacerdotes, in ingressu sacerdotij mediam partem reddituum summo sacerdoti ministrabant. Sed quamcumque habuerint originem,satis constat iam diu omnium nationum consensu receptas,usu comprobatas, per Constantien. concilium
4 post Viennen. admissas:quas etsi inhibuerit † Basilien. concilium, irriti tamen & inanes fuerunt eorum patrum conatus: qui odio magis in Eugenium IIII. Rom. Pontificem, quàm æquitatis & iustitiæ zelo de annatis & aliis pluribus ausi fuere noua edere decreta, quæ irrita fuere, nec usu recepta.

5 Potest autem annatarum † institutio pluribus rationibus defendi, & in primis, quia sicut ex Philosophorum & Diui Thomæ sententia, secunda secundæ quæstio. 88. ar. 1. principibus & militibus ex publico uitæ necessaria ministrari debent: ita & sacerdotibus, qui diuino cultui ad communem populi salutem inseruiunt. Propterea super Iosue capitu.21.dixit, apud omnes gentes obseruatum fuisse, quòd qui diuino cultui intendunt, a populo sustententur, aut ab his, qui curam gerunt vniuersitatis. propter quod Aegyptios sacerdotes famis tempore nulla, vt alii, necessitate adductos possessiones vendere,quòd alimenta eis de publicis horreis præstarentur: Gene.42.Quanto magis igitur Roma.Pontifici, qui omnium Christianorum curam gerit & solicitudinem, debentur a suis sacerdotibus uitæ subsidia? cuius occasione inductæ sunt annatæ, & aliæ pleræque contributiones.

6 Prętera potest Rom.Pontifex † decimas,fructuum etiā, quæ aliis debentur,laicis concedere.capit. A nobis. de deci. capit.Adrianus.63.distin.capi in synodo.16.quæstio. 1.sicut regibus Hispaniarum,& aliis pleriſque concessit.Potest statuto,consuetudine, aut priuilegio induci, vt primi anni fructus, & quandoque duorum aut trium, fabricæ, Episcopo, aut ad alium quempiam usum reseruentur, idque præcipue Roma.Pontificis auctoritate. capitu. Si propter tua debita. de rescrip. libro 6. & in extrauagan. Ioan.22.quæ incipit, Suscepti.& non poterunt medii fructus primi anni sum
7 mo sacerdoti reseruari? Potest pater † corripere filium sibi alimenta negantem,& ad ea præstanda compellere. l. qui filios. C. quæres pigno. oblig. pos. & l. 1. & 2. C. de patri.qui fil. distra. ipsos etiam uendendo. & non poterit spiritualis pater, cui non minus obsequii debemus, quàm carnali, quotam partem fructuum ecclesiasticorum pro suis necessitatibus reseruare?

8 Quod siquis diceret:non tenentur filii † patribus thesaurizare,sed pater filiis, secundæ Corin.c.12. nec etiam necessitatis tempore,habet ecclesia Romana propriam diocesim, cuius sacerdotes suo tenentur Episcopo subuenire: habet ecclesia amplū tpale dñium: huius subditi suo subueniāt dño: nō grauent alii, q suis dñis & suis Epis prouidere tenent: ne

Source : BIU Cujas

multiplici prægrauentur onere. Reſpondebimus, non teneri filios patribus theſaurizare: teneri tamen patri ſubuenire, cum egeat. ſic Rom. Pontifici omnium parenti & paſtori: pro qua ſubuentione adinuentæ ſunt annatæ.

9 Quòd vero Roman. Pontifex † propriam habet dioceſim. habet quidem propriam, quæ ſcilicet alterius nō ſit, ſed non propriam, quæ Romanis finibus coarctetur. Cum enim ſit vniuerſalis eccleſiæ Epiſcopus, vniuerſus orbis ſua eſt dioceſis. ca. Per principalem. capit. Cuncta per mundum. 9. q. 3. nec minore onere grauantur eccleſiæ ſubditi, ꝙ alijs teneantur ſubuenire principibus. quandoquidem & præter annatas, quæ cum alijs communes ſunt, ad ea tenentur Pontifici vectigalia, quæ & alij ſuis principibus contribuunt.

10 Obijciunt alij, non ſoluendos medios fructus, † ꝙ Numeri decimo octauo, c. habeatur: Nihil aliud poſſideāt Aaron, & filij eius, decimarum oblatione contenti: quas in vſus eorum & neceſſaria præparaui. & infra: Locutus eſt dominus ad Moyſem: Præcipe Leuitis, atque denuntia, cum acceperitis a filijs Iſrael decimas, quas dedi uobis, primitias earum offerte domino, hoc eſt decimam partem decimæ: vt reputetur uobis in oblatione primitiarum tam de areis, quàm de torcularibus, & de uniuerſis: quorum accipitis primitias offerte domino, & date ea Aaron ſacerdoti; quaſi ſummo ſacerdoti debeantur decimę decimarum, non autem medij fructus uacantium beneficiorum. Quorum obiecta refellemus ex eo, ꝙ mediorum fructuum ſolutio loco decimæ decimarum aliqua ex parte ſurrogatur. & ſi ſummo ſacerdoti decimæ decimarum ſingulis annis debebātur, multo magis annorum quinque debebitur, nec tam grauis eſſe debet paucorum annorum anticipatio, quàm grata plurium remiſſio.

Maius nobis negotium eſt cum his, qui obſtinate aſſerūt,
11 ſimoniacam ſapere prauitatem mediorum fructuum † exactionem, ꝙ non niſi his datis dentur literæ collationis beneficiorum, ſine quibus nemo poſſeſſionem aſſequi poteſt: cum qui pretio dat id, ſine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum relinquat. capit. Si quis obiecerit. prima, quæſtion. tertia. Sed falluntur hi, ſuumque agnoſcent errorem, ſi formulam conſtitutionis, qua mediorum fructuum ſolutio debetur, inſpicerent. Conſtat enim non prælatum, aut eccleſiæ rectorem, ſed eccleſiam ipſam, antequam ei aliquis præficiatur, ad ſolutionem obligari, cum cauetur, ꝙ de uacantibus eccleſijs medij fructus cameræ apoſtolicæ debeantur: quo conſtat ex ipſo vacationis die ius quæſitum apoſtolicæ cameræ. propterea qui eccleſiæ præficitur, medios ſoluit fructus, vt æs alienum prius ab eccleſia debitum, ad quem tenetur nouus rector, quemadmodum teneretur ad debita prædeceſſoris, ſi verſa fuiſſent in eccleſiæ utilitatem.

Ceſſat etiam omnis ſimoniæ ſuſpitio, ꝙ ex mediorum fructuum ſolutione non vni magis, quàm alteri confertur beneficium: cum quicunque præficiatur, ad eandem ſolutionem tenentur.

Item in ſimoniaca prauitate non ſola pecuniæ datio, aut muneris, imputanda ſit pro crimine, ſed quo animo, qua occaſione detur: & qua mente recipiatur. cap. Etſi quæſtio-
12 nes. de ſimon. & propterea † ſimoniam non committunt, qui, ut horis canonicis interſint, quotidianas recipiunt diſtributiones, modo prima eorum intentio ſit eccleſiæ in diuinis deſeruire: conſecutiue autem pecuniam pro vitæ ſuſtentatione recipere. Idem de ſacerdote miſſas celebrante, aut pauperibus Deum orantibus pro eo, qui eleemoſynas erogauerit, quibus non imputatur ſimonia, quòd pecuniam conſecutiue pro ſtipendio, aut vitæ ſuſtentatione recipiant.

Præterea cum eccleſia cœpit oblata immobilia apud ſe retinere, illorum redditibus duntaxat diſtributis, nulli certi redditus debebantur, ſed pro neceſſitate & diſpenſatoris arbitrio. nulla igitur videtur fieri iniuria, cum iure poſitiuo diſtributio certa ſit inducta, ſi is qui ſuprema fungitur auctoritate, & cui diſpenſatio eſt commiſſa, id agit quod prius licebat, minus ſcilicet pro primo anno dando, & aliquid pro ſua ſuſtentatione retinendo. nec propterea dici poteſt gratis non dare, quod minus det, cum gratuita voluntate det, etſi aliquid retineat quod dare potuiſſet. nec minus videtur ſummo Pontifici licere pro ſui neceſſitate, quod pro aliena licet:
13 & ſicut omni caret reprehenſione, ſi Pontifex, † dando uni beneficium, partem reddituum clerico indigenti, loco annuæ penſionis, reſeruet, ſic licebit modeſtius agendo medietatem fructuum primi anni pro ſe retinere. Maxime ꝙ penſio ſingulis annis, annata autem primo duntaxat, quo quis recipit beneficium, debeatur. & quia onus perpetuum non eſt, non dicitur beneficium cum diminutione conferri contra diſpoſitionem. cap. 1. ut eccle. benefi. ſine diminut. conferantur.

14 Præterea cum allegari non debeat † os boui triturāti; & qui altario ſeruit, de altario viuere debeat, & proinde poſſit bonus diſpenſator, pro ſua neceſſitate & ſuſtentatione, ex his, quę ſuæ credita ſunt diſpenſationi, aliquid retinere, ſi ea fiat intentione, non vt pretium gratiæ recipiat, ſed ſubſidiū vitæ, nihil eſt quod dignum ſit reprehenſione; cum de genere malorum non ſit retinere, quod commode poteſt, & ſine ſcandalo, pro uitæ ſubſidio, & incumbentibus oneribus. Nec ſimile eſt quod dicunt plerique, non fœnerandum, ut detur eleemoſyna, & non ſufficere, aliquid bona intentione fieri, ſi quod fit, malum ſit. Quoniam fęnerari de ſe malum eſt ſubſidium vitæ malum non ſit.

Nec obſtat, quod ex ſententia ſancti Thomæ in quarta. ſenten. diſtin. 26. habetur, & not in cap. Qui ſtudet. 1. quæſtio. prima, & in cap. Dilectus. de ſimon. non licere ſine ſimoniæ
15 labe aliquid ſpirituale † debitori dare, vt quod ſuum eſt quis conſequatur. Quoniam aliud eſt a debitore quod ſuum eſt recipere, data re ſpirituali aliud, debitum retinere ex temporali dando debitori, etſi muneri ſpirituali annexum ſit: non minus quàm ſi conductor reddituum beneficij pro compēſatione eius, quod ſibi a locatore debetur, partem retineat locatorum fructuum, qui etſi annexi ſint beneficio, nulla tamen committitur ſimonia.

THOMAE CAMPEGII

BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De reſidentia Epiſcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Reſidentiam Epiſcoporum in ſuis eccleſijs neceſſariam eſſe & oportunā, comprobatur authoritate prophetarum. num. 2. Euangelij. num. 3. Conciliorum. 4. Pontificum decretis. 5.*
6 *Epiſcopus quibus caſibus eccleſiam ſuam deſerere poſſit.*
7 *Epiſcoporum reſidentia an ſit iuris diuini.*
8 *Ius diuinum in ſuo proprio ſignificatu ſumptum quid ſit.*
9 *Dionyſius Pontifex primus in vrbe præsbiteris eccleſias, & coemiteria diuiſit. foris autem parochias & dioceſes diſtribuit, conſtituitque vt quiſque ſuis finibus contentus eſſet.*
10 *Confeſſio quomodo ſit iuris diuini, vel non.*
11 *Paulini Nolani epiſcopi magna charitas.*
12 *Obligationis finis attendi debet in qualibet obligatione.*
13 *Caietanus Cardinalis primus aſſeruit reſidentiam epiſcoporum eſſe iuris diuini.*
14 *Præcipiens aliquid, & illud præcipere uidetur ſine quo prius mandatum fieri non poteſt.*
15 *Epiſcopi dicuntur ſuccedere in locum Apoſtolorum.*
16 *Verba, uade, prædica populo Dei, in conſecratione Epiſcopi, quid operentur.*
17 *Epiſcopum oportere eſſe doctorem, quomodo intelligatur.*
18 *Præceptum affirmatiuum non obligat ad ſemper.*
19 *Reſidentiam epiſcoporum non poſſe tolli contraria conſuetudine, quomodo intelligatur.*
20 *Epiſcopo quando liceat abeſſe ab eccleſia ſua. & num. 21.*

1 REſidētiam epiſcoporum in ſuis eccleſijs neceſſariam eſſe & opportunā, illos vero magna dignos reprehenſione, qui non reſident; comprobatur quam plurimis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, & ſanctiſſimorum conciliorum decretis. & primo, Hierem. duodecimo: Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum deſolationis, poſuerunt eam in diſſipationem, luxerunt ſuper me deſolatione: deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt, qui cogitet corde. & capite vigeſimotertio. Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos. ecce ego uiſitabo ſuper uos malitiam ſtudiorum veſtrorum, dicit dominus.

2 His concordat Ezech. cap. tertio. Fili hominis, † ſpeculatorem dedi te de ore meo, verbum vt annuntietis eis ex me. ſic dicente me ad impium, Morte morieris; non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur a uia ſua impia, & viuat; ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem eius requiram de manu tua. & capitulo 34.

Veh

Source : BIU Cujas

Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemet ipſos. non ne greges a paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis : gregem autem meum non paſcebatis: quod infirmum fuit, non conſolidaſtis: & quod ægrotum, non ſanaſtis: quod confractum, non alligaſtis: & quod abiectum eſt, non reduxiſtis : & quod perierat,non quæſiuiſtis: ſed cum aſperitate imperabatis,& cum potentia.& diſperſæ ſunt oues meæ, eo ꝙ non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in uniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei:& non erat qui requireret. propterea, paſtores, audite verbum domini. Viuo ego,dicit dominus Deus veſter, quia pro eo ꝙ facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo ꝙ non eſſet paſtor:neque enim quęſiuerunt paſtores mei gregem meum,ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant.propterea, paſtores,audite verbum domini. hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare eos faciam, vltra non paſcant gregem meum,nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos,& liberabo gregem meum de ore ipſorum.

Satis foret hoc Ezechielis teſtimonium, ut reſipiſcerent Epiſcopi, & alij paſtores, qui deſerunt gregem ſuum, ſed magis illos deterreat quod dixit ſaluator noſter:Ioan. decimo cum di-
3 xit:† Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro : qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium,huic oſtiarius aperit, & oues uocem eius audiunt,& proprias oues uocat nominatim. & educit eas,& cum proprias oues emiſerit, ante eas uadit, & oues illum ſequuntur,quia ſciunt vocem eius, alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Et ex poſt, ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis: mercenarius autem,& qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ,videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit , & lupus rapit , & diſpergit oues : mercenarius autem fugit,quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus,& cognoſco oues meas,& cognoſcunt me meæ.

Secutus magiſtrum ſuum Petrus, Paſcite,inquit, qui in vobis eſt gregem Dei,non coacte,ſed ſpontanee,ſecundum Deũ, neque turpis lucri gratia,ſed voluntarie,neque vt dominantes in cleris,ſed forma facti gregis ex animo.& habetur primæ Petri cap.5.

Eoſdem monuit Paulus act.uigeſimo,cum dixit ; Attendite vobis,& vniuerſo gregi, in quo ſpiritus ſanctus poſuit vos epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

4 Hinc Nicenum † concilium ſtatuit Canon. decimoquinto, nulli Epiſcopo licere, eccleſiam ſuam deſerere, & ad aliam tranſire. & habetur in capitu. Non oportet. ſeptima quæſtione prima.

Item Canon. decimoquintò. Antiochen. concilij decernitur,ꝙ ſi quis epiſcopus per manus impoſitionem epiſcopatum acceperit, & pręeſſe populo conſtitutus miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieuerit ire ad eccleſiam ſibi commiſſam, hunc oportet communione priuari. & habetur in cap. Si quis epiſcopus.nonageſimaſecunda diſtin.propterea Sardicen.concilij Canon.octauo,inhibetur epiſcopis, ne ad comitatum accedant, niſi hi qui religioſi Imperatoris literis vel inuitati, vel vocati fuerint. & Canon decimoquartò, Epiſcopo nec licere, nec decere, ſi nulla ſit tam grauis neceſſitas, quæ detineat, vt ultra tres dominicos dies abſens ſit ab eccleſia ſua. & Canon. vigeſimoquarto.Calcedonen.concilij cauetur, ꝙ ſi quis epiſcoporum intra menſes tres munus conſecrationis non acceperit, debeat eccleſiæ condemnationi ſubiacere, redditus vero eiuſdem viduatæ eccleſiæ integros reſeruari apud œconomum eccleſiæ.

Ex concilio Agaten.habetur quod legitur in capitu. Si quis in clero,ſeptima quæſtion.prima, ꝙ ſi quis in clero conſtitutus ab eccleſia ſua,diebus ſolennibus defuerit, id eſt natiuitate domini,Epiphania,Paſcha,vel Pentecoſte, dum potius ſeculari-bus lucris ſtudet,quàm ſeruitio Dei parere; conuenit vt triennio a communione priuetur. Similiter Diaconus vel præsbyter ſi per tres hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſubiaceat.

Canone etiam vigeſimoquarto octauæ ſynodi habetur , diuina ſcriptura dicente , Maledictus homo qui facit opus negligenter. & ex poſt ; Quiſquis igitur Metropolitanorum poſt hanc ſanctæ vniuerſalis ſynodi definitionem eadem audacia, vel ſuperbia, & contemptu abuſus , non per ſe cum timore & alacritate, ſeu conſcientia bona debita miniſteria in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos epiſcopos ſuos efficere tentauerit , pœnas exoluat coram proprio Patriarcha; aut corrigatur.

Extant etiam ſanctiſſimorum Pontificum quamplura mo-
5 nita,† & decreta. inter quæ memoria excidere non deberet quod dixit Damaſus epiſtola quarta,de epiſcopis, qui curas ſuas alijs delegant;cum dixit,quòd ſimiles ſunt meretricibus,quę ſtatim ut pariunt infantes ſuos, alijs nutricibus tradũt, vt ſuam citius libidinem explere ualeant. Sic & iſti infantes ſuos,id eſt populos ſibi commiſſos alijs educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt pro ſuo libitu ſecularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberius agant. pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt , morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt , eccleſiæ deſtruuntur, ſacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt.non taliter dominus,nec apoſtoli inſtituerunt, Sed ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios manipulos domino repræſentent. nam ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe proprijs humeris reportauit, noſque idipſum facere perdocuit.

Poſt eum, legamus Gregorium in paſtorali , qui oſtendens qualis eſſe debeat epiſcopus, Sit, inquit , epiſcopus in cogitatione mundus,in actione præcipiuus, in ſilentio diſcretus , in uerbo vtilis,in operatione ſingularis , in contemplatione ſuſpenſus,ætate antiquus , fide integer, preſſura probatus , qui magis velit rerum ſuarum proſcriptionem , quàm eccleſiam & ſubditos deſerere. Proinde Nicolaus Papa & habetur in cap.Pontifices. ſeptima quæſtion. prima,dixit ; Epiſcopi qui dominici gregis ſuſcipiunt curam atque ſolicitudinem , ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur,ſed certamen eorum ſalubriter augeatur,& triplicetur fructus.

Et vſque adeo damnandus epiſcopus eſt in ſua non reſidens eccleſia, ꝙ in monaſterium detrudendus ſit, ex epiſtola Gregorij ad Antimium Subdiaconum, regiſtrata, ſexta quæſtion. prima capit.Peruenit. & Anaſtaſius tituli ſancti Marcelli Cardinalis dignitate priuatus fuerit.capit.vndecimo,de cleric.non reſid.& Innocent.tertio,decreuit , alium deligendum Archiepiſcopum Raguſinen.quòd Archiepiſcopus per tiennium expectatus, & per literas reuocatus , ad eccleſiam ſuam non redierat.cap.Qualiter,de cleric.non reſiden. quod idem mandauit Celeſti.3.de Decano,qui per decem annorum ſpatium abfuerat,vt habetur in c.ex parte.eod. tit.

6 In tantum autem neceſſaria eſt epiſcoporum reſidentia , † vt propter aduerſitatem , aut perſecutionem , niſi certis caſibus infra exponendis , epiſcopus deſerere non poſſit eccleſiam ſuã. c.Suggeſtum.c.Aduerſitas. 7. q. 1. ex ſententia Liberij & Greg. Pontificum.

7 Si quis autem quæſiuerit,an epiſcoporum reſidentia † iuris ſit diuini; reſpondebimus, eo modo poſſe de iure diuino dici, quo Romani Pontificis & ſacrorum conciliorum decreta de iure diuino dici poſſunt , quia ſcilicet inſtincti ſpiritus ſancti unanimi patrum conſenſu fuere ſancita cap. Nimis.de iureiur. cum not.ab Innoc. Hoſtien.& alijs. & in capitu.Quo iure.octaua diſtin.cum dicitur; Iura humana per Imperatores & rectores ſeculi Deus inſtituit humano generi. & capitul. final. decimaſexta,quæſtion.tertia,& l.final.C.de præſcript.longi tempo. dicuntur leges diuinitus per ora principum promulgatæ. Poteſt & alio modo dici de iure diuino , inquantum illa dici poteſt lex diuina, quæ principaliter inſtituitur ad dirigendum hominem in Deum , ſicut humana ordinat homines ad inuicem. præcipuum enim epiſcoporum munus eſt , animarum cura ; qua funguntur in doctrina,iuxta illud apoſtoli;Oportet epiſcopum eſſe doctorem. & id quod dicitur in ordinatione epiſcopi;Vade, prædica populo tibi commiſſo.adminiſtratione ſacramentorum , eorum præcipue , quæ adminiſtrare ſolus epiſcopus poteſt.& in uiſitatione , quam niſi ipſe præſtaret, non eſſet paſtor cuſtodiens gregem , & uiſitans ſingulas oues, vt vnicuique tribuat quod conuenit , quæ recenſuit Ezechiel loco ſupra citato.

8 At ſumendo ius diuinum † in ſuo proprio ſignificatu, quod ſcilicet inſtitutum ſit a Deo , & Saluatore noſtro , in ueteri aut noua lege , cuiuſmodi ſunt ariiculi fidei , ſacramenta eccleſiæ, & decem legis pręcepta; Epiſcoporum reſidentia nequaquam de iure diuino dici debet. quoniam etſi Epiſcopatus ſit de iure diuino , & Saluator noſter inſtituerit apoſtolos ſuos Epiſcopos, ſiue in cœna (vt eſt communior opinio) ſiue quando miſit eos, ab baptizandum , & prædicandum , tamen prout habet præeminentiam ſuper alios clericos , fuit ad tollenda ſchiſmata poſtea inſtitutum.capit.Olim.95.diſtin. capitul. Legimus. nonagemaſiquarta diſtin. vtrunque ex epiſtola Hieronymi ad Euagrium. Et licet in ſingulis ciuitatib. ab apoſtolis & eorum ſucceſſoribus conſtituti fuerint epiſcopi , & hac etiam fortaſſe ratione dici poſſet , epiſcopos iure diuino inſtitutos. capitulo primo , & ſecundo, 79. diſtin. non erant tamen Epiſcoparus diſtinct.propterea, quem vnus excommunicabat , alius abſoluebat , ex ſententia Innoc. Hoſtien. & Abba.in capitul. Cum cau
9 ſam.in fine.de probatio.Sed poſtea Dionyſius Pontifex , † qui fuit poſt Chriſtum annis ducenteſimoſeptuageſimo,vel circa, in vrbe præsbyteris eccleſias & cęmiteria diuiſit, foris aũt paro-

Source : BIU Cujas

chias & dioceses distribuit, constituitque, vt quisque suis finibus contentus esset, vt habetur in capit. Ecclesias. 14. quæstio. prima, & hoc modo interpretandum quod habetur in capit. primo. 22. distinct. Omnes Metropoles, & omnium episcopatuum cathedras Romanam ecclesiam constituisse. Et ideo, ℘ episcopus in hoc uel illo loco residere teneatur, harum ouium uel illarum curam gerat; nec a Saluatore, nec ab Apostolis institutum fuit. propterea nequaquam iuris diuini esse potest, ℘ quis magis in vno, quàm alio loco resideat. Item Canones puniunt non residentem, tanquam sacrorum Canonum, non autem tanquam iuris diuini transgressorem capitul. secundo, de cleric. non residen. Igitur residentia non est iuris diuini.

Præterea quod propter sui mutabilitatem & varietatem recipit determinationem ab ecclesia, in eo quod recipit mutationem non est iuris diuini: quemadmodum confessio, † licet sit iuris diuini, non tamen ℘ tali tempore, tali modo, huic uel illi sacerdoti fiat: in quibus recipit mutationem. Proinde licet episcopatus sit iuris diuini, a Christo ipso institutus: modus tamen residentiæ, qui subiectus est mutabilitati propter multiplices casus, quibus quis residere non tenetur; nequaquam iuris diuini censendus erit.

Comprobantur præmissa & alia ratione, quoniam si residentia foret de iure diuino, cum nemo in duobus locis residere possit, nequaquam potuissent Romani Pontifices vni duas ecclesias committere: quod tamen d. Gregorius fecit, qui Fundano Episcopo Terracin commendauit, ut habetur in cap. Relatio. 21 quæst. prima, qui etiam vt vnus duabus præficeretur ecclesijs, duas simul uniuit. cap. Et temporis qua
21 litas. 16. quæst prima, nec potuisset Beatus Paulinus, † Nolanē. Episcopus (vt refert Gregorius libro tertio, dialogorum) pro viduæ filio se in seruitutem dedisse, & tot annis, quibus Vandalorum Regis seruus fuit, ab ecclesia sua abesse: de quo tamen summis laudibus extollitur, nec etiam Diuus Remigius cum Remensi ecclesia Lugdunensem regere: quod tamen fecit. Habetur enim in Galliarum annalibus, & refert Archiepiscopus Florentin. tertia parte summæ. tit. primo. capit. 21. ℘ cum Genebaldus Archiepiscopus Lugdunen. prius cum uxore sua communi consensu regularem vitam professi fuissent, deinde uoti reus ex uxore filium, quem latronem nominauit, suscepisset, confessus reatum suum Beato Remigio, interim quo Genebaldus pœnitentiam ageret, Beatus ipse Remigius Lugdunen. ecclesiam gubernauit; quem deinde peracta pœnitentia, renuntianteque angelo peccatum remissum, pristinæ restituit administrationi.

Hoc idē cōfirmatur ex his, quæ tradit S. Thom. 2 2 q. 185. dum differens, qñ liceat Epo abesse a sua ecclesia inquit, ℘
12 in qualibet obligatione attendi debet obligationis finis. & cū episcopi sese astringant ad exequendum pastorale officium, propter subditorum salutem; vbi subditorum salus exigit pastoris præsentiam, non debet pastor gregem suum deserere, nec propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod personale periculum: cum bonus pastor animam suam ponere teneatur pro ouibus suis. Si vero subditorum saluti possit sufficienter per alium prouideri in absentia pastoris, tunc licet pastori uel propter aliquod commodum ecclesiæ, uel personæ periculum, personaliter gregem suum deserere. Si igitur casu aliquo permittitur episcopo gregem suum deserere, non erit residentia iuris diuini. quod nullam admittit mutationem & uarietatem. propterea inuicem pu-
13 gnare videntur quæ dixit Cardinalis Caietanus, † primus assertor residentiam episcoporum fore iuris diuini, cum fatetur, ℘ etsi residentia sit iuris diuini, est tamen aliqua personæ conditio, quæ ipsum a residentia excusat, quando scilicet eiusmodi sit, vt melius aut saltem æque bene regatur ab alio ecclesia, eo absente. immo ex assertione sua colligitur, non esse iuris diuini, cum admittit, ℘ quando negotium exigens absentiam Episcopi, ad vniuersalis ecclesiæ bonum spectat, vt cum interest generali concilio, aut legatione fungitur pro pace inter principes conciliando, licite per alium deseruire potest ecclesiæ: & ab ea abesse, ex eo ℘ bonum partis ordinatur ad bonum totius, vt finem: cum debeat pars exponi pro totius bono: etiam si oporteat ipsam detrimentum pati: vt cum inciditur manus pro totius corporis salute. nec etiam negauit, ℘ episcopus salua conscientiæ puritate ex rationabili causa potest abstinere ab aliquo proprio sibi actu, & per alium illum exercere, puta per alium se magis idoneum populo prædicare uerbum Dei exemplo Valerij Hiponen. Episcopi, qui per Augustinum prædicabat. ex quibus ipsiusmet uerbis contrarium suæ assertionis colligitur, non esse iuris diuini residentiam Episcoporū, & posse quem per alium fungi officio suo. nec enim omittere posset id ad quod iure diuino tenetur, vt quid aliud faceret, ad quod nec diuino nec humano iure teneretur.

Nec præmissis repugnat, si dicatur, Sicut saluator dixit Petro, Pasces oues meas, non, Pascere facias: & Petrus ex præcepto domini tenebatur illas pascere: sic & episcopus commissas sibi oues pascere debet non alijs pascendas committere: licet, ℘ hæ non illæ commissæ sint, iuris sit humani. quoniam etiam si concedatur, pascere oues sibi commissas fore diuini iuris, non tamen per seipsum pascere: modo ex legitima absit causa. aliàs Apostoli uiolatores fuissent diuini iuris, cum ipsis etiam particulares ecclesię forent commissæ, vt Iacobo Hierosolimitana, Ioanni Ephesina, & aliæ alijs: & tamen ad diuersas prouincias diuertebant, annuntiantes verbum domini: & cum episcopatus munere fungebantur Apostolatus officio.

14 Secundò non obstat præmissis, ℘ qui aliquid præcipit, † & illud præcipere videtur, sine quo prius mandatum fieri non potest. pastoralis autem cura verbo domini mādata, Pasce oues meas; prestari non potest sine personali residentia: quoniam dictum fuit; Pasce oues; non, Pasci facias. ergo & personalis residentia verbo domini mandata censebitur. respondetur enim, ℘ licet admitteremus residentiam uerbo domini mandatam, non tamen in hoc uel illo loco residere est a domino, sed a Roman. Pontifice demandatum. is enim est, qui diuisit parochias & dioceses, & episcopos in partem solicitudinis vocauit. Præterea nec verum est, ℘ non possit pastoralis cura adhiberi sine assidua residentia: quia esse potest, ℘ absentia vtilior sit uel particulari vel vniuersali ecclesię, quàm presentia. particulari quidem, quia contingere potest, vt quis absens vtilior sit suæ ecclesiæ, quàm præsens. quemadmodum bonus pastor, relicto etiam imbecilli sene ad custodiam gregis, ipse per saltus & siluas lupos persequens, eos facilius arcet ab ouili suo: nec propterea dicetur illud deserere. uniuersali autem quis vtilior esse potest in absentia, quàm si præsens sit, ut de Timotheo legitur, ℘ quamuis esset Ephesinus episcopus, tamen mandante Paulo alijs inseruiuit ecclesijs.

Tertiò non obstat, ℘ dominus eum vocat bonum pastorem, qui intrat per ostium, qui oues uocat nominatim, & ante illas uadit: quæ præsentiam requirunt pastoris. quoniam etsi illæ conditiones sint boni pastoris, non propterea requiritur assidua & perpetua præsentia & residentia. uel forte admonitiones sunt, non præcepta.

15 Quartò non obstat, ℘ episcopi † dicantur succedere in locum Apostolorum: Apostolis autem ita fuisse demandatam curam euangelij prædicandi, vt hoc ipsum per seipsos facerēt, dicente Apostolo, Veh mihi, si non euangelizauero. necessitas enim mihi incumbit. quia respondetur, episcopos non fore Apostolorum successores in officio Apostolatus: ratione cuius non licebat eis non euangelizare, in quo officio nullum habuerunt successorem. vel forte dici potest, non iniungi necessitatem per seipsos euangelizandi, sed potuisse & id munus per alios impartiri: quemadmodum Paulus misit Timotheū, & Petrus alios: sicut & Petrus, & si ei dictū fuisset, Pasce oues meas; non tamen mandatum, ℘ per seipsum, quod etiam impossibile fuisset, pascere videlicet per vniuersum orbem oues domini: sed alios etiam assumpsit in partem solicitudinis.

Quintò non obstat, ℘ in consecratione episcopi dicatur,
16 Vade, † prædica populo Dei, non autem, mitte alios ad prædicandum. quia respondetur, verba illa, Vade, prædica populo Dei, non esse vocem Dei, sed ecclesiæ: & propterea ex hoc potius colligi residentiam fore mandatum ecclesię, non autem Dei. Quin nec etiam ex illis verbis constat; ℘ per seipsum prædicare debeat: aliàs peccasset Valerius, qui Augustinum ad prędicandum substituit.

Sextò, non obstat ℘ dixit Apostolus, oportere episcopum
17 fore doctorem; † quasi frustra id requiri, si hoc munus per alium implere posset: & ad residentiam ex eo præcepto teneri. sic de visitatione, de præcepto ℘ agnoscant vultum ouium suarum: quæ videntur non posse per alium expleri. quia respondetur, ℘ etsi oporteat episcopum esse doctorem, ideſt docere quę ad fidem & religionem spectant: non tamen subsequitur, ℘ perpetuo residere teneatur: quoniam per alium docere potest: quin etiam per epistolam decere potest, sicut Apostolus per epistolas absens docebat; Beatus Cyprianus, & alij: immo quandoque per alium prædicare cogitur, ut cum dioceses amplę sint, nec omnes eodem loco conuenire possunt: &, vt coadiutores assumant, eis mandatur, vt in cap. Inter cętera. de offi. ordin.

Septimò, non obstat, ℘ si iure diuino debetur sacerdotibus victus, & necessaria, & propterea Dei mandato prędeptum, dari decimas Leuitis: & Christus mercede dignos pronuntiat sacerdotes; prędipiatque Paulus primę Cor. 9. ne nobis os alligetur; subsequi, ℘ cum hoc nobis debeatur iure diuino, sacerdotes debitores sint officij sui, qđ nō nisi prędentes p̄stare possūt, cum non videatur rationi cōsonum, deberi decimas sacerdotibus, & eodem iure non deberi ministerium & seruitium tabernaculo. qm̄ respondetur, id nō recte colligi. si enim ex hoc, ℘ de iure diuino debeatur merces episcopo; colligatur, ergo

ipse

ipſe de iure diuino tenetur impendere officium ſuum; itidē quoduis officium mercenarij deberetur iure diuino, & diuini iuris eſſet prædicatio uerbi Dei e religioſis & alijs, ꝙ eis iure diuino debeatur merces.

Octauò, non obſtat ꝙ actus epiſcopatus ab Ezechiele enumerati aut aſſiduum aut frequens tempus exigere uideantur: & licet omne tempus non aſſumatur in officio paſtorali, nullum tamen eſt tempus, quo non opus ſit epiſcopum fore paratum ad illud præſtandum. quodque licet præceptum † affirmatiuum non obliget ad ſemper, hoc tamen obligare uidetur, ſaltem vt aſſidue. quoniam reſpondetur male colligi: ad ea aſſidue tenentur: ergo per ſeipſos præſtare tenentur.

18

Nonò, nec obſtat ꝙ ſi reſidentia non eſſet iure diuino debita, tolli poſſet contraria conſuetudine † quoniam tolli non poteſt contraria conſuetudine, non quia ſit iuris diuini; ſed quia iniuſtum eſt, quem perpetuo abeſſe ab eccleſia ſua: ſicut nec lex iuſta tolli poteſt contraria conſuetudine, permanente ratione legis.

19

Decimò, non obſtat, ſi dicatur, Si tolleretur præcepta reſidentia, adhuc debita foret, & nō iure humano, ergo diuino. quoniā ſi id recte colligeretur, plura alia humana p̄cepta forent diuini iuris, ex eo ꝙ ſublato iuris præcepto, cum de ſe bona ſint, adhuc eſſent facienda. quoniam iuſtus etiam nulla lege mandante, faceret quod iuſtum eſt: & inde dicatur, Lex non eſt impoſita iuſto. ipſe enim eſt ſibi lex.

Si quis autem ſcire concupiſcat, quando liceat Epiſcopo

20

† abeſſe ab eccleſia ſua, legat ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ queſt. 185. art. 4. cum dixit, ꝙ in qualibet obligatione præcipue attendi debet obligationis finis: & cum epiſcopi ſe obligent ad exequendum paſtorale officium propter ſubditorum ſalutem; ubi ſubditorum ſalus exigit paſtoris præſentiam, non debet paſtor gregem ſuum deſerere, nec propter commodum aliquod temporale, neque propter aliquod per ſonæ periculum. at ſi ſaluti ſubditorum poteſt in abſentia paſtoris prouideri, tunc licet paſtori uel propter aliquod eccleſiæ commodum, vel propter perſonę periculum gregem deſerere: ut Paulus fugiens Damaſci perſecutionem Iudæorum, & Athanaſius Conſtantij. Vnde Auguſtinus in epiſtola ad Honoratum dixit: Fugiant de ciuitate in ciuitatem ſerui Chriſti, cum eorum quiſque a perſecutoribus quæritur, ut ab alijs, qui non ita quæruntur, non deſeratur eccleſia. Cum autem omnium commune eſt periculum, hi, qui alijs indigent, non deſerantur ab his, quibus indigetur. Si enim eſt periculoſum, in tranquilitate nauem deſerere, quanto magis in fluctibus? vt dixit Nicolaus in c. Sciſcitaris. 7. q. 1.

21

Intemperies † etiam aeris licita cauſa eſt abſentiæ epiſcopi a ſua eccleſia, cum ſcilicet ad recuperandam ualetudinem medicorum conſilio ad ſalutem conferret aeris mutatio. Itē vt intereſſe poſſit concilio ſiue uniuerſali, ſiue prouinciali. quoniam bonum totius eccleſiæ præferendum eſt bono particularis eccleſiæ. Similiter ratione legationis pro conciliāda pace: eadem ratione uocatus a Romano Pontifice pro cō modo uniuerſalis eccleſiæ; uel ſi acceſſerit ad regis curiam pro defendendis iuribus eccleſiæ ſuæ.

THOMAE CAMPEGII

BONON. EPIS. FELTREN.

TRACTATVS.

De coadiutore Epiſcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutorum conſtitutio non eſt noua, ſed antiqua, quod multis exemplis comprobatur. intellige tamen ut nu. 2.*
3 *Papæ & alijs epiſcopis permittitur de ſui ſucceſſoris electione ex fratrib. conſilium ſumere.*
4 *Epiſcopus quando & quomodo poſſit ſibi coadiutorem aſſumere.*
5 *Coadiutor qualis eſſe debeat.*
6 *Coadiutor in temporalibus dandus eſt ſecundum exigentiam, aut utilitatē eccleſiæ.*
7 *Coadiutor inuito & recuſanti regulariter dari non debet.*
8 *Coadiutor non eſt prælatus, ſed exercitium curæ tantum habet, ſecus in coadiutore dato principi ſeculari. num. 9.*
10 *Coadiutor non poteſt conferre beneficia.*
11 *Coadiutor quid facere poſſit.*
12 *Epiſcopo uiuente alius poteſt eligi, ſed non conſecrari.*

QOadiutorum cōſtitutio

1

† non eſt recentiorum inuentum, ſed a maioribus noſtris ante annos 1200. recepta. legitur enim in eccleſiaſtica hiſtoria Euſebij lib. 6. cap. 9. ꝙ cum Narciſus Hieroſolymorum epiſcopus, iam ſenio feſſus, Pontificatus miniſterio ſufficere non poſſet; Alexandrum, confeſſionis titulo clarum, qui iam eſſet Capadocum epiſcopus, diuina diſpenſatio in adiutorium Narciſi ſenis euidentiſſimis reuelationibus euocauit, deinde ſubijciens, eundem Alexandrum in epiſtolis ad Antinoitas meminiſſe Narciſi, tanquam ſocij & conſortis in epiſcopatu, his ipſis uerbis: Salutat uos Narciſus, qui ante me epiſcopatum huius eccleſiæ regere cœpit, quique mecum poſitus, orationibus ueſtris centum iam & ſedecim annos uitæ ſuæ gerit: qui & ipſe uos mecum pariter deprecatur eſſe concordes.

Idem Euſebius lib. ſeptimo cap. 28. poſt laudes Anatolij, Epiſcopi Laodiceæ, refert, ꝙ huic primus Theotecnus ſacerdotium Cæſareę tenens in epiſcopatu manus impoſuit, & viuens ipſe eum ſucceſſorem ſuæ cathedræ ſtatuit, unde & aliquanto tempore pariter cum ipſo Theotecno Cæſarienſi eccleſiæ præfuit.

De Gregorio Nazianzeno legitur lib. undecimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ, auctore Rufino, ꝙ quoniam iam feſſa ætate, & corpore inualidus erat, ſucceſſorem ſibi ipſe delegit, quo eccleſiam gubernante, debilitatis & ſenectutis ocio frueretur.

Legitur in Epiſtola Paulini ad Romanum, & habetur in c. Non autem ſeptima, queſt. prima. non autē hoc tantum ſcripſimus, gratulandum, ꝙ epiſcopatum Auguſtinus accepit, ſed ꝙ hanc curam Dei gratia meruerit Africana eccleſia, ut verba cœleſtia Auguſtini ore perciperet: qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more prouectus, ita conſecratus eſt, vt non ſuccederet in cathedra epiſcopo, ſed accederet. nam incolumi Valerio Hipponenſis eccleſiæ epiſcopo coepiſcopus Auguſtinus eſt. de quo idem Augu. Epiſtola. 110. ad Theodoſium & Valentinianum. Augu. inquit: Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & coepiſcopo meo, ſene, Valerio, epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo. Quod concilio Niceno prohibitum fuiſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat. qui & ipſe hoc exemplo Eradum ſibi ſucceſſorem elegit. inquit enim eadem epiſtola: Scio poſt obitus epiſcoporum per ambitioſos, aut contentioſos ſolere eccleſias perturbari, & quod ſæpe expertus ſum, & dolui, debeo, quantum ad me attinet, ne contingat, huic proſpicere ciuitati: ſicut nouit charitas ueſtra, in Mileuitan. eccleſia modo fui. petierunt enim me fratres (maxme ſerui Dei, qui ibi ſunt) vt venirem, quia poſt obitum beatæ memoriæ fratris, & coepiſcopi mei, Seueri, nonnulla ibi perturbatio timebatur. Veni, & quomodo uoluit, dominus adiuuit nos, pro ſua miſericordia, ut cum pace Epiſcopum acciperent, quem uiuus deſignauerat epiſcopus eorum. hoc enim eis cum innotuiſſet, uoluntatem præcedentis & decedentis epiſcopi ſui libenter amplexi ſunt. Minus tamen aliquid factum erat, vnde nonnulli contriſtabantur, quia frater Seuerus putauerat ſufficere, vt ſucceſſorem ſuum apud clericos deſignaret, apud populum inde nō locutus eſt, erat inde aliquorum nonnulla triſtitia. Quid plura? Deo placuit, triſtitia fugata eſt, gaudium ſucceſſit. ordinatus eſt epiſcopus, quem præcedēs Epiſcopus deſignauit. ego, ne aliqui de me querantur, uoluntatem meam, quam credo Dei eſſe, in omnium ueſtrū notitiam profero. præsbyterum Erardum mihi ſucceſſorem uolo. A populo acclamatum eſt, Deo gratias, Deo laudes. & quæ ſequuntur.

Ante Valerium & Auguſtinum, Athanaſius ſibi delegegerat ſucceſſorem: ut legitur libro undecimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ, auctore Rufino, cap. tertio, his uerbis: Ea tempeſtate (fuit autem anno 373) cum quadrageſimo & ſexto anno ſacerdotij ſui Athanaſius, poſt multos agones, multaſque patientiæ coronas, quieuiſſet in pace, ſciſcitatus de ſucceſſore, Petrum tribulationum ſuarum participem & ſocium delegit.

Bonifacius etiam Maguntin. Archiepiſcopus, ex conceſſione Zachariæ Papæ habuit facultatem deſignandi ſibi ſucceſſorem. c. Petiſti. 7. q. 1.

Nemo tamen exiſtimet his exemplis licere cuiquam epi-

2

ſcopo, † aut ſacerdoti, deligere ſibi ſucceſſorem. quod, teſte Auguſtino, prohibitum fuit in Niceno concilio: licet is canon interuiginti, qui extant, non inueniatur: niſi uelimus dicere, id præcipi quarto canone, cum decernitur, a quibus epiſcopi debeant ordinari. Prohibitum etiam fuit in concilio Antiocheno, ut habetur in cap. Epiſcopo, octaua, quæſtio. 1. a concilio Martini Papæ de quo in capit. epiſcopo. ab Hilario Papa, in cap. Plerique. & ab Innoc. 2. in capitul. Apoſtolica. ea. cap. & quæſt. Quod etſi id fecerint ſancti illi patres, de quibus meminimus, quia tamen teſte Hieronymo, in epiſtola

Source : BIU Cujas

ad Titum,& habetur in cap. Moyſes.8.q. 1.plurimi hanc rem beneficio faciebant, non quærentes eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcerent eccleſiæ prodeſſe, ſed quos uel ipſi amarent, vel quorum forent obſequijs deliniti, uel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit, uel, qui, vt fierent clerici, muneribus impetrarũt; ab his, quos diximus, concilijs & Romanis Pontificibus prohibitum fuit. Permittitur 3 tamen & Roman. Pontifici, † & alijs Epiſcopis, de ſui ſucceſſoris electione cum fratribus conſilium ſumere: vt decreuit ſymmachus Papa in capitul. ſi tranſitus. ſeptuageſima nona diſtin.

De coadiutore nouiſſime decretum fuit a Bonifacio octauo, in cap. unico. de cleric. ægro. libro ſexto. Dationem coadiutorum Epiſcopis, aut eius ſuperioribus, tanquam de maioribus cauſis, pertinere ad Romanum Pontificem, poſſe tamen Epiſcopum, † ſenio vel perpetua infirmitate impedi- 4 tum, de capituli ſui conſenſu auctoritate Apoſtolica vnum uel duos coadiutores aſſumere: quod faciet capitulum, ſi Epiſcopus demens fuerit. is tamen non erit in eccleſia ſucceſſor, niſi id expreſſim indulgeat Roman. Pontifex, qui ſolus dare poteſt ius ad uacatura. cap. 11. de præbend. libro 6. in inferioribus autem ſacerdotijs, ad eos pertinet, ſubſiſtente cauſa, dare coadiutorem vnum vel plures, ad quos ſpectat inſtitutio, aut ceſſionis admiſſio: vt habetur capit. 3. & c. vlt. de cleri. ægro.

5 Coadiutorem † opus eſt talem fore, qualis eſſe deberet is, cui datur. propterea in ea debet eſſe ætate, quæ in executione dati officij expoſcitur. ut, ſi detur curato, eſſe annorum vigeſimoquinto. capit. Nemo deinceps, de electio. libro ſexto, ſi datur epiſcopo, triginta annorum. hanc enim requirit ordo epiſcopalis. capit. Cum in cunctis. de electio. de quo tamen dixit Ioan. Andr. ſe dubitare. Abb. autem diſtinguit caſus. Cum ſcilicet datur coadiutor epiſcopo, in temporalibus ſolum, ſufficere annos vigeſimoquinto, ꝙ ea ætas idonea cenſeatur ad temporalium adminiſtrationem, cum in ea tutor, curator, & procurator eſſe poſſit. l. final. ff. de legi. tuto. capitu. Qui generaliter. de procurato. libro ſexto. Cum uero dandus ſit in ſpiritualibus, requiri triginta, ꝙ ea ætas matura cenſeatur & idonea ad officium Epiſcopale.

6 Secundum autem exigentiam aut neceſſitatem eccleſiæ, dandus eſt coadiutor in temporalibus: vt in capitu. Venerabili. de offic. delegat. aut ſuper utroque in ſpiritualibus, ſcilicet & temporalibus. capit. Quamuis. capitul. Petiſti. ſeptima quæſt. 1.

Regulariter autem inuito & recuſanti dari non debet coa- 7 diutor † capit. Scripſi. capit. Qualiter. capit. Quamuis. §. ecce. ſeptima quæſtio. prima, cap. unic. de cleri ægro. lib. 6. Aliquo tamen caſu, etiam inuito & non petenti dari poteſt, vt in ca. Ad audientiam. in fine de eccleſi. ædifi. & no. in cap. Ex parte. de cleri. ægro.

8 Coadiutor † non eſt prelatus, ſed exercitium curæ tantum modo habet; iure prælationis, cura penes infirmum remanente. dicto capit. vnico. de cleric. ægro. & quia ex redditibus portionem habet, non integros fructus, non eſt prælatus, cum prelatus liberam habeat reddituum adminiſtrationem capit Cum nobis. in fin. de elect. quicquid dixerit glo. in cap. 11. in uer. curam. ſeptima queſtion. prima, quod dicimus de coadiutore dato epiſcopo, aut alijs eccleſiaſticis viris. Secus 9 tamen de coadiutore † dato ſeculari principi, aut Regi, quoniam is liberam habet adminiſtrationem. Vnde poterit adminiſtrare non ſolum ea quę ſunt patrimonij, ſed ea etiam quæ ſunt iuriſdictionis: & ei plenarie reſponderi debent, & ſine diminutione, omnes regni prouentus. capit. Grandi. de ſupplen. negl. præla. de quo forte ſenſit glo. in dicto cap. 11. 7. quæſt. cum dixit, coadiutorem habere liberam & generalẽ adminiſtrationem.

10 Non poterit ea ratione coadiutor † conferre beneficia, ſecundum Archidiac. & Ioan. And. in dicto cap. un. de cleri. ægro. Alexan. tamen in cap. 11. ſeptima quæſt. 1. tenet, ꝙ datus ſeni vel dementi poterit beneficia conferre, ne contingat beneficia diutius uacare, nec obſtare capit. ult de offic. uica. libro ſexto, quoniam loquitur in procuratore & vicario, & quoniam eo caſu non differtur collatio, & beneficij prouiſio, quam principalis facere poterit. nec etiam obſtare capit. final. de ſupp. negligen. præla. lib. ſexto, ubi negligente uel malitioſe adminiſtrante capitulo, datur adminiſtratio uiſitatori, qui non confert beneficia. Quoniam eo caſu ſicut non tranſit in capitulum beneficiorum diſpoſitio, ſic nec in adminiſtratorem loco capituli datum. & quia præſumitur, ꝙ propter tempora a iure ſtatuta prouidebitur celeriter eccleſiæ uacanti: quod non præſumitur in ſene aut demente: quæ ſententia æquior uidetur.

11 Si coadiutor † Epiſcopus fuerit, exercere poterit pontificalia, ſicut uiſitator datus a Papa, ſi non ſit epiſcopus, exercebit ſolum epiſcopalem iuriſdictionem, comprouinciales autem epiſcopi ſupplebunt ea quæ ſunt ordinis. cap. Pontifices. 7. quæſt. 1. cauſa autem, cur coadiutor prohibetur conſecrari epiſcopus, eſt quia eius officium expirat, mortuo eo, cui datus eſt coadiutor. cap. Grandi. de ſupplen. neg. præla. & idem in morte ciuili. Cum enim non ſuccedat in epiſcopatu, eſſet conſecratus epiſcopus ſine epiſcopatu. & quod dixit Gregor. in epiſtola ad Eleutherium epiſcopum, quæ eſt ſeptima libro undecimo, ꝙ ſi, qui loco ęgroti ordinatus eſt, ſuperſtes fuerit ægroto, loco eius debebit conſecrari; non eſt intelligendum de coadiutore dato ægroto, ſed de eo, qui loco illius ordinatus eſt, infirmo renuntiante. Quod denotant uerba illius epiſtolæ, Si ipſe, data petitione, non ſe ulterius ad hoc miniſterium ſubuertente infirmitate poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſui expetat ordinãdum: quo facto omnium ſolenniter electione, alter qui dignus fuerit epiſcopus ordinetur, & habetur in ca Quamuis. 7, quæſt. prima. Quod uero eodem loco ſubijcitur: Si nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium, perſona fidelis ac probabilis vitæ eſt eligẽda, quæ ad regimẽ eccleſiæ idonea poſſit exiſtere. Qui etiam epiſcopo, qui ægrotat, ſuperſtes loco eius debeat conſecrari. gloſſ. interpretatur factam epiſcopi electionem ſub conditione, niſi ille conualuerit, quo conualeſcente, irrita fuiſſet electio, eo mortuo confirmata. ex quo loco colligunt plures, dari poſſe coadiutorem cum ſucceſſione. ex quo textu 12 etiam colligitur, quòd † epiſcopo uiuente alius poteſt eligi, ſed eo uiuente non poteſt conſecrari, arg cap. Petiſtis. & cap. Sicut uir. ead. ca. & q. ubi Archidiac. & alij notant, quod ſicut Papa concedit eligi, ita poteſt concedere conſecrari, ſed non vult.

Ex his ortum habuere coadiutoriæ noſtri temporis, quas quandoque uidimus a Roman. Pontificibus paſſim concedi: quandoque intermitti, & omnibus denegari. earum uſus non omnino uideretur improbandus, dummodo non ſolius ſucceſſionis, & ſanguinis, ſed meritorum, & probatę uitæ habita ratione utilitatis eccleſiæ darentur, hiſque animi dotibus, & his moribus prędĭti forent, quòd digni & idonei eſſent ad epiſcopale onus ſubeundum. & ne ſola nuncupatione, & propter ſucceſſionem forent coadiutores, forte deceret & expediret, ut conſecrarentur epiſcopi. Quod poſſe concedere Roman. Pontificem fatentur interpretes canonum ante citati. Et id magis expediret, & pro maiori eccleſiæ dignitate foret, quàm uti miniſterio eorum, qui titulo tenus epiſcopi ſunt, portatiles a Gallis nuncupati.

FINIS.

TRACTATVS
PETRI REBVFFI.
De pacificis poſſeſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Pacifici multiplex acceptio. 197. & ſeq.*
2 *Pacifici & quieti differentia.*
3 *Mulier non debet poſt triennium in beneficijs moleſtari. ubi, quod dictio, quicunque, tam maſculos quàm fœminas comprehendit. & quod diſpoſitum in monachis & abbatibus extenditur ad moniales.*
4 *Antecedens qui vult, vult & conſequens neceſſarium ad illud.*
5 *Maſculinum in fauorabilibus concipit fœmininum. & ratio eadem ubi ſubeſt, & eadem diſpoſitio eſſe debet.*
6 *Capitulum & conuentus iuuatur beneficio edicti de pacrfi. poſſ.*
7 *Collegium & capitulum vicem perſonæ ſuſtinet.*
8 *Moleſtari in beneficij poſt triennium in foro conſcientiæ an quis poſſit.*
9 *Reſtituere rem poſt præſcriptionem quis non tenetur, etiam in conſcientia.*
10 *Tutus authoritate canonis inducentis præſcriptionem, an de conſcientia dubitare poſſit.*
11 *Lex ciuilis in conſcientia ſeruanda, & num. 12.*
13 *Intellectus c. ſi a ſede. de præb. lib. 6.*
14 *Papa confirmando inualidum titulum videtur de nouo concedere.*
15 *Papæ tollerantia dat ius in beneficijs, & nu. ſeq. 16.*
17 *Papa titulum inualidum validum facit.*
18 *Poſſeßionem habens præſentat.*
19 *Cui conceditur vnum, uidetur concedi aliud quod ſequitur ex illo.*
20 *Papa mandans non moleſtari ſuper fructibus, an adiudicet beneficium.*
21 *Inueſtitura pro collatione habetur.*
22 *Intellectus §. monemus. de pacifi. poſ. in concordatis. & ibi, quod præſcriptio non currit regulariter ſine titulo.*
23 *Ordinarius poſt triennium non acquirit contra poſſeßorem beneficij cum colorato titulo.*
24 *Poſſeſſor non inducit collationem, nec petitio operarum facit indictionem*

Source : BIU Cujas

nem earum antequam indictæ sim. & possessio est facti, nec tribuit ius in re.
25 Possessor triennalis tam in possessorio, quàm in petitorio iuuatur edicto de pacifi. possess. contra Gomes.
26 Possessor triennalis non debet molestari, etiam per uiam denuntiationis euangelicæ.
27 Denuntiatio euangelica quibus ex causis fiat. & numero 28.29.30.31. & 32.
32 Mala fides non iuuat triennalem possessorem in conscientia. contra Gomes.
33 Bona fides præsumitur.
34 Agere triennalis possessor coloratus an possit, & aum. seq.
35 Molestare quando quis dicatur.
36 Præscribens post rem acquisitam agit.
37 Actio ex lege quando oriatur.
38 Actio ei competit, cuius contemplatione dispositio fit, licet ad eum uerba expressè non dirigantur. & num. 39.
40 Decretum de pacifi. pos. quare inuentum. & num. seq.
41 Decretum de pacifi. pos. omnibus obest.
42 Coloratus quando dicatur titulus, & quando incoloratus. & numero sequeu.
43 Institutio an sufficiat præsentato à laico, si agatur possessorio ad colorandam suam possessionem.
44 Probare quando quis teneatur post triennium coloratum titulum. cum nume. seq.
47 Commenda censetur canonicus titulus. & num. seq.
48 Commendatarius potest constituere procuratorem ante litem contestatam: item permutare beneficium commendatum cum alio dato in titulum. & c. num. 49. 50. & seq.
50 Commendatario abbati uel priori ab intestato succedunt consanguinei. & num. 51. & 52.
53 Commendatarius abbatiæ censetur verus abbas.
54 Commendatarius intra annum promoueri tenetur. & ibi, quòd dispensatio est stricti iuris.
55 Practica notabilis in commendis. 56.
57 Commenda an possit fieri ab inferiore ab episcopo, & an ad uitam.
58 Intellectus. c. nemo. de elect. lib. 6.
59 Commenda an incompatibilitatem inducat.
60 Commendatarius an possit remoueri. 62.
61 Commendatarius an possit fructus beneficij dissipare.
63 Pacificus possessor beneficij sine titulo non potest molestari post triennium. 64.
65 Possessio ex sola signatura capi potest. & intrusus quis dicatur.
66 Confirmatio ubi requiritur, non sufficit sola electio.
97 Tituli multiplex acceptio, remissiuè.
68 Præsentatus post institutionem iuuatur decreto, de pacific. possess. & numero 69.
70 Translatus authoritate papæ gaudet decreto, de pacifi. possess.
71 Intellectus. c. cum in illis. de præb. lib. 6.
72 Decreto de paci. pos. quis non iuuatur sine titulo.
73 Praxis tituli de pacifi. possess.
74 Possessor ex collatione per laicum facta, an post triennium possit molestari. 75. ubi, quod conferre de iure laicus non potest: & quid de consuetudine. 75. 76.
77 Collatio laici de quo prosit.
78 Possessor beneficij principalis, an possit post triennium super uniti molestari.
79 Prælaturæ appellatione quid ueniat, item & prælati. 80. 83.
81 Prælati unde dicuntur.
83 Prælatorum sex alæ.
84 Dignitas quid sit, & an ueniat appellatione beneficij. 93.
85 Personatus quid dicatur.
86 Officium quid.
87 Administrationis acceptio. & num. 88.
89 Dignitatem prophanam habens non iuuatur decreto de paci. pos.
90 Dignitatem uel beneficium ad tempus habens potest post triennium molestari.
91 Vicarius episcopi si destituatur, non iuuatur decreto, de pacifi. pos. fallit si à papa fuerit confirmatus. 92. & 93.
94 Hospitalarius an post triennium molestari possit.
95 Hospitale quando dicatur concedi in beneficium.
96 Beneficium situm in uilla murata possidens, an post triennium molestari possit.
96 Pacificus possessor non debet molestari, etiam si qualitas fuerit omissa.
98 Possidens beneficium per alium an iuuetur decreto, de paci. pos.
99 Possessio quando dicatur pacifica.
100 Pacificè quis possidet, licet non recipiat fructus.
101 Decretum de pacifi. pos. an habeat locum in beneficio sequestrato, et ibi, quod sequestratio necessaria non priuat quem possessione.
102 Possidens capellaniam uel altare iuuatur decreto de pacifi. pos.
103 Capellas in ecclesia ædificans non tenetur eas dotare.
104 Capella unde dicta. & ibi, quod simonia ita in capellis committitur, sicut in alijs beneficijs.
105 Præsimoniæ an inuentur decreto de paci. posse.
106 Præsimonia quid, & quare instituta.
107 Communitates ecclesiarum non sunt beneficia ecclesiastica.
108 Decretum de paci. pos. an habeat locum in pensionibus, & quibus: & ibi, quod pensionem non soluens triennio non iuuatur hoc decreto. & causa fructuum non est beneficialis.
109 Pensionis acceptio uarie multisque modis fieri potest.
110 Ordinatio regia de pensionarijs declaratur.
111 Pensio quid sit. & nu. 112. cum sequentibus. 112. 113.
114 Vicarij quidam certa portione seu pensione habent. & nu. 115. & 116.
117 Pensio unde dicatur,
118 Pensionum duplex genus, licitum & illicitum.
119 Pensionem quis possit constituere. & numeris sequentibus. 20. 121.
122 Pensionis à Papa impositæ, & ab episcopo, differentia.
123 Pensio non constituitur sine causa, & quare. Fallit in Papa. num. 126.
124 Pensionis imponendæ causæ quæ sint.
125 Pensio debet commensurari causæ, ut non excedat.
126 Causa non requiritur in Papa imponente pensionem.
127 Pensio in tribus tantum casibus in hoc regno imponitur.
128 Patronus reseruare potest sibi pensionem.
129 Primogenitus ingressus religionem an præsentet.
130 Pensio certa potest clerico constitui duratura donec sibi de beneficio fuerit prouisum.
131 Pensio in fraudem imposita non ualet, quod præsumitur, nisi de causa appareat. & episcopus pensionem suo nepoti an possit reseruare.
132 Pensio an ueniat nomine beneficij.
133 Pensio an sit exprimenda in impetratione beneficij.
134 Pensio qualis possit constitui, & usque ad quam summam imponitur.
135 Collator non potest sibi reseruare pensionem, alias est excommunicatus.
136 Conuentio omnis in spiritualibus cessare debet.
137 Papa ecclesias regni non reddit tributarias.
138 Pensionarius ad onera & decimas an teneat. & an ad reparationes. 139.
140 Pensionis reformatio quando peti possit. & num. seq.
142 Pensio secunda non facta mentione primæ, an ualeat.
143 Pensio an possit permutari uel sequestrari. & num. 144. & an debeatur ante literarum præsentationem.
145 Pensionem debens quomodo compellatur.
146 Pensio quando debeatur 148.
147 Pensio potest solui procuratori generali etiam non habenti liberam administrationem. & num. 149.
150 Pensio est quid merè temporale: iden potest uendi. num. 152.
151 Pensio laico potest assignari.
153 Pensionarius non subijcitur examini.
154 Litigans super beneficio, pensionem tenetur soluere.
155 Vexationes iudiciarias licitum est pensionibus redimere,
156 Bullis non leuatis an quis teneatur pensionem soluere. & ibi, quod ius in beneficio non habens non potest imponere pensionem.
157 Pensio morte finitur.
158 Noua impetratio beneficij post triennium est nulla.
159 Regularis qui possedit beneficium seculare, aut contrà, an iuuetur decreto de pacificis possessoribus. & ibi, quod possessio triennalis non alterat naturam beneficij, sed confirmat titulum coloratum.
160 Decretum de pacific. possess. an procedat in optatione beneficij.
161 Ius in beneficiis propria authoritate quærimus.
162 Canonica institutio quando dicatur.
163 Rediens ad suum beneficium coniungit tempus præteritum.
164 Resignans beneficium sine noua collatione an id redire possit. & numero 165. 166. cum seq.
166 Permutans beneficio euicto, an ad suum beneficium redeat absque noua collatione. 177. num. 353.
167 Procuratoris constitutio an possit reuocari, & an post annum ualeat.
168 Clausula in permutationibus beneficiorum poni solita.
169 Intellectus capitu. si beneficia. de præb. lib. 6. & dimittere beneficium uel aliam rem quis dicatur.
170 Factis declaratur uoluntas.
171 Intellectus nouus. c. quod in dubijs. de renuntiatio. & intellectus. §. fi. instituta. de rer. diuisio.
172 Paria sunt tacitè uel expressè renuntiare.
173 Intellectus. l. cum precibus. & l. rebus. C. de rer. permu.
174 Inuestitura habet uim collationis.
175 Intellectus. c. sanè. & c. super hoc. de renuntia.
176 Intellectus. c. ex par. 1. de offi. dele. 177.
178 Renuntiationes in fauorem quando ualeant.
179 Resignanti coactè permittitur ministrare in eadem ecclesia, non obstante renuntiatione.
180 Resignatio non tenet, quando procurator alio modo resignauit.
181 Titulus per renuntiationem semel extinctus an reuiuiscat sine noua collatione.
182 Resignationes per fraudem extortæ sunt nullæ.
183 In casibus in quibus quis potest redire ad suum beneficium sine noua collatione, debet intelligi quando beneficium dimissum non erat occupatum.
184 Beneficium permutatum habens an iuuetur hoc decreto.
185 Triennio sui authoris an quis iuuari possit. num. 187. 188.
186 Praxis quando euictum est beneficium.
189 Molestare licet triennalem possessorem ex causa de nouo orta: & molestari potest non promotus, & qui duo tenuit incompatibilia beneficia.

Source : BIU Cujas

Petri Rebuffi. De pacificis possessoribus.

190 Gomes. rationibus respondetur.
191 Intellectus tex. pragmat. sanct. ibi, ratione iuris nouiter impetrati.
192 Possidens sine titulo non iuuatur decreto de pacifi. pos.
193 Sententia an det titulum, & quid in confessione partis. 194.
195 Collatio si non sit in registro an ualeat.
196 Verba ubi non conueniunt, nec eorum dispositio conuenit.
197 Pacificè quando dicatur.
198 Pacificè possidere an dicatur is, qui habet recredentiam.
199 Lis super possessione impedit pacificum possessorem etiam super proprietate.
200 Pacificus possessor dicitur quoad illos, qui litem non mouerunt.
201 Triennalis possessor post recedentiam non potest molestari.
202 Lis si moueatur super una re, non minus dicitur quis pacificus possessor.
203 Possidere aliud est, & aliud in possessione esse. Tria ad hunc titulum requisita.
204 Lis quando habeatur pro contestata.
205 Annus qui datur ad promouendum quomodo computetur.
206 Inhabilis non iuuatur decreto de pacificis possessori. & qui sint inhabiles: & quòd possessio longi temporis non habilitat incapacem.
207 Inhabilis quis dicatur, cum num. multis seq.
208 Infans est inhabilis ad beneficium ecclesiasticum.
209 Minor quæ beneficia possit habere. & nu. 210. 211.
212 Minor quando possit iuuari decreto de pacifi. pos. & num. seq.
213 Minor an ad beneficium post triennium restitui possit.
214 Habilis ad canonicatum in qua ætate quis sit. & nu. 215.
216 Habilis ad prioratus in qua ætate quis sit nu. 219.
217 Prothonotarius in qua ætate quis fiat.
218 Aetas quæ requiratur in dignitatibus minoribus, & beneficijs curatis.
220 Episcopus cuius ætatis esse debet.
221 Furiosus est incapax ad beneficia.
222 Coniugatus inhabilis est ab beneficia, ideo non iuuatur decreto de pacifi. pos.
223 Beneficium perditur per sponsalia de præsenti contracta.
124 Non tonsuratus inhabilis est ad beneficia.
225 Petens beneficium debet probare se clericum.
226 Tonsuram accipere post adeptum beneficium non prodest.
227 Collatio facta ordinato a non suo episcopo non ualet.
228 Tonsuram bis suscipiens qua pœna puniatur.
229 Intellectus c. præsbyteri. §. quid ergo. 68. dist.
230 Promotus per saltum inhabilis est.
231 Ordines suscipere extra tempora præfixa non licet.
232 Bigamus est incapax beneficiorum.
233 Bigamia quot modis contrahatur.
234 Contrahens cum uirgine spuria an sit bigamus.
235 Desponsans puellam corruptam an gaudeat priuilegio clericali.
236 Hæreticus, & is pro quo supplicat, sunt inhabiles ad beneficia.
237 Hæreticus quis sit.
238 Schismaticus incapax est beneficiorum.
239 Simoniacus non iuuatur decreto de pacificis possessorib.
240 Collationes in fauorem quando ualeant.
241 Renuntiationes simoniacæ an & quando ualeant.
242 Corrumpens iudicem in causa beneficiali est simoniacus.
243 Donans laico pecuniam, ut a Rege nominationem ad episcopatum obtineret, est simoniacus. 244.
245 Rogari ordinarius potest, ut conferat post resignationem Titio.
146 Committens crimen læsæ maiestatis est incapax beneficiorum.
247 Sortilegus non potest obtinere beneficia.
248 Sacrilegus est inhabilis ad beneficia.
249 Bannitus an beneficia habere possit.
250 Falsarius literarum Papæ beneficiorum est incapax.
251 Falsarius literarum quarumcunque qua pœna puniatur in Francia.
252 Possidens beneficium cum falso titulo non iuuatur decreto, de pacifica. pos.
253 Excommunicato beneficia conferri non possunt.
254 Suspensus ab officio est inhabilis ad beneficia.
255 Apostata ad clericatus officium admitti non debet, & est infamis.
256 Sodomita est inhabilis.
257 Concubinarius publicus est incapax beneficiorum, & ad ea inhabilis.
258 Homicida non potest ad beneficia admitti.
259 Miles qui frequentauit bellum est inhabilis ad beneficia.
260 Morbo laborans caduco efficitur inhabilis ad beneficia, nisi forte post triennium sanus fieret.
261 Illiteratus est beneficiorum incapax, & quis dicatur. 262. 263.
264 Illiteratorum est infinitus numerus, qui hodie habent meliora beneficia.
265 Exterus in regno beneficia obtinere non potest ex priuilegio dato regibus Francix, arresta de exteris & bastardis.
266 Consensus regis post impetrationem beneficij an ualeat.
267 Priuilegium exterorum quoad lites. et quod Iudæus baptizatus in regno non est exterus.
268 Periurus est beneficiorum incapax, & collatio illi facta est nulla.
269 Periurus est ipso iure beneficiis priuatus.
270 Periurus est infamis.
271 Pœna priuationis non imponitur nisi a lege.
272 Intellectus c. post electionem. de concess. præb.
273 Illatio ex diuersis non fit.
274 Intellectus. c. tua. de iureiur.
275 Iuramentum promissorium producit actionem.
276 Illegitimus est inhabilis ad beneficia.
277 Filii beneficia paterna habere non possunt, nec nepotes.
278 Illegitimus quando beneficia obtinere possit.
279 Exceptio extenditur ad similes casus ex identitate rationis.
280 Irregularis est inhabilis, & an eius beneficium possit impetrari.
281 Vsurarius manifestus beneficiorum est incapax.
282 Violentus possessor non iuuatur hoc decreto.
283 Metu resignans beneficium etiam post triennium illud potest repetere.
284 Professio metu facta non ualet.
285 Procuratorium ad resignandum metu extortum non ualet.
286 Violentus perdit ius quod habet in beneficio. & quomodo intelligatur. num. 287. & 288. fallit num. 289.
290 Beneficium authoritate propria ingrediens sine uiolentia cum iusto titulo, eo non priuatur.
291 Intellectus. c. cum qui. de præb. lib. 6. & nu. 298.
292 Authoritate propria an officia quis capere debeat. 293.
294 Possessionem beneficii an quis propria authoritate apprehendere possit. num. seq. usque ad nu. 307.
295 Collatio habet uim electionis & confirmationis.
296 Consuetudo potest operari ne possessio acquiratur nisi certo modo.
297 Intellectus l. si ex stipulatione. ff. de acq. pos.
299 Legatum quando possit apprehendi. & ponitur intellectus legis, non dubium. C. de leg.
300 Ecclesia quæ labitur in hæresim, uel schisma, perdit iura sua, & possessionem illorum.
301 Episcopus confirmatus statim administrationem habet, confert beneficia &c.
302 Temerarius quis dicatur.
303 Beneficii uniti non debet quis propria authoritate apprehendere possessionem: idem si concessum sit in commendam. nu. 304.
305 Patientia domini sufficit in acquisitione iurium incorporalium. 306.
307 Confirmatio Papæ an faciat titulum coloratum qui est uiolentus. & ibi, quod confirmata nunquam intelliguntur quę sunt iuri contraria.
308 Violentus cui Papa ex certa scientia de nouo concedit, mentione habita intrusionis & violentiæ, post triennium non poterit molestari.
309 Spoliatus an & quando iuuetur decreto de pacific. pos.
310 Fratres minores incapaces beneficiorum sunt: fallit in episcopatu & archiepiscopatu, quos ad nominationem regis habere possunt.
311 Regularis est inhabilis ad beneficia secularia, & econtra.
312 Mulier inhabilis est ad beneficia ecclesiastica.
313 Impetrans beneficium uiuentis non iuuatur hoc decreto.
314 Homicida an sit ipso iure priuatus beneficio, & an resignare possit. num. 315. 316. ubi datur cautela pro homicida. & ponitur differentia inter priuatum beneficio, & priuandum.
317 Dispensare cum homicida qui possint.
318 Beneficiis quis non priuatur ipso iure, sed uenit priuandus per sententiam. fallit uum. 319. ubi assignatur casus in quibus quis est ipso iure priuatus.
320 Triennium debet esse completum, ut quis non possit molestari.
321 Tempus prædecessoris an possit coniungi cum tempore successoris.
322 Resurgens miraculose beneficium non recuperat, nec uxorem.
323 Intellectus l. Pompon. §. cum quis. de acq. poss.
324 Intellectus c. cum de beneficio. de præb. lib. 6.
325 Possessio præsumitur continuata probatis eius extremis.
326 Possessio interrupta an continuetur. 327.
328 Resignans metu an hoc decreto iuuetur.
329 Beneficium non perpetuum non comprehenditur in hoc decreto.
330 Monachus an possit post triennium molestari super manuali beneficio. cũ num. seq. ubi, quod Monachus seruo æquiparatur.
331 Monachus destitutus quando possit officium superioris implorare. cum num. seq.
332 Prior manualis per mortem abbatis non censetur reuocatus.
333 Consuetudo non ualet, ut manuale sit irreuocabile. 334.
335 Monachi a Papa confirmati non possunt remoueri. 336. 337.
338 Collatio intelligitur facta cum sua qualitate.
339 Vnio de manuali beneficio non ualet sine expressione.
340 Collationem beneficiorum possidens non iuuatur hoc decreto.
341 Collationem pro infecta Papa habere potest.
342 Resignans, post resignationem non iuuatur hoc decreto.
343 Oratorium triennio possidens potest molestari.
344 Beneficium ecclesiasticum quot modis cognoscatur. cum numero sequen. 345. 346.
347 Beneficium ecclesiasticum pure conferri debet, & non sub conditione.
348 Beneficium ecclesiasticum in perpetuum confertur regulariter.
349 Laicus quando ecclesiam pleno iure dare possit.
350 Possidens beneficium in curia uacans per collationem ordinarii, an possit post triennium molestari.
351 Possidens beneficium iure regali debitum poterit intra triginta annos molestari. & ibi, quod reseruata principi in signum superioritatis non præscribuntur.
352 Regaliorum ius cedi non potest.
353 Beneficium suum permutans potest redire altero sibi euicto.

Praxis

Source : BIU Cujas

354 *Praxis contra eum qui in permutatione dedit beneficium non suum.*
355 *Resignans non iuuatur hoc beneficio, nec resignatarius secundus. cum num. seq.*
356 *Beneficium non vacans non confertur.*
357 *Resignatio secunda non valet non facta mentione primæ.*
358 *Resignatarius an possit se multiplici resignatione iuuare. nu. seq.*
360 *Possidens pendente compromisso quod durauit triẽnio, non poterit iuuari etiam postea hoc decreto.*
361 *Partes an triennium prorogare possint.*
362 *Titulus de pacificis possessoribus quomodo intelligatur.*
363 *Titulo alterius post triennium an iuuari quis possit. & nu. seq.*
364 *Triennium an prorogari possit etiam a Papa. nu. 365.*
366 *Collationem a rege habens alio non potest iuuari titulo.*
367 *Collationes plures quando factæ sunt eodem die ab uno, quæ ualeant.*
368 *Duo eiusdem datæ si conueniant, an impediant sequentem prouisum.*
369 *Collatio secunda facta in fraudem non ualet.*
370 *Collatio secunda facta habili ualet.*
371 *Intellectus c. si a sede. de præb. lib. 6.*
372 *Collatione facta ab episcopo & eius vicario, utra præferatur.*
373 *Possessionem sufficit semel habuisse.*
374 *Cap. a sede. de præb. lib. 6. procedit in officijs.*
375 *Possessor in duobus testamentis eodem die confectis præfertur.*
376 *Possessio iniusta non prodest.*
377 *Acceptatio præfert acceptantem.*
378 *Clausula motus proprij facit præferri impetrantem.*
379 *Collatio reseruationi præfertur.*
380 *Collatio si fuerit facta ab archiepiscopo & episcopo eodem die, utra ualeat.*
381 *Debitum priuilegiatum præfertur.*
382 *Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.*
383 *Horæ appositio quid operetur.*
384 *Apparere quando dicatur. 385.*
386 *Testes præsumuntur falsarij si de hora deponant.*
287 *Surreptitia impetratio non iuuat possessorem.*
388 *Procuratoria duo ad resignandum quando sunt, utrum ualeat.*
389 *Cautela gratificationis pro impetrantibus.*
390 *Collatio nulla non iuuat possessorem.*
391 *Collationem habens per resignationem, præfertur habenti per mortem.*
392 *Triennium non currit durante hostilitate. & nu. 393.*
394 *Præscriptio non currit peste durante.*
395 *Præscriptio non currit infirmo, & an excommunicato. 396. & an furioso. 397.*
398 *Restitutio post triennium a minori concedatur.*
399 *Captus a turcis post triennium agit.*
400 *Impeditus quando non excusatur.*
401 *Impeditus protestari debet, fallit num. 402.*
403 *Triennium quando prorogari possit.*
404 *Resignatio non potest admitti ab alio, quàm ab episcopo.*
405 *Permutatio ab inferiore ab episcopo approbari non potest.*
406 *Præueniri an dicatur Papa per requisitionem.*
407 *Præuenire quando quis dicatur. cum seq.*
409 *Dolus non debet alicui prodesse.*
410 *Conditio habetur pro impleta, quando non stat per eum qui illam implere debet. 411.*
412 *Intellectus c. ult. de conces. præb. lib. 6.*
413 *Quæstio quando est dubia in iure canonico, & est plane decisa per ius ciuile, tunc statur illi decisioni factæ per ius ciuile. etiam in foro canonico, uel contrario.*

REgula in hac materia est, quod quicunque possederit beneficium ecclesiasticum triennio, non poterit molestari in possessorio nec in petitorio, hoc statutum fuit etiam in prag. eo. tit. & in reg cancella. 33. & nuper in his concordat. isto titulo. Et hæc triennalis præscriptio fuit elicita ex concilio Aphricano, de quo in c. 1. ubi scripsi. de præscr. & quia de pacificis loquimur.

1 Notandum est, ꝙ secundum theologos pacifici dicuntur tribus modis.

Primò hi qui mandatis Dei optemperant. ad Roma. 5. c. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum, quæ datur hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. c.

Secundò dicitur etiã pacificus is qui refrænat illicitos motus. Io. 5. c. Scias quod pacem habeat tabernaculũ, id est corpus. & August. super Matth. 5. c. ibi, Beati pacifici, ait Pacifici sunt in seipsis, qui animi motus & carnales concupiscentias habent edomitas, & rationi subiectas.

Tertiò, qui quærunt pacem cum proximo. ad Rom. 12. c. si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. & Chrysost. super Matth. 5. c. Pacifici sunt, qui nec odiunt, nec litigant, sed litigantes & discordes ad pacem reducunt. & hi filij Dei uocantur, quia unigeniti fuit hoc opus, videlicet congregare dispersa, & pacificare inter se præliantia. Dauid. Psal. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. ita expresse tenet Florent. in 4. parte summę, tit. 7. c. 6. Vnde pulchre dicit August. in c. quisquis. in 1. 23. q. 4. Quisquis vel quod potest arguendo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis uinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, vnde Christus dicitur rex pacificus, quia vt pacem doceret, in hunc mundum uenit, & pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos. in procem. decret. rex pacificus. & tex. in c. decet. in princip. de immuni. eccle. in 6. plus dicit per os prophetæ, Psalm. 36. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Hic tamen loquimur de pacifico possessore beneficij, qui per triennium sine lite possedit beneficium, vt dico infrà, uersi. 3. fallit quando possedisset. & uersi. quæro quando.

2 Licet videre differentiam inter quietum & pacificum, per Florent. ubi suprà. & Bald. in consi. 288. omnis qui rem in 4. uol & not. in clem. multorum, de pœnis. & c. sanctorum de præscript. ubi Panor. dicit illum quiete possidere, quando nõ patitur controuersiam iuris, nec facti, nec in iudicio nec extra. glo. & doct. in clem. gratiæ. de rescrip. scripsi infrà. nu. 164. & seq.

3 Primò, amplia procedere etiam in muliere, quia verbum, quicunque, in textu positum, tam masculum quàm fœminã compræhendit. tex. de iure melior & magis expressus in l. ait diuus. ibi, quicunque, accipere debemus tam masculũ quàm fœminam. ff. de iure fisci. l. quicunque. & ibi Alber. & alij. C. de serui. fugi. & Iohel. 2. cap. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. & Actuum 2. cap. idem Matthe. 12. cap. dicitur. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. uide gl. in clem. 1. in verbo quicunque. de decimis. & in clem. 1. de sepult. tex. in l. 1. ff. de uerb. sign. & ibi plane dixi hoc anno interpretando illam legem extraordinarie. glo. in c. generali. de elect. li. 6. glo. in c. 1. §. & cum humanæ. in uerb. abbatis. eo. tit. in prag. Ias. plene in omni fere materia. in l. si quis id ꝙ. ff. de iurisdict. om. iudi. & Dec. in regula fœminæ. ff. de reg. iur. & dispositũ in monachis, & abbatibus, extenditur admoniales & abbatissas. tex. in c. fi. & ibi Panor. de statu monacho. Ias. refert consi. 1. in 2. uol. col. 2. quod est 140. in numero impresso.

4 Ratio textus est, quia postquam possunt habere prælaturas, & beneficia. c. indemnitatibus. de elect. lib. 6. c. dilecta. de maior. & obed. Ergo si eas possederint cum colorato titulo per triennium, non poterunt super eis molestari, quia qui vult antecedens, vult & consequens necessarium ad illud. l. illud. ff. de acq. hęred. l. 1. & ibi Ias. col. 2. de transact.

5 Præterea, masculinum concipit fœmininum in fauorabilibus. l. qui duos. ff. de legat. 3. sed hoc est valde fauorabile, vt patet, & maxime mulieribus. ne in iudicio molestentur. cap. mulieres. de iudic. lib. 6. & eadem ratio subest in utroque, immo fortior, vt dixi, in muliere, ergo & decisio. §. porrò. ibi, si qua fuerit antiquioribus causis, similis, seu maior, quæ fuit pri. causa benefi. amitten. in usib. feud.

Et hoc puto verum in beneficijs, quę mulieres possunt habere. c. indemnitatibus. de elect. in 6. secus in alijs: vtpote in ecclesijs parochialibus, quamobrem putarem, ꝙ si fœmina parochialem ecclesiam possedisset per cẽtum annos, adhuc clypeo huius decreti iuuari non posset: quod est notandum, vt dico inferius, in 4. limitat. in fine.

6 Secundò, intellige procedere etiam si collegium, uel conuentus, seu capitulum beneficium possederit triennio, quia verbum, quicunque, compræhendit etiam collegium, uel capitulum. l metum. in magna. §. animaduertendum. ff. quod met. cã. Alber. expresse. in d. l. quicunque. C. de ser fug. colu. 4.

7 Item quia collegium, & capitulum vicem personæ sustinet. l. mortuo. ff. de fideius. tamen quia non potest habere in titulum beneficium, & hic tractatus tantum loquitur de possidente colorato titulo, ideo non habebit locum hic tex. qñ possidetur beneficium iure proprietatis, de quo not. in c. ad quæstiones. de rer. permu. & cap. cura. de iure patr. ubi scripsi dando nouum intellectum ad illum tex.

8 Tertiò, extende vt etiam in foro conscientiæ nõ teneatur restituere post triennium: is qui sic possedit, alioqui sequeretur ꝙ forma huius decreti deduceret ad inferos, & conscientia legum magis esset damnata, quam maleficiorũ; ita in proprijs terminis dicit Beld. in c. in omni negotio. de testib. c. fin. col. 2. de præscrip. & in consi. 285. si quis iuris. col. 2. in 3. uolu. Maleret. in tract. de elect. fol. 87. col. 4. Et faciunt ea quæ dixi in cap. postulastis. in glo. nu. 45. cum multis seq. de cler. exco. minist.

Secundò, sic suadetur per ea quę ibidem dixi in glo. 1. ubi concluси post præscriptionem quem non teneri restituere rẽ etiam in conscientia, contra Alciat. in l. quinque pedum. C. finium regund. cui respon. ibidem insequendo gloss. in cap. vigi-

vigilanti.de præscrip. & bonam iurisconsultorum partem.

10 Sed hic per Papam est statutum tempus, intra quod qs possit præscribere: ergo postea non tenebitur restituere in foro conscientiæ: alioqui Papa non sic statueret, & tutus authoritate canonis inducentis præscriptionem, nõ debet dubitare de conscientia: vt pulchre loquitur Innoc. in cap. cura. de iure patr. Bald. in §. si quis per triginta. si de feudo fuerit contentio inter dom. & agna. uasal. col. 1.

11 Tertiò, non aliter uidentur dicendum in foro iustitiæ, quàm conscientiæ, quia ubi lex ciuilis statuit, tale statutum etiam in foro canonico causarum, & etiam in foro pęnitentiali seruandum est, nisi insit peccatum, & dolus. capit. quoniam. de præscri. sed hoc lex statuit condita tam à Papa, qui habet plenam in beneficijs potesta. c. 2. de præb. in 6. cle. 1. ut lite penden. quàm à rege.

12 Ergo etiam in foro conscientię statutum erit seruandũ, vt in simili notant gl. & Doct. in c. quæ in ecclesiarum. de cõsti. vbi est communis conclusio, qꝫ lex ciuilis iusta obligat ẽt in conscientia: & hoc etiam tenent: theologi, fortius hoc decretum à Papa conditum: & hoc docet Imol. in prooem de creta. rex pacificus. in fi. prin. Ias. cons. 180. commune. col. vltim. in 2. volum. & in §. sed iste. num. 126. institu. de actio. Fely. in c. 1. nu. 18. vers. 4. fallit. de sponsal. Leona. de vtino in serm. 44. de legibus. vers. secundò declaratur. facit tex. in c. quo iure. 8. dist. & cap. imperatores. 9. distinctio. & cap. de capitulis. sequen. dist. abunde scripsi in prooemio institu. regia. glo. 1. in 1. tomo.

13 Quintò, probatur ex c. si à sede. de præb. lib. 6. vbi si conferatur beneficium duobus à diuersis eodem die, ille qui possidet, est præferendus, licet non habeat forte meliorem titulum: sic & hic, qui triennio possedit, licet non haberet nisi coloratum titulum.

14 Quia Papa confirmando hunc coloratum titulum, videtur beneficium eidem de nouo dare post triennium. glo. in reg. cancel. 55. in præroga. 3.

Et quando Papa ex certa scientia confirmat inualidum, videtur ualidum facere. gl. no. in c. placuit. 16. q. 6. Sed Rom. Pontifex. in hoc casu confirmat titulum inualidum ex certa scientia, cùm exprimat coloratum habentem titulum non posse molestari, ergo facit validum.

15 Nam tolerantia expressa approbationis Papæ dat ius in beneficio. cap. literas. de supplend. negli. præla. Ioan. Andr. in c. Michael. de filijs præsbyt. Panor. in ca. nisi. colum. 2. de præben. facit gl. in c. aqua. de consecra. eccle. vel alta. Immo etiã tollerantia tacita approbationis Papæ dat ius in beneficio. Et sufficit qꝫ de sua voluntate constet. gl. in c. si aliquãdo. de sent. excommu. cle. si summus. illo titu. Et ibi Ioã. Andr. glo. in uerbo tollerantes. §. volens. de colla. in prag. Panor. in capitu. quod circa. de consangui. Maleret. in tracta. de elect. fol. 14. ver. consuetudo quippe. Ioan. de Selua in tracta. de benefic in tertia, parte. quæstione nona, Dec. in cap. primo, no. prima, de except. sed hic Papa approbat, ergo dat ius in beneficio.

16 Quintò, facit cap. cura. & ibi glo. & Panor. de iure patrona. ibi, nisi legitima fuerit præscriptione munitus, &c. gloss. in cap. possessiones. 16. quæstio. quarta, gloss. in regu. cancellaria. 33.

Sexto, facit. cap. literas. de supplen. neglipræla. & ibi Bal. no. qꝫ patientia Papæ dat titulum ex tunc canonice possidẽdi. gl. & Doct. in c. contingit. de dolo.

17 Septimo probatur, Papa potest antiquare titulum beneficij, & annullare. c. de multa, cum simi. de præb. sic & colorato titulum bonum, & validum reddere, c. proposuisti. de concessio. præb. etiam in conscientia, quia datæ sunt ei claues à Deo opti. maximo. Matth. 16. cap. Quodcunque ligaueris, &c.

18 Octauò, facit. cap. cum ecclesia. & ibi Panor. de cau. possess. & c. consultationibus. de iure patron. vbi si ille qui erat in possessione eligendi, uel præsentandi, elegerit uel præsentauerit, licet ius ad eum nõ pertineret, tamen ualebit præsentatio, nec electus destituetur: sic nec ibi colloratum habens titulum post triennium etiam in conscientia debet deserere beneficium, nec destitui.

19 Nonò, cui conceditur unum, videtur concedi aliud qđ sequitur ex illo. l. seruitutes. § si domo. ff. de seruitu. vrbano. præd & l. item. §. 1. de seruit. rust. glo. in l. quamuis. C. de fideicom. niss. Sed hic concedit vt nõ debeat molestari post triẽnium, ergo etiam uidetur concedere titulum uerum: & sic quòd in cõscientia possit retinere illud beneficium, alioqui hoc decretum duceret ad inferos, ut dixi sup.

20 Decimò, si Papa mandet aliquem nõ molestari super fructibus, & possessione alicuius beneficij, videtur sibi adiudicare beneficium, & ita Rota iudicauit, teste gl. d. regula, 33. sed hic mandat non molestari: ergo beneficium post triẽnium videtur adiudicare habẽti coloratum titulum, & sic illa sententia etiam in conscientia est tenenda. no. gl. & Doct. in capit. 1. de concessio. preb. & in c. plerique. de immunita. ecclesia. tex. in c. ex par. 1. in fi. ibi, non permittatis exinde molestari. de testib.

21 Vndecimò, si ordinarius non prꝫcedente collatione inuestiat aliquem de beneficio, tunc talis inuestitura idem est quod collatio. Panormit. in cap. authoritate. columna 2. de institutio. argum. cap. 1. de consuetud. rect. feud. & idem tenet Panormit. in cap. 2. col. pen. de consue. de Selua in tracta. de benefic. 3. parte. q. 10. Fortius est hic in Papa, qui vult aliquem non molestari post triennium, & sic de nouo uidetur cõferre, vel saltem titulum inualidum facere ualidum: & sic is qui possedit triennio, in conscientia poterit illud retinere. facit glo. c. placuit. in 2. in 16. q. 3. tex. in capitu. finali. 27. quæstione 2.

22 Non obstat vers. ultimus. de pacific. possesso. ubi sic dicitur, monemus ordinarios, ut diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat: & si quem sine titulo beneficium possidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiusvis temporis detentione non obstante. Quia respõdeo loqui de eo, qui nullum habet titulum. Et præscriptio sine titulo regulariter non currit. cap. si diligenti. de præscrip. Bald. in l. nec ex vera. C. de acqui. possess. §. primo. institu. de vsucapio. hic habet titulum, licet inualidum, scilicet coloratum.

23 Et sic per illum tex. ibi, sine titulo, patet qꝫ ordinarius nõ potest inquirere contra triennalem possessorem cum colorato titulo, ad effectum, ut possit declarare ius illi non competere, aliàs posset ab eo à notorio abusu ad senatum appellari: vt uidi in praxi, quamuis contrarium firmet Do. Gome. in hac regula de triennali possessore, quæstio. 58. contra tex. loquens in §. ordinarij. eod. tit. in concorda. Idem respond. ad rubr. de eo qui mittitur in possess. videlicet quamuis beneficium non possit haberi sine titulo, secus in possessione. gl. sing. in cap. contingit. de dolo, & ibi dicit Panor. qꝫ si clericus bona fide titulo colorato possederit beneficium alterius p decennium inter præsentes, & uiginti inter absentes, præscribit illud in præiudicium rectoris, licet ipse ius prælationis sibi non acquisierit. Sequitur Ioan. Francis. in tract. de præscript. in 1 parte 5. partis princip. q. 10. Minus refragatur regula prima, de reg. iur. lib. 6. nam hic non tenet sine canonica institutione large, vt declaratur in mea interpreta ad c. postulastis. de cleri. excom. ministran.

24 Nec obstat, qꝫ traditio possessionis non inducat collationem: quia nec petitio operarum facit indictionem earum antequam indictæ sint l. si quis hac lege. §. iudiciũ. ff. de oper. liber. Tamen dicit Compostella. in cap. transmissum. de electio. quem refert Oldra. consil. 143. thema tale est. d. b. quòd inuestitura facta ab eo, ad quem ptinet collatio, inducit collationem, quia illi duo actus, videlicet inuestitura, & collatio iuris sunt, & ideo faciliorem functionem recipiunt, & facilius unum uice alterius fungitur, quia eiusdem sunt generis. l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. l. sed cum patrono. de bonor. poss. Igitur possessio cum sit facti. l. 1. §. si vir. de acquirenda possess. in re nõ tribuit ius, nec est eiusdem generis cum collatione, ideo per eam ius non acquiritur, secus si fuerit titulus etiam coloratus cum triennali possessione, vt hic: & sic in conscientia post triennium etiam cum colorato titulo possessor est tutus, contra gl. in pragm. sanct. quam sequitur Maleret. in tracta. de electio. folio 89. quibus per prædicta luculenter respon.

25 Ex his infertur, quòd tam in possessorio quàm in petitorio iuuat hoc decretum, cum expresse tex. in concord. hoc dicat. & in pragma. sanctio. quamuis D. Gomesius teneat solum in petitorio iuuare. quæstione 53. & 59. super regula de triennali possesso. & licet regula cancellar. non exprimat, tamen quia in pragmatic. exprimitur, & ipse dicit quòd debemus à fonte, id est à pragmatica capere interpretationem, ergo & ipse capere debebat à pragmatica, alioqui si super possessorio ageretur post triennium, semper quis posset in hoc regno molestari, cum fere semper super possessorio agatur, & istud decretum nihil fere prodesset Gallis, quamuis pro illis editum sit, nempe quãdo agitur de possessorio, quis molestatur, ergo etiam post triennĩ super possessorio molestari non debet: immo si molestetur solent impetrari literæ regiæ in forma de pacificis possessoribus, quibus inhibetur molestari, de quibus dixi in praxi benefic.

26 Tertiò procedit, ut non possit molestari etiam per uiam denuntiationis euangelicæ, contra glo. in d. uerb. molestari. eodem titulo, in prag. quia denuntiatio euangelica fit quando imminet peccatum. cap. nouit. de iudi. sed hic non imminet peccatum, ut proxime probaui, ergo denuntiatio euangelica non procedit. Et ita tenet Panormi. in cap. fi. de præscript. licet ibi Imol. contra. sed ista opinio est uera, & communis,

teste

Source : BIU Cujas

teſte Io.Franciſ.in trac.de præſcri.in 2.parte.3. partis.queſt. 10.col.37.Bald.conſilio 133.caſus.in 5.vol.

27 Secundo denuntiatio non procedit niſi contra detinentes aliena contra conſcientiam. Panormitanus in capitu. primo, de probario. ſed poſt triennium poſſeſſor non detinet alienum beneficium, ſed ſuum factum huius decreti authoritate;ergo non procedit denuntiatio euangelica.

28 Tertiò,denuntiatio quieſcit, quando denuntiatus dicit ſe non habere conſcientiam læſam,& allegat cauſam probabilem:ſecundum Baldum in authenti.ad hæc.C.de vſur.Pura.in l.ſi me & Titium.ff.ſi cer.peta. ſed ille qui poſſedit, poteſt allegare cauſam probabilem, videlicet coloratum titulum,& poſſeſſionem triennalem huius decreti authoritate roboratam.Ergo non poterit denuntiari.

29 Quartò denuntiatio euangelica requirit ꝙ agens probet non tantùm ſuam læſionem, ſed etiam conuentum habere conſcientiam læſam.Corn.conſilio 137.placet.litera.l.in ſecunda volumine, quod poſt triennium non poteſt probari.

30 Quintò,in actione reali eſt communis opinio ex vtroque iure,quod denuntiatio euangelica non procedit poſt ſententiam iniquam in realilatam,quia à primo eradicatur dominium & attribuitur præſcribenti eius effectus.argum. nota. in l. at qui natura.§ cum me abſente. ff.de nego. geſt. Secus in perſonali,quæ oſſibus inhæret:ideo non poteſt tolli.gloſſ. in l.4.ff.pro ſocio.Bald in authen.adhæc.colum. 4. verſ.item dubitatur de debito.C.de uſur.multò fortius in eo qui triennium poſſedit beneficium cum colorato titulo.

31 Sextò,tex.prohibet poſt triennium moleſtari,ſed per denuntiationem euangelicam moleſtaretur, ut patet cuilibet intuenti,ergo denuntiari non poterit,facit tex.in ca. ordinarij.§.cæterum.de offic.ordin.in 6.vbi uerbum,non moleſtetur generaliter intelligitur tam in iudicio, quàm extra,tam uia actionis, quàm denuntiationis euangelicæ: & ſic affixi duas concluſiones ſequentes,uidelicet, pacificus poſſeſſor etiam cum colorato titulo poſt triennium in conſcientia eſt tutus.Ex quo infertur,non poſſe moleſtari, etiam per denuntiationem euangelicam. Quamuis hactenus contraria ſententia inualuerit, tamen quia iſta eſt uera, ideo tenenda.

32 Limitarem non procedere, quando mala fide poſſediſſet beneficium per triennium,tunc exiſtimarem ilinm in conſcientia non tutum,& ſic poſſe denuntiari.Et ita intelligi poteſt gl.prag.ſanctio.ſecus ſi bona fide:& ita intelligitur ſupra dicta.glo.& Doct.in cap ex ſequentibus.de inſtitu. Collect. in cap.cura.colum.1.de iure patro licet D.Gomeſ.in q. 42. contrarium teneat,ea maximè ratione,quia iſte text. de nouo inductus debet aliquid vltra ius commune operari,& tamen nihil operaretur.Secundò,quia non agitur ita de graui præiudicio in hoc titulo, ſicut in præſcriptione, ſiue vſucapione bonorum temporalium, quia exceptio tantum hic acquiritur.Tertiò, quia regula duos tantùm caſus excipit: ergo vult alios etiam cum mala fide eſſe tutos.Sed non obſtant fundamenta D.Gomeſ.Primum,nam hæc regula vltra ius commune operatur,videlicet,ꝙ acquirens beneficiũ de iure,etiam per decem annos,non acquirit titulum.cap.contingit.de dolo.& regula prima.de regu.iur.in 6.cap.cura.de iure patro.& inferius dico: ſed iſta regula tuetur poſſeſſorẽ cum colorato titulo.etiam contra habentem verum, ergo benè operatur vltra ius commune:nam de iure ſemper poterat quis moleſtari,quod eſt prohibitum per iſtam regulã, & per hoc edictum.Secundum,non refragatur, quia immo agitur de maiori præiudicio in beneficialibus, quàm in temporalibus:& ideo in eis prohibetur miſſio in poſſeſſionem. cap.vno.de eo qui mittitur in poſſeſſ. libr. 6. Nec me mouet tertium,ꝙ regula duos tantùm excipiat caſus: nam ſimiles non videtur excludere,vt ipſemet Gome.probat:& inferius fuſius explicabitur: & ideo concluderem, ꝙ ſi quis ſciuerit ſuum titulum inualidum,& tamen poſſideat, ſciens alium verum habere titulum,ꝙ in conſcientia uix eſſet tutus. Per gl.& Doct.in c.1.de conceſ.præb.& in c.vigilanti de præſcr. iuncto.c.fi.ibidem.Fateor tamen quòd hic poſſeſſor triẽnalis non tenetur bonam fidem probare.

33 Quoniam bona fides præſumitur ex illo colorato titulo, cùm regulariter præſumatur bona fides ex titulo vero, vel putatiuo etiam ex errore iniuſto.Igitur.§.pen. ff. de liber.cauſa.l.pen.C.de euictio.gl.ſing.in §.ſi quis à non domino.de rer.diuiſ.in lib.inſtit.Alex.conſ.134 in cauſa.colum.4. in 2.volum.& ſic non expedit probare bonam fidem, quia præſumptio iuris ratione tituli transfert onus probandi in aduerſarium.l.ab ea parte.ff.de proba.plene Doct. in l. Celſus.de vſucap.& c.ſi diligenti.de præſcr. ubi concludunt bonam fidem ſaltem debere allegari.argum.l.ſi adulterium cũ inceſtu. §. idem Pollioni. ff. ad leg. Iuliam de adulter.aliàs non præſumitur.Iaſ.in l.non hoc.colum.vltim. C. vnde cogna.

34 Quæro, an triennalis poſſeſſor habens tantum coloratũ titulum agere poſſit,etiam contra habentem verum titulũ, tam ad fructuum repetitionem beneficij,quàm ad ipſum beneficium, ſi ab alio detineretur? Et breui reſpondeo quòd ſic,tum quòd aliàs remedium pene eſſet iuutile: tum etiam quia eſt introductum ad iuris augmentum:& ad augmentũ inducta non debent diminutionem operari.l.legata. ff.de legа.primo.

Item,hic tex.poſt triennium prohibet iſtum triennalem poſſeſſorem moleſtari,ſed non prohibet quòd ipſe agat, & alios moleſtet,ergo non prohibetur: quia non vult auferre actionem,ſed vult vltra quòd non moleſtetur.

Item,quilibet poteſt agere,niſi à iure prohibeatur, Azo in ſumma de in ius voc. colum.1.Sed hic triennalis non reperitur prohibitus.Ergo permiſſus,iuxta.l.cùm prętor.ff.de iudi.& per totum titulum.ff.& C.de in ius vocand.

35 Præterea,ſi poſſeſſor triennalis non poſſet agere,ſemper ſaltem extra iudicium moleſtaretur, nam vnus nunc occuparet unam beneficij rem,alter alteram. Et alius poſtea ſubtili medio occuparet beneficium,ſi tunc non poſſet agere, quid ei prodeſſet triennalis poſſeſſio, & præſcriptio? Certe parum,& iſtud eſt notorium.Et moleſtare quis dicitur aliũ tam in iudicio,quàm extra.l.vna.C.de nundi.cap. dilectus.1. de ſymo.cap ſuam de pœnis.Inno.& alij in ca. in præſentia. de prob.Barba plene in cap.in noſtra.num.29.de reſcri.vide Caſſad.in deciſ.6.palatium.rub.de reſcrip. Ad hęc, poſtquã Papa non vult,vt quis poſt triennium moleſtetur,confirmat titulum coloratum,& reddit illum validum,vt ſupra probaui,& alium titulum reddit inualidum propter ſuam negligẽtiam aliàs lex Papæ damnaret aliquem,vt prædixi, quod nõ eſt dicendum.

36 Item regulariter is qui poteſt excipere,poteſt agere. per tex.in l.ſtatuas.ff.deacq.rer.do.& in l.ſi contendat.vbi gl. & Bar.ff.de fideiuſſo.Angel.in rubr de exceptio. in inſtit. colu. 24.verſ.4.in 14.q.princi Fely.& Dec.in c.ſi autem.de reſcrip. Et ſic poſſeſſor triẽnalis,qui habet exceptionem,ſi poſſideat poterit,ſaltem vt agat,officium iudicis implorare.Inſuper, is qui præſcripſit agere poteſt,tex eſt expreſſus in ca. placuit. 2.§.præſcriptionum.16.q.3. ſic dicens, ſi verò aliquo caſu à poſſeſſione ceciderit,etiam aduerſus verum dominum vtiliter rem vendicare poterit.& inquit D Gomeſ.q.58.ꝙ triennalis poſſeſſor eadem ſecuritate gaudere debet qua præſcribens per quadraginta annos gaudere ſolet:& ſic agere poterit ſicut præſcribens:vt abunde ſcripſi in noua interp. ad rubri.de præſcr.

37 Nec refragatur doctrina Barto.in l.una.colum.2.ff.de cõdi.ex lege,ubi quando lex uetat in alicuius commodum,tũc non competit niſi exceptio:igitur ex iſto titulo de pacifica. poſ.& ex ijs verbis,nequeat moleſtari,non orietur niſi exceptio,& huius eſt ſententiæ Dom.Gome.in q.60.ſuper regula de trienna.poſſeſſo.Sed ego reſpondeo,ꝙ quamuis per illa verba,nequeat moleſtari,non induceretur actio, tamen ex iudicis æquitate ius agendi oriretur,& ex alijs iurib.l.Aurelius.§.centum.ff.de libera.lega.& hoc firmat Barto in d.l. vnica.num.5. Igitur cum poſſeſſor triẽnalis extra iudicium moleſtatur,quia res beneficij,uel ipſum beneficium retinetur,poterit agere,non ex illis verbis, nequeat moleſtari, ſed quia verus eſt beneficij procurator in rem ſuam. iuxta. cap. 2.de donatio.Et ius habet in illo beneficio, & ex alijs iurib. quæ uolunt,ꝙ beneficiatus agere poſſit.capit. edoceri. cum ſimilibus.de reſcrip.Et ſic poterit agere aduerſus omnes iurium beneficij detentores,etiam aduerſus illum, qui verum ante triennium habebat titulum,tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio,quamuis contrarium concludat Domi.Gome. d.q.60.cui per prædicta reſpon.Et iſta ſunt notanda, quia in negotijs quidem perfectis,& exceptionem,& actionẽ competere,vt hic,in imperfectis ſolam exceptionẽ ſcribit iuriſcõ.in l.metum autem præſentem.§.ſed quod prętor.ff.quod met.cauſa.

38 Immo,quando vna diſpoſitio fit alicuius contemplatione,licet expreſe uerba ad illum non dirigantur,tamẽ ei cõtit actio.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff. de leg.1.l. fideicom.§. interdum.de leg.2.refert Bar.in l.2.in fin.ff.ad Tertu.ſed hoc remedium de pacifi.poſſeſſ.eſt inuentum contemplatione poſſidẽtium beneficia pacifice,ut eſt omnibus obuium, igitur illis competet actio.Alber.Bru.in trac.de ſtatu.exclu.fęmi.artic.13.q.1.

39 Quarto,extẽde ſiue habeat titulum verum, ſiue coloratum:habens enim uerum titulum non eſt moleſtandus etiam ante triennium, quia iuſte poſſidet.l.iuſte.ff. de acquirend.poſſeſſio. Fortius ergo poſt triennium, per hoc decretum.

Immo poſt triennium habens coloratum titulum præfertur

fertur habenti verum,per supra adducta in proxima amplia tione,& sequen.Cassad.decis.3.rub.de causa possess.

40 Item hoc est introductum ob bonum publicum, ne lites super beneficijs sint immortales.cap.finem.de dolo & contum.cap.dispendia.de rescri.in 6.& ne sint in incerto ea possidentes,arg.l.1.ff.de vsucap.ac propter libertatem subditorum,ne de iure suo semper dubitent.gl.sing.in authenti. de tem.non tol.pecu.§.1.in verb.diligentia.colla.7.quam approbat Bal.in §.si quis per triginta.colu.2.si de feud. fuerit content.inter domin.& agnat.vasla.

41 Item,ne beneficiati propter lites prosequendas cogantur deserere ecclesias,sicut quandoque patriam. in authenti. vt differen.iudices.colum.9. Et ne interim gregem dominicũ lupus rapax inuadat.c.ne pro defectu.de elect.per hoc dixi, ꝙ hoc decretum omnibus obest,etiam si vnus non possederit nisi vnum annum,vt pote Titius vnum annum tacuit,& postea renuntiauit Gaio, qui altero anno etiam tacuit, demum hic Gaius resignauit Ioanni, qui tacuit etiam per annum,postea vult me inquietare, qui hoc toto triennio possedi,dico non posse,alioqui duraret hoc decretum per centum annos,quia ego cùm in fine triẽnij essem,alteri resignarem,& ille similiter: ideo is qui triennio possedit pacificè, iuuari potest hoc decreto,sic & iste,nam secundus est subrogatus in locum primi,ergo eodem iure uti debet.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff.si quis cautio. & quod in una persona statuitur,& in pluribus locum habet.l.1.ff.quod falso tuto.auto.gest.si contra vnum possedissem totum triennium pacificè,hoc decreto iuuaret, sic & aduersus duos & plures: & sic fuit iudicatum in magno regis consilio, quod est notandum.

42 Quæro quando titulus dicatur coloratus?glo.in verb.coloratum.eod.tit.in prag.plenè declarat, nec indiget suppletione.Nota tamen quòd coloratus dicitur titulus, quando est habitus ab eo qui habet potestatem conferendi seu eligẽdi,siue de iure communi,siue speciali, & nisi obstitisset aliquod impedimentum, fuisset iustus:& dicitur coloratus, id est figuratus, quia tantùm habet figuram tituli. sic exponit tex.in l.fin.C.manda nam quod in princ.dixerat coloratam donationem,postea vocat figuratam. Vel dicitur coloratus habens aliquem colorem.l.hoc colore ff.de inoffic.testam. & l.iubemus §.scientes ibi,beneficij colorati.C.de sacrosan. eccle.reg.cancell.33.uel coloratus id est fucatus. Bonifa. in clem.1.colum.2.no.5.de senten.excommunic. Incoloratus quando non habet aliquam causam seu titulum.l.minor autem.§.1.in verb.nec colorato.ff de minori.glo.in cap.auaritiæ in verb.colore.de electio.in 6.& ideo collatio facta à capitulo non est colorata,nisi possit probare ad se spectare collationem,& idem in collatione facta à vicario generali, concludit gloss.in verbo coloratum. in pragmatic. eodem titulo,si non habeat conferendi potestatem. cap. final.de offic. vicar.in 6.

43 Item dicitur coloratus quando probatur institutio per episcopum facta,licet non probetur præsentatio. Nicol. de Milis in uerb.possessio q.101.& Domi.cons.117.in quæstione.colum.3. Et sufficit præsentatio à laico, si agat possessorio ad colorandam suam possessionem docere de institutione omissa præsentatione,teste Auffre.in decis.Tholo.quæst. 431.Item,&c. aliquis fuit electus, &c. Vel coloratus dicitur qñ habet titulum à collatore ordinario,licet inutilem,vt pote,quia eius manus erant affectæ.Anto.& Imol in cap. ꝓpo fuit.colum.2.de cõcess præb.Et breui dicendum est,coloratum dici titulum,dum tamen quis ex apostolica, uel ordinaria collatione,aut electione, aut electionis huiusmodi cõfirmatione,seu præsentatione,& institutiõe illorum, ad quos beneficiorum hmõi collatio,& ꝓuisio,electio,præsentatio, seu quæuis alia dispõ pertiner,obtineat, vt declaratur in reg. 33.cãcella.licet ob aliquod vitium titulus nõ dicatur iustus. vt in d.gl.coloratum.& Gomet.in q.27.& seq. super hac regula cancell.plenè scribit.

44 Vbi vide latius ꝙ post triennium nõ tenebitur possessor ꝓbare coloratum titulum,nisi cõtra possessorem aliquid ꝓbetur,vt ad iudicis instantiam.per l.cogi.C.de peti.hære. Et Felyn.in cap.licet Hæly. de symo. uel nisi ius possidenti resisteret,vt pote quia habet duo beneficia incompatibilia. capit.ordinarij.§.1.ff.de offi.ordi.lib.6.gl.in uerbo coloratum. eod.titu.in pragm.Et põt dici titulus coloratus qñ nõ est nullus ipso iure,sed uenit annullandus:& qñ est nullus, dici potest incoloratus,Felyn.in c.in nostra,corrola.36.versic.9.no. de rescrip.

45 Requiritur tamen,ꝙ habeat titulum,& coloratum à principio,quia si in initio haberet incoloratum, & postea superueniret titulus coloratus,nõ ꝓdest ante illum titulum habitum,cum præscriptio ista triennalis incipiat currere ab illo tpe,quo habuit titulum coloratum.l.certe.§.penul ibi incipiet.ff.de præca.Etiam quia antequam habuerit titulum,falsem coloratum,est violentus,seu intrusus.gl.in d.verb. cõloratum.circa fi.in prag. qui omni tempore possunt molestari,vt infra dicetur.

46 Quintò,extende,siue habuerit beneficium in titulum,siue in cõmendam ad vitam.gl.in pragm.in uerb.titulum.vbi dicit,titulum large accipi ꝓ quolibet mõ obtinendi beneficia à iure approbato.Sequitur D.Boer.in addi.ad Dy.in reg. 1.de reg.iur lib.6.

47 Nam commenda censetur canonicus titulus. c.dudum. in 2.de elect.c.qui plures.21.q.1.Archid.in c.si ꝓpter. in fin. de rescr.lib.6.c.nemo.de elect.cod.lib.Feder.in tract.de permuta.beneficio.quæst.15.Nico. Millus in verb. beneficium. §.23.Guid.Papæ in decis.Delphina.q.152.quinta cõclu.& ita tenetur in Francia,& sic fuit prolatum arrestum Parisijs, vt refert Io.Gallus in quæst.per arresta.quæst.118. cum sequen. ubi dicit: Quando commenda fit ad uitam,dicitur uerus titulus.

48 Quod sic probatur,cõmendatarius põt constituere procuratorem ante litem contestatam, sicut is qui habet titulũ. Matthe.notab.191.nota quòd licet procurator.

49 Et potest permutare beneficium commendatum alio dato in titulum.capitu.final.& ibi plene Imol. de retum permuta.

50 Item potest ex redditibus beneficij commendati viuere, sicut is qui habet in titulum d.c.nemo. Immo licet de iure posset succedere abbas,suo monacho,priori,uel aliud beneficium habenti,tamen priori cõmendatario nõ succedit,sed hæres ab intestato,qđ est durum abbati Cluniacen. seruandum tamen.l ꝓspexit. ff. qui & à quibus. arresto senatus ita pronuntiatum extitit anno 1515. die 11. Maij, quod potest esse ualde utile hodie hæredibus protonotariorum habentium istos prioratus, si fructus(vt solent)nõ cõsumpserint, & hodie etiam magni episcopi vix habent hæredes,quia bona tam viuorum,quam mortuorum consumunt.

51 Et cõmendatarius super illis redditibus transigere, ac eos uendere põt. Domi.cons.17.pro declaratione. in fi. Carpit.in decis.Neapo.q.3.in causa.

52 Et habet liberam potestatem in temporalibus & spiritualibus.Pan.in c.cum nobis olim.notab.vlt.de elect.

53 Item cõmendatarius abbatiæ censetur uerus abbas,ideo põt illi delegari causa à Roman.Pontifice, sicut abbati titulario,& habet locum.c.qm̃ abbas.de off.dele teste Barb.cõs. 2.sapienter.colum.vltim.in 2.vol. Quod in Francia obseruatur,teste Chassa.in consuetu.Burg.in rub. *des successions des bastards*. §.3.num.58.in cons.10.ibidem posito.

54 Et sicut tenetur intra annum ꝓmoueri is qui habet curatum beneficium in titulum, ita is qui à Papa habet in cõmendam prioratum tenetur,quia magis astringitur,hic q̃ ille.d.c.nemo videglo.in cap.licet.in uerbo causa. de elec.in prag.quod probatur etiam in clem.ne in agro §.cęterum.ff. statu monach.vbi loquitur de his qui prioratus habuerint, uel cõmissi,uel collati eis fuerint,sed per cõmendam cõmittuntur,ergo cõprehenduntur ibi.& in d.cap.*licet* canon. dicitur,cui cõmissa fuerit ecclesia parochialis, quod per commendam dicitur.c.nemo.de elect.in 6.abunde scripsi *in praxi benefic.in rescri.de non promouendo*. nec refragatur, ꝙ Papa dispensauit,vt secularis haberet prioratum regularem, ergo vt promoueri non teneatur,quia respon. dispensationem esse stricti iuris cap.1.de filijs presbyterorum.in 6.& capitu.sequen.& sic non extendam, licet soleat extendi ad accessoria necessaria,ut docet gl.singu in ca.quia in tantum, de præb.quam sequitur Felyn.in c.postulasti.colum.12.de rescri.Itaque dum Papa concedit minori beneficium curatũ, non secum dispensat, vt non teneatur promoueri, quando erit ætatis legitimæ,immo si non promoueatur,priuabitur, per d.c.licet canon.& c.cum ex eo.& cap. commissa.de ele. in 6.Bonif.in d.§.cæterum.colum.vltim.sic in seculari dispẽsato,vt habeat prioratum regularem,dicemus,vt non cẽsuatur dispensatus de non promouendo,dum erit ætatis legitimæ, ne duo specialia concurrant. l. prima, C. de dotis promissio.

55 Et ideo in commendis à Roma.Pontific.factis solẽt hæc verba inseri,talem.N. prioratum cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis tibi authoritate Apostolica commẽdamus, per te quandiu uixeris,& dictum prioratum. N. obtinebis, tenendum,& etiam gubernandum,ita ꝙ durante commẽda huiusmodi,de fructibus,redditibus, & prouentibus ipsius prioratus.N.disponere,& ordinare ualeas, sicut ueri priores ipsius prioratus,qui fuerunt pro tempore,ordinare,& disponere potuerunt,& etiam debuerunt,&c.En ergo quomodo Papa æquiparat eos habentibus titulum, ergo eodẽ iure uti debent.c.de multa.de prẽb.licet gl.in reg. cancel. 33. contra teneat.

56 Immo hodie in Francia vacant beneficia per mortem commendatarij,& sic impetrantur,ac si in titulum haberentur

Source : BIU Cujas

tur,licet de iure quidam teneant contra.vt Fede.in tract. per mu. q. 15. Et per commendam habet quis ius in beneficio commendato.gl.in cap.licet.in verbo causa.de elect.in prag ma. ideo postquam non habens a principio plenum ius in beneficio,vt pote habens coloratum titulum,nō debet mo lestari post triennium, fortius is qui habet ius præ extu cō-
57 mendæ,vt dixi.Et an commenda temporalis possit ab inferiore episcopo fieri? ꝙ sic docet Panor. in c.si constiterit. de accusa. & ea durante potest ordinarius conferre, vt plenè scribit Roman.cons.350.in casu.& ego consului.in consi.incipien.ex facto.& Roman.consil.350.in casu. an possit commenda reuocari.

58 Nec obstat ꝙ beneficia non debent commendari nisi vsque ad sex menses.d.cap.nemo.quia ille text debet intelligi de beneficijs perpetuis,vt infra dicam,cap.sanctorum.70. dist.cap.præcepta.55.dist.glo.in cap.pastoralis.7.q.1. Respō. verum esse ab ordinario in ecclesijs parochialibus,alia verò beneficia etiam ordinarij poterūt commendare ad vitam. c.qui plures.21.q.1.Domi.& Philip.in d.c.nemo.& in his posset habere locū iste tex.& in commendatis à Papa: secus in dictis parochialib. beneficijs datis ad tēpus, per supradicta, & infra dicetur.

59 Nec obest ꝙ commenda non inducit incompatibilitatem.c.dudum.2.de electio.ideo is qui habet beneficium curatum in commendam, potest habere aliud in titulum sine alia dispensatione. Si tamen Papa commendauerit beneficium regulare vni, & postea dispensauerit vt duo incompatibilia obtinere possit, & vnū regulare, nisi dicatur,cum obtento,non censebitur dispensatus,quia Papæ uolūtas est dispensandi ad vnum non ad duo,aliàs dixisset, & dispensatio strictè intelligi debet.vt scripsi in glo.dispensationum.in forma mandati,& habens beneficium in commendam nō potest cogi vt profiteatur,sicut is qui habet in titulum, vt firmat D Gome.in regula de infirmis resig. q.13. hoc declarat Rusæus in trac.commenda. q.8.nisi hoc in bulla expressum fuerit.

60 Nec refragatur ꝙ commendatarius ad nutum potest remoueri.c.obitum.& c.cathanensis,61.dist.ca.constitutum. 7.q.1.quia non est nisi quoddam depositum,quod ad deponentis uoluntatem potest libere reuocari.ēt si fuerit dictum quod durat vsque ad obitum.l.1.§.si sic deposuero. ff.de depos.c.bona fides.depos. Domi.cons.8.quidam cardinalis.colum. 3. Quod intelligo verum quādo ad ecclesiæ utilitatem facta est commenda,secus si ad personæ vtilitatem,vt communiter fit,maximè in Francia,vt dixi, tunc non poterit reuocare durante vtilitate, & sic vita commendatarij, & hoc quando à Papa,nisi tamen ex causa,& ita seruatur,prout ꝛsuluit Roman.cons.350.in casu. sicut procurator in rem suā non potest reuocari, l.procuratore. ff. de procurato. glos. in l.sicut. §.si procutator. quibus modis pignor. vel hypot. sol.

61 Sic nec commendatarius, qui dicitur procurator in rē suam.Bald.in l.1.colum.4.C.de action. & obliga. Immo secundum dom.Alcia.in l.pactum curatoris. C.de pact. poterit commendatarius dissipare fructus beneficij quod dixi esse à iure bene alienum,in repe.ca.postulastis.4.no. de cleric. excommu.mini.prout dicit Archid.in c.statutum. de resc. in 6.sequitur Barb.cons.19.ubi Christus.colum.1.in 3.volu. ubi dicunt hæreticum esse in iure dicere,beneficiatum facere fructus suos,ergo non pōt eos dissipare,cum etiā habens titulum hoc non possit,fortius nec commendatarius. Alia dixi ibi,quæ licet videre,non repeto.

62 Prærerea dum concedo rem alicui ad certum usum in gratiam & utilitatem utentis, quoad vsus durat, & utilitas, non potest concessio reuocari.l.in commodato. §. sicut. ff. cōmoda.Sic & qñ commenda datur ad utilitatem commendatarij, vt in Francia,tunc quamdiu viuet is commendatarius,& durabit eius utilitas,non poterit reuocari. Et sic post triennium poterit se per hoc decretum tueri, & ita uidi seruari in forensi iudicio.

63 Et sic tenui cōclusionem, ꝙ pacificus beneficij possessor cum titulo vero uel colorato, pōt post triennium iure molestari.Immo etiam sine titulo post triennium nō deber. Prima cōclusio debet intelligi ex noua causa posse molestari, vt infra patet in limitationibus,sed non pōt molestari etiam si possederit sine titulo,dummodo habuerit in cōmendam, quia commendatarius non dicitur titularius, vt notat Pan. in c.quærelam,notab.2. de elect.Socy.consil.33.ex his.colu. 6.volum.1.

Vel si quispiam ad fidem cōuertat populum hæreticū,& postea sine titulo possideat per triennium, ille locus ab eo nō pōt repeti.cap.1.vbi plene scripsi.de præscri. intelligē etiā siue possederit per triennium uirtute unius tituli, siue duorum,dummō primus fuerit coloratus,secus si esset nullus,& secundus post annum habitus coloratus, tunc hoc triennīū ab illo tempore colorati tituli habiti computabitur, non ante,ut dicit Gome.in 46.q.huius regulæ.

64 Sextò,etiam procedit quando quis possedisset beneficiū per triennium cum simplici signatura,quia ex sola signatura perficitur gratia.cap.institutionis.25.q.2.Pan.& Fely.in c. super literis.de rescr.& Pan in c.nosti.de electio. gl.in regul. cancel.25.& 29.nam de iure nō requiritur scriptura ad essentiam gratiæ.Bald.in l.fin.in fin.de communi seruo manu. C. Fel.& alij in rub.de consti.per gl singu.in clem.dudum.in fi. gl.de sepul ideo collō inferioris à Papa pōt probari per testes.Bal.in c.2.in fi.de restitu.spolia. quia postquam habet verum titulum,ergo non poterit molestari. vide de Ripa, in libro 2.responso.c.11.de iure,&c.

65 Nec refragatur ꝙ adipiscens possessionem cum simplici signatura,dicatur intrusus,vt no.Fely.in c.in nostra.de rescr. & in c.ueniens.de accusa per extrauag. iniunctæ de elect. in communibus,qui intrusus non iuuatur hoc decreto,ut infra dicam, quia respon. eum qui adipiscitur possessionem cum signatura,non esse intrusum nam intrusus is dicitur, q non intrat per ostium,sed aliunde,tex.solennis in c.relatum. de iure patro.sed is qui habet signaturam,intrat per ostium, cum habeat à Papa prouisionem,ergo nō dicetur intrusus. Nam si detur à Papa titulus.ergo vult Papa, vt in uim illius possessio acquiratur.argumen.l.2.ff.de iurisdi.omn.iudic.& ꝙ hoc est tex in titu de annatis.in concor.vbi etiam scripsi alia.& sic nō erit priuatus ita adipiscens possessionem, cū alicubi non caueatur.nam regula cancel.29. loquitur in commissionibus causarum circa processus.regule.53.in dispensationibus.& sic tenet dom Auriol.in reg.1. de reg.iur.in 6. in addit.ad Guil de monte Laud.& ista opinio uidetur æqua, licet altera de stricto iure procedere posset, & hæc seruatur in forensi iudicio,in hac Francia consuetudinaria, & extrauag.iniunctę.potest loqui in maioribus dignitatibus, secus in alijs.

Et ꝙ possessio canonice ex simplici signatura capi possit seruat Rota,ut firmat Gome.in q.5.in regul.de non iud.iuxta formam supplicat,nisi in consistorialibus, & ꝙ signatura præbeat saltem coloratum titulum,scribit Cassado. in decisio.vlt.rub.de resti.spolia.

66 Septimò,habet locum in quolibet titulo, siue ergo habuerit collationem beneficij possessi per triennium, siue electionem,non requirentem cōfirmationem, quia ubi requiritur cōfirmatio,nō sufficit sola electio,ut tenet glo.in pragma.sed qñ beneficium dicitur conferri eligēdo,ut in præbēdis ecclesiarum cathedralium seruatur.si uero requiratur confirmatio,tunc dicitur beneficium electiuum.gl. sing. in cap. quia contingit.in verb.electionem.de religio.domi. gl.in regu.cancel.33.& in titul.de elect. in uerb. electiuis §. quibus. in pragmati.Ioan.de Selua in tracta.de benefic.in 3.par.quæstio 1.

67 Quia hic titulus large accipitur pro quolibet modo obtinēdi beneficia à iure approbato,licet in iure multis assumatur modis.gl.in l.non est.C famil.erciſc.Et in authē. de ecclesiast.titu.in rub colla.9.cap.vt singulæ.de offic.archipræsbyte.Lucas de Penna in l.absit.C.de priuil.domus Augu.libro 11.Ioan de Pla.in rub.C.de cano.larg.libr.10.& in additio. ad Paul.in l.1.ff.si cert.peta.gl.in uerbo intitulatam.c.dudū. in 2.de elect.Ioan.Fran.in tracta.de præscript. in 3.parte colum.21.

68 Et ideo procedit etiam in præsentato & instituto,vt etiā post triēnium non possit molestari,cùm institutio sit ecclesiastici beneficij,uel ecclesiæ collatio.Host.in summa de institu.in §.1.Et dicitur canonicus titulus, sicut collatio. Doct. in rub.illius tituli,& Panor.in c. authoritate.illo tit. glos.in uerbo beneficium.eodem titul. de pacifica possess. in pragmatic.

69 Idem in permutatione per superiorem approbata,alioqui permutantes perdunt beneficia propria authoritate permutata.c.quæsitum.cum seq.& c.cum olim. de rerū permutation.capitu uno.illo titu. libro sexto, Aegidius de Bellamera in suo tracta. de permutatione beneficio. post Federic.

70 Idem puto in translato authoritate Papæ ut etiam post triennium molestari non debeat,quia translatio sic facta dicitur canonicus titulus.c.si quis iam translatus.21,q.2.gl.in §.quibus.in uerb.clausis.de electio.in pragma.cap.1.de trāsla.episc.cum dicatur quædam permutatio authoritate superioris facta.Ioan.Andr.in d.c.quæsitum.Panor.consil.101.factum.in 2 uolum.Federi cons.5.quidam, & est repetitum cō sil.19.quidam.Oldrad.cons.267.ꝙ domino.& consil. 284.in quodam.Anchara consil.158.ex narratis. Roman. consilio 345. circa.ubi licet multas quæstiones uidere de ista translatione.

71 Nec me mouet.cap.cum in illis. §.1.cum sequen. de præben.lib.6.ubi appellatione unius tituli, non uenit alius. Respon.

spon.uerum esse quando specialiter titulus electionis, uel collationis, siue institutionis est expressus, secus si titulus tãtum, vt hic titulu coloratu, quia compræhendit quemlibet titulum. Et sic intelligo hunc textum. ista est nota limitatio ad dictum capitul. cum in illis. & declaratio, quam nota.

72 Nec mihi placet decisio D.Gomes. super hac reg. cancella. q. 26. vbi dicit possessorẽ tredecim annorum iuuari hoc remedio sine titulo, tum q̃ per decem annos præsumatur titulus. l. si filiusfamilias. C. de petitio. hæredi. tum quòd iste titulus præsumptus tantum debeat operari, sicut verus, & postea triennium post ipsum præsumptum titulum, facit vt hac exceptione iuuari possit, & quod non teneatur ostendere aliquem titulum, hæc ille loquitur contra tex. suæ regul. ibi, ex quouis titulo, & sic requirit titulum. ita hoc decretũ, aliàs qui non habet titulum, est intrusus, cui per hoc remedium non succurritur, postquam requiritur titulus, oportet quod probetur, cum quis debeat suam intentionem probare, aliàs tanquam intrusus excluderetur. argumẽ. l. actor. C. de proba. & titulus præsumptus non est simpliciter titulus, sicut donatio conditionalis nõ est simpliciter donatio. l. 1. ff. de dona. nec creditor conditionalis dicitur creditor simpliciter. l. creditores. vbi scripsi. ff. de verb. sigñi. alibi dum operæ
73 prætium fuerit alia scribam. Et sic practica est in francia, vt si quis molestetur post triennium, is impetret literas regias de pacificis possess. vocatas, per quas præcipitur parti, ut non habeat illum pacificum possessorem amplius molestare, si de narratis apparuerit. vt in cap. 2. de rescrip. & debet impetrans probare, & ostendere suum titulum, sub quo ipse possedit, nec potest cogere aduersarium suum ad ostendendum titulum, antequam ipse suum exhibuerit, & ita censuit senatus in iuridicis conuentibus molini celebratis 1534.

74 Octauò, etiam procedit, si beneficium spectaret ad collationem laici ex priuilegio. quod potest c. dilectus. in 3. de p̃ben. cap. Adrianus. 63. distinct. Oldrad. consi. 1. glo in cap. imperium. 10. dist. licet de iure laicus non ualeat conferre. ca. si quis deinceps. 16. q. 7. & gl. ibi in summa. & c. per laicos, & laicis, ibidem.

75 Nec etiam ualet consuetudo, vt laicus cõferat, seu eligat. c. massana. & c. sacrosan. de elect. Pan. in cap. cum Apostolo. de his quæ fiunt à præla.

Poterit iste hoc decreto iuuari, dummodo probet collationem ad istum laicum ptinere, & sibi ab eo collationem factam. & se per triennium possedisse.

76 Notandum est tamen, q̃ per talem collationem ex priuilegio factam per laicum ius spirituale non acquiritur ei, cui collatum est, donec per episcopum aut alium clericum fuerit institutus. c. in synodo. 63. dist. Io. Montaigne in tracta. de bigamis, in q. 5.

77 Sed ad hoc prodest laicorum collatio, & inuestitura, vt inuestitus possit recipere feuda, & alia bona tẽporalia. Corse. in tracta. de potesta. regia. q. 11. ideo dicit Host. in summa de institutio. q̃ etiam in omni beneficio in quo inferior ab episcopo confert ius, semper debet interuenire approbatio episcopi & institutio, uel eius vicarij. cap. fin. de cleri. pere. c. 3. de institu. Nisi inferior hocius prælcripserit quod potest, nisi fuerit laicus. per tex. in capitu. auditis. de præscrip. & Panorm. in cap. cum non liceat. in fine. & capitu. causam. ibidem.

Quod facit contra multos, qui post collationem ab inferiore factam non plus loquuntur episcopo, quàm vni porco, secundum eum, quem refert Imol. rubric. de instit. & de hac institutione author sabili, vide per Cald. cons. 2. an archy præsbyter. in fi. de præscr.

78 Nonò, extende tam in beneficio principali, quàm vnito, quia possidendo principale per triennium nõ poterit etiam molestari super unito. argumen. c. super eo. de præb. lib. 6. qa vnitorum & connexorum eadem est ratio cap translato. de constitu. Et duo vnita censentur vnum, ideo non debent diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de usucapio. Bal. in l. ex cusantur. §. fin. ff. de excusa tutor. per illum textum. Et hoc intellige quando quis possedisset principale beneficiũ, secus si accessorie tantum. & hoc quãdo fuit facta vnio de vno alteri accessorie, secus si æquè principaliter. Ancha. cons. 114. pro impetrante. colum. 1. de vnione vide plenè per Petrum de Perusio, tracta. de vnio. benefi. & in tract de reuoca. vnio. Si tamen fuerit facta unio inutiliter, id est non uocatis quorum interest, ut decet. Doct. in c. sicut unire. de excessib. prælat. & is possederit triennio, non iuuabitur hoc decreto, quia non possedit illam in titulum, sed in proprietate, & regula loquitur quando quis habet titulum, & cui non conueniunt verba, nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. & ideo post decem vel 30. annos uidi impetrari beneficium unitum per id temporis possessum per rectorem, & eo mortuo impetrabatur vacans per obitum.

Item, si post unionem recte & rite factam quis impetret beneficium, & in uim illius impetrationis per triennium qs possederit, non iuuatur etiam hoc decreto, quia beneficiũ non vacabat, & sic nullum habebat titulum impetrans, quã uis saltem coloratus requiratur hic, & in vnione perpetua, sic in cancellaria seruari dicit D. Gomes. in q. 8. super hac regul. & q. 24. vide Boer. q. 345. & sequẽ. an vnio. in decisio. Burdegal.

79 Decimò, procedit etiam in prælatura, vt in tex. prælaturã, & appellatione prælaturæ uenit episcopatus, vt dicit gloss. in uerbo prælaturam. in eodem titul. per capitu. ne pro defectu. & cap. nihil. de electio. cap. vbi periculum. §. & ne eod. titul libro 6.

80 Etiam alij appellatione prælati ueniunt, tam superiores. (Domi. in c. præsenti. §. cæterum. de offi. leg. lib. 6.) quàm inferiores. c. decernimus & ibi Panorm. & Decius. 2. nota. de iud. cap. 1. de æta. & quali. ca quia nos. & ibi Dec. 3. notab. de appellationibus. gl. in uerbo prælatum, & in uerbo prælat c. 1. de elec. in pragma. & Panormitan. in c. nihil. in 2. notabi. de election.

Et ideo minister fratrum minorum, siue guardianus p̃latus nuncupatur. gl. singu. in clem. 1. in uerb. prælatum. de electio. ubi notaui eam sing. & Card. & Felyn. in cap. cum olim. colum. 1. de maior. & obed. Barb. cons. 41. Deum. colum. 4. in 3. volum. Item priores conuentuales dicuntur prælati si sint perpetui. Bonifa. in clem. 1. colum. 1. de supplend. negligen. præla in prin. gl. in c. nullus. de electio. in 6. Barba. consil. 40. præclare. colum. 8. in 1. volum. Et quando nominatur episcopus & alius prælatus, tunc accipitur pro quocunque ordinario tex. in clemen. vna. de excessib præla. & ibi Doc. per illum tex.

81 Et dicuntur prælati quasi præ alijs lati, & ditati. & lata appellatione Curatus potest dici prælatus. ca. cum ab ecclesiarum. iuncta suprascriptione. de offi. ordi. & c. de rectoribus. in fi. c. tua. de cle. ægrotan. & ibi Panorm. nota. gl. in cap. 1. in verb. prælatis. de ele. in prag. regesque & princeps sic dicũtur prælati c præcipue. 12. q. 3.

82 Ideo archiepiscopi, episcopi, abbates, & abbatissę, cum dicantur habere prælaturam post triennium non debẽt molestari. & de his intelligitur hic tex. secus de alijs prælatis ad nutum, de quibus in limitationibus dicam. & hi prælati debent habere sex alas, id est notitiam sex legum, uidelicet naturalis, Mosaicæ, propheticæ, euangelicæ, apostolicæ, & ca-
83 nonicæ. tex. in c. scriptum. & ibi Imo. de elec. & si uolare melius volunt, addant aliam ex urbanitate, uidelicet, legalis sciẽtiæ, quæ etiam valde poterit conferre eisdem, sunt tamẽ qui nullas habent, ideo in terra remanent, quia terreni sunt. Itẽ per hoc verbum, compræhenduntur illi qui iurisdictionem habent ordinariam, & non recognoscunt superiorem episcopum uel archiepiscopum, sed tantum possunt in illa ecclesia, quantum episcopi in suis. Et hi etiam prælati dicũtur vt thesaurarius sacræ capellæ palatij Parisien. & Bitur. glo in verb. proprij. clemen. 1. de reb. eccle. non alienand. Felyn. in c. decernimus. colu. vlt de iud. Et iuuantur hoc decreto post triennium.

84 Vndecimo, procedit in dignitate, ut in tex. dignitatem. & dicitur dignitas præeminentia seu administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, vt archidiaconatus. Panormitan. in cap. de multa. de præben. Aliquando accipitur pro officio. gl. in l. 1. de digni. lib. 12. C. quam Barb. in c. cũ accessissent, num. 20. de consti. refert.

85 Personatus est præeminentia, siue quædam prærogatiua absque tamen iurisdictione. cap. j. de consuetu. libr. 6. & cognoscitur quando habet maiorem præeminentiam quàm alij canonici etiam ante recepti, in choro uel capitulo, ac possessionibus, non tamen habent tantam prærogatiuam, quantam illi qui habent dignitatem. capitu. dudum. in 2. de electio.

86 Officium est rerum ecclesiasticarum administratio sine præeminentia & honore, ut sacrista. cap. 1. de offi. sacrist. Io. de Selua in tracta. de benefi. in j. parte quæst. 2. licet in ecclesia Magalonensi olim ex cõsuetudine habebatur pro dignitate. & in his valde operatur consuetudo, quia illa est cẽsenda dignitas, quæ ex consuetudine pro tali habetur. Pan. in c. de multa. de præb. dixi in §. præfatique ordinarij. de collat. in concord.

87 Administratio verò sumitur hic large, ut compræhẽdat prioratus, & alia beneficia. tex. & ibi Cardi. q. 6. in cle. j. de rescr. c. 2 de æta. & quali. uide gl. in reg. cancella. 33. & hi iuuantur hoc decreto.

88 Ideo si conferatur dignitas alijs quàm canonicis ecclesiarum, & illi obtinuerint per triennium, iuuantur etiam hoc decreto, vt non possint molestari, licet de consuetudine dignitates non debeantur nisi canonicis. ut not. gloss. in titulo, de collatio. in fine. in uerb. requireret. & dico in tracta. not.

quæ-

Source : BIU Cujas

quæstione vigesimaquinta, versicu. vigesimasecunda.

89 Intellige istum tex tam de seculari dignitate quàm regulari, cum hic tex indefinitè loquatur, & sic equipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.2.gl.in c.vt circa.de elec.lib.6. quod declara uerum quando dignitas erat ecclesiastica. secus si secularis & prophana.c.Saluator.1.q.3. & sic hoc decreto non iuuaretur Bailliuus, Præpositus, vel Seneschalus, seu alius habens dignitatem ecclesiasticam & spiritualem, vel personarum, seu administrationem, vel aliud beneficium quocunque nomine vocetur. dicit text.in capitu. final. de consuetu. in sexto.

Audiui tamen ab egregio & summè commendato viro Do.Thomasio in magno consilio dignissimo consule olim aduocato regio, quem iuuari posse hoc decreto in officijs regijs possessis per quinquennium. & hoc dicebat esse edicto regis cautum: quod transcripsi in ordin. regul. quas in ordinem redegi, vt quilibet illud ibi les legere possit.

90 Item prædicta intellige in dignitate & officio ac beneficio perpetuis, secus si ad nutum, vt in religiosis. text. iuncta gl.in c.1.de consuet.libr.6. & infra in limitationibus dicetur fusius.limita.6.

Et sic sequester non iuuabitur hoc decreto, clem.vna.de sequest.poss & fruct.

Nec coadiutor capitu.grandi. de supplen. negligen.prælat.lib.6.

Idem dico in rectore finito suo officio, uel idem in abbate S.Sulpitij Bituricen.qui ad annum vel tres annos eligitur, ut post triennium non possit iuuari hoc decreto.& idē in œconomo.c.cum vos.de off.ordi.

91 Præterea vicarius episcopi, licet habere dignitatem dicatur.glo.in clem.& si principalis.de rescrip. Et possit esse perpetuus.argum.l.sufficit.ff.de cond.indebi. tamen si destituatur, hoc decreto non iuuabitur, quia illa dignitas est potius episcopi, cuius vices gerit.c.1.de offi.vica.lib.6.Bolog.in addi.ad Ioanuem.de Ana.consi.14.

92 Fallit quando à Papa esset confirmatus.gl.& Doct.in capitu.cum accessissent.de consti.cle.& si principalis.de rescri. & ibi notatur, quod reprobaui in praxi beneficiali in materia vicar.

93 An appellatione beneficij veniat dignitas, vide per Barba.in c.sedes,num.200.& seq.de rescr.& gl.in c.1.de reg. iur. in 6.& in cle.auditor,illo titu.

94 Duodecimò, procedit etiam in hospitali, quando concederetur in titulum, quod potest fieri duobus modis. Primò ratione fundationis. Secundò, quando ad eius regimen quis assumitur à clericis per uiam electionis.clemē.quia contingit.§.vt autem.de religio.domib.glo.nota.in clemen. vna.in verb beneficium de rerum permu. Panor.& alij in c.postulasti.de rescr. Fel.in c.de quarta.de prescrip. Docto.in clemē. per literas.de præb.gl.in uerbo beneficium.eo.tit.in pragm. vbi dicit iuuari possessorem hospitalis hoc decreto post triēnium, si hospitale concedatur in beneficium.

95 Et tunc dicitur concedi in beneficium quando est ibi cāpanile cum campana, quæ publicè pulsatur ad congregandos homines pro diuino officio. Panor.in cap. petentibus, de priuileg. vel si ibidem sit altare fixum, & consecratum, & ibi passim celebrentur missæ. Felyn.in d.c.de quarta.colum. 4. Et tunc veniet appellatione beneficij.gl.in c.2.de decimis. Alioquin dicitur locus pius & religiosus, & non beneficiū, & tunc possessor non iuuatur ho6 decreto, quia non uenit ille locus pius appellatione beneficij.clemen.2.de præbend. Gomes.q.7.huius reg.gl.in clem.dispendiosam.in verbo beneficijs.de iud. Et quæsint signa indicantia hospitale religiosum.notat Calde.cons.4.quæ sint.rub.de religio.domib. An dicatur locus pius, tradit Ias.cons.214.in causa hospitalis. columna prima, in secundo volumin. uide Ioan.de Selua in tractat.de benefic. in prima parte, quæstione septima, partis tertiæ.

96 Decimotertiò, extendeetiam ad beneficium situm in villa murata, quod licet debeatur graduatis, seu saltem qui triēnio studuerunt in theologia, uel in altero iurium. §. statuimus.2.de colla in concord. Tamen si collatum sit alteri quā graduato, & is possederit pacifice per triennium, non poterit postea molestari. probatur hoc verbo generali, quicunque, &c. Tamen videtur contra, quia collatio facta non graduato est ipso iure nulla prosequente graduato, & sic non est colorata. vt patet in titulo de firma & irreuoca. concordan. stabil. uersicul. necnon. vbi sunt ista verba. Nec non irritum & inane quicquid secus super his, uel eorum aliquo à quoquam contigerit attentari. Ecce ergo ꝙ collatio est nulla, & sic postquam initio uitiosa est non potest tractu temporis conualescere. Regula, qđ initio.ff.de reg.iur.& regula, non firmatur, illo titu.in sexto, & etiam, quia in fauorem parochianorum est inductum, ideo dicerem esse nullam, si graduatus uelit & prosequatur, alias non, per §.final.ibi, illa prosequentibus.de colla.in concord.& ibi dixi: facit l.2.C.de iure emphy ideo quando nominatus uel graduatus non prosequitur intra triennium, non poterit molestari is qui possedit pacifice per illud tempus, immo interim potuit præscribere, instar hæredis, qui potest præscribere legatum, antequam legatarius acceptauerit, qa ignoratur an legatarius velit acceptare. Fely.in rub.de præscri. Socy.cons.63.in causa, colum.3 in 1.uolum. dixi plene in repet.l.unicæ no.1 num.54.C.de senten. quæ pro eo quod interest. sic ignoratur an nominatus uel graduatus uelit acceptare beneficium, ideo si detur alteri, non est mirum, quia inuito.&c.ff.de reg.iu.& licet istud sit introductū etiam in fauorem parochianorum vt instruantur à graduatis, & illi fauori per triennium tacendo renunriauerunt, imputetur eis cur non reclamauerunt intra triēnium, ut poterant, quia eorum intererat, ut in simili dicit glo.in uerbo personis.cap.si quis presbyterorum.de reb.eccle.non alien.& in l.iubemus. in uerbo œconomis.C.de sacrosanct. eccle. ideo potest illis post triēnium agentibus dici, sera prece subuenire uobis desideratis.l.2.C.de iur.& facti ignoran.

97 Et sic patet ꝙ possessor triennalis est tutus, si coloratum habeat titulum, etiam si in bulla sua aliqua qualitas fuerit omissa, ut quia beneficium sit in uilla murata, uel quod ecclesia sit parochialis, uel debita canonico, aut nobilibus, uel aliàs: nam postquam defendit ad id quod est principale, scilicet ad beneficium: ergo ad qualitatem illius quæ est accessoria Regul.accessorium.de reg.iur.libro sexto, & in omnibus hoc decretum defendit, nisi in exceptis, ergo in hac qualitate.

98 Decimoquartò, extende, siue possederit per se, siue per alium, nam qui possidet per colonum, uel per alium, ipse videtur possidere. argumen.l.1.§.deiecisse. ff. de vi & vi arma. licet textus utatur uerbo possederit, quod est uerbum uerū, & non fictum. Item si habita collatione beneficij locauerit fructus ad triennium, & postea discessit ad Hispanias, & post triennium reuertatur, dici potest pacificus, si eius uicarius non fuerit turbatus, aliàs contra. ut tenet Nic.de Milis in verbo possessio pacifica.q.131.

99 Vbi dicit, ꝙ illa est pacifica possessio, quæ nō turbatur de facto, licet turbetur de iure. & ideo si colonus turbetur, nō dicitur dominus pacifice possidere, alioqui fieret fraus huic decreto & quilibet discederet à loco beneficij per triennīū, ut non id temporis molestaretur, & postea esset tutus, & sic uia fraudibus pateret. contra.l.in fundo.ff.de rei uend. & infra latius dicetur, quando quis dicatur pacificè possidere, & dicit.l.quod meo.ff.de acquiren.poss. is possidet cuius nomine possidetur, &c. facit.l.1.in fi. si mensor falsum modum dixerit.

100 Item dicitur is pacifice possidere beneficium, licet episcopus vel alius recipiat fructus primi anni, iuxta. ca. si propter. de rescrip.in 6. tum quia pacifice & sine lite possidet, quod quod requirit hoc decretum, tum etiam quia non patitur molestiam de facto, simul ꝙ acceptādo illud beneficium recepit titulum & administrationem. Perus.in d.si tibi concesso.de præben.in 6. ideo si postea possederit post duos annos cum hoc anno, dicitur pacificur possessor, qui non poterit amplius molestari, quod est notandum, quia sæpius usu uenit in Normandia propter deportus.

101 Decimoquintò, etiam si beneficium esset sequestratum, quia sequestratio necessaria non priuat quem possessione sua.Henric.Boic.in cap.examinata.de iudic.l.interesse.& ibi notat.ff de acquirend.possessio.etiam licet sequestratio priuaret, tamen ille non perdit commodum possessionis. Bart. in l.si oleum.ff.de dolo.tenet Auriol.in cap fi.1.addit.ut lite pend in 6. Dicerem tamen, cum in hoc regno fiat sequestratio per legem regiam, tunc quia quilibet dicit se possessorem, & non apparet quis possederit, ꝙ non posset iuuari vnus magis quàm alter, alioqui cum uterque dicat se possidere, uterque post triennium esset tutus. quod non uidetur iuri consonum, & ita tradunt doc. Aret. maxime in l.interesse puto.ff.de acquiren.possessio. nisi dicas, ꝙ is iuuabitur, cui est adiudicata possessio, uidelicet recredentia. nam poterit contra tertium iuuari post triennium à die possessionis captæ computandum, quia ab illo tempore pacifice possedit contra tertium, qui possessorem non molestauit, sed contra litigantem non. uide quæ dixi in l.sequester.de uerborum significa.ff.

102 Decimosextò, procedit in cappellania, siue in altari, quia æquiparatur aliis beneficiis, ut dī in c.apostolica.8.q.1.& capellæ possunt annecti præbendæ. Panor.in cap. exposuisti. p illum tex de præb. Fel.in c.cum uenerabilis.colum 11.de except.& in c.ex par.col.1.de rescri. quia est eadem ratio in beneficio & capella ergo idē ius erit. arg.l.illud.ff ad leg. Aqui. no.in c.1.& per totum, de capel.monach c.1o.de Ana. consi. 24.primo videtnr.

Vbi

Source : BIU Cujas

103 Vbi concludit ædificantem capellas, seu altaria in ecclesia, non teneri ad dotandum eas, quia non est eadem ratio in hoc casu sicut in ecclesia, tum quia capellaniarum collatio ad illud prælatum pertinet, sed institutio ad illum, in cuius diœcesi sunt constructæ licet contrarium teneat Panor. in cons. 89. in 2. volum. Nicol. Milus in verbo beneficium. q. 49. & Fel in dict. ca. cum venerabilis. ita in propriis terminis concludit Dec. cons. 121. in causa. colum. 2. vide Paul. de Citad. in tract. de iure patro. in 3. parte. q. 32. in prima causa. vbi dicit, capellas olim non dici ecclesias, sed erant tuguria caprarum, & pellibus illarum tecta. glo. in c. concedimus. de cõ consecra. dist. 2. quia nobiles in itinere ecclesias de pellibus capraruim tectas habebant. Archidiacon. in capitu. plures. 16. quæst. 1.

104 Et dicitur capella, quia capit laos, id est laicos, vel populos, uel capiens laudem. Arch. in c. concedimus. Vel capella dicta est à cappa Beati Martini, quam olim reges Franciæ ad bellum deferebant, quæ custodiebatur in tentorijs, & is locus capella dicebatur, & clerici custodes illius loci capellani vocati fuere, teste Præpos. in c. præsbyter, colum. 2. distinct. 23. quæ iure non probantur. Et in his capellanijs committitur simonia sicut in alijs beneficijs. c. non satis. de simon. & ueniunt appellatione ecclesiarum, vt concludit Auffre. in de cis. suis. q. 57.

105 Decimo septimò, etiam procedit in prestimonijs. Dom. cons. 89. vacãte. col. vlt. & hoc intelligit, quando dantur in titulum perpetuum, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, tunc dicuntur beneficium ecclesiasticum, & sic procedit iste tex. secus si præstimonium cõsisteret in sola temporalitate, & tunc (secũdum eum) de eo etiam non deberet fieri mentio in rescripto. vide Oldrad. cons. 81. quod processus. colu. 1. ubi dicit esse beneficia ecclesiastica, quæ non possunt conferri nisi clericis.

106 Et ideo dicitur præstimonium, quod præstat munium, & etiam quia perpetuò conceditur, sicut beneficium. Oldra. cons. 140. in ecclesia. vbi plura alia tradit, intelligenda tamen sunt vt supra dixi.

Fuerunt enim instituta pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, & nullum habent communiter seruitium annexum, nec aliquot onus, ideo multa teneri possunt etiã sine dispensatione, teste Io. Staphil. in tracta. de literis gratiæ & iustitiæ. in 5. expecta. forma. fol. 15. & Gomes. in tracta. expecta. in 1. forma. Sed ego uidi communius habere onus aliquod annexum, videlicet dicendi missas, vt nuper fuit litigatum & decisum, de capella nostræ dominæ in porta ciuitatis de compeigne fundatæ. quæ licet fuisset unita de consensu possessoris, tamen vnica ea tantum causa fuit reuocata, quia erat spirituali addicta, & vt dicitur spiritualisata, anno 1542.

107 die 6. Iulij & communitates ecclesiarum non sunt beneficia ecclesiastica. sic fuit dictum, anno 1526. die 19. Aprilis, & ideo non tenetur ad decimas, sicut alia beneficia. vt aliàs consului.

108 Decimooctauò, extende etiam ad pensionem à Roma. Pontifi. canonice constitutam, & in titulum datam: quia beneficij appellatione continetur. Pan. Barba. & Fely. in cap. ad audientiam. 2. de reseri. Tamen quia non est dignitas officiũ ecclesiasticum, vel beneficium non comprehenditur hoc tex. vt infrà patebit, nisi distinguas, vt per Paul. de Roma. in tracta. pensi. cap. 7. etiam qui non soluit pensionem per triennium non tuuatur hoc decreto, sed cogitur eam soluere, quia causa fructuum non est beneficialis, nota. in cap. 2. vt lite penden in 6. & pensio respectu beneficij ita se habet, sicut vsusfructus ratione proprietatis. cap. fi de pig. etiam tenetur soluere pensionem, qui non cõsentit constitutioni illius, sed succesit in illo beneficio, super quo erat imposita pensio, & si non soluerit per triennium, tamen compellitur eam soluere, quia beneficium transit cum suo onere l. alienatio. de contrah. empt. hoc expressim tradit do. Gome. in q. 50. super hac regu. cancel. Verum enimverò quia multifariã & à multis fui rogatus materiam pensionum breui perstringere, & secundum vsum curiarum Franciæ dictare, quorum uotis annuens, sequentia duxi hic inserenda.

109 Prima conclusio. Pensio verbum generale est. Primò accipitur pro fructibus. l. prædiorum. ff. de vsur. Secundò pro censu. cap. constituris. de relig. domib. Tertiò, etiam capitur pro mercede rei locatæ. l. ędem. C. locat. l. 1. ff. de migrand. cum infinitis similibus. Quartò, sumitur pro solutione sortis & usurarum. glo. in l quæsitum. ff. de pigno. Doct. per illũ tex. in l. lecta. ff. si cer. peta. & generaliter comprehendit quãlibet annuam solutionem, etiam si soluatur ex re prophana. l. sed addes. §. 1. & §. si dominus, & §. si quis. cum multis. ll. sequen. ff. locat.

110 Et ita intelligitur ordinatio regia sita in rub. *des senechaux baillis*. artic. 23. ubi rex prohibet seneschallis, & suis bailliuis, ne pensiones recipiant à prælatis, nec ab aliquibus dominis sæcularibus, sub pœnis ibidem constitutis, siue soluatur ex re ecclesiastica, vt pote ex beneficio. c. ad audientiam. 2. de rescript. cap. quamuis. in 1. de præb. in 6. & probatur iuribus in sequentibus allegatis. & hoc no. Soc. con. 50. subtiliter. col. 1. in 4. vol hic intendo loqui de pensione tangente beneficia ecclesiastica.

111 Secunda conclusio. Pensio est certa portio ex aliqua mẽsa, uel beneficio, ex causa ad tempus, non in perpetuum separata. Et ista definitio concernit pensionem quatenus est cõmodum temporale tantum, non quatenus est titulus beneficialis, secundum Card. & Imol. in clementi. 1. de supplend. negli. præla.

112 Hæc diffinitio non placet tum quia non comprehendit singula membra diffiniti. tum etiam quia alijs à diffinito cõuenit, & sic non ualet. vulgata. l. 1 §. dolum. ff. de dolo. Primo est quædam pensio quæ perpetuo constituit̃ uicario perpetuo, uel alteri. Hiero. gigas in d. trac. pensio. q. 1.

Item aliquando certa portio separatur ex beneficio, & tamen non est pensio, sed est beneficium, ut pote quando ex uno benefcio fiunt duo, ex una præbenda duæ, quod ex causa, quatuor concurrentibus, fieri posse tradit Panormit. & alij per illum tex. in c. vacante. de præb. Petr. Anch. consi. 114. etiam potest portio separari pro reparationibus ecclesiarum. c. concesso. & c. seq. 12. q. 2. & tamen non erit pensio, prout hic capitur.

113 Ideo sic diffinirem. Pensio est certa portio ex fructibus, seu redditibus beneficij, uel in pecunia ad tempus, uel in perpetuum à Papa, uel episcopo legitimè constituta.

114 Primo dico certa portio, quia aliquibus vicarijs datur certa pensio, & determinata quantitas vini, & frumenti, & tunc qui habebit illam vicariam in titulum habebit illã pensionem, quæ non potest augeri, sed imputandum est illi qui eam acceptauit, seu beneficium. cap. si tibi concesso. de præbend. Auriol. in additio. ad Gulielm. de monte Lauduno. in cap. super eo. de præbend. in 6. nisi esset tam modica, ex qua non posset uicarius uiuere, & iura episcopalia soluere, quia tunc augebitur. cap. præsenti. de offi. ordi. in 6. nota. in ca. de monachis. de præb. abundè scripsi in tract. de congrua portione. Alii vero uicarii nullam certam, nec determinatam portionem habent. sed dum ad uicariam præsentantur, assignatur eisdem certa & congrua portio pro personæ dignitate, & qualitate, & hoc probatur in d. c. de monachis. & in capitu. extirpandæ. in §. qui vero. per Panormitan. de præben. & capitu. 1 illo titul. in sexto, & hæc augeri potest, vt infrà dicetur.

Item dicitur certa, quia in certa quantitate pecuniæ, uel fructuum consistit, & communius in 3 parte reddituum, ut infrà dicitur, & declarat Paul. de Roman. in tracta. de pensio. in capitu. 1.

115 Item dixi, ex fructibus, quia quædam pensio consistit in fructibus beneficij, quædam in pecunia capitu. nisi. de præbend. Et an ex distributionibus quotidianis debeatur, uide tex. in extraua. postulastis. de præb. in communibus.

116 Postea dixi, seu redditibus, cuius appellatione omnes prouentus continentur, vt not. Docto. in clemen. vna. de excessib. prælato. & cap. pastoralis. de decim. & differentiam inter reditus & fructus tradit glo. & doct. in c. generali. de elect. in 6. Spec. in titu. de loca. §. 1. uers. illud. Conrad. in tracta. de contractibus. q. 72. cum sequen. scripsi in §. uolumus. in uerbo fructus & sequen. de colla. in concord. à Papa uel episcopo ideo dixi, quia ab his regulariter imponi solet, nomine episcopi Archiepiscopum comprehendens. de quo in capitu. extirpandæ. in fin. de prębend. alia uerba declarantur in sequentibus.

117 Pensio dicitur à pendeo pẽdes, quia pendet à beneficio à quo detrahitur, sicut ususfructus à proprietate. cap. quicũque. & sequen. 12. quæstio. 3. cap. fin. 16. q. 1. c. fin. de pigno. capitu. significauit. de censib. Card. & Imo. in cle. 1. de supplen. negli. prælat.

118 Tertia conclusio. Duplex est pensio, licita, & illicita. Licita, quæ à iure probata est, & quæ est legitimè imposita, ut in diffinitione dicitur. & quædam est perpetua, alia temporalis, vt supra declarani, & infrà etiam plenius. Illicita est quæ à iure improbata est in d. clemen. 1 de supplen. negli. pręlat. & in c. prohibemus. de censib. & infrà fusius declarabitur, vt pote, quia deputatur ei, qui non est beneficij capax, & vltra quã liceat. c. extirpandę in fin. de prębẽ. & elucidat Hier. Gigas in suo pensio. tracta. q. 3. & sequen. & quęstio. 5. quę pensiones sint illicitæ.

119 Quarta conclusio. Pensionem potest constituere Rom. Pontifex. nota. Doc. in d. c. ad audientiam. 2. de reseri. quia in beneficijs plenariam habet potestatem. cap. 2. de præben. lib. 6. clem. 1. vt lite pend. dixi in trac. no. q. 21. principali. & num. 54. & sequen.

120 Item legatus, Archiepiscopus, episcopus, sed non alius inferior.

Source : BIU Cujas

inferior. Panorm. in capitu. conquærente. colum. 1. de cleri. non reſident. Petr. Anchara conſi. 279. quæſtio proponitur. vbi dicit, ꝙ epiſcopus poteſt prouidere, ꝙ ſeni & debili conſtituatur penſio, ex qua poſſit viuere. Ratio eſt, quia quando aliquid permittitur à iure, & Roman. Pontifex non reſeruat ſibi facultatem, poteſt epiſcopus hoc facere. c. nuper. de ſententia excommuni. glo. cap. poſtulaſtis. de cleric. excommu. miniſtr. glo. in cap. penulti. de pœnis. in 6. Paul de Roma. in d. tracta. penſio. cap. 4. & prohibetur epiſcopis in fraudē penſionem imponere capit. extirpandæ in fin. de prēb. ergo ceſſante fraude non, dt ibi firmant Doct. & Hyero. Gigas in dicto trac. penſio. q. 6.

121 Intellige per viam quantitatis, ſecus per viam quotę, vt tertiam: quia eſſet diuidere beneficium, quòd eſt prohibitū. cap. maioribus. de præb. de Ana. in cap. audiuimus. de colluſio. detegend. de Petrucia in l. 1. in 6. remedio finiendarum litium. ff. de iureiurand. De inferiore patet, quia quando aliquid permittitur ex cauſa cōtra iuris communis diſpoſitionem, nō competit inferiori, niſi exprimatur. Panor. & alij in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic in capit. 2. de eo qui fur. ordi. recepit cap. quæſitum. de rerum permutatione. Gigas. quæſtio. 8.

122 Eſt tamen differentia, quia quando imponitur ab epiſcopo, non poteſt fieri aliqua conuentio de penſione inter partes: & ſi fiat, ſimonia eſt. cap. niſi. ibi, non quidem ex pactione partium, de præb. quia beneficia debent reſignari pure, & libere glo. in cap ex parte. in 1. de offic. deleg. Panormita. in cap. non ſatis. per illum tex. de ſimo. Secus ſi reſignatio fiat coram Papa. glo in c. cum pridem de pactis. in capit. ordinationes. 1. q. 1. Decius conſi. 141. ad plura. & conſil. 436. viſa inſtructione. colum. 2. cum talis conuentio in hoc caſu ſit prohibita ex conſtitutione eccleſiæ, & non de iure diuino: ideo Papa poteſt diſpenſare. Felyn. in d. cap. ad audientiam. colum. 2. & ſequent. Hodie extra Papam vix conſtituitur penſio in hoc regno & eſt tutius, propter conuentiones partium. vide Hyero. Giga. q. 4.

123 Quinta concluſio. Sine cauſa non poteſt conſtitui penſio. Panor. & alij in d. c. vacante. de præbē. & cap. ſignificauit. de cenſib. Ratio eſt, quia ſicut in alienatione rerum eccleſię requiritur cauſa, alioqui non valet, etiam ſi ſolennitas interuenerit. cap. ſine exceptione. 12. q. 2. & ibi plene dixi. gloſſ. in c. 1. in glo. pen & ibi Panor. de in integr. reſti. Socy. conſil. 29. viſo quodam inſtrumento. colum. 1. & ſeq. in 1. volum. ſic & in hac penſione. & de hac conſtare debet cauſa: nec ſufficeret aſſertio epiſcopi aſſerentis cauſam interueniſſe. Panormi. in cap. diuerſis fallacijs. de cleric. coniug colum. 2. c. 1. & ibi glo. 2. & Barba. de reb. eccle. non alienan. vbi alienatio nō poteſt ſine cauſa fieri, ſed hæc eſt alienatio, vt ſup. dixi. ergo, &c Oldr. conſ. 226. quidam epiſcopus.

124 Cauſas quæ debent interuenire, ponit glo. in ſumma. 12. q. 2. videlicet, propter neceſſitatem, vt pro ſoluendis debitis imponi poterit. cap. ſi propter. de reſcrip. in 6. propter utilitatem. vt quia eccleſiæ ſeruitium præſtabat. cap. per tuas. de dona. Petrus Ancha. conſ. 279. quæſtio. & pro bono pacis. c. niſi de præbend. & propter pietatem, vt quia debilis, vel ſenex. Dec d. conſ. 436. viſa inſtructione. colum. 2. Quatuor etiam cauſas impulſiuas penſionis ſcribit Paul. de Roma. in tracta. de penſio. c. 1. num. 12. videlicet, literaturam, hoſpitalitatem, prēmium, & amorem, quas proſequitur ibi, vide per Hyero. Gigan. q. 1. & q. 6.

125 Et illi quibus aſſignatur penſio ratione ſenij, vel infirmitatis, ſuper beneficijs curatis, uel dignitatibus ſunt inhabiles ad ſimilia beneficia, niſi tempore aſſignationis huiuſmodi ius habuerint in illis, & ſi receperint, & per menſem alia beneficia obtinuerint, ceſſat penſio, vt dicitur in prouinciali. fol. 63. ver. illi quibus. vbi allegatur extrauag. Nicolai quinti, quæ incipit, ad futuram rei memoriam, &c. quam non habemus, ſaltem ego non inueni. Et debet commenſurari penſio cauſæ, vt non excedat. tex. in capit. relatum. in 2. ibi, iuxta ſeruitij meritum conferantur. de teſta. no. Alexand. & Iat. in l. ſi donatione. C. de collat. Socyn. d. conſilio 29. in primo volumine.

126 In Romano Pontifice non requiritur cauſa, vt tenet Felyn. & communiter Doct. in d. c. ad audientiam. & Dec. conſil. 141. & 436. quia in his quæ ſunt iuris poſitiui, in eo ſufficit pro ratione voluntas, & maxime in beneficialibus gloſſ. in c. ſi gratioſe. de reſcri. in 6. & ibi Domin. quod intellige p ea quæ tradit Hyppo. in ſingu. 6 in princi. & ſingu. 9. præſumendum. Fuit tamen prolatum arreſtum anno 1535. menſe lunio, quòd penſiō non imponatur, nec impoſita in regno admittatur, extra tres caſus. Primus, pro bono pacis, quando beneficium eſt litigioſum, vt ſupra dictum extitit. per d. capitu. niſi, de præbend. Secundus in reſignatione, ne reſignans nimium patiatur diſpendium. capit. ſuper hoc. de renuntia. ab altera tantum parte facta. nam æquum eſt ex quo renuntiat, quod fiat ſibi aliqua recompenſatio. argumen. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hęredi. quia primo loco illis tenemur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe. capitu. cum in officijs. de teſtam. dixi in praxi beneficiali. Tertius eſt in permutatione ratione inęqualitatis reddituum beneficiorum, imponitur ſuper altero pēſio. c. ad quæſtiones. de rerum permut. quod eſt notan. prō Gallis.

127 Ideo non valeret, ſi quis permutaret beneficium mecū, & aſſignaret mihi penſionem ſuper alio beneficio, quàm permutato. argumen. l. vt fundus. in fin. ff. communi diuidund. vide tex. in d. c. niſi. de prēb. & hoc ſeruatur in forenſi iudicio in hoc Franciæ regno, licet de iure ſecus.

128 Sexta concluſio. Poteſt patronus in fundatione beneficij ſibi reſeruare penſionem, vel aliud onus imponere, vide licet, quòd præſentandus debeat eſſe ſacerdos, vel cōſanguineus ſi reperiatur. cap. cum dilectus. vbi Panormita. nota. 5. de conſue. & hoc ex epiſcopi vel alterius ſuperioris conſenſu, alioqui ſecus. cap. 1. cap quanto. de cenſib. & ibi Panorm. cap. nobis. de iure patro. Roch de Curte. in tracta. de iure patrona. in verb. pro eo quod. q. 12. & ſequen. cap. Eleutherius. 18. quæſtione 2. glo. in cap. generali. de electio. in 6. Intellige quando fructus ſunt abundantes, & ſufficiētes clerico, alioqui ſecus Panorm. in cap. 1. de cenſi. Et an ſicut prohibētur augeri. cap. prohibemus. de cenſib. & ita diminui. vide Imol.

129 in c. cum clerici. in fin. de tranſact. Et quid ſi patronus ſibi reſeruauerit, quòd primogenitus ſemper habeat præſentare, ſi primogenitus ingrediatur religionem, an poſſit prēſentare? quòd non, ſed deuoluitur ad ſecundum vt concludit Aegid. de Bellamera conſ. 33. quod ſi ad perſonas, columna 1. tum quia eſt mortuus mundo, tum quia duplex eſt primogenitus, vnus primogenitus natura: alter primogenitus dr, quia eſt primo cognitus à iure teſte Bal in l. eam quam. col. 10. num. 44. C. de fideicommiſſis. & Barb. in repe. l. cum acutiſſimi. col. 58. ibidem.

130 Et clerico poteſt certa penſio conſtitui duratura donec ſibi de beneficio fuerit prouiſum. Hoſtien. in ca. cum eſſent. de ſimon. & Papa pluries hoc facit, ac epiſcopi, vt tenet Bonifac. in clementina prima, colum. penult. de reb. eccleſ. non alienan.

131 Septima concluſio. Penſiones in fraudem iurium conſtitutæ non valent tex. in c. extirpandæ. §. qui vero. in fin. de præbend. Felyn. poſt gloſſ. Panormita. & Imol. in d. ca. ad audiētiam. in 2. de reſcript. vt ſi epiſcopus conferat beneficium curatum alicui retenta penſione nepoti, quia ratione ætatis nō poteſt curatum beneficium habere. cap. audiuimus. de collu. detegen. cap. extirpandæ. in fine. de præbend. & ca. cōquęrente. de cleric. non reſiden. Dec. conſ. 141. ad plura. Cardin. in clem. 1 §. 1. quæſtio. 3. & 10. de ſupplen. neglig. præla. Boer. in addi. ad Dyn. in regula. 1. in uerbo, adde quòd iſta. de reg. iur. libro 6. Et præſumitur impoſita per fraudem, niſi de cauſa appareat. Ancha & Cardina. in d. §. qui uero, facit quod dicit Bartol. in repe. l. omnes. in 3. quæſt. princi. in princip. ff. de iuſt. & iur. intellige in epiſcopo, ſecus in Papa, ut ſup. dixi. ca. ad audientiam. 1. de eccl. ædific.

132 Octaua concluſio. In literis beneficialibus appellatione beneficij non uenit penſio. cap. quamuis de præbend. libr. 6. & quia ponuntur tanquam diuerſa. in d. c. ad audientiam. & quia ſunt diuerſa nomina l. ſi ijdem codicilli. C. de codicil. Niſi dicatur de alio quocunque beneficio. glo in uerb. quocunque. clemen. 2. de uita & honeſta. cleric. Felyn. in ca. poſtulaſti. colum. 11. uerſ. 4. declaratio. de reſcript. & ca de quarta columna 5. numero 15. de reſcrip. plene declarat Paul. de Roman. in tracta. penſio. quæſtione 7. uerſic. redeundo. ubi etiam tradit octo penſionis priuilegia. Vnde cum religioſo fuerit conſtituta à Papa pēſio, & is ex ea emerit prædia, quæ donauit amico ſuo poſt eius mortem amicus ea per ſententiam reſtituere eccleſiæ coactus fuit, ut aſſerit Anto. Capitij in deci. Neapo. q. 290.

133 Nona concluſio. De penſione quæ finitur cum perſona non eſt facienda mentio in beneficii impetratione, ſecus ſi transferatur de perſona in perſonam. Auffre. in deciſ. capel. Tholoſa. q. 472. an de penſione. de Milis in uerb. gratia. q 17. glo. in uerbo beneficiorum. in §. item q uniuerſitates. de colla. in pragmat. Et quælibet penſio, de p̄p̄ licentia transferri poteſt, teſte Dom. Gomeſ. in commenta. regu. cancel. de infirmis reſignan. q. 16. quod non ſeruaretur in hoc regno, niſi ratione primarum literarum habuiſſet, quia tunc ſecundas impetrādo, tenetur de penſione facere mentionem. c. ad audientiam. in 2. de reſcri. Fely. in c. poſtulaſti. col. 10. cum ſeq. uerſ. & ſuper iſtis num. 7. in fi. illo titu. uide Calderin. conſi. 6. an ſi epiſcopus. de præbend. & Cardin. in clementi. ulti. quæſtio. 9. & ſeq. de offic. ordin. hodie cum quælibet penſio ſuc-

Source : BIU Cujas

cedat loco beneficij,quia daturin perpetuum,id est ad vitã recipientis,ideo impetrans debet de ea facere mentionem glo in regula.61.in fin.in regulis cancel.& istud est tutius,ne quis impetrando beneficium,impetret & lites. Nisi in literis sit illa clausula,pro expressis habentes,de qua in forma mandati plura scripsi,in concordã.Franciæ.

134 Decima conclusio.Pensio talis potest constitui habenti beneficium,vt tantum ei remaneat,quòd possit viuere,iura episcopalia soluere,& alia onera supportare.cap.vacante. & c.cum causam.& ibi Panor.& alij de præb.ca.1.& ibi Docto.de censib.Henric.Boic.in c.prohibemus.colum.2.illo titu.Fely.in d.c.ad audientiam.in 2.argum. c.de monachis. de præbend.c.quoniam.de vita & honesta.cler.licet in extrauagan.suscepti.de electio in extrauag.Ioan.22. sint taxatæ vsq; ad dimidiam partem fructuum,quę extrauagans seruatur in patria iuris scripti,teste Boer.in decisi.Burdega.q.2.in fin. tamen posset altera pars ita esse tenuis,vt nõ sufficeret pro clerico titulato,ideo quotidie quando illa dimidia pars nõ est sufficiens reformantur per senatum,& vsque ad tertiam partem de consuetudine approbantur in Francia,& non vltra, etiam si fuerint à Papa impositæ.Ideo fuit reseruatio pensionis omnium fructuum beneficij prohibita per senatum,Anno 1496.die 19.Aprilis.Sic seruatur Parisijs,vt nõ possint reditus super domo cõstitui vltra tertiam prætij iusti partem dictæ domus,& habito illius valore.

Vide plenè Calca.cons.120.in nomine.& c. super eo. & abundantius per Ioan.Staphilæum.in tract.de literis gratiæ, & literis iustitiæ.fol.154.& an diminutis beneficij fructibus per bellum,vel aliàs,debeat pensio diminui,uide per Ludo. Roma.consil.369.circa primum.q.5. & seq. Paulum de Roma.in d.cap.fi.§ postremo.tracta. pensio. & Gigantem quæstione 9

135 Vndecima cõclusio.Non potest episcopus,aut alius collator,sibi reseruare aliquam pensionem ab initio,conferendo beneficium alicui.quia sine diminutione debet conferre.cap.1.vt ecclesia st.benefic.sine diminutio. cõferan. Nec aliud onus imponere:& si imponant,simoniam committũt cap.non satis.de simo.& sunt periuri imponentes.in pragm. in titu.de elect.cap.1. §. ad locum verò. & excommunicati. extrauag cum detestabile. de simo. in communibus. quod est valde durum prælatis,seruandum tamen,argum. l. prospexit.ff.qui & à quibus.Sunt quidam qui in beneficijs contrahunt,sicut in rebus prophanis:sed nesciunt quid faciunt, scient enim postea,scilicet in morte, & in die terribilis iudicij.

136 Ideo si canonici conueniant inuicem, des mihi tuum suffragium,seu votum pro meo nepote in ista præbenda, & ego dabo in prima vacatura meum pro tuo:est simonia,qa omnis conuentio in spiritualibus cessare debet. ca. quã pio. 1.q.2.Idem si quisquam dicat,nũquam me viuo fiet talis canonicus,nisi iste pro quo rogaui,fiat teste.Io.de Selua in tracta de benefi.in 1.par.q.7.nu.64. & multi reperiuntur tales, ut docet experientia.

137 Nec etiam in hoc regno summus Pontifex solet,præsertim in Archiepiscopatibus & alijs dignitatibus, imponere pensionem, & ecclesias regni tributarias reddere sine regis consensu,imo rex sua ordinatione sanciuit omnes pensiones & cætera onera ecclesijs regni imposita,in fauorem cardinalium,vel aliorum,ad manum suam poni. & de illis, & ecclesiarum fructibus ecclesias reparari, clericisque de victu sufficienti prouideri,vt hospitalitatem & alia onera persoluere possint.habetur in stilo parlamenti.in 6.parte.rubri. de reparatio.eccle.& in rubric. de talijs & exactio. ordin. 5. & 13.latè Benedict.in repet.cap.Raynutius. in ver si absque. in 2.num.30 cum seq in substitutio.fideicommiss.de testam. Gagui.fol.183.glosse.in titu.de annatis.in uerbo exigatur.in pragmatic.

138 An pẽsionarius decimas & alia onera soluere teneatur? quòd non,si pecuniam recipiat:secus si fructus,tunc pro rata soluet.Innocen.in cap.à nobis,de deci.gl.tamen, in clem. 2.de deci.tenet indistinctè pensionarium pro rata teneri,vide ibidem.

Et breui dicas,quod pensionarius non tenetur ad onera consueta,videlicet ad hospitalitatem,neque iura episcopalia soluere,de quibus in cap.conquærente.de offic. ordin. cap. de monachis.de præben.Sed ad inconsueta,quæ imponuntur ecclesijs extraordinarie sic, vtpote ad decimam papalẽ, vel si imponatur pro refectione pontium,aut aliàs iuste, qa postquam sentit commodum onus sentire debet,regula secundum naturam.ff.de regul.iur.& ita expressim concludit Paul.de Roma.in tracta.de pensio.cap.vlti.§.fi.plene scripsi, viginti rationes adducendo,in consilio meo quod feci pro reuerendo patre & domino episcopo Carcassonen. & ita fuit iudicatum in hoc senatu,anno 1352.die 16. Decembris. & 23.Decembr.inter magistros Ioan.Rogier, & Io. Criffet in camera inquisitionum,& potest super pensione soluen-

139 da deduci onus hoc.Et sic non tenetur pensionarius cõtribuere pro reformatione abbatiæ, nec ad reputationes, nisi in subsidium.ita pronuntiatum fuit,Anno 1535.die 13.Maij. Sed ad decimas bene tenetur ꝓrata.quia decimæ sunt onera fructuum.l.fine hærede.§.Lucius. ff.de administratio. tutor.glo.in l.1.vbi Bar.C.de annonis & tribut.lib.10.stipendia enim & tributa ob prædia præstita sunt onera fructuum, vnde nec maritus in dotem ea reputat,nec vllam propterea habet exactionem. l. neque. ff. de impensat. in rebus dotalis fact.

140 Duodecima conclusio. Quando pensio ab initio nõ fuit recte constituta,vt quia solennitas vel causa non interuenit, tunc reformatio potest peti,per quem pronuntiabitur nulla constitutio,non solum in parte,sed in toto.

Vel si Rom.Pontifex bullas retinuerit, donec quis pensioni consenserit,nam iustus metus est retinere instrumenta.l.isti quidem.ff.quod met.causa.Benedic. vbi suprà.num. 36.Si verò solennitas interuenerit,sed excessiuè fuit imposita,tunc peteretur rescindi pensionis constitutio, & ad quantitatem iure permissam reduci,nõ autem quod in totum, rescindatur.glo.in c.1.de in integr.restit.& ibi Panor.& Imol. & glo.in c.penul.de rebus eccle.non alienan.facit.l.2.C.de rescind.uendi.Roma.con.369.colum.2.inci.circa primum.& no.in c.præterea.de iure patron.& in prouinciali omnium eccl.fol.63.vers.pensio immoderata.

141 Quando vero post constitutionem reperitur iniusta, qa clericus non potest uiuere,potest fieri reductio ad iustã quãtitatem.c.suggestum.de dec. vbi quando priuilegium incipit esse damnosum potest reuocari, & ad debitum statũ reduci.Nõ obstante indulto quod reduci non possit.teste Staphileo in tracta.de literis gratiæ.fol.154.versi. & ideo.& seq. not.in cap.prohibemus.& in cap.quanto.de censib.l.nõ modus.C.de seruit.& aqua.& l.præses. illo titul. vbi Bald. dicit, quod licet pater teneatur alere filium, si tamen bona sint adeò diminuta,ꝙ solùm sibi sufficiant,non tenebitur alere illum.Panor.in c.præterea.in vlt.notab.de iure patro.nec prę iudicaret illi possessio continuata soluendi, nec posset intentare remedium possessorium ille cui est soluta obstante decreto pragm.sanctionis.de anna.Rot.deci.3.si contra agentem.de restit.spolia.in nou.

142 Immo secunda pensio,non facta mentione primæ, non valet,quia in dubio Rom.Pontifex nõ uidetur onerare velle ecclesiã ad duas pensiones, nisi expressa prima hoc faciat. argum.c.mandatum de rescrip. sic expresse fuit decisum in Rota,vt refert Cassado.in decis.super regu.cancel. rubr. de pensio.decisio.3.pensio.& deci seq.facit tex.in l.nauis. §. cũ autem.ibi,quia non debet duplici damno onerari.& §. fina. ibi,vtrunque onus pari non debet.ff.ad leg.Rhod. de Iac.& l.Titia.1.§.qui inuita.ff.de leg.2.& l.pe.ff.de dote præle.Boer. in deci.Burde.q.162.creatio.

143 Decimatertia conclusio. Pensio non potest permutari cum beneficio ecclesiastico,quia non est titulus ecclesiastici.Imo.in clem.1.& ibi Cardin.quæstio.9.colum.3. de supplen.negli.præla.Card.in clement. vna.quæstio.4. de rerum permu.not.in c.quæsitum per illum tex. de rer. permutatio. intellige vt abunde Paulus de Roma.in trac.pensio.ca.9.in fin.declarat.

144 Decimaquarta conclusio.Pensio non potest sequestrari, Alb.in auth.sed iam cautum.C.depos. sed cõtrarium seruat praxis Franciæ.

145 Decimaquinta conclusio. Pensio debetur statim atque fuit constituta,etiam si literæ non fuerint præsentatæ ꝑ duos uel tres annos.l.si quis domum.§ fi.ibi,ꝑ rata temporis quo fruitus est pensionem præster.ff.loca.Prouincia.fol.35.l.nec semel.ff.quando dies leg.ced.uide Cassa.in deci.super regu. cancella.deci.2.rubr.de pensio.

Nec refragatur clausula in literis apposita, postquam tibi prædictæ literæ præsentatæ fuerint, quia nõ suspendit obligationem,sed solutionem & exactionem,sicut in illo qui ꝑmittit mihi nunc super tali fundo decem menstrua, quæ nõ intendit soluere donec merces suas uendiderit, uel postquã creditor præsentauerit ei literas salui conductus.l.ex his uerbis.C.quando dies leg.cedit. Et quia recipis fructus beneficii quod resignaui, ideo teneris.argumen. l.curabit. C. de actio.emption. Item hæc dies fuit apposita gratia pensionarii, ideo debetur. l. si ita.secunda, §. Pegasus. ff. de legatis secunda.

Hoc approbat Dom.Gome.in compendio signaturæ circa finem descriptæ super commenta.regulæ de non iudicando,iuxta formam supplic. ubi dicit eum qui per se pensioni cõsentit incurrere censuras sine bullarũ intimatione, secus si consenserit pẽsioni creandæ per procuratorẽ.& ita fuisse

iudi-

Source : BIU Cujas

iudicatum asserit, licet contrarium seruemus in Francia. vide per Paul. Paris. cons. 82. pensio. in 4. vol.

Fallit quando in literis esset appositum tempus, vt communiter fit, vt infrà dicam. Hodie ante præsentationem nolunt soluere, & vix post, ita quod raro repetitur indebitum, cum vix soluant debitum, dicit Saly. in l. 1. C de condict. indebi. & practicatur, quod non teneatur nisi bullis expeditis, & sibi intimatis. glo. in d. regula. 25. in fin. nisi aliter sit conuentum, & à Papa approbatum, vt infra dicitur. Et hoc quando is eam non creauit, sed successit in locum alterius, tunc quia iustam ignorantiæ causam habet. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & is cui debetur est in culpa, eam non intimando successori, tunc non debetur ante intimationem, & illi qui eam soluunt, vocant eam passionem: quamuis Paulus de Roma, in suo pensio. tracta. vocet eam hircum fœtidum, quia fortè erat fœtida ei, qui habebat eam soluere. Ego voco eam pensitationem à pensitare, quod est frequenter soluere, vel à pẽsare, quod sæpe ponderare significat, quia is qui eam soluit, sæpius eam ponderat, an iustè sit imposita, & an debeatur, & quomodo eam soluat vel extinguat.

146 Decima sexta conclusio. In hoc regno debitor pensionis non potest ad soluendum compelli per alium, quàm per suum ordinarium, vt pote episcopum, aut alium. tex. in titu. de anna. in §. item quod ratione. in pragma. sanctio. facit capit. j. vbi Pan. & alij de testi. cogen. vbi ordinarius cogit testes producendos coram delegato deponere, immo si fieret coactio per executorem in literis datum non ualeret processus nec excommunicatio propter iurisdictionis & potestatis defectum, & solet appellari à notorio abusu ad senatum, qui solet illum abusum reformare. Benedict. in repe. ca. Raynutius. in verbo. si absque. in 2. de fideicom. substitutio. nume. 39. de testam. Et abusiuè processum pronũtiauit senatus anno 1515. die 12. Maij, & anno 1516. die 12. Aprilis pro Ioan. Bordier. & quotidie vidi reformari, maximè anno 1535. in mense Augusto. in hoc senatu Parisien. ideo in literis monitorijs debet officialis declarare, quòd authoritate ordinaria hoc facit, a iàs si in literis dicatur authoritate Apostolica, reformatur, vt fuit dictum die 8. Iunij, anno 1518. in eodem senatu.

147 Decima septima conclusio. Pensio in principio cuiuslibet anni dicitur debita. argum. text. in l. si seruus communis Titij. §. fi. ff. de stipu. seruo. vbi Bar. per illum text. tradit quòd quando obligatio est in plures annos multiplicatiua. in principio anni dicitur cedere dies. Iaſ. in l. qui hoc anno in fin. ff. de verb. oblig. Et sic in principio anni debet fieri solutio. argum l. nec semel. in princ. ff. quando dies lega. cede. Bald. & Saly. in l. ędem. C. locati.

Fallit quando perciperetur ex fructibus, quia tunc fructibus perceptis debet solui. l. firmio. §. pater. ff. quãdo dies leg. ced. Bar. in l. si legatarius. §. fin. per illum tex. de leg. 3. Iaſ. in l. 1. in prin. col. 3. de iust. & iure. vel si deberetur ꝓpter operas, quia tunc debetur in fine d. §. seruus. Bald. in d. ca. ad audientiam. Nisi conuentio uel consuetudo aliud disponat. l. 1. §. si conueniat. ff. depos. it. l. semper in stipulationibus. de reg. iuris, sicut communiter fit in reseruationibus pẽsionum, in quibus Rom. Pontifex secundum conuentionem partium solet apponere terminum, videlicet dimidiam partem in festo Beati Ioannis, alteram in festo natiuitatis: & si dictus talis in huiusmodi termino, uel saltem intra octo dies, singulos terminos ipsos immediate sequentes pensionem ipsam nõ persoluerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, quòdque ab ipsa sententia absolui nequeat, donec de pensione huiusmodi tibi debita fuerit integre satisfactum, & si per annum pensionem eandem soluere prætermiserit, sit eo ipso ecclesia priuatus, ipsaque ecclesia ex tunc ad te. pertineat, liceatque possessionem ipsius authoritate propria recipere, & perpetuo retinere, &c. quæ vltima, cum reseruationem sapiant, non seruantur in Francia, vt scripsi in rub. de reseruа. in concorda. de stylo curiæ Romanæ est, quòd in fin. semestris soluatur dimidia, & post alterum semestre altera dimidia, nisi aliter sit conuentum, teste Paulo de Roma. in suo pẽsio. tracta. cap. 5. in fin. & non soluens pensionem non est excõmunicatus, nisi creditor cui debetur eam perat. teste Caſſad. decisio. 2. & 4. de locat.

148 Item morienie pensionario post principium anni, cum pensio sit debita, ad hæredes transit integre pro illo anno. l. filiæ meæ, ff. de annuis leg. l. post duos. C. de aduocat. diuers. iud. Calder. in cons. 2. de pecul. cleric. Bartol. in l. 1. §. diuus. ff. de varijs & extraordina. Icognit. imitat quando deberetur respectu seruitij, quia tunc tantum pro rata seruitij deberetur. l. diuortio. ff. solu. matr. Doc. in l. diem functo. de offi. assesso. Auriolus in addi. ad Guiel. de monte Laudu. in ca. præsenti. de off. ordi. in regno nil deberetur hæredibus, nisi ante mortem terminus esset lapsus.

149 Et hęc pensio potest solui procuratori generali, etiam non habenti liberam administrationem. Inno. & Card. in c. quod quibusdam. de fideiuss. quamuis non possit alienare, argum. l. procurator tutorum. ff. de procura. & l. sancimus. & l. constitutionem. C. de administr. tuto.

150 Decima octaua cõclusio. Pensio est quid mere temporale. c. præterea. 1. & 2. de transact. & ibi Doc. gl. in tit. de colla. §. item quod uniuersitates. in verb. beneficiorum. in pragm. Panormitan. & alij in d. cap. ad audientiam. Ex quo infertur, quod non potest cum beneficio permutari, vt supra dixi.

151 Secundò, quod laico potest assignari. c. possessiones. 16. q. 1. Domi. in c. quamuis. in 1. in fin. prin. de præb. li. sexto, vbi dicit non teneri pensionarium ad residentiam, nec ad officium.

152 Item poterit uendi, uel pro alia re temporali remitti, sicut prædia ecclesiastica. glo. & Doct. in c. super eo. & c. statuimus. de transactio. in hoc tamen contrarium tenerem, quia pensio est annexa beneficio sicut ius patronatus, ergo uendi non potest. c. ex literis. vbi Doc. de iure patro. Doc. in ca. quanto. de iudic. nam qui adhæret ecclesiæ, uidetur regi iure ecclesiæ. cap. damnamus. de summa trinita. & quæ religiosis adhærent religiosa sunt. l. quæ religiosis. ff. de rei uendi.

153 Et quia facile posset quis induci ad delinquendum per uenditionem. argum. c. peruenit. de arbitr. & l. conuenire. ff. de pac. dota. ideo debet quis cauere ne hoc faciat, & etiã ista pensio non posset constitui laico ex beneficio ecclesiastico ab alio quàm à Papa, vt supra dictum extirit. Item in pensionibus & commendis quis non examinatur, nec datur forma, dignum, quia examen & forma dignum, &c. habent locum quando beneficium confertur in titulum. Prouinciale omnium eccl. fol. 63. vers. nota.

154 Decima nona conclusio. Pensionẽ tenetur soluere possidens beneficium, etiam si litiget super eo. Blasius Aurio. in addi. ad Guiel. de monte Laudu. in c. quamuis. in 1. de præb. in 6. per tex. in l. si in fraudem. C. de leg. vbi hæres tenetur soluere legata, licet sibi moueatur controuersia super hęreditate. l. fi. C. de peti. hære. quia pensio imponitur super fructibus ideo qui recipit fructus, tenetur ad eam soluendum: intellige quando recipiebat fructus durante lite, alioqui contra.

155 Vigesima conclusio, vexationes iudiciarias licitũ est pensione redimere. c. dilectus. 1. de symo. & qũo hoc intelligatur vide plenissime ꝑ Pau. de Rom. in c. 6. ubi abũde scribit quinque necessaria ex parte uexãtis, & totidem ex parte uexati.

156 Vigesima prima conclusio. Etiam bullis nõ leuatis tenetur soluere pensionem is, qui ita conuenit. Boe. in trac. de digni. leg. in fi. quia renuntiari potest regulæ Apostolicę, & priuilegio in fauorẽ suũ introducto. l. si quis in cõscribendo. C. de epis. & cler. Imò fortius, si hæc conuẽtio fuerit approbata ꝑ Papã, & is qui debebat pẽsionẽ moriatur, non tenebitur successor leuare bullas, imo ex illa signatura approbata compelli poterit, nã postquã pensio trãsit ad successorẽ, ergo & qualitas illa, & ita tenet Domi. Gomes. q. 1. in regula, de non iudicando iuxta formã supplicario. in fi. competẽd. & quãuis dicatur esse male imposita, per modũ prouisionis solet condẽnari ad soluendũ illam, donec probet: ita uidi seruari, & in curia Roma. quando agitur de pensionis nullitate solet Papa cãm committere, & in ea scribere, placet sine retardatione pensionis. Imò anno 1543 die 11. Decembris, fuit à senatu reiectus appellãs nec admissus, eo ꝙ appellauerat ab executione & fulminatione bullarũ, per quas ipse tenebatur soluere pensionẽ, dicens resignantem nunquam habuisse ius, sed hoc allegari postea non potest semel imposita pẽsione, sed est soluenda, uel alia alleganda.

157 Vltima conclusio. Pẽsio finitur morte tam naturali quã ciuili, videlicet per ingressum religionis, in qua tria substantialia regulæ profitẽtur, cum in casibus à iure expressis equiparẽtur. glo. in c. susceptum. de rescrip. in 6. uide in d. tract. de pensio. etiam quia religiosi proprium habere non possunt, cum repugnet mendicitati. vide in q. vlti. per Caccialupum. & Imo. in clem. vna. col. 3. de sup. negligen. prælatorum. ubi etiam dicunt extingui, si miles fiat, uel uxorẽ capiat, quando erat in beneficium assignata, uide Pau. de Roma in d. suo pẽsio. tracta. cap. 3. tamen quia naturales actus retinet religiosus, ob id dicerem deberi monasterio quamdiu viuet monachus, ut monasterium illum alere possit, & per hoc non tollitur mendicitas, vt alibi plene probaui. Et ista sunt quæ frequentius in materia pensionis usu ueniunt, ideò ea duxi perstringenda. Alia multa ponerem, quæ possunt ascendere ad iustum uolumen, sed extra aleas. & postquam hæc dictaueram, inueni tracta. de pensio. Ioannis Baptistę. Caccialupi, in quo triginta quæstiones deciduntur. & centum quæstione pulchre describit domin. Hyeronimus Gigas in suo tractat. pensiones. ibi uide si lubet, quia si prius

Source : BIU Cujas

vidissem,hæc non scripsissem. Quamuis multa dicam, quæ ipsi non scribunt,quæ sunt tamen in forensi iudicio necessaria,& valde vtilia,laus Deo.

158 Decimonono,amplia etiam si quis de nouo impetraret, quia illa noua impetratio post triennium est nulla, per textum in verb.impetrati.in pragma.licet in text. concord. habeatur ratione iuris nouiter reperti. & idem potest esse sensus. Vel potest intelligi, sicut transactio bona fide facta non rescinditur prætextu instrumenti post reperti.l.iub prętextu. C.de transact nec iuramentum voluntarium.l.admonendi. in fi.ff.de iureiuran.l.1.C.illo titu. Sic nec rescindetur triennalis possessio, etiam si iste inuenerit impetrationem prius factam,& antiquiorem,quàm si ante triēnium completum in iudicium deduxisset,obtinuisset.cap.eam te.de rescript.& vterque intellectus potest sustineri: vltimus melius conuenit textui concordatorum.vide inferius in 1.limita.

159 Vigesimo procedit,etiam si secularis possedisset triēnio beneficium regulare,vel contra sine dispensatione. per textum in c.cum de beneficio.de præb.in 6. vbi natura beneficij potest præscribi, videlicet vt seculale fiat regulare uel econuerso.facit quod dicit Fely.in c.in nostra,col.vlt.de resc. vbi si regularis habens beneficium seculare spolietur, licet sit inhabilis respectu tituli, poterit tamē intentare remediū possessoriū restituendæ,& per cōsequens facit fructus suos, cum possit præscribere,vt d.c.cū de beneficio.nec pōt negari quin iste habeat titulum saltem coloratū, ergo procedet hoc decretum.quod excipit tantum violentum,ergo in alijs firmat regulam.gl.& Doct.in l.1.ff.de reg.iur.per text.in §. vt autem.in auth.de non alie rebus eccl.colla.2. Non obstat d.c.cum de beneficio,quia dicit non esse solitum regi per regulares,vel contra,nisi fuerit sic possessum per quadraginta annos.sed de possidente non dicit an sit molestandus, & ēt quia ista regula est noua, & ita dixi ibidem, videlicet quod hæc triennalis possessio non alterat naturam beneficij,sed confirmat titulum coloratum,& sic post mortem illius secularis non debebitur secularibus,si non fuerit per quadraginta annos possessum, licet post tres annos non potuisset possidens molestari.vide tamen quæ dico infra eodem numero 259.

160 Vigesimoprimo procedit iste textus, vt quis non possit post triennium molestari,etiam si sine noua collatione vigore consuetudinis optasset beneficium, quod postea per triennium possedit,iuxta tex in c.fin.de consue. in 6.vbi dicit Io.And.& alij,q̄ ille qui optat vigore cōsuetudinis sine noua collatione vel titulo, dimittit antiquam præbendam, & optatā recipit,vt sit in prębenda sicut in domo,antiquior enim,cui ius optandi domum cōpetit,sine noua collatione ab antiqua domo egreditur,& optatam ingreditur.sic est in præbend.& pro hoc facit tex.in l.fistulas.§.primo,ff.de contrahend.empt.Barba.consil.60.præclare.column. penulti. in 4.volum.

161 Et est casus in quo ius in beneficijs propria authoritate quęrere possumus.Et sic sustinui conclusionē hanc,quę etiā probatur in c.si tibi absenti.de præb lib.6.& c.si pluribus. illo titul.& c.licet episcopus.ibid.& in extrauag.execrabilis. §. statuimus.de præb.in extrauag.Io.22 & c.referente.illo titu. & c.gratia de rescrip.in 6.quæ iura scienti inducere probāt. & c.si verò.1.vbi Pan.vlti.nota.de iureiur.& c.1.de præscrip. ubi est casus ualde sing.& ibi hoc est speciale fauore fidei,vt ibi abunde scripsi.

162 Nec obstat q̄ beneficium nō pōt obtineri sine canonica institutione.regu.1.de reg.iur.in 6.ca.3.de instit. Respon. his casibus canonicam posse dici institutionē:cum iure canonico cōfirmetur.& illud canonicū dī, quod secundum ius canonicū factum est,uel approbatum.c.causam.in fi.de rescr. c.cum olim.de dolo.c.1.de filijs præsby.in 6. sic dicitur legitimum,q̄d aliqua lege firmatur.l.legitima.ff.de pac.uel ibi,prohibetur acquiri beneficiū,sed nō ius ad illud,intellige quod per optionem non extinguitur antiquus titulus, nec nouus quæritur,teste Anch.& Io.And.in d.c. fi.qui ergo habet canonicum titulum in primo beneficio, absque nouo titulo, & nulla prouisione,uel collatione, uirtute primæ prouisionis optare,& transire poterit ad secundum, si tamen non habeat canonicum titulum in prima,optare nō poterit,& mutata præbenda non mutatur canonicatus,teste Cassad. in decis.17.de præb.& sic dixi in conclusione,ius in beneficijs propria authoritate quærere possumus. Nota prædicta, quia uidentur mirabilia sed non posse facilius tuebitur,dicit alterā conclusio,quas hic pro uirili tutatus sum in secunda repetitione.

163 Vigesimosecundo procedit,ut non debeat molestari,licet non possederit nunc nisi unum annum beneficium, ad quod reuersus fuerat,iuxta.cap.si beneficia. de præbend. in 6.quod ante possederat triennio uel biennio. quia postquā libere potest reuerti ad suum beneficium, ergo non habito aliquo detrimento,ut dicit ibi textus,ne talis ignorantia eis, cum sint sine culpa,præiudicialis existat, & sine noua collatione,quia nō uidetur dimisisse,qui ad id statim redit l.quicquid.de regulis iuris,ff.facit.l.Pomponius. §.præterea. ff. de acquirenda posse.secundum quam fuit iudicatum Burdeg. ut refert Boer.in suis deci.q.97.an permutantes. & q. sequē. & an teneantur restituere fructus perceptos antequam permutatio resolueretur.& ista opinio est ualde æqua,quam uī detur tenere Collecta.in cap.relatum.colum.2.de cleri.non residentib.dicens, quòd is qui vult redire ad suum primum potest,nec poterit sibi referri quæstio quòd non habeat ius in eo.contraria tamen opinio de stricto iure forte uidetur uerior.per tex.in l.denique.ff.ex quibus caus.maio.ibi, possessio semel dimissa non restituitur, nisi appræhendatur, & ideò erit necesse de nouo possidere per triennium. Nec obstat,quòd non uidetur dimisisse,quia cōtrarium est uerum, quod uere dimisit.dic ut infra dicam.in 13.limita.

164 Ideo sustinui conclusionem hanc, quòd resignans beneficium ad id sine noua collatione redire non potest. ratio est,quia per resignationem quis perdit ius ad beneficium, quod postea petere non potest sine noua collatione, cum beneficium non possit obtineri sine collatione uel canonica institutione.regula.1.de regul.iur.in 6.Fede.cons.151. pū ctus talis.

165 Immo resignans beneficium ex causa permutationis quæ non habuit effectum,non potest secundum unam opinionem ad suum beneficium redire sine noua collatione. Panormi. Fely. & alij in c. cum uenerabilis. de except. Ioan. de Selua in tracta.de beneficio,in 3.parte.q.24.quia per renūtiationem dicitur beneficium uacare,per totum titu. de renuntia.Et beneficium uacans non potest quis sine noua collatione obtinere,ut dixi, & tenet d.Probus in addit. ad Monach.in c.uno.de rer.permu.in 6.

166 Quamuis de consuetudine regni Francię,non requiratur collatio noua, quæ consuetudo multis fuit probata attestis,& hoc ann. 1525.die 2.Maij,& etiam ann. 1539.in uigilia assumptionis Beatæ Mariæ pro magistro Bircon,in causa unius præbendæ ecclesiæ Matisconen. permutatæ cū una ecclesia parochiali, quæ præbenda fuit euicta per magistrū Franciscum de Borges per regem nominatum, & si à die sū mationis non restituatur, condemnabitur ad restituendū fructus à die requisitionis sibi factæ,quos permutās recipit, cuius beneficium fuit euictum, & ipse tenebitur reddere, possessionem illius beneficij, quod habuit ab altero, sic fuit dictum pro magistro Stephano Postrat.contra Stephanum militum,1510.die uigesimanona Martii,ante Pasca.

167 Item quando facta est conuentio de permutando,si unus illorum uelit reuocare procuratores cōstitutos ad resignādum,non potest,quia constitutio procuratoris facta in contractu reuocari non potest,cū sit contractus pars.teste Bald. in l.fi.ff.de contrahend. empt.& Paul.in l. post rem ff.de re iud.Guido sing.273.procurator.dixi in tract.de literis obligat.in præfatio.st idete Boer.in dec. Burdegal.q.207.ad secū dam.sed in senatu Tholosano fuit pronunciatū, Ann. 1544. in uigilia natiuitatis domini,procuratoria ad resignandum facta post annum nullius momenti esse,ad obuiādum fraudibus contra retinentes procuratoria longo tempore,& bonum esset quod ubique seruaretur. Et cancellaria Romana non solebat ista admittere post annum,ut dicit gl.in regula cancell.43.& rex declarauit nominationem non expeditam intra sex menses non ualere,ut dixi in concord.tit. de nomina. regiis.Imò res non solet officii resignationem recipere ex instrumento procuratoris post annum, ut sæpius uidi, & hodie rex statuit edicto generali, ut procuratoria post annum non recipiantur. & fuit publi. anno 1550. in Iulio.

168 Tamen quando beneficium resignatur ex causa permutationis, & non alias, si non admittatur illa permutatio, poterit episcopus dare licentiam cuilibet reuertendi ad sua beneficia etiam resignata. Rota decisione septima, nota quod ubi aliquis.per capitu.si beneficia.de restitu. spoliat.& decisio.quinta,nota quod excommunicatio.de sentent. excommunica.in antiq.& ista est communis opinio, teste Socyno consilio 168. in primis. uolumine secundo. Item quando quis renuntiat ut conferatur tali N. nec aliàs, nec alio modo, hæc uerba habent uim conditionis. Baldus in authentic.ingressi.columna quarta. C. de sacrosanct. eccles. Et faciunt vt nihil tunc uideatur actum.glos. & ibi Bald.in l.si quidem.C.de exceptio. Baldus in §.denique. columna ultima, quæ fuit prima causa benefic.amitten. refert Iason consilio 162.in causa.columna quarta, uolumine secunda. Bertrandus consilio centesimotrigesimotertio,viso processu.numero uigesimoquarto, in prima editione. in secundo volum.

vt

Source : BIU Cujas

vtabundè ſcripſi in praxi benefi. in titu. de reſigna. condi. circa finem.

169 Nec refragatur. d. c. ſi beneficia. quia ibi non reſignauit ſuum beneficium, ſed dimiſit, vt aliud melius fortè haberet. ita probat tex. ibi, & poſt prædictorum adeptionem dimiſſa, & ibi, dimiſerint beneficia. & ibi, eundem quoque modũ in dimittendo recepta & recuperando dimiſſa, &c. quæ dimiſſio non habet vim reſignationis, quia ex futuro apparebit euentu, non eſſe ius translatum in alium. de Rota deci. 3. de rerum permu. in antiquiori. Federi. conſ. 156. per id quod habetur in c. ſi quis iam translatus. 21. q. 1. & c. ſi qui epiſcopi. 92. diſt. c. paſtoralis. & ſeq. 7. q. 1. vbi quis poteſt redire ad primum beneficium, quando iure non fuit translatus, quia nõ videtur dimiſiſſe, qui ad beneficium ſuum ſtatim redit, arg. l. diuortiũ. ff. de diuort. facilius quis abſque noua collatione reaſſumit ius in beneficio, quod prius habebat, ſi id non reſignauit, quàm ſi nouiter acquireret, argum. cap. cùm acceſſiſſent. in glo. vltim. de conſtitu. facit. l. filio. ff. de liber. & poſthum. ubi teſtamentum potius ſuas reaſſumit uires, quàm de nouo acquirat. l. 2. C. de poſth. hęredi. inſti. De Rota deci. 19. de rer. permuta. incipiẽ. ſi A & B. in antiq. Et per hoc dixi reſignantem poſt reſignationem, ſed ante poſſeſſionem ab alio acceptam, cum ſimplici ſignatura beneficium retinere potuiſſe, ut alibi ſcripſi.

Item ille dicitur dimittere qui in dominio ſuo retinet, non tamen ad illam rem accedit corporaliter. Domi. conſi. 106. ſuper dicto. colum. 1. facit. ca. priuſquam. ibi, neq; enim eam uoluit expellere, ſed dimittere. 27. q. 2. & cap. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. ac Math. 5. capitu. quicunque dimiſerit vxorem, &c.

170 Si replicetur, nil intereſſe, ſuffragio populum uoluntatem ſuam declarare, an rebus ipſis, & factis. l. de quibus. ff. de leg. præterea tam verbis quàm factis declaratur voluntas. l. fin. ff. de diuor. ibi, intelligi eum hoc ipſo nolle nuptam ſibi, ꝙ actionem rerum amotarum importet, quæ non ſolet niſi ex diuortio oriri. &c. Ad hæc ratum haberi poteſt, non tantum uerbis ſed etiam actu. l. Paulus. ff. rem ratam habe. & ſicut poteſt pars appellare, quando verbo iudicis grauatur, ita quando facto. c. ex parte M. de appel. Immo fortior eſt appellatio, quæ ad Papam facto interponitur, quàm verbo, vt pote, ſi quis iter arripiat ad Papam. cap. dilecti. 1. & c. vt debitus. de app & apoſtolus inquit, Confitentur ſe noſſe deum, factis aũt negant. & facta ſunt fortiora ad declarandum uoluntatem, quàm verba, quæ ſæpe contra mentem proferuntur. c. exiſtimãt. 11. q. 3. & d. c. dilecti. multo enim amplius eſt, inquit iuriſconſultus, id facere, quàm in uinculis pronuntiare fuiſſe. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict. & ſic plus erit renuntiare facto quàm verbo. Arch. in c. vno. in fi. de cleri. cõiu. in 6. & in d. c. ſi beneficia. per cap. meminimus. de appel. de Penna. in l. 1. C. de his qui ſponte publica munera ſubeunt. libro 10. c. vno. de cleric. peregrinant. & ibi glo. Decius plene conſ. 583. iuridicam. colum. 2. & conſil. 586. in cauſa. circa finem. Reſpond qui reſignat beneficium & dimittit, re & verbis dimittit, ideo plus debet operari, quàm ſimplex dimiſſio, quia duo uincula ſunt vno potentiora. c. vno. de treug. & pace not. in l. baliſta. ff. ad Trebel. & ſic forte poſſent conciliari opiniones, vt uidelicet quando dimittit ſuum beneficium, ſine reſignatione, vt habeat melius, ſi ad id redeat. primum triennium proſit ei. per d. c. ſi beneficia. ubi dimiſſio non eſſe debet præiudicialis, quod aliàs eſſet, ſecus ſi reſignaſſet, quia tunc cum ex nouo iure ueniat, requiretur nouum triẽnium, & noua poſſeſſio, & ſic primum triennium non proderit. Cogita.

171 Probatur nouiter intelligendo tex. in c. ꝙ in dubijs. de renun. ubi ſunt hæc verba, hi præterea, qui beneficium eccleſiaſticum ſibi collatum, ſponte in manum laicam reſignantes, illud denuò à laico ſuſceperunt, eodẽ ſunt beneficio ſpoliandi, licet reſignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem. & ſic patet renuntiationem verbalem in manibus laici factam, ſi ob illam non dimiſerit beneficium, non valere etiam quoad præiudicium reſignantis: hoc dicit tex. contra intellectum doctorum. Si tamẽ ob eam dimiſerit beneficium, & ſic tam facto quàm verbis ceſſit, valet. & hoc probatur ibi, denuò ſuſceperũt, à ſimili, probatur in l. 3. C. de fide inſtru. ibi, denuo. & l. ſi vt proponis. 1. C. quomodo & quando iudex. & ſic patet quod dimiſerat beneficiũ, ꝑ illud verbũ, denuo, de quo in c. tum ex literis. de in integrum reſtitu. & iſte eſt nouus intellectus ad c. quod in dubijs. qui tandiu iacuit ſpultus. Nec obſtat ſi replicetur de §. hoc amplius. inſti. de rer. diui. vbi dimiſſio priuat quẽ dñio rei ſuæ, ſed illud intelligitur, qñ ea mẽte rẽ dimittit, vt nollit amplius eã in ſuo patrimonio eſſe, qd' apparet ex actu celebrato. Secus eſt in dimiſſione beneficii, quã quis facit vt beneficiũ melius habeat, ꝙ ſi nõ poſſit hꝫ melius, nõ eſt veriſimile ꝙ tuũ bene-

ficiũ multis expẽſis & laborib. acquiſitũ, quo ſuſtẽtari dz, facile ꝑdere uelit, & reſignet. tex. in c. ſuꝑ hoc. de renun. & ſic videtur quodammodo habere poſſeſſionem ciuilem de qua per Doc in l. licet. C. de acq. poſſ.

172 Nec refragatur ſi dicatur, paria ſunt renuntiare tacite vel expreſſe. cap. quàm periculoſum. 7. q. 1. quia fateor quo ad hoc, vt renuntians perdat quod renuntiauit, ſi ad id non reuertatur, ſed in dimittente beneficium permittitur libere reuerti, per d. c. ſi beneficia. ꝙ non eſt in reſignante. Vel reſpon. ad tex. in c. ſi beneficia. loqui in priuatione iuris, quæ non valet poſtquam adeptio non habuit effectũ. Fed. in tracta de permu. benefi. q. 8. Socy. conſ. 168. in primis. col. 2. vol. 2. per l. Claudius. ff. de acq. hære. l. certi condictio. §. quoniã. ff. ſi cert. peta. ſecus in priuatione hominis expreſſa, quæ remanet firma, licet finis actus non ſequatur. l. plane. in princi. ff. de leg. 1. Bartol. & Alex. in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. matr. quia mitius agitur cum lege. quam cum homine. l. Celſus. de arbitris. tene primam.

173 Nec refragantur iura ciuilia, uidelicet tex. in l. cum prẽcibus. & l. rebus. C. de rerum permuta. ubi quis poteſt repetere id quod dedit cauſa permutationis ſi nõ fuerit ſortita effectum, quia in prophanis rebus loquitur, nos autem in ſpiritualibus, vt not. in c. penul. de rerum permut. quæ ſpiritualia ſemel perdita non poteſt quis adipiſci ſine nouo titulo: idem reſpond. ad totum titulum de condict. cauſa data. & ad l. naturalis. §. 1. de præſcri. verb. glo in c. cum inter R. de elec. ita in proprijs terminis reſpondet.

174 Minus obeſt tex. in c. 2. de renuntia. vbi poſt renũtiationem quis poteſt habere beneficium, ſine noua collatione cum ſimplici inueſtitura. Sed reſpond. ꝙ inueſtitura habet vim collationis, immo ſumitur pro collatione, quando ante eam non præceſſerat aliqua collatio, & eſt facta ab habente poteſtatem conferendi. glo. & Panormit. in c. authoritate. de inſtitu. & idem Panor. in c. 2. col. penult. de conſuetu. argumen. c. 1. de conſue. recti feud. text. in cap. pro illorum. & ibi Cardinalis in 3. notabili. de præbend. vt alibi dixi. Idem ſcribit Cardi. in c. cũ eccleſiaſticæ. de excep. ac Fely. in c. cum aliquibus col. vlt. de re iudic.

175 Nec me mouet. c. ſane. illo titu. de renun. quia ibi fuit facta noua collatio per nouas literas, in quibus mandatur canonicis, ꝙ non obſtante renuntiatione ipſum in canonicũ & fratrem admittant. & ita illum tex. intelligit ibi Bal.

176 Nec facit. c. ſuper hoc. ibidem, quia dum tex. dicit, admittere non poſtponat, debet intelligi, quod iudex non poſtponat admittere cauſam ſpontaneæ abiurationis, & exceptionem, & ſic non loquitur de admiſſione ad beneficium ſine noua collatione.

Præterea vrget valde tex. in c. ex parte. 1. de officio delegat. vbi paria ſunt dimittere, & reſignare. intellige ut ibi text. exprimit quando uellet omnino dimittere. Et ſic denotat totalem reſignationem, & abdicationem, ſecus ſi ſimpliciter dimitteret, vt aliud poſſet habere, vt d. c. ſi beneficia. Quæ totalis dimiſſio præſumitur, quãdo cum licentia epiſcopi dimitteret, nam tunc dimittere denotat totalem dimiſſionem. c. admonet. & c. poſt translationem. col. 2. de renuntiationib. Ideò ſi quis renuntiat liti, non uidetur renuntiare titulo beneficij. Calde. conſ. 5. an habens. in fi. rub. de præb. refert Dec. conſ. 495. viſo. num. 20.

177 Primo fallit qnando reſignatio nõ tenuit: tunc ſine noua collatione ad ſuum beneficium cedens redit ẽt poſt renũtiationem ſi retinuerit poſſeſſionem. c. fi. de renuntia. & ibi plene Docto. quia quotiens vitioſe cautum eſt, &c. l. quotiens.

178 ff. qui ſatiſdare cogan. Imò arreſtò cautum eſt, renuntiationes factas in fauorem, nullius eſſe momenti coram alio, quã ſummo Pontifice, nec etiam eſſe præiudicio reſignanti anno 1513. in cauſa Hardo in Fornier, appellantis à præpoſito Pariſienſi, cõtra Renatum Va. in intimatum. pro quo facit. l. pen. ff. de offic. præſi. Domi. conſ. 125. dubia ſcripſi. in addit. ad Ioan. Nauclerum, in tractatu de ſymonia.

179 Secundò, fallit quando coactè reſignauit: quia tũc ꝑmittitur miniſtrare in eadẽ eccleſia, nõ obſtãte renũtiatione. c. ſi verò. & ibi Fely. de iureiur. & hoc eſt introductũ ad coercendum iniquitatẽ eorum, qui eccleſiaſticos viros ad renuntiãdum, & præſtandum illud iuramentum compellunt. probatur in capitu. 3. & ſeq. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt. & ille renuntiationes ſic factæ non valent. clementi multorum. de pœnis.

180 Tertiò, limitatur nõ procedere, qñ procurator cõſtitutus alio mõ reſignaſſet, q̃ ei mandatũ eſt, vtpote habet ptãtem reſignandi retẽta penſione, reſignat ea nõ retenta, tũc nõ valebit illa reſignatio, nec iuuatur hoc decreto is, cui eſt facta collõ. tũ quia nulla eſt, tanquã cõtra mandati formã facta. l. diligẽter. ff. mãd. & c. cũ dilecta. vbi plenè Fely. de reſcri. tũ qa facta cõtra modũ in ſupplicatione expreſſum. Panormi. in

Source : BIU Cujas

cap.cum pridem.in fin.de pactis.sic expressim super hac regu.tenet Dom.Gome.q.33. Et an procurator cōstitutus ad resignandum possit præstare consensum post cedentis obitum? vide Cassado.in deci.1.de renun.& Boer.q.348. in decis.Burdega.& alibi scripsi.

181 Nec obest,ꝙ titulus semel extinctus per renuntiationē, non reuiuiscit sine noua collatione.l.qui res.§.aream. ff.de solut.nam hoc procedit,nisi aliud interueniat,p quod sequatur integra restitutio.facit.c.ab exordio.35.dist.& res de facili ad suam naturam redit.l.si unus.§.pactus ff.de pactis. Et sicut is qui habet mandatum uendendi Titio fundum,si uēdat alteri,nihil agit.l.cum seruo.ff.de contrahē.emp.ita qui habet mandatum resignandi in fauorem Titij,si in alterius fauorem resignet.

182 Aliquis seduxit me,dicens patrem uel patruum mittere ad me,ut literas resignationis,seu procuratorium ad eum mitterem,cui credidi,ipse per has literas resignauit,dico mihi succurrendum,& resignationem nullam.per text. expressum.in c.1.15.q.6.sic dicentem,si quando à sacerdotibus, & authoribus ecclesiæ, quædam scripturæ quoquo modo p metum,aut fraudem,aut per uim extortæ fuerint, uel ut se liberare possint,quocunque ab eis conscripæ aut roboratæ fuerint ingenio,ad nullum eis præiudicium, vel nocumentum ualere censemus,&c.tu tamen facilè non credas omnibus petentibus procuratorium ad resignandum, & sic non valet resignatio quando per dolum & fraudem esset inductus resignans, quia dolus consensum excludit, qui ad hoc est necessarius.Pan.in c.cum dilectus.in fi. quod metus cau. l.& eleganter.ff.de dolo.

183 Notandum est, ꝙ in quibus casibus potest quis redire ad suum beneficium sine noua collatione,debet intelligi qñ illud beneficium dimissum non erat occupatum,alioquin nō poterit redire sine noua collatione.Rota deci.1.fuit dubitatum utrum beneficia,decis.3.si quis permutauerit.de rerum permut.in nouis.& decis.1.si illegitimus.de fil.præsbyter. in nouis. quia etiam hæres non potest propria authoritate res hæreditarias accipere,quando sunt per alium occupatę.Innoc.in cap transmissam.de elect.Alex.& Ias.in l.iustè. ff. de acquir.possess.Decius in l.non est singulis.ff.de reg.iur. Item victori non licet propria authoritate ingredi possessionem, quando erat ab alio occupata.Panormi.& Fely.in c.de cætero.col.5.& seq.de re iudicata.

184 Postremò,amplia ꝙ non debet molestari, nec directe, nec per indirectum,regula,cum quid vna via.de reg.iur.libr. 6.Alex.cons.220.num.8.in 6.vol.& cons.151.in fi.vol.7.glo. plena allegationibus.in c.constitutus.de concess.præb. nam etiam pœnalis constitutio habet locum non solum contra uenientem contra iuris dispositionem directe, sed etiam cōtra uenientem indirecte.tex.no.in ca.ad nostram. & ibi Pan. & Barba.de empt.& uendi.vide Decium in regula,in iure. ff. de regul.iur. Ex quo infertur,ꝙ nedum is qui possedit beneficium pacifice per triennium non potest molestari, sed nec etiam is,cum quo est facta permutatio:immo is qui de nouo habet beneficium triēnio per permutantem possessum, poteritiuuari hoc decreto,& expellere molestantem eum, sicut is poterat,à quo habuit causam, quia successor poterit uti defensionibus sui authoris,contra quem regressum habet de euictione.l.emptor.C.de euictio.

185 Item in beneficialibus licitum est successori uti iure prę decessoris,quod est exclusiuum intētionis agentis. Io.And. & Card.in c.mandatum de rescr.Imol.& Felyn.in c. capitulum.ibidem.Sed prædecessor post triēnium ante permutationem factam poterat excludere aduersarium,ergo successor eius nomine poterit,cum sufficiat excludere aduersariū per exceptionē iuris non sui.Ioan.Andr.& Compost.in d.c. mandatum.

Præterea si euinceretur ab eo cui fuit datum causa permutationis,posset is redire ad suum alterum beneficium, p cap.si beneficia.& ibi no.de præb.in 6.c.pen. de rerum permutatio.& c.uno illo titulo,in 6.ideò molestaretur is qui dedit.ut notatur in l. si controuersia. & l. si permutationis. C. de euictio.

186 Notandum est tamē,ꝙ eniclo beneficio possum impetrare literas regias,ut liceat mihi redire ad meum beneficiū, & hoc conceditur,ut fuit pronuntiatum anno 1539.in uigilia Assumptiònis ad vulitatē Bricon;sed si aliquis impetrat literas regias ad annullandam permutationem, quas dirigit iudicibus laicis,repellendum esse cēsuit idem senatus, anno 1522.die 7.Septembris,pro Pidoux, contra Iosseran. Idem tenuit Staphileus in tracta.de literis gratiæ fol.89.uersicu.& per ista uidi.volens annullationē permutationis decidēdam esse à iudicibus ecclesiasticis, quando facta est super beneficijs.

187 Nec obstat quòd successor in beneficio non potest uti accessione sui prædecessoris, quia nil de iure prædecessoris transit in successorē.glossa in eod.titul.in uerbo possedit.in pragmatic.hoc est verum,quando collatio fit libere, secus si quis subrogetur in ius alterius, vt quando confertur ex causa permutationis,quia si permutans nil iuris habebat ad beneficium,sic nec habebit is, cum quo est facta permutatio.nota.in d.capitulo, vno.de rerum permutatione.in sexto.

Vel respon.quòd non potest successor in beneficio uti accessione prædecessoris,quando successor ex titulo & possessione prędecessoris uolebat ius suum fundare sine nouo titulo,secus ergo quando successor se fundat ex proprio titulo nouiter acquisito, & ad excludendum alterius titulū, excipit de iure sui prædecessoris,& hoc potest facere, prout concludit de Ripa in libro primo,respons.de legitimis.c.17. in causa. & ista sunt ualde notanda, & in eis sæpius uidi dubitari.

188 Licet contrarium teneat D. Gomes. in hac regula cancel.quæstio.13. vidi tamen seruari, quòd si molestans uelit quædam opponere de nouo, contra istum qui de nouo habet beneficium triennalis possessoris,ꝙ possit:sed de iure triēnalis possessoris non discutietur, si erathabilis nec opponet contra,sed bene contra personam subrogati,& ius,quamuis contrarium dicat seruari Romæ Do. Gomes. in quæstione vigesimaquarta, quod sic proterit intelligi.

189 Limita primò nisi ex causa de nono orta, quia tunc impetrari posset beneficium,& triēnalis possessor molestari, vt pote si simoniam committeret post triēnium.argum. c. cū inter.de renuntia.c.1.& per totum titu.de cleric.non residē. Barb.cons.11.in 1.volum.quia quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrogat. actio.vel si haberet ecclesiam parochialem,& intra annū post dispensationem ad biennium finitam non est ad sacros ordines promotus,per cap.licet canon.de elect.libro 6.Chassan. in consue.Burg.in rubrica,*des successions.* in §.3.gl. *habille.* Ergo cum non habeat coloratum titulum poterit molestari etiam post triennium,nec iuuat primus titulus, quia nullus effectus est.Idem si esset adeptus post triēnium, secundum beneficium incompatibile cum primo.Barba.d.cons.11.colum.9.vol.1.per.c.de multa.de præb.& c.licet episcopus.eo. titu.in 6.& in extraua.execrabilis,illo titu.

190 Quamuis cōtrarium teneat D.Gome.super hac regu. q. 10.Primò,ꝙ in regula non sunt excepti nisi duo casus:ergo in alijs locum habet.Respon.licet non sint excepti nisi duo, tamen alij similes cōprehenduntur,& vbi est pars,vel maior ratio,ēt in odiosis extensio fiet c.porrò. quæ fuit prima causa beneficij ami.facit tex.in l.cū hi.§.causæ,ibi.aut si qua alia causa fuit(vt plures solent incidere)quæ prætori suadeat trāsactionē admittere.ff.de transact.l.à sententia,ibi, uel similē huic causam.de appella.Perus.abunde in c.1.col.2.& sequē. de tempo.ordin. in 6.Ias.in §.sequens. & in §.tripli. de act.in insti.Corse.in sing.inci.extensio.& Hippo.in l.qui falsam.nu. 6.ff.de Fal.alioqui sequeretur ꝙ si ab ordinario,infanti, furioso,vel hęretico esset collatum beneficium,& ipsi possidērēt illud triēnio,ꝙ non possent postea molestari, eo ꝙ non exprimantur in textu.Nempe quamuis textus non exprimat nisi duos,uiolentum.& symonaicum,& textus concord.nō exprimit nisi violētum,sed quia violentus non habet titulū, ideo uoluit conditor excipere omnes qui titulum non habent,sed is qui non est promotus intra tempus iuris,non habet titulum,ergo potest molestari,quia hic non loquitur de omni possessore,sed de iusto,& de iusta possessione.§.1. per quos fiat inuesti.& paria sunt nullum ab initio habere titulum,uel habere,& postea nullum sortiri effectum.cap.commissa.de electio.in 6.& quamuis ista prouisio,ne quis molestetur,sit fauorabilis, non tamē extēditur contra uoluntatē disponentis,sed voluntas disponentis est, vt nullus sine titulo teneat beneficium.c.1.de reg.iur.in 6.§.fi.in d.titu.de pacifi.pos. ergo hæc non interpretabimur contra disponentis voluntatem.

Item is qui est priuatus nullum habet titulum;ergo non habet coloratum,& sic non iuuatur hoc decreto, alioqui sequeretur,quòd si per iudicem quis priuaretur beneficio, adhuc priuatus posset se iuuare hoc remedio; cum idem sit in priuato à iure, sicut in priuato ab homine: & priuatus ab homine non posset post priuationem hoc iuuari beneficio,sic nec à iure priuatus,nec plus iuris consequetur vnus quam alius quo ad hoc.

191 Nec refragatur ꝙ in pragma.dicitur,non debere molestari etiam ratione iuris nouiter impetrati,quia respondeo. quando quis esset pacificus possessor,cum colorato saltem titulo, non esset molestandus, etiam si quis impetraret illud beneficium de nouo, quia non est causa cur debeat illud beneficium impetrari; vt pote quia usque ad triēniū habuit

Source : BIU Cujas

buit dispensationem; & postea non vult promoueri, dicens se tutum triennio; certe si hoc permitteretur, edictum animabus, & reipublicæ esset perniciosum, & præberet materiam delinquendi: vt quis possideret triennio: postea nō curaret promoueri, vel committeret crimina priuatione digna: quod est absurdum, nec quis plus debet defendi p hoc edictum, quàm verum habens titulum, vt non plus operetur fictio, quàm veritas. l. si filio. ff. de liber. & posthum. Nec obest q̄ dispensatio inualida prodest. vt tenet Specu. in titu. de dispensa. in §. nidendum vers. porro. Refert D. Gomes. q. 10. Respond. quando quis habet uerum titulum, & dispensationem inualidam: tunc potest fortè prodesse, sed in casu p̄dicto nullum habet titulum, nempe vt titulus non annullaretur, successit dispensatio, quæ coloratum saltem reddidit titulum: secus quando nulla fuit dispensatio. Nec me mouet q̄ per hæc verba, non possit molestari; aufertur iurisdictio iudici: & parti tollitur facultas probandi. cap. cùm plures. de offi. deleg. in 6. Gomes. q. 18. Sed respon. postquam constiterit iudici aliquem possedisse triennio, etiam cum colorato titulo, tunc debet eum tueri, & pars non debet admitti ad p̄bandum postea, sed antequam appareat istum triennio possedisse, & cum colorato titulo, iudex hoc inquirere poterit, & pars probare: nam qui dicit se talem, oportet q̄ probet. l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt. & prius debet constare testamentum factum esse à milite, antequam illi dētur priuilegia. tex. in §. planè, de milit. test. in inst. & si quis alleget peremptoriam exceptionem impedientem litis ingressum, oportet q̄ probet eam sibi competere. c. 1. de litis contesta. in 6. vbi Doct. si iste possessor interim molestabitur donec hoc probauerit: & sic non iuuabitur, qui non est promotus, nec qui tenuit duo beneficia incompatibilia sine dispensatione, non super primo: quia vacauit per adeptionem secūdi. c. de multa. de p̄æb nec iuuatur super secundo. quia post quam contendit utrumque retinere sine dispensatione post mensem: vacauit & secundum, per extrauagan. execrabilis. vt abundantius respons in quodam consilio super hoc dito.

192 Secundò limita, quando sine titulo possedisset, ut hic dicitur in fi. & glo. in verb. possideat. eod. titu. in pragm. Fely. in c. sicut. num. 30. vers. 5. aduerte. de re iudi. etiam si post triennium superueniret titulus. gl. in fi. in verb. coloratum. eo. tit. Card. cons. 108. vacantibus.

193 Not. quod ad probandum titulum non sufficit ostendere sententiam esse latam in palatio in petitorio, quia beneficium ex canonica institutione obtineri potest, non ex sentē tia. c. 2. de reg. iur. in 6. Secus in possessorio, quia non est ueri simile, quod palatium pro aliquo iudicasset, nisi prius uidisset titulum. Aegid. de Bellamera decis. 578. spoliatus. Fely. in c. cum venetabilis. col. 12. de except. refert Hippol. in rub. de prob. fol 20. col. 2. Ego non uideo rationem diuersitatis, nisi diceret se perdidisse titulum, & probaret, quia etiam tunc in vtroque casu sufficeret ostendere sentētiam facientem mētionem de titulo. per not. in l. testium. in fi. C. de testib. & authen. si quis. C. de eden.

194 Sic nec sufficit confessio aduersarij. Bar. cons. 10. difficilè. col. 2. in 3. vol. quia non ex confessione, sed ex canonica institutione beneficium obtineri debet. c. ex frequentib. de instit. Domi. cons. 38. pro clariori. col. 2. Et hoc ad probandū titulum, secus ad iustificandum. & coadiuuandum gl. sing. in cap. duobus. in uerb. si non appareat. de rescrip. in 6. & ibi multa addidi.

195 Si tamen collationes registrarentur in uno loco, & ostē deretur illam, de qua agitur, non esse registratam, ille remouendus esset, quamuis diu possedisset. Fely. in c. sicut. num. 31. vers. 3. aduerte. in fi. de re iudi. & in c. illud. nu. 7. vers. 3. est aduertendum. de præsump. nisi ostenderet collationem in forma. ut ibidem not.

196 Tertio fallit, quando possedisset sed non pacificè, vt hic tex. requirit, quia quando uerba non conueniunt, nec eius conuenit dispositio. l. 4. §. rotiens. ff. de dam. infe. & etiā quia hic requiritur illa qualitas.

197 Quæro quando dicatur pacifice possidere? Respon. qñ nullam patitur controuersiam iuris uel facti, nec in iudicio, nec extra iudicium. Cardi. & alij in clem. gratiæ. de reseri. de Rota, decis. 3. sufficit impetranti. de præben. in no. Fely. in ca. cum Ioannes. nu. 33. de fide instru. Dec. in c. 2. not. 2. de confir. util. c. fi. ne præla. uices suas. & plene Cassado. in decis. 9. de causa possess. Aliquando pacifice dicitur sine controuersia verbi uel facti. cap. cum olim. de dol. c. ex parte. de testi. c. vltim. ne præla. uices suas. Bald. cons. 288. omnis qui rem. colu. 2. volu. 4. Item pacifice dicitur sine vi. l. vim facit. ff. de vi & vi arma. Insuper pacifice dicitur sine quæstione. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. c. uenerabili. de off. dele. c. cum ecclesiasticæ. de excep. c. dudum. in fi. de deci. c. 2. de renū. Aliquādo sine reuocatione in dubium. l. extat. & ibi gl. ff. quod metus caus. Bald. d. consil. 288. omnis qui rem. in 4. volu. vel pacifice, id est amice. capitulo ex multiplici. de deci. Quandoque pacifice, id est iure. glo. in c. placuit. 1. 16. quæstio. 6. hic tamen dicitur pacifice, id est sine lite: & sic licet sit controuersia verbalis, si non fuerit peruentum ad citationem, dicetur pacifice possidere, ut in tex. pacifice, id est sine lite. Sic exponit glo. in clem. vna. de sequest. poss. & fruct. glo. in regula. cancella. 33. & sequen. allegans tex. in cap. cum causam. de appella. Bonifac. in d. clem. vna. columna 4. Guido Papæ in decisio. Delphi. quęstione 85. curia. licet alibi dicat sufficere, si possideat de facto: & dicit pacifice possidere, licet sibi moueatur controuersia. de iure. Guid. consil. 134. circa. in 3. dubio. & sing. 365. & seq. Rota decis. 36. not. quod ubi. in antiq. Et hoc intelligerem, quo ad alios qui non mouent controuersiam, licet sibi moueatur per aliquem, tamē si habeat coloratum titulum, illo iuuabitur. Item priuilegium concessum possessori, intelligitur de pacifico possessore. Præposi. in cap primo, colum. penultim. 33. dist. allegat gl. in uerbo neutro. in cle. j. vt lit. pēd. & d. Præpo. ibi multa dicit quæ hic bene seruiunt, uide si lubet.

198 Nec dicitur pacifice possidere, qui habuerit recredentiam, etiam si obtinuerit in possessorio, & mouetur sibi lis in petitorio. glo. in §. item quod uniuersitates, in uerbo possidebunt. de colla. in pragma. uel si litigaret, etiam super possessorio. glo. singu. cap. commissa. de elect. lib. 6. & Fely. in ca. nec Dei timorem. colum. 2. de simo. Nec obstat glo. sing. in cap. 1. de confir. util. ubi res non dicitur litigiosa, licet litigetur super possessione, tamen illa beneficia non dicuntur pacifice possideri, nec hoc probat illa gl.

199 Vnde inquit Dom. Gome. quæst. 53. super hac regula: qđ si moueatur lis super possessione, non redditur litigiosa proprietas: sed ipsum ius possessionis, allegat Abb. & alios in c. primo, de sequest. posse. & fruct. & Mullum, in uerbo litigiosa res. Philipp. in cap. 1. ut lite penden. in 6. Calderic. in consil. 5. titu. de præbend. & Oldrad. cons. 299. Sed aduertendū est, quod prædicti Docto. in diuersis terminis loquuntur: nempe quando diffinitum est possessorium, non censetur diffinitum petitorium; secus e contrario. cap. cum ecclesia. & cap. cum dilectus. de causa posse. hic non quærimus de re litigiosa, sed an is, cui mouetur lis super possessione per triēnium, postea dicatur pacificus possessor quo ad proprietatem? Et dicendum est quod non, per supra adducta, alioqui sequeretur, quòd si lis super possessorio duraret ultra triennium, qđ postea agere petitorio quis nō posset, quod est falsum, quia nunquam dicitur quis pacificus, quādo mouetur ei lis, tam super possessione, quàm super proprietate; & ita seruatur in forensi iudicio, ob id ad alia allegata per Do. Gome. non respon. quia isti sententiæ non obsunt. Et meæ sententiæ est Francisc. consilio 165. præsupponitur. numero quinto, & se quen.

200 Ex his infero, quod licet litigaret quis aduersus unum per triennium, & aduersus alios non, quod post triennium nō poterit ab alijs molestari; quia fuit pacificus quo ad alios, & liberas habere ædes aduersus eos censetur. l. loci. §. penul. ff. si seruit. uendi. Et istam opinionem semper in Francia seruari uidi. gl. in uerbo terminorum, eod. titu. in pragmat. pro qua facit ultra eam tex in l. Fulcinius. §. sed illud. ff. quibus ex caus. in posse. eatur, ubi ille solus potest impetrare uenditionem bonorum cōtra latitantem, si aduersus eum latiet; sed alij non, si contra eos non latiat, & is qui pręcario fundū rogauit, ubi potest aduersus omnes agere, præter eum, quem rogauit, vti possidetis. l. qui pręcario. ff. de pręca. facit. l. maiore. de verbor. signi. & lis duorum primi, & secundi non facit rem litigiosam contra tertium. l. prima, §. j. ff. de litigio. ibi, qa is qui mihi uendidit nullam litem habuit, sic est in hoc casu; sed D. Gome. in quæst. 22. dicit cōtrarium, firmans illum nō esse pacificum quo ad omnes, qui contra unum litigat; quia est quædam interruptio naturalis secundum eum, quæ omnibus prodest. Sed (mea sententia) non potest per conuētionem unius dici naturalis interruptio, sed potius ciuilis, nec dicitur deficere pacifica possessio respectu aliorum non litigantium, immo quo ad alios dicitur possedisse pacifice, & sine lite, ideo is qui non mouit litem intra triennium non potest iuuari lite alterius, quia iste textus, dicit quem non posse uenire post triennium; nisi allegat impedimentum, & de illo protestetur intra triennium, ergo vult, vt pacifice possideat aduersus illum qui non est protestatus, & qui non est si fuit impeditus agere si nou moueat litem, non poterit postea agere & ista est praxis indubitata regni,

201 iuri & rationi conformis, per prædicta. Immo si adiudicata recredentia aduersarius taceat per triennium, & permittat possidere partem aduersam, non poterit possessor post triennium etiam à parte aduersa molestari super possessorio. arresto ita renuntiatum extitit in hoc senatu an. 1510. die uerò vigesimo septimo Maij, præcedente litigato

Source : BIU Cujas

facto die quinta Martij, anno 1509. In causa magistri Ioan. Tillon appellantis à seneſcal. Andegauen. contra Bartholomæum foucher appellatum, & pro appellato, qui possederat triennium post recredentiam: idem fuit dictum eo anno die 13. Aug. pro magistro Bernardo Collard. cõtra Bernardum Roquart, adeò vt hodie in Francia super his non sit dubitandum, vnde scribit Boer. in deciſio. Burdegalen. quæstione 171. si super præbenda. in fin. q̃ is, qui obtinuit recredentiam. tenetur saltem promoueri post triennium statim, aliàs priuatur suo beneficio per non promotionem: per capitũ. licet canon. de electio. in 6. glo. & Docto. in c. commissa. illo titu. scripsi in praxi beneficiali in rescripto de non promouendo.

Immo fortius existimarem, q̃ si post plenum possessorium quis taceret post triennium, q̃ numquam posset postea venire ad petitorium, quia hic possedit triennio pacifice, ideo hoc debet iuuari remedio, nec refragatur, quod litis contestatio perpetuat actionem. l. nam postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiur. quia hoc est verum ante litem decisam: sed postea non. Cum igitur sit lis decisa, is, qui tacet, videtur acquiescere, & fortius, qua si lis mota non esset, & hoc propter rationes quas dixi sup. quare fuit hoc remedium inuentum. num. 30. in 4. amplia.

202 Item puto, q̃ ad hunc tex. attinet, sufficere, si possideat maiorem partem reddituum beneficij, licet moueatur sibi lis super vno prædio, uel quibusdam decimis, per glo. in d. c. commissa. Bald. in c. ecclesia. 1. in fin. de elect. gl. in d. regula. 33. Dom. cons. 125. dubia. col. 2. uers. super tertio. Deci. in d. cap. 2. de confirma. vtil. & ista opinio fuit seruata in Rota, teste Guido. Papæ in d. cons. 154. circa. in 3. dubio, vbi dicit pacifice possidere quando habet liberum curæ exercicium, licet maioris partis possessionem non habeat. Card. in clemẽ. vt hi qui. §. illi verò. num. 9. q. 6. de æta. & qualita. quod procedit quo ad cap. licet canon. de elect. in 6. licet hoc reprobet Imol. in d. cle. gratiæ. in fi. per. c. si tibi concesso. de præb. in 6. facit. c. 1. de resti. spolia. eod. lib.

203 Nec sufficeret esse in possessione per triennium, si non possideret. Dec. in c. consultationibus. colum. 2. de offi. dele. l. si quis ante. ff. de acq. posses. ubi dicitur, longe aliud est possidere, aliud in possessione esse, & studere, uel in studio esse, secundum Alex. ibidem. Tria tamen in tex. uidentur requiri. Primum, quod emanauerit citatio à iudice competente, & quod illa sit executioni demandata, ibi, si ad executionem citationis, &c. Secundum, quod titulus agentis sit in iudicio parti aduersæ exhibitus, ibi, iurisque sui in iudicio exhibitionem, nec sufficeret extra iudicium exhibuisse, per uerbum tex. in iudicio. Et sic appellatio extra iudicialis non sufficeret sine exhibitione, quamuis contrarium concludat domi. Gomes. in q. 54. super hac regul. Cancel. Nec sufficeret commissio causæ, & citatio non facta executione, licet in hoc idem do. Gome. teneat contrarium, quæst. 56. vbi suprà. Et hęc probantur in hoc tex. ut uides, quamuis excusari possit, quia in sua regula hoc nõ exprimitur, sicut in text. concord. Et sic consuluit Petr. Paul. Paris. cons. 81. origo huius. in 4. volum. etiam requritur, quod citatio sit legitima, & non nulla, aliàs non obtineret, quod hic dicitur. vt consuluit idẽ Paul. Paris. consil. 94. beneficium. colum. 1. in 4. vol. Tertiũ, quod omnes dilationes ordinariæ iuris, uel styli curiæ, quæ dãtur ad litem contestandam, sint ante finem triennalis possessionis lapsæ. gloss. in uerb. terminorum. eod. titul. in pragmatic. alioqui dicitur quis pacifice possidere. Hodie omnia ista nõ requiruntur. Sed duo tantum, videlicet citatio, & eius executio. Secundo, iuris in iudicio exhibitio, quod seruatur in Francia: aut terminorum omnium obseruatio, quod obseruant Romani & Itali.

204 Sed non diceretur pacifice possedisse, qui ante annum conuenitur ab aduersario super beneficio, & is, declinatorum, & antequam constituantur iudices, labitur triennium, tunc quia non stetit per actorem quo minus lis contestaretur, habetur pro contestata. tex. singu. in l. si eum. §. qui iniuriarum. in fin. ff. si quis cautio. & ad hoc ibi ponderat Bolo. in suis secundis interpret. Nec requiritur litis contestatio quo ad hoc decretum, sed tantùm vt non possideat pacifice, ergo sufficeret citatio executa ante triẽnium cum tituli exhibitione. eod. titu. in concord. hoc casu. clem. fin. vt lite penden. & in ver. lis autem. uide Bal. in Marg. in uerb. mora. & Alex. cons. 100. discussis. in 5. volumi. Immo dicerem haberi pro contestata, vt non possit aduersarius vti hoc decreto, etiam vt post triennium possit intentare interdictum vti possidetis, quod aliàs post annum non datur. l. 1. §. 1. ff. vti possi.

205 Pacifice dicitur etiam possidere quis post annum adeptæ pacificę possessiõis, vnde si prima die Ianuarij, mihi collatum fuerit beneficium, hoc anno 1547. & postea nullus me inquietat per totum annum, ego anno 1548. debeo pro moueri, alioqui toto hoc anno elapso ero priuatus per non promotionem: per cap. licet canon. & cap. commissa. de electio. in 6. etiam si mihi collatum fuerit beneficium secundũ incompatibile, non vacat primum, nisi toto anno elapso, q̃a non dicor pacificam possessionem habere, nisi labatur totus annus, & sic impetratio ante annum nulla reputatur, vt fuit iudicatum in camera demanij, anno 1547. & in mense Februa. in hoc senatu pro magistro Petro de la Barniere contra Chastatim, relatore d. Sauercio, & hoc scripsi plenè ī praxi beneficiali in rescripto de non promouendo.

206 Quarto. non procedit, quando is qui possedisset non esset habilis, nec idoneus ad beneficia obtinenda, tunc post triennium molestari posset, quia uerba generalia legis, & huius decreti, debent intelligi de habilitate, etiam hoc verbum quicunque. text. in l. emancipari. iuncta gl. ff. de adop. l. omnes. C. sine censu. & ibi gloss. l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastæ fiscal. libro 10. l. 1. de sacrosanct. eccle. l. 3. de fide instrumen. l. vt gradatim. ibi, si idonei sunt. ff. de munerib. & hono. qui certo loco se debere existimans soluit indebitum, quolibet loco repetet, scilicet idoneo dicit glos. ff. de condict. indebit. l. 1. in fin. ff. manda. Fely. in cap. omnes leges. 1. distinct. cap. in omni. de testib. plenius quàm alibi per Hippolyt. in l. unius. §. cogniturum. ff. de quæstio. dixi late in dicta. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. Et hoc tenet expressè gl. in regula cancella. 33. & d. Chassan. in consue. Burgun. in rub. *des successions*. §. 3. gl. *habille*. Ratio est, quia possessio longi temporis non habilitat incapacem. c. causam. & c. accedentes. & ibi Panor. & Felyn. de reseri. Ioan. Andr. in c. 2. per illum textum. de præben. lib. 6. & etiam quia dum conceditur nouum ius, debet semper restringi, ut minus lædat ius commune, quàm sit possibile. l. si quando. C. de inoff. testam. c. cum dilectus. de consuet. Iaſ. plene in l. 1. § nuntiatio. col. 3. ff. de noui ope. nuntia. & q̃a inhabilitas præscribi non põt. c. cum causam, & ibi Anchar. de elec. nec ex diuturnitate temporis nascitur titulus in beneficialibus, & spiritualibus. Bald. per illum tex. in c. ex parte. 1. col. 1. de testib. bene tamen est quædam præscri. Fely. ibi, sicut in rebus prophanis. l. si filiusfamil. C. de peti. hæret. l. cum de in rem uerso. ff. de usur,

207 Quęro quis dicatur inhabilis? quo cognito, cognoscetur idoneus, & habilis: cũ ꝓriorum vno cognito, alterũ cognoscatur. l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. Et quo ad hoc quilibet p̃sumitur habilis, nisi ꝓbetur inhabilis. arg. l. si quæramus. ff. de testa. & per verbum, quicunque, hic positũ, & per regulã, omnia censentur permissa, nisi fuerint prohibita. de qua, gl. melior iuris in cap. inter corporalia. de transla. episc. Igitur dicam qui sint inhabiles.

208 Primò, est inhabilis infans, indecorũ. n. est ei cõcedere beneficiũ, qui nõ uouit regere seipsum. c. indecorum. de æta. & quali. talis. n. caret iudicio. l. cũ prætor ff. de iudi. §. præterea. insti. quib. non est permissum facere testa. nec stabilẽ habet mentem. l. fin. C. de testa. mili. & quia non est rationis capax. c. firmissime. 15. quæst. 1. & cap. qui apud. 1. quæst. 4. & quicquid uidet, ignorat. l. 1. C. de fals. moneta. nihil *scit*, *uel* scire præsumitur. l. fin. ff. de iur. & fact. igno. nec sentiunt, *uel* cõsentiunt, nec charitatem habent. c. 3. uersicu. 1. de baptismo. nesciunt quid utile sit. §. est quoque. in auth. de nupt. coll. 4. Itẽ non sunt concilij capaces. l. more. §. fi. ff. de acq. hæredi. infirmum est illorum iudicium. l. fi. ff. de manu. uindic. nec pleni sunt animi. l. donatarũ. C. de acquir. pos. boni ac mali distantiam iguorant. Deuter. c. 1. in fi. Et donec equitant super arũdinem, & baculũ, ecclesiã regere nescirent Bal. in c. cum nobis. in fi. de præscr. descendant igitur de baculo, & addiscant, & in prudentia senescãt. c. eum ex eo. de elec, lib. 6. Ergo p̃dicta infans est cuiuscunq; ecclesiastici beneficij incapax, sine apostolica dispensatione: & ideo si fuerit eidẽ collatũ beneficium, & illud possederit triennium, postea poterit molestari, & ante, & quandocunque, cum iste textus de habili tantùm intelligatur. facit quod scribit Card. Alex. in c. de his. 28. dist. De dispensatione minorum ad beneficia, uide Oldr. cõsil. 329. & quæ possunt opponi contra prouisiones apostolicas, & dispensationes minoribus concessas, tradit idem Oldradus consil. 325. cum duobus seq. & cum istis factæ dispensationes iuuenes & ignaras ecclesias fecerunt, ac fere destruxerunt.

209 Post septem annos recepta prima tonsura (quod potest. cap. fin. de temp. ord. lib. 6.) erit habilis ad beneficia simplicia, quę non sonant in nomen rectoriæ, nec consilij maturitatem requirunt, secus in alijs. c. de his. 28. dist. c. 2. d. æta. & quali. c. si eo tempore. de rescrip. eod. libr. gloss. in uerb. rigorosum. in rub. de numero, & qualitate. Card. in prag. Pan. & alij in c. super inordinata. de præb. gl. in reg. cãc. 17. Io. de Selua, in trac. de bene. in 3. par. q. 5. Mandago. in trac. de elec. c. 7. partis. 1.

210 Nisi illa beneficia simplicia de iure, consuetudine, uel statuto, haberent certum ordinem annexum, tunc ad illud

etiam

Source : BIU Cujas

etiam esset inhabilis.ca.ei cui.de præb.in 6.c.significatum.illo tit. vel quãdo essent administratores ecclesiæ principales. Inno.in ca.præterea.de æta. refert.Imo.in cle.fi. illo tit. ordo enim naturalis seruandus est, vt qui ex defectu ætatis,aut virtutis, sub alterius tutela consistere debet, alium sub sua gubernatione habere non possit.l.vlt.C.de legit.tuto. Lucas in l.fi.col.8.C.de tyro.lib.12.& poterit dici, Veh tibi ecclesia curata,cuius rector est puer:vt in simili dicitur Ecclesiastes 10. Veh tibi terra cuius rex est puer: indignum est ad regimen, potissime animarum, assumi, ne tanto periculosius cadat, quanto citius ad altiora ascendere festinat ca.pueri.1.q.1.ca. sicut 48.dist. Imò etiam si necessitas cogeret, non sunt admittendi.l.2.§.1.ff.de iure immunita.

211 Dispensatiuè poterit, vel ex priuilegio. ca.ex eo.de elect. libr.6.Imol.in cle.fin.col.vlti.de æta.& quali.In his igitur simplicibus poterit post triennium hoc iuuari decreto: in curatis non,cum sit inhabilis sine dispensatione,argu.l.1.§.fin.ff. quod cuiusque vniuersi.no. Sed, veh tibi, qui iura naturalia, quæ sunt immutabilia.§.pen.de iure natural.in inst.mutabilia de facto facis in perniciem animæ: nam de his exactam es redditurus rationem.

212 Et ideo cõcludendum est,quod si minori collatum sit beneficium à Papa:cum conferendo videatur eum habilem facere.l. quidam.ff. de re iudic. tunc minor post triennium iuuabitur hoc beneficio,de pacific.posse.si verò illi collatum sit curatum beneficium ab episcopo, uel inferiore a Papa: cum illum non possit habilem facere in eo:tunc possidendo per tempus immemoriale nõ iuuabitur hoc beneficio, quia à principio est inhabilis:ideo tractu temporis non,potest effici habilis.l.quod in initio vitiosum est.ff.de reg.iur.& sic minor non debebit molestari post triennium in beneficijs, ad quæ erat habilis tempore collationis, secus in alijs, & sic intelligi debet Gomes.q.15.simpliciter tamen loquitur,plus addens, quod si minor intra triennium beneficium non peteret,non excluderetur per hoc decretum, sed restitui posset: quod vix in practica obtineri posset, cum in his beneficialibus pro maiore habeatur.c.fi.de iud. in 6. & quia impeditus protestari debet: vt est scriptum in tit.de pacifi.posse. in concorda. quòd si ipse non fuerit protestatus, difficile esset. vt post triennium audiretur, cum edictum generale comprehendat etiam minores.l.fi.C.in quib.caus.in integ.resti. non est necessa. nisi forte talis causa esset, quæ iudicibus uideretur sufficiens, quorum arbitrio relinquo: & an minor restitui possit si resignaret beneficium suum? vide gl.in ca.ex parte.de restitu.spol.vbi addidi,Boer.in decis.Bur.q.350.minor quatuordecim annis.

214 Ad canonicatus ecclesiarum collegiatarum post decem annos sunt habiles,vt est statutum in reg. Cãcell. 17.per quã tolluntur opiniones positæ in ca. super inordinata. de præb. &c.ex insinuatione.de simo.& ibi Ancha. dicit,quod impuberes possunt esse canonici in ecclesia cathedrali, licet hodie sit declaratum in d.regu.17.quod admittatur ad canonicatus ecclesiarum cathedralium post quatuordecim annos completos,teste Aegid.Bellamera decisio.727. supposita. & Panor.in c.præterea. de ætate & qual. Si ante hoc tẽpus adepti fuerint, cùm sint incapaces, non iuuantur hoc decreto, ideo possunt molestari post triennium.gl.in d.reg.17.

215 Fallit si à rege conferatur iure regali habenti septem annos,ut tenet Do.ruseus in tract.de iure regalio.in 24. priuil. vbi dicit interuenisse arrestum pro puero septem annorũ, cui erat collata præbẽda ecclesiæ cathedralis à rege: vide ibi quibus rationibus moueatur: nam parum me mouent. Et ueras eas non credo, quia non potest esse laicus magis priuilegiatus,quàm episcopus, nisi inuenirem ad hoc priuilegiũ concessum fuisse.

216 Idem in prioratibus regularibus,cum non dentur nisi ex presse professis.ca.nullus.de elect.lib.6.cle.ne in agro.§.sane. de statu monacho. Alex.in d.c.de his.28.dist. quia ante quatuordecim annos non potest esse professus.ca.1.& per totũ. regula.ergo nec illos obtinere.

In prioratibus conuentualibus requiruntur 25.anni, nisi cura animarũ regatur per alios,quàm per priores,tunc sufficerent viginti anni completi.d.clemen. ne in agro. §.cæte-
217 rum.† Panor. & Boic. in d.c. super.Sic in dignitate prothonotariatus,nisi sit de sublimioribus, uel de filijs, aut nepotibus principũ, quia in 16.anno admitti possunt. teste Bened. in repet.c.Raynutius,in uerbo Adiectæ.nu.11.de testa.Papa tamen confert cui vult cum derogatione, & dispensatione, & in hoc regno omnibus fere datur hoc nomen, si bene induti sunt & diuites, & ex diuitibus parentibus, uel nobilibus nati.

218 In dignitatibus minoribus, vt præposituris, decanatibus, & alijs,ac etiam in beneficijs curatis, ante vigesimumquintum annum cœptum quis est inhabilis.c. cum in cunctis. §. inferiora.de elect.Cardi.in cle.generalem.de elect.Floren.in 3.parte summæ.tit.15.c.1.§.3.

219 In prioratibus electiuis, quando cura animarum per eos exercetur,ante 25.annum sunt inhabiles.d.§. cæterũ. de Selua in tract.de Benef.3.parte.q.5.hodie per concordata sufficit vigesimustertius annus completus.§.monasterius.de regia ad prælatur.nomina.facienda.

220 Ad episcopatus & alias dignitates maiores ante trigesimum annum completum quis non est habilis.d. ca. cum in cunctis.in prin. Licet hodie in hoc regno sit præstitutum tẽpus reciſius,uidelicet vigintiſeptem anni incepti.in d.titu.de reg. no. in concord. in quo vigesimoseptimo anno poterit esse archiepiscopus, episcopus, uel abbas: ut ibi patet:nec oportet reprehensibile dici si variantibus temporibus iura varientur humana.c.non debet. de consang. vide Bertachi. in trac.de episcopo.in lib.2.q.31.vbi cumulat, quæ sint prohibita minoribus,& de ætate postulandi ad prælaturam, uide extrauag.dispendiis.de postul.præl.in communibus.

221 Secundò, furiosus est inhabilis, ac cæteri qui curatorum ope iuuantur, quia hi à pupilli conditione non multum abhorrent,dicit tex.in l.fulcinius.§.plane.ff.ex quib.cau.in pos. eatur.& æquiparantur pupillis.l.pupillus.ff.de acq. hære. l.1. §.1.de acq poss.Et quæ de infante dixi,idem puto in furiosis. l.in negotiis. ff. de reg. iur. & ibi Dec.l. infans.ad leg.Cor.de sica. Nisi quòd isti ad omnia beneficia sunt omnino inhabiles,& collatio eis facta,pro nõ facta habetur.Bonifac.in cle. una nu.58.de homicid. Et indecorum est, vt qui non nouit regere seipsum,administrationi aliorum prẽponatur.cap.in decorum. de ætate & quali. ideo hoc decreto iuuatur minime,quantocunque tempore tenuerit, quia incipere possidere,cum affectionem non habeat,non potest.l.1.§.1. ff.de acq.poss.

222 Tertiò,coniugatus.c.2.& c.cum decorem.de cleri.coniugat.c.decernimus.& ibi gl.28.distin.& ca. de syracusanæ.ibidem.tum quia ordinari prohibetur.c.assumi.cum seq. 28.di. tũ quia cogitat quomodo placere possit vxori, & ideo quæ Dei sunt,minus valet cogitare,cùm quasi in duo diuisus, plenam sui non habeat potestatem, vt ei à quo stipendium accipit,plenius famuletur. capitulo diuersis fallaciis. de cleric. coniuga.

223 Imo si contrahat tantùm sponsalia per uerba de præsenti,perdit beneficia, quæ habebat, secus si sponsalia de futuro.gl.in c.1.de cleric. coniuga.lib.sexto.Extrauag.una Ioan. 22.rub. de voto. Panor. & alii in c.1.illo tit.Auffre.in decis. Tholo.quæstione.239.Ias.in l.ubi pactum.col.pen. C.de trã sact. vbi dicit vacare beneficia si contrahat cum consanguinea,uel cum alia,etiam nulliter.allegat Roma.consi.483.dubitatur.quia contraxit, & totum fecit quod in eo fuit. Imol. in c.Ioannes.col.pen.de cleri.coniugat.Dec. tenet contra in consi.166.ego Philippus.vbi dicit priuari per sententiã, non ipso iure.Et hoc propter tacitam renuntiationem, quæ cau satur ex contractu matrimonii. Ideo putarem per matrimonium,etiam nullum,beneficium uacare,per clemẽ. vnicam.de sponsal.& ita seruatur,nam facto matrimonio impetrantur beneficia illius,qui matrimonium contraxit,& de stilo curiæ Roma.est,vt dentur prouisiones post matrimoniũ etiam nullum:ut vidi sæpius,& sic postquam coniugatus beneficiis est priuatus,quando habet, ergo fortius prohibetur habere. ca. quemadmodum. de iureiurand. plene Præpos. in ca.placuit.col.pen.32.dist.ideo si hic coniugatus possederit per tres annos,poterit molestari postea.

224 Quartò,inhabilis est non tonsuratus.c. cũ adeò. de reseri. c.ex literis.de transact.cum sit laicus.& laici beneficia ecclesiastica obtinere non possunt.c.2.de insti.quia spiritualia spiritualibus sunt committenda personis.Bal.in c.decernimus. de iudi. per illum tex. nec sanctum dari canibus debet, nec margaritæ porcis.cap.in mandatis.41.distin.Nec spiritualia possidere possunt.c.causam.de præscriptio.ergo nec hoc decreto,quod non datur sine possessione iuuari. Etiam si sit regularis cõuersus,uel religiosus, quia licet gaudeat priuilegio canonis,si quis suadente. 17. q.4.ut ibi abunde scripsi.& hoc docet Anto.in d.c.2.tamen beneficia spiritualia habere non debet ante tonsuram.

225 Et si Papa mandaret Titio laico cupienti militiæ clericali adscribi prouideri,tñ antequam sit clericus, non ualebit beneficij collatio,licet mandatũ ualeat.Imo.in c.2.col.2. de institu.Et sic cũ non valeat collatio,non habet titulum, etiam coloratum, ideo nõ iuuabitur decreto de pacific.possesso. quamuis contrarium teneat in professo.Pet.Pau.Paris.cons. 125. an collatio. colum. 3. in 4. uolumi. quod non videtur uerum.

Igitur petens beneficium debet se probare clericũ.Archi. & Io.And.in c.si iudex laicus.de sen.excõ.in 6. nec sufficeret probare fuisse reputatum & toleratum clericum, sed oportet

tet ordinationem probare. Domi. in consi. 91. præmitto. col. 1. qui nec probaretur per bullam, in qua Papa cum nominauit clericum, teste Io. And. in mercuria. in regula non licet actori. de reg. iur. in 6. & docto. in d. c. si iudex. de sent. excō. ibidem, scripsi in titulo de sublatio. clem. literis in concord.

226 Imò si post beneficium adeptum acciperet tonsuram, nō conualidaretur collatio, quæ in initio nulla fuit. l. quod in initio. ff. de reg. iur. & regula non firmatur, illo tit. in 6. gl. & Io. And. in d. c. 2. Perus. in c. si pro clericis. col. 1. de præb. libr. 6. Item etiam non valeret collatio laico facta, etiam si haberet propositum ordinādi, & destinatus esset ad clericatum, sic de facto seruauit Bonifa. 8. in persona nepotis sui, vt refert Archid. in c. nulli. col. vlt. 12. q. 1. facit. c. religioso. §. fi. de sent. excommu. lib. 6. vbi ante professionem factam nō debet dici quis religiosus, licet sit per annum probatus. facit. l. ex eo. ff. de test. mili. Felin & Dec. in d. c. cum adeo. vbi plene. Quid si fuerit postulatus? tradit Inno. & a. i. in c. fi. dd elec. post gl. ibi, & Lucas in l. expertes. col. 1. de decurio. lib. 10. c. Et quid si fuerit tantum tonsuratus, & diuinum officium sicut sacerdos exercuerit? vide tex. & ibi docto. in c. 1. de cleric. non ordina. ministran.

Et quamuis collatio facta sit ipso iure nulla, & sic incolorata. c. diuersis. & c. Ioannes. de cleri. coniuga. Tamen quædam sunt beneficia in curia Romana istis affecta, vt asserit gl. & doct. in cle. ne Romani. de elect. & Pau. de Roma. in tracta. de pensio. ca. 7. & in istis puto quòd post triennium non deberent molestari, sed iuuarentur hoc remedio.

227 Quintò, est inhabilis ordinatus à nō suo antistite, cum priuilegio clericali non debeat gaudere, & ita vidit iudicari d. Chassa. in consuet. Bur. in rub. *des iustices*. §. 6. in gl. *font creuz*. in fi. per tex. in c. 1. & in c. eos. de temp. ord. lib. 6. licet contrarium teneat Guido Papæ in suis decis. q. 449. laicus. alibi dixi, non repeto.

228 Sed dubium est non paruum, an is qui accepit tonsuram à nō suo episcopo, & postea iterum accepit à suo episcopo, iuuari hoc decreto debeat? Resp quòd non: tum quia est irregularis propter peccatum quod commisit, ideo ad alios ordines nunquam ascendere potest. ca. confirmandum. 50. dist. sed in illa tonsura clericali perpetuo permaneat, vel in religioso habitu. c. dictum. de consecra. dist. 5. hoc etiam tenet Hosti. in summa. de sacramen. non iterand. in fi. inquiens dicta de rebaptizato intelligi etiam de reordinato & reconfirmato. ca. 168. dist. Nempe eadem ratio est in reiteratione tōsuræ, quæ est in reiteratione aliorum sacramentorum, & ordinum, tum quòd fiat iniuria sacramento. ca. ostenditur. de de consecra. dist. 4. & cap. quod quidam. 1. q. 1. Fit etiam iniuria illi, qui ordinem contulit: quia is qui itetum accipit, confitetur, quod primus non rite cōtulerit. c. fi. de consecra. dist. 2. Host. in summa, de sacra. non iterand. §. pen.

229 Nec refragatur tex. in c. præsbyteri. 68. dist. §. quod. vbi licet iterum recipere ordines. Respon verum esse, quando ille qui ordinauit, ius ordinandi & consecrandi non habuerit, cum hic nil consecrationis, & iuris acceperat, quia in ipso ordine consecratus non erat. Si autem ordinans ius consecrandi & ordinandi habuerit, in prima vnctione consecutus est consecrationem, & ordinem qui secundo non reiteratur, sed hic primus episcopus habebat ius ordinādi, ergo iste non debebat iterum ordinari.

Item in 68. dist. in summa, quæritur de his qui ordinantur: ergo etiam vult intelligere de clericis primæ tonsuræ, licet cap. primum loquatur de consecrationibus, tamen responsio debet intelligi secundum tenorem interrogationis, per l. si defensor. ff. de interroga. actio. nā tonsura est ordo apud canonum professores. ca. cum contingat. de ætat. & qualit. Nec obest quòd pœnæ sint molliendæ, & restringendæ: uerū est, sed tamen dum illas videmus impositas, eas restringere non debemus, cum non possimus derogare legibus, vtpote cum inferiores legem superioris tollere non possimus. cle. ne Romani. de elect. Remedium scripsi in tracta. nomina. q. 14. nu. 42. in addit. Et in praxi beneficiali in rescripto de non promouendo.

230 Idem si per saltum promotus sit, rubr. de clerio per saltum promoto. ita expresse tenuit Præpos. in cap. solicitudo. colum. 2. 52. dist. & hic ad beneficia curata, uel dignitates est inhabilis, quia non habet executionem ordinis, & qui eam non habet, est ecclesiastici beneficij incapax. c. fi. de cleric. ex com. minist. Domi consi. 91. præmitto. col. 2. vbi dicit nō sufficere si probet se sacerdotem, quia oportet ut probet omnes alios ordines priores, cum potuisset per saltum promoueri, quod est notandum. Fallit, vt per Inno. in c. 1. de cleric. peregrinan. & per Panor. in c. nisi 1. nota. de præb.

231 Item est inhabilis qui extra tempora recepit ordines cap. cum quidam. de tempo. ordi. uel qui plures sacros ordines vno tempore recepit capi. dilectus. & cap. literas. illo tit. quia est irregularis. Soci. in repet. c. ad audientiam. §. 7 de homicid. idem si fuerit promotus ante tempus à iure statutum. cle. fi. de æta. & quali. Prouinciale omn. eccle. fo. 60. vers. not. quòd. & c. in dicta praxi beneficiali scribo.

232 Sextò bigamus etiam si esset tōsuratus inhabilis est c. vno. de biga. lib. 6. tum quia reputatur mere laicus d. c. vno. & ca. vno, de cleric. coniuga. lib. 6. ob id non potest ordinari, Leuitici 21. c. & in rub. de biga. non ordi. ca. 1. & per totum titul. & sic nec beneficium habere. glo. in d. capit. de his 38. distin. Imò si fuerit dispensatus ad tonsuram, non censetur dispensatus ad beneficium simplex. argu. capit. 1. de filiis præsbyte. in 6. sic fuit conclusum in senatu inter Ioannem Nicolaum, & Ioannem de la Loue, an. 1519. die 7. Febru. Quia, secūdum apostolum, qui seruit altari, de eo uiuere debet. cap. cum secundum. de præbend. cui ipsi non potest seruire, & sic nec beneficium habere. cap. fin. de rescri. lib. 6. nam prærogatiua sacerdotis exutus est. capit. una tantum. 26. distin. vide aliam rationem per Panor. in capitu. 2. in fin. de cleric. coniuga. & quatuor per glo. in summa. 26. distin. Pet. de balsio. in tract. de electio. in 2. parte quæstio. 20. & text. in cap. quomodo. 31. quæstio. 1. Siue fuerit bigamus uerus, siue interpretatiuus, cum non differant quo ad ordinem promotionis, secus quo ad priuilegium clericale. capitu. nuper. de bigamis. Auffre. in decision. capellæ Tholos. quæstio. 64. item & cap. si clericus. & quæstio. 234. altercationis. & quæstio. 252. item, & c. quidā clericus. & quę sequ. plene Ioan. Montaig. in suo tractatu de bigamia.

233 Et nota quòd bigamia contrahitur in septem casibus. Primus est, quando quis successiue & diuersis temporibus duas vxores legitimas habuit, & ambas cognouit. capi. aperiant. 13. quęstio. 1.

234 Secus ergo si cum unica & virgine quis contrahat, licet illa sit spuria, nam tunc non efficitur bigamus, sed gaudebit priuilegio clericali posito in cap. vno. de cleric. coniuga. in 6. vbi cum vnica & virgine dicit, non cum legitima: & idem dicerem, si quis contraxerit cum uirgine, & postea habuerit concubinam, per cap. quia circa de bigamis, quod requirit contractum matrimonium, vt alias abunde consului.

Secundus casus, quādo diuersis temporibus quis habuit plures uxores, vnam de iure, & alteram de facto, & ambas cognouit d. capitu. nuper. hic bigamus non reputatur, propter sacramenti defectum, cum vere bigamus nō existat, sed propter intentionis affectum, cum opere subsequuto, ut ibi dicitur in fine.

Tertius, quando eodem tempore plures habet vxores, vnam de iure, alteram de facto, uel ambas de facto, & vtranque cognouit. d. c. nuper. uel corruptam de facto. c. quomodo. 31. q. 1. c. gaudemus. de diuor.

Quartus est, quando contrahit cum uidua ab altero marito cognita. capit. feriatim 32. distinct & 33. distinct. capitu. maritum. & cap. debitum. de biga. & hoc modo fuit derisus Bulga. à suis auditoribus, vt glo. in l. rem non nouam. C. de iud. refert.

235 Quintus, quando contrahit *cum corrupta à quocunque* scienter aut ignoranter, & eam cognoscit. ca. curandum. & c. percipimus. 33. distinct. & multi hodie essent huius farinæ homines, si Neuisano credas in silua nuptiali.

Sextus, quando uxorem propriam ab alio cognitam sciēter cognouit, cap. si cuius. & c. seq. 34. distin. hi duo casus postremi à maritis ludibrio habentur, tamen anno 1357. capitaneus de Marigni non fuit remissus episcopo, eo quod desponsasset puellam quæ duos habuerat pueros: & hoc erat notoriū, & ipse hoc sciebat, ideo fuit rasus pro dimidia parte, super marmoreo lapide, & pro altera in castelleto, insequendo gl. in c. de Benedicto. 32. q. 1.

Septimus casus est, cum aliquis in ordine sacro constitutus de facto contrahit, licet de iure non possit. c. nuper. & c. ulti. & c. super eo. de bigamis.

Solus tamen primus casus est verus & proprius, alij sex interpretatiue dicti sunt, vel propter aliquam similitudinem quam habent cum uero bigamo, aut ratione institutionis ecclesiæ, vt tenet Card. Alex. in summa. 26 dist. in fi. quos casus perpetuo notes, & uide eos etiam per Floren. in 3. parte summæ. titul. 28. capit. 4. de irregularitate propter legitimationem.

236 Septimo, hæreticus, quia extra ecclesiam est, ergo ad eam non debet præfici. c. excommunicamus, & per totum, de hæreti. tam etiam quia est excommunicatus, ut ibidem dicitur, & scripsi plene in bulla cœnæ domini, arti. 1. & est seruus diaboli, nec est sub protectione Papæ, sed bene sub eius vindicta. Bald. in procemio decre. colum. 3. nec potest acquirere ius patronatus ex fundatione. Paul. de Citad. in tract. iur. patron. 3. parte. q. 5. in prima ceusa acquirendi. per tex. in c. quicunque fidelium. 16. q. 7. odit enim Deus sacrificia hæreticorum, &

Source : BIU Cujas

rum, & à se proijcit & quotienscunque congregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorem eorum, & claudit nares suas, illi nempe offerunt sacrilegum panem, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem, nemo tamen illorum suscipiat, quia magis sunt maledictiones quàm benedictiones, nec cum eis cibum sumere debemus. c. odit. cum seq. & c. non oporteret. & c. si quis inquit. 1. q. 1.

237 Et dicitur hæreticus, qui contra fidem aliquid pertinaciter asserit, aliàs non. cle. vna. §. diffinientes. de summa trini. c. ad abolendam. de hæret. probatur Neemiæ c. 13. Inuentum est scriptum in volumine, quòd non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei vsque in æternum. Dec. consi. 137. & diligenter, vbi concludit, quod absolutus ab hæresi à Papa, non potest amplius puniri in iudicio seculari. Imò si habeat beneficium, per hæresim priuatur ipso iure, etiam episcopatu. cap. fin. & ibi Card. col. 1. dist. 19. quod intellige, nisi continuò ad matrem ecclesiam reuertatur, & hæresim abiuret. nam tunc ipso iure sua beneficia non perdit. capit. ad abolendam. de hæret. quia nõ videtur diuertisse, quæ statim reuertitur. l. diuortium. ff. de diuor. l. quicquid. de reg. iur. Sic nec fictione iuris videtur dimisisse beneficium, qui ad id statim redit. capitu. si beneficia. & ibi Fran. de præ. in 6. quod est notandum, quia habui in facto, & ita respondi. Et proprie dicitur hæresis prout est error in fide. glo. pulchra in ca. 3. de hæret. plenius declarat, & large simonia dicitur hæresis, glo. in c. si quis pecunia. 79. dist. Feli. in c. sciscitatus. col. 2. in fi. de rescri. Quidam tamen vocant hæreticum in iure suapte natura refractarium communi opinioni, & eligentem sibi singularem opinionem. per tex. in l. si duas. §. est autem. ff. de excusa. tuto. Item inhabilis est is, pro quo hæreticus supplicat. c. 2. §. pen. de hæret. in 6.

238 Octauò schismaticus. c. nos consuetudinem. 12. distin. ca. quia diligentia. de elect. quia dicitur hæreticus, cum nullum schisma fit, nisi sibi aliquam hæresim confingat, vt recte ab ecclesia recessisse videatur. c. inter hæresim. 24. q. 3. etiam si ad ecclesiæ vnionem rediret. c. 1. & c. conuenientibus. 1. q. 7. Et proprie est is qui diuidit se ab vnitate Romanæ ecclesiæ cõstituendo sibi ecclesiam, & ordinando clericos, & sacerdotes. glo. in summa. 24. quæstio. 1. Panor. in rub. de schisma. Itẽ hi sunt excommunicati. c. licet. de elect. doct. in d. rub. de schisma. ca. ad abolendam. c firmissime. de hæret. c. 1. 23. dist. ideo siue ante schisma possederit beneficium triennio, siue post schisma, neutro casu iuuabuntur hoc decreto, cum sint inhabiles, vt dixi, nec possint eligi ad episcopatum. Bertachi. in tracta. de episcopo, in lib. 2. q. 45.

239 Nonò, simoniacus. capit. cum clerici. & ibi Pano. de pact. c. nobis, & sequen. de simo. quia collatio beneficij facta per simoniam, est nulla. teste Auffr. in decis. Tholo. q. 438. qui allegat Archi. in cap. ordinationes. 1. q. 1. & Inno. in capit. cum vniuersorum. de rerum permuta. Boer. in suis decisio. q. 117. an collatio. Siue cõferatur eidem beneficium post commissam simoniam, siue eligatur, vel alio modo eidem prouideatur. cap. si alicuius. de elect. melius in extrauag. cum sit detestabile. de simo. in extrauag. communibus. & illud beneficiũ possederit triennio, non iuuatur hoc decreto, siue possederit triennio ante commissam simoniam, & tunc est ipso iure priuatus simulatque simoniam committit. Fel. in c. 2. col. 3. de rescript. & potest molestari etiam post triennium super illo beneficio.

240 Idem si renunciatio fuerit simoniaca. c. ordinationes. 1. q. 1. in gl. text. in c. sicut. & in c. Matthæus de simo. Inno. in ca. cum uniuersorum, de rerum permut. Feli. in ca. insinuatum. & c. de simoniace. de simo. vt si sit facta in fauorem nepotis. gl. & ibi Panor. & alij. in c. ex parte. 1. de offi. deleg. & an legatus possit talem resignationem in fauorem admittere, quod non. D. Boer. in tracta. de dignita. leg. quæst. vlt. videtamen ibi dicta per eum.

241 Et fuit in mente curiæ retentum, quòd deinceps istæ collationes in fauorem factæ coram alijs quàm coram Papa non valeant, etiam in præiudicium resignantis, imò nec simoniacæ. Anno 1521. die 13. Decembris in causa Ardonij Fournier, appellantis à Parisien. præposito, cõtra Renatum Valin, vt est videre in stylo parlamenti in arrestis curiæ, imò in fortioribus terminis fuit iudicatum in eodem senatu. die 16. Aprilis. anno 1510. ante Pasca, inter magistros Richardum Bunost actorem, & Ioannẽ Hoellet ratione parochialis ecclesiæ Beatæ Mariæ de Celleio senomanẽ. diocesis, per quod idem Bunost fuit manutentus in possessione eiusdem beneficij, contra quendam prouisum per obitum cuiusdam simoniaci, qui eodem beneficio per nouem annos vsus fuerat. vide Domi. consi. 125. dubia.

Etiam cum simonia fuerit commissa ignorante eo cui beneficium collatum est. glo. in verb. simoniacam. in §. si vero. de elect. in prag. & d. c. si alicuius. & ibi Imo. Nam tunc cedere tenetur. c. nobis. de simo. Panor. in cap. penul. de electio. habet tamen antequam scierit, coloratum titulum, quamobrem, si possederit sic beneficium triennio, postea non molestabitur, teste d. Gomes. in q. 12. super hac regula: idem putarem quando fuisset simonia ab inimicis commissa. d. cap. nobis. de simo.

242 Imo si litigans super beneficio corruperit iudicem, propter connexitatem causæ, iudicatur simoniacus. gl. in c. ventes. 1. q. 3. Panor. & Felin. in c. tua nos. de simo. & Pano. in c. cum ab omni. col. 2. de vita & honest. cleri.

243 Item est simoniacus, qui alicui laico, vel alteri, dedit pecuniam, vt obtineret episcopatum, aut abbatiam, seu vt alteri renunciaret, uel vt à rege obtineret nominationem, vt interdum fit in curia. text. in ca. de hoc. de simo. Barb. consi. 13. à Ioue. colum. penul. in 3. vol. & sunt excommunicati qui aliquid dant, vel promittunt pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda etiam à Papa, & gratia talis est nulla & scienter vtẽtes talibus literis sunt excommunicati, & absolutio Papæ reseruatur. Io. And. in c. nemo. de simo. Floren. in 3. parte summę, tit. 24 c. 63.

244 Idem si renuñciet nominationi, aut electioni de se factæ pecunia accepta. Calder. consi. vno. de simo. uel si dat pecuniam, aut aliud vt suffragium habeat, siue vocem ab alio canonico. capit. cum super. & ibi Panor. 3. not. de confessis. plene Ioan. Dayma in rubri. de conuento. approba. in verb. pactionibus.

245 Non tamen est simonia si quis constituat procuratorem ad resignãdum purè, & libere, & simpliciter in manibus ordinarij, uel legati, & ad petendum & requirendum illum ut dignetur conferre Titio, & c. quia hæc requisitio non imponit necessitatem ordinario, teste Cassado. decisio. vl. de simonia. secus si constitueret procuratorem ad resignandum in fauorem, vel diceret non aliter, nec alias. cap. ex parte. de offic. ordi. & pœnas istorum detestabilium simoniacorum cumulaui in tract. de simo. Io. Naucleri, circa finem. in additio. ad eum.

Hodie sunt excommunicati qui aliquod pactum aut renunciationem fecerint, uel quicquam dederint, aut promiserint, & omnibus exuti dignitatibus. c. cum detestabile. eo. tit. in extraua. communibus: istorum hodie magnus est numerus, sicut stultorum. Eccle. 1. c. uide quæ dixi in rub. de ele. derroga. in gl. de simoniacis.

246 Decimo, est inhabilis irretitus crimine læsæ maiestatis. gl. in cap. satis peruersum. 56. distinct. quia bonum est argm̃ de crimine hæreseos ad hoc crimẽ læsæ maiest. l. Manichæos. C. de hæret. glo. in cap. 1. de testib. lib. 6. Alexa. in additio. ad Bar. in l. si quis filios. §. hi autem. ff. de inuest. Dom. Igneus in tract. an Rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. 49. in 18. speciali. ubi æquiparat crimen hæresis, simoniæ, & læsæ maiestatis. gl. in l. nullus. C. ad leg. Iuliam maie. ideo quod in uno ex æquiparatis statuitur, & in alio locum habebit. c. de multa. de præbend. quia beneficijs habitis sunt ipso iure priuati. c. fœlicis. de pœnis. in 6. à fortiori & ab habendis prohibentur. argu. c. quemadmodum. de iureiuran. in 6. & sic non iuuantur hoc decreto post triennium.

247 Vndecimo, sortilegus, quia hæretico comparatur, ca. 1. & per totum. de sortileg. l. & si excepta. C. de malefi. & mathema. Et quia condemnati hoc crimine sunt infames. capi. episcopi. 26. q. 5. Et infideles sunt, ideo beneficio, & honore priuari debent, ibidem. & cap. quicunque. & c. sequen. Mandago. in tract. de elect. in 1. parte. capit. 27. Et facilius repellitur quis ab obtinendo, quàm ab obtento. c. super his. de accusa. & ibi Fel. colum. 2. uide Barba. consi. 55. in nomine. vol. 1. & si fieret collatio sortilego, & is possideret triennio, adhuc posset molestari, cum non censeatur habere coloratum titulum, sed nullum.

248 Duodecimo, sacrilegus. ca. venerabilẽ. ibi, nunquid enim, de ele. & ibi nota, quia non debet quis consequi ex eo fructum quod nixus est spoliare. reg. ex eo, de regu. iur. in 6. & quia impeditur ne promoueatur ad sacros ordines. c. si quis præsbyter. 50. dist. Et quia est infamis sic condemnatus. c. fin. de furt. & à beneficio debet deponi postquam habet, ergo multò minus ad id, si nõ habet, debet admitti. c. quemadmodum. de iureiur. glo. in c. cum omnibus. 81. dist. est etiam ipso iure excommunicatus. & c. si quis suadente. 17. q. 4. quod an procedat in omnibus sacrilegijs, tradit Panor. & alij in c. conquæstus. in fi. de foro compe.

249 Item est inhabilis bannitus, cum beneficio seruire non possit, ex quo est bannitus, pluribus probarem, sed mihi sufficit senatus authoritas, quia ita fuit iudicatum in senatu Tholo. anno 1539. in vigilia natiuitatis, licet beneficio quod habebat anteq̃ exularet, non sit priuatus. Pano. per illũ tex. in c. 2. notab. 4. de arb. & collatio illi facta non ualet, & sic nõ iuuatur hoc decreto. doc. in c. cum non ab homine. de iudi.

Deci-

Source : BIU Cujas

250 Decimotertiò, falsarius literarum Papæ, quia est excommunicatus c. ad falsariorum de crimi. falsi. vbi, si habeant beneficia, illis sunt priuati, multo fortius sunt inhabiles ad habendum. d. c. quemadmodum.

Siue falsum commiserint in magno, siue in modico, etiã si tantum adderent vnum punctum. Hosti. in summa, de crimi. fal. §. qualiter. ver. sed hodie quid in alio fallario, vide in c. ad audientiam. & c. licet. illo tit. & per Host. in §. fi. de crimine falsi.

251 Hodie à senatu & à iudicibus secularibus solent falsarij quarumcunque literarum priuari omni iure, quod habent ratione possessionis, quia laici nõ possunt priuari beneficio quo ad petitorium, hoc fuit dictum contra Vicentium arce uost, anno 1513. die Octob. Boer. in decis. Burdega. q. 291.

252 quoad secundum Dubium tamen est, an possidens beneficium ex falso titulo, quem verum putabat, iuuetur hoc decreto, in palatio. D. Seguerius inter aduocatos postulantes excellens, hoc dubium à me non scriptum, quia frequentissimum, doluit, ob cuius auctoritatem, & quia mihi amicissimus, & ad priora subsélia aliquando ascensurus, videtur istũ iuuandum, per l. fi. ff. pro suo, vbi tolerabilis error facti vsucapioni non obstat, hic est probabilis error, quia ipse possessor non commisit falsum, nec sciebat titulum falsum, ergo.

Secundo videtur causam & colorem possidendi habere, cum titulus sit ab illo, qui poterat conferre, quem nesciebat falsum. Contrarium teneo, quia falsus titulus nõ est titulus, ob id non solum non est coloratus, sed est nullus, sicut tutor falsus non est tutor. l. Paulus. ff. de verbo. significa. vbi dixi, & falsus denarius non est denarius. glo. in l. 2. C. de hære. & falsa iustitia non est iustitia. c. vera. iuncta glo. 45. distin. & ideo falsi nummi soluti, & reprobi, non liberant debitorem. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. actio. & fallus procurator non est procurator, & actus gestus ab eo non est validus. l. fallus. C. de furtis. igitur cum hic duo requirantur, videlicet, titulus, & coloratus, hic nullus est titulus, ob id possidens etiam centum annis, & cum falso titulo, non iuuatur hoc decretò, quod est notandum.

253 Decimoquarto, excommunicatus. ca. postulastis. & ibi latè dixi in 2. notab de cler. excom. minist. quia spiritualia in eum nõ cadunt. & ibidem assignantur aliæ rationes in 2. nota. ideo beneficia eidem conferri non possunt, & si conferãtur & possideat ea triẽnio, poterit postea molestari. vt scripsi in titulo de excommunica. non vitand. in concord.

254 Decimoquintò, suspensus ab officio & beneficio, est inhabilis. tex. iuncta gl. in c. cum bonæ. de æta. & qualit. & ca. cum dilectus. de consue. c. præterea. & ibi glo. de vsur. quia irregularis censetur. not. in ca. 1. de postulat. præla. & cap. fin. de excessib. præl. & sic est inhabilis & indignus, sicut excommunicatus, & in iure æquiparantur. Anto. & Card. per illum text. in d. cap. cum bonæ. Et quia non habent executionem ordinis. c. eos. de tempo. ordi. & qui non habet executionem ordinis est inhabilis ad beneficium obtinendum. gl. & doct. in cle. generalem. de æta. & quali. sequitur Domi. con. 31. istud dubium. Henric. Boic, in c. fin. de cler. excom. minist. Bertachinus in tract. de episc. lib. 2. q. 5. in par. 1. & in quibus conueniant & differant, excommunicatio, suspensio, & interdictum, tradit. Ioan. de Ana in rub. de cler. excomm. minist. de suspensione iuris & hominis. vide Barb. in repet. c. Raynaldus. col. 101. cum seq. de testa.

255 Decimosexto, apostata, quia ad clericatus officium admitti non debet. c. pen. & fin. 50. dist. Et plusquam hæretici sunt. Azo in summa. C. de aposta. Suntque infames. c. infames. 6. q. 1. & Prouer. 6. ca. dicitur, homo apostata vir inutilis. & an de omni apostata, cum sit triplex, intelligatur, vide Panor. & alio. in rub. de aposta. & Lucam de penna. in l. 3. col. 3. C. de exacto. & excepto. lib. 12. Paul. de citad. in tract de iure patr. in 3. parte. q. 5. in 1. causa acquirendi. vbi dicit non posse etiã acquirere ius patronatus, & impetratio facta per eum de beneficio, non valet, quia est indignus contrariatiue, & priuatiue. verba sunt Bal. in c. fin. col. vl. de præsum. Fel. in c. sciscitatus. col. 2. de rescrip.

256 Decimoseptimo, is qui crimen Sodomiticum perpetrauit, cum homicidio sit grauius. capit. mulier. 15. quæstio. 1. & iura armantur contra eos. in l. cum vir. C. ad l. Iul. de adul. Lucas in d. l. 3. & sequen. vocat apostasiæ crimen, vnum à Deo, vt hæresis alterum à natùra, vt sodomit. vbi probat esse grauissimum. c. clerici. de excess. præl. contra quos Scatinius legem tulit, quæ vocata est Scatinia. de qua D. Ayma. Riual. in histor. iuris ciuilis. libro 3, Barb. consil. vlti. in vol.

257 Decimooctauo, publicus concubinarius qui fuerit per sententiam superioris monitus vt concubinam dimitteret, quam non dimisit, tunc ad susceptionem & dignitatem beneficiorum est inhabilis, vt patet in concordat. rub. de publi. concubinar. Et huius concubinarij missam quis prohibetur audire. c. præter. 32. distin. & ipse ministrare diuina. in c. fi. 33. distin. ac prohibetur eligi. Bertachi. in trac. de episcopo. in 2. lib. quæstio. 6. in 1. parte. & collatio facta publico concubinario asserenti se uelle domino famulari, est ipso iure nulla, si perseueret in concubinatu, quia causa impulsiua fuit falsa. Barba. consi. 13. à Ioue. col. vlt. in 5. vol. dixi plene in rubr. de pub. concubina per totum.

258 Decimononò, homicida. vt habetur Apocali. vlti. capitu. Foris autem canes & venefici, & impudici, & homicidæ, &c. quia non potest promoueri. 1. Paralip. 28. c. Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator. & sanguinẽ effuderis. c. accedens, de accusa. c. si quis omnem. 1. quæstio. 7. capitu. ad aures. de ætat & qualit. capit. fin. de tempo. ordi. Panor & alij in capit. 2. de rescript. Auffr. in decis. suis. quæst. 207. Item & c. si beneficiatus, quia est ad executionem ordinis inhabilis, probatur in c. fi. de cle. pugnan. in duello. per locum à speciali. Item qui non potest dicere officium, non debet recipere beneficium. c. quod a te. & c. diuersis, de cleric. coniuga. c. cum secundum. de præb. quia beneficium datur propter officium. capitu. fin. de rescri. lib. 6. Felin. in capitu. in quisitionis. colum. 1. de accusa. Item quia est irregularis. cap. suscepimus. & sequen. de homicid. cle. vna i lo tit. nec potest ad episcopatum eligi. Bertachi. in tracta de episcopo, libr. 2. quæstio. 36.

259 Idem in milite si frequentauit bellum. Late de Ripa. in li. 2. respon. de rescript. capit. 35. in hoc iudicio. vide Præpo. in cap. miror. 50. dist. & c. studeat. ibidem. & collatio facta homicidæ non valet, ut late deducit D. Ruseus in tract. iuris regalio. in 12. priuileg. in fi. ideo non dicitur habere coloratũ titulum, sed nullum.

260 Vigesimò, detentus morbo comitiali, siue epileptico, quẽ vocamus *le hault mal* Gallicè, Vascones vero vocant *le mal de terre*, Occitani *e mal sainct Iean*. de quo in capi. cum inter canonicos. & ibi Imol de election. ubi loquitur de morbo epileptico, quem uocant morbum caducum. c. 1. & seq. de cleri. ægrotan. c. communiter. 33. distin. quia prohibetur ordinari, vt ibi dicitur, & glo. in summa. 7. quæstio. 2. hic tamen si post triennium sanus fieret, posset hoc decreto iuuari, quia collatio eidem facta, non erat penitus nulla, vt not. in d. cap. cum inter.

261 Vigesimoseptimo, illiteratus. c. fin. de ætate & qualit. quia non potest ordinari. c. priscis. & cap. pœnitentes. 55. distin. ergo nec beneficium curatum habere. c. fi. de tempo. ordi. lib. 6. Sic arguit glo in c. de his. 28. dist. capi. 1. per totum. 38. dist. & qui habet ordines, debet habere beneficium. gl. in ca. proposuit. quæ allegat alia iura, de filijs præsbyte. Illiteratus cæco comparatur. cap. post translationem. §. item si quis, de renuncia. & cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. cap. fin. 49. distin. & omnino illiteratus est nullus in ecclesia. dicit. Bald. in c. congregato. col. vlti. de elect. Et perinde est ac si collatio facta eis non fuisset Panor. in c. cum nostris. de concessio. præben. & collatio facta illiterato. *est ipso iure* nulla. Inno. in capitul. cum nostris. de concession. præbend. Feli. in cap. per tuas. colum. 1. de simo. Vnde dicitur ecclesiast. 8. capitu. Non communices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur.

262 Et dicitur illiteratus quando nullas scit literas, aut modicas, vt pote quia scit tantum legere & scribere in vulgari. Barba. in auth sed nouo iure. C. si cert. petat. Qualis scientia requiratur, notatur per Inno. & alios in cap. cum in cunctis. de electio.

263 Intellige collationem non ualere quando esset penitus illiteratus, secus si haberet principia, & esset spes quod proficeret & addisceret: quod est notandum secundum Card. in c. illiteratos. 36. distin. facit quod notat Alex. in addi. ad Bar. in l. 1. C. de dignita lib. 12. vbi dicit quod scholaris magni ingenij non est repellẽdus a doctoratu, etiam ante quinquennium, quando spes est quod addiscet, secus si sit omnino illiteratus. Feli. in c. si quando. col. pen. de rescript Vide eum in c. sciscitatus. col. 5. ver. illiteratus. ibi. dixi in scholasticorum priuilegijs plenius.

264 Hodie istorum infinitus est numerus, vt in simili dicit ecclesiastes. c. 1. de stultis. Et sunt ij qui pinguiora & meliora habent beneficia, cum ad rapiendum tanta beneficia animum habeant, & non ad literas, quibus eruditi inescati, bona negligunt, & pauperes moriuntur.

265 Vigesimosecundo, exterus est inhabilis ad obtinendum beneficia in regno, ex priuilegio dato regibus Franciæ, ut in proœmio prag. sanctio. cõtinetur, in uerb. exterorum. extat & Ludouici 12. ordinatio, rub. *des lettres de naturalite*, ubi scripsi. probatur etiam in stylo parlamen. rub. de præb. ord. 3. facit regula cancella. 19. ubi collatio uel alia dispositio facta extero, non ualet qñ non põt loqui idiomate illius patrię, in

qua re-

Source : BIU Cujas

qua recepit sacerdotium.facit c.neminem.70.dist.l.in eccle sijs.C de episcopis & cler. Imo gratia est subreptitia, si exterus impetrat non facta mentione originis.gl.sing.in c. si proponente.de referi.secundum Pano.ibi.& Fel. in c. sicut tuis. col.2.de simo.Cor. in fin. incip. surreptio.de Selua.in tra.de benefi.in 3.parte.q 26.Rom.in l.si verò.§.de viro.col. 14. fal. eadem ff.soluto mat.Barb.consi.23.scripsi.col.5.in 1.vol. & consi.57.præclare.in eodem vol.& consi 30. in fi.in 3. vol.& aliàs consului pro quodam scholastico,& vocantur Albini, de quo est tex.in l.cum ratio.§.si plures.ff.de bon.dam. vide Ioan.Dayma.in verbo vendicabant. in prooemio cõcordat. fol.69.& seq.

Audiui tamen in thesauro Parisi. esse librum signatum.l. 4. 20. 15. 456. in quo reperitur carta data à rege, anno 1364. mense Octobris. per quam rex concedit omnibus & singulis ecclesiæ Romanæ oriundis,vt possint de bonis suis in regno existentibus testari,& hæredes habere,& quod hæredes ista gratia vtantur. imò licet Chassaneus, & quidam alij dicant bastardos non posse testari,fuit tamẽ in hoc senatu pro nuntiatum bona bastardi capta & saysita executoribus tradẽda,anno 1329.Aprilis 16.Aliàs etiam fuit ordinatum, anno 406. quod cameracen. succederent parentibus in regno degentibus, prouiso quod galli camera censibus etiam succedant.vide alia in constitu.reg.in tract.de liberis natura. in 2.tomo.

266 Idem in præsentatione, vt exterus præsentari non possit ad regni beneficia.tenet Rochus de Curte, in tracta. de iure patro.in verb.honorificum.q.18.Panor.in ca.bonæ.2.nume ro 16.de postu.præl. Tum quòd in dandis beneficijs nihil cõ tribuerunt,tum etiam ne secreta regni reuelent, & quia nõ est bonum sumere panes filiorum regni & dare exteris,vt patet in euangelio,Benedic.in repetit.c. Raynutius, in verb. & vxorem.nu.1044.cum seq.de testa. Alibi multa dixi an valeret post impetrationem consensus regis quod sic,concludit Soci.consi.260.in causa.col.pen.vers.secundo principaliter in 2.vol.quando collatio erat bona.

267 Et sic non est omnino inhabilis, imò dum litigant in regno,summarie debent tractari eorum causæ,& ob id fuit citatus personaliter compariturus præpositus Belua qui contrarium fecerat,ita fuit pronunciatum in senatu,anno 1512. & die 14. Maij. etiam in vim nouiter productorum exterus in senatu obtinuit,qui de nouo literas naturalitatis impetrauerat.Imo Iudæus baptizatus in regno non dicitur exterus, quia renatus in regno,per ea quæ notat Bar.in l.1.& l.assumptio.ff.ad municipales.& c.cũ nullus.de temporib.ordi.lib. 6.doctor.in c.eam te.de rescript.

268 Vigesimatertio, periurus, quia collatio facta eidẽ est nulla.ca.quærelam, ibi, non merentur ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti,de iureiurand.ca.constitutus.in 2. de appellat.& ibi doct.c.cum nostris.de concessio.prębend: & ibi Inno & Panor.Auffr.in decis.Tholos.quæ.17.in fi.Felin.in c.2 de referi. 3. colu. Nicol. Millus in verbo periurus. Deci.in c.dilecti.colum.1.de exception.facit.c.accedens.de accusat. vbi periuro imponitur silentium super præbenda, quam obtinuit post periurium.facit cap.fin. de iureiuran. in 6.quia ab ordine deponi debet c.cũ non ab homine. de iud. Et sine ordine beneficium tenere non potest.c.licet canon. de elect.in 6.Item quia est infamis.l.Lucius.& ibi gl.ff.de his qui notant infamia.& ca infames.6.q.1.& vide in c. testimonium.de testib.& Calder.consi.5.an periurus. de iureiur. & multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Ioan.Dayma in rubric. de cõuent. approbat.in gl.periurij,supra.

An habeat locum si sit periurus super iuramento calumniæ, vide Feder. consi.23. Titius.quod non. Bald.consi.299. proponitur.in 5.vol.per gl.in verbo religione.instit. de pęn. teme.litig.in prin.Bal.in Margar.in verb.iuramentum.in 32. quæstio.

Et an habeat locum in veniente contra fidem.Rota deci. j.de iureiurand.incip.no.quod posito,in antiq.& decisio.1. de pact.in antiquiorib.vide doct.in l.si quis maior.C.de transact.& in §.item si quis postulante.insti.de actio.ca.constitutus.de fideiusso.

Quod ego intelligerem quando esset per sententiam condemnatus,& periurus declaratus,postea fieret eidem collatio,tunc esset nulla,per text.& no.in c. cum non ab homine. de iudi. quia ante sententiam non dicitur plene apparere de periurio: ideo de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt. ff. de testa. tute. & in multis casibus hic positis sic possumus intelligere: & pro periurio Papa nõ dat priuationem, nisi sit periurium iudiciale, vt in regulis Alex.Papæ 6 habetur in rub.de signatura gratiæ.

Item intellige quando collatio facta esset virtute literarum mãdati de prouidendo, vel aliarum ad beneficia, quia propter earum odium, collatio erit ipso iure nulla. Calder. consi.20.rub.de præbend.& consi.4.rub.de accusat.Fel.in c. 2.col.3.de referi.& c.inquisitionis.colu.2.de accusa.& ideo hoc anno 1535,in mense decembris,die 23.recredentia beneficij fuit per venerandum senatum adiudicata cuidam Lãgales contra quendam Grimault, qui quadriennium possederat beneficium,& periurus dicebatur, ac alijs criminibus irretitus.An periurus possit eligi ad episcopatum,tradit Bertachi.in tract.de episcopo.in lib 2.q.34.

269 Et sic sustinui conclusionem, quod collatio facta periuro est nulla,ex quo infertur,non iuuari decreto de pacifi.possessoribus, cum non habeat coloratum titulum, sed nullum. Imo plus tenui, periurum esse ipso iure beneficiis priuatũ. hoc probaui per c.2.de referi.ibi amoueretur. & c. quærelã, ibi,remouentes.de iureiuran. quæ verba denotant nudã executionem.c.Abbate sane.in prin.ibi,petijt adiudicari eidem monasterio,& vos exinde amoueri. de re iudic. in sexto. Et quando uerba executionem denotantia ponuntur in lege vel dispositione,tunc denotant executionem actualem,& inferunt priuationem ipso iure. Ant.Butri.in c.fi.col.2. de postuland.c.insinuatum de simo.

Item in d.c.2.æquiparantur, renuntiatio, & iuramentum, sed in renũtiatione ipso iure quis est priuatus,ergo & in perjurio,cum in æquiparatis quod in vno disponitur, & in altero habeat locum.c.de multa.de præbẽ. Etiam in pœnalibus & correctorijs procedit argumentum ab æquiparatis. Bart. in authen. sed cum testator.col.2.C.ad legem Falc.refert.Iaf. consi.133 in casu.col.pen.vol.1.

270 Præterea periurus est infamis, vt supra dixi, & infamia priuat militem terrestrem sua militia ipso iure.l.2.§. miles. ff. de his qui notan.infam.Ergo & cœlestem militem priuabit,cũ æquiparentur.l.miles.ff.de re iud. tex.in l.infamia. ibi, quæsitum tibi adimit honorem. C. de decurio. lib. 10.& pro hoc est tex.formalis in l.penul.C.de dignita.lib.12.ibi, dignitate quoque, qua per suum, uidelicet periurium,indignos sese probauerint, spolientur, vt in eos, vt pote illustri dignitate per suum facinus priuatos ipso iure,dicit ibi glo Postquam ergo à iure ciuili hoc est clare decisum,vt periurus ipso iure sit priuatus,& in iure canonico est dubium,standum est decisioni iuris ciuilis,vt not.doct.in c.Raynutius. de testam. Et hanc opinionem tenuit Barb.in d.capi.2. & consi.11. col.9. vol.2.quem vide in ca.testimonium.in 3.parte.de testib.licet opinio contraria sit communis,vt not.in d.c.2. de referi. vbi plene doct.& Dec.in c.cum non ab homine.not.4.de iudic. Tamen ista de stricto iure potest sustineri.

271 Nec obstat quòd nunquam imponitur pęna priuationis, nisi à iure fuerit expresse imposita glo.in c.fi. de iure patro. tex.in §.sinautem. de non eligend. secundo nubent. colla.2. nec in dubio ipso iure pœna censetur apposita. gl. in c.vno. de sagitta Bald.in l.1.in fi.C.de legib.gl.in verbo suspensus.in cle.vlti.de vita & honesta.cleri.Respon. esse satis expressam in iuribus supra citatis.

Opposuit D. Petrus Clericus. I. V. cognitione clarus, & doctor,regens ac vicegerens huius almæ vniuersitatis. ca.in nostra.ibi,ipsum à Tullen.ecclesia per sententiam remouendo.de procu. cui respondi, ibi, de facto fuit processum, lite videlicet non contestata,& iuris ordine prætermisso, ideo processus & sententia fuit irrita per appellationis iudicem. Vel ibi sunt verba narratiua, quæ non disponunt. gl. sing.in l.vna C.quando non petent.part.petenti.accrescant. Nec ẽt obstat ca. ad petitionem.ibi, per sententiam amouentes,de accusat. quia ibi non loquitur de periurio, & etiam uerba amouere,& spoliari, debent intelligi secundum materiã subiectam.Felin.& alij in c.Rodulphus.de rescrip.& c. cum nõ ab homine.de iud.per c.literas.de supplen.neglig.pręla.& c. cum dilecti. in fin. de accusat. vel dic, per sententiam declaratoriam.

272 Nec me mouet.c post electionem.in fi. de concessio. præbend.quia ibi non constabat de periurio,cum in fin.text.dicat, si super abiuratione quicquam duxerit proponendum, ordine poterit iudiciario experiri. Nec ibi probatur contrarium illius,quod supra dictum extitit.

273 Nec obest quòd homicida non est ipso iure priuatus.c. ex literis.de excessib.prælat.c.cum nostris.de concess. præbend. Respon. ex diuersis non fit bona illatio. l. Papinianus. exuli. ff.de mino.& separatorum esse ratio separata debet.l.fin. ff. de calumniato. Et homicidium est grauius periurio. c. miror.50.dist. tamen aliquando periurium quo ad quid est homicidio grauius.ca.ille 22.q.5.nec etiam facit quod æquiparentur in d. c. cum non ab homine. quia ibi æquiparantur quo ad illam dispositionem.

Preterea nec meam conclusionem conturbat.c.peruenit. de fideiusso.quia ibi priuatio resultaret in damnum fideiussorum,uel ibi incidenter periurium obijclebatur. Panor. in d.cap.

Source : BIU Cujas

d.cap.peruenit.in vltim.not.Felin.in d.cap.quærelam.

274 Nec refragatur ca.tua.de iureiuran.vbi dicit, excludatur, quia potest intelligi quo ad possessionem. nam est verbum denotans priuationem ipso iure factam. Et sic nō restat nisi de facto & de possessione excludere.text.in ca.consulere.de simo.vt dicitur in c.licet episcopus.de præbend.in 6. Item si dicatur quòd verbum futuri temporis priuationem ipso iure non inducit.l.in criminali.C de iurisdict. omnium iudic. quia hoc non procedit in verbis denotātibus executionem, vt supra dixi.

275 Aliam conclusionem,quòd iuramentum promissorium producit actionem, satis probaui in repe. l. si quis pro eo. in præfa. ff. de fideiusso. vbi dedi nouum intellectum ad leges de iuramento promissorio loquentes. ibi videre licet: non repeto hic.

276 Vigesimoquarto,illegitimus,quia ordinari non potest. c. 1.& c.ad præsentiam. & ibi Card. & per totum de filijs præsbyterorum.c.cum in cunctis.& c. innotuit. de elect.Inno.in c.constitutis. il 2. col. 2. de appel.per id quod habetur Deuter.23.ca.non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam domini, vsque ad decimam generationem. habetur in c. per venerabilem. in fi. qui filij sint legiti.tum propter incontinentiæ paternæ timorem.c.literas & c. fi. de filijs præsbyte.tum in detestationē criminis,& quia sunt infames. l.vna.C.de mulier quæ proprijs seruis. se cōiunxerunt. Host. in summa.de filijs præsbyte.§ quæ est causa. vnde dicitur Ecclesiastici 23.c.Non trahent filij eius radices, & rami eius nō dabunt fructum.Et ne infametur ecclesia.Card.in ca.presentium.de filijs præsbyte Vide glo.de his terminis,in ca.nisi cū pridem.in verb.manzeres.de renūtia. Et per hoc fuit reprobata resignatio beneficij facta per quendam sacerdotem in fauorem nepotis ex legitimo matrimonio procreati,ex filia tamen spuria,per senatum Tholosanum,anno 1534. in vigilia Pentecostes, per gl. in c.ad extirpandas. de filijs præsbytero.licet fuisset admissa per Papam, & fuit hoc arrestum latū pro domino Ioanne de Nuptijs diœcesis Albien.contra Rogerium Magistri.

277 Quia non solum filij remouentur ab ecclesia,in qua pater nulla persona media ministrauit,sed etiam nepotes,per tex. in d.c.ad extirdandas.iuncta gl.ibi.nam filij appellatione nepos continetur.l.iusta.vbi scripti.& in l.liberorum.ff. de verb. signi. Imò etiam si pater resignet in fauorem extranei, qui statim resignat filio, vel nepoti, non valebit prouisio, quia oportet quod persona media ministrauerit, & iura spiritualia exercuerit.Hoc declaratur in d c.ad extirpādas, in uerbo ministrarum. & ideo vidi cassari multas prouisiones super hoc,maxime pro D.de Rochebaron,contra filium episcopi Annicien.multa scripsi de hoc in praxi benefi.

Imo clemens Papa septimus, ordinauit quòd de cætero filij præsbyterorum ex fornicatione nati. prælaturas vel alia beneficia nullo vnquam tempore obtinere quoquomodo possint,nec cum eis super hoc dispensari,quando præsbyteri & clerici,uel religiosi, eorum patres in titulum uel commē dam,aut administrationem aliquando obtinuerint illud beneficium, quod est datum Romæ, apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ quingentesimo trigesimotertio,nonas Iunii,pontificatus sui anno septimo.

278 Fallit quando ille illegitimus esset à Papa vel eius nomine legitimatus,& ad beneficia habilis factus, tunc si possederit postea triennio beneficium, cum vero uel colorato titulo, hoc decreto iuuari poterit,quia postquam est factus habilis ad beneficia, habebit locum iste tex.qui dicit,quicunque nō violentus, &c. si pater antea in illo non ministrauerat, quia de hoc est facienda expressa mentio,& derogatio.

Secus quando sine dispensatione & legitimatione aliqua collatio ab ordinatio i li facta illegitimo fuerit, & huius collationis ratione ipse possederit illud beneficium per triennium,tunc poterit molestari, ne iste tex. duo specialia inducat,contra legem primam. C.de dotis promis.Bar.in l.si is q pro emptore. ff. de vsucapio. Primum, quòd collatio facta inhabili dicatur colorata, secundum quòd collatio, quæ est omnino nulla,hic approbetur.

Item qualitas iuncta uerbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis.§. 1.ff.de noxa.actio. Sed tex. de pacificis possessoribus requirit possidentem habere verum, vel coloratum titulum, quem habere non potest illegitimus, cum sit penitus incapax ad spiritualia, vt supra probaui: ergo non poterit hoc remedio iuuari,sed post triēnium, imò post centum annos molestari poterit,quia diuturnitas temporis eum capacem non facit.arg.c.fi.de consuet.

Nec refragatur quòd tex.tantum unum,vel duos casus excipiat: ergo in aliis locum habet,vt scribit D.Gomes. in q. 2. Respon.verum esse, quando illi possunt verum uel coloratum habere titulum, quem non possunt inhabiles habere. Ergo nec huius decreti auxilio continetur, quia uerba huius tex.non conueniunt illis, nec ergo dispositio cōueniet. l.4. §. toties. ff. de dam.infect.etiam excipiendo violentum inhabilem,alios inhabiles excepisse videtur, vt superius.nu. 159.dictum extitit. quamuis contrarium consulendo tenuerit Petr.Paul.Paris.consi.96.pro lupo.in 4.vol.

279 Etiam ij duo casus excepti in text. recipiunt extēsionem ad alios similes ex rationis identitate.c.cū dilecta.vbi Pano. in 5.nota.de confir.vtil.etiam si illi casus similes essent excepti cum dictione taxatiua.l.ob æs.C.de prædiis mino.doct. in l.contractus.per illum tex.ff.de regu.iur.Gomes. etiam fatetur quæsti.49.Et sic non erit nouum ad alios casus & personas similes extendere, propter eandem rationem, quis enim diceret nō tonsuratum, laicum, bigamum, furiosum, vel coniugatum, post triennium molestari non posse? & tamen non excipiuntur in hoc tex. concord. de pacifi. possess. Nec obstat quòd exceptio istius tex. vt quis non molestetur lapso triennio,est quædam defensio,quæ non debet bastardo denegari, cum etiam excommunicato defensio detur.c. cum inter. de exceptio. Respon. quando exceptio ista esset inducta bene daretur bastardo, vtpote quando fuisset habilis tempore collationis, idem de excommunicato, nam si antequam esset excommunicatus possedisset triennium beneficium & postea excommunicatur,si molestetur super illo beneficio poterit excipere beneficio huius edicti. Sed si collatio fiat excommunicato, & possederit per triennium, poterit adhuc molestari,quia collatio erat nulla,& non habebat verum nec coloratum titulum, & hæc exceptio non acquiritur,nisi habenti verum,uel coloratum titulum, vt sequitur,& sic hæc exceptio iam quæsita posset bastardo competere, sed ipse dum est inhabilis eam acquirere non potest, ergo nec ea iuuari poterit.

Præterea titulus dicitur incoloratus,quando est nullus,vt docet gl.pragma.sanct in verbo coloratum, sed quando est facta illegitimo, est factus inhabili, ut supra probatū extitit, ergo est nullus,vt plenè scribit Cæsar Lambert.in tract. iuris patro. 12.art.primæ partis.q.7.lib.2.

Ad hæc,titulus nullus nullam potest producere exceptionem,nec effectum. l.quoties. ff.qui satisda. cogan.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.docto.in c.ex tenore.de rescrip.& sic titulus bastardi nō producet exceptionem, ne possit post triennium molestari.

Nec obstat generaliras tex.uidelicet, quicunque, quæ nō potest extendi contra verba text. extenderetur enim contra verba,si diceremus, illegitimum, qui non potest habere verum titulum,nec coloratum, posse hoc remedio iuuari: nā quælibet dispositio habet non solum virtutem inductiuam, sed etiam exclusiuam.Bar.in l.2.§.videndum.col.1. ff. ad senatuscons.Tertul. sic iste tex.inducit, vt quicunque habens verum uel coloratum titulum, non possit post triennium molestari,etiam excludit à contrario,quod quicunque non habet verum uel coloratum titulum,possit post triennium molestari,& hic habes quando bastardus possit molestari super beneficio,uel non.

Intellige prædicta,nisi Papa scienter illegitimo conferret, quia tunc videtur eum habilem facere. per l. quidam. ff. de re iudica.quod non potest facere ordinarius,& sic non posset molestari, quando à Papa esset factus habilis uel per legitimationem, vel per collationem illi scienter factam, quod etiam procedit in aliis ferme personis inhabilibus, quas superius describo:alioqui contra,& ista sunt bene notanda.

280 Vigesimoquinto,inhabilis est irregularis, nam collatio illi facta est nulla.cap.cum in cunctis.§.fin. de electio. Panor. in capitu. cum nostris. & ibi mol. de concessio. præben. Felin.in capit.2.colum.2.& sequen.de rescript.& capit.de quarta.colum. 10. de præscript. capitu. inquisitionis.2.not.de accusat.Panor.in capitu.fina.de tempo.ordinan.& capitu.clericis,ne clerici uel monachi.capitu.ex literis.de excessib.prælato.quia facta indigno, & inhabili ad executionem officij. capitu.fin.de tempo. ordina. ideo tractu temporis conualescere non potest l.quod in initio.ff. de regu. iuris, & regula, non firmatur,in 6.licet irregularitas non priuet quem beneficio iam habito.capitu.clericis.ibi, honore priuetur & loco,ne clerici uel monach.cap.ex literis.& capit. tanta. & ibi Panor.de excessib. prælat. & sic beneficium irregularis non potest impetrari, quia non uacat etiam si fuerit declaratus irregularis,quia priuatio adhuc requiritur per glo.in capitu. fina.de iure patron.sed collatio illi,qui est iam irregularis,facta,non valet, ob id illud beneficium tanquam vacans impetrari potest.Quid si fuerit probata irregularitas per solam famam,an sufficiat? Respon.sic quo ad præsumptionem & onus probandi innocentiam, uel saltem cōtrariam famam. nam onus probandi incumbit ei,cōtra quem facit præsumptio.capit.vnico.vt ecclesia.beneficia,nota.in lege,qui accu

sare. Co-

Source : BIU Cujas

sare.Codic.de edend.sic consuluit Calder.consi.9. an si probetur.rub.de probatio.

281 Vigesimosexto, vsurarius publicus & manifestus. capi.de Petro.47.distinct.& ibi Domi.quia hi sunt infames. c.quanquam.de vsur.in 6.Mathes.not.49. nota quòd omnes. & notab.167.nota, quòd vsurarij. Et collatio facta non oriè infami infamia etiam facti non tenet, quia non est bonis moribus præditus. Panormi.in capit.super eo.in fin.de elect. capit.inter dilectos.de excess. prælato. Prohibentur etiam eligi tam ad beneficia.Pet.de Biassio in tract.1.de elect.in 2.parte,cap. 33.quàm ad officia.Ias.in l.Barbarius.colum.quarta, nume. 18.ff. de offic. prætoris. Et vsurarii sicut os inferni, non satiantur.cap.sicut hi.47.distin.Bald.consi.395. volum.5. Ante tamen declarationem putarem iuuari hoc decreto, ac quidem hic expressi.

282 Vigesimoseptimo, violentus, vt patet in hoc text. ibi, non violentus. Ad le quod habetur Esaiæ.9.cap. Omnis violenta prædatio, cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit, in combustione, & cibus ignis. Et intelligo hic de violento, siue cum armis, siue sine armis, cum hic generaliter loquatur, & probatur in lege. 1. & ibi Bartolus, & patruus meus Rebuf. C. de nauicula.lib. 11. & hæc violentia dicitur leue delictum. l.is qui in puteum. §. si tutoris. & ibi Barto. ff. quod vi aut clam. quod ego intelligerem iuxta materiã subiectam, quia vbi deficit titulus, non procedit vsucapio. §. 1. in sti. de vsucapio.

Nolo transcribere quinque genera violentiarum, quæ tradit gl. in l. 1. & l. extat. ff. quod metus causa. l. 1. C. illo tit. gl. in cap. ad audientiam. illo tit. Ias. in l. si quando. colu. 1. C. vnde vi. quæ aliàs quàm tradant doct. declaraui in l. liberationis. ff. de verb. signi.

Nec intelligo hic loqui nisi de violẽtia expulsiua. l. si quis in tantam. C. vnde vi.

283 Quid de compulsiua, si metu coactus renuntiauit? an ille in cuius fauorem facta est resignatio metu, post triennium sit tutus? Et dicerem quòd non, si per illud tempus duraret metus, tum primò, quia resignatio facta metu, est nulla. in dec. Rotæ 374. fuit dubitatum in nou. de Butrio in ca. ad aures. de his quæ vi metusve causa fiunt, uel saltem annuliãda. Calder. consi. 1. de renun. per capit. super hoc. illo titu. & ibi Imol. Panor. in cap. abbas. de eo quod met. causa. & capi. seq. Male et. tract. de elect. fol. 89. versic. 2. fallit. & quæ metu gesta sunt, rata nullo tempore, vel modo prætor habet. l. 1. & l. si mulier. ff. quod met. caus. & illa beneficia sic resignata quis repetere potest. c. 2. & 3. de his quæ vi metusve causa fiunt, & non valenti agere non currit præscriptio. l. 1. in fin. C. de annal. exceptio. & quando durat metus non potest agere, ergo non curret præscriptio ista triennalis. glo. & docto. in capi. 2.

284 & capitu. quia. de concessio. præbend. Sic non dicitur professa fi ia quæ per annum steterit in religione, si coacte ingressa sit, etiam si fecerit professionem. gl. singu in cap. præsens. 24. quæstio. 3. quam sing notat. Alexan in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. col. 4. ff. solu. matri. gl. & Panor. in c. 1. quod met. caus. quod est valde notandum secundum Ias. in §. quadrupli. colum. 7. nu. 62. insti. de actio. contra nobiles habentes filias claudas, vel gibbosas, aut aliter deformes, cogentes eas facere professionem, quia per hoc vitiatur ingressus & professio, secus in matrimonio carnali. Hippo. sing. 347.

285 Idem in procuratoris constitutione metu facta. Hostien. & Panor. in d.c. 1. Abbas. & ibi Imol. col. fi. facit c. ad audientiam. & ibi gl. & c. cum dilectus. de his quæ vi metusve caus. fiunt. An metus purgetur, vide Bald. in l. 2. C. quod met. caus. Card. consi. 137. & Deci, consi. 219. viso. col. 3. in 2. dubio. 4. q. cle. multorum, de pœnis. Idem si per dolum & fraudẽ quis fuerit inductus ad constitueudum procuratores ad resignãdum, quia tale mãdatum est nullum, cum dolus det causam contractui. l. & eleganter. ff. de dolo. & hoc expresse tenet Oldr. consi. 324. factum tale. col 3. versi. 6.

286 Ex hoc sit regula, quòd violẽtus ipso iure perdit ius, quod habebat in dignitatibus, personalibus, uel aliis quibuscunq; beneficiis occupatis propria authoritate, quod est in odiũ violenti inductum. d.c. eum qui. de præben. lib. 6. ca. placuit. 16. quæst. 6. quia fur est & latro. Ioan. 10. ca. cum non intret per ostium.

287 Intellige quando quis apprehendit possessionem beneficij possessi per alium inuito & contradicente possessore, satis enim dicitur violentia illata, & quis spoliari, si alius propria authoritate ingrediatur possessionem in qua sum. l. clã possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. & ibidem not. Bar. & alij.

Siue is qui erat in possessione, eam dimiserit dubitans se posse repelli, siue non, quia licet nõ dimiserit possessionem, tamen in ea passus est violentiam, & turbationem, & vbi solus erat in possessione libera, modo sociatus est & turbatus, ob quam datur tædialis possessio, sicut tædio affectis, vt veniant responsuri. c. quoniam. vt lite non contesta. hoc tenet Lappus, alleg. 127. Anastasius in 4. q.

288 Intellige nisi quis apprehendisset possessionem per procuratorem generalem, quia non intelligitur datus ad illicita. l. si procurator. ff. de condict. indeb. c. cum in generali. de offi. vica. lib. 6. Ideo per eum non priuabitur iure suo dominus, qui ad hoc potestatem procuratori non dedit.

289 Fallit nisi expressum & speciale mandatũ eidem dedisset, quia tunc perinde est ac si principalis fecisset. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma.

Secundò fallit quando ratum habuit expresse uel tacite postea, arg. ca. cum quis, de senten. excommunic. lib. 6. Et præsumitur ratum habere, quando sciebat procuratorem suũ dicta possessione vti, uel suo nomine primum possessorem molestare, si non prohibuerit. capitu. non est dubium. de sententent. excommu.

290 Intellige ergo, ꝙ quando quis violentiam non commisit, licet propria authoritate ingrediatur beneficiũ, tamen non priuatur iure suo, si præcedat iustus & legitimus titulus. Nico. de Milis in repet. in verbo beneficium. in 58. q. beneficij possessionem.

Item si sententiam habuerit quis pro se, & propria authoritate, sine vi tamen, occupauerit possessionem, nõ priuatur iure quod habet. de Rota decis. 10. incip. si pro spoliato. de caus. pos. & propriet in no. licet contrarium teneat Calder. in c. cum nostris. q. 6. de concessio. præben. & cogitandum reliquerit Perus. in d.c. eũ qui. §. insuper. Fel. in c. de cætero. col. pe. de re iud.

291 Limita quando fieret violentia iudicis, vel superioris authoritate. Ioan. And. in d.c. eum qui. Auffre. in decis. capellæ Tholosã q. 443. Item, &c. an habens. vbi dicit pœnam, c. eum qui, non habere locum in hoc casu, item priuatur uiolentus iure, etiam si is qui est in possessione, non resisteret, dum tamen non consentiret expulsioni de se factæ. l. si quis. ff. ne vis fiat et l. is cui. §. missus. ff. vt in possessio. legã l. meminerint. C. vnde vi. Ita expresse tenet Inno. in c. cum nostris. in gl. credimus. de concessio. præb. Oldr. consi. 319. super excusatione. colum. 1.

Non tamen habet locum pœna. c. eũ qui. quando quis in gereret se administrationi episcopatus sine expeditione bullarum, ad quem est translatus. Io. And. in d.c. eum cui. Dec. consi. 319 viso puncto. col. vlt. vide Domi. & Philip. in c. cum singula. §. 1. de præb. lib. 6.

292 Procedit etiam d.c. eum qui, in officijs regis. nam dicitur in l. fi. C. de offic. magist. officio. Sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire militiam ausus fuerit, non solum ea se priuari, verum etiam pœnæ 20. librarum auri subijci. Ioan. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum. arti. 2. tracta. 2. versicul. octauus effectus. quod in regno non vidi seruari.

Sed cum rex consenserit concordatis,& huic maximè titulo de pacificis possessor.cur non debeant per concordata hæc beneficia sub iure regali possessa post trienniū hoc decreto iuuari non uideo,quamuis secundum pragma.sanctio.fortè hoc posset dici,quia illi forte rex non consenserat,sed secus est in his concordatis, & facere differentiam inter beneficia concessa per unum, uel alium, est ius nouū concedere,& speciale: & tamen ius concordatorum est generale inter regnicolas, & si rex super hoc interrogaretur, credo quòd sic,responderet,licet quidam asserant contra, sed quomodo probent per rationem congruam quisque uidere potest.

352 Item quando collatio esset facta à rege duobus, tunc si unus contra alium possideret per triennium, posset hoc decreto uti.gloss. in l.cum spon sus.ff.de public.in rem actio.& cap.ad audientiam.de præscrip.refert Domi. Ruseus in tracta.regalio.in 4.priuilegio.& 21.Et hanc regaliorum materiam quidam uocant cabalisticam,& ante Ruseum non descriptam,utinam non adhuc. nec potest alteri cedi, ut fuit dictum tempore regis Io.in Anglia capti, qui licet cessisset filio suo Carolo, tamen hoc non fuit receptum, quia hoc solius regis est proprium.

353 Decimotertiò, fallit in illo qui permutauit beneficium suum cum alio, quod post triennium euictum est, licet is qui dederit non suum beneficium, possederit pacificè per triennium beneficium alterius,tamen edicto dato potest liberè reuerti ad suum primum non obstante triennio,& decreto de pacificis possessoribus.c. si beneficia de præben.in sexto.tum quia episcopus qui confert isti beneficium,intēdit sibi conferre hoc beneficium loco dimissi.Sed iste nihil dimittit,ex quo non habet ius,ergo etiam nihil cōsequitur, quia episcopus non contulit simpliciter, sed ex causa permutationis.& habet locum illa regula, quod potuit noluit, & quod uoluit implere nequiuit.c.cum super. de offic. deleg.l.multum.C.si quis alteri uel sibi,tum etiam,quia sequeretur absurdum, quòd quis per phas, & nephas acquireret beneficium, & uidens se non posse tenere illud salua conscientia,permutaret cum habente ius in alio, quod est iuri contrarium.Ioan.And.in c.uno.de rerum permuta. lib. 6. Fede.in tract.de permuta.beneficio.q.10.de Selua in tracta. de benefi.in tertia parte,quæst.24.Item resoluto iure datoris,resolueturius acceptoris.l.lex vectigali.ff.de pign. facit l.empti actio.C.de euictio.vbi emptor non impeditur agere,licet post longa tempora res sit euicta, sic non impedietur agere permutans,licet aduersarius triennio suum beneficium possederit,uel cum alio permutauerit, & is etiam p simile tempus possederit,& hoc est iuri & æquitati conforme:& quia neutri permutantium ius acquiritur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.regul.cance.38. vide quæ dixi. supra.in 22. ampliat. & in quinta limita.

Nec obstat quòd habens coloratum titulum, non potest post triennium molestari,quia uerum est,quando ille titulus durat, secus quando de titulo fit non titulus, ut in eo qui liberè ad suum beneficium potest reuerti. ut in permutante dicitur.in c.pen.de rerum permu.& in c.si beneficia. de præb.in 6.Et idem in eo qui adipiscitur secundum beneficium curatum.cap.de multa.de præb. ut possit molestari etiam post triennium.

354 Vnde solet is qui conuenitur super beneficio summare, & requirere eum qui compermutauit, ut faciat molestiam & prosecutionem cessare,alioqui concludit, quòd liberè liceat reuerti ad suum beneficium quod dedit,ita uidi in practica seruari.uide d.Gomes.super hac regula,quæstio.49. & quæ superius dixi.

Fallit

Source : BIU Cujas

Fallit quando aliquis litigaret ſuper beneficio cum alio, & ille reſignaret beneficium,vt alter reſignaret ius ſi quod haberet,tunc ſi nullum habeat,non poterit ad ſuum beneficium reuerti,quia is poterat præuidere an ius haberet antequam permutaret. Felyn. & alii in capitu. cum venerabilis. de exceptio.

355 Item non iuuatur beneficio huius decreti is,qui reſignauit,licet remanſerit poſtea in poſſeſſione per triēnium, quia non habet titulum. Et ideo beneficium non poteſt teneri ſine titulo.regula.1.de reg.iur. lib. 6.nec poſſidet licet ſit in poſſeſſione,& detentione.l.ſi quis ante.ff. de acq. poſſeſ. vbi longè aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe. ſic concludit Gom.in hac reg.q.24.

Sed dubium non paruum eſt,an ſi reſignans ſecundo reſignauerit,& reſignatarius ſecundus poſſederit per trienniū, ignorante forte primo reſignatario,an ipſe ſecundus poſſit ſe iuuare hoc decreto de pacifi.poſſeſ.aduerſus eum cui primò prouiſum fuerat. Et breui reſpondeo quòd non, quia nullum habuit titulum:& ſic nec coloratum,quem ex. de pacifi. poſſeſſoribus requirit: & nullus titulus non dicitur primus nec ſecundus.c.factus.in fi.7.q.1.ibi,iam non ſecundus ille,ſed nullus eſt. Et literæ quæ non valent,non dicuntur literæ ſecundæ,vel primæ,ſed nullæ.gl.in c. cum noſtris. in verbo de facto.de conceſſio.præb.c.ex tenore. vbi glo. & doct.de reſcri.& vbi nullus eſt titulus,dicitur incolloratus, vt ſupra dixi.& ſequitur Gomeſ.q.8.& 24.& q. 29. vbi concludit poſſidentem beneficium triennio ex collatione etiā Papæ poſt ſuam reſeruationem, non iuuari hoc beneficio de pacifi.poſſeſſo.quia titulus eſt nullus,& ſic tractu temporis non potuit conualeſcere,per regulam iuris.

356 Item Papa non confert beneficium non vacans.ca.2.de conceſſio.præb.ſed non vacabat, poſtquam illi primo reſignatario iam erat prouiſum: nec intendit præiudicare iuri tertii.c.quamuis.de reſcri.in 6.& ſi ſciuiſſet,primam prouiſionem non contuliſſet.c.cum adeo.c.poſtulaſtis.de reſcrip. Imò ſi Papa diceret,non obſtante collatione alteri facta,intelligeretur de inualida.c.ſuper eo.de offic.delega.Felyn. in c.cauſam col.11.de reſcri.vnde ſolet dicere in ſua prouiſione,dummodo tempore datæ præſentium non fuerit alteri ius quæſitum: ergo Papa non vult conferre,ſi fuerit ius quæſitum.Ioan.Andr.& Peruſ.in capitulo, ſi poſtquam. de præbend.in 6.

357 Adhæc,non poteſt valere ſecunda reſignatio non reuocata prima.cle.vnic.de renuntia.doct.in ca.ex parte decani. de reſcrip.Nec potuit plus iuris transferre ſecundo reſignādo,quàm haberet.l.traditio.ff.de acqui. re. do. nec dare qđ non habebat.c.quòd autem.de iure patrona.quia reſignans erat omni iure priuatus per primam reſignationem.c.quod in dubiis.cap.in præſentia. & per totum.de renuntia.etiam poſſeſſione.gl.in verb.aſſignari.c.inter.de præben.Rota deciſio.23.fuit dubitatum.in nouis.nec valet ſecunda reſignatio facta etiam in fauorem primi,teſte Caſſado.in deci. Rotæ.rub.de conceſ præb.deciſ.9.& Gomeſ.q.18.multo minus valebit in fauorem alterius:& collatio facta abſenti non poteſt retractari,niſi is conſentire recuſet. c. ſi tibi abſenti. de præben.in 6.vbi Peruſ.dicit etiam collationem Papæ ſecundam non valere,ſi non fecerit mentionem primæ. Et in regno Franciæ etiam ſi faceret mentionem.Caſſado deciſ.Rotæ.24.dubium ſuper reg.cancell.& Comeſ.q.17.de publ.reſig.nam quamdiu viuit reſignans, poteſt primus reſignatarius adiſpiſci poſſeſſionem.glo.in reg cancella.34. Ergo interim non poteſt contra eum præſcribi,maximè,ſi ei patruus vel alius retinuerit bullas.docet Peruſ. in cap. commiſſa. de elect.in 6.& quia ignorauit prouiſionem, ignorantiam nolumus obligari.dicit l.generali.C.de tabula.libro 10. & d.regula 34.in fi.dicit,quòd quæcunque diſpoſitiones factæ de illo beneficio iam reſignato,ſunt nullæ,& inde ſecura:& ſic prouiſio ſecunda,& poſſeſſio capta, & pro hac deciſione eſt regula Pauli Papæ Moder.46.ubi ſunt hæc verba. Et ſi ipſum reſignantem, vel cedentem pluries ſuper uno & eodē beneficio in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiuè conſentire contigerit,voluit ſanctitas ſua, quòd primus cō ſenſus,ac literæ illorum,prætextu etiam ſub priori data expeditæ,pro tempore nullius ſint roboris,uel momenti.Ecce ꝙ ſecunda reſignatio eſt nullius roboris:ergo non eſt colorata.& ſic non poteſt petere decretum de pacificis poſſeſſoribus.Et ita concludo.

358 Sed ſi prima reſignatio non fuerit acceptata, & ſecunda ſic,tunc poterit reſignatarius iuuare ſe multiplici titulo,vel primo,vel ſecundo,per c.poſt electionem.de conceſ. præb. & d.regu.46.à contrario,dicens non ualere conſenſum ultimum in diuerſis perſonis,in una verò ſic,quia tunc nemini fit præiudicium eo tempore quo Papa ſecundo confert, & quod eſt introductum in ſuum fauorem,nō debet in odiū eius retorqueri.l.quod fauore.C.de legat. & prima prouiſio non acceptata pro non facta habetur.c ſi tibi.de præb.in 6. hoc probat Caſſad.deci.9.acceptauerat.rub.de conceſ.præben.& ſic nō obeſt quominus poſſit quis poſſeſſionem adipiſci,& iuuare ſe hac ſecunda prouiſione, quamuis primam reiecerit,& poterit leuare bullas intra ſex menſes à die ſecūdæ reſignationis,& prouiſionis,quod ſecus eſſet, ſi reſignatio eſſet & prouiſio facta duobus,ut ſuperius dixi, licet quidam ignorantes differentiam, inter reſignationem factam vni uel duobus,contrarium ſine iure & ratione aſſerant.

Nec obeſt ꝙ reſignās nihil iuris habebat, ergo nihil potuit in ſecunda reſignatione dare. reſp. ius non prouenit ex reſignante,ſed ex conferente,ideo poſtquam Papa inuenit beneficium non acceptatum vacans,ut in cap.ſi tibi.de præbend.in 6 potuit illud conferre, nec attenditur quod reſignans habuerit ius,uel non habuerit,ſed an Papa uoluerit, & potuerit conferre.

Nec refragatur,ꝙ ſecunda collatio ſit ſubreptitia,quia ſi Papa primam ſuam collationem ſciuiſſet, non contuliſſet ſecundo.Docto.in c cauſam.de reſcrip. reſpond.ſi ſecunda collatio fuerit facta alteri,quàm illi, cui primo collatū eſt, uerum eſſet,ſed in dubio Papa facilius conferret illi,cui ſemel contulit,quàm alteri, ut ſua collatio ſortiatur effectū, ergo non eſt ſubreptitia, quia non exprimi debet id quod facilius Papam mouet.ut dixi in gl.pro expreſſis. in forma manda.in concord.

359 Intellige tamen,quòd ſi aliquis reſignaſſet ſuum beneficium facta ſibi promiſſione,quod ille iterum poſtea ſibi reſignaret dictum beneficium,quòd tantum uolebat pro titulo,vt ordines ibidē poſſet aſſumere ſine literis dimiſſoriis,is qui habet beneficium ex hac reſignatione,poſſedit triēnio, non unit nunc reddere,an poſſit moleſtari? dicerem quòd non,tum quia is cui facta erat promiſſio,debebat uenire intra tempus præſtitutum,vtpote intra triennium, ideo videtur illud reliquiſſe, poſtquam intra tempus à iure ſtatutum non uenit, & etiam quia ab illo reſignante non habet ius, ſed à ſuperiore:caueas ergo ſic reſignare, ita uidi de facto, nil allegaui ex tempore,ſed iſtæ promiſſiones ſunt ſimoniacæ.c.ex parte.de offic.deleg.c.per tuas.tertio.de ſimo. Ioannes Nauclerus in tractatu de ſimo.in prima par.§. 8.ut ſcripſi in additionibus ibidem.

360 Decimoquarto,non procedit quando partes intra triennium feciſſent compromiſſum,& interim alter poſſedit,qa durante compromiſſo non dicitur pacificè poſſidere. cle. quamdiu.de appel.vbi tempus proſequendi appellationem non currit durante compromiſſo.facit quòd ſi alter ex litigantibus per ſubterfugia cauſam protelat, non currit inſtantia alteri,in quo culpa ceſſat.glo.in cap.uenerabilis.de iudi. ſequitur Alexand.conſilio 72.videtur. 1. columna. in tertio uolumine.etiam ſi deciesmilies pluſquam biennii tempus exceſſerit.text.in authen.de appella.colla.8.Ratio tibi traditur,quia partes confidebant quod arbiter terminaret cām. tex.in authent.ſi tamen.C.de tempo.appella.Socinus conſilio 39.capio.circa finem.in 4.uol.quia non potuit pars durā te compromiſſo ire ad iudicem,& proſequi cauſam ſine pęnæ incurſione in compromiſſo appoſitæ. l.ſi quis rem. & l. diem.§.ſtari.ff.de recept.arbi. uel ſaltem ſine uiolatione fidei & promiſſione l.1.& l.iuriſgentium.§.prætor.ff.de pac. quod graue eſt.l.1.ff.de conſtitu.pecu.præterea compromittere fuit factum licitum & honeſtum, uidelicet ut lites & eius anfractus uitarentur.cap.diſpendia.de reſcrip.in ſexto. Ideo non debet pati pœnam, qui ſic compromiſit, quia legitimè fecit.l.Gracchus.C.ad legem Iuliam.de adulter.ſiue compromiſſum fuerit factum pendente prima inſtantia,ſiue in cauſa appellationis. Baldus in l. eos. §. Apoſtolos. in fine.C.de appellat.Refert Anton. Tremo,in additio.ad Hubert. de Bonacurſo. rubr. de impedi.execut & cauſa.nullita. uerſiculo, idem eſt, ſi appellatione. in uerbo compromittatur. uide gloſſ. in §. & ne ſub umbra. in uerbo prorogationem. de cauſis, in pragm. Item ſi quis fecit quod potuit,ut lis conteſtaretur,reus tamen ſuis ſubterfugiis, & cauillationibus fecit, ut non conteſtaretur, tunc actio perpetuatur tam reſpectu temporis, quàm etiam ut tranſeat ad hæredes, ac ſi lis eſſet conteſtata. textus ſingularis ſecundum Bolog. ibi, in ſecundis interpretationibus.in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio.Alexander conſilio 100. diſcuſſis. columna.1.in 5.uolum.Iaſ.conſilio 35.in quæſtio. colum.2.in 2.uolumine.& cum hoc triennii tempus ſit introductum in fauorem utriuſque partis, poterit utraq; pars renuntiare tacitè,ſi non opponat, ergo & expreſſe conue-
361 niendo,uel compromittendo.Facit etiam,ꝙ ſi partes compromiſerint in prima inſtantia, compromiſſum duret per triennium,tñ non perit inſtantia,cū ſit eadem rō, quæ in appellatione,ergo & idē ius.l.illud.ff.ad legē Aquiliā. & idem ſi exprimatur certum tempus in reſcripto,intra quod cauſa finienda ſit,iuxta ca.ſuper eodem. 2. de appellationibus.ta-

Source : BIU Cujas

men ſi partes compromittant, non curret interim tempus in reſcripto expreſſum. Bonifacius in d.clem.quamdiu. columna 3.& ſequen.

Nec refragatur quòd partes non poſſunt expreſsè prorogare illud tempus, nec triennium. l. properandum. C. de iud. quia fateor. quando altera pars proſequeretur, vel ambæ, ſecus ſi ambę vellent ſuperſedere, ut no. in l. poſtquam. C. de pact. Pro prædictorum intellectu. & d.clem. quandiu. uide. Matheſſilla. no. 24. nota quòd tempus, &c. Ioan. Manſuer. in rub. de arbit. in ſua pract. Guido Papæ in ſtatu. ſi quis per literas. in verbo appellatione. col. 18. cum ſeq. & conſi. 184. Ioan. Panor. conſi. 77. in quæſtione. 2. q. vol. 2. Alexander conſi. 72. videtur. in ſecundo volu. & conſi. 68. in cauſa. in 7. vol. Socinus. conſi. 39. capio. nume. 14. in 4. vol. Georg. Nathan in repet. clemen. ſæpe. in princ. col. 18. & in §. & quia. col. 9. cum ſequen. de verborum ſignifica. & addidi ad. d. clemẽ. quandiu. alia uide per Bertachi. in tractatu de epiſcopo. in 13. q. 1. partis libri primi. & per Deci. in cap. ex ratione, colum. 5. numero. 8. de appella.

362 Decimoquintò, flectitur regula quando moleſtaretur ſuper aliqua re beneficii, vtpote ſuper decimis, vel alijs reb. tunc non poſſet iuuari hoc decreto, quia titulus de pacificis poſſeſſoribus, tantùm intelligitur, quando moleſtaretur ſuper titulo beneficii, ſecus ſi ſuper aliis, hoc videtur innuere tex. ibi, dum dicit, coloratum habens titulum, & ſic fundat ſe ſuper titulo, ſecus ſuper reb. beneficii, hoc etiam probat uerbum, beneficium, prælaturam, &c. nam cuius eſt beneficium, non vtique omnes res, quæ ſunt in beneficio. tex. in l. ſi quis cum totum §. ſi ancilla. ibi, etenim cuius inſula eſt, non vtique cœmenta ſunt. ff. de exceptio. rei iudi. & qui vniuerſas ædes poſſidet, ſingulas res, quæ in ædificio ſunt, non videtur poſſidere. tex. in l. qui vniuerſas. ff. de acqu. poſ. facit l. fundi. de actio. empt. & hoc decretum non iuuat, niſi ſuper titulo beneficii.

363 Decimoſextò limita, vt non poſſit moleſtari poſt triennium, poterit tamen is, qui eſt in proceſſu cum alio, ſe iuuare titulo illius qui nil dicit per triennium, & ſuam iuſtificare poſſeſſionem eſt iſto titulo habito, licet is qui eum haberet, non poſſet ſe illo iuuare. arg. c. poſt electionem. & cap. ex parte. de conceſſ. præben. Roma. conſi. 433. quo ad primum. in 2. q. & ſæpius vidi ſic in poſſeſſorio iudicari, & nouiſſimo Anno 1536. die 27. Martii ante Paſcha in magno conſilio, p D. Vigueri, contra Petrum de Leſcure, & alios litigantes: & ſic fuiſſe multoties iudicatum aſſerit etiam Boer. in deciſ. Burdegal. quæſt. 24. duo litigabant. Nam contra eum qui tacuerat per triennium, poterat opponi hoc decretum, ſed contra eum qui eſt in proceſſu, non poterit, quia non eſt in culpa, vt in ſimili eſt tex. huic ſententiæ non parum accommodus, in cap. ultimo. in fin. qui matri. accuſ. poſſ. & ſic hoc iuuabitur titulo, nec prohibet iſte tex. dicens tantum quòd poſſeſſor triennalis non moleſtetur. Nec nouam poſſeſsionem in vim huius noui tituli adiſpiſci tenetur, nec nouas citationes facere, ſed tãtum petere ſe ſubrogari à Papa vt ius cedentis habeat. iuxta cap. fina. ut lite pend. in 6. uide gloſſ. in §. declarantes. in uerbo ſucceſſores. de manda. apoſtol. in concordan.

364 Fallit quando habens prorogationem regulæ, & ſic triennii, cederet alteri, nam ille ſubrogatus nõ poſſet uti iſta prorogatione, cum ſit beneficium perſonale, & illa quæ à principe conceduntur ſpecialiter alicui, non tranſeunt ad alios. l. 1. ff. de conſtitut. princip. §. ſed & quod principi. de iure natu. in inſtitu. ſic ſcribit Gomeſ. ſuper hac regula cancella. quæſtione. 13.

365 Et quamuis Papa in patria obedientiæ proroget tempus triennii, hic tamen non reciperetur ratione concordatorũ quibus non derogat. ut in rub. de firma & irreuoc. concorda ſtabil. in concord. patet etiam ſi collatio regalis ſuperueniat, requiretur noua poſſeſſio ſi gloſ. credatur. eod. titul. in verb. coloratum. in fi. dicenti, iure hoc non probari, ſed eſt quædam uſurpatio, ſed hoc probat Ruſæ. in tracta. regal. 1. priuileg. ego tamen vellem ſtare regulæ, & ius nouum non promulgare.

366 Habens tamen collationem à rege, non poteſt ſe iuuare alia collatione, etiam ſi à Papa emanata fuerit, in hoc ſenatu deciſum inter magiſtrum Robertum le Gay, & Guliel-mum de Machicolo, ratione præbendæ Rothomagen. anno 1338. die 3. Iulii, quod eſt mirabile, nec id quidem approbo. Licet poſſit ſuaderi, quia vaſallus qui feudum tenet ab vno, ſi ab alio feudum recognoſcat, priuatur feudo tanquã ingratus. Iacobi. in l. ſingularia. col. 2. ff. ſi cer. pet. nec eſt alia opus probatione, ſed ſufficit ſic uſurpatum eſſe. Fuit etiam ſtatutum à rege Ludo. 11. ne aliquis conferret beneficia, iure regali ad eum ſpectantia, & quod alibi non tractentur quàm in curia parlamẽ. Pariſ. anno 1463. die 24. Maii. vt eſt in lib. ordi. d. Ludo. fol. 21.

367 Decimoſeptimò, forte non procedit in eo qui poſſedit p triennium vigore collationis factæ ab ordinario, qui contulerat eodem die alteri, & ſic vtraque colatio erat nulla, quia non apparebat de prioritate, ideo non colorata. vt nota. in cap. cum noſtris. de conceſſ. præbend. ubi quando collatio eſt nulla penitus, non dicitur colorata, ſed incolorata, & ſic hoc titulo non iuuatur: poſſet tamen dici titulus coloratus, per ea quæ ſuprà dixi in amplia. & ſic iuuari hoc decreto, quia non eſt omnino nulla collatio, ut infra dicetur.

Sciendum tamen eſt, quòd collationes factæ ab uno, & eodem ordinario eodem die, mutuo ſe impediunt, argum. l. duo ſunt. ff. de teſta. tutela. Io. And. in c. ſi à ſede. de præben. libro 6. Panormi. in c. capitulum. de reſcrip. ſi partes inſtare velint, conſulendus eſt collator. Panor. in c. 2. de offi. delega. per illum text. Baldus in c. 1. §. 1. de lege Conrad. ubi dicit, quòd quando vterque vaſſallus allegat unum eundem dominum, poteſt dominus alteri feudum aſſignare, vt ibi textus dicit. facit textus in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de legatis ſecundo.

368 Quid ſi duobus facta ſit collatio ab vno, nec apparere poteſt aliquo modo de prioritate, ideo tertius qui poſtea impetrauit petit beneficium, duo primi conueniunt, & unus nõ petit, an ille poſsit uincere tertium? quod videtur, quia eſt primus reſpectu tertii, & poſtquam conſocius eiuſdem datæ non conquæritur, videtur acſi non eſſet ſcriptum pro eo, vt dixi in forma manda. in glo. ſi pro alio. in contrarium uidetur, quòd neutra collatio valeat. arg. l. duo ſunt Titii. ff. de teſt. tuto. Nec poteſt valere ceſſio vnius, cum nullum ius habeat, ſaltẽ non apparet, imo non valeret conceſſio vnius, quòd alter eſt prior, quia in fraudem cẽſetur facta, & in tertii præiudicium ualeret confeſsio, quando non adeſſet tertius. per gloſſ. in cap. duobus. de reſcrip. in ſexto. ſic uidi de hebdomadariis, nempe vnus contulit, & alter, nec apparet, an vacauerit in hebdomada unius, vel alterius, propter incertitudinem neutra prouiſio valet d. l. duo ſunt Titii. ff. de teſta. tutel. ideo collatio ordinarii poſtea facta valebit. Quia aut vnus contulit duobus eodem verbo, vt, vobis tale beneficium confero, & tunc neutrius collatio valet, quia eſſet diuidere beneficium, quod eſt à iure prohibitum. c. maiorib. & c. cum non ignores. c. dilecto. de præbend. Si vero fiat diuerſo tempore, & diuerſis, tunc prima valebit. cap. poſt electionem, de conceſſ. præbend. & primò nominatus præferatur. cap. mandato. de præben. in 6. Igitur oportet quòd appareat vtra prior fuerit, non poteſt melius apparere quàm per eum qui eas facit, ideo ad eum recurritur, & ſi non conſtet de prioritate, neutra valebit per ſupradicta, & poteſt conſtare ex ordine ſcripturæ, quando in libro curiæ Romanæ, vel epiſcopi, ſunt collationes ambæ deſcriptæ: tũc prior ſcripta cenſetur prior. c. mandato. de præben. in 6. ſic fuit iudicatũ per ſenatum Tholoſanum ſuper poſſeſſorio cancellariæ Caturcen. teſte Bened. in c. Raynutius. in uerbo teſtamentum. 2. nume. 28. de teſta.

369 Primò, fallit quando collatio fuit facta in fraudem ab vno eodemque, videlicet, ut annullaret collationem primam, ſecundo contulit: tunc valebit illa quæ declarabitur ex ordine literæ procedere in libro, & tenebitur epiſcopus alteri prouidere, iuxta capitulo, inter cætera. de præbend. ne præbeatur materia delinquendi. l. conuenire. ff. de pact. dota. Et hoc ideo eſt, quia quando epiſcopus vellet annulla re primam collationem à ſe factam, iterum conferret alteri, & ſic indulgeretur fraudibus, & malitiis, quod eſt à iure improbatum. c. ſedes. de reſcri. l. in fundo. ff. de rei vendicati. Et præſumitur fraus, niſi cauſa appareat cur ſecundo contulit: nam ignorantia in facto proprio recenti, non eſt tolerabilis. l. fin. ff. pro ſuo.

Secundò, fallit quando agitur de prouiſione facienda uigore literarum ad beneficia, per quas mandatur duob. conferri, tunc habebit locum id quod habetur in cap. duobus. de reſcrip. lib. 6. ſecus in gratia facta, ut hic, & tunc altera tantum ualere poteſt, licet aliter intelligat Dec. in cap. 2. not. 1. de officio delega.

370 Tertiò, fallit quando collatio fuit facta inhabili & habili eodem die ab uno, tunc collatio facta idoneo valebit, nec illa collatio facta inhabili reuocabit primam, ſicut teſtamentum nullum non reuocat ualidum. l. ſancimus. & l. uolumus. C. de teſtament. Doctor. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis. Et quid ſi ſint duodecim canonici, & ſex uni nominato eligendo conferant, ſex alteri, an ualeat collatio? & utra ualeat? Dic quòd illa quæ eſt facta antiquiori nominato, & idoneo, quia ſic conferendo ſunt executores concordatorum, ideo illorum collatio valere debet, vt ſcripſi in §. ſtatuimus. primo. de collatio. in concorda. Nempe is cui beneficium ab his collatum eſt, in poſſeſſione interim, uel quaſi eſſe uidetur. l. cum uerò. in fine. principij. ff. de fideicommiſſa. liber. ſi non agebatur de nomi-

Source : BIU Cujas

nominatis,vel graduatis,neutra valet,vt consuluit Federic. consilio 1.ideo impetrari de nouo debet,& is obtinuit in senatu hoc anno 1542. in uigilia diui Mathiæ Apostoli, qui collationem à sex tantum habebat, quia erat ritè qualificatus.

371 Notandum est tamen,quòd quãdo collatio est facta duobus à diuersis eodem die,nec apparet cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis.d.c.si à sede, quia præsumitur quod is,qui prius adipiscitur possessionem, priorem habuerit collationem: & hæc est præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio iu contrarium.l. fi. ff.quod met.caus.cap is qui fidem.de sponsalib.sicut quando duo sunt iudices ordinarii,& vnus præoccupauit,ille est potior.l.si quis posteaquam.ff.de iudic.Idem in procurationibus dicit textus in c.si duo.de procura. in 6. & si vterque eodem momento acciperet possessionem, præfertur is qui habet à Papa,propter maiorem prærogatiuam.glos.in d.c. si à sede,quam sequuntur ibidem doctores.

Amplia procedere etiam in prophanis, vt in duobus instrumentis,quorum unum est liberationis, alterum cessionis,ut possidens præferatur.Bal.consi.274.licet.in 2. uol. Itẽ in pari delicto vel causa potior est conditio possidentis. regula iuris in 6.in pari.

Secundò,amplia siue collatio fuerit facta à Papa,& ordinario,siue à Papa & legato,vel à legato,& ordinario.glo.in dicto capitu.si à sede,vel à Papa,& Abbate,vel alio potestatem habente,cum sit eadem ratio. Domi.in dicto capitulo si à sede.

Tertiò,extende vt præferri debeat non possidenti,is,qui collorato possideret titulo,in regula cancella.15.Et si caderet à possessione,posset petere dictum beneficium à quocũque possessore,etiam ab habente titulum, secundum gloss. ibi,quia illa regula concedit titulum, ut dicitur ibidem. & suprà dixi in 3.amplia.

372 Quartò etiam procedit d.cap.si à sede,si collatio esset facta ab episcopo,& eius uicario.Philip. Perus. in dicto capitulo si à sede:nec in hoc cãsu videtur reuocasse potestatem episcopus, quando non apparet quis prius contulerit, sicut dicitur de Papa,& commissario speciali, in dicto capitulo si à sede,nec potest assignari ratio diuersitatis, ergo idem ius erit.l.illud.ff.ad legem aquil. nam & si sic dicatur, quòd collatio facta per episcopum,est maioris prærogatiuæ,ergo præferenda.cap.dudum.de præb.in sexto. Brunel. in tracta. de dignit.leg.conclu.22.in tertia declara. quia uerum est, quando ille cui est facta per uicarium,non esset in possessione,sed esset æqualis,ut iudicauit senatus Parisiẽ. anno. 1519. die 29.Iulii,pro Petro Moulin, cõtra quosdam alios, secus quando non æquo iure procedunt, & sic unà non reuocat aliam,cum præsumptiuè constet de prioritate, nec dubitatur,quod episcopus non possit reuocare, sed oportet quòd iure reuocet,uidelicet antequam sit collatum per uicariũ, postea non posset collationem factam reuocare, quia ius tertii auferre non posset.not.in cap.quamuis.de rescript. in 6.Imò quia prouisus à vicario est in possessione, præsumitur prius institutus,& sic non reuocatus, & sicut Papa conferendo,uidetur aliis potestatem abstulisse.ca. ut nostrum. ut ecclesiast. benefic. tamen si Papa, & ordinarius eodem die conferant,& is cui contulit ordinarius, est in possessione,præferetur.nec refragatur.c.si quem, de procurat. in 6. ubi dominus tractando causam uidetur reuocare procuratorem,quia fateor,eo quòd uenit ante causam finitam, secus si esset finita: sic episcopus conferendo ante uicarium reuocat, sed postea non, per prædicta. uide infra in quinta limitatione.

Quintò, amplia etiam si collatio esset facta à tribus, per gl.in d.c.1.si à sede.quia quod in duobus dicitur, & in trib. procedit.nota.in l.singularia.per illum tex.in fi. ff.si cer. pet. & quia eadem ratio est in tribus,quæ est in duobus.Io.Brunel.in tract.de dignita.lega.conclu.22.

373 Sextò,procedit quòd præferatur possidens, etiam si non haberet possessionem tempore litis inchoatæ, sed sufficit quod semel habuerit.Domi.& Perus. in d.cap. si à sede. per tex.in l. 1. §. semel. ff.de bonorum.possess.secundum tabul. quia ex quo possessio ualidat ius illius,qui primò eam adeptus est,sequitur extinctio iuris alterius,cum duo simul non possint habere vnum beneficium.ca.cum non ignores.de præbend.Et ideo postquam erat per primam adeptionem possessionis extinctum ius alterius,licet alter postea acquirat possessionem,& primus perdat, non debet reuiuiscere ius ultimi iam extincti.l.qui res.§.aream.ff.de solu.c.quàm periculosum.7. q. 1. etiam quia daretur materia spoliandi primum,ut secundus obtineret,& sic daretur uia delinquẽdi,quæ maximè est iuri exosa.l. iurisgentium. §. si paciscar. ff.de pact.l.conuenire.de pact.dotal.

374 Septimo, amplia in duobus officiis collatis eodem die duobus,uel feudis, tunc is qui in possessione primo fuerit obtinere debet, quia præsumitur prius habuisse donationem,postquam prius habuit possessionem.Bald.in cap. capitulum.colum.1.de rescrip Barba.in repet.rub. C. qui admitti.colum.2.Catellia.Cotta,in 2.parte memorialium, in verbo hora,in fine.

Octauò, amplia,siue beneficia sint regularia, siue secularia,siue dignitates,siue personatus,uel quæcunque alia beneficia ecclesiastica,cũ appellatione beneficii hæc ueniant. gloss. in regula prima.de regu.iuris.in 6. Felyn.in capit.postulasti.de rescrip.

Nonò,amplia etiam quando ignoratur an bona rectoris mortui sint ecclesiastica,uel patrimonialia, quia si quisquã possideat,præsumitur pro possessore.gloss.singu.in ca. nulli. 12.quæst.5.quam sing.dicit Barb.in repet.rub. C.qui admit. col.2.& cons.23.scripsit.col.11.& consi.50.illud afferam.columnn.1.in 1.uolum.

375 Decimò,amplia in duobus testamentis eodem die confectis,quando non apparet utrum prius fuerit confectum, tunc possessor præferetur.l.1.§.non autem.& ibi Barto.ff.de bono possess.secundum tabul.Barba dic. consil. 23. scripsit propheta,colum.11.in 1.uolum. D. de Ripa in capit. læpe. colum. 1.de restitu.spolia.& sic potest dici,Beatus,qui tenebit,sicut dicit glo.in §.si tres.de pace tenend.& eius uiolat. Et in duobus instrumentis eodem die confectis, concludit Bald.consi.274 in 2. uolum. uide Alexand. consilio 19. admodum.in 2.uolumi.

Vndecimò, procedit in casu sequenti, videlicet, quòd si uir & uxor conuentione facta inter eos ut bona superstiti remaneant, moriantur, nec appareat uter prius decesserit, & hæredes uxoris, petunt bona uxoris,hæredes uiri, bona uirili,illi debent obtinere qui possident. Bartol. in l. si inter. ff.de rebus dub.& possessor absolueretur.l.fin.C.de rei uendic.ubi uide plenius.

276 Primo,limita quando possessio erat iniusta,quia pro nulla reputatur,argum.l.quotiens.ff.qui satisda. cogan. Decius consi.169.& diligenter.in fi.per cap.eum qui, de præben. in 6.condemnatum eum accipere debemus,qui ritè condemnatus est.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudica. & non quæ uis exhæredatio summouet filium à contra tab. bonorum possesnone,sed quæ ritè facta est l.non putauit. §. non quæuis.ff.de bon.possess.contra tabul. & notat in l. auctoritate. C.vnde vi.& l.1.§.fin.uti posse.ff.l.uis eius.C.de proba.sicut dicimus de eo qui est in possessione conferendi mala fide, ut non ualeat collatio facta per eum.notat Inn. & alii in c. consultationibus.de iure patro.plenè de Bellamera in cõsi. 10.factum.col.17.ver.circa quintum.

Secundo, fallit quando delegatus specialis contulit uni, & legatus alteri,tunc præfertur qui à speciali delegato habet.arg.c.sanè.2.de offi.deleg & Perus.in d.c.si à sede.in glo. in cap.dudum, &c. quamuis.in 2. de præben. in 6.quia species derogat generi.capit.1.de rescript. & regula generi.de regul.iur.in 6.

377 Tertiò,non procedit quando ille qui haberet ab inferiore,prius acceptaret, quia tunc alteri venit præferendus.ista est elegans decisio,& expressa.Ioann. Calder. consilio 7.de præben.quam sequitur Felyn.in cap.capitulum.col.15. ver. de duabus.de rescri.Selua.in trac.de benefi.in 3.parte.q. 15. & oporteret constare de illa acceptatione per testes,aliàs esset periculosum probare per iuramentum, nec admitteretur,ratione fallitatis uitandæ.

378 Quartò,restringe quando in altera collatione esset clausula motus proprii,tunc ille esset præferendus, in cuius collatione esset clausula motus proprii,etiam si alter esset possessor. Ioann. Andr.in capitu. duobus.de rescript.Soci.consilio.67. eadem die.colum.tertia,& sequent. in tertio volumine.primo,quia ampliorem habet gratiam. capitu.si motu proprio,& capitu.si pluribus,de præbend.in 6. ergo præferri debet,quia tex.in dicto capitulo,si à sede,loquitur quãdo sunt pares:sed non sunt pares quando unus habet clausulam motus proprii, ergo possidens non præferetur. ita disponitur in regu.cancella.15.

379 Quintò,modera quando Papa vel legatus reseruauit, & ordinarius eodem die cõtulit,tunc collatio ordinarii præfertur,si non appareat de prioritate actus. Ioann. Andr. & alii in d.cap. si a sede.nam ordinarius habet liberam facultatem conferendi,nisi fuerit præuentus.c. nulla.de concessio.præbend.ergo liberè confert si non appareat eidem reseruatione,& quia reseruationes sunt odiosæ, ideo restringendæ.c.quæ à iure.de regul.iur.in sexto. Alexand.in consilio.90.omiss.in 7.uolumi.de Selua in tracta.de beneficio, in 3.parte. quæstione ultima.Idem quando quis eadem die impetrauerit gratiam in ecclesia Bituri. & ecclesia eodem die impetrauerit priuilegium, q̃ non teneretur procedere ad receptionẽ alicuius per literas apostolicas,nisi in gr̃a fuerit

Source : BIU Cujas

habita mentio de priuilegio, tamen adhuc impetrans gratiam obtinebit, & ecclesia quæ excipit de priuilegio, probare debet prioritatem illius. l. ei. ff. de probat. Gulielm. de monte Lauduno. in dicto capitulo, si à sede. & ibi Ioann. Andr. Brunel. in dict. tractat. de digni. legat. conclu. 22. declaratio. 5. & 6.

380 Sextò, non procedit quando collatio pertineret ad vnũ post alium, ut ad archiepiscopum, post ad episcopum, tunc valeret collatio episcopi, etiam si is cui facta est collatio ab archiepiscopo esset in possessione. gl. in d. c. si à sede. quia archiepiscopus non habet præuentionem, ideo ualebit collatio ordinarij primi intra sex menses.

381 Septimò, fallit quando esset præsumptio prioritatis, ut in duobus instrumentis factis uno die, si alterum sit factum pro dote, vel studio, alterum non, præferetur instrumento priuilegiato, etiam si habens instrumentum non priuilegiatum esset in possessione. Vincen. Hercula. in l. 1. col. 4 ff. solu. matr. Dec. in l. in ambiguis. de reg. iur. l. 1. C. de iure fisci. lib. 10. scripsi in scholasticorum priuil. priuileg. 82.

382 Octauò, fallit quando à legato nni esset commendata ecclesia, & alteri ab ordinario collata eodem die, tunc is cui est collata præfertur. Philip. Petrus. in cap. nemo. q. 5. columna ultim. de elect. in 6. quia ordinarium remedium facit cessare extraordinarium. l. in causæ. ff. de minor. & quia habẽs titulum, habet gratiam pinguiorem, & pleniorem, & sic prę ferri debet, licet ille qui habet commẽdam, possideat, quod est notandum, ego tamen dubitarem de hac decisione, cum commenda sit titulus habilis in hoc regno, ut superius scripsi in 5. amplia. nu. 35. & seq. ergo possessor præferendus esset, alibi pluribus probabo, si operæpretium fuerit.

383 Nonò, fallit quando in collatione ordinarij esset apposita hora, & in collatione Papæ vel legati non, tunc collatio ordinatii prævalebit, glo. in d. cap. si à sede. quia ille qui certius probat, uincere debet, licet probatio necessario non cõcludat. Cy. & Bal. in l. de reb. C. de donat. ante nupt. sed certior est probatio quando hora est apposita, ergo, &c. & glo. in c. sieo tempnre. de electio. in 6.

384 Secundò, probatur in d. c. si à sede. ubi dicit præferri possessorem, quando non apparet quis sit prior, sed apparet qñ est hora, ergo. Ias. in l. 1. col. 2. & seq. ff. solu. matri. Cotta in 2. parte memo. in uerbo hora, & in uerbo possessionis, & sic consuluit Soc. consi. 67. eadem die. in 3. uolum. nam appare

385 re dicitur etiam ex præsumptione. tex. in cap. scribam. ibi, ex prius datis, & neglectis apparet, quod has negligent. de præsumpt. uel ex argumento à contrario sensu. text. iuncta glossa prima. in §. ex his. instit. per quas personas nobis acquir. vel alio modo, in authen. nisi triennale. C. de bonis mater. ibi, ex quo suæ potestatis esse apparuerint. l. 3. de uectiga. sic consulut Deci consilio 169. & diligenter. in fine, dicens quod ista opinio placuit Domi. de Rota. unde cautela erit, quod probetur de certa hora. Cynus & Bald. in dicta l. de rebus C. de donation. ante nupt. Ioann. de Pla. in l. 1. de iure fisci. libro 10. Felyn. in capitu. pastoralis. colum. 3. & ibi Deci. de rescrip. Hippoly. singul. 329. hora. & Cassado. decisio. 20. rubr. de præbend.

Contrarium videtur verius, quia quando non apparet qs sit prior, præfertur possessor. d. c. si à sede. sed ex appositione horæ non cõcluditur, quod is sit prior, ergo. licet uideatur contrarium tenere idem Socy. in l. 1. ff. solu. matrimo. sed debet intelligi quando gratiæ põtificis & ordinarii sunt æquales: sed quando gratia summi Pontificis habet clausulam motus proprii, decreti, uel aliam, tunc non habita ratione horæ præfertur is qui à Papa prouisionem habet, & c. sic cõsuluit Soci. sibi contrarius. in l. 1. ff. sol. matr.

Secundo, sequeretur absurdum, nam esset in potestate ordinarii tollere dispositionem istam, semper apponendo horam, & sic decretalis, si à sede. de nihilo seruiret, quod non est dicendum, nam fraudibus non debet indulgeri. capitu. sedes. de rescript.

Tertio, prioritas debet probari per eum qui eam allegat. l. 1. C. de iure fisci, sed is qui producit instrumentum, in quo est hora, non probat prioritatem, si in alio instrnmento non insit etiam hora, ergo non dicitur apparere. quia licet in uno sit hora, tamen aliud instrumentum potest præcessisse, ergo oportet constare de hora utriusque. gloss. & Doctores in l. Titius. §. Lucius. ibi, incalescente cœlo. ff. de liberis & posthumis.

386 Quod intelligerem siue hora esset apposita in collatione, uel esset probata per testes, quia testes de hora deponentes præsumuntur falsum deponere si de loginquo deponãt, cum memoria hominum sit labilis. l. peregre. ff. de acquirẽ. possess. ideo nil iuuat.

Primam opinionem ergo intelligerem, quando is qui habet collationem, probaret certa hora sibi factam collationem, & illa hora erat longè ante meridiem, tunc quia collatio alterius potuit esse post meridiem, & hic certius probat, debebit obtinere, secus si probaret, q hora sexta post meridiem, uel quinta hoc esset factum, quia tunc cum alia potuerit iustè præcessisse, dicerem non sufficere, quia ista probatio potius concludit contra eum, quàm pro eo; ideo nil facit. l. neque natales. C. de probat. nam etiam quando probatur hora septima de mane collatum esse beneficium tibi, non habes nisi præsumptionem, uidelicet quòd præcesserit tua: eo quia bona hora facta est, sed quando hora octaua post meridiem esset apposita, tollitur præsumptio, ergo ista horæ appositio nil faciet pro opponente, qđ est notandum, quia ex hoc conciliantur opiniones contrarię, licet cogitandum reliquerit Fely. in d. c. pastoralis.

Sed adhuc posset fieri semper fraus collationi Papę, ideo tutius esset seruare decisionem. d. capit. si à sede. ut indistinctè possessor præferatur, siue hora fuerit apposita, siue non, dicunt tamen arrestum interuenisse pro quodam religioso habente horam contra magistrum Gulielmum Bude, in curia aduocatum, Anno domini 1534. die 14. Augusti, quòd intelligerem quando gratiæ essent omnino æquales, secus si inæquales, ut unus graduatus, alter non, ut superius dixi.

Decimo, fallit quando in altera collatione esse impetrãs creatus canonicus, quia tunc constituitur ei ius ad rem, & afficitur ei præbenda. c. hi qui. & c. dudum. de præbend. in 6. Gulielmus de monte Lauduno, in d. c. si à sede.

387 Vndecimo, non procedit quando altera impetratio uel collatio esset subreptitia, tunc non obstante possessione illius qui subreptitiè impetrauit, altera præferetur, arg. glo. & not. in cap. ex tenore. de rescrip. Fely. in c. capitulum. colum. 4. versic. limita fallentiam. illo tit. quia quod nullum est, non debet præstare impedimentum, regula iuris, non præstat. in 6. nec effectum producere.

388 Vnde si duo procuratores eodem die fuerint constituti, unus ad permutandum, alter ad resignandum simpliciter, si non appareat de prioritate, valebit illa constitutio minorẽ continens læsionem, aliàs neutrum tenebit, per gloss. singul. in capitu. si quis iusto. in uerbo nominatus. de elect. in 6. Sic fuit iudicatum Burdegalæ, ut refert Boer. in decis. suis qõ. 311. dominus Petrus.

389 Duodecimo, limita quando in altera impetratione etiã facta ab eodem esset apposita clausula gratificationis, tunc, quia iste maius & pinguius ius habet, & nõ sunt pares, ideo præfertur, etiam si alter primo adeptus fuerit possessionem. per ea quæ supradixi de clausula motus proprii. Et cautela est, quando aliquis dubitat de alio impetrante, uel de alio cui conferatur eodem die, vt apponat in signatura, & cum clausula gratificationis: & quando opus fuerit, ad longum, & latè in literis extendatur. & hac cautela uti consueuit, ut asserit Dom. Probus in additio. ad mona. in cap. duobus. de rescrip. in 6. ubi dicit breui posse sic extendi, & si forsan illud beneficium alicui, seu aliquibus, alii, vel aliis conferri, & de illis etiam prouideri consenserimus, & mandauerimus, ita & adeo ut in data pares, seu æquales sitis, & mutuo uos impediatis, & propterea locus gratificationi existat, *tibi gratificando apostolica authoritate conferimus, & de illo uel illis etiam prouidemus*, decernetes prout est irritum, & inane, &c. & ibi uide per do. Probum formã istarum literarum, & nota ista perpetuo, quia alii non tangunt quos uiderim, nisi Cass. in decis. 2. Cardinalis, &c. rub. de renun. & hanc etiã clausulam posses extendere ad collationem factam per ordinarium & Romanum pontificem.

390 Decimotertio restringe quando illa collata facta per superiorem, uel per alterum teneret, alioqui possessio nil facit, ut pote si Papa conferat uno die, & legatus eodem die beneficium cadens sub præsentatione laici: quia legatus non potuit conferre. c. cum dilectus. de iu. patr. Ideo is qui ratione collationis legati adeptus est possessionem, non præferetur: ita in hospitali collato à legato concludit Anto. de Butr. in consi. 62. in nomine, & c. hic de duob. sic dixi supra de impetratione subreptitia. uer. 11.

Decimoquarto, non habet locum in prouisis secundo loco, ut pote si ab ordinario collatum fuit beneficium A. & eodem die à Papa. B. si non adepta possessione A. resignet. C. qui possessionem adipiscatur, non præfertur tamen prouisio à Papa, quia sermo intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. sig. Et cedens non potuit plus iuris, quã haberet, transferre. l. traditio. ff. de ac. re. do. ita nominatim scribit Cassado. decis. 15. de præben.

391 Decimoquinto, non procedit, quando Papa contulisset hodie Romæ per resignationem vni. reg. de uiginti diebus derogando Et eodem die moreretur resignans, & ordinarius contulisset alteri, qui prius accepisset possessionem, tũc præsumitur quod prius fuit expedita resignatio: ideo fuit resignatario adiudicata recredentia, Anno. 1524. die 24. Decẽbris, in hoc celeberrimo senatu. Et simile arrestum fuit prolatum

latum in vigilia Mathiæ appoſtoli, anno 1542. quamuis ab ordinario prouiſus hora ſexta mane fuiſſet, & hoc in ſua collatione exprimebatur: & eodem die fuerat adeptus poſſeſſionem, ut audiui in recitatione cauſæ à Do. præſide de Sancto Andræa. Item proſumitur quod mors impetrationem præceſſerit, quando die mortis facta eſt collatio, vt docet Caſſad. in deciſ. 21. Cardinalis in rubr. de præb.

Vltimò, ſi is, qui habuit per conceſſum acceperit poſſeſſionem antequam is, cui facta eſt prouiſio eodem die per, fiat, adhuc præfertur is, qui per fiat, obtinuit, ut decidit Caſ. in deciſio. 14. regul. cancella. rubr. de præbend. in duabus cauſis ſic iudicatum fuiſſe, & interpretatum per regulam Innocent. 31.

Decimooctauò, non procedit regula huius tex. in officiis temporalibus, ſeu dignitatibus ſæcularibus & prophanis, quia hic tex. loqnitur de dignitatibus & officiis eccleſiaſticis, ergo in aliis temporalibus non habebit locum. ca. fœlicis. de pœnis. in 6. nam verba non conueniunt, ergo nec diſpoſitio l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & ſupra dictum extitit de beneficio eccleſiaſtico & temporali, in tracta. nominationum. quæſt. 21. nume. 54. & uide quæ dixi ſupra in 11. amplia. numero 74.

392 Decimononò, limita in caſu hoſtilitatis ut hic, qua durante, dormit præſcriptio. ca. ex tranſmiſſa. de præſcrip. non enim erit obiicienda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intererit hoſtilitatis. dicit tex. in c. prima actione. in fi. 16. q. 3. item ea quæ in beneficiis poſſidentur, ſiue quæ metu hoſtilitatis interueniente diutius poſſeſſa fuerint, præſcribi non poſſunt. c. ſi ſacerdotes, in fi. 16. q. 3.

Extende, ſiue vna die durauerit hoſtilitas, ſiue pluribus annis, hoc enim tempus quo durauit, ſiue fuerit magnum, ſiue parnum, de medio ſubducetur, & tempus præcedens continuabitur cum ſequente. d. c. ex tranſmiſſa. & l. quibus diebus, in princ. ff. de conditio. & demonſt. ita quòd licet in aliis caſibus, in quib. quis impeditur præſcriptio currat contra impeditum, ſed datur reſtitutio. l. ſed & ſi per prætorem. in prin. & §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſis maior. iſto. iſto tamē caſu ipſo iure præſcriptio non currit, ſed dormit, ſecundum Bar. in l. naturaliter, colum. penu. & ſequen. verſic. quæro an iſta uſucapio. ff. de uſuca. Ang. in l. cum notiſſimi. §. imo, co lū. fi. C. de præſcr. 30. anno. Alex. conſi. 81. reuocatur. col. vlt. in 5. vol. Corne. conſi. 92. licet in hac. in col. 2. vol. 4. & caſus in quibus præſcriptio dicatur dormire, tradit Panormit. & alii in d. c. ex tranſmiſſa.

393 Amplia hanc concluſionem, nedum tempore durantis belli, ſed etiā poſt. quia contra populum hoſtilitate deſtructum & bello, non currit præſcriptio. Ioan. Franciſc. Balb. in tract. de præſcri. in 2. par. 6. partis. in primo caſu, quod hodie frequentiſſimum eſt.

Limita quādo tempore hoſtilitatis, vel poſtea, poſſet ire ad locum, in quo redditur ius cum ſaluo conductu uel ſine, quia tunc ſi non moueat controuerſiam aduerſario intra triennium, currit ei hæc triennalis præſcriptio. Fely. in ca. accedens. in 2. per illum tex. ut lite non conteſta. & dicto capitu. ex tranſmiſſa. Aret. conſil. 16. præſupponitur. colum. 2. Ioann. Franci. in dict. 2. parte ſextæ partis princip. in principio, nec uani timoris eſſet aliqua excuſatio. l. nec uani. ff. de regulis iuris.

394 Idem in impedimento peſtis, quia bonum eſt argumentū de bello ad peſtem, cum peſtis dicatur bellum inter Deum & homines. Barto. in l. naturaliter. colum. penul. ff. de uſuca. & in l. 1. ff. de bon. poſſ. quæ ex teſt. milit. Alex. in l. fi. colum. 2. C. de teſta. & in l. 2. §. ſi quis in iudicio. circa prin. ff. ſi quis caut. & conſi. 30. ponderatis. colum. 2. & conſil. 81. reuocatur. colum. 2. in 5. volum. Pan. in d. c. ex trāſmiſſa. vbi etiam ampliat, licet reddatur ius in loco vbi graſſatur peſtis, ſi aduerſarrus erat abſens propter timorem peſtis, contra quam non ualent medici nec medicinæ. Pau. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſolu. matrimo. tamen currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio. Bart. in l. de ætate. ff. ad Trebel. quam legit cum. §. fi. l. recuſare. de Ripa in tracta. ſuo de peſte, multa congerit pertinentia ad tempus peſtis. uide ibi quæ habuit à Ioann. præuitello, qui antea ediderat tracta. de peſte. In hac tamen materia uix obtineretur reſtitutio, niſi liquido probaretur impedimentum, & iuſtum.

Secundo, contra impeditum poſtulare propter peſtē, uel præſentare intra tempus à iure præſtitutum, non currit præſcriptio, & ſic non deuoluitur ius ad epiſcopum. Bal. conſil. 469. ſanctiſſimæ recordationis. lib. 4. de Ripa in tracta. de peſte. fol. 27. ver. ſed dubium.

395 Idem dicendum eſt ſi quiſquam eſſet infirmus per triennium, & eo non poſſet agere, excuſaretur, & non poſſet poſſidens triennio gaudere hoc beneficio, ſaltem ope reſtitutionis. argumen. cap. commiſſa. de elect. lib. 6. Nam qui detinentur ægritudine, non ſunt abiiciendi, nec alii in locum eorum ſunt conſecrandi, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. ca pontifices. 7. q. 1.

Idem in abſente cauſa reipublicæ, nam interim non currit præſcriptio, ſi tamen fuerit inchoata, curret, ſed dabitur reſtitutio. l. 1. ff. ex quib. cauſis maior. l. quod tempore. C. de reſtitu. milita.

396 Idem ſi fuerit iniuſtè excommunicatus, & non fuerit in mora petendi abſolutionem. Bald. Fely. & alii in ca. 1. de præſcriptio. nam qui facit ut non poſsit agere, poſſe uidetur. l. q poteſt facere. ff. de regu. iur. cap. fina. de elect. l. ſed & ſi. §. hæc clauſula. ff. ex quib. cau. maior. gloſſ. in cap. quia diuerſitatē. de conceſſ. præbend. licet ibi Panormi. dicat præſcriptionē currere contra excommunicatum iuſtè, quamuis non fuerit in mora petendi abſolutionem, & ſi contrarium teneat in c. cum inter. col. 1. de excep. dicens actiones temporales extingui tempore contra excommunicatum, qui fuit in mora petendi abſolutionem.

397 Idem in furioſo effecto poſt collationē beneficii eidem factam, & antequam potuiſſet agere. Panormi. in cap. cum non liceat. colum. 3. numero 10. de præſcrip. per gloſſ. in l. 2. C. de curato. furio. dicentem, q priuilegia & beneficia collata minoribus in præſcriptionibus, & aliis, cenſetur collata furioſis. Et illam fingu. dicit Barba. in conſi. 42. illud. col. 5. in 1. uol. & Soci. conſi. 66. viſo. in 4. uol. Alex. in l. centurio. col. 2. ff. de uulg. Iaſ. in l. tutor. §. 1. de iureiurā. purpura. in l. 1. col. 2. de iuriſd. omn. iudi.

398 Et an minori detur reſtitutio poſt triennium, concludit gloſſ. in uerbo impedimenti, iſto titul. quod ſic, tamen reſtitutionem nunquam uidi concedi in Francia, ſi tamen propter minas quiſquam non egerit intra triēnium, poterit poſtea, ut expreſsè decidit Caſſado. deciſ. 2. rub. de in integr. reſtitu. Nam cum minor reputetur pro maiore in beneficia libus. c. fi. de iud. imputetur ei, qui non egit, niſi proteſtatus fuerit, iuxta tex. quia præſcriptiones contra maiores currūt etiam contra minores. l. fi. C. in quib. cauſ. in integ reſti. non eſt neceſſa. vbi Bar. & alii. Doc. in c. conſtitutus. de in inte. reſtitu. Domi. Gomeſ. quæſt. 15. niſi eidem ex magna ſuccurreretur cauſa. l. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. uide quæ dixi ſupra, nume. 177. in additio.

399 Idem ſi facta collatione, is à Turcis captus fuerit, uel incarceratus, & totum triennium non potuiſſet egredi. nam non computabitur ei tempus. l. 2. & ibi no. ff. ſi quis cautio. c. ſignificante. de pign. glo. in prag. in uerbo impedimenti. eo dem titu. ubi idem dicit in pupillo.

400 Idem in alio quocunque impedimento, ut hic. intellige tamen ſi impeditus non poterat remouere illud impedimē rum, alioqui non excuſaretur. c. fi. de elect. c. 2. & ibi Dec. in 4. not. de teſtib. c. cum ſit Romana. de appella. unde dicit Inno. in c. ex trāſmiſſa. de præſcriptio. quem refert Felyn. ibi. & in d. c. 1. eo. ti. q non ſufficit allegare impedimentum, niſi doceatur de diligentia adhibita, ut impedimentum uel nō eueniret, uel non obſtaret.

401 Debet etiam impeditus proteſtari, aliàs poſt triennium non ageret, ut dicit hic tex. & tex. in c. fina. de appell. ubi Philip. dicit eſſe optimam cautelam ad euitandas opiniones, proteſtari in omni caſu de impedimento, & quòd per eum non ſtetit, nec ſtat. cap. ſciſcitatus. uerſicu. dummodo. de reſcrip. cap. paſtoralis. ibi, quaſi non fuerint proteſtati. de exceptio. gloſſ. in cap. cupientes. §. quod ſi per uiginti. in uerbo propoſita. de elect. in 6. & in cap. plerunque. de reſcript. multa congerit Felyn. in d. capitu. ex tranſmiſſa. colum. 2. & ſequen. uerſiculo dum ſubdit Abbas. & Docto. in d. cap. plerunque. & cap. cum M. de conſtitu. Et an proteſtatio debeat fieri in ſcriptis, uide in cap. cupientes. in d. gloſſ. propoſita. Barto. Iaſ. & alios in l. non ſolum. §: morte. ff. de noui operis nuncia. & docto in d. cap. cum M. & qualiter poſsit probari impedimentum, tradit Bald. in l. 1. C. de dila. Prępoſi. in ca. ex ratione. colum. 5. de appella. Alexan. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. dixi plenè in practi. mea rubr. de exoniis. gl. 2. & in rubr. de colla. §. 1. glo. impedimento. in concorda. & iſtius impedimenti proteſtatio debet, ſi poſsit, intimari poſſeſſori beneficii ante triennium, ut hic dicit text. & debet in hac intimatione ſeruari concilium Viennē. deſcriptum in clemen, cauſam. de electio. quia ſicut propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condictio. ob cau. dator. ita iſta proteſtatio quam alius ignorat ante intimationem, nihil debet operari in præiudicium ignorantis. Dec. in c. cum M. col. 7. uer. 2. concluſio. de conſti. ca. Cumana. & ibi Panor. de elect. multa poſſem hic de impedimento inſerere, quæ ne in longum protraham, miſſa facio.

402 Primò, fallit quando is, qni habet proteſtari, eſſet per triēnium incarceratus, uel ui ab hoſtibus detentus, ſeu ualetudine aduerſa, tunc licet non fuerit proteſtatus, quia nō ualuit agere, tamen poterit, cum iſta conſtitutio ad impoſsibile nō velit nos obligare, nam lex poſsibilis eſſe debet, cap. erit autem

Source : BIU Cujas

tem lex.4.dist.no.do.in c.1.quod met.caus.do. Gomes. hoc expresse decidit,q.57.ubi supra.

403 Secundo,fallit secundum eum, quando fieret prorogatio istius temporis antequam lapsum esset triennium propter bellum,uel aliud iustum impedimentum, impetrando in hoc regno literas regias, ut prorogaretur triennium ad vnum annum,vel ad aliud tempus visis bullis, & impedimẽtis,& hæc est noua practica,& sic consului cuidam, qui regis legatione fungebatur,ut faceret sibi prorogari triẽniũ, quia erat impeditus agere,& obtinuit literas regias, quia licet aliæ in hoc regno non impetrantur, ego tamen uellem, & à Papa & rege impetrare, quia concordata ab illis ẽdita sunt,& titulus beneficij a Papa & non rege datur.

404 Vigesimo,fallit si resignatio beneficii fuerit facta in manibus inferioris episcopo, & per eum admissa, & pars cui fuit collatum illud beneficium resignatum, possederit per triennium,non enim iuuabitur hoc decreto, quia hæc renuntiatio & admissio factæ coram alio inferiore episcopo, sunt nullæ.c.admonet.& ibi nota.& c.quod in dubiis.de renuntia.cap.quæsitum.de rerum permutatio. nisi episcopus ratam illam admissionem habuerit,& collationem,iõ actus dictæ collationis & admissionis nec quo ad possessionem acquirendam,nec retinendam,seu continuandam,nec quo ad præscriptionem inducendam, vel complendam iuuare potest.ita expresse tenet Egi.de Bellamera in consilio 10. fa ctum est tale.in 7.dubio,quia quod de iure nullum est, non non potest aliquem operari effectum,nec potest dici coloratum Hostien.in cap.olim de except. dixi plenè in repet. l. quod iussit.notab.2.in 4.limit.ff de re iudic.

405 Idem in permutatione quæ ab inferiore episcopo nõ potest approbari,nec coram eo fieri,c. quæsitum. vbi doctor. de rerum permut.nisi hoc haberent ex priuilegio, per gloss. singu.in verb.proprii.clemen.1.de reb.ecclesiæ non alienan. vbi addidi.Et an capitulum sede vacante possit admittere resignationem mortuo episcopo,quod sic,probat Io.Franc.in tract.de offic.& potestate capitul.sede vacante. in 2.q. secundæ partis.versi.quæro an capitulum, & uide ibidem. & extrauag.execrabilis.§.cæterum.& ibi glo.de præben. in extrauag.Io.22.

Aliæque multæ reperiuntur limitationes, & casus excepti,quamuis do.Igneus in repe.l.necessarios.§.non aliàs.numero 284.ff.de senatusc on.Silla.dicat non inueniri, nisi tres casus,& non licere ultra extendere,sed non dicitur extendi quod ex mente elicitur.l.nominis.ff.de verb.sig. & supra dixi.Imo si quis possessor post triennium confiteretur iniustũ esse titulum suum,non prodesset hoc remedium. Gomes.q. 36.super hac regula istud firmat,dixi in repe.l.quod iussit.in 2.notab.ff.de re iudic.

406 Et an capitulum possit requiri vacante sede, dixi in §. si quis vero.in glo.disposuerit. circa finem.de colla.Et an per illam requisitionem præueniri possit Papa,adeo quod si nominatus vel graduatus requisierit capitulum, quod recusauit conferre, demum aliquis collationem obtinet à Papa, nominatus,qui primo requisiuit,etiam obtinuit collationẽ à metropolitano post Papæ collationem,uter præferatur?respon.nominatus, quia capitulum potuit conferre postquã collatio erat necessaria.c.2.ne sede vacante.

Item plana est ordinatio, & in propriis terminis ad hoc edita per Ludouicum 12.ar.14.inter publicatas.anno 1512. quæ est in rubr. des preuentions apostoliques, contra quem iudices regii iudicare non debent,alioqui essent periuri, & sic suis officiis saltem priuandi, cum in principio iurent iudicare secundum regis ordinationes,ut patet in rub. des ser mens.arti.3.& in auth.iusiurand. quod præsta.ab his. item nec iudices à Papa dati,cum prohibeatur eis iudicare contra concorda.§.1.de firma & irreuoc.concord.stabili.ibi,& sic per quoscunque iudices,&c.& ista sunt etiam in concordatis statuta.ergo secundum ea debet iudicari. Secundò, probatur quod ista sunt in concordatis statuta,per §.declarantes,de manda.ubi declarat Papam velle conferre libere beneficia quomodocunque qualificata iure præuentionis, ergo alio iure non uult conferre,sed quando nominatus requisiuit beneficium sibi conferri præuenit Papam, igitur Papa non poterit conferre iure præuentionis, neque in præiudicium nominati uel nominatorum, qui requisiuerunt, cum tantum prœuentionem sibi retinuerit, & non potest dici præuenire, quando nominatus requisiuit, ut infra patebit.

407 Tertiò,bonum est argumentum ab allusione uocabuli. l. 2.§.appellata.ff.si cert peta.sed præuenire,dicitur anteueni re,ergo quando nominatus ante uenit ad ordinarium, quã alius ad Papam,Papa dicitur præuentus,& non poterit cõferre iure præuentionis amplius, nec alio iure in præiudicium illius qui iure requisiuit,quia cum ipse Papa sit cultor & auctor iustitiæ,non patitur contra iustitiam aliquid fieri, nec ipse uult facere.cap.uno.de alienat. feud. Item si Papa tibi conferat beneficium,quod ordinarius mihi absenti cõtulerat,non ualebit Papæ collatio tanquam præuentus, licet ante acceptationem ius mihi non sit acquisitum,ut meũ dici possit.cap.si tibi.de præbend.in 6.& quia per suam collationem non intendebat excludere collationem factam, sed faciendam.capitu.audita.de restitutio.spolia.sic expresse concludit Collecta.in cap.fin.colum.2.de sortileg.sic nec Papa intendebat conferre beneficium iam affectum, cum id non expresserit.

408 Quartò,non refragatur si dicatur præuentionem per collationem fieri,ergo ante non dicitur. Respõdeo etiam per requisitionem & petitionem præuentionem fieri in iudicialibus,si alter ex reis credendi petat,adeo præuenit, ut alteri non possit fieri solutio.l.ex duobus,& ibi Bar.& Imol.ff. de duobus reis.& in iurisdictione uoluntaria per interpellationem peruenitur & præoccupatur iurisdictio.l.1.& 2.ff.de officio proconsu.Iaso.in l.si pluribus.numero 25.ff. de legat. primo.Et quod per requisitionem nominati affectũ sit beneficium,& ei debeatur,declarat tex.in §. teneatur. in fi. de colla. Et si Papa uoluisset præferri post requisitionem dixisset,iure prælationis volumus conferre in d.§. declarãtes, uel iure præuentionis collationis. Sed simpliciter dixit iure præuentionis,ergo quomodocunque sit præuentus, non intendit Papa conferre, & petitio seu requisitio nominati vel graduati præuenit,& adeo afficit beneficium,ut ordinarius postea non qualificato minimè possit conferre, non tamen afficit alios qualificatos,quo minus requirere possint, & requisitione facta,ordinarius potest gratificare vnum ex expectantibus graduatis,in mensibus illis præstitutis.l. cum quidam.in 1.& ibi Pau.col.ulti.ff.de leg.2.

409 Quintò, dolus non debet alicui prodesse l.si legatarius, cum similibus.ff.de dolo,sed episcopus post requisitionem vel ante mitteret Romã, vt haberet collationem à Papa per suo nepote antequam nominatus ueniret ad superiorem, & sic cum suo dolo lucraretur.item daretur materia delinquendi,quam totis neruis iura propulsant. l. conuenire. ff. de pact. dota. nam semper pro magnis beneficiis collator mitteret cursorem ad Papam,& interim aleret nominatũ, & uerbis remoraretur illum, ut non adiret superiorem, & sic excluderet eum,quod summopere debent tollere senatus Franciæ,& huic cautelæ obuiare.

410 Sextò,conditio debet haberi pro impleta, quando non stat per eum,qui illam implere debet.l.in iure ciuili.ff. de cõditio.& demon.sic & collatio debet haberi pro facta à die requisitionis,postquam non stetit per nominatum, ne malitia unius noceat alteri,nam si prima die requisitionis bonã fidem agnouisset collector,eidem requirenti cõtulisset, & sic præueniisset Papam etiam in conferendo,sic etiam dicitur præuenire in requirendo, quia Papa uoluit tollere negligentiam ordinariorum non conferẽtium,& nominatorum non requirentium,ideo sibi ius præuentionis retinuit, non prælationis.

411 Septimò,si aliud diceretur,libertas & facultas conferendi beneficia ordinariis adimeretur, & concordatum in fauorem regni & regnicolarum editum in odium illorum retorqueretur,& res nummariæ Galliæ exhaurirentur,contra ea quæ dicuntur in proœ.concorda.quia si primus collator & secundus non cõferrent, semper Papa præueniret. nã aliquando audiui quòd nepos habeat episcopatum, & patruus archiepiscopatũ, si nepos episcopus recusabat,archiepiscopus nũquam iure deuoluto conferebat, interim illa beneficia per phas & nephas obtinebant,qui abusus per senatum deberet reformari,& requirenti possessorium adiudicari,licet primam collationem non habuerit.

412 Octauò,non me mouet cap.ultimum.de concess. præben. in 6. quia loquitur in gratia Papæ seu prædecessoris, quam potest successor facilè reuocare,etiam si beneficium fuerit acceptatum per expectantem apostolicum,quia prædecessor non potuit legem imponere successori, utplenè dixi in præfat.ad rubri.de colla in concord.sed in nominationib. secus est,quas Papa non concedit: nec prædecessor. ergo nec solus eas reuocare poterit,ut dico in quæst. ulti. tracta. nomi.eas reuocaret saltem quo ad illud beneficium, & sic quo ad partem,si post requisitionem conferret: ergo nõ potest,& sic cessat illud quod dicit Imo.in c.inter cætera. col. 3.de præbend.& Felyn.in c.capitulum.uer.de duabus de re scr.nu.16.q; post acceptionem apostoli potest Papa conferre,quia hoc uerum,ut dixi, in expectante apostolico, & de iure antiquo,secus per concordata,postquam Papa ius tantum præuentionis retinuit,nisi conferret insequendo tenorem concordatorum,ut scripsi in §.statuimus. 1.in gl.gratificare.de colla.in concord.

413 Vltimò,quando quæstio est dubia in iure canonico,& est planè decisa per ius ciuile,tunc statur illi decisioni factæ per

ius

Source : BIU Cujas

ius ciuile etiam in foro canonico,uel econtrario.c. Raynutius.& ibi Doct.de teſtamen.ſed de iure eſt dubium, an appellatione præuentionis veniat ſimplex requiſitio, ergo ſtabimus declarationi factæ per ordinationem regiam, etiam in curiis eccleſiaſticis,quod eſt notādum. Alia miſſa facio, ne ſim prolixus,alibi plena manu ſcribam. hęc tamen interim non ſunt contemnenda alia dixi in dicta gloſſ.iure præuentionis. ſi tamen quis velit alia videre, recurrat ad gloſſ. prag.ſanctio. ne eas hic tranſcribam, ſicut quidam putant me facere,& nil vltra ſcribere,hoc tamen ex ſupraſcriptis ſatis ſuperque dignoſcetur.

Hic ſiſtere calamum,& receptui canere ordinarię iubent lectiones noſtræ,quas, & adagio dictante ordinem deſerere,& ſic multis obruptus negotiis,nolui , vtilitatem publicam alternis horis,vel ſcribendo,vel interpretando,pluris facere,quàm priuatam,quæ mihi contemptui fuit, vt hæc breui(quaſi Glauci ars)congeſta fuiſſent, & commodum noſtris affere poſſent:quod futurum ſpero. & quia dicitur primæ ad Theſſalonic.5 capitu. In omnibus gratias agite,Igitur agam Deo optimo maximo, immenſas gratias in ſempiternum. Amen.

TRACTATVS.

De Horis Canonicis radiantiſsimi doctoris Domini Ioannis de Lignano.

Præfatio.

AD honorem illius,cuius ſunt opera inſeparabilia.ſ.ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, ac etiam matris vnigeniti filii Dei incarnati in eius vtero virginali, nec non ad laudem,& gloriam patronorum huius terræ,licet hebes,& rudis ingenio,& imbecillis in iuriū intellectu,confiſus tamen de omnipotentis Dei gratia,quā ſupliciter inuoco , & precor humiliter mihi in huius actus initio fortitudinem ſpiritus eloquentiam eruditam cū claritate ſermonis præſtare dignetur,iuxta illud nume.26. Dabis claritatem ſuper illum,vt audiant filii Iſrael.8.q.1.ſi ergo audaciam,ſumpſi aliqua circa materiam horarum canonicarum ſic,prout in eodem ſcriptum inuenio diffinire,quod ut commodius efficere valeam aſſumpſi,cap.dignum.ſitua tum ſub rub.de celeb.miſ.in clemen.In cuius proſecutione ſeruabo ordinem conſuetum,qui ex infra dicendis appare bit,& quia opus inſolitum,mihique ſummè difficile, aggredior materiam talem aſſumens,in qua video Docto. ſolenniores variare,idcirco proteſtando præmitto, quod ſi quid (quod abſit)in præſenti materia aliqua ſiniſtra ex lapſu linguæ,ſeu magis ex indigeſta ruditate proferam, ſtatutis ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ſeu determinationibus veris Doctorum quorumcunque obuiantia ex tunc,prout ex nunc omnia, & ſingula volo pro non dictis haberi , & ſubmitto me correctioni,& emendationi omnium peritorum huius iuris, & ſpecialiter dominorum meorum hic præſentialiter conſtitutorum,& confiteor me tenere quod approbant,& uon tenere quod reprobant, & hoc apparet in cunctis me reprehendi non poſſe,ut.24.q.1.hæc eſt fides.de ſum. Trin. damnamus. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Ordo certus in diuinis officijs ſeruandus.*
2 *Epiſcopus,nunquid poſſit habere certum officij ordinem in ſua diœceſi. Neceſſitas eſt duplex.*
3 *Ordo Romanus,an cæteris præferendus , vt hunc dicens excuſetur ab officio ſui diœceſani.*
4 *Papa nunquid poſſit diſpenſare in horis non dicendis.*
5 *Epiſcopi dicuntur Pontifices.*

NOta primò ex princi. c. †certum modum, & ordinem in diuinis officiis debere ſeruari,ut dicit Auguſ.in libro de ordine. Ordo eſt , quem ſi numeramus, vel limitamur in vita perueniemus ad vitā, quæ eſt Deus:ſi verò non tenuerimus,non perueniemus ad ipſum,vnde ſubdit,ordo eſt ſeruandus in dicendo, & in ſcribendo,& in inueniendo,& in iudicando , de hoc plenius p Archi.de conſec.diſt.2.in Chriſto,quod tamen intelligo de diuinis ſeptem horis canonicis,de quibus.ſupra eod.cap.1. 1
†No. 2. quòd epiſcopus poteſt habere certum modum in dicendis diuinis officiis,quinon eritillius,niſi qui in ſuā eccleſia cathedrali obſeruetur,argumē.12.diſtinct.quoniam ipſe eſt caput,& canonici,ut membra, de præſcrip. cum nō liceat.poſſunt inſtituere,diminuere,vel augmentare, ut infra dicetur.Oppo.primò circa primum notabile,quod non certum modum in dicendo certum officium, nec certum, quòd quis compellatur dicere,ſed quilibet remittitur conſcientiæ ſuæ,vt dicat quantum velit,quia uoluntarium militem diligit Chriſtus,non coactum.26.q.1.non eſt.Sol.duplex eſt neceſſitas,iuris & facti,argum.cap.ſciſcitatus.de reſcrip.quòd ergo tenetur ad horas & certo modo eſt neceſſitas iuris,contrarium de neceſſitate facti,& hoc infra in q. Oppo.2.contra ſecundum notabile,quòd non liceat obſeruare ordinem in officio diuino alium quam Romanum.12. diſtinc.c.1.& 2.de conſecra.diſtinc.4.vaſſallitas,& quòd Romæ fit,ſpectandum eſt.ff.de offic.præſid.l.ſed licet.& ſecundum quòd ipſa ſatisfacere debemus.ſupra de re iudi.in cauſis.ſed Romanus Pontifex conſtituit certum modum in horis dicendis per circulum anni, quem ſeruat. de conſecrat. diſtinc.5.in die.videtur quòd ille tenendus ſit & non epiſcoporum.†Solutio,licet mos Romanæ eccleſiæ in ſacramentis ſit ſeruandus,non tamen in officio,vt d.cap. in die. ut ibi not.uel aliter,licèt Romana eccleſia ſtatuit & obſeruat ordinem poſitum in d.cap.in die.non tamen aliis præcipit obſeruare,vt ibi.igitur permittitur vt quælibet eccleſia cathedralis ſibi modum competentem inueniat, quem obſeruare tenentur omnes clerici,niſi eis contrarium indulgeatur, ut hic.Ex iſtis dicit Stepha.hic ſolutam quæſtionem,de eo, qui tenetur ad officium ordinis ſui,vel ad aliud conſuetum in diœce. beneficii , quòd non excuſatur dicendo officium Romanæ Curiæ : ſecus ubi certa conſuetudo non apparet nec ordinario,quia tunc excuſaretur.11.diſt.quis neſciat.ff. de legi.l.de quibus.C.de iureiur.lib.6.& quòd not.infra. de conſuetu.quòd not. †Oppoſi.3.uidetur ꝙ Papa non poſſet diſpenſare in horis non dicendis, ſicut enim indiſtinctè quæ a iure diuino ſunt,ſed Papa contra ius diuinum diſpēſare,nō pōt.ſupra de deci.ex parte.1.& c.ſeq.Sol.pōt diſpenſare in tanto,ſed non in toto,ſecundum Guid.hic.ſed credo ꝙ poteſt diſpenſare in toto,quia ſunt iuris poſitiui,ut ſupra eod.titu.1.Nec obſt.dictum Pſalmiſtæ,ꝙ aliis legem in dicere non potuit,nec indixit,ſed de ipſo loquitur.† No. ꝙ epiſcopus dicitur Pontifex , & Papa ſummus Pontifex appellatur.23.diſt.in nomine Domini.expeditus de notabilibus uenio ad quæſtiones. 2 3 4 5

Primo,quid ſunt horæ canonicæ,& unde dicantur.

Secundò, qualiter & quomodo ſunt horæ canonicæ inuentæ.

Tertiò,qui tenentur dicere horas canonicas.

Quartò, quid & quantum pro horis canonicis ſit dicendum.

Quintò,an obligatus ad horas canonicas,eas dicens,meretur, & quid.

Sextò,an ſtrictus ad horas canonicas eas non dicens peccet mortaliter.

Septimò , an pro omiſſione cuiuslibet horæ peccet ſpecialiter, an pro omnibus ſimul tantum unum peccatum incurrat.

Octauò quæro,an clericus indeuotè legens horas vel aliquid ex eis omittens uel legendo eas non intelligens , peccet mortaliter,uel uenialiter.

Nonò,an habens plura beneficia teneatur pluries dicere horas canonicas,& ſi ſemel,cuius eccleſiæ conſuetudinem obſeruare debet.

Decimò,quæ pœna horas non dicenti in foro pœnitentiæ,uel contentioſo ſit imponenda.

Vndecimò,an ſufficiat dicere horas canonicas in mente ſine uerbali expreſsione.

Duodecimò,an ad horas canonicas obligatus etiam ad horas beatæ Virginis Mariæ, uel uigilias mortuorum ſit aſtrictus.

Quæſtio prima.

QUæro igitur primò, quid ſint horæ canonicæ,& unde dicantur? Dico,ſecundum Zenze.ſupra cap.1.quòd horæ canonicæ ſunt certa penſio diuino cultui ab his,qui in ſortem domini ſunt deputati,pro qua ſuſtentationem recipiunt de patrimonio Ieſu Chriſti,de præbend.cum ſecundum Apoſtolum.21.diſt.cleros. Sed diffinitio hæc non uidetur ſufficiens , quia ſolum uideatur beneficiatos compræhendere, & ideo Gui.diffinit aliter,& dicit quòd horæ canonicæ ſunt ſacrificium,ſeu hoſtiæ laudis , quas quis Deo de fructu labiorum ſuorum offert purè & deuotè , & per hoc uidetur ꝙ non ſufficit eas in mente dicere ſine uerbali expreſsione, de qua infra,in quæſtione, 11. Item dicit,ſuorum,ex quo patet ꝙ non poſſunt dici per alium ſubſtitutum,prout Petr. & Abba.dicebant. Item dicitur,purè, quia ibi non debeat

eſſe

Source : BIU Cujas

esse fabulationes, & illicita colloquia corrumpunt mores bonos, & maledictus homo qui facit opus Dei desidiosè, iuxta illud,

Qui canonem resecat & verba Dauidica curtat.
Nil magis inde ferret, quàm sua lingua taceret.

De reg iur. qui ex timore. nam qui præceptum aliter facit quàm debet, iam non facit. Et dicuntur horæ ab oro oras orat, secundum Guliel. & Zenzeli, quia orando & contemplando debent dici. Et dicuntur canonicæ, quia a canone sunt inductæ, vt supra eod. cap. 1. & cap. dolentes. Et dicuntur vigiliæ, quia cum summa vigilia & intentione, & uigilãdo debent dici. 92. distinc. ca. 1. & 2. quia tempore orationis toto corde vigilare debemus, & Deo pectus pandere. de consecr. dist. 1. cap. 3.

Secunda quæstio.

Secundò quæro, quomodo & qualiter sunt horæ canonicæ inuentæ? Dico quòd quælibet septem horarum multas habet rationes, & priuilegia multorum insignium factorum, quibus est insignita, quæ latè prosequitur Archid. de qualibet istarum, 91. distinc. in palea, pater. & continetur in his versibus subsequentibus.

In matutino damnatur tempore Christus.
Quando surrexit prima canit ordo fidelis,
Tertia cum canitur, tunc est cruciamina passus.
Sexta sunt tenebræ per mundi climata factæ,
Emissus nona diuinus spiritus hora,
Vespere clauduntur Christi sacra membra sepulchro.
Christo bissena custodia ponitur hora.

Et hos versus ponit Ioan. Andr. supra eodem, capitulo 1. in nouella.

Tertia quæstio.

Tertiò quæro, qui tenetur dicere horas canonicas? & dico, quòd quilibet in sacris ordinibus constitutus, vt supra eod. cap. j. vbi exponitur præsbyter. 1. diaconus, subdiaconus, & sacerdos. Secundò clericus in minoribus & beneficiatus, quantumcunque simplex beneficium habet, tenetur ad eas duplici ratione. Primò ratione præcepti. supra cap. dolentes. de cle. coniug. cap. 3. Secundò ratione iustitiæ tenetur, quia idcirco a laicis dati sunt redditus clericis, ut ipsi in officio earum vices sup p eant, vt dicit Paul. supra cap. proxi. aliàs faceret proximo iniuriam, cui pro temporalibus non refunderet spiritualia, cum detur beneficium propter officium, de rescri. quia per ambitiosam. lib. 6. Ex his ergo rationibus tenetur etiam si non sufficientem sustentationem habeat a beneficio Ratio est, secundum Hostien. quia sicut vir tenetur administrare necessaria vxori etiam si vxor reddere debitum non possit. 32. q. 7. quod proposuisti. sic & talis clericus licèt a spõsa sua speciale debitum sustentationis non recipiat, tenetur eam facere officiare, & dicat cum Apostolo ad Philippẽ. 4. Scio saturare, & scio abundare & penuriam pati, &c. Et dico, licet sit etiam in mortali peccato constitutus, excommunicatus, suspensus, interdictus, vel depositus eas legere debet, quia delinquens non est melioris cõditionis quàm alii, arg. de præben. quamuis. Nec debet quis de malitia commodũ reportare. 16. q. 1. legi. de rescrip. sedes. quia nemo de improbitate sua debet vtilitatem consequi. ff. de furt. vtique. §. si nemo. Item quia ad hoc tenentur tales ex debito per excõmunicationem, & alias pœnas, non liberatur. de iudi. intelleximus. de sentent. excommuni. Dicent autem eas priuatim, & secretè ad instar laici extra ecclesiam non officiando ecclesiam, vel cantando, ita ut a nemine audiantur, secundum Hostien. & Goffre. in summis suis. ad hoc tenet glo. supra super clemen. 1.

Quarta quæstio.

Quartò quæro, quid & quantum pro horis canonicis sit dicẽdũ? Dic vt supra dixi, quòd quilibet sæcularis tantum tenetur pro horis suis dicere, quãtũ ecclesia sua cathedralis instituit dicẽdũ. hoc tenet glo. al. leg. si quis aliter in contemptum faceret tã quam transgressor constitutionis, seu consuetudinis eiusdẽ ecclesiæ iudicari poterit & puniri, & ꝑ consequens, ut transgressor legis. 11. distinc. in his. Si autem non est aliquis certus modus dicendi ex consuetudine in ecclesia cathedrali, ille erit assumendus ab ecclesia Metropolitana. & sic intelligantur iura, de consecr. distinc. 2. institutio. Sed si transferetur regularis ad ecclesiam sæcularem, tunc reget se non secundum officium monachale, sed sæculare, hoc tenet Io. And. c. 1. supra de vita & honest. cler. super vltima gloss. ubi distinguit ꝙ duo sunt in monacho substantialia, & nõ sunt substantialia. Substantialia sunt tria. 1. obedientia, a qua absoluitur promotus in episcopum, & ad beneficium aliud abbati non subiectum, castitas & abdicatio proprietatis, ad hoc tenetur & ea quæ acquirit ecclesiæ suæ. Sed ad alia non substantialia, puta officiũ non tenetur obseruare, ut ordo suus, sed ut ecclesia ad quam promouetur habitum monachalem ferendo, vt ibi. De esu autem carnium sunt opiniones, & tenet Io. And. in 5. glo. & nihil approbat.

Quinta quæstio.

Quinto quęro, An astrictus ad horas canonicas meretur, & quid? Dico breuiter, si fuerit in gratia meretur augmentum gloriæ & diminutionem pęnę, sicut faciens alia bona opera. de pœni. distin. 3. si quis autem. 23. quæst. 2. legatur. & oratio, sicut quilibet alius actus virtutis, habet effectus efficaciam merendi inquantum procedit ex radice charitatis, cuius proprium obiectum est bonum æternum, cuius fruitionem meretur. immo plus dico, quòd ordinatus dicens horas canonicas plus meretur quàm alius eas dicens, qui ad eas non est obligatus. Primò propter votum in susceptione ordinũ sacrorum de horis dicendis per ipsum saltem tacitè factum. Secundò propter bonum obedientiæ quòd in horis dicendis seruat, cum bonum obedientiæ sit magis meritorium quã aliquod bonum opus. 31. dist. si qui sunt. & obedientia melior est quàm victima. Ioan. 22. vbi dicitur, religio quidem permutatur, si a meritoria obedientia subditus subtrahatur. Magna quidem paupertas, sed maior integritas: horum autem obedientia maxima, si custoditur illæsa. Prima nãq; rebus. Secunda carni. Tertia verò mẽti donatur & animo. Si autem non est in gratia legens horas, tunc non meretur augmentum gloriæ, sed alia plura sicut alia bona opera, q̃ extra fiunt, extra charitatem faciens. Primò valet sibi ad minus supplicium. Secundò ad bonum temporale. Tertiò vt citius cor eius ad veram pęnitentiam illustretur. & hoc no. de pœn. & remis. quod quidem. Hosti. addit duo, quòd diabolus non habet in tali homine tantam potestatem, quantam habebat si talia non faceret. de hoc Grego. ponit exemplum in dialogo de Iudæo, qui signauit se signaculo sanctæ Crucis. Item valet ad assuefactionem bonorum & habitationem, & hoc verum de illis bonis operibus, quæ sunt extra charitatem ad gloriam & honorem Dei. Secus autem esset, si propter gloriam humanam, vt si quis daret eleemosynam propter uanam gloriam, tunc non mercedem, sed pœnam meretur. de hoc no. de pęn. dist. 4. si quis.

Sexta quæstio.

Sextò quæro, An astrictus ad horas canonicas eas non dicens peccet mortaliter? Dico breuiter quòd sic, quia vtriq; ex supradictis horæ sunt de præcepto ecclesiæ, sed non faciens secundum præceptũ ecclesiæ peccat mortaliter. 4. dist. denique. de maio. & obe. cap. 2. Item eas non dicens propter hoc debet excommuni cari. supra c. proxi. 91. dist. cleros. vel suspendi, vt supra c. dolentes. Sed excommunicatio vel suspensio non fertur nisi pro mortali. 11. quæst. 3. nemo ergo sequitur quòd mortaliter peccat, & hoc quando scienter omittit. Vbi enim non ex industria, sed obliuione omittit, vt in casibus quibus excusatur ab eis dicendis, vt quia propter infirmitatem vel defectum visus, vel paupertatem, quia libro caret, non peccat mortaliter. Si verò obliuio causatur ex legitima occupatione, dicunt quidam etiam Theologi, nullum esse peccatum, sed quando reuocat ad memoriam tenetur supplere quod omisit idem dicendo, ita no. Archi. 21. distinc. clericus. Ex istis duabus quæstionibus sequitur talis conclusio, quòd obligatus ad horas canonicas eas dicendo meretur, & omittẽdo peccat mortaliter. Sed contra, nam videtur quòd legens ex præcepto non meretur, quia id quod præcipitur necessariò adimpletur, sed ex eo ꝙ quis necessario facit, & inuitus non meretur. 15. quæst. 1. non est. Item quòd non magis meretur quàm voluntariè dicens, probatur sic: nam talia sunt in nostris officiis gratiosa, quæ liceret non impendere, ea tamen causa dilectionis impendimus. 18. q. 1. iam nunc. ideo videtur ꝙ non magis meretur quàm alius. Sol. potest dari, vt supra in primo contrario, vel si dico ꝙ triplex est necessitas. Quædam enim est necessitas coactionis, & ista contrariatur voluntati. de spon. cum locum. & illa necessitas diminuit de laude actus virtuosi, quia voluntarium militem diligit Deus, &c. 15. quæst. 1. non est. & de illa necessitate loquũtur contraria. Est & alia necessitas in interiori inclinatione procedens, vt est videre in habituatis & actib. virtuosis, qui quidem ex quadam inclinatione propter consuetudinem se necessitant bene agere, ut est uidere maximè in beatis scilicet, & ista necessitas non minuit de laude actus uirtuosi, sed magis auget. Est etiam alia necessitas ex fine, ut si uolo transfretare, habeo necesse nauem, & ista non minuit de laude, nec de merito actus uirtuosi: immo quanto nobilior est finis, tanto nobilior est actus, unde baatus Augustin. Felix necessitas, quæ ad meliora compellit, & sic est in proposito, & ita not. Stepha. in prædicta decisione, si dominium.

Septima

Source : BIU Cujas

Septima quæstio.

Septimò quæro, An pro omissione cuiuslibet horæ peccet specialiter, an pro omnibus simul tantum unum peccatum incurrat, cum omnes horæ fiunt simul sub præcepto eodem, cum totum unius diei officium sit unum totum integrum exclusis partibus. Ideo ex quo uno præcepto præcipitur trāsgressor, nam transgreditur si unum præceptum, & ideo tātum unum peccatum committit: sed tanto grauius peccat, quāto plures eius partes omittit. Sed si pluribus diebus omittit, pluries peccat mortaliter. ita no. ipse Archi. 91. dist. cap. 1. & de isto, an quis cōmittat unū peccatum, vel plura ex eodē delicto, no. Doc. in c. j. de pœn.

Octaua quæstio.

Octauò quæro, An clericus indeuotè horas legens, vel aliquid ex eis omittens, vel legendo eas non intelligens, peccet mortaliter uel uenialiter? Dico, secundum Guil. qui ex proposito uoluntariè, aut malitiosè, aut neligenter, indeuote horas dicit, vel aliquid ex eis omittit, vel ad hoc operam dat, puta ponendo se inter fabulas, is mortaliter peccat, secundum Paul. & Guil. supra c. proxi. & ad hoc facit regula, qui ex timore. vbi patet, q̄ qui præceptum aliter facit, quàm debet, iam non facit. Si autem est negligentia leuis, uel leuissima, quæ nō prouenit ex proposito, sed præter uoluntatem ad cogitandum de aliis rapitur fortè de cōtemplatione, vel nimio somno, talis peccat uenialiter. 25. dist. §. alia. secundum Inno. Hosti. & Io. And. in c. 1. supra eo. tit. Et est ratio, secundum eum, cum cor hominis sit mobilius omni mobili, non est a Deo factus homo q̄ tales cogitationes posset euitare, quia nō requiritur, secundum Theologos, q̄ attentus semper permaneat in orationem propter actus essentiā. Vnde Psal. 22. Cor meum dereliquit me. satis est, q̄ maneat per uirtutem, q̄ est quando quis accedit ad legendum horas cum bona intentione. & si in prosecutione mens ad alia rapitur, semper tamen in prima intentione perdurare intelligitur, argu supra de bap. maiores. §. item quæritur. & hoc est uerum nisi esset tanta diuulgatio, q̄ omnis attentio depereat, & tunc habet locū quod dicit Cypria. in lib. de oratione Dominica. Quomodo postulas te audiri, cum teipsum non audias. & auctoritas, populus hic labiis me honorat, cor autem, &c. Matth. 15. Si autem legētem horas canonicas necessitas uel euidens utilitas, quæ dilationem non capit, cogat de aliis cogitare, tunc non peccat si non intelligit, dummodo cor suum ad Deum habeat & ei psallat. Sed clerico aliquid omittente ex horis, vt puta Psalmum, vel huiusmodi, vel syncopas faciente, dico secundum Guil. dicēdum, q̄ talis cantat in choro cum aliis, aut dicit horas solitarius. si cum aliis aliquid omittit, isto casu non iterabit totus chorus propter hoc illud omissum propter scandalum: non n. tanta est omissio unius psalmi, quàm q̄ sit propter hoc scandalizatus. de rescri. nihil. & ipse solus cum silentio ipsum dicat. debet tamē suam negligentiam confiteri tanquàm de veniali, non de mortali. & ideo dicit Host. in ca. dolentes. supra eo. q̄ bonū est, & utile clericis, q̄ saltem cum generali confessione, quæ quotidie fit in horis dicendis, uel in missa, exprimatur peccatum omissionis. Si autem chorus totum psalmum omisisset, putat Ioā. And. q̄ dicendus esset, nisi scandalum imineret. Si autem dicebat horas solus, tunc si facit ex negligentia leui, de qua supra. tunc nō tenetur reiterare. Si autem ex affectata, seu accurrata, tunc tenetur reiterare, & pœnitentiā pro omissione agere, secundum Guil. supra c. proxi. & dicit Inn. supra cap. dolentes, q̄ si aliquis sine malitia non interfuit in prin. vel si nequeat interesse, nō oportet q̄ a capite incipiat. Si autem magnam partem, ut nocturnum uel laudes omittit, bene facit, si illud dicit, secundum Inn. & hoc tutius, secundum Io. And. vel dico q̄ dicere horas canonicas, hoc est sub præcepto, non dicit quare dī, in d. c. dolentes. inquantum Deus dederit, quasi diceret durū esse hoc ponere sub breui præcepto. relinquemus. n. gratiæ Dei, secundum Ioā. And. Et hęc opi. fuit benigna, & placet Hostiē. quia non dēt ēt alicui ponere laqueum. 28. q. 1. de uiduis. nec aliquibus oneribus importabilib. alligare, quæ ipsa nolit portare. 27. q. 7. alle. Io. & Guil. Deus semper pronus est dare deuotionem & gratiam. si homo eam recipere est paratus & non recusat. Opp. q̄ indifferenter debet dici deuotè, ex præcepto. n. deuotè debent dici & non syncopatè. supra eo. dolentes & supra c. proxi. Sed contra præceptum faciens peccat mortaliter. 24. q. 1. q̄ præcipitur. Item indeuotè legens, uel aliquid ommittens pōt pp hoc excōicari, sed excōicatio non infertur nisi pro mortali. 11. q. 3. nemo. Item dī Psal. 43. Maledictus hō, qui facit opus Dñi desidiosè. Item secundum Greg. Deus illam orationem non audit, cui orans non attendit. unde dicit Saluator, Matth. 15. Hic populus labiis me honorat, cor autem &c. ergo uidetur quòd mortaliter peccat indeuotè dicens. Sol. ista omnia loquūtur de incurata & malitiosa negligentia in deuotione.

Nona quæstio.

Nonò quæro, An habens plura beneficia teneat pluries dicere horas canonicas; & si semel, cuius ecclesiæ consuetudinem obseruare debet? & licèt multæ rationes possent adduci, q̄ pluries teneatur dicere, cum generalis & ubique tanta consuetudo est in cōtrarium, Ideo dico secundum Tho. in quibusdam quæstionibus quodlibeti. q̄ sufficit q̄ eas semel deuotè dicat, & debet dicere officium illius ecclesiæ, in qua habet maiorem gradum, puta si in uno est decanus, in alia simplex canonicus, debet dicere officium dignioris ecclesiæ, quam uis fortè in alia habeat præbendam pinguiorem, quia spiritualia sunt temporalib. digniora. de transla. præla. inter. de maior. & obed. illud. Si vero ambæ ecclesiæ sint æqualis dignitatis, potest sibi eligere quodcunque officium voluerit, & hoc si fuerit ab utraque ecclesia absens. Ex hoc infero conclusionem quartam, q̄ sufficit obligatum, ad horas canonicas, eas semel de die dicere, licet sit pluralis in beneficiis.

Opp. contra hanc conclusionē, primò sic, onus debet cor respondere emolumento. 12. q. 2. charitatē. ille igitur habens emolumentum in duabus ecclesijs debet onus ferre vtrunque, scilicet vtriusque ecclesiæ officium dicat. de reg. iur. qui sentit. vbi de hoc. lib. 6. & ff. eo. tit. l. fm naturam. Item cuilibet ecclesiæ obligat, vbi capit beneficiū, de præben. signātū. sed obligationē debet sequi solutio. de sol. per totū. Itē dicit lex, non est ferendus qui lucrum amplectitur, onus aūt recusat. ff. de cadu. tol. l. vna. §. pro secundo. & qui sunt socij consolationum, debēt esse socij passionum: ergo vī si accipit duplex lucrū, debeat hīre duplex onus. s. legēdo duplex officiū. Item beneficiū datur propter officium. de rescrip. quia per ambitiosam. lib. 6. sed hēt iste duplex beneficiū, ergo &c. vnde dicebat Hugo de sancto Victore, Accipe beneficium, redde seruitium, fuge suppliciū. Sol. dico, quilibet beneficiatus ratione beneficij obligat ad duo. primo dico vt ei debitas p beneficijs suis actiones exsoluat. 16. q. j. reuertimini. circa fi. s. horas canonicas legendo, sed non refert quo ad Deum, quibus psalmis, & hymnis, eū laudet, nisi ad hæc, q̄ homo debet sequi traditiones maiorum, & quia laudes dat Deo, ut unus homo sufficit q̄ unum officiū deuote dicat, vt dixi. & hoc per se facere debet. Secūdo tenetur ecclesiæ, de qua sumptus accepit, ut debitum onus fm statuta & consuetudinē ipsius. de præben. significatum. ut puta, tot missas in septimana, uel quid simile. & tale debet seruare, fm q̄ statuitur in ecclesia per se, uel per alium. Et si habet plura beneficia simplicia de consuetudine, de quo de rescrip. gratia. lib. 6. & eo. tit. cle. gratiæ. vbi de hoc, tunc sicut pōt consuetudo ita disponere, vt habeat plura, ut in d. iuribus. sic ēt potest disponere, ut legat tm̄ unum officium & non plura: quia sicut potest disponere de principali, sic de accessorio. facit regula, accessoriū. Si aūt habet plura curata de dispensatione Papæ, tunc papa dispensando super pluralitate beneficiorum cēsetur dispensare super pluralitate officiorum. ad hoc facit qd̄ no. gl. de præben. non potest. lib. 6. super uerbo, retinere. quia sicut dispensando, q̄ potest plura retinere, censetur dispensare, q̄ non tenet in utroque residere, sed saltem in una tantum. sic etiam uidetur dispensare, q̄ non tenetur in utroque utriusque officium dicere, sed tantum unius.

Decima quæstio.

Decimò quęro, Quæ pęna horas non dicenti in foro pęnitētiæ uel cōtētioso sit imponēda. Dico, secundū Tho. in quodlibeto suo, de omissione horarum canonicarum, imponenda est pœna arbitraria, quia pœnitentiæ sunt arbitrariæ. supra de pœnit. & remis. Deus qui. & c. quæsitum. de pœn. dist. 1, mensuram. & hoc adprobat consuetudo. Dico tamen, secundum Inn. & Guil. & Io. And. supra proxi. q̄ satis conueniens est, q̄ discretus confessor iniungat eas pœnitentias, & resumat eas, ut puniatur in quo deliquit, & hoc si eas ex proposito, uel negligentia omisit. Si autem aliam iniungit absolutus est, q̄a pœnitentiæ sunt arbitrariæ, ut dixi. & hoc verum, si commodè resumere potest. Si verò commodè resumere non pōt, tunc confessor melius facit, q̄ sibi aliam pœnitentiam iniūgat, q̄ dicat septem psalmos, vel psalterium unum, secundū qualitatem delicti, quia alias ipsas horas diceret. Et melius est dicere septem psalmos pœnitentiales cum cordis puritate, quam psalterium cum anxietate, ut est tex. in c. non mediocriter. de consec. dist. 5. Item si deberet omnes horas resumere, sequeretur absurditas q̄ tempore paschali diceret officium Dominicæ passionis, vel econuerso, q̄ esse non debet, secundum Tho. De secunda parte quæstionis, quę pęnitentia in foro contentioso sit imponenda, dico q̄ propter hoc potest suspendi, ut supra c. dolentes, etiam potest excōicari. supra c. proni. & beneficio priuari. 91. dist. clericus. Et

ratio

Source : BIU Cujas

ratio, quia beneficium datur propter officium, & facit a cõtrario, de rescrip. c. vlti. lib. 6. qui ergo non facit officium, non debet habere beneficium. facit de præbẽ. cum ſm. Et ex hoc vẽ, ꝙ iudex põt ſucceſſiue ad maiorem procedere, ita ꝙ primo ſuſpendat, ſecũdo excommunicet, & demum beneficio priuat, vel aliàs puniat. de hoc de offic. deleg. c. ij. lib. 6. vbi de hoc & ſupra de reg. iur. in pœnis. & d. c. fi. Ex iſtis patet concluſio vna, licet pœnę omittentium horas canonicas in foro contentioſo ſint a iure diffinitæ, tñ in foro penitentiæ ſunt arbitrariæ, ſed ꝙ teneatur eas reſumere: quia qui tenetur ad aliquod debitum implendum, non poteſt liberari niſi illud debitum ſoluat, de iureiur. clericus. ergo qui tenetur ad hoc debitum. ſ. ad horas canonicas. 45. diſt. omnis. videtur quòd nõ poteſt abſolui, niſi hoc debitum ſoluat. Item debet quis puniri, in quo deliquit. de tempo. ord. literas, de transla. præla. quanto. de offic. leg. cum olim. ſed hoc non fieret ſi omiſſa non reſumeret, ergo uidetur quòd debet eas reſumere. Ad primum dico, quod uerum, niſi ſuperior, qui poteſt ſibi hoc debitum, in alia commutaret, quia opera pietatis. ſup. de uoto & voti redempt. c. 1. 80. diſt. præsbyter. de pœn. diſt. 1. medicina. quia tempore tanto prẽterito, iam eſt impotens illud ſoluere debito tẽpore: quia ergo hoc non poteſt facere, iniũgenda eſt ei alia pęnitentia, vel dico quòd contraria quæ loquuntur in foro pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.

Vndecima quæſtio.

Vndecimo quæro, An ſufficiat dicere horas canonicas in mente ſine uerbali expreſſione: Dico ꝙ non, ſm Tho. in 2. 2. q. 83. Communis oratio, quæ fit per miniſtros eccleſiæ, vt in propoſito, illa fit in perſona totius populi fidelis. Et ideo oportet ꝙ talis oratio, innoteſcat toti populo, in quo offertur, ꝙ non poſſet fieri niſi eſſet vocalis, & ideo fuit inſtitutum ꝙ miniſtri alta voce pronuncient. ſed oratio, quæ ſingulariter offertur a ſingulari perſona ſine pro ſe, ſiue pro alio, non eſt de neceſſitate vocalis, ita etiam no. gl. inf. tit. 2. c. 5. quæ ſubdit poſt Tho. ꝙ vox adiũgitur etiam orationi ſingulari propter tria. Primò ad excitãdum interiorem deuotionẽ, qua mens orantis eleuetur in Deũ, quia per exteriora, ſiue vocum, ſiue etiam aliorum factorum, mouetur mens hominis, & ſecundum appræhenſionem. vnde Aug. dicit ad probãdum, quòd uerbis & aliis ſignis ad agendum ſanctum deſiderium nos ipſos acrius excitat, non ex ſingulari oratione tm̃ eſt uocibus huiuſmodi, & ſignis utendum, quantum proficit ad excitandum interius mentem. Si uero mens per hoc diſtrahatur, vel qualitercunque impediatur, eſt a talibus ceſſandum, quod præcipue contingit in illis, quorum mens ſine huiuſmodi ſignis eſt ſufficienter ad deuotionem parata. Pſalmiſta dicebat, Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea. & de Anna legitur. 1. Reg. c. 1. quòd loquebatur in corde ſuo. Secundo adiungitur vocalis oratio, quaſi ad redditionem debiti, vt ſi homo Deo ſeruiat ſecundum totum illud quod ex eo habet. i. non ſolum in mẽte, ſed etiam corpore, quòd prẽcipue conuenit orationi, quòd eſt ſatisfactoria. unde Oſee vlt. Domine aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Tertio adiungitur ex quadam redundantia animæ in corpus, & ex vehementi affectione, ſecundum illud Pſal. Lætatum eſt cor meum, & exultabit lingua mea. Sed opp quòd non debeant eſſe vocales, quia ſoli Deo porriguntur: nam Deus cordis locutionem cognoſcit, ergo uox fruſtra adiungitur. facit. 38. diſt. ſedulo. Sol. non proferũtur ad hoc quòd ignotum Deo manifeſtetur, ſed ad hoc ut mens orantis, uel aliorum excitetur in Deum. Opp. 2. oratio debet offerri Deo in omnibus, ſecundum illud Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra cubiculum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcõdito. ſed per vocem oratio publicatur, ergo &c. Sol. dico, quòd ſicut Chryſoſtomus dicit ſuper Matthæ. eo propoſito dominus vetat in conuentu orare, ut a conuentu uideatur. unde orans nihil nouum facere debet quòd aſpiciant homines, uel clamando, uel pectus percutiendo, uel manus expandendo: nec tamen, ut dicit Aug. in lib. de ſermone domini in mõte, uideri ab hominibus nephas eſt, ſed ideo age ne ab hominibus videaris.

Duodecima quæſtio.

Duodecimò & vitimo quæro, An ad horas canonicas obligatus, etiam ad horas beatæ Marię Virginis, uel uigilias mortuorum ſit aſtrictus: Dico breuiter quod non: probatur per c. j. & 91. diſt. & alia iura. ſup. inducta, in quibus patet, quod ſolæ horæ canonicæ ſunt ſub p̃cepto, & nihil aliud. Et ergo ex quo a iure nihil aliud imponitur videntur illa ſufficere quo ad neceſſitatem. Et ſi aliqui uolunt Deo grates impendere, hoc non debet aliis nocere, arg. 5. q. 2. c. 1. ſm Guil. dico tamen, quòd licet quis non tenẽ ad eas de iure ſcripto, poteſt tamen ad eas teneri de conſuetudine. vnde dicit Guil. quod ſi ſeruitores alicuius eccleſiæ communiter conſueuerunt eas dicere pro horis, & loco horarum, tunc ad hoc quilibet de eccleſia tenetur ad eas. arg. ſup. de cenſi. ex parte. & ratio, quia turpis eſt pars, quæ ſuo nõ congruit vniuerſo, & qui ſe non conformat iuribus aliorũ, talis deſidioſus & intemperatus eſt. 61. diſt. c. fi. & negligẽter illud officium agens æque punitur, ſicut omnino omittens. 91. diſt. c. clericus. dicit tamen Guil. hoc eſſe uerum in reſidẽtibus & officiantib. eccleſiã, ſecus aũt in illis qui cã ſtudij vel alia cã rõnabili hẽt extrauagari. hoc tenet Guil. ſup. c. proxi. & etiam Matth. Sed circa illud ultimum credo dicendũ, aut enim horæ beatæ Virginis, uel ſuffragia defunctorum dicuntur ordinarie ad officium eccleſiæ pertinentia ex conſuetudine, uel ſtatuto, tunc etiam abſentes ad eas tenentur, ex quo ſecundum ordinationem tenetur ſuæ eccleſiæ uel conſuetudinem horas canonicas dicere, ut ſup. dixi circa. 2. q. Si autẽ dicantur extraordinarie in eccleſijs propter aliquã cauſam emergentem, puta ad petitionem alicuius perſonæ, quæ forte diſtributiones ad hoc dare uult, uel alio modo, tunc clericus abſens cauſa ſtudij, uel alia rationabili cauſa, nõ tenetur ad ipſas, cum non ſint in tali caſu de officio eccleſiæ. Itẽ quia minus recipit quam reſidens, cum tantũ præſentes recipiant quotidianas diſtributiones. de cle. non reſiden. c. vno. lib. 6. ergo etiam minus tenetur. Hanc diſtinctionem ponit Tho. in ſuo quodlibeto de ſuffragijs defunctorum. Ex quibus cõcludo quod de iure communi, nec beneficiatus, nec in ſacris cõſtitutus ad aliquas horas peculiares, uel uigilias mortuorũ obligatur. Et ſic eſt finis. Laus, & gloria Deo ſit per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

TRACTATVS.

Deuotiſsimus ac pius de horis canonicis religioſiſsimi viri Domini Alberti de Ferrarijs Placentini.

PREAFATIVNCVLA.

MAteriam horarum, quas canonicas appellamus, ſub breui ſtilo diuina opitulante gratia tractandam aſſumpſi ego Albertus de Ferrarijs de Placẽtia, iuris utriuſque Doc. quamuis indignus, dictaque Doctorum in hac materia ſcribentium in unum redigere curaui, & quæ collecta erant in hoc opuſculo inſerui, & materiã ampliaui: eam ſub claris uocabulis cũ allegationibus iuris ponẽdo, ad hoc ut unuſquiſque quomõdo & qualiter in horis dicẽdis ſe habere debeat inſtrui poſſit: nec exiſtimet quiſquã quòd docendi officium propter hoc aſſumere uelim, ſed potius diſcipulum, a quocunque inſtruendum me conſtituo, proteſtans quòd cum hæc materia diuina ſit, non intendo in ea aliud uelle ſentire, niſi id quod ſancta mater eccleſia ſentit. Igitur in Chriſti nomine ad ipſam materiã propitius condeſcendendo, eam pro faciliori expeditione & intellectu expediam per quæſtiones, capiendo tex. c. 1. ſub rub. de celebra. miſ. & ali. diui. offic. ſituatã in decre. & quem tex. reperi a nonnullis commentatum, ſed ego latius ipſum commentabo, ut dixi, taliter, ut inf. patebit.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyter ad opus rurale, uel aliud quoduis iturus, an poſſit mane omnes horas inſimul dicere.*
2 *Horæ canonicæ, quæ dicantur propriè.*
3 *Contractus, qualis oriatur inter conferentem & recipientem beneficium.*
Obligatio omnis tollitur per ſolutionem eius, quod debetur.
4 *Horæ unde dicantur uel deriuentur, & quare canonicæ dicantur.*
Canon idem quod regula dicitur, unde horæ canonicæ uocantur.
5 *Horæ canonicæ, quot ſint in numero dicendæ.*
6 *Horæ canonicæ, quare ſeptennario numero fuerint inſtitutæ.*
Paſſio Chriſti ſeptem verſibus declarata.
7 *Horæ canonicæ, qua ſint hora perſoluendæ.*
8 *Horas canonicas, qui dicere teneantur.*
Beneficium datur propter officium.
9 *Diſpenſatio non ualet, ut quis ad horas dicendas non teneatur.*
10 *Clericus in minoribus beneficium adeo tenue habens, quòd ex eo uiuere non poteſt, an teneatur ad horas dicendas.*
11 *Clericus abſens a beneficio ex cauſa rationabili, an poſſit ab horis dicendis excuſari.*
Clericus infirmus, an excuſetur ab horis dicendis.

Chorum

12 Chorum intrare, quibus liceat, quandò diuina celebrantur.
Familiares alicuius domini eodem gaudent priuilegio, quo dominus.
13 Consuetudo in materia fauorabili extensionem recipere potest.
14 Laici non debent chorum intrare officij diuini tempore.
15 Clericus excommunicatus uel suspensus, an teneatur ad horas dicendas.
16 Debitor excommunicatus non per hoc liberatur, quo minus suo creditori teneatur soluere.
Clericus excommunicatus, suspensus uel depositus ad horas dicendas tenetur.
17 Clericus solas horas dicens, dominus vobiscum, dicere non debet.
18 Clericus, quando licitè possit horas suas simul dicere.
19 Angelus, quare eremitæ vuas acerbas, quandoque marcidas, & quandoque bonas deferebat.
20 Clericus scholaris, an possit ratione studij horas suas simul persoluere.
21 Studio inhærere literarum, opus est ualde meritorium.
22 Præsbyter, qua intentione possit operas suas locare.
23 Præsbyter, quando missam celebrare possit, non dicto matutinali officio.
24 Celebrare bis in die, quibus casibus præsbytero liceat.
25 Præsbyter non potest esse, qui uinum nescit bibere.
26 Missa non est de horis canonicis, sed bene uenit officij applicatione.
27 Beneficiatus cogi potest ad psallendum cum alijs in ecclesia.
28 Beneficiati in ecclesia officiare debent in ea.
Beneficium, quo animo conferri soleat.
29 Moniales, an possint alta uoce diuina officia celebrare.
30 Beneficia plura tenens, an pro quolibet debeat horas canonicas dicere.
31 Lucrum beneficij amplectens, onere recusato non debet tolerari.
32 Beneficia plura tenuissima, quis tenere potest ex dispensatione.
33 Clericus simpliciter beneficiatus testari potest.
34 Debitor diuersis creditoribus obligatus cuilibet in decem, soluendo vni sua decem, non liberatur ab alijs.
35 Beneficiatus in duabus ecclesijs, in quibus fiunt diuersa officia, cuius officium dicere debeat.
36 Clerici in officio his, cum quibus morantur, se confirmare debent.
37 Clericus indeuotè horas dicens, quando & qualiter peccare censeatur.
38 Orans qualiter se exaudiri credat, cum seipsum non exaudiat.
Officium diuinum tractim & cum decenti pausa est dicendum.
39 Clericus ante finem officij ab ecclesia recedens, an sit quotidianis distributionibus priuandus.
40 Clericus usque ad finem officij non perseuerans, non cẽsetur debitum persoluisse.
41 Clericus aliquid omittens dicendo officium, an teneatur a capite reincipere.
Maledictus est, qui opus Dei negligenter facit.
42 Negligentia in officio dicendo interueniens quando sit peccatum.
43 Clericus in officio non intelligens, quæ legit, an censeatnr peccare.
44 Clericus imperitus & ignorans, an possit deponi.
45 Affectus solus est, quem in homine respicit Deus.
Aetas nulla ad discendum sera.
46 Clericis etiam omnino imperitis prouideri debet, ne in opprobrium cleri mendicare cogantur.
47 Clericus ob defectum breuiarij horas omittens, an sit excusatus dicendo alia suffragia.
Mora sua cuilibet est nociua.
48 Creditori inuito non potest solui aliud pro alio.
Promissio tollitur per solutionem eius, quod promissum est.
49 Clericus, qui non habens breuiarium non potuit dicere officium, habita opportunitate debet illud omissum repetere.
50 Prælaturas & beneficia tenentes, tenentur ad horas canonicas deuote dicendas.
Priuilegium spoliati est latissimum.
51 Sacerdotes quidam sunt breuiarium dedignantes.
52 Clericus ad horas canonicas obligatus, an teneatur ad horas beatæ Virginis & uigilias mortuorum.
Casus omissus pro omisso est habendus.
Pars censetur turpis, quæ suo toti non conuenit.
53 Clericus omittens officium beatæ Virginis, uel vigilias pro defunctis, an dicatur peccare.
Consuetudinis transgressor, an sit puniendus.
54 Horæ canonicæ, in quo loci dici debeant.
55 Beneficiatus tenetur cum alijs horas suas in choro, & non seorsum, aut de per se dicere.
Bonum commune est singulari, seu priuato præferendum.
56 Horas dicere, an liceat audiendo missam.
Christus & non homo loquitur in Euangelio.
57 Genus humanum salutem recipit per Christum, neque enim aliud nomen datum est, &c.
Cantus est de necessitate in ecclesia.
58 Medicus & iudex de imperitia sunt puniendi.
59 Beneficiatus ignorans ea quæ ad suum spectant officium, an sana conscientia percipiat fructus beneficii.
Choreæ & similes insolentiæ in cimiteriis aut ecclesijs fieri non debent.
60 Clerico an sufficiat horas mentaliter dicere absque verborum expressione.
Oratio in ecclesia uocalis, sonora, publica esse debet & populo nota.
61 Vox triplici de causa est orationi adiicienda.
62 Horæ an indistinctè ab omnibus dici debeant publicè.
Monachus ad ecclesiam secularem promotus, debet se ecclesiæ conformare in officio.
63 Horæ secundum quem ritum sint dicendæ.
Clericus consuetudinem eccleſiæ suæ in horis dicendis debet seruare.
64 Beneficiatus existens extra diocesim uel beneficium, an possit illud dicere officium.
65 Clericus horas dicturus, qualiter se habere debeat.
66 Finis cuiusque rei maximè debet attendi.

De horis canonicis.

ET primò, dum cõgregato concilio in ciuitate Agathdnſi quæſitum fuiſſet ab illis patribus in ipſo concilio exiſtentibus, vtrum præsbyter omnes horas inſimul dicere poſſit de mane, ſi propter opus rurale vel alio modo fuerit impeditus? huic quæſito cõcilium reſpondit, & de reſponſo ſuo legem fecit in forma, q̃
1 ſequitur ad literam. † Præsbyter mane matutinali officio expleto penſum ſeruitutis ſuæ, videlicet, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperamque perſoluat: ita tamen vt competentibus horis iuxta poſſibilitatem aut a ſe, aut a ſcholaribus publicè compleantur. deinde peractis horis & infirmis viſitatis, ſi voluerit exeat ad opus rurale ieiunus, vt iterũ neceſſitatibus peregrinorum & hoſpitum, ſiue diuerſorum cõmeãtium infirmorum atque defunctorum ſuccurrere poſſit vſque ad ſtatutam horam pro temporis qualitate, dicente Prophe. Septies ī die laudem dixi tibi: qui ſeptenarius numerus a nobis impletur, ſi matutinæ, primæ, tertię, ſextæ, nonæ, veſperæ, completorij tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, nam de nocturnis vigilijs idem ipſe Prophe. ait. Media autem nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ergo his temporibus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ referamus. Iſte eſt tenor cõſtitutionis & capituli noſtri ad literam. Nũc venio ad quæſtiones, quib. præſens opuſculum credo clarius reddi, &c. Quærit primò, quid ſint ho
2 ræ canonicæ. Reſpondeo ſecundum Gemi. † quòd fuit certa penſio diuino cultui ab his, qui in ſortem domini electi ſunt deputata, de qua ſuſtentationem recipiunt de patrimonio Chriſti. & hæc diffinitio colligitur in capit. cum ſecundũ Apoſtolum. de præbend. & dig. & in cap. cleros. 21. diſtinct. Vel aliter: Horæ canonicæ ſunt ſacrificium, ſiue hoſtia laudis, quam quis Deo de fructu labiorum ſuorum offert purè pariter & deuote. Hanc diffinitionem ponit Guiliel. in clemen. 1. de cele. miſ. Vel aliter tertia, Horę canonicæ ſunt certa officia diuina certis horis ab eccleſia ĩſtituta, ad quę Deo deuotus propter beneficium, ordinem vel officium obligatur, & hoc ſecundum Calderi. Ego aliam diffinitionem pono, videlicet, quòd horæ canonicæ ſunt quædam ſatisfactio obligationis cõtractæ propter beneficium, ordinem vel officium ſuſceptum, ex quibus uel altero eorum quis deuote obligatur ad ipſas horas dicendas. Et hæc diffinitio compro batur per glo. in clemen. ſi dominus. in ver. ſeipſum. de re. & ve. ſan. & per no. in capitu. niſi cum pridem. de renuntia. per Zaba. quæ eccleſia hoc. cap. primũ, commentauit. & poſtea, quæle. & no. in capitu. ſignificatum. de præben. & in cap. fin. de reſcript. libr. ſexto, nam notatur in d. capitu. niſi cum pri-
3 dem. † quòd inter recipientem & conferentẽ beneficium oritur contractus, ita quod ex hoc contractu debet & poteſt compelli nedum ad has horas dicendas, ſed quæcũque onera beneficio incumbentia ſubire, & ſi ea adimplere nolit, ab eo amoueri poterit, argumen. capitu. relatum. de cleric. non reſid. & capitu. quia nonnulli. & cap. vltim. eod. titu. Ideo dixi, quòd ſunt quædam ſatisfactio, &c. quia ſicut ad extinctionem debiti contracti inter creditorem & debitorem requiritur ipſa ſolutio, vt inſtitu. quibus mod. tol. ob. in principio. vbi dicit text. quòd ſolutione eius quod debetur tollitur obligatio: pro quo etiam faciunt not. in capitu. is, qui. de ſolut. ita etiam eodem modo perſolutionem & lectionem horarum perſoluimus penſum. i. debitum ſeruitutis noſtræ. i. obligationem, qua ratione beneficij ordinis uel officij ipſi creatori noſtro obligamur. & ex qua, iuxta pſal. ſepties in die ſeipſum creditorem laudare iubemur, vt in hoc capitu. primo, cauetur, &c. Quælibet iſtarum diſtinctionum bona eſt & in iure fundatur. ad præmiſſa faciunt ea quæ habentur

infra

Source : BIU Cujas

infra in quæſtione, quæ incipit. Quæro quid ſi clericus di-
4 mittat. † Quæro, vnde dicuntur horæ canonicæ. Reſpon. ſecundum Guil. & Gemi. in d. cle. 1. de cel. miſ. q̃ ab oro oras, quia orando in puritate conſcientiæ animique deuotione & vigili. dici debent, argum. c. vbi periculum. §. vltim. de ele. li. 6. vel dicuntur ab hora, ex eo quia certis horis legi debēt, vt in cap. noſtro comprobatur. & in cap. dolentes. eod. titu. & dicuntur canonicæ, quia a canone ſunt inuentæ per ſanctos Patres, qui eas inſtituerunt in concilijs, de quibus in cap. noſtro, & cap. 2. 91. diſtinct. & in cap. fi. 12. diſt. & in d. clemen. 1. & in quam pluribus alijs locis, & eas dici ordinarunt, pro eorum fundamento aſſumentes dictum Pſal. Septies in Dei laudem dixi tibi, &c. Et propter alias rationes, de quibus in ſeq. q. dicetur. Dederunt ergo pro regula, vt has canonicas horas dicere debeamus. & ideo dixi a canone inuentæ ſunt, quia canon idem eſt quod regula, pro regula ergo datur, vt quiſque præsbyter aut in ſacris exiſtens ſeu beneficiatus, ratione, & pro debito ſeruitutis i. obligationis ſuæ omni die eas ſepties legere tenetur. Item non ſolum dicuntur canonicæ, quia a canone ſunt inuentæ, ſed etiam diuinæ dicũtur, pro eo, quia Deo offeruntur & impenduntur. argumẽ. c. glorioſus Deus. de reli. & ve. ſanc. lib. 6. Item quandoque dicuntur vigiliæ, ex eo, quia cum animi uigilantia dici debeãt,
5 vt in c. 1. & per ea, quæ no. 91. diſtin. † Quæro, quot numero ſunt iſtę horæ? Reſpondetur q̃ ſeptem, de quibus propheta tum eſt per Dauid, dum dixit, ſepties in die laudem dixi tibi, vt ſupra dictum eſt. Item ſeptem ſunt, ſicut ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti. 30. q. 1. peruenit. ſeptem ſunt dies ęculi, iuxta illud, orbis volutus ſepties ſignat beata tempora, ſeptem ſunt ętates quibus finietur mundus, ſeptem diaconi p̃ quos deſignantur ſeptem candelabra aurea, quæ erant in templo Dei. 93. diſt. diaconi, qui. Idem ſcribitur Leuiti. 16. cap. quòd Aaron de ſanguine vituli ſeptem vicibus aſpergit digito cõtra propitiatorium ad orientem, Aaron ipſe eſt qui ad honorem ſacerdotij vocatus extitit, de quo per Apoſtolum ad Hebrę 5. cap. & Leui. 8. c. & 21. q. 1. §. 1. & in c. qualiter. de electio. Aaron ergo idem eſt quòd ſacerdos, qui accipit has ſeptem horas ad pſallendum in memoriam vituli. i. Ieſu Chriſti crucifixi, qui in ligno crucis pro nobis ſanguinem ſuum ſparſit contra propitiatorium. i. in conſpectu diuinæ propitiatiõis, vt ipſe nobis propitietur. Item ſunt ſeptem horę iſtę, per quas ſingulis diebus eius paſſionem recolere debemus. Hæc magiſtralia exempla, & ſi concludentia ad materiam non videantur, tamen ſuaſiua ſunt. de quibus leg. & not. in glo. in ver. ſeptenarius. huius. c. noſtri. licet non omnia ibidẽ
6 contineantur. † Quæro, quare iſtę horę ſunt inſtitutæ & inuentæ in hoc numero ſemptenario? Reſpõdetur, quòd ideo ſunt inſtitutæ, vt per eas reducamus ad memoriam noſtrã paſſionem Saluatoris noſtri per ſanctos patres, vt ſic certis horis competentibus pro memoria tantæ redemptionis ipſum ſepties laudemus: vt patet, quia dum matutinum legimus, eius damnationem recolimus, & ſic de ſingulis alijs horis, ſicut continetur in his verſibus.

In matutino damnatur tempore Chriſtus.
Quando ſurrexit, primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur, tunc eſt cruci anima paſſus.
Sexta ſunt tenebræ per mundi climata factæ.
Et miſſus nona diuinus ſpiritus hora.
Veſpere clauduntur Chriſti ſacra membra ſepulchro.
Chriſto biſſena. i. vltima cuſtodia ponitur hora.

Hæc habentur per Io. Andr. & alios Doct. in hoc. cap. noſtro. & in d. clement. 1. Et ex præmiſſis infertur alia quæſtio,
7 quæ ſequitur pro maiori declaratione. † Quæ hora dicatur competens ad perſoluendum has horas? Reſpondetur, ſecũdum glo. poſitam ſuper ver. competentibus, quòd illa dicitur competens, quæ per ſonum campanę ſignat. uel alio ſigno, argum. a ſimili. cap. in cauſis. de electio. capitu. primo, de offi. cuſto. & cap. ius militare. 1. diſtinct. & conſeruari conſueuit in cathedralibus & cõuentualibus eccleſijs, ſecundũ Hoſt & no. etiam in d. clementi. prima. Sed in inferiorib. eccleſijs, & capellis conſuetum eſt tantum matutinum, miſſã & veſperas pulſari, ſecundum Ioan. Andr. de iſto ſigno quid ſignificet, uide infra in q. quæ incipit, quæro quomodo ſe habere debeat, &c. At tamen ad horas canonicas dicẽdas ſuo tempore congruo & competenti, vnuſquiſque præsbyter in ſacris conſtitutus & beneficiatus. eſto quod in minorib. ſit, tenetur, quamuis campanam nonaudiat vel non habeat, aut non pulſent. de hoc infra latius dicetur. uel dic, ſecundum Paul. in d. clement. prima, quòd illa hora dicitur competẽs, quæ correſpondet officio. Et aliqui dicunt quòd media nox pro matutino ſit hora competens, propter dictum Ptalmi. Media nocte, &c. ſed in hoc quo ad quoſdam non bene ſeruatur, & quaſi conſuetudo generalis habet ſe in contrarium. Vel aliter, ſecundum Innocen. dic quòd illa hora dicitur competens, qua melius creditur populum ad audiẽdum officium acceſſurum & ſi populum non habeat, tunc tenetur ea hora legere horas ſuas quæ officio correſpõdẽt, videlicet, quòd tempore & hora matutinali dicat matutinũ & hora primę primam, & ſic de ſingulis alijs horis, vt ſic iuxta ſignificatum verborum cõformemus nos, & qualibet hora, & cui ſignificato verba deſeruire debent, argumẽ. cap. intelligentia. de verb. ſig. & l. Labeo. ff. de ſupel. leg. §. quia. a quibus uerbis regulariter non eſt recedendum, vt. ff. de legat 3. non aliter. & in capitu. ad audientiam. de deci. facit. ca. quo-
8 modo virginibus. 31. diſtin. cum multis ſimi. † Quæro, qui teneantur ad has horas? Reſpondetur quòd quilibet clericus in ſacris conſtitutus, & etiam in minoribus, ſi eſt beneficiatus, & ad hoc ex præcepto obligantur, vt probatur in cap. dolentes. de celebr. miſ. Et hęc opi. clarè videtur probari per. c. quod a te, & c. diuerſis fallacijs. de cleri. coniug. ubi dicitur, quòd qui non valent ob immunditiam carnis diuinis ſeruire, beneficijs eccleſiaſticis ſunt priuandi, & ad ſęculum poſſunt redire, &c. Ergo ibi eſt caſus, quod prędicta iura loquũtur de conſtitutis in ordinibus minoribus & beneficiatis, & non de conſtitutis in ſacris: quia ſi in ſacris eſſent conſtituti, ad ſęculum redire non poſſent, argum. cap. . de cler. coniu. & per totum, ſecundum Hoſt. Et eſt etiam Guil. & Gemin. in d. clem. 1. quia a laicis fundantur beneficia & redditus clericis pro ſuſtentatione eorum aſſignantur, ut ipſi in diuino officio eorum uices ſuppleant, & pro ipſis orent, & pſallant horis debitis & competentibus, niſi iuſta cauſa ſubeſſet horam competentem non poſſe ſeruari, ut in præce. q. aliqualiter tactum eſt. Et ideo beneficiati non ſolum ad horas iſtas tenentur ex ſtatuto eccleſię, ſed etiam ex oblatione iuſtitię, vt no. in d. clemen. 1. aliàs, ſi horas omitteret, iniuriam proximo, cui pro temporalibus per eum datis ad ſuſtentationẽ clerici ſpiritualia refundere obligatur, facere dicetur, quia propter officium datur beneficium, ut in cap. fin. de reſcrip. lib. 6. & in cap. cum ſecundum Apoſtolum. de pręben. & dig.
9 † Quęro, an archiepiſcopus vel epiſcopus poſſit diſpenſare cum clerico in minoribus conſtituto & beneficiato, vt non teneatur horas lege re: Reſpondetur q̃ non, arg. no. in cap. 1. 91. diſt. quia cum propter officium merito non poteſt niſi p̃ ſolutionem officij hęc obligatio remitti, præſertim attento quòd hęc obligatio nedum concernat ipſum hominem, ſed ipſum Deum, qui per propriam profeſſionem, ſeu promiſſionem, quę tacitè naſcitur & contrahitur in ſuſceptione ordinis ſacri, aut receptione beneficij obligat, de qua obligatione dixi plene ſupra in 1. quęſtio. quę incipit, quæro quid ſint horę canonicę. Et ideo per hominem non poteſt remitti, aut relaxari, ſicut nec iuramẽtum, aut uotum concernẽs ipſum Deum, arg. no. in cap. 2. de ſpon. & faciunt ea, quę no. & le. in ſimili in cap. cum ad monaſterium. in fi. de ſtatu mona. & c. cleros. 21. diſt. cum multis ſimi. ſecus ſi contemneret
10 hominem tantum, ut no. in d. c. 2. de ſpon. † Quęro, quid ſi clericus in minoribus beneficiatus habeat tenue beneficiũ, ita q̃ ex eo non poteſt ſuſtentari, an teneatur has horas legere: Reſpondetur, ſecundum Hoſt. in ſum. de conſe. eccle. uel alta. in §. & a quibus, quòd ſic. & idem ſentit Goff. & imputetur ſibi, quia permiſit ſe ad tenue beneficium promoueri, argum. a ſimili, in c. horrendus 32. q. 5. & not. optime per glo. in cap. clericis victum. 91. di. Et eſt ratio, ſecundum Doct. ibidem, quia ſicut uir tenetur miniſtrare neceſſaria uxori, quę tamen aliàs debitum reddere non poteſt, uel aliàs ſufficientem dotem non dederit uiro, unde poſſit onera matrimonij ſupportare, ut c. propoſuiſti. 32. q. 7. ita & clericus quã uis a ſponſa ſua ſpirituali, hoc eſt ab eccleſia debitum ſuſtentationis neceſſariorum nõ percipiat, officiare tñ eã tenetur, & ī diuinis & ꝑalib. neceſſaria miniſtrare, & eius onera ſupportare. Et dicat cũ Apło, Scio ſatiari & eſurire, & abũdare, & oĩa poſſum in eo q̃ me cõfortat. ſcribit ad Phili. 4. ca. & in c. qđ dicit. 61. di. & no. in d. c cleri ſup. alle. Et alibi inquit idẽ Apoſto. ea q̃ opus mihi erant, miniſtrauerunt manus iſtę,
11 hñr hæc uerba ẽt in c. 1. 21. q. 1. in glo. † Quæro, qñ clericus in minorib. beneficiatus abſens eſt a beneficio ſuo ex cã rõnabili, an ab ipſis horis ualeat excuſari, p̃ſertim ſi faciat per ſubſtitutũ ſeruiri. Reſpõdeẽ, q̃ Petr. & Abb. uidentẽ tenere q̃ ſic, in hoc. c. nr̃o. Et dicunt q̃ hoc. c. nõ obſtat, quia loquit de p̃ſbytero, & nõ de clerico in minorib. exiſtẽte, ibi dũ dicit text. p̃ſbyter matutinali officio expleto, &c. quia pręsbyter tenẽ duplici rõne, vc3 ordinis & beneficij ad horas canõicas. Idẽ tenet Guil. d. cle. 1. dicens, q̃ conſtitutus in ſacris ab horis excuſatur ſola infirmitate, ſed beneficiatus multis de cauſis poteſt excuſari: tamẽ p̃ conſuetudinẽ uel aliam cãm, ſed in ſacris cõſtitutus rõne ordinis obligat. Sed breuiter in hac materia dicamus cũ Inno. cuius opinio cõiter tenetur, dicente q̃ beneficiatus ẽt ſi in minorib. exiſtat has horas perſonaliter p̃ſoluere obligatus eſt, per iura ſup. allegata, in qõne quę incipit, quęro qui teneantur ad has horas, &c. & in q. ſequenti, & ſequẽti ipſam, nam beneficium datur p̃ officium. ut in cap. fin.

Source : BIU Cujas

capitul. final. de reſcript. libro ſexto. Et iſte labor conſiſtit in labore & factione perſonali, vnde per alium expediri non poteſt. & facit ad hoc clement. prima ſupra alleg. in verſicu. fructum labiorum ſuorum. ergo per ſeipſum & non per alium, quia eius induſtria videtur ad hoc electa, argum. cap. final. de offic. delegat. Et quamuis forte ex onere beneficio incumbente, & propter eius abſentiam faciat per alium beneficio deſeruire, attamen ab horis dicendis non excuſabitur. Et quamuis tex. noſter dicit de præsbytero, attamen idem eſt de diacono & ſubdiacono, & de conſtituto in minoribus, dummodò aliquis eſt beneficiatus, ſecundum communem opinio. Docto. Et attende, quia hoc verbum præsbyter, large hic ſumitur, ſicut in ſimili in capitul. tertio, de vit. & honeſtat. cleric. & in ſecundo capit. de cohab. cler. & mun. & in cap. nulli. ſeptima diſtin. & ſi non ratione ordinis, quia in ſacris non ſit conſtitutus, tamen ratione beneficij ſibi collati, ut officium dicat cogetur, & in hoc non ualet conſuetudo, cum tenderet ad diminutionem cultus diuini, vt arg. c. fi. de reſcri. lib. 6. & ca. pen. de conſti. de hoc dictum eſt ſupra in quæſtione, quæ incipit, quęro qui ad horas teneantur, & ibi vide, &c.

12 Quæro deinde, quibus liceat intrare chorum, quando diuina officia celebrantur, ſeu leguntur. Reſpond. ſecundum Thom. quòd omnibus clericis etiam ſimpliciter tonſuratis licitum eſt ingredi chorum, & cum alijs officiare, argu. capitul. Piſani. trigeſimatertia diſtinct. Exceptis tamen illis eccleſijs, quæ per ſpeciale ſtatutum vel antiquam conſuetudinem extraneos clericos non admittunt, niſi in eadem eccleſia beneficiati ſint, aut officia habeant ſeu beneficiatorum, aut officialium ipſius eccleſiæ familiares exiſtant. In eccleſia verò Placentina, cuius ego Archipræsbyter ſum, quamuis indignus, eſt conſuetudo quòd nemo admittitur cum alijs in choro cum habitu, ſeu ſuperpellicio ad cantandum, niſi ſit beneficiatus aut officiatus in ea, immo nec familiares beneficiatorum admittebantur. ſed ego intantum dixi quòd admittuntur, & bene, quia familiares cenſentur pars ipſorum beneficiatorum, ergo meritò debent. eodem priuilegio gaudere, arg. capit. eccleſiarum ſeruos. duodecima quæſtione ſecunda, pro hoc facit. l. cum pręcarij. ff. de præcar. vbi dicitur, quòd ſi quis præcario rogauit, vt ſibi in fundo morari liceat, & ſuis etiam videtur eſſe conceſſum. ad hoc facit. l. ſecunda §. primo. & l. ſequen. ff de uſu & hab. & C. de aduo. diuer. iud. l. reſtituente. & præſertim in hoc caſu fauorabili, ga cultus diuinus augetur, & melius decoratur in multitudine ſeruientium, & eccleſia coruſcat, dum clerici in habitibus & ſuperpellicijs, vt moris eſt, ſunt ibi pſallentes & cantantes. Nec obſt. ſi diceretur quòd conſuetudo non eſt extendenda extra caſum ſuum, & ſic iura præa legata non videntur ſuffragari. & not. per Innocen. & Ioan. And. in capit. final. de offic. archid. pro hoc facit. l. 1. § Iulianus ff. de itine. actuque priua. & de bon. poſſ. l ſed cum patrono, in ratione ſui, quia

13 † immo etiam conſuetudo recipit extenſionem, præſertim in materia fauorabili, ut in capit. noſtro. ſed bene fateor ſecus eſſe in præſcriptione. Et ratio, quia præſcriptio ſit factum, & conſuetudo ius repræſentatum ex moribus vtentium, &c. facilius extenditur ius quàm factum. & ita dicunt Docto. in dictis iuribus. & facit capit. auditis. de præſcrip. immo tales familiares, quos clericos apud nos vocamus, debent præsbyteros habere, qui eos in officijs adiuuent, vt le. & not. in capitul. tertio, de vit. & honeſt. cle. & in gloſſ. cap. ſedulo 38. diſtin. facit ad præmiſſa optime capit. licet. de priuile. libro ſexto, in §. primo, ubi priuilegium conceſſum ſingulariter perſonæ, ut poſſit audire diuina tempore interdicti, etiam extenditur ad familiares. ſi ergo in priuilegio hoc habet locum, ergo a fortiori in conſuetudine quæ ius eſt, vt in capitul. final. de conſue. & in capitul. cum contingat. de foro compe. & titul. quæ ſit longa conſue. in rubro & nigro. Ex quo infero, quod tales non ſunt cenſendi extranei. ſed intelligo alios non familiares eſſe extraneos, etiam ſi de eodem uico oriundi ſint, & non conſueuerunt recipi. ad hoc de ſupp. neg præla. capit. ſecundo. melius facit l. final. §. ſimilique. C. de iure dot. & C. de rei uxor. act l. una. §. uidemus.

14 ad fin. † Laici uero, & ſi poſſint pſalmos & orationes ſub ſilentio dicere, non tamen debent intrare chorum, nec ſtare mixtim cum clericis eo tempore, quo diuina celebrantur, vt in capitul. primo, de vit. & honeſta. cleric. & capitul. ſacerdotum. de conſecr. diſtin. prima, & an poſſint uel debeant dicere, Dominus vobiſcum, infra dicam in quæſtione, quæ incipit, quæro an excommunicatus, &c.

Quęro ſucceſſiuè, an ſit licitum templarijs & alijs conuerſis religionum intrare chorum, & cantare ſeu pſallere cum alijs officiantibus clericis. Reſpondetur quòd non, ſecundum Ioan. Andr. & alios Doct. quoniam in hoc parificantur laicis, quibus præmiſſa non permittuntur, ut dictum eſt ſupra in quæſtione proxima præcedenti, quamuis reperiantur, ut inquit Hoſtien. nonnulli Principes, qui in eorum capellis ex eorum deuotione, quæ ſumme in hoc laudanda eſt facientes has horas ſibi celebrari a clericis, & ipſimet cum clericis ipſas dicunt. ſed intellige ſane, quòd tales eorum capellæ ſunt priuata loca, argum. cap. cum capella. de priui. & capitul. ſi quis etiam. de conſecrat. diſtin. prima. Et attendendum etiam, quòd talium deuotio eſt multum commendanda, dummodo eccleſiæ curatæ non fiat præiudicium, argu. c. tua. de deci. & not. in d. c. cum capella. & in hoc c. noſtro. per Ioan. And. de præmiſſis.

15 Quæro, quid de beneficiato clerico, & quocunque alio promoto ad ſacros ordines, qui ſuſpenſus eſt ab officio, uel excommunicatus, an teneatur ad horas canonica? Reſpondetur quòd ſic, nec obſt. quòd excommunicati uel ſuſpenſi uel depoſiti aut degradati non debent ſacra tangere, per no. in cap. ad eius uero. diſtin. quinta. Item nec id, quod dicitur in Pſalmo quadrageſimonono. Deus deorum. ibi dum dicit, peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas per os tuum. habētur etiam uerba hæc in cap. porrò. 3. quæſtion. ſeptima, circa finē. quia licet excommunicati, & alij de quibus ſupra, non debeant tangere ſacra aut eccleſiam intrare, præſertim tempore diuinorum, non tamen excuſantur ab officio, quia non ſequitur, excommunicatus non debet intrare eccleſiam, &c. ergo non tenetur horas legere, argumen. capitul. cum dilectus. de offic. ordin. l. Papinianus exuli. ff. de mino. quia ex ſeparatis non infertur, vt ibi dicitur. Ad aliud quod dicitur, quare tu enarras, &c. diſtingue aut quæritur, an fruſtra tales legant quo ad meritum vitæ æternæ, & dicendum eſt ꝙ ſic, quia ex quo non ſunt in gratia, vitam æternam promereri non poſſunt. capitul. ſi quis contriſtatus. nonageſima diſt cum ibi not. aut quo ad aliud, videlicet quo ad diminutionem pænæ & ſimilia. De quibus per Doct. in capitul. quod quidam. de pęniten. & remiſ. & tunc dico quòd non fruſtra legunt, quia perſoluit debitum, ad quod obligantur pro eo, quia legendo horas liberantur ab obligatione, qua tenentur aſtricti, ita quòd non incurrunt nouum peccatum propter ipſarum omiſſionem, cum ex pręcepto ad hoc teneantur, nec propter excommu

16 nicationem, &c. ab hoc debito abſoluuntur, † ſicut in ſimili dicimus de debitore excommunicato, qui tamen creditori ſuo ſatisfacere tenetur, non obſtante excommunicatione, immo & conueniri poteſt, ut in capitu. ſi uere. de ſenten. excommun. & cap. excommunicamus. de hære. facit cap. intel leximus. de iudi. Nam clericus ratione ordinis uel beneficij dicitur debitor ipſi creatori noſtro, qui eſt creditor, quòd probant uerba tex. capitul. noſtri. ibi, penſum ideſt debitum ſeruitutis ſuæ ideſt obligationis, qua aſtringitur Deo perſoluat, &c. & ex his patet quid præſenti quæſtione ſit dicendum.

Quæro, an excommunicatus ſuſpenſus uel depoſitus debeat vel poſſit has horas dicere? Reſpondetur, quòd priuatim & ſecrete debet ipſas perſoluere, ita quòd a nemine audiatur, immo tenetur dummodo non faciat hoc, quaſi uideatur officiare eccleſiam, ut not. per gloſſ. final. in capitul. penul. uigeſimaoctaua diſtinct. & colligitur hoc etiam in capitul ſi quis epiſcopus. undecima quæſtion. tertia, debet enim ad inſtar laici horas ſuas, & orationes dicere, & ſine, Dominus vobiſcum, ſed loco iſtorum verborum dicat, Domine exaudi orationem meam, ſicut facere debet laicus, quia hoc competit ad dignitatem ordinis, qua dignitate per excommunicationem, &c. & inobedientiam ſe indignum facit & deſinit eſſe mediator inter Deum & homines per ipſam in obedientiam, & quia ab eccleſia & eius communione abſciſus, ut not. in dicto capitul. noſtro. & Specul. titul. ſecundo. §. iuxta. uerſicul. quid ſi excommunicatus celebrat, per Aret. & Ioan. Andr. in nouella, in capitul. primo de ſenten. & re iudic. libro ſexto, in uerſi. damnabiliter.

17 & per Gen. in dicta clement. prima, † ſed neque clericus, quando legit horas ſuas ſolus, eſto quòd non ſit excommunicatus, arg. capitul. hoc quoque ſtatutum. de conſecrat. diſtinct. prima. Nam hæc dictio, Dominus uobiſcum, denotat pluralitatem perſonarum, & ideo debent ad minus ultra ipſum proferentem adeſſe duæ aliæ perſonæ. eodem modo & de miſſa, quæ non debet celebrari, niſi duobus ſaltem præſentibus, quia pluralis locutio duorum numero ſaltem debet repleri, vt not. in dicto capitul. hoc quoque. & in regula iuris, pluralis locutio, & cætera libro ſexto. Et ideo cum ſolus dicat officium, in loco illorum uerborum dicat, Domine exaudi orationem meam. Cogita, ſi bene dico, &c. Et etiam ita ſeruari vidi, & egomet ſeruo hunc ordinem, &c. & ſic omnia officia poſſunt excommunicatus & ſuſpenſus, &c. eodem modo, quo ſupra dictum eſt, legere præter miſſam, quia illam nec publi-

Source : BIU Cujas

ce,nec priuate poteſt legere,ut not.in cap. 2. & cap.illud.de cleric.excommunic.miniſtr. & per totum illum titu. Et habetur de hac quæſtione in ſumm. Hoſtienſ. quæſtion. ſexageſimaſeptima,& ſexageſimaoctaua, & 69. &c. dixi aliquid ſupra in quæſtione,quæ incipit,quæro deinde, quibus liceat intrare chorum.

18 Quæro, an liceat clerico inſimul omnes horas dicere, & quando,& an ſit de conſilio vel præcepto? Reſpondetur ℘ vbi aliàs ſit ex rationabili cauſa occupatus, quòd ſic, vt probatur per text.noſtrum ibi, dum dicit, ℘ poteſt inſimul omnes horas dicere, & poſtea ad opus rurale intendere. vnde ſi eſſent de præcepto, non daretur conſilium per hos patres, qui hoc condiderunt quòd poſſit inſimul eas legere, ar.cap. ſuper eod.de uſu.quia plus videtur facere, qui ante tempus debitum ſoluit,quàm qui poſt.de plus peti. capitu. unico.& Ioan. And. uidetur ſentire ℘ ſit de conſilio. & idem Ala.& Innocen.& Zabarel.& pro eorum opinione finali, quia ita vt de conſuetudine generali,quę eſt optima legum interpres ſeruatur.argum.l.minime.ff.de legi. & cap. cum dilectus. de conſuet.quia ipſi Cardinales & magni prælati, & multi alij etiam inferiores ſimul omnes horas legunt uſque ad ſextã, aliquando uſque ad nonam incluſiue. & hoc ex eo faciunt, quia his expletis magna habent expedire,uel aliàs multæ occupationes poſſunt rationabiles ſuperuenire & in talibus melius eſt præuenire quàm præueniri, & præſertim quando hora eſt aptior, argumen. l. 2.ff.de uerbor.ſignificat.tamen dicunt Innocen. & hoſtien.tutius fore vt competentibus horis dicantur.& Ioan.Andr. etiam hanc partem videtur amplecti ex eo,quia recitat hiſtoriam de quodam eremita,qui quandoque tardius, quandoque citius dicebat officium ſuum,cui Angelus deferebat pro cibo vuas acerbas,
19 quandoque marcidas, quandoque bonas.† Vnde cum eremita quæſiuiſſet ab Angelo huius diuerſitatis cauſam,reſpõdit ipſe ſibi ſe bonas deferre eidem,quando præueniebat horam, marcidas quandoque alijs occupationibus non inuolutus tardius eas horas legebat. Ego ergo credo quòd bene faciet clericus & conſultus ſi debitis horis penſum ſeruitutis ſuo domino perſoluat.ad hoc facit cap.dolentes.de cele. miſſ. ubi acriter redarguuntur hi, qui debito tempore non ſurgunt ad orandum.& pro hoc faciunt not. in dicta clem. prima.Si ergo occupatus eſſet iuſtis occupationibus, tunc eas horas inſimul legere poterit, ſecus ſi non occurrant occupationes iuſtæ,& comprobatur literaliter ex text. noſtro in princip.& ſupra dixi.Nam a uerbis ipſius tex. non eſt recedendum.l.non aliter.ff.de legat.tertio,& cap.ad audientiam de dec.i.& c.

20 Quæro ergo de quotidiana quæſtione, quid de ſcholaribus qui occupantur ſtudio literarum,an poſſint inſimul horas ſuas perſoluere? Reſpondetur quòd non, quia prætextu boni,& maxime temporalis, nullum malum eſt faciendum. argum cap.non eſt putanda.1.quæſtion.prima, & capit.non magno.ne cler.uel mon.ubi gloſſ.prima diſtinct.ampliſſime de materia dicit,immo debet potius omnia mala pati quàm malo conſentire.capit.ſacer.de his quæ vi,met.ut cau.fiunt. cum ergo ſcholaris circa ſtudium intendat propter commodum temporale uel aliam ambitionem,ergo ex hoc non debet horas inſimul, ſed horis debitis legere. Pro ſolutione aduerte ad infra dicenda, nam ſcientia non poteſt ſine ſtudio acquiri,& ipſa eſt,quæ multum neceſſaria exiſtit pro vni uerſali regimine totius orbis, & bono eccleſiæ ſanctæ Dei, quæ uiris literatis ſemper abundare quærit, vt fructum in ea auferant oportunum,capitul.graue de præben.& capit.cum ex eod.de elect.libro ſexto, & capitul.final.ne cle. uel mon. ubi per homines literatos dicitur fides catholica muro inex
21 pugnabili circũcingi.† Et ſic ex his liquet quod inhærere ſtudio literarum ſit opus meritorium, quia per hoc peruenimus ad veram ſapientiam, de qua dicit ſcriptura. Beatus vir qui inuenit ſapientiã & affluit prudẽtia,melior eſt eius acquiſitio,q̃ acq̃ſitio eius auri & argenti, puri & puriſſimi fructus eius,& oĩa quæ deſiderant̃, huic nõ valent cõparari. Et alibi dicitur quòd precio nũmario comparari non poteſt,& hominem nobilitat,vt ff.de uar.& extraor.coga l.1.§.eſt quidã. & not.per gloſſ.in capit.de multa.de præben.capitul.primo. Aliàs fateor quòd principale propoſitum ſtudentis non debet eſſe circa lucrum, quia crimen auaritiæ irretiretur, ut not.in capitul.legimus.37.diſtin.& alibi ſcribitur,ſi uis appellari phiſichus, non debes eſſe auaritia irretitus.C. de mune. pat.libro decimo,vnde ſi ſuum propoſitum ad bene operandum uerſetur principaliter,non peccat,ſed meretur, in con-
22 ſequentiam uero poteſt ſperare lucrum & honorem,† ſicut dicimus de præsbytero qui poteſt locare operas ſuas, hoc eſt,vt principaliter celebret miſſas,& alia officia,& in conſequentiam ſperare lucrum, & petere mercedem ſi indigeat, art.capitul.ſignificatum.de præbend.& ſic ſcholaris poteſt ſe hoc modo habere, ac Deo utrunque reddere ſcilicet debitas laudes,& deinde alia honeſta opera, vt eſt ſtudium facere,quàm ut unum propter aliud impediatur,ſecũdum Tho. in quadam quæſtione quodlibeti ſui, & Zabar. idem ſentit. Dicunt Hoſtien.& Ioan.Andr.quod libenter viderẽt quòd fauore ſtudij eccleſia ſtatueret quod clerici ſaltem in minoribus tantum beneficiati non curato bono zelo ad ſtudium occupati tenentes vicarium excuſarentur ab his horis canonicis dicendo officium beatæ Virginis,&c.& ſic ex præmiſſis uides,quid ſentiendum de quæſtione.

23 Quæro,quia in text.fit mentio de miſſa: an poſſit præsbyter miſſam celebrare matutino nõ expleto? Reſpondetur ℘ non,niſi ex magna neceſſitate, vtputa ſi quis infirmaretur ad mortem,& ſacerdos non haberet hoſtiam conſecratam, & eſſet periculum in mora,quia tunc poſſet miſſam celebrare matutinali officio non expleto ſecundum Guil. in libello ſuo ſacramentali,recitato per Zab.

Quartò,quia in text.noſtro fit mentio ibi, in verbo, iterum &c.& ſic uidetur ſentire quòd iam celebrauerat aliam miſſam eadem die, an hoc ſit verum? Reſpondetur quòd non regulariter:qnia,vt inquit Augu. Felix eſt, qui ualet unã miſſam in die celebrare,in capit. te referente.de celebr. miſ. & quotidie celebrare, nec laudo, nec vitupero.dicit idem Auguſtin. in capitul.quotidie.de conſecrat. diſtinct. prima.
24 †Verum tamen ſunt quidam caſus neceſſitatis, quibus licitum eſt præsbytero duas miſſas in die celebrare, quos ponit gloſſ.final.in cap.conſuluiſti.de celeb.miſſ. vtputa adueniente caſu infirmorum,vt inquit tex.noſter, vel cum aliquis moritur poſtea quam celebrauit,uel adeſt cauſa vtilitatis vel honeſtatis, ut ſi dicta miſſa ſuperueniat aliqua magna perſona quæ uelit miſſam audire,ar.capit.noſtri,& capitul.ſequen.& in die Natalis domini,vt in dicto cap.conſuluiſti.aliàs ſufficit vnam miſſam in die celebrare,vt in dicto capit. te referente. Attamen,quia expreſſe non prohibetur, quando præsbyter plures poſſit celebrare ex eo quod dicit in dicto capit. conſuluiſti.ibi,ſufficiat ſacerdoti ſemel in die unam miſſam celebrare,ſolummodo,&c.Dicit gloſſ.poſita ſuper uerbo, neceſſitatis,in dicto cap.conſuluiſti.poterit plures celebrare,videlicet vnam miſſam de die & aliam pro defunctis, & quoties celebrat, toties corpus Chriſti & ſanguinem ſumat. de conſecr.diſtin.ſecunda, comperimus.Et attende,quia ſi præsbyter debet aliam miſſam celebrare, non debet ſumere vinum,quo digitos perfudit, quia tunc ſumendo uinum perfuſionis non poſſit aliam miſſam eodem die celebrare, vt inquit tex.in cap.ex parte.de celebr.miſſ.& ratio, quia non eſſet ieiunus. Et an, qui non poteſt uinum bibere poſſit promoueri.uide de hoc in c.ipſi Apoſtoli.2.q.2.

25 Dic breuiter,quòd non,vt not. gloſſ.magna circa mediũ ſui,in dicto capitul ipſi Apoſtoli. quia oportet ipſum communicare,& ideo debet uinum bibere, vt in capitul.epiſcopus Deo. de conſecrat.diſtin prima,& in capitul. peracta.de conſecr.diſtin. ſecunda. Ego laudarem quod omnino præsbyter,vbi neceſſitas & caſus ſupra nominati non ſunt, præcaueat ſibi ne plures in die miſſas celebret.Nec obſt.quòd in dicto capit.conſuluiſti.expreſſe non habetur, immo expreſſe non prohibetur, dum dicit text.& utitur hoc uerbo, ſufficiat. quod eſt imperatiuum includens in ſe prohibitionem, quia quod præcipitur imperatnr,& quod imperatur neceſſe eſt fieri.capitul. quod præcipitur. 14. quæſtion prima.Nam caſus neceſſitatis,quibus poteſt plures miſſas dicere, exprimuntur in iure, uidelicet in dicto capitul.primo,ſecundo,& capitul. conſuluiſti, & capitul. ex parte. & capitul. te referente.

Ergo ultra illos caſus uidentur iura prohibere:quia cum permittatur illis caſibus,ergo in reliquis prohibetur. ar.cap. nonne.de præſum.quia ſi in uno conceditur, in reliquo negatur dicit.l.cum ita legatum.ff.de condition.& demonſtra. & l.cum lex.ff.de legi. & ſic per conſequens pèccat,quia cõtra legem prohibitiuam facit,artic.capitul.ſecundo, de maior.& obed.& etiam in tex. eſt iſtud uerbum ſolummodo, importans etiam ſecum prohibitionem, argu. capitul.ſolitæ.de maior.& obedien.in uerbo,duntaxat,per Doct.Cogita,ſi bene dico in conſcientia tua;& quando celebras, ſi celebras propter caſum neceſſitatis uel cupiditatis, quia Deus eſt deſuper cuncta cognoſcens,& coram eius tribunali ſtare habebis in ſuo tremendo iudicio.capitul.primo,de re iudic. lib.6.Iſta dico propter nonnullos, qui paſſim non uerentur duas miſſas in die celebrare, non attendentes quòd ubi neceſſitas per alios ſubleuari poteſt, non debent duas miſſas in die celebrare,ut not.in dicto cap.conſuluiſti.& in cap.noſtro.& alijs iuribus ſup.alle.

26 Quæro vlterius,an miſſa ſit de horis canonicis. Reſpondetur, ſecundum gloſſ.ſuper uerbo,fructum labiorum tuorum,in dicta clemen.1.de celebr.miſſ.℘ non,ſed bene eſt de officijs,

Source : BIU Cujas

officijs, & infertur q̃ appellatione officiorum, continetur missa,& non sub appellatione horarum canonicarum. Patet,quia episcopi solum de honestate inuitantur ad missas dicendas,uel audiendas.cap.final.de priuile.lib.6. sed ad horas canonicas tenentur,non solum de honestate, sed etiam de necessitate.& ita tenent etiam Guil. Paul. & Stepha.ibidem fatetur,& dicit cum glo. præallegata, q̃ interdum distributiones in ecclesijs statuuntur ita pro missa, sicut & pro alijs horis canonicis.ad hoc facit. clemen. unica.de reli. & uene. sanc.&c.Sed vide,quia si episcopi negligant missam dicere, tunc peccant,& puniri possunt,si hoc ex contemptu agant, vt legit. & not.per glo.& Docto.in capit.si quis aut leges.10. distin.

27 Quæro, pone q̃ beneficiatus non venit ad ecclesiam, & non vult stare in choro, & interesse diuinis officijs, & si est ibi dedignatur cantare, aut os aperire cum alijs officiantib. quasi existimet hoc esse ad dedecus & vituperium,& quadã elatione inflatus,quamuis promptus sit distributiones& reditus beneficiorum nedum capere sed rapere, & qui potius interest diuinis,vt ipsas distributiones non perdat, & redditus,quàm pro officio,& quot sunt qui si non sentirent distributiones,non ponerent pedem ad ecclesiam, an talis possit compelli ad officiandum vnà cum alijs. Respondetur q̃ sic, & præsertim si diebus solemnibus abfuerit, quibus maxime beneficiati a suis beneficijs abesse non debent, immo tales absentes possunt triennio a communione suspendi, vt in c. si quis in clero 7.quæst.1.de consecr.distin.1.ca. si quis etiam & dicit tex.in d.capit. si quis q̃ clericus non debet abesse ab ecclesia per tres hebdomadas,pro hoc faciunt ea etiam quæ leg.& notan.in rubro & nigro,de cleri.non residen. & cap.
28 peruenit.de appella.† Et dum sunt in ecclesia beneficiati, debent eam officiare,videlicet cantando & legendo, & alia faciendo cum alijs officiantibus, & si nolunt præmissa facere, poterunt ad hoc compelli ea ratione,quia eo animo & intentione dantur redditus, & distributiones, vt operas suas præstare debeant,hoc est diuina officia legere & cantare, argum.cap.significatum.de præben. & capit. dispendiosam.de rescrip.lib.6.Nam sic operando pensum seruitutis suæ persoluit clericus,vt mandat tex.noster in d.clem.1. cap. dolentes. de celebra.missa.& si non uelit ita facere, & perseuerauerit in sua inobedientia & pertinacia,ne ecclesia aut beneficium careat debito suo & officijs diuinis,poterit priuari,vt in cap. prædicto,peruenit,& cap.tuæ.per totum. de cleri. non resid. Nam beneficium confertur eo animo, vt in eo fiat residentia & diuina officia, propter quæ beneficium fundatum & dotatum est,celebrentur.cap.relatum.& cap. quia nonnulli. de cleri.non residend. Et de hoc ultimo dictum est aliud supra in quæstione, quæ incipit, quæro qui ad has horas teneantur.

29 Quæro, quia de uiris ecclesiasticis est dictum hucusque, sed quid de monialibus literatis an possint alta uoce & solemniter diuina officia celebrare? Respondetur q̃ omissis aliquorum opinionibus considerata consuetudine & tolerantia vniuersalis ecclesiæ breuiter, & quia in benedictione dicuntur aliquem ordinem recipere,quod sic. Nam aliquæ ex eis diaconissę appellantur, & ordinem accipiunt in benedictione,vt in capitul.diaconissæ.& ibi not. per glo. & Arch. 27.quæstion.prima. Is tamen ordo, & si non sit de septem ordinibus eccle.secundum Innocen. de quibus septem ordinibus habetur in capit.præsbyter.& cap.sequen. 23. distinct. attamen talis status sufficit ad diuina officia dicenda.& quãuis talis diaconissa, quam nos abbatissam vocamus, legat Omeliam vel Euangelium in matutino, quod ex causa deuotionis, & in consolationem fragilitatis sexus ab ecclesia conceditur;quamuis quidam dicant quòd in partibus Italiæ tales diaconissas non habeamus, tamen non dicit,Dominus vobiscum,sed eius loco,Domine exaudi orationem meam, sicut faciunt laici,prout dixi in quæstione,quæ incipit, quæro an excommunicatus,&c. Item nec euangelium legit in missa,nec altari ministrat, vt in dictis iuribus in prin.allega. de cohabi.cler.& mulie.cap.1.in fi.quamuis a nonnullis male seruetur,& ideo male,&c.

30 Quæro consequenter,quia dictum est supra de eo qui habet beneficium quòd teneatur dicere has horas; sed quid si quis habeat plura beneficia, an teneatur horas istas canonicas pluries dicere? Respondetur quòd prima facie videtur dicendum,quòd sic, quia onus debet correspondere emolumento.12.quæstion.2.charitatem.& septima quæst. 1. capit. aduersitas. Ille ergo, qui duplex beneficium habet, duplici onere grauari debet,& utriusque onus beneficij subire, argum.capitu.cum capella.de priui.;& ubi capit quis emolumentum,ibi seruiat,& sic in vtroque debet seruire,arg.not. in cap.significatum.de præben. quia recipiendo beneficium primum,secundum,& tertium, uidetur se obligasse velle subire onera beneficiorum.sed inter cætera onera, quæ habet quodlibet beneficium est q̃ dicatur officium,& propterea dicitur dari beneficium.capit.fina.de rescrip lib. 6. & de ista obligatione quomodo contrahitur,vide in quæstione, quæ incipit,quæro primò,quid sint horæ canonicæ.

31 Item quia legitur q̃ non est ferendus, qui lucrum amplectitur,onus autem subire recusat.l.vnica.§. pro secundo.C. de caduc.tollen.Conueniens est,iustum & æquum, vt postquam ex utraque habet consolationem & fructus percepit, & locum occupat, & ea intentione collata sunt sibi beneficia,vt in eis & diuinis seruiat.cap.relatum. de cleri. non resi. merito debet duplex onus subire,si duo beneficia habeat, uidelicet horas canonicas,pluries dicendo pro utroqae beneficio, vt sic inueniatur particeps passionum, sicut est particeps consolationum.capit.1. de sepul. Solu. quamuis prædicta ar. perstringant & videantur concludere, attamen in cõtrarium se habet consuetudo generalis ecclesiæ, quam Papa Cardinales,& cæteri sciunt & patiuntur, ergo pro lege videtur tenenda,quæ an bona sit,an Deo grata,cogita.& dicunt aliqui q̃ si confertur beneficium uni aliud habenti, q̃ pro eo,quia sit talis collatio,quæ sapit dispensationem, vt possit esse pluralis in beneficijs, cum quodlibet beneficium residentiam requirat,vt in capit.si gratiosæ.de rescrip.lib.6.videtur dispensari in quandam consequentiam, ut tantum semel horas dicat.Sed istorum ratio non placet mihi, quia licet ẽt uel Papa patiatur,non tamen dicitur dispensatum,argu.cap. cum iam dudum.de præben.in fin. & ibi bona gloss.& not.3.
32 distin.capit.omnis.† Posset eorum ratio habere locum, ubi beneficia essent tenuissima,quia tunc quis potest esse pluralis ex dispensatione, quia adest necessitas uel utilitas,cap.exposuisti.de præben.& cap.unio.10.quæstion.3.Nam uidetur esse satis inhonestum, vt postquam quis habet in beneficijs sufficientiam vitæ,iuxta.c.de monachis. de præben. non debeat ultra plus appetere,& pluralis esse in beneficijs, quod a iure reprobatur.c.cum iandudum.de præben.& c.cum ecclesiasticæ.de excep.& c.quia nonnulli.de cle.non residen.iura sunt vulgaria.& considera,q̃ quicquid supersit vltra victum & vestitum ipsi clerico,totum est pauperum,& non suum.c. quoniam.16.quæst.1.& Archi.in c. præsenti. de offic.ordin. & ibi glo.quæ notat,quibus casib. clericus facit fructus suos,
33 & an de eis possit testari.& ibi tenetur,† q̃ clericus simpliciter beneficiatus poterit testari, sed secus si habeat beneficiũ & administrationem huic annexam, vtputa curam animarum,ad hoc facit.c.relatum.de testa.el 2. propterea iam non esset ferendus unus, qui ab uxore dotem recepisset & onera matrimonij subire recusaret, etiam si dos esset tenuis. capit. horrendus.32.quæst.5.& 32.quæst.7.Et si non habeat sufficiẽtiam,debet ex honesto artificio sibi uictum quærere, ut leo. & not.in capitu.clerici victum.91.distin. Sed ponatur q̃ quis multas uxores posset accipere,& ab omnibus dotem recipere ret,uel aliàs esset pluribus obligatus,nonne deberet omnib. alimenta ministrare, & omnium illarum mulierum onus subire,& omnibus satisfacere;Certe sic,argu.prædictorum iurium. hoc nanque dictat ratio naturalis, de qua in regula, qui sentit commodum,sentiat & onus.de regul.iur.lib.sexto cum suis concord. ita & in casu nostro debemus dicere, vt postquam plures vxores idest ecclesias & beneficia habet & dotem ab omnibus ipsis ecclesijs vel beneficijs idest redditus & emolumenta percipit,& pro pluribus est obligatus,ab omnibus in diuinis seruire tenetur & satisfacere, & pro hoc fiunt not.in c.prædicto, clericus victum.91.dist. & vide quæ dixi sup.in q.quæ incipit,quæro quid si clericus.

34 Insuper pone quòd tu esses obligatus diuersis creditoribus, puta uni in decem. & alteri in alijs decem, & alteri etiã in decem, &c. Nam soluendo unisua decem non propterea ab alijs creditoribus unica prædicta solutione facta uni ex creditoribus prædictis de decem eris liberatus, quia non sunt conrei debendi aliorum creditorum, vt melius intelligat,sed quilibet de per se & separatim est creditor,& quilibet debet habere sua decem. ita & in casu nostro quodlibet beneficium debet uelut creditor a clerico pensum suum idest debitum recipere, ut sentit tex.ibi,pensum, &c. & facit c.eãte.de iureiuran.& ff.de constitu.pecu. l. si uerò mihi. & ff.de solu.l.uerò procuratori.§.1.

Nã tot sunt obligationes, quot res. & ideo esse tot debent solutiones.l.scire.ff.de uerb.obl.Attamen ut dixi,contrariũ seruatur,& ita reperio decisum per Tho.in quolibet suo,fm q̃ Zaba.ipsum recitat,dicentem, q̃ sufficit clerico plnra beneficia habenti q̃ suum officium semel dicat, & ita de facto seruatur,ut dixi.nescio tamen si alio sæculo reperiam ita seruari & decidi, &c. Cogita in conscientia tua, si bene dico, &c.

35 Quæro pp superius dicta,quid,in duabus ecclesijs,in quibus quis est beneficiatus,fiunt diuersa officia, cuius ecclesiæ

Source : BIU Cujas

officium debeat dicere? Reſpondetur, ſecundum Tho quē recitat Zaba. in hoc capitul. noſtro, in commento, ſeu repe. quam ſuper eo facit. ipſe Zabar. fuit unus bonus homo magnus Canoniſta, multa ſcripſit in iure canonico, & tandem effectus eſt Cardinalis Florentinus nuncupatus propter magnas uirtutes ſuas & ſcientiam. atteſtari poſſunt, qui eum viderunt & audiuerunt, & præſertim in concilio Conſtantiē. & ſua ſcripta etiam atteſtantur, uocabatur Fran. de Zab. &c. Dicunt ergo Tho. & Zaba. ꝙ dicet officium illius eccleſię, in qua habet maiorem gradum vel dignitatem, vtputa, quia in una eccleſia eſt præpoſitus vel archipræsbyter, in alia uerò ſimplex canonicus, quamuis præbenda canonicalis ſit pinguior. Ego verò in hac quæſtione putaui aliter dicendum ſic diſtinguendo, aut in nullo beneficiorum reſidet, & tunc procedat opin. Thom. & Zabar. aut reſidet in maiori beneficio, quāuis ſit minoris redditus, & tunc debet ſequi mores & ritum illius eccleſiæ, in qua reſidet, vt concordet ſe cum alijs officiātibus in ipſa eccleſia, arg. cle. fi. de cele. miſ. ubi dī,
36 † ꝙ clerici debent ſe conformare in officio cum his cū quibus morantur. ita & eodem mō dico, ſi in minori reſideat beneficio, ad hoc ēt ut ſcandalum euitetur. c. nihil. de præſum. Et maxime, quia ſcandalum euitādum eſt in diuinis officijs, vt probatur in c. fi. 12. diſt. & 11. diſt. in his. Si uerò ad partem velit officium alterius eccleſiæ, in qua nō reſidet dicere, hoc pōt, & laudo talem virum, quia tunc vtrique beneficio in officijs ſatisfacit. Sed quis eſt hic homo, profectò mirabilia faciet in vita ſua, & neſcio ſi ſimilis illi ſit inuentus. Quæritur, an clericas non deuote horas ſuas legens, vel aliquid omittens, vtputa ſincopando vel verba non proferendo recte, peccet, & ſi ſic, an venialiter vel mortaliter? Reſpon. ſm Inno. & nonnullos Doc. alios, & per Zab. in c. noſtro. & latius in c. do
37 lentes. de cele. miſ. & in d. cle. 1. eo. tit. † quòd qui ex propoſito voluntarie vel malitioſè non deuotè horas dicit, vel aliquid ex eis omittit, vel ad hoc operam dat, puta immiſcēdo fabulas, & in eis ſe ponēdo, ille peccat mortaliter, quia opus Dei minus accurate, minus legitime facit, & iō pro nō dicto, & pro non facto hī. c. qui ex timore. de reg. iur. Si uerò eſt negligentia leuis, quæ non uenit ex propoſito, ſed præter uolūtatem ad cogitandum de aliquo bono ſpūali uel temporali, uel quia nimium fatigatus longa lectione vel deuictus ſomno, & talis peccat uenialiter, arg. c. qualis. & c. qui in aliud. 25. diſt. Et eſt rō, quia vt ſcribitur per Bern. cor hoīs eſt nobilius omni re mobili, & non eſt adeo fortis homo quod tales cogitationes poſſit euitare. Et ideo cum accedit ad orandum, accedet ea bona intentione & proteſtatione mentali, vt talis eius intentio ſit ſemper velle deuote orare, quamuis aliquid contingat cogitare: quoniam & ſi in proſecutione mens ad alia rapiatur, nihilominus ſemper in prima intentione cenſebitur perſeuerare, arg. eorū quæ not in c. maiores. de bap. niſi eſſet tanta vagatio aut digreſſio ꝙ oīs eius intentio pereat. Et tunc habet locum, quod ſcribit Cyprianus in lib. de
38 oratione Dominica, † Quomodo poſtulas a Deo te exaudiri, cum teipſum non exaudias. Et alibi, populus hic labijs me honorat, cor autem eius longe eſt a me. Matthęi. 15. c. & no. per Pau. Guil. Gen Ste. & Imo. præmiſſis. in d. clem. 1. Dicunt quoque ipſi Doct. ꝙ quando fatigatus eſt nimium longa lectione, ꝙ tunc poteſt cauſa recreationis eccleſiam exire, ſed caueat ne nimium frequenter, nec ſit longa mora in exitu, ſed citò redeat ad officium, & illud ſtudeat deuote peragere, & tales cogitationes diſtrahentes a ſe remouere, quamuis pluries relabatur. quia dicitur ꝙ primi motus non ſunt in poteſtate hominis, quare oportet eſſe fortes & bene vigilantes, cum diabolus quærit ſemper ſuis aſtutijs ſanctum propoſitūm & opus diuinū perturbare, ſicut legimus de monacho, qui per diabolum ab officio diſtrahebatur. & beatus Benedictus vidit dæmonem in quadam charta cogitationes monachi ſcribentem, & dum non plus eſſet de charta, dæmon eam poſuit ad dentes vt eam dilataret, ſicut faciūt cerdones de corio, & ecce dum nimium traheret, charta fracta dedit ſeipſum de capite ad murum & ſeipſum percuſſit. quem ſanctus uidens ſubriſit, & deinde admonuit monachum, vt cor ſuum poneret iugiter ad officium & ad Deum. & ita factū eſt, & monachus liberatus fuit, &c. Debet enim quiſque clericus horas ſuas non cum ſincopa vel curſim, aut feſtināter, ſed tractim, & pauſa decedenti, præſertim in medio cuiuslibet uerſiculi pſalmorum debitam faciendo, inter ſolemne & feriale officium differentiam reuerenter perſoluere, vt in dictis iuribus, & late legitur in Decre. facto in concilio Baſilien. poſito ſub rubrica de cultu diuino. ꝙ quidem decretū, uelut ſanctiſſimum, debet apud clericos eſſe, vt ſciāt eius tenorem, & cum qua grauitate & modeſtia atque ſanctimonia
39 debeat has horas perſoluere. † Quæro, quid ſi clericus recedat ante finem officij, an debeat habere diſtributiones quotidianas? Reſpondetur ꝙ non, ſi non fubſit cauſa exeūdi, aut aliquod impedimentum, de quo debet credi verbo ſuo, quia agitur de anima & conſcientia ipſius, & hoc conſiſtit in ſolo animo ipſius, quia forte fatigatus longa lectione exit cauſa recreationis, ut ſupra in proxima præcedenti quæſtione dictum eſt. & an hoc ſit verum, nō poſſet bene probari. ad hoc facit c, ſignificaſti. de homi. & c. vt circa. de elect. lib. 6. in glo. pen. & melius in §. 1. inſti. de actin. de hoc glo. ſuper uer. ſi eſt ita. in d. c. ſignificaſti. Poſſet tamen etiam impedimentum extrinſecum eſſe probabile. ſed ego vidi ſtatuta in eccleſijs qui buſdam, ubi ſolum verbo canonici aſſerentis impedimen-
40 tum creditur, &c. † Debet clericus uſque ad finem officij ex debito perſeuerare, aliter non dicitur debitum perſoluiſſe, ar. c. pudenda. 14. q. 1. quia ſcribitur, qui vſque ad finem perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Et exemplo operarij, qui uſq; ad finem in uinea Domini, id eſt eccleſia & in officio laborauit, mercedem completam habuit. Et ideo notanter dixit tex. noſter, penſum ſeruitutis ſuæ perſoluat. quod verbum no. quia iſta præpoſitio per, adiuncta verbo, denotat continuationem & perſeuerantiam temporis, videlicet a principio uſque ad medium & finem, & no. in c. conſtiterit, de accu. ibi in verbo, pernoctauit, &c. & habetur per Arch. in cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. ſuper uer. per annum. ff. de uerb. ſign. l. vrbaua. §. pernoctare. & ſic meritò recedens abſque iuſta cauſa carere debet diſtributionibus quotidianis, vt inquit glo. ſuper uer. exeundo. in d. cle. 1. de cele. miſ. & idem ſentit Guil. & Stepha. allegauit. cap. unicum. de cle. non reſi. & c. 1. de iudi. cum ibi not. in ſimili. Et Gen. dicit ꝙ non valet ſtatutum ꝙ intereſſens uni horæ habeat integras diſtributiones, ſi in alijs abſens ſit. & bene dicit, quia illud ſtatutum uenit ad diminutionem cultus diuini, imò videmus quod laici ex præcepto eccleſiæ, maxime Dominicis diebus debent uſque ad finem miſſæ ſtare in eccleſia. de conſecra. diſtin. 1. miſſas, & c. ſeq. ergo fortius dicam de clericis, qui ex debito & præcepto tenentur ad horas & ad diuinum officium perſoluendum, vt dictum eſt in quæſtione præcedēti. Sed ubi aliàs non eſſent, uel non darentur in eccleſia diſtributiones, tunc debent arbitrio iudicis puniri & compelli, vt perſeuerent, vt in d. quæſtione dixi, & in quæſtione ſequenti etiam dicetur
41 aliquid. † Quæro vlterius, quid ſi aliquem verſum Pſalmi, vel ipſum Pſalmum dimittit, an debeat a capite incipere? Reſpō detur ꝙ non, ſecundum Innocen. & Hoſtien. & Ioan. And. in dicto cap. dolentes. de celebr. miſſa. ne forte ſcandalum in choro faciat, a quo præcauendum eſt, ut inquit Greg. in cap. nihil. de præſcrip. & hoc, quando ex leui cauſa ſeu negligentia procedet. At tamen uenialiter peccat, & tanquam de veniali pænitere debet, dicunt ipſi Doctores. & poteſt eſſe ratio, quia primi motus non ſunt in poteſtate hominis. Item quia nil eſt mobilius quam cor hominis, vt plene dictum eſt ſup. in quæſtione, quæ incipit, quæro an clericus non deuote horas legens, &c. Secus ſi affectata eſſet negligentia, quia tūc mortaliter peccaret. ut in dicta quæſtione habetur, & debet ad partem poſtea officio expleto, quod omiſſum eſt, recuperare: eodem modo ſi magnam partem pſalmorum vel lectionum aut laudes omiſiſſet. Ita conſulit Ioan. And. ſed huic dicto obſtare videtur dictum Hieremiæ prophetę dicentis. 44. cap. quod eſt maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter. Item & ilud, quod ſupra dictum eſt in eadem quæſtione, ꝙ quis poteſt compelli ad dicendum horas, immo & per cē ſuram eccleſiaſticam, quæ non fertur niſi pro mortali peccato. capit. nemo. 40. q. 3. & ſic videtur eſſe ſub præcepto, & ideo neceſſe eſt ut obediatur. cap. ꝙ præcipitur. 14. quæſt. 1. & fa. d. cle. 1. de cele. miſ. ibi in verbo, in puritate conſcientię, animique deuotione. quomodo ergo poterit eſſe deuotio, ubi adeſt negligentia, & in locum deuotionis intrat negligentia, uidetur eſſe in peccato mortali, quia non facit clericus quod præcipit lex. & ſic eſt contra opinionem dictorum do
42 ctorum. † Pro ſolutione prædictorum dic, ꝙ illa contraria intelligi debent de accurata & deſidioſa negligentia, non autem de leui, quæ prouenit ex nimia occupatione officij ſui, fatigatione ſpiritus, aut ex nimio ſomno, quia tunc venialiter & non mortaliter peccat, & ita dicunt ipſi Doct. in d. cap. dolentes, & in d. clemen. 1. quam clemen. perpetuò debent menti habere clerici, & eius ſæpius tenorem legere unà cum dicto capit. dolentes. & decret. Baſilien. poſita ſub rubrica de diuino cultu, vide ad præmiſſa dictam quæſtionem, quæ incipit, quæro an clericus non deuote &c. Et ideo ꝙ nō peccat mortaliter, facit tex. in dicto cap. dolentes. ibi dum dicit, inquantum Deus dederit, &c. q. d. & durum eſt ponere hoc ſub præcepto, ſed relinquitur gratiæ Dei, quia eccleſia nō debet inijcere laqueum alicui & graui onere aliquem per ſuā conſtitutionem aggrauare, præſertim in his quæ ſm naturā impoſſibilia exiſtunt, quia primi motus, &c. & quia cor hominis, &c. vt in d. q. & ideo debent intelligi nō de leui, ſed de affectata negligentia, quæ eſt ad peccatum mortale. Item ēt,

quia

Source : BIU Cujas

qa lex loquit̃ de omissione horarũ, quæ est ad peccatũ mortale, ut in dictis iurib. non aũt de omissione uersiculi uel psalmi. & iõ ad hoc non debet fieri extensio, arg. l. si minor. ff. de uerb. obl. & c. suscepturn. de reseri. & est communis opinio.

43 Quæro, † quid si clericus dum est in officio, non intelligit quę legit, an peccat? Respondetur, secundum Innoc. ꝙ non, in d.c. dolentes. Ego in hoc distingo taliter, aut ipse clericus dum horas suas legit solus cum alijs & dum audire etiam debeat alios legentes, dat operam ita ꝙ non intelligit, quia mẽs ex affectata negligentia & longa vagatione totaliter uagatur a bono proposito, & tunc peccat mortaliter, quia dicit tex. cle. 1. læpe allegatæ, quòd in puritate cõscientiæ animique deuotione debet offm̃ persoluere. aut hoc procedit ex leui negligentia, & tunc tanquam de veniali pęnitere debet c. qualis. 25. dist. & huic concordant ea, quæ plene dixi supra in q. proxima præcedenti. aut hoc prouenit ex ignorãtie & imbecillitate intellectus, vt quia nõ est literatus multum, & tunc procedat opi. Inn. hoc mõ declarata. & intellige ꝙ non peccat, dummodò scire studeat & habeat cor suum ad Deum & deuote legat & psallat, ſm gratiam sibi a Deo datam. pro hoc facit, dictum Augu. in cap. sedulo. 38. dist. Idem dico de laicis, qui dum intersunt diuinis officijs, non intelligunt quæ ibi cantantur vel leguntur, licet audiant ipsos clericos cantantes, psallentes & legentes Nam, vt not. per ipsum Inn. in d.c. dolentes, & tangit̃ ẽt per Mod. Doct. in d. cle. 1. debent ipsi laici esse sub silentio & orare Deum, vt offm̃, quod celebratur sibi & alijs prosit & deuote in ecclesia stare, arg. no. in c. 1. de uita & hone. cle. Quæro vlterius, vt me clariorẽ faciam, pro eo quia dixi ꝙ si non multum literatus clericus

44 non peccat, &c. † an ꝓp imperitiam seu ignorantiã sit deponendus Respondetur, ſm Aug. in li. de cathechizandis rudibus, recitatũ per Gratianum in decreto in c. sedulo. 37. dist. ubi dicit, ꝙ scholastici non debent contemnere humilitate imbutos christiana, quos cognouerunt magis morum uitia quàm uerborum amplus deuitare. Et post pauca infert hęc uerba in tex. ita. n. non irridebunt, si aliquos antistites & ministros ecclesiæ fortè animaduerterint, uel cum barbarismis & soloecismis Deum inuocare, vel eadẽ verba quæ pronuntiant non intelligere, pertubateque distinguere, idest nõ prę sentatim legere, & anxiatim postea sequitur in tex. nõ ꝙ ista minime corrigenda sint. q. d. imò sunt corrigenda, & operandum vt addiscant. & hoc illa rõne, vt sentit ibi tex. cum gl. qa magis considerandа est sn̄a & mens, quàm uerba. & huic cõcordat, c. Marchion. 1. q. 1. & c. ex lr̄is. de spon. corde cum casto menteque & vigili, secundum gratiam a Deo datam, debet deo seruire, vt in præcedenti qõne dixi, quia Deus nõ tm̃

45 opus aut uocem, sed affectum considerat: † nam affectus facit, vt uox a Deo exaudiat̃ & opus sit remunerabile, vt Inn. in d.c. sedulo. & quamuis sit opus bonũ & affectus prauus, nullum inde debetur præmium, arg eorum, quæ no. in c. nõ mediocriter. de conse. dist. 5. Et est tex. Hieronymi recitatus per Gratianum in decreto: vbi inquit ꝙ non tm̃ ore, sed corde orandus est Deus, quia melior est quinque psalmorũ decantatio cum cordis puritate ac serenitate & spũali hilaritate, quàm totius psalterij modulatio cũ anxietate cordis atq; tristitia, quia Deus non flectitur dulcedine verborum, vt homo. Et iõ ex p̃missis vr̃ ꝙ quamuis clericus sit imperitus aut ignarus, non tm̃ est deponendus, ut no. clarè gl. 2. in d.c. sedulo. sed tamen sedulo ita agendum est, vt studeat scire melius, nec eos debet pudere addiscere, Catone dicente.

Instrue perceptis animum ne discere cessẽs.
Nam sine doctrina, vita est quasi mortis imago.

Et Seneca inquit, Nulla ætas sera est ad discendum. Et alibi, ꝙ optima norma viuendi est cupiditas addiscendi. & intelligе sane dum dico, ꝓp imperitiam quis non est deponẽdus, nisi imperitia uel ignorãtia esset intolerabilis, quia tũc secus esset, vt in c. fi. de ęta. & qual. Declaro apertius p̃dicta & materiam, secundum ꝙ mihi vr̃: nam aliqñ quis non est peritus ad unum beneficium, vtputa curam aiarum hns: & quamuis veniat ab illo deponendus, non tm̃ ab alio beneficio simplici, ad ꝙ forte sufficiens redditur. Et sic uerbum, deponẽdus, nõ est pro amittere sumendum, vt a quocũque beneficio venit

46 deponendus. † Et iõ de tali beneficio quo dignus sit, erit sibi prouidendum, ea rõne ne cogat̃ in opprobrium cleri mendicare, vt no. in c. 2. de pręb. sed ubi oĩno esset imperitus lr̃arum & insufficiens ad quodcunque beneficium, adhuc dico tali esse prouidendum illa rõne, ne cogatur mẽdicare, & c. Et debet per eum, qui ipsum ordinauit, sustentari in odium sui, qa promouit indignum, & ad hæreditatem elegit, quæ oĩb literatis & idoneis patens & ita amplissima est, nisi iste taliter ꝓmotus de sua paterna hæreditate posset se sustẽtare, arg. eorum, quæ no. & le. in c. eps si aliquem. & c. cum secũdum, de præb. & tũc viuat de facultatib. suis, & addiscere quærat, imò compellatur si beneficiari debet, & postea cantare digne poterit illud psalmi ista, Dns pars hæreditatis meę & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. habent̃ hæc verba in d.c. cum secundum Apl'm. atque ẽt illud dicere, portio mea est Dominus in terra viuentium. de hoc vide qõnẽ, quę

47 incipit, quæro an pro eo &c. † Quæro, quid si clericus dimittat horas canonicas dicere pro eo, quia non habet Breuiariũ an si dixerit alias horas, videlicet crucis, Trinitatis, Spiritus sancti, beatæ Virginis, vel oratione Dominicam. S. Pater noster, vel alias oratiunculas, possit recompẽsare, & sit excusatus? Respondeẽ ꝙ sic, & tunc non peccat mortaliter. Ego verò aliter in hac materia puto distinguendum & dicendũ, Aut loquimur de eo, qui põt sibi prouidere de libro pro officio dicendo, utputa qui potens est ad emendum Breuiariũ, vel ad faciendum sibi scribi, vel quia est in loco vbi est ecclesia habens libros pro horis dicendis & non prouidet, & tũc in culpa est, & peccat mortaliter, quia nõ satisfacit obligationi, ad quam astrictus est, nec pro satisfaciendo diligentiã adhibet, vnde nõ est liberatus. arg. no. in l. ꝙ te. ff. si cer. pe. Quid aliud est de tali dicendum, nisi quia tãquam desidiosus & morosus uenit damnandus. pro hoc facit regula, mora sua cuilibet est nociua. de regu. iur. lib. 6. Nec admittitur, si velit illam excusationem facere ꝙ loco horarum dicit in recompẽsam

48 alias orationes, † quia aliud pro alio intuito creditore olui non põt, prętertim ubi facultas soluendi adest, ut scribit Paulus Iurisconsultus in l. 2. ff. si cer. pet. postquam. n. per obligationem contractam in susceptione ordinis vel beneficij obligatus ad ipsas horas extat, de qua obligatione dixi sup. in q. quæ incipit, quæro primo. & ex quo capite descẽdat ista obligatio, ibi uide. & in qõne alia sequenti. Igitur ipsas horas per soluat, quia hoc dat ipsa obligatio & forma cõstitutionis ecclesiæ. & iõ in forma solutio ipsarum horarum fieri debet, si debet dici liberatus, arg. Instit, qui. mo. tol. oblig. in prin. ubi dicit tex. ꝙ solutione eius quod debetur, tollitur oĩs obligatio. & alibi dum dicit, ꝙ promissio tollitur solutione eius, ꝙ promissum est, ar. not. in c. ad nr̃am. de iureiu. l. 1. & in l. promissor. §. constituto. ff de consti. pec. & in l. item si liberatus. §. qui paratus est. ff. quib mo. pig. uel hypo. sol. Nam quando clericus promouetur ad sacros ordines vel beneficia recipit, resultat ista obligatio, vt has horas legere teneat̃, & ad hoc vr̃ se obligare in conscientia ad oĩa, quæ iuris dispõ dictat rõne ordinis uel beneficij suscepti, quia qui vult antecedens, velle debet & consequens necessarium ad illud. c. præterea. de off. deleg. & l. ad leg. ff de procu. & uide in d.q. 1. Aut non põt sibi prouidere de libris, vtputa quia est in carcere ib. vel in via sua Breuiario spoliatus, nec habet unde posset hr̃e recursum pro officio suo legendo, & tunc talis est excusatus dicẽdo eas orationes, & psalmos quos scit & potest. & hoc mo-

49 do crederem compensationem admittendam. † Sed consulo si potest, bene faciet officium omissum repetere, & consulte operabitur exemplo debitoris, qui licet in termino suo creditori non possit satisfacere, nihilominus non dicetur ęs se liberatus propter hoc, immo ipso peruenięte ad pinguiorem fortunam & ad facultatem soluendi, tunc soluere tenetur creditori suo quẽ propter egestatem & impossibilitatẽ sui debitoris oportuit habere patientiam, ar. no. in c. Odoardus. de solu. & ibi glo. & in l. is qui. ff. de cessi. bon. iuncta. l. 1. C. eo. ti. Nam Deus est creditor cui debitum debetur, & hoc in c. nostro dicitur ibi, pensum seruituris, &c. nisi esset tanta multitudo, ut inquit Host. ꝙ ipse redicere non posset, tamen debet sibi imponi penitentia, quasi impossibile foret ipsum posse redicere. ar. ff. de reg. iur. impossibilium. & de pac. c. fi. & hoc opus, vt dicit Inn. etiam placuit multis. Sed dicit ipse, ꝙ si non redicat, non peccat, dummodo de pacto omissionis sibi imponatur pœnitentia, ut sic puniatur in quo deliquit. credo ꝙ bene faciet, ut consulat confessorem peritum, quia bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi culpa nõ est. ca. 2. de obser. ieiu. Et si necessitas, vtputa infirmitatis allegatur, videat bene qualis fuit ista necessitas omittendi horas confessor, quia ipse Deus non debet esse deterioris conditionis quàm homo creditor, cui ipse homo tanquam eius creatura seruire tenetur & debitum suum super iudicia iustificatio-

50 nis suæ persoluere, ut dicit tex. noster in fine sui. † Ista dixi propter nonnullos, qui non verentur prelaturas & beneficia retinere, propter quocunque casum etiam leuem omittunt officium, ad ꝙ obligantur ratione beneficij, ut in d. c. fin. de reseri. lib. 6. aut modicam infirmitatem continuam aut interpollatã. & contra hos facit l. 5. ff. de re iudi. quia talis non excusatur ab officio, vt inquit Host. non aduertens ꝙ hoc sit de præcepto & ex hæreditate Christi uiuant, vt in c. cum secundum Apostolum. de pręben. & honorem & omnimodã reuerentiam ab homnibus assequantur pariter & dignitatẽ, ut no. in c. de multa. & per totam, de præben. & dign. Et ideo pro tot & tantis bonis non deberet clericus horas etiam ex qualicunque necessitate cedere repetere, quia pro pœna esto ꝙ sit in carceribus, non perdet fructus beneficiorũ suorum, & si illos perdidisset sibi competit actio ad recuperan-

Source : BIU Cujas

dum, quia priuilegium ſpoliati latiſſimum eſt, vt in toto tit. de cau. poſſ. & proprie. & in toto ti. de reſti. ſpo. in decre. & in 6. mō ſicut poteſt fructus recuperare & eos petere, quare nō ita debet officium omiſſum etiam in caſu neceſſitatis, vt ſupra perſoluere. Nam poſtquam ſentit commodum, ſentiat ēt onus. & pro hoc faciunt ēt ea, quæ no. in regula, qui ſentit onus, & c. de regu. iur. lib 6. Et uide quę dixi ſup. in q. quæ incipit, quæro conſequenter. ubi plene. † Sunt nonnulli, qui lætā
51 tur ſibi potius emere libros legales vel iuris canonici, aut equos, veſtes & ſplendidos alios ornatus, quàm vnū Breuiarium, imō & ſi illud habent dedignantur ad manus recipere, vel ꝙ verius eſt quandoque verecundantur ſi videantur cum ipſo per eccleſiam vel uiam aut in domo, & pulchriora ſunt ornamenta aut lectiſternia ſellæ equorum ſuorū & cooperturæ, quàm coopertura librorum aut Breuiarij pro ōfficio diuino, ꝙ quantum ſit abominabile, vide ꝙ dicit Stepha. Papa in c. veſtimenta eccleſiæ. de cōſe diſt. 1. & in d. cle. 1. §. in multis. Sunt ēt aliqui dicentes, ꝙ ex quo neceſſitas nō ſubeſt legi, & lex nō ſit impoſita infirmis, iō vī ꝙ clericus nō teneatur repetere offiū omiſſum, per ea quæ habentur in c. 2. de obſer. ieiu. nec fructus ēt reſtituere, vt quidam dicunt. Sed Calde. dicit ꝙ vī verius ſibi ꝙ tenentur. ꝙ intellige ſane ꝑꝑ ſuperius dicta, niſi infirmitas eſſet ita grauis, ꝙ eo tempore quo diceret offiū, deberet imminere periculū & obeſſet, tunc bene ſuccederet illa doctrina, ꝙ lex non ſit infirmis poſita, &c. De hac dī tangi per Ray. in ſumma de apoſta. in fin. Sed cogita, vtrū excuſatio ſit acceptabilis Deo & in foro aīę, nam multa poſſem ſuper hoc adducere, ſed nolo eſſe prolixus. & ſic ꝑ prædicta vī, quātum in me eſt, expedita quæſtio.
52 † Quæro an obligatus ad has horas canonicas, teneatur etiā horas & officiū beatæ virginis dicere & vigilias mortuorū. Rñdetur ꝙ nō: & hoc ꝓbatur ex textu nr̄o, in quo nulla fit mētio de officio virginis vel vigilijs mortuorū, ergo ad eas non tenetur, quia caſus omiſſus ꝑ omiſſo habēdus eſt. c. ſi ſuſceptū. de reſcrip. li. vj. & l. cōmodiſſime. ff. de libe. & poſthu. & ſi aliqui hñt in deuotione has horas vel vigilias dicere, hoc bñ pñt ſed eorū deuotio non debet alios aggrauare, ſecūdū Guil. Pau. & Inno. in d. cle. j. Fatentur tñ ꝙ quis non teneatur ad eas iure ſcripto, nihilominus pñt teneri de conſuetudine, lege, vel ſtatuto aut alia. inſtitutione regulę, ſecūdum quod monachi & religioſi hñt ex ſuis inſtōnibus: vnde ſi ſeruitores ipſius eccleſiæ cōſueuerūt cōiter horas iſtas virginis Mariæ & vigilias mortuorū dicere, tunc ad eas tenentur, quia bñficiati ſunt in illa eccleſia. ar. a ſimili, c. ex parte. de cenſi. Et rō eſt, ꝙ quilibet debet ſe conformare in moribus conſociorum officiantiū, nec debet ſe ab eis retrahere, quia ſcribitur ꝙ turpis eſt pars quæ ſuo toti non conuenit, vt in c. quæ ꝙtra mores. viij. di. de ſpon. duo. c. fi. & ibi legitur, quod quicū que ſe non conformat moribus aliorū, talis eſt ſuperſtitioſus & intemperatus, vt inquit Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana, & in c. 1. 41. diſt. Idem rōne obligationis contractæ, in receptione beneficij, de qua materia dixi ſup. in q.
53 quæ incipit quæro quid ſi clericus. † Quæro adhuc pro maiori declaratione prædictorum, an omittens offiū beatæ virginis uel uigilias mortuorum dicere, peccet & puniri poſſet? Reſpondetur, ſm Guil. & ſequaces eius, in d. cle. 1. ꝙ ita æque punitur, ſicut omittens alias horas canonicas. & not c. 1. 11. diſt. per glo. quia tranſgreſſor conſuetudinis, ſicut tranſgreſſor legis vel canonis, venit puniendus. 11. diſt. in his. & c. cum conſuetudinis. de cōſue. Dicit tñ Guil. hoc verum de officiātibus & reſidentibus in ipſa eccleſia, ſecus in illis qui iuſta de cā, vtputa ſtudiorum vel alia abſentes ſunt, & idem Stepha. Ego verò puto aliter dicendum, & diſtinguendum in hoc articulo ſic: aut horæ beatæ Virginis uel uigiliæ mortuorum dicuntur ordinarie ex ſtatuto uel ex conſuetudine, quæ in hoc ſumme eſt laudanda, quia per eam auget cultus diuins: & tunc dico ꝙ ēt abſentes tenentur ad eas, ex quo de iure & per obligationem contractam per eos, vt ſup. dixi in proxi. præcedenti, q ſe obligarūt, quia vī acceptaſſe beneficium cū ſuo onere, arg. c. ſignificaſti. de præb. & iō ſm naturam eius & conſuetudinem eidem ſeruire debet. & pro hoc optime facit, ꝙ legitur & no. in c. de his. & c fina. 12. diſt. nam talis mos pro lege ſeruandus eſt, dicit tex. in c. in his. 6. diſt. & vide ſup. in q. quæ incipit, quæro ꝑꝑ ſuperius dicta, quid ſi in duab. eccleſijs, &c. Si verò extraordinarie dñr in eccleſia ꝑꝑ aliquam cām emergentem, vtputa ad petitionem alicuius perſonæ, quæ forte diſtributiones aliquas dari ex hoc uoluit, & tunc qui eſt abſens, non tenetur ad eas, nec quicquā ex his diſtributionis percipiet, quia nullum onus ſentit, iō nullum commodum percipere debeat, regula iu. de reg. iu. lib. 6. & ar. no. in c. unico. de cle. non reſi li. 6. cum materia ſua hanc diſtinctionem reperio tactam, quamuis non ita clare, per Zab. recitantem Tho. in quodlibeto ſuo de ſuffragijs mortuorū, & ēt præfati do. uidentur idē ſentire, ſed ſub nube. & ꝙ dixi de iſtis horis, idem dicas de illis deuotionibus, quæ habent dici ex ſtatuto uel conſuetudine eccleſiæ, uel ex inſtitutione ali-
54 cuius religionis. † Quæro, in quo loco ſunt dicendæ horæ canonicæ? Reſpondetur, ꝙ in eccleſia, in qua eſt beneficiatus. ar. c. unici. 10. q. 3. alle. ego meliorem tex. c. dolentes. de cele. miſ. & c. fi. 92. diſ. & c. quod in te. de pęn. & re. & facit, c. alma mater. de ſen. excom. lib. 6. ubi ꝑꝑ interdicti debent conuenire clerici in eccleſia pro horis dicendis. vide ēt bonum tex. in d. cle. 1. de cel. miſ. ibi, tarde ad chorum ueniēdo, ſeu eccleſiā ipſam, &c. ergo ibi eſt caſus, ꝙ in eccleſia horæ ſunt dicendę, ut probatur ēt in iuribus præallega. & facit pro hoc dictum Baſil. de cultu diuino. Similiter ēt dī de clericis, qui ſunt abſentes ab eccleſijs, in quibus ſunt intitulati, ꝙ potius orare debent in eccleſijs quàm alibi. ſimili mō dico de laicis, quia ad hoc eccleſiæ ſunt inuentæ & deputatæ, vt in iurib. præal. de conſe. diſt. 1. quaſi per totum, & in c. decet. de immu. eccl. li. 6. & arg. c. 1. de purg. poſt partum, & not. in d. cle. 1. poſſunt tamen clerici ex cā rationabili, puta pro adminiſtratione rerū eccleſiæ uel alia cā abſentes ab eccleſia extra eccleſiam ſuū offiū perſoluere ſiue equitando, uel ſtando, ſeu in uia, ut no. in d. cle. 1. Et rō eſt, quia ſicut miniſterium abſentis prodeſt in eccleſia reſidentibus, ita & miniſterium eorum, qui in eccleſia ſunt officiantes, prodeſt eis qui ſunt extra eccleſiā pro vtilitate eccleſiæ. Tales. n. reſidentes reputantur. c. ex parte. de cle. non reſi. & c. cum nō deceat. de elec. cum materia ſua. li. 6. ſed uideat, qui taliter abſens eſt, ut negotia ſollicite & fideliter ſollicitet & exerceat, & quam citius pōt ad eccleſiam
55 reuertatur, &c. † Quæro, cum quis eſt in choro, alijs ibidem horas legentibus, vel cantantibus, an liceat ſibi ad partem & de per ſe horas ſuas uel alias orationes dicere? Reſpondetur ꝙ non, niſi ſubſit iuſta cā, quia obligatus eſt cum alijs officiare, ut no. in c. nr̄o. ibi dum dicit, aut a ſcholarib. publice cōpleantur, non dicit compleatur, in numero ſingulari, ſed in plurali loquitur tex. & ſic in cōi & inſimul dici debent, & cō pleri ubi ſunt collegialiter congregati in choro, aut in eccleſia ubi clerici conuenire debent pro officio celebrando, & in q. proxi. præce. & ſup. in multis locis dictū eſt, & vide quæ dicta ſunt in q. quæ incipit, quæro an obligatus ad horas canonicas, &c. & vide decretū Baſil. de cultu diuino, &c. vnde ſi vocē ab alijs ſubtrahit peccat, quia agit contra iuris diſpoſitionē & principis mandatū ſeu eccleſiæ, vt in c. nr̄o facit c. ſi aūt uobis. 11. q. 3. & c. 2. de ma. & obe. dicit beatus Hiero. ingratū eſt ſpūſancto quicquid obtuleris neglecto eo ad ꝙ teneris, & iō ut perſoluat debitū, debet vnā cū alijs publicè pſallere & cantare & non ad partē oratiunculas dicere: quia & ſi bonū ſit orare, intellige hoc uerū ſuo tpe, nā cōe bonū ꝓferendū eſt ſingulari bono, & ꝑſertim quādo in cōi bono verſatur & continetur eius priuata utilitas, ut legitur & no. in c. bonę. de poſtu. pręla. Io. 1. unde ſi cū alijs legat ſatisfacit etiā pro debito ſuo, ad quod tenetur, ut in tex. no. Itē qui ſatisfacit ordinationibus eccleſię & conſuetudini, cū in eccleſijs collegiatis collegialiter officia dici debeant, arg. c. dolentes, de cele. miſſa. & d. cle. 1. Et dictū fuit aliàs ſupra in q. quæ incipit, quæro quæ hora dicatur competens, & in alia q. quæ incipit, quæro in quo loco &c. In alijs uerò dicit, ut in d. q. quæro, quæ hora, &c. Obedit etiā regulis ſanctorū patrū, & maiorū ſuorū, ſequi debet ueſtigia eorū, cū quibus uiuit. c. recoleutes, de ſta. mo. Et eſto ꝙ bonū ſit orare ut dixi: at tamen hoc tempore officiorū, dū ab alijs celebrantur, abſtinēdum eſt: quia & quandoque a bono abſtinemus, ut mandantis ſanctorum patrum ipſorum obediatur. c. quid ergo. 11. q. 3. & maximè, quia ſubtrahendo uocem ſuam, alios ſcandalizat & perturbat, quod omnino præcauendum eſt. c. nihil cū ſcandalo, de præſcrip.
56 † Quæro, quando presbyter miſſam celebrat, an audientibus miſſàm liceat ſuas orationes legere? Reſpōdetur & dic quòd quando miſſa celebratur & præsbyter alta uoce legit & præſertim orationes epiſtolam & euang. quilibet deuotè audire debet & ſub ſilentio, & præſertim loquor de intelligentibus & litteratis uiris. Vnde dum legitur euangelium, debes conſiderare quid Chriſtus eſt qui loquitur & non homo, quod probatur in princ. & ex tenore euangeliorum, in quibus geſta Chriſti contineri dicuntur. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hāc, &c. Modo ſi unus princeps terrenus uel magnus dominus loqueretur iam præſto præſtares audientiam cum reuerentia maxima, nec immiſceres aliqua uerba tua, nec ulterius, immo dum loqueretur ipſe, neſcio ſi auderes allegare Aug. & Ambro. ſed credo ut prudens expectares patienter finem uerborum ſuorum & poſtea diceres facta tua, quanto magis audire debes creatorem tuum uel Apoſtolum loquentem in epiſtola ſua tanquam nuntium Ieſu Chriſti, ſimili modo quando dicuntur orationes, quia omnino debes obmuteſcere, & dimittere oratiunculas tuas, quas non debes credere meliores uel efficaciores illis, quas eccleſia tota & uniuerſalis dicendas eſſe decreuit. Et iō qñ nomē ipſius Ieſu Chriſti audis & eius

geſta

Source : BIU Cujas

gesta nominare, flectere debes genua nedum corporis sed & cordis, vt habetur per Io. And. in proœmio, vj. lib. & in c. decet. de immu. ec. lib. vj. vbi recitatur illud, quod in nomine Iesu omne genu flectitur, cęlestium, terrestrium, & in-
57 fernorum. † Nota quòd grande & salutare est nomen istud per quod facti salui sumus, vt no. in c. vnico, de sac. vnc. & in d. c. decet, & cogita si bene dico. Nam & si quis non habet vocem sonoram, nihilominus eam subtrahere non debet, quoniam ex diuersitate vocum resultat melodia tota, & dulcis representatur cantus, sicut videmus in organis, in quibus sunt fistulæ paruæ grossæ & grossiores sonum emittentes & totã melodiã ornãtes & pśentãtes, sic ẽt diuersæ voces tubales ĩchoãt terminãt reꝑsentãt ornãt melodiã & cãtũ, iõ q̃uis vocem sonoram non habeat quis, tamen eã non subtrahat, quia debet ꝑm gratiam sibi a Deo datã creatori suo seruire & fructum labiorum suorum cum puritate conscientiæ animiq; deuotione porrigere, vt in cle. 1. de cele. mis. & quia cantus est in ecclesia de necessitate, vt probat̃ ꝑ psalmistã sic dicẽtem, psallite Dño in cithara, in cithara & uoce psalmi, in tubis ductilib. ecce ꝙ psalmista iubet Deũ voce laudari, dũ dicit psallite ei in voce, &c. ꝙ quidem verbũ, psallite, est imperatiui modi. Et iõ succedit regula illa, ꝙ præcipit̃ imperat̃, & ꝙ imperatur necesse est fieri. c. ꝙ præcipit̃. 14. q. 1. nec excusatur, si dicat, nescio cantum, quia debet addiscere ipsum sicut & offĩ, alioquin in culpa est dum acceptauit beneficium, & ignorat quæ sunt necessaria ad ea, ꝓp quæ dat̃ beneficiũ, quare immiscet se in arte quam ignorat, ergo nõ venit excusan-
58 dus: † sicut dicimus de medico & de iudice, qui ꝑ imperitiã male medet̃ & iudicat, nã talis venit puniendus & actione in factum tenet̃, inquantum religioni iudicantis videt̃ æquum. ff. de va. & extraor. cog. l. si iudex Insti. de obli. quæ ex quasi deli. nas. in prin. imperitia namq; culpæ cõparatur. 1. q. 1. non est putanda. in fin. 29. dist. c. ult. cum not. in c. aures. de æta. & qua. & si videbat se non idoneũ non debuit pati vt promoueret̃, nã promouendus ad beneficium debet in trib. præsertim esse sufficiens & examinari, videlicet si bene legat, si bene construat.. prout no. in cle. vnica de cõcess. præbẽ. Et esto ꝙ examinator in promotione ad beneficium male fecerit, attñ culpa & delictũ examinatoris nõ excusat taliter promotum, debuitt̃ ꝑpe promotionis fateri ignorantiã suã. ar. no. in c. quæris, de æta. & quali. & in c. indecorũ, & c. eam te. eo. tit. cum simi. debet quisque prius esse discipulus antequã magister. c. cũ ĩ magi. de elec. & 16. q. 1. sic viue. & iõ talisñ est beneficio sufferendus, si non ualet aut nescit vel nõ vult studere ut sciat onera beneficij, & offĩ ꝓp ꝙ datur beneficiũ supportare & fructum percipit, & facit pro hoc. l. unica. §. pro secundo C. de cad. tol. & regula, qui sentit, de re. iu. li. 6. pro hoc vide q sup. positã incipiẽtẽ quæro ulterius, vt me cla. fa. &c. & iõ ex præmissis liquet hunc nullatenus excusandum, cum perfecte offĩ non impleat, qui cantus est de necessitate clerico, ut inquit Aug & in c. quæ ipsis. 38. dist. in uer. antiphona-
59 rius. † ergo videat bene, cũo fructus beneficij percipit nõ satisfaciendo in his, quæ ad seruitiũ beneficij requirunt̃, quia dubito an bona conscientia possit eos percipere, & an teneãtur ad restõnem, super hoc nolo me extendere. Et considera tu quid si mercennarius non seruiat perfecte domino, an ꝑmereat̃ salariũ; & eodẽ mõ de milite qui sine armis accedit ad beliũ vel aliàs minus perfecte militat, an debeat hr̃e stipẽdium, cogita in conscientia tua. & quære peritum cõfessorẽ & accusa neglitiã & culpã tuã piger & ignorantiam, &c. Et aduerte, quando cantas, ꝙ cantus sit cum cordis deuotione, vt vult c. non mediocriter. de conse. distin. 5. & Psal. inquit, psallite Deo in iubilatione ẽt voce sua clericus studeat nedũ populo placere, sed Deo magis. & iõ Hier. in epist. ad Ephe. contra tales studẽtes placere populo quàm Deo, scribit eos repræhendo, & recitat̃ in c. 2. 92. dist. & ibi glo. & ille tex. facit contra illos, qui in diuino offõ uolunt cantare cãtilenas, aut eas in organis ludere, talia non debet immiscri in diuino offõ, sed ea quæ sunt pro forma tradita ab ecclesia, & in iuribus ꝓalleg. & in c. S. Ro. ecc. 92. di Nec choreæ aut aliæ insolẽtiæ in ecclesijs aut cemiterijs fieri, hoc expresse prohibetur fieri per d. cle. 1 & per c. cum decorem. de uita & hon. cle. & per decretum Basil. de cultu diuino, & de repræsen nõ fi. &c.
60 & sic ex præmissis liquet responsum quæstionis. Quæro, an sufficiat clerico ipsas horas mente sine verbali expressione legere? Respondet̃ ꝙ sic, quia soli Deo porriguntur, quæ cordis deuotionem respiciunt, ergo frustra uerbum adiungitur. ar. c. sedulo. 38. dist. & in c. 1. 92. dist. ubi dr̃, ꝙ non voce, sed corde psallendum est Deo, & legendo horas debemus ad Deum toto corde vigilare. c. quando de conse. dist. 1. In cõtrarium vr̃ facere. c. non mediocriter. de conse. dist. 5. ubi hr̃, ꝙ tã uoce quam corde laudandus est Deus, & pro hoc facit dictum Psal. psal, 172. Voce mea ad do. cla. &c. Non obstant illa iura sup. alle. quia & si dicant ꝙ corde Deo psallendum sit, nõ tñ excluditur, quin Deum voce laudare debeamus, ut not. per gl. in d. c. 1. 92. di. & in d. c. sedulo. & d. c. non mediocriter, qa Deus non tm̃ respicit vocem, sed & cor orantis, & vtrunq; in simul bonũ est, immo debet esse expressio, vt in cle. 1. de cel. mis. in uerbo, fructum labiorum. Item, vt refert Zab. Tho. in 2. 2. q. 2. & oĩs oro, quæ fit ꝑ ministros ecclesiæ, debet fieri in persona ipsius ppli, ꝑ hoc adduco d. sacrę scripturæ hic. s. ministrare ecclesiæ est, qui orat pro ppło & vniuersa sancta ciuitate Hierem, & hinc est ꝙ oro debet esse vocalis & sonora & publica, vt sit ppło nota. Et iõ text. no. dicit, vel ascholaribus publicè cõpleãtur &c. quod verbũ publicè no. ꝙ sic, vt clericus publica persona dicatur, ar. c. q̃q̃. de vsu. & iõ eius oro publica dr̃ singularis, & priuata oro, quam quis pro se & aliis facit non est de necessitate ꝙ sit vocalis, vel ꝙ fiat expressione verbali. ita notanter dicit glo. magna, quæ ad longum tractat de oratione in cle. si dñm. de reli. & vene. sanc. ubi dr̃,
61 † ꝙ uox triplici rõne adijcit orationi. primò ad excitandũ interiorem deuotionem, qua mens eleuatur in Deum, qm̃ verbis & signis nosipsos excitamus ad sanctum desideriũ agendum, vt dicit Aug. ad Probum. Secundò ad reductionẽ debiti, vt si seruiat Deo, seruire debet totali corde & opere. de cõ sec. dist. nunquam. Tertiò ex quadam redundantia ab aĩa in corpus ex uehemeuti affectione. Vnde Dauid Psal. 15. Lætatum est cor meum & exultauit lingua, &c. Ex quo patet ꝙ non sufficit mente horas canonicas dicere sine expressione verbali, & hæc conclusio probatur per ea, quæ le. & no. in ca. dolentes. de cel. mis. ꝑ Inn. Host. & Io. And. & aperte ẽt in d. cle. 1. ibi, in uerbo, fructum labiorũ suorum, ut sup dixi, unde nõ in gutture, aut inter dentes deglutiendo verba uel sincopãdo dicanť istæ horæ, ita ꝙ ẽt si solus dicat offĩ, agat ita vt seipsum exaudiat, & non faciat sicut simia, quæ mouet labia tm̃, & tñ non auditur. & hoc intellige, nisi haberet alios orantes impedire, & tunc potius silere debet ne scandalum faciat, ut dictum est de hoc in q quę incip. quæro cũ quis est in choro, &c. Intellige sane conclusionem istam de eo, qui põt verba exprimere, secus si esset infirmus, ita ꝙ non posset ipsa verba exprimere, tunc excusandus veniret. Idẽ intellige de conuersis & laicis & templariis, quibus datum est vt inter sint diuinis officiis & audiant quæ leguntur & cantant̃, ꝓut no. in d. cle. 1. per Guil. & alios Doct. quia ipsi non debent cũ
62 clericis psallere. † Quęro, quia sup. dixi ꝙ publice debent horæ legi, an intelligatur hoc indistincte de oĩb. Respondet̃, vt inf. quia scholares & qui curam aĩarum & populum habẽt, debent publice horas persoluere. Sed secus est de monachis qui populum non hñt, quia tunc talium officia non debent publice fieri, sed vbi aliàs haberent populum, tunc debẽt publica esse & publice cantare, ut no. ꝑ glo. super uerbo, cætera off. in c. de his. 12. dist & c. interdi. 16. q. 1. Et sic mõ habes materiam declaratam, & qui teneantur publice horas legere, & qui non, & in quibus quò ad officium parificãtur monachis curatis. Quæro deinde de monacho ad ecclesiam sæcularẽ, in qua fit offĩ curiæ Romanæ vel ꝑm consuetudinem ecclesiæ promoto, an teneatur ad illud offĩ dicendum. Respon. breuiter ꝙ debet se conformare cum illis, cum quibus conuersatur, ar. c. recol. de sta. mon. & c. 1. 41. dist. cum sim. & melius in c. fi. 12. dist. & c. de mon. 16. q. 1. per Doct. facit cle. 2. de cele. mis. & ibi bona gl. in uer. licitc. & not. in c. cler. off. in fin. de uita & ho. cler. & c. unico 18. q. 1. per Arch. quia in uno & eodem collegio non debent fieri diuersa officia, sed conseruari naturam & instõnem beneficii conuenit, qm̃ scãdalum foret, a quo præcauendum est. c. Deus qui. de ui. & ho. cle. & c. nihil. de præscr. & ne uideantur in boue & asino arare. c. in
63 actione † Quæro vlterius ꝓp præmissa, secundum quem ritum & quot psalmos pro qualibet hora debeat clericus dicere? Respondetur ꝙ horæ sunt dicendæ ꝑm formam & ritum ecclesiæ Romanæ, per ea quæ leguntur & not. in c. 1. & 2. 12. dist. ubi Calixtus Papa scribens omnibus epi. in hæc verba, non decet membra a capite discedere, sed iuxta scripturæ testimonium omnia membra caput sequãtur. nulli verò dubium est, ꝙ App. ecc. est mr̃ omnium ecclesiarum, a cuius regulis nos nullatenus conuenit deuiare. Et sic ex prẹmissis apparet, quid censendum. Et hoc idem affirmat Grego. in c. seq. & in c. basilicas. de conse. dist. 1. In contrarium videtur facere c. iusti. de conse. dist. 2. & 12. dist. de his. & ca. illa. Solu. dicas ꝑm Guil. & Gen. in d. cle. 1. ꝙ quilibet debet ecclesiæ suæ consuetudinem seruare in tantum, & tot Psalmos dicere pro horis canonicis, quantum ecclesia sua in qua est beneficiatus, statuit & dicit. 12. dist. nouit. & ca. seq. in fi. & si secus faceret tanquam transgressor consuetudinis aut institutionis ecclesiæ poterit puniri, & perinde ac si esset tranfgressor legis. 12. dist. in his. In ecclesiis verò monachorum & aliorum religiosorum seruari debet illud, quod dicit eorum regula & institutio aut consuetudo. c. de his. 12. distin. Nec obst. contra. primo facta, quia licet mos ecclesiæ Romanæ in sacramentis debet seruari, non tamen sic est in istis horis canonicis & officiis diuinis, ut inquit Host. in hoc, c. 2. & de consec. di. 5. c. in

Source : BIU Cujas

die.& le.& nō.in c.2.de temp.ord.uel aliter dicit, ſecundum gl.in d.c.2.q̄ illa quæ eccleſia Rom. mandat & docet ſeruare,ad illa tenetur quiſque:ſecus vbi non mandatur uel docet ſeruari, quæ facit ipſa arg.not.in c.cauſis.de ſen.& re iudi.& ex præmiſſis infertur quæſtio ſequens.

64 Quæro ex prædictis,quid de illo qui eſt extra dioceſim vel beneficium ſuum vel in benefi.ſed non facit officium,ſecundum morem beneficij ſui vel dioceſis,ſed aliud officium, vt puta offi.Rom.curiæ,an talis veniet excuſandus. Reſpon.ſecundum Steph.in d.cle.1.& Zabā.in hoc c.noſtro,q̄ non.ar.cle.2.de cele miſ.ſalua tamen intentione,d.cle.2. diſponentis q̄ clerici quicunque ēt religioſi,qui ſint familiares & domeſtici Cardinalium & epiſcoporum,ſe poſſunt in diuinis officijs cum ipſis conformare. & intelligo de legentibus ipſas horas cum prædictis Dominis prælatis, quia poſſet eſſe q̄ familiares & domeſtici eſſent,& tamen horas cum eis non dicerent,prout de facto uidemus.& de his non eſt dubium, q̄ tenentur ad officium ſuum, quoniam ceſſat cauſa mens & ratio,d.cle.2.vnde in eis non vendicat locum.ar.l.adigere.§. quāuis ff.de iure pa.cum ſuis concor. Et vbi aliàs eſſet in beneficijs diuerſis ſeu eccleſijs beneficiatus,in q̄b.ſunt diuerſa officia:tunc faciat ſecundum q̄ dictum eſt ſupra in q.quę incipit, quęro propter ſuperius dicta &c.

65 † Quæro,qūo ſe debeat hr̄e clericus & p̄parare,qui eſt acceſſurus ad offm̄ ſeu ad legendum horas canonicas? Rn̄deō, vt inf.videlicet,q̄ cū audit ſignū vel ſonum campanæ aut tubā quæ pulſari conſueuit pro officio celebrando, ſtatim debet ſurgere & dicere aut cogitare, q̄ ſignum tale ſit vox ſeu tuba ſummi & æterni Regis precaminis inuitātis ipſum ad laudem & eius debitū perſoluendū, ac excitātis ad opus vineæ. ad q̄ peruigili cura & ſolicitudine animiq; deuotione accedere debet vſq; ad finem laboraturus,vt valeat pro mercede ſua denarium diurnū recipere. Audi, quid hr̄ in illo hymno. Primo dierum,&c.& lege ipſum vſq; ad finem,quia inſtrueris qūo te hr̄e debeas.ſimili mō hymnum qui incipit, æterne rerum,vbi reperies verba ſalutaria;& alibi ēt ſcriptū eſt,ante orationem præpara aīam tuam ne ſis quaſi quæ tentat Deū, hoc fieri docet decre.Baſi.de di.cul.& cum reuerentia & habitu congruo & decenti,non cum canib.aut auib.uenaticis, de quib in d.cle.1.de cele.miſ.& in cle.1.de vita & ho.cle.& in c.1.no.eo.ti.lib.6.& in d.c.dolētes,& in c.clerici offi.eo.tit. in antiquis,&in d.decre.baſ.Ingrediaī eccleſiā vt fortis pugil & athleta pro populo oraturus aduerſus diabolum, exēplo Moyſi,qui dum orabat populus vincebat: dū verò ſpūs eius ab oratione relaxabaſ,tūc populus ipſe vincebaī. Et p̄miſſo ſignaculo crucis,qua ſaluifacti ſumus, vt not.in cle.vnica,de reli & vene.ſanc.& in c.decet.de immu.ecc. & oratione do. S.p̄ nr̄,vt moris eſt,debet inchoare offm̄, & cum vigili cura finire Iō dixi,q̄ p̄parare debet ſe,quia legīt in d decre.Baſil.ſi quis eſt allocuturus Principē vel Dm̄ cogitat qūo cū eo ſit locuturus,a fortiori ſe diſponere debet qui cū creatore ſuo eſt locuturus,iuxta illud Pſal.Expectans expect. &c.& dixi ēt

66 vſq; ad finē,&c.† quia vniuſcuiuſq; rei conſiderādus eſt finis, dicente Propheta. Non qui incæperit, ſed qui vſq; ad finem perſeuerauerit,hic ſal.erit. vt ſic opere nr̄o conſummato & debito nr̄o vc; horarum canoni.perſoluto, eidē creatori nr̄o ſuper iudi.iuſti.ſuæ vt dicit tex. nr̄ in fine debitas gr̄as referre redēptioni nr̄o,dicētes in fine,Benedicamus Dn̄o,vt implea tur in nobis illud Pſal Benedicam Dm̄ in oī tēp.&c. & mereamur illam ſuauiſ vocē audire & benedictionem cū multiplicato fructu honore ab eo percipere, de qua in ſacra ſcriptura ſcribitur.Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauco fuiſti fidelis ſup.multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui, ad q̄ quidē gaudium ille nos perducat qui eſt trinus & unus ſemper benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen.

TRACTATVS

De horis canonicis dicendis,ingenui canonum conſulti Domi. Nicolai Poſnonienſis.

Præfatio.

Portet ſemper orare. Luce. 18. Sicut dicit Henricus de Vrimaria de perfectione interioris hominis.li.9.c.1.cuiuſlibet iuſti hoīs ſui cordiſq; perfectio ad ingem & indiruptam or̄onis perſeuerantiā tendit.Et quantum humanę fragilitati conceditur ad continuā tranquilitatem mentis niti debet,& ad eius perpetuam puritatem,p̄p quam poſſidendam, & oēm laborem corporis & contritionem ſpiritus indefeſſe querimus,& iugiter exercemus. Et ſicut ad or̄onis perfectionem tendit ſtructura virtutum,ſic ipſę virtutes abſque or̄onis iugitate & perſeuerentia non poſſunt compleri. Quocirca ſaluator noſter nos admonens vt hanc perſeuerantiam orandi teneamus, dicit,Oportet ſemper orare.Non eſt aūt intelligēdum q̄ homo ſic quotidie debeat orare vt nec dormiat nec comedat, vel nec laborat:ſed q̄ inſtanter temporib.congruis oret. Vnde de Lyra dicit ſuper Lucā ſuper loco thematis noſtrij, q̄ hęc dictio ſemper,non importat continuitatem tp̄is:quia oportet orationem interrumpi tp̄e dormitionis & aliquarum aliarum neceſſitatum,ſed importat conſtantiam ſiue inſiſtentiā orationis temporib.& horis ad hoc congruis. Hinc dicit Beda ſuper locum iſtum. Dicendum eſt eum ſemper orare & non deficere qui canonicis horis rogare non deſiſtit. Pro quo facit illud q̄ in collationib.patrum legitur de abbate Lucio, qui iactitātes quoīdam monachos q̄ ſine intermiſſione orarent,& nullum aliud opus facerent,corripiens dicit.Qn̄ māducatis & bibitis quis pro uobis orat:Quo audito illi obmutuerunt. Ille vero conſequenter ſubiunxit. Ego oſtendā vobis quia operans manib. meis,ſiue intermiſſione oro.Sedeo enim iuuante deo infundens mihi paucas palmulas,& facio ex eis plectam,& dico,miſerere mei Deus &c.Et illas plectas vendens pro ſexdecim nummis :duos pono ante oſtium domus,& qui recipit, orat pro me tp̄e quo ego manduco, vel dormio: atq; ita implēt a me q̄ ſine intermiſſione oro. Iſte pater laborioſus nihil aliud ſignificabat niſi ſtatum laicalem operoſum,& manuali labori inſudētem,qui (vt dicit Hoſt.) non valens continuis temporib. or̄onib.vacare:laborat manualiter & corporaliter, & de labore ſuo bona temporalia, poſſeſſiones,oblationes, & multiplices redditus & prouētus perſonis ſpūalibus perſoluit:hac utiq; intentione, vt eo deficiente,uel deſiſtente a iugi oratione:ſpūales deum exorent: vt ſic ſemper orare videaī. Quiquidem ſtatus ſpūalis ſemper orare dr̄,cum horis tam nocte quàm die,competēter diſtinctis ſeptē vicib. horas canonicas perſoluit. qua rōne iura canonica dictum ſeptem horarum canonicarum officiū, penſum ſeruitutis appellant: vt in c.1.de cele. miſ. Ex quo patet totum clericum in ſacris conſtitutum obligari ad horas canonicas ſingulis diebus dicendas.

Prima pars Tractatus in ſexdecim quæſtiones diuiſa.

Circa quorum conſideratione,

vt facilius memorię commendentur quæ ſequuntur,ponnntur aliqua dubia per quæſtiunculas breuiſſimas, cum ſolutionibus earundem.

Quæſtio prima.

Et primo quæritur an oēs clerici in ſacris cōſtituti,tā beneficiati q̄ nō beneficiati ad horas canonicas teneanī. Et dicendū eſt ſm Io.An.in c.1.de celeb.miſſ.& in gl.6.cle.1.de cele.miſ.qđ ſic Idem not.Arch.91.diſt.eleutherius. ubi ipſe dat huius dicti rōnem:dicens quia ordini ſacro offm̄ eſt annexum. vnde ſubdiacono dr̄ in ordinatione ſua, Vide ſi hactenus fuiſti ad eccleſiam tardus,mō ſis velox:ſi ſomnolētus,mō ſis vigilās. Et dr̄,tn̄ forte non habet beneficium de quo ſeruiat.Reſpondeo, quod imputet ſibi & ep̄o qui eū ſine titulo ordinauit. Veruntamen dicit Arch.92.diſt.in c.ſi quis præsbyter. quod licet quis ſponte ordinem accipiens ſe huic neceſſitati ſupponit:non tn̄ tenetur intereſſe eccleſiaſticis officijs, ſicut ille q̄ eſt ad hoc deputatus. ſecundum Hugo. qui etiam credit qđ is qui non eſt alicuius eccleſiæ clericus, debet cogi intereſſe diuinis officijs:& hoc ſi commode poteſt intereſſe.

Quæſtio ſecunda primæ partis.

Secundò quæritur,quid ſi clericus beneficiatus, neſcit horas legere? Reſpondeo non excuſatur,quia debet ſcire legere,aliàs priuatur beneficio, cum tales habere debeant competentem ſcīam,vt dr̄ in c.in cunctis. de elect. Cōpetens aūt ſcientia,ſecundum Arch.36.diſt.illiterato eſt, ut ſciat canones pœnitentiales,pſalterium, homilias, & huiuſmodi.23.di. qui epiſcopus.immo dicit Hug 85.diſt.in c.Archidyaconus. & in c.omnes.28.diſt.non ſolum requiritur, q̄ ſacerdos ſciat in libro legere perfecte,ſed etiam debet cordetenus pro maiori parte ſcire pſalterium.veruntamen dicit Inn.q̄ licet clericus cantans cum alijs non omnia intelligit,quæ canuntur, tamen non peccat mortaliter, dummodo cor ſuum ſurſum ad Deum habeat,culpam dicens:& tamen clericus ſi iſta cōmunia ignorat,quæ ad eius officium ſpectant,ſecundū Hoſ. de æta.& quali.ord.eam te,&c.

Quæſtio tertia primæ partis.

Tertiò quæritur, quid ſi aliquis puer maior ſeptennio ex diſpenſatione obtinet beneficium nō curatum, & neſcit horas legere? Reſpon.poteſt cum eo epiſcopus diſpenſare ex cā neceſſaria,uel utili,ut aliquas alias orationes loco horarum dicat.Ratio magiſtri Stanislai de Scabinum Domini mei in quadam poſitione ſua eſt, quia ex quo diſpenſat Eps in principali,ſcilicet in beneficio, diſpenſare poteſt & in acceſſorio, ſcilicet officio.

Quæſtio

Source : BIU Cujas

Quæstio quarta primæ partis.

Quarrò quæritur, quid si quis est infirmus: Respondeo, secundum Inn. de celeb. miss. c. si est talis infirmitas, quæ impedit a dicendo, uel audiendo horas, excusat infirmus, nec tenetur postea aliquid dicere, nec ꝑ isto pœnitere, quia necessitas legē non habet. de obser. ieiun. consilium. Secus est, ſm Host. si est aliqua infirmitas, quæ solū impediret dicere, sed non audire: tunc. n. sacerdos dꝫ aliquem aliū corā ipso legentem audire, si eum habere potest: vel si est infirmitas leuis, sicut uetus quartana, in qua etiam sua negocia procuraret, tunc omnes horas legere tenetur, &c.

Quæstio quinta primæ partis.

Quintò q̄rit, quid de illo q amisit librū in via eūdo? Respondeo, ꝙ si casu hoc accidit, pōt excusari ꝑ illa vice ab horis, sed nihilominus dicat illa, quæ scit, puta orationes, vel pater noster, ne vacet ocio. Ratio huius dicti, quare isti nō imputatur, quia per eum non stat, ergo sibi non debet imputari, ex regula iur. lib. 6. quod per me.

Quæstio sexta primæ partis.

Sextò quæritur, an clericus beneficiatus in scholis stans de licētia epi, uel peregrinans ad curiā, excusatur ab horis canonicis dicēdis? Rñdeo, licet aliqui dñt ꝙ tales excusantur, si ꝑ alios loco sui in ecclesijs cōstitutos compleātur, & hoc si est clericus beneficiatus in minorib. constitutus, prout recitat Arch. 91. dist. Eleutherius, allegādo dictū Abb. & Petri de Samprana. de cele. miss. c. 1. tu dicas audacter, ꝙ talis clericus, siue sit beneficiatus, siue nondū sit in maiorib. cōstitutus, siue in minorib. nec ꝓꝓ studiū, nec ꝓꝓ laborē peregrinationis ab horis canonicis excusatur, nec archiepꝰ, nec epꝰ possit super his dispēsare, aut in aliud cōmutare, nec Abbas cū monacho ꝓꝓ studium, ita scribit Arch in d. cap Eleutherius. & Raymun. in sum. in ti. de offi. cle. c. nūquid. & seq. Ex his oībus sumitur istud documentū, ꝙ omittēs horas ex voluntate, aut ex accurata negligētia, peccat mortaliter. Tenetur ēt eas resumere, uel dispensatiuè in alio gñe satisfactionis recōpensare Rō, qa ex quo talis soluere tenetur, & non soluit, necesse est vt soluat: verum si fieret multitudo negligentiarū, pōt dispēsari secū, vt cum alio die secus nō faciat, nisi satisfaciat, ut dicit Io. Andr. in c. dolentes. & Inn. in ca. 1. de cele. miss. & idem dicit Host ꝙ si est tanta diuersarum horarum negligentia, quòd quasi impossibile est eas redicere, commutetur in aliam pœnitentiam.

Quæstio septima primæ partis.

Septimò quæritur, an ille qui ex occupatione liciti operis, vt quia multū scripsit, uel audiuit cōfessiones, uel aliud fecit, per quod neglexit horas, mortaliter peccet: Respondeo nō, quia talis per ignorantiam probabilem excusatur, de cler. ex com. mini. Apostolica.

Quæstio octaua primæ partis.

Octauò q̄rit an tot qs peccata cōmittat mortalia, quot horas vnius diei omisit, vel neglexit: Rñdeo ꝙ licet officiū totum vnius diei fit quoddā totū integratū ex suis partib. & vno ꝓcepto ꝓcipiat, & ꝓ ꝙñs trāsgrediens oēs simul vna die, nō peccet, nisi peccato vno mortali, tñ si qs negligit vnā horā, vt puta primā, uel tertiā, &c. & alias cōplet, ēt peccat mortaliter, sed nō ita grauiter, sicut omittēs, vel negligēs oēs horas, vnde vnum peccatū mortale est grauius alio. Est aūt ueritas, ꝙ ꝑ negligentia unius horæ canonicæ diei illius. Rō, qa maior est contemptus diuinæ laudis in toto, quam in parte.

Quæstio nona primæ partis.

Nono q̄rit, an attētio mētis in horis sit necessaria. Rñdeo, ſm Tho. 2. 2. q. 83. ꝙ duplex est attētio, vna qua attendit ad verba, ne qs in eis erret. Scđa, qua attendit ad finē orōnis. s. ad Deum, & ad rē pro qua orat, quæ quidē maximè est necessaria. & hanc ēt idiotæ pñt hr̄e. qñ ergo euagatio mētis fit in orōne ex ꝓpposito, peccatū est mortale, & impedit orōnis fructū. vnde ꝓcipit clericis, vt officiū diuinum quantū Deus dederit, studiosè celebrent pariter, & deuote, de cele. miss. dolentes. hoc aūt cōtingit, qñ horæ canonicæ transcurruntur, & syncopantur, uel extranea, & ꝓphana, vana, & inhonesta colloquia intermiscent, vt dr̄ ex concilio primo. Vien. de cele. miss. grauiter cle. euagatio tñ, q̄ fit per intētionē, orōnis fructū non tollit, qa dicit Basil. cū homo ex fragilitate nequit orare attēte, Deus illud ignoscit. vnde dicit gl. 5. in cle. graui. primo alleg. ꝙ in tali casu satis est ex labijs suis seruire Deo in diuinis officijs, licet cor diuertat ad alia, ſm Inn. & Hostiē. de cele. miss. in c. dolētes. qui tenent, ꝙ talis nō peccat mortaliter, maxime cogitando spūale quid, uel tꝑale, ꝙ de sui natura non sit malū, sicut ille qui in uesperis cogitat de sermone faciēdo post uesperas, ꝓcipue si esset fatigatus, de quo per Tho. 4. sen. di. 15. Ex quib. oībus infert, ꝙ si subest necessitas, q̄ dilationē non capit, pñt licite tunc alia negocia expediri. Scđò infert. ꝙ si quis studiose incipit legere horas, & tādem in medio errat, sed in fine se recolligit, meritò non frustratur apud Deū. Rō quia semper non requiritur intētio per actus essentiales. nam propheta Dauid de se dixit, cor meum dereliquit me. psal. 39. satis. n. est ꝙ maneat per uirtutem, quod fit qñ cum bona intentione quis accedit ad orandum, licet in prosecutione mens ad alia rapiatur. semper. n. uis primæ intētionis manet, nisi tanta esset euagatio, ꝙ attentio oīno periret. & tunc notum est, quod dicit Cipria. lib. 6. de orōne Dñi ca. vt quid audiri postulas a Deo, cum teipsum non audis. & Cassia. dicit, nunquid orat ēt quisque flexis genibus, & per diuagationem distrahitur. hæc in glo. mag. in cle. si dominum, de reli. & vene. sancto. Ex quo patet, quòd hic solum negligētia accurata, & crassa damnatur, secundum Inn. in c. dolētes.

Quæstio decima primæ partis.

Decimò quæritr̄, quid de illo qui nō interfuit principio horæ alicuius, ut quia neglexit, sed non malitiosè, quia fortè pulsum tam cito non audiuit, ut sic induatur, nunquid ille debet principium repetere. Respondeo, ꝙ non oportet a capite incipere, nisi magnam partem omitteret, quia tunc deberet repetendo adimplere, ſm Inn. & similiter dico de fine horæ, si aliquis ex necessitate exit chorum, tunc enim residuum suppletur per alios, quia omnes sunt unum corpus in Domino, de constitu. cum omnes.

Quæstio undecima primæ partis.

Vndecimò quæritur, an si omissus, uel neglectus est unus psal. debeat fieri repetitio in choro. Respondeo, ſm Inno. ꝙ non est tanta omissio psalmi unius, ꝙ deberet repeti, si scandalū in populo immineret. vnde melius est omittere, & non repetere, ꝓꝓ scādalum populi, quia merito dicerēt. Ecce clerici nr̄i, aut suffusi sunt aut ignari, nescientes quid cantādum sit. Ex quo dicto arguēdi sunt illi cauillatores, non cantores chori, qui ꝓꝓ unum accentum aut tonum uariatum, aut erratum faciunt silentiū, qđ tñ sæpe contingit, & male, & iterū reincipiunt, qui potius dicendi sunt diuinorum turbatores, quàm cantores. veruntamen vbi hæc sine scandalo fierent, vt si populus deesset, melius fit repetitio psal. quàm omissio, secundum Io. Andr. in dicto. c. dolentes.

Quæstio duodecima primæ partis.

Duodecimo q̄rit, an degradatus ab ordine, suspēsus, & excōicatus, & quilibet criminosus teneatur ad horas canonicas? Respōdeo ꝙ sic, q̄diu toleratur ab ecclesia: patet, quia nō dꝫ esse melioris condōnis malus, quā bonus, si ergo bonus obligatur, multo magis malus. Vnde licet isti amiserunt honorē, non tamē onus, aliàs ex malitia cōmodum reportarēt. tales tamē in horis nō debēt dicere, Dominus vobiscū, &c.

Quæstio decimatertia primę partis.

Decimotertiò q̄ritur, vtrū quis habēs plura beneficia in plurib. ecclesijs, dꝫ plures dicere horas: Respōdeo nō, sed solū simplices. Nec obst. illud Greg. cū crescūt dona, rōnes ēt crescunt donorū. Illud. n. fit ꝓꝓ impossibilitatē facti, ad qđ nemo obligatur. Videant tamē tales qui diuites sunt, quia tales occupāt, & subtrahunt alijs pauperib. necessaria, ut in alijs bonis operib. recōpensent. dꝫ dicere illius ecclesiæ horas, in qua maiorē habet dignitatē, uel officium, ut si es decanus in una, & ī alia canonicus, dicas illius ecclesiæ horas ubi habes decanatum: unde quia laudes dat vt unus homo, iō simplas nō duplas horas tenetur dicere. Si ecclesię diuersę sunt eiusdē dignitatis, uel qualia beneficia habet in diuersis, tūc si est ab vtraque ecclesia absens, eligat ꝙ officiū uoluerit. Si tñ habet ecclesiā parochialē in una diœcesi, & in alia pbēda, dicat horas, ſm ecclesiæ parochialis ꝙsuetudinē, &c. Pro quo facit illud Ambro. ad q̄cunque ecclesiā deueneris, eiusdem mortē serua. 12. dist. illa. Ex quo infertur, ſm Guil. Laudunē. in c. dignemini. de cele. miss. in clemē. ꝙ aduenę comedentes carnes, uel alia, quarta feria, uel sabbato die in loco, ubi non est consuetudo peccarent, licet in patria sua comedatur de consuetudine. Ratio, quia debet se conformare his, cum quibus conuersatur. 12. dist. c. 1. & de sta. re. c. 2.

Quæstio decimaquarta primę partis.

Decimoquartò, q̄ritur, vtrum monachus existēs ꝑlatus ecclesiæ sæcularis regat eā in horis, ſm cōsuetudinē illius ecclesiæ, vel ſm officium monachalē? Respondetur, ſm Io. Andr. in clem. de celebra. miss. in vers. licite. ꝙ non reget, ſm monachale officiū, sed ſm clericale. hoc dicit placere Io. 16. q 1. ca. 3. Goffr. de statu mona. in sum. c. sed nunquid. & Host. in summa eius. c. 2.

Quæstio decimaquinta primæ partis.

Decimoquintò q̄ritur, q̄ sit cōpetēs hora ꝑ qualibet hora canonica regulariter dicēda. Rñdeo, ꝙ septē sunt horæ canonicæ. s. matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vesperæ, & completorium, vt in c. 1. de celeb. miss. 90. distin. præsbyter. & sunt istæ horæ institutę in memoriā passionis Christi. Nam matutinum significat detentionem Christi, quæ fuit post cę nam in media nocte. unde tali hora debet quilibet dicere matutinum, vt ei conueniat illud, media nocte surgebam ad confitendum tibi. Thom. tamē dicit, ꝙ sufficit matutinū dicere post tres partes noctis. i. ante auroram, & hoc hodie approbatur,

Source : BIU Cujas

probatur,quasi per oēs Doc.qđ tñ ꝙ multos est, qui cōsumpta nocte in potatione,gula,& ebrietate, non nisi clara die dicunt matutinum,quos arguit illud propheticum:Vbi dū me laudarent astra matutina. contra quos est de re. de cele.nisi dolētes.vbi dr̄,ꝙ tales circa comessatiōes supersluas, & cōfabulationes illicitas(vt de alijs taceam)ferè medietatē noctis expendunt,& somno residuum delinquentes, vix ad diurnum concentum animum excitant,transcurrentes vndique continua syncopa matutinū. Prima verò canit in aurora orto sole, in memoriā resurrectionis Christi, qui tunc dr̄ resurrexisse,quantum ad notitiam mulierum, quæ orto sole uenerunt ad monumentum.Prima ēt hora uisus est in littore post resurrectionē.Prima hora conduxit procurator vineæ operarios.Mat.20.& signat laudē hoīs,q̄ Deo in pueritia impendit.Tertia canit in memoriam suæ crucifixionis, quia tunc est ore blasphemantium,& accusantium Iudæorum crucifixus. Tunc ēt spiritum sanctum misit Apostolis, & significat laudem hoīs in adolescentia. Sextò canitur in memoriale corporalis passionis:tunc.n.tenebræ factæ sunt a 6.hora,vsque ad nonā.Eadē hora discubuit cū discipulis in ascensione,& signat laudē hoīs in iuuentute.Nona canitur, quia tunc Christus emisit spūm,& latus eius fuit perforatū, vnde ꝓfluxerunt sacra,sc3 sanguis in redēptionē, & aqua in ablutionē,& signat laudē hoīs in virilitate. Vesperæ dicunt in memoriā depositionis Christi de cruce,& significant laudē hoīs in senectute. Cōpletorium autem canitur in memoriā sepulturę Christi,& signat laudem hominis in decrepita, vnde versus.

In matutino damnatur tempore Christus.
Quando surrexit,primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur,tunc est crucianima passus.
Sunt sexta tenebræ per mundi climata factæ.
Emißus nona diuinus spiritus hora.
Vespere clauduntur Christi sacra membra sepulchro.
Christo bissena custodia ponitur hora.

Quamuis autē horis cōpetentib. & distinctis horæ canonicæ in ecclesijs cathedralib. vel collegiatis regulariter sint cōplendæ,pōt tñ in horis canonicis dicendis cā rōnabili (vt quia plebanus habet uisitare infirmos,& eos ꝓcurare sacris, vel habet audire cōfessiones,& cum hoc aspicere licitos labores corporales)oēs horas inclusiue dicere ēt antediem. Similiter qui habet prædicare,uel aliquid legere in facultate utili scholarib. pōt ēt simul ante diē oēs complere. Qui verò hoc facit cā lasciuiæ,vt.s.expeditis horis ante diē,in die liberius vacet ocio,& vanitatib. sæculi,non pōt hoc facere sine peccato,ſm Tho.in quodā quodlibeto. Sūt ēt aliqui, qui ante mediū noctis oēs horas euadunt,& hi similiter peccāt, cū adhuc nō sunt digesti,ut legitur in vitis Patrum, ꝙ quidā pater qñ orabat valde mane, Angelus sibi portabat vuas nō matūratas,quando vero tarde,tunc portabat putridas, quādo verò competenti tempore,tunc portabat maturas,& valentes.

Quæstio decimasexta primæ partis.

Sed quare in quadragesima dñr vesperæ ante prandium ferialibus dieb.cū missa.Respondeo,ſm Archi.de consecr. dist.1.solet.n.ieiuniū quadragesimæ magis celebrari ad imitationem Christi & quia Christus ieiunauit.40. dieb. & 40. noctib. nihil comedens, deberemus nos toto illo tempore ieiunare,nulla die,uel hora comedentes, sicut ipse non comedit.& quia hoc facere non possumus,ꝑ defectū naturę, saltē toto die ieiunādo,uolumus eū mō,quo possumus imitari.& quia instante,& urgente famis necessitate non possumus expectare,ut finiat̄ dies,expectamus saltē, ꝙ horę diurnales finiantur,horæ.s.quæ in die sunt celebrandæ, quarum vltima est officium vespertinū. Completorium.n.quod sequitur,licet deputetur huic diei,quasi complens ipsam,non tamen decantatur in hac die,sed post finem ipsius in principio sequentis diei, quia ſm computationē canonicā a vespertino tpe incipit sequens dies.Ar. 75.dist. quod a patrib. & ideo statutum est, ꝙ in quadragesima vesperæ post missam nonalem statim celebrentur sine interuallo,quod non fit in alijs ieiunijs,quæ non cum tanta districtione seruātur, hæc Archidia.

TRACTATVS
DE HORIS CANONICIS.

Quæstio prima secundæ partis.

Onsequēter quæritur de modo dicendi horas canonicas. Est autem modus dicendi horas, secundum modum, & formam,& dispositionem ecclesiæ cathedralis,si in eahabeatur spālis rubrica. Alioquin recurritur ad Metropolitanā ecclesiam, cuius rubrica ab oībus est seruanda, ut dr̄ in concilio Tolentano.12.dist.de his qua deficiente recurritur ad Romanæ ecclesiæ consuetudinem:hoc est ꝙtra multos Romiperas, qui in patrijs nr̄is uolunt dicere canonicas ad modum Romanæ curiæ,cum tamen habeāt spālem modum,& formā,& rubricā in eorum cathedralib. aut Metropolitanis ecclesijs.Et hi incidunt in pœnam dicti concilij. s. suspensionis a cōione ꝑ sex menses. Nam licet ecclesia Romana sequenda est in sacramentis,non tamen in diuinis officijs,ut no.Ioan.Andr. de celebr.miss.capitu.1. Monachi autem orabunt,secundum rubricam sui ordinis, ut ibidem dicitur.

Quæstio secunda secundæ partis.

Item quæritur,ubi horæ canonicæ sunt dicendæ. Respō deo,in cathedralib. ecclesijs dicēdæ sunt,imò ēt in parochialib.ecclesijs,si fieri pōt congrue,iuxta illud. In ecclesijs benedicite Deo Domino.ueruntamen,quia curati in parochialibus debent occupari confessionibus & procuratione sacramentorum,tam circa sanos,q̄ infirmos, iō sufficit eis orare priuate in ecclesijs,uel in domibus,dum tamen in loco honesto sit,& quieto. Non sicut quidam discholi consueuerunt horas dicendo pellere scrophas,uel uaccas ad pascua, & in pellendo rumpere uerba horarum per clamores, & per minationes scropharum,uel uaccarum quidam etiam in lecto iacentes appodiati,& ꝙ deterius est,iacentes supini in dorso posito libro uiatico supra pectus murmurant horas. Alij uerò de domo ī domum discurrētes per uillam, uel oppidum clamitant in plateis sonorose, ut more Pharisæorum orare uideantur.Alij uerò ante fores ecclesiæ stantes, aut in cemiterijs circumeuntes salutantes ꝑsonas ad ecclesias descēdentes.unde fit aliquādo ut dicant,dñs uobiscum, & respondeant,bonū mane,Dña Gratiosa,qui potius errare, q̄ orare dicendi sunt.Quæ aūt reuerentia est in talib. locis, cum tātis strepitib. de quib. dicit Isido.de sum.bo. Quid prodest strepitus labiorū,ubi cor est mutum.sicut.n.uox sine modulatione fit uox porcorū, sic oro sine deuotione est uox boū. Et ꝙ deterius est,nōnulli inter ista sordida, & abhorrenda, & abominanda opera, ubi ēt cum cane loqui uerentur, cū Deo in oratione loquuntur.Certe mētior,si nō audiui quendā ꝑsbyterum uoce alta uesperas dicere beatæ Virginis sedendo in cloaca,& purgando aluum, qđ nephas quantū pudoris habeat,& culpæ,attendere pōt unusquisq; sensatus. Ideo corrigatur tam inepta corruptela, ne Deus unde placari debuit,acrius prouocet. ueruntamē,ꝙ dictum est de attentione,interpretat onē recipit maiorē,q̄a dicit sanc. Tho. 2. 2.q. 1.ꝙ licet in oratione priuatis debeat esse magna deuotio, & attētio orātis(quando.n.sentitur abesse deuotio, dimittēda est)nō tamē sic est in horis canonicis, in quib. nō requiritur deuotio ex necessitate debiti,uel p̄cepti ecclesiastici, sed ex cōsilio.vnde siue sit deuotus,siue non,nihilominus sunt horæ dicendæ a pręsbyteris, alioquin expectando deuotionē, q̄ nō est in ptāte nr̄a,rarò oraremus Intētio tamē oīno requiritur, uel actualis, uel habitualis, ut.s. intendat Deum orare pro salute ꝓpria,& aliorū:& per hoc patet ēt, ꝙ sacerdos orās in peccato mortali,q̄uis frustratur deuotione,& gratia Dei,tamē ipse horas dicere tenetur, q̄licet non exaudiatur ꝙ se,tamē ex quo orat in ꝑsona totius ecclesiæ, ꝙ alijs exauditur.vnde in hoc casu cōparatur faci accensæ,q̄ seipsam cōsumit & alijs lucet;& canali, qđ alijs aquā influit,& in se putrescit;& cineri,seu lixiuio,qđ alios mundat,& in se sordidatur.Pro isto igitur facit,qđ scripsit in clemen.Io.And.si dominū,in gl.magna,vbi q̄rit an oratones malorum ꝓsint his, pro quib. orant? Et dr̄ ꝙ sic, nisi scienter malū eligerent. ad hoc ēt facit,qđ scribit Archid 3.q.7. in grauiorib. facit ētad hoc expresse gl.49 dist.c.1.vbi dr̄,ꝙ si ex certa scīa malus eligitur a populo,& sit cōformis eorū morib. nocet subditis, aliàs spūsanctus ęque ꝑ malū,sicut per bonū operatur remissionem peccatorum,ut.1.q.1.si fuerit.arg.ad hoc.6.q. 1. ex merito.8.q.1.audacter.unde illud dictum Greg.in pastorali,qui dicit.cū is qui displicet,ad intercedendum mittitur, irati aīus ad deteriora ꝓuocatur.49.dist.c.1.sic intellige, ſm Archi.ad deterioratur prouocatur.i.ꝙ eū qui mittitur,nō ꝙ eum qui mittit,nisi scienter mittatur indignus.& sic hoc vī intelligere Hug.Lauren.& Io. maxime,quando scienter ordinatur indignus,aut præsentat̄ ad ordines,uel beneficium. His enim modis aliquis mittitur ad intercedendum pro populo.

Quæstio tertia secundę partis.

Item quæritur,an horæ canonicæ legēdæ sunt alta uoce, vt ab alijs audiātur,uel potius submissa,vt a solo Deo audiātur:Respondeo,ſm Io. Andr.in d.glo.magna, ꝙ licet Deus agnoscat cordis deuotionem,nō tñ frustra uox adiungitur. Vnde dicunt Theologi, ꝙ oro, q̄ fit ꝑ ministros ecclesiæ.i. præsbyteros,qualis est in horis canonicis,iō fit uocaliter, & expres-

Source : BIU Cujas

expresse, quia talis orat in ꝑsona totius ecclesiæ, ac populi. vnde vt ppl'o innoteſcat, ꝙ pro eo orat ſacerdos, meritò fit expresse, & vocaliter orõ, tñ non est sic de illa q̃ priuate fit ꝑ alio. De necessitate adiungit tñ vox primæ ad excitandũ interiorem deuotionem. Verbis.n. & signis nosmetipsos interius excitamus ad sanctum desiderium augẽdũ, vt dicit beatus Augu. ad Probam, q̃ fuit vxor Adarisi procõsulus, vt dicit Isido lib. 5. virorũ illustrium. Scdo ad redditionẽ debiti, vt. s. Deo seruiat orans, ſm se totum in corde, & corpore, de consecr. dist. 5. nunquid. Tertiò, ex quadã redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. vnde Psal. psal. 15. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, &c.

Quæstio quarta secundæ partis.

Et tunc q̃ritur, an acolythi teneantur dicere, 7. psalmos: Rñdetur ſm Paulũ Aluar. Ratisp̃an. eꝑm in trac. suo de hæresi, ꝙ sic. Cuius rõ ꝑcipua inter cæteras est, quia ex quo dñr clerici, a cleros, qd̃ est sors, qa in sortem, & in partem Dñi sunt vocati, rõnabile vr̃ vt dicant aliquid rõne sui officij. hoc tñ dependet a ꝙsuetudine, an singulis dieb. an tm̃ festiuis dicere debeant. Est tñ consonum rõni, ꝙ qui non student in scholis, aut studijs, vt singulis dieb. orẽt psal. iuxta illud Ambro. Quia semper pecco, debeo semper habere medicinam. distin. 2. in fin.

Quæstio quinta secundæ partis.

Item q̃ritur, an sacerdos tenetur ad horas beatæ Virginis Mariæ: Rñdeo ſm eundẽ, vbi sup. ꝙ sic, licet non de iure, tñ de optima cõsuetudine, q̃ iam pro lege putanda est, vt dicit Augu. ad Consulariũ præsbyterum. 12. dist. in his rebus. vnde in hoc casu nõ valet illorũ excusatio, qui dicunt ꝙ horæ beatæ Virginis non ꝑcipiuntur per aliquam constitutionẽ auctenticã ecclesiæ uniuersalis, nec ꝑ sacrã scripturã, ergo sunt in beneplacito. Quibus respondẽdum est, ꝙ multa fiũt in ecclesia Dei, q̃ non sunt de institutione ecclesiæ, vel ꝑcepto scripturę, sed ex solo cõsuetudinis vsu antiquo, q̃ prętermitti nullo mõ debẽt sine periculo salutis, vt signatio crucis, qua fideles signantur, verba ꝑlixa orõnis super panẽ, & super calicem, benedictio fontis, trina vnctio olei illorũ, quos baptism. quæ oĩa (vt dicit August. 11. dist. ecclesiasticarum) obseruata sunt reuerenter a patrib. magis silentio, q̃ publicata scripto, vt dicit Paul. de Leaza. Stepha. prouincialis Gẽtinus, in clem. graui. de cele, misſ. dicit, ꝙ ubi est consuetudo, quòd prælati, & maiores ecclesiarum dicũt horas beatę Virginis, omittentes eas peccant mortaliter, nisi subsit causa rationabilis.

Quæstio sexta secundæ partis.

An aũt istæ horę debeant dici in festis beatæ Virginis, ex quo tunc totũ officium est de beata Virgine: Dicendũ est, ꝙ ibi recurrendũ est ad cõsuetudinẽ cathedralis ecclesię. Nã in quibusdam ecclesijs dicuntur non obstante officio solennitatis, in quibusdam non. Et sic stat consuetudini ecclesię cathedralis, quę est mater omnium inferiorum, a qua nõ licet discedere. 12. dist. non licet.

Quæstio septima secundę partis.

Item q̃ritur, an oẽs sacerdotes teneantur ad uigilias mortuorũ. Respondeo, ſm Guil. ꝙ curati teneantur ad uigilias mortuorũ ordinarias, iuxta consuetudinem ecclesiæ cathedralis, vbi est cõsuetudo, ꝙ maiores ꝓlati dicant uigilias singulis diebus quadragesimæ, in aduentu, & in uigilijs Apostolorum, debẽt ẽt ipsi curati dicere vbicunque sint, siue circa ecclesias proprias, siue in studijs. Veruntamẽ ad extraordinarias non tenentur (ſm ipsum) curati in studijs existentes, aut alij beneficiati. Extraordinariæ uocantur, quæ dicuntur specialiter pro anima cuiuslibet defuncti, ad quas dicẽdas solũ illi astringuntur, qui circa ecclesias sunt præsentes, similiter qui in illis sunt in anniuersarijs defunctorum.

Quæstio octaua secundæ partis.

Vnde ulterius q̃ritur, an aliquis dicendo horas de Sãctis, uel de Martyribus, qñ dicendæ essent de feria, peccet mortaliter? Respondeo, licet ſm Guil. non refert, per quos psalmos laudetur Deus, tñ determinatio ecclesiæ maiois est sequenda. Nam ſm consuetudinem ecclesiæ maioris iustum est, ut unusquisque inde sumat regulas magisterij, vnde honoris ꝙsecrationem accepit. 12. dist. de his. Et beatus Ber. dicit, spũs sanctus illas horas gratas nõ recipit, quãdo aliud q̃ debes, neglecto eo qd̃ debes, obtuleris. Vnde istud uitium reprobatur expresse, de consec. dist. 5. in die. ubi dicit Grego. 8. ꝙ illi, qui in diebus quotidianis tres tantummodo lectiones legũt, nõ ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio, & negligentia probantur hoc facere. hæc tibi.

Quæstio nona secundę partis.

Itẽ quærit̃ de illis, qui dicunt nouas historias non approbata per eꝑm. Respõdeo ꝙ peccant mortaliter, ſm Ber. super Canti. sermone. 26. ubi dicit, ꝙ quicquid sine uoluntate superioris fit, uanę gloriæ deputabitur, non mercedi. Eꝑs tamen põt inducere cõsuetudinẽ nouã in ecclesia sua quo ad officia celebranda. 12. dist. nouit. & de consecr. dist. 3. ca. 1. & expresse in gl. 91. dist. Eleutherius. super uer. uigilijs. ꝙ sic intelligitur, ſm Arch. ibi. ꝙ epi in his, quæ circa solennitatem ecclesiæ tm̃ consistunt, quæ consuetudine, non ꝑcepto maiorum sunt introducta, mutare possunt, & statuere, ut dicit Iacob. de Albe. Statutum tamen ab episcopis, vel sanctis Patribus non possunt immutare. hæc ibidem.

Quæstio decima secundæ partis.

Itẽ quæritur, qd̃ de illis qui omittunt dicere suffragia Sãctorum? Respondeo ꝙ peccant, si hoc faciant ꝓtra consuetudinẽ ecclesiæ cathedralis, vt. s. dictum est scdm do. Paul. Aluaro. quia contemptores laudabilis consuetudinis, sicut & legis puniuntur. dist. 11. in his. & hoc si faciunt ex negligentia affectata, quia non curant, uel vt citius percurrant horas, ut vacent potibus, uel ocio, &c. Sed quid de illo, qui prius orauit completorium, quam vesperas, &c. utrum teneatur redicere vero modo. Respondeo, secundum do. Paul. vbi sup. ꝙ non tenetur, sed caute implebit uesperas, quas incaute omisit, & pœnitebit de negligentia.

Quæstio vndecima secundę partis.

Itẽ quęrit̃, an dicere, Pater noster, ante horas, & post, sit prȩceptum. Respondeo, ꝙ hoc post horas expresse præcipitur in concilio Gerundensi. de consecr. dist. 5. c. id semper. vbi sic dicitur, Illud semper placuit obseruare vt' oĩbus diebus post matutinas, & uesperas, oro Dñica a sacerdote proferatur. Ante verò horas dicere Pater noster, licet non appareat esse præceptum scriptum, apparet tamẽ licitum, dignum, & iustum. Nam prius inuocandus est oĩum rerum pater, quo ꝑtermisso nullum rite bonũ fundatur exordiũ, vt dicit Boe. de Cõsolatione philosophię, lib. 3. Rõnabile aũt est, ut prius oro illa p̃cedat, quã auctor salutis dictauit, & instituit, q̃ illæ quas sancti patres postea dictauerunt. Itẽ expedit prius petere ea q̃ sunt magis necessaria, & utilia ad salutem, quã q̃ sunt minus necessaria. Magis aũt necessaria sunt quæ ponũtur in Dominica oro̅ne, & vtilia, quã quæ ponuntur in alijs, cũ ibi summa totius salutis, & ꝑfectionis consistat. Petimus.n. ibi sanctificari nomen Dei in nobis, & aduenire regnum cęlorum, ꝙ primò esse quęrẽdum Saluator docuit, vt hr̃ Mat. 6. Itẽ consilium est, ut illa oratio prę̃mittatur quæ disponit hominem, & aptũ reddit humiliando ad effectum orationis ꝙsequendum. hmõi aũt est oro dñica, in qua petimus dimitti nobis debita nr̃a, & a malo liberari, quib. non expeditis, orationis effectus frustraretur: nisi.n. nobis prius debita dimitterentur, & a malo culpę liberaremur, nullatenus aliquid impetraremus, cum dicatur, Io 9. Deus peccatores non exaudit. & psalm peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testm̃ meum per os tuum: Adiungitur etiã Aue maria in princip. horarũ, quia dignũ est, ut illam salutemus in princip. nr̃i operis, per quã salus nostra exordiũ sumpsit. Dicit.n. Ber. quia Deus nihil nos vult hr̃e salutis, ꝙ ꝑ manus Marię non transiret. Aliqui verò incipiũt horas ꝑ illum vers. Sancti spiritus, adsit nobis gr̃a, sed non est vis. Ego incipio per Aue maria, ista ratione, quia nec gratiã spiritus sancti me posse obtinere puto, sine Marię suffragio, ideoq; ad eam primò recurro, quia impetrare per eius mediũ non dubito.

Cautelę in dicendis horis canonicis seruandæ.

Cautela prima.

SEquuntur cautelæ circa horas canõicas obseruandæ. Et primo septem impedimenta, quib. frustratur effectus orationum, de quib. habetur in cle. hr̃aui. de celeb. misſ. Caueat ergo quilibet, ne legat trãscurrendo, siue syncopando, sicut aliqui faciunt dicentes, Dixit dominus a dextris meis, aut extranea, aut prophana colloquia intermiscendo: quia dicit Fran. Vercel.

Friuola qui profert quando sacra præsbyter offert.
Lectio sacra Dei non reputatur ei.

Tarde ad chorum ueniendo. Ante finem officij sine cã exeundo. aues in chorum portando, seu venaticos canes, sine tonsura, uel ueste competenti horis interessendo. & hoc est q̃ campanatores, crispatos, comatos, manicatos, ministrãtes celebrantibus præsbyteris, qui grauiter peccant, vt patet vbi supra.

Cautela secunda.

Secundò caueat horas canonicas cantans, ne lasciuos, & dissolutos cantus ibi personet, sicut quidã theatrales. i. sęcularium chorearum cantilenas confictis modis modulationib. spiritualiũ consonatiarum discãtizant q̃ quos est Apostolo. ad Ephes. 5. dicens, Cantantes, & psallentes in cordib. vestris Domino, ubi dicit Hiero. & ponitur. 92. dist. c. cantantes. ubi dicit, audiãt hęc adolescẽtuli, audiant hi, quibus in ecclesia est psallendi officium, Deo non uoce, sed corde cantandũ, nec in tragediarum modum guttur, & fances medicamine liniẽ

dæ

Source : BIU Cujas

dæ ſunt, vt in eccleſia cathedrales moduli audiantur, & cantica. & Greg. dat huius rõnem dicens, 92 diſt. c. in ſancta. vbi dr. plerumque fit, vt in ſacro miniſterio, dum blanda vox q̃rit̃r, congrua vita negligatur. Et cantor miniſter Deũ moribus ſtimulet, cum populum uocibus delectat. hoc ẽt prohibetur, de cele. miſ. in clem. vbi a cantilenis prohibet abſtinere. pro quo facit. 28. diſt. præsbyterum. de conſec. diſt. 5. nõ oportet. & 27. diſt. ca. 2. hodie prouiſum eſt hoc optimè per Io. 22. in extrauag. quæ incipit, Dicta ſanctorum patrum decreuit auctoritas, in qua reprobat cantum cantilenarum in triplis, & motettis vulgarib. intra ſolennia miſſarum, & horarum canonicarũ. Et p̃cipit tales ſuſpẽdi ab officio p̃ octo dies. Permittit tñ dieb. celebrior. & feſtiuis in miſſa, & in diuinis officijs aliquas fieri conſolationes, vc3 conſonantias, quę melodiam faciunt intra octauam quartæ, & quintæ, & huiuſmodi ſuper eccleſiaſticum officium, & cantum ſimplicẽ, ita tamen q̃ ipſius integritas illibita permaneat. hæc ibi.

Cautela tertia.

Tertiò caueat, ne incõgruè uerba, tam in horis, q̃ in alijs diuinis officijs, ſiue cantando, ſiue dicendo ſubmiſſe proferat. hoc. n. multum ſcandalizat audientes. Et licet hoc oĩbus clericis gñaliter ſit caũendum, tñ ab ipſis canonicis, & prę̃latis eccleſiarum cathedralium maximè eſt uitandum. Tales arguit Caſſio. ſuper illud pſalm. 46. pſallite ſapienter: dicens, nemo ſapienter facit qđ non intelligit. Signum aũt non intelligentiæ eſt incongruitas. vnde credit Stephan. ſcribens ſuper cle. ne in agro. de ſta. mona. q̃ ignorantia Grammaticæ, quæ maximè in incongruitate cõſiſtit, repellit quem à canonicatu eccleſiæ cathedra. Arch. 24. diſt. qñ. & de æta. & quali. c. fi. de conſang. & affi. c. 1. de reſcr. c. ſtatutum. libr. 6. & c. 1. & c. ſi corpore. lib. 6. vbi probetur hoc per argmentum.

Cautela quarta.

Quartò caueat clericus orans, ne in horis reſumat vnũ, & idem verbum pluries, quia dr̃ Eccle. 7. ne iteres uerbũ in or̃one tua. q̃ quod faciunt quidam dicentes Pater noſter, Pater nr̃ qui es, ſexies, aut ſepties. Et non dico ſepties tm̃, ſed ẽt ſeptuageſi eſſepties, quæ iterãtia procedit ex inaduertentia, in deuotione, ac mentis diſtractione: quia dum alia cogitãt, in vno verbo linguam tandiu figunt, donec cogitationes p̃ tranſeant, & hi potius irritant Deum, q̃ orant. Nã vt dicit Seneca, Perturbat mentem auditoris, quod ſæpe dr̃. ſ. vna voce, immo quodammodo Deus in hoc blaſphematur, dum per hoc vr̃ ſemel dictũ non audire, uel intelligere, niſi ſæpius ei reſumatur, cum tñ dicatur, ſcit n. pater veſter celeſtis, quibus indigetis. Matth. 6. uideat quilibet, tam clericus, quàm laicus, vt in or̃one ſter, uel ſedeat quietus, aut flectat deuotus, manus leuando, pectus tundendo, ſuſpirando, & ſurſum inſpiciendo. Iſti. n. ſunt modi orandi in ſcripturis ſanctis approbati. nã dr̃ in pſal ſtantes erãt pedes nr̃i, & Marci, 11. cum ſtabitis ad orandũ dimittite, & c. Sic Martha ſtetit, & ait ad Chriſtum, Dñe non eſt tibi curę & c. Lucæ. 10. ſic leproſus genu flexit, & impetrauit curationem. Marc. 1. hydropicus ſtãs ante Chriſtum obtinuit ſanitatem. Luc. 14. de ſedendo. Matth. 26. dr̃, vbi Chriſtus dicit Apł̃s, Sedete hic: & ſequitur, & orate, ne intretis in tentationem. Item Marci. 14. de quiete dicitur. Mat. 6. cum oraueris, ĩtra cubiculũ tuum, & clauſo oſtio ora. Cubiculum aũt eſt locus quietis, & locus pacis. De flexura dicitur de leproſo. Procidens adorauit. Luca. 5. q̃ utiq; flectere eſt neceſſarium, ſicut Paul. dicit, Flecto genua mea ad Deum pro vobis. ad Epheſ. 3. & idem de beato Stepha. q̃ poſitis genibus orabat. Act. 7. de eleuatione manuum habetur Exo. 17. ubi Moyſes eleuatis manibus orauit. & Dauid, eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum. pſal 140. de tunſione pectoris habetur. Luc. 18. vbi publicanus percutiens pectus, orabat. De ſuſpiratione Ioã. 11. ubi Chriſtus infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, uolens Lazarum ſuſcitare. De ſurſum inſpiciẽdo dicit Io. 11. vbi Chriſtus ſuſpiciẽs in cęlum, dixit, Pater gratias tibi ago, quoniam exaudiſti me.

TRACTATVS.

De donatione Conſtantini.

IO. HIERONYMI ALBANI BERGOMEN. CARDINALIS ILLVSTRISS.

SVMMARIVM.

1 *Donatio Conſtantini an ſit uiribus ſubnixa, & num. 8.*
2 *Conſtantinus à Syluestro baptiſmum accepit.*
3 *Sententias eorum eſſe potiſſimum amplectendas, à quib. diſſentientes opiniones ad concordiam adducuntur.*
4 *Non ſatis eſt ei, qui iura alterius conatur infringere, ſi oſtendat nonnullas ex probationib. quæ pro illo facerent abeſſe, niſi prius ſuam ipſe intẽtionem ita clarè probet, vt res ſe aliter haberi non poſſet.*
5 *Sola poſſeſſio tantum commodum tribuit poſſidenti, vt niſi de non iure ipſius poſſeſſoris clariſſime oſtendatur, pro eo ſemper iudicari ſoleat, etiam ſi ipſe proſe nullam aliam probationem afferre poſſet.*
6 *Poſſeſſio, quæ uiuentiũ memoriã excedit, iuſtiſſimũ tribuit ius poſſeſſorii, quin & priuilegii loco habetur, quod ſit in nalidiſſima forma conceſſũ.*
7 *In antiquis non exacta prorſus requiritur probatio, ſed indicia & fama ſufficiunt.*
9 *Imperatores quando à Pontifice coronantur, iuramentum ſuſcipiunt de donatione Conſtantini non infringenda.*
10 *In rebus antiquis uerba cnunciatiua plenam faciunt probationem, eaque alijs probationibus eſt potior.*
11 *Donationem Eccleſiæ factam, licẽt ſit magna, ratam eſſe, quamuis nulla inſinuatio, aut ſolennitas in ea celebranda interceſſerit.*
12 *Donatio, quæ fuit confecta ſcripto interueniente, eam iure quandocunq; poſſe ratam haberi.*
13 *Principi conuenit, quæ procedunt à labijs meis non faciam irrita.*
14 *Donatio facta à Principe reuocari non poteſt neque à ſe neque à ſuo prædeceſſore.*
15 *Acta qualia diu habita ſunt, talia eſſe interpretatione iuris exiſtimantur, atq; in eis interueniſſe omnia, quæ requiruntur ad ſolennia, quamuis hoc alioqui doceri non poſſit.*
16 *Id, quod fit à prouidis & honeſtis perſonis, ſemper & rectè & rite præſumitur fuiſſe confectum.*
17 *Legum coniecturæ probationes liquidiſſimæ nuncupantur.*
18 *Multæ præſumptiones plenæ ſufficiunt probationi.*
19 *Semper in ambiguis pro pia cauſa ferenda eſt ſententia.*
20 *Quod Papæ donatur, ipſi Deo, qui eſt omnium dominus, datum eſſe cenſetur.*
21 *Vbi non eſt fundamentum, ibi omne ſuper ædificatum citò corruit.*
22 *Coniecturæ plures ſimul iunctæ, plenæ ſufficiunt probationi.*
23 *Reges apud antiquos, Paſtores nuncupabantur.*
24 *In uoluntate alicuius excutienda, plurimùm ſpectari oportere, quid is, cuius ratio uoluntatis exquiritur, facere conſuenit.*
25 *Roma eſt electa, ut ſit domicilium Eccleſiæ.*
26 *Spiritualia non poſſunt à laicis pertractari, & contrarium uſum, non conſuetudinem, ſed abuſum eſſe.*
27 *Malum exemplum eſt reijciendum.*
28 *Seculares non debent ſe immiſcere in negotijs eccleſiaſticis.*
29 *Omnis homo mendax.*
30 *Clerici quando mali inueniuntur, non propterea eorum dilanidanda eſt poteſtas.*
31 *Deus ob crimina ſubditorum quandoque malos ſuperiores permittere ſolet.*
32 *Omnis poteſtas à Deo eſt.*
33 *Principes ſunt legati & proconſules Dei.*

BArt. in rubric. primæ cõſti. Digeſtorum quærit, utrũ do-
